Virgo quæ vi amoris coacta amanti copiam sui fecit, an censeatur meretrix, turpisque persona, vt hæres institui non possit, ibi q 10. num. 18. p 72
Vita turpis, & luxuriosa meretur exhæredationem. ibid. quæst. 41 num. 32. p 59
Vitiosum quod est ab initio, tractu temporis conualescere nequit. ibi. q 42. nu. 6 63
Vultij definitio de feudis inter varias probatur. lib 4. §. Feud qu. 4 num. 1. 219
Vnum denique dicitur, quicquid per rerum naturam continuatiue procedit, eo. lib § Emph. q 36 n. 3. 205
Vnusquisque id, quod spopondit, suo impendio præstare debet eo. lib § Feud. q 21 n. 5. 231
Voluntas quæ dicatur nuda, l b. 3 § Test q 15. nu 4. 22
Voluntas testatoris pro lege valet, eamque seruari. ibid. quæst. 61. num. 1. 86
Voluntas coacta, an & quatenus voluntas, ibi. q. 1. n. 13. 3
Voluntas notitiam præsupponit ibi. q. 16. n. 10. 23

Ex Claro.

Vltima voluntas an vitietur ex falsa Latinitate, ibi. q. 1. n 88. 110
Voluntas testatoris semper attendi debet. q. 76 nu 1. 102
Voluntas testatoris quomodo conicienda, vel interpretanda sit, ibid. n. 6.

Ex Additionibus.

Vox patris est vox filij lib 4 § feudum q 81 n. 6. p. 281
Votum parentum commune quod, lib. 3. §. Testam q. 46. n. 11. 68
Vsufructuarius, inuito domino, vsumfructum relinquere potest, lib. 4 §. Emph. q. 6. n. 10. 169

Ex Claro.

Vsufructuario an possit testator remittere cautionem de vtendo, fruendo, &c. vide supra, Cautio.
Et an possit illi remittere confectionem inuentarij, vide supra, Inuentarium.
Vsufructuarius directi dominij an debeat habere laudemium an autem proprietarius, vide supra, Laudemium.
Vsurarius manifestus non potest testari, nisi præstita cautione, iuxta formam c. quanquam de Vsur in d §. Test. q. 16. n. 1. 35
Et qualis cautio præstari debeat, ibi n. 2.
Et an talis cautio possit præstari post conditum testamentum, ibi. num. 3.
Et an dispositio d. c quanquam, habeat locum in vsurario, qui desiit fœnerari, ibi. n. 4.
Vsurarius manifestus an possit donare causa mortis. §. Donatio. quæst. 7. 129

Ex Additionibus.

Vsurarius manifestus an & quatenus testari possit, lib. 3. §. Testam. q. 16 nu. 1. p. 37 eiusmodi vsurario sepultura Ecclesiastica denegatur, ibid. n. 2.
Vtilitas vbicunque publica versatur, idem iudicatur de eo, qui est in via ad actum, prout de eo, qui est in actu. lib. 3 §. Testa n. q. 28. num. 6. p. 39

Ex Claro.

Vxor an possit donare marito, vide supra, Maritus.

FINIS.

IVLII CLARI ALEXANDRINI I. C. LONGE CLARISSIMI,

ET

PHILIPPI II. HISPANIARVM REGIS SVPREMI CONSILIARII, ac Regentis dignissimi.

Ex Libro Tertio Sententiarum Receptarum.

§. TESTAMENTVM.

CAPITA QVÆSTIONVM.

Quid sit testamentum quaest. 1.
Quo iure inuenta sit testamenti factio. q. 2.
Quot sunt genera testamentorum. q. 3.
Quid differat testamentum nuncupatiuum à testamento in scriptis. q. 4.
Quae personae possint testari ad pias causas q. 5.
Solemnitates iuris ciuilis, an sint sublatae in testamentis ad pias causas. q. 6.
Testamentum imperfectum ad pias causas conditum an sustineatur quacunque imperfectione non obstante q. 7.
Testamentum inter liberos conditum, an valeat sine solemnitatibus iuris ciuilis. q. 8.
Et quid sit imperfectum ratione voluntatis. q. 9.
Et an etiam sustineatur, quatenus concernit extraneas personas. q. 10.
Dispositio, §. ex imperfecto. an habeat locum etiam in testamento nuncupatiuo q. 11.
Et an habeat locum inter quoscunque liberos. q. 12.
Et an ex huiusmodi testamento succedatur tanquam ex testamento, an autem tanquam ab intestato. q. 13.
Schedula manu Patris scripta sine testibus, an valeat inter liberos in vim testamenti. q. 14.
Testamentum militis, quae priuilegia habeat. q. 15.
Miles an possit decedere pro parte testatus, & pro parte intestatus. q. 16.
Testamentum caeci quomodo confici debeat. q. 17.
Filiusfamilias an possit testari. q. 18.
Bannitus an possit testari. q. 19.
Et an possit capere ex testamento. q. 20.
Condemnatus ad mortem an possit testari. q. 21.
Deportatus an habeat testamenti factionem. q. 22.
Condemnatus ad perpetuos carceres an retineat testamenti factionem. q. 23.
Excommunicatus an possit testari. q. 24.
Infans an possit testari. q. 25.
Vsurarius manifestus, an possit testari. q. 26.
Praelatus, aut clericus, an possit testari. q. 27.
Monachus, vel religiosus, an possit testari. q. 28.
Monachus, vel religiosus, an possit capere ex testamento. q. 29.
Monacho haerede instituto, an haereditas transferatur in monasterium ipso iure. q. 30.
Spurius an possit capere ex testamento. q. 31.
Auus an possit instituere nepotem legitimum natum ex filio spurio. q. 32.
Prodigus an possit testari. q. 33.
Inhabilis de iure communi ad testandum an possit testari ad pias causas Remissiue. q. 34.
Institutio haeredis expressa & tacita esse potest. q. 35.
Institutio haeredis debet esse certa q. 36.
Testator debet ore proprio exprimere nomen haeredis. q. 37.
Legitima debet filio relinqui iure institutionis. q. 38.
Filius an possit institui sub conditione. q. 39.
Testamentum, in quo filius est exhaeredatus, an sit nullum? q. 40.
Ex quibus causis filius à patre exhaeredari possit q. 41.
Testamentum, in quo filius est praeteritus, an sit ipso iure nullum. q. 42.
Et quid de iure praetorio. q. 43.
Filia an possit institui in sola dote sua. q. 44.
Testamentum praeteritione posthumi an rumpatur. q. 45.
Clausula codicillaris an sustineat testamentum nullum ex causa praeteritionis in vim fideicommissi. q. 46.
Praeteritio filij à matre an reddat eius testamentum nullum q. 47.
Praeteritio patris à filio an reddat testamentum nullum. q. 48.

Præteritio matris, vel ascendentium per lineam maternam an annullet testamentum. q. 49.
Præteritio collateralium an vitiet testamentum. q. 50.
Præteritio liberti an reddat testamentum nullum. Remissiue. q. 51.
Dispositio auth. ex causa. an sustineat testamentum nullum ex causa præteritionis, vel exhæredationis. q. 52.
Et an irritetur institutio facta in re certa, &c. q. 53.
Et an omnia in testamento contenta præter institutionem sustineantur. q. 54.
In testamento quæ personæ testes esse non possint. q. 55.
Qui testium numerus in testamentis requiratur. 56.
Et quid de iure canonico. q. 57.
In testamento requiritur quod testes & notarius sint rogati. q. 58.
Requiritur in testamento, quod testes videant testatorem. q. 59.
Duæ personæ an possint simul condere testamentum. q. 60.
Testatoris dispositio an semper seruanda sit q. 61.
Testator an possit prohibere detractionem trebellianicæ. q. 62.
Et quid in filiis primi gradus. q. 63.
Testator an possit remittere vsufructuario cautionem de vtendo, fruendo, &c. q. 64.
Testator an possit prohibere ne testamentum insinuetur. q. 65.
Testator an possit remittere confectionem inuentarij. q. 66.
Testator an possit prohibere diuisionem inter hæredes. q. 67.
Testator an possit concedere legatario licentiam capiendi legatum propria auctoritate. q. 68.
Testator an possit priuare hæredem hæreditate. q. 69.
Testator an possit facere, quod bona sua non sint pro legatis hypothecata. q. 70.
Testator an possit disponere de rebus hæredis. q. 71.
Testator an possit prohibere legitimam. q. 72.
Testator an possit prohibere filio alienationem suæ legitimæ, Remissiue. q. 73.
Testator an possit prohibere ius accrescendi. q. 74.
In testamento an possit celebrari contractus. q. 75.
Quemadmodum testatoris voluntas colligi possit. q. 76.
Filij positi in conditione an censeantur vocati. q. 77.
Et quid si testator eos grauauerit. q. 78.
Et quid si apposita sit dictio, masculus. q. 79.
Plures simul instituti, vel substituti an censeantur vocati, simul, & semel, an autem ordine successiuo. q. 80.
Testamentum an annulletur præteritione filij, Remissiue. q. 81.
Et an præteritione parentum, vel collateralium. Remissiue. q. 82.
Et an propter exhæredationem, Remissiue, q. 83.
Legitimatione filij naturalis an rumpatur testamentum. q. 84.
Et an per ingressum religionis, Remissiue. q. 85.
Resurrectione testatoris defuncti an testamentum rumpatur. q. 86.
Testamentum conditum per metum, an sit ipso iure nullum. Remissiue. q. 87.
Vltima voluntas an vitietur propter malam latinitatem. Remissiue. q. 88.
Testamentum minus solemne an sit ipso iure nullum. q. 89.
Ex testamento minus solemni, an oriatur naturalis obligatio. q. 90.
Testamentum an contraria voluntate reuocetur. q. 91.
Et quid si testator dicat se velle decedere intestatum. q. 92.
Cancellatione testamenti, vel incisione an reuocetur testamentum. q. 93.
Testamentum iuratum an tollatur per secundum testamentum q. 94.
Donatio in pœnam mutationis testamenti an valeat. q. 95.
Secundum testamentum, ex quo non sit adita hæreditas, an tollat primum. q. 96.
Testamentum imperfectum an aliquando tollat aliud perfectum præcedens. q. 97.
Testamentum primum inter liberos conditum an per secundum testamentum simpliciter reuocetur. q. 98.
Testamentum primum habens clausulam derogatoriam, an tollatur per secundum. q. 99.
Si duo testamenta eodem die confecta producantur quod eorum præualere debeat. q. 100.

QVANTVM hæc testamentorum materia præ cæteris omnibus vtilitate, & subtilitate excellat, nemo est, qui nesciat. Quotidie enim & in scholis, & in foro versantur super vltimis defunctorum voluntatibus variæ quæstiones. Harum autem cum iam nos superioribus paragraphis bonam partem absoluerimus, eamque præsertim, quæ ad Substitutiones, & legata pertinet: restat, vt de ipsis Testamentis, eorumque solemnitatibus breuiter disseramus.

QVÆSTIO I.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Quid sit testamentum.*

Ex Additionibus.

1 *Testamentum vnde appelletur.*
2 *In Testamentis mens potissimum spectanda, & nu. 9.*
3 *Testamenti deriuationem cur Grammatici explodant.*
4 *Grammaticorum ratio diluitur.*
5 *Notatio duplex; Grammatica, & Logica.*
6 *Iurisconsulti non semper ex verbis, sed plerunque ex re ipsa notationem vocabuli mutuantur.*
7 *Nominis definitio hoc loco tradita, quibus testamentis conueniat.*
8 *Testamentum in genere comprehendit codicillum.*
9 *Cur testamentum definiatur voluntatis sententia.*
10 *Verba dispositiua, non enunciatiua, ad faciendum testamentum idonea.*
11 *Testamentum metu factum an ipso iure nullum.*
12 *In testamentis liber requiritur stilus.*
13 *Voluntas coacta an, & quatenus voluntas.*
14 *Vis, & metus libera voluntati repugnant.*
15 *Prætor metu factum non habet ratum.*
16 *An, & quatenus vltima defuncti voluntas blanditiis impediatur.*
17 *Testamentum in alterius voluntatem non conferendum.*
18 *Consilium testatoris debet esse certum.*
19 *Voluntas seu dispositio captatoria non valet.*
20 *Quæ voluntas captatoria dicatur.*

21 *Dispositio captatoria piscationi similis.*
22 *Duo se inuicem hæredes instituere possunt.*
23 *Iusta sententia quomodo accipiatur.*
24 *Hæredis institutio caput testamenti & nu.* *22.
25 *Quatenus codicillis hæreditas detur.*
26 *Legatum quatenus voluntatis iusta sententia.*
27 *Testamentum post mortem testatoris perfectionem suam accipit & num.* * 1.
28 *Testatoris voluntas vsque ad obitum.*
29 *Nemo sibi eam legem dicere potest, vt à priori voluntate non recedat.*
30 *Variæ testamenti appellationes.*
31 *Qua in re testamentum differat à contractu.*
32 *Appellatione testamenti non continetur contractus, & vice versa.*

PRo intelligentia inprimis quæro. Quid sit Testamentum? Responsio, a testamentum est b voluntatis c nostræ iusta d sententia de eo, e quod quis post mortem suam fieri velit. Ita diffiniuit Iurisconsultus *in l. 1. ff. de testamentis.*

ADDITIONES.

*1 a TEstamentum.] Aduerte, quod testamentum † vires accipit à morte testatoris, *l. qui hæreditatem, l. neminem ff. de acquir. hered.* Vbi enim est testamentum, mors necesse est interuentat testatoris: Testamentum enim in mortuis confirmatum est: alioquin nondum valet, dum viuit, qui testatus est. Ita legitur *in Sabbato sancto lect. 8. de epistola B. Pauli ad Hebr. cap. 9.* quæ nota ad essentiam, atque effectum testamenti. Gzach.

Testamentum.] An hæc definitio codicillis, & donationibus causa mortis accommodari possit, an vero illius sit propria testamenti, vide Vigl. *inst. de test. ord. nu. 24.* Alc. *lib. 9. parerg. c. 21.* Didac. *in rubr. de testam. part. 1.* Gouean.

Testamentum] Hic primo addendum, quod testamentum nō
1 male ex eo appellatur, quod † testatio mentis sit, auctore Imper.
2 Iustiniano *in princ. tit. Instit. de testam. ordin.* propterea quod † de mente atque vltima testatoris voluntate testatur: & in testamentis, qua quisque mente fuerit, potissimum spectetur, *l. 2. l. in aduersa 17. ff. qui testam. fac. poss. l. in conditionibus 19. in princ. ff. de conditionib. & demonstrat. l. & facto 35. §. verum. 3. ff. de hæredib. instituend.* Quam testamenti † etymologiam, ac deriuatio-
3 nem ex natura, & effectu illius deductam, Grammatici plerique, vt ineptam rident & explodunt, secuti A. Gellium *lib. 9. noct. Attic. cap. 12.* & Laurentium Vallam *lib. 6. elegant. c. 37.* eo quod sicut vestimentum, calciamentum, pauimentum, medicamentum & consimilia vocabula † à mente deriuari nequeant,
4 ita nec testamentum. Verum ad hoc recte respondent Iuris interpretes, consequentiam negando. Licet enim quibusdam in vocabulis additio ista syllabica (mentum) sit otiosa, vt in vestimento, calciamento, &c. non tamen protinus consequens est, quod idem in omnibus contingat. Calciamentum quippe, vestimentum, pauimentum, & id genus innumera fere vocabula, cum mente parum, vel nihil commune habent: vnde etiam non, nisi insulsissime, à mente deriuarentur. Testamentum autem cum mente plurimum habet commune: quoniam (vt paulo ante monitum) ad hoc illud comparatum est, vt de mente, siue voluntate defuncti vltima testificetur. Sed † & duplex notatio, seu
5 deriuatio perhibetur: Grammatica vna, altera Logica. In illa vox magis, quam res voce significata spectatur, magisque attenditur, quomodo vox à voce, quam quomodo res illis vocibus significatæ ab inuicem deriuentur, ac deducantur: hæc vero (Logica notatio) magis ad mentis intelligentiam refertur, & rem ipsam significatam potius, quam vocem, explicat. Itaque quamuis fortassis præsens testamenti notatio non sit Grammatica: eam tamen Logicam esse statuendum est, vt quæ ad rem ipsam magis declarandam, quam ad nudam vocem explican-
6 dam pertineat. Et sane † Iurisconsultos non semper ex verbis sed plerunque ex re ipsa notationem vocabuli mutuari constat *ex l. 1. in princ. ff. de iusti. & iur. l. 1. in princ. ff. de acq. vel amit. poss. l. damnum. ff. de dam. infect. l. Senatus. 35. §. 1. ff. de mortis*
7 *caus. don. l. 1. ff. de nouationib.* Ceterum † isthanc nominis definitionem, & notationem non tantum testamento proprie sic dicto, quod perfectum, & solemne est, sed codicillis etiam, alitisque minus solemnibus, & imperfectis testamentis conuenire, notant glossa final. *in l. 1. ff. qui test. fac. poss.* ibique Bald. *nu. 4.* Bolognet. *ad rubr. tit. ff. de lib. & posthum. hæredib. instituend. numer 12.* Ruin. & Iason *ad rubr. ff. de leg. 1.* & Bellon, *ad d. princ. tit. Instit. de test. ordinand. numero tertio.* Hinc & testamentum † in genere complecti codicillum, certum est: quippe 8
ex quo non minus, ac ex testamento defuncti voluntas cognoscitur: & vt in testamento, ita in codicillo testatio mentis consideratur: adeoque vtroque hoc testandæ mentis causa conficitur. Sed ea re consulantur Viglius, Nonius, Myns. Schneidevvinus, Heigius, Vulteius, & alij *ad d. princ. tit. in Instit. de test. ordinan.* Connan. *lib. 9. commen. iur. ciu. cap. 1. num. 1.* Fortaculus *Necyomantia dialog. 73. num. 4. & 5.* Couar. *rubr. ext. de test. num. 1.* Cuiac. *lib. 21. obseru. c. 37. & li. 26. c. 40.* Reusner. *in tract. de test. par. 1. c. 7.* Ioan Dauth. *in tract. de test. nu. 9.* aliique, quos citauimus *in d. princ. Inst. de test. ord. nu. 29. & seq.* Harprec.

b *Voluntatis.*] Adde testamentum † recte definiri voluntatis sententiam, *l. 1. ff. qui test. fac. poss.* Tum quia voluntatis men- 9
tisque integritas, non corporis sanitas, in testante exigitur, *l. 2. ff. eod.* Tum quia testamentum non censeatur, nisi quis de hoc, vel illud fieri velle decernat. Vnde vulgo dicitur: verba † enun- 10
ciatiua (quibus quid affirmatur, vel negatur) non esse idonea, siue apta ad faciendum testamentum, sed solummodo dispositiua. Duaren. *ad d. tit. ff. qui test. fac. poss. sub c. quid sit test.* Hilliger. *in Donell. enucleat. lib. 6. c. 4. lit. C.* Hinc quoque concludendum videtur: testamentum † metu factum, ipso iure nullum 11
esse: cum voluntas metu illato exclusa intelligatur, *arg. l. qui testamento 20. § fi. ff. qui test. fac. poss. l. qui in aliena. 6. §. vlt. ff. de acquir. vel omit. hæredit. l. eg. 1. C. de SS. Ec. l.* vbi in testamentis † liber stylus, & libera voluntas requiritur. Sed contrarium ve- 12
risimilius est: quoniam in testamento metu facto voluntatem testatoris adesse, negari nequit: cum † coacta voluntas, & prin- 13
cipium agendi sit in eo, qui metu coactus est, nec omnino inuitus facere dici possit, *l. si patre cogente. 22. ff. de rit. nupt. l. si mulier. 21. § si metu. ff. quod met. caus.* late. post alios Dauth. *in d. tract. de test. n. 20. & seqq.* Hancque communem, & veram esse sententiam, testatur Fachin. *l. 10. controuers. iur. c. tur. c. 15.* Enimuero proprie voluntas coacta non est voluntas, cum non plane libera sit & integra. Vis † etenim, & metus liberæ volunta- 14
ti repugnant. *l. nihil consensui 116. ff. de reg. iur.* Ideoque testamentum istud iure prætorio, per in integrum restitutionem, rescindi potest: quia † prætor ratum non habet id, quod quis 15
metu compulsus fecit, *d. l. si mulier. 21. § si metu & tot. tit. ff. quod met. caus. l. pen. & vlt. C. de his, quæ vi metusue caus. gesta sunt l. interpositas 13. C. de transact.* Hoc edictum Spiritum S. in ore prætoris posuisse, & vocem Dei ab homine prolatam esse, asserit Bald. *in l. nominationes. num. 5. C. de appellationib.* Paris. *cons. 53. numer. 48. vol. 4.* Boer. *decis. 110. numer. 1.* hosque referens Franc. Mant. *in tract. de coniect. vlt. volunt. li. 1. tit. 3. num. 12.* Diuersum † autem est, si quis blanditiis, verborumve le- 16
nociniis, & illecebris in se defuncti voluntatem prouocet. *leg. vlt. C. si quis aliquem testari prohibuerit.* Siquidem eo casu libera voluntas non impeditur, sed tantum incitatur & promouetur. *d. l. vlt.* ibique Ias. *num. 5. C. eod. & l. vlt.* vbi Bart. & Cast. *ff. d. tit.* Vas. *de success. creat. lib. 2. §. 17. numer. 13. & seqq.* Alc. *lib. 2. parerg. c. 31.* Ceph. *cons. 276. numer. 41.* Gail. *lib. 2. obseru. 117. num. 4.* Nisi forte contrarium ex circumstantiis appareat: si pater nouercalib. delinimentis, & instigationibus inductus, contra proprium suum sanguinem, suæ voluntatis indicium dedisset, *l. non est 4. D. de inoff. test.* Pet. Greg. *in syntagm. iur. vniuers. lib. 42. c. 2. num. 6.* D. Obrech. *disp. 19. de success. testamentar. th. 51. & seq.* Aut nisi ad blanditias verborum minæ, dolus, aliæve fraudulentæ machinationes, & violentæ persuasiones accedant, *l. 1. §. persuadere. 3. ff. de seru. corrupt.* Matth. de Afflict. *decis. 69. numer. 7.* Dec. *consi. 419. numer. 2. & 9.* Mar. Soc. iun. *cons. 32. numer. 5. lib. 4.* Reusn. *d. tract. de test. part. 1. c. 9. num. 67.* Menoch. *lib. 2. de arbit. iud. q. cent. 4. cas. 395. num. 41.* Tiber. Decian. *cons. 65. num. 6. 7. 14. cum seqq. lib. 2. & cons. 70. num. 24. lib. 3.* Gabr. Rom. *lib. 4. commun. conclus. tit. de testa. concl. 2.* hosque citans Dauth. *dict. tract. de testam. num. 23.* Harprec.

c *Nostra.*] Adde, quod † testamentum ex propria duntaxat 17
voluntate proficisci, nec in voluntatem alterius conferri debeat *l. illa institutio. 32. D. de hæredib. instit.* Quare hoc genus institutionis hæredum improbatur: Ego illos hæredes instituo, quos Titius voluerit: Eiusque manifesta est ratio: quia † 18
certum esse debet testantis consilium, auctore Vlpiano *in fragm. Inst. tit. 22. §. incerta persona, &c.* proinde legitimum testamentum non dicitur, quod ex alieno arbitrio pendet, *dict. leg. illa institutio 32. in princ. D. de hær. inst.* Vnde † quoque 19
captatoria voluntas, seu dispositio nullius momenti esse creditur, *l. captatorias 70. ff. eo. & l. captatorias 11. C. de test. milit.* Est † autem captatoria voluntas illa, quæ fit captandæ alterius 20
hæreditatis causa: veluti, instituo Titium hæredem ex ea parte, ex qua me hæredem instituerit. Vel: Titius, si me tabulis testamenti sui hæredem à se scriptum ostenderit, hæres esto. *l. 1. ff. de his, quæ pro non scriptis habentur.* Hæc mea dispositio captatoria putatur: quia captat Titij hæreditatem, & fraude quidem: cum semper meum testamentum mutare valeam,

21 Hancque captatoriam † dispositionem, non inscite nonnulli autumant genus quoddam piscationis, eosque qui talem dispositionem faciunt, piscatores esse; qui fraudibus & dolis alienas hæreditates captant. Vt enim piscatores hamum in mare, aut flumen mittunt, non vt illius faciant iacturam; sed vt hamum cum pisce ad se retrahant: ita qui captatorias conficiunt dispositiones, hæreditates suas in hamo deferunt, vt vberiores illiciant. Dauth. *d. tract. de test. num. 26 & seq.* Ex quo perspicuum fit: si duo † instituerunt se inuicem hæredes mutua affectione
22 ducti, non esse captatoriam voluntatem vltimam; quemadmodum tunc nulla est talis conditio, quæ conferatur ad secretum alienæ voluntatis. *d. l. captatorias 70. ff. de hered. instit.* ibique Duar. *in c. 3 circa fin.* Couar. *in c. cum tibi 13. n. 1. ext. de test.* Harprec.

*22 d *Iusta.*] Id est perfecta: & sic includit † de necessitate institutionem hæredis. Ita per Bar. *in l. 1. ff. eo.* qui dicit sibi videri durũ, quod Iurisconsul. nesciuit definire testamentum, & quod eget subtili subauditione illa, & istud communiter teneri dicit Angel. de Aret. *in §. Instit. eod.* qui *num.* 1. dicit, quod quadruplex est perfectio: dic, vt per eundem. Giach.

Iusta.] Quod † iustam sententiam communiter Doct. inter-
23 pretantur pro perfecta, vt † sic hæredis institutio, quæ caput te-
24 stamenti est, includatur §. *ante hæredis 34. Instit. de leg.* Barr. Bal. & alij *in l. 1 ff qui test. fac. poss.* Ast huic interpretationi obstat, quod & codicillus in suo genere perfectus sit, tametsi ex paucioribus requisitis constet *l. ult. §. ult. C. de codicill.* Quocirca vt saluetur hæc testamenti definitio, & ab omni contrarietate vindicetur, rectius dici poterit, iustam sententiam pro intacta, illibata, omnibusque modis rata, exponendam esse. Secundum quam significationem, & interpretationem codicillus iusta sen-
25 tentia non iudicatur. Nam † cum hæreditas codicillis directo dari nequeat, sed tantum per fideicommissum § *fin. Instit. de codicil. leg. secunda Cod. eod.* & de fideicommisso deducatur quarta Trebellianica, *tot. tit. ff. & Cod. ad SC. Trebell.* consequens est, voluntatem codicillorum non satis esse ratam, intactam & illibatam. Eadem interpretatione remouetur etiam, quod de legato vulgo obiicitur.
26 Quamuis † enim legatum sit voluntatis nostræ iusta sententia, non secus, ac testamentum, §. 1. *Inst. de leg. l. verbu legis. 120. ff. de verb. signif. tot. tit. ff. de l. 1 & aliquot tit. seqq.* Illibata tamen, intacta, cunctisque modis rata, & firma non est: cum legata patiantur Falcidiæ legis detractionem, si vniuersorum bonorum legata fuerint. *tot. tit. Instit. de leg Falcid. & tot. tit. ff. & Cod.* Vasq. *de success. creat. in præfat. num. 26. & seq.* Harprec.

a *De eo, quod quis post mortem suam fieri velit.*] Adde † testa-
27 mentum non nisi post mortem demum testatoris valere perfectionemque suam accipere, *l. qui hæreditatem 19 & l. nemi-
28 nem 27. de acquir. vel omitt. hæredit.* propterea quod † eius voluntas vsque ad obitum ambulatoria & reuocabilis est, *l. quod si iterum 4 ff. de adimend. vel transfer. legat. l. 1. C. de sacrosanct. Eccles. capit. cum Martha. 6. § nouissimum etenim.* ibique gloss. super vers. non valet *de celebrat. missar.* in tantum, vt nemo †
29 eam sibi legem dicere possit, vt à priori voluntate non recedat,
30 *l. si quis 32. in princ. ff de legat 3.* Hinc † testamentum vocatur iudicium mortuorum, *l. quoniam 15. C. de testament. suprema voluntas, leg. cum hi status 32. §. si oratio 2. ff de donat. inter vir. & uxor.* supremum & postremum iudicium, *leg. milites 5. C. de religios. & sumpt. funer. dict. leg. quoniam 15. & leg. omnium 19 C. de testament.* morientis supremum arbitrium, *leg. nelumus 20. C. eod.* item vltimum elogium, *leg. furiosum 19. in princ. C. qui testament. fac. poss. leg. cum furiosi. leg. cum lege 56. C. de episc. & cleric.* Reusn. *prædicto tract. de testament.*
31 *part. 1. cap. 1. numer. 10.* Quin † & hoc illa definitionis verba indicant: sufficere consensum eius, qui testamentum condit ad testamentum faciendum: quo nomine à contractu testamentum discernitur. Etenim contractus mutuo duorum consensu constat, *l. 1. § 2. & 3. ff. de pact. l. si & me 12. de reb. credit.* At testamentum ab vnius consensu pendet, nec in alienum arbitrium confertur, *leg. 1.* vbi Gothofred. *D. de legat. 2. leg fideicommissa 11. § quanquam 7. D. de legat. 3. leg. utrum 7. §. 1. D. de rebus dub. leg. nonnun-
32 quam 52. D. de condit. & demonstrat.* Et † propterea appellatione testamenti non continetur contractus, nec appellatione contractus testamentum *leg. verba contraxerunt 20. D. de verb. signific.* Duaren. *ad tit. ff. qui testam. fac. poss. cap.* quid sit testamentum ante finem. Harprec.

QVÆSTIO II.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Quo iure introducta fuerit testamenti factio.*

Ex Additionibus.

1 *Recensentur Auctores, qui statuunt, testamentum iuri ciuili adscribendum.*
2 *Auctores, qui concludunt, testamentum quoad originem, & inuentionem iuris gentium; quoad formam vero, iuris ciuilis esse.*
3 *Huius scientiæ fundamenta, & rationes.*
4 *Illud, quod confirmat, nihil noui, aut proprij tribuit.*
5 *Quisque dominus liberam habet de rebus suis disponendi facultatem.*
6 *Dispositio per vltimam voluntatem fauorabilior dispositione inter viuos.*
7 *Beneficia iure ciuili quæsita quilibet paciscendo amittere potest.*
8 *Facultas testandi nulla conuentione amittitur.*
9 *Coniunctio maris, & feminæ, cui iuri adscribatur.*
10 *Ius succedendi ab intestato est iuris gentiũ, & naturalis.*
11 *Princeps potest tollere, quæ sunt iuris ciuilis.*
12 *Forma dat esse, & originem rei.*
13 *Forma testandi quatenus debeatur iuri ciuili.*
14 *Beneficia iuris ciuilis quæ.*
15 *Legata, & fideicommissa quas actiones pariant.*
16 *Effectus huius quæstionis, vtrum iure ciuili, an gentium testamentum sit introductum.*
17 *Vnum ius ciuile tollit alterum.*
18 *Iura gentium semper immutabilia.*
19 *Princeps ex plenitudine potestatis nequit derogare priuatorum testamentis.*
20 *Princeps sine iusta causa alicui ius quæsitum auferre non potest.*
21 *Suprema hominũ iudicia exitũ habere, publice expedit.*
22 *Liber debet esse stylus vltimæ voluntatis.*

QVæro, quo iure introducta sit testamenti factio; 1
a Respon. Aliqui simpliciter dicunt, quod testa- a
mentum est *b* de iure ciuili, & dicit Guliel. de Bened. b
in prima parte, repet. cap. Raynutius, fol. 159. n. 2. de testam. quod ita communiter tenetur. Ita etiam tenere communiter Doctores attestatur Por. *Instit. de testa. in pri. n. 11.* Tu dic, quod testamentum ipsum inuentione est
c de iure gentium, sed solemnitates, in eo requisitæ, c
sunt inuentæ à iure *d* Ciuili, & Prætorio. Et hanc opi- d
nion. quod testamentum sit de iure gentium, tenuit Bart. *in l. interdum, nu. 7. de condict. indebit.* quam etiam dicit esse magis communem Cornel. *in leg. si testamentum, n. 2. & 3. C. de testa.* Ias. *in repet. leg. admonendi, post n. 184. vers. subdit tamen, ff. de iureiurand. & in d. l. interdum n. 4.* quem refert Didac. *lib. 3. Resolution. cap. 6. n. 7.* & dicit Iohan. Annib. *in repe. leg. nemo potest, ff. de leg. 1. n. 189.* quod ita concludunt communiter Doct. *e* Vide- e
mus enim quod antequam esset introductum ius ciuile, apud antiquissimas gentes erat in vsu, vt patresfamilias de rebus suis in casum mortis, ad eum libitum disponerent. Et licet postea ius ciuile introduxerit solemnitates, quæ ad testamenta conficienda requiruntur, tamen inuentio (vt dixi) ipsius testamentum fuit introducta à iure gentium. Neque putes, quod hæc quæstio sit prorsus inutilis, quia immo est *f* maximi ef- f
fectus. Nam si testamentum est de iure *g* gentium, non g
poterit princeps auferre dominium alicui quæsitum ex testamento; quod tamẽ facere posset, *h* si esset de iu- h
re ciuili, vt declaraui supra, *lib. 2. §. Princeps.*

ADDI-

ADDITIONES.

a *Testamenti factio.*] An testandi facultas à natura sit, vel à lege tributa, adeo vt sine legis permissione non liceat hominibus testari, hoc est in illud tempus de rebus suis disponere, quo domini esse desierunt, vide Plat. *libr. 11. de legibus.* Goueau.

b *De iure ciuili*] Adde huius † sententiæ plures Auctores, Accursium *in l. 1. in verb. ciuitatu nostra, ff. de acquir. rer. domin. & in l. sunt quidam 17. in verb. non habent, ff. de pœn. & in l. 1. in verb. non possunt, C. de heredib. instit.* ibique Bald. Salicetum, Fulgosium & Franciscum Aretinum: Alciatum *in l. Gallus 29. in princ. num. 1 ff. de liber. & posthum. hared. instit.* & ibidem Marcum Aquilinum *in §. & quid si tantum 5. num. 62.* Paulum de Castro *in l. 3. num. 3 ff. qui testam. fac. poss.* Fernandum Vasquium *de testator poten. § 1. circa princ.* Bellonum & Tobiam Nonium *in princ. num 7. & 11. Instit. de testam. ordin.* Guliel. Forsterum *libro secundo disput. 12 thes. 3.* Goeddæum *in comment. de contrah. & committ. stipulat. cap. 2. concl. 1. num. 22.* Ant. Fabium *par. 2 de erroribus pragmaticor. Decad. 36. err. 2.* Hœnonium *disp. 7. controuers. 1.* Matthiam Stephani *cent. 2. q. 51.* Martinum Schikardum *disp. 7. thes. 1. lit. B.* Harprec.

2 c *De iure gentium*] Hanc † Iulij Clari assertionem, præter Doctores ab eo laudatos, sequuntur Viglius *in §. sed prædicta. 2. num. 4 & seqq. Instit. de testam. ordin.* Theophilus *in §. ius autem ciuile 1. Instit. de iur. nat. gent. & ciu.* Connanus *lib. 9. Comment. iur. ciu. c. 1. n. 3.* Cramerus *disputat. 11. posit. 9.* Gutierrez *in l. nemo potest 55. n. 79 ff de legat. 11.* Turzan. *in thesaur. commun. opin. in dictione, testamentum, n. 1. & 2.* Villalobus *in eadem dict. num. 20.* & Soarez, *nu. 11.* Duarenus *ad tit. ff qui test. fac. poss. cap. 1. versic. hinc tractatur quæstio, &c.* Pinel *in rubr. C. de rescind. vendit. part. 1. cap. 1. num. 23.* Vulteius *in § sed ut nihil 1. n. 1. Instit. de test. ord.* Arumæus *exercitat. Iustin. 7. thes. 3.* Schneidewvinus *num. 12. cum seq.* & Petr. Ricciat. *num. 153. ad princ. Instit de testam. ordin.* Treutler. *vol. 2. disput. 10. thes. 1.* Dauth. *in tract. de test. num. 82.* Angel. Matheac. *lib. 1 de Via iur. cap. 34. nu. 16.* Hilliger *in Donello enucleat. lib 6. cap. 4 lit. A.* Hackelman. *disput. illust. 16. thes. 1.* Reusn. *in tract. de test. part. 1. cap. 4. num. 1. & 17.* Cuiac. *ad l. 1. & 3. ff qui testa. fac. poss.* Paulus Betens *disput. 6. ad Instit. them. 1. quæst. 1.* Heyman. Meyster. *in tract. de testamentar. successionib. lib. 1. tit. 2. num. 1.* Andr. Gerhard. *Exercitat. Iustin. 7. quæst. 1.* Iacob. Pickius *in tract. de vnione prol. c. 3. nu. 44.* Hier. de Cæuallo *in speculo aur. opin. comm. contra comm. q. 512.* Gilkenius *in tract. de præscriptionib. part. 3. cap. 3. num. 150. cum seqq. & ad l. 1. C. de hæred. instituen. num. 5. & seqq.* pluresque alij, ab his citati Har.

d *A iure ciuili.*] Item quod testamentum origine sit de iure gentium, licet eius forma sit de iure ciuili, commune, vide plene per Hipp. Rimin. *in princip. Instit. de donat. num. 184.* vbi retulit Coras. dicentem toto (vt aiunt) cœlo aberrare, qui contra tenent.

3 e *Videmus enim, &c.*] Præter hanc † rationem afferuntur & aliæ, quibus ostenditur, testamentum quoad originem suam & inuentionem, iuris gentium; quoad formam vero & solemnitatem, iuris ciuilis esse.

4 Primo † enim id, quod confirmat, nihil noui aut proprij tribuere intelligitur. *l. & quia 6. ff. de iurisd. c. cum inter 13. de sent. & re iudic. c. cum dilecta 4. de confirmat. vtili vel inutili.* Ius autem ciuile eam hæreditatem, quæ testamento defertur, confirmat, *l. lege obuenire 130 ff de verbor. significat.* Ergo ius ciuile nihil proprij tribuit testamento: & consequenter testamentum non ex iure ciuili, sed ex communi omnium gentium iure descendit. Deinde † quisque dominus iure gentium liberam habet

5 de rebus suis disponendi facultatem inter viuos, *§. per traditionem 40. Instit. de rer. diuis. l. in re mandata 21. C. mandat.* Multo igitur magis eodem iure quilibet potestatē habere debet de rebus suis per vltimam voluntatem disponendi: cum † dispositio

6 per vltimam voluntatem longe fauorabilior sit dispositione inter viuos, *argum. totius tit. Instit. de leg. Fuf. Canin. tollend.* † Insuper quilibet beneficia, iure ciuili quæsita paciscendo amittere

7 potest, *l. penult. C. de pact.* Atqui † facultas testandi nulla conuentione, aut renunciatione amittitur, *l. pactum. 15. C. de pact. l. vlt. ff. de suis & legit. l. hereditas 5. C. de pact. conuent.* Adhæc †

8

9 qua ratione maris & feminæ coniunctio iuri naturali adscribitur, *in princ. tit. Instit. de iur. nat. gent. & ciu.* quamuis forma coniunctionis ex iure ciuili descendat, *initio tit. Instit. de nuptiis. tit. ext. de sponsalib.* eadem quoque ratione testamenta, quæ originem suam à iure gentium, formam autem à iure ciuili acceperunt, non iuri ciuili, sed iuri omnium gentium adscribi debent.

10 Præterea † cum ius succedendi ab intestato iuris sit gentium & naturalis, propter votum, ac voluntatem parentum. *l. nam etsi 15. in princ. ff. de inoffi. testa. l. cum ratio 7. in princ. ff. de bonis damnator. l. scripto 7. in fine ff. vnde liberi. l. vlt. C. quorum bonor. cum naturale 7 dist 1.* Eidem iuri naturali omnino consentaneum est vt expressa etiam voluntas decedentis rata habeatur Deni- 11
que † cum princeps possit tollere ea, quæ iuris ciuilis sunt *arg. l. princeps 31 ff. de legib.* non tamen possit testamentum iure perfectum rescripto suo rescindere, *l. si testam. 10. C. de test.* inde consequens est, testamenti factionem, ipsumque testamentum ex iure gentium, non ex iure ciuili originem habere.

Huicque vetustissimæ, & crebrioribus DD votis receptæ sententiæ non aduersatur, quod † forma dat esse, & originem rei, *l. Iu- 12
lianus 9 §. sed si quis in fi. ff. ad exhibend. l. si is, qui 89. §. 1. ad leg. Falcid. d. l. cum hi 8. in princ. & §. si prætor. 17. ff. de transactionib. l. mulieris 13. ff. de verb. signif.* Testamenta autem formam ex dispositione iuris ciuilis accipiunt, *l. hac consultissima C. de testa.* Proinde testamenta iuris ciuilis esse putantur. Nam † licet for- 13
ma testamenti condendi inter ciues Romanos iuri ciuili debeatur, vna cum suis beneficiis, *l. 1. ff. ad l. Falcid.* aliud tamen fuit in testamentis nationum externarum, quæ iure gentium, & propria forma conficere testamenta potuerunt: vt fuerunt Græci, Syri, Ægyptij, &c. Hos enim ante constitutionē Imp. Antonini, *l. in orbe 17. ff. de stat. hom.* testamentum facere potuisse, non dubitandum est: etsi eorum in testamentis beneficia † iuris ci- 14
uilis locum habuisse probabile non videatur: veluti ius accrescendi *l. triplici. 142. ff. de verb. sign.* dominij, sine apprehensione possessionis, transferendi. *l. cum heredes 23. in princ. ff. de acquir. vel amitt. possess. quacunque lingua testandi, d. l. hac consultissima 21. §. fi. C. de test. legis Falcidiæ, d. l. 1. ff. ad l. Falci. senatusconsulti Trebelliani, l. 1. ff. ad S. C. Trebell.* certæ portionis duntaxat filiis, aut hæredibus institutis relinquendæ, & de ceteris bonis libere disponendi, *d. l. 1. ff. ad l. Falc. l. verbis 120. ff. de verb. sign. l. parentibus 8. C. de inoffic. test. Nouell. 22. ver. disponat.* item quod legata 15
& fideicommissa nedum actionem in personam, sed etiam in rem, & hypothecariam pariat, *l. 1. & 2. C. communia de legat. & fideicom.* Reliqua plura, quæ huic assertioni opponi solent, argumenta abunde refutauimus, *ad princ. tit. Instit. de test. ordinand. nu. 76. & seqq.* Harpr.

Est maximi effectus.] Adde rationem: quia † si affirmetur, te- 16
stamentum introductum esse iure ciuili, poterit statuto disponi, vt nemo condere testamentum valeat: cum † vnum ius ciuile tollat alterū, *arg. l. nihil tam naturale 35. D. de reg. iur.* Si vero dicatur, iure gentium illud introductum esse: non poterit statuto 18
tolli testamenti factio: cum † iura gentiū semper firma permaneant, & iure ciuili tolli haud queāt, *§. pen. Instit. de iur. nat. gent. & ciu.* Huic consequens est, ne quidem † Principem ex plenitu- 19
dine potestatis priuatorum testamentis derogare, aut succedendi modum à testatore ordinatum alterare, vel immutare posse, *d. l. si testam. 10. de test. l. rescripta 7. C. de precib. Imp. offeren. l. si donationem 5. C. de reuoc. donationib.* Huiusque ratio est perspicua. Tum † quia ea, quæ iuris gentium sunt, à Principe sine iusta 20
causa immutari nequeūt *d. §. pen. Instit. de iur. nat. gent. & ciu. l. omnes populi 9. D. de instit. & iur.* Tū quia iniuriosum est, & indignum maiestate regnantis, alicui quæsitum ius vigore cuiusdam rescripti auferre, *arg. l. id quod nostrum, D. de reg. iur. l. cum te 9. C. de don. ante nupt. l. ius ciuile 12. C. de rei vindic.* aut contra ius, cum alterius iniuria, vana, atque inania beneficia conferre, *l. nec auus 4. C. de emancipat. liber.* maxime † cum publice expe- 21
diat, suprema hominum iudicia exitum habere, *l. vel negare 5. ff. de test. quemad. aperiant. l. 1. in princ. D. si quis omissa caus. testam. &c.* nec † quicquam magis hominib. debeatur, quam vt supre- 22
mæ voluntatis, postquam iā aliud velle non possunt, liber sit stylus; & licitum, quod iterum non redit, arbitrium, rescribente Constantino Imp. *in l. 1. C. de sacros. Eccl.* Atque ea de re videantur Fernand. Vasq. *lib. 1. contron. illustr. cap. 5. nu. 21.* Didac. Couar. *lib. 3. var. resolut. cap. 6. n. 1. & seq.* Pinel. *in rub. C. de rescin. vend. part. 1. cap. 2. nu. 16.* Gail. *lib. 2. obseru. 58. num. 9.* Dec. *consil. 357. num. 5. & consil. 557. num. 4. &c.* Reusn. *part. 1. de test. cap. 4. nu. 3. & seqq.* Menoch. *consil. 20. n. 1. & consil. 321. nu. 35.* Franc. Mantica *lib. 11. de coniect. vlt. volunt. tit. 12 nu. 32.* Cephal. *consil. 111. nu. 38. & consil. 186. nu. 37.* Mich. Graff *lib. 1. recept. sent. §. 1. nu. 8.* & Pruckman. *in tract. de regalib. ca. 4. memb. 3. effect. 8.* vbi plures vtramque in partem allegat. suspiei quoq; poterunt illa, quæ de Principis potestate fusius annotaui *ad prin. tit. Instit. de rer. diuis. nu. 95. & multis sub seqq.* Harp

g *De iure gentium.*] Et in testamento facto inter liberos, quod omnis solemnitas iuris ciuilis, & positiui remissa censeatur, solaque iuris gentium solemnitate in illo seruata, commune vide per Beto *in q. 36. n. 5.* quod etiam dixi *in collecta mea commun. opin. verb. testamentum, n. 41.* Giach.

h *Posset.*] Eruditissime Ari. Pinel *in 1. part. rub. l. 2. C. de resc. ven. c. 2.* eorum sententiam explodit, qui dominium iure ciuili quæsitum facilius per principem adimi posse existimant. Goueau.

QVÆSTIO III.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Quot sint genera testamentorum.*

Ex Additionibus.

1 *Quæ olim testamentorum genera.*
2 *Testamentum aliud solemne, aliud minus solemne.*
3 *Solemne vel scriptum, vel nuncupatiuum dicitur.*
4 *Solemne scriptum testamentum quid.*
5 *Solemne nuncupatiuum testamentum quid.*
6 *Minus solemne testamentum quid, & quotuplex.*
7 *Paganum quid.*
8 *Militare testamentum quid.*

1 a QVæro, quot sint genera Testamentorum? Respond. a quod multæ possunt enumerari diuisiones testamentorum, tam respectu formæ, & solemnitatis in eis requisitæ, quam priuilegiorum; quæ siue propter personam eius qui condit testamentum, siue eius qui in testamento hæres instituitur, siue propter causam, in quam aliquid relinquitur, ipsis testamentis à iure communi concessa sunt. Respectu formæ dicimus, quod aliud est testamentum in scriptis, aliud est testamentum nuncupatiuum, *de quibus infra q. 4.* Respectu priuilegiorum habes, quod aliud est testamentum conditum ad pias causas, aliud conditum ad profanas, *de quib. infra q. 6. & 7.* Aliud est testamentum conditum inter liberos, aliud conditum inter extraneos, *de quibus infra quæst. 8. & seq.* Aliud est testamentum militis, aliud testamentum pagani, *de quibus infra q. 15.* Aliud est testamentum cæci, aliud non cæci, *de quo dixi infra q. 17.* Solemus etiam dicere, quod aliud est testamentum validum, siue solemne; aliud inualidum, siue minus solemne; de quibus multa dicemus *in discursu materiæ, & maxime q. 89. & seq.*

ADDITIONES.

a MVlta possunt enumerari diuisiones testamentorum.] Adde † quod ex antiquis illis tribus testamentorum generibus
1 (quorum vnum calatis comitiis, alterum in procinctu, tertium per æs & libram fiebat, de quib. *in §. sed vt nihil antiquitatis, 1. Institut. de test. ordinand.* ibique Theophilus, Viglius, Mynsingerus, Borcholt, Heigius & alij de quo inspiciantur. A. Gellius. *lib. 15. noct. Attic. c. 27.* M. Cicero *lib. 1. de Orat. & li. 1. de natura Deor.* Plutar. *in Coriolano.* Vlpian. *in fragm. Instit. tit. 20* Corasius *lib. 5. Miscellan. iur. ciu. cap. 12.* Connan. *li. 9. Commentar. iur. ciuil. cap. 1. nu. 4.* Petr. Gregorius *lib. 42. syntagmat. iuris vniuers. capitul. 3.* Forcatul. *Neciomant. Dialog. 14.* & Hilliger. *in Donello enucleat. lib. 6 cap 6 ad lit. B*) sublatis & abolitis, alia duo Diuo-
2 rum Principum constitutionibus conformata defluxerunt: solemne, scilicet, & minus solemne. Dominicus Arumæus *exercit. Iustin. 7. th. 4* D. Obrecht. *disput. 19. de success. testamentar. th. 115.* Quorum † illud vel scribitur, & scriptum; vel viua voce nomi-
3 nato hærede nuncupatur, & nuncupatiuum dicitur, *§. sed cum paulatim 3. & § fin.* ibique Doct. *de testam. ordinan. l. hæredes palam 21. ff. qui test. fac. poss. l. hac consultissima 21. in princ. & § per nuncupationem, l. in testamentis 26. & l. iubemus 29 C. de testa.* Solemne † scriptum testamentum est, in quo hæredis nomen
4 scribitur: quodque septem testium subscriptionibus, & signaculis vnico contextu celebratur, *d. §. sed cum paulatim 3. Instit. de test. ordinan.* Solemne † nuncupatiuum testamentum est, quo
5 hæredis nomen palam, & aperte coram septem testibus nuncupatur, & vnico contextu absoluitur, *d. §. fin. Instit. d. tit. d. l. hæredes palam 21 ff qui testa. fac. poss. d. l. hac consultissima 21. §. 2. & d. l. iubemus 24 C. de test.* Donel. *li. 6. Commentar. de iur. ciuil. c. 10.* Minus † solemne testamentum dicitur, quod certa quidem,
6 at non communi, & consueta iuris testamentarij forma conficitur. Hocque vel paganum perhibetur, vel militare. Paganum † est, quod fit à paganis, ea forma, quæ singulari iure est consti-
7 tuta. D. Obrecht. *d. disput. 19. thes. 162.* vt est testamentum à rusticis, vel à parentibus inter liberos, vel ad pias causas, &c. confectum; de quibus suis locis copiosius acturi sumus. Militare † te-
8 stamentum est quo miles in expeditione constitutus, quoquo modo de rebus suis disponit, quid de iis post mortem suam fieri velit, *l. 1. ff. de test. milit. l. 3. C. eo in tit. in. de Instit. de milit. testam.*

Item adde ad hanc quæstionem videndum Nicol. Reusn. *in tract. de testa. p. 1. c. 11.* & Ioh. Dauthium *in tract. de test. n. 119. & seq. pag. mihi 115.* qui varias testamentorum diuisiones diligenter recenset. Harp.

QVÆSTIO IV.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Quid differat Testamentum nuncupatiuum à testamento in scriptis.*
2 *Et an testamentum conditum ab eo, qui volebat testari in scriptis non seruatis solemnitatibus requisitis, valeat vt nuncupatiuum.*
3 *Et an testamentum factum per relationem ad aliquam schedulam testibus non lectam, valeat.*
4 *Et quid si Notarius per errorem apposuerit clausulam, quod non valeat nisi iure codicilli, an sustinebitur in vim testamenti.*

Ex Additionibus.

1 *Testamentum nuncupatiuum vnde sic appelletur.*
2 *Nuncupatiuum testamentum quæ habeat cum scripto communia, quæ item singularia.*
3 *In testamento nuncupatiuo testator voluntatem suam testibus reuelare cogitur: non item in scripto.*
4 *Si testator plures hæredes palā nūcupare voluerit, & quibusdā nuncupatis, priusquā ceteros exprimeret, obmutuerit, an testamentum eius saltem ex parte subsistat.*
5 *Mens & sententia l. iubemus. 29. C. de testam.*
6 *Separatorum separata ratio.*
7 *An testamentum factum ab eo, qui volebat testari in scriptis, non seruatis solemnitatibus requisitis, valeat vt nuncupatiuum, remis.*
*7 *Testamenta duo si reperiantur, vnum publicum, alterum priuatum, cui standum.*
8 *Nunquid testamentum factū per relationem ad aliquam schedulam testibus non lectam, subsistat, remissiue.*
9 *Hæredis institutio descripta in schedula, quæ penes aliquem reperitur, an valeat.*

DIxi, quod aliud est testamentum conditum in scriptis, aliud nuncupatiuum. Scire debes, quod testamentum in scriptis est, in quo interueniunt solemnitates requisitæ *in l. hac consultissima. in princ. C. de testam.* 1
a Nuncupatiuum autem est illud, quod conficitur per nuncupationem sine scriptis iuxta formam, de qua *in l. hac consultissima, § per nuncupationem.* & intellige, quod omne testamentum, in quo non sunt seruatæ solemnitates positę *in d. l. hac consultissima in princ.* dicitur nūcupatiuum, etiamsi sit in scripturam b redactum: prout quotidie fieri videmus per Notarios, qui testamenta, de quibus sunt rogati, in publica instrumenti forma conficiunt. Nam nihilominus dicuntur nuncupatiua & sine scriptis, ex quo eo casu scriptura non interuenit pro forma, sed solummodo ad faciliorem probationem. Possent enim etiam sine scriptura confici, & per testes solos probari, vt dixi *infra lib. 6.* a b

Sed c quæro: Pone, quod aliquis velit testari in scriptis, & testetur, sed non sint in confectione ipsius testamenti seruatæ aliquæ ex solemnitatib. requisitis ad testandum in scriptis iuxta dispositionē *d. l. hac consultissima. in pr.* puta, quia omnes testes non subscripserunt, vel eorum sigilla non apposuerunt, nunquid d tale testamentum valebit saltem iure testamenti nuncupatiui? Resp. quod sic. Ita tenet Bar. *in l. fi. ff. de iure codicill.* prout illū refert Gozad. *cons. 3. n. 11.* qui dicit, quod ita est communis opin. scribētium. Sed certe iudicio meo Goza. fallitur in allegato cons. neque Bart. aut Dd. per eum allegati hoc dicunt, propterea tenenda est opin. Bar. *in d. l. in fi.* distinguentis post Dy. *ibi*, quod scil. aut constat, quod testator voluit testari in scriptis, & si deficiant 2 c d

ficiant solemnitates requisitæ, non sustinetur testamentum, neque etiam iure testamenti nuncupatiui. Aut non constat, & tunc licet ceperit testari, vt in scriptis, valet nihilominus, vt nuncupatiuum. Sumenda est enim semper illa interpretatio, per quam actus sustinetur, nisi voluntas testatoris deficiat. Et ita sentiunt fere omnes DD. in hac materia loquentes.

3 Sed e pone: Aliquis scripsit manu sua, vel etiam scribi fecit ab alio suam vltimam voluntatem: deinde coram septem testibus dixit illud esse suum testamentum, & quod ita disponebat de bonis suis, vt legebatur in ipsa scriptura, quæ tamen testibus lecta non fuit: Quæro, f nunquid tale testamentum valeat? Resp. si ageretur de legato, aut alio relicto particulari, res non haberet magnam difficultatem, quia satis esset, quod appareret de voluntate disponentis relata ad illam scripturam, iuxta vulgatam doctrinam Bart. *in l. si ita scripsero, n. 1. ff. de cond. & demonst.* de qua dixi supra, §. *legatum.* Sed maior est difficultas g in institutione hæredis vniuersalis. Quia non videtur posse valere, vt testamentum in scriptis, ex quo non sunt seruatæ solemnitates subscriptionum, & sigillorum. Non videtur etiam posse valere, vt nuncupatiuum, ex quo testator voluntatem suam testibus non manifestauit, prout requiritur *in d. §. per nuncupationem.* Contraria tamen h tenenda est, quod scilicet valeat in vim testamenti nuncupatiui. Satis enim videtur testator suam voluntatem testibus manifestasse, saltem implicite, per relationem ad illam schedulam, siue scripturam. Ita tenet Alexan. *cons. 177. n. 6. lib. 2.* Et hanc esse magis communem opi. attestatur Bello. *cons. 85. n. 21. & dixi infra. q. 36. versic. sed quid si testator.* i Consulo tamen, quod testator faciat per Notarium à tergo ipsius schedulæ, vel scripturæ clausæ apponi tempus, & nomina testium, & rogitum, ne postea contingat dubitari circa identitatem scripturæ. Et ita obseruauit Illust. D. Vicecomes Senator, cuius testamentum in hac forma confectum fuit superioribus mensibus apertum in Senatu.

4 Non omittam hoc loco vnam quæstionem, quæ proximis annis contigit in quodam oppido huius Dominij. Quidam testator vocato Notario, & septem testibus in modum condendi testamenti solemnis, fecit legata, instituit hæredem vniuersalem, cum ore proprio nominando, & deinde Notarius imperitus forte volens apponere clausulam codicillarem, scripsit in hæc verba: Quod quidem testamentum, & vltimam voluntatem præfatus testator voluit, & vult valere iure codicillorum, vel donationis causa mortis, & non aliter, nec alio modo. Fuit diu disputatum, an tale testamentum posset sustineri in vim testamenti. Et hinc inde fuerunt producta multa Consilia illustrium virorum: quia ille testator licet esset rusticus, erat tamen diues, & pecuniosus. Ioan. And. *in addit. ad Specul. de instrum. edit. §. compendiose, sub n. 17. in verbo, codicillum.* refert Pyl. disputasse similem quæstionem, *vt ibi per eum*, & tenet, quod valeat de iure codicillorum tantum, non autem iure testamenti. Idem tenuit Paul. de Castr. *in l. nemo potest, n. 4. ff. de leg. 1.* & dicit Claud. *in ead. l. nemo potest, n. 10.* quod ita communiter concluditur. Ego in dicta causa consului contra communem opinionem, quod imò deberet valere iure testamenti, attento quod apparebat illa verba fuisse apposita ex errore, & imperitia Notarij: & in terminis allegabam multas decisiones Doct. sed omnia paruũ profuerunt: nam deinde intellexi, quod hæres ab intestato obtinuerat declarari, quod non valeret nisi de iure codicillorum: & male, iudicio meo.

ADDITIONES.

1 Nuncupatiuum.] Adde, quod † testamentum nuncupatiuum inde sic est appellatum, quod testator palam coram septem idoneis testibus ad id nominatim rogatis, nullo alieno actu interposito, hæredis nomen, totamque suam voluntatem nuncupet siue exponat. *§ 14. Instit. de testa. ordinand. l. hæredes palam 21. ff. qui test. fac. poss. l. hac consultissima 21 §. per nuncupationem, 2 & l. iubemus 29. C. de testam. late* Reusner. *in tract. de testam. par. 3. c. 29 num. 2.* Ex quo haud obscurè liquet: nuncupatiuum hoc † testamentum non solum cum scripto habere commune, 2
vt septem idonei & rogati testes adhibeantur, testatioque vno contextu fiat: sed etiam duo habere singularia: primum, quod fieri possit sine vlla scriptura, vel subscriptione, aut subsignatione testium, alterum, quod fiat nuncupatione: quæ in eo vertitur, vt testator vltimam voluntatem suam palam, hoc est, clare & intelligenter, ita vt à testibus exaudiri possit, nuncupet, atque declaret, Donel. *lib. 6 Comment. de iur. ciu. c. 10. pag. 19.* D. Obreche. *disp. 9. de success. test. th. 155. & seq.* Itaque † in nuncupatiuo hoc 3
testamento testator voluntatem suam testibus reuelare cogitur: in testamento autem scripto celare potest, *d. l. hæredes palam. 21. ff. qui test. fac. poss. d. l. hac consultissima 21. in princ. & §. per nuncupationem 2. C. de test.*

Quia vero ex supra dictis colligere promptum est, testamentum † nuncupatiuum vno contextu temporis, vnoque actu con- 4
tinuo fieri debere: non abs re quæritur, si testator plures hæredes palam nuncupare voluerit, & quibusdam nuncupatis, priusquam ceteros exprimeret, obmutuerit, hoc est, in sermone defecerit, vi morbi subita, siue epilepsia, siue apoplexia impeditus, ita vt nihil amplius proloqui potuerit: verum testamentum eius, saltem ex parte, valeat? Et nulla ex parte valere, responsum est *in l. si is, qui 25 ff. qui test. fac. poss.* Huiusque euidens est ratio: quia non reputatur testamentum, nisi sit suprema voluntatis contestatio, *l. 1. ff. qui test. fac. poss.* Atqui supremam voluntatem pro parte testatam, pro parte intestatam relinquere non possumus, *l. ius nostrum 7. ff. de reg. iur.* Cui † non refragatur *d. l. iubemus* 5
24. C. de test. vbi dum expressum est, pluribus testamento hæredibus scriptis, quamuis aliquid hæredes non sint proprio testatoris chirographo subnotati, eos tamen hæredes fore, qui scripti sint manu testatoris: dicendum eadem ratione videtur, si testator quorundam hæredum nomina ipsis testibus nuncupauerit siue exposuerit, quorundam reticuerit, eos solos, qui nuncupati sunt, succedere. Non, inquam, lex ista refragatur. Præterquam enim, quod ius illud de nominibus hæredum à testatore propria manu, vel testium, scribendis, abrogatum est. *Nouell. l. 9. c. 9.* loquitur etiam allegata lex in alio plane dissimili ac diuerso casu. Separatorum † igitur separata est ratio, l. Papinianus 20 *ff. de mu-* 6
nerib. 25. annu. l. vlt. ff. de calumniat. l. qui fundum 7 §. 1. ibi, proprium ac separatam conditionem habent, ff. pro empt. Nam *in d. l. si is, qui 25 ff. qui test. fac. poss.* idcirco nulli sunt hæredes; quia testator testamentum quidem facere cœpit, sed non perfecit, id est, voluntatem totam non nuncupauit. Ast *in d. l. iubemus 29. C. de testam.* propterea quidam hæredes manent: quoniam testator testamentum perscripturam perfecerat, & omnes, quos voluit esse hæredes, scripserat: sed non omnium hæredum nomina proprio chirographo subnotauerat aut nuncupauerat: & sic rectè Imperator censet, † non totum testamentum per hoc infirmari: sed 7
eos duntaxat hæredes, qui subnotati, aut nuncupati non sunt, ab hæreditate repelli. Ita bene explicat Nicolaus Reusner. *d. trac. de testam. par. 3. c. 29. n. 25.* Harprec.

h *Redactum.*] Quando duæ † scripturæ testamenti reperiuntur, vna publica & authentica, altera vero priuata, & protocollum eorum reperitur, cui sit standum? vide per Cæphal. *consil. 238.* Giach. *7

c *Sed quæro.*] De hac quæstione (an testamentum conditum ab eo, qui volebat testari in scriptis, non seruatis solemnitatibus requisitis, valeat, vt nuncupatiuum) omnino videndi sunt Fernand. Vasquius *in tract. de success. lib. 2 §. 1. n. 11. & seq.* eumque referens Iac. Menoch. *in tract. de præsumptione lib. 4 part. 2. præsumpt. 2. n. 14. & seq.* vbi tres casus accuratè distinguit, & declarat. Harprec.

d *Tale testamentum*] Vide de hac quæstione Thom. Gram. *decis. 62. n. 24 & 25.* Afflict. *dec. 43.* Soc. *cons. 175. vol. 2.* Cæphal. *cons. 99. n. 16. vol. 1.* Ias. *in l. hac consultissima § per nuncupationem, C. de test.* Gouean. 8

e *Sed pone aliquis scripsit, &c.*] Adde † de ista quæstione (an testamentum factum per relationem, ad aliquam schedulam, testibus non lectam, subsistat) diuersimode sentientes Viglium *nu. 2.* & Mynsing. *nu. 3. in §. vlt. Instit. de test. ordinand.* Dn collegam Bocerum *class. 3 disput. 2. thes. 48 edit. 2.* Arumæum *Exercit. Instin. 8. th. 5.* Reusn. *d. cap. 29. num 18. & 27* Hartmanum Pistor. *lib. 1. quæst. iur. q. 1. num. 10.* Mascar. *in tract. de probationib. vol. 3. conclus. 1352. num. 73.* Calcan. *consil. 90. n. 5.* Gozad. *cons. 3 num. 16.* Paris. *cons. 19. num. 26. vol. 3.* Couar. *in c. cum tibi num. 5 de testam.* Alciatum *cons. 126. nu. 1. & 2. lib. 9.* Grassum *lib. 1. receptar. sent. § institutio. q. 16. nu. 3.* Manticam. *de coniectur. vltimar. volunt. lib. 4 tit. 3. num. 11.* Ant. Gabr. *lib. 4 commun. concl. tit. de testam. concl. 11. num. 4.* Boer. *decis. 249.* Thadeum Pisonem *libr. 2.* [illegible]

variar.resolut.c.2.nu.2.& alios plures, ab his designatos. Harprec.

f *Nunquid tale testamentum valeat.*] Quod valeat de generali consuetudine, dixi in sing. meis *sing. 280. vt ibi.* Giach.

g *In Institutione.*] Quid si testator dixit, instituo illũ, cuius nomen est descriptum † in quadam mea schedula, quam deposui
9 penes Guardianum obseruatiæ B. Francisci, an valeat? quod sic vi per Ang. de Aret. *in §.1.num.6. Instit. de testam. vbi Additio.* Andr. Gail. post alios dixit, quod si testator grauauerit hæredem dare illud, quod continetur *in d. schedula*, quam reliquit penes Guardianum, si recognoscatur, saltem per comparationem, hæres cogitur adimplere legata virtute testamenti, *secundum d. schedulam*, & tenuit Rim. Iun. *in cons.449. nu. 24* Et quid quoad institutionem, per eundem *cons.379.n.49.* Giach.

h *Contraria tamen opinio.*] Et hanc sequitur tum quoad legata, tum quoad hæredis institutionem, Soc. *in l. si ita. ff. de cond. & demonst.* Rub. *cons.14.* Couar *c. cum tibi, de testam. num. 5.* vide tamen trium casuum in hac quæstione distinctionem apud Rimin. *in l. Gallus §. & quid si tantum, num.77. ff. de lib. & posth.* & longe vberius Gabr. *de testam. conclus. 11.* vide Mich. Grass. *vol.3. commun. opin. lib.2 c.4. q 12 & 13.* Gouean.

i *Consulo tamen.*] Et est de testamento, in quo descripti sint septem testes, quando constat per publicum instrumentum, quod tale instrumentum legitime probatur, communem vi. per Soc. *in cons.229 col.3.* & vi. per Boer. *decis.14. in 2. dub. n. 16.* qui *sub n.20.* dat cautelam. Et de hoc dixi etiam *in collect. mea commun. opin. in verb. testamentum, n.4.* Giach.

QVÆSTIO V.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Ad pias causas vnusquisq; testari potest.*
2 *Et quid si alias sit inhabilis ad testandum.*
3 *Et quid in pupillo.*
4 *Et quid in prodigo.*
5 *Et quid in furioso.*
6 *Et quid in damnato ad mortem.*
7 *Et quid in filiofam.*
8 *Et quid si velit testari de bonis aduentitiis, in quibus acquiritur patri vsusfructus.*
9 *Et quid si relinquat aliqua legata aliis personis.*

Ex Additionibus.

1 *An pupillus pubertati proxim⁹, vt statuto, ita vt Principis priuilegio habitari possit ad testamentum faciendum.*
2 *Cur prodigo testamenti factio statuto, vel lege municipali indulgeri possit.*
3 *Dispositio iuris ciuilis tolli siue mutari potest lege municipali, aut principali.*
4 *Reipublicæ interest, ne quis re sua male vtatur.*
5 *Statutum, vt qualibet alia lex, sanctum & honestum esse debet.*
6 *Prodigalitas quales mores respiciat.*
7 *Regula de non abutendo rebus suis quando procedat.*
8 *Furiosus cur ad pias causas non possit testari.*
9 *Furiosi nulla voluntas.*
10 *Testamentum quid.*
11 *Furiosus dilucida internalla habens an, & quatenus testari possit.*
12 *Damnatus ad mortem testari nequit ad pias causas.*
13 *Quare filiusfamilias testamentum ad pias causas condere valeat.*

DIcebam etiam aliud esse testamentum conditum ad pias causas, aliud conditum ad causas profanas. Scire debes, quod ante *l.1. C. de sacros. eccl.* non licebat priuatis aliquid relinquere Collegiis, aut locis
1 piis. Fuit postea condita illa lex, per quam concessa
a fuit vnicuique facultas relinquendi huiusmodi locis a pijs ad sui libitum. Et ita communiter intelligitur dispositio illius legis.

2 Sed quia illa lex loquitur per verbum, vnusquisque, fuit dubitatum, nunquid etiam illi, qui aliàs erant inhabiles ad testandum, censerentur habilitati, vt possent testari ad pias causas? & aliqui dicebant, quod sic, vt illa lex aliquid operaretur. Sed teneto, quod ante illam legem non liceret relinquere locis pijs, satis videtur operari dispositio illius legis, etiam in his, qui erant habiles: & ideo tenẽdum est, quod inhabiles ad testandum non censentur per illam legem habilitati ad testandum ad pias causas, sed solummodo concessa facultas habilibus, vt possent relinquere Collegiis, & locis piis, Et ita tenuit gl. *in d. l.1. in verbo. Habeat.* & est cõmunis opi. vt dicit Ias. *ibi n.11. & seq. in lect.* Papien.

Hinc *b* infertur, quod pupillus, qui de iure communi testari non potest, etiamsi pubertati proximus sit, 3 b
neque etiam ad pias causas testari poterit. Ita tenet Bart. *in d. l.1.n.18. C. de sacros. eccl.* & ita tenent cõmuniter Doctores omnes, vt dicit Beisc. *in repet. d. l. 1. nu. 92. & seq.* ita etiam communiter teneri attestatur Abb. *in rub. de testam. num.9. in fi.* Hanc etiam dicit esse communem opin. Alex. *cons.182. post nu.2. lib.5.* Barbat *cons. 58. libr.1.* Guliel. de Bened. *in 1. part. repet. cap. Raynut. fol.221. post nu 68. vers. Sed aduertatis.* Bauerius *in §. præterea, n.1. & seq. Instit, qui testam. fac. poss.* Deficit enim in pupillo voluntas, & intellectus, cuius defectus fauore piæ causæ nunquam suppletur.

Secundo infertur, quod neq; etiam *c* prodigus, qui 4
pariter de iure communi est inhabilis ad testandum, vt c
dixi *infra quæst. 33* non poterit ad pias causas testari, ita tenet Bald. *in d. l.1.n.17. C. de sacros. eccles.* & hanc opin. firmant communiter Doctores, vt dicit Alexand. *in d. cons.182. post n.6. vers. Sexto probatur.* Hanc etiam conclusionem, quod prodigo bonis interdicto, etiam ad pias causas non concedatur testamenti factio, dicit esse communem Legistarum Besset. *in repet. d. l.1.n.100.* Regulariter enim prodigus, cui interdicta est bonorum administratio, æquiparatur pupillo.

Sed *d* an furiosus poterit testari ad pias causas; Re- 5
spond. quod non. Ita tenet Bart. *in d. l. 1. nu. 16. C. de* d
sacros. eccles. & est communis opin. vt dicit Gratus *cons. 30. num.33. lib.2.* Subest enim in furioso idem defectus intellectus, ac voluntatis, qui in pupillo, quem defectum, vt dixi, lex fauore piæ causæ non supplet.

Quæro, quid in *e* damnato ad mortem, an possit te- 6
stari ad pias causas? Respon. quod non. Ita tenet Bart. e
in repet. d. l.1.n.6. C. de sacros. eccles. & ita communiter tenetur, vt dicit Abb. *in rub. de testamen. post n.11. versi. De damnato.* Hanc etiam dicit esse communem *f* opin. f
Alexand. *in alleg. cons.182. post nu. 5.* Est enim per sententiam condemnationis effectus seruus pœnæ, & sic amisit libertatem, & bona. Quod tamen intellige, vt dixi *infra, q. 21.*

Sed nunquid *g* filiusfamilias, qui & ipse alias est *h* 7
inhabilis ad testandum, vt dixi *in q.18.* poterit *i* testa- g
mentum condere ad pias causas: Resp. in hoc articulo h
variæ fuerunt opin. Doctorum, de quibus per Scriben- i
tes *in l. senium, C. de testa.* Cæterum omissis disputationibus, magis communis opin. est, quod possit testari ad pias causas, vt dixit Alex. *in l.1. §. hoc autem, nu.4. ff. ad Trebell.* intellige, modo interueniat cõsensus patris. Et ita loquitur tex. qui est fundamentum huius conclusionis, *in c licet, §. fin. glo. in vers. iudicare. de sepult. in 6.* Et hanc esse magis communem opin. attestatur Rom. *in repet, Auth. similiter, C. ad l. Falcid.* Ang. *in §.1. num.7. Inst. quibus non sit permis. fac. test.* quem refert Gul. de Bened. *in 1. par. repet. c. Raynut. fol.39. nu.20.* Apostil. ad Bart. *in l. qui in potestate sub n.2. ff. de test.* Franc. *in c.1.n. 36. de test. in 6.* Ias. *in d. l.1. in lect. Pad. n. 23. C. de sacros. eccl. & in d. l. seniũ, n.5. & in l. hac consultissima, §. ex imperfecto post n.10. vers. Secundo pro ista, C. de test.* Dec. *in d. l. senium, n.21. & seq.* Ruin. *cons.62. nu.11. in fin. lib. 2.* Curt. iun. *in d. §. ex imperfecto, n.20. C. de test.* Paris. *in c in præsentia, n.20. de probat.* Io. Dilect. *de arte testandi, tit.1. caut.1. nu.1. in fin.* Et licet in puncto iuris multa dici possent: tamen in practica non est ab hac opinione receden-

8 cedendum. Quę quidem opi. indistinctè procedit, siue huiusmodi filiusfa. velit ad pias causas testari de bonis aduentitiis, in quibus patri non quęritur vsusfructus; siue etiam de illis, in quib. patri vsusfructus acquiritur. Et ita hanc esse magis communem sententiam attestatur Bauer. *instit. qui testa. fac. poss. n. 5. & in §. sciendum. n. 6. Instit. de testam. milit.*

9 Vnum tamen nota in hoc proposito, quod si filiusfam. in huiusmodi testamento, condito ad pias causas, faciat aliqua legata aliis personis, talia legata nihil valent, non tamen accrescunt ipsi piæ caussæ, sed vadunt ad venientes ab intestato. Ita dixit Bald. *in d. l. senium. in fi.* & in hoc nemo discordat, vt dicit Ias. *in d. §. ex imperfecto, post n. 10. vers. Secundo pro ista.* Gul. de Bened. *in 1. part. repet. cap. Raynut. fol. 154. post. n. 69.* Quod pondera contra ea, quæ dixi infra *qu. seq. vers. sed quaro.*

ADDITIONES.

a LOcis piis.] Sed pone, quæ iam testatrix legauit cuidam affini suæ, An tale legatum dicatur pium? Vide per Cæph. *in cons. 216.* vbi etiam multa ponit, quando aliquid dicatur relinqui ad pias causas, & quæ concurrere debeant ad hoc vt illud legatum dicatur pium, ibi colligere potes: hic non transcribo. Giach.

1 b *Hinc infertur quod pupillus, &c.*] Sane † de pupillo pubertati proximo, doliq. capace, verior, receptiorq; ie videtur esse sententia eorum, qui existimant, illum vt statuto, ita & principis priuilegio habilitari posse ad testamentum faciendum, præsertim ad pias causas: propterea quod tunc numerus ætatis magis sit solemnitatis ciuilis, quam rationis naturalis, Barto. *in l. si quæramus, 4. n. 6. ff. qui testam. fac. poss.* Angel. & Alexand. *in l. vlt. C. de test. milit.* Ias. *in l. scripta. 7. num. 12. C. de precib. Imp. offer.* Andr. Sicul. *cons. 19. col. 9. lib. 2.* Decius *in l. pupillum. 111. num. 6. ff. de reg. iur.* ibique Cagn. *num. 11.* Hostiens. *in c. sciscitatus, 13. de rescriptis.* Reusner. *in tract. de test. p. 2. c. 5. num. 34. & seqq.* Harp.

2 c *Prodigus.*] Hic addendum est, quod † non solum pubertati proximo, de quo iam dictum, sed etiam prodigo testamenti factio statuto, vel lege municipali concedi possit: eo quod in eo magis sit ciuilis quam naturalis testamenti faciendi prohibitio, hoc est, non quia prodigus (vt furiosus & infans, & similes personæ) mente ac intellectu omnino careat: sed quia bonis ei à prætore interdictum sit: quo generali interdicto simul quoque potestas testamenti conficiendi adempta esse intelligitur. Posse

3 † autem iuris ciuilis dispositionem lege municipali, vel principali tolli, aut mutari, constat *ex §. sed naturalia. 11. Instit. de iur. nat. gen. & ciu.* Bartol. *in d. l. si quæramus 4. n. 6 ff. qui testam. fac. poss.* Reusn. *d. par. 2. cap. 11. n. 21. & seq.*

Nec huic assertioni obstat, quod statutum istud non modo bonis moribus naturalibus, *l. 1. ibi, sanos mores receperit. ff. de curatorib. furios. & alij extra minor. dand.* sed etiam iuri & commo-

4 do publico aduersari videatur. cum † Reipublicæ intersit, ne quis re sua male vtatur, *§. 2. vers. sed & maior Instit. de his qui sui, vel alieni iur. sunt.* At illiusmodi statutum non valere certum est. siquidem non solum sanctum, & honestum, † vt lex alia quęlibet,

5 sed etiam tale debet esse statutum, quod à prudentissimis redargui nequeat, *certis autem lex distinct. l. l. ex facto 43. in pr. ibique DD. ff. de vulg. & pupill. substit.* Illud, inquam, non obstat: quan-

6 doquidem † prodigalitas respicit potius bonos mores, quos vocant ciuiles, & non naturales: quoniam in prod. go nulla turpitudo, quæ peccatum concernat, versatur. Sed & † regula illa

7 de non abutendo bonis suis procedit, si nullum prorsus commodum ex iis alius sit percepturus: veluti si quis pecunias in mare proiicere velit: ex quo abusu nullum cuiquam accedit emolumentum: secus vero est, si quis re sua abutendo interim alteri commodet: in quo nihil incommodi Reipubl. affertur: quia tamen si pecunias hoc modo alteri largitus sit: nihilominus tamen eæ in Republica permanent, *argum. l. sed & lege 25. §. consuluit. 11. ff. de her. petit.* Reusn. *d. cap. 11. n. 25. & seq.* Harproc.

8 d *Sed an furiosus.*] Cur † furiosus ad pias causas testari non possit, hæc etiam reddi solet ratio: quia legata pia licet regulariter non regulentur iure positiuo, regulantur tamen iure naturę, & gentium. *c. cum esset 10. & c. relatum 11. de test.* Sed testamen-

9 tum à furioso factum peccat in iure naturali: † quia in eo deficit voluntas: cum furiosi nulla sit voluntas, *l. furiosi 40. ff. de reg. iur.* Ergo deficit voluntas, & sic substantiale: deficiet quoque causa-

10 tum ab ea: cum † testamentum nihil sit aliud, quam voluntatis nostræ iusta sententia, *l. 1. ff. qui testam. fac. poss.* Plane furiosus,

11 qui † dilucida interualla habet, si tempore cessantis furoris fecerit testamentum, & perfecerit: quin id valeat, non dubium est, *l. furiosum 9. C. dicto tit.* Notanter dixi, perfecerit: quia si post cœptum testamentum, ante perfectionem furor superuenerit: tanquam imperfectum non valere, ne quidem ad pias causas, crebrius obtinuit, vti testantur Imola *in dict. c. relatum 11. de test.* Grass. *lib. 1. recept. sent. §. testam. q. 7 n. 4.* eosq; referens Thadeus Piso *lib. 1. var. resolut. c. 5. n. 3.* Harprec.

e *In damnato ad mortem*] Quod † damnatus ad mortem testari non possit ad pias causas præter Doct. hic allegatos, affirmaut quoque Bald. Castr. Fulgosius, Aret. *in l. eius, qui 8. § 1. ff. qui test. fac. poss.* Couarr. *in rubr. de testam. p. 3. num. 27.* Capra *concl. 102. num. 106.* Grassus *d. §. testamentum, q. 26. nu 5* Peregr. *de iure fisc. lib. 3. tit 2. num. 3.* Farin. *de var. ac diuers. quæstionibus q. 102. inspect. 2. nu. 115* hosque citans Piso *d. lib. 1. var. resol. c. 3. nu. 5* eaque de re fusius, Deo propitio, dicturi sumus *infra, q. 21.* Harprec. 12

f *Commun. opin. Alex.* Fallit Auctor hic, quoniam Alex. non attestatur hoc, sed solum refert argum. quo Bal. vtitur: est tamen vera, & com. opi. illa. Giac.

g *Filius familias.*] Sed an filiafamilias possit testari de dote profectitia stipulata reddi patri, vel filiæ; Quod non, vide per Cæph. *eius cons. 156.* vbi plene consultus respondet, atque contraria diluit. Giac.

h *Inhabilis ad testandum.*] Fallit si in testamento sit apposita clausula codicillaris, vel vt valeat tanquam donatio causa mortis, vel cuiusque vltimæ voluntatis: tunc enim testamentum sustinebitur in vim donationis causa mortis: vt per Iason. & Curt. iun. *in l. hac consultissima. §. ex imperfecto, C. de test.* Guiot.

i *Poterit testamentum condere ad pias causas.*] Ratio † huius receptissimæ opinionis hæc assignari potest: quia testamentum ad pias causas est res spiritualis, quæ iuris ciuilis dispositioni nō subiacet, *d. c. relatum 11. ibi, non secundum leges, de test. c. licet 4. de sepulturis in 6.* qua constitutione derogatur iuri ciuili: quia permittit iudicare, id est, testari pro anima, si patet consentiat, vt glo. ibidem verb. iudicare significat, & arguit *cap. 1. in princ. de prohibit. feud. alienat.* per Frideric. *l. 2. tit. 55 feudor.* Hancque rem post alios, quos recitant, latissime vtramque in partem persequuntur Thadeus Piso *d. lib. 1. cap. 6. nu. 13.* & Andr. Tiraq. *in tract. de priuilegiis piæ caus. priuileg. 78.* vbi circa finem hanc opinionem & communiorem, & æquiorem esse pronunciat. Harprec. 13

QVÆSTIO VI.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Solemnitates iuris ciuilis an sint sublatæ in testamentis ad pias causas.*
2 *Et an sufficiant duo testes.*
3 *Et an requiratur, quod testes sint rogati.*
4 *Et an mulier possit esse testis in testamento.*
5 *Et an valeat dispositio captatoria ad pias causas.*
6 *Et quid si testator simpliciter dicat, committo dispositioni Titij omnia bona mea.*
7 *Et an testamentum metu conditū ad pias causas valeat.*
8 *Et an in testamento ad pias causas requiratur, quod filiis aliquid relinquatur titulo institutionis.*
9 *Et an huiusmodi testamenta sustineantur etiam quoad legata laicis facta.*

Ex Additionibus.

1 *Num per dispositionem* l. 1. C. de sacros. eccl. *omnis solemnitas iuris ciuilis in testamentis ad pias causas sublata censeatur.*
2 *Iuri canonico, si de causis piis agatur in vtroq; foro stādū.*
3 *In relictis ad pias causas duo sufficiunt testes.*
4 *Pia causa quæ dicantur.*
*4 *Testamentum factum coram parocho, & duobus testibus valet.*
Idem coram iudice, & inter liberos. ibid.
5 *In testamentis ad pias causas cur rogatus testium non requiratur.*
6 *Mens, & intellectus* c. relatum 11. de testam.
7 *An mulier possit esse testis in testamento ad pias causas.*
8 *Femina in causis etiam criminalibus à testimonio non repellitur.*
9 *Nunquid duæ feminæ in testamento ad pias causas sufficiant, remissiue.*
10 *Dispositio testatoris captatoria valet in relictis ad pias causas.*

11 *Libertas pia caussa censetur.*
11 *Testamentum loquentis per verba, non, & sic, tantum an valeat.*
12 *Fauore piæ causæ testamentum nutu conditum valet.*
13 *In dispositionibus ad pias causas attenditur ius diuinum, vel gentium.*

1 FVit etiam dubitatũ, ex quo text. *in d. l. 1. C. de sacros. eccl.* concedit, quod libere possit relinqui Collegiis & locis piis, Nunquid per dispositionem illius legis censeantur in testamentis ad pias causas sublatæ omnes solemnitates iuris ciuilis? Respon. quod non. Ita tenet gl. *in d. l. 1. in verbo, caussa*, & est communis opi. vt dicit Ias. *in ead. leg. 1. in lectura Padua. n. 22.* Berset. *in repet. d. l. 53.* Hanc etiam opin. gl. dicit communiter teneri Bart. *in lect. d. l. 1. in vltimis verbis*, licet ipse postea in repet. teneat contrarium. Non enim *a* est verisimile, quod Imperator vnico verbo incidenter dicto voluerit tollere omnes solemnitates à iure introductas. Est autem in se vera illa conclusio, quod in testamentis ad pias causas non requiruntur solemnitates iuris positiui, sed sufficit solemnitas iuris gentium: & ita dicunt communiter Doctores, vt ait Cornel. *consilio 307. in litera E. libro tertio.* Ita enim statutum est per sacros canones *in cap. cum esses, & cap. relatum, el. 1. de testam.* quorum dispositio seruanda est, non solum in terris Ecclesiæ, sed etiam in foro Cæsaris, vt dixi infra *quest. 57. versic. quæ quidem.*

1 Hinc infertur, quod licet regulariter de iure communi requiratur in testamento numerus septem testium, vt dixi infra *q. 56.* tamen in *b* relictis ad pias causas sufficiant duo *c* testes. Ita *d* dicit Bart. *in d. l. 1. nu. 75. C. de sacros. ecclef.* & est communis opinio, vt testatur Alex. *in l. si certis annis post n. 5. vers. & tale relictum, C. de pactis, & cons. 131 nu. 2. libr. 7.* quæ quidem est seruanda tam in foro seculari, quam in foro ecclesiastico, prout etiam communiter obseruatur, teste Io. And. *in dict. c. cum omnes*, quem refert Imola, *ibi n. 12. in fi.*

4 Secundo infertur, quod licet regulariter testes, in testamento adhiberi, debeant esse rogati, vt dixi infra *q. 58.* tamen in *e* testamentis ad pias causas non requiritur, quod testes *f* sint rogati. Ita dicit Bart. *in d. l. 1. nu. 76.* & est communis opin. vt dicit Rom. *in repet. Auth. similiter C. ad l. Falcid.* Alexand. *in d. cons. 131. n. 2. lib. 7.* Corne. *cons. 149. in litera B. li. 2. & cons. 215. in litera R. eod. volum.* vbi dicit, quod plures Doctores, & maioris auctoritatis, tenent hanc partem, *& cons. 307. in litera V. li. 3. & cons. 259. in litera E. lib. 4. & in Auth. quod sine, n. 8. C. de testam.* Socin. *in reg. 140. in verb. Testes*, quem refert Boer. *decis. 34. n. 5.* licet reuera ille liber Regularum falso tribuatur Soc. vt ex ipsius ore habuisse testatur Socin. iun. eius nepos, *cons. 24. post n. 4. lib. 3.* Guliel. de Bened. *in 1. part. repet. c. Raynutius fol. 154. n. 58* Bauer. *in §. sed hæc quidem, n. 34. instit. de testa.* & dicit Berset. *in repet. d. l.* quod hæc est communis sententia Legistarũ, & Canonist. licet hæc opi. de stricto iure non transeat sine difficultate: tamen ex quo communiter ita obseruatur, teste Abb. *in d. cap. relatum, el. 1. post numerũ 3. de testa.* non esset ab ea consulendo, aut iudicando recedendũ.

4 Tertio infertur, quod licet regulariter mulier non possit esse testis in testamento, vt dixit infra *q. 55. vers. g scias tamen*, nihilominus in *g* testamento ad pias caussas mulier potest adhiberi in testem. Ita dicit Bald. *in lectura l. 1. n. 9. C. de sacros. Eccl.* & hæc opin. communiter tenetur, vt ait Gulielm. de Bened. *in d. c. Raynut. in 1. part. fol. 154 n. 65.* Quem etiam dicit esse communem Rom. *in repet. d. Auth. similiter, in 16.* speciali piæ caussæ, circa vltimas voluntates: quem refert Alex. *cons. 102. n. 6. lib. 7.* Crott. *in tract. de testib. n. 8.* Bauer. *in § testes, n. 11. & seq. Instit. de testam.* Bello. *cons. 13. post n. 8.*

Quarto infertur, quod licet vltima voluntas captatoria, scilicet, quæ pendet ex alieno arbitrio, vel in alterius arbitrium confertur, regulariter non valeat, vt dixi supra §. *legatum*, nihilominus in relictis ad *h* pias causas valet dispositio testatoris captatoria. Ita dicit Bart. *in repet. d. l. 1. nu. 64.* & est communis opin. vt dicit Abbas *cons. 32. n. 3. lib. 2.* Alex. *cons. 14. num. 7. lib. 1.* quod consilium est fere per eadem verba editum sub nomine Socini, inter consilia ipsius Socin. *in 1. volum. consil. 53.* Hanc etiam dicunt esse communem opinionem Scribentes *in l. captatorias, C. de test. milit.* & in specie Dec. *n. 18. & 20.* & Ias. *n. 12.* quem refert Paris. *cons. 83. n. 29. lib. 2. & cons. 45. n. 13. lib. 3. & cons. 89. n. 44. eod. vol.* Idem dicit Iason. *cons. 110. n. 3 lib. 1.* Guliel. de Bened. *in 1. parte repet. d. c. Raynutius fol. 139. post n. 8. vers. tertio fallit.* Cum enim hæc sit simplex prohibitio iuris ciuilis, ne scilicet vltimæ voluntates in alienum arbitrium conferantur, non impedit, quo minus ea non obstante valeant relicta ad pias causas. Et hæc est magis comm. opin. Canon. vt dicit Soc. *cons. 49. n. 10. lib. 1.*

Quinimò fortius, etiamsi non appareat expresse testatorem voluisse testari ad pias causas, sed simpliciter testator dicat, committo dispositioni Titij omnia bona mea, licet videatur dicendum, quod tale testamentum tanquam captatorium non deberet sustineri, tamen fauore piæ caussæ valet, perinde ac si testatus fuisset expresse ad pias causas. Est casus mirabilis *in c. cum tibi de testam.* secundum lecturam Innoc. quæ communiter tenetur per Legistas: & Canon. vt dicit Abb. *ibi, num. 4.* quem refert Cornel. *cons. 156. in litera D. lib. 2. & cons. 302. in litera C. lib. 4* Et per huiusmodi verba censetur institutus hæres ille, in cuius dispositione ipsa vltima voluntas committitur, & intelligitur grauatus, vt ipsa bona distribuat ad pias causas, secundum Innoc. *in eod c. cum tibi*, qui in hoc communiter tenetur, vt pariter dicit Imola, *ibi, post n. 16. vers. sed aly.* 6

Quinto infertur, quod licet testamentum nutu *i* conditum, regulariter non valeat nihilominus fauore *k* piæ causæ valet testamentum nutu conditum. Ita dicit gl. *in d. c. cũ tibi, in gl. magna*, & ita cõmuniter tenetur, vt dicit Corn. *in l. iubemus, n. 26. C. de test.* Hanc etiã esse com. opi. attestatur Alex. *in d. l. iubemus, n. 3.* Aret. *in l. in eo, qui, in fi. ff. de testa.* Bauer. *Instit. de testa. in pr. n. 67. & seq.* Ruinal. *in d. l. iubemus, col. 1. ver. Itẽ an habeat.* 7

Sexto infertur, quod licet de iure communi requiratur, quod legitima relinquatur filijs iure, & titulo institutionis: alias testamentum est nullum, vt dixi infra *quest. 38.* tamen in testamento condito ad pias causas non requiritur, quod aliquid relinquatur titulo institutionis. Ita dixit Bart. *in d. l. 1. n. 61. C. de sacros. eccl.* cuius opin. est per Doctores communiter approbata, vt dicit Alexand. *in l. inter cetera, in princ. n. 4. ff. de libr. & posthum.* quem refert Ias. *cons. 194. col. fi. lib. 2.* ita etiam communiter teneri attestatur Matthesil. quem refert Natta *in d. §. ex imperfecto, post n. 114. vers. Secundo adducit.* Hoc enim, quod aliquid relinquatur filio titulo institutionis, est mera solemnitas à iure ciuili introducta, quę secundum conclusionem superius factam in testamentis ad pias causas non attenditur. 8

Sed quæro: Tu vides, quod testamentum minus solemne, in quo sit instituta pia causa, valet fauore piæ causæ, nunquid sustinetur huiusmodi testamentum, non solum quoad institutionem factam de ipsa pia causa, sed etiam quoad legata ad non pias causas, laicis in eodem testamento relicta? Respon. quod sic. Ita dixit Salyc. *in Auth. Cassan. n. 7. C. de sacrosanct. eccles.* & hanc conclusionem dicit esse communiter approbatam Crott. *in repet. l. re coniuncti, nu. 160. ff. de leg.* Hanc etiam esse communem opi. dicit Guliel de Benedict. *in 1. parte repet. d. c. Raynutius fol. 154. n. 69.* & dicit Iason *in* 9

in l. hac consultissima, §. ex imperfecto, n. 10. C. de testa. quod ab ista sententia non inuenit aliquem discrepare, quem refert Curt. iun. in eod. §. ex imperfecto, n. 18. & seq. Ex quo enim conualidatur institutio, quæ est caput ipsius testamenti, consequenter & ceteræ partes testamenti sustinentur, postquam non reperitur contrarium iure decisum. Contra hoc tamen facere videntur ea, quæ dixi sup. q. 5. vers. Vnum tamen, sed ibi defectus erat in potestate testantis, cui lex non permittit testari, nisi ad pias causas: hic vero est defectus solemnitatis. Quicquid sit, hæc conclusio mihi nunquam placuit, quia de facili esset parata via fraudi, & falsitati, vt considerat Curt. in loco præallegato.

ADDITIONES.

1 NOn enim est verisimile, &c.] Quod † per dispositionem l. 1.
C. de sacros. eccl. non censeatur omnis solemnitas iuris ciui-
lis in testamentis ad pias causas sublata contra Bart. in d. l. 1. n.
6 & Raphaelem Cum. cons. 169. viso testamento, col. 1. defendunt
Aloer. de Rosat. Bald. Franc. Aret. Cyn. Ofred. & nouiter Gilke-
nius n. 4 & seq. in d. l. 1. C. de sacros. eccl. Boerius decis. 93. nu. 1. &
Franc. Mant. de coniect. vlt. volunt. lib. 6. tit 3 n. 4. permoti potis-
simum textu in l. generali leg. 13. ibi, quod tamen alia omni iuris
ratione munitum sit, C. dicto tit. & textu in l. quando. 35. in pr. C.
de inoffic. test. ex qua patet, principem concedentem liberam te-
standi facultatem nihil de iuris dispositione mutasse videri. Qui-
bus testibus accedit, quod ratio ab Imp. Cõstantino in d. l. 1. vers.
nihil est, C. de SS. Eccles. subiecta, generalis sit, & ad omnium te-
stamenta pertineat. Vnde si hæc legis istius verba (suprema vo-
luntatis liber sit stylus) à Bart. adscriptam significationem reci-
perent: illa absurditas consequeretur, quod solemnitas in omni
testamento sublata esset. Verum quamuis hanc in rem plura ad-
2 minicula afferri possint, tamen † ea recte prætermittuntur
propterea quod iure canonico (cuius decisioni, si de causis piis
disceptetur, nedum in foro Ecclesiastico, sed & seculari, inhæren-
dum est,) aliter expresse in caussis piis sit definitum, c. relatum
11. de test. ibique Abbas Panorm. & Couar. num. 1. Boer. d. decis.
93. Bald. Salic. & Castr. in d. l. 1. C. de sacr. eccl. Crassus libr. 1. re-
cept. sent. §. testam. num. q. 18. num. 1. Fern. Vasqu. lib. 2. de success.
creat. §. 1 n. 26. limit. 4 Harp.
b In relictis ad pias causas sufficiunt duo testes.] Quam † sen-
3 tentiam probat d. c. relatum 11. de testam. eamque sequuntur ibi
Couar. n. 2. & Bald. n. 14. Boer. d. decis. 93. n. 3. Ioh. Dilect. Duran-
tes in tract. de arte testan. tit. 2 cautel. 2 n. 5. Crass. d. §. test. q. 8 n.
2. Vasquius li. 3. de success. creat. §. 21 limit. 4. n. 26. & §. 22. limit.
12. n. 1. Gilkenius in d. l. 1. C. de sacros. eccl. n. 8. & in l. hac consul-
tissima. 21. nu 30. C. de test. Tiraq. in tract. de priuil. pia causa pri-
uil. 1. aliique per hunc citati. Piæ † autem causæ reputantur, si
4 quid Ecclesiæ, si Scholis, si Xenodochiis, si pauperibus, si in re-
demptionem captiuorum, &c. relinquitur. Crass. d. §. testamen-
tum. q. 17. n. 1. Donel. lib. 6. Com. de iur. ciu. cap. 9. in f. D. Bocer.
clas. 3 disp. 2. thes. 75. edit. 2. Reusner. in tract. de testa. par. 4. cap.
11. n. 2 & seq. Harprec.
c Duo testes.] Adde idem, quando est dispositum etiam ad
non pias causas, modo coram † presbytero parochiali, & duobus
testibus, quia tunc valebit testamentum etiam ad non pias cau-
sas, commune dixi collect. mea commun. opin. in verb. testamen-
tum, n. 47. vbi etiam idem de testamento facto coram iudice, ac
duobus testibus. Et quid de iure canonico, atque in terris Eccle-
siæ? Vide, in seq. atq. n. 15. Idem dic de testamento facto inter li-
beros, in quo duo testes sufficiunt. Et de ista communi dixi supra
nu. 18. Ad eius tamen reuocationem septem testes requiruntur
secundum Nat. cons. 442. nu. 3. & 7. verum etiam in contrarium
est communis opin. dixi vbi sup. n. 53. Giach.
d Ita decet Bart.] Adde Bald. & Ioan. Fab. Salic. Ful. Castrens.
Aret. in l. 1. de sacr. eccl. Hoc etiã de iure ciuili verum esse, Alex.
cons. 101. lib. 4. Corn. cons. 77. & cons. 161. lib. pen. asseruerũt. Gou.
e In testamentis ad pias causas non requiritur, quod testes sint
5 rogati.] Pro qua † sententia hæc præcipue militat ratio: quod
constet ex dispositione dicti c. relatum 11. de test. quæstiones, ra-
tione testamenti ad pias causas conditi natas, esse decidendas,
non secundum leges, sed secundum decretorum statuta: id est,
esse exigendas ad merum ius gentium, vel legem diuinam. Co-
uar. ibid. n. 4. Crass. d. q. 18. Gilken. ad l. 1. n. 11. C. de sacr. eccl. Nec
6 † mouet quicquam in contrarium, quod in casu dicti c. relatum.
oporteat testes esse rogatos, ibi, testibus requisitis, Nam nõ ma-
le negatur, verbum istud (requisitis) esse accipiendum de persona
testatoris, sed iudicis: cum testes sponte se ingerentes suspecti
videantur, argum. l. quæ omnia 25 ff. de procur. Sed vide ea de re,
plurib. in vtramq. partem relatis auctoritatibus, explanatius dis-
serantem Tiraq. d. tract. de priuil. pia causa priuil. 1. Harpr.
f Testes sint rogati.] Hæc communis videtur contra c. relatum
11. de testa. in illis verb. duobus legitimis testibus requisitis, id
est, rogatis, per quem tex. ita tenuit Lip. alleg. 97. Castr. cons. 101.
lib. 2. Lud. Bolog. in add. ad cons. 82. Aman sed recte Corn. cons.
278 lib. 7. & Bened. in rep. c. Raynut. verb. testam. n. 61. vers. 2. re-
spondetur, animaduerterunt, hæc verba adinuicem referenda,
qui duos testes requirere, & examinare debet. Gouean.
g In testamento ad pias causas mulier potest adhiberi.] Adde plu- 7
res † auctores ita sentientes, Didacum, Couar. in d. c. relatum 11.
n. 5. de test. Viglium in §. testes 6. n. 3. Instit. de test. ordinand. Villa-
lob. in thesaur. commun. opi. in verb. mulier. n. 144. Dec. in l. femina.
2. n. 27. & seq. ff. de reg. iur. Prosp. Fatin. in tract. de testib. lib. 2. tit.
6. q. 59. n. 70. Mant. de coniect. vlt. volunt. tit. 3. n. 5. Eman. Soarez.
in thes. recept. sent. verb. mulieres n. 260. Ioseph. Mascar. vol. 2. de
probat. concl. 763. n. 10. Tiraq. d. tract. de priuil. pia caus. priuil. 5.
& leg. 9. connubial. n. 57. & seq. quibus in locis complures, diuer-
simode sentientes, more suo cumulat. Qui interpretes hac maxi-
me ratione nituntur: quod † de iure gentium femina à testimo- 8
nio non repellatur: & in causis etiam criminalibus admitti soleat
l. ex eo. 18. ibiq; Gothof. ff. de testib. l. 2. ff. de accusat. l. in quæst. 8.
ff. ad l. Iul. maiest. Ant. Gomes. to. 3. var. resol. c. 12 de probat. delict.
n. 13. Soarez. d. verb. mulieres n. 258. Ilico Vmmius disp. 16. de pro-
cess. iud. th. 4 n. 29. Reusn. in tract. de test. par. 3. c. 16. n. 6. & seqq.
Idem statuit Clarus noster lib. 5. §. fi. q. 24 n. 2. ibiq; Baiard. in suis
addit. n. 7. & seqq. Eaq; de re vberius disputat Gilken. in d. l. 1. n.
13. & seqq. C. de sacr. eccl. vbi n. 15. exponit, an † duæ fœminæ in te- 9
stamento ad pias causas sufficiant: Harprec.
h In relictis ad pias causas valet dispositio testatoris captatoria.]
Hæc assertio † videtur probari posse per text. in l. fideicommissa 10
libertas. 46. in princ. & §. sed & si 2 ff. de fideicomm. libertat. vbi † 11
libertas, quæ pia causa censetur, in voluntatem alterius conferri
potest, item per cap. cum tibi. 13. ibi, non videtur intestatus decede-
re extr. de test. ibiq; DD. communiter. Eamq; post memoratos
hic interpretes, amplectuntur Cyn. in l. senium. 3 qui test. fac. poss.
Franc. Aret. in d. l. 1. col. penul. in 2. priuilegio. C. de sacr. Eccl. Bal.
Ang. & Imol. in l. illa institutio 32. ff. de hæred. Reusn. d. tract. de
test. par. 2. c. 5. n. 37. Tiraq. d. tract. de priuil. pia causa priuil. 64.
vbi plures Auctores, & suffragantes, & contradicentes huic asser-
tioni adducit Harprec.
i Nutu conditum] Quid de testam. condito ab eo, qui † intel- 12
ligibiliter negando respondet non, & affirmando respondet sic:
an valeat? quod sic, ex quo articulate, atq; intelligibiliter loqui-
tur. dixi in collect. mea comm. opi. in verb. testam. nu. 23. Et idem
de testamento, in quo hæres instituitur ad Notarij interrogatio-
nem: vide sub n. seq. Giach.
k Fauore piæ causæ valet testamentum nutu conditum.] Hæc
opinio † vti communior est, ita & verior: propterea quod in dis- 13
positionibus ad pias causas attenditur (vt iam aliquoties moni-
tum supra n. 2. 5. & 8.) ius diuinum, vel gentium, in quo prohibi-
tio testamenti nutu faciendi non reperitur. Ita post plures, à se
citatos sentit Tiraq. d. tract. priuil. 8. vbi tamen quasdam limi-
tationes subiicit. Eidem sententiæ subscribit Petrus Gilken. in d.
l. 1. n. 32. C. de sacros. Eccl. Harprec.

QVÆSTIO VII.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 Testamentum imperfectum ad pias causas an semper sustineatur.
2 Et quid si reperiatur schedula scripta, vel subscripta manu ipsius testatoris.
3 Et quid si scripta schedula, Notarioque vocato testator decesserit, priusquam Notarius scriberet?
4 Et quid si testator cœpto testamento, sed nondum completo decesserit.

Ex Additionibus.

1 Vtrum testamentum imperfectum ad pias causas sustineatur, si testator in schedula integre voluntatem suam scripserit, & decesserit, priusquam eam coram testibus, & Notario publicauerit, remissiue.
2 Quid iuris, si testator curauerit scribi suam voluntatem per alium, eamque ordinauerit coram duobus testibus; & postea iusserit accerseri Notarium, vt de dicta voluntate sua publicum faceret instrumentum, sed priusquam id fieret, decesserit, remissiue.
3 Quid si testator cœpto testamento, sed nondum completo mortuus fuerit, remissiue.

DIxi in præcedenti quæst. quod testamentum imperfectum fauore piæ causæ sustinetur; Quæro, an hæc conclusio generaliter procedat, ex quacunque causa testamentum dici possit imperfectum? Resp. quod non, sed distinguendi sunt aliqui casus.

Aliquando enim reperitur schedula scripta, vel subscripta, manu propria ipsius testatoris, continens eius vltimam voluntatem, disponendo de bonis suis in fauorem piæ causæ, & hoc casu tenendum est, quod talis schedula non sustinetur in vim testamenti, neque alterius vltimæ voluntatis propter fauorem ipsius piæ causæ, ex quo nullam habet formam, propter quam illi debeat fides adhiberi. Nec quidquam facit, quod si inter liberos reperiatur talis schedula à testatore confecta, seruanda est, tanquam testamentum, vt ex dispositione, Auth. *quod sine, C. de testam.* de qua dixi infra *qu.* 14. quia dispositio illius Auth. non habet locum, nisi in causa sua, scilicet inter liberos, non autem ad pias causas. Et licet in hoc variæ fuerint opin. Doctorum, tamen ista est magis communis, quod scilicet non extendatur ad fauorem piæ causæ, & illam dicit magis communiter approbari Soc. iun. *cons.* 189. *n.* 73. *lib.* 2. vbi enumerat auctoritates. Maior enim proculdubio subest ratio in fauorem liberorum, qui omnino sunt ab intestato successuri, quam piæ causæ. Bene verum est, quod quidquid sit in foro fori: tamen in foro poli longe tutior esset contraria opinio, quando huiusmodi schedula esset taliter confecta, quod appareret illam potius esse declarationem voluntatis, & dispositioné, quam præparationem ad disponendum. Et licet forte iudicando non auderem recedere à communi opinione, tamen si casus contingeret, non consulerem amico, neque mihi ipsi, posse salua conscientia res, in tali schedula ecclesiæ relictas, ab hærede retineri.

2 Aliquando *a* vero testator scripsit in schedula integre voluntatem suam, quo scil. modo de bonis suis disponebat, vel illam scribi fecit per Notarium, vel aliam personam: sed illa schedula, seu scriptura non fuit coram testibus lecta, nec ab aliquo Notario publicata. Et hoc casu Doctores tenent, quod tale testamentum valeat ad pias causas, & inter liberos: quia cum non deficiat nisi publicatio, quę est solemnitas introducta à iure positiuo, non obstante huiusmodi defectu, debet fauore piæ causæ testamentum sustineri. Et fuit originalis opinio Dyni, *in l. Lucius ff. de testam. milit.* & dicit Dec. *cons.* 150. *post nu.* 3. quod ita tenent omnes. Hanc etiam opin. dicit esse communem Aret. *in l si is qui. col. fi. vers. In primo casu, ff. de testam.* quem refert Boer. *decis.* 93. *post num.* 10. *& decis.* 140. *nu.* 5. Cum qua etiam ego transeo, dummodo duo concurrant. Primum, quod testator hanc suam voluntatem duobus saltem testibus explicauerit, saltem per relationem ad ipsam schedulam, puta, dicendo, ego dispono de bonis meis, vt in hac schedula, alias si reperiretur sola schedula, essemus in casu præcedenti, in quo tenui ipsam schedulam solā non valere in vim testamenti. Secundum autem requisitum est, quod testator non exprimat se velle de contentis in schedula confici scripturam per Notarium: tunc enim potius esset præparatio dispositionis, quam dispositio, vt dixi in casu statim sequenti, & ideo non valeret in vim testamenti.

3 Aliquando, & tertio *b* testator fecit vocari duos testes, & ibidem fecit scribi per alium Clericum, quod instituebat piam causam hæredem in bonis suis; & postea dixit testibus, quod volebat dictam ordinationem scribi facere per Notarium, & iussit etiam Notarium vocari: sed priusquam illam faceret scribi per Notariū, testator decessit: & hoc casu Oldra. *cons.* 119. consuluit, quod talis schedula vna cū depositione illorum duorum testium, non valet fauore piæ causæ in vim testamenti: & hanc opi. dicit esse communem Ias. *cons.* 155. *col.* 2. *vers. Sed per aduocatos, li.* 4. quem refert Episcopus Loaez in suis allegationibus pro Marchione Velez, *fol.* 451. *post num.* 15. *vers. Nec præfata.* Non enim videtur testator de bonis suis disposuisse, sed tantummodo præparasse id, quod disponere volebat: cum ergo deficiat non solemnitas, sed dispositio, non potest sustineri in vim vltimæ voluntatis.

4 Aliquando, *c* & quarto, testator incepit facere testamentum, & instituit piam causam hæredem, vel aliquid reliquit ad pias causas: deinde fecit transitum ad alia legata: & priusquam posset ipsum testamentum complere, decessit: & hoc casu Bart. *in l. in testam. ff. de fideicom. lib.* videtur tenere, quod satis dicatur perfecta voluntas respectu illius institutionis, vel relicti, licet totum testamentum perfici non potuerit: & ideo quod fauore piæ causæ sustineatur. Et hanc opin. dicit esse commun. Dec. *in alleg. cons.* 159. *n.* 3. *vers. Quarto & vltimo.* Sed tamen credo, quod Bart. in hoc male dixerit, & quod Dec. fallatur, quia imo commun. opi. est, quod quandocunque testator decedit, priusquam integre voluntatem suam explicauerit, tale testamentum non dicitur deficere ratione solemnitatis, sed ratione voluntatis, & ideo non valet, neque etiam fauore piæ causæ. Et ita hanc esse commun. opi. attestatur Aret. *in d. l. si is qui. col. fi. versic. Secundo casu*, quem refert Boer. *in d. decis.* 93. *post n.* 10. *& decis.* 140. *nu.* 5. quod omnes concludunt hanc esse communem opinionem: quod tale testamentum, etiam quoad disposita, non valeat, etiam inter liberos, vel ad pias causas. Nam (vt quotidie experientia docet) videmus, quod testatores in ipso actu conficiendi testamenti mutant, addunt, reuocant multa per eos iam disposita: Merito non potest dici perfecta voluntas, donec testator integre omnia explicauerit. Et nota in practica distinctionem inter hos casus, quia multi confundunt proprios terminos quæstionum, & omnia inuoluunt. Vide etiam in hoc proposito ea, quæ dixi *infra q.* 9.

ADDITIONES.

2 *a* Aliquando † *vero testator scripsit in schedula integre voluntatem suam*] De hoc casu videantur etiam Alex. *cons.* 114. *n.* 7. *col.* 7. Cephalus *cons.* 99. *num.* 3. Vasquius *in tract. de successiõ. creat. §.* 22. *sub nu.* 6. *vers. quid dicendum & Michael Grassus li.* 1. *recept. sentent. §. testamentum quæst.* 9. *nu.* 3. Tiraq. *in tract. de priuil. pia causa priuil.* 6. aliique per eum relati. Harprec.

3 *b Aliquando † & tertio testator fecit vocari duos testes, &c.*] Hoc de casu consulantur Decius *cons.* 159. Ruin. *cons.* 11. *num.* 3. Couarru. *in c. relatum* 11. *nu.* 8. *de test.* Ludouic. Zunthus *respons. pro vxore n.* 291. Anto. Gabriel. *commun. concl. lib.* 4. *concl.* 9. Grassus *d. §. testam. q.* 19. *n.* 4. & Gilken. *in l.* 1. *n.* 17. *& seqq.* vbi hunc casum latius examinat Harprec.

4 *c Aliquando † & quarto, testator incepit facere testamentum, &c.*] De isto casu inspiciantur quoque, præter allegatos à Claro nostro, Fernandus Vasq. *d. tract. de successiõ creat. §.* 22. *n:* 6. *cum seq.* & Grassus *modo dicta quæst.* 19. *n.* 2. vbi infert, si testator iussisset fieri capellam vel templum certo modo, & cum vellet vltra procedere, decesserit, antequam testamentum perficeret, id testamentum non valere, etiam quoad illam capellam: quicquid in contrarium, post Bartolum, & Decium hic citatos, attulerit Didacus Couarru. *d. c. relatum n.* 10. *de test.* Huc referri poterunt ea, quæ annotauimus *sup. q.* 4. *n.* 4. *& seq.* Harprec.

QVÆSTIO VIII.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Testamentum inter liberos valet, etiamsi in eo non adsint solemnitates à iure ciuili requisitæ.*
2 *Et an in eo sufficiant duo testes.*
3 *Et quid si testator sit cæcus.*
4 *Et an mulier possit in eo testis esse.*
5 *Et an requiratur, quod Notarius, & testes sint rogati:*
6 *Et an tale testamentum, si vnus ex filiis in eo sit præteritus, sustineatur.*
7 *Et quid si non sit ei relictum titulo institutionis.*
8 *Et an in testamento inter liberos subintelligatur clausula codicillaris.*
9 *Et an valeat testamentum inter liberos nutu conditum.*

Ex

Ex Additionibus.

1 *Ex testamento inter liberos condito sufficiunt duo testes.*
2 *An in isto testamento mulier possit esse testis.*
3 *Nunquid in isto testamento inter liberos testes debeant esse rogati.*
4 *Et an tale testamentum valeat, si vnus ex filiis in eo sit præteritus, & nu.* 1.
5 *In testamento inter liberos filiis omnibus debet aliquid relinqui iure institutionis, remissiue.*
6 *Ecquid in testamento inter liberos subintelligatur clausula codicillaris.*
7 *Et vtrum testamentum inter liberos nutu conditum sustineatur.*

a INter alias diuisiones testamentorum conditum a inter liberos, aliud conditum inter extraneos. Habet enim testamentum conditum inter liberos hoc priuilegium, quod etiamsi sit imperfectum, id est, minus solemne, nihilominus valeat, tanquam si esset ex omni
1 parte perfectum & solemne. Fac ergo conclusionem: quod testamentum inter liberos valet, etiamsi in eo non interueniant solemnitates à iure ciuili requisitæ;
b & de hoc est text. expressus, *in l. hac consultissima §. ex* b *imperfecto. C. de testament.* qui est clauis in hac materia, sed solummodo attenditur dispositio iuris gentium. Ita dicit Bartol. *in d. §. ex imperfecto. in finalib. verbis:* & ita tenent omnes, vt dicit Iason. *in Authent. nouissima, num. 16. C de inoffic. testam.* & ratio est secundum communiter Scribentes, teste Curt. iun. *in d. §. ex imperfecto post num.* 3. & Natta *num.* 170. quia, cum caussa testari foueat caussam intestati, cessat timor falsitatem, propter quem lex requirit maiorem numerum testium. Sed hæc ratio mihi non satisfacit: quia ea attenta, ita dicendum esset, quandocunque hæredes ab intestato essent instituti, quod tamen non est in iure verum. Ideo iudicio meo tutius esset dicere, hoc fuisse introductum fauore ipsorum liberorum, quibus etiam iure naturali debetur parentum hæreditas, & dicit Natta *in repet. d. §. ex imperfecto n.* 30. quod ita dicunt comm. DD.

2 Hinc infertur in primis, quod licet regulariter in testamenti confectione debeant interuenire septem testes, vt dixi infra *quæst.* 56. tamen in testamento condi-
c to inter liberos sufficiunt c duo testes. Ita dicit glos. vnica *in Auth. quod sine C. de testa.* & est communis opinio vt dicit Grat. *consil.* 90. *n.* 3. *lib.* 2.

3 Sed quid in testamento cæci condito inter liberos, nunquid sufficiunt duo testes; an autem requiruntur octo iuxta formam traditam *per l. hac consultissima. C.*
d *qui testament. facere possunt,* dixi d infra *quæst.* 17. *versic. Sed quæro.*

4 Secundo infertur, quod licet regulariter mulier
e non possit esse testis e in testamento, vt dixi infra *quæst.*
f 46. *versic. Scias tamen.* nihilominus f in testamento confecto inter liberos fœmina potest esse testis. Ita dicit gloss. vnica *d. Authent. quod sine. C. de testam.* & ita tenent omnes Doctor. vt dicit Decius *in l.* 1. *nu.* 31. *in fi. ff. de reg. iur.* Hanc iuris etiam esse commun. opin. dicit Grat. *in d. consil.* 90. *num.* 3. Ripa de Peste, *in priuil. vltimarum voluntatum, num.* 24. Natta *in d. §. ex imperfecto, num.* 166.

5 Tertio infertur, quod quamuis de iure communi Notarius, & testes, qui in testamento interueniunt, de-
g beant g esse rogati, vt dixi infra *quæst.* 58. *in princ. & versic. Quod vero.* tamen in testamento condito inter liberos non requiritur, quod Notarius, vel testes sint de ipso testamento rogati. Ita dicit gloss. *in fin. in verbo. Excepto testamento. C. de codicill.* quam dicit esse communiter approbatam Decius *consil.* 610. *num.* 2. Sigismund. *consil. feudali* 8. *num.* 16. Et ita communiter *Iul. Clar. Sentent. Pract. Ciuil.*

teneri attestatur Cornel. *in d. Auth. quod sine. n.* 6. Hanc etiam opin. dicit esse comm. Iason. *consil.* 68. *circa princip. l.* 2. Rubeus *consil.* 6. *n.* 5. Natta *in §. ex imperfecto. n.* 159.

Sed quæro: Tu scis, quod adhuc, vt testamentum 6
valeat, requiritur, quod filius in potestate sit institutus vel exhæredatus, alias autem si sit præteritus, testamentum est nullum, vt dixi infra *q.* 42. nunquid hæc conclusio habebit locum, etiam in testamento condito inter liberos, ita vt si forte vnus ex ipsis filiis in eo sit præteritus, testamentum corruat, neque sustineatur ex dispositione *d. §. ex imperfecto?* Respond. quod in h tali b
testamento, in quo vnus ex liberis sit præteritus, non habeat locum dispositio *d. §. ex imperfecto.* Ita tenet gl. *in l. si filius, qui in potestate: in glos. si ff. de li. & post.* quã sequuntur commun. DD. vt dicit Dec. *consil.* 105. *num.* 5. *in fin.* Eandem glos. attestatur esse comm. approbatam Claud. *in l. inter cætera n.* 8. *ff. de lib. & posth.* Et hanc esse commun. opin. dicit Alexandr. *consil.* 126. *post num.* 3. *versic. nec obstat:* id quod habetur *li.* 2 Natta *in d. §. ex imperfecto num.* 17. Berous *in cap. Raynutius, num.* 3. *& seq.* Hic enim defectus præteritionis est potius circa substantiam, quam circa solemnitatem ipsius testamenti: merito non tollitur ex dispositione *d. §. imperfecto.* Præterea esset valde inconueniens, vt dispositio *d. §. ex imperfecto.* quæ fuit inducta in fauorem liberorum, retorqueretur in eorum odium, contra communes regulas. Vide, quæ dixi infra *vers. Sed pone.*

Sed pone: testator in testamento inter liberos ali- 7
quid reliquit vni ex filiis suis, non tamen titulo institutionis, prout de iure requiritur, vt dixi infra *quæst.* 38. Nunquid tale testamentum, non obstante huiusmodi defectu, sustinebitur; Respond. quod non: sed omnino etiam in testamento i inter liberos debet omnibus i
filiis aliquid relinqui iure institutionis. Ita volunt communiter Doctores, vt dicit Ruin. *consil.* 1 *num.* 3. *lib.* 22. Et hanc opin. communiter teneri attestatur Salic. *in Authen. nouissima. num.* 1. *C. de inoffic. testam.* quem refert Alexand. *consil.* k 75. *nu.* 17. *lib.* 3. Eandem opin. dicit esse communem Alber. *in d. Auth. nouissima. circa* k
princ. Matthes. *sing.* 106. quem refert Ioan. Cirier. *de primogenit. in* 3. *quæst.* 2. *lib. num.* 14. Bertran. *consil.* 19. *col.* 1. *lib.* 3. *in* 2. *parte, & consil.* 130. *num.* 2. *eo. vol.* Clau. *in l. inter cætera, num.* 4. *& seq. ff. de lib. & posthum.* Curt. Iun. *in d §. ex imperfecto, num* 13. Natta *in eod. §. ex imperfecto, num.* 112. *& seq.* Apostil. ad Alexand. *consil.* 168. *sub num.* 6. *lib.* 5. Ioan. Dilect. *de arte testan. tit.* 5. *caut.* 1. *num* 8. Emil. Ferret. *in l. filium quem habentem, num.* 25. *& seq. C. famil. hercis.* Dicit etiam Gulielm. de Benedic. *in* 1 *part. repet. cap. Raynut. fol.* 194. *num.* 135. quod hanc opinion. veluti communem tenet vtraque schola Legistarum, & Canon. Idem dicit Probus in Apostil. ad Ioan. Mona. *in c. si pater. num.* 17. *de test. in* 6. Hanc etiam esse communem opin. Legistarum & Canon. attestatur Iason *in d. Auth. nouissima. nu.* 16. *& sequ.* licet ipse teneat contrarium, & dicat, quod si casus contingeret, ita consuleret, & iudicaret. Tu vero in consulendo, aut iudicando non recedas à communi opinione: quia lex, quæ disposuit, testamentum inter liberos imperfectum valere, condita fuit in fauorem filiorum, vt superius dixi. Ideo vbicunque conditio filiorum efficitur deterior, non debet habere locum dispositio illius legis. Quod autem deterior sit eorum conditio, vbi non sint vocati titulo institutionis, patet ex his, quæ dixi *in d. q.* 38. *vers. neq; credas.* Faciunt, quæ dixi supra *vers. Sed quæro.*

Vnum l tamen scias in hoc proposito, quod in te- 8
stamento inter liberos semper subintelligitur m clau- l
sula codicillaris. Ita dicit gloss. nota. *in l. cohæred. §. cum* m
filia: in verbo, non valuit. ff. de vulga. quæ ab omnibus est

approbata, vt dicit Boer. *decis.150.post num.6.vers.& si non valeat.* Et hanc conclusionem dicit esse communem Ias. *in d.§.cum filia, circa fin.* quem refert Bellon. *cons.85.n.4.* Quod nota, quia est maximi effectus, vt videbis infra in discursu materiæ.

9 Vlterius quæro: nunquid *n* valeat testamentum inter liberos nutu conditum? Respond. quod non. Ita tenet Angel. *in l. discretis, C. qui testam fac. poss.* vbi refert hanc q. fuisse de facto in Cardinali Perusino. Et hanc opinion. dicit esse magis communem Natta *in d. §. ex imperfecto, num.104.* Bauer. *Instit. de testam. in princip. n. 93.* Et sic vides, quod non valet absolute argumentum de testamento ad pias causas ad testamentum inter liberos. Nam testamentum ad pias causas nutu conditum valet, vt dixi supra *q.6.vers.5. infertur.* Secus autem in testamento condito inter liberos, vt hic.

ADDITIONES.

a *Conditum inter liberos.*] An testamentum, in quo liberi sunt inæqualiter instituti gaudeat villæ priuilegiis? Negatiuam defendit Tiraquel. *de iur. primogenit. quæst.4.num.4.* Marian. iun. *cons.27. vol.1 & consil.96 vol. 2.* Affirmatiuam tuentur Bero. *quæst. 34.* Rimin. *in §. ex imperfecto.* Eman. à Cost. *in rep. c. si pater. par. 1. ver. in suo testamento uc.* [illegible] *in 6* vide Gabr. *de testam. concl.6. &* Cæphal *consil.431.numer.20.* [illegible] *l.3.* quæ hic traduntur, & priuilegia testamenti inter liberos sibi vendicant etiam in testamento matris. *§. ex imperfecto.* [illegible] *f.611.nu.5.* Gou.

b *Ex imperfecto.*] Istius §. dispositio non habet † locum in testamento imperfecto ratione præteritionis: vt per Decium *in cons.105.col.fi. qui ibid. concord. citat.* Verum habet locum quando filij sunt omnes æqualiter instituti: secus, si essent inæqualiter instituti; quia tunc non procedit. Vbi post Rom *consil. 385. col. 2. versic. 2. in princ. tradit.* Dec. *eod. consi. 105. num.6.* Adde, & vide per Rimin. iun. *consilio 428. numer. 13. 14. 15.* Giach.

1 c *Sufficiunt duo testes.*] Adde etiam inter nepotes. Ita contra Curt. iun. concludit Natta *cons.423.n.13.* Giach.

Sufficiunt duo testes. Adde ad † huius conclusionis confirmationem textum *in l. hac consultissima 21. §. ex imperfecto. 1.* ibique Bartolum, Alexandrum, Baldum, Angelum, Iasonem, Corneum, Sichardum, Donellum, & Gilkenium. *C. de testam.* Didacum Couarru. *in c. relatum 11. num.4 & 5. ext eod.* Vasquium *in tract. de success. creat. §.1. num.58* Francisc. Viui. *commun. opin. lib. 1. opin 43. vers. interpretatur quoque &c.* Ludouicus Zanth. *in responsis, seu cons. pro uxore num.63.* Mantic. *lib.6. de coniect. vltim. voluntat. c.2.* Gail. *lib.2. obseru.112. num. 1.* Grassum *lib. 1. recept. sentent §. testamentum, q.13 num.4.* Meyter *in tract. de testamentar. successionibus lib.2. tit.14. num.2.* Hartman. Pistor. *lib. 1 q. iur q.1. num.1.* Petrum Gregor. *in Syntag. iur. vniuers. lib. 42. c.5.* Iohannem Dauth. *in tract. de test. tit. de testib. testam. n. 430.* vbi plures citat. Harp.

d *Dixi infra.*] Vide quæ addidi *praall. q.17.* Giach.

e *Testis in testamento.*] Adde idem de iure canonico. Vide per Ioann. Dilect. *de arte testan. tit.2. in 2. caut. sub num. 7.* vbi etiam citat Alexandr. attestantem illam communem atque seq. *in cons.70 sub n.13.14. & 16* etiam ad pias caussas, & etiam tempore pestis licet in testamento, in quo liberi sint instituti, posset, vt hic & ibi. Giach.

2 f *In testamento confecto † inter liberos femina potest esse testis*] Adde, quod sufficiat, etiamsi vterque testis sit femina; secundum Baldum *in Auth. quid sine num 2. C. de testam.* Couarruu. *in d. c. relatum. 11. nu.5 ext. eod. tit.* Hartman. Pistor. *d. q.1. nu. 3.* Vasqu. *tract. de success. creat p.1. li.3. § 21. nu.58.* hosque referentem Thadeum Pisonem *lib. 1. var. resolut. c 7. nu.5.* Adde quoque Farin. *tract. de testib. q.59. n.68. & seq.* Harp.

3 g *Debeant esse rogati, &c.*] Quod † in testamento inter liberos testes non debeant necessario esse rogati, tenent etiam, præter hic adductos, Bald. Salic. & Fulgosius *in d. Auth. quid sine C. de test.* Sichard. *in d. l. hac consultiss. 21. §. ex imperfecto, nu. 5 C. eod.* Thadeus Piso *d. lib. 1. variar. resolut. cap.7. num. 6.* Grassus *d. §. testam. quæst.11. num.6.* & Hartman. Pistor. *d. quæst.1. nu. 2.* Harprec.

h *In tali testamento, in quo vnus ex liberis sit præteritus, &c*]

4 Si vnus † ex filiis in ipso testamento sit præteritus, tunc tale testamentum etiam inter liberos conditum, ex vitio præteritionis, nullius momenti esse, hæc euincit ratio, quod dispositio *d. l. hac consultiss. 21. §. ex imperfecto C. de testa.* non dispenset, nisi in defectu solennitatis probatoriæ, vt post Clarum nostrum, & alios ab ipso citatos, docent Grassus *d. § testam. quæst. 11. nu. 9.* Mantica *d. lib.6 de coniect. vltim. volunt tit 2* & Piso *d. c. 7. n.39.* Harprec.

i *In testamento inter liberos debet omnibus filiis aliquid relinqui iure institutionis.*] Adde idem sentientes Didacum Couarrou. *in c. Raynutius, 16. §.1. num.2. de testam.* Alexand. *consil.158. vol.5.* Gailium *d. lib.2. obs 112. num.11. & 12.* Hartmannum Pistor. *d. q.1. num.14.* Grassum *d. q.11. num.10.* & Thadeum Pisonem *d. c.7. num.40.* tametsi, post Iasonem in Auth. nouissima, *num.16. C. de in offic. test.* contrarium tenet Sichardus *in d. l. 21. §. ex imperfecto, n. 3. C. de test.* qua de re vberius disputabitur infr. *ad q.38. n.8.* Harpr. 5

k Alexand. *cons.75*] Adde quia est *cons.76.* vbi etiam vide in additio. *Giach.*

l *Vnum tamen scias in hoc proposito, &c.*] In † testamento imperfecto inter liberos semper intelligitur clausula codicillaris (vt, si non valet iure testamenti, valeat iure codicillorum) etiam si expresse à patre apposita non fuerit. Ita tradunt Alexan. *cons. 176. num.5. & cons.105. vol.7.* Gail *d. lib.2. obs. 12. nu.1.* Reusner. *in tract. de codicill. c.13. num.9* Curt. sen. *cons.75.* Marian. Socin. *cons.144 num.36. vol.2.* & Ioseph. Ludouic. *decis.1. num.41.* Quinimo & alia magis generalis clausula subintelligitur, videlicet, vt si non valet, quod ago, vt ago, valeat omni meliori modo, quo valere potest: vt post alios, annotarunt Grassus *d. §. testamentum, q.11. num.11.* & Piso *prædicto c.7. num. 41.* Huc que pertinent, quæ annotaui *ad §.1. num 7. Institut. de codicill.* Harprec. 6

m *Clausula codicillaris*] Adde Matthesil. *sing. 41.* Hypp. *sing. 36.* quin imo hæc eadem clausula toties subintelligitur, quoties is, cui testator prouidit, fuit ei valde dilectus, nam vehemens amor vim habet clausulæ codicillaris, *l. in testam. ff. de fideic. lib.* Rom. *cons 179. ver. ad quod dicendum,* Ias. *in l. exigendi. n. 5. ff. de pr. cui.* Gram. *dec.62. n.27. & 28.* Gou.

n *Nunquid valeat testamentum inter liberos nutu conditum.*] Quod † testator, qui in extremis positus loquelam amisit, nutu, & signis inter liberos testari nō possit, probari videtur per textū *in l. iubemus, 29. vers. si enim salu est testator &c. C. de testam.* vbi Iustinianus disertè rescripsit: testatorem, qui neque scribere, neque articulatè loqui potest, mortuo similem esse. Qua de re vide Grassum *d. lib.1. recept. sent. §. institutio. quæst.17. num.3.* Tiraquellum *de priuil. pia causa priuil.8.* Vasquium *in tracta. de succ. creat. §.22. num.15.* & Thadeum Pisonem *d. lib.1. var. resol. c.7. n.38.* Harprec. 7

QVÆSTIO IX.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Testamentum inter liberos imperfectum ratione voluntatis an sustineatur.*

2 *Et quid si testator illud iam ceptum plene perficere non potuit.*

Ex Additionibus.

1 *An, & quatenus testamentum ratione voluntatis inter liberos subsistat, tribus casibus explicatur.*

2 *Primus casus est si testator illud iam ceptum, plene perficere non potuit.*

3 *Secundus est, si testator aliquid dicendum in aliud tempus reseruauit.*

4 *Tertius, si testator fecit scribi suam voluntatem, & iussit vocari plures testes, & ante, quam venirent, decessit.*

Habes ergo ex præcedēti conclusione, quod testamentum inter liberos, licet *a* imperfectum, valet. 1
Quæro nunc, an ista conclusio generaliter procedat, ex quocunque defectu tale testamentum imperfectum remanserit? Respond. quod non, sed solummodo quando est imperfectum ratione solemnitatis. Cæterum si sit imperfectum ratione voluntatis, non sustinetur. Ita sentit gloss. *in l. si is qui in gloss. vnica ff de testament.* quam gloss. omnes sequuntur, vt dicit Rimin. *in dict. l. hac consultissima. §. ex imperfecto, colum.1.* Et illam dicit esse communiter approbatam Ruin. *consilio decimoquinto numero secundo, libro 2.* Dicit etiam Paul. de Castro *in dict. §. ex imperfecto num. 3.* quod ita tenent omnes. Et ita communiter teneri attestatur Cornel, *in eod. §. ex imperfecto nu 3.* Hanc etiam opinionem dicit esse communem Alex. *cons.76. num. decimo tertio libro 3.* Iason. *consil. 155. col. summa secunda libro 2.* quem refert

refert Ioan. Dilect. *de arte testandi. tit. 2. caus. vltim. n. 6.* Rubeus *cons. 94. post n. 3* Socin. Iun. *consil. 147. nu. 30. & seq. lib. 2.* subdens, non esse ab ea consulendo, aut iudicando recedendum. Et hanc esse communem theoricam dicit Bellet. *in repet. l. 1. n. 176 C. de sacros. eccles.* Tu vide ea, quæ latius in hoc proposito, loquendo de testamento ad pias causas, dixi supra *q 7.*

Hinc infertur; quod si testator ceperit inter liberos testari, & facta institutione, & aliis legatis, priusquam faceret vnum legatum, quod adhuc restabat faciendum, morte præuentus, illud facere non potuit; tale testamentum non valet, neque sustinetur etiam quoad imperfecte disposita. Et hanc dicit esse communem opinion. Cur Iun. *in d. §. ex imperfecto, num. 1.* Natta *in d. §. ex imperfecto nu. 159. & sequ.* Socin. iun. *in d. consil. 147. n. 22.* Vide, quæ dixi *in d. quæst. 7. ver. Aliquando, & quarto.*

ADDITIONES.

a IMperfectum] Hic adde, quod testamentum imperfectum † dicitur cum testator esset alia dicturus; licet in eo adesset institutio, atque substitutio, communiter post Cardin. Paris. *cons. 46. artic. 3. volum. 4.* attestatur Cæph. *in cons. 194. sub num 9* & istud

* 1 siue tacite, siue expresse constet testatorem voluisse addere, vel detrahere, dicit. Idem de testamento haud lecto nec publicato, in quo testes non sunt rogati: quo similiter videtur imperfectum ratione voluntatis, communem per eundem Cæphal. *cons. prædicto nu. 10.* Et de istis duabus communib. opinionibus dixi in collect. mea commun. opin. in verb. testamentum, *n. 55.* vide ibi fusius. Giach.

b *Si sit imperfectum.*] Vide hanc ipsam quæst. de testamento ad pias causas apud Tiraq. *de priuil. cau. priuil. 7.* Gou.

Si sit imperfectum ratione voluntatis, non sustinetur.] Pro euidentiori resolutione huius quæstionis (qua disceptatur, an, & quatenus † testamentum ratione voluntatis inter liberos valeat)

2 tres præcipue considerandi veniunt casus. Primus † est, quando constat perspicue de imperfectione voluntatis: vt quia testator incepit inter liberos testari, & aliqua disposuit, puta institutionem, vel legata quædam, & dum circa alia versaretur, antequam perfecte compleret testamentum, mortuus est, sensumve amisit, vel loquelam. Hoc casu dubium non est vllum, quin talis dispositio non valeat, per textum apertum *in leg. si is, qui testamentum, 21. ff. qui testam fac. poss.* Et hanc esse communem opinionem, præter Doctores hic *nu. 2.* à Claro nostro allegatos, testantur Fernandus Vasquius *in tractat. de success. creat. §. 1 nu. 67 & de successions progress. 6. 30. num 44. vers. quid si testamentum, &c.* Boerius *decis. 240.* Francisc. Viuius comm. opi. *lib. 1. opin. 339.* Gail. *lib. 2. obseruat. 112. num. 14* Michael Grassus *lib. 1. sent. §. testamentum, q. 12. nu. 2.* Thadeus Piso *lib. 1. var. resol. cap. 7. nu. 36.* Mynsinger. *cent. 5. obs. 28. nu. 4* Fachineus *lib. 4. controuers. iur. c. 4. in princ* & Gilkenius *ad l. hac consultissima, 21. §. ex imperfecto. n 27. C de testam.* Secundus casus est: quando † testator in ipso testandi actu aliquid amplius non erat di-

3 cturus: sed dixit omnia, quæ tunc voluit, istum actum pro absoluto habens: Veruntamen reseruauit quippiam dicendum in aliud tempus: vt si dixit se velle postea conditiones adiicere, vel deliberare, aut consanguineis aliquid relinquere vellet, Hoc casu reseruatio isthæc non arguit voluntatis imperfectionem, nec efficit, quin testamentum sustineatur Ita, post Aretinum *in l. si testamentum. 8. C. de instit. & substit.* & Ludouicum Zunth. *in respons. pro vxore, nu. 302.* sentiunt Grassus *d. q. 12. num. 2.* & Piso *d. c. 7. num. 37.* Tertius casus est: quando † testator fecit scribi

4 suam voluntatem, eamque ordinauit coram duobus testibus, & iussit vocari Notarium, & plures testes, vt de ea essent rogati, & antequam venirent, decessit. Hoc casu licet quidam existiment, tale testamentum ratione voluntatis imperfectum, & inualidum esse. Oldrad. *cons 129.* Iason. *cons. 155. vol. 4.* Ruin. *cons. 11. col. 4 vol. 3.* & alij, contrarium tamen (quod videlicet tale testamentum non dicatur imperfectum ratione voluntatis, sed solemnitatis tantum, & consequenter talis ordinatio habeat vim testamenti inter liberos) probabilius & receptius putatur. Siquidem censetur testator voluisse, vt de voluntate sua publicum conficeretur testamentum, adhibitis testibus & Notario, ad faciliorem potius probationem, quam quod voluerit se restringere ad certum modum testandi in scriptis. Alexand. *in d. l. hac consultissima 21. §. ex imperfecto num. 4. C. de test.* Boer. *decis. 240.* Vasqu. *de tract. de success. progress. § 30. numer. 44. vers. quid, si testamentum, &c.* Grassus *d. §. testamentum, q. 12. nu. 6.* & Thadeus Piso *d. lib. 1. var. resol. c. 7. n. 37.* Qui duo, & alios casus recensent. Harp,

QVÆSTIO X.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Testamentum imperfectum inter liberos an sustineatur etiam in fauorem extraneorum.*
2 *Et quid si substituat testator vni ex filiis suis pupillis aliquem extraneum.*
3 *Et quid si dederit tutorem extraneum.*
4 *Et an talis tutor debeat à iudice confirmari.*

Ex Additionibus.

1 *An testamentum imperfectum inter liberos sustineatur etiam in fauorem extraneorum, remiss.*
2 *Et quid, si vni ex filiis testator substituat aliquem extraneum remiss.*
Num pater filiis possit dare tutorem extraneũ, remissiue.
4 *Tutor in testamento minus solemni à patre vel matre datus, quomodo confirmetur.*
5 *Ratio diuersitatis inter dationem tutelæ à patre, & matre factam.*
6 *Mater non tam prouide ac pater, liberis suis consulere potest.*

DIspositio *d. §. ex imperfecto,* sustinet testamentum 1 minus solemniter conditum à patre inter liberos, a quatenus concernit interesse ipsorum liberorum. Sed si in ipso testamento sit aliquid insertum, quod concernat fauorem, aut commodum alicuius extranei, illud non sustinetur, sed *b* habetur pro non apposito: b & testamentum ipsum, quo ad reliqua concernentia filios, firmum remanet. Ita expresse dicit tex. *in d. §. ex imperfecto.* & intellige extraneum in hoc proposito eum, qui non est de liberis.

Hinc infertur, quod † testator in testamento inter 2 liberos substituat vni ex filiis suis pupillariter alium ex filiis suis, talis substitutio tanquam facta in fauorem filiorum sustinetur. Sed si illi *c* substituat aliquem ex- c traneum, & qui non sit de liberis, non sustinetur. Ita dixit Bartol. *in l. 2. nu. 18. ff. de vulgari.* & est communis opin. vt dicit Curt. iun. *in d. §. ex imperfecto nu 6.*

Secundo infertur, quod licet possit pater in testa- 3 mento inter liberos dare vnum ex filiis suis alteri filio in tutorem, saltem quando erat ab intestato legitimus tutor, prout communiter Doctores distinguere videntur, teste Curt. iun. *in d. §. ex imperfecto, numer. 26. in fin.* (licet mihi semper magis placuerit, quod indistincte id facere possit) *d* non poterit pater in tali testamento d dare filiis tutorem extraneum. Ita dicunt communiter Doctores, vt ait Salic. *in dict. §. ex imperfecto. colum. 1. versic. Oppo. cum gl.* & ita communiter tenetur, vt dicit Cornel. *in d. §. ex imperfecto. numer. 15.* Hanc etiam esse communem opinion. attestatur Curtius iun. *in d. §. ex imperfecto. nu. 26.* Licet enim datio tutoris concernat fauorem filiorum, cũ tamen redundet in præiudiciũ, & onus alterius, non videtur æquũ, vt priuilegium concessum filiis sit alteri onerosum.

Scias tamen in hoc proposito, quod † licet datio 4 huiusmodi tutoris extranei in testamento inter liberos non sustineatur tanquam per se valida, sustinetur tamen ad hunc effectum, vt talis tutor *e* datus à patre e debeat postea per Iudicem in tutorem confirmari. Et hanc dicit esse magis communem opin. Alexand. *consil. 140. numer. 2. lib. 1.* quod nota, quia est maxime effectus. Nam tutor datus in testamento minus solemni, tamen confirmatus à iudice, præfertur tutori datiuo, sicut præfertur testamentarius, vt declarat Alexand. ibi & dixi supra *lib. 2. §. tutor.* Neque credas, quod nihil intersit, an quis sit datus in tutorem; & quod datio valeat: An autem quod datio valeat, sed

omnino debeat à iudice confirmari, quia imo multum interest. Nam quando valet datio tenetur tutor statim tutelam gerere, alias tenetur de neglectis; sed si non valet datio, non tenetur petere se confirmari: & ideo interea, donec sit confirmatus, non tenetur de neglectis, vt declarat Natta *in d.§.ex imperfecto, nu.* 123. & dixi *in §.tutor*.

ADDITIONES.

a 5 EX *imperfecto.*] Aduerte, quod tametsi procedat extantib. filiis legitimis, & naturalibus, & legitimatis simul: tamen id intelligitur, modo plus non relinquatur legitimato, quam legitimo, & naturali. Ita tradit Natt. *D.in eo §.q.*18. quem refert atque coadiuuat Roland. *in cons.*95. *vol.*1 *&* 2. *vol.*3. qui tamen in contrarium consuluit, & dicit contrarium verius, & contraria diluit. Vide ibi per eum. *Giach.*

1 b *Sed habetur pro non apposito.* Quod illud, quod † in testamento imperfecto inter liberos extraneis relictum est, pro non apposito, siue nullo habeatur, & filiis accrescat, tradunt Fernandus Vasquius *in tract.de success.creat.*§.14. *num.* 117. Michael Grassus *lib.*1. *receptar.sentent.*§.*test.q.*34.*nu.*1. Thadeus Piso *lib.* 1 *var.resolut.c.*7.*n.*33. & Petr. Gilken. *ad l.hac consultissima.* 21. §.*ex imperfecto n* 15. *C.de test.* Harprec.

2 c *Si illi substituat aliquem extraneum non sustinetur.*] Adde † de hac conclusione varias sententias explicantem Michaelem Grassum *d q.*14.*n.*2. Adde quoq; Sichard. *in d.l.*21. §.*ex imperfecto n.*8 *C.de testam.* Harprec.

3 d *Non tamen poterit pater.*] Hanc † distinctionem (qua vnus ex liberis secernitur ab extraneo, vt illic tutelæ datio valeat, hic non item) probant etiam Cynus *nu.*1 Baldus *n.*9 Angel. *circa finem.* Castrens. *nu.*3. Fulgos. *nu* 2. Sichard. *nu.*6. Iason. *nu.* 18 & Donellus *n.*5. *in d.l.hac cõsultissima* 21. §. *ex imperfecto C.de testam.* quamuis eandem distinctionem respuat Gilkenius ibid. *n.* 10. Harpr.

e *Tutor datus à patre debeat postea per iudicem in tutorem confirmari*] Hic addendum, † quod tutor in testamento minus
4 solenni à patre datus, à prætore seu Magistratu confirmetur omnimodo, siue absolute, id est, sine vlla morum, probitatis, facultatum inquisitione: à matre vero datus non confirmetur, nisi cum inquisitione. *l.pater* 4. D. *de testa.tutel.l.*1. *C.de confirmand. tutor.l.*2.3.5.8. *& duab.seq.ff.eod.* Ratio diuersitatis est: quia patris † reuerentiæ, & recto iudicio de filij commodis hoc tribu-
5 tum est; vt quem filio impuberi tutorem suprema voluntate, non vt lege præcipiebatur, dederit ipsa non iusto testamento, aut codicillis, aut non, quo dari oportet: is tutor omnimodo confirmari debeat; perinde ac si ex testamento solemni datus esset *d. l.*3. *ff.de confirm.tutor.* Mater autem propter sexus, & iudicij imbecillitatem, fragilitatemq; non tam prouide consulere liberis potest in tutore deligendo, quam pater *l.*2. §. *ff.*2. *ad senatuscons. Velleian. l.si mulier.*22. *C.eod. & l si pater.* 4. *in fi.C.de sponsalib.* Verum de tutorum confirmatione copiosius disserui *in §. sed & si emancipato.* 5. *Inst.de tutelis.* Harp.

QVÆSTIO XI.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Qui auctores teneant testamentum imperfectum inter liberos non valere, nisi sit in scriptis confectum.*
2 *Referuntur auctores existimantes, testamentum imperfectum inter liberos, etiam nuncupatiuum sustineri.*
3 *Schedula matris an habeat vim testamenti inter liberos.*

Ex Additionibus.

1 *Testamentum imperfectum inter liberos an sustineatur, etiamsi non sit in scriptis confectum.*

1 QVæro, an dispositio *d.§.ex imperfecto*, generaliter procedat in quocunque testamento scilicet tam nuncupatiuo, quam in scriptis confecto; Hæc difficultas orta est ex dispositione Authent. *quod sine*, positæ post ipsum §. Licet enim verba §.*ex imperfecto*. sint generalia, & conueniant cuicunque testamento: cum tamen d. Authent. subsequens, quæ videtur limitare dispositionem *d.§.* loquatur in testamento per scripturam confecto, multi *a* tenuerunt, quod pariter etiam
a ipse §. *imperfecto*. non procederet, nisi in testamento condito in scriptis. Sed *b* tamen in practica tenenda
b est contraria opinio, quod scilicet dispositio *d.§.ex imperfecto*. non limitetur per dispositionem *d.Auth.quod sine*, quantum ad testamentum nuncupatiuum, sed solum quantum ad testamentum in scriptis. Et hanc dicit esse magis *c* comm. Corn. *cons.* 118. *in fin. lib.* 3. vbi etiam subdit, quod ita seruatur in pract. Hanc etiam opinion. quod dispositio *d.§.ex imperfecto*, habeat locum in testamento nuncupatiuo, tenuit gloss. *in d.§.ex imperfecto. in gloss.in fi.* quæ ab omnibus approbatur, vt dicit Corn. *ibi num.*11. Et illam dicit commun. teneri Corn. *in d. Auth.quod sine num.*1. illam etiam dicit esse communem Alexand. *in d. Authent.quod sine nu.*3. *cons.* 146.*n.*5.*lib.*2.*& cons.*176.*post nu* 9.*lib.*5. *& consil.* 105. *nu* 4.*lib.*7. Boer. *decis.*240 *post nu.*1. Natt. *in d. §. ex imperfecto.nu* 192. Rimin. *in d.§.ex imperfecto.n.*1. *in fi.* & ab hac sententia non recedas consulendo, aut iudicando.

ADDITIONES.

MVlti *tenuerunt.*] Inter † quos reperiuntur Martinus, antiquus Glossator, Fulgosius, *num.*2. Salicetus, Cynus, Albericus de Rosate, & nouissime istos referens, Petrus Gilkenius, a
*num.*13 *in l.hac consultissima.* 21. §. *ex imperfect. C. de testam.* 1
Harprec.

b *Sed tamen in practica tenenda est contraria opinio.*] Quod sicut † valet testamentum inter liberos in scriptis, licet sit imperfectum, ratione solemnitatis, ita etiam sustineatur, si nuncupa- 2
tiue conditum sit, post Auctores hic à Claro recitatos, tradunt Fernandus Vasquius *in tractat.de success.progress.* § 30. *num.* 44. Ludouicus Zunthus, *in respons. pro vxore*, *num.* 62. Michael Grassus *lib.*1. *recept.sentent.* §. *testamentum quæst.* 11. *numer.*3. Andreas Gail. *lib.* 1. *obseru.* 112. *num.* 4. Hattmannus Pistor. *lib.*1.*q.*1.*num.*4. & Thadeus Piso *lib.*1. *variar.resolut.cap* 7. *n.*3. Harprec.

e *Esse communem.*] Adde, quod istud est per interpretationem, seu extensionem, vt concludit Natta *in d §. ex imperfecto. in principio quæst.* 37 post alios per eum ibid. relatos: vt retulit Osasc. *in decis.*54.*num.*10. Et † an schedula, quæ manu matris 3
asseritur conscripta duodecim ab hinc annis testamenti vim inter eos liberos obtineat, vide per Menochium *in cons.*267. qui considerat sex casus, atq; examinat illam dubitationem plene. Giachar.

QVÆSTIO XII.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Testamentum imperfectum an sustineatur etiam inter liberos naturales tantum?*
2 *Et quid in matre?*
3 *Et an inter filios legitimatos?*
4 *Et an inter liberos à successione per statutum exclusos?*
5 *Et an inter liberos non primi, sed vlterioris gradus?*
6 *Et an filius testetur inter parentes?*

Ex Additionibus.

1 *An testamentum imperfectum subsistat etiam inter liberos naturales tantum.*
2 *Appellatione filij qui intelligantur.*
3 *Mens, & sententia* l.vlt.C. *de confirmando tutor.*
4 *Intellectus* l.parentes.6.ff. de in ius vocand.
5 *Filiis naturalibus alimenta tantum debentur.*
6 *Sensus* l.ex facto 17.§.4.ff.ad S.C.Trebell.
7 *Dubia filij naturalis significatio.*
8 *An mater inter liberos naturales testamentum minus solemne condere possit, remissiue.*
9 *Num testamentum imperfectum sustineatur inter liberos legitimatos.*
10 *Matrimonium purgat omnem præcedentem maculam.*
11 *Liberi naturales, Imperiali rescripto legitimati, quibus iuribus & commodis fruantur.*
12 *Consideratio* l.vlt.C.de his qui veniã ætat.impetra.
13 *An testam. minus solemne sustineatur inter liberos, à successione per statutum siue pactũ exclusos, remissiue.*
14 *Vtrum idem testamentum valeat inter liberos, primum successiones locum non tenentes remissiue.*
15 *Et an testamentum imperfectum sustineatur, si filiusfamilias inter parentes testetur: remissiue.*

QVÆ-

SEd quia Imp. *in d. §. ex imperfecto* disponit, huiusmodi testamentum imperfectum valere inter solos li-
1 beros; Quæro, nunquid dispositio *d. §* habeat locum solummodo inter liberos legitimos, & naturales; an autem procedat etiam, si tale testamentum conditum sit inter liberos naturales tantum? Respon. quod non
a habet locum inter *a* liberos naturales tantum, vel spurios. Et hæc est commun. opin. vt ait Decius *consi. 610. nu. 2. in fi. & nu. 3.* quem refert Boer. *in d. decis. 240 num. 13.* Rimin. *in d. §. ex imperfecto num. 5.* Picus *in repet. §. Titia, num. 43. circa fin.* Rubeus *cons. 71. post num. 7.* Vbicunque enim lex facit mentionem de liberis, aut filiis, semper intelligendum est de legitimis, & naturalibus, non autem de naturalibus aut spuriis, qui sunt à lege reprobati.

2 Et hæc quidem conclusio de plano procedit in pa-
b tre testante inter liberos naturales. Sed quid *b* in ma-
c tre? Respond. quod in ipsa aliud est dicendum. Nam *c* respectu matris, & quo ad ipsam, filij naturales reputantur legitimi; & ideo tenendum est, quod in matre testante inter liberos naturales, vel spurios, locum habeat dispositio *d. §. ex imperfecto.* Et ita concludunt communiter Doctor. vt dicit Natta *in d. §. ex imperfecto, nu. 74. & num. 78.* hanc etiam opin. dicit esse communem Alexand. *in l. ex facto. §. si quis rogatus, el 1. post nu. 45. versic. Vnde quid. ff. ad Trebellian.* & dicit Boer. *in decis. 264. nu. 13.* quod omnes in ea conueniunt, nisi mater sit illustris. Dicit etiam Gulielm. de Benedic. *in 1. parte repet. c. Raynutius; fol. 156. nu. 84.* quod omnes in hoc concordant, quod, quando mater non est Illustris, & filij non sunt nati ex damnato coitu, proculdubio locum habet dispositio *d. §. ex imperfecto.* Quando enim mater est Illustris, filij spurij, naturales non reputantur legitimi.

3 Sed quid *d* in legitimatis, nunquid habebit locum,
d dispositio *d. §. ex imperfecto?* Respond. quod sic, & est communis opinio, vt attestatur Boer. *decis. 251. post numer. 14.* Sunt enim tales filij redacti ad instar legitimorum, & naturalium. Et hoc maxime, si essent legi-
e timati per subsequens *e* matrimonium, qui in omnibus, & per omnia æquiparantur legitimis: vt dixi supra *lib. 2. §. legitimatus.*

4 Item quæro, nunquid dispositio *d. §. ex imperfecto,* locum habeat, quando pater testatur inter liberos, qui
f *f* per statutum essent exclusi à successione intestati, puta, quia sint filiæ dotatæ, &c. Respond. quod sic, & hæc opin. communiter tenetur, vt ait Gulielm. de Benedic *in 1. parte repetit. c. Raynutius fol. 155. nu. 81.* Hanc etiam dicit esse communem Boer. *in d. decis 241. nu. 9.* Et ex hoc potes colligere, quod ratio *d. §. ex imperfecto.* non est, quia causa testari eo casu foueat causam intestati; sed mens fauor liberorum, vt supra dixi.

Quæro etiam, nunquid dispositio *d §. ex imperfecto,* habeat locum, quando pater testatur inter *g* filios, non
g
5 primi, sed vlterioris gradus, puta, instituendo nepotem, vel illi substituendo? Respond. quod sic. Ita tenet Alber de Ros. *in d. §. ex imperfecto, vers. Item quia hic dicit,* & est communis opin. vt dicit Boer. *in d. decis. 241 post n. 3.* Semper enim in verbis legis appellatione filiorum veniunt nepotes, vt dixi sup. *lib. 2. § filius.* Maxime cum agatur de re ipsis filiis fauorabili.

Vlterius quæro, quid è conuerso, si filiusfam. in ca-
h sibus, in quibus potest condere testamentum, *h* testa-
6 tur inter parentes, nunquid eo casu habebit locum dispositio *§. ex imperfecto?* Respond. *i* quod non. Ita tenet Specul. *de instrum. editio. §. compendiose post num. 32. versic. quid si filius.* & ita communiter concluditur, vt dicit Alexand. *in d. §. ex imperfecto, num. 7.* Hanc etiam opin. esse communem Boer. *in d. decis. 240. in fin. verbis.* Natta *in d. §. ex imperfecto, numer. 227.* & dicit Riminal. *in d. §. ex imperfecto. n. 1.* quod ita tenent communiter Doctores. Quod enim contra communes regulas statutũ est, non debet trahi in consequentiam. Et hæc opin. propter auctoritatem tenenda esset in practica, licet forte in puncto iuris contraria sit verior.

Iul. Clar. Sentent. Pract. Ciuil.

ADDITIONES.

INter liberos naturales tantum.] Etsi † pronunciatio libero- a
rum generalis videtur. *l. liberorum 220. D. de verb. signific.* ac 1
proinde nonnulli existimant, patrem etiam inter liberos naturales tantum, siue spurios, testamentum sine solemnitatibus, aliisque requisitis, condere posse, Speculat. *in tit. de instrument. edit. §. compendiose versic. quid, si pater naturalis, &c.* Roman. *consil. 197. amplissime Doct. num. 16.* Castrens. *in l. hac consultissima, 21. §. ex imperfecto. num. 6. C. de testam.* & Salic. *in l. fin. C. famil. erisc.* Contra tamen sententia longe probabilior, & receptior est. Cum enim † appellatione filij intelligantur ij, 2
qui ex iustis nuptiis sunt procreati. *l. filium. D. de his, qui sui vel alieni iur. sunt.* idem quoque in dubio intelligi debet in pronunciatione liberorum, vt post DD. hic à Claro memoratos sentiunt Ang. Alexand. Iaso. Curt. Iun. *nu. 16.* Sichardus *nu. 4.* & Gilkenius *nu. 28. in d. l. 21. §. ex imperfecto C. de testam.* Valqu. *in tract. de success. progress lib. 1. § 21. lim. 7. n. 52* Gail. *lib. 2. obser. 112. num. 14* Grassus *lib. 1. recept. sent. §. test. q. 15. num. 15.* Hartman. Pistor. *lib. 1 q. 1. n. 19.* Fachin. *lib. 4. controu. iur. c. 3.* Reusn. *in tract. de test. p. 4. c. 6. n. 6. cum seq.* & Thad. Piso *lib. 1. var. resol. c. 7. nu. 34.*

Hanc conclusionem † non infringit *l. vlt. C. de confirmando tutor.* vbi Iustinianus rescripsit, patrem posse naturalibus liberis 3
quocunque modo, & consequenter etiam ex testamento minus perfecto, & solemni, relinquere. Nam verba illa (quocunque modo eis dederint, vel reliquerint) non eum habẽt sensum, vt parenti liceat quoquo modo etiam legis forma neglecta, filiis naturalibus testamento relinquere: sed ita accipienda sunt: quocunque modo, id est, siue dederint, siue reliquerint per modum diuisionis, siue donationis causa mortis, siue per codicillos, siue denique per testamentum; vt tamen legitimus numerus testium in conficiendo testamento adhibeatur.

Similiter † conclusionem istam non euertit *l. parentes 6. ff. de in ius vocand.* vbi respondetur, parentes naturales in ius voca- 4
re neminem posse: eo quod vna omnibus parentibus reuerentia sit seruanda. Lex enim illa de reuerentia naturali, quæ omnibus omnino debetur parentibus, exaudienda est. Quod † cum nostra conclusione nullam affinitatem habet. Siquidem filiis 5
naturalibus hæreditas non debetur *l. humanitatis. 8 Cod. de naturalib. liber.* sed alimenta tantum. *Authent. licet patri. Cod. eod. tit.*

Præterea † nihil obstat conclusioni nostræ *l. ex facto. 17 §. si quis rogatus. 4. ff ad senatusconsult. Trebellian.* vbi conditio, si si- 6
ne liberis decesserit, defecisse videtur, si naturalem filium quis reliquerit. Etenim † anceps, & dubia est naturalis filij significatio, qua non solum nothi, & spurij designantur: verum etiam 7
ij, qui sunt in seruitute geniti, quoniam isti ortum legitimum non habent, cum eos lex ciuilis non agnoscat *l. cum ancillis, 3. C. de incest. & inutil. nupt.* sed solo naturali iure adiuuantur, ex quo naturales appellati, de quibus tractatur *in § illud certum 10. Instit. de nupt & l. adoptiuus. 44 §. seruiles 2. D. de rit. nupt.* Atque hoc in significatu accipiendæ sunt *d. l. ex facto. 17. §. 4. D. ad S.C. Trebellia. Lucius Titius 88. §. Dama. 11. ff. de lega. 2. & similes.* Quemadmodum accuratius declarant Franciscus Connanus *lib. 10. Comm. iur. ciu. c. 1. nu. 6.* Corasius *li. 1. Miscella iur. ciu. c. 7. n. 8* & Gilken. *in l. generaliter. 6. §. cum autem n. 17. C. de institutionibus & substitutionib.* Harprec.

b *Sed quid in matre*] Matrem † inter liberos naturales perin-
de, ac inter legitimos testamentum absque solemnitatibus con- 8
dere posse, defendunt, per Doctores hic citatos. Michael Grassus *predicto §. testamentum, quæst. 15. n. 1.* Gail. *d. lib. 2 obs. 111. n. 2.* & Thadeus Piso *d. lib. 1. var. resolut. c. 7. n. 35.* & Hart. Pistor. *d. q. 1 n. 20.* Harprec.

c *Nam respectu matris*]Ex quo mater quæ filios non habet in potestate hoc priuilegio vtitur, intelligis ius istud tam libere testandi non esse patriæ potestati tribuendum, intelligis etiam hoc ius filiorum fauori non esse adscribendum, quorum interest patrem intestatum decedere nullo legato, nullo fideicommisso hæreditatem optimam, maximam ab intestato ad eos pertinentem, sed in parentum gratiam constitutum, quorum interest filios inuitos etiam imperfectis testamentis obligari: Goueau.

d *Sed quid in legitimatis,*] De † liberis naturalibus per subsequens matrimonium legitimatis, non dubitatur, quin inter

eos pater testamentum sine solemnitatibus conficere possit: quoniam matrimonium omnem maculam præcedentem purgat, & abstergit, *tanta est vis. 6. qui filij sint legiti*. Ceterum † de legiti-
10 matis per rescriptum Principis controuertitur; an idem statuendum sit circa testamentum imperfectum, quod inter liberos ex iusto matrimonio procreatos constitutum est? Et statuendum
11 esse, hęc suadet ratio: quod † liberi naturales, qui Imperiali rescripto legitimi efficiuntur, iisdem iuribus, & cõmodis frui debeant, quibus fruuntur cæteri, vel legitimo matrimonio progeniti.
12 *Nouell. 89. c. 9. § sit igitur licentia &c.* Nec obstat text. *in* † *l. vlt. C. de his, qui veniam ætatis impetrauerunt*: vbi Iustinianus in hęc verba rescripsit: Si quis aliquid dari, vel fieri voluerit, & legitimæ ætatis fecerit mentionem, vel si se absolute dixerit perfectę ætatis: illam tantummodo ætatem intellectam esse videri volumus, quæ ex vigintiquinq; annorum curriculis completur, non quæ ab imperiali beneficio suppletur. Hæc namq; dissimilia & diuersa sunt: quia minorem annis viginti quinq; Princeps facere maiorem nequit: ast eum, qui legitimus non est legitimum efficere potest. Ita docent Bald. *in c. de causis 4. n. 34. de off. & potest. iudic. deleg.* Ias. *in d. l. hac consultissima 2. §. ex imperfecto n. 2. C. de test.* Gail. *d. li. 2. obs. 112. n. 21. & 22.* Thad. Piso *d. li. 1. var. resol. c. 7. n. 21.* & Fachin. *d. li. 4. controuers. iur. c. 3. vers. ceterum si filij naturales, &c.* Harprec.

c *Per subsequens matrimonium.*] Adde communem per Menoch. *de retinp. possessio in 1. remed. nu. 43.* Hoc intellige, prout tunc, & posthac, non prout nunc, & in præteritum inspecto natiuitatis tempore. Item limita in filio nato ex concubina serenta, at secus in spurio. Vide per Cæph. *in cons. 82. nu. 13. & fusius in collect. mea comm. opi. n. 33. verb. legitimatus.* vbi fusius declaraui, *& in trib. n. seqq.* vbi quid de concepto, pendente lite. & quid matrimonio in mortis articulo celebrato: & quid de secundis nuptiis, & *n. 27.* an possit eligi in episcopum. Grach.

f *Qui per statutum essent exclusi à successione intestati.*] Quod
13 testamentum imperfectum, seu minus solenne sustineatur etiã inter liberos, qui alioquin ab intestato ex peculiari statuti dispositione, vel proprio pacto nõ succederent, tradunt Curtius Iunior, & Alex. *in d. l. 21. §. ex imperfecto, C. de test.* Vasquius *in tract. de success. creat. §. 21. n. 52.* Cæph. *cons. 99. in fi.* Hier. Zanch. *in l. hæredis mei. 57. §. cum ita 1. n. 11. 96. ff. ad SC. Trebell.* Lud. Zunt. *in cons. pro vxore. n. 952.* Grassus *d. §. testamentum, q. 15. n. 4.* Piso *d. c. 7. n. 24.* & Hartm. Pist. *d. q. 1. n. 17.* Harp.

g *Inter filios non primi, sed vlterioris gradus*] Quod † testa-
14 mentum minus solenne etiam inter liberos, qui primum successionis locum non tenent, valeat, contra alios plurib. tuetur. Nat. *cons. 428. tom. 2.* Hartm. Pist. *d. q. 1. n. 16.* & Thadeus Piso *d. c. 7. n. 23.* Harprec.

h *Testetur inter parentes.*] Testamentum † imperfectum, siue
15 minus solemne non valere, si filiusfamilias inter parentes testetur, tenent quoq; præter hoc loco citatos, Fernand. Vasq. *d. tract. de success. creat. §. 11. limit. 7. nu. 61. & de success. resol. §. 1. num. 45.* Grassus *d. §. Testamentum, q. 15. num. 6.* Gail. *d. l. 2. obs. 112. num. 6.* Rodericus Soarez *in l. quoniam in prioribus 32. in vlt. amplia. C. de inoffic. test.* Piso *d. l. 1. c. 7. nu. 41.* Hartm. Pistor *d. q. 1. num. 18.* & Sichardus *in d. l. hac consultissima 21. §. ex imperfecto, nu. 5. C. de test.* Harprec.

i *Quod non.*] Adde pro hac opinione Rod. Seur. *in rep. l. quoniam in priorib. C. de inoff. test. ampl. vlt. n. 6.* contrariam tamen sententiã Curt. iun. *in § ex imperfecto, n. 4.* & nouissime Bereng. Fern. *in rep. l. in quartam. ff. ad l. Falc. c. 1. n. 47.* Gou.

QVÆSTIO XIII.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Ex testamento imperfecto inter liberos succeditur tanquã ex testamento, non autem tanquam ab intestato.*

Ex Additionibus.

1 *Quomodo ex testam. imperfecto inter liberos succedatur.*
2 *In isto testamento pater pupillariter substituere, tutorémque constituere potest.*

RElstat nunc videre circa hanc materiã testamenti inter liberos conditi, nũquid ex huiusmodi testamento imperfecto inter liberos dicatur succedi tan-
1 quam ex testamento, non autem tanquam ab intestato? Vtilitas autem est maxima: quia si valet vt testamentum, sustinebitur substitutio pupillaris, item exhæredatio, item datio tutoris, quæ omnia fieri non possunt in codicillis, & ideo non possunt sustineri, vbi non valeret nisi ab intestato, & sic in vim codicilli?
a Resp. quod dicitur *a* succedi ex testamento, non autẽ ab intestato. Ita tenet gl. *in l. filij, in verbo, ab intestato. C. fam. hercisc.* & ita tenent communiter omnes Doctores, vt dicit Corn. *in d. §. ex imperfecto, num. 12. in fin.* Bertran. *cons. 141. n. 5. lib. 3. in 2. parte.* Hanc etiam opin. dicit esse communem Iason. *in d. §. ex imperfecto. n. 221.* Satis enim dicitur testamentum, ex quo lex illud approbat pro testamento, supplendo defectus solemnitatum, & vult ex eo succedi.

ADDITIONES.

a DIcitur succedi ex testamento, non autem ab intestato.] Quod † in omnibus illis casibus, quibus minus solemnis patris 1 dispositio inter liberos vim testamenti habere dicitur, non ab intestato, sed magis ex ipso testamento succedatur: atque omnia, quæ de solemni testamento disposita reperiuntur, etiam hoc in testamento locum sibi vindicent: ita † vt in eo pater pupillariter substituere, & exhæredare, itemque tutorem consti- 2 tuere possit, tenent, post Clarum nostrum, & ab eo allegatos, Alexand. *in l. hac consultissima 21. § ex imperfecto, num. 2. C. de test.* Decius *cons. 610. nu. 3.* Emanuel à Costa *in l. Gallus, 29. § & quid si tantum, 5. nu. 41. par. 1. ff. de liber. & posthum. hæredib. instit.* Fernand. Vasq. *in tract. de success. creat. §. 21. num. 47. cum seq.* Lud. Zunthus *in respons. pro vxore, nu. 48.* Mich. Grassus *li. 1. recept. sent. § testamentum, quæst. 11. num. 2.* Hartm. Pistoris *lib. 1. nu. 22.* & Thadeus Piso *lib. 1. var. resolut. cap. 7. numero 21.* Harprec.

QVÆSTIO XIV.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Schedula à patre scripta, continens eius vltimam voluntatem, valet inter liberos in vim testamenti.*
2 *Et an requiratur quod in ea apposita sit dies.*
3 *Et an debeat esse in omnibus per extensum scripta absq; aliqua abbreuiatione.*
4 *Et quid si tantummodo sit ab ipso patre subscripta, non autem eius manu in totum scripta.*
5 *Et quid si non sit eius manu scripta sed tantum reperta in eius arca.*
6 *Et quid si non sit scripta, neq; subscripta à patre, sed tantum ab ipsis filiis.*
7 *Et quid si reperiatur schedula testamenti in lt. Notarij.*
8 *Et quid si filij non sint in ipsa schedula æqualiter instituti.*
9 *Et an hæc conclusio locum habeat etiam in schedula confecta in fauorem piæ causæ.*

Ex Additionibus.

1 *Parentis schedula, manu ipsius conscripta, valet inter liberos in vim testamenti.*
2 *Sententia* l. vlt. C. famil. ercisc und.
3 *Voluntas patris inter liberos ex imperfecto testamento generaliter sustinetur.*
4 *Explicatio* Nouel. 107. cap 1.
5 *Filij semper obseruare debent voluntatem parentum.*
6 *In testamentis, & codicillis, & nuda voluntate, quot requirantur testes.*
7 *Testamentum vnde deriuetur.*
8 *Mens testatoris in testamentis dominatur.*
9 *Scriptura priuata regulariter non requirit diei designationem.*
10 *Aliud in schedula siue testamento inter liberos condito obtinet.*
11 *Nota quatenus in testamentis tolerentur.*
12 *An testamentum, à patre saltem subscriptum, inter liberos valeat.*
13 *Nunquid schedula in arca patris reperta, non tamẽ eius manu scripta, in vim testamenti valeat remissiue.*
14 *Et quid, si schedula ista ab ipsis filiis sit subscripta.*
15 *Et quid, si schedula testamenti reperiatur in lt. Notarij.*
16 *An, & quatenus pater liberos suos ex inæqualibus partibus hæredes scribere possit, varia opiniones.*
17 *Prima opinio.*
18 *Secunda opinio.*
19 *Tertia opinio.*

20 Con-

20 *Confirmatio huius posterioris opinionis.*
21 *Consideratio* l. filij 16. & d. l. vlt. C. famil. ercisc.
22 *Quaten⁹ parenti permissa sit illibata diuisio inter liberos.*
23 *Interpretatio* d. l. vlt. in princ. C. famil. ercisc.
24 *An, & quatenus æqualitas inter liberos seruanda.*

HAbemus etiam in hac materia testamenti inter liberos conditi aliam constitutionem mirabilem quæ est posita? *in Auth. quod sine. C. de test.* per quam
a disponitur, quid si reperiatur *a* schedula scripta manu
1 testatoris, in qua contineatur eius dispositio inter libe-
b ros, talis *b* schedula valet, & illi standum est, etiam, quod in ea co..ficienda non interuenerint aliqui testes, neque vlli ipsi schedulæ se subscripserint. Et ita se habet magis communis opin. vt attestatur Alex. *cons. 105. fin. lib. 7.* quem refert Io. Dilect. *de arte testandi. tit. 2. cau. 2. in fi.* & aduerte circa intelligentiam terminorum; quia aut pater testando inter liberos siue in scriptis, siue per nuncupationem adhibuit testes, & tunc etiamsi non fuerit adhibitus numerus septem testium, vel etiam deficiant aliquæ aliæ solemnitates à iure requisitæ, sustinetur nihilominus testamentum ex dispositione *d. §. ex imperfecto*, dummodo de eo deponant saltem
c duo testes, etiam feminæ, etiam non *c* rogatæ, vt dixi
d supra *q. 8. vers. Hinc infertur, & seq* Aut vero *d* pater aliquos testes non adhibuit, sed tantum voluntatem suam in scriptis exaratam reliquit, vel in arca, vel apud Notarium, vel aliquem alium non suspectum, & hoc casu habet locum dispositio *d. Auth. quod sine.* scilicet vt talis schedula valeat, & illi standum sit, licet careat solemnitatibus requisitis, dummodo appareat, quod sit scripta manu ipsiusmet testatoris.

2 Sed nunquid requiritur, quod in huiusmodi *e* sche-
e dula apposita sit dies, qua confecta est? Resp. quod sic. Ita tenet Bald. *in d. Auth quod sine. n. 4* & est commun. opi. vt dixit Natta *in repet. d. Auth quod sine. n. 30. & seq.* Lex enim requirit tempus in illa apponi, *vt in d. Auth. quod sine.* Debet ergo apponi formaliter, & specifice. vt si aliqua suspicio falsitatis subesset, facile deprehendi possit. Et hanc conclusionem nota pro limitatione eorum, quæ dixi infra *lib. 7. §. scriptura.* quid scilicet regulariter in priuata scriptura non requiritur dies, neque annus.

3 Sed quia tex. *in d. Auth. quod sine.* dicit non signis, sed litterarum consequentia; quæro, vtrum de necessitate
f requiratur, quod in huiusmodi schedula pater *f* omnia extense scripserit, absque vllis imbreuiaturis, etiam vsitatis? Resp. quod sic. Ita dicit Bart. *in l. quoties §. 1. n. 4. ff. de hered. instit.* & est communis sententia, vt ait Natta, *in repet. d. Auth. quod sine. n. 38.* Quæ tamen intelligenda est, vt procedat circa numerum vnciarum, vel summam aliquam pecuniæ, signis Arithmeticis exprimendam, in quibus de facili potest falsitas committi; sed in reliqua dispositione credo, quod sufficiat illam esse scriptam eo modo, quo cæteræ scripturæ communiter conscribi solent. Et hic fuit sensus Imp. vt apparet in corpore, vnde Authentica ipsa sumpta est.

4 Quæro, quid si d. schedula non *g* sit à patre, sed ab
g alio scripta, sit tamen ab ipso patre subscripta, nunquid
h hoc sufficiet? Respondeo, quod sic. Nam subscribens *h* censetur virtualiter scribere omnia contenta in scriptura, quam sua subscriptione confirmat. Ita tenet Paul. de Castro. *cons. 93. post nu. 2. lib. 1.* & est communis sententia, vt dicit Natta *in d. Auth. quod sine, n. 44. & seq.* Quam ego etiam sequor, modo in subscriptione fiat mentio, quod sit testamentum. Licet enim regulariter sola subscriptio generalis sufficiat, quicquid dixerit Bart. *in l. diuus. §. item senatus, n. 1. ff. de falsis.* contra quem est communis opinio, vt dixi infra *lib. 7. §. scriptura*, tamen vbi lex pro forma requirit, quod aliquis manu propria scribat; semper mihi placuit opinio Bart. quod scilicet requiratur specialis subscriptio, quia alias de facili supponendo vnam scripturam pro alia posset falsitas fieri, quam præcipue in hac testamentorum materia lex habet valde suspectam. Et ita teneas, nisi schedula ipsa aliquo alio argumento, quam tali subscriptione, confirmata esset.

5 Item quæro; Pone, quod *i* reperiatur in arca patris schedula continens diuisionem bonorum inter filios, *i* quæ tamen non sit scripta, neque subscripta manu ipsius testatoris: nunquid talis schedula inter ipsos liberos valebit, ita vt ab eis seruanda sit? Resp. quod non. Esset enim nimis aperta hoc modo via fraudibus. Et ita communiter concludunt, vt ait Ias. *in d. Auth. quod sine. post n. 1.* Guil. de Bened. *in 1. parte repet. cap. Raynut. fol. 156. post n. 87.*

6 Sed pone, quod schedula ipsa non sit à patre scripta, nec subscripta, sed tamen sit *k* subscripta ab ipsis filiis, *k* nunquid valebit? Resp. quod sic. Et ita concludunt communiter Doctor. vt dicit Natta *in d. Auth. quod sine. n. 51.* Intelligo, quod valet non vt testamentum, ex dispositione ipsius *Auth. quod sine.* sed vt contractus, ex conuentione ipsorum filiorum: quod nota, quia est magni effectus, vt dixi supra *q. proxima.*

7 Præterea quæro, si *l.* reperiatur in lib. Notarij schedula testamenti, non tamen in ipsa schedula sit scriptum, quod fuerit tale testamentum lectum coram testibus, nunquid valebit inter liberos? Resp. Bart. *in l. fideicommissa. § quoties, n. 1. ff. de legat. 3.* loquendo per verbum forte, tenuit, quod sic. Contrarium tenuit Bald. *in d. Auth. quod sine num. 1.* etiam in fortioribus terminis, quando scilicet in schedula reperiuntur descripta nomina testium. Et opinio Baldi communiter tenetur, vt dicit Natta *in d. Auth. quod sine n. 3.* Cum enim lex requirat manum propriam ipsius patris, aliena sufficere non debet.

8 Sed quæro, nunquid dispositio *dict. Auth. quod sine.* habeat locum, etiam si filij *m* in ipsa schedula non sint *m* æqualiter instituti? Respond quod sic. Et ita dicunt commun. Doctores, vt dicit Socin. iun. *cons. 189. nu. 87. lib. 2. & cons. 24. post n. 9 lib. 3.* Intellige, modo sit modica disparitas, alias secus.

9 Vlterius quæro, nunquid dispositio *Auth. quod sine.* extendatur etiam, vt locum habeat in fauore piæ *n* cau- *n* sæ, si reperiatur schedula scripta manu defuncti, absque testibus, in qua de bonis suis disponat ad pias causas? dixi supra *quæst. 7. vers. Aliquando enim.*

ADDITIONES.

a *SI reperiatur schedula.*] Adde, quæ in hac schedula solemnitatis requirantur, Cæphal. *cons. 277. num. 15. 16. 17. 18. vol. 3.* Go. 1

b *Talis schedula valet, &c.*] Parentis † schedulam manu ipsius conscriptam, absque vllis testibus inter liberos validi testamēti loco subsistere (contra Salicetum *in leg. hac consultissima 21. § ex imperfecto. C. de test.* Alexandrum *cons. 76. num. 12. lib. 3.* & Cuiacium *in suis consultationib. consultat. 1. & Nouell. 107.*) tenent Doct. communiter Bart. *in l si is qui testamentum 2. n. 4 ff. qui test. fac. pos.* Bal. Corneus, Fulgos. Castrens. Natta, Iason. & Sichardus *in Auth. quod sine C. de test.* Guil. Benedict. *in cap. Raynutius, 16. in verb. testamentum, n. 85 de testam.* Menoc. *lib. 4. præsum. 7. nu. 5.* Grassus *lib. 1. recept. sent. §. testamentum, q. 16. num. 2.* Gail. *lib. 2. obs. 112 num. 7.* Hartman. Pistor. *lib. 1 quæst. 1. num. 4.* Reusnerus *in tract. de testam part. 4 c. 3. num. 8.* Fachineus *lib 4 controuers. iur. c. 1.* Elbertus Leonius *consi. 98. num. 4.* Speckhan. *cent. 1. quæst. 48.* Thadeus Piso *lib. 1. var. resolut. c. 7. num. 7* Barbat. *cons. 58 lib. 4.* Boerius *decis. 240.* Arumæus *exercitat. Instit. 7. thes. 12.* & Gilkenius *in d. l. hac consultissima. 21. § ex imperfecto. n. 15. C. de testam.* Hæcque receptissima † opinio nititur primum 2 textu *in l. vlt. Cod. famil. ercisc and.* vbi Constantinus Imperator sanciuit, quod quælibet dispositio patris de hæreditate sua valeat inter liberos, etiamsi solemnitate legum huiusmodi dispositio fuerit destituta. Quæ posteriora verba omnem solemnitatem, & consequenter etiam testium adhibendorum, complectuntur;

eos pater testamentum sine solemnitatibus conficere possit; quoniam matrimonium omnem maculam præcedentem purgat, & abstergit, *tanta est vu. 6. qui filij sint legiti.* Ceterum † de legiti-
10 matis per rescriptum Principis controuertitur; an idem statuendum sit circa testamentum imperfectum, quod inter liberos ex iusto matrimonio procreatos constitutum est? Et statuendum
11 esse, hęc suadet ratio: quod † liberi naturales, qui Imperiali rescripto legitimi efficiuntur, iisdem iuribus, & cõmodis frui debeant, quibus fruuntur cæteri, vel legitimo matrimonio progeniti.
12 *Nouell. 89. c. 9. § sit igitur licentia &c.* Nec obstat text. *in* † *l. vlt. C. de his, qui veniam ætatis impetrauerunt.* vbi Iustinianus in hęc verba rescripsit: Si quis aliquid dari, vel fieri voluerit, & legitimæ ætatis fecerit mentionem, vel si se absolute dixerit perfectę ætatis: illam tantummodo ætatem intellectam esse videri volumus, quæ ex vigintiquinq; annorum curriculis completur, non quæ ab imperiali beneficio suppletur. Hæc namq; dissimilia & diuersa sunt: quia minorem annis viginti quinq; Princeps facere maiorem nequit: ast enim, qui legitimus non est legitimum efficere potest. Ita docent Bald. *in c. de consis 4. n. 34. de off. & potest. iudic. deleg.* Ias. *in d. l. hac consultissima 2. §. ex imperfecto n. 2. C. de test.* Gail. *d. li. 2. obs. 1. 12. n. 21. & 22.* Thad Piso *d. li. 1. var. resol. c. 7. n. 25.* & Fachin. *d. li. 4. controuers. iur. c. 3. vers. ceterum si filij naturales, &c.* Harprec.

e *Per subsequens matrimonium.*] Adde communem per Menoch *de recup. possessio. in 1. remed. nu. 43.* Hoc intellige, prout tunc, & posthac, non prout nunc, & in præteritum inspecto natiuitatis tempore. Item limita in filio nato ex concubina retenta, at secus in spurio. Vide per Cæph. *in cons. 82. nu. 13. & fusius in collect. mea comm. opi. n. 33. verb. legitimatio.* vbi fusius declaraui, *& in trib. n. seqq.* vbi quid de concepto, pendente lite. & quid matrimonio in mortis articulo celebrato: & quid de secundis nuptiis, & *n. 27.* an possit eligi in episcopum. Grach.

f *Qui per statutum essent exclusi à successione intestati.*] Quod
13 testamentum imperfectum, seu minus solenne sustineatur etiã inter liberos, qui alioquin ab intestato ex peculiari statuti dispositione, vel proprio pacto nõ succederent, tradunt Curtius Iunior, & Alex. *in d. l. 21. §. ex imperfecto, C. de test.* Vasquius *in tract. de success. creat. §. 21. n. 52.* Cæph. *cons. 99. in fi.* Hier. Zanch. *in l. hæredes mei. 57. §. cum ita 1. n. 11. 96 ff ad SC. Trebell.* Lud. Zunt. *in cons. pro vxore. n. 952.* Grassus *d. §. testamentum, q. 15. n. 4.* Piso *d. c. 7. n. 24.* & Hartm. Pist. *d. q. 1. n. 17.* Harp.

14 g *Inter filios non primi, sed vlterioris gradus.*] Quod † testamentum minus solenne etiam inter liberos, qui primum successionis locum non tenent, valeat, contra alios plurib. tuetur. Nat. *cons. 428. tom. 2.* Hartm. Pist. *d. q. 1. n. 16.* & Thadeus Piso *d. c. 7. n. 23.* Harprec.

15 h *Testetur inter parentes.*] Testamentum † imperfectum, siue minus solemne non valere, si filiusfamilias inter parentes testetur, tenent quoq; præter hoc loco citatos, Fernand. Vasq. *d. trac. de success. creat. §. 21. limit. 7. nu. 61. & de success. resol. §. 1. num. 45.* Grassus *d. §. Testamentum, q. 15. num. 6.* Gail. *d. l. 2. obs. 112. num. 6.* Rodericus Soarez *in l. quoniam in prioribus 32. in vlt. ampliat. C. de inoffic. test.* Piso *d. l. 1. c. 7. nu. 41.* Hartm. Pistor *d. q. 1. num. 18.* & Sichardus *in d. l. hac consultissima 21. §. ex imperfecto, nu. 5. C. de test.* Harprec.

i *Quod non.*] Adde pro hac opinione Rod Seus. *in rep. l. quoniam in priorib. C. de inoff. test. ampl. vlt. n. 6* contrariam tamen sententiã Curt. iun. *in § ex imperfecto, n. 4.* & nouissime Bereng. Fern. *in rep. l. in quartam. ff ad l. Falc. c. 1. n. 47.* Gou.

QVÆSTIO XIII.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Ex testamento imperfecto inter liberos succeditur tanquã ex testamento, non autem tanquam ab intestato.*

Ex Additionibus.

1 *Quomodo ex testam. imperfecto inter liberos succedatur.*

2 *In isto testamento pater pupillariter substituere, tutorémque constituere potest.*

RElstat nunc videre circa hanc materiã testamenti inter liberos conditi, nũquid ex huiusmodi testamento imperfecto inter liberos dicatur succedi tan-
1 quam ex testamento, non autem tanquam ab intestato? Vtilitas autem est maxima: quia si valet vt testamentum, sustinebitur substitutio pupillaris, item exhæredatio, item datio tutoris, quæ omnia fieri non possunt in codicillis, & ideo non possunt sustineri, vbi non valeret nisi ab intestato, & sic in vim codicilli?
a Resp. quod dicitur *a* succedi ex testamento, non autẽ ab intestato. Ita tenet gl. *in l. filij, in verbo, ab intestato: C. fam. hercis.* & ita tenent communiter omnes Doctores, vt dicit Corn. *in d. §. ex imperfecto. num. 12. in fin.* Bertran. *cons. 141. n. 5. lib. 3. in 2. parte.* Hanc etiam opin. dicit esse communem Iason. *in d. §. ex imperfecto. n. 221.* Satis enim dicitur testamentum, ex quo lex illud approbat pro testamento, supplendo defectus solemnitatum, & vult ex eo succedi.

ADDITIONES.

a DIcitur succedi ex testamento, non autem ab intestato.] Quod † in omnibus illis casibus, quibus minus solemnis patris dispositio inter liberos vim testamenti habere dicitur, non ab intestato, sed magis ex ipso testamento succedatur: atque omnia, quæ de solemni testamento disposita reperiuntur, etiam 1
hoc in testamento locum sibi vindicent; ita † vt in eo pater pupillariter substituere, & exhæredare, itemque tutorem constituere possit, tenent, post Clarum nostrum, & ab eo allegatos, 2
Alexand. *in l. hac consultissima 21. § ex imperfecto, num. 2. C. de test.* Decius *cons. 610. nu. 3.* Emanuel à Costa *in l. Gallus, 19. § & quid si tantum, 5. nu. 41. par. 1. ff. de liber. & posthum. hæredib. instit.* Fernand. Vasq. *in tract. de success. creat. §. 21. num. 47. cum seq.* Lud. Zunthus *in respons. pro vxore, nu. 48.* Mich. Grassus *li. 1. recept. sent. § testamentum, quæst. 11. num. 2.* Hartm. Pistoris *lib. 1. nu. 22.* & Thadeus Piso *lib. 1. var. resolut. cap. 7. numero 21.* Harprec.

QVÆSTIO XIV.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Schedula à patre scripta, continens eius vltimam voluntatem, valet inter liberos in vim testamenti.*

2 *Et an requiratur quod in ea apposita sit dies.*

3 *Et an debeat esse in omnibus per extensum scripta absq; aliqua abbreuiatione.*

4 *Et quid si tantummodo sit ab ipso patre subscripta, non autem eius manu in totum scripta.*

5 *Et quid si non sit eius manu scripta sed tantum reperta in eius arca.*

6 *Et quid si non sit scripta, neq; subscripta à patre, sed tantum ab ipsis filiis.*

7 *Et quid si reperiatur schedula testamenti in li. Notarij.*

8 *Et quid si filij nõ sint in ipsa schedula æqualiter instituti.*

9 *Et an hæc conclusio locum habeat etiam in schedula confecta in fauorem piæ causæ.*

Ex Additionibus.

1 *Parentis schedula, manu ipsius conscripta, valet inter liberos in vim testamenti.*

2 *Sententia* l. vlt. C. famil. ercisc und.

3 *Voluntas patris inter liberos ex imperfecto testamento generaliter sustinetur.*

4 *Explicatio* Nouel. 107. cap 1.

5 *Filij semper obseruare debent voluntatem parentum.*

6 *In testamentis, & codicillis, & nuda voluntate, quot requirantur testes.*

7 *Testamentum vnde deriuetur.*

8 *Mens testatoris in testamentis dominatur.*

9 *Scriptura priuata regulariter non requirit diei designationem.*

10 *Aliud in schedula siue testamento inter liberos condito obtinet.*

11 *Nota quatenus in testamentis tolerentur.*

12 *An testamentum, à patre saltem subscriptum, inter liberos valeat.*

13 *Nunquid schedula in arca patris reperta, non tamẽ eius manu scripta, in vim testamenti valeat remissiue.*

14 *Et quid, si schedula ista ab ipsis filiis sit subscripta.*

15 *Et quid, si schedula testamenti reperiatur in li. Notarij.*

16 *An, & quatenus pater liberos suos ex inæqualibus partibus hæredes scribere possit, varia opiniones.*

17 *Prima opinio.*

18 *Secunda opinio.*

19 *Tertia opinio.*

20 Con-

20 *Confirmatio huius posterioris opinionis.*
21 *Consideratio* l. filij 16. & d. l. vlt. C. famil. ercisc.
22 *Quaten⁹ parenti permissa sit illibata diuisio inter liberos.*
23 *Interpretatio* d. l. vlt. in princ. C. famil. ercisc.
24 *An, & quatenus æqualitas inter liberos seruanda.*

HAbemus etiam in hac materia testamenti inter liberos conditi aliam constitutionem mirabilem quæ est posita? *in Auth. quod sine. C. de test.* per quam disponitur, quid si reperiatur *a* schedula scripta manu
1 testatoris, in qua contineatur eius dispositio inter liberos, talis *b* schedula valet, & illi standum est, etiam, quod in ea conficienda non interuenerint aliqui testes, neque vlli ipsi schedulæ se subscripserint. Et ita se habet magis communis opin. vt attestatur Alex. *cons.* 105. *fin. l. b.* 7. quem refert Io. Dilect. *de arte testandi tit.* 2. *cau.* 2. *in fi.* & aduerte circa intelligentiam terminorum; quia aut pater testando inter liberos siue in scriptis, siue per nuncupationem adhibuit testes, & tunc etiamsi non fuerit adhibitus numerus septem testium, vel etiam deficiant aliquæ aliæ solemnitates à iure requisitæ, sustinetur nihilominus testamentum ex dispositione *d. §. ex imperfecto.* dummodo de eo deponant saltem duo testes, etiam feminæ, etiam non *c* rogatæ, vt dixi supra *q.* 8. *vers. Hinc infertur, & seq* Aut vero *d* pater aliquos testes non adhibuit, sed tantum voluntatem suam in scriptis exaratam reliquit, vel in arca, vel apud Notarium, vel aliquem alium non suspectum, & hoc casu habet locum dispositio *d. Auth. quod sine.* scilicet vt talis schedula valeat, & illi standum sit, licet careat solemnitatibus requisitis, dummodo appareat, quod sit scripta manu ipsiusmet testatoris.

2 Sed nunquid requiritur, quod in huiusmodi *e* schedula apposita sit dies, qua confecta est? Resp. quod sic. Ita tenet Bald. *in d. Auth quod sine. n.* 4 & est commun. opi. vt dixit Natta *in repet. d. Auth quod sine. n.* 30. *& seq.* Lex enim requirit tempus in illa apponi, *vt in d. Auth. quod sine.* Debet ergo apponi formaliter, & specifice. vt si aliqua suspicio falsitatis subesset, facile deprehendi possit. Et hanc conclusionem nota pro limitatione eorum, quæ dixi infra *lib.* 7. *§. scriptura.* quid scilicet regulariter in priuata scriptura non requiritur dies, neque annus.

3 Sed quia tex. *in d. Auth. quod sine.* dicit non signis, sed litterarum consequentia; quæro, vtrum de necessitate requiratur, quod in huiusmodi schedula pater *f* omnia extense scripserit, absque vllis imbreuiaturis, etiam vsitatis? Resp. quod sic. Ita dicit Bart. *in l. quoties §.* 1. *n.* 4. *ff. de hered. instit.* & est communis sententia, vt ait Natta, *in repet. d. Auth. quod sine. n.* 38. Quæ tamen intelligenda est, vt procedat circa numerum vnciarum, vel summam aliquam pecuniæ, signis Arithmeticis exprimendam, in quibus de facili potest falsitas committi; sed in reliqua dispositione credo, quod sufficiat illam esse scriptam eo modo, quo cæteræ scripturæ communiter conscribi solent. Et hic fuit sensus Imp. vt apparet in corpore, vnde Authentica ipsa sumpta est.

4 Quæro, quid si d. schedula non *g* sit à patre, sed ab alio scripta, sit tamen ab ipso patre subscripta, nunquid hoc sufficiet? Respondeo, quod sic. Nam subscribens *h* censetur virtualiter scribere omnia contenta in scriptura, quam sua subscriptione confirmat. Ita tenet Paul. de Castro. *cons.* 93. *post nu.* 2. *lib.* 1. & est communis sententia, vt dicit Natta *in d. Auth. quod sine, n.* 44. *& seq.* Quam ego etiam sequor, modo in subscriptione fiat mentio, quod sit testamentum. Licet enim regulariter sola subscriptio generalis sufficiat, quicquid dixerit Bart. *in l. dinus. §. item senatus, n.* 1. *ff. de falsis.* contra quem est communis opinio, vt dixi infra *lib.* 7. *§. scriptura,* tamen vbi lex pro forma requirit, quod aliquis manu propria scribat; semper mihi placuit opinio Bart. quod scilicet requiratur specialis subscriptio, quia alias de facili supponendo vnam scripturam pro alia posset falsitas fieri, quam præcipue in hac testamentorum materia lex habet valde suspectam. Et ita teneas, nisi schedula ipsa aliquo alio argumento, quam tali subscriptione, confirmata esset.

Item quæro; Pone, quod *i* reperiatur in arca patris 5
schedula continens diuisionem bonorum inter filios, quæ tamen non sit scripta, neque subscripta manu ipsius testatoris: nunquid talis schedula inter ipsos liberos valebit, ita vt ab eis seruanda sit? Resp. quod non. Esset enim nimis aperta hoc modo via fraudibus. Et ita communiter concluditur, vt ait Ias *in d. Auth. quod sine. post n.* 1. Guil. de Bened. *in* 1. *parte repet. cap. Raynut. fol.* 156. *post n.* 87.

Sed pone, quod schedula ipsa non sit à patre scripta, 6
nec subscripta, sed tamen sit *k* subscripta ab ipsis filiis, nunquid valebit? Resp. quod sic. Et ita concludunt communiter Doctor. vt dicit Natta *in d. Auth quod sine. n.* 51. Intelligo, quod valet non vt testamentum, ex dispositione ipsius *Auth. quod sine.* sed vt contractus, ex conuentione ipsorum filiorum: quod nota, quia est magni effectus, vt dixi supra *q. proxima.*

Præterea quæro, si *l.* reperiatur in lib. Notarij sche- 7
dula testamenti, non tamen in ipsa schedula sit scriptum, quod fuerit tale testamentum lectum coram testibus, nunquid valebit inter liberos? Resp. Bart. *in l. fideicommissa. § quoties, n.* 1 *ff. de legat.* 3. loquendo per verbum forte, tenuit, quod sic. Contrarium tenuit Bald. *in d. Auth. quod sine num.* 1. etiam in fortioribus terminis, quando scilicet in schedula reperiuntur descripta nomina testium. Et opinio Baldi communiter tenetur, vt dicit Natta *in d. Auth. quod sine n.* 3. Cum enim lex requirat manum propriam ipsius patris, aliena sufficere non debet.

Sed quæro, nunquid dispositio *dict. Auth. quod sine.* 8
habeat locum, etiam si filij *m* in ipsa schedula non sint æqualiter instituti? Respond quod sic. Et ita dicunt commun. Doctores, vt dicit Socin. iun. *cons.* 189. *nu.* 87. *lib.* 2. *& cons.* 14. *post n.* 9 *lib.* 3. Intellige, modo sit modica disparitas, alias secus.

Vlterius quæro, nunquid dispositio *Auth. quod sine.* 9
extendatur etiam, vt locum habeat in fauore piæ *n* causæ, si reperiatur schedula scripta manu defuncti, absque testibus, in qua de bonis suis disponat ad pias causas? dixi supra *quæst.* 7. *vers. Aliquando enim.*

ADDITIONES.

a SI *reperiatur schedula.*] Adde, quæ in hac schedula solem- 1
nitatis requirantur, Cæphal. *cons.* 277. *num.* 15. 16. 17. 18. *vol.* 3. Go.

b *Talis schedula valet, &c.*] Parentis † schedulam manu ipsius conscriptam, absque vllis testibus inter liberos validi testamenti loco subsistere (contra Salicetum *in leg. hac consultissima* 21. § *ex imperfecto. C. de test.* Alexandrum *cons.* 76. *num.* 12. *lib.* 3. & Cuiacium *in suis consultationib. consultat.* 1. *&* *Nouell.* 107.) tenent Doct. communiter Bart. *in l. sin. qui testamentum* 21. *n.* 4 *ff. qui test. fac. pos.* Bal. Corneus, Fulgos. Castrens. Natta, Iason. & Sichardus *in Auth. quod sine C. de test.* Guil. Benedict. *in cap. Raynutius,* 16. *in verb. testamentum, n.* 85 *de testam.* Menoc. *lib.* 4. *præsum.* 7. *nu.* 5. Grassus *lib.* 1. *recept. sent. §. testamentum, q.* 16. *num.* 2. Gail. *lib.* 2. *obs.* 112. *num.* 7. Hartman. Pistor. *lib.* 1 *quæst.* 1. *num.* 4. Reusnerus *in tract. de testam part.* 4 *c.* 3. *num.* 8. Fachineus *lib* 4 *controuers. iur. c.* 1. Elbertus Leonius *consi.* 98. *num.* 4. Speckhan. *cent.* 1. *quæst.* 48. Thadeus Piso *lib.* 1. *var. resolut. c.* 7. *num.* 7 Barbat. *cons.* 58 *lib.* 4. Boerius *decis.* 240. Arumæus *exercitat. Instit.* 7. *thes.* 12. & Gilkenius *in d. l. hac consultissima.* 21. *§. ex imperfecto. n.* 15. *C. de testam.* Hæcque receptissima † opinio nititur primum 2
textu *in l. vlt. Cod. famil. ercijcund.* vbi Constantinus Imperator sanciuit, quod quælibet dispositio patris de hæreditate sua valeat inter liberos, etiamsi solemnitate legum huiusmodi dispositio fuerit destituta. Quæ posteriora verba omnem solemnitatem; & consequenter etiam testium adhibendorum, complectuntur;

Accedit deinde textus *in d.l.hac consultissima 21.§.ex imperfecto 1.C.de test.* vbi Impp. Theodosius, & Valent. generaliter consti-
3 tuerunt, ex † imperfecto testamento valere voluntatem patris
4 inter solos liberos. Præterea † probatur hæc sententia *per Nouell. 107.c.1. Iustinianus*: Volumus, inquit, vt si quis litteras sciens, inter suos filios voluerit facere dispositionem, primum quidem eius subscriptione tempus declaret: deinde quoque filiorum nomina propria manu: ad hoc vncias, in quibus scripsit eos hæredes, &c. Et paulo post: Si tamen aut vxori, aut extraneis personis aliquibus voluerit relinquere legata, aut fideicommissa, aut libertates, & hæc propria scripta manu, dictaque à testatoribus coram testibus, quoniam omnia consequenter in dispositione posita ipsi, & scripserunt, & volunt valere, sint firma, &c. Quibus ex verbis intelligere promptum est, Iustinianum Imp. illud velle, vt testamentum inter liberos conscriptum absque testium adminiculo, seruandum sit, si modo pater formam præscriptam obseruauerit: nisi aliquid vxori, vel extraneis legauerit: tunc enim testes adhibendi sint. Hanc denique conclusionem manifesta confirmat ratio: tum quia æquitati consentaneum est, vt
5 † filij obseruent parentum voluntatem, tametsi omni solemnitate careat; cum ipsa veritas sola inter eos spectari debeat. Tum quia frustra hic requiritur testium præsentia: cum talem fuisse parentum dispositionem, satis constet, docente Menochio *d.lib. 4.præsumpt.7.n.5.ad finem.*

6 Huic decisioni non aduersatur, quod † nec codicillus, nec testamentum dici possit ea voluntas, cui desint testes: cum in testamentis exigantur septem testes, in codicillis quinque *d.l.hac consultissima.21.in princ. l.cum antiquitas,28 §.vlt l.nostram.30.C. de codicill.* & in testamento rusticorum quinque *l.fi. C. de test.* & in nuda voluntate tres testes requirantur, *leg.sancimus.27.C.eod. tit.* Etsi enim ista voluntas parentis inter liberos testibus destituta non habet formam solemnis testamenti, aut codicillorum: valet tamen, & sustinetur, vt testamentum imperfectum, seu minus solemne, & qualiscunque ordinatio bonorum patris inter liberos: ac proinde ex illo non ab intestato, sed ex testamento succeditur, non secus, atque ex alio solemni, & omnibus numeris absoluto testamento. Satis etenim dicitur testamentum, ex quo lex illud approbat pro testamento, supplendo defectus solẽnitatum, vt loquitur Clarus noster *in quæstione præcedenti, circa finem*, & Thadeus Piso *d lib.1. var.resol.c.7 n.21.*

Non item refragatur, quod † ea voluntas, quæ testibus nullis
7 munita est, testamentum dici non possit: cum nominis testamenti substantia à testibus deduci videatur. Etenim testamentum non tam à testibus, quam à testatione, id est, declaratione mentis deriuatur. Mens siquidem † testatoris præcipue in testa-
8 mentis dominatur: & ex voluntate testatoris omnia pendent, quæ in testamento disposita sunt *l.in conditionibus, 19. in princ. de conditionib. & demonstr.* & expositum supra *ad q 1.nu. 1. & 2.* Harprec.

c *Non rogata*] Adde, quod testes esse adhibitos & conuocatos satis est probare dato, quod haud constet eos esse rogatos, commune Alex. *in l.sciendum n.41 ff.de verb.obligat.* qui tamen *num.43.* dicit magis communem esse, quod haud præsumantur rogati. Adde communem etiam, atque vide per Diaz *regul.751.* vbi retulit Ias. quadrupliciter limitantem, *in d l.sciendum.* Et regulam, quod testes in testamento debeant esse rogati cum trib. fallen. vide per Soc. *in reg.505.* Et no. quod testis rogatus à testatore, ex quo eius fides fuit approbata, quod haud potest amplius reprobari. Ita per Alex. *in cons.54 in fi.vol 3* Giach.

d *Aut vero*] Adde & vide per Rim. *in cons 439. n.13.* vbi fusius. Giach.

e *In huiusmodi schedula apposita sit dies.*] Etsi † scriptura pri-
9 uata ad sui firmitatem regulariter non requirit diei designatio-
10 nem, *l.cum tabernam.34 §.1.ff.de pignorib. & hypothec.* tamen † in schedula, siue testamento inter liberos à parente condito non solum anni, sed etiam diei mentio necessario facienda est, *d. Nouel.107.c.1 & d. Auth.quod sine.C.de test.* Ratio illo assignari potest: quod si diuersæ schedulæ deprehenderentur, sciri non posset, quæ schedula vltimo exarata fuisset, si forte vna cum alia pugnaret, cum nouissima scriptura præualere soleat. *l.si quis in princip.22 ff de legat 3.* Gilkenius *nu 2.* & Sichardus *nu.5.in d. Auth. quod sine.C.de test.* Thadeus Piso *d.lib.1.var.resolut.cap.7 num. vndecimo* Harprec.

f *Pater omnia extense scripserit*] Quamuis † notæ in aliorum
11 testamentis non repudientur, *leg Lucius Titius 40 in princ.ff de test.milit. l.quoties § sed & si quis ff de hæred.inst.* in testamento tamen inter liberos requiritur, vt vnciæ, siue summa pecuniæ non per numeros, qui facile mutari possunt, sed per conuenientem litterarum seriem exprimatur. Idemque fusius explicant Piso *c.7 n.11.cum seq.* Lud. Zunthus *cons.pro vxore n. 59. & seq.* Grassus *d. §. testa quæst.16 nu.3.* Gilkenius *num.primo.* & Sichard. *numero quarto.in dict. Auth. quod sine. Cod. de testament.* Harprec.

g *Schedula non sit à patre, sed ab alio scripta.*] Si † testamen-
12 tum non ab ipso patre, sed ab alio conscriptum sit, à patre tamen specialiter subscriptum, adhuc inter liberos vigorem suum obtinet *arg. Nouell.18.c.7 & inde desumpta Auth. si modo C. familiæ erciscund.* eo quod parta sunt, manu propria scribere testamentum, vel ei manu alterius scripto subscribere, argum. principij, *vers.in iis autem, &c. Instit. de empt. & vendit. l. sicut 8. §. non videtur,15.ff.quib mod.pig.vel hypoth.soluit.leg.1 §.1.ibi, subscriptionem. ff. de constit. princ.l. si ita stipulatus 126.§ Chrysogonus,* ibique Ias. *ff de verb.oblig* Atque ita, post Clarum, aliosque ab his relatos, sentiunt Andr. Gail. *d.lib.2.obs.111. n.8.* Menoch. *d. lib.4.præsumpt.7.n.6.* Grassus *d.q.16.nu.5.* Piso *d.c.7.num. 9. 10.* Harsman. Pistoris *d .q. .num.7.* & Nicol. Reusner. *d.tract de test. par.4.c.4. nu. 14.* Tametsi aliud placeat Gilkenio *in d.l hac consultissima.21.§.ex imperfecto,num.19.C.de testam* & Meyrero *in tract.de testamentar.successionib.libr.1.tit. 15. num. 10. & seqq.* Harprec.

h *Subscribens censetur virtualiter scribere*] De ista communi in mandato scribi, vide per Villalob *in reg.138.* atque per Crauet. *in consil.73.* Et an scriptura manu propria scripta dicatur, quando de mandato debitoris scripta reperiatur, vide per Dec. *in c.quoniam contra.de probatio.* atque per Iac. de S. Georg. *Auth. si quis in aliquo.col.pen.de edon.* Alex. ad Bar. *in l.seruum,§ senat.ff. de fal.* per Marsi *in sing.471.* & per Natt *cons 287.num.4* & Cephal. *cons 272.num.85.* Item quod subscribens dicatur subscribere his, quæ in scriptura continentur, vide per Natt. *in cons.651 in 2.dub.* atque per Afflict. *decis.361.in 2.dub.* Angel. de Aret. *Instit. de empt atque vend nu 2* Et subscribens haud possit talem scripturam impugnare, nisi doceat se fuisse deceptum, aut subductũ ad ita subscribendum: vide Crau. *in d.cons 73 post nu.40.* Et regulam, quod subscribens approbare, & se obligare cẽseatur, cum tribus fallen. vide per Soc *sub. reg. 477.* & aliã consimilem cum vna ampliatione atque sex Fall. per eundem *reg.419.* Gou.

i *Reperiatur in arca patris schedula.*] Quod † schedula, in 13
arca patris reperta, continens voluntatem patris, [illegible] tamen eius manu scripta, vel subscripta, nullas prorsus vires habeat, tenet etiam Michael. Grassus *d.§.testamentum, quæst.96. numer nono.* Harprec.

k *Sit subscripta ab ipsis filiis.*] Si reperiatur † schedula, quæ à 14
parente nec scripta neque subscripta sit, dum tamen à filiis sit subscripta, omnino valet, non quidem vt testamentum, sed vt contractus ex conuentione ipsorum filiorum: & ideo etiamsi talis dispositio careat solemnitate dictæ *Auth. quod sine, C de testam.* vt puta anni, vel diei; nihilominus tamen tenet, & subsistit, per notata Thadei Pisonis *d.lib.1.var.resolut. c. 7.n 47.* Grassi. *d.19.n.4.* & Ludou. Zunthi *d.cons pro vxore nu. 53. & seq* Harprec.

l *Si reperiatur in libro Notarij schedula testamenti.*] Quod † 15
schedula testamenti, in libro Notarij reperta, quæ nec scripta, neque subscripta sit à testatore, neque etiam in ea sit scriptum, talem schedulam lectam fuisse coram testibus, inter liberos non sustineatur, tenet quoque Thadeus Piso *d. cap. 7. numero nono.* Harprec.

m *Etiamsi filij in ipsa schedula non sint æqualiter instituti.*]
Circa hanc quæstionem (qua controuertitur, an † pater iure sin- 16
gulari testando, liberos suos ex disparibus partibus hæredes scribere possit) tres diuersæ Doctorum occurrunt opiniones. Sunt
enim, † qui autumant, non aliter patrem inter liberos, præter- 17
missis solennitatibus, testari posse, quam si æqualitatem inter liberos seruet, Romanus *cons.179 incip.amplissime Doctor.nu 16. & cons.385.n 5.* allegans Speculatorem *in tit de instrum.edit. §. compensatio, versic. quid si pater.nu. 19* Barbat. *cons 32 scribitur præclare.n.6.vol 1* Decius *cons.105.incip & pro tenui n 6* Crot. *cons.121.n.12.* Martian. Socinus *cons.147.nu.22 vol. 2.* Tiraquel. *de iure primogenitor.q 4 n 4* & alij ab his citati. Rursus † non de- 18
sunt, qui destruunt, testamentum paternum inter liberos subsistere, si pater non magnam & iniuriosam, sed paruam siue modicam inæqualitatem inter liberos obseruauerit. Cortius Iunior, & Iason *in d.l.hac consultissima 21.§.ex imperfecto,nu.2 C. de testa.* Couar. *in c.Raynutius,16.§.1.n.3 de test.* Anton. Gabr. *concl. 6.n.5.* Meyrer. *in tract de testamentar.successionib lib.1 tit.14 nu. 10. & 2.cum seqq.* vbi plures allegat. Et hanc opinionem sequitur hic Clarus noster *n.8 in fine.* Denique † plures existimant patrem 19
iure singulari testando, liberos suos ex disparibus portionibus hæredes instituere posse, siue disparitas illa & inæqualitas parua fuerit, siue magna. Bal. *in l.filij 16.n.5.C famil.ercisc.* Salic. *ibid. nu.4.* Paulus de Castro Corneus & Riminald. *in d l.21.§. ex imperfecto.C.de test.* Alex *cons.146. viso themate n.15 vol.2* Boerius *decis 240.num 10.* Marianus Socin. sibi contrarius *cons.24.vol 3. & 189 n.87.vol.2.* Gulielm. Bened. *in d.c. Raynutius in verb. testamentum,1 n 27.de testam.* Natta *cons 612.non ambigitur, vol. 3.* Vasquius *in tract.de successionum creat.lib.3 § 21.n.67* Gail. *d lib. 2.obseru.112 n.23* Franc. Mant. *de coniectur. vlt.volunt lib. 6. tit. 2.nu.12* Grassus *d.§.Testamentum,q 11.nu 8.* Hartm. Pistor. *prædicta q.1.n.21.* D. Collega Bocer. *class 3.disp.2.th.70 edi.2.* Fach. *lib. 4.*

lib. 4. controuers. iur. c. 2. Gilkenius *in d. l. 21. §. ex imperfecto n. 24. cum seq. C. de test.* Reusn. *in tract. de testa. part. 4. c. 5. n. 3. cum seq.* & Thadeus Piso *lib. 1. var. resolut. c. 7. n. 35. & seq.* Atque secundum hanc vti receptiorem, ita & veriorem sententiam consuluit Collegium inclytum Facultatis Iuridicæ Tubingensis. 25.
20 Ianuar. Anno 1613. Comprobatur hæc conclusio primum † textu *d. l. hac consultissima 21. § ex imperfecto, 1. C. de testa.* vbi generaliter dicitur, ex imperfecto testamento voluntatem inter liberos valere: nec distinguitur, vtrum æqualiter, vel inæqualiter hæredes instituti fuerint. Ergo nec nos distinguere debemus, *l. 3. in fi. ff. de offic. præsid. l. 2. § 4 ff. de offi. præfect. vrbi. l. de precio. 8. ff. de*
21 *public. in rem act.* Secundo † confirmatur isthæc opinio argumento *d. l. filij 16. & d. l. fi. C famil. ercisc.* vbi rescribitur, seruato senatusconsulti auxilio, defuncti voluntatem inter liberos custodiendam esse. Si locus senatusconsulti, scilicet Trebelliani auxilio esse debet: vtique fieri potest, vt alter filiorum onere fideicommissi prægrauetur, ac proinde quartam ex Trebelliano deducere possit: ex quo maximam oriri inæqualitatem posse nemo
22 non intelligit. Tertio hanc decisionem corroborat textus † *in leg. parentibus, 8. C. de inofficioso testam. l. si filia, 20. §. si pater 32. & l. ex parte 39 ff. familiæ ercisc. l. quoties, 10. & l. si cogitationes 21. C. eod. & l. cum pater. 77. §. eutychus 8. ff. de legat. 2.* in quibus legibus parenti permissa est illibata diuisio, modo filios legitima portione non defraudet. Quarto accedit textus *in prææallegata Nouell. 107. c. 1.* vbi Iustinianus iubet parentes designationem vnciarum facere, sicque cuique liberorum suam portionem assignare. Quod sane absurdum iudicari posset, si liberi æqualiter instituendi essent. Postremo pro eadem conclusione facit, quod alioquin hæc inuestigatio (an parentis testamentum imperfectum inter liberos seruandum sit) nullam afferret vtilitatem. Nam si liberi æqualiter sunt instituendi, nil referre videtur, vtrum seruandum sit, necne, testamentum. Si enim seruandum sit, æqualiter succedent defuncto parenti: si vero non sit seruandum, similiter ab intestato æquis portionibus vocabuntur. Fachin. *d. lib. 4. controuers. iur. c. 2. vers. ego sane in priorem, &c.*

23 Huic traditioni non repugnat *d. l. fi.* † *in pr. ibi, pares videntur esse C famil. ercisc.* ex qua dissentientes colligunt, parem, siue æqualem inter filios hæreditatis diuisionẽ debere esse. Illa namque legis verba (pares videntur esse) non de paritate, seu æqualitate portionum, sed potius de pari succedendi iure sunt accipienda. Quasi dicat Constantinus Imper. inter omnes hæredes suos, hoc est, liberos: qui ex quolibet venientes gradu, tamen pares esse videntur: id est, pares in succedendo, veluti filius, & nepos ex filio præmortuo. (Hi quippe pares sunt in succedendo, licet non sint in eodem gradu) inter omnes, inquam hos, qui pariter succedunt ab intestato, patris vltima voluntas custodienda erit, etiamsi solemni testamento non contineatur. Atque ita recte glossa, ibi super verbo, pares, textum interpretatur. Alias etenim, si de æqualitate portionũ intelligeretur, sibimetipsi aduersaretur: eo quod deinceps senatusconsulti Trebelliani auxilium considerat.

24 Sic quoque † non resistit, quod inter liberos æqualitas sit seruanda, quæ amicitiam parerit: disparitas vero discordiam & simultates, arg. *l. inter filios. 11. C. famil. erciscun. auth. in successione C. de suis & legitimis liberis Nouell 22. cap 28. vers. hanc itaque partē, &c. l. cum oportet. 6. §. non autem in fi. C. de bon. quæ liberis, &c. & l maximum vitium, 4. C. de liber. prat.* Quoniam ista, & similia iura procedunt, si non sit expressa voluntas patris testantis in contrarium. Si quidem in dubio duntaxat lex vult seruari æqualitatem inter liberos, *l. vt liberis* 17. ibique Bald. *n. 1. C. de collationib.* Et iam ante ostensum est, licere parentibus plus vni filiorum, quam alteri relinquere, si modo legitimam cuique portionem relinquant, *d. l. parentibus* 8. vbi Ial. *C. de inoffic. test. & iuribus similibus allegatis supra n. 12.* Harprec.

n *Pia causa*] Adde & per Dec. *in c. scripta, nu. 14. de fide instrum. vbi quod non.* Giach.

QVÆSTIO XV.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Plura esse militum priuilegia in condendis testamentis.*
2 *Et an requiratur testes esse rogatos.*
3 *Et an in testamento militis possit mulier pro teste inueniri.*
4 *Et an huiusmodi priuilegia competant militibus etiam non existentibus in expeditione.*
5 *Et an competant aliis personis existentibus in castris, non tamen militantibus.*

Ex Additionibus.

1 *Qui Auctores de militum priuilegiis scripserint.*
2 *An & quatenus in testamento militis testes debeant esse rogati.*
3 *Militis testamentum ex nuda, siue sola ipsius voluntate sustinetur.*
4 *Quæ voluntas dicatur nuda, & sola.*
5 *Libera testamenti factio militibus concessa.*
6 *Explicatur* §. plane. 1. Instit. de militari testam. & l. diuus. 24. ff. de testam. milit.
7 *Verba narratiue tantum, non dispositiue posita, nihil probant.*
8 *An in testamento militari mulier testis esse possit.*
9 *In testamento militis omnis solemnitas iuris ciuilis remissa.*
10 *Homo nomen generale est, vtrumque sexum complectens.*
11 *Milites, in expeditione agentes priuilegiis militaribus feruntur.*
12 *Quando milites in expeditione degere dicantur.*
13 *Pagani testamentum in procinctu, siue loco hostili quoquo modo factum, valet.*
14 *Cessante priuilegij causa cessat & ipsum priuilegium.*
15 *Num milites nostri temporis gaudeant priuilegiis militaribus.*
16 *Hodie in bellis licitis non minore, quam olim, diligenti, & labore est opus.*
17 *Ob quam rationem militibus solemnitates iuris communis sint remissæ.*
18 *Nostrates milites pro qua re pugnent.*
19 *Quatenus solemnitates prisca in deligendis militibus hodie sint immutata.*
20 *Milites limitanei, & stationarij, siue præsidiarij qui, & vtrum priuilegiis militaribus fruantur.*
21 *Vbi eadem ratio, ibi eadem iuris dispositio.*
22 *Arma magis, quam iura, scire milites dignoscuntur.*
23 *Milites quatenus peritiores consulere possint.*
24 *Equestres milites an & quatenus priuilegiis militum gaudeant.*
25 *Martiales & vagabundi milites à militaribus priuilegiis repellendi.*
26 *Scholaris vagabundus priuilegiis Studiosorum frui non debet.*
27 *Ecquid clerici, Doctores, Aduocati, & similes, priuilegiis militum vtantur.*
28 *Doctoribus & Aduocatis ius ignorare turpe.*
29 *Clerici & Doctores militibus armatis præferendi.*
30 *Masculus licet dignior sit fœmina: non tamen eadem priuilegia debet.*
31 *Num Iurisperiti, in militia armata stipendium merentis, iure militari testari valeant.*
32 *Inter arma silent leges.*
33 *An iure nouo militare testamentum subiaceat querelæ inofficiosi.*
34 *Sententia & interpretatio* Nouell. 115. c. 3. & 4.
35 *Leges veteres corrigere, & militum priuilegia minuere, durum.*

Dixi etiam supra *qu. 5.* multum interesse inter te-
stamentum *a* militis, & testamentum pagani. Ha- a
bent enim plura priuilegia testamenta militum: *b* de 1
quibus toto tit. *ff. & C. de mil. testam.* quæ potes videre b
eleganter collecta *c* ab egregio Iuriscon. D. Petro Bel- c
lo Consiliario Ducis Sabaudiæ, compatre, & vti fratre
meo honorando, *in suo tract. de re militari, nuper edito, fol. 71. & aliis 4. seq.*

Quæro: nunquid *d* in testamento militis testes de- 2
beant esse rogati? dixi infra *quæst. 58. vers. Item quæro.* d
Quæro etiam an *e* in testamento militis femina possit 3
esse testis? dixit infra *q. 55. vers. Sed quæro.* e

Sed quæro: nunquid hæc priuilegia militibus con- 4
cessa competant illis, non modo quando sunt *f* in ex- f
peditione, sed etiam postquam missi sunt à militia? Respon. Aliqui dicunt, quod duo sunt genera priuilegiorum, quę militibus concessa sunt circa testamenta con-

ficienda. Primum concernit personam ipsius testantis: quia scilicet multi, qui alias de iure communi non habent testamenti factionem: si tamen sint milites, possunt testari; & ista priuilegia ipsi milites non amittunt, etiamsi missi sint à malitia. Secundum vero concernit modum testandi, quia scil. in testamento militis sublatæ sunt solemnitates iuris ciuilis: & huiusmodi priuilegia eis non competunt, nisi donec sunt in expeditione belli. Ita dicit gl. *in §. sed hactenus, in gl. 1. Instit. de milit. testa.* quæ in hoc communiter approbatur, vt dicit Apost. ad Dec. *in l. ius nostrum sub n. 8. ff. de reg. iuris.* Alij vero aliter dicunt, quod scilicet miles, qui sit sui iuris, habet circa testamenti factionem duo priuilegia. Primum, quod potest testari minus solemniter. Secundum, quod eius testamentum non subiicitur querelæ, & hæc ambo priuilegia miles ipse amittit statim quod factus est veteranus. Sed filiusfamilias miles habet circa testamenti factionem tria priuilegia. Primum, quod possit testari. Secundum, quod eius testamentum non subiiciatur querelæ. Tertium, quod possit testari minus solemniter. Quando ergo filiusfamilias efficitur veteranus, retinet duo priora priuilegia & tertium amittit. Et hæc est communis opin. vt dicit Sal. *in c. fi. num. 3. &*
g 4. *C. de inoffic. testa.* Tu in hoc dic contra. Nam hodie g testamentum militis tam patris, quam filij subiacet querelæ, vt dixi infra *q. 42. vers. Et hæc quidem. & quæst. 48. vers. Et hæc omnia.*

5 Item quarto: Nunquid aliæ personę non militantes, quæ tamen reperiuntur in castris, gaudeant priuilegiis militum circa testamentum conficiendum? Resp. distinguendum est, an sint in loco hostili, vel ne. Nam si non sunt in loco hostili, non possunt testari, nisi iure communi; si vero sunt in loco hostili, possunt condere testamentum eo modo, & forma, quo possunt milites. Ita dicit gl. *in l. scriniarios in gl. fi. C. de testa. limit.* quæ in hoc est communiter approbata, vt dicit Paris. *consil.* 32. *n. 26. lib.* 2.

ADDITIONES.

a TEstamentum militis.] Quod filiusfam. tametsi similes, haud potest testari de bonis patris, etiam cum consensu patris: potest tamen testari de castrensibus, vide per Socin. *in cons. infra allegato.* Giach.

b *Testamenta militum.*] An Card. Duces & Marchiones superiorem non agnoscentes iisdem quibus milites priuileg. testari possint, vide Ias. *in l. centurio n. 7. 8. ff. de vulg. & pup.* & ibi Gali. *consil. 4. de polit. tract. compend. subst. car.* 41. an valeat testa. militiæ, vel pestis, tempore conditum, cui diu causis illis cessantibus testator superuixit. vide Vasq. *de success. lib. 3. §. 24 part. 1. n.* 9. Bursat. *cons. 30 n 40. &* 41. Gouean.

c *Collecta ab egregio Iurisconsulto D. Petro Bello, &c.*] Adde
1 † generosum Georgium Aracium Enenkelium, Baronem Hoheneccium, *lib. 1. & 2. de priuil. militum & militia*, nec non nobilem & Clarissim. Iurisconsultum, D. Henricum Bocerum, Collegam, & Affinem meum exoptatissimum *in præclaro suo tract. de Bello & Duello libr. 1 cap. 18. & multis seqq.* Qui de militum priuilegiis in genere, & in specie accurate & perspicue disputaot. *Harprec.*

d *Nunquid in testamento militis testes debeant esse rogati*]
2 Quamquam † Doctores communiter distinguūt inter militem, qui in prælio, seu conflictu constitutus est, & cum militem, qui extra prælium, in castris: illumq; aiunt non teneri, vt illos adhibeat testes, hunc vero oportere duos specialiter rogare, & conuocare testes, Gloss. & Bart. *in l. milites, 15 in verb. sub ipso tempore, C. de test. milit. & alibi* Mynsing. *respons. 46. nu. 5. & 6. decad.* 5. & alij, quos sequi videtur Clarus noster inferius *qu. 18 num 4.* sed non Hunnius *libr. 2 var. resol. iur. ciu. tract. 5 q 8.* illa hæc tamen distinctio nusquam in iure expressa est: ac proinde rectius statuitur; militem, etiamsi extra prælium in castris positus sit, nō teneri vllos pro forma specialiter rogare & cōuocare testes. Generaliter enim iure † nostro constitutum est, vt militis valeat te-
3 stamentum ex nuda siue sola ipsius suprema voluntate, quoquo modo declarata, *in princ. tit. Inst. de militari test. vers. quoque enim modo voluntas &c. l. 1. circa pr. vers. vt, quoquo modo, &c. l. in fraudem, 15 §. 1. & l. miles 35. ibi militis testam. sola perficitur voluntate, ff. de test. milit. l. 3. & d. l. milites, 15. ibi, quomodo possint, et velint, C. eod.* Atqui militis voluntas non esset sola, aut nuda, si ad eam pro forma duo testes specialiter rogari, & conuocari deberent: neque testari, quoquo modo velit, miles posset, si duos pro forma rogare specialiter testes eum oporteret. Nuda † 4
quippe & sola ea est voluntas, quæ præter animi motum nihil continet, & ab omni re alia libera est, *arg. l. iuris gentium. 7. § sed cū nulla 4 ibi, nuda pactio. & l. diuisionis 45. ff. de pact. l. lege quā 10. ibi, cum pactum nudū est, C. eo. l. solent, 15. ibi, conuentio non est nuda ff. de præs. verb. l. aduersus 3. ibi. solus princeps, C. si aduers. rem iudicatam, &c. l. his solis, C. de reuoc. donat. & l. 2. ibi, soli enim testes, C. de testib.* Præterea † si milites, in castris degentes, duos pro 5
forma testes specialiter rogare necesse haberent, cum suprema sua ordinare volunt, non esset ipsis libera testamenti factio concessa. Sed concessam ipsis esse liberam testamenti factionem generaliter Vlp. respondit, *d. l. 1. in pr. ff. de test. milit.* Ergo necesse non habent pro forma duos testes ad testamenti factionē specialiter rogare. Atq; hanc sententiam, contra communem, pluribus defendunt Viglius *n. 5. in § plane. 1. Instit. de militari test.* Dn. Enenkel. *d. lib. 2. de priuil. mil. priuil. 16. n. 69 & seqq.* Nicol. Reusn. *in tract. de test. par. 5 c. 10. num. 10 cum seqq.* & Dn. Bocer. *d. libr. 1. de bell. cap. 24. n. 12.* aliique per hos allegati.

Neq; hanc † conclusionem debilitat textus *in d. §. plane 1. ibi, conuocatis ad hoc hominib. Inst. de milit. test. & in l. diuus 24. ibi, conuocatis ad hoc hominib. ff. de test. milit.* vbi dicerte scriptū est, 6
militis voluntatem pro testamento habeas, si eam testibus conuocatis siue rogatis exposuerit. Nam isti textus non hanc habent sententiam, quasi testium rogatio de substātiali forma militaris testamenti esset: sed sensus est, quod hac potissimū ratione constet de animo militis, testamentum facere volentis. Itaq; conuocatio illa requiritur, non vt firmum sit testamentum militis (nuda si quidem voluntas eius sufficit, vt paulo ante ostendi) sed vt appareat, militi voluntatem fuisse testandi, ne volūtas illa calumniis obnoxia sit, & dicatur miles aut voluisse aliter, quam voluit; aut noluisse, qui voluit; aut voluisse, qui noluit. Eaque non restrictio nudæ voluntatis, sed priuilegij adiumentum est, vt elegāter explicat Theodorus Marcilius *in d. §. 1. Inst. de milit. testa.* Adhæc † recepta doctrina est: quod verba narratiue tan- 7
tum, non dispositiue posita, nihil probent, aut disponant, nullumque solidum fundamentum constituant, per notata Ias. *in l. unic. nu. 22 C. quando non petent. partes, &c.* Curtij Iunior. *consil. 59 nu. 5 & cons. 123. num. 6.* Tiraq. *in l. si vnquam in ver. libertis, n. 37. C. de reuocand. donatio.* hosque citatis Menochij *in tract. de recup. possess. remed. 1. 1. qu 40. n. 345.* Iam vero *in d. § plane 1. Inst. de milit. test. & d. l. diuus, 24 ff. de test. mil.* nō dispositiue, sed narratiue duntaxat posita sunt hæc verba Si ergo miles de cuius bonis apud te quæritur, conuocatis ad hoc hominibus, vt voluntatem suam testaretur, ita locutus est, &c. Etenim repetit Legislator facti speciem, de qua lis, & controuersia erat coram Catilio, siue (vt alij legunt) Statilio Seuero iudice: qui cum dubitaret de iure illius facti, narrauit istud Imperatori Traiano, eumq; super illa facti specie de iure consuluit. Quod autem Traianus facti speciem dictis locis repetat, narretque, sufficienter illa verba ostendunt: de cuius bonis apud te quæritur. Nullum ergo solidum inde produci potest fundamentum, ad firmandam opinionem existimantium, quod miles in ipso prælij discrimine, seu castris tantum constitutus, teneatur testamenti factioni adhibere testes duos specialiter rogatos. vti bene animaduertit D. Boc. *d. li. 1. de bello cap. 24. n. 15 & seq.* vbi subiicit, illam communem Doctorum opinionem in nouissimam legē transiisse per Recessum Imperij Coloniensem, de anno 1512. pag. 104. *Harp.*

e *An in testamento militis fœmina possit esse testis.*] Quod † 8
mulier possit esse testis in testamento militis, tenet Clarus noster infra *quæst. 55. num. 5.* ex hac ratione, quod in testamento militis remissa sit omnis solemnitas iuris ciuilis, *in toto tit. Instit. de militari test.* Quo facit † etiam, quod *in d. §. plane 1. Instit. d. tit. & in d. l. diuus, 24 ff. de test. milit.* dicitur conuocatis homini- 9
bus militem suam voluntatem testari posse. Homo † etenim 10
nomen generale est: & vtrumque sexum, masculinum, & fœmininum, complectitur, *l. hominis 152. ff. de verb. signif.* Ita quoque sentit Fernand. Vasq. *in tract. de success. progressu. §. 27. n. 9. & li. 2. de success. creat. §. 12. nu. 44.* eumque referens Dn. Bocer. *d. l. 1. de bello cap. 24. nu. 17.* item Mascard. *lib. 2. de probat. conclus. 764 nu. 12.* & Prosper. Farina. *in tract. de testib. q. 59. n. 71.* vbi plures citat. *Harp.*

f *Quando sunt in expeditione.*] Hic adde, quod milites nostri temporis, qui vacant armis, pro suo superiore, gaudent priuilegio militum, commun. Soc. *cons. 33. n. 4. vol. 3.* quod etiam dixi in collect. mea com. opin. in verb. miles, *n. 2.* vbi etiam habes, militum priuilegia non deberi taliter intelligi, quod lædant ius alterius. *Giach.*

g *Quando sunt in expeditione.*] Addendum hoc loco, † quod milites, quatenus in expeditione, seu militia agunt, priuilegiis 11
militaribus fruantur, *per principium tit. Instit. de militari testa. & l. penult. C. de testamento militu.* Cui congruenter Imp. Antoninus

ninus rescripsit: voluntatem militis, in expeditione occupati, pro iure seruari, *l. 1. C. eod.* Et Constantinus Imp. statuit, milites in expeditione degentes, quomodo possint, ac velint, rectè te-
12 stari. *l. milites, 15. C. hoc tit.* In expeditione † autem milites occupari, & degere dicuntur, non solum, cum sunt in procinctu, in acie, in hostico, id est, in ipso armorum strepitu, & summo vitæ discrimine: verum etiam, cum sunt in castris, siue (quod idem est) in fossatis, in statiuis, in hybernis, in custodijs, in præsidijs. Alioqui nihil distaret paganus à milite. Nam & à pagano, qui
13 † iure militari testari non potest, in procinctu, in acie, in hostico siue loco hostili, quoquo modo factum testamentum valet. *l. vlt. ff. de testa. milit.* & notat Clarus noster hic *n. 3.* ratione pati; quod scilicet tunc temporis fit propè apud quemlibet intermortua memoria legum, & ceterarum disciplinarum, vt scribit Xenophon in Cyropædia sua, quem refert Cuiacius *consultat. 49.* Quod si milites non sint in expeditione, in castris, in statiuis, &c. sed in alijs locis; vel suis ædibus, siue sedibus (vtraque enim lectio sustineri potest: modo sedes accipiantur pro ædibus non pro sedetis, id est, fossatis seu castris, vt Suidas interpretatur) degant: tunc minime ad vindicandum tale priuilegium adiuuantur, vt loquitur Imp. *in d. princ. vers. illis autem temporib. Inst. de mil. testa & in l. vlt. C. de restitutionib. milit.* hoc est, tunc minime possunt testari, quo velint modo: sed testari quidem possunt propter militiam, etsi filiifamilias fuerint; iure tamen communi, hoc est, iis solemnitatibus adhibitis, quæ alias in testamentis ordinandis adhiberi solent. Huiusque ratio est perspicua: quia
14 † cum istius priuilegij causa (nempe simplicitas, & nimia imperitia, *d. princ. Inst. de mil. testa. l. quamquam 3. C. de testa. mil. l. 1. C. de iur. & facti ignorant.*) tum cesset: & ipsum priuilegium cessare consentaneum est, *argum. l. Geometra 22. ff. de excusationib. tutor. c. cum cessante. 60. ext. de appellationib.* Illamque rem explicatius persequitur Do. Enenkel. *d. lib. 2. de priuil. milit. priuil. 16. nu. 1. & seq.*

15 Illud † item hoc loco addendum: quod licet quidam ex Doctoribus existiment, milites nostri temporis nequaquam gaudere priuilegijs militaribus circa testamentorum confectionem, Cynus, & Salicetus *in l. 1. C. de iur. & facti ignor.* Bald. *in l. an test. 6. in fi. C. de testam. milit.* hosque citans Angelus Aretinus *in §. plane nu. 4. Instit. de militari testam.* vbi hanc communem opinionem esse affirmat: Verior tamen fit, & receptior sententia asserentium, nostros quoque milites veterum militum priuile-
16 gijs frui, adeoque militari iure testari posse. Tum † quia hodie in bellis licitis non minore, quam olim, diligentia, assiduitate, vigilantia, ac labore opus est: & eiusdem periculis milites nostrates cum sint expositi, merito quoque eodem fauore militari digni iudicandi sunt. *l. vnic. ff. de bonor. poss. ff. ex testament. milit.* Tum quia non minus hodie, ac olim, milites numeris, ac signis suis iugiter inhærent, & Rempublicam, à qua aluntur, ab omni bellorum necessitate defendunt. *l. milites. 31. C. de locato.* Tum etiam quia eadem ratio adhuc viget in nostris militibus, ob quā Romanis militibus solemnitates iuris communis remissæ sunt:
17 quæ ratio † est simplicitas, & ignorantia iuris fine nimia imperitia, vt paulo est ante dictum, *num. 14* Cuius simplicitatis, ignorantiæ, & imperitiæ causa, est armorum occupatio: quæ facit, vt quod leges præcipiunt, non sit ocium militib. vel cognoscere, vel etiamsi cognouerint, superstitiose obseruare. *l. vltim. circa*
18 *princip. C. de iur. deliberand.* Tum † postremo, quia nostri milites non solum pro Patria vindicanda, pro laribus, sepulchrisque auitis (vt Romani consueuere) dimicant: sed etiam pro sanctissima Religione sanguinem nonnunquam profundunt. Ita sentiunt Alex. *in l. centurio. 15. nu. 23.* & ibidem communiter DD *ff. de vulg. & pupill. subst.* Speculat. *in tit. de procuratorib. § 1. num. 22.* Socin. Senior. *consil. 33. num 4. vol. 3.* Gail *lib. 2 obseruatio 118. num. 1. & 2.* Viglius *n. 11.* & Schneidvvin *nu 8* aliique *ad d. princip. Instit. de testament. ordinand.* Vaud *lib. 1. var. q. c. 55.* Sichard. *in rubr. C. de testam. milit. num. 9.* Mynsing *respons. 46. nu. 9. cum seqq. decad 5.* Grassus *lib. 1. recept. sent. §. substitutio q. 66.* D. Ebocer. *d. lib 1. de priuil. mil. 3. num. 2. & seq.* D. Bocer. *d. lib. 1. de bello. c. 28 num. 8.* Scheg. *in delibat. iur. disp. 9. th. 17.* Arumæus *Exerc. Iustin. 7. th 8* Hœnonius *disp. 7. controu. 10.* & Paulus Batens *disp 6. ad Inst. them. 2. quæst. 1.*

19 Huic sententiæ non obstat, quid † ea in militibus nostri temporis desiderentur, quæ circa militem requirit Accursius *ad leg. pen. ff. ex quib. caus. maiores, &c.* Nam solemnitates illæ priscæ in probandis, & diligendis militibus non multum hodie sunt immutatæ. Duo quippe olim præcipue obseruabantur, scilicet vt in numeros referrentur, hoc est matriculæ inscriberentur. *l. ex eo tempore. 42. ff. de test. milit.* & vt sacramentum præstarent. *l. ex militari. 11. in fi. princip ff. eod.* Illud vtrumque retinuit vsus. Siquidem & hodie in matriculis, seu rotulis militum nomina scribuntur: & iusiurandum nostri milites præstant, si non sigillatim, saltem simul; eodemque modo & olim quandoque simul coniurabant, quandoque singuli sacramento obstringebantur, summa diuersa militiæ genera, quæ annotauit ex Seruio Budæus *in l. 1. §. 3. ff. de posit.* Cetera vero, quæ exigit Accursius *loco preall.* videlicet vt milites ense accingantur, stigmatis & punctis notentur, item vt examinentur, nec incumbant negociationi, non perinde sunt necessaria, nec de forma ita vt alicuius omissio actum vitiet, sicut post Vigilium *in rubr. Inst. de test. ordinan. n. 11* tradunt Mynsing. & Schneidevvin. *nu. 5* & accuratius Enenkel *d. lib. 1. c. 14 n. 2. & seqq.* Sed posito, ordinem & solemnitatem militis assumendi veterem plane in desuetudinem abiisse: inde tamen haud consequitur, nostri temporis milites priuilegiis veterum militum non gaudere. Sicut enim pleræque consuetudines, antiquitus obseruatæ, temporis successu mutantur, & vna subsequitur aliam: nec tamen propterea negotia ipsa per istam mutationem abusu remouentur, sed omnino permanent: ita quoque licet consuetudo deligendorum militum vetus sublata esset: cum tamen milites nostrates habeant suas solemnitates non minus, quam veteres olim habuerunt, quæ in locum obseruantiæ antiquæ successerunt: vtrique ipsorum militum vsus merito remansit: adeoque in effectu nihil hodie nostri milites à priscis Romanorum militibus differre creduntur. Mynsing. *de resp. 46. n. 11.* D. Bocer. *d. lib. 1. de bell. c. 28 n 8.*

Præterea hic addendum: milites † limitaneos (qui nimirum in hostium finitimis locis ad repentinas illorum incursiones intenti sunt, *l. 2. §. pro limitaneu 8. C. de offic. præfecti prætorio Africæ, l. vlt. C. de off. milit. iudic.*) & præsidiarios siue stationarios, (qui ad tuendam prouinciæ alicuius quietem aluntur. *l. 1. § quies quoque popularium 12. ff. de offic. præfecti vrbis*) priuilegiis militum merito quoque gaudere, ita vt iure militari, omissis iuris solemnibus, testari possint. Siue enim solemnitates deligendi milites spectentur: siue causa, ob quam ceteris armatis militibus priuilegia tributa sunt, considerentur: parum discriminis inter hos, & ceteros armatos milites esse deprehenditur. Quandoquidem milites tum limitanei, tum stationarij, seu præsidiarij quando assumuntur: certi ipsis militares articuli proponuntur, sacramentum militare præstant, quod ad arma, contra irruptionem & impetum hostis expedienda, semper parati esse, & malum hostile manu militari, etiam cum vitæ periculo, arcere & profligare velint: pro salute Reip. in perpetua velut expeditione occupati esse putantur: absque venia sui Capitanei à limite, & statione sua impune discedere non possunt: & denique disciplina militari reguntur, pænisque militaribus coercentur, *l. 3. § qui stationis, ff. de re militari.* ideoque & priuilegiis vtuntur, *arg. l secundum naturam 10 ff. de reg. iur.* Et cum studium ac exercitium armorum causa sit, cur simplicitate, & iuris ignorantia laborare milites dicantur *d. l. vlt. in princ. C. de iur. deliber. d. l. 1. C. de iur. & fac. ignor. l. regula. 9 § si filiusfamilias 1 ff. eo* atque ipsa simplicitas, & iuris ignorantia efficiat, vt milites iuris communis vinculis exempti censeantur, & quocunque modo voluerint, & potuerint, testamenta facere queant. *d. l. 1 ff. de testam. milit. d. l. 3. C. eo. & d. princ. Instit. de militari testam.* immerito sane milites limitanei, stationarij, & similiter, qui oppidi, arcis, loci ve cuiuscunque custodiendi, aut Principis, Senatus, Magistratus publici, stipandi causa aluntur, à priuilegiis ceterorum
militum repelluntur. Vbi † siquidem eadem est ratio, ibi idem 21
quoque ius statuendum est. *l. illud quæsitum 32. ff. ad l. Aquil. l. quædam. 9 § nummularios ff. de edend. l. à Titio 108 ff. de verb. obligat.*

Huic conclusioni nihil decerpit, quod istiusmodi milites extra periculum belli versentur. Quoniam ex hactenus dictis elucescit, non propter belli pericula, sed propter nimiam iuris ignorantiam & simplicitatem, siue imperitiam, ex iusta armorum occupatione procedentem, militibus solemnia iuris remis-
sa esse. Arma † quippe magis, quam iura scire milites digno- 22
scuntur *d. l. vlt. in princ. C. de iure deliber.* Similiter nihil mouet, quod obijcitur: illos peritiores consulere, & plures testes adhi-
bere testamento posse. Hoc † etenim facere possent, si armorum 23
studio, cui se manciparunt, & sacramento militari, quo obstricti tenentur, non impedirentur. Atque ita (vtcunque ogganniant contrarium Viglius *in d. principio. vers. illis autem temporibus, n. 2.* Gal. *d. li. 2. obseru. 118 n. 13.*) post alios sentiunt, D. Bocerus *d. lib. 1 de bello c. 28 n. 11. & 12.* D. Enenkel *d. lib. 1. de priuileg. militis c. 5. n 1. cum seq* Connanus, *lib 9. Comment. iur. ciu. c 5. num. 9.* Heigius *ad d. principium. n. 6. Instit. de milit. test.* Mynsing. *d. resp. 46 nu 11* Hilliger *in Donello enucleat. lib. 6. ca. 28. lit. R.* Nicol. Reusn. *in tract. de test. par. 5. c. 4. n. 16. cum seq.* & Andr. Gerhard. *disp. 11. de test. milit. th. 21. & seq.*

Sed & illud hic addendum: equestres † milites veros esse mi- 24
lites, priuilegiisque militum dignos, quatenus officium suum diligenter faciunt, & quæ sacramento spoponderunt, sedulo exequuntur, aut exequi parati sunt, quemadmodum multis defendit D. Enenkel. *d. l. 1. c. 6.* Ceterum † ex prædictis colligere pro- 25
prium est: quod non solum Martiales illi stipendiarij, qui iniusto aliquo bello exorto, propter nummos castra sequuntur, priuilegiis militaribus neutiquam fruantur, ex auctoritate Politici tradidit D. Bocerus *d. c. 28 nu. 6.* verum etiam ociosi isti milites, qui in pagis, atque vicis vagantur & grassantur, rustico-

rumque anseres,& gallinas furantur,ab iisdem priuilegijs penitus remoueantur. De quibus in Imperio Romano non tolerandis extat Recessus Imperij à Carolo V. Augustæ in Comitiis promulgatus, Anno 1555. Vnde † in simili scite dicitur, quod
26 Scholaris vagabundus, qui animum in studiis non attendit, nec librum cum lumine sumit, nō debeat gaudere priuilegiis Scholarium, quantumuis in album, vel matriculam vniuersitatis receptus sit, *arg. l. ferintarios 16 C. de test. milit.* Bal. *in auth. habita. C. ne filius pro patre, & c. nu.* 21. vbi ait, illos esse proprie Scholares, qui facto, & animo sunt Scholares, id est, qui student, & non vagantur, referente Paulo Berens *d. disp.* 6. *them.* 2. *q.* 2. *in fi.*

27 Denique † hic addendum est, Clericos Doctores, Aduocatos, Assessores, & similes (quos vulgo togatos, siue inermes milites vocant) nec milites proprie dici, nec priuilegia militū eis recte tribui. Potissima namque ratio, ob quam cum armatis militibus dispensatur, est iuris imperitia & simplicitas, ex militari exercitio causata. *d. principio, Instit. de milit. test. d. l.* 1. *ff. de test. milit. & d. l.* 3. *C. eo. cum concordantib.* Quæ ratio † cum in Doctoribus,
28 Aduocatis, & ceteris, quibus ius ignorare turpe est, quibus peritiores consulere facile possunt, *l.* 2 *§. Seruius* 43. *ff. de orig. iur.* locum sibi non vindicet: consequens est, eos militari priuilegio in testamentis conficiendis, minime gaudere. Et hanc sententiam, communiter approbatam, sequuntur Alex. Soc. Rip. Alciat. Ias. & alij *in d. l. centurio* 15 *ff. de vulg. & pupil. substit.* Cyn. & Salic. *in d. l.* 1. *C. de iur. & fact. ignor.* Ferdnan. Vasq. *in tract. de success. creat.* §. 24. *n.* 23 Sichar. *in rubr. C. de test. milit. n.* 7. Vigil. *ad dict. princ. Instit. de milit. test. n.* 12 D. Enenkel *d. lib.* 1. *de priuileg. milit. c.* 7. Rolandin. *in tract. de test. p.* 1. *rubr.* 16. *nu.* 2. D. Bocer. *d. lib.* 1 *de bello c.* 28 *n.* 4. & 5. Donel *lib.* 6 *comm. de iur. ciu. c.* 28. *pag.* 105. Arumæus *Exercit. Iustin.* 7 *th.* 9 & Paulus Berens *d. disp.* 6. *th.* 2. *q.* 4. Hanc opinionem non turbat, quod † clerici, Doctores, & Aduo-
29 cati, tanquam digniores & sanctiores, præferantur militibus armatis, qui plerunque sunt impij, perfidi, immanes & auari iuxta illud Lucani *lib.* 10 *de bel. ciu.*

Nulla fides, pietasque viris, qui castra sequuntur:
Venalesque manus: ibi fas, vbi maxima merces.

Quamuis enim digniores sint milites togati, quam armati: aliunde tamen præmium petere debent, non in eo, quod ipsis relaxetur testandi solemnitas, quæ iis parum vtilis esset, *arg. §. plane.* 1. *Instit. de milit. test. & l. diuus* 24 *ff. de test. milit.* Vasq. *d. loco:* Deinde non valet consequentia: In aliquo sum te dignior. Ergo debeo habere priuilegia tibi concessa: quia possent esse concessa
30 alia ratione, quam sub dignitatis consideratione. Ita † masculus sine omni dubitatione dignior est femina: non tamen statim iisdem, quibus femina priuilegiis gaudet, docente Nicolao In trigliolo *de substit. censur.* 2. *q.* 89. *nu.* 38. idque latius explicuimus *in d. princ. Instit. de milit. testam. n.* 18. & *seqq.* Etsi porro causa principalis, & præcipua militaris priuilegij circa testamenta est ipsorum militum simplicitas, ac imperitia, vt aliquoties supra est indicatum: attamen non protinus inde concludendum est, quod † iurisperiti, in militia arma stipendium merentes, iure
31 militari testari non possint. Nam omnes omnino milites, sicque etiam periti iuris, armis, haud priuatis negociis occupari & districti tenentur: sicque arma magis, quam iura, scire præsumuntur, *d. l. vlt. in princ. de iur. delib.* aut saltem obliti legum, si quas
32 olim sciuerunt, existimantur. Silent † quippe leges inter arma, vt vulgo dicitur. Quo facit, quod de Caio Mario recitat Val. Max. *lib.* 5. *c.* 2 qui Marius cum in bello contra Cymbros gesto, quasdam Camertium cohortes ciuitate donasset, & reprehensus à quibusdam, quod contra leges Patriæ fecisset, præclare respondit: se inter armorum strepitus & classicorum cantus, legum vocem exaudire non potuisse. Qua de re videantur Vigilius *ad principium tit. Instit. de milit. test. n* 8. & Reusn. *d. tract. de test. par.* 5. *c.* 6 *n* 6. & *seqq.* Harprec.

g *Hodie, testamentum militis tam patris, quam filij, subiacet*
33 *querelæ.*] Quod iure nouissimo † militare testamentum subiaceat querelæ inofficiosi, Doct. communiter concludunt, Bartol. *in Auth. ex causa. C. de liber. præterit. & in l. filio præterit.* 17. *nu.* 22 *ff. de iniust. rupt. irr. fact. testam.* Couar. alios allegans, *in c. quid nos.* 9. *ext. de test.* Grassus *lib.* 1 *recept. sent.* § *testam. q.* 7. *n.* 3. & *q.* 45. *nu.* 2. Heigius *ad princ. tit. Instit. de militari testam. nu.* 9 & *in §* 1. *num.* 4. *Instit. de inoffic. testam* Quam conclusionem licet & Clarus noster sequatur hic *num.* 4. *in fin.* & infra *quæst.* 40. *num.* 6. & aliis locis ab eo hic notatis: attamen contrarium non sine ratione defendunt Lud. Rom. & Iason *in l. sicut* 9 *C. de test. milit.* Vigilius *in §. sed si in expeditione* 6. *Instit. de exhæredat. liber num.* 4. Vasq. *lib.* 3. *de bello cap.* 21. *num.* 6. *ed.* 2. D. Enenkel. *lib.* 2. *de priuileg. milit. priuil.* 16. *num.* 81. Fachineus *lib.* 6. *controuers. iur. c.* 74. Paul. Busius *ad l.* 1. *ff. de testam. milit.* Hœnon. *disp.* 9. *controuers.* 5. Arumæus *Exercit. Iustin. to. th.* 13 & Paulus Be-
34 rens *disp.* 47. *ad Instit. them.* 2. *q.* 3. Huiusque contrarij † dogmatis fundamentum in eo est positum: quod Iustinianus *in Nouell.* 115. *c.* 3. (cuius generalitate dissentientes præcipue nituntur) de iis duntaxat loquitur personis, quas citra ingratitudinis causam exhæredare non licet. Quare de militum liberis intelligi nequit: quos citra vllam causam à patre exhæredari potuisse constat *ex l. de inofficioso.* 9. *l. testamentum.* 24. & *l. vlt. C. de inoffic. testam.* Et certe si de militum quoque testamentis *Nouellam istam* intelligi voluisset Imperator, proculdubio more suo id verbis disertis expressisset. Ast *in tota Nouell.* nullum est verbum de militari testamento: nullum verbum, quod veteres leges fine sublatæ, vel correctæ, quibus constitutum erat, vt militis testamentum querelæ non subiaceret. Ergo adhuc vigere censentur, *argum. vulgata l. sancimus,* 27. *C. de testa. & l. præcipimus,* 32. §. *vltim. C. de appellat.* Nec quicquam obstat, quod *in d. Nou.* 115. *c.* 4 *in princ.* additur etiam non licere parentes suos exhæredare, vel præterire in rebus propriis, de quibus habent testandi licentiam, hoc est, in rebus castrensibus, vel quasi castrensibus: adeoque inde euinci posse videtur *istam Nouellam* de militum etiam testamentis esse accipiendam: Nam respondetur, id procedere, cum filiifamilias iure communi testantur: secus, si in expeditione, vel castris occupati, iure militari testamentum faciant: quia tunc eorum voluntas, quoquo modo inuenta fuerit, rata erit, *initio tit. Instit. de militari testam.* Et † quamuis æquum putetur, vt & à militibus liberi instituantur: durum tamen est, & leges corrigere veteres, cum posteriores id non exprimant & militum priuilegia minuere, docente Viglio *in d. §. sed si in expeditione* 6. *n.* 4. *in fi. Instit. de exhæred. liberor.* Harprec. 35

QVÆSTIO XVI.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Militem posse decedere pro parte testatum, & pro parte intestatum: idque quomodo intelligendum sit? & n.* 2. 3. & 4.

Ex Additionibus.

1 *Cur nemo pro parte testatus, pro parte intestatus decedere queat.*
2 *Hæreditas repræsentat personam defuncti.*
3 *Cuius rei respectu quis non possit pro parte testatus, pro parte intestatus decedere.*
4 *Nemo cauere potest, ne suo in testamento leges valeant.*
5 *Sententia l. nam etsi parentibus* 15. *in fi. & l. circa inofficiosi* 24. *in fi. de inoffic. testam.*
6 *Hæres scriptus in omne ius defuncti succedere, vel vniuersum repudiare debet.*
7 *Consideratio l. sed si plures* 10. §. *in arrogato.* 6. *ff. de vulg. & pupill. substit.*
8 *An, & quatenus miles possit pro parte testatus decedere; pro parte intestatus, remissiue.*
9 *Ecquid miles in dubio potius iure communi, quam militari testari voluisse præsumatur.*
10 *Voluntas notitiam præsupponit.*
11 *Miles ius commune ignorat.*
12 *Explicatur l. in testamento.* 6. *C. de testam. milit.*

Habent etiam milites hoc priuilegium, quod *a* licet regulariter quis non possit decedere pro parte testatus, & pro parte intestatus, sed causa testati trahat ad se causam intestati: tamen hoc in milite locum non habet, ipse enim potest decedere pro parte testatus, & pro parte intestatus. Sed vt intelligas hanc materiam, quę prima facie confusa videtur, distinguendi sunt nonnulli casus. 1 *a*

Aliquando *b* enim miles nullo instituto hærede vniuersali instituit vnum in aliqua re certa, vel duabus, vel vnum in vna re, alium in alia, & hoc casu: Aut miles prohibuit in suo testamento ius accrescendi, & ille institutus in re certa non habet nisi illam certam rem, in reliquo autem succedunt venientes ab intestato: & in hoc differt miles à pagano, quia decedit pro parte testatus, & pro parte intestatus. Paganus enim non potest prohibere ius accrescendi, vt dixi infra *qu.* 76. Aut vero miles non prohibuit ius accrescendi: & tunc ille institutus in re certa, per ius accrescendi succedit in tota hæreditate. Ita dicit gl. *in l.* 1. *in verb. Milites, ibi, si autem vnum. C. de test. milit.* quæ vbiq; magis communiter 2 *b*

niter approbatur, vt dicit Alex. *in ea l. 1. post num. 9. ver. ex quibus vltimis.* Et ita communiter tenetur, vt dicit Ang. Aret. *in § hereditas num. 2. Inst. de hered. inst.* Hanc etiam esse communem opin. attestatur Ias. *in d. l. 1. nu. 12. Dec. in ea l. 1. num. 9. & in l. 2. in fin C. eod. tit.* & sic isto casu testamentum militis nullum habet priuilegium, quia causa testati trahit ad se causam intestati; sicut in testamento pagani, in quo institutus in re certa, nullo alio instituto hærede vniuersali, succedit per ius accrescendi in tota hæreditate, vt dixi supra §. *institutio.* Aliquando autem miles habens bona castrensia, & bona paganica, instituit vnum hæredem in patrimonio castrensi; in aliis autem bonis neminem instituit, vel econtra: & hoc casu bene verificatur regula, quod pro parte decedit testatus, & pro parte intestatus: quia ille institutus in bonis castrensibus, non habet per ius accrescendi reliqua bona paganica ipsius testatoris, in quibus nullus reperitur institutus, vel econtra, sed illa deferuntur hæredibus ipsius militis ab intestato venientibus. Ita dicit glossa *in d. l. 1. in verb. Probetur. C. de testam. milit.* & ita tenent omnes, vt dicit Salycet. *in ea l. 1. nu. 7.* Hanc etiam dicit esse communem opin. Alex. *in ea l. 1. nu. 19.* & ratio est secundum gloss. & DD. *ibi.* quia eo ipso, quod miles instituit aliquem in bonis tantum castrensibus, videtur prohibuisse, ne succedat in paganicis, & econtra.

3 Et hinc infertur, quod si miles instituat vnum in castrensibus, & alium in paganicis; & vnus eorum, puta, institutus in castrensibus, repudiet; quod ad partem repudiatam non admittetur alius institutus in paganicis, per ius accrescendi, sed venient hæredes ab intestato, & hæc est comm. opin. vt dicit Dec. *in d. l. 1. post num. 7. ver. in ea glo.* & sic miles pro parte decedit testatus, & pro parte intestatus.

4 Aliquando, & tertio, miles instituit vnum simpliciter in vna vncia, & alium in castrensibus: & hoc casu institutus in illa vncia, habebit semiunciam ex paganicis, & semiunciam ex castrensibus; ille vero alius habebit reliqua bona castrensia. In reliquis autem bonis paganicis, ex quo nullus reperitur hæres vniuersalis institutus, succedet ille institutus in vna vncia, per ius accrescendi non autem ille institutus in castrensibus qui, *vt dixi,* censetur tacite exclusus à iure accrescendi: & ita tenent comm. DD. vt ait Saly. *in d. l. 1. nu. 6.* Et circa istas conclusiones multa possent dici disputando, sed in iudicando non recedas à communibus. Hæc materia non multum versatur in palatiis, & ego nunquam vidi in facto aliquam ex istis quæstionibus sed vt plurimum solent tractari coram auditoribus exercituum, coram quibus plerumque huiusmodi controuersiæ deciduntur iure militari, omissis subtilitatibus iuris ciuilis.

ADDITIONES.

Licet regulariter quis non possit decedere pro parte testatus, &c. Cur † nemo pro parte testatus, pro parte intestatus decedere possit. *l. ius nostrum. ff. de reg. iur. §. hæreditas 5. vers. neque. nu.*
1 *idem, &c. Instit. de hæredib. instit.* ratio hæc addenda est: quia † hæreditas repræsentat personam defuncti, *initio tit. Instit. de stipulat. seruor. l. non minus 31. in fi ff. de hæredib. Instit.* ac proinde
2 de vti defuncti persona nullo diuerso iure censetur: sic etiam hæreditas eundem repræsentare debet, non diuerso genere successionis sed vno, *arg. l. eum, qui 230. in princ. ff. de vsurpat. & vsucap.* Dn. Obrecht. *disp. 20. th. 321.* Ac † sane non solum respectu substantiæ seu bonorum. *d. §. hæreditas. 5. Instit. de hæredib. instit. l. penul. §. 2. ff. de castrens. pecul. l. quotiens. 9. §. si duo 13.*
3 *l. si alterius 10 & l. si ita quis. 74. ff. de hæredib. instit.* sed etiam ratione temporis, nemo regulariter pro parte testatus, pro parte intestatus decedere potest §. *hæres. 9. Instit. d. tit. & l. hæreditas. 34. ff. eod.* vsque adeo quidem, vt licet testator scripserit, se pro parte vel bonorum, vel temporis testatum, pro alia parte intestatum decedere velle: hæres scriptus nihilominus detracta certæ portionis, temporisve mentione, vniuersorum bonorum statim ab illius morte successor existat, atque ad dies vitæ hæres maneat. Siquidem nemo cauere potest, ne suo in testamento leges locum obtineant, *l. nemo. 55 ff de legat. 1.* 4

Neque regulæ isti aduersantur *l. nam etsi † parentibus. 15. in fin. & l. circa inoff. 24. in fi. ff de inoff. test.* vbi nec Papinianus, nec Vlpianus pro absurdo habent quem pro parte intestatum videri. 5 Aliud enim est, quem decedere pro parte testatum, pro parte intestatum: & aliud, per querelam inofficiosi, quem pro parte intestatum esse, de quo casu vtraque lex ista loquitur. Illud namque ab initio fit, vt diserte interpretatur Tryphonius *in d. l. pen. § 2. ver. quia miles ab initio ff. de castrens. pecul.* hoc vero ex interuallo, & quidem per alium, quam testatorem, vel hæredem scriptum. Quare illud regula iuris non permittit: quia vitium est vel testatoris, qui de parte duntaxat bonorum testatus est, vel ipsius hæredis scripti, qui hæreditatem pro parte repudiare conatur: cum † in omne defuncti ius succedere, aut vniuersum repudiare debeat. *l. heres. 37 ff. de acq. vel omitt. hæred. l. 1. 2. & 3. D. de bonor. poss.* Hoc autem, videlicet quempiam per querelam inofficiosi intestatum pro parte effici, propter rei iudicatæ auctoritatem inductum est: atque idcirco iuri non repugnat: præsertim, cum præter officium pietatis nihil in testatore desiderari possit, quippe qui testamentum recte fecit. *l. 2. ff. de inoffic. testam.* Et qui hoc modo pro parte intestatus efficitur, is licet reuera ab initio in totum testatus decedat: per accidens tamen, siue ex post facto, hoc est, post mortem testatoris, pro parte intestatus decessisse videtur. *l. mater decedens 19. ff. d. tit.* 6

Sic † quoque non refragatur *l. sed si plures. 10. §. in arrogato. 6 ff. de vulg. & pupill. substit.* vbi is, quam filio arrogato, ante pubertatem mortuo, pupillariter substitutus est, in iis solum bonis succedit, quæ filius beneficio arrogatoris nactus est: reliqua pupillaria bona hæredibus legitimis deferuntur. Nam ne hoc quidem casu arrogator partim testatus, partim intestatus decedit: quia bona ista pupillaria diuersa sunt ab iis bonis, quæ ab arrogatore prouenerunt. Illa quippe arrogatori non cesserunt ob cautionem, quam præstare tenetur eum in casum, si intra pubertatem pupillus decesserit §. *cum autem impubes. 3. Inst. de adoptionib.* Ideoque de his, vt pote alienis, nec testari arrogator potuit. Sed vide Giphanium, Decium, Cagnolum, & Philippum Matthæum *in d. l. ius nostrum. 7. ff. de reg. iur.* Harprec. 7

b *Aliquando enim miles, &c.*] An, & quatenus miles † possit pro parte testatus decedere, pro parte intestatus, multis etiam post alios à se citatos, declarant Michael Grassus *li. 1. recept. sent. §. test. q. 8.* & generosus Dn. Boekel. *lib. 2. de priu. milit. priu. 16. n. 51. & seq.* Illud non vtiquequaque expeditum est: ecquid † miles in dubio potius iure communi, quam militari testari voluisse censeatur? Et licet affirmatiua communibus DD. suffragiis opinio recepta sit, vti notant Alexand *cons. 12. num. 21. vol. 3.* Soetun. *cons 128. n. 219. vol. 1.* Sichard. *ad l. 1. nu. 6. C. de testa. milit.* Mascard. *in tract. de probationib. vol. 2. concl. 1058. nu. 3.* & Grassus *d. §. test. quæ. 9. vers. secundus casus est, &c.* negatiuam tamen tanquam de iure veriorem defendunt Fernand. Vasquius *in tract. de successio. creat. lib. 3. §. 24. n. 41. cum seqq.* & eum referens D. Bocer. *lib. 1 de bello c. 21. n. 4 & seq.* Etenim † quid quis ignorat, id velle non præsumitur: quemadmodum notitiam, & intelligentiam voluntas præsupponit. *l. mater decedens. 19. vers. nec in qua ex testamento D. de inoffic. testa. l. de ætate 11. §. ex causa. 8. D. de interrogat. actionib. l. si eum te. 51. ff. de pact. l. in repudianda. 23. & l. Clodius 97. D. de acq. vel omitt. hæred. l. vltim §. hæred. l. vlti. §. fin autem nesciens. 2. C. de furt. & l. si vnquam 8. C. de reuocand. donat.* Atqui † miles ignorat ius ciuile commune, *initio tit. Inst. de milit. testa. l. 1. C. de iur. & facti ignorant. l. fi. §. 1. C. de iur. deliber. l. quamquam. 3. C. de test. milit.* Ergo non præsumitur miles testari velle iure communi: sed creditur velle testari iure militari. *l. si miles. 6. ibi, creditum. & l. si duob. 37. ibi, videbitur, D. eo. tit.* 8 9 10 11

Nec † hanc sententiam frangit text. *in l. in testa. 6. in fi. illis verbis:* sed tibi probandum est, an ita frater tuus senserit. *C. de test. mil.* Illic enim Imp. Alex. non requirit, vt probet Valentinus, fratrem suum hoc sensisse, quod iure militari testari voluerit: sed postulat, vt probet quoddam militis, testatoris factum, nimirum quid ab ipso milite fratre in summa etiã casum expresse vel compendio verborum, institutæ hæredi filiæ sit substitutus. Miles quando instituto hæredi aliquem simpliciter substituit: non præsumitur, quid in summa quoque casum substituerit. Hoc etenim quoddam factum est, quod non præsumitur. In summam namque casum fit substitutio hoc modo: Si Titia hæres erit, & intra 25. ætatis annum decesserit, Seius hæres esto. Vel ita sub compendio verborum: Titia hæres esto, & quandocunque ea moriatur, Seius hæres esto. Hoc modo substituisse testatorem, est quoddam factum; & hoc factum substitutus probare debet. *l. precibus 8. ibi. manifestius exprimere debueras. C. de impuber. & aliis substit.* D. Bocer. *d. cap. 22. num. 5. & seq.* vbi, & aliis argumentis, quæ huic assertioni opponi solent, satisfacit. *Harpres.* 12

QVÆSTIO XVII.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Quæ solemnitates in testamento cæci requirantur.*
2 *Et quid si cæcus velit inter liberos testari, nunquid duo testes sufficiant.*

Ex Additionibus.

1 *Quæ solemnitates in testam. cæci obseruentur. & n.*.1.*
2 *Prima solemnitas est sola nuncupatio.*
3 *In testamento scripto omnia possunt esse secreta.*
4 *Secunda solemnitas est septem testium, & Notarij adhibitio.*
5 *Tertia solemnitas est, quod hæredis institutio omnibus testamenti capitulis præponi debeat.*
6 *Isthæc solemnitas improbatur.*
7 *Omissio leuis alicuius solemnitatis dispositionem non vitiat.*
8 *Transpositio verborum non labefactat testamentum.*
9 *In dubio ea accipienda interpretatio, qua actum in tuto collocat.*
10 *Quarta solemnitas est nominis hæredis, dignitatis eiusdem, & c. specialis expressio.*
11 *Quinta solemnitas est diserta portionis relinquendæ determinatio.*
12 *Sexta solemnitas est Notarij accurata annotatio.*
13 *Septima solemnitas est singulorum testium subscriptio, & consignatio.*
14 *Vltima solemnitas est octaui testis præsentia, si Notarius haberi nequeat.*
15 *Cæcus sine prædictis solemnitatibus testari potest inter liberos.*

1 a Dicebam etiam supra q. 3. aliud esse testamentum cæci, aliud videntis. Nam in testamento a cæci vltra numerum septem testium, qui de iure communi in testamentis requiritur, necesse est quod interueniat Notarius; vel in defectum Notarij alius, & sic octauus testis, & alia, de quib. *in l. hac consultissima C. qui testa. fac. poss.* & hoc propter maiorem timorem falsitatis, qui subest in testamento huiusmodi lumine carentis, quam in testamento eius, qui videt, & cognoscit: & ita de facili decipi non potest.

Sed quæro: Tu scis, quod quando pater vult testari
2 inter liberos, sufficiunt duo testes absque aliis solemnitatibus iuris ciuilis, vt dixi sup. *q.* 8. Pone: quod pater
b cæcus b velit testari inter liberos, nunquid erunt seruandæ solemnitates, de quib. *in d. l. hac consultissima:* an
c autem sufficient duo testes. Respon. quod si cæcus c velit testari inter liberos, sufficiunt duo testes, nec requiritur aliqua alia forma, vel solemnitas à iure ciuili introducta. Ita tenet Bal. *in d. l. hac consultissima. nu.* 1. *& seq.* & ita concludunt magis communiter Doct. vt dicit Soc. *cons.* 263. *circa princ. lib.* 2. Hanc etiam op. dicit esse communem Ias. *in d. l. hac consultissima, n.* 4. *& cons.* 26. *vers. facit etiam multum, l.* 1. Bertrand. *cons.* 221. *n.* 2. *lib.* 3. *in* 2. *parte* Boet. *decis.* 240. *n.* 20. Natta *cons.* 110. *n.* 3.
d *& seq. & in rep. dict. §. ex imperfecto, n.* 34. *& seq.* Cessat d enim omnis salutis suspicio in filiis, qui omnino sunt patri ab intestato successuri, & de quibus lex maxime confidit. Præterea fauor filiorum, propter quem indu-
e cta fuit dispositio, *§. ex e imperfecto,* ita militat in filiis cæci sicut in filiis videntis.

ADDITIONES.

a In testamento cæci.] Et cæcus quis dicatur, & qualiter probetur, vide per Are. *§. cæcus, Instit. quib. non est permiss. facere test.* atque Paul. de Cast. *cons.* 359. *in* 1. *dub. vol.* 2. Item † cæci testamentum qua forma concipiatur, vide per Ruy. *in cons.* 18. *lib.* 2. Et an in eo operetur clausula codicillaris, vide per Ias. *cons.* 16. *li.* 1. Et quod non sustineatur, non seruata forma *dict. l. hac consultissima,* etiamsi adsit clausula codicillaris, vide per Ias. *cons.* 81 *lib.* 3. vbi idem etiam, si appareat de pœna in casu impugnati testamenti, & de permissione hæredis. *Giach.* *1

In testamento cæci vltra numerum septem testium, & c.] In cæci † testamento peculiares quædam solemnitates, quas Iustinus Imp. præscripsit, obseruandæ veniunt. *l. hac consultissima.* 8. *C. qui testa. fac. poss.* I. Solemnitas † est: quod licet cuique liberum sit, vt vltimum suum elogium in scriptis, vel per nuncupationem promulget. *§. fin. Inst. de testam. ordinand. l. hac consultissima.* 21. *C. de testament.* hic tamen sola nuncupatio admittatur. Cuius rei ratio est: tum quod cum testator testamento in scriptis se subscribere, signare, & nomen hæredis propria manu exprimere debeat. *l. iubemus.* 29. *C. eod. hoc cæcus facere non possit.* Tum † quod in testamento in scriptis omnia possint esse secreta *d. l. hac consultissima.* 21. *C. d. tit. hoc in præsenti casu,* vbi cæcus facile decipi, & aliud pro alio scribi, vel alia scheda subijci potest, non admittendum sit. Sichard. *in d. l. hac consultissima.* 8. *nu.* 2. ibique Gilkenius *n.* 3. *C. qui testa. fac. poss.* II. Solemnitas † est: quod cæcus necesse habet septem testes, & vna cum his tabellionem, aut loco eius alium quempiam litterarum peritum, sibi aduocare, & coram iis, quam ob causam eos conuocarit, palam educere, hoc est, testificari, se velle sine scriptis, cum litteras videre nequeat, saltem per nuncupationem vltimum elogium cōdere. *dict. l.* 8. *circa princip. C. eod.* Tametsi hoc nonnulli Iustiniani constitutione, tanquam posteriore sublatam esse censeant. *l. in testamentis* 26. *C. de testam.* & Viglius, & Heigius *in §. cæcus* 4. *Instit. qui. non est permiss. fac. testam.* & Salic. & Gilkenius *n.* 4. *in d. l. hac consultissima.* 8. *C. qui testam fac. poss.* Alij vero, quamuis istam correctionem ad hunc specialem casum non producant: testamentum tamen propter solemnitatem tam leuem omissam non vitiari existimant, *argum. l.* 1. *§ vltim ff de ventre inspiciend.* Alexand. Castrens. Iason. Decius, & Sichardus *n.* 2. *&* 3. *in d. l.* 8. *C. qui testa. fac. poss.* III. Solemnitas † est: quod omnib. testamenti capitulis: puta legatis, & fideicommissis hæredis institutio, quę caput, & fundamentum est ipsius testamenti, præponi debeat, *argum. d. l.* 8. ibi. *quibus omnib. ex ordine peractis. & c. item circa finem,* ibi, *in prædictum modum ordinantibus, & c. C. d. tit.* ibique Bart. *nu.* 1. Cynus *n.* 5. Fulgos. *n.* 5 Decius *n.* 8. Alc. *in rubr. de verb. obligat. n.* 22. *& in suis paradox. c.* 10. *lib.* 5. *nu.* 4. Ceterum † non desunt, qui autumant testamentum cæci ex eo non infirmari, quod institutio hæredis post legata, & fideicommissa sit facta: idque sequentibus rationibus. Tum † quia omissio leuis alicuius solemnitatis dispositionem vitiare non solet *d. l.* 1. *§. fi. ff de ventr. inspic.* Tum quia formæ istius subtilitas ideo introducta, & excogitata est, ne aliquid falsi committatur. Atqui siue legata ante hæredis institutionem, siue postea scribantur, nihil interesse videtur ad hanc rationem quod attinet. Tum † quia transpositionem verborum regulariter testamentum nō labefactare certum est *l. Gallus* 29. *§.* 1 *ff de liber. & posthum. hæredib. instit. l. cum in testam.* 37. *§* 1 *ff de hæredib. instituend. l. moribus.* 2. *§. sed si quis.* 5. *ff. de vulg. & pupill. substit.* Tum † etiam quia quoties de interpretatione verborum est aliqua repugnantia, is sermo excipiendus est, qui actum in tuto collocat. *l quotiens.* 12 *ff. de reb. dub. l. quotiens in stipulationibus.* 80. *ff de verb. obligat.* Tum denique per expressum textum *in l. ambiguitates.* 24. *C. de testament.* qua scrupulosa huius rei obseruatio sublata videtur. Atque ita sentiunt Viglius, & Mynsinger. *num.* 3. *in d. §. cæcus.* 4. *Instit quibus non est permiss. fac testament.* Baldus *in d. l.* 8. *numer.* 10. *C. qui testament. fac. poss.* ibique Philippus Corneus *numero tertio.* Castrensis *numero quinto,* Ludouicus Roman. *numero nono.* Alexand *numero decimo.* Sichardus, & Gilkenius *num.* 9. *& seqq.* IV. Solemnitas † est: quod non modo hæredis nomen, sed etiam vitæ genus, & dignitatem, aliasque notas, & indicia, ex quibus ille cognosci possit, specialiter cæcus exprimere tenetur: ne vlla ambiguitas, aut dubitatio in persona hæredis relinquatur. *d. l. hac consultissima.* 8. *ibi, ne sola nominum commemoratio, & c. C. d. tit.* Si tamen solius nominis expressio omni careret dubitatione, ea sola sufficeret, vt post gloss. *in d. l.* 8. *in verb. indicia* notant Bartol. *numer.* 2. Bald. *numero* 3. Castrens. *numero sexto,* Salicet. *num* 4. & Roman. *numer.* 6 Simon de Prær. *de interpret. vltim. volunt. lib.* 3. *interpret.* 2. *dubit.* 4. *solut.* 1. *numer.* 1. Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib.* 4. *titul.* 3. *num.* 9. *cum seqq.* & Mynsinger *in d. §. cæcus.* 4. *num.* 3. *in fi. Instit. quib. non est permiss. fac. testam.* V. Solemnitas † est vt palam enunciet cæcus, quid & quantum cuique tum hæredi, tum legatario, si plures sint, relinquere velit *d. l. hac consultissima.* 8. *ibi, & ex quanta parte, & c. C. qui testa. fac. poss.* VI. Solemnitas † est: vt singula tabellio siue notarius vno eodemque loco ac tempore, in omnium conspectu ac præsentia, adeoque vno contextu (vt vulgo

vulgo dicitur] perscribat.*d.l.8.ibi, vno eodemque loco & tempore,*
13 *&c. Cod. eod.* VII. Solemnitas † est: vt testes singuli propria manu subscribant, & vna cum tabulario tabulas consignent.*d.l.8.ibi, & eorundem testium manu subscriptis, &c.* Quod alias in testamento nuncupatiuo, vt & in contractu, fieri necessum non est *l.heredes palam.21.ff qui test.fac.poss.l.contrahitur 4.ff.de pignorib & hypothec.* VIII. Et vltima † solemnitas est: vt si nota-
14 rius haberi non possit, octauus testis, qui vicem eius suppleat, adhibeatur: & testamentum vni ex testibus custodiendum detur, ea scilicet lege, vt id, quoties opus sit, exhibeat.*d.l.8.vers.sed quia tabulariorum copia.C.qui testam.fac.poss.* Et de istis solemnitatibus, post Philippum Francum *in rubr.ext.de test. & vltimis volunt.in 6* latius differunt Ioannes Dauth. *in tractat. de test. sub tit.qui test.fac.poss.num.231.cum seqq.* & Nicolaus Reusnerus *in tractat.de testament.part.2. cap. 19.numer. 5. & seqq.* Harprec.

b *Pater cæcus, &c.*] Et quod testamentum cæci conditum inter liberos valeat sine solemnitate, *l.hac consultissima. de testa.* magis communiter Doct. videntur sic ibi concludere, vt dicit Soc. *in cons.163.in princip.* errore allegatum in tex. quem vide per tot. & adde per Rolan.*cons.82.*Giach.

15 c *Si cæcus velit testari inter liberos &c.*] Quod, si † cæcus inter liberos testari velit, duo testes sufficiant: nec aliqua alia forma, siue solemnitas, à iure ciuili introducta, requiratur; tenent, præter à Claro nostro allegatos, Fernandus Vasquius *de success. creat.§ 21.num.68.* Michael Grassus *lib.4 recep.sent.§.testamentum quæst.11.num.7.* & Thadeus Piso *lib.1. var. resol.c.7.nu.29.* Harprec.

d *Cessat.*] Item quibus remediis defendatur, vide per Rimin. iun.*in cons.84.per tot.* Giach.

e §. *ex imperfecto.*] Et ista est communis opin. de qua vide, atque, dic vt per Boeri.*decis.240.nu.20.* vbi habes etiam in contrarium tenentes. Idem quando præcessit testamentum solemne clausulam habens derogatoriã, per quam apparet magis dilexisse agnatos, quam filias institutas in secundo minus solemni. Et similiter potest causa mortis donare non seruata solemnitate *d. l.hac consultissima & codicillari.* Giach.

QVÆSTIO XVIII.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Filiusfam. an possit condere testamentum.*
2 *Et an de peculio aduentitio.*
3 *Et an filiafam. possit de dote testari.*
4 *Et quid sit in testamento apposita clausula codicillaris.*
5 *Et quid si pater sit captus ab hostibus.*
6 *Et an possit filiusfam. testari de bonis castrensibus.*
7 *Et an de salario, quod lucratus est tanquam aduocatus.*
8 *Et an possit filiusfam. testari ad pias causas.*
9 *Et an valeat statutum disponens, quod filiusfam. possit testari.*

Ex Additionibus.

1 *Filiusfamilias cur testamentum facere non possit, triplex ratio.*
2 *Velle non creditur, qui obsequitur imperio patris, vel domini.*
3 *Filiusfamilias nihil suum habet.*
4 *Idem quicquid acquirit, patri acquirit.*
5 *Idem iura familiæ nulla habet.*
6 *Testamenti factio quatenus dicatur iuris publici.*
7 *Quæ dicantur esse iuris publici.*
8 *Filiusfamilias ius contrahendi, & bona inter viuos alienandi habet.*
9 *Quando valeat argumentum à contractibus ad vltimas voluntates.*
10 *Codicillis hereditas non datur.*
*10 *Legatum factum ab vxore ob nimiam reuerentiam mariti præsentis est nullum.*
11 *Filiusfam. ne quidem consentiente patre testari potest: quamuis in donatione causa mortis aliud sit receptũ.*
12 *Donatio causa mortis priuati est iuris.*
13 *Vtrum filiusfam. de illis bonis aduentitiis, quorum pater vsumfructum non habet, testamentum facere possit.*
14 *Sententia l.penult C.qui test.fac.poss.*
15 *Intellectus Nouell.117.c.1.§.1.*
16 *Cur filiusfamilias de reb.aduentitiis testari non possit.*
17 *Accidentia mutant propriam rei formam.*
18 *Filiafamilias nupta non potest testari de dote.*
19 *Filius illius, qui ab hostibus captus est, testamentum facere nequit.*
20 *Cur filiusfamilias de bonis castrensibus, vel quasi testari valeat.*
*20 *Filiusfamilias Notarius potest testari de eo, quod lucratur.*
21 *An valeat statutum disponens, quod filiusfamilias testari possit.*

EXplicatis diuisionibus testamentorum, nunc videndum est quæ personæ habeant testamenti factionem tam actiue, quam passiue, id est, qui testamentum facere possint, vel non: & qui ex testamento capere possint, vel non. Nam in iure vtroque modo dicitur quis habere testamenti factionem: & in primis quæro, a an filiusfamil. in patris potestate existens possit 1 a
condere testamentum: Respond. quod non, etiamsi b b
pater id illi permittat tex. est *in l.qui in potestate, ff. de testament.* & sic vides, quod filiusfamil. non est prohibitus testari propter interesse patris, sed quia lex non approbat eius personam, tanquam legitimam ad condendum testamentum, & ideo consensus patris non sufficit ad eius personam integrandam. Doctores multum laborant pro inuenienda ratione, quare filiusfamil. non possit testari, etiam cum patris consensu: & tandem dicunt illud esse, quia testamentum non potest ex alieno arbitrio pendere: & hæc ratio approbatur communiter per DD. vbique, vt dicit Aretin. *in d.l. qui in potestate.post nu.2.* Illam etiam dicit esse communem rationem Iason. *in l. senium.nu.9. C.qui testament. fac. poss.* quæ tamen multas patitur difficultates, vt per Aretin.*in loco præallegato*, & alios Scribentes. Sed quia hæc modicæ sunt vtilitatis, non insisto.

Vera igitur est, & indubitata conclusio, quod filiusfamil. etiam cum patris c consensu non potest con- c
dere testamentum. Et hæc est communis regula, vt
dicit Aretin.*in d.l.qui in potestate col.3, vers.Et ad ratio- 2
nem* cui adde in primis, quod neque etiam testari potest de peculio aduentitio. Et ista est communis opin. vt dicit Alexand. *in l.sicut certi. circa fin.Cod.de testa.mil.*
Quæ quidem locum habet, etiamsi d huiusmodi pecu- d
lium aduentitium spectaret ad ipsum filiumfamil. pleno iure, neque pater haberet in eo vsumfructum; adhuc enim filius de eo testari non poterit, etiam cum consensu patris. Ita sentit gloss.*in dict.l.qui in potestate. in verbo, nihilo magis*, & est communis opin. vt dicit Imola *in leg.si cum filius §.Titio decim.col. fin.ff.de donat.* Socin. *consil.112.post numer.2.versic. Confirmatur, lib.1.* quod est duplicatum *consil.172. lib. 2.* prout illum refert Apostil. ad Boer.*consil. 34. sub num. 1.* licet Socin. *in lib.meo* hoc non dicat. Ita etiam communiter teneri attestatur Alexand.*in l.senium, num. 6. in fin. C. qui testam.fac.poss.* Eandem opin. dicit esse communem Aretin.*in dict.l.qui in potestate.col.3.vers. Et priusquam veniam.* Iason.*in l.fin.numer.3.C.de inoffic.testament.& in l. nemo. numer.2.C.qui testam.fac.poss.* vbi dicit, quod hæc est communis opin. gloss. & Doctorum, nemine discrepante, Alexand.*in dict.leg.nemo. numer.2.* quem refert Ruinus *consil.24.numer.11.lib.5.* Decian. *in ea. l. nemo.per totam lecturam* Bauer.*in §.sciendum, num.2. Inst. de testam.mil.* Rubeus *consil.93.numer. 3.* & ita seruat communis opin. vt ait Porc.*Instit.quibus non est permiss.*

*fac.testam.numer.*12.& ratio est, quia, vt dixi, filius repellitur à testando, non propter interesse patris, sed quia non est legitima persona ad testandum.

3 Secundo adde, quod etiam filia, quæ sit in potesta-
e te patris, non potest testari de dote sua aduentitia. *e* & ita concludunt communiter Doctor. vt dicit Alexand. *in d.l.senium nu.*3. Militat enim eadem ratio, quod scilicet, non est integra persona ad testandum: licet (respectu huiusmodi dotis) habeat integram personam ad comparendum in iudicio, vt dixi supra *lib.* 2. §. *filius.*

4 Sed quæro; Tu scis, quod filiusfamil. potest donare causa mortis cum consensu patris, nunquid si aliquid relinquat in testamento, in quo sit apposita clausula codicillaris, illud relictum sustinebitur in vim donationis causa mortis: dixi infra *lib.*4. §. *Donatio qu.*6.*vers. Sed quaro.*

5 Sed pone, *f* quod pater sit captus ab hostibus, &
f quod patre existente apud hostes, filius faciat testamentum, & decedat, deinde pater reuertatur; Quæro, nunquid tale testamentum valeat? Respon. quod non, sed indistincte est nullum. Nam propter reditum patris fingitur semper filius in potestate patris fuisse. Ita dicit gloss. *in l.fi.§.ita tamen, in verbo Rota.C.de sent.pass.* & est communis opin. vt dicit Crot. *in repet.l.si is, qui pro emptore, n.*18. *& seq.ff.de vsucap.*

6 Scias *g* tamen, quod de bonis castrensibus, vel quasi
g potest filiusfam. testari. *l.fi.C.de inoff.testam.* Sed de castrensi potest testari iure militari: si vero testetur de quasi castrensi, debet seruare ius commune, vt ibi.

7 Sed quid de salario, quod filiifam. *h* aduocati à cli-
h entulis suis percipiunt, nunquid poterunt, etiamsi sint in potestate patris, de eo ad eorum libitum testari? Respon. Specul. *in tit.de actore*, tenet, quod non. Sed contraria opinio est magis communis, vt testatur Ias. *in d.l.fi.num.*1.*C.de inoffic.test.* hoc enim reputatur tanquam quasi Castrense peculium, vt dixi supra *lib.* 2. §. *filius.*

8 Item quæro, nunquid filiusfamil. possit testari ad pias causas, dixi supra *quæst.*5.*vers.Sed nunquid.*

9 Quæro etiam, an valeat *i* statutum disponens, quod
i filiusfamil. possit testari? dixi supra *lib.*1.

ADDITIONES.

a AN *filiusfamilias, in patris potestate existens, possit condere testamentum.*] Cur † filiusfamilias testamentum facere non
1 possit, triplex afferri solet ratio. I. Quia ob patriæ potestatis nexum in filiofamilias non est libera voluntas, nec eius persona iure ciuili integra, notante Decio *in l.*3.*nu.*2.*C.qui testam.fac. poss.* & Mynsingero *ad princip.tit.Instit.quib.non est permiss.fac. testam.numer.*2. Velle † siquidem non creditur, qui obsequitur
2 imperio patris, vel domini, *l.velle.*4.*ff.de reg. iur.* & proprio quis iure debet testari, non pendere ab alieno arbitrio, *l. illa institutio.*32.*in princ ff.de hæredibus instituend.* II. Quia † filius-
3 familias nihil suum habet, vt testari de eo possit, auctore Vlpiano *in fragment.Instit.tit* 20 §.*filiusfamilias.l lex Corn.*28.*vers. quia non efficitur ff.de vulg.& pupil.substitut.* Iure namque †
4 veteri quicquid acquirit, non sibi, sed patri acquirit. §. 1.*Inst. per quas person. cuique acquir.* & ante Constantin. Imper. nihil suum habere potuit *l.placet.*79 *ff de acquir. vel omitt. hæred. l. acquiritur* 10.*in princ.ff de acquir.rer.domin.l.cum oportet.*6.*C. de bon.quæ liberis, &c.l.*1.*qui admitti ad bonor.possess poss.lib.*1.*C. de bon.matern & similibus adductis per* Vasquium *lib.* 1. *de succession.progress §.*1.*num.*8. III. Quia cum in testamento non bona tantum, sed † omnia etiam familiæ iura mancipentur: fi-
5 liusfamilias vero neque bona, neque iura familiæ vlla habeat, vtpote qui non est caput familiæ, id est, paterfamilias, à quo fieri debet mancipatio, siue venditio familiæ: ideirco nec testamentum facere vllo modo posse creditur, *d.l.*3.§. *vlt.& l.pen.C. qui test. fac.poss.* Nam & lex duodecim tabularum testandi ius concedens loquebatur non de filiofamilias, sed diserte de patrefamilias. Paterfamilias, inquiebat, vti super familia pecuniaque sua legassit, ita ius esto. Qua de re videantur Rulandin. *de testam. part.*1.*rubr.*2.*n.*1 Speculat. *in titu.de instrument. edit.* §. *compendiose, numer.*3. Philip. Franc. *ad rubr. ext. de testament. vers.decimooctauo prohibetur, &c.* hosque allegans Reusnerus *in tractat.de testament.par.*2.*cap.*23. *numero quinto*, nec non Ioannes Dauth. *in tract.de testam.sub rubric.qui testam.fac. possunt, nu.*148.

Neque aduersatur, † quod testamenti factio non priuati, sed 6
publici iuris est *l.*3.*ff qui testam.fac.poss* Filiusfamilias autem in his, quæ sunt publici iuris, pro patrefamilias habetur. *l. filiusfamilias 9 ff.de his, qui sui, vel alien.iur.sunt l.nam quod* 14 *in pr. ff.ad senatusconsul.Trebellian.* Et enim ambiguitas, siue æquiuocatio latet in verbis iuris publici. Siquidem † iuris publici ple- 7
raque dicuntur, quorum ius ad statum rei Romanæ spectat, vt magistratus, sacerdotia, & similia. *de quibus in l.*1.§.*huius study.* 2 *ff.de iustit & iur.* In iis filiusfamilias non sequitur ius patriæ potestatis, sed loco patrisfamilias habetur, sicuti colligitur aperte *ex d.l.*9.*ibi.vt magistratum gerat.&c.ff.de his, qui sui vel al. iur.sunt, & d.l* 14 *iuncto §. vlti legis præcedentis, ff.ad S. C. Trebellian.* vbi expressum est, filiumfamilias in magistratu positum, etiam aduersus patrem suum quippiam statuere posse. Hoc vero sensu testamenti factio non est iuris publici: quia ius de testamentis constitutum non pertinet immediate ad statum rei Romanæ sicuti magistratus, & similia munera. Alia igitur ratione testamenti factio iuris publici dicitur, nempe hac, quod potestas testandi non cuiuis pro arbitrio suo competat; sed illi tantum, cui ius publicum, siue lex facultatem istam concessit. *l. testandi.*1.*Cod.de test.* Iac.Pac.*cent* 5.*q.*85.

Nihil † item obstat, quod filiusfamilias ius quoquo modo 8
contrahendi, & bona inter viuos alienandi habet *l.*3 §. *is autem solus* 3.*ff.ad SC. Macedo.l.filiusfamilias.*39 *ff de obligat.& act.l.* 1.*& tot.tit.ff.de pecul.l.*1.*& tot.tit.ff de in rem vers & titul.* quod iussu, ac proinde multo magis testandi ius habere debet: cum satis inhumanum sit, viuum quidem licentiam habere, totam suam familiam alicui donare; morienti autem huiusmodi licentiam adimere, auctore Iustiniano *in tit.Inst. de leg Fus.Canin. toll.* vbi Angelus, Pertius, & DD. communiter tradunt, valere 9
in iure argumentum à contractibus ad vltimas voluntates. *per l vltim.C.de legatis.* Nam respondetur: ita † demum valere argumentum à contractibus ad vltimas voluntates, si eadem ratio subsit. *l.seruum.*44 § *eum qui* 5.*& l.quæ de legato* 46.*ff.de legat.*1.*l.qui chirographum.*59 *ff.de legat.*3. Euerhard *in Topic.loc. à contractib.ad vltim. voluntates, &c.* Secus vero est, si non sit eadem, sed diuersa ratio: aut si maior sit fauor, aut maius præiudicium; quale est in testamentis, in quibus, & hæreditas, & familia, quam non habet filiusfamilias, transfertur: sicut nec contrahendo illa dari, aut in alium transferri potest. *l.hæreditas.*5.*C. de pact.conuent.l.ex eo instrumento* 4.*C.de inutilib. stipulat.* imo † ne codicillis quidem hæreditas potest relinqui §. *penultim. Inst.de codicill.* Ceterum in contractibus bona priuata, & singularia filiofamilias transferre licet: quæ omni iure ad eum pertinent, vel pertinere possunt, & minoris præiudicij sunt: eoque priuatorum pactis subiacent. *l.*1 §.*si conuenit* 6. *ff. deposit l.contractus* 23 *ff.de reg.iur.* Reusner. *d.tract. de test.part.*2.*cap.*23.*n.*9. *& subseqq.* Harprec.

b *Quod non.*] Adde etiam text. *in* §. 1. *Inst. quibus non est per-* 10
miss.fac.testa.cum similib.de quibus per Iason. *in l. omnes populi num.*72.*ff.de instit.& iur.* Sed an dignitas sacerdotalis liberet à patria potestate; quod sic, Bald. *in l.apud hostes de suis, & legitim.* Giach.

c *Cum patris consensu non potest*] Adde, & nouissime vide per Rimin.iun. *in cons* 459 *col.*1. qui limitat, secus stante statuto, & de testamento filiæfamilias, quæ patrem instituit sibi hæredem, atque de maritalibus blanditiis ad inducendum vxorem ad legandum quæ legauit: quod illud testamentum sit validum † & 10
quod legatum factum per vxorem ob nimiam reuerentiam mariti stantis super eius caput sit nullum, & inualidum: *vide de omnibus* per Afflict. *dec.*69.*& in additionibus* Cæs.Vrsil *ad eandem ibi* Giach

Etiam † cum patris consensu non potest condere testamentum.] 11
Diuersum obtinet in donatione causa mortis, quæ à filiofamilias, patre permittente, fieri potest *l.tam is* 25.§.1 *ff.de mort.caus. donationibus*, & latius explicat Clarus noster infra *lib.*4 §. *Donatio quæst.*6.*num.* 4 Vera differentiæ ratio hæc mihi videtur: quia † donatio causa mortis, non publici, vt testamenti factio, 12
sed priuati iuris est. Quæ autem priuati iuris sunt, priuatorum etiam pacta admittunt. *d l.*1.§.*si conuenit.*6.*ff.deposit. & dict.l. contractus.*23.*de regul iur.* Viglius *ad princip.titul Institut.quib. non est permiss.fac. testament.numer.*7.*cum seqq.* ibique Giphanius, & Heigius *num.*4. Quibus addendi sunt, post alios, quos citant, Michael Grassus *lib.* 1. *recept. sentent.* §. *donatio causa mortis.n* 1.*vers.ceterû si pater consenserit, &c.& §.testamentum, quæst.*23.*num.*5. Iohannes Dauth *tractat.de testament.sub rubr. qui testam.fac.poss.nu.*190. Thadeus Piso *lib* 1.*var.resolut.cap* 6. *num.*14.*& lib.*4.*cap.*4.*nu.*10. Et Matthias Ber.*li.*1.*conclus practicabil.part.*3.*conclus.*1.*n.*8 *& seqq.* vbi varias diuersitatis istius rationes adducit. *Harprec.*

d *Etiamsi*

d *Etiamsi huiusmodi peculium aduentitium spectaret ad ipsum filiumfamilias pleno iure.*] Quod † filiusfamilias de illis etiam
13 bonis aduentitiis, quorum pater vsumfructum non habet (de quibus agit gloss. in Authen. *idem est in his. C. de bon. quæ liber. &c.* & Thadeus Piso *d. lib. 1. cap. 6. n. 7 & 8.* testamentum facere nequeat, defendunt, præter Doctores hoc loco à Claro memoratos, Emanuel Soarez *in thesaur. recept. sent. lit. T. num. 14.* Petr. Gregor. *lib. 42. syntagm. iur. vniuers. cap. 8. num. 4.* Viglius *num. 16.* Mynsinger, *numero sexto* Heigius *num. 9* & Vulteius *numer. 11. ad princip. titu. Instit. quibus non est permiss. fac. testa.* Grassus *d. lib. 1. recept. sentent. §. testamentum quæst. 23 nu. 2.* Didacus Couarru. *in rubric. de testament. part. 3. num. 9. & 29.* Vasquius *de successi on. creat. §. 12. num. 10.* Donell. *lib. 6. Comment. de iur. ciu. cap. 5. pag. 10. & c. 28 in fin.* Dn. Collega Bocer. *in tract. de bello. lib. 1. cap. 20. num. 10. & in tract. de inuestitura feud. cap. 3. numer. 45. & seq.* Guiacius *in Nouell. 117. cap. 1* Baldoinus *in Iustiniano suo pag. 136.* Fachin *lib. 5. controuers. iur. c. 15. S. & licet quoad testamenti factionem, &c. item cap. 94.* Arumæus *exercit. Iustin. 7. thes. 6.* Tessaurus *decis. Pedemont. 159. numer. 11. S. in delibat. iur. disput. 9 th. 43.* Forster. *lib. 2. disput. 12. thes. 13.* Hænon. *disput. 7. controuers. 13.* Andr. Gerhard. *decad. 7. exercit. Iustin. quæst. 7.* Wegner. *disput. 7. ad Instit. th. 4. lit. E.* Setser. *disp. 13. ad Instit. th. 7.* Barter. *decad 3. quæst. 4.* Paulus Bereus *disput. 6. ad Instit. them. 2. qu. 6* Dauth. *d. rubr. qui test. fac. poss. num.* 154. aliique per eum citati. Tametsi in contrariam abeant sententiam Decius *in l. nemo 11. siue penult. C. qui test. fac. poss.* Wurmbser. *lib. 1. pract. 39. obs. 16* eumque allegat Gothofredus *ad l. 3. C. d. titul.* Vandus *li. 1. quæst. 1. Treutler. 2. disp. 10. th 2. lit. C. & disput. seq. th. 2. lit. A. H. lib. 2. var. resol. iur. ciuil. tract. 5. quæst. 10.* & alii relati à Couarru. *dict. rubr. de testam. par. 3. num. 9.* Cæterum † prioris & receptioris & verioris sententiæ fundamentum
14 solidum habetur *in d. l. penult. C. qui test. fac. poss.* vbi Iustinianus Imper. diserte expressit, per illam legem (*puta l. cum oportet 6 §. sin autem C. de bon. quæ liber. vel certe l. vlt. §. ipsum autem filii. 5. vers. filius autem familias. C. eod. tit.* vt putat Dauth. *d. loco. nu.* 155.) quia inductum est, vt certis in casibus filiofamilias plena proprietas acquiratur, testandi facultatem ei minime concessam esse.

Huicque † conclusioni non obstat Nouell. 117. *c. 1. §. 1.* vbi
15 Iustinianus Imper. filiisfamilias licentiam permittit de istis bonis, quæ pleno dominij iure ad ipsos pertinent, quo velint modo disponere. Nam Imperator ibi non loquitur de dispositione testamentaria siue vltimæ voluntatis; sed de dispositione administratoria, seu domestica inter viuos; vt Græcus textus arguit, in quo non est διαθέσθαι, id est, testari; sed *οἰκονομεῖν*, quod administrare significat. Et textum istum de dispositione inter viuos, quæ fit per contractus, necessario accipiendum esse, etiam hac ratione ostenditur: quod libera facultas illa disponendi, de qua textus agit, conceditur filiisfamilias, si perfectæ sint ætatis, id est, 25 annorum, vt Cuiacius, & Gothofredus, *ibidem* notant. Si vero ætate minores sint, tutorum vel curatorum potestati gubernatio promittitur. Constat autem, tutores, vel curatores de bonis pupilli, vel minoris testandi ius non habere: eumque, qui perfectæ ætatis non est, modo non sit impubes, sibi ipsi testamentum facere posse. *l. à qua ætate, 5. ff. qui testament. fac. poss.*

16 Similiter † non obsistit, quod filiusfamilias de rebus aduentitiis ideo testari non possit, quod eo etiam mortuo earum rerum vsusfructus patri, quamdiu vixerit, incolumis conseruetur. *l. vlt. C. de vsufruct.* Id autem in proposito themate longe diuersum sit: ac proinde cessante isthac ratione, & ius cessare debeat. *arg. l. adigere. 6. §. quamuis. ff de iur. patronat. c. cum cessante, 60 de appellat.* Quamuis enim vsusfructus nostro in casu patri non quæratur: nihilominus tamen peculium aduentitium manet: quia † accidentia non mutare propriam rei formam,
17 plusquam manifestum est, *argum. l. generaliter. 24. §. proinde 5 ff. de fideicomm. ff libertatib.* Menoch *consil. 35. numer. 19. lib. 1.* Quin & testamentum non solum est dispositio de bonis, sed etiam de iure familiæ, quod deest filiofamilias: cum ipse sit in familia patris. *l. pronunciatio. 195. § familiæ. 2. ff de verbor. significat.* Plura argumenta, quæ hanc conclusionem euertere videntur, diluimus *ad princ. tit. Institut. quib. non est permiss. fac. test. n. 31. & seqq.* Harprec.

e *De dote aduentitia.*] De profectitia dixi supra *sub qu. 5. vbi quod non.* Giach.

18 *Non potest testari de dote sua aduentitia.*] Quod † filiafamilias nupta, quæ est capax dotis profectitiæ, & aduentitiæ, licet habeat hæredem ab intestato, non possit testari de dote, tenent etiam Ioannes Dilectus Durantes *in tractat. de arte testandi. tit. 1. cautel. 1 numer. 1.* Viuius *commun. opinio. lib. 1. verb. filiusfamilias, num. 4.* Grassus *li. 1. recept. sententiar. §. testamentum, qu. 23. numer. 3.* & Thadeus Piso *lib. 1. var. resolutio. cap. 6. numer. 3.* Harprec.

19 f *Quod pater sit captus ab hostibus, &c.*] Quod † filius eius, qui captus est ab hostibus, pendente patris captiuitate, testamentum facere non possit, tradunt Alexand. *in l. lex Cornelia 28. nu. 10. ff de vulg. & pupill. substit.* Fernand. Vasquius *de successio. progress. §. 1. n. 3.* Emanuel à Costa, *in l. Gallus 29. §. & quid si tantum. 5. part. 2. n. 92. ff. de liber. & posth. hæredib. instituend.* eosque referens Grassus *dict. §. testamentum, q. 23. n. 7.* Harprec.

g *Sciat tamen, quod de bonis castrensibus.*] Cur † filiusfami 20
lias de bonis castrensibus, vel quasi, testari valeat, etiam absque patris consensu, hæc addenda est ratio: quia in illis bonis pro patre familias habetur, *l. 2 ad senatusconsult. Macedon. l. si quis 6. §. vltim. ff. de iniust. rupt. irr. fact. test. l. pen. & vlt. C. qui test. fac. poss.* Piso *d. lib. 1. var. resol. cap. 6. n. 7.* Harprec.

h *A Inocati*] Idem dic de omnibus, qui in dignitate, vel officiis publicis lucrantur: tametsi haud sint Doct. vel notarij, vt per Ang. de Aret. *in §. sciendum, nu. 5 Instit. de test. milit. per casum, quem dicit notab. in l. si post principium, C. de inoffic. test. quod bene not. esse dicit.* Item de filiofam. notario, quod possit testari de eo, *20
quod ipse lucretur, cum censeatur peculium quasi castrense, vide *in decisio. Thole. 10. & ibi per Aufrer.* Giach.

i *An valeat.*] Et quod valeat, vide Bal. *in leg. cunctos populos, n. 15. C. de sum. trin. & fide cath.* Bart. *in leg. 1. §. lex Falcidia in fi. ff. ad leg. Falcid.* Et an tale statutum extendatur ad bona extra territorium; quod non, per Bart. & Bald. *in l. cunctos populos, col. 9. in fin.* Giach.

k *An valeat statutum, &c.*] Quod † statutum disponens, fi- 21
liumfamilias testari posse, subsistat, hac ratione confirmatur; quia filiifamilias possunt per statutum habilitari; cum iure positiuo introductum sit, quod testari nequeant. Et hanc esse communem opinionem testatur Viuius *in suis communibus opin. verb. statutum, lib. 1.* prout eum refert, & sequitur Grassus *d. §. testamentum, q. 23. in fin.* Harprec.

QVÆSTIO XIX.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Bannitus quatenus testari possit, distinctione declaratur.*
2 *Banni vocabulum vnde, & quid sit, qui item banniti dicantur, remissiue.*
3 *An publicatis bonis veniant legata conditionalia remiss.*

Ex Additionibus.

1 *Bannitus an possit condere testamentum.*
2 *Et quid si sit etiam condemnatus ad mortem naturalem.*
3 *In publicatione bonorum non veniunt bona futura.*

QVæro, an bannitus ab aliqua ciuitate retineat te- 1
stamenti factionem? Respon hæc quæstio habet duo capita. Primum, an possit condere testamentum. Secundum, an possit capere ex testamento. Circa primum Bartol. *in l eius qui. §. 1. numero tertio, ff. de test. & in vulgata sua quæst. 1. incip. Lucanæ ciuitatis, num. 26.* distinguendo concludit, quod Aut à bannitus vult te- a
stari secundum statuta ciuitatis, à qua exulat, & non potest: quia propter *b* bannum amisit illorum benefi- b
cium: Aut vult testari secundum ius commune, & potest: quia bannum illius ciuitatis non potuit illi auferre beneficia iuris communis. Et hanc distinctionem Bar. dicit communiter teneri Nellus *in tract. bannitorum, in 1. parte 2. temporis, n. 52.* Sed ego alias dicebam, quod hæc opi. Bart. ita generaliter, & indistincte intellecta, non videtur vera, & omittendo auctoritates Doct. loquentium in hac materia, quæ sunt prope infinitæ, dic, quod aliquando quis est simpliciter bannitus: (& intelligo simpliciter bannitum eum, qui est condemnatus in solo exilio, cui non est apposita pœna mortis, etiamsi perueniret in fortiam communis: prout videmus quotidie propter aliquod delictum multos condemnari in exilium, vel perpetuum, vel temporale, etiam arbitrio Principis, vel Senatus, vt dixi infra *li. 5. § fi. q. 71. circa pr.*) & talis nullo modo efficitur intestabilis, ex quacunq; causa sit bannitus. Ita probat tex. *in d. l. eius qui. § 1. ibi sed releg.* & intelligo, quod poterit testari, nō modo secundū ius cōmmune, sed etiam secundū statu-

ta ciuitatis,à qua est bannitus:nisi in ea adsit statutum, quod banniti nō gaudeant beneficio statutorū, prout est in multis ciuitatibus Italiæ;& poterit disponere de bonis suis tam sitis intra territorium ciuitatis,à qua est bannitus,quàm extra:& quod plus est,etiamsi tempore banni eius bona fuissent confiscata (vt plerunque fit) tamen si post confiscationem aliquid acquireret,posset de eo disponere,& testari:ex quo iuxta communes regulas, in confiscatione non veniunt bona *c* futura, vt
c dixi *in d.§.fin.quæst.79.vers.Vlterius quæro.*

2 Aliquando vero quis non modo est bannitus, sed etiam est condemnatus ad mortem naturalem, quæ illi in sententia comminatur,vbi in fortiam communis peruenerit: & hoc potest dupliciter contingere. Primo,quando sententia mortis præcedit bannum, puta, quia detentus in carceribus fuerit condemnatus ad mortem,& post condemnationem aufugerit è manibus Iudicum,& deinde iterum citatus (vt fit) in contumaciam iterum bannitus fuerit, & condemnatus cum comminatione, de qua supra. Secundo vero, quando sententia mortis,& exilij simul profertur contra absentem,prout quotidie fieri videmus, stantibus ordinibus,siue statutis, quod contumax habeatur pro confesso: & de illis bannitis non est tractandum, tanquam de simpliciter bannitis, sed etiam tanquam de condemnatis ad mortem. Et ideo dic, quod aut iste fuit ad mortem condemnatus pro delicto, pro quo de iure communi erat imponenda pœna mortis: & fuit in
d processu,& sententia seruata *d* dispositio iuris communis,quia scilicet fuit condemnatus præsens, & factis suis debitis defensionibus:& tunc talis per huiusmodi condemnationem iam effectus est intestabilis, tanquam seruus pœnæ: & ideo licet aufugiat è manibus Iudicis,adhuc remanet seruus pœnæ, & consequenter non poterit testari, vt dixi infra *q.* 21. neque intra territorium illius ciuitatis,neque extra: quia talis sententia lata secundum ius commune, illum afficit vbique locorum. Aut vero fuit condemnatus ad mortem pro delicto,ex quo imponitur pœna mortis per statutum illius ciuitatis, & non de iure communi. Vel fuit condemnatus contra formam iuris communis,puta in contumaciam,stante statuto, de quo supra,quod contumax habetur pro confesso: & tunc est distinguendum, an iste bannitus peruenerit in fortiam cōmunis, vel non.Nam priusquam perueniat in fortiam cōmunis,secundum magis communem sententiam, non est adhuc effectus seruus pœnæ; vt dixi supra *lib.2.§.bannitus*,& ideo poterit testari. Et in hoc omnes concordant,vt dicit Aretin.*in dict.l. eius qui. §. 1. post num. 3. versic.Vnus est.*Neque in hoc ego facio differentiam,an sit bannitus cum confiscatione bonorum,vel non;quia ad hoc,vt quis dicatur testabilis,vel intestabilis, non considerantur bona,sed status personæ. Ideo dato, quod eius bona essent confiscata, poterit adhuc testari de bonis,si quæ habet extra territorium ciuitatis, à qua est bannitus:illa enim non comprehenduntur in confiscatione bonorum,vt dixi infra *lib.5.§.fi.quæst.78. versic. Quæro nunquid.* Item de illis, quæ acquireret post confiscationem. Nam in publicatione bonorum non veniunt *e* futura, vt dixi. Item dato etiam, quod nulla bona haberet,non est sine vtilitate, vt quis possit condere testamentum, vt dixi infra *quæstione* 20. *versicul.Relegatus.*

3 Aut vero iste bannitus peruenit in fortiam communis,& tunc non potest testari, vt dixi infra *qu.21. ver.Aut vero:*Et aduerte,quia in hoc articulo ego non facio vim,an talis bannitus, siue ex tenore sententiæ, siue ex forma statutorum,possit impune offendi, vel non.Cum enim illa qualitas,quod possit impune offendi,non respiciat statum personæ, non videtur habenda in consideratione,quo ad hoc,an quis efficiatur intestabilis,Vel non.

ADDITIONES.

A Vt *bannitus vult testari secundum statuta ciuitatis, &c.*] Quod bannitus, si velit testari secundum statuta ciuitatis, à qua bannitus est non possit testari; sed si velit testari secundum ius commune, possit,frequentioribus Doct. calculis recepta distinctio est. Eamque, post Bart. & Goffr.& Imol.*in l.eius, qui 8 §.qui test.fac.poss.*tenent Michael Grassus *lib. 1. receptar. sentent §.testamentum,q.17.num.*4.Menochius *cons* 491.*num.*5. Farinac. *in sua prax. crim.tit.de var.& diuers.quæstionibus qu.* 101.*inspect.*1.*num.*11.83.& 95.hosque allegans Thad.Piso *lib.*1. *var.resolut. c.4.n.*5.Harprec. a 1

b *Propter bannum*]Banni † vocabulum vnde deriuetur,quod sit,& quis eius pœnam imponere possit;qui item banniti nostro tempore dicantur, & quibus æquiparentur, post Iacobum de Arena & Nellum de S. Geminiano *in tract.de bannit.*& alios dilucide explanat Andreas Gail.*lib.2.de pace publica. cap.*1.& Nicolaus Reusner. *in tract. de testam.par.2.cap.*57 Harprec. 2

c *Bona futura.*] Contrarium videtur tenere Gramm.*cons.*7. vide tamen Dec. *cons.*235.438.& 446 Bart. *in l. si qua ff. de iu, qui sunt sui.vel alien.iur.in l.4 C.de iur.fisc lib.*10.*in leg.*1 *ff. de bon.damn.*Item an † publicatis bonis veniant legata conditionalia Bart.*in l.quod traditum,ff de cond.& demonstr.* Guiot. 3

d *Seruata dispositio, &c.*] Verum quo in casu bannum sit nullum ob formam non seruatam in citationibus ob iniustitiam? vide per Bertaz.*crim.cons.*133. Sed quid si in inquisitione non adsit qualitas,secundum quam poterit fieri condemnatio: An possit deinde lata sententia fiscus dare capitula ad probandum qualitatem non expressam; vide per eundem Bertazo, *in cons.crim.* 197.Et an fisco possit concedi in integrum restitutio; vide per eundem *consil.*198. Giach.

e *Bona futura.*] Nec etiam additionalia, quod esse verissimum probat tex. *in l.si tibi mandauero.§.is cuius,ff mandat.leg.) interdicit.ff.de cond.& dem.*Deci.*cons.*438.*nu.*10.Ias.*l si ita stipulatus fuerim,§. cum stipulamur,ff. de verb. obl. Rom. sin.* 170. Dec.*consil.*235.*num* 5.Idem post Alex.& Bar.*in l.3 §. fi.ff. quod quis.in.*vide copiosius Ar.Pin.*in rub.de bon.ma.7.part. nu.* 2. 3. & 26. & Ceph. *toto consil.*121.*vol.3.præsertim num.*49.& 51. & Menoch.*consil* 101.*vol.*1.Goncan.

QVÆSTIO XX.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Bannitus an possit capere ex testamento.*
2 *Et an saltem bona posita extra territorium ciuitatis, à qua est bannitus.*

Ex Additionibus.

1 *Quatenus bannitus hæreditatem ex testamento capere possit.*
2 *Quo remedio bannito ab omni successione excluso succurratur.*

CIrca secundum: An bannitus *a* possit capere ex testamento,multa etiam traduntur per Scribentes, maxime in locis ordinariis. Bartol. *in præallegata q. sua* 1.*incipit Lucana ciuitatis,n.*29.distinguendo dicit;quod aut bannitus non potest virtute statuti illius ciuitatis impune offendi;& tunc est capax omnium successionum,quæ illi deferuntur tam ex beneficio iuris municipalis illius ciuitatis,quam ex dispositione iuris communis:sed si potest impune offendi, tunc non poterit succedere in hæreditate sibi delata ex beneficio statutorum illius ciuitatis:erit tamen capax iurium, & successionum,quæ illi deferuntur de iure communi. Et hanc opin.Bart.dicit esse communem Alexan. *in l.* 1. *nu.*4 *C.de hered instituendis*,quem refert Ruin.*cons.*49. *n.*3.*lib.*4 Idem etiam dicit Alex.*cons.*26.*nu.*2.*in fi.lib.*1. quem refert Vantius *de nullis.in Rubr.ex inhabilitate.n.* 15. Nellius *de bann.in* 1.*parte,secundi temporis.quæst.* 5. Corn.*cons.*29.*in primis verbis,l.*2.& *cons.*52.*in litt. L.eo vol.*Alexand. *cons.*75.*n.*2.*li.*1.quem refert Blan.*de compromiss.in* 2.*q.n.*46.Clau.*in l.Gallus §. nunc videndū post nu.*4.

n. 4. & in leg. ex facto n. 4. ff. ad Trebell. Cur. sen. consil. 59. num. 19. Curt. iun. cons. 184. nu. 4. Ias. cons. 166. colum. 1. libro 2. & in l. 1. n. 5. & sequen. C. de hered. instit. Ripa in d. §. ex facto nu. 14. ff. ad Trebell. Et sic vides magis communem opinionem esse, quod bannitus sit capax successionum, quæ ei deferuntur ex dispositione iuris communis.

2 Et hæc quidem conclusio de plano procedit, quantum ad bona sita extra territorium (illa enim non possunt affici ex bono, quod emanauit in alieno territorio) & sic remanent in dispositione iuris communis. Sed quid de bonis sitis intra territorium ciuitatis, à qua iste reperitur bannitus? Respond. Rayner. in d. l. 1. C. de hared. instit. tenet, quod nullo modo iste bannitus possit in huiusmodi bonis succedere. Licet enim ius proprium illius ciuitatis non possit banniendo tollere ius commune: potest tamen illud offuscare, & adumbrare, ita vt in suo territorio effectum non sortiatur. Et hanc opinion. dicit esse commumem Ias. in prealleg. cons. 166. col. 3. versic. Quarto facit lib. 2. Sed quidquid dicat Ias. credo, quod magis communis opinio sit in contrarium, scilicet, quod imò, etiamsi bannitus possit impune offendi, retineat beneficia iuris communis, etiam quo ad bona posita inter territorium illius ciuitatis, b prout hanc esse magis communem sententiam b attestatur Ripa in d. l. ex facto. §. ex facto. nu. 15. Maranta in repetit. leg. is potest, num 119. ff. de acquir. hared. Et quod bannitus retineat beneficia iuris communis, etiam in ciuitate, à qua exulat, non videtur dubitandum: ex quo multi ex Doctoribus, per me supra allegatis, ita attestantur esse communem opinionem, & recenset auctoritates, quæ facile dinumerari possunt, & illam etiã credo veriorem esse: nam huiusmodi bona, quæ contra absentes proferuntur, sunt valde exorbitantia à dispositione iuris communis, merito restringenda, vt quantum minus fieri potest, operentur. Bene verum c est, quod si extaret statutum: excludens expresse bannitum ab omni iure, & successione, vel huiusmodi, eo casu procederet opinio Rayn. quod scilicet amitteret etiam successiones sibi intra territorium illius ciuitatis delatas, etiam ex beneficio iuris communis: Sed alio non apparente, consulendo, aut iudicando non recedas ab op. in. Bart. quæ communis est, & verior: in proposito tamen huius quæst. vide, quæ dixi infra, libr. 1. §. fin. q. 71. vers. Dixi autem.

ADDITIONES.

a **A**N bannitus possit capere ex testamento.] Communiter recepta conclusio est: Quod † bannitus stante statuto, eum
1 impune offendi posse, queat succedere beneficio iuris communis, & capere hæreditates, vel testamento, vel ab intestato deuenientes, non autem quæ ex iure municipali deferuntur: sin autem impune offendi nequeat, vtroq; iure tam communi, quam municipali ad hæreditates admittatur. Et ita, citra Doctores hic recitatos, tradunt Tiraquell. de retract. lignag. §. 1. gl. 9. num. 17. Hypolit. de Marsil. in pract. crimin. §. aggredior. numer 100. Bossius in tit. de bonor. publicat. nu 69. Ioan. Cæphal. cons. 324. nu. 18. lib. 3. hosque laudans Michael Grassus lib. 1. recept. sent. §. institutio q. 3. Harprec.

b Attestatur Ripa] Adde Bart. Bald. Angel. Sal. Alex. Corn. ad l. 7. C. de her instit. & late Cæph. consil. 154 vol. 3. Iul. Clar. pract. crim. §. f. q. 71. Menoch. cons. 91. n. 2. & cons. 201. per totum vol. 1. Gouean.

c Si extaret statutum excludens] De cautela ad succurrendum bannito: vide per Duran. de arte testam. tit. 1. caut. 10. in fi. Cæpol. cautel. 38. in fi. Cæphal. cons. 358. num. 29. & per Rimin. iun. cons. 379. n 85. cum duob. seq. Giach.

2 Si extaret statutum excludens expresse bannitum ab omni iure, &c.] Cautela, † siue remedium, quo quispiam eiusmodi bannito succurrere valeat, tale est: quod videlicet alius hæredes instituatur, & rogetur, hæreditatem huiusmodi bannito restituere, cum redierit in gratiam, & restitutus fuerit, argument. l. in tempus, 62 ff. de haredib. instituend. Et sane cautelam suggerit Ioannes Dilectus Durantes in tract. de art. testand. tit. 1. cautel. 10. in fine. Harprec.

QVÆSTIO XXI.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Condemnatus ad mortem an possit testari.*
2 *Et quid si ex manibus iudicum aufugerit.*
3 *Et quid si genus mortis, ad quod fuit condemnatus, est à iure prohibitum.*
4 *Et quid si fuerit in contumaciam condemnatus.*
5 *Et an talis condemnatus ad mortem possit testari ad pias caussas.*

Ex Additionibus.

1 *Condemnatus ad mortem an testamentum facere possit.*
2 *Quid de eo hodie statuendum.*
3 *Iure nouissimo nemo, propter delictum aliquod, seruus pœna efficitur.*
4 *Obiectio diluitur.*
5 *Damnatus ad mortem, si ex manibus iudicis eripiatur, nunquid testari queat.*
6 *Quid si pœna, ad quam fuit condemnatus, iure sit prohibita.*
7 *Et quid si à sententia fuerit appellatum.*
8 *Crimen mortalitate extinguitur.*
9 *Absens damnatus, per sententiam ex forma statuti, quod absens pro confesso habeatur, quatenus testari possit.*
10 *Sententia condemnatoria, vigore statuti municipalis lata, extra locum porrigere effectum suum nequit.*

QVæro, nunquid condemnatus ad mortem possit testari? Respond. quod aut talis condemnatus est 1
præsens, ita quod post condemnationem statim facienda est executio: & hoc casu, cum a per condemnationem effectus sit seruus pœnæ, non poterit testari. Et a
hæc est communis opinio, vt dicit Bald. in l. fi. n. 15. C. si à non compet. iud. quem refert Apostil. ad Ang. de malef. in verbo, Et ibi caput. sub num. 20. Idem dicit Apostil. supra allegata, sub num. 23. & hoc siue esse condemnatus secundum ius commune, siue secundum statuta illius loci: nam vtroque casu proculdubio est intestabilis, quantum ab bona sita in illo territorio. Quo ad alia vero, ita demum efficitur intestabilis, si est condemnatus seruata tam in processu, quam in sententia dispositione iuris communis. Quinimo, si prius condidisset testamentum, illud fieret irritum. l. si quis filio. §. irritum, ff. de iniusto rupto. quod tamen intellige, vt dixi in versic. Bene verum est, quod quidquid sit de iure, hodie fere vbique contrarium obseruatur. Quia etiam illi, qui sunt decapitandi, plerunque in carcere faciunt testamenta, & instituunt hæredes, quando eorum bona non confiscantur. Et ita quotidie de consuetudine obseruari attestatur Imola. in c. quia ingredientib. nu. 30. in fi. de testam. quem refert Natta. cons. 177. num. 4. Sed certe, ego credo, quod talia testamenta de iure parum, vel nihil valeant: quidquid tamen sit, non puto esse ab ipsa consuetudine recedendum.

Sed quid si reus post condemnationem, antequam 2
fiat executio, ex b manibus Iudicum aufugerit, nunquid poterit testari? Respond. quod non: adhuc enim b
remanet seruus pœnæ, & consequenter intestabilis. Ita tenent communiter Doct. vt dicit Aret. in l. si quis post accus. num. 3. ff. de testam. Ita etiam communiter teneri attestatur Abbas in Rubr. de test. n. 4. Sed hoc intelligo, vt procedat in illo territorio, in quo fuerat condemnatus, & quo ad bona intra illud territorium existentia. Nam in eo territorio, & quod ad illa, semper remanet intestabilis: sed quo ad bona existentia extra illud territorium, talis sententia cum non efficeret intestabilem: & ideo, ipse existens extra illud territorium posset de eis testari, nisi tamen esset condemnatus pro

delicto, pro quo de iure communi debuisset ad mortem condemnari; & in processu esset seruata dispositio iuris communis. Nam eo casu vbique, & quo ad omnia semper remanet intestabilis, vt supra dixi.

3 Sed *e* pone, quod Iudex condemnat reum ad pœnam mortis, sed genus mortis, quo Iudex eum voluit puniri, est à iure prohibitum: puta veneni, mallei, vel securis, vel præcipitij, nunquid ex tali condemnatione reus efficitur intestabilis? Resp. quod non, etiamsi delictum, pro quo est condemnatus, mereretur pœnam mortis. Ita dixit Ang. *in l. si quis mihi bona. §. si fisci. ff. de acquir. hered.* Et ita concludunt DD. vt dicit Apost. ad Angel. *de malefic. in verb. & ibi caput, post num* 23. hanc etiam opi. dicit esse communem eadem Apostil. *in eo verb sub. n. 29.* Ex quo enim huiusmodi pœnæ sunt à iure interdictæ, non possunt efficere aliquem seruum pœnæ, & sic intestabilem: quod nota in practica, quia est mirabilis decisio.

4 Aut *d* vero talis condemnatus erat absens, sed fuit condemnatus virtute statuti disponentis, quod contumax habeatur pro confesso, & quod contra eum possit procedi ad sententiam definitiuam; & tunc si iste condemnatus, & bannitus non veniat in fortiam communis, non efficitur seruus pœnæ, & ideo poterit testari. Si autem veniat in fortiam communis: tunc efficitur seruus pœnæ, & consequenter non poterit testari. Et hæc est magis communis opin. vt dicit Aret. *in d. l. eius qui § 1. post n. 4. vers. sed dubium.* Et si priusquam veniret in fortiam communis, fecisset testamentum, illud redderetur nullum. Quæ tamen omnia, *vt supra sæpius dixi*, intellige, quo ad bona sita intra illud territorium, non autem quo ad alia: nam sententia illa condemnationis, & banni, accipit virtutem, & robur ex dispositione statutorum illius ciuitatis, & non à iure communi; merito non potest effectum suum porrigere extra illud territorium; & ita teneas.

5 Quæro, nunquid condemnatus ad mortem possit testamentum condere ad pias causas? dixi supra, *quæst. 5. vers. Quæro quid in damnato.*

ADDITIONES.

a CVm per condemnationem effectus sit seruus pœnæ, non poterit testari] Indubitatum est, damnatum ad † mortem testa-
1 mentũ cõdere non posse. *l. si quis filio. 6. §. sed & si quis. 6. ff. de iniust. rupt. in fact. test. l. ex iudiciorũ. 20 ff. de accus. l. qui vltimo. 29. ff. de pœnis.* Huiusque prohibitionis ratio sita est partim in publicatione bonorum, partim in eo, quod damnati ad mortem amittebant ciuitatem, & libertatem, & pœnæ serui efficiebantur, *d. l.*
2 *qui vltimo, 20 ff. de pœn. § 1. Instit. de capit. diminut.* Atque † hoc quidem iure Digestorum obtinere, inter omnes constat: sed an idem iure Nouellarum procedat, ambigitur? Et idem etiamnum hodie procedere, Doctores communioribus calculis concludunt Bart. *in d. l. qui vltimo. 29. de pœn. & in l. eius, qui, 8. §. vlt. ff. qui testam. fac. poss.* Conart. *in rub. de test. par. 3 nu* 27. Natt. *cons* 178. Far. *in praxi crim. de var. ac diuers qu. q* 102. *nu.* 118. *inspect.* 2. Vasquius *de successiõn. resol. lib* 1. §. 1. *num.* 34. *cum seqq. & lib. 3. controuersiar. illustr. c. 96. n. 2. & 3.* Grassus *li. 2. recept. sent. §. testa. q 26. nu. 2.* Cuiac. *in d. l. eius, qui 8 in f. ibiq.* Ferret. *nu.* 10. *ff. qui test. fac. poss.* Peregrin. *lib. 3. de iur. fisc. tit. 2 n. 4* Gail. *lib. 1 de pace publ. c. 19. n. 8* Thadeus Piso *lib. 1. var. resolut. c. 3. num. 2.* Donell. *lib. 6. Commenta. de iur. ciuil. c. 16. ibiq.* Hilliger. *in suis not. ad lit. L.* Dauth. *in tract. de test. tit. qui test. fac. poss n. 2* 9. Roland. Passag. *in tract. de test & vlt. vol. rub. 2 nu. 30 & seq.* Ant. Faber. *de errorib prag. decad.* 73 D. Bocer *lib. 1. de bello. c.* 20 *nu.* 21. Arumæus *Exercit. Iustin. 7. thes.* 7. Cramerus *disceptat.* 11. *th.* 17. Barter. *decad. 6 q. 9.* Schroter. *diatrib. domesticar. decad. 5 q 3* VVegner *disputat. 7 ad Inst. th. 4. ad lit. I* Treutler. *vol. 2. disputat.* 10. *th. 2. ad lit. B.* Matthias Berlichius *concl. practicabilium. par. 3. concl. 8. n. 3. & seq.* aliique nonnulli. At contrariam sententiam, quod videlicet hodie capitali supplicio addicti testari possint, tanquam veriorem, & benigniorem probant, Alberic. de Rosat. *ad l. eius, qui 8. §. 1. nu. 1 ff. qui test. fac. poss & in auth. bona damnator. nu. 2. C. de bon. damnator.* Vigilius *in § sed hactenus, n. 9. Instit. de milit. test.* Salicet. *in auth. sed hodie, n. 2. C. de donat. inter vir. & vxor.* Ioan. Igneus *in l. 1. § qui sibi, n. 108 ff de SC. Silanian.* Petr. Gregor. *lib. 42. syntagm. iur. vniuers. c. 8. n. 11.* Heigius *in §. eius, qui 5. n. 5. cum seq. Instit. quib. non est permiss. fac. test.* Forster. *lib. 2. disp. 12. th.* 14. Hackelman. *disp. illustr. 16. th. 4. lit. S.* Nebel. *disp. 19. th. 2. lit. B.* Matth. Coler. *decis. 34 nu. 3. & 6.* Matth. Steph. *cent. 2. q. 54. lit. A.* & alij. Cum † enim nouissimo iure nemo propter de- 3
lictum, quantumuis atrox, pœnæ seruus efficiatur, *dict. auth. sed hodie, C. de donationib. inter vir. & vxor. Nouell. 22 c. 8* & damnatum propter aliquod crimen publicatio bonorum non committetur, excepto maiestatis crimine, *Auth. bona damnatorum, C. de bonis proscriptor. seu damnator. Nouell. 134. c. vlt. circa finem*, mutata & cessante ratione iuris veteris, quæ damnatis ad mortem testamenti factionem adimebat; non male asseritur, ita damnatos hodie testamentum facere posse, *arg. c. cum cessante 60 de appellation. & similium.*

Nec obstat, quod † dissentientes existimant, ne quidem ho- 4
dierno iure hac in parte aliquid immutandum: quia cessante bonorum publicatione, ipso iure ad ascendentes, vel descendentes, id est, parentes, vel liberos, bona damnatorum transferantur, sicque iis adimantur. Nam libertatem, & consequenter etiam ciuitatem condemnatis saluam & integram manere, satis patescit *ex d. Auth. sed hodie, C. de don. inter vir. & vxor. & d. Nouell. 22. c. 8. iuncto §. 1. inst. de ca. diminut. & iis, quæ ibi notauimus.* Et quod ad liberos vel parentes, bona deuolui dicuntur: nõ impedit, quo minus condemnati, facto testamento, aliam bonorum suorum diuisionem faciant; relicta tamen parentibus & liberis legitima. Siquidem dispositionem istam tantum ab intestato obtinere; & vti benigniorem, non solum in liberorum, sed & condemnatorum commiserationem proditam esse, colligi videtur *ex d. Nouell. 22. c. 8.* & docet Heigius *in d. §. eius, qui 5. Instit. quib. non est permiss fac. testam.* vbi subiicit, hanc opinionem constitutione Electorali 6 p 3. approbatam esse. Item restatur *in l. admonendi. 13. n 494 ff de iureiur.* Idemque prolixius, explicat Berlich. *d. part. 3 concl. 8. n. 11. & sub seqq.* Harprec.

b *Aufugerit*] An saltem possit de bonis post condemnationem quæsitis testari, vide Ben. Capr. *inter commun. opin. vol. 1. vers. testamentum condemnati.* Gonean.

Ex *manibus iudicum aufugerit, &c.*] Etsi † damnatus ad mor- 5
tem, post sententiam condemnationis latam aufugiat, aut ex manibus iudicis eripiatur: nihilominus tamen eum testari non posse, vltra Clarum nostrum hic, tenet Michael Grassus *d. §. testamentum, q. 26. n. 4.* Capycius *decis. 102. n. 104.* Surdus *cons. 90. n. 12. lib 1.* Peregrin. *dict. lib 3. de iur. fisc. tit. 2. n. 3.* Farin. *prædicta quæst. 102. inspect. 2. n. 115* eosque citans Thadeus Piso *dict. lib. 1. var. resolut. c. 3. n. 4.* nec non Nicolaus Reusn. *in tract. de testam, par. 2. cap. 38. n. 3.* Harpr.

e *Sed pone, quod iudex condemnat reum ad pœnam mortis, &c.*] 6
Quod, si † pœna per sententiam imposita sit à iure prohibita, cõdemnatus non efficiatur intestabilis, præter hoc loco allegatos tradit quoque Grassus *d. §. testamentum q. 26. nu. 6.* Idem plane est, si à sententia condemnatoria fuerit appellatum. Si quis †
inquit diserte Marcianus IC. in capitali crimine damnatus, ap- 7
pellauerit; & medio tempore, pendente appellatione, fecerit testamentum, & ita decesserit: valet eius testamentum, *l. qui à latronibus, 13. in fi. ff. qui testa. fac. poss.* Integri † enim status de- 8
cedunt, qui in reatu obeunt, crimenque mortalitate extinguitur, *l. vlt. ff ad leg. Iul. maiest. l. 2. C. si reus vel accus. mort. fuerit*, Grass. *d. q. 26. n. 7* Reusn. *d. part 2. c. 38. num. 13. & seq.* Piso *d. lib. 1. cap 3 n. 11* aliique per hunc relati. *Harpr.*

d *Aut vero talis condemnatus erat absens, &c.* Quando † sen- 9
tentia fertur in absentem ex forma statuti, quod absens habeatur pro confesso: tunc taliter damnatus non amittit libertatem, nec seruus pœnæ efficitur: ac proinde testari poterit secundum ius commune, non vero secundum ius municipale, siue formam statuti: dummodo testetur de bonis extra territorium illud, in quo fuit condemnatus, sitis. Sententia † namque condemnatio- 10
nis vigore statuti municipalis lata, extra locum effectum suum porrigere non potest. Ita sentiunt Bald. Salicet. & Corn. *in l. 1. C. de her. instit.* Grassus *d. q. 26. n. 8* Piso *d. c. 3. n 8* & Far. *d. praxi crimin. de var. ac diuers. q. 4. 102. inspect. 1. n. 1 & 4.* Harprec.

QVÆSTIO XXII.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Deportatus an possit condere testamentum.*
2 *Et an possit capere ex testamento.*
3 *Et quid in relegato.*

Ex Additionibus.

1 *An deportatus nouo iure testari queat.*
2 *Nunquid deportatus aliquid ex testamento capere, aut ab intestato succedere possit.*
3 *Deportatus pro mortuo habetur.*
4 *Deportatus non amittit, quæ sunt iuris gentium.*
5 *Contractus sunt iuris gentium.*

6 *Si deportatus sit hæres institutus, cui illa hæreditas deferatur.*

7 *Intellectus* l. hęreditas 4 C. de his, *quib. vt indignis, &c.*

8 *Sententia* l. si deportati 7. in princ. ff. de leg. 3.

9 *Relegatus testari potest, etiamsi in sententia relegationis eis bona sint confiscata.*

1 QVæro, nunquid deportatus habeat testamenti factionem? Resp. hæc quæstio pariter habet duo capita, intelligendo de factione testamenti actiue &
a passiue, vt dixi supra, q. 18. Si ergo quæris, nunquid *a* deportatus possit condere testamentum? Resp. quod non: & de hoc est tex. *in l. eius qui §. 1. de test.* intelligendo *ibi*, verbum, *deportati*, vt stet in casu nominatiuo; non autem in genitiuo, prout intelligit *ibi* gl. subaudiendo, verbum, *bona*, & male, iudicio meo. Et hæc opin. quod deportatus non possit testari, communiter tenetur, vt dicit Imola *in cap. quia ingredientibus, post n. 30. de testa.* Illam etiam dicit esse communem Maranta *in repet. l. is potest, n. 17. ff. de acquir. hered.* Natta *in repet. §. ex imperfecto, n. 51.* Amittit enim deportatus libertatem, & omnia, quæ sunt iuris ciuilis, &c.

2 Si autem quæris, *b* nunquid deportatus possit cape-
b re ex testamento? Resp. pariter, quod non. Est enim talis deportatus prorsus incapax omnis successionis; vt dixi supra *hoc eod. lib. §. 1.* & est communis opi. vt dixit
c Alex. *in l. 1. nu. 2. C. de hær. instit.* Hæreditas *c* autem ipsa non applicatur fisco, neque fiscus illam aufert à deportato, tanquam ab indigno, sed perinde succeditur defuncto per alios institutos, vel per venientes ab intestato, ac si deportatus institutus non fuisset. Et hanc dicit esse magis communem; & veram sententiam Alex. *cons. 26. n. 1. lib. 1.*

3 Relegatus *d* autem non perdit testamenti factionem
d vt probat tex. *in d. l. eius qui §. 1.* Non enim amittit libertatem, neque ea, quæ sunt iuris ciuilis; & ideo licet in sententia relegationis sint etiam confiscata eius bona, prout sæpe fit, & de iure fieri potest, vt est tex. *in l. relegati, & in l. relegatorum, §. ad tempus ff. de interd. & releg.* nihilominus (vt dixi) retinet testamenti factionem. Et si dicas, quid operatur testamenti factio sine bonis? Resp. quod multum operatur circa bona, quæ in ipsa confiscatione non comprehenduntur, vt dixi, supra; *q. 19. vers. Aliquando vero* Præterea testamentum, & hæreditas vtique considerantur etiam in eo, qui nihil in bonis relinquit, neq; id prorsus est sine vtilitate. Nam qui potest testari, poterit (licet ipse nihil habeat in bonis) substituere filio suo pupillariter: quod tamen facere non posset, si non haberet testamenti factionem; *l. 2. §. filius, ff. de vulgar.* Item poterit dare tutorem filiis suis; quod pariter fieri non potest, nisi in testamento, aut codicillis testamento confirmatis, *l. 3. ff. de test. tute.* vt eleganter considerat Imol. *in d. c. quia ingredientibus, n. 7. &c.*

ADDITIONES.

a
1 NVnquid deportatus possit condere testamentum.] Quod deportatus † ne quidem hodie testari possit, tenent Bartol. & alij communiter *in l. eius, qui 8. §. 1. ff. qui test. fac. poss.* Peregrinus *lib. 3. de iur. fisc. tit. 5. n. 7.* Fernandus Vasq. *de success. progress. §. 1. & de success. resolut. §. 3.* Michaël Grassus *libr. 1. recept. sent. §. testamentum, q. 17. nu. 1.* Thadeus Piso *lib. 1. var. resol. c. 3. n. 14* & Nicol. Reusn. *in tract. de test par. 2. c. 56. n. 12. & seq.* Harprec.

2 b *Nunquid deportatus possit capere ex testamento.*] Deportatus † nec aliquid capere ex alterius testamento, nec ab intestato succedere potest, *l. 1.* ibiq; Bar. Bal. Ang. Salic. Ias. Sichard. & Gilken. *C. de hared. instit.* Grass. *d. lib. 1. recept. sent. §. legatum. q. 10. & §. instit. q. 2. n. 2. & d. §. test. q. 17. n. 2.* Villalob. *commun. opin. lit. D. n. 92.* Vasq. *de success. progress. §. 2. n. 4. & lib. 3. controu. illust. c. 102. n. 1.* Francis. Bursat. *cons. 4. n. 18.* & Peregrin. *d. lib. 3. tit. 5. nu. 2.* Eiusq; ratio manifesta est: quia † hæreditas est nomen iuris ciuilis;
3 *l. lege obuenire, 130. ff. de verb. signif.* cuius iuris respectu deportatus pro mortuo habetur *l. 1. §. penult. ff. de bonor. possess. cont. tabul. l. si necem, 4. §. si deportatus 2 ff. de bon. libertor.* Reusn. *d. c. 56. n. 12. in fine.* Sane † deportatus licet non per vltimam voluntatem; attamen per contractũ acquirere potest: quoniam non amittit ea, quæ sunt iuris gentium, *l. sunt quidam 17. in fi. ff. de pœnis.* Atqui † contractus iuris gentium esse constat. *l. ex hoc iure 5. ff. de iustit. & iur. l. iuris gentium. 7. §. 1. ff. de pact.* Sichard. *in d. l. 1. n. 3. C. de hæredib. instit.* Pereg. *d. lib. 3. tit. 5. n. 10.* Cæphal. *cons. 324. n. 16. & 17 lib. 3.* Farin *de var. ac diuers. quæstion. 102. inspect. 3. nu. 163.* Thadeus Piso *d. lib. 1. var. resol. c. 3. n. 15.* Harprec. 4 5

c *Hæreditas autem ipsa non applicatur fisco.*] Si † deportatus sit de facto hæres institutus, tunc alij instituti, vel venientes ab intestato succedunt, excluso fisco, vt tradunt Cyn. *num. 2.* Franc. Aret. *n. 2.* Bart. *n. 1.* Alber. de Rosat. *n. 2.* Ang. *n. 3.* Castrens. *n. 3.* Ias. *n. 3.* Fulg. *n. 4.* Salic. *n. 9* Philip. Corn. *n. 12.* hosq; referens Gilken. *n. 42. in d. l. 1. C. de hæredib. instit.* & Michael Grass. *d. §. institutio q. 2. in fi.* Etenim ad hoc, vt fiscus bona auferre possit, necessarium est, vt aliqua sit hæreditas: cum alias fisco applicari nequeat. Iam vero certum est, deportatum neq; ex testamento, neque ab intestato quippiam acquirere posse, *d. l. 1. §. pen. & vlt. ff. de bonor. poss. cont. tab. d. l. si necem. 4. §. 2. ff. de bon. libert.* 6

Non † obstat. *l. hæreditas, 4 C. de his, quib. vt indignis hæreditas aufer. hæreditas fisco vindicari vbi dicitur.* Nam id locum habet in his, qui capaces sunt ipsius testamenti: sed tamen ob aliquod factum indigni redduntur, ita vt fiscus ex ea causa hęreditatẽ auferre possit. † Sic quoq; non aduersatur *l. si deportati 7. in princ. ff. de leg. 3.* vbi legatum seruo deportati relictũ fisco applicatur. Breuiter enim respõdetur: in ista lege idcirco legatum fisco cedere, quod seruus fisci reuera sit. Neq; ad rẽ pertinet, quod seruus deportati appelletur: causa quippe præcedentis dominij hoc impetrasse videtur, Fulg. *in d. l. 1. n. 5 C. de hæredib. instit.* Sed vide istã legem accuratius explicantem Petr. Gilken. *ibid. n. 46.* Harp. 7 8

d *Relegatus autem non perdit testamenti factionem, licet in sententia relegationis sint etiam confiscata eius bona.*] Adde, † præter rationes hic expositas, & illam; quod bonorũ publicatio futura bona, quæ relegatus acquirere, & de quibus testari potest, nõ includit, *l. si mandauero 22. §. is cuius 5 ff. mãdati.* Et notant Cast. &c. *in l. eius, qui 8 § si eius. 1. ff qui test. fac. poss.* Pereg. *d. li. 3 de iur. fisc. tit. 5. n. 14.* & Thad. Piso *d. lib. 1. var. resol. c. 3. n. 20 & seq.* Harp. 9

QVÆSTIO XXIII.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Condemnatus ad perpetuos carceres an perdat testamenti factionem.*

Ex Additionibus.

1 *Damnatus ad perpetuos carceres, vel ad remiges, an testari possit.*

2 *Iure ciuili nemo ad perpetuum carcerem potest damnari.*

3 *Quo casu perpetuo carceri mancipatus testari nequeat.*

QVæro, *a* nunquid condemnatus ad perpetuos carceres perdat testamenti factionem? Resp. Abb. *in rubr. de test. post n. 4. vers. Dubitatur etiam.* dicit, quod si talis condemnatus ad perpetuum carcerem est laicus, proculdubio efficitur intestabilis, & quod hęc est communis sententia. Hanc etiam dicit esse cõmunẽ Franc. *in Rubr. de test vers. 12. prohibetur.* quẽ refert Bertrã. *cons. 194. post n. 2. lib. 1. in 2 part.* quæ tamen opinio nunquã mihi placuit. Certum est enim, quod de iure ciuili non imponitur hæc pœna carceris, vt dixi infra *lib. 5. §. fi. q. 70. vers. pœna autem.* Cum ergo non possit quis effici intestabilis, nisi quando imponitur pœna à lege permissa, vt dixi supra, *q. 21. vers. Sed pone.* sequitur, quod talis condemnatus ad perpetuos carceres de iure ciuili non amittit testamenti factionem. 1 a

ADDITIONES.

NVnquid condemnatus ad perpetuos carceres perdat testamẽti factionem.] Damnatum † ad perpetuos carceres, vel ad perpetuo remigandum, iure nouo testamentum facere posse, verius videtur: tum quia seruus pœnæ non efficitur. *Authen sed hodie, C. de donat. int. vir. & vxor. Nouel. 22. c. 8.* Tum † quia iure ciuili nemo ad perpetuum carcerem damnatur. *l. aut damnum 8. l. solet 9. ff de pœn. l. incredibile 6. C. de pœn.* Couar. *ad rub. de test. parte 3. n. 27.* Maran. *in l. is potest 18 ff. de acquir. vel omitten. hæred. n. 112.* Peregrin. *lib. 3. de iure fisc. tit. 4. n 5 & 9* Farinac. *de var. ac diuers. quæstionib. quæst. 102. inspect. 3. n. 146. & 158.* Soarez. *in thesaur. recept. sent. lit. C. nu. 12.* Thadeus Piso *lib. 1. variar. resolut. c. 3. n. 19.* Sane † si quis ob eiusmodi crimen carceri in perpetuum sit a 1 2 3

deuotus, ac mancipatus, ex quo publicatio fit bonorum, & quis intestabilis redditur: tunc nullo modo eum testari posse: cum nec bona is habeat, de quibus testetur, concludunt Philip. Franc. *in rubr. de testa. vers. 12. quaeritur. &c.* Simon. de Praeis. *lib. 2. de interpr. vlt. volunt. dubio 1. solut. 4. n. 84.* eosq; referens Nicolaus Reusn. *in tract. de testa. part. 2. c. 40. n. 4.* & Petr. Gregor. *lib. 42. syntag. iur. vniuers. cap. 8. n. 12.* Eaq; de re videantur quoque post alios, quos citant, Michael Graff. *lib. 1. recept. sent. §. testam. q. 28. n. 3.* Petrus Gilken. *ad l. 2. n. 11. C. qui testamentum facere possunt.* Harprec.

QVÆSTIO XXIV.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Excommunicatus an possit testari.*

Ex Additionibus.

1 *An excommunicatus testamenti factionem habeat.*
2 *Manifeste quoq; excommunicatus testari poterit.*

1 QVæro, an excommunicatus possit testari? Resp. gl. *in c. decernimus, in verb. & testificando, de sentẽt. excommunic. in 6.* tenet quod non: & dicit Alber. *in l. 1. n. 4. de hered. instit.* quod ita tenent communiter Cano & forte tempore Alberici ista opi. saltem apud Cano erat magis communis. Sed hodie contraria opin scilicet, quod imò excommunicatus possit *a* testari, est magis communis, vt dicit Abb. *in rubr. de test. n. 5.* Barb. *in c. quia ingredientib. col. fi. de test.* quem refert Io. Dilect. *de arte testandi. tit. 1. caut. 10. nu. 1.* Aretin. *in l. si quaeramus, col. pen. vers. Tertio adde ff. de test.* quem refert Apostil. ad Ang. de *b* Aret. *in § si. sub n. 10. instit. quib. non est permiss. fac. test.* & Franc. *in repet. Rubr. de test. n. 32.* Andr. Bessi. *in repet. l. 1. n. 65. C. de sacros. Eccles.* Bertrand. *cons. 227. n. 11. lib. 2. in 1. parte, & cons. 41. n. 1. lib. 2. in 2. parte.* Et dicit Corn. *cons. 180. in lit. R. lib. 4.* quod est communis sententia fere omnium, maxime in *c* occulte excommunicato. Et haec opin. intrepide tenenda est, vbi duo concurrant. Primum, quod non sit excommunicatus ex causa, quę alias redderet illum intestabilem, Secundum, quod *d* excommunicatio sit occulta; si vero haec duo non concurrerent, res non esset sine difficultate. Sed pro nunc nihil determino.

ADDITIONES.

a EXcommunicatus possit testari.] Et quod excommunicatus habeat actiuè, & passiuè testamenti factionem: *communem dixi in collo. mea comm. opi. vers. excommunicatus n. 7* Giach.

1 *Quod imò excommunicatus possit testari, &c.*] Quod † excommunicatos, id est, à communione Ecclesiae anathemate Pontificio segregatus habeat vtramque testamenti factionem, & actiuam, & passiuam, tenent vltra Doctores hic recitatos, Didac. Couar. *in rub. de testa. parte 1. n. 18.* Fernan Vasq. *de success. progress. lib. 1. §. 1. n. 20.* Bened. Capra *concl. 120. nu. 188.* Viuius *commun. opin. lib. 2. verb. excommunicatus, nu. 1.* Ant. Gabr. *commun. concl. lib. 4. tit. de testam. concl. 1.* hosque referens Michael Graff. *lib. 1. recept. sentent. §. testamentum, quaest. 2. nu. 1.* & Thadeus Piso *lib. 3. variar. resolut. cap. 12. n. 9.* Harpr.

b *Ang. de Aret.*] Aduerte quod Ang ibid. excipit vnum casum, videlicet in haeretico, in quo hoc esse speciale dicit, vt non possit testari: alij autem possunt: & illam communem attestantes retulit Apost. *ibid.* Giach.

c *Maxime occulte excommunicato.*] Et quid si publice sit excommunicatus, & quid si pro vsuris, pro haeresi, pro iniuria facta Cardinali, & quid si sit anathematizatus, & quid si ex priuilegio testandi facultas sibi competat, vide late Gab. *de test. concl. 1.* Gouean.

2 d *Quod excommunicatio sit occulta.*] Siue † occulte, siue manifestę & publice quis excommunicatus fuerit, nihilominus eum testari posse (contra Clarum hic haesitantem) simpliciter statuunt Bartol. *in l. si quaeramus 4. num. 9. ff. qui testam. fac. poss.* Bened. Capr. *4. concl. 120. nu. 189.* Couarru. *de rubr. p. 2. num. 18.* Graff. *d. q. 24 num. 2.* hosque laudans Piso *loco modo annotato.* Harprec.

QVÆSTIO XXV.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Infamis an possit testari.*

Ex Additionibus.

1 *Infamis vtrum testari possit.*
2 *Infamem testari posse, multis rationibus demonstratur.*
3 *Mulier intra annum luctus secundo nubens infamis efficitur.*
4 *Vt & ex causa ignominiosa à militia dimissus.*
5 *An periurus testamentum facere queat.*

QVæro, an a infamis possit testari? Respond. quod sic. Ita tenet Bart. *in l. is cui. § si quis ob carmen ff. de test.* & ita communiter tenetur, vt dicit Abb. *in rubr. de test. post n. 8. vers. XV. prohibetur.* Quod intellige, nisi expresse à lege prohibitus sit testari, prout est infamis condemnatus ob libellum famosum, vt probatur *in d. § si quis ob carmen.* 1

a INfamis.] Adde, quod Infamis quis efficitur tripliciter, vt per Cephal. *cons. 227. n. 14.* ipso iure, per sententiam, & ex genere poenae, vt quia iussu praetoris fustibus quis sit caesus. Item quae personae infames dicantur, vide *in cap. infames 6. q. 1.* Et obiter hic scias, quod infamis repellitur ab omni officio publico, & ab omni dignitate Ecclesiastica, etiam ad habita. Infamia vero facti repellit à dignitatibus habendis, non à quaesitis, nisi dicatur in sententia. Item non repellit à dignitatibus, & honoribus beneficialibus. Haec & alia notatu digna vide per Felin. *in cap. praeterea. d. testib. cogen.* vbi etiam habes quod imputandum est ei, qui assumitur ad officium publicum, si non detegit habilitatem suam, & quod indignus, qui patitur se eligi consentiendo electioni, punitur. *Giach.*

An infamis possit testari.] Infamem † testamentum facere posse, communis opinio est, vt post Doct. hic à Claro relatos, testantur Michael Graff. *lib. 1. recept. sentent. § testamentum. qu. 32.* Emanuel Soarez *in thesaur. recept. sentent. lit. I. n. 59.* Duaren. *ad tit. ff. qui testam. facere possunt, sub rub. de his, qui testam. fac. poss. vers. nunc videndum est de iis,* &c. Matthias Stephani *cont. 2. qu. 54. ad literam B.* & Iohannes Dauth. *in tract. de testament. tit. qui testam. facere possunt: num. 265.* Huiusque communiter † receptae sententiae multiplex est ratio: Tum quia nulla lex reperitur, quae specialiter prohibeat infamem testari. Ergo ei permissam esse testamenti factionem affirmandum est, *argum. l. 1. §. 12 ff de testibus l mutus 43. §. 1. de procuratoribus l. cum praetor 12. ff. de iudic. l. qui accusare 8 ff. de accusationibus.* Tum quia Caius IC. *in l. eius, qui 8 ff. qui testament. facere possunt,* anxie & scrupulose docet, varijs exemplis in medium productis, qui ob poenam, & crimen, vel conditionem amittat testamenti factionem; & tamen non meminit eorum, quibus infamiae nota inuritur. Tum † quia *in l. 1. C. de secund. nupt.* ab Impp. Gratiano, Valentiniano & Theodosio rescriptum est: mulierem, quae intra annum luctus secundo nupsit, infamem fieri: & praeterea hac poena plecti, vt vltra tertiam partem bonorum suorum, non possit marito secundo testamento relinquere. Quibus verbis manifeste ostenditur, eam posse testamentum facere, modo tertiam partem bonorum suorum legando non excedat. Tum † denique quia à militia ex causa ignominiosa dimissus, infamis est, & priuilegium militare amittit: & tamen iure communi testari non prohibetur. *l. testamenta 16. ff. de testamento militis.* Atque † hinc infertur: periurum, licet infamis sit, *l. si quis maior. 41. C. de transactionibus Can. infames. 17. & can. quicunq; 18. caus. 6 quaest. 1. c. querelam 10. ibique gl. super verbo. periurij* De iureiurand. tamen testamentum facere posse per notata Ioan. Andreae *in c. quod semel. 29. nu. 9. de reg. iur. in 6.* & Reusn. *in tract. de iure testam. part. 2. cap. 49. nu 4.* Harprec. 1 2 3 4 5

QVÆSTIO XXVI.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Vsurarius manifestus non potest testari, nisi praestita cautione de restituendis vsuris.*
2 *Et an praestanda sit cautio pignoratitia.*
3 *Et quid si talis cautio post testamentum conditum praestetur.*
4 *Et quid si vsurarius desierit vsuras exercere.*
5 *Et quid in Iudaeo vsurario manifesto.*
6 *Et an vsurarius manifestus possit donare causa mortis.*

Ex

Ex Additionibus.

1 *Manifestus vsurarius an & quatenus testari possit.*
2 *Eiusmodi vsurario sepultura ecclesiastica denegatur.*
3 *Constituto cap. quanquam 2. de vsur. in 6. de qua cautione accipiatur.*
4 *An testamentum reconualescat, si cautio de restituendis vsuris, postea ex interuallo præstetur.*
5 *Quid, si vsurarius desierit exercere vsuras.*
6 *Et quid, si præstitit cautionem, & postea vitium vsurarium continuauit.*
7 *Num dispositio d.c.2. habeat locum in Iudæis.*
8 *Ecquid mercator, qui merces carius vendit, si solutio differatur, quam si in præsenti pecunia numeretur, pro manifesto vsurario habeatur.*
9 *Testandi libertas omni iure concessa.*
10 *Testamenta suum sortiri effectum publice interest.*
11 *Contractus ex consuetudine iudicatur ex licitis.*

1 a QVæro, an vsurarius manifestus possit testari? Re-
spond. quod: sic dummodo præstet cautionem de
restituendis vsuris, iuxta formam *c. quanquam, de vsur.*
in 6. Quis autem dicatur vsurarius manifestus, dixi in-
fra *li. 5. §. vsura vers. Sed hic quæro.*
2 Sed quæro, quia ille tex. simpliciter requirit, quod
b præstetur idonea cautio, nunquid *b* sufficiat nuda cau-
tio, an autem requiratur pignoratitia, vel fideiussoria?
Resp. quod requiruntur pignora, vel fideiussores. Ita
tenet gl. *in d. c. quanquam, in verbo, Idonea:* quã dicit esse
communiter receptam Didac. *lib. 3. resolut. c. 3. n. 6.*
3 Sed pone, quod conditum sit testamentum non præ-
stita cautione, iuxta formam *d. c quanquam*, sed post te-
stamentum præstetur talis cautio, nunquid testamen-
tum ipsum, præstita ex post facto cautione, reconua-
lescet? Resp. quod in hoc articulo magna est contro-
c uersia inter scribentes: tamen magis communis *c* opi.
est, quod reconualescat; vt attestatur Alex. *in l. Gallus,*
§. ille casus, nu. 8. licet dicat, quod contraria opinio est
de iure sustentabilior. Eandem opin. dicit esse commu-
nem Felin. *in c. cum dilectus, num. 3. de accus.* Decius *in l.*
quod in initio, nu. 12. ff. de reg. iur. Didac. *d. cap. 3. post n. 9.*
vers. XII. hoc. Et hæc opinio tanquam æquior tenenda
esset in practica.
4 Item quæro, si *d* vsurarius manifestus desinat exer-
d cere vsuras, nunquid in eo locum habebit dispositio *d.*
c. quanquam; vt scilicet non possit testari, nisi præstita
e cautione? Resp. *e* quod sic. Et hæc est magis commu.
opin. vt attestatur Soc. *consil. 127. ante n. 1. lib. 3.* & etiam
tutior animæ, propterea iudicando, aut consulendo
non esset ab ea recedendum. Certum est enim, quod
etiam, quod quis desinat fœnerari, non tamen propte-
rea desinit esse vsurarius, vt dixi infra, *lib. 5. §. vsur. vers.*
Vltimo quæro Sed istam conclusionem intellige, vt pro-
cedat in vsurario, qui vsuras non restituit. Nam si vsu-
ras restituisset, & desiisset fœnerari, vtique posset con-
dere testamentum; esset enim superflua cautio pro re-
stituendis vsuris, si iam facta esse restitutio.
5 Quæro etiam, *f* nunquid dispositio *d. c. quanquam*
f habeat locum etiam in Iudæis? Respond. *g* quod non:
g sed eorum testamenta valent, etiam si publice exer-
ceant vsurariam prauitatem. Et ita videmus commu-
niter obseruari, vt dicit Aret. *consil. 58. in vltimis verbis.*
Cum enim Iudæi sint extra gremium Ecclesiæ, non est
de eis curandum, vt dixi supra *lib. 2. §. Iudæus.*
Quæro, an vsurarius manifestus possit donare causa
mortis, dixi infra *lib. 4. §. Donatio. quæst. 7.*

ADDITIONES.

P*ossit testari.*] Adde hic, quod sicut vsurarius manifestus pro-
hibetur testari, prohibetur etiam causa mortis donare: hanc
magis communem vide per Alex. *in l. disertim. nu. 2. C. qui testa.*
fac. possunt. Et de cautelis vide per Duran. *de art. test. tit. 1. caut. 7.*
Et dixi *in collect. mea commun. o. in. verb. vsurarius, nu. 7.* Item
quis dicatur vsurarius manifestus, habes *ibid. n. 4. & 5. quia non*
transcribo. Vide etiam *de illa q. per eum § denariis q. 7.* Giach.
Possit testari.] Vide latius Gabr. *concl. 3. de testam.* à quo multas
tum ampliationes, tum limitationes addisces, & an testamentum
factum priusquam vsuras exerceret, sustineatur, vide Cæph.
cons. 420. n. 14. vol. 3. Goucan.
An vsurarius manifestus possit testari.] Manifestum † vsurariũ 1
seu fœneratorem testari non posse, nisi cautione de restituendis
vsuris prius præstat *ex cap. quanquam 2. circa finem.* vbi Ioan. An-
dreæ, & canonistæ. *de vsur. in 6.* Vasqu. *de success. progress. li. 1. §.*
1. n. 178. Michael Grass. *lib. 1. recept. sent. §. testament. quæst. 33. n. 1.*
Couar. *ad rubr. de testam. par. 3. n. 11 & lib. 3. var. resol. c. 13. n. 9.*
Eiusque † ratio est vsuræ ipsius fœditas, & labes maxima: quæ 2
sane tanta est, vt (secundum canones) reo istius criminis non tã-
tum sepultura ecclesiastica denegetur; sed & præterea is excom-
municetur; adeoq; plane intestabilis reddatur *d. c. 2. in princ. de*
vsur. in 6. Clem. *1. de sepult.* Panorm. *cons. 1. lib. 2.* eumque citans
Nicolaus Reusn. *in tract. de iure test. par. 2. c. 47. n. 2.* Hasprec.
b *Nunquid sufficiat nuda cautio, &c.*] Quod † *d. c. quanquam* 3
2. de vsur. in 6. non de simplici siue nuda, sed de fideiussoria, vel
pignoratitia cautione accipi debeat *vltra gl. & Couar. hic alle-*
gatos, tenent. Ant. Gabriel Rom. *commun. concl. lib. 4. tit. de testa.*
concl. 3. n. 10. & Grass. *d. §. testam. q. 33. n. 8.* Harp.
c *Magis communis opinio est, quod reconualescat*] Quod † te- 4
stamentum vsurarij manifesti sine conditione prædicta præstita
conditum reconualescat, si postea ex interuallo præstetur, post
alios à se memoratos, affirmat Grassus *d. q. 33. nu. 4. vers. contra-*
rium vero, &c. vbi *n. 5.* subiicit, hoc adeo verum esse, vt sufficiat,
etiamsi testator dimittat procuratorem ad præstandam istam
cautionem, per notata Angeli *disputatio. incip. Astensis miles, q.*
11. Viuij *comm. opi. lib. 1. verb. vsurarius*, & Ioa. Dilecti Durantis
in tract. de arte testandi. tit. 1. cautel. 7. n. 2. Harp.
d *Si vsurarius manifestus desinat exercere vsuras.*] Conclu- 5
sio, qua † astruitur, vsurarium manifestum non posse testari, nisi
præstita cautione de soluendis, & restituendis vsuris, procedit
non tantum in eo, qui tempore testamenti est vsurarius mani-
festus, sed etiam in eo, qui isto tempore artem fœneratitiam in-
termisit; vt post Ang. *in d. q. 12.* Couar. *d. li. 3. var. resol. c. 3. n. 9. &*
vers. 9 &c. Ant. Gabr. *d. concl. 3. n. 9.* annotauit Grassus *d. q. 33. n. 2.*
At † quid, si vsurarius manifestus, præstita prius cautione, testa- 6
mentum rite fecit, & tamen post testamentum secrete vitium
vsurarium continuauit; ecquid testamentum valebit? Tale
testamentum non valere, sed irritari, merito responderunt Ang.
d. disput. Astensis miles, q. 13. Bened. Capra *tract. regul. concl. 102.*
n. 159. hosque laudans Grass. *d. q. 33. n. 3.* Haud enim videtur ne-
gotiationẽ improbam, seu fœneratitiam dimisisse, qui redit ad
vomitum, crimenque reiterauit. *Harp.*
e *Resp. quod sic.*] An idem de excommunicati testamento dici
possit, nimirum illud decreta absolutione reconualescere? vide
Hyp. de Marsil. *in l. quæstionis habendæ. n. 53. 54 ff. de quæst.* Gou.
f *Nunquid dispositio d. c. quanquam habeat locum etiam in Iu-*
dæis.] Iudæos, † manifestos vsurarios, absque præstita cautione
idonea de vsuris restituendis, testari posse communiter receptũ 7
est, vt testatur Alex. *cons. 6. vol. 6.* Ant. Gab. *d. concl. 3. n. 8.* Viuius
commun. opi. lib. 1. in verb. vsurarius. Grass. *d. q. 33. n. 6.* & Reusn.
d. par. 2. de iure test. c. 47. n. 15. Tametsi contrarium defendat Co-
uar. *d. c. 3. n. 9. vers. 7. &c.* Illa † quæstio non inutilis hic addenda 8
est: an mercator, qui merces carius vendit, si solutio differatur,
quam si præsenti pecunia numeretur, pro manifesto vsurario ha-
beri debeat, ita vt in crimen prauitatis vsurariæ, adeoq; in pœ-
nam *dicti c. quanquam 2. de vsur. in 6.* quo testamentum vsurarij
irritum esse statuitur, incidat? Et illum incidere, sicque tanquam
manifestum vsurarium testari non posse, volunt Panorm *consi.*
22 lib. 1. & Andr. Sicul. *cons. 96 col. 5 lib 4.* Sed † contrarium, sal-
tem consuetudine ita dictante verius propterea esse videtur: tũ 9
quod pœna isthæc odiosa sit, & auferat hominibus testandi li-
bertatem, quæ omni iure concessa est *l. 1. C. de sacros. Eccl. & si-*
milib. tum quod † Reip. maxime intersit, vt testamenta suũ sor- 10
tiantur effectum, *l. vel negare 4. ff. test. quemadm. aperiant.* Sicuti
& alias celebrans contractum, qui communiter pro licito ha-
betur, quamuis alioquin iste contractus vsurariam sapiat pra-
uitatem, non idcirco tamen vsurarius manifestus dicitur, *arg. l.*
quis sit fugitiuus 17. § apud Labeonem 12. ff. de ædilit. edict. Dec.
in l. 1. n. 17. ver. sed certe ista ib. lusio, & in l. procurator 7. n. 7. C. de
edend. Siquidem † contractus ex consuetudine licitus, & permis- 11
sus iudicatur, *arg. l. quid ergo 3. §. 2. ibi: vel his, quæ in regione obser-*
uantur, ff. de contrar. & vti. act. tut. l. tutor, qui repertorium 7. §.
quæ autem sunt 10. vers. ex ceteris causis secundũ morẽ prouinciæ,
ff. de admin. & peric. tutor. l. cũ seruus 39. §. apud Iulian. 1. vers. in
vsurarum autẽ quantitate mos regionis erit sequendus ff. de leg. 1.
l. 1. in princ. ibi, ex more regionis, & l. in contraria 37. ibi, quæ in re-
gione frequentatur, ff. de vsur. Roland. à Valle *consil. 71. nu-*
mero 43. libro 1. & consil. 96. numero 26. libro 2. Straccha,

in tract. de mercat. part. 1. n. 37. Reusner. *d. par. 2. de iure testa. c. 47. n. vltim* Harp.

g *Respond. quod non.*] Adde Alex. *cons. 6. vol. 6.* Socin. *cons. 70. 71. 72. vol. 7.* Hisin. 609. Gouean.

QVÆSTIO XXVII.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Prælatus aut Clericus an possit testari.*
2 *Et an de bonis suis patrimonialibus, si nullos habeat propinquos.*
3 *Et quid de bonis quæsitis post adeptum beneficium, seu prælaturam.*
4 *Et quid de bonis Ecclesiæ.*
5 *Et an possit dare licentiam Clerico testandi de bonis Ecclesiæ.*
6 *Et quid de bonis quæsitis ex fructibus Ecclesiæ.*
7 *Et an Papa possit concedere Prælatis, vt de huiusmodi bonis possint testari.*
8 *Et quid de fructibus extantibus collectis in bonis Ecclesiæ.*
9 *Et an Clericus decedens ab intestato tales fructus ad heredes suos transmittat.*
10 *Et an Clericus possit de quotidianis distributionibus testari.*

Ex Additionibus.

1 *Clerici qui & vnde dicti.*
2 *Prælatus, vel clericus quatenus testari possit.*
3 *An Papa queat dare clerico licentiam testandi de bonis Ecclesiæ, remissiue.*
4 *Quatenus pontifex ipse testari valeat.*
5 *Imperator de rebus ad Imperium pertinentibus testari nequit.*

1 a QVæro nunquid Prælatus, aut Clericus *a* possit testari? Hæc est pulchra quæstio, & sæpissime contingit in practica. Præmitto ergo inprimis pro intelligentia eorum, quæ dicenda sunt, quod in hoc proposito possunt considerari quinque genera bonorum: scilicet; Bona propria seu patrimonialia ipsius Cleri-
b ci, *b* siue Prælati. Item, bona Ecclesiæ, siue beneficij. Item, bona quæsita ex fructibus Ecclesiæ. Item, fructus collecti in bonis Ecclesiæ. Item, quotidianæ distributiones quas Clericus percipit in ipsa Ecclesia.

2 Circa *c* bona patrimonialia videtur absolutè dicen-
c dum, quod quilibet Clericus, siue Prælatus, possit de eis ad sui libitum disponere, & testari; intellige, quando sunt quæsita ante clericatum, vt statim subijciam. Et hæc quidem conclusio de plano procedit, quando Prælatus habet filios, vel propinquos. Sed quid si nullos habeat propinquos, nunquid poterit in bonis suis patrimonialibus extraneum hæredem instituere, & eum Ecclesiæ præferre? Dubium facit tex. *in cap. Episcopus qui filios 12 q. 2. ibi. alium, quam Ecclesiam non relinquat heredem.* Sed dic, quod ille tex. est potius consilij, quã præcepti, vt sentit gl. ibi; & ideo tene, quod poterit Prælatus testando præferre extraneum Ecclesiæ, & ista est communis opin. vt attestatur Barbat. *de præstantia Card. in 3. q. basilica primæ partis, post nu. 40. vers. Nunc venio.* quæ etiam est æquior: vt scilicet vnusquisque liberam de bonis suis disponendi habeat facultatem.

3 Sed quid dicendum de bonis patrimonialibus, quæsitis, postquam Clericus ad beneficium, seu prælaturam fuit promotus, nunquid etiam de illis poterit testari? Resp. Aut constat, quod Prælatus, vel Clericus, illa acquisiuit ex patrimonio Ecclesiæ, vel eius contemplatione, & tunc non potest Clericus de eis testari: talia enim bona Ecclesiæ sunt quæsita, non autem ipsi Clerico, aut Prælato. Aut vero constat, quod illa acquisiuit ex suis laboribus, vel industria: & tunc efficiuntur propria ipsius Clerici, & consequenter poterit de eis testari. Et hæc est communis opin. vt dicit Corn. *cons. 314. in litera A. lib. 3.* Sed quid si nihil probetur. Resp. quod *d* in dubio, alia non docto, præsumptio est, d
quod sint quæsita intuitu Ecclesiæ. Ita tenet Ioan. Andr. *in c. 3. de testa.* quem sequuntur communiter Doctores, vt ait Soc. *cons. 91. n. 1. lib. 3.* Dicit etiam Alber. *in Auth. licentiam, post n. 3. C. de Episc. & cler.* quod ita tenent communiter Can. Et hanc opi. dicit esse communem Corn. *cons. 88. in lit. R. lib. 2. & in d. cons. 314. in litera E. & cons. 228. in litera E. lib. 4.* Benè verum est, quod si probetur, quod Clericus habebat patrimonium, vel officium, vel exercitiũ, vel aliquid aliud, ex quo potuerit illa acquirere, præsumitur acquisiuisse, secundum quod magis est verisimile, & in hoc concordant communiter omnes, vt dicit Corn. *alleg. cons. 87. in litera R. lib. 2.* & ideo hoc casu bonum esset habere Iudicem fauorabilem.

Dixi secundo, quod habet Clericus, seu Prælatus, 4
bona Ecclesiæ, seu beneficij, intellige, tanquam simplex administrator; etenim est eorum dominus, aut possessor, vt dixi supra *lib. 2. §. Prælatus.* Et de istis bonis non est aliquo modo tractandum: quia bona Ecclesiæ sunt Dei, & sunt reseruata, vt de eorum fructibus *e* subueniatur egentibus, *c. videntes 12. qu. 1.* merito non potest e
Prælatus, aut Clericus de eis disponere aut testari. Et hoc est indubitatum.

Sed quæro, nunquid *f* Papa possit dare licentiam 5
Clerico, testandi de bonis Ecclesiæ? Resp. quod sic, & f
est communis opinio, vt dicit Dec. *cons. 521. post n 3.* nam (vt vulgaris est regula) Papa in beneficialibus omnia potest. Debent autem ex honestate summi Pontifices diligenter aduertere, ne id faciant sine caussa. Quamuis enim omnia liceant, non tamen omnia expediunt.

Tertio dixi, quod potest habere Clericus bona quæ- 6
sita ex fructibus *g* Ecclesiæ; & de huiusmodi bonis pariter Clericus seu Prælatus testari non potest. Nam ta- g
lia bona sunt Ecclesiæ, & pertinent ad successores in beneficio: non autem ad hæredes ipsius Clerici, siue Prælati; & caueant prælati, qui in fraudem Ecclesiarũ suarum, per tertias personas prædia acquiri faciunt ex pecunijs per eos cumulatis ex fructibus beneficiorũ suorum, vt ea in propinquos suos postea perueniant: quia dum alios fallere putant, seipsos potius deijciunt in æternum vitæ interitum. Deum enim non fallunt, cui nihil est occultum.

Sed an poterit summus Pontifex concedere Prælatis, 7
vt de talibus bonis possint testari? Resp. quod sic. Et in specie, quod Papa possit concedere Cardinali, vt testetur de bonis quæsitis ex fructibus suorum beneficiorum, tenuit Host. *in summa de pœnit. & remiss. §. qui confitendum. vers. Cui Cardinales,* & ita communiter tenetur, vt ait Decius *cons. 157. post n. 1. vers. vlterius etiam.*

Quarto videndum est, quid de ipsis fructibus extantibus, collectis in bonis Ecclesiæ, nunquid possit Clericus, vel Prælatus de eis testari? Hæc est ardua 8
quæstio, quæ indiget pontificia decisione, vt dicit Barbat. *in c. si de peculio clerico,* in hoc autem articulo habemus gl. ordinariam, ad quam semper recurrimus, *in c. præsenti, §. porro. in verbo. Reseruari, de offic. ordin. in 6.* quę refert quandam distinctionem Hostiens. *in d. c. si de pecul. cler.* distinguentis in hunc modum. Aut clericus habet administrationem, & talis clericus, quamdiu viuit, & sanus est, æquiparatur vsufructuario: & ideo potest de ipsius fructibus donare, moderate tamen. Cum autem incipit infirmari, tunc incipit etiam æquiparari vsuario: & sic nihil habet ex fructibus beneficij præter proprium vsum, & facultatem de eis dandi

cle-

eleemosynam pauperibus, non autem potest de eis testari. Aut vero clericus non habet administrationem, sed est personaliter, & simpliciter beneficiatus: & talis semper comparatur vsufructuario, & facit fructus suos, & de eis potest tam in vita quam in morte disponere, & testari, & subdit gloss. quod hanc distinctionem approbat quasi vbique generalis consuetudo. Ita etiam de consuetudine communiter obseruari attestatur Butr. *in cap. peruenit. de fideiuss.* quem refert Corn. *in d. cons.* 314. *in liter. B. lib.* 3. Idem dicit Butr. *in ca. 1. de causa poss. & prop.* quem refert Imol. *in ca. fin. post nu.* 11. *de pec. cler.* Cald. *in d. c. fin.* Imol. *in ca. relatum, el.* 2. *nu.* 2. *in fin. de test. & in c. requisisti, nu.* 45. *in fin. eod. tit. & in c. quia nos, nu* 5. *eo. tit.* vbi habetur, quod ita communiter seruatur, & tenetur. Hanc etiam opin. dicit esse communem Imol. *in d. c. peruenit, post n.* 31. *de fideiuss.* Bellon. *cons.* 3. *n.* 2. & dicit Boër. *cons.* 48 *n.* 1. quod illam glos. sequuntur communiter Scriben. Contraria tamen opinio, quod scilicet Clericus non possit de fructibus beneficij sui testari, tenuit simpliciter gl. *in d. c. fi. in verb. Obitus, de peccul. cleric. & Archid. in c. statutum, §. assessorem, de rescript. in* 6. & hac opin. dicit communiter teneri Card. *in ca. fin.* quem refert Bolog. *in addit. ad consil. Io. de Anan* 87. *post n.* 4. Dicit etiam Nic. de Vbald. *de success. ab intest. in vltima particula post nu.* 19 *vers. Non obstat motiua.* quod in quibuscunque redditib. beneficiorum Clerici morte æquiparãtur vsurario potius, quam vsufructuario, & quod hæc videtur magis communis sententia Doctorum: Et dicit Iaso 1. *cons.* 75. *col.* 2. *vers. nec obstat fundamentum, lib.* 3. quod hæc opinio est magis communis: quod imò Clericus beneficiatus, siue habeat administrationẽ, siue non, indistinctè prohibetur de fructib. beneficij, etiam perceptis, & reconditis testari: & hoc, siue ei succedat ipsa Ecclesia, siue successor in beneficio Sed quidquid dicit Ias. tenenda est opin. Host. & gl. *in d. §. porro.* quam semper & vbique vidi seruari, f. Item in fructib. collectis, & reconditis, Quæ magis etiam de plano procederet, vbi extaret consuetudo, quod fructus spectarent hæredi Clerici, non autem successori in beneficio: nam eo casu proculdubio posset Clericus de eis testari. Et ita tenent communiter Doct. vt dicit Bellon. *in d. cons.* 3. *n.* 1.

9 An autem Clericus, si intestatus decedat, huiusmodi fructus ad hæredes suos transmittat? dixi suprà *hoc eodem lib.* §. 1.

10 Quinto dixi, quòd Clerici habent etiam quotidianas distributiones; Quæro, an de illis possint testari? Respon. quod in hoc etiam variæ opiniones sunt inter Doct. Nam aliqui tenent, quod tã in huiusmodi quotidianis distributionibus, quam in aliis redditibus beneficiorum Clerici potius censendi sunt administratores, & in morte vsurarij, quam domini, vel vsufructuarij, & dicit Nicol. de Vbald. *in d. vltima particula post n.* 19. quod hæc videtur communis sententia Doctorũ. Contrariam autem opinionem, scilicet, quod tales distributiones quotidianæ efficiantur propriæ Clericorum, tenuit Gulielm. de Monte Laud. & hanc esse magis communem affirmat Paris. *cons.* 33. *nu.* 7. *& sequenti lib.* 4. vbi plures auctoritates recenset; & hæc proculdubio in via iudicij obtineret, prout etiam fateri videtur Nicol. de Vbald. *in loco præallegato.* Licèt enim negari non possit, quin quodammodo dicantur acquisitæ intuitu Ecclesiæ, tamen principaliter dantur intuitu personæ, propter diuturnam operam, & laborem: merito Clerici b eas faciunt proprias, & de eis possunt ad libitum disponere. Et ita obseruatur in practica, maximè in iam exactis; & aduerte, vt semper consulendo, aut iudicando adhæreas communi obseruantiæ: quia in prædictis quæstionib. precipuè est attendẽda cõsuetudo prouinciæ, vt affirmant Doct. *in locis præallegatis.*

ADDITIONES.

a *Clericus.*] Quæro hic, an Clericus teneatur ad sui prædecessoris debita: Item & an ad fructus male perceptos, vide per Boer *decis.* 204. *num.* 48. 49. vbi quod sic in debitis realibus non contractis post transitum, alias secus. Item tenetur Clericus ad sumptus medicinarum sui prædecessoris, vt habetur per Iason *in cons* 122. *in* 2. *vol. quem ibi vide.* Sed quis dicatur Clericus; vide Cagn. *in l.* 2. *num.* 21. *D. de orig. iur.* & Clericorum priuilegia vide per Card. in Clem. 1 *de vit. & honest. cleric.* & Bertra. *verb. clericorum priuilegia.* Giach. 4

Nunquid prælatus aut clericus possit testari.] Hic adden. dum, quod † clerici intelligantur sacerdotes Ecclesiæ, sic dicti, vel quia cleri, id est, populi à Deo electi curam gerant: vel quia sorte diuina electi, id est, à Deo vocati & ordinati sunt. Etenim κλῆρος idem est Græcis, quod sors Latinis: & ideo clerici appellantur; quia de sorte Domini partem habent, vt vult Isid. *in can.* 1. *Dist.* 2. *in princip.* vbi clericorum nomina, & gradus exponit. *Harpret.* 1

b *Ipsius clerici.*] Hic aduerte, quod cognitio, an quis sit Clericus, vel ne, non spectat ad judicem Ecclesiasticum, per Rol. *in cons.* 4. *n.* 20. vbi cõcordantes cõuocat. quib. adde, vt per Campeg. *reg.* 437. *nu* 2. Idem de vestib. per Rol. *ibi. nu.* 27. *&* 31. Item clericum quem non esse, quo probetur? vide Boër. *dec.* 171. Giac. 2

c *Circa bona patrimonialia videtur absolute dicendũ. &c.*] De † bonis patrimonialibus vel hæreditariis, vt sunt hæreditates, legata, donationes, & similia, potest Prælatus, Episcop⁹, vel clericus testari, & hæredem, quem velit, instituere, etiamsi filios, vel propinquos non habeat: nec Ecclesiam hæredem relinquere tenetur. Idque procedit non solum in bonis quæ habuit antè clericatum, sed etiam in postea acquisitis, ex suo tamen labore, & industria. Nã de bonis ex patrimonio Ecclesiæ, vel contẽplatione eius acquisitis, testari prælatus; vel clericus non poterit; vt post Clar. nostrũ D. dac. Cou. Viu. & alios, fusius docent Mich. Grass. *libr.* 1. *recept. sent. §. test. qu.* 34. *nu.* 1. *&* 2. & Nicol. Reusn, *in tract. de iure testamentar. part.* 2. *c.* 32. *n.* 4 6. *&* 18. Harpret.

d *Quod in dubio.*] Item per clericum acquisita de quibus bonis acquisita censeantur, vel è propriis vel ex illis Ecclesiæ? vide clare atque dilucide explicatum per Menoc. *eius solemni tract. de arbit. iudic. cas.* 129. vbi distinguendo ponit quatuor casus. Sed quid si emit re pro alio, an censeatur de bonis Ecclesiæ? vide per Corn. *cons* 188. *vol.* 4 Quid si adsint fructus beneficiorum, allodalium, & Ecclesiasticorum, quomodo fiet diuisio, & quæ accipietur præsumptio? vide Bald. *cons* 113 *vol.* 2. Et quid si habeat beneficium, & officium? Boër. *decis.* 10. Giach.

e *Fructibus.*] Sed nunquid Clericus plurium Ecclesiarum lucretur fructus omnium, si resideat in vna? vide per Boer. *dec.* 17. vbi disputat de fructibus grossis. *Giach.*

f *Nunquam Papa.*] Potest tamẽ Clericus testari absque licẽtia Papæ de distributionib. quotidianis: per Dec. *in cõs.* 280. *in prin.* Itẽ, quod Papa possit dare Clerico licẽtiam testandi, vide etiam per Dec. *in cons.* 157. *n.* 4. vbi debet intelligi secundũ jus cõmune, & sine præiudicio alterius. Sed nunquid data licentia intelligatur de primo testamento, ita vt vagari haud possit: quod intelligatur de prima, ita vt nõ possit vagari, vide per Dec. *in cõs.* 112. *allegata in text.* in contrariũ vide per Sarm. *eius tract. de reditib. Eccles.* Item quod intelligatur secundum jus cõmune, vltra Dec. *d. cons* 157. tradit Rolãd. *in cons.* 35 *n.* 10. *vol.* 2. Et an licẽtiam testãdi de bonis Ecclesiæ possit dare Papa absque causa: cõmunis opi. est, quid sic; vt refert Dec. *ibi.* 513. quæ data præsumitur propter antiquitatẽ temporis, vt per Grau. *in cons* 36. At data licẽtia testandi non intelligitur codicillandi: vt per Soc. iun. *cõs* 89. *n.* 31. Et clericus quando postulat licentiam testandi de fructib. quod debeat facere mentionem de illorum valore, & quantitate, atque de aliis non valere, vide per Bartol. *consil* 33 Giach.

Nunquid Papa possit dare licentiã clerico testandi de bonis Ecclesiæ.] Adde † videndos Didacum Couar. *in cap. cum in officiis* 7. *ext. de test.* Grass. *d. q.* 34. *n.* 9. & Reusn. *d. c.* 32 *n.* 16. aliósque ab his citatos. Sane † ne Papa quidem, aut summus Pontifex ipse aliter testari potest, nisi de bonis suis patrimonialib. nõ autẽ de Põtificatu, aliisque ad Pontificatũ pertinẽtib. hoc est, de B. Petri patrimonio, vt vulgo loquuntur gl. *in l. cum hæredes,* 7. *super verb. liceat, C. qui test. fac. pos.* Phil. Frãc. *ad rub. de test. lib.* 6. Perinde † vt nec Imperator de imperio, aut ad jus Imperij pertinentibus hodie testari posse creditur, vt notat idem Franc. *in d. rub. vers.* 24. *prohibetur Imperator,* &c. eumque referẽs Reusn. *d. c.* 32. *nu* 11. *& seq.* Atque pertinẽt, quæ de potestate Imperatoris latissimè tradidim⁹ ad Epigraphẽ proœmij Inst. *n.* 45. *& multis seqq.* Har. 3 4 5

g *Ex fructibus.*] Imò quod Clericus testari possit de fructibus beneficij, vide per Alex. *in cons.* 101 *&* 110. per Bello. 3. Anna. 87. Ias. 75. *in* 1. *&* 85. *vol.* 4. Et vbi non testetur an transeant ad eius successorẽ? vide Bal. *cõs.* 313. *vol.* 2. & omnino per Bello. *eod. cõs.* 3. Et quod ad hæredẽ stãte cõsuetudine: vide ad Ann. *d. cons* 87 *n. fi.* per Bolog. *in additio.* Sed quid de pẽsionib. nondũ obtẽtis? per Bellon. *ibid.* Et quid de bonis Clerico obuentis ex successione

parentum, vel donatione consanguineorum: vide per Ann. *dict. consil.* 87. vbi etiam *num.* 2. quid in bonis acquisitis intuitu seruitij personalis. Item quod Clerici testari possint de bonis propriis, vel acquisitis intuitu personæ, de acquisitis vero intuitu Ecclesiæ, quod non, habetur, atque notatur *in cap. cum esset, & c. cum in officijs, de test.* Gioch.

h *Clerici.*] An Clericus possit dotare filiam? vide per Lud. *in cap. vestras, §. 23. de donat. inter vir. & uxor.* verum quod haud possit donare concubinæ etiam cum iuramento, vide per Cran. *cons.* 219. *nu.* 3. & per totum per Nat. *cons.* 550 fallit propter benemerita per Tiraq. *in l. si vnquam, C. de reuoc. don. part.* 146. Sed de meritis haud standū est confessioni donatoris: quoniam aliter debēt probari, vt tradit Cran. vbi *supra*. Item quod Clericus possit paruos consanguineos alere, atque sororem inopem dotare de redditib. Ecclesiæ. vide per Nat. *cons.* 211. *n.* 21. *Gioch.*

QVÆSTIO XXVIII.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Monachus, vel religiosus an possit condere testamentū.*
2 *Et nunquid ante religionis ingressum.*
3 *Et quid si sit minor prodigus, vel furiosus.*
4 *Et an tale testamentum subsecuto ingressu annulletur.*
5 *Et quid si tēpore testamēti cogitauit de religionis ingressu.*
6 *Et an possit condere testamentum post ingressum religionis, sed ante professionem.*
7 *Et an post factam professionem.*
8 *Et an inter liberos.*
9 *Et an possit testamentum antea conditum reuocare.*

Ex Additionibus.

1 *Num monachus contemplatione ingressus possit testari, etiam non seruata solemnitate iuris communis.*
2 *Plus cōcedi debet limitib. cœlestis, quā armatæ militiæ.*
3 *Spiritualia temporalibus præferenda.*
4 *Minus est in spe, quam in re.*
5 *Fauore religionis priuilegiatur volens ingredi ad hoc, vt inuitetur ad ingressum.*
6 *Vbicunque publica versatur vtilitas, idem iudicatur de eo, qui est in via ad actū, prout de eo, qui est in actu.*
7 *Qui de proximo creandus est miles, pro milite habetur.*
8 *Potentia propinqua actui habetur pro ipso actu.*
9 *Pœna statuti de offendente Scholarem matriculatum, in quo locum habeat.*
10 *Mens & intellectus,* Nouell. 5. cap. 5.
11 *Sententia can quia ingredientibus,* 7. caus. 19. qu. vlt.
12 *An testamentum conditum ante religionis ingressum per subsequentē postea ingressū irritetur, remissiue.*
13 *An, & quatenus monachus post ingressum, & ante professionem, testamentum facere possit.*
14 *Intellectus* auth. ingressi. Cod. de sacros. Eccles.
15 *Si ingressus monasterium moriatur intra annum probationis, cui debeantur eius bona, num monasterio, an venientibus ab intestato.*
16 *Vtrum monachus post professionem possit facere testamentum.*
17 *Et quid, si efficiatur Episcopus.*
18 *Et quid si ingress⁹ protestat⁹ sit, vt possit bona retinere.*
19 *Quo pacto pater, qui monasterium ingreditur, inter liberos testari queat post professionem.*
20 *Et quid si nō habeat liberos, sed parentes, an inter ipsos parentes testari valeat.*
21 *Vt legitima filiorum, ita & parentum aucta est.*
22 *Parentes in legitima superant pauperes, & captiuos.*
23 *Parentes quatenus donationem inofficiosam reuocare possint.*
24 *Monasterium quando filij loco habeat.*
25 *An monasterium fictus filius dici queat.*
26 *Fictio imitari debet naturam.*
27 *An, & quatenus monachus post professionem possit reuocare, aut mutare testamentum ante professionem factum, remissi.*

QVæro, nunquid monachus, vel religiosus habeat testamenti factionem? Resp. videndum est in primis, an possint testamentum condere: Secundo, an ipsi possint capere ex testamento aliorum. Quo ad primū, distinguenda sunt tria tempora. Primum est, ante ingressum. Secūdum est, post ingressum, sed ante factam professionem. Tertium est, post factam professionem. 1

In primo *a* tempore certum est, quod quicunque, modo alias sit habilis ad testandum, poterit testamentum condere, antequam ingrediatur religionem: & illud testamentum valebit. Potest enim quilibet ante ingressum religionis de bonis suis disponere, prout voluerit; est text. expressus *in §. illud, in authen. de Monach.* Quinimo, si aliquis testetur ante religionis ingressum, contemplatione tamen ipsius ingressus, poterit testari, etiam non seruata solemnitate iuris communis. Ita tenet Bald. *in Authent. si qua mulier, post numero 7. vers. Ex hoc dico. C. de sacrosanct. Eccl.* Et hanc dicit esse communem opi. Dec. *cons* 51. *post n.* 3 Si enim hoc permittitur militib. armatæ militiæ; multo magis permittendum est huic, qui de proximo accingēdus est cœlesti militiæ. Et licet hæc opinio in pūcto iuris patiatur aliquam difficultatē: tamen non credo, quòd in practica obtineret, propter auctoritatem Bart. & sequacium. 2 a

Sed nunquid minor, prodigus, vel furiosus, poterunt ingrediendo religionem testari, vel alias disponere de bonis suis, etiam sine auctoritate curatoris, si quem habent? Respond. quòd sic, dummodo appareat, quod tempore dispositionis, & ingressus non esset furiosus. Ita tenet Ioan. And. *in c. in præsentia, de probatio.* Et ita etiam communiter teneri attestatur Abbas *in eod c. in præsentia, nu.* 54. Nam in spiritualibus non attenditur auctoritas patris, vel curatoris. Est magna decisio, & repugnare videtur his, quæ dixi supra *qu.* 2. *vers.* 2. *infertur, & sequen.* nihilominus magna est etiam auctoritas istorum patrum, qui illam tenent. 3

Sed retenta conclusione, quod testamentum conditum ante religionis ingressum valeat: Quæro, *b* nunquid testamentum per subsequentem religionis ingressum annulletur? Solemus enim dicere, quod monasterium habetur loco filij, vt dixi infra *libro* 1. *§. Eccles.* ideo sicut natiuitate posthumi rumpitur testamentum, ita etiam videtur dicendum in religionis ingressu? Respond. si loquimur de religione incapace bonorum immobilium non rumpitur per huiusmodi religionis ingressum, sed imò ab ipso ingressu vires assumit, non aliter ac si ipse ingrediens naturaliter mortuus fuisset: & in proposito vide, quæ dixi supra *§. substitutio.* Si verò loquimur de monasterio capace bonorum, & successionum, tunc & distinguendum. Nam aut testator fecit testamentum, non cogitans de ingressu monasterij, & hoc casu per ingressum rumpitur testamentum, ad exemplum filij nati post testamentum; & ita tenet Bart. *in d. Auth. si qua mulier, post nu.* 7 & est communis opinio, vt attestatur Imol. *in c.* 1. *n.* 1. *de testament.* quem refert Ioan. Dilect. *de arte testandi, tit.* 3. *caut.* 9. *n.* 1. Aret. *in l.* 1. *nu.* 6. *in fin. ff. de test.* Quam tamen cōclusionem intellige, vt procedat, dummodo testator in ipso monasterij ingressu, non solum seipsum, sed etiam bona sua, expresse monasterio dedicauerit, alias vero, licet ingrediens monasterium censeatur etiam bona sua tacitè dedicare monasterio, non crederem, quod per hanc tacitam voluntatem dicatur reuocata prior expressa voluntas. Item, illam intelligo, vt procedat, quantum ad institutionem; sed quoad reliqua crederem testamentum ipsum sustineri, iuxta dispositionem Auth. *ex causa, C. de lib præter.* 4 b

Aut vero fecit testamentum cogitans de ipso ingressu: & tunc si aliquid relictum est monasterio, pariter non 5

non videtur dubitandum, quin testamentum ipsum valeat: maximè si fuit relictum titulo institutionis secundum omnes, vt dicit Imol. *in l. 1. n. 11. in fin. ff. de test.* Ita etiam communiter attestatur Abb. *in d. c. præsentia, num. 49. in fin.* Si vero nihil reliquit monasterio, variæ sunt opin. inter Doctor. nam aliqui tenent, quod testamentum irritetur præteritione monasterij, prout etiam rumpitur agnatione posthumi. Et hanc opin. dicit esse communem Imol. *in d. l. 1. n. 11. in fin.* quem refert Ias. *in dict. Auth. si qua mulier, num. 17 in fin.* & illam dixit communiter seruari Alber. *in ea auth. si qua mulier, post princ.* Contrariam autem opinionem, scilicet, quod imò per ingressum religionis non rumpatur testamētum, etiamsi in ipso testamēto nihil relictum sit monasterio, tenuit Bart. *in dict. auth. si qua mulier, nu. 8.* cuius opin. dicit esse communiter approbatam Ripa *in l. si vnquam, q. 35. n. 94. C. de reuoc. don.* referens idem attestari Dec. *in d. cons. 31.* quem ego (ni fallor) fidelius retuli supra *vers. in primo tempore*, & ab hac opin. ego non recederē in practica, attēta dispositione *d. §. illud* generaliter loquentis, & quæ mihi iustior, & æquior videtur, & magis fauet testamento, & iudicio meo, hodie est etiam magis communis: saluo tamen semper iudicio sanctæ Ecclesiæ, cui in omnibus me subiicio.

6 Dixi *c* secundum tempus considerari posse post ingressum, ante tamen factam professionem; & aduerte: quia ego hic accipio ingressum pro simplici ingressu: & assumptione habitus; & sic quando solum est nouitius, non autem prout propriè intelligitur ingressus; quando scilicet est facta professio. Et tenendum est, *d* quod talis nouitius potest testari licet *d* si decedat in testatus, eius bona acquirantur monasterio, non autem venientibus ab intestato, vt dixi supra, *hoc eo lib. §. 1.*

7 Tertium tempus est *e* post professionem factam; & *e* circa hoc tempus duo sunt videnda. Primum, an Religiosus *f* professus possit condere testamentum. Secundum, an possit testamentum iam conditum reuocare. Circa primum est text. expressus *in auth. ingressi, C. de sacros. Eccles.* quod ingressi monasteria se, suaque dedicant Deo, nec ergo de his testantur, vtpote nec domini rerum; quæ authent. est canonizata *in cap. quia ingredientibus 19. quæstio. 3.* & intellige, quod si est ingressus monasterium capax bonorum immobilium, non potest testari; quia tempore professionis omnia eius bona ipso iure translata sunt in ipsum monasterium; vt habetur *in dict. Authent.* & dixi *in loco præallegato.* Si vero est ingressus monasterium incapax, pariter non potest testari, sed alia ratione, quia scilicet tempore professionis amisit dominium omniū rerum suarum, quod fuit acquisitum eius hæredibus ab intestato venientibus, *vt ibi dixi.* Vel dic, & forte melius, quod ingressus religionem non potest testari, non ea ratione, quia non habeat bona: hoc enim non consideratur, quantum ad hoc, vt quis debeat censeri testabilis, vel non, vt dixi supra, *quæstio. 19. versic. Aliquando vero.* Sed quia mutat statum, & amittit libertatem, licèt vera libertas sit seruire Deo.

8 Scias *g* tamen, quod poterit huiusmodi professus in *g* monasterio capace bonorum immobilium testari inter liberos, iuxta dispositionem Authent. *si qua mulier. Cod. de sacros. Eccles.*

9 Quo ad secundum vero, an professus possit testamentum antea conditum reuocare, idem est dicendum, vt scilicet in quibus casibus professus potest testari, in illis etiam possit testamentum prius conditum reuocare: iuxta dispositionem dict. Authent. *si qua mulier.* & sic inter liberos tantum, non autem inter extraneos.

ADDITIONES.

a IN *primo tempore certum est, &c.*] Monachus ante ingressum monasterij non modo testamentum facere potest, per rationem hic à Claro adductam: sed etiam si quispiam testari velit ante religionis ingressum, intuitu tamen, siue contemplatione ipsius ingressus, testari poterit, etiam non seruata solemnitate iuris communis, vt post Bartol. & Decium hic laudatos tenent Iason. *in authentic. si qua mulier, numero 21. & 23. Cod. de sacrosanct. Eccles.* Panorm. & Anton. de Butr. *in c. præsentia 8 probat.* hosque allegans Thadeus Piso. *lib. 1. var. resol. cap 8. num 3.* Et licèt hæc opinio in puncto iuris (teste Claro hic) patiatur aliquam difficultatem: tamen sequentibus rationibus non improbabiliter sustinetur. † Primo enim si illud permittitur militibus armatæ militiæ, qui pugnant pro defensione temporalium, & corporum: multo magis permittendum erit militibus cœlestis militiæ, qui † pugnant pro defensione spiritualium, & animarum, quæ omnibus temporalibus præferenda sunt, *cap. solita. 9. §. quod autem sequitur, de maioritate & obedien. can. præcipimus, 24. caus. 12 q. 1.* Et quanquam Salic. eiusque asseclæ *in d. auth. si qua mulier, C. de sacros. Eccl.* dissentiendo obiiciunt simile istud de milite adductum non esse bonum: cum procedat in eo tantum, qui actu est miles, non in eo, qui cogitat, siue sperat fieri miles. † vt in casu nostro; & minus sit in spe, quam in re *arg. leg. minus est 204. Dig. de reg. iur.* attamen respondetur, quod fauore religionis priuilegiatur volens ingredi ad hoc, vt inuitetur † ad ingressum; sicut videmus, quod ingressus priuilegiatur in casu, quo inter liberos testatur, vt facilius ad ingressum inuitetur *d. auth. si qua mulier C. de sacros. Eccl.* † Deinde responderi poterit, quod quando versatur publica vtilitas, vt hic fauor religionis esse videtur, idem iudicatur de eo, qui est in via ad actum, prout de eo, qui est in actu, *argum l. abesse 32. & l. qui mittuntur, 35. D. ex quibus caus. maiores 25. an. in integr. rest.* Quo confert quod † qui de proximo creandus est miles, habetur pro milite, & qui de proximo est accingendus, pro accincto habetur, *l. penult. D. de test. milit.* vbi Baldus notat quod † potentia propinqua actui habetur pro ipso actu. Eodem facit, quod tradit Ang. *in l. ex eo tempore, 42. D. eod.* dum ait, quod † pœna statuti de offendente Scholarem matricularum habeat locum in eo, quem Rector iussit matriculari, licèt nondum esset descriptus in matricula: quoniam de proximo matriculandus in matriculatis reputatur. Secundo prædicta † opinio probatur per text. *in Nouell. 5. de monachis, ca. 5.* vbi Iustinianus decernit, eum, qui in monasterium introire voluerit, antequam monasterium ingrediatur, licentiam habere suis vti, quo voluerit modo. Ergo absque solemnitate iuris: quia qui habet potestatem disponendi de bonis suis, quo vult modo, potest testari sine solemnitate iuris, *l. 1. ff. de test. milit.* Nec mouet si obiiciatur, textum istum intelligendum esse de actibus inter viuos, quibus verbum illud vti magis conuenit, quam vltimæ voluntati, *leg. vti frui. 5. D. si vsufruct. pet.* Nam verba illa, vti quomodo voluerit, plane generalia sunt, quæ etiam testamento conueniunt. Aliud quippe est dicere, quem posse vti bonis, quomodo velit; aliud, vti & frui bonis suis; vel simpliciter, vti bonis. Siquidem primo casu verificantur verba etiam testando *d. l. 1. cum ibi notatis, D. de testam. milit. & l. 1. C. de sacros. Eccl.* Secundo autem, & tertio casu conueniunt actibus inter viuos tantum. Præterea ratio assignata *in d. Nouel. 5. cap. 5.* generalis est: quia dicit Imperator quod ingrediens post ingressum non possit vti de rebus suis, quomodo voluerit: quia amplius non erit earum dominus. Ergo ante ingressum poterit: quia erat dominus. Ad † cuius sententiæ confirmationem accidit text. *in can. quia ingredientibus 7. caus. 19. qu. vlt.* vbi aperte dicitur, ingredientib. monasterium post ingressum alterius nullam esse licentiam testandi: & sic negatur omnis potentia, tam de iure communi, quam speciali. Ergo ante ingressum vtroque modo licebat testari: alioquin illa verba vniuersalia nihil operarentur: quia satis fuisset dicere, non sit licentia testandi, vt post alios, id declarat Thadeus Piso. *d. li. 1. var. resol. c. 8 n. 11.* Harpr.

Margin numbers beside the above: 1, 2, 3, 4, 5, 6, 7, 8, 9, 10, 11

b *Nunquid tale testamentum per subsequentem religionis ingressum annulletur.*] Adde de hac quæstione prolixe dissertantes Didacum Couar. *in c. 2. nu 5. de test.* Fernandus Vasqu. *de success. creat. §. 120. nu. 29.* Michaël Grass. *lib. 1. recept. sentent. §. testam. qu. 34. num. 2. cum seqq.* Nicolaum Reusn. *in tract. de iure testam. par. 2. c. 31. n. 12. cum seqq.* & Thad. Pison. *d. c. 8. n. 12. & sub seqq.* vbi omnium fusissime quæstionem istam explicat. *Harpr.* 12

c *Dixi, secundum tempus considerari posse, &c.*] Monachus post † ingressum, & ante professionem potest facere testamentū, & de bonis suis disponere eodem modo, quo potest & ante ingressum. Etenim monachus nouitius intra annum probationis tanquam laicus censendus est: nec dicitur monasterium ingressus is, qui nondum professionem fecit, *arg. d. c. 2.* vbi Couar. *nu. 4. & seq. de testam. & d. can. quia ingredientibus, 7. caus. 19 q. vlt.* Bart. *nu. 20* & ceteri scribentes *in d. auth. si qua mulier, C. de SS. Eccl.* Raphaël Fulg. Alex. & Corneus *in l. si quis hæredem, 7 C. de inst. & substit.* Grass. *d. q. 34. nu. 5.* Tiraq. *de retract. lignagier. §. 1. gloss.*

14 8.*n.*34 vbi ad hoc plures citat. Nec † aduersatur text. *in auth. in-*
gressi. C. de SS. Eccles. vbi traditur, quod solo ingressu bona mo-
nasterio acquiratur, & consequenter monachus de ipsis testari
non possit. Nam accipi debet de ingresso cum effectu, & sic se-
cuta professione; non autem de eo, qui simpliciter ingressus est,
& habitum assumpsit, vti loquuntur. Is namque dicitur noui-
tius, & non proprie ingressus; quemadmodum post Doctores
supra relatos, docet Thad. Piso *d. lib. 1. cap. 8. n. 39.* Harprec.

d *Licet si decedat intestatus, eius bona acquirantur monasterio.*]
15 Hanc Iulij † Clari opinionem amplexi sunt iam olim Iacobus
de Rauen. & Petrus de Bella pert. *in authent. si qua mulier. C. de*
sacros. Eccles. Ant. de Butr. *in cap. de præsentia 8. col. 17. de proba-*
tionibus, ibique late Barb. *nu. 5. & multis seqq.* At verior æquior-
que est sententia existimantium, quod eiusmodi bona non ac-
quirantur monasterio, sed debeantur venientibus ab intestato:
maximè, quando ingrediens expresse non contulit bona sua
monasterio, sed simpliciter intrauit caussa probationis. Tunc
enim cum intra annum non sit religiosus, *c. religiosos 21. §. 1. de*
sent. excommunic. in 6. & bona nec tacite, nec expresse transiue-
rint ad monasterium, & adhuc habet facultatem condendi te-
stamentum, & decedat ab intestato: consequens vtique est, vt ei
proximiores succedere debeant: & eo magis, cum idem obser-
uetur in clerico seculari, qui magis est astrictus Ecclesiæ, quam
existens intra annum probationis; cui prius consanguinei,
& in defectum Ecclesia succedit, *can. fin. 12. qu. 5.* Et ita sentiunt
Petr. de Anchar. *in c. beneficium 4. de regularibus in 6.* Ias. *in dict.*
auth. si quis mulier, n. 59. C. de sacros. Eccl. eosque referens Piso
prædicto lib. 1. variar. resolut. c. 8. n. 31. Eadem de re inspiciantur
Petr. Gilken *ad d. auth. ingressi, n. 31. C. de sacros. Eccl.* Harprec.

e *Post professionem.*] Hic cadit pulcherrima quæstio, an scili-
cet creditores intrantis religionem debeant conuenire debito-
rem, vel monasterium? vide per Spec. *tit. de stat. mona. k. num. 53.*
Giach.

Post professionem.] Religionis iam professus tum quidem, cum
est Prælatus, testari potest. Capr. *in sua reg. c. 10. nu. 12.* nisi cum
summi Pontificis licentia; quam superuenire non sufficit; neque
Abbatis auctoritas, vna cum capituli consensu idonea est. Iason.
cons. 54. vol. 1. Accurs. *cons. 10. n. 3.* Burs. *cons. 75. n. 23. 24. 25.* Gou.

f *An religiosus professus possit condere testamentum.*] Quod
16 † monachus post ingressum, & post factam professionem, nec te-
stamentum cõdere, nec aliquo alio pacto de rebus suis dispone-
17 re possit, adeo verum certumque est, vt † procedat, etiamsi ille fa-
ctus fuerit Episcopus. Nam adhuc testari non poterit, non so-
lum de bonis iam monasterio quæsitis, sed nec etiam de aliis po-
stea obuenientibus. Huiusque ratio non obscura est, quia mona-
chus propter Episcopatum, in totum à regula non eximitur, nec
à substantialibus ipsius regulæ: & ideo nihil potest habere pro-
prium, nec mutare habitum vsque adeo, vt si deponat habitum
monasticum, & assumat rochetum, fit excommunicatus, *argum.*
text. in cap. 2. ne clerici, vel monachi secularibus negot. se immisc.
in 6. Et tradunt Ias. *in d. auth. ingressi, nu. 14. cum seq. C. de sacros.*
Eccl. Gou. *in c. 1. n. 18. de test.* Thad. Piso *d. lib. 1. c. 8. nu. 33.* alii-
18 que ab eo designati. Quin † & licet ingressus protestatus sit, vt
possit bona retinere, vel professus sit sub hac conditione, vt bo-
na retineat, adhuc tamen testari minime poterit: cum huiusmo-
di protestatio, & conditio non valeat: eo quod est contra sub-
stantiam religionis, vt monachus aliquid proprium habeat *cap.*
cum ad monasterium in fin. & *l. super verb. abdicatio. de statu mo-*
nachor. c. si religiosus. de elect. & electi potest. in can. nõ dicatis
14. can. 12. q. 1. Grass. *d. §. test. q. 34. n. 6.* vbi plures allegat. *Harp.*

g *Scias tamen, quod poterit huiusmodi professus, &c.*] Si ille, qui
19 liberos habebat, antequam de rebus suis disponat, monasterij
legem amplectatur; poterit facultates suas ita inter liberos di-
stribuere, vt quod reliquum est, monasterio competat, sed tamen
sine diminutione legitimæ portionis. Quod si autem omnem
substantiam diuidere velit, hoc etiam ipsi liberum erit, dummo-
do suam personam inter illos connumeret, & tantundem sibi
retineat, quantum vni ex prolibus æqualiter institutis relinquit.
Vnde si quinque millia aureorum in bonis habeat, & quatuor
sint proles, siue liberi, mille aureos pro sua persona deducet.
Quod si autem post ingressum monasterij, antequam de bonis
suis disponat, moriatur: legitimam portionem reportabunt filij:
reliquum monasterio adducitur, per textum expressum *in auth.*
si qua mulier. C. de sacros. Eccles. ibique gloss. Bart. Bald. Iason.
20 Gilkenius, & Doct. communiter notant. At † quid statuendum,
si ingressus liberos non habeat, sed parentes: ecquid inter eos
testari poterit? Et illum etiam inter parentes (repudiata Azonis
opinione contraria) testari posse, non sine ratione affirmant Ia-
cob. Butrig. Odofred. Salic. *nu. 9.* & Bart. *nu. 9. in dict. auth. si qua*
mulier. C. eod. Tum quia eadem est ratio æquitatis in patre, quæ
in filio: cum vicissim ei hæreditas debita sit, saltem ordine tur-
bato, licet non ex voto: & proinde ita patri datur querela, sicut
21 filio, *l. pater filium 14. & l. seq. in prin. ff. de inoff. test.* Vnde † que-
madmodum legitima filiorum suum augmentum recepit: ita &
in parentibus quadrans in trientem est commutatus, *Nouell. 18.*
cap. 1. & latius probauimus *in §. vltim. num. 19. & seqq. Instit. de*
inoffic. test. Tum † quia parentes in legitima superant pauperes 22
& captiuos, per textum in distincte loquentem *in auth. presby-*
ter. & diacones, C. de Episc. & cler. Sed pauperes & captiui supe-
rant monasterium, *& in auth. nisi rogati, C. ad SC. Trebell.* Ergo
& parentes in legitima monasterio superare debent. Tum quia
ingressus dicitur sua conferre monasterio iure donationis, teste
Bart. Atqui parentes possunt vsque ad legitimam, donationem
inofficiosam reuocare, *l. si filius 4. C. de inof. don.* Ergo dicendum
est, † quod filius etiam testando eis aliquid relinquere possit. 23
Huic sententiæ non obstat, quod † monasterium habeatur 24
loco filij. *Nouell. 123. cap. 37. dict. auth. nisi rogati. C. ad SC. Tre-*
bell. cap. in præsentia 8. de probationibus, Filium autem excludere
parentes certum sit, *auth. in successione, C. de suis & legit. liber.*
Nam respondetur, monasterium non haberi loco filij, nisi in
casibus iure expressis, vt notant Imol. & Aretin. *in leg. si ita quis*
51. §. is, cui, D. de leg. 2. Panorm. & alij *in d. c. in præsentia 8. de pro-*
bat. Sed † nullibi in iure reperitur expressum, quod monaste- 25
rium habeatur loco filij ad exclusionem parentum. Præterea
nec fictus filius monasterium dici potest. Si enim monasterium
esset filius: sequeretur, quod monasterium tot censeretur habe-
re partes, quot monachi in monasterio reperientur. At conse-
quens est falsum, Ergo & antecedens. Falsitas cõsequentis inde
relucet, quod † fictio saltem in genere imitari debet naturam? 26
§. minorem, 4. Instit. de adoptionib. Sed secundum naturam etiam
in genere impossibile est, quem habere plures partes naturales,
leg. filium 6. D. de his, qui sui, vel alieni iur. sunt. Ergo nec per
fictionem istud induci potest. Verum vide Thadeum Pison. co-
piosius illud enodantem *d. lib. 1. variar. resolut. c. 8. n. 36.* Harp.

h *An professus possit testamentum antea conditum reuocare.*]
Monachum † post factam professionem, neque mutare neque 27
reuocare posse testamentum ab eo ante professionem factam,
nisi inter liberos testetur, concludunt vltra Clarum nostrum,
Didac. Couar. *in cap. 2. num. 9. in fi.* Grass. *in dict. § testamentum,*
qu. 34. nu. 8. in fin. eosque referens Piso *d. c. 8. n. vlt.* Harpr.

QVÆSTIO XXIX.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Monachus, vel religiosus an possit capere ex testamẽto.*
2 *Duo esse genera mendicantium.*
3 *Fratres minores incapaces esse relictorum ex testamento.*
4 *Et quid in aliis mendicantibus.*

Ex Additionibus.

1 *Quis propriè monachus, & religiosus dicatur.*
2 *An differentia sit inter mendicantes & alios religiosos.*
3 *Quatenus fratres minores, prædicatores & alij religiosi non mendicantes sint capaces hæreditatum, tam ex testamento, quam ab intestato, remissiue.*

RESTAT nunc explicandum caput quæstionis, an sci- 1
licet monachi, *a* vel religiosi possint capere ex te-
stamento, & in hoc est distinguendum *b* inter mendi-
cantes, & alios religiosos, quorum monasteriis permis-
sum est possidere bona immobilia. Et quo ad mendicã-
tes, fac regulam, quod ipsi non possunt ex testamento
capere bona immobilia, & in hoc omnes conueniunt.
Debes tamen scire, quod duo sunt genera mendicã- 2
tiũ. Alij enim sunt mendicantes ex Regula: alij ex suis
cõstitutionib. Mendicantes ex regula, sunt fratres Mi-
nores primi Ordinis; illis enim B. Franciscus expressè
in eorum institutione, & regula prohibuit, ne quid
proprij prorsus haberẽt, neve quid immobile posside-
rent in communi. Alij vero sunt mendicantes non ex
regula, sed ex suis constitutionibus. Et quod fratres,
seu religiosi non solum ex regula, sed etiam ex suis cõ-
stitutionib. iudicentur mẽdicantes, tenuit Cald. *consil.*
17. sub tit. de Regularibus. Et est cõmunis opin. Dec. *in*
c. ad nostram, n. 11. de appell. Et de istis potest poni exẽ-
plum in fratribus Prædicatoribus. Illi enim licet ex
eorum regula non sunt mendicantes (nam militant sub
regula B. Augustini, quæ permittit possidere immobi-
lia in communi) dicuntur tamen mendicantes, quia
ex eorum constitutionibus id eis est prohibitum. Ita
tenet Bald. *in d. c. ad nostram,* & est cõmunis opin. vt at-
testatur Bertran. *consil. 206. num. 3. libro 3. in 2. parte.* Et
quod

quod Prædicatores non dicantur incapaces bonorum immobilium ex eorum regulis, sed ex suis constitutionibus, dicit communiter teneri Bertran. *conf.* 152. *nu.*2. *lib.*1. *in* 2. *parte*, qui etiam *conf.*112. *n.*3. *in* 2. *parte*, attestatur hanc esse magis communem opin.

3 Hoc præmisso, dic, quod *c* fratres Minores nullo
c modò possunt capere ex testamento, neque ex relictis, si quæ eis fieri contingat, aliquid eis acquiritur, neque in proprio, neque in communi; vt est text. expressus *in c.exiit de verb. signif. in* 6. *& in Clem.exivi de verb. signific.* Fratres autem Prædicatores, & alij mendicantes, exceptis Minoribus, possunt capere ex testamento, etiam bona immobilia, non tamen vt ea retineant, neque in proprio, neque in communi, sed vt vendant, & eorum pretium in suas necessitates *d* con-
d uertant. Ita dicit gloss. notab. quæ semper ad hoc propositum solet allegari, *in cap.*1. *in verbo, Domum, de religio. domibus in* 6. Et dicit Calder. *conf.* 46. *sub tit. de testam.* quod hanc conclusionem tenent omnes Scribentes. Hanc etiam esse communem opin. attestatur Alexand *conf.*88. *n.*1. *lib.*2. Dec. *conf.*559. *post n.*3. *&* 4. *in c. præsentia, n.*69. *de probat.* Et licèt aliqui ex præallegatis Doctoribus loquantur de bonis eius, qui ingreditur religionem, de quo etiam dixi supra, *hoc eodem libro* §. *Idem etiam*, & forte plus dicendum est in bonis legatis; prout loquitur gloss. *in dict. cap.*1. *& multi ex DD. supra allegatis.* Non enim dicuntur accipere immobilia, ex quo statim illa vendere intendunt, & pretium in suas necessitates conuertere. Caue tamen, ne decipiaris, quia licèt antiquitus per constitutionem capituli generalissimi fratrum Prædicatorum cautum fuerit, ne proprium quid immobile possiderent: tamen postea per contrariam constitutionem alterius capituli generalissimi illa prima cōstitutio fuit reuocata; & sic hodie sunt capaces bonorum immobilium in communi, prout sunt alij non mendicantes. Et de hoc etiam extat amplum priuilegium eis concessum à Sixto Papa, eius nominis IV. & ita indifferenter obseruatur.

4 Quo vero ad alios religiosos non Mendicantes, quibus permissum est possidere bona immobilia in communi, dicendum est, quod proculdubio possunt capere ex testamento, non tamen vt sibi acquirant, sed monasterio; & in hoc nemo discrepat.

ADDITIONES.

a AN *scilicet monachi, vel religiosi possint capere ex testamento.*] Addendum loco hoc † quod monachus, & religiosus
1 proprie ille dicitur, qui tria vota profitetur: nempe votum castitatis, paupertatis, & obedientiæ, *ca. cum ad monasterium* 6 *de statu monach.* Et ætas, quæ ad profitendum isthæc tria vota requiritur, olim erat annorum 14. in masculo, & 12. in fœmina; *cap significatum num.*11. *& ca. cum virum* 12. *de regularibus can. puella* 20 *qu.*2. *ca.*1. *de regularibus in* 6. hodie vero est annorum 16. completorum, *ex Concil. Trid. sess.* 25. *c.*14 Harp.

b *Distinguendum est inter mendicantes, & alios religiosos.*]
2 Hic addendum, quod † hodie *ex dict. Concil. Trid sess* 25. *cap.* 3. nulla sit differentia inter mendicantes, & alios religiosos, quoad possidendum bona immobilia; sed omnibus monasteriis, & domibus, tam virorum, quam mulierum, concessum sit, vt bona immobilia possidere valeant: exceptis tamen domibus fratrum S. Francisci Capucinorum, & eorum, qui minorum de obseruantia vocitantur, vt notat Thadeus Piso. *lib.*1. *var. resolut. cap.*11. *num.*2. Harprec.

c *Fratres Minores.*] Quid si ipsorum minorum Ecclesiæ & conuentus, non autem ipsi fratres minores institutione, vel legato honorentur? Bart. credidit institutionem, & legatum valere, *in l. ciuitatibus, de leg.* 1. *in l. seruos de alim. & cib. leg.* Dec. *consil.*299. *num.*12. Abb. *consil.*63. *vol.*2. contrarium idem Bart. defendit *l.*1. *C. de conduct. & product.* Bald. *consil* 418. *& col.*479. *vol.*2. Dilec. *tit. de his qui non habent testament. fact. caut.*11. Sed de tota hac quæst. vide latius Gabr. *tit. de har. instit. conclus.* ... *tit. de leg. conclus.*1. Gouean.

Fratres minores nullo modo possunt capere ex testamento.] Qua-
3 tenus † Fratres minores & prædicatores, & alij religiosi non mendicantes sint capaces hæreditatum tam ex testamento, quam ab intestato, post Clarum nostrum hic Micha. Grass. *lib.*1. *recept. sent.* § *legatum*, *qu.*7. M. Ant. Peregrinum *lib.*3. *de iur. fisc. tit.*14 & alios, multis conclusionibus, ampliationibus & limitationibus diligenter explanat Thad. Piso *d. c.*11. *per totum* Harp.

d *Conuertant.*] De isto cōmuni ego etiam dixi *in collecta mea commun. opin. in verb. Fratres, sub nu.*3. vbi etiam habes, quod in tali alienatione, non requiritur solēnitas requisita in alienatione bonorum Ecclesiæ, quæ fit ex necessitate status eorū. *Giach.*

QVÆSTIO XXX.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Monacho herede instituto an deferatur hereditas monasterio ipso iure.*

Ex Additionibus.

1 *Si monachus heres sit institutus, eiq; substitutus à testatore datus: an substitutus, si monachus repudiauerit delatam sibi hereditatem, monasterio sit præferendus.*
2 *Monasterium quatenus per monachum acquirat.*
3 *Ius adeundi semper personæ institutæ adhæret.*
4 *Monachus nil proprij habet, vt & seruus.*
5 *Quæ species voluntatis sit penes seruum.*
6 *Facta quæ sunt, in alium transire non possunt.*

QVæro, pone, quod monachus sit hæres institutus, 1
nunquid hæreditas defertur monasterio ipso iure; an prius defertur monacho, & deinde mediante eius persona defertur monasterio? Vtilitas autem huius quæst. potest esse maxima. Nam ex resolutione huius articuli pēdet decisio multarum quæstionum, puta, si monachus ante aditam hæreditatem decedat, an illam transmittat ad monasterium. Item an *a* Monacho a
instituto repudiante Monasterium præferatur substitutio. Item, an monasterium, vel etiam solus Abb. possit *b* adire: de quibus omnibus suis locis tractauimus. b
Scias ergo, quòd in hoc articulo magna fuit controuersia inter Canonist. & Legistas: nam communiter Canonist. tenēt, quod ipso iure, & absq; aliquo facto ipsius monachi, hæreditas immediate deferatur monasterio, vt dicit Corn. *cons.*272. *in lit. C. lib.*3. subdens, quod hæc opinio debet præualere in foro Canonico. Hanc etiam dicit esse communem opin. Canon. Soc. *consil.*183. *circa prin. lib.*2. *& cons.*245. *nu.*3. *eo. vol.* Curt. iun. *consil.* 48. *n.*2. Rip. *in l.*1. *n.*203. *ff. de vulg.* Paris. *in d. c. in præsentia, n.*203 *de probat.* Ex alia parte communiter Legistæ tenent, quod imo prius hæreditas deferatur monacho, & deinde ex persona monachi acquiratur monasterio, vt dicit Bertrand. *cons.*73. *nu.*3. *lib.*3. 2. *par.* Et hanc esse commun. opin. Legistarum attestatur Soc. *in d. cons.*183. *circa prin. & cons.*51. *n.*10. *li.*4. Ripa *in d. l.*1. *n.*105. Guliel. de Bened. *in* 2. *par. repet. cap. Raynutius, fol.*25. *nu.*81. Purpurat. *in l. fin. n.*191. *C. de pactis.* Hæc est ardua quæstio, & satis periculosa, propter infinita argumenta, quæ hinc inde adducuntur per Doctores. Propterea in tanto conflictu opinionum credo, quod Iudex non errabit, sequendo in foro Cæsaris opinionem Legistarum, & in foro Canonico opinionem Canonistarum.

ADDITIONES.

AN *monacho instituto repudiante monasterium præferatur substitutio.*] Eo casu, quo † monachus hæres institutus re- a
pudiat delatam sibi hæreditatem, substitutum monasterio præ- 1
ferri, in puncto iuris verius ego (non attenta opinione contraria, communissime recepta, cuius auctores, & defensores plures citat, probatque Iohannes Dauth. *ad l.*1. *n.*128. *& seqq. D. de vulg. & pupill. substitut.*) putauerim. † Licet enim monasterium 2
omne, quod acquirit, per monachum acquirat, *leg. Deo nobis* 56. § *huius autem* 2. *Codic. de Episc. & cleric.* id tamen, facto & aditione monachi intercedente, intelligendum est, *leg. ei, qui.* 13. *Dig. de conditionibus institut.* præsertim cum aditio in omnibus (exceptis suis, & necessariis) hæredibus necessaria reputetur. Nemo quippe ex eo, quod hæres institutus sit, locupletior perhibetur, nisi ipsa aditio accesserit, *leg. pretia rerum* 63. *in prin.*

cip. vers. sed nec hæredem. D. ad leg. Falcid. Et sane nihil absurdius est quam vt is, qui in aliena est potestate, aut faciliore, aut alio modo, alium quempiam hæredem faciat, quam quo ipse hæres esse posset, si sui iuris esset. Iam vero exploratum est, monachum, si sui esset iuris, aliter hæredem esse nõ posse, quã adeũdo, *l. 2, qui heres, 13. Dig. de acquir. vel omit. hered. l. cum proponas 3.*
3 *C. de heredibus instit.* Adde, quod † ius adeundi semper personæ institutæ ita adhæreat, vt nullo modo ab ea auelli possit, *argum. d. l. 2, qui heres 13. & l. is potest 28. Dig. de acquir. vel omit. hered. l. potuit 5. C. de iur. delib.* Eius si quidem est adire hæreditatem, cui illa delata est, *l. delata 151.* vbi Gœddæus *D. de verb. signific.*

Neque obstat huic sententiæ *can. non dicatis 11. caus. 12. q. 1. & cap. si religiosus 27. de electione, & electi potest,* vbi expressum
4 est, monachum nihil † proprij, adeoque neque velle neque nolle habere: sed ipsius voluntatem ex imperio, ac potestate sui Superioris, sed prælati dependere. Hoc enim quãtumuis cõcedatur: nulla tamen subest causa, cur monasterium hæreditatem monacho delatam, nullo eius facto interueniẽte, acquirere posse statuatur. Hac namque ratione idem de seruo, pronunciandum foret, contra dictam *l. cum proponas 3. C. de heredib. instit.* quippe cum & seruus nihil proprij habeat, & quæcunque acquirit domino, cuius in potestate est constitutus, acquirat, *inuito, & §. item vobis acquiritur 3 Instit. per quas pers. cuiq. acquir. l. etiam*
inuitis, 32 ff de acquir. rer. dom. neque etiam vllam voluntatem
5 habere censeatur, *arg. l. velle 4. de reg. iur.* Tametsi † interim non negatur, penes seruum eam voluntatis speciem esse, quæ in mero facto consistit, & hic desideratur. Ius quidem facere potest, vt quis sit hæres, non autem, vt institutus sit: quoniam hoc facti
6 est. At † quæ facti sunt, in alium, siue dominus sit, siue pater, siue alius quispiam, transire nec solent, nec possunt, *l. qui heredi. 44 in pr. ff. de cond. & demonst.* Quare talem voluntatem, quæ facti est, nec in monasteriũ transire posse certũ est: maxime cum hæreditas nõ monasterio, sed ipsi monacho sit delata. *d. l. Deo nobis 56 §. 1. C. de episc. & cler.* Eaq; de re videatur Claud. Chiflet. *in tract. de success. c. 9.* Ant. Fab. *de erroribus pragm. decad. 26. error. 7.* Polit. *de vulg. subst. n. 54.* Sfort. Oddus *in prælud. subst. part. 2. q. 4. n. 5.* Ant. Pereg. *de fideic. art. 28. nu. 76.* Gouean *ad tit. ff. de vulgar. & pupill. substit. nu. 21. cum seqq.* & Thad. Piso. *lib. 1. var. resolut. cap. 11. numero 14. & sequenti* vbi plures allegabat. *Harp.*

b *Possit adire.*] Item quid si monachus non vult adire hæreditatem, Abbas an possit? vtrumque commune dixi *in collect. mea commun. opin. in verb. Monachus, n. 6. & 7.* Stach.

QVÆSTIO XXXI.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Filius naturalis an possit capere ex testamento.*
2 *Et an spurius.*
3 *Et an relictum factum spurio applicetur fisco.*
4 *Et quid si relictum sit ab extraneo.*
5 *Et quid si relictũ sit a patre extraneo heredi, qui deinde spurium instituat, an præsumatur factũ in fraudẽ.*
6 *Et quid in spurio legitimato.*
7 *Et quid si instituatur spurius sub conditione, si legitimabitur.*

Ex Additionibus.

*1 *Filius naturalis an excludat substitutum.*
1 *An & quatenus filius naturalis à patre heres institui possit.*
2 *An item spurius ex damnato coitu natus.*
3 *Cur filius vulgo quæsitus institui nequeat.*
4 *Qui proprie liberi naturales tantũ, itẽ spurij siue vulgò quæsiti, & ex dãnato coitu procreati dicatur, remissiue.*
*4 *Nati ex coniugio prohibito an censeantur legitimi, si coniuges impedimentum ignorauerunt.*
5 *Vtrum tertius aliquis heres patris possit filium spurium testatoris instituere.*
*5 *Spurium an pater teneatur alimentare.*
6 *An fili⁹ spuri⁹ legitimatus à patre heres institui queat.*
7 *Et quid statuto induci possit, vt filius spurius instituatur.*

1 QVæro, nunquid filius *a* naturalis, vel spurius, habeat testamenti factionem, intellige de passiua,
a an scilicet possit capere ex testamento? Nam de actiua nulli dubium est, quod potest condere testamentum: & pro resolutione, omittendo quid esset constitutum de iure digestorum, habemus text. expressum *in auth. licet. Cod. de natural. lib.* in qua videre potes, in quibus casibus, & in *b* quota parte possunt parentes *b*
filios naturales sibi hæredes instituere: cuius quidem authent. dispositio est in vsu, & seruatur, neque est correcta per dispositionem *ca. per venerabilem, qui sint filij legit.* & sic obseruanda est etiam de iure canonico, vt latius dixi sup. *lib. 2. §. filius.*

Sed quid *c* dicendum est de filio spurio, & sic nato 2
ex damnato *d* coitu? Respond. quod huic filio non po- *c*
test pater in testamento aliquid relinquere, vt est text. *d*
in dict. Auth. licet in fin. Nisi forte occasione alimentorum. Tenetur enim pater huiusmodi filios alere etiam de iure *e* ciuili, vt dixi *in dict. §. filius.* *e*

Sed quid si pater habens filium spurium, illum in 3
testamento hæredem instituat, vel aliquid relinquat. Respond. quod talis institutio & relictum nihil valet, & pro non scripta habetur: illud autem, quod relictum erat spurio non applicatur fisco; neque fiscus illud aufert ab ipso spurio, tanquam ab indigno; sed defertur venientibus ab intestato, vel hæredibus institutis, si qui extant. Ita dicit Bart. *in leg. fin. num. 8 ff. de his quibus vt indignis, & in leg. hereditas, num. 1. Cod. de his quibus, vt indignis,* & est communis opinio & conclusio Doctor. vbique, vt attestatur Alexand. *cons. 74. n. 6. libro 5. & in leg. si is qui post num. 3. ff. de vulg.* Quam tamen intellige, vt procedat, quando eis palam relictum est, secus autem si hæres, vel aliquis alius patri testandi fidem accommodauit: nam eo casu fiscus ab eo auferret tanquam ab indigno, vt dixi infra, *lib. 5. §. fin. quæst. 79 vers. Quando hæres.* Ratio autem differentiæ est; quia, quando relinquit filio spurio, relictum habetur penitus pro non scripto, ex quo ipse spurius est prorsus incapax: & sic fiscus habet a quo auferat: sed quando relinquitur alteri, qui fidem accommodauit illud dandi filio spurio, ille quidem est capax, sed quia fidem in fraudem accommodauit, fiscus ab eo illud aufert, tanquam ab indigno.

Regulariter quidem tam spurius, quam ipsius spu- 4
rij pater, habent testamenti factionem, præter quam inter ipsos; nam pater spurij potest cuicunque in testamento relinquere, præter quam ipsi filio spurio, & è conuerso filius spurius potest à quocunque, excepto patre, sibi in testamento relicta capere. Poterit igitur ab extraneis spurio relinqui, vel etiam inter viuos dari quocunque titulo: vt dicit gloss. *in Authent. quibus mod. natur. effic sui. §. vltima siquidem, in verbo, Participium,* quam sequuntur communiter Doctores, vt dicit Ioan. Garo. *in l. 1. in textual. numero 37. in fin. Co. de secund. nupt.*

Sed pone, *f* quod pater habens filium spurium, in- 5
stituat aliquem extraneum hæredem, qui deinde mo- *f*
riens ipsum spurium hæredem in bonis sibi ab eius patre relictis instituat, nunquid præsumentur hæc facta in fraudem, ita vt fiscus ipsa bona ab eis auferre possit? Respond. quod non. Ita dicit Bart. *in dict. leg. si is qui, numero 3.* quem sequuntur communiter DD. vt dicit Alexandr. *in eadem leg. si is qui, numero 6.* Quod intellige, vt procedat, nisi aliquæ aliæ coniecturæ fraudis concurrerent, puta, quia ille institutus dum viueret, semper permisisset istum filium spurium huiusmodi bona possidere, vel similes.

Scias tamen, quod hæc omnia intelligenda sunt, vt 6
præcedant in filio spurio non legitimato. *g* Nam si es- *g*
set legitimatus, vtique posset etiam à patre hæres institui, & ei quocunque titulo relinqui. Quinimò si esset à patre in testamento præteritus, illud rumperet ad instar legitimi, vt dixi infrà *q. 84.* Et hoc quidem de plano procedit, quando est legitimatus, tempore quo à patre hæres instituitur. Sed quid si legitimetur post conditum testamentum, nunquid institutio reconualescet?

lescet? Resp. Aut fuit legitimatus viuo ipso patre testatore, & tunc legitimatio retrotrahitur ad tempus testamenti,& consequenter institutio conualidatur. Aut vero fuit legitimatus post mortem patris, & tunc legitimatio non retrotrahitur, & sic institutio non reconualescit. Ita communiter tenetur, vt dicit Alex. *in leg. Gallus, §. instituens, post num. 2. vers. Si autem filius.* Et hanc dicit esse communem opin. Gozad. *consil. 21. post num. 35. vers. Ad quintum.* Bene verum est, quod si pater ipse iussisset filium legitimari, crederem idem dicendum, quod ipso patre viuente legitimatus fuisset, ad quod faciunt ea, quæ dixi supra *lib. 2. §. filius.*

7 Sed quæro, nunquid possit pater filium spurium
b instituere sub conditione, *b* si legitimabitur? Respond. quod sic:& talis institutio valebit. Ita tenent communiter Doctores, vt dicit Cagnol. *in leg. quamdiu. post numer. 3. ff. de reg. iur.* Hanc etiam dicit esse communem opin. Bauer. *Institut. de hered. instit. §. hæres, num. 6. & seq.* Ias. *in d. l. Gallus, §. Instituens, num. 5. & consil. 117. colum. penult. lib. 1.* quem Ioan. Dilect. *de art. test. lib. 1. caut. vlt. num. 15.* Dec. *consil. 176. post nnmer. 5. Et sic ratio.* Curt. iun. *consil. 84. num. 3.* & ita quotidie seruatur.

i Præterea quæro, *i* an valeat statutum disponens, quod pater possit instituere filium spurium: dixi supra *libro 1.*

ADDITIONES.

a Filius naturalis.] Obiter quæro, an filius † naturalis excludat substitutum? quod sic, commune dixi *in collect. mea commun. op. n in verb. Filius, nu. 58. & num. 59.* vbi etsi non succedat, tamen conditionem fideicommissi facit deficere, & ibi etiam posui regulam *cum esto fallen.* remissiue. *Giach.*

b *In quota parte possunt parentes filios naturales sibi heredes*
2 *instituere.*) Communis † & indubitata conclusio est: quod pater, etiam legitimis liberis existentibus, possit in testamento suo vnciam liberis naturalibus, & eorum matri relinquere, id est, partem duodecimam bonorum, per textum *in l. matre 2. C. de naturalibus liber.* legitimis vero liberis deficientibus, possit filium naturalē vniuersalem hæredem instituere, etiamsi habeat ascendentes; dummodo tamē legitimam partem eis relinquat. *Authent. licet patri C. eo.* Huiusque auth. dispositionem procedere etiam de iure canonico, & hodie in vsu ac practica obseruari, vltra Clarum hoc loco testantur Hostiensis, & communiter omnes *in c. lator præsentium 5. & c. tanta 6. ex.* *qui filij sint legitimi.* Paris. *cons. 14. nu. 15. lib. 2.* & alij, quos referendo sequitur Michael Grass. *lib. 1. recep. sent. §. institutio. q. 7. n. 2.* Harprec.

c *Sed quid dicendum est de filio spurio.*) Expeditū est ei, spu-
3 rio, † qui ex damnato coitu natus est, nihil ex testamento relinqui posse, *d. Auth. licet in fin. C. de naturalibus liber.* Secus est in alio spurio, nō ex damnato complexu, sed ex soluta & soluto, etiam non concubinariis, procreato: dummodo pater certus sit. Talem enim, ad instar filij naturalis, secundum voluntatem patris succedere posse, tenent Cacher. *decis. Pedemon. 85. nu. 1.* Rolandinus à Valle *cons. 85. nu. 1. vol. 3.* Ascanius Clement. *in tract. de patr. potest ca. 6. effect. 16. nu. 33* & Franciscus Bursat. *cons. 83. num. 1. lib. 1.* Si vero filius fuerit vulgo quæsitus, vt quia mater erat publica meretrix, & omnibus se prostituebat, & propterea filius ex ista natus certum patrem ostendere nō potest, ei succedere minime valet, ne quidem ex testamento. Bald. *in l. quisquis 5. C. ad l. Iul. maiest.* Ioseph. Ludou *decis caus.* Perus. *decis. 18. num. 20.* Cuius hæc assignatur ratio: quia † quemadmo-
3 dum pater per fatuitatem errat recipiendo talem spurium pro filio: ita etiam errat eum instituendo in vltima voluntate. Vnde causa illa falsa respiciens consanguinitatē, & affinitatem vitiat omnino dispositionem testatoris: quia si alias hoc certo sciuisset pater, nihil ei reliquisset. Grass. *d. § institutio. q. 7. nu. 10. in fine.* Porro † qui propriè dicantur liberi naturales tantum, item
4 spurij, siue vulgo quæsiti, & ex damnato coitu nati; an item & quatenus suis parentibus succedant, dilucide exposui *ad principium tit. Instit. de haredit. qua ab intestat. defer. n. 211. cum seqq. n. 285. cum seqq. & n 494 cum aliquot sequentibus.* Harprec.

d *Ex damnato coitu.*] Hic cadit pulcherrima dubitatio, nunquid † nati ex coniugio prohibito censeantur legitimi, si ambo
4 coniuges ignorauerint impedimentum matrimonij? quod sic receptum esse attestatur Rol. *cons. 93. numer. 18. lib. 3.* vbi etiam tales excludunt substitutum vocatum per verba simplicia. Et quod plus est, tales filij nati ex matrimonio putatiuo succedunt etiam in feudo: verum vt efficiantur legitimi, & patri succedere possint, requiritur, vt matrimonium haud sit clandestinum, sed celebratum in faciem Ecclesiæ, præmissis publicis denunciationibus in Ecclesia, & seruata forma *c. cum in inhibitio. de cland. despon. communes,* per Rol, vbi supra *nu. 26.* Et est hodie innouatum *per S. C. Trident. Sessio. 24. sub decreto de reforma. matrimonij cap. 1.* Giach.

e *De iure ciuili.*] Imò de iure † ciuili haud sunt alendi à pa- 5
tre. *§. vltra. in Auth. quib. mod. nat. effic. sui:* nec nominandi pro filiis, quia reputantur infames infamia facti. Verum de iure canonico, naturali pietate inspecta, tenetur pater spurium alimentare: & illa æquitas attenditur etiam in foro seculari, vide per Rimin. iun. *cons. 380. à numero 8. vsque ad numer. 20. & per totum.* Giach.

f *Sed pone, quod pater habens filium spurium, instituat ali-* 5
quem extraneum, &c.] Si † alius tertius hæres patris, filium spurium testatoris instituat; hanc institutionem (cum ex ea fraus præsumi non debeat) valere, præter Bartolum, & Alexandrum hic allegatis, tenent quoque Petrus à Duen. *in tract. de public. concubin. pagin. 314. num. 14.* hosque cum aliis referens Grassus *dict. §. institutio qu. 7. nu. 13.* Harprec.

g *Nam si esset legitimatus.*] Quid si institutio esset facta de 6
filio minus legitime legitimato, an valeat? quod non: dixi *in collect. mea comm. opin. in verb. legitimatio n 2* vide ibid. *Giach.*

Nam si esset legitimatus.] Scito, & memoria teneto, legitimato maiorem portionem relinqui non posse, quam vni legitimo minorem portionem habenti, Dec. *consil. 393. num. 2.* Verum si minus solemniter legitimatus instituatur, non tenet institutio, Cast. *in l. eam quam, per illum text. C. de fideic.* Paris. *consil. 10. nu. 22. vol. 2. & consil. 11 nu. 127 eod.* Dec. *consil. 176. vers. non obstat, & cons. 130. 288. 454* Ias. *cons. 127. vol. 4* Gouean.

Nam si esset legitimatus, vtique posset etiam à patre hæres institui.] Adde † idem sentientes Bartolum *in leg. ex facto. 41 ff. de vulg. & pupil. substit.* Parisium *cons. 10. nu. 74. lib. 2. consil. 7. n. 2. & consil. 8. n. 7. lib. 7.* eosque laudantem Grassum *dict. qu. 7. nu 5.* Verum de legitimandi modis, & legitimatorum successione accuratius disserui *ad §. aliquando. 13. instit. de nupt. & ad dict. princip. tit. Instit. de hæredit. quæ ab intest. deferunt, num. 210. & multis subseqq.* Harprec.

h *Si legitimabitur.*] Idem de institutione facta sub conditione cum capax fuerit: quæ similiter redditur valida. commune dixi *in dict. collect. mea comm. opin.* vbi supra *nu. 2.* Item quod institutio conditionalis haud transmittatur ad hæredes, moriente instituto ante impletam conditionem: commune etiam dixi, *sub num. 1.* Giach.

i *Quæro, an valeat statutum, &c.*] Communis conclusio est, 7
quod † statuto induci haud possit, vt filius spurius instituatur vel alias capax sit paternę donationis: cum præbeat occasionem fornicandi, & delinquendi: vt post Decium, Ioan. Dilectum, Fernand. Loazes, Boerium, Didacum Couar. Vasq. Petrum à Duen. & alios à se memoratos, asserit Michael Grassus *d. §. institutio. qu. 7. num. 11.* Harprec.

QVÆSTIO XXXII.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Pater an possit instituere nepotem legitimum, & naturalem natum ex filio spurio.*
2 *Et quid si illum instituat contemplatione filij.*
3 *Et quid si habeat sobolem legitimam.*

Ex Additionibus.

1 *Num auus possit instituere nepotem legitimum, & naturalem, licet ipse natus fuerit ex filio spurio.*
2 *Quid in nepote naturali ex filio spurio: quid item in nepote ex filio incestuoso.*
3 *Filio spurio hærede instituto, cui hæreditas applicetur.*

DIctum est, quod pater non potest filium spurium hæredem instituere. Quæro, nunquid possit nepotem *a* legitimum, & naturalem natum ex ipso filio spurio sibi hæredem instituere? Respon. quod sic:& est a
communis conclusio, vt dicit Cornel. *cons. 1. col. 16. in littera F lib. 3.* Berous *quæst. 117. circa princ.* Cessat enim in eo macula natalium, & licèt radix sit infecta, debet potius attendi causa immediata, quam mediata.

Scias tamen in primis, quid hæc conclusio non ita 2
absolute procedit, vt scilicet liceat auo indistinctè huiusmodi nepotem ex filio spurio instituere: sed distinguendi sunt tres casus, secundum Bart. *in d. l. Gallus, §.*

quod si is. Aut enim certum est, quod auus instituit istũ nepotem contemplatione filij sui spurij, vt scilicet filius ipse sentiat aliquod commodum ex tali institutione, puta vsusfructus, vel huiusmodi: & talis institutio corruit, & in hoc nemo dubitat. Aut vero certum est, quod illum instituit non contemplatione filij spurij; puta, quia ipse filius iam sit præmortuus, vel quia auus expressè cauerit in testamento, vt nihil ex ipsa institutione filio spurio acquiratur, neque etiã quo ad vsumfructum: & eo casu valet institutio. Aut sumus in dubio, quia scilicet non apparet, an contemplatione filij fuerit institutus, vel non: & tunc pariter valet institutio. Et ista est communis conclusio, vt attestatur Ias. *in dict. §. quod si is nu.* 21. *& seq.* In dubio enim semper fauendum est testamento; & sumenda est etiam præsumptio, propter quam delictum excludatur.

3 Item scias, quod hæc conclusio, quod auus possit nepotem legitimum ex filio spurio hæredem instituere, de plano procedit, quando ipse auus aliam sobolem legitimam non habet. Et ita esse communem opinio. attestatur Alex. *in d §. quod si is, num.* 7. Corn. *consil.* 25 *col.* 2 *lib.* 1. Dec. *cons.* 462. *nu.* 17. *& seq.* Sed quid si extet aui soboles legitima? Respond. quod extante sobole legitima, non potest auus plus relinquere tali nepoti legitimo, nato ex filio spurio, quam potuisset relinquere ipsi filio spurio eius patri. Ita tenuit gl. *in l. fin. C. de nat. liber.* arg. illius legis, quæ in nepotibus ex filiis naturalibus ita distinguit. Et hanc opin. dicit esse communem Alex. *consil.* 74. *post num.* 5. *lib.* 5. Ias. *in l. hæreditas, n.* 8. *C. de his quib. vt indig.* Bertrand. *consil.* 177. *n.* 1. *lib.* 3. *in* 2. *part.* Apost. ad Alexan. *in d. cons.* 74. *sub n.* 1. Licèt super hoc articulo Doctores varia scripserint: hæc tamen opinio tanquam verior, & æquior tenenda esset in practica. Semper enim fauere debemus legitimæ soboli potius, quam illegitimæ, vt homines ab illicito concubitu, quantum fieri potest, retrahatur.

ADDITIONES.

a N*unquid possit nepotem.*] Item quod institutio facta de nepotibus ex filio spurio, casu; quo filius legitimatus hæres primo loco institutus sit incapax, valeat: commune dixi *in dict. coi. mea commun. opinio. in verb. institutio num.* 6. Giach.

Nunquid possit.] Hanc quæst. & distinctionem de nepote legitimo ex filio spurio exaudias, secus ex filio incestuoso, quia à nullo ex parentibus nullo casu potest institui. Alexan. Iason & Claud. Lancell. *in leg. Gallus, § quid si is, Dig. de lib. & posthum.* Corn. *cons.* 25. *vol.* 1. Mars *sing.* 145. Corset. *sing.* 135. Gouean.

Nunquid possit nepotem legitimum, & naturalem natum ex
1 *ipso filio spurio sibi hæredem instituere.*] Quod † auus possit instituere nepotem legitimum, & naturalem, licèt is natus fuerit ex filio spurio, deficiente prole legitima ipsius aui, vltra hic relatos, tenent Ioan. Dilectus *in tract. de arte testand tit.* 1. *caut.* 14. *n.* 12. Nicolaus Boërius *decisio* 127. 16. Bermond. *de publ. concubin. pag.* 346. *nu.* 45. *& seq.* Petrus à Duen. *in tract. regul reg.* 366. *lim.* 1. Anton. Gabriel. *lib.* 4 *commun. opin. tit. de hæredit. inst. conclus.* 3. Ioseph Ludouic. *in decisio. causar.* Perusinar. *decis.* 18. *n.* 13. *& seq.* Andr Gail. *practic. obseruat. lib.* 2. *obseru.* 115. *nu.* 5. vbi ait, hanc esse communem, & benigniorem opinionem, quam etiam Camera Imperialis sequitur. Eandem quoque amplectitur Michaël Grassus *lib.* 1. *recept. sentent. § instit. qu* 8 *nu* 1.

Addendum hoc loco est: ea, quæ † de nepote legitimo, & na-
2 turali hic dicuntur, etiam procedere in nepote naturali ex filio spurio: non item in nepote ex filio incestuoso: quoniam incestuosi ne naturalium quidem filiorum appellatione veniunt. Ita sentiunt Bald & Salicet. *in l. si quis incestis.* 6. *C de incest. & inutilibus nupt.* Martin. Laudens. *in tract. de legitimat n* 73. Anton. Gabriel *dict. conclus.* 3. *n.* 11. Couar. *lib.* 4 *decr par.* 2. *c.* 8. § 1. *n.* 13. *& seqq.* hosque referens Grassus *d. q.* 8 *nu* 4 *&* 5.

Addendum hic & illud; quod † si de facto pater filio spurio
3 quippiam reliquerit, eumve instituerit, id legitimis liberis, vel cognatis proximioribus deferatur, non fisco; vt testantur Alexand. *consil.* 74. *num* 6. *volum* 3. Petrus à Duen. *Reg.* 366. *ampliat.* 3. Fernandus Vasquius *lib.* 3. *controuersiar. illustr. cap.* 102 *num.* 8. & Grassus *dict §. institutio. quæst.* 9. Harprec.

QVÆSTIO XXXIII.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Prodigus an possit testari.*
2 *Vasallus an possit de feudo testari.*

Ex Additionibus.

1 *Quatenus prodigus testari possit.*
2 *Num prodigo ipso iure, an decreto iudicis bonorum administratione interdicatur.*
3 *Quid lege fieri dicatur.*
4 *Explicatio l.* 1. *ff. de curatoribus furioso, & aliis, &c.*
5 *Furioso quatenus bonis interdicatur & curator detur.*
6 *Prodigus furioso æquiparatur.*
7 *Notorium & decretum pari passu procedunt.*
8 *Intellectus l. Iulianus,* 10. *& l. si furioso,* 6. §. 1. *ff de curatoribus furioso, &c. & similium.*
9 *Sententia l. his, qui* 12. §. 2. *ff. de tutoribus & curatoribus datis ab his, &c.*
10 *Explanatio, & mens cap. veritatis,* 8. *de dolo, & contumacia.*
11 *Interdictionis bonorum formula quæ; & quem prodigum concernat.*
12 *Referuntur auctores, qui concludunt, notorie prodigum ipso iure bonorum administratione priuari.*

QVæro, nunquid a prodigus possit testari: Respon. 1
quod antequam sit illi interdicta per Iudicem a
b administratio bonorum, poterit testari, & eius testa- b
mentum valebit. Ita dicit gl. *in l. is, cui lege, in princ. in* 2. *exemplo, Dig. de test.* & illa gl. communiter approbatur, vt dicit Aret. *in d. l. is cui colum.* 1. *vers. in gl. posita.*

Item quæro, nunquid vasallus possit de feudo testari? dixi infra *lib.* 4 §. *feudum, qu.* 40.

ADDITIONES.

N*unquid prodigus possit testari.*] Testamentum † prodigi, a
quod fecit, antequam ipsi interdictio bonorum fieret, ra- 1
tum esse, apparet *ex §. item prodigus* 2. *Instit. quibus non est permiss fac. test. & l. is, cui,* 18. *D. qui test. fac. poss* ibique Bartol. Paul. Angel. Paulus de Castro, Iason. & alij communiter. Fernand. Vasqu. *controuers. illustr. c.* 37. *nu.* 9. Michaël Grassus *lib.* 1. *recept. sentent. § testamentum, quæst.* 12. Francisc. de Caldas *ad l. si curatorem, verb. cum non absimilis, Cod. de in integr. restit. min. n.* 4. Nicolaus Reusner. *in tract. de iure testamentor. parte* 2. *c.* 11. *n.* 7. *& seqq.* Harprec.

b *Antequam sit illi interdicta per iudicem administratio.*] similiter scias, quod prodigus potest contrahere, & alienare, antequam sibi interdicatur a iudice: commune dixi *in colle. mea commun. opin. in verbo, prodigus, num.* 1. *& num.* 2. quod prodigo interdicta sibi prius administratione datur curator, non vt prodigo, sed vti minori. Item quod prodigus obligetur ex suo delicto: commune, ibidem, *num.* 3. Giach.

Antequam sit illi interdicta per Iudicem administratio bono- 2
rum.] Prodigo † non ipso iure, sed decreto Iudicis, siue Magistratus bonorum administratione interdici, vltra Iulium Clarum & Giacharium hic, tenent Bartolus, Iason. Alexand. Castr. Duaren. Cuiac. *in l. is, cui* 6. *D. de verb. oblig.* Baptist. à Villalob. *in communib. opinio. verb prodigus, nu.* 31. Viglius *ad dict. §. item prodigus, num.* 3. *Instit. quibus non est permiss fac. testam.* Viuius *lib.* 1. *opinio conclus* 247. *& opinion.* 240. hosque referens Gœddæus *in commentar. de contrah. & committ. stipulat. cap.* 7. *concl.* 10. *num.* 141. *cum seqq.* quibus adiiciendi sunt Ioann. Borcholt. *in commentar. de verb. oblig. c.* 1. *n.* 56. & seqq. Petrus Heigius, *n.* 2. Forsterus iunior *in tract. de pact. cap.* 5. *pag.* 130. Hœnon. *disput.* 3. *controuers.* 14 Vvegnerus *disputat.* 3. *th.* 6. *lit. A.* Matthias Stephani *cons.* 1. *qu.* 90 & Roberus *disput.* 5. *ad Instit. th.* 6. Verum contraria sententia, quod prodigo ipso iure, absque magistratus decreto bonis interdicatur, si modo notorie & manifeste prodigus fuerit, licèt non receptior, attamen verior putatur. Etenim prodigo dicitur bonis lege interdici, *l.* 1. *ff. de curatorib. furioso, &c. d. l. is, cui leg* 18 *ff. qui test. fac poss & l. mutum,* 5 §. 1. *ff. de acquir. vel omitt. hæred.* Atqui † id demum lege fieri dicitur, 3
quod sola fit lege, nullo hominis facto interueniente, *argum. l. legitimos,* 5. *in princ. D. de legitimis tutorib. l. vltim. §. fin autem*

testamen-

testamentum,6.C.de curatore furiosi,vel prodigi. §.1. *Instit.de heredit.quæ ab intest.defer.& leg.capitis,*1.*ff.de suis & legit.heredib*
4 Nec † obstat quicquam,quod *in d.l.*1. *D.de curatoribus furioso,& aliis,&c.& in d.§.furiosi* 3.*Inst.de curatorib.* disertè traditur: prætorem, vel præsidem hodie prodigo curatorem dare: quod nihil aliud esse videtur, quam hodie prætores, vel præsides prodigo bonis interdicere. Aliud namque est, bonis alicui interdicere: & aliud,curatorem dare. Prodigo interdicitur bonis ipso iure, videlicet *lege XII. tabularum*: at prodigo datur curator à prætore. Vnde Vlpianus *in d.l.*1. ait: Sed solent hodie prætores,vel præsides curatorem ei dare: non vero dicit,bonis sed interdicere. Ceterum plerique censent, hæc non esse separata, inseparabiliter connexa: eo quod ille, qui dicit,in curatione aliquem esse, simul hoc dicere creditur, bonorum suorum administrationem ei ademptam esse. Verum licèt illis hoc concedatur: non tamen statum obtinebunt, antea bonorum administrationem illi non esse ademptam, quam in curationem incidat. Valet sane consequentia: in curatione est: ergo bonorum administratio ipsi adempta est. Non item valet consequentia: in curatione est: ergo bonorum administratio ipsi antea adempta non est. Idque patet exemplo furiosi: cui, quam primum
5 † furore diuexari cœperit, quamuis ipso iure bonis interdicatur: vt probant verba *legis XII.tab.* à *Cicerone libro* 2. *de inuent. & lib* 4.*Tusculanar quæstio.recitata*; Si furiosus est,agnatorum, gentiliumque in eo, peculiaque eius potestas esto: nihilominus tamen ei Curator à prætore, vel præside datur, *d.§ furiosi.*3. *Instit. de curatoribus & d l.*1.*ibi, exemplo furiosi, D de curatoribus*
6 *furioso,& aliis, &c.* Atqui † prodigum furioso æquiparari,& similem esse,aperte constat *ex l. Fulcinius* 7.§.*idemque & in prodigo D.quibus ex caus.in possess.eatur,l.*1. *Cod.de curatore furiosi, vel prodigi,l.his,qui* 12.*in fine,D.de tutoribus & curatoribus datis ab his, &c.* Hoc facit præterea, quod vbi aliquid est manifestum & notorium, perinde statuendum sit,ac si de sententia esset
7 lata,aut decretum interuenisset. Notorium † siquidem, & decretum siue sententia pari passu procedunt: adeoque in notoriis, vlteriore magistratus decreto vel auctoritate opus non est, *argum.leg.quid tamen,*21 *§ si arbiter,D de recept.arbitr.leg.cum prætor.*12.*D.de iudic.l.*1.§.1. *D.ad SC. Turpillia. l. ex empto.*1.§. *emptorem,*12. *ibi,quia manifestum fuit, Dig.de actionibus empt.* Iosephus Mascard *de probat.concl.*3 107. *vol.*2.
8 Huic non aduersatur,quod † *in l Iulianus* 10 *in princ.& l.si furiosi,*16 §.1. *D.de curatorib.* furioso,& aliis extra minores dandis,dicitur per prætorem bonis prodigo interdici, & quod *in dict.l.is,cui,*18. *qui test.fac.possint* proponitur de prodigi testamento, quod interdictione sit prius, siue vetustius, & quod *in l.& mulieri,*15.*D de curatorib.furioso.& aliis,&c.* de muliere luxuriose viuente notatur, ei ex decreto bonis interdici posse, & quod *in l.patri,*27 *circa vrincipium,D.de minorib.* scribitur,tum demum agnatos & affines adolescentis luxuriose viuentis nomine postulantes in integrum restitutionem, audiendos esse, si eius vitæ sit adolescens, vt ei merito bonis interdici debeat, & quod denique *in l.certi condict.*9 §.*sed & si* 7. *D. de reb.creditis,* prodigi,siue interdictionis fit mentio. Etenim id omne de prodigo,qui non est notorie prodigus, siue de cuius prodigalitate omnibus non constat,accipiendum est. Huic enim licèt reuera bonis sit interdictum à lege,ex eo statim tempore, quo bona sua dilapidare,ac dissipare cœpit: quia tamen de interdictione isthac non omnibus perinde liquet: propterea quod nec omnibus facultates eius satis sunt cognitæ: idcirco prætoris decreto hoc casu est opus, quo non tam bonis ei interdicatur, quam prodigus declaretur, eidemque bonis interdictum esse significetur. Quod si vero de prodigalitate alicuius notorie omnibus constet: superuacuum erit eum,qui neque tempus,neque finem expensarum habet, sed bona sua dilacerando & dissipando profundit,prodigum à magistratu declarari,eique bonis interdici.
9 Sic quoque non † refragatur textus *in prædicta l. his,qui* 13 §. *Diuus Pius* 2. *D.de tutorib.& curatorib. datis ab his, &c.* vbi dicitur, quod diuus Pius matris querelam de prodigis liberis admiserit, iusseritque, vt illi in cura essent, atqui si ipso iure prodigi fuissent,bonisque eis lege interdictum: non amplius fuisset opus matris querela, nec digna, vt ab Imp. admitteretur. Nam *ista leg.* non de interdictione bonorum,sed de datione curatoris agitur: Quamuis enim illic filiis prodigis ipsa lege bonis interdictum fuerit: quia tamen interdictionem illam spernebant,eaque non obstante,bona sua profundere, ac dissipare pergebant: ideo de hac ipsorum prodigalitate conquesta est mater, petiitque, non bonis liberis interdici,sed curatorem illis constitui.
Similiter † non obstat *c. veritatis,*8. *ext. de dolo & contumac.*
10 vbi notorium erat, Episcopum dilapidare bona Ecclesiæ, sicque prodigum esse: & nihilominus tamen Pontifex decernit, prius hoc examinari, deinde recognita bonis interdici fas esse. Prætherquã enim, quod negatur, Episcopum,de quo ibi agitur,prodigum fuisse; cum non sua (quod definitio prodigi exigit, de que *in l.*1. *Dig. de curatoribus furiosi &c.*) sed aliena, Ecclesiæ videlicet bona profuderit: etiam non inepte respondetur, quod quamuis Episcopus prodigus fuisset; non tamen notorie fuisset prodigus. Tum quia publica duntaxat fuit fama, Episcopum illum prodigum esse vt in ipso textu dicitur, ibi, publica prædicabat infamia,&c.

Tum quia illic inquisitio & causæ cognitio fuit adhibita; quæ non in notoriis, sed in obscuris solummodo adhiberi solet. Tum etiam quia ibidem Episcopo non fuit bonis interdictum: sed is ab officio fuit remotus, & quidem non ob solam bonorum Ecclesiæ profusionem,verum ob alia etiam crimina, vt ex ipso textu euidenter constat.

Præterea † non resistit formula interdictionis à prætore facta, quæ extat apud Paulum *lib.*3. *sentent. tit.*4 his verbis conceptam: Quando tibi bona paterna, auitaque nequitia tua disperdis, liberosque tuos ad egestatem perducis, ob eam rem tibi ære commercioque interdico. Nam formula isthæc ad eum pertinet prodigum, quem talem esse manifeste,& notorie nondum liquet. Huic enim decreto solere bonis interdici, liberaliter conceditur. 11

Ex quibus omnibus perspicuum euadit: notorie prodigum ipso iure bonorum administratione, citra vllum factum aut decretum iudicis priuari. Atque † hanc conclusionem tuentur Petrus de Bellapertica, Raphaël Cuman. Imola Donellus *in d. leg.is,cui,*6.*D.de verb.oblig.* Io.Faber *in dict.§ furiosi* 3. *Instit.de curatoribus,* Bald.*consil.*5.*& sequent.libro* 2. *& consil.*187.*libro* 5: Dominus Collega Bocer *in tract. de inuestitura feud.cap.*4.*numero*36.*& seq.* Stephanus Betchtoldus *in tract.de process. iudic. th.*87. Arumæus *exercitat. Iustin.*12 *th.* 7. *liter.* D. Fachineus *libro* 2.*controuers.iur.parte* 1,*cap.*62.*& nouissime l.*1.*variar.resolut.iur.ciuil.tract.*4. *quæstio.*20. illamque & nos defendimus *ad dict. paragraph. furiosi,*3. *Institut. de curatoribus numero* 7. *& seqq.* Harprec. 12

QVÆSTIO XXXIV.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Inhabiles ad testandum an possint testari ad pias causas.*
2 *Intestabiles actiue, scilicet qui non possint condere testamentum,an etiam sint intestabiles passiue, vt scilicet non possint capere ex testamento.*
3 *Et quid si Princeps concedat alicui facultatem testandi: an ille poterit testari,non seruatis solemnitatibus à iure requisitis.*

Ex Additionibus.

1 *Cur Hæreticis, & his credentibus, testandi facultas adimatur.*
2 *Hæreticus inter liberos orthodoxos testari potest.*
3 *Apostatis vtraque testamenti factio adempta.*
4 *Hæretici qui appellentur.*

QVæro, nunquid illæ personæ, quæ alias sunt inhabiles ad testandum,possint testari ad pias causas: Dixi supra,*qu.*5. 1

Item quæro,nunquid personæ, quæ sunt intestabiles actiue, scilicet, quæ non possunt facere testamentum, sint etiam intestabiles passiue, ita vt neque possint capere ex testamento? Respond, in hoc est distinguendum. Nam aut quis est prohibitus testari propter aliquod crimen commissum, vt est hæreticus,& talis non potest capere ex testamento. Aut est prohibitus testari propter aliquem defectum, qui non cadit in crimen,vt est pupillus,mutus, & huiusmodi, & non prohibetur capere ex testamento. Ita tenet gloss. *in leg. is cui,*§.1 *in gloss.fin.ff. ff.de testam.* quam approbat DD. communiter omnes, vt dicit Aret. *in eo.* §.1.*col.fin.versic.in gloss.vltima.* 2 4

In proposito huius materiæ quæro,si Princeps concedat alicui facultatem testandi, nunquid iste poterit testari, non seruata solemnitate à iure requisita? Resp: aut ille, cui Princeps concedit facultatem testandi,est alias de iure communi inhabilis ad testandum,& tunc facultas intelligitur seruata solemnitate iuris communis. Aut vero talis facultas est concessa alicui,qui sit habilis ad testandum; & hoc casu, concesso quod aliquid operetur, intelligitur absque solemnitatibus iu- 3

ris communis. Ita distinguit gl. *in l. si quando, in gl. 1. C. de inoff. test.* & dicit Alber. *in d. l. si quando, in fin princip.* quod hæc opinio, & distinctio communiter tenetur, ac seruatur. Dicit etiam Dec. *in l. Eunuchis, post num. 15. C. qui test. fac. poss.* quod eam gl. comm. DD. sequuntur.

ADDITIONES.

a *Vt est hæreticus.*] Et quod hæreticus haud possit testari, speciale est, vt dixi supra *quæst. 24. in apostil. signata littera B.* Giach.

1 *Vt est hæreticus.*] Hæreticus, iisque † credentibus testandi facultatem ademptam esse, apparet *ex l. Manichæos, 4. §. ergo. 5. & auth. credentes, C. de hæretic. & manichæis.* Huiusque præcipua ratio est: tum criminis ipsius atrocitas, cuius iniuria ad omnes pertinet: vnde & publicum crimen dicitur, *d. l. 4. §. 1. eod.* tum omnium bonorum publicatio *dict. l. 4. §. 1. Cod. d. titul.* late, post alios, Dauth. *in tract. de testam. tit. qui testam. fac. poss. num. 142. & seqq.* Illisque non immerito ab hominib. sua bona auferuntur, qui Maiestati diuinæ honorem debitum detrahere non reformidarent. Auth. Gazaros, *C. de hæreticis, &c.* Si tamen pater

2 † hæreticus inter liberos orthodoxos testamentum fecerit, id sustinetur, per textum expressum *in Nouell. 115. cap. 3. §. si quis de prædictis. 14. vers. generaliter autem prouidendum, &c. & Nouell. 144. cap.* Reusner. *in tract. de iure test. par. 2. cap. 46 num. 10.*

3 *& seq.* Quemadmodum † autem hæreticis, ita & apostatis lege adempta est testamenti factio, tam passiua, quam actiua: adeo, vt non modo ipsi testamentum facere nequeant (siquidem nec bona habent, de quibus testari possint: quippe quæ ipso iure confiscata intelliguntur, *cap. cum secundum 19 ext. de hæretic. in*

4 *6.*) sed & † nemini in hæreditate succedant: ac insuper à testimoniis dicendis repellantur, *leg. hi, qui sanctam, 3 & leg. seq. Cod. de Apostatis.* Bonifac. de Vitalib. *in tract. de maleficiis, sub rubr. de apostatis num. 2.* Appellantur porro hæretici, qui non credunt, quæ in Synodis, Nicena, Constantinopolitana, Ephesina, & Chalcedonensi decreta sunt, *l. quicunque 8. Cod. de hæret.* Ceterum à diuo Hieronymo vocantur, quicunque aliter scripturam sacram, quam Spiritus Sancti sensus flagitat, intelligunt: istumque suum errorem pertinaciter defendunt. *cap. hæresis, 27. caus. 24. qu. 3. c. dixit 29. caus. 24. qu. 3.* Harprec.

QVÆSTIO XXXV.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Institutio hæredis in testamento necessario requiritur.*
2 *Et an sufficiat tacita.*
3 *Et an valeat testamentum secundum consilium Galli Aquilij.*

Ex Additionibus.

1 *Hæredis institutio alia expressa, & alia tacita.*
2 *Quibus casibus tacita hæredis institutio inducatur.*

Vidimus, quibus personis permissum sit facere testamentum, & quæ personæ ex testamento capere possint: nunc est videndum, quæ in testamento ipso requirantur. Et in hoc scire debes, quod ex his, quæ de iure in testamentis requiruntur, aliqua sunt, quæ

1 respiciunt formam substantialem ipsius testamenti, vt

a est institutio a hæredis: Aliqua respiciunt formam probatoriam, vt sunt rogitus testium, ac Notarij, publicatio testamenti, & huiusmodi, de quibus omnibus sigillatim videamus.

2 In primis igitur institutio hæredis est caput testamenti, *§. hæredis autem. Instit. de legatis,* neque sine ipsa dici potest esse testamentum: & consequenter illa deficiente, testamentum ipsum corruit, vt de his omnibus sunt iura vulgatissima. Scias autem, quod duplex

b b est institutio hæredis, expressa scilicet, & tacita. Expressa est, quando testator nominatim dicit, Titium hæredem instituo. Tacita vero, puta, si testator dicat: Si ille, qui ab intestato mihi successurus est, nolit esse hæres, substituo Caium. Nam hoc casu videtur tacite testator instituisse eum, qui erat illi ab intestato successurus. Quæro nunc, an ista tacita institutio sufficiat ad validitatem testamenti? Respond. Aut ille, qui est tacite institutus, erat persona, quæ de necessitate iuris non debebat institui, vel exhæredari, sed erat extraneus: & tunc sufficit huiusmodi tacita institutio ad validitatem testamenti, & substitutionis, & in hoc consentiunt omnes Doct. vt dicit Gulielm. de Benedict. *in 2. par. rep. c. Raynutius, fol. 4. nu. 23.* Aut vero iste erat filius, vel alius, qui de necessitate debebat institui, vel exhæredari: & hoc casu non sufficit, quod sit eo modo tacite institutus, sed requiritur, quod sit nominatim & expressè institutus & hæc est communis opin. vt attestatur Guliel. de Benedict. *in loco preallegato, nu. 23. & seq.* Ratio autem differentiæ est. Nam licet vtroque casu videatur testator tacite instituisse eum, quem posuit in conditione; tamen in secundo casu hæc tacita institutio non sufficit: ex quo pro forma traditum est à lege, quod filius nominatim instituatur, vel exhæredetur, quæ non potest per æquipollens adimpleri.

Hinc infertur, quod non valet testamentum conditum secundum consilium Galli Aquilij, scilicet per illa 3
verba, Si filius meus me viuo morietur, nepotem instituo: quia necessaria erat institutio filij expressa: Et hæc est communis opinio, quidquid dixerit Bart. *in l. Gallus, in princ. num 5.* & illam communem esse attestatur Alexand. *conf. 108. post num. 4. vers. prædictis etiam, lib. 1.* quod est in ea parte duplicatum *in conf. 109. nu. 7. lib. 2.* Idem Alex. *conf. 185. post num. 17. vers. nec obst. quod not. lib. 2. conf. 199. post num. 12. eo. vol.* quem refert Apostil. ad Bart. *in leg. Gallus, in princ. sub num. 5.* Idem affirmant Scribentes *in d. l. Gallus in princ.* & in specie Alex. *post n. 6. vers. ex prædictis,* & Claud. *post n. 10.* & Ias. *n. 44.*

ADDITIONES.

a *Institutio.*] Aduerte huic triplicem esse institutionem; propriam, impropriam & impropriissimam. De his vide per Angel. de Aret. *§. 1. Instit. de hæred. instit.* & adde, quod si sint liberi, sunt necessario à parentibus instituendi, vel exhæredandi, vt valeat testamentum: habetur *in leg. inter cetera, D. de lib. & posthum.* vel saltem eis institutionis titulo, quod est honorabilius, aliquid est relinquendum, & de his vide per Durant. *de art. test. tit. 4. c. 1.* vbi *numer. 8* econtrario ausfat filium facientem testamentum in casibus à iure permissis, vt parentes in aliquo instituant hæredes, quia illis præteritis testamentum viribus caret. Et ista est communis. Giach.

b *Duplex est institutio hæredis, expressa scilicet, & tacita.*]
1 Expressa † hæredis institutio est, quæ verbis expressis exprimi solet, *l. hæredes palam. 21. D. qui testam. fac. poss. leg. iubemus, 29. C. de testam.* Tacita est, quæ ex verborum consequentia colligitur, *leg. vlt. C. de hæred. instituend.* & quibuscunque verbis, vel quolibet loquendi genere formata fuerit, valet: si modo per ea liqueat voluntatis intentio, vt loquitur Imper. Constantinus *in leg. quoniam indignum, 15. C. de test.* & tradit Romanus *cons. 179. num. 9.* Socinus senior *cons. 33. num. 13. vol. 1.* vsque adeo, vt etiam fauore institutionis quandoque à propria verborum significatione recedatur, docente Iasone *in l. vlt. n. 58. C. vnde liberi.* Porro casus, quibus † tacita hæredis institutio inducitur, multi 2
sunt: quorum aliquorum aliquos congessit Petrus Peralta *in rubr. Dig. de hæred. instituend. num. 171. cum multis seqq.* cumque referens Thadeus Piso *lib. 2. variar. resolut. cap. 1 num. 5. & subsequentibus* Harprec.

QVÆSTIO XXXVI.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Institutio hæredis debet esse certa.*
2 *Et quid si nō sit specialiter expressa persona hæredis, sed veniat certificāda per aliā schedulā, vel scripturam.*

Ex Additionibus.

1 *Institutio hæredis certa esse debet.*
2 *Cur persona penitus incerta institui nequeat.*
3 *In testamentis requiritur mentis integritas.*
4 *Quatenus hæredes institui possint, quos testator nunquam vidit.*

5 An

§ *An & quatenus sufficiat exprimere nomen hæredis per relationem.*

1 AD hoc autem, vt institutio valeat, plura requiruntur. Primo scilicet, quod sit certa. Item, quod ore proprio exprimatur. Item, quod sit justa, & intelligo justam, quia si testator habet filium, tenetur illum instituere, &c. Dixi ergo inprimis, quod debet *a* institutio *a* esse certa; quia nisi persona eius, qui hæres instituitur, sit certa, testamentum ipsum corruit, *l. quoties, §. hæres, ff. de hæred. instit. cum similibus.* Quod tamen intellige secundum doctrinam Bart. *in l. quidam relegatus num. 3. de reb. dubiis*: quam dicit esse communem Paris. *cons. 1. num. 12. & 15. lib. 3.*

2 Sed quid si testator certum hæredem in testamento suo nominatim non expresserit, illum tamen designauerit per relationem ad aliam schedulam, vel scripturam, in qua sit ipsius hæredis nomen expressum, ita tamen, quod illius persona veniat solum post testatoris mortem certificanda? Certe talis institutio sustinebitur, & ad hoc allegatur Bart. *in leg. si ita scripsero. D. de cond. & demonst.* Sed aduertendum est, quia Bar. ibi loquitur in legatis, & relictis particularibus, & in illis doctrina Bartol. est communiter approbata, vt dixi supra, *§. legatum*, & attestatur etiam Ias. *in l. certum. post num. 1. ff. si cert. petat.* qui subdit, contrarium esse tenendum in hæredis institutione: & ad hoc ponderat Bart. *in leg. fin. in fin. Cod. de fideicommiss.* & dicit, quod opin. Bart. ibi est communis. Sed quidquid dicat Iason. Doctores magis communiter idem sentiunt, etiam in institutione hæredis vniuersalis, vt dixi supra *qu. 4. versic. Sed pone.* Et hanc opin. quod valeat huiusmodi institutio implicitè facta per relationem ad aliam schedulam dicit esse communem Paris. *cons. 19. n. 13. lib. 3.* vbi etiam dicit ita communiter seruari Natta, *in repet. Authent. quod sine. nu. 26. C. de testam.* Iudicio meo negari non potest, quin hæc opinio in puncto juris non modicam patiatur difficultatem: nihilominus propter auctoritatem Doctor. illam tenentium, & stante etiam communi obseruantia, non esset ab ea in practica re- *b* cedendum, Illam *b* tamen intellige, vt procedat; modo liquide constet, illam schedulam, vel scripturam quæ exhibetur, esse illam, ad quam testator se retulit, alias dispositio esset penitus nulla. Ita dicit Bartol. *in dict. l. si ita scripsero*, & ita omnes vno ore concludunt, vt dicit Paris. *in allegato consil. 19. num. 26.* Vide, quæ dixi *in d. q. 3. versic. Sed pone.*

ADDITIONES.

1 *a* DEbet *institutio esse certa.*] Persona † omnino incerta (puta, si testator dicat: Qui primus ad funus meum venerit, hæres esto) hæres institui nequit. *§. incertis, 25. Instit. de legat. l. quoties, § hæres, 9. l. in tempus 7. parag. 1. ff. de hæred. instituend.* Michaël Grassus *lib. 1. recept. sent. §. institutio, q. 16. num. 1. & 2.* Cuius † ratio
2 tio assignatur ab Vlpiano *in fragment. Instit. tit. 22. §. incerta*, quoniam certum debet esse consilium siue judicium testantis. Eodem facit, § *sed nec huiusmodi 27. vers. tutor autem, Instit. de legat.* cum enim nihil † æque in testamentis requiratur, ac men-
3 tis integritas, *leg. 2. D. qui testam. fac. poss.* dementis autem testamentum non valeat; & species amentiæ videatur, bona magno labore quæsita incertæ personæ relinquere: consequitur, incertam plane personam institui non posse, Hilliger. *in Donell. enucleat. lib. 6. c. 17. ad lit. X.* Neque mouet, etiam † eos hæredes in-
4 stitui posse, quos nunquam testator vidit, *§. ult. Instit. de hæredib. instit.* Siquidem isthæc incertitudo non est in persona hæredis, sed circa eius accidentia; vt circa faciem, honores, ætatem, & similia; quæ ipsam personam non faciunt incertam. Potest etenim persona de facie multis esse incognita; ast ob varias, multiplicesque virtutes, & singularem eruditionem esse notissima, vti tradunt Vulteius *in §. & vnum hominem, 4. Instit. d. tit.* D. Obrecht. *disput. 10. th. 177. cum seqq.* & Arumæus *Exercit. Iustin. 8. th. 6.* Tametsi alij aliter sentiant, Donell. *lib. 6. comment. de iur. ciu. c. 17. pag. 52.* Cuiac. *in paratit. C. titul. de incert. person. in fin.* & Dn. Colleg. Bocer. *class. 3. disp. 4. th. 15. edit. 2.* Harprec.

5 *b* *Illam tamen intellige, vt procedat, &c.*] Sufficit † exprimere nomen hæredis per relationem ad aliquam schedulam (veluti quia testator dicat: eum mihi hæredem instituo, qui scriptus est in schedula, quam deposui apud Guardianum S. Francisci, &c.) dummodo aperte constet, quod dicta schedula sit scripta manu testoris. Ita, post Bartolum & Parisium à Claro hic citatos, tenent Ioan. Crot. *in l. 1. § si quis ita, in 2. lect. num. 4. D. de verb. obligat.* Boërius *d. cis. 140 num. 5.* Natta *in auth. quod sine quest. 10. & 11. Cod. de test.* Ludouic. Zotus *in respons. pro exec. num. 72. & 76.* eosque laudans Grassus *dict. § institutio, quest. 16. num. 4* & Thadeus Piso, *lib. 2. var. resol. cap. 2. nu. 2. & 3.* vbi id copiosius explanat. Hucque referri poterunt, quæ annotauimus supra *ad qu. 4. num. 8* Harprec.

QVÆSTIO XXXVII.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Testator debet hæredem ore proprio nominare.*
2 *Et quid si Notarius nominet ipse hæredem, & interroget testatorem, qui respondeat quod sic.*
3 *Et quid si id fiat ab alio, quam à Notario.*
4 *Et quid si Notarius testatorem non specialiter de hærede ipso, sed de toto testamento interroget.*
5 *Et quid si testator articulate loqui non possit.*
6 *Et quid si talis interrogatio fiat à persona suspecta.*
7 *Et quid si huiusmodi testamentum scriptum sit iniussu testatoris.*
8 *Et quid si testator prius aliud testamentum validum confecisset.*

Ex Additionibus.

1 *An valeat hæredis institutio, ad alterius interrogationem facta.*
2 *Et quid si testator non possit articulate loqui, mortique sit proximus.*
3 *Num testamentum primum solemniter confectum, per secundum, ad interrogationem alterius factum, tollatur.*

DIcebam etiam, in institutione hæredis requiri, 1 quod testator ipsum hæredem suo ore proprio *a* nominet: & de hoc est text. *in l. hæredis palam. in princ. ff. de testam.*

Sed quid si Notarius, aut aliquis alius ex astantibus, tempore testamenti exprimat nomen hæredis, & ipse testator verbis profiteatur se eum agnoscere, nunquid valebit institutio? Respond. Alber. Papien. tenuit, quod non: sed quod omnino requiratur, quod testator ore proprio nominet ipsum hæredem. Contrariam verò sententiam, scilicet, quod imo talis institutio valeat, tenet gloss. vulgata, quæ ad hoc quotidie allegatur *in l. iubemus. in verbo, quemadmodum. C. de testamen.* & ideo si quis *b* interroget testatorem hoc mo- *b* do: Vis instituere hæredem Titium? & ipse respondeat illius interrogationi, quod sic: sustinebitur testamentum, perinde ac si testator ore proprio hæredem ipsum nominasset. Et illam gl. dicit esse communiter approbatam Afflict. *decis. 143. nu. 3.* & ita communiter teneri affirmat Socin. *cons. 20. post num. 5. lib. 4.* Hanc etiam opin. esse communem attestantur Scribentes *in d. l. iubemus* & in specie Fulg. qui dicit, quod ita communiter tenetur, relatus per Corn. *cons. 261. in littera P. lib. 4.* & Alex. *n. 9.* & Ias. *nu. 10.* qui etiam refert Ang. ibi dicentem, quod hæc communis opin. approbatur in judiciis, & in scholis, licet Angel. in libro meo hoc non dicat, Alex. *consil. 12. post nu 6. lib. 1. & cons 33. nu. 1. & sequ. lib. 3. cons. 47. nu. 7. lib. 2.* Imol. *in c. cum tibi, num. 3. de testam.* quem refert Corn. *cos. 73. in littera H. lib. 1.* Corn. *cons. 157 circa fi. lib.* Bald. Nouell. *in leg. 1. §. si quis ita, ff. de verb. oblig.* quem refert Apostil. ad Alexand. *in d. l. iubemus, sub nu. 9.* Ias. *cons 324. in fin. lib. 1.* Dec. *cons. 489. post num. 3. versic. Et in casu* Ruin. *cons. 12. num. 9. & nu. 12. lib. 2.* Bertrap. *cons. 212. post num. 17. lib. 1. in 2. par-*

te.Bauer.*Inst.de testa.in princ.num.*64.*& seq.* Soc.iun. *cons.*144 *nu.*13.*lib.*2.*& cons.*178 *nu.*16. *eod.vol.& consil.*183.*num.*26.*eod.vol.*Boër. *decis.*35. *num.*6. Crauetta *cons.*117.*num.*1 D.Bellon.præceptor meus *in Institutionibus*, & deinde Mediolani Senator *cons.*61.*num.*7. Io. Dilect.*de arte testandi,tit.*4. *caut.*2.*num.*1. Et ita obseruari attestatur Bart.*in d l.hæredes palam,in fin.prin.*

3 Et licèt Bald.*in dict.leg.iubemus,num.*6.*in fin.* voluerit constringere hanc opin. gloss. & communem, vt solummodo procedat, quando ille, qui interrogat, est ipse Notarius, qui de testamento debet esse rogatus, & aliqui etiam ex prææallegatis DD. referant gloss. ipsam loqui in tabellione: Alij vero dicunt, quod glos. primo generaliter loquitur, deinde subdit, maximè si sit tabellio: tamen in libro meo illa gloss. nullam mentionem facit de tabellione: & judicio meo magis communis intentio DD. est, quod illa decis. gloss. indistinctè procedat, siue interrogans sit Notarius, siue quicunque alius. Et ita plures ex DD. suprà allegatis indistinctè affirmant illam esse communem; & multi etiam attestantur, consulentes in casibus, in quibus testator non fuerat interrogatus à tabellione, sed ab alio extraneo, & in specie Ruin. *consil.*2. *num.*8. *libr.* 2. & quod circumscriptis his, qui loquuntur in Notario interrogante, sit etiam longè magis communis opin. tenentium generaliter, tam in alio interrogante, quam in Notario, attestatur Cornel. *consil.*77. *in littera D.lib* 4.

4 Hanc etiam conclusionem nonnulli extendunt, vt procedat, non modo si Notarius specialiter de ipso hærede tantum testatorem interrogauerit, sed etiam si totum testamentum in scripturam redactum testatori legat, & deinde testatorem generaliter interrogauerit, an ita testari velit. Et ita loquitur Aret. *in Inst. de testament. in princip. post nu.*15.*versic. Nota istam.* vbi dicit, quod ita tenent communiter Doctor. quem refert Gratus *cons.*30.*num.*20.*lib.*2.

Sed certè licèt forte propter auctoritatem tot Doctorum difficile esset in practica obtinere contra opinio. illius gloss. mihi (vt verum fatear) illa nunquam placuit; quia negari non potest, quin eam tenendo sit aperta via fraudibus; & aliquando dicebam maximè è Republica futurum, si Cæsarea constitutione caueretur, ne huiusmodi testamentis, quæ ab infirmis ad alterius interrogationem conficiuntur, aliqua fides adhiberetur; nisi testator saltem per tres dies in bono sensu post tale testamentum conditum superuixisset. Nam sæpenumero ab infirmis ferè statim morituris solent talia testamenta extorqueri; vt ego aliquando in facto contigisse intellexi; & ideo de facili, si casus contingeret, recederem ab illa opinione tam judicando, quam consulendo.

5 Scias ergo imprimis, quod ista conclusio gloss. quæ *c* habet, quod *c* testamentum, & institutio valet, quando testator alio interrogante, vt velit talem instituere, respondet, quod sic: restringenda est, vt procedat, *d* modo *d* testator ipse non sit adeo oppressus morte, quod articulate loqui non possit, sed habeat adhuc bonum sensum, & bonam memoriam, alias secus. Et ita loquuntur omnes DD. suprà allegati, vt per te videre poteris, & in hoc nemo dubitat.

6 Item scias, quod dicta conclusio non procedit, vbi talis interrogatio fieret à persona suspecta, & qui est in vltimo mortis articulo constitutus: nam eo casu, attenta qualitate interrogantis, & statu interrogati, resultat vehemens suspicio, quod testator potius ad suggestionem, & importunitatem illius ita responderit, quam quod talis esset eius voluntas. Et ita hoc casu sequenda esset opinio Albert. Papin. quam his duobus concurrentibus dicit esse magis communem Socin.iun *in d.consil.*183.*num.*27. *& seq. lib.*2. vbi etiam refert Guliel. Ponta. idem attestantem *in l.* 1. §. *si quis ita,col.*6.*vers. Limitatur tamen,ff.de verb.oblig.*

Tertio scias quod illa gloss. & communis opin. restringenda est, vt procedat, quando testator prius exposuerat voluntatem suam Notario, qui eam redegit in scriptis, postea redit ad testatorem, & illa lecta, eum interrogat, an velit ita testari. Nam eo casu si responderit, quod sic, vtique valet, quod gestum est. Et hanc dicit esse communem declarationem, & limitationem Bello.*consil.*74.*numero* 14. Sed si quis iniussu testatoris testamentum aliquod ordinauerit, & postea coram ipso, & etiam coram testibus lecto tali testamento interroget testatorem, an ita velit, & testator respondeat, quod sic; tale testamentum nihil penitus valebit. Et ita communiter tenetur, vt dicit Bertrand.*cons.*194. *numero* 3. *libro* 3. *in* 2.*parte*, Socin jun. *in dict.consil.*83. *nu.*32. Et licèt Alexand.*in d l.iubemus*, & Dec.*in d consil.*489. & alij etiam superius alleg. *in versic. Sed quid si Notarij*, asserant, hanc opin. quæ dicitur fuisse Alber. Papin. esse communiter reprobatam; illud tamen non est verum, nisi quatenus ipse Alber. volebat simpliciter, & absolute, quod testator infirmitate grauatus non posset ad alterius interrogationem testari. Hoc enim repugnabat opin. gloss. *in d.l.iubemus*, quæ procul dubio est magis communiter approbata, *vt superius dixi*; sed quatenus volebat opus esse, quod ante interrogationem appareret testatorem ita voluisse testari, certe opin. Albert. est magis communis, magis æqua, & magis tuta, & ideo his duobus concurrentibus, scilicet quod testator sit valdè infirmitate grauatus, & quod non constet testatorem habuisse prius animum ita testandi, non esset ab ea recedendum. Et ita secundum istam opin. in facti contingentia judicauit Senatus in causa Illustr.D.Marliani. 7

Quarto scias, quod si testator jam aliud testamentum validum, & solemne confecisset, deinde faciat secundum ad alterius interrogationem; per hoc posterius *e* illud primum non reuocatur. Ita tenuit Paul. de *e* Castr,*consil.*155.*in fin.libro* 1. & hæc limitatio est magis communiter recepta, vt attestatur Socin.iun. *in allegato consil.*33. *num.*34. Et licèt istæ limitationes videantur ferè destruere ipsam conclusionem gloss. & communem; ego tamen eas consulendo, & iudicando sequerer intrepide, & aliis sequendas consulerem, vt, quantum fieri potest, malitiis hominum, & fraudibus occurratur. 8

ADDITIONES.

a *Ra proprio nominet.*] Item quod institutio hæredis nominandi per Titium sit inanis, communem vide per Card. Parif. *in cons.*38.*num* 51. *vol.*3. Et idem si ego instituo, vel substituo aliquem hæredem, si vxor mea pariat masculum, & vxor mea decedat in partu, & ex ipsius ventre extrahatur masculus viuus, haud dicitur adimpleta conditio illa, quinimo defecta: adeo vt institutio locum habeat nullum, tex est *in leg. annicullus il.*1.*paragr* 1. *D.de verb.sign* quem ad hoc not. esse dicit Iac. de S.Geor. *in leg. reprehendenda, in fin.Codic. de instit. & substitut.* & hæc dixi etiam *in coll.mea commun. opin.in verb substitutio, sub num.*10.Gi.ach.

b *Et ideo si quis interroget testatorem, &c.*] Vt valeat † hæredis institutio, nihil referre plerique existimant: testator hæredem sua sponte nuncupet, siue proprio ore nominet: an ad alterius interrogationem, vel uuntatem suam vltimam clare, & intelligenter coram testibus, specialiter ad hoc vocatis, exponat. Idque, post plures alios à se allegatos, explicatius persequuntur Michael Grassus *lib.*1. *recept. sentent.* §. *institutio.qu* 17.*num.*5. Menoch *consil* 45. *lib.*1. *& part.*2 *lib.*4. *præsumpt.*8.*num.*5.*cum seq.*Ioan Dauth. *in tract. de testam.numer.*144 *pag.*333.*cum seq.* Fachineus *lib.*10.*controuers.cap.*17. Gilkenius *in leg. iubemus*, 29.*num.*7. *& seqq.C.de testam.* & Thad.Piso. *lib.*2.*var resolut. c.*2.*n.*16 *& seqq.*Harprec. 1

c *Quod testamentum.*] Item quod testamentum conditum ab eo,

ab eo intelligibiliter negando respondet sic, valeat, ex quo articulare, & intelligibiliter dicitur loqui: commune vide per Soc. d. conf. 20 lib. 4. & per Cæphal. conf. 546. vbi etiam habes, quando quis dicatur loqui articulate. Et dixi etiam in collect. mea commun. opin. in verb. testamentum, nu. 23 Giach.

2 d *Modo testator ipse non sit adeo oppressus morte.*] Institutio † hæredis, ad interrogationem alterius facta, an & quatenus valet, si testator non possit articulate loqui, & morti proximus sit, abunde (vltra Clarum nostrum) declarant Bartol. Cynus, Iacob. Butrigar. Angel. Corn. Salicetus, Iason. & ceteri *in d. l. iubemus. 28. C. de testam.* Vasquius *lib. 3 illustr. controuers. cap. 101. num. 5.* Grassus *d. §. institutio q. . nu. 7. & 8.* Piso *d. lib. 2. c. 2. num. 11. cum seq.* & Nicolaus Reusner. *in tract. de iure testam. par. 2. cap. 16.* Aliique per hos adducti. *Harprec.*

6 e *Per hoc posterius illud primum non reuocatur.*] Quod † testamentum primum solemniter confectum per secundum ad interrogationem alterius factum non reuocetur, tenent quoque Ioannes Crot. *in l. 1. §. si quis ita ff. de verb. obligat.* Guid. Pap. *consil. 64. in fi.* Gabriel Roman. *comm. conclus. lib. 4. tit. de test. conclus. 2. num. 8* & Grassus *d. quæst. 17. num. 11.* Verum contrarium non improbabiliter defendunt Romanus *conf. 306. in secundo dubio.* Alexand. *conf. 33. num. 11. lib. 3.* Decius *conf. 489. num. 9.* Ruinus *consil. 12. nu. 11. lib. 2.* Menoch. *de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 8. nu. 21.* Fachineus *lib. 5. controuers. iur. cap. 70.* hosque laudans Thadeus Piso *lib. 1. variar. resolut. cap. 11. num. 5. versic. ampliatur quinto, &c.* Cum enim ex communi omnium Doctorum sententia testamentum ad alterius interrogationem factum valeat: nihil causæ est, cur primum tollere non debeat, per textum satis apertum *in §. posteriore. 2. Inst. quib. mod. testamenta infirment.* Harprec.

QVÆSTIO XXXVIII.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Hodie legitima filio relinqui debet titulo institutionis.*
2 *Et quid de iure Digestorum, & Codicis.*
3 *Et quid de iure Canonico.*
4 *Et quid in testamento inter liberos.*
5 *Et quid in testamento condito ad pias causas.*
6 *Et quid in testamento condito ab eo qui vult ingredi religionem.*
7 *Et quid in legitima quæ relinquitur filiæ feminæ.*
8 *Et quid in legitima ascendentium.*
9 *Et quid si quantitas legitimæ sit alterata ex dispositione statuti.*
10 *Et quid si pater dicat, relinquo filio meo centum, an censeantur relicta titulo institutionis.*
11 *Et quid si dicat, relinquo centum pro legitima, vel Falcidia.*
12 *Et quid si testator dicat, relinquo filiæ meæ centum pro dote.*
13 *Et quid si pater adiiciat, quod nihil vltra petere possit.*
14 *Et quid si testator iusserit testamentum extendi ad dictamen sapientis, nunquid poterunt addi illa verba: titulo, vel iure institutionis.*

Ex Additionibus.

1 *Legitima quid, & cur inducta.*
2 *Quo titulo hodie legitima relinqui debeat.*
3 *An & quatenus Nou. 18. c. 1. concilietur cum Nouell. 115. cap. 3.*
4 *Cur liberis legitima præcise institutionis titulo sit relinquenda.*
5 *Quo titulo legitima relinqui possit iure Digestorum, & Codicis.*
6 *Quid de iure canonico.*
7 *Intellectus* c. Raynutius. 16. ext. de test.
8 *Et quid in testamento inter solos liberos condito.*
9 *Mens, & sententia l. hac consultissima. 21. §. 1. C. de testament.*
10 *Num in testamento, ad pias causas confecto, legitima sit titulo institutionis relinquenda.*
11 *Quæ solemnitates iuris ciuilis in testamento ad pias causas cessant.*
12 *Quid obtineat in eo, qui vult ingredi religionem.*
13 *Vtrum sicuti legitima in liberorum persona est aucta: ita & legitima parentum aucta intelligatur.*
14 *Statutum in vno correlatiuorum dispositum quoque videtur in altero.*
15 *Patronis quid pro legitima debeatur.*
16 *In successione prior causa filiorum, quam parentum.*
17 *Consideratio* d. Nou. 18. c. 1.
18 *Consideratio* Nouel. 39. c. 1. & Nou. 92.
19 *Ecquid legitima ascendentium, seu parentum titulo institutionis debeat relinqui.*
20 *Et quid in legitima fratrum.*
21 *Quod non mutatur, stare non prohibetur.*
22 *Quid iuris in legitima per statutum aucta.*
23 *An tota legitima titulo institutionis sit relinquenda.*
24 *Vtrum legitima satis institutionis titulo censeatur relicta, cum testator eam certam, vel quantitatem simpliciter reliquit.*
25 *Quid si testator dicat, relinquo filiæ meæ centum pro dote, remissiue.*
26 *Et quid, si testator iusserit, ad consilium sapientis testamentum extendi, remissiue.*

Dixi etiam, quod institutio debet esse iusta: non enim sufficit in testamento aliquem esse institutũ ad hoc vt testamentum ipsum valeat: sed requiritur, quod si quis de iure est instituendus, instituatur: alias testamentum est nullum. Et posui exemplum in filio, qui de iuris necessitate debet institui, vel exhæredari, & ideo si sit præteritus, testamentum est nullum, vt dixi infra *quæstione 42. in principio*, & est communis conclusio, vt dicit Curt. iun. *in Auth. ex causa num. 52. C. de lib. præter.* Et aduerte, quia de iure nouissimo, ad hoc, vt filius non dicatur præteritus, non sufficit, quod de eo in testamento sit facta mentio, etiamsi pater ei aliquid relinquat, quod sit plus quam legitima illi debita: sed requiritur, quod sit ei relictum titulo honorabilia institutionis. Text. est *in §. aliud quoque capitulum, in Authent. vt cum de appellat cognosc.* Et licet gloss. *in l. scimus, §. cum autem, in verbo, Celebrari. C. de inoffic. testa.* tenuerit, quod sufficiat si filius sit honoratus per viam fideicommissi; tamen contrarium tenent comm. DD. a 1
Et illam gloss. esse comm. reprobatam, attestatur Alex. *in l. inter cetera in princ. nu. 2. in fi ff. de lib. & posth.* & sic facienda est conclusio, quod omnino ad hoc, vt testamentum *b* valeat, requiritur, quod filio relinquatur legitima titulo institutionis: alias testamentum esset nullum, & sic filius succederet patri ab intestato. Et ita tenent omnes indifferenter, vt dicit Ias. *in Authent. nouissima. n. 13. C. de inoff. testa.* Hanc etiam conclusionem dicit esse communem Alexand. *in dict. leg. inter cetera in princip. post num. 2. vers. sed sustinendo*, Picus *in repet. l. in quartam, post n. 50. vers. Quarta est conclusio ff. ad Trebell.* Bart. *consil. 19. col. 1. lib. 3. in 2. parte, consil. 65. nu. 1. eod. vol. & consil. 133 post n. 1. eo. vol.* b

Neque credas, *c* quod hæc dispositio iuris in fauorem filiorum sit prorsus inutilis. Nam si filius fuerit in re certa etiam minima institutus; proculdubio si cohæres vniuersalis repudiauerit, tota *d* hæreditas accrescet ipsi filio instituto in re certa. Quod tamen secus esset: si non titulo institutionis, sed titulo legati, aut fideicommissi, vel alio particulari titulo aliquid ei relictum fuisset, vt dixi supra *§. institutio.* Item est vtilis, quia institutus capit propria auctoritate, non autem legatarius. Item, quia hæres scriptus potest intentare remedium *l. fi. C. de edict diui Adri. tollen.* & petere, se mitti in possessionem, non autem legatarius, &c. c d

Et hæc quidem conclusio de plano procedit de iure nouissimo, per text. *in dict. §. aliud quoque.* & ita loquuntur DD. per me supra allegati. Sed *e* quid de iure e

2 Digestorum? Respon. quod etiam de iure Digestorum legitima erat filio relinquenda, titulo institutionis. Et hæc est communis opin. vt dicit Gul. de Bened. *in 1. par. repet. c. Raynutius fol.* 184. *nu.* 15. Iac. de Nigris *in rep. Rub. ff. de leg.* 1. *post nu.* 17. *vers. vltra alios.* De iure autem Codicis est expeditum, quod sufficiebat filium honorari quocunque relicti titulo. Text. est expressus *in l. omnimodo. C. de inoff. testam.* & in hoc nemo dubitat. Sed quidquid sit, postquam habemus certam dispositionem iuris nouissimi, frustratorium est in huiusmodi quæstionibus tempus conterere.

Hæc etiam conclusio de plano procedit secundum ius ciuile: est enim de hoc text. expressus *in dict. §. aliud quoque,* & ita communiter teneri attestatur Imol. *in d. c Raynutius post nu.* 51. *vers. Sed quidquid.* & in hoc modica est controuersia inter Doctores. Sed quid *f* dicendum de iure Canonico, nunquid etiam illo iure necesse est, vt legitima filio relinquatur; titulo institutionis? Respon. in hoc variæ fuerunt opin. inter DD. Nã Hostien. *in c. Raynutius.* tenuit, quod de iure canonico sufficeret legitimam relinqui quocunque titulo: & hanc opin. dicit esse communem Alexand. *in d. l. inter cetera in princip. num.* 6. quem refert Politus *in repet. l. filium quem habentem, nu.* 145. *in fi. C. fam. hercisc.* & Ruin. *consil.* 11. *nu.* 2. *lib.* 1. Contrariam autem opin. scilicet, quod imo etiam de iure canonico requiratur, quod legitima filio relinquatur titulo institutionis, tenuerunt gloss. *in d. c. Raynutius. in verb. Relinquens. & in cap. si pater. in verb. Instituit. de testam. in* 6. quas dicit esse communiter approbatas idem Alexand. sibi ipsi contrarius *consil.* 70. *num.* 6. *lib.* 2. Hanc etiam opin. dicit communiter teneri Imol. *in d. cap. Raynutius. post num.* 51. *vers. Sed dubium.* & illam dicit esse communem Ias. *in dict. Auth. nouissime, nu.* 31. *& in Rubr. ff. de solut. matr. post nu.* 38. Boerus *decis.* 267. *nu.* 1. Berous *in d. c. Raynutius. nu.* 38. *& seq.* Ioan. Dilect. *de arte testandi, tit.* 3. *caut.* 1. *post n.* 1. Probus in Apostil. ad Ioan. Mon. *in c. si pater num.* 25. *de testam. in* 6. Ex quo enim hoc de iure ciuili est decisum, non est inducenda discrepantia inter ius canonicum, & ciuile, vbi expresse id cautum in iure non reperitur. Et licet forte contraria opin. magis conueniat æquitati iuris canonici: tamen propter auctoritatem DD. tenentium hanc secundam opin. non esset ab ea consulendo, aut iudicando recedendum.

4 Sed quid *g* in testamento inter liberos, nunquid erit etiam necessarium, vt filij sint honorati titulo institutionis? dixi supra, *q.* 8. *vers. Sed pone.*

5 Item, quid *h* in testamento condito ad pias causas? dixi supra, *quæst.* 6. *vers. Sexto infertur.*

6 Item quæro, quid in eo, *i* qui testatur volens ingredi religionem, nunquid etiam in eius testamento requiritur titulus institutionis ad hoc, vt testamentum ipsum valeat? Resp. Aut quæris, an requiratur, quod aliquid relinquat titulo institutionis monasterio, in quod ingredi vult, & vide, quæ dixi supra *q.* 28. *vers. vt vero.* Aut quæris, an requiratur, quod aliquid relinquat filiis titulo institutionis; & dico, quod non; sed sufficit, quod relinquat quocunque titulo, & filij nihilominus habebunt suam legitimam. Ita tenent Bart. *in Authent. si qua mulier. nu.* 7. *& seq. C. de sacrosanct. eccles.* & est cõmunis opin. vt dicit Claud. *in d. l. inter cetera. n.* 12. *& seq.* Nam testam. eius, qui vult ingredi religionẽ, non subiacet dispositioni iuris communis, vt dixi *in alleg. quæst.* 82. *versic. In primo. & vers. Sed nunquid.*

7 Sed quid in filia femina, nunquid etiam in illa locum habebit conclusio, vt scilicet de necessitate etiam illi sit relinquenda legitima titulo *k* institutionis? Respond. quod sic, & de hoc non est dubitandum, postquam à lege sublata est in successionibus differentia sexus. *l. maximũ vitium. C. de lib. prӕterit.* Ideo eius prӕteritione pariter vitiatur testamentum, sicut prӕteritione filij masculi, vt dixi infra *qu.* 42. *vers. Item quæro.*

Sed quæro, tu scis, *l* quod iure hodierno ita est aucta legitima ascendentiũ, vt legitima descendentiũ vt dixi supra *hoc eod. lib. §. legit.* Nunquid etiã *m* huiusmodi legitima ascendentiũ erit pariter relinquenda titulo institutionis, sicut legitima descendentiũ? Resp. Bar. *in d. Auth. nouissima. n.* 4. *C. de inoffic. testam.* tenuit, quod non. Sed contrarium tenent omnes DD. scilicet, quod imo sit etiam ascendentibus relinquenda legitima titulo institutionis. Et hanc opin, contra Bart. esse communem attestatur Anton. de Butr. *consil.* 15. *n.* 2. Alex. *in l.* 1. *post n.* 4. *de bonor. possess. sec. tabulas.* Dec. *in d. l.* 1. *n.* 8. *C. de bonor. possess. secund. tabul.* Ias. *in d. Auth. nouissima, nu.* 37. vbi dicit, quod in hac opin. Bartol. est solus, & miratur, quod ex tam frequenti caterua Legistarum, & Canonic. Bart. nullum amicum inuenerit, qui tenuerit cum eo. Guliel. de Bened. *in* 1. *part. repet. c. Raynutius fol.* 206. *nu.* 249. *& seq.* Bertran. *consil.* 34. *n.* 6. *&* 7. *lib.* 1. *in* 2. *parte, & consil.* 43. *post num.* 1. *lib.* 3. *in* 2. *parte.* Socin. iunior. *consil.* 64. *nu.* 1. *lib.* 2. Ioan. Dilect. *de arte testandi, tit.* 3. *caut.* 2. *nu.* 1. pro qua facit text. *in d. §. aliud quoque,* dum vult ea, quæ in filiis constituta sunt, etiam in parentibus locum habere: & in practica nefas esset consulendo, aut iudicando ab hac opin. recedere. 8

Sed pone, *n* quod in ciuitate adsit statutum, loquens de legitima, & aliter circa ipsam disponens, quam sit à iure communi dispositum: nunquid etiam huiusmodi legitima, ita alterata, erit titulo institutionis relinquẽda? Resp. Bald. *in l. maximum vitium, post num.* 15. *C. de liber. præterit.* tenuit, quod non. Sed illud dictum Baldi communiter reprehenditur, vt dicit Claud. *in d. l. inter cetera, n.* 18. Polit. *in repet. l. filiũ quem habentem. n.* 154. *C. famil. hercisc.* Non enim est ita de facili inducenda correctio iuris communis præter id, quod à statuentibus expressum est. 9

Sed nunquid *o* tota, & integra legitima est de necessitate filio relinquenda, titulo institutionis? Respon. quod non; sed sufficit, quod aliqua res, quæcunque illa sit, relinquatur titulo institutionis: satis enim est, quod in aliqua re, vel minima, filius sit honoratus illo titulo institutionis, & in hoc nemo dubitat.

Quid vero, si pater in testamento dicat, relinquo filio meo centum, nunquid censebitur relictum iure institutionis, ita vt testamentum sustineatur? Resp. quod non. Et ita magis communiter tenetur, vt dicit Alexa. *in l. humanitatis, post num.* 2. *vers. & pro ista. C. de impub.* Nam verbum, *Relinquo,* adiectum certæ rei, nunquam trahitur ad institutionem, vt dixi *infra, lib.* 7. 10

Sed quid si dicat, relinquo centum *p* pro legitima, vel pro Falcidia, non tamen dicat titulo institutionis, nunquid hoc sufficiet? Respon. in hoc articulo fuit aliquando controuersia inter DD. nam Bar. *in Auth. vnde si parens, nu.* 2. *C. de inoffic. test.* tenet, quod sufficiat. Et hanc opinionem *q* dicit esse communem Alexand. *in d. l. humanitatis, num.* 2. Dec. *in d. l. humanitatis, nu.* 4. quem refert Boer. *decis.* 267. *col.* 2. Hanc etiam opin. quod scilicet sufficiat pro titulo institutionis, si testator dicat, Relinquo centum filio meo pro legitima, vel pro parte sua, dicit esse magis communem Alexan. *consil.* 50. *circa fin. lib.* 7. Contrariam autem opinionem, scilicet quod imo non sufficiat, tenuit Sal. *in d. Authen. vnde si parens, num.* 4. & hanc opin. dicit esse communem Ioan. Dilect. *de arte testandi, lib.* 3. *caut.* 1. *num.* 1. *in fin.* Sed certe credo, quod Ioan. Dilect. in hoc verum non dicat: quia imo opin. Bartol. est verior & magis communis, & etiam æquior: sufficit enim mentem testatoris apparere, licet verba quandoque non ita aperta esse 11

ta esse videantur. Non enim omnis testator (vt dicunt DD.) scit dicere:hæredem instituo, vel titulo institutionis relinquo. Et ab hac opin.tanquam æquiore, & quæ magis fauet testamentis,censerem non esse in practica recedendum.

12 Quid autem si testator dicat, relinquo filiæ r meæ centum pro dote, nunquid tale relictum sustinebitur in vim institutionis?Respon.quod sic:ex quo enim dos est ius vniuersale,vt dixi infra *li.4.§.dos.*sequitur,quod verbum, *Relinquo*, illi adiectum, debet importare institutionem per ea,quæ dixi infra, *lib.7*. Et hanc opin. tenuit Ant.de Burr. *in d cap. Raynutius.* quam dicit videri veriorem,& communiorem Ruin.*cons.14.n.7.l.2.* Et ita obseruari attestatur Gulielm.de Bened *in 1.parte repet.d.c.Raynutius fol.299.nu.275.* prout illum refert Apostil.ad Alex.*consil.7.post num.20.lib.5.* Sed reuera Gulielm. *ibi*(quod viderim) hoc non dicit: quinimò videtur sentire contrarium,dum ait,quod hæc limitatio procedit de æquitate canonica quod fauore nō seruaretur in terris imperij. Bene dicit, quod secundum hanc opinionem semper consuluerunt DoctoresTholosani, & sæpe iudicauit suprema Parlamenti curia Tholosana. Ego vero non negauerim, quin ista opinio de iure stricto aliquam patiatur difficultatem, prout etiam multi Doctores contrarium in specie tenuerūt: sed fauore testamenti, vbi res ad hoc solum punctum reduceretur, vtique inclinarem in hanc sententiam, maxime si esset iudicandum secundum æquitatem,sola facti veritate inspecta.

13 Præterea quæro, Pone, pater relinquit testamento filio suo centum,deinde adiecit clausulam, quod nihil vltra petere posset, nunquid eo casu censebitur relictum titulo institutionis? Respon. Bald. *in l. si adulta, numero secundo, C.de hered.actio.* tenet,quod sic: Sed in hoc reprehenditur communiter per Doctores,vt dicit Claudius *in d.l.inter cetera, nu. 22.* Nam ex huiusmodi verbis,quæ apposita sunt,vt restringant dispositionem, non debet ipsa dispositio ampliari,vt scilicet subintelligatur titulus institutionis, qui à testatore expressus non fuit.

14 Vlterius quæro,quid si testator in testamento dixerit,quod f volebat testamentum suum extendi dictamine sapientis;nunquid poterit sapiens cuius dictamine extendendum est testamentum,apponere, relicto facto filiis, illo verba, Iure, aut titulo institutionis? Respon.Bart. *in l.ista institutio,n.2.& 3.ff.de hered.instit.* tenuit,quod non:& dicit Claud.*in d.l.inter cetera, nu. vigesimosexto in fine*;quod eum sequuntur communiter Doctores.Contrarium tamen. scilicet quod imò possit,& debeat sapiens addere illa verba. Iure institutionis,tenuit Bald.*in d.l.illa institutio,post n.1.versic.in ead.gloss.statuti.*Et hanc opin. dicit esse communem Socin. iun.*cons.143.nu.14. lib.1.* Et ita fit de facto, vt attestatur Ioan.And.*in addit ad Specul.in tit.de instruct.edit.§.postremò sub nu.13.*quem refert Imol.*in d.cap.Raynutius post nu.55.*Socin.iun. *cons.124.num.48.lib.1.*Et hæc opin.tanquam magis communis, & consuetudine etiam roborata,tenenda est in practica,vt quantum possibile est,defunctorum voluntatibus faueamus.Et hæc omnia nota,quia quotidie in facto contingunt.

ADDITIONES.

a *Titulo honorabili institutionis.*] Vide octo casus,quibus alio quā institutionis titulo legitima filio relinqui potest apud Cassan.*in consuet Burg.de success.rub.7.§. 4. num.7. & seq.* viginti autem accumulat Vasq.Auth.nouissima.*C.de inoff. n.259.* Gonean.

b *Vt testamentum valeat, requiritur, quod filio relinquatur legitima titulo institutionis*] Obiter hic addendum: quod † legitima nihil sit aliud,quam congrua portio eius, quod ab intestato quis,iure legitimæ successionis,habiturus fuisset, *l. Papinianus.§ 8.si quis mortis.6 ff de inoffi .testa. l.parentibus. 8. & l. quo nuper.31.C.eod.l.2.C.de inofficios.donationibus.* ideo inducta. vt per eam querela inofficiosi tollatur, & testamenti impugnatio euitetur. Bald.*cons.69.nu.1.lib.1.*Donell.*lib.19 comment.de iur.ciu.c.4.vers.sed hoc intellecto,&c.*Dominicus Card. Tuschus *tom.5.pract.concl.lit.L.conclus.181.nu.1.& seqq.* Rosenthal. *de feud.c.7.concl.31.nu 3.tom.1.* Matthias Berlichius *conclusionum practicabilium part. 3.conclus 11.num.1.* Etsi † vero non desunt, 2 qui opinantur,iure nouissimo legitimam non solum institutionis,sed etiam legati,donationis,fideicommissi, & alio quocunque titulo relinqui posse,Bernhard. Walther. *lib. 1. miscellan. cap.ny.o.* Ioa.Vaudus *libro primo variar.quæst.q. quinta.* Forcatul.*Necyomant.dial.35.*Cuiac. *in suis not.ad §. vltim. Institut. de inofficioso testamento.* Anton. Faber. *parte prima de erroribus pragmat.decad. 14. error. 6.* Arumæus *Exercit. Iustin. 10. th. 18.* Eguin.Barto *in § sed hoc ita 3.Instit.de inoff.testam.* Treutler.*disput select.13.th.12.lit.A.volum.1.*contraria tamen sententia vti receptissima,ita & verissima iudicatur: eamque præter Clarum nostrum,& ab eo recitatos,sequuntur Viglius,Faber, Balduinus, Vulteius,Giphanius,Schilbock,Schneidevvinus. & alij *in §.vltim.instit.de inoffic.testam.* Sichardus, *nu 7.* & Gilkenius *num.27.in Authen.nouissima.C.eod.*Couar. *in c. Raynutius 16. §. 1. num.1.de testam.*Corasius *in l.filium.24.num.81.C.famil.ercisc.* Duaren.*ad tit.ff.de inoffic.testam cap.17.circa finem.*Menochius *lib.2.de arbitr.Iud.quæst.cent.2.cas.149.num 29.* Forster. *lib. 2. disput.13.th.23.* Fachineus *lib.4. controuers.iur.cap. 24. & 30.* Hœnon. *disput 9.controuers.13.* Grassus *lib. 1. receptar.sentent.§.legitima.q.32. & §.testamentum,q. 35. num. 3. & seq* Thadeus Piso *lib.2.variar.resolut.cap.8.num.1.* Dominic.Cardinal. Tuschus *d.tom.5.practicar.conclus.lit.L.conclus. 198.* Roland. Passager. *in tract.de testamen.& vltim. volunt.rubric.27.num. 22.* & plures alij,quos nouissime refert, probatque Berlichius *dict. part.3.conclus.15.num.8.* Fundamentum huius communis sententiæ solidum extat *in Nouell. 115. cap. 3. in princip.* vbi expressissime dicitur, quod filij vel nominatim exhæredari, vel hæredes institui debeant: nec sufficiat, si per donationem, legatum,fideicommissum,vel alium quemlibet titulum eis legitima relinquatur.

Non † obstat huic textus *in Nouell.18. c. 1. in med. vers. sed quod contigerit.* vbi itidem verbis disertis disponitur, quod legitima non tantum institutionis,sed legati etiam, fideicommissi, & alio quouis titulo relinqui possit Nam (repudiatis aliorum diuersis conciliationibus) recte respondetur;*hanc Nouell. 18.c.1.* vtpote priorem,ac antiquiorem,esse correctam *per dictam Nouell.115.cap.3.* tanquam recentiorem,& posteriorem: ita vt hodie legitima nullo,nisi institutionis titulo relinqui queat. Quod autem *d.Nouell.18 cap.1.* sit prior,& antiquior, quam *d. Nouell. 115.cap.3.*ex vtriusque fine ad oculum patet Siquidem *d.Nouell. 18.cap.1* est promulgata Anno Christi 536.at *d.Nouell.115.cap. 2.* est sancita siue promulgata Anno 541. vt ibidem *in fine sub lit.C.* Gothofredus notat. Et sic *Nouella 115.* quinquennio post dictam *Nouell.18.*publicata est Nec mouet, quod regeritur à differentibus: *in d.Nouell. 115. cap. 3.* nullam correctionis fieri mentionem, sed additionis duntaxat: & verisimile non esse, quod Iustinianus Imp.in eodem authenticorum libro constitutiones seipsas corrigentes inserere voluerit. Quandoquidem non nouum,aut insolitum in iure nostro est,vt vna lex,vel constitutio per aliam corrigatur;cum tamen in illa nominatim correctionis mentio non fiat:sed sufficit,si tacite & cum effectu in ea comprehendatur: quemadmodum eleganter ostendit Berlichius *d.part.3.conclus.15 nu.8.*Et huc quoque pertinent, quæ à nobis tradita sunt *ad §. vltim.Institut.de inoffic.testament. nu.4. & seqq.*Harprec.

c *Neque credas, &c.*] Tamen in re certa institutus, & de restituendo grauatus Trebellian.non deducit, Crauet.*cons.186.* & feudum,siue emphyteusis pro hæredibus accepta non pertinet ad filium hæredem singularem, Couar. *lib.7.var.resol.cap.18.n.5.*Clar.*§ feud.qu.86.& §.emphyt.quæst.16.& 38.*Rolan.*cons.23. nu.44.& 53.volum.1.* Burs.*cons.92.nu.25. & seq.* ideoque sit vt tota inter institutionem singularem, & generalem differentia intercedat. Gonean.

d *Tota hæreditas accrescet ipsi filio instituto in re certa.*] Ratio,cur liberis † præcise legitima institutionis titulo relinqui debeat,non tantum illa est: quod hoc fiat in fauorem filiorum: cū 4 titulus institutionis sit honorabilior titulo legati donati, & similis, vtpote per quem testator institutum hæredem in locum suum substituat, vt ipsum quasi repræsentet, *argum.l.filium,5.§. sed & si portio.6 in fin.ff.de legat. præstand. l.Iulianus.26.in fine principij ff.si quis omissa caus.testamenti,&c.* sed & magis fundamentalis hæc perhibetur:quid liberis legitima titulo institutionis sit relinquenda propter ius accrescendi.Quia si filius cum aliis est cohæres in sua legitima institutus:tunc si alij cohæredes

repudiant, vel aliter hæredes esse nō possunt, filio accrescit. *l. liber homo.59.§. cum qui ex institutu.3.ff. de hæredib. instituend.* Secus si titulo legati, aut fideicommissi, vel simili legitima relicta esset: quoniam tunc hæredibus vel repudiantibus vel non adeuntibus, filio, vel alij legata io nihil accrescit. *l. eam, quam 14. C. de fideicom.* Atque hanc rationem, vltra Clarum nostrum tradunt amplectunturque Bart. *in d. Nouell 18. in prin. nu.4. sub fi.* Roland. Passager. *d. tract. de test. & vltim. volunt. rubr.17. num. 22* Iason. *in d. auth num ff num.15. C. de inoffic. test.* Couar. *in d. c. Raynutius 16 extr. de testam. §.1. nu.2.* & alij quos refert, & sequitur Berlichius *d. concl.15 n.10.* Harprec.

e *Sed quid de iure Digestorum.*] Non † solùm iure Codicis:
5 sed & iure Digestorum, legitimam quocunque titulo relinqui posse, liquido constat *ex lege Papinia. nu.8.§ si quis mortis. 6. de inoffic. testam. l. etiamsi im.3.§ si debita 15. ff. de bonis libertor. l. quemadmodo.30. l. si quis suc.33. & l. scimus 36. post princip. vers. quæ rebatur itaque. si quis rem donatam. &c. C. de in ffic test.* Quamquam, post Clarum hic, aliter sentire videatur Thadeus Piso *lib. 2. var. resolut. c.8 num.1 vers. quid quidem ius, &c.* & cæteri, per hunc relati Harprec.

f *Sed quid dicendum de iure canonico.*] Quod etiam† de iure
6 canonico necesse sit, vt legitima titulo institutionis relinquatur, preter Clarum hic, & alios ab eo allegatos, tenent Didacus Couar. *in d. c. Raynutius 16 de testam §.1. num.10 & seq.* Fernand. Vasquius *de successionib. §.20. num.234.* Piso *d. l. b. 2. 8 num.1. vers. quinimo etiam de iure Canonico, &c.* Grassus *d. § testa. quæ. 35. num 6.* Viglius *ad §. vltim. Instit. de inoffic. testam. nu.1. post princ. vers. atque inde etiam non ipso S. l. C. In l. vltim. C. famil. erscisc. num. 4.* hosque citans Berlichius *d. part 3. conclus.15 num. 13.* Nec † obstat textus *in d. c. Raynutius 16 post princip. vers.* do-
7 mum, & quendam hortum in eodem testamento relinquens, & *vers seq. ext. de testam* ex quo euinci posse videtur, satis esse, si liberis legitima titulo legati, donati, similive relinquatur. Nam (omissis aliorum solutionibus) non male respondetur, quod *in isto cap.* nihil disp̄ natum, sed solummodo tenor, & ordinatio testamenti recitetur. Atqui tralatitium est, quod ex recitatione litterarum, vel alterius tenoris, nulla certa iuris dispositio colligi possit: præsertim, si ea ad correctionem alterius iuris tendat. Berlich. *d. concl.15. n.4.* Harprec.

g *Sed quid in testamento inter liberos.*] Etsi † interpretes non
8 pauci existimant conclusionem prædictam, qua hodie legitima solo institutionis titulo relinquenda est, non procedere in testamento inter solos liberos confecto, Accurs. *in d. auth. nouissima. in verb. titulo.* ibique Iason *num 16. C. de inoffic. testam.* & Azo ibi *in sua summa.* Iacob. Butrig. & Anton. de Butrio *in d. c. Raynutius 16. de testam.* ibique Hostiens. *in summa* Masuerius *in sua praxi. tit. de success. & vltim. volunt.* Ruin. *cons.37 numer 6 lib.1.* Corasius *in d. l. filium.14. num.82. C. famil. ercisc.* Alexan. *cons.168. num.6. lib.5.* Matthesil. *singul 140. num.1. & 17.* Stephanus Bertrand. *cons.187. num.1. & seqq vol.4.* Ioan Papon. *in tract. de arrest. lit.20. tit. de testa. sent. 7.* Nicol. Boer. *decis. 267. num.1. & seq.* Contrariam tamen sententiam, quod videlicet etiam in testamento inter liberos solos, nulla extranea persona adiuncta, conditio, legitima titulo institutionis relinquenda veniat, amplectuntur (vltra Doctores, supra *ad quæst.8. num.5.* memoratos) Petrus Gilkenius *in d. auth. nouissima num 35. C. de inoffic. testam.* Fachin. *lib.4. controuers. iur. cap.24* Herman. Vulteius *ad princ. Instit. de exhæred. liber. num.16.* Vasquius *in tract. de success creat l. b 2. §.20. part. 4. num.218* eosque referens Berlichius *d. conclus.15. nu.20.* Huiusque sententiæ fundamentum satis firmum petitur ex textu inexcitabili *in d. l. Nouell.115. cap.3.* vbi generaliter deciditur à Iustiniano, filios esse instituendos, vel ex iustis causis exhæredandos, & sic à parentibus honorabili institutionis titulo ad hæreditatem vocandos Cum ergo Imperator de testamento à parentibus inter liberos facto ibi ne loquatur, nullamque extranei mentionem faciat, & nihilominus istiusmodi obseruationem sine solemnitate requirat: perspicuum fit, omnem distinctionem vlteriorem inanem, & superuacaneam esse. Accedit textus elegans *in Nouell.107. cap. 1.* vbi clare, & quidem iterato dicitur, quod pater suos filios hæredes instituere, vel institutionis titulo iis aliquid relinquere debeat.

Huic † decisioni non aduersatur *l. hac consultissima.21. §. ex*
9 *imperfecto. 1. C. de testam.* ex qua euincitur, quod pater, qui inter liberos testatur, omnes iuris ciuilis solemnitates negligere possit: & consequenter legitimam liberis, titulo institutionis relinquere non teneatur. Lex namque illa de hisce solemnitatibus est intelligenda, quæ specialiter in fauorem liberorum non sunt inductæ, sed quæ iuris sunt communis. Ast vbi solemnitas specialiter liberorum fauore introducta est: eam ne quidem in testamento inter liberos præteriri posse, verissimum est. Quod enim solemnitates iuris ciuilis in eiusmodi testamento sunt relaxatæ, id factum est ob merum liberorum fauorem: vt proinde in illorum odium retorqueri non debeat, *argum. l. nulla, 25. ff. de legibus*

l. quod fauore, 6. C. eod. cap. ob gratiam. 61. de regul. iur. in 6. Quare cum ad honorem & existimationem liberorum maxime pertineat, vt legitimam titulo institutionis ex patris testamento consequantur: non est credendum, dictā *l.21. §.1. C. de testa.* institutionis solemnitatem à testamento inter liberos sustulisse. Eaque de re vide copiosius dissertantem Thadeum Pisonem *l. 2. variar. resolut. c.8. n.2.* Harprec.

h *Quid in testamento condito ad pias causas.*] Quamquam † 10
in testaméto ad pias causas confecto non requirit Clarus noster supra *ad quæstio 6 num.8.* alij communiter opinantur, quod legitima liberis titulo institutionis relinquatur, Iason. *in dict. Authen. nouissima num.19. & seq. C. de inoff. testam.* Bertrand. *dict. consil.187. num 2. volum.4.* Piso *dict. cap 8. num.7.* vbi plures citat. contrarium tamen longe probabilius videtur, per textum *cap. 1. de testam. in 6.* vbi pater in testamento pauperes Christi hæredes instituit, & sic ad pias causas fecit testamentum; & nihilominus tamen ibi in principio dicitur, quod filiam in re certa hæredem fecit, atque ita legitimam titulo institutionis reliquit. Deinde quia *supra num.4.* dictum est, quod hæc solemnitas sit in fauorem, honorem & vtilitatem filiorum introducta. Atqui fauore piæ causæ non debet derogari iuri liberorum, *authent. si qua mulier. C. de sacrosanct. Eccles. l. si quis presbyter. 20. & authen. nunc autem seq. C. de episc. & cleric.* Et ita in terminis tradunt Salicet. *in l.1. C. de sacrosanct. Eccles. nu.17.* Baldus ibidem *num.140. & seqq.* hosque referens Berlichius *d. conclus. 15. num 24.* Non obstat, quod † in hoc testamento ad pias causas 11
solemnitates iuris ciuilis cessent: illud autem, quod aliquid relinquatur filiis titulo institutionis, sit mera solemnitas à iure ciuili introducta Bart. *in d. l.1. num.62. & seq. C. de SS. Eccles.* & notat Clarus noster supra *d. quæst.6. num. 8.* Quia istud obtinet tantum in superstitiosis, & vanis iuris solemnitatibus, quæ in testamentis ad pias causas non attenduntur; secus in iis, quæ superstitiosæ non sunt, sed in fauorem, & commodum filiorum inductæ. Hanc autem solemnitatem, vel legitima titulo institutionis relinquatur, non esse superstitiosam, aut vanam, sed admodum vtilem, & lucrosam, apparet ex iis, quæ allata sunt *supra num.4.* Et ita docet Berlichius *dict. conclus.15. numer. 21. & 24.* Harprec.

i *Quid in eo, qui testatur volens ingredi religionem.* Quod † 12
pater volens ingredi religionem, si faciat testamentum, non teneatur relinquere legitimam filiis titulo institutionis; sed sufficiat, quod relinquat quocunque titulo, post Clarum nostrum, & ab eo citatos, tradit Thadæus Piso *d. lib.2. var. resol. c. 8. nu. 8.* Harprec.

k *Titulo institutionis*] Obiter pone Filia in contractu matrimonij promisit renunciare omnibus bonis paternis, & maternis consummato matrimonio, quæ tamen non renunciauit. Et tandem pater in testamento certam summā eidem reliquit iure institutionis. An d. filia mortuis patre, & matre possit agere ad supplementum legitimæ? quod sic, vide per Boer. *decis.* qui etiam *num.16* tenet conuentionem factam inter patrem filiæ, & eiusdem finæ maritum de ipsa, postquam eandem ad domum mariti duxerit, renunciare faciendo hæreditati paternæ, nullam esse, postquam prius haud renuntiauerit, neque ipsi marito quicquam obesse. Item an filia instituta vltra legitimam suam & dotem matris, & prohibita plus petere dictante sic statuto, intelligatur exclusa à dote materna in quantitate non in specie debita: vide per Bald. *in l. liberti libertæque. colum. penult. C. de oper. lib.* vbi & qu d si dubitatur, dummodo non sit prohibita plus petere. *Giacb.*

l *Quod iure hodierno.*] Verum filio legitimam non esse sufficienter relictam an heredi sufficienter relictam fuisse probandum sit, vide Burs. *cons. 93. n.18* Gouean.

Quod iure hodierno ita est aucta legitima ascendentium, vt legitima descendentium.] Verum † sicuti legitima in liberorū per- 13
sona est aucta (vt nimirum si quinque vel plures sint liberi, detur semis hæreditatis, id est, dimidia pars eius, quod ab intestato fuerant habituri: sin pauciores, præstetur triens, hoc est, tertia pars eius, quod ab intestato accepturi essent. *d. auth. nouissima.* ibique gloss. Iason. Sichard. & alij. *C. de inoffic. testa. ad Nouell.18. ca.1.*) ita & legitima, parentibus à liberis debita, aucta intelligatur, non vsque adeo expeditum est: Sed affirmatiue (quicquid contra disputent Ioannes Vaudus *libro primo quæst. 30.* Claud. Bartandier. *in tractat. de legit. cap.4. nu 31.* & alij) verissima censetur. Primo enim *in dict. Nouell.18 cap.1. in fin.* Iustinianus generaliter ait, se augere portionem debitam in his omnibus, qui ea non relicta, de inofficioso testamento queri olim potuerunt. Atqui parentibus quadrantis nomine (siquidem quoad semissem, frustra quæritur, cum tot parentes habere quis nequeat) olim inofficiosi querelam non fuisse denegatam palam est. *l. 1. l. pater.14. & l. seq ff. de inoff. test §.1. Inst. eod.* Deinde huic cōfert, quod *in prædicta Nouell 115. cap.5.* idem Iustinianus suæ sanctionis hanc rationem reddit: quia, inquit, sola est nostræ serenitatis intentio, à parentibus, & liberis iniuriam præteritionis, & exhæ-

& exhæredationis auferre. Præterea statutum † siue dispositum
14 in vno correlatiuorum, dispositum quoque putatur in altero. *l. fin. C. de indict. viduit. tollend. l. 1. C. de eunuchis.* Cum autem parentes, & liberi sint correlatiua: sequitur, quod in liberis statutum est, idem in parentibus constitutum esse. Ad hæc † patronis
15 debetur triens pro legitima *§ sed nostra. 3. Institut. de success. libertor.* Ergo parentibus quoque: præsertim cum eorum petitio
16 æquior, quam patronorum, videatur. *leg. nam etsi, 15. de inoffic. testament.* Deniq; licet † in successione prior sit causa filiorum, quam parentum: attamen non minus piè parentibus, quam liberis relinquitur *dict. l. 15. in princip. ff. eod.* Atque ita sentiunt Accursius, Bartol. Bald. Castrens. Salicetus, Iason. Fulgos. Sichardus, Marc. Antonius Cucchus, eosque referens Gilkenius *num. 21. in dict. authen. nouissima. C. d. titul.* Petr. Anton. de Petra, *de fideicommiss. c. 15. num. 75.* Cravetta *consil 110. num. 3.* Vasquius *de success. creat. lib. 2. §. 20. nu. 182.* Arumæus *Exercit. Iustin. 10. th 26.* Angel. Matthæacius *in tract. de legat. & fideicommiss. lib. 4. cap. 8. nu 9* Michael Grassus *lib. 1. recept. sentent. §. legitima. q. 9.* & Hœnonius *disp. 9. controu. 15.*

17 Nec huic † refragatur sententiæ, quod titulus, siue inscriptio dictæ *Nou. 18. cap. 1.* de filiorum & nepotum successione sit conceptus; de parentibus vero nihil omnino adiiciat. Nam Iustinianus *in d. c. 1.* principaliter quidem sibi de liberorum legitima tractare proposuit: sed tamen *in fine illius cap.* id, quod de liberis constituit, ad omnes generaliter, & indistinctè personas, quæ olim habuerunt querelam inofficiosi, adeoque etiam ad parentes extendit.

18 Nihil † item obsistit *Nouell. 39 cap. 1. in princip. & Nouell. 92. in princip.* vbi liberis duntaxat legitimam esse seruandam, eamque auctam esse, non etiam parentum, deciditur. Etenim nihil ibi habetur, ex quo colligi queat, non parentum, sed filiorum tantum legitimam portionem esse auctam. Quin potius, cum Imperator *in principio dictæ Nouell. 92.* sese referat *ad d. Nouell. 18.* exinde perspicitur, quod & *in illa Nou. 92.* (*vt & in d. Nouell. 39. cap. 1.*) ipse non neget, portionem legitimam in parentum quoque persona auctam esse; idque explicuimus paulo latius *in §. vltim. Institut. de inoff. testam. num. 19. & seqq.* Harprec.

m *Nunquid etiam huiusmodi legitima ascendentium erit pariter relinquenda titulo institutionis.*] Quod † legitima ascen-
19 dentium, seu parentum etiam titulo institutionis relinqui debeat, probatur primo per textum expressum *in præcit. Nouell. 115. cap. 4.* vbi eadem in testamentis liberorum procedunt, quæ in testamentis parentum dicta sunt. Deinde per textum clariorem *in d. Nouell. 115.* vbi diserte traditur, quod parentes in sua legitima etiam expresse hæredes sint instituendi: atque ita legitima eis titulo institutionis sit relinquenda, vt parentes à testamentorum iniuria liberi reddantur. Præterea rationem, quid filiis legima titulo institutionis relinqui debeat, illam esse diximus *supra nu. 4.* vt eis honor præstetur, & vtilitas conseruetur. Hanc autem rationem non minus, imo multo magis in parentibus obtinere, apparet *ex l. veluti. 1. ff. de instit. & iur.* Atque ita, post Clarum nostrum, & ab eo relatos, tenent Roland. Pallager. *in tract. de testam & vltim. volunt rubr. 17. num. 22. & rubric. 18. num. 5.* Ioan. Schneidevvin. *ad §. vltim. Instit. de inoffic. testament. num. 7.* Viglius ibidem *num. 3.* & Mynsinger. *nu. 5.* Bernhard. Wurmbser, *lib. 1. obseruat. tit. 39. obs. 9. numer. 1. & sequent.* Hartm. Harm. *lib. 2. obseruat. titul. 43. obser. 6. n. 2. & seq.* Thadeus Piso *lib. 3. var. resolut. cap. 8. num. 4* Fachinens *lib. 4. controuers. iur. cap. 30.* & Berlichius *d part. 3. conclus. 15. num. 67.* vbi ad contraria neruose respondet. Porro † fratrum, & transuer-
20 salium (quibus legitima portio debetur, turpi persona instituta *§. 1. Inst. de inoff. testam l. fratres. 27. C. eod.*) legitima, quemadmodum in trientem, vel semissem, si plures, quam quatuor sint fratres, non est conuersa siue aucta, vt tradunt gloss. *in d. auth. nouissima, super verb. titul. C. de inoff. testam.* & ibidem Angel. *num. 1.* Salic. *num. 4* Anton. Cucchus *numer. 8.* & Iason *num. 36.* Bald. *in d l. fratres. 27. nu 9 C. eod.* Rodericus Soarez *in repetit. l. quoniam. 32. C. eod.* Vasquius *lib. 2. de success. creat. §. 20. num. 23.* Surdus *cons. 404. num. 5.* Grassus *in d. §. legitima. quæst. 10* Arumæus *Exercit. Iustin. 10. th. 21.* Treutler. *disp. 13. th. 13. lit. D. vol. 1.* Angel. *in d. §. vltim. Institut. de inoff. testam. num. 6.* Hergius *num. 8.* & Schnedevvinus *num. 10.* ita & titulo institutionis non est relinquenda: cum nullibi hoc de fratribus cautum reperiatur, *in d. Nou. 115. cap. 3. & seq.* Quod † au-
21 tem mutatum non est, stare non prohibetur, *l. præcipimus. 32. §. vlt. C. de appellat. & l sancimus, C. de testam.* Atque ita in terminis tradunt Salic. *in d. l. fratres. 27. nu. 8. C. de inoff. testa.* Donell. *lib. 6. comment. de iure ciu. cap 15. in med. §. postremo vt sit vir honestus,* ... *l. 71. num. 7. & seq vol. 1. & in d. auth. nouissima. C. de inoff. test. num. 35* ... *d l. 1. ff. de iureiur. nu. 180 sub fine.* hosque laudans Berlichius *d. conclus. 15. num. 70.* Illamque rem explicatius tractauimus *ad d. §. vltim. Instit. de inoffic. testam. n. 25. & seqq.* Harprec.

n *Pone, quod in ciuitate adsit statutum.*] Quod † legitima per 22
statutum aucta, itidem est relinquenda titulo institutionis, vltra Clarum hic nostrum, affirmant Imola *in l si vere 64. §. de vire. 9. ff solut. matrim.* Rodericus Soarez *in d. repet. l. quoniam. 32. C de inoff. test.* Fernand. Vasq. *de success. creat §. 20. nu. 240.* & Michael Grassus *prædicto §. test. q. 35. n. 7.* Harprec.

o *Sed nunquid tota, & integra legitima est de necessitate filio relinquenda titulo institutionis.*] Non † necesse est, vt tota legitima 23
relinquatur liberis titulo institutionis: sed sufficit, quid aliqua res etiam minima, institutionis titulo relinquatur. Tunc enim poterit filius agere ad supplementum, vt scilicet ex bonis patris sibi integra legitima suppleatur: non autem poterit dicere testamentum nullum, vel contra tabulare (vti loquuntur) neq; querela inofficiosi agere *§ sed hæc ita. 3. Inst. de inoff. test. l. omnimodo 30 & l. seq. C. eod. Nou. 115. c. 5.* Grassus *in d. §. legitima q 32. num. 3 & d. §. test. q. 36. num. 10.* Thadeus Piso *lib. 3. cap. 8. num. 5. & 6.* Ceterum de supplemento legitimæ, & à quibus fieri debeat, plenissime disputat Berlichius *d. part. 3 conclus. 13. per tot.* Harprec.

p *Relinquo centum pro legitima.*] Legitimam † non satis in- 24
stitutionis titulo relictam censeri, cum testator rem certam, vel quantitatem simpliciter his verbis dedit (Marco filio meo fundum vel centum pro sua legitima vel pro Falcidia, vel pro sua parte, relinquo) post Salic. hoc loco allegatum, opinantur, Alex. *ad l. nam quod 14 §. non omnu. 5. ff ad S C. Trebell. & consil. 70. l. 1.* Couarr. *in c. Raynutius. 16 §. 1. nu. 6 de testa.* hosque recitans Fachineus *lib. 4. controu. iur. c. 25.* Angel. Perusin. *in auth. vnde & si parens. in princ. C. de inoffic. testam.* Ioan. ab Imola, & Andr. Barbat. *in d. cap. Raynutius,* Marsil. *in suo notab. 159.* & Corneus *in l. humanitatis, 9. C. de impuber. & al. substitutionibus.* Verum contrarium, vltra Bartolum, & Clarum nostrum defendunt Baldus, Fulgosius, Castrens. & Francisc. Aretin. *in d. Auth vnde & si parens, C. de inoffic. testam* Cuman. *in l his verbis. 48. de hæredibus instituend.* Romanus *in d. l. nam quod 14 §. non omnis ff. ad S. C. Trebell.* Vasq. *de success. creat. §. 20. nu. 254.* Francisc. Mantic. *de coniect. vltim. vol. lib. 4. tit. 3. num. 22.* Piso *d. lib. 3. c. 8. nu. 11. &* Grassus *d. §. testam. q 35. num. 14. & seqq.* idque fusius exposuimus *ad d. §. vlt. Institut. de inoffic. testament. num. 11. & subseqq.* Harprec.

q *Et hanc opinionem.*] Istius sententiæ assertores laudare potes, Corn *cons. 298. nu. 10. & seq. lib. 1.* Alex. *cons. 50. vol. 7.* Capr. *c. Rayn. de test. nu. 6.* Vasq. *Auth. nouissima num. 254.* Gouean.

r *Relinquo filiæ meæ centum pro dote.*] Adde † videndum Mi- 25
chaelem Grassum *lib. 1. recept. sentent. §. institutio. q. 14. nu. 9. & d. §. testamentum. q 35. num. 18.* & Thadeum Pisonem *d. cap 8. n. 15.* nec non Berlichium *d. par. 3. concl. 15. nu. 51. & seqq.* Harprec.

s *Dictamine sapientis.*] Obiter hic scias, quod error commissus à notario propter consilium sapientis, cui notarius submissus erat in consistentibus in iure, non imputatur notario, etiam si falsum commiserit. Vide per Felin. *in c. ex litteris, col. 5. vers. 6. declaratio de fide instr.* Sapiens autem an, & quando possit addere, supplere, & declarare? vide per Cæphal. *cons. 28.* vbi plene Giach.

Quod volebat testament. suum extendi dictamine sapientis.]
Hac † de re, præter Doctores hic relatos, vide Cassan. *in consuetud. Burgund. titul. de successionib. rubric. 7. §. 3. verb. pardreict. vers. item pene num. 5.* Fernandum Vasq. *de success creat. §. 20. n. 258.* Pisonem *d. c. 8. num 9.* Ludouicum Zunthum *in cons. pro vxore. nu. 549.* & Grassum *d. §. testamentum, quæst. 35. nu. 19.* Harprec. 26

QVÆSTIO XXXIX.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Filius in potestate an possit institui sub conditione potestatiua.*
2 *An sub conditione casuali, vel mixta.*
3 *Quid in nepote, qui tenet primum gradum.*
4 *An hæc locum habeant iure hodierno.*

Ex Additionibus.

1 *Conditio quid sit, & quotuplex.*
2 *Conditio possibilis quid.*
3 *Impossibilis quæ dicatur.*
4 *Possibilis conditio quotuplex.*
5 *Extraneus sub quauis conditione possibili heres institui potest: filiusfamilias non item: huiusque ratio.*
6 *Testamentum, in quo filius est institutus sub conditione casuali, vel mixta, nec in defectum eius exhæredatus, an & quatenus valeat, remissiue.*

1 SVccessiue quæro, nunquid *a* filius in potestate possit institui sub conditione? Resp. in hoc proposito possunt considerari tres species *b* conditionum: Aliqua enim est conditio potestatiua, aliqua casualis, & aliqua mixta. Potestatiua est, quæ pendet à mero arbitrio ipsius instituti: puta, Instituo te, si feceris testamentum: & sub huiusmodi *c* conditione potest filius institui, & testamentum non vitiatur; neque etiam respectu *d* legitimæ. Et ista est communis opin. vt dicit Alex. *in l. cum posthum. in fi. ff. de lib. & posthum.* Ex quo enim potest filius conditionem ipsam adimplere, censetur quasi pure institutus, & ideo si illam non adimpleat, videtur tacite paternam hæreditatem repudiare. Et licet Bart. *cons. 198. n. 1.* tenuerit, quod hæc conditio reiicitur: tu tamen tene contrarium, scilicet, quod talis conditio potestatiua non reiiciatur ab institutione filij, nisi esset contra bonos *e* mores. Et ita communem opin. affirmat Io. Dilect. *de art. testandi, titul. 3. caut. 4. nu. 2.*

2 Aliqua vero est conditio casualis; quæ scilicet pendet à casu, siue fortuna, puta, si nauis ex Asia venerit. Item aliqua mixta, quæ partim pendet ab arbitrio ipsius instituti, partim ab alieno, puta, si filius meus duxerit Seiam in vxorem, & sub huiusmodi *f* conditione casuali, vel mixta non potest filius institui, nisi in defectum conditionis *g* exhæredetur, alias testamentum est nullum, tex. est *in l. si pater. C. de instit. & substit.* & ratio est, quia deficiente conditione, filius non remanet *h* institutus, neque exhæredatus: & sic tanquam ipso præterito testamentum redditur nullum. Et hanc dicit esse communem rationem Ias. *in d. l. si pater. num. 8. & seq.*

3 Et hæc conclusio locum habet, non solum in filio in potestate, sed etiam in nepote, qui sit suus, scilicet, quē in gradu nemo præcedat: nam nec ipse potest sub huiusmodi conditione casuali, vel mixta hæres institui, nisi in eius defectum exhæredetur, alias testamentum erit nullum, prout supra dictum est de filio in potestate. Ita tenet glo. *in d. l. si pater.* & est communis conclusio, vt attestantur Scribentes *in d. l. si pater,* & in specie Ias. *post nu. 16. vers. in quarta.* & Dec. *num. 14.* Dec. *cons. 236. col. 1. in fi.* Est enim, & ipse de necessitate instituendus, quando tenet primum locum.

Sed quæro, nunquid hæc conclusio, quæ habet, quod filio instituto sub conditione casuali, vel mixta, testamentum est nullum, habeat locum etiam iure hodierno. Dubium autem facit, quia hodie de legitima filij reiicitur omnis conditio, vt dixi supra §. *legitima.* merito filius debet censeri, tanquam in legitima pure institutus, & sic sustineri testamentum? Respond. in hoc articulo variæ fuerunt Doct. opin. nam antiqui omnes vsque ad Bart. tenuerunt, quod etiam hodie tale testamentum non valeat. Et hanc opin. dicit esse communem Soc. *consil. 97. post num. 3. & consil. 98. num. 1. eod. volum.* vbi enumerat auctoritates. Et opinio Bar. qui contrariam tenuit (vti statim subiiciam) communiter improbari affirmant Ioan. Dilect. *de arte testandi, tit. 3. caut. 1. num. 2.* Contrariam autem sententiam, scilicet, quod imò hodie tale testamentum sustineatur, tenuit Bart. *in d. l. si pater. nu. 2. & in l. suus quoque. in pr. post nu 3. versic. Reitero. ad gloss. ff. de hered. instit.* & hanc opin. dicit esse communem Iason. *in d. l. si pater. nu. 19. & sequenti.* Bertrand. *cons. 161. num. 2. in 2. parte, & cons. 135. num. 1. lib 2. in 2. parte, & consil. 166 num. 5. lib. 6. & consil. 245. num. 3. eod. volum.* Gratus *consil. 112. nu. 4. lib. 2.* Apostil. ad Bart. *in d. l. si pater sub num. 2.* & dicit Paul. de Castr. *in d. l. suus quoque, in princ. num. 1. in fi.* quod opin. Bart. communiter tenetur. Dicit etiam ibi Paul. de Castro, sed non in libro meo, quod ita seruat totus mundus prout illum refert Alexand. *in d. l. si frater num.* 9. & Corn. *cons. 301. in littera F lib. 4.* Hanc etiam opin. Bartol. magis communiter obseruari attestatur Corn. *consil. 114. in princ. lib. 4.* Tu ergo, quidquid dicant alij, tene opin. Bart. tanquam magis communem, & veriorem, per tex. *in l. scimus, §. cum autem. C. de inoffic. testam.* quem Bart. ad hoc propositum eleganter inducit, neque illi aliqua bona responsio iudicio meo accommodatur per tenentes contrarium. Cum etiam hæc opinio sit æquior, & faueat testamentis, & adsint tot illustres Doct. affirmantes illam in practica communiter obseruari: non puto esse ab ea consulendo, aut iudicando recedendum.

ADDITIONES.

NVnquid filius in potestate possit institui sub conditione.] Breuiter hic addendum: quod † conditio nihil sit aliud, quam 1
a nectio, qua dispositio, siue institutio hæredis suspenditur in
futurum euentum, definitore Francisco Duareno *ad titul. ff. de condit. institution. cap. 2.* Eaque aut possibilis est, aut impossibilis, auctore Iulio Paulo *lib. 3. sentent. tit. 5.* Possibilis † conditio 2
est, quæ institutioni adiecta fieri, & euenire potest. D Georg.
Obrecht. *disput. 20. th. 387.* Impossibilis † conditio proprie di- 3
citur, cui natura impedimento est, quominus existat: vt si dicam; Si cælum digito attigeris, si volaueris, si Rhenum ebiberis,
&c. hęres eris. *§. si impossibilis. 11. Inst. de inutil. stipulat.* Possibilis 4
† autem conditio triplex perhibetur: potestatiua, siue arbitraria: casualis, seu fortuita; & mixta *l. unic. § sin autem aliquid. 7. C. de caduc. tollend. l. vltim. C. de necessar. seruis hæredibus instituend.* Quas species ipse Clarus hic perspicue explicat. Easdem & nos explicuimus *ad § impossibilis. 10. Institu. de hæredibus instituend. n. 2. & seqq.* Harprec.

b *Tres species conditionum.*] Hic cadit pulcherrima dubitatio, An institutio hæredis per patrem testatorem facta hoc modo, videlicet, *Casu, quo A. stare nollet cum B. & C.* fratribus suis, seu alij eius fratres nollent stare, & habitare *cum prædicto A.* dicatur facta in pœnam priuationis vel resoluat in conditionali dispositione, quod non dicatur facta in pœnam priuationis, sed sit conditionalis dispositio, commune vide per Soc. *consil. 21. col. 1. vol. 3.* quod dixi etiam *in collect. mea commun. opin. verb. institutio. n. 3* Giach.

c *Et sub huiusmodi conditione potest filius institui.*] Indubita-
tum est: omnes † possibilem conditionem institutioni adiici pos- 5
se, adiectamque seruari debere; quia testator id voluit, cuius voluntas totum in testamento fecit *l. ex facto. 35. §. verum. ff. de hæredibus instituend.* Vbi tamen diligenter dispiciendum; an extraneus, an vero filiusfamilias sit institutus. Extraneus sub quauis conditione possibilis hæres potest institui; quoniam liberum est testatori, illum hæredem facere, vel non facere. Et propterea, conditione existente, hæres existit: non existente, non existit. Existere vero conditio potestatiua tum videtur, cum per hæredem non stat, quo minus impleatur. Tum enim pro completa habetur. *l. quæ sub conditione. 8. § penult. ff. de condit. institut. l. iure ciuili. 24. ff. de condit. & demonstr. l. si mater. 3.* vbi Gothofred. *C. de institut.* At filiusfamilias non nisi sub conditione potestatiua recte hęres instituitur. Nam si institutus est sub ea conditione, quæ in ipsius potestate non est, institutio non valet, & testamentum nullius momenti est, *l. Lucius Titius 83 ff. de condit. & demonstr. l. vlt. in princ. ff. de condit. instit. l. si pater filium. 4. C. de instit. & substit.* Etenim si instituatur sub conditione casuali: non existente conditione, quod facile euenire potest, contra leges reperitur præteritus: ac proinde, non expectato euentu, statim pro præterito habetur: quia non nominatim seu expresse est institutus, nec expresse exhęredatus, *initio tit. Institut. de exhæredat. liber. §. eadem hæc 12. Institut. de hæreditatibus quæ ab intest. deferunt.* Fachin. *lib. 5. controuers. iur. c. 71.* Et licet idem de qualibet conditione, quæ non existit, dici queat: tamen filio imputari merito potest, quod non paruerit ei conditioni, quæ in ipsius potestate fuit, vt tradit Cuiac. *ad l. suis quoque 4. ff. de hæredib. instit.* Duaren. *ad d. tit. ff. de constitutionib. instit. c. 4.* Ex quo etenim potest filius conditionem adimplere, censetur quasi pure institutus: & ideo si illam non adimplet, videtur tacite paternā hæreditatem repudiare, vt scite Clarus hic loquitur. *Harprec.*

d *Respectu legitimæ.*] Imo vero à potestatiuæ conditionis onere immunis est legitima, Bal. Sal. Castr. Mod. Paris. *l. quoniam prioribus. C. de inoff. testam.* de quo vi. Gabr. *tit. de legit. concl. 1.* Gouean,

e *Contra bonos mores.*] Imo vero conditio contra bonos mores nullo casu ex filiis institu. reiicitur, sed eam labefactat, & euertit, text. est singularis *in l. filius. ff. de cond. inst.* Soc. *in l. non dubitamus. ff. de cond. & dem* Bald. Cor. Dec. Iac. de S. Georg. *in l. si pater. C. de inst. & substit.* Gou.

f Sub

f *Sub huiusmodi conditione casuali, vel mixta non potest filius institui.*] An † & quatenus testamentum, in quo filius est insti-
9 tutus sub conditione casuali, vel mixta, nec in defectum eius cõditionis exhæredatus, valet, post Clarum nostrum, & ab eo relatos, abunde exponunt Hieronym. Gabr. *cons.* 131. *n.* 14. Fernand. Vasq. *de success. creat.* §. 20. *nu* 8. Michael Graff. *lib.* 1. *re ept. sent.* §. *testam. q.* 37. *n.* 2. & Thad. Piso *lib.* 2. *var. resolut. c.* 11. *num.* 1. *& aliquot seqq.* Harp.

g *Exhæredetur.*] Et istam regulam, quod filius haud possit institui à patre sub conditione casuali, nisi sub contraria exhæredetur, cum suis ampliationibus, atque limitationibus, vide per Duen. *reg.* 368. *in vol. divers.* Et in institutione conditionali, scias hic, quod non transmittitur ad hæredes moriente instituto ante impletam conditionem, gl. est communiter approbata *in l. unica Cod. de his qui ante aper. tabul.* vt attestatur Grau. *in cons.* 58. *sub num.* 15. quod etiam dixi *in collect. mea commun. opin. verb. institutio, n.* 7. Giach.

h *Filius non remanet institutus.*] Item quod filius haud censeatur institutus per conditionalia verba ab ipso testatore prolata, vt si sic dixerit, si filius meus me viuente moreretur, nepotem instituo: commune dixi *in collecta mea commun. opin. in verb. filius sub nu.* 35. vbi vide *Giach.*

QVÆSTIO XL

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Filium posse ex causa à patre exhæredari.*
2 *Et quid si filium exhæredet nulla inserta causa.*
3 *Et quid si sit inserta, sed non legitima.*
4 *Et quid si sit legitima, & ab hærede.*
5 *Et quid si non probetur.*
6 *Et an quæ dicuntur de exhæredatione locum habeant in testamento militis.*
7 *Et an in filio emancipato.*
8 *Et an in legitimato.*
9 *Et an in filia per statutum exclusa.*

Ex Additionibus.

1 *An si caussa exhæredationis in testamento fuerit à testatore omissa, testamentum sit nullum, etiamsi filius ingratus extiterit, hæresque ingratitudinis causam probare velit.*
2 *Si caussa ingratitudinis, in testamento expressa non sit legitima: nunquid hoc casu testamentum sit nullum.*
3 *Et quid, si causa quidem inserta sit, sed non probata.*
4 *Hæres, & locum, & tempus commissæ ingratitudinis probare tenetur.*
5 *Quid statuendum, si exhæredetur filius emancipatus, remiss.*

1 DIctum est in patris testamento necessariam esse filij institutionem, ad hoc vt testamentum ipsum valeat: Scire tamen debes, quod potest etiam ex *a* cau-
a sa filius à patre exhæredari: *b* & ideo dummodo filius
b in testamento reperiatur, vel institutus, vel exhæredatus, sustinetur testamentum. Vt autem perfecte intelligas hanc materiam exhæredationis liberorum, quam DD. diuersimode explicant, & scias, quando testamentum propter exhæredationem reddatur nullum, vel inofficiosum, & consequenter in quibus casibus hodie sit locus querelæ, considerandi sunt nonnulli casus.

2 Aliquando enim (& iste est primus casus) pater ex-
c hæredat filium *c* nulla inserta causa, & hoc casu testamentum est ipso iure nullum; & sic non est opus querela ad illud rescindendum. Et hęc est commun. opi. vt dicit Imol. *in l.* 1. *nu.* 6. *&* 8. *ff. de test. & in l. filio præterito. post nu.* 30. *ff. de iniusto rupto.* Curt. iun. *in auth. ex caussa. post nu.* 42. *C. de lib. præter.* & dicit Ias. *in d. auth. ex causa. post n.* 18. quod in hoc nemo contradicit. Ex quo enim per dispositionem §. *aliud quoque capitulum. in auth. vt cum de appell. cognos.* cautum est, vt in exhæredatione nominatim causa inseratur: merito non inserta causa, & sic non seruata forma à lege tradita, actus remanet ipso iure nullus, & in hoc non est controuersia apud Doct.

Aliquando vero in exhæredatione est inserta causa, 3
& tunc aut causa *d* inserta non est ex causis legitimis, d
ex quibus pater potest filium exhæredare; puta, quia dicat, exhæredo filium meum, quia noluit dare operam litteris, vel huiusmodi: & tenendum est, quod etiam eo casu testamentum sit ipso *e* iure nullum, & consequen- e
ter, quod non sit opus querela. Paria enim sunt quid non fieri, vel minus legitime fieri: neque potest dici seruatam esse formam à lege traditam; ex quo talis forma laborat vitio repugnante ipsi legi. Et ita communiter tenetur, vt ait Imol. *in l.* 1. *n.* 6. *ff. de test. & in d. l. filio præterito, n.* 30.

Quandoque pater in exhæredatione *f* apposuit cau- 4
sam legitimam, & tunc est etiam distinguendum. Aut f
enim talis causa est vera, quia scilicet hæres institutus probat illam esse veram (& hic est tertius casus) & tunc valet exhæredatio, & frustra tractamus, an hoc casu sit locus querelæ, quia cũ testamentum valeat, & exhæredatio ipsa iuris dispositione foueatur, inanis esset querela, si per filium proponeretur.

Aut talis *g* causa inserta non probatur ab hærede (& 5
iste est quartus casus) & tunc bene valet ipsa exhære- g
datio, & ex quo non laborat defectu formæ à lege traditæ, sed potest deinde per querelam testamentum ipsum, tanquam inofficiosum, rescindi. Et hæc conclusio est clara, & per omnes approbata, vt dicit Curt. iun. *in d. auth. ex causa post num.* 42. *vers. alias duas.* Et ita communiter teneri attestatur Imol. *in d. l. n.* 6. *ff. de test.* Corn. *cons.* 158. *in litera l, la* 1. *lib.* 2. *& cons.* 225. *in liter. E. lib.* 3. Hanc etiam dicit esse communem Alex. *in d. Auth. ex causa, n.* 2. Ias. *in d. auth. ex causa, post n.* 18. Et sic nota, quod ad hoc, vt exhæredatio valeat, duo necessario requiruntur. Primum, quod causa legitima nominatim inseratur in testamento. Secundum, quod ipsa causa ab hærede probetur: & hanc dicit esse communem conclusionem Curt. iun. *in Auth. non licet, n.* 17. *C. de lib. præter.* & hic habes casum, in quo negatiua est fundamentum intentionis, & tamen non *h* debet pro- h
bari; de quo tamen articulo vide, quæ dixi *infra lib.* 7. §. *probat.* Sufficit enim filio si dicat testamentum paternum, in quo ipse est exhæredatus, esse inofficiosum, & causam ipsam exhæredationis non fuisse veram. Nam si hæres non probauerit illam esse veram, exhæredatio non valebit, & consequenter testamentum ipsum corruet, tanquam à demente, & insano conditum. Hoc tamen, quod dixi secundum communem opin. exhæredationem non valere, nisi causa probetur, intellige, vt procedat, quantum ad hoc, vt exhæredatio sustineatur, si testamentum per querelam impugnetur. Nam ad hoc, vt mero iure valeat, sufficit, quod causa ipsa legitima nominatim inserta sit, licet non probetur. Ita dicit *gl.* 1. *in l. in gl.* 1. *in fi. ff. de test.* & est communis sententia, vt dicit Aret. *in ead. l.* 1. *col.* 3. *vers. in ea. gl. ibi, & col.* 4. *vers. Sed consequenter.*

Neque putes modicam vtilitatem in hoc versari, an si testamentum reddatur ipso iure nullum, an autem sit impugnandum per querelam; quia hæc differentia maximi est effectus. Si enim testamentum est nullum, filius habet spacium 30. annor. ad dicendum ipsum nullum. Communis est enim conclusio, quod ius dicendi nullum minore temporis spatio non præscribitur, vt dixi infra *li.* 7. §. *præscriptio.* Si vero testamentum valet, sed est per querelam rescindendum; certum est, quod querela non durat nisi quinquennio, vt est in iure notissimum.

Sed quæro, nunquid hæc conclusio, quæ habet, 6
quod iniuste exhæredatus possit testamentum paternum rumpere per querelam inofficiosi, habeat locum

etiam in testamento militis? Respond. quod quidquid esset de iure antiquo, hodie proculdubio, etiam contra testamentum militis habet locum querela. Ita tenet gloss. *in fi. in verbo, testamenta, C. de inoff. testam.* & est communis opin. vt dicit Alexan *in l. centurio, n. 50. ff. de vulga.* & ideo, si pater miles testans de bonis castrensibus prætereat, vel sine causa exhæredet filium in potestate, hodie eius testamentum subiacet querelæ. Et hanc dicit esse communem opi. Imol. *in d. l. filio præterito, n. 32. in fi. de iniust. rupto.* Alex. *in d. Auth. ex causa, n. 5.* Bauer. *in §. illis autem, n. 17. Instit. de test. milit.*

7 Item quæro, quid in filio emancipato, *i* an & ipse, si sine causa, vel cum causa, quæ deinde non probetur, fuerit exhæredatus poterit dicere testamentum nullum, vel illud per querelam inofficiosi rescindere? Respon. quod sic: nam hodie quoad exhæredationem inter filios emancipatos, & filios in potestate, nulla est differentia. Et hæc est communis opi. vt attestatur Cur. iun. *in d. Auth. ex caussa, n. 43.*

8 Vlterius quæro, quid in legitimato? dixi infra, *quæst.* 48.

9 Quæro etiam, quid in filia per statutum exclusa? dixi infra, *q. 42. vers. Item quæro.*

ADDITIONES.

a EX *causa.*] Et quod testamentum, in quo filius est exhæredatus cum causæ legitimæ expressione valeat, commune dixi *in colle. mea commun. opin. verbo, testamentum, nu. 8 vers. Item ex causa exhæredari.* Hic selas exhæredationis caussas nunquam esse adiuuandas, *l. cum quidam 10. §. ff de li. & posthum.* & habetur etiam per gloss. *in § pœnales in vero. in iis vocasset. Instit. de actio.* Giach.

b *Exhæredari.*] Aduerte, quod exhæredatio debet esse pura: alias si sit sub conditione, haud valet: hanc communem cum suis ampliationibus atque limitationibus remissiue, vide per Duen. *reg. 278.* vbi etiam dixi *in colle. mea commun. opinio. in verb. exhæredatio, nu. 1.* vbi etiam posui, quomodo accipiatur illud dictum S. August. dicentis, qui volunt filium exhæredare, atq; ecclesiam instituere, alium quærant consultorem, quam Augustinum. *Giach.*

c *Pater exhæredat filium nulla inserta causa.*] Si pater † filium
1 exhæredet, nullamque ingratitudinis causam testamento inserat: poterit filius testamentum nullum dicere: neque ei querela opus erit, quamuis ingratus extiterit, hæresq; causam legitimam probauerit. *Nouell. 115. cap. 3. circa fin. versic. sine igitur, &c. & auth. non licet: C. de lib. præterit.* Et post Clarum nostrum, ab eoque relatos hoc loco, tradunt Mich. Grass. *li. 1. recept. sent. §. testamentum, q. 41. num. 1. & 8.* Thadeus Piso *lib. 2. variar. resolut. c. 9. nu. 3.* Ant. Gomes. *tom. 1. variar. resolut. iur. ciu. c. 11. num. 11.* Fernand Vasqu. *de success. creat § 30. num. 170.* Franc. Mant. *de coniect. ult. volunt. lib. 4. tit. 11. nu. 37.* Petr. Gregor. *lib. 44 syntagm. iur. vn. c. 3.* Fachineus *lib. 6. controuers. iur c. 76.* Couarru. *in cap. Raynutius 16 in princ. nu. 7. & 8. de test.* Idque accuratius explanauimus *ad §. fin. Institut. de exhæred. liber. n. 83. & seqq.* Harprec.

d *Aut causa inserta non est ex causis legitimis.*] Quid † dicitur,
2 causa in testamento non expressa, testamentum esse nullum, locum etiam sibi vindicat, si causa fuerit expressa, sed non legitima. Nam adhuc testamentum est nullum, neque opus est querela ex ratione hic per Clarum allata, quem refert, & sequitur Thadeus Piso *lib. 2. var. resol. c. 9. n. 6.* Harp.

e *Sit ipso iure nullum.*] Hanc opinionem amplectitur Bartol. *ad l. 7. ff. de testam. nu. 12* Aret. *num. 2.* Pau. *9.* Gomes. *de testa. c. 11. nu. 10.* Corn. *cons. 156. nu. 1.* contrariam vero sententiam, hoc nimirum casu testamentum pro inofficiosi querela expugnandum defendit Ign. *auth. ex causa.* Vigl. & Steph. Bod. *in tub. Instit. de inoffic. testam.* Goueau.

f *Exhæredatione.*] Quid si in vno testamento institutus sit Titius, & in alio exhæredatus, quod non valeat talis exhæredatio decidit Ang. Aret. *in §. 1. Instit. quib. mod. testa. infir. n. 4.* Et quid si conferatur exhæredatio, vel priuatio hæreditatis post ius quæsitum, puta, testator instituit Titium hæredem suum, qui si testatoris vxorem molestauerit in tali relicto, priuatur eius hæreditate: vide, & dic, vt per Angel. de Aret. vbi supra *nu. 5.* Et quid si in eodem testamento testator instituit filiũ suum, & in eodem testamento sub conditione exhæredauit, quod valeat testamẽtum, sub contraria conditione censeatur institutus, decidit Angel. Aret. *eod §. 1. n. 3* Item an exhæredari possit filius nubens inuito patre, vel alimentis priuati: vide per Rom. ind. *in cons. 133.* Giach.

g *Aut talis causa inserta non probatur ab hærede.*] Si † causa ingratitudinis in testamento, siue exhæredatione inserta, ab hærede non sit probata: valet quidem testamentum, cum in forma peccatum non sit: sed per querelam inofficiosi testamenti rescinditur, vt post Clarum nostrum, & alios, tradunt Gomes. *d. tom. 1. var. resolu. iur. ciu. c. 11. num. 10* Francisc. Mantic. *de coniect. vltim. volunt. d. lib. 4. titul. 11. nu. 35.* Grass. *d. § testamentum, q. 41. nu. 3.* & Piso *d. c. 9. num. 6.* vbi illud obseruandum subiicit; 3
quod quamuis † neque locum, neque tempus commissæ ingratitudinis exprimi in testamento sit necessarium, hæres tamen & 4
locum, & tempus probare debeat, per notata Alexan. *consil. 203. nu. 9 vol. 2.* Socin. sen. *consil. 105. in fin. vol. 3.* Iason. *in authen. non licet. nu. 12. C. de lib. præterit.* & Franc. Mantic. *d. lib. 4. tit. 12. nu. 34.* Harprec.

h *Non debet probari.*] Olim quidem tenebatur filius exhæredatus agens de inofficioso, probare testamentum inofficiosum, & sic sine causa se fuisse exhæredatum: hodie vero secus, cum magna sit præsumptio pro filio aduersus patris exhæredantis testamentum, quæ in hæredem transfert onus probandi caussam exhæredationis fuisse iustam: vt tradit Did. *li. tract. q. c. 6.* & dixi *in colle. mea commun. opin. in verbo, exhæredatus.* Giach.

i *Quid in filia emancipato.*] Ecquid † filius emancipatus, si sine insertione causæ, vel cum causa, non tamen probata, sit exhæredatus, testamentum nullum dicere, vel istud per querelam inofficiosi rescindere queat, post alios, quos allegant, late declarant Gomes. *d. c. 11. n. 36.* & Grass. *d. q. 41. n. 11.* Hucque conferunt etiam, quæ annotauimus *in §. emancipatos, 3. Inst. de exhæred. liberi.* Harprec. 5

QVÆSTIO XLI.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Quæ sint causæ in iure expressæ propter quas filius potest à patre exhæredari.*
2 *Et an propter alias similes, vel maiores expressis.*
3 *Et an propter iniuriam verbalem patri illatam.*
4 *Et an ex eo, quod filia sine patris cõsensu alicui nupserit.*
5 *Et an eo casu teneatur pater illam dotare.*
6 *Et an ex eo, quod filius vasalli dominum offenderit.*
7 *Et an si pater sit prodigus poterit mater filium exhæredare, ne patri quæratur vsusfructus.*
8 *Et quid si filius post commissam ingratitudinis causam, factus sit furiosus, nunquid poterit adhuc à patre exhæredari.*
9 *Et an secundum in nouissimum possit filius posthumus à patre exhæredari.*

Ex Additionibus.

1 *Quot sint causæ in iure expressæ, ob quas filij à parentibus possunt exhæredari.*
2 *Prima exhæredationis causa.*
3 *Filiis semper honesta, & sancta debet esse persona patris.*
4 *Quo casu liberi parentibus manus licite inferant.*
5 *Quid iuris, si liberi manus saltem aduersus parentes leuasse dicantur.*
6 *Interpretatio extensiua in materia odiosa locum non habet.*
7 *Secunda exhæredationis causa.*
8 *Liberi parentes honore, non contumelia afficere debent.*
9 *Qualis hic iniuria intelligatur.*
10 *Grauis iniuria verborum æquiparatur verberibus.*
11 *Tertia exhæredationis causa.*
12 *Quibus in causis liberi parentes accusare possint.*
13 *An liberi sint exhæredandi, si in criminalib. testimonium dixerint, aduocatum egerint, aut sententiam tulerint aduersus parentes.*
14 *Quarta exhæredationis causa.*
15 *Malefici qui hoc loco intelligantur.*
16 *Medici Empirici maleficis annumerandi.*
17 *Quinta exhæredationis causa.*
18 *Non potest maior esse ingratitudo, quam illius vita aliquem insidiari, à quo vitam accepit.*
19 *Sufficit ad exhæredationem, filium parasse venenum, etiam non secuto homicidio.*
20 *Sexta exhæredationis causa.*

21 *Priuigni cum nouerca consuetudo incestuosa est.*
22 *Filius concubinam patris uxorem ducere nequit.*
23 *Septima exhæredationis causa.*
24 *Liberi debent parentes defendere, non iis per delationem damnum aliquod inferre.*
25 *Octaua exhæredationis causa.*
26 *An, & quatenus filius as alienum patris exoluere teneatur.*
27 *Nona exhæredationis causa.*
28 *Liberis hæreditas aufertur, si parentes suos testari prohibuerint.*
29 *Decima exhæredationis causa.*
30 *Nihil honestis parentibus solet accidere ingratius, quã si vident liberos suos inhonestis consortiis delectari.*
31 *Vndecima exhæredationis causa.*
32 *Turpis, & luxuriosa vita meretur exhæredationem.*
33 *Si filia 25. annum excesserit: &, parentibus ei honestam nubendi conditionem non quærentibus, in corpus peccauerit, non poterit exhæredari.*
34 *Num filius, sine patris consensu nuptias contrahens, exhæredari possit.*
35 *Feminino sermone sexus masculinus non continetur.*
36 *Duodecima exhæredationis causa.*
37 *Si liberi curam furiosi parentis nullam habuerint; postea, sanitate recepta, iure exhæredantur.*
38 *Decimatertia exhæredationis causa.*
39 *Liberi, parentem captiuum ab hostibus non redimentes, ab eo reuersi iuste possunt exhæredari.*
40 *Decimaquarta exhæredationis causa.*
41 *Liberi hæretici patri nullo modo succedunt.*
42 *Num exhæredatio ob causas similes, siue grauiores in* Nou. 115. c. 3. *expressis fieri possit.*
43 *Veritati tenaciter adhærendum.*
44 *Sermo vniuersalis, maxime negatiuis conceptus verbis, vniuersaliter intelligendus.*
45 *Exceptio confirmat regulam in casibus non exceptis.*
46 *Absurdum est, aliquem velle sua priuata interpretatione deliberationem imperatoris subuertere.*
47 *In illis, quæ forma nomine præscripta sunt, nihil mutare licet; etiamsi maior ratio in casu omisso interueniat.*
48 *Ad obiectionem respondetur.*
49 *Odia interpretatione restringenda.*
50 *An Vasallus ob similes, vel grauiores caussas feudum amittat.*
51 *Ecquid filius furiosus ex causa ingratitudinis, ante furorem commissæ, exhæredari possit.*
52 *Quid si filius viuo patre, & ante conditum testamentum egerit pœnitentiam.*
53 *Pœnitentia non tollit pœnam.*
54 *An, & quatenus exhæredatio locum habeat, si filius patri reconciliatus fuerit.*
55 *Exhæredationis præcipuus finis quis.*
56 *Culpæ expressio in testamento nominatim facienda.*
57 *Nouissima voluntas sequenda.*
58 *Intellectus* l. filio, quem pater. 23. ff. de liber. & posth. hæredib. instit.
59 *Posthumus an hodie exhæredari possit.*
60 *Nulla exhæredatio sine elogio procedit.*
61 *Appellatione liberorum etiam posthumi continentur.*
62 *Quatenus olim posthumus potuerit exhæredari.*

1 SVperiori quæstione diximus, non posse filium à patre nisi ex causa legitima exhæredari. Nunc *a* videndum est, quæ sint illæ causæ propter quas filius potest à patre exhæredari: & de hoc habemus text. *in* §. *causas, in auth. vt cum de appellat. cognos.* vbi enumerantur 14. causæ *b* ingratitudinis, propter quas potest pater filium exhæredare.

2 Sed quæro, nunquid *c* filius possit tantum propter illas 14. causas: vel aliquam earum exhæredari? Resp. quod potest etiam exhæredari in alijs *d* caussis, quæ sint similes; vel maiores illis 14 expressis: puta, quia fuerit proditor patriæ, vel huiusmodi. Ita dicit Guliel. de Cun. *in Auth. non licet, C. de lib præter.* & est communis conclusio, vt dicit Alex. *in d. Auth. non licet, n.* 4. Guielm. de Bened. *in* 1. *par. repet. cap. Raynutius, fol.* 111. *n.* 19. Ias. *in d. auth. non licet, n.* 6. quem refert Cur. iun. *ibi post nu.* 23. *vers. circa istud*, & Crottus *cons.* 115. *n.* 19 *lib.* 2. Cur. iun. *cons.* 182. *n.* 10. & Ripa *in rubr. de iud. nu.* 10. & licet disputando multa dici possent, tamen in practica non esset ab hac opinione recedendum.

Sed an propter iniuriam verbalem tantum sibi illatam, poterit pater filium exhæredare? Resp. quod sic, 3 si sit grauis iniuria, puta, quia illum appellauerit proditorem, vel huiusmodi Ita tenet Io. And *in c. fi. col. pen. in princ. de don.* & est communis conclusio, vt attestatur Cur. iun, *cons.* 147. *nu.* 1. Grauis enim iniuria verborum æquiparatur verberibus, præcipue illata patri, cui iure diuino, & humano summus honor, summaque reuerentia debetur.

Sed quid si filia sine patris consensu alicui nupserit, 4 nunquid poterit pater ob eam causam illam exhæredare? Respond. quod non: nisi etiam turpiter, & obscœne viuat. Et ita tenent communiter DD. vt dicit Abbas *in c* 1. *u.* 5. *de despons. impuber.* quem refert Ias. *in l.* 2. §. *quod si in patris, post n.* 28 *vers. Quid tenendum, ff. solut. matr.* Et hanc opin. dicit esse communem Bertran. *cons.* 161. *n.* 9. & 10. *lib.* 1. *in* 2. *parte.*

An autem teneatur pater dotare *e* huiusmodi filiam, 5 quæ sine ipsius consensu alteri nupsit, præsertim quan- *e* do nupsit viro indigno? dixi infra, *lib.* 4. §. *dos.*

Item quæro, pone, quod filius vasalli offendat domi- 6 num, nunquid poterit ex ea caussa vasallus ipsum filiũ suum exhæredare? Respond. quod non. Ita dicit Bald. *in c. Imperialem, §. insuper, post n.* 1. *vers. Item nunquid de prohib. feud. alien. per Frid.* quem cæteri DD. sequuntur, vt dicit Iacob. de feud. *in verb. Distig. vasalli, el* 1. *nu.* 8. Hæc enim caussa non reperitur posita inter enumeratas ab Imp. *in d. §. causas.* Sed hæc ratio Bald. mihi non satisfacit; quia etiam ex caussa non expressa, modo sit maior, aut similis expressis, pot. st filius exhæredari; vt dixi supra, *vers. Sed quæro.* Opinio tamen Bald. tanquam minor tenenda est: quia hæc causa reuera non est, neque similis, neque maior expressis.

Quæro etiam, quid si pater sit dilapidator, & prodi- 7 gus, nunquid poterit mater ex ea caussa filium exhæredare, ne scilicet hæreditas quæratur patri saltem quo ad vsumfructum, & ab eo dilapidetur? Resp. quod sic, dummodo instituat aliquem alium, qui, postquam filius sit effectus sui iuris, ei hæreditatem, vna cum fructibus restituat. Ita dicit Gulielm. de Cuneo *in d. auth. non licet.* cuius communiter tenetur, vt ait Gulielm. de Bened *in* 1. *par. repet. c. Raynutius, fol.* 211. *n.* 128. Talis enim exhæredatio censetur facta bona mente, & ad beneficium ipsius filij, vnde merito sustinetur.

Sed pone, filius commisit *f* aliquam ingratitudinis 8 causam, propter quam iure, ac merito poterat à patre *f* exhæredari; deinde correptus est furore, nunquid *g* ta- *g* lis filius, postquam factus est furiosus, poterit à patre exhæredari ex illa causa ingratitudinis, per eum ante furorem commissæ? *h* Resp. quod sic. Ita tenet Bart. *in* *h* *l. ex facto, n* 19. *ff. de vulg.* & est communis opinio, vt dicit Ias. *in d l. ex facto, post nu.* 29 Quæ tamen opin. mihi semper visa fuit dura. Videmus enim, quod furiosus non potest puniri pro delictis ante furorem commissis, vt dixi infra *lib.* 5. §. *fi. qu.* 60. *versic. item quæro.* Et licet aliqui dicant, quod potest puniri pœna pecuniaria, licet non pœna corporali: ego tamen contrarium credo esse verius, *vt ibi dixi, ad l. fin. §. sed cum antiquitas, Cod.*

de cura.furios. & similes, quæ allegantur pro communi opinione, quod posset forte responderi, quod ad sui beneficium, vt nepotum ex eo genitorum, vtique potest furiosus exhæredari, vt in simili dixi *supra versic. Quæro etiam*, non autem in eius odium. Et ita aliquando dicebam aperte colligi *ex l.penult.§.& maxime, ff. de curat.furio.* & si casus contingeret, de facili inclinatem in hanc sententiam, quæ mitior est, & æquior.

9 Præterea quæro; Pone filius post commissam caussam ingratitudinis, propter quam poterat à patre iu-
i ste exhæredari, egit *i* viuo ipso patre pœnitentiam ante testamentum ab eo conditum; nunquid poterit ex
k illa caussa postea à patre *k* exhæredari? Respond. quod non.

l Ita dixit *l* Alexand. *in l.1 post num.33.ff.solut.matr.* & est singularis, & noua decisio, & communiter approbata, vt ait Crotta *in verb. Filiusfamil qui à patre.* Et licet in puncto iuris non transiret sine difficultate; esset tamen tenenda in practica, qui mitior est, & fauet successioni filiorum, cui iudicio meo in dubio semper est fauendum.

10 Vlterius quæro, nunquid secundum ius nouissimum
m *m* posthumus possit à patre exhæredari? Respon. quod non. Ita tenet gl. *in l.maximum vitium in gl.pen.C.de liber.prater.* & est communis opin. vt dicit Zuccar. *in repet.l.posthumo, nu.29.C.de contra tabul.* Cum enim posthumus non potuerit aliquam ingratitudinis caussam committere, necessario fatendum est, illum à patre exhæredari non posse.

ADDITIONES.

1 VIdendum est, quæ sint illæ caus. propter quas filius potest à patre exhæredari.] Iustinianus Imperator enumerat caussas
a quatuordecim, propter quas filij à parentib. exhæredari possunt, *Nouell.115 c.3.§. .& seq.* Quarum † prima hæc est: si liberi pa-
2 rentibus manus intulerunt. Huiusque causæ duplex assignari ratio solet: tum † quia filijs semper honesta, & sancta debet esse
3 persona patris, *l.liberto.9 ff.de obsequijs parentib.pr.stà.* tum quia hac ratione parentum illi inimici, non liberi esse intelliguntur. Proinde nisi hanc iniuriam parentes in testamento vindicent, Magistratus vindicare debet, *l.1.§.si filius 2 ff.d.tit. Nouell.22.ca.21.Exod.c.21.vers.15 Leu.c.20.v.9.* Excipitur tamen casus, quo † liberi, vel ob defensionem sui, vel Patriæ, parentibus manus in-
4 ferunt, *argum.l.vt vim 3.ff.de iustit.& iur l.sciendum.45.§ qui, cum aliter.4 ff ad l. Aquil l.minime 35.ff.de religios.& sumpt.funer.l si quis percussorem 3.C.ad leg Cornel.de sicar.* Ripa *in l si.C.de reuocand.donat. quæst. 29.* Couar. *in c. Raynutius 16 in princ. n.9.extr.de test.* vbi plures citat. Illudque fusius exposuimus, *ad §. item lex.Cornelia de sicar.5.n.203.instit.de publ.iud* At quid dicendum, si † liberi parentib. manus non intulerint; eosve percus-
5 serint: sed manus saltem aduersus eosdem leuasse proponantur: Et cum Iustinianus expresse requirat verberationem, ac realem manuum iniectionem, *d Nouell. 115.c.3.§.1.si quis iniuerit.* satis inde appatet, quod conatus, siue leuatio manus non sit sufficiens exhæredandi causa Quo facit etiam ratio: quid † interpretatio
6 extensiua hic, vtpote in materia odiosa, exulare iubeatur, *arg.l si præses 32.in fi & in l.interpretatione 42.ff de pœn.c. odia 15.de regul iur.in 6.* Tametsi contrarium consuluerit Gœdd. *cons. Marpurg.28 vol.2. vbi nu. 121.& 134.* subiungit: quod licet manus leuatio non contineatur sub hac prima causa: continetur tamen sub secunda, de qua mox differendum.

Secunda † exhæredationis causa est: si grauem & inhonestam
7 iniuriam liberi parentibus ingesserint. *d. Nouell. 115.cap.3.§.2.*
8 Liberi enim † parentes honore, non contumelia afficere debent *iuxta 4 Decalogi præceptum.* Intelligitur † autem iniuria verba-
9 lis. Tum quia hoc arguit verbum, ingesserit. Sic ingeram mala multa, hoc est, maledicta, inquiunt Terentius, & Plautus. Et in codice Holoandri legitur: atrocem & indecentem contumeliam ingesserit. Tum quia præcedens caussa de iniuria reali concepta est. Ita argumentatur Alexand. *cons.101.lib.2.n 1.2 & 3.* dum scribit: quod illa verba *d c.3.§.2* exemplificanda sint in graui iniuria verbali, non autem in actu vulnerandi, aut fustib. cædendi: quia hæc sub prima causa comprehenduntur. Tum quia intellectum hunc vrget versiculus glossæ: Si patrem feriat, vel maledicat ei. & magis aperte Ioannis de Platea: Parentes feriat, vel verbum si graue dicat. Tum denique idem euincitur *ex d l.1.§ 2.& 3.ff.de obseq parentibus, & patron.præstand.* vbi Vlpianus iniuriam verbalem à reali perspicue distinguit. Non ergo dubitandum est, quin grauis & inhonesta verborum iniuria (puta si quis parentem appellauerit proditorem, &c.) sit sufficiens causa exhæredationis.

Etenim † grauis iniuria verborum æquiparatur verberibus, 10
præcipue illata patri, cui iure diuino & humano summus honor, summaque reuerentia debetur, vt eleganter ait Clarus noster *hic nu.3.* Ceterum perperam nonnullis hanc caussam generalem esse opinatur, sub qua omnes aliæ, etiam *d. Nouell.115.ca.3.* non expressæ, comprehendi queant. Menoch. *libr. 2. de arbit.iud.qq.cent.3.cas.267.num.6.* aliique per hunc relati. Tum quod sic vnam, vel tredecim, non quatuordecim caussas posuisset Iustinianus: qui tamen hanc ipsam à reliquis separare, & in numerum 14. caussarum referre voluit: tum quod sic nihil prorsus noui introduxisset. Illud vero bene dicitur, hanc caussam accipiendam esse de eiusmodi graui iniuria, quę per se talis sit sua natura, & in abstracto, non autem relatione ad parentes: cum horum respectu quæuis iniuria talis sit. *l.prætor edixit.7.§.fin. ff. de iniu.*

Tertia caussa exhæredationis est: si † liberi parentes in crimi- 11
nalibus caussis accusauerint. Qua tum officio liberorum deposito, inimicorum officio funguntur. Excipiuntur † ex caussæ 12
quæ Principem, & Rempubl. concernunt. *dict. Nouell. 115.cap.3.§.3.* Vnde Constantinus Harmenopolus asserit, liberos posse parentes suos accusare læsę Maiestatis. *lib.1.Epitom.tit.6.* Porro ciuiliter filium aduersus patrem impune agere, iusque suum per sententiam obtinere posse non dubium est, *argum.l. nullus. 55. l.factum.155.& l.qui iure suo,177.in fi.ff.de reg. iur l. iniuriarum.13 §.1.ff.de iniur.l.prohibere 3.§ plane 4. vers. hoc ita verum est, ff quod vi aut clam* etiam pater fortassis dicat inique contra se iudicatum esse. Id enim non filio, sed iudici imputandum erit. *l.argentarius 10.§.cum autem 3. ibi, aut de iudice queri debet. ff. de edendo. V.consilio 29.num.62* Quid † autem, si liberi in criminalibus sponte dixerint testimonium, aduocatumve egerint, 13
aut iudicis personam sustinentes, sententiam iniquam per imperitiam tulerint aduersus parentes? Nunquid propterea exhæredari poterunt? Et licet id adstruat, post alios à se citatos, Didac. Couarru. *in d.cap.Raynutius 16.in princ.num.11.de testament.* & Gilkenius *in authent.non licet, num.23.C.de liber.præterit.* contrarium tamen veritati magis accedit. Tum quia Iustinianus hanc, ceu legitimam exhæredandi causam, non expressit *in dict. Nouell.115.c.3 §. 3.* Tum quia accusasse non dicitur, qui testem egerit, secundum gl. *in l.qui, cum maior 14. § accusasse 8. ff. de bonis libertor.* vel aduocatum *d.l.14.§.si patroni 9. ff.& l.inter officium 54. ff. de rei vindicat. vel iudicem.* Andreas Gerhard. *de testam.disp.5 th.27. in fin.*

Quarta exhæredationis caussa est: si † liberi cum maleficis 14
hominibus, vt malefici, versentur. Non enim sufficit, vt quis in itinere, aut hospitio inter maleficos reperiatur: sed necesse est, vt inter eos sit latrocinij societas, *d. Nouell.115.cap.3.§. 4. & facit Nouell.22.c.15.§.si igitur. versic. aut latrocinij sectantem vitam, &c & l.vim passam.39 § mulierem 4 ff ad l.Iul.de adulter.* Malefici † autem hic non quiuis malefactores in genere, sed pro- 15
prie illi intelliguntur, qui incantationes, vel magicas artes, aut veneficia perniciose exercent, vt docet Couar. *in d.cap. Raynut. 16.in princ.n.12.de testam.*

Quibus non † immerito annumerantur Empirici illi Medici, 16
qui conceptis precum, & verborum formulis, deperditam sanitatem recuperari iactitant, vaneque gloriantur. Eiusmodi siquidem incantationes, admurmurationes, & insi surrationes Vulpianus quoque Iurisconsultus non obscure damnat, *l.1. medicos 3.ff.de extraord.cognitionib.* Quin & Impp. palam isthæc remedia exterminant *l.eorum 4.C.de malefic.& mathematic.* Canones vero ab Ecclesiæ consortio segregat eos, qui in collectionibus herbarum carmina, dicunt, quive characteres ægrotis ad sanandum apponunt. *can. nec mirum. 14 §. adhuc omnea. caus.26.quæst.1.can.illud 6.caus.26.quæst.2.can. admoneant.15. & seq.d.caus 26.quæst.7.*

Quinta causa exhæredationis est: si † liberi vitæ parentum 17
suorum per venenum, aut alio modo insidiari tentauerint. *dicta Nouell 115.cap.3.§ 5* Haud † etenim maior potest esse ingrati- 18
tudo, quam illius vitæ aliquem insidiari, à quo vitam accepit, Vnde Orestes apud omnes mortales laudem, & gloriam sempiternam consecutus dicitur, quod illum occidisset, qui prius patrem interfecerat, referente D.Obrechto *disp.20.th.703.* Notanter autem Iustinianus ait, tentauerint. Quoniam † filium paras- 19
se venenum, etiam non secuto homicidio, sufficit. Nam & lege Pompeia de parricidijs, & lege Cornelia de sicarijs talis tenetur, *l.1.in fi.ad leg.Pompon.de parricid l eiusdem 3.ad l.Corn de sicar.* Couar. *ad d.c.Raynutium 16.n.13.extr.de test.*

Sexta exhæredationis caussa est: si † filiæ nouercæ suæ, aut 20
concubinæ patris se immiscuerint. *d. Nouell 115 cap.3.§. 6.* Priuigni namq; cum nouerca consuetudo incestuosa est. *leg. nemini 17.C.de nupt.* Et † concubinę patris consuetudinę filius in tan- 21
tum

tum abstinere debet, vt nec vxorem eam ducere, si maxime velit, possit, *l. liberi 4. Cod. eod. tit.* Istiusque delicti † fit mentio *in l.*
21 *diuus Hadrianus. 5. ff. ad l. Pomp. de parricid. 2. Samuel. 16. v. 22. & 2. Reg. 12. v. 11.*

23 Septima causa est: si † delatores contra parentes extiterint filij, & hac delatione sua grauia eos dispendia fecerint sustinere, *d. Nouell. 115. c. 3. §. 3.* Debent enim liberi parentes defendere,
24 non, vt offendantur, ansam præbere. Hucque pertinet † textus *in l. si quis à liberis. 5. §. idem iudex. 11. ff. de agnosc. & alend. libert.* ibique Accursius. Quantum vero dispendium illud esse debeat, iudicis arbitrio relinquitur, *argum. l. 1. §. vlt. ff. de iur. deliberand. c. de caussis. 4. extr. de offic. & post iudic. deleg.* Rip. *in l. si qu. 24. C. de reuocan. donat.* Couar. *ad d. cap. Raynutius 16. num. 14. vers. sexta, &c.* Quid igitur, si aliter, quam per delationem, graue dispendium parentibus à liberis inferatur? Cum textus *in d. Nouell. 115. cap. 3. § 7.* vtrumque contingat: nec delationem absque dispendio, nec dispendium absque delatione sufficere, non absurdè quispiam dixerit. Gerhardus *prædicta disputatione quinta, thes. 11.*

25 Octaua exhæredationis causa est; si † liberi masculi (ad quos hoc singulariter restringitur) pro parentibus carcere inclusis, fi-
26 deiubere recusauerint, *d. Nouell. 115. cap. 3. §. 8.* Nam † etsi filius non cogitur æs alienum patris exoluere, *l. 1. tot. tit. C. ne filius pro patre, &c.* tamen vbi parentem in vinculis coniici videt: certe omnia potius sustinere, quam illud pati debet. Atque hoc non solum de patre, ob debitum pecuniarium incarcerato, sed de omni etiam, qui sub fideiussoribus relaxari potest, exaudiendum erit. Tum quia Imperator *in d. §. 8.* simpliciter vtitur verbo, inclusum. Tum quia subdit, pro persona vel pro debito. Tum quia vanus exhæredationis metus infertur ab eo, qui totus obæratus detinetur. Diligenter autem notandum, quod Iustinianus *in d. §. 8.* addit hæc verba, petiti ab eo, vel vnus ex his in sua eum noluerit fideiussione suscipere &c. Ex quibus non difficulter colligitur: ad hanc exhæredationis causam iustificandam necessum esse, auxilium fuisse à filio petitum, & tamen patri denegatum, *vt concludit. V. consil. 29. n. 54.*

27 Nona exhæredationis causa perhibeatur: si † liberi parentes suos testari prohibuerint. Quod si ex hac causa parentes filium non exhæredauerint, vtpote quia postea nunquam eis contigit posse
28 facere testamentum: nihilominus † ei tanquam indigno hæreditas aufertur, & fisco vindicatur *dicta Nouell. 115. cap. 3. §. conuictus 9. l. 1. ff. si quis aliquem testar. prohib. l. 2. C. eod. Paul. libr. 5. sent. tit. 12.* Quod si duo fuerint fratres, & alter parentem supremam mentem suam declarare impedierit, testibus aditum intercluserit, solemnia peragere vetuerit, alter vero maluerit hæreditatem patris testamento capessere, neque libertatem testandi remoratus fuerit: suam virilem portionem capiet, & illius peruersitas nihil huic nocebit. *l. si quis dolo. 2. §. 1. ff. si quis aliq. testari prohib.* Ceterum si filius, patre viuente, paciscatur de hæreditate patris, eo non consentiente: ex hac causa non poterit exhæredari, vt ex Purpurato *in l. fi. C. de pact. nu. 18.* notat Couar. *ad cap. Raynutius 16. in princ. n. 14. in fin. de test.*

29 Decima exhæredationis causa est; si † præter voluntatem parentum liberi se arenariis, vel mimis coniunxerint *d. ss. Nouell.*
30 *115 cap. 3. § si præter. 10.* Quis † nihil honestis parentibus solet accidere ingratius, quam si vident liberos suos inhonestis delectari consortiis. Nec immerito. Quales enim sunt ij, quibuscum liberi versantur, tales & ipsi proculdubio fieri, & tales quoque parentes à plurimis iudicari solent. Dn. Obrecht. *disp. th. 711. & seq.*

31 Vndecima causa censetur: si † filia, aut neptis parentibus, maritum & dotem congruam offerentibus, non consenserit, sed luxuriosam vitam degere maluerit. Turpis † enim vita exhære-
32 dationem meretur. *d. Nouell. 115. c. 3. §. si alicui 11. leg. si filiam 19. C. de inoffic. test.* Nam etsi filia impune nuptias à parente oblatas detrectare possit. *l. cum te pietatis 18. & l. filia 20. C. de iis.* id tamen ea de caussa nequit, vt luxuriosam potius vitam eligat. Hanc etenim vitam si coniugali prætulerit: rectè, vt ingrata, exhæredationis fulmine feriri poterit; nec ei querela inofficiosi competit, *d. l. si filiam. 19. C. eod.* Quod † si vero filia viginti quinque
33 annos excesserit: &, dum parentes ei honestam nubendi conditionem non quærunt, fortè in corpus clam semel atque iterum peccauerit: non poterit exhæredari: cum non sua culpa, sed parentum id commisisse cognoscatur *d. Nouell. 115. cap. 3. § 11. vers. si vero vsquam Auth. sed si post. inde desumpta. C. de in ffic. testa.* ceterum si filia non clam, sed palam turpiter & flagitiose, adeoque more meretricio vixerit: merito exhæredabitur, *d. l. si filiam 19. C. eod.* Et ita sentit quoque Clarus noster hic *n. 4.* Verum de ista exhæredandi causa fusius differtat Petrus Gilken. *in auth. non licet, C. de liber. præter. n. 26. & seq.*

34 At quid, si † filius sine patris consensu nuptias contraxerit: anne idcirco exhæredari poterit? Et verisimilius est, eum, sine maior, siue minor sit viginti quinque annis, istam ob causam exhæredari non posse: eo quod totus dictus §. 11. de filia duntaxat sit exceptus, Feminino † autem sermone sexum masculinum com- 35
prehendi, exemplo pessimum est *l. si ita scriptum 45. in princ. ff. de legat. 2. l. seruum 81. in princ. ff. de legat. 3.* Goed. *ad l. 1. n. 61. ff. de verborum significatione.* Excipiendus tamen videtur casus, quo filius ad turpem & inhonestam personam se applicuerit, *l. 3. § si emancipatus 5. ff. de bonor. poss. contra tabulas. d. Nouell. 115. cap. 3. §. 4. & 10.* Et ita in terminis tradunt Bald. Nouellus *in tractat. de dote parte 6 priuil. 16. n. 6.* Ioan. Borcholt. *in tractat. de gradib. pag. mihi 70.* Grassus *lib. 1. recept. sentent. §. testamentum, quæst. 42. n. 16.* Boscheus *libr. 2. de nupt. n. 16.* Brunell. *in tractat. de sponsalib. concl. 17. n. 2.* Emanuel Soarez. *in thesaur. receptar. sent. lit. F. n. 285.* pluresque alij, quos congessimus *ad principium titul. Instit. de nuptiis, n. 43.*

Duodecima exhæredationis causa est: si † liberi parenti fu- 36
rioso curam competentem non præbuerint. Et certe, † si filius, 37
vel filia curam furiosi parentis nullam habuerit; postea sanitate recepta, filius iure exhæredari poterit: vel si in ipso furore parẽs decesserit intestatus, aut mutato testamento, quod ante furorem fecerat, in quo filium, aut extraneum hæredem scripserat, qui postmodum testatorem furore correptum non procurauit: hæredi legitimo, vel testamentario hæreditas, quasi indigno, aufertur; & non fisco, sed extraneo applicatur, si quis sit, qui pietate vel misericordia motus, testato furiosi istius curam susceperit. *d. Nouell. 115. cap. 3. § 12. & authen. liberi furiosi. C. de episc. audient.* Cuiac. *ad Nouell. 18. post medium.*

Decimatertia causa est: si † liberi patrem captiuum non rede- 38
merint. *d. Nouell. 115 cap. 3. §. 13.* Captiuum hic intelligimus ab hostibus. Etenim † liberi, qui parentem captiuum ab hostibus 39
non redimunt, ab eo postliminio reuerso exhæredari iuste possunt; vel si parens apud hostes decesserit, hæreditas liberis, imo generaliter legitimis omnibus, vel testamentarij hæredibus, si forte ante captiuitatem testamentum fecerit, quod lege Corneliа confirmatur eo moriente apud hostes: his, inquam, omnibus, si negligentiores fuerint in redimendo captiuo, hæreditas aufertur quasi indignis, & non fisco, applicatur; ea conditione, vt quicquid ex hæreditate peruenerit, in redemptionem captiuorum insumatur: vt, vnde ille à suis non est redemptus, aliorum redemptio procuretur, & ita pœnæ quodammodo æqualitas, siue proportio seruetur. Ac sane adeo hic liberandi parentis captiui fauor procedit: vt minores 25. annis, maiores tamen octodecim, possint in hunc finem mutuo accipere pecuniam, resque suas proprias, vel parentis quoque mobiles, aut immobiles, etiam absque decreto pignori obligare. Et contractus huiusmodi, ac si à persona suæ potestatis, & legitimæ ætatis facti fuerint, firmi reputabuntur: nec vllum præiudicium inde generabitur iis, qui cum his contraxerunt. Et pater postliminio reuersus, hos filij sui, suo nomine celebratos contractus, ratos habere tenetur, eisque tanquam suis debitis obligatur. *d. Nouell. 115. c. 3 §. 13. & auth. si captiui alicuius inde sumpta, Cod. de episc. & cler.* Cuiac. *ad d. Nouell. 18 post medium.*

Decimaquarta & vltima exhæredationis liberorum causa est: si † liberi fuerint hæretici, pater vero catholicus *d. Nouell. 115. c. 40
3 §. si quis de prædictis 14. & auth. idem est de Nestorianis. inde excerpta. C. de hæretic. & manich.* Et generaliter constitutum est ne † liberi hæretici vllo modo patri succedant: & si fortasse 41
liberi non sint Christiani, vt succedant agnati Christiani, & post hos fiscus, *l. cognouimus, 19. C. de hæretic. Nouell. 118. cap. vlt.* Harprec.

b *Vbi enumerantur caus.*] Etiam de istis causis habetur, & per gloss. *in c. quintauallis. de iureiur.* quæ quidem causæ omnes procedunt in vtroque filio; vt per Ias. qui alios concord citat *in l. non licet, col. fin. ff. de liber. præter.* Et econuerso septem caussas ingratitudinis, ob quas potest filius parentes exhæredare, similiter vide per Ias. *in additio. ad Porc in §. 1. in fi. Instit. de exher. liber.* Verum aduerte, quod reuocatur ingratitudo præcedens per subsequentem notabilem gratitudinem; ita vt amplius exhæredationi haud est locus; per Ias. *in l. ex hoc iure nu. 70. ff. de instit. & iur.* Giach.

c *Nunquid filius possit tantum propter illas XIV. causas vel aliquam earum exhæredari.*] Exhæredationem † ob causas simi- 42
les, siue æque graues, vel grauiores iis, quæ *in prædicta Nouell. 115. ca. 3.* enumeratæ sunt, fieri posse, vltra Clarum nostrum, & ab eo hic allegatos, tenent Angelus *in l. lex Cornelia 5. ff. de iniur.* Couar. *in cap. Raynutius, 16. in principio nu. 16. ext. de testament.* Antonius Gomes. *tom. 1. variar. resolut. cap. 11. nu. 12.* Emanuel à Costa *in l. Gallus 29. §. & quid, si tantum 5. parte tertia, nu. 175. ff. de liber. & posthum. hæredit. institu* Fernandus Vasqu. *libr. 2. de successio. progress. §. 17. num. 101.* Emanuel Soarez. *in thesaur. receptsententiarum litera E. nu. 205.* Viuius *lib. 1. opin. 128* Cassan. *ad consuetud. Burgund. titul. de successionibus. rubr. non possunt exhæredare. §. vers. sed quæro, &c.* Laurentius Kirchov. *in thesaur. commun. opi. in verb. exhæredare liberi poss.* Petrus Surd. *in tractat. de aliment. quæst. 64. nu. 20.* Schroderus *in tractat. feud. parte 9. c. 9 num. 20.* Rosenthal. *in synops. feud. cap. 10. conclus. 14. num. 4.*

Grassus *lib. 1. recept. sentent. § testamentum, quaest. 42. num. 2.* Borcholt. *in tract. de feud. cap. 8 num. 132.* Clingius *ad tit. Instit. de exhared. liber. vers. potuit quoq;* & ibidem Schnnidevv. nu. 15. Simon de Pretis *lib. 3. de interpr. ultim. volunt. interp. 2. dubitat. 6. solutio 2. num. 5.* Coualius *lib 3. de iur. art. cap. 8.* Fachineus *lib. 6 controuers. iur. cap. 78* Euerhardus *in Topic. legal. loc. ab except. ad regul. num. 8.* Menoch. *de arbit. iudic. quaest. libr. secund. cent. 2. cap. 130. num. 4 & cent. 3. casu 267 num. 6.* D Bocer. *class. 3. disput. 3. th. 44. ad litera B vers. 2.* Matthias Stephan. *centur. 2. quaest. 80. liter. B* Paulus Busius *ad rubr. ff de liber. & posthum. hered. Instit. num. 4* Ludou Schvvartzmaier *libr. 1. miscellan. iur. cap. 5. in fine* Heonon. *disput. 7. controuers. 44* Hackelman *quaest. illust. disput. 6. the. 10 & disp. 16 the. 14. lit. A.* Speckhan. *cent. 1 quaest. 69 n. 6.* Sichardus, & Gilkeni. *s nu. 15. in authen. non licet. C. de liber. praeterit.* Thad. Piso *lib. 2 variar resolut. cap. 9. n. 7.* & plures alij, ab iis annotati.

Atque haec opinio licet frequentioribus Doctorum suffragiis sit confirmata; ac proinde ab ea in practica non esse recedendum Clarus hic asserat: contrarium tamen veritati (cui † semper tena-
43 citer adhaerendum, & pro qua, tanquam pro anima, pugnandū. Aleman *consultat. 9 pag. 972. sub fin.*) propius accedere videtur. Primo enim *in d. Nouell. 115. c. 3.* Iustinianus perspicue constituit: praeter quatuordecim caussas istas, nulli licere ex alia lege ingratitudinis causas apponere, nisi quae in eiusdem constitutionis serie nominatim, & expresse contineantur. Certi autem iu-
44 ris est, sermonem † vniuersalem, maxime qui negatiuis conceptus est verbis, vniuersaliter intelligendum esse. *l. si ita, qui ducenta. 13. §. verum ita 3. ff. de reb. dub. l. si necessariam 8. § si annua 3. ff.*
45 *de pigneratit. act.* Secundo, quia † exceptio confirmat regulam in casibus non exceptis, *l. quaesitum 11. §.* denique Neratius *43 ff de instruct. & instrument. legat. l.* ibique Dec. *nu. 21. ff. de reg. iur.* Atqui regula est, quod parentes teneantur liberos suos haeredes instituere: cuius exceptiones quatuordecim subiiciuntur à Iustiniano *in d. Nouell. 115 cap. 3.* Ergo hae confirmant regulam in casibus non exceptis: ac consequenter aliae, ceu idoneae & sufficientes, non sunt admittendae. Et quamuis quidam ex diffenstibus respondeant: non censeri alias & diuersas caussas ab his, à Iustiniano recensitis, quae parem cum illis rationem habeant: exceptionem quoque confirmare regulam in casibus non exceptis; sed casus similes & eadem ratione subnixos non excludere: attamen id tum demum procedere videtur, quando non aperto constat, legumlatorem voluisse eos quoque excludere casus, qui pari ratione nituntur. Id autem voluisse Iustinianum, vel inde clarescit, quod cum propositum habuerit omnes caussas dignas referre, ac simul prohibuerit alias, praeter nominatim à se illic recensitas, admittere; voluerit etiam ratione subnixas alias excludere: id quod verba Imperatoris manifeste satis significant. Sic enim scribit: Sed quia caussas, ex quibus ingrati liberi debeant iudicari, in diuersis legibus dispersas, & non aperte declaratas inuenimus: quarum aliquae nec dignae nobis ad ingratitudinem visae sunt: aliquae vero cum essent dignae, praetermissae sunt: ideo necessarium esse perspeximus, eas nominatim praesenti lege comprehendere: vt praeter ipsas nulli liceat ex alia lege ingratitudinis caussas opponere, nisi quae in huius constitutionis serie continentur.

46 Tertio, quia † valde absurdum est: si, cum Iustinianus modo recitatis verbis profiteatur, si causas, ex quibus liberi ingrati iudicentur, in diuersis legibus dispersas, & non aperte declaratas, quarum aliquae nec dignae erant ad ingratitudinem videbantur, aliquae vero, quae dignae erant, tamen praetermissae essent, eo consilio sua lege comprehendisse, ne amplius dubitandi occasio esset, aut aliae caussae admitterentur: nos priuata interpretatione deliberationē ipsius Imperatoris subuertere velimus pro quatuordecim causis alias infinitas inducendo, & legem quodammodo circumueniendo. *l. contra 29. cum l. sequenti ff de legib. l. non*
47 *dubium 5. C. eod.* Quarto, quia † in illis quae formae nomine sunt à lege praescripta, nil quicquam mutare licet, etiamsi maior ratio in casu omisso interueniat, *argument. l. si pupillorum 7. §. si praetor. 3 ff de reb. eorum. qui sub tutel. vel cura sunt, &c.* vbi furor, cui permissum est vendere praedium pupillare, non potest hoc oppignorare, *& l. fi. C. de praedis decurion. sine decret. non alien.* vbi Curiales praedia sua donare sine decreto possunt: sed vendere non possunt. Atqui caussae exhaeredationis *in d. Nouell. 115. cap. 3.* enumeratae pertinent ad formam exhaeredationis, vt patescit *ex d. cap. 3. § vltim. versic. si autem hoc obseruata non fuerint, &c.* Igitur mutari non possunt: nec aliae ibidem non expressae admitti debent. Nec † monet, quod ad hanc rationem à nonnullis re-
48 spondetur: in adscriptione quatuordecim exhaeredationi caussarum, prout verbis conceptae sunt, non consistere formam exhaeredationis: cum caussae istae quatuordecim non ex verbis, sed ex ratione metiendae sint; id quod demonstrant duae illae considerationes, quas Iustinianus in consilium adhibuerit; quarum prima est, ne liberi falsis accusationibus condemnentur, vel aliquam circumscriptionem in parentum substantijs patiantur: altera vero, vt parentes & filij à testatorum iniuria liberi reddantur *d. ca Nouell. 115. cap. 3. §. vltimo, versic. si autem hoc obseruata non fuerint, &c. & cap. 5. in principio.* Etenim quod caussae istae quatuordecim à Iustiniano enumeratae, ex verbis, & non ex ratione debeant aestimari, satis arguit, quod Iustinianus ait, praeter nominatim ibi recensitas non esse alias admittendas; & quod omnes idoneas causas nominatim recensere voluerit. Nec obstant rationes, quas Imperator in consilium adhibuisse, ac perpendisse perhibetur. Nam idcirco, ne qua liberis iniuria fieret, neve aliquam circumscriptionem in substantia parentum sentirent, voluit Imperator causas exhaeredationis iustas, & idoneas ad vnam omnes nominatim comprehendere, quo omnem liberos circumscribendi occasionem praeciderer.

Quinto quia ex vtriusque iuris textibus relucet, odia † non esse interpretatione adiuuanda, aut extendenda, sed potius re- 49
stringenda, *l. si praeses 32. & l. interpretatione 42. ff. de poen. cap. odia. 15. & cap. in poenis 49. de reg. iur. in 6.* Exhaeredationem autem esse odiosam, liquido constat *ex l. cum quidam 19. C. de liber. & posthum haeredibus instituend.* Ideoque omnino dicendum est; nullam esse nostro in casu extensionem admittendam. Deniq; hanc sententiam recentiores Interpretes pleriq; defendunt, Franciscus Connan. *in commentar. iur. ciuil. cap. 10. num. 6.* Viglius *in §. fin. num. 8. Institut. de exhared. liberor.* Pichardus *cons. 46. num. 5. volum. 1.* Trutler. *disp. 13. the. 8. volum. 1.* D. Obrecht. *disput. 20. the. 752. cum sequentibus.* Theodorus Marcilius *in §. primo, Institut. de inoffic. testament.* Forster. Iunior. *lib. 2. disput. 22. the 28.* Arumaeus *Exercit. 0. th. 3.* Andreas Gerard. *decad. 8. quaestion. 7.* VVegner. *disp. 7. th. 5. adliter. F. & in coronid.* Clandius *in tract. de sequest. cap. 4. n. 39 & cap. 4. n. 109. cum seq.* Paulus Berens. *disp. 6. ad Instit. them 3. quaest. 1.*

Huic sententiae non obstat hoc argumentum: Ex † quib. cau- 50
sis filius potest exhaeredari, ex iisdem etiam potest vasallus feudo priuari *cap 1. §. 1. vers. praedicto modo. Quae fuit prima caus. benefi. amit. lib 2. Feudor. tit. 24.* Ast in priuatione feudi possunt istae causae ad pares, vel grauiores emergentes extendi, vt ibidem Feudista docet. Ergo in exhaeredatione filij idem licebit. Hoc, inquam, argumentum non obstat. Siquidem ideo vasallus ob similes etiam, vel grauiores causas feudum amittit: quia ista extensio in vsibus feudorum specialiter est permissa. Ceterum in nostro themate talis extensio iure ciuili est nominatim prohibita *d. Nouell. 115. cap. 3* vbi Imperator absolutè, & praecise loquitur, & omnes alias causas, praeter illas quatuordecim, excludit. De Reliquis, quae huic decisioni aduersari videntur, videantur, quae annotauimus *ad §. fin. Instit. de exhaeredat. liberor. num. 74. & seq.* Harprec.

d *Ex alijs causis.*] Adde, quod potest exhaeredari filius etiam, qui patrem infirmum non bene curat, vel ad perfectionem; vt quia aut medicum, quem habere potuit, haud conduxit, vel si conduxit, haud conduxit bonum, cum bonum & peritum medicum habere potuerit. Item, si ei alimenta denegat petita, cum alere eum potens teneatur. de istis causis, vide per Ang. de Aret. *in §. alio quoq; sub n. 4. Instit. quib. mod. test. infir. n. 5.* vbi tractat, an & quando filius ingratus valeat capere haereditatem patris, qui illum instituit haeredem. *Giach.*

e *Dotare.*] Quod sic, Angel. de Aret. *in §. 1. Institut. de nupt. n. 5.* Giach

f *Commisit.*] Nunquid filia clam contrahens matrimonium possit à patre exhaeredari? quod sic, v. de per Duen. *reg. 373.* & hoc adde *ad Auth. sup. eod. in vers. sed quid si filia.* Giach.

g *Nunquid talis filius, postquam factus est furiosus poterit à* 5
patre exhaeredari.] Quod † furiosus ex iusta causa ingratitudinis, ante furorem commissae, exhaeredari possit, post Bartolum hic relatum, tradunt Ferdinand. Vasquius *de successien. creat. §. 2. n. 256. & §. 17. n. 113. de success. progress.* Michael Graff. *lib. 1. recept. sentent. § testa. q. 41. n. 13.* & Thad. Piso *lib. 2. var. resol. c. 9. nu. 10.* Harpr.

h *Resp. quod sic.*] Contrariam *huius lib. 3. opi. n. 132.* vide Tira 3. *tract. de pocul. caus. 3.* Goucan.

i *Egit viuo ipso patre poenitentiam ante testamentum ab eo conditum.*] Quanquam † communiter existimant Doctores, ingra- 52
titudinem commissam tolli, neque causam praebere exhaeredationi, si filius viuo patre, & ante testamentum ab eo conditum, poenitentiam illius criminis egerit, vt post Clarum nostrum & alios docent Graff *d. q. 41. nu. 9. cum seq.* & Piso *d. c. 9. nu. 8.* contrarium tamen verius non sine ratione videtur. Tum quia † 53
poenitentia, post delictum patratum poenam non tollit. *l. qui ea mente. 61 ff. de furt. l. penult ff. vi bonor. raptor. l. quid si fugitiuus, 17. §. 1 ff. de aedilit. edict.* Tum quia non excusat poenitentia, cum alter iam est laesus, vt post Baldum *in l. si quis non dicam rapere. 5. C. de episc. & cler.* tradit Menoch *de arbitr. iud. lib. 2. centur. 4. casu 360. n. 13.* Tum quia parens praesumitur in eodem odio durasse, nec animum exhaeredationis mutasse, Bald. *cons. 112. nu. 8.* Fachin. *lib. 6. controuers. iur. cap. 80.* Sed quid, si filius post iniuriam parenti factam, ei reconciliatus fuerit, nunquid exhaeredatio

datio locum habebit? In resolutione huius quæstionis Doctores mire variant. Quidam enim exhæredationem non cessare, licet filius in gratiam patris redierit, opinantur, Aret. *in l. filio, quem pater. 23. ff. de liber & posthum. hæred. institu.* Gerar. *sing. 3.* Curt. iun. *in auth. non licet. n. 8. C. de liber. præterit.* Alij contra, exhæredationem locũ amplius nõ habere censent. Bart. *in l. 3 §. vlt. ff. de adimend. vel transferend. legat.* Ias. *in d. auth. non licet. C. de libe. præterit.* Grass. *d. §. testam. q 42. n. 11.* Thad. Piso *d. lib. 2. c. 9 n. 9.* Fachin. *d. lib. 6. c. 79.* Arumæus Exercit. *Iustin. 10. th. 5.* & Hillig. *in Donell. enucleat. lib. 6 c. 12 ad lit. M.* Nonnulli distinguunt, an remissio vel reconciliatio præcesserit exhæredationem: & hoc casu sequi non posse exhæredationem: an subsecuta fuerit: & tũc exhæredationi locum esse contendunt, Lancellot, & Purpur. *in l. vlt. C. de pact.* Alij denique alias distinctiones afferunt, vt Couarr. *in cap. Raynutium. 16 in princ. num. 17 ext. de test.* Paulus Busius *ad rubr ff. de liber. & posth. hæredib. Instit. nu. 7.* & Vasq. *lib. 3. de success. creat. §. 30. n. 201.*

Mihi Bartoli, & eius assectarum sententia, *supra secundo loco* relata, haud absque ratione euidenti arridet: quod † videlicet in
54 proposito casu exhæredatio simpliciter locum non habeat. Est etenim exhæredationis ille præcipuus finis, vt iniuria parenti facta, ea vindicetur: & liberi obedientes ab inobedientib. quasi separentur: cum obedientes parentum hæreditatem suis obsequiis magis sibi confirmẽt: inobediẽtes vero se illa indignos faciant. Ideoque cessante exhæredationis causa, quæ scilicet in iniuria parenti illata consistebat: & ipsam exhæredationem, tanquam effectum, cessare necesse est, *argum. l adigere. 6. §. quamuis ff. de iur. patron. l. g. 1. in princip. C. de latin. libert. toll. c. cum cessante. 60 extr. de appellation.* † Deinde culpæ expressio in testa-
55 mento nominatim facienda est à testatore. *d. Nouell. 115. cap. 5. in princ. & § si quis de prædictis. 14. vers. sine igitur, & cap. 4. §. si tales 9.* At culpa hic exprimi nequit: quia remissa est; adeoque pro non culpa habetur. § *fin. Instit. de iniur.* Accedit textus *in d. l. 3. §. vlt. iuncta l. seq. ff. de adimend. vel transferend. legat.* vbi dicitur, si inter legatarium, & testatorem inimicitiæ exortæ fuerint, eæque postmodum remissæ, legatum deberi. Ergo multo magis hæreditas filio debebitur, si iniuriam parens ei remiserit: cũ facilius liberis parentes quid condonent, eosque maiori amore prosequantur, quam legatarios, vt plurimũ extraneos, & non tã arcto vinculo iis coniunctos: cum & liberis alias ratio naturalis, quasi tacita quædam lex, parentum hæreditatem deferat. *l. cum ratio. 7 ff. de bon. damnator.* Præterea † nouissimam voluntatem
56 sequendam esse, rescripsit Alexan. Imp. *in l. in ipsius mariti. 5. C. famil. ercisc.* Atqui isthæc nouissima est patris voluntas, ne filius exhæredetur. Quod licet scriptura probari non possit: quia tamẽ aliis rationibus doceri nihil impedit, nimirum iniuriarũ remissione, & quia talia merita liberorum deprehenduntur, ex quibus parentũ ira mitigari queat *d l. 5. C. eod.* merito æquitati consentaneum esse affirmatur; filium, non obstante exhæredatione, paternam hæreditatem nostro in casu sibi vindicare posse.

Decisioni † huic non repugnat textus *in d. l. filio, quem pater.*
57 *23 ff. de liber. & posthum. hæredib. institu.* vbi Papinianus scripsit, quod si filius exhæredatus emancipetur, deinde iterum per adoptionem in patris potestatem redigatur, ei nocere exhæredationem. Nam quomodo exhæredatio huic filio noceat, Papinianus non declarat. Quare supplendum & interpretandum est, vt noceat quoad denegandam bonorum possessionem contra tabulas: item quoad ius dicendi nullum denegandum; non autem quoad excludendam inofficiosi querelam, quemadmodum vberius explicat Fernand. Vasqu. *lib. 7. controuers illustr. c. 106 nu. 23.* Harp.

k *Exhæredari.*] Et quod reuocetur præcedens ingratitudo per subsequentem notabilem gratitudinem dixi *sup.* Giach.

l *Ita dixit Alexand.*] Adde Eman. à Cost. *l. cum tale §. si arbitratu. n. 189 ff. de condit. & dem.* Soar. *vol. 1. commun. opin. in verb. exhæredatio,* & quid si inter patrem & filium post exhæredationẽ secuta sit reconciliatio. vide Gerard. *sin. 3.* Ias. *Auth. non licet. C. de lib. pret.* vide Couar. *in §. Raynut. n. 17.* Gouean.

m *Posthumus.*] Sed quid si exhæredatio simpliciter facta sit de posthumis, an comprehendat posthumos ex futuro matrimonio? vide & dic, vt per Ang. de Aret. *in §. posth. instit. de exhæred. liber. n. 3.* Castr. *cons. 18.* Giach.

Nunquid secundum ius nouissimum posthumus possit à patre exhæredari.] † Quanquam multi existimant, posthumos hodie
58 non minus, ac olim, exhæredari posse, Franciscus Conoan. *lib. 9. comment. iur. ciu. cap. 10.* Alciat. *lib 4 paradox. cap. 10.* Donell. *in auth. ex causa. C. de lib. præterit & lib. 6. Commentar. de iur. ciu. cap. 13.* ibique Hiliger. *in suis notat. ad lit. B.* Vasquius *de success. creat. lib 2 §. 20. p. 3. requisit 29 declarat. 3. num. 191.* D. Bocer. *class. 6. disput. 39. thes. 12 edit. 2.* Iul. Pac. *cent. 5. qu 86.* Andreas Gerhard. *decad 8. quæst. 6.* Duaren. *ad tit. de inoffic. test. cap. 6.* Schickardus *disput. 8. thes. 1 quæst. 6.* Arumæus *Exercitat. Iustin. 10. th. 6.* Matthias Stephani *cent. 2. quæst 67. ad liter. A.* Hœnon. *disput. 7. controuers. 16.* Treutler. *vol. 2. disput. 21. th. 1. lit. F.* Cramer. *disceptat. 12 posit. 6.* Scroterus *d* *auth. demonstrar. decad.* 5. *quæst. 4.* & alij; contrarium tamen, tanquam verius & æquius, amplexi sunt, vltra Clarum hic nostrum, Doctores plerique, Accurs. & ceteri *in l. si quis 33. §. legis 1. super verbo existimari C. de inoffic. testam.* Michael. Grass. *libr. 1. recept. senten. §. testamentum, quæst. 42. num. 14.* Cuiaccius *ad l placet. 4 ff. de liber. & posthum. hæred. instit.* Petrus Gregorius *lib. 44. syntagm. iur. vniuers. cap. 3. num. 5 & 17.* Loriot. *in tractat. de exhæredat. axiomat. 7. & 8.* Hackelman. *quæst. illustr. disput. 6. thes. 4. lit. A.* Schneidevvinus *in §. posthum. 1 n. 2 Instit. de exhæredat. liberor.* Borcholt. *ibidem nu. 4.* Petrus Heigius *num. 5.* Mynsinger. *nu. 7.* Viglius *num. 9.* Nontus *num. 13.* Vulteius *nu. 14.* & plures alij: quibus nouissime adstipulatur Erasmus Vngepar. *Exercit. Iustin. 12. quæst. 1.* Hæcque sententia hoc † potissimum fundamento 59
nititur; quod nulla exhæredatio sine elogio, id est, appositione, & probatione causæ ingratitudinis procedit *d. Nouel. 115. cap. 3. in princ. & §. vlt. vers. sine igitur omnes. &c.* vbi prohibentur parentes † liberos suos quoscunque, sicque etiam posthumos (si 60
quidem hi nomine liberorum comprehenduntur. *§. fin. Instit. qui testament. tutores dari poss. & l. nomen filiorum. 164. ff. de verb. significat. maxime quando de commodo ipsorum agitur. l. qui in vtero. 7. & 26 ff. de statu hominum l. quod dicimus 231. ff. de verb. significat.*) sine nominata ingratitudinis caussa exhæredes in testamẽto suo facere. Atqui elogium, siue ingrati vitium posthumo adscribi neutiquam potest, *arg. d l. si quis 33. §. 1. C. de inoffic. test.* Si ergo posthumus de facto exhæredetur; exhæredatio ista vt simpliciter contra legis formam facta, pro nulla habetur. *argum. l. non dubium. 5. C. de legib.*

Non aduersatur huic sententiæ quod † etiam olim posthu- 61
mus exhæredari potuerit, *l. posthu. 3 ff. de iniust. rupt. irr. fact. testam. l. si posthumus. 14 in princ. ff de lib. & posth. d. §. posthumi. 1. Instit. de exhæred. liber.* vbi tamen non minus opus fuit caussę expressione, quam hodie, *l. cum ratio. 7. in princ. ibi, nisi meritis de causis ff de bonis damnator.* Nam respondetur; olim quidem sine causa exhæredationem fieri non potuisse: verum hodie hoc amplius dispositum esse, vt non quælibet causa ad exhæredationẽ sufficiat, sed causa iusta, ac determinata, & specialiter testamẽto inserta, eaque ab hęrede probata esse debeat: cum olim non ita, quemadmodum hodie, causæ determinatæ fuerint. *d Nou. 115. c. 3.* vbi duntaxat 14. referuntur ingratitudinis caussæ; ex quib. cũ nulla posthumo adscribi queat; consequens est, illum hodie exhæredari nequaquam posse. Idque explanatius ostendi *in d. §. 1. Inst. de exhæred. lib. nu. 11. & seq.* Harp.

QVÆSTIO XLII.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Testamentum, in quo filius est præteritus, est ipso iure nullum.*
2 *Quid in emancipato.*
3 *Et quid in testamento militis.*
4 *Et quid in filiis naturalibus.*
5 *Et quid in legitimatis.*
6 *Et quid in filia fœmina.*
6 *Et quid si sit exclusa à statuto.*

Ex Additionibus.

1 *Hæredis institutio caput, & fundamentum testamenti.*
2 *Testamentum, in quo filiusfamilias est præteritus, ipso iure nullum.*
3 *Cur filijfamilias vel instituendi sint, vel exhæredandi.*
4 *Duo vnius rei domini, vel possessores in solidum esse non possunt.*
5 *Testamentum, in quo non est institutus filiusfamilias, nullum censetur, licet filius ante patrem moriatur.*
6 *Quod ab initio vitiosum est, tractu temporis conualescere nequit.*
7 *An in emancipatis ius vetus, quod eos præterire permittebat, hodie sit sublatum.*
8 *Nunquid filij naturales præteriti possint testamentum dicere nullum.*
9 *Quid obtineat in legitimatis.*
10 *At quid, si filia exclusa sit à successione per statutum.*

Habes ergo ex præmissis quæstionibus conclusionem, quod testamentum, in quo filius *a* est præteritus, est ipso iure nullum; & de hoc est text. expressus *in l. inter cetera ff. de liber. & posthu.* & intellige præteri- 1 a

b tum b eum, qui in testamento non est institutus, neque nominatim exhæredatus, etiam quod de eo in testamento esset alio modo facta mentio. Ita dicit Bart. in Auth. ex caussa n.10. C. de liber. præter. & est communis opin. vt ait Curt. iun. in d. Auth. ex causa post n.36. vers. Circa primam. dixi sup. q.38. in princ. Cum enim lex requirat pro forma, vt filius nominatim sit institutus, vel exhæredatus, vt dixi supra quæst.38. merito quando est præteritus, ex defectu formæ, testamentum ipsum corruit. Et hæc est communis ratio, vt dicit Porc. Inst. de exhered. lib. in princ. n.3. in fin.

Et hæc quidem conclusio sine controuersia procedit in filio in c potestate. Nam eius præteritio procul dubio reddit testamentum omni iure nullum d. l. inter cetera. & est cõmunis opi. vt attestatur Iason in l.3. §. si. post
2 n.12. vers. secundo limita ff. de libe. & posthum. & in hoc
d nemo dubitat. Sed quid in d emancipato? Resp. quod in hoc proposito maxima est differentia inter filium in potestate, & emancipatum. Nam si filius emancipatus sit præteritus sine insertione causæ, valet testamentum mero iure, sed potest per bonorum possessionem contra tabulas impugnari. Ita dicit glos. quæ in hoc proposito reputatur singularis in §. exhæredatos. in verbo Noluit, in Auth. de hered. & Falc. quid dicit esse commun. approbatam Iason in d. Auth. ex caus. post n.8. vers. An autem, & quando. C. de liber. præter. Crot. in repet. l. Gallus §. & quid si tantum n.101. Dec. in l. sicut certi. nu.17. C. de test. milit. Rimin in d. l. sicut certi. nu.4. & dicit Alexand. in d. l. sicut certi nu.14. quod ita commun. concluditur. Hanc etiam dicit esse communem opin. Alexand. consil.161. nu.1. lib.2. Si vere filius in potestate patris constitutus sit in testamento præteritus, siue præteritio facta sit cum insertione causæ, siue sine, semper testamentum est ipso iure nullum, vt dicit gloss. in d. §. exhæredatos, superius allegata: & est communis conclusio, vt ait Curt. iun. in d. Auth. ex caussa n.37. & in d. Auth. non licet. n.14. C. de liber. præter.

3 Bene verum est, quod hoc vltimum non procedit
e in e milite. In illo enim est speciale, vt possit filium cũ causa præterire: & talis præteritio pro exhæredatione habetur; si vero prætereat sine causa, etiam testamentum militis annullatur. Et hæc est commun. opin. vt dicit Ias. in l. si cum vel in vtero, quam legit cum l. præced. post num.8. vers. Quid tenendum. C. de testam. milit. Dec. in d. l. si cum vel in vtero. nu.5 Ripa in leg. centurio, post n.43. ff. de vulg. Vtilitas autẽ, quę resultat ex hac quæstione, an scilicet competat ius dicendi nullum; vel bonorum possessio contra tabulas, posset esse maxima: quia ius dicendi nullum durat 30. ann. vt dixi infra lib.7. §. præscriptio. Contra tabulas autem durat solum per annum, vt est in iure notissimum. Neque prædictis obstat, quod iure hodierno sublata sit differentia emancipationis, & patriæ potestatis, quia licet sublata sit ab intestato, non tamen est sublata ex testamento, vt supr. lib.2. §. filius.

4 Sed quid f in filiis naturalibus nunquid si sint præte-
f riti, vel iniuste exhæredati, poterunt dicere testamen-
g tum nullum, vel contra tabulare g? Respon. quod non, quia filij naturales non admittuntur contra voluntatem patris. Ita dicit gl. in l.1. in princ. in verbo, Naturales. ff. de bon. possess. contra tab. quæ est cõmuniter approbata, vt attestatur Natta in repet. d. §. ex imperfecto. n.72. in fi.

5 Sed quæro, quid in filio h legitimato, nunquid etiam
h illius præteritione testamentũ reddatur ipso iure nullum? Respond. quod sic, ita dixi infra q.84.

6 Item quæro, quid in filia fœmina? Resp. quod etiam ipsius præteritione testamentum annullatur. Ita est communis opinio, vt dicit Corn. cons.62. col.2. in littera G. lib.2. Ias. cons.113. num.1. lib.1. est enim iure hodierno sublata sexus differentia. l. maximum vitium. C. de liber. præter. cum sim. Quæ quidem conclusio de plano procedit secundum meros terminos iuris communis.
Sed quid i si adsit statutum excludens filias fœminas à i
successione extantib. masculis, prout est communiter per totam Italiam nunquid stante huiusmodi statuto, filia præterita à patre poterit testamentum paternum impugnare? Hæc est ardua k quæstio, & quotidie con-
tingens in practica, in qua DD multa varie loquuntur. k
Tu vero l omissis disputationib. scias, quod in hoc pro- l
posito considerari possunt duo casus. Primus casus est, quando masculi, vel agnati, propter quos ipsa fœmina à statuto excluditur, sunt instituti hæredes in testamẽto paterno: & hoc casu tenendum est, quod talis filia à statuto exclusa, non potest, si sit præterita à patre in testamento, illud impugnare, neq; per ius dicendi nullũ, neq; per bonor. possessionem contra tabulas. Et hæc est magis commun. opin. vt dicit Paul. de Castr. cons.96. circa princ. lib.2. Alex. in l. filia dotem. n.6. C. de collatio. & in l. Gallus. §. & quid si tantum post n.16. vers. primo casu, & cons.47. n.9. lib.2. quẽ refert Dec. cons.264. col. fi. in princ. & Vantius de nullit. in tit. si sub n.20. Aret. cons.159. post nu.20. vers. venio ad vndecimum. quem refert Dec. cons.296. n.1. in fi. Ias. in Auth. nouissima. n.57. C. de inoffic. testa. & in d. l. Gallus. §. & quid si tantum. n.58. Cæpola. cons. ciuili 53. n.3. Afflict. decis.158. nu.6. Dec. in d. l. filiæ dotem. nu.4. & consil.105. n.1. Porc. instit. de exher. lib. §. fin. n.9. Claud. in d. §. & quid si tantum, post n.21. Brun. de statu. excl. fœmin. in 10. artic quæ 4. Crot. in rep d. §. & quid si tantum, nu.109. Et licet Angel. in d. l. filia dotem. tenuerit, quod potest filia expectare, quod adita sit hæreditas, deinde venire per contra tabulas: tamen illa decisio Angel. communiter reprobatur, vt attestantur Doct. supra allegati, & pro hac communi opi. duo fundamenta fortissime stringunt, quæ tamen in effectu reincidunt fere in idem. Primo clarum est, quod cui non debetur legitima, non potest impugnare testamentum. Ita communiter tenetur, vt dicit Corn. cons.40. in littera F. lib.3. Sed filia exclusa à statuto non potest petere legitimam, neque eius supplementum, secundum opin. magis communem, quam ego etiam tenui supra lib.1. Ergo &c. Secundo facit, nam iura veniendi contra testamentum communiter regulantur à iuribus succedendi ab intestato. Ita communiter tenetur, vt ait Corn. cons.1. col. pen. vers. Et maxime lib.2. & cons.199. in lit. D. lib.3. & est communis conclusio, vt dicit Corn. cons.62. in lit. D. lib.2. Qui ergo est exclusus à successione ab intestato, est etiam exclusus à successione contra testamentum. Ita tenent communiter omnes legendo, & consulendo, vt dicit Corn. cons.126. in princ. li.2. Et ita communiter teneri attestatur Imol. in d. §. & quid si tantum, quem refert Corn. cons.291. in liter. E. li.4. Corn. cons.107. in lit. E. li.2. & cons.116. col.1. in lit. E. eo. vol. & est communis opin. vt dicit Gratus cons.21. num.6. & seq. lib.1. & in specie de contra tabulas, quod exclusus à successione intestati non possit contra tabulare, vbi est institutus ille, qui est causa exclusionis, dicit communiter concludi Corn. cons.40. in littera G. lib.3. & hoc siue institutus adierit, siue non. Et ita esse communem opin. attestatur Corn. in d. cons.107. in lit. F. lib.2. & cons.209. in littera A. lib.3. Merito igitur hæc filia, quæ ab intestato non potest venire ad successionem, pariter etiam censeri debet exclusa à successione contra testamentum: & hic casus minus habet difficultatis. Secundus est casus, quando in testamento sunt instituti hæredes extranei, non autem illi masculi, vel agnati, propter quos fœminæ à statuto excluduntur, & hoc casu DD. multum variant. Videtur enim cessare ratio ipsius statuti, quę est causa familiæ

detur enim cessare ratio ipsius statuti, quæ est causa familiæ, & agnationis conseruandæ, vt dixi in loco præallegato, & fauor ipsorum masculorum, vel agnationis, ad quorum beneficium est facta dispositio statuti: & ideo multi tenuerunt, quod dispositio statuti excludentis fœminas extantibus masculis, recipiat hanc interpretationem, vt procedat, dummodo illi masculi sint hæredes tempore, quo agitur de exclusione ipsarum fœminarum, de quo tamen ibi latius dixi. Et hæc opinio prima facie videtur habere in se maiorē æquitatem, & illam dicit esse communem Berous *in c. Raynutius, post nu.* 257. referens Alexand. & Soc. dicentes, quod illam tanquam veriorem, & magis æquam secuti fuerunt Doct. communiter. Contraria tamen opinio, quod scilicet etiam hoc casu filia non possit impugnare testamentum paternum, aliquando mihi magis placuit, & nonnulli ex Doct. supra allegatis in primo casu indistinctè affirmant magis communem opin. Doct. esse, quod non possit impugnare testamentum, neque distinguunt, an masculi sint instituti, vel ne. Statutum enim ad exclusionem fœminarum considerauit tantum existentiam masculorum, & sic illa sola sufficere debet ad eas excludendas. Non tamen potest negari, quin passus sit arduus, & periculosus; vide pro resolutione ea, quæ dixi *in d. quæst.*

ADDITIONES.

a *Filius.*] Quid de nepote? Dic, quod testamentum præteritione nepotum est nullum, non obstante clausula codicillari: vt dixi *in coll. mea comm. opin. verbo testam. n.* 12. Giach.

Filius est præteritus.] Hic scias, quod sicut est triplex Institutio, ita est triplex præteritio, atq; triplex exhęredatio. Vide de his per Ang. de Aret. *in § fin. Instit. de exhær. lib.* Et de testamento nullo ratione præteritionis vide Rim. iun. *cons.* 78. Giach.

Testamentū in quo filius est præteritus, est ipso iure nullū.] Quia
1 hæredis institutio est caput ac fundamentum totius testamenti,
§. ante hæredis 34. *Inst. de legat.* Idcirco conuenienter dicitur, te-
stamentum, in † quo filiusfamilias nominatim non est institu-
2 tus, vel exhæredatus plane inutile esse, ipsoq; iure nullum, *l.* 1. *ff.*
de iniusto, rupt. irr. fact. testa. l. 2. *§. vltim. l. si filius.* 8. *& l. inter ce-*
tera. 30. *ff. de liber. & posth. hæredib. instit. l. vltim. circa finem. C.*
de liber. præterit. & initio tit. Instit. de exhæredat. liberor. Eiusque
ratio non obscura est: quia liberi, † in potestate constituti, suo
3 quodam iure hæreditatem parentum sibi vindicant: ita quidem,
vt alio, quam hæredum titulo, honestius appellari nequeant. Re-
putantur enim, viuo adhuc patre quodammodo heri, id est, do-
mini rerum paternarum, &, patre defuncto, dominium in eos de
nouo non transfertur, sed continuatur, *l. in suis.* 11. *ff. de liber. &*
posth. hæredib. insti. Proinde lex voluit, vt pater istam dominij
continuationem exhæredatione interrumperet, illudq; filiofa-
milias ante nominatim auferret quam alteri per institutionem
tribueret: quod † duo vnius rei domini vel possessores in solidum
4 esse non possent. *l. si vt certo.* 5. *§. si duobus.* 15. *ff. commodati.*
quod alias hic contingeret. Nam & filius esset rerum paterna-
rum dominus auctoritate legis. *d. l. in suis.* 11. *ff. de liber. & post-*
humi. hæred. instit. §. sui autem. 2. *vers. sed sui quidem. Instit. de*
hæred. qualit. & different. & item extraneus à patre institutus,
tradentibus Nonio *nu.* 1. Mynsingero *nu.* 4. & Vulteio *nu.* 15. *ad*
princip. tit. Instit. de exhæredat. liber. item Michaele Grasso *lib.* 1.
5 *receptar. senten §. testamentum, q.* 35. *nu.* 2. Adeo † autem testa-
mentum, in quo filiusfamilias neq; institutus, neq; nominatim
exhæredatus, sed præteritus est, inutile siue nullum existimatur:
vt etiamsi alij hæredes sint instituti, & filium ante patrem mori
contingat, tamen testamentum non conualescat, & nemo hęres
ex eo casu testamento existere queat, *d. init. vers. adeo quidem.*
Instit de exhær. liber. d. l. si filius 7. *ff. de liber. & posth. hæred. instit.*
6 idq; † propter tritam iuris regulam, qua dicitur, quod ab initio
non valet: seu vitiosum est, non posse tractu temporis conuales-
cere *leg quod initio.* 29. *& l. quæ ab initio.* 210. *ff de regul. iuris, l.*
1 *ff. de regul. Catoniana.* Harp.

b *Intellige præteritum, &c.*] Idem dic, si aliquid relictum sit filio, vel filiæ, alio titulo quam institutionis: quia etiā dicitur præteritus. Vide de his etiam per Dec. *in cons.* 105. *col.* 1. *per l. ita tamen. §. quis rogatus ff ad Trebellia.* & præterea quæ tradunt Ang. Bald. Rom. Sig. &c. quæ haud transcribo, ne margo nimis oneretur. Illos ideo videto *Giach.*

c *In filio in potestate*] Sed quid è conuerso, si pater sit præteritus vel exhæredatus à filio? vide per Ang. de Aret, *in §. fin. sub n.* 4. *Instit. de exhæred. liberor.* Giach.

d *In emancipato.* Vide etiam istam distinctionem totam per Ang. & Aret. *in § sed hæc quidem. Instit. de exhær. liber. sub nu.* 5. Giach.

Sed quid in emancipato.] De liberis emancipatis controuerti-
tur: an in † iis ius vetus, quod eos præterire permittebat *§. eman-* 7
cipatos. 3. *Instit. de exhæredat. liberor. § emancipati,* 9. *Instit. de hæ-*
redit. quæ ab intest. defer. l. non putauit 8 *§ fin. de bonor poss. contr.*
tab. cum similib. per nouam Iustiniani Imperatoris constitutio-
nē, quæ extat *in Nou.* 115. *c.* 3. *& in § sed hæc quidem* 5. *Instit, de*
exhæredat. liber. sit sublatum? Et licet Bartol. Corn. Cuiac. & cæ-
teri communiter *in auth. ex causa. C. de liber. præterit.* Gomes.
tom. 1. *variar. resol. c.* 11. *nu.* 34 Fernand. Vasqu. *de success. creat. §.*
20. *nu.* 2. *&* 21. Grassus *d. §. testamentum, quæst.* 36. *n.* 5. aliiq; per
Clarum hic relati, existiment, posse hodie filios emancipatos
simpliciter pręteritos testamentum iure ciuili, ad instar suorum,
dicere nullum: nec iis amplius bonorum possessionem necessa-
riam esse: alij tamen rectius concludere videntur; ne quidem le-
gislatione nouissima, propter emancipatorum præteritionem,
testamentum ipso iure concidere: sed per bonorum possessionē
contra tabulas illud euertendum, siue rescindendum esse, *argu. l.*
vltim. §. fin. C. de liber. præterit. & l. præcipimus. 32. *in fin. C. de ap-*
pellationib. Eaque de re videantur Viglius *nu.* 6. *ad d. §. sed hæc*
quidem. 5. *Instit. de exhæredat. liberor.* D. Collega Bocer. *class.* 5.
disp. 3. *th.* 17. *edit.* 2. & Donellus *ad d. authen. ex causa C. de liber.*
præterit. n. 5. *& lib.* 6. *Commentar. de iur. ciu. cap.* 13. *pag.* 30. *& seq.*
vbi accuratissime hanc rem persequitur. *Harp.*

e *Procedit in milite.*] Vide per Ang. de Aret. qui declarat, & distinguit tempora: An scilicet sit in expeditione armor. in castris, aut haud sit in actu belli, *in §. sed si in expeditione. Instit. de exhær. liber.* Giach.

f *Sed quid in filiis naturalibus.*] Quod † filij naturales, si sint 8
præteriti, vel iniuste exhæredati, non possint dicere testamen-
tum nullum, vel contratabulare, vltra Clarum hic nostrum, do-
cet etiam Michael. Grass. *d. lib.* 3. *recept. sent. §. institutio quæst.* 7.
n. 5. *& d. §. testa. quæst.* 36. *d.* 9. Thadeus Piso *lib.* 2. *variar. resolu.*
cap. 6. *n.* 16. Harp.

g *Vel contratabulare.* Idem de filiis naturalib. tantum emancipatis, qui non admittuntur ad contra tabulas, vide per Ang de Aret. *in §. adoptiui in fin.* vbi assignat rationem *Instit. de exhær. liber.* Giach.

h *In filio legitimato.*] Obiter hic quæro, nunquid filius legitimatus, & quo ad originem, & quo ad honores, & quo ad dignitatem, sequatur conditionem patris, qui fecit ipsum legitimari. Quod sic, ex quo legitimatio facit ipsum haberi in omnibus pro legitimo: habetur per Ang. de Aret. *in §. sed si quis sub n.* 3. *Instit. de iur. perso.* Giach.

Sed quære, quid in filio legitimato.] Quod † filij legitimati 9
præteritione testamētum ipso iure corruat, inde patet, quod le-
gitimatus à cæteris legitimis, & naturalibus simul, nihil differat.
l. cum quis. 10. *in fin. C. de naturalib liber. Nouell.* 12. *cap. vltim. in*
fi. Nouell. 74. *cap.* 2. *circa princip. ibi, nihil à legitimis filiis differen-*
tes &c. Nouell. 89. *ca.* 9. *§.* 1. *& cap.* 3. *in princip. ibi, nihil dissimiles*
legitimis, &c. cap. 1. *& cap. tanta.* 6. *ext. qui filij sint legitimi.* Atq;
ita communiter Doctores sentire, post Clarum nostrum *infra*
quæstio 84. aliosque ab eo laudatos, testantur Fernandus Vasqu.
de success creat. § 20. *nu.* 18. Grassus *d. §. testamentum q* 36 *nu.* 10.
& q. 77. Andr. Gail. *lib.* 2. *obser.* 112. *nu.* 21. *& obseru.* 40. *numer.* 4.
Fachineus *lib.* 4. *controuers. iur. c.* 3 & docuimus *in §. adoptiui,* 4.
n. 8 *& seq. Instit. de exhæred. liber.* Harp.

i *Sed † quid, si adsit statutum excludens filias feminas à succes-* 10
sione.] De hac quæstione, post Clarum hic nostrum, & ab eo cita-
tos, vide latissime dissertantem Michaelem Grassum *d. §. testa-*
mentum, quæst. 36. *n.* 7. *& seq.* nec non Thad. Pison. *d. lib.* 2. *var.*
resolut. cap. 6. *n.* 5. Harp.

k *Hæc est ardua quæstio.*] Vide de ea per Dec. *cons.* 105. *in* 1. *dub.* vbi tenet testamentum nullum esse, in quo filia in potestate præterita fuit; & de ista communi dixi etiam *in collec mea commun. opin. in verbo testamentum, n.* 4. Adde, quod testamentum præteritione nepotum videtur nullum, non obstante clausula codicillari. Commune etiam dixi, ibid. *nu.* 12. *& num.* 13. magis communem etiam dixi, quod testamentum nullum pręteritione filij sustinetur in vim fideicommissi, per clausulam codicillarem. *Et n.* 35. communem similiter dixi, quid testamentum maternum defectu præteritionis haud reddebatur nullum ante ius Authenticorum. Hodie vero quid? vide *inf. q.* 47. Giach.

l *Tu vero.* Distingue clarius totam hanc quæst.: an statutum filiam suspensiue, donec extant masculi, vel peremptorie excludat. Item an masculus facto testatoris, vt puta qui exhæredatus, vel facto legis, quia incapax ad successionem non admittatur, insuper vtrum existentia filiorum, qui necessario sunt instituendi, vel proximorum agnatorum, quos impune liceat prætetire, filiam repellat, de quibus omnibus, & aliis vide locupletissime Gabr. *tit. de stat. concl.* 4. Goucan.

QVÆSTIO XLIII.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Testamentum in quo filius est præteritus an sit nullum etiam de iure prætorio.*

2 *Et an sit ipso iure nullum, priusquam impugnetur à filio præterito.*

3 *Et quid si filius ipse præteritioni consentiat.*

4 *Et nunquid hæc approbatio præiudicet alteri ex filiis, qui forte in minori parte fuerit institutus.*

Ex Additionibus.

1 *An testamentum, in quo filius præteritus est, sit nullum etiam de iure prætorio.*

2 *Quatenus appellatio à sententia lata, tendat ad rescindendam sententiam.*

3 *Nunquid institutus possit impugnare testamentum, nec expectare teneatur, quod præteritus impugnet, etiamsi præteritus sit emancipatus.*

4 *An & quatenus filius præteritus, approbans testamentum, præiudicet filio instituto.*

1 NVnc prosequendo materiam; Quæro, an hęc conclusio, quæ habet, quod testamẽtum, in quo filius reperitur præteritus, est nullum, habeat locum non solum iure ciuili, sed etiam de iure prætorio? Respon. gloss. in multis locis tenuit, quod huiusmodi testamentum valeat de iure prætorio. Sed in contrarium *a* est
a magis communis opin. vt dicunt Scribentes *in d. l. posthumo. C. de contratabul.* & in specie Ias. *num.* 19. & Dec. *num.* 11. & Curt. iun. *num.* 50. *& seq.* & Zuccar. *nu.* 114. Neque obstat, quod de iure prætorio aduersus tale testamentum detur bonorum possess. contra tabul. quæ est remedium rescissorium: & sic videtur præsupponi validitas testamenti, ex quo illud, quod nullum est, rescindi non potest. Quia hoc casu contra tabul. datur *b*
b potius ad declarandum testamentum nullum, quam ad illud rescindendum, & satis dicitur illud de facto rescindere, quatenus de facto processit Et hęc est communis solutio, vt dicit Curt. iun. *in d. l. posthumo circa n.* 56. Vtilitas autem huius quæstionis est maxima, quia si testamentum esset validum de iure prætorio, non posset aliquis venire per bonorum poss. ab intestato: puta, Vnde liberi, vel similes, nisi prius testamentum rescinderetur, secus autem præsupposito, quod testamentum etiam de iure prætorio sit ipso iure nullum, secundum magis communem opin. cum qua etiam ego transeo, licet Doctores multa disputando coagerant *in d. l. posthumo*, quæ in practica parum, vel nihil valent.

2 Successiue quæro, an tale testamentum in quo filius reperitur præteritus, sit ipso iure nullum, antequam *c*
c impugnetur ab ipso filio præterito? Respond. quod sic: & est communis opin. vt dicunt Scribentes *in d. l. posthumo*, & in specie Alexan. *nu.* 16. *in fin.* & Ias. *n.* 13. *& sequenti.* Curt. iun. *post nu.* 41. & Rimin. *nu.* 5. & Zuccar. *nu.* 48. *& sequenti.* Alexand. *in l. si filius qui in potestate, n.* 1. *ff. de liber. & posthu.* Gulielm. de Bened. *in* 1. *parte repet. cap. Raynutius, fol.* 191. *nu.* 96. Vtilitas autem huius conclusionis potest esse maxima, quia si vnus ex filiis est præteritus, & alij inæqualiter instituti, poterit ille, cui minus quam aliis relictum sit, etiam ipso filio præterito tacente, dicere testamentum nullum, & omnia reducere ad causam intestati. Et hæc cõmunis conclusio, vt ait Gulielm. de Bened. *in loco præallegato, numer.* 100.

3 Sed quid si ipse filius præteritioni consentiat? Resp. distinguendi sunt duo casus. Primus est, quando filius ante conditum testamentum, vel in ipso actu testamẽti consensit præteritioni, & hoc casu non obstante ipsa præteritione valet testamentum. Et hæc est commun. opin. vt dicit Ias. *in d. l. inter cætera, post nu.* 11. *ff. de liber. & posthum.* Ex quo enim principaliter ob fauorem filiorum introductum est, ne à patre in testamento prætereantur, conueniens est, vt (iuxta vulgares regulas) possint huic fauori renunciare intelligo tamen, quod valet solum de æquitate prætoria, non autem de iure ciuili. Et ita esse communem opin. attestatur Imol. *in d. l. filio præterito, nu.* 60. quod est magni effectus, vt dicam infra statim. Secundus vero est casus, quando ante conditum testamentum, vel tempore conditi testamenti, filius non consensit præteritioni, sed post cõditum testamentum illud approbauit: & hoc casu tale testamentum de iure ciuili remanet nullum. Nam secundum rigorem iuris ciuilis testamentum, quod à principio est nullum, non potest tractu temporis reconualescere: sed de iure prætorio secus. Nam ex æquitate prætoria, secuta approbatione filij, testamentum ipsum reconualescit. Ita dicit Bart. *in d. l. filio præterito, num.* 19 *ff. de iniusto rupto*, & est commun. opin. vt dicit Imol. *in d. l. filio præterito, num.* 56. Claud. *in l.* 1. *§. fi. nu.* 1 *ff. de vulgar.* Boet. *decis.* 66. *num.* 5. Curt. iun. *in d. l. posthumo. num.* 59. *& sequenti.* Et nota, quia iste est vnus ex casibus, in quibus etiam hodie est necessaria bonorum possessio. Nam ex huiusmodi testamento, cum reconualidetur solummodo de iure prætorio, non autem de iure ciuili, non potest adiri hæreditas, sed tantum bonorum possessio peti. Et ita volunt communiter Doctor. vt dicit Corn. *cons.* 31. *in liter. P. lib.* 2. quod est maximi effectus, vt dixi supra §. *bonorum possessio.* Faciũt quæ dixi infra *quæst.* 46. *vers. Sed pone:* & hæc conclusio, quod filius præteritus possit testamentum ipsum approbare, indistincte locum habet, siue in eo sint instistituti venientes ab intestato, siue etiam extranei, nam vtroque casu potest filius illud approbare. Et ita communiter tenetur, vt dicit Imol. *in d. l. filio præterito. post numer.* 6. Vtroque enim casu militat ratio, quod quilibet posse debet fauore suo renunciare, vt supra dixi.

Sed pone: Tu scis, quod filius præteritus de iure ciuili habet ius dicendi nullum, & de iure prætorio habet bonorum possessionem contra tabulas. Scias etiam, quod præterito tacente, potest vnus ex institutis, cui forte minus relictum sit, dicere testamentum nullum, vt dixi supra *versic. successiue.* modo filius pręteritus approbet testamentum; Quæro, nunquid hæc approbatio *d* ipsius præiudicet institutis, ita vt non pos- *d*
sint amplius contratabulare? Respond. quod non præiudicat quo minus ipsi adhuc possint intentare bonorum possessionem cõtra tabulas ex persona ipsius pręteriti. Et hæc est communis opin. vt attestatur Ias. *in d. l. posthumo n.* 9. Boet. *in d. decis.* 96 *nu.* 8. Curt. iun. *in d. l. posthumo, nu.* 61. Statim enim defuncto patre fuit illis ius quæsitum ad contratabulandum, & sic reducendũ omnia ad caussam intestati, merito tale ius per ipsum præteritum non potest ab eis auelli. Et licet hęc conclusio prima facie videatur aliquantulum dura, tamen in practica non esset ab ea recedendum.

ADDITIONES.

a SEd in contrarium est magis communis opinio.] Quod † videlicet testamentum, in quo filius est præteritus, sit nullum non solum de iure ciuili, sed etiam de iure prætorio, adde Thadeum Pisonem, eandem sententiam referentem, & amplectentem *lib.* 2. *variar. resol. c.* 6. *n.* 16. Harp.

b *Datur potius ad declarandum testamentum nullum, quam ad illud rescindendum.*] Sic † in simili appellatio à sententia lata, tendit ad rescindendam sententiam; *l.* 1. *§. ult ff. ad S.C. Turpill.* 2
vbi Marcianus respondit, prouocationis remedio condemnationis extingui pronunciationem. Hoc tamen procedit, & verum est, quando sententia est valida. At si sententia sit nulla: ap-

pel-

pellatio non venit ad rescindendum, vel ad declarandum sentẽtiam nullã, vti notat Bart. & alij *in l. si expressim. 19 ff. de appellationib.* Ias. *in l. posthumo, 2. n. 32 C. de bon. poss contr. tabul.* hosq; citans Thad. Piso *loco præallegato*. Harprec,

c *Antequam impugnetur ab ipso filio præterito.*] Quod † testa-
3 mentum, in quo filius est præteritus, sit nullum, antequam impugnetur ab ipso filio preterito, & consequenter, quod institutus possit per se impugnare testamentum patris, non expectando, quod preteritus impugnet, etiamsi filius præteritus sit emancipatus, contra alios defendit Thadeus Piso *d. l. 2. variar. resolut. cap. 7. n 4. & seq.* Harp

d *Nunquid hæc approbatio ipsius præiudicet instituti.* An † &
4 quatenus filius preteritus, si approbet testamentum, præiudicet filio instituto, ita vt ipse bonorum possessionem contra tabulas, beneficio præteriti haberi non possit post plures alios à se cumulatos, copiose ac dilucidè declarat Thadeus Piso *modo allegato cap. 7. n. 6. & subsequentib.* Harp.

QVÆSTIO XLIV.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Filia dotata instituta sola dote sua, an tanquam præterita rumpat testamentum.*

Ex Additionibus.

1 *Filiafamilias æquè, ac filius, instituenda ad hoc vt præterita non reddat testamentum nullum.*

2 *An sufficiat, filiam instituere in dote.*

1 SEd hic occurrit alia quæstio. Pone, pater dotauit fi-
a liam? deinde condidit *a* testamentum, in quo ipsam filiam instituit in sola dote sua, nunquid talis institutio
b valebit, an autem filia tanquam præterita *b* poterit impugnare testamentum? Cum enim dos non esset amplius in bonis patris, sed veniret in primis detrahenda, tanquam æs alienum, videtur in effectu potius præterita, quam instituta. Contrariam tamen opin. scilicet quod *c* imò possit pater filiam in sola dote sua institue-
c re, tenuit gloss. ordinaria, quæ ad hoc semper allegatur *in l. 3. §. sed vtrum, in verbo, patrimonio. ff. de minoribus*, quę in hoc est communiter approbata, vt dicit Bertrand. *cons. 183. post num. 41. lib. 3. in 2. part.* Et ita magis communiter concluditur, vt ait Alexand. *cons. 177. nu. 11. lib. 2.* Ita etiam communiter teneri affirmat Imola *in c. Raynutius num. 9.* quem refert Ioan. Dilect. *de arte testandi tit. 3. caut. 5. num. 2.* Alexand. *in l. pater filiam. in princ. nu. 7. ff. ad l. Falcid.* Hanc etiam opin. dicit esse communem Gulielm. de Bened. *in 1. part. repet. ca. Raynutius fol. 171. num. 11.* Alexand. *cons. 168. post nu. 11. libr. 2. & cons. 176. num. 13. eod. vol.* Guido Papæ *cons. 63. num. 6. & cons. 98. num. 1.* Ias. *in Authent. nouissima, num. 46. C. de inoffic. testam.* Berous *in cap. Raynut. num. 133. & seq.* & dicit Specul. *de instrum. edit. §. vt autem. vers. Sed super forma*, quod ita obseruatur de generali consuetudine. Subdit tamen glossa, quod cum cautela illam instruat duodecim imperialibus, vna cum dote, vt secundum omnium opin. valeat testamentum: & hoc est iudicio meo tutius. Et ita etiam de facto obseruari attestatur Bartol. *in d. §. sed vtrum, in finalib. verbis*, quem refert Ias. *in d. Authent. nouissima n. 15.* Alber. *in d. §. sed vtrum, n. 4. & 5.* vbi etiam dicit, quod ita commun. tenetur. Et ita seruando euitabis omnes difficultates.

ADDITIONES.

a DEinde *condidit testamentum.*] Hic cadit pulcherrima dubitatio: nunquid stante statuto excludente filias dotatas quamdiu superfit masculus, si pater condidit testamentum, & instituit filium masculum hæredem, filiam autem dotatam præterit: an mortuo filio instituto, filia vti præterita poterit dicere testamentum nullum: quod sic, communem dixi *in collect. mea commun opin. in verbo, statutum, sub num. 49.* vbi etiam masculus institutus haud potest adire hæreditatem patris ex testamento pendente dubio rupti testamenti. Idem neque filia si moriatur viuente fratre non transmittit ius succedẽdi, stante prędicto statuto. *Giach.*

b *Præterita.* Et quod testamentum, in quo filia vel neptis ast præterita sustineatur, quo ad omnia in ipso testamento disposita, hæredum institutione excepta, etiam respectu pręlegatorum relictorum hæredibus institutis, communem dixi *in collect. mea commun. opin. in verb. testamentum nu. 27.* Item quod filia præterita existentibus masculis licet haud possit dicere testamentũ nullum: tamen deficientibus quod possit, communem dixi *in collect. commun. opin. in verb filia. num. 4* Idem quod filia dotata à statuto exclusa per agnatos masculos, si sit præterita, quod haud possit dicere testamentum nullum, neq; petere bonorum possessionem: communem, & magis communem dixi *ibid. nu. 8.* verum quod rumpat testamentum, quando extraneus est institutus, communem dixi *ibid. n. 19* Giach.

c *Quod imo possit pater filiam in sola dote sua instituere, &c.*] Filiamfamilias † æque, ac filium, instituendam esse ad hoc, vt 1
præterea non reddat testamentum nullum, communis opinio est, testante Claro nostro supra *q. 42. num. 6.* Michaele Grasso *lib. 1. receptar. sentent. §. testamentum. q. 36. nu. 5.* Idque † locum 2
habet non solum in filia solura, sed etiam maritata, dotata, & vidua. Nam & illam instituendam esse saltem in dote data, post Clarum hic nostrum, & ab eo citatos, tenent Grassus *d. quæst. 36. num. 6.* & Thadeus Piso *lib. 2. variar. resol. c. 6 num. 4.* Plериq; tamen tutius esse existimant, si vltra dotem in aliquo modico, puta in quinque solidis, filia instituatur, quod latius persequitur Iohannes Dilectus Duran. *in tract. de arte testandi, tit. 3. cautel. 5. num. 2.* Harprec.

QVÆSTIO XLV.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Testam. annullatur etiam præteritione filij posthumi.*

2 *Et quid si posthumus ipso viuo testatore decedat.*

3 *Et quid si nascatur in sexto, vel octauo mense.*

Ex Additionibus.

1 *Posthumus hæres necessario instituendus, ne testamentum illius præteritione rumpatur.*

2 *Ratio dubitandi.*

3 *Ratio decidendi.*

4 *Quid si posthumus viuo testatore decedat.*

5 *Et quid, si tempore illegitimo nascatur.*

6 *Et quid, si exsecto matris vtero sit editus.*

7 *Mens, & intellectus* l. anniculus, l. 132. §. vltim. ff. de verb. significat.

8 *Conditio in forma specifica debet verificari.*

STat ergo ex supradictis firma conclusio, quod testa-
mentum, in quo filius in potestate reperitur *a* præ- 1 a
teritus, est ipso iure nullum: quæ quidem locum habet, non solum in filio, qui tempore conditi testamenti iã natus esset, sed *b* etiam in posthumo, scilicet in eo, qui b
tempore conditi testamenti nondum erat natus; vel 1
testator ignorabat eum natum esse, vel putabat eum esse mortuum, & in hoc nulla est inter Doctores controuersia.

Sed pone, *c* quod huiusmodi posthumus viuo testa- 2
tore decedat, nunquid adhuc testamentum propter il- c
lius præteritionem erit nullum? Resp. quod de rigore iuris ciuilis testamentum remanet nullum, sed de æquitate prætoria reconualescit. Text. *est in l. posthumus. ff. de iniusto rupto.* & est communis opin. *d* vt dicit Imol. d
in d. l. posthumus num. 2. & in d. l. filio præterito. post n. 60. & nu. 63. quem refert Corn. *cons. 176. in littera L. libr. 2.* Ias. *in leg. si quis eum. §. si suo testamento. n. 8. ff. de vulga.* Et ex hoc sequitur, quod ex huiusmodi testamento non potest adiri hæreditas, sed tantum peti bonorum possessio, ita firmant communiter omnes, vt dicit Corn. *in d. cons. 176. in littera L. in fi.* quod nota, quia est vnus ex casibus, in quibus etiam hodie est necessaria bonorum possessio. Faciunt, quæ dixi supra *quæst. 43. vers. Sed quid si ipse.*

Sed quid, si iste *e* posthumus nascatur in sexto, vel 3
octauo mense, nunquid eius natiuitate rumpatur te- e
stamentum? Respond. quod non, *f* talis enim filius na- f
turaliter viuere non potest. Ita determinatur à Docto-

QVÆSTIO XLIII.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Testamentum in quo filius est præteritus an sit nullum etiam de iure prætorio.*
2 *Et an sit ipso iure nullum, priusquam impugnetur à filio præterito.*
3 *Et quid si filius ipse præteritioni consentiat.*
4 *Et nunquid hæc approbatio præiudicet alteri ex filiis, qui forte in minori parte fuerit institutus.*

Ex Additionibus.

1 *An testamentum, in quo filius præteritus est, sit nullum etiam de iure prætorio.*
2 *Quatenus appellatio à sententia lata, tendat ad rescindendam sententiam.*
3 *Nunquid institutus possit impugnare testamentum, nec expectare teneatur, quod præteritus impugnet, etiamsi præteritus sit emancipatus.*
4 *An & quatenus filius præteritus, approbans testamentum, præiudicet filio instituto.*

1 NVnc prosequendo materiam; Quæro, an hęc conclusio, quæ habet, quod testamẽtum, in quo filius reperitur præteritus, est nullum, habeat locum non solum iure ciuili, sed etiam de iure prætorio? Respon. gloss. in multis locis tenuit, quod huiusmodi testamentum valeat de iure prætorio. Sed in contrarium *a* est magis communis opin. vt dicunt Scribentes *in d. l. posthumo. C. de contratabul.* & in specie Ias. *num. 19.* & Dec. *num. 11.* & Curt. iun. *num. 50. & seq.* & Zuccar. *nu. 114.* Neque obstat, quod de iure prætorio aduersus tale testamentum detur bonorum possess. contra tabul. quæ est remedium rescissorium: & sic videtur præsupponi validitas testamenti, ex quo illud, quod nullum est, rescindi non potest. Quia hoc casu contra tabul. datur *b* potius ad declarandum testamentum nullum, quam ad illud rescindendum, & satis dicitur illud de facto rescindere, quatenus de facto processit Et hęc est communis solutio, vt dicit Curt. iun. *in d. l. posthumo circa n. 56.* Vtilitas autem huius quæstionis est maxima, quia si testamentum esset validum de iure prætorio, non posset aliquis venire per bonorum poss. ab intestato: puta, Vnde liberi, vel similes, nisi prius testamentum rescinderetur, secus autem præsupposito, quod testamentum etiam de iure prætorio sit ipso iure nullum, secundum magis communem opin. cum qua etiam ego transeo, licet Doctores multa disputando congerant *in d. l. posthumo*, quæ in practica parum, vel nihil valent.

2 Successiue quæro, an tale testamentum in quo filius reperitur præteritus, sit ipso iure nullum, antequam *c* impugnetur ab ipso filio præterito? Respond. quod sic: & est communis opin. vt dicunt Scribentes *in d. l. posthumo*, & in specie Alexan. *nu. 16. in fin.* & Ias. *n. 13. & sequenti.* Curt. iun. *post nu. 41.* & Rimin. *nu. 5.* & Zuccar. *nu. 48. & sequenti.* Alexand. *in l. si filius qui in potestate, n. 1. ff. de liber. & posthu* Gulielm. de Bened. *in 1. parte repet. cap. Raynutius, fol. 191. nu. 96.* Vtilitas autem huius conclusionis potest esse maxima, quia si vnus ex filiis est præteritus, & alij inæqualiter instituti, poterit ille, cui minus quam aliis relictum sit, etiam ipso filio præterito tacente, dicere testamentum nullum, & omnia reducere ad causam intestati. Et hæc cõmunis conclusio, vt ait Gulielm. de Bened. *in loco præallegato, numer. 100.*

3 Sed quid si ipse filius præteritioni consentiat? Resp. distinguendi sunt duo casus. Primus est, quando filius ante conditum testamentum, vel in ipso actu testamẽti consensit præteritioni, & hoc casu non obstante ipsa præteritione valet testamentum. Et hæc est commun. opin. vt dicit Ias. *in d. l. inter cætera, post nu. 11. ff. de liber. & posthum.* Ex quo enim principaliter ob fauorem filiorum introductum est, ne à patre in testamento prætereantur, conueniens est, vt (iuxta vulgares regulas) possint huic fauori renunciare intelligo tamen, quod valet solum de æquitate prætoria, non autem de iure ciuili. Et ita esse communem opin. attestatur Imol. *in d. l. filio præterito, nu. 60.* quod est magni effectus, vt dicam infra statim. Secundus vero est casus, quando ante conditum testamentum, vel tempore conditi testamenti, filius non consensit præteritioni, sed post cõditum testamentum illud approbauit: & hoc casu tale testamentum de iure ciuili remanet nullum. Nam secundum rigorem iuris ciuilis testamentum, quod à principio est nullum, non potest tractu temporis reconualescere: sed de iure prætorio secus. Nam ex æquitate prætoria, secuta approbatione filij, testamentum ipsum reconualescit. Ita dicit Bart. *in d. l. filio præterito, num. 19 ff. de iniusto rupto*, & est commun. opin. vt dicit Imol. *in d. l. filio præterito, num. 56.* Claud. *in l. 1. §. si. nu. 1 ff. de vulgar.* Boer. *decis. 66. num. 5.* Curt. iun. *in d. l. posthumo. num. 59. & sequenti.* Et nota, quia iste est vnus ex casibus, in quibus etiam hodie est necessaria bonorum possessio. Nam ex huiusmodi testamento, cum reconualidetur solummodo de iure prætorio, non autem de iure ciuili, non potest adiri hæreditas, sed tantum bonorum possessio peti. Et ita volunt communiter Doctor. vt dicit Corn. *cons. 31. in liter. P. lib. 2.* quod est maximi effectus, vt dixi supra *§. bonorum possessio.* Faciũt quæ dixi infra *quæst. 46. vers. Sed pone:* & hæc conclusio, quod filius præteritus possit testamentum ipsum approbare, indistinctè locum habet, siue in eo sint instituti venientes ab intestato, siue etiam extranei, nam vtroque casu potest filius illud approbare. Et ita communiter tenetur, vt dicit Imol. *in d. l. filio præterito. post numer. 6.* Vtroque enim casu militat ratio, quod quilibet posse debet fauore suo renunciare, vt supra dixi.

Sed pone: Tu scis, quod filius præteritus de iure ciuili habet ius dicendi nullum, & de iure prætorio habet bonorum possessionem contra tabulas. Scias etiam, quod præterito tacente, potest vnus ex institutis, cui forte minus relictum sit, dicere testamentum nullum, vt dixi supra *versic. successiue.* modo filius præteritus approbet testamentum; Quæro, nunquid hæc approbatio *d* ipsius præiudicet institutis, ita vt non possint amplius contratabulare? Respond. quod non præiudicat quo minus ipsi adhuc possint intentare bonorum possessionem cõtra tabulas ex persona ipsius præteriti. Et hæc est communis opin. vt attestatur Ias. *in d. l. posthumo n. 9.* Boer. *in d. decis. 96 nu. 8.* Curt. iun. *in d. l. posthumo, nu. 61.* Statim enim defuncto patre fuit illis ius quæsitum ad contratabulandum, & sic reducendũ omnia ad caussam intestati, merito tale ius per ipsum præteritum non potest ab eis auelli. Et licet hęc conclusio prima facie videatur aliquantulum dura, tamen in practica non esset ab ea recedendum. 4

ADDITIONES.

SEd in contrarium est magis communis opinio.] Quod † videlicet testamentum, in quo filius est præteritus, sit nullum non solum de iure ciuili, sed etiam de iure prætorio, adde Thadeum Pisonem, eandem sententiam referentem, & amplectentem *lib. 2. variar. resol. c. 6. n. 1* c. Harp. 1

b *Datur potius ad declarandum testamentum nullum, quam ad illud rescindendum.*] Sic † in simili appellatio à sententia lata, tendit ad rescindendam sententiam; *l. 1. §. vlt ff. ad S. C. Turpill.* vbi Marcianus respondit, prouocationis remedio condemnationis extingui pronunciationem. Hoc tamen procedit, & verum est, quando sententia est valida. At si sententia sit nulla: appel- 2

pellatio non venit ad rescindendum, vel ad declarandum sententiam nullã, vti notat Bart. & alij *in l. si expressim. 19 ff. de appellationib.* Ias. *in l. posthume, 2. n. 32. C. de bon. poss. contr. tabul.* hosq; citans Thad. Piso *loco praallegato.* Harprec,

c *Antequam impugnetur ab ipso filio praterito,*] Quod † testa-
3 mentum, in quo filius est præteritus, sit nullum, antequam impugnetur ab ipso filio prçterito, & consequenter, quod institutus possit per se impugnare testamentum patris, non expectando, quod prçteritus impugnet, etiamsi filius præteritus sit emancipatus, contra alios defendit Thadeus Piso *d. l. 2. variar. resolut. cap. 7. n. 4. & seq.* Harp

d *Nunquid hac approbatio ipsius praiudicet institutis.* An † &
4 quatenus filius prçteritus, si approbet testamentum, præiudicet filio instituto, ita vt ipse bonorum possessionem contra tabulas, beneficio præteriti haberi non possit post plures alios à se cumulatos, copiose ac dilucidè declarat Thadeus Piso *modo allegato cap. 7. n. 6. & subsequentib.* Harp.

QVÆSTIO XLIV.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Filia dotata instituta sola dote sua, an tanquam praterita rumpat testamentum.*

Ex Additionibus.

1 *Filiafamilias aequè, ac filius, instituenda ad hoc vt praterita non reddat testamentum nullum.*

2 *An sufficiat, filiam instituere in dote.*

1 a SEd hic occurrit alia quæstio. Pone, pater dotauit filiam, deinde condidit *a* testamentum, in quo ipsam filiam instituit in sola dote sua, nunquid talis institutio
b valebit, an autem filia tanquam præterita *b* poterit impugnare testamentum? Cum enim dos non esset amplius in bonis patris, sed veniret in primis detrahenda, tanquam æs alienum, videtur in effectu potius præterita, quam instituta. Contrariam tamen opin. scilicet
c quod *c* imò possit pater filiam in sola dote sua instituere, tenuit gloss. ordinaria, quæ ad hoc semper allegatur *in l. 3. §. sed vtrum, in verbo, patrimonio. ff. de minoribus,* quę in hoc est communiter approbata, vt dicit Bertrand. *cons. 183. post num. 41. lib. 3. in 2. part.* Et ita magis communiter concluditur, vt ait Alexand. *cons. 177. nu. 11. lib. 2.* Ita etiam communiter teneri affirmat Imola *in c. Raynutius num. 9.* quem refert Ioan. Dilect. *de arte testandi tit. 3. caut. 5. num. 2.* Alexand. *in l. pater filiam. in princ. nu. 7. ff. ad l. Falcid.* Hanc etiam opin. dicit esse communem Gulielm. de Bened. *in 1. part. repet. ca. Raynutius fol. 171. num. 11.* Alexand. *cons. 168. post nu. 11. libr. 2. & cons. 176. num. 13. eod. vol.* Guido Papæ *cons. 63. num. 6. & cons. 98. num. 1.* Ias. *in Authent. nouissima, num. 46. C. de inoffic. testam.* Berous *in cap. Raynut. num. 133. & seq.* & dicit Specul. *de instrum. edit. §. vt autem. vers. Sed super forma,* quod ita obseruatur de generali consuetudine. Subdit tamen glossa, quod cum cautela illam instruat duodecim imperialibus, vna cum dote, vt secundum omnium opin. valeat testamentum: & hoc est iudicio meo tutius. Et ita etiam de facto obseruari attestatur Bartol. *in d. §. sed vtrum, in finalib. verbis,* quem refert Ias. *in d. Authent. nouissima n. 15.* Alber. *in d. §. sed vtrum, n. 4. & 5.* vbi etiam dicit, quod ita commun. tenetur. Et ita seruando euitabis omnes difficultates.

ADDITIONES.

a DEinde condidit testamentum.] Hic cadit pulcherrima dubitatio: nunquid stante statuto excludente filias dotatas quamdiu supersit masculus, si pater condidit testamentum, & instituit filium masculum hæredem, filiam autem dotatam præteriit: an mortuo filio instituto, filia vti præterita poterit dicere testamentum nullum: quod sic, communem dixi *in collect. mea commun. opin. in verbo, statutum, sub num. 49.* vbi etiam masculus institutus haud potest adire hæreditatem patris ex testamento pendente dubio rupti testamenti. Idem neque filia si moriatur viuente fratre non transmittit ius succedẽdi, stante prędicto statuto. *Giach.*

b *Praterita.* Et quod testamentum, in quo filia vel neptis est præterita sustineatur, quo ad omnia in ipso testamento disposita, hæredum institutione excepta, etiam respectu prçlegatorum relictorum hæredibus institutis, communem dixi *in collect. mea commun. opin. in verb. testamentum nu. 27.* Item quod filia præterita existentibus masculis licet haud possit dicere testamentũ nullum: tamen deficientibus quod possit, communem dixi *in collect. commun. opin. in verb filia. num. 4* Idem quod filia dotata à statuto exclusa per agnatos masculos, si sit præterita, quod haud possit dicere testamentum nullum, neq; petere bonorum possessionem: communem, & magis communem dixi *ibid. nu. 8.* verum quod rumpat testamentum, quando extraneus est institutus, communem dixi *ibid. n. 19.* Giach.

c *Quod imo possit pater filiam in sola dote sua instituere, &c.*] Filiamfamilias † æque, ac filium, instituendam esse ad hoc, vt 1
præterea non reddat testamentum nullum, communis opinio est, testante Claro nostro supra *q. 42. num. 6.* Michaele Grasso *lib. 1. receptar. sentent §. testamentum. q. 36. nu. 5.* Idque † locum 2
habet non solum in filia soluta, sed etiam maritata, dotata, & vidua. Nam & illam instituendam esse saltem in dote data, post Clarum hic nostrum, & ab eo citatos, tenent Grassus *d. quast. 36. num. 6.* & Thadeus Piso *lib. 2. variar. resol. c. 6 num. 4.* Pleriq; tamen tutius esse existimant, si vltra dotem in aliquo modico, puta in quinque solidis, filia instituatur, quod latius persequitur Iohannes Dilectus Duran. *in tract. de arte testandi, tit. 3. cautel. 1. num. 2.* Harprec.

QVÆSTIO XLV.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Testam. annullatur etiam praeteritione filij posthumi.*

2 *Et quid si posthumus ipso viuo testatore decedat.*

3 *Et quid si nascatur in sexto, vel octauo mense.*

Ex Additionibus.

1 *Posthumus heres necessario instituendus, ne testamentum illius pratoritione rumpatur.*

2 *Ratio dubitandi.*

3 *Ratio decidendi.*

4 *Quid si posthumus viuo testatore decedat.*

5 *Et quid, si tempore illegitimo nascatur.*

6 *Et quid, si exsecto matris vtero sit editus.*

7 *Mens, & intellectus* l. anniculus, l. 132. §. vltim. ff. de verb. significat.

8 *Conditio in forma specifica debet verificari.*

STat ergo ex supradictis firma conclusio, quod testamentum, in quo filius in potestate reperitur *a* præ- a
teritus, est ipso iure nullum: quæ quidem locum habet, non solum in filio, qui tempore conditi testamenti iã natus esset, sed *b* etiam in posthumo; scilicet in eo, qui b
tempore conditi testamenti nondum erat natus, vel 1
testator ignorabat eum natum esse, vel putabat eum esse mortuum, & in hoc nulla est inter Doctores controuersia.

Sed pone, *c* quod huiusmodi posthumus viuo testa- 2
tore decedat, nunquid adhuc testamentum propter il- c
lius præteritionem erit nullum? Resp. quod de rigore iuris ciuilis testamentum remanet nullum, sed de æquitate prætoria reconualescit. Text. *est in l. posthumus. ff. de iniusto rupto.* & est communis opin. *d* vt dicit Imol. d
in d. l. posthumus num. 2. & in d. l. filio praterito. post n. 60. & nu. 63. quem refert Corn. *cons. 176. in littera L. libr. 2.* Ias. *in leg. si quis eum. §. si suo testamento. n. 8. ff. de vulga.* Et ex hoc sequitur, quod ex huiusmodi testamento non potest adiri hæreditas, sed tantum peti bonorum possessio, ita firmant communiter omnes, vt dicit Corn. *in d. cons. 176. in littera L. in fi.* quod nota, quia est vnus ex casibus, in quibus etiam hodie est necessaria bonorum possessio. Faciunt, quæ dixi supra *quast. 43. vers. Sed quid si ipse.*

Sed quid, si iste *e* posthumus nascatur in sexto, vel 3
octauo mense, nunquid eius natiuitate rumpatur te- e
stamentum? Respond. quod non, *f* talis enim filius na- f
turaliter viuere non potest. Ita determinatur à Docto-

ribus magis communiter,vt dicit Socin.iun.*conf.35.nu. 12.& seq.lib.2.* merito non rumpit testamentum. Est enim vera iuris conclusio,quod filius, qui, licet natus sit,naturaliter tamen viuere non potest, non rumpit testamentum. Et hanc dicit esse communem opin. Socin. iun. *in d.conf.35.num.15.* Sic enim videmus,quod partus immaturus, & qui secundum iudicium obstetricum non potest viuere,habetur pro non nato, & ei succedi non potest,secundum magis communem opin. vt dicit Crau.*conf.210.nu.5.* Eademque ratione huiusmodi partus immaturus, qui secundum iudicium obstetricum viuere non potest,non excludit substitutum, neque facit deficere conditionem fideicommissi. Ita communiter tenetur,vt dicit Socin. *consil.275.numero 2. libr.2* quem refert Paris.*consil.56.nu.9.libro 2.* Hanc etiam dicit esse communem opin. Socin. *in leg. cum auus nu 110.ff.de cond.& demonst.* quem refert Crauet.
g *in d.conf.210.nu 6.*Et dixi secundum iudicium g obstetricum: quia in hoc an partus naturaliter viuere potuisset, vel non, standum est iudicio ipsarum obstetricum,tanquam peritarum in arte;vt dicit Bartol.*in l. Gallus in princip. in finalibus verbis,*& est communis opin.vt attestatur Paris. *in conf.56.nu.11.& n.22.*

ADDITIONES.

a Praeteritus.] De quaest. ista, quando pater filium in potestate praeterit cum insertione caussae legitimae, an hoc casu testamentum sit nullum? vide per Iac.de S.Georg. *Auth.non licet.C. de lib.praeter.n.17.*Giach.

b *Sed etiam in posthumo.*] Posthumum † haeredem necessario
1 esse instituendum,ne testamentum,si nascatur, eius praeteritione rumpatur,communis,& indubitata conclusio est *§ posthumi, 1. Instit.de exhaeredat.liberor.posthum.1.ff.de iniust.rupt. irr.fac. testam.l.2.& 3.C.de posthum.haeredib.instit.*Et notant,post Clarum nostrum,Michael Grassus *lib.1.recept.sent.§.testam.qu.36. num.16.* Thadeus Piso *lib.2.var.resolut.c.6.num.10.* Videri tamen poterat posthumum † institui non posse: propterea quod
2 testamentum est certa voluntas, & iudicium defuncti, *l 1. & l. qui in testamento.14.ff qui testamen.fac poss.* At posthumus videtur persona esse incerta: proindeque non recte institui posse.
3 Sed † ratio decidendi, cur posthumus institui queat, haec est: quia in iure posthumus,siue is,qui in vtero est,pro iam nato habetur in iis,quae ad ipsius commodum pertinent, *l.qui in vtero, 7.& 26.ff de stat.homin. l. cum quidam.30.§.1. versic. quoniam mortis fin.de acq.vel omitt.haered.l.quod dicimus,231.ff. de verb. sign.* Harp.

c *Sed pone.quod † huiusmodi posthumus.*] Adde videndos,post
4 plures alios,quos citant,Anton.Gomes. *tom.1. variar. resol. iur. ciu. c.11.num.14 versic. quartus effectus, &c.* Grassum *d.§ testamentum,q.3 n.18.*& Pisonem *d.c.6.n.12.*Harp.

d *Est communis opin.*] Adde communem etiam per Socin.*in cons.75.colum.4.lib.3.*& dixi *in collect.mea commun.opin.in verb. posthum.sub n.1.* Giach.

e *Sed quid,si iste posthumus nascatur in sexto,vel octauo mense.*]
5 Quod posthumus non rumpat testamentum, si † nascatur tempore illegitimo.ita vt certum sit, eum naturaliter viuere non posse,praeter Clarum nostrum,censent Alciatus *in l.qui mortui, 129 ff de verb.signif.* Parisius *consil.56.col.1.* Tiraq.*in l.si vnquam 8.in verb.susceperit liberos,num.167.C de reuocand.donat.*Thadeus Piso *d.libr.2.c.6.num.14.*& Grassus *d. q.36. num. 19.* At
6 quid,† si posthumus exsecto matris vtero editus sit,num rumpet testamentum? Et rumpere constat *ex l.quod dicitur.12. ff. de lib.r.& posthum.haeredib institut.& l.1.§ si qua praegnans.9. ff. vnde cognati,*& tradit Decius *in l.posthume.2.C.de bonor.possess.contra tabul.*Nec † huic contrariatur *l.anniculus,132.& vltim.ff.de*
7 *verb.significat.* vbi dicitur, falsum esse,eam peperisse, cui mortuae filius exsectus est. Illa namque procedit in eo, cui aliquid esset relictum sub conditione,si talis mulier peperisset. Tunc enim exsecto ipsi ventre,atque inde extracto filio, legatum non
8 consequeretur: quippe quia minime † purificata sit conditio, quae in forma specifica verificari debet *l. qui haeredi, 44. & l. Meuius,55 ff de condit.& demonstrat.*Piso *d. cap. 9. numero 13.* Harprec.

f *Quod non*] Adde,atque vide per Iac.de S. Georg. *in l. quod certatum ff.de posthum.haeres.institut.*Et ibi etiam habes de partu menstruoso,qui haud rumpit testamentum. Et ille qui habet oculos retro, vel faciem versus spatulas, dicitur partus monstruosus & *in fin.super gloss.in verb. monstrum.* concludit, quod aut mulier concepit ex bestia, & tunc talis partus non prodest mulieri,quia imputandum est ei, cum neque etiam talis partus rumpat testamentum. Aut non concepit ex bestia, & tunc partus quantumcunque monstruosus prodierit ipsi mulieri, quantum ad consequendum legatum,licet rumpat testamentum. Vide per Menoch. *in conf.284.sub n.2.*Giach.

g *Obstetricum.*] Item quod obstetrices cognoscere possint,an partus sit natus in termino, vel non: commune vide per Car. Paris.*d.conf.56 sed post n.22.*& dixi *in mea collect. commun. opin. verb.obstetrices nu.1.*Giach.

QVAESTIO XLVI.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Clausula codicillaris an sustineat testamentum nullum ex causa praeteritionis.*
2 *Et quid si posthumus fuerit ignoranter praeteritus.*

Ex Additionibus.

1 *An clausula codicillaris sustineat testamentum nullum ex causa praeteritionis.*
2 *Et quid,si posthumus à testatore fuerit ignoranter praeteritus.*
3 *In testamento militis quae clausula tacita insit.*
4 *Quatenus legata à posthumo ignoranter praeterito non debeantur.*
5 *Donatio inter viuos potentior fideicommisso.*
6 *Eadem donatio natiuitate filiorum reuocatur.*
7 *Sententia* l.1. C.de Codicillis.
8 *Paria sunt:codicillos simpliciter facere, & clausulam codicillarem apponere.*
9 *Testator alienam sobolem suae anteponere voluisse non praesumitur.*
10 *Sermone generali quid contineri intelligatur.*
11 *Commune parentum votum quod.*
12 *Consideratio* l.qui iure militari. 7. ff. de testamen. militar.

QVaero: tu scis, quod clausula *a* codicillaris sustinet testamentum nullum in vim codicilli, ita quod haeres, qui succedit ab intestato, censetur rogatus restituere haereditatem per fideicommissum haeredi scripto.Pone,*b* quod in testamento,in quo filius est praeteritus, sit inserta clausula codicillaris, nunquid eo casu, non obstante praeteritione, sustinebitur testamentum? Respond. gloss. *in d.Auth.ex causa,in gloss.1,* tenet,quod vbi testamentum est nullum ex caussa praeteritionis,clausula codicillaris nihil operatur. Et hanc opin.gloss.dixit esse communem Signo.*consil.171.nu.41.* & potest esse,quod suo tempore haec esset communis opin.sed si considerentur auctoritates DD.qui scripserunt vsque ad nostra tempora, proculdubio contraria opin. est magis communis;& ideo dicit Alexand. *cons. 26. num.5.lib.1.& cons. 142.num.4.libr. 2.* quod illam gloss. damnant communiter DD. Tenenda *c* est ergo contraria opin.quod scilicet testamentum etiam hoc casu sustineatur in vim codicilli: & quod filius praeteritus censeatur grauatus virtute clausulae codicillaris, restituere per fideicommissum haereditatem illi, qui est scriptus haeres in testamento, quam quidem opin. sequuntur communiter Scribentes, vt dicit Paris. *cons. 30.num.11. lib. 3.* Et eam dicit esse communem Bal. *cons.391.num.4.lib.3.* quem refert Tiraquel.*in repet. l.si vnquam.in verbo,Donatione largitus,nu.273.*Cuma.*cons. 126.circa princ.*Alexandr.*cons.41.num.5.in fin. libro 1.& cons.86.nu.8.lib.3.& in d.Authent.ex caussa,post num.13.* Gulielm.de Bened.*in 1.parte repet. c.Raynutius. fol. 205. num.242.*Dec. *in d.l.posthu.C. de contratab. in 1.lectura, num.10.in fin.& post nu.11.versic.Secunda est principalis, & consil.228.num.2.& seq.& cons.242.num. 2. & seq. & cons.569.num.2.& cons.490.post num. 10. vers.Simil.iter non obstat,& cons.671.in fi.*Curt.iun.*cons.148.nu.10.& ibid.*

*in d. Auth. ex cau'a, n.*69. Socin. iun. *conf.* 107. *n.*24. *lib.* 1. Zuccard. *in repet. d. l. posthumo, n.* 120. Et hæc conclusio est maximi effectus: quia licet dispositio Auth *ex caussa*, non obstante præteritione, sustineat legata, & fideicommissa etiam vniuersalia, vt dixi infra *qu.*44. *in principio*: non tamen sustinet institutionem hæredis; & nunc pendet caussa de facto, in qua testator condito testamento filium præteriit, & instituit hæredem extraneum, quem grauauit per fideicommissum hæreditatem alteri restituere, & ipsi testaméto apposuit clausulam codicillarem, prout communiter fieri solet: modo filius præteritus rumpit testamentum, hæres scriptus petit sibi restitui hæreditatem virtute clausulæ codicillaris: fideicommissarius petit illam sibi restitui virtute fideicommissi vniuersalis, ex dispositione Auth. *ex caussa*, & adhuc sub Iudice lis est.

Et hæc quidem communis opin. satis de plano procedere videtur in præteritione filij iam nati. Cum enim testator ipsum scienter præterierit, non videtur dubitandum, quin clausula codicillaris ex aperta mente defuncti operetur, vt testamentum non obstante præteritione sustineatur. Et hanc dicit esse magis commun.
e opin. Scribentium Soc. iun. *conf.* 29. *num.*7. *libr.*3. Sed quid in posthumo, scil. in eo, qui natus est post mortem testatoris, qui tamen nesciebat vxorem suam esse prægnantem, vel in eo, qui natus est post conditum testamentum, vel (licet natus esset ante testamentum)
d testator ignotabat *d* eum natum esse, vel putabat esse
e mortuum: nunquid hoc casu clausula codicillaris *e* operabitur, vt non obstante eius præteritione testamentum valeat, & filius præteritus teneatur hæreditatem restituere hæredi scripto in testamento? Respond. hæc est ardua quæstio, in qua DD. in varias sententias adeo diuisi fuerunt, vt aliquando male discerni posset, quæ opin. esset magis communis, teste Curt. iun. *in d. Auth. ex caussa, num.*70. & Dec. *conf.*409. *infra allegando.* & in primis multi tenuerunt, quod etiam hoc casu locum habeat conclusio superius facta, quod scil. clausula codicillaris operetur fideicommissum. Et hanc opin. dixit esse commun. Alexan. *in d. Auth. ex caussa, nu.* 14. *& in l. qui filiab. in princ. post n.*5. *ff. de leg.* 1. *& consil.* 26. *post num.*5. *vers. Vel potest respouderi libr.*1. *& conf.*37. *nu.* 3. *eo. vol.* quem refert Ruin. *conf.* 194. *num.* 3. *lib.* 2. Tiraqu. *in repet. l. si vnquam. in verbo, Donatione largitus, n.* 269. Ias. *in d. Auth ex caussa, nu.*24. *in d. l. qui filiabus, in princ. num.*33. Bertrand. *conf.* 150. *num.* 3. *in* 1. *parte.* Apostil. ad Barb. *in leg.* 1. *sub num.* 10. *ff. de iure codicil.* Quæ opin. secundum aliquos multo magis tenenda esset, quando post ipsius posthumi natiuitatem testator tanto tempore superuixisset, quod testamentum mutare potuisset, & tamen non mutasset. Nam tunc (secundum eos) præsumitur in eadem voluntate, etiam nato posthumo, perseuerasse, & consequenter debet clausula codicillaris non obstante præteritione sustinere testamentum. Et hoc casu istam opin. esse commun. attestatur Dec. *conf* 49[?]. *num.*7. *&* 8. Idemque si aliquo modo apparere posset, quod testator tempore conditi testaméti in specie de futuris liberis cogitasset. Nam & hoc casu (secundum eos) valeret testamentum virtute clausulæ codicillaris, non obstante, quod posthumus fuisset ignoranter præteritus. Et ita esse communem opin. affirmat idem Dec. *in allegato conf.* 409. *post num.* 6. Quinimò plerique tenuerunt sufficere, si testator in genere de futuris liberis cogitasset, & dixerunt satis coniici eum de futuris liberis cogitasse, quando verba clausulæ codicillaris sunt concepta etiam in
f futurum *f* tempus, puta, si non valet, vel valebit, &c. & ideo eo casu testamentum valeret non obstante præteritione posthumi ignoranter facta. Et ita communiter teneri attestatur Ioan. de Montespetello *in d. Auth ex caussa.* Hanc etiam opin. esse magis communem dicit Alexand. *consil.* 123. *post num.* 10. *libr.* 1. *& consil.* 42. *num.* 9. *libr.* 2. quod est duplicatum *conf.* 103. 3. & triplicatum *conf.* 50. *libro* 6. Idem etiam dicit Alex. *conf.*30. *num.*1. *lib.* 3. *& conf.* 31. *num.* 3. *eod. vol.* Aretin. *in leg. ex ea.* § *ex his, col.*2. *versic. Super secundo, ff. de testam.* Corn. *consi.* 118. *circa fi. libro* 2. *& consil.* 158. *col.* 10. *in liter. T. & V. eod. vol. & consi.* 244. *in liter. G. in fi. eod. vol. & consil.* 133. *in littera E. libr.* 3. *& consi.* 215. *in littera Q. eo. vol.* Contrariam *g* autem sententiam, quod scilicet g
vbi posthumus fuit à testatore ignoranter præteritus, clausula codicillaris nihil operetur, tenuit Bartol. *in l.* 1. *num.* 10. *ff. de iure codicill.* Et hanc opin. dixit esse communem Barbar. *conf.* 60. *col.* 10. *libr.* 1. quem refert & sequitur Curtius iunior, *in d. Auth. ex caussa, numero* 7. Ioan. Dilect. *de arte testa. tit.* 30. *caut.* 10. *numer.* 3. Gulielm. de Bened. *in parte repet. cap. Raynutius fol.* 206. *num.* 247. Rubeus *consil.* 112. *num.* 2. *& consil.* 25. *num.* 2. *& sequ.* referens ita etiam attestari Aretin. *in consil.* 24. *col.* 1. Socin. iun. *consil* 154. *in princ. libro* 2. Apost. ad Alexand. *in d. consi.* 26. *sub numero* 5. *libro* 1. Et dicit Ripa *in repet. l. si vnquam, post num.* 44. quod plures Doctores maiores auctoritate tenent cum Bat. & hanc opin. ego semper tenui tanquam æquiorem, & veriorem, & quæ hodie proculdubio est magis communis; & illam, si casus contingeret, intrepide sequerer iudicando, & consulendo: Quæ etiam multo magis sequenda esset, vbi tractaretur de auferendo huic posthumo ignoranter præterito, maiorem, vel etiam æqualem partem hæreditatis: tunc enim iudicio meo impium esset dicere, quod clausula codicillaris aliquid operaretur. Et in hoc casu opinionem Bart esse magis communem fatetur Aret. *consil.* 188. *quod est conf. vlt. num* 7. Socin. *conf.* 94 *num.* 35. *in fine, libro* 4. Et in specie, quando pater non habens filios, fecit magna *h* legata, quod nato deinde posthu- h
mo præterito, testamentum non sustineatur, dixit esse communem Iurisconsultorum huius ætatis olim celeberrimus D. Andr. Alciatus præceptor meus, *in tractat. de præsumpt. in* 1. *regul. in* 13. *præsumpt. numero* 1. Ego vero, *vt dixi*, teneo indistincte conclusionem Bartol. siue legata sint magna, siue parua, & siue testator de futuris liberis cogitauerit, siue non: & consequenter, siue clausula sit concepta per verba præsentis temporis, siue etiam per verba futuri temporis & siue testator post agnationem posthumi superuixerit, siue non: & ab ista opinione in pract. non recedas, quæ vt dicit Socin. *in loco præallegato*, est magis æqua, rationabilis, fauens filiis, & secundum verisimilem mentem testantis: & illam in factó secuti fuerunt iudicando duo Senatores huius Senatus Mediolani, vt refert Iason. *in dict. ex caussa, num.* 24. & intellexi, quod hanc opinionem indistincte vti veriorem, & humaniorem semper secutus est Senatus. Et hic fuit primus articulus, super quo consului, post assumptas infulas Doctoratus, & ita fuit iudicatum. Vide, quæ dixi supra *quæstio.*52. *versicul. Sed quid si posthumus.*

ADDITIONES.

Clausula codicillaris.] Ad tollendum efficaciam istius clausulæ, & similium, cautela est, vt facias interrogari Notarium de illarum clausularum effectu: qui si nesciat respondere, clausulæ nihil operabuntur, vide per Ripa *in leg. centurio. ff. de vulg. & pupill. num.*88. qui *num. octogesimo* dixit, quod nihil debet operari, cum magis præsumatur opposita ex stylo notariorum, quam ex mente testatoris, si illius efficaciam ignorat; & idem tradit Gramma. *decis.*62. *num.* 22. vbi dicit haud attendi,

& hoc communiter approbari attestatur post Curt.iun. & Barb.
ibi citatos: vnde *num.seq.* requiri tenet, quod apponatur de ordine,& voluntate testatoris: qua deficiente, nil opitulari voluit.
Rip. *versic.in re prædicta. num.* 84. dicit hanc clausulam multos operari effectus, videlicet contra omnes nullitates præsentes, & futuras: contra quas tamen testator in specie verisimiliter prouidisset, si de illis cogitasset. At secus, si verisimiliter in specie haud prouidisset. Vt contra nullitatem testamenti, prouenientem ex natiuitate posthumi ignoranter præteriti,& hoc intelligi tribus modis, *n.seq.* vide ibid. *Giach.*

b *Pone, quod in testamento, in quo filius est præteritus, sit inserta*
1 *clausula codicillaris*.] Quod † clausula codicillaris sustineat testamentum nullum ex causa præteritionis, vltra DD. hic à Claro relatos, tenent Thad. Piso *lib.1. var.resol.c.7.n.43.* Mich. Grassus *lib.1. recept.sent.3.q.36 nu 21.* D. Collega Bocer. *class. 3. disp.6. th.46. lit.* B. *edit 2.* Men. *lib 4 de præsumpt. præs.32.nu.2.* aliiq; ab illis citati. Tametsi Fachin. *lib.4. controuers. iur.c.11.* & alij nonnulli commemorati ab Auct. Gabr. Rom. *lib.6. comm. conclus. tit. de clausulis concl.7.nu.2.* contrarium verisimiliter defendant, vt ostendimus *ad §.1. Instit. de codicill.n.23.& seq.* Harp.

c *Tenenda est ergo contraria opinio.*] Adde Matth. *comm.opin. in verb.præterito, & codicill.* Pic. *in l. Titia, num.37. de leg.2.* Port. *cons.13.nu 23.* Sed quanquam clausula codicillaris ruptum natiuitate posthumi sustineat testamentum: non tamen inofficiosi querela expugnatum tuetur, quam insignem differentiam Cagn. *in l.1.n.13. de inoff.* Vasqu. *de success. creat.* §.10 Rol. à Vall. *cons.87.nu.17. vol.3* Burs. *92.nu.6.& cons.15. nu. 3.* tradiderunt. *Gouean.*

d *Ignorabat.*] Sed an tunc etiam legata reuocentur, natiuitate posthumi præteriti ignoranter? Vide, atque dic, vt per Rip. *in l.si vnquam C. de reuoc.donat q.21.* Giach.

e *Clausula codicillaris.*] Aduerte, quod clausula codicillaris apposita per verba futuri temporis, non operatur, vt testamentum rumpitur natiuitate posthumi ignoranter præteriti: vt per Corn *in l si quis agere nu.8 C. de codicill.* Item quod nihil operetur quantum ad ipsam institutionem inualidatam ratione præteritionis, vel exhæredationis, sed solum vbi vitiatur ratione solemnitatis omissæ per Corn. *in d. Auth. ex causa, nu.47.* Sed an hæc clausula operetur, vt rupto testamento legata debeantur? vide per Afflict. *decis.125. in fin.& 96. sub num. 3.* sed limita, quando testamentum est nullum alia ex causa, quam præteritionis, vel exhæredationis: quia tunc legata haud debeantur, per Ruin. *cons 193.nu.9.lib.2.* conseruat tamen legata quando posthumus fuit ignoranter præteritus. Franc. Aret. *cons.95 col.3.* Verum nihil operatur, quando testator potuit mutare, & non mutauit, per eundem Aret. *consil. vlt. col.fin.* & vide Rip *in repet.l. Centurio, num 44. cum seq ff. de vulg.& pupill.* Item nihil operatur, vbi adest defectus voluntatis, Bald. *in l.1.qu.4. de iure codicill.* Dec. *in cons.304.nu.9.* Et de clausula dixi *in collect. mea com. opin. verb. clausula.* vbi plene,& plenius *in tract. meo verb. clausula.* Giach.

f *In futurum tempus.*] Conceptane sit clausula codicillaris verbis futurum, vel præsens tempus respicientibus maximæ tum differentiæ, tum vtilitatis est, vide Grau. *cons.69.* & Rol. *cons.7.n.17.& cons 18.vol 4.* Parisi. *cons.60 & 63.vol.1.* Gabr. *tit. de clausul.concl.8.* Gouean.

g *Contrariam autem sententiam.*] Hāc strenue Rolan. à Vall. *cons.7.vol 4* & Burs. *toto cons.15.* defendunt, vide Gabr. *titul. de clausul.concl.7.& 8.* Gouean.

Contrariam † autem sententiam, quod scilicet, vbi posthumus
2 *fuit à testatore ignoranter præteritus, clausula codicillaris nihil operatur.*] Quod clausula codicillaris, posthumo ignoranter à testatore præterito, nihil operetur, præter Doct. hoc loco citatos, tradunt Simon. de Præt. *de interpret. vlt.vol.lib 2. solut.11.n 8.* Mantic. *de coniectur. vlt.volunt. lib.1. tit.10.* Grassus *lib.1. recept. sent.§. codicillum, num.12.* Menoch. *cons.499.lib.5.& de præsumptionib. lib.4. præsumpt.32.* Fachineus *lib.4. controuers.iur.c.12.* Arumæus *Exercit. Iust.10.th.8* Thadeus Piso *libr.3.var.resol.c.3. num 10 cum seq.* & cæteri per hos adducti. Huiusque opinionis
3 hæc potissimum afferri solent argumenta I. In † testamento militis, quod iure communi confectum est, tacita inest illa clausula; vt, si non possit valere iure communi, valeat iure militari, *l.si miles,3 ff. de testam. mil.* Sed si filius sit ignoranter præteritus, nihil operatur ista clausula: quia nullo iure valet. *l.sicut certi,9.& seq. C. eo.* Ergo idem dicendum est in testamento pagani, in quo expressa est illa clausula codicillaris, si non valet, vel non
4 valebit. &c. II. Legata † non debentur à posthumo ignoranter præterito, vbi alius hæres institutus est, & ipse cohæres efficitur: quia videlicet de eo testator non cogitauit, *l.qui graui vtero.11.& l.penult. ff de iur.codicill.* Igitur multo minus fideicommissum ipsius hæreditatis debebitur. Neque enim verisimile est, defunctum testatorem voluisse, posthumo, de quo non cogitauit, tale fideicommissum iniungere, vt hæredi scripto restituat hæreditatem: cum contra officium pietatis sit, filium ab hæredita-
te excludere *l.2.& l.Titia 13. ff de inoffic.test.ran si.caus.17.q.4.*
III. Donatio † inter viuos potentior est fideicommisso: quia nititur voluntate duorum, nimirum donantis & donatarij: fidei- 5
commissum vero nititur voluntate vnius duntaxat defuncti, *argum.l.1.§.2. ff de pact.* At donatio † inter viuos reuocatur natiui- 6
tate filiorum, *l.si vnquā 8. C. de reuocand. donationib.* Ergo multo magis fideicommissum, superuenientibus liberis, quos testator sic habere ignorabat, reuocari debet IV. Huc confert † text. 7
in l.1. C. de codicillis. vbi rupto testamento per natiuitatem posthumi, codicilli quoq; ad testamentum pertinentes rumpuntur.
Ergo similiter clausula codicillaris, quæ testamentum conuertit in codicillos, vt rumpatur necesse est. Siquidem † paria sunt, co- 8
dicillos simpliciter facere, & clausulā codicillarē apponere, *arg l. si iure.11. C. de test.manumiss.* Vt ergo, rupto testamento rumpūtur codicilli simpliciter facti: ita etiam, rupto testamento per natiuitatem posthumi, debent rumpi codicilli prouenientes ex clausula codicillari. V Non † præsumitur testator voluisse alienam sobolem suæ anteponere: atq; adeo bona sua peruenire ad 9
hæredes scriptos, exclusis filiis propriis, *arg.l.cum auus, 102. ff. de condit.& demonst. l.si is, qui ducenta, 13. in fin. ff. de reb. dub. l. cum acutissimi, 30. C. de fideicommiss. l. generaliter, 6. C. de institutionib. & substitu.* Videretur autem illud voluisse testator: si clausula codicillaris in nostra specie id efficeret, vt filius posthumus existimaretur esse grauatus fideicommisso bona restituere scriptis hæredibus.

Huic conclusioni non aduersatur, quid † per clausulam codi- 10
cillarem (præsertim quando concipitur per verba futuri temporis) testator videatur in genere & implicite saltem cogitasse de omnibus venientib. ab intestato, tam natis, quam nascituris. & etiam ignotis. *arg.l.qui iure militari.7. ff. de test. milit.* adeoque censeatur omnes eos rogasse in casu, quo successuri essent, *l.si quis 3.& l.ab intestato,16. ff de iur.codicillor.* Etenim sermone generali nūquam intelligitur contineri id, quod verisimiliter quis in specie non dixisset, *arg.l.obligatione generali,6. ff. de pignorib. & hypothec.*

Sic † quoq; sermone generali nunquam intelligitur facta ex-
clusio filiorum, nisi specialiter excludantur: cum commune sit 11
parentum votum liberos potius, quam alios, ad hæreditatem, & bona sua vocare, *l.cum ratio. 7 de bon. damnat.* Neq; mouent quicquam verba clausulę codicillaris, futurum tempus respiciētia. Quia cum testamentum possit non valere ex aliis causis, quā ex causa præteritionis posthumi, ignoranter præteriti, puta per mortem hæredis contingentem ante obitum testatoris, per non aditionem, aut repudiationem hæreditatis propter incapacitatē prouenientem ex delicto,& multis aliis modis: nō recte dicitur, neque valet consequentia. potest iste casus sub tali generalitate comprehendi: ergo comprehenditur. Nec † ad rem pertinet *d.l.* 12
qui iure militare 7. ff. de test.milit. Quia quando miles iure militari testatur, de eius voluntate clare constat. Quod secus est in nostro casu, vbi contrarium apparet: tum propter commune votum parentum: tum quod clausula codicillaris non debet trahi vltra cogitationem, quam testator in testamento habuit. Vnde non sumus in dubio: & licet in dubio versaremur, non tamen ita fauendum esset testamētis, vt fauorem filiorum excluderemus, quemadmodum annotauit Piso *d.lib.3. variar.resol.c.3.n.9.* Idque fusius persequuti sumus *ad d.§.1. Instit. de codicill.n.21.& seq.* Harp.

h *Fecit magna legata.*] Et an præteritione posthumi ignoranter facta conseruētur legata in magna quantitate: Vide *vtramq; communem in collect. mea commun. opin. in verb. præterito, n. 2 3.* vbi adduxi Dec. referentem DD. variantes in ista quæstione, quam limitat duobus in casibus, quos apud eum videto. *Giach.*

QVÆSTIO XLVII.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Filio à matre, vel ascendentibus per lineam maternam præterito, an testamentum valeat.*

Ex Additionibus.

1 *Mater, aut auus maternus, &c. liberos suos, præterire possunt.*
2 *Mater & auus maternus filio in potestate non habent.*
3 *Ius prætorium subsequitur ius ciuile.*
4 *Quo remedio matris, auiue materni testamentum impugnetur.*
5 *Ecquid filio à matre, vel ascendentibus per lineam maternam præterito, hodie [illegible] testamentum valeat.*
6 *Iura vetera, specialiter non [illegible], merito adhuc vigere iubentur.*

Hacte-

a 1 b HActenus de filio per patrem præterito *a* dictum est: quæ omnia etiam in auo, & aliis ascendentib. per lineam paternam locum habent; Quæro nunc, *b* quid de filio per matrem aut ascendentes per lineam maternam prætermisso? Et in hoc fac conclusionem, quod mater tenetur instituere, vel exhæredare filium: alias, si filius sit à matre præteritus, testamentum est nullum. Ita concludunt communiter Scribentes, vt dicit Sapia *in Rubr. C. qui admitti. n.* 58. Hanc tamen conclusionem intellige, vt procedat, quando mater, vel auus maternus præterit filium, vel nepotem in testamento, nulla inserta causa. Nam eo casu proculdubio testamentum est nullum. Et ita tenent communiter Doctores omnes vbique, vt dicit Corneus, *cons.* 118. *in litt. A. lib.* 2. Sed si in præteritione sit inserta causa legitima, eo casu præteritio habetur pro exhæredatione. Ita dicit gl. ordinaria, de qua supra in nonnullis locis feci mentionem, *in §. exhæredatos, in verbo, Voluit. in Auth. de hær. & Falc.* quæ in hoc est communiter approbata, vt dicit Bertran. *cons.* 1. *nu.* 4. *l.* 2. *in* 2. *parte & cons.* 23. *n.* 2. *eod. vol.*

ADDITIONES.

a DE *filio per Patrem præterito.*] Sed quæro hic, quantum detrahet præteritus, quando restituit hæreditatem hæredi scripto? vide, & dic vt per Iacob. de S. Georg. *in d. Authent. ex causa. n.* 26. qui *n.* 30. ponit illam pulcherrimam dubitationem, An irrito testamento, ex quo filius fuit ignoranter præteritus, consequentur legata facta in testamento patris: de qua ibidem per eum, & per Rip. *in alleg. q. præced.* Giach.

b *Quæro nunc, quid de filio per matrem, aut ascendentes per lineam maternam, præterito.*] Constat manifeste *ex §. fi. Institu. de exhæredat. liberor.* matrem, vel† auum maternum, & cæteros per
1 matrem ascendentes, non cogi liberos suos hæredes instituere, aut exhæredare: sed posse eos silentio præterire, vel omittere: hancque præteritionem pro exhæredatione accipiendam esse: idque tam iure ciuili, quam prætorio, *l. illud,* 4. §. 2. *ff. de bonor. possess. cont. tabul.* Eiusque ratio non obscura est: quoniam †filij
2 non sunt sui hæredes matri, aut auo materno: quippe cum hi non habeant illos in potestate. § *fœminæ.* 10. *Institut. de adoptionib.* §. *cæteri,* 3. *Instit. de hæred. qual. & differens.* Iure vero prætorio hæc est ratio: quia illud subsequitur ius ciuile *l. scio.* 14. *ff. de testibus.* Quamuis † autem liberis à matre, vel auo materno præteritis,
3 neque ciuili, neque prætorio iure, quo præteritis liberis contra tabulas bonorum possessio conceditur, succursum sit: tamē aliud illis adminiculum, scilicet † querela inofficiosi testamenti
4 (quem Iustin. Imp vocat vltimum adiutorium, *in l. vltim. circa medium, C. de liber. præterit.*) ad impugnandum matris, auive materni testamentum, seruatur, *l.* 3. *& l. filium,* 15. *C. de inoffic. testam. d. § fin. Instit. de exhæredat. liber. iuncto principio Instit. de inoffic. test.* Cæterum hæc iura, vtpote vetustiora, *per Nouell.* 115.
5 *c.* 3 hodie correcta esse, adeoque filios à matre, vel cæteros liberos, à parentibus maternis simpliciter præteritos, testamentum dicere nullum posse, post Clarum hic nostrum cæteri Scribentes communiter tradunt, Gomes. *tom.* 1. *variar. resolut. iur. ciu. c.* 11. *num.* 35. Grassus *lib.* 1. *recept. sent.* § *testamentum, q.* 36. *num.* 1.
6 Thadeus Piso *lib.* 2. *var. resolut. c.* 6. *nu.* 7. Mynsingerus, & Vult. *num.* 3. *in d. § fin. Instit. de hæredat. liberor.* At † cum iura isthæc vetera, per dictam nouellam constitutionem, non inueniantur specialiter, & nominatim correcta: merito adhuc vigere iubentur, *l. præcipimus.* 32. §. *vlt. C. de appell. l. sancimus,* 27. *C. de testa.* Duaren. *ad tit. ff. de inoffic. test.* 4. *c.* 2. *& ad tit. ff. de liber. & posth. hæred. instit. c.* 3. Cuiac. *in l.* 4. *circa fin ff eo.* Donell *in authent. ex caussa num* 5. *C. de liber. præterit.* D. Collega Bocer. *class.* 3. *dispu.* 3. *th.* 19. *edit.* 2. Treutl. *disp.* 11. *th.* 1. *edit.* C. *vol.* 2. Vasqu. *de success. creat. lib.* 2. *par.* 3. *requisit.* 19. *declaratio* 3. *num.* 268. Heigius *in d. § fi. nu.* 4. *Institut. de exhæredat. liber.* Soarez. *in thesaur. recept. sentent. in verb. filij nu.* 264. vbi plures citat. *Harprec.*

QVÆSTIO XLVIII.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Filiis an liceat patrem, aut descendentes per lineam paternam præterire aut exhæredare.*
2 *Et quid si testentur de peculio castrensi.*

Ex Additionibus.

1 *An & quatenus filiis liceat exhæredare aut præterire parentes suos, remissiue.*
2 *Nunquid filij militis testamentum subiaceat querelæ inofficiosi, remissiue.*

QVæro nunquid è conuerso, an liceat filiis exhæredare aut *a* præterire parentes suos? Resp. distin- a
guendum est inter patrem, & ascendentes per lineam paternam; & matrem & ascendentes per lineam maternam. Quoad patrem, & ascendentes per lineam paternam, dic, quod si pater est à filio exhæredatus sine causa, testamentum est ipso iure nullum, si vero est adiecta exhæredationi causa ingratitudinis, valet testamentum mero iure: sed si ipsa causa non probetur, potest à patre impugnari per querelam inofficiosi: si autem pater sit præteritus à filio in potestate, tunc siue adiecta sit præteritionis causa, siue non, semper testamentum est ipso iure nullum. Si vero sit præteritus ab emancipato, tunc si non est adiecta causa, pariter testamentum est ipso iure nullum: sed si est adiecta præteritionis caussa, valet testamentum, sed potest pater illud rumpere per contra tabulas. Et hæc est communis opi. vt attestatur Gul. de Bened. *in* 1. *part. repet. cap. Raynut: fol.* 207. *nu.* 251. *in fin.*

Et hæc omnia intellige, vt procedat nō modo si filius testetur de peculio quasi Castrensi, de quo potest testari, non obstante, quod sit filiusfamilias, vt dixi supra *q.* 18. sed etiam, si testetur de peculio castrensi. Nam hodie non potest filius in potestate condens testamentum, de peculio Castrensi, vel quasi, parentes suos præterire: alias si eos prætereat, siue cum causa, siue sine causa, testamentum est nullum; si vero eos exhæredet, est locus querelæ. Ita tenet gl. *in l. fi. in verbo, testamenta, C. de inoffic. testament.* & ita communiter tenetur, vt dicit Fulgos. *in repet. Auth. ex causa, num.* 7. Hanc etiam opin. dicit esse communem Alexand. *in l. nemo in fi. C. qui testament. fac. poss.* Ias. *in d. l. fin. n.* 5. *C. de inoffic. test.* Curt. iun. *in d. Auth. ex causa, n.* 49. Ripa *in l. centurio, post n.* 43. *ff. de vulg.*

ADDITIONES.

EXhæredare.] De septem causis, ob quas licet filiis exhæredare parentes, dixi supra *q.* 41. ad quas Auctor infra se remittit, *qu. seq. in fin.* Giach. a

An liceat filiis exhæredare aut præterire parentes suos.] An †& 1
quatenus filiis liceat patrem, vel ascendentes per lineam paternam præterire, aut exhæredare; post Clarum nostrum, luculenter exponunt Ant. Gomezius *tom* 1. *variar. resolut. iur. ciu. cap.* 56. Vasquius *de success. creat.* §. 20 *num.* 24. Michael Grassus *lib.* 1. *recept. sentent.* § *test. qu* 45. *n.* 1. & Thad. Piso *lib.* 2. *var. resol. c.* 10 *n.* 11. Harp

Sed etiam, si testetur de peculio castrensi.] Nunquid filij, † de 2
bonis castrensibus testantis, testamentum subiaceat querelæ inofficiosi, abunde explicatum est supra *ad quæst.* 15. *n.* 33. *& seq.* Harprec.

QVÆSTIO XLIX.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Filiis an liceat matrem, vel ascendentes per lineam maternam præterire, aut exhæredare.*
2 *Et quibus ex causis.*

Ex Additionibus.

1 *Vtrum filius possit matrē sine caussa præterire, remissiue.*
2 *Propter quas causas liberi parentes exhæredare queant.*
3 *Patris potestas in pietate, non in atrocitate consistere debet.*
4 *Cur filij ex pluribus causis possint exhæredari, quam parentes.*
5 *Nullus affectus paternum vincit.*
6 *Vbi maior affectio ibi maior ingratitudo.*
7 *Non æquum est, vt filius sit censor morum patris.*

1 QVod vero ad matrem, vel ascendentes per lineam
a in ternam, Dic, quod filius *a* non potest matrem sine causa præterire, neque à legitima excludere. Ita communiter tenetur, vt dicit Gulielm. de Bened. *in 2. parte repet. c. Raynutius, fol. 46. post nu.* 30. Ceterum cum causa bene potest, & talis præteritio pro exhæredatione habetur. *§. sancimus, in Auth. vt cum de appellat. cognosc.*

2 Quæ autem *b* sine caussa propter quas filij possunt parentes exhæredare, aut præterire; vide *in d. §. sancimus cum ibi not.*

ADDITIONES.

a FIlius non potest matrem sine causa præterire.] Adde † idem
1 sentientes Anton. Gomez. *tom. 1. variar. resolut. iur. ciu. c. 11. n. 36.* Fernand. Vasqu. *de successi. creat. § 20. n. 24. vers. quod si mater &c.* Grassum *lib. 1. recept. sentent. § test. q. 45. nu. 3.* & Pisonem *lib 2. variar. resolut. c. 10. n. 13. vers. idem dicendum est, &c.* Harp.

b *Quæ aut sint causæ propter quas filij possunt parentes exhæredare, &c.*]
2 Liberi † parentes tantum propter octo causas exhæredare possunt. Prima est: si parentes ad interitum vitæ, liberos suos tradiderint, siue eos criminaliter accusauerint *Nouell 115 c. 4 §. 1.* vbi excipitur causa læsæ maiestatis.

Secunda est: si parentes venenis, aut maleficijs, aut alio modo vitæ liberorum insidias struxerint, *d. Nouell. 115. c. 4 § 4.* Hodie
3 † enim sublato vitæ, necisque iure. *leg. 3. & l. vlt C. de patr. potest.* patria potestas in pietate debet, non in atrocitate consistere, *l. d. iuus. 5. in fi. ff. ad leg. Pomp. de parric.*

Tertia est: si pater nurui suæ, aut concubinæ filij sui sese immiscuerit. *d. Nouell. 115 c. 4 § 3.*

Quarta est: si parentes liberos suos in rebus illis, in quibus habent testandi licentiam, puta castrensibus, vel quasi, testamentum condere prohibuerint *d. c. 4. §. 4.*

Quinta est: si mater patri, vel matri pater, veneno, aliove modo insidiatus fuerit, vel ad interitum, vel ad mentis alienationē. Tunc etenim filijs permittitur, nihil in suo testamēto illi personæ relinquere, quæ tale scelus noscitur commisisse. *d. c. 4. §. 5.*

Sexta est: si parentes liberos furore correptos curare, & alere neglexerint *d. c. 4. §. 6.*

Septima: si liberos captiuos non redemerint *d. c. 4 §. 7.*

Octaua, & vltima causa est: si parentes sint hæretici, *d. c. 4. §. 8.* vbi Iustin subiicit, omnia in liberorum persona seruari debere, quæ supra in parentibus dicta sunt. Ratio autem diuersitatis, cur
4 † filij ex pluribus causis exhæredari possint, quam parentes, hæc reddi solet: quia maiorem affectionem habent parentes erga liberos, quam liberi erga parentes: cum † amor descendat, non
5 ascendat, nullusque affectus paternum vincat: & parentes magis liberos suos, quam se ipsos, diligant, *l. fi. in pr.* ibiq; Gothofr. *C. de curatore furios. §. vltim. Instit. de noxalib. actionib. l. isti quidem 8. in fi* & inibi Accurs. *ff. quod met. caus.* Schneidevv *ad princ. tit.*
6 *Instit. de exheredat liber. n. 21.* Ast † vbi maior affectio, ibi maior ingratitudo. Vnde fit, vt liberi pluribus ex causis ingrati fiant erga parentes, quam parentes erga liberos: & consequenter pluribus ex causis exhæredentur, Iason *in auth. non licet. C. de liber. præterit.* Speckhan. *cent. 1. q. 95. in fine.* Quinimo quædam iure patriæ potestatis, vel naturę parentibus in liberos permissa sunt; quæ econtrario liberis prohibentur. Quid † enim, si pater filium
7 verberauerit, vel ei conuicium fecerit: an non æquissimum est; vt hoc patri condonetur? At non vice versa æquum est, vt filius sit censor motum patris. Nam lex erubescit castigatores filios genitoribus statuere, *auct. Iustin Nouell. 22. c. 24.* Harprec.

QVÆSTIO L.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Frater à fratre præteritus, aut exhæredatus, non impugnat eius testamentū, nisi in eo sit instituta turpis persona.*
2 *Et an rumpatur eo casu in totum, an autem vsque ad legitimam tantum.*
3 *Et quid si aliquid legati nomine fratri reliquerit, deinde turpem personam hæredem instituerit.*

Ex Additionibus.

1 *Quænam persona dicatur turpis ad hoc, vt si instituatur in testamento fratris, frater præteritus querela inofficiosi agere possit.*
2 *An spurius sit infamis & turpis, adeo vt, eo hærede instituto, querela isthæc locum habeat.*
3 *Nemo debet alterius odio prægrauari.*
4 *Alteri per alterum iniqua conditio non inferenda.*
5 *Crimen paternum filio nullam maculam infligere potest.*
6 *Sententia* can. nunquam 3. distinct. 56.
7 *Sententia* can. dominus, 7. distinct. 56.
8 *Sententia* can. nasci, 4. distinct. 56.
9 *Consideratio* l. spurij, 6. ff. de decurionib.
10 *Infamibus portæ dignitatum non patent.*
11 *Qui nihil admisit, is infamia non potest dici notatus.*
12 *Quis infamia facti laborare dicatur.*
13 *Infantes, vtpote doli, & culpæ incapaces, peccare non intelliguntur.*
14 *Refutatio contrariorum.*
15 *Sententia* l. fratres, 27. C. de inoffic. test.
16 *Sensus* l. generaliter, 3. §. 2. ff. de decurionib.
17 *Quinam recipiantur in numerum Assessorum, Aduocatorum vel procuratorum in Camera Imperiali.*
18 *Ecquid virgo, quæ vi amoris coacta amanti copiam sui fecit, censeatur meretrix, turpisque persona, vt hæres institui non possit.*
19 *Meretrix quæ proprie dicatur.*
20 *Amor, & furor æquiparantur.*
21 *Amor ipso igne potentior.*
22 *An querela, quæ competit fratri, turpi persona instituta, rescindat testamentum in totum, an vero duntaxat pro parte, remiss.*

SVccessiuè quæro, quid in collateralibus? Resp. quod in illis non est tractandum de præteritione, aut exhæredatione. Non enim tenetur frater fratrem in testamento hæredem instituere. Et ideo, siue frater sit præteritus, siue exhæredatus, *a* seu non exhæredatus, 1
non potest aliquo modo testamentum fratris impugnare: vno *b* tantum casu excepto, quando scilicet fra- a b
ter aliquam turpem personam hæredem instituit, nam eo casu datur fratri præterito querela *c* inofficiosi. Et c
de his omnibus habes tex. qui est clauis in hac materia, *in l. fratres, C. de inoff. test.*

Sed quæro, nunquid *d* per huiusmodi querelam testamentum rumpatur in totum, an autem vsq; ad legi- 2 d
timam tantum ipsius fratris, quæ est quarta pars ipsius hæreditatis, vt dixi supra, *hoc eo. lib. §. legitima.* Respon. quod odio ipsius turpis personæ institutæ testamentū rumpitur in totum, & hæc est communis sententia, vt dicit Ias. *in d. l. fratres n. 8.* quem refert Afflict. *decis. 205. n. 2.* & iudicio meo extra propositum, & ideo aduerte, *e* ne æquiuoces, vt faciunt multi in hoc articulo. Aut e
enim frater in suo testamento, in quo turpem personā hæredem instituit, nihil fratri reliquit; & hic est vnus casus, de quo loquitur Ias. *in d. l. fratres, nu. 8.* Aut vero aliquid reliquit: & hic est alius casus, de quo loquitur Afflict. *in loco præallegato,* & de hoc tractat Iaso. *in d. l. fratres, post n. 2. vers. 3. extende, non autem n. 8.* prout ipse illum allegat, & de hoc statim dicemus.

Pone ergo, quod frater in testamento aliquid legati nomine fratri reliquerit, deinde turpem personam hæredem instituit: Quæro, nunquid hoc casu adhuc competet fratri querela ad rescindendum testamentum in totum, an autem solummodo poterit agere ad supplementum legitimæ? Resp. in hoc articulo variæ fuerunt Doctorum opi. Nam aliqui tenuerunt, quod testamētum rumpatur in totum: & fuit opi. Gul. de Cun. *in d. l. fratres,* quam dicit esse communem Ias. *cons. 71. nu. 3. lib. 1.* Dec. *cons 530. n. 13.* Contrariam vero opin. scilicet quod hoc casu solummodo agere possit ad supplementum legitimæ, tenuit Ang. *in leg. 1. ff. de inoff. test* Et hanc dicit esse magis communem opin. Paris. *cons. 64. num. 25. libr. 3.* Et secundum istam opin. Angel. in facti contingentia iudicauit Cons. Neapolitanum, teste Afflict. *in alleg. dec. 204.* Et certe licet hæc opinio videa-

deatur æquior, quia magis fauet testamento: nihilominus mihi semper placuit contraria opin. scilicet quod rumpatur in totum. Nam dispositio *l. fratres*, non solum fundatur in fauore fratris, sed etiam in odio personæ institutæ: neque verum est, quod ita tenendo esset melioris conditionis frater, quam filius: quia imo idem esset in filio, si non esset institutus, sed tantum legati nomine aliquid ei relictum fuisset; nam & ipse procul dubio impugnat testamentum in totum, non autem petit supplementum legitimæ, vt dixi supra *q. 38*. Et licet fauendum videatur dispositioni testatoris; tamen vbi irrationabilis est, vt in hoc casu, in quo testator prætulit turpem personam fratri, potius esset fauendum illi, qui ab intestato fuisset successurus: & si casus contingeret, ita consulerem, & iudicarem, licet Curt. iun. *in d. l. 1. num. 6.* dicat, quod requisitus, vt consuleret, in casu in quo scripsit Dec. *in alleg. cons. 530.* recusauit consulere. Possunt tamen in hoc proposito considerari tres casus, & hoc modo distinguendo, omnes opin. ad concordiam reduci. Aut in testamento, in quo turpis persona est instituta, nihil relictum est fratri; tunc per querelam rumpit testamentum in totum, & ita procedat, quod dictum est supra *versic. Sed quæro.* Aut reliquit aliquid, sed non titulo institutionis, & tunc pariter rumpit totum ad exemplum descendentium. Licet enim regulariter in collateralibus non sit necessarius titulus institutionis, neque eis aliqua legitima debeatur: est tamen speciale, vt dixi, quando turpis persona est instituta, quia eis debetur legitima; & consequenter non est impertinens dicere, quod talis legitima sit eis relinquenda titulo institutionis, & ita procedat opin. Gul. de Cun. quam ego sequor. Aut vero, & hic est tertius casus, reliquit titulo institutionis, sed minus legitima, & tunc procedat opin. Angel. & sequacium. Cogita.

ADDITIONES.

a **S***iue exhæredatus.*]Pone, frater contra fratrem commisit causam vnam de causis ingratitudinis: *de quibus Authent. de nupt. vers. ingratitudinem.* Et frater, contra quem commissa fuit ingratitudo, non fecit testamentum: an frater ingratus succedet ei; vide per Iac. de S. Georg. *Auth. non licet, n. 2. C. de liber. prater.* vbi quod sic, ex quo censetur sibi remissa iniuria, cum non condiderit testamentum. *Giach.*

b *Vno tantum casu excepto, quando scilicet frater aliquam turpem personam hæredem instituit.*]Hoc loco addendum, quænam
1 † persona dicatur turpis ad hoc, vt si instituatur in testamento
fratris, frater præteritus querela inofficiosi agere possit. Breuiter
autem sciendum, quod quilibet infamis infamia iuris censeatur
esse turpis, veluti condemnatus per sententiam ex aliquo delicto publico, vel ex delicto priuato in tribus casibus, videlicet furti, vi bonorum raptorum, & iniuriarũ, vel ex contractu in quatuor casibus. scilicet ex dolo commisso in contractu depositi,
pro socio, mandati & tutelæ & similes, *de quibus in l. 1. & seqq. ff. ex his qui notant. infam. leg. 2. l. improbum fœnus, 20. & tot. tit. C. ex quib. caus. in fam. irroga.* Sed & turpis persona dicitur in
materia præsente infamis infamia facti, cuius opinio ratione officij, vitæ, vel morum, apud bonos & graues viros est grauata, *l. ea, quæ 13. C. d. tit. & l. 2. C. de dignitat.* & notat Gomesius *tom. 1. var. resolut. iur. ciu. c. 11. n. 38.* eumq; referens Thad. Piso *lib. 2. var. resol. c. 13 n. 21.*
2 Hic quæri † non inconuenienter poterit: anne talis persona sit
etiam spurius, ita vt si fuerit, præteritis fratribus, vel sororibus,
institutus, testamentum querela inofficiosi impugnari queat; Et
sane multi affirmant; spurium, quantumuis re & vita honestum,
non quidem laborare infamia iuris, sed tamen infamia facti; &
consequenter locum querelæ esse, ex remedio *l. fratres, 27. C. de inoffic. test.* ibiq; Ias. *n.* 10. Azo. *in summa eo ex quib. caus. infam. irrog. n. 4.* & post eum Bart. Bal. Alex. & alij *in l. & si pepercerit, 3. ff. de liber. & posth. hæredib. instit.* Afflict. *decis. 125. & 204.* Gozadin. *cons. 85.* Cur. iun. *cons 37.* Thesaur. *decis 116. n. 5.* Anchar. Iun.
q. famil. lib. 1. q. 36. n 8. hosq; referens Piso *d. lib. c. 13. n. 22. vers. contrariam tamen sententiam, &c.* Sed † quo minus huic opina-
3 tioni subscribam, sequentia potissimum efficiunt argumenta. I.
4 Quia † nemo debet alterius odio prægrauari, *c. non debet 22. de reg. iur in 6* & alteri per alterum iniqua conditio inferri non debet, *l. non debet alteri, 74 ff. de reg. iur.* Atqui si testamentũ, in quo
spurius est institutus, posset à fratre querelari (vti loquuntur) siue
impugnari: spurius grauaretur odio patris, & inferretur ei iniqua
conditio per patrem. Ergo dicendũ est quod querela impugnare
non possit. II Quia † in iure, ac ratione naturali fundamẽtũ est 5
axioma, crimen paternũ nullam maculam filio inf-gere posse:
sed vnumquemq; ex suo admisso sorti subijci: nec alieni criminis
successorem quenquam constitui, docente Callistrato *in l. crimẽ, 26 ff. de pœnis.* Iam vero propter crimen paternũ macula spurio
inureretur, si propterea, quod extra coniugiũ natus est, ir f.m'a 6
laborare deberet. III. Huc † non parum facit tex *in can. nunquã 13 distinct. 56.* vbi D. Chrys. non minus vere, quam eleganter. De
viris, inquit, nunquam erubescamus parentũ: sed illud vnũ quæramus, & semper amplectamur, virtutem videlicet. Item, ex meretrice natus & adultera, si propria virtute decoretur, parentum
suorũ non dedecoratur opprobrijs. IV. Et ideo (tradente D. Hieronymo) Dominus † noster Iesus Christus voluit non solum de 7
alienigenis cõmissionib. sed etiam de adulterinis nasci, quo nobis magnam fiduciam præstaret, vt qualicunq; modo nascamur,
dum tamẽ vestigia eius imitemur, ab ipsius corpore non separemur, cuius per fidem membra effecti sumus, *can. dominus. 7. d. st. 56.* V. Quia † sicut in seminib non peccat terra, quæ confouet: nõ 8
semen, quod in sulcis iacet: non humor, vel calor, quibus temperata frumenta in germen abeunt: ita quoq; nasci à sceleratis, non
est culpa eius, qui nascitur, sed illius, qui generat. *can. nasci 4. dist. 56.* VI. Accedit † text *in l. spurij. 6. ff. de decurionib.* ex cuius
principio triplex deduci potest argumentum. Primo quod, cum 9
spurij ad decurionatũ admittantur, sequatur, illos infames non
esse. Deinde † infamibus, & turpibus personis portæ dignitatum
sunt clausæ, *l. 2. de dignitatib. c. penult. de reg. iur. in 6.* Atqui spu- 10
rij admittuntur ad dignitatẽ. Ergo nõ sunt infames. Tertio, quod
† qui nihil admisit, & cui nullus imputari potest dolus, nullaque
culpa, is infamia nõ possit dici notatus: quoniã infamia est de- 11
licti & flagitij pœna *arg. l. aliud 131. ff. de verb. signif. l. sancimus, 22. C. de pœn.* At nihil admisit spurius, inq; eo nulla est illegitimæ
procreationis culpa, *d. l. spurij, 6. in prin. ff. de decurionib. Nouel. 12. in prin. d. can. nasci. 4. dist. 56.* Igitur infamia non est notatus. VII.
Quia † cũ infamia facti is laborare dicatur, cuius opinio, & exi- 12
stimatio apud viros bonos, & honestos grauata est, *d. l. ea, quæ 13. & l. verbum, 17. C. ex quib. caus. infam. irrogat.* inde consequitur,
spurium vita, & re honestũ non posse dici infamia facti laborare: cum nulla sit causa, cur is, qui nihil admisit, opinione, & existimatione apud bonos, & honestos viros grauari debeat. VIII.
Deniq; si spurij ob id, quod ex legib. improbato coitu nati sunt,
infamiũ loco habendi essent: consequens foret, eos statim ab ineunte ætate, & infantia turpes, atq; infames existimandos esse.
Atqui vero ius nostrum satis crudele esse pronunciat vt † infantes, qui sensu carent, adeoque doli, & culpæ incapaces sunt, pec- 13
casse intelligantur, *l. si quis suo 33. in fi. C. de inoffic. test. & l. 1. vers. impuberes vero. C. de falsa moneta.*

His † nihil refragatur *can. si gens 9. distin. 56. can. coniunction. 2. caus 35. q. 1. & 3. c. accedens. 14 de purgat. can. c. per venerabile. 13. ad fin. qui filij sint legitimi. Sapiens. c 3. ver. 16. & c. 4. vers. 3. & seqq.* in quib. & similibus locis spurius infamia notari videtur, & 14
ad sacros ordines promoueri prohibetur. Nam omnia ista loca
non de omni indistincte spurio sunt exaudienda: sed de eo duntaxat, qui re, & vita inhonestus est, quiq; paternis vestigiis, & vitiis insistit: neutiquam vero de illo, quem propria virtus, vitæque
honestas commendat, quiq; à Sancta Matre Ecclesia habilitatus
fuerit; prout ipsimet sacri canones textus adductos interpretantur. *can. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 12. & 13. distin 56.*

Sic † minime aduersatur, quod ad fratris testamentũ, tanquam
inofficiosum impugnandum sufficiat, si in eo scripti fuerint hæ- 15
redes infamiæ, vel turpitudinis, vel leuis notæ macula aspersi, *d. l. fratres, 27. C. de inoff. test.* Sed spurij leuis notæ macula aspersi
videntur, *arg.* † *l. generaliter, 3. § 2. ff de decurionib.* vbi si in dignitate, vel in magistratu adipiscẽdo spurij cõpetitorẽ habent legi- 16
time natũ, hic illis præfertur. Hoc, inquam, minime aduersatur.
Spurios nãq; nulla prorsus, adeoq; ne infamia quidẽ facti laborare, ex eo perspicuũ euadit, quod infamib. portæ dignitatũ nõ
pateãt, *d. l. 2. C. de dignitatib. & d. c. penul. de reg. iur. in 6* At spurij, si re, & vita honesti sunt, & propria virtute decorentur, ad dignitates, & honores admittuntur, *d. l. 3. §. 2. ff. de decurionib.* cum
non impediẽda sit dignitas eius, qui nihil admisit, *d. l spurius, 6. in prin. ff. eod.* præterea non valet hæc consequentia: qui ẽ legitimo
thoro est natus, præfertur spurio in decurio natu. Ergo spurius
est inhonestus, seu turpis, siue leuis notæ macula laborat. Sed illud potius sequitur, quod qui ex legitimo thoro genitus est, ho- 17
nestior sit spurio: id quod † nõ negatur. Sane in Camera Imperij
nemo in numerũ, vel Assessorũ, vel Aduocatorũ, vel Procuratorũ
recipitur, nisi vel Nobilis sit, vel Doctor, vel Licẽtiatus iuris, *iuxta ord. Cam. imp. par. 1. tit. 3. & 18.* Gail. *li. 1. obs. 43. n* 7. inde tamẽ
non recte colligitur: quod reliqui, qui ab eiusmodi dignitatib.
& munerib. arcẽtur, infamiæ alicuius macula laborare videãtur.
Huicq; sententiæ nõ inuiti adstipulantur Gabr. Palæot. *in trac. de nothis, spuriisq; c. 53.* Rolan, *cons. 87. lib. 3.* Hartm. Pist. *lib. 1. q. iur.*

q 30. Pachinœus *lib. 4. controuerſ. iur. c. 93.* D. Collega Bocer. *in tract. de inueſtitu. feud. c. 3. nu. 141. & in Commentar. ad l. vnic. C. de famoſ. libell. c. 1. num. 11. & ſeqq.* aliique, quos laudauimus *ad §. 1. Inſtit. de iniur. n. 237. & ad §. 1. Inſtit. de inoffic. teſt. nu. 13. & ſeq.*

Addenda hoc loco & illa eſt perquam elegans quæſtio: vtrum
18 † virgo, quæ amoris œſtro percita, amanti copiam ſui fecit, cenſeatur meretrix, adeoque turpis perſona, vt propterea à teſtatore (fratre eius, vel ſorore præteritis) hæres inſtitui non poſſit? Et eam meretricem, aut turpem, ſiue infamem perſonam non eſſe, ac proinde à teſtatore inſtitui poſſe (etiam eius fratre, ſororeve
19 præteritis) rationes non contemnendæ euincunt. Primo† enim meretrix illa proprie dicitur, quæ quæſtum corpore ſuo facit. *l. athletas 4. §. ait prætor ff. de his, qui notant. infam. l. palam 41. §. nō eſt ignoſcendum. 5 & §§. ſeqq. ff. de rit. nupt.* At quæ amoris cauſa copiam ſui facit, quæſtum non exercet. Ergo non eſt meretrix: & conſequenter non turpis perſona; quod meretricis eſt adiunctum, *l. Pacenius 3. in princ. ff. ſi quis à parent. manumiſſ. ſit.*
20 Deinde† amore capta furioſa prohibetur. *Nouel. 74. c. 4. in princ. verſ. neutmus, &c.* Furorem autem non puniri, liquido patet *ex l. infans. 12 ff. ad leg. Cornel. de ſicar. l. diuus. 14. ff. de offic. præſid. l. omne. 6 §. qui ſe. 7 ff. de re militari.* Præterea quæ coacta ſe proſtituit, meretrix non appellatur, nec infamis, *leg. ſi diffamam 10.* & ibi Bald. *C. ad leg. Iul. de adulter.* Sed quæ amore capta virginale clauſtrum alicui concedit aperiendum, vi † potentia amo-
21 ris cogitur: cum amor ſit ipſo igne potentior, teſte Alciato *in libello emblematum*, vbi ita canit:

Aligerum fulmen fregit Deus aliger, igne.
Dum demonſtrat vti eſt fortior ignis amor.

Sequitur ergo: mulierem illam, quæ vi amoris coacta copiam ſui amanti fecit, nullam infamiam, aut pœnam incurrere. Hancque ſententiam copioſius explanauimus *ad d. §. 1. Inſtitut. de inoffi. teſtam. n. 19. & ſeqq.* cui ſuffragantur quoque Menoch. *lib. 2. de arbit. iud. quæſtio cent. 4. caſ. 328 num. 3. cum ſeqq.* Ioan. Faber. *ad d. §. 1. nu. 4. Inſtit. de inoffic. teſtam.* Baiardus infra *ad lib. 5. Clari noſtri, q. 24. nu. 100.* Vigepaur. *Exercitat. Inſtit. 16. q. 10.* Arithmæus *diſput. 9. Collegij crimin. theſ. 5. ad lit. D.* aliique ab eo relati. *Harp.*

c *Querela inofficioſi.*] Verum ſcias, quod vbi frater fratribus fecit legatum, quod tunc iſtis fratribus legatariis haud poteſt competere querela, etiam turpi perſona inſtituta: ſed ſolum agere poſſunt ad legitimæ ſupplementum: commune dixi, *in collect. mea commun. opi. verb. frater*, quod auctor in §. plene tractat. Sed nunquid conſeruabuntur legata, ſi frater expugnet teſtamentū, in quo turpis perſona ſit inſtituta? vide per Iacob. de S. Georg. *in alleg. Auth. ex cauſa n. 37.* Giach.

d *Nunquid per huiuſmodi querelam teſtamentum rumpatur in totum, &c.*] Num † querela, quæ competit fratri, turpi perſo-
22 na inſtituta, reſcindat teſtamentum in totum, an vero pro parte tantum, hoc eſt, vſque ad legitimam, poſt Clarum noſtrum, & ab eo hic recitatos, late, & quidem diuerſimode explicant Ant. Gomez. *tot. 1. var. reſol. iur. ciu. c. 11. n. 37.* Roder. Suarez. *in l quoniā in prioribus. 32 C. de inoffic. teſt. in euidentialib. n. 12.* Theſaur. *dec. 128. n. 9. & ſeqq.* Sichar. *in l fratres. 27 n. 9 C. de inofficiteſt.* Graſſ. *lib. 1. recept. ſent. §. teſt q. 46. n. 4.* Thad. Piſo *lib. 2. var. reſol. c. 13. n. 19.* aliique per hos adducti. *Harp.*

e *Et ideo aduerte, ne æquiuocet.*] Vide Michael Graſſ. *vol. 3. commun. opin. lib. 2. q 28* qui clarius huius rei diſtinctionis admonebit, & cumulatius Roland à Val. *conſ. 87. vol. 3.* à quo non ſolum hoc diſces, ſed etiam ſpurium inſtitutum facere locum querelæ, teſtamentum in totum etiam quoad legata, & fideicommiſſa ſingularia ſubuerti, nec ei quicquam clauſulam codicillarem opitulari. *Goneau.*

QVÆSTIO LI.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *De præteritione patroni per libertum in teſtam. facta.*

Ex Additionibus.

1 *Quid lege Papia de ſucceſſione libertorum cautū fuerit.*
2 *Quid Iuſtinianus Imperator circa ſucceſſionem libertorum ſtatuerit.*
3 *Patroni liberi pro patronis habentur.*

1 ESſet etiam hoc loco aliquid dicendum de præteritione patroni per libertum in teſtamento facta; ſed quia hæc materia patroni, & liberti fere in deſuetudinem abiit, remitto te ad notata *in a §. Sed noſtra. Inſtit. de ſucceſſ. libert. cum ſimilib.*

ADDITIONES.

a *Sed noſtra Inſtit. de ſucceſſ. libertor.*] De ſucceſſione libertorū a §
in allegato §. ſed noſtra. 3. hoc proponitur: quod Iuſtinianus Imp. conſtitutione quadam † ſua Papiam legem (qua patronus 1
ex bonis liberti, teſtato inteſtatove, mortui virilem portionem conſequebatur, ſi libertus ſeſtertium centum millium patrimonium, id eſt, mille aureos illius ætatis reliquerat, nec plures, quam vnum, vel duos liberos habuerat. Sin plures, quam duos reliquerat liberos: patronus omnino repellebatur. *§ poſtea vero. 2. Inſtit. d. tit.*) ita moderatus fuit; vt, ſi † libertus minus in bonis 2
habeat centum aureis ſui temporis, ei patronus nō aliter ſuccedere poſſit, quam ſi abſque liberis inteſtatus deceſſerit. Si verò patrimonium liberti centum ſit aureorum, aut eam ſummā excedat: iſque liberos habeat: patronus, tam ex teſtamento, quam ab inteſtato, excludatur: liberis non extantibus, patronus ab inteſtato ad totam hæreditatem admittatur. Sin autem libertus non habens liberos, teſtamentum fecerit: tertiam partem relinquere patrono cogatur: qua non relicta, bonorum poſſeſſio cōtra tabulas liberti, ad tertiam iſtam conſequendā, patrono concedatur. Et ſane non ſolum ipſe patronus, qui manumiſit libertum; ſed poſt eius mortem liberi quoque ipſius, nec non cognati & agnati, ſalua tamen ſemper gradus prærogatiua, ad ſucceſſionē liberti vocantur. *d. §. ſed noſtra 3. Institut. de ſucceſſ. libert.* Siquidem † & hi pro patronis habentur *argum. leg. in ſeruitutē, 16. §. vltim. & ll. ſeqq. leg. quæritur, 28. ff. de bonis libertor.* Sed illam rem fuſius perſequuntur Mynſing. & Schneidevv. *ad d. tit. Inſtit. de ſucceſſ. libertor.* Harprec. 3

QVÆSTIO LII.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Teſtamentum nullū ex cauſa præteritionis, vel exhæredationis, hodie annullatur tantum quoad inſtitutionem, cetera autem firma manent ex diſpoſitione* Auth. ex cauſa, C. de lib. præter.
2 *Et quid in præteritione facta per patrem, aut alios aſcendentes per lineam paternam.*
3 *Et quid in præteritione filij poſthumi.*
4 *Et quid ſi huiuſmodi poſthumus ſit ignorāter præteritus.*
5 *Et quid ſi ſit præterit⁹ frater, & turpis perſona inſtituta.*
6 *Et quid ſi exhæredatio facta ſit cum cauſa, quæ tamen deinde probata non fuerit.*

Ex Additionibus.

1 *An teſtamentū, in quō filiuſfamilias præteritus eſt, quoad inſtitutionem duntaxat, vel etiam quoad legata & reliqua teſtamenti capitula corruat.*
2 *Ius vetus aperto non mutatum, vel correctum obſeruari debet.*
3 *Nemo pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus decedere poteſt.*
4 *Præteritio matris, vel aui materni eſt loco exhæredationis.*
5 Nouella 115. *de qua præteritione ſit accipienda.*
6 *Ius liberorum in nullo minuendum.*
7 *Quodnam teſtamentum fiat irritum.*
8 *Authentica Irnerij non ſunt omnino authenticæ.*
9 *Si poſthumus fuerit ignoranter à patre præteritus, an hoc caſu rupto teſtam. ex cauſa præteritionis, legata & alia in teſtamento diſpoſita conſeruentur, remiſſiue.*

PRæcedentibus quæſtionibus viſum eſt, quemadmodum teſtamentum ex cauſa præteritionis, vel exhæredationis reddatur nullum, vel impugnari poſſit: Nunc ſciendum eſt, quod licet ſecundum iura antiqua teſtamentum annullaretur in totum, ſcilicet tam reſpectu inſtitutionis, quam legatorum, & aliorum, quæ in ipſo teſtamento continentur, hodie a tamē quo a
ad inſtitutionem bene annullatur, iuxta diſpoſitionem 1
iuris antiqui, ſed cetera in teſtamento contenta firma manent: & hoc ex diſpoſitione vulgatæ *Auth. ex cauſſa* ſupra multoties allegatæ. Et ita tenent communiter omnes nemine diſcrepante, vt dicit Pariſ. *conſ. 60. n. 36. lib. 2.*

lib.1.& consf.64.nu.10.eo.vol. ex quo enim iniuria facta filio præterito, vel exhæredato, erat tantum circa institutionem, valde rationabile fuit, vt in ea tantum parte annullaretur, in qua peccatum fuerat.

Et quia hæc materia est ordinaria in scholis, & valde trita, breuiter attingendo tantum principales conclusiones Doctorum, dico, quod dispositio d. Auth. proculdubio locum habet in præteritione facta de filio, per matrem, aut alios ascendentes per lineam maternam: quæ quidem præteritio, si facta sit cum causa, habetur pro exhæredatione, vt dixi supra *quæst.47.* & ita tenent communiter omnes Scribentes, vt dicit Parisf. *in d.consf.60.nu.12.* Ita etiam communiter teneri affirmat Imol. *in l.filio præterito, nu 31.ff. de iniusto rupto.* Sed quid in præteritione facta per patrem, vel alios ascendentes per lineam paternam? Respon. aliqui dixerunt, quod nō: sed quod tantummodo locum habet in præteritione materna. Et hanc opin. dixit tenere Doctores omnes Cyn. *in d.l.filio præterito de iniust. rup.* Sed in hoc Cyn. verum non dixit, vt affirmat Bald. *in d. l. filio præterito, post n.2.* quem refert, & sequitur Imol. *in ead. l.filio præterito, post nu. 7.* Tenendum est igitur, quod dispositio dict. Auth. locum habet etiam in filio à patre præterito: quam opin. dicit esse communem Imol. *in dict.l.filio præterito, nu.12.& seq.* & hæc conclusio locum habet, siue talis filius à patre præteritus sit in potestate patris constitutus, siue sit emancipatus: & ita in filio in potestate concludit Bar. *in dict. Authen.ex causa. nu.2.* & est communis opin. vt dicit Alex. *in d. Authen. ex causa, nu.15. Cor.consf.188.col.2.in littera D.lib.3.* Iaf. *in dicta Authen.ex causa.nu.1.* Idem in filio emancipato tenet Bartol. *in d. Authen.ex causa, num.8.* & ita communiter teneri attestatur Apostil. ad Bart. *ibi pariter, sub num.8.* Hanc etiam esse communem sententiam dicit Iaf. *in ead. Authent.ex causa.nu.7.* Esset enim valde inconueniens, vt esset melioris conditionis filius emancipatus, quam suus. Et licet circa hæc multa disputando dici possent, tamen in practica temerarium esset illa in dubium refricare.

3 Item quæro, an dispositio d. Authen. locum habeat tam in præteritione filij iam nati, quam in præteritione posthumi? Respond. quod sic. Et quod habeat locum in præteritione filij iam nati à patre scienter facta, tenuit Bartol. *in dict. Auth.ex causa. num. 4.* & hæc est communis sententia, vt ait Curt.iun. *in dict. Authen.ex causa, num.6.& seq.* Quod autem habeat locum etiam in præteritione posthumi; tenuit Bartol. *in ead. Auth. ex causa, num.6.* licet loquatur, quando scienter fuit præteritus. Et ita communiter teneri attestatur Imola *in cap.cum esses, numero vigesimosexto de testamento.* Hanc etiam opin. dicit esse communem Alexand. *in d. Auth. ex causa.num.decimoseptimo* Corn. *in d.consil. 158. col.4. in littera R. lib.2. & consil.244 in littera G.eod.volumine.* Iaf. *in d. Authent.ex causa num.2.* Bertran. *consi.150. num.1.lib.3.in 2.par.* Curt.iun. *in d. Auth.ex causa, nu. 12. & seq.* Parisf. *consf.60.nu.9.lib.2.& consf.64. nu. 6. eod. volum.* & hoc fere omnes fatentur.

4 Sed quid si posthumus sit ignoranter *b* præteritus, *b* nunquid etiam hoc casu locum habebit dispositio d. Authent. *ex causa*? Respon. quod in hoc articulo Doct. fuerunt multum varij. Multi enim tenuerunt, quod etiam hoc casu locum habeat. Et hanc opinionem dicit esse communem Parisf. *in dict. consil.60 num.13. & consf. 61.nu.14.eod.lib.& in dict.consilio 64.numer.8.* Contrariam vero sententiam, scilicet, quod imo dispositio d. Authen. non habeat locum, vbi posthumus sit ignoranter præteritus, tenuit Bartol. *in d. Authent. ex causa numero quarto*, & hanc opin. dicit esse magis communiter approbatam Iaf. *in d. Authent.ex causa numero tertio, & seq.* quem refert Bertran. *consil 150.num.1.lib. 2. in 2 par.* Hanc etiam dicit magis esse communem Aretin. *consil.158.quod est consilium vltimum.* prout illum refert Tiraquell. *in repet.l si vnquam. in verbo, Donatione largitus, num.163.* Gulielm. de Benedict. *in prima parte repet.cap.Raynutius.folio 204.nu.132.& seq.* Curt.iun. *in dict. Authen.ex causa, numero decimoseptimo,* Apostill. ad Bart. *in d. Auth.ex causa sub num.4.* & hæc opin. mihi semper placuit, tanquam verior, & æquior, & magis fauens filiis, & adhærens verisimili menti testatoris, quæ etiam proculdubio est magis communis, & ideo ab ea in practica non recedas, si vis recte iudicare. Et in hoc proposito videnda sunt ea quæ dixi sup. *q. 47. vers. Et hæc quidem.* quæ omnia possunt ad hanc quæstionem satis accommodari.

Sed quæro, tu scis, quod frater præteritus à fratre si turpis persona sit instituta, potest testamentum fratris per querelam rescindere, vt dixi sup. *q.50* Nunquid etiam hoc casu erit locus dispositioni d.Auth. *ex causa*, vt scilicet legata, *c* & cetera in testamento ipso contenta præter institutionem, conseruentur? Resp. Hæc est ardua quæstio, & quæ indigeret decisione Imperatoris, vt sentire videtur Salic. *in l.fratres, nu. 9.C.de inoffic.test.* Communis tamen sententia videtur esse, quod isto casu non habeat locum dispositio d. Authent. sed quod simul cum institutione omnia corruant, test. Iaf. *in d.l. fratres, num.3.* Quæ tamen opin. mihi semper visa fuit terribilis. Videtur enim (iudicio meo) valde iniquum, quod filius præteritus, rumpens testamentum paternum, teneatur præstare legata, & fideicommissa, non autem frater rumpens testamentum fratris, & sic quod collaterales sint melioris conditionis, quam descendentes. Nec quidquam facit, quod in correctoriis non fiat extensio, etiam ex maioritate rationis; quia posset dici verba ipsius Authen. esse generalia, & absque vlla extensione comprehendere casum nostrum. Præterea illa conclusio, quod in correctoriis non admittatur extensio, etiam ex maioritate rationis, non est sine controuersia: & multi attestātur cōmunem opinionem esse in contrarium, & habere etiam multas limitationes, quæ possunt ad hoc propositum optime accommodari, vt late dixi supra *lib. 1.* Ideo si casus contingeret in facto, credo, quod non peccaret mortaliter Iudex, qui iudicaret contra hanc communem sententiam. 5 *c*

6 Sed nunquid generaliter quocunque modo testamentum impugnetur ex causa exhæredationis, habebit locum dispositio *d. Authen.ex causa*? Respond. quod in hoc articulo aliquando fuerunt opin. Nam glossæ communiter tenuerunt, vbi exhæredatio facta est cum causa quæ deinde non probatur legitima (quo casu testamentum rescinditur per querelam inofficiosi, tanquam conditum à demente) quod non sit locus dispositioni d. Authen. & hanc opin. dixit esse communem Signor. *consf.171.num.8. in fin.* prout illum refert Curt. iun. *in Authen. ex causa, num. 68.* Contrariam autem sententiam, scilicet, quod siue exhæredatio facta sit non inserta causa legitima, siue causa sit inserta, sed per hæredem non probata, semper sit locus dispositioni d.Auth. tenuit Bart. *in d. Auth.ex causa, n.9.* Et quidquid dicat Signo. *in alleg. consf.* ita communiter tenetur, vt affirmat Cornel. *in d.consf.158.col.5. in littera T. lib. 2.& consf.125.in litt.E.lib.3.* Iason. *in Auth.ex causa, post n.3.vers.Sequitur text.* Hanc etiam opin. dicit esse communem Imol. *in d.l.filio præterito.nu.32.ff.de iniusto rup.* Alex. *in d. Auth.ex causa nu.8.* Vtroque enim casu militant verba ipsius Authen. & eadem quoque ratio.

ADDITIONES.

HOdie tamen quoad institutionē bene annullatur, &c.] Quid
a testamentum † patris ex præteritione nullum, solum quo-
1 ad hæredis institutionem, nō etiam quoad legata; fideicommissa, & cetera testamenti capitula pro nullo, & infecto habeatur, vltra Clarum nostrum, & Doctores ab eo allegatos, alij plerique defendunt. Didacus Couarru. *in c. Raynutius 16. de testam. §. 6. num. 3. cum seq.* Grassus *lib. 1. recept. sentent. §. legatum, quæst. 67. num. 2.* Donell *in authen. ex causa. num. 7. & 8 C. de liber. præterit. item lib. 6. commentar. de iure ciu. ca. 13. pag. 32. circa fin. item lib. 8. cap. 17. pag. 267. & lib. 19. cap. 6.* Vigelius *in methodo iur. controuers. lib. 4. cap 9 reg. 14 except. 38. replic. 3.* Gail. *lib. 2. obs. 113. nu. 1.* Duarenus *ad tit. ff. de iniust. rupt. irr. fact. test. ca. 2.* Ioan. Baptista Costa *in tract. de facti scient. & ignorant. cent. 2. dist. 93. n. 5* Bellonus *li. 4. supputat. c. vltim. in fin.* Loriot. *de iuris art. tract. 12. de exhared. axiom. 53. & seq.* Fachineus *lib. 4. controuers. iur. c. 10. lib 6. c. 77. & lib. 10. c. 70* Cæphal. *cons. 585. nu. 39. lib. 4* Villalob. *in thesaur commun. opin. in verb testamentum. nu. 45.* Arumæus *Exercit. Iustin. 10. th 2.* Forster. Iunior. *lib 2 disp. 12. thes. 17.* Hœnonius *disput. 7. controuers. 15.* Paulus Berens *disp. 6. ad Inst. the. 3. q. 2.* Thadeus Piso *lib. 2. variar. resolut. cap. 12. n. 2.* & Vogepaur. *Exercit. Iustin. 12 qu. 12* Ceterum hæc sententia licet frequentioribus Interpretum votis sit comprobata: non tamen desunt, qui probabiliter negant ex huiusmodi testamento, quod ob præteritionem paternam nullum est, quidquam deberi: ac proinde statuunt, illud non tantum quoad hæredis institutionem, sed & quoad legata, ceteraque in testamento relicta, nullius momenti esse Raphael. Cuman & Cuiac. *in l. filio, 17. ff. de iniust. rupt. irr fact. testam.* Ant. Faber *lib. 9. coniectur. iur. c. 14. & part. 1. de errorib. pragmat. decad. 20. error. 4. & decad 49. error. 5.* Alciat. *lib. 4. parerg. cap. 9.* D. Collega Bocer. *class. 3. disput. 3. th. 16. edit. 2.* Petrus Gregor. *lib. 42. syntagm. iur. vniuers. cap. 22. nu. 31.* Chiflet. *lib. 3. de iur fideicommiss. c 8.* Hilliger. *in Donell. enucleat lib. 6. c. 13. ad lit. F.* Andreas Gerhard. *exercitat. Iustin. decad 8. quæst. 4.* Trentler. *volum. 1. disput. 13. th. 7 ad lit. C.* Schifordeger *li. 1. tract 17. quæst. 1. cum aliquot seqq.* Gilkenius *ad d. auth. ex causa, à nu. 1. vsque ad nu. 8. C. de liber. præterit.* vbi *n. 2.* plures pro hac opinione allegat. Eaque † sustinetur hisce potis-
2 simum fundamentis. I. Quia iure veteri totum testamentum, ob præteritionem paternam, corruebat, *d. l. filio. 17. ff. de iniust. rupt. irr. fact. test. l. inter cetera, 30. ff. de liber. & posthum. hæredib. instit. l. 1. in fi. C. de posthum. hæredibus instit. & similibus.* Quod ius cum hodie non inueniatur aperte mutatum, vel correctum, cur stare prohibeatur? *l. sancimus 27. C. de testam. l. præcipimus,*
3 *32 § fin. C. de appellat.* II. Quia † nemo pro parte testatus, & pro parte intestatus decedere potest, *l. ius nostrum. 7. de reg. iur.* Id autem hic fieret, si contraria sententia obtineret. Etenim filius præteritus concurreret cum legatariis, & quia exhæredatione ius, quod viuo patre habuit, ei non esset abscissum, aut ademptum, eiusdem in solidum maneret dominus, & ab intestato in totam hæreditatem, ac omnia bona succederet, *l. in suis, 11. ff de liber. & posthum. hæredib. instit.* III. Quia *in Nouell. 115. cap. 3.* per
4 † præteritionem non alia intelligitur, quam matris, vel aui materni, vel filij qui patrem præteriit: quæ præteritio loco exhæredationis est, *§. vltim. Instit. de exhæredat. liberor.* Vbique enim eadem ratio illius constituitur, quę exhęredationis: & ex vtriusque causa dicitur testamentum euerti, enacuari, rescindi. *dict. Nouell. 115. cap. 3. in fin. & cap. 4. in fine.* Et quanquam Iustinianus † verbo generali præteritionis vtatur: quia tamen certo cer-
5 tius est, eum non sustulisse, *in d. Nouell* ius præteritionis paternæ, neque vllum caput huius iuris attigisse, præter solum nomen præteritionis: eo ipso, quod non expresse abrogatum est ius præteritionis paternæ; & nihilominus verbum præteritionis generaliter appositum est, luculenter significatur, Nouellam illam constitutionem non de præteritione paterna, proprie sic dicta, sed de materna, quæ pro exhæredatione habetur, accipiendam esse. Idque etiam est, cur in tota illa constitutione nusquam verbum præteritionis separatim ponatur, sed vbique verbum exhæredationis addatur. Est quidem, vbi Imp. *in d. Nouell.* de solis exhæredatis liberis loquatur: nusquam vero de solis præteritis. Quod si esset factum: forsan causa esset, cur verbo generali præteritionis induceremur ad credendum, ius præteritionis innouatum esse. Iam quia id factum non est: vbique autem præteritioni exhæredatio coniungitur: non est, quamobrem generali præteritionis verbo abutamur. Ex qua sane coniunctione edocemur, quod ea iura connectat, quæ eandem rationem habeant, *argum. l. 1 ff. de reb. dub* IV. Quia Iustinianus Imp. *in*
6 *d. Nouell. 115. cap. 3. circa finem*, in vniuersum statuit, in † nullo ius liberorum minuendum esse. Ait enim diserte: ideo se superiore constituisse, ne liberi falsis accusationibus condemnentur, vel aliquam circumscriptionem in parentum substantiis patiantur. Atqui procul dubio minueretur ius liberorum, in potestate patris constitutorum, si legata in eo testamento, in quo filius præteritus fuisset, & quod nullo iure valuisset, relicta deberentur, quæ olim filius præteritus nullo iure debuisset. *leg. nequi in potestate. 15. ff de legat. præstand.* V. Quia Irnerius *dictam authen. ex caus. 1. C. de liber. præterit.* concepit de irrito facto testamento ex causa præteritionis. Irritum † esse dixit testamen- 7
tum, vt significaret, aliquando tenuisse. Irritum siquidem non fit testamentum, nisi quod aliquo casu, & tempore ratum fuit. *l. 1. l. si quis filio. 6. §. irritum. 5. ff. de iniust. rupt. irr. fact. testa.* Filio autem à patre præterito, non fit irritum testamentum, sed est iniustum, & nullum *d. l. 1. ff. eod.* Et † vtut Irnerius secus forte 8
senserit: tamen authenticæ illius non sunt omnino authenticę: ac proinde semper recurrendum ad ipsos Nouellarum fontes, vnde illas Irnerius excerpsit: & non infrequenter eas reiiciunt nostrates, quod locus primus seu exemplar aliter se habeat vt ex Alberico Gentili *lib. 3. lect. cap. 11.* refert Hilliger *in Donell. enucleat. lib. 1. c. 12. lit. E. & d. lib. 6. cap. 13. lit. F.* Porro hanc rem omnium exquisitissime explanat Schifordegherus *d. lib. 1. tract. 17. quæst. 1. & seqq.* vbi argumenta contraria abunde confutat. *Harprec.*

b *Ignoranter præteritus.*] Sed an in præteritione posthumi ignoranter facta conseruentur legata in magna quantitate facta? dixi *in collect. mea comm. opin. in verb. præterito, sub num. 23.* quod etiam notaui supra *sub q. 46.* Giach.

Sed quid, si posthumus sit ignoranter præteritus.] An † & qua- 9
tenus legata, & alia in testamento disposita, conseruentur, si pater ignoranter posthumū præteriit, latissime explicat Thadeus Piso *lib. 1. var. resolut. cap. 12 num. 4.* nec non Petrus Gilkenius *in dict. authent. ex causa C. de liberor. præter. numer. 10. & seqq.* Harprec.

c *Legata.*] Et quod testamentum, in quo instituta sit turpis persona, infirmetur nedum quo ad institutionem, sed etiam quo ad legata, & fideicommissa, commune dicit Rolan. *in cons. 87. n. 11. lib. 3.* vbi clausula codicillaris tunc nil operatur. *numer. 12.* Giach.

QVÆSTIO LIII.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Institutio facta in re certa an sustineatur ex dispositione Authen. ex causa.*

Ex Additionibus.

1 *Ecquid institutio facta de re certa sustineatur per dispositionem auth. ex causa. C. de liber. præterit.*

2 *An, & quatenus institutus in re certa sit loco hæredis, vel legatarij.*

3 *Testator pro parte testatus, pro parte intestatus decedere nequit.*

4 *Omnem actum sic interpretari debemus, vt magis valeat, quam pereat.*

SEd quia text. *in d. Auth.* dicit, quod testamentum ir- 1
ritatur, quantum ad institutionem, Quæro, nunquid irritetur etiam institutio facta in re *a* certa? Resp. a
quod quatenus talis institutio sapit vim legati, sustinetur ex dispositione d. Authent. quatenus autem potest habere vim institutionis, annullatur. Ita tenet Bartol. *in d. Authent. ex causa, numero decimoquinto,* & est communis opinio, vt dicit Alexand. *in dict. Authent. ex causa numer. septimo* Rubeus *cons. 164. num. 6.* Ideo si pater, præterito filio, instituat aliquem in re certa, nullo dato cohærede vniuersali, iste institutus in re certa, habebit solummodo illam rem, in qua fuerat institutus, quatenus autem potuisset per ius accrescendi habere reliquum hęreditatis, non sustinetur eius institutio. Vide in hoc proposito, quando institutus in re certa sit loco legatarij, vel loco hæredis, quæ dixi sup. §. *Institutio.*

ADDITIONES.

FActa in re certa.] Item quod institutio de re certa facta in testamento ratione præteritionis, vel exhæredationis, si sapiat a
naturam

naturam vniuersalis institutionis, ex iure accrescẽdi irritetur, si
naturam legati conseruet, commune etiam dicit Iacob. de S.
Georg. *in d. Authent. ex causa, sub nu.* 18. Et an institutus in re
certa habet beneficium *leg. fin. C. de edict. D. Adrian. toll. com-*
muno dixi in collec. mea commun. opin. verb. Institutus, nu. 1. *dic*
vt ibi. Et *num.* 1. dixi, An institutus in re certa nullo dato hære-
de vniuersali, si testator expresse prohibuit, ne ipsa institutio
trahatur ad alia bona, succedat nedum in illa re certa, verum et-
iam in omnibus, quia testator non potest decedere pro parte te-
status, atque pro parte intestatus, vbi ampliatur, & limitatur. Et
nu. 3. dixi commune esse, quod institutus in re certa non habet
actiones hæreditarias actiue, & passiue, & numero quarto com-
mune dixi, quod institutus in re certa, seu in quota bonorum
possit propria auctoritate apprehendere relictum sibi factum.
Et *nu.* 5. commune dixi, quod institutus in re certa non habet
ius accrescendi instituto vniuersali repudiante. Item & quod
potest propria auctoritate capere. *Giach.*

Quæro nunquid irritetur etiam institutio facta in re certa.]
Resolutio huius quæstionis pendet ex eo: an † institutus in re
certa sit loco hæredis, vel legatarij. Nam si loco hæredis sit; in-
stitutio facta de re certa non sustinebitur: si vero sit loco legata-
rij, sicut cetera legata (iuxta communiorem opinionem: cui
quid hac in parte deferendum sit, *in præcedente quæstione* attigi-
mus) sustineri poterit, *per authen. ex causa. Cod. de liber. præterit.*
Circa quam rem ita quidem distinguendum existimant. Aut
† quis institutus est in re certa, & nullum alium hæredem ha-
2 bet: & tunc talis hæres in re certa perinde est, ac si solus scrj-
ptus fuisset hæres: & ob id detracta rei mentione, hæres in so-
lidum manet, ac per omnia loco hæredis habetur *l. 1. §. si ex fun-*
do. 4. ff. de hæredib. instituend. Eiusque ratio est perspicua: quia
3 † alias testator decederet pro parte testatus, & pro parte intesta-
tus; quod vtpote absurdum, non est statuendum *l. ius nostrum.*
7 ff. de reg. iur. Aut plures hæredes instituti sunt, & singuli in
certis rebus, nulla quotæ, vel hæreditatis mentione habita: &
tunc licet certi limites videantur acquirendæ hæreditatis assi-
gnati: attamen æqualiter succedunt, & res, in quibus sunt insti-
tuti, pro legatis habentur, id est, quilibet accipit suam rem, in
qua est institutus, tanquam præcipuam: in relictis autem bonis
æqualiter succedunt. *l. quotiens. 9. §. si duo sint. 13. & l. ex facto. 35.*
§. 1. ff. de hæredib. instit. Hocque ideo fit, ne in parte, cuius non
est facta mentio, videatur testator intestatus, & in altera parte,
cuius est facta mentio, testatus decessisse: quod non valet, vt o-
stensum est *ex d. l. ius nostrum. 7. ff. de reg. iur.* Sed † & in omni re
4 sic actum interpretari debemus, vt magis subsistat quam pereat.
leg. quoties. 12. ff. de reb. dubiis. Aut denique quis institutus est in
re certa, & alius in quota, vel simpliciter, vt si dicat testator. Ti-
tium in fundo instituo, Caium autem in tertia parte, quæ est
quota, vel in rebus omnibus, quod est simpliciter instituere: &
tunc institutus in quota, vel simpliciter, est verus hæres; alter
vero nec proprie hæres est: sed mediam quandam, & tertiam
speciem constituit, quę de vtraque multa sumit: quemadmodũ
post Bartolum à se citatum, id copiosius declarat Thedeus Piso
lib. secundo variar. resolut. c. 12. nu. 24. cum seqq. item Michael
Grassus *lib. 1. recept. senten. §. institutio. quæst. 22. num. 2. & seqq.*
Harprec.

QVÆSTIO LIV.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Legata, seu fideicommissa vniuersalia nunquid susti-neantur ex dispositione Auth. ex causa.*
2 *Et an substitutiones pupillares, vel exemplariæ.*
Et quid si factæ sint ipsimet filio præterito; ibidem.
3 *Et an legata facta ipsi filio præterito.*
4 *Et an legata facta turpibus personis.*
5 *Et quid de legatis factis in codicillis.*
6 *Et an huiusmodi legata, quæ sustinentur ex dispositione d. Auth. ex causa, petantur ex testamento, vel tanquam ab intestato.*

Ex Additionibus.

1 *Nunquid fideicommissa vniuersalia sustineantur ex di-spositione auth. ex causa C. de liber. præterit. remissiue.*
2 *An substitutiones pupillares, & exemplares valeant, re-missiue.*
3 *Quo iure legata, quæ sustinentur ex d. auth. ex causa, petantur an ex testamento, vel ab intestato.*

NVnc videndum est, quia text. *in d. Auth. ex causa,*
simpliciter dicit, cetera firma manent: an genera-
liter omnia contenta in testamento præter institutio-
nem sustineantur? & quidem de relictis particularib.
a nulla est inter Doct. controuersia. Sed quid *b* in le- a
gatis, vel fideicommissis vniuersalibus. Respon. quod b
etiam illa sustinentur, ex dispositione *d. Auth.* Ita tenuit 1
Bart. *ibi n.* 18. & ad hoc allegatur gloss. *in d. l. ita tamen.*
§. quoties. in verb. compelli debet ff. ad Trebell. quæ dicit
esse comm. approbatam Socin *cons. 92 n. 3. lib.* 4 Et ita
communiter teneri attestatur Imol. *in d. l. filio præteri-*
to. post n. 36. ver. an autem comprehendat. Claud *in d. l. Ita*
tamen, quam legit *cum l. omnibus. §. quoties n.* 3. Hanc et-
iam dicit esse comm. opin. Alex. *in d. Auth. ex causa, nu.*
8. Ias. *in d. Auth. ex causa. post n. 6. vers. Quinto limita &*
n. 11. Dec. *cons. 95. n.* 3. Gul. de Benedic. *in 1. par. repet. c.*
Raynut. fol. 205. *n.* 237. Curt. iun. *d. Auth. ex causa. post n.*
54. vers Tertiam conclusionem Paris. *cons. 60. n. 11. lib. 2. &*
cons. 6 n. 11 eod vol. & cons 64. n. 8. eod. vol. Talia enim
fideicommissa non impediunt successionem intestati.
Et ideo sicut filio instituto potuisset imponi onus fide-
commissi, neque propterea illi diceretur esse facta ali-
qua iniuria: ita etiam debet in præiudicium præteriti
sustineri, cui satis esse debet, si institutio ipsa corruit.

Quæro etiam; nunquid sustineantur substitutiones 2
c pupillares, & exemplariæ factę filiis in ipso testamẽ- c
to? Respon. quod sic. Ita tenet Bartol. *in d. Authen. ex*
causa num. 16. Et ita magis communiter tenetur, vt di-
cit Bertran. *consil. 139. post num. 1. lib. 2. in 2. parte.* Hanc
etiam opinionem dicit esse communem Imol. *in c. Ray-*
nutius. nu. 99. de testam. Alexand. *in d. l. 1. § fin. num. 5. de*
vulg. Ias. *in d. Authen. ex causa, nu.* 10. Claud *in d. l. 1. §.*
fin. num. 3. Tales enim substitutiones non impediunt
successionem ab intestato, vt superius de fideicommis-
so dictum est. Quæ quidem conclusio satis de plano
procedit; quando talis substitutio pupillaris est facta
alteri *d* filio Sed quid si facta sit ipsimet filio præteri- d
to? Respon. quod pariter sustinetur. & ita est commu-
nis opin. vt dicit Claud. *in d. §. fin. num.* 5. Gul. de Bened.
in 2. parte repet. c. Raynutius. fol. 39 post num. 66. Nam pu-
pillaris substitutio concernit fauorem illius, cui facta
est; merito ab eo non rumpitur. Secus ergo dicendum
est in vulgari substitutione, per quam directo succedi-
tur ipsi testatori. Illa enim proculdubio irritatur, si-
cut & institutio, alias hoc casu dispositio ipsius Auth.
redditur elusoria: quia substitutus vulgaris admitrere-
tur in defectum instituti: & filius præteritus adhuc re-
maneret exclusus.

Præterea quæro, nunquid sustineantur etiam lega- 3
ta *e* facta ipsi filio præterito, vel exhæredato? Respon. e
quod non. Ita tenet Bartol. *in d. Auth ex causa. nu.* 19. &
est communis opin. teste Rom. *cons. 516. num.* 10. quem
refert Goza. *cons. 49. nu.* 19. Cornel. *cons. 62. col. 2. in lit-*
tera F. lib. 2. Ias *in d. Auth. ex causa, n. 14. & seq.* Ripa *in*
l. 2. post num. 33. ff. de vulg. Io. Nic. Arelat. *in 2. cons. posita*
post tit. de sec. nup. 3. Qui enim testamentum impugnat,
indignus est, vt aliquid ex eo consequatur.

Item quid dicendum de legatis, quæ in ipso testa-
mento facta sunt per testatorem turpib. personis, nun- 4
quid & ipsa sustinentur ex dispositione d. Auth. *ex cau-*
sa? Respon. quod non: & est communis opin. vt attesta-
tur Rubeus *in repet. l. Titia. §. Imperator. n. 92. ff. de legat.*
2. Sunt enim huiusmodi personæ legibus odiosæ. *l. fra-*
tres. C. de inoffic. testam. & faciunt in proposito ea, quæ
dixi sup. *q. 52. vers. Sed quæro.*

Sed pone, testator fecit codicillos, in quibus multa
legata fecit diuersis personis: deinde condidit testamẽ- 5
tum, in quo filium pręteriit, vel nulliter exhæredauit,
modo filius impugnat testamentum: Quæro, an ex

dispositione Auth. *ex causa*, sustineantur etiam illa legata facta in codicillis? Resp. quod sic. Ita tenuit gloss. *in l. 1. verbo, litteras. C. de codicil.* quam dicit esse communiter approbatam Cur. iun. *in d. Authent. ex causa, post n.* 61. Semper enim quando quis decedit testatus, codicilli, siue ante testamentum, siue post testamentum conditi sint, accipiunt robur in testamento, & ab ipso pendere dicuntur: merito de istis legatis idem est iudicandum, ac si in ipsomet testamento relicta fuissent.

6 Pro complemento huius materiæ quæro, nunquid legata quæ sustinentur ex dispositione d. Auth. *ex causa*. petantur *f* actione ex testamento, an autem tanquam ab intestato? dixi supra §. *legatum*.

ADDITIONES.

a *Nulla est inter Doctores controuersia*] Imo vero est, si magnæ fuerint quantitatis, & quando eiusmodi esse dicantur, vide Men. *de arbitr. Iud. cas.* 147. Gouean.

b *Sed quid in legatis, vel fideicommissis vniuersalibus.*] An † fideicommissa vniuersalia sustineantur ex dispositione *auth.*
1 *ex causa, C. de liber. præterit.* vltra Clarum nostrum, & ab eo relatos, explicant quoque Thadeus Piso *lib. 2. var. resol. cap.* 12 *nu.* 16. & Petrus Gilkenius *ad d. auth. ex causa. C. de lib. præterit. nu.* 42. Harprec.

c *Substitutiones pupillares*] Et quod, tametsi hæreditas patris haud fuerit adita, substitutio pupillaris nihilominus confirmetur *per Authent. ex causa*, commune dixi, *in collect. mea com. opin. verb. substitutio n.* 77. Giach.

Quære etiam, nunquid sustineantur † substitutiones pupillares,
2 *& exemplaria facta filiis in ipso testamento.*] De hac quæstione late vtramq; in partem disputant Gilkenius *ad d. auth. ex causa. C. de liber. præterit. nu.* 43. & Piso *prædicto cap.* 2 *nu.* 12. *cum seq.* Harprec.

d *Facta alteri filio*] Commune hoc etiam dicit Iacob. de S. Georg *d. Auth ex causa. nu.* 21, qui *nu. seq.* dicit idem de facta à filio in potestate præterito. Dixi etiam *in collect. mea comm. opin. in verb. substitutio* Giach.

e *Legata facta.*] Sed nunquid legata, & fideicommissa debeantur ex testamento imperfecto, si personis testatori coniunctis, vel ab eo valde dilectis sint relicta? dixi *in collect. mea commun. opin. verb. legatum, nu.* 14. vbi communem dixi, quod debeantur. *Giach.*

f *Petantur actione ex testamento*] Quod † legata, quæ susti-
3 nentur ex dispositione *d. auth. ex causa C. de liber. præteri.* non ab intestato, sed ex testamento peti possint, autumat Thadeus Piso *d. lib. 2. cap. 12. n. 39. & seq.* Harprec.

QVÆSTIO LV.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *In testamento regulariter interuenire debent septẽ testes.*
2 *Et an fœmina possit esse testis in testamento?*
3 *Et quid de iure canonico.*
4 *Et quid in testamento inter liberos.*
5 *Et quid in testamento militis.*
6 *Et an in codicillis.*
7 *Monachi, & mendicantes nunquid possint in testes adhiberi in testamento.*
8 *Legatarius an possit esse testis in testamento.*
9 *Filius an possit pro patre testificari in testamento.*
10 *Testis inhabilis qui communi opinione reputatur habilis, potest in testamento adhiberi.*

Ex Additionibus.

1 *Cur in testamento regulariter septem testes interuenire debeant.*
2 *Quare septenarius numerus fuerit electus, variæ rationes.*
3 *Quæ sit natura iuris constituti.*
4 *Veteres peculiarem quandam vim numero septenario attribuerunt.*
5 *Septenarij numeri in sacris litteris crebra mentio.*
6 *In ore duorum, vel trium consistit omne verbum.*
7 *Testimonio vnius nemo damnandus.*
8 *Mulier tam in criminalibus, quam ciuilibus causis idonea testis. non item in testamento.*
9 *Cur fœmina in testamento testis esse nequeat.*
10 *Nunquid de iure canonico mulier testificari possit in testamento.*
11 *An in codicillis mulier possit esse testis.*
12 *Omnes possunt esse testes, qui non prohibentur.*
13 *Probationis facultas in dubio non angustanda.*
14 *Non plures ad actum aliquem confingendæ sunt solemnitates, quam lex expressit.*
15 *Codicilli nullam solemnitatem ordinationis desiderãt.*
16 *Intellectus* l. hac consultissima. 8. §. quæ in eundem. C. qui testam. fac. poss.
17 *Vtrum monachi, & ceteri religiosi possint in testamento testes adhiberi.*
18 *An legatarij tam in nuncupatiuo, quam scripto testamento, testimonium ferre queant.*
19 *Legatarij non sunt iuris successores.*
20 *Lege non distinguente, nec nos distinguere debemus.*
21 *An, & quatenus omnia scripta testamenta sint mystica, siue clausa.*
22 *Quatenus aliquis possit esse testis in ea causa, cuius commodum ad ipsum spectat.*
23 *Fauori pro se introducto quilibet renunciare potest.*
24 *In fauorem alicuius introductum, non est retorquendum in eius odium.*
25 *Ecquid fideicommissarius vniuersalis in testium testamentariorum numero esse valeat.*
26 *Quatenus fideicõmiss. vniuersalis pro herede habeatur.*
27 *Idem fideicommissarius in quo differat ab herede.*
28 *Fideicommissarius vniuersalis non est iuris successor.*
29 *Num tutor testamentarius adhiberi testamento faciendo testis possit.*
30 *Tutor loco domini habetur.*
31 *An filius emãcipatus in patris testamẽto queat testificari.*
32 *Quoties vnus ex pluribus aliquid facere prohibetur, toties ceteris id permitti videtur.*
33 *Domesticum testimonium iure reprobatum.*
34 *Vnde æstimetur domesticum testimonium.*
35 *Pater & filius vna eademq́ persona, & vna caro reputãtur.*
36 *Testes inhabiles vltra legitimum numerum non vitiant testamentum.*

EX his, quæ proximis quæstionibus tractata sunt, habes satis declaratum primum requisitum ad testamenti validitatem, scilicet institutionem hæredis. Nunc ad alia transeundo scire debes, quod regulariter in testamento debent interuenire septem *a* testes, *l. hac* a
consultissima. C. de testam. 1

Scias tamen, quod licet regulariter omnes personæ 2
tam masculi, quam feminæ, possint esse testes in quolibet actu humano, modo alias sint idonei; tamen in testamento est speciale, quod aliquæ personæ interuenire non possint, de quibus *in l. qui in testa. la 2. ff. de test. & similib.* Et in primis mulieres non possunt *b* ad con- b
dendum testamentum in testes adhiberi; & hoc quidem de iure ciuili est expeditum; est enim de hoc tex. expressus *in d. l. qui testa. §. mulier.* & ratio est, quia mulier est fragilis, & corruptibilis, vt dicit glo. *in d. §. mulier. in verbo, Non poterit:* quã omnes Doctores sequuntur nemine discrepante, dicit Bello. *cons.* 14. *num* 8. & quotidie docet experientia. Ideo lex in actu adeo præiudiciali, & in quo sæpe solent committi falsitates, & fraudes, de eius integritate non confidit.

Sed quid de iure *c* canonico? Resp. si quæratur de c
testamento condito ad pias causas, res non habet diffi- 3
cultatem, quia in illo absolute mulier potest testificari, vt dixi supra, *q. 6. vers. Tertio infertur.* & ita obseruandũ est in vtroque foro. Sed quid si testamentum sit conditum ad causas profanas, nunquid mulier de iure canonico poterit in eo testis adhiberi? Respon. quod in hoc articulo DD. sunt varij. Multi enim tenuerunt, quod sic: & hanc opin. dicit esse communem Paris. *cons.* 51.

nu. 16. lib. 3. Crottus *de testib. in 1. part. n.* 10. prout illum illum refert Didacus *in d. cap. cum esses, num.* 14. *de testa.* Multi etiam tenuerunt contrarium, scilicet, quod imo etiam de iure canonico mulier in testamento, condito ad causas profanas, non possit esse testis. Et hanc opin. dicit esse communem Alex. *cons.* 84. *in fi. lib.* 2. prout illum refert Io. Dilect. *de arte testan. tit.* 2. *caut.* 2. *num.* 7. Ego tamen non reperio Alex. *in allegato cons.* 84. quod est duplicatum *in cons.* 177. *lib.* 2. attestari de communi opin. licet *num.* 5. videatur hoc sentire, & alleget plures auctoritates pro hac parte. Forte melius in proposito posset allegari idem Alex. *cons.* 70. *nu.* 13. *eod. vol.* 2. quod est appendix, siue confirmatio illius *cons.* 54 *supra allegati*, vbi hoc idem tenet, & valde miratur de quodam consulente, qui dixerat communem opin. esse in contrarium. Hanc etiam opinionem dicit esse communem Bellò. *cons.* 14. *n.* 8. quam ego etiam sequor, tanquã veriorem, & magis communem. Vbicunq; enim non reperitur aliqua dispositio iuris ciuilis expresse immutata à iure canonico, non debemus inducere impugnantiam inter ius canonicum, & ciuile, vt dixi sup. *lib.* 10.

4 Quæro etiam, quid in testamento condito inter *d*
d liberos, an in eo possit mulier in testem adhiberi? dixi supra *q.* 8. *vers. Secundo infertur.*

5 Sed hic quæro etiam, an in testamento militis mulier possit esse testis? Respon. quod sic, & est communis sententia, vt dicit Bauer. *in §. plane, n.* 5. *Insti. de testa. milit.* Est enim in testamento militis remissa omnis solemnitas iuris ciuilis, vt dixi supra *q.* 15.

6 Item quæro, an mulier *e* possit esse testis in codicil-
e lis? dixi supra *§. codicillus.*

7 Vlterius quæro, nunquid monachi, & fratres mendi-
f cantes *f* possint in testamentis adhiberi? Respond. quod quod sic: & ita se habet communis obseruantia, & consuetudo, vt attestatur Natta *in repet. §. ex imperfecto, post num.* 181. subdens, quod est valde rationabilis; quia solent à testatoribus adhiberi tanquam legaliores, sub spe, quod eorum voluntates non reuelent; licet quandoque contrarium contingat.

8 Præterea quæro, nunquid legatarius *g* possit esse te-
g stis in testamento? Respond. aut quæris, an si in numero septem testium, qui fuerunt adhibiti in testamento, reperiatur aliquis descriptus, cui testator in testamento legatum reliquerit, an testamentum ipsum valeat, tanquam confectum cum solemni numero testium; & dic, quod procuidubio testamentum erit nihilominus validum, & solemne, *d. l. qui testamento, la seconda in principio, ff. de testam.* Aut quæris, si agatur de probando per testes ipso testamento, vel legato, an legatarius sit idoneus testis: & in hoc remitto te ad ea, quæ late dixi supra *libro secundo, §. testis, qu.* 9.

9 Sed nunquid filius poterit pro patre testificari in te-
h stamentis? Respond. absolute, quod non: siue filius *h* sit in potestate, siue emancipatus, & siue pater condat testamentum, siue ipse pater sit ab alio hæres in testamento institutus. Ita tenet Bart. *in dict. l. qui in testam. §. quæcunque, nu.* 1. & est communis opin. vt dicit Aret. *in eod. §. quæcunque post n.* 5. *vers. & cõtra illam.* & merito filius est in hoc suspectus, cum secundum communes regulas censeatur vna, & eadem persona cum patre.

10 In hoc etiam proposito nota vnum, quod superioribus diebus contingit in practica, quod si aliquis alias
i inhabilis *i* adhibeatur in testamento, puta, quia sit infamis vel seruus, qui tamen non reputabatur communi opinione pro seruo, neque pro infami, valet testa-
k mentum. *k* Ita dicit gloss. not. *in l. eum lege. in gloss. fin. ff. de testa.* quam sequuntur communiter Scribentes, vt attestatur Alexan. *in d. l. num.* 11. *C. de testam.* Semper

enim inclinare debemus in sententiam, secundũ quam vltima testatoris voluntas conseruatur, & sustinetur.

ADDITIONES.

a SEptem testes.] Hic adde, quod testamentum, in quo septem testes de solemnitate requiruntur, si vnus deficiat, haud valet: commune Maran. *in eius Specul. praxis tit. §. iudicij tela aggreditur. post n.* 12. etiam quãdo numerus sufficiens haberi haud potuit. Item etiam tempore pestis per Duran. *de arte test. caut.* 2. vt ibid. *Gioch.*

Regulariter in testamento debent interuenire septem testes.] Ratio, cur † in testamento regulariter septem testium præsentia requiratur, hæc addi potest: vt non solum in tam celebri actu 1
fraudis suspicio omnis remoueatur: verum etiam falsis probationum modis occurratur tot testibus præsentibus, *l. c. lisen. C. de fideicommiss. l. data.* 27. *C. de donatio nib.* Nicolaus Reusner. *in tract. de testam. part.* 3 *c.* 12. *num.* 5. Cur † autem septenarius nu- 2
merus fuerit electus, alij aliam rationem afferunt. Hermannus Vulteius *in § possunt autem.* 5. *Instit. de testament. ordinand. numero vigesimoseptimo* censet, nullam esse rationem aliam, quam quod Romanis ita placuerit. Stephanus Forcatulus Necyomant. *dial.* 14 *nu.* 7. inquit, rationem nullam reddi posse, præterquam quod hic numerus me liceris sit visus legislatori, *argum. l.* 1 *§. initium.* 3. *versic. pueritiam ff de postuland.* Antonius Faber *in rationalibus ad l non omnium.* 20 *ff de legibus.* putat, esse † hoc ex- 3
emplum iuris constituti, cum ius natura hæc sit, vt ratio eius nec inuestigari debeat, nec reddi possit. Eodem etiam inclinare videtur Petrus Gilkenius *in l. si unus,* 12. *num.* 3. *C. de testament.* Iohannes Dauthius *in tract. de testament. tit. de testib. testament. nu.* 420. eumque referens Dominicus Arumæus *exercit. Iustin.* 7. *th.* 10. scribunt: nullam probabiliorẽ assignari rationem posse, quam quod veteres † peculiarem quandam vim & energiam 4
huic numero septenario attribuerint. Vnde is & sacer, & perfectionis dicitur: qui numerus omnino huic sacræ, & iustæ, hoc est perfectæ hominis vltimæ dispositioni conuenire rectius legislatori visus est. Et † sane istius numeri vsus frequentissime 5
sanctis in scripturis occurrit. Die septimo quieuit Dominus: eodem homines quiescere voluit. *Genes. cap.* 2. Septem millia non flexerunt genua coram Baal. *lib.* 3. *Reg. cap.* 19. *v.* 18. Num fratri septies in die condonabo? Imo septuagies septies. *Matth. cap.* 18. *v.* 22. Atq; huius in rei probationem vel *Apocalypsis Iohannis* sufficit *c.* 1. *v.* 4. 5. 13. 16. *&* 20. *c.* 2. *v.* 1. *c.* 3. *v* 1. *c.* 4 *v.* 5. *c.* 5. *v.* 1. *&* 6 & alibi passim. Sed & *lib.* 4. *Regum c.* 5. *v.* 10. legitur: quod Eliseus Propheta dixerit Naaman leproso: vade, & laua te septies in Iordane, & recipiet sanitatem caro tua, atque mundaberis, &c. Hucque faciunt, quæ de septenarij perfectione congessit Andreas Laurent. *lib.* 8. *histor. anatom. quæst* 31. Aul. Gell. *lib.* 3. *noct. Atticar. cap.* 10 Laert. *li.* 2. *de antiquitatibus Græcor.* Anton. de Guevarr. *part.* 1. *horolog. princip. c. de Philosopho Bia. pag.* 55. Beatus Hilarius *Psalm* 118. *ad vers. principes persecuti sunt, &c.* Dominic. de Magdal. *de num. test. in testam. requis. part.* 1. *cap.* 3. *num.* 29. Eademque de re prolixe disputat Osualdus Hilliger (quem quasi plagij arguit Erasmus Vngepaur, *Exercitat. Iustin.* 11. *quæst.* 3 an merito: iudicium penes candidum Lectorem esto) *in Donello enucleat. lib* 6. *cap.* 7. *ad lit. F.* vbi prædictis rationib. reiectis, aliam ex Sexto Pompeio Festo *lib.* 3. *de verb. signif.* operose exponit. Verum cum & isthæc ratio, quam dicto loco Hilligerus affert, meris coniecturis constet: non putauerim vtique, eam superiori Dauthij rationi, vtpote † sacris oraculis pro- 6
babiliter nitenti, præferendam esse.

Porro quod dicitur, ad testamenti ordinationem septem exigi testes, ei non obstat illud vulgatum, quod in ore duorum, vel trium consistat omne verbum. *Deuteronom.* 19. *versic.* 15. *Matth.* 18. *versi.* 17. *Iohann.* 8. *vers.* 17. *Hebr.* 10. *v.* 19. *cap. in omni negocio.* 4. *cap. licet vniuersis.* 23. *extr. de testibus.* Est enim illa regula generalis, à qua hic casus, & alij nonnulli, propter communem vtilitatem, & fraudes euitandas, excipiuntur. Nec simpliciter prohibet lex diuina plures, quam duos, vel tres, adhiberi testes in testamento: verum in certis duntaxat casibus duorum vel trium testimonium probat: ea saltem ratione, vt † testi- 7
monium vnius excludat, quo damnari quempiam valde iniquum fuerit nihilominus interim, pro negocij qualitate, plurium testium fidem requirens, quoties necessitas postulat, sicuti hoc aperte arguit textus *in d. cap. licet vniuersis. de testibus cuius in fine.* Pontifex Alexan. III. Licet, inquit, quædam sint causæ, quæ plures, quam duos exigant testes: nulla est tamen causa, quæ vnius tantum testimonio, quamuis legitimo, terminetur. Reliqua, quæ nostræ aduersari videntur sententiæ, refutauimus *ad § sed cum paulatim.* 3. *Institut. de testam. ordinand. nu.* 23. *& seq.* Harprec.

b *Mulieres*] Vide de hoc *in collect. mea commun. opinion. in verb. Femina, num.* 6. *atque in verb. testis, num.* 35. Vbi etiam ne-

que in testamento, neque in chirographo, neque in criminali esse possunt testes *Giach.*

Mulieres non possunt ad condendũ testamentum in testes adhi-
8 *beri.*] Quanquam † alias mulier, tam in criminalibus, quam ciuilibus causis, testis idonea regulariter censetur *l. ex eo. 18.* ibique Gothofredus *ff de testibus l. 2. ff. de accusationibus leg. in quæstionibus ff. ad leg. iul. maiest.* Prosper. Farinac. *in tractat de testibus q. 59. nu. 18 cum seq.* Illico Vmmius *disput. 16. de process iudiciar. th. 4. num. 29.* Reusner. *in tract. de testament. par. 3. ca. 16. num. 6.* attamen in vltimorum iudiciorum dispositionibus à testimonij dictione arcetur. § *testes autem 6. Instit. de testa. ordinand. l. qui*
9 *testamento. 20. §. mulier. 6. qui testam. fac. poss.* Ratio, cur † femina in testamento nequeat esse testis, non tantum illa est; quod fragilis sit mulier corruptibilis, quam Clarus noster hic ex glossa refert, adeoque in falso animaduertendo tam sagax, & circumspecta, vt masculus esse non consueuerit. Donell. *lib. 6. commentar. de iur ciu. c 7. pag. 14* Duaren. *in tit. qui testam fac. poss. sub rubr. de testibus in testam. idem circa princ.* Sed, & hæc non improbabilis redditur: quod adhibitio testium ad confectionem testamenti sit de iure ciuili. Iure autẽ ciuili mulier in calato testamento testis esse non poterat: quia comitiorum commercium non habebat: neque in eo, quod fiebat in procinctu; quia militiæ capax non erat: neque in eo, quod per æs, & libram fiebat: quid in emancipationibus tanquam solemnibus adhibeantur ciues Romani, masculi tantum non etiam feminæ. Vult. *in d. §. testes 6. nu. 19. Instit. de testam. ordinand.* Connan. *lib. 9. comment. iur. ciuil. cap. 3. num. 3.* Plures alias istius rei rationes recitat Hillig. *1. Donell enucleat d. lib. 6. c. 7. ad lit.* K. Harprec.

c *De iure canonico.*] Adde, & vide per Diaz. *reg. 482.* vbi retulit Decian. *in reg. femina. ff. de reg. iur.* quatuor modis limitantem. *Giach.*

10 *Sed quid de iure canonico.*] Quod † etiam de iure canonico mulier in testamento, condito ad causas profanas, non possit esse testis vltra Clarum nostrum, & per eum citatos hic, tenent Michael Grassus *lib. 1. recept. sent §. testamentum quæst. 57 nu. 3.* Ioan. Baptist. Villalob. *in commun. opin. lit. M num. 144* Viuius *in commun. opin. de testibus verb. testis esse non potest mulier in test. num. 2.* Emanuel Soarez. *in thesaur. recept sent. lit. M. num. 165.* Ioseph Mascard *vers. 2. de probat. conclus. 763 num. 4.* hosque referens Farinac. *d. tract. de testibus q. 59. num. 59. & 60.* vbi subiicit, ab hac opinione (quicquid alij contra dicant.) non esse recedendum: vtpote quæ non solum à DD. magis communiter recepta, sed etiam vsu per Notarios obseruata sit: qui nunquam soleant, etiam in terris Ecclesiæ, feminas in testamento in testes adhibere. *Harprec.*

d *Inter liberos*] Hic aduerte, quod illud non procedit, vbi præcederet aliud solemne testamentum institutis extraneis: quia tunc secundum, si sit solemne, tollit primum, Nat. *cons. 142. n. 2.* Giach.

e *An mulier possit esse testis in codicillis*] Mulierem † in codi-
11 cillis quoque à testimonio repelli, opinantur Philippus Decius *in l. 2. ff. de reg. iur. num. 26 ad fin.* Cuiac. & Dauth. *in l. qui testamento. 20. §. mulier. ff. qui testa fac. poss.* Reuber. *in tract. de testibus pag. 82. & seqq.* Sed contrarium, quod nimirum mulier in codicillis testis esse queat, communiter Doctores tuentur. Accurs. Bart. Bald. Albert. Castr. & alij *in d. l. qui testamento. 20 §. mulier. ff qui testam. fac. poss* Ioan. à Platea, Faber, Angelus, Portius, Viglius, Nonius, Schneidevvinus, Heigius, & alij *in d. §. testes. 6. Instit. de testam. ordinand.* Arumæus *Exercit. Iustin. 7. th. 14.* Vasq. *lib 2 de success creat § 22. requisit. 2. num. 12.* Grass *d. §. testamentum, quæst. 57. num 4.* Mascard. *d. vol. 2. de probat. concl. 763. num. 7.* Farinac *d tract. de testibus qu. 59. num. 64.* aliique
12 plurimi ab eo congesti. Huiusque † communis sententiæ, multiplex est ratio: Tum quia omnes possunt esse testes, qui non expresse prohibentur *l. 1 §. 1. ff. de testibus.* At mulier in codicillis dicere testimonium nusquam perhibetur. Tum † quia pro-
13 bationis facultas in dubio non angustanda est: sed potius ceu fauorabilis, amplianda. *l. quoniam 22 in fin. C de hæretic c. odia. 15. de reg. iur. in 6.* Tum † quia non debemus plures ad actum ali-
14 quem confingere solemnitates, quam lex expressit, *argument. l. quod constitutum, 21. ff. de testam. mil. l. illam 19. §. de collatione. C. de collationibus Nou. 18. c. 5.* Atqui nullibi apparet, leges hanc solemnitatem exegisse, vt testes in codicillis adhibendi virilis sint sexus. Simpliciter, quidem exprimitur *in l. fin. §. vlt. C. de cod. c.* testes quinque in codicillis interuenire debere: sed non additur, masculos duntaxat, non autem feminas idoneas esse. Tum postremo quia mulier hanc etiam ob causam testis in testamento esse prohibetur: quia veteres ad solemnia nec mulierem, nec seruum admittebant. *d. l. qui testam. 20 § mulier. 6 & §. seruus. 7. ff qui testam. fac. p. ff.* Iam ♃ testium adhibitionem ad solemnia pertinere, euincitur *ex d. l. qui test. 20. §. & veteres. 8 ff. eod. & l. si 2 num. 22 C. de testam.* Sed hæc ratio cessat in codicillis; cum hi † nullam solemnitatem ordinationis desiderent. *§. vlt. Instit. de*
15 *codic.* Ergo isthæc quoque prohibitio cessare debet, *argument. l. adigere. 6. §. quamuis ff. de iur. patr. l. ex facto 43. in pri. ff. de vulg. & pupill. subst. c. cum cessante 60 extr. de appell.*

Nec huic veriori sententiæ aduersatur *l. hac † consultissima. 8.*
§. qua in eundem, C. qui test. fac. poss. vbi dicitur, eundem modum 16
in codicillis debere obseruari, qui præscribitur testamentis. Agitur enim in illa lege de testamentis, & codicillis cæcorum; qui codicilli eundem modum obseruant, & eandem quodammodo solemnitatem desiderant, quam testamenta: quod scilicet adhuc vnum testem, vel notarium exigant, qui subscribat. Nostra autem quæstio in genere de codicillis proposita est: quorum constat minorem, quam testamentorum, imo nullam solemnitatem esse. *d. §. vlt. Instit. de codic. l. si idem 7. & d. l. fin. §. vlt. C. d. tit.* Quod igitur specialiter in testamentis, & codicillis cæcorum receptum est: non est producendum ad consequentiam *l. quod vero. 14. ff. de legibus.* Cetera dissentientium argumenta diluimus *in d. §. testes 6. n. 11. & seqq. Inst. de test. ord.* Harprec

f *Fratres.*] Et quod fratres prædicatores possint esse testes in testamento, in quo eorum ecclesiæ aliquid relinquitur, commune etiam habetur per Dec. *in cons. 62. col. 1.* quod dixi *in collect. mea comm. opin. verb. fratres, n. 4.* Giach.

Nunquid monachi, & fratres mendicantes possint in testamento
testes adhiberi.] Monachos, † aliosque religiosos in testamentis 17.
posse testes adhiberi, vltra Clarum nostrum, tradiderunt Bald. *in c. nuper extra. de testibus & cons. 2. lib. 2.* Zabar. *cons. 97.* Signor. *cons. 157.* Ias. *in auth. ingressi C. de sacros. Eccl.* Aret. *cons 159.* Paris. *cons. 60 n. 12 lib. 3* Boss. *in tit. de opposit. contr. testa. n. 92. in fi.* Eman. Soarez *in thes. recept. sent. lit. T. nu 116.* quos omnes, & plures alios refert, & sequitur Prosp. Far *d. tract. de testib. q. 61. n. 146. & seqq.* vbi hanc conclus. nonnullis limitationibus declarat. *Harprec.*

g *Nunquid legatarius.*] Et quod legatarius indistincte pro hærede in testem admittatur, commune dixit Alex. *in l. dictantibus, n. 2. C. de test.* commune & fusius dixi *in collec. mea commun. opin. §. legatum, n. 3.* vbi vide *Giach.*

Nunquid legatarius possit esse testis in testamento.] Legatarios
† indistincte, tam in nuncupatiuo, quam scripto testamento ad
testimonium ferendum admittendos esse, scripserunt Ang. Aret. 18
nu 1. Io Faber, *nu. 3.* Heigius *nu. 5.* Viglius, & Tobias Non. *n. 9. in §. legatarius. 11. Instit. de test. ord.* Fichar. *in addit. ad Villalob. lit. L. n. 55. & Villalobus in lit. T. nu. 31.* Connan. *lib. 9. Commentar. iur. ciu. c. 3. nu. 6.* Ruber. *disput. 11. ad Instit. th. 6.* Giach. *hic in suis addit.* Reusner. *in tract. de test. par. 3 c. 21. n. 12.* Farin. *in tract. de testib q. 60. n. 188.* & Ilico Vmmius *disp. 16 de process. iud th 3. n. 10.* Horumq; sententia confirmatur *ex d. §. legatarius 11. Inst. de testa. ordin.* vbi idcirco legatariis, & aliis personis eis coniunctis, testimonium non denegatur, quod non iuris sunt successores. Ex qua ratione perspicue euincitur, nullam esse, quoad hunc articulum, inter testamentum nuncupatiuum, & scriptum
differentiam. Siquidem † legatarij non iuris, sed tantummodo
rerum sibi legatarum; successores sunt, siue ex nuncupatiuo, 19
siue scripto testamento aliquid capiant. Sed & huc non parum confert text. *in l. qui testamenta 20. in princ. ff. qui test. fac. poss* vbi Vlpianus de legatario in testamento adhibendo generaliter loquitur: nec † distinguit testamentum, quod fit per nuncupatio-
nem, ab eo, quod in scriptis conficitur. Ergo neque nobis distin- 20
guendum erit. *l. de pretio. 8. ff ne public. in eam act.* Nec oberit, quod regerunt dissentientes *in d. l. 20.* quæri an valeat testamentum, in quo testi aliquid relinquitur: non autem, an legatarius in testamento recte testis adhibeatur. Hoc enim licet concedatur: nihilominus tamen est verissimum, quoties testamentum valet, toties omnes testes recte esse adhibitos: cum ex testibus magna
ex parte testamenti vis dependeat. Nec item mouet, quod † ob- 21
iicitur; in testamento scripto legatarium ignorare, sibi quid relictum esse: ac proinde eum non videri dicturum testimonium pro testamento imperfecto, aut iniusto. Nam hac ratione hæres quoque admittendus foret, qui & ipse, hæredem se esse institutum, ignorat. Imo non omnia scripta testamenta sunt clausa, seu mystica; sed sæpenumero etiam testibus legenda proponuntur. Potest etenim testator complicare scripturam, si velit testes ignorare, quid in testamento scriptum sit: potest itidem apertam scripturam subscribendam, & consignandam testibus offerre, si non curet, testes voluntatem suam scire. *l. hac consultissima. 21. in princ. C. de test. §. sin autem. 3. Instit. de pupill. substit.* Potest similiter in præsentia testium, eorundemque legatariorum testamentum dictare: vbi certe testes sibi legata relinqui, audiunt. *l. dictantibus 22. C. de testam.*

Neque obstat, quod † legatarius ex testamento emolumen-
tum ad se peruenturum sciat. Licet enim regulariter testis ea in 22
causa nemo esse possit, cuius commodũ ad ipsum spectat. *l. nullus. 17. ff. de testib. & l. omnibus. 10. C. eod.* tamen regula illa locum non habet, vbi is, cuius in fauorem receptum est, ne talis testis admittatur, eum admittere desiderat: Tunc † equidem is fauori
pro se introducto renunciare potest. *l. pen C. de pact.* Est autem in 23
testatoris fauorem introductum, ne testes suspecti, de ipsius vo-

luntate deponentes, audiantur. Si igitur testator eiusmodi testes testamento suo adhibet, & his fidem adhiberi vult: vtique ratio
24 postulat, vt ea in re voluntatem illius sequamur: ne † quod in fauorem eius introductum est, in eiusdem odium retorqueatur, *l. quod fauore, 6. C. de legib. c. quod ob gratiam, 61. de reg. iur. in 6.* Vide ea de re varie, & diuersimode sentientes, Iohannẽ Andreæ *in addit. ad Spec. tit. de instr. edit. §. restat. in addit. incipien: e. audiuit, &c.* Panor. *in c. insuper. 6. extr. de testib.* Soc. *in l. si quis ita 14. ff. de reb. dub.* Curtium *cons.* 178. Duarenum *ad tit. ff qui test. fac. poss. sub rubr. de testib. in testamento idoneis vers. quidam ex veteribus.* Donell. *lib. 6. Comment. de iur. ciu. c. 17. circa fi.* Ioan. Dilect, Duran. *in tract. de arte testand. tit. 2. caut. 9.* Michael Grass. *lib. 1. recept. sent. §. testam. q. 57. nu. 15.* & Anton. Fabr. *de errorib. pragm. decad. 66. error. 1.*

25 Porro cum indubitatum sit, legatarios † & fideicommissarios singulares in testamento testes esse posse *d. §. legatarios. 11. Instit. de testam. ordinand.* non incommode quæritur, an etiam fideicommissarius vniuersalis, cui tota hæreditas ex Senatusconsulto Trebelliano restituenda est, in testium numero esse queat? Et quamuis id pernegent Doctores communiter, Accursius, Ioan. Faber, Eguinarius Baro, Portius, Angelus, Aretin. Nonius & Nicasius *in d. §. legatariis.* item Baldus, Corneus, Sichardus & alij *in d. l. dictantibus 22. C. de test.* Campeg. *de testib. reg. 74.* Crotus *de testib. n. 17 cum seq.* Aufrer. *de reprobat. testium n. 46.* Ioan. Maria Monticell *in suo repertor. testium. verb. testes in testamento, fol. 326.* Mascard. *vol. 3. de probat. concl. 1357. nu. 5.* Reuber. *in tract. de testib. pag. 31.* & Farin. *d. tract. de testib. q. 66. n. 303.* attamen affirmatiua sententia haud improbabiliter dispuiãdo defendi posse videtur. Tum quia Iustinianus Imp. generaliter & indistincte loquitur *d. §. legatariis, 11. Inst. de test. ordinand.* Tum quia negotium non inter testatorem, & fideicommissarium vniuersalem, sed inter testatorem, & hæredem geri intelligitur, *§. sed neque hæres, 10. Instit. d. tit.* Tum quia nullibi testimonium fideicommissario vniuersali interdictum inuenitur: vnde efficitur, eum non esse ab officio testis remouendum, per regulam *l. 1 §. 1 ff de testib.*

26 Non aduersatur huic opinationi, quod † fideicommissarius vniuersalis pro hærede reputatur, *§. restituta, 3. Instit. de fideicommissar. hæreditatibus.* Illud enim quoad commoda hæredis recte dicitur, quæ omnia ad fideicommissarium, tanquam ad hæredem, post restitutam hæreditatem pertinet, *leg. 1. §. 2. ff ad se-*
27 *natusconsult. Trebellian.* quoad † alia vero ab hærede discrepat: & comprimis in hoc differt, quod non cum ipso fideicommissario, sed cum hærede negotium testamenti geri censeatur. Quæ differentia merito etiam diuersum ius inter vtrumq; quoad testimonium dicendum, producit. Neque ad rem pertinet, quod
28 obiicitur, fideicommissarium † vniuersalem iuris esse successorem. Quia simpliciter negatur, fideicommissarium, cui vniuersa hæreditas restituenda est, iuris successorem esse: siquidem iura actiua, & passiua per restitutionem, & sic quasi traditionem consequitur. *leg. 1. §. 2. & passim ff. ad senatusconsult. Trebell.* Et hanc ipsam tenet sententiam Iason. *in d. l. dictantib. 22. n. 2. C. de test.* Ceterum, quod de legatario, & fideicommissario hactenus dictũ
29 est; idem quoque in eo, qui † tutor, testamento est scriptus, procedit. Nam & is recte adhiberi testamento testis potest, si eum nihil aliud impediat, *d. l. qui testamento 20. in princ. vers. quod in*
30 *legatario. ff. qui testam. fac. poss.* Quamuis † enim causa pupilli sit quasi propria tutoris, qui loco domini habetur, adeoque in ea idoneus testis esse non possit, *l. qui fundum, 7. §. si tutor. ff. pro emptore. l. interdum, 56. §. qui tutelam. ff. de furt. leg. ii. qui in puteum, 11. §. an ignoscitur. 7. quod vi aut clam. l. vlt. ff. de testib.* antequam tamen tutelam suscipiat, nondum scilicet adita hæreditate, testis testamento licite adhibetur *l. si. nemo. 9 ff. de test. tutel.* Reusnet. *in tract. de test. par. 3. c. 21. n. 10.* Harprec.

h *Siue filius sit in potestate, siue emancipatus*] Etsi Clarus noster hoc loco, post Bartolum à se citatum, pluresque alij, quos refert, & sequitur Prosper. Farin. *de tract. de testib. q. 54. n. 154.* exi-
31 stimant, filium † emancipatum in patris testamento testificari non posse: contraria tamen sententia verisimilior iudicatur, per textum *in §. in testib 9. Inst. de test. ordin. & in l. qui testam. 20 ff. qui test. fac. poss.* vbi cum nominatim & specialiter filius, in potestate patris existens, prohibeatur esse testis in testamento patris; inde haud obscure colligitur, diuersum in filio emancipato statuendum esse. Cur enim de filiofamilias duntaxat istud scribe-
32 retur: si idẽ in filio emancipato obtineret? Accedit, quod † quoties vnus ex pluribus aliquid facere prohibetur, toties ceteris id permitti videatur, *l. cũ prætor 12. in pr. ff. de iud.* Cum igitur filiusfamilias prohibeatur in patris testamento esse testis, hoc filio e-
33 mancipato permitti intelligitur. Nec obstat, quod † domesticũ testimonium iure non valeat *d. §. in testib. 9. Inst. de test. ordinand. d. l. qui testa. 20. in fine principij. ff. qui test. fac. poss. l. parentes, 6. C. de testib.* At domesticum sit testimonium, quod patri perhibet
34 filius emancipatus. Etenim respondetur, † domesticum illic testimonium dici, quod ex vinculo patriæ potestatis, non etiam cognationis, æstimatur: quemadmodum docent Theophilus, Viglius, & Heigius *in § pater, 8. Instit. de test. ordin.* Conan. *lib. 9. comm. iur. ciuil. c. 3. n. 4.* Eius † siquidem vinculi ratione pater, & 35
filius vna eademque esse persona censentur, *l. vlt. C de impub. & aliis subst.* & pars quodammodo corporis patris est filius, *l. cum scimus, 22. prope finem. C. de agricol. & censit.* adeoq; vna caro reputantur pater, & filius. *can. contra leonem. 21. §. hac auctoritate, caus. 35. q. 3.* Sicut ergo nemo pro se ipso; ita nec pater pro filiofamilias. & econtra testimonium perhibere potest, *l. testis, 9. l. nullus, 10 ff de testib. & d. l. omnibus, 10. C. eod.* Hanc vero rationem cessare in filio emancipato, nemo est, qui non animaduertat: cũ is non amplius sit in potestate patris, vtpote ea per emancipationem liberatus, *§ præterea. 6. Inst. quibus mod. patria potest. soluit.* Plura, quæ hanc sententiam eneruare videntur, annotauimus *ad dict. §. pater. 8. Inst. de test. ordin. n. 5. & seq.* Eademque sufficienter diluit D. H *lib. 2. variar. resol. iur. ciuil. tract. 5 q. 6.* Harp.

i *Aliquis alias inhabilis.*] Item quod testis rogatus à testatore, ex quo eius fides fuit approbata, haud amplius queat reprobari; vide per Alex. *cons. 54. in fi. vol. 3.* vbi Clar. hic adnotauit. *Giach.*

i *Si aliquis alias inhabilis adhibeatur, &c.*] Adde, quod si plures testes, quam de iure requiruntur, testamento adhibeantur, tametsi isti super additi sint feminæ, surdi, cæci, furiosi, sicq; inhabiles, nihilominus testamentum subsistat. Quia nulla dispositio regulariter vitiatur per interuentum illius rei, quæ etiamsi omnino abesset, illa non vitiaretur, vt, post alios, scriptum reliquit Michael Grassus *dict. §. testam. q. 57. n. 18* Harpr.

k *Ita dicit gl*] Contrarium pluribus rationibus visum est Plautio *in leg. Barbarius, n. 303. de off. Prat.* Burs. *cons 55. n. 8.* Gouean.

QVÆSTIO LVI.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Regulariter in testamento interuenire debent septẽ testes.*
2 *Et an huiusmodi numerus testium sit de substantia ipsius testamenti.*
3 *Et quid tempore pestis.*
4 *Et quid in testamento condito inter liberos.*
5 *Et quid in testamento condito ad pias causas.*
6 *Et quid in testamento condito à rusticis.*
7 *Et quid si aliquis testetur coram Imperatore.*
8 *Et quid si adsint sex testes, & præterea tabellio, qui de ipso testamento debet esse rogatus.*
9 *Et quid si adsit statutum, disponens, quod testamentum coram duobus, vel tribus testibus valeat.*

Ex Additionibus.

1 *Nunquid numerus septem testium sit de forma probatoria, an substantiali ipsius testamenti.*
2 *Mens, & intellectus. l. final. C. de fideicommiss.*
3 *Quot testes in testamento, pestis tempore condito, requirantur.*
4 *Interpretatio l. casus, 8. C. de testam.*
5 *Exceptio confirmat regulam in casibus non exceptis.*
6 *Sententia l. conficiuntur. 8. §. 2. ff. de iure codicillor.*
7 *In casu necessitatis plerumque receditur à regulis iuris communis.*
8 *Quatenus tempus belli, & tempus pestis æquiparentur.*
9 *In dubio ea tenenda opinio, quæ fauet testamento.*
10 *Quot testes in testamento rustici desiderentur.*
11 *Testamentum coram Principe, vel apud acta iudicis factum, sine solemnitatibus subsistit.*
12 *An statutũ, minorẽ numerum testium inducens, valeat.*
13 *Quæ iure ciuili sunt disposita, contraria lege, vel statuto mutari possunt.*
14 *Vtrũ testamentũ, quod vigore statuti, seu consuetudinis, corã duobus tribusve factũ valet, etiam alibi, vbi maior numerus testium exigitur, pro valido sit habendũ.*
15 *Testamentum rusti coram quinque testibus factum vbique valet.*
16 *Insinuatio donationis, in vno loco facta, quousque effectum suum porrigat.*
17 *Decretum iudicis, super alienatione rerum immobilium minoris interpositum, ad quæ bona extendatur.*
18 *Quoad solemnitates attenditur consuetudo loci, in quo actus celebratur.*
19 *Testamentum, à forensi conditum, ad quæ bona effectum suum extendat.*

NOn sufficit testes, qui in testamento adhibiti sunt, esse idoneos, nisi etiam sint secundum numerum à lege constitutum. Licet enim regulariter in quolibet
1 a actu duo testes sufficiant, iuxta illud: In ore duorum, vel trium, &c. tamen in testamentis, in quibus, vt dixi, sæpissime fiunt fraudes, & falsitates, requiritur, quod
a ad minus septem testes *a* interueniant.

2 Et scias, *b* quod iste numerus testium non solum est
b de forma probatoria ipsius testamenti, sed etiam de eius forma substantiali. Ita tenet Bart. *in l. nemo potest, in prima oppo. ff. de leg.* 1. & est communis opi. vt attestatur Ripa *in d. l. nemo potest post n.* 27. Didacus *in c. cum esses, n.* 8. *de test.* & hoc est maximi effectus: Nam si non esset de forma substantiali: posset testator in suo testamento iubere, vt, licet confectum esset cum minore numero testium, valeret: quod tamen facere non potest, vt concludunt communiter Doct. *in d. l. nemo potest.* Est etiam in alio magni effectus: quia si esset de forma probatoria tantum, sequeretur, quod si pars confiteretur testamentum factum fuisse coram testibus, sed non septem, tale testamentum valeret tanquam solemne, & probatum ex confessione partis, qua probatione nulla melior esse potest, quod tamen est falsum.

Et hæc quidem conclusio satis de plano procedit, quando testamentum fit in tempore, in quo facile po-
3 test haberi integer numerus testium. Sed quid si testa-
c mentum fiat tempore *c* pestis, in quo propter suspicionem contagionis personæ non ita facile ad infirmos accedunt, neque inuicem inter se conuersantur, prout faciunt tempore sanitatis. Resp. in hoc articulo magna est controuersia inter DD. nam aliqui dicunt, quod tempore pestis sufficit, quod testamentum fiat cum
d quinq; *d* testibus: & fuit peregrinum dictum originale Bald. *in l. fi. n.* 1. *& in fi. C. de test.* & hanc opin. dicit esse communem Dec. *cons.* 289. *nu.* 5. *in fi.* quem refert Ioan. Annib. *in rep. l. nemo potest. n.* 65. *in fi. ff. de leg.* 1. Paris. *cons.* 32. *n.* 6. *lib.* 2. *& cons.* 33. *n.* 26. *eo. vol.* Ioan. D. lect. *de arte*
e *testan. tit.* 2. *caut.* 2. *n.* 2. Contrariam autem opin. *e* quod scilicet etiamsi testamentum conficiatur tempore pestis: propter hoc iura nihil dispensent circa solemnitates in ipso testamento requisitas; & consequenter, quod etiam eo tempore requiratur integer numerus septem testium, dicitur tenuisse Ang. *in d. l. fi. C. de test.* qui tamen in libro meo hoc non dicit. Et ita attestatur communiter teneri Alex. *cons.* 177. *nu.* 8. *l. b.* 2. quem refert Iason *in d. l. fi. num.* 4. & Rubeus *cons.* 165. *num.* 1. & Boer. *decis.* 228. *post nu.* 10. Hanc etiam dicit esse communem Alex. *cons.* 70. *post num.* 16. *lib.* 2. quem refert Ripa de peste, in priuilegijs vltimarum voluntatum, *n.* 7. Cor. *cons.* 68. *in littera I. lib.* 1. Soc. *cons.* 85. *nu.* 6. *in fi. lib.* 4. Crottus *in tract. de testibus num.* 11. Bertran. *consil.* 212. *n.* 3. *lib.* 1. *in* 2. *par. & cons.* 253. *post num.* 8. *lib.* 2. *in* 2. *parte.* Apostil. ad Aret. *in l. hæredes palam. in princ. post n.* 6. *ff. de test.* Baner. *in §. sed hæc quidem n.* 23. *& seq. Inst. de test.* Afflict. *decis.* 25. *nu.* 2. vbi etiam refert ita iudicasse consilium Neapolitanum, prout etiam iudicauit Parlamentum Burdegalense, vt refert Boer. *in allegata decis.* 228. in casu tamen, in quo pestis non erat magna.
f Hæc est ardua *f* quæstio, & indigeret Cæsarea decisione, vel saltem prouisione, vt sensisse videtur Bar. *in l.* 1. *ff. de bon. poss. ex test. milit.* Si computentur auctoritates, credo proculdubio hanc opin. contra Bald. esse magis communem. Opinio tamen Bald. mihi semper magis placuit; modo duo concurrant, quod s. ipse testator tempore conditi testamenti ægrotaret morbo pestis, secundum, quod eo tempore pestis esset talis, vt verisimiliter maior copia testium ibi haberi non posset. Hoc casu intrepidè secundum hanc opin. Bald. consulerem, & iudicarem: certe etiam illi qui tenent contra Bal. fatentur fere omnes, quod ipsius opi. est æquior, & humanior: quod est notandum, quia Senatus noster, qui semper fere in iudicando amplectitur æquitatem, credo, quod de facili inclinaret in sententiam Bald. nisi aliqua suspicio fraudis, aut falsitatis subesset. Vnum tamen scias, quod licet nonnulli dixerint, quod tempore pestis etiam duo tantum testes in testamento sufficerent, eorum tamen opinio nullo modo esset tenenda, ideo dic, quod ad minus quinque requiruntur, & in hoc omnes fere concordant, vt dicit Corn. *cons.* 297. *in littera B. lib.* 4.

Quæro an in testamento condito inter liberos sufficiat minor *g* numerus, quam septem testium? dixi su- 4
pra *q.* 8. *vers. Hinc infertur.* g

Item quæro, quid in testamento condito ad pias 5
causas? dixi supra *q.* 6. *vers. Hinc infertur.*

Sed quid *h* in testamentis conditis in rure per rusti- 6
cos, nunquid hæc solemnitas numeri septem testium h
pariter erit necessaria? Respond. quod non; sed in illis est speciale, quod sufficiant tantum quinque testes, & hoc ex dispositione *l. & ab antiquis*, quæ est lex *fin. C. de test.* vbi est de hoc text. expressus. Et hæc quidem conclusio locum habet, siue huiusmodi rusticus testetur in scriptis, siue sine scriptis, & ita communiter tenentur, vt ait Alex. *in d. l. fin. post num.* 8. *in gl. in verbo, Scriptura.* Hanc etiam dicit esse communem opi. Ias. *in d. l. fi. post n.* 2. *vers.* 4 *extende.* Et ita obseruatur communiter, vt attestatur Bart *in d. l. fi. n.* 1. Valet enim regulariter argumentum de testamento in scriptis ad nuncupatiuum, & è conuerso. Scias tamen, quod hoc priuilegium, quod conceditur per *d. l. fi.* conceditur personæ, & loco, copulatiue, scilicet rusticis, & in rure testantibus: & ideo, vt sit locus dispositioni *d. l. fi.* requiritur, quod vtrunq; *i* concurrat. Si ergo rusticus testatur in ciuitate, i
vel ciuis in comitatu, non gaudebunt beneficio illius legis. Ita dicit Bart. *in d. l. fi. n.* 2. & est communis sententia, vt dicit Boer. *decis.* 228. *post n.* 10. & hoc etiamsi esset tempus pestis, de quo tamen vide, quæ dixi supra, *vers. Et hæc quidem.*

Est etiam alius casus valde notabilis in hac materia: 7
quia si aliquis testatur *k* coram Imperatore, non est ne- k
cessarius numerus septem testium, & est de hoc tex. expressus *in l. omnium, C. de test.* Sed quomodo quis dicetur testari coram Imperatore? Resp. quod si quis porrigat preces principi, in quibus exprimat, qualiter de rebus suis disponat, dicitur testatus coram *l* principe, etiamsi l
princeps super huiusmodi precibus nihil rescripserit. Ita colligitur ex text. *in d. l. omnium.* Sed quid, si quis non porrigat preces, sed ore tenus coram Imperatore dicat se instituere Titium hæredem, vel similia, nunquid dicetur testatus coram Imperatore? Respód quod sic, dummodo de hoc appareat per aliquos testes. Et licet sit magna controuersia inter scribentes, quot testes hoc casu requirantur: tamen magis communis opinio est, quod saltem *m* duo requirantur, vbi non apparet m
preces fuisse porrectas. Et quod duo sufficiant, sensit Bart. *in d. l. omnium, n.* 1. Et hanc esse communem, attestatur Soc. iun. *cons.* 238. *n.* 10. *lib.* 1. à qua, vt ipse dicit, non esset consulendo, aut iudicando recedendum, quem refert Didac. *in rub de test. in* 1. *parte, n.* 2. Hæc tamen raro contingunt in practica.

Quæro etiam, si adsint sex testes, præterea tabellio, 8
qui de ipso testamento debet esse rogatus, an sufficit? Dixi supra *lib.* 2. *§. Notarius.*

Vlterius quæro, quid si adsit *n* statutum disponens, 9
quod testamentum confectum coram duobus, vel tri- n
bus testibus valeat? Dixi supra *lib.* 1.

ADDITIONES.

SEptem testes interueniant.] Et hoc casu, quia testes sunt de a
substantia actus, aduerte, quod omissio vitiat adeo, vt haud possit

possit deferri iuramentum in defectum probationis: per Nat. *in consil.423.sub n.1.* Giach.

b *Et scias quod iste numerus testium non solum est de forma probatoria ipsius testamenti, sed etiam de eius forma substantiali*] Huius sententiæ fundamentum desumi poterit *ex l.si unus.12.l.hac consultissima.21 §.ex imperfecto.1.& §.per nuncupationem.1. C. de testament.* Quibus ex locis apparet: si vnus de septem testibus defuerit, iure deficere testamentum. Quod si isthæc septenarij numeri solemnitas ad probationem tantum requireretur: non dixissent Impp *in d.l si vnus.12.* de iure deficere testamentũ, sed probationem *argum.l.duo sunt Titij.30 ff. de testamentar. tutel.* Deinde si testes probationis duntaxat causa accederent: nihil impediret, quo minus voluntate testatoris minor testium numerus sufficeret: quod pleriq; omnes negant, vt recte, post Bartolum & alios à se allegatos hic asserit Clarus noster, Fernandus Vasq.*lib.2.de succession.creat.§.12.n.10.* Mantic.*de coniect. ultim. volunt.lib.2.titul.11.n.3.* Dominic. de Magdal.*de num.test.in testam. requisit.part.2.cap.4* Dauth. *in tract.de testa.tit. de testibus testamentar.n.421.* Rober.*disput.11.ad Instit.th 4* Reus.*in tract. de testa.part.3.c.12.nu.6.* Meyrer.*in tract.de testam. success lib.3. tit.1.n.30.* & Paulus Berens *disput.6. ad Instit. them. 1.quæst.3.* Tametsi aliter sentire videantur Stephanus Forcatulus, *Necyomantiæ dialog.14.num.7.* Pruckmann. *in tract. de regalibus c.4. membr.3.effect.1.n 14 pagin.653.* Vaconius à Vacuna *lib.4.declaration.cap.63.n.7.cum seq.* & Gilkenius *in d.l.hac.consultissima. 21.C.de testam.n.13.18.& seq.*

2 Neque † sententiæ nostræ repugnat textus *in l.vltim.C.de fideicommissis*, vbi voluntas testatoris seruanda est, quando per confessionem, vel iuramentum agnoscitur, & euidens est, licet testamentum solemnem testium numerum non habuerit. Illic etenim testator non simpliciter legatum, vel fideicommissum in fide hæredis posuit: sed curauit, vt hæres sibi promitteret de præstando legatum, aut fideicommissum, *arg.l.spadonem.15 §.1. ff de excusat.tutor.* Sicque dispositio ista in contractum transit, & hæres ex contractu per legatarium conuenitur. Iason *in l.nemo potest 55 ff de legat.1.n.18.in fine.* Reliqua, huic decisioni aduersantia, refutauimus *ad § sed cum paulatim.3.Instit.de testa.ordinand n.28.& seq.* Harprec.

c *Tempore pestis.*] Vide de quadam testatrice sequestrata in domo ob pestem, schedula relicta conscripta per Menoch. *in cons.224.* Giach.

Sed quid, si testamentum fiat tempore pestis.] Quotnam testes
3 † in testamento, pestis tempore condito, requirantur, mirifice Interpretes variant, nonnullis septem testes requirentibus, quibusdam duos, vel tres, vel quinque sufficere opinantibus, alijs inter testem magnam & paruam distinguentibus, vt videre est hic ex Claro nostro, Gabriel.Romano *lib.4.recept.conclus. tit.de testament.conclusio.8.* Andrea Gail.*lib.2.obseru.118.nu.18.* Mynsingero *cent.1 obser.96.* Reusnero *in tract.de testam.part.4.ca 17.n.8.cum seq.* Dauthio *in tract.de testam. tit. de testibus testamentar.n.424.* Matthia Berlichio *conclusionum practicabil.part. 3.conclusio.5.* & Iosepho Mascardo *in tract. de probationibus vol. 3 conclus.1353.nu.18.& aliquot subseq.* Sed (ceteris opinationibus, & distinctionibus omnibus repudiatis) eorum ego amplectendam puto sententiã, tanquam veritati iuris maxime cõgruam, qui simpliciter, & absolute tradunt: tempore pestis, vt alio, septem testes adhibendos esse. Hæcque traditio probatur
4 primo per clarũ & perspicuum textum *in † l.casus.8.C.de test:* vbi Impp. Diocletianus, & Maximianus aperte rescribunt, tempore pestis aliquid de solemnitatibus relaxatum esse in testamẽtis: sed relaxationem illam non circa numerũ, sed circa testium eodem tempore conuentionem versari. Aiunt enim diserte: Testes huiusmodi morbo oppressos eo tempore iungi, atque sociari remissum est, non etiam conueniendi numeri eorum obseruatio sublata est. Septem ergo testes præcise & necessario ad testamentum tempore pestis requiruntur: sed non opus est, vt omnes simul socientur, & iungantur, siue vnico contextu adhibeantur: verum sufficit, si ex interuallo interueniant, puta hac hora duo, sequenti hora iterum duo, vel plures, & sic deinceps, donec numerus septenarius plene fuerit completus. Quod si vnus tantum testis deficiat, vel testator, antequam testes omnes singulatim adhibiti fuerint, decedat: testamentum non valebit. Nec mouet quidquam, quod dissentientes respondent, hanc legem de parua, & leui peste esse accipiendam, non item de magna, & vehementi. Nam huic interpretationi contradicit ipse contextus, qui non solum indistincte, & generaliter contagionis mentionem facit: sed etiam de casu maiori, timoreque contagionis, quæ testes deterret, loquitur: qualis maxime pestis magna, & vehemens esse solet. Deinde † adstipulatur huic sententiæ regula vulgata,
5 sumpta ab exceptione, quæ cum in eiusmodi testamento vnam solemnitatis partem remittat *d.l.casus.8.C.eod.* reliquã constabilire intelligitur. Exceptio quippe confirmat regulã in casibus non exceptis *l.quæsitum 12.§.denique Neratius 43. ff. de instruct. & instr.leg.cum prætor.12.ff.de indic.hu verbu.102. ibique Doct.*
6 *ff.de leg.3.* Præterea † huc facit textus *in l.conficiuntur.8. §. codicilli.2 ff.de iure codicill.* ex quo constat, nihil referre ad minuendum testiũ numerũ, vtrum quis potuisset eo tempore, quo scripsit, vel fecit testamentum, plures testes cogere, an non potuisset. Hancque decisionem pluribus rationibus confirmauimus *in prædicto §.sed cum paulatim.3.Inst.de test.ordinand.n.36.& seq.* 7

Huic non obstat, quod † in casu necessitatis plerunque receda tur à regulis iuris communis: siquidem illa legi non subiaceat, *arg.l.vbi absunt.19 ff de tutorib.& curatoribus datis ab his, &c.l. Cæsar.15.ff.de publican.& vectigal.l.sed sciendum.7.cum l.seq.ff. ad SC.Trebell.l.consensu.8.§.1.C.de repudijs l.1.* & ibid. Bart. *sub fine, C.de operis libert.* hic autem subsit casus necessitatis: cum tempore contagionis, quæ testes deterret, tot testes cogi nequeant. Nam respondetur: plerunque in casu necessitatis recedi à regulis iuris communis, at non perpetuo: non sane tunc, cum leges cauent expresse, ne à iure communi recedatur, vt hoc loco factum esse ostendit *d.l.casus.8.C.de test.*

Sic † quoque non obstat, quod tempus belli, & tempus gra- 8
uissimæ pestis æquiparantur: cum, inualescente pestilentia, Deus bellum gerere, & iram suam in homines distringere videatur, per doctrinam Bartoli *in l. naturaliter, 5.nu.21 ff.de vsurpat.& vsuca.item in l. vnic.ff.de bonor.poss.ex test.milit.* Sed in bello valet testamentum minus solemne, coram duobus, aut tribus testibus factum *l.1.& et.tit.ff.& C.de testam.milit.* Ergo & pestis tempore valebit. Non obstat, inquam, ista comparatio belli, & pestis: quia non simpliciter, sed tantum secundum quid illa comparatio procedit. In testamento etenim militis simpliciter omnes solemnitates sunt remissæ, *instit.& tot tit. Inst.de militari testam.* Secus est in testamento tempore pestis confecto, *d.l.casus.8.C.de test.*

Similiter non obstat, quod † in dubijs opinionibus tenenda 9
est illa, quæ fauet testamento, *l si pars.10.in princ ff de inoffic.test.* quoniam causa conseruationis testamenti concernit publicam vtilitatem, *l.vel negare 5 ff quemadm.test.aperiant.* Atqui opinio ista, quod valeat testamentum tempore pestis duobus saltem, aut quinque adhibitis testibus, ordinatum, pertinet ad vltimam voluntatem conseruandam. Etenim responsio parata est: quod quidem ita sit testamentis fauendum, ne tamen per hoc omnia iura, & solemnitates testamentorũ prorsus euertantur. *leg nemo potest, 55 ff.de legat.1.* Deinde negatur, nos hic versari in casu dubio: si quidem quid circa testium numerum pestis tempore, obseruari debeat, luculenter expressum est *in præalleg.l.8.C.de test.* Atque ita in terminis tradunt Paulus de Castro, Fulgosius, Francisc. Aret. & Alex. de Imola *in leg.fin.C de test.* Ludouic. Roman. *in auth.similiter, Cod.ad l.Falcid in 34.priuil.ver. cæterum pono, quod testator, &c.* Ang. *in dict. leg.conficiuntur, 8.§.1.ff.de iur. codicil.* Raphael Cuman. *in leg.fin. ff. de testam. milit.* Lucas de Penna *in l.1.C.de his, qui in exilium dati, &c.* Matth. de Afflict. *decis.25.* And. Fachineus *lib.5.controu.iur.c.92.* Domin de Magdal *in tract.de numero testium in test.requisit.par 1.c 11. numer. 39.* Ioan.Crotus *in tract.de testib.par.1.num.22.& seq.* Stephan. Bertrand.*cons.212.num.5.lib.2.* Domin.Card.Tusch. *to.8.pract. concl lit.T.concl.122.num.20 & seq* Gilkenius *in dict. l.casus.8. num.10.& seq.C.de testa.* Arumæus Exercitat. *Inst.7.th.11.* Hænonius *disp.7.controu.4.* VVegner.*disput.7.th.3. ad lit. E* Vngepaur.*exercit.Inst.21.q.3.* St.*par.1.exercit.Institut.decad.6.assert.3. lit.K pag.278.* Paul Berens *dispu 6.Institut.th.1.quæst.6 B.cent. 2.miscell.controuers assert.12.* Andr. Gerhard. *decad. 7. exercitat. Inst.c.5.H.lib.2.variar.resolut.iur.ciuil.tract 5.q 5.* & nouissime Matthias Berlichius *d.par.3.concl 5.* vbi latissime hanc quæstionem persequitur. Sane non solum in Camera Imperiali & iure Saxonico receptum est, Andr.Gail.*d.lib.2.obs. 8.n.18 const.* Electal.Saxo.*par.3.c.4.B.in l.admonendi.31.num.483 ff.de iureiur.* Virgil.Pingiz.*q.20.n.40.& seq.* Harprec.

d *Cum quinque testibus.*] Hic scias, quicquid sit de ista quæstione, quod testamentum coram quinque testibus minus solemne & sic nullum, conseruat fideicommissum per clausulam codicillarem, secundum communem opin. vt attestatur Soc. iun.*cons.81.n.2.vol. 4.* & dixi etiam *in collect. mea communium opin. verb.testamentum n.40.* Giach.

e *Contrariam autem opin.*] Vide latius Marsil. *in l. Diuus n 16.17.ff.de quæst.* Paris.*cons 32.vol 2.* Soc.iun.*cons.129 n.14.vol. 1.* Gabr.*de test.concl.8.* & luculentissime Roland.à.Val.*toto consi. 8.volum.7.* Gouean.

f *Hæc est ardua quæst.*] Adde, quid nouissime super ista quæ consultus plenius respondit Rol à Valle *eius consil. 18. vol. 1.* quem ideo vide, quia ad partes allegat, & tandem tenet valere. Et de ista opinione communi ex vtraque parte dixi etiam *in collect mea commun.opin in verb.test.n.28 29.* Giach.

g *Minor numerus.*] Adde, quod sufficiunt duo, communem Dec.*cons.627 n.11.* & Rol.*cons 81.n.19* Etiamsi in fine testamenti nõ reperiretur testatoris subscriptio. Boer.*decis.14.n.15.* quod etiam dixi *in collect mea commun.opi.verb.test num.27* & Adde, quod in testamento facto inter liberos omnis solemnitas iuris ciuilis, & positiui remissa censetur, sola iuris gentium solemnitate in illo seruata: communem Bero.*famil q.36.n.5.* Giach.

10 h *Sed quid in testamentis in rure per rusticos.*] Quod † testamentum rustici quinque tantum testes requirat, vltra Clarum nostrum, docuerunt Fernandus Vasquius *de success. creat.* §. 22. n. 29. *cum seq.* Mascardus *dict. conclus.* 1352. nu. 45. *vol.* 3. Dominic. de Magdalen. *d. part.* 1. *ca.* 21. *per tot.* Simon de Præt. *de interpretat. vlt. volunt. lib.* 2. *interpret.* 2. *dub.* 2 *sol.* 3. *nu.* 24. Dauth. *d. tract. de test. n.* 436. & Grassus *lib.* 1. *recept. sentent.* § *testamentum q.* 34. *n.* 6. 7. & 8 vbi subiicit, quod etiam nobiles illi, qui ruri habitant pro maiori parte temporis, eodem priuilegio gaudeant: per notata Bartoli *in d. l. conficiuntur*, 8. §. *codicilli ff. de iure codicillor.* & Vasquij *d.* § 22. *n.* 32 Harprec.

i *Quod vtrumque concurrat.*] Item quod solemnitas d. septem testium in testamentis relaxetur tantum rusticis, & in rure testantibus, in alijs autem non, sed denegetur. Item quod requiratur vtrumque quod sit rusticus, & rure testetur, vnde si ciuis rure testaretur, quod non valeret, commune vtrumque dixi *in collect. mea commun. opin. verb. solemnitas n.* 56. Giach.

11 k *Si aliquis testetur coram Imperatore, non est necessarius numerus septem testium.*] Testamentum † coram Principe, vel apud acta iudicis factum, propter fidem publicam, quæ omnem fraudis, & falsitatis suspicionem cessare facit, perinde subsistit, ac si solemnitatibus omnibus adhibitis factum sit *l. omnium* 19. ibique Alexand. Iason. Bald. Dauthius, & ceteri, *C. de test.* Domin. de Magdal *dict. tract. de numero test. in testam. requisit. par.* 1. *cap.* 23. & 25. Boer. *decis.* 228 *num.* 3 Mynsinger. *cent.* 6. *obseruat.* 20. Mascard. *dict. tract. de probationibus vol.* 3. *conclus.* 1352. *num.* 47. Grassus *d. §. testamentum, q.* 54 *nu.* 17. & 18. Reusner. *in tract. de test. part.* 3. *c.* 12. *n.* 16 & *par.* 4. *cap.* 18 & 19 Duaren. *ad titul. ff qui testam. fac. poss. sub tit. de effectu solemnitatis seruata in testamento vers. optimus ostendere* &c. Fachin. *lib.* 6. *controuers. iur. ca.* 86. *M. lib.* 2. *Semestr. cap.* 5 Hænon *disp.* 7. *ad Institut. controuers.* 3. Donell. *lib.* 6 *comment. ar. de iur. ciu. c.* 6. Giphan. *disp.* 13. *ad Instit. tit.* 21. ibique Olemannus *in suis not. nu.* 30. Schneidvvin. *ad* §. *sed cum paulatim* 3. *Instit. de testament. ordinand. num.* 17. vbi V. d marginem notat, hodie sufficere, iudicem, aut duos, tresve ad domum testantis venire, & testamentum illis insinuari; vt postea ad acta referatur. Verum cum hæc sententia à nonnullis in dubium vocari soleat: tutius erit, si quattuor aut quinque ad testatorem à iudice mittantur, qui illius voluntatem accurate explorent. *Harprec.*

l *Dicitur testatus coram principe.*] Sed nunquid testamentum confirmatum à principe reuocari queat? quod sic: communem vide per Dec. *in c. cum accessissent, colum.* 2. *de constit.* communem etiam dixi *in mea collect. commu. opi. in verb. testam. n.* 42 Giach.

m *Saltem duo.*] Ad idem etiam vide per Hipp. Rimin. *in* §. 1. *Instit. de donat. n.* 358. vbi retulit Doct. opiniones, & vltimo Soc. iun. relatum etiam ab Auctore commun. attestantem *dict. consil.* 138. Giach.

12 n *Quid, si † adsit statutum disponens, quod testamentum confectum coram duobus, vel tribus testibus valeat.*] Statuto siue consuetudine induci posse, vt coram minori numero testium valeat testamentum, probatur *argum. l. ius ciuile* 6 *ff de instit* & *iur. l. de quibus*, 32. *ff. de legib. l.* 2. *C. quemadm. test. aperiant. l. si non speciali* 9. ibique Bartol. Bald. Angel. Iason. Fulgos. & communiter Doct. *C. de test.* Michael Grassus *d* § *testamentum, q* 54. *num.* 13. Eiusque euidens est ratio: quia solemnitas septem testium solummodo iure ciuili introducta est, *l. hac consultissima* 21. *C. d. tit.* §. *sed cum paulatim* 3. *Instit. de test. ordinand.* Ea † autem quæ
13 iure ciuili disposita sunt, contraria lege, vel statuto remitti, mutarique posse, certum est, § *sed naturalia*, 11. *institut. de iur. nat. gent.* & *ciu. l.* 3 § *diuus Hadrianus*, vbi glo. *ff. de sepulchro violat.* Vasquius *de successiou. creat. lib.* 1. §. 2. *num.* 20. & *lib.* 2 § 22. *num.* 2. & *lib.* 3. §. 21. *num.* 44. *cum seq.* Rusner. *d. tract. de test. part.* 1. *c.* 4. *n.* 31. & *par.* 3. *c.* 12. *nu.* 23. *cum seq.* Dauth *d. tract. de test. tit. de testib. testamentar. num.* 429 Gilkenius *ad l. cunctos populos*, 5. *n.* 57 & *seq. C. de summa Trinitat.* vbi plures idem sentientes re-
14 fert. Hinc † posito statuto, seu consuetudine, cuius vigore testamentum coram duobus, tribusve testibus factum, validum est, quæri solet: an huiusmodi testamentum etiam alibi, vbi maior numerus testium exigitur, pro rato, validoque habendum sit: adeo, vt hæres institutus in bonis vbicunque, etiam extra territorium sitis, succedere possit? Et plerisque affirmatiua sententia non absque ratione arridet; eaque iudicando in Camera Imperiali obtinuit, teste Mynsingero *cent.* 5. *obser.* 19. *num.* 4. & Gailio
15 *lib.* 2. *obs.* 123. *num.* 1. Tum † quia testamentum ruri coram quin-
16 que testibus factum vbique valet, *l. fin. C. de test.* Tum † quia insinuatio donationis in vno loco facta porrigit effectum suum etiam ad bona extra territorium existentia, *l. in hac sacratissima*, 30. *C. de donationibus.* Tum quia † decretum iudicis, super alie-
17 natione rerum immobilium minoris interpositum extenditur ad quæcunque bona, in quocunque territorio sita, *l. magis puto*, 5. §. *illud*, 12 *ff. de rebus eorum, qui sub tutela, vel cura sunt*, &c.
18 Tum etiam quia † quoad solemnitates attenditur consuetudo loci, in quo actus celebratur, *l. si fundus*, 6. *ff. de euictionib. l. semper in stipulationibus*, 33. *ff. de reg. iur. l.* 1. ibique gloss. & Gothofred. *C. de emancipationib. liberor. l.* 2. *C. quemadm. testa. aperiant.* Cæphal. *cons.* 170. *n.* 21. *vol.* 2. Sicut in contractibus quoque receptum est, vt locus contractus consideretur. Contractus, quippe celebratus cum solemnitate requisita in loco contractus, extendit se ad omnia bona, licet in loco bonorum maior solemnitas requireretur, *d. l. si fundus*, 6 *de euictionib.* Alex. *cons.* 37. *nu.* 7. *vol.* 1. Bart. *in l.* 1. *n.* 37. *C. de summa Trinit.* ibique Salicet. *nu.* 13. Bald. *n.* 17 Fulgos. *n.* 22. Iason *n.* 44 & Gilkenius *n.* 59. Sic † te- 19
stamentum, à forensi siue extraneo conditum, seruatis solemnitatibus loci, in quo illud condidit, effectum quoque habere, quantum ad bona alibi sita, communiter placuit. Hancque conclusionem, post Bartol. Fulgosium, Franciscum Aretinum, Corneum, Tiraquellum, Paulum Parisium, Portium, Gozadinum, & Gailium à se citatos, pluribus rationibus confirmat Gilkenius *in d. l.* 1. *n.* 6 & *seq. C. de summa Trinit.* Eaque de re vtramque in partem latissime disserat Th Piso *l.* 1. *var. resol. c.* 1. *n.* 19. Harp.

QVÆSTIO LVII.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Numerus septem testium an requiratur in testamentis etiam de iure canonico, tractaturque materia* c. cum esses de testam.

Et an dispositio illius c. locum habeat etiam in testamentis conditis ad causas profanas, ibid.

2 *Et an in foro temporali.*

Et an extra terras ecclesiæ, ibid.

3 *Et an sufficiant duo testes loco parochiani.*

4 *Et an duo testes sine parochiano.*

Ex Additionibus.

1 *An, & quatenus iure canonico testamentũ coram duobus, siue quattuor testibus factum sustineatur, remissiue.*

HAbes ergo conclusionem, quod ad validitatem 1
testamenti requiritur numerus septem testium, quæ quidem, secundum ius ciuile, nullam habet difficultatem. Sed quæro, *a* quid de iure canonico, an mi- *a*
nor numerus testium sufficiat? Hæc est ardua, & difficilis quæstio, quæ tota versatur circa intellectum *c. cum esses, de test.* vbi summus Pontifex ait: Testamenta, quæ parochiani coram presbytero suo, & tribus, vel duabus aliis personis idoneis in extrema fecerint voluntate, firma decernimus permanere. Videndum est igitur, nunquid hæc conclusio, quæ elicitur ex illo textu, scilicet quod in testamento sufficiunt duo testes, cum presbyteri sui interuentu, habeat locum solummodo in testamentis conditis ad pias causas, an autem locum habeat, etiam in testamentis conditis ad causas profanas? Dein præsupposito, quod habeat locum etiam in conditis ad causas profanas, an procedat in vtroque foro, scilicet tam in temporali, quam in Ecclesiastico, & tam in terris Imperij, quam in terris Ecclesiæ? Et in primis quidem multi tenuerunt, quod dispositio illius c. solummodo locum habeat in testamentis ad pias causas, & dixit Apostil. *ad text. in d. c. cũ esses*, quod hæc est crebrior opin. Sed quicquid ipse dicat, tenenda est contraria opin. quod scilicet ille tex. procedat etiam in testamentis conditis ad causas profanas. Et ita communiter teneri attestatur Ruin. *cons.* 14 *n.* 4. *lib.* 2. & quod de iure canonico in qualibet vltima voluntate sufficiant duo testes, & sacerdos, dicit esse communem Alex. *cons.* 177. *nu.* 2. *lib.* 2. Corn. *cons.* 137. *in littera A. lib.* 2. & *cons.* 261. *col. pen. in littera C. lib.* 4. quẽ refert Didacus *in d. c. cum esses, n.* 12. Soc. *cons.* 138. *n.* 5. *lib.* 1. quod est duplicatũ, *cons.* 135. *lib.* 2. Boer. *decis.* 93. *n.* 2. & *seq.* Si enim in intellectis ad pias causas sufficiunt duo testes, secundũ communem conclusionem Doctorum, vt dixi supra, *q.* 6. *versic. Hinc infertur*, certe non potest in illis habere locum dispositio *dict. c. cum esses*, per quam vltra duos testes requiritur etiam præsentia sacerdotis. Et ab hac opi. quæ est magis communis, vt etiam ex infra dicendis apparebit, & quam consuetudo approbat vbique loco-

locorum, iudicio meo valde temerarium esset in practica recedere.

Quæ quidem conclusio de plano procedit in terris Ecclesiæ, in illis enim non videtur dubitandum, quin sufficiant duo, vel tres testes, cum interuentu parochiani, iuxta dispositionem *d.c. cum esses*. & hæc opin. proculdubio est magis communis, vt attestatur Alex. *cons.47.num.2.lib.2.& cons.146.n.6.eod.vol.* Corn. *cons. 18. in littera T.lib.2.& cons.137.in littera A.eod.vol.& cons.168.in littera B.eodem vol.* Ripa *de peste, in priuileg. contractuum, n.11.* Paris. *cons.51.n.13.lib.5.* Bello *cons.14. n.3.* Ioan. Dilect. *de arte testan.tit.2.caut.2.post n.2.* & intellige, quod hæc conclusio locum habet in terris Ecclesiæ, non solum in foro ecclesiastico, sed etiam in foro temporali, vt statim dicam. Et licet Fulgos. *cons.29.n. 1.& 2.* dicat, quod hæc opinio non est communiter approbata, & quod imò contraria opi. est communis, quod scilicet in terris subiectis temporali iurisdictioni Ecclesiæ, non valet testamentum in non pias causas conditum, nisi seruata solemnitate iuris ciuilis: credo, quod de hoc dicto Fulg. parum sit curandum, cum fere omnes Doctores teneant contrarium, vt videri potest. Et hæc etiam communis opi. est consuetudine roborata, vt dicit Imol. *in d.c.cum esses, n.13.* & sic non esset iudicando aut consulendo ab ea recedendum. Extra vero terras Ecclesiæ, & sic in terris Imperij, non habet locum dispositio *d.c.cum esses*, sed omnino debent interuenire septem testes Ita volunt communiter Doctor. vt dicit Corn. *cons.161.col.3.littera H. lib.4.* & hæc opinio videtur de generali consuetudine roborata, vt dicit Bertran. *cons.178.in fi.lib.3.in 2.parte.* Quod tamen intellige, vt procedat in foro seculari: nam in foro ecclesiastico, etiam in terris Imperij, seruatur dispositio *d.c. cum esses*, vt statim dicam. Et sic ex his omnibus collige conclusionem, quod dispositio *d.c.cum esses*, est obseruanda in foro ecclesiastico, vbique, & in terris ecclesiæ in vtroque foro. Et hæc est communis sententia, teste Corn. *cons.31.in littera B.lib.2.& cons.168.in littera B. eod.vol.& cons.157.in littera A.lib.4.* à qua non recedas in practica: quia quantum ego vidi, apud omnes ita seruatur sine controuersia. Bene verum est, quod illi duo testes, qui debent vltra parochianum interuenire; debent esse idonei, & sic omni exceptione maiores. Et hæc est communis opin. vt dicit Alexand. *cons. 177. post nu.4.versic. Secundo respondeo, lib.2.* de qua non videtur dubitandum, ex quo ipsomet *c.cum esses*, dicitur, personis idoneis, &c. Quis autem dicatur testis idoneus? dixi supra *lib.2.§.testis.*

Sed pone aliquis fecit testamentum, in quo adhibuit quatuor testes idoneos, non tamen aderat sacer-
3 dos parochianus: nunquid isti duo testes adhibiti vltra alios duos, supplebunt absentiam parochiani, ita, vt testamentum valeat perinde; ac si ipse parochianus vna cum duobus testibus adhibitus fuisset, iuxta dispositionem *d.c.cum esses*? Respond. quod sic. Ita tenet Specul. *de instrum.editio.§.compendiose post nu.12.* & hanc opin. dicit esse magis communiter approbatam Bertrand. *cons.41 n.6.lib.3.in 2.parte.* Et dicit Alexand. *cons. 105. n.15.lib.4.* quod ita tenerit communiter omnes. Hanc etiam opi. attestatur esse communem Decian. *cons.184. n.8.* quem refert, & sequitur Bello. *consi. 14. post nu.3.& Didacus in d.c.cum esses, n.13.* Paris. *cons.31.post n. 15.lib. 3.* Et licet hæc opin. forte in puncto Iuris non transeat sine difficultate; tamen propter auctoritatem Doctorũ illam tenentium, credo quod in practica obtineret; neque ego auderem consulendo, aut iudicando, ab ea recedere, vbicunque essemus in foro ecclesiastico, vel etiam in vtroque foro in terris ecclesiæ. Et quamuis Corn. *cons.77.in littera D.lib.1.& cons.137. in littera C. lib.2.* dicit communem opinionem esse, quod in vltimis voluntatibus in quibus non interuenerit presbyter proprius testatoris, remanet ius ciuile immutatum, & quod ita obseruatur in practica: nihilominus ex supra allegatis apparet magis communem opinionem esse in contrarium. Pro qua facit, quia semper plus creditur duobus testibus, quam vni, quantæcunque dignitatis sit. Si ergo sufficiunt duo testes cum parochiano, *d.c. cum esses*, multo magis sufficient quattuor testes. 4

Sed quid si duo tantum testes in testamento interuenirent sine parochiano, nunquid tale testamentum valebit de iure canonico, secundum quod dicitur, quod in ore duorum, vel trium stat omne verbum? Respon. aliqui dixerunt, quod sic. & hanc opin. dicit esse communem Bald. *cons.404.libro 4.* prout illum refert Ioan. Dilect. *de arte testandi, tit.2.caut.2.n.4.* Ego non reperio illud cons. Bald. quia forte allegatur secundum aliam impressionem. Sed quidquid dicant Bald. contraria opinio est verior, scilicet, quod vltra duos testes debet etiam parochianus interuenire: & est etiam magis communis, vt attestatur Imola *in d.c.cum esses post nu. 13.* & quia res est nimis clara, stultus esset, qui ab hac sententia recederet in practica.

ADDITIONES.

Sed quæro, quid de iure canonico, an minor numerus testium sufficiat.] An † & quatenus iure canonico testamentum, coram duobus siue quatuor testibus factum, valeat, præter Clarum hic nostrum, & ab eo allegatos, diligenter explicant Fernand. Vasq *de success. creat.lib.3.§.21.n.1.* Dominicus de Magdal. *in tractat.de num.test.in testa.requisit.part.2.cap.8.nu 9.& seq.* Michael Grassus *lib.1.recep.sentent.§.testament.q.56* Iosephus Mascardus *in tractat.de probationibus vol.3.conclusion.1352.n.18. cum seq.* & Ioannes Dauth. *in tract.de testamentis, sub tit. de testibus testamentar.n.428.* Harp. 4 1

QVÆSTIO LVIII.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Requiritur testes in testamento adhibitos esse rogatos.*
Et quid in testamento nuncupatiuo, ibid.
2 *Et quid in testamento ad pias causas.*
3 *Et quid in testamento condito inter liberos.*
4 *Et quid in testamento militis.*
5 *Et an sufficiat testes esse rogatos ab alio quam à testatore.*
6 *Et an testes in dubio præsumantur rogati.*
7 *Et an requiratur etiam Notarium esse de ipso testamento rogatum.*

Ex Additionibus.

1 *In testamentis faciendis an, & quatenus testes rogatos esse oporteat remissiue.*
2 *Vtrum in dubio testes præsumantur rogati.*
3 *Quomodo testium rogatio probetur.*
4 *An in dubio rogitus Notarij præsumatur.*

NOn sufficit in testamento septem testes idoneos adhibitos fuisse, nisi etiam appareat illos, vt in testamento interessent, fuisse a rogatos. Est de hoc tex. expressus *in l.heredes palam §.in test.ff.de test.* Licet enim regulariter in aliis actibus humanis non requiratur: quod testes sint rogati *l.ad fidem.ff.de testibus*, & dixi supra *lib.2.§.testis.* tamen in testamentis, in quibus, vt sæpe dictum est, maximus subest timor fraudis & falsitatis, voluit lex adhiberi testes non fortuitos, sed ad id in specie rogatos, vt diligentius ad omnia animaduerterent. Et hæc quidem conclusio satis de plano procedere videtur in testamento in scriptis confecto *l.hac consultissima, in pr.C.de test.* Sed quid in nuncupatiuo? Resp. quod pariter in nuncupatiuo debent testes esse rogati; & hoc siue huiusmodi testamentum nuncupatiuũ fuerit sine scriptura confectum, siue etiam fuerit in scri- 1 a

ptis redactum. Ita tenet gl. *in §. fi. In verbo, adhibitis. Instit. de test.* & est communis opin, vt dicit Boer. *decis. 34. num. 8.* Nulla enim (iudicio meo) subest in hoc concludens ratio differentiæ, inter testamentum in scriptis, & nuncupatiuum. Et quia hęc opin. notissima consuetudine vbique approbatur; non est aliquo modo de ea dubitandum.

2 Quæro, an in testamento conditio ad pias causas requiratur, quod testes sint rogati? dixi supra *q. 6. vers. Secundo infertur.*

3 Quæro etiam, quid in testamento condito inter liberos? dixi sup. *q. 8. vers. 3. Tertio infertur.*

4 Item quæro, quid in testamento militis, an scilicet in illo sit necessarius rogitus testium? Respon. quod sic. Text. est *in l. diuus, ff. de testa. milit.* & est communis sententia, vt ait Natta *in repet. §. imperfecto, post n. 164.*

5 Scias tamen, quod non requiritur ad testamenti validitatem, quod testes sint rogati ab ipsomet testatore: sed sufficit, quod sint rogati à Notario, vel etiam ab alio extraneo, præsente tamen, & patiente ipso testatore. Ita colligitur ex gl. *in Auth. rogati. in gl. 1. C. de testib.* & est communis opin. vt dicit Ias. *in l. hac consultissima, in princ. post nu. 2. vers. & debent. C. de testam.* & ita etiam obseruat consuetudo, vt dicit Ias. *in l. serui electione, nu. 41. ff. de l. 1.* Ita etiam tenere Doct. affirmat Iac. de Rauenna *in §. fin. Instit. de test.* quem refert Soc. *in l. si quis ita, n. 3. de rebus dubiis* subdens hoc esse notandum, quia alias fuit multum dubitatum super hoc. Et ita fuit consultum per omnes Doct. Italiæ, & ideo ab hac sententia nullo modo esset in practica recedendum. Reperio tamen, quod Bauer. *in §. sed hac quidem post nu. 41. Instit. de test.* videtur affirmare contrariam sententiam esse magis communem: quod s. testes ab ipsomet testatore, & non ab aliquo alio debeant esse rogati. Sed, vt ex prædictis colligitur, proculdubio in hoc Baue. deceptus est. Propterea à priore sententia non recedas, quæ verior est & communior, æquior, & consuetudine roborata.

6 An autem *b* testes in dubio præsumantur rogati, &
b quomodo *c* probetur rogitus testium, dixi sup. *lib. 2. §.*
c *testis.*

7 Quod vero dictum est in testibus, idem dicendum est in Notario. Ad hoc enim, vt Notarius possit de ipso testamento conficere instrumentum, requiritur, quod & ipse sit de hoc à testatore rogatus. Ita dixit gl. *in §. nos autem, in verbo, Iniungatur. in Auth. de tabellio.* quā dicit esse communiter approbatam Soc. iun. *cons. 178. num. 3. lib. 1.* & ita videmus quotidie obseruari. Hoc tamen locum non habet in testamento condito inter liberos, vt dixi supra *q. 8. vers. 3. infertur.*

8 An etiam in dubio *d* rogitus Notarij præsumatur;
d dixi supra *lib. 2. §. Notarius.*

ADDITIONES.

a F*uisse rogatos.*] Item † quod septē testes, qui requiruntur in testamento rogari etiam debeant, communem dicit Rol. *cons. 33. nu. 3. vol. 3.* quod etiam dixi *in collect. mea commun. opin. in verbo, testis,* vbi addidi *reg. cum trib. fallentiis, nu. 62. & nu 63. & 64.* posui de communi, & magis communi opi An s. sufficiat testes esse adhibitos, esto, quod haud constaret illos fuisse rogatos. Adde etiam atque vide pro opin. negatiua, quæ vti ibid. videtur magis communis, per Diaz. *reg. 751.* vbi citat Ias. limitantem quatuor modis *in l. sciendum ff. de ver. oblig.* Item quod testis rogatus à testatore ex quo eius fides fuit approbata, haud possit postea reprobari, dixi sup. *sub q. 46. in fin.* Giach.

Nisi etiam appareat, illos, vt testamento interessent, fuisse rogatos.] De hac † quæstione, & quatenus in testamentis faciendis
1 oporteat testes esse rogatos, post Clarum nostrum & alios latissime differant Michael Graff. *lib. 1. recep. sent. §. testamentum, q. 38.* Mascar. *in tract. de probatio. vol. 3. concl. 1314.* Nic. Reusn. *in tractat. de iure testam. p. 3. c. 11.* Harprec.

2 b *An autem testes in dubio præsumantur rogati.*] Quod † testes in dubio non præsumantur rogati, nisi expresse illud appareat, communiter DD. tradunt, Cynus, Alex. Bart. Bald. & Ias. *in l. hac consultissima. 21. C. de testam.* Rolandin. *in rubr. de testa. n. 10. & 11.* Mantic. *de coniectur. vlt. volunt. lib. 2. tit. 11.* Mascard. *d. concl. 1354 nu. 8. & cum seqq.* Reusn. *d. p. 3. c. 11. nu. 9.* aliique complures, ab his citati: apud quod limitationes nonnullas istius conclusionis videre licet. *Harprec.*

c *Et quomodo probetur rogitus testium.*] Communis † conclusio est, quod duob. saltem testibus probari possit testes fuisse rogatos, secundum Bald. *in l. comparationes. 19. C. de fide instrumentor. & in l. 2. C. de bon. poss. secund. tabul.* & Graff. *§. testamentum, q. 58. n. 6.* Et ideo productos postea testes ad testimonium perhibendum, eo s. tempore, quo testamentum publicatur, oportet vtramque asserere; & quod præsentes, & quod rogati, hoc est, specialiter ad hoc requisiti, actui interfuerint, notante Ias. *in d. l. hac consultissima 21. in princ. nu. 2. C. de testa.* quem referendo sequitur Reusn. *loco preallegato.* Harprec. 3

d *An in dubio rogitus Notarij præsumatur.*] Notariū † non præsumi rogatum, nisi probetur, vel idipsum in instrumento testetur, tenent Innoc. Dec. & alij *in c. 1. de fid. instrumentor.* Alex. *cons. 153. num. 9. vol. 2.* Soc. iun. *cons. 178. num. 3. vol. 1.* Ruin. *cons. 8. nu. 11. vol. 3. & cons. 144. nu. 2. vol. 4.* Boer. *decis. 35. nu. 7.* Gram. *decis. 106. nu. 22.* & Rolan. à Valle *cons. 38. nu. 4. lib. 1.* Quod tamen intelligendum erit, nisi ex verbis necessario rogitus inferatur, vt quia ita subscripsit: Ego subscripsi, & publicaui. Quoniam necessarium consequens est; illum rogatum fuisse: cum alias instrumentum publicum conficere non possit, vt bene animaduertit Graff. *d. §. testamentum. q. 58. in fine.* Harprec. 4

QVÆSTIO LIX.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Speciale testamentis est, vt requiratur, quod testes videant testatorem, & audiant ipsum loquentem.*

Ex Additionibus.

1 *Testamentum non, nisi coram testibus in conspectu testatoris præsentibus factum, valet.*
2 *Veritas magis occulta fide, quam per aures animis hominis infigitur.*
3 *In testamento omnia aperte, & palam fieri expedit.*
4 *Facilius decipitur in auditu, quam visu.*
5 *Testamentum noctu factum, aut signatum, an, & quatenus valeat.*
6 *Testes in testamento adhibiti non faciunt fidem, si de auditu, & non de visu deponant.*

Licet alias in contractibus testes de auditu proprio probent, modo habeant notas voces contrahentium, vt dixi supra *lib. 2. § testis,* tamen *a* in testamentis ob maximam suspicionem fraudum, quæ in illis quotidie committuntur, specialiter requiritur; quod testes videant *b* testatorem, & audiant ipsum loquentem. Text. est *in l. si non speciali. C. de testa.* & ita communiter tenetur per Legistas, vt dicit Abb. *in c. ex litteris, post nu. 5. de consuet.* & dicit Corn. *cons. 18. in lit. D. lib. 2.* quod in hoc concordare videntur Doct. omnes. Hanc etiam dicit esse communem fere omnium sententiam Corn. *cons. 166. in princ. lib. 3.* Paris. *cons. 53. nu 1. lib. 2.* Rimin. *in d. l. si non speciali, n. 3.* Et ideo, si in testamento conficiendo esset cortina, vel paries inter testes, & testatorem, non valeret *c* testamentum, etiamsi testes haberent notam vocem testantis. Ita concludunt communiter Doct. vt dicit Alex. *in d. l. si non speciali. num. 6.* Nec quicquam facit, quod gloss. *in l. 1. §. idem Labeo, in verbo, Meminerint. ff. de acq. plu. arcen.* tenuit contrarium, quia illa gloss. communiter reprobatur, vt dicit Rip. *ibi,* quē refert, & sequitur Corn. *consil. 200. in littera G. libro secundo.* Porc. *Instit. de testament. milit. in princ. post num. 8.* Bauer. *in §. Sed hac quidem, nu. 4. in fi. Instit. de testa.* Nostris temporibus quædam mulier sagax maritum, statim postquam expirauerat, è lecto extrahi fecit, & alium pro eo supposuit, qui fenestris thalami fere in totū clausis, & capite pannis inuoluto, simulans se propter infirmitatem vix loqui posse, condidit testamentum,

tum,in quo vxorem instituit hæredem, & aliis personis diuersis legata reliquit: omnes testes credebant ipsum esse vere eius maritum, quia quasi in extremis laboraret: fuit deinde quasi diuino miraculo res omnis detecta,& nisi mulier ipsa cum Notario,qui solus erat particeps fraudis, fuga sibi consuluisset; credo, quod non euasissent pœnam vltimi supplicij.

ADDITIONES.

a Tamen in testamentu.] An hoc etiam in donationibus causa mortis,& codicillis requiratur,vide Matth.not.a 115.Socin.cons.130.volu n.1.l.l.cons.26.vol.1.Roland.cons.82.num.22.& 23.vol.1.Gouean.

b Videant testatorem.] Etiam hic adde, quod testamentum non valet si testes haud videant testatorem, licet sint post aliquam cortinam circa lectum ipsius. Vide per Diaz hanc reg.cum suis ampliatio.atque limitatio.reg.729.Item quod pro forma, & validitate testamenti inductum sit, vt testes videant testatorem ratione fraudis euitandæ,atque falsitatis,quæ de facili committi potest,si testes solum audierint testatorem,& non viderint,cum potuisset supponi alius, qui testatoris vocem potuisset simulare, & fingere; vide in collect.mea commun.opin.verb.test. nu. 32. & 33. vbi communem hanc ampliatam, atq; limitatam remissiue posui.Giach.

Specialiter requiritur,quod testes videant testatorē,& audiant ipsum loquentem.] Testes non † solum audire testatorem, sed &
1 videre debent:alioqui nisi testes in conspectu testatoris palam testimoniorum officio functi sint,nullo iure testamentum valet l.si non speciali.9.C.de test.Eiusque ratio est perspicua: tum quia
2 † veritas magis oculata fide, quam per aures animis hominum infigitur,§.vlt.ibique gl.Instit.de gradib.cognat. Tum quia † in
3 testamento omnia palam, & apertè fieri expedit in conspectu testatoris,ne fraus,& falsitas aliqua locum inueniat,l.heredes palam 21.ff.qui testam fac.poss.Angel.in d.l.si non speciali 9.nu. 3. C.de testam. Idque eo magis,quod non tantum in testatore mutari interdum soleat vox propter infirmitatem,secundum Bald. in l.2 §.Idem Labeo.nu.4.ff de aqua,plu.arcend.sed etiam quod vocem alienam procliue sit quibusdam imitari instar hyænæ; multoque † facilius quis decipi queat in auditu,quam visu iuxta
4 Cynum in d.l.si non speciali 9.C.de testam.Vnde primo infertur:
5 testamentum † noctu factũ absq.luminibus & in tenebris,quia potestas conspiciendi testatoris non fuit data, minime valere, per notata Ias.cons.10.lib.5.Gabr.ad addit.Matth. sing. 124. & Doctorum in l.non minorem 20.in verb.secunda hora noctis,C.de transactionib. Quamuis enim testamentum nocturno tempore facere,& signare permissum sit.l.ad testium 22.§.penult ff. qui testa.fac.poss nequaquā tamen hoc facere licet sine luminibus, & in tenebris,in quib.plerunq; falsum præsumitur: propterea quod qui male agit,odit lucem,c.consuluit.27 post medium, ext. de inoffic.& vot.iud.deleg.Deinde infertur:testes † in testamento
6 adhibitos,si interrogati de causa scientiæ respondeant, se scire, quia audiuerint,nihil probare;sed omnino opus fore, vt se scire dicant,quia ipsi viderint;assertore Baldo in l.diuus 24.notab.6.ff. de testam.milit.Hanc rem explanatius pertractant Mich.Grass. libr.1.recept.sentent §.testamentum,quæst.59. num. 4. cum seqq. & Nicolaus Reusnerus in tract.de test.par.3.c.13.per totum Harprec.

c Non valeret testamentum.] Amplia etiam,quod speciali priuilegio concedi haud potest per Principem,quod valeat isto singulari fundamento;quia Princeps non potest naturalem rationem immutare,secundum communem Doctorum sententiam in l.si non speciali.C.eod.quod tamen fallit vrgente necessitate, puta ob sæuissimum mœrorem pestis tunc vigentis:quia tūc testamētum valeat,tamen factum extra conspectum testium mediante pariete;non ex priuilegio,sed ex necessitate cogente. Vide per Mart.Anguis.cons.126.n.8.cum multis seq. Giach.

QVÆSTIO LX.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Duo an possint in eadem charta coniunctim facere testamentum.*

Ex Additionibus.

1 *An, & quatenus duo versentur testamenta in pupillari substitutione.*
2 *Testamenta ex numero hæreditatum non distinguuntur.*
3 *Paterni testamenti pars,& sequela est substitutio pupillaris.*
4 *Si patris, & filij testamentum diuerso tempore sit factū: solemnia in vtroque interuenire debent.*

Occurrit etiam in hac materia pulchra quæstio, 1
nunquid duæ personæ possint coniunctim in eadem charta facere testamentum,& se inuicem instituere,& de bonis suis disponere?Respond.quod sic: a Et a
est communis opin.vt ait Bello.cons 85.num 9. erunt b b
tamen quasi duo testamenta separatim facta. Sed hæc raro contingunt.

ADDITIONES.

a Respond.quod sic.] Et hanc mutuam institutionem non esse captatoriam,neque vna reuocata alteram reuocatam censeri, scribit Alciat.l.licet inter,nu.56.C.de pact.Gouean.

b Erunt tamen quasi duo testamenta separatim facta. Hic addendum: quod licet † in pupillari substitutione duo quodam- 1
modo videantur versari testamenta:vnum patris, alterum filij: propterea quod pater proprium hæredem habeat;&filius itidem proprium habeat hæredem; adeoque hæreditas patris ab hæreditate filij separetur, l. Papinianus 8. §. sed nec impuberis 5 ff.de inoff.testam l.in duplicibus 79 ff.ad leg.Falc.l.1 §1. ff si cui plus quam per l.Falc.&c.l.2.§.interdum 2.ibi,ex secundis tabulis, & l.si filium 11.ff.de vulgar.& pupill.subst 1 §.igitur 2. Instit.de pupill substit.probabilius tamen sit,testamento non ex † numero 2
hæreditatum distingui,sed proprie,ac vere vnum testamentum paternum censeri: cuius † pars aliqua sit & sequela, atque appen- 3
dix substitutio pupillaris,vel testamentum pupillare § liberis &c. Instit.eod.Hinc est,quod vtrumque ab vno, & eodem testatore fiat,& vna eademque solemnitas vtrique sufficiat,nempe septē testes,septemque sigilla,l.patris,& filij 10 ff.de vulgar.& pupill. substit.quod vna tantum Falcidia de vtroque detrahatur l.in ratione 12.quod vulgar.ff.ad l.Falcid.d.l.1.§.1.ff si cui plus, quam per l.Falcid &c.quod scripti in paterno,& pupillari testamento pro coniūctis habeantur,l.plane 34 §.sed in pupillari 10 ff.de legat.1.l.exhæredi,41 §.obaret,6 ff.de vulgar.& pupill subst.quod denique vnam ex vno,siue paterno. siue pupillari testamento, hæreditatem capiendo,alteram ex altero repudiare non possit substitutus, sed vtramque,vel acquirere,vel omittere cogatur, l.sed si plures 10 filie 2 ff.eod.

Sane si diuerso tempore vtrumq;,& patris,& † filij testamen- 4
tum sit factum:legitimus numerus testium,& reliqua solemnia in vtroque interuenire debent vt euincitur ex l.si quis eum.16.§. ff.de vulgar.& pupill.substitut. ibique in suis commentariis docet Francisc.Duaren.c.14.§.quartum est, vers.sed an sufficiat vna solemnitas,&c. Harp.

QVÆSTIO LXI.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Voluntatem testatoris pro lege haberi.*

Ex Additionibus.

1 *Voluntas testatoris pro lege valet:eamque seruari publice expedit.*
2 *Nihil est in actis priuatis testamento grauius.*
3 *Suprema morientium iudicia à dolo,& fraude remota.*
4 *Mortis solatium maximum,vltra mortem voluntas.*
5 *Testatoris voluntas seruanda, dummodo contra legēs non disponat.*
6 *Nemo facere potest,quin leges in suo testamento locum habeant.*
7 *Testator non potest vti clausula non obstantibus legibus.*
8 *Testator legans alicui centum, non potest hæredem grauare vt interea,donec soluat vsuras præstet.*

Dictum est,quæ solemnitates in testamento requi- 1
rantur. Nunc de ipsius testatoris dispositione videamus:& vulgaris quidem est regula, quod in quolibet actu humano duo præcipue considerantur: Potestas scilicet,& voluntas. In primis ergo videndum est quid testator in suo testamento facere possit, deinde de eius voluntate coniecturanda nonnulla subiiciemus.In hac autem materia facienda est generalis conclusio,quod volūtas testatoris a pro lege habetur.Textus est vulgatus in §.disponat in Auth.de nuptiis, cum si- a

milib. quam tamen intellige, vt procedat in his, quæ ab ipsius testatoris voluntate dependent. Cæterum non potest testator facere, quo minus leges in suo testamento locum habeant, *l. nemo potest. ff. de legat.* 1. ita dicit glos. *in verbo, Cautione, C. de vsu, & habit.* quam dicit esse communiter approbatam Socin. iun. *cons.* 115. *num.* 1 *lib.* 1.

ADDITIONES.

VOluntas testatoris.] Hic aduerte, quod voluntas testatoris dicentis se velle notarium de illa esse rogatum, licet per testes probetur, nisi tamen per notarium in scriptis solemniter sit redacta, haud valet; communem dixi *in collecta mea commu. opin. in verb voluntas*, *nu.* 5. Giach.

Voluntas testatoris pro lege habetur.] Testatoris † voluntas pro
1 lege habetur *Nouell* 22. *cap.* 2. eamque seruari, & exitum sortiri, publice expedit *l. vel negare* 5. *testamenta quemadmod. aperiant. l. hæreditas.* 50. *in fin. ff. de petit. hæredit. l.* 1. *in princ. ff. si quis omiss. caus. testa. & c. l* 1. *C. de sacrosanct. Eccles.* Hucque pertinet, quod
2 M. Cicero *Philipp* 2. scripsit: nihil † esse in actis priuatis grauius testamento; adeo, vt lex XII. tab. antiquissima, vti quisque rei suæ legasset, ita ius, id est, legem esse iubeat. Sic enim hanc legem explicans Theophilus *in principio tit. Inst. de leg. Falcid.* (inquit) quomodo quis de re familiari sua disposuerit, ita lex esto. Neq; sane illud immerito. Solent † etenim & sana cum primis, & ab
3 omni remota esse fuco doloque suprema morientium iudicia, & quasi elogia: & in testamentis nuda plerunq; patent pectora: remotisque officiorum iudicibus pessimis, spe, metu, voluptate; sola in iisdem locum habet honestas, & veritas. Neque maius aliquod † mortis solatium esse videtur, quam voluntas vltra
4 mortem, vti notant Nicolaus Reusner. *in tract. de test. par.* 1. *cap.* 6. *nu.* 6. *cum sequenti*, & Ioan. O*eloff.* 5. *actionum in prælud. pag. mihi* 804. Ideoque † quod dixit & voluit testator, seruandum
5 est: nisi aperte sit contra leges, vel ratio iuris ei occurrat, *l. si quis,*
6 12 *§. si quis scripserit,* 3 *ff. de legat.* 1. Nemo † siquidem cauere potest, quo minus leges in suo testamento locum obtineant, *l. nemo* 55 *ff d. tit* veluti, si testando solemnia iuris non obseruauerit; vel testamenti factionem non habuerit, si hæres, aut legatarius sit incapax: cum res legata non sit in commercio hominum, & nihilominus valere iusserit, quoniam sunt de substantialibus: quemadmodum testatur Bolognet. *num.* 29. & DD. communiter *in d.*
7 *l. nemo.* 55 *ff de legat.* 1. Hinc infertur, † quod testator non possit vti clausula illa, non obstantibus legibus, ad tollendam formam legis; siue hoc fiat per modum directum, siue per indirectũ. Ita tenent Bald. Ripa, & Ias. *in d. l. nemo.* Fernand. Vasq. *de success. creat.* § 6. *n.* 2. Quod diligenter notandum: quia solent testatores in suis testamentis subiicere eiusmodi clausulas, quibus prohibent, ne quis impugnet testamentum contra leges factum; & contra facientem prorsus excludunt, tradente Grasso *li.* 1. *recep.*
8 *senten. §. testamentũ, quæst.* 62. *nu* 2. Hinc item infertur, quod † si testator legauit alicui centum, non possit hæredem grauare ad soluendum annuas vsuras, donec legatum soluerit, per notata Bar. *in l.* 3. *in fin. de ann. legat. & l. cum stipulati* 90. *ff. de verbor. oblig.* Alex. *cons.* 26. *li.* 4. Roland. à Valle *cons.* 55. *n* 19. & 22. *vol.* 2. Auchar. *cons.* 89. Vasq *d. §.* 6. *n.* 19. & 23. hosq; referentis Grass. *d. quæst.* 62. *n.* 3. Harp.

QVÆSTIO LXII.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Testator an possit prohibere Trebellianicæ detractionem.*
2 *Et an in codicillis.*
3 *Et an possit testator illam tacite prohibere.*
4 *Et an si vsus sit testator verbis vniuersalib. vel æquipollentibus, censeatur detractionẽ Trebellianicæ prohibuisse.*

Ex Additionibus.

1 *An testator hodie Trebellianicæ detractionem prohibere possit.*
2 *Falcidia & Trebellianica æquiparatur.*
3 *Lex noua statuens aliquid de vno æquiparatorum, etiam ad alterum pertinet.*
4 *Vnumquodq; ad naturam suam facile reuertitur.*
5 *Legata, & fideicommissa iure XII. tabb. integre debebantur.*
6 *Lex noua, & correctoria, in qua ratio certa est expressa, eatenus extenditur, quatenus ratio locum habet.*
7 *Mens, & sententia* Nouell. 1. c. 2. §. 2.
8 *Fideicommissa singularia legatis per omnia exæquata.*
9 *An & quatenus hodie hæres cogi possit adire hæreditatem, eaq; ex fideicommisso restituere.*
10 *Ecquid codicilli Trebellianica prohiberi queat.*
11 *Num testator tacite Trebellianicæ detractionem prohibere possit.*

TV scis, quod hæres grauatus per fideicommissum a
restituere hæreditatem alteri potest de ipso fidei- 1
commisso detrahere Trebellianicam, vt dixi supra *hoc eod. libr. §. substitutio.* Quæro, nunquid possit testator in testamento prohibere Trebellianicæ *b* detractionem? b
Hæc est terribilis, & ardua quæstio, in qua adeo variæ fuerunt Scribentium sententiæ, vt aliquando vix discerni posset, quæ opinio esset magis communis. Sed omittendo superflua, facias *c* conclusionem, quod testa- c
tor potest hæredi prohibere Trebellianicæ detractionem. Ita tenuit *gl. in §. sed quia stipulationes, in verbo. Licet Instit. de fideicommiss. hæred* & ita magis communiter concluditur, vt ait Roman. *cons.* 206. *nu.* 5. *in fi.* Ita etiam magis communiter teneri attestatur Alexand. *cons.* 29. *post nu.* 2. *lib.* 5. quem refert Cassiod. *decis.* 4. *de testam. num.* 1. Hanc etiam opin. dicit esse communem Imola *in l. Marcellus in fi. princ. vers. Et per hoc etiam, ff. ad Trebellian.* quem refert & sequitur Benedict. de Perusio & vulgo Capra nominatus; *consil.* 36. *circa princ. & consil.* 83. *vers. Circa secundum.* Comensis *consil.* 26. *numer.* 3. Alexand. *in d. l. Marcellus, in princ. nu.* 8. *cons.* 67. d *nu.* 1. d
lib. 1. *cons.* 5. *nu.* 16. *lib.* 3. & *cons.* 201. *nu.* 15. *lib.* 6. referens idem attestari Paul. de Castr. *in Auth. sed cum testator. C. ad l. Falc.* quem tamen in libr. meo id dicentem non reperio. Angel. Aret. *in d. §. Sed quia stipulationes*, *nu.* 3. Barbat. *cons.* 10. *col.* 10. *lib.* 4. quem refert, & sequitur Ioan. Dilect. *de arte testandi, tit.* 5. *caut.* 31. *n.* 2. *in fi.* Aret. *cons.* 37. *nu.* 10. Rom. *cons.* 239. *post nu.* 3. Corn. *cons.* 207. *littera H. lib.* 2. Petr. Matth. *in rep. l. filium quem habentem n.* 107. *C. fam. hercisc.* quem refert, & sequitur Ias. *in d. l. Marcellus in princ. nu.* 40. Bald. Nou. *de dote, in* 6. *parte priuileg.* 13. *post nu.* 2. & *in eadem* 6. *part. priuileg.* 26. *post n.* 1. Ias. *cons.* 84. *post n.* 9. *lib.* 1. & *cons.* 89. *post nu.* 2. *vers. Successiue, eo. vol.* & *cons.* 99. *col.* 5. *vers. Transeo ad secundum lib.* 4. & *cons.* 156. *nu.* 5. *eod. vol.* & *in d. l. filium quem habentem, post nu.* 11. *C. fam. hercisc.* Dec. *consil.* 81. *nu.* 3. Claud. *in d. l. Marcellus in princip.* vbi etiam dicit, quod hęc opin. seruatur in pract. Berr. *cons.* 96. *post num.* 1. *lib.* 1. *in* 2. *part.* & *cons.* 130. *num.* 4. *lib.* 3. *in* 2. *part.* & *cons.* 144. *nu.* 2. *eod. vol.* & *cons.* 158. *post nu.* 7. *eod. vol.* & *cons.* 205. *nu.* 4. *eod. vol.* Galiaula *in repet. l. centurio, post nu.* 78. *vers. Aduerte itaq; primo, ff. de vulg.* Picus *in repet. l. in quartam, post nu.* 101. *vers. Secundo & fortius.* vbi etiam subdit, quod ita solet teneri in scholis, & seruatur etiam in practica, referens idem attestari Paul. de Castro, *in l.* 1. *§. ad municipium, ff. ad Trebell.* qui tamen in libro meo hoc non dicit Crot. *in repet. d. l. nemo potest nu.* 30. Probus in Apost. ad Ioan. Mon. *in c. si pater, nu.* 6. *de testam. in* 6. Gozad. *consil.* 45. *num.* 21. Ruin. *cons.* 37. *nu.* 15. *lib.* 1. & *cons.* 77. *n.* 1. *li.* 2. & *cons.* 111. *nu.* 17. *eod. vol.* & *consil.* 160. *nu.* 11. *eod. vol.* Ripa *in l. nemo potest, n.* 44. & *sequ. ff. de leg.* 1. & *in l.* 1. *in princip. post n.* 15. *ff. ad Trebell.* Cotta *in verbo, Trebellianica licet.* Soc. iun. *cons.* 131. *post nu.* 7. *lib.* 1. & *cons.* 127. *nu.* 6. *eod. vol.* & *consil.* 170. *post nu.* 19. *lib.* 2. Ioan. Anni *in repet. l. nemo potest nu.* 235. Paris. *cons.* 16. *nu.* 58. *li.* 2. & *cons.* 21. *nu.* 33. *lib.* 3. Et sic ex quo adsunt tot illustres Doctores attestantes de communi opin. Doctorum, & obseruantia, fatuus, & temerarius esset Iudex, qui in practica auderet illam in dubium *e* e
reuocare.

Et hæc conclusio satis de plano procedit in testa- 2
mento: sed *f* quid in codicillis? dixi supra *§. Codicillis.* f
Habet etiam hæc conclusio minus difficultatis, vbicun-

bicunque liquido apparet testatorem ita voluisse: puta, quia expresse dixit; Prohibeo hæredi meo detractionem Trebellianicæ: & hoc modo communem conclusionem esse, quod prohiberi possit, affirmat Pa-
3 rif. *consilio* 21. *num*. 34. *lib*. 3. Sed si hoc expresse non di-
g xit, potest tamen ex eius verbis colligi, *g* eum ita volu-
h isse, nunquid *h* dicendum est, posse testatorem etiam tacite hanc Trebellianicæ detractionem prohibere? Respond. quod sic: & est communis opin. vt dicit Parif. *in d. consil*. 21. *num*. 35. Bellon. *cons*. 75. *num*. 2. Dici-
i tur autem testator tacite illam *i* prohibere, quando verba apposita à testatore sunt huiusmodi, vt nil aliud possint importare, quam Trebellianicæ detractionem: & hæc etiam est communis conclusio, vt attestatur Bellon. *in d. cons*. 65. *nu* 3. quam tamen intellige secundum ea, quæ statim dicam: nam ita absolute intellecta, non esset communis, nec vera.

k Sed nunquid si testator vsus sit verbis *k* vniversali-
4 bus, vel æquipollentibus, censebitur tacite Trebellianicam detrahi prohibuisse. puta si dixerit; Volo, vt hæres meus restituat totam, & integram meam hæreditatem, vel sine aliqua diminutione, vel pleno iure, vel huiusmodi? Resp. in hoc articulo magna est inter Doctores altercatio. Aliqui enim tenuerunt, quod per hæc verba non censetur prohibita detractio Trebellianicæ. Et hanc opin. dixit esse communem Rom. *cons*. 239. *post nu*. 3. Capra *in d. consil*. 46. *in fi*. *& cons*. 38. *in fi*. quem refert Gratus *consil*. 103. *nu*. 14. *lib*. 1. Crotus *in repet. l. nemo potest nu*. 35. *ff. de leg*. 1. vbi reprehendit Alex qui dixerat contrariam opin. esse mag s communiter approbatam, Bertrand. *cons*. 148. *lib*. 3 *in* 1. *parte*. Bellon. *consil*. 65. *num*. 1. *& consil*. 97. *num*. 1. Contrariam vero sententiam, scilicet quod per huiusmodi verba vniversalia, vel æquipollentia censeatur prohibita detractio Trebellianicæ, dicit esse communem Alexandr. *consil*. 5 *post num*. 15 *lib*. 3. quem refert, & sequitur Curt. iun. *cons*. 16. *post nu*. 12. Ripa *in l. cum filiofaml. num*. 69. *ff. de leg*. 1. *& in l*. 1. *§. sed & quoties, num*. 5. *ff. ad Trebellian*. & Ioan. Dilect *in d caut*. 56. *num*. 3. Cor. *de Potestate regia in materia Trebellianica in* 2. *dubio, n*. ..0. & sequitur Guido Papæ *decis*. 537. *post nu*. 2. Galiaula *in repet. l. cen-*
5 *turio, num*. 399. Dec. *cons*. 395. *nu*. 13. Claud. *in d. l. centur. num*. 33. vbi dicit, quod fallitur Roman. qui dicit contrarium. Bertrandus sibi contrarius *consilio* 241. *libro* 3. *in prima parte*, Ripa, *in d. l. centurio, nu*. 130. Ioan. Anni. *in repet. l. nemo potest, numero* 250. Parif. *consilio* 93. *num*. 45. *libro* 1. *& consilio* 9. *nu*. 9. *&* 10. *lib* 4. *& consilio* 21. *num*. 35. *eod. volum. &* 52. *nu*. 11. *eod. volum*. Franciscus Marussus inter consil. Bellon. *consil*. 64. *num*. 1. Et licet contraria opin æquior videatur: nihilominus ego semper hanc opin. secutus sum, tanquam veriorem, & magis communem. In vltimis enim voluntatibus: in quibus mens, & voluntas testatoris maxime dominatur, sufficit quomodocunque de ipsa mente testatoris appareat, vt dixi infra *quæst*. 76. *in* 1. *regula*, & ab hac opin. in practica non recedas, nisi tamen ex aliquibus coniecturis colligi posset testatorem aliter sensisse: hoc enim casu *l* tenenda esset contraria opin. quæ, vt
l dixi, æquior est, & in his casibus bonum esset habere iudicem fauorabilem: quia in huiusmodi opin. controuersia multum potest iudicis religio in perscrutanda mente defuncti, cui semper in iudicando adhærere debemus.

ADDITIONES.

a T*Vsus*.] Vide ad hanc, & sequentem quæstionem ad nauseam vsque Gabr. *tit. ad Trebell. concl*. 1. *& seq*. Rol. à Valle *consil*. 5 *& cons*. 9. *vol*. 4 Menoch. *cons*. 164. *num*. 23. *& seq. vol*. 1. Gouean.

b *Trebellianica detractionem*.] Hanc conclusionem cum suis ampliationibus, atque limitationibus vide per Gabr. Rom. *in suis concl. ad Trebell. concl*. 1. *fol*. 489. Grach.

c *Facias conclusionem, quod † testator potest hæredi prohibere Trebellianica detractionem*.] Eandem conclusionem, post Clarum hic nostrum, & ab eo recitatos, amplectuntur Gomes. *to* 1. *var. resolut. c*. 5. *n*. 11. Gail. *lib*. 2. *observ*. 138 *n*. 15. Couar. *in c. Raynaldus* 18 §. 3. *nu*. 6. *ext. de testam*. Duaren. *ad l. nemo*. 55. *in vers. quæstio est de prohibitione, &c ff de leg*. 1. Hœnonius *disp*. 11. *contron*. 18. Ant. Gethar. *decad*. 10. *q*. 10. Giphan. *in disp*. 22. *ad Instit. in corollar*. ibique Oleman. *n*. 24. *cum seqq*. H *lib*. 2. *variar. resolut*. *in tract*. 8. *qu. st*. 21 Michael Grass. *lib*. 1. *recept. sent*. §. *testamentum, q*. 61. *nu*. 4. aliique plures per eum adducti. Hæcq; sententia subsequentib. præcipue nititur fundamentis. *l. Falcidia* † 2
& Trebellianica iure veteri æquiparantur *l. Marcellus* 3. §. 1 *ff. ad SC Trebellian*. & ad exemplum Falcidiæ Trebellianica recepta est. §. sed quia hæredes §. *Instit. de fideicommiss. hæred*. nec nō Falcidiæ appellatione sæpe venit Trebellianica. *l. pater filiam* 14 *& l. Titia* 86 *ff. ad SC. Trebel. l. cohæredi*. 41. *ff. de vulg. & pupil. subst. l. iubemus*. 6. *C. eod. & l. si vt allegas*. 11. *C. ad l. Falc*. Atqui testatorem prohibere hodie posse deductionem Falcidiæ, extra omnem controuersiam est. *Nouel* 1. *c*. 1. *circa fin. ibi, si vero expressim, &c. Auth. sed cum testator. C. ad l. Falcid*. Igitur & Trebellianicæ detractionem prohibere poterit, per regulam vulgo approbatam quod † lex noua statuens aliquid de vno æquiparatorum, 3
etiam ad alterum pertineat. *l. si quis seruo*. 29. *C. de furt. iuncta l. vt tantum* 14. § 1. ibiq; Bar. *n*. 1. *ff. de seruo corrupt*. II Quando per extensionem legis correctoriæ ad ius commune antiquum reducimur, tunc extensionem fieri posse probabile est: quia † v- 4
numquodq; ad naturam suam facile reuertitur, *arg. l. in tantum* 8. *in princ. ff. de diuis. ver. l. si vnus* 27. §. *pactus ne peteret, ver. quotiens enim. ff. de pact. l. hac consultissima*. 21. §. *si quis autem. C. de test. can. ab exordio*. 2. & ibi gl. *in verb resolute dist*. 35. item gl. *in c. statutum* 3. *verb. numerandum, de præben in* 6. Sed † iure anti- 5
quo XII. tab. omnia legata, & fideicommissa, integre, absque detractione quartæ, debebantur. *initio tit. Instit. de l. Falc. l. verb. legis*, 120. *ff. de verb. sign*. Ergo & hodie, vt Falcidiæ ita & Trebellianicæ prohibitio valebit III. Indubitatū est apud Doct nostros axioma: legem † nouam. & correctoriam, in qua ratio certa est 6
expressa, eatenus extendi quatenus ratio locum habet, *arg. Nouel*. 115. *c*. 5. *& l. cum mulier*. 47. vbi Raph. Cuman. *ff. soluto mat*. Paul. Castr. *in l. quamuis* 25. *C. de fideicom*. idq; plurib. auctoritatibus confirmat Vasq. *lib*. 1. *de testatoris potent*. § 8. *n*. 8. Iam † vero 7
in d. Nouel. 1. *c*. 2. §. 2. *vers. si vero expressim*. tales exprimuntur rationes, quæ non solum in quarta Falcidiana, cuius prohibendæ facultatem ibidem Iustinianus concedit; sed æque etiam in Trebellianica locum sibi vendicant. Ergo illius Nouellæ dispositio, & correctio etiam ad quartā Trebellianicā pertinebit. Assumptio huius argumenti euidens est: quia ratio, qua Imperator *in d. Nouell. d. cap*. 2. *ad finē* motus fuit, primo hæc redditur: quod lex crediderit, hæredem aditurum intuitu pietatis. Secundo, quod non videatur sine lucro hæreditas, etiamsi quarta non detrahatur. Tertio, quod testatoris voluntas nihilominus conseruetur, tametsi hæres propter Falcidiam sibi ademptam repudiet hæreditatem: cum legatarij, & fideicommissarij hęreditatem suscipere possint. Cum igitur hæ rationes in Trebellianica non minus, quam in Falcidia locum habeant: constitutio isthæc ad illā quoque porrigi debet. Quarto Iustinianus Imp. *in d. Nouell*. 1. *c*. 2. §. 2. *circa finem*. ibi, eum quidem recedere, & ibi, locum fieri fideicommissariis, expresse loquitur de eo hærede Falcidiam detrahere prohibito, cui hęreditatem repudianti succedunt fideicommissarij, adeoq; de eo, qui fideicommisso grauatus erat. Atqui hæres, cui repudianti fideicommissarij succedunt, habuit ius deducendi Trebellianicam. Proinde Iustinianus non solum de Falcidia, sed etiam de Trebellianica *in Nouella tractat*. Nec mouet, quod regeritur: Imperatorem ibi non de vniuersali, sed de singulari duntaxat fideicommisso disserere; & de hoc non Trebellianicam, sed Falcidiam deduci. Quod enim de vniuersali fideicommisso Iustinianus exaudiri debeat, inde plusquam manifestum euadit; quod † fideicommissa ibidem opponantur lega- 8
tis. At legatis non opponuntur fideicommissa singularia, quę legatis per omnia, & in omnibus sunt exæquata; sed fideicommissa solummodo vniuersalia. *l*. 2. *Cod. communia de leg*. §. *sed non vsque* 3. *Instit. de leg*.

Conclusionem hanc, prædictis † rationibus corroboratam, 9
non infringit sæpe allegata *Nouell*. 1. *c*. 2. §. 2. vbi Iustinianus cōcedit electionem illi hæredi, qui prohiberi potest quartā detrahere, vtrum velit adire, an vero repudiare hæreditatem. Atqui electio ista non conceditur hæredi, à quo fideicommissum relictum est, & qui ex senatusconsulto Trebelliano quartam detrahere potest: sed cogitur is etiam inuitus hęreditatem adire, eamque ex fideicōmisso restituere, *l. quia poterat*. 4. *ff. ad SC Trebel*. §. *sed quia stipulationes* 7. *vers. sed etiā id. & Instit. de fideicommissar. hæreditatib*. Igitur *d. Nouel*. 1. non potest de quarta Trebellianica accipi. Hoc, inquam, conclusionem superius firmatā

Iul. Clar. Sentent. Pract. Ciuil.

non infringit. Etsi enim senatusconsulto Trebelliano, seu potius Pegasiano cautum est, vt hæres fideicommisso grauatus cogi possit adire hæreditatem, eamq; ex fideicommisso restituere: id tamen hodie noua Iustiniani constitutione aperte est emendatū, dum Imperator fideicommissario potestatem fecit hæreditatis adeundæ, repudiante, aut cunctante hærede; effecitq; vt iura omnia in fideicommissarium transferātur ipso iure, & citra restitutionem: adeoque fideicommissarius hæres fit, & aditionis, aut pro hærede gestionis ius habeat, *d. Nouell. 1. cap. 1. § exheredatos 4. vers. in omnib. autem casib. &c.* Reliqua argumenta, nostræ cōclusioni repugnantia, accurate refert, & diluit D. H. *4. libr. 2. var. resolut. iur. ciu. tract. 8. qu. 21.* Eadem attigi *ad § eum quoq; 11. inst. de fideicomm. hereditatib.* vbi *nu.* 4. multos interpretes, contrarium operose defendentes, recensuimus. *Harp.*

d *Cons. 68 n. 1.*] Adde, atque vide, quæ ibi adnotaui *in Addit. inii.* Giach.

e *In dubio reuocare.*] Verum tu aduerte, quia pract. Papien. *in for. liber. pro lega. rei sing. gl. 1. n. 5.* dicit Trebellianicam quartam prohiberi non posse secundum communem opin. DD. quam etiam retuli *in colle. mea commun. opin. in verb. Trebelliánica, n. 10. & n. seq* dixi etiam haud posse extenuari præcipiendo, vt ne fructus hæreditatis imputentur secundum opi. æquiorem, atq; magis communem & filiis fauorabilem, & I. *s. vide Giach.*

10 f *Sed quid in codicillis.*] Quod † in codicillis Trebellianica prohiberi non possit, communis opinio est, vt testatur Curt. *cons. 73. in fi.* Gual len. *de art. testand. tit. de mutat. testam. caut. 8.* Ant. Gabr. Rom. *in suis commun. concl. lib. 4. tit. ad Trebell. concl. 1. n. 9* hosque referens Mich Grass. *l. § testamentum, q. 62. nu. 4. sub fine.* Harp.

g *Ex eius verbis colligi.*] Vnde adde Trebellianicæ detractionē censeri prohibitam per alienationis prohibitionem, cōmune dixi *in mea colle. com. opin. in verb. Trebellianica. nu. 4. & n. 5.* dixi commune esse, hæredem concurrere non posse cum vsufructuaria vxore testatoris instituta ex dicto Cardin. Paris. *in eius cons. 94. sub n. 45. vol. 1.* quod non deduxit Auctor hic *Giach.*

h *Nunquid dicendum est, posse testatorem etiā tacite hanc Trebellianicæ detractionem prohibere.*] Adde † hac de quæstione late

11 differentes Franciscum Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib. 7. tit.*

12 Ant. Gab. Rom. *d. li. 4. concl. 2. & sequentibus, ad Trebell.* Alciatum *cons. 66. n. 13. vol. 9.* Tiraquell. *in repetitione l. si vnquam 8. verb. totum, n. 1 C. de reuocand. donatio* & Grall. *d. lib. 1. recept. sent. § Trebellianica, quæst. 8. q. 2. & seqq.* aliosque sexcentos ab iis memoratos *Harp.*

i *Prohibere.*] Nota hic, quod Gabr. Rom. *in suis commun. conc.* ponit *octo con. luf. ad Treb.* & æquiparantur, testatorem mandare bona capi auctoritate propria, vel prohibere Trebel, Anguis. *in cons. 179 n. 10.* Giach.

k *Verbis vniuersalibus.*] Et quod possit prohibere etiā verbis generalibus communem dicit Marin. Anguisol. *in cons. 218. n. 16.* esse conclusionem, quam *in pract.* dicendū esse amplectendā ex Alex *in cons. 1. n. 14. vol 3.* vbi de cōmuni opin quod per substitutionem generalem in tota hæreditate censeatur prohibita Trebellianica, vide etiā per eundem Anguisol. *in cons. 66. col. 2.* vbi *n. 8. cum pluribus sequentib.* dicit, probatq; satis expressum dici, quod verbis generalib. dicitur, & *n. 14* dicit, quod sufficit constare de intentione testatoris per vrgentes, & necessarias coniecturas, resultantes ex verbis testatoris: Adde, vt per eum, *in cons. 217. n. 16.* quod istud comprobat, vide ibidem. *Giach.*

l *Aliter sensisse.*] Adde etiam, quod si hæres siue verbo, siue facto approbet testamentum, amittit Trebellianicam; vide per Anguis. *eod. cons. col. fin. num. 21.* vbi tamen retulit Curt. in contrarium. *Giach.*

QVÆSTIO LXIII.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Testator an possit prohibere detractionem Trebellianicæ in filiis primi gradus.*

2 *Et quid si possint detrahere duas quartas.*

Ex Additionibus.

1 *Testator an possit prohibere detractionem Trebellianicæ in filiis primi gradus.*

2 *Iure Canonico filius, fideicommisso grauatus, & legitimā & Trebellianicam deducere potest.*

3 *Vtrum iure ciuili filius, fideicommisso grauatus, duas quartas detrahere possit, variæ opiniones.*

4 *Filium legato, aut fideicommisso grauatum, duas quartas detrahere non posse, aliquot argumentis ostenditur.*

5 *Detractio quartæ est ex SC. Trebell. & l. Falcidia cui competat.*

6 *Sententia* l. Papinianus 8. ff. de inoff. testam.

7 *Sententia* l. iubemus 6. C. ad SC. Trebell.

8 *Quis legitimam detrahere possit.*

9 *Natura absurdum est, vt duæ quartæ ex eadem hæreditate detrahi posse dicantur.*

10 *Intellectus* l. 1. in fin. & leg 3. § item Pomponius, ff. ad SC. Trebell.

11 *Mens & consideratio* l. quanquam 10. C. ad l. Falcid.

12 *Quatenus procedat regula, qua dicitur, illos qui discreta iura habent, diuersarum personarum loco esse, & diuersis modis emolumenta consequi posse.*

13 *Quod duplici ex causa debetur, ex vtraq; in solidum obtineri nequit.*

SEd hæc quidem omnia satis plano procedunt in liberis non primi, sed vlterioris gradus; illis n. potest 1 proculdubio testator prohibere Trebellianicæ detractionem: & hæc est commu. opi. vt testatur Guid. Pap. *cons. 140. n. 5.* de qua stantib. his quæ in prællegatis locis tradita sunt per Doct non est aliquo modo dubitādum. Difficultas est, nunquid testator possit illam prohibere etiam in filiis *a* primi gradus: & in hoc articulo *a* tantus est opinionum conflictus, vt *b* multi adhuc dubitent, quæ sit magis communis sententia Et in primis *b* quidem, quod testator possit prohibere detractionem Trebellianicæ, etiam in filiis primi gradus, dixit esse cōmunem opi. Corset. *de potestate regia in materia Trebellianicæ, in 1. dubio, per totum,* quem refert Paris. *cons. 17. n. 28. l. 2. & cons 18. n. 98. eod. vol. & cons. 26. n. 26. eod. vol.* in quib. tamen consiliis ipse Paris. non aperit, quam putet esse magis communē; Galiaul. *in repet. d. l. centurio, post n. 57. vers. Secundo, in quantum.* Bertran. *cons. 151 n. 12. li. 1. in 2. parte, & cons. 130. n. 5 di. 3 in 2. parte.* Picus *in rep. d. l. in quartam post n. 101.* Alciat. *in l cum proponas. C. de pact.* quē refert Cotta *in verbo, Trebellianica licet.* Rubeus *cons. 2. n. 24. & cons. 43. n. 12.* vbi dicit, quod Dec. qui contrarium asseruit, non bene enumerauit Doct. *& cons. 73. n. 11.* Bello. *cons. 80. n. 20.* Contrariā vero *c* sen- *c* tentiam, quod scilicet non possit pater prohibere Trebellianicam in filiis primi gradus, tenuit Bar. *in l. iubemus, n. 2. & n. 3. C. ad Trebell.* quam decil. dicit esse communiter approbatam Ias. *in l. Marcellus in princ. n 53. & seq. ff. ad Trebell* quē refert Gozad. *cons. 97. n 14.* & Paris. *cons. 15. n. 59. li. 2. & cons 93. n. 46 eo vol.* Hanc etiā opin. dicit esse magis communem Ias. *cons. 50. col. 6. vers. Et ista opin. li. 4 & cons. 146 n. 5 eo. vol.* Dec *cons. 81. post n. 3. & cons 269. n. 13.* quē refert Goz. *cons. 104. quod est consiliū vlt. n. 25.* & Ioan. Dilect. *de arte testandi in d. caut. 31. n. 4.* Gozad. *cons 81. post n. 15. & cons. 94. post n. 19.* Curt. iun. *cons. 70 n. 16. & cons. 160. post n. 10. ver. Accedit.* Ripa *in d. l. cēturio, n. 65. in fi. & in d. l. nemo potest, n. 52.* Rubeus sibi contrarius *cons 100. in fi. & cons. 104. n. 1. & cons 543. n 6.* Soc. iun. *cons. 131. n. 58. li. 1.* vbi enumerat auctoritates, *& cons. 138. n. 7. eod. vol* vbi pariter recēset auctoritates, & dicit ita fuisse iudicatū, *& cons. 28. n. 2. li. 1. & cons. 112. n. 3. li. 3.* vbi dicit, quod errant, qui dicunt communem opin. esse in contrarium. Paris. inter cons. Soc. iun. *cons. 132. n. 1. lib. 1* Gratus *cons. 160. n. 25. li. 2.* Insignis Doctor, & præceptor meus D. Iacob. Abba. *cons. 7. nu. 6. in fi.* Et hanc opin. seruari in curia Delphin. attestatur Guido Papa *decis. 50. num. 1 & in d. cons. 140. num. 5.* Non potest negari, quin vere passus sit arduus, & auctoritates magnæ hinc inde, ita vt in tanta varietate Doctorum mirum non sit, si aliquando iudices vacillant, & bene dixit Curt. iun. *cons. 54. nu. 2.* quod hæc difficultas indigeret decisione Imperatoria. Nihilominus diligenter enumerando auctoritates Doctorum, iuxta supputationem huius temporis, proculdubio opi. Bal. est magis communis, quod scilicet non possit per testatorem prohiberi detractio Trebellianicæ in filiis primi

primi gradus, quæ etiam tanquam æquior, & magis fauens filiis esse tenenda in practica: & ita, si casus contingeret, secundum illam considerare, & iudicarem, si hæreditas esset restituenda extraneo. Sed si hæreditas *d* restituenda *d* descendentibus: cessaret ratio æquitatis in fauorem filij, & militaret fauor conseruandæ agnationis, & sustinendæ voluntatis defuncti, in fauorem descendentium: quo casu non putarem errare Iudicem, qui adhæreret contrariæ opin. quod scilicet, etiam filio primi gradus, potuisset Trebellianica prohiberi, secundum quam, vt scribit Cotta *in d. verbo, Trebellianica licet*, sæpe fuit iudicatum per nonnullos Doctores venerandi Collegij Mediolanensis; & cogita super hac distinctione, quia iudicio meo sapit magnam æquitatem; & in dubiis semper tenenda est æquior sententia; & per quam opiniones contrariæ ad concordiam reducuntur. Bene verum est, quod vbi in aliqua ciuitate; vel prouincia esset altera ex istis opinionibus vsu recepta, non putarem esse in iudicando à communi obseruantia recedendum.

Sed retenta indistincte opi. Bald. & communi, quod scilicet testator in filius primi gradus non possit prohibere detractionem Trebellianicę, dicunt aliqui, quod illa intelligenda est, vt procedat, quando tales filij non possunt, nisi vnam quartam ex fideicommisso detrahere, prout est, quando sunt grauati pure hæreditatem restituere. Secus autem, quando possunt detrahere duas
2 *e* quartas, prout est, quando sunt grauati restituere hæreditatem sub conditione, vt declaraui supra §. *substitutio*. Nam tunc, secundum eos, bene potest testator illis prohibere Trebellianicæ detractionem. Et ita communiter intelligi attestatur Bello. *cons. 80. supra allegato, post n. 20. vers. Secundo respondeo*: & fuit noua declaratio Paul. de Castr. *ad l. iubemus, C. ad Trebell.* vt ipse ait *in l. mulier, §. cum proponeretur, post n. 4. ad Trebell.* quam secutus est Alex *cons. 29. post n. 2. lib. 5.* & dicit seruari in practica Picus *in d. l. in quartam*, prout illũ refert Paris. *cons. 16. n. 25. li. 2. & cons. 18. nu. 180. eo. vol. & cons. 26. nu. 37. eo. vol. & cons. 93. f nu. 99. eod. vol.* Ego; vt verum *f* fatear, nunquam potui *g* intelligere, quid sibi velint isti *g* Doctores. Nam si quando filius est grauatus pure, quo casu non potest detrahere nisi vnam quartam, & sic legitimam; non video quomodo tractari possit, an valeat prohibitio Trebellianicæ, facta per testatorem; cum præsupponamus, eius detractionem eo casu iam esse prohibitam à lege, quæ non vult, quod possit nisi legitimam detrahere: & sic ista declaratio destrueret totam conclusionem. Neque in hoc credo, quod D. Bello. præceptor meus verum dicat, quod scilicet hæc intelligentia sit communis, quia *in terminis l. iubemus*, ego ostendi communem opi. esse in contrarium, supra, *in d. §. substitutio*. quod scilicet dispositio *d. l. iubemus*, locum habet, etiam quando detrahuntur duæ quartæ: neque ego reperio Picum *in d. l. in quartam*, dicentem, quod hæc declaratio seruetur in practica: & si diceret; credo, quod non esset hoc ei credendum; vt *ibi* dixi. Propterea non attenta hac intelligentia, & declaratione, vtroque casu persisto cum communi opinione, scilicet, quod indistincte pater non possit in filiis primi gradus prohibere detractionem Trebellianicæ, siue possunt detrahere vnam quartam, siue duas. Et hæc omnia quia quotidie contingunt in practica.

ADDITIONES.

IN filiis primi gradus] In ista q vide commune, atque magis commune vtrumque *in collect. mea commun. opin. in verb. Trebellianica, n. 14. & in verb. testator. nu. 7.* vbi tamen fusius dixi, ideo ea missa facio. *Giach.*

b *Opinionum conflictu.*] Adde quod aliqui arbitrati sunt esse hoc casu mediam viam eligendam: & sic Trebellianicam inter hæredes filiorum, & fideicommissarios diuidendam. Vt voluit Curt. iun. *in cons. 154. col. 2. iuxta cons.* Anch. 310 *& not.* per Alexan. & alios ab eo citatos *in l. Titius, ff. ad SC. Trebell.* quod solũ faciendum esse dicit Gabr. Eugub. *in cons 99 n. 2.* vel consentientibus partibus, vel quando pro neutra parte rationes præponderant, nec iudex magis in alterutrum inclinat: vide per eund. ibi. *Giach.*

c *Contrariam vero sententiam, quod scilicet non possit pater prohibere Trebellianicam in filiis primi gradus &c.*] Quod testator non possit prohibere detractionem Trebellianicæ in filius primi gradus, cum horum causa videatur fauorabilior, quam aliorum hæredum, tenent, vltra eos; quos Clarus hoc loco citat, Andr. Guilius *lib. 2. obseruat. 118. num 16.* Franciscus Turzanus *in opinionibus commun. opin. 51.* Villalobus *in tract. comm. opin. lit. T. n. 8.* Couar. *in c. Raynutius 16 §. 11. n. 7. vers. quibus non possum, &c.* Ant. Gabriel. Rom. *li. 4. comm. concl. tit. ad Trebellian. concl. 1. n. 4* Forster. Iun. *lib. 2. disput. 14 th. 8.* Fachin. *lib. 5. controu. iur. c. 5.* Andr. Gerhar. *decad. 10 q. 10 in fin.* Grassus *lib. 1. recept. sent. §. testamentum, q. 61. n. 5.* aliique per hos allegati. *Harp.* 1

d *Esset restituenda descendentib.*] Adde, quod reiicitur ista dist. Clari per Gab. Eug ib. *d. cons. 93. col. 2.* vide per eundem. *Giach.*

e *Duas quartas.*] Et hanc distinctionem aliis probabiliorem esse dicit Gabr. Eugub. *d. cons. 93. sub n 4* qui *n. 7. 8.* eam aliis rationibus comprobat, vide per eund. ibid. *Giach.*

Quando possunt detrahere duas quartas] Iure † canonico expresse cautum videtur: quod filius, hæreditatem restituere à patre rogatus simul & legitimam, & Trebellianicam detrahere possit. *d. cap Raynutius 16 & c. Raynaldus 18. de testam.* Ant. de Padilla *in auth res qua C. commun. de leg. n. 33. cum seq.* Hierony. de Cæuallos *in speculo aur. opin. commun. contra communis par. 1. q. 74.* Pet Heig. *parte 1. q. 32. n. 10. & seqq.* aliique plurimi, ab illis relati. Cæterum † verum filius iure ciuili præter Falcidiam, siue Trebellianicam (si rogatus sit hæreditatem restituere) legitimã quoque, adeoque duas quartas detrahere possit, intricatissima est quæstio: Quia enim duplicis quartæ detractionem admittunt Andr. Fachin. *d. li. 5. controuers. iur. c. 2.* Corasius *in l. filium, 24. C famil. ercisc.* Ant. Cont. *lib. 1. disput. iur. ciu. c. 3* Vaconius à Vacuna *lib. 4. declarat. 59. num 6. & 7* Donel. *in l. quanquam 10. ad leg. Falcid.* & Heigius *d. q. 32.* Quidam contra duplicis quartæ detractionem simpliciter prohibent Franc. *illustr. quæst. 43.* Cuiac. *lib. 8. obser. c 3.* Ant. Faber. *decad 11. de erroribus pragmaticor. error. 7.* Arumæus *Exercitat. Iustin 9. th. 18.* Vaudus *lib. 2. q. 32.* Ang. Matheac. *lib. 2. de via & ratione iur. artificios. cap. 25. n 30. & in tract de legat. & fideicom. lib. 4 cap. vltim.* Hœnon. *disp. 11. ad Instit. controuers. 13.* Robet. *dispu. 12. coronid. 1* Hilliger *in Donel. enucleat. lib. 7. c. 10. ad lit. I.* Ant. Gouean. *ad l. 1. n 39 ff. de vulg. & pupill. substit.* & nouissime H. *lib. 2. variar. resolut iur. ciu. tract. 8. quæst 20.* Alij denique media incedentes via distinguunt: vt pure grauatus filius vnam quartam deducat: in diem vero, vel sub conditione iussus fideicommissum, vel legatum restituere, duas detrahet quartas. Azo. *in summa Nouell 1* Gloss. *in d. l. quanquam, 10. C. ad l. Falcid.* & alibi Gail. *d. l. 2 obs. 21.* Eamq; distinctionem refert hic Clarus noster: quam, tanquam communem, pluribus auctoritatibus confirmat, Mich. Grass. *lib 1 recept. sent. § Trebellianica, quæst. 1. n. 1.* 2 3

Ego † in hac veritate illorum probo sententiam, qui indistincte negant, filium hęredem institutum, & fideicommissis, aut legatis grauatum, duplicem quartam detrahere posse. Quę sententia his potissimum argumentis confirmari solet. I. Detractio † quartæ eidemum ex senatusconsulto Trebelliano, & lege Falcidia competit, qui supra dodrantem legatis, aut fideicommissis grauatus est, § *sed quia hæredes, 5. Instit. de fideicommiss. hered.* Atqui is, qui trientem pro legitima detraxit, dici non potest supra dodrantem grauatus; cum etiam plus quam quadrantẽ retineat. Sequitur igitur: ipsum quartam Trebellianicam, seu Falcidianam detrahere non posse. II. Confert † huc textus *in l. Papinianus 8. §. quarta 9.* Vbi filius, qui Falcidiam ex legatis adeptus est, ab inofficiosi querela repellitur, *& §. unde si quis 11.* vbi filius Pegasianam ex fructib. consecutus, similiter ab inofficiosi actione excluditur, *& §. si quis impubes 14.* vbi is, qui habet quartam ex constitutione Diui Pij, ab eadem querela remouetur, *ff. de inoff. testam.* III. Accedit † textus *in l. iubemus 6. C. ad SC. Trebell.* vbi filius rogatus est restituere portionem hæreditatis paternæ fratribus suis, & nominatim constituitur, eum, retenta quarta ex senatusconsulti auctoritate dodrantem illius portionis paternę restituere cogendum. Atqui non restitueret dodrantem, si amplius aliam quartã retineret. IV. Fieri † plane non potest, vt cui Trebellianica quarta debetur; eidem quoque simul completa detractio legitimæ; siquidem legitimam non detrahit, nisi in testamento præteritus, aut exhęredatus, & cui alias querela inofficiosi cõpeteret. Atqui filius, cui detractio quartæ Falcidianæ, aut Trebellianicæ competit, vt sit institutus, necesse est. Proinde illi detractio legitimæ competere non potest. Ac consequẽter inepte, & frustra quæritur: vtrum filius hæres institutus, si 4 5 6 7 8

deicommissoque grauatus, simul legitimam, & Trebellianicam deducere possit. V. Huc † facit, quod natura absurdum sit, vt duæ
9 quartæ dicantur ex eadem hæreditate detrahi posse: & nihilominus his detractis, dicatur dodrans restitui. Sed & communi sensui repugnat: triente pro legitima de hæreditate detracto, quadrantem adhuc totius hæreditatis ex lege Falcidia, aut SC. Trebelliano deduci plures pro hac sententia rationes videre est apud Fabrum. *locis supra designatis*.

10 Cui † non refragatur *l. 1. in fine, & l. 2. §. item Pomponius ff. ad SC. Trebellian.* vbi duarum quartarum detractio perspicue conceditur Nam in his legibus duplex quidem detractio est, de legatis scilicet, & fideicommisso: sed si autem hæreditarium consideremus, vnius quadrantis duntaxat. Etenim cum quadringenta tantum in hæreditate essent: qui sep. uaginta quinq; de trecentis legatis, vigintiquinq; rursus de centum fideicommissariis detrahit: non amplius, quam centum (qui assis quadrans est) detrahit.

11 Similiter † nihil obstat *d. l. quanquam 10. C. ad l. Falc.* vbi iterũ duæ quartæ vna ex hæreditate deduci videntur. Quia si causæ constitutio ibi penitius introspiciatur: apparet, vnam solummodo quartam detrahi: Pater Diogenis (ad quem rescripsit Imp. Gordianus) habebat duos filios, & filiam: filios instituit hæredes, & Primum rogauit, vt si sine liberis decederet, suam partem fratri restitueret. Primus moritur: succedunt ei ab intestato frater Diogenius, & Soror. Hæredes coguntur fideicommissum soluere: vnde merito soror suam quartam detrahit: reliqua frater consequitur.

12 Præterea † nõ resistit *l. tutorem 22. de his, quib. vt indig. aufer. l. si consul. 3. ff. de adoptionib. l. qui non militabat, 78. ff. de hæredib. instit. l. 1. § ult. ff. si à parent. quis manumissus sit, l. quoties, 91. ff. de reg. iur.* Ex quibus, & similibus locis relucet: quod illi, qui discreta iura habet, diuersarum personarum fungi loco, & diuersis modis emolumenta consequi possint. Atqui vero filius diuerso iure duas petit quartas; vnam, vt filius (legitimam siquidẽ accipit quasi naturæ iure sibi debitam, *l. si quis 36. §. illud 2. C. de inoff. testa. & l. 1. C. de imponenda lucrat. descrip.*) alterã, vt quilibet extraneus. Ergo etiam duplici iure vtetur. Non, inquam, hoc resistit: quoniam regulæ isti locus est, vbi qualitas diuersarum personarum inter se non repugnat, *arg. l. Titia, si nupserit 100. ff de conditionib. & demonst.* Repugnat autem; aliquem esse filiũ, sed tanquam extraneum. Deinde vt maxime concedatur, duas quartas diuerso, & dissimili iure filio deferri: non tamen protinus consequens est, vtramq; ipsum consecuturum. Itaq; optionem habet, vtro iure alterutram quartam consequi velit, *l. cum filius 76. §. variis 8. de leg. 2. l. 1. §. qui autem 4. ff. quod legator.*

13 Huc facit, quod † illud quod duplici ex causa debetur, in solidum ex vtraque peti, & obtineri nequeat, *arg. leg. si seruus 108. §. Stichum, 4. ff. de legat. 1.* Plura alia, quæ nostræ aduersari sententiæ videntur, Anton. Faber, Arnmæus, & cæteris locis supra notatis abunde refutant. Eandem quoque quæstionem explanatius tractauimus *ad §. 1. Instit. de lege Falcid. nu. 12. & seqq* Harp: ec.

f *Consil. 93.*] Vbi retulit hanc esse peregrinam & notab. limitationem *ad d. l. iubemus*, quod etiam notaui *in d. collect. mea comm. opin.* vbi supra. *Giach.*

g *Nunquam potui intelligere.*] Aduerte hic, quoniam Gabr. Eugub. *in sæpe allegato cons. 93. sub n. 5.* redarguit Auctorem nostrum de imprudentia, atque successiue docet de vtilitate euidẽti, *n. 6. 7.* & deinde prosequitur disputando subtiliter, & tandem colum. fin. recenset DD. ad partes, & tenet negatiuam, à qua putat haud esse recedendum, nisi stylus loco iudicij adsit. *Giach.*

QVÆSTIO LXIV.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Testator an possit remittere vsufructuario cautionem de vtendo fruendo arbitrio boni viri.*
2 *Et quid respectu bonorum mobilium.*

Ex Additionibus.

1 *Cautionem fructuariam regulariter omnis vsufructuarius hæredi præstare tenetur.*
2 *Regulæ istius ampliatio prima.*
3 *Ampliatio secunda.*
4 *Ampliatio tertia.*
5 *Qui vult antecedens, is vult etiã necessariũ consequens.*
6 *Sententia l. & exhæredatum* 49. & l. seq. ff. de re iudic. item l. diuus Pius. 28. ff. de reg. iur.
7 *Liberalitas sua nemini damnosa esse debet.*
8 *Volenti, & scienti non fit damnum, aut iniuria.*
9 *An testator cautionem fructuariam vsufructuario remittere possit.*
10 *Remissio cautionis fructuariæ bonis moribus repugnat, & ad delinquendum inuitat.*
11 *Nemo potest efficere, vt leges publicæ non habeant locũ.*
12 *Sensus* l. scire, 7. C. vt in possess. legator. &c. & l. 7. ff. vsufructuar. quemad. caueat.
13 *Intellectus, & consideratio*, l. 1. C. de vsufruct.
14 *In pecunia quasi vsufructus constituitur.*
15 *Quatenus testatoris dispositio, & voluntas pro lege obseruari debent.*
16 *Dispositio priuata ius publicum mutare nequit.*
17 *Quatenus quilibet rerũ suarũ sit moderator & arbiter.*
18 *Cui licet quod plus est, ei non denegandũ, quod est minus.*
19 *Argumentum à maiori ad minus, & contra, quando procedat.*
20 *Conuentio, turpem continens causam, nullius momenti.*
21 *Ecquid cautio fructuaria, hæredi præstãda per testatorẽ, qui vsumfructum improprium reliquit, remitti possit.*
22 *Consideratio* leg. si pecuniæ, 6. ff. vt in possessio. legator. &c.
23 *Deficiente conditione, actus quoq; deficit.*
24 *Testator accidens sine subiecto constituere nequit.*
25 *Quatenus de suo quisque iure paciscí valeat.*
26 *Nunquid testator possit grauare hæredem, à quo vsumfructum legauit, vt fideiussorem minus idoneum cautionis loco ab vsufructuario accipiat.*
27 *Examinatio* l. tribus 8. ff. vsufruct. eat. rerum, &c.
28 *Paria sunt non cauere, vel minus idoneè cauere.*
29 *Hæres grauari potest, vt pro legatario apud cohæredem fidem suam interponat.*
30 *An hæres cautionem fructuariam vsufructuario remittere possit.*

TV scis, a quod vsufructuarius tenetur præstare hæredi cautionem de vtendo fruendo arbitrio boni viri, & de restituendis rebus finito vsufructu, & de pręstanda æstimatione earum rerum, quæ vsu consumuntur, de quo dixi supra *hoc eod. lib. §. legatum.* Quæro, b nunquid testator possit in suo testamento remittere vsufructuario; quo minus teneatur dictam cautionem præstare? Resp. quod c non; Tex. est expressus *in l. 1. C. de vsufruct.* & hæc est etiam cõmunis opin. vt dicit Soc. *cons. 131. num. 14. lib. 1.* quem refert & sequitur Bello. *cons. 54. n. 3.* & Io. Dilect. *de arte testandi, tit. 8. caut. 1. n. 1.* Hanc etiam conclusionem dicit esse communiter approbatam Io. Annib. *in repet. l. nemo potest n. 164.* nam ex tali remissione præstaretur vsufructuario occasio male vtendi & consequenter delinquendi. a 1 b c 2

Et hæc quidem conclusio de plano procedit in bonis immobilibus, in quibus proprie cadit vsusfructus, & militat ratio allegata, ne s. vsufructuarius inuitetur ad delinquendum. Sed quid in bonis mobilibus, quæ vsu consumuntur. Resp. Petr. *in d. l. 1.* tenuit, quod hoc casu cautio à testatore remitti possit, ex quo non subest timor delinquendi, cum vsufructuarius non teneatur res ipsas restituere, sed earum ęstimationem iuxta tẽpus traditionis. Contrariũ d tenuit Bar. *in d. l. 1. n. 10.* & hæc est comm. opin. vt dicit Alex. *cons. 58. n. 14. li. 3.* Dec. *cons. 565. n. 5.* tum quia illa lex generaliter loquitur, ideo est etiam generaliter intelligenda, vt vtroq; casu locũ habeat: tũ etiam quia id à lege introductũ fuit in fauorẽ hæredis, qui ita militat in vno casu, sicut in alio, cui quidẽ fauori hæredis testator nõ potest renũciare. Ita dixit gl. *in l. scire debetis, in gl. fi. C. vt in legat. possess. eatur*: quam dicit esse approbatam per Doct. Guid. Pap. *cons. 63. n. 4.* Sed hæc secunda ratio non satis facit, quia imò potest testator de bonis hæredis, sicut de propriis disponere secundum communem opi. vt dixi infra *q. 71.* & consequenter etiam illius fauori, sicut proprio renunciare; & est commun. opi. vt dicit Crau. *cons. 174. n. 10.* vbi dicit, quod Guid. Pap. *in allegato cons.* inaduertẽter locutus est; dicẽdo, quod illa glo. est per Doct. approbata; quia 5 d e

imò

imò est communiter reprobata, vt ibi per eum, qui in
hoc proprio eleganter loquitur. An autem *f* hæres pos-
sit hanc cautionem vsufructuario remittere, dixi supra
§. legatum.

ADDITIONES.

a **T**V *scis, quod vsufructuarius tenetur præstare hæredi cautionem*
1 *de vtendo, & fruendo, &c.*] Adde, quod † cautionem istam
omnis regulariter vsufructuarius præstare teneatur. *l. 1. vsufru-
ctuarius quemad. caueat. l. si cuius 13. § si vsufructum 1 ff. de vsu-
fruct. l. vsufruct. 4. C. eod. c. vlt. extr. de pignorib. &c.* Eaq; regula
2 ampliatur primo, † vt procedat, etiamsi vsusfructus personæ di-
lectissimæ, vt marito, vxori, vel liberis detur. Nam & hæ personæ
cauere debent, se boni viri arbitratu vsuras, fruituras, & finito
vsufructu rem fructuariam restituturas, per textum expressum *in
l. 1. C. de vsufruct.* vbi maritus, cui ab vxore vsufructus omnium
bonorum testamento constitutus est, tenetur cautionem hanc
præstare: nec à cauendi obligatione illum excusat summa con-
iunctio, quæ ei cum vxore testatrice intercesserat. Et ita, post
Doct. *in d. l. 1. C. eod.* & Dec. *cons. 5.* sentit Arius Pinellus *in d. l. 1.
C. eod.* & Decium *cons 5.* sentit Arius Pinellus *in l. 1. part. 2. C. de
bon. ma. ern. n. 75. ampliat. 4* & Io del Castill. *in tract. de vsufr.*
3 *c. 19. nu. 10. & 14.* Ampliatur secundo, etiamsi † vsufructuarius
simul habitet cum proprietario, quoniam nihilominus cautio-
nis præstandæ necessitas ei incumbit. *argum. l. pen. ff. de vsufruct.
quemadm. caueat.* vbi Papinianus, vsu domus, inquit, relicto, viri
boni arbitratu cautionem interponi oportet: nec mutat, si pater
hæredes filios simul habitare cum vxore legataria voluit. Ita te-
nent Paulus de Monte Pico *in l. Titia, cum testamento 14 § Titia,
cum nuberet. 7. ff. de leg. 2. nu. 141.* Bart. *in l. si vt certo 5. §. si de me
n. 3. ff. de commodat.* & hos referens Pinellus *d. nu 75. ampliat. 8.*
4 Ampliatur tertio, vt † etiam is, qui retento vsufructu bona sua
alteri donauit, cautionem tanquam vsufructuarius præbere de-
beat. *per d. l. 1. § 2. in fi. ff. vsufruct. quemadm. cau.* vbi dum Vl-
pianus verbis vniuersaliter positis, & amplissimis scribit, cautio-
nem ab vsufructuario præstandam esse, ex quacunq; causa con-
stitutus fuerit vsusfructus; vtiq; eum quoq; casum comprehen-
dere voluit, quando quis retento sibi vsufructu, bona sua alteri
donauit. Eodem facit *d. l. vsufructu C. de vsufruct.* vbi generali-
ter ab Alexandro Imp. rescribitur: vsufructum, siue ex testamen-
to, siue ex voluntario contractu constitutum, exigere satisda-
tionem: Præterea huic sententiæ ratio iuris suffragatur. Etenim,
5 qui vult † antecedens, is vult etiam necessarium consequens: &
concessio antecedentis, omne necessarium consequens includit,
*arg. l. 2. ff. de iure. d. l. 3. § scio. 2. ff. de minor. l. ad rem mobile. 56 ff. de
procurator. l. indebita 47. ff. de condict. indeb. & illud 7.* ibique
Bartol *ff. de acquir. vel omitt. hæred.* Iam vero vsusfructus est an-
tecedens: cuius necessarium consequens est, cautionem præsta-
re de fruendo boni viri arbitrio. *d. l. 1. ff. vsufruct. quemadm. caueat.*
Quare, qui omnia bona sua donauit, retento sibi vsufructu, dum
voluit vsufructuarius esse, censetur etiam voluisse, & in hoc con-
sensisse, vt præstet cautionem: quod est necessarium consequens
vsusfructus.

6 Non obstat † huic opinationi textus *in l. & exhæredatum. 49.
cum l. seq. ff. de re iud. & l. diuus Pius 28. ff. de reg. iur.* vbi traditur;
eum, qui omnia bona sua alteri donauit, non amplius esse con-
ueniendum, nec in plus teneri, quam facere possit, deductis ali-
mentis, & aliis rebus ad vitæ sustentationem donatori necessa-
riis. In proposito namque casu non conuenitur vsufructuarius
vlterius, quam facere possit. Siquidem conuenitur tantum ad
cautionem præstandam, quam præstare commode potest: nec
ob eius præstationem ad eam detruditur egestatem, vt alimentis
necessarijs destituatur. Habet quippe bonorum vsumfructum,
ex quo sustentare viam probe poterit.

7 Neque † aduersatur etiam, quod obiicitur: neminem ex li-
beralitate sua damnum pati, vel liberalitatem suam nemini
damnosam esse debere, *l. ad res donatas, 62. ff. de ædil. edict. l. ne li-
beralitate 50. ff. de rei vindic. l. 2. C. de euictionib.*

8 Nam breuiter respondetur: non esse damnum, † quod fit vo-
lenti: non esse iniuriam, quæ scienti & consentienti infertur; *l.
quod quis 203. ff. de reg. iur. l. 1 §. vsq; adeo. ff de iniur. c. scienti. 27.
de reg. iur. in 6.* Itaque nihil contra iuris regulas committitur,
nihilque contra æquitatem inducitur, si vsufructuarius præno-
minatus cautionem præstare tenetur. Atque ita isthæc sententia
satis speciose defendi posse videtur: quamuis contrariam recep-
tiorem esse, & in praxi obseruatam Doct. plerique contendant,
Soc. *in l. 1. n. 16 ff qui satisdat. cogan.* Dec. & Cagn. *in d. l. D. Pius
28 ff de reg. iur.* Corn. *cons. 267. lib 4.* Rubeus *cons. 54. numer. 7.* &
Gozad. *cons. 91. n. 5.* quos refert, & tandem sequitur Pinellus *ad
d. l. 1. par. 2. n. 80. C. de bonis maternis.* Harprec.

b *Quæro, nunquid testator possit in suo testamento remittere
vsufructuario, quo minus teneatur dictam cautionem præstare.*]
9 quod † cautio fructuario à testatore ei, cui vsumfructum legauit,
remitti non possit, vltra Clarum nostrum, & ab eo allegatos do-
ctores communiter testantur, Paulus de Monte Pico *in d. l. Titia,
cum testamento, 34. §. Titia, cum nuberet 7. de legat. 2. q. 10 n. 158.*
Ant. Gab. *communium conclusio. lib. 5. tit. de vsufr. concl. 1. nu. 3.*
Petr. Peckius *de test. coniug. lib. 5. c. 9. nu. 3.* Simon de Prætis *de
interpr. vltim. volunt. lib 4. interpret. 1. solut. 5. d. l. tat. 10. nu. 74.*
Io. Gutierr. *in repetit. l. nemo potest 55. num. 176. ff. de legat. 1.* Paul.
Parisi. *cons. 95 & 96. vol. 2.* Ioseph. Lud. *decis. Perusin. 61. nu. 13.* Io.
del Castill. *d. tract. de vsufr. c. 15.* Gail. *li. 2. obser. 145* Donel. *lib. 10.
comment. de iur. ciu. c. 14.* Ant. Fab *in Iurispru. l. Papin. l. 1. tit 12.
prin. 7. illat. 7.* Mich. Grass. *lib. 1. recept. sent. §. testamentum, q. 68.
n. 1.* Vasq. *de successio. creat. § 7 n. 22.* & Pinel *ad d. l. 1. par. 2. n. 75.
C. de bon. matern.* Huiusque † communis opinionis multiplex 10
afferri solet ratio. Tum quia remissio cautionis fructuariæ est
contra bonos mores, ac talis, vt per illam, amoto huius cautionis
metu, inuitetur fructuarius ad delinquendum, ad male vtendum
re fructuaria, eamque dissipandam. Et hanc rationem Clarus
quoque noster hic attingit. Tum quia nemo potest facere, & ca-
uere, vt leges publicę non habeant locum, *l. nemo 55 ff. de legat. 1.*
† Igitur nec testator poterit in suo testamento efficere, & caue- 11
re, ne leges, cautionem fructuariam desiderantes, locum obtine-
ant. Tum † quia huc confert expressus text. *in l. scire debetis. 7. C. 12
vt in possessio. legat. &c.* vbi Alex. Imper. diserte rescripsit: satisda-
tionem fructuariam testamento remitti minime posse. Tum e-
tiam quia Vlpianus ex Proculi mente respondit: adeo vsumfru-
ctũ, cautione illa nõ præstita, non valere: vt si satisdatio omissa
fuerit, possit hæres rem vsufructus nomine traditam vindica-
re; ita vt si is, cui vsusfructus fuit relictus, exceptione se defen-
dere nisus fuerit, eam hæres replicatione elidere possit, *l. & si
vsufructus 7 ff. vsufructus quemad. caueat.* Ad confirmationem
eiusdem sententiæ Clarus hoc loco noster, & cæteri Doct. addu-
cunt quoq; † textum *in l. 1. C. de vsufruct.* vbi Seuerus & Antoni- 13
nus: Si vsusfructus, inquiunt, omniũ bonorum testamẽto vxoris
marito relictus est; quamuis cautionẽ à te prohibuerit exigi, ta-
men non aliter à debitorib. solutam pecuniam accipere poteris,
quam oblata secundum formam senatusconsulti cautione. Verũ
hæc lex, pensiculatius considerata, ad propositum non pertinere
videtur: cum non de cautione veri siue proprij, sed quasi seu im-
proprij vsufructus loquatur. Primo n. expresse loquitur de pecu-
nia in vsumfructum data, ibi, à debitoribus solutam pecuniã, &c.
In † pecunia autem non verum, sed quasi vsumfructum consti- 14
tui, patet *ex §. constituitur 2. Instit. de vsufruct.* Deinde loquitur
de cautione, secundũ formam Senatusconsulti præstanda. Atqui
hanc esse quasi vsusfructus cautionem, elucescit *ex eodẽ §. 1.* Veri
quippe vsusfructus cautio ex edicto prætoris præstanda est *l. 1. ff.
vsufruct. quemadm. cau.* Idq; non male animaduertit post alios,
quos citat Hilliger *in Donel. enucleat. lib. 10. c 14. ad lit. C.*

Porro † conclusioni nostræ non refragatur, quod in iure ge- 15
neraliter traditum est, testatoris dispositionem & voluntatẽ pro
lege obseruari debere, *l. verbis 120. ff. de verb. signif. Nouel. 22. c. 3.*
Nam † hoc verum est, dispositio testatoris moribus, & legibus 16
publicis, quas dispositio singularis, & priuata tollere, aut mutare
nequit, nõ contrarietur siue repugnet, *l. ius publicũ 38 ff. de pact.
d. l. nemo 55. & l. si quis inquilinos 112. penul. ff. de leg. 1.* Iã vero ex
prædictis constat, dispositionem testatoris in proposito casu non
solũ bonis moribus repugnare, cum ad peccandum, & delinquẽ-
dum inuitet: sed etiam legibus scriptis, quib. ad vsumfructũ con-
stituendum necessario requiritur cautio, contrariam esse.

Similiter † non aduersatur, quod quisq; rerum suarum sit mo- 17
derator, & arbiter, etiam abutendo, *l. in re mandata. C. mandati l.
sed etsi 25. §. cõsuluit 11 ff. de hæred. petit.* Ideoq; in præsenti quoq;
casu testator super re sua, pro arbitrio, disponere & cautionem
fructuariam legatario remittere possit. Sic enim quilibet rerum
suarum moderator est, atq; arbiter, vt tamen arbitriũ, & modera-
men eius legib. sit adstrictũ. Id namq; liberum putatur, quod sub
certa lege est liberũ. & libertatẽ legib. esse circumscriptam euin-
cit definitio libertatis tradita à Iustin. *in §. 1. inst. de iur. personar.*
Nihil † item obsistit, quod ei, cui licet, quod plus est nõ sit de- 18
negandum, quod est minus, *l. non debet 21. ff de reg. iur.* Testatori
vero liceat totã rem suam plena proprietate relinquere legata-
rio. Igitur eidem, & quidem multo magis, liceat vsumfructum,
cautione remissa, relinquere. Argumentum † namq; à maiori ad 19
minus, & contra, procedit, vbi nõ est diuersa ratio maioris, & mi-
noris. Ast hic diuersa est ratio; si quidem testator donando, aut
legando rem suam, aut rei suæ plenam proprietatem, nõ peccat,
aut delinquit, nec alterum ad delinquendum prouocat. Cæterum
vsumfructũ alicui, remissa cautione, legando inuitat legatariũ ad
delinquendũ & in leges insuper publicas cõmittit. Dispositionẽ
† autem siue conuentionem omnem, quæ turpem continet cau- 20
sam, & ad delinquendum inuitat, nullius esse momenti, apparet
ex l. si vnus 27. §. pacta, q. 4. ff. de pact. l. illud 5. ff. de pact. dotalib. Ha.

d *Contrarium tenuit Bart. &c.*] Quod † cautio isthæc, quæ ab 21
vsufructuario hæredi præstanda est, per testatorẽ, qui vsumfru-
ctum impropriũ rerum fungibilium, quæ ipso vsu conteruntur,
reliquit, remitti haud possit, præter Clarum nostrum, & alios ab
ipso hic allegatos, tenẽt Sim. de Præt. *de interp. vlt. vol. li. 4. inter-*

pret.1.solut.5.dubit. 10. *num.* 79. Pinel. *in d.l.1.part.1.C. de bon. matern.n.76.vers.ampliatur etiam,&c.*H. *in d. l.1.C.de vsufruct.* Donell. *lib.10.Comment.de iur.ciuil.cap.*4. ibique Hilliger. *in suis not ad lit.* Fachin. *lib.8.controu.iur. c.* 42 Io.del Castill. *d. tract.de vsufr.c.*5.*nu.*32.hosque referens H. *d. lib.2.var.resolut. iur.ciu.tract.*2.*quæst.*31.Horumque sententia primo perspicue confirmatur *ex d.l.1.C.de vsufruct.* vbi diserte sancitur: cautionem fructuariam à testatore non posse remitti. Quam legem de cautione quasi siue improprij vsusfructus accipiendam esse, iam
22 supra ostensum est, *n.*13. Deinde † *in l.si pecunia 6 ff. vt in poss. legatorum,&c.* dicitur, vsufructu pecuniæ constituto, agi cum hærede huius vsusfructus nomine non posse, nisi satisdatum fuerit. Pecuniam autem in hac materia æquiparari iis, quæ vsu consu-
23 muntur clarescit *ex d.§.2.Instit.de vsufruct.* Præterea † quoties actus aliquis sub conditione fieri permittitur, tunc nisi impleta fuerit conditio, actus perfectus non censetur; quoniam, deficiente conditione, actus quoq; deficit, & ea existente, actus demum vires accipit. *§ sub conditione 4.Instit.de verb.oblig.* Atqui vsusfructus in rebus illis, quæ vsu consumuntur, sub conditione constitui permittitur senatusconsulto; sub hac, inquam, conditione, si satisdatio præstita fuerit, *d.§.2 ibiq; ita* [illegible] *legatario,vt eius*
24 *fiat,&c.Instit.de vsufruct.* Accedit, quod † testator non possit accidens sine subiecto, vel vero, vel ficto constituere. Sed si testator in testamento cautionem fructuariam remitteret: accidens, nempe vsumfructum, sine subiecto co[n]st[it]ueret, eum subiectum, scilicet fictum, quasi vsusfructus cau[tione] [illegible] elligatur, *d.§.2.Instit.*
25 *d.tit.* † Denique licet de suo iure quilque, pro se peculiariter inducto, pacisci queat, *l.*5.*§ sed quia, C. de iureiuran. propt. calumniand.* nemo tamen cauere potest, ne leges in suo testamento locum habeant, *d.l.nemo 55.ff.de leg.*1. Quare cum cautio fructuaria iure publico ord[inata] est, senatusconsulto sit instituta: caueri in testamento, ne illa præstetur non potest. Quæ porro huic sententiæ obstare videtur, *d.lust* H. [illegible]
26 Addenda hic est illa satis controuersa quæstio: vtrum † testator, quia cautionem fructuariam in præiudicium hæredis remittere nequit, possit saltem grauare hæredem, à [quo] vsumfructum legauit, vt fideiussorem inopem, siue deploratæ fortunæ hominem, testamento designatum, cautionis [lo]co ab vsufruct[u]ario accipiat? Et affirmatiue non pauci concludunt. Bald., Angelus, Salic. & alij, quos citat & sequitur Simon de Prætis, *de interpretat.vltimar.volunt.li.*4 *in* [int]*erpret.1.solut.5.dubit.*10 *n.*74. idque
27 per † textum *in l.tribus 8.ff de vsufruct.ear.rerum,&c.* Quæ certe lex, si penitus inspiciatur, nihil plane probat. Non enim agit de fideiussore paupere, sed de vno ex cohæredibus grauato, vt pro legatario vsus fructus fideiubeat. Qui quidem cohæres cum in parte hæreditatis à testatore institutus fuerit: secundum communiter accidentia non pauper, sed ad fideiubendum idoneus fuit. Rectius ergo, & quidem frequentius Doctoribus placuit non posse testatorem, qui vsumfructum alteri legauit, onerare, siue compellere hæredem, vt egenum, vel aliter non idoneum fide-
28 iussorem accipiat. Paria namque sunt: cautionem † prorsus remittere, vel cogere hæredem ad fideiussorem inopem accipiendum, *arg.l quotiens,6 ff.qui satisdare cogant &c l 3.ff de fideiussorib.* vbi habetur, paria esse, non cauere, vel minus idonee cauere. Cum igitur testator cautionem fructuariam remittere nequeat, consequens est, nec iubere eum posse, vt hæres pauperem fideiussorem accipiat. Atque ita sentiunt Hannibal *in d.l.nemo* 55 *n.*194 *ff de leg.*1.& ibidem Gutierrez *n.*289. Pinel. *in d.l.*1 *par.*1.*n.*76.*ad fin.C.de bon.matern.* Petrus Surd. *decis* 119 *n.*2 *&* 6. Molin. *de Hispanor.primogenitu.li.*1.*c.*15.*n* 28. & Io.del Castillo *d. tract.*
29 *de vsufruct.c.*15.*n.*4. Etsi † vero legatario, cui vsusfructus est relictus, cautio à testatore remitti nequit, vt hactenus est demonstratum: nihil tamen impedit, quo minus vnus, pluresve ex cohæredibus grauari possint, vt pro legatario apud cohæredem fidem suam interponant, per textum apertum *in d.l.trib.8. ff. de vsufruct.ear.rer.&c.* Nec enim hac ratione satisdatio remittitur; sed onus satisdationis ab vsufructuario in alium transfertur; quod iure prohibitum non est: siquidem sufficit, à quocunque satisdari, summodo satisdatum fuerit, *arg.l. si l[e]ga[tari]js* 11 *ff. vt legator.seu fideicommisser.seruandor. caus[a]* [ca]*ue[a]tur.* Reliqua huc pertinentia explicatius abunde *ad d.§* 2.[In]*stit.de vsufruct. n.*11.*&* *seq.item n.*187 *&* *seq.* Harprec.

c *Resp.quod non.*] Adde, quod hoc crebrius communes concludunt *in d.l* 1.*in tex.allegata*, vt attestatur Cæph. *conf.*59 *nu.*9. vbi etiam habes, quod maritus haud potest præstare vxori licentiam nubendi infra annum luctus tanquam contra bonos mores, licet possit concedere, vt nubat lapso anno luctus: quoniam hoc sui fauore pœnaliter est prohibitum, sicuti etiam potest remittere cautionem legatarijs, & fideicommissarijs ab hærede præstandam: quod [p]rius fauore est inducta, vide per Crauet. *in cons* 1[7]4.*col.fin.* Grach.

Resp. quod non. Et hoc adeo verum est, vt ne quidem cum principis licentia possit remitti, vel sub pœna inhiberi. Roland. à Vall. *in sua cons* 62. *vol.*1. Gouean.

d Vide *in pagina præcedenti.*

e *Renunciare.*] Adde Bart. *in l. nemo potest in* 3. *oppos.* & ibi Iaso. *col.fin &* *l.*2.*lect.ff. de leg.*1. Guiot.

f *An autem hæres possit hæc cautionem vsufructuarij remittere.*] Quod † hæres, postquam successit, cautionem fructuariam vsufructuario remittere possit, tradunt Gloss. Bartol. Bald. & alij communiter *in d.l.*1.*C.de vsufruct.* Ripa, Crot. & Hannibal. *in d.l.nemo* 55 *ff de legat.*1.& alij, quos refert, & sequitur Michael Grass. *lib.*1.*recept.sentent.§.testamentum,q* 68 *n.*4. Tametsi nonnulli contrarium speciose defendant, Ant. Faber *d.libro* 1. *Iurisp. Papinian.tit* 12.*princ.*7 *illat.*7 Hilliger. *in Donello enucleat. lib.* 10.*cap.*4.*ad literam E.* Harprec. 03

QVÆSTIO LXV.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Testator an possit prohibere insinuationem testamenti à statuto requisitam.*

2 *Et quid si interuenit iuramentum.*

Ex Additionibus.

1 *Testator solemnia testamentorum immutare nequit.*

2 *Testator non potest prohibere insinuationem testamenti, à statuto requisitam.*

QVæro, stat statutum, *a* quod testamenta insinuentur, alias non valeant. Modo testator in suo testamento prohibet illud insinuari, nunquid testamentum valebit non obstante defectu insinuationis? Respond. quod *b* non, quia testator non potest prohibere insinuationem à statuto requisitam. Ita tenuit Bart. *in d.l. nemo potest,n.*8.*de leg.*1.& est communis opinio, vt attestantur Scribentes *in l.nemo potest*, & in specie Iason *in* 2.*lect.n.*41.& Ripa. *n.*67.& Ioan.Annib. *n.*272. faciunt ea, quæ dixi supra *q.*61. 1 4 b

Sed quid si interuenisset iuramentum? Vide, quæ dixi infra *lib.*4.*§.Donatio quæst.*18. 2

ADDITIONES.

a *Tat statutum, quod testamenta insinuentur.*] Cum testator non possit immutare ea, quæ pro solemnitate testamentorum requiruntur: recte illum nec † posse prohibere insinuationem testamenti ex statuti dispositione, vel consuetudine requisitam, post Clarum nostrum, & Doct. ab eo memoratos, tradunt Anto. de Canario *in tract. de insinuat. instrum.q* 61. Vasquius *de successi creat.§.*9.*n.*1 hosque referens Michael Grassus *recept.sent. §.testamentum,q.*65. Harp. 1 a 2

b *Quod non.*] Sed pone, quod quis testamentum haud insinuatum, & sic nullum approbauerit pro se, An censeatur approbasse etiam contra se; credo quod sic, per ea quæ tradit Cæph. *in cons.*294 *num.* 22. maxime vbi est approbatum interueniente rerum. Grach.

QVÆSTIO LXVI.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Inuentarium conficere qui teneantur.*

2 *Testator an possit remittere confectionē inuentarij hæredi.*

3 *Et an vsufructuario.*

4 *Et an tutori.*

5 *Et quid si non prohibuit, sed simpliciter remisit confectionem inuentarij.*

6 *Et an eo casu possit Iudex, non obstante huiusmodi remissione, cogere tutorem, vt inuentarium conficiat.*

Ex Additionibus.

1 *Inuentarium quid sit, & vnde dictum.*

2 *Forma inuentarij in quo consistat.*

3 *An, & quatenus testator hæredi confectionem inuentarij remittere possit, remissiue.*

4 *Effectus inuentarij varij, & multiplices.*

5 *Ecquid testator tutori confectionem inuentarij remittere possit.*

6 *Num Magistratus tutori confectionem inuentarij mandare queat.*

7 *Ma-*

7 *Magis vtilitatem pupilli, quam testatoris voluntatem Magistratus sequi debet.*

1 QVæro, an testator possit in suo testamento remittere *a* confectionem inuentarij? Hæc quęstio potest multipliciter contingere, prout etiam multæ sunt personæ, quæ tenentur inuentarium conficere. Primo, tenetur hæres conficere inuentarium, *l. fi. in pr. C. de iure deliber.* de quo dixi infra *hoc eod. libro §. fi.* Item vsufructuarius tenetur inuentarium conficere, de quo dixi supra *hoc eod. libro §. legatum.* Tenetur etiam tutor conficere inuentarium. *l. tutor.* de quo dixi supra *lib. 2. §. tutor.* De his ergo singulis videndum est:

2 Quoad primum de hærede: Aliqui simpliciter dicũt, *b* quod testator non potest remittere hæredi confectionem inuentarij, & dicit Franc. Crem. inter consf. Alex. *cons. 62. n. 1. lib. 4.* quod ita tenent communiter DD. Hęc resolutio, ita indistincte intellecta, non est vera. Ideo *c* debes considerare, quod ex non confectione inuentarij oriuntur plures effectus in præiudicium hæredis, quorum aliqui concernunt beneficium creditorum defuncti, puta, quia si hæres non facit inuentarium, tenetur creditoribus vltra vires hæreditarias, & sic de proprio satisfacere, vt dixi *in d. §. fi.* aliqui vero concernunt beneficium legatariorum, & fideicommissariorum; quia hæres non conficiens inuentarium, non detrahit Falcidiam, neq; Trebellianicam, sed tenetur pręstare integra legata, & fideicommissa, vt dici infra § *substitutio.* Dico ergo: aut quæris, an testator possit remittere hæredi confectionem inuentarij in præiudiciũ, & fraudem creditorum? & Resp. quod non potest, quia creditoribus suis non potest aliquo modo testator in suo testamento præiudicare; & ita volunt communiter *d* Doctores, vt dicit D. Crauetta *d* compater meus, *consi. 147. n. 11.* ita etiam tenere communiter Doct. attestatur Ioan. Annib. *in repet. d. l. nemo potest, nu. 406.* & ideo huiusmodi remissione non attenta, si hæres non confecerit inuentarium, tenebitur nihilominus ipsis creditoribus in solidum satisfacere. Aut vero quęris an possit testator illam remittere in præiudicium legatariorum & fideicommissariorum, & Bal. *in l. fi. n. 6. C. de arbitr. tutele*, tenuit, quod non. Sed in contrarium est communis opi. quod scilicet in præiudicium legatariorum, & fideicommissariorum, & cohæredum possit testator remit-*e* tere confectionem *e* inuentarij, & dicit Paris. *cons. 68. n. 57. lib 2.* Quod ita communiter concluditur. Hanc etiam opin. contra Bald. esse communiter attestatur Crau. *in d. cons. 274. n. 11.* Didac. *in c. 1. n. 17 de test.* & ideo hoc casu poterit hæres, etiamsi inuentarium non confecerit, retinere sibi Falcidiam, & Trebellianicam in eorum præiudicium. Sicut enim potuit testator ipsis nihil relinquere, ita multo magis, & in eo, quod reliquit, poterit eis præiudicare. Faciunt, quæ dixi infra *q. 70.*

4 Quoad secundum, an scilicet possit testator remitte-*f* re vsufructuario confectionem *f* inuentarij? dic, quod non; & hæc est communis opi. vt dicit Socin. iun. *consi. 115. n. 18 lib. 1.* Bellon. *cons. 54. n 3.* quod manifesta ratione comprobatur; si enim testator non potest remittere vsufructuario cautionem de vtendo fruendo, &c. vt dixi supra *quæst. 64.* neque etiam debet posse remittere confectionem inuentarij, quæ est necessarium antecedens ad ipsam cautionem præstandam.

Quod ad tertium, an possit testator remittere tutori confectionem *f* inuentarij? dic, quod Tex. est clarus *in l. fi. C. de arbitr. tutel.* & ita tenuit Bar. *in d. l. nemo potest, n. 12.* & ita communiter tenetur, vt ait Claud. *ibi nu. 31.* hanc etiam opin. dicit esse communem Ias. *in d. l. nemo potest, in 2. lectu. num 65. & seq.* Licet enim tutor, qui inuentarium non facit, videatur esse in dolo, *d. l. tutor qui repertorium, in princ.* tamen ex quo aliquando interest pupillorum, illud non confici, ne secreta patrimonij pandantur, vt ibi: præsumendum est testatorem illud remisisse in beneficium pupilli: & ideo dicendum est, huiusmodi remissionem confectionis inuentarij à testatore factam, valere, & obseruandam esse.

Sed hoc quidem de plano procedit, vbi testator expresse *g* prohibuit confici inuentarium. Potest enim vi- *g* deri hoc casu id fecisse ad beneficium ipsius pupilli, vt 5 supra dictum est. Sed quid si non expresse prohibuit, sed si simpliciter remisit tutori ipsius inuentarij confectionem, quo casu potius videtur id in gratiam tutoris fecisse? Resp. quod vtroque casu idem dicendum est, Verbalis enim tantum est differentia, vtrum dicatur, Veto fieri inuentarium: Vel, Remitto confectionem inuentarij. Et ita Doct. communiter non faciunt hanc differentiam, vt dicit Curt. *in repet d. l. nemo potest, n 49.* quem refert Ioan Annib *in repet. eiusdem l. nemo potest, n. 388.* Et hanc opi. quod vtroque casu idem sit dicendum, attestatur magis esse communem Ripa, *in d. leg. nemo potest, n. 85.* Vt verum fatear, subtiliter considerando, contraria opin. est multum colorata, & sapit etiam maiorem æquitatem: & aliquando dum essem scholaris Bononiæ, illam disputando sustinui in circulis: tamen in practica non recedas à communi. 6

h Sed quid si testator confectionem inuentarij tutori in testamento remiserit, nunquid *h* poterit Iudex illum *i* cogere, vt inuentarium conficiat, remissione ipsa non attenta? Resp. quod sic, si ita minori expedire *i* ei visum *k* fuerit. Ita tenet *k* Bart. *in d. l. nemo potest, n. 12.* qui in hoc est communiter receptus: vt attestatur Didac. *lib. 2. resolutionum, cap. 14. n. 4.* Potuit enim testator putare è re pupilli futurum, vt inuentarium non conficeretur, & in hoc falli: aut forte tale quid post testamentum conditum, aut mortem testatoris emersit, quod noua prouisione indigere videtur. Et hæc opin tanquam verior, & æquior tenenda est.

ADDITIONES.

a *Confectionem inuentarij.*] Adde, quod † inuentariũ nihil sit aliud, quam scriptura quædam publica, continens omniũ, quæ reperiuntur in hæreditate defuncti, descriptionem: sic dictum, quod ibi res sint, quæ quæsitæ inde inueniri & reperiri possint, *l. vlt. C. arbitrium tutela.* Sichard. *in l. vlt. nu. 6. C. de iur. deliberan.* Donel. *lib 7 Comment. de iur. ciu. c. 3. pag. 124 n. 40.* Vnde etiam repertorium appellatur ab Vulp. *in l. tutor, qui repertorium. 7. ff. de administrat. & peric. tutor &c.* 1

Forma † illius in eo potissimum consistit; vt, intra 30 dies à 2 tempore delatæ hæreditatis citatis iis, quorum interest, adhibito Notario, & testibus, inchoetur; ac, intra 60. dies, si bona sint præsentia: si vero diffusa, intra annum absoluatur, *d. l. vlt. §. sin autem dubium 2. & § seq. C de iur. delib.* Mysing. *in §. sed nostra, 6. Instit. de hæred. qualit. & differ. n. 3. & seqq.* Guid. Papæ *in tract. de form. conf. inuent.* Franc. Porcellinus *in tractat. de inuentar. c. 3.* Monticulus *in tract. de inuentar.* D. Collega Bocer. *class 3. disp. 11. th 66. edit. 2.* Fachin. *lib. 4. controu. iur. c. 35. & 36.* Saue nostris temporibus in confectione inuentarij cuiusque regionis mos, & consuetudo terminanda est: cum in eo hodie consuetudo locorum dominetur, iux. Bal. *in auth. sed quod testator, C ad leg. Falci.* quem refe endo sequitur D. Georg. Obtrech. *disp. 20. th. 567. & seq.* Harp.

b *Quod testator non potest remittere hæredi confectionem inuentarij.*] An † & quatenus testator hæredi confectionem inuentarij remittere possit, post Clarum nostrum & alios, quos citat, pulchre declarat Michael Graff. *lib 1. recept. sent. §. testamentum, q. 71. nu. 4.* Cæterum † effectus inuentarij varij sunt. I. Eo solemniter confecto, hæres vltra vires hæreditarias non tenetur, *d. l. vlt. §. & si præfatam, C. de iur. delib. §. sed nostra 6. Instit. de hæred. qualit. & differ.* II. Pendente inuentarij confectione non potest conueniri a creditoribus *d. l. vlt. §. donec tamen 11. de iure delibrand.* III. Legis Falcidiæ beneficio in legatis vti potest, *d. l. vlt. § & si præfatam, 4 C. eod.* Ante omnia autem æs alienum, funeris impensas, & pretia seruorum manumissorum deducit, *§ cum autem 3. Instit. de leg. Fal. id d l. vlt §. in cõputatione 9 C. de iur. deliber.* IV. Creditores res hæreditarias in solidum accipere compelli nequeunt, si in hæreditate non sit pecunia: nec hæres tenetur vendere, & se pro euictione obligare, *argu. l. non dubium 145. vlt ff.* 3 4

de leg.3.d.l.vlt.§.& si præfatam 4.C.de iur.deliber. Mynsing.*in d.§.sed nostra 6 nu.13.Instit.de hæred.qualit.& differ.* Fachin.*lib.4.controuers.iur.c.39.* V. Hæres potest creditoribus, vel legatarijs, primo venientibus, bona fide soluere, donec aliquid ex defuncti substantia superest. Et propterea si postea creditores superuenerint: nulla eis contra hæredem datur actio, tota patrimonio defuncti distributo: vel contra legatarios, vel creditores, quibus res hæreditariæ in solutum datæ sunt, vel pecunia, ex illarum venditione redacta, satisfactum est, actionem hypothecariam, vel conditionem ex lege, vel aliam competentem actionem instituere possunt *d.l.vlt.§ & si præfatam.4 C.de iur.deliber.* V I. Hæres, qui confecit inuentarium, ex interitu rerum hæreditariarum nullum damnum sentire debet, *d.l.vlt.§.4. ibi, hæreditatem sine periculo habeant C.d.tit. Nouell.1.c.2.§.1.ibi, homines excepimus ex damno, &c.* Fachin. *libr. 6.controuers.iur.c.30.* vbi vtramque in partem plures Auctores citat. V I I Obligationes, & actiones hæredis contra defunctum, confecto inuentario, non confunduntur: hoc est, si hæres est creditor defuncti, beneficio inuentarij adhuc eius creditor manet, *d.l.vltim §.in computatione 9 C.de iur.deliber.* Huiusque ratio est: quia confectio inuentarij hæredem in eo statu propter ipsius commodum constituit, quo fuit ante hæreditatis aditionem, At tum obligationes, & actiones contra defunctum non fuissent confusæ. Ergo quoque nec postea, Dom. Obtrecht *dict.disput.20 thes.604.* V I I I Hæredi cum inuentario non defertur iuramentum in litem, etsi moram faciat, *d.l.vltim.§ sin autem 14. vers quod si post C.de iur.deliber.* Et ratio est [illegible] inuentarium omnem doli, & fraudis suspicionem tollit, ob quam hoc iuramentum deferri solet. *l.in actionib.5 § sed in his omnibus 3. ff. de in lit.iurand.* D. Obtrecht *dict.disput.2[illegible] thes.613* vbi *à thesi 573. vsque ad thes 623* & alias repertorij vtilitate. neruose, explicat. *Harpr.*

c *Debet considerare.*] Quæritur hic de remissione inuentarij in beneficium creditorum, & legatariorum, tu vide de remissione in perniciem eorum Roland. à Vall. *de confic.inuent. fol.227.* Gouean.

d *Crauet.*] Qui ibid dicit atque probat plane Guid. Papæ, qui contrarium dixit satis inaduertenter loquutum fuisse: eumque iure merito reprobat. *Giach.*

e *Possit remittere confectionem inuentarij*] Sed quid operetur ista remissio, vide per pract. Papiens. *tit.tut.ratio gl.in suo vltimo testamento, n.15.* Giach.

f *Confectionem inuentarij.*] De ampla liberatione tutori facta à testatore tam ab inuentarij confectione, quam à ratione reddenda, vide per Dec. *in cons.178.* vbi dat cautelam, & plenam formam, & latè de materia. Et idem *in cons.192.& 418.in vltimo dub.* atque per Crauett, *in con.195.col 4 & 230.* Giach.

Confectionem inuentarij.] Ac quidem redditionem rationum remittere potest tutori, sed hoc directo, materiam per obliquum potest nimirum illi ea quorum redditis rationibus fuerit reliquater legando, Thom Ferr. *caut 52.* Ias *l.actione, C.de transact.* Dec. *cons 192.* R p. *l.nemo potest, n.40.de leg.1.dict.P.dem.75.n.8.* Gouean.

An possit testator remittere tutori confectionem inuentarij] Dispositione † testatoris inuentarij confectionem prohiberi, vel
5 remitti tutori posse, vltra Clarum nostrum, & ab eo relatos, censent Rol à Valle *in tract.de inuent.[illegible].c.2.numero 8.* Mantic. *in tract.de inuentar.in princ.numer.36.* Vasq. *de success. creat.§.10.numero 67.* hosque referens Grass *dict §.testamentum, q 71.n 1. & 2.* Harprec.

g *Prohibuit.*] Solane remissio sufficiat, an vero prohibitio requiratur, vide copiose Rol. *cons.149. num.11.17. & 18. vol.3.* Gouean.

6 h *Nunquid poterit iudex illum cogere.*] Siue † inuentarij confectio per testatorem prohibita, siue remissa tutori sit: voluntate tamen testatoris nihil obstante magistratus propter vtilitatem pupilli, tutori aliqua de causa suspecto, inuentarij confectionem mandare poterit: vt, præter Bart. & Couar. hic à Claro citatos, notant Baldus, Cynus, Salicetus & alij *in l. vlt.§ illo, C. arbitrium tutel.* Soarez. *in thes.commun.opin lit.1.numer.178.* Grassus *dict. quest.71 num.3.* Manzinus *in tract.de tutel.quest. 3.tertia quest.*
7 *princ.num.6.* Magis enim † vtilitatem pupilli, quam testatoris voluntatem magistratus sequi debet, *l. in confirmando, 8 & l. vtilitatem, 10.ff.de confirmand. tutor.* Iodoc. Damhau. *in tract. de patrocin.pupill.c.4 numero 21.cum seqq.* D. Obtrecht. *in disp. 28 de patrocin pupil th. f 405 & seqq.* Eamque rem explicatius tractauimus *ad princ.tit.Instit.de legit.agnat.tutel.nu.7.& seqq.* Harprec.

i *Expedire.*] Vide text. *in l utilitatem,* vbi Bart *ff.de confirm. tut.* Ang *cons.144.circa fin* Ias *in l. cum necessitatem, C. de fideicom.* Guid. Pap. *q.352* & de remissione inuentarij vide eundem Guid. Pap *cons 61.*

k *Ita tenet Bart.*] Vide text. *in l.vtilitatem,* vbi Bart. *de confirm.tut* Ang. *cons.144.* Ias. *l.cum necessitate, C.de fideicomm.* Guid. Pap. *q.352 & cons.73.* Gouean.

QVÆSTIO LXVII.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Testator an possit prohibere diuisionem inter hæredem?*
2 *Et an vsque ad certum tempus.*

Ex Additionibus.

1 *Vtrum testator possit prohibere diuisionem inter hæredes.*
2 *An diuisio perpetuo prohiberi non possit, licet iuramentum interuenerit.*

QVæro an testator possit prohibere diuisionem *a* inter hæredes? Resp. quod non, & hanc opin. fatetur esse communem Curt. iun. *cons.112.n.1.* 1

Scias tamen, quod hæc conclusio intelligenda est, vt procedat, quando testator absque aliqua adiectione in perpetuum diuisionem ipsam prohibuit. Sed si prohibitio facta esset ad tempus certum, vel vsque ad vitam alicuius personæ tantum, vtique valeret; & hæc est communis opinio, vt dicit Gratus *cons.66.nu.24.libr.1.* Hanc etiam conclusionem dicit esse ab omnibus approbatam Crot. *in repet.d.l.nemo potest, nu.88.* Vide, quæ dixi infra, *l.4.§.pactum.* 2

ADDITIONES.

PRohibere diuisionem.] Aduerte, quod prohibita diuisione per testatorem, intelligitur quoad dominium, non autem quo ad fructus, & ius fruendi, comm. Soc. iun. *cons.97.colu.2.* quod etiam dixi *in collect. mea commun.opin.in verb.diuisio.n.1.* Giach. *a*

a An testator † possit prohibere diuisionem inter hæredes.] Quod testator non possit iubere, vt hæredes perpetuo stent in communione, & ne fiat vlla diuisio bonorum, tenent quoque Paulus de Castro, & Ripa *in l.nemo potest 55 ff.de leg 1* Vasqu. *de successione creat.§ 7 n.1.cum seqq.* & Grassus *lib.1.recept.sentent.§.testamentum, quest.72.n.1.& 2.* Ac † sane diuisio adeo perpetuo prohiberi non potest, vt etiamsi filij iurassent seruare, quoad hoc, dispositionem patris: tamen ipsi mutuo consensu diuidere non prohibeantur. Ita scribunt Oldrad. *cons 242.* Vasq. *dicto §.7. num.4.* & Grassus *d. quest.72.n.3.* Harpr. 1 2

QVÆSTIO LXVIII.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Testator an possit concedere legatario licentiam, vt propria auctoritate capiat possessionem rei legatæ.*
2 *Et quid si hæres resistat.*

Ex Additionibus.

1 *An, & quatenus rei legatæ dominium sine possessio transeat in legatarium.*
2 *An testator possit concedere licentiam legatario capiendi propria auctoritate rem legatam.*

TV scis, quod legatarius *a* debet capere rem legatam de manu hæredis: alias si eam accipiat propria auctoritate, illam amittit, vt est de iure notissimũ, & tradunt omnes *in l.non est dubium, C. de leg.* Quæro, nunquid possit testator in suo testamento *b* concedere licentiam legatario, vt propria auctoritate capiat possessionem rei legatæ? Resp. quod sic. Ita dicit Bart. *in d.l.nemo potest, nu.10.* & est communis opinio, vt attestantur Scribentes, *ibi,* in specie Ias. *in 2.lect.num. 48.* & Ripa *n.61.* Cum enim illud in hæredis fauorem à iure introductum fuerit; merito potest testator illi derogare, vt dixi supra *q.64 vers. Et hæc quidem.* *a* 1 *b*

Sed quid si hæres rem ipsam legatam possideat, & legatario volenti propria auctoritate eam apprehendere virtute licentiæ sibi à testatore concessæ, resistat: nunquid poterit etiam per vim illam apprehendere? Resp. quod non: & est communis opin. vt dicit Ripa *in l.centurio n.52.& seq.ff.de vulg.* quem refert & sequitur nouissime D. Plotus *c.in sua eleganti repet.l.si quando, C. vnde vi.post num.54.* 2

ADDITIONES.

a Legatarius debet capere rem legatam de manu hæredis.] Huic
1 non obstat, quod † rei legatæ dominium recta via à testatore in legatarium sine vllo hæredis facto, transeat, *l. à Titio. 64 ff. de furt. l. legata. 80. ff de legat 2. l. 1 in fin. ff. de Public. in rem act.* Nam dominium distinguendum est à possessione: vt hæc ab hærede illud à testatore proficiscatur.

Et quidem adeo necessaria est, ratione possessionis, hæredis præstatio: vt si legatarius propria auctoritate, post aditam hæreditatem, & possessionem rei legatæ per hæredem apprehensam, legatum occupet, aut subtraxerit, legatum perdat, *l. non est dubium 5. C. de legat.* ibique gl Godofred. Cynus, Iacob. Butrigar. Barto. Bald. Angel. Salicet. Iason. & Doct communiter. late Gomes. *to. 1. variar. resol. c. 12. de legat. num.* 10. Hucque referri poterunt, *ad §. Institut. de legat. num. 18. cum sequentibus, & §. creditor. 4. Institut. quibus mod. recontrahit. oblig. numer.* 219. *& sequentib.* Harprec.

b *Concedere licentiam.*] Quæ dicitur etiam concessa per verbum libere appositum in legato ipso. Item vbi testator prohibet vim fieri legatario in reb. sibi relictis, vt per Plot. *tract. suo, de in lit. iuran. §. 2. num. 28. & 29.* Adde & per Menoch. *de recuper poss. in 5. remed. q. 6.* vbi alia habes *Giach.*

2 *Nunquid possit † testator in suo testamento concedere licentiam, &c.*] Quod testator possit dare licentiam legatario capiendi propria auctoritate rem legatam, post Clarum hoc loco nostrum, & alios, testatur Vasqu. *de success. creat. §. 9. nu. 16.* & Grass. *libro 1. recept. sent. § testamentum, q. 67. item § fideicommissum, q. 43. nu. 6. & 7.* Harprec

c *Plotus.*] Adde quod in libro meo, & in vltima impressione illius est, §. *sub nu* 29. vbi tamen subdit, quod si istud faciat legatarius, non tamen incidit in pœnam amissionis iuris sui per ibi allegatos, sicuti etiam si occupauerit bona sibi relicta propria auctoritate absque dolo malo, & lata culpa, puta, quia nondum sepulto cadauere defuncti legatarius, vel fideicommissarius ignorauit: vt præsumatur hæreditatem aditam possessionemque adeptam per hæredem: nam tenetur illa restituere, & postea petere. *Giach.*

QVÆSTIO LXIX.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Testator an possit priuare heredem hæreditate, si aliquid fecerit vel non fecerit.*
2 *Et quid operetur eiusmodi priuatio.*
3 *Et cui restituenda sit eo casu hereditas si testator id non expressit.*

Ex Additionibus.

1 *Semel heres, semper heres manet.*

1 QVæro nunquid testator possit priuare hæredem hæreditate, si aliquid fecerit, vel non fecerit contra eius voluntatem, puta, si nupserit sine consilio alicuius vel huiusmodi? Resp. quod sic: & est communis opi. vt dicit Crauet. *cons. 1. post n. 3. vers. Non obstat.* Sicut enim licet testatori rei suæ adiicere quamcunque conditionem voluerit, non turpem, neque improbam: ita & licere ei debet in suæ conditionis defectum hæredem priuare hæreditate sibi relicta.

2 Intelliges tamen, non vt talis priuatio ipso iure operetur, ita vt *a* hæres desinat esse hæres: hoc enim secundum communem iuris regulam esse non potest. Sed valet huiusmodi priuatio in vim fideicommissi; vt scilicet, si contrafecerit, teneatur hæreditatem restituere per fideicommissum. Ita tenuit Paul. de Cast. *cons.* 300. *n. 1 lib. 1.* & est communis opin. vt dicit Bart. *cons. 191. n. 5. lib. 3. in 2. part.* Crauet. *in d. cons. 1. n. 6.*

3 Sed pone, testator non dixit, cui hæreditas restitui debeat in casum priuationis: Quæro si hæres contrafecerit, cui teneatur illam restituere? Resp. quod si adsunt cohæredes, vel substituti, illis debet restitui; si vero non adsint, debet restitui venientibus ab intestato, ita dicit Bart. *in l. paterfamilias, n. 7. ff. de her. instit.* & est communis conclusio, vt attestatur Ias. *in l. fi. §. fi. post n. 3. ff. si cert. petat.* Quod nota, quia quotidie testatores relinquentes vsumfructũ vxoribus suis, solent apponere pœnam priuationis hæreditatis, si hæres aliquam molestiam illis intulerit.

ADDITIONES.

a Ita vt heres desinat esse heres.] Hæc regula (qua dicitur, cum
1 qui † semel hæres extitit, semper manere hæredem) probatur *per l. ait prætor. 7. sed quod Papinianus, 10. in fine. ff. de minorib. & l. si, qui soluendo, 88 in fine, ff. de hæredib. instituend.* Harp.

QVÆSTIO LXX.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Testator an possit in suo testamento iubere, ne eius bona pro legatis sint tacite hypothecata.*

Ex Additionibus.

1 *Testator an possit disponere, ne eius bona pro legatis sint hypothecata.*

1 TV scis, quod bona testatoris sunt pro legatis per eum relictis tacite hypothecata legatarijs, de quo dixi supra §. *legatum.* Quæro, nunquid testator possit *a* in suo testamento iubere, ne eius bona sint legatarijs hypothecata? Resp. quod sic. Ita dicit *gl. in l. 4. in gl. vnica, C. vt in poss. legat.* quam sequuntur magis communiter Doctores, vt attestatur Alex. *in d. l. nemo potest. n.* 13. Ita etiam tenere communiter Scribentes attestatur Crot. *in repet. l. nemo potest. n. 45.* Sicut enim potuisset testator nihil eis legare; ita potuisse debuit illam qualitatem adiicere legato, quæ sibi placuit: & in proposito faciunt ea, quæ dixi supra *q. 66. vers. quo ad primum.*

ADDITIONES.

Nunquid testator possit in suo testamento iubere, ne eius bona sint legatarijs hypothecata.] Quod † testator possit dispone- 1
re, vt bona ipsius non sint hypothecata pro legatis, post Clarum nostrum, tradunt quoque Antonius Negusantius *in tract. de pignorib. part. 2. memb 4. n. 161.* Vasqu. *de success. creat. §. 9. n. 8* & alij, quos refert, & sequitur Mich. Grassus *lib. 1. recept. sent. §. legatum quæst. 76. n. 4. & § testamentum, quæst. 66.* Harprec.

QVÆSTIO LXXI.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Testator an possit obligare bona heredis.*
2 *Et an possit prohibere heredi alienationem rerum suarũ.*
3 *Et an possit grauare fideicommisso heredem super re prius ab eo ipsi heredi donata.*

Ex Additionibus.

1 *Ecquid testator possit prohibere alienationem bonorum ipsius heredis.*
2 *Testator non minus de re heredis, ac propria, testari potest.*

1 SEd nunquid poterit testator expresse obligare, & hypothecare bona hæredis? Resp. Doctores in hoc articulo varie loquuntur. Tu dic, aut Testator obligauit bona hæredis, nomine hæredis, vel pro eo de rato promisit, & tunc potuit testator illa hypothecare: intelligendo tamen, vt supra dixi: quia scilicet hæres adeundo hæreditatem, censetur ratificasse ipsam obligationem factam per defunctum. Aut vero defunctus in ipsa obligatione nullam mentionem fecit de ipso hærede, sed simpliciter obligauit eius bona: & tunc per aditionem hæreditatis factam per hæredem non censetur confirmata ipsa hypotheca, quantum ad hoc, vt creditor possit agere hypothecaria contra hæredem possidentem ipsam rem obligatam à defuncto: sed bene si creditor ipsam rem possideret, & hæres vellet ab eo illam auocare, posset creditor repellere hæredem exceptione, & apponere confirmationem obligationis factæ per defunctũ, resultantem ex eius aditione: posset etiam creditor agere contra hæredẽ actione pigneratitia contraria, quæ est personalis, vt scilicet tradat

pignus sibi constitutum à defuncto, iuxta not. *in l. si Titio ff de pigno.* hypothecaria vero, vt dixi, agere non potest: & hæc distinctio colligitur ex traditis per Alexan. *in leg. hæredis seruum, colu. 2. versic. in ea. gl. ibi. ff de legat.* 1. quam ita declaratam dicit esse veriorem, & magis communem, Negusan. *de pign. in 2. membro secundæ partis, num. 57. in fin.*

2 Item quæro, nunquid possit testator prohibere hæ*a* redi *a* alienationem rerum ipsius hæredis? Respond. quod non. Ita tenet Bart. *in l. filiusfam. §. diui post n. 8. ff. de leg.* 1 & est communis opin. vt dicit Rip. *in d. §. diui, nu. 54. & seq.*

Sed pone, Testator donauerat inter viuos alteri aliquam rem, deinde illum sibi hæredem in testamento 3 instituit. Quæro, nunquid poterit in ipso testamento super re iam per eum donata grauare hæredem fideicommisso? Resp. gl. *in leg. si mulier. in pr. in verbo Si mortis. ff. de legat.* 3. tenet, quod non, quasi onus imponi non possit rei, quæ non sit habita ex iudicio vltimo. Sed tu dic contrarium, modo testator in specie, & nominatim iusserit illam rem restitui per fideicommissum, tex. est clarus *in l. sequens quæstio, in fi. ff. de leg.* 2 Nec curandum est de illa gl. *in d. l. si mulier*, quia per Doctores communiter reprehenditur, vt attestatur Paris. *cons. 2. n. 47 lib. 3. & cons. 53. n. 79. eod. vol.* Bene verum est, quod si testator in genere grauaret hæredem suum ad restituendum, quidquid ad eum peruenisset: in tali fideicommisso non venirent ea, quæ testator prius inter viuos hæredi donasset, sed solum ea, quæ ex vltima eius voluntate ad eum peruenissent.

ADDITIONES.

a *Alienationem rerum ipsius hæredis.*] Alienatio bonorum hæredis à testatore facta tum etiam valida est, cum testator sua esse credidit, vide Rode. Sua *in r. pet. l. quoniam in prioribus, C. de inoffic. testam. ampl. 7. cons. 30. nu. 35. 36. & 37. vol.* 4. Socin. iun. *cons.* 107. *n.* 16. *vol.* 3. & *cons.* 124. *n.* 77. *vol.* 1. Gouean.

*Nunquid possit testator prohibere hæredi alienationem ipsius hæ*1 *redis.*] Quod † testatori non possit prohibere alienationem bonorum ipsius hæredis, post Clarum nostrum, docet Mich. Grassus *lib. 1. recept. sentent. §. testamentum, q. 75. n. 4.* Cæterum † quod testator non minus de re hæredis, etiam eundem grauando, ac re propria, testari valeat, tradunt Surdus *cons.* 215. *n.* 14. *vol.* 2. & Federicus Prucknman. *cons.* 48 *n.* 113. & *seq.* Harp.

QVÆSTIO. LXXII.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Testator an possit prohibere filio, ne detrahat legitimam de fideicommisso.*
2 *Et quid si non ipse filius grauatus sit, sed eius hæres, vel substitutus pupillaris.*
3 *Et quid si filius ad pubertatem peruenerit.*
4 *Et quid si fideicommissum simpliciter iniunctum fuerit.*

Ex Additionibus.

1 *An, & quatenus filius legitimam ex fideicommisso detrahere possit, remissiue.*

1 Dixi supra *q. 26.* quod testator potest prohibere hæredi detractionem Trebellianicæ; Quæro nunc, an possit in suo testamento prohibere filio, ne detrahat legitimam de fideicommisso? Hæc quæstio licet prima facie videatur facillimæ resolutionis, ex quo secundum communes regulas non potest pater in præiudicium legitimæ filiorum aliquid ordinare; sed de ipsa legitima reiicitur omne onus, omnis conditio, & grauamen, vt dixi supra § *legitima.* Est tamen ardua quæstio, & in ea multi Doctores æquiuocarunt. Tu igitur pro intelligentia distingue tres casus. Primus est, quando filius ipse nominatim est fideicommisso grauatus. Secundus est, quando non filius, sed eius hæres, vel substitutus pupillaris est in specie grauatus fideicommisso. Tertius est, quando fideicommissum est simpliciter iniunctum, puta, quia testator non grauauit in specie, neque ipsum filium, neque eius hæredem, aut substitutum pupillarem, sed simpliciter dixit, Volo, vt hæreditas mea restituatur Titio, si filius meus sine liberis decesserit, &c.

Circa primum, quando filius ipse est grauatus fideicommisso, fac conclusionem, quod siue testator expresse prohibeat filio, ne de fideicommisso detrahat legitimam, siue simpliciter illum grauet, vt hæreditatem restituat, semper *a* filius potest legitimam ex fidei- *a*
commisso detrahere; quia testator non potest (vt dixi) legitimæ filiorum aliquod onus imponere? & consequenter non potest etiam expresse grauare filium primi gradus, ne detrahat ipsam legitimam de fideicommisso. Et hæc est communis opin. vt dicit Gal. *in repet. l. centurio. num.* 407. Et quod non valeat grauamen iniunctum in legitima, quando nominatim est iniunctum ipsi filio, attestatur esse communem opin. Curtium *cons.* 71 *num* 8. & ideo poterit hoc casu filius (non obstante ipsa prohibitione) detrahere legitimam de fideicommisso: & si ipse non detraxerit, poterit eius hæres, vel substitutus ex persona ipsius filij illam detrahere. Nam hoc ius detrahendi legitimam ad hæredes extraneos transmittitur, secundum conclusionem, quæ est indubitabilis, & de plano procedit secundū omnes, vt dicit Paris. *cons* 30. *num. 8. libr. 3.* & hic primus casus modicam habet difficultatem, & hæc quidem conclusio locum habet etiam in milite. Licet enim alias miles posset in suo testamento prohibere, ne legitima de fideicommisso detraheretur, secundum communem opi. de qua per Galiaul. *in repet. d. l. centurio, post n.* 87. Ripa *in ead. leg. centurio n.* 45. hodie tamen secus est, nam de iure nouissimo miles nō potest priuare filium legitima.

In secundo casu, quando expresse grauatus est hæ- 2
res, vel substitutus pupillaris ipsius filij, pariter non videtur dubitandum, quo minus possit pater eos grauare, vt totam hæreditatem, tam ipsius patris quam etiam filij, per fideicommissum restituant. Text. est clarus *in l Titio § fin. ff. de leg.* 1. & est communis sententia, vt attestatur Ias. *in d. § fin. num. 15. & sequent. & num. 30. & in l. ex tribus, n. 2. & seq. C. de inoff. testam.* Neq; hoc casu tractandum est de legitima; quia cum hæredi, siue substituto pupillo, ex eorum persona nulla debeatur legitima, non possunt ipsi illam detrahere ex fideicommisso: & ita se habet communis opin. vt dicit Ias. *in locis præal. leg.* Ioan. Dilect. *de arte testan tit. 5. caut. 14. in fi.* Non etiam possunt ipsi ex persona filij illam detrahere, quia filius non fuit grauatus, ideo, quantum ad ipsum, non est locus detractioni alicuius legitimæ, esset bene ex eorum persona locus detractioni Trebellianicæ, ex quo ipsi sunt grauati fideicommisso, nisi testator illam prohibuisset, cum non essent ipsi ex liberis primi gradus, vt late dixi supra *q. 63.* Et si dicas, nonne filius transmittit detractionem, seu deductionem legitimæ ad suos hæredes, etiam extraneos? Respon. quod filio, qui non erat grauatus, non competebat aliquod ius detrahendi legitimam, vt statim dixi; merito illud ius, quod non erat, non potuit ad hæredes transmitti. Postquam autem talis legitima peruenit in ipsos hæredes filij, non habet amplius nomen legitimæ; sed de ea iudicatur tanquam de reliquo hæreditatis, merito potuit hæres filij, vel substitutus pupillaris in eo grauari; ipsi enim huiusmodi hæreditatem habere dicuntur ex iudicio, & dispositione ipsius patris testantis; & consequenter potuit pater in ipsa hæreditate illis quodcunque grauamen imponere. Et hæc est

est cōmunis ratio Doctorū, vt dicit Iason *in d. §. fin. n. 6.*

3 Et ideo hæc omnia cessarent, vbicunq; filius ad pubertatem peruenisset, vel tempore facti fideicommissi iam pubes fuisset; his enim casibus potest filius de sua legitima libere disponere, & testari, non obstante ipso fideicommisso: & si non testetur, vel de ea disponat, censetur non testando voluisse illam relinquere hæredi suo ab intestato: merito illius hæres, siue ex testamento siue ab intestato posset ex persona filij, sibi legitimam retinere ex fideicommisso; quia illam habere videtur ex iudicio ipsius filij, non autem ex dispositione testatoris; & propterea ab ipso testatore in illa grauari non potuit: & sic istud fideicommissum, siue grauamen, quantum ad legitimam, & quantū ad propria bona ipsius filij, statim eueniente pubertate euanescit. Et hoc sine dubio est de intentione omnium Doctorum, vt dicit Ruin. *cons.* 58. *post. nu.* 19. *lib* 2. subdens, quod aliter sentire, vel dicere esset erroneum.

4 Tertius est casus, quando testator in specie aliquem fideicommisso non grauauit, sed simpliciter dixit: si filius meus sine liberis decesserit, volo, quod bona mea restituantur Titio. Et in hoc Doctores multum torquentur, an censeatur tale fideicommissum iniunctum filio, an vero eius hæredi. Vtilitas autem est maxima; quia si est iniunctum filio, poterit ex eo detrahi legitima per eius hæredem ex persona filij: si vero est iniunctum hæredi, non poterit hæres detrahere legitimam; neque ex persona filij, quia ipse non fuit grauatus, neque ex persona propria, quia illi non debetur legitima: & magis communis sententia est, quod fideicommissum in dubio censeatur relictum ab eo, à quo relinqui potest, & sic ab hærede filij, vel ab eius substituto pupillari, non autem ab ipso filio: & consequenter, quod iste hæres filij non possit de ipso fideicommisso aliquo modo detrahere legitimam. Et ita passim allegatur tenere Bart. *in l. qui duos, in fi. ff. de vulg.* quem communiter omnes sequuntur, vt dicit Alex. *cons.* 67. *n.* 2. *lib.* 1. *& in l.* 1. *§ fi. post n.* 3. *ff. de vulga.* Hanc etiam opinionem dicit esse communem Alex. *b* *cons.* 12. *n.* 32. *l. b.* 3. *& in leg. cohæredi §. cum filia, nu.* 7. *& seq. ff. de vulga.* quem refert Paris. *cons.* 81. *n.* 9. *&* 10. *lib.* 2. Ias. *cons.* 186. *col.* 7. *vers. non obstat. in quantum quarto loco. lib.* 2. *& cons.* 98. *colum.* 2. *versic. imo fortius, l. b.* 4. *& in l ex tribus. nu.* 5. *C. de inoff. test. & in d. §. cum filia, n.* 16. quem refert Curt. iun. *in d. cons.* 71. *n.* 8. *& seq. & cons.* 72. *n.* 10 & Paris. *cons.* 11. *nu.* 48. *lib.* 3. & Ioan. Dilect. *de arte test indi, tit.* 5. *caut.* 34. *n.* 2. Clau. *in d. leg.* 1. *§. fin. n.* 7. *& seq.* & Paris. *cons* 45. *n.* 44. *lib.* 2. Ciottus *cons.* 134. *nu.* 45 *lib.* 1. *& cons.* 103. *nu.* 12. *l. b.* 2. Apostil. ad Alexand. *in d. cons.* 12. *sub num.* 32. *lib.* 3. Contrariam tamen opin. quod scilicet in dubio fideicommissum simpliciter relictum censeatur iniunctum ipsi filio instituto, non autem eius hæredi, tenuit Bart. *in d. l. cohæredi, §. cum filia, vers. Quod si hæredem, nu.* 3. & hanc opin. dicit esse magis communem Ripa *in d. l. Centurio post n.* 128. Dicit etiam Galiaul. *in d. l. Centurio. post n.* 409. *vers. aliquando autem*, facit se putare, quod d. Ias. decipiatur, asserendo contrariam opin. esse magis communem: & re vera neque Bart. *in d l. qui duos*, dicit id, ad quod allegatur; neque multi ex Doctoribus, qui pro hac parte adducuntur, loquuntur in his terminis, vt ostendit Galiaula in loco præallegato. Cæterum, quidquid sit de stricto iure, non esset in practica recedendum à prima opin. quæ proculdubio est magis communis, vt ex prædictis apparet. Fauendum est enim voluntati testatoris, quantum fieri potest, tanto magis vbi de præiudicio filiorum non tractatur: & alias cum hæc dubitatio fuisset mihi proposita in facto à quodam arbitro non Doctore, in loco Sarauallis agri Alexandrini, & ego, aliis etiam negotiis implicitus, petiissem terminum octo dierum ad deliberandum, quid sentirem in hoc articulo; ille arbiter dixit se valde mirari, quod ego peterem terminum in quæstione tam clara, in qua duo alij Doctor. ex improuiso responderant. Dixi, mei moris non esse, in quæstionibus præsertim arduis, non inspectis libris respondere. Tandem excitatis nonnullis motiuis, cum res non videretur carere difficultate, partes acquieuerunt, vt amicabiliter componeretur, & ita factum fuit.

Hæc autem omnia intellige, vt procedant, quando filius ipse est adhuc pupillus. Nam si esset pubes tempore iniuncti fideicommissi, vel etiam postea ad pubertatem peruenisset, tunc indistincte, siue fideicommissum sit iniunctum expresse filio, siue eius hæredi, siue simus in dubio, semper detrahitur legitima de fideicommisso, per rationem, quam posui supra, *vers. & ideo.*

ADDITIONES.

a Semper filius potest legitimam ex fideicommisso detrahere.] An † & quatenus filius legitimam ex fideicommisso detrahere possit, vltra Clarum nostrum, & ab eo hic commemoratos, fusius explicant Antonius Gomes. *tom.* 1. *varia resolut. iur. ciuil. c.* 11. *num.* 24. *cum seq.* Fernand Vasq *de success. creat. §.* 10. *num.* 418. *cum seqq.* & Grassus *lib.* 1. *recept. sentent. § legitima. q.* 38 *nu.* 3. *& seqq.* Harprec. 1

b *Consil.* 12. *num.* 32.] Vide etiam per Apostill. ad eund. *in apost. littera B. in dubio.* Giach.

QVÆSTIO LXXIII.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 Testator an possit prohibere filio alienationē suæ legitimæ.
2 Testator an possit legare administratori, vel tutori libertatem à ratione reddenda.
3 Testator an possit prohibere hæredi, ne detrahat Falcidiā.
4 An prohibere possit detractionem Trebellianicæ.

Ex Additionibus.

1 Generali liberatione, tutoribus, ceterisque alienarum rerum administratoribus legata, non continentur, quæ actione reali vindicari possunt.
2 Quæ sit huius rei ratio.
3 Cui reddendarum rationum liberatio legata est, ei non remissa iudicatur reliquorum solutio, & multo minus id, quod dolo neglectum probatur.

Qværo nunquid testator possit prohibere filio alienationem suæ legitimæ? *a* dixi supra, *hoc eod. lib. §. legitima.* 1 a

Item quæro, an possit testator legare administratori, vel tutori liberationem à ratione *b* reddenda? *b* dixi supra, *hoc eod. §. legatum.* 2

Sed quæro, nunquid testator possit prohibere hæredi, ne detrahat Falcidiam? Resp. quod sic. Tex. est *in Auth. sed cum testator, C. ad Falcid.* & est communis op. vt dicit Io. Annib. *in repet. d. l. nemo potest, n.* 191. *ff. de l.* 1. & in hoc nemo dubitat. 3

An autem possit prohibere detractionem Trebellianicæ vel legitimæ? dixi sup. *qu.* 62. *& seq. & q.* 72. 4

ADDITIONES.

a Dixi supra.] Adde Gabr. *titul. de leg concl* 1. Gouean.

b *A ratione reddenda.*] Adde, quod tutori non prodest testatoris prohibitio de non reddenda ratione, si quid ex dolo fecit. Bart. *cons.* 68. *lib.* 2. & Dec. *cons.* 178. dicit communem opin. esse, etiamsi dictum sit per testatorem, quod non teneatur reddere rationem, & quod omne in quo fuerit condemnatus, vult per hæredem sibi restitui, vide Alciat. *in tract. de præsumpt. reg.* 1. *præsumpt.* 6. *n.* 1. Guiot.

A ratione reddenda] De ampla atque larga administratione reddenda legata tutori vel administratori, vide plene per Dec.

conf.178.vbi docet cautelam, *& in conf*.192.*post n*.3. Et per Crauet. *in conf* 195.*col*.4.*& consil*.230. Et quod non possit omnimoda rationum redditio & reliquorum præstatio remitti tutori, sed solum scrupulosa inquisitio quo ad culpam, non quoad dolum, vide per pract. Papien. *tit. tutel*. ratio analogistas, & illic per Masuer. Et quod tutor cui legata est liberatio, in assumendo tutelam si promiserit reddere rationem integram, quod non censeatur renunciasse legato, vide per Alex. *in conf*. 164.*l*.5. & quod ratio semel reddita haud sit de nouo reddenda, vide per Cæphal. *in conf* 191. Nisi minus plene, & sufficienter reddita, & calculata fuerit, & calculi error allegetur. Et sequuto pacto de non obseruando, an & quando possit prætextu erroris reuocari, vide de his omnibus per Tob. Noni. *conf*. 64. *per tot*. Giach.

1 *An possit testator legare administratori vel tutori liberationem à ratione reddenda*.] Addendum hoc loco primum: generali liberatione tutoribus, cum ratoribus ceterisque alienarum rerum administratoribus legata, non intelligi comprehensa ea, quæ actione reali vindicari possunt, *l. Aurelius*,28.*§. Mania* 4. vbi glo. Bart. Alberic. de Rosat. & Doct. communiter, *ff. de liberat. legat*. Michael Grassus *lib*.1.*recept. sent*.*§*.*legatum*,*quæst*.40. *n*.3. Treutler. *vol*.2.*disput*.13.*lib*.4.*lit*.*K*. Ratio huius est per-
2 spicua: quoniam † ille, qui liberatur, ab obligatione liberari reputatur. At cum actione in rem quis conuenitur: non vt obligatus, sed vt possessor in iudicium vocatur, *l. officium*.9.*ff. de rei vindicat*.*l. vnic. C. de alienat. iud. mutand. caus. facta*.
3 Deinde & illud addendum: eo casu, quo † quis à reddendis rationibus liberatur, non videri reliquorum solutionem remissam esse: multo minus id, quod dolo consumptum & neglectum esse, probari potest, *l. si quis rationes* 9.*l. Lucius* 12, *d. l. Aurelius*.28. *§. Titius*, *ff. de liberat. legat*. *l. tres fratres*,35. *ff. de pact*. Grassus *d. § legatum*,*q*.40.*n*.5. Alciat *de præsumpt. reg*.1.*c*.6. Couar. *lib*.2.*var. resol. c*.14 *num*.1 *cum seqq*. Gomes. *to*.1. *var. resol. c vlt. num*.83. Schneidevvin. *ad §. si quis debitor*.13.*n*.2. & ibid. Heigius *num*.9.*Institut. de legatis*. Harprec.

QVÆSTIO LXXIV.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Testator an possit prohibere ius accrescendi*.
2 *Et quid in successione vniuersali*.
3 *Et an eo casu res reducatur ad causam intestati*.

Ex Additionibus.

1 *Ius accrescendi vnde descendat*.
2 *Ius accrescendi quare introductum*.
3 *Ius accrescendi dicitur tacita quædam substitutio*.

1 a QVæro, nunquid a testator possit in suo testamento prohibere ius accrescendi? Hæc est trita quæstio, sed non ab omnibus bene intellecta. Scire igitur debes, quod ius accrescendi potest dupliciter considerari, scilicet in particulari, & in vniuerso. In particulari habet locum ius accrescendi, puta, inter legatarios, quando sunt inter se coniuncti, iuxta notata *in l. re coniuncti. ff. de legat. tertio*, quia altero repudiante, illius portio alteri accrescit, de quo dixi supra *hoc eod. lib. §. ius accrescendi*. In vniuerso autem considerari potest ius accrescẽdi inter ipsos institutos: quia si alter hæredum repudiat hæreditatem, vel decedat priusquam adeat, illius portio accrescit cohæredi; vt habetur per Doct. *in Rub. C. quando non peten. part*. & dixi *in d. §. ius accrescendi*. & hoc casu procedit ius accrescendi, non solum inter institutos in quota parte hæreditatis, sed etiam inter institutum in re certa, & hæredem vniuersalem. Nam si hæres vniuersalis repudiet hæreditatem, vel decedat priusquam adeat, tota hæreditas accrescit instituto in re certa: vt latius dixi sup. *hoc eod. lib. §. institutio* Si ergo quæris, nunquid testator possit prohibere ius accrescendi, est distinguendum. Nam aut loquimur in iure accrescendi, quod versatur circa particularem successionem, prout est in legatis, & in fideicommissis etiam vniuersalibus: & in illis potest testator prohibere ius accrescendi, siue expresse, siue etiam simpliciter, prohibendo, ne plus petere possit: & eo casu, si coniunctus repudiet legatũ, vel fideicommissum, accrescet hæredi instituto, & hic casus apud Doctores nullã habet difficultatẽ.

Aut vero loquimur in successione vniuersali, & sic in institutionibus, puta, si testator instituat aliquem in 2
re certa, & prohibeat, ne quid vltra petere possit, & contingat hæredem vniuersalem repudiare, nunquid possit prohibere, ne reliquum hæreditatis accrescat illi instituto in re certa? & videtur quod nullo modo id facere possit: quia si illud residuum non accrescit instituto in re certa, necesse est quod deuoluatur ad hæredes ab intestato: & sic resultaret absurdum, quod scilicet institutus in re certa succederet ex testamento in ipsa re sibi relicta, in residuo autem succederent proximiores ab intestato: & sic resultaret absurdum, quod scilicet institutus in re certa succederet ex testamento in ipsa re sibi relicta, in residuo autem succederent proximiores ab intestato: & sic daretur casus, in quo aliquis decederet pro parte testatus, & pro parte intestatus, contra commun. regulam iuris, de qua *in l. ius nostrum. ff. de reg. iur*. Breuiter, non videtur dubitandum in hoc, quod t. testator non potest prohibere ius accrescendi in institutionibus, & quod talis prohibitio non valet, quantum ad hoc, vt testator possit decedere pro parte testatus, & pro parte intestatus: quia hoc esset valde absurdum, vt statim dixi: & in hoc omnes conueniunt, vt affirmat Decian. *in d. l. ius nostrum, num*.4.

Punctus est, vtrum prohibitio non valeat, quo ad hoc, vt ea non obstante, sit locus iuri accrescendi, & 3
sic institutus in re certa habeat totam hæreditatem: an autem prohibitio valeat, ita quod nihil accrescat ipsi instituto in re certa, & consequenter testamentum annulletur, etiam quoad ipsam institutionem in re certa, & res penitus reducatur ad causam intestati? Et in hoc variæ sunt opin. Doctor. Aliqui enim tenent quod non obstante prohibitione, tota hæreditas accrescat instituto in re certa: & hæc fuit opinio Dyn. quam dicit esse communiter approbatam Gul. de Benedict. *in* 1.*parte repet. cap. Raynutius, folio* 108.*num*.272. Hanc etiam dicit esse communem Alexand. *in leg. si quis priore post n*.9.*ff ad Trebell*. Decian. *in d. Rub. C. quando non pet. part. in* 1.*lectura, post num* 3 *versic. Sed ista responsio, & in* 2.*lectura num*. 21. Sapia *in l. vnica. nu*.61. *Cod. quando pet. par*. Curt. sen. *consil*.74 *num*.3. quem refert, & seq. Socin. iun. *conf*.111.*num*.16 *lib*.1. Crot *in repet. l. re coniuncti, num*.16.*& seq*. Ripa *in d. l. re coniunctis, num*. 134. Gratus *conf*. 58. *numer*. 108. *lib*.6. Apostil. ad Alexand. *conf*. 162. *sub num*. 10. *lib*.2. Contrariam autem sententiam, scilicet quod imo talis prohibitio valeat, & consequenter, quod testamentum ipsum corruat, & res tota reducatur ad causam intestati, tenuit Bart. *in l. quoties*.*§. si duo. num*.1.*& seq ff. de hered. instit*. & hanc opin. dicit communiter teneri Corn. *in l. quoties nu*. 36 *in fi. C. de hered. instit*. quem refert Decian. *in d l*.1.*num*.2. *de testam. milit*. Hanc opinionem dicit esse communẽ Ias. *in d. l. re coniunctis & conf* 8.*col*.9 *vers. Decimo istud. lib*.3. quem refert D. Crauetta *in suo elegantissimo tractatu de antiq. temp. in* 4.*parte, sect*.1.*n*.130. Vt vides opin. Dyn. contra Bartol. est proculdubio magis communis. Ego tamen considerabam, quod ius accrescendi dicitur prouenire ex tacito iudicio testatoris, vt latius dixi *in d. §. ius accrescendi*. Propterea, vbicunq; testator b
verbis ad id expresse conceptis prohiberet ius accrescendi, non dubitarem sequi opin. Bartol. quia vbi expresse quid à testatore dispositum reperitur, illud debet præferri tacitæ eius menti, quæ ex coniecturis colligi possit. Pariter etiam vbi subessent coniecturæ adeo liquidæ, vt aperte conijci posset, testatorem nullo modo voluisse, quod talis institutus in re certa haberet residuum hæreditatis: facile inclinarem in senten-

tiam

tiam Bart. quia bonus Iudex semper debet amplecti in iudicando illam opin. quę magis conuenit verisimili menti testatoris. Consulo tamen, quod de facili quis non recedat ab opinio. Dyn. quæ magis fauet sustinendo testamento, & præterea (vt dixi) est magis communis, & ideo in pract. sequenda.

ADDITIONES.

a NVnquid testator possit, &c.] Vtilior, & fructuosior est illa quæstio an ex tacita, vel expressa testatoris mēte protogari possit ius accrescendi, ita vt post aditam hæreditatem, vel agnitum fideicommissum locum habeat, quam in rem vide Aret. *in l. si minor. ff. de acq. her. & in leg. re coniuncti. Ias. num.* 185. Crot. *n.* 147. Ripa *n.* 171. Gouean.

Nunquid testator possit in suo testamēto proibibere ius accrescen-
1 *di.*] Hic addendum, ius † accrescendi principaliter prouenire ex legis dispositione: secundario vero ex tacito testatoris iu-
2 dicio, seu tacita, & coniecturata voluntate defuncti: & † ideo introductum esse, ne testatorem pro parte testatum, pro parte intestatum decedere contingat, *contra l. ius nostrum, 7.*
3 *ff. de reg. iur.* Hinc est, quod † ius accrescendi dicitur tacita quædam substitutio. Et ita communem vbique se habere sententiam, testatur Alciat. *lib. 4. paradox. c. 8.* Emanuel Soarez *in addit. ad Gomes. to. 1. varia. resolut. c. 3. num. 34.* hosque citans Michael Grassus *lib. 1. recept sent. §. ius accrescendi. q. 2. & seqq.* vbi istam materiam latissime persequitur: deque illa nonnihil attulimus *ad §. si eadem res. 8. Instit. de legatis.* Harprec.

QVÆSTIO LXXV.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Contractus an possit in testamento celebrari.*

Ex Additionibus.

1 *Contractus an in testamento celebrari possit.*
2 *Nullus actus alienus testamento intermisceri debet.*
3 *Contractus, & testamentum actus sunt diuersi.*
4 *Differentia inter testamentum, & contractum.*
5 *Sententia* l. cum antiquitas. 28. C. de testam.
6 *Exceptio confirmat regulam in casibus non exceptis.*
7 *Cur actus extranei in testamento conficiendo prohibeantur.*
8 *Intellectus* l. non est mirum. 20. ff. de pignor. act.
9 *Intellectus* l. assignare. 7. ff. de assignand. libert.
10 *Intellectus* l. cum pater 77. §. filius. 23. ff. de leg. 2.
11 *Intellectus* l. 1. §. 1. ff. de verb. obligat.
12 *Intellectus* l. quæ extrinsecus. 65. ff. de verb. oblig.
13 *Intellectus* l. testamentum. 17. C. de testam.
14 *Intellectus* l. etiamsi quærela. 11. ff. de inoff. test.
15 *Intellectus* l. cum quis decedens. 38. §. 5. ff. de leg. 3.
16 *Intellectus* Nouell. 107. c. 1.
17 *Diuisio in quibus conueniat cum emptione, & in quibus ab ea differat, remissiue.*

1 QVæro, nunquid in testamento possit celebrari *a* contractus? Respond. Gloss. vulgaris, quæ semper ad hoc solet allegari *in l. heredes palam. §. fin. in fin ff. de*
b *testam.* tenuit simpliciter, quod sic. *b* Et illam dicit esse communiter approbatam Paris. *consil. 2. num 19. lib. 5. & cons. 46. num. 36. lib. 4.* & dicit Roman. *consil. 171. num. 6. in fin.* quod communis omnium sententia illam sequitur, quem refert Decian. *consil. 196. post numer. 1. vers. Ex quibus omnibus, & consilio 183. post numerum secundum versic. Verum supradictis,* & Boer. *decis. 353. num. 4.* Dida. *in rub. de testam. in 3. par. post numer. 37.* Illam tamen intellige, vt procedat, quando conuentiones & contractus, qui celebrantur in actu testamenti, non sunt penitus extranei ab ipso testamento, sed si essent contractus penitus extranei, non possent in ipso testamento celebrari. Ita declarant DD. per me supra allegati; & hanc dicit esse communem sententiam Alexand. *in l. 1. §. qui præsens. num. 21. ff. de verb. oblig.* Et ita tenet.

ADDITIONES.

a COntractus.] Et è conuerso, quod substitutio in contractibus fieri possit, commune dixi *in collect. mea commun. opin. verbo substitutio, n* 80. Giach.

b *Tenuit simpliciter quod sic.*] Sed an reuocato testamento isti contractus irriti reddantur, vide Dec. *cons. 96.* Rip *l. nemo potest, num. 35. de leg. 1.* Cæph. *cons. 61. n. 31. vol. 1.* Tiraq. *de iur. mar. verb. contra iter gloss. 3.* Gouean.

Tenuit simpliciter, quod sic, &c.] Hanc sententiam (quod scilicet † in testamento contracto celebrari possit) tanquam cō- 1
muniter approbatam, præter Doctores, quos Clarus hoc loco allegat. amplectuntur Bartolus, Bald. Angel. Ioannes ab Imola Paul. Castrens. Franciscus Aretinus, Iohannes Dauphius, & alij *in l. hæredes palam. 21. §. vltim ff. qui testam fac poss.* Cynus, Fulgosius, Salicet. Iason, Albericus de Rosate, & Gilkenius *ad l. cum antiquitas. 28. C. de testam.* Loriot. *in apicib. iur. titul. de testam. ordinand. axiom. 25.* Connan *lib 9 Commentar iur. ciuil. c. 2. num. 2.* Ioan. Dilect. Durant. *in tract. de arte testan. tit 6. cautel. 3. nu. 2.* Michael Grassus *lib. 1. recept. sent. §. testamentum, quæst. 60. num. 2.* Fernandus Vasquius *de success. creat. & progress. lib. 1 §. 23. num. 4.* Duaren. *in Comment. ad tit. ff. qui testam. fac. poss. in rubr. de nuncupatiuo testament. vers. quæstio hic tractatur, &c.* Reusner. *in tract de testam par. 3. cap 28 num. 7. cum seqq.* Tiraquell. *ad leg. connubial. gloss. 5. num. 101.* vbi plures citat Verum contrariæ sententiæ adstipulantur Viglius *in §. sed cum paulatim. 2. num. 5. Instit. de testam. ordinand.* ibique Ricciardus *num. 207.* Fachineus *lib. 5. controuers. iur. cap. 32. § ego vero priorem, &c.* Arumæus *Exercitat. Iustin. 7. thes. 18.* & Matth. Stephani centuria *secunda quæstione 60.* Pro cuius sententiæ confirmatione primo facit *d. l. hæredes palam. 21. § fin ff qui testam.*
fac. poss. vbi aperte respondetur: nullum † actum alienum, & à 2
testamento diuersum, testamento intermisceri posse. Contra-
ctum † autem, & testamentum esse actus separatos, ac diuer- 3
sos, euincitur *ex l. verba contraxerunt. 24 ff de verb. signific.* Id-
que clarius inde perspicitur: quod † testamentum morte te- 4
statoris confirmatur, & ad vltimum vsque vitæ spiritum reuocari potest. *l. 4. ff. de adimend. vel transfer. legat. l. 1. C. de SS. Eccles.* contractus vero consensu perficitur, semelque initus reuocari nequit. *l. in commodato. 17. §. sicut. ff. commodati. l. si mandauero. 22. §. vltim ff. mandat. l. sicut. 5. C. de obligat. & actio-*
nibus. Deinde † huc confert *d. l. cum antiquitas. 28. C de testam.* 5
vbi à regula, quod nulli actus extranei in testamento interuenire debeant, excipiuntur solum exempla, quæ causam neces-
sitatis continent. Ast † exceptionem confirmare regulam ca- 6
sibus non exceptis notum est *l. quæsitum. 12. §. denique Neratius. 41.* vbi Bartol. *ff. de instruct. & instrum. legat. Nouel. 2. cap. 2.*
Accedit præterea euidens ratio: quandoquidem † ideo potis- 7
simum actus extranei in testamento conficiendo prohibentur, ne testator ab officio testandi, & conueniente deliberatione, quam res illa exigit, auocetur. Hoc autem incommodi vitari neutiquam poterit, si contractus temere interponantur.

Huic (quam, & ego veriorem censeo) assertioni primo
non obstat † *l. non est mirum 26. ff. de pignora tit. act.* vbi tra- 8
ditur, pignus testamento constitui posse. Hoc enim sic accipiendum est: testatorem voluntatem suam de pignore alicui constituendo, in testamento declarare, & hæredi suo necessitatem pignoris constituendi imponere posse. Secundum quam interpretationem contractus pignoris testamento non celebratur: sed testatoris tantummodo voluntas vltima de pignore constituendo declaratur.

Secundo non † obstat *l. assignari. 7 ff. de assignand. libert* vbi 9
respondetur, assignationem liberti per testamentum fieri posse. Hæc namque assignatio non est contractus: cum nihil negocij cum eo cui etiam absenti libertus potest assignari testator gerat: sed voluntatem duntaxat suam sine contractu exponat. Sicuti etenim patronum de suis bonis inter liberos disponere; ita etiam libertos vni adimere, & alteri assignare vel nutu potest *l. 1. § assignare ff. eod. tit.*

Tertio non † obstat. *l. cum pater. 77. §. filius 23. ff. de legat. 2.* 10
vbi testator iureiurando hæredem adstringere potest, vt aliquid faciat. Quoniam iuramentum non inter contractus refertur: sed religiosa affirmatio, seu declaratio voluntatis, inuocatione diuini nominis confirmata, censetur, vt latiùs explicuimus *ad pr. tit. Inst. de pœna temere litigant. n. 9. & seqq.*

Quarto non † obstat. *l. 1 §. 1. ff. de verbor. obligationibus.* vbi 11
media impertinētia nō impediunt stipulationem; ac proinde nec vitiari debet testamentum, aliquo extraneo actum interueniente. Nam hic legis istius sensus est: quod si præsens interrogauerit, mox discesserit, ipsique paulo post reuerso respon-

sum sit, obligationem contrahi, nec interuallum medium eam vitiare. Quod tamen in ea exaudiendum est; vt interuallo isto intermedio nullum negocium extraneum, & à stipulatione alienum fuerit susceptum, aut peractum. *l. si ex duob.* 12. *in fine principij. ff. de duob. reis constituend.*

12 Quinto non † obstat *l. quæ extrinsecus.* 65. *ff. de verbor. obligationibus,* vbi hæc verba (arma virumque cano.) inter ipsam interrogationem, & responsionem interposita, non intrant stipulationem, nec cum eius negotio quicquam commune habent: cum tamen, & stipulationis actus continuus esse debeat *l. continuus.* 137. *in princip. ff. dict. titul. Etenim in d l.* 65. non interuenit actus aliquis extraneus inter interrogationem, & promissionem: sed interiecta sunt tantum verba quædam ad rem, ac negotium præsens nihil pertinentia. Alias sane in stipulatione si promissor, priusquam respondeat, ad alia negotia discesserit, licet illis peractis responderit, nihil omnino actum intelligitur. *dict. leg. si ex duobus.* 12. *ff. de duobus reis constituend.*

13 Sexto non † obstat l. *testamentum.* 17. *C. de testament.* ex qua patet, quod actus superfluus, aut extraneus, in testamento interueniens, testamentum vitiare non debeat: Quandoquidem Impp. Arcadius, & Honorius ibi non de actu aliquo extraneo, & à testamento alieno, sed de cautela superflua, ipsum testamenti negotium concernente, loquuntur.

14 Septimo non † obstat. *etiamsi querela.* 11. *ff. de inoffic. testament* ex qua colligitur, mortis causa donationem testamento fieri posse cum tamen hæc donatio consensum eius, cui donatur, requirere, adeoque aliena esse à testamento videatur: *l. inter mortis.* 38 *ff. de mortis caus. donationibus.* Quia respondetur: donationem illam respicere etiam ad id, quod quis post mortem suam fieri velit: ac proinde non plane à testamento alienam: hodieque legatis per omnia exæquatam esse. *l. illud generaliter.* 37. *ff. dict. titul l. vltim. C. de donat. caus. mort.* Quemadmodum ergo legata in testamento relinqui possunt, nec vitiant testamentum ita quoque donatio mortis causa testamento fieri potest.

15 Octauo non † obstat *l. cum quis decedens.* 37. *§. codicillis.* 5. *ff. de legat.* 3. vbi depositi contractus proponitur in testamento celebratus. Nam in codicillis, de quibus lex illa loquitur, non est contractum depositum: sed de illo, quod iam antea contractum fuit, cauetur in codicillis, vt restituatur ei, cui ex depositi conuentione fuit restituendum. Tametsi alij respondeant: legem illam expresse loqui de codicillis: nos vero de testamentis: non autem eadem in codicillis obseruari solemnia, quæ in testamento desiderantur. *§. vlt. Instit. de codicill.*

16 Nono haud † obstat *Nouell.* 107. *cap.* 1. vbi diuisio in testamento patris inter liberos fieri potest. Atqui diuisio emptionis vicem obtinet. *leg.* 1. *Cod. communia vtriusque iudicij, &c.* Respondetur enim: patrem diuidendo res suas inter liberos non contrahere, sed potius voluntatem suam declarare, vt perspicue indicat textus dictæ *Nouell.* 107. *cap* 1. Ceterum

17 † diuisio in quibus ab ea differat, dilucide explicat Sichardus *in dict. l.* 1. *Codic. commun. vtriusque iudic. n.* 5. *& seqq.* Reliqua, communis opinionis argumenta, refutauimus *in §. sed cum paulatim.* 3. *Instit. de testam. ordinand. n.* 9. *& seqq.* Harprec.

QVÆSTIO LXXVI.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Testatoris voluntas ante omnia attendi debet.*
2 *Et quid in fideicommissis.*
3 *Et quid in aliis substitutionibus.*
4 *Vbi clare non apparet de mente testatoris, verbis est inhærendum.*
5 *Vna pars testamenti per aliam declaratur.*
6 *Verbum æquiuocum positum in vna parte testamenti, debet interpretari prout reperitur clare positum in alia parte testamenti.*
7 *Et quid si in vna substitutione testator mentionem fecerit de filiis masculis, in alia vero simpliciter tantum de filiis.*
8 *Et nunquid hæc regula locum habeat etiam de vno testamento ad aliud.*
9 *Testator in dubio censetur velle minus grauare hæredem, quam fieri possit.*
10 *Dispositio testatoris facta in vnum casum, non extenditur ad alium.*
11 *In dubio mens testatoris, præsumitur conformis dispositioni iuris communis.*
12 *Et vbi adsunt statuta præsumitur conformis dispositioni statutorum.*
13 *Dispositio testatoris facta de personis, quæ sibi ab intestato succedere possent, intelligitur facta eo modo, & ordine, quo de iure ad successionem vocarentur.*
14 *Testator substituens proximiores an censeatur vocasse proximiores vltimi decedentis, an ipsius testatoris.*

Ex Additionibus.

1 *Quatenus expressa testatoris voluntas spectanda.*
2 *Vna pars testamenti declaratur per aliam.*
3 *Testator in dubio censetur velle minus grauare hæredem, quam fieri possit.*
4 *Legatum in dubio ab hærede relictum præsumitur.*
5 *Mens testatoris in dubio præsumitur fuisse consentanea dispositioni iuris communis.*

Diximus de potestate testatoris: nunc de eius voluntate *a* videndum est. In hac autem materia, *a* cum præcedentibus §§. præsertim, vsi de substitutionibus, & fideicommissis tractatum est, multa iam à nobis explicata sint, hoc loco breuiter (præmissis nonnullis conclusionibus) duas tantum quæstiones attingemus.

In vltimis voluntatibus, vbicunque de aliqua re controuerti *b* contingat, semper, & ante omnia ipsius *b* testatoris voluntas attendi debet. *legat. non aliter ff. de* 1 *legat.* 3. *cum simil.* & est communis reg. vt attestatur *Paris. consil.* 41. *numer.* 15. *lib.* 2 *& consil* 52. *numer.* 6. *eod. volum. & consil.* 78. *num.* 16 *eod. volum. & consil.* 60. *numer.* 10. *eod. volum. & consil.* 23. *numer* 9. *lib* 3. *& consil.* 25. *num.* 31. *eod. volum. & consil.* 53. *numer.* 10 *eod. volum. &* hanc regulam dicit esse ab omnibus approbatam Socin. iun. *consil.* 110. *numer.* 10. *lib* 3. Adde, quod non solum attendenda est testatoris voluntas *c* expres- *c* sa (hoc enim absque dubio procedit, vt dixi supra *quæst.* 6. sed etiam illa, quæ ex coniecturis colligitur. *l. cum proponebatur, in fin. ff. de lega.* 2. *similibus* & est communis regul. vt dicit Decian *in leg.* 1. *post num.* 4. *C. de collatio.*

Idque maxime in fideicommissis *d* locum habet. In 2 illis enim licet voluntas testatoris ex verbis expressis *d* colligi non possit, sed tantum ex *e* coniecturis, illa ta- *e* men attendenda est, adeo vt plerunque propter coniecturatam mentem testatoris à vi, & proprietate verborum sit recedendum *l. heredes mei.* §. *cum ita. cum ibi nota ff ad Trebellian.* & est communis conclusio, vt dicit Paris. *consil.* 43. *numer.* 24. *lib.* 2. *& consil.* 75. *numer.* 50. *eod. volum. & consil.* 17. *numer. lib.* 2. *consil.* 25. *numero* 35. *eod. volum.* quinimo fideicommissa ipsa ampliantur, restringuntur, extenduntur, declarantur, & limitantur per rationem, & causam, propter quam testator motus fuit ad fideicommissum ita faciendum, adeo vt talis ratio, & causa potius attendi debeat, quam verba expressa *leg. cum pater.* §. *dulcissimis, vbi nota. ff. de leg.* 2. & est communis conclusio, vt dicit Paris. *consil.* 6. *numer.* 20. *lib.* 3. *& consil.* 18 *numer.* 21. *eod. volum. & consil.* 25. *numer.* 26 *eod. volum.* & coniecturata mens testatoris in fideicommissis adeo potens est, vt plerumque operetur, quod aliqui admittantur, qui alias non admitterentur, & aliqui excludantur, qui alias non excluderentur, & est communis regula vt dicit Curt. iun. *cons.* 57 *n.* 6.

In aliis tamen substitutionibus, si quæ in testamen- 3 tis fa-

tis factæ sunt, hæc conclusio non ita absolute procedit: in eis enim vltra in illis contenta nihil est subaudiendum. Et hæc est communis reg. vt dicit Socin. iun. *consil.* 101. *num.* 5. *lib.* 1. maxime vbi de substitutione extendenda, aut declaranda, sed inducenda ageretur: tunc enim non ita de facili coniecturas tacitæ mentis admittimus; sed illud fideicommissum, siue substitutio, quæ in testamento expressa non reperitur, non debet dici facta, & dicens contrarium debet illud ostendere. Et hæc est communis regula, vt dicit Socin. iun. *consil.* 176 *num.* 8. *lib.* 2. *& cons* 78. *num.* 4. *lib.* 3. In proposito huius conclusionis videnda sunt, quæ dixi sup. §. *substitutio.*

4 Vbi clare non apparet, quæ sit mens testatoris, tunc inhærendum est verbis ipsius, & hæc est communis conclusio, vt dicit Curt. iun. *consil.* 169. *num.* 1. Ceterum si etiam verba ipsa dubia essent, ita vt colligi non posset, quæ mens testatoris fuisset; tunc ante omnia f spectanda est ipsius f testatoris consuetudo, deinde regionis, in qua versatus est, præterea qualitas personarum, charitas, & necessitudo. Item, & ex præcedentibus, aut sequentibus verbis coniiciendum est, quid testator senserit. Sunt verba Iurisconsult. *in l. si seruus plurium.* § *fin. ff. de legat.* 1. Qui ordo à Iurisconsult. traditus ad inuestigandam mentem testatoris, formaliter, & præcise est obseruandus, ita vt prima coniectura præferatur secundæ, & sic successiue. Et hæc est communis opin. vt dicit Iason *in d.* §. *fin. num* 2. quod nota.

5 Dixi, quod vna pars g testamenti per aliam declaretur, & hoc receptissimum esse attestatur Emil. Ferret. g *in l. quia filiabus in princip. num.* 4 *ff. de legat.* 1. Regulariter enim mens testatoris præsumitur fuisse in vna parte, quæ fuit in alia. Ita dicit Bartol. *in l. centurio. colum.* 9. *vers. vel quid si præcedentib. ff. de vulga.* quem sequuntur communiter Doctor. vt dicit Socin. iun. *consil.* 101. *n.* 7. *lib.* 1.

6 Hinc infertur, quod si reperiatur aliquod verbum æquiuocum, vel commune: puta, *Substituo, in vna parte h testamenti*, debet illud verbum h interpretari, prout reperitur clare positum in alia parte testamenti. Ita dixit Bartol. *in loco præallegato*; quem sequuntur communiter Scribentes, vt dicit Paris. *consil.* 73. *num.* 48. *libro* 2. *& consil.* 86. *numer.* 55. *eod. volum. & cons.* 72. *n.* 42. *lib.* 4.

7 Sed pone, quod testator in aliqua substitutione fecerit mentionem de filiis masculis, deinde in alia substitutione fecerit mentionem simpliciter de filiis, nunquid in hac secunda substitutione debet etiam subintelligi de masculis? dixi sup. §. *substitutio.*

8 Sed nunquid sicut præsumitur de vna parte testamenti ad aliam, ita etiam erit præsumendum de vno i testamento ad aliud? Respond. quod non, & ideo, si testator in primo testamento aliquid disposuit cum vna qualitate, & postea faciat secundum testamentum, in quo repetat eandem dispositionem (omissa illa qualitate) intelligitur talis qualitas potius neglecta, quam repetita in secundo testamento. Ita tenet Bart. *in l. Statium Florus. in princ. numer.* 2. *de iure fisci.* qui in hoc per omnes approbatur, vt dicit Curt. iun. *consil.* 163. *numero* 14.

9 Testator k in dubio censetur velle minus grauare k hæredem, quam fieri possit. *l. vnum ex familia.* §. *si rem. ff. de leg.* 2. & est communis regula, vt dicit Soc. iun. *cons.* 9. *n.* 4 *lib.* 1.

10 Dispositio testatoris facta in vnum casum, non extenditur ad alium. *l. commissime ff. de lib. & posthum.* & est communis regula, vt dicit Paris. *consil.* 87. *numer.* 50. *lib.* 2. Hanc tamen conclusionem intellige, vt procedat, quando aliter de testatoris ipsius mente non apparet. Nam eo casu bene procedit regula, quod casus omissus habetur pro omisso? sed si subsit coniecturata mens testatoris, vtique dispositio facta in vnum casum extenditur ad alium. *leg. Titius.* §. *Lucius ff. de lib. & posthum.* & est communis regula, vt dicit Decian. *in l. si mater, post num.* 1. *versic. Sed iste C. de instit. & substit.* In proposito huius regulæ videnda sunt, quæ dixi supra §. *substitutio.*

In dubio l mens testatoris præsumitur fuisse conformis dispositioni iuris communis. Ita allegatur dicere Bart. *in l. heredes mei,* §. *cum ita ff. ad Trebellian.* quem in hoc dicit communiter approbari Curt. iun. *cons.* 57. *post num.* 8. Hanc etiam conclusionem attestatur esse communem Galiaula *in repet. l. Gallus,* §. *quidam recte post nu.* 11. 11 l

Scias tamen, quod vbi adsunt statuta, præsumitur mens testatoris potius fuisse conformis dispositioni statutorum, quam iuris communis: & ad hoc allegatur Bart. *in d.* §. *cum ita, num.* 4 *ff. ad Trebell.* & est communis conclusio, vt attestatur Socin. *cons.* 51. *numer.* 35. *lib.* 4. Curt. iun. *cons.* 68 *post numer.* 63. *lib.* 2. Hinc infertur, quod stante statuto; quod extantibus masculis feminæ non succedant: si testator in testamento suo simpliciter instituat filios suos, non censetur instituisse feminas à statuto exclusas. Ita allegatur tenere Bald. *in leg. tres fratres.* quem tamen ego ibi hoc dicentem nõ inuenio. *ff. de pact.* & est communis conclusio, vt dicit Curt. iun. *de feud. in* 1. *par. tertiæ partis princip. in* 12. *limitat.* 12

Secundo infertur, quod dispositio testatoris facta de personis, quę sibi ab intestato succedere possent, in dubio intelligitur eo modo, & ordine, quo de iure communi, vel municipali ad successionem ab intestato vocarentur. Ita colligitur ex nota. per Bart. *in dict.* §. *cum ita, num.* 4. quem omnes sequuntur, vt dicit Socin. iun. *cons.* 104. *num.* 26. *lib.* 1 & ideo si plures vocati sunt ad fideicommissum sub nomine collectiuo, puta, *Substituo omnes de familia mea:* censentur vocati ordine successiuo, ita vt gradatim proximiores admittantur, secundum quod succeditur ab intestato. Ita tenuit gl. *in l. cum ita.* § *in fideicommisso. in verbo. Num nati sunt ff. de leg.* 2. quæ in hoc est communiter approbata, vt dicit Paris. *consil.* 3. *num.* 4. *lib.* 1. *& consil.* 38 *numer.* 1. *lib.* 2. *& consil* 51. *num.* 16. *eod. vol. & consil.* 57. *num.* 16 *eod. vol. & consil.* 76. *num.* 6. *eod. vol. & cons.* 83. *n.* 14. *eod. vol. & cons.* 56. *num.* 26. *lib.* 3. *& cons.* 50. *nu.* 18. *eod. vol. & cons.* 65. *n.* 48. *eod. vol.* Hanc etiam conclusionem dicit esse communem Soc. *cons.* 43. *num.* 8. *lib.* 3. *& consil.* 86 *nu.* 8. *eod. vol.* Curt. iun. *consil.* 22. *num.* 12. Vide quæ dixi sup. *q.* 70. *in prima conclusione.* In proposito etiam illius gl. videnda sunt ea, quæ dixi sup. §. *substitutio:* vbi diffusius de eius veritate tractaui. 13

Sed hic occurrit pulchra quæstio, & quæ sæpe contingit in practica. Pone, quod habens plures agnatos, vel cognatos, vnum instituat, & eidem per fideicommissum substituat alios proximiores agnatos, & cognatos: Quæro, nunquid præsumantur ex tali substitutione vocati illi agnati, vel cognati, qui erant proximiores ipsius testatoris, an autem proximiores ipsius grauati, cui facta est substitutio? Respond. aliqui dicunt, quod censentur vocari proximiores ipsius testatoris, quos, in dubio præsumitur testator magis dilexisse, quam proximiores eorum, quos instituit. Et hanc opin. dixit m esse communem Ioan. Dilect, *de arte testan titul. tertio. caut.* 31. *numero tertio.* Hæc tamen opinio mihi nunquam placuit, & videtur directo con- 14 m

trariari regulæ supra positæ. Si enim testator præsumitur voluisse in suis bonis succedi iuxta ordinem à iure communi constitutum in successionibus ab intestato: de necessitate iudicio meo fatendum est, quod semper voluerit proximiores illius, de cuius hæreditate agitur, illi succedere, non autem eius remotiores, licet sint proximiores ipsius testatoris, quos ille de iure communi proculdubio excluderet. Nec dicatur, quod in fideicommissis succedatur fideicommitenti, non autem grauato, vt dixi supra § *substitutio*. Quia per hoc non tollitur, quo minus inter vocatos ab ipso testatore sit succedendum eo gradu, & ordine, secundum quem ipse testator disposuisse præsumitur, scilicet secundum quem inter ipsos procederet successio ab intestato. Et licet hæc sententia mihi verior videretur: tamen propter auctoritatem tenentium contrarium non audebam me firmare. Tandem reperi Socin. iun *consil*. 116. *lib*. 1. qui per totum illud consilium tractat eleganter hanc quæst. & post multa concludit secundum hanc opinionem, quod scilicet attendatur proximitas vltimo morientis, siue grauati, non autem testatoris: & post relatas multas auctoritates Doctorum, qui illam tenuerunt *n*. 56. attestatur eam esse magis communem, subdens quod nefas putaret ab ea recedere in iudicando Hanc etiam opin. dicit esse communem Gozad. *consil*. 4. *post num*. 31. *vers*. *Ad sextum*. Cum ergo hæc opin. sit verior, & ex allegatis per Soc. iun. *in d. consi*. appareat, eam etiam esse magis communem, dicerem consulendo, aut iudicando nullo modo esse ab ea recedendum. Vide in hoc proposito, quę dixi supra § *substitutio*.

Quatenus testator dilexit instituendo, censetur etiam dilexisse substituendo, est communis regula, vt dicit Curt. iun. *consil*. 91. *numer*. 8. Hinc infertur, quod si testator in institutione excludit feminas propter masculos, censetur eas pariter voluisse excludere in substitutione. Ita dixit Bart. *in l. fin. num*. 2 *ff. ad Trebellian*. & est communis conclusio, vt dicit Curt. iun. *consil*. 11. *circa fin*. Rub. *consil*. 61. *in fin*. Hoc tamen, limita, vt non procedat, quando ita intelligendo sequeretur mala grammatica: nam eo casu præsumendum est illam fuisse mentem testatoris, quæ secundum rationem recti sermonis procedere potest. Ita dicit Bartol. *in dict. l. fi. post num*. 2. qui in hoc communiter approbatur, vt ait Curt. iun. *consil* 57. *post num*. 6. quem refert, & sequitur Bello. *consil*. 53. *numer*. 6. *& lib*. 4. *supputa. cap*. 20. *num*. 6.

ADDITIONES.

a *Voluntate*.] Adde, vt voluntas testatoris attendatur, quid à proprietate verborum receditur, Bartol. & alij *in l. in ambiguo, ff. de rebus dub*. & nota, quod voluntas hominis consistit in verbis, sicut facies in speculo, per Crauet. *in consil*. 55. *col*. 2. Giach.

b *Controuersi*.] Hic nota, quod voluntas testatoris declaratur etiam ex testamento reuocato, per Crauet. *in consil*. 113. *in fin*. Item vbi est dubia debet interpretari ex eo, quid est verisimilius, per eundem *cons*. 15. *n*. 25. Giach.

c *Voluntas*.] Dic, quia voluntas testatoris totum facit, *leges ex facto, la grande. ff de her. instit*. Et dicit Imperator *in l*. 3. *C. de liber prator*. quod cum appareat de mente testatoris; verborum interpretatio nusquam tantum valet, vt melior sensus existat. Et expressa facit cessare tacitam, per Gæph. *consil*. 158. *nu*. 15. Giach.

Non solum attendenda est testatoris voluntas expressa, sed etiam illa, quæ ex coniecturis colligitur.] Quod pronunciatum intelligendum est, vt † procedat, nisi voluntas testatoris fuerit ex-
1 pressa per verba penitus inepta, & incongrua. Si tamen mens testatoris ex præcedenti dispositione testatoris appareat; illa spectanda est licet per verba inepta postea fuerit expressa. Ita post Socion n sen. *in l. in ambiguo*. 3. *num*. 7. *ff. de reb. dub*. & alios, tradunt Michael. Grassus *lib*. 1. *recept. sentent* § *testamentum. quæst*. 76. *numer*. 3. *&* Franciscus Mantica *in tract. de coniect. vltimar. volunt. lib*. 3. *tit*. 3. *num*. 17. Quo in titulo quemadmodum testatoris voluntas obseruari debeat, copiose, ac dilucide exponit. *Harprec*.

d *Fidei commissis*.] Ad idem etiam adde, vt per Ioan. Gæphid. *in consil*. 134 *num* 27. vbi dicit, quod voluntas potius quam verba inspicitur in fideicommissis, etiamsi colligatur ex coniecturis, *n. seq*. Giach.

e *Ex coniecturis*.] Adde, quod hodie adsunt amplissimi tractatus de coniecturis vltimarum voluntatum, nec non de earum interpretatione: Manticæ, inquam, & de Pretis, qui sunt duo solemnes Moderni, qui formant, examinantq; quæstiones plene, & eleganter: istos videto *Giach*.

f *Ipsius testatoris consuetudo*.] Quin etiam ex verissimi viuentium opinione colligitur mens testatoris. *l. quoniam. C. de Da. lib*. Crauet. *consil* 96. 155. 145 *ex priuata scriptura testatoris. al. de arte testan. titul*. 6. *caut* 66. Iason. *in legat. qui filiabus numer*. 5 *ff. de legat*. 1. *ex actu, vel à principio inualido, vel ex post facto inualido, legat fin. de bon eod*. Decian. *consil*. 176. Paris. *consil*. 7. *volum*. 3. Socin. iun. *consil*. 122 *numer*. 15. *volum*. 3. *& consil*. 49. *numer*. 14. *volum*. 4. *ex consultorum testamenti declarationi*, Angel. & Imol. *l. cum ex filio ff. de vulg. & pupill. ex hæredis declaratione*, Tiraquell. *de tract. mun*. § 2. *gloss*. 2. *num* 4. Burs. *cons*. 28. *n*. 11. *ex unius testis minus legitime recepti dispositione*. Soc. iun. *cons*. 56 *nu*. 5 *&* 6. *vol*. 4 Gouean.

g *Vna pars testamenti per aliam declaratur*.] Adde † idem 2
sentientes Ludouicum Gozad *consil*. 64. *numer*. 11. *& consil*. 89. *num*. 5 Manticam *d lib* 3 *tit*. 9. *nu*. 3. & Grassum *dict*. § *testamentum, q*. 76. *n*. 21. aliosque ab his laudatos. *Harprec*.

h *Interpretari*.] Adde, quod sumitur declaratio etiam ex testamento reuocato, vt dixi supra. *Giach*.

i *Respond. quod non*.] Caue, ne hæc ita generaliter exaudias, nam ex testamento nullo, vel imperfecto aliud interpretamur, quanquam dubij iuris sit, an ex reuocato testamento idem fieri possit. *leg cum tacitum, ff. de probat, l. fin. ff. de re. iud*. Crauet. *consil*. 113. *numer*. 6 7 8. Ruin. *consil*. 93 *numer*. 13. *& consil*. 144. *num*. 17. *lib*. 2. Menoch. *consil* 85. *num*. 122. *volum*. 1. quin etiam ex reuocato posterius recipit interpretationem, Rip. *respon*. 132. *numer*. 13. Hæc autem conclus. duobus modis, & quidem contrariis intelligitur. Primo namque arguimus aliquam qualitatem, vel conditionem subintelligendam in vltimo testamento, quid eam testator in alio expresserit: Secundo arguimus è contrario, imo vero non esse subintelligendam in vltimo testamento, quia testator eum voluit eam in aliis expressit, vide Zanch. *in aurea rep*. § *cum ita, l. hæreditas mei, ff. ad Trebell. part*. 3. *n*. 56. Gouean.

k *Testator in dubio censetur velle minus grauare hæredem, quam fieri possit*.] Hanc † regulam, vtpote communem, inculcat 3
Iacobus Menochius *in tractat. de præsumptionibus. lib*. 4. *præsumpt*. 66. *numer*. 4 *item præsumpt*. 106. *numer*. 18. *præsumpt*. 132. *numer*. 2. *præsumpt*. 155. *numer*. 4. *& alibi*. Quanquam † alias 4
legatum in dubio ab hærede derelictum esse præsumatur, *leg. si seruus legatus*. 108 § *qui margaritam*, 13. vbi Baldus & Imola. *ff. de legat*. 1. *l. peto*, 69. *in princip. ff. de legat*. 2. late Mantica *d. tract. de coniect. vltim. volunt. lib*. 8. *titul*. 2. *numer*. 1. *& seqq*. Idemque attingimus in § 1 *institut. de legat. num. vigesimoquinto, & seqq*. Harprec.

l *In dubio mens testatoris præsumitur fuisse conformis dispositioni iuris communis*.] Quod † testator in dubio voluerit suam dis- 5
positionem esse conformem, atque consentaneam iuri communi, tenet quoque Menochius *d. lib*. 4. *præsumpt*. 73. *numer*. 3. *præsumpt*. 75. *num*. 9. *præsumpt*. 79. *num*. 9. *præsumpt*. 86. *num*. 15. *præsumpt*. 94 *num*. 16. *& præsumption*. 95. *numer*. 15. item Grassus *dict. quæstio*. 76. *num*. 25. & Mantica *d. tract. lib*. 6. *tit*. 6. *&* 7. vbi hanc conclusionem abunde explicat. *Harprec*.

m *Dixit esse communem*.] Alexand. *consil*. 15. *vol*. 4 Soc. *consil*. 249. *vol*. 2. *& cons*. 35. *volum*. 4. Socin. iun. *cons*. 168. *nu*. 70. 71. 72. *vol*. 2. Gouean.

QVÆSTIO LXXVII.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Filij, vel descendentes positi in conditione an censeantur vocati*.

2 *Et quid si adsunt aliqua coniectura*.

Ex Additionibus.

1 *Effectus quis quæstionis illius: an liberi in conditione (si sine*

sine liberis decesserit) positi, sint in dispositione testatoris, remissiue.

2 *Referuntur Doctores, qui existimant, quod filij in conditione positi non intelligantur per fideicommissum substituti, seu vocati ex testamento: sed solum ab intestato succedant.*

3 *Recensentur Doctores contrarium statuentes.*

4 *Prior negatiua sententia confirmatur.*

5 *Natura conditionis quæ sit.*

6 *Declaratur* l. Lucius. 85. ff. de hæredibus instituend. & num. 17.

7 *Institutio ex coniectura non inducitur, sed verbis fieri debet.*

8 *Consideratio* l. 1. C. de pact.

9 *Res, restitutioni fidicommissariæ subiecta, alienari non possunt.*

10 *Sententia* l. ex facto. 17. §. ex facto, ad SC. Treb.

11 *Liberi positi in conditione fructu paterno non debent defraudari.*

12 *Inducta ad vnum effectum eius contrarium operari non debent.*

13 *Fauore alicuius inductum non est retorquendum in eius odium.*

14 *Sola testatoris voluntas in fideicommissis spectanda.*

15 *Sensus* l. conficiuntur. 8. §. 1. ff. de iur. codicillor.

16 *Explanatio* d. l. Lucius 85. in fin. ff. de hæredibus instituend.

NOn est hoc loco, in quo de mente testatoris conijcienda principaliter agitur, omittenda trita illa, & vulgaris *a* quæstio, nunquid filij, vel descendentes positi in conditione censeantur vocati. In qua quidem, ne in auctoritatibus citandis (quod semper abhorrui) nimius esse viderer, mihi modum potius, quam copiam quærendam esse animaduerti. Citaui itaque tantum locos, magis insignes, ceteris, in quibus obiter huius quæstionis fit mentio, de industria prætermissis. Pone ergo, quod testator in suo testamento ita cauerit: Instituo Titium mihi hæredem, voloque, vt si ipse Titius sine filiis decesserit, restituat hæreditatem Mæuio; Quæro, nunquid isti filij Titij, qui non sunt expresse à testatore instituti, vel substituti, sed tantum positi in conditione, censeantur vocati? Vtilitas *b* autem huius quæstionis est maxima, quia si censentur vocati, non poterit Titius tanquam per fideicommissum grauatus, vt illis restituat hæreditatem, in eorum præiudicium aliquid de ipsa hæreditate disponere. Si vero non censentur vocati, sed solummodo intelligitur eis reseruatum ius legitimæ successionis ab intestato, ipsi quidem, si Titius intestatus decesserit, proculdubio erunt Mæuio substituto præferendi, ex quo per eorum existentiam defecit conditio, sub qua Mæuius erat vocatus: sed si Titius facto testamento alium hæredem reliquerit, ipsi remanebunt exclusi à successione testatoris. Et in hoc articulo semper allegatur vulgatissima illa Glossella *in l. Lucius, la 2. in gl. fi. ff de hered. instit.* quæ voluit, quod testator ipsos liberos censeatur prætulisse substituto ab intestato tantum & sic, quod isti *c* filij, & descendentes non censeantur à testatore vocati, sed solummodo sit illis reseruatum ius legitimæ successionis ab intestato. Hanc autem opin. gloss. attestantur esse communiter receptam, ac canonizatam tam in iudiciis, quam in scholis, atque ab ea non esse consulendo, aut iudicando recedendum, hi qui sequuntur. Imo. *in l. si filiusfamil. §. cum quis. ver. Et hac faciunt. ff. de legat. 1. & in d. l. Lucius, post n. 2. vers. in gl. fi. ff. hered. inst.* quem refert Alex. *cons. 149. num. 6. lib. 2.* Paul. de Castr. *in l. cum acutissimi. post n. 4 C. de fideicommis.* Raph. Comen. *in d. l. filiusf. §. cum quis*, quem refert Alexan. *consil. 38. post num. 6. vers. & per prædicta, lib. 6.* Rom *in l. ex facto. §. ex facto. ff. ad Trebellian.* quem refert Guid. Papæ *consil. 25. num. 1. & cons. 27. num. 2.* Ioan. de Ana. *consi. 68. circa fi.* Alexan. *cons. 91. n. 6. lib 1. & cons. 108. num. 3. eod. volum. & cons. 66. num. 5. lib. 2. & cons. 109. num. 4. eod. vol. & cons. 185. num. 15. eod. volum. & cons. 33. num. 3. lib. 3. & consil. 13. post num. 10. lib. 4. & cons. 55. n. 14. eod volum. & consi. 139. n. 7. lib. 9. & cons. 201. nu. 2. lib. 7. & cons. 133. n. 2. eod. volum. & in d. l. ex facto. post num. 3. in gl. in verbo Defecisset, ff. ad Trebell.* quem refert Soc. iun. *cons. 26. n. 14. lib. 1.* & Boer *decis. 147. post n. 15. versic. sed ad prædicta.* Aret. *consil. 27. in fi.* Cornel. *cons. 21. in lit. C. libr. 1. & cons. 118. in littera G. lib. 2. & cons. 119. in littera P. eod. volum. & cons. 146. in littera A. eod. volum. & cons. 186. in littera C. eod. volum. & cons. 207. in littera B eod. volum. & cons. 1. col. 10. in littera V. lib. 3. & cons. 168. in princip. eod. volum. & cons. 243. in littera S. eod. volum & consi. 89. in littera E. lib 4 & cons. 101. in littera A. eodem volum. & consil. 180. in littera A. eod. volum. & cons. 226. in littera B. eod. volum. & in l. 1. n. 9. C. de cond. inser.* Socin. *in l. cum auus, post n. 11. ff. de cond. & demonstr. & cons. 140. n. 2. lib. 1. & cons. 42. n. 1. lib 3. & cons. 116. n. 1. eod. vol. & cons. 33. nu. 1. l. b. 4. & cons. 33. n. 30. eod. volum. & cons. 74. nu. 2. eod. volum.* quem refert Socin. iun. *cons. 176. num. 16. lib. 2. & cons. 177. n. 8 & seq. eod. volum.* Guido Papæ *cons. 140. paulo ante num. 1. & cons. 216. n. 9. & cons. 218. n. 2.* Iason. *in l. pecuniam, nu. 1. in fi. ff. si cert. pet. & in l. generaliter, in princip. nu. 2 C. de instit. & substit. & cons. 143. post nu. 6. lib. 2. & cons. 206 num. 3. eod. volum. & cons. 22. vol. 3. vers. Pro eadem, eod. volum. & cons. 41. circa fi. lib. 3. & cons. 108. colum. 5. vers. Non quoque obstat. lib. 4.* Curt. sen. *cons. 24. num. 14. & cons. 45. nu. 12.* quod cons. fuit compilatum per ipsum Curt. & D. Christoph. Burigellam nomine venerandi Collegij Papiensis, *& cons. 63. n. 3. & 4. & in repet. dict. l. 1. num. 6. C. de pact.* Decian. *in dict. l. 1. num. 15. C. de pact. & cons. 91. post num. 4. vers. Sed respondetur, & consi. 270. post nu. 1. & cons. 191. in fi. & cons. 422. num. 2.* Claud. *in l. Centurio n. 44. ff. de vulga. & in dict. l. ex facto. num. 2. ff. ad Trebellian.* Ruin. *cons. 40. num. 3. in fi. lib. 1. & cons. 108. num. 11. lib. 2. & cons. 111. num. 3. eod. vol. & cons. 113. num. 3. eod. vol. & cons. 179. num. 1. eod. volum.* Pet. Girard. *sing. 61. Habes* Bertran. *cons. 18. post num. 21. lib. 1. in 2. parte, & cons. 81. n. 5. & 6. eod. volum. & cons. 31. num 4. lib. 2. in 2. parte, & consi. 96. num. 6. eod. volum. & consi. 103. post nu. 7. vers. Præterea præmitto. eod. volum. & cons. 170. n. 1. eod. volum. & cons. 183. n. 21. lib. 3. in 2. parte, & cons. 182. n. 2. eod. vol. & cons. 216. nu. 1. eod. vol. & cons. 250. nu. 4. eod. volum. & cons. 286. num. 4. eod. vol.* Gozadi. *cons. 104. quod est cons. vlt. num. 7.* Ripa *in l. Centurio, n. 159. ff. de vulg. & in d. l. ex facto. §. ex facto. n. 10. ff. ad Treb. & in d. l. 1. n. 5. C. de pact.* Corset. *in repet. Abbatis in ver. Substitutio.* Apostil. ad Guido Papa *cons. 22. sub num. 5.* Rubeus *cons. 144. post nu. 1.* Paris. *cons. 18. n. 10 lib. 2. & cons. 31. num. 3. eod. vol. & cons. 57. n. 19. eod. volum. & cons. 63 num. 9. eod. vol. & cons. 74. num. 3. eod. volum. & cons. 75. num. 44. eod. volum. & consi. 78. n. 6. eod. volum. & cons. 86. n. 6. eod. vol. & cons. 87. nu. 7. eod. vol. & cons. 14. n. 5. lib. 3. & cons. 16. n. 27. eod. vol. & cons 42. n. 2. eod. vol. & consi. 53 num. 9. eod. vol.* Cotta *in verbo Filij in conditione.* Bello. *cons. 81. n. 4.* Purpurat. *in d. l. 1. n. 112. C. de pact.* Soc. iun. *cons. 60. n. 65. lib. 1 & cons. 111. n. 25. & n. 30. eod. vol. & cons. 118. n. 19. eod. vol. & cons. 119. nu. 9. eod. vol. & cons. 126. n. 29. eod. vol. & cons. 168. n. 6. lib. 2. & cons. 141. n 3. eod. vol. & cons. 151. n. 10. eod. vol. & cons. 154. n. 4. eod. vol.* Crauetta *cons. 109. n. 2 & cons. 155. n. 2. & cons. 288. post n. 3. vers. Tertio considero.* Emil. Ferret. *in d. l. 1. n. 6. C. de pact.* Zuccard. *in repet. d. l. 1, n. 47 & seq.* Gratus *consi. 106. num. 43. lib. 2.* Ioan. Dilect. *de arte testandi, titul. 5.*

caut. 19. *numer.* 1. *& caut.* 24. *numer.* 2. *& caut.* 36. *numer.* 1. Et dicit Guido Papæ *decis.* 39. *post num.* 1. quod hanc opin. seruat Curia Parlamenti Delphinalis in iudicando.

d Contrariam *d* vero sententiam, quod scilicet filij positi in conditione censeantur à testatore vocati, saltem tacite, tenuit Oldra. *consi.* 21. *in fi.* cuius opinionis multos etiam habuit sequaces, quos recenset Bald. *consil.* 55. *colum.* 5. *& seq. lib.* 2 subdens, quod licet Ioan. de Imol. *in d. l. Lucius*, dixerit opinio. glo. esse magis communem, tamen salua pace sua, ista est verior, & communior, quem refert Boer. *decis.* 155. *post nu.* 33. & Socin iun. *consi.* 168. *num.* 75. *lib.* 2. Dicit etiam Socin. *consi.* 77. *post num.* 4. *lib.* 1. quod multi DD. tenent contra illam gloss. & quod vidit consultum per multos solemnes Doctor. qui dicebant hanc esse communem opin. Modern. quem refert Gratus *consil.* 32. *num.* 1. *lib.* 2. *& consil.* 101. *num.* 13. *eod. volum.* Dicit etiam Curt. sen. *consi.* 51. *post numer.* 22. quod cum hanc opin. tenuerint plurimi Doct. supremæ auctoritatis, & cum sit æqua opinio, vt omnes fatentur, certe illa in iudicando sequenda est: quia multoties errant homines discedentes ab æquitate, vbi locum habere potest, sequendo subtilitates, referens verba Angel. *in l. sequitur. in princ. ff. de verbor. oblig.* monentis, vt caueant Aduocati, Doctores, & Iudices, quando sequi possunt æquiorem sententiam, ne rigorosam amplectantur, quia perniciose errarent: & tandem subdit, quod hæc opinio non potest dici, nisi communis, & sequenda quem refert Paris. *cons.* 50. *num.* 37 *lib.* 3. Dicit etiam Socin. iun. *cons.* 158. *num.* 71. *lib.* 2. *& consil.* 174. *numero* 21. *eod. volum.* quod ab hac opin. tanquam veriori: & forte hodie communiori non esset iudicando recedendum; & in vtroque consilio late recenset auctoritates, dicens, quod non est dubium communem opin. posse mutari temporis cursu. Ex quo sæpe contingit, quod aliqua opinio, quæ à quinquaginta, vel sexaginta annis supra communiter tenebatur, desinat esse communis, si plurimi ex sequentibus contrarium teneant: & quod ita fortasse contingit in ista difficultate. Idem etiam dicit idem Socin. iun. *consil.* 120. *num.* 20. *lib.* 3. *& consil.* 145. *num.* 36 *eod. volum.* Et dicit Gratus *consil.* 48. *num.* 22. *libro primo*, quod licet olim opin. illius gloss. esset communis: hodie tamen est dubium, an sit communis, & reuera negari non potest, quin magnæ sint auctoritates hinc inde. Tamen vt potes ex prædictis colligere, non videtur dubitandum, quin etiam hodie opinio illius gloss. sit magis communis: & credo, quod sint plures Doctores, qui attestantur illum esse communem, quam illi, qui tenent opin. contra gloss. nihilominus, quia contraria opin. vt omnes fatentur, est æquior, & forte etiam est verior in puncto iuris, non est ita absolute adhærendum opinioni illius gloss. sed pro concordia, etiam ex communi mente Doctorum, putarem ista posse distingui. Aut ille, qui fuit institutus in testamento, erat extraneus ipsi testatori: & intelligo extraneos omnes illos, qui non sunt descendentes ipsius testatoris, licet sint ei sanguine coniuncti, & tunc procedat opin. *gloss. in d. l. Lucius*, vt scilicet eius filij in conditione positi non censeantur vocati: & hic casus procedit absque dubio, vt dicit Curt. sen. *in d. consil.* 45 *num.* 2. quod consilium, vt dixi, fuit editum sub nomine Venerandi Collegij Papiensis. Et dicit Socin *consi.* 57. *post nu.* 30. *lib.* 4. quod opin. gloss. in transuersalibus est multum communis, & indubitata in consulendo, & iudicando. Non enim potest vlla affectio testatoris erga tales filios verisimiliter considerari, vt eorum fauore dicatur voluisse imponere instituto onus fideicommissi. Aut isti filij positi in conditione erant descendentes ipsius testatoris: & tunc aut nulla subest coniectura, quod testator eos vocare voluerit, præterquam, quod simpliciter eos posuit in conditione: & hoc casu etiam procedat opin. gl. & magis communis, scilicet quod solummodo censeatur testator voluisse eis reseruare ius legitimæ successionis ab intestato, non autem voluisse grauare hæredem institutum, vt hæreditatem illis restituat. Nam conditio ipsa nihil ponit in esse: & regulariter non inducitur tacitum fideicommissum, nisi vbi ex coniecturis colligitur mentem testatoris illam fuisse, vt fideicommissum induceretur. Et ab hac opin. vbi nullæ subsint coniecturæ, temerarium esset, iudicio meo, consulendo, aut iudicando recedere. Aut vero aliqua 2
subest coniectura mentis testatoris, quod voluerit istos filios in conditione positos vocare, & tunc intrepide tenenda est opin. Oldr. & sequacium, quod censeantur tacite vocati. Et ita dicunt communiter Doct. nostri, etiam qui regulariter negant eos vocatos esse, vt dicit Soc. iun. *consi.* 128. *num.* 73. *lib.* 2. Dicit etiam Crauet. *cons.* 62. *num.* 6. quod licet Doct. magis communiter videantur sequi gloss. *in d. l. Lucius*, tamen cum tot, & tantæ sint auctoritates in contrarium, de facili ex aliquibus coniecturis receditur ab illa communi opin. Idem etiam dicit Soc. iun. *in d. consil.* 110. *post nu.* 20. *vers. verum si quis, libro* 3. Et hanc conclusionem, quod vbi adest aliqua coniectura, filij, seu descendentes positi in conditione censeantur vocati, non solum ad exclusionem vltimo loco substituti, sed etiam ad hoc, vt possint grauari, dicit esse communem Soc. *consil* 63. *lib.* 3. prout illum refert, & sequitur Paris. *cons.* 78. *num.* 7. *libro secundo*. Et licet ego non reperiam Socin in allegato consilio id attestantem; hæc tamen conclusio proculdubio tanquam communis, tenenda est in practica, neque ab ea esset consulendo, aut iudicando recedendum.

ADDITIONES.

Quæstio.] Adde, ac diffusius vide *de ista q. collect. mea commun. opin. in verbo, positi in conditione num.* 3. *cum octo sequent.* Item quod filij positi in conditione haud censeantur positi in dispositione, dixi *d. colle. mea communium opin. in verbo filius, num.* 14. Giach.

b *Vtilitas autem huius quæstionis, &c.*] De † effectu, siue vtilitate huius quæstionis, an liberi in conditione (si sine liberis decesserit) positi, sint in dispositione testatoris, post Clarum nostrum, vide Andream Gail *lib.* 2. *obseruat.* 136. *numer.* 10. *cum seq.* Valentinum Forsterum *libro* 4. *de successionibus ca.* 1. *n.* 19. & Michaelem Grassum *lib.* 1. *recept. sent.* §. *fideicommissum. quæst.* 13. *n.* 1. Harp. 1

c *Quod isti filij, & descendentes non censeantur à testatore vocati.*] Quod † filij in conditione positi, non præsumantur per fideicommissum substituti, seu vocati ex Testamento; sed solum parentibus suis succedant ab intestato, excluso substituto, vltra Doctores hic à Claro congestos, docent Anton. Gomez *tom.* 1. *variar. resolut. cap* 3. *num.* 24. *& cap.* 5. *numer.* 42. *vers. sed his non obstantibus. & ibidem in addit.* Emanuel Soarez *sub numer.* 24. Gail. *d. lib.* 2. *obs.* 136. *num.* 18. Duaren. *addit. ff. de conditionibus institut. cap.* 5. *circa medium*, Cuiac. *in l. Lucius*, 85. *ff. de hæredibus institut. & in l. Gallus*, 29. §. *in omnibus*, 10. *ff. de liber. & posthum. hæredibus instit. & consultat.* 35. Roland à Valle *consil* 51. *num.* 5. *vol.* 3 Cephal. *cons* 268 *num.* 17. *& cons* 269. *n.* 30. *& cons.* 517. Tib. Decian. *cons.* 19. *num* 1 *& consil.* 79. *numero* 6. *volum.* 2. Petrus Gregor. *libro* 42 *syntagm. iur. vniuers. c.* 28. *num.* 29. *cum seq.* Sichard. & Donell. *in l.* 5. *C. de pact. num.* 9. Anton. Faber *lib.* 9. *coniectur. iur. cap.* 10. *part.* 2 *de errorib. pragmat. decad.* 28. *error.* 1. *& seq.* Henric à Soer. *repetit. lect. c.* 32. Cōuarru. *inter Raynutium*, 16. §. 3 *nu.* 2. *de testam.* Vasq. *tom.* 2 *de success. progress lib.* 1. §. 4 *numer.* 3. *cum seqq.* Cellus Hugo *consil.* 20. *num.* 18. Burset. *consil.* 1. *numer.* 8. *lib.* 1. Valent. Forster. *dict. libro* 4. *de successionibus cap.* 1. *num* 24. eiusque filius Gulielm. Forst. *lib.* 2 *disput.* 11. *th.* 16. Arumæus *Exercit. Iustin.* 9. *th.* 19. Hæ- 2

nonius,

honius *disput.8.controuerʃ.*7. Wegner. *disput.*7.*th.*5. *littera E.* Schroterus *decad.*5.*diatribar. domesticar. quæstio.*5. Sichardus *disputat.*8.*th.*1.*numer.*11. *& resolut.quæst.*12. aliique fere innumeri, ab illis citati. *Harprec.*

d *Contrariam vero sententiam.*] Huius opinionis elegantissima ratio potest afferri, quia scilicet filij semper in conditione positi à lege intelliguntur ad exclusionem substituti. *l. cum auus ff. de cond. & dem. l. cum acutissimi C. de fideic. l. generaliter. C. de institut & sub.* quamobrem ne discere à testatore adscripta conditio fit ociosa dicendum videtur non solum ea conditione substitutum excludi (qui etiam ea non expressa excluderetur) sed etiam filios includi *Gouean.*

3 *Contrariam vero sententiam, &c.*] Quod † liberi positi in conditione intelligantur tacite substituti per fideicommissum, adeoque à testatore vocati, præter Doctores hic relatos, tenent Ioannes Corasius *lib.*2.*miscellan. iur. ciu. cap.* 19. Menochius *consil* 192. *& consil.*393. *& lib.*4. *præsumpt.*76. Gœddæus *ad l. non est sine liberis,* 148.*num.*5. *ff. de verb. significat.* Forcad. *in Necyomant. dialog.*50 Fachin. *lib.*4.*controuerʃ iur. cap.*51. D. Bocer. *class.*5. *disputat.*7. *th.*33. *edit.*2. Claud. Chiflet. *in tractat. de iur. fideicommiss. lib.*2. *cap.*14. Angelus Mattheacius *lib.* 3. *de legat. & fideicommiss. cap.* 19. *num.* 21. Matth. Stephani *centur.*2. *quæst* 7. Hackelman *quæst. illustr. disput* 15. *th.*17. *& disput.*17. *coroll.*1. Michael Graff. *libro* 1 *recept. sent. § fideicommissum. qu.* 13. & Francisc. Mantic. *in tract. de coniectur. vltim. voluntat. lib.* 11. *titul.*2. qui vtramque in partem plures cumulate referunt.

4 Verum † superiorem negatiuam sententiam (quod nimirum filij in conditione positi non censeantur ex testamento vocati) non solum in scholis, & iudiciis magis receptam; sed & veritati iuris magis consentaneam esse reor. Eaque subsequentibus potissimum innititur fundamentis. 1. Si † liberi in 5 conditione hac (si sine liberis decesserit) positi, essent etiam in dispositione: mutaretur natura conditionis, quæ est, vt nihil disponat. *l. si quis sub conditione.*8 *ff. si quis omiss. caus. testament. ab intestato, &c.* vbi qui in conditione dandi, seu faciendi positus erat, omisso testamento nihil consequitur: quia scilicet legatarius non fuit, atque sic ex iudicio defuncti nihil petere potest. Sic *in l. si fundum.*8. §.2. *ff. de legat.*1. Stichus, qui itidem in conditione comprehendebatur, libertatem non consequitur. Eodem facit *l.* 1. §. *item si ita.*8. *ad leg Falcid. & l. cum sine præfinitione* 19. *in princip ff. quando dies legat. or. vel fideicommiss. ced.* II. Confirmat † istam sententiam textus *in* 6 *l. Lucius* 85. *ff. de hæredibus instituend.* ex cuius finalibus verbis illis (Non enim fratrem solum hæredem prætulit substitutis; sed & eius liberos) sic argumentari licet: Si testator prætulit liberos neque per institutionem, neque per fideicommissum; non prætulit ex causa testati. At † verum prius. 7 Ergo, & posterius. Non per institutionem; quoniam ea ex coniectura non inducitur, sed verbis fieri debet, §. *in primis* 2. *Institut. de fideicommissum hereditat. l. cum proponebatur* 64. *ff. de legat.*2. *l. iubemus* 29. *C. de testamentor.* Non per fideicommissum; quoniam id intercedit, quando hæres scriptus ante aditam hæreditatem moritur, dum non repudiarit in fraudem fideicommissarii *l ille. à quo* 13. § *qui ergo.*5 *l. ita tamen* 27. §. *quoties* 6 *ff ad SC Trebell. l. non iustam* 4. *C. eod l.* 2. § *vltim. ff. de hæredibus.* Atqui frater, *in casu d. l.* 85. *ff. de hæredibus in-* 8 *stitut.* priusquam adiret, decessit, vt ad finem istius legis diserte affirmatur. III. Huc † confert textus *in l.* 1. *C. de pact.* vbi si liberi tacite his verbis (si sine liberis decesserit) fuissent ad hæreditatem vocati: non tenerentur seruare pactum pa- 9 rentis sui, de illa ipsa hæreditate, in cuius conditione positi erant. Res † siquidem, quæ subiectæ sunt restitutioni fideicommissariæ, alienari non possunt *l fin. §. penultim. & Authen.* 10 *res, quæ. C commun. de legat.* IV. Accedit textus † *in l. ex facto* 17. §. *ex facto* 5. *ff. ad Senatusconsult. Trebellian.* vbi dicitur, quod hæredis, qui grauatus est restituere hæreditatem sub conditione (si sine liberis decesserit) bona fisco adiudicentur, post ipsius deportationem, etiamsi liberos habeat ante eam natos. Quod vtique non fieret, si liberi iam à testatore vo- 11 cati essent. V. Adminiculatur † huic decisioni *l generaliter* 6. *verʃ. cui enim ferendus. C. de institut.* vbi habetur, quod liberi positi in conditione, fructu paterno non debeant defraudari. Quibus verbis textus ille præsupponit: quod liberi in conditione positi magis succedant in bonis ipsius patris, quam aui. Iam si per fideicommissum essent tacite substituti: certa ex voluntate ipsius aui, & in bonis ipsius succederent. VI. Quia hæc conditio (si sine liberis decesserit) à testatore adjicitur ad liberandum hæredem ab onere fideicommissi, & ad extinguendum ipsum fideicommissum. Ideoque si grauatus hæres decedat, liberis relictis; illa conditio non debet inducere aliud fideicommissum in fauorem liberorum; cum † indu- 12 cta ad vnum effectum, eius contrarium operari non debeat, argument. *l. legata inutiliter* 19, *ff. de legat.* 1. VII. Quia † 13 quod fauore alicuius introductum est, non retorquendum est in ipsius odium, sine incommodum. *l. nulla* 25. *ff. de legibus & l. quod fauore. C. eod.* Atqui fideicommissum istud fauore hæredis introductum, in eius odium torqueretur. Etenim si statuatur, liberos esse in dispositione: iam sequitur, bona, vt pote restitutioni obnoxia, alternari non posse *d. authen. res, quæ. C. comm. un. de legat.* Ast hoc contra fauorem, & commodum hæredis esse, nemo inficiabitur.

Huic sententiæ non obstat, quod † sola testatoris voluntas 14 in fideicommissis attendi, & seruari debeat, quocunque modo significata fuerit. *l. in conditionibus* 19. *& l. pater Seuerinam* 101. *ff. de conditionibus, & demonstrat.* Nemo autem sit, qui non eam defuncti testatoris mentem fuisse intelligat, vt instituti liberos vocare ex testamento voluerit. Hoc, inquam, non obstat: Quia non recte colligitur; Testator instituti liberos voluit præferri substituto, eosque admitti ad hæreditatem. Ergo voluit eos succedere ex testamento. Quid igitur voluit testator? Voluit nimirum ius legitimarum successionum ab intestato inter eos conseruari, argum. *l. vel si singulis* 17. *ff. de vulg. & pupill. substit.* vbi testator substituit ex liberis suis ei, qui nouissimus morietur; & inquit Florentius IC. ius legitimarum hæreditatum integrum inter eos custodiri vult; si vnus ex liberis moriatur, vult alios ei ab intestato succedere. Sed argumento est, quod † dicitur *in l.* 15 *conficiuntur* 8. §. 1. *ff. de iur. codicillor* etiam legitimos hæredes ab intestato succedere quodammodo voluisse testatorem: & tamen non ideo ex testamento succedere dicuntur. Idem habetur *in l.*3. *in princip. ff. eod. tit.* vbi is, qui codicillos facit, nullos hæredes instituit, & fideicommissa quædam relinquit, videtur velle eos sibi succedere; non quod quasi ex testamento quodam veniant ad hæreditatem, propter istam voluntatem, sed ab intestato. Atque ita inualida consequentia est; testator voluit eos admitti ad hæreditatem; proindeque voluit eos succedere ex testamento, vt bene aduertit Duaren. *ad d. tit. ff. de condit. institut. c.* 5. *verʃ. quartum argumentum, &c.*

Sic quoque † non aduersatur *d. l. Lucius* 85. *in fin. ff. de hæ-* 16 *redibus instituend* vbi testator non tantum fratrem, sed & eius liberos voluit præferre substituto. Voluit equidem eos præferre; verum incertum adhuc reliquit; an voluerit, eosdem ex testamento ad hæreditatem vocari, an vero ab intestato. Cum itaque hoc incertum sit; in dubio dicendum est, hanc fuisse testatoris voluntatem, vt ius legitimarum hæreditatum inter eos conseruaretur. Quare *in ista l. Lucius* non quæritur, num liberi fratris sint in dispositione; sed an substitutum excludant? Et indicat Scæuola IC. eos excludere substitutum, eique præferri non ex testamento, tanquam vocatos à testatore, sed ab intestato. Nec recte regeritur; Liberi instituti præferuntur substituto. At substitutus venit ex testamento. Ergo multo magis liberi. Nam breuiter respondetur; liberos non præferri substituto quoad successionem, sed tantum quoad exclusionem. Ita explicat Arumæus *d. Exerc. Iustin* 9. *sub th.*19. *circa finem.* vbi & aliis obiectionibus occurrit. *Harprec.*

QVÆSTIO LXXVIII.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Prosequitur eundem articulum, tractatque quid si testator huiusmodi filios in conditione positos grauauerit.*

Ex Additionibus.

i *An & quatenus ex eo, quod filij positi in conditione per testatorem sunt grauati, censeantur vocati, remissiue.*

SEd videndum est, quæ *a* sint huiusmodi coniecturæ, propter quas sit præsumendum, quod testator volueri tales filios in conditione positos vocare? & in hoc diligenter aduerte, quia non sufficit dicere testatorem ita verisimiliter voluisse, nisi coniecturæ sint sufficientes, & ex ipso testamento colligi possint. Et ita communiter concluditur, vt dicit Paris. *consil.* 77. *numer.*18. *lib.*2. In primis autem Bartol. *in dict. l. Centurio, numer.* 37. tenuit, quod si testator ipsos filios *b* grauasset, censeretur etiam in necessariam consequentiam eos vocasse: alias enim non valeret grauamen,

tanquam relictum ab eo, qui non fuisset honoratus: & ideo si testator iusserit hæreditatem suam restitui Titio, si filius ipsius testatoris sine liberis decesserit; & etiam si filij ipsius filij, quem instituit, pariter sine liberis decesserint, secundum hanc opinio. Bart. videbuntur tacite vocati etiam filij ipsius filij, qui fuit institutus, licet tantum positi in conditione, ex quo testator eos pariter grauauit, iubendo, eis decedentibus sine filiis, hæreditatem suam Titio restitui, quos tamen grauare non potuisset (vt dixi) nisi præsupponamus, quod eos prius honorasset, & sic vocasset. Et hanc dixit esse communem theoricam Doctorum Corn. *consil. 1. colum. 9. in littera R lib. 3.* Socin. *consil. 259. num. 5. lib. 3.* Dicit etiam Corn. *consil. 22. colum. 3 in littera R. lib. 2. & consil. 256. in littera R lib. 3.* se vidisse quosdam consulentes, qui allegabant Paul. de Castr. *in l. ab eod. C. de fideicomm ff.* dicentem, quod hæc opin. Bart. sit communis, & credo, quod Corn. *in consiliis supra allegatis* sentiat de Alexand. qui ita allegat *consil. 64. num. 2. lib. 5.* licet reuera Paul. de Castro in lecturis, quæ communiter habentur ibi, hoc non dicat. Dicit etiam Curt. sen. *consil. 51. post num. 10. versic. Si ita est,* quem refert Bertran. *consil. 137. post numero 24. lib 6* quod videtur magis communis ista sententia Bart. quotiescunque cum grauamine concurrit aliqua coniectura mentis testatoris. Hanc etiam opin. dicit esse hodie magis communem Socin. iun. *in d. consil. 110. numer 21.* Ferdin. Loaz *in Apostil. ad repet.* Galiaul. *super d. l. Centurio. sub numer. 548.* Et hanc opin. Bartol. dicit seruari in actu practico iudicando, & consulendo, Angel. Aret. *in §. fin. in fin. Instit. de pupill. substit.* quem refert Decian. *in l. 1. post num 15 C de pact.* Et secundum hanc opin. Bart. in facti contingentia iudicare solet curia Parlamenti Delphin. vt dicit Guido Papæ *in decis. 39.* & refert etiam se audiuisse Crauetta *consil 155. n. 5.* illam etiam dicit teneri iudicando, & consulendo Mantua *consil 92. num 10 lib. 1.* & secundum illam fuisse iudicatum attestatur Rip. *in d. l. 1. num. 11. C de pact.* prout etiam intellexi proximis diebus iudicatum fuisse in Vener. Collegio huius ciuitatis.

Sed quidquid dicant præallegati Doctores (salua eorum reuerentia) opin. contra Bart. est magis communis, quod scilicet ex eo, quod filij positi in conditione sint grauati, non tamen propter hoc censeantur vocati, sed quod quantum ad ipsos tale grauamen prorsus reijciatur, tanquam iniunctum personis à testatore non honoratis, & censeatur iniunctum sub duplici conditione, scilicet si ipse sine liberis decesserit, vel si eius filij pariter sine liberis decesserint. Et hanc opin. contra Bart. esse magis communem attestatur Alexand. *consil. 219. numer. 2. lib. 2.* vbi dicit, quod opin. Bartol. est damnata *& consil. 13. col fin. lib 4* prout illum refert Socin. *consil. 69. post num. 7. versic. Praeterea & secundo. lib. 3. & consil. 104. post nu 8 versic. secundo respondeo, lib. 3.* Ego tamen non reperio Alexand. *in d. consil. 13.* attestantem de communi in hoc articulo, licet multos alleget qui tenent contra Bartol. eandem opin. contra Bartol. attestatur esse magis communem Socin. *consil. 61 post num 12. C. de pactis.* vbi dicit, quod Bartol. solet communiter in hoc reprehendi per Scribentes, *de consil. 35. colum. 2 versic. sed pramissis, & colum. fin. lib. 3.* Curt. sen. *consil. 42. numero 7. & consil. 45. sæpe allegato, numero 16. & consil. 63. numero 6.* quem refert & sequitur Ruin. *consil. 139 numero 16. libro tertio,* Decian. *consil. 270. post numer. 1. versic. nec obstat, & consil. 201 in fin. & consil. 84. post numer. 6. versic. Secundo non obstat, & consil. 422. numer. 2.* Curt. iun. *consil. 1. numero 2.* Ruin. *consil. 114. num. 4. lib. 2. & consil. 114. numero 4. eod. volum.* Emil. Ferret. *in d. l. 1. num. 8. C. de pactis, & consil. 59. post numer. 5* Bertran. *129. numer. 1. lib. 2. in 2. par. & consil. 182. num. 3. lib. 3. in 2. parte. & consil. 136. post numer. 1. eod. volum. & consil. 251. numer. 3. eod. volum.* Ripa *in d. l. Centurio. num. 166. & seq. & in d. l. 1. num. 11. de pact.* Bellon. *consil. 81 post numer. 5.* Paris. *consil. 31. num. 1. lib. 2. & consil. 44. num. 7. eod. volum. & consil. 87. numer. 13. eod. volum.* Socin. iun. sibi contrarius *consil. 112. num. 4 lib. 1. & consil. 18. numero 22. eod. volum.* & nouissime idem attestatur Illustr. vir & summæ eruditionis D. Didacus *in cap. Raynutius, § 3. num. 3.* cuius scripta in titulum de testamentis nuper edita ad manus meas peruenerunt, postquam hic §. iam fere pro maiori parte erat impressus, vbi dicit apud se dubium non esse, hanc sententiam contra Bartol. frequentiori calculo receptam fuisse. Et sic (vt vides) non est dubitandum, quin hæc opinio contra Bartol. sit magis communis. Quia tamen multi, & magnæ auctoritatis Doctores tenuerunt cum Bartol. cuius sententiæ merito deferre debent omnes iuris Professores; bonum esset etiam ex communi mente Scribentium opiniones concordare, distinguendo tres casus. Primus casus est, quando expresse grauamen iniunctum est ipsi filio instituto, sub duplici tamen conditione, puta Instituo filium meum, & si filius meus sine filiis decesserit vel eius liberi sine filiis decesserint, volo, vt prædictus filius meus restituat hæreditatem meam Titio. Et hoc casu, ex quo filius est expresse grauatus, non autem eius filij, non videtur tractandum, an tales filij censeantur vocati, vel grauati, cum illis nullum sit grauamen iniunctum. Et ita etiam videtur fuisse de mente Bartol. quem omnes sequuntur, ita vt nemo discrepet, vt ait Bello. *in d. consil. 81. num. 6.* qui refert ita attestari Socin. *consil. 218. colum. 3 lib. 2.* & Curt. iun. *consil. 239. num. 20.* qui dicit, quod in hoc omnes transeunt cum Bartol. Secundus est casus, quando expresse grauamen est iniunctum ipsis filiis in conditione positis; puta, quia testator dixit; Instituo filium meum, & si filius meus sine filiis decesserit, volo, vt restituat hæreditatem meam Titio: & si filij nati, vel nascituri ex ipso filio meo instituto pariter sine filiis decesserint, volo, vt restituant hæreditatem meam eidem Titio. Quo casu, vt verum fateamur, opinio Bart. videtur magis conformis menti testatoris, & etiam æquior. Dico ergo, quod aut isti filij sunt ex descendentibus ipsius testatoris, & tunc teneo opin. Bartol. quod censeantur vocati, ex quo in illis consideratur ordinata affectio testatoris, vt sui descendentes illi succedant. Aut sunt extranei, scilicet, qui non sunt descendentes testatoris, & tunc absolute teneo opinionem contra Bart. quod non censeantur vocati, sed quod quantum ad ipsos grauamen reijciatur. Tertius autem est casus, quando grauamen, non est expresse iniunctum ipsi filio instituto, neque etiam eius filiis in conditione positis, sed simpliciter testator dixit, si filius meus sine filiis decesserit, vel etiam eius filij sine liberis decesserint, volo, vt hæreditas mea perueniat ad Titium: & hoc casu pariter est tenenda opin. contra Bart. (vt dixi) proculdubio est magis communis, vt scilicet tales filij in conditione positi non censeantur vocati, nec grauati, sed censeatur iniunctum grauamen filio instituto sub duplici conditione, vt supra dixi. Bene verum est, quod si tales filij essent ex descendentibus testatoris, & vltra grauamen adesset aliqua alia etiam leuis coniectura mentis testatoris, de facili inclinarem in sententiam Bart. & secundum hanc distinctionem, si casus contingeret, intrepide consulerem, & iudicarem.

ADDI-

ADDITIONES.

a QVæ sint huiusmodi coniecturæ] Ad istam, & sequentem quæstionem vide Gabr. de fideic. q 4. Menoch. toto cons. 135. vol. 2. & vberius Hier. Zaneh. in rep. §. cum ita l hæredes mei. ff. ad Trebel. par. 6 Goucan.

b Filios grauasset.] Adde, quod istam opin. vt filij positi in conditione atque grauati censeantur vocati, dixit nouissime Ioan. Cæphal in cons. 93. quem vide per tot. quia & ipse concordantes retulit, frequentiorem, humaniorem, ac veriorem sententiam dicens quam procedere maxime dicit, vbi voluntati testatoris aliæ coniecturæ concurrunt; & vide in d. collect. mea commun. opin. vbi supra. Giach.

Quod si testator ipsos filios grauasset, censeretur etiam in necessariam consequentiam eos vocasse.] An † & quatenus ex eo, quod filij positi in conditione sint grauati à testatore, intelligantur vocati, post Clarum nostrum, & per eum citatos, latissime & diligentissime differtant Franciscus Mantica. in tractat. de coniectur. vlt. volunt. lib. 11. tit. 3. nu. 2. Anton. Gomez. tom. 1. var. resolut. iur. ciu. c. 5 num. 41. & Michael Grassus lib. 1. recept. sentent. §. fideicommiss. q. 14. n. 2. Harprec.

QVÆSTIO LXXIX.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 Successiue tractatur quid si testator in tali substitutione appofuerit verbum, Masculis.

2 Et quid si sint ex descendentibus ipsiusmet testatoris.

3 Et quid si testator digressus sit ad plures gradus substitutionum.

4 Et quid si testator adiecerit, quia vult bona sua in familia conseruari.

Ex Additionibus.

1 Liberi masculi positi in conditione an videantur substituti, remissiue.

2 Et quid, si sint ex descendentibus ipsiusmet testatoris.

3 Et quid, si testator digressus sit ad plures substitutionum gradus.

4 Et quid, si testator voluerit expresse bona in familia conseruari.

1 PRosequendo alias coniecturas, ex quibus colligi possit mentem testatoris fuisse, vt filij in conditione positi censeantur vocati, reperio, quod Guido Papæ decis. 148. dicit sibi videri optimam coniecturam, si testator a in conditione ipsa appofuerit verbum, Masculis, puta, quia dicat, si filius meus sine liberis, & descendentibus masculis decesserit, substituo Caium. Nam hoc casu, secundum eum, illa qualitas masculinitatis adiecta operabitur, vt censeantur vocati. Sed tu tene contrarium. Eadem enim ratio vtroque casu militat, & propterea ista coniectura communiter non b recipitur, vt attestatur Ripa in d. l. Centurio. nu. 161. & in d. l. 1. nu. 8. C de pact. quem refert excellens Doctor, & multæ eruditionis D. Hieron. Manfred. lib. 1. attentatorum in 6. part. num. 2. vbi, & ipse fateri videtur contra Guid. Papæ esse communem Doct. opin. Hanc etiam opin. contra Guid. Papæ, dicit esse magis communem Paris. cons. 31. nu. 22 lib. 2. & consil. 44. nu. 1 eod. vol. Soc. iun. cons. 118 num. 15. lib. 1. & cons. 177. num. 10. & seq. lib. 2. & ita contra istam coniecturam in facti contingentia iudicauit curia Parlamenti Delphin. vt ipsemet Guid. Papæ refert in d. decis. 184. & decis. 600. Et licet Dec cons. 546. circa princ. dicat, quod illud dictum Papæ non est contra communem opin. & quod imo non habet contradicentem: Tu tamen ipse per te videre potes in locis præallegatis, an Dec. verum dicat. Et ideo consulendo, aut iudicando nullo modo adhæreas dictæ opin. Guid. Papæ, quia caret substantia veritatis.

2 c Tertia coniectura allegatur, quando c isti filij positi in conditione sunt ex descendentibus ipsius testatoris: & secundum hanc coniecturam conclusio gloss. in d. l. Lucius. esset limitanda, vt non procederet in descendentibus. Et hæc fuit opinio Salyc. in l. 1. num. 5. C. de condit. insertis, pro qua facere videntur ea, quæ dixi supra § substitutio. Sed tamen hæc fallentia communiter damnatur, vt dicit Ripa in d. l. Centurio. post nu. 159. vers. Tertio verba: & dicit Soc. cons. 116. post num. 8 vol. fin. vers. Ex quibus patet, quod commun. opin. est in contrarium Et ita inter Auctores supra allegatos in qu. 77. potes videre multos in specie loquentes de descendentibus & attestantes etiam in illis, opin. gloss. esse magis communem Et de hoc non est dubitandum.

Quarta allegatur coniectura, quando testator d digressus est ad plures gradus substitutionum, semper sub illa conditione, si sine filiis, &c. quo casu, cum testator toties posuerit istos filios, siue descendentes in conditione, videtur eos maxime dilexisse, & consequenter sumendam esse coniecturam, quod eos vocare voluerit Et hæc fuit opin. Pet de Anch cons. 74. nu. 7. in fin. vbi subdit, quod hæc modificatio ad d gloss. sibi videtur iustissima, & æqua. Hæc tamen coniectura ita simpliciter deducta communiter reprobatur, vt dicit Ripa in d. l. Centurio, num. 165. & reuera multi ex Doct. seqq. opin. gloss. & attestantibus illam esse communem, loquuntur in casu, in quo testator fuerat digressus ad plures gradus substitutionum: & tamen eo non obstante, transeunt cum opin. ipsius gl. Ideo propter hanc solam coniecturam non esset in practica communi opin. recedendum. d 3

Quinta est coniectura, quando testator expressit rationem; quia s. volebat e bona sua in masculis, & familia conseruari. Nam eo casu vtique censetur voluisse inter ipsos descendentes inducere fideicommissum, & consequenter etiam, si tantummodo sunt in conditione positi, tamen censentur vocati. Et hæc est communis, & firma conclusio, vt attestatur Paris. cons. 6. nu. 6. lib. 3 Sed in hoc proposito videnda sunt ea, quæ dixi sup. §. substitutio. In his tamen omnibus coniecturis maxime versabitur religio iudicare debentis; qui secundum suam conscientiam diligenter æstimabit, an testator verisimiliter ipsos filios, siue descendentes in conditione positos, vocare voluerit. Et licet singulæ forte non prodessent, secundum communes sententias superius relatas: si tamen duæ, vel plures concurrant, & conscientia ita suadeat, poterit intrepide iudicare contra opin. illius gl. præsupposito, tamen semper quod isti in conditione positi, sint ex descendentibus ipsius testatoris: alias non esset à communi opinione aliquo modo recedendum, vt supra sæpius dixi. 4 e

ADDITIONES.

a SI testator in conditione ipsa appofuerit verbum, Masculis, &c.] De hac coniectura, post Clarum nostrum, & ex eo causatos, consule Crauet. cons. 130. num 2. & cons. 62. num. 15. Cephal. cons. 115. num. 23. cons. 251. num. 77. & cons 252. nu. 17. Roland. à Valle cons. 51. numer. 5. Fernandum Vasq. de success. progress. §. 4. num. 4. Ant. Gabr. commun. concl lib 4. tit. de fideicommiss. concl. 4. Franciscum Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 11. tit. 3. num. 3. & Grassum lib. 1. recept. sent. §. fideicommissum. quæst. 14. num. 1. Harprec. 1

b Non recipitur] Adde etiam, quod communiter ista limitatio de masculinitate damnatur, attestatur Roland. in cons. 51. col. 6. vol. 3. in vers. secundo non obstat. Giach.

c Quando isti filij positi in conditione sunt ex descendentibus ipsius testatoris.] An † & quatenus liberi, qui sunt ex descendentibus testatoris, positi in conditione, intelligantur substituti, siue vocati, post Clarum nostrum & alios, tradit Franc. Mant. d. lib. 11. tit. 3. n. 1. Harprec. 2

d Quando testator digressus est ad plures gradus substitutionum.] Liberi † positi in conditione an & quatenus censeantur substituti, quando facti sunt plures gradus substitutionum, præter Clarum nostrum, diuersimode explicant. Anton. Gabr. 3

comm.concl.lib.4.concl.4.de fideicommiss. Ioan.Cephal.*conf.*252. *num.*17.Iac.Mand.Alba *consil.*87.*num* 12. Roland. à Valle *conf.* 51.*num.*9.*vol.*3.Franc.Burfat *conf.*1.*num.*9.*vol.*1.*& conf.*51.*nu.* 31.Chaffan.*consil.*14.*num.*1.Marc.Mantua.*conf.*12.*col.*1.Tiber. Dec.*conf.*3 *num.*52.*vol.*2.*& conf* 105.*num.*17.*vol.*2.Hieronym. Gabr.*conf.*93.*num.*42.*cum seq.& conf.*95.*nu* 21. *lib.*2. Francisc. Mant.*d.lib.*11. *tit.*3. *num.*13. & Graff. *d.*§.*fideicommissum q* 14. *n.*3. Harprec.

c *Quia scilicet volebat bona sua in masculis, & familia con-* 4 *seruari.*] De hac coniectura, quando † videlicet testator expresse voluit bona in familia conseruari, videndi quoque sunt Cephalus *conf.*251. *num.*83. *cum seq.* Decian. *conf.*41. *num.*121. *lib.*1.Graff.*d.q.*14.*n.*5.& Mant.*d.tit.*3.*n.*15.Harprec.

QVÆSTIO LXXX.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Quando plures simul sunt instituti, vel substituti, an censeantur vocati simul, & semel, an autẽ ordine successiuo.*
2 *Et quid si vocati sunt copulatiue.*
3 *Et quid si in eo casu cadat inter ipsos, non solum ordo charitatis, sed etiam necessitas instituendi.*
4 *Et an censeantur vocati per fideicommissum, an vulgariter substituti.*
5 *Et quid si sint vocati per alternationem.*
6 *Et quid si per dictionem, Cum.*
7 *Et quid si sub nomine collectiuo.*

Ex Additionibus.

1 *Si frater & eius filij sint hæredes instituti, an simul admittantur.*
2 *Propter solum ordinem charitatis à sermonis proprietate non est recedendum.*
3 *Quæ sit natura copulæ.*
4 *Si plures copulatiue instituuntur, inter quos non solum cadit ordo affectionis, sed etiam necessitas instituendi, ordine successiuo admittuntur.*
5 *Et quid si plures sint instituti per dictionẽ cũ, simul, vna.*

1 Alia nunc est quæst. absoluenda circa testatoris mentem interpretandam valde vtilis, & quotidiana. Quando plures simul sunt instituti, vel substituti, an censeantur vocati simul, & semel, an autem ordi-a ne *a* successiuo? Et quia materia est satis confusa, procedemus per conclusiones, ita, vt quantum fieri possit, clarior reddatur Sciendum tamen in primis, quod inter personas à testatore vocatas, duplex ordo potest considerari, charitatis, seu affectionis, & necessitatis. Ordo charitatis, seu affectionis est, quando personæ vocatæ sunt positæ in diuersis gradibus ab intestato: puta, instituo fratrem meum, & eius filios, vel huiusmodi. Certum est enim, quod frater meus est mihi in gradu proximior, quam eius filij; neque erga istas personas, à testatore institutas, potest considerari aliqua necessitas eas instituendi, sed tantummodo voluntas, & sic charitas, vel affectio. Ordo autem necessitatis est, quando personæ, quas testator instituit, erant de necessitate ab ipso testatore instituendæ. Intelligo de necessitate causatiua: quia scilicet eis non institutis, testamentum posset esse nullum: puta, quia testator instituit filium suum in potestate, & nepotem ex eo natum, vel nasciturum. Quo casu videtur, non solum filium de necessitate instituisse, quem omnino instituere tenebatur, vt dixi supra, *q.*38. sed etiam nepotem, ne testamentum rumperetur, casu quo filius esset præmortuus, & ipse nepos, qui primum locum teneret, reperiretur præteritus.

2 Hoc præmisso, Prima sit conclusio, quod quando plures vocantur per copulam, inter quos solum cadit ordo charitatis, & affectionis, absque vlla necessitate *b* instituendi, vel substituendi: puta, Instituo *b* Titium fratrem meum, & eius filios, tunc tales personæ censentur vocatæ simul, & semel, non autem ordine successiuo. Et licet Bart. *in l.Gallus § quidam recte.ff. de liber.& posthum.* tenuerit contrarium: hæc tamen conclusio magis communiter tenetur, vt dicit Alex. *conf.* 129.*n.*7.*lib.*5.Dec.*conf* 95.*n.*2.& dicit Carpol *conf.cautel* 52.*post nu.*4.quod ita tenent communiter Doct. Legistæ, & *c* Canonistæ. Hanc etiam conclusionem atte- c stantur esse communem Scribentes *in d.§. quidam recte*, & in specie Imola *post n.*20. *vers. Inter eum vero.* & D Iacob. But. Doct. clarissimus, & conciuis meus, & Ias *n.*22.*& seq.* Idem etiam dicit Alex *consil.*22.*post n.*8. *lib.*3 quod est duplicatum *in consil.*13.*lib* 4.Corn *consil.* 229.*in lit.I.lib* 3 Soc.*conf.*97.*lib.*1.*& conf.*113.*n.*1.*eod. vol.* quod est duplicatum *in consil.*138.*lib.*2.Guid.Papæ *consil.*122.*n.*2.*& conf* 135.*post n.*1 *vers Sed circa præmissa, & consil.*136.*post n.*1.*vers. Sed an dubium.* Ias.*conf.*206. *n.*2.*lib.*2 Dec.*conf.*105 *post n.*1.*& conf.*236.*post n.*1.*col.*2. *vers.Sed illa, & consil.*248.*n.*2.*& consil* 253.*post n.*3.*& in fin.& conf.*29.*n.*1.Ruin *consil.*168.*nu* 9 *lib* 2.Bertrand. *conf.*9.*n.*1.*lib* 1.*in* 2.*par.& consil.*215.*n.*5.*lib.*2 *in* 2.*par.* Curt.iun.*consil* 22 *n* 4.*& consil.*128.*post n.*1.*vers. Aut quæro* Boer.*decis.*158.*n.*6. Ioan. Dilect. *de arte testandi, tit.*4.*caut.*6.*nu.*1.Bero.*in c. Raynutius.n.*82.*& seq.*

Quando *d* inter eos, qui vocantur per copulam, ca- 3 dit *e* non solum ordo charitatis, sed etiam cõcurrit ne- d cessitas instituendi, saltem causatiua, vt est quando in- e stituuntur filius, *f* & nepos ipsius testatoris: Eo casu nõ f censentur vocati simul, & semel; sed ordine successiuo, s. filius solus in primis, deinde nepos post eum. Et hæc est communis opin. vt attestantur Scribentes *in d. § quidam recte*, & in specie Alex. *post n.*6. *vers. in ea gl. ibi* & Ias.*n.*20.Idem dicit Alex.*conf* 14.*n.*10.*l.*1.Corn. *conf.*159.*in littera H.lib.*4.Bertrand.*in d conf.*9.*n.*1.*lib.* 1.*in* 2.*par.& consil.*82.*n.*2.*eod. volum. & consil* 182. *nu.* 1.*lib.*5.*in* 2.*parte.* Curt.iun.*in d.conf.*128.*num.*1.Berous *in c. Raynutius. n.*68.*& seq.*

Sed quæro, an hoc casu censeantur isti filij & nepo- 4 tes vocati ordine successiuo per fideicommissum, ita vt filij censeantur grauati fideicommisso, vt restituant hæreditatem nepotibus, an autem solummodo censeantur vocati per vulgarem substitutionem, s. nepotes vulgariter substituti in casu, in quo filij non sint hæredes? Resp. quod solummodo censeãtur vocati per vulgarem substitutionem, non autem per fideicommissum. Et hæc est communis opin. vt attestatur Dec.*conf.* 265 *post n.*9.*& conf.*248.*post n.*6.Paris *conf.*82.*n.*11.*lib.*2. Emil.Ferret *consil.*10.*n.*1. Vtilitas autem est euidens, & maxima; quia si censeretur inductum fideicommissum: non posset filius de ipsa hæreditate libere disponere, & testari, sed teneretur illam restituere ipsius nepotibus. Si vero tantũmodo est vulgaris substitutio; filio adeunte statim expirat, iuxta ea quę dixi supra §.*substitutio.*

Quando plures personæ, inter quas cadit ordo cha- 5 ritatis, vocantur per alternatiuam, puta, instituo Titium, vel eius filios: tunc videntur vocati non simul & semel, sed ordine successiuo, scilicet, primo Titius, & deinde eius filij per fideicommissum, & in hoc Doctores omnes conueniunt, vt dicit Dec.*conf.*95.*nu.*4. *circa fin.* Et ideo, si quis substituat filios, vel nepotes Titij, hæc alternatiua posita inter personas, inter quas cadit ordinata affectio, stat propriè, & non resoluitur in coniunctam, & donec vnus ex filijs superest, nullus ex nepotibus admittitur; ita communiter concluditur, vt dicit Paris. *conf.*21.*n.*1.*lib.*3.

Quando plures personæ, inter quas cadit ordo cha- 6 ritatis, vocantur per dictionem, *Cum g* puta, instituo g Titium cum Mæuio eius filio: hoc casu Titius, & Mæuius admittuntur simul & semel, non autem ordine successiuo. Et hæc est communis conclusio, vt attestantur

tur Scribentes *in d. §. quidem recte* & in specie Ias. *n.* 30. vbi dicit, quod cum ista decisione omnes indifferenter tenent.

7 Quando plures personæ vocantur sub nomine collectiuo cum aliis sub duplici denominatione: puta, instituo Titium, & nepotes Mæuij: isti plures dicuntur quo ad Titium haberi pro vno tantum, & ideo faciendæ sunt duæ partes, nulla habita ratione, quod nepotes Mæuij sint plures numero. Et hæc est communis conclusio, vt dicit Soc. iun. *cons.* 104. *nu.* 25. *lib.* 1. & hæc omnia nota, quia quotidie contingunt in practica.

ADDITIONES.

a ORdine successiuo] De q. ista videlicet de matre hærede instituta, & filiis eius masculis legitimis, & naturalibus grauatim & successiue vocatis ab auia materna in suo elogio, An intelligantur vocati vna cum eorum matre, an vero ordine successiuo? vide nouissime per Osasc. *decis.* 81. vbi plene, & ad vtramque partem eam discutit, atque pro negatiua tandem ad fauorem matris concludit, & dicit pro ea senatum iudicasse: vide ibidem. *Giach.*

1 b *Instituo Titium fratrem meum & eius filios, &c.*] Si † frater & eius filij sint hæredes instituti; non secundum ordinem successorum, sed simul & coniunctim in primo gradu instituti intelliguntur. Ita tenent post Clarum nostrum, & alios, quos laudat Hieronym. Gabriel *cons.* 101. *n.* 1. *cum seqq. libr.* 2. & Franc. Mant. *in tractat. de coniectur. vltim. volunt. libr.* 4. *titu.* 9. *nu.* 19. Huiusque præcipuum opinionis fundamentum
2 illud est: † quod, cessante necessitate instituendi, propter solum ordinem charitatis non est à sermonis proprietate recedendum, verbisque inseruire melius est, *l. non aliter.* 69. *in*
3 *princ. ff. de legat.* 3. *l.* 3. *§. si is, qui nauem, ff. de exercit. act.* Natura † autem copulæ ea est, vt coniuncta æqualiter & pro virilibus portionibus admittantur, *l. reos.* 11. *§.* 1. *ff. de duob. reis constituend. l. si duobus.* 16. *ff. de legat.* 1. *l. si quis Attio.* 7. *ff. de vsufruct. accrescend. l.* 1. *C. si plures vna sentent. condemnati sunt, l. vnic. §. his ita definitis,* 10. *vers. hoc ita tam varie, & §. vbi autem.* 11. *C. de caduc. toll.* Igitur frater & eius filij coniunctim, & ex æquis portionibus intelliguntur instituti: cum nulla necessitas eos instituere cogat. Mantic. *d. tit.* 9. *n.* 20. *& seq.* vbi contraria diluit. *Harp.*

c *Et Canonista.*] Vide per Osasc. *d. decis.* 81. *colum.* 4. Giach.

d *Quando*] Adde & vide etiam per Osasc. plene *d. decis.* 81. *post num.* 12. qui citat auctorem nostrum hic: & dixi etiam *in collect. mea commun. opin. in verb. instituens,* & opinionem huius secundæ conclusionis comprobat, sequiturque Osasc. vbi supra. *Giach.*

e *Cadit non solum ordo charitatis, sed concurrit etiam necessi-*
4 *tas instituendi.*] Quando † plures coniunctim, seu copulatiue instituuntur, inter quos non modo cadit ordo affectionis, & successionis, sed etiam necessitas instituendi: ordine successiuo, secundum gradus prærogatiuam, admittuntur: vt si filius testatoris, & nepos ex eo, simul copulatiue instituantur: quia filius est instituendus in primo gradu: ideoque exigit necessitas, vt successorius ordo seruetur. Atque ita, post Clarum nostrum, & ab eo hic recitatos, docent Fortun. Garzia, Lancellot. Galiud. Dynus, Andr. de Pisis, Odofred. Raphael. Cuman. Alciat. Gribald. & alij *in l. Gallus,* 29. *§. quidam recte,* 1. *ff. de lib. & posthum. hæredib. institut.* Gomez. *tom.* 1. *var. resol. iur. ciu. c.* 2. *nu.* 4 *versic. quinto limita, &c.* Fern. Vasqu *de success. creat. §.* 20. *num* 118. Grass. *lib.* 1. *recept. sentent. §. institutio. q.* 20. *nu.* 6. *cum seq.* & Mant. *d. libr.* 4. *tit.* 9. *num.* 1. *& seqq.* vbi huius sententiæ non solum rationes recenset: sed & illa, quæ ab aliis obijciuntur, diligenter submouet. *Harp.*

f *Filius, & nepos*] Hoc ne putaueris esse verum, quando filius, & nepos ex altero filio præmortuo instituuntur, vt recte monet Rolan. à Val. *cons.* 68. *n.* 34. *vol.* 1. Gouean.

g *Cum.*] Adde atque vide per Osasc. *d. decis.* 81. *colum. fin.* Giach.

Vocantur per dictionem, cum] Si † plures, inter quos cadit ordo charitatis, fuerint instituti per dictionem, cum, simul, vna, coniunctim admittuntur: non autem ordine successorio; vt præter Clarum nostrum, tradunt Bart. Guibald. & alij *in d. l. Gallus* 29. *§. quidam recte* 1. *ff. de lib. & posthum. hæredib. instituen.* Couar. *in c. Raynutius* 16. *§.* 2. *nu.* 3. *de testament.* Vasqu. *de success. creat. d. §.* 20. *num.* 121. Mant. *d. tit.* 9. *num.* 29. & Grass. *d. §. institutio, q.* 20. *n.* 9. Harprec.

QVÆSTIO LXXXI.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Præteritione filij an testamentum annulletur.*

Ex Additionibus.

1 *An & quatenus præteritione filij, parentum vel collateralium, item exhæredatione filij parentumve testamentum annulletur siue rumpatur, remissiue.*

EXplicatis quæstionibus quæ ad testatoris voluntatem interpretandam pertinent, videndum est, quibus modis testamentum infirmentur; & in primis quæro, an præteritione filij a testamentum ipso iure annulletur? dixi late sup. *q.* 24. *& seq.* 1 a

ADDITIONES.

AN *præteritione filij.*] Et quod filiorum natorum præteritione reddatur testamentum ipso iure nullum est tex. *in d. l. inter cætera ff. de lib. & posth.* Etiamsi illico decedat, *Inst. de exher. liber. in prin.* Idem dic de præteritione filiarum: quia omnia disposita in testamento paterno conseruantur, secundum communem, præter hæredis institutionem: vt attestatur Rol. *cons.* 71. *nu.* 56. & dixi *in collect. mea commun opin. in verb. præteritio. nu.* 1 Et quid in præteritione posthumi ignoranter facta, an conseruentur legata in magna quantitate facta? vtrumque commune vide *in d. collect. mea* vbi sup. *num.* 3. 4. 5. Giach. a

Præteritione filij.] De hisce tribus quæstionibus præsenti videlicet, & sequentibus duabus († an scilicet, & quatenus præteritione filij, parentum, vel collateralium item exhæredatione filiorum aut parentum testamentum annulletur, vel rumpatur) satis abundeq; tractauimus sup. *q.* 40. 41. 42. *&* 43. *& seq.* 1

QVÆSTIO LXXXII.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Præteritione filiorum, vel collateralium, an testamenta annullentur.*

QVæro etiam, an propter præteritionem parentum, vel collateralium, testamenta annullentur? dixi supra *quæst.* 48. *& seq.* 1

QVÆSTIO LXXXIII.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Exhæredatione filiorum, vel parentum, an testamentum rumpatur.*

QVæro, an propter exhæredationem a filij testamentum rumpatur? dixi supra *quæst.* 40. *&* 41. dixi ex quibus causis filius à patre exhæredari possit. 1 a

ADDITIONES.

AN *propter exhæredationem filij testamentum rumpatur.*] Nota hic, quod præteritio, & exhæredatio facta in commodum, & in prouisionem filiorum, ne iuuenili calore impulsi amittant bona contrahendo, vel delinquendo, haud vitiat testamentum, vide per Nat. *in cons.* 272. *sub n.* 3. Giach. a

QVÆSTIO LXXXIV.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Legitimatione filij naturalis, vel spurij, an testamentum rumpatur.*

Ex Additionibus.

1 *Ecquid filij naturalis legitimatione rumpatur testamentum.*

QVæro, an legitimatione filij naturalis, vel spurij testamentũ rumpatur? Respon. quod sic, a perinde ac si ipse post testamentum legitimus natus fuisset, & ideo si pater post conditum testamentum filium naturalem legitimauerit, vel etiam iam legitimatum præterierit, vel sine causa exhæredauerit, rumpitur testa- 1 a

mentum, poteritque talis filius legitimatus, si fuerit præteritus, dicere testamentum nullum, vel contratabulare: & si sit exhæredatus, habet querelam. Et est communis conclusio, vt attestatur Alexand. *in Rubr. ff. de liber. & posthum. post nu. 3. & consil.* 139 *nu.* 1. *libr.* 2. quem refert Dec. *in l. posthumo, in additio. ad primam lecturam, n.* 17. *in fin.* Socin. *consil.* 126. *n.* 5. *libr.* 2. prout illum refert, & sequitur Paris. *consil.* 7. *n.* 2. *libr.* 2. *& consil.* 55. *nu.* 2. *lib.* 3. Ias. *in d. rubr. ff. de liber. & posthum. nu.* 5. *& seq. & consil.* 201. *col.* 2. *vers. Scias ergo, lib.* 2. Dec. *consil.* 52. *n.* 1. *& consil.* 343. *post nu.* 2. *vers. Nec obstat si dicatur, & consil.* 365. *post nu.* 7. *versic. Quarto concludunt, & consil.* 336. *nu.* 5. Regulariter enim legitimatus æquiparatur legitimo, vt dixi supra *lib.* 2. *§. filius*, & ideo omnia iura loquentia de filiis legitimis habent etiam locum in legitimatis. Et hæc est communis conclusio, vt dicit Socin. *in allegato consil.* 226. *post n.* 5.

ADDITIONES.

a *Quod sic.*] Adde etiam, atque vide de ista q. per Mar. Anguissol. *in consil.* 10. *in* 4. *quæsito*. vbi similiter de magis communi opinio. ex Alex. *in ea. rub. col.* 1. *in verb. Addi.* quam confirmat aliorum etiam auctoritatibus. *Giach.*

b *Quod sic.*] Adde Rim Curt. iun. Zuccard. *l. posthum. C. de bon. poss. contr. tab.* Vasq. *de success. p.* 2. *lib.* 2. *§* 20. *n.* 31. *& par.* 2. *lib.* 1. *§.* 9. *n.* 3. Bursf. *consil.* 15 *n.* 2. Goueau.

1 b *Poteritque talis † filius legitimatus, si fuerit præteritus, dicere testamentum nullum.*] Huc referri, & repeti poterunt ea, quæ annotauimus supra *ad q.* 42. *n.* 8. *& seqq.* Harp.

QVÆSTIO LXXXV.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Testamentum an rumpatur per ingressum religionis.*

Ex Additionibus.

1 *Nunquid per ingressum religionis rumpatur testamentum, remissiue.*

1 a b QVæro, an per *a* ingressum religionis testamentum rumpatur. Dixi supra *quæst.* 28. *vers. Sed b retenta.*

ADDITIONES.

a 1 AN *per ingressum religionis testamentum rumpatur.*] † De ista quæstione nonnihil attulimus, supra *in quæst.* 28 *numero* 12. Harprec.

b *Sed retenta.*] Vide quæ ibid. dixi. Sed hic obiter quæritur, creditores intrantis religionem quem debeant conuenire an debitorem vel monasterium? Vide per Spec. *tit. de stat. monach. nu.* 53. de quo etiam dixi *ead. q.* 28. *in vers. dixi.* Et quod testamentum conditum ab eo, qui intrauit religionem, confirmetur per professionem haud expectata morte naturali: commune dixi *in collect. mea comm. opin. verb. testamentum*, vbi etiam retuli regulam negatiuam. *Giach.*

QVÆSTIO LXXXVI.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Testamentum an rumpatur resurrectione testatoris.*

1 QVæro, si testator moriatur, & deinde resurgat, an rumpatur eius testamentum? Est pulchra quæstio, sed de raro contingentibus: si tamen contingeret, prout in Lazaro, quem Christus Dominus noster à mortuis suscitauit, tenendum est, quod Lazarus à mortuis resurgens hæreditatem suam de iure recuperauerit, & rumpit testamentum, si quod prius considerat, vel tanquam ipsemet (non enim videtur defunctus, qui tam cito reuixit) vel tanquam posthumus, qui de nouo natus esset. Ita tenuit gloss. *in l. ex his, in gloss.* 1. *ff. de leg.* quæ in hoc communiter est approbata, vt dicit Alber. *in d. l. ex his, nu.* 1. Alexand. *in l. si marito, in princ. nu.* 5 *ff. solut. matrimonio.*

QVÆSTIO LXXXVII.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Testamentum conditum per metum an sit ipso iure nullum.*

Ex Additionibus.

1 *Testamentum per metum conditum an sit ipso iure nullum, remissiue.*

QVæro, nunquid testamentum conditum per metum *a* sit ipso iure *b* nullum, an autem veniat rescindendum ex capite metus? dixi infra *lib.* 7. *§. metus.* 1 a b

ADDITIONES.

a MEtum.] Hic scias, quod metum iustum non inducunt minæ, nisi sic tribus concurrentibus: quod periculum comminatum sit magnum, puta de persona, vel de bonis: quod persona minans possit verisimiliter damnum inferre: tertio, quod minans sit solitus minas exequi. De omnibus istis vide per Rol. *in consil.* 83. *nu.* 23. Et de metu dixi *in collecta mea commun opin. in verb metus.* Giach.

1 *Nunquid testamentum conditum per metum, &c.*] Hæc quæstio explicata est supra *ad quæst.* 1. *nu.* 11. *& aliquot subsequentibus.* Adde tamen eadem de quæstione videndos Iac. Menoch. *lib.* 2. *de arbitr. iud. q. cent.* 4. *cas.* 395. *nu.* 7. Fernand. Vasq. *de success. creat. §.* 17. *n.* 5. Michael Graff. *lib.* 2. *recept. sent. § testamentū q* 83. & Nicolaum Reusner. *in tract. de iure testament par.* 6. *c.* 9. vbi & plures alios citat. *Harp.*

b *Nullum.*] Commune dixi *in collect. mea. vers. testamentum, nu.* 57. Giach.

QVÆSTIO LXXXVIII.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Vltima voluntas an vitietur falsa latinitate.*

Ex Additionibus.

1 *Num vltima voluntas vitietur mala latinitate.*

2 *Ecquid testamentum perplexum censeatur nullum.*

3 *Perplexitas quandam impossibilitatem inducit.*

QVæro, nunquid *a* vltima voluntas, vel fideicommissum, vitietur mala grammatica, vel falsa latinitate? dixi supra *hoc eod. lib. §. substitutio.* 1 a

ADDITIONES.

a NVnquid vltima voluntas, vel fideicommissum vitietur mala grammatica.] Locus huius quæstionis (quæ dubia non 1 videtur: quid enim refert, vtrum testator terse, & Latine, an vero barbare, & vitiose loquatur: si modo alias de voluntate eius rite, & euidenter constet?) quæri poterit: num † testamentum perplexum (quod nimirum adeo obscurum, & tortuosum est, vt certo sciri, aut intelligi non possit, quæ testatoris voluntas fuerit) ipso iure prorsus inutile, atque nullum censeatur; Et nullum, atque inutile censeri, apparet *ex l. si Titius* 16. *ff. de conditionib. institution & l. si quis de plurib.* 27. *ff. de reb. dub.* Eiusque ratio non obscura est: quoniam † perplexitatis ratione impossibilitas quædam inducitur, quæ indissolubilis est, & propterea actum vitiat, tradente Romano *in l. vnic. nu.* 24. *vers. non obstat illud argumentum C. quando non petentib. partes petent. bus accrescant.* Idque explicatius prosequitur Reusner. *in tractat. de iur. testam. par.* 2. *cap.* 11. Harprec. 2 3

QVÆSTIO LXXXIX.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Testamentum, in quo debita solemnitates non interuenerunt, an sit ipso iure nullum.*

Ex Additionibus.

1 *Vtrum testamentum, in quo debita solemnitates non interuenerunt, sit ipso iure nullum.*

2 *Testamentum in dubio solemniter factum præsumitur.*

Quæ-

1 a QVæro, an testamentum, in a quo non interuenerunt debitæ solemnitates, sit ipso iure nullum? Resp. quod sic: tex. est *in l. 1. ff. de iniusto rupt.* Quæ autem sint solemnitates in testamento requisitæ, dixi supra *quæst. 35. & seq.* Hanc tamen conclusionem intellige, vt procedat regulariter. Sed si sit testamentum b priuilegiatum, puta, conditum à milite, vel inter b liberos, vel ad pias causas, istis casibus, etiamsi solemnitates à iure alias requisitæ deficiant, testamentum c sustinetur, vt latius dixi supra *q. 6. & q. 8 & q. 15. &c.*

ADDITIONES.

a 1 AN *testamentum, in quo non interuenerunt debita solemnitates sit ipso iure nullum.*] Quod † eiusmodi testamentum regulariter ipso iure sit nullum, non dubitatur. Cui addendum 2 est: coniecturam † in dubio pro testamento capi oportere, vt solemniter factum videatur, & qui dicit non solemne, vel non iure factum, probare debet *l. si post diuisionem 4.* & ibi gloss. Bartol. Bald. Iason, & alij. *C. de iur. & fact. ignorant.* Alciat. *in l. 2. nu. 29. C. de bonor. possess. secund. tabul.* Idque fusius explanat Franciscus Mantica *in tractat. de coniectur. vltimarum voluntat. libr. 2. tit. 9.* Harp.

b *Inter liberos.*] Amplia dupliciter, atque limita sex modis, vt per Ias. *in d. l. hac consultissima, §. ex imperfecto, col. 1. & 2. C. de testam.* Giach.

c *Sustinetur.*] De testamento vero, quod ex dementia testatoris dicebatur nullum, atque de illius validitate, vide per Riminald. iun. *consil. 376.* Giach.

QVÆSTIO XC.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Ex Testamento minus solemni an oriatur naturalis obligatio.*
2 *Et quid in legatis.*
3 *Et an legatarius eo casu possit retinere rem legatam, ope exceptionis.*
4 *Et an hæres teneatur in foro conscientia persoluere legata in huiusmodi testamento relicta.*
5 *Et quid in hæreditate.*
6 *Et an hæres scriptus possit eam remittere in foro conscientiæ.*
7 *Et quid si hæres aliquibus ex legatariis legata persoluit, an possit cogi etiam aliis præstare.*

Ex Additionibus.

1 *Ex testamento minus solemni, an oriatur naturalis obligatio.*
2 *Et an hæres teneatur in foro conscientia persoluere legata in illiusmodi testamento relicta.*

a SEd quæro, an testamentum minus solemne, a vel alias inualidum, sit adeo nullum, vt aliquem iuris effectum producere non possit? Respon. quod adeo fauet defunctorum voluntatibus sustinendis, vt non patiatur eorum dispositiones, etiam nullas, sed inualidas, omni prorsus effectu carere; sed illis etiam præstat aliquod iuris fomentum. Et in primis quidem videmus, quod licet testamentum sit nullum ex causa præteritionis, vel exhæredationis; sustinentur tamen omnia b in ipso testamento contenta b præter institutionem, de quo late dixi supra *q. 52.*

1 Præterea ex testamento, vel vltima voluntate mic nus solemni oritur c naturalis obligatio. Ita tenet gloss. *in l. 1. in gloss. 1. ff. de cond. indeb.* & est communis opin. vt attestatur Alber. *in l. cum quis, circa principium, C. de iuris, & facti ignor.* Bald. *in l. si post diuisionem factis, in fin. C. de iur. & facti ignor.* Corn. *consil. 261. in litt. Q. lib. 1. & consil. 119. col. 8. in litt. G. in lib. 2.* in quibus cons. allegat Paul. de Castro idem attestantem *in l. 1. C. de fideicomm.* qui tamen in libro meo hoc non dicit, Soc. *in d. l. 1. col. 2. vers. Circa secundum, ff. de condict. indeb.* Alciat. *in cap. nouit post n. 30. extra de iudic.* Dicit etiã Io. Anni. *in repet. l. nemo potest, n. 3. de leg.* quod ita dicũt cõmuniter Doct.

Sed hæc quidem conclusio intelligenda est, vt procedat in legatis. Nam illa licet in testamento minus solemni relicta sint, debentur legatariis naturaliter. Et ita loquitur gloss. *in d. l. 1.* & est communis opin. vt dicit Ias. *in d. l. cum quis, n. 9. & sequenti, & in l. plane. §. si coniunctim post n. 15. de legat. 1. & cons. 82. col. pen. libr. 1.* quem refert Didac. *in cap. cum esses, n. 5. de test.*

Hinc infertur, quod si legatarius possideat ipsam rem sibi legatam in huiusmodi testamento minus solemni, poterit illam retinere ope exceptionis. Ita tenet Bart. *in l. nemo potest n. 18. de legat. 1.* quem omnes Doct. sequuntur, vt dicit Capic. *decis. 89 n. 2.* Et ita communiter tenetur, vt dicit Ias. *in d. l. nemo potest, in 2. lect. nu. 84.* quem refert Io Dilect. *de arte testan. tit. 3. caut. 3. n. 3.* & Didacus d *in d. cap. cum esses, post n. 10. vers. 3. ex hoc.* d Hanc etiam opin. dicit esse communem Bertran. *d. consil. 212. n. 19 lib. 1. in 2. parte.* 3

Secundo infertur, quod hæres tenetur, in foro conscientiæ persoluere legata in huiusmodi testamento minus solemni relicta. Ita tenet Abb. *in d. c. cum esses, nu. 10. & sequenti,* & est communis opin. vt attestatur Didacus *in eod. cap. cum esses, post n. 5.* Quæ tamen opin. fortissimis argumentis conuincitur à Didaco in loco præallegato, vt per te videre potes: & certe, si casus contingeret, facile posset sustineri contrarium. 4 e

Cæterum in hæreditate secus est. Illa enim si relicta sit in testamento minus solemni, non debetur hæredi scripto neque naturaliter: & ideo non potest neque ad illam consequendam intentare aliquam actionem; neque si illam possideat, retinere ope alicuius exceptionis, si hæredes ab intestato illam petant: sed tenetur omnino eam illis restituere. Et hæc est communis opin. vt dicit Ias. *in d. l. nemo potest, in prima lectura, nu. 75. & in d. l. si post diuisionem, n. 5. & sequenti.* Bertrand. *in d. cons. 212. n. 21. in fin.* Ripa *in d. l. nemo potest, n. 102.* Regulariter enim lex multo plus fauet sustinendis legatis, quam institutioni hæredis, vt de hoc multa exempla congerunt Doctores *in locis præallegatis.* 5

Sed quid si iste hæres scriptus hæreditatem ipsam possideat, & hæredes ab intestato eum non molestent, nunquid poterit illam retinere, & erit tutus in foro conscientiæ? Respondeo, quod sic: & ita concludunt Doctores, vt dicit Capic. *in d. decis. 89. n. 3.* Hanc etiam opin. dicit esse communem Ripa *in d. l. nemo potest. nu. 99.* quæ tamen (vt verum fatear) mihi nunquam placuit; prout neque etiam placet Didaco, *in l. cum esset. post numerum decimum, vers. sexto non possum.* Si enim talis hæreditas non est illi neque naturaliter debita; non video, quo iure posse debeat illam retinere, & hoc multo magis, si esset in mala fide, quia scilicet haberet scientiam nullitatis testamenti, & certe non auderem pro hac parte consulere, saltem ante factum. Bene post factum posset retineri communis opinio, vt excusaretur ipse hæres à restitutione perceptorum, maxime si fuisset in bona fide. Cogita. 6

Sed hic occurrit vna quæstio, super qua proximis diebus fui interrogatus. Pone, testator condidit testamentum minus solemne, & consequenter inualidum, in quo pluribus personis diuersa legata reliquit. Hæres scriptus, adita hæreditate, nonnullis persoluit legata à testatore relicta. Cum deinde alius ex legatariis peteret etiam ipse legatum sibi relictum, hæres opponebat testamentum esse inualidum, quærebatur, an talis exceptio illi prodesset? Resp. quod sic: & consequenter, quod f non potest cogi ad alia legata præstanda. Ita tenet gl. *in l. non dubium, in gl. fin. de testam.* & est communis opin. g vt dicit Alexand. *in ead. l. non dubium, nu. 3.* Quod nota, quia de facili quis responderet prima facie contrarium. 7 f g

ADDITIONES.

a MInus solemne.] Sed quibus remediis debeantur legata, & fideicommissa ex testamento haud solemni, vide per Dura. *de arte testandi, tit.2. caute.3 per totam.* Verum aduerte, quia testamento eodem non licet vti contrariis remediis, nedum eodem tempore, sed nec diuersis. Qui ergo à principio agit tanquam hæres directus, & tanquam testamentum valeat, non potest postea agere iure codicillorum, vel fideicommissi. Istam regulam cum quatuor limitationibus vide per Iaso. *in l. fin. C. de codicill.* Giach.

b *Præter institutionem.*] Vt dixi etiam supra *q.81.* Giach.

c *Oritur naturalis obligatio.*] Bar. *in d. l. dubium, C. de testa.* & ibi Alex. *n.2.* Ias. *n.10.* Ripa *n.97.* Viu. *lib.1. opin.146.* Eman. Soarez *inter commun. vol.1. in versic. testamento minus solemni.* Gouean.

Ex testamento, vel vltima voluntate minus solemni oritur na-
1 *turalis obligatio.*] Quod † ex testamento minus solemni oriatur naturalis obligatio, post Clarum nostrum, & ab eo relatos, docent quoque Michael Grassus *libr 1 recept. sent §.1. num.15. cum sequentib.* Franc. Mant. *in tract. de coniectur. vltim. volunt. lib.2. tit.14. n.16.* Reusnerus *in tract. de testam. par.1. cap.4. n.29. cum sequ.* Fachin. *lib.4. controuers. iur. cap.5. vers. probatur igitur, &c.* Dominic. de Magdalen. *de nu. testium par.3. cap.2 & 3.* aliique ab his commemorati. Tametsi contrarium probabiliter defendant Bal. *in l. cum quis, 10. C. de iur. & fact. ignor. col.4.* Cynus, Fulgosius, & Iason *nu.16. in l.1. ff. de condict. indebit.* Petrus Loriot. *de iuris art. tract.11. cap.22.* hosque referens Didacus Couar. *in c. cum esses 10. num 9. de testam* Vasq. *de success. creat. lib.1. §.1. nu.22.* Eaque de re nonnihil monuimus *in §. sed cum paulatim, 3. Instit. de test. ordin nu.28 & seqq.* Harp.

d *Didacus.*] Late Dida. sententiam impugnant Fern. Vasqu. *in tracta. libr.1 num.6 & 8.* Hud. Zud. *resp pro vxore, numer.41.* Gouean.

e *Hæres tenetur in foro conscientiæ persoluere legata, &c.*]
2 Quod † hæres teneatur in foro conscientiæ persoluere legata, in testamento minus solemni relicta, latissime explicant Grassus Mant. Fachinæus, & alij *locis præallegatis.* Harp.

f *Quod non potest cogi.*] Ac ne quidem si vni partem legati exsoluerit, compelletur ad reliqui solutionem, Corn. *in l. non dubium, §. illud, n.9. C. de testam.* Cephal. *cons.377. n.51.52.53.54. & seq. vol.3.* Gouean.

g *Est communis opinio.*] Imo, quod testamentum inualidum dicatur hæres approbare ex promissione, vel solutione si scienter id facit, sciens dispositionem non valere: commun. vide per Socin. *in cons 79. vol 4.* & dixi *in collecta mea commun. opin. in verb. testamentum, nu.30.* vel ducatur ignorantia iuris: secus, si ducatur ignorantia facti, quia tunc secundum d. gloss. & Doctor. non dicitur approbare. *Giach.*

QVÆSTIO XCI.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Testamentum contraria voluntate reuocatur.*
2 *Et an requiratur, quod fiat aliud testamentum solemne.*
3 *Et quid si concurrat cursus decennij.*
4 *Et à quo tempore computandum sit huiusmodi decennium.*

Ex Additionibus.

1 *Si testator coram septem testibus simpliciter dixerit, se nolle valere testamentum, an hoc casu testamentum censeatur reuocatum.*
2 *Sententia* l. sancimus 27. de testam.
3 *A quo tempore decennium, ex cuius cursu dicitur reuocatum testamentum, computari debeat.*

1 DIctum est, ex quibus causis testamenta annullentur, vel rumpantur: nunc videndum quemadmodum testamenta reuocentur. Et in primis quidem sciendum est, quod testamentum à testatore conditum contraria voluntate reuocetur, idque rationi est valde consentaneum. Sicuti enim in testamentis condendis voluntas testatoris maxime consideratur; ita etiam in illis reuocandis eiusdem testatoris voluntas præcipue consideranda est; vt iuxta communes regulas, eo genere quodque dissoluatur, quo colligatum est, *vulgata l. nihil tam naturale, ff. de reg. iur.*

2 Sed quæro, nunquid *a* ad reuocationem testamenti sufficiat, quod testator etiam coram septem testibus dicat se testamentum condidisse, & quod non vult tale testamentum valere, sed illud reuocat, & annullat, &c. a
Resp. *b* quod non; sed requiritur, quod faciat aliud testamentum solemne, cum institutione hæredis, & aliis in testamento requisitis. Ita tenet Bart. *in l. si iure, n.3. ff. de leg.3.* cuius opin. communiter approbatur, vt dicit Nat. *in repet. Auth. hoc inter, num 10. C. de testam.* Et est communis opin. vt dicit Alexand *cons.159 post num.8. lib.7.* Ruin. *cons.6. nu.1. lib.2.* Rubeus *cons.41. nu.4. & 5.* Soc. iun. *cons.42. n.1. l.b 3.* Non enim potest testamentum solemniter conditum infirmari, nisi aliud testamentum conditum sit, ex quo hæreditas adiri possit. b 1

Bene verum est, quod si cum huiusmodi reuocatione coram testibus saltem tribus *c* facta concurrat perseuerantia longi temporis, & sic cursu decennij, vtique his concurrentibus censebitur reuocatum primum. Tex. est singularis *in l. sancimus, C. de testam.* & est communis opin. vt dicit Alex. *in d. l. sancimus post n.8. vers. Extra gloss.* Bert. *cons.213. n.3. lib.1. in 2 parte.* 3 c

Sed nunquid istud tempus decennij est computandum, vt currat à die conditi primi testamenti, an autem à die reuocationis? Resp. quod est *d* computandum à die conditi primi testamenti, ita quod si talis reuocatio fiat intra decennium à die conditi primi testamenti, nihil operabitur, ita dicit gloss. *in d. l. sancimus, in gl. fi.* quam Doct. magis communiter sequuntur, vt dicit Ias. *in ea l. sancimus, n.15.* Et hanc opin. communiter teneri attestatur Ruin. *in d. cons.6. n.1.* illam etiam dicit esse magis communem Guliel. de Bened. *in 1. part. repet. cap. Raynutius, fol.158. nu.8. in fin.* 4 d

ADDITIONES.

a NVnquid ad reuocationem testamenti sufficiat, quod testator etiam coram septem testibus dicat, se testamentum condidisse, &c.] Si † testator simpliciter dixerit coram septem testibus, se nolle valere testamentum, neque vllam causam expresserit: hoc casu testamentum non censeri reuocatum, recte Clarus hic noster, post Bartolum, & alios ab ipso citatos, decidit. Hæcque decisio satis aperte probatur per textum, † *in l. sancimus, 27. C. de testam.* vbi disponitur licet coram actis, adeoque coram toto iudicio reuocetur prius factum testamentum; non tamen illud aliter infirmari, nisi & decennale tempus concurrat. Eidem opinioni adstipulatur Nicolaus Reusnerus *in tractat. de iure test. p.6. c.20. n.26. & seq.* Tametsi contrariam sententiam veritati & æquitati magis esse consonam existiment Baldus *in d. l. sancimus, 27. nu.2. C. eod.* Barbat. *cons.90. nu.7. volum.2.* Grassus *libr.1. recept. sent. §. testamentum, qu.84. nu.2. vers. contrariam tamen partem, &c.* Francisc. Mantic. *in tractat. de coniect. vltim. volunt. lib.2. titul.15. nu 19. cum seq.* Cannan, *lib.9. commentar. iur. ciu. c.7. nu.4.* & Thadeus Piso *lib.1. var. resol. c.22. nu.51. vers. contrariam tamen partem, &c.* Harp. 1 2

b *Quod non.*] Aduerte tamen, quod si inter præcedens testamentum, & talem reuocationem intercesserit lapsus decem annorum, quod talis reuocatio facta coram non minus tribus testibus esset efficax. Vide per Alex. *eod. cons.159. col.2.* qui etiam tenet, quod non sufficeret, reuocationem esse factam apud acta, nisi interuenisset cursus decennij. Facta tamen hoc modo, quia volo intestatus decedere, coram septem testibus, vt fatetur Alexan. ibid. *sub n.8.* intellige reuocatum primum testamentum per tex. *in l.1. §. si hæres, ff. si tabul. testam. nul. exta. & not.* per Bar. *in l. si iure, ff. de leg.3.* vide quæstione sequenti. *Giach.*

c *Saltem tribus.*] Aduerte hic, quod ad hoc, vt sufficiant tres testes, qui probent contrariam voluntatem cum cursu decennij, oportet, quod sint idonei, & sic rogati: qui nisi sint rogati, haud sufficiunt. Et hoc no. esse dicit Ang. de Aret. *in §. ex eo autem, n.15.* vbi testator vidisse de facto in quodam testamento auunculi vxoris suæ, *nu.10.* haud posse dari remedium, propter quod primum testamentum non possit tolli. Vide ibi. per eum. *Giach.*

d *Quod est computandum à die conditi primi testamenti.*] Quod † decennium, ex cuius cursu reuocatum, irritumque censetur testamentum, non à die reuocationis, sed à die primi testamenti confecti, sit computandum, præter Clarum nostrum, tradit Tob. Nonius *cons 23. n.16.* eumque referens Grassus *d. §. testamentum, q.84. n.4. vers sed aduerte, &c.* Harprec. 3

QVÆ-

QVÆSTIO XCII.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Si testator coram septem testibus reuocet testamẽtum, quia dicat se velle intestatum decedere, an id sufficiat.*

Ex Additionibus.

1 *An infirmetur testamentum, quando testator coram legitimo testium numero illud reuocat, & exprimit caussam: quod scilicet vult decedere intestatus.*

2 *Qui Auctores contrarium defendant.*

1 QVæro, quid si testator coram septem testibus dicat: Reuoco, & annullo testamentum à me prius a conditum, quia volo a decedere intestatus, nunquid hoc sufficiet ad reuocationem testamenti? Respond. quod sic. Ex quo enim testator asserit se velle intestatum decedere, censetur instituere venientes ab intestato, iux. text. *in l.* 1. *§. hæres, ff. si tab. testam. nul. extra.* & ita Bart. *in d. l. si iure, post n.* 5 *ff. de leg.* 3. & ita præcedens conclusio communiter limitatur, vt dicit Bertran. *consil.* 32. *post num.* 2. *lib.* 2. *in* 2. *par.* Hanc etiam esse commun. opin. attestatur Alexan. *in d. l. sancimus, n.* 9 *& cons.* 30. *n.* 3. *lib.* 3. quem refert Dec. *cons.* 582. *nu.* 1. & Bertr. *cons.* 25. *in princ. lib.* 3. *in* 1. *par.* Io. Dilect. *de arte testan. titul.* 10. *caut.* 3. *n.* 1. & Didac. *in rub. de testam. in* 2. *parte, post n.* 11. *vers. sexta conclusio,* Natta *in d. auth. hoc inter, n.* 11.

ADDITIONES.

a 1 QVia vele decedere intestatum &c.] Quando † testator coram legitimo numero testium reuocat testamentum, & exprimit caussam; quia scilicet vult decedere intestatus; tunc per hoc tacite eum videri instituere, siue vocare legitimos hæredes, venientes ab intestato, adeoque prius testamentum infirmari communiter Doct. vltra Clarum nostrum, & ab eo hic relatos, tradunt, quos sequuntur Michael Grass. *lib.* 1. *recept. sent. §. testam. quæst.* 84. *n.* 5. Franc. Mant. *in tract. de coniectur. vlt. volunt. lib.* 2. *tit.* 14. *n* 18. & Thad. Piso *lib.* 1. *var. resol c.* 12. *nu.* 50.
2 Verum † contrarium haud sine ratione post Paulum Castrensem, & Fulgos. *in l sancimus,* 27. *C. de testam.* defendit Fachin. *libro* 4. *controuers iur. c.* 8. & D. Collega Bocerus *class.* 3. *disp.* 9. *th.* 21. *edit.* 2. Idque & nos comprobauimus *in §. ex eo autem, Inst. quib. mod. test. infirm. nu.* 4 *&* 5. Harp.

QVÆSTIO XCIII.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Si testator testamentum à se conditum incidat, vel cancellet, annullatur illud testamentum.*

2 *Et an eo casu hæreditas applicetur fisco, vel venientibus ab intestato.*

Ex Additionibus.

1 *Si testator testamentum incidat, vel cancellet, an & quatenus illud infirmetur testamentum.*

2 *Et eo casu num vitietur testamentum ipso iure, an ope exceptionis.*

3 *Item eo casu cui hæreditas applicanda veniat.*

1 a QVæro, quid si testator voluntatem suam non verbis, sed facto declaret, puta, quia testamentum à se prius conditum incidat, vel cancellet, nunquid tale testamentum annullabitur? Resp. quod sic. Text. est *in l. nostrum, C. de test.* & ita concludunt communiter Doct. vt ait Crauet. *cons.* 228. *n.* 1. Hanc tamen intelligo, vt procedat in testamento condito in scriptis; sed si esset testamentum nuncupatiuum in scriptis redactum, prout hodie communiter testamenta conduntur, & testator forte habens à Notario exemplum authenticum illud incideret, vel cancellaret: non crederem hoc solum sufficere ad annullandum, vel reuocandum ipsum testamentum. Bene verum est, quod si testator ipsum exemplar, seu originale existens apud Notarium cancellari faceret, crederem tale testamentum prorsus reuocatum, & annullatum cẽseri debere, dummodo legitime appareret cancellationem coram septem testibus factam fuisse ex iussu ipsiusmet testatoris.

2 Sed quæro, an in casu huiusmodi cancellationis, vel incisionis testamenti per testatorem factæ; hæreditas transeat ad venientes ab intestato; an b autem applicetur fisco, tanquam si hæredes à testatore fuissent reputati indigni, & consequenter fiscus eam ab illis auferre posset? Resp. quod si apparet de voluntate testantis, illa attendi debet. Ita communiter dicitur, vt ait Imol. *in c. cum esses, post n.* 30. *vers. An & quando, de test.* Si vero non apparet de voluntate testatoris: tunc in dubio tenendum est, quod hæreditas vadit ad venientes ab intestato, non autem ad fiscum. Et hæc opin. est magis cõmunis, vt dicit Alex. *in d. l. nostram, n.* 3 & dicit etiam Ang. Aret. *in §. ex eo, post n.* 2. *vers.* 2. *principaliter: Instit. quib. test. infirm.* Quod ita dicunt communiter Doct. intellige, quando testator totum testamentum incidit: sed si tantummodo deleat nomina hæredum, videtur illos reputasse indignos, & ideo fiscus ab illis auferre poterit hæreditatem, exclusis venientibus ab intestato.

ADDITIONES.

a 1 QVia testamentum à se prius conditum incidat, vel cancellet.] Si † testamenti tabulæ, aut instrumenta mutentur consulto, quod accidit vel rescissione. *l.* 1. *§. sed consulto* 3. ibique Cuiac. *ff. de his, qui in testam. delent. l. pen. § vlt. ff. de bon. poss. secund. tab l vlt. ff. de iniust. rupt. irr. fact testa. l penult. C. de test.* vel resignatione *l. ad testium* 22. *§. si signa* 3. *& l seq. ff. qui test fac. poss. d. l. pen. C. de test.* vel deletione *l.* 1. *§ si hæres. ff. si tabul. testam. null. extab. d. l.* 1. *§. sed consulto. & l.* 2. *in prin. ff de his, quæ in test. delent.* testamentum rumpi atq; infirmari, communis conclusio est. Eamque rem copiosius explicat Reus. *in tract de iur. testamentor. p.* 6. *c.* 25 *per tot.* Quod si non totum testamentum, sed eius pars deleta sit; in reliqua voluntate testamentum consistit: etsi hæredum institutio sit inducta, & legata tantum salua relicta, *d. l.* 2. *&* 3. *ff. de his, quæ in test. delens, l. cum tabulis* 26. *§. vlt. ff. de his, quibus vt indign. aufer.* Duaren. *in Comment. ad tit. ff. de iniust. rupt irr. fact. testam. cap.* 5. Et hic addendum est: per isthanc rescissionem, incisionem, vel cancellationem non vitiari testamentum ipso iure, sed ope exceptionis, per notata glossæ, Bart. & aliorum *in d. l.* 1. *ff. de his, quæ in testam. delent.* Vasqu. *de success. resolut.* §. 8. *n.* 35. Grass *lib.* 1. *recept sent.* §. *testamentum, q* 85. *n.* 1. Thadei Pisonis *lib* 1. *variar. resolut. c.* 12. *n.* 43. & Dauthij *in explicatione l. hæredes palam* 21. *nu.* 14. *ff. qui test. fac. poss.* Harp.

2 b *An autem applicetur fisco, &c.*] Cui † nam hæreditas, deleto, vel cancellato testamento, applicari debeat, post Clarum hoc loco nostrum, dilucide explicat Franc. Mant *in tract. de coniectur. vltimar. vol lib.* 12. *tit.* 1. *nu.* 31. Grassus *d §. testamentum, q* 85. *n.* 3. Dauth. *in d l. hæredes palam* 21. *nu.* 17. *ff. qui test. fac. poss.* & Piso *d. lib.* 1 *cap.* 12. *nu.* 47. Harp.

QVÆSTIO XCIV.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Regulariter primum testamentum reuocabitur per secundum.*

2 *Et quid in testamento condito coram Imperatore.*

3 *Et quid si in primo testamento appositum sit iuramentũ.*

4 *Et an eo casu, facta reuocatione, testator dicatur periurus.*

5 *Iuramentum in testamento appositum habet vim clausulæ derogatoriæ.*

Ex Additionibus.

1 *Cur testamentũ prius tollatur per posterius, duplex ratio.*

2 *Testamentum est vltima voluntas.*

3 *Vnius vnum tantum est testamentum.*

4 *Posteriora generaliter derogant prioribus.*

5 *Cur militis testamentum posteriore non rumpatur.*

6 *Quid si testator iurauerit, se primum testamentum non reuocaturum.*

7 *Iuramentum est priuata conuentio.*

8 *Iuramentum sortitur naturam actus, cui accedit.*

9 *Natura testamenti quæ.*

10 *An, & quatenus testator, qui neglecto iuramento, aliud fecit testamentum, periurus fiat, remissiue.*
11 *Ecquid iuramentum habeat vim derogatoriæ clausulæ, remissiue.*

QVando testator post conditum primum testa-
1 mentum condit aliud, & sic secundum testa-
a mentum validum, & solemne, nulla est *a* inter Docto-
b res controuersia, quin regulariter primum *b* tollatur
c per *c* secundum: tex. est *in §. posteriore. Instit. quib. mod. test. infir.* & hæc est communis regula, vt dicit Dec. *consil. 264. numero 1. in fin.*
2 Et hæc quidem conclusio locum habet non solum
in testamentis priuatim confectis, sed etiam testamen-
to facto coram Imperatore, vel etiam auctoritate
ipsius Imperatoris confirmato: ad hoc enim per aliud
testamentum etiam sine consensu Imper. postea con-
d ditum, *d* reuocatur. Ita dicit Bart. *in l. omnium, nu. 3. C. de testam,* qui in hoc est communiter receptus, vt ait
Didac. *in rubr. de test. in 2. parte, post nu. 2.* Faciunt, quæ
dixi supra *lib. 1.*
3 Sed quid si testator *e* in primo testamento apposuit
e iuramentum, promittendo, & iurando, quod illud non
reuocasset, nunquid si postea condat secundum testa-
f mentum, illud primum censebitur *f* reuocatum, non
obstante illo iuramento? Respond. Aliqui dixerunt,
quod testamentum factum post primum iuramentum
non valet: dicit Alber. *in l. 1. circa fin. C. de sacrosanct. Eccl.* quod ita tenent communiter Canonistæ. Tu vero
tene contrarium, scilicet, quod non obstante iura-
mento, primum testamentum per secundum reuoca-
tur: & ita tenet gloss. *in capit. vltim. voluntas, in gloss. vnica post medium 13. quæst. 1.* & ita concludunt omnes, vt
dicit Alexand. *in l. stipulatio hoc modo concepta, n. 5. ff. de verbor. obligat.* quem refert Didac. *in Rubr. de testam. in secunda parte post n. 15* & dicit Imol. *in cap. cum contingat, nu. 31. de iureiur.* quod in hoc omnes concordant.
Hanc etiam dicit esse communem determinationem
Doctorum Paul. de Castr. *cons. 339. post nu. 1. lib. 1.* Alexand. *in l. pactum quod dotale, n. 3. C. de pact. & cons. 18. n. 2. lib. 2.* Mayne. *in l. nemo potest mutare, col. 5. & 46. de regul. iur.* quem refert Episcopus Loazes *in suis allegat. pro Marchio. Velez. fol. 384. n. 160.* Alexand *in dict. cap. cum contingat, n. 77;* Cotta *in verbo, Testatorem inducere, colu. 1.* & sic vides, quod hæc est magis communis opi-
nioni Legistarum, & Canonistarum, quæ etiam opti-
ma ratione fundatur, quia nemo potest sibi legem in-
ducere; quo minus dispositionē suam in tempus mortis
collatam, ante mortem quandocunque mutare possit.
4 Sed nunquid *g* testator reuocando illud primum te-
stamentum erit periurus? Respond. Bartol. *in d. l. si quis in principio testamenti, in princip. n. 14.* tenuit quod non;
& dixit Alexander *in d. l. stipulatio hoc modo concepta, colu. 2.* quod ita tenent communiter Legistæ, quem re-
fert Cotta *in dict. verbo, Testatorem inducere, colu. 2.* &
Didac. *in dict. secunda parte. post n. 15. vers. Secunda opinio.*
Sed contrarium est verius, scilicet, quod immo est per-
iurus, & ideo debet petere absolutionem à iuramento.
Et hæc est communis opin. vt dicit Alexan. *in d. cons. 18. n. 12.* Alciat. *in d. c. cum contingat, num. 78.* Natt. *in d. Auth. hoc inter. n. 83.* & de hoc non videtur dubitandū.
5 Vnum tamen nota in hoc proposito, quod *h* tale
h iuramentum appositum in primo testamento habet
vim clausulæ derogatoriæ; & sic operatur, quod non
poterit per aliud testamentum reuocari, nisi in ipso se-
cundo testator apposuerit reuocationem ipsius iura-
menti. Ita dicit Bart. *in l. si quis in principio testamenti, in princ. nu. 15.* post Ioan. Andream *in Mercurial. in capit. quod semel, de reg. iur. in sexto,* quem sequuntur com-
muniter Doctores, vt dicit Bertr. *cons. 143. nu. 2. libr. 3.*
in 2. parte. Hanc etiam opin. dicit esse communem
Socin. *in d. §. in legatis, col. penult. vers. Sexto infertur.*
Natta *in d. Auth. hoc inter, nu. 46. C. de testam.*

ADDITIONES.

NVlla est inter Doctores controuersia &c.] Ratio, † cur testa- a
mentum primum tollatur siue reuocetur per secundum 1
legitime factum, hæc duplex addi poterit: Tum † quia testa- 2
mentum est vltima voluntas, *l. 1. ff. qui testament. facere poss. l. 1. C. de sacrosanct. Eccles.* proinde id testamentum valere debet,
quod est posterius. Vtrumque enim valere nequit: cum vnius
† vnum tantum sit testamentum: eo quod testamentum con- 3
tineat vniuersam hæreditatem: extra autem vniuersitatem
nihil esse possit, *argum. l. nihil est aliud 24. ff. de verbor. signif. & l. hæreditas 62. ff. de reg. iur.* Tum † quia & alias in iure poste- 4
riora derogant priorib. vt leges, *l. non nouum. 16. ff de legibus, vt pacta, l. pacta nouissima. 12. C. de pact. vt contractus l. pacta conuenta, 72. ff. de contrahend. empt. vt tutela. legatum fideicommissum, &c. l. tutor datus, 8 §. vltim l. si hæreditas 10. §. 1. ff. de testamentar. tutel l. si mihi 12 § in legatis, ff de legat. 1 l. clari. 19. C. de fideicommiss* Excipitur tamen militis testamentum, quod po-
steriore non rumpitur, *l. quærebatur 19. l. militis, 36. § 1. ff. de testam. milit.* Ratio exceptionis hæc est; quia militi † plura 5
testamenta facere, & hæredem ex parte instituere licet:
quod pagano non permittitur; *d. l. quærebatur 19. in princ. ff. eod.* Reusn. *in tract. de iur. testam. par. 6. c. 20. num. 5.* Harprec.

b *Tollatur.*] Adde, quod sufficit testamentum primum, vt tollatur per secundum, quod testator ad interrogationem Notarij dicat sic; commune attestatur Dec. *cons. 489. nu. 3.* Item vnum hic nota, quod testamentum primum, in quo testator voluit, quod non possit per secundum reuocari, nisi in illo registrata sint quædam formalia verba, haud reuocatur per secundum, nisi per expressam reuocationem: atque facta mentione de dictis verbis derogatoriis, communiter attestatur Natt. *in cons. 619.* & vide per Dec. *in cons. 475. & 489.* & ampliat Nat. vbi supra *nu. 5.* procedere etiam stante statuto, quod vltimum testamentum teneret haud facta mentione de dictis verbis derogatoriis. Vide per hoc etiam *in collecta mea commun. opin. in verb. testamentum, nu. 9. & 10.* Giach.

c *Per secundum.*] Aduerte hic, quod testamentum etiam secundum factum coram quinque testibus in quo instituti sunt venientes ab intestato, licet valeat, haud tamen valeret, quando in primo testamento sunt instituti venientes ab intestato, etiamsi non omnes, sed si aliqui: commune vide per Socin. *in cons. 229. colu 2. & in d. collecta mea commun opin verb testamentum. n. 12.* Item nota, quod testamentum secundum nō reuocat primum, vbi rite, & recte factum haud fuit; commune per Rolan. *in cons. 33. num. 4. vol. 3.* vide per Ceph. *consil. 516. atque 548.* Giach.

Per secundum.] Hoc verum; etiam si primum coram viginti testibus factum foret, posterius autem coram legitimo numero testium Alexan. *cons. 146 n. 12. vol. 2.* Burs. *cons. 47. nu. 78.* quin etiam coram septem testibus ad pias caussas conditum per factum coram duobus testibus reuocatur Iason. *in l. si ita scriptum, num. 29. de legat. 3.* Alexand. *l. hac consultissima, §. si quis autem, C. de testam.* Tiraq. *de priu. pia cau. priu. 2.* Ceph. *cons. 32. & 33. vol. 2.* sed an per secundum inter liberos iure, & priuilegio patris factum tollatur prius solemne. Rom. *cons. 177. nu. 17. & cons. 385.* Alex. *146. vol. 2.* Soc. iun. *cons. 104. nu. 32. & 33. libro 7.* Gabr. *de test. cons. 7.* Gouean.

d *Reuocatur.*] Adde commune etiam per Dec *in c. cum accessissent. col. 2. de constit.* & dixi etiam *de collect. mea commun. opin. n. 44.* Giach.

e *Sed quid, si testator in primo testamento apposuit iuramen- 6
tum.*] Quamuis † testator iurauerit, se primum testamentum
non reuocaturum: nihilominus tamen, non obstante tali iura-
mento, secundo legitime facto primum mutare poterit. Hu-
iusque ratio non in occulto est: Tum † quia iuramentum pri- 7
uata est conuentio, per quam nemo se ipsum testamenti fa-
ctione, quæ iuris est publici, exuere potest, *l. nemo potest, 55. ff. de leg. 1. l. 3 qui test fac. poss.* Tum † quia iuramentum sortitur na- 8
turam actus, cui accidit, *l. fi. C. de non num. pec. accessorium 42.
de reg. iur. in 6.* Hæc † autem est natura testamenti, vt vsque ad 9
mortem reuocari, mutari, & corrigi possit, *l. quod si iterum, 4. & l. nihil prohibet, 27. ff. de adimend. vel transfer. legat.* Et ita, post Clarum, & ab eo citatos hic, sentiunt Michael Grassus *lib. 1. recept. sent. §. testamentum, q. 87. num 1.* Ant. Gabriel Rom. *commun. conclus. lib. 2. tit de iureiur. nu 8.* Thadeus Piso *lib. 1. var. resolut. c. 12. nu. 6.* Fachin. *lib. 4. controuers. iur. cap. 8. circa fin.* Heigius *in § posteriore 2. nu. 5. Institut. quib. mod. testam. infirment.* Ant. Faber. *par. 2. de errorib. pragmat. decad. 39. error. 2.* & Dauth. *in tract. de testam. num 88. & seqq.* Harp.

f *Reuocatum.*] Et quod haud sit dare remedium, propter
quod

quod primum testamentum non possit tolli, etiam si fuerit iuratum: vide supra, & Oldr. *cons.* 47. & *nu.* 160. Giach.

g *Nunquid testator reuocando illud primum testamentum erit periurus.*] An † & quatenus testator, qui neglecto iuramento aliud condidit testamentum, periurus fiat, latius post Clarum nostrum exponunt Antonius Gabriel Roman. *loco praeallegato*, Grassus *d. §. testamentum, quaest.* 87. *num.* 2. Dauth. *dict. tract. de testament. num.* 91. *cum sequentibus*, & Thadeus Piso *dict. capit.* 12. *nu.* 7. Harp.

11 h *Tale † iuramentum, appositum in primo testamento, habet vim clausulae derogatoriae.*] Adde hae de re videndum Emanuelem Soarez. *in thesaur. receptar. sentent. verb. testamentum quaestione* 87. *nu.* 3. & 4. nec non Pisonem *d. c.* 13. *numero duodecimo*. Harp.

QVÆSTIO XCV.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Donatio facta in pœnam mutationis testamenti an valeat.*
2 *Et quid si hæres promittat legatariis legata præstare.*

Ex Additionibus.

1 *An donatio facta in pœnam mutationis testamenti subsistat, remissiue.*

QVæro etiam, quid si testator in actu condendi testamenti dicat, se ita testari, & nolle ipsum testamentum aliquo modo reuocare, & quod si illud aliquando reuocaret, eo casu ex tunc donat *a* omnia bona sua hæredi scripto, &c.

1 Nunquid talis *b* donatio facta in pœnam mutationis testamenti valebit, ita quod testator non possit illam per aliam posteriorem voluntatem reuocare? Respond Dyn. *in cap. quod semel. in fin. verbis de regul. iur. in* 6. tenuit, quod talis donatio irreuocabiliter valeat. Et hanc opin. dixit esse communem Bald. *consil.* 338. *libro secundo*, prout illum refert Ioan. Dilect. *de arte testandi. titul.* 10. *caut.* 2. *num.* 1. Contrariam vero sententiam, scilicet, quod imò talis donatio non valeat, tenuit Crot. *in l.* 1. *C. de sacrosanct.* & hæc opin. est magis communis; vt dicunt Scribentes *in d. l. stipulatio hoc modo concept. ff. de verb. obligat.* & in specie Alexand. *numero tertio*, & Iason *numero septimo*, Crott. *numero decimotertio*, & Butigella, *numero septimo*. Idem dicit Roman. *consilio* 181. *circa princip.* Maria. *de oblatio. in libello decimotertio, numero* 17. qui dicit, quod ita concludunt communiter Doctores, Alexand. *consilio* 25. *nu.* 6. *libro* 3. & *consilio* 156. *num.* 5. *libro* 7. vbi dicit, quod ita communiter concluditur. Didac. *in Rubric. de testam. in* 2. *parte, nu.* 17. Apostil. ad Dyn. *in d. cap. quod semel, in fin.* Nam lex (vt dixi) noluit reperire aliquem modum, per quem tolli possit libera testandi facultas, cum ambulatoria sit hominis voluntas vsque ad mortem.

2 In hoc tamen proposito nota cautelam, quia si testator faciat, quod hæres promittat legatariis, vel fideicommissariis præsentibus, vel si sint absentes, Notario eorum nomine stipulanti, præstare illis legata, vel fideicommissa in testamento relicta: eo casu talia legata transeunt in vim contractus, & poterunt probari per duos testes tantum. Et ita poterit hæres ex tali promissione conueniri. Ita colligitur ex dictis Bart. *in l. nemo potest. circa princ. vers. Contra hoc. ff. de leg.* 1. quem Scribentes communiter sequuntur, vt dicit Cotta *in d. verbo, Testatorem inducere, colum.* 2. Hanc etiam dicit esse communem opin. Crott. *in repet. dict. l. nemo potest, num.* 19. Quæ tamen decisio præsupposita reuocatione testamenti mihi non placet; quia hæres videtur promisisse tanquam hæres, non autem de proprio, argum. eorum quæ notat Bartol. *in l. cum quis decens, §. qui testamento, ff. de leg.* 3. & forte etiam intentio Bart. *in d. l. nemo potest.* non fuit hæc, ad quam allegatur. Cogita.

ADDITIONES.

a EX *tunc donat.*] Et hoc clarum est in donatione vniuersali, vt dicit Dec. *in consilio* 194. *in princip.* qui tamen consuluit valere donationem factam in pœnam particularis legati. vide per eum ibi per totum, quia plene articulum examinat, & contraria diluit *Giach.*

1 b *Nunquid talis donatio facta in pœnam mutationis testamenti valebit.*] Quod † donatio, in pœnam mutationis testamenti facta non valeat, vltra Clarum nostrum, & ab eo nominatos, tradunt Emanuel Soarez *in thesaur. recept. sentent. verb. testamentum, num.* 69. Vasquius *de success. progress.* §. 1. *num.* 103. eosque cum aliis referens Grassus *libro* 1. *recept. sentent. §. testamentum, quaest* 88. Quibus adijciendus est Thadeus Piso *lib.* 1. *variar. resolut. cap.* 11. *num.* 10. & *sequentibus*. Dauthius *in tract. de testament. num.* 96. & Reusnerus *in tract. de iure testament part.* 6. *c.* 10 *num.* 22. Harp.

QVÆSTIO XCVI.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Vbi ex secundo testamento non fuerit adita hæreditas, nunquid primum censebitur nihilominus reuocatum.*

Ex Additionibus.

1 *Si hæres institutus in secundo testamento non adiuerit hæreditatem, num nihilominus primum reuocatum censeatur.*

DIxi supra, quod primum testamentum reuocatur *a* per secundum. Quæro, quid si ex secundo *b* testamento non fuerit adita hæreditas, nunquid nihilominus primum testamentum censebitur reuocatum? Respond. quod sic. Satis enim est, quod contigerit hæreditatem ex ipso testaméto *c* adiri potuisse, *d* licet adita non fuerit. Et ita communiter tenetur, vt dicit Alexand. *cons.* 37. *num.* 3. *libro* 1. & *cons.* 87. *num.* 7. *libr.* 7. quem refert Didacus *in dicta parte, post num.* 21. *vers. Septima conclusio.* Quinimò, etiamsi illud secundum testamentum non fuisset à principio validum, neque postea conualidatum fuisset, sed bene potuisset aliquo casu reconualidari, prout potes videre exempla supra *quaestione* 43. *versic. Sed quid si ipse, & quaestione* 55. *versic. Sed pone.* adhuc tamen primum testamentum censetur per illud secundum reuocatum, & annullatum. Et hanc dicit esse communem opinio. Ruin. *consil.* 8. *numero* 8. *libro* 3. Ego tamen non credo hanc opin. esse magis communem, neque veram. Omnes enim fere DD. in hac materia loquentes concludunt, ad hoc, vt primum testamentum reuocetur, requiri, quod secundum sit validum, & solemne, ita, quod ex eo aliquando potuerit hæreditas adiri. Propterea opinio illa, quam Ruin. dicit communem, non esset iudicio meo in practica tenenda. Et ita etiam Ruin. ipse in loco præallegato super ea se non fundat, sed transit ad alia fundamenta.

ADDITIONES.

a PEr *secundum.*] Item testamentum primum quando reuocetur per secundum, vide per Cæphal. *in cons.* 32. & Rol. *cons.* 31. *volum.* 3. Giach.

1 b *Quid, si ex secundo testamento non fuerit adita hæreditas.*] Quod † testamentum primum tollatur, & reuocetur per secundum legitime factum, etiamsi hæres in secundo testamento institutus non adiuerit hæreditatem, post Clarum hic nostrum, & alios, docent Thadeus Piso *libro* 1. *variar. resolut. capite* 12. *num.* 5. & Ioannes Dauth. *in explicatione l. heredes palam*, 21. *numero vigesimosecunda. ff. qui testam. fac. poss* Harp.

c *Adiri potuisse.*] Ad idem vide per Cæph. *eo. consil.* 32. *num.* 7. Giach.

d *Licet adita non fuerit.*] Sed pone, incapaces scriptos in secundo, qui nunquam adire potuerunt, non secus tamen prius antiquatum, & abrogatum censebitur, *l. cum quidam, ff. de his, quib. vt indign.* Cæphal. *consilio* 73. *numero* 35. & 36. *volum.* 1. Gouean.

QVÆSTIO XCVII.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Quandoq; etiam per secundum testamentum minus solemne reuocatur primum solemne, nonnullis concurrentibus, de quibus in l. hac consultissima, § si quis autem. C. de test.*

2 *Et quid si in huiusmodi secundo testamento esset præteritus vnus ex filiis testatoris.*

3 *Et an ex hac vltima voluntate dicatur succedi ex testamento, an autem tanquam ab intestato.*

Ex Additionibus.

1 *Pro testamento secundum minus solemne quando reuocetur primum solemne, remissiue.*

1 a VNus tamen est casus, in quo testamentum perfectum, & solemne tollitur per secundum testamentum, licet imperfectum, & minus solemne quando scilicet hæc tria concurrunt. Primum, quod in illo
b primo testamento fuerint instituti extranei. Secundum quod in secundo testamento fuerint instituti venientes ab
c intestato, Tertium, quod in secundo interuenerint saltem quinque testes. Et de hoc text. singularis *in lege hac consultissima, §. si quis autem, C. de test.*

2 Scias tamen, quod dispositio §. *si quis autem* non habet locum, quando in secundo testamento esset præteritus aliquis ex filiis ipsius testatoris. Ita tenet Bart. *in l. si ex duobus, la 1. si prius, num 2 ff de bon. poss contra tabul.* & est communis opin. vt dicit Alex. *in d. §. si quis autem, num. 9.* Faciunt in hoc proposito ea, quæ dixi supra *qu* 8. *vers Sed quæro.*

3 Item scias, quod hæc vltima voluntas, quæ validatur ex dispositione *d §. si quis autem* non est testamentum: sed defertur ex illa successio ab intestato. Ita dicit Bald. *in d. §. si quis autem, ante numerum primum*, & ita communiter tenetur, vt ait Corn *cons. 172. col 3. in lit. H. lib. 2.* Quod nota, quia est mirabile, quod causa intestati trahat ad se caussam testati, contra regulam, quam posui infra §. *fin.* Et ex hac conclusione resultare potest maxima vtilitas, vt dixi supra *q. 13.*

ADDITIONES.

a TEstamentum perfectum.] Hic scias; quod quadruplex est testamenti perfectio. Vna in materia, vt voluntas sit completa, & perfecta. Secunda est in substantia, quæ consistit in hæredis institutione, alias testamentum esset sine capite. Tertia est in solemnitate: quæ appellatur diligentia legum. Quarta est ad confirmationem: & hæc est duplex. De omnibus vide per Natt. *in cons. 647. sub nu. 2.* Giach.

b *Quod in illo primo testamento fuerint instituti extranei.*]
1 Quando † non posteriore testamento minus perfecto, & solemni rumpatur, & tollatur prius testamentum perfectum, & solemne, post Clarum nostrum, declarant Nicolaus Reusn *in tracta. de iur. testam par. 6. cap 20. n. 15.* & Grassus *lib. 1. recept. sent. §. testamentum, q. 86. n. 4.* aliique per hunc allegati. *Harp.*

c *Ab intestato.*] Adde etiam, si non omnes, sed aliqui: vt cõmune dixi, *sup. q 94.* vbi etiam, quando non reuocatur. *Giach.*

QVÆSTIO XCVIII.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Testamentum inter liberos an posteriore testamento reuocetur.*

2 *Et quid si in eo sint pariter instituti filij.*

Ex Additionibus.

1 *An, & quatenus testamentum inter liberos posteriore testamento reuocetur, remissiue.*

REtenta prædicta conclusione, quod primum testamentum reuocatur per secundum; Quæro,
a nunquid a locum habeat in testamento condito inter liberos, ita vt & ipsum testamentum inter liberos conditum, simpliciter confecto alio posteriore testamento, reuocetur: Respond. quod non, nisi in hoc secundo testamento duo concurrant. Primum, quod sit confectum coram septem testibus: Secundum, quod in eo pater expresse dicat, se primum testamentum reuocare. Est de hoc text. expressus *in Authent. hoc inter. C. de testam.* Et quod de primo testamento condito inter liberos debeat in secundo fieri mentio specialis, alias non censeatur reuocatum per secundum, est commun. opin. vt dicit Gomes. *in c. 1. nu. 171. de constit. in 6.* Boer. *dec. 240. post num. 10.* 1

Hoc tamen intellige, vt procedat, quando in secundo testamento est institutus hæres extraneus. Nam eo casu vtique illa duo requiruntur, de quibus supra. Sed 2
si in testamento pariter essent instituti filij, & illud secundum esset ipsis filiis magis fauorabile, non modo primum non solemniter conditum reuocatur per secundum solemne, & istud secundum magis fauorabile esset imperfectum, & minus solemne, primum intelligitur reuocatum per illud secundum. Ita dixit gloss. *in Authent. de testamento imperfecto. in princip. in verbo, Perfecta,* quæ est communiter approbata, vt dicit Iason. *in d. Authent. hoc inter, nu. 1. in fin.* Socin. iun. *consil. 145. n. 58 libro 2.* Hanc etiam opin. dicit esse communem Rimin *in d. Auth. hoc inter. col. 1.* quem refert Paris. *cons. 35. nu. 24. libr. 2.* Crot. *in c. 1. col. 8. de institut. in 6* quem refert Didac. *in Rub de test. in 2. part. post nu. 19. vers. Sexto deducitur.* Socin. iun. *cons. 127. nu. 10. libr. 1.* subdens, quod cum hoc sit in iure nostro exploratissimum, non est super eo hæsitandum.

ADDITIONES.

NVnquid locum habeat in testamento condito inter liberos.] a
1 De ista quæstione (an † scilicet, & quatenus testamentum inter liberos reuocetur alio posteriore testamento) adde videndum Michaelem Grassum *lib. 1. recept. sentent. §. testamentum, quæst 86. nu. 5. & seq.* vbi plures citat. *Harprec.*

QVÆSTIO XCIX.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Primum testamentum, in quo adsit clausula derogatoria, an tollatur per secundum.*

2 *Et quid si talis clausula erat derogatoria potentiæ, non voluntatis.*

3 *Et quid si vnum tantum testamentum præcesserit.*

4 *Et quid si primi testamenti derogatoria testator in secundo specialem mentionem fecit.*

5 *Et quomodo dicatur facta illius specialis mentio.*

6 *Et an hæc locum habeant in testamento inter liberos.*

7 *Ex quibus modis dici possit facta mentio clausulæ derogatoriæ.*

8 *Et quid si appareat testatorem omnino voluisse secundum testamentum præualere.*

9 *Et quid si inter ipsa duo testamenta effluxerit spacium decem annorum.*

10 *Et quid si in secundo testamento appositum sit iuramentum.*

11 *Et quid si secundum testamentum conditum fuerit apud acta.*

12 *Et quid si clausula derogatoria non expressa à testatore, sed à lege subintellecta.*

Ex Additionibus.

1 *Primum testamentum, cui apposita est clausula derogatoria, an & quatenus per secundum tollatur.*

2 *Testamentum inter liberos factum cum clausula derogatoria, an, & quando reuocetur per secundũ, remissiue.*

QVæro, tu scis, quod eo ipso, quod testator facit secundum testamentum, censetur reuocasse primum, etiamsi de eo nulla mentio facta sit. Pone modo, quod testator *a* in primo testamento apposuerit
a
1 clausulam derogatoriam, puta, quia dixerit, & hoc meum testamentum volo valere, non obstante quocunque testamento per me posthac condendo: vel, nolo aliud testamentum per me in futurum faciendum valere, nisi in eo sit descripta tota oratio Dominica, vel huiusmodi. Nunquid si deinde testator condat aliud posterius testamentum, illud primum censebitur reuocatum, & annullatum? Respond. hæc est valde *b* intricata quæstio, in qua Scribentes varie loquuntur. Propterea pro intelligentia distinguendi sunt nonnulli casus.
b

Primus casus est, quando testator in secundo testamento nullam mentionem fecit primi testamenti, neque clausulam derogatoriæ in eo insertæ. Et hoc casu omnes concordant, quod per huiusmodi testamentum non sit reuocatum primum habens clausulam derogatoriam; intellige, quando est derogatoria voluntatis, vt statim dicam. Præsumitur enim in secundo testamento defectus voluntatis, & ideo firmum remanet primum. Et in hoc nulla est controuersia inter Doctores.

Secundus est casus, quando testator in secundo testamento apposuit clausulam generalem reuocatoriam omnium testamentorum à se prius conditorum, puta, quia dixit, cassans, & reuocans omnia, & quæcunque testamenta à me hactenus condita, quæ clausula communiter solet à Notariis apponi in omnibus testamentis: & in hoc pariter omnes concordant, quod illa nō sufficiat ad reuocationem primi testamenti habentis clausulam derogatoriam. Talis enim reuocatoria generalis, etiamsi expresse posita nō sit, tacite tamē inest ex natura actus, merito expressa nihil operatur.

2 Hoc tamen non ita absolute procedit; debes enim scire, quod clausula derogatoria potest dupliciter concipi, vt declarat Bart. *in l. si quis in principio testamenti, in prin. n. 4. in fi. ff. de leg. 3.* Primo per verba respicientia potentiam, puta, nolo me posse condere aliud testamentum; vel, nolo posse hoc testamentum reuocare. Secundo concipi potest per verba respicientia voluntatem, puta: si condidero aliud testamentum, nolo illud valere. Dic ergo, quod siquidem est concepta per verba derogatoria voluntatis, procedit conclusio, vt non sufficiat generalis reuocatio, sed si esset concepta per verba derogatoria potentiæ, vtique sufficeret. Et hoc dictum est magis commune, vt dicit Corn. *conf. 68. in litt. B. lib. 3. & conf. 21. in lit. P. libr. 4.* Hanc etiam sententiam fatetur esse communem Didac. *in Rub. de test. in 2. parte, post num. 19. vers. Secunda conclusio.* Cum enim non possit sibi auferre liberam facultatem testandi, talis clausula derogatoria potentiæ nihil operatur, & pro non apposita habetur.

Et hæc quidem conclusio de plano procedit, quando duo testamenta, vel plura præcesserunt illud vltimum testamentum, in quibus omnibus, vel altero eorum essent appositæ clausulæ derogatoriæ: nam eo casu proculdubio generalis reuocatio nō sufficit, sed necesse est fieri mentionem ipsius clausulæ derogatoriæ, secundum magis communem conclusionem, vt dicit
3 Alex. *in l. 2. n. 2. ff. de liber. & posthum.* Sed quid si vnum tantum testamentum præcesserit, in quo sit inserta clausula derogatoria, nunquid sufficiet, quod in hoc vltimo dicat, Cassans, & irritans omne aliud meum testamentum? &c. Resp. Bart. *in d. l. si quis in principio testamenti, in princ. n. 9.* tenuit, quod hoc casu talis reuocatio generaliter facta sufficiat: quæ tamen verba Bart. aut in meo codice sunt corrupta, aut à Doctoribus non fideliter recitata, & dicit Guid. Papæ, *conf. 65. nu. 20. & conf. 125. post nu. 3. vers. Et hanc vltimam,* quod ita determinant Doctores omnes indistinctè. Sed quidquid dicat Guido Papæ, illa opin. Bartol. communiter reprobatur, vt dicit Ias. *in l. sancimus, post nu. 14. versic. Quarto fallit, C. de test.* Rubr. *conf. 24. nu. 12.* Natta *in dict. Authent. hoc inter, num. 25.* Et dicit Ruin. *conf. 56 post nu 9. vers. Nec obstat, libro 2.* quod contra Bartol. in hoc tenent communiter Doctores, & ideo, etiamsi vnum tantummodo testamentum præcesserit, tenendum est, quod non sufficiat generalis reuocatio, sed requiratur, quod de ipsa clausula derogatoria fiat specialis mentio, & hæc opin. contra Bartol. est magis communis, vt dicit Alexand. *conf. 25. num. 4. libr. 3. & consil. 7. libr. 4* quod est duplicatum *conf. 44 eod. volum.* Idem Alexand. *conf. 156 num. 3. libro 7. & conf. 163 post num. 7. eod. volum. & conf. 172. in princ. eod. volum.* quem refert Felin. *in cap. nonnulli, nu. 5. de rescript.* & Tiraqu. *de Legibus connub. gloss. 7. nu. 131.* Ruin. *conf. 10. circa fin. libr. 2.* Apostil. ad Bart. *in dict. l. si quis in principio. sub num. 9.* Didac. *in dict. Rubr. c. de testament. in 2. parte, post num. 19. versic. Tertiam hanc.* Passus est arduus, & multæ sunt auctoritates Doctorum hinc inde, vt videri potest apud Iason. *in d. l. 2. num. 11. ff de liber. & posthum.* qui multos refert tenentes cum Bart. & subdit, quod si d. Alexand. vidisset illas auctoritates non ita passim dixisset communem sententiam Doctorum esse contra Bart. Sed certe negari non potest, quin opin. contra Bart. sit magis communis; propterea consulendo aut iudicando non esset ab ea recedendum. Illa enim clausula derogatoria in primo testamento apposita, facit præsumi secundum testamentum, in quo non sit illi clausulæ derogatum, fuisse confectum potius ad suggestionem, vel importunitatem alterius, quam ex voluntate ipsius testatoris; quæ ratio eodem modo militat, siue vnum testamentum tantum, siue plura præcesserint.

Tertius est casus, quando in secundo testamento testator fecit specialem mentionem primi testamenti derogatorij, & illud reuocauit; & tunc concludunt Doctores, quod primum sit reuocatum, & annullatum. Ita tenuit Dyn. *in c. quod semel, col. fin. de regul. iur.* & ita se haber communis opin. vt dicit Salic. *in d. l. sancimus, post nu. 6. in 5. q. C. de testam.* quem refert Alexan. *consil. 7. nu. 18. lib. 4.* quod est duplicatum *conf. 44. eod. volum.* Alexand. *in d. l. sancimus, nu. 5.* Corn. *in d. conf. 86. in littera B. & in littera R. libr. 3.* Natta *in rep. Auth. hoc inter. num. 25.*

Sed quæro, quomodo dicatur facta specialis mentio, seu reuocatio primi testamenti derogatorij? Respond. Bart. *in d. l. si quis in principio testamenti, in princ. n. 8.* tenet, quod tunc dicitur fieri specialis mentio primi testamenti, quando testator facit mentionem de clausula derogatoria, in ipso testamento inserta, puta, quia dicat: non obstante alio testamento habente clausulam derogatoriam. & dicit Corn. *in d. conf. 86. in littera M.* quod ista opin. Bartol. est communis. Et quod requiratur specialis mentio clausulæ derogatoriæ dicit esse communem Socin. *conf. 163. post num. 7. vers. 2. præmitto, & post num. 14. libro 2.* Guid. Papæ *consil. 64. num. 2.* subdens, quod hanc communem opin. approbat communis vsus in iudiciis, & obseruantia Ruin. *in dict. conf. 10. nu. 3. libro 2.* Socin. iun. *consil. 124. nu. 5. libro 1.* quem refert Didac. *in dict. Rub. de testam. in 2. parte, post num. 15. versic. 3. conclusio.* Hæc tamen opin. quod scilicet non aliter dicatur fieri specialis mentio primi testamenti, nisi facta mentione clausulæ derogatoriæ in eo insertæ, mihi semper visa fuit dura: & contra omnem æquitatem. Non enim video, qua ratione non deberet dici facta specialis mentio primi

testamenti derogatorij, quando testator in secundo testamento diceret, non obstante alio testamento per me condito, in quo institui talē, vel de quo fuit rogatus talis; quæ demonstratio saltem respectu testamenti videtur esse non modo specialis, sed etiam singularis, & indiuidua. Et ita credo fuisse de mente gl. *in l. si mihi, & tibi §. in legatis ff. de leg. 1. in d. l. si quis in principio testamenti, in princip. in verbo, Accipiat.* & Dyn. *in d. c. quod semel.* prout etiam videtur fateri Bart. *in d. l. si quis in principio testamenti, n. 8.* & hanc sententiam multi Doctores secuti sunt. Nihilominus, quia contraria opin. forte est magis communis, posset ita distingui, etiam ex mente Bart. *in d. loco praall.* quod aut clausula derogatoria, in primo testamento inserta, erat simpliciter concepta, puta, si fecero aliud testamentum, nolo illud valere, & hoc casu sufficiat, quod fiat eiusmodi singularis, & indiuidua mentio testamenti, etiamsi non fiat mentio de ipsa clausula derogatoria: Aut vero dicta clausula derogatoria habet insertam aliquam specialem formam, puta: nolo aliud testamentum per me faciendum valere, nisi in eius principio sit posita oratio Dominica, vel huiusmodi. Et hoc casu procedat cōm. opi. quod scilic. debeat fieri mētio ipsius clausulæ derogatoriæ. Cogita, quia articulus propter varietatem opinionum est valde dubius: vt dicit Soc. *in d. §. in allegatis, col. 4. vers. 4. infertur,* quod in hac quæstione. Iudex ex variis circumstantiis posset aliquando in vnam, aliquando in alteram partem moueri, & ideo bonum esset habere Iudicem fauorabilem. Distinctio tamen per me posita, iudicio meo, sapit magnam æquitatem, & credo, quod iudex, qui illam sequeretur, non erraret.

6 Hæc autem conclusio, quod in secundo testamento debeat fieri specialis *c* mentio clausulæ derogatoriæ, in primo testamento insertæ, locum habet, siue primum testamentum conditum sit inter extraneos, siue *d* inter liberos. Nam si in testamento inter liberos sit apposita clausula derogatoria expressa, non sufficeret in secundo testamento dicere non obstante testamento condito inter liberos: sed opus etiam esset addere. & non obstante clausula derogatoria in eo inserta. Ita dicit Paul. de Castr. *in Auth. hoc inter. nu. 5. C. de test.* & est communis conclusio, vt dicit Rub. *cons. 24. nu. 13.* Ioan. Dilect. *de arte testan. tit. 10. caut. 1. post n. 3.* Didac. *in d. 2. parte. post nu. 19. vers. Hinc scribit Paul.*

7 Sed in hoc proposito scire debes, quod tripliciter potest fieri mentio clausulæ derogatoriæ, scilicet generaliter, specialiter, & in indiuiduo. Generaliter, puta, si testator dicat cassans, & reuocans quodcunque testamentum à me prius conditum, & omnia in eo contenta. Specialiter, puta, si dicat, cassans, & irritans omne testamentum à me prius conditum, non obstante aliqua clausula derogatoria in eo inserta. In indiuiduo, puta, si dicat, non obstante illa clausula derogatoria in primo testamento inserta, quod scilicet nolebam illud posse reuocari, nisi in secundo testamento apposuissem orationem Dominicam, vel huiusmodi. Quæro ergo, qualis reuocatio in isto secundo testamento requiratur, ad hoc, vt sit derogatum illi clausulę derogatoriæ, in primo testamento insertæ? Resp. si tantum sit facta generalis reuocatio, sine vlla mentione clausulæ derogatoriæ, fere omnes in hoc conueniunt, quod illa non sufficiat, sed necesse sit, quod sit specialis mentio ipsius clausulæ. Et hæc proculdubio est comm. opin. vt dicit Corn. *in d. cons. 86. in lit. R. lib. 3.* Guid. Pap. *in d. cons. 64. post n. 2.* Ias. *in d. l. si mihi, & tibi. §. in legatis, n. 14.* Rub *cons. 24. n. 4.* Natt. *in d. Auth. hoc inter. n. 29. & seq* Emil. Ferret. *cons. 43. nu. 3.* Dida. *in d. 2. parte, post n. 15 vers. Secundū non esse.* Punctus est, an sufficiat specialis derogatio, non autē requiratur, quod in indiuiduo fiat mentio verborū ipsius clausulę derogatoriæ. Dic, quod sufficit specialis mentio, non autē requiritur indiuidua, & ideo satis erit, si dicatur, non obstante aliqua clausula derogatoria in ipso testamento inserta. Et hanc opinionem dicit esse magis communē Alexand. *cons. 134. post n. 15. vers. & ex prædictis, & in fine cons. lib. 1.* Socin. *in d. §. in legatis, col. 3. vers. Ex quibus patet.* Ias. *in d. §. in legatis, n. 12.* Rub. *in d. cons. 24. post n. 4. & post n. 9.* Paris. *cons. 24. n. 9. lib. 2.* vbi dicit, quod ita cōmuniter concluditur Apost. ad Dyn. *in d. cap. quod semel, col. fin.*

8 Cæterum hæc conclusio, quæ habet, primum testamentum in quo adsit clausula derogatoria, non reuocari per secundum, nisi in isto secundo etiam sit facta mentio ipsius clausulæ derogatoriæ, limitanda est, vt non procedat, nisi ex verbis in vltimo testamento appositis, vel aliter appareat testatorem ex aliqua caussa mutasse voluntatem, & voluisse illud *e* vltimum testamentum præualere. Nam eo casu, etiamsi ipsius clausulæ derogatoriæ nulla sit facta mentio: adhuc tamen secundum testamentum præualeret primo. Ita dicit Bald. *in d. l. sancimus, post n. 6. C. de testam.* quem attestatur esse communiter receptum Didac. *in d. 2. part. post n. 29. vers. Quarta conclusio.* & est communis conclusio, vt dicit Soc. *cons. 2. post n. 12. vers. Præterea, libr. 2.* Paris. *cons. 24 n. 32. & seq. libr. 2. & cons. 34. n. 57. eo. vol. & cons. 10. n. 21. libr. 3.* Socin. iun. *cons. 116. n. 6. lib. 1. & cons. 124. n. 52 eod. vol.* Ioan. Dilect. *de arte testan. tit. 10 caut. 1. post n. 3.* Semper enim in vltimis voluntatibus ipsius testatoris voluntas ante omnia spectanda est.

9 Scias etiam, quod si inter primum, & secundum testamentum effluxerit tempus decem annorum, validum *f* erit secundum; etiamsi in eo non sit facta mentio clausulæ derogatoriæ, in primo testamento insertæ. Ita dicit Bald. *in d. l. sancimus, nu. 6. in fin.* loquendo per verbum, forte. Et est commun. opin. vt ait Paris. *in d. cons. 10. nu. 17. lib. 3.* quem refert Didac. *in d. 2. parte, post nu. 19. vers. Nono non erit.* Rubeus *in d. cons. 24. n. 7.* Nam per lapsum decennij inducitur præsumptio obliuionis, vt dixi infra *libr. 7. §. possessio.* & ideo non præsumitur in secundo testamento omissa reuocatio clausulæ derogatoriæ ex voluntatis defectu, sed potius ex defectu memoriæ; & sic non obstante tali omissione testamentum sustinetur.

10 Item scias, quod si in secundo testamento iurasset testator, se velle illud esse suum vltimum testamentum, eo casu hoc secundum præualeret, etiamsi in primo fuisset inserta clausula derogatoria. Ita tenet Bald. *in d. l. sancimus, post n. 6.* & est communis conclusio, vt ait Nat. *in d. Auth. hoc inter, n. 41. & seq.* Habet enim iuramentum vim clausulæ specialis derogatoriæ, vt dixi infra *libr. 7. §. iuramentum*, ad quod faciunt, quæ dixi supra *q. 94. vers. Vnum tamen.*

11 Vlterius scias, quod si testator condiderit secundum testamentum apud acta, hoc casu istud ex vi actorum præualet primo, etiam habenti clausulam derogatoriam. Ita dicit Bald. *in d. l. sancimus, post n. 6* & est communis sententia, vt ait Natt. *in d. Auth. hoc inter nu. 48.* Non enim est præsumendum, quod testator voluerit coram publicis personis actum clusorium facere.

12 Præterea scias, quod prædicta omnia locum habent, siue clausula derogatoria in primo testamēto posita sit expresse à testatore, vel sit tacite à lege subintellecta. Sunt n. aliqui casus, in quib. etiamsi testator nō apposuerit clausulam derogatoriā, tamen lex illam vult haberi pro apposita: & ideo etiā illis casibus opus est speciali reuocatione ipsius clausulæ. Et potest poni exemplum in testamēto inter liberos, & in quo semper subintelligit clausulā derogatoriam Et ideo, nisi in secundo testamēto sit de ipso facta mentio specialis, nō censetur reuocatū per secundū, iuxta not. *in Auth. hoc inter C. de*

C. de testam. vt dixi supra *q. prox.* Potest etiam poni exemplum in iuramento: quia si in primo testamento sit appositum iuramentum, habet à lege vim clausulæ derogatoriæ, & ideo non tollitur per secundum testamentum, nisi de eo fiat specialis mentio, vt dixi supra *q. 94. vers. Vnum tamen nota.*

ADDITIONES.

a 1 T*Estator † in primo testamento apposuerit clausulam derogatoriam.*] Clausulam istam derogatoriam (puta si testator dicat, si quod aliud testamentum postea fecero, valere illud nolo) in priore testamento, ad posterius impediendum, appositam planissime inutilem esse atque vanam, rationibus speciosis ostendit Antonius Faber *part. 1. de errorib. pragmaticor. decad. 37. error. 7. & seqq.* item *decad. 38. error. 1.* Tametsi alij (vltra Clarum hic nostrum *nu. 4.*) communiter existiment, hoc non aliter verum esse, quam si testator specialiter in posteriore testamento exprimat, se prioris voluntatis suæ pœnituisse, *argum. l. si quis, 22 ff. de legat. 3.* inique Bart & alij. Viglius, *n. 2.* & Heigius *n. 9. in §. posteriore 2. Instit. quib. mod. testam. infirm.* Menoch. *lib 4 præsumpt. 166. n. 13. vers. tertia est opinio. &c.* Fachin. *lib. 4. controuersiar. iur cap. 92.* Grassus *lib. 1. recept. sent. §. testamentum. q. 89.* Thadeus Piso *lib. 1. var. resol. cap. 12. n. 16. & seqq.* aliiq; plurimi, per hos cumulati. *Harprec.*

b *Hæc est valde intricata quæstio.*] Derogatoria in testamento mulieris, rustici, minoris, nullius est momenti, ideoque sufficit in secundo renunciatio generalis, Barb. *cons. 89. volum 4. & cons. 72 volum. 3.* Paris. *cons. 10. n. 10. volum. 3.* Didac. *in Rubr. de testam. par. 2. n. 19.* Gouean.

c *Specialis mentio clausula derogatoria*] Non potuit sine lata culpa præteriri, cum non esse derogatoriæ faciendum mentionem, cum secundum est inter liberos, Alexan. *cons 134 lib. 1.* Dec. *cons. 475.* Soc. iun *cons. 124. n 31. lib. 8.* Gramm. *dec. 62. n. 37.* Idemq; iuris esse, cum in secundo pia causa est instituta. Oldrad. *cons. 129.* Alex. *cons. 103. vol. 4.* Bero. *cons. 3. vol 2* Couar. *de testam. rubr. par 2. n. 20.* & toties hoc esse verum, quoties in secundo magis dilectus testatori scriptus est, Anan. *cons. 66.* Roman. *cons. 779. col. penult* Socin. iun. *in l. si quis filio, n. 27. de leg. 3.* & latius Burs. *cons. 47. n. 11.* & Mandos. apud Roman. *cons. 179. in ver. requiri.* Itemque ex aliis clausulis congestis per Port. *cons. 33.* & Burs. *cons. 74.* Gouean.

2 d *Siue inter liberos, &c.*] Testamentum factum inter liberos cum clausula derogatoria, an & quando per secundum reuocetur, præter Clarum nostrum, & ab eo laudatos, fusissime explicant Franciscus Mantica *in tractat. de coniectur. vltim. volunt. lib. 12. tit. 8 n. 11. cum seqq.* Piso *dict. lib. 1. cap. 12. n. 22.* & Grass. *d. §. testamentum, quæst. 86. n. 9. & seq.* Harp.

e *Illud vltimum testamentum præualere.*] Hæc voluntas per duos testes probatur, Vasq. *de success. lib. 2. §. 2. num. 10.* vel ex clausula omni meliori modo, Bald. *cons. 389. vol 8.* Socin iun. *l. si quis filio, nu. 25: de leg. 3.* Paris. *cons. 10. n. 23. vol. 3.* Neuiz *cons. 63. n. 15.* vel ex protestatione hoc vltimum testamentum ex certa animi, & iudicij scientia factum esse, Brun. *tract. de form. tit. de probat. & prål. form. col. antepen.* Gabr. *de clausf. concl. 1. n. 21. & 23.* Gouean.

f *Validum erit secundum.*] Adde Alexand. *cons. 570 num 3.* Vasq. *de success lib. 2. §. 19. n. 72. & de controuers. illustr. concl. 61. n. 6.* Tiraqu. *de præscript. §. 1. gl. 4.* Natt. *tract. de clausf. derog. vers. circa quartum.* Gouean.

QVÆSTIO C.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Si producantur duo testamenta eodem die confecta, quod eorum præualebit.*

Ex Additionibus.

1 *Si duo conficiuntur testamenta, in omnibus idem sonantia, tunc vnum reputatur testamentum, pluribus codicibus scriptum.*

2 *Si duo proferantur testamenta, vno tempore facta, neutrum valebit.*

QVæro, pone, *a* quod producantur duo testamenta eodem die confecta, quodnam eorum præualebit? Respon. siquidem ex lectura ipsorum testamentorum, aut aliter, apparere posset, quod fuerit posteriore loco conditum, illud præualebit, si vero non apparet de prioritate, vel posterioritate, eo casu propter incertitudinem neutrum *b* valet. Ita dixit gl *in l. fin. in verbo, Missus est, C. de edict. diui Adrian. toll.* vbi dicit, quod hæc est quæstio Sabbatina Et hæc est commun. opin. vt dicit Bertran. *cons. 223. lib. 1. in 1. parte,* quem refert Boer. *decis. 311. n. 2.* idem dicunt Scribentes *in d. leg. fi.* & in specie Sapia, *nu 548. &* Curt. iun. *nu. 89.* Et hæc in præsentia sufficiant. a 1 b

ADDITIONES.

P*One, quod producantur duo testamenta eodem die confecta.*] Si † duo conficiantur testamenta, in omnibus idem sonantia: tunc vnum censeri testamentum, pluribus codicibus scriptum, probabilius est, *§. penul. Institut. de testam. ordinand. l. vnum, 24. ff qui testam. fac. possunt,* & tradit Viglius *in §. posteriore, 2. Instit. quibus mod. testam infirm. n. 3.* Quid vero, si † duo testamenta, vna die facta, in quibus diuersi scripti sunt hæredes, proferantur? Et, si non appareat, quodnam eorum prius sit, aut posterius, propter incertitudinem; & repugnantiam, neutrum valet, *arg. l. 1. §. 1.* ibique glo. *in verb. veteres, ff. de bon. poss. secund. tabul. eum, qui 51. in princip.* & glos. *in verb. ex neutro, ff. de acquir. vel amittend. hæred.* Et ita, post Clarum nostrum, tradunt D. Enenkel. *libro secundo de priuileg. c. 5. num. 12.* Crauet. *cons. 143. n. 5.* Bursat. *cons. 39. n. 1. lib. 1.* Grassus *lib. 1. recept. sent. §. testamento, quæst. 91.* Schegk. *in delibat. iur. disput. 11. th. 12.* Stuck *part. 1. Exercitat. Inst. decad. 6. assert. 10. lit. C. pag. 285.* Ioan. Petr. de Ferrar. Papiens. *in Practica, in form. libell quo hæreditas ex testamento petit.* in gloss. iniuste, *n. 3. vers & si fortasse.* Tiraqu. *in tractat. de iur primogen. quæst. 17. opin. 6.* Reusn. *in tract de iure testam. part. 6. cap. 11. num. 7. & seqq.* Mantica *in tract. de coniectur. vltim. lib. 2. tit. 15. nu. 17.* Thadeus Piso *lib. 1. variar resolu iur cap. 12. num. 52.* & Menochius *in tract. de adipiscend possess remed. 4. quæstio. 95. n. 781. & seqq.* Qui duo posteriores huius sententiæ aliquot declarationes, & limitationes recensent. *Harp.* a 1 2

b *Neutrum valet.*] Nisi in altero, quid legati, vel institutionis nomine piæ causæ sit relictum, illud enim præualebit. Tiraquell. *de priu. piæ caus. pri. 35.* vel in altero scriptus sit veniens ab intestato, vel is qui bonor. possessione reperitur. Villalob. *vol. 1. commun. opin. lib. 18. in ver. testamenta duo.* Gouean.

IVLII CLARI ALEXANDRINI I.C LONGE CLARISSIMI, ET PHILIPPI II. HISPANIARVM REGIS SVPREMI CONSILIARII, ac Regentis dignissimi

Ex Libro Quarto Sententiarum Receptarum.

§. DONATIO.

CAPITA QVÆSTIONVM.

Donatio vnde dicta sit, & an sit contractus nominatus, Quæst. 1.
Donatio conditionalis an sit proprie donatio, q. 2.
Donatio remuneratoria an sit proprie donatio, q. 3.
Donatio causa mortis quid sit, q 4.
Donatio causa mortis an potius æquiparetur contractibus, quam vltimis voluntatibus, q. 5.
Filiusfamilias an possit donare causa mortis, q. 6.
Vsurarius manifestus an possit donare causa mortis, q. 7.
Pater an possit donare filio, q. 8.
Donatio inter virum, & vxorem an valeat, q. 9.
Ornamenta quæ mittuntur sponsis, an censeantur donata, q. 10.
Donatio propter nuptias an hodie peti possit, q. 11.
Donatio an possit fieri absenti, q. 12.
Et quid si fiat donatio stipulanti, q. 13.
Donatio an perficiatur nudo pacto, q. 14.
Insinuatio quid sit, q. 15.
Donatio excedens summam quingentorum aureorum debet insinuari, q. 16.
Et quid in donatione facta ecclesiæ, &c. q. 17.
Et quid in donatione iurata, q. 18.
Donatio omnium bonorum an valeat, q. 19.
Et quid si sit iurata, q. 20.
Donatio potest ob ingratitudinem reuocari, q. 21.
Donatio reuocatur propter superuenientiā liberorum, q. 22.
Et quid si sit iurata, q. 23.
Donatio inofficiosa potest per filios reuocari, q. 24.
Donatio ob causam, & donatio causa mortis, quomodo possint reuocari, q. 25.

HÆc Donationum materia antiquis temporibus frequens erat, & quotidiana: Nunc autem, cum liberalitate prope extincta mentes hominum auaritia occuparit, non ita, vt solebat, in iudiciis, foroque versatur. Non tamen propterea omittendæ visæ sunt nonnullæ ex quæstionibus, quæ ad hunc Tractatum pertinent.

QVÆSTIO I.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Donatio vnde dicatur.*
2 *Donatio an sit contractus nominatus, vel innominatus.*
3 *Et an sit de sui natura contractus reuocabilis.*

Ex Additionibus.

1 *Donatio vnde sit dicta, remissiue.*
2 *Et quomodo differat à munere.*
3 *Donatio an recte conuentio, vel contractus definiatur.*
4 *Omnis contractus aut est bonæ fidei, aut stricti iuris.*
5 *Pollicitatio non est conuentio.*
6 *Donatio in genere definitur.*
7 *Verbum actus late patet.*
8 *Donatio quibus modis fiat.*
9 *Res alienæ donari non possunt.*
10 *Quis recte appelletur liberalis.*
11 *Nemo donare cogitur.*
12 *Inuito beneficium non datur.*
13 *Quibus casibus in inuitum conferatur beneficium remissiue.*
14 *In dubio regulariter donatio facta non præsumitur.*
15 *Qui donat, perdere videtur.*
16 *Donationis duæ species: vna propria, siue vera, simplex, & absoluta: altera relata, siue non propria.*
17 *Donatio eadem alia dicitur pura, alia conditionalis.*
18 *Propria siue simplex donatio quæ.*
19 *Huius donationis quis finis.*
20 *Relata donatio quæ & cur ita dicatur.*
21 *Qua nota hæc donatio à simplice, seu absoluta distinguatur.*
22 *Donationis relata tria genera.*

QVæro, vnde dicatur *a* donatio? Resp. Donatio *b* dicta est à dono, quasi doni datio. Ita dicit Iurisconsul. *in l. Senatus. §. donatio ff. de donat. causa mortis.* 1 *a* *b*

Item quæro, nunquid donatio sit contractus *c* nominatus, vel innominatus? Resp. *in adib. §. 1 in verb. Ex rebus. ff. de donat.* & alibi sæpe videtur tenere, quod olim esset 2 *c*

esset contractus nominatus:hodie vero sit nominatus.
Et certe in hoc,quod hodie sit contractus nominatus,
non est magna inter Doctores controuersia.Et ita hãc
communem opin.attestatur Corn.*cons.*101. *circa prin.*
*lib.*1.Ripa *in l.fi.n.*120. *C. de reuoc.dona.* Tu vero tene
indistincte, quod & olim, & hodie, Donatio sit con-
d tractus nominatus:*d* & hanc opin. tenuit Bartol. vbi-
e que,quam dicit esse communem *e* Alexand. *in l.iuris-*
*gentium,in princ.nu.6.ff.de pact.*Ias. *in dict. leg. iurisgen-*
*tium,in princ.nu.*8.*& in l.fin.nu.*13. *ff.de cond. causa da-*
*ta.*Gomes.*in d.§. in personam post nu* 40.*Instit. de actio.*
f Habet enim speciale,& elegans *f* nomen : merito de-
bet inter contractus nominatos connumerari , iuxta
ea quæ dixi supra *hoc eod.lib.§.*1.

Et ex hac conclusione infertur , quod sicut ceteri
g contractus nominati non possunt per pœnitentiam *g*
3 reuocari ; ita etiam donatio est de sui natura contra-
ctus irreuocabilis, & in quo pænitentia non admitti-
tur:& ad hoc solet allegari text.*in l.Aristo ff. de dona-*
tio. & hanc opin. dicit esse communem Bertach. *in*
verbo, Donatio reuocatur, versic.XVII. Et quod dona-
tio perfecta regulariter reuocari non possit , dicit esse
communem regulam Imol. *in c.fin. post n.*25. *vers. Se-*
*cundo potest,de donatio.*Quam tamen limita,& declara,
secundum ea quæ dixi infra *q.*21.*& seq.*

ADDITIONES.

a DOnatio.] Item adde, quod donatio est quædam liberali-
tas,quæ nullo iure debetur,vt *in l.donare, ff.eod.& ff. de*
reg iur. Quæ ad hoc, vt valeat,quinque requiruntur. Primo,
quod fiat pura, & mera liberalitate , & sic, quod donans haud
sit astrictus ad aliquid dandum , vel faciendum. Secundo,
quod non detur ob causam. Tertio,quod sit libera,videlicet,
quod donans non sit obligatus ad donandum aliquo vinculo
inducente actionem , vel aliquo impediente repetitionem.
Quarto,quod sit absoluta,id est,sine aliqua repetitione.Quin-
to, quod fiat inter viuos. De his omnibus vide per Angel. de
Aretin. *in Rubr. Instit. eodem sub n.* 1. Giach.

1 b *Donatio † dicta est à dono*] De hac donationis etymolo-
gia videndi sunt Fuluius Constantinus *ad rubric. tit. Instit. de*
*donat. num.*1. Petrus Nicol Mozz. *in tract. de donationibus,in*
*princ.n.*2. Didacus Couarr. *in rubric. de testam. part.*1. *num.*2.
versic. potest etiam non incongrue , &c. Dn. Collega Bocer. *in*
*Commentar. de donationibus c.*1.*num* 1. *edit.*2. & D.Obrechtus
*disp.*17. *sine in œconomia donationis disp* 1.*th.*5. *& seqq.* Differt
2 autem † donatio à munere : quod hoc proprie ex aliqua cau-
sa fiat : illa vero sine causa à mera liberalitate proficiscatur,
l. inter donum, 194. ibique Gœddæus *num.*2. *ff. de verb. signific.*
*L.*1. *ff. de donationib.* Mozz. *in d. princ. n.*3. late Francisc. Co-
nan.*lib.*5.*Comment iur.ciu.c.*9.*n.*2. Harprec.

c *Nominatus , vel innominatus.*] Adde atque plenius vide
per Hippol.Rimin. *Instit. eod. in rubr. n.*43. *vsque ad n.*52. vbi
retulit omnes opin. Doct. *Giach.*

3 *Nunquid donatio sit contractus.*] Quod † donatio neque
conuentio recte definiatur,neque contractus, firmis rationi-
4 bus ostendit D.Bocer. *d.cap* 1.*num.*4. *& seqq.* Ac † sane quod
contractus non sit , vel inde clarescit,quod omnis contractus
aut est bonæ fidei,aut stricti iuris , *§. actionum* , 28. *Instit. de*
actionibus. Sed donatio non est contractus bonæ fidei, *l. cum,*
qui 22. *ff. de donat.* nec etiam stricti iuris *l.interdictum* , 14. *ff.*
de precar. vbi Paulus donationes à negotio contracto separat.
Duaren *ad l. iuris gentium* , 7. *in verb.* & ceteri similes con-
tractus, *ff. de pact.* Rober. *disput. ad Instit.*10. *th.*1. *lit.* C.And.
Gerhard. *decad.*6. *quæst.*7. Wegner. *disput.*6. *ad Instit. th.*6.
littera A. Stuck *part.*1. *Exercitat. Iustin. decad.*5. *assert.* 4. *ad*
lit B. Anton. Faber. *part.*2. *de errorib. pragmat. decad.*45. *er-*
*ror.*8. Donationem porro minus recte conuentionem definiri,
hæc euincit ratio : quia donatio interdum etiam fit sola pol-
licitatione , *l. hoc iure.* 19. *in princ. ff. de donationibus l. si quis*
donauerit , 5. *C. de sacrosanct. Eccles.* Cuiac: *lib.*12. *obseru.*28.
5 Pollicitatio † autem conuentio non est , *l.*3. *in princip. ff. de*
pollicitat.
6 Ceterum donatio in genere non incommode hoc modo
definiri posse mihi videtur:Donatio est actus,quo res propria,
ex liberalitate à volente proficiscitur,& in volentem confer-
tur. Generis loco ponitur actus, cum Contio *lib.*1. *disput. iur.*
ciuil cap 21.Obrecht.*d.disput.*1.*de donat.th.*9. *&* 10. D. Bocer.
*class.*2.*disp.*19.*th.*3.*edit.*2.*& d.commentar.de donat.cap* 1 *num.*2.
7 *&* S.*in delibat.iur.disp.*8.*th.*25. Quia † verbum illud generale

est, lateque patet, & omnia, quæ quouis modo aguntur,com-
prehendit, *leg. obligationum.* 1. *§.*1. *in fin. ff. de oblig.at. & act l.*
Labeo 19. *ff. de verb signif. l. hæredes palam* 21. *in fin. ff. qui test.*
fac. possunt, l. duos, 6. *in fi. ff. de duobus reis, l stipulationib.*18.
& l. eum , qui 41. *in princ. ff. de verb. oblig. l. non omnis* , 19. *in*
*princ. ff. de neget. gest. l obseruare,*4. *§. recte enim ff de offic præ-*
fect. vigil. l. vlt. in prin. ff. communia prædior. l. actus, 77. *ff. de*
regul. iur. l. actus, 8. *C. de feriis.* Et propterea † omnem quo- 8
que donationem complectitur ; siue fiat traditione *d. l.*3. *§.*1.
*ff. de obligat. & act. l.*1. *C. de donationib.* siue nuda conuentio-
ne, vel pacto , *l. in ædibus,* 6. *in princ ff. de don. §. alia,* 2. *vers.*
perficiuntur , Instit. eod. l. si quis argentum, 35. *§ sed si quidem,*
C. de donat. siue pollicitatione , *d. l. hoc iure* , 19. *in princ. ff.*
eod. tit. siue acceptilatione, *l. mortis,* 11. *§. Iuliano placet , ff. de*
mortis caus. donat. Dicitur in definitione : quo res propria,
argumento l. si filius. 14. *l. si auia,* 19. *C. de donationibus l.*1. *C.*
de bon. matern. Res † siquidem alienæ donari nequeunt: quia 9
non sunt in patrimonio donantis : & quia non possunt eius
fieri, cui donantur, *d. l. in ædibus* , 9 *in fin. ff de donat. l. nemo*
plus, 54. *ff. de regul. iur.* Nec † liberalis recte appellatur, qui 10
de alieno est liberalis : sed ille,qui quod alteri donat , sibi de-
trahit, teste Seneca *lib.*1. *de clement.* Dicitur, ex † liberalitate 11
à volente. Nemo quippe donare cogitur , *l. donari* 29. *ff. de*
donat. & l. donari, 82. *ff. de reg. iur.* Dicitur, in volentem. Nam
nolenti liberalitas acquiri non potest, *d. l. hoc iure* , 19. *§. non*
potest, ff. de donationibus. Siquidem † inuito beneficium non 12
datur , *l. inuito,* 69. *ff. de reg. iur.* Enimuero † non desunt ca- 13
sus,quibus etiam in inuitum confertur beneficium, *leg. si pro*
me, 40. *l. soluero* , 53. *l. si debitor* , 91. *ff. de solutionibus. l. si Sti-*
chum, 8. *§. vlt. ff. de nouationib. l soluendo* , 39. *ff. de negot. gest.*
l. vtrum præsente, 27. *ff. de constit. pecun* Dicitur denique con-
fertur. Quo verbo præsentis temporis distinguitur donatio
à pacto futuræ donationis : quod Iustinianus Imp. non con-
firmauit , Donell. *lib.*13. *Commentar. de iur. ciu. cap. vltim. in*
fine.

Illud hic addendum , quod † in dubio regulariter donatio 14
facta non præsumatur, *arg. l.cum de indebito,* 25. *in princ.vers.*
qui enim soluit ff. de probationibus c super his) vers sic tua ex-
*perientia,&c.*de renunciatione,& *c quia verisimile,*10. *extr. de*
præsumptionibus cum is,qui † donat , perdere videatur , *l. si fi-* 15
*liusfamilias,*7. *in princ. ff. de donationibus.* Et non præsumi do-
nationem longo stylo persequuntur Iacobus Menochius *lib.*
2 *de arbitrar.iudic.cent.*1 *q.*88.*n.*1. *cum seqq* Iosephus Mascar-
dus *de probat.vol.*1.*cons* 554.*n.*1. *& seqq.* Hartmannus Pistoris
*lib.*3. *q.*3.*n.*56.Iacob.Schultes ad Modestin.Pistor *quæst.*130. *n.*
39 *part.*3.Ioannes Borcholt. *cons* 11. *pagin.*144. *& seqq.* hosque
referens D.Bocerus *d.Commentar.de donationibus. cap.*1. *n* 18.
& sequentibus. vbi certis quibusdam casibus præsumi dona-
tionem, accurate ostendit.

Illud quoque hoc loco subijciendum : quod † donationis 16
duæ perhibentur species:vna propria,*leg.*1.*ff.de donationib.*seu
simplex,*l si filia* 20 *§ si pater ff famil ercisc l.illud* 20.*§.*1. *C.de*
coll. (quæ etiam vera,absoluta,communis,directa,& mera do-
natio nuncupatur,*l.senatus,*35.*§.*2.*ff de mortis caus. donationib.*
*l.Aquilius,*27 *ff de donationib.l. donatio* 25 *& l sancimus,* 34. *in*
princ.C eod.) altera relata,quam & non propriam appellitant,
*dict. l.*1.*ff de donationibus* S.*in delibat. iur. d. disput.*8. *th.*26. D.
Bocer.*dict.class.*2.*disput* 19. *th.*12. *& d Comment.de donat. c.*2.
Ceterum † cum interdum purè,& simpliciter sine vlla adie- 17
ctione res alicui detur,interdum cum aliqua conditione:inde
est; quod donatio vna dicitur pura, alia conditionalis ; quod
latius explicat Vulteius *ad prin. Instit.de donat.nu.*4. Et vide
Mozzium *dict. tract. de donationib sub tit.diuisio donationis re-*
*sidet n.*3.

Simplex † siue propria donatio est, quam quis ex mera li- 18
beralitate, & munificentia in aliquem confert, *d. l.*1. *d. l. hoc*
iure, 19. *§.*2. *& §. fin l. donari,* 29. *ff. de donationib. & leg.dona-*
ri, 82. *ff. de reg.iur. l.si quis argentum,* 35. *§ sed si quidem versic.*
cum enim in arbitrio. C. de donationibus. Est quippe summus,
seu principalis istius donationis finis , liberalitas , & munifi-
centia Idcirco † enim donator alteri donat aliquid,vt libera- 19
litatem,& munificentiam suam erga alterum cum laude exer-
ceat, *dict l.*1.*in princ. ff. de donat.l munus proprie,* 214. *ff. de ver-*
bor. signif. Hocque facit , vbi considerat , quid, cui, qualiter,
quando,vbi,& quare sit dandum, auctore Seneca *lib.*1.*de bene-*
fic. Itaque hæc donatio expers est alieni finis, aut reposcentis
antidotum : sed sicut liberalitas se ipsa est contenta,nec aliud
spectat, quam alteri benefacere : ita etiam hæc donatio, quæ
ob solam liberalitatem , & munificentiam exercetur ; D.
Obrecht. *dict.œconomia donationis,disput.*3.*th.*3. *& seqq.*

Non † propria , siue relata donatio dicitur, qua res aliqua 20
non ex mera liberalitate , sed sub causa , in alterum donandi
animo confertur. Relata nominatur:quia non simpliciter,ab-
solute & directe fit propter solam liberalitatem,& munificen-
tiam : sed in ea ad causam aliquam relatio, & respectus habe-
tur. Ceterum † illa verba, sub causa, sunt specifica relatæ do- 21

nationis differentia; quoniam eam à simplice, & absolura donatione distinguunt. Nam simplex donatio sola liberalitate, & munificentia constat. At liberalitas nulla causa opus habet: quia causa liberalitatem, & beneficentiam excludit. Etenim qui sub causa donat, is plerumque fœnerat: non simpliciter benefacit: & non tam dat, quam accipit beneficium. D.Obrecht.
22 *disput.4.de mort.caus.donat.thes.7. & seqq.* Huiusque † relatæ donationis tria censentur genera: donatio mortis causa, de qua infra *quæst.* 4. donatio respectu nuptiarum facta, de qua infra *quæst.*11. & donatio remuneratoria, de qua infra *quæst.*3. Harprec.

d *Et hanc opin.*] In contrariam partem inclinarunt Fulgos. & Roman. *in d. l. iurisgentium*, asseuerantes ibi donationem semper fuisse contractum innominatum. *Genean.*

e *Communem.*] Item commune, per Galiaul. *in rubr. ff. de verb.oblig n.26.quem don.* Riminald. vbi supra retulit *Giach.*

f *Elegans nomen.*] Isto fundamento vsus fuit Rimin. Præceptor meus, vbi supra vna cum multis aliis, quæ vide apud eundem. *Giach.*

g *Per pœnitentiam reuocari.*] Idem quod in contractibus nominatis non sit locus pœnitentiæ: communem vide per Osac. *in decis.98. nu.7. & in collect. mea comm. opin. verb. contractus, nu.*48. Giach.

QVÆSTIO II.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Donatio conditionalis an sit proprie donatio.*
2 *Donatio reciproca an sit proprie donatio.*

Ex Additionibus.

1 *An donationi simplici, siue propria conditio adiici possit.*
2 *Num donatori liceat perfectæ iam donationi adiicere conditionem.*
3 *Modus gratuitus simplicem donationem non mutat.*
4 *Donatio reciproca, siue mutua quæ sit.*
5 *Ista donatio censetur quædam permutatio.*
6 *Donatio reciproca non dicitur, si diuersis temporibus quid alter alteri largiatur.*
7 *Reciproca donatio non exigit insinuationem, licet quingentos solidos excedat.*

1 a QVæro, an donatio *a* conditionalis sit proprie donatio? Resp. Gloss. *in l.1. in princ. in verbo, scutum. ff. de donat.* tenuit, quod dicatur proprie donatio: & illam gloss. dicit esse communiter approbatam Cur. iun. *in l.1. nu.83. ff. si cert. pet.* Licet enim aliqua dispositio habeat conditionem annexam, illa conditio non est qualitas, quæ mutet substantiam actus, & ideo non desinit esse vera, & propria donatio.

2 b Item quæro, nunquid donatio *b* reciproca siue vicissitudinaria dicatur proprie donatio? Resp. quod non. Ita dicit gl. *in l. licet, in verbo, Mortis causa, C. de pact.* quæ est communiter ab omnibus approbata, vt ait Curt. iun. *cons.*82. *n.*5. Nam propter vicissitudinem dicitur habere onus annexum: quia tantum quis dat, quantum habere sperat, & ideo non potest proprie c dici donatio. Et ex hoc infertur, quod *c* non indiget insinuatione, vt dixi infra, *q.17. versic. Sed nunquid.*

ADDITIONES.

a 1 AN *donatio conditionalis sit proprie donatio.*] Conditionem † donationi simplici, seu propriæ adijci posse, communis veraque opinio est, vt præter Clarum nostrum testantur Bartol. Castrens. Cuman. & alij *in l.2. §. si pecuniam, 5. per illum textum, ff. de donationibus*, vbi donari potest pecunia sub ea conditione, Si Seius Consul factus fuerit. Hæc conditio tantum suspendit donationem: quia donatio non prius locum habet, quam conditio adiecta sit impleta. Non autem facit eam relatam, vel ob causam: quia tantum donatarij, & nullam donatoris vtilitatem respicit. Imo vbi conditio extitit, perinde est, ac si nunquam apposita fuisset, *l. vltim. §.1. versic. sed si sub conditione. ff. de vulg. & pupill. substit.* D. Obrecht. *in œconomia donationis, disput.2. th.44. & seqq.*

2 Ceterum donatori non licere perfectæ iam donationi, siue ex interuallo, siue incontinenti, adijcere aliquam conditionem, inuito donatario, pulchre contra alios defendit Antonius Faber *part.2. de errorib. pragmat. decad.48. error.5. per l. perfecta 4. C. de donationibus quæ sub modo, &c. l.3.4.5.6. & passim, C. de reuocan. donationibus.* Modus † quoque si est gratuitus, 3 non mutat simplicem donationem: veluti si quis donat alteri, vt villam, domum, vel equum emat, vel vt vxorem ducat: His enim casibus respectu donatoris mere liberalis, gratuita & simplex est, & manet donatio quoniam nihil donatori acquiritur, vt post Bertrand. & alios docet D.Obrecht. *dict. disputat.2. th.47. & seqq.* Harprec.

b *Reciproca.*] Non dicitur si hodie dono tibi, & tu post annum mihi donas, vide per Tiraq. vbi infra, Adde hic quod quando fit, debet esse par conditio vtriusque, non dispar, per Tiraqu. *in repet. l. si vnquam, C. de reuocan. dona. fol.* 172. & quando vna superat alteram, an in eo, quod superat, censeatur pura donatio, per eund. *fol.*169. Giach.

Nunquid donatio reciproca, siue vicissitudinaria dicatur proprie donatio.] Hoc loco addendum, quod † reciproca, siue 4 mutua, & vicissitudinaria donatio sit, quæ ita perficitur, vt eodem contextu, & vestigio eodem, alter ab altero, atque adeo vterque aliquid confestim capiat: veluti, si donem tibi fundum, & tu mihi voce mutua eodem contextu dones domum. Vnde isthæc † donatio censetur potius quædam permu- 5 tatio, quam donatio, iuxta gl. *in l. quod autem, 7. §. si vir & vxor.2. ff. de donat. inter vir & vxor.* Alberic. & Iacob. *in l. si donata, 36. in fine, ff. eod.* Tiraq. *in l. si vnquam, 8. in verb. donatione largitus, n.110. C. de reuocand. donationibus.* Quod † si diuersis temporibus alter alteri quid donet: vt si hodie ego tibi quid donem, & tu vicissim post annum, aut aliud tempus longum, mihi dones aliquid: non illa donatio mutua, siue reciproca, sed vtraque simplex donatio putatur, *l. cum hic status, 32. §. si ambo, 14. vers. proinde rectissime dicetur, & l. qui iam nupta, 48. ff. de donat. inter vir. & vxor.* late Tiraq. *in dict. l. si vnquam, 8. in verb. donatione largitus, nu.*116. *C. de reuocand. don.* huncque referens D.Bocer. *in Commentar. de donationib. c.12. n.6. edit.2.* Harprec.

c *Quod non indiget insinuatione.*] Quod † reciproca ista do- 6 natio, licet quingentos excedat solidos, insinuationem non desideret, vltra Clarum hic nostrum, tenent Oldradus *cons.* 139. Decius *cons.*202. *col.*4. Guido Papæ *sing.*400. Tiraquell. *d. verb. donatione largitus, nu.*110. & 127. hosque laudans Bocer. *d. ca.*12. *num.*12. Quibus addatur Andreas Gail. *lib.2. obseruat.* 40. *num.*8. & Petrus Nicolaus Mozz. *in tract. de donationibus tit. de substantialibus seu quæ requirantur in donat. num.*15. vbi plures allegat. *Harprec.*

QVÆSTIO III.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Donatio remuneratoria, an sit proprie donatio.*
2 *Et an valeat, etiamsi de meritis aliter quam per assertionem donantis non appareat.*
3 *Et an adhuc vt talis donatio valeat, requiratur, quod merita æquiualeant donationi.*
4 *Et quomodo dicantur merita æquiualere donationi.*

Ex Additionibus.

1 *Donatio remuneratoria quæ sit.*
2 *Nunquid donatio remuneratoria proprie sit donatio.*
3 *Omnis donatio merita donatarij præsupponit.*
4 *Ecquid donatio remuneratoria indigeat insinuatione.*
5 *An ad hoc, vt donatio ista valeat, requiratur, quod merita donationi æquiualeant.*
6 *Nobilis & diuitis officium.*
7 *Num donatio remuneratoria ob ingratitudinem reuocari possit.*
8 *Vtrum donator remuneratorius de euictione donatario teneatur.*

QVæro, an donatio remuneratoria, vel antidotalis 1 sit proprie *a* donatio? Resp. quod non potest pro- a prie dici mera donatio, vel mera liberalitas. Ita probat expresse text. *in l. Aquilius, ff. de donat.* & ita magis cõmuniter tenetur, vt dicit Soc. iun. *cons.94. n.13. lib.2.* Hãc etiã dicit esse comm. Did. *in c. cum in off. post n.10. de test.* Licet n. fiat nullo iure cogente, non tamẽ negari potest, quin saltem naturali ratione; qui beneficiũ accepit, be-

pit, benefacienti sit obligatus. Et hæc conclusio est maximi effectus, nam ex ea sequitur, quod talis donatio non indiget *b* insinuatione. Item non reuocatur propter superuenientiam filiorum, vt dixi infr. *qu.* 13. *vers. Item* valet etiam inter patrem, & filium, vt dixi infra, *q* 8. *vers. Hæc tamen*, & huiusmodi.

2 Sed hic occurrit pulchra quæstio; An scilicet talis donatio, quæ fit propter merita, valeat etiamsi de meritis aliter, quam per assertionem donantis non appareat? Respond. quod sic: neque est necesse ad ipsius validitatem, quod merita ipsa probentur. Et hanc dicit esse communem *c* conclusionem Bertr. *cons.* 118. *post n.* 1. *lib.* 2. *in* 2. *part.* Episc. Loazes *in suis allegat. pro Marchione Velez, fol.* 133. *n.* 37. Quem tamen intellige, vt procedat, quando donatio fit à persona quæ potest libere donare, licet nulla merita subessent: & ita dicit esse communem opin. Curt. iun. *cons* 142. *nu.* 3. quem refert Bello. *cons* 74. *post nu.* 17. secundum quam in facti contingentia iudicauit Parlamentum Delphinale, vt attestatur Guid. Pap. *decis.* 95. Secus autem *d* si ipsa donatio fieret inter personas prohibitas: nam eo casu non statur assertioni donantis, sed requiritur probatio meritorum. Ita dicit gl. *in l. si donatione, gl. fin. C. de collati.* quæ ad hoc propositum solet semper allegari, & quam dicit esse communiter approbatam Bello. *in d. cons.* 79. *n.* 5. illam etiam omnibus approbari attestatur Alex. *in dict. l. si donatione, n.* 5. Et ita communiter teneri affirmat Bertr. *cons.* 138. *n.* 22. *lib.* 2. *in* 2. *parte.* Et hanc esse commun. opin. attestatur Paul. de Castren. *cons.* 345. *n.* 4. *vers. Tertio videtur. lib.* 1. Corn. *consil.* 144. *in littera H. lib.* 2. Si enim standum esset assertioni donantis, semper posset eludi prohibitio legis, attestante donatore merita præcessisse; quod nullo modo est dicendum. Dicitur autem donatio fieri inter personas prohibitas, puta, inter patrē, & filium, inter virum, & vxorem, & huiusmodi: de quibus infra suis locis dicemus.

3 Sed nunquid *e* ad hoc, vt talis donatio remuneratoria valeat, requiritur, quod ipsa merita æquiualeant donationi? Resp. quod sic. Ita sensit Bart. *in l. si quis pro eo.* §. 1. *in fin. ff. de fideiuss.* & est communis opin. vt ait Dec. *in l. petens. num.* 17. *C. de pact.* Intellige, quando fit inter personas prohibitas: nam limitata causa limitatum producit effectum; & ideo non possunt merita plus operari circa validitatem ipsius donationis, quam ascendat valor ipsorum meritorum. In residuo igitur non reputabitur tanquam donatio remuneratoria, sed erit donatio simplex. Et hæc est communis conclusio, vt dicit Bertr. *cons.* 164. *nu.* 2. *lib.* 2. *in* 2. *parte.* Vide, quæ dixi infra, *qu.* 8. *vers. Sed pone.* Si vero sit facta inter personas non prohibitas, non attenditur, an merita æquiualeant donationi, vel ne, ex quo etiam nullis subsistentibus meritis donatio valuisset. Et in hoc nulla est controuersia.

4 Sed quæro, quomodo dicantur in his casibus merita æquiualere donationi? Resp. quod in hoc, & in attentis meritis donatio dicatur moderata, & determinata regula, sed standum est arbitrio *f* Iudicis. Ita concludunt communiter Scribentes, vt attestatur Iason *cons.* 154. *nu.* 5. *lib.* 2. quem refert Episcopus Loazes *in suis allegationibus pro Marchione Velez, fol.* 193. *num.* 3. Regulariter enim vbicunque aliquid non est à lege certo determinatum, statur arbitrio Iudicis, vt dixi supra *li.* 2. §. *Iudex* Quid nota, quia si casus contingeret, bonum esset habere Iudicem fauorabilem.

ADDITIONES.

Donatio.] Adde, atque fusius vide per Hippol. Rimin. qui quæstionem discutit, *Instit. de donat. in princip. nu.* 99. & eam ampliat etiam si ob merita de futuro fiat, *nu.* 113. Et limitat quatenus excedat beneficia recepta *num.* 115. & declarat.

Iul. Clar. Sentent. Pract. (*sic*)

nu. 118. deinde dat alias tres limitationes, *vsque ad num.* 122. illas apud eum vide, *qui & nu.* 83. dixit, ad hoc, vt inducatur ac præsumatur remuneratoria, meritorum mentio fieri debet saltem generalis ab ipso donante, si haud est de personis donate prohibitis, de ipsis meritis omnino constare debet. Vide fusius per eum *ibid. n.* 84. & 85. Giach.

An donatio remuneratoria, vel antidotalis, sit proprie donatio.] Addendum hic est: quod † remuneratoria donatio sit illa, quæ à viuente, & citra omnem periculi metum, in compensationem meritorum, gratæque mentis declarandæ causa, in alterum confertur: vt si donem quid alicui, quod me defenderit, vel à latrunculis, siue hostibus eripuerit, *l. si pater* 34. §. 1. *ff. de donationibus*, vel quod me erudierit, scientiaque & diligentia meliorem reddiderit, *l. Aquilius*, 27. *ff. eod. tit* Et quamquam Glossa *in l. donari*, 82. ibique Decius & Cagnolus, *ff de reg. iur.* & alij nonnulli, quos refert, & sequitur Arius Pinelus *in l.* 1. *C. de bon matern. part.* 3 *n.* 60. autumant, donationem, † remunerationis causa factam, esse donationem propriam, veram & simplicem: attamen probabilior, ac receptior est sententia existimantium, remuneratoriam donationem non esse propriam, & simplicem donationem, sed potius quandam permutationem, vel præstati officij compensationem, *dict. l. Aquilius*, 27. ibi, defendi, non meram donationem esse, verum officium magistri quadam mercede remuneratum, *ff. de dona. l. metum*, 9. §. 1. *vers consuluit, ff. quod met. caus. l. si vero* 12 *in princip. ff mandat. leg sed etsi lege*, 25. §. *consuluit.* 11. *versic quamuis, ibi, velut genus quidem hoc esset permutationis, ff de petit. hæredit.* & *l. hoc iure*, 19 §. 1. *ff. de donationibus* Tiraq. *in repet. l. si vnquam*, 8. *verb. donatione largitus n.* 11. & 12. *C. de reuocand. donat.* Iosephus Ludouicus *in communibus conclusionibus concl.* 16. *n.* 335. Menoch *cons* 307. *n.* 4. *cum seqq. lib* 4. & Rauchbar. *q.* 11. *n.* 15. *part posteriore.* Quos omnes referendo comprobat D. Bocer. *in Comment. de donat c.* 13. *n.* 2.

Hanc sententiam non infringit, quod † omnis donatio merita donatarij præsupponat, *l. nec adiecit*, 9 *ff. pro socio.* Nam non aliter remunerationis causa facta dicitur donatio, quam si donator specialiter, & expresse dixerit; donare se, ob merita, & beneficia sibi à donatario præstita. Dn. Bocer. *d. c.* 13. *n* 4. vbi plura alia argumenta, quæ huic assertioni refragari videntur, neruose diluit. *Harprec.*

b *Non indiget insinuatione.*] Ad idem adde, atque vide, per Alban. *cons.* 4. *n.* 27. & Rol. *cons.* 15. *n.* 27. *vol.* 3. Giach.

Talis donatio non indiget insinuatione.] Quod † donatio remuneratoria non requirat insinuationem, etiamsi quingentorum solidorum quantitatem excedat, vltra Clarum nostrum, alij plerique tradunt, Accurs. Alberic. Bart. Imola, & ceteri *in dict. l. Aquilius*, 27 *ff. de donationibus.* Oldrad. *cons* 5. & *cons* 214. Philippus Corneus *cons.* 149. *col.* 1. *lib.* 3. Alexand. *cons.* 30. *col.* 2. *lib.* 3. Guid. Pap. *qu.* 96. & *cons* 34. *col.* 2. & sexcenti alij, quos recenset & amplectitur Tiraq. *in repetitione dict. l si vnquam*, 8. *verb. donatione largitus, n.* 47 *C. de reuoc. donat.*

Quibus etiam non inuiti accedunt Emanuel Soarez *in thesaur. recept. sentent. littera D. nu.* 238. Anton. Gabriel Roman. *lib.* 3. *de iur. quæsito non toll. conclusio.* 6. *num.* 6. & *conclusio.* 7. *nu.* 2. Nicolaus Euerhardus *consil.* 60. *num.* 10. Mynsinger. *sentent.* 4. *obseruat.* 75. *in princip.* Modestin. Pistoris *cons.* 63. *lib.* 2. Cuiac. *in lib.* 39. *quæst.* 4. Papin. *ad d. l. Aquilius, ff de donat.* Rauchbar. *qu.* 11. *nu.* 13. *part. poster.* hosque allegans D. Bocer. *prædicto cap.* 13. *n.* 20. vbi tamen subijcit, dispiciendum hic esse, vt merita donationi æquiualeant, ex Rauchbaro *dict. quæst.* 1. *num.* 16. Harprec.

c *Communem conclusionem.*] Ita not. Bart. *in l. si forte, ff. de cast. pecul.* cuius contrarium vult. *in l per diuersas*, §. *iuxta hæc quæro, C. mand* Gouean.

d *Secus autem.*] Idem donatio ob bene merita quando facta dicatur, etiam quomodo asserenti de bene meritis credatur, habetur per Menoch. quem vide *de arbitr. iudic. cas.* 134. sed an donatio remuneratoria dicatur, si filius legitimatus donat patri? vide per Soc. *cons.* 295. *lib* 2. *sub n.* 10. Item quod donatio remuneratoria quælibet censeatur, etiamsi de meritis nil dictum sit, dummodo ea probentur, habetur per Tiraquel. *in l si vnquam. C. de reuoc. don. folio* 154. qui etiam dicit, quod fallit, vbi quis donat filio, vel consanguineo. Aduerte, quod donatio remuneratoria inter coniuges permittitur, vt per Rol. *in cons* 92. *n.* 44. Et quando sic debet constare de meritis, per Dec. *consil.* 366. *col.* 4. *Rubr.* 95. quem vide, & Rol. *d. cons.* 96. qui *n.* 49. dicit, quod alias reddatur nulla, & attestatur de communi opin. *Giach.*

e *Nunquid † ad hoc, vt talis donatio remuneratoria valeat, requiritur, quod ipsa merita æquiualeant donationi.*] In hac remuneratoria donatione exigitur: vt detur, vel promittatur aliquid ad mensuram receptorum beneficiorum. Non enim hæc donatio excedere debet beneficia accepta: sed hæc cum illa, & contra illa cum his congruere debent. Siquidem si plus donatur, id quod 5

plus est, in donationem simplicem transit, *l.1.* & *l.hec iure*, 19. §.1. *ff.de donationib.* & arguit hic Clarus noster. Quod tamen restringitur, vel ratione rerum, vel ratione personæ Ratione rerum restringitur, si beneficia accepta nullam æstimationem accipiunt. Tum etenim quantacunque est donatio, tota remuneratoria iudicatur, vt tradit Imola *in dict. l. Aquilius*, 27. *ff. de donationibus.*

Persona autem, vel nobilis est, & diues, vel ignobilis, & pau-
6 per. Nobilis † & diues si remunerandi animo donat, quicquid donat, totum donare videtur; quia illius natura, & officium est, maiorem referre gratiam, quam accepit, *c.1. extr. de donat.* At si ignobilis, & pauper filius remunerat quam accepit: ibi plus illud, vel magni, vel parui est pretij. Si magni est pretij: tunc id, quod beneficia præstita excedit, cadit in donationem simplicem: quia in excessu cessat relatio, ad quam facta est. Si vero parui est pretij: tota erit donatio remuneratoria: quia, auctore Hesiodo, beneficia accepta eadem mensura reddenda sunt, & melius, si possis. Debemus quippe agros fertiles imitari, qui plus afferunt, quam acceperunt, teste Cic. *lib. 1. de offic.* Ceterum cum certo definiri nequeat: totum iudicis arbitrio committendum erit. Idque, post alios, fusissime explanat Tiraq *in dict. l. si vnquam*, 8. *verb. donatione largitus*, *n.84. cum seqq. C. de reuocand. donat.* & Georgius Obrecht. *in œconomia donat. dist. ut.5. th.174 & seqq.*

7 Hoc loco & illud addendum; quod † donatio remuneratoria ob ingratitudinem reuocari non possit, *l. si pater*, 34. §.1. ibique gl. *in verb. irreuocabilis, ff. de donationibus, l. metum*, 9. §. *animaduertendum, vers. sed licet vim, ff quod met. caus.* Iason *in l. ex hoc iure*, 5. *n.54. ff. de iustit. & iur* Alex. *cons* 216 *nu.3 vol 2.* Fulius Constantinus *in rubr tit. Instit. de donat. num 3. versic. & hinc postea est, &c.* Cacheran. *decis. Pedemont.* 159. *num. 9. & 18.* Tiraquell. *in dict l si vnquam*, 8. *in verb. donatione largitus nu 13. & seqq. C de reuocand donat.* Iosephus Ludouicus *in communibus conclusionibus conclus.16. num.353.* Modestinus Pistoris *consil.63 num 66 lib.3.* Menochius *cons.1. num.67. lib 1. consil 307. num.7. consil.331. num.1.66. lib.4.* Natta *consil. 122. nu.14. tom.1* Anton. Gabr el Roman. *de iure quæsito non tollend. conclusio.6. num.6. & conclus 7. numer.2.* Emanuel Soarez *dict. thesaur. recept. sentent. littera D. num 235. & seq.* hosque referens D. Bocer. *dict. Comment. ar. de donationibus c.13. nu.26.* vbi dissentientes adducit Arium Pinelum *in d l.1. C de bon. matern. part.3. numer. 62. versic. infertur septimo, &c.* & Fridericum Pruckmanum *in tract. de regalibus membr.2. effect.6. num.117. & seq. cap.4.*

8 Denique addendum est: donatorem † remuneratorium de euictione teneri donatario, ex hac potissimum ratione: quod donatio, sed potius permutatio quædam, *præallegata leg. sed & si lege*, 25. § *consuluit*, 11. *ff. de petit. hæredit.* In permutatione autem alter de euictione tenetur, *l. si permutationis*, 29. *C de euictionibus* Et ita plerique tenent, Iacobus de Arena Bart. Franciscus Aretin. Alexand. & Iason *in l Iulianus* 131. §.1. *ff. de verbor. obligat.* aliique quos citat, & probat Tiraquellus *in d.l. si vnquam* 8. *in verb. donatione largitus numer* 59. *de reuocand. donat.* Quamuis, post Decium *in l si donatione*, 13. *num.35. & seq. C. de collat.* contrariam sententiam amplecti videatur D. Bocer. *d c.13. n.27.* Harprec.

f *Arbitrio iudicis.*] Ad idem, adde atque plene vide per Menochium *de arbitr. iudic. cas* 132. *num.7. & seq* Item dona ob merita quando facta dicantur, & quomodo merita probentur? dixi supra, & adde per Roland *consil.13. num.32.* qui loquitur de assertione decurionum. *Giach.*

QVÆSTIO IV.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Donatio causa mortis quid sit.*
2 *Et an donatio in dubio debeat iudicari causa mortis, vel inter viuos.*
3 *Et quid si fiat ab infirmo.*
4 *Et quid si in donatione sit facta mentio mortis.*
5 *Et quid si donator promittat donationem non reuocare.*

Ex Additionibus.

1 *Vtrum in dubio donatio censeatur inter viuos, an causa mortis.*
2 *Est quoque mortis causa donatio, si non mortis fiat mentio, sed verba istius donationis vim obtineant.*
3 *An mortis causa donatio intelligatur, si donator sit in extremis vitæ constitutus; & nulla mortis mentio facta fuerit, remis.*
4 *Ecquid donatio sub commemoratione mortis facta, cum clausula de non reuocando, assumat naturam donationis inter viuos.*
5 *Inter viuos, non mortis causa donatio est, si effectus, & executio obligationis in euentum mortis differatur.*
6 *Donatio item inter viuos, non mortis causa reputatur, si donatio sub mortis mentione in aliquem, & eius hæredes conferatur.*
7 *Inter viuos quoque, non mortis causa præsumitur donatio, sub mortis mentione facta, si quinque testes non interuenerint.*
8 *Similiter donatio, consanguinitatis causa sub mortis mentione facta, inter viuos donatio intelligitur.*

QVæro, quid sit donatio causa mortis? Respond. 1
mortis causa donatio est, cum quis habere se mauult, quam eum, cui donat, magisque eum cui donat, quam hæredem suum. Sunt verba Iurisconsulti *in l 1. ff. de donatio. causa mortis.*

Sed quæro, nunquid *a* in dubio donatio iudicari 2
debeat inter viuos, an causa mortis? Vtilitas autem a
huius quæstionis est maxima: nam si est donatio inter viuos, non poterit postea reuocari: secus autem si est donatio causa mortis, vt est in iure notissimum. Dic ergo, quod siquidem in donatione non est facta mentio
b mortis: quia scilicet non est collata in tempus mor- b
tis; hoc casu tenendum est in dubio, quod sit donatio *c* c
inter viuos, non autem causa mortis. Ita tenet gloss. *in l. apud Celsum. §. Iulianus, in verbo, Spopondisset, ff de doli mali exceptio.* & est communis opin. vt dicit Ias. *in l. qua dotis n.26. ff. solut. matr.* hæc enim qualitas, quod sit causa mortis, in dubio præsumi non debet, ideo qui illam allegat, debet eam probare: alias standum est in regula; Quod quicunque donat, censetur velle dominium in donatarium transferre, & consequenter inter viuos, & irreuocabiliter donare. Et hæc quidem conclusio de plano procedit, quando donatio fit ab homine sano, vel non nimis grauiter infirmo Sed quid si fa- 3
cta sit *d* ab infirmo, præsertim existente in articulo d
mortis, & quem verisimile sit de morte ipsa cogitasse, licet forte in ipsa donatione nulla mentio mortis facta fuerit? Respond. Anton. de Butr. *in capitulo 2. de consuetud.* tenuit, quod censeri debet donatio causa. Sed in hoc Ant de Butr. communiter reprobatur, vt dicit Gul. de Bened. *in repet. c. Raynutius. in verbo, Testamentum, el 4. n.21.* & ideo tenendum est, quod imo etiam hoc casu iudicari debeat donatio inter viuos, non autem causa mortis. Et ita tenent communiter Doct. vt ait Ripa de pest *in prin. contractuum, post n.175.* Hanc etiam opin. dicit esse communem Ripa, *lib 3. resp. c.9. post n.7. & eod. lib. c.11. n.7.* Nam, vt dicit text. *in l. Seia § fin. ff. de don. causa mortis.* talis videtur potius moriens, quam mortis causa donare. Quam opin. ego etiam sequor, dummodo talis donatio sit facta in forma contractus; sed si esset facta in testamento, vel codicillis, ab infirmo præcipue existente in mortis articulo, crederem tutius esse adhærere opin. Ant. de Butr.

Ceterum si in donatione sit facta mentio mortis, 4
tunc proculdubio tenendum est, quod sit donatio causa mortis, non autem inter viuos. Et hæc conclusio communiter tenetur, vt ait Dec. *in l. fin. num.10. C. de pact.* Illam etiam dicit esse communem Paris. *consil.16. nu 4. lib.2.* Non enim debemus in dubio à vi, & proprietate verborum aliquo modo recedere. Intellige tamen, quod non sufficit, quod simpliciter sit facta
e mentio mortis: sed duo copulatiue requiruntur, scilicet, quod in donatione sit facta mentio mortis, & e
quod sit collata in tempus mortis. Ita concludunt Doct. omnes, vt dicit Sigismund. *cons. feud.5. post n.4.* Quod nota perpetuo.

Sed

5 Sed pone, quod aliquis dicat se donare causa mor-
f tis,& in donatione ipsa promittat illam non *f* reuocare; Quæro an dicatur donatio inter viuos, an autem causa mortis? Respond. quod ex illa promissione de non reuocando debet censeri donatio inter viuos, non autem causa mortis. Textus est expressus *in l. vbi ita donatur, ff. de donat. causa mortis*. Et est communis opin. vt ait Didac. *in Rub. de testament. in 2. parte, post n.11.* Et dicit Natta *consil.104.n.7. & seq.* quod in hoc neminem repetit contradicentem. Hæc enim qualitas, s. quod sit irreuocabilis, adeo repugnat ipsi donationi causa mortis, vt sit illi incompatibilis; & necesse est hoc casu interpretari illud verbum *causa mortis*, positum in donatione, vt dicamus donantem potius motum fuisse ad donandum propter causam mortis, quam voluisse mortis causa donare, vt dicit Iurisconsul. *in dict. l. vbi ita donatur.*

ADDITIONES.

a NVnquid in dubio donatio iudicari debeat inter viuos; an causa mortis.] Communis † regula & conclusio est: quod
1 si in donatione fiat mentio mortis, præsumatur donatio causa mortis, alias secus, *l. Seia, 42. in fine, ff. de mort. caus. donat.* Et ita, vltra Clarum, & Giacharium hic in suis additionibus, & ab iis citatos, sentiunt Antonius Gomesius *lib. 2. variar. resolut. iur. ciuil. cap. 4. n.15.* Didacus Couarruu. *in rubric. tit. de testam. part. 3. n.25. Vinius lib. 1. recept. sentent. verb. donatio.* Menoch. *lib. 3. præsumpt. cap. 35.* Michael Grassus *lib. 1. recept. sentent §. Donatio causa mortis. quæst. 1. n 2.* D. Bocer. *in Commentar. de donat. c. 5. n.12.* Petr. Nicol. Mozz. *in tractat. de contractibus, titul. de donat. rubr. diuisio donationis residet, nu.19. & seq.* Pruckman. *cons. 8. nu.48. volum. 1.* Domin. Cardinal. Tuscus *tom. 2 pract. conclusion littera D. conclus. 655. & seq.* Thadeus Pi-
2 so *lib 4. variar. resolut. cap. 1. n. 3. & 18.* Et † licet non fiat nominatim mortis mentio: si tamen verba donationis eam vim obtineant, vt videatur donans mortis causa donare, est eiusmodi donatio: vt si dicat donator; se bona sua donare vxori, si eam sibi superstitem fore contingeret, notante Iacobo Thoming. *decis. 20. nu.8.* Est quoque mortis causa donatio, si quis dicat: Quæ bona reperiuntur mea tempore mortis meæ, dono filiis meis: quemadmodum scribit D. Bocerus *d. c. 5. n.15.* allegans Vincentium Carocium *decis. 84.* Harprec.

b *Mentio mortis.*] Et tunc præsumitur donatio causa mortis, alias secus, vt not. Hipp. Rimin *in prin. de don. Instit. ex illo text. n.315.* vbi retulit idem adnotasse gloss. Bart. Ang. Cuman. Imol. ac ceteros Doctor. *in l. Seia, § fin. ff eod.* Et hanc dicit esse communem post Iason *in l qua dotis n.16. ff. solut. matr.* quam plures recensens concordantes, qui deinde ad istam communem annectit 10. limitationes, atque discutit illas: idem vide ibi per eund. plene. Adde etiam per Duen. *reg. 218.* Crau. *cons. 214. num. 10.* Roland. *cons. 8.* Fallit si præcessissent merita, per Tiraq. *in l si vnquam, C. de reuoc. don fol. 152.* Item fallit, quando iudicando causa mortis non valeret don. per Crauet. *consil. 277. colum. fin.* Giach.

c *Inter viues.*] Adde, quod ista conclusio recipit aliquas limitationes: quarum sex vide per Hipp. Rimin. *in princip. Inst. eo. tit. n.368. vsque ad nu.375.* & adde, quod dixit Alexand. *in cons. 74. vol. 4.* quod dicitur donatio inter viuos, licet fiat mentio mortis per modum demonstrationis: vel si sit pactum de non petendo, si sit facta pro se & hæredibus. Item donatio quando dicatur inter viuos, & quando causa mortis? vide per Roland. *cons 61. vol. 2.* ac per Dec. *in consil. 460.* Et quando dicatur inter viuos, mentione mortis haud attenta, vide per Rimin. *cons. 426.* Giach.

d *Sed quid; si facta sit ab infirmo.*] Quid † mortis causa
3 donatio nunquam intelligatur, nisi mortis mentio facta sit, quamuis donator sit in extremis vitæ constitutus, vltra Clarum nostrum, & per eum citatos, tenent Franc. Mantica *lib. 1. de coniect. vlt. volunt. tit. 13. n. 3.* Grass. *d. §. donatio causa mortis, quæst. 1. num 3.* Thadeus Piso *d. lib. 4. variar. resolut. cap. 1. nu. 19.* aliique ab his laudati. *Harprec.*

e *Mentio mortis.*] Adde hic, quod in dubio debet interpretari, prout melius valere potest, vt per Crau. *in cons. 52. n. 4.* & limitationes quamplures dixi *in reg. contra.* Giach.

f *Non reuocare.*] Amplia, ac limita, vt per Duen. *reg. 217.* Verum si sit facta cum pacto, quod non retrahatur, nec reuocata intelligatur, nisi donatario præmoriente: An tale pactum faciat ipsam transire in donationem inter viuos? vide per Castrens. *cons. 83. num. 2.* quid de donatione facta ab existente in articulo mortis? quod valeat in vim donationis causa mortis licet non fiat mentio de morte? vide per Soc. *consil. 130. numer. 7.* Quid si fiat ab infirmo? quod sic; vide per Castrens. *consil. 384.* Sed contra per Crau. *consil. 277. col. fin.* Giach.

Et in donatione ipsa promittat, illam non reuocare.] Quod
† donatio sub commemoratione mortis facta; cum clausula 4
de non reuocando, assumat naturam donationis simplicis, siue inter viuos, præter Clarum hic nostrum, tradunt Bartol. Castrens. Angel. & ceteri *in l. vbi ita donatur, 27. ff de mort. caus. donation.* Bald. & Salicetus *in l. 2. C. de iur. dot.* Roman. *consil. 53. in fin.* Mantica *d. tit. 13. num. 5. & seqq.* Menoch. *lib. 3. præsumpt. 35. numer. 21.* Ioannes Vincentius Hondedæus *consultat 40. num. 59. vol. 1. & consultat. 44 num. 51. vol. 2.* Franciscus Personal. *consil. 44. in princ.* Grassus *d. §. donatio causa mortis, q. 1. numer. 4.* Fachineus *lib. 5. controuersiar. iur. cap. 23.* Cuiac. *consultat. 30.* D. Bocerus *dict. commentar. de donat. cap. 5. numer. 23.* Hackelman. *disput. illustr. 20. th 19.* Piso *prædicto c. 1. num. 7. & seqq.* vbi fusius illud explicat.

Tametsi non desint, qui hoc casu donationem inter viuos esse negant. Curt. Iun. *cons. 56. nu. 2. & 3.* Parisius *cons. 56. n.13. lib. 3.* Socinus Iunior *in leg. qui Romæ, 122. §. duo fratres, nu. 94. ff. de verbor. oblig.* & alij, quos refert Anton. Gabriel. Roman. *lib. 2. conclusio. commun. conclus. 9. n. 2. vers tamen contrarium, &c.* Quibus adijciendi sunt Corasius, & Giphan. *in d. l. vbi ita donatur 27. ff. de mort. caus. donat.* Ant. Faber *decad. 41. de Error. pragm. error. 1.* Forster. *lib. 2. disput. 10, th. 11.* & H. *lib. 2. var. resol. iur. ciu. tract. 4. q. 2.*

Enim vero † sunt & alij casus; quibus licet mortis men- 5
tio facta sit in donatione: tamen pro donatione inter viuos haberi debet. Etenim primo inter viuos, non mortis causa donatio intelligitur, si effectus, & executio obligationis in euentum mortis differatur; atque adeo dilationis tantum gratia in verbis executiuis mentio mortis fiat: vt si dicat donator; dono tibi talem rem, vel pecuniam soluendam post mortem: vel, dono tibi fundum, retento mihi vsufructu pro vita mea, & vsque ad mortem, argumento *l Seia 42. § vltim. ff de mort. caus. donat. l. 1. C. vt action. ab hæredibus & contra hæred. &c. l. hæreditarium, 7. ff. de bon auctorit. iudic. possid. l. vltim. C. de contrah. & commit. stipulat. & §. post mortem, 12. Institut. de inutilibus stipulat.* Atque ita docent Bartol. *in dict. l. vbi ita donatur, 27. ff. de mort. caus. donat.* Bald. *in d. l. 2. C. de iur dot.* Roman. *in l. qua dotis, 33. ff. solut. matrim. nu. 8.* ibique Alexand. *numer. 12.* & Iason *numer 35.* Decius *in l. fin. num. 20. C. de pact.* Ruinus *cons. 182. numer. 5. lib. 1.* Crau. *cons. 617. num. 1.* Natta *consil. 123.* Roland. à Valle *consil. 61. num. 15. volum. 2.* Berous *consil. 60. num. 15. volum. 1.* Hippolytus Riminaldus *ad princ. tit. Instit. de donationibus num. 921.* Mantica *d. lib. 1. de coniect. vltim. volunt. tit. 13. num. 12. & 21.* Menoch. *d. lib. 3. præsumpt. 35. num. 4.* Iacobus Thoming. *d. decis. 20. num. 12.* Hartman, Pistoris *lib. 3. q. 2. iur. q. 8. num. 2. & 3.* D. Bocer. *d. ca. 5. num. 17.* & Thadeus Piso *d. lib. 4. var. resol. c. 1. num. 6.*

Secundo † inter viuos, non mortis causa donatio censetur, 6
cum quis donationem sub mortis mentione confert in aliquem & eius hæredes: siquidem mortis causa donatio ad hæredes non transit. Baldus & Salicet. *in d. l. 2. C. de iur. dot.* Socin. senior *in l. 2. num 11. ff. de legat. 1. & consil 53. numer. 5. volum. 1. & consil. 72. num. 5. volum. 3.* Alexand. *cons. 14. nu. 4. volum. 1.* Corn. *consil. 289. num. 11. volum. 4.* Ruinus *consil. 98. num. 16. & consil. 123. num. 6. volum. 1.* Crauet. *consil. 314 n. 18.* Roland. à Valle *cons. 8. num. 19. volum. 1. & cons. 61. numer. 37. volum. 2.* Aldobrand. *cons. 44. num 8.* Boerius *decis 153. nu. 12.* Couar. de test. *par. 3 num. 25.* Hippolytus Rimin. *in d princip. Instit. de donationibus num 927.* Mantica *d. lib 1. tit. 13. nu. 13.* Grassus *dict. §. donatio causa mortis, quæst. 1. numer 7.* Piso *d. lib. 4. cap. 1. numer. 14.* & Menoch. *de præsumpt. præsumpt. 35. num. 7.* Qui tamen plerique hoc pronunciatum latius declarant.

Tertio † sub commemoratione mortis facta donatio, non 7
reputatur mortis causa donatio, si non quinque testes sint adhibiti. Hæc quippe donatio quinque testes necessario desiderat, *l. vlt C. de donat. caus. mort.* Ne autem videatur donator elegisse viam, qua sua dispositio euertatur, & pereat: dicendum potius, inter viuos donatum fuisse, *l. similes, 3. ff. de testam. milit.* Cynus *in l. licet inter priuatos, 19. C. de pact.* Alexand. *in l. qua dotis, 23. numer 11. ff. soluto matr.* & ibidem Iason *numer. 46. & 47.* Corn. *consil. 114. numer. 3. & consil 259. numer. 9. lib 4.* Paris. *consil. 90. numer. 3. & 4. volum. 3.* Purpurat. *consil. 508. numer. 4.* Roland. à Valle *consil. 8. numer. 22. volum. 1.* Socin. sen. *consil 137. lib. 1.* Socin. iun. *consil. 21. volum. 2.* Crauett. *consil. 52. numer. 4. & consil. 227. in fin.* Natta *consil 117. numer. 3. & 4.* Bertrandus *consil 82. numer. 2. volum. 2.* Riminald. *in d. princip. Instit. de don. num. 924.* Mantica *d. titul 13. numer 15.* Menoch. *d. præsumpt. præsump. 35. numer. 4.* Hartman. Pistoris *d. quæst. 8. numer. 14.* D. Bocer. *d. comment. de don. cap. 5. numer. 24.* & Piso *prædicto cap. 1. num. 15.*

8 Quarto, quod † consanguinitatis causa sub mortis mentione donator, inter viuos donare intelligitur. Ita sentiunt Romanus *in dict. l. quæ dotis, 33. ff. solut. matrim.* Socin. sen. *cons.* 177. *col. 2. vol. 1.* Gulielm. Benedict. *in c. Raynutius, 16. verb. testamentum, n. 25.* Marant. *cons.* 140. *nu.* 6. Roland. à Valle *consil.* 61. *n.* 49. *vol.* 2. Caualcan *decis.* 42. *n.* 9. Menoch. *d. præsumpt.* 35. *n.* 39. Hartman. Pistoris *d. q.* 8. *n.* 10. hosque referens D. Bocerus *d. c.* 5. *n.* 21. Qui Interpretes plures casus recensent, quibus inter viuos donatio est, licet mortis mentio facta fuerit. *Harprec.*

QVÆSTIO V.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Donatio causa mortis an magis comparanda sit contractibus, quam vltimis voluntatibus.*
2 *Et an quantum ad confirmationem.*
3 *Et quid si donatio causa mortis facta sit in testamento.*

Ex Additionibus.

1 *An, & quatenus donatio causa mortis potius contractui, quam vltimæ voluntati æquiparetur.*
2 *Et quid, si donatio causa mortis facta sit in annos singulos.*
3 *Quæ vtilitas sit differentiæ, quod donatio causa mortis in singulos annos facta sit vna, legata vero plura, remissiue.*

1 QVæro, nunquid donatio causa mortis magis comparanda sit contractui, quam *a* vltimæ voluntati? Vtilitas autem huius quæstionis est euidens, nam ex hoc scire poteris, an donatio causa mortis debeat regulari secundum leges, & statuta loquentia de contractibus. In hoc autem articulo magna fuit aliquando inter Doctores controuersia. Quidam enim simpliciter dixerunt, quod donatio causa mortis magis accedit contractui, quam vltimæ voluntati. Et hanc dixit esse communem opin. Boer. *cons.* 34. *nu.* 12. Alij vero simpliciter dixerunt, quod est magis vltima voluntas, quam contractus. Et hanc dicit videri magis communem *b* Mars. *sing.* 136. *longa.* Tu dic, quod donatio causa mortis quoad modum, & *c* ordinationem, scilicet, dum in esse deducitur, æquiparatur contractui, sed postquam est in esse deducta, quo ad effectum, & efficaciam, censetur vltima voluntas; & ita intelligenda est gloss. ordinaria, quæ ad hoc propositum semper allegatur *in leg. 1. in princ. in verb. Legatum, ff. de dote prælegat.* quam dicit esse communiter approbatam Socin. *consil.* 130. *n.* 9. *lib.* 1. quod est duplicatum *consil* 235. *lib.* 2. Ias. *in l. cum antiquitas nu.* 2. *C. de testam.* Hanc etiam opin. dicit esse communem Ias. *in l.* 2. *n.* 1 *ff de leg.* 1. *&* *in l. senium, n.* 8. *in fin. C. qui testament. facere possunt,* Ripa *in d. l.* 2. *num.* 15. Alciat. *in l.* 2. *in princip. nu* 10. *ff. de verbor. oblig.* Et ideo si statutum disponat, quod in contractibus conficiendis debeant interuenire duo Notarij, ita seruandum erit in donationibus causa mortis: si vero aliud statutum disponat, quod vltimæ voluntates habeant executionem paratam, pariter donatio causa mortis habebit paratam executionem. Quia illud statutum disponit circa contractus, prout sunt in fieri, merito comprehendit donationem causa mortis. Hoc autem disponit de vltimis voluntatibus iam in esse deductis: ideo locum habet etiam in donatione causa mortis. Econuerso autem si statutum disponeret, quod in vltimis voluntatibus conficiendis deberent interuenire duo Notarij, non comprehenderet donationem causa mortis, &c.

2 Scias tamen, quod licet donatio causa mortis quoad effectum, & efficaciam æquiparetur vltimis voluntatibus, vt supra dictum est, nam vltimæ voluntates non confirmantur nisi adita hæreditate. Donatio autem causa mortis confirmatur sola morte donantis, etiam eius hæreditate non adita. Ita colligitur ex gloss. *in l. post legatum, §. qui mortis, in verb. Legatarie. ff. de his, quibus vt indig.* & est communis opin. vt dicit Alexand. *in l. illud, post numerum* 4. *versic. tamen donatio. C. de collatio.* Picus *in repet. l. in quartam. columna.* 21. quem refert Didacus *in rubric. de testament. in* 3. *parte, num.* 22. Ripa *in dict. l.* 2. *num.* 18. *ff. de leg.* 1. Rubeus *cons.* 11. *num.* 6. Statim enim secuta morte donantis, donatio ipsa, quæ in tempus mortis erat collata, suam recipit perfectionem, non expectata hæredis aditione, secus autem in testamento, quod non recipit perfectionem, nisi hæres adeat hæreditatem, neque legata, quæ pariter de manu hæredis sunt accipienda.

3 Sed pone, quod aliquis fecerit donationem causa mortis in *d* testamento; nunquid censebitur tanquam legatum, vel tanquam donatio causa mortis? Respondeo; si est facta præsenti censetur donatio causa mortis: sed si est facta absenti, valet in vim fideicommissi. Ita dicit Bart. *in l.* 1. *circa fin. ff. de donat. causa mortis,* cuius opin. communiter tenetur, vt dicit Imola *in eadem l.* 1. *nu.* 1. quem refert Dec. *consil.* 196. *nu.* 2. *in fi.* Bertran. *cons.* 168. *nu.* 6. *lib.* 3. *in* 2. *parte.* Paris. *cons.* 88. *num.* 98. *lib.* 3. qui dicit, quod ita tenent communiter Scribentes, quem refert, & sequitur Socin. iun. *consil.* 67. *n.* 17. *lib.* 3. Hanc tamen conclusionem intellige, vt procedat, modo talis donatio facta sit ab eo, qui haberet facultatem testandi: alias enim non valeret, neque vt donatio, quia facta absenti, neque vt fideicommissum, quia qui non potest testari, non potest facere fideicommissum. Et ita loquuntur Bart. & Doct. *in locis preallegatis,* & dixi infra *q. prox. vers. Sed quæro:* Et hanc conclusionem nota pro declaratione ad conclusionem, quam posui infra *quæst.* 21. quod scilicet donatio facta absenti non valet, &c.

ADDITIONES.

a QVam vltimæ voluntati.] Item an æquiparetur potius vltimæ voluntati, quam contractui? vide per Bald. *cons.* 108. *n.* 3. Tiraquell. *de legibus. connub. fol.* 145. *num.* 144. *& sequentibus.* Giach.

1 *Nunquid donatio causa mortis magis comparanda sit contractui, quam vltima voluntati.*] An † & quatenus donatio causa mortis æquiparetur potius contractui, quam vltimæ voluntati, latissime explicant, post Clarum nostrum, & plures alios, quos ipsi citant, Michael Grassus *li.* 1. *receptar sentent. §. donatio causa mortis, quæstione secunda.* Thadeus Piso *libro quarto, variar. resolutio, capitulo* 2. Andreas Rauchbarius *quæst.* 32. *nu.* 42. *part.* 1. & D. Bocer. *in commentar. de donationibus capitulo* 5. *n.* 47. Idem & nos explanatius persecuti sumus *ad §.* 1. *Instit. de donationibus n.* 16. *& seqq.*

2 Illud sane † animaduertendum est: quod licet donatio causa mortis, quoad effectum, & efficaciam (vt Clarus hic loquitur) censeatur vltima voluntas: attamen hoc locum non habeat in donatione causa mortis, facta in annos singulos: quoniam talis donatio dicitur vna *l. senatus,* 31. *§. fin. ff. de mort. caus. donationibus* sicut & stipulatio dicitur vna, *l. si Stichum.* 16. *§. ff. de verbor. obligat.* cum tamen legata, in annos singulos facta, dicantur plura, *l. si in singulos,* 4. *& l. cum in annos,* 11. *ff. de annuis lega.* Grassus *d. q.* 2. *n.* 4. Quanta autem huius differentiæ (quod † donatio causa mortis in singulos annos facta sit vna, legata vero plura) vtilitas sit, exquisite declarant Iason *in d. l. si Stichum,* 16. *§.* 1. *ff. de verb. oblig.* & Hippolytus Riminald. *in princ. Institut. de donat. n.* 1200. *cum seqq.* eosque referens Thadeus Piso *d. c.* 2. *n.* 30. Harprec. 3

b *Mars. sing.* 136.] Vbi allegat Lud. Rom. *cons.* 75. *nescio, &c.* ibi tamen Roman. in libro meo de communiori verbum nullum facit; bene dicit, quod mortis causa donatio quoad essentiam, & sui validitatem per omnia vltimæ voluntati comparanda est, *alleg. l. vnic. ad fin. C. de cad. toll. & l. quæ sub conditione, §. hoc edictum, ff. de cond. institut. & l. fin. C. de donation. caus. mort.* Gomean.

c *Ordinationem.*] Item quod donatio causa mortis quoad ordinationem æquiparetur contractui, vide per Hippol. Rimin. *in princ. de donat. Instit. n.* 572. *&* 598. *cum omnibus aliis seq.* quia fusius ceteris quæstionem discutit: tametsi auctor noster illum nunquam alleget. *Giach.*

d In

d *In testamento.*] Et hic scias, quod donatio quæ facta est in testamento multum differt ab ea, quæ haud facta est in testamento: vide per Dec. *in cons.*145. *n* 4. Item scias, quod donationem causa mortis facere haud prohibetur: vide per Tiraq. *de legib. connub. fol.*145. Giach.

QVÆSTIO VI.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Filiusfamilias an possit donare.*
2 *Et an inter viuos.*
3 *Et an causa mortis.*
4 *Et an cum patris consensu.*
5 *Et an talis consensus interuenire debeat respectu sui præiudicij, an autem ad integrandam personam filij.*
6 *Et an debeat expresse interponi.*
7 *Et an filiusfamil. possit donare causa mortis ipsimet patri suo.*
8 *Et an clausula codicillaris sustineat donationem causa mortis, factam per filiumfam. in testamento.*
9 *Et quid si expresse non dixerit, quod volebat valere in vim donationis causa mortis.*

Ex Additionibus.

1 *Quæ sit ratio, quod filiusfamilias non possit testari cum consensu patris, & tamen cum eiusdem patris permissu donare causa mortis queat.*
2 *An filiusfamilias absque consensu patris possit donare illa bona aduentitia, quorum vsusfructus ad patrem non pertinet.*
3 *Nunquid expressus patris requiratur consensus, remissiue.*
4 *Vtrum pater possit consentire filio sibi donanti causa mortis.*
5 *An, & quatenus clausula codicillaris sustineat donationem causa mortis, factam per filiumfamilias in testamento.*
6 *Patris consensus per epistolam præstari potest.*
7 *Ecquid pater, si filiofamilias mortis causa donanti consenserit, postea pœnitere, & donationem mortis causa à filio factam reuocare possit.*
8 *Hæc mortis causa donatio statim morte solius filij confirmatur.*
9 *Ius alicui semel quæsitum ei inuito auferri nequit.*
10 *Quid iterum, si filiusfamilias sine consensu patris, mortis causa donet, & postea pater præmoriatur.*
11 *An minor possit donationem mortis causa in aliquem conferre.*
12 *Minor testamenti factionem habet.*
13 *Qui potest testari, is potest etiam mortis causa donare.*
14 *Mortis causa donationē quouis tempore reuocare licet.*

1 NVnc videndum est, quæ personæ donare possint, vel non: & in primis quæro, an filiusfamilias possit donare? Respond. quod non, etiamsi habeat peculium, tex. est *in l. filiusfam. ff. de donat.* Sed quia hæc materia est aliquantulum intricata, & Doct. in ea multum variè loquuntur, ideo distinguendum est hoc modo.
2 Aut quæris, vtrum filiusfamilias possit donare inter viuos: & tunc vtique procedit conclusio superius facta, scilicet, quod regulariter non potest donare: & ratio est, quia cum pater habeat in bonis filij vsumfructum, non debet posse filius, in præiudicium paterni a vsusfructus, de bonis ipsis a disponere. Ex hac ratione infertur: Quod si filius haberet aliqua bona, in quibus patri non quæreretur vsusfructus, posset illa donare, inter viuos, etiam sine consensu patris. Et in hoc Doct. communiter conueniunt, vt dicit Crauetta, *cons.*84. *n.*9. & *cons.*92. *post n.*1. *vers. Sed posito.* vt dicit, quod in hoc nemo est, qui dubitet.
3 Aut vero quæris, vtrum b possit donare causa mortis, & tunc rursus est distinguendum, Aut enim quæritur an possit donare causa mortis sine consensu patris, & est expeditum apud omnes, quod non potest donare, neque etiam bona aduentitia, & quæ ad ipsum spectant pleno iure. Et hanc opin. dicit esse commu. Alb. *cons.*40. *in fin. lib.*2. Rub. *cons.*46. *n.*2. & *seq* Et dicit Soc. *cons.*112. *n.*1. *lib.*1. quod est duplicatum *in cons.*172. *l. b.* 2. quod hanc opin. arbitratur indubitanter esse de mente Doctorum communiter prout re vera est magis communis, quidquid dixerit Crot *in repet. l. frater à fratre, post nu.*32. *vers. Sexto quæritur, ff de cond. indeb.* quem refert Did. *in rubr de test. in* 3. *parte, nu* 8. Et licet Bart. *in Auth. vt liceat matri & auiæ, n.*7. tenere videatur, quod imo possit filiusfam. huiusmodi bona donare causa mortis, etiam sine patris consensu, non tamen propter hoc esset à prima opin. recedendum, quæ (vt dixi) proculdubio est magis communis, tanto magis cum non parua sit controuersia inter D D an illa lectura super Authenticis sit Bartoli, vt dixi infra *lib.*7. Bene verum, quod D D. multum laborant in inuenienda ratione, cur potius sit ei permissum huiusmodi bona donare inter viuos, quam causa mortis: sed hæ disputationes in practica parum, vel nihil prosunt.

Si autem quæritur, vtrum possit donare causa mortis cum patris consensu? dicendum est, quod sic, & est de hoc text. *in dict. l. filiusfam.* & hanc conclusionem tenent omnes, vt dicit Ias. *in l. senium n.*8. *C. qui testam. fac. poss.* Crot. *in rep. l. frater à fratre. n.*74. Quæ autem sit ratio, cur filiusfamilias non possit, etiam cum patris consensu, testari, vt dixi supra *lib.*3. §. *Testamentum, q.*18. possit tamen donare causa mortis, non satis bene Doctores se explicant. Communiter tamen dicitur, quod testamentum, cum sit vltima voluntas, non potest ex alieno arbitrio pendere, & hanc dicit esse communem rationem Ias. *in d. l. senium, num.*9. vbi multa in hoc proposito congerit. 4

Habes ergo, quod in donatione causa mortis, quæ fit per filiumfamilias requiritur patris consensus. Sed quæro, an huiusmodi consensus requiratur ratione præiudicij, quod ipsi patri fit respectu sui vsusfructus in donatione, quam filius facit alteri, an autem etiam requiratur ad integrandam personam ipsius filij? Hæc est ardua quæstio, & in qua Doctores inter se multum discordant. Aliqui enim tenuerunt, quod non requiratur ad integrandam personam filij, sed solummodo fauore patris, & sic pro interesse sui præiudicij. Et hanc opin. dixit esse commun. Ioa. Maria Rassi *in d. l. senium,* prout illum refert Rubeus *cons.*127. *n.*1. Et dicit Alex. *in d. l.*1. § *fuit quæsitum, post n.*8. quod Bart. & Doct. communiter reprehendunt gl. *in l fin. §. necessitate, C. de bon. quæ lib.* tenentem, quod requiratur ad integrandā personam filij. Idem dicit Ripa *in d. § fuit quæsitum, n.*3. Cōtrariam autem sententiam, scilicet, quod imo requiratur patris consensus, non modo respectu eius præiudicij, sed etiam ad integrandam personam filij, & sic ad solemnizandum actum, plerique alij tenuerunt. Et hāc dicit esse communem Soc. *in d. cons.* 12 *post n.*8. *vers. Hoc etiā voluit, & in d. l.* 1. §. *fuit quæsitum ff. ad Trebell.* quem refert Didacus *in d. Rubr. in* 3. *parte, n.*6. *in fi.* Rubeus *cons.*49. *n.*5. & *cons.*127. *n.*8. & hæc opin. tanquam verior, & magis communis tenenda est. Nam, si patris consensus requireretur solummodo respectu eius præiudicij, sequeretur, c quod posset filius donare causa mortis aduentitia sibi pleno iure quæsita sine eius cōsensu: quod tamen est falsum, vt dixi supra *versic. aut vero quæris*, vel saltem, quod posset illa donare ipsi patri cum eius consensu; cuius contrarium magis communiter tenetur, vt dixi infra *vers. Quæro etiam:* & tamen hoc casu nullum prorsus præiudiciū patris considerari potest, imo potius euidens vtilitas, vt patet ad sensum. 5

Successiue quæro, an huiusmodi cōsensus patris, qui in donatione causa mortis per filium facienda requiri- 6

tur; debeat expresse interponi, an autem sufficiat, quod pater ipsi donationi simpliciter, aut tacite consentiat? Respondeo: quod *d* requiritur expressus consensus patris. Ita dicit gloss. *in leg. qui in potestate. in princip. in verb. Nihilo magis. ff. de testament.* & in hoc nullus contradicit, vt ait Socin. *in dict. cons. 112. nu. 7. in fin.* quem refert Tiraquell. *de Legib. connubial. in gloss. 8. n. 9.* & ex hoc etiam confirmatur conclusio superius facta, quod scilicet talis consensus requiratur ad solemnitatem actus, non autem respectu præiudicij. Quia vbicunque agitur de præiudicio alicuius, tunc sola præsentia, aut scientia, & taciturnitas inducit consensum sufficientem ad conualidandum actum, vt dixi infra *lib. 7. § consensus.*

7 Quæro etiam, nunquid filiusfamilias possit donare causa mortis ipsi patri, cuius consensus (vt supra dictum est) in ipsa donatione requiritur? Respondeo, in hoc quoque articulo magna est controuersia inter Doctores, adeo, vt cum aliquando in facto fuisset hæsitatum, quæ opin. esset magis communis, opus fuerit maxima librorum reuolutione. In primis autem multi tenuerunt, quod possit pater consensum suum interponere filio sibi donanti causa mortis. Et hanc opin. dicit esse communem Alexand. *in dict. l. 1. §. fuit quæsitum. ff. ad Trebellian.* prout illum refert Guliel. de Bened. *in repet. cap. Raynutius, in verbo, Matrem insuper Cleram, n. 46.* Ego tamen non reperio Alexand. *ibi*, maxime *n. 8.* vbi tractat hunc articulum, attestari de communi opin. nisi forte Gulielmus sensit de verbis Alexand. quæ ego superius retuli *in versicul. Habes ergo.* Idem dicit Bertrand. *consilio 156. n. 10. libro 1. in 2. parte. & consilio 163. post num. 1. libro 1. in 2. parte*, Iason *in dict. §. fuit quæsitum, n. 3.* qui dicit, quod ita magis communiter tenetur. Ripa *in dict. §. fuit quæsitum, nu. 2.* Contrariam *e* autem sententiam, scilicet, quod imo pater non possit interponere consensum suum filio sibi donanti causa mortis, tenuit gloss. *in l. 1. in princip. in verbo, Rem acquirit, ff. de auctor. & consens. tutor.* & dicit Socin. *in d. §. fuit quæsitum, colum 4. versicul. Postremo*, quod ita teneat communiter Doct. Hanc etiam opin. dicit esse communem Bald. *consil. 61. numero tertio, libro 4.* quem refert Socin. *in dict. consil. 112. post numerum 4. versicul. Vnde in tanto*, & Dec. *in dict. l. senium, nu. 56. C. qui testament. fac. poss. & consil. 145. nu 6. circa fin. & consil. 612. circa fin.* & Tiraquell. *de Legib. connubial. in gloss 8. num. 215.* Imola *in dict. §. fuit quæsitum, colum. fin. versicul. extra gloss. adde*, qui dicit, quod illa gloss. ordinaria *in dict. l. 1.* communiter approbatur, quem refert Socin *consil. 23. n. 15. libro quarto*, & Didac. *in dict. Rubr. de testament. in 3. parte n. 7.* Cornel *consil. 294. circa princip. libro primo*, quem refert Ioan. Dilect. *de arte testandi titul. primo, cautel. 2. numero quarto*, & Dec. *consil. 279. nu. 5.* Et dicit Paris. *consil. 97. nu. 21. libr. 3.* quod ista opin. reputatur communis. Et sic, vt vides, ex prædictis non est dubitandum, quin opinio gloss. sit magis communis, & etiam verior, maxime præsupposito pro constanti, quod consensus patris in donatione filij interuenire debeat, non tantum ratione præiudicij, sed etiam ad solemnitatem actus, & sic ad integrandam personam filij, vt dixi supra *versicul. Habes ergo.* Videtur ergo potius præstatio auctoritatis, quam simplex consensus; quam quidem auctoritatem nemo potest in sui commodum impartiri, vt in simili dixi supra *lib. 1.* Et ab hac opin. non recedas in iudicando, & si patres volent à filiis suis sibi facere huiusmodi donationes, poterunt adhibere auctoritatem Iudicis, & sufficiet, secundum fere omnes in locis superius allegatis.

8 Sed quæro, tu scis, quod filiusfam. non potest testari, vt dixi supra *lib. 3. §. testamentum, quæst. 18.* Pone, quod in testamento aliquid relinquat alteri interueniente consensu patris, & quod in ipso testamento apposita sit clausula codicillaris, quod si non valet iure testamenti, valeat iure codicillorum, vel donationis causa mortis, &c. nunquid tale relictum sustinebitur in vim donationis causa mortis? Resp. aut tale relictum est factum absenti, non interueniente nuncio, vel epistola, neque aliquo recipiente nomine ipsius absentis: & tunc proculdubio non potest valere in vim donationis causa mortis, cum ad validitatem donationis requiratur stipulatio, vel pactum, vt dixi infra, *quæst. 12. & quæst. 14.* & in hoc videntur concordare omnes Doctor. vt dicit Socin. *in d. consil. 112. num. 5. lib. 1.* Aut vero ille, cui relinquitur, est præsens, & tunc bene valet in vim donationis causa mortis: & in hoc pariter videntur concordare Doctores, vt dicit Socin. *in loco præallegato vers. Aliquando & secundo.* & hoc etiamsi expresse non acceptet, nam talis præsentia donatarij cum taciturnitate, inducit eius consensum, & consequenter valet donatio, vt dixi *in d. q. 14. versic. Sed pone.*

Et hæc quidem sine difficultate procedunt, quando 9
expresse filius dixit, quod volebat etiam valere in vim donationis causa mortis: sed quid *f* si solummodo dixit, quod volebat valere in vim codicillorum, vel cuiuscunque vltimæ voluntatis? Respond. quod adhuc sustinebitur in vim donationis causa mortis. Et hæc est communis conclusio, vt dicit Socin. *in consil. 125. ante numerum 1. lib. 3.* Late enim sunt verba interpretanda, vt actus sustineatur.

ADDITIONES.

D*E bonis ipsis disponere.*] Nec etiam ipso patre consentien- 4
te, poterit tamen de huiusmodi bonis testamentum facere, cum ad pias causas illud condit, vt per Vasquium *de success. lib. 1. tit. qui testari poss. §. 1. nu. 50.* vide Franc. Viuium *lib. 1. commun. opin. 121.* Gouean.

b *Vtrum possit donare causa mortis cum patris consensu.*] Cur
† donatio mortis causa, consentiente patre, fieri à filiofami- 1
lias possit, is vero eodem patre consentiente testamentum facere nequeat, ratio diuersitatis ostensa est supra *in § testamentum, quæst. 18. n. 11.* & monuimus *ad §. 1. n. 26. Institut. de donat. & ad principium, t. t. Institut. quibus non est permiss. fac. testament. nu. 15. & seqq.* Eamque rem omnium diligentissime, & latissime explicat Matthias Berlichius *conclusionum practicabil. part. 3. concl. 1. n. 6. & seqq.* Harprec.

c *Sequeretur, quod posset filius donare causa mortis aduentitia*
sibi pleno iure quæsita, &c.] Quod † filiusfamilias absque 2
consensu patris non possit donare causa mortis illa etiam bona aduentitia, quorum vsusfructus ad patrem non spectat, multis rationibus prolixe contra alios, quos allegat, demonstrat Thadeus Piso *lib. 4. variar. resolut. c. 4 num. 5.* Idem, & nos confirmauimus *ad d. §. 1 Instit. de donat. num. 27. & aliquot subseqq.* Quamuis contraria aientem sententiam veritati propiorem esse, non sine speciosis argumentis statuat, & concludat nouissime D. H. *lib. 2. var. resol. iur. ciu. tract. 4. q. 5.* Harprec.

d *Quod requiritur expressus consensus patris.*] Adde † idem 3
sentientes Michaelem Grassum *lib. 1. recept. senten §. donatio causa mortis, q. 3. nu 3.* Alciatum *in l. 2 nu. 11. ff de legat. 1.* Didacum Couarr. *in Rubric. de testament. part. 3. nu. 10.* eosque referentem Thadeum Pisonem *d. lib. 4. c. 4. n. 4.* Harprec.

e *Contrariam autem sententiam.*] Quod † pater non possit 4
consentire filio sibi donanti causa mortis, vltra Clarum hic nostrum, & per eum adductos, scribunt Hippolytus Riminald. *ad principium Inst de donationibus nu. 1347.* Thadeus Piso *dict. c. 4. nu 6. vers contrariam sententiam &c* & Grassus *in d. §. donatio causa mortis, q. 3 nu. 2. vers. contrariam sententiam, &c.* Vide non sine rationibus dissentientem D. Bocerum *in Commentar de donationibus. c. 5. n. 38.* Harprec.

f *Sed quid si † solummodo dixit, quod volebat valere in vim* 5
codicillorum, vel cuiuscunque vltimæ voluntatis.] Quanquam Clarus hic, & nonnulli alij (quos refert, & sequitur Fachin. *lib 5. contron. iur. c. 64.*) opinantur, in proposito casu valere à filio relictum in vim donationis causa mortis: contrarium tamen non leuibus rationibus tuentur Speculator *in tit. de instrumentor. edit. §. compendiose. vers. quid si filius.* Couarr. *in dict. rubric. de testament. part. 3. numer. 10.* Grassus *prædicta quæst. 3. numer. 5. versic. sed contrarium. &c.* & Piso *d. c. 4. numer. 8.* vbi subijciunt, vsque adeo expressam,

expreſſam, & ſpecialem permiſſionem requiri in donatione
cauſa mortis, filiifamilias: vt ſi quis generaliter concedat fi-
lio ſuo, quod donare poſſit: non tamen propterea donare cau-
ſa mortis valeat, per textum apertum *in l filiusfamilias 7.§ ſed*
6 *enim, 5.ff.de donationibus.* Enimuero † hoc quoque non igno-
randum: quod ille conſenſus, per patrem præſtandus, per epi-
ſtolam præſtari queat; vt, poſt Antonium de Tremolis *in ad-
dit. ad pract.* Bonaeur. annotarunt Graſſus *d. q.3. in fine*, &
Thadeus Piſo *d. c.4. n.8. in fine.*

Addenda hic illa quæſtio eſt: ſi † pater filiofamilias mortis
7 cauſa donanti conſenſerit; an poſtea pœnitere, conſenſum
retrahere, & donationem mortis cauſa à filio factam reuoca-
re poſſit? Ita ſane plerique tradunt, in tantum, vt pater non ſo-
lum viuente adhuc filiofamilias, ſed etiam poſt mortem eius
donationem reuocare poſſit. Bald. *in l ſen um, 3. C qui teſt. fac.
poſſ. nu.3. & in l.1.C. de ſacreſanct. Eccleſ. nu.54. cum ſeqq.* Petr.
Peckius *in tract. de teſtam. coniug. lib.1.c.18. nu.3. & lib.3. cap.3.
num.2.* Rolandin. Paſſager. *in tract. de mort. cauſ. donat. num.17.*
Domin. Cardin. Tuſcus. *pract. concluſ.706.* Ioan. Dilect. Du-
rantes *in tract de arte teſtandi tit. : caut.1.nu.4.* Thadeus Piſo
d lib.4.cap 4 nu 9 verſ. ego pro reſolutione. &c. vbi, poſt alios,
diſtinguendum eſſe exiſtimat. Verum alij indiſtincte putant,
quod pater ſemel conſentiens pœnitere, & donationem mor-
8 tis cauſa per filiumfamilias factam reuocare nequeat. Et †
quidem, mortuo filio, res minori dubio laborat: quoniam hæc
donatio mortis cauſa ſtatim morte ſolius filij confirmatur:
nec opus eſt, vt etiam pater moriatur; per notata Accurſij *in
l. nec fratris, 3. C. de donationibus cauſ mor* Bartoli *in l. qui pre-
tio, 8 ff. eod nu.3 & 6.* Ioan. Andr. *in addit. ad Speculat lib.2. tit.
de inſtrum edit. §. porro, 14. n.1. littera* C. Rolandin. Paſſager. *in
tract de mort. cauſ. donat. n.16. ibi, iuxta præmiſſa quæro, &c.* Si
igitur morte filij confirmata erit; nec per patrem, vel per
quemcunque alium reuocari poterit. Idem dicendum videtur,
ſi filius adhuc viuit: quod ſcilicet pater donationem reuoca-
re non valeat: ſed reuocandi poteſtas ad ſolum filium ſpectat.
Tum, quod per eiuſmodi conſenſum filiofamilias ſemel ſit ius
quæſitum, *argum l iam is, 25. §.1. ff. de mort. cauſ. donat. dict. l. fi-
liusfamilias, 7. §. pari, 4. & ſeq. ff. de donat.* Ius † autem alicui
9 ſemel quæſitum, ei inuito auferri nequit, *l. id quod noſtrum, 11.
ff de reg. iur.* Tum quod ille, cuius conſenſus ad aliquem actum
requiritur, ſi ſemel conſenſit, conſenſum reuocare non poſſit:
id quod aliquot exemplis declarat, probatque Berlichius *dict.
par.3 concluſio. pract. cabil. concluſ. n 25.* vbi circa finem ſubdit,
ita etiam in terminis ſtatuere Ioannem Andreæ *in d. addit. ad
Speculat. lib.2. par.2 tit. de inſtrum. edit. §. porro, 14. n.1. ſub lit. C.
poſt principium.*

At quid, ſi † filiusfamilias ſine conſenſu patris, mortis cau-
10 ſa donauerit, & poſtea pater præmoriatur: an hæc donatio
per mortem patris conualidetur, abſque eo, quod filius de no-
uo mortis cauſa donet? Quod affirmandum cenſent Bald. *in
dict l.1.C. de SS. Eccleſ n 65.* Petrus Paul. Pariſ. *in addit. ad Bart.
in dict. l tam is, 25. §.1. ff. de mort. cauſ. donat. n.6. litter. D. poſt
prin.* & Berlichius *d. concl.1. nu.26.*

Amplius dubitatur de minore, † curatorem habente, an il-
11 le abſque huius conſenſu, & auctoritate donationem mortis
cauſa in aliquem conferre queat? Quod licet neget Baldus *ad
tit.53. de pace tenenda inter ſubditos, §. item ſacramenta, lib.2.
feudor.* Alexand. *ad l.2.n.15. ff. de legat.1.* & Socinus Iunior. *ibi-
dem num.62.* attamen affirmantium ſententiam veriorem eſſe
reor: tum quia † pubes ſiue minor teſtamenti factionem ha-
12 bet, *l. à qua ætate, 5. ff qui teſtam. fac poſſ. l ſi frater 4. C. eod.* Qui
13 autem † poteſt donare, *l. Marcellus, 15. & d. l. tam is 25. ff. de
mort. cauſ. donat. l.1. §.1 ff. de tutel. & rationibus detrahen.* Tum
quia is, qui † mortis cauſa donat, non obligatur donatario: ſed
14 donationem hanc quouis tempore reuocare poteſt, *l. mortis
cauſa, 16. & l qui mortis 30. ff. de mortis cauſ. donat.* & indicabi-
tur infra *q. vlt.* Atque huic concluſioni ſubſcribunt Baldus ſi-
bi contrarius *in l. ſi curatorem, 3. C. de in integr. reſtitut. minor.*
Roderic. Suarez *allegat.20 n.1.* Michael Graſſus *in d. §. donatio
cauſa mortis, q.4.* eoſque referens D. Boecerus *in Comment. de
donationibus c.5.n.31.* Quibus adijciendus quoque eſt Thadeus
Piſo *dict. lib.4. variar reſolut. cap 4. n.12.* & Fachineus *d. lib.5.
controu. iur. cap.61.* vbi plures pro vtraque parte citat. *Harprec.*

QVÆSTIO VII.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Vſurarius manifeſtus an poſſit donare cauſa mortis.*

Ex Additionibus.

1 *An, & quatenus vſurarius manifeſtus mortis cauſa donare poſſit, diuerſæ referuntur opiniones.*
2 *An, & quatenus cæcus mortis cauſa donare valeat.*
3 *Donatio mortis cauſa ad exemplum legatorum redacta.*
4 *Quatenus cæcus legata relinquere queat.*
5 *Cæcus contrahere; & inter viuos donare poteſt.*
6 *Donatio mortis cauſa quatenus contractui aſſimiletur.*

QVæro tu ſcis, quod vſurarius manifeſtus non po- 1
teſt teſtari, niſi præſtita cautione *iuxta formam* a a
*quamquam. de vſur. in ſexto, vt dixi ſupra lib.3. §. teſtamen-
tum, q.26.* nunquid poterit donare cauſa mortis? Reſ-
pond. variæ ſunt in hoc articulo opin. Doctorum. Nã
Bald. *in leg executorem, n.11. C. de execut. rei iudic.* videtur
tenere, *b* quod ſic (licet ſe tremulentius id aſſerere di- b
cat, & ſupponat ſe iudicio ſanctæ eccleſiæ) & affir-
mat, quod multi valentes Doctores venerabilis Colle-
gij Mediolanenſis pro hac parte conſuluerunt; quam
dicit ſibi videri magis communem Ripa *in l.2. n 7. ff.
de leg.1.* quem refert Didacus *in Rubr. de teſt. in 3. parte
nu.11.* Contrariam tamen ſententiam, ſcilicet, quod
imo vſurarius manifeſtus nõ poſſit donare cauſa mor-
tis, multi tenuerunt. Et dicit Alexand. *in d. l. diſcretis.
nu.2. C. qui teſt. fac. poſſ.* quod hæc opin. videtur eſſe
magis communis, quem refert Curt. iun. *l. eius qui in
prouincia, nu 4. in fin. ff ſi cert. petat.* refert etiam, & ſe-
quitur Io. Dilect. *de arte teſtandi, lib.1. caut.7. nu.4.* Et
hanc ego etiam ſequor tanquam tutiorem, & magis
communem: aliter enim facile eludi poſſet diſpoſitio
d. c. quanquam. Quæ opin. multo magis procederet, vbi
huiuſmodi donatio cauſa mortis eſſet facta in teſta-
mento, vel eſſet de omnibus bonis, vel eorum maio-
ri parte, prout etiam fatentur illi, qui tenent contra-
riam partem: tunc enim proculdubio appareret illam
eſſe factam in fraudem. Et ab hac opin. quæ fauorabi-
lior eſt animæ, non recedas in iudicando.

ADDITIONES.

V*Surarius manifeſtus.*] Adde, quod vſurarius manifeſtus tunc dici poteſt, quando in iudicio illud crimen fuerit confeſſus, gloſſ. *in c.1. in verſic. manifeſtos,* quam communiter omnes ſequuntur, *de vſur. in 6.* quod amplia, etiamſi in confeſſione dixerit ſe ſimpliciter vſurarium; ſecundum Franc. ibi, & ita etiam tenent Abb. Ant. de But. & alij *in c. qui omnibus, de vſur.* Nota tamen, quod teſtes ſingulares non probant quem vſurarium manifeſtum, ſecundum Abb. *in c. cum in diœceſi,* vbi hanc dicit communem, de vſur. *Goucan.*

b *Videtur tenere, quod ſic.*] Quod † manifeſtus vſurarius 1
mortis cauſa donare non prohibeatur, præter Baldum, Franciſcum, & Couar. hic relatos, tenent Imola, & Romanus *in leg. tam is, 25. ff. de mort. cauſ. donat.* Tiraq. *in tract. de legibus connubial gloſſ.5. verb. contracter. n.77.* Petrus Heigius *part.2. qu.17. nu.43.* Probus *ad c. quanquam ſit c. vlt. de vſur. in 6. num.15.* hoſque laudans Matthias Berlichius *part.3. concluſ. practicabil. concluſ.1. nu.27.* Idemque ſcribunt Angelus *in ſua diſput. quæ incepit, Aſtenſis miles, q.4.* Caſtr. *conſ.160. lib.1.* Dec. *conſ.196.* Capra *conſ.92.* & Guilielm. de Bened. *in c. Raynutius 16. de teſt. in verb. teſtamentum, &c.*

Contrariam tamen ſententiam.] Quod vſurarius manifeſtus donationem cauſa mortis, priuſquam præſtiterit cautionem de reſtituendo vſuras idoneam, facere minime poſſit, vltra Clarum noſtrum, & alios, quos hic allegai, concludunt Baldus (parum ſibi conſtans) *conſ.194. n.1. & ſeq. volum.2.* Lupus *allegatione 125.* Laurent. de Rodulphis. *in tract. de vſur. q.100.* Ioannes Anania *in c. quia in omnibus, 3. col.16. de vſur.* Philipp. Francus *ad rubr. de teſt. lib 6. num.34.* Socin. Iunior *in l.2. nu.22. & 25. ff. de legat.1.* Domin. Cardinal. Tuſcus *practicar. concluſ.662. n.2. & ſeq. litt. D. tom.2.* D. Boecer. *in commentar. de donationibus c.5. n.32.* Michael Graſſus *lib.2. recept ſent. §. donatio cauſa mortis, q.5.* Natta *in l. hac conſultiſſima, 21. § ex imperfecto, 1. nu.45. C. de teſt.* Hippolyt. Riminald. *ad princ Inſtit. de donat. n.1721.* Petr. Nicol. Mozz. *in tract. de donat. tit. de perſonis, inter quas cadere poſſit donatio n.28* Andr. Fachineus *lib.5. controuerſ. iur. c.62.* Thadeus Piſo *lib.4. variar reſol. c.4. n.13.* & Nicol. Reuſner. *in tract. de iure teſtam part.2. c.47. nu.9.* Eandem rem explicui paulo vberius *ad §.1. Inſtit. de donat. num.46. & ſeqq.* vbi *nu.52.* limitationem in Iudæo fœneratore expoſui.

Addi hoc loco quæſtio poterit de cæco, an iſte † mortis cau- 2
ſa donare queat abſque ſolemnitate *l. hac conſultiſſima, octauo,*

C. qui testam. fac. poss. Quod licet affirmet Romanus in d. l. tam is, 25. §. 1. ff de mort. caus. donat. Bald. & Fulgos. in l. fin. C. eod. Piso d. c. 4 n. 17. & hanc communem esse opinionem asserit Riminald. ad d. princip. tit. Inst. de donationibus n. 1767. atque ab ea non esse recedendum existimet Michael Grassus lib. 1. receptar. sent. §. donatio causa mortis, q. 7. in fine. attamen negatiuæ sententiæ non inepte patrocinantur Ruinus in d. l. 3 1. ff. de legat. 1. & D. Bocerus prædicto cap. 5. n. 35. Donatio † siquidem mortis causa ad exemplum legatorum redacta est fere per omnia, §. 1. versf. hæ mortis causa Instit. de donationibus l. Marcellus 15. in fine l. illud generaliter. 37. ff. de mort. caus. donat. l. vltim. ibi, omnes mortis causa donationes, C. eodem. Atqui † cæ-4 cus legata relinquere non potest, nisi obseruata solemnitate dicta l. hac consultissima, 8. versic. Qua in eundem modum, C. qui testament. facer. poss. Non obstat, quod † cæcus contrahere pos-5 sit, & donare inter viuos: donatio autem mortis causa, quoad initium, similis sit magis contractui, quam vltimæ voluntati: Cum enim isthæc testamentaria solemnitas, introducta sit, ne cæcus ob visus defectum decipiatur: multo magis in donatione mortis causa exigitur ea solemnitas: cum cæcus in illa agat cum eo ipso, qui lucrum ex donatione percepturus est. Et quamuis donatio mortis causa, quoad initium, contractui magis, quam vltimæ voluntati, similis videatur; cum consensus donantis, & donatarij mutuo constet: quia tamen consensus hic donantem non obligat, & potius vis, ac effectus negotij huius spectandus est, & ex eo genus ipsius æstimandum: vltimæ voluntati, legata scilicet, magis accedit, quam contractui, docente D. Bocero loco præallegato. Harprec.

QVÆSTIO VIII.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Pater an possit donare filio in potestate.*
2 *Et an in remunerationem meritorum.*
3 *Et an requiratur, quod merita æquiualeant donationi.*
4 *Et quid si non æquiualeant in totum, sed excedant dimidium eius, quod donatur.*
5 *Et an valeat donatio facta per patrem filio in præmium emancipationis.*
6 *Et an ex causa studij.*
7 *Et an donatio facta à patre filio morte confirmetur.*
8 *Et an confirmetur iuramento.*

Ex Additionibus.

1 *Cur simplex donatio inter patrem, & filiumfamilias non valeat, multiplex ratio.*
2 *Pater & filius vna eademque persona censetur.*
3 *Quicquid filiusfamilias acquirit, patri acquirit.*
4 *Nemo sibi ipsi donare potest.*
5 *An summus Princeps filiofamilias recte donet.*
6 *An remuneratoria donatio patris in filiumfamilias facta subsistat.*
7 *An merita per filium probanda sint.*
8 *An item merita rei donatæ æquiualere debeant.*
9 *An, & quatenus pater donare filio possit causa studiorum, remissiue.*
10 *An regulariter filius sumptus studiorum à patre concessos, itemque libros emptos conferre teneatur.*
11 *An pater ad subministrationem sumptuum studiorum causa à filio cogi possit.*
12 *Nomine alimentorum quid veniat.*
13 *Filio iure naturæ alimenta debentur.*
14 *Sententia* l. de bonis. 6. § non solum. 3. ff. de carbon. edict.
15 *Consideratio* l. Macedoniani. 5. C. ad SC. Macedonian.
16 *Expositio* l. item si filiusfamilias. 7. §. quod dicitur. 13. ff. d. titul.
17 *Pater filiam dotare tenetur.*
18 *Ciuitas liberis hominibus replenda, maxime eruditis.*
19 *Laus, & vtilitas sacrosanctæ Theologiæ.*
20 *Elogium, & necessitas nobilissimæ Iurisprudentiæ.*
21 *Præconium saluberrimæ Medicinæ.*
22 *Encomium Philosophiæ.*
23 *Respublica absque viris eruditis diu consistere nequit.*
24 *Patres, filiis necessarios sumptus denegantes, iure canonico excommunicantur.*
25 *Testimonia Iuris diuini.*
26 *Testimonia Ethnicorum.*
27 *Refutatio contrariorum.*
28 *Ius patriæ potestatis in pietate potius, quam atrocitate, consistere debet.*
29 *Filij ad indignationem, aut iracundiam non prouocandi.*
30 *Patri moderata quædam liberorum castigatio mandata ac permissa.*
31 *Filius contumax, ac proteruus lapidibus obruendus.*
32 *Sententia* l. si filius. 3. C. de patr. potest.
33 *Quo casu pater impune occidi à filio possit.*
34 *Periclis egregium dictum.*
35 *Quousque parentibus obtemperandum.*
36 *Interpretatio* l. quæ pater. 50. famil. erciscund.
37 *Eadem solutio non potest parere duos contrarios effectus.*
38 *Donari quid dicatur.*
39 *Ex qua causa pater ad subministrationem sumptuum, in studia filij impendendorum, obligatus censeatur.*
40 *Ex naturali obligatione nulla oritur actio.*
41 *Quo remedio pater ad sumptus studiorum causa suppeditandos compellatur.*
42 *Iudicis officium qui implorare potest, actionem habere dicitur.*
43 *Pater, qui dotem dat, naturale debitum exoluere putatur.*
44 *Mens, & intellectus* l. omnimodo. 50. §. imputari. C. de inoffic. testam.
45 *Probabile argumentum ab armata militia ad legalẽ.*
46 *Militia pro officio quodam in iure accipitur.*
47 *Intellectus* l. vlt. ff. de hæred. petit.
48 *Honos alit artes.*
49 *Quibus casib. pater à filio ad subministrationem sumptuum studiorum causa cogi nequeat.*
50 *Donatio à patre in filiumfamilias facta confirmatur tum morte ipsius patris, tum tacita ratihabitione patris post filij emancipationem.*
51 *An donatio isthæc confirmetur iureiurando patris.*
52 *Quod filiusfamilias acquirit, patri acquiritur, licet obligatio sit.*
53 *Inter patrem, & filium lis nulla esse potest.*
54 *Iuramentum est accessio donationis, qua non subsistente, nec ipsum iuramentum subsistit.*
55 *Quod vna via prohibitum est, alia permitti non debet.*
56 *Sensus* l. cum pater. 77. §. filia matrem. 23. ff. de legat. 2.
57 *Intellectus Auth. sacramenta puberum.* Cod. si aduers. vendit.

QVæro, nunquid pater possit donare filiofam. in 1
eius potestate existenti? Respond. quod regulariter *a* donatio inter patrem, & filium nihil valet. Text. *a*
est in l. donationes, quas parentes. C. de donatio. inter vir. & vxor. & hæc opin. communiter per Doctores approbatur, vt dicit Albert. in l. si pater. circa prin. C. de inoffic. testam. Illam etiam dicit esse communem Paris. cons. 6. n. 19. lib. 2. Cum enim regulariter, quidquid acquirit filius, acquirat patri, impossibile est iuris impossibilitate, quod pater aliquid donare possit filio, ita vt dominium in illum transferatur, cum neque momento apud ipsum remanere possit, sed omnino sit in ipsum patrem donantem illico reuersurum.

Hæc tamen conclusio intelligenda est, vt procedat in simplici donatione, scilicet quæ nullam causam habet annexam, nisi puram, & meram liberalitatem: ceterum si donatio innitatur alicui causæ, facile sustinetur. Hinc infertur, quod si filius *b* in patrem aliqua be- *b*
neficia

2 neficia contulerit, poterit pater illi donare in remunerationem huiusmodi meritorum, & donatio ipsa valebit. Ita tenet gloss. *in l. si donatione. in gloss.* 1. *C. de collat.* cuius opin. communiter approbatur, vt ait Dec. *in ea l. si donatione, n.* 10. Rimin. *cons.* 240. *num.* 3. Talis enim donatio, quæ fit in remunerationem meritorum, non est proprie donatio, vt dixi supra, *q.* 3. Sed aduerte, quia in hoc non statur assertioni patris attestantis de meritis, etiamsi illa exprimeret in specie, sed merita ipsa
c c probanda sunt per filium. Ita communiter tenetur, vt dicit Ias. *in repet. l. frater à fratre, post nu.* 44. *versic. Secundo limita. ff. de cond. indeb.* Corn. *consil.* 289. *colum. final. in littera D. lib.* 4. Hanc etiam conclusionem dicit esse communem Ruin. *cons.* 44. *circa fin. lib.* 5. Vbicunque enim donatio fit inter personas prohibitas, semper est necessaria probatio meritorum, vt dixi *in allegata qu.* 3. *vers. Sed hic occurrit.*

Scias tamen, quod non sufficit subesse aliqua meri-
d ta, sed requiritur, *d* quod ipsa merita æquiualeant do-
3 nationi, alias autem donatio ipsa non valebit, nisi quatenus capiunt merita, pro residuo vero censebitur donatio simplex, vt dixi *in eadem quest.* 3. *versicul. Sed nunquid.*

4 Sed pone, quod merita non æquiualeant in totum donationi, excedant tamen dimidium eius, quod donatur, nunquid sufficiet ad hoc, vt merita dicantur æquiualere donationi? Respondeo: Bald. *in Authent. ex testam. colum.* 2. *versic. Sed contra hoc facit. Codic. de collat.* videtur tenere, quod sufficiat, quod merita saltem non sint intra dimidium iustæ mensuræ, *argum. l.* 2. *C. de rescind. vendit.* sed in contrarium est communis opin. vt attestatur Socin *cons.* 19. *nu.* 9. *lib.* 1. scilicet, quod hoc non sufficiat, alias enim facile esset facere fraudem legi, si pater faceret aliquam rem magni valoris sibi per filium donari, vt ipse deinde posset illi duplum donare, quod nullo modo est dicendum. Veritas igitur est, quid in hoc, an scilicet merita æquiualeant donationi, vel ne, standum est arbitrio iudicis, vt dixi *in d. quæst.* 3. *vers. Sed quæro.*

5 Secundo infertur, quod si pater aliquid donet filio in præmium emancipationis, talis donatio valet, vt traditur *in l. vt liberis. C. de collat.* & ita commun. concluditur, teste Socin. *cons.* 127. *n.* 13. *lib.* 3. Et si dicas, quod imo talis donatio dicitur donatio simplex, non autem ob causam, quia in emancipatione filius dicitur potius acquirere, & sic fieri melioris conditionis, & ideo improprie videtur dici huiusmodi donatio fieri in præmium emancipationis. Et quod sit donatio simplex, attestatur communiter teneri Alexand. *cons.* 21. *post num* 9. *lib.* 3. quam etiam opin. dicit esse commun. Riminal. *cons.* 409. *n.* 8. Resp. quod satis potest dici talis donatio fieri præexistente causa emancipationis, vt scilicet filius emancipationi consentiat. Nam filius non potest à patre inuitus emancipari §. *generaliter. in Auth. quib. modis natur. effi. sui, cum sim.*

e Tertio infertur, quod si pater, *e* libros, vel aliquid a-
6 liud filio donauerit ex causa studij, talis donatio facta, præexistente dicta causa, sustinetur, nec potest à patre reuocari. Ita tenet Ang. *in l.* 1. *in vlt. verbis ff. soluto matr.* & est commun. opin. vt ait Ias. *in ea l.* 1. *n.* 52. subdens; quod ab ea non esset recedendum. Hæc tamen decisio non transit sine difficultate. Multi enim Doctores, & magnæ auctoritatis tenuerunt contrarium, scilicet quod imo talis donatio non valeat: & hanc dicit videri magis commun. Ripa *in d. l.* 1. *n.* 140. Dicit etiam Alexand. *in l. in quartam. n.* 22 *in fin. ff. ad l. Falc.* quod magis commun. conclus. videtur esse, quod si filius est in potestate, & non sit Doctor, talis donatio non valeat. Sed quidquid sit, ego si casus contingeret, non recederem à prima opin. modo donatio non esset immodica, neque alia vlla suspicio fraudis subesset. Est enim causa studiorum valde fauorabilis, vt s. adolescentes erudiantur, quod Reip. maxime interest. An autem si pater tradiderit filio libros ex causa studij, censeatur eos illi donasse, & an filius *f* illos habeat præcipuos, an *f* autem sint cum fratribus conferendi, dixi supra *lib.* 3. *§ collatio.*

Scias etiam, quod hæc conclusio, quæ habet, quod 7 pater non potest filio donare, intelligenda est, vt procedat ab initio: stante enim iuris impossibilitate, de qua superius dixi, non potest huiusmodi donatio aliquo modo in vim contractus simpliciter sustineri, sed si pater donationem ipsam non reuocauerit, bene eius morte *g* confirmatur. Et hæc est communis opin. *g* vt dicit Alber. *in l. si pater, circa princ. C. de inoff. test.*

Sed quæro, tu scis, quanta sit virtus iuramenti, de quo late dixi *infra, lib.* 7. §. *Iuramentum.* Pone, quod pater in donatione, quam facit filio, apponat iuramentum, nunquid ex virtute iuramenti *h* donatio ipsa con- *h* firmabitur, ita quod statim ab initio valida sit? Resp. 8 super hoc articulo aliquando fuit controuersia inter DD. Nunc autem fere omnes transeunt cum hac sententia, quod confirmetur *i* iuramento. Quam in pri- *i* mis tenuit Bald. *in l. fin. n.* 8. *C. de vsucap. pro donat.* & dicit esse communem Alex. *cons.* 8. *lib.* 2. prout illum refert Ruin. *cons.* 121. *post n.* 1. *lib.* . . *licet in libro meo.* Alex. *n.* 3. & vbi attestatur de communi, loquatur de donatione inter virum, & vxorem, Corneus *cons.* 289. *lib.* 4. prout illum refert Episcopus Loazes *in suis allegat. pro Marchione Velez, fol.* 84. *post n.* 20. Socin. *cons.* 91. *nu.* 8. *lib.* 1. & *cons.* 107. *n.* 1. *lib.* 3. & *cons.* 131. *n.* 3. *lib.* 4. Iason *in lectura l. frater à fratre, col. penul. & fin. ff. de condit. indeb.* & *cons.* 184. *colum. fin. vers. Præterea talis, lib.* 2. & *cons.* 118. *n.* 1. *lib.* 4. Dec. *in l si donatione. n.* 33. *C. de collatio.* & *cons.* 216. *n.* 2. & *consil.* 239. *n.* 1. & *cons.* 414. *n.* 12. & *cons.* 432. *n.* 5. & *consil.* 631. *post nu.* 5. & *cons.* 688. *post n.* 11. Bertrand. *cons.* 39. *nu.* 1. *lib.* 1. *in* 2. *parte,* & *cons.* 89. *n.* 1. *eod. vol.* & *cons.* 144. *n.* 1. *eod. volum.* & *cons.* 173. *n.* 3. *eod. vol.* & *cons.* 206. *nu.* 7. *in fin. eod. volum.* & *cons.* 8. *n.* 1. *lib.* 2. *in* 2. *parte,* & *cons.* 138. *n.* 4. *eod. volu.* & *cons.* 97. *post nu.* 1. *versic. Præterea, lib.* 3. *in* 2. *parte,* & *cons.* 203. *num.* 5. *eod. vol.* & *cons.* 208. *n.* 6. *eod. volum.* Ripa *in l. si vnquam, nu.* 35. *C. de reuoc. donat.* & *lib.* 3. *Resp. cap.* 5. *nu.* 4. *post n.* 8. Rubeus *cons.* 130. *nu.* 5. & *cons.* 145. *nu.* 10. Paris. *cons.* 53. *num.* 3. *lib.* 1. & *cons.* 33. *nu.* 35. *lib.* 3. Alciat. *in c. cum contingat, nu.* 207. *de iureiur.* & *in l. probrum, in verbo, Non natura ff. de verb. signif.* Bello. *cons.* 15. *post n.* 11. Crauett. *cons.* 19. *nu.* 1. & *cons.* 102. *post nu.* 1. *vers. Sed præmissis,* & *cons.* 136. *n.* 2. Gratus *cons.* 7. *nu.* 8. *lib.* 2. & *cons.* 63. *nu.* 23. *eod. vol.* Ioan. Dilect. *de arte testandi. tit.* 3. *caut.* 2. *num.* 2. Duennas *reg.* 219. *in* 2. *amplia. versic. Pro qua opin.* Neuiza. *cons.* 8. *post nu.* 3. vbi recenset auctoritates Apostilla. ad Rimin. *consil.* 383. *sub nu.* 14. Et secundum hanc opin. in facti contingentia iudicauit Parlamentum Delphin. vt per Guid. Papæ *decis.* 146. Hæc enim incapacitas, quæ est in contractibus inter patrem, & filium, est à iure ciuili introducta, & sic non impedit oriri naturalem obligationem, qua præsupposita, non videtur dubitandum, quin iuramento confirmetur. Et quia hæc res in practica nullam solet habere difficultatem, ineptus esset aduocatus, qui illam vellet in disceptationem deducere. Faciunt, quæ dixi infra, *q. prox. vers. Sed quid si in ipsa.*

ADDITIONES.

R*Egulariter donatio inter patrem, & filium nihil valet.*] Ratio, cur † simplex donatio inter patrem & filiumfamilias nõ valeat, est perspicua: tum quia † pater, & filius vna eademque persona censentur *l. vlt. in fin. C. de impuber. & al. substitutionibus.* Tũ quia † quicquid filiusfamilias acquirit, id iure pa- a 1 2 3

triæ potestatis patri acquirit. *l. 1. ff. si quis à parent. fuer. manumiss. & l. placet. 79 ff. de acquir. vel omitt. hæredit.* Non ergo do-
4 natio subsistere potest: quia † nemo sibi ipsi donare potest. *l. si quis pro eo. 56. §. 1. ff. de fideiussor.* & quia differentia esse debet inter dantem, & accipientem *arg. d. l. si quis. 56. §. 1 ff. eod.* quia denique eo momento, quo rei donatæ dominium transit in filium, id mox ad patrem reuertitur. *d. l. placet. 79. ff. de acquir. vel omitt. hæred.* D. Obrecht. *in œconomia donationu. disput. 1. th. 225. cum sequentibus*, & arguit hic noster Clarus. Andr. Gail. *lib. 2. obseru. 38. n. 2. & seq.* Ioan. Gutierez. *in tract. de iuramenti confirmat. par. 1. cap. 4.* Menoch. *de præsumptionib. li. 3. præsumpt.*
5 *29. nu. 2. & seq.* Enimuero † summum principem filiofamilias recte donare censent Oldradus *cons. 231.* Aretin. *in d. l. placet. 79 ff. de acquir. vel omitt. hæred.* Roma. *cons. 456.* Gail. *d. obs. 38. n. 16.* D. Bocer. *In Commentar. de donationibus* ... Menoch. *d. præsumpt. 29. n. 97.* & alij ab ... At verius videtur, hunc casum à superiori regula inepte excipi. Nam in regula de donatione patris, & filij agitur. Hic autem tractatur de donatione Principis erga filium, & quidem vt Principis, non patris, erga filium. Non ergo est exceptio pertinens: cum plane à regula sit aliena; vt, post Riminaldum iun. *ad §. 3. Inst. de donationib. n. 61.* docuit D. Obrechtus *d. disp. 1. th. 230. & seq.* Harpr.
6 b *Si filius in patrem aliqua beneficia contulerit.*] Remuneratoriam † donationem patris in filiumfamilias factam valere, vltra Clarum nostrum, & pereum adductos hoc loco, scribunt Bart. *n. 57.* Ioan. Baptista à Sancto Seuerino *n. 64.* Crotus *nu. 67.* Corasius *nu. 47.* & Cagnolus *nu. 319. in l. frater à fratre. 38. ff. de condict. indebit.* Gail. *d. obser. 38. nu. 5.* Roland. à Valle *cons. 98. nu. 48. lib. 1.* Tiraquell. *in l. si vnquam. 8. verb. donatione largitus. nu. 20. C. de reuocand. donat.* & Fachineus *lib. 5. controuers. iur. cap. 74.* Tametsi hanc receptissimam sententiam speciosis argumentis impugnent Menochius *dict. lib. 3. præsumpt. 29. nu. 4. cum seqq.* Arius Pinelus *in l. 1. par. 3. num. 61. C. de bonis matern. & in l. 2. par. 1. cap. 4. num. 4. C. de rescind. vendit.* Lancelot. Polit *in repetit. l. filium quem. 24. C. famil. ercisc. c. 22. colum. 1. vers. secunda conclusio, &* Arumæus *Exercit. Iustin. 6. th. 13.* D. Obrecht. *d. disput. 1. th. 239. cum seqq. & disput. 5. th. 159. & seqq.* Harprec.
7 c *Sed merita † ipsa probanda sunt per filium.*] Hac de re adde videndum Bartolum *in d. l. frater à fratre. 38. n. 57. ff. de condict. indebit.* Mynsinger. *cent. 4. obser. 75.* Ioannem Gutierrez *dict. tract. de iuram. confirmat. part. 1. cap. 5. n. 2. cum seqq.* Menoch. *d. præsumpt. 29. n. 14. cum seqq.* Tiraquellum *in d. l. si vnquam. 8. verb. donatione largitus. n. 71. & multis seqq. C. de reuocanc. donationib.* & D. Collegam Bocerum *d. commentar. de donationibus cap. 3. n. 15. circa finem & cap. 13. n. 10. & 14.* Harprec.
d *Requiritur, quod ipsa merita æquiualeant donationi.*] Vt
8 valeat † remuneratoria patris in filiumfamilias facta donatio, inter cetera requiritur, vt merita rei donatæ æquiualeant; quemadmodum tradiderunt Bartol. *in d. l. si quis pro eo. 56. §. 1. ff. de fideiussorib.* Decius *in l. petens. 17. n. 16. C. de pact. & in l. si donatione. 13. nu. 16. C. de collationib.* Ruin. *consil. 60. nu. 16. lib. 3.* Ioan. Lopes *in rubr. extr. de donat. inter vir. & vxor. §. 50. nu. 29.* & alij, quos refert Menochius *d. præsumpt. 29. nu. 21. & seqq.* Hucque pertinent, quæ annotauimus supra *ad quæst. 3. num. 5. & sequentibus.* Harprec.
e *Libros.*] Et de libris emptis per patrem filio Doctori, & ei traditis, quod non imputentur in legitimam, crebrior est DD. sententia, vt per Roland. *in consil. 12. dixi in collecta mea commu. opin. in verb. liber n. 9.* Et de libris emptis filio scholari, qui postea studium compleuit, & doctoratus insignia adeptus fuit ante mortem patris, quod haud computentur, commune post Alexand. *consil. 142. nu. 25. volum. 2.* & Roland. *eod. cons. 11. in 2. dub. lib. 2. dixi in d. collecta mea commun. opin. eod. loco n. 10.* Et regulam, quod filius scholaris haud teneatur libros à patre traditos post eius mortem conferre cum fratribus, sed habeat illos præcipuos: vide per Duen. *in reg. 371.* Et de libris emptis, & traditis filio Licentiato ante mortem patris, qui similiter non computentur, dixi vbi sup. *n. 1.* Et idem de libris emptis, & traditis filio clerico, commune; post Roland. *dict. cons. 11. dixi in dict. collect. mea comm. op.* vbi *sup n. 12.* Giach.
Si pater libros, vel aliquid aliud filio donauerit ex causa stu-
9 *dij, &c.*] An, & quatenus † pater donare filio possit causa studiorum, vltra Clarum hic nostrum, explicant Crotus *in d. l. frater à fratre. 38. n. 87. ff. de condict. indebit.* Fernandus Loazes *in l. filiusfamilias. 114 §. diui nu. 85. ff. de legat. 1.* Socin. *in tract. fallent. regul. 103 fallent. 3.* Rebuff. *in tract. de priuil priu 60. n. 1.* Petrus Duennas *in reg. 87 n. 1. & in reg. 221. in fin.* Menoch. *d. præsumpt. 29. n. 86.* aliique per hos recensiti. *Harprec.*
f *An filius illos habeat præcipuos, an autem sint cum fratribus*
10 *conferendi.*] Quod † filius regulariter sumptus studiorum à patre concessos, itemque libros emptos conferre non teneatur, probatur per textum vulgatum, & expressum *in l. quæ pater. 50. ff famil. ercisc.* Idque latius declarant Bartol *in l. 1. §. nec castrense. 15. ff. de collat. bonor.* Baldus *in l. filia. 18. C. famil. ercisc.* Iason. *in auth. quid locum. C. de collationib.* Vital. *in tract. de collat. quæst. 1. & 18.* hosque referens Hartmanus Pistoris *lib. 1. quæst. 19. per tot.* Eadem de re videantur Ioannes Schneidevvinus *ad §. quadam actiones. 20. Inst. de actionib. sub tit. de actione famil. ercisc. n. 42. & seqq.* Petrus Gregor. Tholosan. *lib. 44. Syntag. iur. vniuers. num 44. cum seq.* Ioan. Garzias *in tract. de expens. & meliorat. ca. 4. num 6. cum seq.* Sichard. *ad l. pactum dotale. 3. num. 1. C. de collationib.* Ludo. Schvvartzmaier. *lib. 1. miscell. c. 12.* Rutger. Ruland. *part. 4. de commiss. lib. 5. cap. 14.* Trentacinq. *lib. 1. resol. 5. de legit.* Quirin. Kubach. *cent. 2. quæst. iur. illustr. decur 9. q. 7.* Giphan. *in antinom. iur. ciu. disp. 1. in coroll* Cuiac. *lib. 3. obs. 30.* Thoming *dec. 32.* Arumæus, *disp. Pandect. 8. th. 15.* Cothman *responsi. 16. volum. 4.* vbi vtramque in partem multas rationes affert. Porro, quæ pronunciato nostro obstare videntur, accurate refutauimus *in orationibus nostris, Orat. 24.* item *in §. alia autem 2. Instit. de donat. n. 54. & seqq.*

Illud hic addendum, pauloque fusius demonstrandum est: quod †. pater ad subministrationem sumptuum studiorum 11
causa à filio cogi possit, per textum *in l. si quis à liberis. 5. §. non tantum. 12. ff. de agnoscend. & alend. liber.* vbi Vlpianus, non tantum, inquit, alimenta, verum etiam cetera quoque onera liberorum, patrem à Iudice cogi præbere. Quid per cetera onera, Iurisconsultum intellexisse putabimus? an † ea, 12
quæ alias in legatis nomine alimentorum veniunt? vt sunt vestitus, & habitatio, *iuxta l. legatis 6. ff. de alimen. vel cibar. legat.* At quis negabit, aliam esse rationem in legatario, cui saltem iure testamenti alimenta legata debentur, vt merito eo legato tantum vestitus, & habitatio, non autem cetera, quæ ad disciplinam pertinent, contineri debeant: aliam in † 13
filio, cui iure naturæ alimenta, id est, omnia ea, quæ ad vitam humanam honeste sustentandam necessaria sunt, pater præstare tenetur? Proinde cum pater liberis non alimenta solum, sed & cetera onera præbere iubeatur: quis non videt, per cetera onera Iurisconsultum dicto loco aliquid amplius requirere voluisse, nempe sumptus, qui ad disciplinam pertinent: quos alias sub alimentorum legato non contineri, Iauolenus respondit, *in d. l. legatis. 6 ff. de aliment. vel cibar. legat.* Accedit textus † clarior *in l. de bonis. §. 6. non solum 3. ff. de Carbon. edict.* 14
vbi Paulus, non solum, inquit, alimenta Pupillo præstari debent: sed & in studia, & in ceteras necessarias impensas debet impendi, pro modo facultatum: Idcirco iubetur quoque tutor mercedes constituere pupilli præceptoribus ab eodem Iurisconsulto, *in l. cum plures. 12. §. cum tutor. ff. de administrat. & peric. tutor.* Nemo autem, opinor, dubitabit: multo magis hoc à patre requirendum, cum à tutore id exigi videamus.

Huc faciunt & alij apertissimi iuris nostri textus. Quid etenim † aliud vult Alexander Imp. *in l. Macedoniani. 5. C. ad* 15
SC. Macedonianum? vbi disertis verbis rescripsit: non obstare senatusconsulti Macedoniani auctoritatem, quo minus pecunia filiofamilias studiorum causa alibi degenti credita, à patre exigi possit. Huic consentit Vlpianus *in † l. item si filiusfamilias. 7. §. quod dicitur 15. ff. eod. titul.* Quod dicitur, ait, 16
in eo, qui studiorum causa absens mutuum acceperat, cessare senatusconsultum: ita locum habet, si probabilem modum in mutua pecunia non excessit, &c. Vbi in sequentibus, ad verbum, solebat, plus dicit Accursius, subiungens: patrem teneri ad solutionem pecuniæ, studiorum causa filiofamilias creditæ, licet contra voluntatem eius in Scholis filius versetur. Quocirca exponit verbum solebat, pro solere debebat: vt & *in d. l. Macedoniani 5. verb.* non recusaret, pro, non recusare deberet. Euidens etiam pro hac sententia ratio desumi potest à dote: ad † cuius præstationem patrem teneri, extra omnem 17
dubitationis aleam positum est. *leg. qui liberos. 19. ff. de rit. nupt. l. vltim. §. vtramque. C. de dot. promiss.* Quid ita? nempe † vt ciuitas liberis repleatur. *l. 1. ff. solut matr.* Quis vero 18
ingenio tam hebes, qui non intelligat pluris interesse Reipublicæ, repleri eam viris eruditis, quam nudis, ac rudibus hominibus, qui nec Deo, nec hominibus proficui sint? Quid enim est Respublica sine consilio? Quid consilium sine erudita sapientia? Qualis autem sapientia, sine sacrosancta Theologia? sine diuina Iurisprudentia? sine aureæ Medicinæ scientia? sine præclaro Philosophiæ studio? Etenim † 19
absque Theologiæ notitia in tenebris totus misere palpitaret mundus: omnes densa cæcitatis caligine mersi essent: nulla salutis spes. nulla conscientiæ tranquillitas apud homines inuenienda: sed æternæ mortis supplicium, & præsentissimum animæ periculum expectanda forent. Sine † Iurisprudentiæ 20
scientia nulla subsistit Respublica: pax omnis exulat: pessum abit concordia: societatis humanæ vinculum rumpitur: in exilium relegatur pietas: cœlum terræ, quadrata rotundis miscentur: veritas ipsa periclitatur: & diuina illa Astræa à mortalibus secessum facit: honestas deniq; omnis funditus extirpatur, Cui nam sine Iurisprudentiæ cognitione exploratum esse poterit, quid suum, quid alienum? Quis suum cuique ius reddet? Quis viduæ, pupillo, inopi, oppresso, peregrino succurret? Quid erit inter mortales æquabile? Quid iustum? Quid

concors?

concors? Vbi vlla sedem fixam habitura est virtus, si Iurispru-
21 dentiam sustuleris: Quid † vero de aurea dicam medendi facultate? Quæ corporis sanitatem tum integram retinet, tum amissam recuperat: corporis, inquam, sanitatem, omni auro,
22 atque argento longe pretiosiorem. Quam item † necessaria Reipublicæ sit Philosophia, vel vnico diuini Platonis testimonio euincitur, quo tum demum beatas fore Respublicas dixit, si eas aut Philosophi cœpissent regere, aut qui regerent, philo-
23 sophari. Cum † igitur Respublica absque viris eruditis diu consistere atque conseruari nequeat: quid ni studiorum maior, quam dotis, vel alimentorum fauor habeatur? Et cum ad dotis, ac alimentorum præstationem ex necessitate pater teneatur: quid ni etiam ad subministrationem sumptuum stu-
24 diorum causa faciendorum? Hinc de † iure canonico patres filiis suis istiusmodi sumptus denegantes, excommunicati censentur. Si quis reliquerit proprios filios, & non eos aluerit, & (quod pietatis est) necessaria non præbuerit; sed sub occasione continentiæ negligendos putauerit, anathema sit *cap. si quis reliquerit.14.dist.30.*

25 Cum † quo, & ius diuinum euidenter consentit. Si filij tibi sunt, erudi illos, traditur *Ecclesiastic.cap.7.ver.25.* Noli subtrahere à puero disciplinam, inquit sapientissimus Rex Salomon, *prouerb.cap 23.ver.13.* Item, erudi filium tuum, & refrigerabit te, & dabit delicias animæ tuæ, idem Rex inculcat, *Prouerb.29.*
26 *ver.17.& alibi.* Hæc tam † obuia, tamque nota sunt, vt etiam Ethnici extra verbum Dei illa haud inuiti comprobent. Vnde Philosophorum Princeps Aristoteles ad Alexandrum in hæc verba scripsit: præcipe hominibus tuis, vt doceant filios suos scientiam litterarum. Hinc quoque vt patres ad filios erudiendos eo magis incitarentur, legem tulit prudentissimus Atheniensium Legislator Solon, qua sanciebatur, filium ad alimenta necessaria patri non teneri, quando pater ei nullam artem contulisset. Ex quibus omnibus liquido apparet: patrem à filio omnino cogi posse ad necessarios sumptus studiorum causa præstandum.

27 Nihil iuuat † duros, iniquos, & tenaces illos parentes (qui sumptus studiorum filiis prorsus denegant) ius patriæ potestatis, quod olim vitæ, & necis fuit in liberos, attestante Paulo IC. *in l. in suis.11 ff de liber. & posth. heredib. instit.*

28 Etenim † tam ex iure diuino, quam iure ciuili constat, quod ius illud in pietate potius, quam in atrocitate consistere debeat. *l. diuus.5. ff ad leg. Pomp. de parricid. l. vnic. Cod. de his, qui parent. vel lib. occid.* Patres (inquit Diuus Apostolus, gentium ille Doctor, Paulus, *Epistol. ad Colossens. c.3. ver.21.*) nolite
29 † ad indignationem prouocare filios vestros, vt non pusillo animo fiant. Item, nolite ad iracundiam prouocare filios vestros: sed educate illos in disciplina, & correptione Domini, *Ephes.6.v.4.* Permissa † equidem patri est, imo vero mandata
30 ac præcepta decens, & moderata quædam castigatio, ac liberos corrigendi potestas, *Prouerb c.13 ver.24. c.19. v.18 c.23. v. 13 & 14. & 29 v.15. item Eccl. cap.30. v.8. & aliquot seqq.* Veruntamen hæc, & alia complura sacræ Scripturæ loca proteruos in primis, & contumaces liberos concernunt. Ita enim habetur *Deuter. cap.21. ver.18. & tribus seqq.*

31 Si † genuerit homo filium contumacem, & proteruum, qui non audierit patris, ac matris imperium, & coercitus obedire contempserit: apprehendent eum, & ducent ad Seniores ciuitatis illius, & ad portam iudicij, dicentque ad eos: Filius noster iste proteruus, & contumax est: monita nostra audire contemnit: comessationibus vacat, & luxuriæ, atque conuiuiis: lapidibus eum obruet populus ciuitatis, &c. Quo respicit etiam rescriptum Alexandri Imperatoris *in l. filium.3 C. de patr potest.*
32 quo † patri permittitur castigare filium suum, qui pietatem patri debitam non agnoscit, & in hac contumacia perseuerat. Ast in eo, qui nec contumax, nec proteruus est, nulla emendatio necessaria est. Cur itaque ius patriæ potestatis eo vsque extenderemus, vt eius vigore patri licitum esset filium studiis deditum pro lubitu ab iisdem abstrahere? Imo vero ipse pater necessarios filio sumptus renuens; sicque pietatem debitam non agnoscens, indignum se reddit patria potestate. Et certe haudquaquam putare debemus, hodie præsertim, tantam esse vim patriæ potestatis, vt eius prætextu quiduis patri in liberos concessum sit, aut vt propter eam aliquid contra pietatem, honestatem, ac bonos mores facere, aut aduersus
33 Rempublicam moliri audeat. Nam † contra potius constat, patrem, qui ad delendam, atque oppugnandam patriam venit, non solum impune à filio occidi posse; sed & præmio filium idcirco afficiendum esse, testante Marcello IC. *in l. minime.35 ff de relig. & sumpt. funer.* Notum † est illud Periclis, qui
34 rogatus ab amico, vt pro causa eius falsum deieraret, respondit: oportere me iuuare amicos, sed vsque ad aram, hoc est, religionem; vel conscientiam. Idem quoque huc non inepte accommodari posse videtur. Etenim † obtemperandum quidem
35 parentibus: sed vsque ad aram, id est, dummodo non impia, non iniqua, non improba, non talia, quæ ad euersionem, & interitum Rerumpublicarum tendunt, postulent. Hic nimirum

cessant sacra paterna: hic nullum sibi vendicat locum nexus paternus: hic amittit vires suas familiæ vinculum: facile vt appareat, inscite, & minus argute ratiocinari eos, qui concludunt, quod pater iure patriæ potestatis possit filium suum tam à studiis prorsus ab initio detinere, quam sumptus postmodum denegare, adeoque pro liberrima voluntate sua à studiis inceptis reuocare.

Sed (inquiunt Parentum istiusmodi iniquorum defensores) aliæ firmiores rationes pro parentibus, sumptus studiorum filiis denegantibus, militare videntur. Primo † enim Vlpianus 36
in d. l. qua pater. 50. ff. famil. ercisc. Quæ pater, ait, filio emancipato studiorum causa, peregre agenti subministrauit, si non credendi animo pater misisse fuerit comprobatus, sed pietate debita ductus: in rationem portionis, quæ ex defuncti bonis ad eundem filium pertinuit, computari æquitas non patitur. Ex quo textu luculentissime patet; posse patrem etiam credendi animo hosce sumptus subministrare, sicque nullo modo ad eosdem suppeditandos cogi. Si quidem si obligatus esset ad subministrationem illorum sumptuum: vtique solutione liberaretur duntaxat ab illa obligatione, nec filium rursus obligare posset ad restitutionem. Certa † namque, & indubitata est 37
iuris regula: quod eadem solutio non possit parere duos contrarios effectus. *l. cum is.32. §.1 ff. de condict. indebit. l. qui hominem.34 §. vltim. ff de solutionib.* Deinde huc facit, quod glossa, & DD aiunt *in l. filia 18 C. famil. ercisc.* libros, & reliquas impensas studiorum à patre donari, si non postea contrarium eius iudicium appareat, eamque donationem morte conualidari. At qua opus esset conualidatione, si compelli posset pater ad huiusmodi impensarum præstationem? Qualis item hæc esset donatio si ad eam cogi posset pater? Nam † donari 38
dicitur, quod ex mera liberalitate, nullo iure cogente, conceditur. *l. donari.29 ff de donationib l. donari.82. ff. de reg. iur.* Nulla insuper in toto iure extat actio, quæ aduersus patrem, sumptus eiusmodi denegantem, competere possit. Vnde colligere promptum est: eundem nec cogi posse à filio ad subministrandos huiusmodi sumptus. Nam aduersus quem nullam actionem intendere possumus: eum iudicio conueniendi, atque adeo cogendi facultatem non habemus. *l. si pupilli. 6. §. videamus. ff. de negoc. gest.*

Ceterum ad tres hasce modo adductas rationes quod attinet: eæ vno ictu concident, si † saltem consideraueimus causam, ex qua pater ad subministrationem sumptuum, in studia 39
filij impendendorum, obligatus dicitur. Causa autem huius obligationis non est contractus, nec quasi contractus: non etiam delictum, vel quasi delictum. Vnde haud difficulter animaduertimus, nullam hic subesse ciuilem obligationem. At † 40
enimuero subest nihilominus naturalis obligatio; ex qua licet nulla oriatur actio: tamen propter eam dicitur aliquis naturaliter obligatus, *argum. l. iurisgentium. 7. §. sed cum nulla. 4. ff. de pact. l. sed si paterfamilias. 9. § vltim. & l. seq. ff. ad SC. Macedon l. Stichum. 95. §. naturalis. 4. ff. de solutionib.* Manet igitur verum, & immotum: patrem non quidem ciuiliter, sed tamen naturaliter ad eiuscemodi sumptuum præstationem obligatum esse. At cum hic actio deficiat: quo † remedio compelli 41
poterit pater, vt studiorum causa sumptus subministret? Putarem sane, officio iudicis eum compelli posse: quemadmodum etiam alimenta non iure actionis, sed iudicis officio petuntur, vt tradit Bartolus iuris nostri Coryphæus *in l. si quis à liberis. 5. §. non tantum ff de agnoscend. & alend. liber.* Qui † au- 42
tem iudicis officium implorare potest, actionem quoque habere dicitur, *argum. l. actionis. 34. ff de verb. signif. iuncta l. quod si minor. 24 §. fi. ff. de minorib. 25. ann.* Nec recte infertur, quod pater non possit dici obligatus, cum † ex liberalitate illius-
modi sumptus suppeditaret. Quemadmodum enim pater, qui 43
dotem dat, naturale debitum exsoluere dicitur à Marciano IC. *in l qui liberos 19. ff de rit. nupt.* & ab Imp. Iustiniano, *in l. vltim. §. vtramque C. de dotis promiss.* & nihilominus munificentiam exercere asseritur ab Impp. Theodosio, & Valentiniano, *in l. 2. §. proficiendum. Cod. de bonis, quæ lib.* ita quoque hoc in casu dicendum est. Vtrobique enim non vera, sed impropria donatio est. *d. l. donari. 29. ff. de donat. & d. l. donari. 82. ff. de reg. iur.*

Præterea † duris istis, & sordide parcis parentibus non pa- 44
trocinatur textus *in l omnimodo. 30. §. imputari. C. de inoffic. testam.* vbi filio imputantur in legitimam, quæ occasione militiæ ex pecunia patris acquisiuit. Atqui nemo dixerit patrem cogi posse, vt suis sumptibus militiam filio, in castris militanti, præparet, adornet, atque instruat. Quinimo contra manifestum est: quod pater filium castra sequi volentem prohibere, ac domi detinere possit. Quod si hoc procedit in vera, & armata militia: vtique multo magis obtinebit in togata illa, & legali studiorum militia.

Frequens enim, & probabile est argumentum ab armata † 45
militia ad legalem, vt docet Euerhard. à Middelburg. *in loc. à milite armata, ad milit. cœlestis milit.* Non, inquam, textus ille duris parentibus patrocinatur. Nam palam est, illum textum

exaudiendum esse de ea militia, quæ vendi, & ad hæredes transmitti potest.

46 Erat † siquidem militia officium quoddam, ex quo quis commodum, & emolumentum percipere poterat, vt ex Cuiacio *in l.3. ff. de minoribus* docet Dominicus Arumæus *Exercit. Iustin.9.th.6.* Ad militiam vero armatam quod attinet: certe si Reipubl. salus postulet, ab ea filius in tantum prohiberi non potest à patre, vt potius, re ita ferente, & pater, & filius ad arripienda arma à Magistratu cogi possint. Patriæ quippe in primis; deinde parentibus nati sumus.

47 Denique † nihil in contrarium vrget Scæuolæ responsum *in l fin. ff de hæreditat. petit.* vbi pater repetere potest ea, quæ in honorem filij erogauit. Nemo autem dubitabit, quin & illa, quæ in studia filij impenduntur, in eiusdem honorem erogata censeantur: præsertim cum ob artium disciplinas, prope cognitas, quispiam ad decus, & gloriam, adeoque ipsum dignitatis culmen euehatur.

48 Honos † enim alit artes, vt præclare Cicero ex Platone ait: omnesque gloria ad studia accenduntur. Cum itaque generaliter, quæ ob honorem filij pater erogauit, repetere possit: quis eundem quæso ad subministrationem eiuscemodi sumptuum obligatum censebit? An enim quenquam repetere posse dicemus, quod iure coactus præstitit? Nihil, inquam, in contrarium vrget adductum Scæuolæ responsum: quandoquidem proponitur in eo casus, in quo filius propria bona habebat. Nostra autem sententia duntaxat tum procedit, quando filius nulla habet bona materna, vel alia.

49 Alioquin † enim ex his potius studiorum impensas fieri debere, non dubium videtur. Et sane non est, vt quisquam arbitretur, hanc nostram sententiam sine vlla limitatione obtinere. Quid etenim, si pater egestate premeretur, & plures haberet liberos? Anne vnum solummodo ditabit, & reliquos, quos pari amore diligit, fame perire sinet? Quid item, si filius esset Pseudoscholasticus, vagus, & ignauus? Quid, si esset luxuriosus, & protinus scorto pecuniam daturus? vt loquitur Iulianus IC. *l. si quis cum sciret.8. ff. pro empt.* Anne pater sumptus suppeditare tenebitur perdituro? vt inquit Vlpianus. *in l. si vero non remunerandi.12. §. si adolescens. ff mandati.* & Paulus IC. *in l. quod si minor.24. §. restitutio. ff de minoribus.* Verum extra hos, similesque casus, patrem à filio ad subministrationem sumptuum studiorum causa compelli posse, firmiter concludendum est. Et ita in terminis tradit Petrus Rebuff. *in prædicto tractat. de priuileg. Scholarium. &c. priuileg.53.* Hancque rem explanatius declaraui *in Orationibus meis. ora.23.* item *ad d. §. alia autem.2. Instit. de don. n.66. seqq.* Harprec.

g *Morte confirmetur.*] Adde, quod confirmatur donatio facta à patre filio in potestate, morte, si sit deuentum ad rei traditionem, vel quasi; commune dixi *in collecta mea*, vbi *infra n.93.* Giach.

50 *Bene eius morte confirmatur.*] Quod † donatio à patre in filiumfamilias facta morte ipsius patris sola confirmetur, si non appareat, patrem mutasse voluntatem, probatur per textum *in l donationes, quas parentes. 25. C. de donationib. int. vir & vxor. l. filia.18 C. famil. ercisc.* Et tradunt Bartol. Iason, & Crotus *in d. l. frater à fratre.38. ff. de condict. indeb.* hosque citans Menochius *in tract. de præsumptionib. lib.3. præsumpt.29. nu.66.* D. Bocer. *d. commentar. de donationib. cap.3. nu.8.* Arumæus *Exerc. Iustin.6 th.14. in addit.* Matth. Stephani *cent.2 quæst.44. littera D.* & Vaconius à Vacuna *lib 4. declarat.57. nu.10.* Præterea donationem à patre in filiumfamilias collatam confirmari tacita ratihabitione patris post filij emancipationem, constat *ex l. donationes.31. §. pater.2. ff de donationibus & l. fine emancipatis.17. C. eod.* Harprec.

h *Donatio ipsa confirmabitur.*] Quod hæc donatio non confirmetur iuramento, tenuit Bald. *in c. cum contingat. de iureiur.* Paul. de Castr. *cons.342. in c. circa bona. volum.1.* Fulgos. *cons.199.* Cor. *consil.9. lib.2. consil 188. in princip. lib.4.* Contraria tamen opin. quod scilicet firmetur iuramento, videtur magis communis. De hoc vide per Ant. Gab. *lib.3. commun. opin. tit. de donat. concl 4.* Goucan.

Nunquid ex virtute iuramenti donatio ipsa confirmabitur.] Donationem factam † à patre filio valere, quando pater donationem ipsam iuramento confirmauit, post Clarum nostrum, & ab eo congestos hoc loco, docent Fernand. Vasqu. *de successio. creat. lib.2. §.18. requisit 19. n.162.* Euerhard. à Middelburg. *in Topic. loco, à vi iuramenti. num.22.* Mynsinger. *cent.2. obseru.13.* Andr. Gail. *lib.2. obser.83. n.7. & seqq.* Ioan. Gutierrez *in tract. de iuramento confirmator. part.1. cap.4. n.4.* hosque referens D. Bocer. *d. commentar. de donat. cap.3. num 7.* Qui tamen subijcit, iuris rationem non admittere, vt iuramento isthæc donatio confirmetur. Tum quia † quod filiusfamilias acquirit, patri acquirit. *§.1. Institut. per quas person. cuique acquirit. d. l placet.79. ff de acquir. vel amitt. hæredit.* etiamsi obligatio sit, *initio tit. Instit per quas person. nobis obligat. acquirit.* Nemo autem sibi ipsi obligatur. Tum † quia inter patrem, & filiumfamilias lis nulla esse potest *l. lis nulla.4. ff. de iudic.* Tum quia † iuramentum est accessio ipsius donationis: qua non subsistente, nec ipsum iuramentum vires ei præbere poterit. *c. accessorium.42. de reg. iur. in 6.* Proinde etiam nullum hic periurium committitur, Donell. *lib.21. comment. cap.13. pag.537.* Tum postremo, quia † quod vna via prohibitum est, alia via permitti non debet. *c. cum quid vna.84. de reg. iur. in 6.*

51 52 53 54 55

Non aduersatur textus *l. cum pater.77. §. filia matrem.23. ff. de legat.2.* vbi † licet testamentum nullo iure factum sit; nihilominus tamen propter iurisiurandi religionem fideicommissa præstanda veniunt. Ibi enim iuramentum enixam saltem iurantis voluntatem detegit: non vero eius potentiam auget. 56

Similiter non obstat *Auth sacramenta puberum. C. si aduersus vendition.* vbi dicitur, sacramenta † inuiolabiliter custodienda esse. Loquitur namque authentica ista de contractu, siue conuentione, quæ iure valet. Plura, quæ huic opinioni refragari videntur, neruose diluit D. Bocerus *loco præalleg.* Et eadem de re videatur Men. *d. lib.3. præsumpt.29. nu. vlt.* & Bernardus Græuæus *lib.2. pract. obseru. concl.38.* Harprec. 57

i *Quod firmetur iuramento.*] Adde, atque commun. esse vide etiam de hac communi *in collect. mea comm. opin. verb. donatio. nu.79.* Et de donatione facta filiofamilias, quæ ab initio non valet, & quæ ad nutum patris reuocari potest, si sit morte confirmata, quod imputetur ei in legitimam, commune vide per Rol. *cons.12. n.31. vol.2.* vbi alios retulit. At non idem de donatione facta filio in potestate à patre comm. per Rol *ibid. n.29.* nisi aliter sit dictum, commune per eund. *ibid. n.32.* Et vbi confirmatur morte aduerte, quod sumit robur, prout ex tunc commune per eund. *ibid nu.40.* Et de omnibus istis commun. conclus. dixi, vbi sup. *n.89. cum multis seqq.* Giach.

QVÆSTIO IX.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Donatio inter virum, & vxorem, an valeat.*
2 *Et quid in donatione causa mortis.*
3 *Et quid si appositum sit iuramentum.*
4 *Et quid si talis donatio sit simulata, vel præsumpta.*
5 *Et quid si facta sit in compensationem senectutis, vel ignobilitatis.*
6 *Et an confirmetur morte donantis.*
7 *Et an eo casu retrotrahatur ad tempus facta ipsius donationis.*
8 *Et quid si excedat summam quingentorum solidorum.*

Ex Additionibus.

1 *Cur donatio inter virum, & vxorem sit prohibita, multiplex ratio, &* n.6.
2 *Reciproca inter coniuges donationes consuetudine Germaniæ sustinentur.*
3 *Ecquid donatio mortis causa inter coniuges sit prohibita.*
4 *Cuicunque legari, eidem & mortis causa donari potest.*
5 *An simplex inter coniuges donatio iuramento confirmetur.*
6 *Iuramentum contra bonos mores præstitum non est obligatorium.*
7 *Donatio à marito ignobili coniugi nobili, aut à marito sene coniugi iuuencula facta, nunquid valeat.*
8 *Omnis donatio inter coniuges indistincte interdicta.*
9 *An isthæc donatio morte donatoris confirmetur.*
10 *Confirmatio illa, quæ fit per mortem mariti, respectu dominij non retrotrahitur ad tempus factæ donationis: sed tantum contemplatione fructuum perceptorum.*

QVæro, nunquid *a* donatio inter virum, & vxorem valeat? Respon. quod regulariter non valet, *l.1 ff. de donat. inter virum, & vxorem.* Quod optima ratione introductum fuit, ne s. coniuges mutuo amore se spoliarent, vt dicit text. *ibid.* 1 a

Et hæc quidem conclusio locum habet, non solum in donatione inter viuos, sed etiam *b* in donatione causa mortis. Nã & ipsa inter coniuges facta nihil valet. Ita gl. *in l.2. in pr. in verb. Legatum ff. de dote praleg.* quã dicit esse ab omnib probatã Did. *in Rubr. de test. in 3. par. n.2.* 2 b

Sed quid si in ipsa donatione appositum sit iuramẽtum, nunquid ex virtute ipsius iuramenti talis donatio *c* confirmabitur? Respond. quod in hac quæstione variæ fuerunt Scribentium opiniones. Nam Bart. *in l. qui testamentum, ff. de probat.* tenuit, quod talis donatio non confirmetur iuramẽto. Et dicit Soc *cons.66. n.12. & seq. lib.* 3

seqq. lib. 1. quod longe plures, & excellentiores Doct. & longe maioris auctoritatis tenent hanc partem. Contrariam autem sententiam, scilicet, quod imo huius modi *d* donatio inter virum, & vxorem confirmetur iuramento, tenuit Bart. sibi contrarius, *in l. Se. nu, & Augurius in fin. ff. ad leg. Falcidiam.* Et dicit Socin. pariter sibi contrarius *consil. 77. post n. 15. vers. Nec obstat septima, lib.* 1. quod ita concludunt communiter D D. Hanc etiam opin. dicit esse communem Imol. *in c. cum contingat, post n. 89. de iureiur.* Alex. *consil. 8. nu. 3. lib. 2. & conf. 157. n. 17. eod. vol. & conf. 151. n. 6. lib. 6. & consil. 54. nu. 8. lib. 7.* Aret. *conf. 74 n. 6* quem refert Soc. iun. *consil. 44. nu. 6. lib. 2.* Ruin. *conf. 132. n. 3. lib. 4. & conf. 137. n. 1. eod. vol.* Corn. *conf. 163. in lit. B. lib. 1. & conf. 37. in littera C. lib. 4* Abb. *in c. fin. n. 9. de donat. inter vir. & vxor.* vbi dicit, quod hæc opin communiter tenetur, *& consil. 96. nu. 1. lib. 2.* quem refert Gram. *decis. 103. num. 73.* Iaf. *in l. pacta quæ contra, nu. 5. C. de pactis.* Dec. *in d. l. pacta, quæ contra nu. 7 & consil. 222. post nu. 6. & conf. 240. nu. 1.* Claud. *in l. is cui bonis, nu. 24 ff. de verb. oblig. & in l. si diuortio nu. 11. eod. tit.* Ruin. *conf. 190. num. 3. lib. 1. & conf. 179. nu. 3. eod. vol.* Bertrand. *consil. 175. num. 3. lib. 1. in 2. par. & conf. 163. post nu. 1. lib. 2. in 2. parte, & conf. 208. nu. 5. lib. 3. in 2. parte,* Rubeus *conf. 25. nu. 5 & conf. 54. nu. 3.* Parif. *conf. 86. nu. 14. lib. 3.* Rip. *lib. 3. respons. c. 4. nu. 6. & c. 6 per totum, & c. 17. nu. 1.* Alciat. *in d. c. cum contingat, n. 196. & in l. probrum, in verbo, Non natura, ff. de verb. signif.* Bello. *consil. 4. nu. 2. in fin. & conf. 87. num. 3.* Crau. *conf. 81. post nu. 1. verf. Sed præmissis, & consil. 229 post n. 4. verf. Quæ conclusio & conf. 245. post nu. 12. verf. Nec dicatur.* Soc. iun. *consil. 47. n. 15 lib. 3.* Duen. *reg 219. in 2. ampliatione. verf. Secus tamen.* Alba. *conf. 4. n. 12.* Didac. *in Rubr. de testam. in 2. par. n. 10.* Et ab hac opin. tanquam apud Doctores nostri temporis indubitabili, non esset iudicando, aut consulendo recedendum: Potest enim hoc casu iuramentũ ipsum obseruari sine interitu salutis æternæ, ideo seruandum est, cum non sit præstitũ super promissione, quæ dici possit esse contra bonos mores. Faciũt, quæ dixi supra *q. prox. verf. sed quæro.*

4 Hæc tamen conclusio, quæ habet, quod donatio inter virum, & vxorem confirmatur iuramento, intelligenda est, vt procedat in vera donatione: nam si esset donatio simulata, vel præsumpta, puta, quæ resultat ex confessione dotis receptæ in casibus, in quibus præsumitur facta animo donandi, talis donatio non confir- *e* matur iuramento. Ita dixit *e* Cyn. *in l. 1. in fin C de sacrof. Eccles.* & est communis opin. vt ait Soc. *conf. 61. col. 3. lib. 1.* prout illum refert, & sequitur Didac. *lib. 1. resolut. c. 7. n. 5.* Curt iun *conf. 95. nu. 4.* Grat. *conf. 55. n. 40. lib. 1.* Cum enim inter cetera iuramentum, ad hoc vt valeat, debeat habere comitem veritatem, præsupposita simulatione contractus, nihil potest operari. Bene verum est, quod huiusmodi donatio simulata, & præsumpta confirmatur morte mariti, vt dixi infra *versic. Scias autem*; & in hoc proposito, quando confessio dotis receptæ censeatur facta animo donandi, videnda sunt ea, quæ dixi infra *§ dos.*

5 Sed pone, quod maritus ignobilis, aut senex ducat *ff* puellam, vel nobilem, in vxorem: nunquid ipse poterit in compensationem suæ ignobilitatis, vel senectutis aliquid illi donare? Respon. quod sic, & talis donatio valebit. Ita videtur sensisse gl. vnica *in l. si voluntate. C. de dotis promiss.* & est communis opin. vt attestatur Bald. Nouell. *de dote, in 10. parte, n. 8. & seqq.* Iaf. *in l. si diuortio, ff. de verb. oblig.* prout illum refert Parif. *conf. 86. nu. 18. lib. 3.* licet ego non reperiam Iaf. *ibi* id attestantem. Tiraq. *de nobilitate, c. 18. n. 19.* & dicit Bart. *in d. l. si voluntate, in fin.* quod ita obseruat consuetudo, prout illum refert Iaf. *in d. l. si diuortio post n. 13.* quamuis Bart. in libro meo hoc non dicat

Iul. Clar. Sentent. Pract. Ciuil.

Et hæc conclusio, licet in puncto iuris non transeat sine magna difficultate; esset tamen tenenda propter auctoritatem Doctorum, & communem obseruantiam. Item, quia est fauorabilis mulieribus, quibus in dubio semper fauendum est in rebus honestis: & re vera non potest negari, quin hæc donatio aliquo modo dicatur remuneratoria. Illam tamen ego intelligo, vt procedat in ipso actu dotis constituendæ: sed si fieret post constitutam dotem, crederem de illa esse iudicandum, prout de ceteris donationibus simplicibus, quas mariti faciunt vxoribus: alias puellæ, & iuuenes, quæ maritos habent senes, facile ab illis huiusmodi donationes extorquerent ad earum libitum. Solent enim viri, qui sunt ad venerem minus validi, nihil non concedere vxoribus suis, vt quod ex vna parte deficit, ex alia suppleatur.

Scias autem, quod hæc conclusio, quæ habet, quod donatio inter virum, & vxorem non valet, declaranda est, vt procedat, quantum ad hoc, vt ab initio sustineatur, ita quod reuocari non possit, ceterum si post factam donationem maritus voluntatem non mutauerit, eo casu donatio ipsius morte mariti *g* confirmatur. *g* *l. donat. quas parentes. C. de donat. inter vir. & vxor.* & sustinetur in vim relicti potius, quam in vim contractus, & ideo de illa detrahitur Falcidia, sicut de legatis, &c.

Sed hoc intellige, vt procedat, dummodo ante mortem mariti interuenerit traditio vera, vel ficta, & sic aliquid, quod fungatur vice traditionis, alias vero si interuenisset sola promissio, non confirmaretur morte. Ita dicit Bart. *in l. Papin. ff. de donat. inter vir. & vxor.* & ita tenent communiter Doct. vt ait Cæpolla *conf. ciuil. 8. n. 3.* Dicit etiam Corn. *conf. 124. in lit. B. lib. 4.* quod in hoc Doctores omnes concordant. Hanc etiam dicit esse communem Paul. de Castro, *conf. 138. n. 1. lib. 1.* vbi attestatur; quod ita Doct. communiter tenent, quem refert Didac. *in d. rubr. de testam. in 3. par. n. 3.* Parif. *conf. 128. n. 8. lib. 1.* Et in hoc proposito, quando scilicet aliquid dicatur fungi vice traditionis, duo possunt exempla adduci. Primum, quando in donatione est appositum constitutum, illud enim habet vim fictæ traditionis, vt dixi infra *lib. 7.* & ideo operatur, quod donatio ipsa morte donantis confirmetur. Et hæc conclusio communiter approbatur, vt dicit Soc. *in l. 1. § si vir. col. 3. verf. Quarta, & vltima ff. de acq. poss* & dicit Cæpolla *in d. conf. 8. num. 4* quod ita tenent communiter Doct. Hanc etiam dicit esse commun. Parif. *in d conf. 128 nu. 19.* Secundum exemplum poni potest, quando non est vera donatio, sed præsumpta, seu simulata: puta, quia maritus constante matrimonio confessus fuerit se recepisse *h* dotem Nam huiusmodi confessio præsumitur *h* facta animo donandi, vt dixi *in d § dos* & confirmatur morte mariti, ex quo ipsa confessio receptionis habet vim factæ traditionis. Ita dicit mirabiliter gl *in l. quod de suo, in gloss. fin. C. de dote cau. non nu* quam dicit esse communiter approbatam Soc. *conf. 79. post nu. 1 lib 4.* Hanc etiam dicit esse communem Bald. Nou. *de dote, in 10. par. n. 7.* Soc. *in l. 1. n. 17 ff. solut. matr.* quem refert Didac. *lib. 1. resolut. c. 7. post nu. 4. verf. Quod si confessio.* Quæ omnia nota, quia sæpe contingunt in practica.

Sed quæro, nunquid hæc confirmatio, quæ fit per mortem mariti, operetur, quod donatio ipsa censeatur facta tempore mortis ipsius mariti, an autem retrotrahatur etiam ad tempus factæ donationis? Resp. quod respectu *i* dominij non retrotrahitur ad tempus factæ *i* donationis, sed bene trahitur retro respectu fructuum perceptorum. Ita dicit gl. *in l. talis scriptura, in gl. fin. ff. de leg. 1.* & hæc opin. commun. tenetur, vt dicit Paul. Castr. *in d. l. talis scriptura n. 4. & seq.* Alex. *in d. l. talis scriptura, n. 8.* Hanc etiam opin. dicit esse communem Crot. *in repet. l. si is qui pro emptore. nu. vigesimoquinto ff. de vsucap.*

vbi subtiliter examinat hunc articulum. Didacus *in rub. de testam. in 3. parte, n. 5.*

8 Quæro etiam nunquid huiusmodi donatio confir-
k metur morte *k* mariti, etiamsi excedat summam quingentorum solidorum, dato, quod non sit insinuata? dixi infra, *q. 16. vers. sed quæro.*

ADDITIONES.

a Nunquid donatio inter virum, & uxorem valeat.*] Donatione † simplicem, siue propriam inter coniuges esse
1 prohibitam constat *ex toto tit. ff. & C. de donationibus inter vir. & uxor.* Ratio huius prohibitionis est: ne mutuo amore se inuicem spolient coniuges: ne alter ditior, alter pauperior fiat: ne concordia maritalis pretio conciliari videatur, *l. 1. 2. & 3. ff. d. tit.* Hartman. Pistoris *lib. 1. q. 44. n. 4. & seqq.* Andr. Gail. *lib. 2. obseru. 40 nu. 1.* Petr. Nicol. Mozz *in tractat de dona. tit. de person inter quas cadere poss. dona. nu. 31.* Schneidevvin. *ad §. alia 2. nu. 57. instit. de donat.* D. Bocer. *in Comment. de donationib. c 3. nu. 20.* & eleganter Quirinus Kubachius *cent. 2. q. illustr. decur. vlt. q. 3.* Enimuero † reciprocæ donationes (vt
2 verbi gratia, bona prædefuncti coniugis sine liberis ad superstitem coniugem perueniant) notissima Germaniæ consuetudine inualuerunt, & à Camera Imperiali iudicando confirmatæ sunt, *arg. l. quod autem 7 §. si vir. & uxor. 2. & l. vlt. ff. de donat. inter vir & uxor. l. Aquilius 2. ff. de donationib l si pater 12. C. de inoff test.* Gail *lib. 2 obser. 40. num 7. & obser. 126 nu 2. & 3.* Borcholt. *in tract de pact c. 5. n. 9.* Mynsinger. *cent 2. obseru. 33.* Treutler. *disput. 9. th. 4 lit B vol. 2* Miscellan. *controu. assert. 16.* idque latius explicui *ad § alia autem 2 Instit. de donat n. 29. & seqq.* Harprec.

3 b *Sed etiam in donatione causa mortis.*] Quamuis † donationem causa mortis inter coniuges æque, ac inter viuos, prohibitam esse, Doctores communiter existiment, post Clarum nostrum, & Couar ab eo hic allegatum testantur Mozzius *d. n. 31.* Eman. à Costa *in c. 1. in princ. super verb. legauit. de testam. lib. 6* & alij: contrarium tamen veritati legum propius accedit. Diserte siquidem Vlpianus respondit, inter virum, & vxorem mortis causa donationes esse receptas *l si eum 9. § vlt. ff. de don inter vir. & uxor. Et subsequenti l.* quia 10. eius rationem Caius hanc assignat: quia in hoc tempus excurrit donationis euentus, quo vir & vxor esse desinunt. Eandem sententiam corroborat text. *in l. vbi ita donatur 27 ff de mort caus. donationib.* vbi Marcianus I. C. donationem ita factam, vt nullo casu reuocetur, ideo inter virum, & vxorem non valere dicit, quod non sit donatio mortis causa, sed inter viuos. Vnde sine vllo negotio colligitur, donationem mortis causa inter virum, & vxorem subsistere. Accedit text. *in l. penult. ff. d. tit,* ex quo liquido apparet, donationem istam inter coniuges esse validam. Adde, quod † regulariter, cuicunque legari potest, eidem &
4 mortis causa donari possit: & nullo iure prohibitum sit, quin à coniuge coniugi legatum relinquatur, *l. Marcellus 15 l. etsi debitor 17. l. illud generaliter 37. ff. de mort. caus don.* Et ita sentiunt Ant. Gomes. *tom 2. var. resolut. iur. cap. 4. nu. 18. vers. nono.* Michael Graff. *lib. 1. recept sent. §. donatio causa mortis, quæst 6. n 1.* Schneidevvin. *in §. 1. num. 6. & d. §. 2 nu. 60. Instit. de donat.* Vaud. *lib 1. qu. 39.* D Bocer. *d comment. de donat. c. 5. nu 36.* Thadeus Piso *lib. 4 var. resolut. ca 4 n. 15.* Berlichius *par. 2. concl. 1. nu 30.* Eandem rem fusius tractaui *in §. 1. Instit. de donat. nu. 58. & seqq.* Harprec.

c *Confirmabitur*] Contrarium, quod scilicet non firmetur iuramento, tenet Bart. *in l 1. ff de donat. inter vir. & uxor.* & ibi Fulg. & Salic. Baldus *in l. inquilinos. §. fin. ff de leg 1.* Salic. *in l. cum multa, C. de donat. ante nupt.* Vide Gabr *lib. 4 commun. opin. tit. de donat conclus. 3.* Gouean.

d *Huiusmodi donatio inter virum, & uxorem confirmetur iuramento.*] Quod † simplex inter coniuges donatio iuramenti
5 religione confirmetur, vltra Clarū hoc loco nostrum, & Doctor. per eum cumulatos, tenent Michael Graff. *d. §. donatio causa mortis q. 6 n. 1.* Gail. *lib. 2 obser. 40.* Mynsinger. *cent. 2. obser. 33. n. 5.* Ant. Gabr. *lib. 3. commun concl. tit. de donat conclus 2.* Vasquius *lib. 1. controuers. illustr. c. 38. n 4.* Io. Gutierez *in tract. de iurament. confirmator. c. 3. n 2 cum seqq.* D. Bocer *class. 2. disp. 19. th. 10. edit. 2. & d. comment de donat. c 3. nu. 23.* & nouissime Quirinus Kubachius *d. cent. 2 quæst. illustr. decur. vlt. quæst. 4.* Verum contraria sententia haud circa rationem defendi poterit. Siquidem † non est obligatorium contra bonos mores præsti-
6 tum iuramentum, *cap. non est 58 de regul. iur. in 6.* Hoc autem iuramentum contra bonos mores esse patescit, *ex d. l. 1 2. & 3. ff. de donat. inter vir. & uxor.* Tum quia donans ad paupertatem reduceretur: tum quia cura educandi liberos negligeretur: tum quia daretur occasio diuortij: tum quia matrimonia venalia essent: tum etiam quia prohibitio iuris ciuilis hoc pacto plane elusoria foret: tum denique quia alteruter coniugum facile blanditiis induci ad iurandum posset. Et ita quoque docent Domin. Obrecht. *disput. 1. de donationibus th. 221. & seq.* Forster. *lib. 2. disput. 10. th. 6.* & Matthias Stephani *cent. 2. quæst. 42. ad littera C.* & plures alij, quos recitat Petr. Nicolaus Mozz. *dict. tract. de donat. tit. de person. int. quas cadere poss. donat. num. 32. vers. contrariam opinionem, &c.* Harprec.

e *Ita dicit Cyn.*] Adde Bart. *in l. cum quis decedens. §. Titia. ff. de legat. 3.* Bald. *in l. 1. ver ex prædictis. C. de inoffic. don.* Crot. *in l. si constant ff solut. matr.* Contrarium tenet Ang. *in l. pen. §. mulier. ff solut. matrim* Anchar. *cons. 307.* Gouean.

f *Ducat puellam.*] Et econuerso de vxore, quæ donauit futuro marito illius, & contemplatione matrimonij attenta, & considerata iuuenili ætate, & personæ qualitate, vide, & dic, vt per Crau. qui plene, & in terminis consultus respondet. Ipsa erat annosa, quod maritus iuuenis cui donauit in compensationem ætatis tres partes de quatuor omnium bonorum suorum. Maritus autem allegat iuuentutem suam. Nam isto casu Crauet. appellat donationem reciprocam, & remuneratoriam. *Giach.*

Pone quod maritus ignobilis, aut senex ducat puellam, vel nobilem, &c.] Si maritus † ignobilis nobilem, aut senex puel- 7
lam, & iuuenculam in vxorem ducat, eique in recompensationem ignobilitatis, vel senectutis aliquid donet: hanc donationem valere, præter Clarum hic nostrum, itemque Crauet. *cons 51.* & Giacharium *ad litteram A.* aliosque ab eo laudatos, affirmat Moz *d. tit. de personis, inter quas, &c. nu. 34.* vbi plures citat. Sed contrarium iuri nostro magis consentaneum esse videtur. Omnis enim donatio † inter coniuges 8
indistincte est interdicta, *tot. tit. ff. & C. de don. inter vir. & uxor.* Trentacinq. *lib. 3. resol. 6. de donation. in princip.* Ergo etiam inter nobilem, & ignobilem, senem, & iuuenculam. Et certe rationes prohibitionis, de quibus modo dictum, etiam in horum matrimonio militant. Ad hæc multi iure nostro casus speciales sunt expressi, quibus donatio inter virum, & vxorem consistit: & tamen hic, de quo iam agitur, eorum in numero non recensetur: vt verisimile sit, eum nec iure enumerandum esse. Neque releuat, si dicatur: ex eo sustinendam esse hanc donationem, quod non simplex sit, quæ prohibita, sed remuneratoria: cum donet senex in compensationem senectutis, & ignobilis in recompensationem ignobilitatis. Nam primo sibi imputet nobilis, cur in ignobilem consenserit. Deinde cum hic nullum verum subsit meritum: ergo nec vera donatio remuneratoria erit. Præterea illa argumenta manifesta diluit Vlpian *in d. l 3. ff. de donat. int. vir. & uxor.* Atque hæc fortassis olfaciens Clarus noster, hoc loco dicit: conclusionem contrariam in puncto iuris non transire sine magna difficultate. Sed ea de re vide Fachin. *lib. 3. controuers. iur. c 80.* Pinellum *ad l. 1. par 3. C. de bon. mater.* Albert Gentilem *lib. 4 de nupt. cap. 13.* & Scipionem Gentil. *de donat. inter vir. & uxor. ff 2. c. 3.* Harprec.

g *Morte mariti confirmatur*] Fallit, si non fuisset facta traditio saltem per constitutum, vel aliud loco traditionis, per Dec. *in cons. 252. num 7.* & ibi per Apostil. vis per Crauet. *cons. etiam 245. col. 2.* Et hoc in donatione, secus in promissione de donando. Castr. *cons. 118.* Boer. *decis 355.* illud tamen de constituto reprobatur per Castr. *in cons 194. super isto puncto, lib. 2.* Item fallit, quando adesset statutum prohibens talem donationem confirmari, an habebit locum in donatione præsumpta. Vide per Tiraquel. plene *in l si vnquam. C. de reuocan. donat. fol. 176.* vbi quod sic. *Sed fol. mihi* 179. vbi quod non. *Giach.*

Donatio ipsa morte mariti confirmatur.] Donationem † in- 9
ter coniuges morte donatoris confirmari, apparet *ex l. cum hic status 32. § si sponsus sponsa 22. ff. de donat. inter vir & uxor. l. res uxoris 24. & l. donationes, quas 25. C eod.* Et, post Clarum nostrum, & per eum citatos, tradit Petrus Nicol Moz. *d. tract. de donat. tit. de person. inter quas cadere poss dona nu. 55. & seqq.* Andr. Gail *d. lib. 2. obseruat. quæst 91. n. 1.* & Henricus Bocer *d. comment. de donat. c. 3. n. 24.* vbi illud verum esse autumat, licet donatio non traditione, sed stipulatione facta sit, aut nudo pacto, *per l si stipulata. 33. in princ. ff de donat. int. vir. & uxor. & Nouell. 162. c. 1.* ibique Cuiac. Sane iure Saxonico donatio ab vxore marito facta, absque curatore vxoris, morte eius confirmari nequit, vt testatur Andreas Rauchbarus *quæst. 32. num 1. & seqq. part. 1.* Harprec.

h *Se recepisse dotem.*] Item quod confessio mariti facta vxori constante matrimonio de dote recepta non valeat, commune, atque magis commune vide per Rolan. *cons. 93.* vbi fallit, quando sunt lapsa tempora ad opponendum exceptionem dotis non numeratæ. Item & in iuramento assertorio. Et de his communibus opin. dixi *in colle. commun. opin. verb. confess. nu. 37. cum multis seqq.* Giach.

i *Respectu dominij non retrotrahitur ad tempus factæ donationis.*] Quod confirmatio † isthæc quæ fit per mortem mari- 10
ti, respectu dominij non retrahatur ad tempus factæ donationis, sed bene retrotrahatur respectu fructuum perceptorum, post Clarum hic nostrum, & ab eo memoratos, scribit quoque Mozzius *sub d. tit. de person inter quas cadere, &c. n. 42.* Harpr.

k Confir-

k *Confirmatur morte mariti*] Item quod confessio dotis facta constante matrimonio, etiam animo donandi, nisi morte confirmetur, haud valeat: vide de communi, atque magis communi per Rolan. *cons.* 63. atque per Io. Cæph. *in cons.* 163. *n.* 10. Item *eadem colle. mea comm. opin. in verbo, confess. n.* 4. Giach.

QVÆSTIO X.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Ea quæ socer, vel maritus mittunt sponsæ, an censeantur donata.*

2 *Et quid in his, quæ ei donantur à consanguineis, vel affinibus.*

3 *Et quid de annulis, iocalibus, & vestibus, quas mariti faciunt vxoribus.*

Ex Additionibus.

1 *An, & quatenus vestes splendidæ, annuli gemmati, catena aurea, & similes res preciosæ censeantur vxori donata.*

2 *Ornamentorum muliebrium, itemque mundi muliebris appellatione quæ contineantur.*

1 CIrca hanc materiam donationis inter virum, & vxorem, occurrit alia quæstio quotidiana: nunquid si maritus, aut eius pater, mittant aliquid sponsæ, prout quotidie fieri videmus, præsumatur illud ipsi sponsæ a donatum? Respon. Aut expresse dictum est, quod donatur: & tunc vtique censetur donatum. Aut simpliciter missum est, nulla facta mentione donationis: & tunc in dubio censetur traditum causa ornamenti, non autem animo donandi. Ita distinguit Ang. *cons. suo, incip.* Nicoletus de Tartagnis, quod est *sub nu.* 251. in consiliis compilatis, & correctis per d. Nicolaum Gambarutum auum meum maternum, de qua compilatione mentionem facit, & ipsum appellat præstantissimum Doctorem, D. Paulus de Monte pico *in repet. l. Titia. ff. de leg.* 2. *post n.* 56. in consiliis autem Ang. secundum impressionem, quam ego habeo, illud consilium est *sub n.* 339. Hæc autem distinctio Ang. est per Doct. approbata, vt dicit Cagnol. *in l. contractus, n.* 35. *ff. d. reg. iur.* ita etiam tenere communiter DD. attestantur Corn. *cons.* 65. *in littera A. lib.* 3. & dicit Alex. *cons.* 155. *n.* 10. *lib.* 7. quod ita magis communiter concluditur.

2 Sed nunquid ea, quæ donantur sponsis à consanguineis, vel affinibus, censentur donata contemplatione mariti; an autem contemplatione vxoris? Respon. Aut sunt donata à consanguineis ex parte viri, & censentur donata contemplatione viri: Aut sunt donata à consanguineis vxoris, & censentur donata contemplatione vxoris. Ita distinguit Bart. *in l. sed si plures. §. in arrogato n.* 4. *ff. de vulg.* & ita magis communiter tenetur, vt dicit Ias. *in l. vt liberis, n.* 17. *C. de collatio.* Hanc etiam dicit esse magis communiter receptam Cagn. *in d. l. contractus, n.* 38.

3 b Successiue quæro, quid b de annulis, iocalibus, & vestibus quas maritus facit vxori, nunquid censeantur donatæ vxori, an autem illi concessæ ad vsum, & ornamentũ tantum? Resp. Aut istæ vestes, siue iocalia, sunt vilia, & ad quotidianum vsum, & censentur donata: & sic fiunt propriæ vxoris. Aut verò sunt preciosa, & non censentur donata, sed concessa ad vsum tantum. Ita tenet Bart. *in l. in his rebus, quæ est lex pen. §.* 1. *n.* 2. *ff. solut. matr.* & est communis opin. vt dicit Corn. *cons.* 81. *in lit. L. lib.* 1. Bertran. *cons.* 24. *ante n.* 8. *lib.* 1. *in* 2. *par. & cons.* 208. *n.* 2. *lib.* 2. *in* 2. *par.* Soc. iun. *cons.* 134. *n.* 40. *lib.* 1. Et quod vestes preciosæ, & alia ornamenta festiua tradita vxori, vel sponsæ per sponsum, vel maritum, non censeantur donata, est communis fere omnium sententia: vt dicit Corn. *cons.* 114. *in littera G. lib.* 4. Vide-

Iul. Clar. Sentent. Pract. Ciuil.

mus enim quod mariti illas fieri faciunt potius honoris sui causa, vt scilicet vxores ornatiores conspiciantur, quam in gratiam, siue beneficium ipsarum vxorum, & ab hac opin. nullo modo esset in practica recedendum, & multo magis hoc tempore, quo infelices mariti obsequentes ambitioni vxorum, plus expendunt in earum ornamentis, quam recipiant pro earum dote. Mortuo igitur marito, si inter vxorem, & inter hæredes mariti sit controuersia de c vestibus: dic, quod c aut constat, quod maritus eas voluit concedere ad vsum vxoris tantum, & sunt hæredum viri: Aut constat, quod voluit donare, & sunt vxoris, quia talis donatio fuit ipsius mariti morte confirmata: Aut vero sumus in dubio, & tunc vestes necessariæ ad vsum remanent mulieri, aliæ vero remanent hæredib. viri. Et hæc est communis conclusio, vt dicit Alex. *in l. si is qui quadringenta. §. dos leg. n.* 2 *ff. ad leg. Falcid.* à qua consulendo, aut iudicando recedi non solet.

ADDITIONES.

a SPonsa donatum.] Et quod donatio facta à sponso sponsæ valeat, vide per Natt. *cons.* 317. *nu.* 2. verum an habeat veræ dotis priuilegia? Vide per Mansuer. *in addit. ad prac. Papien. tit. vxor vsufructuaria ad glo dedit. & tradidit Addi fin.* qui loquitur de donatione quæ fit à marito sæpe, vel ignobili: dotis constitutio facta à marito, quod non habeat veræ dotis priuilegia, vide per eum de aliis etiam donationibus. *Giach.*

b *Quæro, quid de annulis, iocalibus & vestibus, quas maritus facit vxori, &c.*] An † & quatenus sponsus, siue maritus, sponsæ, seu vxori splendidas vestes, & res preciosas, puta annulos gemmatos, torques, armillas, inaures, & catenas aureas, ad ornamentum tantum corporis pertinentes, tradens in dubio eas illi donare videatur, ita vt morte mariti talis donatio confirmetur, nec hæredibus repetitio earum rerum competat, post Clarum hic nostrum, & per eum adductos, abunde & perspicue explicat Andr. Gail. *lib.* 2. *obseruation. practicar. obser.* 91. *nu.* 2. *cum sequ.* & Hartmann. Pistor. *lib.* 1. *q.* 44. & D. Boeer. *in Commentar. de donationib. c.* 9. *nu.* 7. *& seqq.* Obiter † autem hic addendum: quod ornamentorum muliebrium appellatione generaliter contineantur ea, quibus mulier ornatur: veluti inaures, armillæ, vipiolæ, annuli, præter signatorios; & omnia, quæ ad aliam rem nullam parantur, nisi corporis ornandi causa. Ceterum mundus muliebris est, quo mulier mundior fit. Continentur in eo specula, matulæ, vnguenta, vasa vnguentaria, & si qua similia dici possint, de quibus accuratius disserit Vlpianus *in l argumento.* 25. *§. ornamenta* 10. *ff. de auro, argento, mundo, &c. legatis.* Harprec.

c *De vestibus.*] Item quod vestes datæ per maritum vxori constante matrimonio, per mortem, si erant quotidianæ, efficiantur propriæ vxoris: secus si essent festiuæ, & iocalia preciosa, commune per Rol. *in cons.* 10 *post n.* 12. Natt. *cons.* 147 *post nu.* 8. *&* 10. vbi & cui incumbat onus probandi, vestes festiuas esse & de illa communi dixi *in collecta mea comm. opin. plenius in verbo vestis, ibi.* vide Giach.

QVÆSTIO XI.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Donatio propter nuptias an hodie sit in vsu.*

2 *Et an censeatur ipso iure constituta, an autem agendum sit vt constituatur.*

Ex Additionibus.

1 *Donatio propter nuptias quomodo definiatur.*

2 *Eadem donatio quibus nominibus appelletur.*

3 *An, & quatenus isthæc donatio doti æqualis esse debeat.*

4 *Donatio propter nuptias constitui poterit, licet nulla dos data sit.*

5 *Soluto matrimonio vt dos redit ad mulierem: ita donatio propter nuptias reuertitur ad maritum nisi aliud statuto, vel pacto sit receptum.*

6 *Maritus si adulterium committat, vxor eius lucratur donationem propter nuptias: sicuti maritus lucratur dotem propter adulterium vxoris.*

7 *Dotalitium quid sit, & quomodo nominetur.*

POstquam hoc loco de donationibus inter virum, & vxorem tractari cœptum est, non impertinens erit aliquid de donationibus propter a nuptias breuiter attingere.

1 Scias ergo quod de iure communi dos data donationem propter nuptias meretur, & sic maritus cogitur dare tantum vxori ex causa donationis propter nuptias, quantum ipse ex causa dotis ab vxore recepit: & hoc ex dispositione Authen. *dos data. C. de donat. propter nupt.* Dispositio tamen illius Auth. scilicet, quod fiat contra dos, siue donatio propter nuptias vxori, hodie non est in vsu, vt attestantur gloss. *in Auth. aequalitas, & gloss. fin. C. de pact. conuentis*, quam refert Paris. *consf.* 95. *n.* 35. *lib.* 2. & Canar. *de insinuat. in* 2. *parte, in* 6. *quaest.* Bald. *in d. Authen. dos data. n.* 2. *in fi.* Alba. *consf.* 22. *nu.* 8.

2 Sed quaero, retenta dispositione iuris communis, nunquid huiusmodi donatio propter nuptias censeatur esse ipso iure constituta; an autem vxor teneatur agere, quod constituatur? Respond. Azon quem refert gloss. *in d. Auth. dos data, in gloss.* 1. *in fin.* tenuit, quod huiusmodi donatio censeatur ipso iure constituta, aequiualens doti. Et dicit Apostil. ad Bald. *in eadem Authent. dos data. sub n.* 3. quod ista videtur esse communis opin. Sed certe ego credo, quod haec opin. Azon. non sit communis, nec vera: quin imò si donatio propter nuptias non fuit petita constitui constante matrimonio, non potest postea soluto matrimonio peti: & ita tenet gloss. *in d. Authen. dos data. in verbo, Exactio*, quam dicit esse communiter approbatam Afflict. *decisio.* 242. *n.* 1. Grammat. *decis.* 97. *n.* 4. Bene potest peti, quod constituatur constante matrimonio, licet tempore datae dotis, vel promissae, non fuerit petita, neque constituta. Et ita communiter seruatur, vt dicit Albert. *in d. Authent. dos data.*

ADDITIONES.

a PRopter nuptias.] Donatio propter nuptias, quae dicatur vere, & proprie, vide per Crau. *in consf.* 185. vbi etiam reuertitur ad donantem, nisi aliud actum sit, vt per Gozad. *consf.* 97. An dicatur mutua respectu ad dotem habito per Boer. *decis.* 185. *nu.* 10. Habet priuilegia dotis, per Gramm. *decis.* 103. *num.* 97. & 123. Et fisco praefertur, per Bald. *consf.* 40. *maritus, vol.* 1. & an mulier lucretur donationem propter nuptias, si mulier sui iuris, quae promisit dotem, fuit in mora soluendi dotem: Item quid si maritus decedat intra terminum solutionis dotis? Vide per Bocer. *decis.* 22. Et donatio propter nuptias dicitur aduentitium, non profectitium, vide per Bart. *in consf.* 31. *num.* 15. *vol.* 6. vbi etiam quod donatio propter nuptias de quinquaginta, quas promisit deponere, & non deposuit, non obstat in petitione dotis, seu vsurarum quas in vulgari alimenta nuncupamus, ex eo, quod non impleuit. Item quod donatio propter nuptias facta filiae valeat, nec conferatur, etiamsi actum sit, nec possit reuocari per patrem testando, quando fuit iurata, possessio sequuta, tradit Ias. *in consil.* 259. *lib.* 2. Et donatio propter nuptias dicitur ob causam, vide per Natt. *in consil.* 609. *in* 2. *dub.* atque per Crau. *consf.* 85. *n.* 2. Giach.

1 *Non impertinens erit, aliquid de donationibus propter nuptias breuiter attingere.*] Hoc loco addendum: quod † donatio propter nuptias non male definiatur actus, quo maritus, vel alius eius nomine, res mobiles, vel immobiles, propter dotem, & nuptiarum affectionem, mulieri confert. Nam vt mulier marito affert dotem: ita maritus vxori affert donationem propter nuptias: quae est antidos, vel leuamentum, seu compensatio dotis. §. *est & aliud.* 3. *Instit. de donationib. l. si constante* 19. *C. de donat. ante nupt.* Nouell. 110. *in prin.* D. Obrecht. *disp.* 5. *de donationibus the.* 92. *& sequent.*

2 Vnde & haec † donatio vocatur nuptiale remedium, & antipherna, item contra dos. *l. cum multa.* 20. *circa princ. ibid.* Gothofred. *C. de donat. ante nupt.* Henning Goeden. *consf.* 99. Simon Pistoris *consf.* 20. *n.* 7. & 8. Ernest. Cothman. *Resp.* 50. *n.* 1. *& seq. lib.* 1. hosque referens D. Bocer. *in Comment. de donat.*
3 *c.* 10. *n.* 7. *edit.* 2. Etsi vero haec † donatio iure ciuili non solum in constitutione ac praestatione; sed & pactis doti par, & aequalis esse debet, *l. ex more.* 9. *iuncta Auth. aequalitas C. de pact. conuent.* generali tamen omnium ferè locorum consuetudine aequalitas illa non seruatur. Andr. Gail. *lib.* 2 *obser. practic. obser.* 78. *n.* 2. *& seq.* Hartman. Pistor. *q.* 4. *n.* 5. *lib.* 1. Io. Schneidevvin. *ad tit. Instit. de donat.* §. *est & aliud n.* 4. *& tit. de haeredit. quae ab intest. defer. vxor. de success. iur. Saxon. int. vir. & vxor. num.* 44.
4 D. Bocer. *d. c.* 10. *n.* 11. Quin etiam † licet mulier nullam dotem dederit, vel promiserit: attamen donatio isthaec constitui poterit, vt arguit glos. communiter approbata *in l. Lege Leonis* 10. *in verb. deduci. C. de pact. conuent.* Matth. de Afflict. *in constit. Neap. lib.* 3. *rubr.* 13. *incip. licentia. n.* 3. & D. Bocer. *d. cap.* 16. *n.* 12.
Est & illud hic addendum: quod, quemadmodum † soluto 5
matrimonio dos ad mulierem redit. *l. vnic.* §. *illo procul dubio.* 6. *C. de rei vxor. act.* sic & donatio propter nuptias ad maritum reuertatur: nisi pactum de lucranda dote, vel donatione propter nuptias interpositum probetur: vel statutum aut consuetudo loci contrarium velit. *c. vlt. ext. de donat. inter vir. & vxor.* Hartm. Pistor. *d. lib.* 1. *q.* 14. *n.* 34. Schneidevvin. *in d.* §. *est & aliud n.* 6. *Instit. de donationib.* Ernest. Cothman. *d. respon.* 50.
n. 13. 44. & 47. Enimuero si † maritus adulterium committat; 6
lucratur eius vxor hanc donationem: sicuti maritus lucratur dotem, quando vxor adulterium admisisse probatur. *c. plerunque* 4. *extr. de donat. inter vir. & vxor.* D. Bocer. *d. c.* 10. *n.* 23.
Denique hoc loco addendum: quod † sit & alia donatio- 7
nis propter nuptias species, quae proprie dotalitiũ appellatur. *c. ex par.* 15. *extr. de foro compet.* Idque vir, praesertim nobilis, vxori suae, ratione dotis datae, concedit: vt vidua facta illo ad dies vitae vtatur fruatur. Hartman. Pistor. *d. lib.* 1. *quaest.* 4. & 14. Andr. Rauchbar. *q.* 47. *n.* 21. *p.* 1. Io. Rudinger. *cent.* 3. *obseruat. singular. obseruat.* 46. eosque citans D. Bocer. *d. Comment. de donat. ca.* 11. *n.* 3. vbi de dotalitio explicatius, post alios, quos laudat, disserit. *Harprec.*

QVAESTIO XII.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Donatio facta absenti non valeat, nisi nuncius, vel epistola interueniat.*
2 *Et an requiratur, quod talis nuncius sit ad id specialiter destinatus.*
3 *Et quid si donatarius apprehenderit possessionem rei donatae.*
4 *Et quid si facta sit praesenti, & tacenti.*
5 *Et quid si facta sit absenti, coram quinque testibus, an sustineatur in vim fideicommissi.*
6 *Et an donatio ad pias causas facta absenti valeat.*

Ex Additionibus.

1 *Donatio tum inter viuos, tum mortis causa praesentiam donatarij requirit.*
2 *Testamentum habens clausulam codicillarem, vel donationis causa mortis, non sustinetur in vim donationis, nisi donatarius praesens fuerit.*
3 *An nuncio, vel epistola interueniente donatio absenti fieri queat, remissiue.*
4 *Et quid, si donatio ad pias causas absentibus fiat, remissiue.*

PRaecedentibus quaestionibus visum est, quae per- 1
sonae donare possint, vel non; Nunc videndum
est, quae in ipsa donatione requirantur? Et in hoc sci-
re debes, quod donatio *a* debet fieri praesenti, alias si a
fiat *b* absenti, non *c* valet. Tex. est *in l. absenti. ff. de do-* b
natio. & ita volunt Doctor. communiter omnes, vt di- c
cit Corn. *consil.* 73. *in littera C. libro* 3. Hanc etiam di-
cit esse communem Paris. *consf.* 88. *n.* 15. *lib.* 3. intellige
nisi interueniat nuncius, vel epistola. Nam nuncio, *d* d
vel epistola interueniente, potest donatio fieri absenti.
Ita colligi videtur ex gloss. *in l. nec ambigi. in gloss.* 1. *C.*
de donatio. & est communis opin. vt dicit Card. *consf.*
254. *colum.* 3. prout illum refert Capic. *decis.* 108. *nu.* 8.
licet ergo illum non inuenerim.
Scias tamen, quod ad hoc vt valeat donatio facta 2
absenti cum interuentu nuncij, requiritur, quod talis
nuncius sit ad id specialiter à donante destinatus, alias
non perficitur donatio, neque sufficeret, quod aliquis
motu proprio illam donatario notificaret. Ita tenet gl.
supra allegata *in d. l. nec ambigi* quam sequitur communis Doctorum sententia, vt ait Roman. *consf.* 295. *n.* 1. *& seq.* quem refert Corn. *consil.* 254. *in lit. A. lib.* 3. quem forte voluit allegare Capic. *vbi sup.* Et dicit Mars. *in l. si*

quis de q. n. 69 ff. de q. quod illam gloss. sequuntur communiter Doctor. Hanc etiam esse communem conclusionem attestatur Guid. Papæ *decis. 222. n. 1.*

3 Sed pone, quod non solum donatio absenti facta sit verbotenus; sed etiam postea ipse donatarius acquisierit possessionem rei donatæ, nunquid valebit donatio? Resp. quod adhuc non dicitur perfectus contractus donationis, quoad acquisitionem dominij, nisi nuncius, vel epistola interueniat. Et hæc videtur esse communior opinio, vt dicit Capic. *in allegata decis. 180. post num. 9.* Cum enim donatio non possit perfici, nisi interueniente pacto, & sic consensu vtriusque, scilicet tam donantis, quam donatarij, non potest dici inter absentes consensus efficax interuenisse, nisi vel nuncius, vel epistola intercedat, vt supra dictum est.

4 Sed quid si donatio facta sit præsenti, sed tacenti? dixi infra *q. 14. vers. sed pone.*

5 Quæro etiam, si donatio facta sit absenti coram quinque testibus, an sustineatur in vim fideicommissi? dixi supra *q. 5. vers. sed pone.*

6 Item quæro, nunquid hæc conclusio, quæ habet, quod donatio facta absenti non valet, habeat locum etiam in donatione, quæ fit Ecclesiæ, *e* vel piæ causæ, vel pauperibus absentibus? Resp. quod sic: & ideo si aliquis pro ipsis non acceperit, donatio nihil valet. Ita dicit gl. *in l. illud. in ver. Alia causa. C. de sacros. Eccles.* quam communiter approbant Doct. vt ait Ruin. *cons. 13. n. 10. lib. 4 & cons. 37. n. 14. eod. vol.* Quod nota, quia de facili quis responderet contrarium.

ADDITIONES.

a 1 D*Onatio debet fieri præsenti.*] Non solum † donatio inter viuos, de qua Clarus noster hoc loco tractat: sed & donatio causa mortis præsentiam donatarij requirit. *l. absenti. 10 ff. de donationibus l. inter mortis. 38. ff. de mort. causa donat.* Michael Grassus *lib. 1. recept. sentent. § donatio causa mortis, q. 9. n. 1.* Gomez *lib. 2. var. resolut. iur. ciu. c. 4. n. 16.* Simon de Præt. *in tract. de interpret. vlt. volunt. lib. 2. interpret. 1. solut. 12. num. 25.* Frideric. Pruckman. *cons. 12. n. 67. cons. 13 n. 146. & cons. 34. n. 18. vol. 1.* Pract. Papiens. *in forma libelli, quo agitur pro donat.* gloss. ex causa donationis. *nu. 7 versic.* sed donatio causa mortis & in forma libelli pro legato rei singularis, gl. valere debeat iure codicillorum. *nu 18.* Hartman. Pist. *q. 2. nu. 22 lib. 1.* Nicol. Boer. *decis. 151 nu 3.* Matthias Berlich. *par. 3. conclus. practicabil. conclus. 2. nu. 1.*
2 Quæ † præsentia donatarij vsque adeo necessaria est: vt, etsi in testamento, in quo eiusmodi donatio facta est, adijciatur clausula codicillaris, quod debeat valere iure codicillorum, vel donationis causa mortis; non tamen, inde legata in vim donationis causa mortis obtineri possint, si donatarius non præsens fuerit. Ias. *cons. 82. n. 5. versic. sed hoc non obstante, & nu seq. vol. 3.* Hattman. Pistor *d lib. 1. q. 13 nu. 7. & seq* Pruckman. *cons. 1. nu. 175. vol. 2.* Rolan. à Valle *cons 82. num. vlt. vol. 1.* Grassus *dicto §. donatio causa mortis, quæst. 9. n. 2.* Dominic. Card. Tuscus *tom. 2 practic. conclus. litteræ D. conclus. 639. nu. 7. & sequenti,* eosque nouiter referens Berlichius *dict. conclus 1. n. 3.* Harprec.

b Absenti.] Item quod non valeat donatio absenti facta, habetur per Tiraqu. *in l. si vnquam. C. de reuocan. donat. fol. 98.* Rom. *cons. 295. dec. 35.* Barb. *cons* 80. Boer *decis. 172. & 353. decis. Tholos. 185.* Sed quid si referat penes donatarium vide per Aret. *in consil. 17. col. 4.* Quid si esset donatio tacita? quod valeat per Tiraq. *de ll. connubi fol. 143.* Ias. *consil. 13. vol. 1.* Idem de donatione dotis causa, per Deci. *cons. 15* Idem de donatione facta absenti, si sit iurata: per Ruin. *cons. 18. n. 12. in 1.* Idem de donatione causa mortis etiam facta in testamento, vide *per decis. Tolosan. 383.* Quid de donatione ratificata? vide Dec. *cons. 247. col. 4.* Ruin. *cons. 57. n. 3. vol. 1.* Giach.

c Non valet.] Hoc intellige, nisi donatio facta absenti vallata sit traditione, vt sentit gloss. 1. *in l nec ambigi. C. de don.* & ita intelligitur dictum Azon. *in summ. C. de don. vers. cui possit donari*, & hoc voluit Bald. & Cyn. *in l. illud. C. de sacrosanct. Eccles* Gouean.

d Nuncio, vel epistola interueniente, potest donatio fieri absenti.] Adde idem † sentientes Petrum Nicolaum Mozzium *in*
3 *tract. de donat. substantialibus, &c. num. 23.* Grassum *d. §. donatio causa mortis. quæst. 9. nu. 3.* Hattmannum Pistoris *d. quæst. 13. nu. 2. cum seqq.* & Berlichium *d. conclus. 2. nu. 4.* vbi plures citat. *Harprec.*

e Vel pia causa.] Adde quod donatio ad pias causas subsistit ante ratificationem, istam opin. veriorem, melioribusque rationibus fulcitam, ac magis communem, attestatur Ioseph *in decis. Perus. 29. sub num. 18.* factaque Ecclesiæ haud reuocatur, quoad filiorum superuenientiam, nisi quoad legitimam, communiter Card. Paris. *cons. 71 n. 24.* Giach.

f Quæ † fit Ecclesiæ, vel piæ causæ, &c.] Adde ea de re videndos Petr. Nicol. Mozzium *d tit. de substantialibus, &c num. 23. vers. quod adeo verum est, &c.* & Hartmannum Pistoris *d. quæst. 13. nu. 5.* & nouissime Thadeum Pisonem *lib. 4. var. resolut. ca. 3. n. 12.* Harprec. 4

QVÆSTIO XIII.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Donatio facta absenti, notario stipulante, an valeat.*
2 *Et an possit reuocari priusquam ab illo absente accepta sit.*
3 *Et an possit reuocari ante acceptationem.*
4 *Et quid si donatarius decessit ante ratificationem.*
5 *Et quid si donatio facta sit præsenti cum pacto, quod transferatur in aliquem tertium, qui sit absens.*
6 *Et an hæres donatoris possit tale pactum reuocare.*

Ex Additionibus.

1 *An & quatenus donatio valeat, absenti & ignoranti facta, Notario acceptante donationem, remissiue.*
2 *Nunquid possit fieri conuentio, quod aliquo casu contingente, res transeat in tertium absentem: & num dator istiusmodi conuentionem reuocare possit, remissiue.*

DIctum est in præcedenti quæstione, quod donatio facta absenti, non valet. Pone, quod aliquis donet absenti cum interuentu *a* Notarij, qui pro ipso absente stipulatus *b* fuerit, & acceptauerit, nunquid donatio valebit? Respon. ista est ardua quæstio in qua magna est confusio inter Scribentes: præterea pro faciliori intelligentia scire debes, quod dupliciter potest considerari donatio collata in absente. Primo, quando ego dono aliquam rem Titio absenti. Secundo, quando ego dono aliquam rem Titio præsenti, hac conditione adiecta, vt aliquo casu adueniente res perueniat ad Caium absentem. Certum est enim in iure, quod licet regulariter alter alteri stipulari non possit: potest tamen donator in donatione apponere legem rei suæ, vt aliquo casu adueniente perueniat in tertium *l. in traditione. cum ibi not ff. de pact.* & ex huiusmodi pacto, seu stipulatione acquiritur illi tertio actio vtilis sine cessione *l quoties. C. de donat. quæ sub mod.* & ita tenet Bart. *in l. stipulatio ista § si stipuler. n. 3 in fin. ff. de verb. oblig* quem sequuntur communiter Doct. vt dicit Soc. *consil. 115 nu. 1 lib. 4.* Et licet text. *in d. l. quoties.* loquatur, quando appositum est pactum, vt aliquid ex re donata præstetur, tamen intelligendus est etiam, vt procedat, quando donatur species, & apponitur pactum de danda pecunia. Et hæc opin. est communis, & tenenda. vt ait Soc. *cons. 236. n. 1. lib. 2.* 1

Primo ergo casu, quando aliquis donat Titio absenti, medio Notarij stipulantis, & acceptantis, non videtur dubitandum, quin donatio ipsa *c* valeat, & quæratur actio sine cessione; potest enim Notarius alteri stipulari, &c. vt late dixi infra, *hoc eod. lib. §. stipulatio.* Et ita hanc conclusionem esse in iure receptissimam attestatur Soc. iun. *cons. 64. nu. 4. lib. 3.* Sed difficultas est, nunquid antequam Titius ratificet, vel acceptet, ipsa donatio dicatur perfecta, ita quod ab ipso donante nō possit *d* postea reuocari? Respon. aut donator ante acceptationem, vel ratificationem donatarij simpliciter donationem ipsam reuocauit, & reperio, quod Paul. de Castro *in vulgato suo consil. 105. post n. 3. vers. Sola verò reuocatio lib. 2.* tenet, quod talis simplex reuocatio facta 2

per donantem non impedit, quo minus subsequi possit ratificatio per donatarium,& sic donatio ipsa perfici,tali reuocatione non attenta,licet à multis illa decisio Pauli de Castr. in contrarium allegetur : & in hoc credo,quod opin. Paul. de Castr. sit vera, & communis, quamuis plerique attestantur, communem opin. esse in contrarium,scilicet,quod imo potest ante ratificationem donatarij per donantem reuocari, & in specie Cagnol.*in quo tutela §.nec paciscendo,in fin. ff. de regul. iur.* quem refert Tiraquell. *de constit.in 30.limit. n.9.* Alba.*consil.36.n.1.*Quinimo Alciat.*in c.cum contingat.n.324.& seq.vsque ad n.331.*tenet,quod talis donatio ante ratificationem non valeat, & quod si donatarius ante ratificationem moriatur, non possunt eius hæredes illam ratificare:& dicit,quod est magis communis opin.Et idem tenet *in l.2.§.ex his,n.3 ff.de verb. oblig.* subdens, quod secundum hanc opinionem pluries consuluit,& ostendit illam esse communem,& de iure veram.Sed certe,vt dixi,contraria opin. est magis communis,scilicet quod non possit reuocari,prout illam esse magis communem attestatur Goz.*consf.87.circa fin.*& ex infra dicendis magis apparebit.

3 Aut vero donator non tantum simpliciter donationem ipsam adhuc non acceptatam reuocauit,sed etiam rem donatam in alium cum effectu transtulit: & tunc multi adhuc allegant Paul.de Castro *in alleg.consil.* tenere, quod prima donatio per secundam reuocari possit: tamen, nisi fallor, Paul de Castro loquitur in aliis terminis,prout infra dicam.Bene verum est,quod eius verbis colligitur, quod ipse fuit in hac sententia, dum ait,quod superueniens ratificatio,seu acceptatio, non præiudicat iis,quib medio tempore fuit ius quæsitum. Et secundum hanc opinionem, quod secunda donatio præiudicet primæ non ratificatæ, consuluit Dec.*consf.226.*& eam dicit esse communem Cagnol.*in l.fin.nu.271.C.de pact.* Contrariam tamen sententiam, scilicet quod imo per huiusmodi donationem, intercedente stipulatione Notarij, absenti factam, sit quæsitum ius donatario irreuocabiliter, etiam ante ratificationem, ita quod non possit deinde donator rem *e* ipsam in alium etransferre,tenuit Soc.iun.*consf.118.post n.12.vers.Non obstat tertia lib* 2.vbi dicit, quod licet sit magna auctoritas Paul.de Castr.& Dec.tamen in hoc eorum opin.non videtur tenenda,& de iis dici posset illud : *Quandoque bonus dormitat Homerus. & ibidem, post nu.16.* dicit, quod contra eos est communis opin. quem refert Didac.*in rubr.de testam.in 3.parte,post n.13.* licet non satis perfecte iudicio meo. Hanc etiam opinionem sentit esse magis communem Soc. iun. *consf. 121.n.8.& seq.lib.3.*Et dicit Apostil.ad Dec.*in l contractus,sub n.22 ff. de reg. iur.* quod hæc opin de iure erat verior,& communis,licet Apostil. ad Alexan. *consf.31. sub n.16. lib.6.* dicat, quod hodie opin. Decij est crebrior, & regia constitutione in regno Franciæ confir*f*mata,quem refert Tiraq.*f de constitutio.in 30.limit.n.9.* Ego vero in hoc secundo casu considerabam,quod aut *g* præfatus donatarius ante secundam *g* donationem *h* adeptus erat possessionem rei *h* donatæ: & tunc,cum adipiscendo possessionem videatur ratam habuisse donationem, non est dubitandum, quin prima donatio præualeat secundæ.Omnes enim conueniunt,quod in istis terminis etiam tacita duntaxat ratificatio sufficiat ad hoc,vt donatio irreuocabiliter perficiatur. Aut vero primo donatario non fuit tradita possessio, sed secundo: & tunc puto,quod res careat omni difficultate. Nam etiamsi prima donatio fuisset facta præsenti, & acceptanti; adhuc esset præferendus secundus donatarius, cui fuisset tradita res,secundum regulam *l. quoties, ff.de rei.vendic.*Aut non fuit tradita res primo, neque secundo donatario:& tunc in pari causa censerem primum esse præferendum,etiamsi secundus prius acceptasset,licet hoc non transeat sine scrupulo,etiam præsupposita pro vera illa opinione,quod simplex reuocatio donatoris non sufficiat, quam etiam tenuit Paul.de Castr.*in alleg. consf. vt supra dixi,* & re vera hic passus est valde dubius, & periculosus.

Tertius est casus, quando donator donationem 4 non reuocauit, neque rem in alium transtulit, sed antequam donatarius acceptaret,vel ratificaret decessit; & hoc casu consuluit Paul.de Castren. (si bene aduertatur) quod hæredes donatarij non possunt ratificare huiusmodi donationem in præiudicium hæredum donantis (quia in casu suo etiam donator erat mortuus) quibus (vt ipse dicit) iam erat ius quæsitum, eo quia per mortem donatoris erat in eos translatum dominium ipsorum bonorum.Sed certe licet magna sit auctoritas Paul. de Castr. illa sua opin. mihi nunquam placuit : ex ea enim sequitur vnum, quod regulariter est maxime absurdum,scilicet,quod hæres qui repræsentat personam defuncti, possit eius facto contrauenire. Præterea si (vt ipsemet Paul. ibidem tenuit) ipse donator viuens non potuisset sola reuocatione impedire ratificationem donatarij,*vt dixi supra,vers. Primo ergo casu.* quanto minus dicendum est, quod potuerit illam impedire sola morte,quæ in hoc casu non infert expressam,neque tacitam translationem.Nam acquisitio,quæ fit per hæredem,non dicitur proprie fieri per viam alienationis à defuncto, saltem respectu alicuius rei particularis,cum sit alienatio necessaria legalis, ex qua non potest in proposito inferri aliqua reuocatæ voluntatis declaratio : & si casus contingeret, credo, quod non erraret Iudex,qui contra opin.Pauli de Castro sententiam in hoc casu proferret, quæ etiam expresse conuincitur ex traditis per Doctores, quos allegaui infra *vers.Sed pone.*

Secundus est articulus, quando quis donat *i* alicui 5 præsenti,cum pacto, quod aliquo casu adueniente, res *i* perueniat in aliquem tertium absentem : & hoc casu non est pariter dubitandum, quin talis conuentio valeat, & illi absenti quæratur actio sine cessione : siue Notarius,siue etiam ipsemet donator stipulatus fuerit pro ipso tertio absente, vt dixi supra *in principio quæstionis.* Pariter etiam non est dubitandum,quin secuta ratificatione illius tertij,sit perfecta donatio,ita quod irreuocabiliter sit ipsi absenti ius quæsitum. Difficultas est,nunquid possit donator postea huiusmodi pactum reuocare,antequam fuerit ab ipso tertio absente acceptatum.Dic ergo,quod siquidem Notarius pro absente acceptauit, non potest amplius illud pactum reuocari in præiudicium absentis,cui mediante stipulatione Notarij fuit ius quæsitum : etiamsi donator, & donatarius concorditer vellent reuocare. Et in hoc omnes concordant,vt dicit Socin.iun.*in d.consf.118 n.13. lib.2.* Hanc etiam opin. communem esse attestatur Didacus *lib.1.resolut.c.14 nu.11.*Sed quid si nullus pro ipso absente acceptauit, nunquid poterit reuocari? Respon.Bart.*l.qui Romæ.§.Flauius,n.1 ff de verb.oblig.* tenuit, quod possit donator tale pactum remittere in præiudicium ipsius absentis; & opin.Bartol. dicit esse communem Socin.*in d.§. Flauius.n.14. & in l.2. n.66. C. de iure emphyt.* quem refert Cagnol. *in l. id quod nostrum n.12.ff de regul.iur.*Ruin.*consil.182 post n.21.versic. Nec obstat,lib.1. Exea in Rubr. de pactis,n.143.* Et dicit Didacus *in d.c.14.num.17.*quod communiter Doct. sequuntur Bart.Idem dicit Gratus *consil.25.post n.39. versic.Nec obstat,lib.1.*Contrariam autem sententiam, scilicet, quod imo non possit hoc casu tale pactum in præiudicium ipsius tertij absentis, etiam ante eius acceptationem,remitti,dicit esse commune Gulielm. de Bened.*in repet.cap.Raynutius.in verbo,Si absq; liberis,el 2.num.*

2. *num.*22. Roder. Xuarez. *in repet. l. quoniam in prioribus. in declarat. l. regni. quæst.*8. *numer.*2. vbi plures enumerat tenentes hanc opinionem, & dicit, quod fere omnis schola Scribentium tenet contra Bart. Idem etiam dicit Xuarez *alleg.* 19. Duennas *reg.*216. *in fin.* & certe non potest negari, quin propter varias rationes, & auctoritates Doctorum hinc inde passus non sit valde arduus, & periculosus. Ego tamen, si casus contingeret, non auderem consulendo, aut iudicando recedere ab opin. Bart. quam credo esse veriorem, & magis communem, modo tamen res esset integra; quia scilicet, res adhuc tradita non esset per donatarium illi tertio, vel etiam nondum euenisset casus, in cuius euentum donatio in illum tertium collata fuerat: nam iis casibus crederem non posse reuocari, prout etiam fatentur omnes teste Didaco *in d. c.*14. *post numer.*13. *vers. Principaliter & quinto*, in quo capitulo ipse Didac. multum eleganter tractat hanc materiam.

6 Sed pone, quod donator ipse, dum viueret, hoc pactum in fauorem tertij absentis appositum non reuocauerit, nunquid eo mortuo poterit ipsius hæres illud reuocare? Respond. quod non; & est commun. opin. vt attestatur Soc. *in d §. Flauius, nu.*19. *Exea in d. rubr. de pact. nu.*374. Didac. *in d. c.*14. *num.*17. Videtur enim quodammodo donatio ipsa confirmata morte donantis, ita vt res non possit amplius dici integra, & consequenter non possit donatio reuocari.

ADDITIONES.

a 1 CVm interuentu Notarij, &c.] An † & quatenus donatio valeat, si facta sit absenti & ignoranti, Notario acceptante donationem, late, & quidem diuersimode, post Clarum nostrum, examinant Bocerus *in Commentar. de donationib. cap.*3. *n.*3. *edit.*2. Riminald. Iunior. *in Rubric. Instit. de donat. n.*14. Anton. Faber *par.*2. *de errorib. prag. decad.*47. *error.*1. *& seqq* Mozzius *in tractat. de donationib. tit. de substantialibus &c. nu.*25. & D. Gregorius Obrecht. *disput.*2. *de donationibus th.*113. *& aliquot subseq.* Harprec.

b *Stipulatus fuerit.*] Quid si Notarius non fuit stipulatus pro absente, An valeat, quando adest clausula; Quæ donatio stipulata, & solemniter celebrata? & quod sic; vide per Ruin. *in consil.*180. *num.*11. verum etiam sustinetur per clausulam, omni meliori modo, per Crauettam *in cons.*131. *n.*3. Et adde, quod præsentia semper præsumitur, licet non dicatur in donatione: vide per Boer. *in decis* 33. *col.* 2. Giach.

c *Ipsa valeat.*] Item quod donatio pro aliquo absente acceptata reuocari haud possit per donatorem secundum omnes: vide per Cæph. *in consil.*33 *sub n.*6. quod etiam dixi *in sæpe d. collect. mea. n* 66. Giach.

d *Postea reuocari*] Sed quid si donatio sit facta absenti notario stipulante: & postea sit facta alia donatio secundo loco præsenti, & acceptanti, an prima donatio præualeat? vide per Rube. *cons.*117. Corn *cons.*50. *num.*18. *vol.*1. *& consil.*2. *volu.*3. Guid. Pap. *dec.*49. & plenius dico *in reg. meu contractuum, verb. donatio.* Giach.

e *Transferre.*] Vide ad idem etiam per Cæph. *in d. cons.*33. *num.*7. vbi dicit errasse Castr. & ceteros tenentes donatorem transferendo rem donatam in alium, adeo præiudicare domino, vt tanquam re non integra donationem non possit ratificare, modo ab alio donatarij nomine fuerit acceptata. *Giach.*

f *Tiraq.*] Quem vide ibi. quia limitat, declarat, & distinguit plenius. *Giach.*

g *Secundam donationem.*] Item si donationes duæ sint factæ, quæ præualeat? vide per Dec. *in consil.*251. *&* 423. *in fin.* Giach.

h *Possessionem rei donatæ.*] Vide ad idem per Franc. Aret. *in cons* 13. Giach.

i *Quando quis donat alicui præsenti, cum pacto, &c.*] An †
2 conuentio fieri possit, quod aliquo casu adueniente, res perueniat in aliquem tertium absentem: & an donator huiusmodi conuentionem siue pactum reuocare queat, post Clarum *hoc loco* nostrum, abunde etiam declarat Mozzius *sub d. tit. de substantialibus, &c. n.*18. Harprec.

QVÆSTIO XIV.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Donatio hodie etiam nudo pacto perficitur.*
2 *Et quid in donatione causa mortis.*
3 *Et quid in donatione remuneratoria.*
4 *Et quid in donatione præsumpta.*
5 *Et quid si donatio facta sit præsenti, & tacenti.*
6 *Et quid in pacto siue promissione de donando.*

Ex Additionibus.

1 *Non solum donatio inter viuos, sed etiam mortis causa, hodie nudo pacto perficitur.*
2 *Et quid, si donatio facta sit præsenti, & tacenti.*

DE iure Digestorum in donatione requirebatur, quod interueniret stipulatio, vel traditio: hodie vero ex dispositione *l. si quis argentum. §. sin autem hoc C. de donat.* donatio non requirit stipulationem; vel traditionem, sed nudo a pacto perficitur. 1

Et hæc quidem conclusio de plano procedit in donatione inter viuos, prout loqui videtur tex. *in d. l. si quis argentum.* sed punctus est, vtrum habeat locum etiam in donatione causa mortis, vt scilicet etiam ipsa nudo pacto perficiatur? Respon. quod sic. Ita tenet gloss. *in l. cum pater. §. Mæuio, in verbo, Donabat. ff. de lega.* 2. quæ in hoc est communiter approbata, vt dicit Corn. *cons.*226. *in littera B. lib.*3. *& consil.*237. *in littera C. lib.*4. Socin. *consil.*125. *n.*1. *lib.*3. Et dicit Ruin. *consil.*54. *nu.*4. *lib.* 1. quod cum illa gloss. concordant communiter Doctores. Hanc etiam opin. dicit esse communem Alexand. *consil.*113. *n.*5. *lib.*6. *& in l.*2. *n.*7. *ff. de legat.*1. *& in l. cum ex causa quam legit. cum l. cum tempus, nu.*2. *& post nu.*4. *ff de re iud.* quem refert Bertrand. *consil.*168. *n.*5. *lib.*3. *in* 2. *parte.* Ias. *in §. in personam, nu.*61. *Instit. de act.* Dec. *consil.*254. *circa fin.* Bertrand. *consil.*156. *n.*11. *&* 12. *libr.*1. *in* 2. *parte, & consil.*207. *post num.* 1. *eod. volum.* Gomez *in d. §. in personam. post nu.*43. *versic. Item circa illud* quem refert Didac. *in rubr. de testament. in* 3. *parte, n.*14. Nulla enim subest ratio diuersitatis, cur aliud hoc casu dici debeat in donatione causa mortis, quam in aliis donationibus statutum sit. 2

Quæro, an dispositio *d. l. si quis argentum.* habeat locum in donatione remuneratoria? Respond. quod non. Ita tenet Bart. *in l. iurisgentium §. quinimo, nu.*20. *ff. de pact.* & hanc opin. dicit esse communem Ias. *in d. §. quinimo, num.*19. *& sequenti.* Cum enim hæc donatio non possit proprie dici liberalitas, *vt dixi supra quæst.*3. non videntur illi conuenire verba *dict. l. si quis argentum.* Ego tamen si auderem, facile inclinarem in contrariam sententiam, quæ etiam æquior videtur. Magis enim fauendum videretur huic donationi, quæ fouetur præexistente causa benemeritorum, quam simplici donationi, quæ soli liberalitati innititur. In iudicando tamen non recedas à communi, quia lex magis fauet liberalitati. 3

Item quæro, nunquid dispositio *d. l. si quis argentum.* habeat locum in donatione præsumpta? Resp. quod non. Ita dicit Bart. *in d. § quinimo. post n.*20. qui in hoc communiter approbatur, vt ait Alexand. *in l. si aliquam. in vltimis verbis. ff. de acquir. poss.* Hoc enim casu duæ impropietates, seu duo specialia concurrent. Primum, quod præsumeretur donatio, vbi non esset. Secundum, quod ex pacto nudo daretur actio. Exemplum autem huius donationis præsumptæ poni potest in confessione dotis facta constante matrimonio, vt dixi infra §. *dos.* 4

5 Sed pone, ego dono *b* alicui, qui est præsens,& tacet,nunquid talis præsentia cum taciturnitate inducit consensum, ita quod censeatur inductum pactum, & consequenter valeat donatio,iuxta dispositionem *d. l. si quis argentum*? Respondeo,quod sic: & est communis opinio, vt ait Cagnol. *in l. semper qui non prohibet. n.3.ff de reg.iur.Exea in rubr.de pact.n.98.* quem refert Didacus *in rubr. de testam. in 2 parte,post n.13.versic.Verum si donatarius.* Et si dicas,quod secundum communem conclusionem,de qua supra, dispositio *d.l.si quis argentum* non habet locum in donatione præsumpta? Respondeo,quod hoc casu non est consensus præsumptus:nam promissio facta præsenti,est vere,& proprie pactum,vt dixi infra *hoc eod.lib.§ pact.*

6 Dispositio *d.l.si quis argentum,* proculdubio locum habet in donatione: Sed quid in pacto, siue promissione de donando? Respondeo, in hoc articulo Doctores sunt varij.Nam aliqui tenuerunt,quod non;& hanc opin.dixit esse communem Alciat *in l.1.in principio,post nu.16 ff.de verbor.obligat.* Aliqui vero tenuerunt contrarium,scilicet,quod imo etiamsi non interueniat stipulatio,neque traditio,talis promissio valet, & obligat promittentem,etiam solo pacto nudo interueniente. Et hanc opin. dicit esse communem Socin. *in consil.102.post n.4.lib.3* Gomez *in §. in personam. nu.59.& sequ. Instit.de actio.* Ripa *lib.3.respons.cap.14.n.1.& sequenti* & hæc opinio tanquam verior,& magis communis mihi magis placet, nam considerato effectu,& substantia verborum,nihil aliud est promissio donandi,quam donatio:& in dubio semper inclinare debemus in sententiam,per quam actus efficax reddatur.

ADDITIONES.

a *Sed nudo pacto perficitur.*] Item quod donatio haud præsumatur,probatur etiam *in l.cum de indebito ff.de probat.l.filiusfamilias,ff.de donat. l. contra iuris. §. fin. ff de pact. iuncta l. oblig.generi.de pignor* & habetur per Ias. *in cons.193. vol.2. & in consil.160. vol.4.* Tiraq. *in l. si vnquam fol.188.* Quod maxime procedit inter personas prohibitas.Corn.*consil.145.col.6.lib.2.* Item in ascendente erga descendentem in eo,ad quod non tenetur,licet impensa sit modica per Crau. *cons 86.nu.3. & 164. sub n.6.* vbi etiam econuerso sic. Fallit,quando præcesserunt, per Tiraq.*d.l si vnquam pag.151.* Item fallit si aliqua adsit coniectura etiam leuissima per Fel.*in c.si cautio de fid.instrum.n.5.* Item fallit inter coniunctos,secundum Anch.*cons.69.col.2.* Verum in contrarium in hoc vide per Alexand. *in cons.167 n.10. 11. & seq. vol.7.* Tu intellige minimis per Ias.*cons.193. vol.2.* Item fallit si interuenisset traditio gl.*in §. sin minus,* & ibi per Ias.*col.3.instit.de actio.* Soc. *in consil.73.col.6.* Decian. *cons.644. col.2.* Item fallit pro validitate actus secundus Anch.*d.cons.69. col. 2.* Idem fallit fauore dotis etiam inter extraneos, per Crauet.*consil.15. n.9.* Item præsumitur tribus concurrentibus sanguinis coniunctio, longum tempus, & rationis non redditio,per Crau.*cons.139.* quinimo inter scientes ex duobus præsumi dicit. Item præsumitur donatio ex obseruantia subsequuta,vbi probari non potest,per Crau.*in cons.277.nu.2.* Sed nunquid præsumatur ex simplici donatione? vide per Socin. *cons.93 col.9.*Gomez.*in §.hic itaque col.3.Instit.de actio.* Inducitur,quando quis patitur rem suam describi pro censu soluendo *l. censualis. C. de donat.* intellige tamen, vt per Crau. *cons. 225.col.2.* Item donatio præsumitur ratione sanguinis & dotis per Crau. *cons.159.* & præsumitur dotis fauore etiam, vbi alia causa potest præsumi; per Alb. *consil.12. n.11.* etiam in extraneos,per Crau.*in cons 15.n.9.*dato quod soluens esset obligatus ad illam quantitatem, per Alb. vbi *supra.* Item præsumitur, quando filia vnius fratris fuit dotata de bonis communibus cum alio fratre eo non contradicente,per Alb.*d.consil.12.n.4.* Crau.*cons.159 n.4.* Giach.

1 *Sed nudo pacto perficitur.*] Quod non solum donatio inter viuos, sed etiam mortis causa hodie nudo pacto perficiatur, post Clarum nostrum,& ab eo hic laudatos,tenent & probant Michael Grassus *lib 1 recept.sent.§ donatio causa mortis.q.8.n.1.* Mozzius *in tract.de donationibus sub tit.de substantialibus,&c. nu.1.* Tiraquell.*in repet l.si vnquam 8.in verbo donatione largitus,num.248. C.de reuo and.donationib.* & Thadeus Piso *lib.4. var.resolut.c.3 n.8.*vbi plures laudat. Qua de re videatur quoque D Borer. *in Comm.de donat c.5.n.8.* Harprec.

b *Ego dono alicui, qui est præsens, & tacet.*] Quod taciturnitas † donatarij præsentis inducat acceptationem, & consequenter consensum: sicque ex vtriusque mutuo consensu donatio firmetur, vltra Clarum hic nostrum, & ab eo allegatos, tenent Angel.183. Curt. iun. & Purpurat. *in rubr. C. de pact.* Iason *in rubr. ff. de verb oblig.* Socin. *cons.112. vol.1.* Vasquius *lib.2.controuersia.illustr.c.62. num.13.* Grassus *in d §. donatio causa mortis. qu.8. num.2.* eosque referens Thadeus Piso *d. lib. c.3. num.10. versic.contrarium, &c.* Quibus adijciendus est Mozzius *in d. tract. de donat. tit. de substant. & c.num.24.* Harprec. 2

QVÆSTIO XV.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Donatio excedens summam quingentorum solidorum debet insinuari.*
2 *Insinuatio quid sit.*
3 *Et quomodo fiat.*
4 *Et an requiratur,quod fiat in loco iudicij.*
5 *Et an in insinuatione requiratur decretum iudicis.*

Ex Additionibus.

1 *Insinuatio donationis, summam 500. solidorum excedentis,ob quas rationes fieri debeat.*
2 *Solidus in iure nostro est aureus.*
3 *Ratio, cur aureus dicatur solidus.*
4 *Donatio absque insinuatione,ad quam nostratium aureorum quantitatem hodie fieri possit, remissiue.*
5 *Statutum, & consuetudo loci de donationis insinuatione spectanda.*
6 *Insinuatio quomodo definiatur, remissiue.*
7 *Coram quo iudice insinuatio expediri queat.*
8 *In donationis insinuatione debet apparere de voluntate iudicis,quod donationem ad acta referri velit.*

Sciendum est etiam, quod ex dispositione *l. sancimus.in C.de don.* cautum fuit,quod omnes donationes excedentes summam trecentorum solidorum deberent *a* insinuari: sed deinde summa fuit aucta *per l. pen. §.fin. C.de donatio.* vsque ad summam quingentorum solidorum.Fac ergo regulam,quod in quacunque donatione *b* excedente summam 500.solidorum,necessario requiritur, quod donatio ipsa insinuetur, alias non valet. Isti autem quingenti solidi hodie faciunt summam septingentorum *c* scutorum istius temporis: & ita interpretatur communis opinio,vt dicit Bellon. *cons.74.n.22.*imo Duen *in reg.224. limit. 9. in fi.* dicit, quod hodie valet etiam vltra mille aureos. Et in proposito quomodo intelligatur solidus legalis, dixi inf. *lib.7 § solidus.* Quod nota,ne forte tibi eueniat, prout illi Iudici Montis Pulciani,qui reuocauit quandam donationem factam vltra trecentas libras, quatenus excedebat summam vigintiquinque librarum, de quo mentionem facit Io. Andr. *in addit. ad Spec. in tit. de don.§.porro,in vlt. Apostil.circa fin.*vbi refert Rof.de illo dicentem, quod non erat *d* Iurista, licet gustasset de brodio iuris.Et quia hoc loco incidit mentio insinuationis, cuius materia multoties contingit in practica, non solum propter dispositionem iuris communis,sed etiam propter statuta, quæ in multis locis disponunt insinuationes donationum, vel testamentorum fieri debere; non impertinens erit aliqua præmittere ad intelligentiam terminorum. 1 a b c d

Quæro ergo,quid sit *e* insinuatio?Respon.quod est per superiorem *f* auctoritatis præstatio. Et licet hæc non sit bona, neque congrua diffinitio, neque descriptio; tamen consuetudo videtur hanc descriptionem admittere,vt dicit Alb.*in l.illud post n.2.C.de sacros. Eccles.* & in hoc non insisto,quia plerunque in huiusmodi diffinitionibus tempus conterere est prorsus inutile. 2 e f

Quæro

3 Quæro etiam, quomodo fiat insinuatio, & an possit fieri vnico contextu cum ipsa donatione? Resp quod sic: & ideo practica insinuationis facienda est, quod donatio redigatur ad scripturam, & postea coram iudice publicetur, & registretur apud acta; vel etiam sufficit, quod donatio ipsa scribatur, & publicetur coram iudice absque alia scriptura, vel registratione. Et ita apud nos seruari attestatur Io. Andr. *in addit. ad d. §. porro sub n.4. in fin.* Hanc etiam esse communem opin. & ita communiter seruari attestatur Guido Papæ *conf. 23. nu. 11. in c. cum contingat nu. 9. de iureiur.* quem refert Corn. *conf. 36. in lit. A. lib. 3.* ita etiam apud nos seruari dicit Ant Can. *de insin in 1. par. n. 4. & seq.*

4 Vlterius quæro, nunquid requiratur, quod insinuatio fiat in loco iudicij? Respon. quod non, sed sufficit, g quod fiat coram Iudice, etiam alibi, quam in loco iudicij: & ita communiter obseruatur, vt dicit Io. Andr. *in addit. supra allegata.* Imol. *in d. c. cum contingat, post n. 95.* Est enim hic actus, qui non requirit plenam causæ cognitionem, prætereaque est actus voluntariæ iurisdictionis, vt tenent Doctores, teste Canar. *de insinuatio. in 1 par n. 14.* merito potest vbique exerceri: intellige modo sit locus honestus, & carens suspicione.

5 Item quæro, an in insinuatione requiratur decretum iudicis? Resp. quod non. Ita tenet Bart. *in l. Modestinus, post n. 3 ff de donat.* & est commun. opin. vt dicit Corn. *in d. conf. 36. in lit. B. lib. 3.* Cum enim donatio ipsa dependeat ex sola donantis voluntate; non est opus neque causæ cognitione, neque decreto, sed sola ipsius iudicis præsentia sufficit.

ADDITIONES.

a INsinuari.] De non insinuata donatione vide per Menoch. *conf. 261.* Rationes, ob quas donationes insinuari debent, sunt quatuor: quas vide apud Duen. *regul. 214.* vbi habes *reg. cum 2. ampliationib. & 19. limitationib.* Giach.

b *In quacunque donatione excedente summam 5000. solidorum necessario requiritur, quod donatio ipsa insinuetur.*] Ratio-
1 nes, ob † quas donationis quingentorum solidorum summam excedentis insinuationem fieri necesse est, quatuor à Doctoribus assignantur. Prima est: vt inter donationem, & insinuationem possit deliberare donans, an sibi expediat donationem perficere, nec ne. *argument. Nouell. 23. cap. 1. versic. vt liceat homini intra id spacium plenissime deliberare, &c.* Secunda ratio est: vt iteratio actus ostendat, & declaret perseuerantiam mentis ipsius donatoris: sicuti dicitur de actu geminato *in l. Ballista 32.* vbi gl. & DD *ff. ad SC. Trebellian.* Tertia est ratio: vt tollatur omnis suspicio fraudis, & deceptionis, *l. data 27. C. de donationibus.* Quarta ratio est: vt occurratur falsis probationum modis, *argum. l. fin. C. de fideicommiss.* Anton. de Canario *in tractat. de insinuat part. 1. quæst. 9. num. 18.* Petrus à Duen. *reg. 214.* Roland. à Valle *consil. 70. n. 17. lib. 2.* Berous *consil. 56. nu. 9. lib. 1.* Petrus Nicolaus Mozzius *in tract. de donationib. tit. de substantialib. seu quæ requirantur in donat. num. 7.* Rebuffus *in Comment. ad Reg. Constit.* Galliar. *to. 1. tit. de donat. insinuand. art. 1 gl. 1. n. 2.* Menoch. *conf. 261. n. 19 & seqq. lib. 3.* & D. Collega Bocer. *in Comment. de donat. c. a. 3. n. 57. edit. 2.* Harprec.

c *Septingentorum scutorum istius temporis.*] Adde ad idem & per Nat. *in cons. 28. col. 1.* qui alios recenset concord. *Giach.*

Quingenti solidi hodie faciunt summam septingentorum scuto-
2 *rum, &c.*] Breuiter hic addendum; quod † solidus in libris iuris nostri nihil aliud sit; quam aureus. Nam quod dicitur solidus *in § fin. Instit. tit. de pœn. temere litigant aureus appellatur in l. penult. & vlt. ff. de in ius vocand.* Andr. *lib. 2. obseruat. 39. nu. 1.*
3 vbi ait, id communiter receptum esse. Aureus † autem duabus de causis dictus fuit solidus: primum, quod ex auro puro constabat: siquidem solidum veteres integrum vocabant. Deinde, vt ab eo discerneretur, qui dimidiatur, aut dimidiato minor erat, hoc est, semisse, & tremisse, auctore D. Bocer. *d. comment,*
4 *de donat. cap. 3. nu. 62.* Verum † cum hodie nostrates aurei minoris sint ponderis, quam aurei fuerunt Iustinianiei; non vsque adeo expeditum est, ad quam aureorum nostratium quantitatem donatio absque insinuatione hodie valeat. Qua de re, post Clarum nostrum, varij varia litteris prodiderunt: vti videre est ex Wurmsero *in pract. obser titul. 49. de verb signif. obseruat. 11.* Bernardo Græuæo, *lib. 2. conclus. 39. considerat. 2.* Ioan. Gutierrez *tractat. de iuramento confirmatorio. c. 7. numer. 4. & sequentib.* Io. Koppen, *decis. 5. n. 16. & seq* Ioan. Schneidevvino *ad §. alia 2. titul. Instit. de donationibus 24.* hosque laudante D. Bocero, *d. c. 3. n. 65. & seq.*

Sane si † extet loci statutum, vel consuetudo, ad quam vs- 5
que summam citra insinuationem donatio valeat: ea omnino attendi, obseruarique debet. Hinc Coloniæ vsque ad 1200. aureos, & Aquisgrani ad 2000. aureorum monetæ currentis (vt vocant) donatio absque insinuatione facta subsistit, teste Gailio *d lib. 2. obseruat. 9. n 4.* D. Obrechto *disput. 2. de donationib. th. 168.* Harprec.

d *Iurista.*] Quinimo hodie reperiuntur Iuristæ, qui inauditas fabricant sibi opin. atque tenaciter illas contra ius seruant: vt dixi *in sing. meo 372. superiorib. diebus.* Giach.

e *Quid sit insinuatio.*] Insinuationem † alij aliter definiunt: 6
vt constat ex Bart. *in l. Modestinus 23. ff. de donationibus.* Schneidevvino *ad d. § alia 2 n 7. Institut. eo.* Anton. Gabr. *tit. de donat. lib. 3. conclus. 1* Ioseph. Ludouic. *commun. conclus. 17.* D. Obrecht. *d. disput. 2. th. 138.* & Petro Nicolao Mozzio *d. tract. de donationibus tit. de substantialibus, seu quæ requirantur in donat. nu. 6.* Harprec.

f *Per superiorem auctoritatis præstatio.*] In statu, & ditione ciuitatis Ferrariæ duo habemus statuta: vnum de solemnitatibus *lib. 2. c. 99. fol. 92.* alterum *lib. 2. cap. 70. de donat. inter viuos, vltim. dispositio. &c. fol. 307.* quæ sunt in viridi obseruantia: illa videnda sunt, atque obseruanda per subditos. Et scias, quod donatio, etiam iurata, non seruata forma statuti probatoria, haud valet: communem vide, per Roland. *consil. 43. in princ. vol. 3.* Et semper aduerte: quod tantæ est virtutis, efficaciæ, atque potentiæ insinuatio, quod ei haud potest renunciari; per Roland. *in cons 39. num. 35. cum sequent.* Vbi non potest insinuationis defectus purgari per renuntiationem, quia non valet dato, quod esset iuramento firmata. Et ista est communis ratio, quia insinuatio est introducta ad publicam vtilitatem; cuius interest, ne quis re sua male vtatur: & iuramentum contra publicam vtilitatem non valet, & communem esse attestatur Barb. *in consil. 16. vol. 2.* & (vt dixi) in ditione status Ferrariæ haud est à statuti forma recedendum. Et quando vitiatur in excessu, per Roland. *in cons. 19. num. 14. in consil. 39. & in cons. 63. numer. 15.* qui alios allegat, quicquid dixerit Soc. *in l. 1. ff solut. matr* Idem de illa communi dixi *in collecta mea commun. opin. verb. donatio, n. 98. & nu. 99. & 110. duas posui fall.* Giach.

g *Sufficit, quod fiat coram iudice, &c.*] Expediri † insinua- 7
tionem posse apud quemuis iudicem, etsi bona alibi sita sint, liquet *ex d. l. data 27.* vbi Bartol. & *L. in hac sacratissima, 30. C. de donationib.* & notant Hippolytus Riminald. *ad § 1. num. 65. Instit. de donat.* Gail. *d. lib. 2. obseru. 39. num. 28. & obseru. 123. numer. 5.* Emanuel Soarez *in thesaur. recept. sentent. littera I. num. 107.* & D. Bocerus *d. Commentar. de donationibus cap. 3. num. 49.* vbi *num. 50.* subijcit, tutius esse, fieri insinuationem istam coram iudice competente, cui scilicet donator, vel res donata subiecta est, per notata Guidonis Papæ *quæst. 325.* & Schneidevvin. *ad d. §. alia 2. num. 11. Instit. de donationib.* Sola † autem iudicis præsentia non sufficit ad donationis insi- 8
nuationem, sed insuper necesse est, vt de voluntate iudicis appareat, quod donationem ad acta referri, atque ita insinuari eam voluit: quemadmodum, post alios, firmat Ant. de Canar. *prædicto tract. de insinuat. par. 1. q. 14. num. 10.* & sequitur Hartman. Pistoris *lib. 3. q. 9. nu. 14.* necnon D. Bocerus *d. c. 3. n. 56.* Harprec.

QVÆSTIO XVI.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Insinuatio an requiratur in donatione tacita, vel præsumpta.*
2 *Et an in pacto gratuito, vel simplici liberatione.*
3 *Et an in pacto de non petendo.*
4 *Et quid in cessatione facta ex causa donationis.*
5 *Et quid in donatione reciproca.*
6 *Et quid in donatione ob causam.*

Ex Additionibus.

1 *Nunquid insinuatio requiratur in donatione præsumpta, vt tacita.*
2 *Et an in remissione ex causa donationis facta.*
3 *Et an in pacto gratuito, vel simplici liberatione.*
4 *An item in donatione reciproca, seu remuneratoria, remissiue.*

1 HIs sic præmissis, redeo ad conclusionem superius factam, scilicet, quod in quacunque donatione, *a* quæ excedat summam quingentorum solidorum *a* requiritur insinuatio, alias nihil valet, & in primis quæ- *b* ro, an hæc conclusio *b* habeat locum etiam in donatione tacita, vel præsumpta? Resp. quod etiam in illa requiritur insinuatio. Ita colligitur ex doctrina Bart. *in l.1.n.2.ff. de donat.* quam dicit esse communiter approbatam Curt. iun. *cons.126. circa fin.* Potuisset allegare Bart. hoc clarius dicentem *in l. fin. in princ. num.5. C. de iur. dot.* vbi infert ad confessiones, quas mariti faciunt de dotibus receptis, quæ habent vim donationis tacitæ, seu præsumptæ: & est valde notabilis decisio, & quæ aliquando mihi magnum honorem fecit in practica.

2 Item quæro, an etiam *c* in pacto gratuito, siue libe- *c* ratione simplici, facta non expressa causa, requiratur insinuatio? Respond. quod sic, si excedit summam quingentorum solidorum. Ita tenet gloss. vulgatissima *in l. si quis obligatione, ff. de reg. iur.* & est communis opin vt dicit Alexand. *in l. creditori, num.4. C. de pact.* quem refert Dec. *ibi, num.12. & in d. l. si quis obligatione, num.10.* & Soc. *in d. l. creditori, in 2. notab.* Calcan. *cons.25. num.23.* Iaf. *cons.399. col.2. vers. Sexto istam. lib.2.* Curt. iun. *consil.47. num.3* Cagnol. *in d l si quis obligatione, num.4.* quem refert Duen. *reg.224. in 1. ampliat.* Alciat. *in l. dedisse, ff. de verb. signif.* qui dicit, quod hoc communiter approbatur. Didac. *lib.2. resol.c 4. num.8.* Et quod in pactis liberatoriis requiratur insinuatio, dicit communiter teneri Claud. *in d. l. creditori, nu.1.* Cum enim appareat de animo donandi, ex quo nulla causa subest, idem iudicatur, quod de donatione expressa.

3 Eademque ratione habebit locum *d* conclusio, *d* etiam in pacto de non petendo. Nam si debitum sit liquidum, & excedat summam quingentorum solidorum, erit necessaria insinuatio: & ita magis communiter tenetur, vt dicit Alex. *in l. Nesennius, §. fin. ad l. Falcid.* Hanc etiam dicit esse communem opin. Ripa *in l. si vnquam, n.39.*

4 Idemque si sit facta cessio ex causa donationis, pariter erit necessaria insinuatio. Et hæc est communis conclusio, vt ait Curt. iun. *cons.126. paulo ante fin.* Nam vbi appareat de intentione, non est curandum, quomodo verba concepta fuerint: & generaliter, quod remissio, vel renunciatio, vel indebita solutio scienter facta, sit donatio, & insinuatione indigeat, dicit esse magis communem opin. Calcan. *cons.25. post nu.23. vers. sed potest.*

5 Sed nunquid *e* in donatione reciproca, seu vicissi- *e* tudinaria requiritur insinuatio? Resp. quod non. Ita consuluit Oldrad. *cons.139. n.13.* & hæc opinio est per omnes approbata, vt ait Curt. iun. *cons.81. nu.5.* Talis enim non dicitur proprie donatio, vt dixi sup. *quæst.2. vers. Item quæro.*

6 Sed quid dicendum in donatione ob causam? Respondeo, quod in illa non requiritur insinuatio, præsertim si est facta animo remunerandi. Ita tenet Bart. *in l. Aquilius Regulus, nu.3. ff de don.* qui in hoc communiter approbatur, vt dicit Soc. iun. *cons.77. num.151. lib.1.* Idem etiam dicendum est, vbi facta esset donatio ob causam, vel de futuro, maxime si essent onerosæ, & tendentes ad diminutionem patrimonij, vel bonorum futurorum, secundum Bart. *in loco præallegato*, & est communis opin. vt dixit Alex. *cons.113. n.31. lib.6.* Huiusmodi enim donationes, cum aliam habeant causam, quam liberalitatis, proprie donationes dici non possunt, vt dixi supra.

ADDITIONES.

a QVingentorum solidorum.] Intellige de aureis, quorum septuaginta duo faciunt libram auri; per Roland. *d. consil.39 n.44* Natt. *consil.165. in fine*, quæ quingenta hodie ascendunt ad 670. vt attestatur Soc. iun. *cons 67. & 118. lib.2. & cons. 191. lib.3.* Et secundum Natt. *eodem consilio 28. col 1.* hodie ad faciendam aurilibram 96. aurei concurrunt; vnde hodie facto calculo, vltra 700. aureos dicit valere donationem. *Giach.*

b *An hæc conclusio habeat locum etiam in donatione tacita.*] Quod † insinuatio etiam requiratur in donatione præsumpta, vel tacita, vltra Clarum hic nostrum, & alios ab eo allegatos, tradunt Iosephus Ludouic. *commun. conclus.17. versic. an eadem, &c.* & Petrus Nicolaus Mozzius *in tractat. de donationibus sub titul de substantialibus, seu quæ requirantur in donat. n.17. versic. idem erit dicendum, &c.* vbi subdit, si † facta sit remissio ex causa donationis, itidem necessariam esse insinuationem: eo quod, si appareat de intentione & effectu, non sit respiciendum, quomodo verba concepta fuerint, per notata Curtij Iunioris *cons.128.* & Calcan. *cons.15. post num.23.* Harprec. 1 2

c *An etiam in pacto gratuito &c.*] In † pacto quoque gratuito, vel liberatione simplici facta non expressa causa, si summam quingentorum aureorum excedat, insinuationem desiderari, præter Clarum, & ab eo cumulatos hic, tenent Tiraquellus *in l. si vnquam 8. in verb. donatione largitus nu.173. & n.176. C. de reuocand. donat.* Mozzius *dict. n.17.* aliique per hos adducti. *Harprec.* 3

d *Habebit locum conclusio etiam in pacto de non petendo.*] Adde † idem sentientes Constant. Rogerium *l. in ædibus.9. ff. de donationibus.* Tiraquellum *in d. l. si vnquam, 8 in verb. donatione largitus. n.196. cum seq. C. de reuocand. donat.* & Mozzius *d. tit. de substantial. &c n.18.* Harprec. 4

e *Nunquid in donatione reciproca, &c.*] Quod † donatio reciproca, & remuneratoria non exigat insinuationem, ostensum est supra *ad quæstion.2. num.7. & quæstion.3. numero quarto.* Harprec. 5

QVÆSTIO XVII.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Insinuatio an requiratur in donatione facta Ecclesiæ.*
2 *Donatio non insinuata nunquid annulletur in totum, an autem solummodo quatenus excedit summam quingentorum solidorum.*
3 *Et an donatio inter virum & vxorem, quatenus non est insinuata, confirmetur morte.*
4 *Et quid si in donatione apposita sit clausula, quod vult censeri plures donationes non excedentes summam quingentorum solidorum.*
5 *Et an possit per pactum renunciari insinuationi.*

Ex Additionibus.

1 *An donatio Ecclesiæ, & piis causis facta sine insinuatione valeat, si legitimam excedat.*
2 *Ecclesia vltrix est, & auctrix iustitiæ.*
3 *Quibus casibus donatio vltra quingentos aureos facta, subsistat.*
4 *Coram Principe nihil occulte fieri intelligitur.*
5 *In Principe nullus dolus timeri potest.*
6 *Princeps legibus solutus.*
7 *Liberalitas Principis nullis cancellis coerceri debet.*
8 *Quod de Romanorum Imperatore cautum est, num extendi quoque possit ad Duces, & Principes, ceterisque Imperatore inferiores.*
9 *Nostri hodie Duces, Principes, Comites, &c. in suis territoriis Imperatori comparantur.*
10 *Liberalitatem exercere primum est Principum, & Nobilium.*
11 *Donatio facta Imperatori à priuato, insinuationem non exigit.*
12 *Ecquid donatio non insinuata annulletur in totum, an solummodo quatenus excedit summam legitimam.*

13 *In*

13 *In diuiduis vtile per inutile non vitiatur.*
14 *Superfluum illud quo remedio repetatur.*

1 SVcceſſiue quæro, nunquid prædicta concluſio, quæ habet inſinuationem, requiri in quacunque donatione excedente ſummam quingentorum ſolidorum, habeat locum etiam in donatione facta Eccleſiæ, vel piæ cauſæ? Reſpondeo, quod non. Illa enim valet abſque inſinuatione; & licet per diſpoſitionem *l. illud, C. de ſacroſ. Eccleſ.* ſolummodo concederetur donari Eccleſiæ ſine inſinuatione, vſque ad ſummam quingentorum ſolidorum; quo tempore non licebat priuatis donare ſine inſinuatione, niſi vſque ad ſummam trecentorum ſolidorum; tamen ex quo poſt illam legem ſuperuenit diſpoſitio *l. penult. C. de donat.* quæ conceſſit etiam priuatis donari ſine inſinuatione vſque ad ſummam quingentorum ſolidorum; pariter etiam extendi debuit priuilegium Eccleſiæ vltra illam ſum-
a mam; & ſic hodie *a* tenendum eſt, quod valet donatio, facta Eccleſiæ vltra quingentos ſolidos, ſine inſinuatione. Ita tenuit Bartol. *in d. l. illud, n. 4.* & ita communiter teneri atteſtatur Felyn. *in c. Eccleſia S. Mariæ, poſt n. 81. de conſtitu.* Hinc etiam opin. dicit eſſe communem Iaſ. *conſ. 169. n. 8. lib. 3.* Ripa *lib. 3. Reſp. c. 11. nu. 10.* Petrus Rebuff *de priuilegiis ſcholarium, priu leg. 64.* quem refert Duennas *reg. 114. in 6. limitatione.* Cum enim neceſſitas inſinuandi proueniat ex diſpoſitione iuris ciuilis, illa attendi non debet in præiudicium Eccleſiæ, vel piæ cauſæ. vt dixi ſupra *lib. 1.*

Sed quæro, ego feci donationem alicui de ſumma
b mille aureorum, & non feci illam inſinuari, nunquid *b* donatio vitiabitur in totum; an autem ſolum quatenus excedit ſummam quingentorum ſolidorum? Reſpon. quod ſolummodo vitiatur, quatenus excedit *c*
c ſummam quingentorum ſolidorum; *tex. eſt in l. ſancimus in princ. C. de donat.*

Sed hic incidenter quæro. Tu ſcis, quod donatio inter virum, & vxorem confirmatur morte, vt dixi ſup. *q. 9. verſ. Sciàs autem.* ſcis etiam, quod ſi excedit ſummam quingentorum ſolidorum, ad hoc vt confirmetur morte, requiritur, quod ſit inſinuata; alias vero ſi non ſit inſinuata, non confirmatur; vt eſt tex. expreſſus *in l. donationes, la 1. C. de donat. inter vir. & vxor.* Nunquid
d *d* talis donatio excedens quingentos ſolidos, & non inſinuata, non confirmabitur in aliquo, & ſic prorſus corruet; an autem ſuſtinebitur vſque ad ſummam quingentorum ſolidorum? Reſp. Salic. *in d. l. donationes, la 1. poſt n. 3.* tenuit, quod in nihilo confirmabitur; ex quo hoc caſu eſt defectus in re, & in perſona. In re, quia non fuit inſinuata: in perſona, quia inter coniuges non valet donatio. Tu vero teneas contrarium, prout etiam expreſſe ſonant verba d. l. donationes dum dicit amplioris quantitatis &c. & ita illud dictum Salic. eſt magis communiter reprobatum, vt dicit Bellon. *conſ. 4. n. 11.* Et hæc etiam opin. eſt æquior.

4 Sed pone, aliquis fecit donationem, quæ in totum excedat ſummam quingentorum ſolidorum, ſed in inſtrumento appoſuit clauſulam, quod volebat cenſeri plures donationes non excedentes pro ſingula ſummam quingentorum ſolidorum, nunquid hæc cautela proderit, ita vt donatio ipſa propter defectū inſinuationis non vitietur? Reſpond. quod nihil proderit tanquam facta in fraudem legis inſinuationem requirentis, & ideo donatio ipſa nihilominus vitiatur. Ita dicit Bart. *in d. l. Modeſtinus n. 10 ff de dona.* cuius opin. communiter approbatur, vt dicit Alexan. *in l. ſi philoſam. §. fin. poſt nu. 25. verſ. Sed certe.* Bald *ff. ſolut. matrim.* quem refert Didac. *lib. 2. reſolut. cap. 16. poſt n. 4.* Roma *conſ. 26. poſt n. 2.* vbi dicit, quod hæc eſt commun. opin. Hanc etiam opin. dicit eſſe communem Soc. *conſ. 77. poſt n. 19.* *Iul. Clar. Sentent. Pract. Ciuil.* *lib. 1.* Canar. *de inſinua. in 2. parte, q. 25.* Alias facile poſſet eludi diſpoſitio legis, apponendo in donatione cuiuſuis ſummæ illam clauſulam, quod nullo pacto eſt dicendum.

Sed nunquid poterunt partes *e* renunciare inſinuationi? dixi *infra hoc eodem lib. f §. renunciatio.*

ADDITIONES.

HOdie tenendum eſt, quod valet donatio facta Eccleſiæ, &c.] 1
Etſi interpretes plerique affirmant, quod † donatio collata in Eccleſiam, vel alias pias cauſas inſinuationem reſpuat, a
licet legitimam excedat ſummam, vt conſtat ex Claro noſtro, & Anto. Gabriel Roman. *lib 2. commun conclus. rub. de donationib. conclus. 2 n 28.* & aliis ab his congeſtis: attamen erroneam hanc eſſe aſſertionem, arguit textus *in l ſi quis argentum, 35. §. vltim. verſic. tantoq; magis. C. de donat & l. illud 19 C. de ſacroſanct Eccleſ.* quæ leges etiam in piis cauſſis inſinuationem euidenter requirunt. Quamuis enim magnus ſit piarum cauſarum fauor: tamen cum hæc ſolemnitas propter vtilitatem publicam introducta ſit, ne homines decipiantur *l. data, 27. C. de donat.* non immerito etiam in piis cauſis interuenit. Nam † 2
Eccleſia vltrix, & auctrix iuſtitiæ non patitur aliquid contra iuſtitiam fieri, in ſe, vel in alterum, *c. 1. verſ. etſi clientulu, de alienat. feud* D. Obrecht. *diſp. 2. de donationib. th. 275. & ſeq.* idque explanatius perſequitur D. Collega Bocerus *in Comment. de donationib. c. 3. n. 70 & ſeqq.* Enimuero † excipiuntur quin- 3
que caſus, in quibus donatio, vltra 500. aureos facta, ſine inſinuatione ſubſiſtit. I eſt, ſi pro captiuis redimendis facta ſit, *l. ſi quis pro redemptione, 36. in princ. C. de donat.* Eiuſque ex fauore dependet. II. eſt, ſi donatio illi ſit facta, cuius domus incendio, vel ruina periit, *d. l. ſi quis, 36. § eandemq; 2. C. eod.* Cuius ratio ſimiliter ex fauore dependet. III. eſt, ſi cui plures diuerſo tempore ab vna perſona donentur. Si enim non ſingulæ, ſed omnes coniunctæ legitimam quantitatem excedunt, non opus eſt inſinuatione: quia tot intelliguntur eſſe donationes, quot vicibus ſunt factæ, *l. ſancimus 34 § ſi quis autem, C. de dona.* Econtra ſi quis plures, vltra quingentos aureos æſtimatas, eodem tempore alicui donat, & in inſtrumento dicit, tot eſſe donationes, quot ſunt res: non valet ſine inſinuatione donatio: quia in fraudem facta intelligitur, vt notat Cynus *in d. l. ſancimus, 34. § ſi quis autem, C. d. tit.* Clarus noſter hic *nu. 4.* & D. Obrecht. *d. diſput. 2. th. 283.* IV. caſus eſt, ſi quid à Duce belli, ſeu à Magiſtris militum donetur fortiſſimis militibus. Hæc quippe donatio fauore militum abſque inſinuatione ſubſiſtit, *d. l. ſi quis pro redemptione, 36. §. ſimili, 1. de donat.* V. caſus eſt, ſi † 4
donatio ab Imperatore in aliquem collata ſit, *l. ſancimus 34. C. eod. tit. l. illud. 19 C. de ſacroſanct. Eccleſ.* Hoc caſu ideo inſinuatio neceſſaria non eſt: tum quia coram principe, qui ſemper proceres ſecum habet, nihil occulte fieri intelligitur, argum. *l. omnium, 19.* ibique D D. *C. de teſtam.* Bald. *in d. l ſancimus, 34. C. de donat.* Tum † quia in Principe nulla fraus, nullusve do- 5
lus, ob maieſtatem, ac dignitatem perſonæ, timeri poteſt. D. Obrecht. *d. diſp. 2. th. 192.* Tum † quia Princeps legibus ſolutus 6
eſt, *l princeps, 31. vbi DD. ff. de legib.* Tum † poſtremo quia liberalitas ipſius Principis nullis frænis, aut cancellis eiuſmodi 7
coerceri debet, argum. *l. penult C. de donat inter vir & vxor. & l. vltim. C. de prapoſitis argent. in reb.* Marc. Mantic. *conſ. 1. nu. 15.* Tiraqu. *de nobilit. c. 37. n. 53.* Rimin. *tit. Inſtit de donat §. 1. num. 1221. edit. 2.* Modeſtin. Piſtoris *q. 9. n. 2. lib. 3.* Quos refert, & ſequitur D. Bocer. *d. commentar. de donat. cap. 3. n. 73.*

Ecquid autem † idem hodie ſit ſtatuendum in noſtris Du- 8
cibus, Principibus, Comitibus, & Baronibus, qui Imperatore ſunt inferiores, dumque tanquam ſuperiorem recognoſcunt, controuerſum eſt. Negant id Socinus Iunior *conſ. 69 n. 41. lib. 1.* Anton. Gabriel Roman. *lib. 3. commun. conclus de donat. concl. 1. num. 23.* aliique per hos citati. Aſt alij communiter affirmant Oldrad. *conſ. 211.* Bald. *in d. l. ſancimus 34. C. de donationib.* ibique Barbat. *in ſuis addit.* Roman. *59. nu. 7.* Alexan. *conſ. 157. n. 7. & 8. volum. 2.* Tob. Non. *conſ. 1. nu. 374* & alij, quos recenſet D. Bocerus. *d. c. 3. nu. 57.* Ratio, qua in hanc adducti ſunt ſententiam hi Interpretes, illa perhibetur: quia † noſtri hodie 9
Duces, Principes, Comites, & Barones in ſuis regionibus, & territoriis Imperatori comparantur: adeoque in iſtis eandem habent poteſtatem, quam Imperator in Imperio Romano obtinet. Paul. de Caſtr. *conſ. 14. col. 2. vol. 2.* Alexan. *conſ. 2. num. 25. vol. 1.* Iaſon *conſ. 101 nu. 2. vol. 4.* Decius *conſ. 519. nu. 4.* Cæphal. *conſ 539. n. 5.* Cacheran *deciſ Pedemont. 156. nu. 1.* aliique per hos relati. Neque vero decorum eſt, horum † Dominorum dona- 10
tiones ad certa ſolemnia aſtringere: cum donare, liberalitatem, & munificentiam exercere proprium ſit Principum, & præcipuus nobilitatis actus, qui merito à libero eorum arbitrio ſimpliciter pendere debet, vt poſt Abbatem in *c. 1. de donationib.* aſſerit D. Obrecht. *d. diſput. 2. de donationib. th. 197.* Cæterum † vt donatio à Principe alicui facta, non
deſiderat inſinuationem: ita nec ea donatio inſinuatione 11

eget, quæ à priuato ipsi Principi facta est. *Nouell.52. c.2. & Auth.item,& à priuato.C.de donationibus.* D.Bocer.*d.c.3.n.74.& seq.* Harp.

12 b *Nunquid donatio vitiabitur in totum.*] Quod † donatio non insinuata, excedens quingentos solidos, haud in solidum vitietur, sed tantum in eo, quod legitimam summam excedit, probatur etiam (præter textum *in l.sancimus,34.in princ.C.de donat.* à Claro hic adductum) *per l.vt mihi donares 21.§.1.ff de donat l.si quis argentum 35 § fin autem 3.in fin C.eod.& Nouell. 126.c.1.§.& illud etiam,&c.* Petrus Nicolaus Mozzius *in tract. de donat.tit.de substantialib.seu quæ requirant. in donat.nu.16. vers.& quod donatio,&c.* vbi plures ad hoc citat. Eiusque ra-
13 tio hæc assignari poterit: quia † in diuiduis vtile per inutile non vitiatur, *capit. vtile 37. de reg. iur. in 6.* ibique Peckius, & Dynus, *l eum,qui ita,56 §.1.* vbi gloss *in verb. superuacua,ff de verb.oblig.* Gail.*libr.2.obseru 5.n.8* Rober.*diss.10.ad Instit.thes.*
14 9. Reperitur † autem superfluum illud condictione sine causa, *dict.l.vt mihi 21.in fine,* & ibidem Gloss. *ff. de donationibus,* & notat D Bocerus *d.Comment.de donationib.cap.3.n.82.* cumque referens Andr.Gerhardi *decad.7.quæst.9.* Harp.

c *Quatenus excidit.*] Vide, quæ sup.q.15.dixi. *Giach.*

d *Nunquid.*] Item an donatio inter virum, & vxorem non insinuata sit in totum nulla? vide per Ruin. *in cons.44.nu.20. vol.2.* Rol.*cons.70.nu.6.vol.2.* quos vide. Et scias, quod illa donatio non est donatio inter viuos, nec causa mortis: sed est tertia species, secundum Alex.*cons.143.col.fin.vol.5.* Quod tamen intellige, vt per Ruin. *in cons.52.lib.2* vbi etiam tenet, quod valet à principio, quando non tantum eius executio, sed etiam substantia post mortem donantis confertur, maxime adiecta clausula, *Omni meliori modo.* Giach.

e *Partes renunciare insinuationi.*] De communi, atque magis communi affirmatiua vide per Rol.*d.cons.39 n.38.* Giach.

f *Non inconueniens videri debet, quando non extat d §.renunciatio.*] hic alleg. subijcere, quod de insinuatione renunciari per partes non potest per homines priuatos, ex mente Cyn. *in l.si quis pro redemptione,C. de donat.alleg.l.quidam ff.de admin. tut.& l.semper,§.conductores,ff.de iur.immu.* Gouean.

QVÆSTIO XVIII.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Iuramentum an suppleat defectum insinuationis.*
2 *Et quid si non fuerit renunciatum insinuationi.*
3 *Et quid si facienda sit insinuatio intra aliquod tempus post contractum.*

Ex Additionibus.

1 *An iuramentum defectum insinuationis suppleat.*
2 *Quatenus donatio non insinuata iuramento confirmetur.*
3 *Et quid, si facienda sit insinuatio intra aliquod tempus post contractum, remissiue.*

1 QVæro, nunquid conclusio superius facta, quod scil. quæcunq; donatio excedens summam quingentorum aureorum debeat insinuari, alias sit nulla, habeat locum etiam in donatione iurata, & sic nun-
a quid iuramentum a suppleat defectum insinuationis? Resp. in hoc articulo magna fuit quandoque controuersia inter Doctores, adeo vt vix discerni posset, quæ opinio esset magis communis. Nam Bald. *in d. l. illud nu.9.C. de sacros. Eccles.* tenuit, quod donatio non insinuata non confirmetur iuramento. Et hanc opin. dixit esse communem Barba. *cons.16. colum.10. lib.2. & cons. 52. lib.4.* & inter consilia Curtij senioris *cons.66. in fin.* Idem dixit Calcan. *cons.19.in fin.* vbi etiam refert Prosdocim. idem attestantem *in c.cum contingat.de iureiur.*
b Contrariam autem b sententiam, scilicet, quod imò confirmetur iuramento, & sic, quod iuramentum suppleat defectum insinuationis, tenuit Ioan.Andr. *in addit.ad Spec.in tit.de instrum.edit.§.porro, in vltim. Apostill.* & hæc est communis opin. omnium fere Cano. vt dicit Corn. *cons.221.in littera L.lib.1.& cons.186.in littera H.libr.2.* quem refert Rubeus *cons.59. n.2.* & Paris *cons.33.n.45.lib.3.* Socin. *cons.77. circa fin. libr.1.& cons.80.n.1.eod.volum.* quem refert Dec. *cons.536.n.14.* Bertran. *cons.22.n.5.lib.2.in 2.parte,& cons.120.n.6. & seq.libr.3.in 2.par.* Ruin. *cons.5.n.18.lib.1.* Et dicit Corn. *consil.36.in littera E.libr.3.* quod ita solet communiter teneri, maxime per Canon. Ita etiam tenere communiter Can. attestatur idem Cor. *consil.69. in littera T. libr.2.* Hanc etiam opin. esse magis communem affirmat Clau. *in l. nemo potest num.21. ff. de leg.1.* Ioan. de Comp. *in d.l.nemo potest.* quem refert Bertran. *consil.30. post numerum 1.lib.3.in 2.parte.* Ias. *cons.51.n.3.lib.1. & cons.118 n.2.lib.4 & cons.169.n.9.eod. vol.* quem refert Tiraquel. *in repet.l.si vnquam in præfat.nu.134. C.de reuoc.dona.* Dec. *cons.239 post nu.3.& cons.414. post nu.14. vers.Tertio non obstat.& cons 432.nu.17.& cons.488. post n.5.vers.Postremo,* quem refert Socin.iun. *cons.117. nu. 11.lib.2.* & Ioan. Dilect. *de arte testan.de, tit.2. caut. 10. n.3.* Bertran. *cons.173.post nu.3.vers. Ad secundum,lib.1. in secunda parte,& cons.238.n.8.lib 2 in 2.parte,& cons. 90. nu.5. libr.3 in 2.parte,& cons.97.post n.1.eod.vol.& cons.209.post nu.12 eod volum.* Curt.iun. *cons.34 nu 1. & cons 47.post n.8.& cons.81.n.6.* Paris. *cons.26.n.60.lib.3. & cons.69.n.97.eo.volum.* Ruin. *cons.159,nu.15.lib.4. & cons.182.post nu.13. vers. Tertio ad hoc lib.1.& cons.180. n.14.& seq.eod.volum,* Gratus *cons.70.n.28.lib.1.* Bello. *cons.60.n.19* Socin.iun. *cons.69.n.39.lib.1.& cons.67.n. 20.lib.2.& cons.130.n.19 lib.3.* Ludouic.Tessera *in l.si inter virum, col.5. ff de reb. dubiis,* quem refert Duen. *reg.224.in 5.limitatione.* Alci. *in c.cum contingat, post nu. 170.de iureiur.* Crauetta *cons.118.n.1.* Apostil.ad Alex. *cons.4.sub n.10.lib.1.* Alba. *cons.4.n.20.* Et sic, vt vides, hæc opin. proculdubio est magis communis, à qua consulendo, aut iudicando non esset aliquo modo recedendum. Est enim maxima virtus iuramenti, ideoque regulariter est seruandum, vbicunque potest seruari sine interitu salutis æternæ; licet, & alias forte magis communis opin. Legistarum esset, quod iuramentum non suppleret defectum insinuationis, prout attestatur Soc. *in alleg.cons.77.circa fin.lib.1* Hodie tamen vtraque schola tam Legist. quam Canonist. in hoc concordant, quod iuramento confirmetur. Et ita hanc esse communem, & apud Legistas, & Canonistas canonizatam opin. attestatur Ripa *lib.1.respon.c.5.post n.2.*

Retenta igitur conclusione, quod scilicet donatio non insinuata confirmetur iuramento scire debes, quod illa intelligenda est, vt procedat, quando in specie fuit c ipsi insinuationi renunciatum. Potest enim in c
iuramento illi renunciari, vt dixi infra *hoc eod.lib.§.renunciatio.* Sed si non fuit renunciatum insinuationi, tunc donatio ipsa non confirmatur iuramento. Et hæc est opin. Legistarum, & Canonistarum, vt dicit Corn. *cons.69.in litt.O.lib.2.* à qua licet forte consulendo, aut iudicando non esset recedendum; tamen in puncto iuris non transiret sine difficultate. Videtur enim pariter militare idem fauor animæ, super quo se principaliter fundare videntur D D. superius allegati.

Scias etiam, quod hæc conclusio, quod scilicet donatio iurata valet, non obstante defectu insinuationis, procedit, vbicunque insinuatio ex forma legis, vel statuti deberet interuenire in ipso actu donationis: sed si lex, vel statutum requireret donationem ipsam insinuari intra certum tempus, puta infra mensem à die celebrati contractus, vel huiusmodi, eo casu iuramen- 3
tum d appositum contractui non confirmaret donatio- d
nem, vbi non esset insinuata infra illud tempus à statuto præfixum. Ita dicit Feder. de Sen. *in vulgato suo consil.181.* & est communis conclusio, vt attestatur Curt. iun. *cons.141. num.22.* Nam iuramentum regulatur secundum tempus contractus: & ideo si postea superueniat causa, ex qua contractus annulletur, non potest virtus iuramenti ad illius confirmationem extendi.

ADDI-

ADDITIONES.

a Iuramentum.] Circa istam quæstionem vide per Ang. de Aret. *etiam in §. alibi autem sub nu. 6. Instit. eod* vbi arguit ad partes. Et inter alia dicit se recusasse pro al. quia ex dictis opinionibus consulere ob timorem iuramenti: pro opin. tamen affirmatiua, quæ fuit Ioa. An. consuluere relati DD. in tex. *vers. contrariam*, & vide plene per Hippol. Rim. *Instit. eod §. 1. num. 254. vsque ad nu. 181.* Giach.

1 *Nunquid iuramentum suppleat defectum insinuationis.*] Quod † donatio cum iuramento facta; etiam quoad excessum citra insinuationem subsistat, iure canonico verius est, & multarum Curiarum præiudiciis confirmatum, *c. cum contingat. 28. de iureiur. c. quamuis, 2. de pact. in 6.* Huiusque pronunciati hæc ratio reddi solet: quia tale iuramentum non renuit contra bonos mores iuris canonici; nec contra publicam vtilitatem principaliter, nec in præiudicium conscientiæ, & salutis æternæ, argum. *d. c. cum contingat, 28. de iureiur.* Et ita, post Clarum nostrum, & DD. ab eo cumulatim adductos, sentiunt Petrus Nicol. Mozz. *in tractat. de donationib. tit. de substantialib.* seu quæ requirant, *in donat. num. 20.* Gomesius *tom. 2. var. resol. c. 4. n. 8* Andr. Gail *lib 2. obs. 39. n. 12.* Fernan. Vasq. *de success. creat. lib. 2. §. 18. requisi. 29. n. 16.* D. Bocer. in Commentar. *de donat. c. 3 n. 78. edit. 2.* Andr. Gerhardi *decad 7 sub quæst 9.* Treutl. *vol. 2 disp. 19. th. 6 ad lit. F.* Matth. Stephani *cent. 2. q. 48. ad lit C.* Andr. Fachin. *lib. 3. controuers. iur. c. 83. & lib. 12. controuer. iur. cap 48.* Harp.

b *Contrariam autem sententiam*] Adde, atque vide etiam per Menoch. *in cons. 292 sub nu. 1.* vbi alios addit concordantes, qui *num. 2* cum multis sequentibus insinuationem deinde subsequutam haud retrotrahi ad tempus factæ donationis, præsertim in præiudicium eorum, quibus medio tempore fuit ius quæsitum, scribit. *Giach.*

c *Quando in specie fuit ipsi insinuationi renunciatum.*] Qua-
2 tenus † donatio non insinuata confirmetur iuramento, post Clarum nostrum explicat Petr. Nicol. Mozz. *d. tit. de substantialib. &c. nu. 21.* Harpr.

3 d *Eo casu † iuramentum appositum contractui non confirmaret donationem.*] Adde idem plane sentientem Petrum Nicol. Mozz. *d. tit de substantialib. &c. nu. 22. vers. præterea est declaranda dicta conclusio, &c.* Harp.

QVÆSTIO XIX.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Donatio omnium bonorum non valet.*
2 *Et quid in donatione bonorum præsentium tantum.*
3 *Et quid in donatione facta simpliciter bonorum suorum.*
4 *Et quid in donatione omnium bonorum suorum.*
5 *Et quid in donatione omnium bonorum suorum mobilium, & immobilium.*
6 *Et quid in donatione suæ hæreditatis.*
7 *Et quid in donatione causa mortis omnium bonorum suorum præsentium & futurorum.*
8 *Et quid si donans reseruauerit sibi aliquid, de quo possit testari.*
9 *Et quid si reseruauerit sibi vsumfructum.*

Ex Additionibus.

1 *Num donatio omnium bonorum, præsentium, & futurorum, valeat.*
2 *Communis opinionis magna auctoritas.*
3 *Quicquid naturale, & legibus permissum est, id semper in infinitum intelligitur concessum.*
4 *An, & quatenus per donationem omnium bonorum, ius testandi tollatur.*
5 *Donator quatenus conueniatur.*
6 *Donatio quomodo interpretanda.*
7 *Alimentis renunciari non potest.*
8 *In omnium bonorum donatione non veniunt nomina debitorum, siue iura, & actiones.*
9 *Nunquid donatio hæreditatis valeat.*

1 QVæro, nunquid *a* valeat donatio omnium bono-
a rum? Respond. quod donatio omnium bono-
b rum præsentium, & futurorum nihil *b* valeat. Solet ad hoc allegari *l. stipulatio hoc modo concepta, ff. de verb. obligat.* & hæc est communis opin. vt dicit Bald. *in c. in præsentia, num 16. de probat.* quem refert Episcopus Ioazes *in suis allegatio. pro Marchione Velez, fol. 219. num. 4.* Imol. *in Rubr. extra, de testament. post nu. 15. vers. Quod autem.* Rom. *consil. 171. num 1.* vbi dicit, quod hæc est communis opin. siue huiusmodi donatio fiat in actu testandi, siue per viam contractus. Idem dicunt Scribentes *in l. stipulatio hoc modo concepta, ff. de verb. obligat.* & in specie Alexand. *numer. 16* & Ias. *num 20.* Aret. *consil 54. post nu. 2. vers. circa secundum.* Abb. *consil. 48. num. 1. in fin. libr. 2.* Corn. *cons. 176. in littera N. lib. 1. & cons. 228. in littera L. libr. 3. & cons. 252. in princ. eod. volum* Guido Papæ *consil. 314. nu. 4.* Ias. *in l. licet, num. 25 C. de pactis* Dec. *in d. l. fin. nu 30. C. de pactis, & in d. c. in præsentia. in 7. notabil. de probatio. & cons. 30. num. 1. & 2. & cons. 203. post num. 2. & consil. 251. num. 1. & cons. 655. num 7.* Purpurat. *in d. l. fin. num. 258. in fin.* Curt. iun. *cons. 25. nu. 1.* Gratus *cons. 70. num. 1. libr. 1.* Ripa *lib. 3. responsorum. c. 14. num. 1.* Ioan. Dilect. *de arte testandi, titul. 10. caut. 2. post num. 1.* Duen. *reg. 216. in princ.* Ratio est, quia ex tali donatione quis sibi adimeret facultatem testandi, quod leges maxime abhorrent; sicut etiam in simili videmus, quod donatio facta in pœnam mutationis testamenti non valet, vt dixi supr. *lib prox §. testamentum. quæst. 95.*

Et ex hac ratione inprimis infertur, quod vbicun- 2
que ex donatione omnium bonorum quis non adimeret sibi facultatem testandi, talis donatio vtique vale- f
ret: puta, si quis non donauerit omnia bona sua præsentia, & futura, sed bona sua præsentia tantum. Et ita communiter concluditur, vt ait Ruin *cons. 178. nu. 3. libr. 1. & consil. 13. num 3 libr. 2.* Hanc etiam conclusionem dicit esse communem Alexand. *in d. l. fin. post n. 3.* Claud. *in l. pactum, nu. 4. C. de pactis.* Poterit enim donator aliqua bona post donationem acquirere, & de illis testari.

Eademque ratione, si quis simpliciter donauerit bo- 3
na sua, valebit talis donatio: & ita tenent omnes, vt ait Corne. *cons. 152. in littera D. libr. 3.* In huiusmodi enim donatione simpliciter facta, non veniunt bona quæsita, secundum opinionem omnium Doctorum, vt dicit Bello. *consil 5. in princip.* subdens, quod hæc opinio est adeo firmata, vt quasi videatur audax temeritas velle contrarium tenere. Poterit ergo donator de istis bonis postea quæsitis disponere & testari.

Idem dicendum est, vbi quis etiam verbis vniuer- 4
saliter conceptis donasset omnia bona: adhuc enim in tali donatione non veniunt bona futura, & ideo valebit donatio. Ita sentit gloss. *in d. l. fin in verbo, Accommodauerit.* quam sequuntur communiter Doctor. vt ait Decian. *consil. 125. n. 4. in fin.* & hanc conclusionem dicit esse communem Ias. *cons. 5. col. 2. vers. Sed præmissis lib. 3.*

Pariter etiam, si quis donauerit omnia bona sua 5
mobilia, & immobilia, valebit talis donatio. Et est communis opin. vt dicit Ias. *in d. cons. 5. col. 2. versic. Secundo pro ista. libr. 3.* Decian. *consil 414. num. 10.* Nam præterquam quod in huiusmodi donatione non veniunt bona futura; certum est, quod secundum magis communem sententiam in donatione omnium bono-
rum, mobilium & immobilium non veniunt iura, & c
actiones, vt attestantur Doct. præall. & sic non est donatori adempta facultas testandi.

Sed quæro, nunquid valeat donatio ab aliquo sim- 6
pliciter factæ suæ *d* hæreditatis? Respond. in hoc arti d
culo variæ fuerunt opin. DD. nam aliqui tenuerunt; quod talis donatio valeat: & hanc opin. dicit esse communem Purpurat. *in d. l. fin. num. 245. C. de pactis.* Contrariam autem sententiam, scilicet, quòd imo talis do-
natio non *e* valeat, tenuit Bart. *in d. l. fin. nu. 4.* Et hanc e

dicit esse magis communem Cagnol. *in d. l. fin. nu.* 223. *& seq.* Duennas *in d. regula* 219. *in* 4. *ampliat.* quæ mihi etiam magis placet. Cum enim nomen hæreditatis comprehendat omnia bona, quæ quis tempore mortis suæ relinquit: non video, quomodo dici possit per hanc donationem non adimi donatori facultatem testandi.

7 Sed quid si quis faciat alteri donationem causa mortis omnium bonorum suorum præsentium, *f* & futurorum, nunquid talis donatio valebit? Respond. quod valet donatio omnium bonorum, post mortem collata. Ita tenet gl. *in d. l. fin. in verbo, Accommodauerit.* quam sequuntur communiter DD vt ait Dec. *in cons.* 578. *nu.* 7. *in fin.* Ita etiam communiter teneri attestatur Imol. *in Rub. extra, de testam. n.* 5. Ias. *in d. cons.* 5. *col.* 6. *versic. Non obstat tertium, lib.* 3. Curt. iun. *cons.* 81. *nu.* 5. Poterit enim donator, ipsa donatione non obstante, alium hæredem instituere, qui licet teneatur postea donatario dare iuxta conuenta in donatione, poterit tamen retinere Falcidiam, &c.

Secundo principaliter ex ratione posterius posita, quod scilicet donatio omnium bonorum non valet, ne quis eo modo amittere possit facultatem testandi, 8 infertur, quod si donator in huiusmodi donatione reseruauerit, sibi aliquid *g* pro facultate testandi, donatio ipsa valebit. Ita dicit Bart. *in d. l. stipulatio hoc modo concepta n.* 6. & est communis opin. vt dicit Socin. iun. *consil.* 141. *nu.* 39. *lib.* 1. Talis enim donatio non tollit in totum, sed solummodo restringit testandi facultatem: intellige tamen, vt illud, quod reseruatur, non sit quid minimum, sed saltem excedat vigesimam partem illius patrimonij, quod donatur.

9 Sed pone, quod donator sibi reseruauerit, vsumfructum bonorum suorum, nunquid stante hac reseruatione donatio sustinebitur? Resp. aut testator reseruauit sibi *h* vsumfructum, hoc expresso, vt de eo posset in vita disponere, & non valet donatio. Ita consuluit Bart. *cons.* 76. *incip. Pater filio* & ita frequentiore calculo receptum est, vt ait Didac. *lib.* 3. *resolut. c.* 12. *n.* 3. Ad hoc enim vt donatio omnium bonorum valeat, quod illud, quod donator sibi reseruat, sit eius conditionis, *i* vt de eo testari possit. Et hæc est communis omnium sententia, vt ait Didac. *in d. cap.* 12. *circa fin.* Aut vero donator sibi simpliciter reseruauit vsumfructum, & tunc communis opin. est, quod donatio ipsa valeat. Et licet Paul. de Castr. *in d. l. fin. nu.* 10. *C. de pactis.* tenuerit contrarium, scilicet, quod imò non valeat: tamen contra eum est communis sententia, vt attestatur Didac. *in d. c.* 12. *nu.* 4. quam etiam dicit receptam esse apud Regni Hispaniæ suprema tribunalia. Quæ multo magis procederet, vbi expresse donator sibi vsumfructum reseruaret cum facultate de eo disponendi tam inter viuos, quam in vltima voluntate.

ADDITIONES.

1 N*Vnquid valeat donatio omnium bonorum.*] Donationem omnium † bonorum, præsentium, & futurorum, nullam esse communis Interpretum Schola affirmat; vt hic ex Claro, & Giachario, aliisque compluribus per eos citatis, constat. Cui opinioni subscripserunt non inuiti, post alios, quos laudant, Petrus Nicolaus Mozzius *in tract. de donationibus sub tit. de reb. quæ donari possint, vel non n.* 6. Fachin. *lib.* 6. *controuers. iur. c.* 87. Alex. Trentacinq. *lib.* 3. *resol.* 3. *de donat.* Modestin. Pistoris *lib.* 2. *cons.* 19. *n.* 1. Gutierrez *in tract. de iuramento confirmatorio,* 2 *part.* 1. *c.* 11. *n.* 16. & Olemannus *ad disp.* 12. *Giphanij, n.* 1. Etsi † vero comm. opin. magna est auctoritas, & ab ea in iudicando non facile recedendum, arg. *l.* 1. *in princ. versic. sane crebrior apud veteres opinio, ff. de offic. quæstor. l. athletas,* 4. *in princ. ibi. de generaliter ita omnes opinantur, ff. de his, qui not. infam. l. ita vulneratus,* 51. *in princ. ibi dicitur vulgo, ff. ad leg. Aquil.* attamen sententia contraria, vtpote expressis legum textibus suffulta, verior censetur, *l. si quis argentum,* 35. *§. sed si quis vniuersitatis,* 4. *& §. sequ. C. de donat. l. si vnquam,* 8. *C. de reuoc. don. l. omnes,* 17. *§.* 1. *ff. quæ in fraud. creditor. l. si totas,* 5. *C. de inoff. donat.* Quæ † leges inter præsentia, & futura bona non distinguunt. 3
Quin † quicquid naturale quicquid concessum, & permissum 4
est legibus, id semper, & in infinitum intelligitur. & concessum, & licitum, nisi in quantum vicissim à legibus & moribus est restrictum arg. *l. Gracchus,* 4. *C. ad l. Iul. de adult.* At nos posse donare res nostras est naturale, *§. per traditionem,* 40. *Instit. de rer. diuis. & legibus concessum, tot. tit. ff. & C. de donat. l. in re mandata,* 21. *C. mandati, l. nemo* 9. *C. de iudæis c. vn. per quos fiat inuest.* 2. *F.* 3. Ergo & semper, & in infinitum donare possumus, nisi in quantum à legibus hoc ius reperitur restrictum. Iam vero nullibi in toto iure legitur ius donandi restrictum ad omnia præsentia tantum bona: quasi scilicet omnia præsentia, non etiam futura donare possimus.

a Nec mouet, quod Doctores obijciunt; per talem † donatio- 5
nem ius testandi, & sic publicum tolli, *l.* 3. *ff. qui testament. facere poss.* quod tamen maxime aduersum sit legibus, & contra bonos mores, *l. pactum,* 15. *C. de pact.* Donator † namque in id tantum, quod commode facere potest, conuenitur: nec illi alimenta necessaria vitæ auferuntur, ne egeat. Semper † quippe 6
ita est interpretanda donatio, ne donator liberalitate sua inops factus periclitetur, *l. inter,* 19. *§. fi. & l. ne liberalitate,* 50. *ff. de re iudic.* Quinimo alimentis † renunciari non posse, tra- 7
dunt Decius *in l. iura,* 8. *ff. de regul. iur.* Trentacinq. *lib.* 1. *resol.* 2. *de aliment. n.* 15. Quare licet quispiam omnia & præsentia, & futura bona donarit: adhuc tamen de alimentis, hoc est, cibariis, vestibus, lectis, medicinis, habitatione, potionibus, supellectile, &c. testari poterit, *l. legatis, ff. de aliment. legat. l. obligatione,* 6. *& ll. seqq. ff. de pignorib. & hypoth.* Quin † & in om- 8
nium bonorum donatione non venire nomina debitorum, siue iura, & actiones directas, quæ ossibus donatoris adhæreant, docuerunt Menochius *libr.* 1. *cons.* 47. *nu.* 2. & Andr. Gail. *lib.* 2. *obseru.* 11. *nu.* 10. aliique ab iis memorati. Proinde de his quoque donator testamentum facere poterit. Et ita tenent Alciatus *ad d. l. fin. nu.* 72. *C. de pact.* Corasius *lib.* 6. *Miscellan. iur. ciuil. c.* 17. Vaudus *libr.* 1. *quæst.* 31. Mascard. *de probat. vol.* 3. *concl.* 1120. Matth. Stephani *cent.* 2. *qu.* 47. *ad lit. B.* Arumæus *Exercit. Iustin.* 6. *th.* 15. D. Collega Bocer. *in comment. de donationib. c.* 3. *nu.* 39. *cum seqq. edit.* Anto. Faber *par.* 2. *de erroribus pragmat. decad.* 48. *error.* 6. huiusque perpetuus assecla, & assertor Schiffordegherus *lib.* 2. *tract.* 13. *qu.* 1. *& seqq.* & nouissime Quirinus Kubachius *cent.* 1. *quæst. iur. illustr. decur. vltim. quæstio.* 1. aliaque complures. Et huc quoque pertinent, quæ annotauimus *part.* 1. *Disputationum nostrar. ad Instit. dispu.* 18. *assert.* 16. *& seq.* Harp.

b *Nihil valet.*] Vide per hanc communem opinionem sex ampliationes per Duen. *regul.* 219. *cum duabus ampliationibus;* similes sunt sex limit. datæ per Deci. *in l. fin. C. de pact.* & decem per Cagnol. *ibid. à nu.* 258. *vsq. ad nu.* 272. Item donatio omnium bonorum haud potest fieri ab existente in articulo mortis, per Cagnol *in d. l. fin. n.* 227. valet tamen, quando fit ecclesiæ per Deci. *in cons.* 488. Ias. *cons.* 169. *vol* 4. Alex. *in cons.* 152. *lib.* 9. Ruin. *in cons.* 181. *vol.* 1. Fallit tamen hoc, vt per Ruin. *in cons.* 128. vbi sequitur: quando quis dedicauit omnia Ecclesiæ, & ille, qui dedicauit ad dedicationem non habebat mandatum. Item an procedat in donatione tacita, atque præsumpta? Vide per Tiraq. *de legib. connubi fol.* 142. 176. 178. Item donationem omnium bonorum si quis fecerit, quia donatarius prius accepit aliqua bona, vt toto tempore eius vitæ gauderet, restringitur solum ad illa bona donatarij, non etiam ad alia bona donantis, per Roma. *cons.* 284. triplici ex fundamēto *Giach.*

c *Non veniunt iura, & actiones*] Ad idem per Franc. Aret. *in cons.* 54. & Cagnol. *in l. fin. n.* 355. *C. de pact.* Giach.

d *Sua hæreditatis.*] Quamuis † donatio omnium bonorum 9
iure valeat, vt hactenus est ostensum: nemo tamen hæreditatem alicui donare potest, *l. cum donationis* 34. *C. de transactionib.* Huiusque ratio est: quia hæreditas vel testamento, vel lege defertur, non conuentione partium, *l.* 1. *ff. de petit. hæredit. l. pactum quod dotali,* 15. *& l. fin. C. de pactis, l. hæreditas,* 5. *C. de pactis conuentis, &c.* Idque copiosius explicuimus ad prin. tit. *Instit. de hæred. quæ ab intest. def. nu* 4. *& seqq.* Eandem opinionem, post Clarum hic, & alios, comprobat Fachin. *d. lib.* 6. *c.* 94. & Bocer. *d. cap.* 8. *n.* 46. Harprec.

e *Non valeat.*] Donatio tamen de dimidia hæreditatis valet, per Alba. *consil.* 4. *num.* 32. Item quod in donatione omnium bonorum mobilium, & immobilium non veniant iura, & actiones, nec nomen debitoris, vide per Natt. *in cons.* 146. *num.* 13. *&* 14. Item si quis dicat, dono tibi hæreditatem meam, quod valeat donatio, & intelligitur de bonis præsentibus, vt actus valeat: vide pulcherrime per Crauet. *cons.* 139. *n.* 6. Giach.

f *Præsentium, & futurorum.*] Item quod talis donatio valeat, si non interuenit cessio respectu iurium, & actionum, vide per Natt. *consil.* 146. *n.* 15. Giach.

g *Reseruauit sibi aliquid.*] Item quod donatio omniū bonorum præsentium, & futurorū reseruata certa quātitate vel re, valet:

valet: commune dixi *in collect. mea commun. opin. in verbo donatio, n.27.* Giach.

h *Vsumfructum.*] Item commune, & fusius vide *ead. collect. mea d. verb donatio, n.31.* & sustinetur donatio omnium bonorum cum reseruatione vsusfructus, quando fructus haud sunt tenues. Vide per Crauet. *in cons.22.* verum generaliter donatio omnium bonorum præsentium, & futurorum cum reseruatione vsusfructus, non valet: per Dec. *cons. 10. & 203. col. 1. & in l. fin. C. de pact.* & ibi per Cagnol. qui declarat, quomodo debeat fieri ista reseruatio ad hoc vt operetur *nu.239.* per Boer. *decis. 204 n.45. & decis.353.* vi. per Natt. *cons.146 in 4. dub.* Quid si esset reseruatus vsusfructus cum iuramento? vi. per Corn. *cons. 176 vol.2. dixi in reg. iur. contract.* Giach.

i *Testari possit.*] Adde commune etiam per Rol. *cons.93. sub n.3.* vbi plene alios concordantes allegat. *Giach.*

QVÆSTIO XX.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Donatio omnium bonorum an valeat si sit iurata.*

2 *Donatio omnium bonorum præsentium, & futurorum nunquid annulletur in totum; an autem pro parte tantum.*

3 *Donatione omnium bonorum facta ecclesiæ, an valeat.*

4 *Donatio reciproca omnium bonorum suorum facta inter fratres, vel socios an valeat.*

Ex Additionibus.

1 *An valeat omnium bonorum donatio iurata: vel pia caussa facta: vel reseruato vsufructu, aut re quadam alia ad testandum sufficiente, remissiue.*

Restat nunc, vt nonnullas quæstiones in hoc proposito occurrentes breuiter explicemus: & in 1 primis quæro, an conclusio in proxima quæstione superius facta, quod scilicet donatio omnium bonorum nihil valet, habeat locum, etiam si talis donatio *a* sit iurata? Respond. quod sic. Nam huiusmodi donatio, cum auferat homini liberam testandi factionem, censentur contra bonos mores, & ideo non confirmatur iuramento. Ita dicit Bart. *in d. l. stipulatio, hoc modo concepta, n.3.* & ita tenent communiter omnes Doctores, vt dicit Guido Papæ *cons.214 n.5* Bertran. *cons.181. n.1. libro 2. in 2. parte.* Hanc etiam dicit esse communem Dec *in l. pactum quod dotali. n.1. & seq C. de pact.* quem refert Gratus *cons.19. n.12. lib.1.* Ripa *lib.3. responsorum, c.14. n.1.* Curt. iun. *in d. l. fin. n.57. C. de pactis.* quem refert Episcopus Loazes *in suis allegat. pro Marchione Velez, fol.211. n.42.* & Didac. *in Rubr. de test. in 2. parte, n.4.* Cagnol. *in d. l. fin n.220.* Socin iun. *cons.44. num.35. libr.2.* Crauetta *cons.139. n.8. & seq.* Duennas *in d. regula 119. in 2. ampliat.* & ita etiam in simili videmus, quod testamentum iuratum potest, non obstante iuramento, quandocunque contraria voluntate reuocari, vt dixi supra *lib.3. §. testamentum, quæstione 44. vers. Sed quid si testator.*

2 Item quæro, nunquid huiusmodi donatio omnium bonorum præsentium, & futurorum annulletur in totum, an autem pro parte tantum? Respond. quod annullatur in totum. Et hæc est communis opin. vt ait Bal *in d. l. fin. n.19. in fin.* Curt. iun. *in d. l. fin. post nu.61.* ita quod non sustinetur, neque respectu bonorum præsentium tantum, neque respectu futurorum tantum. Et hanc opinionem dicit esse communem Guido Papæ *cons.44. post n.5.* Purpurat. *in d. l. fin. n.247.* quem refert Duen. *in d. regul.219. in 5. amplias.* Facile posset disputando teneri contrarium, sicut etiam videmus, quod donatio nulla ex defectu insinuationis sustinetur vsque ad quingentos solidos, vt dixi supra *quæstione 17. versic. Sed quero:* in iudicando tamen non recedas à communi.

3 Vlterius quæro, nunquid conclusio locum habeat, etiamsi huiusmodi donatio esset facta Ecclesiæ? Resp. quod non, sed speciale *b* est in Ecclesia, vt valeat *c* donatio omnium bonorum præsentium, & futurorum illi facta. Ita tenet Bartol. loquendo per verbum, *forte, in d. l. fin. nu.13.* & est communis opin. vt dicit Fel. *in cap in præsentia, de probat.* prout illum refert Episcopus Loazes *in suis allegat. pro Marchione Velez fol.247. n.27.* Ego tamen non reperio Fel. *d. cap. in præsentia,* attestantem de communi, licet ipse teneat hanc sententiam ibi, *n.5. & 6.* vbi loquitur de hoc articulo. Bene attestatur hanc esse communem Purpurat. *in d. l. fin. numero 242.* Parisi. *in d. cap. in præsentia, n.21.* Cagnol. *in d. l. fin. n.203.* quem refert Didac. *in Rubrica de testam. in 2. part. n.5.* & Duennas *in d. reg.219. in 1. limitat.* Si enim potest quis personam suam dicare Ecclesiæ, multo fortius debet etiam posse dedicare Ecclesiæ omnia bona sua præsentia, & futura. Non tamen potest negari, quin etiam magnæ sint auctoritates tenentium contrarium, & forte in puncto iuris illa est verior, nihilominus si casus contingeret, propter fauorem Ecclesiæ non auderem à communi opinione recedere iudicando, aut consulendo.

Sed pone, quod duo fratres faciant sibi inuicem 4 mutuam donationem omnium bonorum, vel ineant societatem, siue fraternitatem reciprocam, nunquid talis donatio valebit? Resp. quod sic, fauore agnationis conseruandæ. Et ita communiter tenetur, vt ait Boer. *decis.355. n.3.* & de hoc non est dubitandum quia non solum inter fratres, sed inter quoscunque valet donatio omnium bonorum post mortem collata, vt dixi supra *q. prox. vers. sed quid si quis.*

ADDITIONES.

Etiam si sit iurata.] Item quod donatio omnium bonorum præsentium atque futurorum valeat, nec validetur iuramento commune fusius vide *in colle. mea comm. opin. in ver. donatio, n.25. & 30.* vbi etiam habes *n.29. 31. & 32.* quibus casibus valeat. Dicit tamen Natt. *cons.453. n.16.* quod licet donatio omnium bonorum præsentium & futurorum, haud valeat, tamen si sit iurata, quod valebit in præsentibus, non in futuris, & citat concord. *Giach.*

Si talis donatio sit iurata.] Cum ex additionibus, & notatis ad quæstionem proxime præcedentem manifestum evadat: donationem omnium bonorum, etiam futurorum, iure fulciri: frustra in quæstionem vocatur; an † valeat isthæc omnium bonorum donatio, iuramento firmata; vel Ecclesiæ, siue piæ causæ facta; vel reseruato vsufructu, vel rè quadam alia ad testandum sufficiente: quibus casibus omnibus hanc donationem valere (repudiata hic Clari nostri, & aliorum opinatione) post plures alios, quos citat, scribit Eachineus *libro 6. controuers. iur. capit.88. cum 4. sequentibus,* & Gutierrez. *in tractat. de iuramento confirmator. part.1. cap.11. n.7. & aliquot seqq.* De iisdem casibus consulatur quoque Petr. Nicol. Mozzius *in tract. de donat. sub tit. de reb. quæ donari possint, vel non, nu.4. & seqq.* Harp. 1

b *Speciale est in Ecclesia.*] Idem in pio loco dicendum secundum Bald. *in l. iubemus, C. de sacros. Eccles.* Idem etiam in donatione ob caussam dotis dicendum est ob fauorem matrimonij, Oldrad. *cons.5.* Boer. *decis.333. n.10.* Fel. *in c. in præsentia, n.5. de probat.* & eam dicit communem Purpur. *in l. fin. nu.242. C. de pact.* Socin. *regul.69 fol.4.* Gouean.

c *Vt valeat.*] Adde, atque vide, quæ dixi supra *q. suprema,* Giach.

QVÆSTIO XXI.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Donatio potest propter ingratitudinem reuocari, & hoc ex dispositione* l. fin. C. de reuoc. dona.

2 *Et an propter alias causas, quam illas quinque expressas* in d. l. fin.

3 *Et an si donatarius donatorem egenum alere recuset.*

4 *Donatio ob causam an possit propter ingratitudinem reuocari.*

5 *Donatio facta Ecclesiæ an possit reuocari propter ingratitudinem prælati, vel capituli.*
6 *Et an prælatus, qui alicui contulit beneficium, possit huiusmodi collationem ex causa ingratitudinis reuocare.*
7 *Et an valeat pactum, quod donatio non possit propter ingratitudinem reuocari.*

Ex Additionibus.

1 *Donatio legitime facta temere non reuocatur.*
2 *Propter quinque causas ingratitudinis donator rem donatam reuocare potest.*
3 *Nunquid etiam ob alias causas, præter istas quinque iure expressas, res donata reuocari queat.*
4 *Exceptio confirmat regulam in casibus non exceptis:*
5 *Particula* (ita vt) *sunt nota definitionis, ac determinationis.*
6 *Particula taxatiua an, & quatenus causas similes, siue grauiores excludant.*
7 *Odia sunt restringenda.*
8 *An donatarius donatorem egenum alere teneatur.*
9 *Liberi parentibus alimenta præstare coguntur:*
10 *Sensus* l.alimēta.6.§.1.ff.de agnosc.& alend. libert.
11 *Libertas pretio nummario non æstimanda.*
12 *Intellectus* l.decurionibus,8.ff. de decurionib.
13 *Ecquid donatio ob causam, seu remuneratoria propter ingratitudinem reuocari possit.*
14 *Quid de donatione Ecclesiæ facta statuendum.*
15 *Et quid de beneficio ecclesiastico homini ingrato collato.*
16 *An pactum donationi appositum, de non reuocanda donatione propter ingratitudinem donatarij sit validū.*
17 *An, & quatenus pactum istud iuramento confirmetur, remissiue.*
18 *Ecquid ingrati actio, quæ donatori ad rem reuocandem competit, ciuilis sit, an vero realis.*
19 *Actio in rem cui detur.*
20 *Omnis actio, ex delicto descendens, est personalis.*
21 *Actio in rem datur in possessorem.*
22 *Num donatarius ingratus fructus rei donatæ ante reuocationem percepta restituere teneatur.*

NVnc de reuocandis Donationibus videamus: & in primis scire debes, quod licet donatio perfecta de sui natura sit contractus irreuocabilis, vt dixi 1
a supra *quæst.1.vers.Et ex hac.* tamen tres sunt a principales causę, propter quas potest donatio reuocari. Prima, propter ingratitudinem donatarij. Secunda, propter superuenientiam liberorum. Tertia, quia donatio sit inofficiosa; de quibus omnibus sigillatim tractandum
b est. Dixi autem primo, quod donatio b potest reuocari propter ingratitudinem donatarij: & de hoc est text. *in*
1 *l.fin.C.de reuoc. donat.* Quod quidem optima ratione sancitum fuit, ne liceat alicui bona aliena capere, & postea irridere donatorem, & ei malefacere.

Huius autem ingratitudinis multa possent exempla proponi, quorum quinque ab Imper. *in ipsa l.fin.*
c recensentur. Sed nunquid c etiam ob alias ingratitu-
2 dinis causas in ipsa lege non expressas poterit donatio reuocari? Respond. quod sic. Et ita tenet gl. *in d.l.fin. in verbo voluerit.* & est communis opin. vt dicit Rimin. *ibi q.41. post nu.144.* vbi etiam post *nu.146.* attestatur ita communiter teneri. Pro qua opin. facit, quia in simili videmus, quod potest filius à patre exhæredari, etiam ob causas à iure non expressas, quæ tamen sint similes, seu maiores expressis, vt dixi supra *lib.3. §. test. qu.41.vers. Sed quæro.*

3 Quid ergo si donatarius donatori indigenti alimenta denegauerit? Cum enim negans alimenta quodammodo necare videatur, *l.necare, ff.de libert.agnosc.* negari non potest, quin hæc legitima causa sit, propter quam donatio prætextu ingratitudinis possit reuocari: & ita tenuit gl. *in d.l.fin.in verbo, Voluerit.* & hæc est communis opinio, vt attestatur Salic. *in d. l. fin.* prout illum refert Rip. *in l.ea.fin. quæst.40.* quamuis in libro meo ego non reperiam illum attestari de communi. Et licet gl. *in l.in condemnatione, in gl.1.in fin.ff. de regul.iur.* teneat, quod regulariter donatarius non tenetur alere donantem, & illam sequi communiter Doct. attestatur Bald. *in d.l.fin.nu.7.* quem refert Episcopus Loazes *in suis allegat.pro Marchione Velez fol.172.nu.30.* non tamen esset à prima opin. recedendum, quæ proculdubio est magis communis, & æquior. Quæ tamen intelligenda est, vt procedat pro modo facultatum vtriusque, scilicet, tam donatoris, quam donatarij, & pro modo etiam rei donatæ, & si petatur, non autem aliter. Vide, quæ dixi infra *hoc eod.lib.§.feud.q.23.*

Sed quæro, an hæc conclusio, quæ habet, quod donatio potest propter ingratitudinem reuocari, procede 4
dat etiam in donatione d ob causam? Resp. quod non. d
Ita tenet gl. *in d.l.fin.in verbo Inueniatur.* quam sequuntur communiter Doct. vt dicit Ripa *in d.l.fin.quæst.43.* Nam donatio ob causam non est proprie e donatio, e
neque liberalitas, sed potius quædam permutatio; merito vbi causa sequatur, non debet propter ingratitudinem reuocari. 5

Item quæro, nunquid f donatio facta Ecclesiæ possit reuocari propter ingratitudinem Prælati, vel Capituli? Resp. si quæratur de ingratitudine Prælati tantum, vel Capituli tantum, res minus habet difficultatis. Certum est enim, quod neq; solus Prælatus, neq; solum possunt Capitulum præiudicare Ecclesiæ, vt dixi sup. *li.2.§. Prælatus* Maior est dubitatio, quando concurrit ingratitudo Prælati, & Capituli simul: & hoc casu Abb. *in c.verum, n.3 de cond.appo.* tenuit, quod potest reuocari. Tu vero tene contrarium, quod scilicet non potest aliquo modo reuocari; quia donatio facta ecclesiæ censetur facta Deo, *d. c. verum.* qui non potest esse ingratus, cum sit omnium gratiarum liberalissimus largitor. Et ita hanc sententiam dicit esse communem Ripa *lib.1.Resp.c.18.n.20. & in d.l.fin. in 52. quæst.* vbi loquitur etiam in casu, in quo donator expresse in ipsa donatione apposuit pactum, quod posset propter ingratitudinem reuocari.

Sed hic quæro, tu scis, quod Prælatus g conferens g
alicui beneficium ecclesiasticum, videtur quodammodo donare; nunquid si ille, cui contulit beneficium, commiserit aliquam ingratitudinis caussam in personam conferentis, poterit ipse ea ex causa collationem reuocare? Resp. quod non. Ita tenet Ioan. Andr. & communiter Doct. vt dicit Abb. *in c fin.nu.6. de don.* Nam collatio beneficij non potest dici donatio, ex quo Prælatus illam facit potius ex necessitate officij, quam ex liberalitate. Hanc etiam opin. dicit tenere communiter Doct. Ripa *in d.l.fin.n.158 & seq.* 6

Quæro etiam, nunquid h valeat pactum appositum 7
in donatione, quod non possit propter ingratitudinem h
reuocari? dixi inf. *hoc eod.lib.§.pactum.*

ADDITIONES.

a *Res sunt.*] Verum aduerte, quia requiruntur etiam alia tria not. ab Ang. Aret. *in §.alia autem, Institut. de don n.10.* qui *nu. seq.* dicit etiam, quod beneficium reuocandi propter ingratitudinem, quo donans haud fuit vsus, non transit ad eius hæredes. *Giach.*

b *Donatio potest reuocari propter ingratitudinem donatary.*] Donatio † rite, & legitime facta licet temere non retractetur, 1
aut reuocetur, *§. alia autem, 2. Instit. de donat. l.1. cum tribus seqq. C. de reuocand. donat.* ingratitudo tamen donatarij facit, vt donator rem donatam reuocare possit, *l. vltim. C. de titul.* vbi caussæ ingratitudinis quinque sunt expressæ. I. Est, si † 2
donatarius donatori manus impias, & violentas iniecerit. II. Si

Si iniuria atroci (verbali scilicet, vt differat à causa præcedente) eum affecerit. III. Si graue damnum rebus ipsius intulerit. IV. Si vitæ eiusdem insidias struxerit. V. & Vltima si conuentiones in donatione appositis non impleuerit. De quibus causis latius disserunt Petrus Nicolaus Mozzius *in tractat. de donationib. sub titul. quomodo annulletur & reuocetur donatio n. 22. cum seq.* & Donellus *libr. 14. Commentar. iur. ciuil. cap. 27.* ibique in suis notatis Hillig. *Harp.*

c *Sed nunquid † etiam ob alias ingratitudinis causas, &c.*]
3 Communis Interpretum Schola opinatur; præter istas quinque modo relatas causas, etiam ob alias similes, siue maiores expressis, iure ciuili rem donatam reuocari posse; vt hic Clarus noster, post alios, testatur: cui adstipulatur Mozzius *d. tit. quomodo annulletur, & reuocetur donatio n. 58. circa fin.* & Menochius *de arbit. iud. q. cas. 130. n. 3. lib. 2. cent. 2.* Verum contraria sententia iuris veritati magis consona videtur. Primum enim Iustiniano Imperatori propositum fuit certas ingratitudinis caussas determinare, ac definire, ex quibus donatio reuocari possit, *d. §. aliæ, in fin. ibi, certis ex causis, Institut. de donationib.* At suo proposito haud satisfecit Iustinianus, si præter istas causas, ab ipso enumeratas, aliæ sunt, ex quibus donatio æque reuocari potest. Deinde satis expresse Imperator *in d. l. vlt. C. de reuocand. donat.* cauit, nullas alias ingratitudinis causas, præter quinque ibi recensitas, esse admittendas. Sic etenim scribit: Generaliter sancimus, omnes donationes lege confectas, firmas, illibatasque manere, si non donationis acceptor ingratus circa donatorem inueniatur, ita vt iniurias atroces in eum effundat, &c. His vtique verbis Imperator regulam proponit de donatione perfecta non reuocanda: cuius exceptionem póstea subiungit, causas quinque enarrando, ob quas reuocari queat donatio. Ast † omnis exceptio stricte accipienda est, regulamque confirmat in casibus non exceptis,
4 *l. quæsitum, 12. §. denique Neratius 43. ff. de instruct. & instrum. legat. l. 1.* ibique Decius *num. 21 ff. de regul. iur. Nouell. 7. c. 2.* Illud quoque satis innuunt particulæ ita † vt: quæ notæ sunt defi-
5 nitionis, ac determinationis; & vt proinde ex illis reluceat, propositum, & intentionem Imperatoris fuisse, certas causas reuocandæ donationis definire, ac determinare. Præterea Iustinianus *in d. vlt. C. de reuocand. donat* taxatiue loquitur, *versic. ex his enim tantummodo causis, &c.* Si aliæ similes, vel maiores admittendæ essent caussæ, quid opus fuisset caussarum enumeratione? aut cur Imperator illam particulam (tantum-
6 modo) adiecisset, si adhuc alias causas assumere liceret? Et quamquam respondeant dissentientes: particulas taxatiuas, & exclusiuas non excludere caussas similes, aut grauiores, in quibus eadem, aut etiam maior ratio subsit: id tamẽ hic locum sibi vindicare nequit: quandoquidem cum particula taxatiua (tantummodo) concurrit tum propositum Imperatoris volentis certas causas definire, ceterosque excludere, tum odium *d. l. vltim.* quæ pœnam decernit illis, qui in donatorem ingrati extiterint: Odiosa † autem per se & sua natura restringenda
7 esse, patescit *ex l. si præses. 32. & l. interpretatione, 42. ff. de pœn. item ex c. odio, 15. & c. in pœnis. 49. de reg. iur. in 6.*

Nec dissentientium opinationem iuuat, quod obijciunt, re-
8 uocari posse donationem, si † donatarius donatorem ad paupertatem redactum alere recuset, argum. *l. alimenta, 6. §. 1. ff. de agnoscend. & alend. liber. & l. decurionib. 8. ff. de decurionib.* cum negans alimenta necare videatur, *l. necare, 4. ff. de agnosc. & alend liber.* & notat Clarus hic *n. 3.* Nam respondetur primo, quod donatarius non sit obligatus naturaliter, multo minus ciuiliter ad alendum donatorem egenum: & vt maxime naturaliter esset obligatus, nulla tamen præstandi alimenta necessitas ipsi incumberet. Deinde licet donatarius cogeretur alere donatorem egenum, &, si id non faceret, ingratus iudicaretur; non tamen protinus ab ipso reuocari donatio posset: quoniam non quæuis, sed grauis, & insignis ingratitudo ad hoc requiritur, vt donatio reuocetur. Sic quamuis † liberi paren-
9 tes alere teneantur, *l. si quis 8. liberis, & tot. tit. ff. de agnosc. & alend. liber. vel parentibus*, non tamen propter alimenta non
10 præstita, liberi à parentibus exhæredari queunt. Neque † obstat *d. l. alimenta. 6. §. 1. ff. d. tit.* Siquidem non de donatario, sed de liberto loquitur, qui patrono egenti alimenta denegauit: neque hic vlla comparatio est patroni, & donatoris. Etsi enim is donatarium beneficio affecerit, & liberalitate ad gratitudinem, atque remunerationem obstrinxerit: attamen, patronus longe maius in libertum contulit beneficium, libertatem † scilicet, rem omnium preciosissimam, nulloque pre-
11 tio nummario æstimandam, *l. libertas inæstimabilis, 106. ff. de*
12 *reg. iur.* Pari ratione nihil † ad rem pertinet *d. l. decurionib. 6. ff. de decurionib.* Illic etenim singulare traditur Decurionum priuilegium, quod personas illorum non egreditur, nec ad exemplum porrigitur, *§. sed & quod principi, 6. Institut. de iur. nat. gent. & ciu. l quod vero 14. & l. ius singulare, 16. ff. de legibus, &c.* Atque ita docent Donell. *d. lib. 14 Comment. c. 27.* Giphan. *ad d. l. vlt. C. de reuocand. don.* Obrecht. *disp. 3. de donationib. th. 113. cum seqq.* Hackelman. *disp. illust. 19. th. 17. sub lit. B.* aliique ab eo commemorati. *Harp.*

d *Ob causam.*] Et quando vere dicatur donatio ob causam, dixi infra *q. vlt.* Giach.

Procedat in donatione ob causam.] Tametsi quidam Docto- 13
res existimant, quod supradicta conclusio, quæ habet donationem propter ingratitudinem reuocari posse, procedat etiam in donatione ob causam, seu remuneratoria: Gulielm de Cunea, & Bal. *in l. si tibi pecuniam, 20. ff. de reb. credit. si cert. pet.* hosque referens Roland. à Valle *cons. 13. nu. 10. vol 1.* contrarium tamen communiter receptum est, ex hac ratione: quod donatio ob causam, & remuneratoria, non sit proprie donatio: nisi dicatur, reuocari donationem ob causam propter ingratitudinem in eo, in quo donatio excedit causam: cum in excessu sit proprie donatio; vt, post Corneum *cons 45. lib. 4.* Petr. Nicol. Mozz. *d. tracta. de donationib. tit. vlt. n. 74.* Harp.

e *Donatio.*] Vt tradit Crau. *cons. 85. & 136. & dixi d. vlt. quæst.* Giach.

f *Nunquid donatio facta Ecclesiæ possit reuocari.*] Quod do- 14
natio facta Ecclesiæ, propter ingratitudinem Prælati, vel capituli reuocari nequeat, post Clarum nostrum tenet quoque Mozzius *d. tit. vlt nu. 65.* Harprec.

g *Prælatus conferens alicui beneficium, &c.*] Quod † benefi- 15
cium ecclesiasticum ingrato collatum, ab eo auferri non possit, vltra Clarum hic nostrum, & ab eo relatos, scribit Mozzius *modo allegato tit. vlt n. 66.* Harprec.

h *Nunquid † valet pactum appositum in donatione, quod non* 16
possit propter ingratitudinem reuocari.] Quod pactum donationi appositum, de non reuocanda donatione propter ingratitudinem donatarij, nequaquam valeat, plerique tradiderunt. Speculator *ad tit. de donat. § 1. n. 5.* Ripa *in d l. vlt. q. 54. nu. 180. & sequ. C de reuoc. donat.* Boerius *cons. 41. n. 11.* Io. Gutierrez *in tract. de iuram. confirmatorio, part. 1. c. 10. n. 5.* Tiraq. *in l. si vnquam, 9. in præfat. n. 140. C. de reuoc. don.* hosque laudans D. Bocer. *in comment. de donat. c. 3. nu. 99.* & D. Obrecht. *d. disput. 3. de donat. th. 107.* Et quidem recte tradiderunt: siquidem isthoc pactum contra bonos mores esse censetur *l. si vnus, 27. § pacta, 4. ff de pactis, l. illud, 5. ff. de pact. dotalib. l. contractus, 13. vers excepto eo. ff. de reg. iur.* Cæterum † an, & quatenus hoc pactum 17
iuramento firmari possit, abunde (relatis in vtramque partem Doctorum auctoritatibus) exponit D. Bocer. *d. c. 3. n. 100.* Porro non inutiliter hoc loci illa quæstio addi, & moueri poterit: ecquid ingrati actio, qui videlicet † donatori ad rem ob 18
ingratitudinem donatarij reuocandam competit, personalis sit; an vero realis? Quod sit realis, statuere videtur Donellus *ad § omnium autem 1. num 14. Instit. de actionib. & lib. 10. Comment de iur. ciu. c. 9.* hac potissimum ratione motus, quod in *l his solis, 7. C. de reuoc. donat.* diserte ab Impp. Constantino, & Constantio rescribitur, actionem, quæ datur matri ad donationem ingratis liberis factam reuocandam, effectum habere vindicationis, adeoque realem esse. Sed quod præfata actio non sit in rem, sed in personam, sequentibus argumentis luculenter demonstratur. Primo enim verba *in d. l. his solis, 7. versic. actionem vero, C. d. tit.* expressa sunt: Actionem vero matris ita personalem esse volumus, vt vindicationis tantum habeat effectum: nec in hæredem detur, nec tribuatur hæredi. Quibus ex verbis perspicere promptum est, actionem hanc reuocatoriam esse reuera suaque natura personalem, quamuis in effectu solum isto, quod neque hæredi detur, neque in hæredem cum rei vindicatione conueniat. Iam vero quæ in effectu conueniunt, re ipsa protinus, & essentia non conueniunt. Deinde † actio in rem nemini datur, nisi qui 19
rei, quæ petitur, dominus est, *d. § Instit. de actionib. l. in rem actio, 23. ff. de rei vindic.* Atqui is, qui rem donatam, ex causa ingratitudinis reuocat, non amplius dominus est rei istius, vt cuius dominium per traditionem in donatarium transtulerit, *§. per traditionem, 40. Inst. de rer. diuis.* Ideoque ei de re ista reuocanda, & repetenda vindicatio competere nequit. 20
Præterea † omnis actio, ex delicto descendens, est personalis, *d. §. 1. Inst. de actionib.* At vero actionem hanc donationis reuocatoriam ex delicto priuato, ingratitudine s. insigni donatarij in donatorem, nasci, nemo negare potest. Denique † 21
actio in rem datur in possessorem, quatenus possessorem, *l. qui petitorio. 38. ff. de rei vindic.* Præsens autem actio datur in donatarium, tanquam ingratum, & delinquentem, siue ex delicto obligatum, *d. l. his solis, 7. C. de reuoc. don.* Ergo non in rem, sed in personam est. Idque fusius declarat D. Bocer. *d. comment. de donat. c. 3. n. 93. & aliquot seqq.* Illud quoque 22
hic paucis addendum: quod † donatarius ingratus non teneatur rei donatæ fructus, ante reuocationem vsque ad litis contestationem perceptos restituere: tametsi post litem contestatam eos restituere cogatur, *l. certum, 22. C. de rei vind.* Tiraquell. *in l. si vnquam, 8. in verb. reuertatur, num. 281. C. de reuoc. don.* Gutierrez. *in tractat. de iuram. confirm. par. 1. c. 10. num. 7. cum seq.* D. Bocer. *d. c. 3. n. 102.* Harprec.

QVÆSTIO XXII.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Donatio propter superuenientiam liberorum reuocatur ex dispositione* l.si vnquam,C.de reuoc.don.
2 *Et quid si testator tẽpore donationis de liberis cogitauit.*
3 *Et quid si tempore donationis habeat filios, quibus deinde mortuis alij superuenerint.*
4 *Et quid si pater in donatione renunciauerit dispositioni* d.l. si vnquam.
5 *Et an dispositio.*d.l si vnquam. *locum habeat etiam in donatione partis bonorum, vel rei alicuius particularis.*

Ex Additionibus.

1 *Donatio propter superuenientiam liberorum reuocatur ex dispositione* l.si vnquam,8.C.de reuocan.donat.
2 *An dispositio ista porrigatur etiam ad alium parentem, quam paternum liberto suo donantem.*
3 *Pater non præsumitur propriis liberis præferre extraneos.*
4 *Vbi eadem ratio, ibi eadem iuris dispositio.*
5 *Num in dubio donator præsumatur cogitasse de liberis, vt scilicet beneficium* d.l. si vnquam. *cesset.*
6 *An, & quatenus pater iuri donationem reuocandi renunciare queat.*
7 *Et quid, si iuramentum interuenerit.*
8 *Ratio naturalis liberis parentum hæreditatem addicit.*
9 *Conciliatio duarum contrariarum opinionum, remissiue.*
10 *An dispositio* d.l. si vnquam, *in modica donatione locum habeat.*
11 *Quæ res leuis, siue modica dicatur, arbitrio iudicis relinquitur.*

SVbsequens causa reuocandæ donationis à iure tradita,est superuenientia liberorum,quæ quidem materia videbitur forte nonnullis omitti potuisse,cum de ea extent duæ repetitiones amplissimæ,*in d.l.si vnquã. C.de reuoc. don.* altera quidem Ripæ,altera verò Tiraquelli,in quibus nihil fere omissum est; Nolui tamen videri aliqua in re totum defecisse. Attingam igitur solummodo aliqua capita earum quæstionum,quæ in practica frequentius occurrunt,easque,quam breuissime fieri poterit, explicabo, reliquas studiosus Lector in prædictis repetitionibus diffusissime tractatas inueniet.Facienda est ergo inprimis conclusio,quod si post factam donationem superueniant liberi ipsi donatori,
1 *a* donatio reuocatur ex dispositione *d.l.si vnquam. de*
a *reuocan. donat.* secundum communem intellectum, vt attestatur Ruin.*cons.*107.*n.*22.*lib.*1. Licet enim illa lex loquatur de donatione facta libertis,est tamen generaliter intelligenda,vt scilicet locum habeat,non solum in donatione facta libertis,sed etiam facta cuilibet extraneo.Ita dicit gl.*in d.l.si vnquam.*& ita communiter tenetur,vt ait Imol.*in c.fin.nu.*12.*circa fin.de don.* Hanc etiam opin dicit esse communem Corn.*cons.*4. *in litt. A.circa fin.lib.*3.*& cons.*11.*in littera* Z.*eo.vol.*Ripa *in d.l.si vnquam. in* 2. *q.* vbi dicit, quod hæc est communis opin.Legistarum,& Canonistarum.Et dicit Tiraquell. *in d.l.si vnquam.in verbo.Libertis,n.*84.quod hæc opin. est humanior, & receptior, & quod eam practica, & vsus ita mordicus retentat,vt ab eius faucibus eruere nemo queat. Non enim est verisimile,quod quis velit in sua successione extraneum filiis præferre: & sic vtroque casu militat eadem ratio, super qua fundatur dispositio *d.l.si vnquam.* quæ est verisimilis mens donantis;quia scilicet si tempore donationis de filiis cogitasset,huiusmodi donationem non fecisset,vt dicunt communiter Doctores teste Corne.*consil.*206. *in littera P.lib.*2.

Ex qua quidem ratione inprimis infertur, quod si 2
tempore donationis donator de liberis cogitasset, *b* *b*
non esset locus dispositioni *d.l.si vnquam.* & ita communiter tenetur,vt ait Socin.*cons.*53.*n.*7.*libr.*4.Ias.*cons.*125.*col.*2.*&* 3.*lib.*1.quem refert Socin.iun.*cons.*67.*n.*51. *lib.*2. ita etiam communiter concludi attestatur Alb. *cons.*102.*n.*2. Puta (secundum aliquos) si donatio esset facta in contractu matrimonij: nam eo casu vtique præsumitur donator de liberis cogitasse, quorum suscipiendorum causa solent matrimonia contrahi;ideo talis donatio non reuocatur ex dispositione *d.l.si vnquam.*Ita dicit Sign *cons.*69.*post n.*12.*vers. Præterea cum mater.*& est communis opin. vt dixit Tiraquell. *in d.l.si vnquam in præfat.n.*71.quem refert Boer.*decis.*159.*nu.*9.Licet ille corruptum alleget *in verbo,prius,n.*62.*cum seq.*Hæc tamen conclusio mihi non multum placet,& videtur aperte repugnare communi regulæ, quod scilicet debet expresse constare, quod donator de liberis cogitauerit,& quod in dubio præsumitur non cogitasse:quæ regula colligitur ex dictis Bar.*in d.§. Imperator n.*8. qui in hoc communiter approbatur,vt dicit Soc. *in l.*2.*in princ.col.*1.*ff sol.mat.*& si opin.Signor.vera esset, idem & multo fortius esset dicendum in quocunque coniugato habili ad prolem suscipiendam, quod iudicio meo esset valde absurdum.

Secundo infertur, quod si donator tempore dona- 3
tionis iam habebat filios,etiamsi alij filij deinde superueniant,non debet donatio reuocari: & ita colligitur ex verbis ipsius *l.si vnquam, ibi filios non habens à contrario sensu.*Sed quid si pater habens filium iam natum, illi donationem fecerit, nunquid si postea alij filij superueniant,donatio ipsa reuocabitur? Resp. hic casus non est comprehensus in dispositione *d.l.si vnquam.* sed cadit sub dispositione *l.si totas. C. de inoff. don.* & ideo dicimus,quod talis donatio facta filio, reuocatur propter superuenientiam aliorum filiorum, non quidem in totum, sed tanquam inofficiosa reuocatur solummodo vsque ad legitimam partem bonorum filiis postea natis competentem. Et ita tenent communiter Doct. vt dicit Corn. *cons.*21. *in littera Z. lib.*3. Hanc etiam dicit esse communem opin.Bert.*cons.*163. *post n.*4.*libr.*2.*in* 2.*parte.*Ripa *in d.l.si vnquam,q.*47.Soc.iun. *cons.*83.*n.*20.*lib.*3. licet postea *n.*28. videatur inclinare in contrariam sententiam,Tiraqu *in d.l.si vnquam in verb.Libertis,n.*75.*& seq.*Dida.*lib.*1.*resol.c.*19.*n.*1.Si autem esset facta extraneo, bene reuocaretur in totum, vt dixi infra *q.*24.*vers. Aut vero.*

Tertio infertur,quod si pater in donatione ipsa re- 4
nunciauerit beneficio *l.si vnquam.*donatio ipsa non reuocatur, ex quo proculdubio pater renunciando ipsi legi censetur de liberis cogitasse.Hoc autem de plano
procederet, præsupponendo, quod pater *c* posset in *c*
præiudicium filiorum renunciare dispositioni *d.l si vnquam.* sed hic articulus est adeo dubius,vt vix discerni possit,quæ opin.verior sit,aut magis communis, vt dicit Grat.*cons.*50.*n.*65.*lib.*1. quod super hac quæstione est tanta disputatio,quod indigeret constitutione Imperatoria, vt hinc inde sint infiniti Doctores attestantes hanc esse cõmunem opin.Inprimis autem Bart.*in l. Titia.§.Imperator.n.*7.*ff.de leg.*2.tenuit,quod potest pater in præiudiciũ filiorum renunciare beneficio *d.l.si vnquam.* Et hanc opin. dicit esse cõmunem Soc. *cons.*147.*n.*17.*lib.*1.*& cons.*263.*nu.*13.*lib.*2.quem refert Natt. *cons.*125.*n.*1.& Ias.*in l si quis in conscribendo,n.*8.*C.de pactis,& cons.*125.*col.*3 *lib.*1.Dec.*in d.l.si quis in cõscribẽdo, n.*24.Bertran.*cons.*192.*ante fin.lib.*2.*in* 1 *parte,& cons.*52. *col,*2.*lib.*3.*in* 1.*parte,& cons.*179.*n.*1. *lib.*2. *in* 2.*parte, & cons.*220.*n.*8.*lib.*3.*in* 2.*parte.*Ripa *in d.l.si vnquã q* 51.*& lib.*3.*respõs.c.*15.*circa fin.*Tiraq *in d.l.si vnquam in præfat.*
*n.*174.Cõtrariam *d* vero sententiam,scilicet,quod imò *d*

non

non possit pater renunciare dispositioni dictæ legis in præiudicium filiorum, multi quoque tenuerunt, & dicit Socin. *in l. cum auus. col. 19. ff. de condit. & demonst.* quod hæc est communis opin. Moder. Hanc etiam opin. dicit esse communem Alc. *in l. pacta, quæ contra. C. de pactis.* Paris. *cons. 63. n. 32. lib. 1.* vbi recenset auctoritates. Soc. iun. *cons. 137. n. 2. lib. 2.* Et sic vt vides, hic articulus tam propter auctoritates, quam propter rationes hinc inde adductas, est valde dubius, & periculosus, & reuera connumerando decisiones Doctorum, suspicor opin. Bar. quod s. possit renunciare, esse magis communem. Sed contraria opin. mihi semper magis placuit, nunquam enim potui mihi persuadere, quod dispositio *d. l. si vnquam* non sit inducta tam fauore filiorum, quam ipsius donantis. Hæc etiam opin. est proculdubio magis æqua, & benigna, & secundum eam pluries fuisse iudicatum attestantur Doctores supra allegati & in hanc pariter inclinauit Senatus in causa
e D. Hier. Louati: Tamen pro concordia *e* posset ita distingui. Aut non constat, quod donator voluerit renunciare dispositioni *d. l. si vnquam* quia scilicet in ge
f nere tantum renunciauit *f* omnibus legibus, & omni iuris auxilio, vel huiusmodi, nulla facta mentione dispositionis *d. l. si vnquam.* & hoc casu intrepide tenendum est cum opin. negatiua, quod nullo modo censeatur renunciatum dict. legi, & sic, quod tali renunciatione non obstante, donatio ipsa superuenientibus liberis reuocetur: Aut vero fuit renunciatum in specie dispositioni *l. si vnquam* & tunc siquidem donans erat maior 25. annis, posset teneri opin. Bart. quod potuerit renunciare, & quod donatio propter superuenientiam liberorum non reuocetur: Aut erat minor, & tunc teneo, quod talis renuntiatio nihil prorsus operetur, neque in hoc facio vim, an in donatione sit appositum iuramentum, vel non. Sicut enim donatio etiam iurata reuocatur ex dispositione *l. si vnquam.* vt dixi infra *q. 23.* Idem dicendum est, etiamsi addita sit renunciatio *dict. legis.* Qua enim facilitate minor inducitur ad donandum, eadem etiam inducitur ad renunciandum, & iurandum, maxime attento, quod hodie in omnibus in-
9 strumentis passim, & indistincte Notarij apponunt iuramentum, cuius virtutem plerique contrahentium ignorant: sed vbi donans est maior, & in specie renunciauit dispositioni *l. si vnquam.* forte tutius esset (vt dixi) tenere cum Bart. Nam dispositio *l. si vnquam.* fundatur in præsumpta mente donantis, quæ cessat, vbi de contraria eius mente expresse apparet: & hoc multo magis procederet, si donatio esset iurata, & maxime si iuramentum esset in specie appositum ipsi renuncia-
10 tioni: & secundum hanc distinctionem, si casus contingeret, consulerem, & iudicarem.

Quarto infertur, quod ad hoc, vt sit locus dispositioni *d. l. si vnquam.* necesse est donationem esse tantæ importantiæ, quam verisimiliter donator non fecisset, si de filiis cogitasset. Habebit ergo proculdubio locum dispositio *dict. legis* in donatione omnium bonorum, sed & in donatione maioris partis bonorum, imò etiã in donatione cuiuslibet partis bonorum, etiam infra dimidiam. Et hæc est communis opin. vt ait Ripa *in l. 1. n. 6. C. de pact. & in d. l. si vnquam. in 7. quæst.* quem refert Arelat. *in Apostill. ad Alciat. de præsumpt. in 1. regul. præsumpt. 13. n. 3.* Tiraquell. *in d. l. si vnquam. in verbo. Omnia, vel partem aliquam. n. 14* quem refert Didac. *libr. 1. resolu. cap. 19 circa fin.* Fortius etiam (secundum aliquos) locum habet in donatione alicuius rei particularis. Et hanc esse communem opinionem attestatur Ruin. *cons. 137. nu. 13. in fin. lib. 1.* Ripa *in d. l. si vnquam. in 8. quæst.* quem refert Arelaten. *in loco proxime allegato.* Socin. iun. *consil. 83. nu. 19. lib. 3.* Et quod dispositio *d. l.* locum habeat etiam in donatione rei particularis, quæ sit magni valoris, dicit esse communem Claud. *in l. ex facto. p. st nu. 11. ff. de vulg.* Cæterum si esset donata *g* res modici momenti, certe talis donatio minime propter superuenientiam liberorum reuocatur. Ita tenet Imola, loquendo per verbum, *forte, in cap. fin. n. 21. de donatio.* & est communis opinio, vt ait Dec. *consil. 181. n. 3.* Non enim est verisimile, quod donator, etiamsi de liberis cogitasset, ab huiusmodi donatione abstinuisset. Et hoc casu bonum esset habere iudicem fauorabilem. Nam quæ donatio dicatur magna, vel parua, inspecta qualitate personarum, standum est iudicis arbitrio, iuxta ea quæ dixi supra *lib. 2. §. iudex.*

ADDITIONES.

Donatio reuocatur ex dispositione d. l. si vnquam.] Sed an hoc casu retro transferatur dominium, & possessio in ipsum donantem absque traditione: An vero requiratur traditio? Ruin. quod sine traditione, sed ipso iure, *in cons. 173. col. penult.* habet etiam locum *d. l. dispositio,* quando res donata est talis, quam verisimiliter arbitrio boni viri pater non donasset, si filium postea natum habuisset: per ea quæ tradit Ruin. *in consil. 124.* item procedit in re particulari notabilis valoris per eundem *consilio 98. n. 19. & cons. 107. colum. fin. lib. 1.* item procedit, quando filius natus statim moritur. Corn. *cons. 176. col. fin. vol. 2.* Item habet locum in renunciatione post ius quæsitum, Ruin. *cons. 98. n. 20.* Giach.

Quod si post factam donationem superueniant liberi ipsi donatori, donatio reuocatur.] Donatio † facta à patre, desperatione 1
liberorum procreandorum ducto, in totum per superuenientiam liberorum reuocatur, *l. si vnquam, 8. C. de reuocand. donat.* Cuius legis dispositio quamuis de patrono donatore, & liberto donatario diserte loquatur: tamen † non inepte ad quem- 2
cunque donatorem liberos non habentem, porrigitur. Quoties enim ratio legis est generalis, toties lex ipsa generalis censetur: cum dispositio legis, quantumuis ad certas personas accommodatæ, ex generalitate rationis extensionem admit- 5
tat. Atqui vero ratio *d. l. si vnquam, 8. C. d. tit.* videtur esse generalis, & non magis ad donationem cum liberto, quam ad donationem cum quouis extraneo celebratam pertinere. Ratio namque, cur illic, liberis post donationem donatori natis, reuocetur donatio, hæc redditur: quod cum † pater non præ- 3
sumatur proprio sanguini extraneos anteferre voluisse, argum. *l. cum auus. 102. ff. de condit. & demonstrat. l. generaliter, 6. §. 1. C. de instit. & substitut. l. cum acutissimi, 30. C. de fideicommissis,* intelligatur tacita hac conditione donationem fecisse, vt, si liberi postea nati fuerint, donatio ad se, suosque liberos reuertatur. Militante igitur † hac ratione non solum in pa- 4
trono, *d. l. 8. C. de reuocand. donat.* verum etiam in omnibus aliis donatoribus: militabit quoque dispositio, argum. *l. nam, vt ait Pedius, 13. ff. de legibus l. illud quæsitum, 32. ff. ad leg. Aquil. l. à Titio 108. ff. de verb. obligat.* Atque ita, præter Clarum hoc loco nostrum, & ab eo relatos, statuunt Mynsinger. *cent. 5. obseruat. 63. cum seqq.* Petrus Nicolaus Mozz. *in tractat. de donat. tit. vlt. n. 74.* Cuiacius *libro 20. obser. cap. 3.* Fachineus *libro 3. controuers. iur. c. 85.* D. Collega Bocer. *in Commentar. de donationibus cap. 3. n. 110.* Forster. *disputat. 10. ad Institut. th. 18.* Gomes. *tom. 2. var. resolut. cap. 4. de donat. n. 11.* Treutlerus *disp. 19. th. 7. vol. 2* Hackelman. *disput. illust. 19. th. 17.* Hœnon. *disput. 6. ad Instit. controuers. 21.* Vulteius *in § alia autem, 2. n. 7. Instit. de donat.* & ibidem Heigius *in fine.* Hartman. Hartmanni, *lib. 2. tit. 41. obseru. 1.* & Gotofred. *in not. ad l. 8. littera I. C. de reuocand.* Tametsi multi, non spernendæ auctoritatis Iureconsulti, dissentiant, contendentes, donationem semel perfectam, natis postmodum donatori liberis, non reuocari, nisi donator fuerit patronus, & donatarius libertus. Ioan. Corasius *lib. 7. miscellan. iur. ciu. cap. 10.* Francisc. Connan. *libr. 1. Comment. iur. ciu. c. 10.* Giphan. & Donell. *ad d. l. si vnquam, 8. C. de reuocand. donat.* idemque Donell. *libro 14. Comment. de iure ciuil. c. 32.* & inibi Hilliger. Ant. Fab. *libro 7. coniect. iur. c. 14 & 15.* Ioan. Niell. *disp. feudal. 5. th. 8 sub littera A.* Andr. Gerhardi *decad. 6. quæstio. 10.* Arumæus *Exercitat. Iustin. 6. th. 16.* & Disput. *Pandect. 19. th. 18.* & Quirinus Kubachius *cent. 2. quæst. illustr. decur. vlt. quæst. 2.* Sed omnia horum argumenta, quibus nituntur, erudite, ac perspicue nouiter refutauit D. Bocerus *d. Commentar. de donat. cap. 3. n. 110 cum multis seq. edit. 2.* ad quos Lectorem, gratæ breuitatis studio, remitto. De illis etiam plenius disserui *ad §. alia, 2. Instit. de donat. n. 140 & seqq.* Harp.

e Cogitasset.] Adde per Tiraqu. *dict. l. si vnquam, c. 13.* Socin. *in cons. 263. in fin. vol. 2. & in rub. ff. de liber. & posth.* Et quomodo intelligatur per Ruin. *cons. 98. n. 22. vol. 1.* Et quando cogitauit de liberis, quomodo intelligatur? vide per Ias. *in cons. 226. lib. 2.* An procedat in filio legitimato? quod non. *hoc cons. 226. li. 2.* Dec. *366. colum. 3.* Rom. *164. quod sic.* vide Ruin. *cons. 175.*

Sed quid in legitimato per subsequens matrimonium? vide per Boeri. *decis.* 159. Non procedit in donatione minima. Dec. *cons.* 366. *col.* 4. Ias. *in leg.* 1. *in* 5. *not.* & ibi etiam Dec. *C. de pact.* Item non procedit in donatione propter benemerita: per Dec. *in d. cons.* 366. *&* 20. *& in dict. l.* 1. *col.* 2. Roman. *cons.* 26. Roland. *consil.* 5. *n.* 12. *volum.* 1. *in cons.* 6. *n.* 16. *in* 2. *cons.* 13. *n.* 31. *n.* 3. Natt. *consil.* 674. *colum.* 7. & vide per Apostill. ad Dec. *d. cons.* 22. Item non habet locum quando tempore donationis donans habebat filium, & facta donatione ipsum legitimauit. Castrens. *cons.* 433. quem tamen *vid.* 432. & Boer. *decis.* 59. An procedat, quando maritus promisit pro vxore, quod habebit ratum, quæ deinde contra facit? Socin. *in cons.* 215. *colum. fin. in* 2. *&* 22. *in* 3. Item an procedat in donatione iuris patronatus Deci. *in cons.* 675. Item an procedat, quando filius donat patri. Deci. *cons.* 182. *in fin.* Rub. *cons.* 90. licet contrarium voluerit Ruin. *cons.* 98. *nu.* 28. sed quid de renunciatione facta per masculum, Boer. *d. decis.* 159. Item an procedat, quando donatio fit in contractu matrimonij. Socin. *in l.* 2. *ff. solut. matrim.* Ias. *cons.* 172. *vol.* 4. Boer. *d. decis.* Item an procedat, quando partim venditur, & partim donatur? Socin. *in cons.* 22. *vol.* 3. Et donatione reuocata in vim *d. l.* an possit donatarius ingredi possessionem bonorum? quod non, sed pertinet ad filium natum: vide per Ruin. *in cons.* 137. *col.* 3. *vol.* 1. Giach.

5 *Si tempore donationis donator de liberis cogitasset.*] Quod † in dubio semper præsumatur donator non cogitasse de liberis, verius est, cum alioqui nullus esset locus reuocationi donationis ob susceptos postea liberos: siquidem ratio liberis gignendis aliquis inhabilis reperiatur. Illudque obtinet, etiamsi donatio in contractu matrimonij fieret, vt post Clarum nostrum, & Corneum *cons.* 4. *libro* 4. tradidit Petrus Nicolaus Mozz. *d. tract. de donationibus tit. vltim. n.* 72. Eadem de re vide quoque Bocer. *d. cap.* 3. *n.* 134. Harprec.

6 c *Quod potest pater in præiudicium filiorum renunciare, &c.*] Quod † pater iuri donationem reuocandi renunciare queat, & cauere, se, natis postea sibi liberis, donationem non reuocaturum, præter adductos hic à Claro, tenent Rota Romana *decis.* 124 *part.* 1. *in nouissima* 1. *edit.* Cuiacius *lib.* 20. *obseruat. c.* 5. Donell. *ad d. l. si vnquam,* 8. *num.* 11. *&* 12. *C. de reuocand. don.* Fachin. *lib.* 3. *controuers. iur. c.* 84. hosque referens D. Bocerus *d. Commen. de donationib. c.* 3. *n.* 133. Item Hœno. *disput.* 6. *ad Institut. controu.* 23. Harp.

7 d *Contrariam vero sententiam.*] Quod † pater beneficio *dict. l.* 8. *C. de reuocand. donat.* ne sub iuramento quidam renunciare possit, in præiudicium liberorum, non fine ratione docuerunt, post alios, Mynsing. *cent.* 5. *obseru.* 63. *nu.* 10. *& seq.* Andreas Gail. *lib.* 1. *obseru.* 40. *nu. vlt.* & Forster. *disp.* 10. *ad Instit. th.* 10. Tum quia tale iuramentum fieret in fraudem liberorum: ideoque non valet: arg. *l. nam posteaquam,* 9. *§. sed & si*
8 *si quis,* 5. *ff. de iureiurand.* Tum † quia ratio naturalis quasi lex quædam tacita, liberis parentum hæreditatem addicit, *l. cum ratio,* 7. *ff. de bon. damnator. l. scripto,* 7. *§. vlt. ff. si tab. test. null. extab.* Tum quia *d. l.* 8. aperte dicit quod totum, quicquid largitus fuerat, reuertatur: ac proinde non committitur hoc liberæ voluntati donatoris, an velit reuocare, vel non: sed ius ipsum, & sanctio Imperatoria edicit, vt reuertatur; imperatiue nimirum, non voluntatiè. *Harp.*

9 e *Pro concordia posset ita distingui.*] Adde † quoque, istas duas contrarias opiniones distinctionis remedio conciliantē, Petr. Nicol. Mozz. *in d. tract. de donationib. tit. vltim n.* 76. Harp.

f *In genere tantum renunciauit.*] Item quod renunciatio debeat esse in specie, & nominatim facta, & non in genere, tradit Ruinus *in cons.* 173. *n.* 13. Giach.

10 g *Si esset donata res modici momenti, &c.*] Quod † in modica donatione non habeat locum dispositio *d. l. si vnquam,* 8. *C. de reuoc. donat.* præter Doctores hic relatos, tradunt Petrus Philippus Corneus *cons.* 206. *col.* 8. *vers. concurrit etiam, lib.* 3. Curt. sen. *cons.* 1. *n.* 18. Curt. iunior, & Alciat. *in l.* 1. *C. de pact.* Philip. Porc. *lib.* 1. *commu opin.* Bald. *in l.* 1. *n.* 16. *C. de inoff. donat.* Gail. *lib.* 2. *obseru.* 102. *n.* 5. & Bocer. *d. commen. de donat. c.* 3. *n.* 132. Tiraqu. *in repetitione d. l. si vnquam,* 8. *in verb. omnia,* vel partem aliquam, *n.* 24. *C. de reuocand. don.* aliique ab eo recensiti. Ceterum † quæ res dicatur leuis, & modica, iudicis arbitrio committendum esse, existimant Clarus noster hic in fine, Menochius *libr.* 2. *de arbitr. iudic. cent.* 2. *cas.* 133. & Fachin. *lib.* 3. *controuers. iur. cap.* 88. Harprec.

QVÆSTIO XXIII.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Dispositio* l. si vnquam *an locum habeat, etiamsi in donatione appositum fuerit iuramentum.*
2 *Et an locum habeat in donatione facta Ecclesiæ.*
3 *Et an locum habeat in donatione ob causam.*
4 *Et an habeat locum in legatis.*
5 *Et an habeat locum in legitimatione filij spurij, vel naturalis.*
6 *Et an habeat locum, si post donationem nascatur donanti filius naturalis tantum.*
7 *Et quid si natus esset ante donationem, sed fuerit post ipsam donationem legitimatus.*
8 *Et an reuocatio, quæ fit ex dispositione* d. l. si vnquam. *fiat ex ipso iure.*
9 *Et quid si liberi post donationem nati moriantur viuo testatore, an donatio reconualescat.*
10 *Et an si donator viuens nihil dixit, possint eius heredes donationem ipsam reuocare.*

Ex Additionibus.

1 *An dispositio* l. si vnquam. 8. C. de reuocand. donat. *locum habeat in donatione ob causam.*
2 *Et an procedat in legatis, remissiue.*
3 *An item locum habeat in donatione causa mortis.*
4 *An & quatenus, si filius naturalis legitimetur, donatio reuocatur.*
5 *An donatio reconualescat, si liberi post donationem nati viuo testatore moriantur.*
6 *Actio semel extincta euentu non reuocatur.*
7 *Res inuito domino auferri non potest.*
8 *Quo actionis genere res donatæ, natis postea liberis, reuocentur.*
9 *Condictio ex tacita donatoris, & donatarij conuentione competit.*

Stat ergo firma conclusio, quod propter superuenientiam liberorum donatio reuocatur: Quæro nunc, an hæc conclusio locum habeat, etiamsi in ipsa donatione appositum sit a iuramentum; vt scilicet adhuc non obstante iuramento reuocetur? Respond. quod sic. Ita tenet Bart. *in d. §. Imperator, num.* 12. & est communis opin. vt dicit Corn. *cons.* 30. *in fin. libr.* 4. Socin. *cons.* 215. *n.* 2. *lib.* 2. *quod est duplicatum in cons.* 22. *n.* 7. *libr.* 4. Bertr. *cons.* 175. *post n.* 12. *lib.* 1. *in* 2. *parte.* Ripa *in d. l. si vnquam. in* 3. *quæst. & lib.* 3. *responsorum. cap.* 15. *n.* 17. Paris. *consil.* 72. *n.* 15. *lib.* 1. Nam iuramentum semper intelligi debet rebus sic b stantibus; merito vbicunque post dispositionem iuratam tale quid superuenit, quod tempore iuramenti præstiti verisimiliter dispositionem ipsam impediuisset, non debet iuramentum aliquid operari: & hoc proculdubio procedit, vbi in tali donatione iurata non fuerit in specie, nec in genere renunciatum dispositioni *l. si vnquam.* Et in hoc omnes conueniunt, vt dicit Tiraqu. *in præfat. d. l. si vnquam. n.* 174. Si vero fuerit renunciatum, dixi supra *vers. Tertio infertur.* 1 a b

Quæro etiam, an dispositio *d. l. si vnquam.* habeat locum etiam in donatione facta Ecclesiæ? Resp. quod sic: verum, cum ecclesia regulariter sit loco filij, vt dixi infra *l. b.* 7. *§. Ecclesia.* non reuocatur, nisi vsque ad legitimam filiis postea natis competentem, vt in donatione facta vni ex filiis, dixi supra *quæst. prox. vers. Sed quid si pater.* Ita tenet Bart. *in §. Imperator. num.* 6. & est communis opin. vt ait Socin. *consil.* 53. *post nu.* 6. *lib.* 4. Ripa *in repet. d. l. si vnquam, quæst.* 49. Rub. *in repet. d. §. Imper. n.* 226 Fortun. *in tract. de vltimo fine: illatione* 16. Didac. *lib.* 1. *resol. c.* 19. *post n.* 5 *vers. Quæstioni.* Hæc tamen opinio mihi semper visa fuit dura. Nam monasterium non habetur loco filij, nisi in casibus à iure expressis, vt dixi *in allegato §. Ecclesia.* tamen in practica credo, quod ecclesia obtineret, nisi Episcopus vellet secundum conscientiam restituere totam donationem: & iudicio meo, si id faceret, bene, & laudabiliter faceret, vt notatur *in c fin.* 17. *q.* 4. 2

Item quæro, an dispositio *d. l. si vnquam.* locum habeat c etiam in donatione ob causam? Respond. quod non. Et est communis opin. vt dicit Socin. *in l.* 2. *in prin. colu.* 1. *versic. Secundo respond. ff. soluto mat.* Ias. *consil.* 3 c

171.*nu.1.in fin.lib.4.* Nam huiusmodi donatio cum habeat caussam annexam, non autem fundata sit in sola liberalitate: non debet propter aliquid aliud, quid superueniat, reuocari. Sed hoc intellige, quatenus causa æquiualet donationi. Nam in eo, quod excedit, non censetur donatio ob causam, sed donatio simplex. Eademque ratione dispositio *dict.l.si vnquam*, non habet locum in donatione remuneratoria. Ita tenet Bald. *in d.l si vnquam, in 2.lectura.* Et est communiter opinio, vt ait Dec. *cons.166.n.10.* & dicit Ias. *cons.154.n.2. in fin. libr.2.* quod ab ista sententia nemo discrepat. Ripa *in d.l.si vnquam.q.14.* Talis enim non dicitur proprie donatio, vt dixi supra *q.3.* Intellige tamen, quatenus merita æquiualent donationi, iuxta ea quæ statim dixi.

Vlterius quæro, an *d* dispositio *d. l.* habeat locum
4 d etiam in legatis? dixi supra *lib.3.§ legatum.*

Successiue quæro, an habeat *e* locum etiam in legi-
5 e timatione filij spurij, vel naturalis, vt scilicet talis legitimatio per superuenientiam filiorum legitimorum, & naturalium reuocetur? dixi supra. *lib.2.§ filius.*

6 Sed quæro, nunquid dispositio *d. l. si vnquam*, locum habeat, non solum quando post donationem nascuntur filij legitimi, & naturales, sed etiam quando nascitur filius naturalis tantum, qui postea legitimatur, ita vt etiam eo casu donatio iam facta reuocetur? Resp. quod sic. Ita tenet Ioan. Andr. *in additio ad Specul. de success. ab intestato, circa fin. in Apost. magna,* Et est communis opin. vt dicit Paris. *cons.72.n.21.lib.1.* Huiusmodi enim filij æquiparantur legitime natis: & ideo disposita in legitimis etiam in istis locum habent.

7 Sed quid si filius naturalis iam esset natus tempore donationis, sed post donationem fuerit legitimatus, nunquid donatio reuocabitur propter illius legitimationem? Resp. quod non. Et est communis opin. vt dicit Paris. *in alleg cons.72.n.24.* Hoc enim casu nulli dubium esse potest, quin de ipso filio iam nato, & etiam de eius legitimatione verisimiliter testator cogitauerit.

8 Præterea quæro, nunquid huiusmodi reuocatio donationis, quæ fit ex dispositione *d.l.si vnquam.* fiat ipso iure, immediate quod nascuntur filij? Resp. quod sic. Ita expresse colligitur ex verbo, Reuertatur, posita in ipsa lege, quod importat dispositionem legis, nullo hominis ministerio interueniente. Ita tenet gl. fin. *in d l. si vnquam,* & ita communiter fere ab omnibus tenetur, vt dicit Corn. *cons.4 circa prin.lib.2.* Hanc etiam opin. vt dicit esse communem Corn. *cons.11. in lit. R. libr.3.* Rub. *in repet.d.§.Imp.n.182.*

Vltimo quæro, pone, quod donator susceperit libe-
9 ros, illi tamen liberi ipso adhuc superstite moriantur, nunquid *f* propter illorum mortem donatio ipsa re-
f conualesceret? Resp. Bart. *in d §.Imper.n.10.* tenuit: quod non: sed in contrarium est communis opi. vt attestatur Rub. *in d.§.Imp.n.140. & seq.* Cessat enim ratio coniecturata mente donatoris, super qua fundatur dispositio *d.l.si vnquam.* Quæ quidem conclusio intelligenda est, vt procedat, quãdo pater mortuis filiis donationem ipsam tacite, vel expresse nõ reuocauit, alias secus.

Sed quid si pater quidem donationem non reuoca-
10 uerit, imò permiserit semper donatarium res donatas possidere, nunquid poterunt eius hæredes donationẽ ipsam reuocare? Resp. quod non. Et hæc est magis cõmunis opin. vt ait Rub. *in d §. Imperator. nu 252. & sequenti.* Videtur enim hoc casu donator satis declarasse voluntatem suam, quod nolebat donationem reuocare. Ideo illi non possunt eius hæredes contrauenire.

ADDITIONES.

a *APpositum sit iuramentum.*] Adde, atque vide per Soc. *cons. 22.vol.3* Corn *cons 176. in fi. vol.2.* Franc. Aret. *cons.24. quatuor dubia, col.1.* Rom. *in cons.269. non est dubium, & 26. pro decisione.* Boer *d. decisio.159.* Et plenius de istius legis dispositione dixi *in reg. iuris contract.* atque etiam *in lib. iuris intellect. collect.* Giach.

b *Rebus sic stantibus.*] Item quod in quacunque dispositione semper subintelligatur ista tacita conditio, & interpretatio, reb. & terminis sic stantibus atque se habentibus: secus si contingat mutatio aliqua, per quam à tali dispositione recedi oporteat: per Crau *cons.25.n.1. cons 164. col. antepen in princip.* Dec. *cons 335.n 3.* Rom. *in leg. si ff qui satisdar. cogan.* Alba. *cons. 76.n.2. & 77.n.11.* Rolan. plene *cons 1.vol.2.* Natt. *cons 548 n.21.* vbi idem etiam in casu iurato. Idem intelligitur, cum superuenit aliquid noui, quod nullo modo extabat, nec de quo fuerat cogitatum, vt per Menoch. *in cons.119. n.29.* Et de viribus istius clausulæ, vide etiam per Afflict. *decis.328. sub n.4.* Giach.

c *Locum habeat etiam in donatione ob causam.*] Quod † de- 1
cisio *l si vnquam, 8.C. de reuocand. donat.* non procedat in donatione ob causam, & in donatione remuneratoria, quæ non sunt proprie donationes, post Clarum nostrum, & per eum citatos, notauit Petr. Nicol. Mozz. *in tract. de donat. tit. vltim. n.80.* Harprec.

d *An † dispositio d. l. habeat locum etiam in legatis.*] De hac 2
quæstione latissime (relatis vtramque in partem infinitis fere Doctorum auctoritatibus) agit & disputat Andreas Tiraq. *in repetitione d.l si vnquam, 8.C. de reuocand donat. in verb. dona-*
tione largitus n 259. & aliquot subseqq. Sed † quid de donatione 3
causa mortis sentiendum? Et quod *dicta l.8.* dispositio in illa non procedat, arguit decisio Pedemontana, *in decisio 120.* cum loquatur in propria donatione: donatio autem causa mortis sit impropria. Atque hanc esse veram, & magis communem opinionem attestatur Cacheran. *in d. decis 120* eumque laudans Mozzius *d tit. vlt. n.82.* Idque post alios explicatius persequitur Tiraquell. *in d verb. donatione largitus, n.246. & seqq.* Verum contrarium non sine ratione statuit D. Bocer. *in Comment. de donationib. c.5. nu.63.* & Thad. Piso *lib.4. var. resol. c.5. n.33. & seqq.* Harp.

e *An † habeat locum etiam in legitimatione filij spurij, vel na-* 4
turalis.] An, & quatenus, si filius naturalis legitimetur, donatio reuocetur, fusissime explicat, post alios, quos citat Mozz. *d. tract de donationib. tit vlt n 85. & sequentib.* Harp.

f *Nunquid propter illorum mortem donatio ipsa reconualesceret.*]
Si † liberis natis donatio fuerit reuocata, sed iidem liberi po- 5
stea decesserint: non inutiliter quæritur, an donatio reconualescat, adeoque res donatæ ad priorem donatarium reuertantur? Affirmatiuam opinionem amplectuntur, præter Clarum hoc loco, Ant. Gomez *to.2 var. resol. c.4. n.12* & Petr. Nicol. Mozz *d tit. vlt n.90.* Sed eorum sententia, qui donationem semel extinctam non amplius, liberis defunctis, reuiuiscere sta-
tuunt, probabilior videtur. † Tum quia actio, quæ donatario 6
competebat, per liberorum superuenientiam semel extincta, euentu, siue morte liberorum eorundem subsecuta, reuocari nequit, argum. *l. qui res suas 68. §. aream ff. de solutionib. l. Mænius, 66.§.1 ff. de le.2.* Tum quia, natis liberis, res donatæ propriæ donatoris effectæ sunt: ac proinde vt donatarij rursus
fiant propriæ, noua donatione opus est. Neque † enim res se- 7
mel arbitrio, & dominio donatoris subiecta, ipsi inuito adimi potest, *l. id quod nostrum, 11. de reg iur.* Tum denique quia donatio ista facta intelligitur sub tacita hac conditione, si liberos postea donator non susceperit. Atqui hæc conditio natis liberis, confestim deficit, licet liberi postea moriantur, *l. filiusfamilias 114.§. cum erit 13. ff. de leg.1. l. hæredib.77. in princ. ff. ad SC Trebell* Quibus rationibus addenda est auctoritas Bart. *in l. Titia 87.§. Imper.3 ff. de leg.2.* Donelli *ad d l si vnquam 8. n.9. C. de reuocan donat.* Fachin. *lib.3. controu iur. ca.20.* Tiraqu. *in d.l si vnquam, in verb. susceperit liberos, n.203.* & aliorum quos hic allegat; quibus adstipulatur nouiter D. Bocer. *in Comment. de donationib. c.3. n.115.* qui ad dissentientium argumenta satis abunde respondet.

Illud hic obiter animaduertendum, † quod res donatæ, na- 8
tis postmodum liberis, per donatorem reuocentur, vel rei vindicatione, vel conditione, auctore Donello *in d.l. si vnquam 8. n.16. C. de reuocan. dona.* Cum enim ipso iure donator, susceptis liberis, dominium rei donatæ receperit, vt ostendit hic Clarus noster *num.8.* eius dominij nomine aduersus donatarium, rerum donatarum possessorem, rei vindicationem competere, recte statuitur, *l. in rem 23. in princ. ff de rei vindic* Con-
dictionem quod attinet competit illa † ex tacita, & coniectu- 9
rata donatoris, & donatarij conuentione. Cum etenim donator sub hac tacita conditione, si liberos non susceperit, res suas alicui donauerit: patet inde, sub contraria conditione, si liberos postea susceperit, non intelligi donatum. Et quia hoc tacito sensu, & voluntate donator dedisse præsumitur: censetur idem donatarius hoc animo accepisse rem donatam. Hæc tacita conuentio obligationem, & actionem in personam, condictionem s. producit, *§. actionum 25. ff. de oblig. & actionib. §.1. Instit. de actionib.* D. Bocer. *d. Comment. de don. c.3. n.138. & seqq.* vbi ea de re exquisitius disserit. Harprec.

QVÆSTIO XXIV.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Donatio inofficiosa facta vni ex filiis, vel etiam extraneo, potest per alios reuocari.*
2 *Et quid si sit inofficiosa re tantum, vel consilio tantum.*
3 *Et quid si sit iurata.*
4 *Et an filius, cui pater aliquid reliquit, possit donationem inofficiosam extraneo factam in totum reuocare.*
5 *Et quid si pater alienauit bona titulo oneroso, an sit locus reuocationi.*

Ex Additionibus.

1 *Donatio inofficiosa parentum, & liberorum reuocari potest, siue in liberos siue in parentes, siue in extraneos sit collata.*
2 *Reuocandæ donationis inofficiosæ remedium an quoque fratri competat.*
3 *Querela inofficiosæ donationis ad similitudinem querela inofficiosi testamenti introducta.*
4 *Donatio inofficiosa num tota reuocetur, an tantum pro ratione legitima.*
5 *Legitima liberis relicta querelam inofficiosi testamenti submouet.*
6 *Donatio re, & consilio inofficiosa rescinditur tota, si in extraneum sit collata.*
7 *Qua actione inofficiosa donatio reuocetur.*

1 a DIxi etiam, aliam esse causam, propter quam donatio posset reuocari, quando scilicet esset *a* inofficiosa. Hæc est pulchra, & subtilis materia, & alias intellexi, quod magnificus D. Camillus frater meus adhuc valde iuuenis, cum ego nondum natus essem, disputauit in hac materia in ciuitate Alexandriæ centum conclusiones, per decem dies continuos, argumentantibus Doctoribus venerandi nostri collegij, qui eo tempore excedebant numerum 30. de qua disputatione mentionem facit, & illum appellat Iureconsultum acutissimum D. Rubeus Alexandrinus conciuis meus, in epistola nuncupatoria posita ante repetitionem, quam edidit super *d. §. Imp.* vbi eleganter tractat hanc materiam, & dicit, quod in illis circulis orta fuit contentio inter ipsum D. Rubeum, & patrem meum, quem appellat Senatorem dignissimum, & Iureconsultum præstantissimum.

Scire debes, quod ad reuocandam donationem, vltra remedium l. si vnquam, de quo in præcedentibus quæstionibus, est etiam à iure prodita querela inofficiosæ donationis, de qua *toto titulo, C. de inoff. dona. & in d. §. Imper.* Vt ergo bene intelligas hanc materiam, b distinguendi *b* sunt nonnulli casus. Aut enim quis donat extraneo omnia sua bona, vel eorum partem, quam verisimiliter, si de filiis cogitasset, non donasset: & hoc casu per remedium *d. l. si vnquam,* ipsa donatio superuenientibus filiis donatarij in totum reuocatur, vt dixi in præcedenti quæst. per totam quæst. Aut vero pater habens vnum filium, illi donauit omnia bona, vel eorum partem, quam verisimiliter non donasset, si alios filios suscipere cogitasset: & hoc casu si alij superueniant, reuocatur vsque ad legitimam tantum. Et ita procedat textus *in l. si totus, C. de inoffic. donat.* vbi dixi supra *q. 22. versic. Secundo infertur.* & hæ duæ reuocationes fundantur super verisimili mente donantis.

2 Aut verò quis non agit ad reuocationem donationis, sub prætextu quod verisimiliter donans si de ipsis filiis cogitasset, donationem non fecisset, sed tanquam quod donatio ipsa sit inofficiosa, & intellige, quod donatio tunc dicitur inofficiosa, quando donans non retinet in patrimonio tantum, quantum capit legitima filiorum: & hoc casu adhuc est distinguendum. Nam aut talis donatio est facta vni ex filiis, & tunc siue donatio sit inofficiosa re tantum, siue sit inofficiosa re, & consilio, nunquam *c* reuocatur, nisi vsque ad legitimam aliorum filiorum, *l. si liqueat, C. de inoff. don.* Ita tenet Bart. *in d. §. Imper. n. 1.* & est communis opinio, vt ait Picus *in l. post contractum, post nu. 3 ff. de donat.* Bertran. *cons. 170. post n. 8. lib. 2. in 2. parte.* faciunt, quæ dixi supra *quasi prox. in d. vers. Secundo infertur.* Aut vero est facta extraneo, & tunc si est inofficiosa re tantum, reuocatur solummodo vsque ad legitimam. *Tex. est in l. 1. 2. & 3. C. de inoff. donat.* Si vero est inofficiosa re, & consilio, reuocatur in totum. Ita tenet Bar. *in d. §. Imperator, post n. 1.* & est communis opin. vt dicit Aret. *cons. 47. post n. 3.* Soc. *inter consilia Curtij sen. cons. 2. n. 1.* Ias. *in Authen. vnde si parens, circa fin. C. de inoff. test.* Picus *in d. l. post contractum, n. 6.* Curt. sen. *cons. 3. n. 30.* Paris. *cons. 72. n. 28. & seq. lib. 1. & cons. 73. n. 26. & seq. eod. vol.* Nat. *cons. 126. n. 3* Socin. iun. *cons. 67. lib. 2.* Dicitur autem donatio inofficiosa re, & consilio, quando pater ex proposito illam facit ad præiudicium filiorum, & sic vltra læsionem, quæ reipsa interuenit, concurrit etiam animus, & consilium paternum in damnum filiorum. Et hæc nota ad intelligentiam terminorum, quos multi ignorant. c

Hæc autem omnia, quæ superius dicta sunt de inofficiosis donationibus reuocandis, locum habent, non solum in donatione simpliciter facta, sed etiam in donatione iuramento *d* confirmata: adhuc enim potest non obstante iuramento reuocari. Ita dicit Bart. *in d. l. Imperator. num. 5.* & est communis opin. à qua nemo discrepat, vt ait Curt. sen. *in d. cons. 1. nu. 15.* quem refert Didac. *lib. 1. resolut. c. 19. vers. cæterum.* Cum enim dispositio tituli *de inoff. donat.* sit introducta fauore filiorum, non debet patris iuramentum in eorum præiudicium aliquid operari. 3 d

Sed quid si pater ipsi filio aliquid relinquit, nunquid poterit adhuc donationem inofficiosam extraneo *e* factam in totum reuocare? Resp. quod non: sed hoc casu solummodo reuocat vsque ad legitimam. Ita dicit Bart. *in d. §. Imperator, post num. 1.* & est communis opin. vt attestatur Bertrand. *cons. 83. n. 3. lib. 1. in 2. part.* Sicut etiam videmus, quòd filius, cui aliquid est titulo institutionis relictum, etiam minus legitima, non potest testamentum impugnare, sed tantummodo petere ipsius legitimæ supplementum, vt dixi sup. *lib. 3. §. testamentum, q. 38.* 4 e

Et hæc quidem conclusio locum habet in his tantum, quæ pater donationis titulo in alium transtulit; sed si pater aliquid alienauerit titulo oneroso, eo casu non est locus reuocationi. Et licet Bart. *in l. non vsque adeo, post num. 1. ff. si quis à paren. suo fue. man.* tenuerit contrarium, scilicet quod imò potest reuocare saltem vsque ad legitimam: tamen magis communis opin. est quod nullo modo potest reuocare, neque vsque ad legitimam. Et ita hanc opin. contra Bar. dicit esse communem Rub. *in d. §. Imperator, n. 30 & seq. ff. de leg. 2.* Picus *in d. l. post contractum, nu. 15. circa fin. & nu. 15.* vbi loquitur etiam, quando fraus patris in ipsa alienatione interuenit. Quæ tamen conclusio mihi semper visa fuit nimis rigorosa: & ideo vbi appareret, quod ille tertius fuisset particeps fraudis, libenter inclinarem in sententiam Bar. vt scilicet esset locus reuocationi, saltem vsque ad legitimam. Et hæc opinio æquior est, vt omnes fatentur. 5

ADDITIONES.

INofficiosa.] Et donatio inofficiosa quot modis dicatur, vide per Paulum Castrens. *in cons. 353. dubitatio. vol. 2.* Soc. *cons. 18 lib. 3.* Item ad sciendum, quæ sit inofficiosa, inspicitur tempus donationis, Crau. *cons. 40.* quem vide. *Giach.*

Esset

Esset inofficiosa.] Adde hic: quod si donatio sit inofficiosa, puta, quia natis filiis pater donat bona sua extraneo, tunc reuocatur fauore filiorum. Si vero donatione facta contingat nasci filios, reuocatur vsque ad legitimam. Item ibi donatio venit reuocanda *per titul. de inoffíciof. donatio.* non reuocatur ipso iure ex præsumpta mente donantis. De istis tribus comm. opinionibus vide *in collect. mea commun opin. verb donatio. n. 7. 8. 9.* Item donatio inofficiosa re, & consilio facta extraneo, an in totum reuocetur? vide per Tiraq. *in l. si vnquam. C. de reuocan. donat. f. 306.* & Franc. Aret. *cons. 47.* Nec reuocatur à filiis per actionem Caluisianam, siue Fauianam per Cor. *cons. 78. col. 8. vol. 2.* Item donatio tanquam inofficiosa reuocatur, quando etiam filius habuit legitimam suam titulo donationis: puta, mater donauit simpliciter filio suo centum, & postea donauit residuum bonorum pio loco; nam filius querelare potest, quia donatio sibi facta haud imputatur in suam legitimam. vide per Soc. *in cons. 18. & seq. vol 4.* Vltimo scias, quod donatio etiam inofficiosa ad pias causas reuocatur saltem vsque ad legitimam; vide per Iason. *in cons. 141. vol. 4.* Item vide per Dec. *in cons. 297. col. 1. vers. secunda concl. 10. sit.* Goucan.

b *Distinguendi sunt nonnulli casus.*] De distinctione horum casuum videndus quoque est Petr. Nicol. Moz. *in tract. de do-*
1 *nationibus tit vlt. nu. 91.* Illud autem euidens est, quod † inofficiosa donatio non solum parentum, sed & liberorum reuocetur: si nimirum adeo immoderata sit, immodica, & immensa, vt liberis, aut parentibus legitima non sit relicta, siue in extraneos; siue in liberos, siue in parentes collata sit donatio. De liberis *est l. 1. & fere totus tit. C. de inoffic. donat.* De parentibus *est l. si filius. 4. C. eod. tit.* Sed in quæstionem vocatur: ec-
2 quid † hoc reuocandæ istius donationis beneficium competat etiam fratri, consanguinei, siue Germani donationem in-
3 officiosam? Et competere, verius est. Cum † enim hæc inofficiosæ donationis querela ad similitudinem querelæ inofficiosi testamenti sit introducta. *d. l. si filius 4 in fin. & l. vlt. C. de inoff. donationibus* consequens certe est, & hanc fratri consanguineo dari: cum ei etiam inofficiosi testamenti querela non denegetur, turpibus personis institutis. *l. fratres 27. C. de inoff. test.* Atque ita sentit Donellus *lib. 19. Comment. de iur. ciu. c. 11. pag. 121.* eumque citans D. Bocer. *in Comm. de donat. c. 3. n. 105. edit. 2.* Harpree.

c *Nunquam reuocatur, nisi vsque ad legitimam aliorum fi-*
4 *liorum*] Quod † inofficiosa donatio parentis vni ex filiis facta, non tota reuocetur, sed tantum pro ratione legitimæ reliquorum filiorum, liquido apparet *ex d. l. 1. ibi,* quartam partem non habentibus, *l. 2. ibi,* vt tibi quartam partem debitæ ab intestato portionis præstet incolumem, *l. si totas 5. ibi, debitum bonorum subsidium l si mater 7. ibi, vt quarta partis, l. si liqueat. 8. in princip. ibi. pro ratione quarta. C. de inofficiof. donationib.* Quæ sententia & hoc argumento confirmatur: Ad submouendam inofficiosi testamenti querelam sufficit, legiti-
5 mam † liberis esse relictam *d. l. si totas 6. & d. l. si mater 7. C. d. titul.* Ast ad similitudinem querelæ inofficiosi testamenti introducta est querela inofficiosæ donationis, *d. l. 2. d. l. 4. in fin. & d. l. vlt. C. eod.* Ergo non in solidum, sed ratione tantum legitimæ immoderata isthæc donatio rescinditur. Et sic, post Clarum nostrum, & ab eo citatos, tenent Andr. Gail. *lib. 2. obseruat. 38. & obseruat. 116. nu. 4.* Donell. *d. lib 19. Comment. de iur. ciu. c. 11 pag. 314. & seq.* hosque allegans D. Bocer. *d. c. 3. nu. 105 & seq.* vbi Anton. Fabr. *lib. 3. coniectur iur. ca. 17.* & aliorum dissentientium argumenta abunde refellit. Eadem & nos diluimus *ad §. alia autem 2. Instit. de donat. num. 138. & seqq.*
6 Enimuero si † & re & consilio sit inofficiosa parentis donatio in extraneum collata, in totum reuocatur, & rescinditur. Atque ita, præter Clarum nostrum, & Giachaium, aliosque ab iis laudatos, docent Doctores communiter, vt testatur Emanuel Soarez *in thesaur. recept. sent. sub lit D in ver. donatio. n. 251.* Bocerus *d. c. 3 n. 107.* & Mozzius *in tract. de donationib. sub tit. vltim. n. 91. & seq* vbi omnia illa, quæ Clarus hic tradit, pene, ad verbum expetit, & comprobat.
7 Illud porro hic addendum: quod † actio qua reuocatur inofficiosa donatio, est vel actio famil. æ erciscundæ, si pater in vnum ex filiisfamilias omne suum patrimonium quodam immensæ liberalitatis impetu effudit. *d. l. 2. C. de inoffic. donationib.* vel est petitio restitutionis in integrum, si donator ob minorem ætatem patrimonium suum donatione exhausit. *d. l. si filius 4. vbi Sichar. C. d. tit.* vel est querela inofficiosæ donationis *l. cum donationibus 6. ibi, vt sit in hoc actionis, &c. C. d. tit.* Et quidem est actio in rem: cum ad similitudinem querelæ inofficiosi testamenti sit introducta, *d. l. 2. 4. & vlt. C. de inoffic. donat.* quæ & ipsa in rem actio est, *l. qui repudiantis 17. in princ. ibi, non recte vindicasset, ff de inoffic. test* D. Bocer. *d. Comment. de donat. c. 3. num 108 & class. 2. disput. 19. th. 46. & seq.* Harpree.

d *Iuramento confirmata*] Item quod donatio inofficiosa non validetur iuramento, vide per Ias. *in cons 141. vol. 4.* Giach.

Iul. Clar. Sentent. Pract. (*ciuil.*

e *Extraneo factam.*] Item quod donatio inofficiosa re, & consilio facta extraneo possit in totum reuocari, voluit Vgolinus antiquus Glossator, quem magis communiter sequuntur Doct. *in l. 1. C. de inoff. donat.* & Doctor. *in d. §. Imperator.* vt attestatur Soc. *in cons. 126. col. 1. vol. 3.* Giach.

QVÆSTIO XXV.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Donatio ob causam causa nō secuta ipso iure reuocatur.*
2 *Donatio causa mortis potest quandocunque reuocari.*
3 *Et quid si post reuocationē donator sine herede decesserit.*
4 *Et an propter conualescentiam donantis censeatur reuocata donatio causa mortis.*

Ex Additionibus.

1 *Donatio ob causam, cessante causa, ipso iure reuocatur.*
2 *Donatio propter nuptias quatenus reuocetur.*
3 *Mortis causa donatio quomodo resoluatur.*
4 *Quando reuocetur ipso iure.*
5 *Quando reuocetur voluntate donantis subsequente contraria.*
6 *Expressa donatoris pœnitentia quomodo fiat, & probetur.*
7 *Et quid, si donans sine herede decesserit, an tunc etiam donatio mortis causa ex pœnitentia reuocetur.*
8 *Paria sunt, aliquid valere, vel esse nullum, & de nullitate dici non posse.*
9 *Donatio mortis causa quomodo tacite resoluatur.*
10 *Si donator aliquem omnium suorum bonorum heredem instituit, per hanc subsequentem heredis institutionem donatio illa reuocata non censetur.*
11 *Donatio mortis causa reuocatur per graues inimicitias inter donantem, & donatarium superuenientes.*
12 *An eadem donatio ob conualescentiam donatoris reuocata intelligatur remissiue.*
13 *Quæ actio competat ex donatione causa mortis, remissiue.*

PRæter has reuocationis causas, de quibus præcedentibus quæstionibus tractatum est, scire etiam debes, quod donatio *a* ob causam, si causa non est secuta, ipso iure reuocatur, & donanti competit rei vindicatio. Text. est *in l. 1. C. de donatio. ob causam,* & est communis conclusio, vt dicit Curt. iun. *cons 116 n. 14.* Vulgata enim est iuris regula, quod cessante causa cessat effectus. 1 a

Sciendum est etiam, quod donatio causa mortis potest à donatore *b* quandocunque reuocari, *l. mortis causa, la 4. ff de donat. causa mortis,* & hoc est in iure notissimum. Potest autem donatio causa mortis, non solum expressa, sed etiam tacita voluntatis demonstratione reuocari; puta, si donator rem quam donauerat, voluntarie in alium alienauerit: ex hoc enim donatio ipsa reuocatur, *l. illud ff. de donat. causa mortis,* & fuit opin. Dyn. *in l. Stichum qui meus, ff. de leg. 1.* quam dicit esse communem Alciat. *in l. non omnis ff. si certum pet.* Didac. *in rub. de testam. in 3. parte, post n. 18. vers. Quarto his,* videtur enim ex hoc colligi donatorem ipsius donationis pœnituisse, & maluisse alium, quam donatarium rem donatam habere. 2 b

In hoc tamen proposito nota mirabilem decis. Ang. in sua disputatione incip. Astensis miles; quod licet donator voluntatem mutauerit, si tamen postea contingat illum decedere sine hærede ex testamento, vel ab intestato, donatio non censetur reuocata. Et mouetur per tex. *in l. 1. ff. qui sine manu, ad liber. perue.* & hanc opin. Ang. dicit esse frequentius receptam Didac. *in d. 3. par. n. 24.* quæ licet, vt ipse subdit, in puncto iuris non satis bene sustineri possit, non tamen putarem ab ea esse in practica recedendum. 3

Sed nunquid ob *c* conualescentiam donantis, reuocata censetur donatio causa mortis, etiamsi aliunde expresse, aut tacite illum donationis pœnituisse non ap- 4 c

pareat. Resp. siquidem donatio facta fuit nullo instante mortis periculo, non reuocatur ob donantis conualescentiam, sed si facta fuit instante periculo, vtique reuocatur. Ita intelligi debet tex. *in l. si mortis causa res donata, ff de don. causa mortis*, & est communis opin. vt ait Alciat. *in d. l. non omnis.* quem refert Didacus *in rubr. de testam. in 3 parte, post nu. 23. versic. Secundo reuocatur.* Et hæc hactenus.

ADDITIONES.

a Donatio ob causam.] Et donatio quando vere dicatur ob causam, vide per Crauet. *in cons. 103. in princ. 85. & 306.* Dec. *in l. vt libertis, col fin. C. de col.* Nec dicitur proprie donatio per Crauet. *d. cons 85. & 136.* & vide per Nat. *in cons 609. num. 6.* Nec requirit insinuationem, vt per Cæphal. *in cons. 272. nu. 128.* Differt etenim ab aliis donationibus, vt per Tiraq. *dict. l. si vnquam. fol. 174.* An dicatur illa, quæ fit in præmium emancipationis? vide ibid. Et hæc donatio pacto nudo producit actionem, vt per Ruin. *cons. 54.* Item dicitur donatio ob causam, quando fit per patrem dotis causa: secus si per extraneum, vt per Ias. 171. *lib. 4.* Et scias quod donatio ob causam filio à patre factam ei debet in legitimam computari. Istam regul. cum quinque limitationibus vide per Duen. *reg. 222 fol. 217* & vltra limitationes enunciatas ibid. limita etiam vt per Crauet. *in cons 85. nu. 6. & 7.* & an donatio facta ob causam propter benemerita seruitiorum præstitorum, & præstandorum possit reuocari, vide per Matt. Angui. *in cons. 79. nu. 57.* Item vt dicatur facta ob causam requiritur, quod sit facta ob causam necessariam, quæ excludit liberalitatem, vt per Roland. *in cons. 70. nu. 7. vol. 4.* & 44. *n. eod.* vbi tamen *in 1. dub.* tenet per plura donationem filio factam à patre ob causam matrimonij haud dici simplicem, sed ob causam finalem, vt matrimonium sortiretur effectum, & in 2. cap. consultus etiam respondet, huiusmodi donationem imputari filio in legitimam, & contraria diluit. Et dixi supra. *Giach.*

Donatio ob causam. si causa non est secuta, ipso iure reuocatur] Quod † donatio ob causam, cessante, & deficiente causa, ipso
1 iure reuocetur, & donanti rei vindicatio competat, post Clarum nostrum, tradit Petrus Nicol. Mozz. *in tract. de donationibus tit vlt.* quomodo annulletur, & reuocetur donatio *n. 17.* vbi *nu. 18.* subijcit, quod † donatio propter nuptias non reuo-
2 cetur, nisi morte, vel adulterio. *l. vltim. §. inter causas 2. C. de repudiis. &c.* Harprec.

b *Potest à donatore quandocunque reuocari.*] Fallit, si in ea appositum sit pactum de non reuocando; quia tunc transit in contractum inter viuos, per tex. *in l. vbi ita donatur ff. de don. causa mort.* & ita expresse consuluit. Alex. *cons. 14 nu. 2. vol. 1.* Eandem opin. tenet Ias. *in l. qua dotis, n. 3. ff. sol. mat.* Bald. *l. 2. C. de iure dot.* Gouean.

Donatio causa mortis potest à donatore quandocunque reuocari.] Reuocatur, † & resoluitur mortis causa donatio, vel ipso
3 iure, vel donantis contraria voluntate subsequente, docente Dn. Collega Bocero *in Commentar. de donationib. c. 5. num. 53. edit. 2.* Ipso † iure hæc donatio reuocatur finito periculo mor-
4 tis, cuius metu facta fuit. *§. mortis causa 1. Instit. de donationib. l. non omnis 19. in princ. ff. de reb. credit. l. cum quis mortis 12. ff. de condict. caus. dat. causa secuta, l. 1. in princ. l. 2. in fin. ff. de mortis causa donationibus.* Ea quippe conditione donatio facta fuit, si eo casu, cuius contemplatione fuit facta, vitam amiserit donator. Sub contraria igitur conditione reuocari isthæc donatio censetur *l quibus. 40. §. 2. & l. aliquando 107. ff. de condit. & demonstrationib.* Idem statuendum est de donatione, quam quis in morbum grauem, & periculosum delapsus facit, si ab ista infirmitate reconualuerit, & liberatus fuerit, *d. l. non omnis 19. in princ. ibi, veluti si donator non reconualuerit.* vbi Bart. *Ias. Alciat. & reliqui DD. ff. de reb. credit.* Rimin. *ad §. 1. tit. Instit. de donationib. in verb. superuixisset. n. 1110.* Menoch. *de præsumpt. lib. 3 præsumpt. 37. n. 3. & seqq.* Reuocatur præterea mortis causa donatio ipso iure, si donator pœna capitis afficiatur, *l. si aliquis 7. ff. de mort. causa donat.* Cuiac. *lib 12. respons. Papien. pag. 520. & seq.* D. Bocer. *d. c. 5. n. 54. vers. reuocatur item, &c.* Denique hæc donatio ipso iure resoluitur, si donatarius viuo donatore moriatur, *d. §. 1. Instit. de donationib. d. l. non omnis 19. ff. de reb. credit. d. l. cum quis 12. ff de condict. ob caus. dat.* Menoch. *d præsumpt 37. n. 43.*

Donantis † subsequente voluntate contraria reuocatur, & 5
dissoluitur mortis causa donatio, si pœniteat donatorem factæ donationis. *l. qui mortis 30 ff. de mort. caus. donat.* D. Bocer. *d. c. 5. nu. 55.* Quæ pœnitentia duobus modis, videlicet aut expresse, aut tacite fieri assolet. Expresse quidem: † si donator 6
aperte significet, se factam donationem reuocare, & nolle, vt ea subsistat. Huiusque pœnitentiæ declarationem duobus testibus probari posse, tradit Dec. *in d. l. non omnis 19. in princ. n. 9. ff de reb. credit. & cons 505. n. 5.* quem referendo sequitur Thadeus Piso *lib. 4. var. resolut. c. 5. n. 2.* Alij vero dissentiunt, & quinque testium numerum desiderant Alciat. *in l 2. n. 17. in fin. ff. de legat.* & Nat. *cons. 578. nu. 579.* eosque laudans Menoch. *d. lib. 3. præsumpt. 37. nu. 11. & seq.* Prædicta † tamen conclusio 7
non procedit, quando donator sine hærede decessit. Tunc enim pœnitentia nihil operatur: quoniam nemo est, qui reuocationem obijciat. Itaque licet donatio per pœnitentiam reuocata sit: in effectu tamen pro reuocata non habetur: & per consequens firma manere debet: cum † paria sint, quid 8
valere, vel esse nullum, & de nullitate dici non posse. Ita præter Clarum nostrum hic *n. 3.* sentiunt Hipp. Rimin. *in pr. Instit. de donat. nu. 1034.* Michael Grassus *lib. 1. recept. sent. §. donatio causa mortis, q. 21. n. 3.* Mozzius *d. tract. de donationib. tit. vlt. n 5.* D. Obrecht. *disp 4 de donationib. th 220. cum seq.* & Thadeus Piso *d lib. 4 var. resol. c. 5. n. 3. & seqq.* vbi dissentientium, quos ipse refert, argumenta diluit.

Ceterum † tacite hæc mortis causa donatio resoluitur rur- 9
sus duobus modis. Primus est; si donator rem donatam, nulla vrgente necessitate, voluntarie alienauit, *l vxori 22. & l. cum hic status 32. §. si maritus, 5. ff. de donationib. inter vir. & vxor.* Atque ita post Clarum hic nostrum, & per eum allegatos, docent Menoch. *d. lib. 3. de præsumptionib præsumpt. 17. n. 13.* Dominic. Card. Tuscus *to. 2. practic. conclus lit. D. conclus 16. nu. 8.* D. Bocer. *d. c. 5. num. 58.* D. Obrecht. *d. disput. 4. thes. 222.* Schneidevvin. *ad tit. Instit. de donationib. rubr. de mort. caus. donationib n. 22.* Piso *d. lib. 4. c. 5. n. 17. cum seqq.* & Matthias Berlich. *conclus practicabil parte 3. concl. 2. nu. 43 & seq.* Quod sane pronunciatum non sic indistincte & simpliciter intelligendum est: sed tum demum procedit, si rei donatæ specialis dispositio facta sit: secus, si dispositio generalis fuerit, vt hæredis institutio vniuersalis. Etenim † si donator aliquem om- 10
nium suorum bonorum hæredem in testamento instituit: per hanc subsequentem hæredis institutionem donatio mortis causa reuocata non censetur: sed donator potius hæredem institutum ad persoluendum id, quod promiserat, astringere voluisse intelligitur. Ita concludunt Aret. *cons. 74. n. 11.* Purpurat. *cons. 42. n. 25.* Crauet. *cons 144. n. 10. & cons 234. nu. 1* Didac. Couar. *in rubr. extr. de testam. part 3. n. 19.* Cacheran. *decis. Pedemont. 117 col. vlt.* Mant *de coniectur. vlt. volunt. lib. 12. tit 17. nu. 6.* Bursat. *cons. 136. num. 152.* Decian. *cons 74. nu. 46. vol. 4.* Hartman. Pistor. *q. 8. n. 38. & n. 119. lib. 3.* hosque referens Berlich. *d part. 3. concl. 2. nu. 44.* Alter modus est: si † inter dona- 11
torem, & donatarium graues inimicitiæ superuenerint. Si enim ex hæc causa legatum tacite reuocatum intelligitur, *l. si quis ita 3. §. vlt. ff. de adimend. vel transferend. legat.* cur non etiam intelligeretur mortis causa donatio reuocata, quæ ad legati exemplum est redacta? *l. illud generaliter 37. in princ. ff. de mort. caus. donationib.* Berlich. *d. conclus. 2. nu 45. & seq.* Neque refert, an inimicitiæ illæ superuenerint culpa donatoris, vel donatarij, vt contra alios, quos refert, ostendit Menoch. *d lib. 3. præsumpt. 37. nu. 21. & seqq* item Thadeus Piso *d. lib. 4. var. resol. c. 5. nu. 25. vers. contrariam igitur sententiam, &c.* nec non D. Bocer. *d. c. 5. n. 62.* Plura huc pertinentia tradidi *ad §. 1. n. 78. & seqq. Instit. de donationib.* Harprec.

c *Sed nunquid ob conualescentiam donationis reuocata censetur donatio causa mortis.*] De † hac quæstione vide etiam 12
Grass. *d. lib. 1. recept. sentent. §. donatio causa mortis, q. 21. num. 2.* Emanuelem Soarez. *in thesaur. recept. sentent. in verb. donatio, nu. 295.* Gomesium *tom. 2. var. resolut. c. 4. nu. 19.* Pisonem *d. c. 5. nu. 17.* Menoch. *d. præsumpt. 57. nu. 5.* & Mozzium *d tract de donationibus tit. vlt. nu. 97. & seq.* Porro † quæ actio pro dona- 13
tione causa mortis competat, satis superque explicat Fuluius Constantinus *ad princ. tit. Instit. de donat. nu. 21.* & Thadeus Piso *d. lib. 4. variar. resol. c. 6. per totum.* Harprec.

IVLII

IVLIJ CLARI ALEXANDRINI I.C. LONGE CLARISSIMI, ET PHILIPPI II. HISPANIARVM REGIS SVPREMI CONSILIARII, ac Regentis dignissimi

Ex Libro Quarto Sententiarum Receptarum.

§. EMPHYTEVSIS.

CAPITA QVÆSTIONVM.

Emphyteusis quid differat à contractu libellario, & censuali. quæst.1.
Emphyteusis an sit contractus nominatus. q.2.
In contractu emphyteutico an requiratur, quod à principio præstetur certa quantitas. q.3.
In contractu emphyteutico an requiratur scriptura. q 4.
Vasallus an possit concedere in emphyteusin bona feudalia. quæst.5.
Prælatus an possit bona ecclesiæ concedere in emphyteusin. quæst.6.
Et quanti temporis solutione præsumatur emphyteusis præcessisse. quæst.7.
Emphyteuta tenetur soluere canonem, alias cadit à iure suo. quæst. 8.
Et an cadat ipso iure, an autem requiratur declaratio. quæst 9.
Dominus recipiendo pensionem an censeatur remisisse caducitatem. q.10.
Dominus an possit post declaratam caducitatem ingredi propria auctoritate rem emphyteuticam q.11.
Quo tempore sit soluenda pensio. q.12.
Emphyteuta non potest alienare rem emphyteuticam domino irrequisito. q.13.
Et an possit eam cum aliis emphyteutis diuidere. q.14.
Et an possit illam alteri legare, aut donare. q.15.
Et an possit illam prælegare uni ex filiis, vel aliter in ea illis præiudicare. q.16.
Et an possit illam sine consensu domini permutare. q.17.
Et an pignorare vel hypothecare. q.18.
Et an locare. q.19.
Et an concedere in emphyteusin. q.20.
Et an constituere seruitutem in feudo emphyteutico. q.21.
Emphyteusis an possit alienari in potentiorem. q.22.
In alienatione rei emphyteuticæ soluendum est domino laudemium. q.23.
Emphyteuta propter alienationem rei emphyteuticæ cadit à iure suo. q.24.
Emphyteuta interuertens possessionem domini an cadat à iure suo. q.25.
Emphyteuta an possit expelli propter deteriorationem. quæst.26.
Emphyteuta cessans per triennium in solutione canonis cadit à iure suo. q.27.
Emphyteusis an transeat ad extraneos hæredes. q.28.
Emphyteusis an transeat in fiscum. q 29.
Filij naturales an succedant in emphyteusi. q.30.
Legitimati an succedant in emphyteusi. q 31.
Feminæ an succedant in emphyteusi. q.32.
Emphyteusis an transeat in monasterium q.33.
Quomodo intelligatur in concessione inuestitura, tertia, vel quarta generatio. q.34.
In emphyteusi concessa pro se, & filiis, & nepotibus, quo ordine succedatur. q.35.
Nepos ex filia an succedat in emphyteusi. q.36.
Emphyteusis an transeat ad filios, etiamsi non sint hæredes. quæst.37.
Et an transeat ad institutum in re certa. q.38.
In emphyteusi nunquid locum habeat ius accrescendi. quæst.39.
Filius an teneatur paternis creditoribus de emphyteusi satisfacere. q.40.
Augmentum eueniens in re emphyteutica cui cedat. quæst.41.
Emphyteusis quomodo finiatur. q.42.
Finita emphyteusi, an possint filij, vel agnati petere renouationem inuestituræ. q.43.
Emphyteusi finita, an possit dominus ingredi rem emphyteuticam propria auctoritate. q 44.
Finita emphyteusi, cui remaneant melioramenta. q.45.
Emphyteuta an teneatur ad collecta. q.46.
Quæ actio competat pro emphyteusi. q.47.
Iura ciuilia loquentia de emphyteusi an habeant locum in Emphyteusi Ecclesiastica. q 48.
Bona emphyteutica an possint dici allodialia. q.49.
Argumentum de feudo ad emphyteusin, & econtra, an procedant. quæst.50.

BReuior erit hic Tractatus (vt opinor) omnium expectatione. Etenim hæc Emphyteusis materia fere vbique frequens, & quotidiana. Sed huius rei duo præcipue in causa fuere. Primum; quod ex his, quæ ad hanc materiam pertinent, aliqua in feudalibus quæstionibus à nobis tractata sunt: Alterum (quod alicui forte mirum videbitur) quod Alexandriæ nulla fere est domus, nulla area, fundi vero paucissimi, hoc Emphyteusis vinculo obstricti, atque inde euenit, vt cum in hac materia nunquam de facto consultus responderim, aut iudicauerim, in hoc Paragrapho ea tantum scripta sint, quæ in tumultuaria lectione obiter occurrerunt. At vero in hac Mediolanensi vrbe nihil aliud sonant ius dicentium palatia, quam Emphyteuticorum canonum solutiones, & protestatas superinde caducitates.

QVÆSTIO I.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Quid differat contractus libellarius ab emphyteusi.*
2 *Et quid contractus censualis.*
3 *Et an in dubio censeatur contractus censualis, vel emphyteuticus.*
4 *Et quid differat simplex locatio ab emphyteusi*
5 *Et quid si præstetur magna pensio, & correspondens fructibus.*
6 *Et quid si in instrumento promiscue facta sit mentio de emphyteusi, & locatione.*

Ex Additionibus.

1 *Emphyteusis vnde deriuetur.*
2 *Emphyteuta quis, & ius, quod habet, quomodo appelletur.*
3 *Emphyteusis quomodo definiatur.*
4 *Emphyteuseos duæ species: ciuilis & ecclesiastica.*
5 *Contractus libellarius quid differat ab emphyteusi.*
6 *Et quid contractus censualis.*
7 *Nunquid in dubio præsumatur contractus censualis, vel emphyteuticus, remissiue.*
8 *Emphyteusis, & locatio quomodo inuicem differant.*
9 *Locatio rei mobilis fieri potest: emphyteusis non item.*
10 *Conductor rei locatæ seruitutem imponere nequit: emphyteuta imponere potest.*
11 *Conductor mercedem soluit in compensationem vsus: emphyteuta in recognitionem directi dominij.*
12 *An locatio ad longum tempus in emphyteusin degeneret.*
13 *Propria conuentionis forma contractus ab inuicem distinguuntur.*
14 *Locatio dominium non mutat.*
15 *Mens, & intellectus* l.1.§.3.ff de superficiebus.

1 PRo intelligentia itaque terminorum scire debes, quod nonnulli sunt contractus
a *a* emphyteusis valde similes, & affines,
b puta contractus libellarius, *b* censualis, & locatio. Quæro ergo, quid ab emphyteusi differant huiusmodi contractus? Resp. contractus
c *c* libellarius dicitur, quando vasallus, vel emphyteuta concedit alteri pro certa annua pensione prædium, quod ipse habuerat ab alio in feudum, vel emphyteusin: & sic quando concedens non est dominus, s. directi dominij: & hoc est quod vulgo appellamus emphyteusin subalternatam. Quando vero concedens est do-
d minus, tunc proprie dicitur contractus *d* emphyteuticus. Et ita firmant communiter Doct. vt dicit Ias. *in l.1. post n.19. C. de iure emphyt.* Quidquid tamen sit ex proprietate dictionum, hodie contractus emphyteuticus, & libellarius (saltem ex communi vsu loquendi) idem sunt, & in hoc omnes conueniunt, vt ait Dec. *cons.* 146. *nu.2.* quem refert Paris. *cons.77. n.12. lib.3.* Et ita video indistincte obseruari in hac prouincia, in qua passim hæc duo pro synonymis reputantur: & dispositum in vno absque controuersia locum habet etiam in altero. Hodie enim abutimur istis vocabulis, vtendo illis promiscue, & ponendo vnum pro alio, vt dicit Ang. *cons.* 184. *n.3.* Tiraq. *de retract. municip. §.33. gl.1. n.1.*

Contractus *e* autem censualis differt ab emphyteu- 2
tico. Nam in censuali transfertur in recipientem do- e
minium, tam directum, quam vtile: in emphyteusi autem non transfertur nisi vtile, directum vero remanet apud concedentem. Ita dicit gl. *in c. constitutus, in verbo, iuxta ratam, in fin. de religio. domib.* quam sequuntur communiter Doct. vt dicit Abb. *ibi nu.20.* & ita dicit firmare communiter Doct. Ias. *in d. l.1. nu.39. C. de iure emphyteutico*, & sic censum soluimus de re nostra, pensionem vero de re aliena. Proprie enim canon, qui soluitur ab emphyteuta, dicitur pensio: ille vero, qui soluitur à censuali dicitur census, licet hodie promiscue vtamur etiam iis vocabulis, vt attestatur Abb. *in loco præallegato.* Et ex hac differentia infertur ad vnum, quod est maximæ importantiæ: quia scilicet si censuarius cesset in solutione canonis per biennium, non ca-
dit ab ipsa re *f* censuali, vt dixi supra §. *census.* Secus au- f
tem in emphyteuta, de quo late dixi infra *q.8.*

Sed pone, quod ego acceperim aliquam domum, 3
vel fundum pro annua pensione, seu canone, nunquid
g in dubio censebitur contractus censualis, vel emphy- g
teuticus? Resp. DD. dicunt, quod si vniformiter solutum fuerit quotannis certum quod, præsumitur potius solutum iure emphyteutico, vel coloniæ perpetuæ, quam iure census. Hoc enim est in minus præiudicium concedentis. Et ita tenet communis schola Scribentium, vt attestatur Berous *quæst.14. num.1.* Quod ego intelligo, vt procedat tam in concessione facta à priuato, quam in concessione facta ab ecclesia: nam vtroque casu militat eadem ratio. Bene verum est, quod si ex verbis concessionis expresse apparere posset, de
quo contractu *h* ipsi contrahentes sensissent, non esset h
à verborum proprietate recedendum. In dubio autem standum esset in regula, quod præsumeretur emphyteusis, vel locatio perpetua potius, quam census.

Quid autem *i* differat simplex locatio ab emphy- 4
teusi, sunt termini omnibus notissimi. i

Et aduerte, quia si præstatur modica pensio, & in 5
pecunia, debet potius iudicari emphyteusis, quam locatio. Nam pro contractu emphyteutico soluitur quid minimum pro recognitione. Et hæc est proprie eius forma, & in hoc omnes consentiunt, vt dicit Natta *consil.49. post num.7.* Si vero præstatur magna pensio, quæ scilicet fructibus correspondeat, vel quasi, vel præstatur aliqua pars fructuum, debet potius iudicari locatio, quam emphyteusis. Et quod quando pensio, quæ præstatur, correspondet fructibus, debeat de tali

contra-

contractu iudicari tanquam de locatione potius, quã de emphyteutica concessione, dicit concludere communiter Scribentes Cagnol. *in l. 2. n. 202. C. de rescind. vendit.*

6 Vnum scias, quod si in aliquo contractu sit promiscue facta mentio de emphyteusi, & locatione, vel con- k tractu libellario, debent attendi k conuentiones, & pacta, de quibus in ipso instrumento, cui s. contractui magis conueniat, & secundum illam debet iudicari, in quam speciem contractus cadat Illa enim denominatio nihil facit, sed potius attenditur effectus rei. Et hæc est communis opin. vt dicit Bello *consil. 11. n. 5.*

ADDITIONES.

1 a EMphyteusis.] Addendum est primo: quod † Emphyteusis iuxta nominis rationem, & etymologiam deducatur ἀπὸ τοῦ ἐμφυτεύειν, quod significat inserere, aut implantare, & per translationem meliorare: quia per emphyteusin, id est, insitionem, & implantationem agri meliores redduntur. Boreholt. Heigius, & alij *in §. adeo autem 3. Institut. de locat. & conduct.* Ioa. Ferrar. Mont. & Sichard. *ad rubr. tit. C. de iur. ver. emphyteut. n. 4.* Gothofredus *ad l. 1. in princip. C. eod* Coras. *in l. ei qui 16. n. 20. ff. de seruitutibus*, Sichard. *in Lex. iur. emphyteusis.* Carol. à Kirchberg. *in discursu de feud. ex pacto, & prouidentia, &c. c. 4. nu. 138.* Aluarus Valascus *in tractat. de iur emphyt. quæst. 2. n. 4.* vbi plures allegat. Tametsi Speculator (Græci sermonis non vsque adeo gnarus) istam vocem natam opinetur, ab ἐν, id est, in, & φίδες, id est, fides: quod ipsa res detur alicui in fidem, vt illam deteriorem fieri non permittat, *in suo Speculo lib. 4. particul. 3 tit. de emphyteusi n. 2.* Giphan. *in tractat. de iure feudi, cap. 2. n. 18.* Carol. à Kirchberg. *dicto loco.*

2 Deinde addendum: quod † is, qui emphyteusin accipit, vno verbo appellatur emphyteuta, vel emphyteuticarius, *l. 1. & l. 3. in princ C. de iure emphyteut.* ius constitutum, ius emphyteuticum, vel emphyteuticarium *l. 3. §. si ius emphyteuticum 4. ff. de reb. eor qui sub tutel. vel cur. sunt. rubr. & l. 1. in princ. & d. l. 3. ibi, ius emphyteuticum transferre. item ibi, vel si ius emphyteuticum. C. de iur. emphyteut.* ager vero in emphyteusin datus, ager emphyteuticarius, itemque vectigalis, seu prædium emphyteuticarium *per rubr. tit ff. si ager vectigalis, id est emphyteuticarius, petatur & l. 2. ibi, à prædiis emphyteuticariis, C. de iur. emphyteut.* Donell. *lib. 9. Commentar. de iur. ciu. cap. 13. pag 443. n. 30.* Franc. Danydergente *in libro notab. iuris selectar. tractat. de agris vectigalib. pag 207. fac 2.*

3 Præterea addendum: quod † emphyteusis (reiectis variis aliorum definitionibus, quas attigit Valascus *d. tract. de iur. emphyt. quæst. 1.*) haud inepte definiatur contractus, iuris gentium, nominatus, bonæ fidei, solo consensu constans: quo dominus de dando prædio suo in perpetuum, vel ad tempus, pro pensione annua, in recognitionem dominij præstanda, colendo fruendoque cum aliquo paciscitur: Quam definitionem latissime, & accuratissime explicui *in Comment. ad d. §. adeo autem 3. Instit. de locat & conduct. n. 4. & multis seqq.* Eaque ex declaratione quæstionum subsequentium magis perspicua reddetur.

4 Denique addendum: quod † emphyteuseos duæ constituantur species, à re, quæ venit in emphyteusin, ciuilis nimirum, & ecclesiastica. Ciuilis est, quando res profana in emphyteusin datur: hoc est quando Princeps, Ciuitas, Municipium, vel priuatus aliquis rem suam in emphyteusin concedit, Giphanius, & Schneidevvin. *n. 8. in d. §. adeo 3. Institut. de locat. & conduct.* Cuiac. *in l. 1 C. de locat prædior. ciu.* Althusius *lib. 1. iuris Romani. c. 31.* Vult *lib. 1. Iurisprud. Roman. c. 36. circa fin.* Treutler. *disp. 29. th. 9. lit. 1 vol. 1.* Ecclesiastica quando res Ecclesiastica ab administratoribus in emphyteusin datur: hoc est, quando res Ecclesiæ, aliorumque Collegiorum, aut domuum venerabilium, ab œconomo, vel Prælato, causa cognita, etiam laico in emphyteusin conceduntur. *Nouel. 7. & 120. c. dudum. 1. vers. quia etiam tractatus solemnis. &c. c. hoc consultissimo 2. circa princ. ibi, laicis submittere, absque capituli sui consensu*; & Apost sedis licentia speciali. *ext. de reb. Eccl non alienand. in 6. c. sine exceptione 52. ibi. cum totius Clerici tractatu atque consensu 12 q. 2.* Couar. *lib. 2. variar. resolut. c. 17. n. 2.* De multiplici emphyteuseon diuisione videatur Valascus *d. tract. de iur. emphyt. q. 40. nu. 37.* Harprec.

b *Censualis.*] Item contractus emphyteuticus, & censualis aliter etiam differunt secundum gl. cum qua concordat Innoc. *in c. constitutus. de relig. domib.* & vide per Nat. *etiam in cons. 3. in princip.* Et in dubio an contractus emphyteuticarius, vel censualis potius iudicari debeat? vltra ea, quæ dicit Auctor infra vide per Crauet. *in cons. 20.* Giach.

c *Contractus libellarius.*] De huiusmodi contractibus & eorum conuenientia, & differentia, vide per Euer. *loco à feudo ad emphyteut. nu. 52. & seqq.* idem in loco emphyt. ad censum, *nu. 1. & 2.* Gouean.

c *Contractus libellarius dicitur.*] Contractus † libellarius, 5 siue libellus proprie dici solet, quando non à domino directo, sed vasallo, vel emphyteuta primo, al cui in emphyteusin res feudalis, vel emphyteutica conceditur: emphyteusis vero, quando dominus directus rem in emphyteusin concedit. De quo inspiciatur tex. *in tit. 9. §. donare*, vbi Aluarot. Belniso, Isernia, & alij *lib. 2. feud* Bart. *in l si finita, 15. §. si de vectigalib. 26. qu. 3. nu. 9. ff. de damno infect.* Quamuis vsus loquendi hanc differentiam præcise non obseruet, sed confundat; vt post Clarum hic nostrum, & Doct. ab eo citatos, tradunt Eman. Soarez *in thesaur. recept. sent. in lit. E. num. 46.* Coras. *in rubr. tit. C de iur emphyt. nu. 14.* Henricus à Rosenthal *in tract. feud. c. 9. membr. 1. concl. 38. n. 11.* & Valascus *d. tract. de iur. emph. q. 35. n. 2.* Harprec.

d *Emphyteuticus*] Item adde, quod contractus emphyteuticus est contractus, qui de sui natura requirit scripturam; magis commune vi. per DD. *in l. 1. C. de iure emph.* Et fusius dixi etiam in collecta mea commun. opin. *in verb. contractus, n. 36. & 37.* Giach.

e *Contractus autem censualis differt.*] Quomodo contractus † censualis differat ab emphyteutico, præter Clarum no- 6 strum, & alios, quos hic citat, explicant quoque Capyc. *decis. 103.* Coras. *d. rubr. tit. C. de iur. emphyteut. num. 15.* Soarez *d. thesaur. recept. sent. lit. E. num. 48.* D. Collega Boeer. *in tractat. de qualitate, & differentia feudor. cap. 1. num. 33. & seq.* Nicol. Euerard. à Midelburg *in locis legalib. loc. ab emphyteusi ad cens. nu. 2. & 3.* Menochius *de præsumptionib. lib. 3. præsumpt. 106. nu. 1. & 2.* Valasc. *d. tract de iur. emph. q. 32.* & Matthias Berlichius *conclus practicabil. par. 2. conclus. 47.* aliique per hos adducti. Harprec.

f *Re censuali.*] Item quod in contractu censuali quis non soluendo haud cadat à iure suo, commune attestatur Dec. *cons. 138. col. 2.* & in colle. mea comm. opin. *in verb. censuarius. & Census num. 1. & 2.* vbi fallit, si censuarius iurauit soluere. *Giach.*

g *Nunquid in dubio censebitur contractus censualis.*] An † in 7 dubio contractus censeatur emphyteuticus, vel censualis, fusius (post Clarum nostrum) exponunt Menoch. *d. præsumpt. 106 num. 3. cum seq.* & D. Bocer. *d. tractat. de qualit. & differ. feud c. 1. num. 35.* & Valasc. *d. q. 32. numer. 35.* Dominic. Card. Tuscus *tom 3. practicab. conclus. lit. E. concl. 192. num. 175. & seq.* pluresque alij, quos refert Berlich. *d. conclus. 47 num. 18. & seq.* Harprec.

h *De quo contractu.*] Item quod contractus denominatio fieri debeat, vt in sui figura apparet: vi. per Crau. *in cons. 20. nu. 1.* qui proprie loquitur de contractu albergamenti perpetui, quod secundum commune vulgare idem est, quod emphyteusis: intellige tamen vt per eund. *ibid. num. 5. & cons. 85. n 5.* vide & Ruin. *cons. 1 nu. 23.* Giach.

i *Quia autem differat simplex locatio ab emphyteusi.*] Emphyteusis † à locatione in eo potissimum differt. I. Quod em- 8 phyteusis præstat quasi dominium ei, qui accipit: locatio non item. In hac quippe vsus tantum transit ad conductorem; non vero possessio, & multo minus dominium, *l. non solet 39. & l. cum in plures 60. §. 1. ff. locati. l. conuenis 65. ff. de contrah. empt. l. non solum 35. § quod vulgo 1. ff. de vsurp. & vsucap.* Tametsi ex accidenti (non ex natura locationis) quandoque fiat, vt & in ea dominium mutetur: veluti cum agitur, vt non eadem, sed eiusdem generis, res reddatur *l in nauem Saufeij 31. ff. locati.* Cuiac. *lib. 7. obseru. c. 39.* II. Locatio † etiam in 9 re mobili fieri potest: emphyteusis autem rebus duntaxat soli, seu immobilibus constituitur, *d. §. adeo 3. ibi. vt ecce de prædiis. Instit. de locat. & conduct. l. 1. in princ. ibi, agri ciuitatum, ff si ager vectigalis &c. l. lex vectigali 31. ff. de pignorib. & hypothec. & l tutor. 16. § vlt. ff. de pignorat. act.* III. Conductor † rei locatæ seruitutem, aut aliud aliquid ius imponere 10 nequit: ast emphyteuta seruitutem, siue ius seruituti in effectu simile, fundo emphyteutico imponere potest, arg. *l. 1. §. vlt. ff. de superficiebus*, & explicabitur vberius infra *q. 21.* IV. Conductor † mercedem soluit in compensationem vsus; & 11 est mercedes illa, quæ à conductore præstatur, vsus illius quasi quædam æstimatio: emphyteuta vero soluit canonem annuum, non respectu fructuum acquisitorum; sed in recognitionem directi dominij, *c. 2. extr. de censibus.* & Vulteius *nu. 8. in d. §. adeo 3. Instit. de locat. & conduct.*

Quæstio † valde controuersa hic addenda est: num locatio 12 ad longum tempus, siue vltra decennium facta, in emphyteusin transeat, & degeneret? Id quidem affirmant Doctores plerique, Io. Petr. de Ferrar. *in tit. forma libelli ad facti præstationem, gl. 1. in pr.* Soc. *cons. 167. col. 2. lib. 2. & cons 156. n. 6. lib. 1.* Raphael Fulg *cons 240.* Ias. *in l 2. n. 8. C. de iur. emphyt.* Boer. *decis. 224.* Felin. *cons. 15. num. 4. & 9.* aliique citati a Valasco

O 3

13 *in tract. de iur. emphyt. q. 29. n. 19.* Sed † negantium sententia verisimilior videtur. Tum quia non tempus, sed conuentio emphyteusin facit: adeoque non temporis adiectione, sed propria conuentionis forma contractus ab inuicem distinguuntur, argum. *l. si procuratorem. 8. ff. mandati, & l. obligationum ferè 44. ff. de oblig. & actionib.* Tum quia eiusmodi locatione decennali, aut longiore, vtile dominium non transfertur: cum locationis ea natura sit, vt dominium non mutet. *l. non solet 39.*
14 *ff. locati.* Quare † secundum hanc contractus naturam, contractum intelligi debet; nisi aliud expresse conuentum fuerit. *l. ex empto. 11. §. 1. ff. de actionib. empt. l. si stipulatus 4. ff. de vsur.*
15 Nec † obstat *l. 1. §. quod ait. 3. ff. de superficieb.* vbi Vlpianus in superficiario conductore distinguit inter conductionem breuis, & conductionem longi temporis, alteri negans, alteri concedens in rem actionem. Nam addit Iurisconsultus, quod prætor ex longi temporis possessione non indistincte actionem in rem polliceatur, sed causa cognita. Ita recte sentiunt Franc. Connan. *lib. 7. Comment. iur. ciu. cap. 17. n. 2. cum seq.* Pinelus *in l. 1. par. 3. nu. 66. C. de bonis mater.* Fernand. Vasq. *de success. creat. lib. 1. §. 10. num. 78.* Sarmient. *lib. 3. selectar. interpretat. c. 2. nu. 21.* Gourteus *ad l. 2. C. de rescind. vendit. pag. 120.* Hœnonius *Disput. 16. ad Inst. controuers. 17.* Ant. Matthæus & Heigius *n. 4. & 5. ad d. §. adeo autem 3. Instit. de locat. & conduct.* Harprec.

k *Debent attendi.*] Imo tu dic, quod in dubio pretium, & mercedis quantitas faciunt discerni quis contractus sit, vt per Io. de Imol *sing. in l. eotem ferro. § qui maximos, ff. de pub. no.* per Paul. de Castr. *in l. insulam. ff. de prascr. ver.* Gouean.

QVÆSTIO II.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Emphyteusis an sit contractus nominatus.*

Ex Additionibus.

1 *Emphyteusis an sit contractus.*
2 *Quid nam sit proprium contractus.*
3 *Opinio D. Boceri existimantis, emphyteusin non esse contractum, reijcitur.*
4 *Emphyteusis quibus modis constituatur.*
5 *Emphyteusi nomine speciali, significatur contractus.*
6 *Cur emphyteusis sit contractus nominatus, triplex ratio.*
7 *Innominati contractus quatuor.*
8 *Ex nominatis contractibus propria, & specialis competit actio.*
9 *Vtrum emphyteusis sit contractus iuris ciuilis, an iuris gentium.*
10 *Illam esse contractum iuris gentium ostenditur.*
11 *Ad appellationem iuris gentium quid exigatur.*
12 *Ius gentium quid sit.*
13 *Emphyteusis apud quos populos in vsu fuerit.*
14 *Emptio, & locatio sunt contractus iuris gentium.*
15 *Regula standum, donec de exceptione doceatur.*
16 *Quinam contractus sint iuris ciuilis.*
17 *Forma dat esse, & originem rei.*
18 *Ad instantiam respondetur.*
19 *Emphyteusin esse contractum bonæ fidei docetur.*
20 *Mixta naturam simplicium assumunt.*
21 *Omnes contractus, solo contrahentium consensu constantes, sunt bonæ fidei.*
22 *Contractus emphyteuticus solo consensu perficitur.*
23 *Plerique Doctores putant, contractum emphyteuticum contractibus stricti iuris connumerandum esse.*
24 *Quorum rationes referuntur, & refutantur.*

1 a QVæro nunquid *a* emphyteusis sit contractus *b* nominatus? Respond. quod sic. Habet enim elegans
b nomen, & ab aliis distinctum, vt dicit Angel. *in l. 1. n. 1. C. de iure emphyt.* & ita communiter concluditur, vt ait Ias. in prælud. feudorum, numero vigesimoquarto in fin. Vtilitas autem est maxima, quia in contractibus
c *c* nominatis non est licita pœnitentia, licet secus sit
d in contractibus *d* innominatis, vt dixi supra *hoc eod. lib. §. 1.*

ADDITIONES.

a NVnquid *emphyteusis sit contractus.*] Emphyteusin † esse contractum, liquidissime constat *ex §. adeo autem 3. vers. sed talis contractus. Instit. de locat. & conduct. l. 1. ibi. iustum esse validumque contractum l. 2. in princip. & l. 3. § fin autem. ibi, in emphyteuticis contractibus. C. de iure emphyt. l. vltima. ibi, nec emphyteuseos contractum, C. de rebus non alienand.* Et ratio euidens est; quia † ex eo oritur propria vi, ac virtute obligatio. *d. l. 1. C. de iure emphyteut.* quod est proprium contractus. *l. Labeo 19. ff. de verb. signif. l. iuris gentium 7. §. 1. ff. de pact. l. 1. in princip. ff. de obligat. & act.* Illudque licet verissimum sit, & omnium tam recentiorum, quam antiquorum Interpretum consentientibus suffragiis approbatum: tamen Clarissimus Dominus Bocerus, Collega meus percharus, (quem nouissime sequitur Carolus à Kirchberg. *in discursu de feudo ex pacto. &c. c. 4. n. 140.*) contrarium adstruit: adeoque emphyteusin non esse contractum opinatur, *in tract. de qualitat. & differentia feuder. c. 1. n. 17. & seq.* Huius autem suæ opinationis hæc argumenta, & rationes adducit. Quia, inquit, res dicuntur dari in emphyteusin. *c. 2. tit. de reb. Eccl. non alienan. in 6. Auth. si quas ruinas. C. de sacros. Eccl.* quia aliquis emphyteusin suscipere dicitur, *in d. l. 2. in princ. C. de emphyt.* quia item dicimus accipere emphyteusin *Nouel. 7. in princ. §. 1.* tum etiam metiri, & transmittere emphyteusin ad successores, *d. Nouel. 7. c. 3.* & quia ab emphyteusi cadere emphyteuta dicitur, *in d. Nouel. 7. c. 7.* Verum † huius argumenti infirmitas facile ex eo apparet, quod etiam res pignori dari dicuntur. *l. 1. §. 1. & 2. l. si superatus 3. §. 1. & alibi ff. de pignorib. & hypoth.* quod item pignus accipere dicimur. *l. in quorum 14. ff. eod. l. 1. §. eam rem. 2. ff.* quæ res pignori, vel hypothecæ datæ obligari non possunt. Sic quoque pignus hæredibus teneri dicitur *l. 1. in fin. C si vnus ex pluribus hæredib. creditoris, &c.* Nec tamen idcirco recte concluditur, pignus non esse contractum. *§. sequens. 2. Instit. de obligationib. iuncto §. creditor. 4. Institut. quib. mod. re contrah. oblig.* Proinde si dicamus, emphyteusin interdum accipi pro iure ex contractu emphyteutico constituto: interdum vero pro ipso contractu: interdum vero pro re, in qua tale ius constitutum est; nihil regeri poterit. Deinde ita argumentari videtur Dominus Collega Bocerus: Si † emphyteusis non solum contractu
sed & aliis modis, nempe præscriptione, & vltima voluntate constituitur: sequitur, quod emphyteusis non sit contractus. Atqui prius est verum. Ergo & posterius. Ast hic quiuis animaduertit: non procedere hanc argumentationem: Hoc ius solo contractu constituitur. Ergo hoc ius est contractus. Etenim quis non videt, aliud esse efficiens, & effectum: aliudque constituens, & constitutum? Quamobrem neque hæc argumentatio procedet: Emphyteusis non solo contractu constituitur. Ergo emphyteusis non est contractus. Præterea quamuis etiam præscriptione, & vltima voluntate emphyteusis constitui dicatur: attamen nisi quoque consensus quidam interueniat tam dantis, quam accipientis annuam pensionem, emphyteusis constitura neutiquam censetur, arg. *l. qui in alien. 6. in princ. ff. de acquir. vel omitt. hæredit. l. alienationis 28. ff. de verb. signif.* Et † quod emphyteuseos nomine speciali contractus significetur, nemini dubium esse potest, *ex d. l. 1. in princ. C. de iur. emphyt.* Vnde nec illud admittendum, quod ab eodem D. Bocero asseritur: emphyteuseos nomine significari subiectum, & vocabulo contractus adiunctum, *in d. l. vlt. ibi, nec emphyteuseos contractum C. de reb. alien. non alien. & in d. §. adeo autem 3. vers. sed talis contractus. ibi, qua emphyteuseos contractus. Instit. de locat. & conduct.* Similiter etenim dicimus contractum societatis. *l. cum in societatis contractibus. 3. C. pro socio contractum venditionis. l. si donationis. 3. C. de contrah. empt. & vend. contractum locationis, & conductionis. l. contractus. 24. C. de locat. & conduct. cum similib.* Nec tamen quispiam recte dixerit: in dictis locis altero vocabulo denotari subiectum, altero vero adiunctum. Sicut itaque per contractum locationis, & conductionis, &c. intelligimus illum ipsum contractum, qui appellatur locatio, & conductio: ita quoque *in d. l. vlt. C. de reb. alien. non alien. & d. §. adeo 3. Instit. de locat. & conduct.* per emphyteuseos contractum intelligere debemus illum ipsum contractum, qui emphyteusis vocatur. *Harprec.*

b *Contractus nominatus.*] Ratio, cur † emphyteusis sit contractus nominatus, triplex est; Tum quia proprium, certum, & elegans, alteri non conueniens nomen habet. *dict. §. adeo 3. Inst. de loca. & conduct. d. l. 1. C. de iure emphyt.* & post alios Clarus hic notat. Tum † quia innominati contractus reperiuntur
tantum quatuor: Do, vt des, seu (quod idem est) permutatio: Do, vt facias: Facio, vt des: & Facio, vt facias. *l. naturalis 5. ff. de præscript. verb.* Ast inter hos emphyteusis non reperitur. Tum †
quia ex nominatis contractibus propria, & specialis actio competit, *l. iuris gentium. 7. §. 1. ff. de pact. l. 1. ff. de præscript. verbis, &c.* Atqui ex contractu emphyteutico propria, & specialis actio competit, nimirum emphyteutica, vel emphyteuticaria. *l. si finita. 15. § si de vectigalib. 26. ff de dam. infect. l. si cum vendi tor. 66. in prin. ff. de euict.* Ea que de re acturi sumus explicatius infra

infra *ad q.47.* Ergo emphyteusis est contractus nominatus. Id-
que communiter traditum esse, post Iasonem hic à Clar. citatum, testatur Anto Menes *in d l.naturalis.5.ff de præscript ver-
bis*, Ioan. Ferrar. *ad rubr tit. C. de iur empbyt.* Arumæus *Exercit.
Instin.14.th.13.ad lit B* Mynsinger *ad d.§.adeo.3.n.6 Instit. de
locat. & conduct.* item Valasceus *in tract. de iur. emphyt. quæst.6.
n.5.* Sed videatur Elbertus Leoninus *ad rubric. C. de iur emphyt.
n.6.* vbi allegat dissentientem Baldum *in l. vltim. C. quando li-
ceat ab empt. reced. & in rub C. de rer permutat.*

9 Illud hic addendum: quod † licet plerique contendant, em-
phyteusin esse contractum iuris ciuilis, Accursius, Ioan. Fab.
Ioa. de Platea, Cantiuncula, & alij *in §. ius autem gentium Inst.
de iur. nat. gent. & ciuili.* Bartol. & Alberic. de Rosat. *in l ex hoc
iure.5. ff. de iustit. & iur.* Stephanus Bodeus, Schilbock Schneid-
vvin *nu.1.* Vulteius *nu.6.* & Heigius *n 9. in d §. adeo.3. Instit. de
locat. & conduct.* Borcholt. *in tract. de feud. cap.3 nu.3.* Guido de
Suzaria *in tract. de iur. emphyt. n.1.* Treutler. *disp.29. vol.1. th.9.
lit. B* D. Obrecht *disp.36. th.12. cum seq* Forster. Iunior. *lib.2. di-
sput.18. th.9.* Valasceus *d tract. de iur. emphyt. qu.3.* Giphanius *lib.
3. disp.29. th.20.* D. Collega Bocer. *d. tract. de qualitat. & diffe-
rent. feudor. cap.1. n 27.* Elbert. Leonin. *ad d. rubric. C. de iur. em-
phyt. n 6.* Matth Stephani *cent 3. quæst.81.* Vvegner. *disp.12. ad
Instit. th 5.* & Foman. *disp.1. th.21 lit. C & th.24 lit. D. & E.* item
10 *disp.23. th 8. lit. B.* verius † tamen sit, illam esse contractum iu-
ris gentium. Quia omnes gentes, & populi certo quodam na-
turæ iudicio, communique ratione, & consensu hunc contra-
ctum probant, & vsurpant, tanquam qui vsui esse possit vtili-
11 tatibus hominum commutandis. Neque † enim appellatio iu-
ris gentium necessario exigit, vt aliquid ab initio cum primis
hominibus fuerit: sed ad istam appellationem vt sufficit, rem,
de qua agitur, fuisse apud homines ab initio conditi orbis: ita
etiam satis est, eam congruere hominum intellectui, ac natu-
rali rationi; atque ideo post talis rei inuentionem, eius vsum
ab omnibus gentibus recipi, & vnanimiter approbari, argum.
*§. ius autem ciuile 1. vers. quod vero naturalis. Instit. de iur. nat.
12 gent. & ciu.* vbi Iustinianus ait, ius † gentium vocari, quod na-
turalis ratio inter omnes homines constituit, & apud omnes
populos peræque custoditur, siue quo omnes gentes vtuntur.
Quibus vtique verbis Iustinianus Imp. ad appellationem iuris
gentium, rationem naturalem, & vnanimem omnium gen-
tium consensum, & applausum, siue approbationem, non tan-
tum temporis, reive antiquitatem requirit, & considerat, vt
eleganter ostendit Arius Pinelus *in Commentar. ad rubr C. de
rescind. vendit. part.1. nu.9.* post Franciscum Connanum *lib.1.
Commentar. iur ciuil. c.5. n.9.* & Ludouic. Charondam *lib.1. ve-
13 risimil c.5.* Et sane † non apud Romanos duntaxat hic contra-
ctus emphyteuticus in vsu fuit: sed etiam Byzantiis innotuit,
teste Aristotele *lib.2. Oeconom.* Sed neque ante illos credendum
est, alios populos rerum suarum adeo fuisse negligentes, vt
non, qua possent ratione, vtilitates suas quærerent ex agrorum
locatione temporali, aut perpetua, prout cuiusque commodi-
tas postularet. Connan. *lib.7. Commentar. iur. ciu. c.12. n.1.* Vnde
Claudius Dauid *velut. legali ad §. ius autem gentium. Instit. de
iur. nat. gent. & ciu. n.5.* vocat contractum hunc Sybilla Cuma-
na antiquiorem *ex Genes.47. v.24. & seqq* Ioseph. *lib.2. anti-
quit. Iudaic. cap.4* Præterea *in prædicto § adeo.2. Instit. de locat.
& conduct.* traditur, sæpius apud veteres Iurisconsultos dubi-
tatum fuisse, vtrum contractus emphyteuticus emptio, an lo-
catio esset. Quæ certe dubitatio satis absurda fuisset, si contra-
ctus iste non iuri gentium, sed ciuili adscriberetur. Emptio-
nem † enim, & locationem iuri gentium accensendam, in con-
14 fesso est, *l. ex hoc iure.5 ff. de iustit. & iur l.1. in fin ff. de contrah.
empt. l. iuris gentium.7. §.1 ff de pact. l.1 ff locati & conducti.* Ac-
cedit auctoritas Hermogeniani *in d. l. ex hoc iure.5. ff de iustit.
& iur.* qui generaliter asserit, omnes contractus iuris gentium
15 esse, exceptis quibusdam iure ciuili introductis. Cui † genera-
litati, siue regulæ standum, & adhærendum est, donec de exce-
ptione doceatur, vt notat Bartol. *in l.1. n 2 ff. si quis in ius voc.
non ierit.* Decius *in l.1. nu.7 ff de reg iur.* Menoch. *cons 88. nu.51.
16 & cons.98. nu.13. lib.1.* Sed quinam † sunt contractus illi exce-
pti; si emphyteusis excepta non est? Nimirum illi, qui excepti
in iure nominatim reperiuntur: *velut stipulatio. §. de constitu-
ta.9. Instit. de action. l. si ita stipulatus.126. §. Chrysogonus. versic.
plane si præcedat.* vbi naturali obligationi stipulationem Pau-
lus opponit. *ff de verb. obligat.* quæ præscriptis quibusdam ver-
borum formulis constat. *l.1. l. stipulationum.5. §. stipulatio. ff. eo.
tit.* & litterarum obligatio, *initio tit. Instit. de litterar. obligat.*
itemque sponsalitia largitas, hoc est, donatio propter nuptias.
Nouell.119. cap 1. quæ veteribus Iurisconsultis penitus inco-
gnita fuit: tantum abest, vt iure gentium introducta sit. *§. est &
aliud.2. Instit. de donationib.* Denique huic sententiæ nouiores
nonnulli, haud spernendæ auctoritatis Interpretes suffragan-
tur, Coras. *lib.1. Miscell. iur. c.21. & in tract. de iuris arte. part 2.
c.9. in fi.* & in Commentar. *ad tit. C. de iur. emphyt sub tit. contra-
ctum emphyteusis, iuris gentium, non ciuilis esse.* Connan. *d l.1.
Comm. iur. ciu. c.6. n.11. & lib.7. c.12. n.1.* H. *in §. ius autem gen-
tium Instit. de iur. nat. gent. & ciu.* Mynsin. *5 in d §. adeo. Instit. de
locat & conduct.* Arumæus *Exerc. Inst. 14 th 12.* Petr. Aug. Mor-
la in Emporio iuris vtriusque *part.1. tit 10. de locato in præmis-
sis. n.32.* Schegk *in delibat. iur disp 8 th.66.* Andr. Gerhardi *de-
cad.15. q.4.* Bachouius *lib.1 disp.* M. Kellan. *cap 6. pag.219. &
seq.* nec non Hiliger. in Donello *enucleat lib.13 cap vlt. lit. B.*

Contra hanc ita firmatam sententiam opponi solet præci-
pue hoc argumentum: A quocunque iure formam suam habet
emphyteusis, eius iuris dicenda est: cum † forma det esse, & 17
originem rei. *l Iulianus 9. § sed si quis, in fine ff. ad exhibend. l. si
is, qui 80. §.1. ff ad leg Falci. l. l mulieris 32. § 1 ff de verb signif* At-
qui emphyteusis habet suam formam à iure ciuili, nempe à
constitutione Zenoniana *dict l.1. Cod. de iur emphyt d §. adeo.3.
Instit. de locat. & conduct.* Ergo emphyteusis iuris ciuilis dicen-
da est. Verum negatur minor propositio. Etenim si emphyteu-
sis formam demum à lege Zenoniana accepisset: sequeretur
inde, quod ante Zenonem nulla fuisset emphyteusis: quippe
cum forma det esse rei. *dict. l Iulianus.9 §. sed si quis. ff. ad ex-
hibendum, cum similib.* Sed fuisse etiam emphyteusin ante Ze-
nonem, haud inuiti concedunt ipsimet aduersarij, propter *l.3.
§ si ius emphyteuticum ff. de reb. eor. qui sub tutel. vel cura sunt,
&c.* & pluribus ostendit Connan *dict lib.7. Comment. iur. ciu.
cap 12 n.1.* Quod † si quis regerere velit fuisse quidem emphy- 18
teusin etiam ante constitutionem Zenonianam, sed non ta-
lem, qualis iam est; vtpote cum nouam formam acceperit ex
constitutione Zenonis Imperatoris: is ostendat, necesse est,
qua in re consistat illa noua forma. Contendunt quidem D.
Collega Bocerus, & H. in scriptura talem formam consistere.
Sed quam debile, & ruinosum hoc sit fundamentum, ad ocu-
lum demonstrabitur infra *in additionib. ad q.4.* Et profecto se-
paratum duntaxat contractum ab emptione, & locatione em-
phyteusin voluit Zeno Imperator: nec quicquam ostendi po-
test, quod in forma substantiali additum sit, vel mutatum:
quemadmodum copiosius, & accuratius id explicuimus *in d.
§. adeo Instit. de locat. & conduct. n.22 & aliquot seqq.*

Illud quoque hic addendum est: emphyteusin † non male 19
dici contractum bonæ fidei. Primo enim perpetua quædam lo-
catio vt plurimum censetur, argu *§. adeo 3. ibi perpetuo quibus-
dam* vbi Heigius *n 20 Instit. de locat & conduct. l. viam verita-
tis 10. C. de locato* Cuiac. *in l 1. C. de locatione prædior. ciuil. vel
fiscal. &c.* Iam vero *in § actionum 28 Instit. de actionib.* bonæ fi-
dei contractibus locatio generaliter, siue indefinite annume-
ratur. Quare eius indefinite facta appellatione, hæc quoque
locationis perpetuæ species vt comprehendatur, necesse est.
Deinde nihil in toto hoc contractu ad substantiam eius perti-
nens esse videtur, quod non vel ex locationis, vel emptionis
contractu acceperit. Est quippe ex vtroque illo compositus, &
concinnatus, arg. *d §. adeo 2 Instit. de locat. & conduct.* Cum igi-
tur ea omnia, ex quibus consistit, ad bonæ fidei contractus,
emptionem & locationem, pertineant: perabsurdum esset,
hunc contractum emphyteuticum, ex illis mixtum & confla-
tum, diuersæ naturæ à simplicibus suis, ex quibus compositus
est, censeri. Ideoque † ad regulam generalem, mixta sapere, & 20
assumere naturam suorum simplicium, merito referendus est,
arg l.1 ff de æstimator. act. Adhæc si emphyteuseos contractus
olim non fuisset bonæ fidei: frustra & inepte dubitatum, dis-
putatumque fuisset, vtrum esset locatio, an venditio: cum
vtramque bonæ fidei esse constet *ex tit. Instit de obligat ex con-
sensu.* Atqui hoc mutatum Zenonis constitutione non reperi-
tur. Adhuc igitur bonæ fidei erit. Præterea † omnes contra- 21
ctus, qui solo contrahentium consensu fiunt, bonæ fidei sunt.
Siquidem in iis alter alteri obligatur in id, quod alterum al-
teri ex bono, & æquo præstare oportet, etiamsi lingua non sit
nuncupatum, vel verbis nominatim non expressum, *l sed Cel-
sus 6. §.1. vers. in empt & venditis, &c ff. de contrah. empt. l.2. §. fi.
ff de obligat & actionibus* Hunc † autem contractum emphy- 22
teuticum solo consensu constare, inde euincitur: quod ad sui
perfectionem, siue substantiam, neque rei traditionem, neque
verba, neque scripturam necessario requirit; sed sola conuen-
tio de concedendo prædio fruendo, & præstanda annua pen-
sione obligationem, & vim illi tribuit, argum. *dict §. adeo 3.
Instit. de locat. & conduct. d. l.1. C. de iur. emphyt l.2. ff. de oblig &
act. l. quid ad certum 14. ff. locati tot. tit. Instit de oblig. ex consens.*
Quibus in locis habetur, emptionem, & locationem solo con-
sensu perfici. Ergo & hic contractus, vtpote ex iis compactus,
solo consensu perficietur: & consequenter bonæ fidei erit. De-
nique præsto sunt, & patrocinantur huic conclusioni Donell.
in d. §. actionum.28. nu.39. Inst. de actionib. Connan. *d. lib.7. Com-
men. iur. ciu. c.12.* Clarissimus Dn. Collega Io. Halbritterus,
compater meus peramandus *in Disp. de iur. emphyt.* de an. 1602.
Respondente D D. Samuele Bansonio. *thes 4.* Arumæ. *Exerci-
tat. Instin.14. th.13.* Althusius *lib.1. iuris Romani c.31.* Forster. iu-
nior. *disput.18. the.10.* Treutler. *disp.29. th.9 lit C vol.1.* Hœno-
nius *quæst. illustr. disp.16. th 19. lit. B.* Ceterum † alij non pauci 23
hunc contractum emphyteuticum contractibus stricti iuris
connumerandum putant, Bald. Iaso. Salyc. & Sichardus *in d.*

l.1.C.de iur.emphyteut. Io. Ferrar. Montanus ad eundem tit.C. de origine rer. emphyteuticar. Gœddæus de contrah. & commit. stipulat c.8.conclus.2.n.53. Valascus d.tract. de iur.emphyteut. n. 3. & Cludius de sequestrat.c.1. nu.30. Quorum sententiæ suum quoque addere calculum non dubitat Dn. Collega Boeer. in præfato tract.de qualitate,& differ.feudor.c.1.num.28. permotus
24 hisce tribus rationibus. I. Quia † hic contractus, vel eius actio non adiicitur actionibus bonæ fidei: in d.§.actionum.28. Instit. de actionib. II. Quia nulla lege cautum est, vt emphyteusis sit contractus bonæ fidei. III. Quia soli contractus iuris gentium sunt bonæ fidei, non etiam contractus iuris ciuilis, qualis est emphyteusis. Verum ad priora duo argumenta responsio parata est ex l.nominis 6 in fin ff.de verbor.signif. quod nimirum licet non ex verbis, attamen ex sententia legis emphyteusis sit dicenda contractus bonæ fidei: proinde in d.§. actionum 28. Instit. de actionib. omnino sub emptione, & locatione contineatur, ac recenseatur: quippe cum ex duobus illis contractibus emphyteusis sit composita: & idcirco eiusdem naturæ cũ simplicibus merito censeri debeat, argum. d.l.1.ff.de æstimator. act. Tertium, & postremum argumentum nullius momenti esse, ex eo perspicitur, quod iam supra n 10. & seqq. luculenter ostensum est: emphyteusin non contractibus iuris ciuilis, sed contractibus iuris gentium accensendam esse. Harprec.

c Nominatis.] Item an in contractibus nominatis sit locus pœnitentiæ, vide per Osasc. eius decis.98.n.7. Item vide in collect. mea commun.opin. vbi supra nu.48. Cæphal.cons.23 n.5t. Giach.

d Innominatis.] Quinimo quod in contractibus innominatis re integra locus sit pœnitentiæ commune dixit Hieron. Torniel. in rubr ff.de verb.oblig. Item commune dixi in d. collecta mea commun. opin. verb. contractus nu.46. vbi sub num. sequ. posui tres fallentias. Vide etiam qui dicantur contractus innominati, & qui correspectiui relatiue. Et scias, quod nullus contractus siue nominatus, siue innominatus rescinditur ex capite implementi non sequuti, nisi antecedente mora, vel culpa debentis implere, per Crauet. vide in cons.233.col.3. in princ. Giach.

QVÆSTIO III.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *In contractu emphyteutico, vel libellario, an requiratur, quod à principio præstetur certa quantitas.*

Ex Additionibus.

1 *An in contractu emphyteutico celebrando, conuentio de certo pretio, à principio domino præstando, requiratur.*

2 *Non plus ad formam alicuius actus exigendum est, quam lex ipsa exigit.*

3 *Nulla emptio consistit sine pretio.*

4 *In quo potissimum emphyteusis, & venditio inter se conueniant.*

5 *Sensus, & intellectus* l.vlt.vers.penult. C. de iur. emphyt.

6 *De substantia contractus emphyteutici est, de pensione in recognitionem dominij soluenda conuentio.*

7 *Pacta contra substantiam contractus inita ipso iure nulla.*

8 *Nunquid pensio emphyteutica in sola pecunia numerata, an etiam in re alia, consistere queat.*

9 *Consideratio* l.penult.C.de diuers. prædiis vrban. & rustic. templorum, &c.

10 *Ecquid pensio quotannis ab emphyteuta præstanda, in vno nũmo, vel quauis re alia minima constitui possit.*

11 *An, & quatenus in emptione & locatione pretium, siue merces vno nummo constituatur.*

12 *Canon emphyteuticus principaliter ad dominium duntaxat recognoscendum desideratur.*

13 *Verus, & genuinus sensus* l si quis 10. §. vlt. ff. de acquir.vel amitt.possess. l. si quis conduxerit 46. ff. locati. & l. si quis donationis 38. ff. de contrah. empt.

1 QVæro, nunquid in contractu emphyteutico, vel libellario de necessitate requiratur, quod à principio præstetur certa quantitas? Resp. in hoc variæ sunt Doctorum opin. Nam Iac. de Aret. in l. 1. C. de iur. emphyt. tenet quod de substantia, & forma contractus emphyteutici requiratur, quod à principio præstetur certa quantitas pro primo ingressu; & dicit Alber. in d. l.1. quod hæc opin. communiter approbatur, quem refert Dec. in c. in præsentia, n.48, in fin. de probat. Contrariam a vero sententiam, quod scilicet non requiratur, a quod à principio præstetur illa certa quantitas, videtur sensisse Bart. in l. si mihi & Titio, post n.4 ff. de verb. oblig. vbi dicit, quod emphyteusis dupliciter haberi potest, scilicet titulo lucratiuo, & titulo oneroso, id est, quando præstatur certa quantitas. Et hanc dicit esse communem Petrus in d.l.1. vbi etiam subdit, quod ita seruatur de consuetudine. Idem dicit Cyn. in d. l. 1. quem referunt Salic. ibi, n.3. & Ias. n.3. & Paris. cons.77. n.13. lib.3. Dicit etiam Abb. in c. potuit. n.6. in fin. de locato, quod ita dicunt communiter Doct. Vnde cum hæc opin. quæ etiam de iure verior videtur, sit indubitata consuetudine comprobata; non esset ab ea iudicando, aut consulendo recedendum.

ADDITIONES.

COntrariam vero sententiam, &c.] Quod † in contractu 1
emphyteutico celebrando, conuentio de certo pretio, ab a initio domino præstando, necessaria non sit, præter Clarum nostrum, & ab eo hic memoratos, tenent Io. Coras. in rubr. tit. C. de iure emphyt. n.11. Io Otoscius Hispan. ad l.iurisgentium.7. ff de pact. Aluarus Valasc. in tract. de iur. emphyt q.10. aliique ab his designati. Huiusque sententiæ ratio non obscura est; quia nullis legibus, etiam accurate & ex professo de substantia, atque natura contractus emphyteutici tractantibus, cautum reperitur: quod ad perfectionem, siue substantiam huius contractus ab initio certum pretium requiratur, sicut videre est ex §.adeo.3. Instit.de locat. & conduct. l.1. & tot. tit. ff si ager vectigalis, &c. itemq; l.1. & 2. C. de iur. emphyt. Non † debemus autem 2
plus ad formam, seu substantiam alicuius actus exigere, quam lex ipsa exigit, argum. l. illam merito.19. vers. superstitib. quidem. C. de collationib. & Nouell.18.c.5. Præterea vana; & insipida veterum fuisset dubitatio, an contractus emphyteuticus locationi, & conductioni adscribendus esset: si is contractus ad sui perfectionem certum ab initio pretium requireret: quoniam omnibus, etiam tyronibus notum est, quod locatio ad sui substantiam, seu perfectionem, à principio certum pretium præstandum non requirat.

Non imminuit hanc conclusionem, quod emptio, venditio, & contractus emphyteuticus magna inter se familiaritate, ac similitudine coniuncti sint. d.§.adeo.3. Institut. de locat. & conduct. Nulla vero † emptio sine pretio consistat. §. pretium au- 3
tem. Instit. de empt. & vendi. l.2. § 1. l.cum in venditione.36. l.nuda.55. & l.pacta conuenta.72. ff. de contrah. empt. Nam haud in omnibus contractus emphyteuticus, & venditio inter se conueniunt: alioqui non similes contractus, sed iidem penitus essent, contra d.l.1. C. de iur. emphyteut. Conuenit † autem em- 4
ptio, & venditio cum contractu emphyteutico potissimum in eo: quemadmodum per emptionem, & venditionem dominiũ in emptorem transfertur, venditore domino existente, l. ex empto.11.§. & in primis 2. ff. de actionib. empt. adeo vt non valeat contraria conuentio de dominio non transferendo, l.cum manu fata.80.§.vlt. ff. de contrah. empt. ita & per contractum emphyteuticum ius aliquod dominio simile (quod dominium vtile vulgo indigitant) in emphyteutam transfertur, d.l.1. vbi Doct. ff. si ager vectigalis, &c. Quomodo porro emphyteusis distinguatur ab emptione, exposuimus ad d.§.adeo 3.n.11. & seqq. Instit. de locat. & conduct.

Non item † refragatur tex. in l fin. vers penult. C. de iur. em- 5
phyteut. vbi dum traditur, quinquagesimam partem pretij ab emptore fundi emphyteutici, pro impetranda inuestitura, domino præstandam esse: ex eo necessario sequi videtur, certum pretium ab initio, & in ipso limine contractus emphyteutici ab emphyteuta ipsi domino esse exponendum: cum quinquagesima pretij pars pro inuestitura obtinenda in considerationem venire nequeat, nisi pretium in ipso contractu certũ fuerit constitutum. Quomodo enim pars pretij esse potest, si nullum pretium constitutum est? Tex. inquam, ille non refragatur. Iustinianus namq; in eo non loquitur de pretio ab initio huius contractus domino fundi numerando: sed de quinquagesima parte pretij illius, quod emphyteutæ venditori, pro fũdo emphyteutico vendito, ab emptore ex cõuentione præstãdũ est. Cuius pretij, à contrahentibus in conuentionẽ deducti, quinquagesima pars ab emptore, siue emphyteuta nouo, pro inductione in possessionẽ, & signum nouæ acquisitionis (quã inuestituram vocant) domino præstari debet. Neq; vero illius quinquagesimæ partis præstatio ad substantiam huius contractus referri potest: cum is, etiam antequam ea præstetur, indubitate subsistat. Reliqua, quæ huic decisioni obstare videntur, refutaui in d.§.adeo, n.221. & seq. Instit. de locat. & conduct.

Quamuis † autem conuentio de pretio certo, ab initio 6
huius

huius contractus domino soluendo,necessaria non sit,vt mo-
do est expositum : certissimum tamen est, de substantia eius-
dem contractus esse, vt de canone , seu pensione , in recogni-
tionem dominij ab emphyteuta quotannis euoluenda , con-
uentio celebretur. Annua siquidem isthæc pensio præcipue
huius contractus,& iuris emphyteutici propria est. Nam sine
ea aut erit venditio,si pretium semel soluitur,aut erit permu-
tatio, si species cum specie commutatur ; aut erit donatio, si
pro re nihil omnino præstatur. Et propterea annua pensione
contractus emphyteuticus, & ius ab eo descendens , maxime
ab aliis discernitur,vt bene tradidit D.Obrecht. *disput.36. th.
133. & seqq.* Cum igitur pars substantiæ sit, de pensione con-
uentio ; inde sequitur, contrahentes pacisci non posse,ne do-
mino pensionem emphyteuta soluere teneatur,*l.1.in princ.ibi,
hac lege.* vt tamdiu pro his vectigal soluatur.*ff si ager vectigalis,
&c.& d.§ adeo 3. ibi, vt quamdiu pensio, &c. Instit. de locat. &
conduct.* Coras *in l.2 n.4.vers.unde nec in specie,*& ibidem Fer-
ratius *in princ.C.de iur.emphyteut.* Pacta † etenim contra sub-
7 stantiam contractus inita ipso iure nulla,& inutilia putantur,
arg.*l.cum precario.12.in princ.ff de precar.& l si donationis 3.C.
de contrah.empt.& vend.* Sichard.*ad l.2.n.14 C de iur.emphyt.*
8 Addi hic potest non incommode illa quæstio:vtrum † pen-
sio emphyteutica in sola numerata pecunia , an etiam in re
alia, puta vino , tritico , aut oleo consistat ? Et hoc posterius
communiter receptum est;quoniam pensio illa hodie non so-
lum in pecunia numerata ; sed etiam in fructibus soluitur,
argum.*d.§.adeo 3.ibi,pensio siue reditus, &c. d.l.2. vers.sin au-
tem.ibi,neque pecunias soluerit.C.de iur.emphyt. l. licet.8. & l.si
olei 21.C.de locato* Aug.Berous *in c potuit 4 n 48. ext. de locato.*
& Claud.Canticula *in paraphrasi Institut.de locat.pag.837* Nec
9 † huic opin.aduersatur, *l pen.C de diuers.præd. vrb. & rusticis
templor. &c.* in qua Imp. Valentinianus canonem emphyteu-
ticum ærario inferri iubet : quod de numerata tantum pecu-
nia intelligi posse videtur : cum reditus vini , frumenti , aut
olei,ærario non inferantur. Lex inquam,illa non aduersatur.
Primum enim licet in ea canon emphyteuticus in ærarium
inferri dicatur : non tamen idcirco , alios reditus posse dari
alibi deponendos,negatur. Deinde respondetur:tex.istum ac-
cipiendum esse de emphyteusi rerum publicarum:cuius cano-
nem in numerata pecunia Respublica magis probat,ob bello-
rum necessitatem:quandoquidem pecunia neruus belli cense-
tur. Aluar. Valasc.*in tract.de iur.emphyt.q.1.nu.7.* Addi quoque
10 hoc loco poterit hæc quæstio : an † pensio siue canon iste , ab
emphyteuta quotannis præstandus , in nummo vno , vel re
alia quauis minima constitui possit? Et posse,recte à plerisque traditur. Nam † etiam in emptione pretium , & in loca-
tione (cum quibus contractibus emphyteusis maximam ha-
bet familiaritatem *d.§ adeo 3.Instit.de locat.& conduct.*) mer-
ces vno nummo constitui potest : dummodo id non donandi,
sed vendendi,& locandi animo fiat,*l si quis donationis 38.ff de
contrah.empt.*& argum *l.si quis conduxerit.46.ff locati.* vbi Vl-
pianus respondit,conductionem vno nummo factam,ipso iu-
re nullam esse,ea subiecta ratione:quia hoc donationis instar
11 inducit. † Si ergo ex conductione,nummo vno facta non elu-
cescit mera donatio : sed constat , hanc exiguam mercedem
conductionis causa à contrahentibus fuisse appositam : con-
ductionem valere dicendum est. Idem erit iudicium,si de pre-
tio minimo in emptione,& venditione contrahentes,non ani-
mo donandi , inter se conuenerint. Quid enim , si quis rem
vno saltem nummo dignam tanti vendiderit ? Nemo profe-
cto sanus hanc venditionem , donationis causa contractam,
adeoque inutilem fuisse dixerit. Proinde & canon emphyteu-
ticus ex placito partium vno definiri nummo poterit. Idque
12 ex eo apparet luculentius : quod † canon ex origine proprio-
que fine huius contractus , quatenus domini vtilitatem res-
picit,ad dominium solummodo recognoscendum requiritur,
per notata Andreæ Gailii *lib.2.obser.23 nu.25.* Sed dominium
per vnius nummi , reive leuissimæ præstationem æquè, ac per
solutionem rei magnæ recognosci posse,palam est. Atque ita
sentiunt Baldi *in rubr.C.de iur.emphyt.* Ias.*in l.1 num.4. C eod.*
Connan *lib.6.Comment.iur.ciu c.12. nu.6 versic. similiter con-
ductiones &c.* Mynsinger.*respons.66.nu.6. & resp.78. nu.11.* Va-
lascus *in tractat.de iur.emphyt.quæst.1.nu 11. & quæst.11.nu.19.
versic. tu aduerte,&c.* Quanquam contrariam sententiam tue-
ri nitatur Dn.Collega Boccrus *class 2.disput.14. the.32. edit.2.*
13 Sed † eum non iuuare videntur textus,quos allegat, nempe *l.
si quis ante 10 §.fin ff.de acquir.vel amittend.possess.& d.l si quis
conduxerit.46 ff.locati. idem nec textus in d. l. si quis donationis,
38. versic.toties enim dicimus,&c.ff.de contrahen.emptor.* ex qui-
bus locis euincitur, quod conductio, siue emptio, quæ cele-
bratur vno nummo, minime valeat. Istæ namque leges eo de
casu accipiendæ sunt,quo manifestum est,mercedem,vel pre-
tium vilissimum , nimisque exiguum, non quidem vendendi,
vel locandi,sed mero donandi animo inter contrahentes con-
stitutum fuisse. Hoc sane casu venditionem, vel locationem
non esse contractam, in propatulo est : Ast in contractu em-
phyteutico canon,quantumuis exiguus,nunquam donationis
causa, sed ob id semper constitutus esse censetur , vt per præ-
stationem illius directum (quod aiunt) dominium reco-
gnoscatur. Ex quo fit , vt contractus ille semper subsistat,
etiamsi de vilissimi canonis præstatione in eo actum fuerit.
Huc plura referri potuerunt,quæ annotauimus ad *d.§.adeo 3.
Instit.de locat.& conduct.n.229.& sequent.* Harprec.

QVÆSTIO IV.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *In contractu emphyteutico an requiratur scriptura?*

Ex Additionibus.

1 *An scriptura sit de substantia contractus emphyteutici.*
2 *Scriptura ad rei perfectionem regulariter non requiritur.*
3 *Regulæ adhærendum,donec exceptio probetur.*
4 *Inter contractum emphyteuticum , & inter venditionem, locationemque magna est similitudo , & familiaritas.*
5 *Omnes contractus iuris gentium solo consensu constant.*
6 *In perpetua rei ecclesiasticæ emphyteusi scriptura necessaria.*
7 *Specialiter notari solent,quæ specialem animaduersionem postulant.*
8 *Consideratio* Nouellæ 7.in princ. §.vltim.vers.Anastasius.
9 *Generali monumenti appellatione quid contineatur.*
10 *Mens,& sententia* l.1 C.de iure emphyteut.
11 *In quibus contractibus scriptura plerunque adhiberi soleat.*
12 *Domini Boceri opinio refertur, & confutatur.*
13 *D.H. opinatio similiter reijcitur.*
14 *Nunquid in distractu,per quem ab emphyteusi constituta receditur,scriptura exigatur.*
15 *Quæ solemnitas requiritur in contrahendo,requiritur, etiam in dissoluendo.*
16 *Consultius est , & tutius , vt in emphyteusi scriptura interueniat.*

QVæro nunquid *a* de substantia contractus em- 1
phyteutici requiratur à principio *b* scriptura? a
Respon.quod sic,alias contractus ipse non valet. Ita b
tenet glos. *in l.1.in verbo Alienationis,C.de iur. emphyt.*
& ita communiter tenetur,vt ait Sal.*in d.l.1.n.5.* quem
refert Aretin.*in §.adeo.n.8.Instit de locato.* Hanc etiam
dicit esse communem *c* opinionem Imo.*in c.potuit.post* c
n.7.vers.Idem differt à contractu,&c. de locato. subdens,
quod esset etiam seruanda in pract. Soc. *in cons.169.
n.12.lib.2.* quod est duplicatum *in cons.120.lib.4.* Ias.*in
d.l.1.n.61.& seq.C.de iure emphyt.* Afflict. *decis.72. ante
num.8.* & quod contractus emphyteuticus non possit
probari , nisi per scripturam , dicit esse communem
Alex. *consil.50.nu.4.lib.5.* Contrariam tamen senten-
tiam, quod scilicet possit etiam sine scriptis celebrari
contractus emphyteuticus, tenuit glos. *in dict. l.1. in
verbo,Scriptura.* & hanc approbat *d* consuetudo, vt di- d
cit Bart.*in d.l.1.n.6.* Ang.*in d.l.1.n.3.* Paris.*cons.77.n.16.
& seq. lib.3.* vbi dicit , quod licet contraria opin. vi-
deatur magis communis,tamen quia illa est approba-
ta per consuetudinem,esset seruanda. Idem dicit Soc.
in d.cons.169.nu.12. Ego tamen non puto ita absolute
verum esse,quod hæc opin.sit recepta à consuetudine.
Et multi etiam Doctores attestantur se vidisse contra-
rium obseruari,præsertim Aretin.*in d.§.adeo n.8.* pro-
pterea crederem melius esse in practica adhærere
communi opinioni , quæ etiam tutior est, & æquior,
nisi in specie appareret in eo loco,in quo contingeret
hoc deduci in controuersiam, contrarium obseruari.
Hoc enim casu non esset ab huiusmodi consuetudine,
& obseruantia recedendum.

ADDITIONES.

1 *N*Vnquid de ſubſtantia contractus emphyteutici requiratur à principio ſcriptura.] Quod † ſcriptura ſit de ſubſtantia ſiue eſſentiali forma contractus emphyteutici, præter Clarum noſtrum, & ab eo hic laudatos, autumant Schneidevvinus *n.7.* Mynſinger *nu.21.* & Heigius *n.14. in §.adeo 3. Inſtit. de locat. & conduct.* Coraſius *nu 8 & 12.* Ebortus Leoninus *nu.3.* & Sichard *nu 32. ad l 1. C. de iure emphyteut.* Vigelius *lib.5. iuris controverſ cap.7 reg 7.* Donel. *lib.9 Comment. de iur. ciu. 13. pag.445.* Borcholt. *in tract. feud. c.3. nu.7. & par.1 diſput. de iur. emphyt. th 4. pag.118.* D Obrecht. *diſput.36 the.80* Octauian. Cacaer. *deciſ. Pedemont.53. nu.1* Crau. *conſ.112. nu 8.* Roland. à Valle *conſ.87 nu.9. vol 1.* D. Collega Bocer. *in Comment. ad l. contractus 23. ff. de reg iur. c.4. nu.77. edit.2. & claſſ.2. diſput.4. th 3. & 20 eat.1. item in tract. de qualitate, & different. feudor. cap 1: nu.14 & ſeqq.* Schickhardus *diſput.14. th.5. ſub lit. A & reſolut. q.1.* Aluar. Valaſcus *in tract. de iur emphyt. q.7 nu 2.* Maſcard *in tract. de probat. concluſ.602. nu.1. & 2. itemque concluſ. 604. nu.4 vol.2.* alij per eos relati. Verum contrarium, quod videlicet ad ſolemnitatem, ſiue perfectionem huius contractus ſcriptura non ſit neceſſaria, poſt Doctores hic à Claro *in verſic. contrariam tamen, &c.* relatos, defendunt Speculator *in tit. de emphyteuſi nu.3.* Ant. de Butrio & Panorm. *in c. potuit 4. extr. de locato.* Cutt. iun. & Alciat. *in l pactum, quod 17. C. de pact.* Lud. Roman *conſil.203 n.6.* Guido Suar *in tract. de iur. emphyt. nu 4* Franc. Sarmient. *lib 3. ſelectar. interpret. 2. nu.5.* Connan. *lib.7. Commentar. iur. ciu. c.12 nu.6.* Forcatul. Necyomantiæ *Dialog.19 n 9.* Kirchou. *commun opin. cent.2. concluſ.6.* Vulteius *lib.1. Iuriſprud. Roman. c.36. in fin. & in tract. de feud lib.1 ca.7. nu 42.* Halckelman. *diſput. illuſtr.11. th.14 lit. B.* Giphanius *lib. 3. diſput.29. th.22.* & ibidem in ſuis notis Olemannus *nu 25.* & nouiter Carolus Kirchberg. *in diſcurſu de feudo ex pacto, &c. c.4. nu.258. & ſeqq.* aliique plures. Huiuſque pronunciati multiplex redditur ratio. Nam primo vetuſtiſſima iuris regula eſt:
2 quod † ſcriptura ad rei ſubſtantiam, vel perfectionem neceſſario non requiratur: ſed ad probationem duntaxat eius deſideretur, *l. contrahitur 4. ff. de pignoribus. & hypothec. in l. in re hypotheca 4. ff. de fide inſtrum. l. in exercen 11 15. C eod. l. qui ad certum 14. ff. locati. d. l. pactum quod 17. C. de pact.* Atqui à regula,
3 donec aperte demonſtretur exceptio, non recedendum eſt; vt, poſt alios, docet Dec. *nu.7.* & Stuceius *nu.29 in l 1 ff de reg. iur.*
4 Deinde † inter contractum emphyteuticum, & locationem, ac venditionem tanta intercedit affinitas, & ſimilitudo, vt à veteribus dubitandum fuerit, num ille contractus venditioni, an locationi aſſociandus eſſet, *d § adeo. 4. Inſtit. de locat. & conduct.* Iam vero fruſtra, & inepte ea de re dubitatum, aut diſputatum fuiſſet, ſi emphyteuſis ſine ſcriptura non perficeretur: cum nemo vnquam dubitauerit, quin locatio, & venditio, ſolo conſenſu, ſine ſcriptura perficiantur, *tot. tit. Inſtit. de obligat. ex conſenſ l. contractus 17. C. de fide inſtrumentor.* Præterea omnes † contractus iuris gentium ſolo conſtant con-
5 ſenſu, non etiam ſcriptura *d tit. Inſtitut. de obligat. ex conſenſ.* niſi nominatim inter contrahentes conuenerit, vt in ſcripturam contractus redigatur, *d. l. contractus 17. C. de fide inſtrumentor.* Emphyteuſin autem eſſe contractum iuris gentium, perſpicue oſtenſum eſt ſupra *ad q.2 nu.10. & ſeqq.* Denique in
6 † contractu emphyteutico, quo perpetua rei Eccleſiaſticæ emphyteuſis conſtituitur ſpecialiter requiritur ſcriptura. *Nouell.7. in præfat. §.1. verſ. Anaſtaſius autem. &c.* Ex quo conſequens eſt, in priuatæ emphyteuſeos contractu non exigi neceſſario ſcripturam: ſiquidem id alioqui fruſtra caueretur ſpecialiter de emphyteuſi Eccleſiaſtica, ſi generaliter in omni
7 contractu emphyteutico ſcriptura neceſſaria eſſet. Ea † quippe ſpecialiter duntaxat caueri, ac notari ſolent, quæ ſpecialem, & ſingularem animaduerſionem poſtulant, *l. item apud 15. §. hoc edictum 26 ff de iniur l.1. §. dixerit aliquis 2. ff de publican. & vectigal. lib.3. §.1. verſ. niſi forte. ff. nautæ, caup. ſtabul. &c.* Plures huius ſententiæ rationes adduximus *in d. §. adeo 3. Inſtitut. de locat. & cond. n.54. & ſeqq.*

Ceterum illud ferendum non videtur, quod Clariſſimus Dn. Collega Bocerus, *in d. tract. de qualit. & differentia feudor. c.1. nu.26. circa finem.* ad eneruationem huius vltimi noſtri ar-
8 gumenti, ex † d. Nouell.7 *in princ §.1. ſiue vltim. verſ. Anaſtaſius* petiti, contendit, per geſta monumentorum illic intelligendam eſſe ſcripturam publicam: adeoque in emphyteuſi ciuili, ſiue ſeculari priuatam ſolum deſiderari ſcripturam: at in emphyteuſi Eccleſiaſtica exigi monumentorum geſta, id eſt, (vt ipſe interpretatur) ſcripturam publicam. Etenim nullo euidenti textu iuris probari poterit, per monumentorum geſta ſcripturam tantum publicam exaudiendam eſſe. Nam quod attinet ad textus à D. Bocero allatos, ij non omnes ſimpliciter loquuntur de monumentorum geſtis: ſed addunt plerique verbum inſinuationis, ex quo apparet, qualia monumenta in dictis locis intelligi debeant, nimirum illa, quæ ad inſinuationem donationis ſummam quingentorum ſolidorum excedentis, coram magiſtratu expediendam, requiruntur; ſicque publicis actis inſinuata, & comprehenſa ſunt; vt videre eſt *in l. penult. §. vlt. C. de donat.* & Nouell.119. *in princ. & locis ſimilibus.* Sed & exploratum eſt, generali † mo- 9
numenti appellatione comprehendi omne id, quod ad memoriam poſteritatis ſpectat, vt Cicero *lib.5. famil.* & paſſim tradit. Eoque confert *l cenſus, 10. ff de probationibus.* vbi Marcellus I C. ait monumenta publica potiora eſſe teſtibus. Quibus verbis non obſcure indicat, eſſe quoque monumenta priuata. Alias enim non addidiſſet verbum, *publica.* Idque latius confirmat Hugo Donellus *in tract. de fide inſtr. cap.2. pag.279.*

Ad hæc poſito (attamen citra veritatis præiudicium) in prædicta Nouell.7. per monumentorum geſta intelligendam duntaxat eſſe ſcripturam publicam, atque adeo in eccleſiaſtica emphyteuſi requiri publicam ſcripturam: non tamen inde ſequeretur, quod in ciuili, ſeu ſeculari emphyteuſi ſcriptura priuata exigeretur. Siquidem in ea nullam plane, ſiue publicam, ſiue priuatam ſcripturam eſſe neceſſariam, paulo ante ſat firmis rationibus euictum eſt.

Neque † hanc ſententiam turbet textus *in d. l 1. ibi, ſcriptu-* 10
ra interueniente, C. de iur. emphyteut. ex quo Dominus Collega Bocerus, & nonnulli alij colligunt, Zenonem Imperatorem conſtituere, vt & ipſemet contractus emphyteuticus, & pactiones ei adiectæ ſcriptura interueniente fiant. Nam ſi penitius *dictam l.1.* inſpexerimus, longe aliud apparebit. Cum enim Zeno Imp. ibi dixiſſet, emphyteuſin eſſe iuſtum validumque contractum, & ſeparatum à locatione, & conductione, itemque emptione, & venditione: poſtmodum ſubijcit, non quæ eius forma ſit, ſed quem effectum habeat hic contractus. In quo, inquit, cuncta, quæ inter vtraſque contrahentium partes ſuper omnibus, vel etiam fortuitis caſibus, pactionibus ſcriptura interueniente habitis placuerint, firma illibataque perpetua ſtabilitate modis omnibus debeant cuſtodiri. Quæ verba non ad formam, ſed ad effectum emphyteuſeos pertinere, nemo non intelligit. Et profecto non poteſt valere hæc argumentatio: In contractu emphyteutico omnibus modis cuſtodienda ſunt, quæ pactionibus ſcriptura interueniente habitis placuerunt. Ergo ſcriptura eſt de ſubſtantia contractus emphyteutici. Eadem etenim ratione dicendum foret, valere & hanc argumentationem: In contractu emphyteutico, quæ pactionibus habitis placuerunt, omnibus modis cuſtodiri debent. Ergo pactiones ſunt de ſubſtantia contractus emphyteutici, contra *dictam l.1. verſ. ita vt ſi interdum; &c. C. de iur. emphyteut.* Ideo autem ſcripturæ mentionem fecit Zeno Imp. quia † plerumque adhi- 11
beri ſolet ſcriptura in eiuſmodi contractibus, qui ad longinquum tempus reſpiciunt: ne fides eorum temporis decurſu vacillet, iis mortuis, qui teſtes adfuerant, argum. *d. l. contrahitur, 4. ff de pignorib. & hypothec.* Connan. *d. lib.7. Commentar. iur. ciuil. cap.12 nu.6.* Hinc etiam corruit ſecundum argumentum, à Dn. Bocero *in d. tractat. de qualit. & differ. feud. c.1. num.21.* pro contraria ſententia ſtabilienda allatum *ex l.2. & 3. C. de iur. emphyt.* vbi emphyteuticorum inſtrumentorum Iuſtinianus Imp. meminit. Id enim ob dictam modo cauſam factum eſſe, indubitatum eſt: non ideo, quod ſcriptura ſit de ſubſtantia emphyteuſeos, vt fuſius docui *in dicto §. adeo, 1. n.65. & ſeqq Inſtit. de locat. & conduct.*

Præterea † D. Collega Bocerus *d. c.1. nu.22. verſ. præterea* 12
Zeno, &c. ad corroborandam ſuam opinionem, & infringendam noſtram, ita argumentatur: Quacunque re, ceu ſubſtantiali forma diſtinguitur emphyteuſis à locatione conductione, & emptione venditione; ea res eſt de ſubſtantia emphyteuſeos. Atqui ſola ſcriptura ita diſtinguitur emphyteuſis à locatione conductione, & emptione venditione. Ergo ſcriptura eſt de ſubſtantia emphyteuſeos. Sed minor propoſitio inconueniens eſt. Etenim ſi ſola ſcriptura, ceu forma ſubſtantiali, emphyteuſis diſtingueretur à locatione conductione, itemque emptione venditione: quid quæſo differret ab emphyteuſi locatio conductio, itemque emptio venditio, quam in ſcriptis perfici contrahentes voluerunt? Nempe non amplius dicenda foret emptio, & venditio, quæ ſcriptura conficitur, ſed emphyteuſis. Similiter non eſſet locatio, & conductio, ſi eam in ſcriptis fieri contrahentibus placuiſſet, ſed emphyteuſis. Quod quam ſit dictu abſurdum, apparet *ex d l. contractus, 17. C. de fide inſtrum. & princip. Inſtit. de empt. & vend.*

Poſtremo non negamus, contractum emphyteuticum per Zenonianam conſtitutionem à locatione conductione, & emptione venditione diſtinctum, ac ſeparatum eſſe, *d §. adeo 3. verſic. de talu. Inſtitut. de locat. & conduct. d. l.1. C. de iur. emphyteut.* Sed quomodo? An per ſcripturam? Hoc vero non exprimit Zeno Imp. *in d. l.1.* nec etiam Iuſtinianus *in d. §. adeo.* cum tamen non leuiter, aut obiter attingendum, ſed diligenter & ſignificanter exprimendum fuiſſet, ſi ad emphy-

emphyteuseos substantiam scriptura requireretur, atque per
scripturam emphyteusis à prædictis contractibus distingueretur.

13 Ex prædictis quoque satisfieri potest argumentis, † qui
lib.2.variar resolut.iur.ciu.tractat 7 part.2.quæst.11. nouissime
eandem Domini Boceri sententiam defendere conatur. &
præter rationem modo refutatam, *ex d.l 1.C.de iur.emphyteut.*
adductam, etiam aliam subiungit. Quin & ratio (inquit) euidens
suadet, in scripturam redigi contractum emphyteuticum:
quod nempe, cum res detur in perpetuum, vel in longissimum
tempus, vix fit, vt rei gestæ memoria constare possit
sine scriptura. Verum ipse H. procul dubio intelligit, quam infirma
hæc sit ratio; Emphyteusis non facile potest probari
absque scriptura; Ergo scriptura est de substantia eius. Nam
li.1.variar.resolut.tract.1.q.22. refutauit similem argumentationem,
nimirum hanc: Leges sine scriptura non facile possunt
in notitiam hominum venire. Ergo scriptura est de substantia
legis.

14 Atque † ex hac decisione patet etiam resolutio ad istam
quæstionem, qua in dubium vocatur, num in distractu, per
quem ab emphyteusi constituta receditur, scriptura sit necessaria:
Et eam quidem non minus in distractu, quam contractu
emphyteutico desiderari opinantur nonnulli, relati à Cache-
15 rano *d.decis.53.n 10. & seqq* hac ratione permoti: Quia † solemnitas,
quæ requiritur in contrahendo, requiritur quoque
in dissoluendo, *auth.econtra, C.de repudiis*, & ea, quæ requiruntur
necessariò ad alicuius actus constructionem, exiguntur
pariter ad eiusdem destructionem, *l. prout quidque, 80.ff de solutionibus
l.nihil tam naturale.35 ff.de reg.iur* Bartol. *in l.actor.
9.nu.9.ff.rem ratam haberi* Paul. de Castro *in l. tria prædia.31.
n 5.ff de seruit præd.rusticor* Iason *in l.omnium,19 n 9.C.de test.
& cons 141.n 2 vol 4* At cum ex supra traditis manifestum sit,
contractum emphyteuticum nudo consensu absque scripturæ
interuentu perfici; opinio isthæc, vtpote debili, falsoque suffulta
fundamento, per se sine vlla refutatione corruit, & ex
aduerso liquidissime constat, à contractu emphyteutico nuda
conuentione, nulla omnino interueniente scriptura, recedi
16 posse. Enimuero illud hic addendum: cum † emphyteusis pactis
multum varietur; ad probationem eius, quod actum est,
vt interueniat scriptura, consultius esse, & tutius; vt hic post
Clarum nostrum innuit D. Vulteius *d.lib.1* Iurisprud. Roman.
c.46.in fin. & lib 1.de feudis cap.7.n.42. Harprec.

b *Scriptura.*] Vide, quæ dixi *sup.1.q. in Apostilla signata littera*
B. Adde etiam commune, & verum per Ofasc. *decis.53.col.
2.* qui *in 2.dub.* post plures citatos tenet scripturam etiam requiri
in dissolutione. Item commune dixi *d.collect. mea commun
opin.in verb.emphyt. n.16.* Et quot modis concedatur? vide
per Ias. *d.l.1 n 6.* Giach.

c *Imol in c.potuit.*] Et ibi late declarat, in quo differant
contractus emphyteuticus, & contractus locationis, & in quo
differt à contractu venditionis. *Gouean.*

d *Consuetudo*] Adde, & vide etiam de hac consuetudine
per Rol. *cons.87.nu 11.* commune tamen, & vsu receptum vide
in contrarium per Iac de S. Georg. *in Auth. qui rem. post
num.15.C. de sacros. Eccles.* & dixi *in collect. mea comm. opin.in
verb.scriptura,n.3* Gouean.

QVÆSTIO V.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Vasallus an possit rem feudalem alteri concedere in Emphyteusin.*

Ex Additionibus.

1 *Ecquid vasallus rem feudalem alteri in emphyteusin concedere nequeat.*
2 *Concessio in emphyteusin est alienatio.*
3 *Omnis feudi alienatio prohibita.*
4 *Feudum improprium in quibus naturam feudi proprij sequatur.*
5 *Cur subinfeudatio sine consensu domini sit licita: non vero datio in emphyteusin.*
6 *Quid obtineat de consuetudine.*
7 *Cur vasallus res feudales in emphyteusin tradere queat.*
8 *An concessio emphyteutica teneat, si vasallus rem feudalem ea lege in emphyteusin concedat, vt dominium vtile in recipientem non transeat.*
9 *Venditio, qua agitur, ne dominium rei ad emptorem transeat, non subsistit.*
10 *Commoditas fructuum, quæ ad longũ tẽpus transfertur, pro vera alienatione in materia prohibitiua habetur.*
11 *Verum bona maioratus in emphyteusin recte concedantur.*
12 *Resoluto iure datoris, resoluitur ius accepto ris.*
13 *Bonorum maioratus in perpetuum emphyteusin facta concessio, an & quatenus valeat.*
14 *Vtile non vitiatur per inutile in seuarabilibus.*

QVæro, nunquid a vasallus possit rem feudalem 1
concedere alteri in emphyteusin? dixi infra *hoc* a
eo.lib.§.Feudum q 33 versic. Idem etiam.

ADDITIONES.

NVnquid vasallus possit rem feudalem concedere alteri in a
emphyteusin.] Feudi † in emphyteusin concessionem es- 1
se inutilem, nisi dominus consentiat, vltra Clarum nostrum
infra *in §.feudum. q.33. nu.3.* Doctores communiter statuunt,
Gloss. Iacob. de Beluis. Bal. Aluarot. Io. Raynald. & alij *in c. imperialem,
in pr. de probib. feudi alienat. per Frider. tit.55. lib.2.
feud.* hosque referens Curt. Iun. *in tract.feud.part.4.n.91.* item
Fridericus Schneck *in §. rursus n.3.quib.mod.feud.amitt. tit.5.
lib.1.feud.* Mynsing *cent.6 obser.30.n.1.* Gothofred. Anton. *disp.
feud.9.th 5 lit.E.* Eiusque ratio in promptu est: quia † conces- 2
sio in emphyteusin est alienatio. Nouell.7. *cap.1 §. alienationis
autem, & c.l fin.C.de reb.alienis non alienand.* Sed omnis † alie- 3
natio feudi prohibita est, *titul 12. in princ. vers hortatum itaque,
& consil. & d.tit.55.in pr.vers.habito ergo cons lib 2 feud.* Idque
non tantum in proprio feudo, sed & improprio procedere
verisimile est: propterea quod † feudum improprium in 4
omnibus, & per omnia sequitur naturam feudi proprii, præterquam
in iis, in quibus feudi proprij naturæ, vel regulis per
inuestituram expressim est derogatum, *cap.1 de feudo non habente
propr feud.natur.tit.48.lib.2.feud.* D. Bocerus *class 2 disp.
14 th.14.edit.2.*

Nec refragatur, quod † sicut subinfeudatio sine consensu 5
domini licita est; ita & permissa sit datio in emphyteusin *c.
vnic.§.si vero.* Qualiter olim poterat feudum alienari *tit.9.lib.
2.& c.1.§ similiter 2.de lege Corradi, tit.34.lib.2.feud.* Nam magna
subest diuersitatis ratio. Siquidem vasallus non potest, nisi
æquali, & bona fide, atque eodem plane modo, quo ipse feudum
possidet, subinfeudationem facere, *d.c.1.§. similiter, de lege
Corradi,* & notat, post alios, Clarus noster infra *in d.§. feudum,
q.32.n.4.* & nouissime H. *in tract feudali, c.9.circa fin.* Atqui
feudum tali modo in emphyteusin dari nequit. Alias enim
non emphyteusis, sed feudum concessum putaretur S. *in Comment.
ad vsus feud part.12.n.94.* & Curt. Iun. *d.part.4.n.91.in fine.
vbi ex traditione Fabri in §. Adeo Inst. de locat. & conduct.* &
Cainaldi *in d.c.Imperialem, de probibit.feud.alienat.per Frider.*
subdit: quicquid † sit de iure stricto; de generali tamen con- 6
suetudine vasallum res feudales incultas sine licentia domini
in emphyteusin tradere non prohiberi. Idem asserit Clarus
noster *d.§.feudum, q 33.n 4.* Quinimo vasallus etiam res cultas 7
feudales proximo agnato, qui alioqui successurus esset, in emphyteusin
dare absq; consensu domini potest *§.si vero de alien.
feudi. tit.13. lib.1.* F. Frideric. Schenck *in d §.rursus nu.5. quib.
mod.feud.amitt.tit.5.lib.1.* Fit etenim eo casu magis refutatio,
quam alienatio, *c.1. post pr ibi, non est libellus, sed quasi refutatio.
de alien paterni feud tit.39.lib 2.* F. Atque hoc in feudo antiquo
locum habet, non in nouo: quia agnati, & collaterales in
nouo non succedunt, *c.1.de success fratrum. tit.11. & c.1. de fratrib.
de nouo benef.inuestitis, tit.12.lib.2.* F. Descendentibus vero
feudum indistincte, siue nouum, siue antiquum fuerit (quia
vtrobique succedunt) in emphyteusin dari poterit *d.ca.1. de
alienat.paterni feud.* Sonsbeck *4 part.12.n.94.*

At quid dicendum, si † vasallus rem feudalem in emphy- 8
teusin ea lege concedat, vt dominiũ vtile in recipientem non
transeat: num hoc casu concessio emphyteutica valebit? Et verius
videtur, ne isto quidem modo feudum in emphyteusin dari
posse: quandoquidem emphyteusis ex venditionis natura id
habet, & in eo prorsus similis est venditioni, quod per eam dominium
vtile transferatur in accipientem: sicuti in venditione
fieri solet dominij translatio, arg. *dict.§.adeo. Instit.de locat.
& conduct.* Venditio † autem, qua diserte id agitur, ne domi- 9
nium rei ad emptorem transeat, non subsistit, *l.cum manu 8.§.
vlt. ff. de contrah. emp.* Ergo, & contractus emphyteuticus, cui
addita est pactio de vtili dominio non transferendo, nullius
momenti erit. Quid? † quod commoditas fructuum, quæ ad 10
longum tempus transfertur, pro vera alienatione in materia
prohibitiua ad euitandam fraudem habetur, per notata Baldi
in auth.hoc ius porrectum col.1.vers.6.C de SS. Eccl Fabiani de
mõte sancti Sauini *in tract.de empt. & vend. in 4.q principali q.
vlt.vers.circa 3.* & Didaci Couarr. *lib.2.variar.resolut.c.16.n.1.*

Addi hoc loco poterit quæstio † de bonis maioratus, id est, 11
perpetuo ad familiam pertinentibus an in emphyteusin à possessore
concedi possint? Et verior est sententia existimantium,
eum, qui eiusmodi bona maioratus possidet, non nisi
quoad vixerit, illa in emphyteusin extraneo dare posse. Cum
enim ius in illis bonis, morte possessoris dantis tollatur: merito
quoque accipientis ius simul extinguitur, per vulgaram regulam,
qua traditur: quod † resoluto iure datoris, resoluatur 12

etiam ius acceptoris, *l. lex vectigali 31.* vbi gl. *in verb. exanuisse. ff de pignorib. & hypoth. & l. si quis domum, 9. §. 1. ff. locati,* vbi Paul. Castren. *n. 3. cum similib.* Nec etenim is, qui possidet bona maioratus, contra praeceptum, ac voluntatem primi disponentis, aliis de familia successoribus praeiudicare potest, arg. *l. eum qui 3.* vbi Bart. *ff. de interdict. & relegat. l. vnum ex familia 67. §. 1. ff. de legat. 2.* Decius *cons. 445. n. 23.* Gozadin. *cons. 75.* Pinel. *in l. 1. part. 3. n. 65. C. de bon. matern. pag. 356.* aliique ab eo relati. Quibus accedit Ludouicus de Molina *lib. 1. de Hispanor. primogeniis, c. 21.* vbi hanc quaestionem plenius examinat.

13 Ecquid † autem eiuscemodi bonorum in perpetuam emphyteusin facta concessio pro eo saltem tempore valeat, in quod fieri poterat; an vero in totum sit inutilis, sententiis variatur. Probabilius ego putauerim, & concessionem istam valere, quoad concedens vixerit: ne † vtile per inutile in separa-14 bilibus, vel diuiduis vitietur, *l. 1. §. sed si mihi 5. ff. de verb. oblig. l. sancimus 34. circa princip. & l. seq. § sin autem, C. de donationibus. c. vtile 37 de reg. iur. in 6.* Bald. *in auth. si quas ruinas, C. de sacrosanct. Eccles.* & Couarr. *d. lib. 2. var. resol. c. 16. n. 5.* Harpr.

QVAESTIO VI.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Praelatus potest concedere in emphyteusin bona Ecclesiae, quae solita sunt in emphyteusin concedi.*

2 *Et an si concedantur alio modo, quam solita sint concedi, vitietur in totum concessio: an autem quatenus excessa est forma solita.*

3 *Et vsque ad quam generationem possit res Ecclesiae in emphyteusin concedi.*

4 *Et an possint concedi etiam pro heredibus extraneis.*

Ex Additionibus.

1 *Res Ecclesiae sine legitimis solemnitatibus, in perpetuam emphyteusin, etiam bene de Ecclesia merito, concedi nequeunt.*

2 *Idque procedit, etiamsi fundus sterilis, secus, si exiguus, vel vltra hominum memoriam incultus fuerit.*

3 *An rei Ecclesiasticae in emphyteusin datio, sine debitis solemnitatibus facta, iure subsistat, si ea cum Ecclesiae vtilitate sit coniuncta.*

4 *Pupillus sine tutoris auctoritate hereditatem quantumuis lucrosam adire nequit.*

5 *Sensus & explicatio* l. non eo minus. 14. C. de procuratoribus.

6 *Acceptilatio cum pupillo sine auctoritate tutoris facta valet.*

7 *Mens, & consideratio* l. cum hi, quibus 8. §. eam transactionem 6. ff de transactionib.

8 *Si constitutio emphyteuseos ob defectum consensus capituli, siue Papa irrita dicatur, ratihabitione ipsius valida efficitur.*

9 *Num Pontifex sua ratificatione emphyteuticam concessionem adeo roborare queat, vt emphyteuta inuitus emphyteusin habere cogatur.*

10 *Vsufructuarius, inuito domino, vsumfructum relinquere potest.*

11 *Vasallus sine domini voluntate recte feudum refutat.*

12 *Fauori suo renunciare cuilibet permittitur.*

13 *An, & quatenus praelatus rem Ecclesiasticam, in emphyteusin dari solitam, ad Ecclesiam reuersam, sine legitimis solemnitatibus alicui in emphyteusin dare possit.*

14 *Emphyteusis prius singulari personae data, postea ciuitati, vel potentiori dari nequit.*

15 *Ciuitas, aut Collegium nunquam mori intelligitur.*

16 *Difficilius lis potentiori quam homini plebeio intenditur.*

17 *Si emphyteusis solita sit dari vsque ad certam generationem, illam in perpetuum alicui praelatus concedere non poterit.*

18 *Vtrum praelatus rem emphyteuticam, ad Ecclesiam reuersam, etiam consanguineis suis denuo in emphyteusin dare queat.*

19 *Redarguitur, & refutatur Panormitanus.*

20 *Sententia & intellectus* c. relatum, 12. §. licet. extra de testam.

21 *Praelatus rerum Ecclesiasticarum vsufructuarius censetur.*

22 *Consuetudo stricti iuris est: nec de casu ad casum extenditur.*

23 *Nunquid rei ecclesiasticae, in emphyteusin concedi solitae, concessio non plane consueto modo interposita, omnimodo censeatur inutilis, an vero valeat, quatenus fieri potuit.*

24 *Quatenus vtile per inutile non vitietur.*

25 *Tot putantur esse concessiones, quot sunt generationes.*

26 *An vasallus, si feudum, quod possidet, alia lege, quam ipse habet, alij concesserit, illud amittat.*

27 *Opinio, vltimo loco relata, approbata intelligitur.*

28 *Enodatio Nouell.* 7. c. 3. in fine princ. & c. 7.

29 *Limitatio praecedentis decisionis.*

30 *Emphyteusis ecclesiastica in infinitum concedi potest pro omnibus descendentibus.*

31 *Legitimis solemnitatibus adhibitis, res Ecclesiae in emphyteusin ita dari possunt, vt etiam ad extraneos ipsius emphyteutae heredes emphyteusis illa transeat.*

32 *Consideratio, & intellectus* Nouell. 7. c. 3. in princ.

QVaero nunquid Praelatus possit concedere bona Ecclesiae in emphyteusin? Resp. siquidem bona 1 ipsa sunt ipsius Ecclesiae pleno iure, non potest Praelatus ea in emphyt. concedere, nisi subsistente *a* legitima *a* causa, & debitis solemnitatibus interuenientibus. Et de hoc non est dubitandum, quia concessio in emphyteusin est species alienationis. Et si Praelatus à iure prohibetur locare res Ecclesiae ad longum tempus, vt dixi inf. *hoc eo. lib. §. locatio.* multo minus dicendum est ei concedi, vt possit eas dare in emphyteusin, quae plus est, quam locatio. Si vero res *b* Ecclesiae solitae essent in *b* emphyteusin concedi, bene posset Praelatus, si ad Ecclesiam aliquo casu reuerterentur, illas concedere in *c* *c* emphyteusin, absque solemnitatibus in rei Ecclesiae alienatione requisitis. Ita colligitur ex text. *in c. 2. de feud.* quem ita communiter Doct. interpretantur, vt ait Didac. *lib. 2. resolut. c. 15. n. 4.* & haec est communis conclusio, vt dicit Socin. *cons. 169. nu. 9. lib. 2.* quod est duplicatum *in cons. 120. lib. 4.* & in hoc proposito videnda sunt ea, quae dixi *in d. § feudum, q. 13.*

Scias tamen, quod debet huiusmodi concessio in 2 emphyteusin fieri *d* eo modo, quo solita est, alias non *d* valet: & quidem quantum ad id, in quo excessa est forma solita, nullus est, qui dubitet, quin concessio ipsa corruat. Punctus est, an vitietur in totum, an autem sustineatur, quatenus facta est intra solitam formam? Aliqui enim dixerunt, quod non *e* vitiatur in totum, *e* sed sustinetur, quatenus est solita concedi; & fuit opin. Bald. *in Auth. si quas ruinas n. 2. C. de sacros. Eccles.* vbi vult, quod si res Ecclesiae est solita concedi in emphyteusin vsque ad tertiam generationem, & concedatur in quartam, concessio sustineatur vsque ad tertiam tantum, & in reliquo vitietur. Et hanc opinionem dicit esse communem Ias. *in Auth. qui rem. n. 21. C. de sacros. Eccles.* Dec. *in Auth. qui rem. nu. 22.* quem refert Tiraq. *de retractu conuentionali in fin. operis, n. 144.* Claud. *in l. 1. §. sed si mihi, n. 5. ff. de verb. oblig.* Curt. iun. *de feud. in 1. parte 2. principalis in 6. quaest.* Alciat. *in d. § sed mihi. n. 20.* Et dicit Didac. *lib. 2. resolut. c. 6. n. 5.* quod haec sententia est frequentiori calculo recepta. Contrariam vero sententiam, scilicet, quod imo vitietur in totum, videtur tenuisse Bart. *in d. Auth. qui rem. num. 7.* & reperio, quod Alexan. *cons. 143. nu. 3. lib. 7.* dicit, quod haec est magis communis conclusio, saltem quando est vnica concessio, quod esset magnum verbum, si esset verum.

Ego

Ego tamen credo proculdubio contrariam opinionem esse veriorem, & magis communem, etiam in casu, quo vnica tantum concessio facta esset Non enim debet vtile per inutile vitiari, quando recipit commodam diuisionem. Sed si esset dare casum, in quo vtile ab inutile non posset commode diuidi, bene crederem, quod tota concessio vitiaretur. Vide, quæ dixi *in d. §. feudum, quæst. 3. in fin.*

f Quarto, vsque ad quam f generationem possint res
3 Ecclesiæ in emphyteusin concedi? Respond. *text. in §. emphyteusin, in Authent. de non alien.* videtur innuere, quod non possint concedi, nisi in accipientis persona, & in duobus eiusdem personæ hæredibus, & sic nisi vsque in tertiam generationem. Nihilominus tenenda est contraria opinio. quod scilicet possint concedi vltra filios & nepotes; & videtur text. *in § licentiam, in Auth. de alien. & emphyt.* & hanc opin. dicit esse communem Alexand. *cons. 110. num. 19. lib. 3.* & quod possit concedi pro omnibus descendentibus vsque in infinitum, dicit esse communem Ziliolus de Canitellis inter consilia Anch. *cons. n. 8.* Gozad *cons. 52. post nu. 40. vers. Ad decimum.* & in hoc non est dubitandum.

4 Sed nunquid poterunt etiam concedi in emphyteu-
g sin pro g hæredibus extraneis? Respond. in hoc articulo Doct. varie loquuntur. Aliqui enim tenuerunt, quod possit concedi etiam pro hæredibus extraneis; & hanc opinionem dicit esse magis communem, maxime modernorum, Soc. *cons. 216. n. 33. libr. 2.* Alij vero multi tenuerunt contrarium, s. quod imò non potest etiam expresse concedi, ita vt transeat ad extraneos hæredes: & hanc opin. dicit esse communem Imol. *in l. ex facto, la grande, num. 14. in fin. ff. de hæred. institut.* prout illum refert Alexand. *in l. etiam, post num. 3. ff. sol. matr.* licet reuera Imola ibi loquatur solummodo, quando emphyteusis est simpliciter concessa, vt retuli infr. *q. 18. vers. Tertius est.* Idem dicit Rubr. *in l. Gal. §. quidam recte, n. 197. & n. 203.* Sed aduerte, ne æquinoces. Aliud enim est quærere, an res Ecclesiæ possint concedi in emphyteusin, hoc expresse acto, quod transeat etiam ad extraneos hæredes, & non est iudicio meo dubitandum, quin possit, modo subsit legitima causa, & debitæ solemnitates interuenerint. Et ita hanc esse communem opin. attestatur Gratus *consil. 128. num. 6. lib. 2.* Si enim (vt superius dixi) his duobus concurrentibus possunt res Ecclesiæ alienari pleno iure; multo magis debent posse alienari solummodo respectu vtilis dominij. Et in istis terminis procedat consilium Soc superius allegatum. Aliud vero est quærere, an emphyteusis Ecclesiastica simpliciter concessa alicui pro se, & hæredibus, transeat etiam ad hæredes extraneos? & isti sunt alij termini, de quibus latius dictum est suo loco, infra *q. 28. in d. vers. Tertius est casus, cum seq.*

ADDITIONES.

a 1 NIsi subsistente legitima causa, & debitis solemnitatibus interuenientibus.] Res † Ecclesiæ, non interueniente iusta causa, itemque scriptura, & totius Cleri, siue Capituli tractatu, ac consensu; aliisque legitimis solemnitatibus (quas, post alios, recenset Couarruuias *lib. 2. variar. resol. c 17.* D. Bocer. *class. 2. disp. 14. th. 21.*) non adhibitis, in emphyteusin, etiam bene de Ecclesia merito, in perpetuum tradi nequeunt. Nouell. 7. *in princ. § 1. vers. vltim. & c 3. §. scire autem, vers. non enim in illis, &c.* Nouel. 120. *c. 5. & 6. §. licentiam igitur. & §. in venerabilibus vero. &c. c. 1. vers. quia etiam tractatus solemnis & c. 2. de rebus Eccles. non alienand. in 6. cap. sine exceptione 51. caus. 11. q. 2. cap. 1. c. tua nuper 8 ae his, quæ fiunt à prælatis, &c.* Panormitan. *in c. 2. nu. 5. de donat.* Ludulph. Schrader. *in tract.*
2 *feud. part. 4. c. 2. nu. 13.* Atque † istæ solemnitates requiruntur, etiamsi fundus sterilis, vel saxosus, vel pestilens in emphyteusin concedatur. *l. si fundus, 13. in princ. ff. de reb. eor. qui sub tutela, &c. c. vt super 8. §. vlt. de reb. Eccles. alienand. vel non,* nisi exiguus, & angustus sit locus. Can *terrulas, 52. caus. 12. q. 2.* arg. *l. scio 4. ff. de in integr. restitut l. 1. §. proinde 8. ff. de ædilit. edict. & l. 1. §. fin. ff de ventre inspic.* Alber Brun. *in tract. statut. art. 9. nu. 96. cum seq.* huncque referens Gail. *lib. 1. obser. 151. n. 13.* vel vltra hominum memoriam incultus fuerit, arg. *c. ad aures, 7.* vbi Panormitan. & cæteri Canonistæ, *de rebus Eccles. alienand. vel non, cap. 2. ibi conditionem Ecclesiæ meliorare potest, facere vero deteriorem non debet, de donationib.* Matth. de Affl. ct. *ad tit. 1. in princ. n. 42 lib. 1.* Feud. Schrad. *d. part. 4. c 2. n. 15. ad finem.*

Quæri hic non inconuenienter potest: an † rei ecclesiasticæ in emphyteusin concessio, sine debitis solemnitatibus facta, iure subsistat, si ea cum Ecclesiæ vtilitate coniuncta sit? 3 Et nec tum eam iure subsistere, verius puto, *l. obligari 9. §. hæreditatem adire 3. ff. de auctorit. & consens. tutor. & curat § neque tamen 1. Institut. de auctorit tutor.* Quibus in locis dicitur, pupillum † sine tutoris auctoritate hæreditatem adire non posse: quamuis lucrosa sit, nec vllum habeat damnum Huc quo- 4 que facit *d. can sine exceptione, 61. caus. 12. q. 2. & d. c. tua nuper 8. de his, quæ fiunt à prælatis, & cap. 4. titul. 4. de reb. Eccl. non alienand. in Clem. cum similib.* in quibus præter vtilitatem Ecclesiæ, legitima solemnitas in alienatione rei ecclesiasticæ aperte exigitur.

Huic † decisioni non obstat *l. non eo minus 14. C. de procuratorib.* vbi sententia pro minore lata valet, tametsi absque curatore iudicium agitatum fuerit. 5 Nam quando quæritur: vtrum actus ab Ecclesia, vel minore sine solemnitatibus vtiliter gestus valeat, nec ne: diligenter inquirendum, & dispiciendum est, nam actus, siue contractus iste sit talis, ex quo Ecclesia, vel minor non obligetur, sed alium sibi obliget: velut si stipuletur, aliquid sibi dari, vel donari. Huiusmodi sine contractus à minore. Ecclesiave, solemnitatibus legitimis neglectis, celebratus sustinetur: si modo minori, aut Ecclesiæ vtilis existat. Nec enim hoc casu aliqua specialis solemnitas introducta reperitur, *per princ. tit. Institut. de auctorit. tutor. § pupillus 9. Insti. de inutilib stipulat. l. contra iuris, 28. ff. de pact. l. obligari, 9 ff. de auctorit tutor. &c.* ex quibus liquet, quod pupillus alium sine tutoris auctoritate sibi obligare possit. Et de hac specie accipiendus est textus *in d l. non eo minus 14. C. de procuratorib.* vbi sententia pro minore, non legitime defenso, ideo subsistit: quod per eam non minor alij, sed alius minori obligatur. Qua ratione † acceptilatio quoque, cum pupillo 6 absque tutoris auctoritate facta, valet: quod pupillus faciens, sibi acceptum fieri, non obligatur, sed obligatione eximitur; adeoque eius conditio melior redditur, *l. 2.* ibique Gothofr. *ff. de acceptilat.*

Similiter † non obstat *l. cum hi, quibus 8. §. eam transactionem, 6. ff. de transactionib.* vbi actus sine solemnitate est vali- 7 dus; si expediat ei, cuius gratia solemnitas ista introducta est. Nam & ibi nihil agebatur, quo alimentarius obligaretur: sed ipse alium meliore modo, quam ex legato obligatus esset, sibi obligauit. Nec mouet, quod cum in casu *dicti §* eam transactionem: alimentarius transigendo à lite discesserit: videatur quoque ex ipsius parte aliquid remissum esse. Hæc si quidem à lite discessio in nihilo obligat alimentarium: quippe cum ea sit necessaria potius, quam voluntaria. Fit enim eam ob causam: quod hæres, à quo relicta fuerant alimenta, non solum id ipsum, ad quod tenebatur, sed plures etiam (vt ex textu apparet) alimentario præstet, eaque præstatione sese ab obligatione liberet, *l. si reus paratus 73. de procuratorib. l. si debitori 21 ff. de iudic. l. vlt. §. vlt. de reb credit. si cert petit.*

Porro † si constitutio emphyteuseos ob defectum consen- 8 sus Capituli, aut Papæ, siue sedis Apostolicæ (cuius licentiam in alienatione rei ecclesiasticæ etiam desiderari patescit ex *d. c. 2. in prin. de reb. Eccles non alienan. in 6.*) irrita dicatur: ratihabitione Pontificis, vel Capituli valida efficitur, *cap. cum nos 3. de iis, quæ fiunt à Prælatis &c. c. cura pastoralis, 11. de iure patronatus.* Ecquid † vero Pontifex, vel Capitulum sua ratificatio- 9 ne emphyteuticam concessionem in tantum roborare queat, vt emphyteuta nolens volens habere emphyteusin cogatur, quæri solet? Et emphyteutam non esse cogendum, vt inuitus emphyteusin possideat, probabilius asseritur, arg. *l. si absente 48. & l. cum fructuarius, 64. ff. de vsufruct.* vbi respondetur, quod † 10 vsufructuarius inuito domino vsumfructum derelinquere possit. Quo † confert, quod vasallus etiam sine domini volun- 11 tate recte feudum refutare potest, per text. *in c. 1. de vasallo, qui contra constitutionem Lotharij, &c. tit. 38 lib. 2. F.* Quia † fautori, 12 & lucris suis renunciare cuilibet permittitur, *vulgata l. si quis in conscribendo 29. C. de pact.* Cuiac. *ad tit. 14. lib. 2. Feudor* Duarenus *de feud. c. 12. nu. 18.* quos refert, & sequitur Dn. Collega Bocerus *class. 2. disput 14. thes 24. edit. 2.* Harp.

b *Si vero res Ecclesiæ solitæ essent in emphyteusin concedi.*] Si † res ecclesiastica, in emphyteusin dari solita, ad Ecclesiam 13 fuerit reuersa, quin prælatus absque legitimis solemnitatibus eam alicui in emphyteusin concedere possit, si eius conditionem non reddat deteriorem, non valde ambigitur, *cap. 2. extr. de feud. in fine principij, & tit. 26 §. in clericorum li. 1. F & tit. 35 in fin lib. 2. F. c. 2. ibi, conditionem Ecclesiæ meliorare potest, extr. de*

donat.& tit.91.de inuest.veter.& nou.benef §.à Prælatis,ibi,dum
tamen dissipator videri non possit, in extraordinar. capp lib.3.F.
Schrader.in tract.de feud.par.4.c.2.n.20.Gail.lib.2.obser.161.n.
3.Et hanc esse communē conclusionem, post alias, Clarus hoc
14 loco testatur. Huicque consequens est,quod † si emphyteusis
prius data sit singulari personæ,ciuitati aut collegio,vel potē-
tiori postea dari nequeat,per tit.34. de lege Corradi,§ similiter
15 2.ibi si secunda persona sit talis,&c.lib.2.F.Cum † enim ciuitas
aut collegium nunquam mori intelligatur,spes nulla est fore,
vt emphyteusis aliquando ad Ecclesiam redeat, l. an vsusfru-
ctus,65.ff.de vsufruct l si vsusfructus,8.ff. de vsu & vsufruct. le-
16 gat.& difficilius est,litem † intendere potentiori,quā inferio-
ris sortis homini plebeio,l.1.in fin.cum l seq ff.de alienat.indic.
mut.caus.fact.& tot.titul.C.ne liceat potentioribus patrocin.liti-
17 gantib.præstare,&c.Præterea † si emphyteusis solita sit dari vs-
que ad certam generationem, nō poterit Prælatus hanc con-
cessionis formā immutando,illam emphyteusin in perpetuum
cōcedere,d.tit.45.de lege Corradi,§.similiter,in princip.vers pro-
fecto ille.ibi nō debet alia lege dari,&c.lib.2.F.Curt iun.in tract.
de feud.part.2.q.6.D.Bocer.d.class 2.disp.14.th.25.litt.D e lit.
18 Illa hic addenda quæstio est: num † prælatus rem emphy-
teuticam, ad Ecclesiam reuersam,etiā consanguineis suis de-
nuo in emphyteusin tradere valeat? Et quicquid dicant alij,
quos refert,& probat Nicol.Eberhardus in Topic.legal.ib.in lo-
co,à feudo ad emphyt.n.20 negantem ego sententiam veriorem
esse iudico,motus expresso textu in Nouell.120.cap.5.§ œco-
nomis,& hinc sumpta Auth.quibuscunq; C.de SS.Eccles. ex cu-
ius Nouellæ verbis liquido constat, non tantum œconomos,
sed & reliquos venerabilium domorum ordinatores, hoc est,
administratores, eorumque cognatos, aut affines, in emphy-
teusin capere non posse res ecclesiasticas. Vnde † errare vide-
19 tur Abbas Panormitanus,cons.41.n.3.lib.1.qui hanc Iustiniani
sanctionem de œconomis solummodo, qui non habent ita
pingue ius,sicut prælati,exaudiendam opinatur,negans,Præ-
latos (quos tamen non dubium est ordinatores seu admini-
stratores Ecclesiarum esse, de quibus constitutio diserte lo-
quitur) sub eadem constitutione comprehendi. Huic enim
Abbatis interpretationi tam verba,quam mens relatæ consti-
tutionis repugnant.Eadem siquidem est ratio in Prælato,quæ
est in œconomo: quod videlicet alienatio & ab œconomo, &
à prælato in fauorem consanguineorum interposita, ad frau-
dandam Ecclesiam facta præsumatur, can. decenter.6. distinct.
89.Bar.Bal.& Alb.de Rosat. in d. auth. quibuscunque. C. de SS.
Eccles.Alcia in tract. de præsump.reg.1.præsumpt.29.& Menoch.
de præsumpt.lib.3.præsum.54.n.4.& aliquot seqq.
20 Huic sententiæ † non resistit c.relatum est auribus,12. §. li-
cet autem,extr.de test.vbi quæ clericus,siue prelatus relinquere
valet extraneis,etiam consanguineis suis concedere nō prohi-
betur.Nam agitur eo in loco de bonis mobilibus,iure dominij
ad prelatum,vel clericū spectantibus,quamuis per Ecclesiam,
siue intuitu Ecclesiæ acquisitis. per text. ibi,mobilia per Eccle-
siā acquisita,&c. De his sane Prælato,vt cuiuis clerico,per vl-
timā voluntatem tam in sanguine iunctos,quā extraneos,be-
ne de se merito,liberalitatē suam exercere permittitur. Ast in
21 proposita quæstione Prælatus † non sua,sed Ecclesiæ bona,ali-
cui ex cognatis suis in emphyteusin concedendo,alienat:cum
is rerum ecclesiasticarū non dominus,sed duntaxat vsurarius,
siue vsufructuarius esse censeatur: vt, post alios, respondetur
Socin.Senior cons.32.col.2.lib.1.& Bellonus cons.3. hosq; citans
Menoc.d.lib.3.præsumpt.54.n.9 Quin & illud probabiliter dici
poterit:facultatem disponendi de bonis mobilibus,clerico per
Ecclesiā acquisitis,non ex iure communi.sed ex consuetudine
quadā speciali descendere:ad quam consuetudinem respexis-
se Pontificem,relucet ex ipsius verbis d.c relatum,12. ibi, con-
suetudinis tamen non est improbanda, de testament.Consuetudi-
22 nē † autem stricti iuris,nec de casu ad casum extendendam es-
se,notum est,c.1.de feudi cognit.§ strenuum,ibi,qui consuetudine
feudi non sit comprehensus,tit.1.lib.2.feudor. Cætera,quæ hanc
sententiam nostram euertere videntur, abunde diluimus in §.
adeo autem,3.Institu.de locat.& conduct.n.185.& seqq. Harp.

c Illas concedere in emphyteusin.] Adde,quod tunc agnati ad-
mittuntur,communem vide per Benint.in decis.19.Ita & com-
munem vide in collect.mea commun.opin. in verb. Ecclesia,nu.1.
& etiam in verb.dominium,n.12. Et in emphyteusi Ecclesiastica,
quis præferendus,vide per Rim.iun.in cons.82.Giach.

d Et modo,quo solita est.] His scias,quod inuestitura facta ex
vna causa non sustinetur ex alia,vide per Ruin. in consil.48.&
in cons 168. Giach.

e Quod non vitiatur in totum,sed sustinetur quatenus est soli-
23 ta concedi.] Quod † emphyteusis à Prælato ad legitimam,soli-
tamque metam cōcessa,ob largiorem hanc concessionem non
omnino corruat;sed potius,quatenus facta est intra solitā for-
mam,subsistat,præter Clarum hic nostrum,& præter eum re-
latos,tenent Andr.Gail lib.2.obser.4 n.14 D.Bocer.dict.class.2.
disp.14.c.28.& alij ab his memorati.Hæcque assertio probatur
24 ex regula illa generali à Claro nostro hic allata: quod † in
omnibus dispositionibus vtile non vitiatur per inutile, quo-
ties aliqua separationis,vel diuisionis ratio iniri potest, c.vti-
le 38.ibi gloss.de regu. iur. in 6. l.1. §.sed si mihi,5. ff. de verbor.
oblig l sed etsi,11.de constit.pecun.l.pecunia,9.l. placuit, 19. ff. de
vsur.l.sancimus,34 in princip & l seq.§ sin autem C. de donatio-
nibus, & similibus. Eadem sententia luculentius confirmatur
ex Nouell.7.c.3.§.3. ex quo apparet,si res Ecclesiæ, quæ vltra
secundam generationem concedi non potest, ad tertiam, vel
vlteriorem data sit,concessionem valere vsque ad generatio-
nem secundam,tanquam solitam, sicque iure factam. Tot † 25
enim censentur esse concessiones, quot sunt generationes: vt
sic vna non vitietur per aliam. Sed & huic conclusioni admi-
niculatur tit 32.de lege Corradi,§.similiter,secund. versic. profe-
cto,lib.2.F.vbi dicitur:si † vasallus feudum,quod possidet, alia
lege, quam ipse habet, alij concesserit; puta, si pro masculis
tantum concessum,ipse pro masculis,& fœminis dederit:qui-
busdam placuisse,eum admittere beneficium:alios vero dixis-
se,id tunc domino aperiri,cum masculi defecerint.
Et † horum opinio, ceu vltimo loco relata approbata esse 26
intelligitur,per notata gloss.in l.qui filium,74.in fin.super verb.
& alia ff.ad SC.Trebellian.Constat ergo,infeudationem istam
non penitus esse inutilem, sed eo valere modo, quo potest.
Quare & emphyteusis à Prælato vltra legitimam metam con-
cessa non vitiabitur tota: sed intra terminos consuetos, iure-
que permissos, consistet.
Neque † aduersatur huic sententiæ Nouell.7.c.3.in fine prin- 27
cipij,ibi,neque quod fit,habere aliquod penitus robur sinimus,&c.
& c.7.vbi statuitur, contra legis obseruationem accipientem
emphyteusin,statim cadere ab emphyteusi; adeoque etiam ab
eo iure,quod licite ei concedi potuit. Respondetur enim: ista
dict.c.3. verba non referri ad totam concessionem,sed solum-
modo ad excessum insolitum, ac prohibitum: vt eius hic sit
sensus:rem Ecclesiæ non posse dari in emphyteusin, nisi vsque
ad metam ibi taxatam, & quod aliter fit, id est, vltra metam
taxatam, id nihil penitus habere roboris: sed propterea non
tolli,quo minus id,quod intra metam licitam contractum est,
vires habeat,cum illud non aliter sit factum. Eadem quoque
ratione verba in d.c.7. non eum recipiunt intellectum,quem
Didac.Couar.lib.2.var.resol.c.16.n.5.vers.tandem vt libere,&c.
contrariam Bartoli opinionem probans, tradit. Manifestum
namq; est,in eo textu hoc dici, contrahentes cadere ab eo cō-
tractu,qui nullus sit.Ait enim. Si vero & perpetuam quispiam
emphyteusin accipere præsumpserit,quod non licet:etiam sic
cadat ab emphyteusi. Annon ex his verbis clare patescit, di-
ctionem cadat etiam referri ad emphyteusin plane illicitam?
Et ideo corruere Didaci Couarr. argumentationem non du-
bium est.Quin & hoc dici poterit?Imp.Iustinianum istis ver-
bis (aut temporalem quidem,non tamen secundum huius no-
stræ legis obseruationem) loqui de obseruatione formæ, quæ
diuisionem non recipiat Plura huic verissimæ decisioni oppo-
ni solent,quæ sufficienter confutauimus in d.§.adeo.3. Inst. de
locat. & conduct. n.205.207. & seq. Enim vero † decisio ista li- 28
mitatur, & restringitur, vt locum non habeat, si probabiliter
appareat, concessionem aliter, quam facta sit, vnum aut alte-
rum contrahentium subsistere, siue valere voluisse: idque ex
causis,quarum illi mentionem faciunt. Tunc etenim separa-
tio vtilis ab inutili fieri non potest: sed perpetuo vtile per se
stare contrahentes noluisse verisimiliter constat, l.Pedius,7.in
fine,ff de receptis, qui arbitrium. &c. Harpr.

f Vsq; ad quam generationem possint res Ecclesiæ in emphyteusin
concedi.] Quod † emphyteusis Ecclesiastica in infinitum, & 29
perpetuo cōcedi possit pro omnibus omnino descendentibus,
præter Clarum hic nostrum, & ab eo citatos, concludit Alex.
Trentacinqu. var. resol. lib.3. resol.3. de iure emphyt. numer.3.
Harp.

g Hæredibus extraneis.] Emphyteusis Ecclesiæ de sui natu-
ra solummodo transit ad filios,& descendentes, & non ad ex-
traneos,vt attestatur Matt.de Affl.dec.100.num.1.nisi expresse
hoc dicatur.Sicut enim potest Ecclesia in casu à iure permisso
in totum alienare,& sic,quod transeat ad extraneos hæredes;
ita quoq; potest in emphyteusin concedere,vt transeat ad ex-
traneos hæredes,vt per Alex.cons.9.vol.2.& cons 189.eod.vol.Et
hanc dicit comm.opin.Porc.Instit.de locat.§.adeo. Gouean.

Nunquid poterunt etiam concedi in emphyteusin pro hæredibus
extraneis.] Quid † emphyteusis Ecclesiastica, solemnitate iu- 30
sta adhibita,contrahi possit,vt ad extraneos ipsius emphyteu-
tæ transeat hæredes, vera, & communis opinio est, teste hic
Claro nostro.Certi enim iuris est,res Ecclesiæ, obseruatis de-
bitis solemnitatibus,omnimodo alienari posse,Clement.1.& 2.
de reb.Eccles.non alienand. Quidni igitur, & in emphyteusin
dari poterunt?argumento à maiori:cum rerum proprietas pe-
nes Ecclesiam maneat.Huicque sententiæ suffragatur non pa-
rum Nouell.120.c 6 §.1. vbi Iustinianus in hæc verba scripsit:
Licentiam igitur damus prædictis venerabilibus domibus
non solum ad tempus emphyteusin facere, immobilium re-
rum sibi competētium,sed & perpetuo,hæc eis emphyteutico

iure

iure volentibus dari,&c.Cum ergo emphyteusis rerum ecclesiasticarum in perpetuum alicui tribui possit: consequens est, eam non tantum ad filios, nepotesque, sed & ad extraneos hæredes emphyteuticarij per conuentionem extendi posse. Eidem assertioni robur addit text. *in c. ad aures, 7. de reb. Eccles. alien. vel non.* vbi traditur, quod Ecclesia iure hæreditario fundos suos in emphyteusin concedere alicui valeat. Dicuntur autem hæreditario iure concedi, quæ ad quoscunque hæredes, sicque etiam extraneos, transmittuntur.

32 Nec † infringit hanc conclusionem *Nouell.7. c.3. in princ.* vbi Iustinianus diserte sanciuit,emphyteusin ecclesiasticam in accipientis persona,& in duobus eiusdem personæ hæredibus deinceps,filiis tantum solis masculis,aut fœminis,aut nepotibus vtrinsque naturæ,permitti,adeoque ad extraneos hæredes non deferri.Nam aut id,quod *in d. Nouell.7.c.3.* dicitur,res Ecclesiarum in emphyteusin datas, ad filios,& nepotes, non etiam ad vlteriores descendentes,vel extraneos transire debere,correctum est per *d. Nouell.*120.*c.*5. §.1. vbi res Ecclesiæ in perpetuum dari in emphyteusin possunt:aut certe *d. Nouell.7. c.3.* eo de casu est accipienda, quando res Ecclesiæ dantur in emphyteusin, iuxta peculiarem consuetudinem absque canonica & debita solemnitate: quo casu non transit in hæredes extraneos, nec vltra tertiam generationem: quemadmodum sentire videtur Couar. *lib.2.var.resol.c.*17.*n.*5.allegans ad hoc glossam, Bart. & Alex. *in l.etiam filios,*18.*ff soluto matr.* Ant.de Butr.Imol.Panorm.Fel.& Dec.*in c.præsentia,* 8. *de probationib.* & Ludou. Gozad. *cons.*19. *n.*6. *&* 12. Eandem quæstionem latissime explicat Alex.Trentacinq. *var.resol.lib.3.resol.3.de iur. emphyt. n.*4. Harp.

QVÆSTIO VII.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Ius emphyteuticum quanto tempore præscribatur.*

Ex Additionibus.

1 *Præscriptione an,& quatenus emphyteusis acquiratur.*

2 *Vtrum emphyteuta, qui longissimo tempore pensionem non soluit,nec à domino interpellatus fuit ad soluendum liberationem à pensione soluenda omnimodo præscripsisse censeatur.*

3 *In annuis præscriptionibus tot sunt præscriptiones,quot anni.*

4 *Principali causa non subsistente, nec id, quod inde sequitur, locum habet.*

5 *Omnis actio* 30. *vel* 40. *annis tollitur.*

1 a QVæro,ex quanti temporis præstatione præscribatur *a* ius emphyteuticum? dixi infra *libr.7.§.præscriptio.*

ADDITIONES.

a PRæscribatur.] Dic,quod præscribitur spatio 30.vel 40 annor.vt per Ias *in l.2.n.*56. Insurgit hic dubitatio pulcherrima,an emphyteuta Ecclesiæ patiatur præscriptionem,id est, an Ecclesia præscribat,& vel alij præscribant? Anch. *cons.vlt. col.fi.* dicit,quod non stante titulo,& possessione,quæ retinetur animo,late per Ruin.*cons.*193.*n.* 23. Quod præscriptio habeat locum contra Ecclesiam,etiam quo ad proprietatem, quando fuit interuersa possessio, nec consideratur, quod Ecclesia animo possessionem retineat: late tenet Ruin. *in cons.*156. *vol.*2. Emphyteusis præscriptio an currat in præiudicium domini? Roma.*cons.*166.& *Corn.cons.*16.*vol.*2.Item præscriptio emphyteutæ prodest Domino:& illo deficiente est ad vtilitatem Ecclesiæ, & domini:ex quo dicitur, constare de dominio Ecclesiæ,vel priuati domini,Ruin.*in consil.*30.*n.*19.Item an emphyteuta patiatur descriptionem in præiudicium Ecclesiæ? Soc. *cons* 166.*col.*14.*vol.*2.Et an hæres præscribat contra Ecclesiam? Bal.*cons* 298. Hæc materia,an si quis recognouerit ab Ecclesia rem suam in emphyteusin, & soluerit per annos 30. canonem, Ecclesia habeat titulum,& dicatur præscripsisse,quod non,ex quo titulus est nullus,vide per Ruin.*cons.*155.& an tenens rem Ecclesiæ tanquam suam, & non soluens canonem per 30. annos præscribat eam? Castr.*cons.*214. *vol.*2. Et quod præscribat tam pro præscripto, quam pro futuro tempore, Ruin. *d.cons.* 155.Et sic quantum ad vtile dominium,vide per eundem *cons.* 167.*n.*23.vbi dicit dari restitutionem in integrum.Emphyteuta quando præscribit, intelligitur etiam præscripsisse, vt non possit expelli ob non solutionem canonis,Ruin. *d.cons.*155. Et præscribit vtile dominium,per solutionem 30.annorum,quod tamen limita, vt per eundem *cons.*63.*col.fin.* Giach.

Ex quanti temporis præstatione præscribatur in emphyteuticũ.]

1 Hic addendum: quod † emphyteusis præscriptione, quasi ex tacito domini, & possidentis consensu, acquiratur siue constituatur:puta,si quis fundum quendam à nõ domino in emphyteusiu acceperit:vel licet non acceperit;tamẽ illum vt emphyteuticum (præstando nimirum quotannis ipsi domino fundi canonem) per triginta vel 40.annos possederit,arg.*l.*3.4.*&* 6. vbi Bart.*C.de præscript.*30.*vel* 40. *annor.* & arg. *tit.*26. § *si quis per triginta,libr.*2.*feud* vbi feudum,cui emphyteusis similis est, triginta annis præscribitur,*& l.agricolarium,*18. *C.de agric. & censit.* vbi possessio longissimi temporis,triginta scilicet annorum, facit adscriptitium colonum, cui emphyteuta assimilatur.Et ita Doctores communiter tradunt,Ang. *in l.prætor,*4.§. 1.*ff.de edend.*Ias.*in l* 2.*n.*155.*C.de iur.emphyt.*Ioan.Fran.Balb.*in tract.de præscrips part.*2.*partis tertiæ principal.q.*10.*n.*36. *& par.* 4.*quartæ principalis, q.*10. Paulus Picus à Monte Pico, *ad tit. vlt.n.*1.*lib.*2.*feudor.*Chasten.*cons.*18.*col* 1.Ruin.*cons.*151. *n.*5. *lib.* 4.Paris.*cons.*23. *n.*5. *lib* 4. Menoch. *de præsumptionib. lib.*3. *præsumpt.*108.*n.*4.Ferrar.*in rub.C de iur.emphyt.*Wegner.*disp.*12. *ad Instit.th.*5.*sub lit.*G.Borchol.*in tract.de feud.c.*6.*n.*4.*& seqq. pag.mihi* 172.Treutl.*disp.*29.*th.*11.*lit.B.vol.*1.& cæteri,quos illi citant.Quamuis alij ad hanc præscriptionem tempus longum sufficere contendant.Bald.*in l.*1.*n.*15 *C.de fideicomm.*D.Collega Bocer.*class.*2.*disp.*14.*th.*43.*lit.B.ed.*2. Mascar. *in tractat.de probation.vol.*1.*concl.*337.*n.*2. vbi plures enumerat.

Quæri hoc loco poterit: an † emphyteuta, qui longissimo 2
tempore,puta 30. vel 40. annis canonem, siue pensionem non soluit, nec à domino interpellatus ad soluendum fuit, liberationem à pensione soluenda, non solum pro tempore præterito,sed etiam futuro præscripsisse credatur? Et aientem quidem sententiam amplexi sunt Bart. *in l. competit.* 6. *C. de præscript.*30.*vel* 40.*annor.*Corn.*cons.*142. *n.*11. *vers. accedat*, *vol.*3. & alij,quos citat Corbu. *in tract. de iure emphyt. c.*15. *limit.*31. *n.*1.verum contraria opinio firmiori munita est fundamento. Ea enim valde corroborat,*l.cum notissimi,*7.§.*fin.C.de præscrip.* 30.*vel* 40. *annor.* vbi Iustinianus Imp. dilucide ostendit, in † 3
annuis præstationibus tot esse præscriptiones,quot anni sunt. Proinde si emphyteuta spacio annorum 30. vel 40. pensiones non soluit,præscripsisse videtur præteritas pensiones,non autem futuras; quia noua præscriptio est necessaria futurorum annorum, & quidem in singulos annos. Id quod aperte iam constat *in l.eos,qui* 26.*in princ.C.de vsur.* vbi licet constitutum sit,principali actione sublata præscriptione 30.annorum,nullam † super vsuris quæstionem moueri posse:cum principali 4
causa non subsistente, nec ea, quæ inde sequuntur, locum habeant, *l.cum principalis* 178. *de reg. iur.* tamen illa lex satis arguit,in annuis præstationibus singulorum annorum præscriptionem requiri,in illis verbis: *Iubemus, non posse super vsuris, vel fructibus præteriti temporis aliquam mouere quæstionem, dicendo ex iisdem temporibus eas velle sibi persolui, quæ non ad* 30. *vel* 40 *præteritos annos referuntur,asserendo singulis annis earum actiones nasci, &c.* Huiusq; sententiæ auctores sunt Accursius *in d. l.competit,*6.*C.de præscript.*30.*vel* 40. *annor.*Iason *in l* 2. *n.* 73.*C.de iure emph.*Guido Papæ *decis.*406.Gail. *libro* 2. *obser.*73. *n.*1. Fachineus *lib.*8. *controu. iur. c.*99. Mynsing. *cent.*3. *obs.*13. Wurmbser.*pract.obser.tit. de præscrips. c.*5. Thoming. *decis.*17. *n.*26.Borcholt.*in tract.de vsur.c.*4.*n.*38. *cum seqq.& in tract.de pact.c.*2. *n.*23.

Huic decisioni † non obstat *l. sicut* 3. *& l. omnes* 4.*C.de præscript.*30.*vel* 40.*annor.*vbi omnis actio triginta vel 40. annorũ 5
spatio tollitur. Quia non negamus,annuas præstationes præscriptione 30. vel 40. annorum extingui: sed singulorum annorum,quibus actio nascitur, præscriptionem cõtemplamur, & requirimus,ex præscripto *dictæ l.cum notissimi.* 7.§.*vlt.C.d. tit.*non autem totius temporis futuri, ex vnius anni,vel alterius pensionis præscriptione,ius metimur.Reliqua,quæ in cõtrarium moueri solent,refellit Fachineus *loco ante designato.*

QVÆSTIO VIII.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Emphyteuta cessans in solutione canonis per triennium, cadit ab emphyteusi.*

2 *Et quid si in contractu appositum fuerit iuramentum.*

3 *Et quid si res magni valoris,& pensio sit minima.*

4 *Et quid si pensio non erat minima, sed in parte tantum cessatum fuerit.*

5 *Et quid si emphyteuta non possideat rem ipsam emphyteuticam.*

6 *Et quid si emphyteuta propter bellorum calamitatem nullos fructus percipere potuit.*

7 *Et an propter sterilitatẽ faciẽda sit remissio emphyteutæ.*

8 *Et quid si in re emphyteutica contingat damnum chasmate, vel corrosione fluminis.*

9 *Et quid si emphyteuta ignorabat rem esse emphyteuticã.*

12 Et an [illegible] canonem [illegible] [illegible].

11 Et an [illegible] canonem [illegible] per procuratorem [illegible] [illegible].

12 Et quid si ex contractu [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] potuerit propter [illegible] [illegible].

13 Et quid si emphyteuta plures haredes reliquerit, & vnus tantum cessauerit in solutione canonis, an tota res emphyteutica cadat in commissum.

14 Et an cessatio facta per patrem noceat eius filiis vocatis in emphyteusi.

15 Et an emphyteuta, qui canonem non soluit, possit purgare moram.

Ex Additionibus.

1 Emphyteuta [illegible] [illegible], si debitum canonem [illegible] [illegible] intra triennium, in ecclesiastica intra biennium non soluerit.

2 Idq; procedit, etiam si a praedij domino nunquam fuerit interpellatus.

3 Dies interpellat pro homine.

4 Emphyteuta pensionem debitam non soluens, [illegible] [illegible] perdit, si dominus generaliter promisit eum non expulsurum.

5 Minor 25. annis canonem emphyteuticum [illegible] tempore non soluens, pœnam priuationis [illegible] incurrit, ita tamen vt in integrum restituatur.

6 Minor, & Ecclesia in iure æquiparatur.

7 Minor intra tempus constitutum non petens [illegible] ram fundi, a iure suo cadit.

8 Pupillus, & infans, ob non solutum canonem [illegible] fundum emphyteuticum amittunt: [illegible] beneficio in integrum restitutionis.

9 Intellectus l.Imperatores.7.in fine. [illegible] publican. & vectigalibus.

10 Emphyteuta, qui canonẽ soluere sub [illegible] promisit, statim vbi canonem non soluerit, [illegible] priuatur.

11 Et quid, si res emphyteutica magni valoris, pensio vero minima fuerit.

12 Vbi eadem est ratio, ibi idem ius esse debet.

13 Quid, si emphyteuta partem duntaxat pensionis per triennium non soluerit.

14 Partis solutio fieri non potest inuito creditori.

15 Pensio in recognitionem dominij soluitur.

16 Quid, si emphyteuta rem emphyteuticam non possederit.

17 Et quid, si emphyteuta propter bellorum calamitatem nullos fructus percipere potuit.

18 Et quid, si insignis sterilitas contingat, & emphyteuta magnam pensionem exoluere teneatur.

19 Damnum, quo tota res substantia non extinguitur, ad emphyteutam spectat.

20 Nemo suum iactare præsumitur.

21 Conductori propter sterilitatem merces remittitur.

22 A separatis illatio non conceditur.

23 Ratio differentia inter locationem, & emphyteusin.

24 Nunquid emphyteuta teneatur præstare domino canonem illius anni, quo fundus emphyteuticus aquis submersus fuit.

25 Re emphyteutica tota perempta, periculum dominus sustinet.

26 Terræmotus rarissime eueniunt.

27 Quatenus personalis obligatio personam perpetuo comitetur.

28 Contrahentes secundum naturam contractus contrahere voluisse putantur.

29 Emphyteuta à canonis præstatione non liberatur, si inundatio contingere solita fuerit.

30 Item si omnium casuum periculum in se susceperit.

31 Et quid, si emphyteuta per ignorantiam canonem non soluerit.

32 Mora [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] nonem obla-

33 Et quid, si [illegible] depositio à pœnam [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] sat.

34 Pœnam [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] inducunt.

35 [illegible] [illegible] [illegible] in iure fortissimum.

36 Conductor [illegible] [illegible] ad suffugiendam deiectionis

37 Argumentum [illegible]

38 Cur [illegible] [illegible] procuratorem, vel per tertium [illegible] [illegible] possit emphyteuta.

39 [illegible] [illegible] alio creditori inuito soluere potest.

40 [illegible] [illegible] soluens pensionem debitam, emphy- [illegible] licet in contractu pœna apposita fuerit.

41 [illegible], & pœnam petere, & simul iure com- [illegible] potest.

42 [illegible] emphyteuta plures hæredes reliquerit, & [illegible] tantum in solutione canonis cessauerit, an tota emphyteusis in commissum cadet.

43 [illegible] præstatio canonis est indiuidua.

44 [illegible] cessatio facta per patrem noceat ipsius filiis.

45 An, & quatenus emphyteuta, qui canonem non soluit, moram purgare possit.

46 Vbicunq; dies, & pœna obligationi adiecta est, mora purgari nequit.

48 Consideratio l.Celsus.23. in princ. ff. de recept. qui arbitr. recept.

49 Sine lege nihil statuendum.

50 Mens, & intellectus l.seruum. 91.§.3.ff.de verb.oblig.

NOtissima est conclusio, quid emphyteuta tenetur soluere domino directo canonem, siue pensionem illi debitam, & proximam, alias si cessauerit in solutione canonis, a cadit à toto iure, quod habet in ipsa re, sibi in emphyt. concessa, ita, quod vtile dominium consolidatur cum directo, & sic applicatur ipsi domino directo: & intellige, quod non per simplicem cessationem vnius anni cadit ab emphyteusi, sed requiritur, quod cesset per triennium integrum, si sit emphyteuta priuati: si vero sit emphyteuta Ecclesiæ, requiritur, quod cesset per biennium integrum. Et de hoc sunt tex. aperti *in l.2.C.de iure emphyt. in c.potuit.* de locato, in quibus locis ordinarie tractatur hæc materia. 1 a

Et hoc quidem absque dubio procedit, vbi in contractu ipso emphyteutico non est appositum iuramentum. Sed quid si contractus inuestituræ *b* sit iuramento confirmatus, nunquid adhuc procedit conclusio, vt nõ incurrat caducitatem, nisi per triennium integrũ cessauerit? Respon. Bald. *in cap. querelam, de iureiur.* tenuit, quod statim, quod cessauerit per annum, efficitur periurus & cadit à iure suo. Et hanc opin. dicit esse communẽ Guli. de Bened. *in repe. c. Raynutius in verbo, Testamentum, el 3.n.17.* Gozad. *cons.57.post n.19. vers. Non obstat allegata.* Est magna decisio, maxime iis temporibus, in quibus Notarij in omnibus instrumẽtis inserunt iuramentum, & per simplicem tactum cuiusque scripturæ illaqueant animas contrahentium, qui pro maiori parte nesciunt, quid illud importet; & propterea hæc opin. mihi nunquam placuit. Debet enim iuramentum semper intelligi secundum naturam contractus, super quo interponitur, non quidem vt ampliet eius naturã, sed vt confirmet, vt dixi infra *libro 7 §. iuramentum.* Et ad hoc per tenentes communem opinionem, non accommodatur, iudicio meo, aliquod concludens respõsum: & certe si casus contingeret (saluo semper iudicio sanctæ Ecclesiæ) de facili inclinarem in contrariã sententiam, quæ æquior est: & forte illam etiam sequeretur Senatus noster, qui semper innititur æquitati, & qui quotidie solet dispensare contra caducitates, pro vna vice tantum, tanquam introductas à mero rigore iuris. 2 b

Sed

c Sed pone, quod quis habeat c in emphyteusin rem 3 magni valoris, puta, scutorum mille, pro minima annua pensione, puta, vnius scuti, nunquid si cessauerit per triennium, incurret pœnam caducitatis? Respond. d quod d sic. Ita allegatur tenere gl. *in Auth. qui rem. in verbo, Repelli potest. C. de sacros. Eccles.* licet reuera arguat pro, & contra, & nihil determinet, imò potius videatur residere in cõtraria opin. Sed quidquid sit, hanc opinionem sequuntur omnes Doctores, vt dicit Apostill. *ad dictam gloss.* Et dicit Bart. *in d. Authent. qui rem. n.* 5. quod ita tenent omnes Doctores. Idem dicit Ripa *in repet. l. fin. n.* 130. *C. de reuoc. dona.* Hanc etiam opin. dicit esse communem Dec. *in d. Auth. qui rem. n.* 3 subdens, quod ita seruat consuetudo, quem refert Afflict. *decis.* 80. *n.* 7. *in fin.* Propterea in practica non esset ab ea recedendum. Nam in constituenda pensione, quæ soluitur ab emphyteuta, potius habetur in consideratione recognitio directi domini, quam emolumentum ipsius concedentis. Et ideo in hoc proposito eadem ratio militat in parua pensione, quæ in magna, imò forte maior est contemptus in modica summa, quã in maiore.

Hoc autem de plano procedit, quando (vt dixi) pẽsio ipsa consistit solummodo in vno nummo. Sed quid 4 si pensio consistebat in decem scutis, & per triennium cessatum fuerit in solutione quatuor, vel quinque scutorum, nunquid dicendum est, quod cadat à tota emphyteusi, an autem cadat tantum pro rata eius, in quo cessauit? Resp Spec. *de locato* §. *nunc aliqua. q.* 29. tenet, e quod licet e cessauerit tantum pro parte, nihilominus cadat à toto. Et hanc opinionem dicit esse magis communem Ias. *in l.* 2. *nu.* 54. *C. de emphyt.* quem refert Apostil. ad Rim. *cons.* 281. *sub n.* 5. Ipsemet tamen Speculator ibidem *in seq. q. quæ est quæst.* 30. videtur tenere totum cõtrarium, quod scilicet solummodo pro rata incidat in caducitatem, vt ponderat Ias. *in loco præallegato*, dicens mirum esse, quod Speculator ita festinanter fuerit sibi cõtrarius. Ego tamen aliquando dicebam ita posse distingui, vt illæ duæ decisiones Spec. ad concordiam reducerentur. Aut pensio erat vnius nummi, & cessans in illo nummo nõ excusatur à caducitate, vt dictũ est supra *vers. proximo.* & in istis terminis non loquitur Spec. nec in 29. nec in 30. quæstio. Aut pensio erat maioris summæ; & tunc, aut emphyteuta cessat in parte, puta dimidia, aut tertia, aut quarta; & siquidem cessauit per errorem, vel paupertatem, excusatur non solũ pro parte, qua soluit, sed etiam pro toto. Aut vero non caperet de paupertate, neq; de errore: & tunc cadit à toto, secundũ opin. Spec. *in d. q.* 29. quæ etiam est communis, vt superius dixi. Quam tamen ego intelligo, vt procedat, quando præstabatur vnica pensio super tota re, puta, decem aurei super vna domo, vel fundo, &c. Secus autem si pensio præstaretur ad ratam, puta, pro quinquaginta perticis terræ, ad rationem solidorũ decem, pro singula pertica. Nam hoc casu inclinando in mitiorem partẽ, teneo, quod ex quo quælibet pertica habet quodammodo constitutam suam pensionem, nõ caderet emphyteuta, nisi pro illis perticis, pro quibus non persoluisset pensionem, vt quis non puniatur, nisi eatenus quatenus deliquit. Regulariter enim quis puniri nõ debet, nisi in eo, in quo deliquit. *l. rescriptum ff. de his quib. vt indig.* & est communis regula, vt ait Ioan. Monach. *in c.* 11. *n.* 2. *de hæred. in* 6. Faciunt, quæ dixi infra *hoc eod. libr.* § *feudum. q.* 41. *vers. Sed pone.* Aut vero emphyteuta cessauit in minimo, puta, quia si pẽsio erat sex aut octo scutorum cessauit in vno: & hoc casu esset excusandus à caducitate pro rata, & in istis terminis loqui videtur Spec. *in d. q.* 30. Ego tamẽ de facili inclinarem, quod excusaretur in totum, maxime vbi nõ appareret illũ cessasse, propter contumaciam, vel cõtemptum, quod in dubio præsumendum non est. Et ita in facti contingentia iudicauit Senatus in publica audientia, in caussa cuiusdam Dionysij Gerenzani, qui ex ficto florenorũ 16. cessauerit in tribus libris Imperialiũ.

Sed quæro, quid si emphyteuta per illud tẽpus, quo 5 in solutione cessauit, rem ipsam f emphyteuticam non f possederit, nunquid hoc nõ attento adhuc incurrit caducitatem? Resp. Spec. *in d* §. *nũc aliqua. vers.* 81. tenuit, quod sic. Tu tamen tene contrarium, non enim potest dici emphyteuta esse in aliqua culpa, ex quo rem ipsam non possidebat: & vbi non est culpa, non debet imponi pœna. Et ita secundum hanc opinionem, quæ etiam æquior est, & tutior, consuluerunt Soc. iun. & Dec. inter cons. Soc. iun *in* 1. *vol. cons.* 70. vbi multas recensent auctoritates, & *n.* 16. dicunt, quod cum tot, tantiq; iuris vertices ita firmauerint, nefas esse arbitrantur ab eorũ sententia recedere, quæ numero, & auctoritate ipsorũ consideratis communior, & verior dici potest. Quam tamen intellige, vt procedat, nisi emphyteuta fuisset in culpa, quo minus possessionem ipsius rei emphyteuticæ adeptus esset: vel nisi postquam illam possidere cœpisset, dolo desiisset illam possidere. His enim casibus non esset à caducitatis pœna excusandus.

Sed quid si emphyteuta rem quidem possederit, sed 6 propter bellorũ calamitates nullos g fructus ex ea per- g cipere potuerit, nunquid tenebitur etiam ad solutionẽ pensionis pro eo anno, quo nihil percepit? Resp. quod non. Ita tenet Iac. de Aret. quem sequitur Bart. *in l.* 1 *in fin. C. de iure emphyt.* & hæc est cõmunis opin. Legistarum, vt dicit Abbas *in c. potuit. n.* 18. *de loc.* Hanc etiam opi. dicit esse communẽ Imol. *in d. c. potuit, n.* 24. *& seq.* quẽ refert Alex. *in l. interdum,* § *quod ex naufragio, n.* 5. *& seqq. ff. de acquir. poss.* Cor. *cons.* 181. *col.* 15. *in litt. F. lib.* 2. Guarnet. *in d. l.* 1. quem refert Ias. *post n.* 91. *vers. ad idem sexto.* Ias. *cons.* 54. *post n.* 2. *vers. Non obstat vlt. lib.* 4. Cors. *in repertorio Abb. in verbo, emphyteuta*, Claud. *in d.* §. *quod ex naufragio, n.* 2. Sigismundus *cons. feud. lib.* 2. *post nu.* 11. Breuiter in hoc proposito, si quæramus, an emphyteuta, qui tẽpore belli nullos potuit fructus excipere, excusetur à caducitate, si canonẽ debitum nõ persoluit, teneo, quod proculdubio excusetur, etiamsi per mille annos, quibus propter bellũ nihil percepit, semper cessauerit. Ex quo enim non percipit fructus, non potest proprie dici possedisse; merito excusandus est à pœna propter cessationem incursa, à qua regulariter quælibet causa colorata, etiã iniusta, excusat, vt dix. infra *lib.* 5. §. *fin. q.* 60. *vers. Et generaliter.* Si vero quæramus, an excusetur à solutione canonis, mihi placet opinio venerandi Collegij Mediolanensis, quam refert Cuman. *in d.* §. *quod ex naufragio.* vt scil. distinguamus, an pensio sit magna; vel parua: Si est magna, teneo, quod excusetur; si vero est parua, nõ excusatur. Et intelligo paruam pensionem illam, quæ præstatur potius in signum recognitionis directi dominij, quam ad rationem fructuum, puta; quia si decima pars, vel minor eius, quod regulariter ex ipsa re emphyteutica percipitur. Et hæc opi. iudicio meo est valde æqua, & in iudicãdo sequenda. Aduerte tamen, quia Doctores fere omnes in hac materia loquuntur, quando nihil prorsus percepit. Nã si emphyteuta aliquid etiã modicum percepisset, etiã si sit minus dimidia eius, quod ipse soluit pro pensione; crederem non esse excusandum à solutione, bene posset à caducitate propter cessationem incursa excusari. Semper enim debemus, quantum possumus, inclinare in eam partem, vt caducitati locus non sit.

Sed nunquid h propter sterilitatem facienda est re- 7 missio emphyteutæ? Resp. quod non. Ita tenet gl. *in d. c.* h *potuit. in verbo. Expensi potuissent, de locato.* & ita communiter tenetur, vt ait Ias. *in l.* 1. *n.* 18. *de iur. emph.* quẽ refert Grat. *cons.* 128 *n.* 9. *lib.* 2. Hãc etiam dicit esse communẽ sententiã Abb. *in c. propter sterilitatem, n.* 3. *de locat.* quẽ

13 *in tract. de iur. emphyt. q. 29. n. 19.* Sed † negantium sententia verisimilior videtur. Tum quia non tempus, sed conuentio emphyteusin facit: adeoque non temporis adiectione, sed propria conuentionis forma contractus ab inuicem distinguuntur, argum. *l. si procuratorem. 8 ff. mandati, & l. obligationum fere. 44. ff. de obligat. & actionib.* Tum quia eiusmodi locatione decennali, aut longiore, vtile dominium non transfertur: cum locationis ea natura sit, vt dominium non mutet. *l. non solet 39.*
14 *ff. locati.* Quare † secundum hanc contractus naturam, contractum intelligi debet; nisi aliud expresse conuentum fuerit. *l. ex empto. 11. §. 1. ff. de actionib. empt. l. si stipulatus 4. ff de vsur.*
15 Nec † obstat *l. 1. §. quod ait. 3. ff. de superficieb.* vbi Vlpianus in superficiario conductore distinguit inter conductionem breuis, & conductionem longi temporis, alteri negans, alteri concedens in rem actionem. Nam addit Iurisconsultus, quod prætor ex longi temporis possessione non indistincte actionem in rem polliceatur, sed causa cognita. Ita recte sentiunt Franc. Connan. *lib. 7. Comment iur. ciu. cap. 17. n. 2. cum seq.* Pinelus *in l. 1. par. 3. nu. 66. C. de bonis mater.* Fernand. Vasq. *de success. creat. lib. 1. §. 10. num. 78.* Sarmient. *lib. 3. selectar. interpretat. c. 2. nu. 21.* Gourreus *ad l. 2. C. de rescind. vendit. pag. 120.* Hœnonius *Disput. 16. ad Inst. controuers. 17.* Ant. Matthæus & Heigius *n. 4. & 5. ad d. §. adeo autem 3. Instit. de locat. & conduct.* Harprec.

k *Debent attendi.*] Imò tu dic, quod in dubio pretium, & mercedis quantitas faciunt discerni quis contractus sit, vt per Io. de Imol *sing. in l. cotem ferro. § qui maximos, ff. de pub. no.* per Paul. de Castr. *in l. insulam, ff. de praescr. ver.* Gouean.

QVÆSTIO II.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Emphyteusis an sit contractus nominatus.*

Ex Additionibus.

1 *Emphyteusis an sit contractus.*
2 *Quid nam sit proprium contractus.*
3 *Opinio D. Boceri existimantis, emphyteusin non esse contractum, reijcitur.*
4 *Emphyteusis quibus modis constituatur.*
5 *Emphyteusi nomine speciali, significatur contractus.*
6 *Cur emphyteusis sit contractus nominatus, triplex ratio.*
7 *Innominati contractus quatuor.*
8 *Ex nominatis contractibus propria, & specialis competit actio.*
9 *Vtrum emphyteusis sit contractus iuris ciuilis, an iuris gentium.*
10 *Illam esse contractum iuris gentium ostenditur.*
11 *Ad appellationem iurisgentium quid exigatur.*
12 *Ius gentium quid sit.*
13 *Emphyteusis apud quos populos in vsu fuerit.*
14 *Emptio, & locatio sunt contractus iurisgentium.*
15 *Regula standum, donec de exceptione doceatur.*
16 *Quinam contractus sint iuris ciuilis.*
17 *Forma dat esse, & originem rei.*
18 *Ad instantiam respondetur.*
19 *Emphyteusin esse contractum bonæ fidei docetur.*
20 *Mixta naturam simplicium assumunt.*
21 *Omnes contractus, solo contrahentium consensu constantes, sunt bonæ fidei.*
22 *Contractus emphyteuticus solo consensu perficitur.*
23 *Plerique Doctores putant, contractum emphyteuticum contractibus stricti iuris connumerandum esse.*
24 *Quorum rationes referuntur, & refutantur.*

1 a QVæro nunquid *a* emphyteusis sit contractus *b* nominatus? Respond quod sic. Habet enim elegans
b nomen, & ab aliis distinctum, vt dicit Angel. *in l. 1. n. 1. C. de iure emphyt.* & ita communiter concluditur, vt ait Iaf. in prælud. feudorum, numero vigesimoquarto in fin. Vtilitas autem est maxima, quia in contractibus
c *c* nominatis non est licita pœnitentia, licet secus sit
d in contractibus *d* innominatis, vt dixi supra *hoc eod. lib. §. 1.*

ADDITIONES.

a NVnquid emphyteusis sit contractus.] Emphyteusin † esse
1 contractum, liquidissime constat *ex §. adeo autem 3. versicul sed talis contractus. Instit. de locat. & conduct. l. 1. ibi. iustum esse validumque contractum l. 2. in princip. & l. 3. § sin autem. ibi, in emphyteuticis contractibus. C. de iure emphyt. l. vltima. ibi, nec emphyteuseos contractum, C. de rebus non alienand.* Et ratio euidens est; quia † ex eo oritur propria vi, ac virtute obligatio. *d.* 2
l. 1. C. de iure emphyteut. quod est proprium contractus. *l. Labeo 19. ff. de verb. signif. l. iuris gentium 7. §. 1. ff. de pact. l. 1. in princip. ff. de obligat. & act.* Illudque licet verissimum sit, & omnium tam recentiorum, quam antiquorum Interpretum consentientibus suffragiis approbatum: tamen Clarissimus Dominus Bocerus, Collega meus percharus, (quem nouissime sequitur Carolus à Kitchberg. *in discursu de feudo ex pacto. &c. c. 4. n 140.*) contrarium adstruit: adeoque emphyteusin non esse contractum opinatur, *in tract. de qualitat. & differentia feudor. c. 1. n 17. & seq.* Huius autem suæ opinationis hæc argumenta, & rationes adducit. Quia, inquit, res dicuntur dari in emphyteusin. *c. 2. tit. de reb. Eccl. non alienan. in 6. Auth si quas ruinas. C. de sacros. Eccl.* quia aliquis emphyteusin suscipere dicitur, *in d. l. 2. in princ. C. de emphyt.* quia item dicimus accipere emphyteusin. *Nouel. 7. in princ. §. 1.* tum etiam mereri, & transmittere emphyteusin ad successores, *d. Nouel 7. c. 3* & quia ab emphyteusi cadere emphyteuta dicitur, *in d. Nouel. 7. c. 7.* Verum † huius argumenti 3
infirmitas facile ex eo apparet, quod etiam res pignori dari dicuntur. *l. 1. §. 1. & 2. l. si superatus 3. §. 1. & alibi ff. de pignorib. & hypoth.* quod item pignus accipere dicimus, *l. in quorum 24 ff. eod. l 1. §. eam rem. 2. ff.* quæ res pignori, vel hypothecæ datæ obligari non possunt. Sic quoque pignus hæredibus teneri dicitur *l. 1. in fin. C si vnus ex pluribus haeredib. creditoris, &c.* Nec tamen idcirco recte concluditur, pignus non esse contractum. *§. sequens. 2. Instit. de obligationib. iuncto §. creditor. 4. Institut. quib. mod. re contrah. oblig.* Proinde si dicamus, emphyteusin interdum accipi pro iure ex contractu emphyteutico constituto: interdum vero pro ipso contractu: interdum vero pro re, in qua tale ius constitutum est; nihil regeri poterit. Deinde ita argumentari videtur Dominus Collega Bocerus: Si † emphyteusis non solum contractu 4
sed & aliis modis, nempe præscriptione, & vltima voluntate constituitur: sequitur, quod emphyteusis non sit contractus. Atqui prius est verum. Ergo & posterius. Ast hic quiuis animaduertit: non procedere hanc argumentationem: Hoc ius solo contractu constituitur. Ergo hoc ius est contractus. Etenim quis non vider, aliud esse efficiens, & effectum: aliudque constituens, & constitutum? Quamobrem neque hæc argumentatio procedet: Emphyteusis non solo contractu constituitur. Ergo emphyteusis non est contractus. Præterea quamvis etiam præscriptione, & vltima voluntate emphyteusis constitui dicatur: attamen nisi quoque consensus quidam interueniat tam dantis, quam accipientis annuam pensionem, emphyteusis constituta neutiquam censetur, arg. *l. qui in alien. 6. in princ. ff. de acquir. vel omitt. hæredit. l. alienationis 28. ff. de verb. signif.* Et † quod emphyteuseos nomine specialis contra- 5
ctus significetur, nemini dubium esse potest, *ex d. l. 1. in princ. C. de iur. emphyt.* Vnde nec illud admittendum, quod ab eodem D. Bocero asseritur: emphyteuseos nomine significari subiectum, & vocabulo contractus adiunctum, *in d. l. vlt. ibi, nec emphyteuseos contractum. C. de reb. alien. non alien. & in d. §. adeo autem 3. vers. sed talis contractus. ibi, qua emphyteuseos contractus. Instit de locat. & conduct.* Similiter etenim dicimus contractum societatis. *l. cum in societatis contractibus. 3. C. pro socio contractum venditionis. l. si donationis. 3. C. de contrah. empt. & vend. contractum locationis, & conductionis. l. contractus. 24. C. de locat. & conduct. cum similib.* Nec tamen quispiam recte dixerit: in dictis locis altero vocabulo denotari subiectum, altero vero adiunctum. Sicut itaque per contractum locationis, & conductionis, &c. intelligimus illum ipsum contractum, qui appellatur locatio, & conductio: ita quoque *in d. l. vlt. C. de reb. alien. non alien. & d. §. adeo 3. Instit. de locat. & conduct.* per emphyteuseos contractum intelligere debemus illum ipsum contractum, qui emphyteusis vocatur. *Harpret.*

b *Contractus nominatus.*] Ratio, cur † emphyteusis sit con- 6
tractus nominatus, triplex est; Tum quia proprium, certum, & elegans, alteri non conueniens nomen habet. *dict. §. adeo 3. Inst. de loca. & conduct. d. l. 1. C. de iure emphyt.* & post alios Clarus hic notat. Tum † quia innominati contractus reperiuntur 7
tantum quatuor: Do, vt des, seu (quod idem est) permutatio: Do, vt facias: Facio, vt des: & Facio, vt facias. *l. naturalis 5. ff. de praescript. verb.* Ast inter hos emphyteusis non reperitur. Tum † 8
quia ex nominatis contractibus propria, & specialis actio competit, *l. iuris gentium. 7. §. 1. ff. de pact. l. 1. ff. de praescript. verbis, &c.* Atqui ex contractu emphyteutico propria, & specialis actio competit, nimirum emphyteutica, vel emphyteuticaria. *l. si finita. 15. § si de vectigalib. 26. ff de dam. infect. l si cum venditor. 66. in prin. ff. de euict.* Eaque de re acturi sumus explicatius infra

infra *ad q. 47.* Ergo emphyteusis est contractus nominatus. Idque communiter traditum esse, post Iasonem hic à Clar. citatum, testatur Anto Menes. *in d. l. naturalis. 5. ff de prescript verbis,* Ioan. Ferrar. *ad rubr tit. C. de iur emphyt.* Arumæus *Exercit. Iustin. 14. th. 13. ad lit B* Mynsinger *ad d. §. adeo. 3. n. 6 Instit. de locat. & conduct.* item Valasceus *in tract. de iur. emphyt. quæst. 6. n. 5.* Sed videatur Elbertus Leoninus *ad rubric. C. de iur emphyt. n. 6.* vbi allegat dissentientem Baldum *in l. vltim. C. quando liceat ab empt. reced. & in rub C. de rer permutat.*

9 Illud hic addendum: quod † licet plerique contendant, emphyteusin esse contractum iuris ciuilis, Accursius, Ioan. Fab. Ioa. de Platea, Cantiuncula, & alij *in §. ius autem gentium Inst. de iur. nat. gent. & ciuili.* Bartol. & Alberic. de Rosat. *in l ex hoc iure. 5. ff. de iustit. & iur.* Stephanus Bodeus, Schilbock Schneidvvin *nu. 1.* Vulteius *nu. 6.* & Heigius *n. 9. in d. §. adeo. 3. Instit. de locat. & conduct.* Borcholt. *in tract. de feud. cap. 1 nu. 3.* Guido de Suzaria *in tract. de iur. emphyt. n. 1.* Treutler. *disp. 29. vol. 1. th. 9. lit. B* D. Obrecht *disp. 36. th. 12. cum seq* Forster. Iunior. *lib. 2. disput. 18. th. 9.* Valasceus *d. tract. de iur. emphyt. qu. 3.* Giphanius *lib. 3. disp. 29. th. 20.* D. Collega Bocer. *d. tract. de qualitat. & different. feudor. cap. 1. n. 27.* Elbert. Leonin. *ad d. rubric. C. de iur. emphyt. n. 6.* Matth Stephani *cent. 3. quæst. 81.* Vvegner. *disp. 12. ad Instit. th. 5.* & Foman. *disp. 1. th. 21 lit. C & th. 24 lit. D. & E.* item

10 *disp. 23. th. 8. lit. B.* verius † tamen sit, illam esse contractum iuris gentium. Quia omnes gentes, & populi certo quodam naturæ iudicio, communique ratione, & consensu hunc contractum probant, & vsurpant, tanquam qui vsui esse possit vtilitatibus hominum commutandis. Neque † enim appellatio iuris gentium necessario exigit, vt aliquid ab initio cum primis hominibus fuerit: sed ad istam appellationem vt sufficit, rem, de qua agitur, fuisse apud homines ab initio conditi orbis: ita etiam satis est, eam congruere hominum intellectui, ac naturali rationi; atque ideo post talis rei inuentionem, eius vsum ab omnibus gentibus recipi, & vnanimiter approbari, argum. *§. ius autem ciuile 1. vers. quod vero naturalis. Instit. de iur. nat.*

11

12 *gent. & ciu.* vbi Iustinianus ait, ius † gentium vocari, quod naturalis ratio inter omnes homines constituit, & apud omnes populos peræque custoditur, siue quo omnes gentes vtuntur. Quibus vtique verbis Iustinianus Imp. ad appellationem iuris gentium, rationem naturalem, & vnanimem omnium gentium consensum, & applausum, siue approbationem, non tantum temporis, reiue antiquitatem requirit, & considerat, vt eleganter ostendit Arius Pinelus *in Commentar. ad rubr C. de rescind. vendit. part. 1. nu. 9.* post Franciscum Connanum *lib. 1. Commentar. iur ciuil. c. 5. n. 9.* & Ludouic. Charondam *lib. 1. verisimil. c. 5.* Et sane † non apud Romanos duntaxat hic contractus emphyteuticus in vsu fuit: sed etiam Byzantiis innotuit, teste Aristotele *lib. 2. Oeconom.* Sed neque ante illos credendum est, alios populos rerum suarum adeo fuisse negligentes, vt non, qua possent ratione, vtilitates suas quærerent ex agrorum locatione temporali, aut perpetua, prout cuiusque commoditas postularet. Connan. *lib. 7. Commentar. iur. ciu. c. 12. n. 1.* Vnde Claudius Dauid *velut. legali ad §. ius autem gentium. Instit. de iur. nat. gent. & ciu. n. 5.* vocat contractum hunc Sybilla Cumana antiquiorem *ex Genes. 47. v. 24. & seqq* Ioseph. *lib. 2. antiquit. Iudaic. cap. 4* Præterea *in prædicto § adeo. 3. Instit. de locat. & conduct.* traditur, sæpius apud veteres Iurisconsultos dubitatum fuisse, vtrum contractus emphyteuticus emptio, an locatio esset. Quæ certe dubitatio satis absurda fuisset, si contractus iste non iuri gentium, sed ciuili adscriberetur. Emptionem † enim, & locationem iuri gentium accensendam, in confesso est, *l. ex hoc iure. 5 ff. de iustit. & iur l. 1. in fin ff. de contrah. empt. l. iuris gentium. 7. §. 1 ff de pact. l. 1 ff locati & conducti.* Accedit auctoritas Hermogeniani *in d. l. ex hoc iure. 5. ff de iustit. & iur.* qui generaliter asserit, omnes contractus iuris gentium esse, exceptis quibusdam iure ciuili introductis. Cui † generalitati, siue regulæ standum, & adhærendum est, donec de exceptione doceatur, vt notat Bartol. *in l. 1. n 2 ff. si quis in ius voc. non ierit.* Decius *in l. 1. nu. 7 ff de reg iur.* Menoch *cons 88. nu. 51. & cons. 98. nu. 13. lib. 1.* Sed quinam † sunt contractus illi excepti, si emphyteusis excepta non est? Nimirum illi, qui excepti in iure nominatim reperiuntur: *veluti stipulatio. § de constituta. 9. Instit. de action. l si ita stipulatus. 126. §. Chrysogonus. versic. plane si præcedat.* vbi naturali obligationi stipulationem Paulus opponit. *ff de verb. obligat.* quæ præscriptis quibusdam verborum formulis constat. *l. 1. l. stipulationum. 5. §. stipulatio ff. eo. tit.* & litterarum obligatio, *initio tit. Instit. de litterar. obligat.* itemque sponsalitia largitas, hoc est, donatio propter nuptias. *Nouell. 119. cap 1.* quæ veteribus Iurisconsultis penitus incognita fuit: tantum abest, vt iure gentium introducta sit. *§. est & aliud. 2. Instit. de donationib.* Denique huic sententiæ nouiores nonnulli, haud spernendæ auctoritatis Interpretes suffragantur, Coras. *lib. 1. Miscell. iur. c. 21. & in tract. de iuris arte. part 2. c. 9. in fi.* & in Commentar. *ad tit. C. de iur. emphyt sub tit. contractum emphyteusis, iurisgentium, non ciuilis esse.* Connan. *d. l. 1. Comm. iur. ciu. c. 6. n. 11. & lib. 7. c. 12. n. 1. H. in §. ius autem gen-*

13

14

15

16

tium Instit. de iur. nat. gent. & ciu. Mynsin. *in d. §. adeo. Instit. de locat. & cond.* Arumæus *Exerc. Iust. 4 th 13.* Peri. Ang. Mortla in Emporio iuris vtriusque *part. 1. tit 10. de locato in præmissis. n. 32.* Schegk *in delibat. iur disp. 5 th. 66.* Andr. Gerhardi *decad. 15. q. 4.* Bachouius *lib. 1 disp. 5.* M. Scellan. *cap 6. pag. 219. & seq.* nec non Hillger. in Donello *enucleat lib. 13 cap vlt. lit. B.*

Contra hanc ita firmatam sententiam opponi solet præcipue hoc argumentum: A quocunque iure formam suam habet emphyteusis, eius iuris dicenda est: cum † forma det esse, & 17 originem rei. *l. Iulianus 9. § sed si quis, in fine ff. ad exhibend. l. si is, qui 80. §. 1 ff ad leg Falcid. l. mulieris 33. § 1 ff de verb signif.* Atqui emphyteusis habet suam formam à iure ciuili, nempe à constitutione Zenoniana *dict l. 1. Cod. de iur emphyt & d. §. adeo. 3. Instit. de locat. & conduct.* Ergo emphyteusis iuris ciuilis dicenda est. Verum negatur minor propositio. Etenim si emphyteusis formam demum à lege Zenoniana accepisset: sequeretur inde, quod ante Zenonem nulla fuisset emphyteusis: quippe cum forma det esse rei. *dict. l Iulianus. 9 §. sed si quis. ff. ad exhibendum, cum similib.* Sed fuisse etiam emphyteusin ante Zenonem, haud inuiti concedunt ipsimet aduersarij, propter *l. 3. § si ius emphyteuticum ff. de reb. cor. qui sub tutel. vel cura sunt, &c.* & pluribus ostendit Connan *dict lib. 7. Comment. iur. ciu. cap. 12 n. 1.* Quod † si quis regerere velit fuisse quidem emphy- 18 teusin etiam ante constitutionem Zenonianam, sed non talem, qualis iam est; vtpote cum nouam formam acceperit ex constitutione Zenonis Imperatoris: is ostendat, necesse est, qua in re consistat illa noua forma. Contendunt quidem D. Collega Bocerus, & H. in scriptura talem formam consistere. Sed quam debile, & ruinosum hoc sit fundamentum, ad oculum demonstrabitur infra *in additionib. ad q. 4.* Et profecto separatum duntaxat contractum ab emptione, & locatione emphyteusin voluit Zeno Imperator: nec quicquam ostendi potest, quod in forma substantiali additum sit, vel mutatum: quemadmodum copiosius, & accuratius id explicuimus *in d. §. adeo Instit. de locat. & conduct. n. 22 & aliquot seqq.*

Illud quoque hic addendum est: emphyteusin † non male 19 dici contractum bonæ fidei. Primo enim perpetua quædam locatio vt plurimum censetur, argu *§. adeo 3. ibi perpetuo quibusdam* vbi Heigius *n 20 Instit de locat & conduct. l. viam veritatis 10. C de locato* Cuiac. *in l 1. C. de locatione prædior. ciuil. vel fiscal. &c.* Iam vero *in § actionum 28 Instit. de actionib.* bonæ fidei contractibus locatio generaliter, siue indefinite annumeratur. Quare eius indefinite facta appellatione, hæc quoque locationis perpetuæ species vt comprehendatur, necesse est. Deinde nihil in toto hoc contractu ad substantiam eius pertinens esse videtur, quod non vel ex locationis, vel emptionis contractu acceperit. Est quippe ex vtroque illo compositus, & concinnatus, *arg. d §. adeo 3 Instit. de locat. & conduct.* Cum igitur ea omnia, ex quibus consistit, ad bonæ fidei contractus, emptionem & locationem, pertineant: perabsurdum esset, hunc contractum emphyteuticum, ex illis mixtum & conflatum, diuersæ naturæ à simplicibus suis, ex quibus compositus est, censeri. Ideoque † ad regulam generalem, mixta sapere, & 20 assumere naturam suorum simplicium, merito referendus est, *arg l. 1 ff de æstimator. act.* Adhæc si emphyteuticos contractus olim non fuisset bonæ fidei, frustra & inepte disceptatum, disputatumque fuisset, vtrum esset locatio, an venditio: cum vtramque bonæ fidei esse constet *ex tit. Instit de obligat ex consensu.* Atqui hoc mutatum Zenonis constitutione non reperitur. Adhuc igitur bonæ fidei erit. Præterea † omnes contra- 21 ctus, qui solo contrahentium consensu fiunt, bonæ fidei sunt. Siquidem in iis alter alteri obligatur in id, quod alterum alteri ex bono, & æquo præstare oportet, etiamsi lingua non sit nuncupatum, vel verbis nominatim non expressum, *l sed Celsus 6. §. 1. vers. in empt & venditis, &c ff. de contrah. empt. l. 2. §. fi. ff de obligat & actionibus* Hunc † autem contractum emphy- 22 teuticum solo consensu constare, inde euincitur: quod ad sui perfectionem, siue substantiam, neque rei traditionem, neque verba, neque scripturam necessario requirit; sed sola conuentio de concedendo prædio fruendo, & præstanda annua pensione obligationem, & vim illi tribuit, argum. *dicti §. adeo 3. Instit. de locat. & conduct. d. l. 1. C. de iur. emphyt l. 2. ff. de oblig & act. l. quid ad certum 14 ff. locati tot. tit. Instit de oblig. ex consens.* Quibus in locis habetur, emptionem, & locationem solo consensu perfici. Ergo & hic contractus, vtpote ex iis compactus, solo consensu perficietur: & consequenter bonæ fidei erit. Denique præsto sunt, & patrocinantur huic conclusioni Donell. *in d. §. actionum. 28. nu. 39. Inst. de actionib.* Connan. *d. lib. 7. Commen. iur. ciu. c. 12.* Clarissimus Dn. Collega Io. Halbritterus, compater meus peramandus *in Disp. de iur. emphyt.* de an. 1602. Respondente D D. Samuele Banlouio. *thes 4.* Arumæ. *Exercitat. Iustin. 4. th. 13.* Althusius *lib. 1. iuris Romani. c. 31.* Forster. iunior. *disput. 18. the. 10.* Treutler. *disp. 29. th. 9 lit C. vol. 1.* Hœnonius *quæst. illustr. disp. 16. th 19. lit. B.* Ceterum † alij non pauci 23 hunc contractum emphyteuticum contractibus stricti iuris connumerandum putant, Bald. Iaso. Salyc. & Sichardus *in d.*

l.1.C.de iur.emphyteut. Io. Ferrat. Montanus ad eundem tit.C. de origine rer. emphyteuticar. Gœddæus de contrah. & commit. stipulat c.8.conclus.2.n.53. Valascus d.tract. de iur.emphyteut. n. 3. & Cludius de sequestrat.c.1. nu.10. Quorum sententiæ suum quoque addere calculum non dubitat Dn. Collega Bocer. in præfato tract.de qualitate,& differ.feudor,c.1.num.28. permotus
24 hisce tribus rationibus. I. Quia † hic contractus, vel eius actio non adiicitur actionibus bonæ fidei: in d.§.actionum.28. Instit. de actionib. II. Quia nulla lege cautum est, vt emphyteusis sit contractus bonæ fidei. III. Quia soli contractus iuris gentium sunt bonæ fidei, non etiam contractus iuris ciuilis, qualis est emphyteusis. Verum ad priora duo argumenta responsio parata est ex l.nominis 6. in fin ff.de verber.signif. quod nimirum licet non ex verbis, attamen ex sententia legis emphyteusis sit dicenda contractus bonæ fidei: proinde in d.§. actionum 28. Instit. de actionib. omnino sub emptione, & locatione contineatur, ac recenseatur: quippe cum ex duobus illis contractibus emphyteusis sit composita: & idcirco eiusdem naturæ cũ simplicibus merito censeri debeat, argum. d.l.1.ff.de æstimator. act. Tertium, & postremum argumentum nullius momenti esse, ex eo perspicitur, quod iam supra n 10. & seqq. luculenter ostensum est: emphyteusin non contractibus iuris ciuilis, sed contractibus iuris gentium accensendam esse. *Harprec.*

e *Nominatis.*] Item an in contractibus nominatis sit locus pœnitentiæ, vide per Osasc. eius decis.98.n.7. Item vide in collect. mea commun.opin. vbi supra nu.48. Cæphal.cons 23 n.51 Giach.

d *Innominatis.*] Quinimo quod in contractibus innominatis re integra locus sit pœnitentiæ commune dixit Hieron. Torniel. in rubr ff.de verb.oblig. Item commune dixi in d. collecta mea commun. opin. verb. contractus nu.46. vbi sub num. sequ. posui tres fallentias. Vide etiam qui dicantur contractus innominati, & qui correspectiui relatiue. Et scias, quod nullus contractus siue nominatus, siue innominatus rescinditur ex capite implementi non sequuti, nisi antecedente mora, vel culpa debentis implere, per Crauet. vide in cons.233.col.3. in princ. Giach.

QVÆSTIO III.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *In contractu emphyteutico, vel libellario, an requiratur, quod à principio præstetur certa quantitas.*

Ex Additionibus.

1 *An in contractu emphyteutico celebrando, conuentio de certo pretio, à principio domino præstando, requiratur.*
2 *Non plus ad formam alicuius actus exigendum est, quam lex ipsa exigit.*
3 *Nulla emptio consistit sine pretio.*
4 *In quo potissimum emphyteusis, & venditio inter se conueniant.*
5 *Sensus, & intellectus* l.vlt.vers.penult. C. de iur. emphyt.
6 *De substantia contractus emphyteutici est, de pensione in recognitionem dominij soluenda conuentio.*
7 *Pacta contra substantiam contractus inita ipso iure nulla.*
8 *Nunquid pensio emphyteutica in sola pecunia numerata, an etiam in re alia, consistere queat.*
9 *Consideratio* l.penult.C.de diuers. prædiis vrban. & rustic. templorum, &c.
10 *Ecquid pensio quotannis ab emphyteuta præstanda, in vno nũmo, vel quauis re alia minima constitui possit.*
11 *An, & quatenus in emptione & locatione pretium, siue merces vno nummo constituatur.*
12 *Canon emphyteuticus principaliter ad dominium duntaxat recognoscendum desideratur.*
13 *Verus, & genuinus sensus* l si quis 10. §. vlt. ff. de acquir. vel amitt. possess. l. si quis conduxerit 46. ff. locati. & l. si quis donationis 38. ff. de contrah. empt.

1 QVæro, nunquid in contractu emphyteutico, vel libellario de necessitate requiratur, quod à principio præstetur certa quantitas? Resp. in hoc variæ sunt Doctorum opin. Nam Iac.de Aret. in l.1. C.de iur. emphyt. tenet quod de substantia, & forma contractus emphyteutici requiratur, quod à principio præstetur certa quantitas pro primo ingressu; & dicit Alber. in d. l.1. quod hæc opin. communiter approbatur, quem refert Dec. in c. in præsentia, n.48. in fin.de probat. Contrariam a vero sententiam, quod scilicet non requiratur, a quod à principio præstetur illa certa quantitas, videtur sensisse Bart. in l.si mihi & Titio, post n.4 ff. de verb. oblig. vbi dicit, quod emphyteusis dupliciter haberi potest, scilicet titulo lucratiuo, & titulo onetoso, id est, quando præstatur certa quantitas. Et hanc dicit esse communem Petrus in d.l.1. vbi etiam subdit, quod ita seruatur de consuetudine. Idem dicit Cyn. in d. l.1. quem referunt Salic. ibi, n.3. & Ias. n.3. & Paris. cons.77. n.15. lib.3. Dicit etiam Abb. in c. potuit. n.6. in fin. de locato, quod ita dicunt communiter Doct. Vnde cum hæc opin. quæ etiam de iure verior videtur, sit indubitata consuetudine comprobata; non esset ab ea iudicando, aut consulendo recedendum.

ADDITIONES.

COntrariam vero sententiam, &c.] Quod † in contractu 1 emphyteutico celebrando, conuentio de certo pretio, ab a initio domino præstando, necessaria non sit, præter Clarum nostrum, & ab eo hic memoratos, tenent Io. Coras. in rubr. tit. C. de iure emphyt. n.11. Io Proscius Hispan. ad l.iurisgentium.7. ff de pact. Aluarus Valasc. in tract.de iur.emphyt q.10. aliique ab his designati. Huiusque sententiæ ratio non obscura est; quia nullis legibus, etiam accurate & ex professo de substantia, atque natura contractus emphyteutici tractantibus, cautum reperitur: quod ad perfectionem, siue substantiam huius contractus ab initio certum pretium requiratur, sicut videre est ex §.adeo.3. Instit.de locat. & conduct. l.1. & tot.tit. ff si ager vectigalis, &c. itemq; l.1. & 2.C.de iur. emphyt. Non † debemus autem 2 plus ad formam, seu substantiam alicuius actus exigere, quam lex ipsa exigit, argum. l. illam merito.19. vers. superstitib. quidem.C.de collationib. & Nouell.18.c.5. Præterea vana; & insipida veterum fuisset dubitatio, an contractus emphyteuticus locationi, & conductioni adscribendus esset: si is contractus ad sui perfectionem certum ab initio pretium requireret: quoniam omnibus, etiam tyronibus notum est, quod locatio ad sui substantiam, seu perfectionem, à principio certum pretium præstandum non requirat.

Non imminuit hanc conclusionem, quod emptio, venditio, & contractus emphyteuticus magna inter se familiaritate, ac similitudine coniuncti sint. d.§.adeo.3. Institut.de locat. & conduct. Nulla vero † emptio sine pretio consistat. §. pretium au- 3 tem. Instit.de empt. & vendi. l.2.§ 1. l.cum in venditione.36. l.nuda.55. & l.pacta conuenta.72. ff. de contrah. empt. Nam haud in omnibus contractus emphyteuticus, & venditio inter se conueniunt: alioqui non similes contractus, sed iidem penitus essent, contra d.l.1. C. de iur. emphyteut. Conuenit † autem em- 4 ptio, & venditio cum contractu emphyteutico potissimum in eo: quemadmodum per emptionem, & venditionem dominiũ in emptorem transfertur, venditore domino existente, l. ex empto.11.§. & in primis 2.ff.de actionib.empt. adeo vt non valeat contraria conuentio de dominio non transferendo, l.cum manu sata.80.§.vlt.ff.de contrah.empt. ita & per contractum emphyteuticum ius aliquod dominio simile (quod dominium vtile vulgo indigitant) in emphyteutam transfertur, d.l.1. vbi Doct. ff. si ager vectigalis, &c. Quomodo porro emphyteusis distinguatur ab emptione, exposuimus ad d.§.adeo 3.n.11. & seqq. Instit.de locat. & conduct.

Non item † refragatur tex. in l fin. vers penult. C.de iur. em- 5 phyteut. vbi dum traditur, quinquagesimam partem pretij ab emptore fundi emphyteutici, pro impetranda inuestitura, domino præstandam esse: ex eo necessario sequi videtur, certum pretium ab initio, & in ipso limine contractus emphyteutici ab emphyteuta ipsi domino esse exponendum: cum quinquagesima pretij pars pro inuestitura obtinenda in considerationem venire nequeat, nisi pretium in ipso contractu certũ fuerit constitutum. Quomodo enim pars pretij esse potest, si nullum pretium constitutum est? Tex. inquam, ille non refragatur. Iustinianus namq; in eo non loquitur de pretio ab initio huius contractus domino fundi numerando: sed de quinquagesima parte pretij illius, quod emphyteutæ venditori, pro fũdo emphyteutico vendito, ab emptore ex cõuentione præstãdũ est. Cuius pretij, à contrahentibus in conuentionẽ deducti, quinquagesima pars ab emptore, siue emphyteuta nouo, pro inductione in possessionẽ, & signum nouæ acquisitionis (quã inuestituram vocant) domino præstari debet. Neq; vero illius quinquagesimæ partis præstatio ad substantiam huius contractus referri potest: cum is, etiam antequam ea præstetur, indubitate subsistat. Reliqua, quæ huic decisioni obstare videntur, refutaui in d.§.adeo, n.221. & seq. Instit.de locat. & conduct.

Quamuis † autem conuentio de pretio certo, ab initio 6 huius

huius contractus domino soluendo, necessaria non sit, vt modo est expositum: certissimum tamen est, de substantia eiusdem contractus esse, vt de canone, seu pensione, in recognitionem dominij ab emphyteuta quotannis euoluenda, conuentio celebretur. Annua siquidem isthæc pensio præcipue huius contractus, & iuris emphyteutici propria est. Nam sine ea aut erit venditio, si pretium semel soluitur, aut erit permutatio, si species cum specie commutatur; aut erit donatio, si pro re nihil omnino præstatur. Et propterea annua pensione contractus emphyteuticus, & ius ab eo descendens, maxime ab aliis discernitur, vt bene tradidit D. Obrecht. *disput.36. th. 133. & seqq.* Cum igitur pars substantiæ sit, de pensione conuentio; inde sequitur, contrahentes paciści non posse, ne domino pensionem emphyteuta soluere teneatur, *l.1. in princ. ibi, hac lege.* vt tamdiu pro his vectigal soluatur. *ff. si ager vectigalis, &c. & d.§ adeo 3. ibi, vt quamdiu pensio, &c. Instit. de locat. & conduct.* Coras. *in l.2. n.4. vers. vnde nec in specie.* & ibidem Ferrarius *in princ. C. de iur. emphyteut.*

7 Pacta † etenim contra substantiam contractus inita ipso iure nulla, & inutilia putantur, arg. *l. cum precario. 12. in princ. ff. de precar. & l. si donationis 3. C. de contrah. empt. & vend.* Sichard. *ad l.2. n.14. C. de iur. emphyt.*

8 Addi hic potest non incommode illa quæstio: vtrum † pensio emphyteutica in sola numerata pecunia, an etiam in re alia, puta vino, tritico, aut oleo consistat? Et hoc posterius communiter receptum est; quoniam pensio illa hodie non solum in pecunia numerata; sed etiam in fructibus soluitur, argum. *d.§. adeo 3. ibi, pensio siue reditus, &c. d.l.2. vers. sin autem. ibi, neque pecunias solueris. C. de iur. emphyt. l. licet. 8. & l. si olei 21. C. de locato* Aug. Berous *in c. potuit 4. n. 48. ext. de locato.* & Claud. Cantiuncula *in paraphrasi Institut. de locat. pag. 83.*) Nec

9 † huic opin. aduersatur, *l. pen. C. de diuers. præd. vrb. & rusticis templor. &c.* in qua Imp. Valentinianus canonem emphyteuticum ærario inferri iubet: quod de numerata tantum pecunia intelligi posse videtur: cum reditus vini, frumenti, aut olei, ærario non inferantur. Lex inquam, illa non aduersatur. Primum enim licet in ea canon emphyteuticus in ærarium inferri dicatur: non tamen ideirco, alios reditus posse dari alibi deponendos, negatur. Deinde respondetur: tex. istum accipiendum esse de emphyteusi rerum publicarum: cuius canonem in numerata pecunia Respublica magis probat, ob bellorum necessitatem: quandoquidem pecunia neruus belli censetur. Aluar. Valasc. *in tract. de iur. emphyt. q.1. nu.7.* Addi quoque

10 hoc loco poterit hæc quæstio: an † pensio siue canon iste, ab emphyteuta quotannis præstandus, in nummo vno, vel re alia quauis minima constitui possit? Et posse, recte à plerisque traditur. Nam † etiam in emptione pretium, & in locatione (cum quibus contractibus emphyteusis maximam habet familiaritatem *d.§ adeo 1. Instit. de locat. & conduct.*) merces vno nummo constitui potest: dummodo id non donandi, sed vendendi, & locandi animo fiat, *l. si quis donationis 38. ff. de contrah. empt.* & argum. *l. si quis conduxerit. 46. ff. locati.* vbi Vlpianus respondit, conductionem vno nummo factam, ipso iure nullam esse, ea subiecta ratione: quia hoc donationis instar

11 inducit. † Si ergo ex conductione, nummo vno facta non elucescit mera donatio: sed constat, hanc exiguam mercedem conductionis causa à contrahentibus fuisse appositam: conductionem valere dicendum est. Idem erit iudicium, si de pretio minimo in emptione, & venditione contrahentes, non animo donandi, inter se conuenerint. Quid enim, si quis rem vno saltem nummo dignam tanti vendiderit? Nemo profecto sanus hanc venditionem, donationis causa contractam, adeoque inutilem fuisse dixerit. Proinde & canon emphyteuticus ex placito partium vno definiri nummo poterit. Idque

12 ex eo apparet luculentius: quod † canon ex origine proprioque fine huius contractus, quatenus domini vtilitatem respicit, ad dominium solummodo recognoscendum requiritur, per notata Andreæ Gailij *lib. 2. obser. 23. nu. 25.* Sed dominium per vnius nummi, reive leuissimæ præstationem æquè, ac per solutionem rei magnæ recognosci posse, palam est. Atque ita sentiunt Baldi *in rubr. C. de iur. emphyt.* Ias. *in l.1. num.4. C. eod.* Connan *lib.6. Comment. iur. ciu. c.12. nu.6. versic. similiter conductiones &c.* Mynsinger. *respons. 66. nu.6. & resp. 78. nu. 11.* Valascus *in tractat. de iur. emphyt. quæst.1. nu. 11. & quæst. 11. nu. 19. versic. tu aduerte, &c.* Quanquam contrariam sententiam tueri nitatur Dn. Collega Bocerus *class. 2. disput. 14. the. 32. edit. 2.*

13 Sed † cum non iuuare videntur textus, quos allegat, nempe *l. si quis ante 10. §. fin. ff. de acquir. vel amittend. possess. & d.l. si quis conduxerit. 46. ff. locati. idem nec textus in d. l. si quis donationis, 38. versic. toties enim dicimus, &c. ff. de contrahen. emptor.* ex quibus locis euincitur, quod conductio, siue emptio, quæ celebratur vno nummo, minime valeat. Istæ namque leges eo de casu accipiendæ sunt, quo manifestum est, mercedem, vel precium vilissimum, nimisque exiguum, non quidem vendendi, vel locandi, sed mero donandi animo inter contrahentes constitutum fuisse. Hoc sane casu venditionem, vel locationem non esse contractam, in propatulo est: Ast in contractu emphyteutico canon, quantumuis exiguus, nunquam donationis causa, sed ob id semper constitutus esse censetur, vt per præstationem illius directum (quod aiunt) dominium recognoscatur. Ex quo fit, vt contractus ille semper subsistat, etiamsi de vilissimi canonis præstatione in eo actum fuerit. Huc plura referri potuerunt, quæ annotauimus ad *d.§. adeo 3. Instit. de locat. & conduct. n.229. & sequent.* Harpprec.

QVÆSTIO IV.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *In contractu emphyteutico an requiratur scriptura.*

Ex Additionibus.

1 *An scriptura sit de substantia contractus emphyteutici.*
2 *Scriptura ad rei perfectionem regulariter non requiritur.*
3 *Regula adhærendum, donec exceptio probetur.*
4 *Inter contractum emphyteuticum, & inter venditionem, locationemque magna est similitudo, & familiaritas.*
5 *Omnes contractus iuris gentium solo consensu constant.*
6 *In perpetua rei ecclesiastica emphyteusi scriptura necessaria.*
7 *Specialiter notari solent, quæ specialem animaduersionem postulant.*
8 *Consideratio* Nouellæ 7. in princ. §. vltim. vers. Anastasius.
9 *Generali monumenti appellatione quid contineatur.*
10 *Mens, & sententia* l.1. C. de iure emphyteut.
11 *In quibus contractibus scriptura plerunque adhiberi soleat.*
12 *Domini Boceri opinio refertur, & confutatur.*
13 *D.H. opinatio similiter reijcitur.*
14 *Nunquid in distractu, per quem ab emphyteusi constituta receditur, scriptura exigatur.*
15 *Quæ solemnitas requiritur in contrahendo, requiritur, etiam in dissoluendo.*
16 *Consultius est, & tutius, vt in emphyteusi scriptura interueniat.*

QVæro nunquid *a* de substantia contractus em- 1
phyteutici requiratur à principio *b* scriptura? *a*
Respon. quod sic, alias contractus ipse non valet. Ita *b*
tenet glos. *in l.1. in verbo Alienationis, C. de iur. emphyt.*
& ita communiter tenetur, vt ait Sal. *in d.l.1. n.5.* quem
refert Aretin. *in §. adeo. n.8. Instit. de locato.* Hanc etiam
dicit esse communem *c* opinionem Imo. *in c. potuit. post* *c*
n.7. vers. Idem differt à contractu, &c. de locato. subdens,
quod esset etiam seruanda in pract. Soc. *in cons. 169. n.12. lib. 2.* quod est duplicatum *in cons. 120. lib. 4.* Ias. *in d.l.1. n.61. & seq. C. de iure emphyt.* Afflict. *decis. 72. ante num. 8.* & quod contractus emphyteuticus non possit probari, nisi per scripturam, dicit esse communem Alex. *consil. 50. nu. 4. lib. 5.* Contrariam tamen sententiam, quod scilicet possit etiam sine scriptis celebrari contractus emphyteuticus, tenuit glos. *in dict. l.1. in*
verbo, Scriptura. & hanc approbat *d* consuetudo, vt di- *d*
cit Bart. *in d.l.1. n.6.* Ang. *in d.l.1. n.3.* Paris. *cons. 77. n.16. & seq. lib. 3.* vbi dicit, quod licet contraria opin. videatur magis communis, tamen quia illa est approbata per consuetudinem, esset seruanda. Idem dicit Soc. *in d. cons. 169. nu. 12.* Ego tamen non puto ita absolute verum esse, quod hæc opin. sit recepta à consuetudine. Et multi etiam Doctores attestantur se vidisse contrarium obseruari, præsertim Aretin. *in d.§. adeo n.8.* propterea crederem melius esse in practica adhærere communi opinioni, quæ etiam tutior est, & æquior, nisi in specie appareret in eo loco, in quo contingeret hoc deduci in controuersiam, contrarium obseruari. Hoc enim casu non esset ab huiusmodi consuetudine, & obseruantia recedendum.

ADDITIONES.

a NVnquid de substantia contractus emphyteutici requiratur à principio scriptura.] Quod † scriptura sit de substan-
1 tia siue essentiali forma contractus emphyteutici, præter Clarum nostrum, & ab eo hic laudatos, autumant Schneidevvinus *n.7.* Mynsinger *nu.21.* & Heigius *n.14. in § adeo 3. Instit. de locat. & conduct.* Coralius *nu 8 & 12.* Elbertus Leonius *nu.3.* & Sichard *nu.32. ad l 1. C. de iure emphyteut.* Vigelius *lib.5. iuris controuers. cap.7 reg 7.* Donel. *lib.9 Comment. de iur. ciu. 13. pag.445.* Borcholt. *in tract. feud. c.3. nu. . & par. 1 disput. de iur. emphyt. th 4. pag.118.* D Obrecht. *disput.36 the.80* Octauian. Cacher. *decis. Pedemont.53. nu.1* Crau. *consil.112. nu 8.* Roland. à Valle *cons.87 nu.9. vol 1.* D. Collega Bocer. *in Comment. ad l. contractus 23. ff. de reg iur. c.4. nu.77. edit.2. & class 2. disput.4. th.3. & 20 edit.2. item in tract. de qualitate, & different. feudor. cap 1. nu.14 & seqq.* Schuckhardus *disput.14. th.5. sub lit. A & resolut. q.1.* Aluar. Valascus *in tract. de iur emphyt. q.7. nu 2.* Mascard *in tract. de probat. conclus.602. nu.1. & 2. itemque conclus. 604. nu 4. vol 2.* alij per eos relati. Verum contrarium, quod videlicet ad solemnitatem, siue perfectionem huius contractus scriptura non sit necessaria, post Doctores hic à Claro *in versic. contrarium tamen, &c.* relatos, defendunt Speculator *in tit. de emphyteusi, nu.3.* Ant. de Butrio & Panorm. *in c. potuit 4. extr. de locato.* Curt. iun. & Alciat. *in l. pactum, quod 17. C. de pact.* Lud. Roman. *consil. 253 n.6.* Guido Suar *in tract. de iur. emphyt. nu 4.* Franc. Sarmient. *lib 3. selectar. interpret. 2. nu.5.* Connan. *lib.7. Commentar. iur. ciu. c.12 nu.6.* Forcatul. Necyomantiæ *Dialog.19 n 9.* Kirchou. *commun opin. cent.2. conclus.0.* Vulteius *lib.1. Iurisprud. Roman. c.36. in fin. & in tract. de feud. lib.1 ca.7. nu 42.* Halckelman. *disput. illustr.11. th 14 lit. B.* Giphanius *lib. 3. disput.29. th.22.* & ibidem in suis notis Olemanus *nu 25.* & nouiter Carolus Kirchberg. *in discursu de feudo ex pacto, &c. c.4. nu.252. & seqq.* aliique plures. Huiusque pronunciati multiplex redditur ratio. Nam primo vetustissima iuris regula est:
2 quod † scriptura ad rei substantiam, vel perfectionem necessario non requiratur: sed ad probationem duntaxat eius desideretur, *l. contrahitur 4. ff. de pignoribus. & hypothec. in l in re hypotheca 4. ff. de fide instrum. l. in exercen ue 15. C eod. l. qui ad cer-*
3 *tum 14 ff. locati. d. l. pactum quod 17. C. de pact.* Atqui à regula, donec aperte demonstretur exceptio, non recedendum est; vt, post alios, docet Dec. *nu.7.* & Sturcius *nu.29. in l 1 ff de reg. iur.*
4 Deinde † inter contractum emphyteuticum, & locationem, ac venditionem tanta intercedit affinitas, & similitudo, vt à veteribus dubitandum fuerit, num ille contractus venditioni, an locationi associandus esset, *d § adeo 4. Instit. de locat. & conduct.* Iam vero frustra, & inepte ea de re dubitatum, aut disputatum fuisset, si emphyteusis sine scriptura non perficeretur: cum nemo vnquam dubitauerit, quin locatio, & venditio, solo consensu, sine scriptura perficiantur, *tot. tit. Instit. de obligat. ex consens. l. contractus 17. C. de fide instrumentor.* Præ-
5 terea omnes † contractus iuris gentium solo constant consensu, non etiam scriptura *d. tit. Institut. de obligat. ex consens.* nisi nominatim inter contrahentes conuenerit, vt in scripturam contractus redigatur, *d. l. contractus 17. C. de fide instrumentor.* Emphyteusin autem esse contractum iuris gentium, perspicue ostensum est supra *ad q.2 nu.10. & seqq.* Denique in
6 † contractu emphyteutico, quo perpetua rei Ecclesiasticæ emphyteusis constituitur specialiter requiritur scriptura. Nouell.7. *in præfat. §.1. vers. Anastasius autem. &c.* Ex quo consequens est, in priuatæ emphyteuseos contractu non exigi necessario scripturam: siquidem id alioqui frustra caueretur specialiter de emphyteusi Ecclesiastica, si generaliter in omni
7 contractu emphyteutico scriptura necessaria esset. Ea † quippe specialiter duntaxat caueri, ac notari solent, quæ specialem, & singularem animaduersionem postulant, *l. item apud 15. §. hoc edictum 26 ff de iniur l. 1. §. dixerit aliquis 2. ff de publican. & vectigal. lib. 1. §. 1. vers. nisi forte. ff. nauta, caup. stabul. &c.* Plures huius sententiæ rationes adduximus *in d. §. adeo 3. Institut. de locat. & cond. n.54. & seqq.*

Ceterum illud ferendum non videtur, quod Clarissimus Dn. Collega Bocerus, *in d. tract. de qualit. & differentia feudor, c.1. nu.26. circa finem.* ad eneruationem huius vltimi nostri ar-
8 gumenti, ex † d. Nouell. 7 *in princ §.1 siue vltim. vers. Anastasius* petiti, contendit, per gesta monumentorum illic intelligendam esse scripturam publicam: adeoque in emphyteusi ciuili, siue seculari priuatam solum desiderari scripturam: ast in emphyteusi Ecclesiastica exigi monumentorum gesta, id est, (vt ipse interpretatur) scripturam publicam. Etenim nullo euidenti textu iuris probari poterit, per monumentorum gesta scripturam tantum publicam exaudiendam esse. Nam quod attinet ad textus à D. Bocero allatos, ij non omnes simpliciter loquuntur de monumentorum gestis: sed addunt plerique verbum insinuationis, ex quo apparet, qualia monumenta in dictis locis intelligi debeant, nimirum illa, quæ ad insinuationem donationis summam quingentorum solidorum excedentis, coram magistratu expediendam, requiruntur; hicque publicis actis insinuata, & comprehensa sunt; vt videre est *in l. penult. §. vlt. C. de donat.* & Nouell.119. *in princ. & locis similibus.* Sed & exploratum est, generali † mo- 9
numenti appellatione comprehendi omne id, quod ad memoriam posteritatis spectat, vt Cicero *lib.5. famil.* & passim tradit. Eoque confert *l census, 10. ff de probationibus.* vbi Marcellus I C. ait monumenta publica potiora esse testibus. Quibus verbis non obscure indicat, esse quoque monumenta priuata. Alias enim non addidisset verbum, *publica.* Idque latius confirmat Hugo Donellus *in tract. de fide instr. cap.2. pag.179.*

Ad hæc posito (attamen citra veritatis præiudicium) in prædicta Nouell.7. per monumentorum gesta intelligendam duntaxat esse scripturam publicam, atque adeo in ecclesiastica emphyteusi requiri publicam scripturam: non tamen inde sequeretur, quod in ciuili, seu seculari emphyteusi scriptura priuata exigeretur. Siquidem in ea nullam plane, siue publicam, siue priuatam scripturam esse necessariam, paulo ante sat firmis rationibus euictum est.

Neque † hanc sententiam turbet textus *in d. l 1. ibi, scriptu-* 10
ra interueniente, C. de iur. emphyteut. ex quo Dominus Collega Bocerus, & nonnulli alij colligunt, Zenonem Imperatorem constituere, vt & ipsemet contractus emphyteuticus, & pactiones ei adiectæ scriptura interueniente fiant. Nam si penitius *dictam l.1.* inspexerimus, longe aliud apparebit. Cum enim Zeno Imp. ibi dixisset, emphyteusin esse iustum validumque contractum, & separatum à locatione, & conductione, itemque emptione, & venditione: postmodum subijcit, non quæ eius forma sit, sed quem effectum habeat hic contractus. In quo, inquit, cuncta, quæ inter vtrasque contrahentium partes super omnibus, vel etiam fortuitis casibus, pactionibus scriptura interueniente habitis placuerint, firma illibataque perpetua stabilitate modis omnibus debeant custodiri. Quæ verba non ad formam, sed ad effectum emphyteuseos pertinere, nemo non intelligit. Et profecto non potest valere hæc argumentatio: In contractu emphyteutico omnibus modis custodienda sunt, quæ pactionibus scriptura interueniente habitis placuerunt. Ergo scriptura est de substantia contractus emphyteutici. Eadem etenim ratione dicendum foret, valere & hanc argumentationem: In contractu emphyteutico, quæ pactionibus habitis placuerunt, omnibus modis custodiri debent. Ergo pactiones sunt de substantia contractus emphyteutici, contra *dictam l.1. vers. ita vt si interdum; &c. C. de iur. emphyteut.* Ideo autem scri-
pturæ mentionem fecit Zeno Imp. quia † plerumque adhi- 11
beri solet scriptura in eiusmodi contractibus, qui ad longinquum tempus respiciunt: ne fides eorum temporis decursu vacillet, iis mortuis, qui testes adfuerant, argum. *d. l. contrahitur, 4. ff de pignorib. & hypothec.* Connan. *d. lib.7. Commentar. iur. ciuil. cap.12 nu.6.* Hinc etiam corruit secundum argumentum, à Dn. Bocero *in d. tractat. de qualit. & differ. feud. c.1. num.21.* pro contraria sententia stabilienda allatum *ex l.2. & 3. C. de iur. emphyt.* vbi emphyteuticorum instrumentorum Iustinianus Imp. meminit. Id enim ob dictam modo causam factum esse, indubitatum est: non ideo, quod scriptura sit de substantia emphyteuseos, vt fusius docui *in dicto §. adeo, 3. n.65. & seqq Instit. de locat. & conduct.*

Præterea † D. Collega Bocerus *d. c.1. nu.22. vers præterea* 12
Zeno, &c. ad corroborandam suam opinionem, & infringendam nostram, ita argumentatur: Quacunque re, ceu substantiali forma distinguitur emphyteusis à locatione conductione, & emptione venditione; ea res est de substantia emphyteuseos. Atqui sola scriptura ita distinguitur emphyteusis à locatione conductione, & emptione venditione. Ergo scriptura est de substantia emphyteuseos. Sed minor propositio inconueniens est. Etenim si sola scriptura, ceu forma substantiali, emphyteusis distingueretur à locatione conductione, itemque emptione venditione: quid quæso differret ab emphyteusi locatio conductio, itemque emptio venditio, quam in scriptis perfici contrahentes voluerunt? Nempe non amplius dicenda foret emptio, & venditio, quæ scriptura conficitur, sed emphyteusis. Similiter non esset locatio, & conductio, si eam in scriptis fieri contrahentibus placuisset, sed emphyteusis. Quod quam sit dictu absurdum, apparet *ex d l. contractus, 17. C. de fide instrum. & princip. Instit. de empt. & vend.*

Postremo non negamus, contractum emphyteuticum per Zenonianam constitutionem à locatione conductione, & emptione venditione distinctum, ac separatum esse, *d. §. adeo 3. versic. de talu. Institut. de locat. & conduct. d. l.1. C. de iur. emphyteut.* Sed quomodo? An per scripturam? Hoc vero non exprimit Zeno Imp. *in d. l.1.* nec etiam Iustinianus *in d. §. adeo.* cum tamen non leuiter, aut obiter attingendum, sed diligenter & significanter exprimendum fuisset, si ad

emphy-

emphyteuseos substantiam scriptura requireretur, atque per scripturam emphyteusis à prædictis contractibus distingueretur.

13 Ex prædictis quoque satisfieri potest argumentis, † qui *lib.2.variar resolut.:ur.cin.tractat 7 part.2 quæst.*11. nouissime eandem Domini Boceri sententiam defendere conatur, & præter rationem modo refutatam, *ex d.l.1.C.de iur.emphyteut.* adductam, etiam aliam subiungit. Quin & ratio (inquit) euidens suadet, in scripturam redigi contractum emphyteuticum: quod nempe, cum res detur in perpetuum, vel in longissimum tempus, vix fit, vt rei gestæ memoria constare possit sine scriptura. Verum ipse H. procul dubio intelligit, quam infirma hæc sit ratio; Emphyteusis non facile potest probari absque scriptura; Ergo scriptura est de substantia eius. Nam *li.1.variar.resolut. tract.*1. *q.*22. refutauit similem argumentationem, nimirum hanc: Leges sine scriptura non facile possunt in notitiam hominum venire. Ergo scriptura est de substantia legis.

14 Atque † ex hac decisione patet etiam resolutio ad istam
quæstionem, qua in dubium vocatur, num in distractu, per
quem ab emphyteusi constituta receditur, scriptura sit neces-
saria: Et eam quidem non minus in distractu, quam contractu
emphyteutico desiderari opinantur nonnulli, relati à Cache-
15 rano *d.decis.*53.*n* 10. *& seqq.* hac ratione permoti: Quia † solemnitas, quæ requiritur in contrahendo, requiritur quoque in dissoluendo, *auth.econtra, C.de repudiis*, & ea, quæ requiruntur necessario ad alicuius actus constructionem, exiguntur pariter ad eiusdem destructionem, *l. prout quidque*, 80. *ff. de solutionibus l.nihil tam naturale.*35 *ff.de reg.iur* Bartol. *in l.actor.* 9 *nu.*9.*ff.rem ratam haberi*. Paul. de Castro *in l. tria prædia.*31. *n* 5 *ff de seruit præd.rusticor* Iason *in l.omnium.*19 *n* 9.*C.de test.* *& cons* 141.*n* 2 *vol* 4 At cum ex supra traditis manifestum sit, contractum emphyteuticum nudo consensu absque scripturæ
interuentu perfici; opinio isthæc, vtpote debili, falsoque suf-
fulta fundamento, per se sine vlla refutatione corruit, & ex
aduerso liquidissime constat, à contractu emphyteutico nuda
conuentione, nulla omnino interueniente scriptura, recedi
16 posse. Enimuero illud hic addendum: cum † emphyteusis pactis multum varietur; ad probationem eius, quod actum est, vt interueniat scriptura, consultius esse, & tutius; vt hic post Clarum nostrum innuit D. Vulteius *d.lib.1* Iurisprud. Roman. *c.*46.*in fin. & lib* 2.*de feudis cap.*7.*n.*42. Harprec.

b *Scriptura.*] Vide, quæ dixi *sup.*1.*q. in Apostilla signata littera B.* Adde etiam commune, & verum per Ofasc. *decis.*53.*col.* 2. qui *in* 2. *dub.* post plures citatos tenet scripturam etiam requiri in dissolutione. Item commune dixi *d. collect. mea commun opin. in verb. emphyt. n.*16. Et quot modis concedatur? vide per Ias. *d.l.*1 *n* 6. Giach.

c *Imol in c. potuit.*] Et ibi late declarat, in quo differant contractus emphyteuticus, & contractus locationis, & in quo differt à contractu venditionis. *Goucan.*

d *Consuetudo*] Adde, & vide etiam de hac consuetudine per Rol. *cons.*87 *num* 11. commune tamen, & vsu receptum vide in contrarium per Iac. de S. Georg. *in Auth. qui rem, post num.*15.*C. de sacros. Eccles.* & dixi *in collect. mea comm. opin. in verb. scriptura, n.*3 Goucan.

QVÆSTIO V.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Vasallus an possit rem feudalem alteri concedere in Emphyteusin.*

Ex Additionibus.

1 *Ecquid vasallus rem feudalem alteri in emphyteusin concedere nequeat.*
2 *Concessio in emphyteusin est alienatio.*
3 *Omnis feudi alienatio prohibita.*
4 *Feudum improprium in quibus naturam feudi proprij sequatur.*
5 *Cur subinfeudatio sine consensu domini sit licita: non vero datio in emphyteusin.*
6 *Quid obtineat de consuetudine.*
7 *Cui vasallus res feudales in emphyteusin tradere queat.*
8 *An concessio emphyteutica teneat, si vasallus rem feudalem ea lege in emphyteusin concedat, vt dominium vtile in recipientem non transeat.*
9 *Venditio, qua agitur, ne dominium rei ad emptorem transeat, non subsistit.*
10 *Commoditas fructuum, quæ ad longũ tẽpus transfertur, pro vera alienatione in materia prohibitiua habetur.*
11 *Vtrum bona maioratus in emphyteusin recte concedãtur.*
12 *Resoluto iure datoris, resoluitur ius accepturis.*
13 *Bonorum maioratus in perpetuum emphyteusin facta concessio, an & quatenus valeat.*
14 *Vtile non vitiatur per inutile in separabilibus.*

QVæro, nunquid a vasallus possit rem feudalem 1
concedere alteri in emphyteusin? dixi infra *hoc* 4
eo.lib.§.Feudum q 33 *versic. Idem etiam.*

ADDITIONES.

NVnquid vasallus possit rem feudalem concedere alteri in a
emphyteusin.] Feudi † in emphyteusin concessionem es- 1
se inutilem, nisi dominus consentiat, vltra Clarum nostrum infra *in §. feudum. q.*33. *nu.*3. Doctores communiter statuunt, Gloss. Iacob. de Beluis. Bal. Aluarot. Io. Raynald. & alij *in c. imperialem, in pr. de prohib. feudi alienat. per Frider. tit.*55. *lib.*2. *feud.* hosque referens Curt. Iun. *in tract. feud. part.*4.*n.*91. item Fridericus Schneck *in §. rursus n.*3.*quib.mod.feud.amitt.tit.*5. *lib.*1.*feud.* Mynsing. *cent.*6 *obser.*30.*n.*1. Gothofred. Anton. *disp.*
feud 9.*th* 4 *lit.E.* Eiusque ratio in promptu est: quia † conces- 2
sio in emphyteusin est alienatio. Nouell. 7. *cap.*1 §. *alienationis*
autem, & *c.l fin.C.de reb.alienis non alienand.* Sed omnis † alie- 3
natio feudi prohibita est, *titul* 52. *in princ. vers hortatum itaque*, & *consil.* & *d.tit.*55.*in pr.vers.habito ergo cons lib* 2 *feud.* Idque non tantum in proprio feudo, sed & improprio procede-
re verisimile est: propterea quod † feudum improprium in 4
omnibus, & per omnia sequitur naturam feudi proprii, præterquam in iis, in quibus feudi proprij naturæ, vel regulis per inuestituram expressim est derogatum, *cap.*1 *de feudo non habente propr feud.natur.tit.*48.*lib.*2.*feud.* D. Bocerus *class* 2 *disp.* 14 *th.*14.*edit.*2.

Nec refragatur, quod † sicut subinfeudatio sine consensu 5
domini licita est; ita & permissa sit datio in emphyteusin *c. vnic.§.si vero.* Qualiter olim poterat feudum alienari *tit.*9.*lib.* 2. & *c.*1.§ *similiter* 2.*de lege Corradi, tit.*34.*lib.*2 *feud.* Nam magna subest diuersitatis ratio. Siquidem vasallus non potest, nisi æquali, & bona fide, atque eodem plane modo, quo ipse feudum possidet, subinfeudationem facere, *d.c.*1.§. *similiter, de lege Corradi*, & notat, post alios, Clarus noster infra *in d.§ feudum, q.*32.*n.*4.& nouissime H. *in tract feudali, c.*9.*circa fin.* Atqui feudum tali modo in emphyteusin dari nequit. Alias enim non emphyteusis, sed feudum concessum putaretur S. *in Comment.ad vsus feud part.*12 *n.*94.& Curt. Iun. *d.part.*4.*n.*91.*in fine. vbi ex traditione Fabri in §. Adeo Inst. de locat.* & *conduct.* &
Cainaldi *in d.c.Imperialem, de prohibit.feud.alienat.per Frider.*
subdit: quicquid † sit de iure stricto; de generali tamen con- 6
suetudine vasallum res feudales incultas sine licentia domini in emphyteusin tradere non prohiberi. Idem asserit Clarus
noster *d.§.feudum, q.*33.*n* 3. Quinimo vasallus etiam res cultas 7
feudales proximo agnato, qui alioqui successurus esset, in emphyteusin dare absq; consensu domini potest §. *si vero de alien. feudi. tit.*13. *lib.*1. F. Frideric. Schenck *in d.§.rursus nu.*5. *quib. mod.feud.amitt.tit.*5.*lib.*1. Fit etenim eo casu magis refutatio, quam alienatio, *c.*1. *post pr ibi, non est libellus, sed quasi refutatio. de alien paterni feud tit.*39.*lib* 2. F. Atque hoc in feudo antiquo locum habet, non in nouo: quia agnati, & collaterales in nouo non succedunt, *c.*1. *de success fratrum, tit.*11. & *c.*1. *de fratrib. de nouo benef. inuestitis, tit.*12.*lib.*2. F. Descendentibus vero feudum indistincte, siue nouum, siue antiquum fuerit (quia vtrobique succedunt) in emphyteusin dari poterit *d.ca.*1. *de alienat.paterni feud.* Sonsbeck *d part.*12.*n.*94.

At quid dicendum, si † vasallus rem feudalem in emphy- 8
teusin ea lege concedat, vt dominiũ vtile in recipientem non transeat: num hoc casu concessio emphyteutica valebit? Et verius videtur, ne isto quidem modo feudum in emphyteusin dari posse: quandoquidem emphyteusis ex venditionis natura id habet, & in eo prorsus similis est venditioni, quod per eam dominium vtile transferatur in accipientem: sicuti in venditione fieri solet dominij translatio, arg. *dict.§.adeo.Instit.de locat.*
& *conduct.* Venditio † autem, qua diserte id agitur, ne domi- 9
nium rei ad emptorem transeat, non subsistit, *l.cum manu* 8.§. *vlt. ff. de contrah. emp.* Ergo, & contractus emphyteuticus, cui addita est pactio de vtili dominio non transferendo, nullius
momenti erit. Quid? † quod commoditas fructuum, quæ ad 10
longum tempus transfertur, pro vera alienatione in materia prohibitiua ad euitandam fraudem habetur, per notata Baldi *in auth.hoc ius porrectum col.*1.*vers.*6.*C. de SS. Eccl.* Fabiani de mõte sancti Sauini *in tract.de empt.* & *vend.in* 4.*q principali q. vlt.vers.circa* 3. & Didaci Couarr. *lib.*2.*variar.resolut.c.*16.*n.*1.

Addi hoc loco poterit quæstio † de bonis maioratus, id est, 11
perpetuo ad familiam pertinentibus an in emphyteusin à possessore concedi possint? Et verior est sententia existimantium, eum, qui eiusmodi bona maioratus possidet, non nisi quoad vixerit, illa in emphyteusin extraneo dare posse Cum enim ius in illis bonis, morte possessoris dantis tollatur: merito quoque accipientis ius simul extinguitur, per vulgatam re-
gulam, qua traditur: quod † resoluto iure datoris, resoluatur 12

etiam ius acceptoris, *l. lex vectigali* 31. vbi gl. *in verb. euanuisse, ff. de pignorib. & hypoth. & l. si quis domum*, 9. §. 1. *ff. locati*, vbi Paul. Castren. *n. 3. cum simili b.* Nec etenim is, qui possidet bona maioratus, contra præceptum, ac voluntatem primi disponentis, aliis de familia successoribus præiudicare potest, arg. *l. eum qui* 3. vbi Bart. *ff. de interdict. & relegat. l. vnum ex familia* 67. §. 1. *ff. de legat.* 2. Decius *cons.* 445. *n.* 23. Gozadin. *cons.* 75. Pinel. *in l.* 1. *part.* 3. *n.* 65. *C. de bon. matern. pag.* 356. aliique ab eo relati. Quibus accedit Ludouicus de Molina *lib.* 1. *de Hispanor. primogeniis, c.* 21. vbi hanc quæstionem plenius examinat.

13 Ecquid † autem eiusce modi bonorum in perpetuam emphyteusin facta concessio pro eo saltem tempore valeat, in quod fieri poterat; an vero in totum sit inutilis, sententiis variatur. Probabilius ego putauerim, & concessionem istam valere, quoad concedens vixerit: ne † vtile per inutile in separa-
14 bilibus, vel diuiduis vitietur, *l.* 1. §. *sed si mihi* 5. *ff. de verb. obligat. l. sancimus* 34. *circa princip. & l. seq.* §. *fin autem, C. de donationibus. c. vtile* 37 *de reg. iur. in* 6. Bald. *in auth. si quas ruinas, C. de sacrosanct. Eccles.* & Couarr. *d. lib.* 2. *var. resol. c.* 16. *n.* 5. Harpr.

QVÆSTIO VI.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Prælatus potest concedere in emphyteusin bona Ecclesiæ, quæ solita sunt in emphyteusin concedi.*

2 *Et an si concedantur alio modo, quam solita sint concedi, vitietur in totum concessio: an autem quatenus excessa est forma solita.*

3 *Et vsque ad quam generationem possit res Ecclesiæ in emphyteusin concedi.*

4 *Et an possint concedi etiam pro heredibus extraneis.*

Ex Additionibus.

1 *Res Ecclesiæ sine legitimis solemnitatibus, in perpetuam emphyteusin, etiam bene de Ecclesia merito, concedi nequeunt.*

2 *Idque procedit, etiamsi fundus sterilis, secus, si exiguus, vel vltra hominum memoriam incultus fuerit.*

3 *An res Ecclesiasticæ in emphyteusin datio, sine debitis solemnitatibus facta, iure subsistat, si ea cum Ecclesiæ vtilitate sit coniuncta.*

4 *Pupillus sine tutoris auctoritate hereditatem quantumuis lucrosam adire nequit.*

5 *Sensus & explicatio* l. non eo minus. 14. C. de procuratoribus.

6 *Acceptilatio cum pupillo sine auctoritate tutoris facta valet.*

7 *Mens, & consideratio* l. cum hi, quibus 8 §. eam transactionem 6. ff de transactionib.

8 *Si constitutio emphyteuseos ob defectum consensus capituli, siue Papæ irrita dicatur, ratihabitione ipsius valida efficitur.*

9 *Num Pontifex sua ratificatione emphyteuticam concessionem adeo roborare queat, vt emphyteuta inuitus emphyteusin habere cogatur.*

10 *Vsufructuarius, inuito domino, vsumfructum relinquere potest.*

11 *Vasallus sine domini voluntate recte feudum refutat.*

12 *Fauori suo renunciare cuilibet permittitur.*

13 *An, & quatenus prælatus rem Ecclesiasticam, in emphyteusin dari solitam, ad Ecclesiam reuersam, sine legitimis solemnitatibus alicui in emphyteusin dare possit.*

14 *Emphyteusis prius singulari personæ data, postea ciuitati, vel potentiori dari nequit.*

15 *Ciuitas, aut Collegium nunquam mori intelligitur.*

16 *Difficilius lis potentiori quam homini plebeio intenditur.*

17 *Si emphyteusis solita sit dari vsque ad certam generationem, illam in perpetuum alicui prælatus concedere non poterit.*

18 *Vtrum prælatus rem emphyteuticam, ad Ecclesiam reuersam, etiam consanguineis suis denuo in emphyteusin dare queat.*

19 *Redarguitur, & refutatur Panormitanus.*

20 *Sententia & intellectus* c. relatum, 12. §. licet. extr. de testam.

21 *Prælatus rerum Ecclesiasticarum vsufructuarius censetur.*

22 *Consuetudo stricti iuris est: nec de casu ad casum extenditur.*

23 *Nunquid rei ecclesiasticæ, in emphyteusin concedi solitæ, concessio non plane consueto modo interposita, omnimodo censeatur inutilis, an vero valeat, quatenus fieri potuit.*

24 *Quatenus vtile per inutile non vitietur.*

25 *Tot putantur esse concessiones, quot sunt generationes.*

26 *An vasallus, si feudum, quod possidet, alia lege, quam ipse habet, alij concesserit, illud amittat.*

27 *Opinio, vltimo loco relata, approbata intelligitur.*

28 *Enodatio Nouell.* 7. c. 3. in fine princ. & c. 7.

29 *Limitatio præcedentis decisionis.*

30 *Emphyteusis ecclesiastica in infinitum concedi potest pro omnibus descendentibus.*

31 *Legitimis solemnitatibus adhibitis, res Ecclesiæ in emphyteusin ita dari possunt, vt etiam ad extraneos ipsius emphyteutæ heredes emphyteusis illa transeat.*

32 *Consideratio, & intellectus Nouell.* 7. c. 3. in princ.

QVæro nunquid Prælatus possit concedere bona 1
Ecclesiæ in emphyteusin? Resp. siquidem bona ipsa sunt ipsius Ecclesiæ pleno iure, non potest Prælatus ea in emphyt. concedere, nisi subsistente *a* legitima *a*
causa, & debitis solemnitatibus interuenientibus. Et de hoc non est dubitandum, quia concessio in emphyteusin est species alienationis. Et si Prælatus à iure prohibetur locare res Ecclesiæ ad longum tempus, vt dixi inf. *hoc eo. lib.* §. *locatio.* multo minus dicendum est ei concedi, vt possit eas dare in emphyteusin, quæ plus est, quam locatio. Si vero res *b* Ecclesiæ solitæ essent in *b*
emphyteusin concedi, bene posset Prælatus, si ad Ecclesiam aliquo casu reuerterentur, illas concedere in *c* *c*
emphyteusin, absque solemnitatibus in rei Ecclesiæ alienatione requisitis. Ita colligitur ex text. *in c.* 2. *de feud.* quem ita communiter Doct. interpretantur, vt ait Didac. *lib.* 2. *resolut. c.* 15. *n.* 4. & hæc est communis conclusio, vt dicit Socin. *cons.* 169. *nu.* 9. *lib.* 2. quod est duplicatum *in cons.* 120. *lib.* 4. & in hoc proposito videnda sunt ea, quæ dixi *in d.* §. *feudum, q.* 13.

Scias tamen, quod debet huiusmodi concessio in 2
emphyteusin fieri *d* eo modo, quo solita est, alias non *d*
valet: & quidem quantum ad id, in quo excessa est forma solita, nullus est, qui dubitet, quin concessio ipsa corruat. Punctus est, an vitietur in totum, an autem sustineatur, quatenus facta est intra solitam formam? Aliqui enim dixerunt, quod non *e* vitiatur in totum, *e*
sed sustinetur, quatenus est solita concedi; & fuit opin. Bald. *in Auth. si quas ruinas. n.* 2. *C. de sacrosf. Eccles.* vbi vult, quod si res Ecclesiæ est solita concedi in emphyteusin vsque ad tertiam generationem, & concedatur in quartam, concessio sustineatur vsque ad tertiam tantum, & in reliquo vitietur. Et hanc opinionem dicit esse communem Ias. *in Auth. qui rem. n.* 21. *C. de sacrosf. Eccles.* Dec. *in Auth. qui rem. nu.* 22. quem refert Tiraq. *de retractu conuentionali in fin. operis, n.* 144. Claud. *in l.* 1. §. *sed si mihi, n.* 3. *ff. de verb. oblig.* Curt. iun. *de feud. in* 1. *parte* 2. *principalis in* 6. *quæst.* Alciat. *in d.* §. *sed mihi. n.* 20. Et dicit Didac. *lib.* 2. *resolut. c.* 6. *n.* 5. quod hæc sententia est frequentiori calculo recepta. Contrariam vero sententiam, scilicet, quod imo vitietur in totum, videtur tenuisse Bart. *in d. Auth qui rem. num.* 7. & reperio, quod Alexan. *cons.* 143. *nu.* 3. *lib.* 7. dicit, quod hæc est magis communis conclusio, saltem quando est vnica concessio, quod esset magnum verbum, si esset verum.

Ego

Ego tamen credo proculdubio contrariam opinionem
esse veriorem, & magis communem, etiam in casu,
quo vnica tantum concessio facta esset Non enim debet
vtile per inutile vitiari, quando recipit commodam
diuisionem. Sed si esset dare casum, in quo vtile
ab inutile non posset commode diuidi, bene crederem,
quod tota concessio vitiaretur. Vide, quæ dixi *in d. §.
feudum, quæst. 3. in fin.*

f Quæro, vsque ad quam f generationem possint res
3 Ecclesiæ in emphyteusin concedi? Respond. *text. in §.
emphyteusin, in Authent. de non alien.* videtur innuere,
quod non possint concedi, nisi in accipientis persona,
& in duobus eiusdem personæ hæredibus, & sic nisi
vsque in tertiam generationem. Nihilominus tenenda
est contraria opinio. quod scilicet possint concedi vltra
filios & nepotes; & videtur text. *in § licentiam, in
Auth. de alien. & emphyt.* & hanc opin. dicit esse communem
Alexand. *consf. 110. num. 19. lib. 3.* & quod possit
concedi pro omnibus descendentibus vsque in infinitum,
dicit esse communem Ziliolus de Canitellis inter
consilia Anch. *consf. n. 8.* Gozad *consf. 52. post nu. 40. vers.
Ad decimum.* & in hoc non est dubitandum.

4 Sed nunquid poterunt etiam concedi in emphyteu-
g sin pro g hæredibus extraneis? Respond. in hoc articulo
Doct. varie loquuntur. Aliqui enim tenuerunt,
quod possit concedi etiam pro hæredibus extraneis; &
hanc opinionem dicit esse magis communem, maxime
modernorum, Soc. *consf. 216. n. 33. libr. 2.* Alij vero
multi tenuerunt contrarium, s. quod imò non potest
etiam expresse concedi, ita vt transeat ad extraneos
hæredes: & hanc opin. dicit esse communem Imol.
in l. ex facto, la grande, num. 14. in fin. ff. de hered. institut.
prout illum refert Alexand. *in l. etiam, post num. 3. ff. sol.
matr.* licet reuera Imola ibi loquatur solummodo,
quando emphyteusis est simpliciter concessa, vt retuli
infr. *q. 18. vers. Tertius est.* Idem dicit Rubr. *in l. Gal. §.
quidam recte, n. 197. & n. 203.* Sed aduerte, ne æquinoces.
Aliud enim est quærere, an res Ecclesiæ possint
concedi in emphyteusin, hoc expresse acto, quod
transeat etiam ad extraneos hæredes, & non est iudicio
meo dubitandum, quin possit, modo subsit legitima
causa, & debitæ solemnitates interuenerint. Et ita
hanc esse communem opin. attestatur Gratus *consil.
128. num. 6. lib. 2.* Si enim (vt superius dixi) his duobus
concurrentibus possunt res Ecclesiæ alienari pleno
iure; multo magis debent posse alienari solummodo
respectu vtilis dominij. Et in istis terminis procedat
consilium Soc superius allegatum. Aliud vero est
quærere, an emphyteusis Ecclesiastica simpliciter concessa
alicui pro se, & hæredibus, transeat etiam ad hæredes
extraneos? & isti sunt alij termini, de quibus latius
dictum est suo loco, infra *q. 28. in d. vers. Tertius
est casus, cum seq.*

ADDITIONES.

a N*isi subsistente legitima causa, & debitis solemnitatibus
1 interuenientibus.*] Res † Ecclesiæ, non interueniente iusta
causa, itemque scriptura, & totius Cleri, siue Capituli tractatu,
ac consensu; alijsque legitimis solemnitatibus (quas,
post alios, recenset Couarruuias *lib. 2. variar. resol. c* 17. D. Bocer.
class. 2. disp. 14. th. 21.) non adhibitis, in emphyteusin, etiam
bene de Ecclesia merito, in perpetuum tradi nequeunt. Nouell. 7.
*in princ. § 1. vers. vltim. & c 3. §. scire autem, vers. non
enim in illis, &c.* Nouel. 120. *c. 5. & 6. §. licentiam igitur. & §. in
venerabilibus vero, &c. c. 1. vers. quia etiam tractatus solemnis
& c. 2. de rebus Eccles. non alienand. in 6. cap. sine exceptione 51.
cau∫. 11. q. 2. cap. 1. c. tua nuper 8 de his, quæ fiunt à prælatis, &c.*
Panormitan. *in c. 2. nu. 5. de donat.* Ludulph. Schrader. *in tract.
2 feud. part. 4. c. 2. nu. 13.* Atque † istæ solemnitates requiruntur,
etiamsi fundus sterilis, vel saxosus, vel pestilens in emphyteusin
concedatur, *l. si fundus, 13. in princ. ff. de reb. eor. qui sub tutela,
&c. c. vt super 8. §. vlt. de reb. Eccles. alienand. vel non*, nisi
exiguus, & angustus sit locus. Can *terrulas, 52. caus. 12. q. 2.* arg.
*l. scio 4. ff. de in integr. restitut. l. 1. §. proinde 8. ff. de ædilit. edict. &
l. 1. §. fin. ff de ventre inspic.* Alber Brun *in tract. statut. art. 9. nu.
96. cum seq.* hunceque referens Gail. *lib. 1. obser. 155. n. 13.* vel vltra
hominum memoriam incultus fuerit; arg. *c. ad aures, 7.* vbi
Panormitan. & cæteri Canonistæ, *de rebus Eccles. alienand. vel
non, cap. 2. ibi conditionem Ecclesiæ meliorare potest, facere vero
deteriorem non debet, de donationib.* Matth. de Afflict. *ad tit. 1. in
princ. n. 42 lib. 1.* Feud. Schrad. *d. part. 4. c. 2. n. 15. ad finem.*

Quæri hic non inconuenienter potest: an † rei ecclesiasti-
cæ in emphyteusin concessio, sine debitis solemnitatibus fa- 3
cta, iure subsistat, si ea cum Ecclesiæ vtilitate coniuncta sit?
Et nec tum eam iure subsistere, verius puto, *l. obligari 9. §. hæreditatem
adire 3. ff. de auctorit. & consens. tutor. & curat. § neque
tamen 1. Institut. de auctorit. tutor.* Quibus in locis dicitur, pupillum
† sine tutoris auctoritate hæreditatem adire non posse: 4
quamuis lucrosa sit, nec vllum habeat damnum Huc quoque
facit *d. can sine exceptione, 61. caus. 12. q. 2. & d. c. tua nuper
8. de his, quæ fiunt à prælatis, & cap. 1. titul. 4. de reb. Eccles. non
alienand. in Clem. cum similib.* in quibus præter vtilitatem Ecclesiæ,
legitima solemnitas in alienatione rei ecclesiasticæ
aperte exigitur.

Huic † decisioni non obstat *l. non eo minus 14. C. de procura-
toribus.* vbi sententia pro minore lata valet, tametsi absque curatore 5
iudicium agitatum fuerit. Nam quando quæritur:
verum actus ab Ecclesia, vel minore sine solemnitatibus vtiliter
gestus valeat, nec ne: diligenter inquirendum, & dispiciendum
est, nam actus, siue contractus iste sit talis, ex quo Ecclesia,
vel minor non obligetur, sed alium sibi obliget: velut si
stipuletur, aliquid sibi dari, vel donari. Huiusmodi sine contractus
à minore, Ecclesiave, solemnitatibus legitimis neglectis,
celebratus sustinetur: si modo minori, aut Ecclesiæ vtilis
existat. Nec enim hoc casu aliqua specialis solemnitas introducta
reperitur, *per princ. tit. Institut. de auctorit. tutor. § pupillus
9. Insti. de inutilib stipulat. l. contra iuris, 28. ff. de pact. l. obligari,
9 ff. de auctorit tutor. &c.* ex quibus liquet, quod pupillus
alium sine tutoris auctoritate sibi obligare possit. Et de hac
specie accipiendus est textus *in d. l. non eo minus 14. C. de procuratorib.*
vbi sententia pro minore, non legitime defenso,
ideo subsistit: quod per eam non minor alij, sed alius minori
obligatur. Qua ratione † acceptilatio quoque, cum pupillo
absque tutoris auctoritate facta, valet: quod pupillus faciens, 6
sibi acceptum fieri, non obligatur, sed obligatione eximitur;
adeoque eius conditio melior redditur, *l. 2.* ibique Gothofr. *ff.
de acceptilat.*

Similiter † non obstat *l. cum hi, quibus 8. § eam transactio-
nem, 6. ff. de transactionib.* vbi actus sine solemnitate est vali- 7
dus; si expediat ei, cuius gratia solemnitas ista introducta
est. Nam & ibi nihil agebatur, quo alimentarius obligaretur:
sed ipse alium meliore modo, quam ex legato obligatus esset,
sibi obligauit. Nec mouet, quod cum in casu *dicti §* eam transactionem:
alimentarius transigendo à lite discesserit: videatur
quoque ex ipsius parte aliquid remissum esse. Hæc si quidem
à lite discessio in nihilo obligat alimentarium: quippe
cum ea sit necessaria potius, quam voluntaria. Fit enim eam
ob causam: quod hæres, à quo relicta fuerant alimenta, non
solum id ipsum, ad quod tenebatur, sed plures etiam (vt ex
textu apparet) alimentario præstet, eaque præstatione sese ab
obligatione liberet, *l. si reus paratus 73. de procuratorib. l. si debitori
21. ff. de iudic. l. vlt. §. vlt. de reb credit. si cert petit.*

Porro † si constitutio emphyteuseos ob defectum consen-
sus Capituli, aut Papæ, siue sedis Apostolicæ (cuius licentiam 8
in alienatione rei ecclesiasticæ etiam desiderari patescit ex *d.
c. 2. in prin. de reb. Eccles. non alienan. in 6.*) irrita dicatur: ratihabitione
Pontificis, vel Capituli valida efficitur, *cap. cum nos
3. de iis, quæ fiunt à Prælatis &c. c. cura pastoralis, 11. de iure patronatus.*
Ecquid † vero Pontifex, vel Capitulum sua ratificatio-
ne emphyteuticam concessionem in tantum roborare queat, 9
vt emphyteuta nolens volens habere emphyteusin cogatur,
quæri solet? Et emphyteutam non esse cogendum, vt inuitus
emphyteusin possideat, probabilius refertur, arg. *l. si absente 48.
& l. cum fructuarius, 64. ff. de vsufruct.* vbi respondetur, quod †
vsufructuarius inuito domino vsumfructum derelinquere 10
possit. Quo † confert, quod vasallus etiam sine domini volun-
tate recte feudum refutare potest, per text. *in c. 1. de vasallo, qui 11
contra constitutionem Lotharij, &c. tit. 38 lib. 2. F.* Quia † fautori,
& lucris suis renunciare cuilibet permittitur, *vulgata l. si quis 12
in conscribendo 29. C. de pact.* Cuiac. *ad tit. 14. lib. 2. Feudor* Duarenus
de feud. c. 12. nu. 18. quos refert, & sequitur Dn. Collega
Bocerus *class. 2. disput. 14. thes. 24. edit. 2.* Harp.

b *Si vero res Ecclesiæ solita essent in emphyteusin concedi.*] Si
† res ecclesiastica, in emphyteusin dari solita, ad Ecclesiam
fuerit reuersa, quin prælatus absque legitimis solemnitatibus 13
eam alicui in emphyteusin concedere possit, si eius conditione
non reddat deteriorem, non valde ambigitur, *cap. 2. extr. de
feud. in fine principij, & tit. 26. §. in clericorum li. 1 F & tit. 35. in
fin lib. 2. F. c. 2. ibi, conditionem Ecclesiæ meliorare potest, extr. de*

donat.& tit.91.de inuest.veter.& nou.benef §.à Prælatis,ibi,dum
tamen dissipator videri non possit, in extraordinar. capp lib.3.F.
Sehrader.*in tract.de feud.par.4.c.2.n.*10.Gail.*lib.2.obser.*161.*n.*
3.Et hanc esse communē conclusionem, post alias, Clarus hoc
14 loco testatur. Huicque consequens est,quod † si emphyteusis
prius data sit singulari personæ,ciuitati aut collegio,vel potē-
tiori postea dari nequeat,per *tit.34. de lege Corradi,§ similiter*
15 *2.ibi si secunda persona sit talis,&c.lib.*2.F.Cum † enim ciuitas
aut collegium nunquam mori intelligatur,spes nulla est fore,
vt emphyteusis aliquando ad Ecclesiam redeat, *l. an vsusfru-*
ctus,65.ff.de vsufruct.l si vsusfructus,8.ff. de vsu & vsufruct. le-
16 *gat.*& difficilius est,litem † intendere potentiori,quā inferio-
ris sortis homini plebeio,*l.1.in fin.cum l seq ff.de alienat.iudic.*
mut.caus.fact.& tot.titul.C.ne liceat potentioribus patrocin.liti-
17 *gantib.præstare,&c.*Præterea † si emphyteusis solita sit dari vs-
que ad certam generationem, nō poterit Prælatus hanc con-
cessionis formā immutando,illam emphyteusin in perpetuum
cōcedere,*d.tit.45.de lege Corradi,§.similiter,in princip vers pro-*
*fecto ille.ibi nō debet alia lege dari,&c.lib.*2.F.Curt iun.*in tract.*
*de feud.part.2.q.*6.D.Boecr.*d.class 2.disp.14.th.25.litt.D.e dit.*
18 Illa hic addenda quæstio est: num † prælatus rem emphy-
teuticam, ad Ecclesiam reuersam,etiā consanguineis suis de-
nuo in emphyteusin tradere valeat? Et quicquid dicant alij,
quos refert,& probat Nicol.Eberhardus *in Topic.legalib.in lo-*
*co,à feudo ad emphyt.n.*20 negantem ego sententiam veriorem
esse iudico,motus expresso textu in Nouell.120. *cap.5. § œco-*
nomis,& hinc sumpta Auth.quibuscunq; C.de SS. Eccles. ex cu-
ius Nouellæ verbis liquido constat, non tantum œconomos,
sed & reliquos venerabilium domorum ordinatores, hoc est,
administratores, eorumque cognatos, aut affines, in emphy-
teusin capere non posse res ecclesiasticas. Vnde † errare vide-
19 tur Abbas Panormitanus,*cons.41.n.3.lib.*1.qui hanc Iustiniani
sanctionem de œconomis solummodo, qui non habent ita
pingue ius,sicut prælati,exaudiendam opinatur,negans,Præ-
latos (quos tamen non dubium est ordinatores seu admini-
stratores Ecclesiarum esse, de quibus constitutio diserte lo-
quitur) sub eadem constitutione comprehendi. Huic enim
Abbatis interpretationi tam verba,quam mens relatæ consti-
tutionis repugnant.Eadem siquidem est ratio in Prælato,quæ
est in œconomo: quod videlicet alienatio & ab œconomo, &
à prælato in fauorem consanguineorum interposita, ad frau-
dandam Ecclesiam facta præsumatur, *can. decenter.6. distinct.*
89.Bar.Bal.& Alb.de Rosat. *in d. auth. quibuscunque. C. de SS.*
*Eccles.*Alcia *in tract. de præsump.reg.1.præsumpt.*29.& Menoch.
de præsumpt.lib.3.præsum.54.n.4.& aliquot seqq.
20 Huic sententiæ † non resistit *c.relatum est auribus,*12. *§. li-*
cet autem,extr.de test. vbi quæ clericus,siue prælatus relinquere
valet extraneis,etiam consanguineis suis concedere nō prohi-
betur.Nam agitur eo in loco de bonis mobilibus,iure dominij
ad prelatum,vel clericū spectantibus,quamuis per Ecclesiam,
siue intuitu Ecclesiæ acquisitis. per text. *ibi,mobilia per Eccle-*
siā acquisita,&c. De his sane Prælato,vt cuiuis clerico,per vl-
timā voluntatem tam in sanguine iunctos,quā extraneos,be-
ne de se merito,liberalitatē suam exercere permittitur. Ast in
21 proposita quæstione Prælatus † non sua,sed Ecclesiæ bona,ali-
cui ex cognatis suis in emphyteusin concedendo,alienat:cum
is rerum ecclesiasticarū non dominus,sed duntaxat vsurarius,
siue vsufructuarius esse censeatur: vt, post alios, respondetur
Socin.Senior *cons.12.col.2.lib.*1.& Bellones *cons.*3. hosq; citans
Menoc.*d.lib.3.præsumpt.54.n.9* Quin & illud probabiliter dici
poterit:facultatem disponendi de bonis mobilibus,clerico per
Ecclesiā acquisitis,non ex iure communi.sed ex consuetudine
quadā speciali descendere:ad quam consuetudinem respexis-
se Pontificem,relucet ex ipsius verbis *d.c relatum,*12. *ibi, con-*
*suetudinis tamen non est improbanda, de testament.*Consuetudi-
22 nē † autem stricti iuris,nec de casu ad casum extendendam es-
se,notum est,*c.1.de feudi cognit.§ strenuus,ibi,qui consuetudine*
feudi non sit comprehensus,tit.1 lib.2 feudor. Cætera, quæ hanc
sententiam nostram euertere videntur, abunde diluimus *in §.*
adeo autem,3.Institu.de locat.& conduct.n.185.& seqq. Harp.

c *Illas concedere in emphyteusin.*] Adde,quod tunc agnati ad-
mittuntur,communem vide per Benint.*in decis.*19.Ita & com-
munem vide *in collect.mea commun.opin. in verb. Ecclesia,nu.*1.
*& etiam in verb.dominus,n.*12. Et in emphyteusi Ecclesiastica,
quis præferendus,vide per Rim.iun.*in cons.*82.Giach.

d *Et modo,quo solita est.*] His scias,quod inuestitura facta ex
vna causa non sustinetur ex alia,vide per Ruin. *in consil.*48. *&*
in cons 168. Giach.

e *Quod non vitiatur in totum,sed sustinetur quatenus est soli-*
23 *ta concedi.*] Quod † emphyteusis à Prælato ad legitimam,soli-
tamque metam cōcessa,ob largiorem hanc concessionem non
omnino corruat;sed potius,quatenus facta est intra solitā for-
mam,subsistat,præter Clarum hic nostrum,& præter eum re-
latos,tenent Andr.Gail *lib.2.obser.4 n.*14 D.Bocer.*dict.class.2.*
*disp.14.c.*28.& alij ab his memorati.Hæcque assertio probatur
24 ex regula illa generali à Claro nostro hic allata: quod † in
omnibus dispositionibus vtile non vitiatur per inutile, quo-
ties aliqua separationis,vel diuisionis ratio iniri potest, *c.vti-*
le 38.ibi gloss.*de regu. iur. in 6. l.1. §.sed si mihi, 5. ff. de verbor.*
oblig l sed etsi,11.de constit.pecun.l.pecunia,9.l. placuit, 19. ff. de
vsur.l.sancimus,34 in princip & l seq.§ sin autem C. de donatio-
nibus, & similibus. Eadem sententia luculentius confirmatur
ex Nouell.7.*c.*3. §.3. ex quo apparet,si res Ecclesiæ, quæ vltra
secundam generationem concedi non potest, ad tertiam, vel
vlteriorem data sit,concessionem valere vsque ad generatio-
nem secundam,tanquam solitam, sicque iure factam. Tot † 25
enim censentur esse concessiones, quot sunt generationes: vt
sic vna non vitietur per aliam. Sed & huic conclusioni admi-
niculatur *tit 32.de lege Corradi,§.similiter,secund. versic. profe-*
*cto,lib.*2.F.vbi dicitur:si † vasallus feudum,quod possidet, alia
lege, quam ipse habet, alij concesserit; puta, si pro masculis
tantum concessum,ipse pro masculis,& fœminis dederit:qui-
busdam placuisse,eum admittere beneficium:alios vero dixis-
se,id tunc domino aperiri,cum masculi defecerint.
Et † horum opinio, ceu vltimo loco relata approbata esse 26
intelligitur,per notata gloss.*in l.qui filium,74.in fin.super verb.*
*& alia ff.ad SC.Trebellian.*Constat ergo,infeudationem istam
non penitus esse inutilem, sed eo valere modo, quo potest.
Quare & emphyteusis à Prælato vltra legitimam metam con-
cessa non vitiabitur tota: sed intra terminos consuetos, iure-
que permissos, consistet.
Neque † aduersatur huic sententiæ *Nouell.7.c.3.in fine prin-* 27
cipij,ibi,neque quod fit,habere aliquod penitus robur sinimus,&c.
*& c.7.*vbi statuitur, contra legis obseruationem accipientem
emphyteusin,statim cadere ab emphyteusi; adeoque etiam ab
eo iure,quod licite ei concedi potuit. Respondetur enim: ista
dict.c.3. verba non referri ad totam concessionem, sed solum-
modo ad excessum insolitum, ac prohibitum: vt eius hic sit
sensus:rem Ecclesiæ non posse dari in emphyteusin, nisi vsque
ad metam ibi taxatam, & quod aliter fit, id est, vltra metam
taxatam, id nihil penitus habere roboris: sed propterea non
tolli,quo minus id,quod intra metam licitam contractum est,
vires habeat, cum illud non aliter sit factum. Eadem quoque
ratione verba *in d. c.7.* non eum recipiunt intellectum,quem
Didac.Couar.*lib.2.var.resol.c.16.n.5.vers.tandem vt libere,&c.*
contrariam Bartoli opinionem probans, tradit. Manifestum
namq; est,in eo textu hoc dici, contrahentes cadere ab eo cō-
tractu,qui nullus sit.Ait enim. Si vero & perpetuam quispiam
emphyteusin accipere præsumpserit,quod non licet:etiam sic
cadat ab emphyteusi. Annon ex his verbis clare patescit, di-
ctionem cadat etiam referri ad emphyteusin plane illicitam?
Et ideo corruere Didaci Couarr. argumentationem non du-
bium est.Quin & hoc dici poterit?Imp.Iustinianum istis ver-
bis (aut temporalem quidem,non tamen secundum huius no-
stræ legis obseruationem) loqui de obseruatione formæ, quæ
diuisionem non recipiat Plura huic verissimæ decisioni oppo-
ni solent,quæ sufficienter confutauimus *in d.§.adeo.3. Inst. de*
locat. & conduct. n.205.207. *& seq.* Enim vero † decisio ista li- 28
mitatur, & restringitur, vt locum non habeat, si probabiliter
appareat, concessionem aliter, quam facta sit, vnum aut alte-
rum contrahentium subsistere, siue valere voluisse: idque ex
causis,quarum illi mentionem faciunt. Tunc etenim separa-
tio vtilis ab inutili fieri non potest: sed perpetuo vtile per se
stare contrahentes noluisse verisimiliter constat, *l.Pedius,7.in*
fine,ff de receptis, qui arbitrium. &c. Harpr.

f *Vsq; ad quam generationem possint res Ecclesiæ in emphyteusin*
concedi.] Quod † emphyteusis Ecclesiastica in infinitum, & 29
perpetuo cōcedi possit pro omnibus omnino descendentibus,
præter Clarum hic nostrum, & ab eo citatos, concludit Alex.
Trentacinqu. *var. resol. lib.3. resol.3. de iure emphyt. numer.3.*
Harp.

g *Hæredibus extraneis.*] Emphyteusis Ecclesiæ de sui natu-
ra solummodo transit ad filios,& descendentes, & non ad ex-
traneos,vt attestatur Matt.de Affl.*dec.100.num.*1.nisi expresse
hoc dicatur.Sicut enim potest Ecclesia in casu à iure permisso
in totum alienare,& sic,quod transeat ad extraneos hæredes;
ita quoq; potest in emphyteusin concedere,vt transeat ad ex-
traneos hæredes,vt per Alex.*cons.9.vol.2.& cons* 189.*eod.vol.*Et
hanc dicit comm.opin.Potc.*Instit.de locat.§.adeo.* Gouean.

Nunquid poterunt etiam concedi in emphyteusin pro hæredibus
extraneis.] Quid † emphyteusis Ecclesiastica, solemnitate iu- 30
sta adhibita,contrahi possit,vt ad extraneos ipsius emphyteu-
tæ transeat hæredes, vera, & communis opinio est, teste hic
Claro nostro.Certi enim iuris est,res Ecclesiæ, obseruatis de-
bitis solemnitatibus,omnimodo alienari posse,*Clemens.1.& 2.*
de reb. Eccles. non alienand. Quidni igitur, & in emphyteusin
dari poterunt?argumento à maiori:cum rerum proprietas pe-
nes Ecclesiam maneat.Huicque sententiæ suffragatur non pa-
rum Nouell.120.*c.*6 §.1. vbi Iustinianus in hæc verba scripsit:
Licentiam igitur damus prædictis venerabilibus domibus
non solum ad tempus emphyteusin facere, immobilium re-
rum sibi competētium,sed & perpetuo hæc eis emphyteutico

iure

iure volentibus dari,&c.Cum ergo emphyteusis rerum ecclesiasticarum in perpetuum alicui tribui possit: consequens est, eam non tantum ad filios, nepotesque, sed & ad extraneos hæredes emphyteuticarij per conuentionem extendi posse. Eidem assertioni robur addit text. *in c. ad aures, 7. de reb. Eccles. alien. vel non.* vbi traditur, quod Ecclesia iure hæreditario fundos suos in emphyteusin concedere alicui valeat. Dicuntur autem hæreditario iure concedi, quæ ad quoscunque hæredes, sicque etiam extraneos, transmittuntur.

32 Nec † infringit hanc conclusionem *Nouell.7. c.3. in princ.* vbi Iustinianus diserte sanciuit,emphyteusin ecclesiasticam in accipientis persona,& in duobus eiusdem personæ hæredibus deinceps,filiis tantum solis masculis,aut fœminis,aut nepotibus vtriusque naturæ,permitti,adeoque ad extraneos hæredes non deferri.Nam aut id,quod *in d. Nouell.7.c.3.* dicitur,res Ecclesiarum in emphyteusin datas, ad filios,& nepotes, non etiam ad vlteriores descendentes,vel extraneos transire debere,correctum est per *d. Nouell.120.c.5.* §.1. vbi res Ecclesiæ in perpetuum dari in emphyteusin possunt:aut certe *d. Nouell.7. c.3.* eo de casu est accipienda, quando res Ecclesiæ dantur in emphyteusin, iuxta peculiarem consuetudinem absque canonica & debita solemnitate: quo casu non transit in hæredes extraneos, nec vltra tertiam generationem: quemadmodum sentire videtur Couar. *lib.2.var.resol.c.17.n.5.* allegans ad hoc glossam, Bart. & Alex. *in l etiam filios,18.ff soluto matr.* Ant.de Butr.Imol.Panorm.Fel.& Dec.*in c.præsentia, 8. de probationib.* & Ludou. Gozad. *cons.19.n.6.& 12.* Eandem quæstionem latissime explicat Alex.Trentacinq. *var.resol.lib.3.resol.3.de iur. emphyt. n.4.* Hatp.

QVÆSTIO VII.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Ius emphyteuticum quanto tempore præscribatur.*

Ex Additionibus.

1 *Præscriptione an,& quatenus emphyteusis acquiratur.*

2 *Vtrum emphyteuta, qui longissimo tempore pensionem non soluit,nec à domino interpellatus fuit ad soluendum liberationem à pensione soluenda omnimodo præscripsisse censeatur.*

3 *In annuis præscriptionibus tot sunt præscriptiones,quot anni.*

4 *Principali causa non subsistente,nec id, quod inde sequitur, locum habet.*

5 *Omnis actio 30. vel 40. annis tollitur.*

1 a QVæro,ex quanti temporis præstatione præscribatur a ius emphyteuticum? dixi infra *lib.7.§.præscriptio.*

ADDITIONES.

a Præscribatur.] Dic,quod præscribitur spatio 30.vel 40 annor.vt per Ias *in l.2.n.56.* Insurgit hic dubitatio pulcherrima,an emphyteuta Ecclesiæ patiatur præscriptionem,id est, an Ecclesia præscribat,& vel alij præscribant? Anch. *cons.vlt. col.fi.* dicit,quod non stante titulo,& possessione,quæ retinetur animo,lare per Ruin.*cons.193.n 23.* Quod præscriptio habeat locum contra Ecclesiam,etiam quo ad proprietatem, quando fuit interuersa possessio, nec consideratur, quod Ecclesia animo possessionem retineat: lare tenet Ruin. *in cons.156. vol.2.* Emphyteusis præscriptio an currat in præiudicium domini? Roma.*cons.166.*& *Cern.cons.16.vol.2.* Item præscriptio emphyteutæ prodest Domino:& illo deficiente est ad vtilitatem Ecclesiæ, & domini:ex quo dicitur, constare de dominio Ecclesiæ,vel priuati domini,Ruin.*in consil.30.n 19.* Item an emphyteuta patiatur descriptionem in præiudicium Ecclesiæ? Soc. *cons 166.col.14.vol.2.* Et an hæres præscribat contra Ecclesiam? Bal.*cons 298.* Hæc materia,an si quis recognouerit ab Ecclesia rem suam in emphyteusin, & soluerit per annos 30. canonem, Ecclesia habeat titulum,& dicatur præscripsisse,quod non,ex quo titulus est nullus, vide per Ruin.*cons.155.*& an tenens rem Ecclesiæ tanquam suam, & non soluens canonem per 30. annos præscribat eam? Castr.*cons.214. vol.2.* Et quod præscribat tam pro præscripto, quam pro futuro tempore, Ruin. *d. cons. 155.* Et sic quantum ad vtile dominium, vide per eundem *cons. 167.n.23.* vbi dicit dari restitutionem in integrum.Emphyteuta quando præscribit, intelligitur etiam præscripsisse, vt non possit expelli ob non solutionem canonis,Ruin. *d.cons.155.* Et præscribit vtile dominium,per solutionem 30.annorum,quod tamen limita, vt per eundem *cons.63.col.fin.* Giach.

Ex quanti temporis præstatione præscribatur ius emphyteuticũ.]

1 Hic addendum: quod † emphyteusis præscriptione, quasi ex tacito domini, & possidentis consensu, acquiratur siue constituatur:puta,si quis fundum quendam à nõ domino in emphyteusin acceperit:vel licet non acceperit,tamẽ illum vt emphyteuticum (præstando nimirum quotannis ipsi domino fundi canonem) per triginta vel 40.annos possederit,arg.*l.3.4.& 6.* vbi Bart.*C.de præscript.30.vel 40. annor.* & arg. *tit.26. §. si quis per triginta,libr.2.feud* vbi feudum,cui emphyteusis similis est, triginta annis præscribitur,*& l.agricolarium,18. C.de agric. & censit.* vbi possessio longissimi temporis,triginta scilicet annorum, facit adscripititum colonum, cui emphyteuta assimilatur.Et ita Doctores communiter tradunt,Ang. *in l.prætor,4.§. 1.ff.de edend.* Ias.*in l 2.n.155.C.de iur.emphyt.* Ioan.Fran.Balb.*in tract.de præscript part.2.partis tertiæ principal.q.10.n.36.& par. 4. quartæ principalis, q.10.* Paulus Picus à Monte Pico, *ad tit. vlt.n.1.lib.1.feudor.* Chasten.*cons.18.col* 1.Ruin.*cons.151. n.5. lib. 4.* Paris.*cons.23. n.5. lib* 4. Menoch. *de præsumptionib. lib.3. præsumpt.108.n.4.* Ferrar.*in rub.C de iur.emphyt.* Wegner.*disp.12. ad Instit.th.5.sub lit.G.* Borchol.*in tract.de feud.c.6.n.4.& seqq. pag.mihi 172.* Treutl.*disp.29.th.11.lit.B.vol.1.*& cæteri,quos illi citant.Quamuis alij ad hanc præscriptionem tempus longum sufficere contendant.Bald.*in l.1.n.15 C.de fideicomm.* D.Collega Bocer.*class.2.disp.14.th.43.lit.B.ed.2.* Mascar. *in tractat. de probation.vol.1.concl.337.n.2.* vbi plures enumerat.

Quæri hoc loco poterit: an † emphyteuta, qui longissimo 2 tempore,puta 30. vel 40. annis canonem, siue pensionem non soluit, nec à domino interpellatus ad soluendum fuit, liberationem à pensione soluenda, non solum pro tempore præterito,sed etiam futuro præscripsisse credatur? Et aientem quidem sententiam amplexi sunt Bart. *in l. competit. 6. C. de præscript.30.vel 40.annor.* Cotn.*cons.142. n.11. vers. accedat, vol.3.* & alij,quos citat Corbu. *in tract. de iure emphyt. c.15. limit.31. n.1.* verum contraria opinio firmiori munita est fundamento: Ea enim valde corroborat,*l.cum notissimi,7.§.fin.C.de præscrip. 30.vel 40. annor.* vbi Iustinianus Imp. dilucide ostendit, in † 3 annuis præstationibus tot esse præscriptiones,quot anni sunt. Proinde si emphyteuta spacio annorum 30. vel 40. pensiones non soluit,præscripsisse videtur præteritas pensiones,non autem futuras; quia noua præscriptio est necessaria futurorum annorum, & quidem in singulos annos. Id quod aperte iam constat *in l.eos,qui 26.in princ.C.de vsur.* vbi licet constitutum sit,principali actione sublata præscriptione 30.annorum,nullam † super vsuris quæstionem moueri posse:cum principali 4 causa non subsistente, nec ea, quæ inde sequuntur, locum habeant, *l.cum principalis 178. de reg. iur.* tamen illa lex satis arguit,in annuis præstationibus singulorum annorum præscriptionem requiri,in illis verbis: *Iubemus, non posse super vsuris, vel fructibus præteriti temporis aliquam mouere quæstionem, dicende ex iisdem temporibus eas velle sibi persolui, quæ non ad 30. vel 40 præteritos annos referuntur,asserendo singulis annis earum actiones nasci, &c.* Huiusq; sententiæ auctores sunt Accursius *in d.l.competit,6.C.de præscript.30.vel 40. annor.* Iason *in l 2. n. 73.C.de iure emph.* Guido Papæ *decis.406.* Gail. *libro 2. obser.73. n.1.* Fachineus *lib.8. controu. iur. c.99.* Mynsing. *cent.3. obs.13.* Wurmbser.*pract.obser.tit. de præscript. c.5.* Thoming. *decis.17. n.26.* Borcholt.*in tract.de vsur.c.4.n.38. cum seqq.& in tract.de pact.c.2.n.23.*

Huic decisioni † non obstat *l.sicut 3. & l. omnes 4.C.de præscript.30.vel 40.annor.* vbi omnis actio triginta vel 40. annorũ 5 spatio tollitur. Quia non negamus,annuas præstationes præscriptione 30. vel 40. annorum extingui: sed singulorum annorum,quibus actio nascitur, præscriptionem cõtemplamur, & requirimus,ex præscripto *dictæ l.cum notissimi, 7.§.vlt.C.d. tit.* non autem totius temporis futuri, ex vnius anni,vel alterius pensionis præscriptione,ius metimur.Reliqua,quæ in cõtrarium moueri solent,refellit Fachineus *loco ante designato.*

QVÆSTIO VIII.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Emphyteuta cessans in solutione canonis per triennium, cadit ab emphyteusi.*

2 *Et quid si in contractu appositum fuerit iuramentum.*

3 *Et quid si res magni valoris,& pensio sit minima.*

4 *Et quid si pensio non erat minima, sed in parte tantum cessatum fuerit.*

5 *Et quid si emphyteuta non possideat rem ipsam emphyteuticam.*

6 *Et quid si emphyteuta propter bellorum calamitatem nullos fructus percipere potuit.*

7 *Et an propter sterilitatẽ faciẽda sit remissio emphyteutæ.*

8 *Et quid si in re emphyteutica contingat damnum chasmate, vel corrosione fluminis.*

9 *Et quid si emphyteuta ignorabat rem esse emphyteuticã.*

Iul. Clar. Sentent. Pract. Ciusl.

P 2

10 *Et an oblatio canonis sufficiat ad euitandam pœnam caducitatis.*

11 *Et an solutio canonis facta per procuratorem prosit emphyteutæ.*

12 *Et quid si in contractu emphyteusis fuerit propter cessationem apposita aliqua pœna, an adhuc poterit propter cessationem expelli.*

13 *Et quid si emphyteuta plures hæredes reliquerit, & vnus tantum cessauerit in solutione canonis, an tota res emphyteuta cadat in commissum.*

14 *Et an cessatio facta per patrem noceat eius filiis vocatis in inuestitura.*

15 *Et an emphyteuta, qui canonem non soluit, possit purgare moram.*

Ex Additionibus.

1 *Emphyteuta amittit emphyteusin, si debitum canonem in ciuili emphyteusi intra triennium, in ecclesiastica intra biennium non soluerit.*

2 *Idq; procedit, etiamsi à prædij domino nunquam sit interpellatus.*

3 *Dies interpellat pro homine.*

4 *Emphyteuta pensionem debitam non soluens, emphyteusin perdit: etsi dominus generaliter promiserit, se illum non expulsurum.*

5 *Minor 25. annis. canonem emphyteuticum legitimo tempore non soluens, pœnam priuationis ipso iure incurrit: ita tamen vt in integrum restituatur.*

6 *Minor, & Ecclesia in iure æquiparatur.*

7 *Minor intra tempus constitutum non petens inuestituram feudi, à iure suo cadit.*

8 *Pupillus, & infans, ob non solutum canonem, ipso iure fundum emphyteuticum amittunt: concesso tamen iis beneficio in integrum restitutionis.*

9 *Intellectus* l. Imperatores. 7. in fine. ff. de publican. & vectigalibus.

10 *Emphyteuta, qui canonē soluere sub iuramento promisit, statim vbi canonem non soluerit, emphyteusi priuatur.*

11 *Et quid, si res emphyteutica magni valoris, pensio vero minima fuerit.*

12 *Vbi eadem est ratio, ibi idem ius esse debet.*

13 *Quid, si emphyteuta partem duntaxat pensionis per triennium non soluerit.*

14 *Partis solutio fieri non potest inuito creditori.*

15 *Pensio in recognitionem dominij soluitur.*

16 *Quid, si emphyteuta rem emphyteuticam non possederit.*

17 *Et quid, si emphyteuta propter bellorum calamitatem nullos fructus percipere potuit.*

18 *Et quid, si insignis sterilitas contingat, & emphyteuta magnam pensionem exoluere teneatur.*

19 *Damnum, quo tota rei substantia non extinguitur, ad emphyteutam spectat.*

20 *Nemo suum iactare præsumitur.*

21 *Conductori, propter sterilitatem merces remittitur.*

22 *A separatis illatio non conceditur.*

23 *Ratio differentiæ inter locationem, & emphyteusin.*

24 *Nunquid emphyteuta teneatur præstare domino canonem illius anni, quo fundus emphyteuticus aquis submersus fuit.*

25 *Re emphyteutica tota perempta, periculum dominus sustinet.*

26 *Terræmotus rarissime eueniunt.*

27 *Quatenus personalis obligatio personam perpetuo comitetur.*

28 *Contrahentes secundum naturam contractus contrahere voluisse putantur.*

29 *Emphyteuta à canonis præstatione non liberatur, si inundatio contingere solita fuerit.*

30 *Item si omnium casuum periculum in se susceperit.*

31 *Et quid, si emphyteuta per ignorantiam canonem non soluerit.*

32 *Mora re ipsa contrahitur.*

33 *Et quid, si dominus prædij emphyteutici canonem oblatum accipere recusauerit.*

34 *Pecuniæ debitæ oblatio, consignatio, & depositio à pœna caducitatis emphyteutam excusat.*

35 *Ablatiui absolute positi conditionem inducunt.*

36 *Conditio præcise impleri debet.*

37 *Argumentum à contrario sensu in iure fortissimum.*

38 *Cur sola canonis oblatio ad suffugiendam deiectionis pœnam non sufficiat.*

39 *An canonis solutio, per procuratorem, vel per tertium extraneum facta, prosit emphyteutæ.*

40 *Quilibet tertius pro alio creditori inuito soluere potest.*

41 *Emphyteuta non soluens pensionem debitam, emphyteusin perdit, licet in contractu pœna apposita fuerit.*

42 *Ecquid dominus, & pœnam petere, & simul iure commissi vti queat.*

43 *Et quid, si emphyteuta plures hæredes reliquerit, & vnus tantum in solutione canonis cessauerit, an tota emphyteusis in commissum cadet.*

44 *Præstatio canonis est indiuidua.*

45 *An cessatio facta per patrem noceat ipsius filiis.*

46 *An, & quatenus emphyteuta, qui canonem non soluit, moram purgare possit.*

47 *Vbicunq; dies, & pœna obligationi adiecta est, mora purgari nequit.*

48 *Consideratio* l. Celsus. 23. in princ. ff. de recept. qui arbitr. recept.

49 *Sine lege nihil statuendum.*

50 *Mens, & intellectus* l. seruum. 91. §. 3. ff. de verb. oblig.

NOtissima est conclusio, quod emphyteuta tenetur soluere domino directo canonem, siue pensionem illi debitam, & proximam, alias si cessauerit in so- 1
lutione canonis, *a* cadit à toto iure, quod habet in ipsa *a*
re, sibi in emphyt. concessa, ita, quod vtile dominium consolidatur cum directo, & sic applicatur ipsi domino directo: & intellige, quod non per simplicem cessationem vnius anni cadit ab emphyteusi, sed requiritur, quod cesset per triennium integrum, si sit emphyteuta priuati: si vero sit emphyteuta Ecclesiæ, requiritur, quod cesset per biennium integrum. Et de hoc sunt tex. aperti *in l. 2. C. de iure emphyt. in c. potuit.* de locato, in quibus locis ordinatie tractatur hæc materia.

Et hoc quidem absque dubio procedit, vbi in contractu ipso emphyteutico non est appositum iuramen- 2
tum. Sed quid si contractus inuestituræ *b* sit iuramento *b*
confirmatus, nunquid adhuc procedit conclusio, vt nō incurrat caducitatem, nisi per triennium integrū cessauerit? Respon. Bald. *in cap. querelam, de iureiur.* tenuit, quod statim, quod cessauerit per annum, efficitur periurus & cadit à iure suo. Et hanc opin. dicit esse communē Guli. de Bened. *in repe. c. Raynutius in verbo, Testamentum, el 3. n. 27.* Gozad. *cons. 57. post n. 19. vers. Non obstat allegata.* Est magna decisio, maxime iis temporibus, in quibus Notarij in omnibus instrumētis inserunt iuramentum, & per simplicem tactum cuiusque scripturæ illaqueant animas contrahentium, qui pro maiori parte nesciunt, quid illud importet; & propterea hæc opin. mihi nunquam placuit. Debet enim iuramentum semper intelligi secundum naturam contractus, super quo interponitur, non quidem vt ampliet eius naturā, sed vt confirmet, vt dixi infra *libro 7 §. iuramentum.* Et ad hoc per tenentes communem opinionem, non accommodatur, iudicio meo, aliquod concludens respōsum: & certe si casus contingeret (saluo semper iudicio sanctæ Ecclesiæ) de facili inclinarem in contrariā sententiam, quæ æquior est: & forte illam etiam sequeretur Senatus noster, qui semper innititur æquitati, & qui quotidie solet dispensare contra caducitates, pro vna vice tantum, tanquam introductas à mero rigore iuris.

Sed

6 Sed pone, quod quis habeat *e* in emphyteusin rem magni valoris, puta, scutorum mille, pro minima annua pensione, puta, vnius scuti, nunquid si cessauerit per triennium, incurret pœnam caducitatis? Respond. quod *d* sic. Ita allegatur tenere gl. *in Auth. qui rem. in verbo, Repelli potest. C. de sacros. Eccles.* licet reuera arguat pro, & contra, & nihil determinet, imò potius videatur residere in cõtraria opin. Sed quidquid sit, hanc opinionem sequuntur omnes Doctores, vt dicit Apostill. *ad dictam gloss.* Et dicit Bart. *in d. Authent. qui rem. n.* 5. quod ita tenent omnes Doctores. Idem dicit Ripa *in repet. l. fin. n.* 130. *C. de reuoc. dona.* Hanc etiam opin. dicit esse communem Dec. *in d. Auth. qui rem. n.* 3. subdens, quod ita seruat consuetudo, quem refert Afflict. *decis.* 80. *n.* 7. *in fin.* Propterea in practica non esset ab ea recedendum. Nam in constituenda pensione, quæ soluitur ab emphyteuta, potius habetur in consideratione recognitio directi domini, quam emolumentum ipsius concedentis. Et ideo in hoc proposito eadem ratio militat in parua pensione, quæ in magna, imò forte maior est contemptus in modica summa, quã in maiore. Hoc autem de plano procedit, quando (vt dixi) pensio ipsa consistit solummodo in vno nummo. Sed quid

4 si pensio consistebat in decem scutis, & per triennium cessatum fuerit in solutione quatuor, vel quinque scutorum, nunquid dicendum est, quod cadat à tota emphyteusi, an autem cadat tantum pro rata eius, in quo cessauit? Resp. Spec. *de locato* §. *nunc aliqua. q.* 29. tenet, quod licet *e* cessauerit tantum pro parte, nihilominus cadat à toto. Et hanc opinionem dicit esse magis communem Ias. *in l.* 2. *nu.* 54. *C. de emphyt.* quem refert Apostil. ad Rim. *cons.* 281. *sub n.* 5. Ipsemet tamen Speculator ibidem *in seq. q. qua est quæst.* 30. videtur tenere totum cõtrarium, quod scilicet solummodo pro rata incidat in caducitatem, vt ponderat Ias. *in loco præallegato*, dicens mirum esse, quod Speculator ita festinanter fuerit sibi cõtrarius. Ego tamen aliquando dicebam ita posse distingui, vt illæ duæ decisiones Spec. ad concordiam reducerentur. Aut pensio erat vnius nummi, & cessans in illo nummo nõ excusatur à caducitate, vt dictũ est supra *vers. proximo.* & in istis terminis non loquitur Spec. nec in 29. nec in 30. quæstio. Aut pensio erat maioris summæ; & tunc, aut emphyteuta cessat in parte, puta dimidia, aut tertia, aut quarta; & siquidem cessauit per errorem, vel paupertatem, excusatur non solũ pro parte, quã soluit, sed etiam pro toto. Aut vero non caperet de paupertate, neq; de errore: & tunc cadit à toto, secundũ opin. Spec. *in d. q.* 29. quæ etiam est cõmunis, vt superius dixi. Quam tamen ego intelligo, vt procedat, quando præstabatur vnica pensio super tota re, puta, decem aurei super vna domo, vel fundo, &c. Secus autem si pensio præstatetur ad ratam, puta, pro quinquaginta perticis terræ, ad rationem solidorũ decem, pro singula pertica. Nam hoc casu inclinando in mitiorem partẽ, teneo, quod ex quo quælibet pertica habet quodammodo constitutam suam pensionem, nõ caderet emphyteuta, nisi pro illis perticis, pro quibus non persoluisset pensionem, vt quis non puniatur, nisi eatenus quatenus deliquit. Regulariter enim quis puniri nõ debet, nisi in eo, in quo deliquit *l. rescriptum ff. de his quib. vt indig.* & est communis regula, vt ait Ioan. Monach. *in c.* 11. *n.* 2. *de hæred. in* 6. Faciunt, quæ dixi infra *hoc eod. libr.* §. *feudum. q.* 41. *vers. Sed pone.* Aut vero emphyteuta cessauit in minimo, puta, quia si pẽsio erat sex aut octo scutorum, cessauit in vno: & hoc casu esset excusandus à caducitate pro rata, & in istis terminis loqui videtur Spec. *in d. q.* 30. Ego tamẽ de facili inclinarem, quod excusaretur in totum, maxime vbi nõ appareret illũ cessasse, propter contumaciam, vel cõtemptum, quod in dubio præsumendum non est. Et ita in facti contingentia iudicauit Senatus in publica audientia, in caussa cuiusdam Dionysij Gerenzani, qui ex ficto florenorũ 16. cessauerit in tribus libris Imperialiũ.

5 Sed quæro, quid si emphyteuta per illud tẽpus, quo in solutione cessauit, rem ipsam *f* emphyteuticam non possederit, nunquid hoc nõ attento adhuc incurrit caducitatem? Resp. Spec. *in d* §. *nũc aliqua. vers.* 8 1. tenuit, quod sic. Tu tamen tene contrarium, non enim potest dici emphyteuta esse in aliqua culpa, ex quo rem ipsam non possidebat: & vbi non est culpa, non debet imponi pœna. Et ita secundum hanc opinionem, quæ etiam æquior est, & tutior, consuluerunt Soc. iun. & Dec. inter cons. Soc. iun *in* 1. *vol. cons.* 70. vbi multas recensent auctoritates, & *n.* 16. dicunt, quod cum tot, tantiq; iuris vertices ita firmauerint, nefas esse arbitrantur ab eorũ sententia recedere, quæ numero, & auctoritate ipsorũ consideratis communior, & verior dici potest. Quam tamen intellige, vt procedat, nisi emphyteuta fuisset in culpa, quo minus possessionem ipsius rei emphyteuticæ adeptus esset: vel nisi postquam illam possidere cœpisset, dolo desiisset illam possidere. His enim casibus non esset à caducitatis pœna excusandus.

6 Sed quid si emphyteuta rem quidem possederit, sed propter bellorũ calamitates nullos *g* fructus ex ea percipere potuerit, nunquid tenebitur etiam ad solutionẽ pensionis pro eo anno, quo nihil percepit? Resp. quod non. Ita tenet Iac. de Aret. quem sequitur Bart. *in l.* 1. *in fin. C. de iure emphyt.* & hæc est cõmunis opin. Legistarum, vt dicit Abbas *in c. potuit. n.* 18. *de loc.* Hanc etiam opi. dicit esse communẽ Imol. *in d. c. potuit, n.* 24. *& seq.* quẽ refert Alex. *in l. interdum,* §. *quod ex naufragio, n.* 5. *& seqq. ff. de acquir. poss.* Cor. *cons.* 181. *col.* 15. *in litt. F. lib.* 2. Guarner. *in d. l.* 1. quem refert Ias. *post n.* 91. *vers. ad idem sexto.* Ias. *cons.* 54. *post n.* 2. *vers. Non obstat vlt. lib.* 1. Cors. *in repertorio Abb. in verbo, emphyteuta.* Claud. *in d.* §. *quod ex naufragio, n.* 2. Sigismundus *cons. feud. lib.* 2. *post nu.* 11. Breuiter in hoc proposito, si quæramus, an emphyteuta, qui tẽpore belli nullos potuit fructus excipere, excusetur à caducitate, si canonẽ debitum nõ persoluit, teneo, quod proculdubio excusetur, etiamsi per mille annos, quibus propter bellũ nihil percepit, semper cessauerit. Ex quo enim non percipit fructus, non potest proprie dici possedisse; merito excusandus est à pœna propter cessationem incursa, à qua regulariter quælibet causa colorata, etiã iniusta, excusat, vt dixi infra *lib.* 5. §. *fin. q.* 60. *vers. Et generaliter.* Si vero quæramus, an excusetur à solutione canonis, mihi placet opinio venerandi Collegij Mediolanensis, quam refert Cuman. *in d.* §. *quod ex naufragio.* vt scil. distinguamus, an pensio sit magna; vel parua: Si est magna, teneo, quod excusetur; si vero est parua, nõ excusatur. Et intelligo paruam pensionem illam, quæ præstatur potius in signum recognitionis directi dominij, quam ad rationem fructuum, puta; quia si decima pars, vel minor eius, quod regulariter ex ipsa re emphyteutica percipitur. Et hæc opi. iudicio meo est valde æqua, & in iudicãdo sequenda. Aduerte tamen, quia Doctores fere omnes in hac materia loquuntur, quando nihil prorsus percepit. Nã si emphyteuta aliquid etiã modicum percepisset, etiã si sit minus dimidia eius, quod ipse soluit pro pensione; crederem non esse excusandum à solutione, bene posset à caducitate propter cessationem incursa excusari. Semper enim debemus, quantum possumus, inclinare in eam partem, vt caducitati locus non sit.

7 Sed nunquid *h* propter sterilitatem facienda est remissio emphyteutæ? Resp. quod non. Ita tenet gl. *in d. c. potuit. in verbo. Expensæ potuissent, de locato.* & ita communiter tenetur, vt ait Ias. *in l.* 1. *n.* 18. *de iur. emph.* quẽ refert Grat. *cons.* 128 *n.* 9. *lib.* 2. Hãc etiam dicit esse communẽ sententiã Abb. *in c. propter sterilitatem, n.* 3. *de locat.* quẽ

refert,& sequitur Bello.*cons.21.n.5.* Natta *cons.49.n.12.* vbi dicit, quod hæc est communis sententia Scribentium in vtroq; iure,à quo nullus discrepat,*& cons.194. n.5.*dicit,quod ita omnes indistinctè concludunt. Ratio a.differentiæ inter bellum,& sterilitatem potest considerari;quia tempore sterilitatis emphyteuta non desinit possidere,colendo,& fructus ex re emphyteutica, licet modicos percipiendo:secus autem,quando tempore belli non potest ad culturam bonorum,neque ad collectionē fructuum accedere.Est etiam intelligenda hæc conclusio,vt procedat,etiamsi emphyteuta ex ipsa re non potuerit tantum percipere,quantum soluit pro pensione:neq; etiam eius dimidium,nisi tamen pensio corresponderet fructibus,tunc enim cum emphyteusis fere in omnibus æquiparetur locationi, Iudex poterit arbitrari circa remissionem faciendam, iuxta ea quæ dixi infra *hoc eod.lib.§.locatio.* nisi tamen bona tempore,quo fuerunt concessa in emphyteusin,fuissent sterilia,vel inculta,nam hoc casu nunquam propter sterilitatē esset facienda remissio.Bene verum est,quod si annis sterilib. emphyteuta cessauerit à solutione, putarē illum ex ea causa excusandum à caducitate,vt in simili dixi supra *vers. prox.* licet deinde posset per dominum directi compelli ad integram solutionem pensionis.

8 Quæro etiam; quid *i* si in re emphyteutica contingat aliquod damnum,puta corrosione fluminis,vel chasmate,vel huiusmodi,nunquid emphyteuta excusabitur à solutione pensionis? Resp. si damnum sit tale, propter quod res funditus perierit; vtique excusatur, sed si damnum solummodo sit pro parte,non liberatur emphyteuta,neq; in totum, neque etiam pro parte.Et hæc opin.est communior,vt dicit Abb.*in d.c.potuit,nu. 16.de locato.* Et quod dummodo aliquid supersit de re emphyteutica, non liberetur emphyteuta, dicit communiter teneri Ias.*in d.l.1.n.77.C.de iure emphyt.*& solent de hoc decantari duo versus vulgatissimi:

Si perit tota,non dolet emphyteota:
Sed si pro parte,nulla se liberat arte.

Cum enim pensio,quæ soluitur pro re emphyteutica, soluatur potius in recognitionem directi dominij, quod est indiuisibile, quam ad rationem bonorum: merito, licet pro parte res pereat, non debet emphyteuta liberari. In vno tamen casu ego ab hac opin. communi recederem, quando scilicet duo concurrerent. Primum,quod pensio corresponderet fructibus, vel quasi.Secundum,quod pensio ipsa esset constituta ad ratam bonorum, puta ad rationem solidorum decem pro singula pertica,vel huiusmodi.Nam hoc casu æquum esset, vt pensio detraheretur, pro rata, sicut etiam pro rata fuisset constituta.

Prosequendo materiam conclusionis superius factæ quod scilicet emphyteuta cessans à solutione canonis cadat à iure suo:Quæro nunquid locum habeat,etiam si emphyteuta *k* ignoraret rem esse emphyteuticum,
9 puta, quia successisset in ius alterius, vel huiusmodi? Respon.quod sic,de rigore iuris:sed de æquitate datur huic hæredi (etiamsi sit maior 25.ann) ex capite probabilis *l* ignorantiæ restitutio in integrum, aduersus canonem non solutum,ex clausula generali,si qua mihi iusta causa, &c. Ita dicit gl.*in l.2.in verbo, Legem,C. de iure emphyt.* quam sequuntur commun. D D. vt ait Dec.*cons.58. in fin.* & ita communiter tenetur, vt dicit Imol.*in d.c.potuit.n.56.* Hanc etiam dicit esse communem opin.Sal *in d.l.2.n.25.*Corn.*cons.165.in lit.Q.& R. lib.2.*Ias.*in d.l.2.n.84.& in l cum filiusfam.§.in hac stipulatione,n.7.ff.de verb.oblig.*Socin.iun.*cons.70.n.23.lib.1.* & super hoc in practica non solet vlla fieri difficultas, nisi dominus directi velit probare scientiā. Hoc enim casu cessaret causa restitutionis in integrum,& consequenter ipsa restitutio. In dubio autem hæres habet fundatam suam intentionem, quia scientia est quid facti, & non præsumitur, nisi probetur, vt dixi infra *lib.7.§.præsumptio.*

Pone, quod emphyteuta non soluerit debitum canonem,sed accesserit *m* ad dominum directi,& illi obtulerit pecunias debitas, nunquid *n* talis oblatio sufficiet ad euitandam pœnam caducitatis?Resp. quod sic. 10
Ita tenet gl.*in d.l.2.in verb.secundum legem* & ita communiter tenetur,vt ait Sal. *in d.l.2. in fin. verbis.* Hanc etiam dicit esse comm.opin. Soc. *cons.118. in vlt. verb. lib.4.* Quod intellige,vt procedat, modo talis oblatio fiat loco,& tempore congruo,alias secus.Item intellige, quod talis oblatio sufficit, quo ad euitandam pœnam caducitatis,sed quoad hoc,vt emphyteuta consequatur plenariam liberationem, requiritur oblatio, consignatio, & depositio. Et ita se habet communis opin.vt dicit Ias.*in d.l.2.n.182.*Item intellige,quod talis oblatio fiat realiter,non autem verbo tantum,quia (vt dici solet) vbi opus est facto,verba non sufficiunt; licet Soc. *in loco preall.* loquatur de verbali tantum obligatione,cuius opin.posset procedere,vbi dominus recusaret velle recipere: sed si dominus offerat se paratum recipere:mihi non placet, quod propter huiusmodi verbalem oblationem emphyteuta excusetur.

Sed quid si ipse quidem emphyteuta canonem non 11
soluit,sed aliquis eius procurator,nunquid talis *o* solutio facta per procuratorem proderit ipsi emphyteutæ? Resp.quod sic,maxime si procurator fuit ad id constitutus. Et hæc est quasi omnium sententia, vt dicit Cors. *in repertorio Abbatis, in verbo, emphyteuta, col.2. vers. Quinq, vbicunque.*

Vlterius quæro;Pone,quod in contractu *p* emphy- 12
teutico apposita sit pœna propter cessationem solutionis canonis,nunquid si emphyteuta cessauerit, poterit non obstante tali appositione pœnæ expelli?Respond. quod sic.Ita tenet gl.*in d.l.2.in verbo repellere.*cum qua tenent omnes indifferenter,vt dicit Ias.*in ead.l.2.n.119.* Quod tamen intellige secundum gl. ibi,non vt possit vtrunq; *q* facere, scilicet petere pœnam, & expellere, sed potest eligere illud,quod magis ei placuerit.

Quæro, quid si emphyteuta *r* plures hæredes reli- 13
querit,& vnus ipsorum soluerit partem suam canonis, vel pensionis,alius non,nunquid res emphyteutica cadit in commissum,an autem solummodo pro parte nō soluentis?Resp. Hæc est sabbatina quæstio,vt dicit gl. *in l.cōmuni diuidundo,in verbo,confunderetur,ff.commun. diuidun.*quæ in hoc articulo tenuit,quod omnes cadāt à iure suo,& illā gl.sequuntur communiter Doctores, vt dicit Afflict.*decis.153.n.4.*Ripa *in l.4.§.Cato,nu.44.ff. de verbor.oblig.*Cum enim prima obligatio esset in solidum in persona emphyteutæ; non potest mutari facto hæredum,sed transit in omnes cū illa obligatione solidi.Reperio tamen Alber.*in d.l.cōmuni diuid.in princip.* dicentem,quòd imo cōmunis opi.est in contrarium;& potest esse,quod secundū sua tempora verū dixit. Sed hodie proculdubio opi.gl.est magis communis,vt scilicet omnes cadant.Et licet videatur aliquantulum rigorosa,esset tamen seruanda in practica:alias enim de facili multæ emphyteuses ad nihilum reducerentur.

Sed hic quæro,aliquis accepit emphyteusin pro se, & filiis,& descendentibus: Modo vnus ex filiis ipsius recipientis cessauit in solutione canonis per trienniū, ita quod res cecidit in commissum,& sic propter caducitatem applicata est pleno iure domino directo;Quæro nunquid *s* hæc cessatio, & consequenter caducitas ea de causa incursa,oberit eius descendentibus, vel a- 14
gnatis vocatis ex tenore primæ inuestituræ?Resp. quod sic.Ita tenet Spec.*de locato.in d.§.nūc aliqua.q.78.*& est communis opin.vt attestatur Ias. *in d.l.2.nu.58.& seq.* quem refert Apostil.ad Rim.*cons.381.sub n.4.*& Ruin.

cons.168.

conf.168.n.6.lib.1. Dominus enim, qui rem suam in emphyteusin concedit sub annuo canone, videtur apponere solutionem canonis pro conditione, proinde ac si diceret, concedo, si solueris; & ideo cessante conditione, resoluitur concessio. Mihi tamen (vt verum fateat) hæc opinio nunquam placuit, videtur enim iniquum, vt factum, siue delictum, siue negligentia alicuius, præiudicet suis successoribus in re, quæ ad eos peruenire debet, non ex facto, aut iure ipsius delinquentis, siue negligentis, sed ex pacto, & prouidentia primi inuestiti. Non tamen propter hoc auderem in practica recedere à communi opin. dummodo talis cessatio non esset facta in fraudem descendentium, vel agnatorum, qui vocati essent ex tenore inuestiturę, nam hoc casu crederem illis (eueniente casu) succurrendum esse per beneficium restitutionis in integrum. Et ita si casus contingeret, consulerem, & iudicarem.

15 Item quæro, *t* nunquid emphyteuta, qui canonem *t* non soluit, possit purgare moram? Resp. quod secundum rigorem iuris ciuilis *u* potest moram purgare: sed secundum dispositionem iuris canonici, quod maxime innititur æquitati potest illam celeri satisfactione purgare. Et de hoc est text. expressus *in cap. potuit, de locato, supra sæpius allegato.* Quando autem dicatur purgare moram celeri satisfactione, varij varia dicunt; sed magis communiter Doctores concludunt, quod in hoc stetur iudicis arbitrio, vt attestatur Ripa *in l. si insulam, n.25. ff. de verb. oblig.* Hanc etiam dicit esse communem opin. Dec. *cons.159. post n.7. vers. Ex quibus omnibus* Hoc igitur casu maxime versabitur religio iudicare debentis; & in dubio, antequam dominus declarauerit velle esse locum caducitati, iudex debet semper inclinare in sententiam, per quam caducitas ipsa euitetur, tanto magis procedendo secundum æquitatem canonicam. Scias autem, quod dispositio *d. c. potuit.* procedit solummodo in emphyteutis Ecclesiæ, non autem in emphyteutis laicorum, & priuatorum: & ita communiter concluditur, vt dicit Ripa *in d. l. si insulam, paulo ante nu.38.* Si tamen esset iudicandum secundum æquitatem, & sola facti veritate inspecta, posset seruari dispositio *d. cap. potuit*, etiam in terris imperij, & emphyteutis laicorum, quæ æquissima est, & ita illam seruat Senatus, omisso rigore iuris ciuilis.

ADDITIONES.

a *Cadit à toto iure.*] Intellige non ipso iure, sed ita demum, si dominus declaret velle se, quod res indicat in commissum, nam tunc statim absque aliqua sententia declaratoria iudicis ipso iure priuatur, secundum Bart. *in l.2. C. de iur. emphy.* & ibi Ias. *num.10. & 12.* dicit hanc communem opin. Alexand. *cons.6. vol.3.* Gouean.

1 *Si cessauerit in solutione canonis, cadit à toto iure.*] Quod † emphyteuta ius suum emphyteuticum amittat, si debitum canonem, vel pensionem in ciuili emphyteusi intra triennium, *l.2. C. de iur. emphyteut.* in ecclesiastica intra biennium non soluerit, *Nouel 7. c.3. §. scire autem, & Nou.120. c.8. & auth. qui rem, C. de SS. Eccl. c. potuit, 4 ext. de locato.* tenet, præter Clarum nostrum, alij DD. communiter Aurel. Corbul. *in tract. de iur. emphyt.* Ioan. Borchol. *in tract. de feud. c.2 nu 18* Donel. *lib.9. Commen. de iur ciu. c.15. verb. ob reliqua tria, &c.* Mynsing. *cent. 2. obs 65. nu.1* Dom. Card. Tuscus *tom.3. pract. concl. lit. E. concl. 192. nu.1. & seqq.* Pract. Papien. in Forma libelli, quo agitur ad facti præstationem, & rei relaxationem, gl *soluere neglexit, n.2. vers. aut loquitur in emphyteuta. &c.* Frider. Pruckm. *cons.17. q.3. n 118. vol.1.* Matth. Berlich *concl pract par.2 concl.46. n.1.* Francis. Dauidargente *in lib. notar. iuris selectar. in tract. de agris vectigalib. & emphyt pag.212. cum seq.* & Trentacinq. *var. resol. lib.3 resol.4 de iur. emphyt. n.1.*

2 Hæcque † communis conclusio procedit, etsi emphyteuta à prædij domino nunquam sit interpellatus. *d. c. potuit, in fi. ext de locat.* Quia neminem oportet conuentionem, vel admonitionem expectare: sed vnumquemq; decet vltro offerre se, & debitum spontanea voluntate persoluere, *d. l.2. vers. cum neminem. C. de iur. emphyt.* Quia, † inquam, vnusquisque debet 3 ea, quæ promisit, in memoria seruare, nec exposcere, vt ab aliis sibi manifestentur: vel quia (vt vulgo dicitur) etiam dies interpellat pro homine, *l. magnam, 12. in fi. C. de contrah. & commit. stipulat* Ias. *n 25.* Sichar. *n 10.* & Coras. *n.22. ad d. l.2 C de iur. emphyt.* Connan *lib. Commen. iur ciu. c.12 n.8.* Guil. el Redoan. *in tract. de reb. Eccl non alienand. q.19. de solut. canonis emphyt. n 6 pag.435. & q 24. c.2 nu.2 pag.495.* & Donel. *d. lib.9. Comment. de iur. ciu c.15. pag 456. n.10.*

Deinde † conclusio ista locum habet, tametsi Dominus generaliter, & simpliciter promiserit, se emphyteutam non expulsurum. Siquidem hæc promissio generalis de non expellendo emphyteutam, non tollit ea, quæ emphyteuta ex natura contractus seruare tenetur: sed hanc in se tacitam conditionem continet, si emphyteuta nihil committat, propter quod iuste expelli possit, arg. *l. quæro, 54. §. inter locatorem, ff lo ati,* Salic. *in d. l.2. n.3* Alber. de Rosat. *n 4.* & Ias *n 34 C de iur. emphyt.* Signorol. de Homodeis *in l. vbi ita donatur, 27. n 11. ff. de mort. caus. donationib.* Aut de Butr *n.11.* & Imola *n.57. in d. c. potuit, 4. ext. de locato.* hosque citans Corbul. *d. tract. de iur. emphyt. c.1. ampliat.2.* 4

Præterea conclusio ista locum obtinet in minore 25. annis. Nam † & ipse legitimo tempore canonem emphyteuticum non soluens, pœnam priuationis ipso iure incurrit: ita tamen, vt propter ætatis fragilitatem in integrum resti tui debeat, per tex. *in l. si tutoris, 23. C. de administrat. tutor. vel curat.* vbi 25. annis minor ratione damni, quod ob non solutum canonem emphyteuticum ex amissione prædij perpessus est, aduersus curatorem experitur, & sic ex illa lege perspicue constat, minorem in solutione canonis cessantem emphyteusi priuari. Deinde hæc sententia probatur *l. si ex causa, 9 §. si in commissum, 5 ff. de minorib. 25.* an vbi Vlpianus respondit; minorem, qui in commissum vectigalis incidit, restituendum esse. Igitur necesse est, minorem, propter vectigal non solutum, ipso iure in commissum incidisse: cum alioqui, si ipso iure tutus esset, restitutio in integrum nulla dari posset, *l. in causa 16. in princ. ff d. tit.* Accedit, quod minor, † & Ecclesia iure æquiparantur, *c.1. extr. de in integr restit. l. orphanotrophos 12. C. de episc. & cleric.* Atqui Ecclesia possidens fundum emphyteuticum, à iure suo cadit, si iusto tempore canonem non soluit: quoniam ista hæc solutio inest natura contractus, *l. quæro, 54. inter locatorem ff. de locati,* Bal. *in c. vnic. n.19. de alien. feud. in vsib. feudor. & in l. placet, 5. n.2. & in auth. qui rem, n.4 C. de SS. Ec l* Spec. *in tit. emphyt. q.15. n.25.* Ias. *in l.2 n 48 C. de iur. emph* Corbul. *d tract. de iur. emphyt. c.15 ampliat.27.* Ergo & minor, canonem iusto tempore non soluens, ius suum amittit. Confirmatur † insuper eadem assertio per tex. *in cap. imperialem §. præterea si quis infeudatus, de prohib. feud. alien. per Frid. tit.55. lib 2. F.* vbi expresse cauetur, quod minor, intra constitutum tempus inuestituram non petens, iure suo priuetur. Quare etiam canonem intra legitimum tempus non soluens, priuationis pœnam subire debet. Quæ huic sententiæ aduersari videntur, late refutaui *in §. adeo autem, 3 Instit. de lo at & cond uct. n.480. & seqq.* 5 6 7

Adhæc † conclusio præfata militat quoque in pupillo, & infante: quod nimirum & hi, ob non solutum canonem, ipso iure fundum emphyteuticum amittant: ita tamen vt restitutionis in integrum auxilio sibi consulere valeant. Quod enim, propter canonem non solutum, emphyteuta iure suo priuatur: id venit ex natura ipsius contractus *d. l.2 C. de iur. emphyt* Proindeque à contrahentibus tacite hoc actum iudicatur, vt res emphyteutica ad dominum, canone non soluto, reuertatur Bal *in §. inde potest n.10.* & ibi Aluar. *col.3. de alienat. feud tit.52 l b.1. feud.* Conditionem autem contractus resolutiuam, ad præiudicium etiam pupilli, & infantis, in contrahendo apponi posse, apparet *ex l si creditor.7. §. illud inspiciendum, vers si vero tempus, ff. de distract. pign. & c verum, 4. ext. de conditionib. apposit.* ibique DD. communiter notant. 8

Non † obstat *l Imperatores, 7. in fine, ff de public. & vectigalib.* vbi pupillo, vectigal non inferenti, seu soluenti, pœna commissi remittitur. Nam agit de pœna, quam ipsa lex absque conuentione hominis constituit: Nos vero hic agimus de pœna commissi, in conuentionem à contrahentibus deducta, etenim in contractu emphyteutico (vt paulo ante monitum est) tacite à contrahentibus actum intelligitur, vt canone intra præfixum tempus non soluto, res emphyteutica ad concedentem reuertatur. Sed videatur Corb. *d. tr. de iur emph. c.15. ampl. 29.* vbi ea de re explicatius disputat. *Harprec.* 9

b *Si contractus inuestituræ sit iuramento confirmatus, &c.*] Quod † emphyteuta, qui canonem sub iuramento soluere promisit, statim (etiam non expectato triennio, vel biennio) vbi canonem non soluerit, propter iuramentum emphyteusi priuetur, vltra allegatos hic à Claro, tradunt Ant. Natt. *cons. 426. nu.21. vol 2.* Cagn. *in l. si quis maior. 41. C. de transactionib. n 51.* Felin. *in c. querelam, 10. extr. de iureiur.* Mateus Anto. Bauerus *in tract. de virtute iuramenti. concl.10.* Cassador. *tit. de iureiur. decis 2.* Berous *cons 115. n.8. vol.1.* D. Card. Tuscus *to.3. practicab. concl. lit. E concl.192. nu.74.* Trentacinq *lib 3. var. resolut tit. de iure emphyt. resol.4. n.31.* & Berlich. *d. par.2. concl. practicab. concl.46. n 54.* Quanquam, præter Clarum nostrum, dissentiant Ant. Tessaurus *decis.114. n.6. in med.* Curt. Iun. *ad d.* 10

l. si quis maior 41. *C. de transact. n.* 30. & Didac. Couar. *part.* 1. *relect.* §. 4. *n.* 9. *in princ. & vers. contraria opinio verior professo videtur, &c.* Harp.

c *Quod quis habeat in emphyteusin rem magni valoris.*] Em-
11 phyteuta, † si cessauerit per triennium in solutione canonis, pœnam caducitatis incurrit, licet res in emphyteusin concessa esset magni valoris, ac pretij, & pensio esset minima, forte vnius tantum nummi. Quia textus *in l.* 2. *C. de iure emphyteut.* priuans emphyteutam ob non solutum canonem, indistincte loquitur: proindeque indistincte accipi debet, argum. *l. de precio.* 8. *ff. de Publ. in rem act.* & quia nummus ille surrogatur in locum totius census, siue pensionis legalis de consuetudine, iuxta Baldum *in auth. qui rem, C. de SS. Eccles.* quia denique in constituenda pensione, quæ soluitur ab emphyteuta, magis recognitio dominij, quam emolumentum ipsius concedentis,
12 consideratur. Et propterea † cum eadem sit ratio in magna pensione, quæ in minima: merito vtrobique idem ius seruatur, *l. à Titio*, 108 *ff. de verbor. oblig.* Atque ita, vltra Clarum, & Doctores ab eo hic citatos, sentiunt Iason *in d. auth. qui rem, n.* 16. *C. de SS. Eccles.* Ruin *cons.* 167. *n.* 10. *vol.* 1. Barbar. *cons.* 26. *in fin. vol.* 2. Tiraq. *de retract. conuent.* §. 4. gloss 6. *n.* 26. *in fin.* Socin. *cons.* 167. *non inutile, n.* 7. *in fin. vol.* 2. Guliel. Mayner. *in l. imaginaria venditio*, 16. *n.* 2. *ff. de reg. iur.* & D. Obrecht. *disp.* 36. *de iure emph. th.* 138. *& seq.* Harp.

d *Quod sic.*] Imo quod non, vide per Beninten. *decis.* 6. & scias, quod onus probandi solutionem canonis incumbit Emphyteutæ, non domino: per Ias. *d. l.* 2 *num.* 132. qui *nu.* 134. dicit, quod testes requirantur. Item feudi iure an priuetur colonus sicut emphyteuta, propter intermissam die præfixo census, siue canonis solutionem. Item an ideo feudum cadat in commissum, an vero mora purgari possit? Et quid in feudatario? vide per Dec. *cons.* 138 *per not.* Pone; emphyteuta fecit alium emphyteutam secundum; & neuter eorum soluit pensionem directo Domino, quo remedio succurratur domino? vide per Ias. *d. l.* 2. *nu.* 150. *qui n.* 125. ponit, an secundus emphyteuta volens alienare, debet requirere consensum prioris domini, ac supremi, an autem consensum domini immediati, & vide inf. §. *feudum, q.* 32. *vers. si.* Giach.

13 e *Quod licet cessauerit tantum pro parte, nihilominus cadit à toto.*] Emphyteuta † partem duntaxat pensionis per triennium non soluens, totam emphyteusin amittit, arg. *in l. executione*, 85. §. *item si ita*, 6. vbi Paul. Castrens. *ff. de verb. oblig. l. fistulas*, 78. §. *qui fundum*, 2. *ff. de contrah. empt. & l. quandiu*, 6 *C. de distract. pign.* Huiusque ratio est euidens: tum quia conditio, si pensione non soluit, est indiuidua & negatiua: quæ in parte deficit, in totum falsa redditur, *l. cui fundus*, 56. *ff. de condit. & demonstr.*
14 Tum † quia partis solutio fieri non potest inuito creditori: ac proinde neque hic domino, *l. tutor*, 41. §. 1. *ff. de vsur. l. Iulianus*, 13. § *offerri*, 8. *ff. de actionib. empt. l. quidam existimauerunt*, 21. ibique Donel. & DD. communiter *ff. de reb. credit. l. obsignatione*, 9. *C. de solutionib. l. plane*, 3. *& l. hic consequenter*, 18. § *Celsus*, 4. *ff. fam. ercisc.* Gœdd. *ad l. minus*, 22. *num.* 9. *ff. de verb. sign.* Aru-
15 mæus *Exercit. Iustin.* 16. *th.* 2. Tum † quia pensio in recognitionem dominij soluitur: vnde emphyteuta dominum contemnere dicitur, si non integram pensionem, secundum legem conuentionis, persoluit. Vbi enim ex conuentione, siue pacto expresso, aut tacito aliquid debetur, etiam minimum attenditur. Et sic, post Speculatorem hoc loco allegatum, tenent Gozadin. *cons.* 57. *n.* 15. *& cons.* 69. *n.* 8. Sichar. *in d. l.* 2. *n.* 6. *C. de iure emphyt.* & ibidem Leonin. *nu.* 5. Ioan. Francisc. Purpurat. *cons.* 484. *n.* 6. Rolan. à Valle *cons.* 17. *n.* 14. *vol.* 2. Dom. Card. Tuscus, *tomo* 3. *practicab. concl. lit. E. concl.* 192. *n.* 4. *& seqq.* Berlich. *part.* 2. *concl. practicab. concl.* 46. *n.* 18. & plures alij, quos refert, & sequitur Corbulus *d. tract. de iur. emphyt. cap.* 15. *ampliat.* 5. Tametsi, præter Clarum hic nostrum, aliter sentire videantur Guid. Papæ *decis.* 174. Petrus Benint. *decis.* 6. Paul. de Monte Pico *in auth. praterea, n.* 12. *C. vnde vir. & vxor.* Ias. *in d. l. in executione*, 85 §. *item si ita, ff. de verbor. oblig.* & Fachin. *libr.* 1. *controuers. iur. in cap.* 96. Harp.

16 f *Rem ipsam emphyteuticam non possederit.*] Quod pœna priuationis locum non habeat propter canonem non solutum, si emphyteuta rem ipsam emphyteuticam non possederit, post Clarum hic nostrum, & alios affirmat Alex. Trentacinq. *var. resol. libr.* 3. *resol.* 4 *de iure emphy. n.* 16. Steph. Gratian. Rom. disceptationum forens. *c.* 223. *n.* 1. 4. 11. 14. *& seq.* Harp.

g *Nullos fructus ex ea percipere possit.*] Item an emphyteutæ remittatur pensio ob sterilitatem, vel interitum partis: & quando ei sit facienda remissio? vide per Ias. *in d. l.* 1. *nu.* 19. *&* 20. *&* 96. de remissione autem vsus emphyteutæ non facienda, vide per Rim. iun. *eius cons.* 40. & de remissione facienda ob aquarum inundationem, vide per eund. *cons.* 49. Giach.

Propter bellorum calamitates nullos fructus percipere potuerit.]
17 Quando emphyteuta † propter bellorum calamitates nullos fructus ex re emphyteutica percepit: tunc si per biennium, seu triennium non soluerit canonem, à caducitate excusatur. Ita, post plures alios, quos refert, & probat Clarus noster, tradit Trentac. *loco praall. nu.* 21. Harprec.

h *Nunquid propter sterilitatem facienda est remissio.*] Valde
† controuersum est: si damnum notabile, puta, insignis sterili- 18
tas contingat, & emphyteuta non modicam, sed magnam, fructibusque correspondentem pensionem exsoluere teneatur, vtrum ea pensio propter sterilitatem illius emphyteutæ sit remittenda? Et remittendam esse censuerunt Neuiz. *cons.* 92. *nu.* 44. *& seqq.* Paul. de Monte Pic. *in repet. auth. praterea, nu.* 13. *& seq. C. vnde vir, & vxor.* Rol. à Valle *cons.* 96. *nu.* 26. *vol.* 1. Aret. *cons.* 55. *col.* 2. *& cons.* 110. *col.* 2. Ruin. *cons.* 77. *n.* 7. *& cons.* 161. *nu.* 21. *vers. secundo principaliter, vol.* 1. Berous *in c. potuit*, 4 *nu.* 145. *ext. de locat.* Cotta *in suis memorabil. in verb. emphyteuta regulariter.* Iac. Port. *consil.* 144. *n.* 2. D. Collega Boeer. *class.* 2. *disp.* 14. *th.* 72. *edit.* 2. Hackelm. *disp. illustr.* 11. *th.* 18. *lit. A.* At contrariam, ceu veriorem, probarunt sententiam, vltra eos, quos Clarus hic laudat, & sequi videtur. Aluarus Valascus *in tract. de iur. emph. c.* 15. *amplias.* 12. *n.* 35. *& seqq.* Gail. *lib.* 2. *obseru.* 23. *n.* 23 *& seqq.* Fachin. *lib.* 1. *controu. iur. ca.* 89. *vers. caterum re diligentius, &c.* Borchol. *in tract. de feud. c.* 3. *nu.* 11. *& idem part.* 1. *disp. de*
iure emphyt. th. 13. *& seqq.* Mouentur † hi interpretes maxime 19
textu *in l.* 1. *in fin. C. de emphyten & §. adeo autem*, 3. *Instit. de locat. & conduct.* vbi dicitur; damnum, quo tota rei substantia non extinguitur, ad emphyteutam spectare. Sed damnum ex sterilitate redundans, non est eiusmodi, quo substantia rei tota perimatur. Ergo ad emphyteutam spectat.

Neque vero neruus huius argumenti præcidi poterit inepta quorundam interpretatione, *d. l.* 1. *& d.* §. 3. de ea duntaxat specie intelligentium, qua non magnus canon, sed exiguus, puta in duobus, tribus, quatuor, aut quinque nummis consistens, in conuentionem fuit deductus; quo casu omnes vnanimi suffragio concludunt; periculum sterilitatis ad emphyteutam pertinere: sicq; eum à præstatione exigui canonis propter sterilitatem non liberari. Huic namque interpretationi primo contradicunt ipsa generalia *d. l.* 1. *C. de iur. emphyt. & d.* §. 3. *Institut. de locat. & conduct.* verba, indistincte de contractu emphyteutico loquentia. Ergo ad illum contractum non sunt restringenda, quo exiguus tantum canon præstandus est: præsertim cum emphyteusis etiam tunc recte constituta dicatur, quando pro re pretiosa, & fertili, iusta, & condigna pensio soluitur, arg. *auth. perpetua, C. de sacrosanct. Eccles. & Nouell.* 7. *cap.* 3. §. 1. Deinde *in d.* §. *adeo* 3. *Instit. de locat. & conduct.* proponitur prædium quibusdam datum fuisse fruendum: & sic prædium fuisse fructiferum. Ex quo verisimile redditur, non exiguum, sed magnum, & fructibus condignum canonem pro isto prædio
in conuentionem deductum fuisse: cum nemo suum † iactare, 20
patrimoniique sui iacturam facere velle videatur, *l. cum de indebito*, 25. *circa principium, ff. de probationibus.*

Nec impedit hoc pronunciatum textus *in l. ex conducto*, 15. *& l. si vis* 2. *& l. si merces*, 25. §. *vis maior*, 6. *ff. locati, l. licet*, 8. *C. de locat. & cap. propter sterilitatem*, 3 *extr. eod. tit.* Quibus in locis
conductori, cui † emphyteuta similis est, propter sterilitatem 21
pensionis, siue mercedis fit remissio. Nam emphyteutam in multis à conductore differre, contractumque emphyteuticum à locatione, & conductione separatum, atque distinctum esse, constat *ex d. l.* 1. *C. de iur. emphyt.* & abunde explicatum est su-
pra *ad quest.* 1. *n.* 8 *& seqq.* A † separatis autem, & diuersis illa- 22
tionem non concedi, explorati iuris est, *l. Papinianus*, 20. *ff. de minorib. l. vlti. ff. de calumniatorib. l. inter stipulantem*, 83. §. *sacram ibi, sed hac dissimilia sunt, ff. de verb. obligat.* Hæcque responsio eo facilius admitti debet, quod magna inter locatio-
nem, & emphyteusin appareat differentiæ ratio. In † contra- 23
ctu namque emphyteutico pensio, quantumuis magna, & fructibus æqualis, non præstatur propter rei vsum, & in compensationem fructuum: sed propter dominij signum, & recognitionem, ad quam, vtpote quæ est de substantia contractus emphyteutici, contrahentes potissimum respicere solent. At vero merces in locatione principaliter præstatur ob vsum rei: adeo, vt si conductor rei vti nequeat: merito aliquid de mercede remitti ei debeat, quasi ita tacite inter eum, & locatorem conuenerit, *d. l. licet*, 8. *C. de locato*, late Corbulus *d. tract. iur. emphyt. cap.* 15. *ampliat.* 12. *n.* 21. Harp.

i *Quid si in re emphyteutica contingat aliquod damnum, puta*
corrosione fluminis, vel chasmate, &c.] Si † fundus emphyteuti- 24
cus submersus, vel inundatus fuerit, an emphyteuta anni illius, quo durauit inundatio, canonem domino præstare obligatus sit, controuertitur. Et obligatum non esse, vero magis consentaneum videtur, *l. cum vnus*, 12. §. *vltim. ff. de reb. auctorit. iud. possid. l.* 3. §. *Labeo* 17 *ff. de acquir. vel amitt. possess. l. si in venditione*, 10. *in fine, ff. de peric. & commod. rei vendit.* vbi Vlpianus ait, rem inundatione perire, sicut chasmate perit. Iam
† vero, re tota perempta, aut læsa, periculum dominus susti- 25
net, *d. l.* 1. *C. de iur. emphyt. & d.* §. *adeo*, 3. *Instit. de locat. & conduct.* Qui textus non stricte de ipsius substantiæ, siue prædij emphyteutici interitu tantum, sed etiam de totius rei damno, & læsione, quæ ita substantiam perimat, vt de eius corpore nihil emphyteutæ reliquum remanere videatur, intelligi debent.

bent. Vtuntur quippe Impp. verbis, damnum, lædatur, &c. Quod si enim de eo solo interitu textus isti acciperentur, quo tota rei substantia prorsus è rerum natura tolleretur: certe de casu rarissime eueniente, imò ne vix quidem existente intelli-
26 gerentur, contra *l. 4. & 5. ff. de legib.* Etenim † perraro terræ motus, quibus agri ita corruunt, vt nusquam conspiciantur, aut chasmata eueniunt, teste Plinio *lib. 2. natural. histor. cap. 80.* Et ita in terminis, post alios, quos citat, concludit Alex. *cons. 112. vol. 1.*

Nec mouerit, si dixerit quispiam, emphyteutam ad canonis præstationem obligatione personali esse adstrictum, adeoque ab ea, si fundus aquis submersus fuerit, non liberari: eum ex contractu obligatus sit, personalisque obligatio non rem, sed personam perpetuo sequatur, *l. 1. § si hæres, 16 ff. ad SC. Trebellian. l. vltim. in fin. ff. de contrah. empt. & §. 1. Instit. de actionibus.*
27 Nam † personalis obligatio personam quidē perpetuo comitatur, si simpliciter sit contracta: secus autem est, si ex natura contractus constet, contrahentes eo vsque tantum obligatos esse voluisse, quamdiu res, cuius ratione obligantur, in rerum
28 natura manserit. Contrahentes enim secundum naturam cōtractus contrahere voluisse censentur *l. quæro, 54 §. 1. ff locati, l. si stipulatus, 4 ff de vsur.* Alciat *in tractat de præsumpt. reg. 3 præsumpt. 32. n. 1.* Menoch. *in tractat. de præsumpt lib. 1. præsumpt. 38.* Contractus autem emphyteutici eam esse naturam, & conditionem, vt re extincta pensio non amplius sit præstanda, liquet *ex d. l. 1. C. de iur emphy:* Ideoque contrahentes huic naturæ, & conditioni se cōformasse, & hoc voluisse creduntur, vt quouis modo re emphyteutica perempta, personalis quoque obligatio præstandi canonis cessare debeat. Firma igitur subsistit conclusio, quod emphyteuta propter inundationem, qua ager emphyteuticus totus submergitur, à canonis solutione liberatur per id temporis spacium, quo inundatio durauit. Ita sentiunt post Alexandrum *cons. 112. n. 1 lib. 1.* Card. Mant. *de tacit. & ambig. conuent. lib. 22. titu 27. n. 45.* & Stephanus Gratianus *d. disceptationum forensi ca. 223. n. 11.*
29 Quæ † tamen conclusio non procedit, si inundatio, quæ superuenit, non erat insueta, sed solita contingere. Tunc etenim emphyteuta non excusatur, vt docet Bald. *in d. l. licet, 8. in 2. qua. C. de locato, per dictam lex conducto, 15. §. si vis. 2. ibi si vero nihil extra consuetudinem acciderit, damnum coloni esse ff. locati,* & arg. *l. qua bona. 13. § de illo, 6. ff. de dam. infect.* Idem tenet
30 Igneus *in rep. l. contract. 23. n. 110. ff. de reg. iur.* Similiter † non locum inuenit præfata conclusio, si emphyteuta omnium casuum periculum in se suscepit: aut culpa, negligentia, vel incuria sua inundationi causam dedit: fructusve, qui postea inundatione perierunt, iusto tempore non colligit. His siquidem de casibus à præstatione canonis minime illum excusari probabilius est, arg. *l item quæritur 13. §. 1 ff locati, l. quod te, 5 ff. de reb. cred. si cert. pet. & l. cum res legata. 47. §. fi. ff. de legat. 1.* Igneus *loco præall.* Corbul. *d tract. de iur. emphyt. c. 15. limitat. 19. n. 3. & 4* Ang. *cons. 374 n. 1. & 2.* Mant. *d li. 22. de tacit. & ambig. conuent. tit. 27 n 44.* Gratianus *d. c. 223. n. 14. & seq.* Harp.

31 k *Si emphyteuta ignoraret, rem esse emphyteuticam.* Quod † emphyteuta, canonem legitimo tempore non soluens, iure suo excludatur, licet per ignorantiam illud sit factum, non temere statuitur: siquidem haud inter scientem, & ignorantem
32 distinguendum est: cum † mora re ipsa contrahatur, adeoque scientia personæ non exigatur. Atque hoc de rigore iuris ita obtinere, post Clarum nostrum, & ab eo hic relatos, censet etiam D. Sichard, *in l. 2. n 25. C. de iur. emphyt.* Eadem de re consulatur Trentacinq *variar resolut. 4. de iur. emphyt. n.* 18. Harp.

l *Ex capite probabilis ignorantiæ.*] Item quod recognoscens propter iustum impedimentum excusetur, ne iure suo priuetur ob non solutionem canonis; vide per Ias. *d. l qui congerat, n. 63.* & est commun. opin. vt attestatur Dec. *cons. 138. col. fi. ex mente gloss. d l. 2.* & an dominus possit inuitus cogi recipere solutionem; vide plene per Ias. *d. l. 2. n. 65.* Giach.

m *Accesseris.*] Quid si dominus, & emphyteuta sint diuersi fori: An emphyteuta teneatur (vt præsupponit auctor) portare canonem ad forum domini? An dominus teneatur mittere pro canone recipiendo? vide per Rol. *cons. 87. num. 516. vol 1.* post Ias. *d l. 2 nu. 93.* qui *n 93. & 96.* ponit, quando dicantur diuersi fori. Sed quid si emphyteuta promisit soluere domino in certo loco, & dominus mutauit habitationem, an teneatur portare ad domum, quam de nouo mutauit? vide *nu. 94.* Quid si non iuerit ob tutum non accessum, quod excusetur, vide per Rol. *cons 87. n. 22.* Giach.

n *Nunquid talis oblatio sufficiet ad euitandam pœnam caducitatis.*] Si † dominus prædij emphyteutici intra triennium
33 canonem oblatum accipere recusauit: tunc eo ipso emphyteuta canonem lucratur, nec dominus illum è prædio eijcere potest. Quod tamen tum demum verum est, si emphyteuta pecuniam, quam dominus recipere noluit, consignet, & consignatā
34 deponat. Vt † enim commissi pœna euitetur: omnino pecuniæ debitæ oblatio, cōsignatio, & depositio necessaria est, per apertum tex. *in d. l. 2. in fin. ibi, pecuniam offerre, hisq; obsignatis, & secundum legem depositis, C. de iur. emphyt.* Et propterea gl. *in d. l. 2. in verb. secundum legem.* Cyn. Bald. Iacob de Aren. Alber. Salic. Sichard. *n. 31. in fin.* & Alberti Leonini *n. 21 C. d. tit.* & Clari hoc loco nostri, adeoq; commune DD. pronunciatum, existimantium, solam oblationem à pœna caducitatis, seu cōmissi excusare; at consignationem, & depositionem ad plenariam liberationem pertinere, vt s. emphyteuta nec eijci, nec de solutione pensionis præteriti temporis compellari possit, merito improbandum est. Hoc enim *verbis d. l 2 in fin. C. de iur. emphyt.* perspicue reclamat; quæ tria, puta pensionis oblationem, cōsignationem, & depositionem copulatiue, ac nominatim requirit, vt emphyteuta eiectionis periculo liberetur: idque per ablatiuos absolutos, consignatis, & depositis: quos conditionē facere indubitatum est, *l ab emptione, 58 ff de pact l à testatore,* 35
109 ff de condit & demonstr. l. euictu, 8. & l. lite contestata, 35. ff. de vsur. l. acceptu, 93. ff ad L. Falcid. l facta, 63 §. rescripto, ff. ad SC. Trebellian. Conditio † autem præcise, & ad vnguem impleri 36
debet, *l. qui heredi. 44. & l. Mauius, 55. ff. de condit. & demonstrat.*
Sed † & argumento à contrario sensu (quod in iure fortissimum est, *l. 1. ibi, huius rei fortissimum, ff. de offi. eius, cui mand. est iurisd.*) si neq; consignet, neq; deponat pecuniam, ostendit Iustinianus emphyteutam è prædio eijci posse, *d. l. 2. in fin. C. de iur. emphyt.* Quamobrem † verius videtur, speciale esse hoc in 38
casu, vt sola oblatio ad suffugiendam deiectionis pœnam non sufficiat. Cuius specialitatis ratio hæc fortassis non incommode redditur: quia cum habeant emphyteutæ hoc prærogatiuæ, vt non sicut cæteri conductores, quamprimum soluere cessarint, expellantur, *l vectigalia, 10. §. fin. ff de publican. & vectigal l. ade, 3, ibiq;* DD. *C. de locato.* sed cessatio triennij continui necessaria sit, hocque nomine domini non parum aggrauentur: naturæ consentaneum Imperator censuit, in hoc vicissim dominis faueri, vt eis pensionem reuera emphyteutæ soluant: quod tantum contingit, si numeratam pecuniam domini recipiant, aut postquam recusauerint, ea consignetur, & deponatur: vt merito constitutum sit, non satis esse emphyteutæ offerre, nisi præterea pensio consignetur, & deponatur, *d. l. 2. C. de iur. emphyt.* vbi ita expresse docent Ias. *n. 181* Corasius *n. 29.* & Ioan. Ferrar Montan. *circa finem* item D. Obrech. *Disp. 36. th 394. cum seq.* & Bansouius *in Disput. de iur. emphyt. de anno 1602. th. 38.* Harpr.

o *Nunquid talis solutio facta per procuratorem proderit ipsi emphyteutæ.*] Si † procurator emphyteutæ, vel etiam tertius 39
extraneus, velit nomine emphyteutæ, tanquam negotiorum eius gestor, canonem soluere: tunc æquius, & verius videtur; quod dominus cogatur eiusmodi solutionem recipere; vel si eam recuset, quod emphyteuta ob id iure suo non priuetur: propterea † quod pro alio quolibet tertius inuito creditori 40
soluere possit, *l solnendo 39. & l. quæ vtiliter, 45. ad finem ff. de negot. gest.* Deinde quia quotiescunque tractatur de conseruatione iuris realis, vt est emphyteusis: semper ex benigno iure factum negotiorum gestoris prodest alteri ad conseruationem, & retentionem illius iuris, arg *l. vsu, 20. ff quemadm seruit. amitt. & l. arboribus, 12. § quid tamen. ff. de vsufruct.* Et ita in indiuiduo, siue terminis (vti loquuntur) tenent Ang. *in l. ex vectigali, 31. ff. de pignorib.* Ludouic. Roman. *cons 101. in princip.* Ias. *in d l. 2. C. de iur. emphyt. n. 68. & seq.* Domin. Card. Tuscus *tom. 3 practicab. concl lit E. concl. 192. n. 90. 107. & 152.* Eaque de re, post alios, latius differtat Berlich. *part. 2. conclus practicab. concl. 46. n. 37. & aliquot seqq* Sed & nos eandem rem explanatius persecuti sumus *in § adeo autem, 3. Instit. de locat. & conduct. n. 512. & seqq.* Harp.

p *Quod in contractu emphyteutico apposita sit pœna, &c.*] Emphyteuta, pensionem † debitam non soluens, emphyteusin perdit, etsi ab initio contractus conuenerit, vt pensio suis quæque 41
temporibus præstaretur; & nisi præstaretur, dominus pœnam sit stipulatus. Ita, post gloss. *in d. l. 2. in verb repellere.* ibique Albericum de Rosat. *n. 8.* Salicetum *n. 18.* Bald. *n 12.* Iasonem *n. 139.* aliosque communiter, *C. de iur. emphyteut.* Clarus noster hoc loco concludit. Neque dicendum est, hanc pœnam propterea esse adiectam, vt ea dominus contentus sit, & pœnam legis remittat: quia hæc pœna adiecta est domini causa, & vt aliquid ad obligationem accedat. Ideoque per hanc pœnam à beneficio eiectionis, quod iure communi competit, remissum non videtur. Cum enim aliquid obligationi accedit, per hoc ab ea obligatione recessum non intelligitur, argum. *l. si se non obtulit, 4. §. si ex conuentione, 4. ff. de re indic.* Donell. *libro 9. Commentar. de iur. ciu. cap. 15 pagin. 455. n. 50.* Enimuero † dominus, 42
& pœnam petere, & simul iure commissi vti (secundum receptam sententiam, quam aliquot ratiunculis impugnare tentat Sichardus *ad d. l. 2. n. 15. C. de iur. emphyteut.*) non potest: sed alterum eligere debet, monente hic Claro nostro: nisi expresse, & specialiter actum sit, vt vtrumque fieri, vel exigi possit, *leg. rescriptum, 10. § si pacto, ff de pact. l. apud Celsum, 4. §. Labeo ait, 7. ff de doli mali, & met. except. l. si duo, 34. §. fin. ff de recept. qui arbitrium, &c. l. prædia, 28. & l. Lucius, 47. ff de actionib. empt.* Gloss. *in d. l. 2. verb. repellere, versic. sed tamen,* & ibi Salicet.

*num.*19. Iason *nu.*144 & Corasius *n.*21. Codic. *de iur. emphyteu.* Speculat. *ad tit. de emphyt. nu.*46. *&* 47. Corbulus *d. tract. de iur. emphyt. cap.*15. *ampliat.*9. *n.*8. Harp.

q *Vtrumque facere*] Faciunt in simili tradita per Rom. *conf.* 155. *numero* 7. & per Dec. *in conf.*380. & quo ad pœnam appositam, videtur quod ob eam sit recessum à pœna caducitatis. Et ideo licet quis iuret soluere, non tamen incurrit pœnam caducitatis, vt habetur per gloss. & DD. *in cap. querelam, de iureiur.* propter enim pœnam specialem videtur recessum à generali *l. sanctio ff. de pœn.* & per Ioannem Andr. *in cap. relatum, ne cler. vel mona.* & Apostill. ad Bartol. *in l. prætor in pr. ff. de oper. no. nunciat.* Iason tamen *in l. si quis maior C. de transact. numero* 12. Alexan. *consilio* 85. quem seq. Ferrar. *caut.* 20. dicit, quod in obligatione iurata caderet emphyteuta à iure suo, non obstante statuto de pœna disponente. Et idem tradit Cagn. *in d. l. si quis maior, n.*51. *&* 53. *cogita.* Giach.

r *Si emphyteuta plures hæredes reliquerit, & vnus ipsorum*
43 *soluerit partem suam canonis, &c.*] Si † emphyteuta plures relinquat hæredes, & vnus eorum partem canonis intra tempus statutum non soluat, tota emphyteusis in commissum cadit: ita tamen, vt illi hæredes, qui suam portionem soluerunt, iudicio familiæ erciscundæ id, quod sua interfit, ab eo cohærede, qui nihil soluit, consequi possint, argum. *l. hæredes,* 25. §. *in illa quoque,* 12. *ff. famil. ercisc. l.* 2. §. *item si in facto,* 5. *& l. stipulationum,* 5. §. *si sortem,* 4. *ff. de verb. obligat.* Et ita, præter gloss. & Doctores hic memoratos à Claro nostro, sentiunt Speculator *libro* 4. *parte* 3. *titulo de emphyteusi,* §. *nunc aliqua de iure emphyteutico, numero* 91. *ibi* 71. *quæritur, sub fin. & ibidem in addit.* Ioan. Andr. *littera C. sub fin. vers. teneas igitur, &c.* Roland. à Valle *consil.*17. *numero* 16. *vol.*2. Iason *in d. l.*2. *numero* 55. *cum seq.* & Sichardus *num.*7. *de iur. emphyt.* Corbulus *d. cap.*15. *ampliat.*8. Hostiens. *in summa extr. de locato, & conduct.* §. *quid si de natura huius contractus, numero* 12. *in med. vers. quid, si ex pluribus vnus non soluit, &c.* Dominic. Cardinal. Tuscus *tomo* 3. *practic. conclusion. littera E. conclus.*192. *numero* 15 16. 28. 114. *& conclus.*203. *numero* 1. *& seqq.* late Berlichius *prædicta parte* 2. *conclusione practicab. conclus.*46. *numero* 25. *& aliquot subseqq.* Ratio illius sententiæ hæc certissima afferri solet: Tum quia si primus emphyteuta, ob particularem canonis solutionem iure suo priuari, & expelli potuit, argum. *l. etiam si partis,* 111. *ff. de legat.*1. & indicatum est supra *n.*13. etiam eius hæres priuari debet: ne in huius persona conditio obligationis immutetur, *contra d. l.*2. §. *ex his,* 2. *ff. de verborum obligationibus, & l. cui fundus,* 56. *in fine, ff. de*
44 *conditionibus & demonstrat.* Tum † quia præstatio canonis est indiuidua, per ea, quæ tradit Præpositus *in c. vnic.* §. *omnes, tit. si de feud. fuerit controuers. inter domin. & agnat. numero* 2. *in med.* & Dominic. Cardinal. Tuscus *d. tomo* 3. *littera E. dict. conclus.*192. *numero* 18. *vers. quia factum est indiuiduum, &c.* Indiuidua autem pro parte solui ab hæredibus non possunt. Ideoque recte concluditur, quod tota emphyteusis ob negligentiam vel vnius cohæredis, canonem non soluentis, amittatur. Vnde consuetudine Germaniæ introductum est: quod nobiles, & domini omnes hæredes sui emphyteutæ præmortui ad inuestituram accipiendam non admittant, nisi curatorem constituant, vel vnum ex sese eligant, qui reliquorum hæredum nomine inuestituram accipiat. Quod quidem vtile est hæredibus, vt ij vnum eligant, qui omnium nomine inuestituram petat, & iuret: ne totam emphyteusin amittant, si forte vnus ex illis suam portionem per triennium non soluerit, vt tradunt Hartman. Hartmanni *lib.*2. *obseruat. tit. de feud.*54. *obseruat.*19. *num.*1. Borcholt. *de feud. cap.*7. *parte* 1. *num.*34. Mynsinger. *cent.*5. *obseruat.*9. *num.*11. Modest. Pistor. *quæst.*133. *numero* 1. & ibidem in addit. Iacobus Schult. *nu.*32. eosque citans Berlichius *d. par.*2. *conclus.*46. *numero* 31. Nobilibus vero, & dominis (quod tamen sæpissime in suum detrimentum, & perniciem facere consueuerunt) minus vtile, sed potius damnosum est. Ideoque è re illorum magis erit, si omnes hæredes simul ad accipiendam inuestituram admittant, nec eos, vt vnum ex sese eligant, cogant. Hoc enim casu, si vnus ex illis suam portionem canonis non soluerit, reliqui omnes nota emphyteusi priuantur. Idque summe notandum esse, Berlichius *loco iam designato* monet. *Harp.*

ſ *Nunquid hæc cessatio, & consequenter caducitas ea de caus-*
45 *sa incursa, oberit eius descendentibus.*] Si † pater canonem non soluat intra legitimum tempus, etiam suis filiis obest: quia patre non soluente, peccatur contra naturam contractus, ratione cuius domino res emphyteutica vna cum pensione committitur, & ad eundem redit, *d. l* 2. *C. de emphyteut.* Et ita, post Ruinum *conf.*168. *numero* 6. *volum.*1. aliosque hic citatos, sentiunt Bald. *in l. adoptiuum,* 8. §. *patronum, ff. de in ius vocand* Corneus *consil.*327. *numer.*4. *vol.*1. Alexand. *conf.* 110. *colum.*1. *num.*3. *volum.*5. Ioan. de Amicis *conf.*133. *num.*8. & 12. Salicet. *in l.*2. *num.*33. & ibidem Alberic. de Rosat. *nu.* 15. *C. de iur. emphyt.* Gratus *consil.*132. *numer.*6. *vol.*1. Gozad. *conf.*34. *num.*10. *&* 14. item *conf.*46. *num.*13. *& conf.*75. *num.*2. aliique plures, quos refert, & sequitur Corbulus *d. tract. de iur. emphyt.*15. *ampliat.*7. vbi, & ipse *n.*2. hanc opinion. commun. & veriorem dicit. *Harp.*

t *Nunquid emphyteuta qui canonem non soluit, possit purga-*
re moram.] Quod † in emphyteuta Ecclesiæ, & in fore canonico, moræ purgatio post elapsum tempus biennij, ad euitandam pœnam priuationis emphyteuseos, admittatur, liquido apparet ex *c. potuit,*4. vbi Panormitan. & Canonistæ communiter, *extr. de locato.* Ast emphyteutam priuari, post triennium elapsum, celeri satisfactione morem purgare, adeoque priuationis pœnam euitare non posse, veritati iuris, magis conforme est. Primum † enim vbicunque dies, & pœna obligationi adiecta est, mora purgari non potest, *l. traiectitia,* 23. *ff. de obligat. & act. l. magnam,* 12. *C. de contrah. & committ. stipulat.* Arumæus *in tractat. de mora. cap. vltim. num.*8. Atqui emphyteutæ dies, & pœna est apposita, *d. l.*2. *C. de iure emphyteut.* Ergo transacto die, non poterit purgari mora. Deinde † huc facit *l. Celsus,* 23. *in princip. ff. de recept. qui arbitr. recep.* vbi si arbiter intra Kalendas Septembres dari iusserit, nec datum erit, licet postea offeratur; tamen semel commissam pœnam compromissi non euanescere, ait Iurisconsultus: quoniam semper verum est, intra Kalendas datum non esse. Tertio huc confert textus *in l.*1. *vers. habebit igitur, ff. de penu legata.* vbi Vlpianus ita respondit: Habebit igitur hæres obligationem tamdiu, quamdiu lis cum eo de pecunia contestetur: nisi forte aliud tempus, vel mente, vel verbis testator præstituit. Quarto hæc sententia confirmatur *ex d. l.*2. *C. de iur. emphyteut.* vbi dicitur; emphyteutam, qui per triennium non soluit, omnimodo repelli posse, ibi, sed omnimodo (si dominus voluerit) repellendo, &c. Quæ certe verba satis clare arguunt, ita absolute emphyteutam repelli posse, vt nec moram purgare queat. Quinto nusquam in toto iure ciuili cautum reperitur, quod hoc casu moræ purgatio admittatur. At † sine iure, aut certa lege nihil statuendum, *Nouell.*18. *cap.*5. *in princip.* Postremo hanc tuentur, probantque decisionem Iason *in d. l.*2. *numer.*73. *& sequ. C. de iur. emphyteut.* Couarruuias *libro* 3. *variar. resolut. cap.*17. *numero* 4. Roland. à Valle *consilio* 87. *numero* 7. *volum.*1. Fachineus *libro* 1. *controuersiar. iur. cap.*98. Borchol. *in tractat. de feud. capit.*3. *numero* 32. Gœdd. *ad l. vt si cui,* 12. § 1. *numero* 13. *ff. de verb significat.* Alexand. *in l. si insulam.*84. *numero* 13. *ff. de verb. obligat.* Valascus *in tractat. de iure emphyteutic. quæstione* 5. *numero* 13. Dominicus Cardinal Tuscus *tomo* 3. *practicabil. conclus.*192. *numero* 41. *& conclus.*193. *numero* 30. *cum sequentibus.* Trentacinquius *libro* 3. *variar. resolut. titul. de iur. emphyteut. resolut.*4. *num.*7. 8. 16. *& sequ.* & nouissime Berlichius *d. parte* 2. *conclus.* 46. *num.*47. Quanquam alij aliter sentiant, Bald. *in l. acceptum.* 19. *C. de vsur. num.*55. *& seq.* Francisc. Sarmient. *libro* 3. *selectar. interpretat. cap.*5. Ioan. Ronch. *ad l.*2. *ff. de duobus reis, numero* 33. Iacobus de Nigris *ad d. l. si insulam,*84. *num.*286. *ff. de verb. obligat.* Guido Papæ *quæst.*123. *num.*1. *& seq.* Cæpoll. *cautel.*135. Ruin. *in conf.*50. *col.*4. *num.*10. *& consilio* 143. *nu.*14. *& conf.*153. *in princ. lib.*1. Sichardus *in d. l.*2. *num.*20. *&* 21. & ibidem Leoninus *nu.*17. *de iur. emphyt.* Heigius *in* §. *adeo,* 3 *Institut. de locat. & conduct. numero* 39. *cum seq.* Gerhard. *de cad.* 15. *quæstione* 8. & Hackelman. *disput. illustr.*12. *thes.*17. *littera C.*

Nostræ † conclusioni non obstat *l. seruum,* 91. §. *sequitur,* 3. 50
ff. de verbor. obligat. vbi respondetur, ex bono, & æquo moram purgari posse. Æquitatem autem rigori præferri, notissimi iuris est, *l. placuit,* 8. *C. de iudiciis.* Etenim lex ista minime procedit, vbi dies, & pœna obligationi adiecta est. Tunc siquidem moræ purgationi locus non relinquitur, *d. l. traiectitia,* 23. *ff. de obligat. & actionib. cum similib.* Fachineus *d. lib.*1. *controuers. iur. c.*98. vbi & reliqua argumenta, quæ huic traditioni negotium facessere videntur, abunde refutat. *Harpr.*

u *Non potest.*] Adde, & vide de hoc per Afflict. *decis.*174. Hic nota vnum, quod quis post moram potest actionem vendere, *l. qua Roma,* 9. *cohæres, vbi legitur, & notatur, ff. de verbor. obligat.* Item quod onus probandi solutionem canonis incumbat emphyteutæ, & non domino, dixi supra *alleg. apostilla.* Item quod canonem non soluens ob iustum impedimentum excusetur, ne priuetur iure suo, vide per Iason. *d. l.*2. *num.*36. & communem per Decium *in consil.*138. *colum. fin. ex mente gl. dict. l.*2. Giach.

Non potest moram purgare.] In hac quæst. maxime in emphyteuta priuati magna est inter DD. controuersia. Aliqui enim putant, quod absque moræ purgatione ob cessationem solutionis canonis intra triennium res emphyteutica cadat in commissum, vt per Alexand. *consil.*102. *volum.*3. & Mod. *in l.*2. *C. de iure emphyt.* & hæc est communior opinio, secundum quam iudicatum in cons. Neapol. refert Afflict. *decis.* 174. *nu.*2. Gouean.

QVÆ-

QVÆSTIO IX.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Emphyteuta, qui cessauit in solutione canonis, an cadat ipso iure, vel requiratur sententia.*

Ex Additionibus.

1 *Emphyteuta, ob canonem non solutum, ipso iure, non expectata iudicis sententia, emphyteusi cadit.*

2 *Quæ vis sit dictionum, omnino, & omnimodo, &c.*

3 *Verba futura, vel præsentia quid indicant.*

4 *Consideratio* l. lex vectigali, 31. §. 1. ff. de pignorib. & hypothec.

1 SVccessiue quæro, an emphyteuta, qui cessauit in solutione canonis, cadat *a* ipso iure, an autem requiratur aliqua sententia, vel declaratio? Respond. Aut quæris, an requiratur declaratio domini directi; & tunc stante regula; quod pœna caducitatis non habet *b* locum nisi domino *b* volente, quam dicit esse communem Curt. iun. *cons.* 109 *n.* 11. *& cons.* 110. *nu* 21. tenendum, quod propter cessationem emphyteuta non cadit ipso iure ab emphyteusi, sed ita demum, si dominus directi declaret velle esse locum caducitati. Ita tenet Bart. *in d. l.* 2. *nu.* 2. *C. de iure emphyt.* quem sequuntur communiter DD. vt dicit Paris. *cons.* 108. *nu.* 33. *libr.* 1. Dicit etiam Cæph. *cons. ciuili*, 25. *num.* 2. quod ita concludunt communiter Scribentes, & dicit Curt. iun. *cons.* 149 *post nu.* 3. *vers. Cum igitur.* quod in hoc omnes conueniunt. Hanc etiam dicit esse communem opin. Ias. *in d. l.* 2. *nu.* 10. Aut vero quæris, postquam dominus voluntatem suam declarauit, quod scilicet velit locum esse caducitati; nunquid requiratur sententia, *c* aut declaratio Iudicis, an autem cadat ipso *c* iure? & tenendum est, quod statim facta declaratione per dominum directi, cadat ipso iure, neque requiratur Iudicis sententia, vel declaratio. Et ita communiter teneri attestatur. Ant. de But. *in d. c. potuit*, quem refert Ias. *in d. l.* 2. *n.* 12. *& sequ.* & Ruin *cons.* 135 *n.* 6 *lib.* 1. *& cons.* 57. *n.* 2. *lib.* 4. Corn. *cons.* 165. *in littera X. lib.* 2. Alexan. *consil.* 6. *post n.* 22. *lib.* 3 Dec. *cons.* 146. *n.* 7. *in fin.* Cæpolla *in d. cons.* 25. *n.* 3. *in fin. & nu.* 6. subdens, quod ita communiter obseruatur. Et licet in puncto iuris multa dici possent: non tamen esset in pract. ab hac opin. quam commun. DD. sententia, & consuetudo approbauit, aliquo modo recedendum.

ADDITIONES.

a CAdat.] De caducitate autem non admittenda ob renouationem non petitam, vide per Rim. iun. *in consil.* 22. Giach.

An emphyteuta qui cessauit in solutione canonis, cadat ipso iure.] Verior, & communior est sententia existimantium, em- 1 phyteutam ipso † iure, propter non solutum canonem, emphyteusin amittere, absque processu ordinario, & sententia iudicis declaratoria, seu definitiua: dummodo dominus voluntatem suam declaret, & dicat, se nolle illum amplius in emphyteutam habere, argumento *l.* 2. *C. de iur. emphyteut.* vbi primo Iustinianus ait, domino volenti licere emphyteutam, qui per triennium cessauit in solutione, expellere. Si licet domino eum repellere: consequens est, sententiam iudicis necessariam non esse. Et sane quod sententia iudicis priuatiua, seu declaratoria sit opus: nullo verbo in isto textu attingitur: vt parum credibile sit, id Iustinianum Imp. omissurum fuisse, si necessarium foret. Deinde idem Imperator *in d. l.* 2. *& in Nouell.* 7 *cap.* 2. §. *scire autem* 2. vtitur præcisis dictionibus omni- 2 no, † & omnimode: quarum dictionum hæc vis est, vt indicent, aliquid ipso iure fieri: ideoque tantum esse necessariam declarationem domini, iure suo vti volentis, non vero iudicis. Et quod dictiones, omnino, omnimodo, penitus, statim, mox, & similes significent, ipso iure aliquid fieri, prolixe traditum est à Corseto *singul.* 234. *in verbo, omnino, & singulari* 208. *in verbo, penitus.* Ludouico Romano *in singulari suo* 1. & Matthesilan. *singul.* 111. *&* 114. itemque Tiraquello *in repetit. l. si vnquam,* 8. *super verb. reuertatur, n.* 76. *& aliquot seqq. C. de reuoc. donat.* Huiusque sententiæ auctores sunt, præter Clarum nostrum, & ab eo hic laudatos, Salicetus *n.* 8. & Sichard. *nu.* 19. *in d. l.* 2. *C. de iur. emphyteut.* Hostiensis *in cap. potuit*, 4. *extr. de locato* Borchol. *in tractat. de feud. cap.* 3. *nu.* 24. Connan. *libro* 7. *Commentar iur. ciu cap.* 12. *nu.* 9. Fachineus *lib.* 1. *controuers. iur. cap.* 93. Arumæus *Exercitat. Iustin.* 14. *thes.* 15. Corbulus *in tract. de iur. emphyt. cap.* 15. *ampliat* 45. *n.* 1. Donell. *lib.* 9. *Commentar. de iur. ciu. cap.* 15. *post med. vers. postquam constabit. &c.* Gail. *lib.* 2. *obseru.* 51. *nu* 7. aliique ab iis designati. Tametsi contrarium teneant Speculator. *lib.* 4 *part.* 3 *titul. de emphyteut.* §. *nunc aliqua, de iur. emphyteut. n.* 60. *quæst.* 47 Paul. Castrens. *cons.* 68 *lib.* 2. Innocent. *in d. cap. potuit*, 4 *extr. de locato* Menochius *de recuperan possess. remed.* 1. *n.* 79. Mynsinger *cent.* 3. *obseruat.* 65. *nu.* 1. *& seq. & cent.* 6. *obseru.* 77. *n.* 1. *& seq.* Crauett. *cons.* 212. *n.* 2. Dominic. Cardinal. Tuscus *tom.* 3 *practicab. conclus. lit. E. conclus.* 199. *nu.* 7. *& sequentib.* Trentacinquius *libro* 3. *variar resolu. tit. de iure emphyt. resolut* 4. *n.* 2. Berlichius *part.* 2. *conclusionum practicabil. conclus.* 46. *n.* 4. & Matthias Stephani *cons.* 3. *quæst.* 83. *ad lit. B.* vbi ait, hanc posteriorem sententiam esse quidem æquiorem, & probabiliorem: priorem vero (quam & nos amplectimur) de iure veriorem, & communem esse.

Cui non obstat; quod † Imper. Iustinianus *in dict. l.* 2. *ibi, iur. suo cadat. C. de iur. emphyt.* vtitur verbis, non præteritum, 3 sed præsens tempus significantibus: item *in d. Nouell.* 7. *cap.* 3. §. *scire, ibi, fiant extranei, &c.* vtitur verbis futuri temporis: quæ verba priuationem non ipso iure, sed per sententiam inducunt, iuxta gloss. *in l. iubemus*, 14. §. *œconomus, super verb priuetur, C. de sacrosanct. Eccles. & in l. criminali*, 5. *super verb. habeatur; C. de iurisd omn. iudic.* Nam verba futura vel præsentia nequaquam pœnam per sententiam infligunt, quando talia verba sunt coniuncta (vt in proposito casu) cum dictione aliqua præcisa, omnino, omnimodo, mox, prorsus, aut simili. Ea enim efficit: vt, licet sint verba præsentia, vel futura: tamen pœna ipso iure infligatur; per notata gloss. *in cap. quam sit.* 6. *ad finem, super verb vacnetur, de elect. lib.* 6. Roman. *cons.* 212. *circa finem*, & Matthesil. *d. sing.* 111. aliorumque, quos referendo loquitur Borchol. *præd. capit.* 3. *nu* 24. *ad finem*

Sic † quoque non obstat textus *in l. ex vectigali*, 31. §. 1. *ff. de* 4 *pignorib. & hypoth* vbi dicitur, canone, secundum legem vectigali fundo dictam, non soluto, pronunciatum fuisse, feudum secundum legem domini esse. Etsi enim in isto textu iudicialis pronunciatio necessario requiratur. Sed & nos non diffitemur, euenire posse, vt iudicis pronunciatione hac in re opus sit; negante (verbi gratia) emphyteuta, se in canonis solutione cessasse, & domino eum non soluisse affirmante. Tunc etenim, & iudex adeundus, & sententia expectanda est, quæ disputationem, & controuersiam istam dirimat: licet nihilominus ante iudicis prolationem emphyteuta, si non soluerit, emphyteusi priuatus intelligatur. Cæteris obiectionibus sufficienter respondet Fachin. *d. lib.* 1. *c.* 93. Harp.

b *Domino volente.*] Adde, vt per Roland. *cons.* 81. *nu.* 7. *vol.* 3. & sic requiri declaratoriam dicit Natt. *cons.* 93. *n.* 4. De inuestitura non petenda, & caducitate vitanda, neque incursa, vide per Rimin. *in cons.* 17. Item quando ob defectum solutionis non dicatur quis cecidisse à iuribus suis: vide per eund. *in cons.* 94. De mora autem non purganda propter retardatam canonis solutionem, vide per Afflict. *d. decis.* 174. & per Cæsar. Orsil. *in suis additionibus ad eund.* Giach.

c *Ipso iure.*] Aduerte hic, quod tametsi Ecclesia possit possessionem accipere propria auctoritate, quando deuoluitur propter canonem non solutum: tamen quando per alienationem, vel generationem finitam, deuolutionem Prælatus prætendit, non potest possessionem accipere nisi præcedat declaratoria, ratio est: quia haud potest ita certa esse de alienatione illicita, vel extinctione generationis, sicut de non solutione, per Afflict. *dec.* 97. Hieron. Gabr *consil.* 88. *num. fin.* & an eo non citato possit dominus inuestire aliud? vide per Alexand. *consil.* 44. *volum.* 1. Giach.

QVÆSTIO X.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Dominus directi, qui post incursam caducitatem recipit pensionem ab emphyteuta, an censeatur illi remisisse caducitatem.*

2 *Et an dominus, qui propter cessationẽ expulit emphyteutam, possit ab eo petere pensionem temporis præteriti.*

3 *Prælatus recipiens pensionem ab emphyteuta Ecclesiæ, an censeatur illi remisisse caducitatem.*

4 *Cui incumbat onus probandi, an emphyteutæ dicenti se soluisse, an autem domino id neganti.*

Ex Additionibus.

1 *An, & quando dominus directus præsumatur remisisse pœnam caducitatis, recipiendo canonem ab emphyteuta, remissiue.*

2 *An, & quatenus dominus directus, qui ob canonem non solutum expulit emphyteutam, pensionem temporis præteriti ab eo petere possit, remissiue.*

3 *Vtrum Prælatus recipiendo pensionem præiudicet Ecclesiæ, remissiue.*

1 a SEd hic occurrit alia quæstio; numquid dominus a directi, qui post incursam caducitatem recipit solutionem pensionis ab emphyteuta, censeatur illi remisisse caducitatem? Resp. in hoc articulo distinguendi sunt aliqui casus. Aut enim expresse constat de mente ipsius domini pensionem recipientis, quia scilicet in repetitione canonis reseruauit sibi expresse ius caducitatis; vel protestatus est per hoc non remittere caducitatem, vel huiusmodi: & tunc proculdubio non censetur remisisse caducitatem, stante eius expressa declaratione in contrarium. Ita tenet gl. *in c. potuit, in gl. 3. de locato*, quam dicit esse communiter approbatam per Legistas, & Canonistas Ias. *in l. si post mo. ain. post nu. 4. vers. Confirmo per illud ff. de eo quod certo loco*, vbi tamen refert Abb. *in d. l. 2.* dicentem, quod ita communiter tenetur. Ita etiam tenere communiter Doctor. attestatur Corne. *cons. 40. in liter. I. lib. 4.* hoc tamen intellige, vt procedat, quando dominus recipit pensionem solummodo temporis præteriti, scilicet elapsi ante incursam caducitatem. Hoc enim casu prodest talis protestatio, quia stat simul, quod dominus prouideat sibi præterito, recipiendo pensionem debitam, & reseruet etiam ius de futuro, propter caducitatem incursam; secus autem, si recipiat pensionem etiam pro tempore futuro, id est, decurso post causatam caducitatem. Nam isto casu, licet protestetur se illam recipere saluo iure caducitatis, &c. censetur tamen, non obstante protestatione, vel reseruatione, caducitatem ipsam remisisse. Ita concludunt communiter Doctores, quicquid dixerit Bart. *in d. l. 2. nu. 8. in fin.* vt dicit Gigas *de pens. q. 73. in fin.* Hanc etiam opin. contra Bart. attestatur esse communem Ruin. *cons. 110. n. 4. lib. 2. & cons. 5. n. 12. eod. vol.* Videtur enim incomparabile, quod recipiatur pẽsio pro tempore post caducitatem decurso, & quod saluum sit ius caducitatis; & sic, quod quis eodem tempore habeatur pro emphyteuta, & pro non emphyteuta. Vnde cum huiusmodi protestatio, siue reseruatio sit contra facto, nihil releuat, iuxta ea quæ dixi infra *lib. 7. §. Protestatio.* Et ita superioribus annis reuocata fuit sententia cuiusdam Doctoris, qui iudicauerat contrarium, fretus auctoritate Bart. *in d. l. 2.* neque aduertit, quod in hoc Bart. communiter reprobatur, vt superius dixi. Aut vero sumus in dubio, quia scilicet dominus, sine aliqua protestatione, vt reseruatione caducitatis pensionem ipsam recepit; & tunc siquidem recepit etiam pensionem temporis futuri, id est, decursi post caducitatem, res non habet difficultatem, quin censeatur remissa caducitas, vt in fortioribus terminis supra statim. Sin autem recepit pensionem temporis præteriti tantum, adhuc idem est dicendum, quod scilicet censeatur remisisse caducitatem. Et licet Bart. *in loco preallegato* contrarium tenuerit, communis tamen opinio est contra Bart. vt dicit Gigas *de pensio. q. 73. nu. 3.* à qua non esset in practica recedendum, maxime quia æquior est, & humanior. & in hac quæstione caue à Sal. *in d. l. 2. n. 14.* qui dicit, quod distinctio Iac. de Aren. quam sequitur Bart. cõmuniter approbatur, quia neq; ipse fideliter refert Bart. neque (vt potes ex prædictis colligere) opin. Bart. nec sua communiter approbatur.

2 b Quæro nunc, b quid è conuerso, nunquid dominus directi, qui declarauit caducitatem propter cessationem solutionis, & emphyteutam expulit, possit ab eo postea petere pensionem pro tempore præterito sibi debitam? Resp. in hoc etiam articulo Doctores varia scribunt. Tu vero dic, quod aut Dominus expellendo emphyteutam expresse reseruauit sibi ius petendi pensionem pro annis cessatis; & hoc casu talis reseruatio siue protestatio vtique illi conseruat facultatem petendi ipsam pensionem; & hæc est communis opin. vt dicit Boer. *decis. 309. n. 5. in fin.* Aut vero non est protestatus, & tunc expellendo emphyteutam ob canonem non solutum, non potest ab eo petere pensionem temporis præteriti, quicquid dicat Bart. *in d. l. 2. n. 8.* contra quem in hoc etiam communis opinio, vt dicit Gigas *de persio. quest. 75. post nu. 6.* & hæc omnia nota in practica, quia propter varietates opinionum de facili quis decipi posset. Hæc tamen omnia intellige, vt procedant in emphyteuta priuati: sed in emphyteusi Ecclesiastica speciale est fauore Ecclesiæ, vt possit Ecclesia vtrumque consequi, scilicet pensionem exigere, & emphyteutam repellere, vt est text. *in Auth. qui rem, C. de sacros. Eccles.*

Sed nunquid ea quæ dicta sunt de emphyteutis laicorum, habent etiam locum in emphyteutis Ecclesiæ, 3 vt scilicet si Prælatus recipiat pensionem ab emphyteuta, qui per triennium cessauerat, & sic ceciderat à iure suo præiudicet Ecclesiæ, ita vt censeatur remissa caducitas? Resp. hæc quæstio pendet ab alia, nunquid c Prælatus expresse possit remittere caducitatem emphyteutis Ecclesiæ. In quo quidem articulo Doctores c ita distinguunt. Aut Ecclesia non est collegiata, & potest solus Prælatus remittere caducitatem. Aut vero Ecclesia est collegiata, & non potest sine capitulo; & hæc est commun. opin. vt dicit Card. Alexand. *in cap. 1. in princ. nu. 17. de his qui feud. dar. poss.* Dic ergo in hoc proposito eadem ratione, quod aut Ecclesia non est collegiata, & recipiendo pensionem præiudicat Ecclesiæ: aut est collegiata, & non potest sine capitulo illi præiudicare. Ita colligitur ex gl. *in d. cap. potuit, in verbo. Excells.* quæ in hoc est communiter approbata, vt dicit Alexan. *cons. 5. nu. 10. lib. 5.* Ruin. *cons. 70. post n. 14. lib. 5.* & dicit Imol. *in d. c. potuit, n. 34. circa fin* quod ita tenent communiter Doct. quem refert Alex. *cons. 105. n. 15. libr. 3.* & Cæpolla *cons. ciuili 48. post n. 3.* & Dec. *cons. 219. n. 3.* Hanc etiam opin. dicit esse communem Ias. *in d. l. 2. n. 130.*

Sed pone dominus dicit emphyteutam cecidisse, 4 quia per triennium non soluit, econtra vero emphyteuta dicit se soluisse; Quæro, cui incumbat onus probandi; Resp. quod dominus habet intentionem fundatam ex instrumento inuestituræ; merito non ipsi sed emphyteutæ incumbit onus probandi. Ita tenet gl. *in d. l. 2. in verbo, repellere, bi: item quis probabit C. de iure emphyt.* quæ in hoc communiter approbatur, vt dicit Soc. iun. *cons. 91. nu. 15. lib. 2.* Ita etiam tenere omnes Doct. attestatur Ias. *in d. l. 2. n. 132. & seq.* quem refert Gigas *de pensionibus, q. 76. in fin.*

ADDITIONES.

NVnquid dominus directi, qui post incursam caducitatem recipit solutionem pensionis ab emphyteuta, censeatur illi remisisse caducitatem] An, & † quando præsumatur dominus directus remisisse pœnam caducitatis, recipiendo canonem ab emphyteuta, late, & accurate, post Clarum nostrum, & alios, explicant Iacob. Menoch. *in tract. de præsumptionib. lib. 3. præsumpt. 112.* D. Obrecht. *disp. 16. de iur. emphyt. th. 5. 18. vsq. ad th. 364.* Aurel. Corbul. *in tract. de iur. emph. c. 15. limit. 21.* Fachin. *lib. 1. controu. iur. c. 99.* & Alex. Trentacinq. *var. resol. lib. 1. resol. 6. de iur. emph.* De eadem quæstione nos quoque copiose egimus *ad §. adeo autem. 3. Inst. de locat. & conduct. n. 467.* & aliquot subsequentib. *Harp.*

b *Quæro nunc, quid è conuerso, &c.*] An, † & quatenus dominus

nus directus, qui ob canonem non solutum intra legitima tempora, expulit emphyteutam, pensionem præteriti temporis ab eo petere possit, declarat, vltra Clarum nostrum, Trentacinq. *d. lib. 3. resol. 7. n. 2.* Harprec.

c *Nunquid Prælatus possit expresse remittere caducitatem emphyteutis Ecclesiæ.*] Quatenus † prælatus recipiendo pensionem præiudicet Ecclesiæ, ita vt censeatur remisisse caducitatem, post Clarum nostrum, & alios, dilucide exponit Trentacinq. *d. lib. 3. resol. 6. n. 5. & seqq.* Harprec. 3

QVÆSTIO XI.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Dominus directi post declaratam caducitatem an possit propria auctoritate ingredi rem emphyteuticam.*

Ex Additionibus.

1 *Dominus emphyteutam propria auctoritate, absque iudicis decreto, expellere nequit.*

2 *Non est singulis permittendum, quod per magistratum publice fieri debet.*

3 *Nemo sibi ipsi ius dicere potest.*

4 *Verbum expellendi quomodo accipiendum.*

5 *An, & quatenus creditor propria auctoritate ex pacto pignus à debitore auferre queat.*

6 *Quæ suo iure exigere alicui licet, tutius est exigere per iudicem.*

1 NVnc videndum est, nunquid possit dominus directi post declaratam caducitatem ingredi propria auctoritate rem emphyteuticam? Illa est ardua quæstio, & in qua Doct. varie locuti sunt, adeo vt tot pene sententiæ, quot capita, vt dicit Ias. *in d. l. 2. n. 190. & seq. C. de iur. emphyt.* vbi omnes opin. recenset. Aliqui autem tenuerunt, quod dominus *a* non possit post caducitatem propria auctoritate ingredi possessionem rei emphyteuticæ, & inde *b* expellere emphyteutam, nisi cum auctoritate *c* Iudicis. Et hanc opinionem, quæ iudicio meo æquior est, & tutior, dicit esse communem Albert. *in d. l. 2. col. 1. versic. Ex hoc oritur.* quem refert Ias. *in loco præallegato,* & illam seruat Parlamentum Delphinale, teste Guid. Papæ *decis. 107. nu. 1.* Contrariam vero sententiam, quod scilicet possit dominus post caducitatem expellere emphyteutam propria *d* auctoritate, tenuit gloss. *in d. l. 2. in verbo, Repellere, in primis verbis.* Et hanc opin. dicit esse communem Alex. *cons. 117. n. 11. lib. 4.* Corn. *cons. 271. in littera B. lib. 3.* Dec. *cons. 146. n. 7.* Sigismun. *cons. feud. 36. post n. 3.* & sic (vt vides) hæc opin. gl. proculdubio est communior. Quæ quidem satis de plano procedit, quando emphyteuta ipsi domino propria auctoritate ingredi, & illum expellere volenti, non resistit, licet tam glos. supra allegata, quam multi ex Doct. qui illam sequuntur, indistincte loquantur. Sed quid si resistat? Respond. siquidem verbis tantum resistat, adhuc dicendum est, quod potest dominus illum expellere. Et hanc esse magis communem opin. attestatur Corn *cons. 193. in littera C. lib. 3.* Si vero factis resistat, crederem non licere domino illum propria auctoritate expellere, & hæc opin. tanquam æquior, & tutior, & quæ minus scandalis viam aperit, tenenda esset in practica: & nisi esset multitudo, & auctoritas Doctorum tenentium opin. glossæ, mihi indistincte placeret contraria opin. quod scilicet nullo casu liceat domino expellere emphyteutam propria auctoritate: & ita semper consulerem amicis, & re vera omnes etiam tenentes opin. gloss. & etiam ipsamet gl. fatentur tutius, & melius esse id facere Iudicis auctoritate.

ADDITIONES.

a 1 QVod dominus non possit post caducitatem propria auctoritate ingredi possessionem, &c.] Quamuis † emphyteuta, ob non solutum legitimo tempore canonem ipso iure prædio

emphyteutico excidat, vt patescit ex annotationibus *ad q. 9.* haud tamen domino illum propria auctoritate, absque iudicis decreto expellere, reique vectigalis possessionem occupare licet. Ratio huius est perspicua: Tum † quia non est singulis concedendum; quod per Magistratum publice fieri debet: ne occasio sit maioris tumultus faciendi, *l. non est singulis, 176. ff. de reg. iur. leg. si cuius, 11. §. aequissimum, ff. de vsufruct. l. dotis, 9. C. soluto matrim.* Tum quia per emphyteutæ cessationem, & negationem res fit dubia, & controuersa, vt iam ad eius discussionem iudice opus sit, vt explicatum est supra *ad d. q. 9. nu. 4.* Atqui † nemo sibi ipsi ius dicere potest, præsertim vbi copia iudicis habetur, *l. extat. 13. ff. quod met. caus. l. creditores, 3. C. de pignoribus, l. nullus, 13. C. de Iudæis, l. 3. C. vnde vi. & tot. tit. C. ne quis in sua caus. iudicet.* 2 3

Non obstat *l. 2. C. de iur. emphyteut. l. quæro, 54. §. 1. ff. locati, & d. l. ede. 3. C. de locato* quibus in legibus domino emphyteutam, & locatori conductorem, ob pensionem non solutam, expellere permittitur: nam verbum expellendi, vel repellendi (quod in citatis legibus habetur) ad iuris intellectum referri debet. Proindeque illic non corporalem deiectionem significat, sed legitimam expulsionem; quæ non fit de facto, sed ministerio iudicis, & per remedia iuris, competentesque actiones. *d. l. extat. 13. ff. quod met. caus. cum similib.* 4

Similiter † non refragatur *l. penult. C. de pignorat. act.* ex qua apparet, quod creditor ex pacto pignus à debitore auferre propria auctoritate queat. Si hoc ex pacto, & conuentione licet: multo magis auctoritate legis, quæ dat potestatem expellendi emphyteutam, permittendum erit. Non, inquam, refragatur. Quia creditor potest propria auctoritate ex pacto pignus auferre à debitore, si is non resistat: alias non item, *l. creditores, 3. C. de pignorib.* Etsi igitur debitor creditori facultatem pignus propria auctoritate occupandi concessit: attamen si debitor facto, vel verbis resistat, non recte possessionem, nisi iudicis interueniat auctoritas, occupabit. Siquidem † & alioqui, quæ suo iure exigere alicui licet, melius, ac tutius est exigere per iudicem, *l. si pupillorum, 7. §. 1. ff. de reb. cor. qui sub tutel. &c. l. si Alius, 7. §. bellissime, 3. in fin. ff. quod vi aut clam. l. si stipulatus, 81. in fine ff. de solutionib. l. debitores, 10. C. de pignoribus,* Ioan. Vaud. *variar. quæstion. lib. 1. q. 13.* huc que pertinent, quæ annotauimus *ad §. creditor, 4. Instit. quibus mod. re contrah. oblig. n. 119. & seqq.* Atque ita, post Clarum hic nostrum circa finem, sentiunt Ioan. Borch. *in Commentar. de feud. c. 3. n. 30.* Fachineus *lib. 2. controuers. iur cap. 95.* Heigius & Vulteius *in §. adeo, 3. Instit. de locat. & conduct. n. 17.* Ericus Hedemannus *Disput. 17. proposit. 59.* Donellus *lib. 9. Comment. de iur. ciu. c. 15. vers. vlt.* Menochius *remed. 1. recuperandæ possess. num. 78. & 79.* vbi plures varie sentientes allegat. Eadem de re consulantur Wurmbser. *lib. 1. obseruationib. tit. 34. obs. 1. nu. 1.* Matth. Coler. *in tract. de process. execut. part. 1. cap. 5. nu. 23. & seq.* Zobel *part. 2. differ. 45. nu. 16.* Corbulus *in tract. de iure emphyteut. c. 15. q. 12.* Dominic. Cardinal. Tuscus *tom. 3 pract. conclus. lit. E. conclus. 191. n. 1. & seqq.* Harprec. 5

b *Expellere emphyteutam.*] Adde, & vide de ista q per Soc. *in cons. 167. sub n. 14. & 15.* qui *n. 6.* ponit quæstionem, quando Emphyteuta interuertisset possessionem, quia incepisset nomine proprio possidere, quid iuris. *Giach.*

c *Nisi cum auctoritate Iudicis.*] Adde, & parte vocata, & audita, pro quo facit *c. licet episcopus cum gl. in ver. vocatio. de præb. lib. 6.* restitueretur tanquam spoliatus in sua pristina possessione Emphyteusis; moram enim potest purgare Emphyteuta, vt habetur *in d. c. potuit. de loc.* pro quo vide Guid. Pap. *quæst. 12. nu. 1.* Gouean.

d *Propria auctoritate.*] Item quod dominus possit propria auctoritate expellere, quando rem emphyteuticam alienauit sine eius consensu, vide per Crau. *cons. 18. n. 7.* qui hoc verum sine dubio esse dicit, quando domino ita expellenti solum fit resistentia verbis, & cessat timor scandali: & citat etiam alios concordantes, de quibus ibid. Item limita verum respectu ipsius vasalli, vel hæredum suorum: At secus respectu extranei possessoris, vide per Boss. *de princ. n. 296. 297. 298.* Giach.

QVÆSTIO XII.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Quo tempore anni emphyteuta debeat soluere canonem domino directi.*

2 *Et quid si velit pro pluribus annis futuris soluere, an teneatur dominus acceptare.*

Ex Additionibus.

1 *An dominus, si ei emphyteuta pro tribus, aut quatuor annis futuris pensionem soluere velit, eam recipere cogatur.*

Q

2 *Pensio emphyteutica, in fine cuiusque anni, integra soluenda.*

3 *Pecunia facile à manibus dilabitur.*

1 PRo complemento huius materiæ quæro, quo tempore anni teneatur Emphyteuta soluere debitum *a* canonem domino directo? Resp. quod quidquid sit de iure, consuetudo *b* seruat, quod in fine anni soluatur integra pensio, vt attestatur Guarn. de Castell. *in d. l.2.* quem refert Ias. *in ead. l.2. nu.*180. & ita quotidie videmus obseruari.

2 Sed pone, quod Emphyteuta velit soluere domino canonem, seu pensionem pro *c* tribus, aut quatuor annis futuris, nunquid cogetur dominus illam recipere, etiamsi nolit, vel ipso recusante, nunquid poterit emphyteuta illam deponere, & sic erit liberatus? Resp. quod non. Ita tenet Specul. *in § nunc aliqua. supra sæpius allegato. q.41. & seq.* & est commun. opin. vt attestatur Alexand. *in l. stipulatio ista, § inter certam,* quem legit *eum §. si quis dolum post nu. 5. ff. de verb. oblig.* quem refert Dec. *in l. cum tempus, nu.8. ff de reg. iur.* Aretin. *in l. qui Romæ. in prin. ff. de verb. oblig.* Ias. *in l.2. nu.66. & seq. C. de iur. emph.* Potest enim dominus directi dicere, sua interesse pecunias sui temporis recipere. Nam (vt ex- 3 perientia docet) pecunia facile à manibus dilabitur. Et hæc conclusio multo magis locum haberet, si pensio non in pecunia deberetur, sed in fructibus, qui possent cursu temporis deteriorari.

ADDITIONES.

a S*Oluere debitum canonem.*] De canonis solutione vide aliqua notatu digna sup. *in addit. ad quæst.8. sub littera D.* Et hic adde, quod remedium restitutorium haud competit emphyteutæ, quando cecidit à possessione ex eo, quia canonem haud soluit, per Socin. *in l. rem quæ nobis, q.2. versic. ex quo.* Alex. *cons.6. nu.*10 *lib.*3. Afflict. *decis.*397. *nu.*27. Cæphal. *consil.* 272. *nu.* 68. Giach.

b *Consuetudo seruat.*] De consuetudine generali totius regni Franciæ omnes census, seu pensiones dominorum soluuntur in Martio, in die Annunciationis Beatæ Mariæ Virginis, vt attestatur Chassan. *in consuetud. Burgund. in tit. des censes,* §.1. *in princ.* Gouean.

c *Pro tribus, aut quatuor annis futuris, &c.*] Si emphyteuta 1 † domino pro tribus, aut quatuor annis futuris pensionem soluere velit, eam dominus recipere minime cogitur. Eiusque ratio manifesta est: quia iuxta legem huius contractus em- 2 phyteutici † pensio est annua, & singulis annis, quidem in fine cuiusque anni (nisi obstet consuetudo loci, vel conuentio partium, quæ seruari debet) integra soluenda, vt post Saliceetum, & Iasonem, & Guarnerum de Castell. *in l.2. C. de iur. emphyt.* testatur Clarus hic *n.1.* Itaque non licet emphyteutæ, reluctante domino, contra legem contractus solutionem facere: præsertim cum domini intersit, singulis annis pensionem ac- 3 cipere: quia pecunia † vniuersa semel accepta facile è manibus dilabitur, D. Obrecht *disput.36. thes.* 142. Idque multo magis obtinet, si pensio non in pecunia numerata debeatur, sed in fructibus, qui cursu temporis possint deteriorari, vt scribit Clarus noster hic *in fine.* Eadem quoque de re, post Alciatum *in l. stipulatio ista, 38. § inter incertam, 16 nu.17. ff. de verbor. obligat.* & Padillam *in l. post mortem, 12. nu.12. C. de fideicommiss.* videndus est Petrus August. Morla *in Emporio iuris vtriusque, part.1. tit.8. de reb. credit. q.21. nu.6.* Harprec.

QVÆSTIO XIII.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Emphyteuta an possit alienare rem emphyteuticam.*

2 *Et an eam alienando cadat ipso iure, an autem requiratur sententia.*

3 *Et an ex ipsa alienatione incurrat caducitatem, etiamsi non sit secuta traditio.*

4 *Et quid si in contractu apposita sit clausula constituti.*

5 *Et quid si in alienatione protestetur, quod ipsam alienationem facit saluo, & reseruato consensu domini.*

6 *Et quid si post alienationem, & traditionem illam recuperet.*

7 *Et quid in emphyteusi concessa pro se, & quibus dederit.*

8 *Et quid si in inuestitura prohibeatur alienari maioribus.*

9 *Et quid si conuentum fuerit, quod liceat emphyteutæ illam rem vendere.*

10 *Et an emphyteuta alienans partem rei emphyteuticæ, cadat à tota emphyteusi.*

Ex Additionibus.

1 *An, & quatenus emphyteuta irrequisito domino, ius suum emphyteuticum, vel meliorationes suas vendere possit.*

2 *Nunquid emphyteuta, inscio domino prædium vendens, non tamen tradens, iure suo cadat.*

3 *Et quid, si in instrumento emphyteutico diserte exprimatur, quod emphyteuta licentiam alienandi, in quemcunque voluerit, habere debeat.*

4 *Pacta, & conuentiones eam semper interpretationem recipiunt, vt aliquid operentur.*

5 *Quando creditor, non prius interpellato debitore, pignus vendere queat.*

6 *Contractus ex partium conuentione legem accipiunt.*

7 *Explicatur* l. si quando, 35 C. de inofficios. testam.

8 *Emphyteuta partem rei emphyteuticæ alienans, an & quatenus emphyteusin amittat.*

QVæro, nunquid *a* emphyteuta possit alienare rem *a* emphyteuticam? Resp. de hoc habemus text. ex- 1 pressum *in l. fin. de iur. emphyt.* quod non potest illam alienare irrequisito *b* domino, alias cadit à iure suo, vt *b* ibi, & est communis regula, vt dicit Soc. iun. *consil.*70. *nu.*14. *lib.*3.

Adde, quod emphyteuta alienans rem emphyteu- 2 ticam contra formam *d. l. fin.* cadit ipso iure: nec aliqua sententia requiritur. Ita tenet gl. *in d. l. fin. in verbo, Cadat, circa princ.* quam dicit Anton. de Butr. *consil.* 22. *n.1.* à nemine esse reprobatam, & quod non reperit illam per aliquem esse in dubium reuocatam: quem refert, & sequitur Ias. *in d. l. fi. n.*103. *& seq.*

Sed nunquid, ad hoc vt emphyteuta cadat ab em- 3 phyteusi, sufficit, quod celebratus sit contractus alienationis, etiamsi si *c* secuta non sit traditio? Respond. *c* quod non, sed requiritur, quod post ipsam alienationem subsecuta sit traditio ipsius rei emphyteuticæ. Ita dicit Specul. *in d. §. nunc aliqua, vers.*95. & ita communiter tenetur, vt dicit Imol. *in d. c. potuit, nu.*49. *in fin. de locato.* Hanc etiam opinio. dicit esse communem Alex. *in l. si à me, post n.4 vers. Secundo limitari, ff. ad leg. Falcid.* Ias. *in d. l. fin. nu.*131. Curt. sen. *cons.*8. *n.*10 Mars. *sing.* 412. plures sunt, & dicit Tiraquel. *de retract. municip.* §.1. *in gl.2. n.*43. quod hanc opin. tenet vniuersa prope cohors Scribentium. Nam ante traditionem non dicitur alienatio perfecta, neque consummata; ideo alienans non debet ex ea pœnam pati. Faciunt, quæ dixi infra *hoc eo. lib. § feudum, q 31. vers. Sed nunquid.*

Sed quid si non interuenerit vera quidem, & actua- 4 lis traditio, sed tamen in contractu alienationis apposita sit clausula constituti, vel precarij, nunquid talis ficta traditio possessionis, quæ fit per constitutum, sufficiet ad hoc, vt emphyteuta priuetur iure suo? Resp. quod sic. Ita tenet Paul. de Castr. *in l.1. §. si rem. nu.1. ff. depositi*, & est communis opin. vt dicit Tiraquel. *de constituto, in 26. limit. n.1. & 6.* Non enim potest negari, quin per constitutum vera possessio transferatur, licet modus transferendi sit fictus. Bene verum est (vt dixi *in dict. § feudum, q.31. vers. Sed quid si non.*) quod licet hæc opin. quod requiratur actualis traditio, est æquior, & ideo teneri posset in iudicando, maxime si esset iudicandum sola facti veritate inspecta. Et ita seruatur in curia Delph. vt attestatur Guido Papæ. *dec.*101.

Item quæro, quid si emphyteuta in ipsa alienatione 5 pro-

protestetur, quod ipsam alienationem facit, saluo, & reseruato consensu domini, vel saluo iure directi dominij, nunquid talis protestatio illam excusabit, vt d non cadat ab emphyteusi? Resp. quod d non. Et est communis opin. vt dicit Ias. *in 2. lectu. Rubrica ff. solut. matr. nu. 25.* Dec. *cons. 160. post nu. 4. versi. Praeterea dato.* quem refert, & sequitur Ripa *in c. cum M. Ferrarien. nu 80. de constit.* Est enim talis protestatio contraria facto, & ideo non releuat, iuxta ea, quæ dixi infra *lib. 7. §. protestatio.* Bene verum est, quod si protestetur se alienare, saluo, & reseruato consensu domini, & non e aliter, neque e alio modo; talis protestatio verbis geminatis concepta operatur, quod emphyteuta propter alienationem ipsam non cadat ab emphyteusi, etiamsi secuta est actualis, & vera traditio. Ita tenet Baldus loquens in vasallo, *in cap. 1. § fin.* quæ fuit prima causa benef. amitt. quem etiam in emphyteuta sequuntur communiter Canon. vt dicit Ripa *lib. 3 respons. c. 1. num. 3.* & hanc restrictionem dicit esse communem Ripa *in d. c. cum M. post nu 80. vers. Secundo intellige, vt dixi in d. qu. 31. vers. Item quarto.* & hanc etiam ego sequor; licet forte dici posset, quod emphyteuta alienando, & tradendo rem emphyteuticam domino irrequisito, dupliciter dominum offendit, scilicet ratione contemptus, & ratione præiudicij. Vnde licet illæ clausulæ videantur tollere contemptum; non tamen tollunt præiudicium, quod sequitur ex traditione: nihilominus non recederem in iudicando à communi opin præsertim vbi res tradita esset facilis recuperationis: sed si esset f facta alienatio in personam potentiorem, vel de re difficilis recuperationis, puta, castro, vel huiusmodi, forte magis placeret contraria opin. quod scilicet etiam non obstante huiusmodi geminata protestatione, caderet ab emphyteusi.

6 Sed quid an emphyteuta post alienationem, & traditionem recuperet ipsam rem emphyteuticam, nunquid propterea euitabit pœnam priuationis? Respon. g quod g non. Ita dicit Bart. *in l. sequitur. § item Labeo, in fin. ff. de vsucap.* qui in hoc communiter approbatur, vt dicit Roman. *in d. l. §. item Labeo* Ripa *in l. cum bona. post nu. 20. de priuileg. credit.* Ita etiam communiter teneri affirmat Imola *in d. §. item Labeo circa fi.* Et dicit Alex. *in leg. si à me, nu. 3. ff. ad leg. Falcid.* quod ita communiter concluditur. Idem etiam dicit Alexand. *in leg. si insulam, nu. 40. ff. de verb. obligat.* Hanc etiam opin. dicit esse communem Imol. *in dict. c. potuit, nu. 48. in fin. de locato.* quem refert Guido Papæ *cons. 192. nu. 1.* & Grat. *cons 133 nu. 2. lib. 2.* Dec. *cons. 161. nu 6.* Ias. *in d. l. fin. nu. 115. C. de iure emphyt.* quem refert Soc. iun. *cons. 20. nu. 38. lib. 1.* Ripa *in l. in quartam, n. 55. ad leg. Falcid.* Ex quo enim propter alienationem emphyteuta ipso iure cadit ab emphyteusi, non potest illud ius domino quæsitum ab eo sine eius facto auelli. Faciunt, quæ dixi *in d. q. 31. versic. Sed quid si vasallus.*

7 Vlterius quæro, quid si emphyteusis sit concessa alicui pro se, & quibus dederit, nunquid poterit emphyteuta illam alienare domino irrequisito? Respond. quod sic. Ita tenet Alber. *in d l. fin. col. 2. vers. Sed nunquid hæc lex. C. de iure emphyt.* & est communis opin. vt ait Dec. *cons. 164. post num 3. vers. Secundo respondetur.* Videtur enim ex illis verbis dominus vsque à principio concessisse, vt sine vlteriori requisitione posset emphyteusis ipsa in quemcunque alienari. Vide, quæ dixi *in d. q. 31. vers. Vlterius quæro.*

8 Sed quæro; quid si in inuestitura dominus non prohibeat emphyteusin alienari minoribus, vel æqualibus, sed tantum maioribus, &c. nunquid per huiusmodi exceptionem personarum censebitur concessa licentia alienandi in minores, vel æquales, ita quod tempore alienationis alia specialis licentia non requiratur? Resp. Ruin. *cons. 213. nu. 6. lib. 1.* refert Alexand. in quodam consil. tenere, quod stante hoc pacto possit emphyteuta alienare domino irrequisito, & dicit, quod hæc opin. est verior, & communior. Ego tamen credo Ruin. in hoc decipi; & sic quod ista opinio non sit magis communis, nec vera. Cum enim hoc pactum communiter apponi solitum sit in fauorem domini directi, non debet operari in eius præiudicium, & sic tutius esset tenere, quod non obstante huiusmodi pacto, teneatur emphyteuta in alienatione per eum facienda requirere consensum domini directi: sed pro nunc nihil determino.

9 Sed pone, h quod in ipsa inuestitura, siue concessione emphyteusis conuentum sit, quod liceat emphyteutæ vendere rem emphyteuticam, nunquid poterit hoc h casu illam vendere etiam domino non requisito? Respond. quod sic, & est communis opin. vt dicit præstantissimus Legum interpres, & mihi vti pater honorandus D. Hier. Tornel. *in Rubr. de verb. oblig. nu. 356.* alias enim illa clausula nihil operaretur. Nam certum erat, quod domino requisito potest emphyteuta vendere rem emphyteuticam. Et licet Specul. *in d §. nunc aliqua. vers. 84.* tenuerit, quod adhuc in isto casu requiritur consensus domini; tamen illa decisio Specul. communiter reprobatur, vt ait Iason *in d. l. fi. n. 6. circa finem.*

10 Non omittam etiam vnum, super quo superioribus diebus fui interrogatus, an scilicet i Emphyteuta alienans partem rei emphyteuticæ cadat à tota emphyteusi, an autem solummodo à parte alienata? Certe ego i non inueni hactenus aliquem Doctorem attestantem in hac quæstione, quæ sit magis communis opin. Tamen enumerando auctoritates, proculdubio communior opin. est, quod cadit tantum à parte k alienata, k quæ etiam æquior est, & secundum illam iudicauit consilium Neapolitanum, vt per Gramm. *dec. 40.* Vide, quæ dixi *in d. § feudum. q. 31. vers. Sed pone, & supra hoc eod. § q. 8. vers. Hoc autem.*

ADDITIONES.

N*Vnquid emphyteuta possit alienare rem emphyteuticam.*] a Emphyteuta, † irrequisito domino, ius suum emphyteuticum, vel meliorationes vendere haud potest: sed debet domino denunciare testato, se ius suum, quod habet in prædio, venditurum: quod nisi faciat, iure suo cadit, *l. 3. C. de emphyteut.* & post Clarum hic nostrum notat Alexand. Trentacinquius *variar resolut. lib 3. resolut. 8. de iure emphyteutico, num. 1.* Cuius euidens est ratio: quia dominus de consensu in venditione idcirco interpellandus est, vt si velit, rem eodem pretio emere possit, & ius protomiseos seu prælationis, vel retractus domino saluum maneat, *d. l 3. C. eodem.* Facta autem legitima denunciatione, & domino, intra duos menses non emente, emphyteuta libere, hisce elapsis mensibus, ius suum transferre in quemcunque alium, idoneum, & capacem, poterit: præstita tamen domino quinquagesima parte pretij, vel æstimationis rei, quam laudemium vulgo appellitant. *d. l. 3. C. de iur. emphyt.* Donell. *lib. 9. Comment. de iur. ciu. c. 13.* Borcholt. *in Comment. de feud. c. 3. n. 36. & seqq.* Harpree.

b *Alienare irrequisito domino*] Adde, quod ob duas causas alienatio est prohibita sine domini consensu: de quibus vide per Gabriel Eugubin. *cons. 184. sub nu. 9.* Et quæ requirantur in denunciatione? vide per Ias. *in c. fin. in 2. not. col. 4.* Et si dominus requisitus dicat se nolle emere, non est vlterius expectandus, sed statim recognoscens potest vendere. Si autem dicat, volo deliberare, expectandus est per duos menses. Ita per Specul. *tit. de empt. quæst 109. & seq.* Ad idem per Duen. *reg. 39. 10. amplia.* Tiraq. *reg. cessante causa n. 80* Rom. *cons. 25. n. 4.* Bartol. *l. qua Roma, §. cohæres ff. de verb. obligat. Item alienare.* Hic scias, quod si dominus concessit emphyteutæ facultatem alienandi, distrahendique emphyteusin, quod non tamen nouus emphyteuta dicitur liberatus à munere suscipiendi inuestituram, & soluendi laudemium. Ita per Socin. iun. *in allegato consil. 70. n. 11. & 12.* quem retulit etiam, & sequitur Menochius *in consil. 297. n. 27.* casus vero, in quibus emphyteuta irrequisito domino potest alienare; vide *in Additio ad decisio. Afflict. 97.* Item poterit alienare sine licentia domini, si fuerit adiectum pactum, quod possit alienare, aut fuerint apposita illa verba, & quibus dederis, aut concedere volueris: nam tunc taliter res

concessa libere potest vendi sine alia licentia, text. Bald. & Angel. in l. cum essent, §. per plurium ff. de ser. rustic. prædior. & tradit Mar. Anguis. cons. 82. nu. 25. qui comprobat ex pluribus, vide per eum. Et 19. fallentias posui in Apostil. mea. ad stat. Fer. tit. de vsi. & reb. ab alio recognitis, & multas fallentias, ac declarationes, siue extensiones posuit Ias. dict. l. fin. per tot. & per Specul. tit. de iure emphyteut. vbi plene. Giach.

2 c *Etiamsi secuta non sit traditio.*] Quod † emphyteuta, inscio domino prædium vendens, non tamen tradens, ius suum non perdat, crebrius placuit, argum. textus in c. Imperialem, §. callidis ibi feudum vendunt, & in alios transferunt. de prohib. feud. alien. per Frid. tit. 55. lib. 2. feud. Eiusque ratio est: quia non dicitur alienatum, quod venditum quidem, sed non translatum est: cum verbum (vendere) cum effectu sit intelligendum, argum. l. 1. §. hac autem verba, ff. quod quisq. iur. in al. stat. l. alienatum, 67. ff. de verb. signific. c. relatum. 4. ibi, cum igitur verba, &c. extr. de cleric. non resident. Idque explicatius persecutus sum in §. adeo. 3. Instit. de locat. & cond. nu. 439. & seqq. Harprec.

d *Quod non.*] Et de hoc magis communis opin. vide etiam per Roland. in cons. 50. nu. 28. vol. 2. atque in collect. mea commun. opin. in verb. Emph. n. 12. Giach.

e *Et non aliter neque alio modo.*] Adde ad idem, atque vide per Felin. plene in c. quæ in Ecclesiarum, post n. 85. vers. saluatur, de constitutio. per Ias. d. l. fin. post nu. 142. in vers. sed si adijciat, & in repetit. rubr. ff. solut. matr. num. 26. per gloss. magistram, & Bart. in l. siquidem. C. de except. vbi de effectu horum verborum Grammat. dec. 49. num. 3. vide per Rol. cons. 51. nu. 30. vol. 2. qui fusius alios concordantes aduocat. Giach.

f *Sed si.*] Ista est doctrina d. Fel. & Gram. vbi supra. Giach.

g *Quod non.*] De ista communi etiam dixi in collecta mea communium opinio. verbo, emphyteuta, nu. 10. & nu. 11. limitaui locum non habere, si recuperatio facta sit ante traditam possessionem. Item emphyteuta potest dare in solutum ex causa necessaria rem emphyteuticam irrequisito domino, per Afflict. decis. 191. Verum an possit locare? vide per Alexand. in consil. 113. volum 4. & infra quæst. 19. vbi est locus suus. Item Emphyteusis an dari possit in solutum sine domini consensu? vide per Tiraquell. de retract. municip. §. 1. gloss. 7. num. 48. & 49. Afflict. in decis. 191. Fallit, si emphyteuta prohibitus esset ex pacto obligare rem per Rip. in l. 1. nu. 13. ff. de pignor. & hyp. item commoditas, & melioramenta dari possunt in solutum, Ruinus in consil. 176. verum hoc fallit mortuo emphyteuta: vide per Castr. consil. 218. permittendum est lib. 2. Giach.

h *Sed pone, quod in ipsa inuestitura, siue concessione emphyteu-*
3 *sis conuentum sit, &c.*] Quod † modo dictum est; emphyteutam, irrequisito domino, & absque denunciatione præcedente, ius emphyteuticum vendendi potestatem non habere: illud non procedit, si in emphyteutico instrumento disertis exprimatur verbis, quod emphyteuta licentiam, ac potestatem alienandi, in quemcunque voluerit, habere debeat: idque primo per textum in d. l. 3. ibi, sancimus siquidem, &c. C. de iur. emphyteut. vbi diserte cautum est, emphyteutam, qui licentiam alienandi à domino accepit, alienare posse. Atqui in proposito licentia potestasque alienandi ab initio concessa emphyteutæ fuit. Itaque is peculiari domini consensu amplius opus non
4 habet. Deinde † pacta, & conuentiones eam semper interpretationem recipiunt, vt aliquid operentur: sicque non superflue, aut frustra à contrahentibus interposita censeantur, l. si quando. 109. in princ. ff. de legat. 1. l. si stipulatus, 4. ff de vsur. l. cum essent, 33. §. 1. vers. nisi pactum ff. de seruit. præd. rusticor. c. si Papa. 10. ibi, cum verba aliquid operari debeant. de priuileg. in 6. Proindeque conuentio illa in contractu emphyteutico interposita, quod emphyteuta ius emphyteuticum alienare possit, merito sic exaudienda est, vt etiam sine consensu domini ius
5 illud emphyteuta alienare valeat. Præterea † huc facit, l. si conuenit, 4. ff. de pignoratit. act. & l. fin. §. 1. C. de iur. dominij impetrand. quibus textibus probatur, creditorem, qui iure communi pignus, non interpellato prius debitore, vendere non potest, pacto interueniente, vt vendere ipsi liceat, non teneri
6 debitorem admonere, seu interpellare. Confert † denique eodem tritissima iuris regula, qua dicitur, quod contractus ex partium conuentione, etiam contra ipsorum naturam, legem accipiant, l. 1. §. si conuenit. 6. ff. deposit. l. in conuentionalibus 52. ff. de verb. obligat. l. contractus, 23. & l. semper in stipulationibus, 34. ff. de reg. iur. l. 1. versic. in quo cuncta, &c. C. de iur. emphyt.

7 Huic † conclusioni non obstat l. si quando, 35. in princ. C. de inoffic. testam. ex qua euinci posse videtur: quid dominus, qui alienandi facultatem emphyteutæ fecit, intelligatur hoc ius emphyteutæ tribuisse, vt alienare possit rem emphyteuticam, obseruatis solemnitatibus in alienatione eiusmodi necessariis. Requisitionem autem, & consensum domini in alienatione rei emphyteuticæ esse necessarium, liquido constat, ex d. l. 3. C. de iur. emph. Non, inquam, lex ista obstat. Nam certum est, Imp. Iustinianum in specie illius legis alicui (puta libertino, vt ibi notat Gothofredus) quoad bona duntaxat, non vero quoad formam, & solemnitatem, liberam testandi facultatem concedere voluisse. Et quamuis verba concessionis, per se considerata, etiam solemnitatis remissionem importare viderentur: mens tamen Imperatoris minime fuit, de consuetis, ac solemnibus testamenti formulis per eiuscemodi verba aliquid derogari: cum non credendum sit, Romanum Principem, qui iura tuetur, huiusmodi verbo totam obseruationem testamentorum, multis vigiliis excogitatam, atque inuentam, velle euerti, vt ipsemet Iustinianus ibidem loquitur. Atque ita docent, præter Clarum nostrum, Salicet n. 2. Bald. n. 2. Ias. n. 4. & seq. in d. l. 3. C. de iur. emphyt. Imol. in c. potuit. 4. extr. de locato. nu. 64. Ruin. cons. 81. nu. 6. & 7. vol. 1. Rol. à Valle cons. 42. nu. 16. vol. 1. Trentac. var. resol. lib. 3. resol. 8. de iur. emphyt. n. 8. Iacob. de S. Georgio, de feud. in verb. ita quod etiam vasalli, &c. nu. 1. Mar. Mantic. in tract. de iur protomis. nu. 19. & plures alij, quos recenset, & sequitur Aurelius Corbulus in tract. de iur. emphyt. cap. 24. ampliat. 2. nu. 5. & aliquot seqq. Quanquam dissentiant Iacob. Butrigar. huncque citans Specul. in tit. de emphyt. q. 94. n. 117. Alex. cons. 106. viso themate instrumenti, num. 3. & 9. vol. 4. Berous cons. 44. nu. 20. & cons. 112. n. 21. & cons. 103. nu. 19. vol. 1. Soc. iun. cons. 70. n. 9. vol. 5. & alij per alios relati. Harprec.

i *An scilicet emphyteuta alienans partem rei emphyteuticæ cadat à tota emphyteusi.*] Quod † emphyteuta alienans, irrequi- 8
sito domino, partem rei emphyteuticæ, cadat à parte tantum alienata, præter Clarum nostrum, tradunt Soc. in l. 4. §. Cato sub n. 20. ff. de verb. oblig. Rimin. cons. 41. Ruin. cons. 48. nu. 12. vol. 2. Alex. cons. 99. in fi. vol. 5. & Caccialupus inter consilia Cornei 67. vol. 2. quem ibidem sequitur Corneus in subscriptione. Tametsi non desint, qui illum à tota re emphyteutica cadere autumant. Raphael. Cuman cons. 41. in fin. Ias. in d. l. 3. q. 14. C. de iur. emphyteut. Bald. in c. 1. §. callidis col. 1. vers. & quid in emphyteuta: de prohibita feud. alien. per Frider. Crottus in d. l. 4. §. Cato n. 60. ff. de verb. oblig. Ioan. Cæphal. cons. 139. vol. 1. Roland. à Valle cons. 17. vol. 2. Marcus Anton. Natta consil. 470. & cons. 480. vol. 3. eosque referens Trentacinquius d. lib. 3. resol. 8. n. 2. vers. 3. est opinio, &c. vbi id latius declarat. Harprec.

k *Tantum à parte alienata.*] Adde, atque communem vide per Marin. Anguis. in cons. 67. in princ. & fusius per Tiraq. de retract. municip. § 23. gloss. 1. nu. 28. 29. per Cæph. in cons. 138. qui alios retulit, & causas reassumit, quanquam in contrarium consulat. Emphyteusis alienatio, quando fit irrequisito domino, quare emphyteuta priuetur ipso iure? Bald. tit. de prohib. feud. aliena. per Feder. in §. callidis, & ibid. Aluaro. col. 2. & in c. Imperiales, Ias. in leg. 2. col. 5. C. de iure emphyt. Adde tamen, quod sententia requiritur, nec potest dominus expellere propria auctoritate, nec de facto spoliare, vt per Afflict. dec. 87. qui subdit sic fuisse notatum, & iudicatum. Et de declaratione domini, vide Castr. cons. 69. in casu præsenti, vol. 2. Emphyteusis, quæ fuit alienata, & redempta virtute pacti de retrouendendo, an emphyteuta tunc sit excusatus à pœna caducitatis? quod non, vltra sup. deducta adde, & vide per Tiraq. de retract. munic. §. 20. nu. 2. & Dec. & eius Apostil. in cons. 160. col. fin. vbi habes Doct. concordantes. Et istud procederet etiamsi res fuerit vendita cum pacto de retrouendendo, vide per Tiraq. vbi supra nu. 3. qui tamen sub nu. 4. & 5. plene probat limitando haud istud procedere, si huiusmodi pactum reuendendi esset appositum in ipso contractu venditionis, & vi illius recuperetur: quoniam tunc non censenda esset noua acquisitio, neque ex causa noua facta, sed rediret in suam propriam naturam, nec diceretur res translata in proprium venditorem, sed illi reddita, & etiam ex multis iuribus similibus, ac rationibus auctoritatibusque comprobat: quæ de industria omitto, ex quo facile inspici solent. Emphyteusis si fuit alienata, an excuset emphyteutam, si dicat se ignorasse dominum resignasse, & per consequens beneficium, cui soluebat canonem, alteri vnitum fuisse: vide per Dec. d. cons. 160. n. 5. in 3. dub. vbi quod non tenet. Emphyteusis an alienari possit, si dominus dedit licentiam emphyteutæ alienandi: vide Castr. cons. 326. circa primum notandum est. vol. 2. Ruin. cons. 81. & 213. vol. 1. Emphyteuticum ius si fuit venditum alicui de consensu domini sub aliqua conditione nondum impleta, an mortuo emphyteuta extinguatur etiam quoad ipsum emptorem? vide per Castren. eod. consil. 326. Emphyteusis si sit vendita cum clausula, saluo iure domini; an talis clausula aliquid operetur? præter sup. dicta vide per Fulg. cons. 2. Dec. cons. 63. n. 4. 460. n. 5. Aret. cons. 35. viso themate Aneh. cons. vltimo col. fin. vbi tenet, quod sic: si dominus potuit habere scientiam, & vide Curt. sen. in consilio quod incipit viso instrumento. Quid si cum clausula, saluo iure domini, & non aliter nec alio modo? dixi sup. addeque Abb. in c. fin. ad fin. de feud. Alex. tamen cons. 3. sub num. 4. non ponit pro constanti dictum Bald. ad quod omnes confugiunt, in c. 1. § denique sub n. 5. quæ fuit prima causa feud. amit. quoniam Bald. ibi loquitur in protestatione facta circa actum pœnalem, qui haud potest per contrariā protestationem euitari. Fel. tamē & Gram. sequuti sunt Bald. vide supra. Emphyteusis si sit alienata consen-

consentiente domino cum hoc, si ipse emphyteuta haberet victoriam causæ de re emphyteutica, quam litigabat, & vnam reportauit sententiam pro se, & mortuus est, emptor potest prosequi ius suum in causa, nec potest expelli neque priuari à non directo re emphyteutica. Castr. *d. cons* 216. Emphyteusis si potest alienari de consensu dominij, an intelligatur reseruata solemnitate, quod dominus requiratur? vide per Tiraquel. *in rep. l. si vnquam C. de reuoc. and. dona. fol.* 29. vbi & etiam Emphyteusi alienata, non cadit emphyteuta, si statim reuersa sit, quod est notandum ad ea, quæ *sup. dixi*. Emphyteusi alienata potest dominus propria auctoritate ingredi possessionem: vide per Crau. *cons* 102. In contrarium, quod imo citari debeat possessor ipsius rei, vide Fulg. *cons. 2. col. fi.* Afflict. *dec.* 97. Emphyteusi alienata non tradita, emphyteuta haud cadit, per Tiraq *de retract. munic.* §. 1. *gl.* 2 *n.* 32. & 44. Similiter emphyteuta haud cadit ob venditionem inualidam, vel simulatam, per eund. *ibid n* 5. 6 & 11. quem tamen de simulatione vide *nu.* 14. Idem si res vendita sit sub conditione, per Tiraq *ibid n.* 23. fallit tamen si sit processum ad rei traditionem per eund. ibi supra *n.* 32. Cæph. *cons.* 223 *nu* 38. Emphyteusis si fuit alienata per hæredem, vel alium, qui non habet scientiam rei, emphyteuta non cadit. Dec. *in cons.* 328 *sub n.* 6. vbi late, Corn. *in cons* 67. & in subscriptione, *vol.* 2. Emphyteusis non potest etiam alienari à secundo emphyteuta, irrequisito domino, per Dec. *in cons.* 160. *col.* 2. Tu vide Francisc. Aret. limitantem *cons.* 41. diligenter, & mature item vide Ruin. *cons* 141. Emphyteusis quando alienatur, sufficit ficta traditio facta per alienantem, Fulgos. *cons* 2. v de Tiraq. *in tract. de iure constit. possess.* 26. *limit.* Emphyteusis vbi alienatur, consensus domini præsumitur interuenisse propter temporis diuturnitatem, Tiraq *de legib. connub fol.* 164 Ias *in leg. qui aliena. nu.* 48. *ff. de acquir. poss.* & per Crau. *tract. de antiq. tempor. in 3. part. sect.* vidimus & supra *in princ.* Emphyteusis alienari potest, quando in alienatione adesset clausula, cui & quibus dederit, Ias *in l. 2. & 3. col. 2. C. de iure emphyt.* & dixi etiam *sub* 1. *Apostill.* Emphyteusis si fuit per patrem alienata, filij possunt eam reuocare, etiamsi sint hæredes patris, Soc *cons.* 59. *col.* 2. *vol.* 3. *facit.* Alexan. *cons.* 187. *versic. in hoc duo lib.* 2. verum aduerte, quia Alexand. ibi non se firmat: & veritas est, quod vbi titulo oneroso alienatur ius emphyteuticum, cum titulo lucratiuo alienata apprehendendo ex indiciis, quod alienans voluit illud post vitam etiam alienantis donare, & pro tali alienatione, quod vtroque casu censetur tota res emphyteutica, & non ius suum tantum alienatum. Si vero titulo lucratiuo tantum fit alienatio, ius suum tantum censetur alienare. vide Bal. *cons.* 456. & 220. *quod de consensu, vol.* 6. *Doct. in l. vxor patrui. C de legat. in l quod in rem.* §. 1. & *in l. si domus* §. *fin.* maxime Ias. *eod. tit.* Adhibe tamen in alienatione tituli onerosi distinctionem, nunquid alienatio fiat scienti, vel ignoranti: vide Roland. *in leg vsusfructus, col fin solu. matrim.* Socin. *cons.* 15. *n.* 11. vide omnino Corn *cons.* 74. *in fin* & 175. *col.* 11. 190. *col.* 8. *vol* 2 Bald. *cons* 465. *haredi lib* 5. Alex. *cons.* 106. *vol.* 4. Dec. 319. *col* 4. semper vide per Ruin. *cons.* 48. *colum.* 4. Quid si emphyteusis fuisset concessa contemplatione patris? Dic idem Ruin *cons.* 42. Item quid si pater alienasset, & promisisset pro facto suo tantum? dic idem per Riminal. vbi supra *nu.* 17. Emphyteusis alienata statim reuertitur ad dominum etiam absque sententia, & alteri concedi potest. Castrens. *cons.* 69. In casu præsenti puto sic dicendum, *vol.* 2. Crau. *cons* 18 *num.* 7. & *cons* 102. vide tamen Fulgos. *cons* 2. In hoc tamen casu expelli haud potest, nisi facta declaratione, & sequuta sententia, Castr. vbi supra, Alexan. *cons* 87. *vol.* 7. & per Afflict. *decis.* 97. Scias tamen, quod ista declaratio domini non habet locum in aliis casibus, in quibus emphyteuta cadit: præterquam in casu non solutionis: quia absque declaratione dicitur cecidisse, per Ruin. *dict cons* 42. *n* 14 Qui etiam tenet, quod non facta declaratione non transit dominium in emptorem. Emphyteusis si fuit vendita à muliere sine consensu viri, stante statuto, quod non possit contrahere sine eius consensu, an cadat ab ea? vide per Tiraq. *de leg. connub. fol.* 162. Emphyteusis si fuit alienata præsente domino, & non contradicente, an valeat alienatio? vide per Tiraq. *de retract. municip. ad* §. 1 *gl* 9. *n* 152. Emphyteusis si est plurium dominorum, & emphyteuta vendat cum consensu eorum vno excepto, An ille possit partem suam retrahere, & alij condomini possint illum impedire vti iure retentionis? vide per eundem, §. 23. *gloss* 2 *sub n.* 5. Emphyteusis si fuit alienata inuito domino, atque postea redempta, per hoc dominus non habet ius recuperandi, vide per Tiraq *eod. tract.* §. 19 *nu.* 3. Emphyteusis quando fuit vendita irrequisito domino, licet vnus ex hæredibus domini possit pro parte sua reuocare, & ceteri non reuocare: tamen emptor potest dicere, aut totum reuocet is, aut nihil. vide per Tiraqu Emphyteusis, quando venditur debet requiri dominus. Verum an talis consensus debeat interuenire in ipso actu, an autem sufficiat. vt post actum? vide Castr *in cons.* 126. circa primum, *vol.* 2. vbi etiam an possit interuenire sub conditione? Item an, si haud sit impleta conditio, valeat venditio? Item an conditio possit impleri per hæredes extraneos? de his omnibus, vide per eū ibid. Emphyteusis quando est alienanda, debet requiri dominus: & ipse debet dare illud pretium, quod ab alio repetitur, etiamsi excedat iustum pretium: nisi aliter conuentum fuerit: vide per Tiraq. late *de retract. municip.* §. 1. *gl.* 18. *n.* 5. Si dominus interrogatus respondeat se nolle emere, nō est vlterius expectādus: si dicat volo deliberare, expectandus est per duos menses, per ea quæ dixi supra; quibus adde, & Firman. *in verbo. dominus Castri. vers* 42. & fuit Doctrina etiam Bart. *in leg. qui Romæ,* §. *coheres, ff de verborum obligat.* communiter approbata, vt attestatur dominus Alex. ad Bart. In Emphyteusis alienatione haud requiritur cōsensus domini, quando fit alienatio in eos, qui sunt cōprehensi in inuestitura. Crau. *in cons* 251. *vol.* 3. Emphyteusis alienari haud dicitur, quādo relatio fit de ea existente apud se, vt à lite discedam, Alex *cons* 41. *vol* 6 Emphyteusi alienata, si frater tacuit per annum, & nō reuocauit, sibi præiudicat, per Ruin *cōs.* 213. *nu.* 9. Emphyteusis ecclesiastica si alienatur, emptor debet habere pretium datum ipsi venditori ab ipsa Ecclesia, quæ retractat alienata, quādo vēditor haud est soluendo. Ruin. *cōs.* 152.

Emphyteusis si potest per pactum vendi, & sit concessa duobus non poterit ab vno tantum vendi; etiam quoad partem suam: quia tunc vtriusque consensus requiritur. Corn. *cons.* 302. *vol.* 3. Emphyteusis licentia alienandæ vario modo dari potest à domino, expresse & tacite, puta, si dicatur, quod haud possit vendi nobilibus, minoribus, vel similibus, nam aliis personis tacite videtur, quod possit vendi per Ruin. *in cons.* 213. *n.* 6. Emphyteusis alienandæ licentia in inuestitura concessa ab initio haud præiudicat aliis; & intelligi debet secundum naturam contractus. Alex *in cons* 105. *vol* 4. Idem intellige & per Rimin. *d. cons.* 212. *n.* 7. Emphyteusi potest inter eos alienari, sine consensu domini, inter quos habet locum ius accrescendi, per Gozad. *cons* 29. Emphyteusis alienatio de consensu domini facta habet effectum duntaxat in vita alienantis, sed vide Ruin. *cons.* 213 & latius *cons.* 165. & 109. *n* 11. Emphyteusis dicitur alienari per locationem ad longum tempus factam ab emphyteuta. Ruinus *cons.* 37. *vol.* 3. Etiamsi esset factum francandi pactum, vide per eund. *cons.* 48. *vol.* 1.

Emphyteusis rei Ecclesiæ concessa ad longum tempus, an vitietur in eo tantum, quod excedit 9. annos, & quid si pro longo tempore sit constituta vna pensio, siue pretium? Vide per Tiraq. *de retract. municip* §. 23 *gl.* 1. *n.* 13. Item de primo dubio vide per Mari. Anguis. *cons* 216. *col.* 3.

Emphyteusis alienatio cum consensu domini est perpetua, nec alienantis morte resoluitur, secus si sine consensu domini facta sit, per Ruinum *in consil.* 161. Emphyteusis alienatio cum consensu domini præiudicat aliis vocatis in inuestitura, per Ruin. *in cons.* 169. *nu.* 12. Emphyteusis, quæ obuenit in partem meam, si sit alienata, talis alienatio præiudicat aliis etiam emphyteuticis in inuestitura, per Ruinum *in cons* 166. sed contra per eundem *cons.* 169. *n* 12.

Emphyteusis alienandæ concessa licentia per illum modum, per quem inhæreat, nil operatur, per Ruin. *cons.* 69 *n* 14. Emphyteusis alienandæ licentia si per dominum concedatur pluribus fratribus, per hoc haud dicuntur ipsi fratres vnus alteri licentiam dare, & consentire alienationi, Ruin. *in d cons.* 169. *nu.* 13. Emphyteusi alienata, si vnus agat contra possessorem, possessor fructus habere debet, per Alex *cons* 92. *n.* 37.

Emphyteusis alienari haud potest in potentiorem, & sic in personas prohibitas, puta, in ciuitatem, quæ nunquam moritur, quæ ideo videtur de personis prohibitis per ea, quæ tradit Alex. *in cons* 192. *n.* 38. *vol.* 9. vbi tamen pro declaratione vide, quia haud negari in iuribus ibidem allegatis dicit, quin ipse dominus feudi, vel rei emphyteuticæ possit concedere, si voluerit: quinimo etiamsi vult consentire, quod emphyteuta transferat in potentiorem, potest, per illic allegata.

Emphyteusis si fuerit alienata, præfertur dominus consanguineo rehabitatione eius alienationis? vide per Tiraq. *de retract. lign* §. 21. *gl. vnica, sub n.* 34.

Emphyteusis alienata an dicatur, quando emphyteuta mouit libellum, in quo erat emphyteusis? per Alex. *d. cons.* 92.

Item emphyteuta an possit mutare formam fundi? per Tiraq. *de retract. conuentio.* §. 2. *gl* 1. *n.* 28.

Emphyteusin alienatam si dominus recuperat, an illam teneatur dare emphyteutæ, Alex. *d. cons.* 92. *n.* 43.

Emphyteuta si promiserit non alienare emphyteusin domino irrequisito, tale pactum est intelligendum de alienatione facienda in extraneos, non autem inter ipsos, per Cæphal. *cons* 119. *nu.* 5. & *in cons* 104. *nu.* 12. Tiraq. *de retract. mun.* §. 11. *gl.* 6. *n.* 12.

Emphyteusis alienationi dominus consentire haud cogitur, nisi ita, vt res eodem modo, & per idem tempus sit penes emptorem, quo fuisset penes venditorem, per Hieron Gabr. *in cons.* 92. *n.* 10.

Emphyteuta qui potest alienare irrequisito domino in filios, potest in vnum sicut in plures alienare: quia semper alienat in filios: Mar. Anguis. *cons.* 256. *n.* 6. qui in vers. vlt. negat,

quod ratio, quare alienare prohibitus possit instituere alios successores ab intestato, non sit, quia ipse non dicitur alienare, sed lex: vbi de communi opinione.

Emphyteuta tametsi haud possit sub pœna priuationis alienare irrequisito domino: tamen ex promissione non committitur pœna, & sic dicta promissio haud continetur sub prohibitione alienationis facta à lege, per Cæphal. *in cons. 96. nu. 15. & 16.*

Domini directi recipiendo canones, quando censeantur remittere caducitatem, & quando protestatio dicatur contraria facto? Et an dominus, qui recepit canones, possit expellere emphyteutam, qui in commissum inciderat ob alienationem factam, domino inscio? & quando protestatio tollatur per actum sequentem? De omnibus vide per Ioan. Cæphal. *in cons. 22.*

Emphyteusis Ecclesiastica non potest alienari in potentiores, vt clericos, curiales, & milites ex communi sententia, & notissima regula: ne deterior fiat Ecclesiæ concedentis conditio, vide per Rum. iun. plene eius *cons. 168.*

Transactio facta inter dominum directum, & Emphyteutam quod soluatur laudemium domino, quocunque modo res emphyteutica alienetur, non habet locum, nisi in alienationibus voluntariis, & non in necessariis: per Roland. qui citat Brun. & Crauet. *cons. 21. n. 16.* De rebus Ecclesiæ, quomodo possint alienari vel ad vsum concedi; & quæ requirantur ad validitatem instrumenti, & an solemnitates præsumantur interuenisse? vide per Rum. iun. *cons. 185.*

Longior fui solito in apostillando istam quæstionem: habui tamen supra scripta, atque infra scripta adnotasse necesse: quia est vbique frequens, & quotidiana materia. *Giach.*

QVÆSTIO XIV.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Plures emphyteutæ an possint rem emphyteuticam inter se diuidere.*

Ex Additionibus.

1 *Num emphyteuta socio suo, eadem de re inuestito, partem suam libere, & domino irrequisito, vendere valeat.*
2 *Socius, licet consanguineus, rem pro pretio, quod ab extraneo offertur, libere retrahere nequit.*
3 *Sententia* l. voluntas 4. C. de fideicommiss.
4 *Feudum diuidi potest inter consortes.*
5 *Communio parit discordiam.*
6 *Alienatione prohibita, non censetur prohibita alienatio necessaria.*
7 *Necessitas legem non habet.*
8 *Feudum absque domini consensu insimultanee inuestitum, vel agnatum, licite alienatur.*
9 *Cur feudum, inconsulto domino, alienari nequeat.*
10 *Cur ius emphyteuticum, irrequisito domino, alienari prohibeatur.*
11 *An, & quatenus ius patronatus recte alienetur.*

1 QVæro, nunquid *a* plures emphyteutæ possint rem emphyteuticam domino irrequisito inter se diuidere? Resp. quod sic. Ita tenet Bart. *in l. qui Romæ. §. duo fratres, n. 24. ff. de verb. oblig.* & est communis opin. vt attestantur Scribentes *in d. §. duo fratres*, & in specie Aret. *colum. pen. vers. Circa quartam*, & Ias. *n. 75.* & Crot. *n. 64.* Ripa, *n. 68.* Ias. *in l fin. nu. 114 C. de iure emphyt.* & dicit Bald. *cons. 122. lib 4.* secundum antiquam expressionem, quod ita communiter seruatur, quem refert Decian. *cons. 263. in fin.* Refert etiam Apostil. ad Bart. *in d. §. duo fratres, sub nu. 14* Ita etiam communiter seruari attestatur Alex. *in d §. duo fratres, post nu. 60. vers. circa primum.* In hoc enim non agitur de aliquo præiudicio domini directi, & ideo possunt ipsi emphyteutæ non modo rem emphyteuticam diuidere, sed etiam *b* inter se alienare *b* alio quocunque titulo, domino ipso irrequisito, vt dicit Bart. *in loco præallegato*, & est communis opinio, vt dicit Ias. *in d. §. duo fratres, nu. 77.* Gozad. *cons. 20. n. 9.* Cum enim dominus directi illos omnes habeat pro Emphyteutis respectu ipsius non dicitur alienatio, ex quo non transfertur in personam, in qua opus sit noua recognitione, neque ipsius interest, apud quem eorum res ipsa reperiatur, cum propterea illi, qui alienant, non desinant esse in solidum obligati versus ipsum dominum pro ipsa emphyteusi, prout erant ante alienationem, seu diuisionem.

ADDITIONES.

N*Vnquid plures emphyteutæ possint rem emphyteuticam, domino irrequisito, inter se diuidere.*] Addenda similis quæstio est: an † emphyteuta socio suo, qui eadem de re inuestitus est, vendere partem suam libere, & domino irrequisito, valeat? 1 Et Doctores plerique concludunt, emphyteutam, absque præuia denuntiatione domino facta, in socium suum libere alienationem exercere posse. Bart. & alij *in l. qui Romæ 22. §. duo fratres ff de verb obligat* Iason *in l. si domus 71. §. vlt. col. vlt. ff de leg 1.* & Clarus noster *in his verbis, sed etiam inter se alienare, &c.* At sententiam contrariam esse verisimiliorem arbitror, hac ratione motus: quia † socius, licet consanguineus sit, iure 2 communi non potest libere rem retrahere pro pretio, quod ab extraneo offertur, *l. dudum 14. C. de contrah. empt.* Sed dominus directi dominij hoc ius retrahendi habet, *l. 3. C. de iur. emphyt. c. potuit 4. extr. de locato, & conduct.* Proindeque dominus in rei emphyteuticæ venditione præfertur socio emphyteutæ: & consequenter ipso domino emendi conditio, & potestas prius offerri debet, etiamsi socio suo vendere emphyteuta vellet. Ex quo perspicuum esse puto, inter socium emphyteutam & extraneum, emere volentem nullam hac in re differentiam constituendam esse.

Non † obstat huic sententiæ Alexander Imper. *in l. voluntas 4. C. de fideicommiss* vbi prohibitus alienare extra familiam, potest sorori cohæredi vendere, vel alienare. Ea namque in lege alienatio non simpliciter, sed certo modo à testatore prohibita fuit: ne scilicet fundus extra familiam alienaretur. Ex qua sane prohibitione colligitur, personis in eadem familia comprehensis ex testatoris permissu fundum vendi, siue donari posse. Qui enim extra familiam quid alienari prohibuit, is vtique, vt in familiam transferri, vel alienari possit, concessisse videtur. Atqui nostra in specie res emphyteutica non respectu certarum personarum, sed simpliciter, & indistincte alienari prohibetur, *d. l. 3. C. de iur. emphyt.* Quare hæc prohibitio perinde socium, atque extraneum excludit. 3

Minus † obstat text. *in c. Imperialem § præterea ducatus tit. 55. lib 2. feudor.* vbi feudum inter consortes, siue socios cohæredes diuidi potest. Etenim textus ille aperte † loquitur 4 de diuisione, quæ alienatio necessaria reputatur, propter discordiam, quæ ex communione oriri posset, argum. *l. in hoc iudicium. 14. § si conueniat. 2 ff. communi diuid. & l. cum pater 77. § dulcissimis 20. ff de leg. 2.* Alienatione † autem prohibita, non 5 censetur prohibita, aut interdicta alienatio necessaria, *l. diuus 5. de heredit. petit. l. 1. in princ. ff. de fundo dotal l. item si res 4. §. si quis 3. ff de alienat. iudic. mutand. caus. fact. l. peto 69. §. prædium.* ibique DD. *ff. de leg. 2.* cum † necessitas legem non 6 habeat. Dec. *in c. quo propter necessitatem 162. ff. de reg. iur.* Tiraquell *in tractat. de retraict. lignag. §. 26. gloss. 1. num. 19. & seqq.* vbi de necessitate plura cumulate explicat. 7

Multo minus obstat, quod † de fundo objicitur, id absque 8 domini consensu insimultanee inuestitum, vel agnatum licite alienari posse, cum talis alienatio potius refutatio (quæ sine voluntate domini fieri potest. *tit. 38 lib. 2. feudor.*) quam vera alienatio intelligatur. *titul. 49. vers. & licet, &c. d. lib. 2. feudor.* Illud † enim in feudo ob hanc rationem receptum est: 9 quoniam per istiusmodi alienationem, in agnatum factam, nullus domino feudi contemptus irrogatur; siquidem feudum hac in specie alienatur in eum, qui à domino in prima inuestitura fuit approbatus. Hartman Pistoris *par. 1. quæst. 6. num 28.* Ideoque cessat isto casu prohibitæ alienationis ratio: quæ in feudo (vt iam dictum) hæc est: quod per alienationem, sine domini consensu interpositam, dominus contemni, adeoque iniuria affici videatur, per textum *in tit. 24. §. fin. lib. 2. feudor.* Ius † vero emphyteuticum propter hanc 10 potissimum causam, irrequisito domino, alienari prohibetur: quia domino ius rem emphyteuticam eo pretio, quod ab alio offertur emptore, comparandi competit: quo iure defraudare dominum cupit emphyteuta, qui absque denuntiatione eidem facta, alteri rem emphyteuticam vendit, siue extraneo, siue simul inuestito, etiam agnato, & consanguineo, partem suam vendat.

Denique † non obstat *c. ex insinuatione 43 extr. de iur. patronat.* vbi ius patronatus (quod inconsulto Episcopo alienari nequit. *c. illud præterea num 8. eod. tit.*) in compatronum absque Episcopi assensu licite alienatur. Nam ius patronatus indiuiduum est, omnibusque patronis insolidum competit. 11

petit. c. 1. *ibique gloss. de iur. patr.* argum. *l. loci corpus* 9. §. *si fundus* 3. *ff. si seruit. vindicet.* & *l. si libertus* 23. *in fin. ff. de bonis libert.* Qua de causa alienatio, in compatronum facta, non alienatio vera, sed potius renunciatio quædam esse intelligitur, iuxta gl. & Canonistas *in d. c. ex insinuatione* 43. *extr. de iure patron.* Inconcussa ergo manet conclusio, quæ statuitur, socium sine denunciatione legitime domino f... partem emphyteuticam socio suo, quantumuis sanguine iuncto, vendere non posse; tametsi, post alios, aliter sentiat D. Sichard. *in d. l. voluntas* 4. *C. de fideicommiss. numer.* 6. & 7. Harprec.

b *Alienare.*] Ex hac tamen diuisione, seu alienatione inter se non debetur aliquod laudemium, vel quinquagesima, dicit Ias. *in l fin. n* 4. *C. de iure emphyt.* & hanc communem. *Guiot.*

Alienare alio quocunque titulo.] Ampliatur ista communis per Ias. & Ripam *in d. §. duo fratres*, & eam vide etiam *in collect. mea commun. opin. in vers. Emphyteuta, num.* 8. vbi dixi hæredes tamen emphyteutæ haud posse inter se res emphyteuticas diuidere irrequisito domino. Et quo possint alienari, vide per Alexand. *consil.* 73. *vol.* 2. sed nunquid emphyteuta possit donare irrequisito domino, vel locare ad longum tempus? vide per Alex. *in consil.* 119. & Apost. *lib.* 3. Giach.

Alienare.] Ias. *in l. fin. num.* 4. *C. de emphyt.* dicit, quod ex tali alienatione, aut diuisione non debeatur laudemium, vel quinquagesima, & hanc dicit communem. *Gouean.*

QVÆSTIO XV.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Emphyteuta an possit ius suum alteri legare, vel donare.*
2 *Et quæ in tali legato, vel donatione requirantur.*

Ex Additionibus.

1 *Vtrum emphyteuta, domino non consentiente, ius suum donare possit.*
2 *Emphyteuta, inconsulto domino, ius suum alteri legare licet.*
3 *Cur emphyteutæ permissa sit donatio, inscio domino: venditio non item.*
4 *Consideratur* l. 3. vers. minime. C. de iur. emphyt.
5 *Quatenus procedat regula, eidem vendendi ius esse, cui donandi.*
6 *Decurio prædia sua sine iudicis decreto donare, non vero vendere potest.*
7 *Facilius homines inducuntur ad vendendum, quam donandum.*
8 *Mulierum genus auarissimum.*

1 a QVæro, nunquid emphyteuta possit sine domini consensu ius suum alteri legare, vel donare? Resp. hæc est satis trita quæstio, & in qua Doctor. aliquando varie locuti sunt Nam Bart. *in d. l. si domus, § fin. nu.* 2. *ff. de leg.* 1. tenuit indistincte, quod non, tam in emphyteuta priuati, quam in emphyteuta Ecclesiæ. Et dicit Angel. *in d. l. fin. sæpius allegata, C. de iure emphyt. ante numerum primum*, quod istud obseruat consuetudo. Contrariam autem sententiam, quod scilicet emphyteuta b possit ius suum sine domini consensu alteri b donare, tenuit gloss. *in d l. fin. in verbo, Aliis vendere*, quam sequuntur communiter Doctores, vt dicit Imol. *in d l. si domus. §. fin. versic. Extra gloss* quem refert Aretin. *consil.* 41. *nu.* 1. Et illam dicit esse communiter approbatam Ruin. *consil.* 42. *num.* 1. & ita communiter teneri affirmat Ruin. *consil.* 162. *nu.* 22. *lib.* 4. Iac. *in tractat. de Roidis, siue operis, num* 42. qui nescio quomodo inaduertenter fuerit separatus à præcedente tractatu de Homagiis, cum re vera auctor prosequatur vsque ad finem libri materiam Homagii, licet in illo loco incidenter aliqua dicat de ipsis Roidis, siue operis. Hanc etiam opinionem dicit esse communem Bald. *in d l. si domus, § fin. n.* 1. vbi dicit, loquendo in emphyteuta Ecclesiæ, quod secundum omnes Doctores potest donare ius suum, dummodo id faciat saluo iure Ecclesiæ, & *in l. vsufruct. ff. soluto matrimonio*, prout illam refert Imol. *ibid. n.* 6. licet reuera Bald. solummodo dicat, quod fuit opin. Antiquorum. Hanc etiam esse communem opin. dicit Imol *in d. l. vsufructu, nu* 7. Florian. *in d. cap. potuit, de locat.* quem refert Imol. *in eod. cap. potuit, post nu.* 11. Paul. de Castr. *in d l. si domus, § fin. n.* 4 Ias *in d. l. fin. post n.* 61. Gratus *consil* 68. *nu.* 7 *lib.* 1. Ioan. Dilect. *de arte testandi, lib.* 6. *caut.* 46. *num.* 1. vbi dicit, quod opin. gloss. communiter à Doctoribus comprobatur. Quæ opinio non solum in emphyteuta priuati locum habet, in quo illam esse communem affirmat Cardin. Florent. *in d. cap. potuit.* & post eum Cæpolla, *consil. ciuili* 8. *n.* 10. & quam communiter teneri affirmat Ias. *in d. l. fin. nu.* 71. *circa fin.* sed etiam in emphyteuta Principis. Et ita tenere omnes Doctores, tam Legistas, quam Canonistas attestatur Cæpolla in allegato *consil.* 8. *n.* 11. Quinimo etiam in emphyteuta Ecclesiæ illam dicit esse magis communem Socin. iun. *consil.* 120. *n.* 70. lib. .. Ias. *in d. l. fin. post nu.* 72. licet Bart. vbique tenuerit absolute contrarium, quod scilicet emphyteuta Ecclesiæ proculdubio non possit ius suum donare, sine consensu Ecclesiæ. Tenenda est ergo hæc opin. quod scilicet emphyteuta ius suum legare, vel donare, domino irrequisito, quam etiam magis communem simpliciter, & indistincte attestatur Alexand. *consil.* 189. *nu.* 13. *lib.* 2. Corn. *cons.* 166. *colum.* 7. *in littera D. lib.* 2. Bertrand. *cons.* 98. *nu.* 1. *lib.* 3. *in* 2. *parte.* Natta *cons.* 114. *post n.* 15. In specie autem, in emphyteusi concessa à priuato ita attestatur Alexand. *in l. si patrono, in principio, paulo ante nu.* 16. *ff ad Treb.* & *in d. l. si domus, § fin. n.* 5. Ias. *in d. l. si domus, §. fin. post n.* 32. Et in emphyteusi concessa ab Ecclesia, vt possit ea non requisita donari, & legari, pariter dicit esse communem Alexand. *cons.* 17. *nu.* 11. *lib.* 5. Ias. *in d. l. si domus, §. fin. nu.* 34. & *in d. l. fin. nu.* 72. Curt. iun. *cons.* 130. *nu.* 8. Grat. *consil.* 79. *nu.* 18. *lib.* 1. & dicit Alciat. *in l. in conuentionibus, circa fin. ff. de verbor. signif.* quod ita crebrius approbatum est, dummodo fiat saluo iure domini, & citra fraudem: & ita teneas. Cessat enim ratio denunciandi domino, an velit eodem pretio emere, ex quo nullum pretium interuenit: neque esset æquum, vt teneretur emphyteuta ius suum domino donare, vel legare, qui forte in eum bene merita aliqua non contulit, vel saltem non est emphyteuta erga illum ita affectus, vt est erga eum, cui vult donare, vel legare.

Arbitror tamen quinque requiri ad hoc, vt huiusmodi legatum, vel donatio valeat, neque emphyteuta cadat à iure suo. Primo, quod non fiat in personam, in quam vel de iure communi, vel ex conuentione ipsa res emphyteutica prohibita sit alienari. Secundo, quod nulla subsit fraus: nam si esset, & effectualiter emphyteuta venderet, sed ne posset dominus vti iure prælationis, conciperet contractum in formam donationis, in fraudem ipsius domini, crederem illum esse re emphyteutica priuandum. Tertio, quod donetur, vel legetur res ipsa tanquam emphyteutica, non autem pleno iure, alias enim esset quodammodo velle priuare dominum iure suo, & ideo caderet emphyteuta à re emphyteutica. Quarto, quod priusquam transferat possessionem rei donatæ in donatarium, requirat domini assensum, qui proculdubio tenetur illum præstare, modo donatarius sit habilis, & idoneus ad soluendum, & promittat ipsi domino soluere fictum emphyteuticum, & in hoc omnes concordant, vt dicit Iason *in d. l. fin. nu.* 68. Non enim debet donatarius, sine consensu domini apprehendere possessionem rei emphyteuticæ, prout tenent communiter Doctores, & in hoc conueniunt, vt dicit Bertran. *consil.* 61. *nu.* 2. *lib.* 2. *in* 2. *parte*, qui etiam *consil.* 124. *num.* 1. *lib.* 1. *in* 2. *parte*, 2

attestatur hanc esse communem opinionem, secundum quam alias iudicatum fuit in Parlamento Delphin. vt refert Guido Papæ *decis.*46. Præterea & quinto, soluendum est etiam ipso domino directo laudemium pro noua inuestitura, vt dixi infra, *quæst.*23. *versic. Sed quæro*, & quantum ad hoc, scilicet vt dominus nouam inuestituram concedat, & assensum præbeat donationi, debet dominus expectari per duos menses, iuxta dispositionem *in d. l. fin.* & in hoc omnes concordant, vt ait Ias. *in d. l. fi. n.*68. *in fin.*

Et hæc omnia procedunt, vbi non subesset consuetudo, c quod res emphyteutica non posset donari, vel legari domino irrequisito, illa enim esset proculdubio obseruanda: & certe valde æqua est illa opin. quod teneatur emphyteuta volens donare, vel legare ius suum, requirere consensum domini, & volente domino illud acquirere pretio æstimando, quod ipse præferatur donatario, vel legatario, quam ego aliquando sustinui in circulis. Tamen propter auctoritatem tenentium contrarium, forte durum esset in practica contra eos obtinere.

ADDITIONES.

a *Legare.*] Quod emphyteusis legetur irrequisito domino, vide per Corn. *in cons.*166. *col.*6. *volum.*6. Idem vide Bald *consil.*160. quæritur *lib.*3. & Corn. *consil.*84. *vol.*2. Sed quid si emphyteusis morte non finiebatur, vide Rom. *cons.*15. *visa.* Et an emphyteuta possit legare Ecclesiæ certam pecuniam super emphyteusi, si in instrumento libelli sit pactum de non alienando? vide Rip. *in l. filiusfamil. §. diui. numer.*90. *ff. de leg.*1. Giach.

b *Alteri donare.*] Sed an emphyteusis permutatio fieri possit irrequisito domino? vide Decium *consil.*160. *in* 1. *dubitat.* quod limita per Tiraq. *de retract. munic.* §.34. *gloss.*1. quicquid dixerit Rip. *in l.*2. *num* 39. *ff. si cert. pet. in caute.* Item an emphyteusis donari possit irrequisito domino: vide Bald. *in consil.*160. *quæritur. vol.*3. *in consil.*116. *in* 2. Ruin. *consil.*148. Quod non possit donari potentiori, nec personis prohibitis, vide Ruin *cons.*143. *nu.*14. Item haud potest donari, quando vltra prohibitionem legis adesset prohibitio hominis, per Ruin. *in cons.*161. *num.*24. *vol.*4. Verum an possit dari in dotem? Bald. *cons.*160. *quæritur, volum.*5. communis opinio est, quod quando res, quæ datur in dotem est inæstimata, quod haud requiratur consensus domini. Tiraquel. *de retract. municip.* §.1. *gl.*14. *num.*20.21. Ruin. *in cons.*48. secus quando est æstimata, per Tiraq. vbi sup. Aduerte tamen quod emphyteusis haud potest dari in dotem sine consensu domini, quando emphyteuta habet alia bona: per Crauet. *cons.*215. Et quanquam emphyteusis in dotem dari possit irrequisito domino; tamen durat tantum ad vitam emphyteutæ, imo ad vitam dotatæ, vide per Ruin. *cons.*165. Giach.

1 *Alteri donare.*] Emphyteutam † ius suum nullo modo sine domini consensu donando transferre posse, post Irnerium, antiquum Glossatorem, & Bartolum hic allegatum, docuerunt Francisc. Sarmientus *lib.*3. *selectar. interpret. c.*2. *num.*3. *cum seqq.* & Fachineus *lib.*3 *controuersiar. iur. c.*97. Sed contrariam sententiam communiter Doctores amplexi sunt, Accursius *in l. fin. in verb. aliis vendere. C. de iure emphyteut.* ibique Corasius *num.*9. & Ias. *num.*54. *& seqq* aliique, quos refert & sequitur hic Clarus noster. Quibus adijciendi sunt Aurel. Corbulus *in tract. de iur. emphyt. c.*14. *limitat.*13. Io. Borcholt. *de feud. cap.*3. *num.*41. Donell. *lib.*9. *Commentar. de iur. ciu. cap.*14. Arumæus *Exercit. Iustin.*14. *the.*14. Dn. Obrecht. *disput.*36. *de iur. emphyteut. th.*106. *& seqq.* D. Bocer. *class.*2. *disput.*14. *them.*67. *litter. A.* Matthias Stephani *cent.*3. *quæst.*83. *ad litter A.* Vulteius *in §. adeo* 3. *num.*19. *Instit. de locat. & conduct.* Quibus & ego non inuitus adstipulor, motus præcipue *l.*1. *C. de fundis patrimonialibus.* vbi Constantinus Imp. rescripsit, quod emphyteuta fisci, siue Reip. ius suum citra iudicis voluntatem saluo canone alteri donare possit. Idem ergo & in priuata emphyteusi statuendum erit.

2 Deinde † certum est, emphyteutam inconsulto domino prædium emphyteuticum, vel ius sibi competens alteri legare posse, *l. si domus* 71. §. *vlt. ff. de leg.*1. *l. in conuentionibus* 219. *ff. de verb. signif.* Legatum autem donationem esse, non ambigitur. §.1. *Instit. de leg. l. legatum.*36 *ff de leg* 2.

3 Et ratio differentiæ, cur † emphyteutæ sit permissa donatio inscio, seu inconsulto domino, venditio non item, hæc est: quia in venditione idcirco dominus de consensu interpellatur: vt, si velit, eodem pretio emere possit. *lib.*3. *C. de iur. emphyteutico.* Ast hæc ratio in donatione cessat: quoniam donatio est gratuita, & beneuoli erga bene merentem affectus declaratio, quem non æque, aut saltem per iniuriam, erga se, vt erga bene meritum, declarari dominus petit, cum istius affectionis certæ, & speciales sint causæ, nec domino cum donatario communes, argum. *l. nec adiecit.*9. *ff. pro socio.* Dec. & Arumæus, Corbul. & alij *locis præallegatis.*

Huic † assertioni non aduersatur *d. l.*3. *ver. minime licere, &c. C. de iure emphyteut.* vbi diserte negatur, ius emphyteuticum absque consensu domini per emphyteutam transferri posse. 4 Quod transferendi verbum etiam donationem includit: cum per eam proculdubio ius emphyteuticum in donatarium transferatur. Non, inquam, versiculus ille assertioni huic aduersatur. Nam ex subsequentibus statim Iustiniani verbis apparet; ad translationem fundi, vel iuris emphyteutici, consensum domini non simpliciter, & præcise, sed hactenus desiderari, quod emphyteuta domino futuram mutationem, per venditionis titulum factam, rite denunciare debeat, vt ipse dominus eodem pretio meliorationes, & ius emphyteuticum emere valeat. Ast in quæstione proposita non de venditione, & pretio, cuius lex ista tantum meminit, sed de gratuito donationis titulo agitur.

Similiter † non resistit vulgata iuris regula, qua dicitur: eidem vendendi ius esse, cui donandi. 5 *l. cuius.*163. *ff. de regul. iur.* Ideoque sicut emphyteuta inconsulto domino donare potest: ita etiam eundem vendere posse dicendum videbatur. Non, inquam, hæc regula resistit: quia † neutiquam procedit, 6 si donandi, & vendendi diuersa appareat ratio, vt hic. Sic & decurio licet prædia sua sine decreto iudicis vendere vetetur: ea tamen donare non prohibetur. *l. vltim. C. de prædiu decurion. sine decret. non alienand.* Facilius † quippe homines inducuntur ad vendendum, quam donandum, propter 7 commoditatem pretij. Hancque ipsam ob causam Senatusconsultum Velleianum obligatæ mulieri succurrit, non donanti. *l. sed si ego.* 4. §. *fin. ff ad SC. Velleian.* quia † mulier non 8 facile donat, & mulierum genus est auarum, auctore Cicerone *lib.*1. *de inuent.* & auarissimum, tradente Accursio *in l. Nesennius,*34. *in verb. ex contrario. ff. de negot. gest. & in d. l.*4. *in gloss. vltim. ff. ad SC. Velleian.* imo vice miraculi est, cum mulier donat, pronunciante Baldo, quem refert Tiraquellus *in legib. connubial. lib. leg.*9. *gloss.*1. *par.*9. *num.*43. *& seq.* vbi hac de re prolixius tractat. Cetera, huic sententiæ quæ opponi solent, refutaui *ad d. §. adeo* 3. *Instit. de locat. & conduct. n.*323. *& seq.* Harpprec.

c *Consuetudo*] Ad idem vide per Tiraq. *de retract. munic.* §.34. *gl.*1. *n.*34. Giach.

QVÆSTIO XVI.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Pater an possit filiis in re emphyteutica præiudicare.*
2 *Et quid in emphyteusi acceptâ pro filiis, & hæredibus.*
3 *Et quid in emphyteusi antiqua, seu paterna.*

Ex Additionibus.

1 *Quæ emphyteusis dicatur noua, & antiqua, quæ item hæreditaria & ex prouidentia remissiue.*
2 *An, & quatenus filiis in emphyteusi pater præiudicare possit, remissiue.*

SVcceßiue quæro, nunquid pater habens filios possit in re emphyteutica illis præiudicare, disponendo, aut testando, aut vni ipsorum prælegando? Respondeo: hic articulus multum confuse à Scribentibus tractatur, propterea ad intelligentiam præmittere debes, quod emphyteusis a aliquando dicitur antiqua. Noua est, quæ habet originem in persona ipsius Emphyteutæ, qui vult de ea disponere, quia scilicet ipse illam acquisiuit. Antiqua vero est, quæ habet originem ab alio ascendente, prout in simili dixi de feudo infra, hoc *eodem libro* §. *feudum*, *quæst.*8. Item præmitte, quod aliqua est emphyteusis hæreditaria, aliqua non hæreditaria, & aliqua mixta, prout etiam in simili dictum est *de feudo*, *in dicto* §. *feudum*, *quæst.*9. Emphyteusis hæreditaria est illa, quam acquirens stipulatus est pro

est pro se, & hæredibus quibuscunque, vel pro se, & quibus dederit, vel etiam pro se, & pro hæredibus, si est accepta à priuato. In hoc enim differt emphyteusis priuati à feudo, quia cum emphyteusis accepta à priuato de sui natura transeat ad quoscunque hæredes, etiam extraneos, illa verba, pro se, & hæredibus intelliguntur etiam de extraneis, vt dixi infra *q.*18. *versic. Tertius casus.* secus autem est in feudo. Nam cum feudum de sui natura non transeat in extraneos, illa verba verificantur solummodo in descendentibus hæredibus, vt dixi *in d.§. feudum, q.*83. *versic. Sed quid si feudum.* Quid autem in emphyteusi Ecclesiastica accepta pro se, & hæredibus? dixi *in d versic. Tertius est.* Emphyteusis non hæreditaria est, quam acquirens stipulatus est pro se, & filiis, vel pro se, & descendentibus, vel huiusmodi, nulla facta mentione hæredum: hæc enim transit ad ipsos filios, seu descendentes, etiam quod non sint hæredes, secundum opinionem, quam ego tenui infra, *quæst.*17. licet multi in emphyteusi concessa à priuato teneant contrarium. Mixta est, quam acquirens stipulatus est pro filiis, & hæredibus, & sic in qua succedere non potest filius, nisi sit hæres, neque hæres, nisi sit filius, vel descendens, sed vtraque qualitas requiritur, vt dixi *in d.q.*37. licet multi etiam teneant, quod in hac emphyteusi concessa pro filiis, & hæredibus à priuato, succedunt etiam extranei hæredes, quod mihi nunquam placuit.

His præmissis dico, quod aut quæritur de emphyteusi noua, an possit pater in illa filiis suis præiudicare: & tunc (siquidem emphyteusis est hæreditaria, scilicet acquisita pro se, & hæredibus quibuscunque, vel pro se, & quibus dederit) omnes concludunt, quod

b potest *b* pater in ea filiis præiudicare, neque, vlla in hoc est apud Scribentes controuersia. Nam huiusmodi bona potius censentur tanquam libera, & allodalia, quam emphyteutica, vt in simili de feudo ita concessa dixi *in dicto* §. *feudum, quæst.*9. Aut vero loquimur in emphyteusi non hæreditaria, & sic acquisita pro se, & filiis, & tunc variæ sunt opin. inter Scribentes. Aliqui enim tenent, quod ex stipulatione patris sit ius quæsitum filiis, ita vt non possit pater in ipsa emphyteusi illis præiudicare. Et hanc opinionem dicit esse magis communem Alexan. *consil* 106. *nu* 8. *& consil.*107. *in principio, lib.*4. quem refert Ruin. *consil.*43. *num.*4 *lib* 1. *& consil.*48. *post num.*8. *eodem vol. & consil.*154. *num* 4. *eod. vol. & consil.*213 *num.*4. *eod. vol.* & Iaf. *in l.*2. *num.*109. *C. de iure emphyt.* licet corrupte alleget. Refert etiam, & sequitur Dec *consil.* 239 *num* 6. quem (vt arbitror) allegare voluit Gratus *consil.*1. *post num.*5. *lib.*1. Hanc etiam dicit esse communem Apostil. ad Alexand. *consil.*8. *sub num.*15 *lib.*3. vbi multa congerit Gratus *consil.*12. *num.*9. *lib.*1. *& consil.*131. *num.*4. *eod. vol.*2. Bertrand. *consil.*318. *nu.*3. *lib.*2. *in* 2. *parte*, quem refert Apostil & Alciat. *de præsumptio. in* 1. *regula, præsumpt.*31. *nu.*5. Eandem sententiam vti communem sequitur Didac. *lib.*2. *resolut. cap.*18 *num* 2. Cassan. *consil.*53. *numer.*59. Apostil. ad Rimin. *cons.*437. *sub num.*2. Rubeus *in leg. Gallus*, §. *quidam recte, num.*186. *& seq.* Contrariam autem sententiam plerique etiam tenuerunt, quod scilicet possit pater in huiusmodi emphyteusi filiis suis præiudicare. Ipse enim pater stipulando pro se, & filiis, censetur stipulatus ordine successiuo, scilicet primo sibi, deinde post mortem suam filiis. Cum ergo non videatur filiis ius aliquod quæsitum, nisi post ipsius patris mortem, merito posse debet de ipsa emphyteusi adlibitum suum disponere. Et hanc sententiam dicit magis communiter teneri idem Alex. sibi contrarius *consil.*124. *num.*8 *lib* 5. quem refert, & sequi videtur Gozad. *consil.*25. *num.*18. Hanc etiam dicit esse communem idem Alex. *in l. apud Iulianum*, §. *si quis aliquis, post nu.*4. *ff. de leg.*1. quem refert, & sequitur Soc: *consil.*127. *num.*10. *lib.*3. & Tiraq. *de retract. municip.* §.11. *gl.*6. *numer.*16. Hanc etiam dicit esse communem, Iaf. *consil.*213. *num.*4. *lib* 2. Et re vera hæc opin. mihi semper magis placuit, vt scilicet illud, quod ego acquiro, possim etiam meo iure alienare. Et si in feudo nouo acquisito pro se, & filiis potest pater de eo ad libitum suum disponere, in præiudicium filiorum, modo domini consensus accedat, secundum opinionem, quam ego tenui *in d.§ feudum, q* 4. *vers. Et hac quidem.* multo magis idem dicendum est in emphyteusi, quæ proculdubio facilius potest alienari, quam feudum. Bene verum est, quod si in inuestitura, siue concessione emphyteutica, esset proprio nomine nominatus aliquis ex filiis, vel aliter appareret posset, quod emphyteusis esset concessa, non solum intuitu recipientis, sed etiam contemplatione filiorum; eo casu vtique transirem cum alia opinione, quod non posset de ea pater in ipsorum præiudicium disponere quæ multis auctoritatibus fouetur.

Sed quid si sit emphyteusis mixta, puta, quia accepta sit pro filiis, & hæredibus? Resp. si teneamus opin. quam ego teneo, quod scilicet etiamsi sit acquisita pro se, & filiis simpliciter, possit tamen acquirens de ea libere disponere, multo magis tenendum erit hoc casu, quod etiam in hac emphyteusi, quæ partim est hæreditaria, possit filiis præiudicare. Sed certe etiamsi in ea, quæ non est aliquo modo hæreditaria teneamus contrariam sententiam, quod non possit de ea pater acquirens disponere, adhuc tamen in hac specie tenendum est, quod possit. Cum enim hoc casu appareat, quod pater non simpliciter stipulatus est filiis, vt filiis, sed etiam vt hæredibus, poterit pater de ipsa emphyteusi ad sui libitum disponere, neque poterit filius hæres illam reuocare, nisi secundum aliquos adiret paternam hæreditatem cum beneficio legis, & inuentarij: quo casu vtique admitteretur ad reuocandum, vbi penes eum non remaneret tantum, quantum valeret ipsa emphyteusis. Ego tamen absolute teneo, & semper tenui, quod pater acquirens emphyteusin siue pro se, & filiis, siue pro se filiis, & hæredibus, siue alio quocunque modo concepta sit concessio, potest de ea libere disponere, vt superius dixi.

Et hæc quidem omnia locum habent in emphyteusi noua. Si vero loquimur in emphyteusi antiqua, seu paterna, tunc distingue, quod aut est simpliciter hæreditaria, puta, quia accepta pro se, & hæredibus, vel pro se, & hæredibus quibuscunque, vel pro se, & quibus dederit, vel huiusmodi, & tunc, vt supra dixi, ex quo alia bona iudicantur potius tanquam libera, quam tanquam emphyteutica, nemo dubitat, quin possit emphyteuta, domini accedente consensu, in quemcunque de eis disponere. Aut est *c* simpliciter, & absolute, *c* non hæreditaria, puta, quia concessa pro se, & filiis, & tunc, cum sit filiis descendentibus ius quæsitum ex beneficio primi acquirentis, & sic virtute primæ inuestituræ, non potest emphyteuta eis in aliquo præiudicare, neque hoc casu reperitur, quod aliquis contrarium teneat, vt dicit Alex. *cons.*106. *nu.*8. *lib.*4 Hoc etiam dicit esse indubitatissimum Gratus. *consil.*22. *nu* 9. *lib.*1. Aut est mixta, scilicet concessa pro filiis, & hæredibus, & tunc breuiter ego teneo in emphyteusi illud, quod tenui in feudo huius qualitatis, *in d.§. Feudum. q.*42. *in fin.* Vide etiam in hoc proposito ea, quæ dixi infra, *q.*37. & nunc pendet hæc quæstio de facto.

Hæc autem omnia intellige, vt procedant quantum ad præiudicium filiorum. sed quantum ad præiudicium domini, recurrendum est ad ea, quæ dixi supra *quæst.*12. *& seq.*

ADDITIONES.

a Emphyteusis aliquando dicitur noua, aliquando dicitur antiqua.] Quæ † emphyteusis dicatur noua & antiqua: quæ
1 item hæreditaria, & ex pacto; siue prouidentia, post Clarum hoc loco, & alios, abunde explicat Aluarus Valascus in tract. de iur. emphyt q. 42. & 43. Harprec.

b Quod potest pater in ea filiis praeiudicare.] An, † & quate-
2 nus pater in emphyteusi filiis præiudicare possit, post Clarum nostrum, & ab eo hic congestos; latissime declarat Valascus dict. tract. de iur. emphyteut. quæst. 49 n. 2. & seqq. Harprec.

c Aut est simpliciter, & absolute hæreditaria.] Adde ad idem, atque vide Rimin. iun. in cons. 394. n. 31. 32. cum multis aliis seqq. Giach.

QVÆSTIO XVII.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Emphyteuta an possit sine consensu domini rem emphyteuticam permutare.*

Ex Additionibus.

1 *Ecquid emphyteuta sine consensu domini, rem emphyteuticam permutare liceat.*
2 *Permutationis causa.*
3 *Quatenus permutatio sit similis venditioni, & verbo emptionis contineatur.*

a
1 Qværo, nunquid possit Emphyteuta rem emphyteuticam sine consensu domini *a* permutare? Resp. inter vocatos in inuestitura sine concessione emphyteutica, vtique potest fieri permutatio. Si enim permissa est inter ipsos omnis alienatio, vt dixi sup. qu. 14. censetur etiam permissa permutatio. Sed nun-
b quid poterit illam transferre *b* in extraneum titulo permutationis? Resp. quod sic. Ita dicit Bald. in l. si domus. § fin. ff. de leg. 1. & ita communiter tenetur, vt ait Ripa in l. qui Romæ, §. duo fratres, nu. 86 ff. de verb. oblig. Hoc tamen intellige, vt procedat, dummodo talis permutatio fiat bona fide; sed si aliqua fraus subesset, puta, quia in effectu emphyteuta rem ipsam venderet, sed in contractu ipso assereret se permutare, vt priuaret dominum iure suo prælationis, talis fraus domino non obesset, quo minus posset vti suo iure prælationis. Ita dicit Baldus in d. l. si domus. §. 1. & est communis opin. vt attestatur Ripa in l. 2. in princ. n. 38. ff. si certum petatur. & forte etiam de iuris rigore dici posset, quod hoc casu emphyteuta propter huiusmodi alienationem caderet à re emphyteutica, quod multi etiam tenuerunt. Hoc tamen pro nunc non affirmo.

ADDITIONES.

a Permutare.] Adde, atque fusius vide per Menoch. in cons. 287. in 2. dub. volum. 3. & per Tiraquel. tract. suo de retract. municip. 1. §. 30. gl. 1. Giach.

1 Permutare.] Quod † emphyteuta sine consensu domini rem emphyteuticam titulo permutationis in alium transferre haud possit, respondit Speculator in tit. de emphyteusi quæst. 121. n. 147. Angelus in l. cum hi. 8. § si cui non. 24. ff. de transactionibus & Sarmientus lib. 3. selectar. interpretat. cap. 2. n. 20. Verum contrariam affirmantem sententiam, præter Clarum nostrum, & multos alios, probarunt Iason in l. fin. n. 101. C. de iur. emphyteut. Tiberius Decianus respons. 55. num. 61. vol. 3. Tiraq. de retraict. lignag §. 30 gloss. 1. nu. 34. Guid. Pap. decis. 92. Hieronym. Gabriel. cons. 84. nu. 3. & Corbulus in tract. de iur. emphyteut. cap. 14. limitat. 12. Eiusque ratio fere est eadem, quæ est in donatione; quam inscio, & inconsulto domino fieri posse, osten-
2 sum est supra ad q. 15. nu. 2. & seqq. Plerunque † enim permutat emphyteuta propter affectionem, quam habet ad rem, quam ex permutatione consequi intendit, ob vicinitatem forte, vel commoditatem, alias non permutaturus, si non posset illam rem assequi. Non igitur citra iniuriam emphyteutæ, aliam rem offerendo, permutationem hanc dominus impedire conabitur. Et sane dominus vix idem præstare potest, quod offert is, cum quo permutatio instituitur. Aut enim non habet easdem res, aut non eodem loco sitas, aut non tam commodas emphyteutæ, quam alter habet. Dn. Obrecht. disp. 36. de iur. emphyt. th. 191.

Nec † obstat l. sciendum 9. §. deinde 5. ff. de adil. edict. l. fi. ff. 3
quibus ex caus. in possess eat. & l. statu lib. 29. ante finem. ff. de statu liberi. quibus in legibus dicitur, permutationem, esse similem venditioni, verboque emptionis omnem alienationem contineri. Cum itaque venditio fundi emphyteutici prohibita sit: efficitur inde, permutationem etiam eius censeri interdictam. Hoc, inquam, non obstat: quandoquidem permutatio venditioni similis est, & verbo emptionis comprehenditur; non vtique ratione proprietatis vocabuli, sed ratione mentis, & voluntatis, eo scilicet casu, in quo eadem militat permutationis, & emptionis ratio. Ast in præsenti quæstione longe diuersam rationem inter emptionem, & permutationem esse, modo indicatum est. Et certe vtriusque diuersitas vel inde constat, quod permutatio rebus, venditio pretio fieri dicitur, l. 1. ff. de rer. permut. Harprec.

b Transferre.] Quid si vasallus emphyteuta inuenerit vnum, qui velit facere illamet pacta domino, & conducere rem proprie sicuti ipse faciebat, an dominus compellatur illum accipere? quod sic, vide per Marsil. de fideiussor. sub n. 214. & 215. vbi etiamsi emphyteuta fecit expressum pactum, quod in fine locationis possit tollere, & eleuare omnia melioramenta, & sint sua, certe si emphyteuta in fine velit illa exportare, poterit dominus offerendo pretium inhibere, ne releuet: quod esse not. dicit ex Bal. & Ias. ibi aduocatis. Giach.

QVÆSTIO XVIII.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Emphyteuta an possit sine consensu domini rem emphyteuticam hypothecare.*

Ex Additionibus.

1 *An emphyteuta, absque domini consensu, prædium emphyteuticum oppignorare queat.*
2 *Sarmienti noua opinio refutatur.*
3 *Enodatio* l. lex vectigali 31. ff. de pignoribus & hypothec.
4 *Prohibito vno omnia simul, quibus ad illud peruenitur, prohibita censentur.*
5 *Pignoratione concessa, non intelligitur etiam concessa venditio.*
6 *Intellectus* leg si pupillorum 7. §. 1. ff. de rebus eorum, qui sub tutel. &c.
7 *Intellectus* l. fin. C. de reb. alien. non alienan.

Qværo, an possit emphyteuta rem emphyteuticam, 1
sine domini consensu *a* hypothecare, vel pignorare? a
Resp. quod sic. Ita dicit gl. in d. l. fin. in verbo, aliis vendere, C. de iure emphyt. quæ in hoc communiter approbatur, vt ait Ias. in ead. l. fin. n 78. & seq. quem refert Grat. cons. 55. n. 14 lib. 1. Idem dicit Gratus consil. 54. n. 5. lib. 1. Et dicit Rip. in l. filiusfamil. §. diui. n. 90. ff de leg. 1. quod ita tenent communiter Scribentes. Pignoris enim obligatio non est proprie alienatio, & ideo etiam in generali hypotheca, siue obligatione omnium bonorum, veniunt bona emphyteutica, vt dixi infra hoc eod. lib. §. hypotheca.

ADDITIONES.

Hypothecare, vel pignorare] Si potest capi in pignus, an vocandus sit dominus directus? vide per Barbat. cons. 170. vol. 2. a

Item emphyteutica in re an possit constitui pignus? vide Bal. consil. 106. verba omnino. Rip. in l. 1. nu. 13. de pignor. & hypoth. Afflict. decis. 191. Ruin. cons. 19. Boer. decis. 180. & emphyteusis pignorata reuertitur ad dominum sine onere. Tiraq. in l si vnquam. C. de reuocand donat. fol. 361. & per Boer. decis. 18. Emphyteusi pignorata, si emphyteuta non vult soluere canonem, creditor tenetur soluere, alias cadit. Ripa d. l. 1. n. 19. Tiraq. de retract. munic. §. 36. gloss. 2. n. 18. cum seqq. vbi vide Giach.

Hypothecare, vel pignorare.] Quod † emphyteuta prædium 1
emphyteuticum absque domini consensu oppignorare non possit, defendere conatur Sarmientus lib. 3. selectar. interpret. cap. 2.

cap.2. nu.3. vbi audacter dicit, eandem denunciationem, quæ in venditione requiritur, requiri etiam in pignoris constitutione. Sicut enim (inquit) in venditione potest dominus offerre pretium; ita etiam quando res pignoratur, potest dominus mutuare pecuniam, sub qua pignoratur. Nam si admitteretur pignoratio sine domini consensu, nulla ei facta denunciatione: necessario etiam permitteretur venditio, per text. *in l. si pupillorum 7. § si pupillus. 1. ff. de reb. eor. qui sub*
2 *tutela, &c.* Hæc † Sarmienti noua opinio vtcunque plausibilis videtur: eam tamen à veritatis tramite longe, lateque
3 aberrare exploratum est, per † tex. notabilem *in l. lex vectigali. 31. ff. de pignorib. & hypothec.* vbi proponitur, fundum vectigalem, siue emphyteuticarium ab emphyteuta oppignoratum fuisse: & quæritur, an recte pignori datus esset? Respondit Scæuola: si pecunia intercessit, pignus subsistere. In hac autem lege, domino non consentiente, nec requisito, fundum emphyteuticum obligatum fuisse, ex eo manifestum est: tum quod in illa prorsus nulla fit mentio consensus domini: sed potius ex aduerso ostenditur, solum possessorem fundi vectigalis contractum pignoratitium cum creditore celebrasse. Tum quod in ista lege à Scæuola IC. in dubium vocatur; vtrum pignus subsistat. Ex quo facile perspicitur, nullam domini requisitionem præcessisse. Si enim domini requisitio, siue voluntas interuenisset; temere & frustra Iureconsultus dubitasset, an fundi vectigalis hypothecatio iure valeret. Tum denique, quod eadem in lege subjicitur: si debitor emphyteuta, vel creditor secundum legem contractus emphyteutici canonem non soluerit, potiorem esse dominum in fundo vectigali ipso creditore, cui fundus obligatus, siue pignoratus fuerat. Ex quo rursus cernitur: dominum hypothecationem fundi vectigalis minime consensisse. Alioquin enim non ipse, sed creditor ratione pignoris, consensu domini constituti, potior esset. Eandem sententiam non parum confirmat tex. *in l. inter 16. §. fin. ff. de pignoratitia act.* item ratio illa, quod pignus in bonis debitoris remaneat. *l. pignus 9. C. eod.*

Huic sententiæ non obstat peruulgata regula, qua astrui-
4 tur; quod † prohibito vno, omnia simul, quibus ad id peruenitur, prohibita esse intelligantur, *l. oratio. 16. ff. de sponsalib.* Venditio autem iuris emphyteutici, domino non requisito, fit prohibita. Ergo etiam pignoratio, per quam ad venditionem peruenitur, interdicta censeatur. Non, inquam, regula ista obstat. Venditio namque fundi emphyteutici non simpliciter, sed hactenus prohibita est, vt illum emphyteuta non possit domino (qui requisitus pretium offerre mauult) non consentiente distrahere. Ceterum si dominus, post denunciationem sibi factam, pretium intra tempus legitimum offerre tergiuersatur; eo etiam inuito, venditio perfici potest, *l. 3. C.*
5 *de iur. emphyteut.* Sed † & per pignorationem emphyteutæ concessam, non peruenitur ad venditionem, eidem interdictam. Neque enim, pignoratione fundi emphyteutici interposita, creditori licet fundum hypothecatum vendere, domino, qui requisitus pretium offerre paratus est, consensum suum non accommodante, *d. l. 3. C. eod.* Atque hac responsione satisfieri etiam potest dissentientis Sarmienti fundamento, quod extruxit *ex d. l. si pupillorum 7. §. 1. ff. de reb. eor. qui sub tutela, &c.* Affirmamus siquidem, pignoratione concessa, haud quaquam permitti creditori, domino contradicente, fundum emphyteuticum hypothecæ suppositum distrahere. Nam licet minime negetur, creditorem istum vendere fundum posse: hæc tamen venditio secundum conditionem, ac naturam rei emphyteuticæ instituenda, adeoque, domino prius requisito, peragenda erit. *d. l. 3. C. de iur. emphyteut.* Nec
6 † contrarium *ex d. l. si pupillorum 7. §. 1. ff. de reb. eor. qui sub tutela, &c.* colligitur. Quoniam ibi decretum prætoris, in venditione rei pupillaris pignori supposito, ideo non desideratur: quod decretum illud in contractu pignoris legitime interpositum fuerat. Sufficit enim, decretum semel in actu interuenire, siue interponi; nec postea in executione ipsius actus necessario requiritur, argum. *l. quæro. 60. §. 1. vers. sed vt expediatur quæstio. ff. de iur. dotium.*

7 Sic † non obstat *l. vlt. C. de reb. alien. non alienand.* vbi alienatione prohibita, censetur etiam pignoris datio interdicta esse. Quia ea de specie illic tractatur, in qua alienatio simpliciter prohibita fuit: qua prohibitione facta, vtique etiam pignoris datio inhibita esse intelligitur. At vero fundi emphyteutici venditio non simpliciter (vt supra monitum) sed hactenus emphyteutæ est interdicta, vt illum nequeat, domino, si modo ipse pretium offerre velit, non consentiente distrahere, *d. l. 3. C. de iure emphyteut.* Atque hæc est communissima Interpretum sententia; quam post Clarum nostrum, & ab eo citatos, comprobant Emanuel Soarez *in thesaur. recept. sentent. in verb. emphyteuta. nu. 101.* Andreas Gail. *lib. 2. obseruat. 15. n. 9.* Borcholt. *in tractat. de feud. cap. 3. nu. 42. circa finem.* Corbulus *in tractat. de iure emphyteut. ca. 14. limitat. 33.* & alij per hunc designati. *Harprec.*

QVÆSTIO XIX.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Emphyteuta an possit sine consensu domini rem emphyteuticam alteri locare.*

Ex Additionibus.

1 *Locatio ad modicum tempus; item ad longum tempus qua.*

2 *Num emphyteuta integrum sit, prædium creditori suo, irrequisito domino, in solutum dare.*

3 *Datio in solutum mera venditio esse dicitur.*

QVæro, nunquid possit emphyteuta sine domini 1 consensu alteri locare rem emphyteuticam? Respond. si quæris *a* de locatione ad modicum tempus, *a* nulla est difficultas, quin possit illam locare: talis enim locatio non est species alienationis. In locatione autem ad longum tempus, aliqui etiam idem sentiunt, & dicit Apostil. ad Alexand. *consil. 119. circa fin lib. 3.* quod ita communiter obseruatur. Et licet forte hoc de iure non procederet, cum locatio ad longum tempus sit species alienationis, vt dixi infra *hoc eod. lib. §. locatio.* tamen vbi vigeret talis obseruantia, & consuetudo, vtique esset attendenda, & sic excusaret emphyteutam à pœna priuationis, vt in simili dixi infra *hoc eod. lib. §. feud. quæst. 33. vers. scias tamen.* Sed cessante consuetudine, ego semper inclinarem in contrariam sententiam.

ADDITIONES.

S*I quæris de locatione ad modicum tempus.*] Adde, † quod 1 locatio ad modicum tempus sit, quæ fit ad triennium, quinquennium, imo & ad nouennium; locatio vero ad longum *a* tempus sit, quæ fit ad vitam locantis, siue ad decennium, vel vltra, argum. *rubric. & l. penult. & vlt. C. de præscript. long. tempor.* Philip. Corneus *consil. cc. nu. 2.* Decius *consil. 264.* Bartol. *in l. 1. §. quod autem, ff. de superficieb.* Aluarott. *in proœm feudor. col penult.* Couar. *lib. 2. var. resol. cap. 16. nu 1.* & plures alij, quos cumulat, & sequitur Valascus *in tract. de iure emphyt. qu. 29. nu. 1. 3. & 5.*

Adde & illud; † quod emphyteuta prædium emphyteuti- 2 cum creditori, cui ad certam pecuniæ summam obligatus est irrequisito domino, insolutum dare non possit: sed domino facultas concedatur, vt post denunciationem sibi factam ipsemet pecuniam creditori debitam exponat, sicque prædium ad se recipiat. Huiusque † ratio euidens est: quia datio in solu- 3 tum, quæ fit voluntarie pro pecunia debita, mera venditio esse dicitur, *l. vltim. ff. de reb. auctorit. iud. possidend. l. si prædium 4. in fin. C. de euictionib.* Ludou. Bologninus *consil. 21. & cons. 25. n. 4.* Afflict. *decis. 335. n. 18. & decis. 308. nu. 1.* Aret. *cons. 160. nu. 15. & seq.* Quemadmodum ergo in venditione; ita & in datione in solutum potestas competit domino offerendi pecuniam, eaque oblatione efficiendi, quo minus, se inuito, emphyteusis per venditionem; vel dationem in solutum in alium transferatur, *l. fin. C. de iur. emphyt.* vbi Iason *nu. 113. versic. intelligo tamen, &c.* Decius *consil. 160* Bursat. *cons. 44. n. 29. versic. at secus, volum. 1.* & alij, quos laudat Corbulus *in tract. de iur. emphyt. cap. 14. limit. 19. n. 3. & seq.* Harprec.

QVÆSTIO XX.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Emphyteuta an possit irrequisito domino rem emphyteuticam alteri in emphyteusin concedere.*

Ex Additionibus.

1 *An emphyteuta, irrequisito domino, possit rem emphyteuticam alteri in emphyteusin concedere.*

2 *Nunquid emphyteuta, inscio domino, prædium emphyteuticum in dotem dare valeat.*

3 *Finis denunciationis, & expectationis consensus domini quis.*

4 *Emphyteuta olim quouis modo ius suum alienare potuit.*

5 *Quod noua lege non est expressum specialiter, veteri adhuc relictum intelligitur.*

6 *Vtrum emphyteuta fundum vectigalem æstimatum, domino dissentiente, in dotem dare queat.*

7 *Datio rei æstimata in dotem species venditionis putatur.*

8 *Quidam Auctor confutatur.*

9 *Sententia, & intellectus* l. æstimatis. 50. ff. solut. matrimon.

1 QVæro, nunquid possit emphyteuta irrequisito domino rem emphyteuticam alteri *a* in emphyteusin concedere? Resp. quod non. Et ita de consuetudine obseruatur, vt ait Spec. *in d. §. nunc aliqua, quæst.* 125. quem refert Ias. *in l. fin. num.* 110. *C. de iure emphyt.* Est enim concessio in emphyteusin proculdubio species alienationis, vt est omnibus notissimum.

ADDITIONES.

a A*Lteri.*] An emphyteuta primus concedendo rem alteri in emphyteusin retineat aliquod ius? Soc. *in cons.* 165. & vide omnino Ruin. *in cons.* 168. *num.* 14. An finita linea primus concedentis iura perdat, & hæredes sui aliquid habeant? vide Socin. *cons.* 156. *n.* 2. An si primus emphyteuta de consensu domini transmittat ius suum in secundum ad hoc vt reuertatur linea finita, an attendatur linea primi, vel secundi? Anchar. *cons.* 63. An emphyteuta secundi volens alienare, petat licentiam à primo, an à domino directo. Ruin. *cons.* 286. *n.* 15. An ius obseruandi pactum transeat ad dominum, an vero ad hæredem primi concedentis. Soc. *cons.* 161. An si mortuus sit secundus emphyteuta sine hæredibus, emphyteusis reuertatur ad primum concedentem. Bald. *cons.* 251. Giach.

1 *Alteri in emphyteusin concedere*] Etsi † emphyteuta, irrequisito domino, rem emphyteuticam alteri in emphyteusin concedere non potest, teste hic Claro nostro: tamen recepta, 2 eaque vera traditio est, quod † emphyteuta absque domini consensu prædium emphyteuticum alicui feminæ in dotem dare queat. Ita docent Salic. *nu.* 10. & Ias. *nu.* 107. *in l. fin. C. de iur. emphyteutico.* Speculator *in tit. de emphyteusi. quæst.* 109. *nu.* 133 Imola *in cap. potuit.* 4. *extr. de locato. nu.* 17. Bertrand. *consil.* 180 *vol.* 2. Hostiens. *in summa tit. de locat. §. fin. versic. nunquid ergo res emphyteutica, &c.* Tiraquel. *de retract. lignagier. §.* 1. *gloss.* 14. *nu.* 95. Corbulus *in tract. de iur. emphyt. cap.* 14 *limitat.* 10. aliique complures, per eos citati. Et ratio huius (quemadmodum & ceterarum alienationis specierum) hæc assignari 3 potest: quia † denunciatio, & expectatio consensus domini in eum finem à lege desideratur, cum emphyteuta vult vendere ius emphyteuticum, vel meliorationes suas, vt potestas fiat domino eodem pretio emendi; si velit. *d. l. fin. versic. sed ne hac occasione. C. de iur. emphyteut.* Sed huic fini vt locus non est in donatione, legato, oppignoratione, & permutatione, de quibus supra *quæst.* 15. 17. & 18. ita nec in dotis datione. Proindeque in his alienationibus omnibus domini consensum exi-4 gere non debemus. Accedit † & illud, quod antiquitus emphyteuta quouis modo alienare libere, impuneque poterat, & in alium transferre ius suum, vt arguit text. *in §. adeo* 3. *versic. vt ecce, &c. Instit. de locat. & conduct. l.* 1. *in princ. ff. si ager vectigal. l. tutor.* 16. *§. vltim. ff. de pignorat. act. & l. si domum.* 71. *§. fin. ff. de legat.* 1. Sed hæc libera alienandi potestas illi in venditione sclummodo, Iustiniani noua constitutione adempta est, in ceteris negotiis non item. Itaque ceteræ alie-5 nationes ei liberæ relictæ censentur. Quicquid † enim noua lege specialiter non est expressum: id veterum legum, constitutionumque regulis relictum intelligi debet. *l. præcipimus* 32. *in fine C. de appellationibus.* D. Bocerus *class.* 2. *disput.* 14. *th.* 67. *sub littera A. edit.* 2.

6 At difficilis quæstio est: vtrum † emphyteuta fundum vectigalem æstimatum, domino non consentiente, alicui in dotem dare possit? Et minime posse, Interpretes numero non pauci concludunt, Speculator *d. tit. de emphyteusi. q.* 110. *num.* 134. Imola *in d. cap. potuit, num.* 17. *de locato.* Salicet. *num.* 10. & Ias. *num.* 108. *in d. l. fin. C. de iure emphyteut.* Tiraq. *de retraict. lignag. §.* 1. *gloss.* 14. *num.* 21. Decius *consil.* 160. *colum.* 2. Guid. Pap. *decis.* 48. *num.* 2. & alij, quos recitat Corbulus *d. tractat. de iur. emphyteut. cap.* 14. *ampliat.* 32. Atque hanc conclusionem veritati omnino esse congruam existimo. Etenim in confesso est, venditionem fundi emphyteutici impediri posse per dominum hac ratione, vt ipsemet pretium offerat, fundumque emphyteuticum, si velit, emat. *dict. l. fin. Cod. de* 7 *iur. emphyteut.* Iam † autem datio rei æstimatæ in dotem, species venditionis reputatur: atque ita in dubio res æstimata in dotem marito data, ei vendita intelligitur. *l. cum fundus* 3. *ff. locati, l. plerunque* 10. *§. si ante* 4. *& l. cum post.* 69. *§. cum res* 7. ibique Gothofred. *ff. de iure dot. l. quotiens* 5. ibique Bald. *C. eod. tit.* Quare recte præfatis Doctoribus placuit, fundum vectigalem æstimatum, domino inuito, & dissentiente, in dotem dari non posse: sed domino facultatem competere offerendi pretium, in quo dos consistat, translato vtili dominio in ipsum potius pretium offerentem, quam in maritum.

Et † quamuis ab hac opinione, quæ communem nacta est 8 applausum, recedat M. in consuetudinibus Parisiens. *titul.* 1. *§.* 56. *gloss.* 1. *num.* 36. ob hanc maxime rationem, quod æstimatio in dubio venditionem non faciat, siue inducat, argum. *l. æstimatis* 50. *ff. solut. matrimon.* vbi maritus, cui res æstimatæ in dotem datæ fuerunt, easdem res adhuc extantes, soluto matrimonio restituere tenetur: adeoque per æstimationem rerum dotalium venditio non contracta videtur: attamen cum *ex prædicta l. quotiens,* 5. *C. de iure dot. & similibus* pateat, per æstimationem rerum dotalium regulariter venditionem contractam censeri: non est, quod isthac M. obiectione moueamur. Nam ad † præcipuum ipsius fundamentum, puta *dict. l. æstimatis.* 50. *ff solut. matrimon.* quod attinet; maritus in eius legis specie res ipsas æstimatas in dotem datas, matrimonio dissoluto, idcirco tenetur restituere, quod ex verbis paciscentium manifeste constabat, illud actum fuisse, vt ipsæmet res peremptо matrimonio redderentur. 9

Ex quibus contrahentium verbis & illud apparebat; æstimationem non eo animo, vt contraheretur venditio; sed alio consilio interpositam fuisse. Etsi enim (vt dictum) rerum dotalium æstimatio regulariter venditionem constituit, tamen etiam alio fine, alioque consilio talem æstimationem per maritum, & vxorem interponi posse, non dubitatur, *l. si inter virum* 21. *C. de iur. dot.* Interim autem regula isthæc, quod æstimatio venditionem inducat; nisi contrarium euidenter actum fuerit, firma permanet. *Harprec.*

QVÆSTIO XXI.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Emphyteuta an possit sine domini consensu constituere seruitutem in feudo emphyteutico.*

Ex Additionibus.

1 *An liceat emphyteutæ in prædio emphyteutico sine domini consensu, seruitutem constituere.*

2 *Extincto iure datoris, etiam ius acceptoris extinguitur.*

QVæro, nunquid *a* possit emphyteuta sine domini consensu constituere seruitutem in fundo emphyteutico? Respon. quod sic, quantum ad sui præiudicium, non tamen quantum ad præiudicium domini directi; & ideo finita emphyteusi erit etiam finita ipsa seruitus. Ita tenent communiter Doctores, vt dicit Cæpolla *lib.* 1. *de seruit. c.* 14. *col.* 1. Vide, quæ dixi *in d. §. fundum. q.* 37. *a* 1

ADDITIONES.

a 1 N*Vnquid possit emphyteuta sine domini consensu constituere seruitutem.*] Emphyteutam † in prædio emphyteutico sine domini consensu seruitutem constituere posse, præter Clarum nostrum, Doctores plerique, & merito quidem, tradiderunt. Iason *in l. fin. C. de iure emphyteut. n.* 117. *& seq.* Afflict. *decis.* 380. *num.* 2. *& seq.* Bocrius *decis.* 181. *num.* 1. *& seqq.* Natta *consil.* 516. *nu* 12. Rolandinus à Valle *cons.* 59. *nu* 10. *&* 13. *vol.* 2. Corbulus *in tract. de iur. emphyteut. cap.* 14. *limitat.* 29. Borcholtus *in tractat. de feud. cap.* 5. *nu* 43. & Paulus Busius *ad l.* 3. *nu.* 2. *ff de seruitutib.* Hac enim ratione nihil domino detrahitur; cum is nihilominus rem emphyteuticam saluam habeat, & quotannis pensionem constitutam accipiat: ipseque emphyteuta suo tantum, non domini iuri præiudicet. Vnde finita emphyteusi, finitur quoque seruitus, vt hic Clarus recte subijcit: quia † extincto iure dantis, etiam ius accipientis extinguitur. *l. Statius Florus* 48. *ff. de iure fisc. l. peto.* 69. *§. prædium.* 1. *ff. de legat.* 2 *l. lex vectigali* 31 *ff. de pignorib. & hypoth.* Tiraquell. *in l. si vnquam* 8. *super verbo, reuertatur. nu.* 330. *C. de reuocand. donat. & in tractat. cessante causa, cessat effectus limitat.* 1. *n.* 24. itemque *in tractat. Le mort saisit le vif declarat.* 1. *par.* 3. *n.* 8. Harprec. 2

QVÆ-

QVÆSTIO XXII.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Res emphyteutica in casibus, in quibus potest alienari, an possit indistincte alienari in quodcunque genus personarum.*

Ex Additionibus.

1 *Milites cur locationis, & emphyteuseos contractum celebrare prohibeantur.*

2 *Curiales res alienas conducere, vel in emphyteusin accipere nequeunt.*

1 QVæro, an in casibus, in quibus potest res emphyteutica per emphyteutam alienari, possit indistincte alienari in quodcunque genus personarum? Resp. vulgaris est, & notissima regula, quod non potest emphyteusis alienari in potentiorem, quæ licet iure non probetur, tamen in practica non solet in dubium retricari. Et hanc esse communem conclusionem attestatur Alexand. *in l. si finita, §. si de vectigal. post n. 36. versic. Nec obstat, quod emphyteusis. ff. de damno infecto.* Ias. *in d. l. fin. n. 90. & 97. C. de iur. emphyt.* vbi dicit, quod ita concludunt communiter Doctores, quem refert Gratus *cons.* 80. *n.* 2. *lib.* 1. Personæ autem potentiores *a* intelliguntur illæ, quæ sunt magis priuilegiatæ, puta clerici, curiales, *b* & milites, vt habetur per Doctores in locis præallegatis.

ADDITIONES.

a POtentiores.] Adde, atque de communi vide per Rim. iun. *cons.* 368. *col.* 2. & per totum illud consil.

1 b *Curiales, & milites*] Milites † quemadmodum conducere res alienas prohibentur; ita & in emphyteusin accipere vetantur: ne, omisso armorum vsu, ad opus rurestre se conferant; & vicinis graues præsumptione cinguli militaris existant. Armis siquidem, non priuatis negotiis, occupari debent, numeris & signis suis iugiter inhærentes, Remque publicam, à qua aluntur, ab omni bellorum necessitate defendentes, *l. milites* 31. *& l. fin. C. de locat. & conduc.* ibique in sua summa 2 Azo, *nu.* 4. Curiales † quoque si res alienas conduxerint, vel in emphyteusin acceperint, nulla obligatio ex huiusmodi contractu competit *l. curiales* 30. *C. d. tit. l. decurio* 4. *ff. de decurionib.* Idque latius explicat Ias. *in l. fin n.* 90. *&* 97. *C. de iur. emphyt.* Harp.

QVÆSTIO XXIII.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *In alienatione rei emphyteutica solvendum est laudemium domino directi.*

2 *Et an etiam si donetur alteri.*

3 *Et quid si in concessione emphyteutica permissa sit emphyteuta ipsius rei alienatio.*

4 *Et quis teneatur soluere laudemium, emphyteuta, an acquirens.*

5 *Et quid si vnus habeat proprietatem, & alter vsumfructum ipsius proprietatis, cui soluendum sit laudemium.*

Ex Additionibus.

1 *Laudemium an debeatur de locatione ad longum tempus.*

2 *Laudemium ex alienatione debitum, non censetur per pactum alienandi remissum.*

1 DIctum est de alienatione rei emphyteuticæ, quibus casibus permissa sit; Nunc scire debes, quod *a* in quacunque *a* alienatione rei emphyteuticæ soluen- *b* dum est domino directi laudemium, *b* id est, quinqua- *c* gesima *c* pars pretij, pro quo res ipsa alienatur, & sic ad rationem duorum scutorum pro quolibet centenario.

2 Sed quæro, an soluendum sit huiusmodi laudemiũ solummodo de rebus venditis, aut permutatis, an au- *d* tem etiam de *d* donatis? Resp. quod etiam de donatis soluendum est. Et hæc est communis opin. vt dicit Bertrand. *cons.* 124. *n.* 1. *lib.* 1. *in* 1. *parte.* Et dicit Ias. *in d. l. fin. post nu.* 68. *vers. Sequitur postea.* quod in hoc nemo discrepat. Huiusmodi enim laudemium soluitur propter nouam inuestituram, quæ à domino conceditur, quæ ratio militat tam in donatario, quam in emptore, aut alio acquisitore, cui opus sit noua inuestitura.

Sed quid si in ipsa concessione seu inuestitura emphyteutica conuentum sit inter dominum, & emphyteutam, quod possit ipse emphyteuta ius suum vendere, cui voluerit, nunquid si deinde vendat, adhuc soluendum est laudemium? Resp. quod sic. Ita tenet Sal. *in d. l. fin col.* 1. *versi. Sed iuxta primum,* & est communis opin. vt dicit Soc. iun. *cons.* 70. *nu.* 11. *& post nu.* 27. *lib.* 2. Nam (vt dixi) solutio laudemij fit propter nouam inuestituram; & ideo nihil refert, an primus emphyteuta potuerit vendere domino irrequisito, vel non; sed solummodo an nouus acquisitor opus habeat noua inuestitura, vel recognitione à domino directi. 3

Vlterius quæro, quis teneatur ad solutionem laudemij, an emphyteuta, qui alienat, an autem acquirens ipsam rem emphyteuticam? Respond. quod generaliter nouus emphyteuta, vel feudatarius, vel acceptor, est ille, qui tenetur soluere laudemium domino directi. Ita tenet gl. *in d. l. fin. in verbo, Accipere,* & ita obseruatur, vt dicit Ias. *in d. fin. nu.* 41 *C. de iur. emphyt.* quem refert Gozad. *cons.* 65. *nu.* 1. Soluitur enim propter nouam inuestituram, vt supra sæpius dixi. 4

Sed pone, quod dominus directi decesserit, relicta hæredi proprietate, alteri vero vsufructu ipsius proprietatis; Quæro, si durante vsufructu contingat rem emphyteuticam alienari, cui debeatur laudemium, proprietario, an vsufructuario? Resp. quod laudemium debetur vsufructuario, non autem domino proprietatis. Ita dicit Ioan. Andr. *in addit. ad Spec. de emphyteut. in vers.* 93. *verbo, Qui tabernas, post medium.* & est commun. opin. vt ait Socin. iun. *in d. cons.* 70. *num.* 31. *lib.* 3. Cum enim fructus sit vtilitas ex re, vel propter rem proueniens merito hoc emolumentum, quod propter rem ipsam prouenit, ad vsufructuarium pertinere debet: ita vidi seruari. 5

ADDITIONES.

a IN *quacunque alienatione rei emphyteutica soluendum est domino directi laudemium.*] Adde; † quod sicut alienata emphyteusi debetur domino directo laudemium, *l. fin. C. de iur. emphyteu.* & Clarus hoc loco notat: ita similiter debeatur laudemium, si emphyteuta ad longum tempus locauerit, Speculat. *de locato, §. nunc aliqua, vers.* 123. *cum sequent.* Imol. *in cap. potuit.* 4. *colu.* 14. *extr. de locato.* Alexan. *cons.* 165 *col.* 1. *lib.* 2. Dec. *cons.* 204. *n.* 2. *& alij.* Nec id mirum. Nam si locatio ad longum tempus alienatio est: cur non debebitur domino laudemium: vide Aluarum Valasc. *in tract. de iure emphyteut. quæst.* 29. *n.* 16. 1
Adde item, quod † laudemium, ex alienatione domino debitum, non censeatur per pactum alienandi remissum. Ita tenent Salic. & Iason. *nu.* 4. *in d. l. fin. C. de iure emphyteu.* & plures alij, quos refert, & sequitur Henr. à Rosenthal *in tract. iuris feudal. cap.* 9. *membr.* 1. *concl.* 42. *nu.* 12. Harp. 2

b *Laudemium.*] Hic aduerte, quia non debetur laudemium defuncto emphyteutico in dotem dato filiæ, siue fuerit ei datus æstimatus, siue inæstimatus, per Crauet. *in cons.* 215. *post nu* 6. sicut etiam non debet solui à filiis de hæreditate patris: quia non est noua acquisitio. Bal. *in cap. quem in ecclesiarum, nu* 36. *de constit.* Capt. *in cons.* 41. sequens Angel. *in l. in suis. ff. de liber. & posthum.* Dec. *cons.* 445. *nu.* 5. *& in Auth. præterea, n.* 20. *C. vi. de vir. & vxor.* vbi late: illud tamen, quod dixi de fundo emphyteutico in dotem dato, intellige, vt per Crauet. *ibid. num.* 7. quando pater non habet alia bona, de quibus posset filiam dotare; at secus vbi haberet, quia tunc non posset sine domini consensu, quia ista non dicitur alienatio necessaria, vbi adsunt alia bona. Sed quid si pater donet filio? vide i[bi]d. *nu. fin.* Giach.

c *Quinquagesima.*] De laudemio pro fundo ecclesiæ soluendo ad sextam partem veri pretij, vide per Rim. iun. *in cons.* 38.

Vnum scias, quod laudemium non soluetur ab emphyteuta comprehenso in contractu, & qui contractus rem consequitur, vt per Gabr. Eugubin. *cons* 84. *nu.* 5. quem vide per totum illud *cons* 92. qui tenet debere laudemium solui ab emphyteuta, qui diuisionis titulo rem totam consequutus est, quando ad eam rem iure accrescendi, vel vi contractus venire haud potest: & clara resolutione distinguit tres casus, quos apud eum videto *Giach.*

d *De donatu.*] Et quid de dat's in dotem, an debeatur laudemium? vide per Chassan *in comment. ad consuet. Burg. titul. des mains mortes.* §. 10. *nu.* 47. Boer. *in consuetu. septen. Bituric. tit de consuetud feudor.* §. 20. Guid. Pap. *decis.* 48 *n.* 2. vbi, & alios casus enumerat, ex quibus non debetur laudemium domino. Et idem Guido Pap. *singul.* 465. de remissione, vel concessione inter socios facta laudemium non deberi affirmari, allegat Bartol. *in l. fin. circa finem ff. de condis. furt.* Gouean.

QVÆSTIO XXIV.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Emphyteuta an propter alienationem rei emphyteuticæ cadat à iure suo.*

Ex Additionibus.

1 *Emphyteuta irrequisito domino rem emphyteuticam alienans iure suo priuatur.*

2 *Tametsi iuris ignorantia lapsus alienationem fecerit.*

3 *Ne rustico quidem, mulieri, & militi licet ignorare iura contractus.*

4 *An emphyteuta pœnam priuationis euitet, si post alienationem illicite factam recuperauerit rem emphyteuticam.*

1 QVæro, nunquid a emphyteuta propter alienationem rei emphyteuticæ factam irrequisito domino cadat à iure suo? dixi supra b *quæst.* 13.

ADDITIONES.

a NVnquid emphyteuta propter alienationem rei emphyteuticæ factam. &c.] Emphyteutam, qui † irrequisito domino,
1 rem vectigalem, siue emphyteuticam alienauit, iure suo cadere, ostensum est supra *ad quæst.* 13 Hæcque conclusio amplia-
2 tur, vt procedat, etiamsi † iuris ignorantia lapsus emphyteuta prædium emphyteuticum, non consentiente domino, alienauerit. Siquidem à pœna priuationis propter iuris ignorantiam minime excusatur, argum. *l leges sacratissimæ* 9. *C. de legibus & l. constitutiones,* 12. *C. de iur. & fact ignorant.* Imo nec †
3 rustico quidē, mulieri & militi iura contractus ignorare licet, argum. *l. vltim. C. eod. titul.* ac proinde ob alienationem irrequisito domino factam à iure suo cadunt, vt docuit Bald. *in c.* 1. *quæst. penult. de controuers inter domin. & emptor feud. titul* 42. *lib.* 2. *feudor.* Iason. *in l fin. C. de iur. emphyteut. nu* 128. *& seq.* Tiraquell. *de retract. conuent.* § 4. *gloss.* 7. *nu.* 17. Gulielm. Rodoan. *in tractat. de rebus eccles. non alienand de caducitate ob rei alienationem, versic. emphyteutica quoque numero* 12. & Corbulus *in tractat. de iure emphyteut. cap.* 14. *ampliat.* 46. At quid dicendum, si emphyteuta post alienationem, & traditionem illicite factam recuperauerit rem emphyteuticam; nunquid hoc casu pœnam priuationis euitabit? Minime: quia statim alienatione facta ius domino fuit quæsitum, quod ipsi absque suo facto, & consensu auferri, aut per redemptionem rei venditæ tolli nequit. *l.* 1. §. *si rem* 25. *ff. depositi. l. quidam.* 10. *in fine principij, & l. rogo,* 21. *ff. de fideicommissar. libertat l. id. quod nostrum* 11 *ff. de regul. iur. cap.* 1. *quid iuris si post alienat. feudi vasallus id recuperauerit, tit.* 44. *lib.* 2. *feudor.* Emanuel Soarez *in thesaur recept sentent. in verb. emphyteusis, nu.* 78. & post alios tradidit Clarus noster supra *d. q.* 13. *nu.* 6. Plura huc pertinentia exposui copiosius *ad §. adeo autem,* 3. *Instit. de locat. & conduct. nu.* 426. *& seqq.* Harp.

b *Supra quæst.* 13.] Vide, quæ ibid. in apostillis meis dixi. *Giach.*

QVÆSTIO XXV.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Emphyteuta, qui interuertit possessionem domini, an cadat à iure suo, possitque ab ipso domino propria auctoritate expelli.*

Ex Additionibus.

1 *Non solum emphyteuta, qui interuertit possessionem domini; sed & qui negat, bona esse emphyteutica iure suo cadit.*

2 *Vasallus, si inficietur feudum, id amittit.*

3 *Mendacium quibus casibus puniatur remissiue.*

QVæro, an Emphyteuta, qui interuertit a possessionem domini, cadat à iure suo? Respon. quod a sic. Sed nunquid poterit hoc casu ab ipso domino propria auctoritate expelli? Respond. quod non. Ita tenet glos. *in d. l.* 4. *in verbo, Repellere,* cum qua omnes tenent, vt ait Iason *ibi, nu.* 117. & ratio est, quia tunc incipit emphyteuta in totum suo nomine possidere, & spoliare dominum sua ciuili possessione: & ideo via iuris, non facti, contra eum agendum est. Hoc tamen intellige, quando ex interuallo; secus autem si incontinenti: tunc enim vtique posset pro defensione suæ ciuilis possessionis, illum propria auctoritate expellere: ad quod videnda sunt ea, quæ dixi infra *libr.* 7. §. *possessio.* 1

ADDITIONES.

a INteruertit.] Adde, quod si Emphyteuta neget bona esse emphyteutica, fundamētum domini est probare, quod sint: commune dixi *in d. collecta mea nu.* 17. Giach.

An emphyteuta, qui interuertit possessionem domini, cadat à iure suo.] Non † solum ille emphyteuta, qui possessionem do- 1
mini interuertit, auctore hic Claro nostro; sed & qui scienter negat, se esse emphyteutam, & rem esse emphyteuticam, & postmodum mendacij conuincitur; haud dubie emphyteusin perdit. Quia cum negando in re ipsa peccet: iustum est, vt quoque priuatione rei puniatur, argum. *l. ex facto* 43. §. *Iulius Longinus ff. de vulgar. & pupillar. substitut. l. consensu,* 8 §. *hæc nisi C. de repud. l. quicunque* 14 *C. de episcop. & cleric. & cap. fin. extra de immunit. Ecclesiar.* Hucque confert *text. in* §. *vasallus si feudum, &* §. *vasallus feudum titul.* 26. *lib.* 2. *feudor.* vbi ex- 2
presse cauetur: quod, si vasallus inficietur feudum, vel feudi partem, aut eius conditionem, postea de mendacio conuictus, feudum, & eius conditionem perdat. Atque ita docet Speculator *in titul. de locato.* §. *nunc aliqua.* (vt vulgo citari solet) vel potius *in titul. de emphyteusi quæst.* 65. *num.* 81. & Corbul. *in tractat. de iure emphyt. capit* 1. *nu.* 2. *cum seqq.* Cæterum plures casus, quibus † punitur mendacium, retuli *in* §. *adeo autem* 3. 3
Instit. de locat. & conduct. nu. 446. *& seqq.* Harp.

QVÆSTIO XXVI.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Emphyteuta an propter deteriorationem expelli possit.*

2 *Et an emphyteuta possit incidere arbores fructiferas.*

Ex Additionibus.

1 *Emphyteusis amittitur, si emphyteuta dolo, aut culpa rem emphyteuticam insigniter deteriorauerit.*

2 *Colonus, contra legem contractus faciens, iure expellitur.*

3 *An emphyteuta etiam ob leuem deteriorationem, priuationis pœna plectendus sit, si diserte promisit, se rem emphyteuticam non deteriorem facturum.*

4 *Verba sic accipienda sunt, vt aliquid operentur.*

5 *Omnia pacta secundum subiectam materiam intelligenda.*

6 *Quando verba sine effectu operandi relinquenda.*

7 *Expressio eorum, quæ tacite insunt, nihil operatur.*

8 *Quæ dubitationis tollendæ causa exprimuntur, ius commune non lædunt.*

9 *Nunquid emphyteuta, qui partem duntaxat fundi emphyteutici deteriorem fecit, toto fundo priuetur.*

10 *Hæres ratione eius tantum partis, in qua fraudem adhibuit, punitur.*

11 *Pœna commensuranda delicto.*

12 *Va-*

12 *Vasallus, qui nolente domino partem feudi alienauit, non toto feudo, sed parte solum alienata priuatur.*

13 *Intellectus* l si quis in graui 3. §. si autem 24 ff. ad SC. Silan.

14 *Sententia* l. etiam partis 111. ff. de legat. 1.

15 *Consideratio* l. eadem dicemus 4. §. Cato. vers. quamuis, ff. de verb. oblig.

16 *Emphyteuta, arbores fructiferas incidens, ius suum perdit.*

17 *An emphyteuta priuationis pœnam incurrat, si arbores fructiferas à se positas inciderit.*

18 *Arbores pars soli esse iudicantur.*

19 *Quatenus dominus ex incisione arborum, ab ipso emphyteuta plantatarum, damnum patiatur.*

20 *Anne iure suo cadat emphyteuta, si alias arbores frugiferas in locum casarum constituerit.*

1 QVæro, nunquid *a* emphyteuta possit expelli propter deteriorationem? Respondeo, si loquamur,
a in emphyteuta Ecclesiæ, certum est, quod potest expelli. Text. est *in Authent. qui rem, C. de sacros. Eccles.* Sed quid in emphyteuta priuati? Respond. quod pa-
b riter etiam expelli potest propter *b* deteriorationem. Ita tenet Petr. *in d. Auth. qui rem.* & est communis opin. vt dicit Ias. *in ea. Auth. qui rem. n. 5 & seq.*

2 Hinc infertur, quod non potest Emphyteuta inci-
c dere arbores *c* fructiferas. Ita tenet Bart. *in l. diuortio, ff fundum, n. 3. ff solut. matrim.* cum quo transeunt indifferenter omnes DD. antiqui, & moderni, vt dicit Ias. *in eod. §. si fundum, n. 12.* & dicit Ang. *in l. si colonus, ff arborum furtim casarum:* quod ab hac conclusione nullus vnquam discrepauit. Et ideo si illas incidat, cadit à iure suo, & potest expelli, & priuari. Ita tenet Bal. *in d. §. si fundum,* & est communis opin. vt ait Ias *in d. §. si fundum, n. 4.* Picus *in l. Titia, §. Titia, post n. 96. ff. de legat. 2.* Quæ licet videatur nimis rigorosa: tamen tenenda esset in practica, vt emphyteutæ metu caducitatis, & priuationis, bene versentur in reb. sibi in emphyteusin concessis. Faciunt, quæ dixi infra *hoc eod. li. §. Feudum, q 47.* Hæc tamen omnia intellige, quando esset notabilis deterioratio: secus, si esset modica, vel minima.

ADDITIONES.

a NVnquid emphyteuta possit expelli propter deteriorationem.] Si † emphyteuta dolo, culpa lata, aut leui, rem em-
1 phyteuticam insigniter deteriorem fecerit, ab omni iure suo cadit, adeoque expelli potest. *per Nouell 120. cap. 18. & auth. qui rem, C. de SS. Eccles* Qui textus licet de emphyteusi ecclesiastica loquantur: recte tamen etiam ad secularem, siue ciuilem, cum in vtraque ratio eadem militet, porriguntur. Nam in vtraque emphyteusi ita res emphyteutæ datur, vt eam excolat, & meliorem faciat; in vtraque, inquam, res vtenda, non
2 abutenda; melioranda, non deterioranda datur. Et † sane si colonus, contra legem contractus faciens, iure expelli potest, *l. ade. 3. C. de locato* poterit & emphyteuta hac de causa: quia in contractu emphyteutico non minus, ac in contractu locati, firma & rata esse debent, de quibus conuenit, *l 1. C. de iure emphyteut.* Atque ita, præter Clarum nostrum, sentiunt Bald. Alexand. Decius, Iason & alij *in d. authen qui rem. C. de SS. Eccles.* Crottus *cons. 155. n. 1.* Marcus Antonius Natt. *cons. 481. in princ. vol. 3.* Roland. à Valle *cons 49. num. 21. vol 3.* Mynsinger. *cent. 6 obseru. 86* Hartman. Pistoris *lib. 1. quæst. iur. q 28.* Menoch. *de arbitr. iudic. lib. 2. cent. 1. cas. 78. n 3* D. Obrecht. *disp. 36. de iur. emphyt. th. 285 cum multis seqq.* D Bocer. *class. 2. disp. 14. th. 84 edit. 2.* Corbul. *in tract. de iur. emphyt. c. 13. nu. 4. & 24.* Trentacinq *var. resolut. iur. lib. 3. resol. 2. de iure emphyt.* aliique per eos relati.

3 Illud haud expeditum est: si † emphyteuta in contractu emphyteutico disertis verbis promisit, se rem emphyteuticam non deteriorem facturum, verum hoc casu ob quamuis, non solum insignem, & magnam, verum etiam propter leuem, & modicam deteriorationem, priuationis pœna plecti debeat? Quod quidem asserit Natta *d. consil. 481. n. 14. & seqq.* quem citat, & sequitur Corbulus *tractat. de iure emphyteut. cap. 13 nu. 9.* argumento *l. si quando, 109. in princ. ff. de legat. 1. & c. si Papa. 10. ibi, cum verba aliquid operari debeant, de priuileg. in 6.* Quibus ex locis hæc colligitur doctrina: in quauis dispositione
verba † sic accipienda esse, ne ociosa sint, sed vt aliquid ope- 4
rentur. Iam vero si in proposita specie emphyteuta, propter leuem deteriorationem, priuationis pœnam pati non deberet, pactum illud de re non deterioranda frustra interpositum censeretur, contra *d. l. si quando, 109 ff. de legat 1. & d. c. si Papa, 10. de priuileg. in 6.* Sed, obiectione isthac nihil mouente, probabilius esse iudico, quod emphyteuta, cum quo talis inita est pactio, ob leuem deteriorationem iure suo non cadat. Om-
nia † enim pacta, & verba pactorum secundum subiectam ma- 5
teriam, & naturam illius rei, qua de agitur, intelligi debent, *c. solitæ, 6.* & ibi Canonistæ. *extr de maioritate, & obedient. l. ex conducto, 15 § si vno. 4. & l. quæro 54. § 1. ff locati, l si olei, 21. C. de locato, l. damni 41. ff. de damn. infect* Nicol. Euerard. *in locis legalib. loc. à subiecta materia, n. 1.* Atqui contractus emphyteutici natura, & conditio hæc est; vt leuissimam emphyteuta culpam præstare non cogatur, arg. *l. si, vt certo 5 § nunc videndum, ff. commodat. l. contractus, 23 ff de regul iur.* & docui latius *ad §. adeo 3. nu. 399. Institut. de locat. & conduct.* lege item infra *ad quæst. 42. numero 2* & consequenter quod ob leuissimam culpam, & deteriorationem modicam non puniatur. Quocirca pactum illud, de re non deterioranda adiectum, hanc in sententiam accipi non debet, quod emphyteuta leuissimam culpam in re deterioranda præstare teneatur.

Nec † quicquam obest, quod modo de operatione verbo- 6
rum, seu pactorum adductum est. Etenim potius admittitur, vt & verba, & pacta sint superuacua, & sine effectu operandi, quam vt aliquid operentur contra subiectam materiam, & naturam illius rei, de qua tractatur, per notata Baldi *in rubr. C. de contrah. empt. n. 9.* Alexandri *cons 21. nu. 9. lib. 5.* Gozadini *cons. 74 nu. 16.* Socin. *regul. 440. limitat. 2.* & Cæphal. *cons 104.*
nu. 8 Et † iuris non incogniti est: quod expressio illorum, quæ 7
tacite insunt, nihil operetur: quodque potius admittatur, vt dispositio sit superflua, quam vt expressio eorum, quæ tacite insunt, aliquid operetur, *l. verba hac, 12. ff. de conditionib instit. l hac verba. 3.* & ibi Bartol. & Ias. *ff de legat. 1. l. non recte, 3. C. de fideiussoribus.* Ruin. *cons. 68. n. 15. lib. 1.* Paris *cons. 110 n. 47. lib 1.* Censetur etenim expressio eorum, quæ tacite insunt, ad tollendam omnem dubitationem facta fuisse, tradentibus Soc. *cons. 102. n. 11. lib. 3.* & Cæphal. *d cons. 104. n. 14.* Iuris autem
indubitati est, † quod est, quæ dubitationis tollendæ causa 8
contractibus inseruntur ius commune non lædant, neque mutent, *l. qui mutuam, 56. in princ. ff. mandati, l qua dubitationis, 81.* ibique Decius & Cagn. *ff. de reg iur.* Crauett. *cons. 70. n. 29. lib. 1.* aliique plures, quos memorat, & sequitur Ludolphus Schrader. *in tract feud par. 10. sect. 3. n. 39 & seq.*

In † disceptationem vocatur & illud: nunquid emphyteu- 9
ta, qui non integrum feudum emphyteuticum, sed partem duntaxat eius deteriorem fecit, toto fundo, vel saltem ea parte, quam fecit deteriorem, priuetur? Priuari eum toto fundo, scribunt diserte Richardus Malumbra, Oldrad. & Baldus *in l. cum eiusdem, 34. ff. de ædilit. edict.* Andr. Barbat. *in addit. ad Bald. in l adeo. 1 sub nu. 14. vers sed quid si ex pluribus rebus. C. de locato.* Chassaneus *in consuetud. Burgund. rubr. 4. § 6. nu. 7.* Roland à Valle *cons 49 nu. 15. lib 2.* Ioseph. Ludouic. *decis. 22. nu. 6.* Albert Brun. *in tract. de augmento monetæ, concl. 22.* Tiraquell. *de retract lignagier. §. 23. n 4 gloss 1.* Corbul. *d. tractat. de iur. emphyteut. cap. 13. nu. 7.* Trentacinq *d lib. 3. resolut. 2. num. 3.* aliique ab iis designati. Cæterum contrariam sententiam & veritati, & æquitati magis esse amicam reor per *l. rescriptum 6. & l. hæres, 11. ff. de his, quæ vt indignis auferunt.* Ex quibus tex-
tib. apparet, quod † hæres ratione eius tantum partis, in qua 10
fraudem adhibuit, puniatur. Et ratio non obscura est: quia † 11
pœna commensuranda est delicto, nec id excedere debet, *l. perspiciendum, 11. l. aut facta 16. ff de pœnis, l sancimus 22. eod. cap. quæsiuit, 2. in fin. extr. de iis, quæ fiunt à maior. par. capit. c. felicis 5. §. illud autem, de pœn. in 6.* Accedit text. *in tit. 58. de vasallo, qui contra constitut. Lotharij regis benefic. alienauit. lib. 2. feud.*
vbi † vasallus, qui inscio, aut nolente domino, partem tan- 12
tum feudi alienauit, non toto feudo, sed ea solummodo parte, quam non consentiente domino alienauit, priuatur. Idem igitur in deterioratione respondendum erit; quod videlicet partem feudi deteriorem reddens vasallus, non toto feudo, sed ea tantummodo parte, quam deteriorem reddit, priuetur. Et ita tenent Corn. *cons. 67. nu. 11. libr. 2.* Schrader. *d. tract feud. par. 9. c. 6. nu. 70.* & D. Collega Bocer. *class. 2. disp. 14 th. 85.* vbi allegat idem sentientem Iacobum Concennat *lib. 4 q. iur. q. 5. n. vlt.*

Neque † turbat hanc sententiam *l si quis in graui, 3. §. si au-* 13
tem non totum 24. ff. de senatuscons. Silan. vbi Vlpianus in hæc verba respondit: Si non totum testamentum, sed pars eius aperta sit: dicendum est, in edictum incidisse eum, qui aperuit. Parui enim refert, vtrum totum, an pars aperiatur. Nam hoc ibidem IC. dicit respectu Senatusconsulti illius, in quod æque delinquit, qui partem aperit testamenti, antequam vindicata sit neces defuncti, atque is, qui totum; nec ad feudi siue emphyteuseos, vbi deteriorationem, vel alienationem trahi debet.

14 Non † quoque hanc assertionem euertit *l. etiamsi partis* 111. *ff. de legat.* 1. vbi etiam tutor partis bonorum, si à tutela se excuset, toto eo priuatur, quod ipsi testamento est relictum. Licet enim quis partis tantum bonorum pupilli tutor sit: tamen nihilominus tutor est; & cum totum detrectet tutelæ officiũ: merito & omni beneficio legati, vel fideicommissi carebit. Secus autem est, si quis partem tantum rei emphyteuticæ, siue feudalis deteriorauerit. Is siquidem totum deteriorasse dici non potest.

15 Non † item eandem conclusionem infringit *l. eadem dicemus*, 4. *§. Cato, vers. quamuis. ff. de verb. obligat.* quem textum Angelus, Iason, Carolus Ruinus, & plerique in hanc sententiam interpretantur: quod obligatus sub certa pœna de non faciendo aliquid, si contrafaciat, siue contrauueniat in parte, totam pœnam vi ipsa incurrat. Verius namque est, ex specie istius §. euinci posse, quod pœna committatur pro parte contrauentionis tantum, vt egregie contra alios demonstrauit Gasparus Caballin. *in tract. diuidui & indiuidui*, 3. *par. princ. nu.* 522. *& seqq.* Harp.

16 *Non potest emphyteuta incidere arbores fructiferas.*] Emphyteutam, qui arbores fructiferas incidit, ius suum perdere certum est: quia eiusmodi arbores incidendo, fundum emphyteuticum deteriorem reddere dicitur, *l. si cuius*, 13. *§. fructuarius*, 4 *ff. de vsufruct. l. & eleganter. §. non solum*, 3. *ibi, arbores excidit, vel extirpauit, ff. de dol. mal. l.* 2 *ibi arbores deiecisset. & c ff. si vsufruct. petat. & l. in fraudem*, 45. *§. conductor*, 13. *ibi, arbores promiseras cadere, ff. de iur. fisci.* Atque ita tradunt, præter Clarum nostrum, & ab eo hic relatos, Gulielm. Redoan. *in tract. de rebus Ecclesi. non alienand. de caducitate ob rei deteriorationem, in prin. pag.* 505. Menoch. *de arbitr. iudic. quæst. lib.* 1. *cent.* 1. *cas.* 78. *n.* 7. Tobias Non. *cons.* 58. *n.* 20. Ioan. Hanibal *in l. nemo potest*, 55. *n.* 168 *ff. de lega.* 1. Pinel. *ad l.* 1. *C. de bon matern. part.* 2. *sub n.* 60. *vers. idem in emphyteuta* Corbulus *d. tract. de iur. emphyt. c.* 13 *n.* 2. pluresque alij per eos congesti.

17 Illa addenda hic quæstio est: an † emphyteuta, si fructiferas arbores à se positas inciderit, priuationis pœnam mereatur?

18 Et mereri, verius esse arbitror. Cum † enim arbores, ab emphyteuta plantatæ, pars soli esse iudicentur, *l. fructus*, 44. *ff. de rei vindicat. l. vlti § fructus*, 6. *ff. quæ in fraud. creditor. l. sed si meus*, 26. *§. arbor. ff. de acquir. rer. domin.* & ratio non permittat, vt alterius arbor esse intelligatur, quam cuius in fundo radices egerit, *l. adeo quidem*, 7. *in fin. ff. eod. tit. & §. si Titius alienam*, 31 *Inst. de rer. diuis.* consequens est, arborum, in prædio emphyteutico ab emphyteuta insertarum, dominium ad illum, cuius est solum, spectare: atque adeo emphyteutam eas incidendo, ipsum prædium deteriorasse, remque emphyteuticam violasse censeri: ac proinde priuationis pœnam merito incurrere. D. Bocer. *d. class.* 2. *disp.* 14. *th.* 86. *edit.* 2.

19 Nihil decerpit huic sententiæ, quod † obijcitur à dissentientibus (nimirum Francisco Beccio *cons.* 33. *n.* 7. & aliis, quorum meminit Corbulus *d. cap.* 13. *n.* 2. *ad fin.*) dominum amittere quidem lucrum, sed nullo affici damno, si fructiferæ arbores, ab ipso emphyteuta plantatæ, incisæ fuerint. Respondetur enim: arbores istas, quoniam solo inhæserunt, ratione directi dominij acquisitas esse domino, ad quem directum soli dominium pertinet: ita vt ex illarum incisione dominus non sperato, sed quæsito iam lucro priuetur. Lucri autem, quod quæsitum est, idem, ac damni, ius habetur, arg. *l. liberto octoginta*, 26 *ff. de bonis libertor.* Cranet. *cons.* 764. *n.* 2 *& seqq.*

20 Quod † porro dictum est: emphyteutam fructiferas incidendo arbores iure suo cadere, id non procedit, quando emphyteuta, qui arbores frugiferas incidit, alias æque fructiferas in earum locum supplantauit, & substituit, argumento *dict. l. in fraudem*, 45 *§ conductor*, 13 *ibi, non substitutis aliis. ff. de iure fisci.* Huiusque ratio manifesta est: quia emphyteuta, in locum arborum incisarum alias æque fructiferas, & fœcundas substituens, prædium emphyteuticum per istam incisionem deterius fecisse non intelligitur, vt sentiunt, post alios complures à se allegatos Cæpoll. *de seruitutibus rustic. præd. capit.* 22. *de montibus, nu.* 13. Gulielm. Redoan. *d. tractat. de rebus Ecclesi. non alien. de caducitate ob rei deteriorationem, versic. & vt discutiatur, n.* 13. *pagin.* 610. Tiraquell. *de retraict. conuent. q.* 1. *gloss.* 1. *n.* 26. & Corbulus *d. tractat. de iur. emphyteut. cap.* 13. *nu.* 28. Qui duo posteriores plures limitationes, in praxi diligenter notandas, recensent. *Harprec.*

b *Deteriorationem.*] An compensentur melioramenta ad hoc, vt euitetur caducitas? vide Ias. *cons.* 17. Giach.

c *Fructiferas.* [Vide per Ias. *in l.* 1. *col. pen. C. de iur emphyteut. & in l.* 2. *C. eod. q.* 57. Et quæ requirantur, vide per Ias. *d. cons.* 17. Tiraquel. *de retract. consil. §.* 3 *gl.* 1. *n.* 24 *cum pluribus seqq.* Emphyteuta tamen terræ buschiuæ potest incidere arbores fructiferas absque domini consensu, & absque metu caducitatis; per Curt. sen. *in cons.* 71. *col. fin.* & emphyteusis deteriorata ad hoc vt dicatur, quæ requirantur, vi. *dec. Tholo.* 353 Item emphyteuticariam rem reficere an possit emphyteuta, & per iudicem Ecclesiasticum cogi? vide ibi tractat. de caducitate rei emphyteuticæ ob pacta non seruata, & arborum incisionem: vide nouissime per Rim. iun. *cons.* 355. Giach.

QVÆSTIO XXVII.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Emphyteuta cessans à solutione canonis emphyteutici an cadat ab emphyteusi?*

Ex Additionibus.

1 *An emphyteuta, in solutione canonis cessans, & antequam dominus declaret, se velle, cum iure suo cecidisse, fructus percipiens, ad horum restitutionem teneatur.*

2 *Fructus ad rei dominum spectant.*

3 *Actus sub conditione factus, ea non existente, effectum non habet.*

4 *Malæ fidei possessor fructus omnes restituere tenetur.*

5 *Vsufructuarius fructus, finito vsufructu perceptos restituere cogitur.*

QVæro, an Emphyteuta cessans in solutione canonis cadat a ab emphyteusi? dixi supra *quæstione octaua*. 1 a

ADDITIONES.

C*Adat.*] Dic, quod cadit ipso iure, si dominus voluerit, commune vide *quæstione* 9. vbi etiam dixi, per Cæph. *cons.* 152. *nu.* 98. & dixi *in collect. mea commun. op. n. verb. emphyteuta*, & emphyteutæ incumbit onus probandi se soluisse, late per Cæphalum *cons.* 87. *n.* 1. Giach. a

Cadat ab emphyteusi.] Quod † emphyteuta in solutione canonis cessans, iure suo emphyteutico cadat, abunde explicatum est supra ad *quæst.* 8. Addi autem hoc loco quæstio anceps, & perplexa poterit: si emphyteuta in solutionis canonis cessauerit, & antequam dominus declarauerit, se velle, eum iure suo cecidisse, fructus perceperit; an ad restitutionem eorum teneatur: Et teneri, plerique affirmarunt: Speculator *in titul. de emphyteusi quæst.* 10. *nu.* 19 Bal *in l. si pater*, 5. *in* 3. *notab. C. de vsufruct.* Iason *in l.* 2. *n.* 17. *C. de iur emphyteut.* Angel. *in Nouell.* 6. *cap.* 7. Felin. *in cap. de quarta, nu.* 12. *extr. de præscript.* Cæpol. *in consi. ciuil.* 25. *nu.* 7 Ripa *in l.* 1. *§. si hæres*, 16. *num.* 16 *ff. ad SC. Trebellian.* Gulielm Redoan. *in tractat de rebus Eccles. non alienand. quæst.* 19. *cap.* 2 *nu* 12. *pag.* 441. & Tiraquell. *in repeti. l. si vnquam.* 8. *in verb. reuertatur. nu.* 271. *C. de reuocand. donat.* Sed contrarium tenuerunt Rosi Bononiensis, Petrus de Beninterdis *decisio.* 37. Corbul. *in tractat de iur. emphyteut. capit.* 15. *ampliat.* 38. *nu.* 2. Mynsinger. *cent* 6 *obseruat.* 81. *nu* 5. Facbineus *lib.* 1. *controuers. iur. cap.* 94. *vers. verum ne materiam, &c.* Hedemanus *disput.* 17. *proposit.* 61. & Bansouius *disp. de iur. emphyteut. thes.* 45 Quorum sententiam, vtpote (teste Mynsingero dicto loco) saniorem, & æquitati magis consentaneam, atque post multam disputationem in Camera Imperiali obtentam, & ego omnino sequendam censeo. Quia † clarissimi iuris est, 1 2
fructus spectare ad eum, qui rei est dominus, *l. & ex diuerso*, 15. *§.* 1. *& l. solum* 49. *§.* 1. *ff. de rei vindicat.* Ast antequam dominus declaret, se velle esse locum caducitati, emphyteuta iure suo non est priuatus, sed dominium rei retinet, *l.* 2. *C. de iur emphyteut.* vbi sancitur expresse, emphyteutam cadere iure suo ob canonem non solutum, si dominus voluerit. Ergo antequam dominus velit, cadere non dicitur. Illa siquidem verba (si dominus voluerit) conditionem important. Priusquam autem † 3
conditio eueniat, actus sub conditione factus, non habet effectum, *l. credere diem*, 213. *q. de verb signif. l. legata sub conditione*, 41. *ff. de condit. & demonstr.* Quapropter cum fructus ad ipsum emphyteutam pertineant, eos restituere non est obligatus.

Non obstat huic conclusioni, quod † malæ fidei possessor 4
fructus non faciat suos, sed omnes restituere teneatur, *l. fructus*, 23 *l. si nauis*, 62. *§. vltim ff. de rei vindicat. l. domum*, 5. *l. si fundum*, 17. *& l. certum*, 22. *C. eod. §. si quis à non domino*, 35. *Instit. de rer diuis. &c.* Emphyteuta autem, postquam iure suo excedit, malæ fidei possessor censeatur. Nam respondetur per inficiationem: quoniam emphyteutam esse malæ fidei possessorem ex eo tempore, quo in solutione cessauit, nequaquam conceditur: cum iure suo priuatus non dicatur, nisi dominus voluerit. Igitur ante domini declarationem non est priuatus: & sic bonæ fidei esse intelligitur: quia probabiliter credere potest, dominum ipsi pœnam remittere velle.

Similiter † non aduersatur, quod vsufructuarius ad fructuum, quos finito vsufructu percepit, restitutionem teneatur, 5

leg. si pater, 5. C. de vsufructu. Quandoquidem nostro in casu ius emphyteuticum ex sola cessatione in solutione, finitum, & extinctum esse, prorsus negatur. Reliqua, quæ huic refragari assertioni videntur, refutaui *in §. adeo autem, 3. Instit. de locat. & conduct. nu. 539. & seq.* Eadem diluit accurate Fachin. *d. libr. 1. controuers. iur. c. 94.* Harp.

QVÆSTIO XXVIII.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Emphyteusis an transeat ad extraneos heredes.*
2 *Et quid si concessa sit nulla tẽporis præfinitione adiecta.*
3 *Et quid si concessa sit vsque ad certam generationem.*
4 *Et quid si concessa sit in perpetuum pro se, & filiis.*
5 *Et quid si cõcessa sit expresse etiã pro extraneis heredib.*
6 *Et quid si concessa sit simpliciter pro se, & heredibus.*
7 *Et an emphyteusis ecclesiastica de sui natura sit transitoria ad extraneos heredes.*
8 *Et quid si tempore concessionis non constabat bona esse Ecclesiæ.*
9 *Et quid si emphyteusis ecclesiastica concessa sit pro se, & heredibus quibuscunque.*
10 *Et quid si sit concessa pro se, & quibus dederit.*

Ex Additionibus.

1 *Emphyteusis ecclesiastica simpliciter alicui data, ad quos heredes transeat.*
2 *An emphyteusis ecclesiastica Titio, eiusque heredibus simpliciter concessa, etiam ad extraneos Titij heredes descendat.*
3 *Heredis nomen generale, extraneos quoque heredes complectitur.*
4 *Paciscens, quibuscunque heredibus suis pacisci intelligitur.*
5 *Seruatis debitis solemnitatibus, res ecclesiastica licite alienatur.*
6 *Genuina emphyteuseos ecclesiastica natura.*
7 *Quauis emphyteusis sui natura est perpetua.*
8 *Explicatio, & intellectus* Nouell. 7. c. 3.
9 *Naturaliter cuiusque rei per se inesse creduntur.*
10 *Emphyteusis ecclesiastica alicui in perpetuum concedi potest.*
11 *Emphyteusis Ecclesiastica ad extraneos heredes transit, si data sit Titio, & quibuscunq; eius heredibus.*
12 *Particula* (quibuscunque) *omnes omnino cõprehendit.*
13 *Et quid si in concessione dictum fuit,* pro se, & hæredibus, & quibus dederis.

1 QVæro, nunquid emphyteusis trãseat ad extraneos hæredes? Hæc est intricata, & ardua quæstio, in qua DD. adeo varie loquuntur, vt veritas vix discerni possit. Tu igitur pro intelligentia terminorum debes præsupponere, quod quatuor modis potest aliqua res in emphyteusin concedi. Primo quidem simpliciter, id est nulla temporis præfinitione adiecta, puta; concedo tibi hanc rem in emphyteusin. Et hoc casu tenendum est, quod talis emphyteusis, (quam nonnulli appellant informem) transeat ad filios, seu descendentes recipientis, etiam quod de illis in concessione nulla mentio facta sit: censetur enim facta concessio, non solum pro ipso recipiente, sed etiam pro illis hæredibus, qui ex natura emphyteusis succedere solent. Et ita tenuit Petr. de Bellaper. *in l. apud Iulianum. §. si quis alicui ff. de leg. 1.* cuius opin. dicit esse communem Ias. *in d. §. si quis alicui, n. 9.* qui licet loquatur in emphyteusi concessa à Papa, vel Principe, idem tamen dicendum esset à quolibet priuato, & etiam ab Ecclesia, modo concessio sit legitime facta: semper enim in dubio concessio debet potius censeri realis, quam personalis, nisi aliter de mente contrahentium appareat. Faciunt, quæ dixi infra *hoc eo. lib. § fundum. quæst. 9. vers. Sed quid dicendũ.*
a Transibit *a* ergo huiusmodi emphyteusis proculdubio ad filios, siue descendentes ipsius recipientis, & hoc siue concessa sit à laico, siue ab Ecclesia. Ad extraneos autem transibit, si sit concessa à laico, sed si concessa sit ab ecclesia, transibit solummodo ad filios, & descendentes Et hoc omnes fatentur, vt dicit Gozad. *cons. 75. post n. 9.* Quæ quidem conclusio modicam habet difficultatem, tenendo illam opinionem, quod emphyteusis ecclesiastica de sui natura non transeat ad extraneos *b* hæredes, de quo infra late dicemus. Bene verum est, quod de stricto iure forte verior est opin. quod emphyteusis Ecclesiastica simpliciter concessa, nulla facta mentione filiorum, nec hæredum, finitur in persona accipientis, vt est textus rotund. *in §. emphyteusis. in Authent. de non alien.* sed in practica non recedas à communi. b

Secundo modo potest res in emphyteusin concedi vsque ad certam generationem, puta secundam, tertiam, *c* vel quartam, & hoc casu cum certa sit dispositio, non est tractandum, an transeat ad extraneos hæredes, ex quo solummodo ex tenore concessionis, vel inuestituræ sunt vocati descendentes recipientis, vsq; ad generationem expressam in ipsa concessione: & hoc indistincte procedit, siue emphyteusis sit concessa à Principe, siue Ecclesia, siue priuato. Quomodo autẽ intelligatur secunda, vel tertia generatio, dixi infra *q. 34.* 2 c

Tertio modo concedi potest emphyteusis vsque ad certum annorum *d* numerum, puta, ad viginti, vel triginta annos, &c. Et hoc casu si quæratur, an transeat ad extraneos hæredes, dicendum est, quod sic, vsque ad illum numerum annorum præfinitum: & hoc proculdubio procedit in emphyteusi concessa à priuato; sed in emphyteusi ecclesiastica, si nulla esset facta mentio hæredum extraneorum, de stricto iure idem forte dicendum esset, quod supradictum est, quando emphyteusis concessa est nulla temporis præfinitione adiecta: æquius tamen, & tutius est tenere, quod vsque ad illum numerum annorum transeat in quoscunque. 3 d

Quarto modo potest concedi emphyteusis in perpetuum: & in hoc articulo pro clariori intelligentia distinguendi sunt tres casus.

Primus casus est, quando emphyteusis perpetua cõcessa est expresse pro se, & filiis, & hoc casu nulla est difficultas, hæc enim solummodo transit ad descendẽtes, iuxta tenorem ipsius concessionis, non autem transit ad extraneos, neque facio differentiam, an concessa sit pro se, & filiis, an autem pro se, & filiis, & hæredibus, quia licet illa qualitas (hæredibus) adiecto verbo (filiis) operetur, quod emphyteusis non possit transire ad filios, nisi etiam sint hæredes recipientis, vt dixi infra *q. 37.* tamen quantum ad hoc propositum, de quo in præsentia tractamus, paria sunt, vel quod concessa sit pro se, & filiis, vel pro se, & filiis, & hæredibus, vel pro se, & descendentibus, & hæredibus, vel huiusmodi; nam iis omnibus casibus nunquã transit ad extraneos hæredes: & hoc indistincte locum habet, tam in emphyteusi concessa à priuato, quam ab ecclesia. Et ita puto tenendum esse, licet nonnulli teneant contrarium. 4

Secundus est casus, quando emphyteusis perpetua concessa est expresse etiam pro hæredibus extraneis, puta, quia in inuestitura, seu cõcessione dictum sit, pro se, & hæredibus quibuscunq;, vel pro se, & hæredibus, & quibus dederit. Nam ex proprietate huiusmodi verborum veniunt etiã extranei hæredes, vt in simili dixi infra *hoc eod. lib. §. fundum. q. 9. vers. Hoc præmisso.* Et in hoc quidem distinguendum est, inter emphyteusin cõcessam à priuato, vel concessam ab Ecclesia Nam si est concessa à priuato, proculdubio transit ad quoscunque hæredes, etiam extraneos, ex tenore ipsius inuestituræ. Si vero est concessa ab ecclesia, tunc aut agitur de noua concessione, quia scilicet huiusmodi res non erat solita concedi in emphyteusin, & tunc si debitæ so- 5

lemnitates requisitæ in alienatione rei Ecclesiasticæ, ex dispositione *c. sine exceptione, 12. q. 2.* interueniant in tali concessione, proculdubio potest talis concessio fieri etiam pro hæredibus extraneis, vt dixi sup. *q. 7. vers. Sed nunquid.* & ideo etiam ad ipsos transibit, vt dixi infr. *vers. Sed quæro.* Si enim potuisset ipsa res in totum alienari, subsistente causa legitima, & debitis solemnitatibus interuenientibus, vt dixi infra § *emptio.* multo magis potuit concedi in emphyteusin etiam pro extraneis hæredibus, & sic alienari solummodo respectu vtilis dominij: & hoc iudicio meo nullam habet difficultatem: si vero debitæ solemnitates non interueniant, concessio est ipso iure nulla. Et ideo superfluum est tractare, nunquid transeat ad extraneos, quia non valet, neque etiam in persona ipsius recipientis.

Aut vero erat solita concedi in emphyteusin, quo casu, quando propter cessationem, alienationem, vel deteriorationem, vel aliter finita est emphyteusis, & sic res ipsa est ad Ecclesiam reuersa, potest prælatus, etiam debitis solemnitatibus interuenientibus, illam in emphyteusin iterum concedere: & tunc, Aut non erat solita concedi pro extraneis: & siquidem interuenerunt debitæ solemnitates, & legitima causa, valet concessio etiam in extraneos, vt supra sæpius dixi. Si vero non interuenerunt, nulli dubium est, quod non potest in hac renouatione concedi, ita vt transeat ad extraneos. Nam Prælatus non potest in huiusmodi renouatione alterare formam, secundum quam res ipsa solita est in emphyteusin concedi, & si id faciat, vitiatur concessio, saltem quatenus forma solita excessa est, vt dixi sup *in d. qu. 6. vers. Scias tamen.* Aut vero erat solita concedi etiam pro extraneis hæredibus, & hoc casu siquidem interueniant debitæ solemnitates, potest iterum concedi etiam pro extraneis: militat enim eadem, imo fortior ratio, quæ in proximo casu. Vbi vero non interuenirent debitæ solemnitates, mihi magis placet, quid non possit concedi nisi pro descendentibus recipientis, non autem pro extraneis: ad quod videnda sunt ea, quæ dixi infra *vers. Præterea posset.*

6 Tertius est casus, quando emphyteusis *e* est simpliciter concessa pro se, & hæredibus: & hoc casu pariter est distinguendum inter emphyteusin concessam à priuato, & emphyteusin ab Ecclesia. Nam siquidem est concessa à laico, transit in hæredem extraneum, & potest cuicunque legari, & donari, etiam irrequisito domino; & ita communiter tenetur, vt dicit Cald *cons. 6. sub Rubrica de locat.* Hanc etiam conclusionem dicit esse communem Alexand. *in l. si patroni, in fin ff ad Trebell.* quem refert, & sequitur Gigas *de crimin. læsæ Maiest. lib. 2. in Rubrica de pœnis, quæst. 6. nu. 6.* Idem etiam dicit Alexand. *in l. quod dicitur, n. 26. ff de verb. oblig.* quē refert Soc. iun. *cons. 59 n 8. l. b. 2.* & in hoc nulla est inter Doctores controuersia. Punctus est, quid in emphyteusi Ecclesiastica? multi enim tenuerunt, quod illa ad *f* extraneos hæredes *f* non transeat licet simpliciter pro se, & hæredibus concessa sit. Fundamentum autem istius opin. est, quia licet verbum, Hæredibus de sui proprietate comprehendat tam extraneos hæredes, quàm descendentes, tamen (vt ipsi præsupponuntur, regulariter emphyteusis Ecclesiastica de sui natura nō transit nisi ad descendentes, non autem ad extraneos hæredes, secundum opin quam dicit esse magis communem Imola *in l. ex facto, n. 14 in fin. ff de hered. institut.* quem refert, & sequitur Ruin. *cons. 23. nu. 34. libr. 5. & cons. 68. n. 10. eod. vol.* Alexand. *cons. 23. n. 4. libr. 1. & cons. 9 lib. 2. & cons. 38. n. 4 eod. vol. & cons. 89. n. 1 lib. 4. & cons. 21. n. 11. lib. 5. & cons. 22. nu. 5. eod. volum. & cons. 129. nu. 1. eod. volum. & in d. l. si patroni, in princip. nu. 6. ff ad Trebel.* quem refert Apostill. ad Corset. *in verbo, contractus, in singul. incip. Contractus.* Socin. *consil. 121. n. 18. libr. 4.* quem refert Gratus *cons. 55. n. 8. lib. 1* Ruin. *cons. 48. n. 10. lib. 1. & cons 117. nu. 1. eod. vol. & cons. 48. nu. 4. eod. vol & cons. 161 n. 6 eod. vol. & cons. 162. n. 11. eod. vol. & cons. 168 nu 2. eod. vol. & cons. 24. num 12. l. b. 5. & cons. 25. nu. 12 eod. vol.* Ripa *in l. cum bona, nu 14. ff. de priuil. credit.* Gozad. *cons. 75. nu. 9.* Rimin *cons 437. nu. 3.* Et ideo secundum ipsos illud verbum, pro se, & hæredibus, positum in concessione, vel inuestitura, ratione subiectæ materiæ, debet intelligi solummodo de descendentibus, non autem extraneis. Regulariter enim, in quacunque materia, quæ de sui natura non est transitoria ad extraneos, appellatione hæredum non veniunt extranei, secundum communem opin. de qua attestatur Dec. *in d. cons. 171. nu. 2.* Faciunt, quæ in simili dicunt Doctores de feudo concesso pro se, & hæredibus, vt dixi *in allegato § feudum, q. 83. in fi.*

Et in specie, quod emphyteusis Ecclesiastica simpliciter accepta pro se, & hæredibus, transeat solummodo ad descendentes, non autem ad extraneos hæredes, vltra præallegatos DD dicit esse communem sententiam Comen *cons. 57. nu 1. & seq.* quem refert, & idem affirmat Gozad. *cons 39 n 6. & seq.* Antonius Oldonius *inter cons. Rapha. Comen. cons. 11. nu. 1.* Alexand. *cons 56. nu. 3 lib. 2. & cons. 85 nu 1. lib. 7 & in l. quædam, § nihil interest, nu. 6. de edendo, & in l. etiam, post nu. 3 ff solut matrim* prout illum refert Soc. iun. *cons. 11. num. 1. libr. 3.* Bolognin. *cons. 84. in 1. dubio.* Barb. *cons 62. quasi per totum cons l. b 1.* Dec. *in cap in præsentia, post nu. 48. vers. Ex suprad. ctis, de probat* quem refert Berous *ibi, num. 383.* Bertrand *cons. 173. nu. 47. l. b. 3. in 2. parte.* Afflict. *decis. 110 nu. 1.* vbi etiam dicit ita fuisse iudicatum in illo sacro consilio, quia in illa concessione emphyteutica non interuenerant debitæ solemnitates, quod non. Rubeus *in l. Gallus, §. quidam recte, n. 101. & seq. ff. de liber. & posthum.* Paris. *in d. c. in præsentia, nu. 104.* Berous *q 10. nu. 1. & seq.* Et dicit Socin. iun. *cons 71. nu. 3. libr. 1.* quod ita communiter determinatur. Dicit etiam Imola *in c. potuit nu. 14. circa finem, de locato.* quod de consuetudine communiter istud seruatur, quem refert Corn. *cons 67 in litt. B lib. 2. & cons. 165. col. 3. in lit. G. eod vol.* & ita iam pluribus annis in facti contingentia consuluit collegium Papiense inter Abbatem sanctæ Mariæ de Procalia, & quendam Beneuenutum Notarium, cuius consilij exemplum manuscriptum ego habeo, in quo pluries dicitur hanc opinionem proculdubio esse magis communem. Contrariam vero sententiam, scilicet, quod imo emphyteusis Ecclesiastica transeat etiam ad extraneos hæredes, multi etiam tenuerunt, & quod plus est, Imola *in d. l. quod dicitur, post nu. 8. vers. Circa primum vero, ff. de verbor. obligat.* sibi ipsi contrarium, dixi, quod hæc est communis opin. gl. & Doctorum, quem refert, & sequitur Corn. *cons. 131. in littera L. lib. 2. & cons. 173. in littera L. eo. vol.* Idem sensit Zilolus de Cauitellis inter consilia Anchar. *cons. vltim. n. 8.* quod est subscriptum à multis illustribus viris illius temporis. Idem attestatur Alexan. pariter sibi contrarius *consil 189. post num 19. vers. Secundo respondetur, lib. 2.* Hanc etiam opin. dicit esse communem Corn. *cons. 13. in littera B. lib. 3.* quem refert compater meus Crau. *cons. 251. n. 3. in fin.* licet ipse nihil firmet. Refert etiam, & sequitur Paris. *cons. 84. nu. 4. lib. 4.* & dicit Paris. *in cons. 85 num. 17. lib. 4.* quod ita firmant communiter Doctores; & dicit Socin. *cons. 166. n. 33. in fin. lib. 2.* quod hæc est magis communis opin maxime modernorum Doctorum. Sed aduertendum est, quod fere omnes Doctores proxime allegati loquuntur in casu, in quo Emphyteusis Ecclesiastica esset concessa subsistente legitima causa, & interuenientibus debitis solemnitatibus, quæ in rei Ecclesiasticæ alienatione requiruntur ex dispositione *d. c. sine exceptione 12. q. 2.*

12. q. 2. Tunc enim ex quo res Ecclesiæ de sui natura possunt illis interuenientibus alienari in totum, & in quoscunque, videbatur dicendum, quod emphyteusis ita concessa transire debet etiam ad extraneos. Et ita vltra præallegatos hanc opin. dicit esse communem Pot. *in §. adeo, Inst. de locato.* prout illū refert Curt. iun. *cons.* 4. *n.* 1. refert etiam Grat. *cons.* 55. *n.* 28 *lib.* 1. & Didac. *in d. c.* 17. *vers. Quarta conclusio.* licet ego illum non inueniam ibi attestantem in hoc articulo de communi opin. præsertim *n.* 3. vbi loquitur in hoc proposito. Idē dicit Paris. *in d. ca. præstantia, nu.* 108 Et secundum hanc opi. dicit Afflict. *decis.* 386. *post n.* 7. quod vidit in consilio Regis Fernandi primi iudicatum, quod emphyteusis ecclesiastica concessa seruatis seruandis, & canonice pro se, & hæredibus transiret ad hæredem institutum in testamento, exclusa Ecclesia. Quod est notabile verbum, propter auctoritatem illius sacri consilij. Et sic vides quanta in hoc articulo sit controuersia inter Scribentes. Breuiter, quando in concessione emphyteusis Ecclesiasticæ non sunt adhibitæ solemnitates, quæ in totali alienatione requiruntur, proculdubio tenendum est, quod huiusmodi emphyteusis ad extraneos hæredes non transeat. Et in hoc omnes concordant, vt dicit Cur. iun. *in cons.* 130. *n.* 4. *in fi.* Quando vero interuenerunt dubiæ solemnitates, non potest negari, quin passus sit valde periculosus: ego tamen in iudicando, aut consulendo etiam hoc casu non auderem recedere ab illa opi. quod non transeat ad extraneos, quam absque controuersia arbitror esse magis communem, licet in puncto iuris forte contraria sit verior.

7 Et certe ego non video, quomodo Doct. tenentes hanc opin. quod scilicet emphyteusis Ecclesiastica cōcessa pro se, & hæredibus non transeat ad extraneos hæredes, probent illud suum præsuppositum, adeo per omnes decantatum, & super quo fundatur tota eorum conclusio, quod scil. de sui natura emphyteusis Ecclesiastica non sit transitoria ad extraneos hæredes: nam de iure canonico hoc nullibi dispositum reperitur, sed solummodo prohibetur concessio in emphyteusin perpetuam sine debitis solemnitatibus, sicut & aliæ alienationes, *vt in c. nulli. de rebus Ecclesiæ non alien. & in c. consultissimo eod. tit. lib.* 6. quæ prohibitio generalis est, & vniformiter prohibet illius concessionem in descendentes, sicut in extraneos. Tex. autem *in §. emphyt. in Auth. de non alien.* super quo omnes se videntur fundare (pace tantorum patrum) non meretur allegari in hoc proposito: cum enim sit dispositio principis sæcularis circa res Ecclesiasticas, certum est, quod etiamsi sit Ecclesiæ fauorabilis non est attendenda, vt est indubitata, & communis omnium Doctorum opin. *in c. Ecclesia S. Mariæ. de const.* de qua dixi supra *lib.* 1. §. 1.

Nec dicatur, quod imò lex Imperialis fauens Ecclesiis valet, & censetur approbata per Papam, nisi canon sit in contrarium, licet secus sit in constitut. inferioris, quia hoc procedit, quando lex est generalis, simpliciter aliquid disponens, sed quando in ipsa lege specialiter aliquid prohibetur, vel disponitur, circa personas, vel res Ecclesiasticas, tunc omnes concordant, quod non valet, neque ligat ex notorio defectu potestatis, vt dixi *in d. §.* 1. & ideo nemine discrepante concluditur *in d. c. Ecclesia sancta Maria,* quod totus titulus *C. de sacros. Eccl. & de Episc. & Cler.* est nullus, ex quo disponit circa personas, & res Ecclesiasticas, in quibus Imperator nullam habet potestatem, & tamen ille titulus continet leges Imperiales, & non Principis inferioris, prout etiam hanc esse communem opin. attestatur Grat. *cons* 110. *n.* 50. *lib.* 1.

Et si dicatur, vt dicit Aret. quod ille §. *emphyt.* videtur receptus, & canonizatus per Papam *in alleg. c. nulli,* vbi etiam comminatur pœnas à constitutione Leonina comminatas, quæ constitutio Leonina dicitur esse *l. iubemus C. de sacros. Eccles.* ad cuius interpretationem præsupponitur factam fuisse constitutionem Iustiniani positam in Authenticis, in qua est § *ille emphyteusin.* dico, quod hæc consideratio Aret. (cum reuerentia Doctoris) videtur nimis subtilis, nec potest meo iudicio sustineri: inprimis enim dici posset, quod imò illa constitutio Leonina, de qua loquitur text *in d. c. nulli, non est l. iubemus,* sed constitutio Leonis Papæ, de qua *in* 1. *q.* 2. & hoc dicere non esset peccatum, vt dicit Io. And. *in d. c. nulli. in vlt. verbis,* sed posito, quod Papæ senserit *d. l. iubemus* vt ego etiam suspicor, certe illam non dicitur approbasse, nisi simpliciter comminando sacerdotibus pœnas ab illa lege Laicis impositas; non autem approbando eius dispositionem. Præterea dato, quod illa l. iubemus, esset expresse, & in totum canonizata, non per hoc potest inferri *ad § emphyt.* quod positus est in alia constitutione prorsus superata, & aliud disponente, & quæ videtur emanasse non ad interpretationem, vt dicit Aret. sed potius ad correctionem constitutionis Leoninæ, vt probatur ex verbis ipsius constitutionis in princ. vbi dicit; Sed eo, quod non generaliter posita sit in omnibus, egere etiam ea quadam correctione credimus, licet gl. exponat correctionem pro suppletione. Si ergo non reperitur iure cautum quod emphyteusis Ecclesiastica de sui natura non sit ad quoscunque hæredes etiam extraneos transitoria. & consequenter, si nihil in emphyteusi speciale constitutum est; aliter quam in aliis alienationibus rerum Ecclesiasticarum, videtur dicendum, quod sicut, si esset interuenientibus debitis solemnitatibus vendita, seu donata res Ecclesiæ alicui pro se, & hæredibus, proculdubio etiam ad extraneos transiret, ita etiam, si eo modo res Ecclesiæ in emphyteusis concedatur alicui pro se; & hæredibus debet etiam ad extraneos hæredes transire.

Et si dicas (prout etiam nonnulli Doctores in hoc proposito considerant) quod ex quo emphyteusis Ecclesiastica concessa in perpetuum sine debitis solemnitatibus est ipso iure nulla, vt est text. *in d. c. nulli* non videtur tractandum, an eo casu transeat ad extraneos hæredes, quia cum sit inualida, non transit neque ad filios, imò neque etiam valet in primo recipiente, & ideo consideratio eorum, qui in hoc proposito distinguunt inter emphyteusin concessam cum debitis solemnitatibus, & concessam sine solemnitatibus debitis, videtur esse insipida. Posset responderi, quod solemnitates, de quibus in cap. sine exceptione, licet de iuris rigore essent seruandæ in concessionibus emphyteuticis, tamen hodie non seruantur, & nihilominus consuetudine valent ipsæ concessiones. Ita in specie dicit, & de ipsa consuetudine attestatur Specul. *de locato. in d. §. nunc aliqua. versic. Sexto quæritur.* subdens, quod Ecclesia Romana talem consuetudinem dissimulat, & patitur, & hoc videtur sufficere ad hoc, vt teneat contractus. Attestatur etiam Azo. *in summa C. de sacrosanct. Eccles. in fin.* dicens: quod hodie de consuetudine Abbates cum suo Collegio tradunt indistincte res Ecclesiasticas in emphyteusin, quem refert Apostil. ab Abb. *in d. c. præsentia, sub n.* 8. quæ verba Speculatoris, & Azonis, qui & in practica, & in Theorica sunt apud omnes maximæ auctoritatis, iudicio meo sunt valde notanda in hoc proposito. Posset enim dici, quod siquidem interuenerunt debitæ solemnitates iuxta text. *in d. c. nulli, & d. c. sine exceptione.* transibit ad extraneos hæredes; si vero non interuenerunt, quo casu nihilominus valet ex generali consuetudine, iuxta doctrinam Speculatoris, & Azonis supra allegatam, non transibit ad extraneos. Neque obstat, quod solemnitates requisitæ in alienatione rerum Ecclesiasticarum non pos-

sunt consuetudine tolli, nec diminui, vt dixi *in d. §. emptio*, quia illud procedit in totali alienatione, secus autem in concessione emphyteutica, quæ est minoris præiudicij, vt de se patet. Et ideo Specul. *in loco præallegato* tenet, quod talis consuetudo valeat, tanquam vtilis Ecclesiæ, vt cum minori solemnitate possint facilius fieri contractus, quod est multum rationabile, præsertim cum ex tolerantia summi Pontificis videatur consuetudo ipsa per tantum temporis spatium sedis Apostolicæ auctoritate roborata.

Præterea posset etiam aliter poni exemplum de emphyteusi Ecclesiæ, quæ sit concessa sine debitis solemnitatibus, & tamen valeat, puta, quando res solita concedi in emphyteusin, quæ ad Ecclesiam est reuersa: nam omnes Doct. hoc casu concordant, quod potest illam Prælatus de nouo in emphyteusin concedere, etiam non adhibito consensu capituli, neque seruatis aliis solemnitatibus in rei Ecclesiasticæ alienatione requisitis, vt dixi supra *d. q. 6.*

Quidquid tamen disputando dici posset, transeo indistinctè cum sententia magis communi quod scilicet emphyteusis Ecclesiastica concessa pro se, & hæredibus siue cum debitis solemnitatibus, siue sine illis concessa sit, nunquam transit ad extraneos hæredes, sed tantummodo ad filios, siue descendentes ipsius recipientis; nisi vltra debitas solemnitates expresse concessa fuerit etiam pro hæredibus extraneis, vel in ipsa inuestitura apposita sint talia verba, quæ hoc importent, puta, pro se, & quibus dederit, vel, pro se, & hæredibus quibuscunque, &c. vt inferius dicam.

8 Vnum tamen scias in hoc proposito, quod si forte non constabat bona in emphyteusin concessa fuisse Ecclesiæ, & per ipsam concessionem recognita sunt ab Ecclesia eo casu vtique etiam si concessio esset simpliciter facta pro se, & hæredibus transiret etiam ad extraneos hæredes: & hoc absque aliquo contradictore procedit, vt dicit Grat. *in alleg. cons. 55 n. 20. lib. 1.* Debet enim Ecclesia contentari, quod senserit commodum ipsius recognitionis, cum aliter probare non posset bona ad se pertinere, absque eo, quod velit ea ab hæredibus recipientis, licet extraneis, auferre.

9 Sed quæro, quid *g* si ab Ecclesia concessa sit emphyteusis alicui pro se, & hæredibus quibuscunque, nunquid huiusmodi emphyteusis transibit ad extraneos hæredes? Resp. quod si debitæ solemnitates in concessione interuenerint, transibit etiam ad extraneos hæredes. Et hæc est communis opin. vt ait Did. *in d. c. 17. post n. 5. vers. Quin & si emphyteusis.* qui ad hoc propositum multos allegat, qui tamen loquuntur in feudo, de quo plenius dixi *in d. q. 9. vers. Hoc præmisso* Conclusio tamen est in se vera, & communis, quia nulli dubium est, quin verbum *Quibuscunque*, comprehendat etiam extraneos, in quacunque materia positum sit. Et hoc omnes pene fatentur.

10 Idemque & multo fortius dicendum esset, vbi *h* concessio facta fuisset pro se, & hæredibus, & quibus dederit. Nam hæc verba, *Et quibus dederit*, comprehendunt non modo extraneos hæredes vniuersali titulo venientes, sed etiam singulares successores Et ita hanc opin dicit esse communem Curt. iun. *cons. 4. post nu. 1. vers. Sed quoniam, & cons. 130. num. 2.* vbi dicit, quod ita concludunt communiter Scribentes; *& in Auth. res quæ. n. 24. C. communia de lega.* & hæc omnia nota, quia quotidie contingunt in practica. Vbi tamen in ista materia aliquis casus de facto tibi contingat, recurre semper ad consuetudinem ciuitatis, vel prouinciæ, in qua concessio ipsa facta est, & secundum illam iudicando non errabis. Illa enim præcipuè est attendenda; & ita dicunt omnes Doct. vt ait Fel. *in d. c. in præsentia nu. 27.* licet non sit omnino expeditum, quod consuetudo possit inducere, vt res Ecclesiæ possint in emphyteusin concedi absque iusta, & rationabili causa. Si tamen esset consuetudo, quod emphyteusis legitime concessa nõ transiret ad extraneos, vel fœminas, vel huiusmodi, deberet talis cõsuetudo proculdubio obseruari Et hæc est comm. opi. vt ait Bert. *in d. c. in præsentia. n. 291. in fin.*

ADDITIONES.

a Transibit ergo huiusmodi emphyteusis proculdubio ad filios, &c.] Quando emphyteusis Ecclesiastica simpliciter data est alicui, nulla nec filiorum, nec hæredum facta mentione: eam ad filios, & nepotes tantum transire (nisi aliud consuetudine, & moribus obtentum fuerit) post plures à se citatos, tradit Alexander Trentacinquius *variar. resolut. lib. 3. de iur. emphyt. n 6.* Sed de hac re vide, quæ notaui *ad § adeo autem. 3. nu. 183. Instit. de locat. & conduct.* vbi ostendi, hanc opinionem, quantumuis communem, subsistere neutiquam posse. *Harp.* 1

b *Non transeat ad extraneos hæredes.*] Et de ista communi dixi plene *in collect. mea comm. opin. in verbo, emphyteusis. nu. 2.* vbi etiam limitaui, *Giach.*

c *Tertiam.*] Verum emphyteusis Ecclesiastica non potest concedi vltra tertiam generationem, quod fallit, si concederetur alteri Ecclesiæ Ruin. *cons.* 110. Item quando concederetur ciuitati. Item quandò ex causa, quæ esset vtilis Ecclesiæ? de istis duabus limitat. vide per Aneh. *cons. vlt* Giach.

d *Vsque ad certum annorum numerum*] Et hic scias, quod emphyteusin habens vsque ad tempus mortis duraturam, si eam alteri legat; legatario secundum communem nihil debetur, vt attestatur Rol. *cons. 71. nu. 19. vol. 2.* & dixi *in collect. mea commun. opin in verb. emph. n. 14* Giach.

e *Quando emphyteusis est simpliciter concessa pro se, & hæredib.*] Num † 1ci Ecclesiasticæ emphyteusis (siquidem de emphyteusi ciuili minimè dubitatur, aut controuertitur) Titio, eiusque hæredibus simpliciter concessa, non tantum ad descẽdentes, sed & extraneos Titij hæredes deuoluatur, multum controuersa quæstio est? Et licet negatiuam sententiam sequantur plerique omnes, quos coaceruauit hic Clarus noster, & Trentacinq. *d. resolut. 3. nu. 9.* affirmatiuam tamen ego cum eodem Claro *hic in fine*, Corneo *cons. 131. n. 13. & cons. 172. n. 17. vol. 2.* Socin. iun. *cons. 124. col fin. vol. 1* & Couarru. *lib. 3. variar. resolut. cap. 17 n. 5. vers quarta con. lusio &c.* in puncto iuris veriorem esse censeo. Tum quia † hæredis nomen generale est, etiam extraneos hæredes continent. *per princ. & §. in extraneis, 4 Instit. de hæred. qualit. & different.* Tum quia † generaliter is, qui paciscitur, quibuscunque suis hæredibus, atque adeo etiam extraneis, pacisci intelligitur, tametsi eorum mentionẽ faciat, *l. iurisgentium, 7. §. pactorum, 8. & l. tale pactum, 40. in prin. ff. de pact. l. si pactum, 9 ff. de probationibus, l. sicut re 8. §. si debitori, 16. ff. quibus mod pign. vel hypoth. soluit l. veteris, 13. C. de contrah. & committ stipulat.* Tum quia † si seruatis debitis solemnitatibus res Ecclesiastica, quoad vtile, & directum dominium, alienari potest, sicque alienata ad extraneos hæredes transit, cap. sine exceptione, 12. *q. 2. arg. cap. 1. 2. & 3.* de his, quæ sunt à prælat. cur non etiam emphyteusis ecclesiastica Titio, eiusque hæredibus concessa, ad extraneos hæredes deriuatetur. si Titius nullos descendentes reliquerit? Nec obstat, quod vulgo † obijcitur, emphyteuseos ecclesiasticæ hanc esse genuinam naturam, vt ad tertiam solummodo generationem, non autem extraneos hæredes porrigatur. *Nouell. 7. cap. 3. in princ.* Nam contrarium verius esse opinor: quod videlicet emphyteusis ecclesiastica, inspecta sua natura, ad quoscunque hæredes transeat. Quælibet † enim emphyteusis regulariter sui natura intelligitur esse perpetua, atque ita ad quosuis hæredes transitoria, *l. 1. in princ.* vbi Bald. & Angel *ff si ager vectigalis, id est, emphyt. per.* Iason *in l. 2. n. 160. C. de iur. emphy.* Soc. sen. *cons. 50. n. 15. lib. 4.* Ruin. *consil. 3. n. 28. & cons. 160. nu. 10. lib. 1. & cons. 151. n. 14 lib. 4.* Balb. *in tract. de præscriptionib. in 1. par. tertia partis princ quæst* 10 *nu. 35.* Alciat. *in tractat. de præsumpt. reg. 2. præsumpt. vltim.* hosque referens & sequens Menoch. *de præsumptionibus, lib. 3 præsumpt. 107 n 7 & seqq* A qua regula cum emphyteusis ecclesiastica excepta non interueniatur: merito illi standum, & adhærẽdum est, *iuxta l omnis definitio, 202. ff. de reg. iur.* ibique Cagnol. *num. 57.* Neque obest † *d. Nouell. 7 c. 3.* Etenim quod ibi emphyteusis Ecclesiastica ad hæredes extraneos non defertur, non fit secundum, sed potius contra naturam emphyteuseos Ecclesiasticæ. Et siquidem hoc introductum ex prohibitione singulari, in fauorem Ecclesiæ Constantinopolitanæ maioris (vt Gothofredus ibidem annotauit) & reliquarum venerabilium domuum ad eam pertinẽtium, contra huius contractus naturam, & conditionem. Quod vel ex eo manifestum efficitur. Si enim hæc contractus emphyteutic. per Prælatum, & capitulum celebrati, fuisset natura, ad extraneos hæredes dissolui non posset: prohibitione *d. Nouell 7. c. 3.* desuper facta haud opus fuisset: quoniam † naturalia cuiusuis rei, etiamsi de iis dispositio, vel mentio nulla fiat, per se

tamen

(Right-margin numbers of the Additiones, in order: 1 at note a; 2 at note e; 3 at "Tum quia † hæredis"; 4 at "Tum quia † generaliter"; 5 at "Tum quia † si seruatis"; 6 at "vulgo † obijcitur"; 7 at "Quælibet † enim"; 8 at "Neque obest †".)

tamen inesse creduntur, arg. *l. pacta conuenta, 72. ff. de contrah. empt.* Adde, † quod prohibitio *d. c. 3.* iure nouissimo sublata est, & constitutum, quod emphyteusis ecclesiastica in perpetuum, atque adeo omnibus etiam extraneis hæredibus concedi possit, *Nouell. 120. c. 6. §. 1.* & luculenter docui *ad d. §. adeo autem, 3. Instit. de locat. & conduct. n. 160. & subseq.* Harp.

f *Quod non transeat.*] Ad idem vide per Ruin. *cons. 39.* & latius *cons. 86* Car. Paris. *in cons. 85. lib. 4.* Item quod non transeat, Anchar. *cons. 134.* plene; item an transeat ad extraneos hæredes, vide Socin. *in cons. 166. col.* 17. per Dec. *in cons. 171.* Curt. iun. *consil. 4. & 150.* Castrens. *cons. 230. lib. 1.* & omnino *cons. 190.* Viso instrumento, in 2. latissime per Rip. *tract. de peste, n. 255.* Corn. *cons. 76. vol. 2.* Ruin. *cons. 117. & 161.* vbi distinguit, Alex. *cons. 63. lib. 7.* Barb. *in cons. 65. vol. 1.* Emphyteusis tamen Ecclesiæ non transit ad nepotem legitimum, natum ex filio naturali, per Ruin. *cons. 158.* item an emphyteusis Ecclesiastica transeat ad legitimatum? vltra Dec. *in d. cons. 171. & 164.* vide per Afflict. *decis. 186.* Boeer. *decis. 123.* Tiraq. *tract. de nobilit. fol. 200. n. 17.* & dixi *in reg. meis in verb. legitimatus*, plenius. Item quod non transeat, quando sumus in dispensato, & non legitimato, Ruin. *cons. 72. col. 2.* item nec quando filij legitimi, & naturales haud fuere in tali legitimatione: ibi Sed an transeat ad descendentes? vide Ias. *in l. Gallus, §. & si parentes ff. de liber. & posth. in l. qui se patris, in glos. pen. C. vnde liberi, & in l. si mancipati, C. de coll.* Et hic scias, quod Emphyteusis Ecclesiastica concessa vni priuato, si de consensu Ecclesiæ ille priuatus nouum faciat Emphyteutam, mutat naturam suam, & reputatur ille emphyteuta priuati, per Ruin. *cons. 168.* & quod transeat ad filios, etiamsi de illis nil dicatur, vide per Crauet. *in cons. 151. col. 2.* Brun. *in tract. quod stan. mas. exclud. fem. 8. q. 1. nu. 4.* Dec. *cod. cons. 171. n. 4.* Ruin *4. & 16.* & vide per Anch. *cons. 25.* qui vult, quod non transeat etiam in casu testati. Goza. tamen *cons. 20.* voluit contrarium: vnde vide per Soc. iun. *in cons. 104. libr. 2. in princ.* & per Boer. *decis. 17.* item si filia renunciauit patri propter fratres bonis, & mortui sint fratres, quod renunciatio tali casu haud prosit Ecclesiæ, vide per Crau. *cons. 291. col. 1.* Et maxime, quando non apparet de instrumento emphyt. quia fit ad filium, quia præsumitur, Car. Paris. *in cons. 85. vol. 1.* Emphyteusis Ecclesiastica, quod transeat ad hæredem institutum in re certa, & ad eum etiam, qui fuit institutus in quinque solidis, dummodo sit de liberis excluso hærede vniuersali extraneo: vide per Ruin. *cons. 158.* sed fallit, vt per eund. *cons. 186. col. fin.* Et in emphyteusi Ecclesiastica, quando sumus, an valeat, statutum disponens super eius successione, & super domino eius? vide per Ruin. *cons. 149.* vbi etiam in eo casu attendatur magis pactum stipulatoris, quam statutum. Et an emphyteusis Ecclesiastica accepta pro se, & filiis, & nepotibus, si ex ipsis vnus ingrediatur monasterium reuertatur ad Ecclesiam? vide Ruin. *cons. 151. n. 22.* vbi quid si adesset pactum, quod non transeat ad monasterium Et quid de emphyteusi priuati, an transeat ad Monasterium, si emphyteuta ingrediatur monasterium? Anchar. *cons. 156.* quæstio talis est, cum duob. seqq. vbi, quod etiam si transit quando mutet naturam suam, & dici debeat Ecclesiastica, vide. & emphyteusis renouatio an fieri debeat legitimato in emphyteusi Ecclesiastica? vide Ruin. *cons. 164.* Emphyteusis Ecclesiæ quod renouari debeat: si Ecclesia inhabilis sit ad restituendum expensas emphyteutæ, Bald. *cons. 475.* Giach.

g *Quid, si ab Ecclesia concessa sit emphyteusis alicui pro se, &*
11 *hæredib. quibuscunq.*] Dubium non est vllum, quin emphyteusis ecclesiastica ad extraneos hæredes descendat, si data sit Ti-
12 tio, & quibuscunque eius hæredibus Particula † enim quibuscunque generalis est, & ambitu suo omnes omnino complectitur, *c. sp. solite, 6. in fin. ibi*, nihil excipiens qui dixit, *quodcunque, de maiorit. & obedient. cap. super quæstionum, 17. § eos autem statuimus, ibi vel iudex quicunq., de offic. & potest. iudic. deleg. c. 1. ibi, personis quibuscunq.*, vbi gloss. *tit. 1. de iudiciis lib. 1. Clementinar.* Atque ita, præter Clarum nostrum, sentiunt Bald. *in l. 1. ff. de rer. diuis. in quæst. 24* Roman. *in l. etiam, 18. in prin. ff. solut. matrim.* Curt. iun. *cons. 4. sub n. 24 v. vt confirmatur, &c.* Ripa *in l. ex facto, 17. § vltim. n. 16 ff. ad SC. Trebell. in* Viuius *lib. 1 sylua communium opinion. in opin. 248 vers. sed ista sententia* Vrsillus *in additionib. ad Afflictum, decis. 10.* Ioan. Borchol. *in Comment. de feud. c. 5. n. 17.* & Trentacin. *d. lib. 1. resol. 3. nu. 12.* vbi ex Viuio subijcit, hanc conclusionem procedere. etiamsi dictum sit in concessione: pro te, & successoribus quibuscunque. *Harp.*

h *Vbi concessio facta fuisset pro se, & haere tibus, & quibus de-*
13 *derit.*] Quando † in concessione dictum fuit, pro te, & hæredibus, & quibus dederis: etiam hæredes quosuis extraneos includi, indubitatum est: vt post Clarum hic nostrum, & alios testatur Trentacin. *d. lib. 3. resol. 1. n. 13.* Harp.

QVÆSTIO XXIX.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Emphyteusis an veniat in confiscatione bonorum, & consequenter an transeat in fiscum.*

Ex Additionibus.

1 *An bona emphyteutica in fiscum per bonorum publicationem transeant.*
2 *Emphyteusis ecclesiastica de sui natura ad quosuis transit hæredes.*

SVccessiue quæro, nunquid *a* confiscatis bonis emphyteutæ, emphyteusis transeat in fiscum? Respon. aliqui simpliciter dicunt, quod bona emphyteutica non transeunt in fiscum. Et hanc opin. dixit esse communem Boet. *decis. 278. n. 7.* Bart. autem *in l. fiscum, §. si de vectigalib. n. 6 ff. de damno infect.* distinguit, quod aut agitur de emphyteusi Ecclesiastica, *b* & tunc Ecclesia potest illam à fisco repetere indubitanter: aut agitur de emphyteusi concessa à priuato, & tunc siquidem ex natura conuentionis, siue inuestituræ est transitoria etiam ad extraneos hæredes, transit etiam in fiscum, si vero non transiret ad extraneos hæredes, non transit in fiscum. Et hanc opinionem Bartol. dicit esse communem Apostill. ad Angel. *de maleficiis, in verbo. Et eius bona, n. 16.* 1 a b

Tu dic, quod siquidem emphyteusis est simpliciter concessa à priuato, non videtur dubitandum, quin transeat in fiscum, sicut & alia bona ipsius delinquentis. Illa enim proculdubio de sui natura transit ad quoscunque hæredes etiam extraneos, vt dixi supra *quæst. proxim. vers. Tertius est*, & ideo transit etiam in fiscum: Si vero in ipsa concessione apposita sunt aliqua verba, ex quibus appareat contrahentes noluisse emphyteusin ad extraneos hæredes transire: tunc non transibit in fiscum, qui est loco extranei hæredis. Et ita communiter concluditur, vt dicit Alexand. *cons. 32. nu. 5. libr. 5. quod est duplicatum, cons. 88. libr. 3* quem refert Apost. ad Rim. *cons. 21. sub n. 7.* Idem dicit Alexand. *cons. 89. nu. 2. lib. 4.* in emphyteusi autem Ecclesiastica aliqui simpliciter tenent, quod illa non transit in fiscum, & dicit Ruin. *cons. 161. num 7. libr. 1.* quod ita communiter concluditur. Hanc etiam opin. dicit esse communem Socin. *cons. 121. n. 18 lib. 4.* Cum enim secundum magis communem opin. emphyteusis *c* Ecclesiastica de sui natura non transeat ad extraneos hæredes, vt retuli supra *quæst. prox.* merito non debet in fiscum transire. Regulariter enim, quæ non transeunt ad extraneos hæredes, non transeunt in fiscum, vt tenent omnes, teste Socin. *in d. cons. 121 nu. 17.* Aliqui vero tenent, quod imo emphyteusis Ecclesiastica ex ipsa bonorum confiscatione transeat in fiscum, sed quod deinde sit in arbitrio ipsius Ecclesiæ, an velit rem ipsam apud fiscum dimittere, an autem ab eo conferre & hanc dicit videri magis communem sententiam Ruin. *cons. 23 nu. 33. libr. 5.* quam in effectu videtur tenere Bart. & alij *in d. § si de vectigalibus.* c

Breuiter, si emphyteusis sit concessa tali modo, quod non sit transitoria ad extraneos hæredes, vt nullam habet difficultatem Nam argumentum optime procedit negatiue, scilicet si emphyteusis non transit in extraneum hæredem, neque etiam transit in fiscum, qui est loco extranei hæredis, vt dixi infra *lib. 7. §. fiscus.* & hoc fine sit concessa ab Ecclesia, siue à priuato. Si vero emphyteusis sit ad extraneos transitoria, tunc siquidem est concessa à priuato, procedit argumentum etiam affirmatiue, vt scilicet si transit in extraneum, transeat etiam in fiscum, vt supradictum est. Sed si est concessa ab Ecclesia, mihi magis placet illa opinio, quod fauore Ecclesiæ in fiscum non transeat. Certum est enim, quod ex eo efficeretur conditio ipsius Ecclesiæ longe deterior, cum proculdubio fiscus sit potentior, quam priuatus, non solum difficultate conueniendi, sed etiam ex infinitis priuilegiis, quæ habet, præsertim quia nunquam esset spes caducitatis, cum semper fisco

competat in integrum restitutio; neque quod propter finem lineæ res ad Ecclesiam reuerteretur, quia fiscus nunquam moritur: neque est aliquo modo verisimile, quod Ecclesia eo animo aliquam rem in emphyteusin concedat, vt possit casus euenire, propter quam ad ipsam res emphyteutica vlterius non reuertatur, quod esset in maximum ipsius Ecclesiæ detrimentum. Teneo ergo, quod emphyteusis Ecclesiastica nullo modo in fiscum transeat, & licet in puncto iuris multa dici possent, hæc opinio, iudicio meo, est tutior, & æquior, & etiam magis communis. Et in omnem casum, dato, quod verior esset contraria opin. quod scilicet emphyteusis Ecclesiastica in casibus, in quibus transit ad extraneos hæredes, transeat etiam ad fiscum, quam multi etiam tenent, non est dubitandum, quin Ecclesia possit intra biennium illam à fisco repetere, si velit, vt est tex expressus *in §.1. in Auth. C. de alienat. emph.* & est magis communis opin. vt superius dixi. Et licet ille text. videatur loqui in emphyteusi concessa ab Ecclesia Constantinopolitana; tamen communiter intelligitur, vt disponat in concessa etiam à quacunque alia Ecclesia, teste Alexan. *in d. §. si vectigalib. post nu.30.* & si dicatur quod ille tex. cum sit constitutio Imperatoris, disponens specialiter circa res Ecclesiasticas, non est attendenda, iuxta ea, quæ dixi supra *q. prox. vers. Nec dicatur.* Resp. quod quantum ad hoc propositum, bene potuit Imperator disponere concedendo Ecclesiis priuilegium in præiudicium sui fisci. Nam etiam circa res Ecclesiæ possunt quicunque Principes laicis disponere, priuilegium concedendo, vt omnes concludunt *in c. Ecclesia Sancta Maria, de constitut.*

ADDITIONES.

a 1 N*Vnquid confiscatis bonis emphyteutæ, emphyteusis transeat in fiscum.*] Quod bona emphyteutica, vel censualia, quæ ex vi pactorum aut pro sui natura in extraneos transmitti possunt, in fiscum per publicationem bonorum transeant, vltra Bartol. hic à Claro allegatum, affirmant Bald. *cons. 284. n.32. vol.1* Dec. *consil. 442. n. 31.* Ruin. *cons. 23. nu.33. & cons. 26. lib.5.* hosque referens M. Ant. Peregrin. *lib.5. de iure fisci, tit.1. nu.70.* Harpr.

b *Ecclesiastica*] Adde, quod emphyteusis ecclesiastica secundum magis communem opinionem non transit in fiscum, vt dicit Rolan. *cons. 96. n.10.* post Socin. *in cons. 121. nu.18. vol.4.* & dixi *in collect. mea commun. opin. verbo, Emphyt n.8.* Giach.

c *Emphyteusis Ecclesiastica de sui natura non transeat ad extraneos hæredes.*] Quod † emphyteusis ecclesiastica de sui na- 2
tura ad quosuis hæredes, adeoque etiam extraneos, transeat, contra Clarum nostrum, & opinationem communem, monstratum est supra *in additionibus ad quæstionem proxime præcedentem n.6. & seqq.* Harpr.

QVÆSTIO XXX.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Filij naturales an succedant emphyteusi.*

Ex Additionibus.

1 *Filij naturales tantum qui proprie appellentur.*

2 *An, & quatenus liberi naturales tantum suis parentibus succedant.*

1 a QVæro, an filij *a* naturales succedant in emphyteusi? Respond. aut emphyteusis est acquisita ab *b*
b Ecclesia, & non succedunt naturales. Ita tenet Bald. *in l. generaliter. §. cum autem, nu.1. C. de institut. & substitut.* & est communis opin. vt dicit Rip. *in l. ex facto, §. si quis rogatus, el 1. nu.62. ad Trebellian.* Paris. *cap. in præsentia, nu.86. de probat.* Huiusmodi enim filios ex illegitimo coitu conceptos ecclesia maxime abhorret, & ideo non videtur de illis cogitasse. Aut vero est acquisita à
c priuato, & tunc vtique filij etiam naturales *c* admittuntur. Ita dicunt Doctor. *in locis præallegatis,* & est communis opin. vt ait Dec. *in d. cap. in præsentia, nu.46.* Ripa *in d. l. ex facto, §. si quis rogatus, el 1. nu.58.* Rubeus *in l. Gall. § quidam recte, n.154. & seq.* Paris. *in d. cap. in præsentia, nu.87.* Regulariter enim in contractibus filiorum appellatione veniunt etiam naturales, vt dixi supra *lib.2. §. filius.*

ADDITIONES.

F*Ilij naturales.*] Filij, † siue liberi naturales tantum, pro- a
prie appellantur liberi ex pellice, siue concubina (quam scilicet quis solutam, & vnicam indubitato affectu domi loco vxoris habuit) *nati, can. liberi, 15. caus. 32. q.2. gl. in c. nisi cum pridem, 10. super verb. manzeres, extr. de renunciat.* qui alias dicuntur nothi. Iacobus Curtius *tom.1. coniectur. lib.3. c.8.* Valentin Forster. *lib.6. de successionib. ab intest. cap.32. nu.2. cum seqq.* & homines degeneres, *l. vlt. in fin. C. de naturalibus lib.* & vulgo Bastard. Cuiac. ad Nouel. 18. *circa fin. & lib.5. obseruat. 6.* Vult *lib.1. Iurisprud. Rom. cap.8. n.48.* Borchol. *in tractat. de gradib. tit. de success. natural liberor pag.187. & in Comment. de feud. cap.7. part.2. nu.17.* Et de variis filiorum illegitimorum generibus latissime differit Gabriel. Paleot. *in tract. de nothis spuriisq; filiis, c.16.17. & 18.* An † autem, & quatenus hi liberi naturales suis parentibus succedant, fusius explicui ad principium *tit. institu. de hæreditatib. quæ ab intestat. defer. n.413. & aliquot seqq.* Harp.

b *Ab ecclesia.*] Item de ista communi vide Rim. iun. *cons. 447.* Giach.

c *Naturales.*] Hic scias, adhoc, vt quis dicatur proprie naturalis tantum, tria copulatiue requiri. Quod sit natus ex soluto, & soluta, quod mulier vnica concubina sit, & non inter plures annumerata: tertio quod sit in domo retenta, vt dixi in sing. verum large dicitur naturalis secundum communem vsum loquendi omnis natus ex soluto & soluta, & quilibet spurius, vt dixi *in collect. mea comm. opin. in verb. naturalis,* sed hoc procedit in spurio nato ex solutis, inter quos matrimonium existere potuisset, qui iure canonico est naturalis, vide ibid. fusius. *Giach.*

QVÆSTIO XXXI.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Legitimati an succedant in emphyteusi.*

Ex Additionibus.

1 *Quot modis liberi naturales legitimentur, remissiue.*

2 *Quatenus liberi legitimati succedant suis parentibus, remissiue.*

QVæro etiam, an filij *a* legitimati succedant in *b* 1
emphyteusi? Resp. in emphyteusi concessa à pri- a
uato admittuntur etiam legitimati. Ita tenet Bald. *in d.* b
§. cum autem, allegato in præced. quæst. & est communis opin. vt dicit Rubeus *in d §. quidam recte, post n.106.* Si enim admittuntur etiam naturales, vt dixi *supra quæst. prior.* multo magis admittendi sunt legitimati, qui regulariter æquiparantur legitimis, vt dixi *in d. § filius.* Si vero sit emphyteusis concessa ab Ecclesia, non admittuntur legitimati, vt tenet Bald. *in allegat. §. cum autem, n.2. &* est communis opinio, vt dicit Iason *in eod. §. cum autem, n.9* Gratus *cons. 79. circa n.14.* Licet enim æquiparentur legitimis, non tamen dici possunt vere legitimi.

ADDITIONES.

F*Ilij legitimati.*] Quot modis † liberi naturales legitimen- a
tur, & in potestatem patris redigantur, abunde exposui *in* 1
§ aliquando, 13 Institut. de nuptiis. Quatenus vero † liberi legi- 2
timati succedant suis parentibus, ostendi sufficienter ad principium *titul. Inst. de hæreditatib. quæ ab intestat deferunt. n.220. & multis seqq.* Harp.

b *Legitimati succedant in emphyteusi.*] Sed quid de legitimatis per subsequens matrimonium? vide infra *§. feudum, q.12. versic. Item quæro, vt dixi.* Giach.

QVÆSTIO XXXII.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Filia fœmina an succedant in emphyteusi.*

Et quid si concessa sit pro se, & hæredibus, ibid.

2 *Et quid si concessa sit pro se, & filiis.*

3 Et

5 *Et quid si extet statutum, quod extantibus masculis fœmina non succedant.*

Ex Additionibus.

1 *An emphyteusis Sempronio,& eius filiis data, filiabus quoque concessa intelligatur.*
2 *Masculinum regulariter concipit etiam fœmininum.*
3 *In contractibus stricti iuris verba proprie, & stricte accipienda.*
4 *Filiorum appellatione an proprie filiæ etiam contineantur.*
5 *Emphyteusis bonæ fidei contractus.*
6 *Mens contrahentium magis spectanda, quam verba.*
7 *Verba ambigua contra stipulatorem interpretanda.*

1 QVæro nunquid filiæ fœminæ *a* succedant in emphyteusi? Respond. in hoc articulo variæ fuerunt aliquando Doctorum sententiæ. Tu vero dic, quod emphyteusis de sui natura est transitoria in fœminas, sicut in masculos: non enim reperitur iure cautum, quod fœmina non debeat succedere in emphyteusi, vt masculus. Et licet aliqui in hoc proposito distinguant inter emphyteusin ecclesiasticam, & emphyteusin concessam à priuato, vt scilicet hæc transeat etiam in fœminas, illa vero in masculos tantum: verior tamen est opin. quod etiam emphyteusis Ecclesiastica de sui natura est transitoria ad fœminas, sicut ad masculos, quam etiam dicit esse communem Berous *in cap. præsentia nu. 401. & sequente de probat.*

Hæc tamen conclusio intelligenda est, vt procedat, quando verba ipsius concessionis de sui proprietate apta sunt comprehendere tam fœminas, quam masculos: puta, quia concessa sit pro se, & hæredibus: hæc enim proculdubio transit ad descendentes fœminas, sicut masculos. Et ita tenent magis communiter Doct. vt ait Berous *qu. 18. in princ.*

2 Sed quid, *b* si fuerit concessa pro se, & filiis? Resp. quod hoc casu non veniunt filiæ fœminæ. Ita dixit Guido de Suz. *in l. veteribus ff. pactis.* Quæ decisio communiter approbatur, vt ait Dec *in d. cap. præsentia. post nu. 46.* Hanc etiam dicit esse communem Iason *in l. si quis id quod iu 22. ff. de iurisd. omn. iudic* Dec. *in l. 2 nu. 104. ff. de regul. iur.* quem refert Apostill. ad Rimin. *consil. 121. sub nu 4* Didac *lib. 2. resolu. cap. 18. nu. 1.* in contractibus *c* enim masculinum non concipit fœmininum, vt infra *libro 7.* Et ideo generaliter in contractibus appellatione filiorum non veniunt fœminæ; vide tamen ea quæ dixi eod *lib. 7. §. filius.* Quia reuera hæc decisio mihi nunquam placuit.

3 Sed pone, stat statutum in loco, quod extantibus masculis fœminæ non succedant: modo aliquis accepit emphyteusin pro se, & filiis masculis, & fœminis, nunquid admittentur simul fœminæ cum masculis ad huiusmodi emphyteusin? Resp. quod non, sed prius admittuntur masculi, & in defectum masculorum fœminæ. Ita dicit Bart. *in l. vt iurisiurandi. §. si liberi nu. 5. ff. de oper. liber.* qui in hoc communiter approbatur, vt ait Cur. iun. *cons. 171. post n. 3.* Et dicit Brun. *de statuto excludente fœminas, in 8. art. quest. 21. col. 1.* quod hæc conclusio tanquam communis est tenenda. Semper enim censentur contrahentes confirmare se dispositioni statutorum, secundum conclusionem, quam dicit esse communem Curt. iun. *in d. cons. 171. n. 2.* Faciunt ea, quæ dixi supra *lib. 2. §. testamentum q. 76. in 6. reg. vers. scias tamen.*

ADDITIONES.

a FEminæ.] Item an in emphyteusi masculinum concipiat fœmininum? vide per Ias. *in l. 2. C eod. nu. 193.* Et an valeat pactum, quod filia succedat in emphyteusin, si tamen nupserit alicui subdito domini? vide per eund *ibid. n. 123.* Nota tamen, quod fœmina expresse exclusa per statutum, etiam exclusa intelligitur à bonis emphyt. Ecclesiasticis, super quibus statutum potest disponere: commune ait Paris. *cons. 12. num. 8. lib. 2. in collect. mea commun opin. verb. Fœmina, n. 18.* Giach.

b *Sed quid, si fuerit concessa pro se, & filiis.*] Controuersa quæstio est: an † emphyteusis Sempronio, & eius filiis data, filiabus quoque concessa intelligatur, vel potius ad filios duntaxat pertineat, vt, his mortuis ad dominum, filiabus exclusis, redeat? Et hoc casu filias, sicut fœminas censeri exclusas, crebrioribus Doct. votis recepta opinio est, vt præter illos, quos Clarus noster hic recitat, testantur Alex. *cons. 61. & cons. 70. in fin. vol 1. & cons. 87. nu 9. vol. 6.* Gozadin *cons. 20. nu. 1. 2. & 10.* Hubert. Zuccard. *in l. fin. nu. 73. C. de edict. diui Adriani toll.* Ruinus *cons. 35. nu. 1. & 13. vol. 1.* Roland. à Valle *cons. 95. nu. 17. libr. 1.* Burlatus *consil. 80 nu. 7.* Benintend. *decis. Bononiens. 52.* Corbulus *in tractat. de iur. emphyteut. cap. 12 nu. 3. & seq.* aliique plures per eum relati. Sed contrarium, & verius, & æquius esse, asserunt Salicetus *in l. 2 quæstio 17. C. de emphyteut* Couarruuias *lib. 2. var resol c. 18. nu. 1* D. Bocer. *class. 2 disput 11. th. 75. edit. 2* Rachineus *lib. 8 controuers iur. cap 79.* & Clarus hic noster, dum ait, priorem decisionem reuera sibi nunquam placuisse. Horumque † assertio eo potissimum nititur fundamento: quod regulariter masculinum concipit etiam fœmininum, siue fil‡ appellatione comprehenditur, *l. si qua ita. 16. in princip ff. de testament. tutel. l. si ita sit ita scriptum, 45. in princip. ff. de legat. 3 l. 1.* ibique Alciat *l. filij 84.* vbi Gœddeus *& l pronunciatio, 195. in princ. ff. de verb. signficat.* non solum in testamentis, sed & in contractibus arg *l. qua de legat. 1. l. pactum inter hæredem 46. ff. de pact.* 2

Huic assertioni non obstat, quod † in contractibus stricti iuris, quales perhibetur emphyteuticus, verba proprie, & stricte accipiuntur, *l. quicquid astringenda, 99.* vbi Doctor. *ff. de verbo. oblig.* filiorum † autem appellatione proprie filiæ non continentur, sed per extensionem, vt arguit textus *in l. cum adoptiuus, 10. §. qua in filio, C. de adoptionib & l. pronunciatio, 195. in princ. ibi, porrigitur, & l. iusta, 201. ff. de verb significat.* Verisimilius, namque est, quod masculinum ex proprietate sermonis concipiat fœmininum, atque adeo filiarum appellatione fœminæ quoque, seu filiæ contineantur, *l. 1. ibi. complectitur* (quod verbum proprietatem denotat) *ff. de verbor. significat. & legibus simili b.* Deinde † emphyteusin esse contractum bonæ fidei, non vero stricti iuris, ad oculum demonstratum est supra *in annotationibus ad q. 2. n. 19. & seqq.* Præterea negatur, verba in contractibus ita proprie, & stricte accipienda esse, vt interpretatio iusta & contrahentium menti conformis excludatur: quandoquidem † mens contrahentium magis spectanda est, quam verba, *l. in conuentionib. 219. de verb. sign. l. semper in stipulationib. 34. ff. de reg. iur.* 3 4 5 6

Similiter non obstat, quod † in stipulationibus, & pactis verba ambigua, aut dubia interpretanda sint contra stipulatorem, qui poterat legem contractibus apertius dicere, *l. veteribus, 39. ff. de pact. l. stipulatio ista, 38. § in stipulationibus, 18. & d. l. quicquid, 99 ff. de verbor. obligat.* Nam nostro in casu verba non sunt dubia, vel ambigua: quia lex illa interpretatur, vt tam masculos, quam fœminas comprehendant, *d. l. pronunciatio. 195. & d. l. iusta, 201. de verbor significat. cum similibus.* Sed & cum regula sit, masculinum concipere fœmininum: non dicitur res obscura, nec ambigua, sed clara, & certa pro eo, qui fundatur in regula, vt notant Bartol *in l. quotiens, 13. ff. si quis cautio. ib. &c. & l. 2. col 2. ff. si quis in ius vo at. non ier.* Bald. *in l. omnes populi 9 colum 10. ff de iustit. & iur.* Petrus de Anchor. *in repet. rubr. de reg iur in 6. col 2.* Harp. 7

c *In contractibus*] Et quod in contractibus masculinum non concipiat fœmininum, commune attestatur Rol. *in cons. 93. n. 12. & 17. vol. 2. & magis commune*, vide etiam ibid *ex Alex.* Item commune etiam per Benint *dec. 52. in princ.* qui assignat rationem, & de hac communi vide fusius *in collect. mea commun. opin. verbo Masculinum. sub n. 4.* vbi etiam illud procedit in contractibus onerosis, non autem in procedentibus ex liberalitate. *Giach.*

QVÆSTIO XXXIII.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Si emphyteuta ingrediatur religionem, nunquid emphyteusis transeat in monasterium.*

Ex Additionibus.

1 *An, & quatenus emphyteusis in monasterium transeat, si emphyteuta in illud ingrediatur.*

QVæro, nunquid *a* si emphyteuta ingrediatur religionem, emphyteusis transeat in monasterium? Resp. Iason. *in l. 2. nu. 200. C. de iure emph.* dicit quod 1 *a*

QVÆSTIO XXXVI.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Nepos ex filia femina an succedat in emphyteusi concessa vsque in tertiam generationem.*

2 *Et an filius masculus ex filia femina admittatur ad emphyteusin concessam pro se, & filiis masculis, vel pro se, & descendentibus virilis sexus.*

Ex Additionibus.

1 *Num emphyteusis mihi, & meis filiis concessa, etiam nepotibus meis tributa videatur.*

2 *Filij appellatione etiam nepos comprehenditur, tum in fauorabilibus, tum in odiosis.*

3 *Vnum idemque dicitur, quicquid per rerum naturam continuatiuè procedit.*

4 *Interpretatio* Nouellæ 7. c. 3. in principio.

1 QVæro, concessa est alicui emphyteusis vsque in tertiam generationem, nunquid in ea succedet nepos ex filia femina? Respond. quod sic. Ita consuluit D. Marian. Socin senior in quodam suo consilio, quod arbitror non esse impressum, vbi attestatur, hanc esse communem opin. quem refert, & sequitur Corn. *cons. 219. in littera C. lib. 2.* & cum hac sententia ego quoque transeo, vbi verba inuestituræ essent apta comprehendere feminas, sicut masculos. Sed si emphyteusis esset concessa pro se, & filiis, & nepotibus masculis vsque in tertiam generationem, crederem hoc casu non comprehendi nepotem masculum ex filia femina. Nam vbicunque aliquid conceditur pro descendentibus masculis, non sufficit, quod volens admitti sit descendens, & masculus, sed requiritur etiam, quod descendat ex masculo, vt eleganter declarat Paul. de Castr. *cons. 190. nu. 4. lib. 2.*

2 Pone ergo, quod *a* quis acceperit emphyteusin pro *a* se, & filiis masculis, vel pro se, & descendentibus suis, virilis sexus, vel per virilem sexum, nunquid comprehendetur nepos masculus ex filia femina? Resp. quod non. Ita tenet Specul. *in §. nunc aliqua. q. 146.* & est communis opinio, vt dicit Ias. *in l. Gallus §. nunc de lege. nu. 10 ff. de liber. & posthum.* Gratus *consil. 120. nu 16. lib. 2.* Apparet enim his casibus concedentem habuisse respectum ad lineam masculinam tantum, & ideo neque feminæ, neque masculi ex eis descendentes sunt admittendi, vt supra statim dixi.

ADDITIONES.

a QVod quis acceperit emphyteusin pro se, & filiis, &c.] Addenda hoc loco ista quæstio est: an † emphyteusis mihi, & 1 meis filiis concessa, etiam nepotibus meis tributa censeatur? Et sane non desunt, qui existimant, emphyteusin isto modo mihi concessam, ad nepotes meos non deuolui, sed morte mea, meorumque filiorum penitus extingui. Salicet. *in l. 2. nu 9.* & Iason *nu. 191. C. de iur. emphyteut.* & Dn. Collega Bocer. *class. 2. disput 14. th. 77. edit. 2.* Verum contrariam ego sententiam benigniorem, atque probabiliorem esse reor, *per l. iusta. 201. & l. liberorum. 220. § 1. & §. vltim. ff. de verbor. significat.*

2 vbi expresse dicitur, filij † appellatione etiam nepotem comprehendi. Idque obtinet non in fauorabilibus tantum, sed & in odiosis, *l. filius 14. ff. ad SC. Macedon. l. senatusconsulto, 59. ff. de rit. nupt.* etiamsi in contractu verbis disertis dictum sit, vt Titius, & qui ex corpore eius descendunt, succedant, per ea, quæ eleganter tradit Baldus *in l. 1. post princip. C. de conditionibus insert.* vbi ita scribit: Filiorum appellatione nepotes continentur, licet mentio fuerit facta de filiis, ex suo corpore natis. Nam verificatur in nepotibus: quia in eis est sanguinis

3 continuatio; & vnum † idemque dicitur, quicquid per rerum naturam continuatione procedit. Baldum referunt, & sequuntur Ioannes Cephalus *cons. 160. n. 7. ad fi.* & Decian. *cons. 9. n. 8. & 9. vol. 2.*

4 Neque † resistit *Nouell. 7. cap. 3. in princ.* vbi cum & filiorum, & nepotum fiat mentio videtur dicendum, appellatione filiorum nepotes non contineri. Alias siquidem frustra Imperator expressisset nepotes; cum filiorum appellatione venirent. Hoc, inquam, non resistit: quia ob id solum nepotum mentio ibi expressa est: vt hæc verba (in duobus eiusdem personæ hæredibus) explicarentur, adeoque indicaretur, de duabus generationibus, quarum prima sit filiorum, altera nepotum, actum fuisse. Cetera, quæ huic sententiæ apponuntur, refutaui *in §. adeo autem, 3. nu. 389. & seq. Inst. de loc. & conduct.* Harprec.

QVÆSTIO XXXVII.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Emphyteusis concessa pro se, & filiis, nunquid transeat ad ipsos filios, etiamsi non sint hæredes patris.*

2 *Et quid si sit concessa pro filiis, & hæredibus.*

3 *Et quid si repudient patris hæreditatem, an possint retinere emphyteusin.*

4 *Et quid si concessa sit simpliciter vsque in tertiam, vel quartam generationem.*

Ex Additionibus.

1 *Nunquid emphyteusis concessa pro se, & filiis, transeat ad ipsos filios, etiamsi non sint hæredes patris.*

2 *Et quid, si concessa sit pro se, & filiis, & hæredibus.*

QVæro, nunquid emphyteusis accepta pro se, & filiis, transeat ad ipsos filios, etiamsi non sint hæredes patris? Respond. aliqui distinguunt inter emphyteusin ecclesiasticam, & emphyteusin concessam à priuato, vt scilicet ista, quæ de sui natura transit etiam ad extraneos hæredes, censeatur concessa filiis, & hæredibus, illa vero, quæ de sui natura non transit ad extraneos, censeatur concessa filiis, vt filiis, non autem, vt hæredibus. Et hanc opin. dicit esse communem Alexan. *cons. 129. nu 2. lib. 5.* Tu *a* dic, quod aut emphyteusis est concessa simpliciter, *b* & absolute pro se, & filiis, nulla hæredum mentione facta, & tunc indistincte tenendum est, quod transeat ad filios, etiamsi non sint hæredes patris, prout etiam indistincte ita dicit Bartol. *in d. l. vt iurisiurand § si libert. nam 4 ff de oper. libert.* & est communis opin. vt dicit Alexand. *cons. 8. nu. 1. lib. 5. & cons. 119. nu 4. lib. 5.* quem refert Ias. *in l. quod dicatur, nu. 29. ff. de verbor. obligat.* & Ioan. Dilect. *de arte testandi, titul. 11. caut. 10. post n. 1.* & Ruin. *cons. 48. nu. 4. lib. 1. & cons. 169. nu. 7. eodem volum.* Curt. iun. *cons. 78. nu. 3 & seq.* Didac *lib. 1. resol. cap. 18. post num. 2. vers. quinta conclusio.* Et licet multi ex præallegatis Doctor. loqui videantur in emphyteusi Ecclesiastica: ego tamen in hoc nullam facio differentiam, an talis emphyteusis sit concessa ab Ecclesia, vel à priuato, vt late dixi infra *libro 7. §. filiis.* in illa quæstione, an in dubio pater præsumatur stipulari filiis, vt filiis, an autem filiis, vt hæredibus. Aut vero est concessa pro se, & filiis, *c* & hæredibus, & tunc non transit ad ipsos filios, nisi *d d* etiam sint hæredes: & sic vtraque qualitas requiritur, 2 scilicet, quod sint filij, & quod sint hæredes. Ita tenent Bartol. *in d. § si liberi nu. 4.* & est communis opinio, vt dicit Alexan. *cons. 118 post nu. 6 vers. Et illa verba lib. 1.* quem refert Sigismund. *cons. 1. feud. post nu. 60.* Iason *in l. si non sortem § libertus, nu. 35. ff de cond. ind. indeb. & cons. 57. colum. 1. lib. 1.* Et pariter hoc casu nulla est facienda differentia, an emphyteusis sit concessa ab Ecclesia, an autem à priuato, iuxta communem omnium interpretationem, vt ait Didac. *lib. 1. resol. c. 18. n. 3.*

Ex hac conclusione infertur, quod in primo casu, 3 scilicet, quando emphyteusis est concessa simpliciter pro se, & filiis, licet filij repudient hæreditatem patris, poterunt nihilominus succedere in emphyteusi. Ita tenent communiter Doctor. vt ait Salyc. *in Auth. vnde si*

parens,nu.5.C.de inoff.testam. quem refert Alexand. in l.quod dicitur,post nu. 19.col.15.versic.Illud tamen intelligas.Hanc etiam conclusionem dicit esse communem Iason in l.2.n.188.C.de iure emphyt. Alciat.de præsumpt. in 1.reg.præsumpt.31.nu.1. In secundo autem casu, scilicet quando emphyteusis est concessa pro filiis,& hæredibus,non poterunt filij renunciare hæreditatem,& emphyteusin retinere. Et hæc est communis opin. vt dicit Ias.in d.§.liberius,post nu.35.Vide in proposito ea, quæ dixi infra, hoc eod.lib.§.feudum,q.76.

4 Sed pone, quod emphyteusis concessa fuerit vsque in tertiam,vel quartam generationem, & sic nulla expressa mentione facta filiorum,nec hæredum ? Resp. quod ex natura verbi (generationem) videntur contrahentes potius considerasse successionem sanguinis, quam successionem hæreditatis,& ideo in huiusmodi emphyteusi admittendi sunt nepotes,etiamsi non sint hæredes. Et hæc est communis opinio, vt ait Corne. cons.100 in littera D.lib.4.

ADDITIONES.

1 TVdic.] Adde,vt per Rimin.iun.consil.395.n.23.24. Giach.

b Simpliciter, & absolute pro se, & filiis.] Quando † emphyteusis concessa est simpliciter pro se, & filiis; tunc certum est, filios succedere, etiamsi non sint hæredes patris:
2 quando vero † concessa est pro se, & filiis, & hæredibus: tunc necesse est, vt filij, si in emphyteusi succedere volunt, etiam sint hæredes. Ita post Clarum nostrum, & ab eo cumulatos hic, sentit Alexander Trentacinquius,var.resolut.lib.3 resolut. 3. de iure emphyt.n.7. & 8. Harprec.

c Aut vero est concessa.] Si autem concessa sit pro se, & legitimis hæredibus, non venirent ad illam, nisi illi, qui soli censentur vocati tanquam ab intestato successuri. & non in testamento instituti, de quo per Alex.in l. ex facto,§. fin. circa fin. ff ad Trebell. nisi tales fuissent ab intestato vocati,qui non minus dicuntur hæredes legitimi secundum Bartol. in l.3. ff. de leg.1. vide Guil.Bened.in rep.cap.Raynutius,in prælud. n.75. de testam. Gouean.

d Nisi etiam sint hæredes.] Adde,& commune dicit Roland. cons 89. num.20. & dixi etiam in collect. mea commun. opin. in verb. emphyteusis n.12. Giach.

QVÆSTIO XXXVIII.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Emphyteusis an transeat ad institutum in re certa.*

Ex Additionibus.

1 *An, & quatenus hæres particularis admittatur ad bona emphyteutica hæreditaria, remissiue.*

a 1 QVæro,nunquid a emphyteusis transeat ad institutum in re certa? Respond.siquidem est institutus alius hæres vniuersalis, proculdubio emphyteusis non transit ad eum,qui est in re certa institutus. Et hoc inter omnes conuenit,vt ait Didac.lib.2.resolut.c.18. post n.5. hoc enim casu institutus in re certa habetur loco legatarij, vt dixi supra lib.3. §.institutionum. Aut vero non est datus alius cohæres vniuersalis, & tunc, cum totum accrescat ipsi instituto in re certa, vtique transit in ipsum etiam emphyteusis,simul cum reliquo hæreditatis:& in hoc non est difficultas,loquendo de emphyteusi hæreditaria, quam scilicet filius habere non potest, nisi etiam sit hæres; vt dixi supra, quæst. proxima.Sed si esset emphyteusis non hæreditaria, puta acquisita pro se,& filiis, tunc filius institutus in re certa, æqualiter c[um] aliis succedet in emphyteusi.Et ita procedit dec[isio] Bart.in c.vt iurisiurandi,§. si liberis, nu.6. ff. de oper.libert.quam dicit esse communem Curt.iun de feud. in 2.par.1.partis 3. partis princip.q.5. Cum enim filius habeat emphyteusin hoc casu non iure hæreditario, sed ex tenore inuestituræ,non attenditur dispositio paterna; intellige,nisi sit emphyteusis, in qua pater possit filiis præiudicare,de qua dixi supra quæst.16. Vide etiam,quæ dixi infra §. feudum q.76.

ADDITIONES.

NVnquid emphyteusis transeat ad institutum in re certa.] a An † & quatenus hæres particularis admittatur ad bona emphyteutica hæreditaria,post plures alios,quos citat, diligenter declarat Stephanus Gratianus disceptationum forens. cap.372. nu.12. & aliquot seq. Harpr. 1

QVÆSTIO XXXIX.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Ius accrescendi an habeat locum in emphyteusi.*
2 *Et quid si à principio concedatur pluribus simul.*
3 *Et quid si concessa emphyteusis pro se, & filiis alter filiorum decedat,an accrescat alteri filio.*
4 *Et quid si concessa sit emphyteusis ab Ecclesia duobus fratribus, ita vt post mortem eorum, & filiorum, & nepotum suorum reuertatur ad Ecclesiam, nunquid si alter eorum sine filiis decesserit, accrescet alteri fratri superstiti.*

Ex Additionibus.

1 *An, & quatenus ius accrescendi habeat locum in emphyteusi, remissiue.*

QVæro, nunquid a in emphyteusi habeat locum ius accrescendi? Resp. quod regulariter in emphyteusi non est locus iuri b accrescendi. Ita tenet Bartol.in l.si mihi & Titio,nu.4.ff de verb. oblig. quem sequuntur communiter Doct.vt dicit Alex. in ead. l.si mihi & Titio. col.4. prout illum refert Dec. consil.326. post nu.1. Regulariter enim in contractibus c non habet locum ius accrescendi, vt dixi supra lib.3.§.ius accrescendi. 1 a b c

Scias tamen, quod hæc conclusio intelligenda est, vt procedat, si à principio concedatur emphyt. pluribus personis simul:tunc enim vno mortuo, alteri non accrescit.Et in hoc omnes concordant,vt dicit Anch. cons.146.n.3.quam refert Dec.cons.263.nu.2. Sed quando vni concessa est tantum pro se & filiis, vel pro se, & descendentibus suis,vtiq; inter ipsos descendẽtes à primo inuestito habet locum ius d accrescendi.Ita tenet Bart.in d l.si mihi,& Titio, & est communis opin. vt ait Corn cons.131. in littera A. lib.2. saltem post ius quæsitum vni ex filiis ipsius stipulatoris. Et ita tenent communiter omnes, vt dicit Corn. cons.185. in littera M.lib.3.Hanc etiam esse communem opin.attestatur Alex.cons.21.nu 5.lib.5.quem refert Dec. in d.cons.273. col.2.Corn.cons.122.in littera V.lib 3.& hoc casu proprie dicimus esse locum iuri accrescendi, nam reuera isti descendentes primi acquirentis non veniunt ex iure accrescendi,sed ex iure primæ inuestituræ. 2 d

Pone ergo, quod pater acquisiuerit emphyteusin pro se, & filiis, deinde decesserit relictis duobus filiis, quorum vnus sine liberis decedat, certe emphyteusis non reuertetur ad concedentem, sed accrescet alteri fratri. Ita volunt communiter Doct.vt ait Berous qu. 70.nu.2. Hanc etiam esse communem opin. attestatur Ias.in d l si mihi & Titio n.12. 3

Econtrario pone, quod Ecclesia concesserit emphyteusin duobus fratribus,ita vt post mortem eorum, & filiorum, ac nepotum suorum reuertatur ad Ecclesiam.Certe si vnus eorum decedat nullis relictis filiis, emphyteusis non accrescet fratri superstiti, sed reuertetur ad Ecclesiam. Ita videtur tenere Bart. in d. l. si mihi, 4

mihi, & Tetio, cuius opin. dicit esse communem Alex. *cons.* 167. *nu.* 4. *lib.* 7. Vide in hoc proposito ea, quæ dixi infra *hoc eod. lib.* §. *feudum, q.* 77.

ADDITIONES.

1 a **N** *Vnquid in emphyteusi habeat locum ius accrescendi.*] An † & quatenus, ius accrescendi tam legale, quam conuentionale habeat locum in emphyteusi, egregie explicat, post Clarum nostrum, Stephanus Gratianus *disceptat. forens. cap.* 271. *nu.* 13. & multis subsequentibus, *item c.* 347. *num.* 11. & 12. Harprec.

b *Iuri accrescendi.*] Et quando est locus iuri accrescendi, tunc emphyteutæ inter se licite alienant sine consensu domini: at secus, quando non est locus iuri accrescendi. Vtrunque commune v. de *in collect. mea comm. opin. in verb. emphyteuta. nu.* 41. 42. Giach.

c *In contractibus.*] Item quod non habeat locum ius accrescendi in contractibus, vide istam reg. cum octo fallentiis per Soc. *reg.* 367. Giach.

In contractibus.] Fallit in vsufructu etiam inter viuos constituto, *l.* 1. § *fin. de vsufr. accresc.* Item fallit quoties ea, quæ indiuidua sunt, in contractu versantur, vt sunt seruitutes, & cetera indiuidua, quæ cum pluribus auferuntur, sui natura cuilibet in solidum debentur, & effectualiter requiruntur, *l.* 1. § *ex his, & l. stipulationes non diuiduntur ff. de verb oblig.* Gouean.

d *Ius accrescendi.*] Hic aduerte, quod vt ius accrescendi locum habeat, necesse est, quod in persona alterius deficiat omni iure, & vbi non deficit omni iure, tunc non habet locum: commune vide per Soc. *cons.* 16. *nu.* 10. *colum.* 4. Item cessat, vbi portio vacans fuit acquisita. Istam reg. nouem modis limitatam retulit Diaz. *in regul.* 403. Item habet locum altera parte deficiente, vel etiam repudiata. Istam reg. cum 12. limitationibus vide per Socin. *regul* 166. & hæc omnia vide etiam *in collect. mea commun. opin. in verb. Ius, nu* 16. vbi *nu.* 38. dixi etiam commune esse, quod ius accrescendi locum habet etiam in legitima ex Cæphal *in cons.* 149. *n.* 48. Giach.

QVÆSTIO XL.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Filius an teneatur de emphyteusi creditoribus paternis satisfacere.*

Ex Additionibus.

1 *An, & quatenus filius teneatur de emphyteusi creditoribus paternis satisfacere, remissiue.*

1 a **Q**Væro, a nunquid filius teneatur de emphyteusi creditoribus paternis satisfacere? dixi *in d.* §. *feudum, qu.* 43.

ADDITIONES.

a 1 **N** *Vnquid filius, &c.*] An, † & quatenus filius teneatur de emphyteusi, vel feudo, creditoribus paternis satisfacere, vberius explicabitur *in* § *feudum, q.* 43. Harprec.

QVÆSTIO XLI.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Augmentum contingens in re emphyteutica an sit domini, vel emphyteuta.*
2 *Et an propter augmentum augenda sit pensio.*

Ex Additionibus.

1 *Omne indistincte augmentū ad emphyteutam pertinet.*
2 *Vt & omne damnum, nisi funditus rem ipsam absumat.*
3 *An, & quatenus vasallum omne incrementum respiciat.*
4 *Natura vocis vniuersalis, omne.*
5 *Argumentum de feudo ad emphyteusin procedit.*
6 *Mens, & sententia* l. item si fundi, 9. §. 4. ff. de vsufr.
7 *Nunquid thesaurus, in fundo emphyteutico inuentus, ad emphyteutam, an vero ad proprietatis dominum spectet.*
8 *Thesaurus in loco alieno, casu fortuito repertus, cui cedat.*
9 *Thesaurus, in fundo fructuario inuentus, in fructu non computatur.*
10 *Conuentio in vna re facta, non nocet in alia.*
11 *Actus agentium vltra eorum intentionem nihil operatur.*
12 *Varius intellectus* l. possessores, 12. C. de fund. patrimonialibus.
13 *Quatenus emphyteuta venari liceat in fundo emphyteutico.*
14 *Quatenus item eidem liceat piscari.*
15 *An, & quatenus pisces pars fundi censeantur.*
16 *Mediante surrogatione, res semper eadem dicitur.*
17 *Quatenus emphyteuta permittatur ex sylua cadua arbores, & ligna excidere.*
18 *Num emphyteuta syluam illam cadere possit, quæ longo temporis interuallo succisa renascitur.*
19 *Pullulare, & renasci non videtur, quod annorum multitudinem exigit.*
20 *Sylua cedua quæ dicatur.*
21 *Lapides quando in fructu fundi computentur.*
22 *Sententia* l. antepenult. ff. famil. ercisc.

QVæro, ad quem a pertineat augmentum contingens in re emphyteutica? Respond. puto esse distinguendum b inter incrementum latens, vel incrementum apparens, vt in simili dixi de incremento eueniente in re feudali. *in d.* § *feudum, q.* 88. *vers. Itē quero.* 1 a b

Sed nunquid propter augmentum contingens in re emphyteutica, augebitur etiam pensio, seu canon soluendus ab emphyteuta? Resp. quod non, sed omne augmentum, quod pertinet ad emphyteutam cedit illi sine onere pensionis. Ita communiter tenetur, vt dicit Ioan. Andr. *in addit. ad Specul. in* §. *nunc aliqua. supra sæpius allegato, ad* 136. *q.* 2

ADDITIONES.

A *D quem pertineat augmentum, &c.*] Augmentum † siue incrementum fundi emphyteutici, quod ei obuenit, ad emphyteutam iure emphyteutico pertinere, constat *ex l. item si fundi.* 9 §. *huic vicinus.* 4. *ff. de vsufruct.* Nec hic cum Claro nostro, & gloss. *in l* 1. *super verb. emphyteuticarius, C. de iur. emphyteut.* distinguendum est inter incrementum latens, vt si per alluuionem quid acceperit, & inter incrementum patens, siue apparens, vt si insula in flumine iuxta fundum emphyteuticum enata fuerit. Omne quippe incrementum, siue appareat, siue latitet, ad emphyteuticarium spectat. Quemadmodum enim † omne damnum, siue patens, siue latens, in re emphyteutica contingens, emphyteutam respicit, nisi funditus rem ipsam absumat, *l.* 1. *C. de iur. emphyt.* ita æquitati, & rationi congruit, vt omne commodum, & augmentum, siue latens, siue apparens, eundem sequatur, argum. *l. secundum naturam,* 10. *ff. de regul. iur.* Deinde eadem sententia confirmari poterit per textum *in tit.* 4. §. *si quis de manso,* 5. *lib.* 1. *feudor* ibi cum Feudista † dicit, omne incrementum iure feudi ad vasallum pertinere, si dominus in ipsa curte, seu villa nihil sibi reseruauit, eo ipso aperte distinctionem incrementi latentis, & euidentis reijcit: quia † hæc est natura huius vocis vniuersalis, vt omnes casus includat, & comprehendat, argum. *l.* 1 § 1 *ff. de legat. præstand. l. si seruitus,* 23. *ibi, verbo generali omne lumen significari, ff. de seruit. vrb. prædior. l. à procuratore.* 13. *C. de mandati. can.* 1. §. *dicendo vero omnia distinct.* 19. Atque ita exaudiunt textum illum Zasius *in epit feud. part.* 6. *num.* 48. Fridericus Schenck. à Tautenberg. *nu.* 5 & Cuiacius *in d.* §. *si quis de manso.* Franciscus Sonsbeecius *part.* 10. *de feudis, nu* 9. aliique. Et quanquam allegatus textus de feudi duntaxat incremento loquitur: attamen quod de feudo illic dicitur, non inscite ad emphyteusin transfertur: cum argumentum de † feudo ad emphyteusin valere, extra omnem sit controuersiam, & latius declarabitur infra *ad quæst.* 50. Atque hanc assertionem, ceu communiter receptam, approbant Bartol. *in d. l.* 1. *nu.* 10. Alberic. de Rosat *n.* 5. & 9. Salicet. *col. penult.* & Iason *n.* 79. *C. de iur. emphyt.* itemque Tiber. Deciam. *respons.* 123. *n.* 53. & *seqq. vol.* 3. a 1 2 3 4 5

Nec † aduersatur *d. l. item si fundi.* 9. § *huic vicinus.* 4. *ff. de vsufruct.* vbi dilucide traditur, alluuionis vsumfructum pertinere ad vsufructuarium: insulæ autem in flumine natæ vsumfructum ad fructuarium non spectare. Nam illud ad simplicem vsufructuarium, cuius ius morte extinguitur; non ad emphyteuticarium (qui firmius, morteque non finitum ius vtendi fruendique obtinet, & alias etiam ab vsufructuario 6

multum distat) pertinet, vt bene hæc explicant Ioan. Borcholt. *in Commentar. de feud. cap.2. n 11. ad fi.* & Aluar. Valascus *in tract. de iur. emphyt. q.16. n.3. & seqq.*

7 De † thesauro hic non inconuenienter quæri poterit, an ille, in fundo emphyteutico inuentus, ad emphyteutam, an vero ad dominum proprietaris pertineat? Et illum ad proprietatis dominum pertinere, non sine rationibus statuitur: dummodo inuentori, siue is emphyteuta, siue quis alius sit, 8 pars dimidia relinquatur. I. Quia † thesaurus in loco alieno non data opera repertus, ex semisse domini soli est, ex altero semisse inuentori cedit, *§. thesauros, 39. versic. at si quis in alieno Instit. de rer. diuis. l. si is, qui 36. in princip. ff. de acquir. rer. domin. l. vnic. versic. vltim. C. de thesaur.* Atqui prædij emphyteutici dominus non est emphyteuta: sed ille, à quo prædium in emphyteusin ipse habet, *l. 1. §. vltim. ff. si ager vectigalis, &c.* Non ergo ad emphyteutam, sed ad proprietarium pars dimidia thesauri, in solo emphyteutico à tertio quodam inuenti, 9 spectat. II. Quia † thesaurus, quem vsufructuarius, vel tertius aliquis in fundo fructuario inuenit, in fructu non computatur: ac proinde pro parte dimidia lucro domini cedit, ad quem proprietas fundi fructuarij pertinet, *l. fructus, 7. § si fundum, 12. vers. non magis ff. solut. matr.* Cum igitur emphyteuta in prædio emphyteutico vsumfructum saltem habeat, *d. l. 1. §. vltim. ibi, fundum fruendum conduxerunt, ff. si ager vectigalis, &c.* certe thesaurus, quem vel ipse, vel alius aliquis in eiusmodi prædio inuenit, ex semisse domino, ad quem fundi per-10 tinet proprietas, acquiritur. III. Quia † Paulus IC. respondit: ante omnia animaduertendum esse, ne conuentio in vna re facta, noceat in re alia. *l. si vnus 27. § pacta, quæ turpem, 4. vers. ante omnia. ff. de pactis.* Quare eum inter dominum, & emphyteutam conuentio facta sit in prædij vsufructu: sane isthæc conuentio domino concedenti, in thesauro inuento nocere 11 non debet. IV. Quia † actus agentium vltra eorum intentionem nihil operatur, *l. non omnis, 19. in princ.* & ibi Bart. *ff. de reb. credit. & l. obligationum, 3. §. 1. ff. de obligat. & actionib.* Sed inter emphyteutam, & dominum concedentem fundum suum in emphyteusin id agitur, vt is qui fundum in emphyteusin accipit, eo duntaxat vtatur, fruatur, *d. l. 1. § vltim. ibi, fundum fruendum conduxerunt, ff. si ager vectigalis, &c.* Ergo vltra vsumfructum emphyteuta in prædio emphyteutico nihil habet. Ideoque thesaurus, quem in prædio istiusmodi inuenit ex semisse domini est; ex altero semisse eum sibi vindicat emphyteuta, non quidem propter emphyteusin, sed ob solam inuentionem: quippe cum pars dimidia etiam extranei inuentoris lucro cederet. V. Hanc sententiam, post alios, defendunt Aluarus Valasc. *d. tractat. de iure emphyteut. quæst. 15 nu 1. vers. sunt tamen aliqui.* Gilkenius *in prælud. ius tit. Instit. de rer. diuis. nu. 57. & in d. §. thesauros, 39. nu. 29. Instit. eod.* Garsias *in tract. de expens. cap. 22. nu. 52.* D. Collega Bocer. *class. 2. disput. 14. th. 51. & class. 5. disput. 3. th. 48. edit. 2. & in tractat. de regalib. cap. 3. nu. 181.* Ayrer. *in process. historico iur. part. 1. cap. 10. obs. 6. num. 9. cum seqq.* Hœnon. *disput. 4. controuers. 17.* Tametsi vulgo interpretes aliter sentiant, Accurs. Angel. Aretin. Faber, Iason. Porcius, Thomas Liuius, Schneidevvin. Mynsinger, Bebio, & ceteri *in d. §. thesauros, 39. Instit. de rer. diuis.* Bartol. & Bald. *ad l. vnic. C. de thesaur.* Ludouic. de Molina *de Hispan. primog. lib. 1. cap. 23. num. 7.* Henricus à Rosenthal. *in tractat. feudal. cap. 5. conclus. 93.* Corasius *ad l. 1. nu. 17. Cod. de iur. emphyteut.* & alij, ab iis relati.

12 Nostræ † autem conclusioni non repugnat textus *in l. possessores. 12. in fine. C. de fund. patrimonialibus.* vbi emphyteutæ simpliciter domini appellantur. Tum quia eo loco emphyteuticarij fundorum domini dicuntur, non quod reuera domini sint effecti, sed quod pro dominis habeantur, vt ibidem sentit Cuiacius. Tum quia illic emphyteutæ improprie domini vocantur, tradente Ioanne Borcholten. *in Commentar. de feud. cap. 1. num 15.* Tum quia textus ille accipiendus est non de omni emphyteuta, sed de eo, qui fundum patrimonialem id est, fiscalem, primo quidem in emphyteusin accepit, postea autem iure priuato, seu proprio eum sibi comparauit, saluo tamen ipsi fisco annuo canone. Quod vero fundi patrimoniales, ex iussu Principis, fieri alicuius possint, canone saluo, arguit etiam *l. cum se vnus, 39. §. vltim. ff. de legat. 1. l. qui fundos, 9. C. de omni agro deserto, l. vniuersi, 9. & l. fundos, 10. C. de fundis patrimonialibus.* Reliqua, quæ huic conclusioni videntur contrariari, dilui *in d. §. thesauros, 39. num. 22. cum sequentibus. Instit. de rer diuis. in §. adeo autem, 3. n. 258. & seq. Instit. de locat. & conduct.*

Addendum hoc loco, & illud est, tanquam notatu dignum: 13 quod † si in prædio emphyteutico sit viuarium, in quo feræ capi solent; emphyteuta in eodem venari possit: dummodo ferarum numerus, qui fuit eo tempore, quo emphyteusis fuit concessa, per singula genera conseruetur. Quod in vsufructuario diserte respondit Tryphoninus *in l. vsufructuarium, 62. §. 1. ff. de vsufructu, & in eo, qui emit cum pacto redimendi,* probauit Cagnolus *in l. 2. C. de pact. inter empt. & vendit. quæst. vltim.* huncque referens Tiraquellus *in tract. de retract. conuent. §. 3. gloss. 1. n. 23. in fine.*

Si † item in fundo emphyteutico sit lacus, stagnum, vel 14 piscina, in quibus pisces, vt ibi multiplicentur, & crescant, habeantur: reditus piscationum ad emphyteutam pertinere, non dubium est, argum. *l. item si fundi, 9. §. aucupiorum, 5. vers. ergo, & piscationum, ff. de vsufruct. & l. quid tamen, 10. §. sed & si stagni, 3. ff. quib. mod. vsufruct. vel vsus amittitur.* Eiusque ratio est perspicua: quia † pisces, qui in stagno sunt, 15 vt ibidem multiplicentur, & crescant, ad instar fructuum pendentium pars fundi dicuntur: ideoque vsufructuarius, emphyteuta, vasallus, & similes, piscando iis frui possunt: ita tamen, vt piscium numerus subinde per substitutionem conseruetur. Tametsi pisces, custodiæ duntaxat causa in stagno vel piscina repositi, pars fundi esse non dicantur, sed quid ab ipso fundo, fructibusque fundi separatum, ac diuersum. *l. lines, & labra, 15. in fine, ff. de actionib. empt.* ibique Bartol. & Gothofredus Siquidem † per surrogationem corporum, fructus sta- 16 gni perpetui efficiuntur, *l. eum debere, 33. ff. de seruitutibus præd. vrbanor.* Et licet spacio temporis singula corpora mutentur; mediante tamen surrogatione, semper eadem res dicitur. *l. proponebatur, 76. ff. de iudic. l. sicut. 7. §. in decurionibus ff. quod cuiuscunque vniuersit. nomine, &c. d. l. quid tamen, 10. §. in nauiu, 7. ff. quib. mod. vsufruct. vel vs. amitt. l. seruitutes, 20. §. si sublatum 2. ff. de seruitutib. præd. vrban. l. si grege, 22. & l. si ita legatum, 65. § vltim. ff. de legat. 1.* eaque de re videantur Guido Papæ *decis. 91. nu 4* Chassan. ad consuetud. Burgund. *tit. 4. § 2. gloss. pen. colum. fin.* Cæpoll. *de seruitut. præd. rusticor. cap. 42. nu 6.* Hartman. Pistoris *lib. 1. quæst. iur. q. 24. n. 65. & seq.* Schrader. *in tract. feud. part. 3. c. 4. n. 7 & 2 part. nona part. princ. sect. 4. nu. 10* & D. Bocer. *d. class. 2. disp. 14. th. 53. & d. tractat. de regalib. c. 3. n 156.*

Similiter † si inter alia bona emphyteutica sit sylua cædua, 17 id est, quæ succisa rursus ex stirpibus, vel radicibus nascitur, *l. sylua cædua 30. in princ. ff. de verb. significat.* emphyteutæ ex ea arbores, & ligna excidere licet: si modo frugiferis, & grandibus arboribus parcat, cædendoque consuetum vsum non excedat, *l. ex sylua. 10. & l. seq. l. si cuius, 13. §. fructuarius, ibi, & non debet neque arbores frugiferas excidere, &c. & l. si absente, 48. ff. de vsufruct. l. fructus. 7. §. si fundum, 12. ff. solut. matrimon.* Vtrum † vero emphyteuta eiusmodi syluam cæde- 18 re queat, quæ non breui, sed longo temporis interuallo succisa renascitur, non omnium eadem sententia est. Id equidem negare videtur Arius Pinelus *ad l. 1. part. 1. C. de bon. matern. num 59. circa finem,* post Paulum à monte Pico, Arnulphum Ruzeum, & Sigismundum Lofredum, ab eo relatos, per hanc rationem: quod pullulare, † & renasci dici non debet, quod 19 annorum multitudinem exigit, argumento *l. antepenultim. ff. famil. ercisc.* Verum contrarium magis probatur Ioanni Garsiæ *in tractat. de expens. & meliorat. cap. 11. num. 35.* Alexand. *consil. 118 nu 3. & 7. lib. 5* Patisio *consil. 111. num 12. lib. 2.* Curtio Seniori, *cons. 70. nu 8* & D Collegæ Bocero *class. 2. disput. 14. th. 54. ad lit. C edit. 2.* Tum quia *d. l. sylua, 30 ff de verb. significat* syluam † cæduam esse definit, quæ succisa renascitur, 20 nulla distinctione facta, breui, an longo temporis interuallo renascatur. Emphyteutam autem generaliter ex quauis sylua cædua arbores succidere posse, effloresc it *ex d. l. ex sylua, 10. ff de vsufruct.* Tum † quia textus *in d. l. fructus, 7. §. si vir, 13.* 21 *ff. solut. matrimon.* expresse dicit: lapidem quoque in fructu fundi esse, si cæsus renascatur: quales in Gallia, & Asia lapides esse feruntur. Atqui si tales inueniuntur lapides, qui cæsi renascuntur, proculdubio tardissime succrescunt. Quare cum lapides, quantumuis longo temporis interuallo renascentes, in fructu sint: idem sane de arboribus cæsis, quamuis longissimo tempore renascentibus, statuendum est. Ex quo clare satis euincitur: emphyteutam, ad quem fructus rei emphyteuticæ omnes spectant, eiuscemodi arbores succidere posse.

Neque † refrigatur *d. l. antepenultim. ff. famil. erciscund.* 22 quia Vlpianus in ea de difficultate maxima, quæ impossibilitati comparatur, diserte loquitur, argum. *l. nepos Proculo, 125. ff. de verb. significat.* At nostra in specie non est tanta renascendi difficultas in arboribus, vt propterea impossibilis iudicari debeat. Adde, quod terminus ille, ad renascendum constitutus, plane naturalis est: ac propterea ob hoc temporis interuallum ab ipsa natura præfinitum dicendum non est, renascendi facultatem in arboribus difficilem, nedum fere impossibilem esse. Recte ergo concluditur, syluam cæduam ab emphyteuta succidi posse, etiamsi longo temporis interuallo arbores succisæ renascantur. *Harpr.*

b *Distinguendum.*] Tu indistincte dic, quod augmentum omne siue latens, siue patens spectat ad emphyteutam, ad quem spectat diminutionis incommodum. Commune vide per Rip. *in c. cum M. Ferrarien. colum. 7. in vers. 5. facit. de constitutionib.* & dixi etiam *in collect. mea, commun. opin. in verb. augmentum, nu. 4.* Giach.

QVÆ-

QVÆSTIO XLII.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Emphyteusis finitur generatione emphyteutæ.*
2 *Et quid si concessa sit simpliciter, nulla facta mentione filiorum, neque hæredum.*

Ex Additionibus.

1 *An emphyteusis ob dolum, vel culpam amittatur, remissiue.*
2 *An emphyteuta ob culpam leuissimam suo iure cadat.*
3 *Sententia* Nouell. 120. cap. 8. & auth. qui rem, Cod. de SS Eccles.
4 *Omnis dispositio, secundum subiectam materiam, & naturam illius rei, de qua agitur, accipienda.*
5 *Concessum ad tempus, post illud tempus censetur prohibitum.*
6 *Generatione finita, etiam finitur emphyteusis ad illam data.*
7 *Emphyteusis simpliciter concessi, ad omnem generationem, omnesque hæredes transit.*
8 *Pater inter liberos æqualitatem seruare præsumitur.*

1 QVæro, quando finiatur emphyteusis? Respond. emphyteusis tribus modis finitur. Primo, propter a culpam emphyteutæ, quia male versatus est in re emphyteutica, vel irrequisito domino alienauit, vel cessauit per tempus à lege in canonis solutione præfinitum. Nam his omnibus casibus emphyteuta cadit à iure suo, & vtile dominium consolidatur cum directo, & sic finitur emphyteusis, vt suis locis sup. declarauimus. Secundo modo finitur b emphyteusis cursu temporis, quando scilicet concessa est aliqua res in emphyteusin ad certum tempus præfinitum, puta, triginta, vel quadraginta, vel centum annos: nam eo casu, finito illo tempore, finitur emphyteusis. & in hoc non est difficultas. Tertio modo finitur emphyteusis, extincta c generatione ipsius emphyteutæ. Est tamen in hoc aduertendum, quia aliquando emphyteusis est concessa pro se, & filiis, vel pro se, & descendentibus: tunc proculdubio deficiente generatione ipsius emphyteutæ, finitur emphyteusis. Aliquando est concessa in tertiam, vel quartam generationem: & tunc finita illa tertia, vel quarta generatione, finitur emphyteusis. & in hoc etiam non est dubitandum. Aliquando est concessa pro se, & hæredibus: & hoc casu si est concessa à priuato, est absolute hæreditaria; & ideo non finitur cum generatione ipsius emphyteutæ, sed transit etiam ad extraneos hæredes, iuxta ea, quæ dixi supra, *quæst.* 28. Si vero est concessa ab Ecclesia, non transit ad extraneos hæredes, vt ibidem dixi, & ideo finitur simul cum generatione recipientis.

2 Sed quid si concessa sit simpliciter nulla nec filiorum, nec hæredum facta mentione, puta concedo Titio hanc domum in emphyteusin, nunquid finita generatione Titij, erit finita emphyteusis? Resp. Aut est concessa à priuato, & non finitur: talis enim emphyteusis est de sui natura transitoria etiam ad extraneos hæredes, vt dixi *in d. q. 28 in pr. Aut est concessa ab Ecclesia*, & tunc finitur finita generatione ipsius recipientis. Et hanc dicit esse communem opin. & consuetudine communiter approbatam Corn. *consil. 76. in littera H lib. 2.* de quo pariter dixi *in d. q.* 28. supra sæpius allegata.

ADDITIONES.

a *Propter culpam emphyteutæ.*] Quod † emphyteuta ob dolum, vel culpam latam, & leuem, in re emphyteutica admissam, emphyteusi priuetur, ostensum est supra *ad qu. st. 26. num. 1. & 2.* Sed vtrum † emphyteuta, ob culpam etiam leuissimam, priuationis pœnam subire debeat, dubitari posset? Nos (nihil obstante contraria opinione Cagnoli, & Decij *in auth qui rem C. de SS Eccles.*) illud negantibus haud sine causa suffragamur: quoniam emphyteuta ex natura contractus emphyteutici, propter latam, & leuem duntaxat, non autem leuissimam culpam tenetur, *l. si, vt certo. 5. §. nunc videndum, ff. commodat. l. contractus, 23. ff. de regul. iur.* ibique Anton. Delrio *cap. 11.* Bald. *in d. auth. qui rem num. 2. C. de SS Eccles.* & Iason *in l. 2 numer. 98 C. de iur. emphyteut.* Neque † obstat, quod textus *in Nouell. 120. cap. 8 & d. auth. qui rem. C. de SS Eccl.* generaliter, & indistincte statuunt, emphyteutam deteriorantem rem emphyteuticam suo iure cadere: adeoque omnem culpam, etiam leuissimam, pœnæ priuationis obnoxiam esse *l. de pretio, 8. ff de Public. in rem act. l. 1 §. generaliter, ff. de legat. præstand.* Nam † notissima iuris regula est, omnem dispositionem accipiendam esse secundum subiectam materiam, & naturam illius rei, de qua agitur, argum. *l. ex conducto, 15. §. si vno, 4 vers. sed & si verbo ff. locati l. sed si possessor. 11. §. item si curauero, ff. de iureiur. l. damni infecti, 43. in princip. vers. & quod in stipulatione,* ibique A g l. *ff. de damn. infect. l. fin. C. de non num. pec.* Nicol. Everhard *in locis legalib. loc. à subiecta materia num. 1.* Quare cum *in d. authen. qui rem. C de SS. Eccles. & d. Nouell. 120. cap 8* de emphyteuta ob deteriorationem iure suo priuando, agatur: is autem de lata saltem, leuique culpa, non vero de leuissima tenetur, *d. l. si, vt certo, 5. §. nunc videndum, ff. commodat. d. l. contractus, 23 ff. de regul. iur.* sub ecta materia suadet, decisionem *dicta Nouell. 120. c. 8. & d. auth. qui rem* vnde desumptæ de lata, leuique, non autem leuissima culpa intelligendam esse.

b *Finitur emphyteusis cursu temporis.*] Indubitatum † est, emphyteusin ad certum, & præfinitum tempus concessam, eo elapso, ad dominum concedentem reuerti. Siquidem concessum ad tempus, post illud tempus censetur prohibitum, arg. *l. statu liberum, 11. § 1. ff. de legat. 2. l. pater filium, 38. §. fundum, 3 ff. de legat. 3. l. 1. in fin. iuncta l. vltim ff. si ager vectigal.* Et post Clarum hic nostrum, tradunt Valentin. Forster. *lib. 3. de successionib. cap. 20. num. 3. & 4.* Corbulus *in tractat. de iur. emphyteut. cap. 11.* aliique ab eo recensiti. Idem est, etsi nominatim conuenerit, vt ad certum tempus vectigali; siue canone non soluto, emphyteuticus fundus ad dominum rediret: & lege commissa, dominus sua lege vtatur, & fundum vindicet, *l. lex vectigali, 31. ff. de pignorib. & hypoth.* Quibus casibus hoc quoque euenit, vt si emphyteuta prius fundum dederit pignori, tum etiam ius pignoris euanescat, *d. l. ex vectigali, 31. ff eod.* Donell. *lib. 9. Comment. de iur. ciu. c. 15. pag. 454. nu. 40.* Harprec.

c *Extincta generatione ipsius emphyteutæ.*] Quod † emphyteusis ad certam generationem data finiatur extincta ipsa generatione, post Clarum nostrum, annotant Ioan. Borcholt. *in Commentar. de feud. cap. 3. num. 16.* & D. Collega Bocer *class. 2. disput. 14. th. 74. lit. A. edit. 2.* Quamuis † alias emphyteusis simpliciter, & pure concessa, ad omnem generationem, omnesque hæredes, non modo masculos, sed & fœminas transeat, argum. *Nouell. 7. c. 3. in princip. ibi masculus aut femininus, &c.* Quo facit illud vulgatum iuris theorema: quod † pater inter liberos æqualitatem seruare, & in dubio tam filiabus, quam filiis acquirere velle præsumatur, argum. *l. quæsitum, 12. §. idem respondit, 43. versic. sed & ipse Papinianus, ff. de fun. instruct. & instrum. legat. l. illud, 20. § ad hæc, C. de collationibus.* Borcholt. *d. c. 3. num. 14.* D. Obrecht. *disp. 16. th 87 & seqq.* Hucque referri poterunt, quæ tradita sunt supra *ad q. 32.* Harprec.

Extincta generatione.] Mouetur pulcherrima dubitatio, quid si inuestitus vsque ad mortem ius suum emphyteuticum vendit, an emptore petente renouari vsque in tertiam generationem, iuxta consuetudinem Ecclesiæ, quæ erat solita facere similes renouationes in tertiam generationem, vel vsque ad finem tertiæ generationis, vt hic dicitur, an Ecclesia possit denegare? vide per Bern. rend. *decis. 87* Giach.

Extincta generatione.] Notandum tamen, quod eo casu descendentes petendo illius confirmationem facile impetrare solent, & si non impetrant, possunt de iure Canonico appellare ad superiorem, vt cogat quod confirmatio fiat, text. est *in l. c. §. permittitur*, & ibi Bart. & alij *ff. de aq. quot. & æst.* De hac materia vide ample Ant. Gabr. *lib. 3. commun opin. tit. 1. conclus. 7.* Gouean.

QVÆSTIO XLIII.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Finita emphyteusi an possit emphyteuta, vel eius hæredes, petere à domino directi, vt illam renouet in eorum persona.*

2 *Et quid si sint transuersales ipsius emphyteutæ.*

3 *Et quid in emphyteusi Ecclesiastica.*

Ex Additionibus.

1 *Vtrum dominus emphyteusin, ad certam generationem datam, ea finita, proximis emphyteuta cognatis deferre, & renouare teneatur.*

2 *Sententia* Nouell.7.cap 3.§ neque illud, 3.

3 *Nemo cogi potest, vt certo alicui locet, vel vendat.*

4 *Sua quisque rei moderator, & arbiter.*

5 *Explanatur* l 1.§. permittitur, 41. cum seqq. ff. de aqu.quotid. & æstiu.

6 *Emendatur* l.1.ff.de priuileg credit. & l. Imperator, 60. ff. de pactis.

7 *Consideratur* l.iubemus,3 §.& filios, 5. C. de aduocat.diuers. iudicum.

8 *Discutitur* l.congruit,4.C. de locat.prædior. ciuilium, &c.

1 SEd hic occurrit alia quæstio, nunquid si finita *a* est emphyteusis sine culpa ipsius emphyteutæ, puta cursu temporis, vel finita generatione, possit ipsemet emphyteuta, si viuit, vel eius filij, petere à domino directi, vt emphyteusin in eorum persona confirmet, seu renouet? Resp quod sic: & si non fiat renouatio fit eis iniuria, & ideo possunt appellare ad superiorem, vt cogat, quod talis renouatio fiat. Ita dixit Bart. qui ad hoc propositum quotidie solet allegari, *in l. 1. § permittitur ff de aqua quotid. & æsti.* & est communis opin. vt ait Roman.*cons.2.nu.5.* quem refert Dec. *cons.318. post nu.3.vers.Quibus tamen,* & Gratus *cons.86.post nu.7. lib.1.* Alexan.*cons.80.nu.11.lib.1.* quem refert Ias.14. *col.2.vers.Quinto facit lib.3.* & Gozad *cons.39. nu.2.* & Gratus *cons.79.nu.2.lib.*.. Barb.*in c 1. col.6. de locato, & in c.ex rescripto.col.4 vers Vtrum autem.eod. tit. de locato.* quem refert Boer.*decis.107.in fin.* Curt sen.*cons.47. nu.7. & seq.* vbi subdit, quod ita in pract. obseruatur, quem refert Ripa de Peste, *in c.1. de remed.præseruat. post nu.260* Dec.*cons.131. nu.2.* quem refert Marf. *sing. 419. licet in re.* & Ruin.*cons.12.nu.18.lib.1.* & Apostil. ad Rimin.*consil.100.sub nu.12.* Curt.iun.*de feud.in prima secunda principalis q.2.* Gozad. *cons.86. post num.4. vers.Non obstat quod illa.* Ripa *in l.cum bona nu 6.ff.de priuileg.credit.* Apostil.ad Alex.*in d.cons.80.sub nu.11. lib.1.* Tiraquell.*de retract.municip.in præfat.num 41. & seq.* Gratus *cons.96 lib.1.& cons.110.num.31.eod.volum.* Apostill ad Abb.*in c.bona el 2.sub nu.28. de postul. prælat.* Faciunt quæ dixi infra,*hoc eod.lib.§ feudum, q.87.*

Et hæc quidem conclusio satis de plano procedit in descendentibus ipsiusmet emphyteutæ, prout loquitur Bart. *in loco praalleg.* sed quid in transuersalibus, nun-
2 quid, & ipsi poterunt petere, vt in eorum persona emphyteusis ipsa confirmetur? Resp. in hoc certe negari non potest, quin magna sit varietas inter Scribentes, & quidem Dec. *in d. cons.131. col. fin. vers. & quamuis Bart.dicat,* & quod habet locum etiam in aliis proximioribus, etiam quod non sint descendentes; & quod ista est communis opinio. Contrariam tamen sententiam, vti veriorem, renuit Soc. iun. *cons.9.nu 20.lib.3.* dicens, quod D D. magis communiter loqui videntur in descendentibus, non autem in transuersalibus. Mihi magis placet opin. Decij, quod scilicet procedat etiam in agnatis proximioribus, & ita expresse loquuntur multi ex D D. præallegatis. Bene verum est, quod intelligo de agnatis tantum, non autem de cognatis. Et hæc proculdubio videtur esse communis declaratio, vt dicit Soc.iun.*d.cons.9 n.23.in fi.*

Sed quæro, nunquid hæc conclusio locum habeat, 3
non modo in emphyteusi concessa à priuato, sed etiam in ea, quæ est concessa ab Ecclesia? Respond. quod sic. Et ita hanc esse communem opinionem attestatur Gozad. *in d. cons.86. nu.24.* Dec.*in d.cons.131.colum.2.* quem refert Soc.iun *in d.cons.9.num.12. in fi.* licet dicat, quod ipse non auderet hoc firmare, sed certe cum opin. Bartol. & communis fundata sit in æquitate, illa multo magis ab Ecclesia quam ab aliis est obseruanda. Et licet Gratus *in d. cons.110. num.63. in fin. lib.1.* dicat contrariam sententiam, quod scilicet non habeat locum in Ecclesia, videri communiorem; fallitur tamen proculdubio, vt potest facile cognosci ex dinumeratione auctorum, qui in supradictis citantur. Et ideo non esset ab illa iudicando, aut consulendo recedendum.

Sed pone, quod post finitam generationem aliquis extraneus fuerit de ipsa emphyteusi inuestitus, nunquid si descendens primi emphyteutæ petat huiusmodi renouationem, erit adhuc audiendus? Resp. quod non, sed solummodo re integra. Ita tenet Rom. *cons. 70. post num.3.vers.Certum,* & est communis opinio, vt dicit Gozad. *cons.71.nu.1.* Est enim iam illi tertio ius quæsitum, ideo sibi imputet qui non peruenit.

Quinimo, etiamsi alius inuestitus non fuerit: Si tamen talis descendens siue agnatus, infra annum, à die quo sciuit emphyteusin esse finitam, non petierit talem renouationem, sibi præiudicat, ita quod elapso anno vlterius non auditur. Ita dicit Rom.*in d.cons.22. nu.6* & est communis opin. vt attestatur idem Gozad. *in alleg.cons.71.n.2.* Hanc etiam vti magis communem sequitur Soc.iun *in d.cons.9.nu.17.in fi.lib.3.*

Sed quid si Ecclesia, vel dominus directi, velit rem emphyteuticam pro se retinere, non autem illam in emphyteusin concedere, nunquid adhuc locum habebit conclusio Bart. vt teneatur illam descendentibus, vel proximioribus agnatis, in emphyteusin confirmare? Resp.Abb.*in d c.bona el 2.num.28.de postul.* Prælati tenuit, quod hoc casu non possit compelli ad emphyteusin renouandam, nihilominus Decia.*in allegat.cons. 131.post num.3.vers.Secundo non obstat.* dicit, quod hoc dictum Abb. videtur contra communem opin. Doctorum, qui generaliter loquuntur. Et certe licet hæc opi. videatur aliquantulum dura; durius tamen esset forte in practica obtinere contrarium, propter auctoritatem DD. qui (vt ait Dec.) simpliciter, & absolute sequuntur opin. Bart. Ego tamen libenter inclinarem in sententiam Abb. quæ etiam æquior videtur.

ADDITIONES.

NVnquid si finita est emphyteusis sine culpa ipsius emphyteutæ, &c.] Difficilis quæstio est: num † prælatus, siue quiuis dominus etiam priuatus, emphyteusin ad certam generationem datam, ea finita, proximis emphyteutæ cognatis deferre, & renouare teneatur: an potius, cuicumque velit, eam concedere possit? Et quidem dominum teneri proximiores emphyteutæ consanguineos extraneis præferre, illisque emphyteusin restituere, docent, post Clarum hic nostrum, & ab eo cumulate adductos, Mynsingerus *cent.5 obseru.116. & cent. 6 obseru.79.* Fichard *in addit.ad Villalob.litter. V.num 8. versic. vasallo mortuo* Horat.Mandos.*in addit. ad Roman. cons.22.* & alij, quos commemorat Antonius Gabrielius *lib.3. commun. conclusion. tit. de iure emphyteut. conclus.1.* nec non Alexander Trentacinquius *variar. resolut. lib.3. resolut. 5. de iur. emphyt. nu.1 & sequent.* Sed contrariam tuentur sententiam Franciscus Sarmientus *lib.3 selectar.interpretat.cap.7.nu 1.* And.Gaill. *lib.2 obseruat.148.n.2.* Fachineus *libr.1.controuers. iur. cap.100.* Hackelman *disput.illustr.11.th.16. lit. B.* aliique ab illis citati. Mouentur † autem hi Interpretes primo *Nouell.7.cap.3.§ neque illud, 3. vbi dicitur, pactum non valere,* quo cauetur; vt Ecclesia

(Margin: a 1; 2)

Ecclesia teneatur, finita generatione, proximioribus vltimi emphyteutæ consanguineis renouare emphyteusin. Si enim Ecclesia id facere teneretur: nulla esset ratio, cur pactum non valeret, argum. *l. non impossibile*, 50. *ff. de pactis*. Deinde explo-
3 rati iuris est, quod nemo † compelli possit, vt certo alicui, & non alteri locet, vel vendat, *l. inuitos*, 11. *C. de locato. l. inuitum*, 11. *& l. dudum*, 14. *C. de contrah. empt.* Præterea res in emphyteusin concessa vsque ad certam generationem, extincta ista generatione, ad dominum reuertitur. Ergo domino integrum
4 est, eam pro se retinere, vel, cui maluerit, concedere: cum † suæ quisque rei moderator sit, & arbiter, *l. in re mandata*, 21. *C. mandati*, & nemini iniuriam faciat, qui iure suo vtitur, *l. iniuriarum*, 13. §. 1. *ff. de iniur. l. nullus*, 55. *ff. de reg. iur.*
5 Huic † sententiæ nihil negocij facessit, *l. 1. §. permittitur*, 41. *cum seqq. ff. de aqua quotid. & æstiu.* vbi respondetur, quod quando aquæ ductus concessus est non prædiis, sed personis; non transeat ad hæredem vel emptorem: si tamen eis petentibus non concedatur, iniuria fit. Nam agit ibi Iurisconsultus de seruitute aquæ ducendæ, & ostendit, quod is illam indubitate impetrare queat, ad quem fundus peruenit, si eius domino priori seruitus debeatur. Longe vero alia est ratio rei in emphyteusin datæ, quæ maioris est momenti: nec proximior agnatus docere potest, eam sibi deberi ideo, quod aliarum rerum dominium ad se transierit.
6 Nihil † quoque aduersatur *l. 1. ff. de priuileg. creditor.* (in Gothofredi corpore est *l. cum bona*, 16. *ff. de reb. auctorit. iud. possidend. & l. Imperator*, 60. *ff. de pact.*) vbi in emptione bonorum debitoris cognati anteferuntur extraneis emptoribus. Vnde dicendum videtur, quod & in emphyteusi cognati extraneis sint præponendi: siquidem emphyteusis magnam similitudinem cum emptione, & venditione habeat, § *adeo autem*, 3. *Instit. de locat. & conduct.* Non, inquam, leges istæ aduersantur. Loquuntur enim in speciali casu: quando scilicet bona debitoris obæratí auctore iudice possidentur, & venduntur. Tum sane cognati, & creditores in venditione bonorum extraneis præferuntur: modo eandem conditionem, quam extranei, præstent. Quod cum præsenti quæstione nihil commune habet.
7 Nihil † item obstat *l. iubemus*, 1. §. *& filios aduocatorum*, 5. *C. de aduocatis diuersor. iudicum* vbi dicitur, quod si officium aduocatorum, per eorum mortem fuerit finitum, ipsorum liberi, & propinqui ad idem officium accedere cupientes, extraneis sint anteponendi. Etenim loquitur de officiis publicis, in quibus distribuendis vtique præ ceteris habenda est ratio filiorum, quorum parentes in eodem genere officij de Republ. optime sunt meriti: quia filij sperantur similes futuri suis parentibus, si deprehendantur ad illud officium idonei. Ast in proposita quæstione disputatur de iure priuato, quod cuiusuis domini arbitrio ac potestati subiectum est, *d. l. in re mandata*, 21. *C. mandati*.
8 Nihil † denique obest *l. congrui*, 4. *C. de locat. prædior. ciuil. vel fiscal.* &c. vbi veteres conductores præferuntur nouis conductoribus, si modo augmentum pretij, ab altero nouo conductore oblatum, ipsi præstare parati sint. Quandoquidem illic primi conductores; non vero consanguinei eorum, extraneis siue nouis conductoribus præferuntur: & sic beneficium illud speciali fauore personæ veteris alicuius conductoris indultum, ad eius consanguineos porrigi non debet, *l. in omnibus causis*, 68. *ff. de regul. iur.* Deinde iste textus non de omnibus, sed publicarum seu fiscalium duntaxat rerum conductoribus loquitur: à quibus ad aliarum rerum conductores argumentari non licet: quoniam illis hoc ius, vt præferantur extraneis conductoribus, singulari concessum est ratione, quæ in priuatis conductoribus locum non habet. Ratio autem huius concessionis hæc est: quia conductores rerum fiscalium, deficientibus aliis conductoribus post finitam conductionem: de nouo conducere compelluntur, si lucrum aliquod ex priori conductione fecerint, *l. cotem*, 11. §. *vlt. ff. de publicanis, & vectigalib.* Quocirca æquissimum visum est: pro hoc, quod sustinere coguntur, onere, & incommodo, ipsis alio modo succurri, quod nimirum finita conductione aliis conducere volentibus præponantur, arg. *l. secundum naturam*, 10. *ff. de reg. iur.* Reliqua, quæ decisioni nostræ obijci solent, vtpote leuiora, ex hactenus dictis facile dilui poterunt. *Harprec.*

QVÆSTIO XLIV.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Finita emphyteusi, nunquid possit dominus propria auctoritate ingredi possessionem rei emphyteuticæ.*

Ex Additionibus.

1 *An dominus propria auctoritate possit ingredi possessionem rei emphyteuticæ, remissiue.*

QVæro, finita emphyteusi, nunquid *a* possit dominus directi ingredi propria auctoritate possessionem rei emphyteuticæ? Respond. Gozad. *consil.* 59. *nu.* 25. *& consil.* 86. *nu.* 11. simpliciter dicit communem opinionem esse, quod potest ingredi propria auctoritate, & emphyteutam expellere. Tu autem vide, quæ dixi supra *quæst.* 11. *& quæst.* 25. 1

ADDITIONES.

Nunquid possit dominus directi ingredi propria auctoritate, &c.] Vtrum † dominus propria auctoritate possit ingredi possessionem rei emphyteuticæ, & emphyteutam expellere, discendum est ex iis, quæ annotata sunt supra *ad quæst.* 11. *a* 1
Harprec.

QVÆSTIO XLV.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Finita emphyteusi, an melioramenta remaneant emphyteuta.*
2 *Et an transeant ad ipsius emphyteutæ hæredes etiam extraneos*
3 *Et quid de ædificiis per emphyteutam constructis in solo emphyteutico.*

Ex Additionibus.

1 *Vtrum emphyteuta; si citra eius culpam emphyteusis sit finita, meliorationes in re emphyteutica factas repetere queat.*
2 *Quam ob causam contractus emphyteuticus instituatur.*
3 *Damnum, per rei deteriorationem contingens, cui imputetur.*
4 *Intellectus* l. domos. 98. ff. de leg. 1.
5 *Sensus* c. 1. §. si vasallus. tit. 28. lib. 1. feudor.
6 *Opinio vltima in dubio tenenda.*
7 *Nemo debet locupletari cum alterius detrimento.*
8 *Consentienti, & volenti non fit iniuria.*

QVæro, finita emphyteusi cuius sint melioramenta facta *a* per emphyteutam in ipsa re emphyteutica? Respon. siquidem emphyteuta propter culpam suam cadit ab emphyteusi, puta, quia non soluit canonem, vel male versatus est in re emphyteutica, vel illam irrequisito domino alienauit, tunc omne ius suum acquiritur domino directi, & sic etiam melioramenta illi applicantur. Si vero *b* emphyteusis finitur sine culpa emphyteutæ, puta, propter cursum temporis, vel generationem finitam, tunc emphyteuta non perdit melioramenta. Ita dicit Bald *in l. Senatus. §. Marcellus. ff. de leg.* 1. & est communis opin. vt attestatur Dec. *cons.* 518. *nu.* 1. *& seq. & in Authent. qui rem num.* 4. *C. de sacros. Eccles.* & dicit Bald. *in l fin. § fi. post nu* 6. *C. commun. de legat.* quod ita seruatur de consuetudine, quem refert, & sequitur Cuman. *consil.* 57. *post num.* 5. & hæc locum habent tam in emphyteuta Ecclesiæ, quam in emphyteuta priuati. Et ita seruari etiam in emphyteuta Ecclesiæ *c* attestatur Bald. *in d. §. Marcellus* quem refert, & sequitur Aret. *ibi, col.* 2. *vers. Ex his, quæ supra diximus.* 1 *a* *b* *c*

Adde, quod huiusmodi melioramenta non solum debentur ipsi emphyteutæ, si viuit, sed etiam eius filiis, & descendentibus, tam masculis, quam feminis quinimo etiam hæredibus extraneis. Et hanc conclusionem dicit esse ab omnibus communiter receptam Berous 9.16. per totum præsertim circa finem. Cum enim illa sint propria ipsius emphyteutæ, nulla est 2

ratio, quare in omnes hæredes ab ipso transmitti non debeant.

3 Sed quid de ædificiis, si quæ forte emphyteuta construxit in solo emphyteutico? Respond. quod, & illa reseruantur ipsi emphyteutæ, vel eius hæredibus, & seruat consuetudo, vt attestatur Bald. *in l. 2. num 2. in fi. C. de rei vend.* quem refert Iason. *in d. l. 1. post num 47. vers. Sed pulchrum. C. de iur. emphyt.* & Dec. *in d. conf. 518. post nu. 2.* Quomodo autem hoc casu fieri debeat s. an dominus teneatur pati, quod ædificium tollatur, vel soluere eius æstimationem, & quomodo debeat fieri *d* æstimatio, vide, quæ dixi infra *hoc eod. lib § feudum. qu. 87. in princip.*

ADDITIONES.

a MEliorament*a*.] Hic scias, quod melioramenta facta per emphyteutam in re emphyteutica non compensantur cum deterioratione ad euitandam caducitatem. Commune dixi *in collect mea commun. opin. in verb. Melioramenta, num. 1.* Quorum quidem melioramentorum æstimatio facienda est secundum tempus restitutionis, non autem secundum tempus, in quo facta fuere melioramenta. Commune dixi vbi supra *num. 5.* & melioramentorum materiam remissiue dixi in verbo *sequ. nu* 2. Giach.

1 b *Si vero emphyteusis finitur sine culpa, &c.*] Haud † expeditum est; an emphyteuta, si absque eius culpa emphyteusis finita fuerit (puta si res emphyteutica concedatur vsque ad certum tempus, certamve generationem, & illud tempus elapsum sit, ac generatio extincta) meliorationes in re emphyteutica factas repetere possit? Et quamuis huiusmodi meliorationes non solum ipsi emphyteutæ si viuat; sed etiam eius filiis, & descendentibus, tam masculis, quam feminis deberi, communiter recepta sit conclusio; vt post alios, Clarus noster hic testatur, item Borcholt. *in Commentar. de feud cap. 3. nu. 31.* & Trentacinquius *var. resolut. lib. 3. resolut. 9. de iur. emphyteut. num. 2.* allegans Vincentium de Franchis *in decis. 191.* attamen verior videtur sententia eorum, qui eiuscemodi impensas, & melioramenta, quibus res emphyteutica melior est
2 effecta, ad dominum pertinere contendunt. Pro † qua assertione facit, quod contractus emphyteuticus ea de causa maxime instituitur, vt res melior efficiatur: quemadmodum ex ipsius verbi etymologia, seu significatione clarescit, de qua dictum est supra ad *q. 1. nu. 1.* Atque ideo Ecclesia prædia ruinosa ad meliorandum in emphyteusin concedere consueuit, vt *in auth. si quas ruinas, C. de SS. Eccles.* Quare si hanc ob causam contractus emphyteuticus celebrari solet: vtique dominus expensas meliorationum soluere non tenetur. Ob id enim dat prædium in emphyteusin, vt ab hoc sumptu liberetur: quod non fieret, si impensam soluere cogeretur. Confirmatur quoque hæc sententia *ex l. 1. C. de iure emphyteut. & § adeo au-*
3 *tem, 3. Instit. de locat. & conduct.* vbi † damnum, quod per rei deteriorationem contingit, ipsi emphyteutæ, non vero domino imputatur. Ex qua apparet: Emphyteutam non posse repetere à domino expensas, in reficiendo factas. Quia si repetitio emphyteutæ daretur, non eius damnum, sed domini esset. Sed & eadem doctrina ab æquitate non est aliena: quia cum emphyteusis plerunque pro exigua mercede concedi soleat: hinc in compensationem fructuum meliorationes domino ex natura contractus cedunt, finita emphyteusi, etiam sine culpa emphyteutæ. Nam si ex culpa amittatur emphyteusis, veluti ob non solutum canonem, vel ob alienationem illicite factam, aliamve ob causam: tunc dominum meliorationes lucrari, extra controuersiam est, *l. 2. C. de iur. emphyteut. Nouell. 7. c. 3. § scire autem, &c.*

4 Non † infringit hanc decisionem *l. domo 56 ff. de legat.* primo, vbi si quis faciat impensas in re subiecta restitutioni post tempus, poterit eas impensas repetere ab eo, cui rem restituit. Idem ergo in materia nostra dicendum videtur: cum res emphyteutica post certum tempus, vel certam generationem restitutioni subiecta sit: Quia breuiter respondetur: ibi non esse rem ad meliorandum datam, neque meliorationes venire, sicut ex natura contractus emphyteutici veniunt.

5 Nihil † item mouet textus *in cap. 1. § si vasallus, titul. hic finitur lex 28. lib. 2. feudor.* vbi secundum vnam lecturam, meliorationes pertinent ad vasallum, & non ad dominum. Nam res, quæ conceduntur in feudum, non ad meliorandum dantur, sed propter seruitia personalia, quæ sunt causa feudi. At causa contractus emphyteutici regulariter melioratio censetur, vt ex verbo ipso efflorescit. Imò ille ipse textus magis confirmat, quam euertit decisionem nostram: quia secundum opinionem vltimam, quæ in isto textu refertur, finito feudo meliorationes factæ omnino ad dominum feudi pertinent: quæ † opinio vltima in dubio tenenda est, per notata Accursij, & aliorum *in l. qui filium, 74. § 1 abiens. in verb. & alia, ff ad Senatusconsult. Trebellian & in l. ea lege, 3. C. de condict. ob causam.* 6

Similiter non obstat, quod † dominus videatur locupletari cum alterius, scilicet emphyteutæ, iactura, & detrimento, 7 contra regulam iuris, *l. nam hoc natur a. 14. ff. de condict. indeb. l. iure natura 206. ff de regul. iur.* Quoniam † vbi interuenit 8 consensus tacitus, vel expressus, vel conuentio, prædicta regula officium suum perdit: cum consentienti, & volenti iniuria non fiat, *l. 1. vsque adeo. ff de iniur. c scienti. 27. de regul iur. in 6.* Atque ita docent Francisc. Sarmientus *lib. 3. selectar. interpretat. c. 4.* & Fachineus *lib 1. controuers. iur. cap. 92.* qui ad alias quoque leges, quæ obesse videntur, respondent. Idem & nos fecimus *in d. § adeo, 3. n. 547. Inst. de locat. & conduct.* Harprec.

c *Emphyteuta Ecclesiæ.*] Et quod emphyteuta ecclesiasticus integraliter deducat melioramenta per ferruminationem facta, commune vide per Ioseph *in decis. Perusin. 24. num, 19. & in collect. mea commun. opin. verb. emphyteut. nu. 39.* Non potest tamen suas meliorationes alienare, nec earum partem, per Cæph. *cons 119. n 6.* Giach.

d *Æstimatio.*] Adde, quod æstimatio siue melioramentorum, siue ædificij fieri debet ex consuetudine iuxta valorem ædificij consistentis, non diruti, vt ait Bursat. *cons. 85. nu. 35.* & Rol. *cons. 28. lib. 1.* Guiot.

QVÆSTIO XLVI.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Qui teneatur ad collectas pro bonis emphyteuticis, an dominus directi, vel emphyteuta.*

Ex Additionibus.

1 *Vtrum emphyteuta ad tributa, & collectas teneatur.*
2 *Quid dicendum est de emphyteuta Ecclesiæ.*
3 *Ecclesia ex prædiis ecclesiasticis consuetas collectas præstare non cogitur.*

QVæro, quis teneatur ad collectas pro bonis emphyteuticis; an dominus directi, vel emphyteuta? 1
Respond. quod *a* emphyteuta teneatur ad collectas. a
Ita consuluit, dicens hanc esse communem opinio. Curt. sen. *cons. 36. præcipue in final. verb.* Sed hoc intellige, vt procedat, quando præstatur modica pensio. Sed si præstatur magna pensio, & sic correspondens fructibus, vel quasi, crederem, quod dominus directi pro sua portione debet sustinere onera, & emphyteuta pariter pro sua portione, habita ratione fructuum, qui ex ipsa re emphyteutica percipiuntur, & hoc maxima suadet æquitas, & ita seruat Senatus.

ADDITIONES.

QVod emphyteuta teneatur ad collectas.] Quod † emphyteu- a
ta non solum teneatur ad tributa mere realia, hoc est, 1
imposita rebus ipsis, per textum *in l. 2. ibi, publicarum functionum, C. de iur. emphyteut.* ibique Albericus de Rosat. Salicet. & Iason. *nu. 2.* Donell. *lib. 9. Comment. de iur. ciu c. 14. pagin 452. nu. 30.* & docui paulo fusius *ad § adeo, 3. nu. 370. & seq. Instit. de locat. & conduct.* sed etiam ad imposita personis pro rebus, quemadmodum sunt collectæ, post Clarum hic nostrum, & plures alios à se laudatos, diserte scribit Aluarus Valascus *in tract. de iure emphyt. q 17. nu. 8. & seqq.* vbi id explicatius persequitur. Idem etiam tradidit Stephanus Gratianus *disceptation forens c. 294. nu 30.* vbi ait, vsufructuarium, & emphyteutam teneri pro tributis, & collectis tam futuris, quam præteritis non solutis: ita tamen, vt habeat recursum contra antecessorem, seu eius hæredem, quoad collectas præteritas, per eum non solutas. Eadem de re consulantur And. Gail. *lib singul. de pignorationib obseruat. 15. nu 11. cum seqq.* Regner Sixtin. *in tract de regal. lib. c. 14 nu. 84.* Rutger. Ruland *in tract de Commissar. & commissionib. part. 4. lib. 2. c 6. num 62.* & nouissime Dn. Collega Bocer. *in tractat de iur collectar. c. 10. nu. 1. & seqq.* vbi hanc sententiam non solum certis quibusdam rationibus confirmat: verum etiam dissentientium argumenta diligenter refutat.

Con-

2 Controuertitur autem non parum: sitne idem statuendum de Ecclesiæ emphyteuta, quod & ille ex fundo emphyteutico collectas seculari, siue temporali domino soluere teneatur? Affirmant quidem Andreas de Isernia *ad tit. 56. quæ sint regalia. in verb. plaustrorum, lib. 2. feudor.* Lucas de Penna *in l. vn. nu. 7. C. de imponend. lucrat. descript.* Alexand. *consil. 101. volum. 1.* Natta *consil. 114. nu. 18* Valasc. *d. quæst. 17 nu. 11.* aliique pereum adducti: Negant vero Bartol. *in l. priuata, 10 C de excusat. mun. lib. 10.* Iason *in l. 1. nu. 31. C. de iur. emphyteut.* Bossius *in titul. de Principe. & priuileg. eius num 128* Marcus Antonius Eugenius *consil. 96. num 22. lib. 1.* eosque referens Andreas Fachineus *lib. 1. controuersiur. cap. 91.* Quas opiniones contrarias distinctionis fœdere in concordiam reduci posse autumat D. Bocerus *d. tract. de iure collectar. c. 10. nu 6.* Affirmantium procedere iudicat in contributionibus siue collectis, quæ ad tempus ex improuiso, præter morem, ex summa necessitate publica indicuntur: vt sunt collectæ Turcicæ. Hæ enim præstandæ quoque sunt ex possessionibus ecclesiasticis. *l. neminem 11. C. de sacrosanct. Eccles. & l. vnic. C. vt nemini liceat in empt. specier. se excus.*
3 Negantium † opinioni locum esse arbitratur in ceteris contributionibus Siquidem cum ipsa Ecclesia ex prædiis ecclesiasticis consuetas collectas præstare non cogatur, *l. 1. l. 2. l. placet 17. & authen item nulla communitas, C de episcop. & cleric. c. non minus & c. aduersus. extr. de immun Ecclesiar.* Ruland. *d. tract. de commiss part. 4. c. 6 nu. 31.* nec eos præstare cogendus est emphyteuta Ecclesiæ. Id quod latius explicat Bocerus *d. c. 10. nu. 17.* Harpr.

QVÆSTIO XLVII.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Qua actio competat pro emphyteusi.*

Ex Additionibus.

1 *Quænam actio nascatur ex contractu emphyteuseos.*
2 *Contractus emphyteuticus sua propria natura obligationem, & actionem parit.*
3 *Actio, ex pignoris contractu descendens, pignoratitia dicitur.*
4 *Et ex deposito sequestrario, depositi sequestraria actio vocatur.*
5 *Actio præscriptis verbis vnde oriatur.*
6 *Contractus innominatus ex rei traditione, vel facto initium capit.*
7 *Condictioni ex lege quando sit locus.*

1 a QVæro, quæ actio a competat pro emphyteusi? Respond. quod competit condictio ex lege. Et hæc est communis opin. vt attestatur Bartol. *in leg. vnica num. 7. ff. de cond ex lege* licet teneat contrarium Iason. *in l. iurisgentium § quinimo. nu. 17. de pactis. & in l. 1. nu 68. C. de iure emphyteut. & in l. vnica, nu. 8. ff. de condict. ex lege.* Iacob de Nigris, *in l. 1. post nu. 48. vers. Alia autem ff. de legat. 1.* Non enim erat potens contractus emphyteuticus per se ad producendum obligationem, nisi vires accepisset à lege Zenonis quæ est *l. 1. C. de iure emphyt.* merito ex ipsa lege, non autem ex ipso contractu datur actio.

ADDITIONES.

a QVa actio competat pro emphyteusi] Quod † condictio ex lege competat ex contractu emphyteut. præter Iason.
1 & Iacobum de Nigris hic à Claro relatos, & approbatos: tenent Sichardus *in l. 1. in fin. C. de iur. emphyteut.* Ferrarius *in tractat. de iur. emphyteut. circa princip.* Donell *lib. 4. Comment. de iur. ciu. cap 14.* Valasc. *in tractat. de iur. emphyteut. quæst 6. num 8* Treutler. *disput. 29. th. vltim. littera G. vol. 1* & Hedeman. *disput 17. propesit 48.* Sed alij existimant, actionem præscriptis verbis ex emphyteusi nasci, Accurs. *in d. l. 1. verb. custodiri, C. de iur. emphyt.* ibique Petrus de Bella Perrica, & Cynus *quæst. 5.* & Alberic. de Rosat. *num. 8.* itemque Ioan. Andr. ad Speculat. *in tit. de emphyteusi quæst. 171. num. 197. in fine.* Ego vero propriam inde, & peculiarem actionem, videlicet emphyteuticariam, proficisci, iuri magis consonum esse concludo, argum. *l. si finita, 15. §. si de vectigalibus, 26. ibi, vectigali actione, ff. de damn. infect. & l. si, cum venditor. 66. in princ. ibi, actione, qua de fundo vecti ali, &c. ff. de euictionibus.* Huiusque conclusionis ratio est perspicua: quia † hic contra- 2
ctus emphyteuticus sua propria natura absque vlla noua lege obligationem, & actionem producit. Ideoque ex eo nulla alia actio oriri potest, quam emphyteutica, siue emphyteuticaria. Actiones enim, quæ ex nominatorum contractuum vi naturali, & propria proueniunt etiam appellationem ab ipsorum contractuum nomine sortiuntur. Sic actio, quæ ex pi- 3
gnoris contractu nascitur, pignoratitia appellitatur, *§. vlt. Institut. quib. mod. re contrahit. obligat. & tot. tit. ff & C. de pignorat. act.* Sic † ex deposito sequestratio quæ oritur actio, 4
depositi sequestraria actio dicitur, *l. si in Asia, 11. §. cum sequestre. 1. ff. depositi,* & fusius ostendi *in §. præterea 3. Instit. quib. mod. re contrahit. obligat. num 165. & seqq.* Quare sententia eorum, qui præscriptis verbis actionem ex hoc contractu concedi affirmant, plane erronea est. Hæc † quippe præ- 5
scriptis verbis actio ex contractibus innominatis, qui nimirum certum, & speciale nomen non habent, descendit, *l. 1. 2. & 3. ff. de præscriptis verbis,* &c. Innominatus † autem con- 6
tractus ex rei traditione, vel facto in itium capit, & perficitur, *l. 1. §. item emptio, ff de rer permutat & l. naturalis, 5. in princip. & §§. seqq. ff. de præscript verb. &c.* cum tamen contractus emphyteuticus ad sui perfectionem, neque factum desideret: id quod, vel ex eo colligitur, quod olim vel pro emptione, & venditione, vel pro locatione & conductione haberetur, *§. adeo autem, 3. Instit. de locat & conduct. & lib 1. C. de iur. emphyt.* quos contractus solo consensu perfici tradatur, *initio tit. Instit. de obligationibus ex consensu l. 2. in princip. ff. de obligationibus & actionibus* Quin, & Clarus noster, & alij, qui condictionem ex lege hic competere autumant, æque hallucinantur Etenim † condictioni ex lege toties est 7
locus, quoties noua aliqua lege obligatio intro ducta est, nec tamen cautum eadem lege; quo genere actionis experiamur, *l. vnic ff ae condict ex leg.* Atqui obligatio huius contractus non est introducta Imperatoris Zenonis noua lege: siquidem & ante eius constitutionem hic contractus sua natura fuerit efficax ad producendam obligationem, & consequenter actionem, vt patescit *ex d. § adeo autem, 3 Institut. de loc. & cond. & tot. tit. ff. si ager vectigal. &c.* Recte ergo concluditur, ex contractu proficisci peculiarem, seu propriam actionem, quæ à veteribus Iureconsultis interdum actio vectigalis, interdum de fundo vectigali dicitur *d. l si finita, 15 §. si de vectigalib. 26. ff de dam. infect & d. l si cum venditor. 66. in princ. ff. de euictionib.* Quam sententiam tuentur Mynsinger. *ad d § adeo, 4. Inst. de locat. & conduct. nu. 6.* D. Bocer. *class. 2. disp. 14. th. 39. edit. 2.* Hænon. *disp. 16. controuers. 19. sub lit. A.* Harprec.

QVÆSTIO XLVIII.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Iura loquentia de emphyteusi, an habeant locum etiam in emphyteusi ecclesiastica.*

Ex Additionibus.

1 *In statuto, de bonis loquente, continentur etiam bona emphyteutica ecclesiastica.*

QVæro, nunquid iura ciuilia loquentia de emphyteusi habeant locum etiam in emphyteusi ecclesiastica? Respond quod non: & est communis opin. vt dicit Gratus *consil. 110 num 56. lib. 1.* Leges enim laicorum non possunt ligare personas, neque res ecclesiasticas. Bene verum est, quod statuta a laicorum disponentia super bonis emphyteuticis, habent locum etiam in bonis emphyteuticis ecclesiasticis, quoad præiudicium laicorum ea bona habentium in emphyteusin, & quoad laicos tantum. Et hæc est communis opin. vt ait Brun. *de statuto excludente femin. in 8. art. princ. q 22.* quem refert Paris. *consil. 1. num. 146. lib. 2. & consil. 21. num. 61. eod. vol.* Idem dicit Rochus de Curt. *in rep c. fi. col. 81. de consuet.* Nam & personæ, & bona, respectu vtilis dominij, sunt laicis subiectæ; ideoque eorum legibus, & statutis ligantur. 1 a

ADDITIONES.

a 1 *STatuta laicorum disponentia.*] Quod † in statuto, de bonis loquente, comprehendantur etiam bona emphyteutica ecclesiastica, licet statutum sit laicorum quoad ipsos laicos, post Clarum nostrum, & per eum citatos tradit Aluarus Valascus *in tract. de iure emphyt. q.1. n.22.* Harprec.

QVÆSTIO XLIX.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Bona emphyteutica an possint proprie dici allodialia.*

Ex Additionibus.

1 *Allodium & feudum contraria sunt verba.*

2 *Allodium quod vulgo dicatur.*

1 QVæro, nunquid bona emphyteutica possint proprie dici allodialia? Respond. quod non. Et est communis conclusio, vt dicit Curt. iun. *consi.* 111. *num.* 1.
a Nam allodium a proprie est, quod à nemine præterquam à Deo recognoscitur. Bona autem emphyteutica non sunt libera cum respectu solutionis canonis, tum etiam quia non potest emphyteuta de eis libere disponere, merito non possunt dici allodialia.

ADDITIONES.

a 1 2 *ALlodium proprie est.*] Allodium † & feudum contraria verba sunt, à Gothis deriuata, quibus Ortensius *in libris de feudis* frequenter vtitur. Allodium † enim vulgo appellitant, quod ab omni clientela liberum, ac solutum est, vel cuius causa possessor nemini fidem atque obsequium debet: & quod ita alicuius proprium est, vt à nemine alio, nisi à Deo recognoscatur: vt, post Clarum hic nostrum, annotauit *in lexic. iuridic. lit. A. verb. allodium.* Harprec.

QVÆSTIO L.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Argumentum de feudo ad emphyteusin, & è contra, an valeat.*

Ex Additionibus.

1 *Argumentum à feudo ad emphyteusin, & contra, probabile, & frequentissimum.*

2 *Quatenus de feudo ad emphyteusin, & vice versa, argumentari liceat, remissiue.*

QVæro, nunquid a valeat argumentum de feudo a ad emphyteusin, & econtra? Dixi infra *hoc eod. lib. § feudum. quæst.* 3. *vers.* Et hæc quidem. 1

ADDITIONES.

NVnquid valeat argumentum de feudo ad Emphyteusin.] a Argumentum de feudo ad emphyteusin, quod valeat: Socin. *consil.* 167. *colum. penult.* Corn. *consil* 67. & 131. *in* 2. Decius qui adducit alios concord *in consil.* 435. *num.* 8. Ruin. *cons.* 109. *lib.* 3. Roland. *in cons.* 17. *n.* 8. *lib.* 2. Giach.

Nunquid valeat argumentum.] De hoc argumento vide late per Euerard. *in suis locu arg. legalibus, in loco à feudo ad emphyteus. & in loco de emphyteusi ad feud.* Gouean.

Nunquid valeat argumentum de feudo ad emphyteusin.] Quid argumentum † à feudo ad emphyteusin, & econtra, ab 1 emphyteusi ad feudum probabile sit, vtilissimum, & frequentissimum, docet Nicolaus Euerhardus à Midelburg. *in Topicis legalibus in loc. à feudo ad emphyteusin. item in loc. ab emphyteusi ad feudum*, eumque referens D. Boeer. *in tract. de qualit. & different. feudor. cap.* 1. *nu.* 15. Quando † vero de feudo ad em- 2 phyteusin, & econtra, liceat argumentari, post plures alios, quos laudant, tradunt Aluarus Valasc. *in tractat. de iur. emphyt. quæst.* 39. *nu.* 19. & Henricus à Rosenthal. *in tractat. totius iuris feudal. cap.* 1. *conclus.* 10. *n.* 5. *& sequent.* Harprec.

IVLIJ CLARI ALEXANDRINI
I.C. LONGE CLARISSIMI, ET PHILIPPI II. HISPANIARVM REGIS SVPREMI CONSILIARII, ac Regentis dignissimi

Ex Libro Quarto Sententiarum Receptarum.

§. FEVDVM.

CAPITA QVÆSTIONVM.

Ius feudorum à quo tempore originem habuerit, Q.1.
Ius feudorum hodie an sit ius scriptum, vel consuetudo. q.2.
Liber feudorum an sit authenticus, q.3.
Quid sit feudum, q.4.
Vnde dicatur feudum, q.5.
An feudum sit contractus nominatus, q.6.
Quotuplex sit feudum, q.7.
Feudum antiquum, & feudum nouum quid differant, q.8.
Feudum hæreditarium, & feudum ex pacto, & prouidentia quid differant, q.9.
Feuda regalia quæ sint, q.10.
Quid dicatur feudum ligium, q.11.
Feudum francum, quod dicatur, q.12.
Prelatus an possit in feudum concedere bona Ecclesiæ q.13.
Dominus an possit inuestire aliquem de feudo nondum aperto, q.14.
Feudum rectum an possit constitui sine inuestitura, q.15.
Feuda an possint emi, q.16.
Concessio castri per verbum, Donamus, an sit donatio, vel feudalis concessio, q.17.
Bona in dubio an præsumantur feudalia q.18.
Titulus vasalli quanto tempore præscribatur, q.19.
Pacta insolita allegans apposita esse in inuestitura an illud probare teneatur, q.20.
Vasallus an teneatur adiuuare dominum, q.21.
Vasallus an possit eundo in auxilium domini liberare se à solutione dimidii reditus. q.22.
Vasallus an teneatur alere dominum egenum, q.23.
Vasallus an teneatur dominum carceratum liberare, q.24.
Vasallus an possit vocare dominum in ius sine venia, q.25.
Dominus an teneatur tradere vasallo possessionem feudi, q.26.
Dominus an teneatur defendere vasallum, q.27.
Dominus an possit vasallos inuitos alienare, q.28.
Dominus an possit vasallis collectas imponere, q.29.
Dominus an possit cogere subditos suos ad molendum in suis molendinis, q.30.
Vasallus an possit feudum alienare sine consensu domini, q.31.
Vasallus an possit subinfeudare de feudo, q.32.
Vasallus an possit feudum alteri locare, q.33.
Vasallus an possit renunciare feudum in manibus domini, q.34.
Vasallus an possit rem feudalem alteri pignorare, q.35.
Vasallus an possit feudum dare in dotem, q.36.
Vasallus an possit super re feudali constituere seruitutem, q.37.
Vasallus an possit de feudo transigere, q.38.
Vasallus an possit de feudo facere compromissum, q.39.
Vasallus an possit de feudo testari, q.40.
Vasallus an possit alienare feudum in præiudicium, q.41.
Filius, vel agnatus quando possint alienationem feudi reuocare, q.42.
Filius an teneatur creditoribus paternis de feudo satisfacere, q.43.
Feudum an possit diuidi, q.44.
Feudum an possit præscribi, q.45.
Feudum an imputetur in legitimam, q.46.
Vasallus an possit incidere arbores fructiferas in fundo feudali, q.47.
Vasallus committens stuprum cum vxore domini an amittat feudum, q.48.
Vasallus non petens à domino inuestituram an cadat à feudo, q.49.
Vasallus alienans feudum sine consensu domini an priuetur feudo, q.50.
Vasallus cessans per triennium à solutione pensionis an cadat à feudo, q.51.
Vasallus non alens dominum an possit priuari feudo, q.52.
Vasallus delinquens contra vnum ex pluribus dominis an sit toto feudo priuandus, q.53.
Vasallus an possit feudo priuari propter amicitiam contractam cum inimicis domini, q.54.
Vasallus relinquens dominum in prælio an amittat feudum, q.55.
Vasallus, si deteriorauerit rem feudalem, an cadat à

feudo, quæst.56.
Vasallus sciens imminere periculum domino, si eum non certiorauerit, an cadat à feudo, q.57.
Vasallus occidens seipsum an priuetur feudo, q.58.
Vasallus an possit feudo priuari sine causa, q.59.
Quot testes requirantur ad probandam ingratitudinem vasalli, q.60.
Vasallus, qui per vim, aut metum aliquid fecit contra dominum, an excusetur ab amissione feudi, q.61.
Vasallus an regulariter cadat à feudo ipso iure, an autem sit priuandus per sententiam, q.62.
Dominus recipiens seruitia à vasallo an censeatur illi remisisse ingratitudinem, q.63.
Ius priuandi vasallum feudo an transeat ad heredes domini, q.64.
Et an contra heredes vasalli, q.65.
Feudum, priuato vasallo, an aperiatur domino, vel agnatis, q.66.
Ingratitudo Prælati an noceat Ecclesiæ, q.67.
Dominus, qui non facit iustitiam vasallo, an priuetur proprietate feudi, q.68.
Dominus negans inuestire vasallum an cadat à proprietate feudi, q.69.
Dominus an teneatur iurare fidelitatem vasallo, q.70.
Dominus alienans vasallos inuitos an priuetur proprietate feudi, q.71.
Proprietas feudi, quando dominus illa priuatur, cui applicetur, q.72.
Femina an succedat in feudo, q.73.
Filius exhæredatus an succedat in feudo, q.74.
Filij fratrum an in feudis succedant in stirpes, vel in capita, q.75.
Filius, vel agnatus an possint repudiare hæreditatem, & retinere feudum, q.76.
In successione feudorũ an habeat locũ ius accrescendi, q.77.
Clericus an succedat in feudo, q.78.
Collaterales an succedant in feudo, q.79.
Femina semel admissa ad feudum, an postea, superueniente masculo, excludatur, q.80.
An in feudis dignitatum requiratur noua concessio, q.81.
Legitimatus an succedat in feudo, q.82.
Extranei heredes an succedant in feudo, q.83.
Feudum an veniat in confiscatione bonorum, q.84.
Feudum an veniat in restitutione fideicommissi, q.85.
Filius institutus in re certa, an in feudo succedat æqualiter cum aliis, q 86.
Finito feudo, an proximiores sint inuestiendi, q.87.
Finito feudo, cui remanere debeant melioramenta, q.88.
Quæ actio competat pro feudo, q.89.
Quis sit iudex competens in causis feudalibus, q.90.
Tempora appellationum statuta à iure communi an currant etiam in causis feudalibus, q 91.

HÆc materia Feudorum est valde vtilis, & quotidiana, super qua nonnulli iuris Interpretes integra Commentariorum volumina scripserunt.

QVÆSTIO I.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Feuda à quo tempore originem habuerint.*

Ex Additionibus.

1 *Varia recensetur feudorum origo.*
2 *Opinio Ioannis Nellij, &c.*
3 *Opinio Budæi, &c.*
4 *Opinio Taurelli, &c.*
5 *Opinio Haleandri, &c.*
6 *Opinio Viglij Zuichemi.*
7 *Opinio Francisci Connani.*
8 *Opinio Iacobi Cuiacij, &c.*
9 *Opinio Lucæ de Penna.*
10 *Opinio Ioannis Ferrarij Montani, &c.*
11 *Opinio communis approbatur, & defenditur.*

1 a PRo intelligentia terminorum in primis quæro, à quo *a* tempore ius feudorum originem habuerit, an scilicet fuerit etiam tempore Romanorum, an autem processerit ex consuetudinibus, de quibus in libro Feudorum? Resp. Zasius *de feud. in 1. parte, in principio*, dicit, quod trahit originem ab ipsis consuetudinibus, licet communiter Doctores contrarium senserint. Et hæc opinio Zasij vera est, quam etiam tenuit Andr. de Ifern. *in proœm. feud. quæst.* 4. Fallitur tamen ipse Zasius, dum dicit communiter Doctores contrarium sensisse, quia imò communiter omnes Doctores idem sentiunt, vt enumerando auctoritates demonstrat Molin. *in consuetud. Paris. tit. 1. in principio, n. 1. & sequenti*, subdens, quod hæc opin. nedum est crebrior, sed vnica, & concors omnium Doctorum. Hanc etiam opin. quod vasallus non esset de iure Romano ante vsus feudorum, dicit esse communem Aluarott. *in prælud. feud. in 7. quæst. & in cap. 1. in principio, nu. 3. de conten. inter domin. & vasall.* Et hæc conclusio, iudicio meo modicam habet difficultatem.

A *Quo tempore.*] Vide ad hanc quæst. Gulielm. Bened. *in repet. cap. Raynutius, in verb. & vxorem nomine Adelasiam, in 3. decis. n. 3. & sequ.* Gouean. a

A quo tempore ius feudorum originem habuerit.] Origo † feudorum vnde promanauerit, vehementer, & varie controuertitur. 1 Quidam † enim opinantur, quod vna cum genere 2 humano, & sic ab exordio pene mundi prima feudorum origo extiterit Ita namque ad primæ monarchiæ tempora referunt feudorum initia Ioannes Niell. *disp. 1 feud. thes. 1.* Ioannes Henricus Linck. *in tract. feud. par. 1. nu. 6.* & Ioannes Gœdd. *in dispu. feud. 1. th. 1.*

Nonnulli, † feudorum originem deducunt à clientelis Ro- 3 manorum, à Romulo sub initium vrbis conditæ introductis. Budæus *in l. Herennius 63. ff. de euictionib.* Ioannes Pyrrh. *ad consuet. Burdegal. lib. 2. tit. 8. de feud. in princ.* & Haneton. *de feud. lib. 1. cap. 2.*

Alij † feudorum originem reponunt ad agros limittophos, 4 seu limitaneos, quos in limitibus Imperij sitos Romani Principes solebant assignare militibus, vt inde sese sustentarent; Lælius Taurell. *lib. singul. de milit.* Sonsbeccius *in commentar. ad vsus feudorum parte 1. n 34.*

Non † desunt, qui feudorum principia dedicant à militiis, 5 quæ olim dicebantur officia illorum, qui in Schola inter statutos relati erant, indeque salaria à Principe relinquebantur. Haloander *in Nouel 53. & 97.* Curtius Iunior. *de feud. par. 2. disput. 3. circa medium* Viglius † vero Zuichemus *in rubric.* 6 *tit. Instit. de milit. testament. nu. 22.* arbitratur, feuda suum ortum ab armatis militiis trahere. At Franciscus Connanus *lib. 2. Commentar. iuris ciuil. cap. 9. nu. 6.* existimat, feudorum † 7 morem à Gallis venisse ad Germanos, Italos, Hispanos, & alios Europæ populos.

Alij † feudorum originem adscribunt colonis adscriptitiis, 8 seu hominibus, quorum fit mentio *in l. 2. §. 1. C. de Episcop. & cleric. l. senatorum 4. C. de dignitatibus, l. 1. C. de commerciis, & mercatoribus, & alibi*, Iacobus Cuiacius *in princ. Commentar. in vsus feudal. & lib. 8 obseruation. cap. 14.* huiusque perpetuus assecla Ioannes Borcholtus *in Commentar. in consuet. feudor. cap. 2. num. 12.* Lucas † de Penna *in l quicunque 7. in principio,* 9 *col. 2. C. de omni agro deserto, lib. 11.* autumat. feuda originem suam traxisse à prædiis stipendiariis, & tributariis: quæ qualia fuerint, docent Interpretes *ad §. per traditionem 40. Instit. de rer. diuis.*

Ceterum † Ioannes Ferrarius Montanus *lib. 1. de feud. cap. 1.* 10 & Hertmannus Vulteius *lib. 1. de feud. cap. 1. nu. 14.* originem feudorum repetunt à temporibus Caroli Magni; & sub eius Imperio primum vsurpari cepisse tradunt.

Denique † à consuetudine, & moribus Longobardorum 11 feuda principiũ accepisse, & dimanasse, vt receptius, teste hic Claro nostro, ita & probabilius est. Tum quia in consuetudinibus

nibus feudalibus passim Longobardorum, & legum Longobardicarum fit mentio, veluti *sub tit. 10. de content. inter domin. & fid. lib. 1. & tit. 1. de feudi cognit. lib. 2. & tit. 8. de inuestitura de real. facta, circa fin. lib. 2. item tit. 58. de notis feudor. §. 1. & seqq. lib. eod. feudor.*

Tum quia multa rerum feudalium vocabula Germanorum idiomati, vtpote gentis vicinæ, & in quorum regione multos annos Longobardi habitarunt, consonare videntur: vt morganatica, marchio, marchia, & alia eiusmodi fere innumerabilia; de quibus *sub titulo 14. de feudo marchib. libro 1. tit. 10. qui dicatur Dux, Marchio, &c. libro 2 titulo 29. de filiis natis ex matrimon. ad morganaticam contracto. eod. libro 2. feud. & alibi.* Atque hanc tenent, defenduntque accurate sententiam, post veteres, Franciscus Duaren *de feud. capite 3. H. disput. feud. cap. 1. & 2.* D. Obrecht *disput. feud. 1. cap. 2. th. 42. & seqq.* Dn. Collega Bocerus *class. 5. disput. 12. the. 5. edit. 2.* Fachineus *libro 7. controuers. iur. ca. 1. vers. postremam sententiam, &c.* Petrus Heigius *par. 1. quæst. 1. numer. 31.* Ioan. Rudingerus *variar. lect. iur. feud. libro 1. cap. 1. n. 14. cum seqq.* Paulus Berens *disput. feud. 1. th. 4.* aliique complures ab iis memorati. *Harpr.*

QVÆSTIO II.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Ius feudorum an hodie dicatur ius scriptum, vel consuetudo.*

Ex Additionibus.

1 *A quibus ius feudorum sit conscriptum.*
2 *Auctor iuris feudalis incertus est.*
3 *An consuetudines feudales hodie ad ius scriptum referendæ.*

1 QVæro, certum est, quod *a* ius feudorum fuit com-
a pilatum ex consuetudinibus, quæ deinde fuerunt
b in scriptis retractæ, nunquid *b* hodie dicetur consuetudo, an autem ius scriptum? Respond. quod adhuc dicatur consuetudo. Et ita est communis opinio, vt dicit Caccialup. *de feudi cognitio. art. 5. n. 1.* quam etiam approbare videtur communis obseruantia Iurisperitorum, qui allegando aliquam Rubricam feudalem, solent addere, in vsibus feudorum.

ADDITIONES.

a QVod ius feudorum fuit compilatum ex consuetudinibus.] Non dubium est vllum, quin † priuati homines fuerint,
1 qui consuetudines feudorum, sine vlla legis concedendæ auctoritate, & potestate conscripserint. Sed illi qui fuerint, inter omnes non conuenit. Ego (reiectis diuersis diuersorum opinionibus, quas nouissime refert, & refutat H. *in tractat. feud. cap. 2.*) eorum, puto amplectendam esse sententiam, qui
2 statuunt, libros † feudorum certum Auctorem non habere, sed esse rapsodiam quandam, ex variis consuetudinibus, tum Mediolanensium, tum aliorum, necnon Imperatorum quorundam constitutionibus congestam. Vnde fit, quod magna sæpe discrepantia sententiarum, crebraque repetitio eorundem præceptorum in libris feudalibus occurrat: adeoque vno titulo res diuersæ farinæ tractentur; atque eædem res pluribus titulis subinde, & ad nauseam vsque repetantur; vt fusius ostendunt Duarenus *de feud. cap. 1. numero 4.* Ferrarius Montanus *libro 1. feud. cap. 3.* Hartm. Pistor. *libro 2. quæst. 34. numero 17.* D. Bocerus *class. 5. disput. 12. th. 5. cum seq.* & Rudinger. *variar. lect. iur. feud. libro primo capite 1.* Harprec.

b *Nunquid hodie dicetur consuetudo, an autem ius scriptum.*]
3 Quod † attinet ad constitutiones Imperatorum, quæ in libros feudales redactæ sunt, non ambigitur, quin illæ sint pars iuris scripti. Verum de consuetudinibus Longobardorum, itemque Mediolanensium res est valde controuersa. Sed communis opinio est, illas etiamnum ius consuetudinarium, & non scriptum esse. Ita, post Clarum nostrum, & alios, docent Sonsbecc. *de feud. parte 1. numero 24.* Ferrar. Montanus *d. libro 1. feud. capite 2.* Curt. iun. *de feud. quæst. 1. num. 11.* Duaren. *de feud. d. cap. 1. numero 3.* Obrecht. *disput. feud. 1. capite 3.* D. Bocerus *d. disput. 12. th. 6.* & Rosenthal. *in tractat. feud. cap. 1. conclus. 8. numero 1. & seq.* Tametsi, post alios dissentiat Lodulphus Schraderus *in tract. feud. 2. parte nona par. principal. sect. 3. nu. 114. cum seq.* Harprec.

QVÆSTIO III.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Ius feudorum an allegari possit ad decisionẽ causarum.*

Ex Additionibus.

1 *Liber feudorum an sit authenticus.*
2 *Quod Principi placet, legis habet vigorem.*
3 *Temporis immemorialis vsus habet vim priuilegij, & legis.*
4 *Tacens quatenus pro consentiente habeatur.*
5 *Eius, quod publice fit, nemo ignorantiam causari potest.*
6 *Imperatorum est leges generales condere.*
7 *Consuetudo habet vim, & auctoritatem legis.*
8 *Consuetudines feudales ab Imp. approbatæ.*
9 *An, & quatenus ius feudale possit allegari ad decisionem causarum, extra materiam feudalem.*
10 *Controuersia feudales quatenus ex iure ciuili decidẽda.*
11 *Nunquid consuetudines feudorum aquè ligent personas Ecclesiasticas, ac seculares.*
12 *Effectus legum quis.*
13 *Non solum laici, sed & clerici ius feudale approbarunt.*
14 *Consuetudo laicorum rationabilis astringit etiam clericos.*
15 *Leges Imperiales, quatenus canonibus non aduersantur, ad ecclesiasticas personas vigorẽ suum extendunt.*
16 *Natura causæ trahit ad se personam.*
17 *Id debet attendi, quod principaliter agitur.*
18 *Consuetudines feudales sunt tacite vniuersi populi consensu introductæ.*

QVæro, an *a* liber feudorum sit authenticus, & an 1
possit allegari ad decisionem *b* causarum? Resp. a
Hostiens. *in summa de immunit. Eccles. §. in quantum vers.* b
Si vero. tenet, quod non. Contraria tamen opinio, scilicet quod imo possit allegari ad decisionem causarum, est magis communis, vt attestatur Curt. *de feud. in 1 parte princ. quæst. 1.* Zasius *de feud. in præfatione, vers. Antequam* Maranta *in suo Speculo, in 3. parte, n. 84.* & dicit Ias. *in prælud. feud. n. 1. & seq.* quod hæc est communis sententia Scribentium vbique. Dicit tamen Iac. de Beluis. *in c. 1. §. fin. col. fin. de his qui feud. dare possunt.* quod communis opinio ita tenet: & quod ita tenent omnes Doctor. tam vltra montes, quam citra montes. Et dicit Alber. de Rosat. *in Repertor. iuris canon. in verbo, Feudum, col. 4* quod ita communiter Doct. tenent, & quod ita seruatur in practica. Et dicit Aluarot. *in prælud. feud. col. 3. vers. Quæro tertio.* quod ita se habet communis opinio in omnibus studiis, tam vltra montes, quam citra montes, & omnes Doct. ita sentiunt & tenent, & nos tenere debemus. Dicit etiam Præpos. *in prælud. feud. nu. 9 in fin.* quod ita se habet communis opin. in omnibus studiis tam vltra montes, quam citra montes, & omnes Doct. ita sentiunt, & dicit Molin. *in consuet. Paris. feud. in princ. n. 46.* quod hæc est fere omnium hac in re Scribentium opinio. Ex quo enim iste liber fuit pro authentico obseruatus, & allegatus per tanti temporis spatium, cuius initij memoria non extat in contrarium, non videtur dubitandum, quin possit ad decisionem causarum allegari, cum vsus tanti temporis, secundum communes regulas, vim habeat priuilegij.

Et hæc quidem conclusio de plano procedit in materia feudali. Sed quæro an *c* possit etiam allegari ad c
decisionem causarum extra materiam feudalem? Respond. quod non. Ita dicit singulariter Barr. *in l. vt iurisiurandi, § si liberi post n. 5 ff. de oper. libert.* & communis opin. vt dicit Curt. iun. *cons. 64. n. 15. & in tract. feud. in 1. part. princ. q. 3.*

Dicit etiam Molin. *in cons. Paris. §. 1 glo. 2. n. 7.* quod hæc est verior, & receptior opin. Ius enim consuetu-

dinarum non debet trahi in consequentiam. Bene verum est, quod vbi non reperietur contrarium à iure communi decisum, argui posset, puta, de feudo ad emphyteusin, secundum Spec. *de feud. §. quoniam. vers.* 40. Et ita esse commun. opin. attestatur Soc. *cons.* 167. *n.* 24. *libr.* 1. & quod in dubio valet argumentum de feudo ad emphyteusin, dicit communiter teneri Soc. iun. *cons.* 72. *nu.* 57. *lib.* 1. Sed hoc argumentum non semper procedit, vt inferius suis in locis demonstrabimus.

Sed nunquid liber feudorum ligat etiam ecclesias, & ecclesiasticas personas? Resp. quod sic. Ita tenet Aluarot. *in c.* 1. *col.* 8. *vers. Sed vtrum, de his qui feud. dare possunt*, & est communis opin. vt ait Cur. iun. *de feud in* 1. *parte prin. q.* 1. *& cons.* 177. *n.* 10. Ita etiam communiter teneri attestatur Maranta *in d. suo Speculo, in* 3. *part. nu.* 97. sicut etiam videmus, quod ratione feudi ecclesia, & Clerici domino laico subijciuntur, vt dixi infra, *qu.* 90. *vers. Et hac quidem.*

ADDITIONES.

a *AN liber feudorum sit authenticus.*] Libros † feudorum esse authenticos, & in foro Romano obseruandos, sequentibus
1 docetur argumentis. Et sane quod ad constitutiones illas Conradi, Lotharij, Friderici, & aliorum Imp. eas vim &
2 auctoritatem iuris habere, in confesso est: siquidem quod † Principi placuit, legis habet vigorem, *l.* 1. *ff. de constitutionibus, princ. §. sed & quod Princip.* 6 *Inst. de iur. nat. gent. & ciu.*

Sed & de consuetudinibus cæteris, quæ in libris feudorum referuntur, idem omnino iudicandum est. Nam primo inter omnes constat, quod libri feudorum longissimo, adeoque immemoriali tempore fuerint pro authenticis obseruati, & consensu totius orbis Christiani, tum in iudicijs, tum extra iudicia, decidendo & consulendo, recepti. Atqui † temporis im-
3 memorialis vsum obtinere vim priuilegij, & vicem legis, appareat ex *l.* 1. *§. vlt. & l.* 2. *in princ. ff. de aqua, & aqua plu. arcen. l.* 1. *§. ductus ff. de aqua quotid. & æstiu. c. super quibusdam,* 26. *§. præterea de verb. sign.*

4 Deinde † quando aliquis sciens contradicendo potest actum impedire, & non impedit, sed tacet; pro consentiente habetur, *l. sæpe constitutum,* 6. *§. scientibus ff. de re iudicat.* Sed Imperator probe scit, quod liber feudorum in Scholis tradi-
5 tur, & in Iudicijs allegatur. Eius † enim, quod fit publice, nemo ignorantiam causari, siue allegare potest *l. sed si pupillus* 11. *proscribere* 3. *ff. de institor. act.* Ergo non improbando, appro-
6 basse Imperator videtur. Ad hæc † Imperatores, quorum est leges generales concedere, multis in locis, hic addendo, illic detrahendo, hic rursum ratificando, decisiones feudales haud obscure confirmarunt, vt arguit *tit.* 13. *feudor. de alienat. feudi, libro* 1. *item titu.* 34. 40. 44. 52. *cum similibus, libro* 2. *feud.* ipsique etiam Pontifices Romani multas in Decretalibus consuetudines feudales sequuntur, *vt in c. cæterum* 5. *& c. nouit.* 13. *de iudicijs, c. grauem* 53. *circa finem, de sentent. excommunic. & c.*
7 *transmissa* 6. *de foro compet.* Præterea † certissimum est, consuetudinem vim habere, & auctoritatem legis, *l. de quibus* 32. *cum l. seq. ff. de legibus §. fine scripto, Instit. de iur. natur. gent. & ciu.* At vero decisione feudales, licet in scripturam redactæ sint: tamen consuetudines manserunt, vt patet ex iis, quæ allata sunt supra *ad q.* 2. *numero* 3. Et quamuis reguatur à nonnullis, istas consuetudines in Imperio Romano pro iure non obseruari; eo quod non à populo Romano, sed à Longobardis, & Mediolanensibus sint introductæ, adeoque non generales existimen-
8 tur, sed locales; attamen cum † hodie ab Imperatore approbatæ sint, & confirmatæ: nihil plane impedit, quo minus, & Romanos consuetudinibus illis teneri statuatur. Denique ita, præter Clarum hic nostrum, & ab eo citatos, concludunt Ioan. Borcholt. *in Commentar. in consuet. feudor. cap.* 1. *numero* 30. Duaren. *libro* 1. *de feud. c.* 1. *numero* 5. Vulteius *libro de feud. c.* 1. *numero* 5. Sonsbecc. *de feud. parte* 1. *nu.* 22. Schneidevv. *de feud. parte* 3. *quæst.* 1. *nu.* 6. Schrader. *in tract. feud. parte* 1. *quæst.* 2. *n.* 6. Rudinger. *var. lection. in iure feud. lib.* 1. *c.* 2. *numero* 2. Hoenigius *parte* 1. *qu.* .. *nu.* 0. *cum seq.* Guettrin. Piso Soac. *de feud. c.* 1. D. Bocerus *class.* 5 *disput.* 12. *th.* 8. *edit.* 2. Linck. *de feud. parte* 1. *nu.* 1. Fachineus *libro* 7. *controuers. iur. c.* 2. Haneton. *de feud. c.* 1. Rosenthal *in tractat. feud. cap.* 1. *conclus.* 9. *numero* 1. & Paulus Berens *disp. feud.* .. *th.* 8. Harp.

b *Ad decisionem causarum.*] In hac quæst. adde, quod iura feudalia non valent in his, quæ reperiuntur aliter à iure ciuili decisa in alia materia, gl. est notab. iuncto text. *in c.* 1. *de feud. leg.* & ibi Bal. eam commendat, & vide ample de hac re per Euerhar. *in loco à feudo ad emphyt. n.* 44. *& seqq.* Gouean.

c *An possit etiam allegari ad decisionem causarum extra materiam feudalem.*] Circa hanc quæstionem recte distinguitur: vt † si ius feudale aliquid disponat, quod sit iuri ciuili con- 9
trarium: tunc illud nisi in materia feudali obtineat: in iure autem ciuili nullam sibi auctoritatem vendicet, argum. *capite* 1. *de feudi cognitione, libro* 2. *F.* Sin vero disponat ius feudale aliquid, quod sit secundum ius ciuile, adeoque faciat cum iure ciuili: tunc illustrationis, & maioris confirmationis gratia possit ius feudale, etiam in caussis ciuilibus, allegari. Idemque etiam obtineat, cum ius feudale aliquid præter ius ciuile disponat, hoc est, de eo disponat, de quo in iure ciuili nihil dispositum habetur. Etenim † sicut controuersiæ feudales, de- 10
ficiente iure feudali, ex iure ciuili sunt decidendæ: ita quoque quæstiones ciuiles, deficiente iure ciuili, ex iure feudali decidi debent, *d. capite* 1. *libro* 2. *feudor.* dummodo vtroque hoc casu ius feudale in ratione naturali sit fundatum. Ita, post veteres, & recentioribus tradunt Vulteius *libro* 1. *de feud. cap.* 1. *nu.* 9. Borchol. *d. Commentar. de feud. cap.* 2. *nu.* 32. *cum sequenti.* Linck. *d. parte* 1. *nu.* 2. Intrigliol. *de feud. quæst.* 11. Rosenthal. *d. tract. feud. cap.* 1 *conclus.* 10. Adde videndum Valascum *in tract. de iur. emphyt. quæst.* 39. *numero* 19. Harp.

c *Nunquid liber feudorum ligat etiam ecclesias, & ecclesiasticas personas*] Quod † consuetudines feudorum æque ligent 11
personas Ecclesiasticas, ac seculares, his probatur rationibus. 12
I. Quia hic effectus legum est, vt omnes omnino, qui accepe- 13
runt leges, legibus obligentur. Non † solum autem laici, sed etiam clerici ius feudale approbarunt, seque iurisdictioni domini secularis subiecerunt, dum feuda ab ipso domino temporali acceperint, per textum *in d. c. cæterum* 5. *de iudic. & d. c. ex transmissa,* 6. *de foro competent.* ex quibus patescit, clericum ratione feudi, quod recognoscit à laico, sub iurisdictione ipsius domini laici esse. II. Quia † consuetudo laicorum ra- 14
tionabilis astringit etiam Ecclesias, secundum Panormit. *in c. cum causa* 8. *numero* 3. *extr. de sen. & re iudicat.* Atqui consuetudines feudorum esse rationabiles, extra controuersiam est.
III. Quia exploratum est, quod † constitutiones, vel leges 15
Imperiales, quatenus canonibus non contradicunt, nec ecclesiasticam libertatem infringunt, ad clericos, & Ecclesias vigorem suum extendunt, *c.* 1. & ibi Panorm. *de noui. oper. nunciat can. lege Imperatorum,* 1. *Dist.* 10. IV. Quia † natura causæ 16
trahit ad se personam, non persona naturam causæ, iuxta Bald. *in cap.* 1. *numero* 4. *de contr. feud. ap. pares terminand.* quem referendo sequitur Andreas Gail. *libro primo obseruat.* 37. *nu.* 5.

Si quidem quando duæ causæ concurrunt, naturalis vna, accidentalis altera, præualet naturalis, si non aeretur ab accidentali, argum. *l. qui habet* 13. *in principio, ff. de tutel.* ibique Bartol. Nec est inconueniens, quod natura † causæ trahat ad se personam: quia debet attendi id, quod principaliter agitur, argum. *l. si quis nec causam* 4. *ff. de rebus credit. si cert. pet. & l. si is qui aues* 29. *ff. de liberat leg.* V. Quia decisiones † feudales non dicuntur ciuiles leges, nec introductæ à Principe seculari: sed dicuntur consuetudines vniuersales, tacito consensu vniuersi populi; sicque consensu tam clericorum, quam laicorum receptæ: ac propterea etiam clericos obligant. Et ita, post Clarum nostrum, & alios, sentiunt Sonsbecc. *in Comment. ad vsus feu. i part.* 1. *nu.* 16. Mozz. *de his, qui feud. dar. poss. n.* 10. Gribald. *in thesaur. commun. opin. lit. F in verbo, consuetudines.* Schrader. *d. tract. feud. par.* 1. *q.* 2. Vulteius *de feud. d. lib.* 1. *c.* 1. *n.* 8. Rudinger. *d. lib.* 1. *variar. lection. iur. feud. c.* 78. *nu.* 7. *& seqq.* Intrigliol. *de feud. q.* 4. Guettrin. Piso Soac. *in prælud. feud. c.* 3. Gœdd. *in disp. feud.* 1. *th.* 8. & Berens *d. disput. feud.* 1. *th.* 9. Harp.

QVÆSTIO IV.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Feudum quid sit.*

Ex Additionibus.

1 *Inter varias feudi definitiones Vulteij probatur.*
2 *Quæ partes sint essentiales bonæ definitionis.*
3 *Cui competit definitio, eidem quoq; competit definitũ.*
4 *De quo vsufructu hic agatur.*
5 *Quid sit feudi materia, & forma.*

QVæro, quod sit feudum, Resp. secundum aliquos, 1
quod feudum est beneficium ex beneuolentia datum, proprietate domino retenta, vsufructu translato in suscipientem, eiusque hæredes siue masculos, siue fœminas, si de iis, scilicet fœminis, actum sit; ad hoc vt ille suscipiens, & sui hæredes seruiant, siue seruitium sit certum, siue incertum. Hæc definitio colligitur ex tex. *in cap.* 1. *§. beneficium, in quibus caus. feud. amitt.* & dicit Afflict. *in prælud. feud. numero* 69. quod hanc definitionem sequuntur communiter Doctor.

Aliam

Aliam etiam de fin. tradit Raynal. *in repet. c. Imperialem, de prohib feud. alien. per Freder.* scilicet, quod feudum est beneuola, libera, & perpetua est concessio rei immobilis, vel æquipollentis, cum translatione vtilis dominij, proprietate retenta, sub fidelitate, & exhibitione seruitiorum, & dicit Mol. *in consuetudine Parif. tit. 1. in prin. n. 52.* quod hæc definitio est verior, & receptior. Iudicio meo neutra harum definitionum tran-
b sit sine b difficultate, sed secunda magis placet.

ADDITIONES.

a Feudum.] Adde, quod feudum proprie dicitur: in quo quis habet præstare seruitium personale. Sed quando præstatur seruitium reale, non dicitur proprie feudum, secundum Afflict. *decis. 129. sub n. 2.* Et vt dicatur feudum, sex requiruntur, de quibus per Ioan. Gal. *inter cons. feud. cons. 2. n. 31.* Giach.

1 *Quid sit feudum.*] Definitiones † feudi variæ afferri solent ab Interpretibus: quarum nouem nouissime refert D. H. *in tra. feud. c. 5.* Sed prioribus octo refutatis, vltimam (quæ est Hermanni Vulteij *lib. 1. de feudis, c. 2. n. 9.* & Io. Niellij *in disp. 3. th. 6.*) sibi omnium perfectissimam videri asserit. Ita autem se habet: Feudum est vsusfructus quidam rei immobilis, sed æquipollentis, sub conditione fidei, & seruitiorum constitu-
2 tus. Hæc † definitio constat genere proximo, & proprio, differentiaque specifica: quæ duæ partes sunt cuiusque bonæ, ac perfectæ definitionis essentiales. Etenim generis loco ponitur vsusfructus, *ex c. 1. in quibus caus. feud. amit. tit. 23. in fin. lib. 2. F.* vbi aperte dicitur, vsumfructum rei datæ transire in acci-
3 pientem. Deinde † cui definitio competit, eidem quoque competit definitum, vt testatur axioma Philosophorum. Atqui feudo competit definitio vsusfructus: cum is; qui habet feudũ, habeat ius re feudali vtendi fruendi, salua eius substantia. Ergo feudum recte definitur vsusfructus. Additur in definitione restrictionis causa, particula quidam: vt videlicet intelligatur hic agi de proprio quodam iure vtendi fruendi,
4 quod † per omnia non sit idem cum vsufructu, qui est seruitus personalis rerum allodialium, perinde vt Iustinianus definiens legatum ait: legatum esse donationem quandam, *§. 1. Instit. de legat.* Cætera definitionis verba (rei immobilis,) &c, continent causam feudi materialem. Materia enim feudi in qua est res immobilis; *c. 1. de feudi cognit. tit. 1. in fin. lib. 2. feud.*
5 Feudi † forma est fidelitas, *tit. 2. in lib. 3. F.* Atque adeo prædicta verba totam feudi essentiam exprimunt, illudque ab omnibus aliis iuribus plene & perfecte discernunt: id quod est specificæ differentiæ officium. Harp.

b *Sine difficultate.*] Adde, quod feudum proprie est donatio, & gratia, commune per Socin. *in cons. 66. col. 6. vol. 3.* & dixi *in collect. mea commun. opin. in verbo feudum num. 1.* magis namque participat de lucro, & beneficio, quam de onere, ideo gratia appellatur. Ita per Bald. & Iacob. de Beluis. *in praind. feud.* & tradit Anguis. *cons. 23. & 26.* Giach.

QVÆSTIO V.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Feudum vnde dicatur.*

Ex Additionibus.

1 *Feudum vnde dicatur.*
2 *Feudum sine fide esse nequit.*
3 *Vasalli dicuntur fideles.*

1 Quæro, vnde a dicatur feudum? Resp. quod feudum
a dictum est à fide, seu fidelitate. Ita probat text. *in c. 1. §. fin. in fine, per quos fiat inuestit.* Et hæc est communis sententia, vt ait Curt. iun. *de feud. in 1. parte princ. in 7. qua.* Licet enim quocunque contractu requiratur fides: tamen in feudo fidelitas vasalli exuberantius, & principalius consideratur: merito ab ea nomen assumpsit.

ADDITIONES.

a Vnde dicatur feudum.] Feudum conuenienter à fide di-
1 ctum est, vti arguit textus, *in tit. 3. §. vlt. lib. 2. feudor.* Quia † forma, & essentia feudi consistit in fide, seu fidelitate: adeoque in omni feudo fides necessario requiritur: & consequenter pacto remitti nequit: cum pacto rei substantia mutari non possit, argum. *l. cum precario 12. ff. de precario.* Duaren. *in tract. de feud. c. 2. nu. 3.* Nam † licet feudum aliquod possit esse sine 2
fidelitate, hoc est, sine fidelitatis iuramento: non tamen potest esse sine fide: cum à fide nomen, & essentiam suam habeat, *in d. §. vlt lib. 2. F.* Atque isthæc etymologia eo magis probanda est: quod etiam Longobardis, primis feudorum auctoribus, *fede*, dicatur fides. Ab hoc enim verbo, *fede*, commode feudum, tantum vna, vel altera littera adiecta, deriuari potest. Vnde † 3
vasalli, qui feuda habent, *fideles* appellantur, *tit. 1. §. 2. lib. 1. feudor.* quia domino suo fidem promissam seruare, & erga eum in dicto & facto, hoc est, in sermone & opere, fideles esse debent, vt notat Mozzius *in tract. feud. cap. 1. n. 4.* Hæcque, teste Claro hic, communis Feudistarum sententia est: de qua videantur Iacobus de Ardizone, *in summa feudor. cap. 4.* Bald. *in prælud. feud. nu. 7.* Aluarot. *in proœm. lect. sua nu. 9.* Ias. *in prælud. feud. nu. 28.* Connan. *lib. 12. Commentar. iur. ciuil. cap. 9. num. 6.* Schrader. *in tract. feud. parte 2. cap. 1. nu. 4.* Vulteius *lib. 1. de feud. cap. 1. nu. 1. & seq.* Borchol. *in Comment. de feud. c. 1. n. 1.* Cuiac. *in princ. Comment. de feud.* Rosenthal. *in feudal. c. 1. concl. 9. n. 3.* aliique per eum relati. Harp.

QVÆSTIO VI.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Feudum an sit contractus nominatus.*

Ex Additionibus.

1 *Num feudum sit contractus.*
2 *Contractus magis in facto, quam iure consistit.*
3 *Consideratio* tit. 87. lib. 2. feudor.
4 *Verbum contractus aliquando generalissime accipitur.*
5 *Extraordinaria iuris feudalis capitula quatenus aliquam vtilitatem, vel auctoritatem obtineant.*

Quæro, nunquid a feudum sit contractus nominatus? Respon. quod b sic. Ita tenet Bart. *in l. iurisgentium, §. quinimo post n. 19 ff. de pactis*, & est communis sententia, vt attestatur Curt. iun. *de feud. in prima parte prin. in 9. q.* Habet enim singulare c nomen, & formam à cæteris contractibus differentem. 1 a b c

Quæro etiam, an feudum sit contractus bonæ fidei? Resp. quod non. d Ita tenet Aluar. *in c. 1. de feud. cognit.* & hæc opin. communiter tenetur, vt dicit Zas. *de feud. in 1. par. circa fin.* tum quia est *ex numeratis §. actionum, Inst. de actio.* tum etiam, quia est contractus à consuetudine inuentus, quæ est stricti iuris. Et hæc ratio magis satisfacit, quia reuera non potuit connumerari in §. illius §. *nondum esset inuentus contractus feudi, vt dixi supra quæst. 1.* d

ADDITIONES.

a Nunquid feudum sit contractus.] Feudum esse contractum nominatum, præter Clarum nostrum, & ab eo citatos,
1 tenent Schrader. *in tract. iuris feudal. c. 1. concl. 7. n. 1. & alij.* Verum hæc opinio displicet Cuiacio *in Commentar. feud. pagin. 22.* Dn. Collegæ Boccero *in tract. de qualit. & different. feud. c. 1. n. 6.* Fachineo *lib. 1. controuers. iur. c. 1. versic. ad alteram quæstionem, &c.* hosque referenti H. *in tract. feud. c. 5. pag. 45. & seqq.* Tum quod in toto iure feudali nullibi, vel minimo verbulo significetur, feudum esse contractum. Atqui verisimile non est, si feudum esset contractus, tanto silentio Feudistas hoc esse præterituros. Tum quod I C. *in tit. 23. lib. 2. F.* definiturus feudum non ponat loco generis contractum, sed vsumfructum. Ast hunc à contractu diuersum esse, nemo est omnium, qui non intelligat. Tum denique quod feudum ius sit, ac in mero iure consistat, *d. tit. 23. lib. 2. feudor.* Contractum † autem 2
esse facti magis, quam iuris, constat *ex l. cons. 7. §. vlt. ff. de curatorib. furioso, & aliis, &c.* Non obstat text. *in tit. 87. lib. 2. feudor.* vbi dum Feudista de beneficio, seu feudo loquens subijcit hæc 3
verba, vt in cæteris contractibus: satis innuere videtur, etiam feudum esse contractum; cum vocula (cæteris) implicatiua sit. Nam † verbum contractus aliquando generalissime sumi- 4
tur pro quauis obligatione, & quocunque negotio, *l. omnem, 20. ff. de iudiciis.* Itaque si contractus verbum ita accipiatur, non inepte affirmatur, feudum inter contractus numerandum esse, quatenus obligationes reciprocas domini, & vasalli continet. Deinde † respondetur: allegatum *tit. 87.* esse è nu- 5
mero extraordinariorum capitulorum, quæ teste Iacobo de Ardizone *in summa feudor. capit. 148.* non exstiterunt in priori compilatione; sed ex Ardizone nobis restituit Cuiac. *libr. 4. feud. cap. 23.* Quorum capitulorum licet sit aliqua vtilitas in explicando iure feudali, & quatenus cum capitulis ordinariis consentiunt: tamen vbi ius feudale,

Iul. Clar. Sentent. Pract. (iuil.

T 2

vel contrarium est, vel etiàm omnino deficit, non habent capitula ista vllam auctoritatem. *Harprec.*

b *Quod sic.*] Item quod feudum sit contractus nominatus, & quod non habeat locum in eo pœnitentia, nec reuocatio: vide per Rolan. *in conf.3.nu.332.in princ.& conf.33.nu.601.& 4. ad q.2.* Giach.

c *Singulare nomen*] Ita vt si feudum sub alio nomine contractus nuncupatum esset, non per hoc desineret esse feudum: quoniam de iure haud debet res regulari secundum naturam contractus, sed ipse contractus debet regulari secundum naturam rei deductæ in ipso contractu, *l. stipulatio ista, §. si quis ita, ff. de verb. oblig.* & vide per Marin. Anguis. qui fusius hoc probat *d.conf.23.nu.9. cum multis seq.& in conf.46. sub num.35.* Giach.

d *Resp. quod non.*] Et propterea quicquid est in eo omissum, censetur non comprehensum, nec aliquid in eo venit extrinsecus, *l.si ita stipulatus. §.Chrysogonus & l.quicquid astringendæ.ff de verb.oblig* vide Gulielm. Bened.*in repet. cap.Raynu. in verb. & uxorem decis.3. de testam.* Goucan.

QVÆSTIO VII.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Feudum quotuplex sit.*

Ex Additionibus.

1 *Quæ sint feudorum diuisiones, remissiue.*

1 QVæro, quotuplex *a* sit feudum? Resp. Doctores multas *b* enumerant species feudorum. Tu dic, quod aliud est feudum regale, vel dignitatis: aliud non dignitatis: & de his infra dixi *q.10.* Aliud est nobile, aliud Burgense. Item aliud francum, aliud non francum, de quo dixi infra *q.11.* Item aliud est feudum antiquum, seu paternum, aliud nouum, de quo dixi infra *q.8* Item aliud est feudum rectum, aliud conditionatum. Item aliud est feudum ligium, aliud non ligium, de quo infra *q.11.* Item aliud est feudum hæreditarium, aliud ex pacto, & prouidentia. aliud mixtum, de quo dixi infra, *q 9.* Aliæ etiam diuisiones feudorum traduntur per Scribentes, quas vide per te *in præludiis feudorum.*

ADDITIONES.

a QVotuplex sit feudum.] De † variis feudorum diuisionibus, post Clarum nostrum, & veteres, videantur Aluarus 1 Valascus *in tract. de iur.emphyt quæst.40.* Rosenthal. *in tractat. iuris feudal.c.2.conclus.1. & aliquot sequentib.* D Bocerus *class. 5. disp.13.edit.2. & in tract de qualitat. & different. feudor.cap.2. & seqq.* Dn. Obrecht. *disp. feud.2.* Schrader. *in tractat. feudor, part.2.cap.3.& sequenti.* Borcholt. *in Commentar.in consuetud. feud. cap.4.* Vulteius *de feud. lib.1. cap.8.* Paul Betens *Disp.1. feud.th.20.& aliquot seqq.* aliique per eos citati. *Harp.*

b *Multas enumerant.*] Adde quod Bald. & cæteri scribentes *in proœm. feud.* ponunt duodecim diuisiones feudorum, quas non refero: vide ibi per eos. *Giach.*

QVÆSTIO VIII.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Feudum antiquum, vel nouum, quod dicatur.*

2 *Et quid si reuersa sit feudum nouum, sed concedatur iure feudi, antiqui in omnibus, & per omnia.*

3 *Et quid si non sint apposita illa verba vniuersalia.*

4 *Et an illa verba operentur etiam in præiudicium ipsius inuestiti?*

5 *Et quid econuerso si vasallus accipiat inuestituram feudi antiqui pro feudo nouo.*

6 *Et quid si feudum antiquum ex culpa vasalli deuoluatur ad dominum, qui ei culpam remittat, an iudicabitur nouum, vel antiquum.*

Ex Additionibus.

1 *Feudum nouum quid.*

2 *Antiquum feudum quid.*

3 *Num feudo paterno rectè appellatur feudum antiquum.*

4 *Feudum paternum, & antiquum promiscue vsurpantur.*

5 *Feudum nouum an, & quatenus possit concedi vt feudum antiquum.*

6 *Quod in fauorem alicuius est introductum, non debet retorqueri in eius odium.*

7 *Quatenus feudum antiquum concessum iure feudi noui assumat naturas feudi noui.*

8 *Ius quæsitum auferri inuito alicui non debet.*

9 *An, & quatenus in dubio feudum antiquum, vel nouum præsumatur, remissiue.*

INter alias diuisiones feudorum, quæ communiter 1 traduntur à Doctoribus ista est maximi effectus, & sæpe versatur in practica, quia scilicet aliud est feudum antiquum, & aliud est feudū nouum. Feudum nouum *a* est, quod de nouo conceditur, & habet initium in a persona illius, qui de eo fuit inuestitus. Feudum autem antiquum *b* est illud, quod est acquisitum ab aliquo ascendente, qui fuerat parens communis agnationis. Et b licet aliquando etiam dicatur feudum paternum id, quod est acquisitum ab ascendente intra quartum gradum: tamen hæ duæ species, scilicet antiquum & paternum, sæpenumero pro eodem ponuntur. Et ita hæc omnia sequuntur communiter Doct. vt dicit Curt.iun. *de feud. in 1 parte princ.in 8.quæst.col.2.vers.sub hac prima.* Effectus autem huius differentiæ inter feudum nouum, & antiquum, poteris videre *in discursu huius §.* 2

Sed hic occurrit notabilis quæstio, *pone, c* Princeps c inuestit aliquem de feudo, & inuestitura dicit se illud concedere ius feudi antiqui, & paterni; Quæro, nunquid istud feudum regulabitur tanquam feudum nouum, an autem tanquam feudum antiquum, & paternum? Resp. in hoc articulo variæ fuerunt Doctorum opin Nam Oldrad. *cons.178.nu.3.* tenet, quod non obstantib. illis verbis, censebitur feudum nouum; & hanc opin. aliquando dixit esse communem Ias. *consil. 151.post n.1.lib.2.* Cōtrariam *d* autem opinionem, quod d scilicet censeatur feudum antiquum regulariter, tenuit Bal. *in c.1.n.2.de alien feudi pater.* quem cæteri sequuntur, vt ait *e* Iac. *de feud. in verbo, Nobiles Agasi.in fin.* Et e hanc opin. dixit esse magis communem Ias. sibi contrarius *in conf.1.col.3.vers.11.principali, lib.3.& conf.136. col.4.vers.specialius, lib.4.& in prælud.feud. nu.90 circa fin.* Dec. *conf.144.n.3.in fin* Curt. sen. *conf.49.post nu.58. vers. Respondemus enim.* Ruin. *conf.4. in princ. lib.1. & conf 14.n.5.eod.vol.& conf.45.n.4 eod.vol.* Crot. *in repet. l.si is qui pro emptore, num.25 ff.de vsucap.* Hanc etiam opin. videtur fateri esse communem Curt.iun. *conf. 11 post n.13.* licet dicat, quod non transit sine difficultate, cum pluries etiam contrarium tenuerit: illam tamen tanquam communem aperte sequitur, dicens non esse ab ea recedendum consulendo, aut iudicando, idem Curt.iun. *de feud. in 1.parte princ.in 8.q.col.2.* Eandem opin. dicit esse communem Paris. *conf.5.n.11.lib.1.* Alciat. *de præsump.in 3.reg.præsumpt.28.n.4.* Molin. *in consuet.Paris.feudal.§ n.84.* Et hanc opin. ego etiam semper secutus sum, tanquam veriorem, & magis communem. Vt enim ipsa concessio feudi procedit ab absoluta voluntate principis: ita etiam ipsius feudi constitutio, & natura pendet à tenore inuestituræ, secundum quam Princeps feudum ipsum concedit, semper tamen intelligendo in Principe, qui in ipso feudo libere, & absolute disponere potest, prout in hac materia præsupponunt communiter Doctores.

Et hæc quidem conclusio locum habet non solum quando Princeps in concessione vtitur verbis vniuersalibus, puta, quia concedat iure feudi antiqui, in omnibus, & per omnia, prout aliqui dixerunt; sed etiamsi non sint apposita illa verba vniuersalia. Et ita volunt communiter Doctor. vt dicit compater meus honorandus, & hac tempestate inter iuris Interpretes clarissimus, D. Crauet. *de antiquitate temp. in 5. parte, sectione vlt. post nu.16.*

3 Sed circa hanc conclusionem puto esse aduertendum, quia ex hac differentia, quod feudum censeatur iure feudi noui, vel iure feudi antiqui, oriuntur varij effectus: quorum aliqui concernunt præiudicium ipsius domini concedentis, puta, quia si vasallus propter aliquam culpam, seu delictum non concernens directo personam domini, priuetur feudo, tunc quando feudum est nouum, reuertitur ad dominum, sed quando est antiquum, remanet apud eius filios, saltem quando est acceptum expresse pro se, & liberis, vt dixi infra *q. 66. vers. & hac quidem, & huiusmodi.* & in his casibus procedere potest communis opin. quod scilicet, quando sunt apposita illa verba, tale feudum censeatur iure feudi antiqui, vt verba ipsius Principis concedentis (iuxta vulgares regulas) latissimeque quantum fieri potest, in eius præiudicium operentur.

4 Alij vero sunt effectus, in quibus versatur præiudicium ipsius vasalli suscipientis feudum: puta, quia si est feudum nouum, vasallus potest illud alienare ad sui libitum, interueniente consensu domini in præiudicium filiorum. vt dixi infra *quæst. 41. vers. Et hac quidem,* & illud etiam vni ex filiis suis prælegare, secundum opin. quam ego tenui infra, *quæst. 40. vers. Quæ omnia, & similes,* quod tamen facere non potest de feudo antiquo: nam in eo, vltra consensum domini, requiritur etiam consensus eorum, qui sunt vocati ex tenore ipsius inuestituræ. Et in his casibus forte teneri posset, feudum ita concessum non debere censeri iure feudi antiqui, in præiudicium ipsius suscipientis: ne verba apposita in eius fauorem (contra communes regulas) in eius odium retorqueantur. Cogita, quia si posset sustineri in practica, esset notabilis declaratio: & secundum illam ego consului anno præterito in casu magni ponderis in regno Neapolitano: & lætatus sum, quia reperi, quod secundum eam prius consulerat Riminald. *cons. 96. n. 41. & sequenti,* cuius consilia impressa fuerunt post primam publicationem *huius §.*

5 Quæro *f* nunc, quid econuerso, pone, vasallus habens feudum *g* antiquum, accipit inuestituram de ipso, tanquam de feudo nouo, nunquid tale feudum mutabit naturam, ita quod censeri debeat feudum nouum, non autem feudum antiquum? Resp. quod quantum ad ipsum dominum concedentem, & quantum ad ipsũ vasallum recipientem, proculdubio censebitur feudũ nouum, ex quo vterque ipsorum potuit sibi pacto in inuestitura apposito præiudicare: & hoc est indubitatum. Quo vero ad filios, siue agnatos ipsius recipiẽtis, quibus ex tenore primæ inuestituræ erat ius quæsitum, non potuit dominus, neque vasallus in eorum præiudicium aliquid facere; & ideo talis inuestitura eis non præiudicat. Ita tenet Bal. *in cap. 1. n. 20. an agnat. vel filius,* quem cæteri sequuntur, vt ait Iac. *in verbo, Ita quod ipsi inuestit. post nu. 14. vers. Sed ponamus* Quod tamen intellige procedere, nisi etiam illis præiudicaret. Et ita loquuntur omnes Doctores in hoc proposito.

6 Sed pone; Vasallus ex aliqua causa incidit in priuationem feudi, quod erat antiquum, puta, propter feloniam, ingratitudinem, vel huiusmodi, ita quod feudum ipsum aperiebatur domino (de quo tamen vide, quæ dixi infra *quæst. 66.*) modo dominus remittit hanc culpam ipsi vasallo; Quæro, an remaneat feudum antiquum, an autem censeatur tanquam nouum? Respon. quod remanet feudum antiquum Ita tenet glos. *in cap. Imperialem, §. insuper, in verbo, priuetur, de prohibit. feud. alien. per Frider.* quem cæteri Scribentes sequuntur, vt *h* dicit *h* Iacob. *in verbo, Dictiq; vasalli, el. 1. nu. 64.* Idem etiam tenuit *in l. quod dicitur, la 1. in principio, n. 9 ff. de impen. in reb. dotal. fac.* Hanc etiam conclusionem intellige, vt procedat, quando non esset adhuc contra ipsum vasallum secuta sententia super priuatione; vel quando culpa non erat talis, propter quam vasallus ipso iure feudum amisisset: nam eo vtique remanet feudum antiquum, prout erat antea; secus autem, si idem fuisset priuatus ipso iure, vel per sententiam. Ita dicit Bald. *in d. §. insuper, n. 8.* & ita communiter distinguunt omnes Scribentes, vt ait Molin. *in consuet. Paris. feud. §. 30. nu. 105.* Credo etiam, quod si posset apparere de aliqua fraude, quia scilicet dominus, & vasallus simul collusissent, vt agnatos à suo iure excluderent, esset eis ex æquitate succurrendum.

ADDITIONES.

a **F***Eudum nouum est.*] Adde, & per Cæphal. *cons. 183. nu. 1. & 14.* vbi quid sit feudum nouum. Idem *in cons. 3. nu. 10.* Idem feudum nouum dicitur ob nouam formam per eundem *in consil. 30. n. 29.* Antiquum nempe feudum ex noua forma fit nouum, per eundem *cons. 153. n. 19. & 20.* Giach.

1 *Feudum nouum est.*] Nouum † feudum dicitur, quod vasallus possessor ipsemet primum, vel noua inuestitura, vel præscriptione acquisiuit, *tit. 8. §. fin. ibi, hac de hoc feudo paterno, libro 1. feudor.* antiquum † vero, siue vetus, quod ab alio primitus acquisitum vasallus ex successione possidet, *tit. 32. vers. de veteri autem lib. 2. feudor.* Idque fusius paulo explicat Dn Collega Boeerus *in tract. de qualit. & differ. feud. cap. 5. num. 77. & seqq.* Et † licet nonnulli Interpretes paterno feudo opponant feudum antiquum: illud appellantes, quod quis obtinet, vel à patre, vel auo, vel proauo, vel abauo: hoc autem, quod acquisitum est ab aliquo maiorum, qui est vltra abauum. Bald. & Aluarot. *in cap. vn. §. hoc quoque obseruatur, de success. feud.* Roland à Valle *cons. 16. nu. 36. volu. 3.* Borcholt. *in comment. in consuetud. feud. c. 4. n. 2.* Ant. Cont. *de feud. cap. de diuisionibus feud.* & Duaren. *in Comment. in vsus feu. cap. 4. nu. 10.* attamen hanc opinionem alij, non contemnendæ auctoritatis Iurisconsulti, haud sine ratione explodunt. Tum † quia feudum paternum, & antiquum in infinitis prope locis promiscue vsurpantur, vt *in tit. 14. §. si duo libro 1 feud. titu. 11 §. his vero, versic. si vero dominus, tit. 12. in princ. tit. 14. vers. lis est inter dominum. tit. 15. vers. nunc quidem, & tit. 26. in principio, lib. 2. F.* Tum quia illi, qui supra abauum sunt, parentum quoque nomine veniunt: & idcirco ratio dari non potest, cur illud feudum, quod à parente, auo, proauo, & abauo acquisitum est. potius paternum dici oporteat, quam illud, quod ab iis, qui sunt supra abauum, est acquisitum. Atque ita sentiunt Eguinarius Baro *ad titul. 8. §. 1. libro 1. F.* Vulteius *lib. 1. de feudis, capite 8. n. 5.* Obrecht. *disput. feud. 3. th. 73.* Boeerus *d. cap. 5. num. 80. cum sequenti.* Hartman. Pistor. *lib. 2 quæst. 5. nu. 2.* Schrader. *in tract. feud. parte 2. c. 3. in 39.* Niellius *disp. feud. 1. th. 7. lit. B.* Piso Soac. *in prælud. feud. capite 45. n. 4.* Harprec.

b *Antiquum.*] Item feudũ quando dicatur antiquum, vide per Cæph. *in cons. 207. nu. 30.* & antiquum quale sit, vide per eundem *cons. 241. n. 21* Et in dubio præsumitur antiquum per Rol. *cons. 3. n. 3.* & per Cæph *d. cons. 207. n. 30.* Giach.

c *Princeps inuestit, &c.*] Ad hanc quæst. adde quæ late dicit Ant. Gabriel. *lib. 3. tit. de feud. concl. 1.* Gouean.

d *Contrariam autem opinionem, quod scilicet censeatur feudum antiquum.*] Quod † feudum nouum concessum iure feudi antiqui, sortiatur, ac habeat naturam, & qualitatem feudi veteris, siue antiqui, præter Clarum nostrum, & ab eo citatos hic, defendunt Mynsinger. *cent. 4 obseru. 84. & cent. 6. obseru. 18.* Gail. *libro 2. obser. 50.* Borcholt. *prædicto capite 4. nu. 6.* Rosenthal. *in tract. feud. cap. 2. concl. 15.* Bocer. *d. cap. 5. nu. 91.* Rudinger. *libr. 1. variar. lect. iuris feud. ca. 26.* Fachineus *libro 7. controuers. iur. capite 58. & alij.* Qui omnes vnanimi consensu statuunt: feudum nouum iure feudi antiqui concessum, etsi causa & origine nouum esse non desinat: tamen ratione iuris, & effectus natura antiqui assumere. Et hoc ipsum sic exaudiri volunt vt tunc demum locum habeat, cum de fauore & commodo vasalli non etiam cum de eius damno agitur: † quandoquidem ea, quæ in alicuius fauorem sunt introducta, non debent retorqueri in eius odium, *l. nulla, 25. ff. de legib.* Harpr. 5 6

e *Vt ait Iacob.*] Qui subdit hoc esse notandum, quia quotidianum. Adde hanc opinionem contra Oldrad. esse communem, vt attestatur Rol. *in cons. 60. nu 38. lib. 1. & cons. 32. num. 7. vol. 4.* & dixi *in collect. mea comm. opin. in verbo, feudum n. 7. & 8.* Giach.

f *Quæro nunc.*] Adde, & vide communẽ vtrunque per Rolan. *in cons. 16. vol. 3.* quod etiam dixi *in ead. collect. mea n. 31. & 32* Giach.

Quæro nunc, quid è conuerso.] Indubitata Feudistarum opinio est; † quod feudum antiquum concessum iure feudi noui, non assumat naturam feudi noui, nisi & agnati, de quorum hic præiudicio tractatur, consentiant. Etenim cum agnati in feudum antiquum succedant, non etiam in nouum; hocque ius succedendi in feudum antiquum competat illis beneficio primi concedentis domini, & primi acquirentis vasalli 7

tit.14.§.*si capitanei, ibi, per inuestituram patis, &c. lib.1.F.* hoc
8 † vtique ius quæsitum auferri ipsis inuitis non debet, *l. id, quod nostrum, 11. ff. de regul. iur.* Ita, præter Clarum nostrum, & alios, tenent Rosenthal. *in d. tract. feud. c.2. concl.17.* Borcholt. *d.c 4.nu.10.* Mynsinger. *d.cent.4.conseru 84.* Gail. *d.lib.2. obseruat.49.* Bocer. *d. tract. de qualit. & differ. feud. c.5. nu.93.* Vulteius *d.lib.1.de feud.c.38.nu.7.* & Hanneton. *de feud. parte 1.cap.3.*
9 Cæterum † an & quatenus in dubio feudum antiquum, vel nouum præsumatur, copiose, post alios, explanant Iacobus Menochius *de præsumptionibus libro 3. præsumpt.93.* Iosephus Mascardus *vol.2.de probationibus,concl.771.* Fachineus *d. libr. 7. controuerf. iur. cap.59.* Schrader. *d. parte 2.cap.3.nu.41.* Bocer. *d.cap.5.n.94.* Vulteius *d.lib.1.c.8.n.8.* Mozzius *de feud. in c. de natura feu.* & Rudinger. *d lib 1.c.27.* Harp.

g *Antiquum.*] Hic cadit notabilis dubitatio. Vasallus committit contra dominum feloniam dignam priuatione feudi, dominus remittit, nunquid ex hoc feudum dicatur esse nouum, an vero remaneat antiquum? vide per Iac. *in suis quæstion. feudalibus quæst.16.nu.240.* Giach.

h *Vt dicit Iacob.*] Vide etiam per eundem *in suis quæst. feudal. q.16. sub n.24.* Giach.

QVÆSTIO IX.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Feudum quando dicatur esse ex pacto, & prouidentia, & quando hæreditarium.*
2 *Feudum simpliciter, & absolute hæreditarium an transeat ad quoscunq; hæredes, etiam extraneos.*
3 *Feudum concessum pro se, & filiis, vel liberis, an dicatur hæreditarium.*
4 *Feudum concessum pro se, & filiis, & hæredibus an requirat quod filij sint etiam hæredes.*
5 *Et an hoc casu requiratur, quod sint hæredes vasalli vltimo loco defuncti, an autem sufficiat, quod sint hæredes primi acquirentis.*
6 *Et quid si feudum concessum sit alicui, nulla facta mentione filiorum, nec hæredum.*
7 *Feudum concessum pro se, & hæredibus, an dicatur hæreditarium.*
8 *Et quid si concessum sit pro se, & filiis, & hæredibus ab eis legitime descendentibus.*
9 *Et quid si concessum fuerit pro se, & hæredibus masculis.*

Ex Additionibus.

1 *Feudum ex pacto, & prouidentia quid.*
2 *Feudum hæreditarium quid.*
3 *Feudum mixtum quod dicatur.*
4 *Vtrum feudum simpliciter concessum præsumatur ex pacto, & prouidentia, an vero hæreditarium.*
5 *In omni dispositione præsumendum in dubio est id, quod de propria rei natura est.*
6 *Feudum ex pacto, & prouidentia propriam feudi retinet naturam.*
7 *Pacta, cum sint facti, non præsumuntur.*
8 *Feudum hæreditarium non nisi pacto constituitur.*
9 *Contrahentes in dubio censentur se conformare voluisse dispositioni iuris communis.*
10 *Feudum regulariter ad masculos tantum pertinet.*
11 *In dubio magis fauetur sanguini, quam causa extranea.*
12 *In dubio sententia fauorabilior recipienda.*
13 *Quatenus in dubio quilibet sibi, & suis hæredibus prospicere censeatur.*

1 VAlde vtilis, & quotidiana est illa quæstio, qualiter
a intelligatur aliquod feudum esse ex pacto, *b* &
b prouidentia, & qualiter hæreditarium, in qua materia Doctores multum intricate loquuntur. Præmitte ergo, quod dupliciter intelligi potest feudum esse hæreditarium, primo scilicet, quoad hoc, vt tale feudum de sui natura sit transitorium ad quoscunque hæredes; & sic, quod eo, quod quis est hæres vasalli, admittatur ad feudum. Secundum vero, quoad hoc, vt de natura ipsius feudi non posset aliquis in eo succedere, nisi etiam sit hæres, & sic in primo casu qualitas, quod sit hæres, sufficit ad succedendum in ipso feudo: in secundo autem casu non sufficit, sed bene requiritur, quod concurrat.

Hoc præmisso dic, quod tria sunt in hoc proposito 2
genera feudorum. Aliquod enim est feudum simpliciter, & absolute *c* hæreditarium, puta, quando concessum *d* est pro se, & hæredibus quibuscunque: & ad c
hoc, vt quis in tali feudo succedat, sufficit, quod sit hæ- d
res, nec alia qualitas requiritur: & ideo tale feudum transit ad quoscunque etiam extraneos hæredes. Ita dicit Bald. *in l. cum virum post n.21. C. de fideicom.* qui in hoc communiter approbatur, vt ait Gigas *ad pension. quæst.19.n.13.* Idem etiam tenet Bald. *in c. Imperialem, in princ. num.19. de prohib. feud. alien. per Frider.* Et est communis opinio, vt ait Socin. *inter consil. feud.* Brun. *cons.19.n.2.* Curt.iun. *consil.183.n.6. & in tract. feud. in vlt. parte, tertiæ partis princ. q.2.* Ripa *in l. ex facto, §. si quis ita, post n.16. vers. Ex quibus constat, ff. ad Trebell. & in l. quæsitum. § si quis cum tutor. n.4. & seq ff de priuil. credit.* Crauet. *cons.256 post nu 8. vers. His tamen,* Paris. *cons.13.n.170.libr.1.* Soc.iun. *cons.105 nu 28.lib.2.* Et dicit Molin. *in Apostill. ad Alex. cons.30. sub n.11. libr 1. in fine Apostill* quod hæc est crebrior & verior opin. licet in princ. Apostill. dicat, quod in hoc puncto quanto plura legit, tanto minus discernere potuit, quæ sit crebrior opin. adeo Doctores Doctoribus, imo iidem sibi ipsis contradicunt. Sed quicquid dicat Molin. opin. Bald. tanquam magis communis obseruatur in practica.

Quandoque vero, & secundo, feudum est simplici- 3
ter, & absolute ex pacto, *e* & prouidentia, puta, quando e
concessum est pro se, & filiis, vel pro se, & liberis, nulla facta mentione hæredum, & hoc quidem feudum non dicitur hæreditarium, secundum Andr. de Isern. *in c.1. § hoc quoq; qui feud. dare poss* & est communis regula, vt ait Dec. *cons.445.nu.8.* sed ad hoc, vt quis in tali feudo succedat, sufficit, quod sit filius, vel descendens ab illo primo acquirente; non autem requiritur, quod sit hæres. Et hæc est communis opinio, vt dicit Ias. *in leg. si post mortem, in princ. n.3 ff de leg.1. & cons.56.col.fin. in princ. ibi ego, lib.3* Bene verum est, quod in hoc casu secundum aliquos, est differentia inter filios, & agnatos: nam multi tenent, quod in hoc feudo locum habeat dispositio *c.1.* an filius, vel agnatus, de quo infra suo loco dicimus, *in q.76.*

Quandoque & tertio, feudum *f* non est neque sim- 4
pliciter hæreditarium, neque simpliciter ex pacto, & f
prouidentia, sed participat de vtroque, puta, quando est concessum pro se, & filiis, & hæredibus, & eo casu requiritur, quod ille, qui vult in tali feudo succedere, sit filius & sic etiam hæres, & sic, quod in eo vtraque qualitas concurrat. Ita tenet Iacob. de Beluis. *in c.1. de eo, qui sibi, & hered. &c.* Bene verum est, quod in hoc fuit aliqua controuersia inter Scribentes Nam contrarium videtur tenuisse Bald. *in eod. c.1.n.6* quod scilicet sufficiat ius sanguinis, neque requiratur ius hæreditatis, sed huic opin. Baldi non adhærent communiter Doct. vt dicit Alex. *cons.19.n.16.lib.5* Et dicit Alex. *cons. 10.n.8.libr.3.* quod conclusio Iacobi de Beluis. est communiter approbata, quem refert Paris. *cons.2.n 26.lib.1. & cons.3.n.17. eod. vol. & cons.4.n.28. eod. vol. & cons.106. nu.25. eod. vol.* Hanc conclusionem dicit esse communem Ias. *cons.57.nu 1.lib.1. & cons.56.col.1.lib.2.* Ruin. *cons.16.n.6.lib.1.* Curt iun. *cons.1.n 11.* Paris. *cons.16 nu. 13.lib.1. & cons.23.n.167. eod vol. & cons.1.n.134. lib.2. & cons 48.n.9. & 10.lib.4* Crauet. *cons.197. post n.5 vers. Hoc tamen fundamentum.* Soc.iun. *cons.114 post num. 2. lib.2.*

*lib.*2.Gratus *conf.*4.*nu.*42.*lib.*1. Et hanc opin.tanquam veriorem,& magis communem, semper vidi obseruari in practica, alias enim necesse esset fateri,quod illa verba,& hæredibus,essent superflua.

5 Sed quæro,an oporteat eum,qui vult in huiusmodi feudo succedere,esse hæredem vasalli vltimo loco defuncti, an autem sufficiat eum esse hæredem primi acquirentis? Respond. quod in hoc etiam est altercatio inter Doctores,nam aliqui tenent, oportere, quod sit
g hæres vasalli vltimo loco defuncti,g & hanc dicit esse communem opin. Curt.iun.*conf.*138.*post n.*24 quem refert Soc.iun *conf.*188.*n.*15.*lib.*2.Atqui vero tenent sufficere, quod mediante persona suorum antecessorum sit hæres primi inuestiti.Et hanc dicit esse communem Alexan.*in d.conf.*10.*nu* 8 *lib.*3. prout illum refert Gozad.*conf.*8.*n.*2.Et reuera Alex. ibi expresse dicit, quod sit hæres primi recipientis. Idem etiam videtur sensisse Alex & plures alij in locis supra allegatis, dum loquuntur alternatiuè,scilicet,quod sit hæres, vel primi acquirentis, vel vasalli vltimo loco defuncti. Et hæc opinio magis mihi placet.Cum enim descendentes illius primi acquirentis succedant in ipso feudo, virtute primæ inuestituræ,in quo fuerunt vocati ipse, & eius filij,& hæredes, non est consideranda successio illius, apud quem feudum vltimo loco repertum est,sed tantummodo illius, cuius beneficio descendentes ipsi ad feudum admittuntur. Et ita secundum hanc opin. in facti contingentia iudicauit Senatus.

6 Sed quid dicendum est,quando feudum est concessum
h sum simpliciter alicui,nulla facta mentione h filiorum, neque hæredum, puta, concedo tibi tale castrum in feudum,nunquid tale feudum (quod aliqui nominant informe) transibit ad hæredes, an autem censebitur concessio personalis, quæ non transeat ad descendentes,vel successores?Resp.quod tale feudum ita concessum nihilominus transit ad hæredes,scilicet ad eos,qui alias ex natura feudi succedunt. Ita tenet Petrus de Bellapert.*in l.apud Iulianum,*§.*si quis alicui,ff.de leg.*1. & est communis opinio,vt attestatur Ias. *in d.*§.*si quis alicui,n.*9. Sunt enim beneficia principum (iuxta vulgares regulas) latissime interpretanda, non tamen in huiusmodi feudo succedunt hæredes extranei, quia hoc esset contra naturam feudorum, in quibus regulariter non succedunt extranei hæredes, vt dixi infra *q.*83. Et hæc vides,quod hoc feudum ita simpliciter concessum perinde est, ac si concessum esset expresse pro se,& filiis suis masculis tantum: & ad hoc allegatur gl.quæ tamen in lib.meo hoc non dicit *in c.*1.*quib. mod.feud.const.pot* vbi Bal.*n.*4. refert gl.ita expresse dicere,subdens,& tene menti in corde tuo,quia est notabile.Et illam gl.dicit esse communiter receptam Didac.*lib.*2.*resolut.c.*17. *nu.*3. *in fin.* vbi etiam dicit,quod hoc videtur magis receptum apud eos, qui de feudis tractauerunt.

Et in hoc proposito nota, quod in feudis potest considerari duplex prouidentia,scilicet legis,& hominis.Prouidentia legis est,vt feudum de sui natura non transeat nisi ad descendentes, & ideo siue feudum sit concessum simpliciter (vt superius dixi) nulla facta mentione filiorum,neque hæredum,siue concessum sit pro se,& hæredibus:nihilominus tale feudum ex prouidentia legis non transit nisi ad descendentes masculos,non autem ad extraneos hæredes.Prouidentia autem hominis est, quando ex tenore ipsius inuestituræ vocantur expresse solummodo descendentes ipsius recipientis,puta,quando concessum est pro se,& liberis, vel pro se,& filiis,vel huiusmodi. Et hoc proxime videtur feudum ex pacto, & prouidentia, quia & pactum,& prouidentia legis in hoc concurrunt,vt solum descendentes ipsius inuestiti, non autem hæredes extranei in ipso feudo succedant.

Nunc prosequendo eandem materiam, quæro, an feudum receptum pro se, & hæredibus,dicatur hæreditarium?Resp. si intelligas hæreditarium simpliciter, & absolute,id est,quod transeat ad quoscunque hæredes etiam extraneos,certum est, quod non est hæreditarium, vt ex prædictis apparet,& latius dixi infra *in d. q.*82. sed si intelligas hæreditarium, scilicet in quo non possit succedere,nisi qui sit hæres; dico,quod est hæreditarium.Et ita tenuit Andr.de Isern.*in c.*1.§.*quoque de his qui feud.dare poss.*& est communis regula,vt ait Dec.*conf.*44.*n* 8. Hanc etiam conclusionem dicit esse communem Campeg.*inter conf.& feud.*Brun.*conf.* 11.*nu.*3.*& seq.*Brun.*conf.*24. *nu* 1. Licet enim in materia feudali verbum,Hæredibus,intelligatur de descendentibus,& sic ratione subiectæ materiæ trahatur vltra propriam significationem : retinet tamen adhuc suam propriam significationem, & sic includit vtrunque, scilicet descendentes & hæredes, alterum ex natura ipsius verbi alterum ex natura rei,super qua pronunciatur. 7

Sed quid si feudum acceptum sit pro se,& filiis,& hæredibus ab eis legitime descendentibus?Resp. pariter dicendum est,quod censeri debet hæreditarium,& ita se habet magis communis opin.vt ait Parif. *conf.*4. *n.*27.*lib* 1 Afflict.*decis* 195.*post nu.*7.subdens, quod ita pluries fuit iudicatum:& ideo in tali feudo filii,vel eorum descendentes non succedent, nisi etiam sint hæredes : & ista est communis opin. vt dicit Sigismun. *conf.feud.*52.*n.*55. 8

Item quæro,quid si acceptum fuerit feudum pro se, 9
& hæredibus i masculis? Resp. aliqui tenuerunt,quod i
illa qualitas masculinitatis adiecta operatur,quod feudum ita receptum, non dicatur hæreditarium, & fuit opin. Rayn. *in sua q.incip. Quidam habebat duos filios.* & ita tenent omnes, vt dicit Ias. *in l. Gallus,* §. *etiamsi parente,num.*22 *ff.de liber.& posth* quem refert Rubeus *conf.*110.*n.*5.*in repet.l.Gallus* § *quidam recte,col.*68.*vers. Dubitatur igitur quinto*, & est communis opin. vt attestatur Bello. *consil.*33.*n.*2.

Sed tu hic diligenter aduerte,quia si dictum Rayne. intelligatur,quod feudum ita receptum non sit hæreditarium, quia scilicet non transeat ad omnes, quod iure hæreditario succedunt,etiam in extraneos,sed solum in descendentes masculos, hoc nullam prorsus habet difficultatem,quia etiamsi non esset apposita illa qualitas masculinitatis, tamen ex natura feudi id erat expeditum,vt sæpe dixi Et dicit Socin.iun. *consil.* 85.*n.*7.*libro* 2.quod est commune dictum, & non habet contradictorem.Et ita in hanc sententiam expresse illum refert Ias.*in loco prææallegato,*adeo quod ita intelligenda decis.Rayn quæ fundatur super illa dictione,masculis,erit inanis,& sine succo.Si vero intelligatur, quod illa qualitas masculinitatis operetur, quod feudum non sit hæreditarium,quia scilicet descendentes masculi ad ipsum feudum admittantur,etiamsi non sint hæredes; Ego credo illam decisionem Rayn. esse falsam, & contra eum esse magis communem opin. prout etiam attestatur Rubeus *conf.*17.*per totum consilium,*Didac.*libro* 2.*resolut.c.*18.*ante n.*4.Certe passus est arduus : & aliquando cum causa penderet de facto, ab vtraque requisitus, consulere recusaui.

ADDITIONES.

Qualiter intelligatur aliquod feudum esse ex pacto, & prouidentia.] Feudum ex pacto, & prouidentia vulgo dicitur, cum feudum alicui, pro se, & filiis suis, vel liberis, nulla hæredum facta mentione, conceditur : † vero hæreditarium appellatur, quando in inuestitura vocabulum hæredis expresse vsurpatur.Ita docent, & sentiunt,vltra Clarum nostrum,& alios per eum hic cumulatos, Hartman. Pistoris *libro* 2.*quæst. num.iur.quæst.*1.*n.*2.Arius Pinellus *ad l.*1.*parte* 3.*numero* 84.*&* a 1 2

*sequenti.C.de bon.matern.*Barthol. Camer. *in cap. Imperialem, §.praeterea ducatus de prohibit.feud. alienat.* per Frider. Schrader.*in tractat.feud par.3.nu.19. & seq.*Botchol. *in comment. in consuetudinem feud. cap.3. diuis.4.* Fachineus *libro 7. controuers. iur. capite 3.* Henricus à Rosenthal. *in tractat. feud. cap.2. conclus.33.*& caeteri complures ab his laudati.Verum huic diuisioni, communi Doctorum calculo receptae, ac passim etiam in Curiis vsque comprobatae, quid inspecta veritate iuris desserendum sit, abunde, & accurate exponunt Dn.Collega Bocerus *in tract.de qualit.& different. feudor.c.5.*H.*in tract.feud.c.6. pag.77. cum seq.* & nouissime Carolus à Kirchberg. *in discursu de feudo ex pacto,& prouidentia,&c.c.1. & seq.* De eadem diuisione videatur Andr.Knichen.*lib.1.de pact inuestitur. c.2.n 13.* Harprec.

b *Ex pacto, & prouidentia.*] Ad materiam hic nota, quod in feudo ex pacto,& prouidentia admittuntur filij agnati, tametsi haud sint haeredes primi inuestiti, vel vltimi defuncti: commune vide Roland.*cons.67. nu.11. & in collecta mea commo.pi.in verbo feudum nu.50.* Item nota,quod feudo ex pacto, & prouidentia pro se & liberis, quorum primi contrahentes semper voluerunt conseruari, non potest vendi etiam cum consensu domini directi in praeiudicium liberorum vocatorum. Commune vide ibidem *nu.seq.* Giach.

c *Haereditarium.*] Adde communem,vt per Roland.à Valle ab eo citatos *in cons.67.nu.9.& cons.9 nu.37.vol.1.& cons.3. nu.17.vol.4.* Giach.

d *Concessum est pro se.*] Adde,quod etiam dicitur haereditarium, quando reperitur concessum simpliciter, nulla facta mentione haeredum,commun.per Rolan.*cons.3.num.15.* Item quando est concessum pro se,& filiis commun. per Rolan. *ibi, nu.17.* item quando est concessum pro se, filiis, & haeredibus, commun. per eund. *ibi nu.19.* & de istis communibus opinio, dixi fusius *in ea collect. mea num 23. cum multis sequentibus & n.27.* cum multis aliis sequen vbi etiam succedere volens debet esse haeres, *nu.40.*Item in feudo haereditario concesso pro se, & haeredibus, & successoribus, vt quis admittatur, requiritur, vt sit haeres primi inuestiti, vel vltimi defuncti, de cuius persona tractatur *n.40.* quinimo non sufficit,quod sit haeres sanguinis, nisi etiam sit haereditatis. Commune *n.42.*item quod sit haeres vniuersalis, commune *nu.43.* Giach.

e *Ex pacto,& prouidentia.*] Item concessum cum dictione, masculis, nullo alio verbo apposito, facit, vt feudum dicatur ex pacto, & prouidentia, at secus quando adiunguntur illa verba, pro filiis masculis haeredibus, quia isto casu erit haereditarium, commune dixi *ibi.n.46.*sed quid quando datur alicui pro se,& suis liberis ex suo corpore legitime descendentibus, an dicatur haereditarium, vel ex pacto, & prouidentia? commune vtrunque vide ibi, *nu 48.49.* Feudum vero concessum pro se, & liberis, quod dicatur ex pacto, & prouidentia, commune vide per Natt. *in cons.681. ante nu.3. vbi pro & contra,* & dixi *in d.collect.mea numero 45.* Giach.

f *Feudum non est neque simpliciter haereditarium,nec simpliciter ex pacto, &c.*]

3 Etsi † communiter Doctores (quos refert & sequitur hic Clarus noster) duobus prioribus feudorum generibus tertium addunt, mixtum videlicet, quod habeat aliquid de feudo haereditario, & aliquid de feudo ex pacto, & prouidentia; ita vt concessum sit vasallo pro se & filiis, vel liberis haeredibus: attamen huiusmodi feudum nihil participare de feudo haereditario, sed mere, & absolute feudum esse ex pacto, & prouidentia, intrepide affirmat probatque D.Bocerus *d. cap.15.* & Clarus à Kirchberg, *d. discursu de feudo ex pacto &c. cap.2. nu.3. & seqq.* Harprec.

g *Defuncti.*] De ista communi dixi plenius vbi sup.*nu.41. cum duob.seq.* Giach.

h *Mentione.*] Vbi vero esset concessum pro se, & haeredibus,& quibus dederit,tunc transiret etiam ad extraneos,commune Roland.*in cons.55.nu.36.vol.3.*quod etiam dixi *in d. collect.mea verb. Feudum,n.43. & fusius n 52.*Giach.

Quando feudum est concessum simpliciter alicui, nulla facta mentione filiorum, neque haeredum.]

4 Quamuis † plerique Interpretes censuerunt, in dubio feudum praesumendum esse haereditarium. Bald.*in l.libertis,20.nu.37.vers quaero eo, C. de operis libertor.*Curt.iun.*in l.fin.nu 83.C.de edict. D.Adr.tollend.* Castr. *cons.2.n.18.& cons 3.nu.9.item cons.311.nu.5.vol.1.*Alexan. *cons.18.nu.9.*Socin.sen.*cons 257.vol.2.*Neuizan *cons.9. nu.8.* Brunus *cons 18.num.4.*Ruin.*cons.15.nu.5.* Gozadin.*cons.4.nu.11.*Alciat. *respons.160.nu.8.*Natta *cons.501.nu.20.*Caephal.*cons.152. nu.55. vol.2.* & Gail. *lib.2. obseru.154. nu.8.* verior tamen, & in praxi receptior est contraria sententia existimantium, feudum in dubio potius praesumi esse ex pacto, & prouidentia. Atque hanc, vltra Clarum nostrum hoc loco, tuentur assertionem Andreas de Isernia *in ca.1. §. sed quia,* & ibid. Aluarot. *de his, qui feud.dar.poss* Afflict.*in ca.1.nu.62. in quib. caus feud. amit.* Camerar.*in c.1. quaest.21.ad agna.vel fil.* Menoch. *lib.3. de praesumptionibus,praesumpt.94.* Borcholt. *d. Commentar. in consuetud. feud. c.4.nu.19.*Sigism.Loffred.*cons.1.n.96.* Io.Thomas de Marin.*tit.1.nu.54.*D.Bocerus *d.tract.feud parte 2.capite 3.n.31.* Mynsinger. *cent.4. obseru.2.* Carol. à Kirchberg. *d. discurs. de feud. ex pacto,&c.cap.4.numero 177. cum seqq.* Vulteius *libro 1. de feud.cap.8.nu 31.vers. malnerunt igitur,&c.*Hartman.Pistor. *d.libro 2.q.1.nu 75.cum seqq.* Rudinger. *libro 1. variar. lect. iur. feudal. c.28.*Niell. *disput. feud.1. thes.10.* & Berens *disput feud. 1.th.66.*Atque haec sententia non debilibus nititur fundamentis. Primo † enim in omni dispositione, etiam feudali, praesu- 5
mendum est in dubio id,quod est propria rei natura,non quod ab ea recedit, *tit.1. §. hoc autem 3. in fin.lib.1. feudor. tit 2. §. praeterea 2. F. l. si prius 17. ff. de aqua, & aqua pluu. arc.* Sed † 6
feudum ex pacto, & prouidentia est feudum proprium, ac propriam feudi naturam retinet: quoniam omnium feudorum hoc proprium est,quod non haereditario,sed potius sanguinis iure transeat in successores, vt latius ostendit Pistoris *d. quaest.1.nu.1. & 15.* Deinde pacta, cum facti sint, non praesu- 7
muntur, *tit.item si vasallus 1.libro 1. F.& tit.2. §.praeterea si aliquis 2.libro 2.F.*Atqui feudum haereditarium non constituitur, nisi expresso inuestiturae pacto id actum fuerit,per text.*in c.1. ibi,si quis ea lege de feud. non habente propr.feud.natur. tit.48. libro 2. F.* Ergo † in dubio non praesumitur feudum haeredita- 8
rium. Adhaec † contrahentes in dubio censentur se confor- 9
mare voluisse dispositioni iuris communis, *per cap. cum dilectus 8 extr.de consuetud. l. haeredes mei 57. §.1. ff. ad SC. Trebellian. l.quanquam 62 ff de rit.nupt.cum similibus.*Iuris † autem 10
feudalis auctoritate feudum est eius naturae,vt ad descendentes masculos tantum, sine vlla qualitate haereditaria, pertineat, per text. *in cap.1.fin. quibus caus. feud amitt. tit.23. & in cap.1.de natura success feud.tit.50.iuncto textu in d.c.1 de feud. non habent.prop.feud.natur tit.48.libro 2.F.* Praeterea † in du- 11
bio magis fauetur sanguini,*l.1. §. largius 12. de successor. edict.* quam causae extraneae: cuius potior esset ratio, si feudum esset haereditarium, & in eo succederetur, vt in re allodiali.Extraneus enim haeres institutus praeferretur agnato à vasallo praeterito. Iam † vero in dubio,fauorabilior sententia reci- 12
pienda, arg.*l.cum quidam 19.in fine, ff. de liber. & posthum. hared. Instit. l. Titia 38. §.fin.ff. de auro,& arg.legat.* Non itaque feudum in dubio praesumendum est haereditarium, sed ex pacto, & prouidentia.

Nec † refragatur huic conclusioni, quod in dubio quilibet 13
sibi,& haeredibus suis prospicere credatur,*l.si pactum 9. ff. de probationibus & tit.18.libro 2. F.* Nam id primo accipi debet, si natura negotij,de quo agitur, non repugnet Menoch. *d. libro 3.praesum.93.nu.4.* D.Bocerus *d.c.5. nu.37.* Dein istud axioma intelligi potest materiam subiectam, de haeredibus feudalibus, id est, sanguinis: ita quod acquirens non sibi tantum, sed etiam successoribus suis feudalibus feudum acquirere voluerit.Rudinger.*d.c.28.n.7.*Carol.à Kirchberg.*d.c.4.n.179.*Harp.

i *Et haeredibus masculis*] Vide supra ea.quaest.Insurgit pulchra quaestio, quid si recipit aliquid in feudum pro se, & filiis suis nascituris legitimis, & exsecto ventre matris editus est filius, an succedat in isto feudo? vide per Iac. de S.Georg. *in l.fin.n.6.C.de posthum.hared. instit.* Giach.

QVAESTIO X.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Feuda Regalia, vel dignitatum, quae dicantur.*

Ex Additionibus.

1 *Regale feudum quid.*
2 *Feudum non regale quid.*
3 *Alia regalis, & non regalis feudi definitio.*
4 *Feudum regale,& non regale à quo conferatur.*

QVaero, quae *a* dicantur feuda regalia, vel feuda *b* dignitatum? Resp. quod ad hoc, vt aliquod feudum dicatur regale, vel dignitatis, duo requiruntur. Primum, quod in feudum concedatur Regnum, seu dignitas,puta,Ducatus, Marchionatus,vel Comitatus. Secundum,quod concedatur ab Imperatore,aut Rege, vel supremo Principe.Ita declarant communiter Scribentes,vt dicit Curt.iun.*de feud in 1.part.quaest.8.col.1.*

ADDITIONES.

QVa *dicantur feuda regalia.*] Regale feudum ex Schneidevv. *de feud part.1.n 30.* vulgo nominatur,quod dignitatem aliquam regalem annexam habet: non regale quod † 1
omnis dignitatis est expers, Lauidens *in cap.1 nu 30.de his,qui feud.dar.poss.*Iacob.de S.Georg. *de feud. super verb. in feudum, numero 5.*Rainaud.*in compend feud.nu.21.*Bald.Iacob.Aluarot. Praepos. & Ias. *in prelud feud.1. diuis.* Ioan. Ferrar. *in tractat. feud. libro 1. cap.6. diuis.3.* Petrus Rebuff. *in arbor. feud. diuis. 3.* Ludolphus Schraderus *in tractat. feud. parte secunda capite 3.*

capite 3. numero 3. cum seqq. Borchol. *in Comment. in consuetud. feudor. c. 2. nu.* 21. Rectius regale feudum definitur, quod † sit feudum nobile, supremi Principis auctoritate concessum, cum dignitate regali: cuiusmodi dignitas est Regnum, Electoratus, Archiducatus, Ducatus, Landgrauiatus, Marchionatus, Principatus, Comitatus, Burgrauiatus, & Baronatus, *tit.* 10. *lib.* 2. E.

Non regale definitur, quod sit feudum nobile, auctoritate summi Principis concessum, cum dignitate, quæ regali sit in-
4 ferior. Auctoritate, inquam, Principis summi: quia † non solum non regale, sed etiam regale feudum conferri potest ipso facto etiam ab alio, quam Principe: quod tamen factum ratione iuris fingitur esse factum ipsius Principis; vt si ius intueamur, & originem rei, omne feudum nobile, siue regale sit, siue non regale, à summo Principe, & non ab alio conferri censeatur: si factum, etiam ab alio, quam à Principe: cum Princeps id faciat, vel per se ipsum, vel per alium. Ita eleganter docet D. Vulteius *lib. 1. de feud. cap* 8 *nu.* 10. & D. Obrecht. *disp. feud. 2. th. 49. cum seqq.* aduersus D Bocerum aliter sentientem *in tract. de qualit. & different. feudor. c. 3. nu. 18. & seqq.* Harp.

b *Dignitatum.*] Hic nota, quod feuda dignitatum, de quibus per Auctorem, sunt indiuidua. Istam regulam reassumit Duenn. *reg.* 316. in Italia tamen per generalem consuetudinem diuiduntur, & in illis omnes pariter succedunt, neque habet locum primogenitura, commune dixi *in collect. mea commun. opin. verb. Feudum, nu.* 96. Item quod in feudis habentibus dignitatem permissa sit diuisio, etiam ex quo iurisdictionis exercitium potest diuidi. Commune dixi, & vbi supra *nu.* 100. vide *n. 67. cum duob. seqq.* Giach.

QVÆSTIO XI.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Feudum ligium quod dicatur.*

2 *Et an possit quis esse homo ligius duorum dominorum.*

Ex Additionibus.

1 *Feudum ligium vnde, & quid.*

2 *Non ligium quod dicatur.*

3 *Num in inuestitura nominatim exprimi necesse sit, vt feudum sit ligium.*

4 *An quis possit esse homo ligius duorum dominorum.*

5 *Nemo duobus dominis contrariis ex asse seruire potest.*

1 QVæro, quod dicatur feudum ligium? Resp. quod
a feudum a ligium est, in quo tria concurrunt. Pri-
b mum, quod b in inuestitura expresse dicatur, quod sit ligium. Secundum, quod vasallus subijciat principaliter potestati domini personam suam, & consequenter omnia bona sua, etiam non feudalia. Tertium, quod iuret illi fidelitatem, nulla alterius fidelitate reseruata. Et ita est communis opin. vt dicit Curt. iun. *de feud. in 1. part. q. 8. vers. quinto sub hac.*

2 Hinc infertur, quod non potest aliquis esse homo
c ligius c duorum dominorum, vt d dicit gl. *in Clem. pa-*
d *storalis, §. deniq; in verbo, Homo ligius, de re iudic.* quæ in hoc communiter approbatur, vt dicit Iac. *de homag. nu.* 6.

ADDITIONES.

a *FEudum ligium.*] Item feudum ligium est illud, quod ab Imperatore est concessum præstita fidelitate absolute, & nullius alterius fidelitate conseruata, per Alex. *in cons. 30. n. 3. lib. 1.* & Iac. *in suis quæst. feudalib. n.* 4. Giach.

1 *Feudum ligium est.*] Feudum † ligium (à ligando sic dictum, & per excellentiam, quod videlicet sub arctissimo fidei nexu conferatur) definiunt, in quo iuratur fidelitas contra homi-
2 nes, nullo penitus anteposito, aut excepto. Non † ligium vocatur, quando vasallus iurat fidelitatem domino, alio anteposito, seu excepto. Ita diuisionis huius fundamentum extat *in tit. 12. § satis, ibi, fidelitatem nullo antepositto lib. 2 F. & in extraordinar. cap. tit. 99. libr. 2. F. item in Clement. Pastoralis, § rursus, de sent. & re iudic.* De eadem diuisione videantur Io. Borcholt. *in Comment. in consuet feudor. c. 4. n* 22. Henric. à Rosenthal. *in tract. feud. c. 2. con l* 1. D. Bocer. *in tract. de qualit. & different. feud. c. 5. nu. 67. & seqq.* Vulte. *lib 1. de feud. c. 8. nu.* 20. Obrecht *de feud. disp. 2. th. 194. & aliquot seqq.* Guet. Piso Soacius *in præiud. feud c. 41.* Duaren. *in Comment. feud. c. 4* Forcatu. *de feud. c. 3.* Schneidevv *par. 1. de feud. nu.* 42. Schrader. *in tract. feud. par. 2. c. 4. n. 1. & seqq.* aliique per hos citati. *Harpr.*

b *Quod in inuestitura expresse dicatur, quod sit ligium.*] Feu-
dum † non aliter ligium dici posse, nisi expresse, atque nomi- 3
natim in inuestitura cautum sit, vt feudum ligium censeatur, præter Clarum nostrum, existimant Bal. *in c. inter dilectos, 6. colu 6. extr. de fide instrument.* Ias. *in prælud. feud nu.* 107. Curt. iun. *in tract feud part. 1. q. 8. n.* 22. Io. Ferrar. *in tract. feud. lib. 1. c. 6. diuis. 6.* Schneidevv. *d. par. 1. de feud. n.* 45. & Andr. Gail. *in tract. de arrestis Imperij, c. 6. nu.* 30. Verum cum ex ipso tenore inuestituræ, seu ex forma fidelitatis satis appareat; anne feudum ligium, vel non ligium sit: cum iure vasallus fidelitatem contra omnes homines, nullo anteposito: non opus esse videtur vlla certa expressione, per notata Neuizani *cons. 13 nu.* 9. Tiraqu. *de retract. municip. § 12. gloss. vnic. n. 25. in fin.* Schrader. *in tract. feud part. 2. c. 4. n.* 3. Vulteij *d lib. 1. c. 8. nu.* 22. Obrecht. *d. disp. 2. th.* 216. Boceri *d. c. 5. n.* 72. & Henrici à Rosenthal. *d. tract feud. c. 2 concl 3. n* 8. Harpr.

c *Homo ligius*] Hic scias, quod appellatur homo ligius quasi ligatus. Iac. *in suis dictis quæst. n.* 5. qui *nu. seq.* dicit, quod feudum non ligium appellatur, quando præstatur fidelitas simpliciter, vel quando excipitur in fidelitate alius dominus. *Giach.*

Quod non potest aliquis esse homo ligius duorum dominorum.]
Quod † in feudo ligio vnus non possit duorum esse homo li- 4
gius euidens ratio suadet: quia † nemo duobus dominis con- 5
trariis, sed vni tantum ex asse seruire potest. Matthæi *cap. 6. vers. 24. l. si. vt certo, 5. § si duobus, ff. commodat.* quia, inquam, pugnantia sunt; hominem legium esse duorum: cum in feudo ligio nullus excipiatur D. Obrecht. *d. disp. 2. th.* 210. Paul. Berens *disp. 1 feud. thes.* 44. Harp.

d *Vt dicit glos.*] Adde Spec. *tit. de feud. §. quoniam super homagiis, vers. 10.* quæratur, & Bald. *in prælud. feud. in 6. diuis. in fi.* quod secus est in homine non ligio, qui duobus homagium facere potest, *c. grandi, ibi vel cuicunq; alteri personæ, de sup. neg prælat. lib. 6 vers feudo ligio,* vide Gulielm. Bened. *in cap. Rayn. vers mortuo itaq; testatore 2. de testam. & in vers. & vxorem nomine Adelasiam in 3. decis.* Gouean.

QVÆSTIO XII.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Feudum francum quod dicatur.*

Ex Additionibus.

1 *Feudum francum quodnam dicatur.*

2 *Feudum francum quanquam à seruitiis, non tamen à fidelitate est liberum.*

QVæro, quod dicatur feudum francum? Respond. 1
quod a feudum francum dicitur, in quo duo con- a
currunt. Primum, quod in inuestitura expresse dicatur, quod sit francum. Secundum, quod inuestitus non teneatur, nisi ad seruitia, quæ sunt expressa in inuestitura: & ista est communis mens Doctorum, vt dicit Curt. iun. *de feud. in prima parte, quæst. 8. vers. Secunda principalis.*

ADDITIONES.

FEudum francum] Et secundum Iacob. vbi supra *nu.* 2. ap- a
pellatur francum, quando pro illo feudo non est præstanda aliqua fidelitas: item quando proprietas est infeudata. Nam ex pacto bene potest dominium concedi feudatario, nedum vtile, sed etiam directum: & tunc appellatur feudum francum, & ibi retulit Bal. atque Io. Monac. istud dicentes. *Giach.*

Feudum francum.] Feudum † francum appellatur, quod ita 1
datum est vasallo, vt ab omnibus seruitiis immune sit, & liberum. Francum enim Gallico idiomate liberum dicitur. Sonsbeec. *in Comment. ad vsus feudor. parte 3. num.* 25. Borchol. *in Commentar. in consuetud. feud. cap. 4. numero 20.* Z. *in Epit feud. parte 2. cap. 4. numero* 6. Vult. *libro 1. de feud. c. 8. numero* 20. Schneidevv. *de feud. parte 1. nu.* 53. Licet † autem hoc feudum 2
seruitiorum sit expers: non tamen à fidelitate liberum censetur. Quia seruitia non sunt pars aliqua feudi substantialis, sicut ipsa est fidelitas. Proinde à seruitiis ad fidem ipsam consequentia neutiquam procedit. Sed ea de re vide latius disserentes Schneidevvinum *dicto loco,* Paulum Berens, *disput. 1. feud. thes. 75. & 76.* Schrad. *d. parte 2. cap. 4. nu. 7. & seq.* nec non D. Bocerum *in tract. de inuestitura feud. c. 4. nu.* 14. Harpr.

QVÆSTIO XIII.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Prælatus an possit concedere in feudum bona Ecclesiæ.*

2 *Et quid in feudo decimarum.*

3 *Et quid in feudis apertis tempore prædecessoris sui.*

4 *Et quomodo dicatur res ecclesiæ solita, vel non solita infeudari.*

5 *Et an possit prælatus infeudare tales res etiam consanguineis suis.*

6 *Et an in tali infeudatione interuenire debeant solemnitates requisitæ in alienatione ecclesiæ.*

7 *Et an posset prælatus eo casu alterare, aut mutare consuetudinem, secundum quam tales res solitæ erant in feudis concedi.*

8 *Et an si illam alteret, infeudatio vitietur.*

Ex Additionibus.

1 *An, & quatenus Prælatus res Ecclesiasticas in feudum dare possit, remissiue.*

2 *An, & quatenus Ecclesiæ Prælatus, vt extraneis, sic & consanguineis suis, rem infeudari solitam, in feudum concedere queat, remissiue.*

1 Quæro, nunquid Prælatus *a* possit in feudum concedere bona Ecclesiæ? Resp. quod non, nisi essent res solitæ *b* infeudari. Nam illas vtique posset Prælatus, postquam essent ad ipsam Ecclesiam reuersæ, aliis in feudum concedere. Ita colligitur ex tex. *in c. 1. de his qui feudum dare possunt.*

2 Sed quæro, nunquid hæc conclusio locum habeat etiam in feudo decimarum, quod solitum sit laicis infeudari, vt scilicet, si ad ecclesiam reuertatur, possit Prælatus illud alteri laico in feudum concedere? Resp. quod sic; & ad hoc allegatur gloss. *in cap. prohibemus, in verbo, Laicos, de decimis,* quæ tamen hoc non dicit. Sed hanc opin. clarius tenuit Flor quem refert Imol. *in c. ex parte, post nu. 39. de feud.* subdens, quod hæc opin. communiter seruari videtur. Et post eum ita dicit communiter teneri, & obseruari in practica Ias. *consil. 155. in fin. lib. 2. & in d. c. 1. n. 12. de his qui feud. dare poss.* Illam etiam refert Curt. iun. *de feu. in 1. parte prin. q. 8.* Dec. *cons. 131. paulo ante fin.* Licet enim regulariter decimæ apud laicos esse non possint: tamen ex quo erant solitæ laicis infeudari, præsumitur eas licite apud ipsos laicos fuisse, & consequenter etiam aliis laicis concedi posse.

3 Sed nunquid poterit Prælatus infeudare, non solum feuda, quæ tempore suæ prælaturæ aperiuntur, sed etiam ea, quæ tempore prædecessoris sui aperta fuerunt? Resp. Gloss. *in d. c. 1. in prin. in verbo, Feudum dare,* tenuit quod non: sed illa gl. in hoc communiter reprobatur, vt dicit Guido Papæ *decis. 154. post n. 2.* Benè verū est, quod si aperiatur feudum tempore vnius Prælati, & ille Prælatus tale feudum apertum, & solitum infeudari non infeudet, sed recipiat fructus, & decedat, si deinde successor suus reperiat illud feudum inter bona mensæ, non poterit illud inconsulto Romano Pontifice infeudare, si tenuerit per annum inter bona mensæ suæ, & non infeudauerit. Ita sentiunt omnes, vt dicit Guido Papæ *d. decis. 154. post n. 3. vers. Sed si dicta.* & secundum hanc conclusionē in facti contingentia iudicauit Parlamentū Delphinale, *vt in eadē decis. in princ.*

4 Nunc pro intelligentia quæro, quomodo dicatur res ecclesiæ solita infeudari? Aliqui dicunt, quod dicitur solita infeudari, quando reperiuntur duæ infeudationes illo modo factæ, simul cum cursu quadraginta annorum: & fuit opin. Iacobi de Beluis. *in d. c. 1. de his qui feu. dare poss.* quam dicit esse communem Ias. *cons. 155. col. pen. vers. Non obstat secundum, lib. 2. vbi etiam col. 2. vers. Quarto facit,* dicit, quod hac conclusione non discrepat. Multi etiam dicunt sufficere, quod præcesserit vna tantum infeudatio solemniter facta sine aliquo temporis cursu, vel pluralitate actuum Et hanc opin. dicit communem Curt. iun. *de feud. in 1. parte 2. partis prin. q 4.* Ruin. *cons. 35. n. 30. lib. 1.* Sed hæc opin. non transit sine difficultate, ideo prima esset tenenda, tanquam tutior, & quæ minus fauet alienationi rerum Ecclesiasticarum. Ad hoc autem, vt dicatur non solita amplius feudari, requiritur, vel quod expresse Prælatus eam describi faciat inter bona mensæ Ecclesiæ, vel quod per multum tempus collegerit fructus ipsius rei solitæ infeudari, prout solitus est facere de aliis rebus incorporatis. Et hanc opin. quod scilicet requiratur huiusmodi declaratio expressa, vel tacita, dicunt magis esse communem quidam moderni, quos refert Curt. iun. *in d. 1. parte 2. partis princ. quæst. 5.*

Vlterius quæro, nunquid possit Prælatus huiusmodi res, postquam ad ecclesiam reuersæ sunt, infeudare non solum extraneis, sed etiam consanguineis *c* & affinibus suis? Resp. quod sic, dummodo talis infeudatio non sit multum onerosa ecclesiæ, vel alias suspecta. Ita tenet Bal. *in d c. 1. n. 9.* & est communis sententia, vt ait Curt. iun. *in 1. parte 2. partis principalis q. 7.* quem refert Rip. de peste *in c. 2. de remediis præseru. nu. 170.* Ias. *in d. c. 1. post n. 19. de his qui feu. dare poss.* Zas. *de feud. in 5. par. vers. Quarta conclusio.* Et ita de consuetudine obseruari videtur, quia hodie potius agnatis, quam aliis beneficia à Prælatis conceduntur, vt dicit gl. *in c. 1 in princ. in verbo, in clericorum, si de inuestitura inter domin. & vasall. &c.* Quæ quidem consuetudo non est prorsus improbanda, modo isti agnati, seu affines sint alias probi, & idonei Sed caueant Prælati, ne dum proximos suos immerito bonis ecclesiasticis ditare contendunt, ipsi eorū, & suas animas illaqueent in æternā damnationē. 5 6

Item quæro, an in tali renouatione infeudationis interuenire debeant illæ debitæ solemnitates *d* quæ in rei ecclesiasticæ alienatione requiruntur? Resp. quod non. Ita tenent Bart. in Auth. *qui rem, nu. 4. C. de SS. Eccles.* Abb. *in c. vt super, nu. 11. de reb. eccl. non alien.* & est communis sententia, vt dicit Curt. iun. *de feu. in 1. parte 2. partis prin. q. 1.* Et quod possit Prælatus solus, & sine consensu capituli huiusmodi res solitas infeudari aliis in feudum concedere, dicit esse communem conclusionem Doctorum Soc. *cons. 102. n. 23. lib. 3.* Claud. *in d. c. 1. de his, qui feud. dare poss.* Et ita etiam communiter de consuetudine teneri attestatur Zas. *de feud. in 5. parte, vers. Secunda conclusio.* Et in hoc modica est inter Doct. controuersia. 6 d

Scias tamen, quod sicut Prælatus non potest infeudare res ecclesiæ non solitas in feudum concedi; ita etiam in tali renouatione infeudationis non potest alterare, *e* aut mutare consuetudinem, secundum quam erant solitæ concedi. Ita dicit Bar. *in d. Auth. qui rem. n. 8.* & est cōmunis conclusio, vt dicit Alex. *cons. 9. nu. 2. lib. 5.* 7 e

Sed quid si alteret, aut mutet ipsam consuetudinem, nunquid infeudatio vitiabitur? Resp. quod quatenus in hac renouatione excessit formam consuetam, proculdubio vitiatur, & in hoc nemo discrepat. Et hanc conclusionem dicit esse communem Curt. iun. *in d. 1. parte 2. partis, in 6 q col. 1. & 2.* quatenus autem solitæ sunt concedi, sustinetur. Et ita dicit esse veram, & communem sententiam Curt. iun. *in d. 6 q. col. pen.* Tu vide, quæ dixi supra *§. emphyteusis q. 6. vers. Scias tamen.* 8

ADDITIONES.

Prælatus.] Adde hic, quod Prælatus habens administrationem bonorum ecclesiæ habet potestatem locandi res ecclesiæ sine auctoritate superioris, dummodo locatio non fiat ad longum tempus, & tendat in vtilitatem ecclesiæ: & potest hoc casu ecclesiam obligare. Commune dixi *in collect. mea commun opin in verb. Prælatus, n. 1. 2 & 3.* Giach. a

Prælatus.] In hac q. Doct. varie loquuti sunt, crebrior tamen opin. est & verior, quod Prælatus rem antiquitus infeudari solitam possit infeudare non solum extraneis, sed etiam consanguineis suis, & affinibus, Bald. *l. 1. q. 21. ff. de rer. diuis.* Aluar. *in c. 1. si de inuest. inter dom. & vas. lis oriat.* Gouean.

Nunquid Prælatus possit in feudum concedere bona Ecclesiæ.] An † & quatenus Prælatus res Ecclesiasticas in feudum concedere 1

cedere poſſit, poſt veteres Interpretes, & Clarum noſtrum, latiſſime explicant Schraderus *in tract. feudal. part. 4. cap. 2. n. 7. cum ſeqq.* Henricus à Roſenthal. *in tract. totius iuris feud. c. 4. concl. 18. & aliquot ſeqq.* D. Collega Boccrus *claſſ. 5. diſp. 14. th. 7. & ſeqq. edit. 2. item in tract. de inueſtitura feudi, c. 3. nu. 55.* Hucque referri poterunt, quæ annotaui ſupra *in §. emphyt. quæſt. 10.* Harp.

b *Solita infeudari.*] Ad idem, quòd Prælatus poſſit infeudare bona eccleſiæ ſolita infeudari, habetur per Crau *in conſ. 54. col. 1.* Quando vero res non eſſet ſolita infeudari, aduerte quod ſolemnitas Eccleſiaſtica requiritur in infeudatione noua, & perpetua conceſſione in emphyteuſin *c. nulli. de reb. eccleſ. non alienan. c. 1. de feud.* cum aliis allegatis per Alex. *in conſ 78 num. 3. vol 1.* vnum tene menti in materia, quod ſolus Prælatus Eccleſiæ propter benemerita recipientis poteſt alienare naturam feudi in emphyteuſin, concedendo in fœminas, vel in alias generationes non permiſſas, facta tamen mentione de benemeritis, & meritis probatis, per Martin. Anguiſ. *in conſ. 46. ſub nu. 13.* Imo poteſt alienare ex cauſa remunerationis per Rol. *in conſ. 19. n. 64. lib. 2.* quem vide *n 67.* Giach.

c *Conſanguineu.*] Adde, quod Bald. *in l. 1. ff. de rerum diuiſ.* ex mente Iacob. de Beluiſ. idem dicit, quando feudum eſt antiquum, quia non eſt ſuſpicio, quod feudum deterioretur. Imo Prælatus illos de ſui ſanguine tenetur præferre aliis: ſecus, ſi infeudatio, vel datio in emphyteuſin fieret de nouo, per Iacob. *in ſuu quæſt. feudal lib. q. 27.* Giach.

2 *Non ſolum extraneu, ſed etiam conſanguineis.*] An † & quatenus Eccleſiæ Prælatus, vt extraneis, ſic & conſanguineis ſuis, rem infeudari ſolitam & Eccleſiæ apertam, in feudum largiri poſſit, præter Clarum noſtrum, & ab eo hic allegatos, declarant Iacobus Menochius *de præſumptionibus libro 3. præſumpt. 54.* Fachineus *lib. 7. controuerſ. iur. cap. 31.* Mynſing *cent. 5. obſer. 47.* Roſenthal. *d. c. 4. concl. 23.* & D. Bocer. *d. diſput. 14. th. 10. & d. tract de inueſtitura feud. c. 3. nu. 56. & ſeq.* Deque eadem quæſtione videantur, quæ allata ſunt ſupra in *dict. §. emphyteuſis, q. 0. n. 18. & ſeqq.* Harp.

d *Solemnitates.*] At ſi non ſint ſolitæ infeudari, tunc requiruntur, vt dixi ſupra *ſub Apoſtill. ſignata lit. B.* ibi vide. *Giach.*

e *Alterare.*] Aduerte, quod poteſt alterare propter benemerita recipientis, vt dixi ſupra. Adde nunc duas alias limitationes, de quibus per *Apoſtil. ad Alexan. eod. conſ. 9. in 1. Apoſtil.* quas ibi vide per te: eas non tranſcribo. *Giach.*

QVÆSTIO XIV.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Dominus an poſſit inueſtire aliquem de feudo nondum aperto.*

Ex Additionibus.

1 *An, & quatenus dominus aliquem de feudo nondum aperto inueſtire valeat, remiſſiue.*

2 *Num in feudis ſpes conditionalis inueſtituræ ad heredes tranſeat.*

1 a QVæro, an dominus poſſit inueſtire aliquem de feudo nondum a aperto, ſcilicet, quod adhuc per alium vaſallum legitime inueſtitum poſſidetur? Reſp. quod ſic, dummodo inueſtitura ſit concepta ſub conditione, puta, ſi ille vaſallus ſine deſcendentibus aut agnatis ad feudum ipſum vocatis deceſſerit: vel in tempus, puta, quando ipſum feudum ad dominum iure medio deuoluatur. Et ita concludunt communiter Doct. vt dicit Claud. *in l. ſi n. 13. C. de pact.* Sed ſi inueſtitura eſſet concepta pure, eſſet penitus nulla, adeo, quod etiamſi poſtea eueniat caſus, quod tenens feudum moriatur ſine hærede, non tamen poteſt aliquem effectum ſortiri. Ita probat tex. *in c. 1.* hic poteſt eſſe titulus, qui ſucceſſores teneant, & eſt communis opin. vt dicit Aluar. *in eod c. 1. poſt n. 1. verſ. In tex. ibi.* Debent tamen Imperatores & Principes abſtinere ab huiuſmodi inueſtituris concedendis, ne inducant votum captandæ mortis, vt audiui contigiſſe noſtris temporibus in quodam Marchione ex primatibus Italiæ, cuius nomen tacetur.

ADDITIONES.

NOndum aperto.] De feudo autem nondum aperto, ac deuoluto ob extinctam lineam comprehenſorem; poteſt propter amorem patris in filiam illud transferre, commune vide per Rol. *in conſ. 41. vol. 2.* & dixi etiam *in collect. mea comm. opin. verb. dominus, nu 6.* Giach.

An dominus poſſit inueſtire aliquem de feudo nondum aperto.] An, † & quatenus dominus aliquem de feudo nondum ſibi aperto inueſtire valeat, poſt veteres, & Clarum noſtrum, abunde exponunt Borcholt. *in Comment. in conſuetud. feud. c. 7. numero 18 & ſeq.* Schraderus *in tractat. feud. part. 3. cap. 2. numero 17. & ſeqq.* Vulteius *libro 1. de feud. capite 5. numero 17. & capite 7. numero 46. & 48* Nicol. Mozz. *tit. de ſubſtant. feud. numero 55.* eoſque referens Henricus à Roſenthal. *in tractat. iuris feud. c. 4. concl. 9.* item D. Bocerus *in tract. de inueſtitura feud. c. 5. numero 13. & ſeqq.* & Rudinger. *libro 1. variar. lection. iuris feud. cap. 12.* & illud hic addendum eſt: quod † in feudis ſpes 2 conditionalis inueſtituræ in hæredes actiue, & paſſiue tranſmittatur, *c. 1. qui ſucceſſores teneantur, tit. 9. libro 1 F. c. 1. qui ſucceſſ feud. dare teneant, tit. 3. libro 1. §. ſub conditione, 4. verſ. ex conditionali, Inſtitut. de verb. oblig.* Idque explanatius perſequitur Rudinger. *d. libro 1. c. 12.* Harp.

QVÆSTIO XV.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Feudum rectum an poſſit conſtitui ſine inueſtitura.*

Ex Additionibus.

1 *Feudum rectum, ſiue proprium quid.*

2 *Feudum non rectum ſiue improprium, & degenerans quid.*

3 *Feudum rectum ſine inueſtitura conſtitui non poteſt.*

QVæro, nunquid feudum rectum a poſſit conſtitui 1 b ſine inueſtitura, ita vt habeat propriam naturam feudi, & ſit tranſitorium ad hæredes? Reſpond. in vſibus feudorum ſunt text. in hac materia, qui inter ſe pugnare videntur. Nam *in c. 1. quibus mod. feud. conſtitui poteſt*, expreſſe dicitur non poſſe feudum ſine inueſtitura conſtitui, etiamſi quis domino iubente alicuius rei tanquam feudalis poſſeſſionem nanciſcatur. Contrarium autem decidi videtur *in cap. 1. de conſuet. recti feudi*, vbi dicitur, paria eſſe, quod concedatur inueſtitura, vel quod domino iubente quis poſſeſſionem feudi nactus ſit. Tu dic ſecundum Aluarottum, quod illi text. ita poſſunt ad concordiam recte reduci. Aut talis iuſſus eſt factus coram paribus curiæ, & tunc habet vim inueſtituræ, prout expreſſe loquitur text. *in d. c. 1. de conſuetudine recti feudi.* Aut ſit abſente curia, & nihil operatur. Et ita procedit text. *in d. c. 1. quib. mod. feud. conſt. poteſt.* Et hæc concordia communiter tenetur, vt ait Zaſ. *de feu. in 6. parte, col. 1. verſ. Nec te lateat.*

ADDITIONES.

FEudum rectum.] Hic ſcias, quod feuda recta conceduntur a ex gratia, & non per pecuniam, ſecundum Iun. & Iaſ. citatos per Rolan. *in conſ. 23. n. 6. vol. 1.* Giach.

Feudum rectum.] Feudum rectum † ſiue proprium eſt, quod 1 communi, ac regulari iure feudali cenſetur, & in nulla parte à regulis iuris feudalis recedit: ſed iis ſimpliciter innititur, *tit. 1. §. fin. ibi, proprio iure feudi cenſetur, libro 1. F.* Feudum † 2 non rectum, ſiue improprium, & degenerans dicitur, quod à communi, ac regulari feudi iure recedit, *d. titulo 1. §. in fin. ibi, non iure feudi iudicatur, libro 1. F. titu. 2. §. fin. ibi, præter communem feudi rationem, item ibi, contra feudi conſuetudinem, libro 2. F. & tit. 48. libro 2. F.* De qua diuiſione conſulantur, poſt veteres, Ludolphus Schraderus *in tractat. feud. parte 2. capite 3. numero 1. & 2.* Vulteius *libro 1. feud. capite 8. numero 37.* Boccrus *in tract. de qualit. & differ. feud. capite 5. numero 57.* Roſenthal. *in tract. iuris feud. ca. 2. concl. 52.* Guerrin. Piſo Soac. *de feud. capite 4. num. 1.* Sonsbecc. *in Comment. in vſus feud. part. 4.* Borcholt. *in Comment. in conſuet. feud. capite 4. numero 25.* Duare. *de feu. capite 4. num. 1.* Schneidevv. *parte 1. de feud. numero 31.* Ioan Henric. Linck. *in tractat. feud. parte 1. numero 10.* & Paulus Berens *diſput. feud. 1. th. 70. & ſeqq.* Harpr.

b *Poſſit conſtitui ſine inueſtitura.*] Quod † ſine inueſtitura, 3 quæ ſignum eſt feudi neceſſarium, feudo nullo modo conſtitui poſſit, indicat Rolandus à Valle *conſilio 50. numero 9. vol. 3. conſ. 1. nu. 9. & 49 item conſ. 97. numero 24. vol. 4.* eumque referens Borcholt. *dict. Commentar. in conſuetud. feud. cap. 7. numero 2.* & D. Obrechtus *diſput. feud. 8. th. 1. & 2.* Harprec.

QVÆSTIO XVI.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Feudum an possit acquiri mediante pretio.*
2 *Et an tale feudum dicatur proprie feudum.*

Ex Additionibus.

1 *Num feudum emptum sit proprium, an improprium.*
2 *Cui non competit definitio, ei nec definitum competit.*
3 *Beneficium ex mera beneuolentia proficiscitur.*
4 *Feudum non sub prætextu pecuniæ, sed amore, & honore domini acquirendum.*

1 QVæro, an feudum possit acquiri mediante *a* pretio? Resp. gloss. *in c. 1. de benef. fratr. in gl.* 1. tenuit
a quod à domino non possit feudum concedi mediante pecunia. Contraria tamen opin. scilicet, quod feuda possint emi, obtinuit, vt dicit Zas. *de feud. in 12. parte. vers. 3. conclusio.* subdens, quod eam Doct. plerique omnes sequuntur. Et quod hæc opin. notissima consuetudine recipiatur, dicit etiam Bald. *in cap. 1. §. ex eadem lege, n. 2. de l. Corra.* quod ita est per consuetudinem vsurpatum, & quod ita quotidie videmus castra, & villas emi, & vendi cum mero, & mixto imperio, &c.

2 Sed quæro, nunquid *b* tale feudum emptum dicatur
b proprie feudum? *c* Respon. quod non dicitur habere propriam naturam feudi, ex quo non est gratuitum; vt in cap. 1. de feudo non habente propr. nat. feu. tamen est verum feudum, & regulariter secundum omnes leges, & consuetudines feudi. Ita generaliter volunt omnes Feudistæ, vt dicit Molin. *in consuetud. Paris. feud. §. 30. n. 110. in fin.* sed de hoc aliquid attingemus in discursu materiæ.

ADDITIONES.

a MEdiante pretio.] Hic insurgit pulcherrima dubitatio, an scilicet feuda capi possint in excutione iudicati, vide per Iac. de S. Georg. remissiue *in l. si cum vsufructuario, n. 6. ff. si ex noxa. cau. agatur, & in quæst. feu la. quæst. 31. num. 38.* Hic etiam scias, quod feudum mercenarium, vel censuale haud expirat per sacros ordines, nec per monachationem, sed transit ad monasterium cum onere suo, per Iason. *in cons. 117. col. 4. vol. 4.* & Rol. *in cons. 23. nu. 14.* post Bal. *c. quæ in Ecclesiarum, de constit.* Giach.

b *Nunquid tale feudum emptum dicatur proprie feudum.*]
1 Quod † feudum emptum (quod scilicet interueniente pecunia acquiritur) feudis impropriis sit adscribendum, plerique
2 interpretes non sine ratione concludunt. Primo † enim, cui non competit definitio feudi proprij, illi nec competit definitum. Atqui feudo empto non competit definitio feudi proprij, siue recti. Ergo feudum emptum non est feudum proprium, sed improprium. Assumptio sic demonstratur. Feudum definitur per beneficium *in tit. 23. §. in primis lib. 2.* F. Iam
3 † vero feudum, quod pretio interueniente comparatur, non est beneficium. Siquidem beneficium ex mera beneuolentia tribuentis proficiscitur: illudque tribuens sponte sua, pronaque affectione accipienti tribuit, *dict. tit. 23.* Atqui feudum, quod emitur pretio, non ex mera beneuolentia, & prona affectione concedentis proficiscitur, vti omnibus patet. Sequitur igitur, feudum emptum non esse proprium feudum. Deinde †
4 Feudista *in tit. 27. in fine principij libro 1.* F. diserte scribit: feudum (scilicet proprium) non sub prætextu pecuniæ, sed amore, & honore domini acquirendum esse. Quæ verba satis arguunt: quod feudum per se, & sua natura non interuentu pretij sed amore, ac honore solum domini, siue (vt *in d. tit. 23. lib. 2.* F. dicitur) ex beneuolentia domini sit acquirendum. Atque ita docent, præter Clarum nostrum, Curt. iun. *de feud. par. 1. quæst. 6. nu. 14.* Mozz. *de diuis. feud. num. 37.* Aretin. *cons. 164.* Syluan. *cons. 52. num. 2. vol. 1.* Brun. *cons. 14. nu. 2. vol. 1.* Corneus *cons. 239. num. 21. vol. 1.* Dec. *cons. 266. in fin.* Iason *cons. 1. in princ. & cons. 24. nu. 9. & cons. 59 nu. 1. vol 4.* Menoch. *cons. 391. nu. 36. vol. 1.* Borchol. *in Comment. in consuet feudor. c. 4. nu. 26.* Anton. Gabriel. Roman *commun. concl libr 2. sub tit. de feud. conclus. 2. in princ.* Bursatus *cons 4. n. 15. & cons. 46. nu. 12. vol. 1.* Schrader. *in tract. feud. part. 2. c. 4. n. 55.* hosque omnes referens Vulteius *lib. 1. de feud. cap. 8 nu 45.* Quibus adijciendi sunt Schenck. Baro *ad d. tit. 23. lib. 2.* F. Rosenthal. *in tractat. totius iur. feudal. cap. 2. concl. 61.* Cuiac. *ad tit. 1. §. item illud lib. 2.* F. Obrecht. *disput. feud. 2. th. 367.* Gail. *libro 2. obseruat. 259. nu. 3. & 4.* Berens *disputat. 1. feud. th. 72.* H. vbi dissentientium, Sonsbeccij *in Comment. in vsus feud. parte 2. num. 7. cum seqq.* D Bocceri *in tractat. de qualit. & different. feudor. cap. 5. nu. 62.* argumenta diligenter refutat. *Harprec.*

c *Respond. quod non.*] In hoc articulo vide Ant. Gabr. *libro 3. commun. opin. tit. de feudal. concl. 2.* Gouean.

QVÆSTIO XVII.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Concessio feudi per verbum,* Donamus, *an dicatur donatio, vel feudalis concessio.*

Ex Additionibus.

1 *Donatio potius, quam infeudatio præsumitur.*
2 *Vocabulum donationis in contractu appositum facit, vt negotium, de quo agitur, non contractus feudalis, sed donatio censeatur.*

QVæro, Princeps concedit *a* alicui feudum, & in 1
concessione vtitur verbo, Donamus, vel alio simi- *a*
li importante donationem, nunquid *b* censebitur li- *b*
bera donatio, vel feudalis concessio? Respond. quod censebitur libera donatio. Et ita in specie consuluit Oldrad. *cons. 159. nu. 3.* & hoc dictum Oldradi videtur communiter receptum, vt ait Gratus *cons. 9. n. 78 lib. 1.* Hanc etiam esse communem conclusionem Doctorum attestatur Socin. iun *cons. 102. num. 9. & seq. lib. 2.* Non enim debemus à proprietate verborum recedere, maxime cum beneficia Principum *c* latissime sint *c*
interpretanda.

ADDITIONES.

COncedit.] De natura vero verbi, *concedo.* vide per Iac. *de* *a*
feu. verb. ibi in fluminibus, sub nu. 5. & in collecta mea, in verb concessio, sub n. 12. 13 & 14. Giach.

b *Nunquid censebitur libera donatio.*] Cum † donatio po- 1
tius, quam infeudatio præsumatur, per notata Menochij *cons. 1. numero 10. vol 1.* & Mascardi *de probationibus conclus 766.*
nu. 2. vol. 2. in contractu † donationis vocabulum appositum 2
efficit, vt negotium, quod agitur, non sit contractus feudalis, seu donatio. Ita, præter Clarum nostrum, & ab eo citatos hic, tradunt Alberic. *in rubr. C. de dona.* Rosenthal. *in tractat. iuris feudal. ca. 6. concl. 27.* Mozz. *de accident feud. nu. 40. & seq.* Decius *consil 468. nu. 12 & col. 498 nu 11.* Ruin. *col. 42. nu. 6. vol. 1.* Alciat. *cons. 172. nu. 5. & consil. 199. nu. 26. & cons 374. num. 3.* Gozad. *cons. 8 nu. 16 & seq.* aliique plures, quos refert, & sequitur Vulteius *lib. 1. de feud. ca 7. numero 56. vers. debent autem verba, &c.* Harpr.

c *Latissime interpretanda*] Iuxta text. *in l. fin. ff. de constit. prin. & de feudo concesso,* vide per Franc. *de Eccles. cons. feud. consil. 40. de verbo, indulgemus,* vide per Roland. *in cons. 48. nu. 9. in 4.* Giach.

QVÆSTIO XVIII.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Res an in dubio præsumatur allodialis, vel feudalis.*
2 *Et quid si inuestitura sit de castro, & pertinentiis, an dominus habeat intentionem fundatam pro omnibus bonis, quæ vasallus possidet in territorio illius castri.*

Ex Additionibus.

1 *Res in dubio præsumitur allodialis, non feudalis.*
2 *Seruitus in dubio non præsumitur.*

COntingit quandoque, quod dominus asserit ali- 1
quam rem, quam vasallus possidet esse feudalem, econuerso autem vasallus contendit eam esse allodialem, quæro, an præsumatur feudalis, vel allodialis? Re-
spond. quod in dubio quælibet res præsumitur *a* allo- *a*
dialis, & non feudalis. Hæc est vulgata regula, quam omnes Scribentes sequuntur tam legendo, quam consulen-

ſulendo, vt dicit Bello. *conſ.10. nu.9.* Eſt enim feudum ſpecies ſeruitutis, quæ in dubio non præſumitur.

2 Sed quid, ſi vaſallus habeat inueſtituram de caſtro, & pertinentiis, nunquid eo caſu dominus habebit intentionem fundatam, ita quod omnia bona, quæ va-
b ſallus reperitur poſſidere in territorio *b* illius caſtri, præſumantur feudalia, & vaſallo incumbat onus probandi, quod ſint allodialia? Reſp. quod non, ſed præſumuntur allodialia, niſi dominus probet ipſas res eſſe de pertinentiis. Ita dicit Hoſtien. *in c. nimis. de iureiur.* & eſt communis opin. vt ait Bello. *in d. conſ. 10. poſt nu 11.* & ita in facti contingentia indicauit conſilium Neapolitanum, vt refert Afflict. *deciſ.* 207. Et ſuperioribus annis, dum ſimilis quæſtio verteretur in cauſa magni ponderis, fuit pronunciatum pro vaſallo, non obſtante, quod bona, de quibus agebatur, eſſent ſita intra confinia territorij deſcripta in inueſtitura.

ADDITIONES.

a P*Ræſumitur allodialis.*] Adde commune hoc eſſe, vt per venerand. colleg. Papiæ in voto cauſæ Finari *ſub nu 36.* quod reperitur poſt tractat. D. Iac. Menoch. *de recup poſſeſſ.* & dixi *in mea collect. comm. opin. verb. feudum nu.2.* vbi etiamſi agatur de Marchionatu, quando Marchionatus poteſt haberi titulo donationis, ſeu allodiali. Ad illud etiam adde per Alex. *in conſ. 129 in pr. lib. 1. & conſ 15. vol. 5.* Bald. *in c. ſignificauis, col. 1. de reſcr.* & per Dec. *in conſ. 588. ſub nu. 8.* vbi per hoc fundamentum conſuluit hæredem inſtitutum mittendum eſſe in poſſeſſionem bonorum, ex quo allodialia præſumantur, idem *in conſ 407. & ſequ.* per Crau. *conſ 112. nu. 14.* Rol. *conſ. 82. vol. 2.* Giach.

1 *In dubio qualibet res præſumitur allodialis.*] Si † de ipſa feudi ſubſtantia incidat controuerſia, vtrum res, de qua contenditur, ſit feudalis, an allodialis: in dubio præſumetur allodialis, non feudalis per textum *in titul. 26. §. 1 lib. 2. F.* Alciat. *de præſumpt. reg. 2 præſumpt. 3.* Gabriel. *lib. 3. ſub tit. de feud. concl. 3. nu. 1.* Curt. iun. *conſ. 41. nu 7.* Grat. *conſ 3. nu. 9. & conſ. 9. nu. 152. vol. 1.* Rol. à Valle *conſ 46. nu. 39. vol. 3.* Menoch. *conſ. 252. nu. 1. vol. 2. & conſ. 195. n. 2 vol. 4.* Eiuſque rationem hanc aſſignant:
2 quia † feudum in ſe ſeruitutem aliquam habet, quæ in dubio non præſumitur, Clarus hic Mozz. *de natural. feud. nu. 2.* Dec. *conſ. 424. nu. 8. & conſ. 498. nu. 3. & conſil. 588. nu. 12.* Gozadin. *conſ. 50. nu. 7.* Illudque comprimis procedit, ſi bona controuerſa ſita ſint extra feudi limites. Item *in cap. 1. nu. 3. de controuerſ. int. maſc. & femin* Brun. *conſ. 127. verſ quod ſi ſeptimam.* Natta *conſ. 514. nu. 32. vol 4.* cum alias etiam, vt maxime res controuerſa ſita ſit in territorio, & pertinentiis caſtri, quod conſtat eſſe feudale, adhuc allodialis præſumatur. Ita, poſt Clarum hic noſtrum, & alios à ſe allegatos, docet Vulteius *lib. 2. de feud. ca 3. nu. 10. & ſeqq.* vbi plura huc pertinentia eleganter explicat. *Harprec.*

b *In territorio illius.*] Adde, & vide per Iacob *in ſuis quæſt. feuda q. 7. 8.* Bene verum eſt, quod rem meam allodialem poſſum recognoſcere in feudum, commun. per Roland. *conſ. 2. nu. 100.* Giach.

QVÆSTIO XIX.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Ex præſtatione ſeruitiorum perſonalium per longum tempus, an præſumatur titulus vaſallagij.*

2 *Et an ex eo, quod quis per decennium poſſedit aliquam rem vti feudalem, præſumatur præceſſiſſe feudalis conceſſio.*

Ex Additionibus.

1 *Feudum quanti temporis præſcriptione acquiratur.*

2 *Quod in vno correlatiuorum ſtatutum eſt, in altero quoque ſtatui debet.*

1 QVæro, aliquis ſeruiuit mihi, vt vaſallus longo tempore, id eſt, per decennium, præſtando ſeruitia perſonalia, nunquid ex hoc præſumetur titulus vaſallagij, ſiue homagij? Reſp. quod non, ſed requiritur
a tempus triginta *a* annorum. Ita tenet Bart. *in l. ſolent. §. fin. n. 9 ff. de offic proconſ. & in l. litibus. n. 3. C de agric. & cenſ. lib. 10.* Et eſt communis opin. vt dicit Bald. *de præſcript. in 3. parte principali 10. q. 1. partis nu. 37. & in 2. Iul. Clar. Sentent. Pract. ciuil.* *quarta principalis q 6. n. 1. in fin* Eſt enim magni præiudicij, vt quis efficiatur vaſallus alterius, ideo requiritur ſaltem curſus 30. annorum.

Sed pone, aliquis diuturno tempore, id eſt, per decennium poſſedit aliquam rem, vt feudalem, nunquid 2
præſumetur præceſſiſſe ſolemnis conceſſio feudalis? Reſp. quod ſic. Et iſta eſt communis opin. vt dicit Balb. *in d. 10. q. 1. partis, poſt nu. 35 verſ. Et ex ibi notatis,* quem refert Pariſ. *conſ. 32. nu. 5. lib. 4.* Nam hoc quidem caſu agitur de longe minori præiudicio, quam in ſuperiori: quantum ſcilicet intereſt inter perſonam, & res, merito etiam minoris temporis curſus ſufficiat ad inducendam præſcriptionem.

ADDITIONES.

T*Riginta annorum.*] Iſte eſt text. *in c. 1. §. ſi quis per triginta ſi de feud. defun fuerit controuerſ* ſed vide per Roland. *in conſ. 1. nu. 79.* vbi declaratur. Et quod contra præſcriptionem 40. annorum reſtitutio in integrum concedatur, vide per Socin *in conſ. 66. vol. 4.* & dixi alias. *Giach.* *a*

Sed requiritur tempus triginta annorum] Quemadmodum
† aliquis in fundo, quem per triginta annos tanquam feudum poſſedit, ius feudi præſcriptione acquirit, *c. vnic. §. Si quis per triginta annos ſi de feud. defuncti content. ſit int. dom. & agn. vaſall. titul. 26. lib. 2. F.* ita vice verſa ſi quis per annos triginta alicuius fundi nomine, qui reuera liber erat, non feudalis, ſeruitia feudalia à domino feudi, tanquam à vaſallo, receperit: is directum fundi iſtius dominium præſcribit, fundique dominum ſibi vaſallum acquirit: idque ex natura correlatiuorum. 1

Quod † enim in vno correlatiuorum ſtatutum eſt, in altero quoque ſtatui debet, *l. vltim.* ibique Bartol. Bald. & Angel. *C. de indict. vid. tollend. l. 1. C. de cupreſſis.* Euerhard. à Midelburg. *in locis legalib. loc. à correlat. nu. 3.* Atque hac ratione Doctores communiter hanc ſententiam tuentur. Matthæus de Afflict. Præpoſitus, Petrus Rauennas, Laudenſ. & Aluarott. *in d. titul. 26. §. ſi quis per 30. annos. lib. 2. F.* Speculator *de feud. §. 2. verſ. ſecundo quæritur,* &c. Mynſinger. *cent. 4. obſeru. 19 in fi.* Duaren. *de feud. c. 8. nu. 2.* Borcholt. *in Comment. in conſuetud. feud. cap. 7 part. 3. nu. 9.* Roſenthal. *in tract. iuris feud. cap. 6. concluſ. 81.* Vulteius *de feud. lib. 2. cap. 9. nu. 16.* Mozzius *de ſubſtantia feud. nu 31.* & Dn Collega Bocer *claſſ. 5. diſp. 17. th. 17 edit. 2. & in tract. de præſcrip. feudi cap. 2 nu 36. & ſeqq.* vbi ad contraria ſolide reſpondet. Ceterum de præſcriptione feudi explicatius agetur infra *ad qu. 45.* Harprec. 2

QVÆSTIO XX.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Vaſallus dicens pacta, quæ dominus vult apponere in inueſtitura, eſſe inſolita, an teneatur illa probare.*

2 *Et an recognitio per impreſſionem, vel errorem facta aliter quam more ſolito noceat poſteris.*

Ex Additionibus.

1 *Inſolitum eſt, quod præter naturam, aut conuentionem feudi accedit.*

2 *Feudorum mutatio, vel inſolita recognitio quibus noceat, remiſſiue.*

QVæro, tu ſcis, quod in renouatione inueſtituræ 1
quandoque apponuntur pacta *a* inſolita. Modo *a*
vaſallus dicit, quod pacta, quæ dominus appoſuit, vel vult apponere in inueſtitura, ſint inſolita, vel econuerſo, nunquid erit illi credendum? Reſp. quod non, ſed alleganti pacta eſſe inſolita incumbit onus id probandi. Ita volunt omnes Doctor. vt dicit Iac. *in verbo, Qui quidem inueſtiti, nu. 65.*

Sed pone, quod per impreſſionem, vel errorem ſit 2
facta recognitio feudi, aliter quam more ſolito, nunquid talis recognitio nocebit *b* poſteris? Reſp. quod *b*
non. Ita eleganter dicit Bald. *in c. 1. §. fin. poſt num. 2. de feudo guar.* quem ceteri Doctores ſequuntur, vt ait Iac. *in d. verbo, Qui quidem inueſtiti. num. 70. in fin. & in verbo, Dictique vaſalli, num. 13.* dicit, quod illud dictum Baldi ſequuntur omnes poſteriores, & ibid. *numer. 21.* dicit, quod omnes ſequuntur. Sit tamen cautus

vasallus, vt semper accipiat renouationem iuxta formam primæ inuestituræ, quia si illa deperderetur, posset illa renouatio maximum præiudicium afferre suis descendentibus. Præterea intellige hanc conclusionem, vt procedat in feudo antiquo ex pacto, & prouidentia, in quo vasallus non potest præiudicare vocatis ex tenore inuestituræ, sed si esset feudum, de quo vasallus posset libere disponere, vtique talis recognitio posteris obesset.

ADDITIONES.

a PActa.] Hic nota vnum not. verbum in materia pactorum, videlicet quod pacta non sunt seruanda, vbi insurgit necessitas, quod periculum verteretur publicum propter obseruantiam pacti, per Bald. *cons.* 240. *vol.* 4. & Roland. *in cons.* 1. *nu.* 172. *vol* 2. Giach.

1 *Pacta insolita.*] Insolitum † appellatur illud, quod est præter simplicem & communem feudi naturam, forte certa seruitia, feminarum successio, aut similia, *tit.* 2. §. *fin.* ibique omnes Feudistæ. *lib.* 2. *F.* Sed & intelligitur omne id, quod iam antea in ipsa promissione, aut concessione non conuenit. Rosenthal. *in tractat. totius feud. c.* 6. *conclus* 25. *nu.* 2. Porro de pactis, quæ feudo aliquid præter eius naturam adijciunt, larius disserit D. Bocerus *in tractat. de inuestitura feud. cap.* 5. *n.* 37. *& seqq.* nec non D. Vulteius *lib* 1. *de f. n. l. c.* 7. *n.* 55. Harprec.

b *Posteris.*] Item, quid recognitio feudi facta de bonis contentis in prima, & secunda inuestitura, quæ continent liberam donationem, non faciat præiudicium posteris, quibus ex ipsis inuestituris erat ius acquisitum, per Dec. *cons.* 498. *col.* 5. & refert, & sequitur Rol. *cons* 2. *n.* 107. Giach.

2 *Nunquid talis recognitio nocebit posteris*] Feudorum † mutatio, vel insolita recognitio an, & quando, & quibus noceat, accurate, post alios, quos refert, explicat Rosenthal. *d. tract. feud. cap.* 6. *concl.* 69. Harprec.

QVÆSTIO XXI.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Vasallus tenetur dominum adiuuare, & defendere contra omnes.*
2 *Et quid si sit inhabilis ad pugnam.*
3 *Et an teneatur præferre salutem domini propriæ saluti.*
4 *Et an teneatur illum adiuuare contra proprium patrem, fratrem, vel filium.*
5 *Et an contra seipsum.*

Ex Additionibus.

1 *An, & quibus casibus vasallus dominum in bello adiuuare teneatur.*
2 *Bene deliberatum quid dicatur.*
3 *Num vasallus suis sumptibus militare seruitium domino præstare cogatur.*
4 *Ad quid feudum constituatur.*
5 *Vnusquisque id, quod spopondit, suo impendio præstare debet.*
6 *Quando vasallus è prælio impune recedere possit.*
7 *Et quid vasallus teneatur præferre salutem domini propriæ saluti.*
8 *Seruus salutem suam Domini saluti non anteponit.*
9 *Dominus maius habet ius in seruum, quam in vasallum.*
10 *Vasalli æquiparantur libertis.*
11 *Nunquid vasallus aduersus parentes, & liberos iuuare dominum cogatur.*
12 *Et an contra seipsum.*
13 *Ordinata charitas incipit à seipso.*
14 *Nemo præsenti periculo se exponere tenetur.*
15 *Nulli semetipsum offendere licet.*
16 *Nemo membrorum suorum dominus.*
17 *In generali sermone persona loquentis non continetur.*

1 a b TV scis, quod vasallus *a* tenetur dominum adiuuare, & defendere contra *b* omnes, de quo habes tex. *in cap.* 1. *quibus mod. feud. amit.* Quæro, nunquid teneatur *c* vasallus id facere suis propriis sumptibus? c
Resp. quod sic; nisi tamen de proprio impotens esset. Ita communiter concluditur, vt dicit Alexand. *in l. recusare, §. si quis alio, n.* 10. *ff. ad Trebelli.* Nam regulariter qui est obligatus ad aliquid faciendum, tenetur id facere suis sumptibus.

Item quæro, an vasallus *d* inhabilis ad pugnandum, 2
puta, quia habeat brachia abscissa, teneatur adiuuare d
dominum, & si aufugerit ex prælio, sit feudo priuandus? Resp. quod non. Ita tenet gl. *in d. c.* 1. *in gl.* 1. *quib. mod feud. amit.* quam dicit esse communiter approbatam Iac. *in verbo, & promiserunt. post n.* 18. *vers. Quartus est casus.* Et illam sequi communiter Doct. attestatur Curt. iun. *de feud. in* 4. *parte, in* 1. *causa amissionis feud. vers. VI. circa prædicta*, quem refert Ioan. Iacob. de Leon. *inter cons. feudal. Brun. cons.* 117. *nu.* 199. Nemini enim est imputandum, quod non faciat id, quod facere non potest.

Sed quæro, nunquid *e* debet vasallus, vt adiuuet do- 3
minum, præponere salutem ipsius domini saluti suæ e
propriæ? Resp. quod non. Ita tenet gl. *in d. c.* 1. *in gl.* 1. *in fin.* Et licet gloss. *in l.* 1. §. *eodem autem tecto ff. ad Sylla.* per illum text. qui loquitur de seruis, arguat contra vasallos, vt teneantur salutem dominorum propriæ saluti anteponere: tamen illa gl. est communiter reprobata, vt dicit Paris Puteus *de duello, lib.* 5. *quæst.* 12. *post num.* 2. Et hanc opin. dicit esse communem Episcopus Loazes *in allegatio. pro Marchione Velez. fol.* 174 *nu.* 35. Nihil enim cuique vita sua charius esse debet, si loquamur secundum carnem, licet secundum spiritum aliud sit.

Sed nunquid *f* tenebitur vasallus adiuuare domi- f
num, etiam contra proprium patrem, vel filium, vel 4
fratrem ipsius vasalli? Respond. quod sic. Et de hoc est text. expressus *in §. fin. in titulo, hic finitur lex.* & est communis opin. vt ait Zas. *de feud. in* 7. *parte, c.* 4. *n.* 10. quem refert Ioan. Iac. de Leon. *in dict. cons.* 117. *n.* 9.

Sed an tenebitur *g* illum adiuuare etiam contra se- 5
ipsum? Resp quod non. Ita tenet gloss *in d. §. fi.* quæ g
est communiter approbata, vt dicit Iac. *in d. verbo, & promiserunt eidem, post nu.* 12. Semper enim prima charitas incipit à seipso.

ADDITIONES.

VAsallus tenetur dominum adiuuare.] An † vasallus domi- a
num in omni bello adiuuare teneatur, ambigitur. Et ex- 1
tant in iure feudali tres casus, quibus vasallus dominum in bello adiuuare debeat. Primus est, quando dominus iustam fouet causam: tunc vasallus ei absque omni dubio suppetias auxiliares ferre cogitur, per textum *in tit.* 28. *in princ. ibi, si sciatur, quod iuste, & tit.* 7. *vers & si sciuero, te velle iuste aliquem offendere, lib* 2. *F.* Secundus casus est, quando dubitatur, vtrum bellum iustum, an iniustum sit: & vasallus domino itidem auxiliari tenetur, *d. tit.* 28 *in princ. ibi, si autem dubitatur.* Tunc autem de eo dubitari potest, quando dominus in consilium adhibuit suos consiliarios, qui illi bellum suaserunt. Il-
lud † siquidem dicitur bene deliberatum, quod fuit delibera- 2
tum à consilio Seniorum, argum. *can. vltim. ibi, seniores prouinciæ congregati, &c. distinct.* 20. *& can. estote*, 118. *in fin. caus.* 1. *quæst.* 1. Tertius casus est, quando causa domini notorie est iniusta. Quo casu vasallus dominum adiuuabit ad eius defensionem: ad offendendum vero alium non adiuuet, si vult, vt loquitur Feudista *in d. tit.* 28. *in princ. ibi. sed cum palam est, lib.* 2. *F.* Petr. de Ferrar. *in form. lib. quo agit. ad reuocat. feud. verb. contra, nu.* 6. Iacobin de S. Georg. *in sua inuestit. verb & promiserunt, nu.* 8. Wurmbs *tit.* 51. *de feud. obseruat.* 30 *num.* 1. Hartmann. *tit.* 54. *de feud. obseru.* 32. *n.* 4. Borcholt. *in Comment. in consuetud feud. c.* 7. *mod.* 1. *num* 45. hosque referens Ioannes Rudingerus *lib.* 1. *variar. lect. iur. feud. c.* 58. *nu.* 1. Verum de hoc vltimo casu varie, & prolixe, post veteres, disputant Ludolphus Schrader. *in tractat feud part.* 6. *cap.* 6. *num.* 26. Sonsbecc. *in Commentar. in vsus feud. part.* 11. *nu.* 26. Rosenthal. *in tract. iuris feudal. cap.* 8. *conclus* 20. Schenck. Baro *in d. tit.* 28. *lib.* 1. *F.* Schneidevvin. *in tractat. feud. part.* 5. *nu.* 100. Andreas Kohl. *in tractat. de seruit. feud. part.* 2. *n.* 54. *cum seqq.* Harprec.

b *Contra*

b *Contra omnes.*] Hic insurgit pulcherrima quæstio: Vasallus promisit domino suo dare vnum militem tempore guerræ: modo contingit oriri guerram inter dominum, & se vasallum: an teneatur præstare militem? quod non, vide, per Iac. *in suis quæstio. feudalib. q.* 29. post Bald. *in l.* 1. *ff. de rer. diuis.* quia haud videtur promisisse contra semet. Idem de eo, qui promisisset domino suo dare castrum fulcitum, & munitum tempore guerræ, & orta esset guerra inter ipsum dominum, & vasallum: quia non videtur promisisse contra seipsum, nec contra suos, quorum iniuriam posset propulsare, nec contra propriam patriam, vide ibidem. Insurgit etiam altera; Dominus est excommunicatus, vtrum vasalli (durante excommunicatione) teneantur parere ipsi domino? quod non, decidit ipse Iac. vbi sup. 10. *qu. nu.* 20. per text. quem dicit valde *not. in c. domino guerram, tit. hic finitur lex, & incip. consuet. Regni*. Giach.

Contra omnes.] Non tamen contra seipsum, cum illud non videatur cautum in promissione facta domino, per gloss. *in c. petitio de iureiur.* & quæ dicit Cyn. *in l. cum acutissimi, C. de fideicom.* Pariter non tenebitur iuuare dominum contra filium proprium, secundum Bald. *in c.* 1. *de no. for. inuest. & in l.* 123. *qu. ff. de rer. diuis. & in l.* 1. *§. ne autem, C. de cad. tol.* vide Euerard. *in loco de seruo ad monach. nu.* 11. Gouean.

c *Nunquid teneatur vasallus id facere suis propriis sumpti-*
3 *bus.*] Quod † vasallus non domini, sed propriis sumptibus (si
lautum & pingue sit feudum) militare seruitium præstare
domino teneatur, haud sine ratione, post Clarum hic nostrum,
4 plerique Doctores statuunt. Tum quia ad † hoc feudum con-
stitui solet, vt pro eo vasallus domino seruiat, indeque sum-
ptus ad seruitia feudalia explicanda sumat. *tit.* 23. *§. vltim. lib.*
5 2. *F.* Tum † quia vnusquisque id, quod spopondit, suo impen-
dio præstare debet, *l. quod nisi* 20 *in princip. ff. de oper. libert.* Qua
de re videantur Rudinger. *d. lib.* 1. *var. lect. iur. feud. cap.* 50.
Borcholt. *in Commentar. in consuetud. feud. cap.* 1 *n.* 26. Vulteius
lib. 1 *de feud. cap.* 10. *nu.* 14. Schenck Baro *d. tit.* 28 *&* 31. *lib.* 2. *F.*
Andr. Kohl. *d. tractat. de seruit. feud. part.* 6. *nu.* 3. *cum seqq.* Ro-
senthal *d. tract. de iur. feud. c.* 8. *conclus.* 24. Dn. Collega Bocerus
in tract. de iure & commodo Senioris siue domini, &c. lib. 1. *cap.* 4.
nu. 112. *& seqq.* Harprec.

6 d *An vasallus inhabilis ad pugnandum, &c.*] Domino † in
prælio mortuo, aut lethaliter vulnerato, vasallus è prælio impune recedere potest: quoniam domini amplius non interest, illi nimirum, vel vita ipsa, vel ipsius spe adempta. Et satius est, cum vterque incolumis euadere non possit, euadere potius vasallum, quam sine domini commodo perire vtrumque, arg. *l. ita vulneratus.* 51. *in princ. ff. ad leg. Aquil. & l. si alius,* 7. *§. est & alia,* 4. *ff. quod vi aut clam.* Isern. *in c.* 1 *quib. mod. feud. amit.* & ibid. Franchus *num.* 9. hosque referens D. Vulteius *lib.* 1. *de feud. cap.* 11. *nu.* 19. *pag.* 717. Sed & vasallo fraudi esse non debet, si se subduxerit, cum ad iuuandum dominum in prælio factus est inhabilis, puta abscissis ipsi vasallo brachiis, aut ipso vulnere graui, aut morbo affecto: vt post Clarum nostrum hic, & alios, latius explanant Vulteius *d. loco*, Henricus à Rosenthal. *dict. tractat. feud. cap.* 10. *conclus.* 16. *num.* 14. *& seqq.* & Ludolph. Schrader. *d. tract. feud. part.* 6 *cap.* 6. *n.* 82. Harpr.

e *Nunquid debet vasallus, vt adiuuet dominum, præponere*
7 *salutem ipsius domini saluti suæ propriæ.*] Quod † vasallus sa-
lutem domini sui præponere saluti propriæ non teneatur,
præter Clarum nostrum. & alios complures, tenent Z. *in epi-
tom. feud. part.* 7. *n.* 37. Hotoman. *lib.* 3. *de iur. feud. cap.* 9. Duaren.
de feud. cap. 14. *nu.* 9. & Rosenthal *d. cap.* 10. *conclus.* 16. *num.* 20.
8 Neque obstat, quod † seruus de iure ciuili, quoties domino
suo auxilium ferre potest, non debeat saluti eius suam ante-
ponere, per textum expressum *in l.* 1. *§. iuxta hoc* 28. *ff. de SC.
Silan.* Nam argumentum à seruo ad vasallum hic minime
9 procedit. Tum † quia maius habet dominus ius in seruum, quã
10 in vasallum, §. 1 *Institut. de his qui sui vel al. iur. sunt.* Tum †
quia vasalli liberæ sunt conditionis, & conferri solent cum libertis, qui salutem patroni præferre saluti propriæ non tenentur, *l. hæ demum,* 38. *ff. de operis libert.* Euerhard. *in Topic. legal. loc. à libert. ad vasall. nu.* 11. *& in loc. à seru. ad monach. nu.* 11. Hinc vulgo fertur: statuta in seruos ad homines liberos non pertinere. Duar. *dicto loco*, eumque citans Rudinger. *d. lib.* 1. *c.* 37. *n.* 5. Harprec.

f *Nunquid tenebitur vasallus adiuuare dominum, etiam con-*
11 *tra proprium patrem.*] Quod † vasallus etiam aduersus parentes, & liberos suos domino militarem operam præstare teneatur, præter Clarum nostrum hic, & infra *in quæst.* 27. *nu.* 2. affirmant Isernia, Afflictus, Laudensis, Præpositus, & ceteri per textum expressum *in titul.* 28 *vltim. ibi. contra omnes. lib.* 2. *F.* Borcholt. *in Commentar. in consuetud. feud. cap.* 4. *nu.* 24. *in fine*, & alij, quos commemorat Henricus à Rosenthal. *d. tractat. feud. cap.* 7. *conclus.* 14. *sub littera A.* At negatiuam sententiam non sine ratione, amplectuntur Frideric. Schenck Baro à Tautenberg. *ad d. tit.* 28 *§. vltim lib* 2. *F.* Francisc. Sonsbec. *in Commentar. in vsus feud. part.* 11. *nu.* 36. *& seqq.* Iacob Cuiac. *lib.* 4. *feudor. ad tit.* 31. hosque referens D. Bocer. *d. tract. de iure, & commodo senioris, lib.* 1. *cap.* 4. *nu.* 75. *& seqq.* vbi ipse concludit, negatiuam sententiam regulariter esse veram: ast aientem opinionem textu iuris feudorum munitam, in quibusdam solum casibus specialibus admittendam; puta, si parens, aut filius vasalli patriam suam, aut veram Christianam religionem oppugnet, per textum *in l. minime,* 35. *ff. de relig. & sumpt. funer.* Eadem de re inspiciatur, H. *tract. feud. c.* 13 *pag.* 369. vbi subijcit, quod nec aduersus vxorem suam vasallus domino opem ferre cogatur. *Harprec.*

g *An tenebitur illum adiuuare etiam contra seipsum.*] Quod
vasallus † contra seipsum iuuare dominum non teneatur, 12
multiplex ratio dictat. Tum † quia prima, siue ordinata cha- 13
ritas incipit à se ipso, argum. *l. præses,* 6. ibique gloss. Bart. &
Doctor. communiter, *C. de seruitut. & aq. can. si non licet,* 8.
caus. 23. *quæst.* 5. & post Clarum hic nostrum, notant Fridericus Pruckman. *consil.* 13. *nu.* 65. & Antonius Winter. *in suo As-
sessore part.* 1. *cap.* 1. *nu.* 41. *& seqq.* Tum † quia nemo præsenti 14
se periculo exponere cogitur, arg. *c. ex parte.* 47. *de appellat. &*
l. si pater, 34. *§.* 1. *ff. de donationib.* Tum † quia nulli semetipsum 15
offendere licet. *can. de occidendis,* 7. *& tribus seqq. caus.* 23. *q.* 5.
cum † nemo membrorum suorum sit dominus, *l. liber homo,* 16
13. *in princip. ff. ad leg. Aquil.* Tum † etiam quia in generali ser- 17
mone persona loquentis non continetur, nec videtur consensisse in his, quæ sunt contra se ipsum, vt tradunt Doctores *in l. Paulus,* 29. *§. fin. ff. de pignorib. & hypoth. & in l. inquisitio,* 18. *C. de solut.* Sonsbecc *d. Comment. in vsus feud. part.* 11. *nu.* 41. Borcholt. *d. Comment. in consuetud. feud. cap.* 7. *n.* 41. D. Bocer. *d. tract. de iure, & commodo senioris, lib.* 1. *c.* 4. *n.* 52 *& seqq.* Harpr.

QVÆSTIO XXII.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Vasallus an possit, eundo in auxilium domini, liberare se à solutione dimidij redditus.*

Ex Additionibus.

1 *Vasallus pro seruitio dimidium reditus istius anni, in quo ad seruiendum vocatus est, ex feudo soluere pro arbitrio potest; vel econtra.*

2 *In alternatiuis plerunque electio est debitoris.*

3 *Quo casu ipsemet vasallus comparare, vel substitutum mittere teneatur.*

VLterius quæro, tu habes text. *in cap. imperialem,* 1
§. firmiter, de probib. feudi alien. per Frider. quod
vasallus tenetur ire, vel mittere cum domino a ad ex- a
peditionem bellicam, vel ipsi domino subministrare dimidium redditus vnius anni: Modo vasallus vult ire personaliter ad præstandum auxilium domino: dominus autem potius vellet habere dimidium redditus
feudi: cuius b erit electio? Resp. quod spectabit va- b
sallo, ita dicunt communiter Doctores, vt ait Iac. *in verbo. Et promiserunt, num.* 26. quidquid distinguendo dixerit Iacob. de Belui. *in cap.* 1. *§. fin. de pace iura firm.* vt ibi per eum.

ADDITIONES.

CVm domino.] Hic nota vnum not. dictum, quod vasalli a
Baronum sunt subiecti Regi, in tantum, quod principaliter tenentur adiuuare Regem, etiam contra Baronem dominum suum, & non Baronem contra Regem, sed bene contra alium adiuuare Baronem, per Afflict. *decis.* 265. *num.* 107. sed nunquid si vasallus vult remittere feudum potius, quam seruire domino, an dominus teneatur recipere renunciationem? Quod non, quia feudum est datum gratia vtriusque vt habetur per Afflict. *eadem decis* 165. *n.* 53. Giach.

b *Cuius erit electio.*] Si † vasallo non sit commodum, nec 1
placeat, vel in persona vel per substitutum seruire domino: poterit soluendo ex feudo dimidium redditus anni istius, in quo ad seruiendum vocatus fuit, sese liberare: adeo, vt in ipsius electione hoc sit, etiamsi dominus fortasse magis seruitium, quam hunc redditum mallet. Sicut & econtra, si dominus redditum petat, vasallus autem seruire mallet: non potest dominus eum ad præstationem redditus compellere, per textum *in tit.* 55. *§. firmiter.* vbi Andreas de Isernia *nu.* 30. Aluarott. *in princ. nu.* 1. Matth. de Afflict. Laudensis, Rauennas, & Balzaranus, *nu.* 14. & alij, *lib.* 2. *F.* In † alternatiuis enim 2

plerunque debitoris est electio, vtrum præstare velit, non creditoris, *l. plerunque*, 11. §. *vltim.* ibique gloss. *ff. de iur. dot. l. si emptione*, 4. § *penult. in ff. de contrah. empt. l. non vtique*, 1. vbi Iason *ff. de eo, quod certo loco*, *l. in alternatiuis*, 70. ibique Dynus. *de reg. iur. in 6.* A qua ita, post Clarum nostrum, & plerosque Feudistas, sentiunt Schraderus *in tractat feud. par 6. c. 6. nu. 56.* Rosenthal. *in tractat feud. cap 8. conclus 23. nu. 9. cum seq.* & D. Bocerus *in tract. de iure, & commodo seniorum, lib. 1. cap. 4. nu. 23. & seqq* Enimuero † si dominus in magno quodam periculo con-
3 stitutus sit, nec inde se liberare possit, nisi ipsemet vasallus suo personali seruitio ei succurrat; veluti si dominus vel omnino nullum, vel non confestim stipendiarium militem nancisci queat ea pecunia, quam ex feudi redditib. præstare vasallus tenetur: hoc certe casu ipsemet comparere, vel idoneum vicarium mittere cogitur, argum. textus *in tit. & vers. sed quia, & tit. 7. vers. & si sciuero, lib. 2. Feud.* Bald. *in tit. 54. de allodiis, n. 21.* & ibi Præposit. *lib. 2. F.* Iacobin. de S. Georg. *in tract. feud. in verb. & promiserunt.* Schrader. *d. part. 6. c. 6. nu. 56. vers. hoc tamen*, &c. Rosenthal. *d. cap 8. conclus 23. num. vlt.* eosque referens D. Bocer. *d. lib. 1. c. 4 n. 27.* Harpree.

QVÆSTIO XXIII.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Vasallus an teneatur alere dominum egenum.*

Ex Additionibus.

1 *An vasallus dominum suum egenum alere teneatur.*
2 *Libertus cogitur alimenta suo patrono suppeditare.*
3 *Necare dicitur, qui alimenta denegat.*
4 *Necessitatis species est fames.*
5 *Alimenta debentur illi, qui aliquo casu dominus est futurus.*
6 *Vasallus domino ad seruitia præstanda est obligatus.*

1 QVæro, nunquid vasallus a teneatur alere dominum egenum? Respond. Bart. b *in l. alimenta. §.*
a *Imperatoris, n. 1. ff de lib. agnosc.* videtur tenere, quod sic,
b prout etiam clarius tenuit *in tract. suo alimentorum, n. 45.* Contrariam autem opin. quod scilicet non teneatur eum alere, tenuit Iacob. Ardizo *in sum. quib. mod. feud. amit. sub Rubric. an vasall. tenea. dominum egen.* &c. Et hanc dicit esse communem Aluar. *in c. licet, n. 6. si de feud. fue. contro.* quem refert Episcopus Loazes *in alleg. pro Marchione Velez, fol. 171. nu. 29.* Quam tamen ego si contingeret de facto, in duobus casibus non sequerer in iudicando. Primus est, quando dominus ex facto, aut culpa ipsius vasalli ad inopiam peruenisset, prout expresse sentiunt Doctores in hac materia loquentes. Secundus, quando vasallus superabundaret diuitiis, & maxime, si diuitiæ prouenirent ex ipsa re feudali. Sed intellige, quod ad id cogi potest, non autem quod amittat feudum, si non fecerit.

ADDITIONES.

a TEneatur alere.] De communi dixi *in collect. mea commun. opin. verb. vasallus*, & vide *sup. §. donatio, qu. 21. vers. sed quid ergo si donatarius, &c.* Et de obligationibus vasalli ad dominum, & econtra vide per Afflict. *in decis. 268. 297. & in titul. quæ sint rega.* Natt. *consil. 180* vbi de casibus, in quibus possit Princeps imponere collectam subditis, seu ab eis auxilium petere, & exigere. Vide etiam per Boss. *de bon pub. atque tit. de regalib.* Item nunquid dominus debeat suis vasallis indicere aliquam nouitatem? Quod non, quia noua seruitia indebita præsumuntur per vim, & impressionem extorta. Ita per Bald. *in c. 1. de quo per Ia. in suu q. feudalib q. vlt.* Giach.

Nunquid vasallus teneatur alere dominum egenum.] Quod vasallus † dominum suum egenum alere teneatur, probabi-
1 lius, & æquius videtur Tum † quia libertus alimenta suo pa-
2 trono suppeditare tenetur, *l. si quis à liberis. §. §. solent indices, 17. & §§. seqq. ff. de agnoscend. & alend. liber.* alioqui in seruitutem reuocari potest. *l. alimenta, 6.* ibique Bart. & alij. *ff. eod. tit.* Tum quia vasallus dominum suum incolumem seruare astrictus est, *tit. 6 lib. 2. F.* Necare autem † dicitur, qui alimenta de-
3 negat, *l. necare, 4. ff de agnosc. & alend. liber.* Tum quia vasallus domino suo in necessitate subuenire cogitur. *tit. 26. §. licet vasallus, lib. 2. F.* Necessitatis † vero species est egestas, & fames,
4 *arg. l. 1. C. de oper. libertor. c. 3. ext. de furt. l. 2. C. de patrib. qui filios suos distrax l. sancimus, 21. vers. excepta videlicet, C. de SS. Eccl.* Tum † etiam quia alimenta debentur illi, qui aliquo casu do- 5
minus est futurus, *l. 1. §. totiens, 2. vers. aquius. ff. de ventre in poss. mittend.* Atqui dominus feudi, proprietatem prædij feudalis sibi iure vindicat. *titul 23. §. vltim lib. 2. F.* & ipsum quoque feudum certis casibus ad dominum redit, puta si ei sit apertum. Tum † postremo quia dominus egenus magis indi- 6
get alimentis, quam seruitiorum præstatione. Cum ergo ad præstanda seruitia obligatus sit vasallus domino: merito ei, & quidem multo magis, obstrictus censetur etiam ad alimenta præstanda: cum necare dicatur, qui alimenta denegat. *dict. l. 4 ff. de agnosc. & alend liber* Atque hisce præcipue rationibus moti, hanc sententiam, post Bartolum hic à Claro citatum amplectuntur Speculator *in §. 1. n. 11. qui filij sint legitimi* Bald. *in l. 1. §. sed scimus, nu. 2. C. de Latin libert. toll.* Franciscus Aretin *in l si quis non. 73. nu. 1. ff. de acquir. vel omitt. hered.* Iacobin. de S. Georg. *in verb. qui quidem inuestiti num. 78.* Matthias de Afflict. *decis Neapolit. 260. nu. 104.* Chassan. *in consuetud. Burgund. rubr. 3. verb le vasal. est tenu nu. 20.* Nicolaus Euerhard. *in Topic legal. in loc. à liberto ad vasallum, nu. 14.* Ioan. Baptista de Caccialup. *in repetit. c. 1 n. 15. de cognit feud. M. in consuetud. Paris titul. de mater. feud. §. 30. nu. 14.* hosque referens Ludolphus Schrader. *in tract feud. part. 9. cap 8. nu. 12. & seq.* Quorum partes sequi dubitat nihil D. Collega Bocer. *in tract. de iur. & commodo senioris, &c. lib. 1. cap. 4. nu. 144. & seqq.* vbi negantis opinionis tutelam suscipientium, maxime vero Henrici à Rosenthal. *in tract. feud. cap. 8. conclus. 27. & 28.* argumenta dilucide refutat. Negantem quoque tueri sententiam conantur Rudinger. *lib. 1. var lection. iur. feud. c. 45. n. 5.* & Paulus Berens *disp. feud. 7. th. 78.* Harpree.

b *Bart.*] Adde Spec. *in tit. qui filij sint legiti. §. 1. vers. sed nunquid dominus*, & Bal. *in l. vnic. §. sed scimus. C. de lat. lib. tol.* Et hoc ad exemplum liberti, qui tenetur patrono egenti præstare alimenta, quando ipsi liberto aliquid superest, *l. 1. cum ibi notat. in gl. C. de ope liber.* vide Euerard. *in loc. à liber. ad vasallum.* Gouea.

QVÆSTIO XXIV.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Vasallus an teneatur liberare dominum è carcere.*
2 *Et quid si sit iuste carceratus.*

Ex Additionibus.

1 *Vasallus an & quatenus dominum è carcere liberare cogatur.*
2 *Carcer mala mansio dicitur, & iniuriam atrocem infert.*
3 *Carcer species tortura censetur, & libertatem aufert.*
4 *Vasallus iniuriam à domino suo propulsare debet.*
5 *Si dominus iuste est incarceratus, eum vasallus liberare non compellitur.*
6 *Vasallus debita domini exoluere regulariter nō tenetur.*
7 *Filius pro patre conueniri nequit.*
8 *Qua in causa vasallus dominum iuuare necesse habeat.*

QVæro, an teneatur a vasallus dominum carcera- a
tum carcere liberare? Resp. quod si est carcera- 1
tus pro debitis, non tenetur vasallus eum liberare, nisi debita fuissent à domino contracta ex facto aut culpa ipsius vasalli. Et hanc doctrinam dicit esse communiter receptam Zas. *de feud. in 7. parte vers. Si porro dominus.* quem refert Episcopus Loazes *in alleg. pro Marchio. Velez fol. 171. nu. 29.* Ceterum regula videtur esse in contrarium, per text. *in cap. 1. §. item si delator, quæ fue. pri. caus. benef. amit.* quod scilicet, si non pecuniam, saltem operam suam teneatur b vasallus exhibere, pro b
liberatione domini, alias priuatur feudo. Et licet text. *in d. §.* secundum vnam lecturam solummodo dicat, quod non euitabit indignationem domini; tamen intellige, quod illa verba important priuationem feudi. Et ita sentit gloss. magna ibi in primis verbis; & ita etiam volunt DD. vt dicit Iacob. *in verbo Denique vasalli. nu. 37. in fin.* imò vulgata lectura habet præcise, quod feudum perdat. Bene verum est, quod Mo. in *in consuet. Paris. feud. §. 30. numer. 146. in fin.* dicit, quod

quod non obseruatur, quod ad hoc cogi possit, nec quod amittat feudum, si non fecerit. Sed ego nunquam vidi contrarium seruari: & si casus contingeret, nescio quomodo posset vasallus defendi contra expressam dispositionem illius text.

2 Sed quid si dominus sit iuste carceratus, nunquid tenebitur vasallus curare eius liberationem? Resp. quod non. Et ita limitatur dispositio *d* §. Item si delator, secundum And. de Iser. *ibi, vel si cognouerit.* quem ceteri DD. sequuntur, vt dicit Iacob. *in verbo, Dictique vasallis, n.*37. Qui enim iniuste deliquit, iuste plectitur.

ADDITIONES.

a **A**N *teneatur vasallus.*] Hic vnum not. verbum tene menti, quod vasallo non sufficit abstinere à malo, nisi faciat bonum pro domino, vt per Afflict. *decis.*265. *num* 45. *& decis.* 307. *nu.*4. Giach.

An teneatur vasallus dominum carceratum carcere liberare.]
1 Si † vasallus sciens dominum carcere inclusum, cum potuerit, non liberauerit, feudo merito cadit, per textum apertum
2 *in tit.*24. *§. item si delator lib* 2. *F.* Carcer siquidem † mala mansio, quæ æquiparatur morti, *dicitur l. si hominem,* 7. *in princip. ff. depositi l. nec timorem,* 7. *§.*1. *vers. timuit, & l. penult. ff. quod met. caus. l. item apud Labeonem,* 15. *§. quæstionem* 41. *vers. quæstionis verbo, ff. de iniur.* Boissius *in pract. crim. tit. de carcere, n.*1. & atrocem iniuriam infert per notata Alexandri *cons.* 17. *n.*5.
3 *vol.*1. hæc † torturæ quædam species censetur, per doctrinam Bald. *in L.*2. *nu.*6. *C. de Episcop. audient.* Thomæ Gram matici *cons.* 20. *nu.*4. Rolandi à Valle *cons.*17 *n.*21. *vol.*3. & Petri Friderici Mindani *lib.*1. *de processib. cap.*47. *nu.*4. *pag.*201 & denique libertatem, quæ res est inæstimabilis, incarcerato adimit, *l. libertas,* 106. *ff. de reg. iur. §. fin. vers. sed cum libertas. Instit. quib. ex caus. manumitt. non licet, l.* 2. *ff. de libero homine exhib. l. Titio centum,* 71. *§.*2. *ff. de condit. & demonstrat.* Cum † itaque vasal-
4 lus iniuriam domino suo propulsare debeat, & ad hoc nominatim iureiurando se adstrinxerit, *c. vnic. de noua forma fidelit. tit.*7. *lib.*2. *F.* & dominus in carcerem compactus atroci iniuria afficiatur, vt paulo ante monitum: sequitur, vasallum recte feudo priuari, si contra præstitum iuramentum venerit, & dominum è carcere, cum potuerit, non liberarit. Ita tradunt Gloss. Beluis. Iser. Aluarott. Præposit. Laudens. Rauen. Schenck. Balzaranus, & alij *in d. tit.*24. *§. item si delator, lib.*2. *F.* Borcholt. *in Comment. in consuetu. feud. cap.*8. *n.* 113. Intrigliol. *centur. feudal.*1. *q.*98. *num.*144 *caus.* 31. Schneidevvin. *in tract. feud. part.*8. *cap.*1. *nu.*76. *caus.* 15. Schrader. *in tract. feud. part.*9. *cap.*8. *n.*6. Rosenthal. *in tract. feud. ca.*10. *conclus.*20. *n.*9. aliique plurimi per hunc cumulati. Quod † tamen Interpre-
5 tes non male accipiunt de domino sine sua culpa incarcerato ex causa iniusta. Etenim si iustam ob causam carcere inclusus sit dominus, vel propter delictum, vel propter æris alieni magnitudinem: cum vasallus sua pecunia aut fideiussione liberare custodia minime tenetur. Tum † quia vasallus debita do-
6 mini exoluere regulariter non est obligatus; etiamsi his non solutis, domino periculum periurij immineat, *titul.*26. *§. licet vasallus lib.* 2. Tum † quia nec filius pro patre, nec libertus
7 pro patrono, ratione debiti, vel delicti conueniri potest, *per tot. tit. C. ne filius pro patre, &c.* Tum etiam quia dominus cedendo bonis semetipsum carcere liberare potest, *l.*1. *C. qui*
8 *bon. ced. poss.* Tum † denique quia vasallus in causa iusta dominum iuuare tenetur. *d. tit.*7. *& tit.*28. *lib.*2. *F.* At vero iustam causam dominus non fouet, si ob delictum aliquod carceri est emancipatus. Atque ita, post Clarum hic nostrum *num.*2. & alios, tenent Borcholt. *d. c.*8. *nu.*114. & Vulteius *lib.*1. *de feud. cap.*11. *num.*48. Quanquam aliter sentire videatur D. Bocer. *class.*5 *disput.*20. *th.*126. *edit.*2. Harprec.

b *Teneatur.*] Adde, quod tenetur vasallus ope, & sermone tractare dominum, vt dominum, per Afflict. *d. decis.* 265. *n.*104. & in quibus teneatur adiuuare dominum, vide *ibi n.*54. *quando non teneatur,* Roland. *cons.* 3. *nu.*34. *vol.*3. Harprec.

QVÆSTIO XXV.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Vasallus an possit dominum in ius vocare sine venia.*
2 *Et an possit contra eum intentare interdictum* Vnde vi.

Ex Additionibus.

1 *Ecquid vasallus dominum feudi in ius vocare sine venia possit.*
2 *Quatenus vasallus differat à liberto.*
3 *Senibus exhibenda reuerentia à iunioribus.*
4 *An vasallus interdicto* Vnde vi *contra dominum experiri queat.*

Iul. Clar. Sentent. Pract. Ciuil.

TV scis, quod vasallus tenetur domino reuerentiam a
exhibere; Quæro, nunquid *a* possit vasallus domi- 1
num in ius vocare sine venia? Videtur, quod non, exemplo liberti. Regulariter enim valet argumentum de liberto ad vasallum, & econtra, vt tenent communiter Doctores, teste *Molin. in consuetud. Paris. feud. §.*1. *gl.* 4 *post nu.*36. Sed tu dic *b* contrarium, scilicet, quod b
imo potest illum sine venia in ius vocare. Nam in consuetudinibus feudorum non est locus his *c* ambagibus. c
Ita tenuit gloss. *in c.*1. *in verbo, Reuerentia de mil. vasal.* qui contumax est. Et est communis opin. vt attestatur *d* d
Alex. *in l. generaliter, nu.* 7. *ff. de in ius voc.* Et ita semper vidi seruari.

Item quæro, pone, quod dominus spoliauerit va- 2
sallum feudo de facto, vel aliter vim ei intulerit, nunquid *e* poterit vasallus contra eum intentare interdi- e
ctum *Vnde vi?* dixi infra *lib.*7. *§. actio.*

ADDITIONES.

NVnquid possit vasallus dominum in ius vocare sine venia.] a
Quod † vasallus dominum feudi sine veniæ impetratio- 1
ne in ius vocare possit, crebrius obtinuit, vt post Clarum hic nostrum, & alios testantur Schraderus *in tractat. feud. part.*6. *cap.*7. *n.*19. *ad finem, & part.*10 *sect.* 8. *nu.* 54. 58 *& seq.* Mynsing. *cent.*4. *obseruat.*92. Kirchouius *in thesaur. commun. opin. cent.*4. *conclus.* 97. Vulteius *lib.*1. *de feud. cap.* 10. *num* 22. & Andreas
Gail. *lib. singul. de pignorationib. obseruat.*15. *nu.*4. Neque † hic 2
æquiparationi liberti, & vasalli vllus dari potest locus: cum vasallus nihil à domino aliud obtineat, quam feudum: libertus vero à patrono libertatem, rem inæstimabilem, adeoque nouam quodammodo vitam habeat, *l. libertas,* 106 *ff. de reg. iur.* Neque etiam valida consequentia est: vasallus domino feudi debet exhibere reuerentiam. *c. vn. ibi salua reuerentia de milite vasallo, qui contumax est, tit.*22. *lib.*2. *F.* Nam † senibus quo- 3
que exhibenda est reuerentia à iuuenibus: & tamen non protinus sequitur, illos ab his non nisi impetrata venia, recte in ius vocari. Ad cuius rei confirmationem plures auctoritates coaceruantur *in §. pœnales.* 12. *n.*28. *Instit. de actionib.* Harpr.

b *Contrarium.*] Adde, & vide de ista communi per Roland. *in consil.* 18. *nu.*10. *vol.*1. & dixi *in collecta mea commun. opin. in verbo, Vasallus, sub nu.*13. Adde, & per Cephal. qui dicit hanc veriorem, & crebriorem sententiam *in consil.*241. *numer.*111. Giach.

c *Ambagibus.*] Limita vt per Roland. *d. cons.* 18. *num.*15. & dixi vbi supra. Et quid de vasallo, venia non petita vocante matrem domini sui in ius? vide per Rol. *cons.* 17. *n.* 7. *cum multis seq. & n.*30. 34 *lib.* 2. Giach.

d *Alex.*] Idem dixit Ias. *in l. si non sortem. §. libertus ff. de cond. indeb.* & Nicol. Euerard. *in Topic. legal. lo.* 59. vt refert Mynsing. *obser.*92. *cent.*5. Giach.

e *Nunquid poterit vasallus contra eum intentare interdictum vnde vi.*] Quod † vasallus interdicto *vnde vi* contra domi- 4
num experiri non possit, communis & vera opinio est, teste Z. *in epit. feud. part.*11. *n.*23. *& seq.* de qua consulantur Menochius *recuper. possess. remed.*1. *n.* 94. Rosenthal. *in tract. feud. cap.* 10. *conclus.* 23. *n.*1. *&* 5. & Forner. *de feud. cap.*10 *n.*3. Harprec.

QVÆSTIO XXVI.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Duplicem esse inuestituram, propriam, & abusiuam.*
2 *Et an dominus qui inuestiuit per inuestituram abusiuam, teneatur etiam tradere præcise possessionem rei feudalis.*
3 *Et quid si tantummodo feudum promiserit.*
4 *Et quid si vasallus ab ea ceciderit.*

Ex Additionibus.

1 *An, & quatenus dominus, qui inuestiuit aliquem de feudo per inuestituram abusiuam, ad traditionem rei feudalis præcise teneatur.*

2 *Vocabulum (omnimodo) præcisam significationem habet.*

3 *Duobus de feudo diuerso tempore inuestitis, quis eorum præferatur, remissiue.*

1 DEbes scire, quod duplex est inuestitura: Aliqua est inuestitura propria, realis, & corporalis, quando scilicet dominus inducit aliquem corporaliter in possessionem alicuius rei, & eam illi dat in feudum: & per hanc inuestituram plene transfertur in vasallum dominium, & possessio rei feudalis. Ita volunt omnes Scribentes, vt dicit Iacob. *de feud. in verb. Inuestiui talem, n.*1. Alia vero est inuestitura, quæ vocatur, abusiua, quando scilicet dominus inuestiuit aliquem per traditionem annuli, vel ensis: & per hanc non transfertur possessio feudi in vasallum, sed censetur illi data licentia, vt eam apprehendat propria
a auctoritate. Ita volunt omnes Scribentes, vt dicit *a* Iac. *in d. verbo, Inuest. iui talem, n.*3.

2 Quæro nunc, dominus inuestiuit aliquem de feudo
b per inuestituram abusiuam; nunquid *b* tenebitur etiam præcise illi tradere possessionem rei feudalis? Resp. quod sic, *c.*1.*§. si facta. si de feudo defun. fue. controu.* nisi
c tamen dominus *c* post factam huiusmodi inuestituram abusiuam inuestiuisset alium de feudo, & tradidisset illi actualem possessionem. Nam eo casu iste secundus præfertur, & dominus præstando interesse illi primo liberatur. Ita dixit gloss. *in d. c. si facta.* quam dicit esse communiter approbatam Iac. *in dict. verbo, Inuestiui talem, n.*4.

3 Sed pone, dominus solummodo promisit feudum, non tamen fecit aliquam inuestituram. nunquid tenebitur præcise tradere possessionem ipsius feudi? Resp. quod non, sed tantum erit obligatus ad interesse. Ita eleganter dixit And. de Iser. *in d. § si facta,* quem ceteri Scribentes sequuntur, vt ait Iac. *in d. verbo, Inuestiui talem, nu.*8.

4 Sed quæro, pone, dominus inuestiuit vasallum per inuestituram abusiuam, deinde tradidit ei possessionem feudi. Modo contingit, quod vasallus ex interuallo cecidit à possessione ipsius feudi, & quod possessio reuersa est ad dominum, nunquid tenebitur dominus illum iterum tradere ipsi inuestito? Resp. quod sic. Ita tenet Bald. *in d. § si facta, nu.*4. & ita determinant
d omnes, vt dicit *d* Iacob. *in d. verbo, Inuestiui talem, n.*6. Ad duo enim tenetur dominus vasallo, scilicet ad tradendum, & ad præstandum patientiam, exemplo eius, qui debet seruitutem.

ADDITIONES.

a VT *dicit Iac.*] Vide omnino per eum, qui declarat & sub *nu.*4. limitat, primo, per talem inuestituram dominum cogi posse præcise tradere possessionem; secundo nisi deinde alium inuestiat, & illi tradat possessionem: nam secundus erit potior, & dominus tenetur primo ad interesse. *Giach.*

b *Nunquid tenebitur etiam præcise illi tradere possessionem rei feudalis.*] Adeo † abusiua inuestitura obligat inuestientem, vt
1 non tantum ad ipsam rei feudalis traditionem præcise teneatur; sed etiam omnem iacturam dilatæ possessionis præstare cogatur, *tit.*7.*§.fin.lib.*2.*F.* vbi continetur † vocabulum omni-
2 modo, quod præcisam habet significationem, *l. item si cum exceptione,*14.*§. quatenus,*10. & ibi gloss. *ff. quod met. caus.* & textus est *in tit.*26.*§ si facta de feudo lib.*2.*F.* Neque præstando id, quod interest, liberatur, dummodo ipse possideat, & tradendi facultatem habeat, *d. §. si facta de feudo, &c.* Mynsinger. *lib.*4. *obseru.*61.*nu.*4.*& seq* Hartman. Hartm. *tit.*54. *de feud obseru.*7. Quod si dominus tradendi facultatem non habuerit: tunc præstando, id quod interest, liberabitur: Ita, præter Clarum nostrum, & alios, docet Ioannes Rudinger. *lib.*1.*var lect. iur. feud. cap.*9.*nu.*24.*& seq & capit. seq.* vbi † illam quæstionem (si
3 duo in vno feudo separatim inuestiti sint, quis eorum præferatur) enucleate explicat. De eadem quæstione consulatur Andr. Fachineus *lib.*7.*controu. iur. c.*37.*& seq.* vbi vtramque in partem plures auctoritates allegat. *Harprec.*

c *Nisi tamen dominus.*] Item quod prior inuestitura præualeat secundæ, vide per Rimin. iun. *consil.*396.*n.*37. vbi commemorat exemplum de donatione facta à Papa Vrbano Bald. de Castro in comitatu Eugubij, qui postea illud alteri donauit: & Bald. nunquam potuit illius castri possessionem obtinere, tametsi longo tempore litigauerit in curia Romana. Vide tamen aliud *cons.* eiusd. Rimin. iun. 444. vbi ex duabus inuestituris factis in bonis emphyteuticis tenetur præualere secundo factam ab eod. Prælato. Et quando cognati præferendi sint agnatis in inuestitura recipienda; vide per eund. Rim *cons.*461. Giach.

d *Iaco*] Qui limitat, nisi domino superuenisset aliqua exceptio exclusiua, puta, præscriptionis. *Giach.*

QVÆSTIO XXVII.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Dominus feudi an teneatur defendere vasallum sicut vasallus dominum.*

2 *Et an etiam contra patrem filium, vel fratrem ipsius domini.*

Ex Additionibus.

1 *Inter dominum, & vasallum mutua est obligatio.*

2 *Differentia inter dominum, & vasallum.*

3 *Ratio istius differentiæ.*

QVæro, nunquid *a* dominus feudi teneatur defen- 1
dere vasallum, sicut vasallus dominum, vt dixi a
sup. *quæst.*2. Resp. quod *b* sic. Ita vult gl. *in c.*1.*§.fin. in* b
verbo, fratrem, hic finitur lex, quam dicit esse communiter approbatam Dec. *cons.*469.*n.*4. & dicit Aluarott. *in d §, fin. num.*5. quod ista gl. communiter per omnes Scribentes tenetur. Idem dicit Ioan. Iacob. de Leon. *inter consilia feudalia* Brun. *cons.*117.*n.*152.

Sed nunquid tenebitur illum adiuuare, etiam con- 2
tra patrem, filium, vel fratrem ipsius domini? Resp. quod sic. Et ita concludit gloss. *superius allegata, in verbo, Fratrem,* quam dicit esse communiter approbatam Iac. *de feudis, in verbo. Et promiserunt, nu.*15. Cum enim hoc sit statutum in vasallo erga dominum, vt dixi *in supra allegata q.*21. idem etiam dicendum est in domino erga vasallum. Tenetur enim dominus reddere pares vices *c* vasallo, quæ tamen regula non est absolute c
vera, neque ab ea forte esset arguendum, nisi in casibus à iure feudorum expressis.

ADDITIONES.

NVnquid dominus feudi teneatur defendere vasallum.] a
Quod † inter dominum, & vasallum mutua sit obliga- 1
tio; adeoque dominus ad eandem fidelitatem securitatis, & defensionis suo vasallo teneatur, apparet *ex c.*1. *§. dominus, de form fidelit. tit.*6. *& c.*1. *qualiter dom. propr. feud. priuet. tit.*47. *lib.*2.*F.* & vltra Clarum nostrum, & alios, docet Vulteius *lib.*1.
*de feud. cap.*10.*nu.*37. Enim vero † hoc interest, quod dominus 2
fidelitatem vasallo debitam non promittit, multo minus iurat, vtpote quæ ex ipso contractu per seipsam intelligatur. Idque receptum videtur argumento patroni, qui liberto suo non iurat, vt maxime ipsi à liberto iusiurandum præstetur, *l. qui bona,*13.*§. penult. ff. de damn. infect.* Laudens. *in d. c.*1.*n.*18.
de form fidelit. Rationem † differentiæ Vulteius *loco præallega-* 3
to hanc assignat: quod illud tribuatur honori domini, tanquam superioris, & de cuius fide erga vasallum minus dubitari possit: cum tantopere ipsum dilexerit, vt & feudum, id est, beneficium ipsi dederit. Videatur eadem de re D. Collega Bocer *in tract de inuestitura feudi, c.*4 *nu.*47.*& in tract. de iure, & commodo senioris, lib.*2.*c.*4 *nu.*23. Harprec.

b *Quod sic.*] Intellige si habet guerram iustam, & tunc tenetur ipsum vasallum adiuuare etiam contra patrem, fratrem, vel filium ipsius domini: vt per auctorem post Iacob. allegatum *Giach.*

Quod sic.] A pari enim iudicantur dominus, & vasallus, vt est text. *iuncta gl. in c.*1. *de form. fidelit.* & ibi Bald. & Aluar. *in not.* Bart. *in proœm. Digest.* § 1. nec in plus tenentur vasalli, & subditi domino, quam dominus ipsis subditis, nisi quoad reuerentiam, secundum Gul. Bened. *in rep. c. Raynutius, in verb. condidit. de testam.* Gouean.

c *Vasallo.*]

c *Vasallo.*] Iste est tex. *in c.2. §. dominus quoque de form. fide. & in c. domino committente si de feud. defunc. fue. controuers.* Alias priuaretur proprietate, & consolidaretur cum vsufructu. *Giach.*

QVÆSTIO XXVIII.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Dominus an possit alienare vasallos inuitos in alium.*
2 *Et quid si eos alienet cum toto territorio*
3 *Et an si eos alienet contra iuris dispositionem, priuetur eorum proprietate.*
4 *Dominus an possit inuito vasallo pignori obligare directum dominium feudi.*

Ex Additionibus.

1 *An, & quatenus dominus vasallos suos inuitos alienare queat.*
2 *Num dominus ius suum sine consensu vasalli alicui oppignorare possit.*

1 QVæro, an dominus possit alienare vasallos suos *a* inuitos, & contradicentes in alium, & ipsos cogere, vt tali alienationi consentiant? Hæc quæstio sæpe contingit in practica. Et habes gl. notab. quæ semper ad hoc solet allegari *in l. inuitus in gloss. 1. ff. de fideicommiss. lib.* dicentem, quod dominus non potest in alium alienare ius vasalli, vel feudi inuito ipso vasallo. Et illa gl. est communiter approbata, vt dicit Episcopus Loazes *in suis alleg. pro Marchion. Velez, in 1. dubitatione, in 4 fundamento partis aduersæ.* Et dicit Curt. iun. *de feud. in 6. parte principali in 2. q.* quod ista est *b* communis *b* conclusio. Idem dicit Gratus *cons. 147. nu. 5. & seq. lib. 2.* Et pro hac conclusione videtur text. expressus *in c. 1. §. ex ead. lege, de lege Corradi.*

2 Scias tamen, quod conclusio *d. gl.* intelligenda est, vt procedat, quando dominus vellet separatim ipsos subditos ad alium transferre: sed si concederet feudum vna cum toto territorio, & vniuersitate, scilicet cum aliis castris, vtique posset etiam ipsis inuitis hoc facere. Ita dixit glos. *in d. §. ex eadem lege, in verbo totum.* Et hanc dicit esse communem conclusionem Paris. *cons. 23. num. 103. lib. 1.* & dicit Molin. *in consuet. Paris. feud. §. 1. gl. 3. nu. 25.* quod ita tenent omnes Doctores, subdens, quod hæc opin. vsu approbatur. Multa enim transeunt cum vniuersitate, quæ separatim transferri non possunt.

3 Sed quæro, an dominus alienans subditos suos contra iuris dispositionem, debeat priuari proprietate ipsius feudi, prout etiam vasallus alienans feudum contra iuris dispositionem, euadat à feudo? vt dixi infra, *quæst. 31.* Respond. Bald. *in c. 2 n. .. quo temp. miles tenet, quod non.* Contrariam autem opin. quod imo debeat feudo priuari, tenet Aluarot. *in d. cap. 2* Et hanc dicit esse veram, & magis communem opin. Curt. iun. *consil. 164. post n. 34.* A pari enim iudicantur dominus, & vasallus, vt dixi supra, *q. 27. versic. Sed nunquid.* Sed hæc de facto male per dominos obseruantur.

4 Item quæro, nunquid *c* possit dominus inuito vasal-*c* lo pignori obligare directum dominium, & iurisdictionem feudi? Resp. quod sic. Et hanc sententiam dicit esse communem Ripa *in l. obligatione, nu. 40.* & hoc est vnum, in quo differt dominus à vasallo. Nam vasallus non potest pignorare vtile dominium feudi sine domini consensu, vt dixi infra *q. 35.* Dominus autem inuito vasallo potest suum directum dominium pignorare.

ADDITIONES.

a INuitos] Ad idem quod dominus haud possit vasallos suos inuitos vendere duriori domino, sed quod possint ipsi se opponere, & contradicere, maxime quando retineret vnam partem, & aliam alienaret: quia interest ipsorum subditorum non habere tot dominos, vide notab. per Iacob. *in sua quæst. feudalib. quæst. 29.* Ita quod dominus inuitis hominibus castri, vel ciuitatis, alicui ciuitatem vel castrum subijcere non possit; vide per Decian. *cons. 564. n. 9. cum seq.* Ias. *in l. debitor, n. 7 C de pact.* Giach.

Inuitos.] Et est ratio, quia sicuti interest non perdere subditos, ita etiam interest subditorum non mutare dominum suum, secundum Iun *in c. auditu de præscript.* Gouean.

An dominus possit alienare vasallos suos inuitos] Quemadmodum † vasallo sine consensu domini feudum alienare non licet, vt ostendetur infra *quæst. 31.* ita nec domino conceditur suum dominium, siue ius, vel totum, vel partem, vasallo suo inuito alienare, & facere, vt vasallus suus fiat vasallus alterius. Ita, præter Clarum nostrum, & ab eo relatos hic, tradunt Hartmanus Hart. *de feud. obseru. 40.* Gail. *lib. 2. de pace publ. cap. 15. nu 12.* Mozz. *in tract. de feud. rubric. de natural. feudi. nu. 77.* Menoch. *cons. 31. nu. 20. vol. 1. & cons. 426. num. 20. vol. 5.* Vulteius *lib 1 de feud. c. 10. n. 71.* aliique ab iis citati. Si tamen Princeps aliquis totum aliquod territorium, siue curiam alij vendat: aliter statuendum est, vt Clarus noster hic *num. 2.* ex commun. DD. opinione subijcit: quem sequuntur Mozzius *d. nu. 77.* Wurmbser. *de feud. obseru. 34.* & Vulteius *loco modo designato.* Harprec. 1

b *Est communis conclusio.*] De ista communi vide per Duen. *reg. 215.* qui ponit quatuor ampliationes, & vnam limitationem, & dixi etiam *in mea collect. commun. opin. verb. dominus nu. 22* Item quod dominus vasallis inuitis haud possit alienare feudum, vide per Afflict. *in decis. 265. n. 69.* Giach.

c *Nunquid possit dominus inuito vasallo pignori obligare directum dominium.*] Quin † dominus ius suum sine consensu vasalli oppignorare possit, nullum apud interpretes est dubium, Glo. & ceteri communiter *in cap. 1. §. habito. de prohib. feud. alienat. per Frider.* Idque de natura feudi esse scribit Mozzius *d. rubric. de natur. feudi nu. 76.* eumque referen. D. Vulteius *d. cap. 10. nu. 71. vers. quin autem dominus, &c.* Harprec. 2

QVÆSTIO XXIX.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Dominus an possit subditis suis collectas imponere.*
2 *Et quid ex consuetudine, vel pacto.*

Ex Additionibus.

1 *Quisnam dominus subditis suis collectas imponere possit.*
2 *An, & quatenus Princeps suos vasallos ratione bonorum feudalium collectare queat, remiss.*
3 *Princeps vasallis suis subditis collectam imponere potest.*
4 *Quibus casibus domini sui subditos collectis grauare valeant, remis.*
5 *An, & quatenus Princeps pro maritanda filia, vel pro vxorando filio, collectam subditis indicere queat.*

QVæro, nunquid dominus *a* possit subditis suis taleas, siue collectas imponere? Resp. quod Barones, & alij domini inferiores, qui superiorem recognoscunt non possunt subditis suis taleas, vel collectas imponere, etiam quod habeant merum imperium, & omnimodam iurisdictionem. Ita tenet Salyc. *in l. 1. post n. 2. vers. Et ex his. C. vectig.* noua institui non posse. Et ita communiter concluditur, vt dicit Paris. *cons. 52. n. 2. lib. 1.* Nam huiusmodi onerum impositio est de regalibus, & sic est reseruata supremo Principi in signum superioritatis. 1 *a*

Bene verum est, quod ex consuetudine, pacto, vel à conuentione, possent (secundum aliquos) subditi per dominum collectari, in quatuor casibus, scilicet pro militia domini, pro filiabus maritandis, pro transmarino voto, & pro ipsius domini ab hostibus capti redemptione. Et ita se habere communem opin. attestatur Boer. *dec. 126. n. 1. & seq.* vbi late. Quinimo Hostiens. *in summa de immunit. Eccles. §. 1.* paulo post princ. tenet, quod subditi tenentur domino seruire, & ab eo possunt *b* collectari in sex casibus. Primo, pro exercitu *b* Imperatoris. Secundo, pro correria, quando scilicet

Imperator facit transitum per illum locum. Tertio, pro c filia maritanda. Quarto pro militia pro se, vel filio suo. Quinto, pro captiuitate ipsius domini. Sexto, pro terra quam ipse Comes, vel Baro, vult acquirere: & dicit, quod generalis consuetudo quasi vbique ita seruat. Et Hostiens. refert Iac. *de feud. in verbo. Qui quidem inuestiti n.75.* vbi *n.78.* sequitur eius opin. in vno casu tantum, scilicet pro filia domini maritanda, & dicit, quod in hoc casu ita se habet generalis consuetudo. Sed quicquid dicant Hostien. & Iac. ego hoc non puto esse verum. Ideo tene indistincte communem opin. quod nullo casu potest dominus inferior subditis suis collectam imponere, nisi hoc habeat ex pacto, vel consuetudine illius loci in specie. Et ita in indiuiduo, quod non possit vasallus pro dote filiæ suæ, quam maritare intendit, grauare subditos suos, tenuit Bald. *in c.1. § similiter. n.4. de c. Conradi* Et hanc dicit esse veriorem, & magis communem opin Brun. *cons. feud 52. nu 7.* vbi multas auctoritates allegat, & est valde rationi consentaneum. Nam si neque mater filiam, neque frater sororem regulariter dotare tenentur, multo minus debet cogi vasallus ad dotandam filiam domini sui. Et si casus contingeret, ita iudicarem: nisi appareret de speciali consuetudine in contrarium, vt supra dixi.

ADDITIONES.

a IMponere.] Hic cadit pulcherrima quæstio, Nunquid dominus debeat suis vasallis indicere aliquam nouitatem? Quod non, concludit Iac. de S. Georg. *in suis quæst. feud. q* 40. quia noua seruitia indebita præsumuntur per vim & impressionem extorta, per ea quæ tradit Bald. ibi allegatus, & dicit se ita respondisse cuidam magno domino eum consulenti super ista materia. *Giach.*

Nunquid dominus possit subditis suis taleas, siue collectas im-
1 *ponere.*] Quod † nemo possit collectas imponere, nisi Regalium iure gaudeat, etiamsi merum, mixtumque Imperium, ac omnimodam Iurisdictionem habeat, præter Clarum hic nostrum, & ab eo relatos, docent Mynsinger. *respons 1. nu. 97. & sequent. decad. 11.* Schneidevvin. *de feud par. 5. nu. 119.* Borcholt. *in titul. 56. quæ sint Regalia. lib. 1.* F. Sixtin. *in tractat. de Regalibus lib. 2. c. 14 n. 17.* Io. Koppen. *qu. 32. n. 4. &* 8. hosque referens D. Collega Bocer *in tract de iure collectar. c. 1. n. 24. & in tract. de iure, & commodo senioris, lib. 2. c. 6. n. 22. &* 23. vbi id explanat
2 fusius. Ceterum † an, & quatenus Princeps suos vasallos ratione bonorum feudalium collectare queat, perspicue declarant Io. Petr. Surdus *cons. 135. n. 11. & seqq. & cons 234. nu. 8.* Albert. Brun. *cons. 103 n. 2.* Crau. *cons 497. nu. 3.* Modestin. Pistoris *cons. 21. n 30. lib. 2.* Mynsing *respons 1. n. 1. & 2. decad. 15.* Ernest. Cothman. *respons 11. n. 32. lib 1.* Henr. à Rosenthal. *in tract feud. c. 5. concl. 78. n. 2.* Petrus Heigius *q. 18. n. 16. & seqq. part. 1.* cosque omnes laudans D. Bocer. *in d. tractat. de iure collectar. cap.*
3 *4. n. 12. & seqq.* vbi *n. 22.* subiungit: quod, † licet dominus feudi vasallos suos collectis onerare non possit: attamen Princeps vasalli sui subditis imponere collectam valeat: cum hoc ius censeatur reseruatum, & non translatum in vasallum, per notata Rolandi à Valle *cons. 1. nu. 102. vol. 2. & consil. 4. nu. 47. vol. 3.* Io. Petri Surdi *cons. 210. n. 58. lib. 2.* Harprec.

4 b *Et ab eo possunt collectari sex casibus.*] Quibus casibus † domini inferiores subditos collectis grauare queant, post plures alios à se citatos, diligenter explicat Rosenthal. *d. tract. feud. ca. 5. concl. 76. & seq.* Harprec.

5 c *Pro filia maritanda.*] An † & quatenus. Princeps pro elocanda, & dotanda filia sua, vel pro vxorando filio, collectam subditis indicere possit, latissime exponunt Iacobin. de S. Georgio *in tract. de homagiis n. 35. & tract. de feudis in verb. qui quidem inuestiti n. 76.* Menoch. *de arbitr. iudic. lib. 2. cent. 2. cas. 181.* Nicol. Boerius *decis. 126. n. 6. & 7 item decis. 131. n. 14.* Moz. *in tract. de feud. rubr. de naturalib feud. n. 61.* Vult. *consil. 35. nu. 142. vol. 3. cons. Marpurgens.* Petr. Frider. Mindan. *lib. 2. de mandatis iudic. c. 44. n. 12.* Rosenthal. *d. c. 5. concl. 77. & conclus. 79. n. 5.* Schneidevvin. *in tract de feud par. 5. n. 120.* Laur. Kirchou. *cent. 5. commun. opin. concl. 77.* Sixtin *d tract. de regalib. lib. 2. c. 14 & 54.* & D. Bocer. *d. tract. de iur. collect. c. 6. n. 24. cum seqq. & n. 61. cum seqq.* Harprec.

QVÆSTIO XXX.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Dominus an possit cogere subditos suos ad molendum in suis molendinis.*

Ex Additionibus.

1 *Domini superiorem recognoscentes, an & quatenus subditos suos ad molendina sua cogere possunt.*

3 *Meræ facultatis existentia statuto adimi nequeunt.*

QVæro, nunquid dominus possit cogere subditos a ad molendum in suis molendinis? Resp. quod non. Et ista est vera, & communis opinio, vt ait Boer. *dec. 125. circa fin.* quem refert Crauet. *de antiq. temp. in 4. par. §. circa premiss. post nu. 3.* vbi late. Bene verum est, quod si dominus haberet ius molendinorum ex consuetudine, vel priuilegio, credo, quod alia molendina in eo loco construi non possent; & consequenter quod posset dominus cogere subditos ad molendum in suis molendinis. Et superioribus annis, cum quidam feudatarius haberet in suo castro ius, & dictum hospitij; & alius priuatus vellet in eo loco aliud hospitium erigere, forte ad æmulationem illius domini: fuit iudicatum, quod liceat domino eum prohibere ab huiusmodi erectione hospitij.

ADDITIONES.

COgere subditos.] Idem quod molendinum, vel furnum a habens in loco non possit astringere homines d. loci, licet longissimo tempore iuerint ad molendum in molendinis, vel coquendum in furnis, quia in iis, quæ sunt facultatis, non cadit præscriptio, communem vi. per Ias. *in l. quo minus. qu. 25. ff. de flumin.* & habetur plene per Rolan. *in cons. 22. & 30. vol. 2.* & plenius dixi *in collect. mea comm. opin. in verb. molendinum, n. 12.* vbi etiam posui limitat. tres: Videlicet primo, nisi talis ordinatio respiceret publicam vtilitatem, puta, quia molendina sunt fiscalia, vel furni fiscales, & ij redditus seruirent publicis necessitatibus, quia hoc casu valet ordinatio. Secunda limit. est, vbi dominus prohibuisset, & longissimo tempore perseuerasset prohibitio, in coquendo, vel molendo, &c. Tertia est, nisi ex priuilegio, vel consuetudine acquisiuisset, vt nemini liceat alibi coquere panem, vel molere, &c. & esset inductum hoc. *Giach.*

Nunquid dominus possit cogere subditos ad molendum.] Quod 1 domini, † iurisdictionem, merum, & mixtum imperium habentes, superiorem tamen recognoscentes, statuto nequeant subditos suos præcise ad sua molendina cogere, verius est. siue ob commodum priuatum dominorum id fiat: siue etiam, vt redditus publicus inde augeatur. Siquidem meræ facultatis existentia statuto adimi haud possunt: maxime, si populi libertas minuatur, & alij damnum inferatur. Posset tamen tanta esse ærarij, Reip & inopia: ita quod cum summa Reipublicæ vtilitate ac bono coniunctum foret, vt istiusmodi statutum condere, & prohibitionem facere liceret. Ita, post Didacum Couar. *in c possessor part. 2. §. 4. nu. 7.* & complures alios à se citatos, scriptum reliquit Henr. à Rosenthal. *in tract. feud. c. 5. concl. 26.* Harprec.

QVÆSTIO XXXI.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Vasallus non potest alienare feudum sine consensu domini, & si alienet, cadit à feudo.*
2 *Et quid si alienatio erat ex alio capite nulla.*
3 *Et quid si non sit secuta traditio rei feudalis.*
4 *Et quid si apposita sit clausula constituti.*
5 *Et quid si vasallus protestetur se alienare, saluo, & reseruato consensu domini.*
6 *Et quid si vasallus post alienationem recuperet feudum.*
7 *Et quid si alienet solummodo vnam partem feudi, an cadat à toto.*
8 *Et quid si feudum sit acquisitū pro se, & quibus dederit.*
9 *Et an possit vasallus alienare commoditates feudi.*
10 *Et an si vasallus alienet omnia bona, quæ habet in tali loco, censeatur alienasse etiam feuda, quæ ibi possedit.*
11 *Et quid si vasallus sit in magna necessitate constitutus.*
12 *Et an valeat consuetudo, quod vasalli possint alienare feuda sine consensu dominorum.*
13 *Et quid si vasallus alienet feudum, domino sciente, & tacente, an id sufficiat pro consensu.*

Ex

Ex Additionibus.

1 *Vasallus sine domini consensu feudum alienans eo priuatur.*
2 *Eiusque ratio quæ.*
3 *Vt vasallus ex causa alienationis feudum amittat, quæ requirantur.*
4 *Ignorantia quomodo probetur.*
5 *Alienatum quid proprie dicatur.*
6 *An si vasallus post alienationem confestim recuperet feudum, nihilominus id perdat.*
7 *Ius quæsitum nemini auferendum.*
8 *Fur domino rem furtiuam confestim restituens, actionem furti non euitat.*
9 *Vasallus partem feudi alienans an omni iure suo cadat.*
10 *Pœna commensuranda delicto.*
11 *Nunquid vasallus, ex causa magna necessitatis feudum inconsulto domino alienare queat.*
12 *Nemo cogitur consentire in venditionem rei suæ, vel de suo cuiquam benefacere.*
13 *An tacitus domini consensus ad feudi alienationem sufficiat.*

1 a VVlgaris est conclusio in materia feudorum, quod vasallus, non potest feudum ipsum *a* alienare sine consensu domini, de qua est text. expressus *in c. Imperialem. de prob. alien. feud. per Frider.* & si alienauit, alienatio ipsa nihil valet, ipse autem alienans priuatur feu- b do, *b* vt ibi.

2 c Sed quæro, quid *c* si contractus ipse alienationis fuit ex aliquo capite nullus, & inualidus, nunquid habebit locum etiam hoc casu pœna priuationis? Resp. quod non. Et est communis sententia, vt dicit Molin. *in consuet. Paris. feud. §. 21. nu. 32.* Nam ex actu nullo, ex quo domino præiudicium non infertur, non debet vasallus pœnam pati. Et hæc opin. mihi placet, quando non esset secuta actualis traditio rei feudalis, sed solummodo ficta traditio, puta per constitutum. Nam quando contractus est nullus, etiam constitutum in ipso contractu appositum est nullum. Sed si esset secuta actualis, & vera traditio, non crederem vasallum hoc casu debere excusari à priuatione. Nam DD. in hac materia loquentes considerant præiudicium domini potius in traditione ipsius rei feudalis, quam in alienatione, vt statim dicam.

3 Sed nunquid ad hoc, vt vasallus alienans feudo priuetur, requiritur vltra alienationem, quod etiam subsecuta sit traditio ipsius rei feudalis? Resp. quod sic, alias autem, non facta traditione, non cadit feudo. Ita tenet Andr. de Isern. *in d. c. Imperialem, §. callidis, vers. Pœna in istis.* Nam qui alienat, & tradit, facit quicquid potest, vt feudum in alium transferat, ideo pœnam meretur, tanquam de actu prorsus consummato; secus autem qui alienat, & non tradit. Faciunt quæ dixi supra *hoc eo. lib. §. emphyteusis, q. 11. vers. Sed nunquid.*

4 Sed quid si non interueniat vltra alienationem vera, & actualis traditio rei feudalis, sed tantummodo ficta, puta per clausulam constitutio, vel precarij? Resp. quod talis traditio ficta sufficit ad hoc, vt ipse alienans priuetur feudo. Ita tenet Paul. de Cast. *in l. 1. §. si rem depositam n. 2. ff. depositi,* & hæc est crebrior sententia, vt dicit Mol. *in consuet. Paris. feud. §. 13. gl. 5. n. 4.* Tiraqu. *de constituto, in 37. limit. nu. 5. & 6.* Licet enim constitutum sit fictus modus transferendæ possessionis: tamen per ipsum constitutum transfertur vera possessio. Nihilominus quidquid sit de rigore iuris, mihi de æquitate magis placet alia opi. vt s. requiratur vera, & actualis traditio. Nam qui ficte tradit, vere dici non potest fecisse, quidquid potuit.

5 Item quæro, quid si vasallus in alienatione feudi protestetur, se alienare saluo, & reseruato consensu *d* d domini, vel saluo iure *e* directi dominij, nunquid talis e protestatio illum excusabit, vt non cadat à feudo? Resp. quod talis protestatio eum non releuat, si post talem alienationem secuta sit traditio. Ita dixit notabiliter Bald. *in l. vnica, n. 56. C. de his, quæ pœna nom.* & hæc conclusio communiter tenetur, vt dicit Ias. *in l. non solum. §. morte, nu. 27. ff. de oper. noui nuncia.* Et eam dicit esse commun Dec. *cons. 44. n. 4.* Videtur enim hoc casu factum contrarium protestationi, quod magis attenditur, quam ipsa protestatio.

Bene verum est, quod si protestetur se alienare saluo consensu domini, & non aliter, nec alio *f* modo, ta- f lis protestatio verbis ita geminatis concepta releuat, ita quod vasallus feudum non perdit, etiamsi secuta fuerit traditio. Ita singulariter dixit Bald. *in c. 1. § fi. post n. 5. vers. Sed pone, quæ fue. prima causa benef. amit.* quem sequuntur communiter Cano. vt dicit Ripa *lib. 3. responsorum. c. 1. n. 3.* Quia illa verba, & non aliter, nec alio modo, sunt prorsus resolutiua ipsius alienationis, adeo vt non accedente consensu domini, non possit dici vasallus feudum ipsum alienare voluisse. Vide, quæ dixi *in d. q. 13. vers. Item quæro.*

Sed quid si vasallus *g* post alienationem recuperet 6 feudum, nunquid propterea euitabit pœnam priuatio- g nis? Resp. quod non. Ita tenet Bart. *in l. sequitur. §. item Labeo. in fin. ff. de vsucap.* & ita communiter concluditur, vt dicit Alex. *in l. si à me. n. 3. ff. ad l. Falc.* & dicit Bertrand. *cons. 2. nu. 6 lib. 2. in 2. parte,* quod ita intelligunt communiter Doct. Et hanc conclusionem dicit esse communem Curt. iun. *de feud. in 4. parte principali, in vltima, causa amissionis feudi, in 1. regul. q. 15.* Cum enim vasallus propter alienationem cadat ipso iure à feudo, statim facta alienatione, & secuta traditione, est ius domino quæsitum, quod deinde sine facto ipsius domini ab coauelli non potest: dixi *in d. q. 13. vers. sed quid si emphyteuta.* h

Sed pone, vasallus habens feudum, alienauit sine 7 consensu domini solummodo vnam partem feudi; Quæro, *i* an cadat à toto feudo, an autem solum ab ipsa i parte, quam alienauit? Resp. Bald. *in c. 1. §. si vero, num. 1. qual. olim. feud. alien. pot.* tenuit, quod totum amittat. Sed contra Bald. tenent omnes *k* Doct. vt dicit Molin. *in* k *consuet. Paris. feud. §. 13. gl. 5. n. 17.* Gl. autem *in c. 1. §. callidis, in verbo, amittant. de probib. feud. alien. per Frider.* tenuit, quod cadit solum à parte alienata, & dicit Corn. *cons. 67. in lit. K. lib. 2.* quod ita tenent communiter Doctores. Hanc etiam conclusionem dicit esse communem Curt. iun. *in d. 4 parte in prima dubitatio.* posita post tres regulas amissio, feudi propter alienationem. Quod videtur satis rationabile, vt quis eatenus puniatur tantum, quatenus deliquit. Et hoc in proposito communem rationem appellat Ign. *in l. 3. §. si quis tabulas, nu. 8. ff. ad Syllan.* Et hæc opin. est etiam magis æqua, licet in puncto iuris forte opinio Baldi obtineret.

Vlterius quæro, quod si feudum esset acquisitum 8 pro se, & quibus *l* dederit, nunquid poterit vasallus id l sine consensu domini *m* alienare? Resp. quod sic. Est m de hoc text. *in c. 1. in prin. de feudo non hab pror. na. feud.* & est communis conclusio, vt dicit Curt. iun. *in d. 4. parte, in 2. regul. q. 5.* Dec. *cons. 193. post n. 5. vers. Non obstat fundamentum.* Videtur enim dominus concedendo feudum cum illa clausula, vsque à principio præstitisse consensum cuique alienationi, quam de ipso feudo faceret vasallus.

Successiue quæro, nunquid possit vasallus alienare 9 commoditates ipsius feudi? Resp. quod sic. Ita dicit Bald. *in cap. 1. §. aut si libellario, num. 2. in fin. quibus mod. feud. amitt.* & est communis opinio, vt attestatur Ruin. *cons. 176. num. 1. lib. 13.* Quod tamen intellige,

vt talis alienatio valeat, durante tantum vita ipsius alienantis, non autem in præiudicium eius, qui est successurus in feudo. Et ita sentire videntur fere omnes Doctores de hac materia loquentes.

10 In proposito huius materiæ quæro, si vasallus alienauit generaliter omnia bona, quæ habet in tali loco, nunquid in huiusmodi generali alienatione veniant etiam bona feudalia? Respondeo, quod non. Tex. est *in cap. 1. de cap. qui curiam vendunt*, & ita dicunt communiter Doctor. vt ait Curt. iun. *de feud in dicta 4. parte, in vltima causa priuationis feudi, in 3. regul. columna 6. versic. restat etiam.* Ex quo enim vasallus alienando bona feudalia incideret in pœnam, succedit iuris conclusio vulgata, quod nemo censetur facere actum, propter quem incurreret in pœnam. Aduerte tamen, si casus de facto contingeret, quia aliud esset quærere, an bona feudalia venirent in huiusmodi generali alienatione, quantum ad hoc, vt vasallus caderet in pœnam, aliud autem esset quærere, an venirent quantum ad hoc, ne emptor remaneret deceptus, puta scilicet, si putasset se etiam illa acquirere, ignorans ea esse feudalia: hoc enim casu considerata qualitate pretij, & valore bonorum, deberet Iudex cogere venditorem ad restitutionem pretij, quod verisimiliter emptor credebat erogare in acquisitionem illorum bonorum, quæ reperta sunt esse feudalia, ne quis cum iactura alterius locupletetur.

11 Pone, vasallus reperitur in magna n aliqua necessitate constitutus; Quæro, nunquid poterit eo casu feudum alienare sine domini consensu, propter illam magnam necessitatem, præsertim si esset fame oppressus? Resp. quod non. Ita tenet Bald. *in cap. 1. nu. 2. qualiter olim feud. pote. alien.* & est communis conclusio, vt dicit Curt. iun. *de feud. in 4. parte princ. in vltima causa amissionis feudi, in 1. regula, quæst. 16.* Quæ licet prima facie videatur nimis rigorosa: tamen esset seruanda. Cum enim supremum dominium rei feudalis sit apud dominum, non debet licere aliquo casu vasallo, de ipsa re feudali disponere sine eius consensu. Bene credo, quod si eo casu, quo scilicet vasallus fame periret, dominus ab eo requisitus nollet, vel ipse acquirere vtile dominium, vel eius alienationi consentire, posset per superiorem ad id cogi.

12 Quæro nunc, an valeat consuetudo, quod vasalli possunt alienare feuda sine consensu dominorum? Resp. quod sic. Ita dicit Io. Raynal. *in c. Imperialem. §. habito. col. 24. de prohib. feud alien. per Frider.* Et hæc videtur esse magis communis sententia, vt dicit Curt. iun. *cons. 158. nu. 8.* Sicut etiam videmus, quod in ceteris omnibus, quæ respiciunt feuda, consuetudo vincit legem, & ipsa pro lege habetur.

13 Præterea quæro; dictum est, quod vasallus non potest sine consensu domini feudum alienare, modo contingit, quod vasallus alienat feudum, o domino ipso sciente, & tacente, nunquid hoc sufficiet pro consensu? Resp. quod p sic. Ita tenet gl. *in c. ap. 1. in verbo, ipsorum permissu, de prohib alien. feud. per Lothar.* quam sequuntur communiter Doct. vt ait Hieron. Schurf. *cons. 134. n. 3. inter consilia feudal. a Bruni*, Aluar. *in c. 1. §. præterea, nu. 4. quibus mod. feud amit.* quem refert Iac. *in verb. Et cum pacto de non alien. nu 20.* & dicit Dec. *cons. 144. in primis verbis*, quod illa gloss. est communiter approbata. Hanc etiam conclusionem dicit esse communem Curt. iun. *de feud. in 4. parte, in vltima causa priuationis feudi. in 2. regula principali, col. 1.* Hanc eandem opin. tenuit gl. *in d. §. Præterea in verbo, regressum*, quam pariter dicit esse communiter approbatam Claud. *in l. quæ do u, n. 35. ff solut. matr.* Nam vbicunque quis potest contradicendo actum impedire, præsentia cum taciturnitate operatur consensum: quam tamen ego intelligo, vt procedat, quando dominus sciens per notabile tempus tacuit, puta, per annum, alias secus.

ADDITIONES.

a Feudum alienare.] An bona, super quibus actum, alienatum, permutatum, aut quouis alio modo contractum est à vasallo irrequisito domino, cadant in pœnam caducitatis: item in quibus Emphyteuta, seu vasallus domini consensum requirere debeat, & in quibus non: quæ quidem caducitas quibus verbis vitietur, & quo casu non solum in proprio, sed in facto alieno ignorantia excuset, vide per Dec. *consil. 160.* Giach.

Feudum ipsum alienare.] Adde, quod hæc conclusio adeo est vera, vt talis alienatio etiam longissimo tempore præscribi non possit. Ita tenet Andr. de Isern. *in d. c. Imperialem. ver. nullius temporis præscriptionem*, quem Doct. ibi communiter sequuntur, vt firmat Marian. Soc. iun. *cons. 115. n. 44. vol. 2.* Paris. *cons. 23. n. 158. vol. 1.* Gouean.

Vasallus non potest feudum ipsum alienare sine consensu domini.] 1 Indubitatum est, vasallum † feudum sine domini consensu alienantem iure suo cadere, eoque priuari *tit. 5. in fine. tit. 13. tit. 18. §. vlt. tit. 21. §. si quis miles. lib. 1. F. tit. 9. in prin. tit. 24. §. vlt. tit. 26. § feudum ea lege datum tit. 38. titul. 44. tit. 52. § si quis vero. & tit. 55. in princ. vers. callidis lib. 2. F.* 2 Cuius † ratio refertur *in d. tit. 24. §. vlt lib. 2.* Feud. nimirum hæc: quod vasallus sine consensu domini alienando, dominum contemnere videatur, vt ita illa priuatio sit quædam quasi vltio contumeliæ illatæ domino. Rol. à Valle *cons. 2. nu. 136. vol. 1.* Vulteius *lib. 1. de feud. cap. 11. nu. 41.* Botcholt. *in Comment. in consuet. feud. cap. 8. num. 34.* 3 Vt autem vasallus † ob alienationem à se factam feudo exuatur; duo maxime coniunctim requiruntur. Prius est, vt vasallus sciens feudum esse alienet. Ignorantia quippe qualitatis rei excusat vasallum *d. tit. 26. §. si vasallus feudum* modo ignorantia illa non sit affectata, siquidem illa in iure pro scientia habetur. 4 Quia † vero ignorantiæ probatio est difficilis: iuramento vasalli affirmantis se ignorasse id decidendum relinqui solet. *titul. 42. in princ. lib. 2. F.* Schrader. *in tract. feud. par. 9. cap. 1. nu. 45.* D. Bocer. *class. 5. disput. 20. tho. 74. edit. 2.* Vulteius *d. cap. 11. nu 42.* Gail. *lib. 2. obseruat. 48. nu. 23. & seq.* Alterum est, vt alienatio effectum suum sortita consummata, adeoque translatio possessionis facta sit. Sola enim conuentio de alienando feudo non sufficit: sed & possessionis traditio necessaria est ad hoc, vt vasallus feudum suum ex alienationis causa amisisse dicatur, per textum *in tit. 52. in princip. vers. hortatu itaque. ibi, sine ipsorum permissu distrahere, & in d. titul. 55. in princip. versic. callidis ibi, feudum vendunt, & in alios transferunt. lib. 2. F.* 5 Proprie † namque alienatum non dicitur, quod adhuc in vendentis, vel alterius domino manet. *l. alienatum. 67. ff. de verbor. significat.* Atque ita docent Andr. de Isernia, Aluar. Præpos. & Matth. de Afflict. *in ca. 1. §. si inter pares. de lege Corrad.* Clarus noster hic *nu. 3.* Emanuel Soarez. *in thes. recept. sent lit. F. num. 71.* Rosenthal. *in tract. feud. cap. 6. membr. 1. concl. 12.* Bocer. *d. disp. 20. th. 77.* Vult. *d. nu. 42. vers secundum, &c.* Schrader *d. part. 9. cap. 1. nu. 32.* aliique per hos cumulatim adducti. *Harprec.*

b *Priuatur feudo*] Hic scias, quod ius priuandi vasallum feudo non transit ad hæredes, commune vide per Osasc. *dec. 77. nu. 11. & in collect. mea commun. opin. in verb. ius. 33.* Hic adde, quod feudo priuatur vasallus ob causas, quibus pater potest exhæredare filium, & donator reuocare donationem; vide per Iacobin. *eod. tract. in verbo dictique vasalli, sub num. 41. & 47.* & de obligationibus vasalli ad dominum, & econuerso dixi alias. Hic adde quod quando vasallus facit pactum cum domino de non alienando, non poterit etiam alienare in casibus, alias à iure permissis. commune per Roland. *in cons 81. nu. 19.* etiam dixi *in collect. mea commun. opin. verb. vasallus, nu. 14.* Giach.

c *Quod, si contractus ipse alienationis fuit ex aliquo alio capite nullus*] Adde hac de re videndos Curt. iun. *de feud. par. 4. num. 108.* Mozz. *in tract. de feud. rubr. ex quibus caus. feud. amit nu. 135.* Henric. à Rosenthal. *d. tract. feud. c. 9. membr. 1. conclus. 4.* & alios, ab his recensitos *Harprec.*

d *Consensu Domini.*] Item quod non valeat huiusmodi alienatio facta sub conditione haud purificata, vide plene, atque in terminis per Rol. *cons. 63. vol. 4.* vbi in facti contingentia respondit pro cathedra Senogali. *Giach.*

e *Saluo iure.*] Dixi alias, item de clausula saluo iure dominij, vide quam vim habeat, per Duaren. *titul. 6. caut. 64. num. 2.* Giach.

f *Et non aliter, nec alio modo.*] Vide *sup. §. Emphyteusis, quæst. 13.* limita, nisi vbi res alienata esset difficilis recuperationis, vt quia esset castrum munitum, alienatum, & traditum, per Gram. *de is 49. nu. 4* Giach.

g *Quid, si vasallus post alienationem recuperet feudum.*]

Quamuis

6 Quamuis † vaſallus pœnitentia ductus, poſt alienationem in
continenti recuperet feudum: nihilominus tamen pœnam
priuationis incurrit. Tum quia text. *in c.1. quid iuris ſit, ſi poſt
alienationem feudi, &c. tit. 44. lib. 2. F.* generaliter, & indiſtin-
cte loquitur. † Tum quia nemini ius quæſitum auferri poteſt,
7 *l. id, quod noſtrum 11. ff. de reg. iur.* Tum † etiam quia fur, licet
8 confeſtim domino rem furtiuam reſtituat: ab actione tamen
furti ſe hoc ipſo non eximit, *l. qui ea mente 65. ff. de furt.* Atque
his, aliiſque rationibus permoti hanc ſententiam tuentur,
præter Clarum, & ab eo hic relatos. Schrader. *d. tract. feud p. 9.
c. 1. nu. 17.* Vulteius *d. lib. 1. feud. c. 11. nu. 43.* D. Bocer. *d. diſp. 20.
the 79.* Fachin. *lib. 7. controuerſ. iur. c. 84.* & Rudinger. *lib. 1. var.
lect. iur. c. 77.* vbi in vtramque partem hanc quæſtionem exa-
minat. *Harprec.*

h *Sed quid ſi emphyteuta.*] Vide quæ ibi dixi *in Apoſtill. ſi-
gnata lit. E. quod non.* Giach.

i *Quæro.*] Vide per Card. Pariſ. *conſ. 14. nu. 11.* Rol. omnino,
& Nat. hic *in conſ. 479.* ille *in conſ. 57.* vbi plene, & ad vtram-
que partem, & dixi *in collect. mea commun. opin. in verb. vaſal-
lus, ſub nu. 6.* Giach.

*An cadat à toto feudo, an autem ſolum ab ipſa parte, quam
alienauit.*] Quod † vaſallus partem feudi alienans, eam tan-
9 tum partem perdat, æquitati & iuri feudali magis conſenta-
neum eſt, per textum clariſſimum *in c. 1. ibi, ſi alienauerit to-
tum, perdat totum: ſi partem, perdat partem &c. de vaſall. qui
cont. conſtitut. Lothar. tit. 38. lib. 2. F.* & ibi Baro à Tautem-
berck. *nu. 1. item in ca. 1. §. item qui dominum, verſ. illud enim eſt
certum, quæ fuit prima cauſ. benefic. amitt. titul. 24. lib. 2. F.* nec-
non *in c. 1. §. ult. ibi, beneficium ſuum vendiderit totum. de feudo
ſine culpa non amit. tit. 21. lib. 1. F.* Huicque facit euidens ratio:
quod † vlterius progredi pœnæ motus non debeat, quam re-
10 periatur delictum. *l. ex facto 43. §. ult. ibi, ſatis enim punitus eſt
in eo, &c. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit. l. ſancimus 22. C. de pœn. l.
reſcriptam 6. ff. de his, quæ vt indig. auferunt.* Et hanc opinionem
omnes Doct. (excepto Baldo) tenere, teſtatur hic Clarus no-
ſter. Eandem, præter Interpretes hoc loco allegatos, defen-
dunt Sonsbec. *in Commen. in vſus feud. parte 12. nu. 78.* Blanc.
in iuris feud. Epit. lib. 2. c. 1. nu. 70. Bocer. *d. claſſ. 5. diſp. 20. the. 85.*
& Ioan. Rudinger *d. lib. 1. var lect. iuris feud. cap. 40.* vbi ad con-
traria pulchre reſpondet. *Harprec.*

k *Omnes Doct.*] Pro hac communi adde Mat. de Afflict. *in
d. c. 1. Imperialem nu 28.* Bald. *in c. 1. §. hoc quoque, nu. 13. de ſuc.
feud.* & eam commune dicit Tho. Grammat. *dec. 49. num 2.*
Andr. Tiraq. *in l. ſi vnquam. verb. omnia. nu. 14. C. de reuoc. dona.*
Gouean.

l *Et quibus dederit.*] Adde, quod vaſallus, cui conceſſum
eſt feudum cum iſta clauſula, & quibus dederit, poterit de eo
teſtari; commune per Rol. *conſ. 71 nu 6. vol. 2.* & dixi *in collect.
mea comm. opin. in verb. vaſallus n. 12.* Giach.

m *Alienare.*] Vide omnino per Iaſ. *in l. 2. & 3. C. de iure
emphyt col. 2. & 3.* Giach.

n *Magna aliqua neceſſitate.*] Item quod vaſallus feudum
alienans irrequiſito domino, etiamſi alienaſſet ob aliquam
neceſſitatem, non valeat alienatio, commun. vide per Duen.
ſub reg. 40. in 14. ampliatione, & dixi *in ea... collect. mea verſ. Va-
ſallus, nu 41.* & non ſemper dominus tenetur conſentire vaſal-
lo feudum alienare volenti, niſi in quatuor caſibus, de quib.
vide apud Afflict. *dec 265 nu. 68.* Giach.

Vaſallus reperitur in magna aliqua neceſſitate conſtitutus.]
Quod † vaſallus, etiam ob magnam neceſſitatem, inconſulto
11 domino feudum alienare nequeat, apparet *ex tit. 9. in princ.
lib 2. feud.* vbi IC. Feudiſta refert, quatenus potuerit olim an-
te Lotharij conſtitutionem feudum alienari, inter alia dicit:
neceſſitate ſuadente potuiſſe olim vaſallum domino inſcio,
vel inuito partem feudi vendere. Vnde neceſſario ſequitur,
per Lotharij conſtitutionem, qua illa alienandi licentia, quæ
olim vaſallis competebat, ſublata eſt, etiam in caſu neceſſita-
tis alienationem feudi prohibitam eſſe. Præterea † nemo co-
12 gitur emere, & vendere, vel conſentire in venditionem rei
ſuæ, *l. inuitum. 11. C de contrah. empt. l. nec emere, 16. C. de iure
delib.* nec de ſuo cuiquam benefacere quiſquam compelli po-
teſt, *can. precaria. 5. §. decreuit. cauſ 10. q. 2.* Accedit, quod vt
quis magna aliqua, & vrgenti neceſſitate permutatur: non ta-
men poſſit ſub hoc prætextu ſuum alteri auferre, & in quo-
quam præiudicare. *l. id. quod noſtrum 11. ff. de reg. iur. c. 3. ext. de
furtis.* Et illam concluſionem, vtpote communem, ſeruan-
dam eſſe, poſt alios, Clarus noſter hic affirmat. Eandem te-
nent Schrader. *d. tract. feud. par. 8 c. 1. num 20. & ſeq.* D. Bocer.
claſſ. 5. diſput. 20 th. 86. cum ſeq. Harprec.

o *Domino ipſo ſciente, & tacente*] Quod † tacitus domini
: conſenſus ad feudi alienationem ſufficiat, poſt Clarum no-
ſtrum, & ab eo citatos, tenent alij communiter, Mynſinger.
cent. 4. obſeruat 87. Borcholt. *in Commentar. in conſuetud. feud.
c. 8. nu. 72.* Roſenthal. *in Synopſi iuris feuda. c. 9. concluſ. 11.* &
ceteri ab his citati. Tametſi Bartholom. Camerar. *ad titul. 55.
de prohibit feud. alienat. per Frider. lib. 2. F.* & D. Collega Bocer.
d. diſput. 20. th. 88. ſub litt. R. non abſque rationibus ſpecioſis
diſſentiant. *Harprec.*

p *Quod ſic.*] Item feudum quando ſit alienabile, vide Ri-
min. iun. *conſ. 55.* item quod feudum abſque conſenſu domini
poſſit alienari per vaſallum proximiori, & immediate ſucceſ-
ſuro, ſolidam, & indubitatam eſſe concluſionem atteſtatur
Rol. *in conſ. 64. nu. 19. & conſ 2. n. 36. vol. 2.* & dixi *in collect. mea
in verbo, Feudum, nu 95.* Giach.

QVÆSTIO XXXII.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Vaſallus poteſt ſine conſenſu domini alium ſubinfeu-
dare de feudo, quod ipſe habet.*

2 *Et quid ſi ſit feudum Eccleſiaſticum.*

3 *Et quid ſi ſit feudum decimarum.*

4 *Et quæ requirantur ad hoc, vt talis ſubinfeudatio va-
leat.*

5 *Et an talis ſubinfeudatio fieri poſſit in præiudicium
agnatorum.*

6 *Et an ſi ſecundus vaſallus velit tale feudum alienare,
requiratur conſenſus prioris, vel immediati domini.*

Ex Additionibus.

1 *An vaſallus abſque domini conſenſu alium de feudo
ſuo ſubinfeudare poſſit.*

2 *Et quid, ſi feudum ſit eccleſiaſticum.*

3 *Lege non diſtinguente, nec nos diſtinguere debemus.*

4 *Reſoluto iure datoris reſoluitur quoque ius accepteris.*

5 *An, & quatenus vaſallus de feudo decimarum alium
inueſtire queat.*

6 *Quæ ad ſubinfeudationem requirantur.*

7 *An, & quatenus ſubinfeudatio fieri poſſit in præiudi-
cium agnatorum, remiſſiue.*

8 *Non ſolum vaſallus, ſed etiam ſubuaſallus feudum
ſuum alij in feudum concedere poteſt.*

QVæro, nunquid poſſit vaſallus ſine domini con- 1
ſenſu alium ſubinfeudare de *a* feudo, quod ipſe a
habet? Reſp. quod ſic. Ita tenet gl. *in c. quæ in Eccleſia-
rum, in verb., Alienandi feudum, de conſtit.* quam dicit
eſſe communiter approbatam Goz. *conſ. 62. nu 5.* & eſt
communis concluſio, vt atteſtatur Curt. iun. *de feud.
in qu. 4. principali, in vltima cauſa priuationis feudi, in 1.
quæſt. 1. regula.* Et hoc vetuſtis, & noſtris moribus rece-
ptum eſt, vt dicit Zaſ. *de feud in 9. par. verſ. 2. fallit* Non
tamen potui hactenus reperire apud Doct. aliquam bo-
nam rationem, cur ſtante generali prohibitione alie-
nationis feudi ſit permiſſa ſubinfeudatio; cum tamen
nulla videatur ſubeſſe cauſa ſpecialitatis ſatis conclu-
dens.

Et hæc quidem concluſio de plano procedit in feu- 2
do ſeculari: ſed *b* quid in Eccleſiaſtico? Reſp. Bald. *in* b
c. 1. præterea, de ca. Conrad. loquendo per verbum, *forte*
tenet, quod non poſſit *c* ſubinfeudari. Contrariam au- c
tem opin. quod imò poſſit ſubinfeudari, tenuit Iac. de
Beluiſ *in c. 1. in princ. qui feudum dare poſſ.* & hæc opin.
eſt magis communis, vt dicit Socin. *conſ. 66. poſt n. 3. lib.
3.* Zaſius *de feud. in 4. par. verſ. Secundo fallit.* Licet enim
Eccleſia in multis ſit priuilegiata, in hoc tamen non
videtur poſſe allegari probabilis ratio diuerſitatis in-
ter Eccleſiam, & priuatum: merito eodem iure cenſe-
ri debet.

Sed quid *d* ſi ſit feudum decimarum, nunquid laicus 3
canonice inueſtitus ab Eccleſia de aliquibus decimis, d
poterit alium laicum de ipſis decimis infeudare? Re-
ſpond. quod non, etiamſi accederet auctoritas, &
conſenſus Epiſcopi. Ita tenet Innoc. *in c. prohibemus de
decimis,* & ita ſentiunt communiter Doct. vt ait Abb.
in eo. c. prohibemus, nu. 4. quem refert Iacob. *in verbo, in
feudum, poſt nu. 40.* Ratio autem differentiæ inter feu-
da decimarum, & alia feuda Eccleſiaſtica eſt, quia
laici non poſſunt decimas retinere ſine periculo ani-

marum suarum: ideo Ecclesia omni studio conatur eas ex eorum manibus extirpare, quæ causa non militat in aliis feudis, quæ licite etiam à laicis retineri possunt. In contrarium tamen facere videntur ea, quæ dixi supra, *q.13.vers.Sed quæro.*

4 Scias tamen, quod ad hoc, vt huiusmodi subinfeudatio, quæ fit per primum vasallum, valeat; tria *e* requiruntur. Primum, quod vasallus hoc faciat bona fide, & sine fraude. Secundum, quod ille cui subinfeudatur, sit eiusdem conditionis, & qualitatis, cuius est ipse vasallus. Tertium, quod subinfeudet cum eisdem pactis, & conditionibus, cum quibus ipse tale feudum tenebat. Ita dicit gloss. *in d.c.1.§.præterea, in gl. magna, circa fin.* quæ in hoc est communiter approbata, vt attestatur Iac. *in verbo, & cum pacto.de non alien. post nu.2. in verbo, ita etiam quod ipsi post nu.3.* & dicit Molin. *in consue.*.Paris. *feud §.32.nu.*18. quod omnes Doct. illam sequuntur.

5 Sed circa huiusmodi subinfeudationem est aduertendum, quia principaliter concernere potest, & præiudicium domini, & etiam præiudicium agnatorum: puta si vasallus non habens filios inuestiat alium habentem filios, quo casu, cum per eius mortem esset aperiendum feudum domino, vel agnatis, iuxta qualitatem feudi: nulli dubium est, quin talis subinfeudatio resultet in eorum omnium præiudicium: & ideo aliqui dicebant, quod feudum subinfeudatum non debeat remanere penes secundum vasallum, & eius descendentes, plus, quam remansisset penes primum vasallum, & eius descendentes, & hoc siue feudum esset aperiendum domino, siue agnatis. Alij dicebant, quod quatenus tractaretur de præiudicio domini, feudum deberet remanere penes istum secundum vasallum, etiam post finitam lineam primi, secus autem quatenus *f* concerneret præiudicium *f* agnatorum. Et pro hac opin. videtur text. expressus, quem ad hoc ponderat Curt. iun. *in loco supra allegato in ca.1. §.1. qualit. olim feud. pote. alien* vbi dicitur, quod quomodocunque primus vasallus esset feudo priuandus, non potest feudum adimi secundo vasallo, si sit paratus istud ab ipso domino recognoscere, & illi seruire. In practica tamen credo, quod non posset sustineri. Quantum vero fit ad præiudicium agnatorum, omnes fere conueniunt, quod quando feudum est antiquum siue paternum, non durat apud secundum vasallum, nisi donec viuit vasallus, qui subinfeudauit, vel eius descendentes. Eo autem mortuo, resoluitur subinfeudatio, venitque proximior agnatus ad feudum. Ita dicit Spec. *de feud. §. quoniam. vers.39.* & est communis opin. vt dicit Alex. *cons.15.n.9.lib.5.* quem refert Ruin. *cons.37 n.18. lib.1. & cons.213.post n.2.eod.vol.* Cum enim feudum istis agnatis debeatur ex pacto, & prouidentia primi concedentis, merito non potest vasallus aliquo modo eis præiudicare per huiusmodi subinfeudationem. Et ita volunt communiter Doctores, vt dicit Berous *quest.59.n.5.*

6 In proposito huius conclusionis quæro: Pone, quod *g* iste secundus vasallus, cui feudum fuit subinfeudatum, velit illud alienare, nunquid requiretur consensus prioris, & supremi domini, an autem consensus domini immediati, qui subinfeudauit? Resp. quod requiritur consensus prioris, & supremi domini, non autem consensus domini immediati. Ita dicit gloss. *in c.Imperialem, §.illud, in verbo, Nisi requisitus, de prohib.feudi alien. per Frider.* & est magis commun.opin. vt attestatur Iacob *in verbo, Et cum pacto, de non ali.n.21.& seq.* Cagnol. *in leg.consil.§.socij mei.n.9 ff de reg.iuris.* Zas. *de feud. in 9. parte, vers. Sed occurrit.* Nam apud primum vasallum, post factam subinfeudationem, non remanet neque directum, neque vtile dominium, sed solummodo quædam reliquiæ vtilis dominij, quæ tanquam modici momenti non attenduntur, sed attenditur prima, & potior causa, quæ est dominium directum remanens apud primum dominum. Quod nota, quia cum hæc quæstio semel contigisset de facto, aliqui, qui prædicta non viderant, responderunt contrarium.

ADDITIONES.

S*Vbinfeudare.*] Fallit, si sit appositum pactum de non alienando, per Cæph. *in cons.197.n.26.* Item quo vasallus possit 4
irrequisito domino infeudare alium vasallum de feudo quod ipse habet, atque recognoscit à domino, commune vi. per Duen. *sub regul.40. versic. limita primo.* vbi communem attestantes retulit. & in fin. citat Curt. sublimitatem, & dixi *in collect. mea commun.opin.vers.vasallus. n.42.* Giach.

Nunquid possit vasallus sine domini consensu alium subinfeudare.] Quod vasallo † liceat absque domini consensu feudum 1
suum, vel eius partem, alij vicissim in feudum concedere, patescit *ex tit 5. sed etiam rei. vers. per feudum tamen, & tit.9. in princ.vers si vero, vel totum, & tit.26.§.beneficium & tit.34.§.similiter lib.2.F.* Et, post Clarum hic nostrum, pro confirmatione huius pronunciati infinitas fere auctoritates cumulat Henricus à Rosenthal. *in tract feud. ca.9. membr.1. conclus.43. sub littera A.* Harprec.

b *Sed quid in ecclesiastico.*] Quod † vasallus non solum 2
feudum laicum, sed ecclesiasticum etiam alij concedere in feudum possit, multiplex suadet ratio. Tum quia loca iuris feudalis omnia, modo allegata, de subinfeudatione tractantia, absque vlla distinctione inter feudum laicum, & ecclesiasticum, vasallo ius tribuunt de feudo suo alium inuestiendi. Ast vbi lex non distinguit, nec nos distinguere debemus, *l.de pretio,8 ff de Public.in rem act.* Tum † quia per subinfeudatio- 3
nem ecclesiastici feudi conditio Ecclesiæ deterior non efficitur: siquidem vasallus sine fraude, & eiusdem conditionis personæ, & sub iisdem pactis, subinfeudationem facere iubeatur, teste Claro nostro hic *nu.4.* & nos illud infra *num.6.* demonstrabimus paulo accuratius. Tum quia neque domino, neque feudi successoribus vllum hic præiudicium creatur: quippe cum mortuo vasallo, qui subinfeudauit, ius subinfeudati extinguatur. *tit.5.§.rursus.lib.1 F.& tit.9.in principio, versicul si autem dissentiente. ibi, si tamen sine herede masculo descendente, &c.lib.2.F* Extincto † namque, & resoluto iure da- 4
toris, extinguitur quoque, & resoluitur ius acceptoris, arg. *l.peto 69 § prædium 1.ff.de leg.2.l fundum 7.ff.de actionibus empt.* Hartman. Pistor. *lib.2.q.44. nu 8.* Atque ita post Clarum nostrum, & ab eo relatos hic, tradunt Schrader. *in tractat. feud. par.8 c.2.nu.10.* Vult. *lib.1. de feud. ca.10. nu.80.* & D. Bocerus *in tract. de commodo, & iure seniorum, &c. lib.2.c.6 n.73. & seqq.* Harprec.

c *Possit subinfeudari.*] Pone factam esse subinfeudationem, modo quæritur, quid si secundus committat feloniam, cui deuoluatur res, an primo domino, an vero primo feudatario? vi. per Alex. *in leg possidere, §.ex contrario, ff.de acquir.poss.* Giach.

d *Sed si sit feudum decimarum.*] An † & quatenus vasallus, 5
qui decimas ab Ecclesia in feudum habet, de hoc feudo alium inuestire queat præter Clarum nostrum, satis explicant Zasius *in epitom.feud.part.9.n.16. M.in consuetud* Paris §.46.qu.4. Schradet. *d part.8.c.2.nu.17.* Couar. *lib.1. variar.resolut. ca 17. nu 5.versic præter hæc & illud.* Mozz. *in tract.de feud. rubr siue tit.de rebus, &c.nu.20.* & Rosenthal. *d.tractat feud.cap.4.concl. 28. n.2 & seqq.* Harprec.

Tria requiruntur.] Adde, vt per Iac. qui etiam idem tenet, atque ista tria commemorat *in suis quæstionibus feud. q.30. sub nu.38.* & de duobus primis requisitis vide per Socin. commune attestantem tam in feudo habito à laico, quam in feudo habito ab Ecclesia, *in cons 66. col.2. & post nu.5. vol.3.* & dixi *d.collect.mea, nu.14. & 35.* Giach.

Tria requiruntur.] Ad hoc, vt † subinfeudatio valeat, tria 6
iure feudali copulate desiderantur. Primum, vt fiat sincere, & absque fraude, *d tit.9 in princ.vers.si vero, & d.tit.26.§. beneficium lib.2.F.* Deinde, vt fiat personæ æquali, aut certe melioris, non deterioris conditionis, quam est vasallus, *d. tit.26. §. beneficium. ibi, dum tamen militi detur, &c. & prædicto tit.34. §. similiter. ibi, in feudum tamen recte dabit, si secunda persona sit talis, &c.lib 2.F.* Tertio, vt fiat iisdem sub conditionibus, sub quibus subinfeudans illud à domino accepit. *d.tit.34. §.similiter vers profecto ille, li.2.F.* Verum de hisce subinfeudationis requisitis exquisite, post alios, dissertant Io. Borcholt. *in Comment.in consuet.feud.c.8 n.50.* Hartm. Hartman. *de feud. obs.18.* Myns. *cent.1.obser.26.* Hartman. Pistor. *d.q.44 num.4.* Mozz. *d. tract.de feud.tit.de his, qui feud.dat.poss nu 16.* Vult. *d lib.1. de feud.c.10.nu.81. cum seqq.* & Henricus à Rosenth. *d.tract.feud. c.9 membr 1. concl.43. & seqq.* necnon H. *in tractat. feud. c.12. pag 323. & seqq* Harprec.

f *Agnatorum.*] Item quod mortuo infeudante proximior agnatus

agnatus admittatur ad reuocationem ipsius infeudationis, etiamsi sine fraude facta fuisset dicta infeudatio, per Rol. *cons.* 67. *nu.*17. Giach.

7 *Præiudicium agnatorum.*] An † & quatenus subinfeudatio fieri possit in præiudicium agnatorum, post Clarum hic nostrum, declarant Hartman. Pistor. *d. libro* 2, *quæst.*44. *n.*6. Vulteius *d. ca.*10. *num* 82. *vers. tertio, ne fiat, &c.* Rosenthal. *d. c.* 9. *memb.*1. *concl.*48. aliique fere sexcenti, ad hoc recensiti. *Harp.*

8 g *Pone, quod iste secundus vasallus, &c.*] Quod non † solum vasallus, sed & subvasallus feudum suum alij in feudum concedere possit, & sic deinceps non tantum bis vel ter, sed vsque in infinitum, patet *ex cap.*1. *§. similiter.* ibique Aluarot. & Præposit. *de lege Corrad. tit.*34. *libro* 2. *F.* Schraderus *in tract. feud. parte* 8. *c.*2. *n.*13. & D. Bocerus *d tract. de commodo, & iure senior. libro* 2. *c.* 6. *nu.*82. *& seqq.* Harp.

QVÆSTIO XXXIII.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Vasallus an possit sine consensu domini feudum alteri locare.*
2 *Et an dare ad libellum.*
3 *Et an concedere in emphyteusin.*
4 *Et quid de consuetudine.*

Ex Additionibus.

1 *An & quatenus vasallus sine consensu domini feudum alteri locare queat.*
2 *Locatio ad tempus longum alienatio non videtur.*
3 *Alienatio feudi per libellum facta, est prohibita.*
4 *Contractus libellarius quis.*
5 *An & quatenus datio in emphyteusin vasallo interdicta, remissiue.*

1 a QVæro, an vasallus *a* possit sine consensu domini feudum alteri locare? Respond. de locatione ad b modicum *b* tempus, res omni caret difficultate. Sed de c locatione ad longum *c* tempus, *d* dicendum est, quod d non potest vasallus id facere absque consensu domini. Et ad hoc allegatur Bald. *in c.*1. *§. aut si libellatio. quib. mod. feud. amitt.* quem omnes sequuntur, vt dicit Iacob. *in verbo, Et cum pacto, de non alien. nu.*15 & est communis conclusio, vt dicit Curt. iun. *de feud. in* 4. *parte, in vltima caussa amissionis feud. in* 1. *reg. q.* 3. Bertran. *cons.*2. *nu.*4. *lib.*2. *in* 2. *parte.* Est enim talis locatio species alienationis, vt dicam infra, §. *Locatio.*

2 e Pariter etiam non potest vasallus sine domini consensu rem feudalem dare *e* alteri ad libellum, Text. est clarus *in c. Imperialem, in princ. de prohib. feud. alien. per Frid.* ita expresse determinant Doctor. vt dicit Iac. *in verbo, Ita etiam quod ipsi n.*9.

3 f Idem etiam *f* dicendum est in emphyteusi, eadem ratione, vt scilicet non possit vasallus sine consensu domini rem feudalem dare alteri in emphyteusin. Ita tenet gl. *in c. Imperialem in princ. in verbo, seu alienare, circa fin.* Et est magis commun. opin. vt dicit Curt. iun. *in d.*4. *par. in* 2 *q.*1 *reg.*

4 Scias tamen, quod quicquid sit in puncto iuris, hodie ex generali consuetudine vasalli pascua, terras incultas, & eremos feudales in emphyteusin concedunt. Et de hac consuetudine attestatur Petr. Iac. & post eum Io. Raynal. *in d. c. Imperialem*, §.1. Io. Fabr. *in §. adeo Institut. de locatio.* quem refert Curt. iun. *in d.* 2 *q.* Quod not. quia hæc consuetudo ita tolerata excusaret vasallum à pœna priuationis, quam de iure incurrisset, propter talem concessionem emphyteuticam factam de re feudali.

ADDITIONES.

a 1 AN *vasallus possit sine consensu domini feudum alteri locare.*] Quamuis † Doctores communiter, teste hic Claro nostro, distinguendum existiment inter locationem ad modicum tempus factam, & inter eam, quæ fit ad longum aliquod tempus, puta decem, vel plures annos; vt hæc non valeat; illa vero subsistat, Iac. de Beluis. *in c.*1. *§. donare, qualiter olim poterat feud. alien. tit.*9. *lib.*2. *F.* Laudens. *ibidem num.*5. Mozz. *in tract. de feud. tit. ex quib. caus. feud. amit. nu.*120. Vult. *libro* 1. *de feud. c.*10. *n.*48. Borcholt. *in Comment. in consuet. feud. c.*8. *nu.*36. Sonsbeec. *in Comment. in vsus feud. par.*12. *num.*84. Rosenth. *in tract. feud. c.*9. *membr.*1. *concl.*7. *nu.*8. *& seq.* vbi complures cumulare allegat: contraria tamen sententia, quod videlicet quæuis locatio feudi, siue ad breue, siue ad longum tempus fiat, si modo fraudulenta non sit, subsistat, verisimilior videtur. Tum quia locatio feudi simpliciter, absque vlla distinctione inter tempus breue aut longum, vasallo conceditur, *d. tit.*9. *§. donare libro* 2. *F.* † Tum quia locatio etiam ad tempus 2
longum alienatio non censetur, *l. non solet,* 39. *ff. locati ne quidem in superficiario, l. vlt. ff. de superficiebus,* & locator possessionem rei retinet, *l. officium,* 9. *vers. denique ait, ff. de rei vindicat.* His, & aliis rationibus hanc opinionem tuentur. Pinell. *ad l.*1. *parte* 3. *n.*66. *cap. de bon. matern.* D. Obrecht. *de feud. capite* 3. *nu.*127. Rudinger. *libro* 1. *variar. lect. iur. feud. c.*53. *num.*5. *cum seqq.* D. Bocerus *in tract. de commodo & iure senior. libro* 2. *c.* 6. *n.*146. *cum seqq.* Harp.

b *Ad modicum tempus.*] Et de locatione facta à prælato ad tempus non longum quod valeat; licet non obliget successorem, nisi facta pro vtilitate Ecclesiæ: commune vide per Gabriel. Eugubin. *cons.*82. *nu.*82. *& in collecta mea commun. opin. vers. locatio, nu* 4. Giach.

c *Ad longum tempus.*] Item de locatione ad longum tempus facta per Prælatum, & capitulum ex iusta causa, & cum debita solemnitate quod valeat, commune vide per Rol. *in cons.*96. *n* 20. *& omnino in d. collect. mea sub n* 8. vbi de constitutione Pauli Veneti Papæ II. memini, quæ contrarium disponit, & de illius extensione facta in rebus Ecclesiasticis. *Giach.*

d *Dicendum est.*] Hæc est opin. Matth. de Afflict. *in d. ca. Imperialem, nu.*6. Ias. *in l. fin. nu.*122. *C. de iur. emphyt.* Curt. iun. *in tract. feud* 4 *parte vlt. caus. amis. feud. reg. q.*5. locatio enim ad longum tempus parum distat ab alienatione, & ideo prohibita alienatione, censetur etiam prohibita locatio ad longum tempus. *Gouean.*

e *Dare alteri ad libellum.*] Quod † alienatio feudi per libellum siue contractum libellarium facta iure sit prohibita, 3
constat ex *tit.*5. *§. aut si libellario, & tit.*13. *libro* 1. *F. tit.*9. *donare, tit.*39. *in fine principij, tit.*44. *& tit.*55. *in princ. libro* 2. *F.* Est † 4
autem contractus libellarius, quo res in alium transfertur iure venditionis, scriptura interueniente, & certa pecuniæ summa initio data precij nomine, non tamen iusti: & hoc amplius constituta mercede, siue pensione annua soluenda venditori, vel vt certo condictoque tempore contractus renouetur, numerato rursus pretio certo, vel arbitrario: Vult. *d. libro* 1. *de feud. c.*10. *nu.*49. Cuiac. *ad tit.*1. *li.*1. *F.* Borcholt. *in Comment. in consuet. feud. c.*3. *n.*45. Bocerus *d. lib.*2. *c.*6. *n.*186. *& seq.* Harp.

f *Idem etiam dicendum est in emphyteusi.*] An † & quatenus 5
vasallus absque domini consensu feudum suum in emphyteusin dare possit, post Clarum nostrum hic, explicant Borchok. *in Comment. in consuetud. feud. cap.*8. *n.*7. Wurmbser. *de feud. obseru.*33. Mynsing. *cent.*6 *obs.*50. *n.*1. Mozz. *de amiss. feud. n.*130. & D. Bocerus *d. c.*6. *n.*140. *& aliquot seqq.* Harprec.

QVÆSTIO XXXIV.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Vasallus an possit renunciare feudum in manibus domini ipso inuito.*
2 *Et an post talem renunciationem possit offendere dominum.*
3 *Et an possit talem renunciationem facere in præiudicium agnatorum.*

Ex Additionibus.

1 *An vasallus feudum suum domino inuito refutare siue cedere possit.*
2 *An, & quatenus isthæc refutatio agnatis ipsius vasalli præiudicet, remissiue.*

QVæro, an vasallus possit renunciare feudum in 1
manibus domini, ipso domino inuito? Resp. quod a
super hoc articulo variæ sunt Doctorum opiniones. Aliqui enim tenent, quod vasallus possit, etiam inuito domino, feudum renunciare, dummodo id ipsius domini intersit: & videtur tex. *in cap.*1. *de vasallo qui contra constit. Lothar.* & dicit Abb. *in c. quæ in Ecclesiarum, numero* 19. *de constitut.* quod ita communiter tenent Doctores. Hanc etiam esse communem conclusionem attestatur Curt. iun. *de feud. in quarta parte, in vltima causa amissi. feud. in* 21. *q. prima regula,* quia cum principaliter feudum concedatur fauore inuestiti, merito videtur ei licere debere fauori suo renunciare. Contrariam autem opin. scilicet, quod imo non possit, tenet Bart. *in l. si cum quo, circa princ. ff. de aqua plu. arc.*

& dicit Alexand *in l. si quis vi. §. fin. num. 14. in fin. ff. de acquir. poss.* quod ita magis communiter tenetur, licet super isto articulo multa scribantur. Et hæc opin. mihi magis placet. Cum enim feudum sit contractus nominatus, & vltro, citroque obligatorius, non debet esse in facultate vnius, alio inuito, ab eo recedere. Esset tamen
a men forte tutius tenere distinctionem, quam sentit gl. *in c. 1. in gl. fin. de Cap. qui iur. vend.* vt scilicet dicamus, quod quando pro feudo præstatur certum seruitium, eo casu nõ possit vasallus inuito domino ipsi feudo renunciare: si vero feudum sit concessum simpliciter ad seruitium incertum, tunc possit renunciare. Et illam gl. in hoc esse communiter approbatam attestatur Iac. *in verbo, qui quidem inuestiti, nu. 29. & in verbo, Et vnus ex dictis, nu. 1.* Ita etiam communiter teneri affirmat Albert. *in l. cum fructuarius, ff. de vsufru.* Fel *in d. c. quæ in Ecclesiarum, n. 78 & seq.* dicit etiam Mol. *in consuet. Paris. feud § 1. glos. 5. n. 3.* quod ita distinguunt communiter DD. Idem dicit Z if. *de feud. in 10. parte, in princ. 2. particula,* qui etiam *in 12. particula, vers. Secunda conclusio,* dicit hanc esse communem opin. Et ideo licet vasallus derelinquat rem feudalem: non tamen propterea liberabitur à præstatione seruitij, quod pro ipsa re præstare tenebatur. Et ita esse commun. opin. attestatur Abb. *in l. sed an vltro, §. is autem versic. 1. item alleg. ff. de neg. gest.*

Sed posito, quod possit renunciare; Quæro nunquid poterit vasallus post talem renunciationem offendere dominum? Resp. quod nullo modo debet eum offendere, propter reliquias præcedentis vasallagij, & amicitiæ, & si secus faciat, debet puniri. Ita dicunt omnes Doct. vt dicit Iac. *in verbo, Et vnus ex dictis, n. 1. in fin.*

3 Et hæc quidem omnia procedunt, quatenus ipsa renunciatio potest concernere interesse ipsius domini directi, vel præiudicium ipsius vasalli renunciantis.
b Sed nunquid *b* talis renunciatio præiudicabit agnatis ipsius vasalli, quando scilicet feudum est antiquum, seu paternum? Resp. quod non præiudicat. Ita tenet Bald. *in c. 1. in princ. n. 3. de alien. feud. pater.* quem omnes sequuntur, vt dicit Iacob. *in verbo, Et vnus ex dictis, post nu. 8. vers. Addit in quantum.* Non enim potest vasallus tollere agnatis ius illis quæsitum ex tenore primæ inuestituræ, proueniens ex pacto, & prouidentia primi acquirentis, vt sæpius dixi. Et ideo, dato etiam, quod huiusmodi renunciatio feudi valeret, non tamen amplius duraret in præiudicium agnatorum quam si ea non facta feudum remansisset penes ipsum renunciantem. Et in hoc omnes concordant, vt dicit Cuman. *cons. 167. n. 2.* Et sic eueniente casu, feudum nihilominus aperitur agnatis, quam si per illum vasallum aliqua renunciatio facta non fuisset.

ADDITIONES.

a **D***Omino inuito.*] Adde, atque vide per Tiraqu. *de retract. municip. § 34. gloss. 1. sub nu. 6.* limita etiam nisi vasallus iurasset ad sancta Dei Euangelia, non contrafacere, & non contrauenire: quia tunc non posset refutando se liberare ab homagio, seu fidelitate. Ita per Bald. *in cap. quæ in Ecclesiarum, d. constitu.* quem refert, & sequitur Iac. de S. Georg. *in tractat. de Rheyd. seu operis nu. 42. 43.* Idem quod feudum vasallus possit renunciare inuitis dentibus domini tradit etiam Iac. de S. Georg. *in suis quæstionibus feudalibus quæst. 14. nu. 22.* & vide Cassian. Pute. *in addit. ad pract. Papiens tit. feudum, glos.* nec superstitibus addi, quia refutatio; vbi quid in Feudo ligio, & quid in franco, & quid in emphyteuta, vel vasallo, & quid si iuratum fuit, & promissum non contrauenire, & de aliis vide. Et de vasallo protestante, & renunciante iuri vasallagij propter retardatam seruitiorum remunerationem, vide per Afflict. *dec. 307.* & Orsi. Vasallus tamen renuncians feudum in manibus domini haud præiudicat filiis, ad quos post renuncians obitum redire debet per Cæphal. *consil. 29. n. 2.* Giach.

b *An vasallus possit renunciare feudum in manibus domini*
1 *ipso domino inuito.*] Quod † feudum vasallus indistinctè domino etiam inuito refutare, siue renunciare, & cedere possit (nihil remorante contraria Clari nostri; & aliorum quorundam sententia) tenent plerique è recentioribus, per textum generaliter loquentem *in tit. 38 li. 2. F.* Sonsbecc. *in Comment. in vsus feu. par. 12. nu. 116.* Mynsinger. *cent. 5. obs. 65. n. 7.* Mozz. *sub tit. ex quib. caus. feud. amitt. nu. 8.* Borcholt. *in Comment. in consuetu. feud. cap. 8. nu. 53.* Vult. *lib. 1. de feud. cap. 10. nu. 76.* & Rosenthal. *in tract. feud. cap. 9. memb. 1. concl. 50. nu. 5.* aliique plurimi, per hunc citati. *Harp.*

Sed nunquid talis renunciatio præiudicabit agnatis ipsius vasalli.] An, & quatenus † vasallus sine consensu agnatorum do- 2
mino feudum refutare, & cedere valeat, & quatenus isthæc refutatio, siue renunciatio agnatis vasalli præiudicet, post Clarum nostrum, & alios, latius exponunt Vult. *d. lib. 1. c. 10. nu. 76. vers. sine autem volente, &c.* & Rosenthal. *d. c. 9. concl. 52. n. 2. & seq.* Harprec.

QVÆSTIO XXXV.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Vasallus an possit rem feudalem sine consensu domini pignorare, vel hypothecare.*

Ex Additionibus.

1 *Nunquid res feudalis à vasallo pignori dari possit.*
2 *Omnis alienatio feudi regulariter prohibita.*
3 *Pignoris alienatio qualis.*
4 *Emphyteuta oppignorare licet rem emphyteuticam, & vsufructuario suus suum fructuarium.*
5 *Argumentum ab emphyteuta, & vsufructuario ad vasallum quatenus procedat.*
6 *Num vasallo hypotheca datio sit prohibita.*
7 *Proprie aliud pignus, aliud hypotheca.*
8 *Proprietati verborum in dubio standum.*
9 *Pœnalia, & odiosa magis restringi debent interpretatione, quam ampliari.*
10 *Quæ feudi alienatione sit vasallo interdictum.*
11 *Hypotheca constituitur nuda conuentione.*
12 *Cessante dispositionis fine, cessat etiam ipsa dispositio.*
13 *Venditio vasallo nequaquam permissa.*
14 *Alienatione prohibita id etiam prohibitum videtur, ex quo sequi alienatio potest.*
15 *Prohibitio alienationis odiosa, ac proinde restringenda.*
16 *Anne, si feudi dominus in oppignorationem consenserit, & postea, vasallo sine liberis mortuo, feudum ad ipsum dominum redierit, dominus satisfacere creditoribus teneatur.*
17 *Consentiens contractui, super re aliqua initio, censetur renunciare iuri, quod in re ista habuit.*
18 *Semel consentiens, huic consensui iure contrauenire nequit.*
19 *Dominus feudi rata habere tenetur ea, quæ ipsius consensu in feuda gesta, siue alienata sunt.*
20 *Oppignoratione ius reale constituitur.*
21 *Pleraque secundum subiectam materiam accipienda.*
22 *An, & quatenus omnis conuentio intelligatur, rebus sic stantibus.*
23 *Consideratio* c. 1. §. etsi clientulus. de alien. feud. tit. 13. lib. 1. F.
24 *Omnis definitio, siue regula periculosa.*
25 *Consensus an, & quatenus iuri proprio ipsius consentientis præiudicare non soleat.*
26 *Natura contractus pignoris quæ.*
27 *Consensus à domino feudi oppignorationi præstitus, etiam ad vsuras extenditur.*
28 *Sententia* l. quæro 54. in princ. ff. locat.
29 *Instantia diluitur.*
30 *Pignus est contractus bonæ fidei.*

QVæro, nunquid vasallus possit rem feudalem alte- 1
ri *a* pignorare, *b* vel hypothecare sine consensu a
domini? Resp. quod non. Tex. *c* est clarus *in c. Imperialem de prohib. feu. alien. per Frid.* Et licet alias licita b
esset pignoratio feudi vsque ad dimidiam, vt habetur c
in c. 1. in prin. de alien. feu. pater hodie tamen indistinctè, & in totum est prohibita: & in hac sententia resident communiter Doct. vt dicit Aluar. *in d. c. 1. in prin. n. 2. de alie. feu. pater.* Intellige tamen, quod propter simplicem

pigno-

pignorationem, seu hypothecam feudi non incidit vasallus in caducitatem, nisi etiam procedat ad traditionem, vt etiam dictum est in alienatione, *supra q. 31. vers. sed nunquid.*

ADDITIONES.

a *Pignorare.*] Hic scias regulam esse, rem feudalem pignori dari extraneo posse, absque consensu domini; vide Duen. *reg.* 220. Giach.

Nunquid vasallus possit rem feudalem alteri pignorare.] Quod
1 † vasallus feudum suum pignori dare non possit, feudorum placitis diserte decisum est, *ca. 1. circa princ. ibi, vendere vel pignorare, de prohibit. feud. alien. per Frider. titulo 55. libro 2. F. cap. 1. §. aut si liberatio. ibi, pro pignore plus mediotato obligauerit, quibus mod. feu. amit. tit. 6 libro 1 F. c. vn. § fin. ibi, nam nec pignus, de inuestitura de re al. fact. tit. 8. libro 2. F.* Eiusque ratio non obs-
2 cura est: quia † omnis alienatio feudi regulariter prohibita censetur, *titu. 52. in princip. vers. per multas enim, & d. tit. 55. in*
3 *princ. versi. habito ergo cons. libro 2. F.* Atqui † pignoris datio est alienatio, *l. vlt. ibi, vel pignoris nexum, C. de rebus alien. non alienand.* alienatio, inquam, talis, qua possessio ad alium, puta creditorem, transit, *l si rem alienam, 9. §. propria, 2. l. cum & sortis, 35. §. 1. & l. debitor. 40. ff. de pignorat. act. l. per seruum 37. in princ ff. de acquir. rer. domin. l 1. § per seruum, 15. & l. qui pignoris, 36. cum l. seq ff de acquir vel amitt poss* Licet quod causam vsucapionis, debitor rem oppignoratam possidere dicatur, *d. l. 1. §. per seruum. 15 ff eod. l serui nomine, 16. ff. de vsucap.* D. Bocerus *class. 5. disput 19. th. 65. ad litt. F. edit 2. & in tractat. de iure & commodo senioris &c. libro 2. cap. 6. n. 159.* Nec obstat, quod
4 † emphyteuta rem emphyteuticam oppignorare possit, *l. tutor, 16. § fin. ff. de pignoratit act. l. ex vectigali, 31. ff. de pignoribus, & hypoth.* & vsufructuario permittatur vsufructum pignori dare, *l. si is, qui 11. §. 2. ff de pignoribus & hypoth. §. minus autem, 1. in fin Institut. de vsu & habitat l. 1. vers. sed si vos, C. si pignus*
5 *pignori datum sit.* Nam † argumentum ab emphyteuta, & vsufructuario ad vasallum non procedit, quoties aliquid diuersi in vasallo iure feudali expresse statutum reperitur, arg. *c. 1. versi. legum autem Romanarum, de feudi cognit. tit. 1. lib. 2. F.* Sed & diuersa horum ratio est. Etsi enim fundus emphyteuticus, seu fructuarius oppignoretur: nihil tamen fit contra finem emphyteuseos, aut vsufructus. At feudo oppignorato, finis feudi, ad quem constitutum est, domino plane interuertitur: quandoquidem vasallus feudo priuatus, non amplius poterit domino seruitia feudalia, ob quæ feudum constitutum est, præstare; arg. *d. tit. 52. ver. per multas, ibi, ac ita omnibus exhaustis, & d tit. 55 in prin. ibi, vnde debita seruitia amittebant, lib. 2. F.* Harprec.

6 b *Vel hypothecare sine consensu domini.*] Feudum † nec pignori, nec hypothecæ dari posse, præter Clarum nostrum, opinantur Iac. de Ardizone *in summa feud. capite 166.* Martin. Laudens. *in ca. 1. §. 1. nu. 11. de prohibit. feud. alienat.* per Frider. *tit. 55. libro 2. F.* Iac Petr. *de condict ex mor. pro feud. apert. numero 3.* Sonsbecc. *in Comment. in vsus feud. par. 12. n. 100.* Vulteius *lib. 1. de feud. cap. 10 n. 43.* Hackelm *disput. 12. coronid. 1.* Matth. Steph. *cent. quæst. 3.* & Rodingerus *lib 1. variar. lection. iuris feu. cap. 48 nu 7. & seqq* Verum contrariam sententiam, quod videlicet vasallus impune feudum suum hypothecæ dare possit, veriorem esse, non sine rationibus concludit Bal. *in d. cap. 1. §. 1. nu. 1. de probib. feud. aliena. per Frider.* & ibidem Aluarot. *nu. 2.* Curt iun. *de feud part. 4. nu. 95* Frider. Schenck. *in d. c. 1. §. aut si libellario, quibus mod feud. amit.* Wurmbser. *in pract. obseruat de feud obseruat. 18.* Hartman. Hartmanni *de feud. obseruat. 20.* Z. *in epitom. feud. part. 9 nu. 18.* Fichard *cons. 5. numero 5. vol. 1.* D Boecerus *d. class 5 disput 19. th 68. d tract de iur. & commodo senior. libro 2. cap. 5. numero 167. & seqq.* Borchol. *in Commentar. in consuetud. feud. cap 8. nu. 60. cum seq.* Ioan Niell. *in disput feud 6. th. 7.* Rosenthal *in synops feud. cap. 9. conclus 15. & in tractat. feud. cap. 9. conclus 14. nu. 1. & seq.* aliique ab eo laudati. Primo enim nunquam hypotheca feudi, sed semper nominatim, & in specie pignus prohibetur, *d. tit. 55. in principio*
7 *libro 2. F. & similibus.* Quare † cum proprie aliud sit pignus, aliud hypotheca, *l si rem alienã 9. §. proprie 2. ff de pignorat. act. l. plebs 238 § pignus, ff. de verb signif. §. item Seruiana 7. Instit. de*
8 *actionibus,* proprietati † verborum in dubio standum, & adhærendum erit, *l non aliter 69. in principio ff. de leg 2.* Idque maxime hoc casu fieri debet, vbi in materia odiosa versamur: si quidem propter oppignorationem, inscio domino factam,
9 vasallus feudo suo priuatur. Pœnalia † autem, & odiosa interpretatione magis restringi, quam ampliari debere, exploratum est, *l. cum quidam 19. ff. de liber. & posthum heredibus instit. l si fuerit, 10. in fin ff. de rebus dub. l si præses 32. in fin & l. interpretatione 42. ff. de pen. l semper in dubiis 56. l factum, 55. §. vlt. l. rapienda 168. & l. ea, qua 192. §. 1 ff de regul iur cap odio 15.*
10 *de reg. iur. in 6.* Deinde † ista duntaxat feudi alienatione interdictum est vasallo, qua possessio prædij feudalis transfertur, *d. capite 1. §. callidis insuper. ibi, feudum vendant, & in alios transferunt, de probib feud. alien per Frider. tit. 55. libro 2.*
F. At † per hypothecam non transfertur possessio, cum nuda 11
conuentione constituatur, *d. l si rem alienam 9. § 2 ff. de pignor. act. l. contrahitur 4. ff. de pignor. & hypoth. d. §. item Seruiana 7. vers nam pignoris, Instit. de actionibus.* Præterea vasallo interdum est illa feudi alienatione, per quam ipse feudi redditus amittit, vnde amplius domino debita seruitia, vtpote iam alimentis destitutus, præstare commode non possit, *c. 1. de probib. feud. alienat. per Lothar. circa princ. ibi, ac ita omnibus exhaustis, &c. d tit. 52. libro 2. F. & d tit. 55. in princ. ibi, vnde debita seruitia amittebant libro 2. F.* Sed per hypothecæ constitutionem vasallus non amittit feudi redditus: cum possessionem feudi, adeoque huius possessionis commodum, quod est fructuum perceptio retineat, *l Fulcinius 7. § vlt. ff. quibus ex*
caus. in possess eat. Igitur † cessante dispositionis fine in hypo- 12
theca, cessabit etiam ipsa dispositio, arg *l in omni. 13. ff de adoptionibus l. ex facto, 43. in princ. ff. de vulg & pupill substit. l. adigere, 6. §. quamuis, ff. de iur. patronat. c. cum cessante 60. ext. de appellationib.*

Nihil refragatur huic sententiæ, quod † per hypothecæ do- 13
nationem peruenitur ad rei venditionem, *l. 2. 3. & 4. C. de distract. pigno. tot. tit. ff. de distract pign. & hypoth.* quæ vasallo nequaquam permissa est, *d. tit. 55. in princ vers. habito ergo, libro 2.*
F. & † prohibita alienatione, id etiam prohibitum intelligi- 14
tur, ex quo sequi alienatio potest, arg. *l oratio, 16 ff. de sponsalibus, l ad rem mobilem, 56. & l. ad legatum, 62. ff. de procuratorib.* Menoch. *cons. 116 n. 15. & seq.* Nihil, inquam, illud refragatur. Quoniam, procedit in alienatione simpliciter prohibita, non itidem in ea prohibita alienatione, qua ipsa rei possessio in alium transfertur; qualis est prohibita feudi alienatio, vt qua vasallus commodo, fructuve feudi priuatur. De qua feudi alienatione cum feudorum placita tantum loquantur, de alia quauis alienatione minime sunt accipienda: præsertim, cum
† prohibitio alienationis sit odiosa: proindeque, in quantum 15
fieri potest, restringenda, arg *Nouell. 108. in præfat. § nos igitur 2. vers. nouimus igitur, &c.* Tiber. Decian. *respons. 78 n 37. vol. 3.* D. Bocerus *d. tract. de iure & commodo senior. libro 2. c. 6 n. 182. & seq.* vbi & aliis obiectionibus occurrit. Videri quoque poterunt, quæ annotauimus *in §. creditor. 4. Inst. quib. mod. re contrahit. oblig. n. 177. & seq.*

Addenda hoc loco illa controuersa quæstio est: nunquid, † 16
si feudi dominus oppignerationem consenserit, & postea, vasallo sine liberis mortuo, feudum ad ipsum dominum deuolutum fuerit, illa firma maneat, sicque dominus satisfacere creditoribus teneatur? Et satisfacere teneri (vtut reclament Matthæus de Afflict. *in capite 1. qui successores teneantur in vsibus feuder.* Cacheran. *decis. Pedemont. 156. numero 6. & 14.* Z. *in Episc. feud. parte 6 nu. 27. & par. 9. nu. 8. & 19.* Bursatus *cons. 80. num. 26. & cons. 171.* & alij ab eo citati) plures rationes euin-
cunt. Tum † quia clarissimi iuris est: quod is, qui consentit 17
contractui, super re aliqua initio, hoc ipso censeatur renunciare iuri, quod in re ista habuit, *l. seruus communis 38. §. 1. ff. de donat. inter vir. & vxor. l. apud Celsum, 4. §. quæsitum 12. ff. de*
doli mal. & met. except. l. 2. C. de remiss. pignor. Tum † quia ex- 18
ploratum & hoc est, eum, qui semel consensit, huic consensui iure contrauenire non posse, sed eo nomine perpetuo deuinctum esse, argum. *l per fundum 11. ff. de seruitut. rustic prædior. l. in diem 8. ff. de aqua. & aq pluu. arcend. l. de accessionibus 14. §. fin. ff. de diuers & temporal. præscript. l. 1. §. prodest. 14. versicul. vnde si quis, ff. quod legator. cap. quod semel, 21. de regul. iur. in 6.*
Tum † etiam quia magis in specie de domino feudi traditum
est: quod ea, quæ ipsius consensu in feudo gesta, siue alienata 19
sunt, rata habere teneatur, non solum tum, quando feudum adhuc à vasallo possideretur, sed vel maxime etiam, quando vasallo defuncto, feudum sibi apertum fuerit, *capite 1. §. etsi clientulus versic. si vero de alienat feud. libro 1 titu. 13. feudor.* Et licet feudum per oppignorationem non plane alienetur, sicuti per venditionem: tamen eadem ratio in oppignoratione, quæ in venditione, imo maior esse videtur. Nam si alienatio stabilis ac firma permanet in præiudicium domini consentientis: multo magis firma debet manere oppignoratio, quæ minus præiudicij domino adfert. Tum † postremo quia idem 20
suadet ipsa natura negotij. Siquidem oppignoratione constituitur ius reale, quod cum reipsa transit, ad quemcunque ea peruenerit, *l si fundus 16. §. in vindicatione, ff. de pignor. & hypoth.* Dominus itaque consentiendo oppignorationi, censetur ad naturam illius rei conformare, & tale ius in feudo constituere voluisse, quod feudum semper comitetur, tametsi illud ad ipsum dominum reuersum fuerit. Sicut † enim plera- 21
que alia, ita etiam consensus domini secundum subiectam materiam, & naturam actus, siue contractus, super quo adhibetur, id est, pignoris, adeoque secundum dispositionem iuris est accipiendus, arg. *l insulam, 6. ff. de præscri. verb l si stipulatus, 4. in princ. vers verum si emptor, ff. de vsur. l. damni, 41. in princ. vers & quod in stipulatione. ff. de dam. infect l. si cui, 9. ff. de seruitutibus & l. quanquam, 62. ff. de rit. nupt.* ita nimirum, vt

maneat pignus, donec debita pecunia creditoribus offeratur, soluaturque iis modis, quibus iure constitutum est, *tot. tit. ff. quibus mod pign. vel hypoth. soluit.* Atque ita, post Andream de Isern. à se laudatum, sentiunt, & docent Matt. Freccia *lib. 2. de auctorit. & potest regis erga subfeuda artium, auctorit. 29. nu. 8. vers fallit etiam hac regula, &c.* Hartm. Pistoris *lib. 2 par. poster. q. 48. nu. 14 cum seqq.* Fachin. *lib. 7. controu. iur. cap. 56.* Vult. *libro 1. de feud. c. 10. n. 70.* Ruding. *lib. 1. var. lection. iur. feud. c. 69. n. 2. cum seqq.* & Hackelman. *disp illustr. q 12. coronid. 2.*

22 Non obstat huic conclusioni, quod † regulariter omnis promissio, & conuentio intelligitur, rebus sic stantibus, siue in eodem statu permanentibus, *l. quaero, 54. §. inter locatorem, ff. locati, l. quod Seruius, 8. ibique gloss. super verb potest, ff. de condict. caus. dat. caus non secut. l. continuus, 137. & cum quis, 6. ff. de verb. oblig l. ex facto. 41. in princ. ff de vulg. & pupill. substitut. l. cum quis, 38. in princ. ff. de solutionib.* late Tiraq. *ad l. vnquam, 8. C. de reuoc. donat. in praefatione nu* 167. Ideoque consensus domini, super oppignoratione interpositus, locum habere, & praeiudicare domino creditur, rebus sic stantibus, id est, donec vasallus, & oppignorauit feudum, vixerit, siue successores eius feudum obtinuerint, non autem, si feudum ad ipsum dominum reuertatur. Hoc, inquam, non obstat. Quamuis enim praedictis in legibus promissio facta, propter certas quasdam, & iustas causas intelligatur, rebus sic stantibus: non tamen inde sumi potest generale quoddam, ac veluti absolutum axioma: quamlibet conuentionem, & dispositionem accipiendam fore, rebus sic stantibus: ita vt quaelibet varietas, & mutatio postea contingens ius immutet, ipsamque promissionem, ac
23 conuentionem infringat. Idque † satis relucet *ex d. c. 1. §. etsi clientulus, de alienat. feud. lib. 1. tit. 13. F.* vbi habetur casus alienationis feudi, cum voluntate, sine consensu domini à vasallo factae. Vasallus moritur sine descendentibus masculis, & quaeritur: nunquid facta alienatio reuocetur, an vero subsistat? Si spectetur illud generale pronunciatum: quaelibet promissio, & obligatio intelligitur, rebus sic stantibus: dicendum erit, feudum ad dominum reuerti, alienationem rescindi, consensumque non obstare: siquidem res non amplius sit in eodem statu. Et contrarium deciditur *in d. §. etsi clientulus*, nimirum stabilem permanere alienationem. Huiusque ratio est:
24 quia † secundum ipsam naturam actus, & intentionem contrahentium, & rei aequitatem iudicandum est, non secundum generales quasdam regulas. Omnis quippe definitio, siue regula periculosa est, *l omnis definitio. 202.* ibique Accurs. & Philipp. Matthaeus *n. 2. & seq. ff de reg. iur.*

25 Similiter non obstat, quod † consensus praeiudicare iuri proprio ipsius consentientis non soleat, quoties interponitur, & adhibetur pro auctoritate rei gestae, vt valeat, *l. Caius 34.* vbi Paulus de Castro, *ff. de pignorat. action. l cum quadam 26. C. de administrat. tutor. vel curator.* ac propterea nec in praesenti themate consensus domini obsit, aut praeiudicet ipsi in iure proprio; atque adeo non impediat, quo minus vasallo, sine masculis defuncto, feudum libere ad illum reuertatur. Nam respondetur: consensum non obesse, aut praeiudicare domino circa ius directi dominij, quod habet, & habuit tempore alienationis feudi, neque circa consolidationem vtilis dominij cum directo, modo pignus firmum maneat. Etenim si firma non consisteret feudi obligatio à vasallo facta, domino consentiente, id creditori praeiudicium adferret, & naturae rei ge-
26 stae repugnaret. Ea † siquidem natura contractus pignoris est, vt maneat ius firmum creditoris, donec pecunia ei persoluta fuerit. Plura argumenta, quae nostrae opponi solent sententiae, sufficienter refutant Fachineus *d. lib. 7. controuersiar. iur. cap. 56.* & Hartm. Pistoris *d. q. 48. num. 25. & multis seqq.* Pleraque etiam diluimus *ad d. §. creditor. 4. Instit. quib. mod. re contrahit. oblig. n. 191. & subseqq.*

Addendum porro, & illud est hoc loco: quod † consensus à
27 domino feudi oppignorationi à vasallo factae praestitus ad vsuras quoque, siue ad id, quód interest, merito extendatur,
28 arg. *l. quaero 54. in princ. ff. locat.* vbi fideiussor, † cuius obligatio stricte accipienda est, in omnem causam conductionis obligatus, tardius illarum per moram coloni pensionum vsuras praestare cogitur. Sicut igitur obligatio fideiussoris ad vsuras extenditur, ita & consensus domini: quoniam dum dominus in oppignorationem feudi consentit, in omnem causam consentire dicitur. Nec resistit quicquam, quod ab aduersariis (nempe Matthaeo de Afflict *in c. imperialem, in 12. notab. q. 9. nu. 23. de probib. feud alienat. per Frider.* & Marina Freccia *libro 2. de auctor & potest. Baronis erga subfeudatarium, quaest. 20.* horumq; asseclis) negatur: dominum consentire in omnem causam, dum consentit oppignorationi feudi. Id enim concedi poterit, si adiecta certae quantitatis taxatione consentiat; puta consentio, vt feudum oppignoretur à vasallo pro quantitate centum duntaxat aureorum. Caeterum si consentiat simpliciter, nec ad certam pecuniae summam consensus restringatur, aliter erit respondendum, & dicendum, quod hoc casu consensus non ad sortem tantum pecuniae debitae, sed & ad vsuras pertineat, *d. l. quaero 54. in princ. ff. locat.* Neque recte explica-
tur, † non porrigi consensum ad vsuras, quae ex mora debito- 29
ris vasalli veniunt: cum huius culpa domino nocere non debeat. Mora namque debitoris vasalli non nocet domino per se, & principaliter, sed in consequentiam contractus pignoris, cui dominus ipse consensit. Vsurae siquidem veniunt tacite, & in consequentiam contractus bonae fidei post moram, ex officio iudicis, *l. Lucius Titius 24. ff deposit. d. l. quaero 54. in principio, ff locati.* Quare dominus † consentiens pignori, qui contractus bonae fidei est, *§. actionum autem 28. Institut. de actionib.* videtur consentire in omnem causam, quae ex eo contractu nasci potuit, arg. *l. si quis pro eo, 59. si nummos, ff. de fideiussorib.* Atque ita hanc sententiam, post Ioachimum Camerarium *in d. c. Imperialem, de probib. feud. alien.* per Frider. & Hartm. Pistoris *libro 2. part poster. quaest. 49.* defendit Fachin. *d. lib. 7. controu. iur. cap. 57.* Harp.

c *Textus est clarus, &c.*] Pro hac opin. adde Aug. Bero *decis 49. n. 11.* Cassan. *in consuet. Burgun. tit. des freres, reg. 3. § 8. nu. 11.* Soc. *cons. 19. n. 12. vol. 2.* vbi omnes dicunt hanc esse communem. Fallit tamen, quando feudum pignoraretur pro seruitio militari, vt per Ioan. Tigr. *sing. 50. n. 3.* vbi alleg. Bal. *in l. 2. col. 1. C. com. de leg.* Goucan.

QVAESTIO XXXVI.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Feudum an possit dari in dotem sine consensu domini.*

Ex Additionibus.

1 *An vasallus feudum suum in dotem dare filiae possit.*
2 *In dotem datio quaedam alienatio censetur.*
3 *Feudum nullo pacto alienari potest.*
4 *An, & quatenus mulier feudum viro suo in dotem dare queat remissiue.*
5 *De fructibus feudi pater filiae suae dotem constituere potest.*
6 *Nemo plus iuris in alium transferre potest, quam ipse habet.*

QVaero, nunquid feudum dari possit in dotem, *a* si- 1
ne consensu domini? Resp. Haec quaestio potest a
dupliciter contingere. Primo, quando vasallus habens filiam vult ipsi filiae, vel potius genero, dare in dotem ipsum feudum. Et de hoc est tex. expressus *in c. 1. §. do-*
nare, quali. olim. feu. alien. poter. quod *b* non potest illud b
dare in dotem; & haec est communis Doctorum sententia, vt dicit Zas. *de feud. in 9 par. nu. 40.* quem refert Io. Iacob. de Leon *inter cons. feud. Bruni cons. 114. nu. 86.* Si enim non est permissum vasallo alienare feudum propter propriam necessitatem, etiam famis, vt dixi supra *q. 31. versic. pone vasallus.* multo minus debet licere illud in alium transferre pro filia sua dotanda. Secundo
modo potest contingere, si ipsamet *c* mulier, quae est c
vtilis domina feudi, velit se ipsam de feudo dotare, & de hoc pariter videtur text. *in c. 1. de inuestit.* quam Titius accepit, &c. quod possit seipsam dotare de feudo. Et haec est communis conclusio, modo duo concurrant. Primo, quod det feudum in dotem inaestimatam: secundo, quod non apponat pactum de lucrando. Et ita esse communem conclusionem attestatur Curt. iun. *de feud. in quarta parte principali, in 1. reg. quaest. 4.* Re vera, vbi etiam haec duo concurrerunt in donatione filiae facienda per patrem, difficile esset allegare concludentem rationem diuersitatis: tamen in practica sequenda esset commu. opin. Pro qua forte posset dici in hoc differre patrem à filia, quia filia dans in dotem non videtur alienare feudum, sed tantum commoditates ipsius feudi, quarum alienatio est vasallo permissa, vt dixi supra, *quaest. 31. vers. Successiue.* quibus tamen etiam ipsa sequitur, ex quo deseruiunt oneribus matrimonij. Praeterea licet proprie possessio rei dotalis dicatur esse apud maritum; tamen etiam mulier dicitur quodammodo possidere fundum dotalem: secus autem est in patre. Sed quidquid sit, tutius esset in vtroque casu re-
quirere domini *d* consensum; prout fieri debere con- d
suluit Aluarott. *in dicto §. donare.* quem refert Curt. iun. *in loco praeallegato.*

ADDI-

ADDITIONES.

a DAri in dotem.] Imo secundum Innoc *in ca. nuper. de donat.inter vir. & vxor.* & Doct. *in c. ex parte*, quos retulit Anguis. *in cons.46. in fine*, speciale est in dote, vt feudum dare possit in dotem. Aduerte, quia forte hallucinatur Anguis. quoniam in libro meo non reperitur istud dictum suum; de feudo tamen obligato pro dotis restitutione saluo Regio assensu, vide Afflict *decis 3.* & per Cæs. Orsil. ad eum. *Giach.*

1 b *Quod non potest illud dare in dotem.*] Vasallum feudum † suum filiæ in dotem dare non posse, aperte recteque decisum
2 extat *tit.4. §. donare, libro 2. F.* Siquidem † in dotem datio, quædam venditio, siue alienatio censetur, *l. sicut 8 §. sed si permiserit, 13. versi. quod si in dotem dederit, ff. quibus mod. pign. vel hypoth. soluit, l. lege Fauia 4 ff de leg Fab. de plagiar l. non solum 22. §. si eum, ff. de liberal. caus* & quidem eiusmodi est alienatio, qua rei possessio, & dominium ad alium, puta maritum, transfertur, initio *titul. Institut. quibus alien licet, vel non l. quamuis 75. in princ. ff de iure dot. l. prædium 23. C. eo. l. dote ancillam, 9. C.*
3 *de rei vindicat.* Iam † vero constat, feudum nullo pacto per vasallos alienari posse, nec in totum, nec in partes, quocunque titulo: & eos, qui contra faciunt, feuda amittere, *cap. 1. de prohibit. feud. alien.* per Lothar. & per Frid. Iacobin. de S. Georg *in sua inuestit. verb. ita etiam quod ipsi vasalli, nu.17.* Ioan. Blanc *in Epit iur feud. libro 2. ca. 1. num 95.* Sonsbecc. *in Comment. in vsus feud. parte 12. n.79.* Fachin. *libro 7. controuers. iur. c 77.* D Bocerus *in tractat. de iure & commodo senior. libro 2. cap. 6. nu. 192. & seq.* Rudinger *libro 1 var. lect. iur. feud. c.60. n.4 & seq.* Rosenthal. *in tract feud. c.9 memb.1. conclus 8.* Mynsing. *cent.4. obserua.86.* vbi hanc sententiam, tanquam veriorem, in Camera obtinuisse, attestatur. *Harprec.*

c *Si ipsamet mulier quæ est vtilis domina feudi, velit seipsam*
4 *de feudo dotare.*] An † & quatenus mulier, nouum, vel paternum feudum habens, illud viro suo in dotem dare possit, post Clarum hic nostrum, abunde explicant Mynsing. *d. obseru.86. nu 4.* Obrecht. *de feud. cap.3. nu.154.* Ruding. *d. libro 1. c.60. n 9. & seqq.* Rosenthal. *d. c.9. concl 9 nu.6. & seq* D. Bocerus *d. libro 2. c.6. nu.192. & aliquot seqq.* vbi rationem diuersitatis, cur femina dare feudum in dotem possit, pater vero pro filia non
5 possit, multiplicem tradit. Sine † de fructibus feudi nihil prohibet patrem filiæ dotem constituere: sicque pro sua persona sese ad huiusmodi fructus præstandos obligare. Neque enim hæc est alienatio feudi: quoniam nullum ius reale in generum transfertur, sed personale ius, quod socer habet, fructus percipiendi ex feudo, donec vixerit: cuius morte ius perci-
6 piendi fructus exspirat: cum † nemo plus iuris in alium transferre possit, quam ipse habet, *l. nemo plus iuris 54. ff. de regul. iur. cap. nemo potest 79 de reg iur. in 6. l. si vsusfructus 67. in fin. de iur. dot.* Duaren. *de feud. cap 12. nu 9.* Schraderus *in tractat. feud. parte 6. cap.1. n.26.* Mozz. *in tit. ex quibus caus feud amitt. nu. 35.* Vulteius *libro 1. de feud. cap.10. nu 57.* Mynsinger. *d. cent. 4 obseruat 86. nu.5.* Gail. *lib.1. obs.117. & lib.2. de pac. pub. c.17. n.18.* Rosenthal. *d. ca.9. concl 9. n.1.* vbi hanc in sententiam plures citat. *Harpr.*

Domini consensum.] Ad idem, quod vasallus haud possit filiæ suæ dare in feudum sine consensu domini, commun. vide per Duen. *sub reg.40. in versi. octauo limitat.* & dixi etiam *in collecta mea commun. opin. verbo, vasallus, nu.39.* Giach.

QVÆSTIO XXXVII.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Vasallus an possit sine consensu domini constituere seruitutem in re feudali.*

2 *Et an possit constituere vsumfructum.*

Ex Additionibus.

1 *An, & quatenus vasallus prædio feudali seruitutem realem imponere possit.*

2 *Et an valeat alteri concedere vsumfructum.*

a QVæro, nunquid *a* possit vasallus sine consensu domini constituere in re feudali seruitutem, vel ali-
1 quod aliud onus *b* imponere? Respond. aut loquimur quantum ad præiudicium ipsius constituentis, & res non habet difficultatem. Potest enim proculdubio vasallus ad sui præiudicium constituere seruitutem realem in re feudali, sine consensu domini, vt est text. expressus *in c. 1. §. quid ergo. de inuest. in re aliena facta.* Et est communis conclusio, vt attestatur Curt. iun. *de feud. in 4. part. in vlt. caussa amit. feudi, quæst. 14. & seq.*

Iul. Clar. Sentent. Pract. Ciuil.

Quo vero ad præiudicium domini, non potest vasallus seruitutem, vel aliquod onus feudo imponere: & ideo eueniente casu, quo feudum domino aperiatur, extinguitur onus illi impositum per vasallum. Idem etiam dicendum est, quantum ad præiudicium agnatorum, qui successuri sunt in feudo. Non enim potest vasallus aliquam seruitutem, vel onus constituere super feudo, in præiudicium eorum, qui succedere debent in feudo ex prouidentia primi acquirentis, & ad hoc per Doct. allegatur gl. quam tamen ego *in lib. meo non reperio, in c. 1. verb. Alienationes, dec. Conrad* & illam gl. dicit esse communiter approbatam Alexan. *cons. 18. post nu. 5 libr. 5.* quem refert Picus *in repet. §. Titia, post nu. 99.* Paris *cons. 88. nu. 4. lib. 2.* Et hanc opin. dicit esse magis communem Berous *q. 95. n. 1.*

Sed nunquid *c* poterit vasallus, sine domini consen- 2
su constituere alteri vsumfructum in re feudali? Resp. c
quod non. Et ad hoc pariter allegatur illa glos. quam ego non inuenio, vt supra dixi. Et ista est communis conclusio, vt attestatur Curt. iun. *in d. 4. p. q. 15.* Est enim vsusfructus pars dominij, merito cum vasallus prohibitus sit alienare vtile dominium, neque etiam posse debet alienare eius partem.

ADDITIONES.

NVnquid possit vasallus sine consensu domini constituere in re feudali seruitutem.] Vasallum † prædio feudali seruitutem realem in sui præiudicium, non item, domini aut agna- a
torum, imponere posse; & extincto feudo, hanc quoque ser- 1
uitutem concedere, clare dispositum est *in tit. 8. rei autem, vers. quid ergo, lib. 2 F.* Idque vltra Clarum nostrum, latius declarant Andr. de Iser. Belus. Bald. Aluar. Petr. Rau. Præposit. Afflict. & cæteri *in dict vers. quid ergo, &c.* Ferrariens. *in form. libelli de feudi reuocat. verb. nec superstitibus, nu.17* Hartman. Hart. *de feud. obseruat. 29.* Petr. Duen. *in reg. iur. 40. limitat. 10.* Borcholt *in Commentar. in consuet. feud. cap. 8. num 59. & 62.* Bocerus *in tract de iure & commodo seniorum, &c. libro 2. cap. 6. nu. 107. cum seq.* Vulteius *libro 1. de feud. c.10. nu 40.* Schraderus *in tract feud. part. 8. cap 2. nu. 49. & seq.* Rudinger. *libro 1. var. lect. iur. feud. c.21.* aliique plures, quos refert, & sequitur Henricus à Rosenthal. *in tractat. feudal c.9. membr.1. conclus. 11. num. 1. & seq.* Et de eo nonnihil etiam annotauimus *ad §. ideo 3. Instit de seruit prædior. nu. 27. & 28.* Harprec.

b *Aliud onus imponere.*] Item quod vasallus haud possit sine consensu domini in rebus feudalibus constituere vsumfructum, vel simile onus imponere, aut seruitutem aliquam addere præiudicium eorum, qui succedere debent in feudo, commun. vide per Card. Paris. *in cons. 99. nu. 4. vol. 2. & in d. collect. mea nu. 47.* Giach.

c *Sed nunquid poterit vasallus sine domini consensu constituere alteri vsumfructum*] Quod † vasallus inscio, & non con- 2
sentiente domino, citra periculum amissionis feudi, vsumfructum alteri in re feudali concedere nequeat, præter Clarum nostrum, tenent, probantque Iacob. de S. Georg *in sua inuestit. verb. ita etiam, quod ipsi vasalli, num. 13.* Isern. Aluar. Camera. Balzeran. & alij *in c. Imperialem de prohib. feud. alien. per Frider.* Bocerus *d. li. 2. c. 6. num. 109. cum seqq.* Mozz. *de amis. feud. nu. 132.* Vult. *d. lib 1. de feud. c.10. nu 41.* Sonsbecc *in Comment. in vsus feud. part. 12. nu. 103.* Schneidevv. *in Epitom feud par. 7. nu. 11.* Ruding *d. lib. 1. cap. 46. nu 5. cum seqq.* Rosenthal. *d c.9. membr. 1. concl. 10 nu. 1.* vbi plures citat. Tametsi alij non improbabiliter contrarium tueri continentur, Rol. à Vall. *cons. 59. vol. 2.* Pinel *ad l 1. par. 3. nu. 71. C. de bon. matern.* Borcholt. *prædicto c. 8. n. 64. & seqq.* Eadem de re videantur, quæ docuimus *ad §. 1. Instit. de vsufructu, nu. 8. cum seq.* & quæ tradidit Andr. Fachin. *libro 7. controuers. iur. cap. 79.* Harp.

QVÆSTIO XXXVIII.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Vasallus an possit sine consensu domini in feudo transigere.*

Ex Additionibus.

1 *An & quatenus vasallus super feudo transigere queat remissiue.*

1 a b QVæro, an *a* vasallus possit sine domini consensu de feudo *b* transigere? Resp. quod aut vasallus transigendo transfert feudum in alium, & hoc facere non potest sine licentia domini: aut retinet feudum penes se,& tunc potest transigere. Ita distinguit Bald. *in c.1. nu.16. de controu inter vasall. & alium*.& in hanc sententiam inclinat communis mens Doct. vt ait Cur. iun. *de feu in 4. parte, in vltima causa amiss. feud. q.7*. Hanc etiam opinionem dicit esse magis communem Paris. *cons.1.n.134.lib.1*. Donec enim vasallus retinet feudum penes se,non dicitur inferre domino aliquod præiudicium.

ADDITIONES.

a 1 AN *vasallus possit sine domini consensu de feudo transigere.*] An † & quatenus vasallus super feudo transigere possit sine licentia domini, præter Clarum nostrum,& alios, accurate explicant Borcholt. *in Comment. in consuet. feud. cap.8. n.44*. Dn. Collega Bocetus *in tract. de iure, & commodo seniorum, siue domini, itemq; vasalli, &c. lib 2. c.6 nu.219. cum multis seqq.* Ruding *lib.1. var lect. iur feud. c.8*. Schtader. *in tract feud. par. 8. c.1. n.43. & seq.* Rosentha. *in tract feud. c 9. membr.1. concl.21.* aliique non pauci per eum allegati. *Harp.*

b *Transigere.*] Adde, vt per Cæph. *in cons 113. n.50.* item potest transigere absque consensu domini de feudo, si modo id sincere agat, & bona fide processit, *cons.3 n.17*. Vt autem possit ad præiudicium successorum transigere, oportet rem esse liquidam, vel de facili posse liquidari: alioquin diceretur donatio: vide per eund. *cons 155. nu.15.* Giach

Transigere] Tex. *in c.1. de controu inter vas. & alium*, videtur dicere, quod quoad ius feudi potest vasallus cum litigante transigere, & præiudicat Domino, vt teneatur obtinente ex caussa transactionis habere in vasallum. Et idem dicendum in compromisso, de quo *in q. seq.* cum compromissum sit transactio. Et sic videtur ibi esse decisum id, de quo dubitauit Spec. *in tit. de arbit. potest. vers sed nunquid vas.* scilicet, quod vasallus etiam sine consensu superioris potest de feudo compromittere. *Gouan.*

QVÆSTIO XXXIX.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Vasallus an possit facere compromissum de re feudali sine consensu domini.*

Ex Additionibus.

1 *An, & quatenus vasallus in arbitrum, vel arbitratorem compromittere possit, remissiue.*

1 a SVccessiue quæro, nunquid possit vasallus de re *a* feudali facere compromissum sine domini consensu? Resp. respectu compromissi faciendi in arbitratorem omnes conueniunt, quod vasallus id facere non possit. Procedit enim arbitrator nullo iuris ordine seruato, merito non debet vasallus, cui interdicta est omnis feudi alienatio, posse facere actum, ex quo resultare posset alienatio. Hæc autem ratio non videtur militare in arbitro, qui tenetur sequi iura. Et ideo multi tenuerunt, quod in arbitros possit vasallus de feudo compromissum facere, quod etiam expresse concedere videtur tex. *in c.1. §. si inter, de lege Conradi*. Et licet per dispositionem *c. Imperialem, de prohib. feu. alien. per Frid.* videtur prohibita omnis alienatio feudi: tamen ex quo in specie non fit in eo textu mentio de compromisso, non videbatur dicendum, quod tex. *in d. §. si inter, cum sim. esset correctus*. Et ita quod *per d. c. Imperialem*, non sint correcta in hoc iura antiqua, dicit videri communem mentem Feudistarum Curt. iun. *de feud. in 4. parte, in materia alienationis feudi, q.8.* subdens, quod ita sentiunt communiter Scribentes in materia iurisdictionis feudalis. Dicit tamen Curt. *ibi in fi.* quod hæc decisio est multum dubia,& periculosa,& bene dicit, quia reuera contraria opin quod scilicet vasallus non possit etiam in arbitros facere compromissum de re feudali, est iudicio meo tutior, & etiam magis communis, prout attestatur Socin. iun. *cons.77. n.76. & seq. lib.1*. Pro qua facit, quia regulariter, de qua re non potest quis libere disponere, neque etiam potest de ea facere compromissum. Posset tamen, & forte non impertinenter ad hanc quæstionem accommodari distinctio, facta in præcedenti quæstione: vt scilicet possit vasallus de feudo compromissum facere, modo ex tali compromisso, vel arbitramento superinde ferendo non possit sequi, quod feudum in alium transferatur, vt dictum est de transactione, cui etiam per communes iuris regulas æquiparatur compromissum, siue arbitramentum.

ADDITIONES.

DE *re feudali.*] Hic cadit pulcherrima dubitatio, Si causa feudalis non est compromittenda, an causa fructuum sit committenda? quod sic, facit decis. Afflict. 43. Item an vasallus possit compromittere de re feudali in alium quam dominum? vide per Alexan. remissiue *in l 1. §. & post operis, ff. de oper. no. nun.* Giach. a

Nunquid possit vasallus de re feudali facere compromissum.] An, † & quatenus vasallus sine consensu domini in arbitrum, vel arbitratorem compromittere possit, præter Clarum nostrum, exponunt sufficienter Andr. de Isern Aluarot. Præpos. Afflict. Rauennas, Frider. Schenck, & Balzaran. *in c.1. in princ. vers si autem inter pares, de lege Corradi tit.34. lib 2.F.* Ant. Capyc. *de inuestitu feud. c. feudorum compromissa colu.2. §. an autem in arbitratorem, &c.* Z. *in epit feud. part.9. nu.20.* Borchol. *in Comment. in consuetud. feud. c.8. n.45.* Petrus Duennas *in reg. iur.36. limitat.4.* Hanneton. *de feud. lib.3. c.6.* Mozz. *in tit. ex quib. caus. feud. amit. n.140.* Thomas Marinus *tit.2. de feudo ex pacto, & prouid. antiq. n.26.* Rosenthal. *in tract. feud. memb.1. concl.22.* & nouissime *in tract. feud. c.12 pag.343.* Harp. 1

QVÆSTIO XL.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Vasallus an possit in suo testamento de feudo disponere.*
2 *Et quid in feudo simpliciter hæreditario.*
3 *Et quid in feudo omni.*
4 *Et an possit illud legare pro anima.*
5 *Et an possit plus assignari vni ex filiis suis, quam alteri de ipso feudo nouo.*
6 *Et quid in feudo nouo.*

Ex Additionibus.

1 *Regulariter vasallus de feudo testari nequit.*
2 *Quibus casibus vasallo de feudo testari liceat.*
3 *Feudum mere hæreditarium vt res allodialis seu hæreditaria habetur.*
4 *Vbi alienatio permissa est, ibi & hæredis institutio permissa censetur.*
5 *Legati feudi æstimatio non debetur.*
6 *Huius pronunciati ratio.*
7 *Quod ipso iure nullum est, nullum potest producere effectum.*

QVæro, nunquid *a* possit vasallus in suo testamento de feudo disponere? Resp. quod dispositio testatoris de feudo nullo *b* modo valeat. Text. *in c.1. de successione feudi, ibi, nulla ordinatione defuncti in feudo manente, vel valente*. Et hæc est communis regula, vt dicit Socin. iun. *cons.72. post nu.40. libro 1*, Curt. iunior. *de feud. in 4. parte principali, in 1. regula, in penultima quæstione*. Cum enim vasallus non sit dominus feudi, nisi donec vixerit, merito non debet posse eo disponere in præiudicium eorum, quibus ex prouidentia primi acquirentis post eius mortem feudum debetur. a 1 b

Sed quia hæc materia à Doctoribus aliquantulum confuse tractatur, ideo distinguendi sunt aliqui casus pro eius intelligentia. Aut enim loquimur in feudo simpliciter & absolute hæreditario: & tunc dicendum est, quod potest testator de eo disponere ad sui libitum,& illud relinquere cui voluerit. Ex quo tale feudum est alienabile, & transitorium ad quoscunque hæredes, etiam extraneos, nihil prohibet, quo minus 2

etiam

etiam de eo in specie possit vasallus in testamento suo disponere. Vide quæ dixi supra *q.9. vers. Hoc præmisso*, & supra *q.31. vers. vlterius quæro.* Aut vero, & secundo, loquimur in feudo mixto, quod s. est hæreditarium, & est etiam ex pacto, & prouidentia, prout est feudum receptum pro se, & filiis, & hæredibus. Et hoc casu dicunt aliqui, quod ex quo filius non potest habere feudum, nisi etiam sit hæres, vt dixi *in ead. quæst.9. vers. Quandoque, & tertio.* hæres autem non potest contrauenire facto defuncti: propterea dispositio testatoris de ipso feudo valebit, quia per ipsum hæredem infringi non poterit. Sed hic est aduertendum, quia hæc conclusio, dato quod esset vera, procederet solummodo, vbi ageretur de præiudicio filiorum, vel agnatorum, sed quo ad præiudicium ipsius domini directi, non habetur in consideratione, an feudum sit simpliciter ex pacto, & prouidentia, an mixtum, vel an sit nouum, vel antiquum: & ideo, modo feudum non sit simpliciter, & absolute hæreditarium, tene quod omnis dispositio de feudo facta per vasallum testantem, quoad præiudicium domini, est nullius valoris & momenti. Præterea hæc conclusio, etiam quoad præiudicium filij, vel agnati, non videtur vera, saltem quando filius vel agnatus adiuissent hæreditatem vasalli, de feudo testantis, cum beneficio inuentarij. Nam talis confectio inuentarij conseruat filio vel agnato hæredi iura sua, vt possit, non obstante aditione, de feudo factam per defunctum reuocare, etiam quod tale feudum esset hæreditarium, secundum vnam opin. quam ego tenui infra, *q.42. versi. Successiue.* Tertio etiam hæc conclusio non satisfacit. Nam solummodo haberet locum in filio vasalli, qui omnino cogitur acceptare hæreditatem patris, si vult feudum tenere, de quo tamen dixi infra, *q.76.* secus autem in agnato. Sufficit enim, quod agnatus sit hæres primi recipientis, neque requiritur, quod sit hæres vasalli vltimo defuncti, vt dixi *in supra allegata quæst.9. vers. Sed quæro*, & sic in eo cessat fundamentum conclusionis. Facienda est ergo generalis regula, quod siue feudum sit simpliciter ex pacto, & prouidentia, siue mixtum, non potest vasallus in præiudicium agnatorum de feudo testari. Bene verum est, quod si filius vel agnatus adirent hæreditatem vasalli, qui de feudo testatus est, sine beneficio inuentarij, non possent talem alienationem in testamento factam reuocare, quia eo casu non possent facto defuncti contrauenire, & hoc non quia alienatio per aditionem conualidatur, sed quia iste adeundo sibi præiudicasset. Et nota, quia hoc est maximi effectus, nam cum ista aditio non præiudicet nisi adeunti, posset filius, vel agnatus adeuntis, ad quem feudum spectaret, virtute inuestituræ ipsa aditione non obstante, alienationem ipsam reuocare.

Sed quæro, nunquid hæc conclusio ita declarata, quæ habet, quod vasallus non potest de feudo testari,
3 habeat locum generaliter in omni feudo, s. siue sit antiquum, siue sit nouum, id est acquisitum ab ipso vasallo testante? Resp. quod quantum ad præiudicium domini, vt supra dixi, non habetur in consideratione, an feudum sit antiquum, vel nouum, quia vtroque casu non potest per vasallum alienari sine consensu ipsius domini: sed quantum ad præiudicium filiorum, vel agnatorum multum interest. Nam si est feudum antiquum vel paternum, non poterit vasallus de eo testari præiudicium eorum, qui sunt vocati ex tenore inuestituræ. Si vero sit nouum, vtique poterit de eo testari, interueniente consensu domini. Est enim generalis regula; Quod potest vasallus de feudo nouo ad libitum suum disponere, sub quocunque tenore receptum sit, etiam si in præiudicium filij, vel agnati, vel ex tenore inuestituræ successurus fuisset in feudo, vt dixi infra, *quæst.41. vers. Et hac quidem.*

Ex hac conclusione, quod vasallus non potest de 4
feudo testari, Primo infertur, quod non poterit testator illud legare, etiam pro anima. c Text. est *in c.1. §. Do-* c
nare, qualiter olim. feud alien. po. Sed quæro, an legato d d
feudo, debeatur saltem æstimatio, prout debetur, quando legatur res aliena? Resp. quod non debetur neque res, neque æstimatio. Ita tenet Bald. *in d. § Donare, n.3.* & est communis opin. vt dicit Socin. iun. *cons.72. n 60. libro 1. & cons.74. nu.10. & seq. eod. vol.* Quando enim aliquis habens ius in re, quod est morte periturum illam legat alteri, censetur legasse solummodo illud ius, quod habebat, neque debetur aliqua æstimatio, vt dixi supra *libro proximo § legatum.*

Secundo infertur, quod non poterit pater habens 5
filios plus assignare in feudo vni ex filiis, quam alteri. Et ita est commun opin. vt dicit Zas. *de feud. in 8 parte, in 3. particula, vers. & hanc partem.* Est enim prouidentia legis constitutum, vt omnes filij æqualiter in feudis succedant. Multo minus ergo poterit totum ipsum feudum prælegare vni ex filiis suis. Dicit Alex. *in leg. apud Iulianum*, quam legit *cum l. cum seruis, §. si quis alicui, nu.4. in fin. ff. de leg. 1.* quod magis commun. opin. videtur inclinare in hanc partem. Et hanc opin. tenere commun. D D. attestatur Ioan. Rayn. *in c. Imperialem, §. habito col.7. de prohib. feud alien. per Frider.* quem refert Iac. *in verbo, & cum pacto, quod de ipso feudo, nu.2. in fin.* Hanc etiam dicit esse commun. Ruin. *consil.25. nu.13. libro 1.*

Quæ omnia de plano procedunt in feudo antiquo, & paterno: illud enim proculdubio non potest pater vni ex filiis suis prælegare. Et ita est commun. opin. dicit Ruin. *cons.9 in fin. libr.1.* & hoc pro indubitato præsupponit Soc. iun. *cons.160. n.44 libr.2.* Cum enim tale feudum virtute inuestituræ debeat, id omnes eius filios æqualiter peruenire ex prouidentia ad omnes eius filios æqualiter peruenire ex prouidentia concedentis, merito non potest vasallus per suam dispositionem alterare naturam feudi in præiudicium aliorum, & sic illud relinquere vni ex filiis suis, etiamsi sit ex comprehensis in inuestitura. Et ita solet communiter concludi, vt dicit Socin. iun. *in d. cons.72. nu 3.* Sed 6
quid in feudo nouo, id est, acquisito per ipsummet vasallum testantem pro se, & filiis, vel pro se, & liberis? Et in hoc variæ sunt Doctorum opiniones, quas late refert Curt. iun. *de feud. in 4. parte, in vltima caussa amissionis feud., q.30. vers Ex prædicta regula.* Aliqui enim dicunt, quod etiam feudum nouum non potest pater vni ex filiis prælegare. Et hanc opin. dicit videri magis communem Socin. iun. *in d. consil 72. nu.55. & cons.160. nu.44 libro 2.* Alij vero dicunt, quod potest. Et hanc dicit videri communem Barb. *inter cons. Alex. cons.55 colu. pen. vers Et si quispiam, lib. 4.* quæ etiam mihi magis placet. Est enim valde rationabile, vt quod iure meo quæsiui, etiam arbitrio meo alienare possim. Et certè mirum est, quod Doctores in hoc articulo adeo inter se repugnent: nam aut loquimur quoad præiudicium domini, & certum est, quod quando prælegatur vni ex comprehensis in inuestitura, non dicitur agi de aliquo præiudicio ipsius domini. Aut loquimur quantum ad præiudicium aliorum, & pariter non videtur agi de aliquo eorum præiudicio. Si enim vera est decisio Andr. de Iser. quam retuli *in d. q.41. vers. Et hac quidem*, quod scilicet vasallus de feudo nouo possit cum consensu domini ad sui libitum disponere, nescio videre, qua ratione, si vasallus posset tale feudum alienare, etiam in extraneum, non possit etiam illud vni ex filiis suis prælegare. Et ita, si casus contingeret, consulerem, & iudicarē. Vide tamen in hoc proposito ea, quę dixi supra *hoc eod. libro §. emphyteusis, q.16,*

ADDITIONES.

a NVnquid possit vasallus in suo testamento de feudo dispone-
1 re.] Etsi regulariter † vasallus de feudo in testamento disponere non potest; adeo, vt nec pro anima quidem aliquid ei relinquere liceat, per textus hic, & infra nu. 4. à Claro no-
2 stro adductos: excipiuntur nonnulli casus, in quibus † vasallo testari de feudo permittitur. Primus est, si feudum mere, & absolute sit hæreditarium, *cap. vn. de feud. non habente propr.*
3 *feud. nat. titul. 48. lib. 2. F.* Feudum siquidem † mere hæreditarium iure hæreditario æstimatur. & vt res allodialis seu hæreditaria habetur, per notata Clari nostri hic *nu. 2.* Hartman. Pistor. *lib. 2 quæst. 1. nu. 61.* Gaillij *libro 2. obseru. 154. nu. 13.* Rudinger. *libro 3. var. lect. iur. feud. cap. 30. nu. 8.* Henrici à Rosenthal. *in tracta. feud. cap. 2. concl. 35. & cap. 7. concl. 6.* & D. Collegæ Boceri *class. 1. disp. 18. th. 34. lit. D. edit. 2. & in tract. de iure succedendi in feud. cap. 2. q. 3. & c. 4. q. 1. in fine.* Secundus casus est, si vasallo, & quibus ille dederit, feudum concedatur, *d.*
4 *tit. 48. libro 2. Feud. & tit. 26. §. feudum ea lege libro 2. F.* Vbi † enim alienatio permissa est, ibi & hæredis institutio permissa censetur, *l. si quis, 8. §. certum, 2. & §. vlt. C. de secund. nupt.* Iacobin de S. Georg. *in verb. & quibuscunque, nu. 3. & in verb. in feudum, nu. 13.* Roland. à Valle *cons. 3. nu. 11. vol. 1. cons. 71. n. 6. cons. 79. nu. 10. vol. 2. cons. 16. vol. 3. & cons. 14. nu. 84. & cons. 84. n. 29. vol. 4.* D. Obrecht. *de feud. c. 3. n. 105.* Borchol. *in Comment. in consuet. feud. c. 7. parte 2 nu. 6. & cap. 8. nu. 97.* Tertius casus est, si domini, & agnatorum proximorum consensu testamentum fiat, arg. *tit. 39. libro 2 F.* item argum. *l. si debitor, 4. §. 1. ff. quibus mod. pig. vel hypoth. soln. & l. cum quidam. 26. C. de administrat. tutor. vel curat.* Schrader. *in tract. feud. part. 7. c. 2. nu. 15. & seqq.* vbi plures limitationes videre licet. *Harp.*

b *Nullo modo.*] Pro & contra diuersa consil. omnino vide inter consilia Feudal. *consil. 41.* Et adde, nisi ex tenore inuestituræ apparet ille fuisse concessam potestatem testandi. Ita per Iacobin. de S. Georg. *in tract. de feud. in verbo Marchio in Italia, sub nu. 2.* vbi dat istam maximam in materia feudali, quod à tenore inuestituræ non est recedendum. Item quod inuestituræ tenor semper inspiciendus sit, habetur late per Cæphal. *in cons. 3. nu. 1.* Et eius qualitas omnino seruanda, per eundem *cons. 133. nu. 4.* & eius tenor plurimum intueri debet, ibi *n. 46.* qui omnino est sequendus per eund. *in cons. 150. nu. 4.* Et primæ inuestituræ tenor est inspiciendus per eund. *in cons. 152. nu. 60.* Et iste attendendus per eund. *cons. 17. nu. 32.* Et potius inspiciendus est tenor, quam feudi natura, *ibid. num. 16.* Item quod vasallus haud possit testari de rebus feudalibus etiam pro anima, commune per Rolan. vide *in cons. 1. n. 4. vol. 4.* & plene *in collect. mea commun. opin. in verb. vasallus nu. 11.* Item etiam vide per Rol. *cons. 79. vol. 2. colum. 1. & 2. & in consil. 71. nu. 10. & 11. eod. volu.* Fallit in inuestito de feudo franco, quia de eo potest disponere, & fideicommissum inducere. Idem in illo, qui habet feudum cum clausula pro se, & hæredibus quibuscunque: quia potest hæredem instituere, & substituere, & fideicommissum facere de feudo, adeo vt veniat in restitutione fideicommissi. Vide per Rol. *in cons. 10. in 2. consultation. vol. 3.* Giach.

c *Etiam pro anima.*] Illud intellige de iure ciuili, secus de iure Canon. secundum Hostiens. *in titu. de immun. eccles. §. in quantum. vers. sed nec illa,* & ratio est, quia magnum præiudicium fieret domino, quia Ecclesia nunquam moritur, & propterea nunquam esset spes, quod reuerteretur ad dominum. Vide Lud. Roma. *sing. 533. & ibi addition. Gabriel. Saraya.* Gouean.

d *An legato feudo, debeatur saltem æstimatio.*] Communis †
5 opinio est, teste hic Claro nostro, vasallum de feudo testari, aut legare adeo non posse, vt ne quidem relicti feudi æstimatio debeatur, *c. 1. in princ. de success. feud. tit. 8 libro 1. cap. 1. §. donare, qualiter olim poterat feud. alien. tit. 9. libro 2. F.* ibique Bald. Aluarott. & Præposit. item Bartol. Aretin. & cæteri *in l. cum seruus 39.* (alias l. apud Iulianum,) *§. fin. ff. de legat. 1.* Felin. *in c. quæ in Ecclesiarum 7. de constitut.* Iacobin. de S. Georg. *in verb. & cum pacto, quid cum ipso feudo, nu. 6.* Paris. *cons. 7. n. 14. libro 2.* Vulteius, Heigius, & Forster. *in §. non solum, 4. Instit. de legat.* Roland. à Valle *cons. 45. nu. 31. & cons. 71. nu. 11. & cons. 79. nu. 6. & 7. vol. 2.* Francisc. Cur. iun. *in tract. feud. part. 4. nu. 136.* Borcholtus *in d. comment. in consuet. feud. c. 8. nu. 43.* Nicol. Euerhard. *in Topic. legal. loc. à feudo ad emphyteusin. num. 16.* Gail. *libro 2. obseru. 154. nu. 14.* Fachin. *libr. 5. controuers. iur. c. 37.* D. Bocerus *d. tract. de iure succedendi in feud. c. 1. quæst. 8.* Rudinger. *d. lib. 1. var. lect. iur. feud. c. 1.* Arumæus *disp. feud. 6. th. 3.* Schraderus *d. tract. feud. part. 7. c. 2. nu. 9.* Hœnonius *in quæstionib. illustr. disp. 10. th. 24.* Rosenth. *d. tract. feud. c. 7. conclus. 2. n. 10.* aliique ab eo commemorati. Ratio huius opinionis euidens est: Tum † quia cum legatum, vel promissio alicuius
6 rei ipso iure est nulla; sicut ipsa res non debetur; ita nec eius æstimatio, arg. *d. l. cum seruus 39. §. vlt. ff. de legat. 1. & l. multum interest, 34.* ibique Donel. *ff. de verb. obli.* Tum † quia 7
id, quod ipso iure nullum siue inutile est, nullum effectum producere potest: sed perinde habetur, ac si nunquam datum, aut promissum fuisset, arg. *d. §. non solum, 4. ibi, si talis res sit,* cuius commercium non est, nec æstimatio eius debetur. *Instit. de legat. & l non dubium, 5. de legib.* Quæ huic sententiæ aduersari videntur, abunde refutauit D. Bocerus *d. c. 1. q. 8.* Et eadem nos quoque diluimus ad *d. §. non solum, 4. Instit. de legat. n. 33. & seqq.* Hatpree.

QVÆSTIO XLI.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Vasallus an possit cum consensu domini alienare feudum in præiudicium agnatorum.*
2 *Et quid si feudum sit antiquum.*
3 *Et quid si sit hæreditarium.*

Ex Additionibus.

1 *An, & quatenus vasallus possit cum consensu domini alienare feudum in præiudicium agnatorum.*

DIxi supra *q. 31. in prin.* quod non potest vasallus a
feudum alienare a sine consensu domini. Quæ- 1
ro nunc, an possit vasallus cum consensu domini feudum alienare b in præiudicium agnatorum? Resp. quod b
non. Et est communis conclusio, vt attestatur Curt. iun. *de feud. in 4. parte, in vltima particula, in 1. reg. col. 3. vers. Sitergo ex præmissis.*

Et hæc quidem regula de plano procedit in feudo antiquo seu paterno. Nam tale feudum proculdubio 2
non potest per vasallum alienari in præiudicium agnatorum, etiam cum domini consensu Et hæc est comm. opin. vt attestatur Aluar. *in c. 1. post nu 1. vers. Oppono ab extra. quemad. feud. ad fæ. perti.* & clarius post eum collegium Bonon. *inter consilia Curt. sen. cons. 50. nu. 21.* & refert, & sequitur Patis. *cons. 17. nu. 16. lib. 1.* Cum enim sit ius quæsitum descendentibus ex tenore primæ inuestituræ: merito non potest tolli per aliquem ex successoribus primi inuestiri. Et hæc est communis omnium conclusio, vt dicit Curt. iun. *cons. 171. n. 5.* Et est valde rationabile, vt in huiusmodi feudis, quæ à maioribus suis proueniunt, non possit vasallus aliquo modo filiis suis præiudicare, quia ad feuda ipsa veniunt, non ex facto ipsius patris, sed ex antiquorum suorum prouisione. Ita dicit Andr. de Isern. *in c. 1. § Quid ergo. de inuestit. de re al. en. facta.* Et hæc est verissima, communis, & ab omnibus approbata conclusio, vt dicit Socin. iun. *cons. 112. num. 1. lib. 2.* subdens, quod hoc est apud Doctores nostros indubitatum. Sed in feudo nouo secus est. Nam feudum nouum, sub quocunque tenore receptum sit, nisi fuisset expresse conceptum contemplatione alicuius filij, specialiter, & proprio nomine in ipsa inuestitura nominati, semper potest ad libitum alienari per feudatarium cum consensu domini, nec requiritur consensus filij primogeniti, vel alterius agnati, qui successurus esset in feudo. Et hæc est dec. And. de Iser. *in c. 1. n. 3 de alien. feud. pater.* quam dicit esse per omnes approbatam. Sigis. *consil. feud. 52. nu. 1.* vbi etiam subdit, quod omnes eam sequuntur nemine discrepante; quia id, quod ego acquiro, possum pro mea voluntate alienare. Et hæc decisio semper mihi placuit, licet Doctores super hoc articulo varie scripserint.

Sunt autem nonnulli, qui non ita passim admittunt 3
hanc conclusionem, quod vasallus non possit de feudo c antiquo, seu paterno disponere, in præiudicium a- c
gnatorum: sed putant, distinguendum esse inter feudum hæreditarium, & feudum non hæreditarium, dicentes, quod in feudo non hæreditario bene procedit supradicta conclusio, & ideo si feudum sit receptum pro se, & descendentibus masculis, quod non poterit vasallus

vasallus de eo disponere in præiudicium descendentium masculorum. Et hanc dicit esse communem omnium conclusionem Curt.iun.*in d conf.171.n.6.* Sed in feudo hæreditario, etiamsi sit antiquum, tenent, quod possit vasallus præiudicare agnatis, & sic, quod in feudo recepto pro se, & hæredibus factum vnius ascendẽtis, tempore, quo feudum est apud ipsum, præiudicet non solum sibi, sed etiam posteris suis hæredibus cum censeatur quid hæreditarium. Et dicit Alex.*cons.13.n.11.lib.5.* quod hæc est communis conclusio Doctorum vbique, quam etiam post eum dicit esse communem Parii.*cons.16.n.44.lib.1.* Ias.*cons.56.col fin.vers. Secundo respondetur, lib.3.* Tu vero hic aduerte, nam si loquimur in feudo simpliciter, & absolute hæreditario, puta recepto pro se, & hæredibus quibuscunque, vel pro se, & quibus dederit, vera est conclusio, quod potest alienari etiam in extraneum sine consensu domini, & sine consensu agnatorum, quia tale feudum æquiparatur bonis allodialibus, & transit ad quoscunque hæredes, vt sæpius dixi; & in tali feudo non consideratur, vtrum sit antiquum, vel nouum. Si vero loquimur in hæreditario mixto, puta, recepto pro se, & filiis, & hæredibus, non est hæc conclusio absolutè vera, per ea, quæ dixi supra *q 40. vers. Sed quia.* Quæ hoc loco non repero, quia optime possunt accommodari ad hanc conclusionem.

ADDITIONES.

a FEudum alienare.] Feudi alienatio licet prohibita sit, licite tamen geri potest irrequisito domino, si in proximiorem fiat, dummodo tamen illud feudum antiquum sit, aut paternum, vt per Tiraq.*in præfat.lib.1.n.52.* Gouean.

b *Alienare in præiudicium agnatorum*] Hic cadunt etiam multæ pulcherrimæ dubitationes. Prima est, an liceat vni alienare partem sui feudi per fraudem, vt scilicet ex proposito impediret agnatos in eo succedere. Secunda, An fraus sit probanda, & quomodo. Tertia, an sufficiat, quod fraus sit commissa ex sola persona alienantis: An etiam requiratur ex parte temporis De his plene vide nouissime per Menoch. *cons 226.* vbi etiam an respectu prædiorum, pro quibus decimæ præstantur aliis, sit necesse habere licentiam ab ipsis: qua haud obtenta, an prædia dicta deuoluantur ad ipsos, vel ad agnatos. *Giach.*

An possit vasallus cum consensu domini feudum alienare in
1 *præiudicium agnatorum.*] Vt † feudum efficaciter, & irreuocabiliter alienari possit: non domini solum, sed & agnatorum feudi successorum consensus necessario exigitur; si paternum, siue antiquum (non item sit nouum) feudum fuerit, *tit.29. in princ.lib 2.F.* Verum ea de re, post Clarum hic nostrum, & ab eo allegatos, explicatius disserunt Hartm. Pistoris *lib 2. quæstionum iur.quæst 4.n.1.item quæst 6. & seq.* Mynsinger. *cent.4. obseruat.86* Burchols.*in Comment.in consuetud feud.cap.8. n 145. & seq* Thoming *decis 23.n.3.* Vulteius *lib.1 de feud.c.10.nu.71.* Rosenthal *in tract feud.c.9.membr.1.concl.28. & seq.* aliique ab iis citati. *Harp.*

c *De feudo antiquo.*] Quicquid sit de hac quæstione, aduerte ad vnum. Quod si vasallus alienet feudum remotiori agnato, poterit proximus secundum communem illud reuocare, dummodo reuocatio fiat intra annum à die scientiæ; alias lapso anno excluditur à renouatione. Vide per Rol. plene alios allegantem, & de communi attestantẽ, *in cons 57.n.67.68.vol.3.* q 11 *num.69.* admonet agnatos, ne patiantur labi annum: quia per illius lapsum excluduntur à dicta reuocatione. Vide per eum, & dixi *in d.collect.mea verbo, vasallus, n.51.* Giach.

QVÆSTIO XLII.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Alienatio feudi facta per vasallum in præiudiciũ agnatorũ an sit ipso iure nulla, vel videtur agnatis reuocatio.*
2 *Et quid in feudo non hæreditario.*
3 *Et quando feudum dicatur alienari iure permittente.*
4 *Et quid si alienatio fiat in agnatum proximiorem, & qui omnino erat in feudo successurus.*
5 *Et quid si fiat in remotiorem.*
6 *Et nunquid agnatus proximior possit reuocare etiam viuo alienante.*
7 *Et an eo casu teneatur pretium emptori restituere.*
8 *Et quid si vasallus alienans habet filios.*
9 *Et quid si alienatio facta sit in penitus extraneum.*
10 *Et infra quantum tempus possit hoc casu fieri reuocatio.*
11 *Et an pendente hoc termino ad reuocandum, stet etiam in pendenti tempus petendi inuestituram à domino.*
12 *Et quid si agnatus proximior consentiat alienationi, an talis consensus præiudicabit eius filiis.*
13 *Et an præiudicet agnatis in sequenti gradu.*
14 *Et an filius vel agnatus ipsius vasalli admittantur ad huiusmodi reuocationem, etiamsi sint hæredes ipsiusmet vasalli alienantis.*

Ex Additionibus.

1 *An filij, & agnati feudum mere hæreditarium alienatum reuocare possint.*
2 *Hæres tenetur approbare factum defuncti.*
3 *An, & quatenus feudum ex pacto, & prouidentia nouum alienatum filij vel agnati repetendi facultatem habeant, remissiue.*
4 *Feudum ex pacto, & prouidentia antiquum alienatum agnati reuocare possunt.*
5 *Ecquid vasallus feudum antiquum agnato remotiori alienare queat.*
6 *Quomodo, & intra quantum tempus feudi alienati reuocatio fieri debeat, remissiue.*

DIxi supra *q.1.* quod non potest vasallus alienare feudum antiquum in præiudicium proximioris agnati, sine ipsius cõsensu: Quæro modo, nunquid si illud alienet, talis alienatio ipso iure sit nulla? Resp. quod qua tenus alienatio rei feudalis est in præiudicium domini facta sine eius consensu, nulla est difficultas, quin sit ipso iure nulla. Tex. est *in c. Imperialem, de prohib. feud alie. per Fred.* Sed quatenus respicit præiudicium agnatorum, non est ipso iure nulla, sed bene potest per filios vel agnatos alienantis reuocari. Et in hac materia habemus text notab. *in cap.1. §. Titius filios, si de feudo defun.* contentio fuerit, quod filius vasalli potest alienationem feudi per patrem factam reuocare, etiam ipso patre viuo, sed tenetur eo casu restituere pretium emptori. Agnatus autem non tenetur pretium restituere, sed sine pretio reuocat, mortuo tamen prius alienante, vt ibi. 1

Sed quia hæc materia habet plura capita, ideo distinguendum est. Aut enim loquimur a in feudo mere hæreditario, & non datur aliquo modo reuocatio, 2 quia, vt sæpius dixi, tale feudum est alienabile ad instar bonorum allodialium. Aut loquimur b in feudo simpliciter ex pacto, & prouidentia, vel etiam mixto, & tunc, aut feudum est nouum, & non datur reuocatio, quia licite potest per vasallum in quemcunque alienari, vt dixi sup. *q. prox. vers. Et hac quidem.* Aut est feudum c antiquum seu paternum, & hoc casu potest per agnatos alienantis reuocari. Et sic habet pro absoluto in hac materia præsupponere; quod nunquam admittitur agnatus, vel filius, ad reuocationem alienationis feudi, nisi hæ duæ qualitates concurrant, s. quod feudum sit ex pacto, & prouidentia, vel absolute, vel mixtim, & quod sit feudum antiquum.

Est etiam pro intelligentia præmittendum, quod feudum aliquando dicitur alienari iure permittente, aliquando vero dicitur alienari iure non permittente. Iure permittente alienatur feudum, puta, si interueniat consensus domini: nam hoc casu valet alienatio 3 ipsius feudi. Idem alienatur iure permittente, quando vasallus illud alteri in feudum concedit, quod quidem facere potest etiam sine domini consensu, vt dixi supra *q.32.* Item quando vasalla nubens dat feudum in dotem; quod pariter ei permissum est, vt dixi sup. *q.36.* Iure autem non permittente, dicitur feudum alienari, quando alienatur sine domini consensu, in casibus à 4 iure vel consuetudine feudorum non permissis.

Hoc præmisso, explicandi sunt plures casus, prout
4 pluribus modis potest hæc quæstio contingere. Aliquando enim vasallus alienat feudum in agnatum proximiorem, & qui omnino post mortem alienantis esset in feudum successurus, & tunc aliis agnatis non datur reuocatio, quia eorum nihil interest, ex quo, etiam non facta alienatione, feudum erat peruenturum in illũ. Ita dicit Iac. de Beluis. *in c. Imperialem de prohib. feud alien per Frid.* Et hanc conclusionem firmant DD. vt dicit Iac. *de feud in ver. Et cum pacto, de non alien. n. 33.*

5 Aliquando, & secundo, vasallus alienat *d* feudum in
d agnatum remotiorem: & tunc distinguendum est. Nam aut iste vasallus alienans habet filios, & possunt ipsi talem alienationem reuocare. Sed si volunt eam reuocare viuo patre, tenentur pretium emptori restituere. Mortuo autem patre, possunt etiam sine pretio feu-
e dum *e* recuperare, *d §. Titius filios.* Si vero vasallus non habeat filios, potest agnatus proximior reuocare talem alienationem, vt ibi.

6 Sed nunquid poterit agnatus proximior huiusmodi alienationem reuocare, etiam viuo agnato, qui alienauit? Resp. quod si alienatio est facta iure permittente, non potest illam reuocare, nisi post mortem ipsius alienantis: si vero sit facta iure non permittente poterit agnatus eam reuocare etiam ante eius mortem, vt *in d. §. Titius filios.* Quando autem dicatur facta alienatio iure permittente, vel non, dixi sup. *vers. Est etiam.* Et hæc cõclusio procedit sine difficultate, tenendo illam opinionem, quod feudum antiquum propter alienationem non aperiatur domino, sed agnatis, quam ego tenui tanquam veriorem, infra *q. 66. vers. Sed quid si vasallus.*

7 Sed an in præmissis casibus tenebitur iste agnatus proximior pretium emptori restituere? Resp. quod non *d. §. Titius filios.* ex quo enim in omnem casum feudum ad ipsum agnatum deuoluebatur ex prouidentia primi inuestiti, non videretur æquum, vt ipse teneretur rem suam pretio redimere.

8 Sed pone, quod iste vasallus, alienans feudum in remotiorem agnatum, habet filios; Quæro quis erit præferendus in huiusmodi reuocatione, an filius ipsius alienantis, an vero alius agnatus proximior? Respond. quod si alienatio facta fuit iure permittente, tunc filius præfertur agnato: si vero facta fuit iure refragante, agnatus præfertur filio. Et ista conclusio approbatur à Doctoribus, vt dicit Iac. *in d. verb. Et cum pacto, de non alienando, n. 35* & dicit Curt. iun. *de feud. in 4. parte, in 3. regula, vers. Quarto circa præmissa.* quod ita intelligunt, & declarant communiter Feudistæ. Et sic vides, quod quando alienatio est facta iure permittente, melior est conditio filij, quam agnati. Nam (vt dixi) filius potest, etiam viuo patre, eam reuocare restituto pretio: agnatus autem non potest, nisi secuta morte alienantis. Econuerso autem quando alienatio est facta iure non permittente, melior est conditio agnati, quam filij: quia agnatus in reuocatione præfertur filio, vt suprà dictum est, & harum decisionum difficile est, iudicio meo, assignare aliquam concludentem rationem, nisi quia ita vetustis feudorum moribus receptum est, licet Doct. in hoc multum laborent.

9 Aliquando, & tertio, alienatio fit in penitus extraneum, & tunc dicendum est, quod pariter admittuntur filij, & etiam agnati, ad reuocandam huiusmodi alienationem, prout quãdo facta est in agnatum remotiorem. Et in hoc proposito intellige extraneum eum, qui non sit ex comprehensis in inuestitura, dato, quod alias esset agnatus ipsius alienantis.

10 Scias tamen, quod in vno differt hic casus ab illo, quia quando alienatio fit in agnatum remotiorem,
f tunc si proximior *f* agnatus taceat per annum, penitus excluditur ab ipso feudo, sed si alienatio facta sit in extraneum, tunc ad hoc, vt proximior agnatus excludatur, requiritur cursus saltem triginta annorum. Ita tenet gloss. *in d. §. Titius filios, in verb. per annum,* quæ in hoc est communiter approbata, vt dicit Alex. *cons. 5. n. 10. lib. 5.* Dec. *cons. 395. in fin.* Iac. *in verb. Et cum pacto, de non alien. n. 18.* Bald. *de rescript. in 4. part. princ q 12. n. 19. in fin.* Et dicit Dec. *cons. 238. n. 4.* quod Doct. illam communiter sequuntur. Dicit etiam Aluarot. *in d. §. Titius filios. post n. 4. vers. Oppo cum gl. fin.* quod ita teneatur per Doct. communiter. Idem dicit Præpos. *in d. §. Titius filios col. 3. vers. Oppo. cum gl.* Facilius enim præsumitur consensus inter coniunctos, quam inter extraneos.

Quæ autem sit ratio, cur sit præfixum tempus anni 11
agnato proximiori ad reuocandam alienationem feudi factam in remotiorem, & non maius, vel minus tempus, multa dici possent. Si forte melior ratio est, vel saltem magis colorata, quia inter illud tempus anni tenetur vasallus petere à domino inuestituram, vt dixi infra, *quæst* 49. vnde, ex quo intra illud tempus non reuocat, neque petit inuestituram, merito excluditur à feudo. Sed quæro, an pendente hoc tempore ad reuocandum, stet etiam in pendenti tempus ad petendam inuestituram à domino? Resp. quod non. Sed omnino debet petere inuestituram à domino intra annum à die alienationis, alias cadit à feudo. Ita sentire videtur Bald. *in d §. Titius filios in fin. verb.* Et hanc opin. dicit esse communem Gozad. *cons. 71. n. 5.* Quæ tamen mihi semper visa fuit dura, tanto magis, quia regulariter tempus anni ad petendum inuestituram non currit, nisi possidenti, vt dixi infra *q. 49. vers. Item quid si forte vasallus,* & forte etiam intentio Bald. non fuit hæc, ad quam allegatur. Sed pro nunc nihil determino.

Dixi, quod si agnatus proximior tacuerit per annum, vel per triginta annos, quando alienatio est facta in extraneum, excluditur per hanc taciturnitatem, ex qua resultare videtur consensus. Certè multo magis, si agnatus expresse alienationi consenserit, censebitur à feudo exclusus, neque poterit illam alienationem reuocare. Et hoc parum habet difficultatis, & ideo cautela est, quod vasallus volens feudum alienare, faciat, quod agnati consentiant *g* alienationi. *g*

Sed quæro, pone, quod agnatus proximior consen- 12
serit alienationi feudi factæ per vasallum, nunquid talis consensus præiudicabit filio ipsius consentientis, quo minùs possit ipsum feudum recuperare? Resp. Aut iste filius est hæres patris, qui consensit, vel est aliquid habiturus ex eius hæreditate. Et hoc casu cum non possit retractari defuncti voluntatem, non poterit talem alienationem reuocare: si vero non est hæres patris, neque aliquid est habiturus ex eius hæreditate, vtique poterit, non obstante consensu per patrem præstito feudum alienatum recuperare. Ita solent Feudistæ communiter distinguere, vt dicit Curt. iun. *in d. 4. parte in vlt. causa amissionis feudi, in 3. reg. vers. Secunda cadit,* quod tamen intellige, vt dicam infra *in vers. Successiue.*

Sed maior videtur dubitatio, si extent agnati, proxi- 13
miores, remotiores, & medij gradus ipsius alienantis, & agnatus proximior consentiat, quod feudum alienetur in remotiorem, an talis consensus præiudicet agnatis medij gradus, quo minus possint ipsi talem alienationem reuocare. Est ardua quæstio, in qua alias inter se contrarium consuluerunt collegium Mediola. & collegium Bonon. sed tenenda est opin. quod talis consensus eis non præiudicet. Cum enim eis sit ius quæsitum ex tenore primæ inuestituræ, non debet posse illis auferri sine eorum culpa, aut facto. Et hæc est etiam magis communis, vt dicit Curt. iun *in d. 4. parte, in vltima caussa amissionis feudi, circa prin. 3. regula,* subdens, quod iudicio suo non habet multum dubitationis.

Suc-

14 Succeſſiue quæro, nunquid filius, vel agnatus ipſiuſmet vaſalli alienantis, admittentur ad huiuſmodi reuocationem, etiamſi ſint hæredes ipſius vaſalli? Reſp. quod ſi adiuit hæreditatem ſine beneficio inuentarij, non poterit talem alienationem reuocare: tunc enim proprie repræſentat perſonam defuncti, & ideo non poteſt eius facto conuenire: ſed ſi fecit inuentarium, bene poterit reuocare. Ita tenent communiter Feudiſtæ, vt dicit Curtius *in d reg. 3. col. 3 verſ. Limitate prædictam* quem refert Pariſ. *conſ. 10. n 8, lib. 1.* Nam beneficium inuentarij conſeruat hæredi omnia iura ſua, & actiones, perinde ac ſi non adiuiſſet hæreditatem. Et hæc quidem concluſio de plano procedit, quando feudum non eſt hæreditarium. Nam eo caſu proculdubio poteſt filius, vel agnatus hæres, facto inuentario, reuocare huiuſmodi alienationem. Et ita concludunt omnes, vt dicit Dec. *conſ. 185. n. 2. circa fin,* nam in hoc caſu vaſallus habet feudum ex ſimplici prouidentia primi inueſtiti, non autem tanquam hæres Sed quid ſi ſit hæreditarium, quo caſu non poteſt habere feudum, niſi tanquam hæres? Reſp. quod in hoc Doctores ſunt varij. Nam aliqui tenent, quod inuentarium nihil proſit ad hoc, vt poſſit alienationem ipſam reuocare. Et hanc opin. tanquam communem ſequitur Grat. *conſ. 9. n. 18. lib. 1.* vbi etiam refert Curt. iun *conſ. 138 col. 6.* atteſtantem illam eſſe magis communem. Sed ego non reperio Curt. *in allegato conſilio,* maxime *n. 6.* vbi loquimur in hoc propoſito, atteſtantem de communi. Aliqui vero tenent, quod imo etiam in tali feudo hæreditario poſſit filius, vel agnatus hæres vaſalli cum beneficio inuentarij, reuocare alienationem feudi per eum factam. Et hanc opin. videtur admittere tanquam veriorem, & magis communiter approbatam Soc. iun. *conſ. 112. n. 13. lib. 2.* Reuera ſi loquimur in feudo mere hæreditario, credo, quod confectio inuentarij nihil proſit ad reuocãdũ, quia (vt dixi ſupra) in tali feudo nõ datur reuocatio, ex quo de eo iudicatur, vt de aliqua quacunque re hæreditaria: ſed ſi loquimur in feudo, quod eſt partim hæreditarium, & partim etiam eſt ex pacto, & prouidentia, mihi magis placet ſecunda opinio, quod ſcilicet confectio inuentarij conſeruet ius reuocandi alienationem Vocatur enim eo caſu agnatus ad feudum, non ſimpliciter tanquam hæres vaſalli, qui alienauit, ſed etiam ex facto, & prouidentia primi inueſtiti. [1] Quæ opinio multo magis tenenda eſſet, vbi ille agnatus, qui vult feudum alienatum reuocare, poſſet dicere ſe hæredem primi acquirentis, aliter quam mediante perſona illius vaſalli, qui alienauit, quod ſufficeret, ſecundum opin. quam tenui ſupra *quæſt. 9. verſ. Sed quæro.* tunc enim ex quo poſſet habere feudum alia via, & ſic tanquam hæres illius alienantis, crederem omnino confectionem inuentarij ei prodeſſe debere.

ADDITIONES.

a *Vt enim loquimur in feudo mere hæreditario.*] Indubitata, & recepta communi calculo concluſio eſt: quod † feu-
1 dum mere, & abſolute hæreditarium, puta pro ſe, & ſuis hæredibus quibuſcunque conceſſum; alienatum filij, & agnati reuocare non poſſint. Huiuſque ratio manifeſta eſt: quia hoc feudum abſolutè, & ſimpliciter hæreditarium in omnibus, & per omnia rebus allodialibus, & aliis bonis hæreditariis æquiparatur, adeo, vt non ſolum ad filios, ſed etiam ad penitus extraneos deuoluatur perinde vt reliquæ res hæreditariæ
2 velut indicatum ſuprá ad *qu. 4. nu. 3.* Omnibus † autem notum eſt, quod nullus hæredum contra factum defuncti venire queat, ſed eius factum approbare teneatur, *l. ex qua perſona, 149. ff de regul. iur. l. cum à matre, 14. C. de rei vindicat.* Atque ita, poſt Clarum noſtrum, tenent Ludolph Schraderus *in tract. feud part 8. c. 8. nu. 9. & ſeq.* Hartman. Piſtor. *q. feud. 12. n. 1. lib. 2. parte 1.* Vult *lib. 1. de feud. c. 11. n. 85.* Pruckman. *conſ. 4. q. 1. n. 24. vol. 2.* Michael Graſſ. *libro 2. recept. ſentent. §. hæreditas, q. 11. nu. 29.* Pinel *ad l. 1. C. de bon. matern par. 3. n. 96. verſ. infertur octauo, &c.* Roſenthal. *in tract feud. capite 9. memb. 2. concl. 71. num. 2.* Erneſt. Cothman. *conſ. 2. nu. 176. & ſeq. vol. 1.* hoſque omnes referens Matth. Berlich. *parte 2, concl. practicabil. concl. 57. n. 3. & ſeq.* Harprec.

b *Aut loquimur in feudo ſimpliciter ex pacto, & prouidentia.*] Feudum † ex pacto, & prouidentia nouum alienatum an, & 3
quatenus filij vel agnati repetendi facultatem habeant, latiſſime explicant, multis adductis vtramque in partem, & rationibus, & auctoritatibus. Hartm. Piſtor. *q. feud. 4. libro 2 parte 1.* Andr. Fachin. *libro 7. controu. iur. c 8.* Vult *d. libro 1. de feud. c. 51. nu. 84.* Borcholt. *in Comment. in conſuet. feud. c. 8. nu. 145. & ſeq.* Schraderus *d. tract. feud. parte 8. c. 6 nu. 15. cum ſeqq. & c. 7. n. 31. cum ſeq. & c. 8. nu. 2. & ſeqq.* Pruckm. *d. conſ 4 q. 1. nu. 16. vol. 1.* Matth. Coler. *conſ. 20. n. 55. & ſeq. vol. 1.* Modeſt. Piſtor. *conſ. 58. q. 1. nu. 37. & ſeq. vol. 2.* Ioan. Koppen *dec. 52. n. 39 & ſeqq.* Roſenthal. *d. tract. feud. cap. 7. concl. 7. nu. 6. & ſeqq. c. 9. memb. 1. concl. 66. nu. 1. & ſeq.* & nouiſſime Berlichius *d. concl. 57. n. 15. & plurimis ſubſeqq.* Harpr.

c *Aut eſt feudum antiquum, ſeu paternum.*] Quod feudum † ex pacto, & prouidentia antiquum alienatum agnati reuo- 4
care valeant, aperte deciſum extat *in c. 2. §. 1. tit. de ſucceſſ. feud. c. 1 in prin. tit. de alien. feud patern. c. 1. §. 1 titu per quos fiat inueſtitur. c. 1. §. porro, tit. qual. olim. pot. feud. alien. c. 1. §. 1 tit. de inueſtit. de re alien. fact. c. 1 §. Titius filios tit. ſi de feudo defuncti content. ſit int. dom. & agnat. vaſal.* Idque fuſius explanat Hartm. Piſtoris *q. feud. 6. n. 1. & ſeqq. d. lib. 2. parte 1* Borcholtus *d. c. 8. n. 147. & ſeq.* Matthæus Coler *deciſ 95. n. 1. parte 1. & d. conſ. 20. nu. 27. & ſeq. volu. 1.* Vulteius *d. libro 1. de feud. c. 11 num. 92. & ſeq.* Schrad *d. tract feud. parte 8. c. 8. n. 11. & ſeqq.* Dom. Cardinal. Tuſcus *tom. 3 pract. concl litt. F. concl 194. n. 1. & ſeq.* Harp.

d *Vaſallus alienat feudum in agnatum remotiorem.*] Quod † vaſallus feudum antiquum ne quidem agnato remotiori, in 5
præiudicium agnati proximioris, alienare poſſit, quin ſemper illud proximior recuperare queat, patet *ex d. cap. 1. §. Titius filios, ſi de feud. defunct. content. ſit int. dom. & agnat. vaſ.* Et abunde explicant Hart. Piſtor. *d. q. 6. nu. 11. & ſeqq.* Ioan. Koppen. *d. deciſ. 54 nu. 53 & ſeqq.* Cardinal. Tuſcus *d. concl. 194. n. 11. cum ſeqq.* & Berlichius *d. parte 2 concl. 57. nu. 41. & ſeq.* vbi de iſthac feudi alienati reuocatione accurate, & copioſe diſputat. *Harp.*

e *Recuperare.*] Intellige intra annum à die ſcientiæ, vt dixi *in q. præced.* Giach.

f *Si proximior agnatus taceat per annum, penitus excluditur.*] Quomodo † & intra quantum tempus feudi alienati reuoca- 6
tio fieri poſſit, & debeat, poſt innumeros fere alios, longe lateque enarrat Berlichius *d parte 2. concluſionum practicabil. concluſ 60. per tot.* Harpr.

g *Conſentiant alienationi.*] Adde, quia tunc ſibi præiudicant. Commune dixi *in collect. mea commun. opin. in verbo feudum, nu. 77.* Giach.

QVÆSTIO XLIII.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Filius, penes quem eſt feudum paternum, vel emphyteuſis, an teneatur creditoribus paternis ſatisfacere de ipſo feudo, vel emphyteuſi.*

2 *Et quid ſi adiit paternam hæreditatem.*

Ex Additionibus.

1 *An, & quatenus filij debita patris ſoluere teneantur, remiſſiue.*

QVæro, nunquid a filius penes quem eſſe feudum 1
paternum, vel emphyteuſis, teneatur creditoribus paternis ſatisfacere de ipſo feudo, vel emphyteuſi? Reſp. quod ſiquidem filius paternam hæreditatem non adiit, non tenetur illis ſatisfacere. Et hoc eſt iudicio meo indubitatum.

Sed quid ſi adiit? Reſp. quod hoc caſu diſtinguen- 2
dum eſt inter feudum, vel emphyteuſin, quæ ſint hæreditaria, & inter non hæreditaria. Nam filius accipiens feudum aut emphyteuſin non hæreditariam, & ſimul etiam hæreditatem patris adiens, cum beneficio, tamen inuentarij, non tenetur vltra vires hæreditatis paternæ creditoribus ſatisfacere ex ipſo feudo, vel emphyteuſi: quia habet feudum ex pacto, & prouidentia primi acquirentis, non autem tanquam hæres. Nec aditio hæreditatis debet ei obeſſe, ex quo confectio inuentarij omnia iura ſua integra conſeruat, vt dixi *in quæſtione præcedenti, verſic. Succeſſiue,* ſecus

autem, si feudum aut emphyteusis sit hæreditaria. Nam eo casu, ex quo illam habet tanquam hæres, merito, etiamsi solemniter inuentarium confecerit, tenetur ipsis creditoribus ex ipso feudo, vel emphyteusi satisfacere. Et ita communi omnium consensu receptum esse attestatur Didac. *libro 2. resolutionum capit. 17. post nu. 14. versic. Octauo infertur.* Et hæc quidem conclusio, si intelligatur, vt procedat in feudo simpliciter, & absolute hæreditario, mihi satis placet. Nam cum tale feudum sit ad instar aliorum bonorum hæreditariorum allodialium, certum est, quod in bonis hæreditariis confectio inuentarij prodest hæredi. Sed si esset feudum non absolute hæreditarium, sed etiam ex pacto, & prouidentia primi acquirentis, teneo, quod confectio inuentarij prodest hæredi, prout etiam tenui in *quæst. præced. in allegato vers. Successiue.*

ADDITIONES.

a 1 N*Vnquid filius, penes quem est feudum paternum, vel emphyteusis, teneatur creditoribus paternis satisfacere.*] An † & quatenus filij debita patris, tam ex oneribus feudi, quam oneribus vasalli causata, soluere teneantur, post Clarum nostrum, diligenter explicant Hartman. Pistor. *quæst feud. 2. num. 39. & seq.* Mynsinger. *cent. 3. obseruat. 67.* Rosenthal. *in tract. feud. c. 7. concl. 20. n. 23. cum seq.* & Matth. Berlichius *parte 2. concl. practicab. con. 55. nu. 87. & multis sequentibus.* Harpr.

QVÆSTIO XLIV.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Feuda an possint diuidi.*
2 *Et quid de consuetudine obseruetur.*

Ex Additionibus.

1 *Feuda maiora, dignitatem regalem annexam habentia, diuidi non possunt.*
2 *Idq́; propter honorem, & vtilitatem Imperij.*
3 *Magnas familias conseruari, & cuique gentilitati suum splendorem retineri, Reipubl. interest.*
4 *Feuda dignitatum soli primogenito acquiruntur: & reliquis filiis sustentationis nomine tantum præstandum est, quantum sufficit.*
5 *Feuda, dignitatem non habentia, diuiduntur.*
6 *De consuetudine etiam feuda dignitatum diuidi possunt.*
7 *Excipitur dignitas Electoralis.*

a 1 QVæro, nunquid feudum possit a diuidi? Resp. quod feuda maiora, prout est feudum Ducatus Marchiæ, vel Comitatus, quod habet dignitatem annexam, non possunt diuidi, etiam consentientibus b consortibus. Et ita se habet b communis opinio, vt attestatur Soc. *cons. 67. post nu. 25. vers. Tertio confirmatur, libro 1. quod est duplicatum in cons. 165 libro 2.* Idem etiam dicit Soc. *cons. 678. num. 1. libro 3.* Et dicit Curt. *Iun. de feud. in 4. parte principali, in vltima caussa priuationis feudi, quæst. 39. in princ.* quod ita concludunt omnes in hoc absque disputatione. Et videtur text. *in c. 1. §. præterea Ducatus, de prohib. feud. alien. per Frider.* c Inferiora c feuda, quæ non habent dignitatem annexam, vtique diuidi possunt, vt est tex. *in d. §. præterea Ducatus,* & hoc etiamsi huiusmodi feuda inferiora sint feuda iurisdictionis. Ita tenet Speculat. *de feudis §. quoniam vers. 34.* & est communis opinio, vt dicit Socin. 2 *in allegato consil. 67. post nu. 45. vers. Septimo dato.* Et hoc videtur inductum in fauorem, & honorem Imperij, ne scilicet feuda maiora, quorum dignitatis titulus prouenit ab Imperatore, diminuantur, & ad destructionem deducantur, quæ ratio non militat in feudis inferioribus, non habentibus dignitatem annexam.

Scias tamen, quod quicquid sit de iure communiter in Italia, & in certis partibus Alemaniæ, & ceterarum Prouinciarum, omnia feuda, etiam dignitatum, præter regales diuiduntur: de qua d consuetudine attestatur d Ioan. Andr. *in addit. ad Spec. de feud. super Rubr. colu pen. vers. Non omittam.* quem refert Grat. *cons. 4. n. 29. libro 3.* Et hæc consuetudo seruanda esset, in illis tamen feudis, quæ solita essent diuidi, non autem in aliis.

ADDITIONES.

P*Ossit diuidi.*] Hic scias in diuisione feudi idem ius esse, a quod in emphyteusi, quæ irrequisito domino bene potest fieri. Magis commune ex Alexan. attestatur Rolan. *in cons. 82. nu. 47.* & dixi *in collect. mea commun. opin. in verb feudum, sub nu. 6.* vbi etiam retuli Soc. *reg. 186.* ponentem regulam negatiuam, quod feuda sint indiuidua, cum fallentiis, quas vide apud eum. *Giach.*

Possit diuidi] Feudum vt iurisd. potest diuidi, vt per Alexan. *cons. 7. libro 5.* vide Boer. *in libro consuet Bituric. titu. de feud. §. 1. & 2.* qui refert ita decreto Senatus iudicatum in caussa domini Franc. de Lade, Gastorus de Liste eius filium, contra magistrum Ioan. de Poncat. *die 29.* Nouemb. 1537. vide eundem Boer. *decis. 46.* Gouean.

Nunquid feudum possit diuidi] Receptissima opinio est; quod † feuda maiora dignitatem regalem annexam habentia 1 (cuiusmodi est feudum Ducatus, Marchiæ, Comitatus, Delphinatus, Landgrauiatus, Burggrauiatus, &c.) etiam consentientibus consortibus, diuisioni non subiaceant, per textum apertum *in c. Imperialem, 1. §. præterea ducatus, de prohib. feud. alienat per Frider. titul. 55. libro 2. F.* ibique Beluis. Isern. Bald. Laudens. Aluarott. Præposit. Rauenn. Afflictus. Schenck Baro. Hotoman. & Balzar. *n. 4. 5. & 11.* Et, præter Clarum nostrum, & ab eo relatos hic, testantur Z. *in epit. feud. part. 9. num. vlt.* Borcholtus *in Comment. in consuet. feud. cap. 7. parte 2. num. 41.* Mozz. *de diuis. feud. num. 43.* Bocerus *in tract. de iur. succed. in feud. cap. 3. q. 48.* Intrigliol. *in cent. sua feud. quæst. 39. nu. 1. & seqq.* Schrader. *in tract. feud parte 8. cap. 2. num. 39.* Henricus à Rosenthal. *in tract. feud. cap. 9. membr. 1. concl. 55.* aliique fere infiniti, ab his congesti. Ratio, cur † istiusmodi dignitatum 2 feuda diuidi nequeant, est vtilitas, fauor & honos Imperij, vt scilicet Principatus integri permaneant, ac per vnum sub regula politica commodius atque tranquillius administrentur, docente hic Claro nostro. Vnum quippe Imperij corpus, vnius animo regendum videtur: sicuti ab vno gubernatore, vna nauis, vt eleganter scribit Lipsius *libro 2. Politic. c. 2.* Schenck Baro *in c. 5. §. & quia num. 16. de his, qui feud. dar. poss.* Deinde † 3 Reipubl. interest, magnas familias conseruari, & cuique gentilitati suum splendorem retineri. Nam moderatori Reipublicæ ciuium vita proposita est: vt ea opibus firma, copiis locuples, gloria ampla, virtute honesta sit, quemadmodum scite scriptum reliquit Cicero *libro 5. de Republ.* Rudinger *libro 1. var. lection. c. 51. nu. 5. & seqq.* vbi plures rationes adducit. Prædictæ † igitur dignitates perpetua successionis scire apud 4 vnum, primogenitum nempe consistent: reliquis autem filiis natu minoribus tantum à primogenito præstandum est, quantum ad honestam vitæ sustentationem sufficiat, pro generis splendore, & facultatibus ipsius Principatus: modo tamen primogenito supersit, quo Principis dignitatem commode tueatur. Schenck Baro *in d. c. 1. §. & quia n. 17. de his, qui feud. dar. poss.* Guil. Ranchin. *in tract. de success. ab intest. §. 10. num. 4.* Rudinger. *d. cap. 51. n. 9. & 10.* Paulus Berens *disp. feud. 1. th. 36.* & nouiter B. *lib. 1. dissertat. 5.* vbi eleganter ea de re disput. *Harp.*

b *Et ita se habet communis opin.*] Adde atque de ista communi vide *in d. collect. mea nu. 67. cum duobus sequentibus.* Et dominus Soc. *d. cons. 278.* ponit quinque casus, in quibus permittitur diuisio. Nec potest vasallus etiam disponere, vt vnus filiorum habeat duas partes in feudo, alter vero tertiam, vt per Rol. *cons. 1. num. 14. vol. 3.* Item, quod feuda Ducatus, Marchionatus, & Comitatus secundum generalem consuetudinem Italiæ diuidantur, vide plenius per Rol. *cons. 80. num. 9.* alios citantem. *Giach.*

c *Inferiora feuda, quæ non habent dignitatem annexam, vtique diuidi possunt*] Feuda † inferiora, & dignitatem regalem 5 annexam non habentia, inter cohæredes diuidi posse, constat ex textu *in c. 1. §. omnes filij,* ibique Feudistæ communiter, *si de feud. defunct. content. sit int. dom. & agnat. vas. tit. 26. lib. 2. F. & d. c. 1. præterea ducatus tit. 55. lib eod.* Quam rem, post plurimos à se allegatos, plenissime explicat Henr. à Rosenth. *d. c. 9. concl. 53.* Vult. *lib. 1. de feud. c. 8. n. 36.* Harp.

d *Deinde consuetudine attestatur.*] Quod † hodie vi consue- 6 tudinis, tum apud exteros, tum præcipue apud Germanos receptæ, feuda dignitatum maiorum diuidantur, non solum ratione iurisdictionis, & administrationis, sed etiam ratione bonorum, & dominij vtilis, præter Clarum hic nostrum testes

sunt

sunt And. Gail. *lib.1. obs.153. nu.2.* Cass. *in consuet. Burgund. de feud. rubr.3. §.6. nu.11.* Tiraq. *de iure primogenit. q.4. nu.37.* Heining. God. *cons.20. nu.4.* Hartman. Hartm.2. *obser.20. in princ.* Vulteius *d.c.8. nu.36. pag.337. & seq.* Andr. Knichen. *in tract. de Sax. non prouoc. iure ad verbum, Ducum, c.3.* Goldast. *lib.1. de*
7 *maiorat. c.21. num.7.* Excipitur † tamen Electoralis dignitas, quam Imp. Carolus IV. indiuiduam esse, & ius primogenituræ in illa locum habere voluit, vt notat Gail. *loco preallég.* Rudinger. *d. lib.1. c.51. nu.12.* & Boc. *d. disput.1. th.38.* Harpr.

QVÆSTIO XLV.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Feudum an præscrib: possit.*
2 *Et an contra dominum.*
3 *Et quid inter priuatos.*
4 *Et quid si sit alienatum sine consensu domini.*

Ex Additionibus.

1 *Quæ ad feudi præscriptionem necessario requirantur.*
2 *Triginta annis feudum in quauis re, siue profana, siue ecclesiastica, præscribitur.*
3 *Lex vbi non distinguit, nec nobis distinguendum.*
4 *Res publica, & ecclesiastica, quanti temporis præscriptione acquirantur, iure communi.*
5 *Dictio, per, temporis consummationem significat.*
6 *Vasallus præscribens quo animo feudum possidere necesse habeat.*
7 *Nemo causam possessionis suæ mutare potest.*
8 *Præscriptio sine bona fide non procedit.*
9 *Possessio in præscriptione feudi qualis esse debeat.*
10 *Possessio ac tempus defuncti prodest etiam eius hæredi.*
11 *Præscriptio feudi requirit seruitium vasalli.*
12 *An feudum, sine domini, & agnatorum consensu, per vasallum alienatum, à tertio bonæ fidei emptore annis 30. præscribatur.*
13 *Feudorum alienationes nullius temporis præscriptione confirmari possunt.*
14 *Mens, & interpretatio* tit.9. §. donare, lib.2. F.
15 *Quatenus glossæ testimonio standum.*
16 *Coniecturis locus esse solet in dubiis, atque incertis, non item in claris.*
17 *Num dominus 30. annorum spacio libertatem aduersus vasallum præscribere possit.*
18 *Res qualibet ad suam naturam facile redit.*
19 *Seruitutem debens vrbanam prædij sui libertatem vsucapere potest.*
20 *Vsufructuarius quanto tempore vsumfructum acquirat, & amittat.*
21 *Eodem modo quodque dissolui debet, quo colligatum est.*

1 a QVæro, an feudum præscribi *a* possit? Hæc est intricata quæst. propterea procedendo per singulos casus, dic: Aut quæritur de præscribendo directo dominio, vel per vnum dominum contra alium, vel per priuatum contra dominum, & in hoc remitto te ad ea, quæ dixi infra *lib.7. §. præscriptio.* Aut quæritur de præscribenda concessione feudali, per priuatum contra dominum, & dico, quod si quis diuturno tempore, id est, per decennium, possedit aliquam rem, vt feudalem, præsumitur per talem cursum decennij præcessisse solemnis concessio feudalis, vt dixi supra, *qu.9. vers. Sed pone.* Aut vero quæritur de præscribendo titulo vasallagij, per dominum contra priuatum, & non sufficit cursus decennij, sed requiritur tempus 30. anni vt dixi *in alleg. quæst.19. in princ.*

2 b Si autem *b* quæritur de præscribendo vtili dominio contra dominum, puta, quia vasallus habens feudum illud alienauit & ille, in quem feudum fuit alienatum, illud possedit, nunquid si postea dominus velit recuperare feudum tanquam sibi apertum propter alienationem sine suo consensu factam, poterit iste vasallus possessor feudi opponere decursam esse præscriptionem? Respon. quod alienatio est adeo nulla, quod non potest feudum etiam longissimo tempore præscribi. Ita colligitur ex text. *in c. Imperialem, ibi, nullius temporis præscriptione, de prohibit. feud. alien. per Frideric.* vbi hoc expresse tenet And. de Isern. quem sequuntur communiter Doctor. vt ait Curt. iun. *de feud. in 4. parte. in vltima causa amissionis feud. colum. 1. vers. Prima ergo. & in l.1 in fin. verb. C. de ser. fugit.* Et licet gl. *in c.1. §. præterea in verbo, Præscriptione. de cap. Conrad.* tenuerit, quod illa verba, *Nulla præscriptione obstante*, non comprehendant præscriptionem 40. ann. tamen illa gl. communiter reprobatur, vt dicit Affl. *d. ibi nu.14. & seq.* & sic tene, quod possessor rei feudalis alienatæ, irrequisito domino, non potest illam præscribere contra dominum, nisi concurrat tempus 100. annorum Ratio est, quia possidens, cui ius commune resistit, non est audiendus, etiamsi alleget præscriptionem, nisi de legitimo titulo constet.

Sed quid inter priuatos, nunquid poterit vnus priuatus contra *c* alium præscribere vtile dominium ipsius feudi? Resp. quod sic, modo concurrant tempus 30. ann. & bona fides præscribentis. Et ad hoc pariter allegatur gl *in d. §. præterea. in verbo, Præscriptione.* Et dicit Parit. *cons. 5. nu.13. lib.1.* quod in hoc omnes Scribentes illam sequuntur. Quam etiam opin. attestatur esse communem idem Parit. *cons.27. nu.91. lib.1. & cons. 1. nu.123. eod. vol.* vbi dicit, quod ita communiter concluditur, & refert Balb. de præscript. pariter attestantem hanc esse communem opin. vt ibi per eum. 3 c

Vt vides, Doctores in hoc articulo varie loquuntur. 4
Aliqui enim intelligunt illam gl. loqui inter dominum, & priuatum, aliqui inter duos priuatos, cum tamen appareat loqui, quando priuatus opponit præscriptionem contra dominum, alias enim non posset applicari ad illum text. qui loquitur de reuocatione alienationum facienda per dominos. Quidquid sit, mihi placet hæc resolutio, quam etiam credo esse magis communem, quod scilicet contra dominum non possit vtile dominium alienatum præscribi spacio 30. nec 40. ann. sed solummodo per cursum *d* centum annorum, sed inter priuatos, quod currat præscriptio feudi interueniente bona fide, cum spacio 30 annorum, cum aliis requisitis, *in ca.1. § si quis per triginta, si de feud. defuncti, &c.* Quæ conclusio non multum haberet difficultatis, vbi feudum peruenisset in istum vasallum cum consensu domini. Secus autem si sine domini consensu. Nam cum eo casu prohibita sit omnis alienatiò, & præscriptio rei feudalis, non videtur audiendus allegans præscriptionem, siue agatur inter dominum, & priuatum, siue inter priuatos. Et ita videtur iudicasse cons. Neap. vt per Afflict. *decis.254.* Ego tamen prima facie sentio contrarium, nam illa constitutio annullans omnem alienationem, & præscriptionem rei feudalis sine consensu domini, fuit facta in fauorem domini, non autem in fauorem priuatorum, & ideo videmus, quod alienatio feudi sine consensu domini, licet sit nulla, quo ad præiudicium ipsius Domini, valet tamen in præiudicium agnatorum, nisi intra debitum tempus illam reuocauerint, vt dixi sup. *q.41.* Merito omni casu crederem teneri posse, quod inter priuatos vtile dominium feudi possit spacio 30. annorum præscribi, vt sup. dixi.

ADDITIONES.

PRæscribi possit.] Adde, & vide per Iacob. de S. Georg. *in suis q. feudalib. qu.38. nu.48.* & quæ dixi sup. qu.10. Item si quis per triginta annos tanquam vasallus, & feudatarius alicuius principis præstiterit seruitia debita pro re ab eo possessa, tale ius, seu feudum videtur præscripsisse. Text. est *in ca.1. §. si quis per triginta. si de feud. defunct.* & vide per Mari. Anguissol. *in cons.75. per totum.* Et an ex consuetudine, vel temporis diu- a

turnitate acquiratur domino ius compellendi subditos ad Roidas, siue Rosias, & similes, vide plura in materia per Ambros. Vignat. *inter consilia Feuda. diuersorum, cons. 59. octauo dubio.* Giach.

Praescribi possit.] Dominum posse praescribere aduersus vasallum tenet Bald. *in c.1.§.si quis per triginta, vers. & ista quaest. est vtilis, si de feud. conten. fit inter dom. & agn.* volens feudum ad dominum reuersum, & bona fide si contradictione vasalli possessum, posse ratione directi dominij, quod habet in feudo, praescribere titulo pro suo spacio 30.an.alle.*l.heres 2. ff. ad Treb.*Gul.de Cun.*in l.si quis emptionis,in 2 quaest.C.de praescript. 30.vel 40.an.* Gouean.

An feudum praescribi possit.] Generaliter hic addendum:
1 quod † ad feudi praescriptionem tria potissimum requirantur. Primum est, quod vasallus feudum possederit per triginta annos, *cap. vnic.§ si quis per 30. annos, si de feud. defunct. contentio,*
2 *&c tit.16 lib.2.F.* Et † quidem triginta annos ad praescribendum feudum in re qualibet, siue priuata sit, siue publica, & siue profana, siue ecclesiastica, siue item ius regale, siue non sit,
3 sufficere probabilius videtur. Tum quia † vbi textus generaliter loquitur, & non distinguit, nec nos distinguere debemus, argum.*l.3.in fi ff.de offic.praesid.l.1. §.4. ff. de offic. praefecti vrbi l. pretio 8. ff. de public. in rem act.* Tum quia licet praescribens in eiuscemodi aliqua re ius feudi acquirat: non tamen ipsam rem publicam, & ecclesiasticam, vel ipsum ius regale acquirit: sed ea res Ecclesiae, Reiue publicae manet, vt & ius regale Principis. Et ita docent Nicolaus de Neapol. *in l. fin. C. de fund. patrimonial.* Frider Schenck Baro *in d. c. vnic. §. si quis per triginta annos si de feud. defuncti content. &c.n.4.* Vulteius *lib.1. de feud. cap.9.nu 8 H. in tract.feud.cap 11 pag.312.col.2.* D Collega Bocerus *class.5.disput.17.the.15.lit.C.edit.2. & in tract.de praescript.feudi.cap.2.num.29. & seq.* Tametsi contrarium cre-
4 brioribus Doctorum calculis sit receptum: quod † nimirum feudum in rebus publicis, & ecclesiasticis non nisi 40. annorum; & in iure regali, non nisi temporis immemorialis praescriptione acquiratur: eo quod iure communi tantum temporis ad istarum rerum praescriptionem exigatur, Auth. *quas actiones.C.de sacrosanct.Eccles. Nouell.111. & Nou.131. cap. super quibusdam 26.§.praeterea extr.de verb signif.* Andr. de Isern. Praeposit. Aluarot. Laudens. & alij *in d §.si quis per triginta annos &c.* Bald.*in c. vnic. §. fin. de feud dat. in vicem leg. commiss.* Mynsinger.*cent 4.obser.29.Z.in Epit.feud part 6. n.31.* Duaren. *de feud.c.8.n.3.*Borcholt.*in Commentar.in consuetud.feud ca.7. part.3. n.8.* & alij, quos refert, & sequitur Henricus à Rosenthal. *in tractat. feud. c.6.conclus.78* Sed † & triginta illos an-
5 nos completos esse oportet: siquidem dictio, *per, in d.§. si quis per 30.annos &c* vsurpata temporis consummationem denotat, argum. *l. vrbana familia.166 §. 1.* ibique Goeddeus *nu 1. ff. de verb. signific.* Ideoque vltimus annus ceptus non habendus fuerit pro completo, argum. *l. in omnibus, 6. ff. de obligat. & actionib.* Praeposit. & Schenck. Baro *nu.1. in d. §. si quis per 30. annos, &c.* & Vulteius *d.cap 9.nu.10.*
6 Alterum, ad † feudi praescriptionem necessarium, est: quod vasallus fundum tanquam feudum possederit, per textum *in d.titul.26.§ si quis per triginta.ibi,rem aliquam vt feudum possedit.* vbi, Baldus, Aluarottus, Praepositus, & ceteri *lib.2.F.* Quia si fundus alio possideatur, siue habeatur animo, possessio ad effectum praescribendi feudi nihil prodest, per notata Francisci Balbi *in tractat de praescript.part.4. quarta princip.quaest. 11.nu.1.pag.264* Vulteij *d.lib.1.de feud.cap.9.nu.12.* & Ioannis Borcholt.*d.c.7.part.3.nu.6.* Vnde si possederit quispiam fundum iure pignoris; vt maxime cetera ad praescribendum feudum necessaria adfuerint, nihil tamen possessio triginta an-
7 norum ipsi proficiet. Tum † quod fundum possedit non animo habendi feudum, sed animo habendi pignus. Tum quod nemo possessionis suae causam mutare potest, *l 3.§. illud, 19. ff. de acquir. vel amitt. possess l.non solum 33.§.1.ff. de vsurp. & vsu-*
8 *cap.l.2.§.1.ff.* pro haerede. Tum † etiam, quod ne in feudis quidem praescriptio sine bona fide, ex dispositione iuris Canonici, in Camera Imperiali in doctrina praescriptionum approbati, procedit, *c. vlt. extr. de praescriptionib.* Mynsinger. *cent.4. obser.6.* Atque hanc, tanquam communiorem sententiam amplectuntur etiam Iacobus de Beluiso, Martinus Laudens. Nicol.de Neap. Petrus Rauenn. & Schenck Baro *in d.§ si quis per 30.annos.* Kirchouius *in thes.commun.opin.lit.F.in verb. feudi praescriptio,* & D.Bocer. *d. tract.de praescript feud.c.3.n.10.* Sane
9 † possessio illa non solum iusta, bonaque fide suffulta; sed & continua, sicque non interrupta esse debet. Quemadmodum enim possessionis continuationem ius commune exposcit, *l.3. l. si is, qui, 15. l. possessio, 20. l. nunquam, 31.§.1.l.non solum. 33. §. qui pignori, 4. ff. de vsurp. & vsucap. l. 2. C. de praescript. long. tempor. c. illud 8. in fi.c.auditis.15.extr de praescriptionib.* ita eandem quoque ius feudisticum desiderat, sicuti arguit particula illa, per, posita *in d. tit.26. §. si quis per 30. annos, lib.2. F.* vbi Bald.*n.2.*& Frideric. Schenck. *n.3.*
10 Et † quemadmodum possessio, ac tempus defuncti iure communi prodest etiam eius haeredi, *§. diutina, 12. Institut. de vsucapionib. l. Pomponius, 13. §. sed & legatario, 10. ff. de acquir. vel amit. possess. l. cum miles, 30. in princip. ff. ex quibus caus. maiores, &c. l. vnic. post medium.ibi, vt continuetur ei possessio, C. de vsucap.transform.* ita etiam idem in feudi praescriptione obtinere creditur, docente accuratius Dn. Bocero *d. tract. de praescript.feud.c.3. nu.5. & seqq.*

Tertium † praescriptionis feudi requisitum est, vt vasallus 11 domino seruitium exhibuerit, *d.tit.26.§ si quis per triginta.ibi, seruitium domino exhibuerit, lib.2. F.* Et quoniam textus dicit seruitium, & non seruitia; recte inde Doctores colligunt communiter, quod sufficiat, semel intra 30.annos vasallum domino seruitium praestitisse: nec necesse sit, vt singulis id annis exhibuerit, Andreas de Isernia, Petrus Rauennas, Laudens. Aluarott. Praeposit.& Schenck Baro *nu.6.in d.§. si quis per triginta.* Borcholt *praedicto c.7 part.3.nu.7.* Roland. a Valle *cons.3. n.79.vol.1.* Alexand.*cons.70.vol.3.* Balbus *d.tract. de praescript.4. part. quarta princ.q.12.nu.1.pag.265.* Vult. *d. lib.1. de feud. c.9. n.15.* D.Obrecht.*disp.26.th.210. & seqq.* Harprec.

b *Si autem quaeritur de praescribende vtili dominio contra dominum.*] Valde controuersa quaestio est: an † feudum, absque 12 domini agnatorumque consensu per vasallum alienatum, à tertio bonae fidei emptore triginta annis praescribatur? Quidam opinantur, bonae fidei possessorem (qui videlicet putat, domini & agnatorum consensu feudum in se alienatum esse) triginta annorum cursu tam contra dominum ipsum, quam contra agnatos feudum istud praescribere; malae vero fidei possessorem (qui nimirum scit, vasallum hoc feudum citra domini agnatorumque consensum alienare haud posse) ad praescribendum desiderare tempus immemoriale, Gloss.*in c.1. §.praeterea, de capitulis Corradi, tit.40.lib 2.F.* ibique Iacob. de Beluiso, Nicol. de Neapol. Baldus, Praeposit. Aluarottus, Petrus Rauenn. & Cuiacius. item Schraderus *in tract feud. part. 5.c.4.nu.9.* Tiraq.*lib.1.retract.§.1.gl.10. nu.9.* Ferrariens. *in forma libell. ad reuoc. feud.* Wurmbser. *obser. pract.15. tit. de feud.* Borcholt.*d Comment in consuetud.feud.c.7.part.3. nu.13.* Gail. *lib.2. obseru.160. nu 1. & 2.* eosque cum aliis referens Henricus à Rosenthal. *in synops. iuris feud. c.6. conclusio. 150. & c.9. conclus.131. ad lit.A.item in tract.feud.cap.9. membr.2. conclus. 97. num.19. sub lit. H.* Alij † ex aduerso existimant, triginta 13 annorum praescriptionem domino bona feudalia per vasallum in extraneum aliquem alienata vindicare volenti nequaquam nocere, per textum *in titul.40.§.praeterea, & tit.55.§.vnde Imperator Lotharius lib 2. & tit.83. in extraordinar. capp.* quibus in locis expressum est, feudorum alienationes nullius, ac proinde nec longissimi temporis praescriptione confirmari posse.

Cui † non obstat textus *in c 1. §. donare, vers. praescriptione 14 autem.* Qualiter olim poterat feudum alienari, *tit.9. lib.2. F.* vbi habetur, quod praescriptione triginta annorum tam sciens, quam ignorans submouebatur. Nam totus ille titulus historicam duntaxat delationem complectitur iuris veteris, non eius iuris, quod Feudista per omnia obseruari voluit, vti perspicue indicat inscriptio tituli, *qualiter olim poterat, &c.* & verba in ipso textu, *poterat olim vasallus, &c. hoc licebat ei, &c. culpa amittebat, &c nullius curia poterat, &c.* &c.&c. maxime verbum illud submouebatur. Nec ad rem pertinet, quod regeritur, rem allodialem annis triginta etiam hodie, vt feudum, plene praescribi; atque ideo videri rursum rem feudalem, vt allodialem, praescribi posse, *praedicto tit.26. §. si quis per triginta, lib.2. F.* Quia haec longe diuersa sunt, nec eadem vtrinque militat ratio. Siquidem in nostro casu (vbi scilicet feudum praescribi videtur, vt fiat allodium) Reipublicae magnum inferretur praeiudicium: propterea, quod ei periret seruitium à vasallo praestandum. At in casu *dicti § si quis per triginta,* (vbi allodium praescribitur, vt fiat feudum) non patitur Respublica damnum, sed potius percipit commodum: cum vasallus domino seruitium praestare, sicque Reipublicae prodesse teneatur. Ratio namque, quae Imperatores mouit, vt prohiberent, ne triginta annorũ lapsu feuda praescriberentur, non parua fuit. Videbant quippe Reipublicae ingens imminere detrimentũ, nisi istud prohiberetur. Vasalli etenim distractis feudis, adeoq; bonis exuti seniorũ seruitia subterfugiebant: per quod Imperij vires valde attenuari constabat, dum proceres milites suos, hoc est, vasallos, ad expeditionem Principis traducere non poterant, vt arguit textus *in c.1. de prohib. feud. alienat. per Lothar. tit.52. & c.1. de prohib. feud. alien. per Frider. tit.55. lib.2. F.*

Nihil † quoque refragatur Glossa *in d. tit.40. §. praeterea* 15 *lib.2. F.* vbi Doctores plerique autumant, glossam ordinariam in dubiis esse testem firmissimum. Primo enim glossae isti opponimus aliam glossam contrariam, ex qua satis euidenter apparet, feudo nullam, ne quidem longissimi temporis obstare praescriptionem, *in c.1.§.1.versic.quia ergo in verb per longa tempora, de inuestit.de re al.fact. tit 8. lib 2. F.* & sic glossa vna per alterã confunditur. Deinde libenter largimur, non esse firmiorem

rem teftem, quam gloffam ordinariam, quando fcilicet res anceps, & dubia eft: quoniam † in dubiis, ac in incertis, non item in claris, & certis locus effe folet coniecturis, *l. continuus, 137. §. cum ita ftipulatus, in fine, ff. de verb. oblig.* Cum ergo textus *in d. tit 40. §. præterea & d. tit. 55. §. unde Imperator, lib. 2. F. & in d. tit 83. in ca. extraordin.* pro confirmatione noftræ fententiæ fupra in medium adducti, clariffime difponant, feudum vllo tempore præfcribi non poffe: coniecturandum hic, aut diuinandum minime effe, quiuis, vel communi fenfu præditus intelligit. Neque enim à claris, & indubitatis textus verbis recedendum eft, etiamfi mille gloffæ, & Doctores contrarium teneant. Atque ita, vltra Clarum noftrum, & ab eo memoratos, hanc fententiam defendunt Francifcus Sonsbeccius *in Commentar. ad vfus feudor. part. 12. nu. 156. cum multis feqq.* Decian. *conf. 24. n. 104. vol. 1.* Vulteius *lib. 1. de feud. c. 9. nu. 20.* Rofenthal. fibi contrarius *ibid. tract. feud. c. 9. membr. conclus. 97. n. 37. cum feq* & D Bocerus *dict claff. 5. difput. 17. thef. 23. edition. 2. & dict tract. de præfcription feudor. cap. 2. n. 99. & feqq.*

17 Non † prætereunda hoc loco, & illa quæftio eft: vtrum dominus contra vafallum triginta annorum fpacio libertatem præfcribere valeat? Et merito receptum eft, quod fi dominus rei feudalis poffeffionem nactus, eam 30. annis pro allodiali, & libera, fine contradictione vafalli, feu agnati, tenuerit; vtilis dominij cum proprietate confolidationem præfcripfiffe

18 cenfeatur. Tum † quia res quælibet ad naturam fuam facile redit, *can. ab exordio, 2.* & ibi gloff. *ad litt. L dift. 35 § cum in fuo folo. 19 in fine Inftit. de rer. diuif. l. fi vnus 27. §. pactus ne peteret,* ibique Iafon *num. 5. & feqq ff. de pact. l. hac confultiffima 21. §. fi*

19 *quis autem, 3. C. de teftamentis.* Tum quia † in fimili ille, qui feruitutem debet vrbanam, prædij fui libertatem vfucapere poteft, *l. fequitur 4. §. vlt. ff de vfurpat. & vfucap. l. hac autem*

20 *iura, 6. ff de feruitutib prædior. vrbanor.* Tum † quia vfufructuarius, cui vafallus fimilis eft, *arg. tit. 23. §. vlt. lib. 2. F.* longo tempore vfumfructum acquirit, *l. vlt. in fin. C. de præfcript. longi temp.* & acquifitum non vtendo tempore eodem amittit, *l. placet 25. & l fi vfus fructus 28 ff quib mod. vfusfruct amitt l fin. C. de feruitutib & aqua.* Quare, & vafallus, qui feudum longiffimi temporis præfcriptione acquirit, acquifitum non vten-

21 do, eodem temporis curfu perdit. Nihil † quippe tam naturale eft, quam eodem modo quodque diffoluere, quo colligatum eft, *l. nihil tam naturale, 35 ff de reg. iur.* & omnia, quæ iure contrahuntur, contrario iure pereunt. *l. omnia, 100. ff eod.* Atque ifthanc fententiam fuffragiis confentientibus approbant Baldus, Præpofit Rauennas, Aluarott. *n. 5.* & Schenck Baro *n. 6. in fin. ad tit. 26. § fi quis per 30. annos lib. 2. F* Panormitan. *in c. ad audientiam 13 in fin. ext. de præf. ript.* Myníinger *cent. 4. obf. 28.* Borcholt. *in d. Comment. in confuet f ud. c. 7 part. 3. n. 11* Vulteius *d. lib. 1. de feud. c. 9. n. 17.* Rofenthal. *d. fynopfi feud c. 6. conclus. 155. & d tract. feud. c. 6. concl. 83.* Hanneton *lib. 22 feudor. c. 1.* Schneidevvin. *de feud. part. 4. n. 53.* & D. Bocer. *d. claff. 5. difput 17. th. 18. & d. tract de præfcript. feud. c 2 num 46.* & multis feqq. vbi plures vtiles quæftiones, feudi præfcriptionem concernentes, diligenter explicat. Videri quoque poterunt, quæ annotauimus *ad principium tit. Inftitut. de vfucap. n 115. & feqq.* Harprec.

c *Contra alium.*] Et iftam communem; vide etiam *in col. l. 3. mea in verbo. vafallus, n. 41.* & nu. feq. limitationem pofui, quod mala fides nulla præfcriptionem poteft validare: & *n 45.* fublimitaui alias in bona fide, quæ præfumitur propter poffeffionem longiffimam etiam fine titulo, & eo magis quando non apparet alius antiquus poffeffor, commune ex eodem Parif. *Giach.*

d *Sed folummodo curfu centum annorum.*] Adde, & vide per Rol. *in conf 5. nu. 98.* vbi non competere reftitutionem in integrum Marchioni Saluciarum, dicit, & loquitur de præfcriptione 40. annorum, vel præfcriptione immemoriali, in qua nullus Doctor in mundo reperitur, qui aliter tenuerit, nec quis fani capitis, qui auderet attentare dari reftitutionem aduerfum eam. *Giach.*

QVÆSTIO XLVI.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Feudum an imputari debeat filio in legitimam.*

2 *Et quid fi fit ex pacto, & prouidentia.*

Ex Additionibus.

1 *An, & quatenus feudum filiis in legitimam imputetur, remiffiue.*

1 QVæro, nunquid a feudum imputetur filio in legitimam? Refpond. Hæc quæftio poteft dupliciter confiderari. Primo, an filius cui feudum defertur, puta, quia ex tenore inueftituræ feudum fpectet primogenito, teneatur illud imputare in legitimam, fiue

portionem fibi contingentem ex hæreditate, feu bonis paternis. Secundo, an feudum fit computandum in bonis defuncti, quando tractatur de affignanda legitima, fiue eius fupplemento, alicui ex filiis, cui non debeatur pars feudi, an autem fit detrahendum, prout etiam detrahitur æs alienum, quod habebat defunctus. Dicunt ergo Doctores, quod fi feudum eft paternum, fcilicet acquifitum ab ipfo patre, de cuius hæreditate agitur, tenetur filius illud in legitimam imputare. Si vero feudum prouenit ab auo, tunc ex quo cenfetur quid aduentitium, non debet imputari. Et hanc conclufionem dicit effe communem Ruin. *in repet. leg. in quartam. poft num. 17. verficul. Prima conclufio ff. ad leg. Falcidiam.*

Quæ quidem conclufio de plano procedit, vbi feudum fuiffet conceffum patri fimpliciter pro fe, & hæredibus, quo cafu dicitur feudum hæreditarium, & proculdubio eft in legitimam imputandum. Et ita fentit Bart. *in l. 1. §. nec caftrenfe, nu. 6. ff de collat. bonorum,* & dicit effe communem fententiam Ripa *in d. l. in quartam. num. 178. & feq.* Sed quid fi fuerit conceffum pro 2 fe, & liberis, quo cafu dicitur abfolute ex pacto, & prouidentia? Refpond. quod nihilominus, fi eft quæfitum à patre, debet in legitimam imputari, & de eo debetur legitima, fecundum magis communem opin. vt atteftatur Alexand. *conf. 29. poft num. 4 lib. 5.* dicens, quod ita etiam eft de mente Bart. *in d. §. nec caftrenfe, fi bene aduertatur.* Et ratio eft: nam cum feudum acquifitum à patre dicebatur feudum nouum, & fic de eo pater libere difponere poterat, etiam in extraneum, fiue effet quæfitum pro fe, & hæredibus, fiue pro fe, & filiis, vt dixi fupra *quæft. 41. verf. Et hac quidem.* merito filij illud habere dicuntur beneficio paterno, & fic debent illud in legitimam imputare. Qua ratione etiam dicendum eft, quod fi effet feudum fimpliciter, & abfolute hæreditarium, puta, quia effet quæfitum pro fe, & hæredibus quibufcunque vel pro fe, & quibus dederit, effet proculdubio imputandum in legitimam, & de eo detrahenda legitima, quia de huiufmodi feudo dicatur, vt de cæteris rebus hæreditariis, & allodialibus, vt fæpe dixi, & hoc fiue effet quæfitum à patre, fiue ab auo, vel etiam fuperiori afcendente: quia in vtroque cafu militat eadem ratio.

ADDITIONES.

NVnquid feudum imputetur filio in legitimam.] An, † & quatenus feudum in legitimam filiis imputetur, poft Clarum noftrum, & alios complures ab ipfo recitatos, lariffime declarant Hartmannus Piftoris *in quæftionibus iur. lib. 2. part. 2. qu. 38.* Ludolph. Schrader. *in tract. feud. part. 7. c. 5. nu 43. cum feqq.* & Henricus à Rofenthal. *in tract. feud. c. 7. concl. 13.* Harprec.

QVÆSTIO XLVII.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Vafallus an poffit incidere arbores fructiferas in fundo feudali.*

Ex Additionibus.

1 *An, & quatenus vafallus arbores fructiferas incidens feudo cadat.*

2 *Vafallus alias arbores in locum fuccifarum fubftituens feudum non amittit.*

QVæro, nunquid vafallus poffit incidere arbores 1 fructiferas in fundo feudali? Refpond. quod a non. Ita tenet Bart. *in l. diuortio, § fundum. in fin. verbis. ff. folut. matr.* Et cum Bartol. tenent omnes antiqui, & moder. vt dicit Iaf. *in d. §. fundum poft num. 5. verf. Circa*

secundam. Licet enim vasallus sit dominus vtilis rei feudalis, non tamen est absolute, & irreuocabiliter dominus, quia post mortem tenetur feudum restituere successori, qui ex tenore inuestituræ vocatus est ad feudum. Et hinc infero, quod in casu, in quo vasallus posset absolute de feudo disponere, puta, quia feudum esset absolute, & simpliciter hæreditarium, vel quia esset feudum nouum, posset etiam incidere arbores fructiferas. Nam cui licet, quod est plus, multo magis licere debet, quod est minus. Et hæc omnia intellige, quantum ad præiudicium filiorum, vel agnatorum, qui successuri essent in feudo. Sed quoad præiudicium domini directi, caueat vasallus ne male versetur in re feudali, quia ex ea causa poterit feudo priuari, vt dixi infra *quæst*. 36.

ADDITIONES.

a INcidere arbores fructiferas.] Vide plene per Tiraq. *de retract. conuentio. §. 5. gl. 1. num. 25. vsque ad fin. per tot.* & commune per Roland. *in consil. 49. num. 9. vol. 4.* & dixi *in collecta mea commun. opin. in verbo. vasallus, n. 7.* vbi ampliaui, & limitaui. *Giach.*

Nunquid vasallus possit incidere arbores fructiferas.] Quod
1 † vasallus arbores fructiferas incidens feudo cadat; ita tamen, si eo ipso feudum notabiliter, & insigniter deterioretur, post Clarum nostrum, & alios, tradit prolixe Henricus à Ro-
2 senthal. *in tract. feud. c. 10. con: lus. 13. num. 3. & seqq.* Si † tamen vasallus alias arbores in locum succisarum substituat; cum feudum non amittere verius putatur, argum. *l. agri, 18. ff. de vsufruct.* Paul. de Castro, Alexander, & Ias. *in l. fructus 7. §. si fundum, ff soluto matrim.* Schrader. *in tract. feud. part. 9. c. 6. nu. 71* quos refert, & sequitur Dn. Collega Bocer. *class. 5. disp. 20. th. 67.* Harprec.

QVÆSTIO XLVIII.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Vasallus committens adulterium cum vxore domini priuatur feudo.*

2 *Et quid si post mortem domini cum ipsa vidua stuprum committat*, ibid.

Ex Additionibus.

1 *Vtrum vasallus cum vidua domini defuncti stuprum committens feudo suo mulctetur.*

2 *Vasallus feudum perdit, si cum vxore domini viuentis concubuerit.*

3 *Ablatiuorum absolutorum natura, & proprietas.*

4 *Conditione deficiente deficit etiam dispositio.*

5 *Vasallus grauem iniuriam domino inferens feudo priuatur.*

6 *Patrono tam viuo, quam mortuo semper reuerentia exhibenda.*

7 *Ratio diuersitatis, cur facilius legatarius legato, quam vasallus feudo priuetur.*

8 *Vasallus intra luctus tempora viduam domini vitians feudum amittit.*

1 TV scis, quod vasallus committens adulterium cum vxore domini directi priuatur feudo. Text. est ex-
2 pressus *in c. 1. §. 1. quib. mod. feud. amit.* Quæro, quid si
a post mortem domini committat stuprum a cum eius vxore vidua, an pariter sit feudo priuandus? Respon. quod sic. Ita tenet Andr. de Iser. *in d. §. 1.* & est magis communis opin. vt dicit Ioan. Garo. *in l. 1. C. de secund. nupt. in text. num* 61. Videtur enim ipsa adhuc esse in primo matrimonio. Præterea dicunt Doctores, quod si transisset ad secunda vota, & vasallus cum ea coiret, non caderet à feudo: cessat enim eo casu ratio reuerentiæ, quam vasallus domino præstare tenetur.

ADDITIONES.

STuprum.] Item, quod vasallus feudum amittat, si cum a
vxore domini siue viui, siue mortui concubuerit, commune dicit Osasc. *dec. 77. nu. 17.* Idem si commiserit stuprum cum relicta domini: magis commune vide, & limita per Roland. *consil. 86. n. 40. vol 2.* Et de istis duabus dixi *in collect. mea commun. opin. verbo, vasallus item stuprum.* Quid si committat incestum, quod perdat feudum, mox dixi. Adde, & vide per Bald. *in l. 1. ff. de rerum diuis.* vbi etiam licet Papa dispenset quo ad matrimonium: tamen vasallus haud recuperabit feudum per allegata ibi per eum, cuius quæstionem reassumit Bald. sequens Iacobin. de S. Georgio *in suis quæstionibus feudalibus. q. 17. & nu 15.* Quid si se commiscuerit cum concubina domini? Item, quid si cognouerit pedissequam domini? vide per eundem Iacobin. *de feud. in vers. q. quidem inuestiti, nu. 19 & 20.* Et quibus causis debeat vasallus feudo priuari? vide ibid. per totum. *Giach.*

Stuprum.] Fallit si nesciat eam esse vxorem domini sui, quia non priuatur feudo, vt per Alex. *in ad. ad Bart. in l. item apud §. si quis virgines, ff de iniur.* Goucan.

Quid si post mortem domini committat stuprum cum eius vxore vidua.] Ardua quæstio est: vtrum † vasallus, cum vidua do- 1
mini defuncti stuprum committens, feudo suo mulctetur? Et mulctari, communiter Feudistæ affirmant, Andr. de Isern. Nicol. de Neapol. Matth. de Afflict Aluarott. & Præposit. *in c. 1. §. item si fidelis, quib. mod. feud. amitt lib. 1. tit. 5. F.* Clarus noster hic, & infra *lib. 5 sent § stuprum, n. 8.* Curt. Iunior. *in tract feud. in 4. parte principal. nu. 10. vers secundo casu. &c.* Ioan. de Garronib. *in l. 1 nu. 35. C de secund. nupt.* Tiraq. *in tract. de nobilitate, c. 18. nu. 9.* Schrader. *in tract. feud. c. 10. concl. 55. & tract feud. ca. 10. concl. 27. nu. 3. & seqq.* aliique ab his laudati. Sed † con- 2
traria sententia veritati magis consona videtur, per textum *in c. 1. § fin. de feudo sine culpa non amitt.* vbi diserte dicitur, vasallum beneficium suum amittere, si concubuerit cum vxore domini sui, domino viuente. Quibus posterioribus verbis, domino viuente, apertissime ostenditur, vasallum, qui vxorem domini stupro maculat, ita demum beneficio suo priuari, si domino viuente, non autem si eo mortuo istud admiserit. Nam † verba hæc, *viuente domino*, sunt duo ablatiui ab- 3
soluti, quorum eam naturam esse omnibus in confesso est, vt conditionem inducant, siue conditionalem dispositionem faciant, *l. ab emptione. 58. ff. de pact. l. creditor, 13. in princ. ff qui potior. in pign. vel hypoth. hab. l. euictis agris, & l. lite contestata, 35. ff. de vsur. l. fructus 7. §. diuortio facto. ff solut. matr. l. acceptis 93. ff. ad l. Falc. facta. 63. §. rescripto ff. ad SC. Trebell.* Gomes. *to. 1. var. resol. c. 81. nu. 4. vers. quartus effectus, &c.* Atqui † condi- 4
tione deficiente, deficit etiam dispositio, *l. hac venditio, 7. in princ. ff de contrah. empt. l. necessario, 8. ff. de peric. & commod. rei vend. l. legata 41. & l. qui hæredi, 44. in fin. ff de condit & demonstr.* Crauet. *cons. 170. n. 8.* Atque huic suffragantur sententiæ Bald. *in d. c. 1. § fin. de feud sine culp. non amitt.* Schenck Baro *ad d. tit. 5. § item si fidelis, lib. 1 F.* Eguinarius Baro *lib. 3. de benef c. 3.* Vulteius *lib. 1. de feud. c. 11. nu 31. vers quid de vidua, &c.* D. Bocer. *class. 5. disp. 20. th. 50. lit. C. edit. 2.* Niellius *disput feud. 8. th. 5. lit. B.* Gothofredus Anton. *disput feud 11. th. 5. ad lit. B.* Arithmæus *disp. 9. Collegy criminal. th. 6. ad lit. D. circa finem,* & nouissime H. *in tract. feud. c. 14. pag. 385.*

Non † obstat, quod vasallus grauem offensionem, siue iniu- 5
riam domino suo inferens, feudo sit priuandus, *tit. 23. in princ. vers. de illa tamen ibi, egregia ingratitudinis causa, tit. 24. §. præterea, § item si delator, & § denique vers si vero, lib. 2. F.* Ad hoc enim, vt vasallus feudo priuetur ob iniuriam domino illatam, necesse est, istam iniuriam domino viuenti esse factam. Ast in proposita quæstione iniuria mortuo iam domino est irrogata; quam longe leuiorem esse, quam si viuenti imposita fuisset, certum est: Tum quia facile obliteratur, & extinguitur: tum quia nullo doloris sensu à defuncto percipitur: tum denique quia vasallus, domino mortuo, alium confestim dominum habet, defuncti scilicet successorem: vt huic tantum, non etiam amplius defuncto domino fidem debeat. Quamobrem placitis feudalibus decisum est, vasallum stuprando vxorem domini viuentis, iniuriam ei fecisse grauiorem, quam si viduam domini defuncti stupro violasset: & propterea priore casu, non vero posteriore, feudo priuandum esse.

Nihil item obstat, † quod semper reuerentia patrono ex- 6
hibenda est, tam viuo, quam mortuo, *l. apud Celsum. 4. §. aduersus parentes, vers. semper enim ff de doli mali, & met. except.* & quod libertus, cui legatum, aut fideicommissum patroni testamento relictum est, quasi indignus eo carere iubetur, si patronum suum post mortem eius, quasi illicitæ mercis negotiatorem detulerit, *l. 1. ff. de his, quæ vt indignis auferunt.* Aliud namque vtrumque, quod his legibus affertur, respicit duntaxat probrosum patroni factū, quod libertus, ne mortuo quidem patrono, manifestare debent: ne, eo detecto, ei, à mortuus

patronus

patronus infamiæ macula notetur. At defuncti domini viduam stupro contaminare, non est turpe aliquod eius factum manifestare; neque inde vlla infamia ad ipsum defunctum dominum redundat. Adhæc ingratitudo, quæ ex dictis legibus colligitur, indignum quidem legatarium legato, vel fideicommisso, à testatore sibi relicto, reddit: verum illud ad beneficium feudale porrigendum non est, vt ob easdem omnes causas, propter quas legatarius legato priuatur, etiam vasallus de feudo exui debeat: cum grauior ingratitudinis causa ad priuationem feudi, quam ad priuationem legati requiratur.
7 Ratio † differentiæ, cur facilius legatarius legato, quam vasallus feudo propter ingratitudinem priuetur, hæc est: quia legatum mere est lucrosum, & gratuitum: Feudum autem, quamuis beneficium sit, *tit.23.circa finem, lib.2.F.* attamen non mere gratuitum censetur: quoniam vasallus pro feudo accepto ad seruitia militaria, aliaque multa onera, domino obligatur, per text. *in c.vnic. vers. & si contigerit de noua form fidelit. & in c.vnic.in princ.hic finitur lex.tit.28.l 2.F.* Borcholt. *in Comment.de consuet.feud.c.1.n.22. & seqq.*

8 Enimuero † vasallum, qui intra luctus tempora viduam domini vitiat, dignum esse amissione feudi, rectè statuitur. Tum quia vidua, quæ intra luctus tempus alium veneris causa marem admittit, suspicionem de se mouet adulterij, viuo marito cum altero illo mare commissi *Nouell.39. c.2. vers. si enim illas, &c.* Tum quia mas, qui intra luctus tempus cum vidua concumbit, occasionem præbet turbando sanguini defuncti mariti, *l. liberorum,11.§.1.in fine, ff de his qui not. infam.* Atque hisce rationibus moti, hanc sententiam tuentur Rol. à Valle, *consil.86.nu.40. & 47.vol.2.* Borcholt. *d.Comment.in consuet feud cap.8. n.97.* hosque laudans D.Bocer. *prædicta class.5. disp.20. th.57.* Harprec.

QVÆSTIO XLIX.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Vasallus tenetur infra annum, & diem à morte domini petere renouationem inuestituræ.*
2 *Et quid in militibus vasallis.*
3 *Et an hoc tempus currat à die scientiæ.*
4 *Et an currat impuberi.*
5 *Et an minor aduersus lapsum huius termini possit petere restitutionem in integrum.*
6 *Et an requiratur sententia declaratoria.*
7 *Et quid si dominus inuestituram concedere noluerit.*
8 *Et quid si vasallus eo tempore non possidebat feudum.*
9 *Et an vasallus possit purgare moram.*
10 *Et quid si dominus post annum, & mensem recepit vasallum ad solita seruitia an censeatur illi remisisse.*
11 *Et quid si dominus reliquerit plures hæredes an teneatur vasallus ab omnibus petere inuestituram.*
12 *Et an ille, qui prius habebat partem feudi, si aliam acquirat, teneatur pro ea nouam inuestituram petere.*
13 *Et an iuramentum fidelitatis possit præstari per procuratorem.*

Ex Additionibus.

1 *Quando inuestitura sit petenda in feudo nouo.*
2 *Vasallus, tribus vicibus ad accipiendum nouam inuestituram citatus, si non venerit, dominus ipsum inuestire amplius non cogitur.*
3 *Inuestitura feudi veteris intra quod tempus petenda.*
4 *Militi vasallo ad petendam renouationem inuestituræ annus & mensis competit.*
5 *Ex quo tempore vasallo currat tempus petendæ inuestituræ.*
6 *Et quando currat pupillis.*
7 *Et quid, si dominus intra legitimum tempus inuestire vasallum nolit.*
8 *Et quid, si vasallus feudum non possideat.*
9 *An, & quatenus vasallus moram purgare queat.*
10 *Et quid, si dominus, post incursam caducitatem, ad seruitia solita receperit.*
11 *Et quid, si dominus reliquerit plures hæredes, an teneatur vasallus ab omnibus inuestituram petere, remissiue.*
12 *An, & quatenus iuramentum fidelitatis per procuratorem præstari possit, remissiue.*

Iul. Clar. Sentent. Pract. Ciuil.

Mortuo domino tenetur vasallus intra annum, & 1
diem à morte ipsius domini petere ab eius successore *a* renouationem inuestituræ, & debitum fideli- a
tatis iuramentum exhibere, alias priuatur *b* feudo. Itē- b
que si domino superstite vasallus moriatur, tenetur eius filius intra dictum tempus idem facere, alias cadit à feudo. Text. est expressus, *in c.1. in princip. quæ fue. pri. causa benef. amit.* & est communis conclusio, vt dicit Curt.iun. *de feud.in 4 parte, in 23 causa amiss.feud.* Quæ tamen non seruatur in hoc Ducatu Mediolani, vt ibi. Ratio autem huius conclusionis est secundum communiter Scribentes, vt dicit Cur. ibi: quia petere inuestituram, est signum deuotionis, & reuerentiæ, quam vasallus domino debet. Ego vero alia ratione dicebam illud fuisse introductum, quia scilicet vinculum iuramenti non transit ad hæredes, neque egreditur personam iurantis, ideo hæc renouatio iuramenti, & recognitionis fuit necessaria, ad hoc, vt specialius, & magis efficaciter ex proprio iuramento filius domino obligaretur. Nam licet vasallus mortuus iurasset fidelitatem pro se, & successoribus suis adhuc est necessaria renouatio iuramenti fidelitatis. Et ita tenent communiter Canon. vt dicit Curt.iun. *in d. 4. parte, 24. causa priuationis, vers. Secundo extende.* Sic etiam respectu successoris in directo dominio, nisi specialiter præstetur iuramentum domino, & eius successoribus, non obligatur vasallus successori, nisi renouetur iuramentum. Bene verum est, quod si iuramentum fuisset præstitum domino, & successoribus, non esset necessaria renouatio iuramenti, sed bene esset renouanda inuestitura in signum recognitionis, vt scilicet vasallus agnoscat illum in dominum, & iste illum in vasallum. Ratio autem, cur præfixum sit tempus anni, & diei; non autem maius, nec minus tempus, nulla potest (iudicio meo) melior assignari, quam quia ita moribus receptum est.

Intellige tamen illud, quod dictum est de termino 2
anni, & diei, quia locum habet solummodo in priuatis vasallis. Milites *c* autem vasalli habent annum, & men- c
sem. Text. est expressus *in cap.1. quo tempore miles.* Et ita concludunt omnes Scribentes, vt dicit Curt. *in d.23. causa vers. Tertio limitanda.* Et dicit Alua. *in d. c.1. post n.7 vers. Oppo.cum gl.4.* quod ita tenent Doctores communiter omnes.

Scias etiam quod hoc tempus *d* non incipit curre- 3
re, nisi à die scientiæ probabilis. Ita tenet gl. *in d.c.1. in d gl.2. quo tempore miles,* quam omnes sequuntur, vt dicit Molin. *in consue. Paris. feud.§ 1.gl.7. n 4.* & sic iste annus à principio est vtilis, & post scientiam continuus. Addit etiam Molin. quod non currit, nisi à die hæreditatis aditæ, sed hoc gl. illa non dicit, neque credo, quod sit verum, licet multi hoc teneant, maxime si essemus in feudo, quod agnatus, vel etiam filius posset habere, etiamsi non esset hæres vasalli vltimo loco defuncti, propterea ego dicerem, hunc annum, & diem esse computandum a die, quo vasallus adeptus est possessionem ipsius rei feudalis, & probabiliter sciuit, vel scire potuit ipsam rem esse feudalem: & nisi hæc duo concurrerent, facile eum excusarem ab amissione feudi, ob non petitam inuestituram.

Item scias, quod hoc tempus non currat impuberi 4
e text. est in c. si minori, secundum communem intel- e
lectum, si de feudo defuncti, &c. & sic requiritur, quod vasallus sit maior 14 an. Sed quid in fœmina, nunquid hoc tempus illi currere incipiet statim post pubertatem, & sic post 12 annum? Resp. quod non: sed solum post 14. annum, sicut in masculo. Ita dicit Bald. *in c.Imperialem, §. præterea, si quis, nu.2. de prohib. feud. alien. per Frid.* cuius opin. sequuntur ceteri Scribentes, vt ait Iac. *de feud. in verbo, Qui quidem inuestit. n.43.* Debet enim latior fieri interpretatio, vbi agitur de euitanda pœna priuationis.

5 f Sed quæro, pone, quod vasallus f minor 25. annis, non petierit huiusmodi renouationem inuestituræ in- g tra tempus debitum, nunquid poterit petere g restitutionem in integrum aduersus lapsum huius termini, à lege præfixi? Resp. quod sic. Ita tenet gl. *in d. §. præterea, si quis. in verbo, Anni.* & est communis opinio, vt attestatur Brunus *cons. feud.* 100. *nu.* 1. & dicit Molin. *in consuet. Paris. feud. §.* 1. *gl.* 7. *n.* 2. quod ita tenent omnes.

6 Item quæro, an ex hac causa non petitæ renouationis inuestituræ, vasallus cadat ipso iure à feudo, an au- h tem requiratur sententia h declaratoria? Resp. quod requiritur sententia. Ita tenet Paul. de Castr. *cons* 84. *nu.* 3. *lib.* 2. Et dicit Curt. iun. *cons.* 242. *nu.* 11. quod ita tenent communiter Feudistæ. Hanc etiam opin. dicit esse magis communem Soc. iun. *consil.* 115. *num.* 22. *lib.* 2. Guid. Papæ. *cons.* 58. *num* 14. *in fin.* vide quæ dixi infra *quæst.* 62.

7 Sed quid si vasallus intra debitum tempus petierit à domino renouationem inuestituræ, dominus autem i i illam facere noluerit, nunquid hoc oberit vasallo? Respond. quod non. Ita tenet gl. *in c.* 1. *in gl. in fi. vers. Quid ergo.* per quos fiat inuestitura. vbi plus dicit, quod forte dominus propter hoc priuabitur proprietate feudi. Et hanc opin. quod dominus hoc casu priuetur k feudi proprietate, k omnes sequuntur, vt dicit Guid. Papæ *decis.* 68. *nu.* 2. Dicit etiam Iac. *de feud. in verbo, Qui quidem inuestiti post nu.* 40. quod hæc est commu- l nis l conclusio, quæ tamen mihi videtur nimis rigorosa, tanto magis, cum pœna priuationis, secundum communes regulas, non debeat imponi, nisi in casibus à iure expressis.

8 Item quid si forte vasallus intra dictum tempus an- m ni, & diei non m possideat feudum, an si non petierit inuestituram, erit nihilominus feudo priuandus? Resp. n quod n non. Ita determinat Guliel. de Arimin. *in l. solemnibus, C. de rei vend.* quem sequuntur communiter Scribentes, vt ait Curt. iun. *in d.* 23. *causa, vers. Septimo limitanda.* Et pro hac opin. videtur facere text. *in c.* 1. per quos fiat inuestit. qui expresse loquitur in possidente. Vide tamen, quæ dixi supra *q.* 81. *vers. Quæ autem.*

9 Sed nunquid vasallus, qui per annum, & diem fuit negligens in petenda renouatione inuestituræ, poterit o o breui tempore purgare moram, ad exemplum emphyteutæ? Resp. quod non. Ita tenet Bald. *in d. cap.* 1. *in princ. num.* 3. quo tempore miles. cuius opin. ceteri sequuntur, vt dicit Iacob. *in verbo, Qui quidem inuestiti, nu.* 37. Ego tamen, si casus contingeret, facile inclinarem in contrariam partem, quæ est æquior, & ex qua- p cunque causa excusationis admitterem p vasallum ad purgandam hanc moram intra breue tempus, non obstantibus argumentis, quibus Bald. mouetur, ad quæ scilicet posset responderi, tanto magis præsupposito, quod pœna priuationis hoc casu non incurratur ipso iure, sed requiratur sententia, vt dixi supra *vers. Item quæro.*

10 Sed pone, quod dominus post annum, & mensem, q recipit q vasallum ad solita seruitia, & secundum vsum r consuetum, nunquid censebitur illi remisisse r hanc quasi ingratitudinem? Resp. quod sic. Ita tenet gl. *in d. c.* 1. *in verbo, Et mensem, & in gl. fin. quo tempo. miles.* & ita tenent communiter Doctores, vt attestatur Aluar. *in eod. c. col.* 4 quem refert Curt. iun. *in d.* 23. *causa. vers. Sexto limitatur & in d. cons.* 142. *n.* 14. Hanc etiam gl. dicit esse communiter approbatam Alexan. *cons.* 14. *post n.* 10. *vers. Ergo quæstio. em, lib* 2. Socin *cons.* 67 *post n* 19. *vers. Sexto ita. lib.* 3. Et hanc opin. dicit esse communem Soc. iun. *in d. cons.* 115. *nu.* 12. *lib.* 2. Videtur enim dominus illum recipiendo vt vasallum, tacite iuri suo renunciasse.

11 Quæro nunc in proposito huius materiæ. Pone: dominus feudi decessit relictis pluribus hæredibus, nunquid tenetur vasallus ab omnibus petere inuestituram, & omnibus f præstare iuramentum fidelitatis? Resp. f in hoc articulo variæ fuerunt opiniones. Nam gl. *in l si cuius. §.* 1. *qui in libro meo non est. §. sed lex. incipiens. si vsusfructus. in verb. Oportere, ff. de vsufructu.* tenet, quod omnibus hæredibus domini faciendum sit iuramentum fidelitatis. Et hanc opin. dicit esse communem Zas. *de feud. in* 7. *parte, vers. Ceterum si dominus.* dicens, quod illam cum Pyleo tenet gl. *in cap.* 1. *§. omnes filij. si de feud. defuncti, &c.* Sed in hoc iudicio meo fallitur, quinimo gloss. *in d. §. omnes, in fin.* residet in alia opin. quod scilicet non teneatur facere fidelitatem nisi vni, quam dicit esse communem Albe. *in d. l. si cuius. in princ. vers. vlt.* Et hanc sententiam, quod non teneatur nisi vni iurare, & quod sit in electione vasalli, cui iuret, dicit Aret. *in l.* 1. *§. ex his. in* 2. *notabili ff. de verbor. oblig.* quod sequeremur in practica, quia est communis, quem refert, & dicit esse magnum verbum Ias. *in l. de pupillo. §. si plurium, n* 6 *ff de oper. nou. nunc.* Dicit t etiam Iacob. *in verbo, Qui quidem inuestiti. n.* 81. quod hæc sententia, t quod vni tantum ex pluribus hæredibus sit præstandũ iuramentum fidelitatis, tanquam magis communis seruatur in practica. Hanc etiam dicit esse communem Apostil. ad Dec. *in l. ea quæ in partes, ff. de reg. iur.* Et dicit Molin. *in consuet. feud. §.* 2. *gl.* 4. *nu.* 35. *in fin.* quod ita obseruamus. Et ita etiam seruari in specie apud Germanos attestatur Zas. *in loco supr. alleg.* Ego semper vidi seruari, quod vasallus vnum tantum habet dominum, neque plures habere cogi potest, vt dicitur *in tex. in c. Imperialem. § præterea ducatus. de prohib. feud. alien. per Fred.* quia vt plurimum illi domini supremi, vel vnum ex pluribus filiis relinquunt hæredem in eorum titulo supremo, & iure superioritatis: vel si plures relinquunt, adiudicant singulis suas prouincias, vel ciuitates, cum iure superioritatis eis spectante, occasione illius prouinciæ, vel ciuitatis, ita quod quilibet eorum vasallus habiturus est suum certum dominum, & nunquam vidi plures hæredes possidere tale ius superioritatis pro indiuiso; si tamen casus contingeret, credo, quod posset vasallus ab eis petere, quod vnus tantum ex ipsis sibi assignaretur in dominum, & si id non facerent, posset deinde ipse, quem mallet ex eis sibi in dominum eligere, & ei iurare, iuxta communem opinionem, de qua supra. Sed quod ipse, nulla præcedente requisitione, possit vnum ex pluribus quem ipse malit, eligere, non credo esse in iure verum, neque seruari in practica, saltem in istis regionibus; tamen vbi ita seruaretur, non esset recedendum à communi obseruantia.

Præterea quæro, pone, quod vnus agnatus trans- 12 fert partem suam feudi antiqui in alium agnatum habentem partem eiusdem feudi, nunquid iste tenebitur à domino petere inuestituram pro ea parte, quam de nouo acquisiuit? Resp. aut iste agnatus acquirit portionem alterius agnati per ius accrescendi, puta, quia agnatus nondum agnita sua portione decessit, vel ob non petitam intra debitum tempus inuestituram illam amisit: & hoc casu non tenetur pro ista ratione facere se inuestiri. Ex quo enim est potius augmentum, quam noua portio: idem iudicari debet de augmento, quod de principali. Aut vero isti duo agnati iam receperant à domino inuestituram de eorum portionibus & præstiterant domino iuramentum fidelitatis, & hoc casu acquirens partem consocij tenetur infra annum, & diem pro ea petere nouam inuestituram: est enim noua portio, & ideo pro illa etiam est præstandum iuramentum fidelitatis. Et hæc distinctio traditur communiter per Scribentes, vt dicit Curt. iun. *in d.* 4. *part. in vltim. causa amissionis feudi, in* 3. *regul. col.* 3. *vers. Circa hanc tertiam.* Quæ quidem mihi placet, quantum

quantum ad hoc, vt vasallus post factum excusaretur, sed ante factum consulerem, quod vasallus, qui pro parte tantum fuisset à domino recognitus, & pro ea iurasset, quomodocunque ei noua portio deferretur, pro ea procuraret tempore debito recognosci, & inuestiri, & offerret nouum fidelitatis iuramentum pro ea domino præstare.

13 Successiue quæro, an iuramentum fidelitatis possit u præstari domino à vasallo per u procuratorem? Resp. x quod x sic. Ita tenet Bald. *in cap.1.§. primo, n.6. quo tempore miles.* & est magis cōmunis opinio, vt dicit Iacob. *in verbo, Qui quidem inuestiti, n.10.* Quam ego etiam sequor, dummodo iste procurator habeat ad hoc speciale mandatum ab ipso vasallo, prout est de mente omnium Scribentium in hac materia, & prout etiam dicit esse magis communem opinionem Iacob. *in d. verbo, Qui quidem inuestiti. n.22. in fi.* Et ita vbique obseruatur.

ADDITIONES.

a PEtere ab eius successore renouationem inuestituræ.] Cum
1 tempus † petendæ nouæ inuestituræ placitis feudalibus definitum non sit: poterit dominus pro commodo, & arbitrio suo diem dandæ inuestituræ vasallo nouo constituere: ad quem vasallus citatus comparere, & petere hanc inuestituram, & accipere tenetur.
2 Quid † si tribus vicibus, inter singulas septem, aut decem dierum spacio interposito, citatus non venerit: dominus eum inuestire amplius non cogitur, per textum *in tit.24.§. est & alia ingratitudo.* ibique Iacob. de Beluisio, Aluarott. Bald. Schenck Baro, & alij *iuncto tit.22. in princip. lib.2.F.* Wesenbec. *de feud. c.8. nu 2.* Borcholt *in Commentar. in consuetud. feud. cap.7. nu.29.* Henricus à Rosenthal. *in tractat. feud. cap 6. conclus.43.* Sonsbecc. *in Commentar. in vsus feud. part.11. n.5. & 6.* Nicolaus Mozz. *de substant. feud. n.53.* D. Bocer. *class 5. disput.16. thes. vltim. edit.2. & in tract. de inuestitura feudi, c. vltim. nu.1. & 2.*
3 Ceterum † tempus petendæ inuestituræ feudi antiqui scitis feudalibus expressum est. Quoties enim, vel domini, vel vasalli persona mutatur: necesse habet vasallus, vel eius successor, à domino, vel eius successore, intra annum, & diem, sub pœna priuationis feudi, inuestituræ renouationem petere, *d. titul.24. in pr. tit.40. in princ. tit.52. §. vlt. & tit.55. in princ. vers. præterea si quis lib.2.F.* Et notant præter Clarum nostrum, D Bocer. *d. tract. de inuestit. feud. c. vlt. nu.6.* Hanneton *lib 3. de feud. c.1.* Vulteius *lib.1. de feud c.7. n.61.* Syluanus *de feudi recognit. q.7. n.1.* Duaren. *de feud. c.14. nu.2. & 3.* Schrader. *in tract. feud part.9. c.1 nu 2.* Menoch. *cons.1. num.42. vol.1,* Rosenthal *d. tract. feud. c.6. conclusion.30. n.1.* aliique plurimi ab eo cumulatim adducti. *Harprec.*

b *Priuatur feudo.*] Hic cadunt septem pulcherrimæ dubitationes. Prima, An vasallus non possidens, si renouationem inuestituræ haud petierit, feudo priuari debeat? vide Iac. *eod. tract. verbo, qui quidem inuestiti, n.32.* Secunda est, an ignorans rem esse feudalem veniat feudo priuandus, si intra annum, & diem inuestituram non petat? vide per eund. *ibid. n.41.* Tertia est, si vasallus, qui debebat petere renouationē inuestituræ, decessit intra tempus anni, & diei, forsitan in nono mēse, vtrum successor illius habebit integrum annum, & diem ad petendum renouationem; an autem solum illud tempus, quod superetat defuncto? vide ibid. *n.34.* vbi distinguit, & vera est sua distinctio, & rationes per eum allegatæ concludunt. Quarta est, sub qua forma debeat vasallus petere à domino renouationem inuestituræ, & an debeat offerre fidelitatem? *n.39.* Quinta est, vtrum vasallus intra tempus statutum ad petendum renouationem inuestituræ teneatur præstare seruitium domino: & si interim non præstet, vel offendat dominum, feudo priuetur? vide ibid *nu.44.* Sexta est, quid si adfuit filius præteritus? vide *n.45.* Septima est, An vasallo non petente inuestiri feudum deuoluatur ad ipsius vasalli agnatos, an vero ad feudi dominum? vide per eund. *ibid. n.36.* Giach.

c *Milites autem.*] Vide etiam per Iac. vbi supra *nu.33.* fusius, ibique dicit se habuisse de facto. Item vasallus haud tenetur petere inuestituram à domino directo minore carente curatore, per Afflict. *in c.1. §. sancimus, sub nu.66. quo temp. mil.* & per Rol. *cons.64. n.26.* Giach.

Milites autem vasalli habent annum, & mensem.] Quod †
4 vasallo militi, reuera militanti, ad petendam inuestituræ renouationem, annus, & mensis integer adhuc hodie competat, communiter (teste Claro hic;) Scribentes non absque ratione concludunt, Hartman. Hartmanni *in practic. obseru. titul. de feud.54. obseruat.11.* Schneidevvin. *de feud part.5. nu.3.* Mynsingerus *cent.5. obseruat.9. nu.1.* Sonsbecc. *d par.11. n.7.* Borcholt. *d. c.7. in princ. num.22.* Bocer. *d. c. vlt. num.7.* Rosenthal. *d. c.6. conclus.30 num.7. & seqq.* aliique per eum citati. Tametsi alij aliter sentiant, Andr. de Isern. Eguinar. Baro, & Cuiacius *ad titul.22. in princ. lib.1. F.* Vulteius *d. lib.1. c.7. numer.61. vers. sed non vsquequaque pag.221.* Rudinger. *lib.1. var. lection. iur. feud. c.6. numer.6.* & H. *in tractat. feud. c.11. pag.302. & seq.* Harprec.

d *Tempus.*] Hic aduerte, quod vbi tempus est de substantia, illud debet probari, vide per Roland. *in cons.11. nu.21. lib.4. vide cons.44. n.8. lib.3.* Giach.

Hoc tempus non incipit currere, nisi à die scientiæ.] Quod 5
† tempus illud petendæ inuestituræ currat vasallo ex eo tempore, quo primum competit, aut feudum sibi delatum esse, aut domino defuncto alium successisse, apparet *ex tit.9. §. donare, vers. porro, ibi, ex quo sciuerit lib.2. F. lib 2 ibi, ex quo eum defunctum scisti, C. qui admitti ad bonor possess poss. l.2. in princ. vers. ceterum quacunque die nescieris, ff. quis ordo in bono. poss. seruet.* Hartman. Hartmanni *d. tit.54. de feud. obser.11.* Gail. *lib.2. obser.48.* Mynsing. *d. cent.5. obser.9. numer.1.* Bocer. *d. tractat. de inuestitura feu. c. vltim numer.8.* Rudinger. *d. lib.1. c.7.* Rosenthal. *d. c.6. concl.46. num.2.* vbi plures recenset. *Harprec.*

e *Impuberi.*] Adde sic etiam, quod ei haud currit tempus appellandi, & persequendi, per Iacob. *in l. fi. num.3. C. si aduer. rem iudica.* Giach.

Quod hoc tempus non currat impuberi.] Quod † pupillis 6
tempus petendæ inuestituræ non currat intra annum decimumquartum, etiamsi feminæ sint, post Clarum nostrum, & alios, tenent Ludolph. Schrader. *in tractat. feud. part.6. c.2. numer.25.* Vulteius *d. lib.1. de feud. cap.7. numer.65.* Schneidevvin. *de feud. part.5. numer.29.* Borcholt. *d. Commentar. in consuetud. feud. cap.8. numer.17.* & Rosenthal. *d. c.6. concl.41.* Harprec.

f *Minor.*] Adde, & vide per Iacobi. vbi supra sub *nu.43.* vbi quod potest petere restitutionem in integrum: & respondet contrariis. *Giach.*

g *Petere restitutionem.*] Quinimò, quod restituatur ad petendum inuestituram aduersus lapsum dicti temporis, communem dixi *in collect. mea verb. vasallus, n.28.* Giach.

h *Sententia.*] Item an vasallus non petens inuestituram seu renouationem inuestituræ intra annum, & diem amittat feudum ipso iure, an vero requiratur sententia priuatiua? Adde atque vide per Iacobin. *de feud. in verb. qui quidem inuestiti, n.42.* Giach.

i *Dominus autem illam facere noluerit.*] Quod † dominus 7.
ius suum in feudo perdat, si intra legitimum tempus petentem inuestituræ renouationem vasallum inuestire malitiose differat, tradunt post alios Ludolphus Schrader. *dicto tractat. feud. part.6. cap.2. num.7.* & D. Bocerus *dict. tractat. de inuestitura feud. cap. vltimo, numer.11.* vbi hanc crebriorem sententiam etiam feudorum legibus probari autumat: vt ogganniat Antonius Contius *in tractat. de feud. cap. quib. mod. feud. acquiratur, vers. sed si dominus, pag.35.* Harpr.

k *Feudi proprietate.*] Intellige nisi sit aliqua mista causa, ex qua ipse dominus sit motus ad differendum, cum ad paria iudicentur, vt *in cap.1. de form. fidelitat. in fin.* vt per Guid. Pap. hic allegat. *Gouean.*

l *Est communis conclusio.*] Adde, & vide pro illius limitatione per eundem Iacob. ibi: & pro communi vide per Cæphal. *cons.241. col.5.* Giach.

m *Non possideat feudum.*] Quod † tempus petendæ reno- 8
uationis inuestituræ non currat vasallo possessione destituto, modo diligentiam in auocanda ea, penes alium existente, adhibeat, & lata sua culpa non amiserit; vltra Clarum nostrum, & alios, scribunt Hartman. Hartmann. *d tit. de feud.54. obseruat.11. lib.2. pract. obseruat.* Schneidevvin. *d. part.5. n.36.* Borcholt. *d. c.8. num.22.* Schrader. *d. part.6. c.2. num.21.* Rosenthal. *d. c.6. conclus.49.* Syluan. *de feudi recognition. quæst.76.* Mozzius *de substant. feud. num.50.* Tiraquel. *de retract. lignag. §.1. gl.10. nu.38.* Roland. à Valle *cons.17. num.17. vol.1.* Goden. *cons.13. num.19. & cons.105. num.23.* & Vult. *lib.1. de feud. c.7. n.82.* Harprec.

n *Quod non.*] Adde, vt per Iacob. vbi supra *in princ.* Item, quod vasallus, qui non petit inuestituram intra annum, & diem, excusetur, si vsus sit diligentia in recuperando feudum à tertio possessore, quia in eo non est dolus, qui requiritur in amissione, per Rol. *d. cons.40. n.15.* Giach.

o *Poterit breui tempore purgare moram.*] An † & quatenus 9
vasallus moram, circa petitionem inuestituræ commissam, purgare possit, post plures alios a se cumulatos declarat Henricus à Rosenthal. *d. c.6. concl.59.* & D. Bocer. *class.5. disput.20. th.112.* Harprec.

p *Admitterem.*] Dicit tamen Afflict. relatus à Roland. *cons.18. nu.20.* quod vasallus impeditus ob inimicitias ipsis cessantibus si steterit post annum, aut annum, & diem, priuabitur feudo. *Giach.*

q *Recipit vasallum ad solita seruitia.*] Si † dominus va- 10
sallum, post incursam caducitatem, ad seruitia feudalia receperit, vel ei inuestituram contulerit: caducitatem commissam

illi cognoscere, iurique suo renunciare censetur. Ita, præter Clarum hic nostrum, & ab eo allegatos, docent Iacobus de Bellouiso, Petrus de Ceruo, Nicol. de Neapoli, Andr. de Iser. Bald. Martinus Laudens. Præposit. Afflict. & Petrus Rauennas *in c.1. quo tempore miles, &c.* pluresque alij, quos refert, & sequitur Rosenth. *d.c.6. concl.*61. Harprec.

r *Remisisse.*] Adde, atque limita per Iac. vbi *sup. n.*38. Item vide sup. §. *Emphyteusin, q.* 10. *prætor.* vbi plenius. *Giach.*

11 s *Omnibus præstare iuramentum fidelitatis.*] An, † & quatenus vasallus, si dominus defunctus plures hæredes reliquerit; ab omnibus petere inuestituram, & omnibus præstare iuramentum fidelitatis teneatur, post Clarum nostrum, & alios, diligenter exponunt Schrader. *d. tract. feud. part.* 6. *c.* 1. *num.* 13. *cum seq.* Rosenthal. *d.c.*6. *concl.*38. & Hartmannus Pistoris *lib.* 2. *qu.*47. Harprec.

t *Iacobin.*] Vide omnino per eundem, qui istam communem comprobat, deinde concludendum esse dicit cum opin. Ioan. Raynut. quam illic recitat, quæ mihi mirum in modum quadrat, & est palpabilis, rectis oculis intuentibus, & secundum eam alias consului, in casu tamen in quo haud aderant considerata ab Auctore hic. *Giach.*

u *Per procuratorem.*] Dixi infra sub *quæst.*53. Sed an, qui semel iurauit, teneatur iterum iurare successori domini mortui? omnino vide per Iacobin. vt supra *col.* 11. qui *n.*36. dicit, quod quamuis vasallus iurasset fidelitatem pro se, & successoribus suis, tamen mortuo ipso vasallo, eius successor tenetur iterato iurare, ex quo iuramentum eius respectu est personale. *Giach.*

12 *Per procuratorem.*] An, & † quatenus iuramentum fidelitatis domino præstari possit per procuratorem, post Clarum nostrum, explanant Schrader. *d. tract. feud. part.* 5. *c.* 3. *n.* 11. *& part.* 6. *c.* 4. *nu* 30. *& seq.* Hartman Pistor. *d. q.* 47. *nu* 38. *cum seq.* & Rosenthal *d.c.*6. *conclus.*57. aliique per hunc citati.

x *Quod sic.*] Contrarium tenet idem Bald. *in l.* 1. *ff. de rer. diuis.* & probatur, *in c.* 1. *de statu regular. lib* 6. vide Bouer. *in sing. verb. iuramentum, nu.*3. Goucan.

QVÆSTIO L.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Vasallus alienans feudum sine consensu domini, an priuetur feudo.*

Ex Additionibus.

1 *An, & quatenus vasallus, feudum sine consensu domini alienans, illud perdat, remissiue.*

1 QVæro, an vasallus a alienans feudum sine domini consensu, priuetur feudo? Resp quod sic Dixi late supra *quæst.*31.

ADDITIONES.

a 1 AN † *vasallus alienans feudum, sine domini consensu, priuetur feudo.*] De hac quæstione abunde dictum est supra *ad q.*31. & de eadem plenissime dissertant, post innumeros fere alios à se laudatos, Ludolphus Schrader. *in tractat. feud. part* 8. *c.* 1. cum aliquot seqq. & Henricus à Rosenthal. *in tract. iuris feudal. cap.* 9. *membr.* 1. *conclus.* 1. *& seqq.* Harprec.

QVÆSTIO LI.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Vasallus cessans per triennium à solutione pensionis, an cadat à feudo.*

Ex Additionibus.

1 *Ecquid vasallus cessans per triennium à solutione canonis, feudo priuetur.*

2 *Censuarius à iure suo non cadit, licet per longissimum tempus censum non soluerit.*

3 *Sententia* tit. 16. §. licet vasallus, lib. 2. F.

4 *Emphyteuta, ob non solutum intra præfinitum tempus canonem, amittit emphyteusin.*

5 *Pœnalia extendi non debent.*

1 a QVæro, aliquis habet feudum, pro quo tenetur præstare certam a pensionem, nunquid si cessauerit b per biennium, vel triennium à præstatione huius canonis, vel pensionis, cadet à feudo, ad exemplum emphyteutæ? Resp. quod non. Ita tenet Spec. *de locato.* §. *nunc aliqua, versicul.* 85. Est communis opinio, vt dicit Alexand. *cons.* 9. *nu.*3. *lib.* 3. quem refert c Marsil. *singul.*446. magna profecto & Cassador. *decis.* 2. *de iureiur. nu.*6. licet in libro meo ambo illum corrupte sub alio numero allegent. Hanc etiam dicit esse communem Decian. *in Authent. qui rem, nu.*7. *C. de sacrosanct. Eccles. & cons.* 138. *num.* 5. Curt. iun. *de feudal. in* 4. *parte. in* 23. *causa priuationis feudi, in* 4. *limitat.* Ias. *in præludiis feudorum, num.* 57. *& seq.* Hæc enim causa priuationis non est à iure posita in vasallo. Cum ergo ita non sit iure cautum, neque nos id dicere debemus. Est enim feudum de sui natura concessio gratiosa, & species beneficij, quod his caducitatis regulis recipientem non astringit.

ADDITIONES.

a CErtam pensionem.] Obiter hic scias, quod quando pro feudo haud præstatur seruitium personale, sed census annuus puta, certa quantitas pecuniæ, vel frumenti, vel vna spalla porci (vt faciunt Lombardi, qui non curant de seruitiis personalibus, sed de redditibus bursalibus) quod tunc in huiusmodi feudo succedit etiam mutus, & surdus. Vide per Bald. *de pac. Constan*, vide Libellarium, & Iac. de S. Georg. *in l. si filiusfam. n.*5. *ff. si certum petat.* Giach.

1 b *Nunquid si cessauerit per biennium.*] Vasallum, † si annuum censum seu canonem, quem ex feudo debet, intra biennium, vel triennium domino suo non præstiterit, feudo minime priuari, (vtcunque dissentiant Innoc. *in c. ad apostolica,* 2. *de sentent. & re iud. lib.*1. Bald. *in c. qua in Ecclesiarum.*7. *ext. de constitutionibus.* Laur. Syluan. *cons.*42. *nu.*9 *vers. tertius casus, &c.* Sonsbeecius *in Comment. ad vsus feud. part.* 12. *nu.*64. & D. Collega Boecr. *class.*5. *disp.*20. *th.*124 *sub lit. B.*) verius est, & receptius. Tum quia nulla feudali lege cautum est; vasallum ob non solutionem canonis iure suo cadere: cum tamen aliæ causæ priuationis feudi diligenter enumerentur, *in tit.*24. *quæ fuit prima causa benefic. amitt. lib.* 2. *Feud.* Ergo nec à nobis statuenda erit, per text. *in Nouell.* 2. *c.* 3. Tum † quia in censuario receptum est, vt non cadat à iure suo, licet per longissimum tempus soluere censum neglexerit, vt notatur *in c. constitutus,* 5. *extr. de religios. domibus.* Ergo idem statuendum de vasallo, qui feudum tenet, & censum annuum non soluit. Tum † etiam quia *in tit.*26. §. *licet vasallus lib.* 2. 2
F. diserte dispositum est; quod si vasallus seruitium domino non offerat; quantocunque tempore steterit, dummodò domino petenti seruire paratus sit, beneficium non amittat. Igitur & idem respondendum est de annuo censu: si non fuerit ad soluendum interpellatus vasallus, eum non amittere feudum, licet in solutione cessauerit. Tum † postremo quia tametsi emphyteuta, ob non solutum intra præfinitum tempus canonem, emphyteusin amittit. *l.* 2. *C. de iure emphyt. c. potuit.* 4. *extr. de locato*, id tamen, cum † pœnam contineat, extendi non debet ad vasallum. *c. statutum,* 22. *de electione, lib.*6 *c. odia* 15. *de reg. iur. eod.* Atque hanc sententiam ita propugnant, post Clarum nostrum, & ab eo memoratos hic, Ludolphus Schrader. *in tract feud part.* 9. *c.* 6. *num.*75. *& seq.* Borcholt. *in Comment. in consuetud. feud. cap.* 3. *nu.*26. *in fin. & nu.*44. Cardinal. Zabarel. *in d. cap. potuit de locat.* Grass. *lib.* 2. *recept. sent. c.* 3. *verb. feudum, quæstion.* 6. Villalob. *in communib. opin. lit. F. nu.*24. Bertachinus *in suo repertor. verb. feudatarius.* Gribald. *in communib. opin. sub lit. F. verb. feudum in princ.* Rosenthal. *in tract. iuris feud. c.* 10. *conclus* 34. & Fachin. *lib.* 7. *controuers. iur. c.*87. vbi dissentientium argumenta resoluit. *Harprec.*

3 (beside "non offerat…"), 4 (beside "Tum † postremo…"), 5 (beside "id tamen, cum † pœnam…")

c *Marsil.*] Adde eundem Mars. *sing.*95. *contractum censualis*, alleg. text. cum gloss. *in c. constitutus, de relig. domib.* & not. Bart. *in l.* 1. §. 1. *ff. de public.* & Bald. *in tit. de pac. Constan. ver. persoluere fictum.* Goucan.

QVÆSTIO LII.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Vasallus non alens dominum, an priuetur feudo.*

Ex Additionibus.

1 *An, & quatenus vasallus dominum inopem alere, vel incarceratum redimere teneatur, remissiue.*

2 *An & quatenus vasallus, dominum suum ab hostibus captum non redimens feudo cadat.*

a 1 b QVæro, nunquid *a* vasallus non præstans alimenta domino egeno, vel eum in carceribus, vel captiuitate *b* existentem liberare non curans, priuetur feudo? dixi supra *q.23. & 24.*

ADDITIONES.

a NVnquid *vasallus non præstans alimenta domino egeno, &c.*] An, † & quatenus vasallus dominum inopem alere, vel
1 incarceratum redimere teneatur, vbertim explicatum est supra ad *q.23. & 24.* Harpprec.

2 b *Captiuitate existentem.*] Si † vasallus dominum suum ab hostibus, vel latrunculis captum non redemerit, feudum suum amittit, argum. *Nouell.115. c.3. §. si vnum, 13. iuncto titul.24. §.2. versic. prædicto modo, lib.2.F.* Quod tamen ita demum verum putatur, si dominus captus ab hostibus vel latrunculis se proprio ære, siue propriis nummis, vel non absque maxima diminutione bonorum, & patrimonij sui, vel nullo modo se ab hostibus redimere possit. Secus autem est, si dominus habeat patrimonium sufficiens ad redimendum se ab hostibus, vel latrunculis. Tunc enim vasallus ad redimendum ipsum nihil contribuere tenetur. Nam dominus, in necessitate constitutus, prius à se ipso incipere, & bursas suas euacuare, nec aliter, quam in subsidium, à vasallo suo quid exigere debet. Ita notant, Cynus, Albéric. de Rosat. & Baldus *in l. neminem, 11. C. de sacrosanct. Eccles.* Guido Pap. *decision. Delph. quæst.113. & 551. in fin. & singul.13.* Præposit. *in prælud. feud. num.79* Socin. iun. *consil 98. num.10. & 11. lib.3.* hosque referens Schrader. *in tract. feud. part 9. c.8. nu.8.* Quibus addantur Wesenbec. *de feud. c.10. nu.8.* Schneidevvin. *de feud. part.5. num.121.* & Paulus Berens *disputationib. feudal.7. th.80.* Harpr.

QVÆSTIO LIII.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Vasallus faciens contra iuramentum fidelitatis priuatur feudo.*

2 *Et quid si habeat feudum à pluribus, & delinquat tantum contra vnum.*

Ex Additionibus.

1 *Vasallus, contra iuramentum fidelitatis delinquens, feudo priuatur.*

2 *Nisi dominus feudi prius peccauerit contra contenta fidelitatis.*

1 a TV scis, quod vasallus, qui delinquendo facit contra contenta in iuramento *a* fidelitatis, potest feudo priuari. Ita dicit gloss. *in cap.1. §. similiter, in verbo, Sciens, quibus mod. feud. amitt.* quæ communiter approbatur, vt dicit Alex. *consil.18. num.16. lib.6.* Modo vnus vasallus habens rem in feudum à pluribus, delinquit
2 contra vnum ex dominis; Quæro an cadat in totum à feudo, an autem pro parte tantum. Ita colligitur ex text. *in ca.1. de vasallo, qui contra constitutionem Lothar. &c.* & ita communiter dicitur, vt ait Alexand. *in l. communis, n.10 ff de in ius vocand* Videtur enim solum pro parte deliquisse, ex quo eum tantum offendit, quem pro parte duntaxat in dominum recognoscit: & ideo si bi teneret feudum à pluribus in solidum, res non transiret sine difficultate.

ADDITIONES.

FIdelitatis.] Quid si vltra 150. annos recepit iuramentum à subditis, quod postea per annos 150. non est petitum, nec præstitum, nunquid præscribatur, vt vasalli non teneantur? vide per Bald. *consil.518.* Hic cadit alia dubitatio, vtrum in sacramento fidelitatis comprehendatur aliud, quam illud quod habetur *in c.5. tit. de forma fide. ac in c.1. de noua for. fid.* per Iac. *in suis quæstionibus feudalibus q.39.* Et an possit præstari per procuratorem? quod non, & quare? vide per eund. *ibi q.25.* qui in hoc fuit sibi parum constans Giach.

Facit contra contenta in iuramento fidelitatis.] Vasallus, † contra iuramentum fidelitatis, & eius contenta peccans, feudo cadit. Ita, teste hic Claro, Doctores communiter tenent Bald. Aluarott. Præposit. & Schenck. *in cap.1. de form fidelit.* Petr. Rauen. *in c.1. §. illud enim in fine.* Quæ fuit prima causa benefic. amitt. Schrader. *in tract. feud. part 9. c.9. num 12. caus.43.* Petrus Iacob. *de practic. aur. libellor. rubr.59. num.16. & 40.* Ioan. Petr. Ferrar. *in form libell. quo agitur ad reuoc. at. feud. §. nec superstitibus, numer.24. caus 8.* Aym Crauetta *in tractat. de antiquit. temp. part.4. §. transeo nunc ad quartam, &c. num.155.* Henricus à Rosenthal. *in tract. iuris feud. c.10. concl.15. num.1.* aliique ab eo congesti. Quod † tamen non procedere videtur, si dominus feudi prius deliquerit contra fidelitatem reciprocam vasallo debitam. Tunc enim vasallus postea delinquens contra capitula fidelitatis feudo priuari nequit. Gloss. penult. *in c.1. §. fin. de nou. form. fidelit.* eamque citans Schrader. *d. part.9. cap.9. num.14. versic. tertio hæc conclusio, &c.* Harpprec.

QVÆSTIO LIV.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Vasallus an possit feudo priuari propter amicitiam contractam cum inimicis domini.*

Ex Additionibus.

1 *Nam vasallus cum inimicis domini amicitiam contrahens feudum amittat.*

2 *Vtrum in dubio præsumatur vasallus in domini perniciem contraxisse amicitiam cum inimicis domini; an vero huius rei probatio domino incumbat.*

3 *Amicitia per se res honesta est.*

QVæro, an vasallus *a* possit priuari propter amicitiam contractam cum inimicis domini? Resp. quod *b* sic. Ita dicit gloss. *in c.1. in verb. Concubuerit, quib. mod. feud. amit. & in l.1. §. cum patronus in verbo, Cum inimicis. ff. de offic. præfect. vrb.* quas glossas sequuntur commun. DD. vt ait Gratus *cons.1 n.81 lib.1.* Non enim videtur domino fidelis, qui cum eius inimicis amicitiam contrahit. Hanc tamen conclusionem intellige, vt procedat, quando talis amicitia fuit per vasallum contracta in perniciem domini, alias autem propter solam amicitiam contractam cum inimico domini ad alium effectum, non esset vasallus feudo priuandus. Ita dicit gloss. *in cap.1. §. porro. in verbo, Assalierit. quæ fue. prima causa benefic. amitt. & in capit.1. in verb. Scienter hic potest esse tit. quib. mod. feud. amit.* quam sequuntur communiter Feudistæ, vt dicit Curt. iun. *de feud. in 4. parte, in 15. causa priuationis feudi.*

ADDITIONES.

a 1 AN *vasallus possit priuari propter amicitiam contractam.*] Si † vasallus cum hoste, aliisque inimicis domini contraxerit amicitiam, in perniciem, siue damnum, odium, aut contemptum domini, feudum merito amittit, per textum *in titul.57 lib.2.F.* Et, post Clarum nostrum, aliosque notant Ludolphus Schrader. *in tract. feud. part.9. cap 5. num.13. & seqq. Z. in Epitom. feud. part.10. num.32.* Borcholt. *in Commentar. in consuetud. feudal. capit.8. num.121. & seqq.* Sonsbeccius, *part.12. num.43. & seq.* Schneidevvin. *de feud. par.8. num.55. cum sequ.* Intriglol *in cent. feud. q.89. num.71.* Roland. à Valle *consil.1. num.81. & seq. volum.3.* Menochius *cons.102. nu.14. & seqq.* Soarez *in thesaur. commun. opin. lit. F. num.79. & seq.* Vulteius *lib.1. de feud. cap.11. num.29.* Mozz. *ex quibus caus. feud. amitt. numer.66.* & Henricus à Rosenthal. *in tract. iuris feud. cap.10. conclus.12. num.14.* Ceterum † in dubio vasallus 2
in domini offensionem, & perniciem sese aggregasse ad amicitiam hostis, alteriusve inimici domini sui, haud præsumitur: sed huius rei probatio domino incumbit. Est † etenim 3
amicitia res per se honesta, argum. *l. lata culpa, 233. §. 1. ff. de verb. significationib.* ac proinde ad facta turpia se non extendit, *l. filius, 15. ff. de conditionib. institut.* Atque ita tenent Anar,

de Isern. Aluarott. & Præposit. *in l. si capitanei, quib. mod. feud. amitt.* Iacobin. de S. Georg. *in tract. de feud. in verb. Dictique vasalli promiserunt, num.* 14. Albert. Brunus *conf.* 114. *nu.* 325. hosque allegans Schrader. *d. part.* 9. *c.* 5. *num.* 30. Quibus accedit quoque D. Collega Bocerus *class.* 5. *disput.* 20. *th.* 31. *edit.* 2. vbi dissentientes citat Matthæ. de Afflict. *ad tit.* 24. §. *porro si dominum, lib.* 2. *F. n.* 21. Socin. iun. *cons.* 134. *n.* 36. *lib.* 3. & Menoch. *dict. cons* 102. *n.* 11. & 12. *lib.* 1. Harprec.

b *Quod sic.*] Ad idem adde etiam per Iac. de S. Georg. *in suis quæst. feudalib. q.* 15. *n.* 23. vbi tamen hoc limitat, nisi vasallus ita fecisset iusto timore motus: nam tunc excusatur, vt per eum. Item ad excusationem vide per Rol. *cons.* 1. *vol.* 3. *in* 2. *c. per totum*, vbi tamen *num.* 82. & 83. declarat, feudo vasallum priuari ob amicitiam conflatam cum inimico domini, si sit contracta amicitia in perniciem, seu damnum domini, alias secus. Adde, vt per Afflict. *decis.* 39. *n.* 28. Giach.

QVÆSTIO LV.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Vasallus relinquens dominum in prælio an priuetur feudo.*

Ex Additionibus.

1 *Vasallus relinquens dominum in prælio, non lethaliter vulneratum feudum perdit.*
2 *Pœnitentia vasallum non excusat.*
3 *Miles punitur, qui agmen excessit, vel arma amisit.*
4 *Pœna delicti ex pœnitentia delinquentis non remittitur.*

QVæro, an vasallus relinquens a dominum in prælio, priuetur feudo? Resp. quod sic, si dominus non sit mortuus, nec ad mortem vulneratus. Text. est *in c.* 1. *in princ. quib. mod. feud. amitt.* tenetur. n. vasallus dominum adiuuare, dixi sup. *q.* 21.

ADDITIONES.

a VAsallus relinquens.] Et quod vasallus teneatur sequi dominum in bello, si vult esse saluus, siue moueat bellum, siue moueatur sibi illicite, vide per Roland. *cons.* 48. *nu.* 42. 43. *vol.* 4. Giach.

An vasallus relinquens dominum in prælio, priuetur feudo.]
1 Quod † vasallus, dominum in prælio seu acie perelitantem,
non lethaliter vulneratum, deserens feudo mulctetur, relucet
ex *tit.* 5. *in princip.* & *titul.* 21. §. *vltim. lib.* 1. *F. tit.* 24. §. *item
qui dominum,* 2. & *titul.* 57. *lib.* 2. *F.* Idque adeo verum esse
creditur: vt, etiamsi post fugam pœnitentia ductus statim ad
2 dominum reuertatur, nihilominus feudo priuetur. Tum †
quia feudorum placita ob id solum feudo priuant vasallum,
quod hic dominum suum in bello dimisit. *d. tit.* 5. *in princ.* &
d. tit. 21. §. *vltim. lib.* 1. *F. cum similibus modo allegatis.* Tum
quia illo ipso momento, quo abfuit vasallus, periculum im-
minere domino potuit. Tum † quia punitur miles, qui dun-
3 taxat agmen excessit. *l.* 3. §. *sed qui agmen,* 16. *ff. de re milit.*
quique saltem arma in bello amisit, vel alienauit, *d. l.* 3. §. *mi-
les, qui,* 13. *ff eod.* Tum quia nemo fugæ peccato pœnitentia
sua nocens esse desinit, *l. quid sit fugitiuus,* 17. §. 1. *ff. de ædilit.*
4 *edict.* Tum † denique quia pœna delicti ex pœnitentia delin-
quentis non remittitur, *l. qui ea mente,* 65. *ff. de furt. l. penult. ff.
vi bonor. raptor.* Atque his argumentis hanc sententiam de-
fendunt Martinus Laudens. *ad d. tit.* 5. *lib.* 1. *F.* Curtius iun. *in
tract. de feud. part.* 4. *nu.* 12. Sonsbecc. *in Comment. in vsus feud.
part.* 12. *n.* 14. D Bocer. *class.* 5. *disp.* 20. *th.* 115. *sub lit.* C. Mozz. *ex
quib. caus. feud amitt. n.* 87. Vult. *lib.* 1. *de feud. c.* 11. *nu.* 19. & Be-
rens *diss. feud. th.* 70. & *seq.* Harpr.

QVÆSTIO LVI.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Vasallus deteriorans rem feudalem, an possit feudo priuari.*

Ex Additionibus.

1 *Quæ requirantur ad hoc, vt ex causa deteriorationis vasallus feudum suum amittat.*
2 *Quæ modica, vel insignis deterioratio sit, iudicis arbitrio relinquitur.*

QVæro, a si vasallus notabiliter abutatur re feudali, illam deteriorando, nunquid erit sufficiens causa, vt possit feudo priuari? Resp. quod sic. Et ita tenent omnes, vt dicit Molin. *in consuetud. Paris. feud.* §. 80. *nu.* 166. moti exemplo emphyteutæ, qui propter deteriorationem potest à re emphyteutica expelli. Hæc tamen conclusio nunquam mihi placuit, quia argumentum de emphyteuta ad vasallum non procedit ad infligendam pœnam priuationis, vt dicunt omnes DD. per me allegati, supra in *quæst.* 51. ideo nisi vasallus dissiparet, vel dilapidaret maiorem, vel meliorem partem rei feudalis, tenerem, quod non posset feudo priuari. Est enim feudum quasi donatio, saltem respectu vtilis dominij: merito non debet esse in consideratione etiam notabile detrimentum, quod vasallus faciat in re feudali, citra tamen præiudicium ipsius directi dominij.

ADDITIONES.

SI vasallus.] Adde videndum per Roland. *cons.* 40. *per totum, vol.* 4. Giach. a

Si vasallus notabiliter abutatur re feudali.] Ad hoc, † vt 1
ex causa deteriorationis feudo suo exuatur vasallus, duo præcipue coniunctim requiruntur. Prius est, vt dolo malo, vel culpa sua rem feudalem fecerit deteriorem, per *titul.* 21. *de feudo sine culpa non amitt. tit.* 22. §. *vltim. ibi, nisi conuicta culpa, lib.* 1. *F. tit.* 22. *in princ. ibi, eum in culpam incidisse, titul.* 24. §. *præterea, vers. quod si non feceris dolo, vel negligentia sua, tit.* 52. §. *vltim lib.* 2. *F.* Bald. & Dec. *in auth. qui rem, C. de sacrosanct. Eccles.* Iason *cons.* 17. *lib.* 1. Schrader. *in tract. feud. part.* 9. *cap.* 6. *num.* 68. Alterum, vt deterioratio illa insignis, adeoque notabilis quantitatis fuerit, *d. tit.* 24. §. *præterea, ibi, grandem iacturam,* & §. *item si delator, ibi, graue dispendium,* & §. *denique vers. si vero, ibi, grauiter deliquerit,* & *graue quid commiserit,* & *tit.* 23. *in princ. vers de illa, ibi, egregiæ ingratitudinis causa, lib* 2. *F.* Borcholt. *in Commentar. in consuetud. feud. cap.* 3. *nu.* 33. Schneidevvin. *de feud part.* 8. *cap.* 1. *num.* 31. Schrader. *d. part.* 9. *cap.* 6. *nu.* 66. Vulteius *libro* 1. *de feud. cap.* 11. *nu.* 39. Bocer. *class.* 5 *disp.* 20. *th.* 64. *edit.* 2. Roland. à Valle *cons.* 1. *nu.* 103. *volum.* 3. Rosenthal. *in tractat. iuris feud. c.* 10. *conclus.* 33. *nu.* 3.
Quæ † autem sit dicenda modica, vel magna siue insignis de- 2
teriotatio, iudicis arbitrio relinquendum est. Bald. *in l.* 3. *C. de locat.* Tiraquell. *in l. si vnquam* 8. *in verbo, omnia, n.* 31. *C. de reuocat. donat.* Menoch. *lib.* 2. *de arbitr. iudic. quæst. cent.* 1. *cas* 78. hosque citans Borcholt. *d. c.* 3. *n.* 33. Harprec.

QVÆSTIO LVII.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Vasallus sciens imminere periculum domino, si eum non certiorauerit, an cadat à feudo.*
2 *Et quid si non potuit illum certiorare.*
3 *Et quid si potuit obuiare periculo domini, & non fecit.*

Ex Additionibus.

1 *An vasallus sciens imminere periculum domino, si eum non certiorauerit, à feudo cadat.*
2 *Et quid, si potuit obsistere periculo domini, & non fecit.*

QVæro, nunquid vasallus a sciens imminere periculum domino, siue circa personam, siue circa 1 grauem iacturam bonorum, si dominum non certiorauerit, possit feudo priuari? Resp. quod sic. Et de hoc est text. expressus *in cap.* 1. §. *præterea, quæ fuerit pri. cau. benef. amit.*

Hæc tamen conclusio intelligenda est, vt proce- 2
dat, quando vasallus potuit dominum certiorare, & non b fecit, alias autem si non potuit dominum cer- b
tiorare, non est puniendus. Ita colligitur expresse ex verbis illius textus, dum dicit, quam citius potest. Et ita concludit gloss. ibi, in verbo, *Certiorare,* quam dicit esse communiter approbatam Curt. iun. *de feud. in dict. quarta parte, in* 26. *causa. versicul. Secundo limita.*

Valde

Valde enim iniquum esset, vt pro eo, quod quis absque culpa facere omisit, puniretur.

3 Sed quid si tunc quidem cum sciuit, non potuit certiorare, postea vero potuit facere resistentiam, & obuiare huiusmodi periculo, & damno domini, & non fecit? Resp. quod hoc casu non est excusandus à priuatione feudi. Ita dicit gloss. *in d. §. præterea. in verb. Certiorare.* Et ita sublimitant communiter Scribentes, vt dicit Curt. iun. *in d. 16. causa, in fin.* Videtur enim quodammodo consentire delicto, qui cum posset delinquere volenti resistere, non resistit. Et regulariter

c quis non teneatur *c* obuiare delicto; tamen quando id commode facere potest, & sine sui periculo, vtique tenetur, vt dixi infra *lib. 5. §. fin. q 87. versic. Dictum est.* & in proposito huius conclusionis videnda sunt, quæ dixi *in ead. qu. 87. circa princip.*

ADDITIONES.

a V*Asallus.*] Hic scias, quod vasallus sciens domino imminere magnum periculum, & ei non præstans auxilium, ad quod tenetur ex iuramento fidelitatis, dicitur esse in mora, per Marin. Anguillol. *cons. 27. sub n. 6.* Et de vasallo conscio de morte domini sui, vel de turbatione ciuitatis suæ, vel de alio commisso in ciuitate sua, quod puniatur pœna vltimi supplicij, & in confiscatione bonorum, ob non reuelationem, quando tamen coniurationem probare poterat, alias non, vide per Roland. plene *in cons 88. volum. 2.* Giach.

Nunquid vasallus sciens imminere periculum domino.]

1 Quod † vasallus, sciens dominum periculo, vel damno magno obnoxium non admonuit, aut certiorauit, feudo priuandus sit, patet *ex tit. 24. § præterea, & tit. 26. §. licet vasallus, & tit. 28. § ad hoc quandocunque lib. 2. F.* & tradunt, præter Clarum nostrum, Sonsbeccius *in Commentar. in vsus feud. part. 12. nu. 15.* Brunus *cons. 28. nu. 2.* Roland. à Valle *cons. 1. nu 96.* Cæphal. *consil 95. nu. 31. & cons. 76. nu. 61.* Borcholt. *in Comment. in consuetud. feud. cap. 8 nu. 106.* Soarez *in thes. recept sentent. littera F. nu. 88.* & Vulteius *lib. 1. de feud. cap. 11. nu. 47.* Harprec.

2 b *Et non fecit.*] Si † vasallus dominum certiorem reddere nequeat; periculo tamen illi obsistere possit, non autem obsistat, eo casu etiam vasallum feudo priuandum esse, vltra Clarum nostrum, diserte scribunt Sonsbeccius, & Vulteius *locis allegatis.* Hucque accommodari poterunt, quæ annotauimus *ad §. item lex Cornel. de sicar. 5. Institut. de publ. iudic. num. 133. & seqq.* Harprec.

c *Non teneatur obuiare delicto.*] Adde Ioan. Igneum *in l. 1. §. seruis n. 131. & seq ff. ad Syl.* Apostil. ad Dec. *in cap. 1. de offic. de leg.* Alb. *in l. metum, §. sed licet, ff. quod met. cau.* Felin. *in d. ca. 1. ver conclude ergo.* Ias. *in l. vt vim, ff. de iust. & iur.* Sunt tamen casus traditi per Bartol. & alios *in d l. vt vim.* in quibus quis tenetur obuiare delicto. *Gonean.*

QVÆSTIO LVIII.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Vasallus occidens seipsum an feudo priuetur.*

Ex Additionibus.

1 *Vasallus, sibimetipsi manus violentas inferens feudum non amittit.*

2 *Pœna mortuo regulariter inferri non potest.*

1 a QVæro, nunquid *a* vasallus occidens seipsum priuetur feudo? Respon. quod non. Ita determinat Bald. *in cap. 1. quib. mod. feud. amit.* prout illum refert Iacob. *de feud. in verb. Dictique vasalli prom. serunt. l. 1. nu. 19.* vbi dicit, quod ceteri Doctores eum sequuntur. Est enim hoc delictum vasalli nullo modo concernens offensionem domini, merito propter illud non debet vasallus, neque eius hæredes feudo priuari.

ADDITIONES.

a 1 N*Vnquid vasallus occidens seipsum, priuetur feudo.*] Quod vasallus, † si sibimetipsi manus violentas inferat, propterea feudum non perdat, merito Doctores plerique statuunt. Quia † nullus post mortem culpæ amplius argui potest vasallus: ac pœna mortuo delinquenti regulariter inferri nequit *l. si pœna 20 ff. de pœnis.* Ita, præter Clarum, & Baldum ab eo hic laudatum, docent, Aluarott. *nu. 5.* Laudens. *num. 3. in fin.* Præposit. *nu 3. in fin.* Afflict. *nu. 5.* & Balzatan. *num. 17. in c. 1. An ille, qui interfecit fratrem domini, &c.* Eadem de re videantur Sonsbecc *in Comment. in vsus feud. part. 12. nu. 57.* Schneidevvein. *de feud part 8. cap. 1. nu. 106. & seq.* Schrader. *in tract. feud part. 9 cap. 3. nu. 62. & sequenti.* & Henricus à Rosenthal. *in tractat. iuris feud. c. 10. concl. 37. n. 11.* Harprec. 2

QVÆSTIO LIX.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Vasallus an possit priuari feudo sine causa.*

2 *Vasallus negans tenere feudum à domino, illud amittit.*

3 *Et quid si neget tantum partem, an cadat à toto.*

4 *Et quid si simpliciter negauit narrata, prout narrantur.*

Ex Additionibus.

1 *Vasallus non nisi iusta ex causa feudum amittit.*

2 *An, & quatenus Princeps alicui ius suum auferre possit, remiss.*

3 *Vasallus scienter negans feudum, eo priuatur.*

4 *Et quid, si neget saltem partem feudi.*

QVæro, an vasallus possit feudo priuari *a* sine causa? Respond. quod non, etiam de plenitudine potestatis. Et ista est communis resolutio Doctorum, vt dicit Crau. *de antiq. tempor. in 1. parte, sect. 1. num. 17.* Cum enim vasallus sit vtilis dominus feudi, non potest Princeps, etiam Imperator, illud dominium sine causa ei auferre, tanto magis, cum feudum sit contractus, & secundum communes regulas Princeps ex contractu obligetur, sicut priuatus. 1 a

Vndecim autem causas, propter quas potest vasallus feudo priuari, vidisti sup. in proximis q. Adde quod vasallus *b* negans tenere feudum à domino amittit feudum. Text. est *in ca. 1. §. vasallus si feudum. si de feud. defuncti contentio.* b 2

Sed quid si vasallus *c* neget tantum partem feudi, vel certa prædia, nunquid cadet à toto feudo, an autem tantum à parte negata Resp. quod cadet tantum à parte vel re negata. Ita tenet gloss. *in d. §. vasallus si feudum, in verb. sciens.* Et licet Petr. de Certo tenuerit contrarium, quod scilicet cadat à toto feudo: tamen eius sententia ab omnibus Feudistis reijcitur, vt dicit Molin. *in consuet. Paris. feud. §. 30. n. 6.* 3 c

Sed quæro, pone, vasallus non negauit in specie feudum, sed litem contestando negauit narrata, prout narrantur, &c. vt solet fieri, nunquid dicetur negasse feudum, ita quod incidat in pœnam priuationis? Resp. quod non. Argumento eius, quod dicit Bart. *in l si dubitetur. §. ita demum in fin. ff. de fideiuss.* Et ita tenet Iac. *de feud. in verb. Dictique vasal. l. 1. n. 35* & ita practicatur, vt dicit Mod. *in d. §. 30. n. 8.* 4

ADDITIONES.

S*Ine causa.*] Adde, & vide per Roland *consil. 3.* vbi dicit *nu. 136.* istud procedere de ordinaria Principis potestate, non autem de absoluta, secundum quam Imperator haud ligatur. *Giach.* a

An vasallus possit feudo priuari sine causa.] Vasallum † non nisi iusta ex causa feudo priuandum esse, constat *ex cap. 1. de feudal. sine culpa non amitt. titul. 21. cap. 1. de natura feudal. titul. 7. cap. 1. in princip. quo temp. mil. inuestit. pet. deb. tit. 22. lib. 1. F.* Roland. à Valle *cons 1. n. 43. vol. 2.* Hartmann. Hartm. *in practic. obseruat. tit. de feud. obseruat. 24.* adeo, vt ne Princeps quidem sine legitima causa alicui feudum eripere queat; ne quidem sub potestatis absolutæ vmbra, argum. *l. meminerint, 6. C. vnde vi,* Principi quippe tantum honesta possibilia putantur, argum. *can. scelus. 21. caus. 2. q. 1. can. Regum, 22. caus. 23. quæst. 5.* Laudens. *in c. vn. §. notandum, nu. 7. de his, qui feudum dare* 1

poss. Tiber. Decian. *resp.* 23. *nu.* 1. *vol.* 1. Borcholt. *in Comment. in consuetud. feud. cap.* 8. *nu.* 1. & 2. Paul. Bereus *disp. feud.* 8. *th.* 9.

2 Ceterum † an, & quatenus Princeps alicui ius suum auferre possit, explicatius, persecutus sum ad principium *tit. Instit. de rer. diuis. & acqu. ips. dom. rur.* 98. *& multis seqq.* Harprec.

b *Negans.*] Item quod negans se vasallum, perdat ius, quod habet, vide per Ias. *in pralu. feud. col.* 19 *in fin.* & dixi etiam alibi *Giach.*

Vasallus negans tenere feudum à domino. amittit feudum.] Si
3 vasallus † feudum, sciens feudum esse, negauerit; id est, rem feudalem non esse feudalem, vel se eam ab isto domino in feudum non tenere, vel se vasallum esse inficiatus fuerit, rectè feudo mulctatur, per textum manifestum, hic à Claro allegatum, *in c.* 1. §. *vasallus, si feudum, & §. vasallus feudum, si de feudo defunctis content. si inter dom. & agnat. vas. titul.* 16. *lib.* 2. *F. & in cap.* 1. §. *fin. de Lege Corradi. tit.* 34. *lib. eod.* & vtrobique Gloss. Beluiso, Petrus de Ceruo, Nicol. de Neapol. Iser. Bald. Aluarott. Laudens. Præposit. Afflict. Rauen. Balzaran. Eguin. Baro, & alij, Duaren *de feud. c.* 14 *nu.* 23. Paris. de Put. *de feud. redintegrat. c.* 52. *nu.* 3. *cum seqq.* Sonsbecc. *in Commentar. in vsus feud. part.* 12. *nu* 63. Borcholt *d. c.* 8. *n.* 115. Mozz. *de feud. tit. fin. nu.* 74. Intrigliol. *in centur. feud. q.* 91. *num.* 82. Schrader *in tract. feud. part.* 9. *cap.* 6. *n.* 19. Rosenthal *in tract. iuris feud. cap.* 10. *conclus.* 32. *n.* 1. *& seqq.* aliique non pauci ab his memorati. *Harprec.*

4 c *Si vasallus neget tantum partem feudi.*] Quod † vasallus, qui non totum feudum, sed partem eius tantum abnegauit, non toto feudo, sed parte abnegata duntaxat, vtpote circa quam deliquit, exuatur, vltra Clarum nostrum, alij sexcenti fere affirmant: quos referendo sequitur Rosenthal. *d. c.* 10. *conclus.* 32. *nu.* 7. *& seq.* Harprec.

QVÆSTIO LX.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Quod testes requirantur ad probandum ingratitudinem siue feloniam contra vasallum.*

Ex Additionibus.

1 *Quot testes ad probandam feloniam requirantur.*
2 *Probatur felonia etiam facti siue rei euidentia.*
3 *Probatio, quæ fit per rei euidentiam seu aspectum, præ aliis priuilegiata, validissima, nulla lege vel statuto exclusiua, post attestationes publicatas, & sententiam latam, ac contra instrumentum guarentigiatum admittenda.*

1 QVæro, quot a testes requirantur ad probandum ingratitudinem siue feloniam b contra vasallum?
a
b Resp. de hoc habemus text. expressum *in c.* 1. *quot testes sint necess. ad proband. &c.* quod requirantur quinque, qui sint omni exceptione maiores. Sed punctus est, quia Molin. post nonnullos alios dicit, quod ille text. non est authenticus, & non seruatur. Tu dic, quod imo est authenticus, & est lex, & pro lege seruari debet, & ita tenent omnes Scribentes, vt dicit Iac. *in verbo, Dictique vasal el.* 1. *n* 55. Et dicit Bertrand. *cons.* 15. *nu.* 31. *lib.* 2. *in* 2 *parte,* quod ita tenent communiter Doctores.

ADDITIONES.

a QVot testes requirantur ad probandum ingratitudinem.] Quamuis regulariter † in ciuilibus, & criminalibus cau-
1 sis duo testes idonei plenam faciant probationem: attamen ad probandam, & conuincendam vasalli siue clientis feloniam seu ingratitudinem, aut tale quid, ob quod vasallus feudo siue beneficio priuari meretur, ac potest, testes quinque summæ atque integræ opinionis, sicque omni exceptione maiores requiruntur, per totum rotundum *in c.* 1. *quot testes sint necessarij ad probandam feudi ingratitud. tit.* 57 *in fi. lib.* 2. *F.* hic à Claro nostro adductum, ibique Aluar *nu.* 1. Præposit. *num.* 1. Afflict. *nu.* 4. & 5. Balzaran. *n.* 19. aliique communiter. Iacob. de S. Georg. *in tractat. de feud in verb. dict. que vasalli promiserunt non committere felon. nu.* 55. Anton Capyc. *in inuestit. feud. c. feudatariorum excusationes, § probatio, pag.* 192. Duaren. *de feud. tit.* 21. *nu.* 7. *in fin.* Mozz. *de natur. feud nu.* 53. Schrader. *in tract. feud.* 2. *part.* 4. *princip. sect.* 13. *num.* 10. Mascard. *in tract. de probationibus conclus.* 761. *num.* 2. & *conclus.* 897. *num.* 18. *vol.* 2. Vulteius *lib.* 1. *de feud. c.* 2. *num.* 54. & plures alij, referens Henricus à Rosenthal. *in tract. iur feud. c.* 12. *concl* 19. *nu.* 4. & 5. vbi, & dissentientes, nonnullos citat.

Addendum hoc loco illud est: feloniam † priuatione feudi 2
dignam absque omni dubio per euidentiam rei, & aspectum probari posse. Tum † quia isthæc probatio, quæ fit per rei eui- 3
dentiam, & aspectum, omnium est optima, & validior quacunque alia probatione, & cuiuscunque generis probationi præfertur. Bald. *in l. Deo nobis,* 56. *C. de Episcop. & cleric. & l. contra negantem,* 4. *nu.* 7. *C. ad l. Aquil.* Barbat. *cons.* 7. *col.* 4. *lib.* 1. Tiraq. *in tract. de vtroque retract. part.* 1. §. 4 *gloss.* 1. *nu.* 36. Tum quia illa probatio est multum priuilegiata, & omnes alias probationes excedit. Rom. *consil.* 104. & Hippol. de Mars. *in rubr. C. de probationibus. num.* 169. Tum quia ista probatio per nullam legem, statutum, vel consuetudinem exclusa censetur: sed semper, & quandocunque, & in quibuscunque causis recipi debet, etiam ante litem contestatam, & tempore feriato: item post attestationes publicatas, nec non post sententiam latam; & contra instrumentum guarentigiatum, executionem paratam habens; vt, multis relatis auctoritatibus censent Schrad. *d part.* 2. *nona partis princ. sect.* 13. *n.* 108. & Rosenthal *d. c.* 12. *conclus.* 19. *nu* 49. *& seq.* Harprec.

b *Feloniam.*] Hic scias, quod tametsi vasallus commiserit feloniam contra dominum, non tamen hæredes domini possunt eum feudo priuare, si dominus illam sciebat: secus si ignorabat; per Marin. Anguiss. *in cons.* 94. *nu.* 22. & vide *sup. q.* 31. *sub apostil. signata litera B.* priuatur, & similiter si pater vasallus commisit feloniam, eius hæres haud potest priuari: per Ias. *in l. si vltimo not. C. de iur. emphyt.* Vbi Clericus venit priuandus propter proditionem factam contra dominum: tunc pares curiæ nec alius iudex secularis possunt de tali proditione cognoscere, sed solus ordinarius clerici; per Roland. *cons.* 4 *nu.* 35. 36. 37. vide tamen infr. *q. fin. versic. & hæc quidem.* Hic etiam scias, quod feloniam committendi confiscantur nedum bona allodialia, sed etiam feudalia etiam in præiudicium agnatorum, quoniam delictum tam graue officit nedum delinquentibus, & filiis, verum etiam agnatis: per Rol. *cons.* 1. *col.* 2. *vol.* 3. Giach.

QVÆSTIO LXI.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Vasallus, qui coactus aliquid fecit contra dominum, an debeat feudo priuari.*
2 *Et quid si illud fecit per metum.*

Ex Additionibus.

1 *Vasallus vi, metuve iusto coactus, dominum feudi offendens, an feudo priuetur.*
2 *Statutum irrogans certam pœnam præstantibus auxilium bannitis, non extenditur ad illos, qui coacte bannitis auxilium præstiterunt.*

QVæro, vasallus fecit aliquid, propter quod est feu- 1
do priuandus, nunquid a si illud fecit coactus, a
debet nihilominus feudum amittere? Resp. quod non. Ita dicit glos. *in cap.* 1. §. *porro. in verbo, Perdit qua fuer. prima causa benef. amit.* quam sequuntur communiter Scribentes, vt dicit Gratus *cons.* 5. *nu.* 13. *lib.* 2. non enim dicitur delinquere, qui aliquid coactus facit.

Sed quid si illud fecerit per metum? b Respondeo b
quod pariter excusabitur Ita sentit gloss. *in cap.* 1. § *similiter in verbo, Priuabitur. de consuet. recti feud.* quam sequuntur communiter Doctores, vt ait Grammaticus *cons.* 13. *nu.* 30. Quod tamen intelligo, vt procedat in iusto metu, & qui cadit in constantem virum. Dico etiam, quod si cessaret vis, aut causa metus & vasallus nihilominus perseueraret in offensione domini, tunc reputaretur voluntarie delinquere; & ideo non esset excusandus à priuatione feudi.

ADDITIONES.

NVnquid si illud fecit coactus.] Si † vasallus vi, vel metu 1
iuste coactus, dominum feudi læserit, seu offenderit; a
feudo priuandus haud venit, argum. *c. sacris,* 5. vbi Canonistæ, *extr. de his, quæ vi. metusue caus. fiunt,* & argum. *can. presbyteros,* 29. *dist.* 50. Et præter Claru nostrum, tradunt Schneidevv.

de

*de feud part.8.c.1.n.111.*Schrad. *in tract. feud. part.9.c.4.num.94.*
2 Rosenthal *in tract. iur. feudor. c.10. conclus* 10.n.61. Quæ † sententia ex eo confirmari videtur, quod statutum irrogans certam pœnam præstantibus auxilium bannitis, vel receptantibus bannitos, non extendatur ad illos, qui coacte bannitis vel auxilium præstiterunt, vel bannitos receptarunt, vt, post Bar. *in l. post legatum, 5. § iis vero. ff. de his, quibus vt indign.* & Florianum *in l. in omnibus, 3. ff. de noxal. actionibus* annotauit Schrad. *d. par. 9.c.4.n. 95.* Harp.

b *Per metum.*] Adde commune etiam per Roland. *cons 1. nu. 10.* & dixi *in collecta mea commun. opin. in verb. vasallus, numero 1.8* Giach.

QVÆSTIO LXII.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Vasallus propter ingratitudinem, vel etiam caussam priuationis an cadat ipso iure à feudo, vel sit per sententiam priuandus.*

Ex Additionibus.

1 *Vasallus priuandus ob feloniam, vtrum feudum ipso iure, an per sententiam amittat.*

2 *Rixis occasio non præbenda.*

3 *Interpretatio tit.24. lib.2. feudor.*

1 QVæro, an in casibus, in quibus vasallus incurrit pœnam priuationis feudi, priuetur *a* feudo ipso iure, an autem requiratur sententia? Resp. quod regulariter non priuatur feudo iure, sed post conuictam culpam, & sic secuta sententia. Ita tenet gloss. *in c. 1. in verbo, iure feudi, quib. mod feud. amitt.* quæ in hoc est communiter approbata, vt dicit Alexan. *cons. 124. num. 1. lib. 1.* Et est communis opin. vt ait Curt. iun. *de feud in 4. parte, in vltima particula, in 1. dubitatione* Zas. *de feud. in 10. parte, in fin. prima particula.* Et dicit Molin. *in consuetud. Paris. feud. § trigesimo, n. 25* hanc esse communem, & veram omnium sententiam, quod propter quamcunque causam amittendi feudum, siue propter negationem, siue propter non petitam inuestituram infra tempus debitum, siue etiam propter feloniam, nunquam amittitur feudum ipso iure, sed tantum post sententiam, excepto solo casu alienationis, & traditionis facto domino irrequisito, quo casu feudum amittitur, & ad dominum reuertitur ipso iure.

ADDITIONES.

a PRiuetur feudo.] Hic scias etiam, quod vasallus, qui commisit feloniam, lege feudi solum priuatur feudo, vide per Cæph. *in cons. 18 nu. 42.* an, & quando bonis vasalli publicatis bona feudalia comprehendantur in bonorum publicatione? vide per Bos. *tit. de bono public. sub n. 53.* quod dixi alias, & plenius. *Giach.*

1 *Priuetur feudo ipso iure.*] Quoties † feudum propter feloniam, & culpam à vasallo commissam amittitur, toties regulariter nō ipso iure, sed per sententiam iudicis, de causa, atque delicto agnoscentis, reumque vasallum condemnantis amitti verius putatur, per textus apertissimos *in tit. 21. in prin. & titu. 22. § sancimus, lib. 1. F.* Quibus textibus accedit manifesta iuris ratio: quod † nempe si daretur domino facultas propria auctoritate
2 vasallum expellendi, eo quod culpam diceret commissam, negante id vasallo, & sese domino opponente: sæpe ad rixas, ad manus, & ad arma veniretur: Hoc autem prætor permittere minime debet, arg. *l. non est singulis, 176. ff. de reg. iur.* Atque ita, vltra Clarum nostrū, & ab eo relatos hic, censent Iacobin. de S. Georg. *in tract. feud. verb. dictione vasalli, n. 9. & 11.* Ruinus *cons. 27. n 4. libro 1. Pract. Papiens in form. libell. quæ igitur ad renoc. feud. verb. nec superstitibus ex eo liberis, n. 8.* Guid. Papiens. *decis delph. 164.* Matth. de Afflict. *decis. Neapol. 385. n. 70.* Paris *cons. 1. n. 18. & cons. 101. n. 116 libro 1.* Anton Gabr. Roman. *in tractat. reg. libro 7. rubr. de crim concl. 9 n. 10.* Sonsbecc. *in Comment. in vsus feud. parte 13. n. 74.* Hannecton *libro 3. de feud. c. 13.* Vult. *libro 1 de feu. c. 11 1. n. 59.* Mozz. *de feud. tit fin. n. 40. & n. 105.* Schneidevv. *de feud. parte 8. c. 2. n. 10.* Duaren. *de feud. c. 15 n. 14.* Gail *libro 2. obser. 51. num. 1. & libro 2 de pace publ. c. 3. n. 10.* Hart. Hartm. *pract. 9 libro 1. tit. 54. de feud. obs. 23.* Schrad. *in tract. feud. 2. parte 9. partis prin sect. 8. nu. 14.* & Rosenthal *in tract. iuris feud. c. 10. conc 41. n. 1. & seqq.* alijque complures, ab his allegati.

3 Huic verissimæ, & receptissimæ sententiæ non obstat, † quod textus *in tit. 24. libro 2. F.* vtatur vero præsentis temporis *amittit.* adeoque significet, quod si vasallus intra annum, & diem non petierit inuestituram, ipso iure feudo priuetur. Nam quod vasallus ex dicta causa non ipso iure feudum amittat, colligitur *ex d. tit. 24.* vbi textus loquitur per verbum futuri temporis *carebit.* At quando lex loquitur per verba futuri temporis, non importat ipso iure priuationem: sed requiritur sententia priuatiua. Proinde præcedens verbum (*amittit*) quod est præsentis temporis, explicationem recipit ex verbo carebit, futuri temporis; perinde ac si Feudista dixisset: vasallus ob nō petitā inuestituræ renouationem tum amittit feudum, quando deprehensus, & iudicatus fuerit, non habuisse causam non petendæ intra legitimum tempus renouationis. H. *d. c. 14. pag 192.* Reliquæ ratiunculæ, quibus dissentientes nonnulli nituntur, propter sui leuitatem confutatione non indigent. Cæterum prædictæ regulæ exceptiones non contemnendas, post alios, referunt Vulteius *d. c. 11. n. 60.* & Schrad *d. parte 2. nonæ partis princ. sect. 8 n. 21.* Harp.

QVÆSTIO LXIII.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Dominus recipiens seruitia à vasallo an censeatur illi remittere caducitatem, quam prius incurrerat.*

Ex Additionibus.

1 *An & quatenus dominus, qui intra legitimum tempus seruitia à vasallo inuestituram non petente, recipit, vasallo ingratitudinem remisisse videatur, remissiue.*

QVæro, nunquid dominus, qui post ingratitudinem vasalli recepit ab eo seruitium, censeatur *a* illi remisisse ingratitudinem, & pœnam? Resp. quod si ignorabat vasallum à feudo cecidisse, non censetur illi remisisse caducitatem. Et hoc approbant communiter DD. vt in Grat. *cons. 2. n. 75. lib. 1.* Nam ignorantis nulla est voluntas Si vero sciebat eum cecidisse, tene, quod censetur remisisse, nisi in receptione seruitij fuerit *b* protestatus, se id recipere saluo iure caducitatis. Vide in hoc proposito; quæ dixi supra *q. 49. vers. Sed pone.* 1 a b

ADDITIONES.

a CEnseatur illi remisisse ingratitudinem] An, & quando dominus, qui post annum, & diem seruitia à vasallo, qui inuestituram non petiit, receperit, vasallo ingratitudinem commissam remisisse censeatur, monitum est supra *ad quest. 49. n 10* & fusius declarant, præter Clarum nostrum Ioannes Borchol. *in Comment. in consuet. feud c. 8. n. 24. & seqq.* Lourent. Syluan *de feud. recognit. q. 80.* Thomas de Marin. *de generibus & qualitat. feudor. titulo 2. parte 2. de feudo ex pacto, &c. nu. 80.* Schneidevv. *de feud. parte 5. nu. 12.* Nicol. Mozz. *de substant. feud. num. 48.* Sonsbecc. *in Comment. ad vsus feud. parte 11. nu. 22. vers. fallit sexto* Aurel. Corbul. *in tract emphyt. c. 5. n. 33.* Dec. *cons. 76. nu. 100. vol. 1.* Schraderus *in tract feud. parte 6. c. 2. nu. 78. & seqq.* Vult. *libro 1. de feud. nu. 11. nu. 63. & seqq.* alijque ab his designati. *Harp.*

b *Fuerit protestatus.*] Hic etiam nota, quod si dominus recipiat ab emphyteuta canonē reseruando sibi ius caducitatis, ipsum ius caducitatis sibi conseruatur. per Ias. *in l. si post moram, colu. 8. circa fin. ff. de eo quoad cer. loco,* si vero receperit pro eo anno, pro quo ratione solutionis vult rem ipsam incidisse in commissum, sibi præiudicat: commune dixi plene *in mea collecta, in verbo, Dominus, vide ibi* Giach.

QVÆSTIO LXIV.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Ius priuandi vasallum feudo an transeat ad hæredes domini.*

2 *Et quid si culpa erat talis, propter quam vasallus ipso iure cecidisset à feudo.*

Ex Additionibus.

1 *Hæres domini non agit ad priuationem contra vasallum, si dominus in vita tacuerit.*

POne, vasallus commisit causam, propter quam poterat feudo priuari, dominus autem priusquam querelaret, decessit, Quæro nunquid ius priuandi vasallum 1 transeat *a* ad hæredes ipsius domini? Resp. quod si do- a minus in vita non querelauit, tale ius non transit ad hæredes, Ita dicit gl. *in c. § in verbo, Concubuerit. quib. mod. feu. amit.* & est communis DD. sententia, vt dicit Curt. iun. *de feu. in 4. par. in vlt. particula, in 2. dubitatione.* Hanc etiā

sententiam dicit esse communiter receptam Ripa *in l. fin.nu.237.C. de reuoc. donat.* Quæ tamen intelligenda est, vt procedat, quando dominus sciuit culpam vasalli, & de ea conquestus non est: secus *b* autem si non sciuisset. Nam eo casu vtique transit ad hæredes. Et hæc fuit doctri. Iacob de Beluis. *in d. §. 1.* quam omnes DD. sequuntur, vt ait Iaco. *in verb. Dictique vasalli, el 1. n. 51.* faciunt, quæ dixi supra *q. præcedenti.*

2 Sed quid si culpa erat talis, pro qua vasallus esset ipso iure priuatus feudo? Resp. quod idem dicendum est. Adhuc enim si dominus sciens querelam non fecerit, sed tacuerit, non transmittit ad hæredem ius reuocandi feudum. Et ita tenent omnes Scribentes, vt dicit Mol. *in consuetud. Paris. feud. §. 30. num. 127. in fin.* Nam conclusio Doctorum solummodo fundatur in coniectura ta mente domini, qui ex quo non querelauit, videtur remisisse: quæ ratio pariter militat, siue ipso iure, siue per sententiam priuetur feudo. Et ideo vbicunque appareret de voluntate domini in contrarium, puta, quia reuocasset iniuriam ad animum, vel huiusmodi, tenendum esset, quod transmitteret ius priuationis ad hæredes.

ADDITIONES.

a Transeat ad hæredes.] De ista communi opin. vide etiam per Senatum Pedemon. *decis. 77. n. 11.* Giach.

1 *Nunquid ius priuandi vasallum transeat ad hæredes.*] Hæres † domini ob feloniam commissam, si dominus actionem contra vasallum viuus, cum poterat, non intentauerit, vasallum actione vlla conuenire non potest, per gloss. *in c. 1. §. porro, quæ fuit prima caus. benef. amitt.* vbi Bald *nu. 3.* Aluarott. *nu. 3.* & Præposit. *nu. 2.* Et notant quoque præter Clarum hic nostrum Syluanus *de feudi recognit. q. 28. & seq.* Paris de Puteo *de reintegrat. feudi. c. 21. nu. 1. cum seq.* Petrus Iacobi *in practic. in forma libelli de condict. ex moribus pro feudo aperto sub c. de caus. ex quibus feud. amitt. num. 5.* Ferrariens. *practic. in form. libelli ad reuoc. feud super verb. vita eiusdem insidiatus. nu. 2.* Vulteius *lib. 1. de feud. c. 11. nu. 68.* & Borcholtus *in Comment. in consuet feud. c. 8. n. 154. & seq.* aliique per hos adducti. *Harpr.*

b *Secus.*] Aduerte, quod vbi Princeps haud potest disuestire vasallos, quod potest tamen in tali feudo nouum modum, & formam succedendi adhibere, per Rolan. *in cons. 3. nu. 137. & 138. libro 1.* Item aduerte, quod vbi vasallus commisit delictum, ob quod feudum reuertitur ad dominum immediate, si post declaratoriam restituatur à Principe, quod intelligatur restitutus ad feudi recuperationem, per Alex. *in l. Gallus §. & quid si tantum, ante n. 29. ff. de lib. & posth.* Giach.

QVÆSTIO LXV.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Ius priuandi vasallum feudo an transeat contra hæredes vasalli.*

Ex Additionibus.

Si vasallus, qui ob culpam admissam feudi priuandus erat, moriatur, cum dominus aduersus ipsum actionem ad priuationem feudi nondum instituisset: an & quatenus contra hæredes illius vasalli actio ad priuationem feudi institui possit.

2 *Feudo ipso iure commisso, an & quatenus contra hæredem vasalli agi queat, etiam non conuento vasallo viuo.*

1 QVæro nunc, quid econuerso: Pone, vasallus commisit feloniam, vel aliquid aliud, propter quod ceciderat à feudo, sed tamen priusquam dominus querelam contra eum institueret, decessit, nunquid *a* poterit dominus huiusmodi querelam proponere contra
b hæredem *b* ipsius vasalli, & eum feudo priuare? Resp.
c quod non, nisi essemus in casibus, in quibus *c* vasallus priuatur feudo ipso iure, vel ex dispositione iuris, vel
d ex forma pacti appositi *d* in inuestitura; tunc n. benè posset, querela proponi contra hæredem. Ita dicit Bal. *in c. Imperialem, §. insuper, n. 7. de probib. feu. alie. per Frider.* quē omnes sequuntur, vt dicit Iac. *de feu. in verbo, Dictiq; vasalli. el 1. nu. 53. circa fin.* Quam opin. ego sequerer, vbi delictum esset adeo notorium, & inexcusabile, quod nullo pacto negari, aut defendi posset. Sed si egeret aliqua probatione, vel posset aliquo colore excusari, mihi nunquam placuit, quod feudum posset hoc casu ab hærede vasalli reuocari: est n. valde iniquum, vt de delicto mortui, qui se defendere non potest, agatur ad præiudicium hæredis, qui non deliquit. Et cum semel iste casus in facto contigisset, ita consului. Dicebam etiam, quod licet ille esset casus, in quo vasallus erat ipso iure priuatus feudo, neque requirebatur sententia, tamen ex quo agebatur contra hæredem, vel agnatum, qui erat vocatus ex tenore inuestituræ, non poterat ab eo auferri feudum, nisi præcedente sententia, & processu, ex quo iste est tanquam tertius possessor. Et tandem post longam litem res fuit composita, feudo remanente apud filium ipsius vasalli, qui deliquerat.

ADDITIONES.

a Nunquid poterit dominus huiusmodi querelam proponere contra hæredem.] Si † vasallus, qui ob causam culpam commissam feudo priuandus erat, moriatur, cum dominus aduersum ipsum actionem ad priuationem feudi nondum instituisset; contra hæredes istius vasalli actio ad priuationem feudi institui haud poterit: si modo dominus vasallo adhuc viuente sciuerit, culpam eiusmodi ex qua feudo priuandus sit, commissam esse, & præterea aduersus ipsum agere potuerit, neque tamen egerit, per gl *in c. 1. §. insuper, in verb. non succedit, de probib. feud. alien. per Frid.* ibique Bald. *n. 5.* Aluar. *n. 4.* & Afflict. *nu. 15.* Borchol. *in consuet feud. c. 8. n. 155.* Sonsbece. *ad vsus feud. par. 12. n. 31.* Menoc. *cons. 99. n. 162.* Mynsin. *cent. 3. obser. 67.* eosque cum aliis referens Vult. *lib. 1. de feud. c. 11. nu. 66.* Harprec. 1

b *Contra hæredem.*] Dixi *ad q. 60. sub 1. apostil. ex Ias.* Giach. 2

c *In quibus vasallus priuatur feudo ipso iure.*] Si culpa † à vasallo commissa sit eiusmodi, vt vasallus ipso iure feudo priuetur: tunc, etiam si aduersus vasallum viuentē dominus actionem nō instituerit; hæres tamen vasalli defuncti nihilominus à domino conueniri poterit, & aduersus ipsum ad priuationem agi; vt, post plures alios, docent Borcholt. *d. c. 8. n. 155.* Menoch. *cons. 104. nu. 47.* & Rosenthal. *in synops. totius iur. feud. c. 10. concl. 106.* Huiusque doctrinæ ratio in eo posita creditur: quod gl. *in l. 3. §. quod autem ait. ff. quod quisque iuris in alium stat &c.* affirmat, quod illis casib. quibus pœna ipso iure incurritur, actio in hæredes delinquentis competat; etiamsi aduersus ipsum delinquentem non sit intentata. Quam doctrinam communiter, & regulariter esse receptam tradit Hartm Pistor. *q. 15. libr. 1.* Tametsi non desint, qui ne illis quidem casibus actionem aduersus hæredem dandam esse statuant: eo quod illis casibus opus sit sententia iudicis declaratoria. Vbi autem declaratoria opus est, pœna aduersus hæredes non transeat, per notata Bartoli *in l. eius qui delatorem 29. de iure fisci.* Quam pugnā conciliare videtur hic Clarus noster, & Pistoris *d. q. 15. n. 11.* prout cū citat Vulteius *d. c. 11. n. 67.* Harprec.

d *Pacti appositi in inuestitura.*] Insurgit hic vna pulcherrima quæstio. Pone vasallus alium constituit in eadem re, & secundus vasallus feloniam committit, vel culpam priuationem feudi dignam: modo quæritur, ad quem eorum reuertatur feudum; dic ad primum. Vide per Alex. *in l. possideri, §. ex contrario. n. 38. ff. de acquir. poss.* Giach.

QVÆSTIO LXVI.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Feudum priuato vasallo, an aperiatur domino, vel agnatis.*
2 *Et quid in feudo nouo.*
3 *Et quid si sit antiquum.*
Et quid in agnatis collateralibus ipsius vasalli delinquentis.
4 *Et quid si feudum sit concessum pluribus æque principaliter.*
5 *Et quid si vasallus priuetur feudo ex aliquo delicto, non concernente directo personam domini.*
6 *Et an aperiatur omnibus agnatis indistinctè.*
7 *Et quid si priuetur propter alienationem ipsius feudi domino irrequisito factam.*
8 *Et quid si priuetur ex eo, quod fuerit contumax in associatione Imperatoris Romam proficiscentis ad suscipiendam coronam Imperij.*

Ex Additionibus.

1 *Feudum vasalli delicto amissum, cui aperiatur, remissiue.*
2 *Cuinam feudum ob alienationem, à vasallo illicite factam, commissum cedat, remissiue.*

Quæ-

1 QVæro, quando vasallus priuatur feudo, cui aperiatur ipsum feudum. scilicet an domino, vel agnatis? Resp. Debes scire, quod quatuor modis principaliter feuda finiuntur, scilicet morte vasalli, siue fine lineæ; renunciatione, delicto, & alienatione. Si feudum finitur morte vasalli, quia scilicet eius linea, seu progenies in ipso deficiat, nulli dubium est, quod aperitur domino. An autem agnati proximiores vasalli defuncti possint petere se de ipso feudo inuestiri, dixi infra q. 87. Si finitur renunciatione vasalli, cui eo casu feudum aperiatur, dixi supra quæst. 34. Restat ergo, vt videamus,
a quando a feudum finitur delicto, vel b alienatione, cui
b applicetur? Et hoc casu, secundum Doct. distinguendum est inter species delicti. Nam si culpa, aut delictum, propter quod vasallus priuatur feudo, est tale, quod de directo offendat dominum, tunc feudum reuertitur ad ipsum dominum, exclusis filiis, vel agnatis ipsius vasalli delinquentis.

2 Et hæc quidem conclusio de plano procedit, quando feudum est nouum. Nam hoc casu proculdubio aperitur domino, exclusis agnatis & descendentib. ipsius vasalli. Et in hoc consentiunt omnes Doct. vt dicit Aluarott. *in c. 1. §. denique, post n. 8. vers. Et prima conclusio. quæ fue. caussa benef. amit.* Et dicit Iacob. *de feud. in verbo, Dictique vasalli, col. 1. n. 58* quod hanc conclusionem communiter sequuntur Doct. Dicit etiam Curt. iun. *de feud. in 5 parte, in 1. conclusione*, quod in feudo nouo hæc conclusio est per omnes indifferenter approbata, quem refert Paris. *cons. 1. n. 17. lib. 1.*

3 Sed si feudum sit antiquum, tunc si quæratur de filiis, aut descendentibus ipsius vasalli delinquentis, fere omnes in hoc conueniunt, quod eis exclusis, feudum reuertatur ad dominum, & est magis communis opin. vt attestatur Alexan. *cons. 30. n. 4. lib. 6.* quod est duplicatum *cons. 60. lib. 3.* Sed in agnatis collateralibus vasalli delinquentis Doctores sunt varij. Nam multi tenuerunt, quod hoc casu feudum non aperiatur domino, sed agnatis. Et ita tenuit Andr. de Isern. *in d. §. denique*, Multi vero tenuerunt contrarium, quod scilicet etiam huiusmodi feudum hoc casu aperiatur domino, non agnatis. Et hæc est communis conclusio, vt attestatur Curt. iun. *in d. 5. 1. conclusione*, quem refert Grat. *cons. 2. n. lib. 1.* Hanc etiam esse communem, & veram doctrinam affirmat Ioan. de Ana. *cons. 12. nu. 5.* Dec. *consil. 44. num. 30.* Gozad. *cons. 84. nu. 3.* Hæc tamen opi. mihi nunquam placuit. Videtur enim nunquam, quod vasallus possit delinquendo excludere agnatos à feudo eis debito virtute primæ inuestituræ, absque aliquo eorum facto, aut culpa. Nihilominus in practica fore propter auctoritatem Doct. illa obtineret.

4 Sed in omnem casum, ista conclusio non haberet locum, quando tale feudum ita esset concessum: Titio, & eius hæredibus, de vno ad alterum reuertendo, vel Titio, Seio, & Caio, omnibus principaliter, vel in solidum, vel attentis meritis singulorum: nam his casibus, ex quo vnusquisque de per se principaliter consideratur, vnius culpa aliis non nocet. Ita sensit Bald. *in d. §. denique, num. 1* quem post omnes sequuntur, vt ait Iacob. *in d. verbo, Dictique vasalli, post nu. 58 vers. Quarto limitabis.* Et post eum dicit Zas. *de feud. in 10. parte, in 2. part. conclus. 4. vers. Tertio fallit.* quod hanc doctrinam tenent communiter Doctores.

5 Aut vero vasallus priuatur feudo ex alio delicto, vel culpa, non concernente directo personam domini, & hoc casu si feudum est nouum, applicatur domino, & in hoc nemo discrepat, vt dicit Curt. iun. *in d. 5. parte, in 2. conclusione.* Si vero est antiquum, reuertitur ad agnatos, non autem ad dominum. Ita tenent Andr. de Isern. *in d. §. denique.* Et ista conclusio est per omnes approbata, vt dicit Curt. iun. *in d. 5. parte. in 3. conclusione.* Hanc etiam esse communem opin. attestatur Alexand. *in l. si finita, §. si de vectigalibus, col. 15. ff de damno infect.* prout illud refert Dec. *cons. 152 post n. 6.* licet ego non reperiam Alexan. ibi hoc attestantem. Ita etiam dicit communiter teneri Præpositus *in d. c. 1. §. penult.* quem refert Zas. *de feud. in d. 10. parte, in 2. particula, in 5. concl.*

6 Sed quæro, an hoc casu aperiatur omnibus agnatis indistinctè? Respond. quod non, sed excluduntur filij, & omnes descendentes, item etiam transuersales agnati, intra quartum gradum. Ita tenet Iacob. de Beluis. *in c. 1. §. si vasallus culpam si de feudo fuer. controuers.* Et est communis opin. vt dicit Ruin. *cons. 23. num. 32. libro 5.* Quæ opinio mihi semper visa fuit dura, vt dixi supra *versic. Sed si feudum.* Tamen præsupposito, quod sit vera, recipit vnam singularem limitationem, vt scilicet non procedat, nisi in feudo simpliciter recepto, quod aliqui appellant informe, puta, concedo tibi hoc castrum in feudum. Secus autem si feudum fuisset receptum à patre, vel auo ipsius delinquentis expresse pro se, & liberis, vel pro se, & filiis, vel huiusmodi. Nam eo casu admittuntur indistinctè omnes agnati, & filij ipsius delinquentis. Ita tenent Cyn. *in l. 2. C de liber. & eorum liber.* quem in hoc cæteri Scribentes sequuntur, vt dicit Alexand. *in d. §. vectigalib. n. 19.*

7 Sed quid si vasallus cadat à feudo, eo quia ipsum feudum irrequisito domino alienauerit, nunquid hoc casu feudum deuoluetur ad dominum, an autem ad agnatos? Respond. in hoc articulo variæ fuerunt Doctorum opin. Nam aliqui simpliciter dicunt, quod refertur domino, non autem filiis, vel agnatis: Et hanc opinionem dicit esse magis communem Aret. *consi. 14. post num. 11. vers. venio ad secundum.* quem refert Socin. iun. *cons. 77. num. 139. libr. 1.* Alij vero distinguunt inter filios, & agnatos, & dicunt, quod factum vasalli alienantis irrequisito domino nocet filiis, sed non nocet aliis agnatis. Et hanc opin. dicit esse communem Ruin. *cons. 114. n. 18. lib. 1. & cons. 11. n. 10. li. 4.* Alij vero aliter distinguunt, scilicet inter feudum nouum, & feudum antiquum, & dicunt, quod si feudum est nouum, reuertitur ad dominum: si vero antiquum, reuertitur ad agnatos. Et hanc opin. dicit Curt. iun. *in d. 5. parte, in 4. conclus.* quod tenet gloss. *in cap. 1. § hoc quoque, de success. feudi*, quam dicit esse per omnes approbatam. Et hæc quidem distinctio satis bona ratione sustinetur. Nam in feudo nouo ex quacunque causa vasallus eo priuetur, etiamsi non concernat iniuriam domini, tamen ipsum feudum semper ad dominum reuertitur, exclusis descendentibus, & agnatis omnibus. Et hæc est clara, & expedita conclusio, vt dicit Curt. iun. *in dict. 5. parte, in 2. conclusione*, subdens, quod ab ea nullum inuenit discrepantem. Pro qua facit conclusio Andr. de Isern. de qua supra pluries facta est mentio, maxime *in quæst. 41. versic. Et hæc quidem*, quod scilicet de feudo nouo potest vasallus ad sui libitum disponere in præiudicium agnatorum. Ergo, & delinquendo, vel alienando, poterit eis præiudicare. Secus autem est in feudo antiquo, in quo vasallus non potest agnatis alienando, aut delinquendo præiudicare, vt dixi supra. Ideo si illud alienet, non domino, sed ipsis agnatis deferri debet. Et hanc opin. quod scilicet deferatur agnatis, non autem domino, quam (vt dixi) tenuit gloss. *in d. §. hoc quoque.* dicit esse veram, & magis communem Bald. *in d. cap. 1. denique, quæ fue. pri. caussa benef. amitt.* prout illud refert Ruin. *cons. 166. nu. 15. lib. 1.* Ego tamen non reperio Baldum ibi attestari de communi, licet dicat, quod hæc opinio vera est. Hanc etiam opin. dicit esse magis communem Ioan. Rayn. *in c. Imperialem, § pœna. de prohib. feud. alien. per Frider.* quem refert Iacob. *de feud. in verbo, Et cum pacto de non alien. n. 30.* Alexan. *cons. 50. nu. 27. in fin. libro 1. quod est duplicatum*

conſ.2.in 5.vol. quem refert Ruin. *conſ.7.num.12.lib.1. & conſ.45.num.19.eod.volum.* Curt.iun. *in d.concluſione, in fin.verb.* Ruin. *conſ.2.poſt num.2.libr.1.* Zaſ. *de feud, in 10. parte, in 2.particula, verſi. Quarta concluſio.* vbi dicit, quod ita communiter tenetur. Et hæc concluſio nedum habet locum, ſi talis alienatio facta ſit per vaſallum in actu inter viuos, ſed etiam ſi facta ſit per viam legati. Et ita hanc opin. dicit eſſe magis communem Alexan. *in d. conſ.30. num.17.* Hanc etiam opin. quod ſcilicet deferatur agnatis, ſequitur Socin.iun. *conſ. 112. num. 2.* dicens, iſtam eſſe communem, & veriſſimam concluſionem, quod feudum antiquum alienatum per vaſallum ſine conſenſu domini, non ipſo domino aperiatur, ſed filiis, aut agnatis ipſius vaſalli, vt ſic ipſi ſaltem poſt mortem alienantis poſſint illud recuperare. Quam concluſionem atteſtatur eſſe magis communiter approbatam idem Socin.iun. *in d.conſ.77.num.121. lib. 1. & conſ. 101.nu.6.lib.2.*

Ego alias in illa cauſa, de qua ſupra mentionem feci, conſului, quod indiſtincte, & ex quacumque culpa vaſallus feudo priuetur, tam alienationis, quam feloniæ, vel alia, ſi feudum eſt tale, de quo vaſallus poſſit libere diſponere in præiudicium agnatorum, ſemper feudum aperitur domino, non autem filiis, vel agnatis. Si vero vaſallus non poteſt de feudo in præiudicium agnatorum diſponere, nunquam feudum aperitur domino, ſed ipſis agnatis, quibus iam ex tenore inueſtituræ erat ius quæſitum. Neque ſcio videre aliquam bonam rationem differentiæ, cur qui non poteſt mihi præiudicare alienando, etiam cum conſenſu domini, debeat poſſe mihi præiudicare alienando ſine eius conſenſu, vel aliter delinquendo: & text. *in §. denique,* poſſet euitari tenendo, quod procedat ſolummodo in feudo antiquo informi, ſcilicet conceſſo ſimpliciter alicui, nulla facta mentione filiorum, aut deſcendentium. Secus autem in feudo antiquo, quod eſſet expreſſe ex pacto, & prouidentia. Et hæc opin. iudicio meo eſt verior, & æquior, licet forte propter commun.opin. Doct. difficile eſſet illam ſuſtinere in practica.

Nam omitto etiam, quod eſt vnus caſus, in quo delictum, ſiue iniuria non reſpicit principaliter dominum, & tamen vaſallus priuatur feudo, & feudum deuoluitur ad dominum, excluſis agnatis omnibus: Quando ſcilicet vaſallus requiſitus, vt aſſociet Imperatorem proficiſcentem Romam, pro ſuſcipienda Corona Imperij, fuit contumax, & inobediens. Ita dicit gloſſ. *in ca. 1. §.fin.in gloſſ fin. de pace iuramen. firm.an.* licet in libro meo ſit ſub Rubrica de allodiis, & male, quam glo. ſequuntur communiter Scribentes, vt dicit Curt. iun. *in d 5.parte, in 1.concluſione, col. 2.verſ.primam,* quam tamen ego non ſequerer in feudo antiquo, quod eſſet ex pacto, & prouidentia, vt ſupra dixi.

ADDITIONES.

a Q*Vando feudum finitur delicto*] Feudum vaſalli † culpa, ſiue delictum amiſſum ad quem pertineat, poſt Clarum noſtrũ,
1 latiſſime, & accuratiſſime explicant Hartman. Piſtor. *li.2.quæſt. 25.& 26.* Sonsbecc. *in Comment. ad vſus feud. p. 13.* Vult. *libro 1. de feud.c.11.n.69.& ſeqq.* Borcholt. *in Comment. in conſuet feud. c.8.n.150.cum ſeqq.* D. Bocerus *claſſ. 5. diſp. 20. th 140 & ſeqq.* Henricus à Roſenthal. *in tract.iuris feud.c.11. concl.6. & aliquot ſeqq.* aliique plurimi per eum recenſiti. *Harp.*

b *Vel alienatione.*] Cui feudum ob alienationem à vaſallo il-
2 licite factam commiſſum cedat, poſt Clarum noſtrum hic *nu.7.* & ab eo relatos, abunde declarant Ioan Borcholt *d. cap. 8. nu. 142. cum ſeqq.* Hartman. Piſtor. *d. libro 2. quæſt 17.* Gail. *libr 2. obſeru.50.num.11 & 12.* Vulteius *d.cap.11. num 74. & ſeqq.* Roſenthal *dict. tractat. feud. cap. 9. membr. 2. concl. 94. & multis ſeqq.* aliique innumeri ab eo congeſti. *Harprec.*

QVÆSTIO LXVII.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Ingratitudo Prælati an noceat Eccleſiæ.*

Ex Additionibus.

1 *An, & quatenus propter ingratitudinem Prælati feudum reuertatur ad dominum.*

QVæro, an propter a ingratitudinem Prælati feudum conceſſum eccleſiæ, reuertatur ad dominum. Re- a 1
ſpond. quod ſic: ſolummodo tamen ad vitam ipſius Prælati ingrati, & quatenus ſpectabat ad eius menſam. Ita tenent omnes Scribentes vbique, vt dicit Molin. *in conſuet. Pariſ. feud. §.30.nu 62.* vbi etiam dicit, quod ita obſeruatur. Et eſt iudicio meo rationi conſentaneum, ne Eccleſia, & ſucceſſor ſine culpa ob alterius ingratitudinem damnum patiantur.

ADDITIONES.

P*Ropter ingratitudinem.*] Aduerte ad vnum, quod nec pares curiæ, nec iudex ſecularis poſſunt eſſe iudices: dixi ſupra ad *q.60.* in contrarium tamen vide per Clar. infra *q.90. verſ. ſed quid ſi dominus.* Giach. a

An propter ingratitudinem prælati, &c.] Feudum ad menſam † prælati per ... ſeloniam ipſius amittitur, & domino, ſaltem quamdiu is prælatus in viuis, & adminiſtratione eſt, applicatur: eo vero mortuo, ſiue remoto, ad ſucceſſorem eius in prælatura reuertitur. Ita præter Clarum noſtrum ſcribunt, & ſentiunt Gloſſ. Beluiſ. Iſern. Bald. Laudenſ. Aluarott. Præpoſit. Rauenn. Afflict. Schenck. Baro, Balzaranus & alij *in cap.1 §.fin. de capitulo Corradi. tit 40. libro 2.* F. Iacob. Ardizon. *in ſum. tit. quibus mod. feud. amitt. rubr 63* Capyc. *in inueſt. feudal. cap. fundatariorum delicta, colu. 2.§ prælati delictum pag. 156.* Duaren. *de feud. c. 15.num.6* Haunoton. *de feud. libro 3. cap. 10.* & alij quos refert Roſenthal. *in tractat. iuris feud. c. 10. concl.3.* vbi illud explanatius pertractat. *Harprec.* 1

QVÆSTIO LXVIII.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Dominus qui non facit iuſtitiam vaſallo, an priuetur proprietate feudi.*

Ex Additionibus.

1 *Quibus ex cauſis vaſallus priuatur feudo, ex iiſdem dominus priuatur proprietate.*

2 *Statutum in vno correlatiuorum extenditur ad aliud.*

3 *Dominus proprietate priuatur, ſi vaſallo non fecerit iuſtitiam.*

QVæro, nunquid a dominus, qui non facit iuſtitiam vaſallo, priuetur proprietate feudi? Reſpon. quod ſic, Ita tenet gl. *in c.1. item qui domino, in verbo, Iuſtitiam, quæ fuit prima cauſa benef amitt.* & illam gl. Doctores ſequuntur, vt dicit Iacob *de feud. in verbo, Delinque vaſalli, ol 1 nu. 24.* ex quo enim ex tali cauſa vaſallus priuatur feudo, vt eſt tex. expreſſus *in d. §. in qui. domino.* pariter etiam dominus debet proprietate priuari, quod tamen argumentum mihi non placet, vt ſæpe dixi. 1 a

ADDITIONES.

N*Vnquid dominus, qui non facit iuſtitiam vaſallo, priuetur proprietate.*] Illud hoc loco notandum, quod quibus † ex cauſis vaſallus feudo priuatur, ex iiſdem à parte domini contingentibus, dominus proprietate priuetur, per textus *in c. 1. §. domino. ſi de feudo defuncti contentio ſit int. dom. & agnat. vaſ. tit. 26. & in cap 1. qualit. domin. proprietate feudi priuet. titul. 47. libro 2.* F. Borch. *in Comment. in conſuetud feud. c.8 n 133.* Sunt † etenim dominus, & vaſallus relatiua, ac correlatiua: & ſtatutum in vno correlatiuorum extenditur ad aliud, *l. vlt. C. de indict. viduit. tollend. l.1. de cupreſſis.* Hinc recte affirmatur, dominum † feudi proprietate, quam in feudo habet, priuari, ſi non faciat iuſtitiam vaſallo, *cap.5. in fin. de milit. vaſal. qui contum. eſt.* gl. *in cap.1. §.2. verſ.* a 1 2 3

vers. porro. verb. iustitiam, quæ fuit prim. cauf. benef. amitt. tit. 24. lib. 2. F. Quam gl. referunt, & sequuntur post Clarum hic, Borcholt. *d. c. 8. nu. 138. in Epitom. feud. par. 10. n. 82.* Vulteius *lib. 1. de feud. c. 11. n. 52. pag. 767. & alij.* Harprec.

QVÆSTIO LXIX.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Dominus negans inuestire vasallum de feudo an cadat à proprietate feudi.*

Ex Additionibus.

1 *Sicuti vasallus feudum amittit, qui inuestituram intra annum & diem non petit: ita dominus proprietatem feudi perdit, si vasallum, inuestituram petentem, intra legitimum tempus non inuestierit.*

1 a QVæro, an dominus *a* denegans inuestire vasallum, qui tempore debito petiit ab eo inuestituram, cadat à proprietate feudi; dixi supra *quæst. 49. vers. Sed quid si vasallus.*

ADDITIONES.

a DOminus denegans inuestire.] Occurrit notab. quæstio, An Imperator possit imponere onera locis prius infeudatis retenta fidelitate, & maxime quando imponit onera pro necessitate belli. Vide per Cæph. *cons. 154.* Giach.

1 *An dominus denegans inuestire vasallum, &c.*] Quod † sicuti vasallus feudum amittit, qui inuestituram intra annum & diem non petierit; ita dominus quoque proprietatem feudi amittat, si vasallum, inuestituram petentem, intra annum, & diem non inuestierit, arguit gl. *in c. 3. in fin per quos fiat inuestit.* & ibi Bald. Iac. de Beluiso, Aluarot. & alij, Syluan. *de feud. obseruat. 30.* Hartman. Hartmann. *in pract. obseru. tit. de feud. obseruat. 9. circa medium.* Roland. à Valle *cons. 18. nu. 22. vol. 1.* Vulteius *libr. de feud. cap 11 num 52. vers. hinc est, pag. 767.* Borcholt. *in Comment. in consuetud. feud. cap. 8. nu. 135.* & monitum supra *ad quæst. 49. n. 7.* Harprec.

QVÆSTIO LXX.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Dominus an teneatur iurare fidelitatem vasallo, sicut vasallus domino.*

Ex Additionibus.

1 *An dominus vasallo fidelitatem iurare teneatur.*

2 *Libertus patrono suo iurat: non item patronus liberto.*

1 a QVæro, nunquid *a* dominus teneatur iurare fidelitatem vasallo, vt vasallus *b* domino? Resp. quod
b non. Et ita tenent communiter Doct. vt dicit Iacob. *de feud. in verbo. Qui quidem inuestiti, nu. 16.* Licet enim dominus æquiparetur vasallo, tamen hæc æquiparatio non semper procedit, vt in nonnullis exemplis ibi demonstrat Iac. Cum ergo non reperiatur iure cautum, quod dominus vasallo fidelitatem iuret, neque nos id dicere debemus, & ita seruat totus mundus.

ADDITIONES.

a 1 NVnquid dominus teneatur iurare fidelitatem vasallo.] Quod † dominus ad præstandum vasallo suo fidelitatis iuramentum obligatus non sit, crebrior, veriorque est sententia. Tum quia feudorum placitis cautum non extat, vt & dominus de fi-
2 delitate vasallo promittat, teste hic Claro nostro. Tum † etiam, quia licet patrono suo iuret libertus; huic tamen ille iurare non tenetur. *l. qui bona 13. §. pen. ff. de dam. infect.* Atque ita sentiunt Petrus Rauennas, Martinus Laudens. & Frideric. Schenck. *in titul. 6. de form fidelit. libro 2.* Iacob. de S. Georg. *in tractat. de feud. in verb. qui quidem inuestiti, num. 16.* Matth. de Afflict. *decis. 265. num. 3. & 4.* Euerhard. *in Topic. legalibus, in loco, à correlatiuis, num. 11:* eosque referens D. Collega Bocerus *in tract. de inuestitura feudi, cap. 4. num. 47.* Neque refragatur tex. *in d. tit 4. vlt. libro 2. F* vbi expressum est, quod & dominus vasallo suo fidelis esse debeat. Iubetur enim dominus eo loco fidelis esse vasallo suo: at ei vt similiter promittat fidelitatem, non cauetur. D. Bocerus *d. c. 4. n. 48.* Harp.

b *Vt vasallus Domino.*] Licet dominus, & vasallus sint correlatiua, & quod statuitur in vno, intelligatur etiam statutum in alio: hoc tantum fallit in homagio, & fidelitate, quam præstat vasallus domino, secundum Boer. *in comm. ad consuet. Bitur. in tit. de feud. §. 15. in gl. vlt.* Gouean.

QVÆSTIO LXXI.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Dominus alienans vasallos inuitos in alium, an priuetur proprietate feudi.*

Ex Additionibus.

1 *Dominus alienans vasallos inuitos, proprietatem feudi amittit.*

QVæro, an dominus *a* alienans vasallos inuitos in alium priuetur proprietate feudi? dixi supra *quæst. 28. vers. Sed quæro.* 1 a

ADDITIONES.

AN dominus alienans vasallos inuitos, &c.] Quod dominus alienans vasallos inuitos in alium, proprietate feudi priuetur satis constat ex iis, quæ dicta sunt supra *ad q. 28. n. 1.* Eaque de re, post plures alios à se citatos, latissime dissertant Henric. à Rosen. *in tract. iuris feud. c. 9. membr. 1. concl. 62.* Harpr. a 1

QVÆSTIO LXXII.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Proprietas feudi, quando dominus illa priuatur, cui applicetur.*

Ex Additionibus.

1 *Domino proprietatem amittente, cuinam ea applicetur.*

QVæro, quando dominus propter aliquam eius culpam priuatur proprietate feudi, cui *a* ista applicetur, an vasallo, an superiori domino, an agnatis ipsius inferioris domini? Respon. quod in hoc variæ fuerunt opin. Doct. Sed gl. *in c. 1. glo. 1. quali. do. feud. pro. priu.* tenent, quod directum dominium cõsolidetur cum vtili, & sic, quod applicetur vasallo. Et dicit Sylua. *de feud. recognit. q. 32.* quod hæc videtur receptior opin. Ego credo, quod hæc opinio non sit vera, & forte etiam non sit communis, neque obseruetur in practica, & ideo semper tenui, quod si iste dominus habet alium dominum superiorem, applicetur illi domino superiori, nisi adessent agnati illius domini inferioris, qui essent vocati ad ipsum feudum ex tenore inuestituræ: nam eo casu crederem feudum ad ipsos deuolui. Si vero non adessent neque agnati, neque dominus superior; bene posset procedere illa opi. quod scilicet consideraretur directum cum vtili. Et superioribus annis cum quidam Marchio fuisset priuatus feudo, propter iniustitiam erga subditos, consuluerunt multi Doctores, quod feudum erat applicandum agnatis, qui erant vocati ex tenore inuestituræ, non autem Cæsari. Et ita credo fuisse iudicatum per Consilium Cæsareum. 1 a

ADDITIONES.

CVr illa applicetur.] Domino † delinquente, & proprietatem amittente, cuinam ea sit applicanda & concedenda post Clarum hic nostrum, & alios, quos referunt, exquisite, & copiose explicant Ioan. Borcholt. *in Commentar. in consuetu. feud. cap. 8. nu. 153.* & Rosenthal. *in tractat feud. cap. 11. conclus. 2. & multis subsequentibus.* Harprec. a 1

QVÆSTIO LXXIII.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Femina an succedat in feudo.*
2 *Et quid si bona non sint feudalia, habeant tamen annexam dignitatem, & iurisdictionem.*
3 *Et quid si expresse sint vocatæ feminæ in inuestitura.*
4 *Et quid intersit, an inuestitura concepta sit per verba,* masculis & feminis, *vel* masculis cum feminis.
5 *Et quid si feudum fuerit à principio concessum feminis.*
6 *Et quid in feudo empto.*
7 *Et quid in feudo pro quo nullum seruitium præstatur.*
8 *Et quid si seruitium ita possit præstari per feminam, sicut per masculum.*
9 *Et quid si statuto, vel consuetudine introductum fuerit, vt feminæ in feudis succedant.*

Ex Additionibus.

1 *Iure feudali regulariter masculi tantum succedunt.*
2 *Femina ab omnibus ciuilibus officiis remota, munera militaria obire nequit.*
3 *Mulier virorum cœtibus se immiscere non potest.*
4 *Eadem mulier ob sexus fragilitatem secreta sibi commissa retinere haud valet.*
5 *Feudi successio pendet à domini concedentis voluntate.*
6 *Vasallus inter pares eiusdem curiæ officio iudicis fungitur.*
7 *Filia vasalli, quantumuis armis adsueta, in feudum non succedit.*
8 *Idem iuris est, etiamsi feudum generaliter primo acquirenti, & eius hæredibus fuerit concessum.*
9 *Appellatione hæredum in feudis qui intelligantur.*
10 *Femina à feudi successione excluditur, licet illud alicui, & hæredibus eius quibuscunque datum fuerit.*
11 *Dictio* quibuscunque *ad personas habiles restringenda.*
12 *Quod feudum dicatur hæreditarium, secundum communem opinionem.*
13 *An feminæ in ecclesiasticum feudum succedant.*
14 *Quibus casibus etiam feminæ ad feudi successionem admittantur.*
15 *Quorundam inclusio est aliorum exclusio.*
16 *Fidelitatis capitula feminis non conueniunt.*
17 *Quo casu ecclesia indigeat auxilio virorum.*
18 *Ius succedendi in ecclesiasticum feudum per consuetudinem feminis tribui potest.*
19 *Et quid mulier in feudum emptitium succedat.*
20 *Feudum in vna sui parte alteratum, in cæteris suam naturam retinere.*
21 *Nunquid femina succedat in feudum francum.*
22 *An femina patri suo succedat in feudum, pro quo seruitium eiusmodi est præstandum quod femina non minus decenter, ac masculus, explicare potest.*

a 1 b QVæro, an femina *a* succedat in feudo? Resp. quod regulariter non succedat, *b* tex. est *in c.1.§. hoc autem, de his qui feu. dare poss.* & est communis regula, vt dicit Dec. *cons.* 139 *vers. Sed tamen*, & ita moribus feudorum receptum est, vt ait Zas. *de feud. in* 8. *parte, vers. Super secunda parte.* Ratio autem, quare fœmina reputetur inhabilis ad feudum, est, quia non potest dominum iuuare, nec pugnam facere. Ita dicit gloss. *in d.* 1. *hoc autem, in verbo à successione feudi*, quæ in hoc est communiter approbata, vt ait Alexand. *consil.* 10. *post nu.* 6. *libr.* 5. *cons.* 98. *nu.* 9. *lib.* 6. Ruin. *cons.* 18. *n.* 13. *lib.* 1. quæ tamen ratio mihi plane non satisfacit, prout etiam non satisfecit ipsi gloss. quæ propterea subdit, quod fuit pro ratione voluntas.

2 Sed quæro, quid si bona non sint feudalia, habeant tamen annexam dignitatem, & administrationem cum mero mixto Imperio, nunquid femina erit eorum capax? Respond. quod non. Ita tenet Bartol. *in l.* 1. *circa med. ff. de reg. iur.* & est communis opin. vt dicit Soc. iun. *cons.* 78. *nu.* 26. *lib.* 1. Ruin. *cons.* 99. *post nu.* 15. *vers. Solum igitur, lib.* 1. Sed tamen quicquid sit de iure, videmus de consuetudine contrarium obseruari, quia mulieres quotidie succedunt in Comitatibus, & aliis dignitatibus, & etiam in regnis.

Item quæro, quid si feminæ expresse sint vocatæ in inuestitura, quia scilicet feudum concessum sit pro masculis, & feminis? Respon. quod hoc casu deficientibus *c* masculis, feminæ admittuntur. Et ita omnes communiter concludunt, vt dicit Paris. *cons.* 12. *num.* 33. *lib.* 1. & hoc modicam habet difficultatem. 3 c

Et in hoc proposito aduerte ad vnum, super quo proximis diebus consului, quod plurimum interest, an inuestitura sit concepta, pro masculis, & feminis, an autem pro masculis cum feminis, quia si feudum concessum sit pro masculis cum feminis, venient ad successionem feudi masculi, & feminæ, simul & semel: si vero sit concessum pro masculis & feminis, venient ordine successiuo, scilicet prius masculi: deinde masculis *d* deficientibus feminæ. Ita dicit notab. Bald. *in l. quoties, nu.* 5. *C. de suis, & leg.* & dicit Ias. *in l. Gallus, §. quidam recte, n.* 32. *ff. de lib. & posth.* quod ita tenent omnes. Et hanc opin. dicit esse communem Paris. *in d. cons.* 12. *num.* 17. *& seq. libro* 1. 4 d

Præterea quæro, quid si feudum sit maternum, siue femineum, scilicet à principio concessum vni feminæ, nunquid postea ad tale feudum etiam aliæ feminæ admittantur? Respon. quod sic. Ita probat text. *in cap.* 1. *de nat. success. feud.* Sed hoc intellige, vt procedat, vbi masculi non extarent; & ita procedat text. qui videtur aperte contrariari, *in c.* 1. *de benef. femin.* secundum communem intellectum, vt dicit Curt. iun. *de feud. in* 3. *part. principali, in* 1. *reg. vers. Secundo singulariter limitate*, & Zasi. *de feud. in* 8 *parte, in* 2. *particula, vers. supradicta conclusio subdens*, quod ita tenent communiter Doct. Et ratio est; quia ex quo tale feudum in feminis originem habuit, non est inconueniens, quod successiue etiam feminæ ad illud admittantur. 5

Sed quid in feudo *e* empto, nunquid feminæ succedent? Respo. quod in hoc sunt opin. inter Doct. variæ. Nam Andr. de Isern. *in d. cap.* 1. *§. hoc autem* tenuit quod etiam in feudo empto feminæ non succedant. Et hanc esse communem opin. attestatur Brun. *cons. feudali.* 18. *n.* 9. Contrariam autem sententiam, quod imo à successione huiusmodi feudi femina non excludatur, tenuit Odofred. *in summa, qui possint succedere in feud.* & hanc dicit esse communem Dec. *cons.* 4. *n.* 390. *nu.* 7. Paris. *cons.* 4. *nu.* 39. *lib.* 1. referens Curt. iun. attestari *in d. l. reg.* 1. *vers. Sexto limitate.* Et hæc opin. Odofred. mihi magis placet, quam etiam credo esse magis communem, & veriorem, quia reuera tale feudum emptum non habet propriam naturam feudi, vt dixi supra *quæst.* 16. *vers. Sed quæro.* Quã tamen intelligo, vt procedat, nisi ex inuestituræ ipsius tenore essent expresse vocati masculi, non autem feminæ. Nam eo casu crederem feminas esse excludendas, etiam si masculi non extarent: principaliter enim in successione feudorum attendimus tenorem inuestituræ, in qua si solum essent nominati masculi, appareret de mente concedentis, quod feminæ non admitterentur. Addunt alij quod ad hoc, vt femina possit in feudo empto succedere, duo requiruntur. Primum, quod feudum fuerit iusto pretio emptum. Secundum, quod pro ipso feudo nullum seruitium sit præstandũ. Et hanc dicit esse communem opin. Socin. iun. *cons.* 65 *post num.* 16. *vers. vel tertio lib.* 1. Sed hæc declaratio in secundo requisito mihi non placet, quia eam tenendo, redditur omnino superflua, & inanis prædicta conclusio: Nam femina semper est capax feudi, quando pro eo nullum serui- 6 e

seruitiũ præstatur, siue sit emptũ, siue non, vt statim dicã.

Vlterius quæro, an mulier sit capax feudi, pro quo
7 nullum præstatur *f* seruitium? Resp. quod sic. Ita tenet
f Bald. *in cap.1.§. quia, num.19. qui feud. dare poss.* & hanc opin. dicit esse communem Curt. iun. *in d.1. reg. versic. 5. limitate.* prout illum refert Paris. *cons.4.n.19.lib.1.& cons. 12. eod. vol. & cons.23.n.30.eo.vol.* nisi tamen verba inuestituræ repugnarent.

Item quid si *g* feudum concessum sit pro certo serui-
8 tio, quod ita potest præstari per feminam sicut per mas-
g culum, nunquid ad tale feudum femina admittetur? Resp. quod sic. Ita tenet Iac. de Beluis. *in cap.1.§. quin etiam in tit. Episcopum, vel Abbatem* quem sequuntur omnes Feudistæ, vt dicit Gozad. *cons.56. num.18.* Et est communis limitatio, vt dicit Curt. *in d. prima regula, vers. Nono fallit.* Et licet hæ duæ conclusiones forte in puncto iuris paterentur aliquam difficultatem, ex quo non sola præstatio seruitij est causa excludendi feminas à successione feudorum: tamen in practica non esset ab eis recedendum, nisi (vt dixi) verba inuestituræ repugnarent, consuetudo contrariam interpretationem recepisset, à qua, præsertim in causis feudalibus, nullo modo est recedendum, vt statim dicam.

Sed quid si adsit consuetudo in aliqua prouincia, vel
9 statutum disponens, quod feminæ possint in feudis succedere, nunquid in ipsa prouincia feminæ erunt ad successionem feudorum admittendæ? Resp. quod sic. Et ita communiter concluditur, vt ait Paris. *cons.21. num.13. lib.1.* Nam in successione feudorum potissime attendimus consuetudinem. Cum enim feuda ipsa à principio introducta fuerint per consuetudinem, merito debent etiam ab ipsa consuetudine regulari.

Sed pone, quod Princeps, vel Imperator velit dispensare, quod femina possit in feudo succedere, quæro, an possit hoc facere in præiudicium agnatorum, qui successuri essent in feudo? Resp. quod non. Et ita communiter concludunt DD. vt dicit Socin. iun. *cons.76. num.18. lib.1.* Non enim potest Princeps auferre ius alteri quæsitum, sed dato ꝙ posset, saltẽ non deberet hoc Princeps facere.

ADDITIONES.

F*Emina*] Hic nota, quod femina à feudo pluribus rationibus videtur exclusa, quam sit clericus, vt per Soc. post alios quos citat *cons.257. num.2.* item quod femina excludatur communiter à successione feudali, quia incapax, communem plene dixi *in collect. mea comm. opin. in verbo, Femina,* vbi vide *num.12 & multis seq. & nu.10 & nu.11.* vbi limitauit. Et quinque rationes, ob quas regulariter feminæ excluduntur à feudo, assignat Bald. *in l. quoties, C de suis. & legit.* Giach.

An femina succedat in feudo.] Iure † feudali regulariter masculos tantum, non etiam feminas succedere indubitatum est *tit.1. §. hoc autem notandum 3. & tit.8. de successione feudi, §. filia vero, li.*
1 *1.F. tit.11 de success. fratrum, §.1. vers. ad filias vero, & titul.50. de natura success. feudi, lib.2.* Huiusque ratio varia, & multiplex afferri solet. I. Quia † femina ab omnibus ciuilibus officiis remota est, *l.1.§.1. & l.2.§.1. ff ad S.C. Velleia. l.2 ff de reg. iur.* nec mili-
2 taria munera, siue seruitia (ob quæ concedi feuda solent, *tit.24.§. item qui dominum, lib 2.F.*) obire & dominum armis in pugna iuuare, & defendere potest, iuxta Bald. *in l. vlt. n.1. & 7. C. de suis legit.* Roland. à Valle *cons.41 nu.11. vol.4.* Iac. de S. Georg. *in tract. de feud. in verb. Marchio in Italia, n 4* Alex. *cons.10. nu.2. vers. sed præmissis, vol.5* Crau. *cons.6. nu.77. vol 1.* Borcholt. *in Commen. in consuet. feud. c.1. n.19* & Vult. *lib 1 de feud c.4. n.3. & c.9. nu.26.* II. Quia † ratione verecundiæ naturalis, ac honestatis publicæ, mulier cætibus virorum, maxime si illustris fuerit, immiscere se nõ potest, arg. *l.1.§ secundo loco ff de postul. l. si qua illustris 5. C.*
3 *ad S.C. Orfitia. l. optimam 14. vers. cum itaq; C de contrah. & commit. stipul.* Bald *in d.l vlt. n.7. C. de suis & legit.* Borcholt. *d.c.1. nu. 19.* Schur. *in tract. de hær. quæ ab intest. defer. tit.9.* III. Quia † ob sexus imbecillitatem, seu fragilitatem (propter quam multis casib. supposita, & obiecta est, *d.l.2. verba. ff ad S.C. Vellei.*) & fu-
4 tilitatem naturalem, secreta domini sibi commissa retinere, adeoque ea præstare nequit, quæ fidelitatis forma, feudorum iure præscripta, à vasallo exigit, *tit.5.6. & 7. li.2.* Cur. iun. *de feud. par.3. memb.1. n.2.* Decia. *cons.58. n.45. & 48.* Sonsbec. *in Comm. ad vsus feud. par.9. n.120.* Vult. *à li.1. de feud. c.9. n.26.* Greg. Rotbag *in certamine masculo feminei acie virili, c.13. n.13. & c.23. n.9.* IV. Quia † feudi successio pendet à domini concedentis voluntate;

quæ verisimiliter hæc est. vt soli masculi in feudum succedant. 5
Quam rationem, cæteris reiectis, latius explicat. D. Bocer. *in tra. de iure succedendi in feudum c.3. q.3. pag.124. & seq.* V. Quia †
vasallus inter pares eiusdem curiæ iudicare debet, *l. vnic. de controu. feud. ap. par. term. ti.16. lib.2. F. & c. vnic. an apud. iud. vel* 6
cur. domini qu. feu. deb. term tit.46. li 2 F. à quo tamen officio feminas publica lege remotas esse constat, *d.l.2. ff de reg iur l. fi. C. de recep. arbit.* Vvil. Forner. Aurel *in Commen. feud sub tit. diuersa filior. parent succed. genera, vers. iure ciuili filia, & c.* De istis, & similibus rationib. videatur etiam Hen. à Rosenth. *in tract. iuris feud. c.7. conc.31. n.2.* alijque per hunc allegati. Quamvis † ergo filia vasallis armis adsueta, & militiæ dedita sit: in feudum tamen succedere nequit, sicuti contra And. de Iser. *ad tit.8. de suc-*
cess feudi §. hoc quoque lib.1.F. eiusque assèclam Hierony Gartz. *in* 7
tract. de feminis ad feuda recipien. col.24. vers 21. & c. statuunt Doct. communiter, Mart. Laudem Matth. de Affli. Loriot. & Alnat. *in § & quia, de his, qui feud. dar poss. tit.1. li.1.F.* Per. Rauen. *in §. hoc autem notandum, eod. tit. Z in epit feud. par.8. de feudi success. n.36.* Io. Tho. de Marin. *tit 11. de feudo femineo, n.22.* Hartman. Pistoris *lib.2. q iur. q 34. n.3.* D. Bocerus *d. tract. de iure succedendi in feud. c.3. q.31.* Rosentha. *d.c.7. concl.34. nu.14.* & alij, quos hic laudat. Licet † item feudum generaliter sit concessum primo ac-
quirenti, & eius hæredibus, siue descendentib. attamen filia pri- 8
mi acquirentis, vt quæ hac concessione non comprehenditur, in feudum non succedit. In feudis † enim appellatione hæredum, aut descendentium intelliguntur tantum hæredes feudales, qui
mares sunt, non feminæ, per text. expressos *in tit. 23. de alien.* 9
feudi. § etsi clientulus, li.1. F. & tit.34. de lege Corradi, § similiter, lib.2.F. Val. Forst *lib.3. de successionib. c.24. nu.4. cum seqq.* Fachin. *li.7. controu. iur. c.3.4.7.42. & seq.* Mynsin. *cent.5. obs.72. nu.6.* Hœnom. *disp.12 sub controu.5. Z cons.11 n.5. & cons 13. n.25. vol.1.* Decian. *cons.45. n.14. vol.1.* Rosenth. *d.c.7. conc.31. n.4.* Præterea † in
tantum à feudi successione femina excluditur: vt neque illo 10
casu, quo feudum alicui, & hæredib. eius quibuscunque datum fuit, admitti videatur; cum appellatio hæredis, iure feudorum ad filios dantaxat vasalli pertineat, vt modo ostensum: & dictio, quibuscunque, restringenda sit ad personas habiles, & intel-
ligenda iuxta materiam subiectam, arg. *l. vlt.* & ibi gl. *C. sine cen-* 11
su, vel reliquis feudum comparari non posse, l.1. ibi, vnusquisque, C. de SS. Eccl l.1. ibi quibuscunque, vbi gl. *C. de fide instrumen. c.1.§. vlt. de iureiur. in 6.* Bal. *in c.1.§. donare, nu.4. qualiter olim poterat feud. alien. tit.9. lib.2. F.* & ibidem Mart. Laudens. Præpos. & Schenck Baro, Alex. *cons.30. n.11. vol.1* Corn. *cons.199. n.69. vol.2.* Rub *cons.110. n.9.* Dec. *cõs.171. n 6 & cõs.185. vers secũdo respondetur, & cons 193. n.5. in fi. & cõs.208 n.11.* Becci. *cons.101. n.38.* Cæph. *cons.2. nu.15.* Barb. *cons 63. nu.11. lib.1.* Meno. *cons.1. n.456. in epito feud. par.8. n.62. vers. quid autem si feudum, & c.* Vult. *lib.1. de feud.*
c.9. n.29. in fi. Quia † vero longo vsu, communique applausu re- 12
cepta est opinio eorum, qui feudum hæreditarium esse volunt, quoties in inuestitura hæredis facta est mentio: ac proinde illud etiam ad feminas, & quoscunque alios hæredes transire asserunt: certe ab isthac opinione in praxi recedendum non erit. Eamque comprobatunt Bal. sibi non constans *in l.1. qu 45 & 48. ff. de rer. diuis. & in c. in præsentia, n.20. de proba.* Cur. iun. *in tract. feu. par 3. n.62.* Ias. *in l 2. nu.198 C de iur emphyt* Alber Brun. *cons. 16. vers. quintus est etiã casus,* Soc. sen. *cõs 297. vol.2.* Soc. iun. *cons. 72. n.23. vol.1.* Goza. *cons.6. n.43. & cõs.8. n 35* Rol. à Valle *cons 3. n. 65. & cons.60. n.49. & cons.69. n.37. vol.1. & cons.79 nu.14. vol.2. & cons.1. n.47. vol.3.* Rim. *cons.65. n.19.* Crau. *cons.256.* Bursat. *cons.22. vol.1.* Fach. *lib.7. controu. iur. c.6.* Villalob. *in communib. opin lit. F. n.7.* & Soarez *in thesaur. recep. sent. lit F. n 99.* alijque plures, quos referunt, & sequuntur Schrad. *in tract. feud. par.7. c.3. n 1.* & Hart. Pistor *lib.2. qu.1. n.39.* Sed & communis, eaque vera Doct. conclusio est, feminas regulariter nec in ecclesiasticum succedere
feudum. Tum quia textus iuris feudalis regulariter definiunt, 13
feminas in feudum non succedere, *d. tit.1.§.3. & d. tit.8. in princ. & § filia vero, lib.1.F. tit.11.§.1. vers. ad filias vero, & d tit.50. lib.*
2.F. Tum quia in feudorum iure duo tantum nominatim ex- 14
primuntur casus, quib. feminæ in feudum succedunt, quorum prior est, si femineum sit feudum, vt quod primitus feminæ datum est: alter, si hoc tenore datum sit feudum masculo, vt in illud feminæ quoque succedant, *d. tit 8.§. filia vero, li.1.F. & d. tit.11.§. vers proles enim ibi, nisi eius conditionis sit feudum, vel eo pacto acquisitum, & d. tit.50. in prin. ibi, nisi ex pacto, vel nisi sit femi-*
neum li.2.F. Inclusio † a quorundam, est aliorum exclusio, arg. 15
l. cum prætor.12. in prin. ff. de iud l. quæsitum 12.§. idem respondit. 43. ff. de fun. instruct. vel instru. leg. & l. si cum dotem 22. ibique
Doct. *ff. sol matr.* Menoc. *cons.258 num 29.* Tum quia † fidelitatis 16
capitula, *in tit.5.6. & 7. li.2.F.* expressa, feminis non conueniunt,
etiã in ecclesiasticis feudis. Tũ postremo † quia licet Ecclesia ali- 17
is bellũ non intẽdat: si tamẽ bello ab aliis prematur opus habet virorũ auxilio, quo aduersus vim hostis defẽdatur. Et ita tradũt Mart. Laud. *in tit.1.§. & quia vidimus, n.13 li.1.F.* Cur. iun. *in tra. de feu. p.3. memb.1. n.4.* Schrad. *in tr. feu par.7. c.4. n.36.* Menoch. *de adipis. posses remed.4. n.382.* Fich. *cons.15. n.8 to.2.* Vul. *li.1. de feu. c. 9. n.48. pag.426.* Rosenth. *d. tract. feu. c.7. concl.31. n.6. & 7.* hosque

QVÆSTIO LXXIII.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Femina an succedat in feudo.*
2 *Et quid si bona non sint feudalia, habeant tamen annexam dignitatem, & iurisdictionem.*
3 *Et quid si expresse sint vocatæ feminæ in inuestitura.*
4 *Et quid intersit, an inuestitura concepta sit per verba,* masculis & feminis, *vel* masculis cum feminis.
5 *Et quid si feudum fuerit à principio concessum feminis.*
6 *Et quid in feudo empto.*
7 *Et quid in feudo pro quo nullum seruitium præstatur.*
8 *Et quid si seruitium ita possit præstari per feminam, sicut per masculum.*
9 *Et quid si statuto, vel consuetudine introductum fuerit, vt feminæ in feudis succedant.*

Ex Additionibus.

1 *Iure feudali regulariter masculi tantum succedunt.*
2 *Femina ab omnibus ciuilibus officiis remota, munera militaria obire nequit.*
3 *Mulier virorum cœtibus se immiscere non potest.*
4 *Eadem mulier ob sexus fragilitatem secreta sibi commissa retinere haud valet.*
5 *Feudi successio pendet à domini concedentis voluntate.*
6 *Vasallus inter pares eiusdem curiæ officio iudicis fungitur.*
7 *Filia vasalli, quantumuis armis adsueta, in feudum non succedit.*
8 *Idem iuris est, etiamsi feudum generaliter primo acquirenti, & eius hæredibus fuerit concessum.*
9 *Appellatione hæredum in feudis qui intelligantur.*
10 *Femina à feudi successione excluditur, licet illud alicui, & hæredibus eius quibuscunque datum fuerit.*
11 *Dictio* quibuscunque *ad personas habiles restringenda.*
12 *Quod feudum dicatur hæreditarium, secundum communem opinionem.*
13 *An feminæ in ecclesiasticum feudum succedant.*
14 *Quibus casibus etiam feminæ ad feudi successionem admittantur.*
15 *Quorundam inclusio est aliorum exclusio.*
16 *Fidelitatis capitula feminis non conueniunt.*
17 *Quo casu ecclesia indigeat auxilio virorum.*
18 *Ius succedendi in ecclesiasticum feudum per consuetudinem feminis tribui potest.*
19 *Et quid mulier in feudum emptitium succedat.*
20 *Feudum in vna sui parte alteratum, in cæteris suam naturam retinere.*
21 *Nunquid femina succedat in feudum francum.*
22 *An femina patri suo succedat in feudum, pro quo seruitium eiusmodi est præstandum quod femina non minus decenter, ac masculus, explicare potest.*

a QVæro, an femina a succedat in feudo? Resp. quod
1 regulariter non succedat, b tex. est *in c. 1. §. hoc au-*
b *tem, de his qui feu. dare poss.* & est communis regula, vt di-
cit Dec. *cons.* 139. *vers. Sed tamen*, & ita moribus feudo-
rum receptum est, vt ait Zas. *de feud. in* 8. *parte, vers. Super*
secunda partic. Ratio autem, quare fœmina reputetur in-
habilis ad feudum, est, quia non potest dominum iu-
uare, nec pugnam facere. Ita dicit gloss. *in d. 1. hoc autem,*
in verbo à successione feudi, quæ in hoc est communiter
approbata, vt ait Alexand. *consil.* 10. *post nu.* 6. *libr.* 5. *cons.*
98. *nu.* 9. *lib.* 6. Ruin. *cons.* 18. *n.* 13. *lib.* 1, quæ tamen ratio
mihi plane non satisfacit, prout etiam non satisfecit i-
psi gloss. quæ propterea subdit, quod fuit pro ratione
voluntas.
2 Sed quæro, quid si bona non sint feudalia, habeant
tamen annexam dignitatem, & administrationem cum
mero mixto Imperio, nunquid femina erit eorum ca-
pax? Respond. quod non. Ita tenet Bartol. *in l. 1. circa*
med. ff. de reg. iur. & est communis opin. vt dicit Soc. iun.
cons. 78. *nu.* 26. *lib.* 1. Ruin. *cons.* 99. *post nu.* 15. *vers. Solum*
igitur, lib. 1. Sed tamen quicquid sit de iure, videmus de
consuetudine contrarium obseruari, quia mulieres quo-
tidie succedunt in Comitatibus, & aliis dignitatibus, &
etiam in regnis.
Item quæro, quid si feminæ expresse sint vocatæ in 3
inuestitura, quia scilicet feudum concessum sit pro ma-
sculis, & feminis? Respon. quod hoc casu deficientibus
c masculis, feminæ admittuntur. Et ita omnes commu- c
niter concludunt, vt dicit Paris. *cons.* 12. *num.* 35. *lib.* 1. &
hoc modicam habet difficultatem.
Et in hoc proposito aduerte ad vnum, super quo
proximis diebus consului, quod plurimum interest, an
inuestitura sit concepta, pro masculis, & feminis, an 4
autem pro masculis cum feminis, quia si feudum con-
cessum sit pro masculis cum feminis, venient ad succes-
sionem feudi masculi, & feminæ, simul & semel: si vero
sit concessum pro masculis & feminis, venient ordine
successiuo, scilicet prius masculi: deinde masculis d de- d
ficientibus feminæ Ita dicit notab. Bald. *in l. quoties, nu.*
5. *C. de suis, & leg* & dicit Ias. *in l Gallus, §. quidam recte, n.*
32. *ff de lib. & posth.* quod ita tenent omnes. Et hanc opin.
dicit esse communem Paris. *in d. cons.* 12. *num.* 17. *& seq.*
libro 1.
Præterea quæro, quid si feudum sit maternum, siue 5
femineum, scilicet à principio concessum vni feminæ,
nunquid postea ad tale feudum etiam aliæ feminæ ad-
mittantur? Respon. quod sic. Ita probat text. *in cap* 1. *de*
nat. success feud. Sed hoc intellige, vt procedat, vbi ma-
sculi non extarent; & ita procedat text. qui videtur a-
perte contrariari, *in c.* 1. *de benef femin.* secundum com-
munem intellectum, vt dicit Curt. iun. *de feud. in* 3. *part.*
principali, in 1. *reg. vers. Secundo singulariter limitate*, &
Zasi. *de feud. in* 8 *parte, in* 2. *particula, vers. supradicta con-*
clusio subdens, quod ita tenent communiter Doct. Et ra-
tio est; quia ex quo tale feudum in feminis originem ha-
buit, non est inconueniens, quod successiue etiam femi-
næ ad illud admittantur.
Sed quid in feudo e empto; nunquid feminæ succe- 6
dent? Respo. quod in hoc sunt opin. inter Doct. variæ. e
Nam Andr. de Isern. *in d. cap.* 1. *§. hoc autem* tenuit quod
etiam in feudo empto feminæ non succedant. Et hanc
esse communem opin. attestatur Brun. *cons. feudali.* 18. *n.*
9. Contrariam autem sententiam, quod imo à succes-
sione huiusmodi feudi femina non excludatur, tenuit
Odofred. *in summa, qui possint succedere in feud.* & hanc
dicit esse communem Dec. *cons.* 4. *n.* 390. *nu.* 7. Paris. *cons.*
4. *nu.* 39. *lib.* 1. referens Curt. iun. attestari *in d. l. reg.* 1. *vers.*
Sexto limitate. Et hæc opin. Odofred. mihi magis placet,
quam etiam credo esse magis communem, & veriorem,
quia reuera tale feudum emptum non habet propriam
naturam feudi, vt dixi supra *quæst.* 16. *vers. Sed quæro.* Quã
tamen intelligo, vt procedat, nisi ex inuestituræ ipsius
tenore essent expresse vocati masculi, non autem femi-
næ. Nam eo casu crederem feminas esse excludendas,
etiam si masculi non extarent: principaliter enim in
successione feudorum attendimus tenorem inuestitu-
ræ, in qua si solum essent nominati masculi, appareret
de mente concedentis, quod feminæ non admitteren-
tur. Addunt alij quod ad hoc, vt femina possit in feudo
empto succedere, duo requiruntur. Primum, quod
feudum fuerit iusto pretio emptum. Secundum, quod
pro ipso feudo nullum seruitium sit præstandũ. Et hanc
dicit esse communem opin. Socin. iun. *cons.* 65. *post num.*
16. *vers. vel tertio lib.* 1. Sed hæc declaratio in secundo re-
quisito mihi non placet, quia eam tenendo, redditur
omnino superflua, & inanis prædicta conclusio: Nam
femina semper est capax feudi, quando pro eo nullum
serui-

seruitiũ præstatur, siue sit emptũ, siue non, vt statim dicã.

Vlterius quæro, an mulier sit capax feudi, pro quo
7 nullum præstatur *f* seruitium? Resp. quod sic. Ita tenet
f Bald. *in cap.1.§.quia, num.19. qui feud. dare poss* & hanc
opin. dicit esse communem Curt. iun. *in d.1.reg.versic.5.*
limitate. prout illum refert Paris. *cons.4.n.19.lib.1.& cons.*
12.eod.vol.& cons.23.n.30.eo.vol. nisi tamen verba inue-
stituræ repugnarent.

Item quid si *g* feudum concessum sit pro certo serui-
8 tio, quod ità potest præstari per feminam sicut per mas-
g culum, nunquid ad tale feudum femina admittetur?
Resp. quod sic. Ita tenet Iac. de Beluis. *in cap.1.§. quin*
etiam in tit. Episcopum, vel Abbatem quem sequuntur
omnes Feudistæ, vt dicit Gozad. *cons.56. num.18.* Et est
communis limitatio, vt dicit Curt, *in d. prima regula, vers.*
Nono fallit. Et licet hæ duæ conclusiones forte in pun-
cto iuris paterentur aliquam difficultatem, ex quo non
sola præstatio seruitij est causa excludendi feminas à
successione feudorum: tamen in practica non esset ab
eis recedendum, nisi (vt dixi) verba inuestituræ repugna-
rent, consuetudo contrariam interpretationem recepis-
set, à qua, præsertim in causis feudalibus, nullo modo
est recedendum, vt statim dicam.

Sed quid si adsit consuetudo in aliqua prouincia, vel
9 statutum disponens, quod feminæ possint in feudis suc-
cedere, nunquid in ipsa prouincia feminæ erunt ad suc-
cessionem feudorum admittendæ? Resp. quod sic. Et ita
communiter concluditur, vt ait Paris. *cons.21. num.13.*
lib.1. Nam in successione feudorum potissime attendi-
mus consuetudinem. Cum enim feuda ipsa à principio
introducta fuerint per consuetudinem; merito debent
etiam ab ipsa consuetudine regulari.

Sed pone, quod Princeps, vel Imperator velit dispen-
sare, quod femina possit in feudo succedere, quæro, an
possit hoc facere in præiudicium agnatorum, qui succes-
suri essent in feudo? Resp. quod non. Et ita communiter
concludunt DD. vt dicit Socin. iun. *cons.76.num.18.lib.1.*
Non enim potest Princeps auferre ius alteri quæsitum,
sed dato ꝙ posset, saltẽ non deberet hoc Princeps facere.

ADDITIONES.

F*Emina*] Hic nota, quod femina à feudo pluribus rationibus
videtur exclusa, quam sit clericus, vt per Soc. post alios quos
citat *cons 257. num.2.* item quod femina excludatur communi-
ter à successione feudali, quia incapax, communem plene dixi *in*
collect. mea comm. opin. in verbo, Femina, vbi vide *num.12 & multis*
seq. & nu.10 & nu.11. vbi limitauit. Et quinque rationes, ob quas
regulariter feminæ excluduntur à feudo, assignat Bald. *in l. quo-*
ties, C de suis & legit. Giach.

An femina succedat in feudo.] Iure † feudali regulariter mascu-
los tantum, non etiam feminas succedere indubitatum est *tit.1.*
§. hoc autem notandum 3. & tit.8. de successione feudi, §. filia vero, li.
1 *1.F. tit.11 de success. fratrum, §.1. vers. ad filias vero, & titul.50. de*
natura success. feudi, lib.2. Huiusque ratio varia, & multiplex af-
ferri solet. I. Quia † femina ab omnibus ciuilibus officiis remo-
ta est, *l 1 §.1. & l.2.§.1. ff ad S.C. Velleia. l 2 ff de reg. iur.* nec mili-
2 taria muneta, siue seruitia (ob quæ concedi feuda solent, *tit.24.§.*
item qui dominum, lib 2.F.) obire & dominum armis in pugna
iuuare, & defendere potest, iuxta Bald. *in l. vlt. n.1 & 7 C. de suis*
legit. Roland. à Valle *cons.41 nu.11. vol.4.* Iac. de S. Georg. *in tract.*
de feud. in verb. Marchio in Italia, n 4 Alex. *cons.10. nu.1. vers. sed*
præmissis, vol.5 Crau. *cons.6. nu.77. vol 1.* Borcholt. *in Commen. in*
consuet. feud. c.1. n.19. & Vult. *lib 1 de feud c.4. n.3. & c.9. nu.26.* II.
Quia † ratione verecundiæ naturalis, ac honestatis publicæ,
mulier cœtibus virorum, maxime si illustris fuerit, immiscere
se nõ potest, arg. *l.1.§ secundo loco. ff de postul. l. si qua illustris 5. C.*
3 *ad S.C. Orfitia. l. optimam 14. vers. cum itaq; C de contrah. & com-*
mit. stipul. Bald *in d. l vlt. n.7. C. de suis & legit.* Borcholt. *d.c.1. nu.*
19. Schut. *in tract. de hær. quæ ab intest. defer. tit.9.* III. Quia † ob
sexus imbecillitatem, seu fragilitatem (propter quam multis
casib. supposita, & obiecta est, *d.l.2. verba. ff ad S.C. Vellei.*) & fu-
4 tilitatem naturalem, secreta domini sibi commissa retinere,
adeoque ea præstare nequit, quæ fidelitatis forma, feudorum
iure præscripta, à vasallo exigit, *tit.5.6. & 7. li.2.* Cur. iun. *de feud.*
par 3. memb.1. n.1. Decia. *cons.58. n.45. & 48.* Sonsbec. *in Comm. ad*
vsus feud. par.9. n.120. Vult. *à li 1. de feud c.9. n.26.* Greg. Rotbag
in certaminu masculo feminei acie virili, c.13. n.13. & c.23. n.9. IV.
Quia † feudi successio pendet à domini concedentis voluntate;
quæ verisimiliter hæc est, vt soli masculi in feudum succedant. 5
Quam rationem, cæteris reiectis, latius explicat. D. Bocer. *in*
tra. de iure succedendi in feudum c.3. q.3. pag.124. & seq. V. Quia †
vasallus inter pares eiusdem curiæ iudicare debet, *l. vnic. de*
controu. feud. ap. par. term. ti.16. lib.2.F. & c. vnic. an apud. iud. vel 6
cur. domini qu. feu. deb. term tit.46. li 2.F. à quo tamen officio fe-
minas publica lege remotas esse constat, *d.l.2. ff de reg iur l.6. C.*
de recep. arbit. Vvil. Forner. Aurel. *in Commen. feu l sub tit diuersa*
filior. parent succed. genera, vers. iure ciuili filia, &c. De istis, & si-
milibus rationib. videatur etiam Hen. à Rosenth. *in tract. iuris*
feud. c.7. conc.31. n.2. alijque per hunc allegati. Quamvis † ergo
filia vasallis armis adsueta, & militiæ dedita sit: in feudum ta-
men succedere nequit, licet contra And. de Iser. *ad tit.8. de suc-*
cess feudi §. hoc quoque lib.1.F. eiusque asseclam Hierony. Gartz. *in* 7
tract. de feminis ad feuda recipien. col.24. vers 21. &c. statuunt
Doct. communiter, Matt. Laudem. Matth. de Afflic. Loriot. & Al-
nai. *in § & quia, de his, qui feud. dar poss. tit.1. li.1.F.* Pet. Rauen. *in*
§. hoc autem notandum eod. tit. Z *in epit feud. par.8. de feudi success.*
n.16. Io. Tho. de Marin. *tit 11. de feudo feminino, n.22.* Hartman. Pi-
storis *lib.2. q iur. q 34. n.3.* D. Bocerus *d. tract. de iure succedendi in*
feud. c.3. q.31. Rosentha. *d.c.7. concl.34 nu.14.* & alij, quos hic lau-
dar. Licet † item feudum generaliter sit concessum primo ac-
quirenti, & eius hæredibus, siue descendentib. attamen filia pri- 8
mi acquirentis, vt quæ hàc concessione non comprehenditur, in
feudum non succedit. In feudis † enim appellatione hæredum,
aut descendentium intelliguntur tantum hæredes feudales, qui
mares sunt, non feminæ, per text. expressos *in tit. 23. de alien.* 9
feudi § etsi clientulus, li.1 F. & tit.34. de lege Corradi, § similiter,
lib.2.F. Val. Forst *lib.3. de successionib. c.24. nu.4. cum seqq* Fachin.
li.7. controu. iur. c.3.4.7.42. & seq. Mynsin. *cent.5. obs.72. nu.6.* Hœ-
nom. *disp.12 sub contron.5.* Z *cons.11 n.5. & cons 13. n.25. vol.1.* De-
cian. *cons.45. n.14. vol.1.* Rosenth. *d.c.7. conc.31. n.4.* Præterea † in
tantum à feudi successione femina excluditur: vt neque illo 10
casu, quo feudum alicui, & hæredib. eius quibuscunque datum
fuit, admitti videatur; cum appellatio hæredis, iure feudorum
ad filios duntaxat vasalli pertineat, vt modo ostensum: & di-
ctio, quibuscunque, restringenda sit ad personas habiles, & intel-
ligenda iuxta materiam subiectam, arg. *l. vlt.* & ibi gl. *C. sine cen-* 11
su, vel reliquis feudum comparari non posse, l.1. ibi, vnusquisque, C.
de SS. Eccl. l.1. ibi quibuscunque, vbi gl. *C. de fide instrumen. c.1.§.*
vlt. de iureiur. in 6. Bal. *in c.1.§. donare, nu.4. qualiter olim poterat*
feud. alien. tit.9. lib.2. F. & ibidem Matt. Laudens. Præpos. &
Schenck Baro, Alex. *cons 30. n.11. vol.1* Corn. *cons.199. n.69. vol.2.*
Rub *cons.110. n.9.* Dec. *cõs.171. n 6 & cõs.185. vers secũdo responde-*
tur, & cons 193. n.5. in fi. & cõs.208 n.11. Becci. *cons.101. n.38.* Cæph.
cons.2. nu.15. Barb. *cons 61. nu.11. lib.1.* Meno. *cons.1. n.456. in epito*
feud. par.8. n.62. vers. quid autem si feudum, &c. Vult. *lib.1. de feud.*
c.9. n.29. in fi. Quia † vero longo vsu, communique applausu re- 12
cepta est opinio eorum, qui feudum hæreditarium esse volunt,
quoties in inuestitura hæredis facta est mentio: ac proinde illud
etiam ad feminas, & quoscunque alios hæredes transire asse-
runt: certe ab isthac opinione in praxi recedendum non erit.
Eamque comprobarunt Bal. sibi non constans *in l.1. qu 45 & 48.*
ff. de rer. diuis. & in c. in præsentia, n.20. de proba. Cur. iun. *in tract.*
feu. par 3. n.62. Ias. *in l 2. nu.198 C de iur emphyt.* Alber Brun. *cons.*
16. vers. quintus est etiã casus, Soc. sen. *cõs 297. vol.2.* Soc. iun. *cons.*
72. n.23. vol.1. Goza. *cons.6. n.43. & cõs.8. n 35* Rol. à Valle *cons 3. n.*
65. & cons.60. n.49. & cons.69. n.37. vol.1. & cons.79 nu.34. vol 2. &
cons.1. n.47. vol.3. Rim. *cons.65. n.19.* Crau. *cons.256.* Bursat. *cons.22.*
vol.1. Fach. *lib.7. controu. iur. c.6.* Villalob. *in communib. opin lit. F.*
n.7. & Soarez *in thesaur. recep sent. lit F. n 69.* alijque plures, quos
referunt, & sequuntur Schrad. *in tract. feud. par.7. c.3. n 1.* & Hart.
Pistor *lib 2. qu.1. n.39.* Sed & communis, eaque vera Doct. con-
clusio est, feminas regulariter nec in ecclesiasticum succedere
feudum. Tum quia textus iuris feudalis regulariter definiunt, 13
feminas in feudum non succedere, *d. tit.1.§.3. & d. tit.8. in princ.*
& § filia vero, lib.1.F. tit.11.§.1. vers. ad filias vero, & d. tit.50. lib.
2.F. Tum quia in feudorum iure duo tantum nominatim ex- 14
primuntur casus, quib. feminæ in feudum succedunt, quorum
prior est, si femineum sit feudum, vt quod primitus feminæ da-
tum est: alter, si hoc tenore datum sit feudum masculo, vt in illud
feminæ quoque succedant, *d. tit 8.§. filia vero, li.1.F. & d. tit.11.§.*
vers proles enim ibi, nisi eius conditionis sit feudum, vel eo pacto ac
quisitum, & d. tit.50. in prin. ibi, nisi ex pacto, vel nisi sit femi-
neum li.2.F. Inclusio † a quorundam, est aliorum exclusio, arg. 15
l. cum prætor. 12. in prin. ff. de iud l. quæsitum 12.§. idem respondit.
43. ff. de fun. instruct. vel instru. leg. & l. si cum dotem 22. ibique
Doct. *ff. sol matr.* Menoc. *cons.258 num 29.* Tum quia † fidelitatis 16
capitula, *in tit.5.6. & 7. li.2.F.* expressa, feminis non conueniunt,
etiã in ecclesiasticis feudis. Tũ postremo † quia licet Ecclesia ali- 17.
is bellũ non intẽdat: si tamẽ bello ab aliis prematur opus habet
virorũ auxilio, quo aduersus vim hostis defẽdatur. Et ita tradũt
Matt. Laud. *in tit.1.§. & quia vidimus, n.13 li.1.F.* Cur. iun. *in tra.*
de feu. p.3. memb.1. n.4. Schrad. *in tr. feu par.7. c.4. n.36.* Menoch. *de*
adipis. posses remed.4. n.382. Fich. *cons.15. n.8 to.2.* Vul. *li.1. de feu. c.*
9. n.48. pag.426. Rosenth. *d. tract. feu. c.7. concl.31. n.6. & 7.* hosque

referens D.Bocerus *d.tract. de iure succedendi in feud.c.3.q.25.* vbi
18 circa finem recte subiicit; ius † succedendi in ecclesiasticum feudum fœminis consuetudine tribui posse, per text. *in tit. 1.lib.2.F.* cum per eiusmodi consuetudinem ad naturæ ius redeatur, *l. maximum vitium 4. C. de liberis prateris. vel exhareda. §. item vetustas 15.vers. Diui autem Principes, & §.seq. Instit. de hared. qua ab intestat. deferunt.* Harprec.

b *Non succedat.*] De iure communi fœminæ succedunt in omnibus bonis immobilibus, seu hæreditariis, & in regnis, ducatibus, comitatibus, iurisdictionibus, feudis, &c. secundum consuetudines diuersorum locorum, vt not. Imp. Petr. de Anchar. Philip. Franc. *in c. grandi, de supp. negl. prel.* & Bald. & Card. Alex. *in c.1. § hoc autem, qui feud. dar. poss.* vide Boerium *consil. 10. nu. 3.* Gouean.

c *Deficientibus masculis.*] Adde, vt per Io. Caph. *in cons. 258. n. 15.* vbi alios concordantes allegat. *Giach.*

d *Masculis deficientibus.*] Nam quamdiu superest masculus, femina non admittitur, secundum communem per Bursat. *consi. 63. n. 7. & 9. lib. 1.* Gouean.

e *Feudo empto.*] Vide per Rolan. nouissime *in cons. 41. vol. 4 & con. 40. eod.* vbi plenius. Et femina quando sit capax feudi empti, vide per Cæph. *in consi. 172 num. 12.* vbi dicit feminas esse capaces; si feudum simpliciter esset emptum integro pretio, nec aliud seruitium esset præstandum. Sed istud secundum requisitum non placet auctori. *Giach.*

19 *Sed quid in feudo empto.*] Etsi † multi existimant, feminam in feudum emptitium succedere posse, Odofred. hic à Claro relatus, & approbatus, Ias. *in l. 1. n. 51. C. de iur. emphyt. & cons. 57. n. 3. vol 1.* Rom. *cons. 367. nu. 12.* & ibid. Mandos. *in addit. & sing. 184.* Ruin. *cons. 18 num. 18 vol 1.* Gozad. *cons 9. num. 51. & cons 56. nu. 19.* Campeg. *inter Bruni cons. 11. num. 7.* Bolognet. *cons. 9. num. 55. & cons. 10. num. 47.* Natt. *cons. 216 num. 3. & seq vol. 1. & cons. 391. num. 8. vol 2.* Roland. à Valle *cons. 2, num 1. & 33. consil. 48. num. 7. & cons. 92. num. 11. vol. 4.* Ant. Rubeus *cons. 110. num. 3.* Dec. *cons. 208 num. 2. & cons. 269. num 4. & cons. 424. nu 34. & cons. 498 nu. 14* Cæphal *cons. 3. num. 115. & cons. 173. num. 8.* Decian. *cons 58 nu. 50.* Matth. Gribald. *in thes. comm. opin. litt. F. in verb in feudo empto.* Schurerius *in tract. de hæredit. qua ab intest. defer tit. 9. limit. 5.* Menoch. *cons. 458. num. 17. cum seqq. libro 5.* & Andr. Gail. *libro 2. obser. 159. nu. 2. & seqq.* attamen contrarium, videlicet feminam in feudum emptitium nullo modo posse succedere, longe verius, & receptius esse censeo. Tum quod generaliter femina in feudum succedere ius feudorum vetatur, duobus casibus exceptis, quorum superius *num.* 14. mentio facta est: inter quos hic non reperitur. Tum quod femina præstare ea nequit, quæ forma fidelitatis à vasallo desiderat atq; exigit, sicuti arguit tex. *in d. tit. 5. 6. & 7. libro 2. F.* Et licet feudum pecunia comparatum, ob id, quod contra communem feudorum naturam gratuitum non est, improprium videri possit: in reliquis tamen, quæ de natura feudi esse dicuntur, sicque etiam, si de eius successione quæratur, propriam suam naturam retinet, per tritam illã,
20 ac vulgarem regulam; quod † feudum in vna sui parte alteratum in ceteris sui naturam retineat, *tit. 48. de feudo non habente propriam feudi naturam lib. 2 F.* Soc. *in l. Gallus 29. §. & videtur 22. in verb. etiamsi parente, col. 2. vers. quam conclusionem limita, ff de liber. & posthum. hæredib. instit.* Quod autem Doctor præallegati pro confirmatione suæ opinationis afferunt, feudum emptum esse instar bonorum allodialium, atque in eo succedi iure contractus emptionis venditionis, non iure feudi: id ipsum est, de quo quæritur (vt Logici vocant) petitio principij, & probatur incertum per æque incertum: imo vero iam non feudum, vel allodium dicendum esset. Et hanc sententiam ita defendunt, & amplectuntur Andr. de Isern. Matt. Laudens. & Præpos. *in ca. 1. §. & quia. de his, qui feud. dare poss. in vsib. feud.* Z. *in epit feud. p. 8 n. 37. & part. 12. nu 21.* Hanneton *lib. 2. de feud. c. 8.* Sonsbecc. *in Commentar. ad vsus feud p. 9. nu. 122.* Pistor *lib. 2. q. 14. num. 8. & q. 18. nu. 47.* Alciat. *resp. 170. nu. 1.* Mynsing. *cent. 5. obser. 73.* Borcholt. *in Comment. in consuet. feudor. c. 7. nu. 65.* Garzon. *in tract. de fem. ad feu. recip. restrict. 6.* Kirchouius *in thesaur. commun. opin. cent. 5. concl. 46. num. 14.* Schrad. *d tract feud. par. 7. c. 4 nu. 1.* Vult. *d. lib. 1. feudo c. 9. num. 44.* D. Bocerus *d. tract. de iure succed. in feud. cap. 3. q. 26.* Fachin. *lib. 7. controuers iur. c. 37.* Gothofred. Anton. *disp. feudal. 6. th lit. F.* Niell *disput. feud. 5. thes. sub litter. A.* Rudinger. *libro 1. variar. lection. iur feud. cap. 12 num. 3 & sequenti.* Rosenthal *d. cap. 7. conclus. 34. num. 7. sub lit. K.* alijque per eum citati *Harprec.*

f *Nullum præstatur seruitium.*] Vide & plenius de communi illa opinione per Rol. *in cons. 23. n. 10.* qui sub *nu.* 18. quid vbi requiritur iuramentum fidelitatis, & fusius *n. 35. cum iurib. seq.* vbi loquitur in clerico beneficiato. *Giach.*

21 *Pro quo nullum præstatur seruitium.*] Tametsi in † feudum francum, id est, à seruitiis liberum, feminam succedere, præter Clarum hoc loco nostrum, & ab eos relatos, censent Rom *singul. 178. incipiente, hodie femina & cons. 33. & cons 367. nu. 12.* Alexan. *cons. 29. nu. 1. & cons 30. nu. 24. vol. 1.* Vvurmbser. *de feud. obseru. 14. vers. sicut etiam videmus.* Paris. de Puteo, *de redintegrat feud. c. 108. nu. 7.* Ruin. *cons. 24. nu. 9. vers. & similiter, & cons. 38. num. 7. vol. 1.* Grat. *cons 9. nu. 153. vol. 1.* Vulteius *d. libro 1. de feud. c. 9. num. 41. pag. 410.* Hartman. Pistoris *d. libro 2. q. 24 nu. 29. 31. & seqq.* Rudinger. *d. lib. 1. c. 33.* Ioan. Campeg. *in tract de dot. luc. quæst. 42.* Ant. Gabr. Roman. *libro 6. commun. opin. titul. de verb. significat. concl. 6. nu. 59.* & cæteri ab his memorati: contrariæ tamen sententiæ, vtpote veriori, subscribunt Martinus Laudens. *in d. c. 1. §. & quia num. 29.* & ibidem Præpos. *nu. 6. vers vos tenere contrarium, de his, qui feud. dar. poss.* Iacob. de S. Georg. *de feud. super verb. & fæminis. num. 5.* Duaren. *de feud. c. 10. num. 7.* Hanneton. *libro 2. feud. c. 8.* Z. *d. epito feud. parte 8. num. 44.* Schraderus *d. tractat. feud p. 7. nu. 4. nu. 11.* Borch. *d. Comment. cap 7. numero 68.* D. Bocerus *d. cap 3. q. 29.* Schneidevv. *de feud. p. 6. n. 18.* Rosenthal. *d. cap. 7. conclus. 34 num. 11.* & alij, aliquos hic recitat. Qui iis potissimum mouentur argumentis, quibus paulo ante ostensum est, quod etiam ab emptitij feudi successione feminæ repellantur. Quæ argumenta, vt & resolutiones obiectionum quarundam, latius exposuimus ad principium *tit. Instit. de hæredi. qua ab intest. defer. n. 121. & seqq.* Harprec.

g *Quid, si feudum concessum sit pro certo seruitio.*] Quod † femina patri suo succedat in feudo, pro quo seruitium eiusmodi est præstandum, quod femina non minus decenter & commode, quam masculus, explicare potest, vltra Clarum hic, & ab eo citatos, tenent Decius *cons. 169. num. 4.* Cuman. *cons 194.* Rom. *cons. 367. num. 12.* Corn. *cons. 16. num. 9. & cons. 239. num. 4. vol. 1.* Gozad. *consil. 56. num. 18.* Paris. *cons. 4. num. 18. vol. 1.* Roland. à Valle *cons. 23. num 7. vol. 1. & cons 41. num 8 vol 4.* Menoch. *consil. 65. num. 19. vol. 1.* Decian. *cons. 58. num. 39. volu. 2.* Vulteius *à libro 1. de feud. cap 6. num. 42.* Hartman. Pistoris *d. libro 2. quæ. 34. num. 57.* Sed contrarium defendunt Andreas de Isern. *ad titul. 23. in quibus caus feud. amitt. libro 2. F.* Curt. iun. *in tract. feud. p. 3. num. 12.* Z. *in epit. feud p. 8 num. 49.* Duaren. *d. c. 10. num. 7.* Schrad. *d. tractat feud. p. 7. c. 4. num. 10.* Idemque & nos probauimus *ad d. principium tit. Instit. de hæreditat. qua ab intest. defer. num. 131.* Harprec. 22

QVÆSTIO LXXIV.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Filius exhæredatus an succedat in feudo.*

Ex Additionibus.

1 *An filius exhæredatus succedat in feudum.*

2 *Nulla ordinatio defuncti in feudo valet.*

QVæro, an filius exhæredatus *a* possit in feudo succedere? Respon. secundum Iacob. Ardizo. *in summa, de successione feudi, sub Rubr. an filius exhæredatus potest in feudo succedere, rumpendo testamentum per querelam inofficiosi,* si vero sit iuste exhæredatus, non succedit in feudo. Et hanc opin. dicit esse communem Curt. iun. *de feud. in 3. parte principali, in materia successionis descendentium, quæst. 3.* quem refert Paris. *cons. 1. num. 7. libr. 1.* Et in proposito facere videtur, quod dicit Zas. *de feud. in 8. part. vers. De exhæredato,* quod est *consequentia in feudis recepta, ex quibus causis filius potest exhæredari, ex eisdem potest etiam feudo priuari, c. 1. §. prædictis modis, quæ fuit prima causa ben. amitt.* Resolutio huius quæstionis pendet ab illa, nunquid filius possit feudum retinere sine hæreditate paterna, propterea dic: Aut exhæredatio est nulla, & non est in consideratione: Aut est valida, & tunc: aut sumus in casibus, in quibus filius potest habere feudum, etiamsi non sit hæres patris, & pariter exhæredatio non est in consideratione, quoad successionem feudi. Aut sumus in casibus, in quibus requiritur, quod si etiam hæres ipsius patris, & tunc iste filius iustè exhæredatus non potest in feudo succedere. Neque *§. prædictis modis,* facit in proposito: quia aliud est dicere, quod dominus potest vasallum feudo priuare ex omnibus causis, ex quibus pater potest filium exhæredare, vt ibi; aliud est dicere, quod pater potest exhæredando priuare filium feudo: quia si esset feudum ex pacto, & prouidentia maiorum suorum acquisitum, non posset vasallus de eo aliquo modo in testamento disponere, vt dixi supra *quæst. 40.*

ADDI-

ADDITIONES.

a EXhæredatus.] Hic etiam scias, quod filius non potest habere legitimam in feudis, in quibus primogenitus succedit. Commune vide per Carchn. Pauli. *cons. 11. nu. 30. lib. 2. & in collecta mea commun. opin. verò filius, n. 61.* Giach.

1 *An filius exhæredatus possit in feudo succedere.*] quamvis † filium iuste exhæredatum ad feudi successionem minime admittendum esse, opinantur Iaco. de Ardiz. hic à Claro relatus, Blanc. *in summa sua feud. lib. 3. c. 1. num. 11.* Iacob. de S. Georg *in tract de feud. in verbo præsentes, nu. 9. & seqq.* Petrus Rauennas *in tit. 1. §. & quia vidimus*, ibidemque Frider Schenck. *nu. 9 lib. 1. F.* Mozz. *de substantiali feud. n. 82.* Loffred. *cons. 1. num 178. & seqq.* Schneidevv. *in Epito. feud. p. 6. tit. de success ab intestat. nu. 27. cum seqq.* & Forcat. *de feud ca. 5. n 17.* opinionem tamen contrariam, tanquam veriorem, sequi malunt Andr. de Isern. *in tit. 1. de feudi cognit. § sciendum, n. 5 lib. 2 F.* Parisius *cons 1. n. 7. & cons. 2 nu. 29. vol. 1.* Schradetus *in tracta feudal par 7. c. 2 n. 36. & seq.* Borcholt. *in Comment. ad consuet. c. 7 part. 2 n. 61.* D. Boecrus *in tract de iur. succed in feud. c. 3. q. 11.* Vulteius *lib. 1. de feud c. 9. nu. 96.* & Rudin-
2 ger. *lib. 1. variar. lect. iur feud. c. 14. nu. 6. & sequenti.* Tum † quia regula iuris feudalis expressa est; quod nulla ordinatio defuncti in feudo manere, & valere debeat, *tit. 8. de successione feudi, in princ. lib. 1. F.* Tum quia licet per patris operam ad filios quoque feudum pertineat, argumen. *tit. 14. de feudo Marchia, §. 1. lib. 1. F.* attamen domini beneficio id maxime accepto ferendum est, qui illud etiam in filios collatum voluit, *titul. 13. in quibus caus. feud. amitt. §. vltimo, lib. 2. F.* Huc referenda sunt, quæ annotauimus supra ad *quæst. 40.* eaque de re vberius disputant, post alios Henricus à Rosenthal. *in tract. feud. c. 7. concl. 10.* & D. Boecrus *d. c. 3. q. 11. 12. & 13.* Harp.

QVÆSTIO LXXV.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Filij fratrum in feudis an succedant in stirpes, vel in capita.*
2 *Et quid si vocentur sine patruis.*

Ex Additionibus.

1 *Filij fratrum cum patruo in stirpes succedunt.*
2 *Quomodo filij fratrum soli succedant.*
3 *Textibus iure nouissimo specialiter non correctis merito statur.*

QVæro, vltimo loco moriens reliquit nepotes ex multis eius fratribus prædefunctis, nunquid a isti filij fratrum succedent in capita, an autem in stirpes? Hæc quæstio in aliis successionibus ab intestato multum inter DD. controuertitur, vt dixi supra, *lib. 3 §. 1.* vbi tenui, magis communem opi. esse, quod succedant in stirpes, & non in capita. Sed quid dicemus in feudis? Respon. quod si isti filij fratrum veniant ad successionem feudi simul cum patruo, scilicet cum fratre vasalli defuncti, veniunt in stirpes, & non in capita, idemque si veniant ad successionem aui simul cum patruo, & hoc est indubitatum secundum omnes, vt attestatur Aluar. *in c. 1. in prin. n. 2. de success. feud.*

2 Difficultas est, quando vocantur b sine patruis, & hoc
b casu sunt opin. inter DD. Nam Iac. Ardiz. in summa, tenuit, quod succedant in capita, & dicit Bald. *in Auth. cessante post n. 2. vers. Sed hæc ratio. C. de leg. her.* quod ita communiter determinatur, quem refert Iacob. *de feud. in verb. Præsentes, & recipientes, nu. 13.* Hanc etiam conclusionem, quod in feudis diuisio fiat secundum capita, dicit communiter teneri Raph. Cuman. *in Authent. post fratres, l. 2. Cod de legit. her.* & post eum Corn. *ibi in fin. verbis.* Contrariam autem opin. scilicet, quod imo succedant in stirpes, tenuit Bald. *in c. 1 §. his vero, n. 2. de success frat. vel de grad. success. in feudo.* Et hanc opinionem dicit esse communem Præpos. *in c. 1. §. & quia, de his qui feud dare poss* prout illum refert Ruin. *cons. 8 in final. verbis, lib. 1.* Sed ego non reperio Præpos. ibi, maxime post *num. 37.* vbi tractat hunc articulum, attestari in specie de communi opin. in materia feudali, licet ipse teneat hanc opin. & referat etiam aliquot attestantes de communi opin. in successionibus allodialibus Tamen reuera ego credo, quod Bald. *in d. Authen. cessante*, errauerit, dicendo communiter determinari in feudo, quod succedant in capita, & ita eum deridet Barbat. *in cons suo posito inter consilia Alexand. in 4. volum. cons. 55. num. 28.* vbi dicit, quod sciret libenter, quis spiritus reuelauerit Bald. quod Doctores ita communiter tenent, &c. Ego dico, quod si feudum esset hæreditarium, procederet de plano secunda opinio scilicet, quod succederent in stirpes, quam in hoc casu videtur attestari esse magis communem Ruin. *cons. 25. n. 23. lib. 1.* & intelligo simpliciter hæreditarium. Nam tale feudum reputatur pars hæreditatis, & de eo iudicandum est, vt de reliquo hæreditatis. Sed si esset feudum ex pacto & prouidentia, vel absolute, vel mixtim, forte esset verior opinio Iacob. Ardizo. quia ad illud veniunt nepotes, non iure hæreditario, sed virtute inuestituræ, & sic cessat fundamentum tenentium contrarium. Hoc tamen absolutè pro nunc non affirmo, quia eget pleniori discussione.

ADDITIONES.

NVnquid isti filij fratrum succedent in capita.] Illud expeditum esse videtur: si † vasallus moritur relictis fratribus, & alterius fratris filiis, hos fratris filios, in locum patris eorum in stirpem simul cum patruo in feudum antiquum succedere, & tantam assequi portionem, quantam eorum pater, si in humanis esset, consequeretur, per text. *in tit. 14. § 1. vers. si vero, & tit. 19. §. 1. ibi, in patris vicem succedit, lib. 1. F. & tit. 11. §. his vero deficientibus lib. 1.* Borcholt. *in Comment. in consuet. feud. c. 7 parte 2. nu. 81.* Curt. iun. *de feud. parte 3. membr. 3. nu 60.* Sonsbecc. *in Comment. in vsus feud. parte 9 n. 98.* Duaren. *de feud. c. 11. n. 13.* Rudinger *lib. 1. var lect iur. feud. c. 14. num 1.* Mynsing. *cent. 3. obseru. 94.* Vult *lib. 1. de feud. c. 9. n. 109.* Et latius exposui *in prin. tit. Instit. de hæred. quæ ab intest. deferunt. n. 30. & seqq.* Harprec. a 1

b *Quando vocantur sine patruis.*] Adde & vide per Rim. iun. *in cons. 410.* Giach.

Quando vocantur sine patruis] Si vasallus defunctus nullum fratrem, sed vtrinque fratrum filios diuerso numero reliquerit, an huiusmodi fratrum filij in stirpes, an vero in capita patruo succedant, valde controuersum fuit? Quæ quæstio cum iure feudorum decisa non reperiatur: in ea expedienda ius commune sequendum erit, per text *in tit. 11. § strenuo autem, lib. 2. F.* Iure autem communi duorum, vel plurium fratrum prædefunctorum liberos, cum soli extant, in feudum paternum patruo suo, sine legitima prole defuncto, in capita succedere, non in stirpes, constat ex *l. 1. §. 2. de suis, & legit. hæred. l. 1. § fin. ff. si pars hæredit. petat. l pen. in fin. Cod. de legit. hæredibus, & §. hoc etiam 4. Institut de legit agnator. success.* item Vlp. *in fragment. tit. 26. §. agnatorum* & Caio *lib. 2. Instit. tit. 8. §. item si moriatur quis, &c.* Qui † textus cum non sint nominatim correcti *per Nouell. 118. cap. 3.* merito illis adhuc standum erit, arg. *l præcipimus 32. §. vlt. Cod de appellationibus, & l sancimus 27. ibi quod enim non mutatur, quare stare prohibetur, Cod. de test.* Quinimo eadem sententia non difficulter euincitur ex *d. Nouell. 118. cap. 3. vers. huiusmodi vero priuilegium. cum vers sed & ipsi, &c.* vbi Iustin. de nepotibus ex fratre, qui cum patruis in successione concurrunt, duntaxat loquitur, disponitque, vt fratrum filij cum patruis in stirpes succedant iure repræsentationis. Ergo argumento à contrario sensu ducto, si fratrum filij cum patruis non concurrant, sed soli existant, in capita, non in stirpes, patruo defuncto succedent, argum. *l. 1. ibi, huius rei fortissimum, ff. de offic. eius, cui mand. est iurisd. & l. qui testamento 20. § mulier. 6. ff de testam. qui testam. facere possunt.* Atque hanc decisionem non solum Galliæ Parlamenta receperunt: sed & Caroli V. Imper. constitutio Germanica, in Comitiis Spirensibus Anno 1529. promulgata, expresse confirmauit. Porro cum auctores huius sententiæ fere innumeros, tum argumenta, quæ eidem obstare videntur, recensuimus *ad d. principium tit. Instit. de hæredit. quæ ab intestat. defer. n. 368. & seqq.* Harprec. 2

QVÆSTIO LXXVI.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Filius, vel agnatus an possit repudiare hæreditatem, & retinere feudum.*
2 *Et quid in feudo simpliciter recepto.*
3 *Et quid in feudo mixto.*

Ex Additionibus.

1 *An, & quatenus filius, vel agnatus, retento feudo, hæreditatem vasalli defuncti repudiare queat, remissiue.*

1 POne, aliquis vasallus decedit relicto feudo, & etiam relictis aliis bonis allodialibus, quæro, nunquid poterit eius filius, vel agnatus retinere *a* feudum, & repudiare hæreditatem, quæ forte esset onerata ære alieno? Respon. quod in hoc est differentia inter filium, & agnatum. Nam agnatus potest repudiare hæreditatem vasalli, & retinere feudum: Filius autem cogitur, vel acceptare vtrinque scilicet hæreditatem, & feudum, vel vtrunque repudiare Et de hoc est text. expressus *in cap. 1. an agn. vel filius*, & sic in hoc sunt deterioris conditionis filij, quam agnati. Doctores multum laborant circa intellectum illius *c.* Sed breuiter tu scis, quod varia sunt genera feudorum. Aut ergo feudum, de quo agitur, est feudum nouum, & tene, quod siue sit agnatus, siue sit filius, nunquam poterit repudiare hæreditatem, & retinere feudum, quia cum vasallus de huiusmodi feudo possit libere disponere, vt supra multoties dixi, maximè *in quæst. 41. vers. Et hæc quidem*, successor dicitur habere feudum ex mero beneficio ipsius vasalli acquirentis, & hoc siue huiusmodi feudum ex tenore inuestituræ sit hæreditarium, siue ex pacto, & prouidentia, merito non potest repudiare eius hæreditatem, & feudum retinere.

2 Aut est feudum antiquum, sed mere, & simpliciter hæreditarium, & pariter dicendum est, quod non poterit neque filius, neque agnatus hæreditatem repudiare, & retinere feudum, quia de huiusmodi feudo idem iudicatur, quod de cæteris allodialibus bonis vasalli, vt supra sæpius dixi. Aut est feudum antiquum informe, scilicet receptum simpliciter, nulla facta mentione filiorum, neque hæredum, & hoc casu dicendum est, quod habeat locum distinctio *d. cap.* vt scilicet filius non possit retinere tale feudum, & repudiare hæreditatem, agnatus autem possit. Et ita ab omnibus receptum esse attestatur Didac. *lib 2. resolutionum cap. 17. post numer. 4. vers. Primum simpliciter*, & intellexi alias in Senatu conclusum fuisse, dispositionem illius c. non habere locum nisi in huiusmodi feudo informi, & ita tenendo cessarent fere omnes difficultates in hoc articulo per Doct. excitatæ.

3 Aut vero feudum antiquum est mixtum, scilicet hæreditarium, & ex pacto, & prouidentia, puta, quia est concessum pro se, & hæredibus, vel pro se, & filiis, & hæredibus. Et hoc casu videtur, quod non possit habere locum dispositio *d. cap.* Nam huiusmodi feudum siue sit filius, siue sit agnatus, non potest habere nisi etiam sit hæres, nam vtraque qualitas requiritur, vt dixi supra *in d. quæst. 9. vers. Quandoque & tertio.* Et propterea Andr. de Isern. *in d. cap. 1.* tenuit, quod dispositio illius text. procedat etiam in feudo non hæreditario, & sic absolute ex pacto, & prouidentia, vt scilicet filius non possit illud retinere, repudiata hæreditate patris. Et hanc opinionem dicit esse communem Curt. iun. *cons. 28. n. 29.* Brun. *cons. 24. in prin.* Didac. *lib. 3. resol. cap. 18. post n. 4.* vbi etiam *vers. 2.* subdit, quod Sal. & Imol. in locis, de quibus paulo post mentionem faciam, falso testantur communem opin. in contrarium. Bald. autem *in d. c. num. 8.* tenet contrarium, scilicet, quod imo dispositio *illius c.* solummodo locum habeat in feudo hæreditario vel simpliciter recepto, non autem in feudo absolutè ex pacto, & prouidentia. Et dicit Salic. *in l. 2. num. 5. in fin. C. de lib. & eorum liber.* quod ita se habet communis opin. Idem dicit Imol. *in c. ex parte, nu. 29. de feud.* quem refert, & sequitur Iac. *de feud. in verb. Ita quod ipsi inuestiti, nu. 1.* Et hanc ego sequor tanquam veriorem. Neque obstat fundamentum tenentium contrarium, quia scilicet (vt ipsi dicunt) aliter intelligendo, dispositio illius *c.* esset elusoria. Ex quo in feudo hæreditario, siue sit filius, siue sit agnatus, semper requiritur, quod sit hæres, ad hoc vt possit habere feudum, quia licet verum sit, quod in tali feudo requiratur, quod volens succedere sit etiam hæres, non tamen est verum, quod requiratur volentem in tali feudo succedere, esse hæredem vasalli vltimo loco defuncti, sed sufficit, quod sit hæres primi acquirentis, vt dixi *in d. q. 9.* b *vers. Sed quæro*, & sic dispositio *b* illius *c.* operabitur, quod in tali feudo pro se, & filiis, & hæredibus recepto, quod est hæreditarium, & ex pacto & prouidentia filius non poterit repudiare hæreditatem paternam, & retinere feudum. Agnatus autem poterit retinere feudum, & repudiare hæreditatem vasalli vltimo loco defuncti, modo alias possit ex aliqua parte esse hæres primi acquirentis. Et hæc nota in practica, quia ista est notabilis, & quotidiana quæstio.

ADDITIONES.

a RE*tinere feudum, & repudiare hæreditatem.*] An † & quatenus filius, vel agnatus repudiare possit hæreditatem vasalli defuncti, & retinere feudum, post Clarum nostrum, & plures alios, diligenter exponunt Ioan. Borcholt. *in Comment. in consuet. feudor. c. 7. par. 2. n. 94.* Hartman. Pistoris *lib. 2. q. 2.* Herman. Vulteius *lib. 1. de feud. c. 9 nu. 114.* Alexand. Trentacinquius *var. resol. lib. 3. resol. 1. de feud.* Henricus à Rosenthal *in tract. iuris feud. c. 7. concl. 20. cum seq.* & D. Collega Bocerus *in tract. de iure succedendi feudi, c. vlt. q. 1.* Harp. 1

b *Dicta q. 9.*] vbi dixi remissiue. *Giach.*

QVÆSTIO LXXVII.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Ius accrescendi an habeat locum in feudis.*
2 *Et an in feudis concessis ab Imperatore.*
3 *Et quid si concessa sint pluribus in solidum.*
4 *Et quid in feudis concessis ab aliis Principibus.*
5 *Et quid in feudis antiquis.*
6 *Et quid si in diuisionibus totum feudum obuenit vni ex fratribus, qui deinde decesserit sine liberis, an accrescat alteri fratri.*

Ex Additionibus.

1 *An, & quatenus ius accrescendi in feudis locum habeat, remissiue.*

QVæro, an in successione feudorum locum *a* habeat ius accrescendi? Hæc est quotidiana quæstio, & valde vtilis. Pro cuius resolutione fac regulam quod in successione feudorum non habeat locum *b* ius accrescendi. Ita probat text. *in cap. 1. §. & quia vidimus, vers. Sed autem vnus, de his, qui feudum dare poss.* & hæc est communis conclusio, vt attestatur Curt. iun. *de feudis, in 2. parte principali, circa finem in 3. dubitatione principali, circa materiam acquisitionis feudi.* Nam feudum est contractus, vt dixi supra *q. 6.* In contractibus autem non est locus iuri accrescendi, vt dixi supra *lib. 3. § ius accrescendi.* 1 *a* *b*

Scias tamen in primis, quod secundum aliquos hæc conclusio non habet locum in feudo concesso ab Imperatore. Nam in eo multi tenent, quod habeat locum

ius

ius accrescendi. Et hæc limitatio per eos colligi videtur ex tex. *in l. unica, C si liberali. Imper. socius, ls.* 10. vbi Imperat. generaliter statuit, quod si quis ex his, quibus cōmuniter aliquid ab eo donatum est, nullo hærede relicto decesserit, ad consortem potius, quam ad personam aliam pars decedentis perueniat: de quo text. dixi *in d. §. ius accrescendi.* Sed punctus est videre, an dispositio *d. l. unica*, quæ simpliciter loquitur de donationibus Imperatoris, habeat locum etiam in feudis, quæ communiter à principe aliquibus concessa sunt. Et in hoc variæ sunt opin. Doctorum. Nam Bald. *in l. unica. num.* 15 *ff de cad. toll* tenet, quod sic: & hanc opin. dicit esse communem Ias. *in l. si mihi, & Titio, num.* 6 *de verb. oblig. & cons.* 117. *col.* 6. *vers. Et tenendo, lib.* 4. *& cons.* 136. *num.* 4. *eodem vol.* Curt iun. *in d.* 3. *dubitat.* Grat. *cons.* 4. *num.* 14 *lib.* 1. Soc. iun. *cons.* 71. *num.* 21. *& seq. lib.* 1. Contrariam tamen sententiam, quod scilicet etiam in feudo à principe pluribus simul concesso non habeat locum ius accrescendi, tenuit Cyn. *in l. unica, circa fin. C. quando non peten. part.* quem multi sequuntur, quos recenset Molyn. *in Apost. ad Alex. cons.* 30 *sub n.* 8. *lib.* 1. affirmans, quod imo quicquid dixerint alij, hæc est crebrior opin.

3 Sed certe credo, quod prima *c* opin. sit magis communis, & etiam verior, quod scilicet in feudis à principe simul concessis habeat locum ius accrescendi. Cum enim in aliis concessionibus Principum ita reperiatur cautum de iure communi, illi standum est etiam in feudis, ex quo expresse non reperitur iure feudorum dispositum in contrarium. Quia tamen quæstio non est sine difficultate, aut euitandas opin. aliquando consului, quod in inuestitura apponerentur illa verba, cuilibet eorum insolidum. Vbicunque enim inuestitura concessa est duobus, & vnicuique vt cuilibet eorum, eo casu proculdubio vno deficiente, alter habebit totum. Ita decidit Bald. *in c.* 1. *§.* 1. *n.* 4. *de success. feud* & est comm. conclusio, quæ non habet contradicentem, vt ait Curt. sen. *cons.* 49 *n.* 54 quem refert Bello *cons.* 20. *n.* 3. & dicit Sigis. *cons.* 15. *feud. nu.* 4. quod ita præcedens conclusio ab omnibus Doct. limitatur.

Et hæc quidem conclusio satis de plano procedere videtur in feudo concesso ab Imper. de quo loquitur text. *in d. l unica, Cod. de liberali Imper.* vt scilicet in eo locum habeat ius accrescendi. Sed quid si fuerit concessum ab aliis Principibus? Resp. quod idem dicendum est etiam in feudo concesso à Regibus, secundum Bald. *in l* 1. *nu.* 2. *de duob fratrib. à Ca. inuestit.* & etiam ab aliis Principibus non recognoscentibus superiorem. Et quod dispositio *d. l. unic.* procedat in quocunque Principe, qui superiorem non recognoscat, dicit esse communem sententiam Curt. sen *in d. cons.* 49 *post n* 50. *vers. Modo sic.* Et ita etiam communiter teneri attestatur Socin. iun. *in d. cons.* 73. *n.* 7. & hæc opin. mihi placet, quia quilibet princeps non recognoscens superiorem habet in suo dominio idem ius; quod habet Imperator in toto orbe, vt dixi supra *lib.* 2. *princeps.*

4 Quando autem quis dicatur sine hærede decedere ad hoc, vt in feudo sit locus dispositioni *d. l. unica, dixi in d. §. ius accrescendi.*

5 Secundo principaliter scias, quod ista conclusio quæ habet, quod in feudis non habet locum ius accrescendi, est intelligenda, vt procedat in feudo nouo. Nam in tali feudo verum est, quod non habet locum ius accrescendi. Et ita est communis regula, vt ait Paris. *cons.* 9. *n.* 2. *lib.* 4. Grat. *in d. cons.* 4 *n.* 51. *lib.* 1. Sed quando feudum est antiquum, tunc inter descendentes à primo acquirente procedit successio, non quidem ex iure accrescendi, sed ex iure inuestituræ paternæ. Ita colligitur ex text *in c.* 1. *vbi gl. in verb. Patris, vel au. de feud. March.* & est comm. opi. vt dicit Alex. *cons.* 21 *n.* 5. *lib.* 1.

Sed pone: duo fratres successerunt in feudo paterno, & in diuisionibus tale feudum obuenit totum vel ex eis, qui deinde decessit sine liberis, quæro, nunquid feudum ipsum accrescet alteri fratri? Respon. Bald. *in l. vnica, num.* 33 *C. quando non pet. part.* quod non accrescet fratri, ex quo apud eum nulla portio feudi reperiebatur. Contrariam tamen opin. tenuit idem Bald. *in l.* 1. *post num* 8. *vers.* 11. *quæritur ff de rer. diuis.* & hæc opin. est magis commun. vt attestatur Aret. *in l. qui Romæ, § duo fratres, col. pen. versic. pro decisione huius quæst. ff de verbor. oblig.* quem refert, & sequitur Ruin. *cons.* 8. *post num.* 11. *lib.* 1. *& cons.* 11. *num.* 14. *eodem vol.* Ego credo Bald. *in d. l. vnica.* benè dixisse, quod scilicet feudum alteri non accrescit: nam in iure accrescendi portio accrescit portioni, non personæ, vt dixi *in d. §. ius accrescendi.* Sed benè verum est, quod frater hoc casu nihilominus succedit in feudo, licet non per ius accrescendi, sed tenore inuestituræ, & ita procedit secunda opin. Sed quid si frater in diuisionibus renunciasset omni iuri, &c. quicquid hoc casu, non obstante renunciatione, poterit venire ad feudum, si frater sine liberis decesserit? dixi infra *hoc eod. lib §. renunciatio.*

ADDITIONES.

a *An in successione feudorum locum habeat ius accrescendi.*] An & quatenus in feudis ius accrescendi locum sibi vindicet, post Clarum nostrum, & ab eo hic relatos, plenissime declarant Ludolphus Schraderus *in tract. de feud. p.* 1. *c.* 1. Hermann. Vult. *lib.* 1. *de feud. c.* 9. *n.* 119. & Henric. à Rosenth *in tract. iuris feudal. c.* 6. *concl.* 73. *& seq.* Harpr.

b *Habet locum ius accrescendi.*] Intellige in feudis ab inferiore concessis, in quibus non habet locum ius accrescendi, secus in concessis à principe superiorem non recognoscente, vt in Rege Franciæ. *c. per venerabilem, qui fil. sint legit.* Per quem text. dicit Bald. *in l. vnic. § in primo, C de cad. toll. & in cap.* 1. *de duobus fratrib. de no. be. inuestit.* quod si feudum concedatur à principe pluribus, vno repudiante, vel sine hærede mortuo, portio sua accrescit socio, vide Gub Bened. *in repet. c. Raynutius in prælud. n.* 147. *ext. de testibus* Gouean.

c *Prima opin. &c.*] Et hanc opinionem tenet Alex. *in d. cons.* 30. *n.* 8. qui *n.* 18. dicit, quod quicquid tamen sit, facit in feudis indiuiduis, vt per eum *Giach.*

QVÆSTIO LXXVIII.

SVMMARIA

Ex Claro

1 *Clericus, vel monachus an succedat in feudo.*
2 *Et an ad hoc vt transeat perpetuo in Ecclesiam.*
3 *Et quid in feudis maioribus.*
4 *Et quid si præstatur seruitium personale.*
5 *Et quid in clerico constituto in sacris.*

Ex Additionibus.

1 *Num clerici succedant in feudo.*
2 *An, & quatenus equites Hierosolymitani ad feudorum successionem admittantur.*

QVæro, an clericus succedat *a* in feudo? Hæc quæstio à Doctoribus satis confuse tractatur, non distinguendo casus, in quibus posset in practica contingere, potest enim esse, quod habens feudum efficiatur monachus, aut clericus, vel quod feudum ipsum ad aliquem iam clericum iure inuestituræ, vel aliter deuoluatur. Dic ergo, quod quando vasallus efficitur *b* monachus, aut seruitium, quod præstatur pro ipso feudo, est reale, quia scilicet præstatur res, vel pecunia, siue etiam est personale, quod tamen potest à clerico honeste præstari per se, vel per idoneum substitutum: & tunc feudum durat, & transit in monasterium, alias autem feudum non durat, sed finitur, & ad dominum directum reuertitur, & ingressus à sacramento fidelitatis absoluitur. Et hanc distinctionem tenent communiter Doctores, vt attestatur Salicet. *in Authent.*

ingressi.n.11.C.de sacros.Eccles. quem refert Affli.*dec.*320.*nu.*2.*&* 3.& in Dec.*in c.in præsentia,n.*74 *de probatio.* & Curt.iun.*de feud.in* 2.*par.*3.*partis principalis,quæst.*10.& Iacob.*de feud.in verbo, Et quibuscunque hæredibus,n.*4. Dicit etiam Alex. *cons.*10.*num.*8. *lib.*5. quod ita tenent omnes; quod consilium est duplicatum *in consil.* 98. *lib.*6.

Quæ tamen opin. intelligenda est, vt procedat, non ad hoc, vt feudum ipsum perpetuo remaneat apud monasterium, sed tantum ad hoc, vt monasterium illud habeat durante vita feudatarij, quo ad commoditates ipsius feudi. Ita dicit Bald. *in c.*1.*num.*2. *de milit.vasal. qui arma bellica,&c.*& in hac opin. non datur contradictor, vt ait Capyc.*dec.*10.*n.*10.

3 Sed hæc conclusio mihi nunquam placuit, quod scilicet feudum transeat in monasterium, si vasallus efficiatur monachus, quia hoc esset distrahere monachos ab instituto suæ religionis, quod est seruire Deo, & abstinere negotiis, & administrationibus secularibus. Propterea dicerem, quod si superessent alij vocati ex tenore inuestituræ, illi deberent succedere in feudo, perinde ac si vasallus esset naturaliter mortuus, & si isti non superessent, quod feudum reuerteretur ad dominum directum. Et licet glos. *in cap.*1.*§.vers.Proposuerit, de feud. vel beneficio femi.* absolute dicat, quod hoc casu feudum ad dominum reuertatur; tamen illa gl. debet intelligi, vbi agnati non superessent, vel vbi feudum esset nouum. Et ita illam intelligunt communiter Doctores, vt dicit Curt iun. *in d.*10. *quæst.in fin.* Si tamen vellemus tenere communem opin. illa esset, iudicio meo, restringenda, vt procedat solummodo in feudis inferioribus, id est, cur habentibus dignitatem annexam. Sed si filius Regis, Ducis, Marchionis, aut Comitis, efficeretur monachus, non crederem, quod Regnum, Ducatus, Marchionatus vel Comitatus acquireretur monasterio. Et ita etiam de facto seruari attestatur Spec. *de statu monach.* §.1.*nu.*15. Saluo tamen semper iudicio sanctæ Ecclesiæ, cui me subiicio.

De clerico autem non videtur dubitandum, quin feudum capere possit: sunt enim de hoc text. aperti *in c. verum,& in c.ex transmissa,de foro compet.*& ita communi opin. obtentum est, vt dicit Z.*s.de feud. in* 5.*part. circa fin.* Dicit etiam Card. *in c.*1.*§ & quia post princ. de his qui feud.dare poss.* quod multi Doctores, & in specie Martinus Laud. ibi, inquiunt hanc esse communem opin. Quam tamen intellige, vt procedat, modo pro tali feudo præstetur seruitium reale tantum, nam eo casu vtique clericus est capax feudi. Et ita est de mente omnium, vt ait Ruin.*cons.*42.*n.*10.*lib.*1.

4 Sed si præstetur seruitium personale, non modo clericus non succedit in feudo ad eum deuoluto post clericatum, sed si post deuolutum feudum vasallus efficiatur clericus, amittit feudum. Et hoc verior, & magis communis opin. vt dicit Ruin.*in d.cons.*42.*n.*9. Sed hoc rursus ego intelligo, vt procedat, quando huiusmodi seruitium personale non potest explicari per substitutum secundum distinctionem, de qua supra in monacho dictum est. Et ita dicit esse communem opin. Crauet. *cons.*203. *post n.*10.*vers.Secundo respondeo.*

5 Et hæc omnia de plano procedunt in clerico, qui sit tantum primæ tonsuræ, & non in sacris constitutus. Nam talis proculdubio succedit in feudo. Ita dicit Blald. *in c.*1.*§.qui clericus,n.*7.*si de feudo fuer.controuers.* quem sequuntur communiter Doctores, vt dicit Curt.iun.*in d.q.*10.*col.penult.vers. Secundo limita.* Et hanc opin. quod clericus in minoribus constitutus non priuetur feudo, dicit teneri in practica iudicando, & consulendo Barb. *de præstan.Card.in* 5.*qu.basilica* 1.*partis,n.*3. quem refert Crauetta *in d.cons.*33.*post nu.*7. Cæterum communiter seruatur, quod Episcopi, & Cardinales retinent feuda in eis deuoluta iure successionis, ne dignitas potius decrementum, quam incrementum eis attulisse videatur: & sine controuersia admittuntur ad præstandum quodcunque seruitium per substitutum. Alij autem clerici, vel in sacris constituti, vel etiam in minoribus, si sunt beneficiati, non retinent feudum, pro quo sit præstandum seruitium personale: si vero sunt in minoribus constituti, & non beneficiati, admittuntur ad feudum sicut mere laici. Et ita etiam videtur esse communis mens Doctorum in hac materia scribentium, à qua recedendum non esset in practica.

ADDITIONES.

AN *clericus.*] Adde, quod clericus primæ tonsuræ est capax a bonorum feudalium. Commun. Rol. *consil.*23. *numer.* 1. & vide fusius *in collect. mea commun.opin in verbo.clericus,num.*22. Et econuerso quod clericus in feudo haud succedat: commune per Crau. *cons.*303. & dixi fusius vbi supra *num.*31. in feudo tamen conditionato bene succedit: commune per Salic. Auth. ingressi *col.fin.C.de sacrosanct.Eccles.*& dixi plenius, vbi supra *n.*32. Giach.

An clericus.] Nota, quod clerici in feudis succedunt in his casibus, in quibus feminæ feudi sunt capaces, secundum Barbat. *in tract.de præst Card.q.*5.*in fin* Ioan.Fab.*Instit.de leg. patr. tut.in fin.* idem esset per illum text. vbi feudum esset paruum, & exiguum secundum Bald. vbi supra *& in c.*1.*§.est & alia,quæ fue. prima caus.de amis.* vide per Gul.Bened.*in repet.c.Raynut.vers. duas habet filias,n.*34 *de testam* Gouean.

An Clericus succedat in feudo.] Clericos † in feudis regulariter non succedere, exploratì est iuris feudalis: adeo vt etiam feudum quod prius habuerunt, per ingressum religionis amittant, per textum apertum *in tit.*26.*§ qui clericus,& tit.*30.*de feudo femina,vers ex hoc illud lib.*2 F.& similes, quos adducit D. Bocerus *in tractat.de iure succed.in feud.c.*3 *quæst.*14 *& class* 5. *disput.*18.*th.*9 *littera A edit.*2. vbi non solum hanc communiorem Doct. conclusionem esse asserit; verum etiam eandem suffragiis Dominorum Assessorum Cameræ Imperialis approbatam testatur cum Mynsingero *cent.*5.*obseru.*48.*num.*8. Eadem de quæstione fuisse disserant Ioan Rudinger.*lib.*1.*variar.lection. iur.feud.cap* 86. Vulteius *lib.*1.*de feud.cap* 9 *nu.*67. Rosenthal. *in tract iuris feud cap.*7.*conclusio* 29.*cum seq.* & Berlichius *ad constit.Elect.p.*1.*concl.*39 *per tot.* Sed † quid de militibus, siue equitibus Hierosolymitanis, seu Cruciferis dicendum; Suntne & illi à feudali successione arcendi? Negantium partes sequuntur Franciscus Sonsbece *in Commentar.in vsus feudor p.*12.*num.*115. Schraderus *in tract. feud. parte* 7.*capite* 5. *num.*30. Valentinus Forsterus *de success.ab intest.c.*12 *n.*39. Henricus à Rosenthal. *d. c.*7.*concl.*10.*num.*9.*& seqq.*& aliique per eos citati. Ast affirmantibus adstipulantur non sine ratione Menoch. *lib.*2.*de arbitr. iud qu.cas.*231.*n.*5. Alciat. *respons.*29. *num.*6. *vol.*1. Fachin.*lib.*7. *controuers.iur.cap.*35. D. Bocerus *d.tract.de iur.succed. in feud.c.*3. *quæst.*19 & Rudingerus *d.lib.*1.*cap.*87.*num.*3.*& seq.* Quia & istę personæ sunt religiosæ, Deoque dicatæ, & certo cuiusdam religionis ordini sacro mancipatæ, *c.quamuis,de decimis*, ac proinde neque domino iuramentum fidelitatis, neque fidelitatem obsequij, neque obsequium seruitij, pro forma feudorum tradita *in lib.*2.*F.tit.*5. *& duobus seqq.* præstare possunt. Si qua tamen consuetudo in contrarium extat, ea omnino obseruanda est, per notata Hartmanni Pistoris *lib.*2 *qu.*33.*n.*23. Vulteij *lib.*1.*de feud. c.*9.*nu.*76.*vers.verum valde,pag.*499.& Niellij *disput.feud.*5.*th.*5 *littera A* Harpr.

b *Efficitur Monachus.*] Hic cadit pulcherrima dubitatio, nunquid Comes factus Episcopus perdat castrum, quod obtinet vigore primogenituræ, vbi castrum feudale est? vide per Cephal.*cons.*1. vbi plene ad partes discutit: & quod haud amittat, tenet, contraria diluens. *Giach.*

QVÆSTIO LXXIX.

SVMMARIA
Ex Claro.

1 *Collaterales an succedant in feudo.*
2 *Et quid in feudo nouo.*
3 *Et an succedant vsque in infinitum.*
4 *Et quid si concessum sit sacerdoti pro se, & hæredibus.*

Ex Additionibus.

1 *Collaterales an, & quatenus feudum succedant.*
2 *Cur agnati sibi inuicem in feudum antiquum succedant, non itidem in feudum nouum.*

3 Qui-

3 *Quibus casibus etiam nouum feudum ad vasalli defuncti agnatos transeat.*
4 *Natura cuiusque feudi potest pacto inuestituræ immutari.*
5 *Quisque rei suæ legem dicere potest, & quilibet rei suæ moderator est, & arbiter.*
6 *Donatio mortis causa ita potest fieri, vt nono casu eius sit repetitio.*
7 *Quod nouum est, aliquando habetur pro antiquo.*
8 *Num pactum istud, vt feudum nouum censeatur iure paterni feudi, rei veritatem immutet.*
9 *An agnati succedant vsque in infinitum, remissiue.*

1 HAbes regulam in materia feudorum, quod quandiu sunt descendentes, *a* ipsi in infinitum succedunt. Est text. *in c.* 1 *de success. feud.* & hæc conclusio est ab omnibus recepta, vt dicit Zas. *de feud. in* 8. *parte, vers. Secunda conclusio.*

Si vero non extant descendentes, tunc admittuntur transuersales agnati, progeniti à primo ascendente. Est communis opin. consuetudine firmata, vt attestatur Zas. *in d.* 8. *parte. vers. Tertia conclusio.*

2 Sed quæro, an simpliciter, & indistinctè verum sit, quod *b* collaterales in feudo succedant? Respon. quod est distinguendum, tam respectu qualitatis feudi, quam gradus agnationis. Aut enim loquimur in feudo nouo, & non succedunt collaterales, nisi id expresse actum sit. Et ita tenet gloss. *in cap. si quis miles, in* gloss. vnica, *constit. feud. Loth. &c.* quæ gloss. tenetur per communiter Scribentes, vt dicit Aluarot. *in eo. cap. si quis miles, num.* 2. Et ideo, si duo fratres fuerint inuestiti de feudo pro se, & filiis, &c. & vnus eorum decedat sine liberis, superstite filio alterius fratris prædefuncti, portio istius fratris non pertinet ad dictum nepotem superstitem, quia ipsi fratres videntur prospexisse sibi tantum, & vnusquisque eorum filiis suis, non autem filiis alterius fratris. Et hanc dicit esse communem conclusionem Curt. sen. *cons.* 49. *num.* 11. Aut verò loquimur in feudo antiquo, & tunc bene procedit conclusio, quod agnati collaterales in feudo succedant.

3 Difficultas est, an succedant solummodo vsque ad septimum *c* gradum, an etiam vsque ad infinitum. Nam in hoc articulo videntur esse text. contrarij, quia *in c.* 1. *§. & quia, de his qui feud. dare possunt*, expresse videtur probari, quod agnati succedant solummodo vsque ad septimum gradum. text. autem *in cap.* 1. *§.* 1. *de nat. success. feudi*, videtur probare, quod succedant etiam in infinitum. Sunt etiam inter Doctores variæ opin. Nam Iac. de Bel. *in cap.* 1. *de feud. March.* dicit, quod vbi agnati sint descendentes primi inuestiti, debent in infinitum succedere in ipso feudo, ex beneficio primæ inuestituræ. Et hanc opinionem, quod inter descendentes primi vasalli procedat successio, etiam vltra decimum gradum, dicit esse communiter receptam Did. *lib.* 3. *resol. cap.* 5. *post numer.* 4. *vers. Quinto hinc.* Quidam autem Doctor antiquus, qui appellatur Ioan. Fasoli, tenuit contrariam opinionem, quod scilicet non admittantur collaterales vltra septimum gradum ad successionem feudi. Et dicit Bald. *in d. cap.* 1. *num.* 4. *de feud. March.* quod ita communiter tenetur, quem refert Ias. *in l. certum, post num.* 3. *vers. Secundo principaliter, C. unde legi.* & Socin. iun. *cons.* 76. *n.* 73. *lib.* 1. Hanc etiam opin. dicit esse communem Mart. Laud. *inter cons. feud. Bruni cons.* 119. *post num.* 8. Paris. *cons.* 23. *num.* 262. *lib.* 1. Mihi autem placet prima opin. quod scilicet succedant vsque in infinitum, & secundum illam, si casus contingeret, consulerem, & iudicarem. Nam hoc casu non potest proprie dici, quo agatur de successione collateralium, sed de successione ascendentis, delata virtute primæ inuestituræ, & credo, quod ita etiam indistinctè obseruetur, maxime in feudis regalibus. Et in specie de corona regni Franciæ attestatur ita se habere consuetudinem Boer. *consil.* 10. *numer.* 16. *vsque ad fin. cons.*

Sed hic occurrit pulchra quæstio, pone, Princeps concedit feudum alicui existenti in sacris, pro se, & hæredibus, certum est, quod illud verbum, Hæredibus, quod in materia feudali intelligitur de filiis, siue descendentibus non potest hoc casu verificari in filiis, quia talis constitutus in sacris, nisi eos suscepisset ante clericatum, non posset habere filios habiles ad successionem feudorum? Nunquid ergo hoc casu censebitur feudum concessum etiam pro agnatis collateralibus ipsius inuestiti? Resp on. quod sic. Ita dicit Bald. *in l.* 1. *§. naturales, post num* 8 *si de feudo fue. contr.* quem sequuntur communiter Doctores, vt dicit Curt. iun. *de feud. in* 3. *parte, in materia successionis descendentium, in* 1. *regula. qu.* 17. *in fin.* Quod nota, quia de facili quis responderet prima facie contrarium.

ADDITIONES.

a DEscendentes.] Adde vt per Bald. *in text. allegato*, & per Cæphal. *cons.* 131. *n.* 28. Giach.

b *Quod collaterales in feudo succedant.*] Collaterales, seu transuersi ordinis agnati, in feudum duntaxat antiquum, non etiam in feudum nouiter acquisitum succedunt, *tit.* 11. *de success. fratrum, § his vero deficientibus, tit.* 14. 15 *&* 26 *in princip.* 45. 49. *&* 50. *lib.* 2. *F. titul* 1. *§. cum vero, vers. sin autem vnus, tit* 8. *§. vltim. tit.* 12 *& tit.* 20. *lib.* 1 *F.* Et, post Clarum hic nostrum, aliosque plures, tradit Forsterus *lib.* 8. *de success. ab intestat. cap.* 1. *num.* 1. & D. Bocerus *in tract. de iur. succed. in feud. cap.* 5. *quæst.* 1. Et in tantum agnatus agnato suo defuncto in feudum nouum non succedit: vt, licet cum eo communiter, & simul feudum, illud acceperit; ad eius tamen portionem non admittatur, *d. tit.* 1. *§. cum vero, vers. sin autem & tit.* 14 *§ si duo fratres, lib.* 1. *F. & tit.* 12. *in princ. lib.* 2. *F.* sed eiusmodi feudum, vt apertum, ad dominum reuertitur, *d tit.* 20. *lib.* 1. *F. d tit.* 11. *§. his vero. vers si enim Titij, d. tit.* 14 *& d. tit.* 26. *in princ. lib.* 2. *F.*

2 Ideo † autem agnati, ex primo acquirente descendentes, sibi inuicem in feudum paternum seu antiquum succedunt: quia beneficio dantis, & accipientis pro his quoque primitus acquisitum fuit, *tit.* 14 *de feudo Marchiæ, §. si capitanei. sibi, prædicti fratres, vel nepotes per inuestituram patris, & alij in beneficium succedunt, lib.* 1. *F. & tit.* 23. *in quib. caus. feud. amittat. §. vltim. lib.* 2 *F.* Ceterum in nouum feudum frater fratri, aut alius agnatus suo agnato idcirco non succedit: ne dominus forte inuitus alium, quam quem voluerit, vasallum acquirat, *d. tit.* 12. *in fin vers ne forte, lib.* 2. *F.* D. Bocer. *d. cap.* 5. *quæst* 1. Enim vero certi † perhibentur casus, quibus etiam nouum feudum ad vasalli defuncti agnatos transit. I. est, si pacto inuestituræ nominatim conuenerit, vt frater ad noui feudi fraterni successionem admittatur, *d. titul.* 1. *§. cum vero, vers. sin autem ibi, nisi hoc nominatim dictum sit, & d tit.* 8 *§. vlt. ibi, nisi hoc fuerit dictum expressim, & d. tit.* 20. *ibi, nisi per inuestituram, lib.* 1. *F & d. tit.* 12. ibi, nisi facta fuerit eo pacto inuestitura. *& tit.* 18. *ibi, vt quandiu ipsi, &c. iuncto vers. vlt. lib.* 2. *F.* II. Casus est: si vnus fratrum, qui simul habitant, feudum nouum ex communibus bonis vtriusque nomine acquisierit, domino conditionem haud ignorante, *d titul.* 20. *ibi, vel nisi beneficium de communibus bonis, lib.* 1. *F.* Quod si vero vnus ex fratribus feudum quidem nouum acquisierit, sed non, & communi pecunia, & domini consensu: illo mortuo feudum ipsius ad fratrem alterum non pertinet, sed ad dominum reuertitur: tametsi viuo fratre fructus feudi, si simul ipsi fratres habitauerint, communes sint, per textum *in d. tit.* 12. *§. si duo fratres, l. b.* 2. *F* Vulteius *lib.* 1. *de feud c.* 9. *n.* 146. *vers tertio si fratres, &c.* Eaque de re videantur Henricus à Rosenthal. *in tract iuris feud. c.* 7. *concl.* 59. *num.* 6. & Bocerus *d. c.* 5. *q.* 2. III. Casus est si duo fratres feudum aliquod communiter in hostem domini acquisierint: vt scilicet communibus equis, & armis dominum contra hostem iuuent, per textum *in d. tit.* 20. *in fine, lib.* 1. *F.* Quod si vero simpliciter vnus fratrum acquisierit feudum in hoc, vt equis, & armis dominum iuuet; licet cum fratre suo equos, & arma illa communia habeat: ei tamen sine filiis mortuo alter frater in feudum illud non succedit: ne forte dominus alium, quam quem voluerit, sibi acquirat vasallum, *d. tit.* 12. *§. quod si cum equis, lib.* 2. *F.* consule ea de re Bocerum *d. c.* 5. *qu.* 3. & Rosenthal. *d. c.* 7. *concl.* 59. *num.* 5. IV. Casus est: si consuetudine, vel statuto cautum sit, vt transuersales etiam in feudum nouum succedant, argum. *tit.* 1. *in princip lib.* 2. *F. & l. de quibus,* 32. *ff. de legib.* Schrader. *in tract. feud. part.* 7. *c.* 7. *n.* 5. V. & vltimus casus est si † in inuestitura non feudi 4 adiectum fuerit, vt hoc feudum iure antiqui siue paterni feudi censeatur. Hac siquidem specie omnes transuersales illius, qui

feudum acquisiuit, in feudum succedere, multiplex ratio suadet.
Tum quia natura cuiusque feudi pacto inuestituræ immutari
potest, *tit. 18 & tit. 48. lib. 2 F.* Tum quia dominus, quando iure
paterni feudi, nouum alicui concedit feudum, ius suum remit-
5 tit: quod ei plane liberum, & integrum est: cum † quisque rei suæ
legem dicere possit, *l. in traditionibus, 48. ff de pact. l. legem, quam
dixisti, 10. C. eod.* & quilibet rei suæ moderator, & arbiter intel-
6 ligatur, *l. in re mandata, 21. C. mandat.* Tum † quia donatio mor-
tis causa ita fieri permittitur, vt nullo casu eius sit repetitio:
quæ donatio quoad effectum, vt scilicet reuocari nequeat, per-
inde habetur, atque alia quæuis donatio inter viuos, *l. si alie-
nam, 13. § . & l. vbi ita donatur, 27. ff de mort. caus. donationibus.*
7 Tum † denique quia illud etiam, quod nouum est, pro antiquo
haberi potest, *l. quicunque desertum 7. in princip. ibi, & velut do-
mesticum, & auita successione quæsitum, C. de omni agro deserto,
&c. lib. 11.*

8 Neque obstat huic assertioni, quod † pactum istud, vt videli-
cet feudum nouum censeatur iure paterni feudi, rei veritatem
non immutet. argum. *l. si forte, 8. in fin. ff de castrens. pecul. l. non
nudis, 14 Cod. de probationibus & l. si donatione, 13. 1. de collationi-
bus.* Quamuis enim eiuscemodi feudum nouum, si rei naturam
spectes, reuera antiquum, siue paternum feudum non sit: effe-
ctum tamen iuris si consideres, pro paterno feudo habetur, ea-
demque illius hoc casu qualitas reputatur. Et ita tradunt Bald.
in c. 1. in princ. de alienat. paterni feudi Præposit. *in cap. 1. de grad.
succed. in feud.* Alex. *cons. 10. lib. 3 cons. 55. n 17. lib. 4.* Matth. de Affl.
de iis. Neapolit. 282. Paris. *cons. 17. lib. 1.* Schrader. *in tract. feud. part.
7. nu 5. in fin.* Mynsing. *cent. 4 obseruat. 84* Gail. *lib 2. obser. 50.* Me-
noch. *cons. 60. n. 25 & seqq. lib. 2. & lib. 3. de præsumptionibus præ-
sumpt. 9. n. 16.* Fachin. *lib. 7. controuers. iur. cap. 58.* Boecr. *d. tract. de
iur. succed. in feud. c. 5. q. 10.* Rosenthal *d. tract. feudal. c. 2. concl. 13.*
pluresque alij, ab eo recensiti. *Harprec.*

c *Ad septimum gradum.*] Adde, & per Ioan. Cæphal *eo cons. 133.
n. 28.* Giach.

An † succedant solummodo vsque ad septimum gradum.] Adde
9 de hac quæstione accurate dissertantem D. Henricum Boce-
rum, *d. c. 5. q. 20.* & Io. Rudingerum *lib. 1. var. lection. iuris feudal.
c. 35.* Harprec.

QVÆSTIO LXXX.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Femina semel admissa ad feudum, an postea superueniente masculo excludatur.*

2 *Et quid econuerso, an femina semel exclusa per existentiam masculi, semper remaneat exclusa.*

Ex Additionibus.

1 *Femina semel ob masculi defectum ad feudi successionem admissa, quamdiu viuit, feudum retinet, etiamsi postea masculus aliquis nascatur.*

2 *Quo alicuius factum est, id ei inuito auferri non potest.*

3 *Ius semel quæsitum perpetuum esse censetur.*

4 *Multa fieri impediuntur, quæ tamen facta tolerantur.*

5 *Effectus iam consummatus non cessat, causa eius cessante.*

6 *Sententia, & intellectus* tit. 17. lib. 2. F.

7 *Si vasallus defunctus prægnantem vxorem reliquerit, & ea postea filium pepererit, huic filio femina cedere cogitur.*

8 *Qui in vtero est pro iam nato habetur.*

9 *Captum habetur pro perfecto.*

10 *Ecquid femina, semel per masculum à successione feudi remota, perpetuo exclusa maneat.*

11 *Referuntur Doctores, qui in proposita quæstione negatiuam opinionem amplectuntur.*

12 *Exhibetur catalogus Interpretum contrariam aientem sententiam defendentium.*

13 *Interpretatio* tit. 6. §. quinetiam, lib. 1. F.

14 *Quæ sit vis, & potestas vocis,* vlterius.

15 *Qualitas adiuncta verbo, quatenus secundum tempus verbi exaudiri debeat.*

16 *Explicatio* dicti tit. 6. § vlt. lib. 1. F.

17 *Remoto subiecto, remouetur etiam necessario eius adiunctum.*

18 *Qui in defectum alterius vocatur ad successionem, is, succedente eo, cuius in locum vocatur, in tantum excluditur, vt postea nunquam amplius admittatur.*

19 *Quicquid sub conditione datur, sub contraria conditione non dari intelligitur: & contra.*

20 *Ablatiuorum absolutorum natura & proprietas.*

21 *Qui aliquo modo à successione excluditur, is nulla ratione ad eam admittitur amplius.*

22 *Ius semel extinctum amplius haud reuiuiscit.*

23 *Femina, quæ vigore statuti per masculum à successione bonorum semel fuit remota, licet deinde masculus ille fuerit mortuus; tamen ad successionem amplius non admittitur.*

24 *Vnumquodque ad naturam suam facile reuertitur.*

POne, duæ sorores nullis existentibus masculis, suc- 1
cesserunt in feudo, intellige in casu, in quo poterant
de iure succedere, de quo dixi supra, *qu. 73. per totam qu.*
Modo vna ipsarum suscepit filium masculum; Quæro, an
ille masculus stante inuestitura, quæ velit masculos ex-
cludere feminas, excludat etiam sororem matris suæ,
quæ semel admissa fuit ad feudi successionem? Respon.
Andr. de Iser. *in c. 1. de eo qui sibi, & hered. suis,* tenet, quod a
illam excludat. Sed communis *a* opin. est in contrarium,
scilicet, quod imo femina semel admissa ad successio-
nem feudi propter non existentiam masculorum, si po-
stea masculi superueniant, non excludatur. Et ita esse
commun. opin. attestatur Aluaro. *in d. c. 1. nu. 5.* quem re-
fert Iacob. *de feud. in verbo, Et feminis, num. 17.* Zasius *de
feudal. in 8. parte in secunda particula, versic. Sed quæras
de casu.* Curt. iun. *in 1. regula, 3. partis principalis, in 28. qu.*
Nam lex regulariter non patitur, quod dominia rerum
stent in suspenso, & ad hoc faciunt, quæ dixi supra, *lib. 1.
§. Statuto.* In casu statuti excludentis feminas, extanti-
bus masculis.

Sed quæro, quid econuerso, nunquid *b* femina semel 2
exclusa propter existentiam masculi, semper remanebit b
c exclusa, ita quod etiam mortuo masculo, qui eam ex- c
clusit, adhuc admitti non possit? Resp. quod sic. *d* Et ad d
hoc allegatur text. *in cap. 1. §* quinetiam Episcopum, vel
Abb. secundum intellectum Andreæ de Isernia, quem
communiter Doctores sequuntur, vt ait Curt. iun. *in d. 1.
regula, q. 27.* subdens, hanc esse communem opi. quæ ta-
men mihi semper visa fuit dura, saltem quando agitur
inter feminam ipsam, quæ sola superest ex progenie
primi inuestiti, & dominum. Bene posset procedere text.
in d. §. Quinetiam, & communis opinio, quando agere-
tur inter feminam, & alium agnatum, in casu, in quo
masculi, & feminæ essent vocati in inuestitura, secun-
dum gradus proximitatem, vt proximis annis contigit
disputari in quodam feudo in partibus Pedemontium:
sed quoad ipsum dominum, crederem absolute, quod
existente femina, licet per masculum semel exclusa, quæ
esset ex vocatis in inuestitura, feudũ non aperiretur do-
mino. Nec facit argumentum, quod ita etiam statutum sit
in successione bonorũ allodialium, quia longa est ratio
differentiæ, nam illa portio; à qua femina excluditur,
stante statuto, efficitur patrimonium masculi excluden-
tis, & incorporatur eius bonis, ita quod non dicitur am-
plius agi de hæreditate illius ascendentis, sed successoris.
In feudis autem secus est. Nam vbi tractatur de vocatis
in inuestitura, semper dicimus agi de successione primi
inuestiti. Cogita.

Sed præsupposita communi opinione pro vera, Quæ-
ro, quid si ille masculus excludens statim moriatur?
Respon. quod hoc casu femina est admittenda, & ita
prædictam conclusionem limitat gloss. *in d. § quinetiam,*
in verbo, non admittuntur, & dicit Curt. iun. *in d. qu. 27.
col. 2. vers. retenta igitur.* quod Doctores communiter se-
quuntur hanc limitationem. Non enim videtur extitis-
se, qui statim defecit.

ADDITIONES.

a SEd communis opinio est in contrarium] Hanc † opinionem
1 (quod scilicet femina, semel ob masculi defectum admissa ad feudi successionem, si postea masculus aliquis nascatur, non repellatur à feudo) præter Clarum nostrum, & ab eo citatos, approbant, & tuentur Baldus, Iacobus de Beluiso, Petrus Rauennas, & Fridericus Schenck *ad titul.17. libro 1.* I. Ioan. Thom. de Marin. *tit.11. de feud. femin. numer.37. vers. 9. quæritur, &c.* Guerrinus Piso *in pralud. feud. sub tit. propria, & impropria feuda quaenam sint. vers. quarta species feudi improprij &c.* Hanneton. *libro 2. de feud. cap. 9.* Schrader *in tract. feud. part.7. capit.4. numer.82.* Hartm. Pistoris *lib. 2. quæstion. 25. num. 9.* Sonsbecc. *in Comment. in vsus feud. part.9. num. 140.* D. Bocer. *in tract. de iure succed. in feud. capit.3. quæstion 6.* Schneidevvin. *in epit. feud. part.6. tit. de success. ab intest. numer.48.* Mozz. *in tract. de feud. cap. de naturalib. feud. numero 101.* Vult. *libro 1. de feud. capit.9. numer.49. in fine* Ruin. *consil.151. num.4. & consil.154. numer.3. vol.2.* Menoch. *consil.568. numer.11. vol.2.* & Fachineus *libro 7. controuers. iur. ca.41.* Idque per subsequentia præcipue argumenta. Primo enim feudorum placita feminam, extante masculo, à feudo per successionẽ acquirendo repellunt: non etiã illã à feudo iam acquisito remouent. *tit.6. § quin etiam, tit.8. in princip. §. filia vero libro 1. F. tit.11. §. ad filias tit.17. 18. & 50. in princip. li.2. F.* & consequenter huic casũ decisioni dispositionis iuris cõmunis relinquunt, arg. *tit.1. in princip. vers. strenuus autem lib. 2.*
2 *F. & l. præcipimus, 32. §. vlt. Cod. de appellationibus.* Iure † vero communi, quod alicuius factum est, id ab eo inuito ad alium non transit, *l. id, quod nostrum 11. ff. de reg. iur. l. si procurator, 35. ff. de acquir. rer. dom.* & ne quidem actio, quæ alicui semel quæsita est, eo inuito resolui, eique auferri potest, *l. habere, 57. in fine. ff.*
3 *de euictionibus* cum † ius semel quæsitum perpetuum esse cen-
4 seatur, arg. *l. siue possidetis, 16. Cod. de probationibus.* Deinde † quia multa fieri impediuntur; quæ tamen, si facta sint, toleran-
5 tur, *l. patre furioso, 8. ff. de his qui sui, vel alien. iur. sunt* & † quia effectus iam consummatus, non vitiatur, aut cessat, causa eius cessante. *l. qui res 98. §. aream, 8. ff. de solutionibus l. tutelas, 7. in princip. ff. de capitis diminut.* late Tiraquell. *in tract. regula, cessante causa cessat effectus limitat.12. num.1. & seqq.* Præterea certi
6 sunt modi, quibus feudum amittitur. Hisce autem † modis nusquam in feudorum libris superueniens masculi natiuitas connumeratur. Non ergo putandum est, quod hoc etiam modo femina feudum antea acquisitum rursus amittat.

Huic verissimæ sententiæ non obstat, quod obiicitur à dissentientibus (nimirum Isern. Laudens. & Afflict. *in d. tit.17. libro 2. F.* item Hugone Celso *consil.26. numer.47. & 56.* nec non Bursato *cons. 63. numer 16.*) feminam in casu deficientis masculi ad feudi successionem conditionaliter tantum admitti, si scilicet masculus postea non superuenerit, *d. tit.17. ibi, non patet locus femina in feudi successione donec masculus superest. lib. 2. F.* ac proinde nato masculo, repelli feminam antea admissam. Id namque plenissime falsum est. Siquidem in sacris feudalibus traditum quidem reperitur, quod pacto inuestituræ feminæ ius succedendi in feudum deferatur sub hac conditione, si masculi deficiant defuncto vasallo, de cuius successione agitur. At nusquam scriptum extat, quod femina, deficiente masculo, ad feudi successionem sub aliqua istiusmodi conditione admittatur. Non igitur vt illud receptum; ita & hoc sine lege feudali recipi debet, vt in sim. li loquitur Africanus I. C. *in l. cum, qui, 41. ff. de reb. credit.* Ceterum quod attinet *ad dictum tit.17. lib. 2.* quem aduersarij pro sua opinione stabilienda allegant: loquitur is de succedendo in feudum, id est, de futura successione, non de successione iam facta: quemadmodum ipsamet verba perspicue ostendunt. Reliqua argumenta, quæ contrariari videntur, abunde refutauimus ad principium tit. *Instit. de hæredibus quæ ab intestat. defer. n.192. & seqq.*

7 Verum † enim vero si vasallus fato functus, prægnantem vxorem reliquerit, & ea post filium pepererit: huic filio femina, quantumuis in feudum successerit, cedere cogitur. Huiusque
8 ratio expedita est; tum quia is, qui † in vtero est, pro iam nato habetur in his, quæ ad eius commodum pertinent, *l. qui in vtero, 7. & 26. ff. de stat. homin. l. si quis, 23. ff. de captiu. & postlim.*
9 *reuers. l. cum vir, 25. ff de condit. & demonstrat.* Tum † quia cœptum etiam pro perfecto, & completo habetur, *l. cum aurum, 19. §. infecti, 11. ff. de aur. & arg. legat. l. cetera, 41. §. sed si parauit, 14.* ibique Bartol. *ff. de legat.1.* Atque ita docent Matthæus de Affli. *ad d. tit.17. lib.2. F.* Hartm. Pistoris *d. lib.2. qu. 35. n.11.* Vult *d. lib.1. de feud. c.9. n.49. pag.416.* hosque referens D. Bocer. *d. tract. de iure succedendi in feud. c.3. q.8.* Harprec.

10 b *Nunquid femina semel exclusa, &c.*] Etsi † multi, iique Clarissimi Iurisconsulti (præter Clarum nostrum hic in vers. quæ tamen mihi semper) existimant, feminam per masculum à feudo semel exclusam, non perpetuo intelligi à feudi successio-
11 ne remotam, Iacobus † de Beluiso, Martinus Laudens. & Cuiacius *in tit.6. §. quin etiam, lib.1. F.* Iacobus de Ardizone *in summa*

Iul. Clar. Sentent. Pract. (*tuil.*

feud. part.3. tit. de feudi success. vers. inde videtur, &c. Sonsbecc. *in Commentar. in vsus feud. part.9. num.130. & seqq.* Guerrin. Piso *in pralud. feud. cap. 40. vers. quarta species. num.27.* Ioan. Fichard. *in addit. ad Ioannem Baptistam à Villalobos lib. commun. opin. lit. F. num 60.* Hartman. Pistor *lib.2. quæst.26. num.5. cum seqq.* Vult. *lib.1. de feud. cap.9. num.52. & seq.* Mynsinger. *cent.5. obseru.74. num.8.* Forster. *libro 3. de successionibus cap.14. in fine* Heig *us par. 1. quæst.26.* Loriot. *in tit. de his qui feud. dar. poss. §. & quia. vers. sed dubium.* Matth. Steph. *cent.3. quæst.6. ad lit. B.* Hœnon. *disput.12. sub controuers.5. ad fin.* Niellius *disput. feud.5. th.4. lit. C. in fin.* Rudinger *lib.1. var. lect. iur. feudal nu.10. cum seqq.* Anton. Peregrin. *de fideicommiss. art.29. num.18. & artic.27. num.24.* & Rosenthal. *in tract. iuris feud. cap.7. conclus.54. num.3.* & si qui sint alij ab his allegati: Contrariam tamen, tanquam † veriorem, & receptio- 12
rem sententiam amplectuntur Andreas de Isern. Bald. Aluar. Præposit. Afflict. Schenck Baro, & Paulus Picus *num.12. in d. tit. 6. §. quin etiam libro 1. F.* Ioan. Blanc. *in summa, sub tit. de success. feud. vers. vel dic, quod masculis, &c.* Odofred. *in sum. sub tit. qui poss. in feud. succed.* Grass. *lib.1. receptar. senten. § successio ab intestato, quæst. 4. num.2* Hanneton *lib.2. de iur. feud. cap.9 sub fin.* Tiraquell. *in repetitione l. si vnquam, 8. ad verb. susceperis liberos, numer.193. & seqq. C. de reuocand. donat.* Gail *lib.2. obseru.148.* Franciscus Curt. iun. *in tracta. feud.3. part. princip. in princ. numer.32. vers. vigesimus primo* Duaren. *de feud. cap.10. n.11.* Ioan. Thom. de Marin. *in tract. feud. tit.11. de feud. femin. num.38. & seq.* Raphael Cuman. *cons.99. col.1.* Angel. de Perusio *cons. 321. col.3.* Francisc. de Aret. *cons. 50. & cons.158. col. fin. vers. circa secundum.* Stephanus Wernandus *cons. 276* Hugo Celsus *prædicto cons.26. numer.48.* Ioan de Imola *cons. 27. post medium.* Ioan. Rubeus *cons.57. numer. 2.* Bursat. *cons. 80. num.9.* Claud. Cantinus *cons.35. num.42.* Cephal. *cons.10.* Tiber. Decian. *cons. 98. num.21. vol.1.* Iacob. de Riminald. *cons.678. num.17. vol 4.* Ludou. Zunthus Parmens. *in consiliis suis pro vxore, cons.2. num 948.* Anton. Henrichman. *consil.37. tom.3.* Gramm. *decis.63.* Marant *disp. 10 num.15.* Adrian. Gylmanus *to.2. Symphorematis supplicationum, part.1. vot.21. num 16. & seq.* Borcholt *in Comment. in consuet. feud. cap.7. part.2. num.36.* Schrad. *in tract. feud. part.7. cap.4. num.85.* Mozz. *de natur. feud. numer 99.* Menoch. *cons.1. num.4, 8. vol.1. & cons 400. num.15. vol 4.* Fachin. *lib.7. controuers. iur. cap 45.* D. Collega Bocer. *in tract. de inuestitura feudi. cap.5. num.62. cum multis seqq. & in tract. de iur. succed. in feud. c.3. quæ.4.* Andr. Knichen. *part.2. de inuestiturarum pactionibus cap.5. n.23. cum seqq.* & Gothofredus Antonius *disp. feud.5. th.6 ad lit. A.*

Rationes, & fundamenta huius sententiæ varia afferri so- 13
lent. Primum † sumitur ex textu *in titul 6.* Episcopum vel Abbatem, &c. *§. quin etiam, lib.1. F.* vbi I. C. Feudista, Quinetiam, ait, si quis eo tenore feudum acceperit, vt eius descendentes masculi, & feminæ illud habere possint: relicto masculo, vlterius feminæ non admittuntur. Quo † in textu per dictionem vlterius 14
aperte ostenditur quod relicto, & succedente masculo, femina nunquam amplius admittatur. Est etenim ista dictio vlterius aduerbium temporis perpetuo exclusiuum, vt arguit *c. cum accessissent, 8. vers. fuit insuper, ibi, ne primiceriatus dignitas esset vlterius in Ecclesia* vbi Bald. *extr. de constitutionibus & l. 3. in fin. C. de præscript. 30. vel 40 annor.* atque adeo eandem continet potestatem, quam vox amplius, aut deinceps: & denotat priuationem, seu summotionem perpetuam, non suspensiuam, aut moratoriam: sicuti dicitur de stipulatione amplius vel deinceps non agi vel peti, *l. eadem dicemus §. Cato, ff. l. de verb. oblig. l. amplius non peti, 15. & l. procurator, 22. ff. rem ratam haberi.* Nec mouet quicquam, quod cum verbum illud, *admittuntur,* in textu positum sit præsentis, non futuri, temporis: secundum huius verbi tempus accipiendum quoque sit aduerbium, *vlterius:* proindeque de præsenti, non vero de futura successione in feudum, textus ille intelligendus sit: eo † quod qualitas adiuncta verbo, se- 15
cundum tempus verbi, exaudiri debeat, *l. in delictis, 4. §. si extraneus, ff. de noxalib. act. l. Titius, 25. ff. de testamento milit.* Alex. *cons. 81. n.11. vol.3. cons.5. n.2. cons.101. n.14. vol.5. cons 19. n.6. cons.135. n. 3. cons.143. in princ. cõs.198. n.12. cõs.107. n.10. & cons 227. n.8 vol.6.* Nam quoties qualitas verbo adiuncta non patitur, vt secundum tempus verbi illius intelligatur, toties fallit ista regula, quæ habet, quod qualitas verbo adiecta, secundum tempus verbi illius sit intelligenda, argum. *l. in substitutione 31. ff. de vulg. & pupill. substit. c. vltim. §. item opponitur 2 q.2. c.* Raynutius, *16. extr. de testam.* Petrus Duennas *in fallentiis regular. iur. sub lit. Q. regul 556. vers. secũdo fallit, & vers 5. &c.* Menoch. *cõs. 225. n.16. & cõs.227. n. 25. & 60.* Quare aduerbium vlterius cum sit futuri temporis, propria eius natura inspecta, iuxta eius genuinam proprietatem verbum quoque illud admittuntur censendum erit.

Secundum † fundamentum suppeditat clausula generalis 16
dict. titul.6. vlt. libro 1. F. vbi Feudista inquit: Et his omnibus casibus feudum amittitur, & ad dominum reuertitur. Ex quibus verbis indubitate constat, quod in isto *titul.6.* (vt & in proxime præcedenti) de casibus agatur, quibus feudum amittitur, & ad dominum reuertitur. Vnus proponitur *in princ. & §. eiusdem tituli:* duo autem *in d. § quinetiam, & §. vlt.* Primus casus est

Aa 2

quo feudum non iure datum redit ad dominum: vt quia Prælatus Ecclesiæ in feudum res Ecclesiæ dedit, quæ antiquitus dari in feudum non consueuerunt. Alter est, quo sine liberis decedit vasallus, per quem femina prius exclusa fuit. Tertius est, quo vasallus, quod natura mutus est, feudum retinere non potest. Cum igitur his casibus omnibus feudum amittatur, & ad dominum reuertatur: plusquam manifestum inde fiet, quod femina per masculum prius exclusa, eo mortuo, ad feudi successionem
17 in locum masculi nunquam amplius admittatur. Qui † enim feudum amittit, ius succedendi in illud saluum amplius habere nequit: cum rem mo subiecto, feudo scilicet, & iure succedendi in illud, remoueatur etiam necessario eius adiunctum, ipsa nimirum successio. Adhæc si feudum, à quo per masculum femina fuit repulsa, eo masculo sine liberis defuncto, ad dominum reuertitur: haudquaquam vere dici poterit, quod femina ista exclusa ad illud regressum iure habeat.

18 Tertium argumentum tale est: Quicunque † in defectum alterius ad successionem vocatur, is, succedente eo, cuius in locum vocatur, in tantum excluditur, vt postea non admittatur amplius; licet ille, per quem remotus semel fuit, postea decesserit, aut iure, in quod successit, abstinuerit, *l. 1. & l. quamdiu, 69. ff. de acquir. vel omitt. heredit. l. ait prætor, 7. §. sed quod, 10. ff. de minoribus l. verbis ciuilibus, 7. l. in pupillari, 14. & l. ex facto, 42. in prin. ff. de vulg. & pupill. substitut. §. masculo igitur, 8. Instit. de pupillari substit. & l. post aditam, 5. Cod. de impuber. & aliis substitutionibus.* Atqui verò femina quando inuestituræ pacto ad feudi successionem vocatur, in defectum saltem masculorum vocari intelligitur. *tit. 17. in princ. ibi, vel his deficientibus tit. 18. ibi, & masculis deficientibus & tit. 20. ibi, deficientibus filiis masculis, lib. 2. F.* Ergo masculo succedente femina, quæ pari gradu cum eodem masculo extat, sed per ipsum feudo excluditur, nunquam postea ad idem feudum, mortuo quantumuis eo masculo, admittitur.

19 Quartum argumentum huiusmodi est: Quicquid † sub contraria conditione non dari censetur: & contra, quicquid sub conditione adimitur, sub contraria conditione dari intelligitur, *l. quibus diebus, 40. § quidam Titio. & l. aliquando, 107. ff. de condit. & demonstrat.* Crauett. *cons. 24. nu. 4.* Sed ius succedendi in feudum pacto inuestituræ datur feminæ sub hac conditione, si masculi deficiant. Verba namque, *deficientibus masculis, in d.*
20 *tit. 17. d. tit. 18. & d. tit. 20. lib. 2. F.* conditionem important: cum † sint duo ablatiui absoluti: quorum ea natura est, vt conditionem inducant, vel in conditionem resoluantur, *l. ab emptione, 58. ff. de pact. l. creditor, 13. in prin. ff. qui potior in pign. hab. l. euictis, 18. in princ. & l. lite contestata, 15. ff. de vsur. l. fructus, 7. § diuortio facto, ff. solut. matrimon. l. accepta 93. ff. ad leg. Falcid. l. facta, 63. §. rescripto, ff. ad S.C. Trebellian.* Rolandin. à Valle *cons. 65. n. 21. vol. 3.* Quocirca sub contraria conditione, si scilicet masculi non deficiant, sed extent, & in feudum succedant, non censetur feminæ datum ius succedendi in feudum. Cui autem ius succedendi non competit: ei, nec successio competere dicitur; cum successio ipsius iuris succedendi effectus perhibeatur.

21 Quintum argumentum ita habet: Quicunque † aliquo modo à successione excluditur, is nulla ratione ad eam amplius admittitur argu. *l. si ponas, 23. § 1. ff. de inoffic. testam. l. 2. in princip. & § 1. & 2. ff. de exceptionibus.* Atqui femina à feudi successione per masculum remota, excludi dicitur, per textum *in tit. 104. casus quibus femina in feudo succedit § item si quis eo tenore, ibi, feminæ excludantur. in extr. ord. cap. in vsib. feu. lor.* Igitur femina à feudi successione semel per masculum remota nulla ratione ad eam amplius admittitur.

22 Sextum argumentum hoc est: Ius † semel consopitum, siue extinctum amplius haud reuiuiscit *l. 1. § si capitis 9. vers. etiam si omiserit, ff. de bonis libertor. l. in tantum, 6. § sacra autem; vers. semel, ff. de diuis. rer. l. sed si meis, 26. § arbor, ff. de acquir. rer. dom. l. inter stipulantem, 83. §. sacram ff. de verbor. obliga. l. qui res, 98 §. aream, 8. ff. de solutionibus.* Sed ius succedendi in feudum, feminæ ex pacto inuestituræ competens, extinguitur extante, & succedente masculo, *per d. tit. 104. § item si quis in extr. ord. cap. & alia iura supra adducta.* Illud ergo ius, mortuo postmodum eodem masculo, haud reuiuiscit.

23 Septima ratio, à simili petita, est illa: Femina, quæ † vigore statuti per masculum à successione bonorum semel fuit remota, licet masculus ille deinde fuerit defunctus, ad successionem tamen amplius non admittitur, vt docent Bartol. *in l. vlt. ff. ad S.C. Trebyllian.* Bald. *in l. si quis posthumos, 9. § si filium, ff. de liber. & posthum. & in leg. posthumus, 6. in princ. ff. de inoffic. testam.* Francisc. Aretin *cons. 144.* Alex. *cons. 42. vol. 3.* Soc. *cons. 92. vol. 1. & cons. 50. vol. 1.* Paris. *cons. 21. nu. 16.* Gail. *lib. 2. obser. 148. n. 4.* Anton. Peregrinus *in tract. de fideicomm. art. 27. n. 17.* Quapropter femina, etiam à feudi successione per masculum remota, eo masculo defuncto, amplius non admittitur: quippe cum ius feudorum regulariter feminas à feudis penitus repellat, *tit. § hoc autem, 3. & tit. 8. § filia vero, lib. 1. & tit. 50. lib. 2. ff.* & latius expositum supra ad *q. 73. n. 1. & seq.*

Octaua denique ratio patescit ex trita illa iuris regula, qua dicitur: quod † vnumquodque ad naturam suam facile reuertatur, *d. l. in tantum, 6. in princip. ff. de diuis. rer. l. si vnus, 27. § pactus, ne peteret, vers. quotiens enim,* vbi Iason. *ff. de pact. l. hac consultissima, 21. §. si quis autem, Cod. de testament. can. ab exordio 2.* & ibi glos. *super verb. reuoluit, dist. 53.* Cum ergo feudi natura ea sit, vt ad eius successionem feminæ non admittantur: certe ad hanc naturam reuertitur feudum, si femina per masculum semel à feudi successione repulsa in perpetuum exclusa maneat. Quæ contra hactenus confirmatam sententiam opponi solent argumenta, ea post D. Bocerum in locis supra citatis, nos copiosissime confutauimus *ad princ. tit. Instit. de hæred. quæ ab intest. defer. n. 159. & seq.* Harprec. 24

c *Exclusa.*] Et de ista quæst. adde, atque vide *in collecta mea com. opin. verb. feudum, n. 173.* & plenius *in verbo, Femina, num. 18. cum multis seq.* Giach.

d *Quod sic.*] Adde Burs. *cons. 63. n. 17. lib. 1.* qui hanc dicit communem, etiamsi masculus in continenti decedat. *Genean.*

QVÆSTIO LXXXI.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *In feudis dignitatum an requiratur noua concessio.*

Ex Additionibus,

1 *In feudis dignitatum an, & quatenus locum habeat successio remissiue.*
2 *Primogenitus in successione feudi regalis ceteris suis fratribus præfertur.*
3 *Vtrum nepos ex filio primogenito patruo suo secundogenito in iure primogenituræ præferri debeat.*
4 *Nepos in patris sui mortui locum & communi, & feudorum iure succedit.*
5 *Pater, & filius eadem fere persona reputantur.*
6 *Vox patris tanquam vox filij est.*
7 *Pater, & filius vna caro habentur.*
8 *Pater cui commissa est legatio, filium substituere potest.*
9 *Filio primogenito ius suum primogeniæ fratri vendere, & cedere licet.*
10 *Heredes in omne ius defuncti succedunt.*
11 *Quod cessibile est, ad heredes quoque est transmissibile.*
12 *Feudum semel stirpi alicui quæsitum, quatenus in ea perseueret.*
13 *Ius ordini, & loco alicui tributum, cui debeatur.*
14 *Iura magis succurrunt de damno vitando certanti, quam lucrum captanti.*

QVÆRITUR, an a in feudis dignitatum, puta Marchionatus, vel Comitatus, requiratur noua concessio, ad a 1
hoc, vt descendentes inuestiti in ipsis feudis succedant? Respond. quod de iure vtique requirebatur noua concessio, ex quo huiusmodi feuda potius electione, quam successione obueniunt. Et ita colligi videtur ex text. *in cap. 1. de feudo March.* Sed tamen consuetudo contrarium vsurpauit, quia hodie in istis feudis sicut in aliis habet locum successio. Et hæc est communis doctrina Doctorum, vt dicit Zas. *de feud. in 8. part. vers. Super tertio principali.* Hinc etiam dicit esse communem sententiam Iacob. *de feud. in verb. Dux. vers. quid si Rex num. 2. & seq.* Intellige, quando huiusmodi feudum conceditur alicui in proprietatem, alias secus; & intellige etiam, vt transeat b ad primogenitum tantum, & non ad b
alios hæredes. Et ita quotidie obseruatur, vt dicit Iacob. *in loco prææallegato.*

ADDI-

ADDITIONES.

a AN *in feudis dignitatum,' &c.*] An † & quatenus in feudis
1 dignitatum, puta, Ducatus, Marchionatus, Comitatus, Baroniæ, &c. locum habeat succeſſio, poſt alios, fuſius explicant Henricus à Roſenthal. *in tract. iur feud. c. 9 membr. 1 concluſ. 55. num. 7. cum ſeqq.* D. Bocer. *in tract. de iur ſucced. in feud. cap. 3. qu. 48.* Hucque referri poterunt, quæ annotauimus ſupra ad *qu. 44. Harprec.*

b *Vt tranſeat ad primogenitum tantum.*] Quid † primogeni-
2 tus in ſucceſſione feudi regalis, & dignitatem annexam habentis, ceteris ſuis fratribus præferri debeat, iam in confeſſo eſt, & oſtendimus etiam ad principium tit. *Inſtit. de hereditatib. quæ ab
3 inteſt. defer. num. 102. & ſeqq.* Ecquid † vero nepos ex filio primogenito patruo ſuo ſecundogenito in iure primogeniture ſit præferendus, maior dubitatio eſt? Et huic illum præferendum eſſe multiplex ſuadet ratio. Tum † quia nepos in filij ius, & lo-
4 cum ſuccedit, vt iure communi, *l. ſi ne potes, 7 ff de collat. bonor. l. 1. §. ſi filius 4. ff de ſuis & legit. heredib.* ſic & feudorum iure, *tit. 8. de ſucceſſ feud. in princ. ibi, nepotes ex filio loco ſui patris, libro 1. F.* Imo nepos mortui patris ſui locum adeo repente occupaſſe dicitur, vt ne momento quidem vllo vacaſſe patris locus intelligatur. argum. *l. 2. in fine principij, ff. de bon. libertor. & l. 3 § vlt. ff de donat. inter vir. & vx.* Ergo merito nepos eodem, quo pater, iu-
5 re vti iubetur, *l. qui ius 177 ff de reg. iur.* Tum † quia natura pater, & filius eadem fere perſona reputantur, *l. vlt. C. de impuber.
6 & al ſubſtitut.* Vnde † vox patris, tanquam vox filij eſt, auctore Iuſtiniano *in § ſi quis alij 4. verſ. ei vero, Inſt. de inutilib. ſtipulat.*
7 & † vna caro habentur pater, & filius, *can. contradicimus, 22. §. hac auctoritate cauſ 35. q. 3.*
8 Hinc † pater, cui commiſſa eſt à Republica legatio, filium legationi expediendæ ſubſtituere poteſt, *l. ſciendum, 4. §. legati ff. de legationibus.* Quare, vt pater primogenitus, ſic & eius filius ad primogenituræ ius admitti, & in eo patruo ſuo præferri debet.
9 Tum † quia filius primogenitus viuo quoque patre, ius ſuum primogeniæ perfecte acquiſitum habet: quippe cum illud fratri ſuo, etiam viuente adhuc patre, vendere, & cedere poſſit, vt ius diuinum, & canonicum teſtantur, *Geneſ. 25. v. 31. can quam peri-
10 culoſum, 8. cauſ 7. qu. 1.* Quod † autem perfecte cuiuſque eſt, id ad ſuos quoque tranſmittit hæredes, vt qui in omne ius defuncti ſuccedunt, *l. heredem 59. & l. hereditas, 62. ff. de reg iur.* Quocirca primogenitus filius ius ſuum primogenituræ ad propriam ſuam ſobolem tranſmittit: præſertim cum illud (vt modo dictum) alij
11 cedere poſſit: & id, quod † ceſſibile eſt, ad hæredes etiam ſit tranſmiſſibile, arg. *l. ex pluribus, 24* vbi Bart. *nu. 1.* & alij, *ff. de ad-
12 miniſtrat. & peric. tutor.* Tum † item quia feudum ſemel ſtirpi alicui quæſitum, perſeuerat in ea, quamdiu ſucceſſor in illa ſupereſt, & non de vna ſtirpe in aliam deſilit, *tit. 8. de ſucceſſ. fratr.
13 & titul. 50. de natura ſucceſſ feud. lib. 2. F.* Tum † etiam quia ius ordini, & loco alicui conceſſum, ei tantum, qui ordinem, & locum illum occupat, debetur, *l. immunitat. l. 1. in princ. l. 3. §. 1. & l. 4 §. quanquam 3. ff de cenſibus.* Cum igitur ius primogenituræ, ſiue maioratus ordini, & loco filij natu maximi tributum ſit: debetur certe nepoti, qui ſubducto de familia patre, in locum, ordinem, gradumque illius ita ſucceſſit, quaſi nunquam vacuus ille fuiſſet, arg. *l. filius, 28. §. liberos. ff. de coniungend. cum emancipate liberis eius, l. filium, 20. §. videamus, in fin ff. de bonor. poſſeſſ
14 contra tab.* Tum † poſtremo quia iura magis ſubueniunt de damno vitando certanti, quam lucrum captanti, *l. Proculus, 26. ff. de damn. infect. l. 2. § item Varus 5. ff. de aqua pluu. arcend. l. is, cui 71. in fin. ff. de furt. & l. vnic. C. pœnis fiſcalib. creditores præferri, libro 10.*

Sed nepos in noſtra ſpecie de damno vitando certat: quoniam ſpem ſuccedendi in patre ſuo radicatam habet, quæ iam ad ipſum tranſmiſſa eſt. Patruus autem de lucro captando laborat: quia, quod petit, nunquam habuit: ita vt ſi id conſequeretur, tanquam merum lucrum ipſi obtingeret. Atque his, aliiſque pluribus argumentis hanc aſſertionem confirmant Tiraquell. *in tract. de iur primigenior qu. 40. n. 19. & aliquot ſeqq.* Mynſinger. *cent. 3 obſeru. 23* Arumeus *Exercitat. Iuſt. 11. th. 6. controuerſ iur. c. 2* Ioan. Andreæ *in additionibus ad Speculatorem ſuper rubrica, de feud verſ. redeundo ad indiuiduum circa finem* Oldrad. *conſil. 224.* Frider. Schenck Baro *ad tit. 14. de feudo Marchiæ, lib. 1. F. n. 14.* Petr. Gregor *de Republ. lib. 7. c. 10.* Matthias Stephani *cent. 2. q. 5.* D. Bocer. *in tract de iure ſucced. feud. c. 3. qu. 48.* Henricus à Roſenthal *in tractat. iur feud. c. 7. concluſ. 26. nu. 13.* aliique complures ab his laudati. Tametſi (poſt multos alios, quos cumulauit Tiraquellus *dict q. 40. nu 15. &* Roſenthal. *d. concluſ. 26. in addit. ſub littera O.*) diſſentiant Cuiacius *ad tit. 11. lib. 2. F.* Ioannes Petrus Surdus *conſ. 401. n 34. cum ſeqq. lib. 3.* & Goldaſtus *in Diſcurſu exoterico, ſuffixo eiuſdem tractatus de maiorat. num. 9. &c.* Quorum argumenta potiora diligenter diluit Dn. Bocerus *qu. 48.* & de iis nonnihil etiam monuimus ad dict. principium titul. Inſtitut. de hæreditatibus quæ ab inteſt. deferunt. *n. 82. & ſeqq.* Harprec.

QVÆSTIO LXXXII.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Filius naturalis an ſuccedat in feudo.*
Et quid ſi ſit legitimatus ad feuda.
2 *Et quid ſi talis legitimatus ſit ſpurius.*
3 *Et quid ſi legitimatio facta ſit à Comite Palatino.*
4 *Et quid in legitimato per ſubſequens matrimonium.*
5 *Et quid ſi feudum receptum ſit pro ſe, & filiis legitime natis.*

Ex Additionibus.

1 *Filij naturales in feudis non ſuccedunt.*
2 *Vtrum naturales filij, per ſubſequens matrimonium legitimati, in feudis ſuccedant.*
3 *Affirmantium opinio approbatur.*
4 *Quoties caſus aliquis feudorum placitis non eſt expreſſe deciſus, eius deciſio ex iure communi petenda eſt.*
5 *Accurata explanatio c. 1. §. naturales, ſi de feudo defuncti content. ſit inter dom. & agnat. vaſ. tit. 26. lib 2. F.*
6 *Impium eſt de viuentis hæreditate ſolicitum eſſe.*
7 *Qui legitimi fieri dicantur.*
8 *Reſponſio ad quorundam obiectionem.*
9 *Compilatores iuris feudiſtici haud dubie cognitionem iuris Romani habuerunt.*
10 *Iura canonica in vſum prodierunt poſt conſuetudines feudorum.*
11 *Quis eligendus Epiſcopus.*
12 *Indubio iuris ſermone quæ admittenda interpretatio.*
13 *Statutum loquens de legitime natis complectitur etiam per ſubſequens matrimonium legitimatos.*
14 *Et quid ſi feudum vaſallo concedatur pro ſe, & filiis legitimè natis.*

FIlius naturalis non ſuccedit in feudo etiamſi ſit legi- 1
timatus. Text. eſt expreſſus *in capit 1. §. naturales, ſi de* a
feudo defuncti, &c. Sed quæro, quid ſi à Principe legitimatus expreſſe ad feuda? Reſpon quod talis bene ſuccedit in feudo, & excludit ceteros agnatos remotiores. Et ita dixit *gloſ. in d. §. naturales, in verb. Legitimi*, quam dicit eſſe communiter approbatam Pariſ. *conſil. 1. numero 76. libro 2.* Ruin. *conſil. 36. numer. 18 lib. 1.* Curt. iun. *conſ 136. numer. 1.* & eſt magis communis opin. vt atteſtatur Boer. *deciſ. 123. num. 6.* Curt. iun. *conſ. 167 num. 28* illam etiam gl. dicit eſſe per omnes communiter approbatam Curt. iunior *de feud. in 3. parte in materia ſucceſſionis deſcendentium quæſt. 17. in princ.* ſubdens, quod ſecundum Doct. communiter ſufficit, quod Princeps legitimet in genere, ad ſucceſſionem feudorum, licet non exprimat in ſpecie, ad talia, & talia feuda.

Et nota, quod licet *gloſ. in d. § naturales*, loquatur tan- 2
tum de naturalibus ſimpliciter: tamen idem eſt etiam in ſpuriis, & in aliis illegitimis, ſecundum omnes, vt dicit, Cuman. *conſ. 168 nu 4.* vbi etiam ſubdit, quod ita quotidie de facto ſeruatur.

Et hæc quidem concluſio de plano procedit, quando 3
talis legitimatio eſt facta ab ipſo Principe, penes quem eſt plenitudo poteſtatis. Sed quid ſi facta ſit à Comite Palatino habente priuilegium legitimandi? Reſp. quod idem eſt dicendum, modo talis Comes habeat in priuilegio expreſſam poteſtatem legitimandi ad feuda. Ita dicit Signor. *conſ. 220. num. 4. & ſeq.* & eſt commun. opin. vt dicit Pariſ. *in d. conſ. 1. n. 123. lib. 2.* Molin. *in conſuet. Pariſ. feud § 8. gloſſ. 1. n. 38.*

Item quæro, quid in eo, qui eſt legitimatus per ſub- 4

sequens matrimonium ? Respond. quod iste vtique
6 b succedit in feudo. Ita tenet Andr. de Iser. *in d. §. naturales*. Et ita communiter tenetur, vt dicit Alex. *in l. ex facto. §. si quis rogatus, el 1. nu. 18. in fin. ff. ad Trebell.* quem refert Ias. *in l. generaliter, §. cum autem post nu. 11. C. de instit. & substit.* Hanc etiam esse communem conclusionem attestatur Curt. iun. *cons. 136. num. 1.* Dec. *cons. 155. post num. 3.* quem refert Paris. *cons. 13. num. 44. & seq. lib. 2.* vbi etiam refert Socin. idem attestari *cons. 3. nu. 2. lib. 3.* quem tamen ego in libro meo non reperi hoc attestantem, licet *in eo cons. nu. 6.* videatur transire cum hac opinione quam ego etiam sequor, quia huiusmodi legitimati fere in omnibus reputantur legitimi.

Sed quid si feudum sit receptum pro se, & filiis legitime natis, nunquid talis legitimatus per subsequens matrimonium succedet in feudo: Respond. quod sic. Et ita tenet Abb. *in cap. in tanto. num. 7. qui filij sint legitimi.* vbi etiam dicit, quod ita tenent communiter Doct. & est commun. opin. vt dicit Card. Alex. *in d. c. tanta.* Ripa. *in d. l. ex facto. §. si quis rogatus, el 1. post nu. 48.* quia, vt dixi, æquiparantur legitime natis in omnibus, & per omnia.

ADDITIONES.

a NAturales.] Naturalis quis proprie dicatur, & quis large, vide supra *§. emphyteusis, q. 30. atque in singul. meo 37. nec non in collect. mea commun. opin. in verb. naturalis n. 1.* vbi declaratur[an. Itē fratres, feuda paterna, & hæreditaria, iisque adiacētia, contra fratrem legitimatum, qui ad feudum se admitti petit, incapacitatem eius opponere possint, & eum vt extraneum repellere? vide Menoch. *in consil. 202.* vbi plene, & pulchre. Item quod filius legitimatus etiam specialiter succedat non solum in bonis allodialibus, sed etiam feudalibus, commune vide per Soc. *cons. 3. num. 9. vol. 3.* & dixi *in collect. mea comm. opin. in verb. filius. n. 81.* Giach.

Filius naturalis non succedit in feudo.] Filios † naturales, e-
1 tiam legitimatos, ad feudi successionem non admitti, certi iuris est feudalis, *c. 1. §. naturales, Si de feudo defuncti contentio sit inter dom. & agnat. vas. tit. 26. lib. 2. F.* Sed grauissima quæstio est: Num † naturales filij, per subsequens matrimonium legitimari,
2 vt in allodiis, ita & in feudis, æque ac legitime nati, succedant? Et licet nonnulli negatiuam, tanquam veritati theoricæ magis consentaneam, sententiam defendere nitantur, Sonsbeec. *in Commentar. ad vsus feudor. part. 9. num. 72.* Vulteius *lib. 1. de feud. c. 9. num. 94 pag. 540.* Niellius *disp. feud. 5. th. 7. sub lit. D.* & Gothofred. Anton. *disput. feud. 5. th. 6. ad lit. C. vers. quid si per subsequens matrimonium. &c.* affirmatiuam † tamen, vt in praxi ve-
3 ram, ita & in theoria verissimam, conspirantibus votis, præter Clarum hic nostrum *num. 4.* & ab eo relatos, tuentur Iacobus de Beluiso, Baldus, Præposit. Matth. de Afflict. Fridericus Schenck Laudens. Aluarott. & alij *in d. §. naturales.* Hostiens. Ioan. Andr. & Anton. de Butr. *in c. lator. 5. extr. qui filij sint legit.* Ripa *in l. si vnquam, 8. num. 88 C. de reuocand. donat. & in l. ex facto, 17. § si quis rogatus 4. num. 84. ff. ad SC. Trebellian.* Schrader. *in tract. feud. part. 7. c. 5. num. 21.* Botcholt. *in Commentar. ad consuet. feudor. c. 7. num. 48.* Villalobos *in th. commun. opin. lit. L. num. 73.* Gail. *lib. 2. obseru. 141. nu. 2.* Soarez. *in thesaur. recept. sentent. lit. I. num. 125.* Franciscus Viuius *lit. F. verb. filiusfamilias, vers. filij nati ex legitimo, &c.* Rosenthal. *in tract. iuris feud. ca. 7. concl. 18. num. 1. & 2.* Olemann. *ad lib. 3. disp. iur. ciu. Giphanij. disp. 23. n. 9. pag. 7.* Duaren. *de feud. c. 11. n. 7.* Schneidevvin. *de feud. part. 6. num. 13.* Dn. Bocer. *in tract. de iure succed. in feud. c. 3. q. 2.* Roberus *disput. 3. ad Inst. th. 4.* Heigius *ad princip. tit. Instit. de hæreditatibus, quæ ab intest. defer. c. 5. n. 158.* Andr. Gerhardi *Exercit. Iustin. decad. 11. in coronid.* & Rudinger. *lib. 1. var. lectio. iur. feud. lib. 1. c. 16. num. 4.* Atque secundum hanc communem sententiam quotidie practicari; eamque confirmari sententiis iudicū, attestatur S. *cent. 1. cons. 1. num. 16.* Eaque in Camera Imperiali vnanimi Assessorum suffragio recepta est, tradente Mynsingero, *cent. 5. obseru. 42.* Quin & eandem in Consistoriis Ducum Saxoniæ obseruari scribunt Schneidevvinus *d. part. 6. nu. 13.* & Hartmannus Pistoris *lib. 2. q. 41. num. 35.* Eiusque † veritas primo in-
4 de effloresceit: quod casus feudorum placitis non expresse decisus, ex iure communi sit explicandus, *tit. 1. in fine principij, lib. 2. F.* Sed iuris communis dispositione, legitimati per subsequens matrimonium æque admittuntur ad successionem, ac si legitime nati essent. *Nouell. 12. c. vlt. Nouell. 89. cap. 8. c. tanta, 6. extr. qui filij sint legitimi.*
5 Nec huic obstat quicquam, quod † *in d. §. naturales* liberi naturales, licet postea fiant legitimi, ad feudi successionem admitti, generaliter negantur. Feudista enim illic quæstionem hanc vtramque proponit ac decidit: an naturales filij in feudum succedant? an item in feudum succedant filij legitimati? Huic autē quæstioni tunc solummodo locus est, quando successionis casus contingit, hoc est, cum moritur vasallus, de cuius successione agitur, *tit. 8. in princ. ibi. si quis igitur decesserit, lib. 2. F. & tit. 11. in princ. ibi, mortuo enim eo &c. lib. 2. F.* Eo † siquidem tempore de 6
successionis iure primum recte quæritur, non antea cum impium sit, de viuentis hæreditate solicitum esse: & eo maxime tempore ius hæredis inspiciendum sit, quo hæreditatem acquirit, *l. si alienum, 49. §. 1. vers. nam ius hæredis, ff. de hæredib. instit.* Proinde textus *in præallegato §. naturales*, intelligendus est de casu, quo pater vasallus decessit, & iam locus est successioni in feudum: id quod arguit etiam ibidem verbum præsentis temporis, admittuntur. Si Feudista ibi loqueretur de futura in feudū successione, adeoque de tempore, quo vasallus pater adhuc superstes est vteretur certe verbo futuri temporis, admittentur.

Quia vero eo in loco Feudista agit de feudo iam delato, & de præsenti in feudum successione: exaudiendus quoque est de filij legitimatione, post delatam feudi successionem facta. Vnde caute addit hæc verba; licet postea fiant legitimi: id est, licet fiant legitimi, posteaquam casus extitit, quo successioni in feudum locus est, puta, post obitum patris vasalli. Ceterum cum mortuus pater vasallus ducere amplius vxorem concubinam suam, matrem liberorum naturalium, sicque eos per subsequens matrimonium legitimare nequeat: omnino consequens est, textum *dicti §. naturales*, non de naturalibus filiis, per subsequens matrimonium legitimatis, sed de eiusmodi filiis, alio modo post mortem patris sui vasalli legitimatis, esse accipiendum. Quam interpretationem suadent & confirmant non parum illa verba: *fiant legitimi.* Fieri † namque legitimi dicuntur, qui per rescriptum 7
Principis, aut Pontificis Romani (siquidem, & hunc ius legitimandi liberos naturales sibi arrogare, paret *ex c. per venerabilē, 13. extr. qui filij sint legit.* & largo stylo, post alios, docet Forsterus *lib. 6. de successionib. c. 34.* & D. Bocer. *in tract. de regalib. c. 2. n. 100 & seq.* legitimantur: quia singulari illo legitimationis actū id saltem agitur, vt immediate naturales legitimi fiant. Qui autem per subsequens legitimantur matrimonium, illi non legitimi fiunt: sed ipso iure legitimi, ex alio quodam actu, nimirum contractu matrimonij, existant, *Nouell. 12. cap. 4. circa finem, ibi, proprij existentes atque legitimi, & à Nouell. 89. cap. 8. ibi, legitimos ei esse sancimus, & ibi, nihilominus prior soboles legitima consistit, cap. 1. ibi, eam legitimam indicetis, & d. c. tanta, 6. ibi, legitimi habeantur, extr. qui filij sint legitimi.* Quibus ex locis cernere cuiuis promptum est, quod, sicuti legitime nati, ita & naturales liberi vt solius matrimonij pro se existant legitimi, non quodam hominis facto: quod tamen causa est legitimationis eorum, qui per rescriptum, vel oblationem curiæ legitimantur. Quare necesse est, vt textus *in prædicto §. naturales*, non de legitimatis per subsequens matrimonium, sed de aliis legitimatis, puta, per aliquod rescriptum, aut † per oblationem curiæ, intelligatur. 8

Non euertit hanc interpretationem: quod in textu illo hæc verba ponantur; nec soli, nec cum aliis: & quod per rescriptum, aut mortuo patre per curię oblationē legitimatio fieri nequeat, existente legitima sobole, *d. Nouell. 89. cap. 2. §. 1. & c. 9.* Isthæc enim verba ad præcedentem dictionem naturales commode referri possunt, & debent. Naturales quippe filij non succedunt in feudo, non solum cum alij legitimi filij adsint, sed & cum desint illi, sicque naturales soli sint: tametsi in allodiis communi iure in duas vncias liberi naturales succedant, sine legitima prole patre defuncto. *Nouell. 18. c. 5. & Nouell. 89. c. 12. ad quod ius Feudista in d. §. naturales, verisimiliter respexit.*

Deinde † receptissimam assertionem nostram iuuat hęc quo- 9
que ratiocinatio: Conditores iuris feudistici proculdubio exploratum, perspectumque habuerunt, quid legib. Romanis dispositum fuerit de successione liberorum, per subsequens matrimonium legitimatorum, vt liquet *ex d. tit. 1. ibi, alia dirimuntur iure Romano, & ibi, legum autem Romanorum, item ibi, vti poterit lege scripta, lib. 2. F.* Si ergo ab hac communi legislatione de liberorum per subsequens matrimonium legitimatorum successione conditores placitorum feudalium abhorruissent: vtique nominatim, ac diserte id alicubi testati fuissent: atque ita hisce liberis aditum ad feudorum successionem expresse præclusissent. Atqui vero nusquam hos liberos aditu ad feudorum successionem expresse prohibuerunt. Itaque plane verosimile est: quod ij, dispositionem iuris communis secuti, etiam liberos, per matrimonium subsequens legitimatos, ad feudi successionem admiserint.

Præterea † post feudorum iura prodierunt in vsum iura ca- 10
nonica: id quod vel inde manifestum fit, quod libro tertio Decretalium integer tit. de feudis videlicet 24. est insertus. Cum ergo ius canonicum legitimatos per subsequens matrimonium liberos, in omnibus, & per omnia comparet liberis legitime natis, iisque non minus, ac si ab initio legitimi fuissent, generaliter,

ter, nullaque adhibita distinctione inter res proprias, & feudales, successionem deferat; *d.c. tanta, 6. ext. qui filij sint legitimi.* certe ex dispositione quoque iuris canonici liberi, per subsequẽs
11 matrimonium legitimati, in feudum succedunt. Idque † ex eo etiam probabile redditur: quod licet idem ius canonicum requirat, vt Episcopus eligatur, qui ex legitimo matrimonio est natus: *c. cum in cunctis 7. extr. de elect.* nihilominus tamen permittit, vt Episcopus, qui per subsequens matrimonium est legitimatus, eligi possit, *c. innotuit, 20. vbi gl. super verb. coniugata. ext. eodem tit.*

12 Adhæc † in dubio iuris sermone eam admittere interpretationem iubemur, quæ minimum iniquitatis habet. *l. quotiens nihil 200. ff. de reg. iur. l. placuit, 8. C. de iudiciis*, & quæ benignior est, vitioque caret, *l. benignius, 8. & l. in ambigua, 19. ff. de legib. & l. semper in dubiis, 56. ff. de reg. iur.* Cum ergo *in tit. 8. in princ. lib. 1. feudor. & titul. 11. in princ lib. 2 Feud.* filiis tribuatur ius succedendi in feudum: & dubium sit, an textus illi per filios intelligant etiam filios per subsequens matrimonium legitimatos: benignius autem sit, & æquius, vt interpretemur eos textus etiam de filiis hoc modo legitimatis; maxime cum ius feudale ex iure communi interpretationem capiat, *d. tit. 1. lib. 2. F.* quod commune ius hos legitimatos liberos legitime natis liberis plenissime comparat, vt supra *n. 4. & 10.* ostensum; hanc profecto interpretationem recipere amplectique debemus.

13 Denique huc & illa confertratio: quod statutum loquens de legitime natis complectatur etiam per subsequens matrimonium legitimatos, vt tradidere Antonius de Butrio *in c. per venerabilem, 13. col. 18. vers. quod si dixerit. extr. qui filij sint legitimi. & in d. cap. innotuit.* 20. vbi etiam Ioan. de Imola *extr. de elect.* Ioan. Crotus *in l. Gallus, 29 §. & quid, si tantum, num. 169. ff. de liber. & posthum. hæredib. instit.* Castr. *in l fin. C. de his, qui ven. ætat.* impetrau. Campeg. *in tractat. de dote 1 parte 5. partis princ. q. 59.* Decius *in d c. cum in cunctis, 7. num. 29. extr. de elect. & cons. 155.* Parisius *cons. 13. num. 40. vol. 2.* eosque referens Forsterus *d. lib. 6. de successionib. c. 29. num. 4.* Ergo & ius feudale, de legitime natis liberis verba faciens, liberos quoque subsequenti matrimonio legitimatos comprehendit. Istas, similesque rationes pro affirmante sententia nostra diligẽnter annotauit D. Collega Bocer. *class. 5. disput. 18 th. 7. ad lit. D. edit. 2. & præallegato Tractat. de iure succed. in feud. c. 3. q. 2.* vbi ad contrariæ opinionis argumenta abunde respondit. Eadem & nos refutauimus *ad d. principium tit. Instit. de hæredit. quæ ab intest. defer. num. 276. & seqq.* Harprec.

b *Vtique succedi.*] Adde de ista communi per Decian. *in d. c. cum in cunctis, n. 10. de elect.* & dixi *in collect. mea commun. opin. in verb. legitimatus, n. 31.* Giach.

c *Sed quid, si feudum sit receptum pro se, & filiis legitime natis.*]

14 SI † feudum vasallo concedatur pro se, & filiis ipsius ex legitimo matrimonio procreatis, vel quod idem est, legitime natis; succedunt etiam filij per subsequens matrimonium legitimati. Ita, vltra Clarum nostrum, & ab eo nominatos hic, tenẽt Andr. de Isern. Laudens. Præposit. Matth. de Afflict. & alij *in d. cap. 1. §. naturales, si de feudo defuncti content. sit int. dom. & agnat. vas. tit. 26 lib. 2. F.* Borcholt. *in Comment. in consuet. feudor. c. 7. memb. 2. num. 51.* Schrader. *in tract. feud. part. 7. c. 5. num. 51.* Hartman. Pistor. *lib. 2. quæst. iur. part. 2. q. 14.* Henricus à Rosenthal. *in tract. iuris feudal. c. 7. conclus. 18. n. 4.* aliique complures per eum relati *sub lit. E.* Harprec.

QVÆSTIO LXXXIII.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Extranei hæredes an succedant in feudo.*
2 *Et quid si receptum sit pro se, & hæredibus.*

Ex Additionibus.

1 *An feudum inuestituræ pacto acquisitum alicui tertio, ad eius quoque hæredes transeat.*
2 *Extranei hæredes an, & quatenus in feudis succedant, remissiue.*

1 QVæro, an in feudo a succedant extranei hæredes.
a Respo. Omne feudum, quod potest alienari sine consensu domini, vel agnatorum, transit ad extraneos hæredes: quia de tali feudo idem iudicatur, quod de aliis bonis allodialibus: & ideo si feudum sit nouum, ex quo potest libere per vasallum alienari interueniente consensu domini, vt dixi supra *quæst. 41. vers. Et hac quidem.* poterunt etiam in eo cum licentia domini succedere extranei hæredes. Si vero sit concessum pro se, & hæredibus quibuscunque, tunc poterunt etiam sine licentia domini in eo succedere extranei. Idemque si sit concessum pro se, & quibus dederit; potest enim de eo vasallus libere disponere. Si vero feudum sit simpliciter receptum, nulla facta mentione filiorum, neque hæredum, tunc ex prouidentia legis non vocantur ad feudum, nisi filij, & descendentes ipsius inuestiti, vt dixi supra *q. 9. vers. Sed quid dicendum,* & ideo in tali feudo extranei hæredes non succedunt. Aut vero feudum est receptum pro se, & filiis, vel pro se, & liberis. vel pro se, & descendentibus, & in hoc non est difficultas, quia extraneus hæres ad illud non admittitur. Aut est receptum pro se, & filiis, & hæredibus, b & idem est dicen- b dum, scilicet, quod extraneus hæres non succedat. Ad hoc enim, vt quis in tali feudo succedat, requiritur, quod in eo vtraque qualitas concurrat, vt dixi supra, *in d. q. 9 vers. Quandoque, & tertio.*

Sed quid si feudum sit concessum simpliciter pro se, 2 & hæredibus, nunquid in tali feudo admittentur extranei hæredes? Resp. quod licet in hoc articulo inter Doct. variæ fuerint op. tamen tenendum est, quod extranei hæredes in tali feudo non succedant. Et ista est communis opin. vt dicit Bald. *in l. etiam, in fine principij. ff. de solut. matr.* quem refert Dec. *cons. 175. post nu. 3. versic. Vlterius etiam, & cons. 395. num. 8.* & Goz. *cons. 9. num. 51.* & Soc. iun. *cons. 112. num. 8 lib. 2. & cons. 27. numer. 26. lib. 1.* Hanc etiam opin. dicit communiter teneri Cald. *cons. 16 sub tit. de verb. signif.* quem refert Gratus *cons. 4. n. 31. lib. 1.* Et dicit Paris. *cons. 2. n. 32. lib. 1.* quod ita concludunt communiter omnes, & dicit Soc. iun. *cons. 108. num. 6. lib. 2.* quod istud est commune dictum. Hanc etiam dicit esse commun. opin. Gozad. *cons. 26. num. 30.* & ratio est, quia verbum, *hæredibus*, in materia feudali recipit à lege hanc interpretationem, vt intelligatur solum de descendentibus. Ita est communis opin. vt attestatur Rubeus *cons. 164. nu. 11,* Gratus *cons. 29. num. 41. lib. 2* Berous *q. 17. n. 3.* & dixi supra sæpius.

ADDITIONES.

a AN *in feudo succedant extranei hæredes.*] Addi hic poterit quæstio non inutilis: an † feudum, cuius successio inuestituræ pacto acquisita est alicui tertio, ad eius quoque filios, siue 1 hæredes transeat? Et breuiter respondetur: quod si pactum illud ad certam tertij alicuius personam fuerit directum, puta, vasalli paciscentis fratrem Caium, aut vasalli cognatum Iulianum, eũ pactum hoc personale sit, tertij istius filij in feudum non succedant, *l. idem in duobus, 25. §. 1. & l. si vnus, 27. §. pacta, quæ turpem, 4. vers. ante omnia ff. de pactis.* Et † ita sentit D. Collega Bocerus 2 *in tractat. de iure succedendi in feudum. c. 2. quæstio. 4.* vbi contraria refellit. Ceterum an, & quatenus extranei hæredes in feudis succedant; post Clarum nostrum, & alios, vbertim explicat Henricus à Rosenthal. *in tract. feud. c. 7. concl. 6.* Harprec.

b *Filiis, & hæredibus.*] Item, quod extranei non veniant in concessione facta pro se, filiis, & hæredibus: commune dixit Alexand. *cons. 16. num. 3. vol. 2.* & dixi *in collect. mea commun. opin. in verb. extraneus, n. 3.* Giach.

QVÆSTIO LXXXIV.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Fiscus an succedat in feudo.*

Ex Additionibus.

1 *An, & quatenus feuda, bonis vasalli publicatis, in Fiscum transeant, remissiue.*

1 QVæro, an fiscus a succedat in feudo, & sic an pu-
a blicatis b bonis vasalli confiscetur etiam feudum;
b Respond. quod non. c Ita tenet Bart. *in l. si finita. § si de*
c *vectigalib. num.* 3. *ff. de damno infecto.* & est communis opin. vt dicit Roman. *in d. §. si de vectigalib.* quem refert Apostil. ad Ang. *de mal. f. in verb. præsente Caio. post nu.* 40. Alex. *in eo §. si de vectigalib. n.* 30. Iac. *de feud. d. in verbo; Dictique vasalli. el.* 1. *nu* 61. *& seq* Ruin. *cons.* 13. *nu.* 23. *lib.* 5. Curt. iun. *cons.* 4. *num.* 20. Rubeus *cons.* 134. *n.* 3. Boer. *decis.* 374. *n.* 9.

e Ego vero e aliquando dicebam, in hoc proposito considerari posse tria genera feudorum. Primum est, de quo vasallus non potest libere disponere sine licentia domini, & sine consensu agnatorum, eiusmodi est feudum antiquum ex pacto, & prouidentia, & tale feudum, etiam quod vasallus delinquat, & eius bona fisco applicentur, nunquam venit in confiscatione bonorum, cuiuscunque generis sit delictum. Nam, vt dixi supra, *q* 66. mihi semper visum fuit iniquum, & absurdum, quod vasallus possit delinquendo præiudicare domino, aut agnatis quibus non posset præiudicare alienando, & cum ad huiusmodi feuda non admittatur extraneus hæres, vt dixi *quæst. prox.* ergo nec fiscus, qui hoc casu habetur loco extranei hæredis, quæ consequentia apud me habet nullam difficultatem. Quis autem hoc casu præferatur in ipso feudo, an dominus directus, an autem filij, vel agnati, dicendum est, quod siquidem delictum est tale, propter quod dominus non possit priuare vasallum feudo, semper præferuntur agnati. Si vero propter illud delictum vasallus posset feudo priuari, tunc vt scias, quis præferatur, vide quæ dixi sup *i. d. q.* 66. Secundum autem genus feudorum est, de quo vasallus potest cum consensu domini libere disponere, etiam in extraneum, in præiudicium filiorum, vel agnatorum, & huiusmodi est quodcunque feudum nouum, sub quocunque tenore receptum sit, vt dixi supra *qu* 41 *vers. Et hæc quidem*. & hoc casu teneo, quod si vasallus delinquat, nullo modo feudum confiscetur, sed absolute, & indistincte consolidetur vtile cum directo, & sic applicetur domino, neque in hoc filij, aut agnati, qui non poterant ad feudum venire, nisi ex persona ipsius patris delinquentis, poterunt ius aliquod in feudo ipso prætendere, sed dominus iure suo, ex quo feudum est nouum, erit illis præferendus, prout etiam esset, si vasallus sine consensu domini illud alienasset, vt dixi *in d q.* 66. *vers. Sed quid si vasallus, vel aliter esset feudo priuandus*, vt dixi *in ea quæst. vers. Et hæc quidem.* Aut vero (& hoc est tertium genus feudorum) feudum erat tale, de quo vasallus, tam in præiudicium domini, quam in præiudicium agnatorum, poterat libere disponere. puta, quia erat concessum pro se, & quibuscunque hæredibus, vel pro se, & quibuscunque daret, &c. quæ omnia feuda possunt sine domini licentia in quoscunque etiam extraneos transferri, vt sæpius dixi, & tunc aut fiscus, cui reliqua bona vasalli applicantur, est idem, qui & domini directi, & proculdubio tenendum est, quod etiam in feudum vna cum reliquis bonis vasalli illi applicatur; Aut vero est alius fiscus diuersus à fisco domini directi, & tunc aut delictum, pro quo bona vasalli confiscantur, est tale, propter quod dominus potest vasallum feudo priuare, & hoc casu dominus directus præfertur, & feudum illi applicatur. Aut non erat tale, propter quod posset feudo priuari, & tunc præfertur alius fiscus, qui tanquam hæres extraneus, ita in feudo sicut in aliis bonis vasalli delinquentis succedere potest. Et licet hæc prima facie videatur noua distinctio; tamen si recte ponderentur rationes, & auctoritates Doctorum in hac materia scribentium, reperies, quod ista est mera veritas.

ADDITIONES.

SVccedat in feudo.] Adde, quod nec etiam commoditates feudi, quæ saltem transeunt etiam ad extraneos hæredes, fiscus consequi, aut habere potest, prout est communis opin. vt attestatur Bursat. *cons.* 43. *n.* 16. Guiot. a

An fiscus succedat in feudo.] An † & quatenus feuda, bonis vasalli publicatis, in fiscum transeant, post Clarum hoc loco nostrum, & ab eo recitatos, aliosque fere sexcentos, plenissime declarant Henricus à Rosenth. *in tract. iuris feudal. c.* 11. *conclus.* 11. *& subseqq.* Harprec. 1

b *Publicatis*] An, & quando bonis vasalli publicatis bona feudalia comprehendantur in bonorum publicatione ? vide per Boss. *tit. de bono publicat. n.* 53. Giach.

c *Resp. quod non.*] Nec etiam commoditates feudi, quæ non transeunt ad extraneos hæredes, fiscus consequi non potest, secundum Burs. *cons.* 43. *n* 16. *lib.* 1. Gouean.

d *Iacob. de feud.*] Adde, vt per eund. *in suis quæstio. feud. q.* 48. *n* 36. Giach.

e *Ego vero*] Tu vide per Crauet. *in cons.* 218. *col. fi. circa secundum.* Giach.

QVÆSTIO LXXXV.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Fideicommissarius an succedat in feudo.*
2 *Et quid in feudo hæreditario.*
3 *Et quid si fideicommissarius sit ex vocatis in inuestitura.*

Ex Additionibus.

1 *Num, & quando feudum in fideicommissum veniat, remissiue.*

QVæro, nunquid fideicommissarius a succedat in feudo, & sic an feudum veniat in restitutione fideicommissi? Potest autem casus in facto proponi, puta, quia vasallus habens plures filios rogauerit vnum ex eis, vel plures, vt partem suam restituant vni ex ipsismet filiis, vel alicui extraneo, vel agnato. an talis grauatus fideicommisso teneatur restituere etiam partem suam feudi, illi, cui reliquum hæreditatis grauatus est restituere? Resp. quod regulariter feudum non venit in restitutione fideicommissi. Ita tenet Bart. *in l. patroni, in princ. num.* 3. *ad Trebell.* & ita communiter Doct. vt dicit Rip. *in l. ex facto. §. si quis ita. nu.* 17. *ff. ad Trebell.* Et est communis opin. vt dicit Curt. iun. *cons.* 171. *n* 10. Et dicit Ias. *in prælud. feud. n.* 46. quod ita communiter concluditur. 1 a

Scias tamen in primis, quod hæc conclusio intelligenda est, vt procedat in feudo ex pacto, & prouidentia; secus autem in hæreditario. Nam illud transit etiam in fideicommissarium: & ita solet communiter distingui, vt ait Curt. iun. *de feud in* 4. *part. in materia alienationis feudi, quæst.* 30. *vers. Secunda decidi potest.* quem refert Parif. *cons.* 2. *nu.* 43. *lib.* 1. *& cons.* 3. *nu.* 27. *eod. volum.* Sed hoc intelligo in feudo simpliciter, & absolute hæreditario, quod (vt sæpius dixi) transit in extraneos hæredes, & potest libere alienari. Secus autem in hæreditario mixto. Et ita in proposito attestatur esse magis communem opin. Soc. iun. *cons.* 72. *n.* 21 *lib.* 1. 2

Item scias, quod conclusio non habet locum, quando fideicommissarius esset ex comprehensis in inuestitura, & sic esset habilis ad succedendum ex tenore ipsius inuestituræ, nam eo casu feudum venit in restitutione fideicommissi, & ista limitatio videtur communiter approbata, vt dicit Socin. iun *in d. consil.* 72. *num.* 6. *lib.* 1. Quam tamen non ego credo veram, nisi quatenus ageretur de præiudicio domini, cuius non interest, apud quem ex vocatis sit feudum, sed si fideicommissarius esset ex remotioribus agnatis, non video, cur non posset proximior agnatus talem restitutionem 3

nem impedire. Propterea iudicio meo hæc quæstio potest ita diffiniri, vt dicamus, quod in casibus, in quibus vasallus potest de feudo testari, in illis potest etiam de feudo facere fideicommissum. Quando autem possit testari, dixi supra *quæst.* 40.

ADDITIONES.

a 1 N*Vnquid fideicommissarius succedat in feudo.*] Nam† & quãdo feudum in fideicommissum veniat, præter Clarum nostrum, & per eum relatos, copiose explicant Michael Graffus *lib. 1. recept. sentent. §. fideicommissum, quæst.* 52. Hartman. Vulreius *lib. 1. de feud. cap. 9. n. 1:* 8. Rosenthal. *in tractat. iuris feudal. cap. 7. conclus.* 11. aliique plurimi, ab his memorati. *Harprec.*

QVÆSTIO LXXXVI.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Institutus in re certa an succedat in feudo.*

Ex Additionibus

1 *An, & quatenus vasallus de feudo testari queat, remissiue.*

1 a QVæro: vasallus habens plures filios, instituit vnum ex eis in re *a* certa, nunquid iste filius, institutus in re certa succedet æqualiter cum aliis vniuersaliter hæredibus institutis? Respond. quod sic. Ita allegatur tenuisse Bartol. *in l. iurisiurandi. §. si liberi. num. 6. ff. oper. libert.* qui tamen loquitur in emphyteusi, & dicit Curt. iun. *de feud. in 2. parte prima partis tertiæ partis principalis, quæst.* 5. quod ita decidunt communiter Doct. Dicit etiam Didac. *lib. 2. resolut. c.* 18. *n.* 5. quod in hoc Doctor. communiter consentiunt. Hæc quæstio iudicio meo pendet ab illa, an vasallus *b* possit de feudo testari, de qua dixi supra *quæst.* 40.

ADDITIONES.

a I*N re certa.*] Hic occurrunt quamplures quæstiones. Prima est. An taliter institutus habeat beneficium *l. fi. C. de edict. diu. Adr. toll.* Secunda an nullo dato hærede testatoris vniuersali, si testator expresse prohibuit, ne ipsa institutio trahatur ad alia bona, taliter institutus succedat etiam in omnibus aliis? Tertia est, an ipse etiam habeat actiones hæreditarias actiue, & passiue? Quarta est, An possit propria auctoritate apprehendere relictum sibi factum? Quinta, An habeat ius accrescendi vniuersale instituto repudiante? de quibus omnibus vide seriatim *in mea collect. commun. opin. in verb. institutus.* Giach.

b *An vasallus possit de feudo testari.*] De † hac quæstione dictum est supra *ad quæst.* 40. & eam, post alios, explicatius persequitur D. Bocer. *in tractat. de iure succedendi in feudum, cap. 3. q. 1. & aliquot subseqq.* Harprec.

QVÆSTIO LXXXVII.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Finito feudo an proximiores istius vasalli sint inuestiendi.*

Ex Additionibus.

1 *Nunquid dominus feudum ad se reuersum, si iterum illud infeudare velit, consanguineis potius prioris vasalli, quam extraneis concedere debeat.*

1 QVæro: fuit concessum feudum Titio vsq; in quartam generationem. Modo finita est quarta generatio Titij, nunquid *a* poterunt filij, vel proximiores a agnati vasalli, vltimo loco defuncti, petere sibi confirmari feudum? Respond. quod sic, & si non fiat refirmatio, fit eis iniuria, & ideo possunt appellare ad superiorem, vt cogat, quod refirmatio fiat. Et hæc est famosa doctrina Bart. *in l. 1. §. permittitur. ff. de aqua quotid. & æstiua.* & est communis opin. vt dicit Ruin. *cons.* 12. *num.* 18. *& seq. lib.* 1. Curt. iun. *de feud. in 2. parte principali, in 1 parte, q.* 15. Sed hoc nunquam vidi in feudis seruari in practica, & forte durum esset obtinere, sicut in emphyteusi aliquando viderim iudicari secundum illam doctr. Bar. Vide, quæ dixi supra *hoc eod. lib. §. emphyteusis,* b *q.* 43. b

ADDITIONES.

a N*Vnquid poterunt filij, vel proximiores agnati vasalli, &c.*] a Licet† frequentioribus Doctorum calculis recepta sit opinio, quod dominus feudum ad se reuersum, si in alium rursus 1 conferre id velit, consanguineis potius prioris vasalli, intra annum re integra petentibus illud, quam extraneis, concedere debeat, Ioan Baptista à Villalob. *in communibus opinionib. in verb. vasallo mortuo,* &c. Ludouicus Rom. *cons.* 22. & ibi Horat. Mandol. *in verb. communis opinio.* Ioan Fichard. *cons.* 15. *num.* 1. *lib.* 2. Dec. *cons* 87. *num.* 13. Tiraq. *de retract. proxim. in præfat. num.* 40. Vigel. *in method. iuris feud. c.* 5. *quæst.* 7. *reg.* 4. *pagin.* 418. Mynsinger. *cent.* 5 *obser.* 16 *& cent.* 6. *obseru.* 79. Wurmbser *sub tit. de feud. obser.* 7. Vult. *lib. 1. de feud. c.* 11. *num. vlt. pag* 8 . Schroter. *lib. 1. disput. feud. disp. vlt. th. vltim.* illa tamen feudorum placitis minus consentanea videtur. *tit.* 24. *vers. si autem dominus lib.* 1. *F. tit.* 34. *in fine. & titul.* 55 *§. callidus, ibi, & ad dominum libero reuertatur, lib.* 2. *F.* Andr. Gail. *lib.* 2. *obseru.* 148. *num.* 7. *vers. sed verior opin &c.* D. Bocer. *class.* 5. *disp.* 20. *th.* 164 *ad litteram B. edit.* 2. Hucque referenda sunt, quæ annotauimus supra *in §. emphyteusis q.* 43. Harprec.

b *Quæst.* 43.] Vide ibidem, quæ dixi *in Addit.* Giach.

QVÆSTIO LXXXVIII.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Finito feudo cui remanere debeant melioramenta.*

Et an sit in electione domini, pati, quod ædificium tollatur, vel soluere eius æstimationem.

2 *Et an eo casu æstimandus sit valor ædificij, vel ipsa materia tantum.*

3 *Et an incrementum contingens in re feudali sit vasalli, vel domini.*

4 *Et quid de seruitutibus quas vasallus pretio acquisiuit ad beneficium rei feudalis.*

5 *Et an habens castrum in feudum sine iurisdictione, si acquirat iurisdictionem, accrescat feudo.*

Ex Additionibus.

1 *Feudo sine culpa vasalli finito, meliorationes pertinent ad hæredes allodiales.*

2 *Meliorationes, feudo culpa vasalli amisso, pertinent ad dominum, vel agnatum.*

3 *Incrementum in re feudali contingens ad quem spectet, remissiue.*

POne, finita est inuestituræ feudalis, vel per cursum 1 temporis, vel per generationem finitam, vel aliter, absque tamen dolo, vel culpa ipsius vasalli; Quæro, cui remanere *a* debeant melioramenta facta super ipsa re a feudali? Respon. si ipsa melioramenta sunt facta industria ipsius vasalli, puta, quia domum fabricauit in re feudali, vel huiusmodi, eo casu talia melioramenta spectant *b* ad ipsum vasallum. Et hanc conclusionem se- b quuntur omnes Doct. vt dicit Aluar. *in c. 1. §. si quis de manso post num. 5. de contron. inuest.* Erit tamen in electione *c* domini, vel soluere vasallo æstimationem ipsorum meliorament orum, vel pati, quod ædificium tollatur. De hoc est text. expressus *in c. 1. §. vasallus. in titulo, hic finitur lex.*

Sed quæro, nunquid erunt æstimanda melioramenta 2 iuxta valorem ædificij consistentis, an autem debeant æstimari rudera, & materies, quæ ex ipso ædificio diruto vendi posset? Respond. Bald. *in d. §. si vasallus n. 4. in*

d simili quæst. tenet, quod debet æstimari *d* valor ipsorum melioramentorum, non autem ædificij diruti, & subdit, quod ita seruat consuetudo. Idem etiam dicit Bal. *in Auth.* excipitur, post *num.* 2. *C. de bonis quæ libe.* quem refert Molin. *in consuet. Paris. feud.* §. 1. *gl.* 5. *num.* 98. Reperio tamen Beroum *q* 69. *post nu.* 4. *vers. Si vero feudum.* dicentem, quod magis communis opinio est, quod æstimentur rudera, & ædificium dirutum. Sed dubito, quod in hoc ipse Berous verum non dicat. Et ita Mol. *in d. gl.* 5. *num.* 98. dicit, quod Scribentes sequuntur Bal. cuius opin. iudicio meo æquior est, & illam ego sequerer in iudicando, si casus contingeret.

3 *e* Item quæro, an incrementum *e* contingens in re feudali sit ipsius feudatarij, an autem domini directi? Respond. distinguendum esse inter incrementum discretum, & incrementum latens. Nam si sit incrementum discretum, puta, insula in flumine nata è regione fundi feudalis, hoc acquiritur domino directi. Si vero est incrementum latens, puta, id quod per alluuionem accedit in fundo feudali, hoc pertinet ad vasallum. Ita dicit glos. *in d. §. si quis de manso. in verb. Reseruauerit.* quæ est communiter approbata, vt dicit Ruin. *cons.* 7 *nu.* 12. *in fin. lib.* 1. Hæc tamen resolutio mihi non multum satisfacit, quia cum proprietas feudi sit domini directi, quidquid illi accedit, deberet accrescere domino, nisi aliter ex tenore ipsius inuestituræ appareret, propter ea forte æquius esset dicere, quod omne incrementum accedens feudo, absque industria vasalli, respectu proprietatis acquiritur domino directi: respectu vero vtilis dominij acquiritur vasallo. Cogita.

4 Sed quid de seruitutibus, quas ipse vasallus pretio acquisiuit in beneficium rei feudalis? Resp. quod seruitutes, & alia iura inseparabilia accedunt feudo, & rem feudalem sequuntur, & consequenter finito feudo, vna cum illo ad dominum directum pertinent, non autem ad hæredes vasalli, ad quos feudum non transit, & in hoc omnes conueniunt, vt ait Berous *in d. q.* 96. *nu.* 6. dicit Alu. *in d. §. si quis de manso post n.* 5. quod hanc conclusionem sequuntur omnes Doct.

5 Sed pone, Princeps habens castrum sine iurisdictione, illud concessit Titio in feudum, postea Titius acquisiuit iurisdictionem ab alio, nunquid ipsa iurisdictio accrescit feudo? Respon. quod non, sed finito feudo erit vasalli, vel eius hæredum. Ita dicit Bald. *in c.* 1. *§ contrario. n.* 4 *de inuest. de re alien. facta.* & est communis opi. vt ait Ruin. *cons.* 14. *post princ. lib.* 1. Est enim iurisdictio quid separatum ab ipso castro, & quod per se subsistere potest, ideo feudo non accrescit.

ADDITIONES.

a CVi remanere debeant melioramenta.] Feudo † absque culpa
1 vasalli finito, meliorationes in feudum factæ ad hæredes allodiales transeunt: adeo, vt rem feudalem tamdiu retinere possint, quoad meliorationes receperint. Et tunc in electione est domini, vel agnati, ad quem feudum defertur, vtrum meliorationes soluere velit, an vero pati, vt illæ auferantur. At † si feu-
2 dum ob culpam; vel delictum vasalli ad dominum, vel agnatos deuoluatur: tunc vasallus sicut feudo, ita etiam meliorationibus cadit. *cap.* 1. *F. si vasallus, hic finit. lex tit.* 28. *lib.* 2 *F.* Viuius *in thesaur. commun. opin. verb. melioramenta.* Bursat. *cons* 43. *num.* 19. *& cons.* 76. *num.* 36. *& cons.* 86 *num.* 34 *vol.* 1. Vulteius *lib.* 1. *de feud. c.* 11. *n.* 113 & Schrader. *in tract feud part. partis* 9. *principal sect.* 2. *num.* 16. *cum seqq.* D. Boccr. *class.* 5. *disput.* 20. *th* 157. *&* 160. late Rosenthal. *in tractat. iuris feud. c.* 10. *conclus.* 43. *numer.* 2. *& seqq.* Harprec.

b *Spectans.*] Adde commune, & etiam per Foll. *in decis. Perus.* 24. & vide *in collecta mea commun. opin. in verb. melioramenta, n.* 7. Giach.

c *In electione domini.*] In meliorantibus voluntariis, idem commune Foller. *dec.* 34. & vide *in d. collect. mea commun. opin.* 8. & adde per Guid. Pap. *decis.* 196. Dec. *in cons.* 58. & per eund. Guil. *dec.* 438. qui distinguunt casus, vide eos. *Giach.*

d *Æstimari.*] Et quod melioramentorum æstimatio fieri debeat secundum tempus restitutionis, non autem secundum illud tempus, in quo facta fuerit: commune dixi, & vide *in collect. mea comm. opin. sub n.* 5. Giach.

e *An incrementum contingens in re feudali sit ipsius feudatarij.*] Incrementum † in re feudali contingens num ad ipsum va- 5
sallum, an vero ad dominum fundi pertineat, post Clarum nostrum, & alios plures, exquisite declarant Rosenthal. *d. c.* 10. *concl.* 44. & Boccr. *in tract. de iure & commodo senioris, &c. lib.* 3. *c.* 3. Et repeti poterunt hic ea, quæ consignauimus supra *in §. emphyteusis, ad q.* 41. Harprec.

QVÆSTIO LXXXIX.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Quæ actio competat in feudo.*

Ex Additionibus.

1 *Quæ actiones feudi nomine competant, remissiue.*

QVæro, quæ actio *a* competat pro feudo? Respond. 1
quod pro feudo datur condictio ex lege, vel ex consuetudine: & ad hoc allegatur Bart. *in l.* 1. *n.* 11. *C. de iure emphyt.* qui tamen loquitur in emphyteusi. Et ita communiter teneri attestatur Iason. *in l. iurisgentium. §. quinimo. n.* 17 *ff de pact.* Tu dic, quod si vasallus fuit inductus in actualem possessionem feudi, competit ei vtilis rei vendicatio, nedum contra extraneum, sed etiam contra ipsum dominum directum: si vero illi tantum facta est promissio de inuestiendo, tunc si est vallata stipulatione, competit actio ex stipulato: si autem non est vallata stipulatione, competit condictio ex moribus. Et ita est communis opin. vt ait Curt. iun. *de feud. in* 1. *parte principali, q.* 10.

ADDITIONES.

QVæ actio competat pro feudo.] De † actionibus ob feudum a
competentibus, post Clarum nostrum, accurate dissertant Ioannes Borcholt. *in Commentar. in consuetud. feudor. ca.* 9. Dn. Boccr. *class.* 5. *disput* 21. *th.* 4. *& seqq. edit.* 2. Vulteius *lib.* 2. *de feud. c.* 1. Henricus à Rosenthal. *in tractat. iuris feudal. c.* 12. *conclus.* 11. *& seqq.* alijque plurimi, per hunc commemorati. *Harprec.*

QVÆSTIO XC.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Quis sit Iudex competens in causis feudalibus, inter dominum, & vasallum.*
2 *Et quomodo eligantur pares curiæ.*
3 *Et an pares curiæ cogi possint ad iudicandum.*
4 *Et an pares curiæ cognoscant inter dominum laicum, & vasallum clericum.*
5 *Et quis sit Iudex inter ipsos vasallos super feudo litigantes.*
6 *Et an iurisdictio domini inter vasallos sit ordinaria, vel delegata.*
7 *Et quid si alter eorum neget se esse vasallum.*
8 *Et quid si dominus sit laicus, & vasalli sint clerici.*
9 *Et quid si inter ipsos agatur tantummodo de possessione ipsius feudi.*
10 *Et an vasalli litigantes super feudo possint prorogare iurisdictionem alterius, vt sit Iudex inter ipsos sine licentia domini.*
11 *Et quis cognoscat in causa appellationis interposita à sententia inter ipsos lata per dominum.*

Ex Additionibus.

1 *In controuersiis feudalibus quis iudex sit competens, remissiue.*

QVæro, quis sit Iudex *a* competens in causis feudali- 1
bus? Resp. quod si est controuersia super feudo in- a
ter dominum, & vasallum, eo casu eliguntur pares *b* cu- b
riæ, qui in causa ipsa iudicant. Tex. est *in c.* 1. *§. præterea, si inter. de pr. hib. feud. alie. per Frider.*

Sed quomodo eligentur isti pares curiæ? Resp. quod 2
primo dominus eliget vnum, vel plures, quot voluerit, & deinde vasallus eliget totidem iuxta numerum à domi-

domino comprobatum. Ita dicit gl. *in d §. præterea si inter. in verbo, pares curiæ.* & Bald. *in c.1.in primis verbis, de controuer. feud apud par. termini.* Et ita volunt communiter Doct. vt dicit Iac. *de feud. in verb. Et dicti, vasalli, post nu.10. vers. Quaro etiam.*

3 Sed an isti pares curiæ poterunt cogi ad iudicandum? Resp. quod sic. Et ita volunt omnes Doct. vt ait Iac. *in verbo, Et dicti vasalli n.14.*

4 Sed quid si dominus sit laicus, & vasallus sit clericus, nunquid pares curiæ poterunt cognoscere, an ipse
c clericus sit priuandus feudo occasione feloniæ, *c.* vel delicti? Resp. quod sic. Ita tenet Innoc. *in c.verum. de foro compet.* quam sequuntur communiter Scribentes, vt dicit Alexan. *consil.59. circa princ. lib.1.* Ripa *in c. decernimus, post n.21. vers. Intellige de iudiciis.* Nam respectu feudi, vt inferius dicam, clericus, & Ecclesia laicis subiiciuntur.

5 Si vero sit quæstio inter ipsos vasallos super feudo,
d tunc aut isti vasalli sunt Duces, Comites, aut *d* Barones, & sic immediate subiecti Imperatori: & solus Imper. inter eos iudicat, Text. est *in c.1. apud quem, vel quos controuers. feud. &c.* Et dicit Curt. iun. *de feud. in 7. par. in 1. reg.* quod omnes Feudistæ ita determinant. Aut vero
e est contentio inter vasallos *e* inferiores, & siquidem controuersia non est super ipso feudo, vel re feudali, dominus non est Iudex inter ipsos. Ita dicunt communiter Can. vt ait Curt. iun. *in d 7. par. in 2. reg. vers. Septimo fallit.* Si vero contentio est super feudo, tunc dominus directus est Iudex competens inter ipsos. Text. est *in d.c.1.§. præterea si inter.*

6 Sed nunquid hoc casu iurisdictio ipsius domini inter vasallos dicitur ordinaria, vel delegata? Resp. quod respectu causæ concernentis ipsam rem feudalem dominus habet inter vasallos iurisdictionem ordinariam, & ista est communis opin. vt dicit Curt. iun. *in d. 7. par. in 2. reg. q* 8. Cum enim talis iurisdictio sit à lege collata, merito dici debet ordinaria.

7 Sed pone, quod contra dominum volentem inter vasallos de feudo cognoscere, vnus ex ipsis opponat declinatoriam, puta, quia conuentus neget se esse vasallum, nunquid ipse dominus poterit cognoscere, an sua sit iurisdictio: Resp. quod non, sed super hoc cognoscet Iudex ordinarius, qui deinde comperto, quod iste conuentus sit vasallus, remittit causam ipsi domino decidendam. Ita tenet gl. *in cap.1. in gl. fin. de inuest. in mari fact.* & est communis opin. vt dicit Curt. iun. *in d. 7. par. in 2. reg. q.7.* quæ tamen in puncto iuris non transit sine difficultate. Et videmus, quod de iure communi Iudex, coram quo opponitur declaratoria, semper cognoscit, an iurisdictio sit sua, vel ne: tamen propter auctoritatem gl. & Doct. difficile esset in practica obtinere contrarium, maxime, quia reuera maius est interesse domini, qui cognoscere, & iudicare debet, an aliquis sit suus vasallus, quam Iudicis ordinarii, qui non tractat nisi de commodo sportularum. Quidquid sit, vbi iste excipiens esset in quasi possessione, vasallagii omnino inclinarem in sententiam, quod dominus ipse
f cognosceret, vel saltem pares *f* curiæ, non autem Iudex ordinarius.

8 Et hæc quidem conclusio, quod s. inter vasallos de feudo litigantes dominus sit Iudex ordinarius, de plano procedit, quando vasalli sunt laici, Sed quid si vasalli sint clerici, & dominus sit laicus? Resp. quod adhuc i-
g pse dominus est eorum Iudex *g* ordinarius. Et ista est comm. opin. vt dicit Mari. *in c. ex transmissa in 5. limit. de foro compet.* Fel. *in c. verum, post n.3. vers. tenent Modern. de foro compet.* Curt. iun. *d.2. reg. in 2.q.* Iac *de feud. in verb. Et dicti vasalli, n.3.* Nam vt dixi, ratione feudi Ecclesia, & clerici domino laico subiiciuntur, prout etiam esse communis opin. testatur Decian. *in c. cæterum num.20. de iudic.* Et ita de consuetudine seruatur, quod Iudex laicus cognoscit de re feudali inter clericos, prout de re ipsa consuetudine attestatur Arch. *in c. vnico. de cler. coniug. in 6.* Et ita seruat Parlamentum Delphinale, vt refert Guid. Pap. *dec.139. num.1. in fin.* Bene verum est, quod hæc opin. aliquando non placuit Doctor. Canon. quorum multi tenuerunt, quod clerici non mutant forum in causa feudali. Et ita hanc esse commun. opin. Doctor. Cano. attestatur Guido Pap. *in allegata decis. 139. in primis verbis,* sed hodie alia opin. est magis comm. Legist. & Canonist. & ideo sequenda, saluo semper iudicio sanctæ Ecclesiæ. Et ita seruat Senatus.

Quæ quidem opin. modicam habet difficultatem, 9
quando inter istos vasallo clericos agitur de proprietate ipsius feudi, & sic de ipso feudo. Sed quid si agatur de possessorio, & sic solum de possessione ipsius feudi? Resp. Gl. *in d.c. ceterum in verb. Quandiu parati de iudic.* tenuit, quod eo casu iudicium spectet ad Iudicem ordinarium ecclesiasticum, sed tamen illa gl. in hoc comm. reprobatur, vt dicit Bald. *in eo. c. ceterum.* quem refert Iacob. *in verb. Et dicti vasalli. post num.5.* ideo tenenda est
h contraria opin. quod s. vtroque casu cognitio spectet h
ad dominum directi, quam dicit esse commun. Arct. *in d.c. ceterum. col* 4 Et post eum Dec. ibi post *num 66. vers. An autem si agatur* Curt. iun, *in d.2. regul in 6. quæst.* Regulariter enim ille debet esse Iudex in causa possessionis, qui est Iudex competens in causa *i* proprietatis. i

Sed quæro, nunquid poterunt vasalli de feudo liti- 10
gantes prorogare iurisdictionem alterius Iudicis sine licentia ipsius domini? Resp. quod non. Ita tenet Bart. *in l.1. num.2 ff. de iudic.* & est communis opin. vt dicit Alex. *in l.1.§. & post operis, numer.21. ff de noui oper. nuncia.* *k* k
in verb. Et dicti vasalli, num.32. Curt. iun. *in d.2. regul. in 5. qu.* Sapia *in d.l.1.n.21. ff. de iudic.* Maranta *in suo Specula. in 4. par. principali in 12. diuisio. nu. 19.* Ex quo enim talis iurisdictio domino est à lege specialiter tributa, non potest consensus partium contra priuilegium à iure concessum quicquam operari, vt in simili dicitur de clericis, qui non possunt, etiamsi velint, consentire *l* in Iu- l
dicem laicum in præiudicium iurisdictionis Ecclesiasticæ. Hoc tamen intellige, vt procedat, quando causa est super *m* re feudali: sed si esset super alia re, tunc bene m
possent vasalli prorogare iurisdictionem alterius domini, non modo si essent simpliciter subditi ipsi domino ratione iurisdictionis, & subiectionis, sed etiam si tenerent ab eo feudum. Ita allegatur tenere Bart. *in d §. & post operis, num.8. & in d.l.1. num.4. ff. de iud.* quod dictum Bart. omnes sequuntur, vt dicit Capici *decis. 9. num.11.*

Successiue quæro, si dominus iudicauit in causa 11
feudali inter suos vasallos vertente, ad quem sit appellatum *n* ad proximiorem dominum, qui sit superior il- n
lius feudi, & si deinde etiam à proximiore domino, qui sit superior illius feudi, contingat appellari, erit appellandum ad dominum magis superiorem, Ita sentit Ioan. Raynut. *in rep. cap. Imperialem, § præterea si inter. de probib. feud. alien. per Freder.* & est communis conclusio Doctor. vt dicit Curt. iunior. *in d.7. part. in 2. regul quæst. 11.*

ADDITIONES.

Sit Iudex.] Et generaliter qui debeant esse Iudices in causa a
feudi, vide per Iacob. *eo. tractat. verb. & dicti vasalli, su b nu. 1.* Sed an cognoscens de causa feudali debeat seruare ordinem iudiciorum? vide per eundem *eod. tract. verb. dicti inuestiti. num. 25.* dicit, quod solus Imperator iudicat, vt Deus per Menoch. *respons. causa fin* Giach.

Quis sit index competens in causis feudalibus.] In controuersiis feudalibus quis iudex sit competens, post Clarum nostrum, & ab eo recensitos, abunde explicant Ludolph. Schrader. *in tract.*

CONSILIVM D. HIERONYMI GIACHARIJ I. C. LVGIEN.

IN MATERIA SYNDICATVS, ARTICVLOS AB eo non minus plenè, atque eleganter, quam accuratè, & subtiliter discussos, atque examinatos ad defensam continens.

SVMMARIVM

1 *Multiloquium prudentissimos stomachari solet.*
2 *Reiicienda quæ potius ad pompam, quam ad esse rei seruiunt.*
3 *In claris tam stultum est argumentari, quam sub clarissimo Sole mortale lumen afferre.*
4 *Substantialia dumtaxat ad rem conferentia sunt attingenda.*
5 *De vicarij mandato fuit clericis, vt singulis, non autem capitulo facta monitio.*
6 *Monitio canonica quæ.*
7 *Canon requiritur vbi facti necessitas aliter suadet,* & num. 346. cum seq.
8 *Quod præcepti tempore necessitas suaserit sic probatur hic in textu.*
9 *Excommunicatio absque monitione lata per ordinarium valet.*
10 *In excommunicatione pro futuris culpis monitio non requiritur,* & num. 304. *exemplificatur etiam infra* num. 286. *&* 287.
11 *Dies interpellat pro homine.*
12 *Futura culpa ex parte querelantium,* & n. 24.
13 *Canonicorum querundam contemptus.*
14 *Culpa est non facere ea, quæ tenemur.*
15 *Non facere est facere in pœnalibus.*
16 *Valet excommunicationis sententia in pœnam delicti absque monitione.* & n. 304.
17 *Valet excommunicatio pro negligentia. Item & pro contumacia,* n. 277.
18 *Præcepti emanati validitas cum duobus seq.* num. *& vsque* ad n. 10. *&* idem n. 341.
19 *Superioris præcepto iusto est parendum,* & nu. seq. *&* vi. sub num. 303.
21 *Forma sententiæ excommunicationis, quæ fallit, vt infra, &* sub num. 301. & 302.
22 *Excommunicationis exemplum infra mensem est petendum.*
23 *Valet excommunicatio sine scriptis lata, vbi non aderant ad scribendam necessaria.*
25 *Murmur tempore præcepti fiebat, & morbus ille aliter mederi non poterat,* & nu. 27.
26 *Causa præcepti facti clericis, vt singulis quæ* & num. 27. & post num...
29 *Cap. 1. de senten. excommunicationis in sexto limitatur, &* n. 30. 28. cum duob. seq. & n. 301. 302. 305. *Iul. Clar. Sentent. Pract. Ciuil.*
31 *Ob contemptum excommunicati contempsere absolutionem,* & n. 28. 29. & 308.
32 *Leges vim non habent, nisi post illarum promulgationem.*
34 *Ordinarius etiam censuris Ecclesiasticis annexus retinet clauium vsum* & nu. 201 *præterquam in casibus conc. Constan,* nu. seq.
36 *Cum quibus excommunicatis licitum est in vtilibus, & ad leg. pertinentibus participare, &* n. 29.
37 *Ideo poterit Vicarius excommunicatos absoluere per non annexos ad id insolidum deputatos, istud enim ei incumbebat ex officio, &* n. 29 & seq.
38 *Querelantium defectus, atque de eorum suggestione,* & numer. 37.
39 *Pro vicario sunt decisiones apertæ, atque opiniones Doctor. receptæ, à quibus non est recedendum.*
40 *Absolutio sententiæ latæ iuris ordine non seruato valet.*
41 *Syndicatus iniquitas* n. 37. & seq. & 411. *&* 413.
42 *Episcopus vbi cognoscit inter suos clericos, debet sine scriptis cognoscere, & iudicare.*
43 *Diabolica vindicta in Vicarium,* & n. 37. *& ante n.* 84.
44 *Officiales de leuioribus non syndicantur,* & n. 310.
45 *Neque contra eos est curandum de apicibus iuris.*
46 *Officiales non tenentur, nisi de dolo, de culpa autem lata non.*
47 *Pro officialibus præsumitur. Et contra eos omnis scrupulosa inquisitio reijcitur, alias frangeretur neruus iustitiæ auctoritasque iudicum deprimeretur, atque vilesceret, & in officia successores lento gradu vel calce procederent, & quadam ex M.T. Cicer. notatu digna.*
48 *Busonius nomine capituli comparens absque procuratoria speciali, vti temerarius atque calumniosus est puniendus* & nu. 50. & 52
49 *Procuratorium speciale requiritur, vbi procurator potest facere incidere dominum in pœnam.*
51 *Procuratorium ad syndicandum debet esse in indiuiduo ad opponendum sic & sic.*
53 *Ratificatio post tempus facta non valet, nec ratificanti prodest, sed obest.* nu. 56. 22. & 34.
54 *Reclamatio facta per Petrum nomine suo, ac fratrum, à quibus non habebat mandatum, nisi sit ratificata infra tempus præfixum ad appellandum non valet.*
55 *Statutum mandans contra aliquem intra certum tempus procedi posse attendi debet, & lapso dicto tempore processus excluditur.*
56 *Lapsus temporis est fortior defectus, quam expressa, vel tacita renunciatio.*

57 *Ratificatio serotina non operatur ad praeiudicium eius, cui ex medio tempore ius est quaesitum.*

58 *Ratificatio facta re non integra non trahitur retro, & est, ac si facta non esset,* & num. seq.

59 *Ratificatio non trahitur retro, vbi aufertur ius quaesitum alij, contra quem ratificatur.*

60 *Qui declarat, nihil noui facit, sed iam factum proponit, & dicitur solum detegere, vt ille, qui grana à spicis excuit,* num 61.

62 *Declaratio tametsi trahatur ad principium actus, non tamen trahitur ad praeiudicium eius, cui ius fuit quaesitum.*

63 L.haeres palam, §. si quis post, ff. de test. declaratur.

64 *Carcerati sub vno iudice non sunt contra eum in testes recipiendi.*
Assignatur ratio, n seq.

66 *Officialis conuentus tempore syndicatus excusatur si non praestat fideiussorem, quia sufficit, vt iuratoriam praestet cautionem.*

67 *Syndicatorum ignorantia, quae est cunctorum malorum mater,* &nu.61.cum trib.seq.
Et nota, quia Ecclesia viris litteratis indiget, & n. 81.

68 *Tempus syndicatus statutum.*

69 *Testes inimici repelluntur etiam in crimine lesae maiestatis & haeresis, in quibus ob illorum immanitatem infames, ac deplorati admittuntur.*

70 *Nec princeps istud facere posset.*

71 *Inimicitiae causa, quae sufficit, probatur,* n. 72. & n. 212.

73 *Notorium haud indiget probatione.*

74 *Acta iudicij inducunt notorium.*

76 *Inimicitia quae grauis, & quae leuis, relinquitur in iudicis arbitrio.*

77 *Testes ex inimicitia etiam praesumpta repelluntur.*

78 *Etiam vbi ex causa minus probabili proueniret.*

79 *Testis inimicus semiplenam haud facit probationem, etiamsi non sit capitalis.*

80 *Testes non admittendi, si admittantur cum clausula, saluis exceptionibus, non sunt in consideratione, & pro non receptis habentur.*

81 *Testes laici contra clericum in causis criminalibus intentatis criminaliter haud admittuntur.* & n. 174.

83 *Etiam in criminalibus exceptis.*

84 *Fallit vbi veritas aliter haberi non potest.*
Declara.n 84.85.
Exemplifica. n.87.
Quid articulandum & quid probandum, vt admittantur. n. 92.93. & 94.

86 *Iul.Clar.contra communem est locutus,* & n. 108.109.

97 *Fatuus esset iudex ille qui ob singularem vnius opin. à communi deuiaret,* & nu.seq.
Et recedenti potest dici. Tibi durum est contra stimulum calcitrare. n. 100.

101 *Contra personam publicam duo testes non sufficiunt.*

102 *Cessat falsi suspicio, vbi cessat commodum.*

103 *Querelantium animus qualis,* & 124.

104 *Vicarij integritas,* & n. seq. *& per totum consilium.*

106 *Temeritas querelantium inexcusabilis.*

107 *Contra iudicem praesumptiones non sufficiunt, sed probationes luce meridiana clariores requiruntur, &* n. 352.

110 *Testium examinatorum defectus,* & num. 124. duobus sequent.

111 *Testes habentes plures defectus repelluntur etiam in causis priuilegiatis, atque etiam vbi aliter veritas haberi non potest,* num.seq & n.118.

113 *Querelae contra iudices sunt probandae ex antiquis actis, non autem ex nouis.*
Scriptura negata est recognoscenda.
Inficiata, fundanti se in illa incumbit onus probandi.

116 *Querelantium testes erunt repellendi vti defectus quamplures habentes, & hoc etiam in causis priuilegiatis,* cum duob. seq.

119 *Canonicus pro canonico non est testis idoneus.*

121 *Donnus Cyprianus, vltra quod sit sicarius, atque irregularis, est etiam vnus ex querelantibus, ex quibus venit repellendus.*

122 *Homicidium respectu presbyteratus dicitur grauius.*
Omne flagitium tanto conspectu in se crimen habet, quanto maior qui peccat habetur, ibid.

124 *Testes ac querelantium conspiratio in vicarium, quapropter illis iure merito non creditur.*

128 *Testes fouentes eandem causam principaliter sunt repellendi.*
Quinimo etiam si in consequentiam, nu.seq.

130 *Testes dicuntur deponere in facto proprio, vix contra agi potest iniuriarum actione.*

131 *Item quando commodum, vel incommodum ad eos potest pertinere,* nu.seq.

132 *Testes dicuntur deponere in facto proprio, vbi tractant de se exonerando.*

134 *Doctori praesertim claro, ac Illustrissimo testanti de consuetudine est credendum.*
Et posito, quod sit dubium quo ad plenam probationem, verum tamen dicitur quo ad praesumptionem, cui standum est, donec probetur contrarium, nu. seq.

136 *Testes fouentes causam consimilium repelluntur.*

138 *Testibus nimium animose deponentib. haud est credendum.*
Item sunt suspectissimi, num. seq.

140 *Testes contra iudicem debent esse omni exceptione maiores, neque tales praesumuntur nisi probentur.*

141 *Arrestum contra nonnullos factum iustificatur.*

142 *In canonicorum Interamnae materia notabilia quaedam.*

143 *Dom. Io. Hieronymi Cherubini querela, explosa cum honore vicarij, cuius deuotio, religio, atque pietas proponitur,* n. seq. & nu. 149.

145 *Canonicorum querelantium contemptus in audiendo concionatores.*
Item in Sanctiss. Sacramenti Eucharistiae adoratione, n. 148. *&* 149.

147 *Clericus non beneficiatus, vel haud in sacris constitutus, non tenetur ad officium domini persoluendum,* & sub n. seq.

150 *Poenarum distributio piis locis facta.*

151 *Testes simplicem negatiuam firmantes, cum sit improbabilis, ob eorum temerariam assertionem sunt puniendi, & qualiter.*

152 *Donni Leonori querela explosa, Item eius absentia ex suo capite,* num. seq. pluribus.

153 *Parochi necessitas vbi illum abesse contingit, relinquendus est prius per ordinarium approbandus,* & 351.

155 *Ordinarius potest cogere absentes ad residendum per censuras ecclesiasticas.*

156 *Dimissoria scripturam exigit,* & n. 349.

157 *Casus scripturam requirentes remissiue,* & n. 309.

158 *Consuetudo altera lex.*

159 *Prioris querelae ab ipsomet sponte destitutae.*

160 *Accusantes Vicarium in quibus reperiantur terminis,* & num. 258.

161 *Verbum iudicis obiter prolatum non irrogat infamiam.*

162 *Officialis non tenetur iniuriarum actione, vbi corrigendi animo verbum iniuriosum protulit.*

163 *Conuitium generale iniuriam non infert, & exemplificatur, & aliud exemplum vide num.seq.de consiliario alteri conuitianti.*

165 *Interlocutoria potest infra tempus debitum per ordinarium reuocari.*

166 *Priores causas esse per locorum ordinarios cognoscendas, ex* S.C.Trid. dispositione.

168 *Vbi agitur de reuocatione interlocutoria coram eodem iudice, tunc illius reuocatio potest fieri etiam è nouis actis.*

169 Re-

169 Relatio duplex, & quæ possit reuocari, & quæ non.

170 Reali in relatione oportet transmittere acta.

171 Relationis exemplum paribus dandum debet esse manu publica, & de reuocatione, n. 172.

173 Notario de extraiudiciali confessione deponenti standum non esse.

175 Testi deponenti ad se exonerandum non est credendum.

176 Testis tractans de se exonerando non probat.
Et est suspectius n.seq.
Et eis vti deponenti in quo laus, vel opprobrium potest euenire non creditur, n. 178.

179 Testes pauperes viles, & abiecti non probant.

180 Incauta locutio potest reuocari etiam non docto de errore.

181 Et huiusmodi reuocatio haud irrogat infamiam, præsertim antequam sit processum.

183 Confessio in figura iudicij facta in criminalibus non nocet.

184 Pars simpliciter confitendo delictum, quod non est, non per hoc potest inducere delictum vbi non habetur, neque est.

185 Iudex potest quandocunque corrigere suum errorem,

186 Item & mutare siue errauerit in processu, siue in interlocutoriis.

187 Iudex potest motu proprio reuocare suam interlocutoriam maxime non demandatam executioni, n. seqq.

189 Iudex debet errorem suum corrigere etiam nemine instante.

191 Iudex motu proprio propriaque auctoritate potest corrigere errorem suum.

192 In iudice, qui dicitur vir bonus, non cadit dolus, quæ regula procedit in vicario præcipue viro probatæ fidei laudatissimo atque nominis, & famæ integerrimo sub num. seq.

193 Præsumitur pro iudice actum gerente.

195 Commodum & vtilitas dicuntur doli causa, quibus cessantibus dolum cessare est necesse num. seq.

197 Sententia iudicis, aut arbitratoris, licet sit iniusta, non tamen dicitur dolosa, & quare.

198 Pœna cessat, vbi non delictum est.

199 Dolo cessante de pœna tractari non oportet.

200 Falsitas quæ non nocet nec ordinarie, neque extraordinarie, est punienda secundum quamplurium Doct. opinionem, vide n.seq.

202 Falsitas vt committatur, tria requiruntur & quæ.

203 Inspicienda est vexationis causa, vnde originem duxerit, quando vicarius de bonis operibus dilapidatur & sub n...

204 Tritissimum est in iure, Tutius, sanctiusque esse nocentem absoluere, quàm innocentem condemnare.

205 Etiam in crimine stellionatus requiritur dolus.

206 Dolus non nocens secundum ll. non punitur.

207 Disputatio ac discussio hæc habita est ad splendidiorem demonstrationem innocentiæ, atque integritatis vicarij, ad querelantium confusionem, & n. 110.

208 Iudex potest officium mercenarium exercendo non postulatum interponere circa illud quod radicatur in illius persona, vt faceret pronuntians, & valet etiam sine partis petitione.

209 Item potest exercere officium parte etiam non petente, in illis, quæ pertinent ad suum decorem.

210 Item potest iudex interponere officium non postulatum motu proprio circa illud, in quo publica versatur vtilitas.

211 Item in casibus in quibus versatur priuata, si concernat ipsius iudicis honorem.
Idem in illis, quæ principaliter iudicis personam iurisque publici obseruantiam concernunt. ibidem.

213 Actori verba emendare non est prohibitum, & 190.

214 Sententia est de actis.

215 De actis standum est simplici iudicis relationi.

216 Interlocutoria interpretatio per eundem iudicem, bene potuit fieri, n.seq.

218 Prætores omnesque iudices possunt sententiam latam corrigere, & emendare.

219 Iudex potest emendare suam sententiam circa verba.

220 Tota præsens disputatio fuit ad reprimendum querelantium animos, & sup.n.107.

221 Interamnæ nouum esset, nisi officiales suos dilacerarent, vexarent calumniarentque.

222 Calumniari dicitur actor eo ipso, quod non probat, & numero 258.

223 Dolus & calumnia præsumitur in illis, qui obiecta haud probant.

224 Vicarium dilacerantes puniri debent, nec valeret consuetudo, vel statutum, quod calumniatores non puniantur.

225 Et eo magis stante bona fama Vicarij, de qua nu. seq. & sup.nu. 203. & sup. num. 232. 240. & 248. 249. & sub n. 253 cum plurib. seq.

226 Accusantes vicarium vltra pœnam iuris, quam ferunt, debent etiam mulctari, & n.seq.
Et qualiter relatiue, n. 255. & 256.

227 Clericus subdiaconus calumniam illatam haud probans qualiter punitur, n. 258.

228 Accusantes vicarium, vt inimici, erant ab accusando repellendi, qui etiam effecti sunt irregulares, num seq.

230 Honor, & vita æquiparantur.

231 Accusator, actus notabilis & n. 105.

233 Vicarius gessit officium in multis difficultatibus, atque in ciuitate seditiosa.

234 Interamnensium natura quæ.
Quæ probatur eleganter, sub nu. seq.

235 Experientia veritatis lumen.
Item rerum efficax magistra, nu.seq.
Et valet argumentum ab experientia n. 238.
Nec meliorem habemus testem, quam natura ipsa, quæ mentiri non potest n. 239.

240 Vicarius fuit sacrorum canonum, atque S. C. Trident, ac Bullarum Sanctissimi executor moderatus.

243 Alex. de Imol. auctoritas, eiusque innumeræ laudes, vsque ad nu. 47.

248 Vicarij bona vox, & fama in genere, ac in specie probata & pluribus seq.
Quæ in omnibus solet esse proficua, per eam enim confunduntur suspitiones n. 249.

250 Vicarius, qui ritè, rectè, piè, atque laudabiliter in omnibus se gessit, est absoluendus & qualiter.

251 Dolum erga vicarium fuisse ex professo adhibitum inficiari haud potest, ex quo in eum quamplura sunt contra ius attentata.

252 De bonis bonæ vitæ effectibus consilia adnotatur.

253 Iudicis fauore bona fama præualet malæ etiam vbi mala in specie, bonaque in genere esset probata, nu seq.

256 Vicarius vltra damna, expensas, interesse, iniuriasque atroces passas, dilaceratus incedit, ac sui dilacerantes gloriosi incedunt de suis calumniis, quas iudices tenentur repellere.

257 Æquitatem præ oculis habent boni iudices.

259 Accusatoribus nimium fauorem fuisse præstitum, verum quo maiori conatu hæc acta fuère tanto infirmiora esse debent apud graues, sapientes, integerrimos iudices, quorum proprium est hominum audacias, ac malitias proterrere, innocentibusque subuenire, n. 260.

262 Dubia tradita, sed primum defectiuum, n. seq.

264 Opponendo ac disputando veritas clarius elucescit.

265 Sæpius agitata magis splendescit in lucem, & latens argumentis & collationibus aperitur, n.seq.

267 Ferro viam aperit, qui contraria transit.

268 Sicuti aromata magis redolent, quanto magis conteruntur, sic & veritas quanto magis conteritur, & oppugnatur, tanto clarior expulsis nebulis in lucem progreditur.

269 Veritatis sectatores Deo placent.

270 Veritas super omnia amanda est.

271 Veritatis vis secundum Isidorum.

273 Veritas quid secundum Baldum.
Alia deffinitio siue magis descriptio secundum eundem, num 276.
Item quid secundum Affl. post alios relatos, n. 274.

275 *Veritas omnia vincit mater iustitiæ*, n. seq.
Et veritati omnia cedunt, n. 277.

278 *Iudex minister Dei debet inhærere veritati, atque illam adiuuare quibuscumque modis*, cum seq.

281 *Iudex tenetur occurrere scandalis etiam recedendo à regulis iuris.*

282 *Facienti ea, quæ debet, culpa ascribi non potest.*

283 *Culpa qualibet etiam leuissima abesse præsumitur ab eis, qui dant operam rei licitæ donec probetur contrarium.*

284 *Culpa non imputatur alicui, vbi ex illa damnum non contingit.*

285 *Argumentum pro vicario, ratione fundatum.*

286 *Excommunicatio vbi fit pro aliquo, tunc non oportet illud esse mortale quinimò nec veniale.* & nu.

287 *Item non oportet tunc quem esse contumacem, sed sufficit, quod sit inobediens.* nu....

288 *Veniens contra præceptum superioris peccat mortaliter, & potest excommunicari.*

292 *Dolus esse dicitur contra eos, qui sui superioris mandatum transgrediuntur, & quare.*

293 *Prælatus promptus esse debet in puniendo.*

294 *Et inobedientia inducit peccatum mortale.*

295 *Quando aliquid præcipitur sub pœna excommunicationis, tunc illud, quod est veniale, obtemptum efficitur mortale,* & n. 297.

298 *Querelantes tenebantur parere vicario.*

299 *Rationem efficacem sufficit adducere pro lege.*

303 *Contumax potest excommunicari absque citatione*, & seq.

311 *Negatiua probatur, per librorum aperturam.*
Item per instrumentorum inspectionem, n. seq.

313 *Ordinarius etiam censuris ecclesiasticis annexus modo in ministerio ecclesiæ tolleratus potest vtilia, atque ad legem pertinentia gerere, ex quo sibi incumbit ex officio*, & nu. 317.

318 *Ordinarius à fidelibus sibi subditis requisitus potest concedere facultatem absoluendi excommunicatos.*

319 *Delegabilia sunt de iure canonico illa, quæ sunt mixti imperij.*

320 *Specialia triginta tria contra regulas iuris remissiue, & adde videndum infra* n. 105.

321 *Casus præcepti facti fuit per summum Pont. approbatus, & quid clericis è carceribus liberatis fuerit iniunctum*, n. seq.

322 *Meritis merito honor est tribuendus.*

323 *Honor virtutis præmium, & alia notabilia.*

324 *De gestis per summum Pont. atque de illius potestate disputare fas non est.*

325 *Item multa notatu digna de Principe, ac de Principis potestate recollecta habes* in textu seq. ad num. 344.

345 *Fatuum est se intromittere, vbi Papa manum apposuit.*

346 *Quod Papa confirmat, nemo infirmat.*

347 *Absurdum magnum esset, si inferior posset rescindere sui superioris gesta.*

348 *Non potest inferior se intromittere super sui superioris factum etiam nullum.*

352 *Probationes contra officiales debent esse sole clariores.*

353 *Succumbant vexantes temere vicarium.*

354 *Accusatoribus non probantibus plene, nec legitime reus, etsi nil probauerit, venit absoluendus diffinitiue, etiam si accusatoris intentio fundata esset super negatiuam*, n. seqq.

356 *Etiam crimine falsi debet probatio de necessitate concludere & strictior esse debet.*

357 *Adeo vt actoribus non probantibus eos iniuriarum actione conuenire potest vicarius calumniatus, & sunt etiam damnandi*, nu. 358. cum seq & nu. 401.

361 *Memoranda documenta pro iudicibus, illorumque pœna, nisi illa obseruauerunt*, & nu. seq.

363 *Iniustus iudex inter animalia bruta est connumerandus.*

364 *Iudex corruptus iniustam proferens sententiam, efficitur infamis, atque parti læsæ tenetur, & exemplum memorandum*, vide n. seq.

366 *Iudices iusti, beati, & horum memoria debet extolli, iniustorum autem aboleri.* & n. 360.

368 *Ira diuina lento procedit gradu ad vindictam, tarditatemque supplicij grauitate compensat, & idem* nu. seq.

370 *Subscriptio alterius Iurisconsul. cum vicarij commendatione* & nu. 379 & 413.

375 *Ordinarius etiam suspensus potest excommunicatos absoluere.*

380 *Nihil inter homines est sic indubitatum, quin possit licet iustissimum suscipere quandam solicitam dubitationem, leges enim sæpe cauillantur, & captantur, ita ad diffiniendum homines sunt faciles.*

381 *Item nihil tam clare tamque aperte verbis potest proferri, quod non maligna sophisticaque interpretatione euerti possit, & quare*, n. seq.

384 *Ad dissentiendum homines sunt faciles.*

385 *Leges calumniantur, & captantur*, cum seq.

387 *Adimpletum in vicario dilacerato dictum notabile Magistri Sententiarum ac aliorum dicentium ambigendum non esse, omnem humani eloquij sermonem calumniæ atque æmulorum contradictioni semper obnoxium fuisse, & quare, vide* in textu.

388 *Accusatores acriter contendere contra agnitam veritatem, quæ vtinam haberet tot inuentores, quot habet contradictores*, num seq.

390 *Vicarius patuit inuidorum morsibus.*

391 *Partes iudicare debentium quæ*, & n. seq. *Quod declaratur*, n. 393.

394 *Vicarius dilaceratus de bonis operibus, atque de ingratitudine satisfactus*, & n.....

395 *Ingratitudo quid.*

396 *Ingratus non dicitur viuere moraliter.*

397 *Multa notanda dicta pro vicario ibi*, ad n. seq. item vsque ad n. 408.

399 *Apud iudicem non debet esse acceptatio personarum.*

409 *Iudex de quibus sit syndicandus*, & n. seq.

411 *Syndicatus causa quæ.*

412 *Cupiditas radix omnium malorum.*

413 *Vicarius syndicatus sub iudice, qui ab eo fuit per sententiam parochiali priuatus, atque etiam ab eodem processatus, & eidem de falso delatus.*

414 *Inuidia cõtraria virtuti, quæ labefactari haud potest.* n. seq.

419 *Causa atque vicarij innocentia splendidissima facta est, atque posita extra omnem controuersiam.*

420 *Prolixas, atque verbosas disputationes euitandas esse.*

421 *Ob religionis reuerentiam atque S.R.E. decorem multa in consilio fuere de industria omissa, contra dilacerantes, atque cupidos, qui in quibus gradibus, ac terminis honoris repeririantur aliorum sit iudicium.*

In te Domine speraui, non confundar in æternum.

IN hac præsenti causa syndicatus, si syndicatus est nominandus, quia multum animose, atque malo zelo mota fuit, atque procurata per nonnullos clericos Interamnæ, qui fatigauere, atque inquietauere lite iniquissima eorum vicarium virum integerrimum, & contra quem cuncta stricte discutiunt, neque erant contra eum ita rigide procedendum, vt infra post *n.18.* multa se offerunt digna consideratione, ex quibus perspicuo de eiusdem vicarij iniuste vexati impieque dilacerati indubitate apparet innocentia. Et non conterendo tempus in multiloquio, prudentissimo, stomacari solet, vt exordia cum Francisco Aret. *in cons. 11. in prin.* 1
Reiectisque etiam quibusdam aliis, quæ ad pompam potius quam ad esse rei faciunt, vt exordiar cum Barto. 2
in l. edita, C. de eden. & Isac. *in cons. 8. in prin.* atque Roland. *in cons. 59. volu. 2. & 16. & 63. in 3.* Quinimo rem 3
perstringendo in claris terminis, in quib. tam stultũ est argumentari, quam sub clarissimo sole mortale lumen offerre, vt docuit Quintil. *li. 5. oratio. Insti.* referente eo. Roland.

Roland. *cons.71. in princ. vol.1.* Sed substantialia dun-
4 taxat , & ad rem conferentia attingendo , vt docuit
Bald. *auth. ex causa, in princ. C. de liber. praeter.* & reas-
sumpsit Iason *in consil.3. in princ. volum.2.* Roland.
consil.34. in princip. volum.1. dicitur inprimis, quo ad
excommunicationis præceptum , ob quod conitura-
5 tum fuit in vicarium, dicitur, quod de vicarij manda-
to fuit per Dominum Paulum sacristam facta moni-
tio clericis , vt singulis non autem capitul. vt primo,
6 atque in secundo processu constat. Nec quicquam
obstat si diceretur , non fuit monitio canonica , id est
cum debito dierum interuallo, vt requiritur, & habe-
7 tur *in cap. statutum , de sentent. excommun. lib.6.* quo-
niam ex eodemmet tex. respondetur , illud verum es-
se, nisi facti necessitas suaserit aliter , quod & etiam
8 habetur *in cap. statuimus eo. iuncta gloss. ibi, nisi necessi-
tas aliter suaserit.* Et quod tempore memorati præ-
cepti necessitas suaserit sic , probatur expresse ; non
9 enim aderat dierum interuallum à die vigiliæ ad diem
festum S. Catharinæ, & hæc quo ad monitionem. Vl-
tra quod excommunicatio absque monitione valet la-
ta per ordinarium, & tenet, vt voluit Rot. *decisio 10.*
10 *de sentent. excommun. in antiquior.* Quo verò ad præ-
cepti validitatem clarum est in iure nostro, in excom-
municatione pro futuris culpis haud requiri monitio-
nem, puta, nisi in termino satisfecerit, quod idem so-
nat, nisi ad missam conuentualem, quam maiorem vo-
cant, atque ad primas, & secundas vesperas in Eccle-
11 siam sanctimonialium S. Catharinæ in die illius festi
non interfuerint , quoniam dies tunc interpellat pro
homine, vt post relatos tradit Felin. *in capit. cum sit Ro-
mana. num.22. de appellat.* Dec. *in cap. reprehensibilis, nu.
4. eodem,* & per Gabriel Roman. *in suis commun. conclu-
si. prima de citati. num.156. ad diem,* & per Felin. *in ca-
pit. sacro approbante consilio, numer.4. de sentent. excom-
12 mun.* futuræ culpæ aderant rectis oculis intuenti, quo-
niam vlla ratione haud est credendum mentem san-
ctissimi Papæ fuisse in monialium abdicatione facta,
atque in illarum consignatione suis diæcesanis iniun-
cta ; moniales consignatas per episcopos regi , guber-
narique quo ad vesperas , Missas , confessiones sacra-
mentales, & his similia, sed mediantibus eorum cleri-
13 cis ipsius ordinarij inferioribus. Quæ quidem clerici
moniti ex industria tenuentes aliqui , quinimo perti-
naciter maiorem, atque ad vesperas debitas ex disposi-
tione Bullæ, contempsere, postea quam in cathedrali
adimpleuerint adimplenda , atque persoluerint per-
soluenda interuenire ad missam Sanctissim. alias inui-
tis dentibus fatendum esset Bullam prædictam seruire
14 de venia. quod est minime admittendum. Aderant igi-
tur, aderant futuræ culpæ respectu clericorum non fa-
cientium illa ad quæ tenentur, argumento tex. *in regu-
la, qui non facit.* vbi gloss. alia iura similia citat *ff. de reg.
15 iur.* vbi Dec expresse notat, quod non facere dicitur
16 facere in pœnalibus. Clarum est enim valere excom-
municationis sententiam in pœnam delicti sine mo-
nitione, vt per Dec. *in d. capitul. reprehensibilis, num.1.*
Niell. *qui declarat 51. concord. gloss.3. & 3 fallentia.* Felin.
d. capitul. sacro, nu.5. & Gabriel. Romand. *eadem conclu-
17 sio.1. n.159.* Item valet excommunicatio pro negligen-
18 tia. *gloss.11. quaest.3.* placuit *& de consecra. di.1.* nemo siue
igitur reperiatur dictum præceptum factum pro futu-
ris culpis, siue in pœnam delicti, siue pro clericorum
culpa atque negligentia, valet, atque omnino tenet per
prædicta, neque ob illud poterat vicarius vexari, cum
contra officialem non sit agendum rigide , vt tradit
Deci. *consil.1. num.7.* & nouissime adde per Bertaz.
19 *cit. consil.91. num.4.* Item superioris præcepto iusto
est parendum , *cap.2. de maio. & obed. & 13. quaest.1.*
20 Et prælatus debet esse promptus in puniendo inobe-

dientes ex sententia Apostol. relata *in cap.1. de postul.
pral.* vbi Dec. *19. notab.* alia ad propositum facientia
producit. Hæsitatio fit, vt audio, ex eo, quia præsup- 21
ponitur dictum excommunicationis præceptum sine
scriptis factum fuisse , & sic iuris ordine prætermisso,
de quo *dicto cap.1. de senten. excomm. in sex o.* Hoc ne- 22
gato; quoniam morosus Prior, atque alij obnoxij de-
bebant de illa intra mensem petere exemplum, vt di-
cit pro parte eorum allegatus text. Et vbi vicarius
tunc requisitus, siue interpellatus illud in scriptis pe-
tentibus non ostendisset , atque illius copiam postu-
lantibus ipsis non decretasset , possent vtique isto in
casu querelantes pro certo asseuerare. At ponto etiam 23
citra præiudicium veri, rem ita sese habuisse ; adhuc
respondetur dictum præceptum vicarij intuitu vali-
dum , quoniam in illo tunc non aderant illic ad scri-
bendum necessaria, prout ita in terminis terminanti-
bus respondet gl. * communiter recepta *in d. c.1.* quæ *
militat proprie in casu nostro. In cathedrali non ad- 24
impleta erant adimplenda, quando Donnus Pompeius
retulit vicario in choro assidenti die dicta festi S. Ca-
therinæ de mane , illic haud Missam ad celebrandam
sacerdotem adesse, & illuc aduenissent atque adessent
illust. Dom. Gubernator hodie Episcopus Venusinus,
Magnifici D D. priores ciuitatis, & denique numero-
sus vtriusque sexus populus pro audienda missa in ea-
dem die festi solemni.

Et quod propterea murmur aderat atque genera- 25
batur scandalum. Et relatio hæc fuit nempe causa 26
proxima , ob quam non minus iuste , quam pie fuit
motus vicarius ad illud præceptum sic promulgandum
pro vitandis scandalis , atque tollendis murmuratio-
nibus quod nequaquam promulgasset etiam lapsis pri-
mo ac secundo scandalis, vt quia primam illius moni-
tionem contempsissent , atque vicarium increpassent
ex eo, quod illis dixisset.

*Signori Canonici, non pontate il R. Don. Serafino per questa
fiata: perciochè io hollo mandato à dire messa per disagio,
& à buon fine in S. Caterina.*

Causa vero iusta, atque rationabilis fuit, vt iam di- 27
ctum est, bulla illa Sanctissimi, de qua in actis, ex qua
cum sit præcipua, illi contraueniens obligatur ad mor-
tale peccatum, abundant ad hoc iura *in cap.2. de maior.
& obedi. 11. dist. si qui sunt, & 24. quaest.1. quod percipitur,
& 8. quaest.1. sciensium cum suis similibus citatis* per Dec.
in cap. nam concupiscentiam, n.1. & per Felin. *ibi in princ.
de constit.* Et bulla prædicta præcipit ordinariis omni-
bus in virtute S. obedientiæ, & vt in illa, quatenus li-
benter suscipiant Monialium regimen in spiritualibus,
atque temporalibus, eisdem ordinariis dando plenam
liberamque regendi, & gubernandi potestatem, vt fu-
sius in ea habetur. Et in illo temporis momento non si- 28
ne scandalis alias transituro non aderant, ibi, nec scri-
ba, neque ad scribendum necessaria vt explicite testati
sunt Donnus Cherubinus, Donnus Paul. notus, ac alij,
& scandalum imminebat. Sileat igitur regula text. 29
præcitati, insurgatque opin. gloss. * approbatæ à Do- *
ctoribus limitantis illum text sic. Et adde, quod limi-
tationem hanc tenent etiam Sum Sylu. *verbo excommu- 30
nicati, il primo n.14.* & Fel. *eod. cap. sacro, nu quarto,* quæ
placuit similiter Socin. *ibi d. n.371.* Sed quid plura, que- 31
relantes excommunicati ob contemptum de industria
renuere absolutionem accipere ab illis quatuor sacer-
dotibus confessarus approbatis, atque ab ipso d. vica-
rio tunc specialiter delectis insolidumque deputatis,
vt cum iuramento interrogati deposuerunt Donnus
Cherubinus , Donnus Bartholomæus canonici , at-
que alij in processu testium. Et si diceretur , vica- 32
rius erat ab ecclesiæ ingressu per mensem suspensus.

33 ob prætermissam formam iam dictam, & sic irregula-
ris hoc primo negato respondetur secundum do Felin.
*in d.cap.*Rodulphus,*n.35.de rescript.* atque Gram.*decis.*
105 *nu* 60. leges pœnales vim non habere nisi post de-
clarationem,quæ nullibi facta reperitur. Item in for-
tioribus terminis dicitur, quod tametsi esset vicarius
34 irregularis,(quod negatur,) quod nihilominus retine-
bat iurisdictionem, qua non erat propterea priuatus:
vnde dubio procul poterat vicarius tutè censuris an-
nexos absoluere,ita quæst.hanc in terminis terminan-
tibus format, atque pro vicario resoluit glos. illa, quæ
ponit falcem ad radices *in d c.sacro.*verbo interdictum
videant ropo iurisdicentes eam,est enim vt dixi in pro-
priis terminis nostris, & omnem tollit hæsitationem.
35 Item respondetur, quod retinebat vicarius vsum cla-
uium,quoniam haud reperiebatur in illis duobus casi-
bus conc.Consta.ita signanter inquit Magister Victo-
ria *in eius sum.sacram fol.mihi* 181.& in terminis etiam
36 fortioribus *fol.*194.*vers secundo.*vbi inquit,cum quibus-
cunque excommunicatis licitum esse in vtilibus ac in
37 ad legem pertinentibus participare, poterat igitur vi-
carius illo etiam in casu in pertinentibus ad officium
vicariatus.atque in vtilibus clauibus vtens, innodatos
per alios sacerdotes confessarios censuris non an-
nexos,ab eod.vicario delectos,atque deinde detentos
in solidum absoluere,nisi renuissent,cum vicario istud
38 ex officio suo incumberet. Querelantibus igitur per-
fide adscribendum est,qui ex falsa suggestione illorum
Aduocati de Gubernatis fuere decepti,& hæc pro vi-
39 carij perspicua defensione sufficiant in isto passu.Et de
suggestione Archid.habetur *in capitul cum accessissent.*
*de cum de const.*Et pro vicario adsunt decisiones aper-
tæ, atque rationes concludentes, necnon opiniones
Doctor. crebriores atque vsu receptæ,à quibus in iu-
dicando non est recedendum,ad tradita *in c.ne innita-*
*tis.de const.*Item quod valeat absolutio talis sententiæ,
40 determinauit Rota *decis.7. de sent. excom. in nouis.* Et
istud haud erat hic prætermittendum,sed perpetuo no-
41 tandum ad detegendam iniquitatem edicti promulga-
ti de syndicando vicarium, atque syndicata, quod in
syndicatu inaudito coram episcopo erat sine scriptis
procedendum,iuxta text. & gl *ibi in §.necessitatem,in*
Authent. vt iudic. sine quo, suffrag. & in §.primo in Au-
42 *thent.vt cleri apud propri.Epis.*vbi Bart.*ex ea constitutio-*
ne notat,quod quando Episcopus cognoscit inter suos
clericos,habet sine scriptis cognoscere, atque iudica-
re,quod in vicario obseruatum haud video ob diabo-
licam in illum vindictam, quia non erat de leuioribus
43 vti fuit,syndicandus,at tradita per Iason.*in l.1.n.9.C.vt*
44 *omnes iudi.& inferius habetur.*Item neque contra eum
45 erat curandum de apicibus iuris,vt per Bald. *in consil.*
165.*vol.*3. officiales etenim de generali consuetudine
46 non tenentur nisi de dolo, & barataria, de culpa au-
tem lata non,per Bald.*in l.obseruare § proficisci,quæst.*15.
& 18. ff. de officio procon. & lega. ac per Amad.*de syndi.*
*n.*186.vbi post Accur.citatum dicit,quod de consuetu-
dine,& per statuta ciuitatum officiales haud syndican-
tur nisi de furtis, pecunia accepta & male ablatis, &
cæteris barattariis, de iniquis autem sententiis, & per
imperitiam male latis non,vt per Bertaz.vtrobi.& pro
quibus præsumitur *leg.2. C. de officio ciui. iudi.* & per
Bald.§.*proficisci,x.quæst ad fi.cum aliis citatis* per Gram-
mat. *crim. cons.*54. atque etiam cum conco. de quibus
nouissime per Bertaz.*criminal.consilio* 71.*n.*8.*&* 81.*nu.*
47 7. Et contra quos scrupulosa inquisitio omnis reijcitur
alias frangeretur neruus iustitiæ auctoritasque iudicum
deprimeretur, atque vilesceret, & in officio successo-
res lento gradu vel calce procederent, vt per Gram-
mat.*d.cons.*54.*num* 3. vbi retulit Paris de Pute.*quod per*
duas colu. exclamat ad iudicum fauorem,fol.mihi 92. &
fusius vt.in locis memoratis.Adde etiam notanda ver-
ba Ci. *in oratio. pro Lucio Flacco. in secunda parte pag.*
mihi 170 *b.*dicentis ad verbum. O conditiones mise-
ras administrandarum prouinciarum, in quibus dili-
gentia plena simultatum est, negligentia vituperatio-
num, vbi seueritas periculosa, liberalitas ingrata, ser-
mo insidiosus,asseueratio perniciosa,fraus omnium fa-
miliaris, multorum animus iratus,iracundiæ occultæ,
blanditiæ apertæ, venientes prætores expectant præ-
sentes inseruiunt, abeuntes deserunt. Circa querelas
nomine capituli porrectas per ser. Rutilium *d. nomine* 48
comparentem expresse sine mandato procuræ speciali,
atque in indiuiduo,vt de iure requiritur,vt infra, cum
posset facere incidere dominum in pœnam iux.*theori.*
Bar.communibus calculis apud.II. vertices approbatam 49
*atque traditam,*per Ias.*in l.si procurator,nu.7.ff. de cond.*
indeb.& tradita per Card. Paris.*cons* 100.*nu.*7.*in* 3. Ro-
land.*cons.*71.*in fi.lib.*1.Natt.*cons.*445.*num.*2.3. Curt.
iun.*cons.*147. *in fin.* & alibi sæpe per scriben. dicuntur 50
non potuisse admitti de iure, & quod procurator iste
venit vti temerarius,ac calumniosus puniendus pœnis
debitis,de quibus 5.*q.*6.*can.*1.*& seq.*requirebatur certe 51
procuratorium speciale ad opponendum sic, & sic vt
habetur *in c.procurator,de electio.in* 6.& tradit Spec.*tit.*
de procura.§.1.post nu.15. & habetur *in clemen.secunda*
de procu.a que probat.l non solum §.fin ff.eo. Nec obstat, 52
si diceretur querelæ illæ fuere per canonicos ratifica-
tæ,quoniam ad hoc respondetur,quod eorum ratifica-
tio vti serotina vic.respectu, cum sit post tempus de-
cursum facta, nil valeat, neque ratificantibus ipsis
quicquam prodest. Bene verum est, quod eis obest,
oberitque semper; & ad hoc probandum produco
cons.do.Alexand.Imo. qui compulsus respondet eius
*cons.*101.*nu.*3.*vol.*2. quod reclamatio facta per Petrum 53
suo nomine proprio,atque fratrum,à quibus non ha-
bebat mandatum,nisi sit ratificata intra tempus ad ap-
pellandum non valet.neque tenet appellatio,siue pro-
uocatio,*l.vt bonorum.ff.rem rat.habe. l. prima, cum illic*
*ad not.*post gl per Bart.*ff.de appella.recip.*cum aliis per
eum allegatis loco præcitato, quibus adde vt per Ia-
cob.de S.Georg.*in l.1.C.qui admi.ad bono.pos.nu.12.&*
*in l.licet verum ff.de iudi.num.6.*vbi etiam subiungit se
ita pluries fecisse iudicari, & per hoc mandat notari:
Adde etiam ad idem Gabriel. Eugubin. eius *cons.*186.
n.30.& 31. vbi * communem inquit, subiungens pro- *
bansque, quod temporis lapsus est fortior defectus, 54
quam renunciatio expressa siue tacita,quia ex quo de-
negatur audientia,processus redditur nullus,vt per Ias.
cons.165.colu.2.& 168.vol.2.& per Vant.*de nullit. tit.ex*
defectu inhabi.compa.num.51.& seq. Et statutum man- 55
dans contra aliquem intra certum tempus procedi
posse, debet formaliter attendi, ita vt lapso tempore
præfixo processus excludatur per Marsil. *cons.69. in*
*princ.78.nu.8.117.in princ.*Syluan.*cons.7.num.2.* atque
per Bertaz *d.cons.71.n.1.& 2.*qui prædicta allegat Item 56
respondetur,quod ratificatio illa serotina non opera-
tur,vt proxime dixi ad præiudicium vicarij,cui ex me-
dio tempore fuit ius quæsitum, ita per Afflict. *decisio*
335.*ante nu.*13 Natt.*cons.*252.*num.*9.*cons.*26.*num.*4.*&*
cons.penult. Dec. *consil.*460. Fabr. *in suo breuia.vtili su-*
per C.l si filius familias ad SC. Maced. Soc. *consil.*126.
*num.*1.*lib.*4. quod considerauit subtiliter rectis oculis
intuenti, Eugubin. *loco superius citato,* cuius adde per 57
Tobi.*cons* 56.*nu.*3.& Iacob.de S.Georg.*d.l.1.num.*13.
Item respondetur quod ratificatio facta re non inte-
gra non trahitur retro,vt per Alexan. *consil.*110. *vol.*3. 58
vbi Apostil. quamplures concordan. aduocat. Et est
perinde ac si non esset facta quoad vicarium, licet se- 59
cus quo ad ratificantes, per ea quæ tradit Alexand.
*consil.*126. *in* 2. Vbi ratificatio non trahitur retro,
quando

quando aufertur ius quæsitum ei, contra quem fit,
59 quod post relatos comprobat atque sequitur Roland.
cons.78. num 24.25. lib.3. quibus adde per Iacob. de S.
Georg. in l. si tutor tuus, sub nu.11. in tertia limit. C. ex
60 quibus causis. † Et si diceretur aduerte, quia non est
ratificatio, sed declaratio actus præcedentis, quæ qui-
dem declaratio vtique potest fieri ex isto, quod qui
declarat nil noui inducit, sed quod obscurum est, co-
opertumque, ab eo detegitur, atque illuminatur, illu-
minatumque proponit, l. hæres palam, § si qui post. ff. de
61 testam. † Et dicitur solum detegere, sicuti qui excutit
grana à spicis, vt eleganter inquit Fulgos. cons.148. co-
lumna fin. de quo meminit Roland. cons. 57. nu.27. lib.3.
62 † adhuc respondetur, quod quamuis declaratio traha-
tur retro quo ad principium actus, quod non pro-
pterea retrotrahitur ad præiudicium Vicarij, cui per
medium tempus præfixum, atque lapsum ius est quæ-
situm, ita per plura respondet Roland. omnino viden-
63 dus eius consil.46 nu 38 volum.1. † Et ita ego intelligo,
64 atque declaro text. in d. §. si qui post. † Quo vero ad
querelas alias, est sciendum, quod generaliter omnes
illi, qui fuere per Vicarium carcerati, non possunt con-
tra eum in testes recipi, vt habetur per Grammat. cons.
65 criminal 46. quod est notatu dignum. † Ratio esse po-
test, quia non sunt omni exceptione maiores, vt requi-
ritur per Grammat. criminal. consil.35. nu.36. quem se-
quitur Pract. Carer. in princip. sub numero 165. vbi alia
multa ad propositum addit, & nouissime per Bertaz.
66 d. consil.71. numero 11. vbi alios concord. citat † Est &
etiam notandum vnum aliud, videlicet quod officia-
lis conuentus, tempore syndicatus, in syndicatu excu-
satur, si non præstat fideiussorem, quia sufficit, vt iu-
ratoriam cautionem det, per Roland alios conuocan-
tem consilio 43. nu.23. volum.1. ex quibus perspicua de-
67 tegitur iniquitas syndicatorum, imperitiaque † quæ
est cunctorum malorum mater. 38. distin. ignorantia,
quoniam eo abundante ignorantia supina admisere
contra Vicarium testes sub ipso carceratos, ipsumque
etiam in defectu fideiussionis non præstitæ, declara-
uere retineri, pariterque retinuere in illius thalamo
sub pœnali præcepto de eo non abeundo, recedendo-
ue absque licentia, licet sæpius fuerit postea ei con-
68 cessi. † Item illum detinuere in syndicatu per quatuor
menses, tam contra formam statuti laicorum, quam
etiam contra iuris communis dispositionem: de qua
in rubric. & nigr. C. vt omnes iudic. & tamen circa præ-
69 dicta, cuius dispositio lippis, ac tonsoribus est nota. †
Omnes etenim non ignoramus testes inimicos repel-
li etiam in crimine læsæ maiestatis vel hæresis, in qui-
bus ob illorum immanitatem infames, atque deplora-
ti admittuntur, vt tradit Bartol l. in quæstionibus, ff ad
leg. Iul maiest. & late habetur per Ludouic Carer. in
sua pract. criminal. pagina mihi 126. column. prima, in fin.
& colum. secunda. in princip. atque in tractat. de hæret.
post numerum 18. vbi concludit esse inhabiles, & ad
hoc quamplures aduocat. concord. Menoch. in suo
70 tractat. de arbitr quæstio 28. colum.1. † Vbi etiam probat
principium istud haud facere posse vt inimici testimo-
71 nium recipiatur. † Et in proposito sufficit probare
caussam inimicitiæ fuisse commissam per Grammat.
72 dict. decis.86. nu.6. † quod modo inimicitiæ caussa fue-
rit commissa, constat ex carceratione audacissimi Prio-
ris, ac aliorum, ob quam Vicarium omnium iudicio
virum integerrimum, dilacerarunt, calumniaruntque,
73 † Quæ quidem canonicorum carceratio cum sit vn-
* dique notoria, probatione non indiget, iuxta gloss. *
communibus calculis receptam in clement. appellanti,
de appellat. at tradita per Natt. eius consil.174. numero 3.
& 265. numer.1. & probatur etiam de illa in processu
74 per deducta per illos in actis, † quæ inducunt noto-
rium, vt tradit Natt. consil.540. num.7. ex illo insigni
dicto Innoc. in cap. examinatione, colum. fin. de appel-
lat. & in cap. olim. vbi etiam Abb. de verbor. significat.
† Et quod inimicitiæ caussa sit talis, vt repellat testes, 75
probatur, malo zelo, ex modo procedendi. Item ex
tot, ac tantis immanitatibus, iniuriisque atrocibus, ex
quibus probatur de rigiditate, atque de sæpius allega-
ta, oppositaque inimicitia ad repellendum testes re-
quisita, vt per Grammat. vt supra numero 7. & decisio.
54. nu.26. post Iacobin. de Sancto Georg. in l. testium.
numero 9. de testibus, † Quæ alias relinquitur iudicis 76
arbitrio, vt per eundem Gramm. t. dict. decisio 46. nu-
mero 10. atque per Menoch. de arbitr. iudic. cas.110 &
de his habetur per Clar. in practicab criminal. quæstio
24. in versiculo quæro. verum debebant, iudices de Gro-
setto repellere testes prædictos per iam dicta. † Quin- 77
imo ex præsumpta etiam inimicitia, vt per eundem
Menoch. eadem quæstio.28. num.6. † etiam vbi proue- 78
niret ex caussa minus probabili, ibi. numero 9. † No- 79
tandum est etiam, quod testis inimicus semiplenam
non facit probationem, tametsi inimicitia haud esset
capitalis, per Crauett. consil. 6. numero 32. † Et ista est 80
profecto inexcusabilis iniustitia, & non video ratio-
nem vllam, ob quam queant excusari syndicatores,
qui posito etiam quod admisissent cum clausula, saluis
exceptionibus, non per hoc dicta de caussa illorum
dicta essent in aliqua consideratione, & perinde est,
ac si recepti haud fuissent, per Marsil. singul.198 atque
nouissime per Bertaz. crimin. consilio 81. columna quin-
ta, versiculo quarto, in fine, verum syndicatores rece-
pere simpliciter testes prædictos, quod an iure, vel
iniuria actum sit, aliorum sit iudicium. † Et ex præ- 81
dictis, atque ex infra dicendis remanet verificatum
illud, quod singulariter dicit Dec. in capitulo cum in
cunctis, de electio. post numerum mihi quartum, videli-
cet quod Ecclesia maxime indiget viris litteratis, per
text. in capitulo cum ex eo. de election. libro sexto. Est † 82
& etiam animaduertendum, quod testes laici contra
clericum in caussis criminalibus criminaliter intenta-
tis non admittuntur * commune per Didac. pract. *
quæstio. capitulo octauo, numero secundo. Viui. libr. com-
mun. opinio. Menchia libro tertio de testibus. † qui etiam 83
loquitur in criminibus exceptis, quod est plus, & præ-
dictos refert, atque sequitur Clar. quæstio. 24. versic. tu
dic. Et † vbi admittuntur aduertæ, quia admittuntur 84
vbi veritas aliter habere non posset, quæ quidem ne-
cessitas, siue qualitas non militat in casu asserto, quo-
niam asserta confessio illa asseritur emanata in Epis-
copali Palatio, in quo clericorum copia frequenter
reperitur. † Respondetur etiam illud procedere, vbi 85
de natura facti habiles haberi haud potuere, vt per
Marsil plene eius singul 73. vbi hoc menti tenendum
esse dicit, subiungens se ideo fecisse reprobari testes
quam plures minus idoneos, quod & etiam voluit
Roland. consilio septimo, numero sexto, & consilio vige-
simoquarto numero 67. volumine primo, consilio 27. nu-
mero 8. libro 3. vbi plene, sed plenius per Apostil. ad
Alexand. in consilio 64. libro primo, & ad saturitatem
per Gabriel. Roman. conclusio 7. numero quinto, de te-
stibus, vbi per totam illam conclusionem hoc singul.
limitat, & istis adde per Grammat. criminali consilio
26. numero trigesimoseptimo, ac per Boss. titulo de indic.
& considerat. ante tortu. numero centesimosexagesimopri-
mo & 163. atque per Ludouic. Carrer. in practic. cri-
min. pagina mihi 125. columna prima, in versiculo, quid
tamen, ex quibus facile dignoscitur de * communi ista, *
quæ crebriori calculo est recepta, & hoc ex doctrina
D. Anton. docuit Alexand. ad quem posteriores con-
fugiunt, d. consil.64. † procedere, vbi de natura facti 86
habiles haberi haud potuere, & sic vbi veritas aliter

haberi non potest, quem fusius concordantes aduocans sequitur Carre. vbi supra, qui egregie tractat
87 materiam, † & ponit exemplum in facto de nocte, vel in nemore, aut in prostibulo, quibus in locis verosimiliter testes ingredi adesse non potuere, & in adulterio, ac in huiusmodi; quæ longe distant ab ipso vi-
88 cario, neque adaptantur ad casum assertum. † Item sumus in populosa ciuitate, in qua magna adest caterua clericorum consuescentium conseruari quotidie in Episcopali palatio, vbi ius redditur, quo casu posito, non tamen concesso, quod testes, clerici ad assertam illam confessionem emanatam, vt asseritur ad tribunal non adfuissent, sat tamen est, quod actu potuissent adesse, maxime, quoniam quærebant capere vicarium in sermone, vt late per Dom. Alexan. qui consultus respondet *in terminis in dict. consil.* 64. *lib.* 1. cuius opin. amplectuntur antiqui, & moder. Doct. & cum
89 eo pertranseunt omnes, Iul. † Claro excepto, qui *quæstio. 24. vers. sciendum* illam repellit opinionem, quando habitu adesse non potuissent, quoniam existimat, & male, idem esse, vbi certum est alios non ad-
90 fuisse, prout quando adesse non potuere. † At nobis,
* sat est Doctor. * magis communiter cum Dom. An-
91 ton. atque D. Alex pertransiuisse in passu isto, † qui comprobatur etiam medio isto, nam vbi habiles non repetiuntur, non tamen per hoc inhabiles non admittuntur, etiam vbi veritas aliter haberi non potest, per ea quæ tradit Dec. *in cap. 1. colum. mihi 19. ad fin.*
92 *de probat.* † vltra quod in casu proposito nullibi probatum video alterum requisitum, videlicet, quod aderat nemo alius: alias semper diceret pars, veritatem probari aliter haud posse, & ita semper probare-
93 tur per testes prorsus inhabiles. Et † ad istud obtinendum articulari oportebat, pariterque probari, quod veritas aliter haberi non potest, nisi per tales, & tales testes, quod erat probandum per querelantes, vt late habetur per Carrerium *in pract. crimin. pagin. mihi* 125. *colum.* 1. & pulchrè per Benintend. *decis.* 53.
94 *num* 9. † de quo quidem requisito non esse standum dicto ipsius testis ex doctrina Bartol. tradit dict. Alex. *in d. consil.* 64. prope fin. & sequitur Roland. in illis tribus consiliis superius productis, vbi & ipse concordan. recentiores conuocat; verum requisitum hoc nullibi probatum est, quinimo nec articulatum. †
95 Qua propter cum ista sit crebrior sententia, non est ab ea recedendum iuxta notata per Ioannem Andream atque alios *in cap. 1. & in cap. ne innitaris, de constit.* Dec. *in consil. 45. in principio, & consil. 119. col. 2. versic. non obstat* 31. *in fin. &* 149. *post num.* 2. & alibi sæ-
96 pe per † docto. Quoniam etiam læderet clericos, quibus laici sunt infesti. 2. *quæst. 7. in laicos, & cap. laici.* Qui laici in dies in clericos efficerentur proniores, audacioresque. † Et fatuus esset iudex ille, qui ob sin-
97 gularem vnius docto. siue paucorum, deuiaret à crebriori, *faciunt not. in leg. eum quem temere, ff. de iudic.* Et ad rem nostram tendunt deducta per Iason. *in leg.*
98 *de quibus, nu. 7. ff de legibus.* † Ex quibus explosa remanet opin. illa noua Iul. Clar. à crebriori contra eius
99 solitum recedentis. † Quod haud est iudicando admittendum, per ea quæ tradidi supra *sub num.* 89. quibus adde, & per Cæphal. *consil.* 288. *num* 22. Et si Iul. Clar. bene vidisset Doct. omnes, non illud firmasset,
100 cum nostra sententia sit crebrior, atque æquior. † Et clarius in hoc contra crebriorem, ac æquiorem insistenti potest responderi, durum est contra stimulum calcitrare, vt in simili Socino contra communem insistenti prudenter respondet Dec. *consil. 314. colum.*
101 *penultima in fine.* † Item contra iudicem personam publicam sicuti contra notarium duo testes maxime in illis terminis haud sufficiunt, teste Bald. *consil.* 28.

vol. 2. † Præsertim cum Vicarius aliquod non conse- 102
quatur commodum, aut emolumentum, per ea, quæ tradit Crauet. *consil. 75. num. 23. &* 17. atque habetur per Rolandum *consil. 38. num. 36. cum pluribus sequentibus*, & per Syluan. *consil. 7. numer. 12. &* 13. Cæph. *consil. 230. numer.* 19. & nouissime per Bertazolum *d. consil. 71. num.* 34. qui supra in consilio alia deducitur in materia ad excludendum falsitatem, de qua officialis ille erat accusatus, quæ non transcribo: † Est 103
& hic pariter annotanda non modica malignitas, siue mauis ingratitudo querelantium, qui nituntur redarguere eorum Vicarium de re nullius, aut modici momenti, & quod impium est, de re ad illorum commodum, & fauorem reddenti contra antidotale documentum lippis, atque tonsoribus notum. † Ex quibus 104
plusquam manifeste probatur integritas omnium eruditorum testimonio Vicarij, qui sicuti in aliorum Doctor. Syndicatu consueta sunt notari, ac querelari, iniustitias, baratarias, symonias, extorsiones, iniquitates, vel alia per sordes, si similia commisisset: de illis inquam eum redarguissent, accusassentque, non autem de istis friuolis temere, improbeque inquietassent, vexassent, atque calumniassent contra iustitiam, & veritatem. † Deprehenditur etiam vicarij integri- 105
tas ex aliis, & ex isto, quoniam in quamplures inter laicos litigantes coram illo promulgauit sententias, & tamen ex illis nemo eum accusauit, inquietauit, dilacerauit, inspiciantur obsecro querelæ omnes ac acta, quoniam hæc sunt, quæ testimonium perhibent de notoria, atque infallibili veritate ista. † Inexcusa- 106
bilis est igitur temeritas querelantium, qui notati, obnoxijque incedunt de calumniis suis expositis falso aduersus eorum Vicarium virum integerrimum, æquitate, ac religione non ficta, tam in genere, quam in specie compertum comprobatumque. † Contra quem 107
præsumptiones haud sufficiunt, sed probationes sole clariores requiruntur, ad notata *in l. fin. Codic. de probat.* quæ reperitur canonizata secunda, *quæst. vlt. cap. sciant*, & habetur etiam quinta, *quæst. 6. Epiphanium, & in leg. qui sententiam. C. de pœnitent.* & notatur *in cap. venien. de testibus.* Quinimo † neque iudicia etiam 108
indubitata secundum receptam * sententiam, de qua *
per Dec. eius *consil. 73. col. finali.* Quæ destruunt, confunduntque sententiam Iul. Clar. † loquentis contra 109
illius proprium institutum aduersus crebriores, frequentiores, æquioresque sententias. † Et propius ac- 110
cedendo, ser. Ioan. Petrus tractat de se exculpando, & ser. Ioan. Marius Iacobinus tenet pecunias, aut ad censum, aut ad vsuras ab industrioso, atque multiplicante di. Priore.

Quapropter † succedit solida illa conclusio, quod 111
testes habentes plures defectus, repelluntur etiam in caussis priuilegiatis. † Et etiam vbi veritas haberi ali- 112
ter non potest, de his habetur per insignem præceptorem meum Riminald. iun. *in consilio 359. numero 19. cum pluribus sequent. & in consil. sequenti, numero* 90. adde & per Cæphal. *consilio 95. numero* 27. 28. vbi concordan. recenset. quibus adde per Gabr. Roman. *ead. conclus. 7. numero* 10. vbi, & ipse addit Grammat. *respons. 59. colum. fin. verb. 4 dico, libro* 2. † Item scien- 113
dum est, quod querelantes debebant, atque tenebantur iustificare illorum querelas ex antiquis: non autem ex nouis actis. & probationibus, per Grammat. *crimin. consilio 54. numero* 16. Et tamen haud recognita est, negata mutatio pronuntiæ, sicuti de iure re- 114
quirebatur, vt legitur atque not. *in authentic. contra qui propriam, C. de non num pec.* Et vicarius semper
illam negauit, & in præsenti etiam inficiatur. Et re- 115
gula est, quod quando scriptura inficiatur, tunc fundanti se in ea incumbit probandi onus, Bald. *in l. 1. nu. 7.*

116 *nu.7. C. de iurament. calum.* Item querelantium testes alios quam plures patiuntur defectus, alias fusius in oppositionibus adnotatos; hoc maxime, quoniam sunt testes, ac querelantes, qui ideo haud admittuntur, vt
117 per Amo. *d. tract. num. mihi* 198. Ex quibus prorsus iure merito veniunt repellendi, vt per Marsil. *sing.* 383. Cæphal. *conf.* 169. *nu.* 16. 108. *n.* 9. vbi dat totas, & de qui-
118 bus etiam per Crau. *conf.* 246. *n.* 11. *&* 12. Quod verum est etiam in causis priuilegiatis, atque etiam vbi aliter veritas haberi non potest per superius citata, quod non transit sine iustitia. Nam dominus Paul. Æmil. vnus ex querelantibus inducitur ter in testem, terque etiam recipitur contra Vicarium, & tamen in causa canonicorum suorum non potest esse testis, vt sing. tra-
119 dit Iacob. de S. Georg *in l. priuatis, de iud.* & sic de singulis; & tamen totum contrarium obseruatum video, quamplures inquam canonici pro concanonicis suis
120 in testes inducti, receptique: Et istud an iure, vel iniuria actum sit, non dico hic, dicat sapiens lector, quem etiam obsecro obtestorque, vt reminiscatur illo memorabili exemplo C. Cassinij cognomento Schola, Interamnis querelantium atque testium conciuis, de quo apud Cic. *in oratione pro M. Ant. Mil.* legitur *mihi*
121 *pag.* 124. Item Donnus Cyprianus concanonicus vltra, quod sit irregularis ob homicidium nupertime perpetratum in personam olim Pontij Braciliantis, est pariter vnus ex querelantibus, qui non admittitur in causa criminali, per Amod. *d. tractat. numero* 68. atque per Card. Par. *licet in aliis terminis in conf.* 152. *sub numero* 16 *in* 4. & in nostris per Bert. nouissime *d. consilio*
122 71. *nu.* 25. Et hic non erat dissimulandum non homicidium, quod dicitur grauius, ratione presbyteratus per ea, qua tradit Tiraquell. *in tractat. de nobili caus.* 20. *sub num.* 16. *cum tribus sequentibus.* quanto maior qui peccat, habetur, secundum Poetam Satyr. à Tiraquell. citatum vbi suprà, atque à Crauett. *consil.* 1. 8. *colum* 3. & est textus *in cap. sicut dignum de homicid.* & de presbytero sicario in facti specie habetur per Crauett. late *conf.* 9. *n.* 2.

123 Item inducitur in testem ab eorum caporali D. Priore Donnus Lancellotus Guber. & etiam ab aliis querelantibus, & sic de aliis, in quibus aperte detegitur conspiratio istorum, qui conuenere in vnum aduersus illorum Vicarium vitum religioni profecto deditum, & vitæ, ac famæ, & in genere, & in specie præ-
124 stantiorem. Et sic non minus impie quam hostili animo vnus alij, & alter alteri dat mutuum testimonium. & nobis nunquam ad rogatum respondent, semper vero accusatoribus plusquam ad rogatum, & nunquam laborant quemadmodum probent, sed quemadmodum se explicent dicendo, vnde erant ab initio repellendi, quoniam conspiratoribus contra officialem non cre-
125 ditur, per Pau. de Put. *de syn. in ver. testis c. vniuersitas, col.* 2. ac per Berta. *eod. conf.* 71. *nu.* 16. Et coniuratio hæc
126 ortum habuit ob querelantium carcerationem in vrbe, & sic per causam criminalem, secundum gloss. & Bart. *in l.* 2. *§ praeterea ff de q.* Et tradita per Marc. *dec* 894. *n.* 5.
127 8. *&* 9. vbi dicit secundum communem remitti iudicis
128 arbitrio. Fouent & etiam principaliter eandem causam, quo in casu sunt repellendi vti suspecti cap. personas, *de test.* & habetur per Franc. Aret. *conf.* 81. *nu.* 1. atque per Iac. de S. G. *in l. de quibus n.* 40. *ff de leg.* Qui
129 nimo etiamsi non in consequentiam, cum speciale sit in legatariis, igitur in aliis ius est in contrarium, & ita arguit insignis præceptor meus Cæph. *conf.* 55. *n.* 36. Et
130 dicuntur deponere in facto proprio ex quo contra eos
131 agi potest iniuriarum actione, & ideo sunt repellendi, *l. nullus, de testibus l. omnibus, C. eo.* quæ iura citat Crauet. *in conf.* 99. *ante n.* 2. Item quod huiusmodi testes dicantur deponere etiam in causa propria, ex quo commodum, vel incommodum potest ad eos pertinere tradit Bald. *conf.* 227. *lib.* 5.

Imo dicuntur deponere in causa propria ex isto solum, quod tractant de se exonerando, ad hoc vt repel- 132
lantur, *l. deferre, §. idem decreuerunt.* vbi Barto. *ff de iure fisci.* Castrens. *in conf.* 30. *vltimo dub. lib.* 1. Et has tres 133
opposi. in ordine considerauit Craue. *d. conf.* 99 *col.* 1. Et licet non defuerint contradictores circa illud quod dictum extitit supra *n.* 126 ita tamen obseruatur, vt dicit præceptor meus D. Ioan. Cæphal. *conf.* 234. *n.* 27. Cui 134
de consuetudine attestanti, cum sit iurisconsul. præclarus atque illustris, est credendum, per ea quæ tradit Socin. *conf* 69. *n* 29 *& conf.* 395. *n.* 8 quod communi dicit Dec. *in l. secunda, § mutui datio in secunda lectu, nu. fin. & vltimo, n.* 14 *§. si certum petat.* Adde etiã per Crauet. *conf.* 325. *col.* 1. *versiculo nam respondetur.* vbi alios citat 135
quam plures. Verum posito etiam quod dubia esset opinio quoad plenam probationẽ, vera tamen dicitur quo ad præsumptionem, ita vt assertio doctoris talis super consuetudinem, inducit præsumptionem talem, quod illi standum est donec probetur contrarium, ita per Crauet. post ab eo citatos vbi supra, *& in conf.* 166. *sub n.* 9. & per Rolandum. *conf.* 72. *n.* 22. *&* 24. *conf.* 87. *n.* 12. & plenius habetur *in collect. mea communium opinionum in verbo. doctor. sub n.* 8. vbi Salyc. & alij. Item sunt 136
dicti testes repellendi, etiam si non eandem; sed consimilem tantum foueant causam, per gl. *in cap. causamque inter Abbatem de iudic.* vltra quod illi duo primi sub eodem vicario fuere in carceribus mancipati. Et sic non 137
ex vno, verum ex pluribus defectibus, veniunt repellendi, vt late per Cæphal. *d. conf.* 159. *n.* 16. Bursat. 70. *n.* 42. & latius per Rolan. *conf.* 3 *n.* 51. *lib* 3. Accedat etiam vnum aliud, quod nimium animose deponunt, si istorum dicta rectis oculis perpendantur, vt etiam considerauit supra post *numer*... quibus ideo non est credendum, vt habetur *in c.* 1. *de restitutio. in integr.* Et eo suspe- 139
ctissimos vocat Iason. *conf.* 167. *colum. penult. vol.* 4. & tradit Roland. *eod. conf.* 7. *n.* 20. Item testes examinati 140
non sunt omni exceptione maiores sicuti requiritur, neque tales præsumuntur, nisi probentur, vt per Curt. *de testib. conclusio.* 35. ac per Cæph. *d. conf.* 234. *in fin.* & per Gramma. *crim. conf.* 35. *post nu.* 38. atque nouissime per Bertaz. *crim. conf.* 81. *post n* 7.

Age de aliis querelis videamus; querela Do. Cæsaris ad Dom. Ioan. Hieronymi de Aresto ex facto iu- 141
stificatur contra illos ex isto, quod, inuito atque reluctante Vicario acriter contradixere, atque pertinaciter contrauenere Rub. Paschali de accendendo cereo in sabbato sancto.

Vnde hic notandum est, An istorum canonicorum 142
cupiditas incuriave sit, in reiteranda sacræ fontis benedictione singulis annis cum eodem cereo nunquam accenso, sed cum dimidio saculæ anteac pluries accensæ, ac in ipso actu benedictionis reaccensæ, & postea ad fictionem positum supra memoratum cereum, ad cerei benedicti officium persoluendum, solemnizandumque singulo quoque anno. Dum Ioan. Hieronymi 143
querelæ remanent explosæ, quoniam Vicarius virtuti religionique valde deditus, & qui honorem tam Christianum quam mundanum proprium semper magnifecit, ac in dies magis magnifecit, & nunquam absque rationabili causa.

Moniales alloquutus est. Et de vicarij religione ac 144
pietate est notum omnib. Et quotidie legitimo cessante impedimento post Sanctissimi Sacramenti adorationem debitam semper flexis genibus, ac nudo capite (corde non ficto) missas audiuit, & horis etiam canonicis semper interfuit, cõcionatores assidue audiuit, quos 145
non audiuere accusatores de industria negligentes; & hæc Interamnæ nota sunt. Item & priuatim horas

canonicas legitimâ cessante causa dicit & tamen ad illas persoluendum non tenetur, cum non sit beneficia-
147 tus, vel in sacris constitutus. Quia tunc tenetur sub priuatione beneficij ac fructuum restitutione, commune
per Iul. Clar. *in pract. crimin. quæst. 73. versic. pariter.* post Bellon. *consil. 59. num. 3. post Felin. in capitul. postu-*
148 *lasti, sub num de rescript.* Qui loquitur de fructuum perceptorum ex negligentia restitutione. Adde etiam
per Dec. *post c. ad audientiam colum. fin. de rescript. sub n. 34. & in c. cum omnes de constit. in 2. lect. col. 2.* vbi subdit, quod hæc videtur verior opinio, saltem in foro consci-
149 entiæ, quæ bene nota. Quinimo querelantes ipsi in Ecclesiæ ingressu, ac de eius recessu semper contempsere contra Vicarij pium institutum catholicumque, & contra fraternas eiusdem admonitiones & debitum Sanctissimi Sacramenti adorationem quod adnotandum est contra istos, qui in alios eorum culpas defun-
150 dere conantur. De pœnis vero exactis locis piis distributis iam probatum extitit per multorum attestationes, ac etiam per antea paucas exhibitas & penes Vicarium de præsenti existentes, ex quibus obiecta calumniosa sunt comperta.

151 Et vbi testes simpliciter negatiuam illam firmare auderent, cum de sui natura sit improbabilis, venirent puniendi, si non ordinarie, saltem extraordinarie, ob eorum temerariam assertionem, vt tradit Clar. *in §. falsum, ver. solet etiam,* & Crauett *cons. 9. num. 7.* Donni E-
152 leonori querela delusa est, quia est vnus testis, cum nec soli Scipioni Aphricano probatissimæ vitæ homini, si reuiuisceret fides præstanda esset, vt dicit Cic. *in Oratio. pro Ros. Amerin.* & etiam quoniam probatum est, Vicarium nulli relaxasse, tam longas licentias siue dimissorias.

153 D... parochus, & canonicus, iste ex suo capite residentia abfuit per duos menses, & vltra. Vltra quod Vi-
154 carium ab ordinario approbatum non subrogauit, vt tenebatur S. C. Trid. dispositione de reforma. *sessio. 23.*
155 *c. 1.* Vbi Vicarius potest animarum curam habentes compellere etiam per censuras Ecclesiasticas ad residentiã.
156 Item neque dimissoriam in scriptis obtinuit quæ tamen requirebatur cum connumeretur inter casus scripturam exigentes: de quibus per glo. magistram *in c.*
157 *1. §. postquam, de censibus lib. 6.* & ita etiam se habet stylus generalisque consuetudo, quæ est altera lex, *ad no.*
158 *in l. de quibus ff. de legi.* Querelæ literarum expertes do.
159 Prioris de locosis fuere ab ipso sponte destitutæ, contra istam enim adsunt cantantes litteræ Reuerendissimi D. Episc. de Regi. quibus probatur aperte Priorem istum voluisse alias petere veniam eidem Vicario capitulo congregato.

160 Et in quibus terminis accusantes Vicarium reperi-
161 antur, aliis iudicandum relinquo. Est etiam sciendum, quod iudicis verbum obiter prolatum, infamiam non irrogat. *l. ob hæc, ff de his qui not. infam.* Neque tenetur
162 officialis iniuriarum actione, quando corrigendi animo aliquando iniuriosum protulit, vt per Amod. *d. tracta. de syndi. ante num.* 10 & habent per Oldrad. *consil. 13.* & Natta *alios* allegantem *consilio 462. numero 20.* quibus adde per Felin. *in capit. cum te. col. fin. de sentent. & in iudica.*

163 Item vt dicatur quis inferre iniuriam, non sufficit generale conuitium, puta tu es spurius, vel maledicus, sed requiritur vt deueniatur ad delicti speciem, vt per Alexand. *consil. 223. num. 15. volum. 6.* Et pro consilia-
164 rio, qui alteri dixerat. Tu es impudens, quod non teneatur iniuriarum actione, consultus respondet in terminis per plura subtilis ac elegans Moder. Ant. Natt.
165 Astens. *in suo consil. 67. in princ* Circa interlocutoria reuocationem, indubitati iuris est, iudicem ordinarium metam illam interlocutoriam iuris reuocare potuisse, cum res esset integra, ac de modico ageretur præiudicio & cum causæ cognitione, vt habetur atque not. *in cap. cum cessante, de appellat. ac in l. quod iussit, ff. de re iudicat.* quibus patrocinatur S. C. Trident. *de reform. Sess. 24. cap. 20. causæ omnes.*

Quod decernit expresse primas causas per locorum 166
ordinarios cognoscendas, terminandasque esse. Verum 167
addendum est etiam quod ad illius reuocationem per vtrarumque partium institutum, vt in actis per aduersarios exhibitis probatum fuit apertissime. Quinimo 168
vbi tractatur de reuocatione interlocutoriæ coram eodem iudice, tunc illius reuocatio potest fieri etiam ex nouis actis, & hoc pro valde notabili, atq; vtili in practica, adducit Crauett. *cons. 81. post num. 4 vers. adduco etiam per Rot. dec. 7. quæ est in libr meo. 2. de appellatio. in nouis. in vltim. additionibus in fin.* quæ reuocatio fuit facta re integra. Nec quod asseritur de relatione facta 169
summo Pontifici, & quam pars dicit Vicarium reuocare haud potuisse, quoniam ad hoc respondetur, cum Salyc. *in l. prima, col. 2. C. de relatio.* relationem esse bifariam; Vnam realem, alteram verbalem. Realis non potest reuocari, verbalis de qua in casu nostro potest vtique.

Et in relatione illa acta non fuere transmissa, vt re- 170
quiritur de iure ad tradita *in d. l. fin.* Minusque factum 171
fuit exempla per manum publicam dando partibus, vt singula tradit Spec *tit. de relatio. §. relatio.* de quibus *n. fin.*

Sed vt iam dixi, fuit ab vtraque parte institutum ad 172
interloquutoriæ reuocationem, vt in actis prædictis, quo in casu realem etiam reuocari posse tenet Salyc. *loco supra memorato.*

Quatenus ad pronuntiam, vt falso asseritur, muta- 173
tam, respondetur, Notario de asserta confessione illa extraiudicialiter deponenti non esset fides adhibenda, vt tradit Specul. *tit. de teste, §. restat.*

Vltra quod est laicus, qui ex crebriori D D. senten 174
tia, de qua superius *n. 82. vsque ad n. 95* contra D Vicarium non admittitur, quod etiam dicetur inferius. I- 175
tem respondetur, illi vti deponenti ad se exonerandum non esse præstandam fidem, vt per Alex. *cons. 44. nu. 9. lib. 2.* & Natt. *sub cons. 80. nu. 3.* Item testis iste tractat de 176
se exculpando, qui ideo non probat, vt dicit Baldus *in leg. deferre. ff. de iure fisci* & tradit Decius *cons. 133. col. 3.*
Et est suspectus, vt tradit Aymo Crauet. *cons. 122. col. 5.* 177
in fine Item illi vti deponenti in facto, in quo laus vel opprobrium ei potest euenire, non est vllo pacto cre- 178
dendum, vt tradit Alex. *cons. 86. n. 16. lib. 2. cons 141. n. 9. lib. 1. vbi Apostill. concord. adnot.* & per Osasc *dec. 79. n. 40.* & per allegata superius *nu. 131.* Item isti duo testes sunt personæ paupere, s viles & abiectæ, quæ nil iure 179
merito probant, & in casu præsenti non sunt idonei. per Roland. *cons. 6. n. 16.* vbi alios aduocat & illa asserta confessio extraiudicialis fuit reuocata. Et potuit vti 180
incauta locutio reuocari, etiam non doct. de errore per Feli. *in proœm. decret. n. 2.* Natt. *cons. 6. nu. 4* ac per Pract. Carrer *pagina mihi 94. versiculo, limitate nisi*, vbi pro bona cautela tradit, & concord. citat plenius adde, atque vide per Roland. *cons. 31. n. 13. li. 3.* vbi de * communi attestatur, & ad saturitatem allegat, quos rogo vt videas, quia ego non sum olitor. Et talis reuocatio siue 181
pœnitentia infamiam non irrogat secundum Poetam relatum ab Alberic de Rosat. *in leg. nullus, sub nu. 2. ff de requi. reis, per l. quamuis, ff. de in ius vocand.* antequam præsertim sit processum, vt casu asserto; & sequitur Alber. ibidem, quicquid in principali conclusione teneat Iul. Clar. *in practic. crimin. quæst. 21. versic. confessio extraiudicialis*, qui apparet per superius dicta his in 182
præsenti negocio contra communem opinionem esse loquutum, illius proprio repugnante instituto, quod est notan.

A Ca-

A Cane magna sæpe tenetur aper.

183 Ouid.*libro 2.de remedio amoris.* Vltra quod, vt sæpissime dictum est; etiam confessio in figura iudicij facta non nocet in criminalibus, ad tradita per Nattam *cons.*
184 18. *num.* 10. Pars etenim confitendo simpliciter in iudicio pro delicto illud quod non est, non per hoc sibi præiudicare potest, neque ita inducere delictum vbi non est, neque habetur pro tali, ad tradita per Crauet. plenè *cons.60.col.1.& 3.versiculo, amplius dico*; & plenius *in cons.262.col.2.* vbi plura ponit exempla, quæ adnotaui in proposito *in Paraphra. me de Iulium Clarum in d. sua practic.crimin.quæst.55. versiculo potest etiam*, vi. illic fusius & adde per Cæph. *cons.230.num.11.& cons.237.n.28.*
185 Idem tenet Innocent *in cap. auditis, de procur.* quod potest iudex errorem suum corrigere quandocunque. Item
186 & mutare siue errauerit in processu, siue in interlocutoriis, per Innocent. & Abba. *in capitul. qualiter, & quando*
187 *ex eodem, ext. de accusat.* Item dicit expresse Bart. *in leg. prima, Cod. de sentent. rescin. non poss.* quod potest iudex
188 motu proprio reuocare interlocutoriam. Et multo fortius ista potuit reuocari, cum non fuerit executioni demandata, per ea quæ tradit Bartol. *in leg. quod iussit, col.2. in fin. ff. de re iudicat.* quo cum transeunt cæteri teste Rip.
189 ibidem *num.* 39. & Roland. *cons.31. num.24.* consultus respondet, quod debet iudex corrigere errorem suum etiam nemine instante, & loquitur in durioribus termi-
190 nis. Item & etiam actorum verba emendare tenore sententiæ perseuerante non est prohibitum, vt dicitur *in l.*
191 *actorum, ff. de re iudicat.* Ad idem Bald. *titulo de pace constan.* relatus atque secutus à Deci *consil.75.colu.8. versic. 7.* non ob id facit dum dicit, iudicem posse motu proprio propriaque auctoritate errorem suum corrigere. In
192 iudice etenim, qui dicitur vir bonus, *leg. vir bonus, ff. iudicatum sol. reg. continuus, §. cum ita, ff. de verborum obligationibus*, non est supponendus dolus. Quinimo in du-
193 bio præsumendum est pro magistratu actum iurisdictionalem exercente, vt late tradit Ludouic. Caret. *in sua*
194 *practic. crimin. §. homicidium, sexto, sub num.78.* vbi plene concord. conuocat. Quibus adde & fere in terminis per Barthol. Cæpoll. *crimin. cons.70. sub tertio dubio.* qui loquitur in Vicario Archiepiscopi Raguf. actione iniuriarum conuento, ex eo, quia dicebat quondam Pasqualem diuulgasse publice communicatum, & cui propterea fuerat iniunctum, vt de ecclesia discederet, & tamen eundem Vicarium iniuriarum non teneri, per plura respondet, quod summopere notandum est pro
195 Vicario viro præcipue laudato, ac nominis & famæ integerrimo. Et contra quem dolus malus considerari nullo modo potest, cum ex aliquo non sit vllum commodum reportaturus, ita per Crauet. *consil. 75. numero 17.* Rubeus *consil.16.numero 6.* atque per Cæphal. alia ad
196 Vicarij propositum adducentem *consil.233. in fin.* vbi vide. Item quod commodum, atque vtilitas dicantur doli caussa, qua cessante dolum cessare sit necesse, tradit
197 Frideric. de Sen. *consil.125.* super eo quod quæritur, ad fin. vbi sententia iudicis, aut arbitratoris, licet iniusta, non tamen dicitur dolosa, ex quo vtilitas sententiæ ad iudicem, aut ad arbitratorem non pertinet, & refert, comprobat, ac sequitur Crauett. *consil. 319.*
198 *colum. 2. versic.10.* vbi alia etiam dat exempla. Igitur cessat pœna vbi non est delictum, *leg. aliud est fraus ff. de*
199 *verborum significationibus.* Et dolo cessante de pœna tractari haud oportet, vt per Crauett. *d. consil. 319. numero 15.* ac Cæphal. in falsi crimine loquentem, *in con-*
200 *sil. 230. numero 12. & 9.* Quinimo desunt etiam qui in durioribus terminis explicite tenent falsitatem nemini nocibilem, neque ordinarie, neque extraordinarie puniri debere, & concord. quampluries opinionem hanc sectantes aduocand. Rolandus illos sequendo *consil.38 numero 44.* Anchar. Reggien *famil. quæstion 44. numero 4.* Cæphal. vbi supra, *columna final.* quos recensere operæ pretium esse non duxi, quoniam operam non impendo cumulationi, sed illam tritici reuenditoribus relinquo, & illas cumulationes poterit vnusquisque facere, si otio marcescere noluerit, de illo qui fecit palam, & bona fide, est videndus Cæphal. *d consil.230.* 201
numero 13. & 22. Et tria requiruntur vt falsum committatur secundum Cæphal. qui alios Doctores sequitur *in* 202
cons.355.num.44. qui dolus, mutatio veritatis, & quod alteri noceat, quæ tria cessant per supradicta, & nouissime sequitur Bertaz. *dict. consil. 71. ante, & numero 51.* 203
vbi non esse punibile dicit. Inspiciatur obsecro vexationis causa vnde originem traxerit, quoniam vicarius de bonis operibus dilapidatus est, & tamen illius religio, diligentia, atque integritas est omnium testimo- 204
nio commendata. Et trium est apud maximè Deum timentes, tutius sanctiusque esse nocentem absolue- 205
re, quam innocentem condemnare, *leg absentem, ff de pœn.* Item etiam in crimine stellionatus requiritur dolus, gloss. *in lege 3 ff. eodem*, & habetur per Port. Imol. 206
consil.77.numero 4. Quinimo dolus secundum leges, qui non nocet, non punitur, per Nattam, *consil. 192. nume-* 207
ro primo. Sed quorsum hæc, dicet aliquis? Responde, ad vberiorem splendidioremque demonstratio- 208
nem innocentiæ, famæ, atque integritatis eiusdem do. Vicarij, necnon ad confusionem querelantium, quarum audaciam, temeritatemque meritis pœnis si comprimant iudices, cæterorum animos frangent. Idem adde quod potest iudex officium mercenarium non petitum exercendo interponere circa illud quod radicatur in illius personam, vt est facere pronunciationes, & valet etiam absque partis petitione iuxta theoricam Bartol. communibus calculis receptam *in l. quarta, §. hoc autem iudicium, column. tertia digestis de dam. infect.* vbi potest iudex exercere of- 209
ficium etiam parte non petente, in his, quæ pertinent ad illius decorem, & ad hoc faciunt primi, atque secunda fallen. Socin, seu auctoris *sub reg. mihi 265.* Iudex potest interponere officium non postulatum 210
motu proprio circa illud, in quo publica versatur vtilitas.

Atque in casibus etiam in quibus versatur priuata, 211
si concernant iudicis honorem, ibid. Item in illis quæ 212
principaliter iudicis personam spectant, & iuris publi 213
ci obseruantiam, ibid. Item dicit allegatus text. *in l. actor.* verba emendare tenore sententiæ perseuerante non est prohibitum. Et quod sententia sit de actis com- 214
munem inquit Dec. *in cap. quoniam contra, col.6.7. de probatio.*

Et de actis creditur simplici iuris relationi, commune 215
inquit Natt *in cons.182.num.2.* quatro fortius in interlocutoria asserta. Et istud præsertim procederet in casu 216
proposito, ex quo vnum & idem est dicere, expensis actoris, quod est dicere expensis petendis, cum reincidat in idem. Quæ quidem interpretatio vtique fieri potest. 217
gloss. & Bartol. *in l. secunda, Codic. de sentent. ex breui.* 218 219
recit. Quinimo text. & gl. vbi dicit, quod prætores atque alij iudices possunt sententiam latam corrigere atque mutare. Et idem firmat Bart. ibi *numero 4.* quod iudex 220
suam emendare sententiam circa verba. Sed pro certo habeto, totam disputationem hanc fuisse vti iam dictum est ad reprimendum querelantium animos. Et 221
hic scias, beneuole lector, quod Interamnæ nouum esset, nisi officiales suos dilacerarent, calumniarentur, 222
vexarentque. Et tales dicuntur querelantes eo ipso 223
quod non probant, communis opin est teste Ant Corse. siue maius Celso Vgone *in reperto. do. Felin. §. accusator.* & habetur late atque pulchre per Benint. eius de-

224 cisio,47.dolus,namque & calumnia præsumitur in illis,
qui obiecta non probant per Crau.*conſ.*262.*nu.fin.*Qua-
propter Vicarium calumniantes puniri debent, nec va-
leret consuetudo,vel statutum disponens, ne calumnia-
tores puniantur,Bald.*in l.qui crimen*, *C.de accuſ. non poſ.*
& refert, comprobat atque sequitur Crau. *conſ.*314.*col.*
penul.& fin.in principio.

225 Et eo magis debent accusatores condemnari ad
damna, expensas, iniurias, atque interesse, quoniam ex
aduerso exclamat Vicariis bona vox & fama tam in ge-
nere, quam in specie probata, quæ longo tempore, ac
226 per totum tempus eius Vicariatus, & ante & post dura-
uit atque in dies magis durat, vt probatum est per testes
sacerdotes,qui non plus nec minus quam sit necesse di-
cunt.Qui quidem accusatores vltra pœnam iuris, quam
secum ferunt,debent etiam mulctari, vt dicit *text.*5.*q.*6.
*can.*1.*cum ſeq.ac per totam illam quaſt*

227 Nec sunt omnino dimittendi immunes, 2.*quaſt.*6.*qui*
crimen,& 5.*quaſt.*6.*qui calumniam*, *cum ſeque.* vbi inter
alias pœnas, quas patitur clericus subdiaconus, illatam
per eum calumniam haud probat, officio carere debet,
& tanquam re vera infamis meretur verberibus casti-
228 gari.Verum erant isti vri inimici atque suspectissimi ob
illorum carcerationem ab accusationibus repellendi, 3.
*qu.*5.*omnes*, & habetur per Iulium Clar.*in pract.crimin.*
229 *quaſt.*14. *verſ.dixi in primis*, vbi etiam effecti sunt irre-
gulares,& etiam ex solo scandalo, vt per Felin.*in cap.*2.
*colum.*1. *verſ.*3. *de praſcripto.* præsertim, cum inimicitiæ
230 causa non leuis sit, ac modica, sed grauis ex eo, quia
vita & honor æquiparantur, vt sing. tradunt Petrasan.
*ſingul.*33.*n.*4.Cæph.*conſ.*39 *n.*40.295.*n.*20.& late Crauet.
conſ. 168. *ſub numer.*2. ad quos beneuolum lectorem
remitto.

231 Verum quod immanius est, & hic prudens lector at-
tende, dilacerant Vicarium de illo, quod ad eorumdem
tendit commodū iuxta sententiam Iul.Clar *eadem qu.*14
232 *verſ.*dixi.Bone Deus,qui ac quales sunt canonici isti.Et
iam probatum est in processu de bona vita, & fama Vi-
carij & in genere,& in specie.

233 Et Vicarius vicariatus officium gessit in tot, ac tali-
bus difficultatibus,atque in ciuitate seditiosa,in qua ta-
234 les commorantur ciues. Qui in illorum patria foren-
sibus vim,iniurias, atque conuitia inferre consueuere,
forenses profecto ex istorum patria insita natura, odio
235 incredibili prosequuntur. Hæc sciunt vicini omnes,
sciunt Practici omnes, hæc norunt incolæ omnes, no-
runtque etiam clarius ius dicentes omnes, tam præteriti
quam præsentes, & denique quam sæpissime docuit
etiam,ac quotidie docet experientia, quæ dicitur veri-
236 tatis lumen,*l.per hanc*, *in fin.*& ibi per Salyc. *C.de tempo.*
appell. Item est rerum efficax magistra,*c.quamvis de ele-*
237 *ctio. lib.*6. *clem.diſpendioſam*, *de iudic.&* §. *fin. Inſtit.de*
ſatiſd.cum ſimilibus citatis per Ceph.*conſ.*169.*nu.*11. Et
238 valet argumentum ab experientia ipsa *l.ſi chorus*, §.*his*
verbis, *ff. de leg.*3. Neque etiam meliorem habemus te-
239 stem, quam natura ipsa, quæ mentiri non potest secun-
dum Philo.*in libell.de morib.* Philos.relatum à Baldo il-
lius studioso *in l.teſtium col.antep.ad fin.C.de teſti.*

240 Et tamen vicarius, qui fuit semper sacrorum Cano.
S.C.Trident. diligens obseruator, ac bullarum sanctis-
simi perscrutator moderatus, & exequutor pius ex im-
241 piorum operibus impie fuit dilaceratus. Et ser. Rutilius
Busonius procuratorio carens speciali, ac sufficienti,
vnà cum suis suggestoribus vltra pænam iuris, quam
secum ferunt semper, pari venit puniendus pœna, *l.non*
ignorat,Cod.de fruct.& lit. expen. l.cum quem temere,ff de
iud.§.*hac autem. Inſt.de pœn. teme. litig.* Nec illum saluat
serotina ratificatio illa per ea quæ dicta sunt superius
*n.*52.atque ex illo eleganti solidoque cons. Ale.101.*n.*3.
*lib.*2.Et do.Alex. Authoritas adeo in excelso atque illu-
stri loco posita est, vt ab eius responsis in quibus con-
tradictores habent neminem,nefas quodammodo rece-
dere censuit Dec. *conſ.*6. *col.*2. Et de Alex. inquit Cur.
*conſ.*12. quod diabolicum esset recedere ab Alex. opin. 242
in iudicando Anchara.Regien. Famil *q.*12.*n.*14. de Ale.
loquens dicit Ale.opin.esse in communi obseruantia,&
quod semper vidit pro illius opi.iudicatum, Alex.certe
auctoritas maxima est,vt inquit Soc.iun.*conſ.*8.*n.*2.*vol.*3.
Et incompatabilis,vt dicit Alex.*conſ.*123.*n.*3.*tom.*3.*lib.*9.
Et Alex.diuini fuisse iudicij pronunciat Boss. *tract. cri-*
*min.tit.de pœn.n.*22. Nec obliuioni tradendum est,vt de 243
semita in viam redeamus, per quam plures testes reli-
giosos ac sacerdotes esse probat,tam in genere, quam in
specie,ipsius do.Vic.bona vox,vita & fama, de qua non
est titubandum, argumento, *leg. quoties,ff.de reb.dubiis,*
& leg. quoties, ff. de re. Quæ ad omnia solet esse valde 244
proficua,de ea enim tollitur funditus omnis scrupulus,
omnisque sinistra suspicio funditur, communem Arn.
*ſoliloqu.*37. ex quibus de eiusdem do.Vic. bona iustitia 250
plusquam manifeste patet,qui iure merito (non dilata-
bo orationem meam in laudando eum,ac collapsa per
eum reformata) venit absoluendus diffinitiue ac simpli-
citer,quoniam ritè,iustè,piè, atque laudabiliter sese ges-
sisse,in omnibus probatum est inutile:Et profecto in vi-
carium dolum ex deliberatione professa fuisse adhibi- 251
tum inficiari haud potest, ex quo in illum contra ius
multa ex industria apparent attentata, per Bart. *in l.*
propter veneni, §.*nuptiæ,ff.ad Syl.* Dec.*in l.ſi idem cum eo,*
§.1. *in fin.ff de iuriſ.om. iud.* & per Crauett. *in conſ.*282.
*ante n.*2.Et de bonis bonæ famæ effectibus adsunt quam 252
plura Excel. virorum impressa consilia, quæ, quia sunt
nota,omittuntur, ne tamen in sicco pede transeam, ac
laborem detractasse videar, vi. per Bertaz. post ab illo
relatos eo.*conſ.*71.*n.*49.quibus adde & per Cæph.*d.conſ.*
230.*n.*18.Roland.*conſ.*7.*n.*15.*& conſ.*16.*nu.*23.*& ſequen.*
*conſ.*8.*n.*5.*lib.*1.*conſ.*3.*nu.fin.lib.*3. per Crau. *conſ.*99.145.
*num.fin.conſ.*151.*n.*22.*& conſ.*319 *col.*2. Et vicarij iudicis 253
fauore bona fama malæ præualeret,per Crauett.*in conſ.*
145.*col.*4.*& conſ.*151.*nu.*9. Etiam vbi mala esset probata, 254
quæ nedum haud est probata,verum etiam nec articula-
ta,non enim poterat probari.Et istud verum esset, etiam
vbi mala in specie esset probata, bona vero in genere
tantum, quæ nequaquam esset postponenda, vt per
Mars.*in pract.*§.*diligenter*, *num.*159.*& conſi.*46 *num.*66.
vbi concord.conuocat; verum vti iam est dictum, de
mala nullum quidem verbum. Et qualiter accusatores, 255
qui Vic. calumniis afficere veniant puniendi, ne nil
intactum relinquatur est recurrendum ad Bossi. *tit. de*
*iniur.num.*38.*& tit.de offic.corrup.num.* 137.*&* 46.di accu-
satore, & fuit pluries ex parte vicarij protestatum. Et
hoc ne vltra damna, expensas, iniuriasque atroces ex 256
suo laborioso difficilique vicariatus officio, & etiam ex
tot ac tantis hominum reformationibus Bullar. S. ac
S.C.Trident.atque sacrorum canonum obseruantia, &
cultu lætus permaneat, dilaceratusque insuper incedat,
calumniose illum accusantes temere improbeque ve-
xantes gloriosi inter ipsos incedant, congratulenturque
de illorum calumniis, quas iudices tenentur expellere,
§.*primo,in prooem.Inſtit.*

Item & contra scriptam æquitatem quam boni iudi- 257
ces, ac viri Deum timentes præ oculis habere consue-
uere,*l.quod ſi Epheſi ff de eo.quod cert.loc.*Et dicit expres- 258
se *text.*6.*quaſt.*1.quod qui fratres calumniantur, aut ac-
cusant & non probant, efficiuntur infames. Postremo 259
ex modo procedendi clarissimè patet querelantibus,
nimium fauorem fuisse indultum. Verum quo maiore
conatu, cupiditateque hæc acta fuere, tanto infirmiora
esse debent apud graues sapientes, integerrimosque iu-
dices.

Quorum proprium est hominum audacias, atque 260
mali-

malitias proterrere, innocentibusq;, ac oppressis sub-
261 uenire argum. d.§.1.Et vt in simili per plura concludit Nat.*conf.1.ad fin.*vbi alia etiam tradit ad fauorem vicarij probitate non ficta decorati. Laus D.O.M. ac Immaculatæ virgini Mariæ Dei Genetrici, Diuisq; Bapt. ac Hieronymo.

Hiero. Giach. de Lugo saluo semper, &c.

APPENDIX.

262 Post prædicta duo motiua fuere excitata, quorum primum istud est. Cum Prior, ac alij præcepto per Vicarium facto de accedendo ad ecclesiam Monialium S.Catharinæ non paruerint an pro huiusmodi inobedientia potuerint clerici excommunicari? Alterum est cum in casu proposito forma *de sent. ex c.sacro, &c.* cum medicinalis, de necessitate seruari debeat; quæ cum fuerit conseruata, an pænis contentis in dictis iuribus locus sit. Antequam ad motiuorum resolutionem me
263 conuertam, potest dici & probabiliter. Primum motiuum, qui defectiuum, qua de causa, quo iure, & ad quid agendum non explicatur. Præsupponitur (inquã) præceptum memoratum absque vlla rationabili causa emanatum, quo d est haud admittendum. Lætatus sum tamen quamplurimum ex motiuorum traditione, quæ quanta cum promptitudine sunt excitata, cum tanta nos alacritate, quinimò cum longe maiori trahitur ad
264 disputationem. Quia veritas clarius ostenditur *l.fin.§. mixta ff.de iniune.& hono.l.2.§.ex legib.ff.de orig.iur.l.diui, ff.de iure patro.l.Offilius ff.de legat.3.*
265 Veritas enim sæpius agitata magis splendescit in lucẽ *cap.graue.35.dist.9.gl.pen.in c.inter dilectos. de fid.instrũ.cum multis similib.* citatis per Rol. *conf. 6. in princ.* atque per Osasc. *decis.30.post num.1.& dec.129.in princ. sed non impendo operam cumulationi.* Addi etiã potest Arist. Rhetor. 3. dum dicit, opposita facta collatione cla-
266 rescunt. Argumentis nempe, ac collationib. frequẽter latens veritas aperitur, vt habetur in extrauag. Ioan.22. quæ candorem amat, latebras odit, fucos horrescit, aditus patentes quærit, Libera est, seruire nescit, aliena vmbra regi non vult, suo nomine delectatur, cum seruili ignauoque hominum genere commercium non habet, solis liberis, & speculantibus præsto est, vt ei.i legitur *in metho. de ratio.stud.l.1.in pr.* Item ferro viam
267 aperit qui per contraria transit, vt dicit Bald. *in l.precib. col.7.C. de impub.& aliis subst.* de quo meminere Mod. *eo. Meto.lib.1 cap.6.& qui c.12.*per plura docuit quanta sit assiduæ disputationis vtilitas, & ita *d.cap.6.*per contraria, & oppositiones veritatem melius inueniri, & de Baldi dicto meminere etiam Afflict. *decis. 150. num.3.* Cagnol. *in l.2.C.de pact.inter empt.& vẽdit.& in l. diem functo, num.4.ff.de offic.assess.* Roland. *d.conf.6.& 55.nu.1. conf.80.n.1.lib.1.conf.43.nu.7.in conf.100.n.1.lib.2 conf. 5.& 90.n.1.lib 3* & alibi sæpe per Doct. Et sicuti aro-
268 mata magis redolent, quanto magis conteruntur, sic veritas, quanto magis conteritur, & oppugnatur, tanto clarior nebulis expulsis in lucem progreditur, vt concinam cum Paul. Cast. eius *conf.23.lib.1.*de quo meminere Crau. *conf. 135.nu.18.283.& 285.col.1.* Rol. *cõf.*
269 *13.n.1.conf.35.in princ.lib 3.& conf.1.n.lib.4.* Et verita-
270 tis sectatores Deo placent, vt dicit gl. *in l.puniri C.si cõt. ius vel vtil. pub.* Et est veritas super omnia amanda & sequenda, *l.si ita legatum, ff.de cond.& demon.*& habetur per Bald. *in tractat.scisma, col.1.*& fusius per Rol. *conf.*
271 *73.n.1.vol.4.*Et Isid. *de sum.bono* exclamat dicens; Magna est vis veritatis, quæ omnia ingenia, astutias, & calliditates superat, quæ contra ficta, simulataque figmenta seipsam defendit.
272 Quæ denique post Deum colenda est, Aristo. 3. *Me-*
273 *taph.* dubitationum solutio est ipsius veritatis inquisi- *Iul. Clar. Sentent. Pract. Ciuil.*

tio, quapropter notab. scripta reliquit Bald. *in conf.143. col.penul.lib.1.*quod veritas est basis, atque fundamentũ iustitiæ, qua virtute nulla præclarior. Item est veritas res solidissima & murus inexpugnabilis, vt inquit Af- 274
flict. *decis.235.n.7. 222.*Et omnia vincit vt habetur *l.3.* 275
Esdr.c.4.& in c.veritate, & sedu.8.dist in.& per Rol. *conf. 5.n.19.& cõl.33.n.41.lib.4* Bald. *in l.eos, C.de test.*& plura congerit Card. Paris. *conf.54.n.19.lib.1.*& Soc. *cõf.20. col.1.*inter consilia Curt. iun. 260. de quibus meminit Osasc. *ead.decis.30.sub n.1* Item est mater iustitiæ, Bal. 276
in l.libertini, ff.de stat. hom. Et veritati omnia cedunt, vt 277
tradit Roland. *conf.11.nu.23.lib.3.* Et iudex qui est mi- 278
nister Dei debet inhærere veritati, vt exclamat Paul. de Castro *eius conf.100.*Et tenetur illam adiuuare quibus- 279
cunque modis, per Mari. Anguis. post Innocent. & Bal. ab illo citatos *conf. 51. sub nu.74.* His sic præfatis, ad 280
responsiones nunc me accingam. Et vt res splendidior fiat, respondebo ad illa in specie, atque sigillatim. Quapropter dico, iustam causam sumi ex illa Bulla Sanctissimi iam apud acta dimissa, quæ erat omnino executioni demandanda per vicarium in illo actu, alias non sine scandalis pertransituro, quibus tenebatur ex debito sui officij occurrere illico etiam recedendo à re- 281
gulis iuris, *c.quoniam, de iur.patron.*glo. pen. *in 2.cap.de oper.nou.nunc.l.de pupillo, § si quis riuos ff.de oper.nou nun.* & faciunt deducta per Crau. *cõf.314 col.5.vol.4.vers.2.* respondeo.† Et facienti illud, quod debet, culpa ascri- 282
bi non potest, *l.vtique, §.culpa, ff.de rei vẽdicatio.*Rom. *conf.395.* vt res clarior, *colum.2.*& per Crauett. *in consil. 319. per totũ*, ac magis explicite *per n.16.* Et culpa quælibet etiã leuissima abesse præsumitur ab illis, qui dant 283
operam rei licitæ, nisi cõtrarium probetur, *ca.dilectus, cap.ex litteris, cap tua nos homicid* quæ iura ad hoc citat Bald. *in cõf.222.*visis prædictis, *lib.5.*& retulit Crau. *eod. conf.319.n.17.*† Item culpa tunc non imputatur quan- 284
do ex illa dãnum haud contingit *leg.si vehenda, §.1.versiculo Paulus ff.ad leg. Rhod.de iact.cum similibus.*de quibus per Crau. *dict.cõf 319.col.1.vers.11.*Sed dicãt quærelantes, obsecro, quod dãnum passi fuissent obnoxij, 285
si tunc mandatis piis pariter & iustis eiusdem do.vicarij obtemperassent, certo postposito odio respondebunt, nullũ, in nullo igitur peccauit vicarius, iura sunt notissima ad propositum, præsertim cum Reuerendissimus sit quasi possessione iubendi similia clericis suis, semper contra stimulum calcitrare consuetis, quodirca istis præmissis ad primum respondetur, quod quan- 286
do pro aliquo futuro fit excommunicatio (sicut in casu nostro) tunc non oportet illud esse mortale, quinimo neque veniale. Similiter non oportet, tunc quem esse 287
contumacem, sed sufficit, vt sit inobediẽs, per Syluest. *in sua sum.verb.excõmunicatio post n.11.ver.sed hæc.*Item 288
dicit Abbas *in c.si quis, in primo nota de maior.& obediẽ.* quod veniens contra præceptum sui superioris peccat mortaliter, & quod potest excommunicari ratio est in promptu, quoniam adest inobedientia, quæ aliter mederi haud potest. Et quanquam audax Prior atque ob- 289
noxij tantum, non autem cæteri, sint incursi inobedientiam, cum obnoxijs tantum, non autem capitulo, vt quidam leuissimi existimauere, fuerit factum dictum præceptum, vti iam dictum est. Et inobedientiæ in ca- 290
su atque tempore morbum mederi aliter non poterat, in illo momento scandalis pleno, quoniam murmur illic aderat, quando Dominus Pompeius canonicus illuc rediens, illud Vicario in choro assidenti retulit. Et sic vbi de scandalo timetur, tunc cessat ius commune, & receditur à regulis iuris, atque omnia efficiuntur iudici arbitraria, ita per Iacob. de Aretin. *in l.1.in princ.ff. de damn.infect.*ac per domi. Felin. *in cap. 2. de prescript.* vbi ponit 32. specialia cõtra iuris regulas ob scandalũ & in penul. loquitur in terminis, de forma data. Ex quib. 291

292 dolus adesse dicitur contra illos, qui sui superioris mādata pia, atq; iusta contempsere, & maior est inobedientia iudicis, quam canonis. Id est grauius peccat non obediens iudici, quam legi gl. *in ca. dolētes, de celeb. missar.* & habetur per Dec. *in cap. 1. n. 22. de postul. prælat.* Et
293 paulo superius *n.* 19. notauit etiam, quod prælatus debet esse promptus in puniendo inobedientes ex dicto
294 Apost. *ibi in tex. relato* Vnde inobedientia, quæ inducit peccatum mortale, vt dicit notab. Abbas *in c. 2. ad fi. de maior & obed.* & latè habetur per Dec. *in cap. nam con-*
295 *cupiscentiam, in 2. lect. sub n. mihi 7. de constit.* Nemini dubium est, quod quando fit pro futuro, quod tunc non oportet illud esse mortale, quinimo neque veniale, vt
296 superius dictum extitit. Item pro contumacia valet per
297 Felin. *dict. c sacro, col. 2. vers. Et limita.* Item vbi aliquod licitum cuipiam præcipitur sub pœna excommunicationis, tametsi illud præceptum non fiat pro mortali, illud tamen veniale ob contemptum efficitur mortale, secundum gl. *25. distinct. §. nimis, in verb. plus accepti in c. qualis in verbo, Blasphemias, cum simil.* & tradit Dec. *in c. cum non ab homine, post n. 7. de iudic. & in c. 1. in 2. lect.*
298 *col. 2. ad fin. de constit.* vbi plene. Et sic tenebantur parere illi per Crau. *cons.* 233. *col. fi.* & hæc etiam patet ad sensus
299 efficacem rationem, quam pro lege nobis sat est allegare, *leg. scire oportet, §. sufficit, ff. de excus. tutor. c. consuet.*
300 *dist. 1.* Abb. *in cap. nulli, de prebend.* Et ad rem redeundo, atque illam perstringendo, limitatur *d. cap.* sacro approbante concilio, per domi. Felin. *ibid.* tribus modis
301 notab. *col. 2.* Et primo, nisi excessus esset notorius, *nu.* 3.
302 Item nisi contumacia fuisset facta in iudicis præsentia, *vers. 6. limita*, quæ duæ limitationes optimè hic cadunt inter ceteras ibidem aduotatas; quæ omnia bene faci-
303 unt pro vicario in toto processu isto. Item dicit singulariter Innoc. *in cap. ex parte, n. 4. de verb. signific.* quod si in aliquo negotio quis sit contumax, verbi gratia, quia non vadit ad concilium, vel prælatus aliquid præcipit subdito, & subditus illi non obtemperat, quod poterit illum excommunicare absque monitione, siue citatione, ex quo est in contumacia. Ad idem Perusin. *in cap. cum sit Romana §. præterea, n. 4 de appellatio*, & habetur etiā supra *n.* 19. & ista Innoc. decisio stringit valde pro
304 vicario. Quoad monitionem iam dictum est, quo quando fit excommunicatio pro futuris culpis, quod tunc nō requiritur monitio, quæ alias præcedere debet, per superius allegata *n.* 10. atque per d. Felin. *in d. cap sacro,*
305 *n.* 5. Item respondetur, quod extra casus in quibus monitio haud requiritur quod ordo ille de trina monitione nō exigitur vbi necessitas suadet, eo modo quo suadebat, quoniam imminentis necessitatis periculum excusat, & casus quamplures in quibus excusatur recedens à regulis iuris ob imminentem necessitatem habes *in reperto.* ad do. Felin. *in verbo, necessitas. per totū*, vl-
306 tra allegata superius *n.* 290. Item vt supra dictum est *n.* 23. & 28 *cum d. 2 seq.* erat tunc periculum in mora, nec
307 illic etiam aderant, neque scriba, neque ad scribendū necessaria Et hæc pariter accommodari possunt ad secundi motiui solutionem, & d. gloss. *in c. 1.* post Archidiac. & Ioan. Andr. receptam esse dicit Syluest. *d. §. 14.* atque relati superius *nu.* 30 sequuntur, atque est communiter ab omnibus approbata, neque posset quadra-
308 re melius. Ad secundum motiuum repertis præmissis supra respondetur. quod Prior atque cæteri obnoxij absolutionem ex professo contempsere & de istorum contemptu est dictum superius *n.* 31. Et fuit in processu testium probatum de concessa auctoritate in solidum illis quatuor sacerdotibus confessarijs, & de illius intimatione priori, alijsque obnoxiis facta, de qua quidem concessione haud requirebatur scriptura.

309 Nam casum hunc non ponit glossa magistra quæ adnotat casus omnes scripturam exigentes. *in d. cap. 1. §, postquam, de cēsibus, lib. 6.* & de quibus etiā per Specul. *tit. de instrumen. edit. §. rest. sub n.* 14. & alios ponit Bald. *in l. gesta, C. de re iudic. & in l. humanū. C. de legibus* & retulit Iacobin. de S. Georg. *in l. pactum quod contra, C. de pact.* Et hanc cōsequentiam firmat Rot. *dec. 1. de procul.* 310
in nouis. col. 1. Soc. *cons. 120. col. 4. lib.* 1. Eamq; no. etiam Rip. *in c. cum M. Ferrariensis, post n. 136. de constit.*

Et negatiua ista probatur per librorum aperturam, 311
vt tradit Crau. *cons. 135. n.* 5. sicuti probatur per instru- 312
mentorum inspectionem, vt per Dec. *in cons.* 363 *n.* 12. 438. *num.* 4. 496. *nu* 8. 552. *n.* 8. 557. *col.* 2. Roland. *cons. 1. n. 72. cons. 2. n.* 119. & alibi sæpe per doc.

Item posito, non tamen concesso, quod vicarius in 313
illo tunc fuisset ab ecclesiæ ingressu priuatus, adhuc dicitur quod retinebat nihilominus clauium vsum, & sic poterat impertiri officium suum; ita in terminis terminantibus decidit gloss. ad hoc optima, & communibus calculis recepta *in d. cap. sacro, in verbo interdictum.* Item 314
respondetur, quod cum tali in vtilibus atque in ad legem pertinentibus licitum fuit participare, & ita ab istorum vicario mediantibus quatuor illis sacerdotibus confessarijs alias approbatis, & tunc delectis, absolutionem accipere, quoniam vicario istud incumbebat ex officio, ad tradita per Bart. & doct. *in l. 4. §. hoc autem iudicium. ff. de dam. infec.* Vbi potest iudex, atque etiam 315
tenetur interponere nobile officium à nemine postulatum in ijs, quę respiciunt actum pium, nec posse probabilem prætendere ignorantiam, & maxime per Bar. *col. 2. vers. 1. casu.* Et præcipue in casu isto, in quo versa- 316
tur rectis oculis intuenti inutilitas publica, atque actus pius, vt per Bar. ac alios *in d. § hoc autē iudicium.* Et fuit 317
ordinarius in ministerio ecclesiæ semper absque vlla hæsitatione toleratus, quinimo & laudatus, ideo poterat vtilia, atque etiam ad legem pertinentia gerere, administrareque, ex quo sibi incumbebat ex officio per prædicta, quæ non repeto (ne vt est in veteri prouerbio) repetita auribus officiant. Item potuit requisitus 318
à fidelibus sibi subditis concedere facultatem absoluēdi prædictos excommunicatos officio iudicis nobili, ac demandare, quoniam istorum respectu priuatam respicit vtilitatem, & sic iuxta theori. Bart. quam communibus calculis approbant Moder. *in l. imperium, ff. de iurisd. omni iud.* comprehenditur submixto imperio, ex quo participat de duobus, vel pluribus. Ideo potuit tuto delegari de iure pontificio: communem inquit Ia- 319
cobi. de S. Georg. *in l. properādum, §. sin autem rem. sub n. 7. C. de re iud.* Et ita etiam in aliis diœcesibus in practica seruatum pluries videmus.

Sed quid plura? nonne casus iste fuit à summo Pon- 320
tifice bene intellectus & approbatus, ac demū ex illius liberali gratia clerici ob illū in vrbe carcerati relaxati fuere. Et quibus reuersuris domum versus iniunctum 321
fuit expresse iussu eiusdem Sanctissimi, quatenus de cetero cum eorum vicario, omni cum debita reuerentia, submissione, atq; humilitate procedant, illiq; obtemperent, ac debitum tribuant honorem, tum ob vicarij merita (vt vtar ipsius summi Pontificis verbis) cum ēt propter auctoritatem officij ex litteris eiusdem alias in actis per prædictos exhibitis, atque penes eundem vicarium existentibus: ex quibus patet clarissimè casum pro vicario esse contra illum vexantes decisum. Et est 322
nempe meritis merito honor tribuendus, vt habetur 323
in Apophthegma; cū virtutis merces sit proprium præmium, ex Cicer sententia de claris oratoribus dicentis; honor est præmiū virtutis, & pro Archia poet. virtus nullam mercedem laborum, periculorumq; suorum desiderat præter hanc laudis & gloriæ; & alibi, quæ o- 324
mitto. Et de gestis a summo Pontifice, atq; de illius auctoritate disputare sacrilegij instar est. *l. sacrilegij C. de diuer. rescrip. l. 2. de sacril.* & dicebat Bald. *in prælu. feud.* 325
n. 34.

n.34.quod in principe est potestatis plenitudo,& post-
326 eaquam vult aliquid ex certa scientia, nemo potest ei
dicere;domine cur ita facis? Ideo,& c.Et *in c.cum super*
de cau.poss.& propriet. quod princeps ex sui sciẽtia certa
est supra ius,extra ius,& omnia potest,vt retulit Deci.
327 *in cons.588.n.5.*Adduco ad id ét Bald.*in c.1.quals.domi,*
*propie,feudi priue.*dicens, quod Imperator est omnia,ac
328 super omnia:ergo multo magis Papa,qui præest Impe-
ratori,sicut sol præest lunæ, vt habetur per Ludo.Ca-
rer..*tract.suo de hære.sub n.30.*Et comprobatur.
329 Nam maius dignum trahit ad se minus dignum, &
principale annexũ,non è cõuerso. *c.vnico de consec.eccl.*
330 *vel altar.in 6.*Item antecedens hoc est Papa nõ sapit na-
turã sui subsequentis,quid est Imperator,sed bene sub-
sequens sui antecessoris,per Bal.*in l.quoties.C.de fideicõ.*
331 Qui quidem Papa omnia potest ex certa sciẽtia, supra
ius,extra & contra ius,per eundem *in c.cũ super, col.1.*
*de cau.poss.& proprieta.*quem refert,comprobat, atque
sequitur Crau.*in cõs.166.col.2.*ꝗ tradit etiam Roland.*in*
332 *cons.1.n.93.& in cons.3.n.130.* Et solet etiã dici, vbi leo
figitpedes, cetera animalia conquiescunt, ita de sum-
333 mo Pontifice dicitCrau.*in cons.296.col.1.*Item compa-
ratur Papa Soli,qui est maior luna, quantitate, digni-
tate,officio,ac sublimitate,Bal.*in cons 333.ad intelligen-*
334 *tiam.lib.1.*& per Ludo.Carer. vbi supra. Et sicut sol se
habet in planetis,ita Papa in ecclesijs,vt dicit Bal.*in 6.*
*bone,el 2.col.4 de postul prel.*quẽ retulit Crau *cons.296.*
335 *col.fi.* Et potest mutare quadrata rotundis, vt inquit
Host.*in cap.cum venissent, de iudic.* vt illum retulit Rol.
336 *supradictis in locis,*& cum Princeps sit causa causarum,
non est vlterius de illius potestate inquirendum, cum
primæ causæ non sit alia causa.Et quod primum est,a-
liud ante se habere non potest, vt patet ad sensum, &
probatur etiam *per l.proximus,ff.de verbor.signif.*
337 Quinimò contemnentes mandata summi Pontif.
contrahunt hæresim, vt habetur late per Ludou.Car-
338 rer.*d.tract.sub n.28.* Et qui disputat de Principis pote-
state se facit superiorem, vel illi parem,ac ponit sedem
suam ab Aquilone, tentando similem esse altissimo,vt
post Bal.*cons.359.col.1.lib.1.*inquit Crau. *cons.241.n.3.*
266.ante n.2.396.col.7.vers.Venio.
339 †Et dicit Abb.*q.1.*quod Papa non habet parem,nec
superiorem. vt per Ludo.Catrer.vbi supra,ante *nu.31.*
340 † Vbi ex Feder. Imperium à Papa præcedi inquit,& a-
341 liter sentiens esset in hæresi.†Et dicit Natta *in cõs.637.*
*n.13.*quod Papa est dominus dominantium, & habet
ius Regis Regum in subditos, & quod apud eũ est su-
342 prema potestas,in qua non habet parẽ † Et est culmen
cæterorum,quos intellectus potest imaginare, vt dicit
343 Dec.*in cons.469.n.39.*† Et solus vn caput omnimodam
põt exercere iurisdictionẽ,vt inquit Abb.vbi sup.*n.14.*
344 † Nec principi dici potest; Domine, cur ita facis,vt
inquit Crau.alios aduocans *d cons.266.n.2.*etiam habe-
345 tur supra *n.325.*Quisquis igitur est tam fatuus,qui au-
deat se intromittere;vbi Papa manus apposuit, repu-
346 gnante tex.*in c.vt nostrum, de appel.*Vnde quod confir-
mat,nemo infirmat,vt dicit Bal.*in l.rescripta. C.de prec.*
Imper.offer. & tradit Dec.*in c. cum accessissent, col. mihi*
347 *7.de constit.* Neque inferior potest rescindere sui supe-
rioris factum,*l.nam & magistratus.ff.de arb.l.minor au-*
tem magistratus,ff.de minoribus cum aliis similibus.
348 Quinimò non potest inferior se intromittere super
factum sui superioris etiam nullum per Innoc.*in c.inter*
dilectos,de excess.prelat cum simil. de quibus per Dec.*in*
c.vt nostrum,de appel.sub n.1.& in c.1.col.2.de confir.vti-
li.vel inutil.& per Crau.*cons.296.col.fi.in fi.*Nõ omitto
349 cõtra Dom.Leonotũ,quod dimissoriam in scriptis ob-
tinere debebat, per glossam magistram citatã supra *n.*
157.atque per allegata *n.309.*& vnico testi non est ad-
350 hibenda fides.*l.vbi nu.ff.de testib.l.iurisiurandi,C.eo.*ne.
Iul.Clar.Sentent.Pract.Ciuil.

que istius absentiæ causa fuit approbata, neque Vica- 351
rium à Vicario approbatum reliquit, vt iubet S. C.
Trid. allegatum supra *n.154.*
Est & etiã vnum aliud pro vicario notandum, quod 352
inquit Bal.*d.l.obseruare.§.proficisci.ff.de officio procon.&*
*leg.*quem sequitur Amad.*de synd.n.186.* quod probati-
ones debent esse in officiales sole clariores, per not. *in*
l.fi.C.de prob. quæ est canonizata.2.qu.8. & extit dictum
supra *n.107.*& adde per Bertaz.*in sapius allegato cõs.71.*
*n.11.*Succumbãt igitur vexantes temere Vicarium,*l.cũ* 353
*temere,ff.de iud.§.hac.autem:Instit,de pæn.temer.litig.*vbi
improbi litigatores qui vinci,refelli,coargui putant es-
se turpissimum,nihilq; aliud curant nisi propriam per-
tinaciam, damna, ac expensas Vicario reficere tenen-
tur,vt etiã pulchre tradit Didac.qui materiam plene di-
scutit *pract.q.c.27.*vltra atroces iniurias, de quib.supra,
ac plenius in processu.Et pro Vicario viro integerrimo 354
militat in omnibus vulgata regula, actoribus non pro-
bantibus plene,& legitimè,accusatus, tametsi nil pro-
bauerit(cum tñ pro parte Vicarij probata sint plene o-
mnia probanda) venit absoluendus pure, atq; simpli-
citer,ad not.*in l.qui accusare, C.de edendo, & in c.1. de*
*accus.& in l.ei,qui dicit, atq; in l.act.ff de prob.*Quæ iu- 355
ris regula intelligenda est de diffinitiue absolutoria, ét
vbi accusatorum intentio fuisset in negatiua fundata:
de istis omnibus habetur per Rol.*cons.67.nu.1.2.3.l.2.*
Et in crimine falsi probatio debet de necessitate con- 356
cludere,atque strictior esse debet,quam in aliis crimi-
nibus per ea,quæ tradit late Cephal.*d cons.230.*
Et dicebat Ang.*in l.item apud Labeonem,§.si quis,ff de* 357
*iur.*relatus àCur.Sen.*in repe.l.admonendi n.356 ff de iu-*
*reiur.*quod auctore haud probante poterat aduersarius
illum conuenire iniuriarum actione, ac pro expensis,
ex quo deprehensus maneat in manifesta calumnia, ét
habetur nitide per Iul Clar.*qu. 62. vers.sed nunquid.*ac
per Menoch.*de arbit.iud.58.ca.321.*& accusatores sunt 358
ét damnãdi ad talionis pænã *5.q.6.can.1.& 3.*Et secũ-
dum *text.46.d.accusatores.* Et multa pro vicario habé- 359
tur per Cæph.*d.cons.230.*Caueãt igitur iudices,& pru-
dẽter attendãt,vt in causarũ processib. nil vendicet o-
diũ,seu fauor vsurpet,timor exulet,præmiũ,aut præmij
expectatio iustitiam non auertant,sed stateram gestent
in manibus,lances appẽdant æquo libramine, vt in o-
mnibus,quæ in causis agenda fuerint,præsertim in cõ-
cipiendis sententiis,ac ferendis præ oculis habeãt solũ
Deum;illius imitantes exemplum,qui querelas populi
tabernaculũ ingressus ad dominũ referebat, vt secun-
dũ eius imperiũ iudicaret.Si quis igitur famæ suæ pro- 360
digus, & proprij prosecutor honoris contra consciẽ-
tiã,&iustitiam.in grauamen alterius in iudicio quicquã
fecerit per gratiam,vel per sordes, ab officij executio-
ne per annũ nouerit se suspensum,&ad litis æstimatio-
nem nihilominus parti læsæ condemnetur. Hæc fusius 361
habẽtur *in c.vnico,de senten & re iud.in 6.& aliqua, 45.*
dist.omnis & cohortationem pulcherrimam ad iudices,
vide per Menoc.*ante illius tract.de arbitr. iudic* qui ét
ponit cõdemnatoriam sententiam in eos à pijs,ortho-
doxisque Imperatoribus Leone,& Alexandro pronũ-
tiatam. Et ad prædicta astipulantur ea,quæ M.T.C.lu- 362
culenter scripsit in præclara illa oratione pro Milo.dũ
in vltimis verbis dicit; Vos oro, obtestorque iudices,
vt in ferendis sententijs, quod sentientis id audeatis,
vestram virtutem,iustitiam,fidem (mihi credite) ma-
xime probabit,qui in iudicibus deligendis optimum,
& sapientissimum quemque delegit.
Item est perpetuo notandũ, quod iniustus iudex in- 363
ter bruta est connumerãdus,secũdũ Arist.*lib.1.Poli.*vbi
ait sic,Sicut optimum animantium est lege fruens, ita
pessimũ animantium est homo à lege,& iustitia separa-
tus,referentẽ Rol.*cons.12.nu.2.lib.3.* Et iudex, qui cor-

364 ruptus pretio, vel precibus iniustam protulit sententi-
am, efficitur infamis, & tenetur parti læsæ ad æstima-
tionem, text. & ibi Castr. *in l. fin. C. de pæn. iud. qui male*
365 *indic.* Et ad materiam habemus memorabile exemplum
Donati de Falconibus, qui ex eo, quia fuit ab vtraque
parte corruptus, fuit cingulo doctorali priuatus, & fa-
ctus exul, & merito, vt etiam tradidit Iul. Clar. *in pract.*
crim. q. 73. in versic. Iudex committens, quæst. seq. vers. scias
autem. Et de illo exemplo Donati, qui fuit auditor in
prouincia Calabriæ meminit alia multa subiungens de
366 iudice corrupto Lud. Carr. *in practica crimin. §. homici-*
dium, el 1. n. 92. 93. Et è conuerso, iuxta illud Prophe.
Psal. 15. in princ. Beati, qui custodiunt iudicium, & fa-
ciunt iustitiam in omni tempore. *& Ps. 109.* In memo-
ria æterna erit iustus, *& Psal. 58.* Si vere vtiq; loquimi-
ni, recte iudicate filij hominum, similiter Ezechiel. *cap.*
18. Et iudicium verum fecit inter virum, & virum, hic
iustus est; & prædicta commemorat Craue. *cons. 219. in*
fin. adde text. *in l. quoniam. C. de episc. & cler. qui solet*, vt
illic inquit Bald. allegari ad hoc, In memoria æterna
erit iustus, & ab auditione mala non timebit Et Salic.
ibidem dicit; iusti memoria debet extolli, iniusti autem
367 aboleri. Meminerint igitur coniurati, quia non relin-
quet dominus virgam peccatorum super sortem iusto-
rum, vt non extendant iusti ad iniquitatem manus suas,
vt legitur *Psal. 124.*

368 Et quod lento gradu ad sui vindictam diuina pro-
cedit ira tarditatemq; supplicij grauitate compensat;
vt legitur apud Valer. Max. *in vita Diony. Syracu. in vl-*
tim. verbis. Item, & iuxta illud Hora. Raro antecedcn-
tem scelestum pœna deserit, pede claudo pœna sensim
prosequitur nocentem.

369 Vicarius vero cantabit: Beati, qui persecutiones pa-
tiuntur propter iustitiam, & reliqua. Fuit profecto in-
iuste, ac indebite oppressus ab improbis, apud quos
ratio, & veritas domicilium non habent. *Hier. Giach. de*
Lugo saluo semper, &c.

Subscriptio D. Ioan. Baro. Iurisconsulti.

370 Existimo veras, ac prorsus iuri consentaneas præstā-
tissimi do. consulentis conclusiones, in allegationibus,
non minus eleganter propositas, quam subtiliter con-
firmatas; & optime sublata quæ loco obiectionum in
calce sunt ascripta. Propterea, & si sola à me subscri-
ptio postuletur, tamen ne videar pro iustissima causa,
ac vetere amico laborem detrectasse, liber paucula, li-
371 cet non necessaria, adijcere. Et primo quod attinet ad
præmissa, præter adducta ab ipso est plenissima allega-
372 tio Lapi. 73. ad quam vulgo recurritur. Quod vero ob-
ijcitur de prætermissa monitione, *ex c. sacro. de senten.*
excomm. & not. in c. 1. & 3. eod. lib. 6. si modo fuit ea opus,
quod non videtur ad offensam ex doct. Archid. *c. 1. nu.*
373 10. Ioan. And. *n. 11.* Lap. *d. alleg. 73.* vbi Mand. alia con-
gerit, recte refellitur, propter necessitatem, ac immi-
nens periculum, vt traditur *in d. cap. 1.* vbi post alios
Gemin. *in §. si quis, nu. 9.* Fran. *n. 3.* Idem Gemi. *§. caueant,*
374 *n. 6. ad fin.* & Fely. *in d. c. sac.* Valuit ergo excommunica-
tio sine metu suspensionis ipso iure, atque ipso facto
commissæ, vt per Io. & Fran. *in prin. d. §. si quis.* Card. &
375 ceteros. *d. c. sacro.* Potuitq; vicarius licet vere suspen-
sus fuisset (quod negatur) absoluere communicatos,
per gl. *in d. §. sacro. allegatam in consil.* & quam post se-
quuntur ibi Butr. *n. 25.* Card. *col. 5.* & Abb. *n. 10.*

376 Quo vero ad ratificationem quærelæ propositæ à
procuratore carente mandato speciali, si quidem cer-
tū tempus sit ei constitutum, & lapsum, vera erit con-
clusio firmata *l. penul.* vbi per doct. *ff. rem rat. habe.* So-
377 cin. *in cons. 6. n. 35. in 4. cum simi.* Sin minus obtinet opi-
nio doct. *in l. si maritus, C. mand.* Felin. *c. nonnulli, §. sunt,*
& alij, col. 4. de rescr. Quam in rem possem multa alle-
gare, Cætera, quia sunt copiosissime, & vere examinata,
atque reiecta, & plurimum ex actis, quæ non vidi, pen-
dent, haud quaquam attingo, vti nec motiua. Quorum 378
post rem de scriptura aperte refellunt Ioan. Anton. de
Butr & Archid. *d. cap. sacro,* & passim corruer ex tradi-
tis à Fel. *in rub. de sent. excom.* Atque reor sine vlla exce- 379
ptione ius esse pro d. Vicario viro integerrimo, ac do-
ctissimo, in quorum fidem, &c. & Saluo, &c. hæc sub-
scripsi ac subsignaui.

Locus Sigilli.

Ioan. Baro. Iurisconf. Ferrariens.

Corollarium eiusdem Do. Hieronymi.

Nihil est inter homines sic indubitatum, quin possit 380
licet iustissimum suscipere quanquam solicitam dubi-
tationem, vt scriptum reliquit Imper. *in Auth. de tabel.*
§. si vero dominus, vers. proinde. cuius dictum reassumit
Olas. *decis. 29. in pr.* vbi etiam tradit alia de veritate
notab. Et secundum Nat. *cons. 60. col. 5. post med.* Nihil 381
tam clare, tamque aperte verbis proferri potest, quod
non maligna, ac sophistica interpretatione euelli possit;
leges enim sæpe calumniantur, *l. non dubium, C. de legi.* 382
Et cauillantur, *vt ff ad Tert l. 2. §. tract. & ff. de reg. iur. l.* 383
ea est natura. Et captantur *l. pen. ff. ad exhib.* Adde etiam, 384
quod ad dissentiendum homines naturaliter sunt faci- 385
les. *l. item si vnus in duos, ff. de arbit.* Et quod impossibi- 386
le est, quod fiat lex ita clare, vt dubitationem non reci-
piat; & propterea dixit Bart. *in l. 1. nu. 14. C. de no. faci.*
quod vbi circa legem sunt opin. licet aliquis iudicaret
secundum vnam opi. & non veram, sententia valeret,
nec diceretur continere expressum errorem iuris. Et 387
vicario, inique, iniusteque vexato adaptatur illud not.
Mag. sent. *in prolo. circa fi. post Hylar. relatum in prin.*
de Su. Trid. dicentis: Ambigendum non est omnem
humani eloquij sermonem calumniæ, atq; æmulorum
contradictionis semper obnoxium fuisse, quia dissen-
tientib. moribus dissentiens quoq; fit animorum sen-
sus. Et accusantes vicarium contendere contra agni- 388
tam veritatem, quod peccatum non leue aliquando le-
gimus apud probatos auctores. Quæ quidem veritas 389
vtinam tot haberet inuentores, quot habet contradi-
ctores, secundum Magist. sentent.

Et vicarius patuit morsibus illorum, qui stimulante 390
inuidia despiciunt, quæ consequi non possunt; & eum
non ex iudicio, sed ex odij præsumptione indesinenter
obtrectationib. lacerant, vt inquit Hier. Sanctissimus
in prolo. super Isa. Partes igitur iudicare debentium 391
sunt maledictis confutatis, accusatores in ead. senten-
tia vno contextu præcedente vicarij simplici, ac diffi-
nitiua sententia, *c. licet causam, de proba.* & per Cur. Sen. 392
d. l. qui accusare, nu. 4. & Castren. *cōs. 46. in fin. tom. 2. crim.*
condemnare sicuti petitum est pluries, ad expensas,
damna, interesse, ac minuias vt tradit Crauet. *cons. 53.* &
Clar. *q. 62. ver. sed quæro nunquid.* vbi dicit ita *commu- *
niter teneri: quod procedere inquit vbi iudex statuisset 393
accusatoribus terminum ad allegandum causam, qua- 394
re &c. Et hoc ne vicarius dilaceratus, calumniatúsq;
incedat, *l. si calumnietur, ff de verb. sign.* & etiam dicatur
remuneratus ad ingratitudinem, quæ est omnium ma-
lorum radix, teste S. Aug *in soliloq. c. 8.* Et ingratus non 395
dicitur viuere moraliter, *l. fin. C. de inoff. testa.* Et potest 396
certe vicarius dicere illud, quod legitur *in Eccles. c. 4.*
vidi calumnias, quæ sub sole geruntur, & lacrymas in- 397
nocentiū, & neminem consulatorem. Et illi potest dici 398
aliud, quod legitur *eod. c. 5.* si videris calumnias egeno-
rum, & violenta iudicia, ac subuerti iustitiam in pro-
uincia, non mireris super hoc negotio, quia excelso ex-
celsior est alius. Vexationes tamen ac lacerationes in- 399
iuncta ingratitudine impia conturbauerunt vicarium
iudicem integerrimum, & apud quem non est acce-
ptatio personarum, *c. nouit. §. ceterum, de iud.* † vnde ne 400
impij præualeant aduersus iustū, & ne egrediatur per-

uersum

401 uersum iudicium, vt legitur in prolog. Hieron. † S. in Abac. Proph. *col.* 1. Lacerantes, atque calumniantes vicarium, debent condemnari. *d. l. eum qui temere, ff. de iud.* & per Pari. de Pute. *d. tract. de synd. in verbo, expressè, n.* 4. Et etiam propter iniurias ei illatas, *l. si. cum illic not. ff. quod quisque iuris.* & tradit Catald. *in d. tract. ante finẽ.* & Pute. ac Bossi. citati à Bertaz. *in sæpius citato cõs.* 71. *in fin.* vbi illo casu discusso concludit sic. Et idem *in cõs.* 81. *n.* 15 *& cons.* 91. *n.* 8. 9. sicuti apud acta pluries postulatum fuit.

402 † Fuit & etiam in vicarium obseruatum illud, quod legitur Sapien. *c.* 11. Circumueniamus iustum, quoniã inutilis est nobis, & contrarius operibus nostris, & improperat nobis peccata. Verum defecerunt scrutantes
403 scrutationes non animaduertentes, Iustorum causas in
404 manib. Dei esse; vt dicitur Sapien *c.* 5. Item vicario adaptatur illud, quod legitur Ecclesi. *c.* 4, *in fi.* Pro iustitia agonizare, pro anima tua, & vsque ad mortem certa,
405 & Deus expugnabit pro te inimicos tuos: Deus enim
406 vindicans vindicabit. *eod. c.* 5. Item legitur inter Beatitudines Ecclesiasticas Matth. *c.* 5. Beati, qui persequutiones patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum
407 est regnum cælorum. Item beati estis, cum maledixerint vobis homines, & persecuti vos fuerint, & dixerint omne malum aduersum vos mentientes propter me,
408 gaudete, & exultate, quoniam merces vestra copiosa est in cælis. Et ibi. Nisi abundauerit iustitia vestra, plus quam scribarum, & pharisæorum, non intrabitis in re-
409 gnum cœlorum. Ex quibus omnibus cum in casu syndicatus debuisset vicarius syndicari dumtaxat de furtis, baratraria, ac illicitis extorsionibus, vt per Iul. Cla. *q.* 63. vbi ita de consuetudine retulit obseruari, cui adde & per Iodoc *in Enchirid. pariũ, verb. parũ*, ac per Gram. *criminali cõs.* 54. *n.* 11. & per Bertaz. *d. cõs.* 71. *n.* 3. qui post
410 relatos dicit officialem non posse syndicari nisi de dolo, & baratraria ex generali consuetudine, non autem de iniquis sententiis per imperitiam, vel male latis, & idem *cons.* 92. *in princ.* Sed fuit attentatum contra eum, quoniam inauditus est ius syndicandi in vic. Episcopi.
411 Concludendũ est, vicarium fuisse syndicatum ob meram inuidiam, diabolicamque vindictam, vexatum, atque calumniatum à pertinacibus fortissime latrantibus, suggerente, atque illis patrocinante etiam quorũdam aliorũ, qui putabant, ex fallaci, & illicita sua mer-
412 catura, nubere feminas certas, incredibili cupiditate, quæ est radix omnium malorum. 46 *dist. bonorum. §. cogitatio, & §. est quoque, in auth. vt iud. sin. quoquo suffrag.* & tradit Dec. *in c. nam cõcupiscentiã, in 2. no. de constitut.* vbi
413 alia etiam de cupiditate not. Et pro faciliori vindicta fuit constitutus à volentibus iniquitatem facinoris in hominem iudicem refundere, pro iudice, Donnus Alc. Gemadedius, qui fuerat ab ipso vicario per senten-

tiam Parochiali priuatus; item & de vi publica processatus, & qui etiam fuerat eidem vicario delatus de falso, ex eo quod claues ad sacristam E. S. Andreæ penes tertium existentes fecit permutare, quæ minime hic erant omittenda: ex quibus patet quales, ac quantos habuerit aduersarios: verum non est mirum, vaditorum crepim semper fuit præcipua ista conditio, aut potius 414
infelicitas. Habet namque virtus sua obstantia, aduersaque vitia: & quo altiores sunt turres, magis ventorũ flatibus concutiuntur, iuxta illud Horat. ad Lucin.

Sæpius ventis agitatur ingens
Pinus & celsæ grauiore casu
Decidunt turres, feriuntque summos
Fulmina montes.

Et Cic. siue quisquis ille fuerit ad Heren. *l.* 4 virtutis 415
omnes inuidia plerunque bonos insectatur. Et idem 416
Cic. *de Cla. orat.* Laudi & gloriæ maxime inuideri solet. 417
Et *pro Corn. Balb.* Et huiusmodi labes quædam, & macula, virtuti inuidere.

Verum idem inquit *in Anto.* omnia alia falsa, incerta, 418
caduca, mobilia sunt virtus est vna altissimis defixa radicibus, quæ nulla vnquam vi labefactari potest. Et iis 419
omnibus consideratis, causa, & innocentia do. vicarij splendidissima facta est, atque posita extra omnem cõtrouersiam, & omni ope, & diligentia in hanc luculentam consonantiã, adimpleta, *§. quorum in proœm. Instit.* Quam plura alia scribere potuissem, atque addere finito syndicatu isto, sed missa facio, ne nimium suffarci- 420
natum sit onus. Prolixas namq; ac verbosas disputationes euitare debemus, *§. primo. Instit. quod cũ eo qui in alien. pote.* Postremo scias prudens lector, quod ob re- 421
ligionis reuerentiam, ac S. R. E. decorem; etiam multa ex industria omisi (timide loquor) contra cupidos, qui in quibus gradibus, ac terminis reperiantur non nostra sit sententia, sed illorum iudicum de quibus supra *nu.* 361. Et iam satis de causa. Hæc volui scripsisse, vt si 422
quid amaritudinis resideret in pectore legentium, his vltimis omnia silceam. Vnde totum relinquam, gratias Deo agens, cum Poeta nostro tandem dicam, sat prata bibere.

Hieronymus, qui supra, correctione semper salua.

Subscriptio D. Alexandrini Rondinel.

Quoniam alias plene in litteris meis familiaribus ad R. Interamnæ, Viso testium processu examinaui que- 423
relas omnes, concludendo pro vicario integerrimo viro, qui profecto dicere potest, liberas ædes habeo. *l. sicuti, § si quæratur. l. loci corpus, §. competit. ff. si serui. vend.* Ideo repertis tam in cons. quam in subscriptione eleganter, accurateque allegatis, de illis sum contentus. Vnde vt superius scriptum est, dico, & iuris esse consulo. *Ego Alex. Rondinel. de Lugo, saluo semper, &c.*

FINIS.

CONSILIVM D. HIERONYMI GIACHARII I. C. LVGIENSIS

In Materia Monetæ Marchiſanæ, atque beneplaciti Ducalis.

SVMMARIVM.

1 *Remedium* can. Reintegrandæ, 3. q. 1. *competit etiam laicis pro re profana, ex communi, & magis communi ſententia.*
2 *Et conceditur pro quaſi poſſeſſione rerum incorporalium.*
3 *Et competit etiam pro rebus mobilibus, & immobilibus.*
4 *Et illa quaſi poſſeſſio releuat agentem ab onere probandi. Præſertim in bona fide exiſtentem.*
5 *Communis vſus loquendi præfertur propriæ ſignificationi, & eſt mirabile,* n. 6. & 10.
7 *Et præualet omni regulæ omnique conſtitutioni. Fallit* n. 8.
9 *Mens apparere dicitur, vbi iniquitas reſultaret, vel abſurditas* n. 10.
11 *Propria ſignificatio à ſtatuto, vel l. deſumitur.*
12 *Propria ſignificatio ſumitur ex alluſione vocabuli.*
13 *Nomen debet rei eſſe conſonum, & conueniens.*
14 *Nomina adinuenta ad quod quid dignoſcendum.*
15 *Sicut inſignia, & arma.*
17 *Poſſeſſio quaſi à pedum poſſeſſione.*
18 *Teſtamentum quaſi mentis teſtatio.*
19 *Moneta Marchiſana de lata & longa Romandiola intelligitur.*
20 *Minime mutanda, quæ interpretationem certam habuere.*
21 *Monetæ ſolutio de qua facienda.* & n. 22. 23. 24 & 46.
25 *Et quid in manu à præſtatione.*
26 *Conſuetudo prouinciæ debet attendi.* 29.
27 *In claris non eſt locus coniecturis.*
28 *Idem in caſu legis.*
30 *Quæ ſi ſit generalis non indiget probatione, quia index ſupplet* n. ſeq.
31 *Et dicitur ius moribus conſtitutum.*
32 *Et pactum cum ciuibus initum.*
33 *Pacta ſeruabo, ait prætor.*
34 *Quæ vox fuit quaſi diuina.*
35 *Et ſuam obtinet firmitatem.*
36 *Studioſe agendum eſt, vt illa quæ ore promittuntur, compleantur etiam opere.*
37 *Quod procedit etiam in Principe, qui pacto cum ſuis ſubditis inito contrauenire haud poteſt etiam de plenitudine poteſtatis* n. 38.
39 *Ariſtot. pulchrum dictum ad Alex. Regem Macedon.*
40 *Nihil eſt, quod luce clariore præfulgeat in Principe, quam recta fides.*
41 *Sereniſſimus Dux Ferrariæ laudatur.*
42 *Beneplacitum ducis Alfonſi refertur.*
43 *Quod in conuentionem abijt.*
44 *Principis priuilegium aliqua cauſa non eſſe renouandũ* & n. 45.
47 *Magnifica communitas Lugi benemerita* cum ſeq.
50 *Pacta contra publicam vtilitatem inita non valent,* & n. 58.
51 *Nec firmantur neque ſtipulatione, neque iuramento.*
52 *Pactum contra publicam vtilitatem quod.*
53 *Epilogus notab. de reſiſtentibus.*
54 *Libertas res inæſtimabilis.*
55 *Monetam alterare, vel mutare eſt de Regalibus.*
56 *Regalia quæ relatiue,* & ſeq.
59 *Epilogus pro Com. Lugi & Bagarelli.*

REquiſitus pro parte Magnificæ Communitatis Lugi. mihi, atque ãtiquioribus meis patriæ originis, ac domicilij, non potui cum bona conſcientia eidem me interroganti iuſtum, atque debitum denegare patrocinium, & ſcribere quid de iure ſentiam contra do. Maſſarium Ducalem in prouincia Romandiolæ qui conatur pro poſſe ſuo interuertere ſolitum, & ſic augere in gabellarum exactionibus monetam, exigendo de facto & per vim, ad monetam ſtrictam ciuitatis Ferrariæ, non autem ſecundum antiquam, atque immemorialem conſuetudinem, vſumque longæuum totius prouinciæ noſtræ Romandiolæ ad monetam latam ſiue mauis, longam Romandiolæ, ſicuti ſemper Publicani omnes, ſiue Gabellarij antehac inuiolabiliter indiſtinc̃teq; à tanto tempore, quod non eſt hominum memoria in contractum obſeruauere exigentes illas. Libenter igitur onus mihi iniunctum ſuſcepi, vt in partibus patriæ, cui omnes quam plurimum debemus, quantum in me eſt, vtilitati publicæ, ac vniuerſorum commodo cõſulam. Inuocato igitur nomine Ieſu Chriſti, ſecundum quod docet Apoſtol. ſcribens *ad Corin. c. 1. & ad Coll.* 10. & legitur *in Act. Apoſt c. 6. & 16. q. c. nõ licet.* priora à me ſuccincte ſcripta, repetendo, atque ampliando. Multa, ſed duo principaliter ſeſe offerunt diſcutienda, quaſi poſſeſſorium ſcilicet præfatæ magnificæ Communitatis, de facto, & abſque ſuo facto, & culpa ſua, deiectæ, ſiue ſpoliatæ à ſua quaſi antiquiſſima, immemorialique poſſeſſione pacifica.

Secundo petitorium circa primum† remedium *can.* 1
reintegrandæ. 3. q. 1. quo experitur prædicta Magnifica
Communitas Lugi, competere etiam laicis pro re profana commune poſt Ioan. ab Imol. Alex. & Rip. & magis commune poſt eundem Alex. teſtatur Rolan. *conſ.* 50. *n. 3. col.* 3. & de communi habetur *in reſp. 1. cauſæ Finarien. n.* 8. *& in 2. artic. nu.* 1. vbi crebrior & verior dicitur. Item crebrior, vt late per Iac. Menoch. *in ſuo ſolẽni tract. de recup. poſſ. 15. remed. ſub n. 13. cum plurib. ſequen.* item commune & fuſius per Recentiores *in ſua collecta comm. opin. verb. remedium, n.* 22. †Quod quidem reme-
dium intentatum, concedi pro quaſi poſſeſſione rerum 2
incorporalium aſſeuerauit Soc. *in l. rem quæ nobis ſub n.* 13; *verſ. 3. cõclude. ff. de acq. poſſeſſ.* & conſultus per plura reſpondit Iaſ. *in conſ.* 172. *alias* 178. *in* 4. & tradunt etiam Franc. Marci. *in dec. parlamẽti Delph. q. 389. &* 448. Rip. *in c. cũ eccleſia Sutrina, n.* 101 *de cau. poſſ. ac propriet.*
† Et præciſe Plot. *tractat. ſuo de in lit. iuran. §. 3. ſub num.*
7. vbi cõpetere etiam pro reb. mobilibus & immobili- 3
bus commune retulit ex Rip. *in d. c. ſæpe, n.* 21. & Soc. & Iaſ. *in eandem. l. rem quæ nobis*, hic *n.* 19. ille *q.* 5. & tradũt plene præfati Modern. *eod. remed. 15. q. 17. n.* 200. Ex iſtis receptas ſententias quo ad primum, & primo atque principaliter intentatum remediũ ſufficere exiſtimo.
†Pro cuius tamen complemento addo quod iſta quaſi
poſſeſſio iuris releuat præfa. Magnif. Com. ab onere 4
probandi, præſertim, cum ſit in bona fide text. eſt *in l. eam quæ, C. de liber. cau.* per quã legendis colligit Bald. *illic hoc notab.* quod quaſi poſſeſſio in iuribus corporalibus, releuat ab onere probandi, præſertim ſi ſit habita bona fide ſicuti hæc noſtra allegandis inferius in petitio. Ad idem etiam benefacit text. *in l. circa eum. qui ff. de prob.* vbi Iacob. de S. Georg. *nu. 2. notab.* inquit quod quaſi poſſeſſio alicuius iuris habita bona fide, releuat quaſi poſſidentem ab onere probãdi vt in caſu noſtro.

Circa ſecundum, clarum eſt in iure noſtro.† Quod 5
communis vſus loquendi præfertur propriæ ſignificationi *l. librorum, §. quod tamen* Caſſius. *ff. de leg.* 3. vbi habemus bonam gloſſ. quam Bar. illic præciſe notat ad interpretationem ſtatutorum, quia ſi aliquod verbũ reperiatur ambiguũ quod habeat aliud ſignificatũ, illud debemus intelligere ſecundum communem vſum lo-

queudi

quendi quod & etiam tradidit Bart.& Alex.*in l. Labeo. ff de supel.lega.*idem Bart.*in l.non dubium. C. de legibus* & habetur,per Ant.de Butr.& Abb.*in pro.decret.*quod& etiã tradit Dec. qui alia etiam congerit *in conf.146.col.*
6 *2.in princ.& conf.610.in fi.* vbi dicit hæc notan.esse,† imo mirabile est secundum Bart.*in l.1.col.2.in princ.ff de suis& legit.* quod propria significatio non sit, & quod
7 non propriæ tamen significationi præferatur, † Quinimo quod plus est,præualet omni regulæ omnique cõstitutioni in intelligendis sermonibus, statutis, vel cõstitutionibus,vt voluit idem Bart. *conf.159.col. 4.in pr.* ad quem semper pro solemni interpretatione recurri
8 inquit Bal. *in c.in præsentia,col. 6.de prob.* † Ad idem & plenius per eundem Bart.*in l.omnes populi.ff. de insti.& iure,colum.mihi 22.in fi.* qui supra eo loci distinguendo voluit, quod vbi in statuto reperitur aliquod verbum plures habens significationes vnam propriam, alteram impropriã,tunc licet regulariter fit, vt assumatur propria,& omittatur impropria; tamen illud fallit si de mente disponentis appatet, sicuti in præsenti casu ex vsu longæuo,atque ex vetustissima ac immemoriali to-
9 tius prouinciæ obseruantia. Et † de mente dicitur apparere secundum Bart.ibid. si intelligendo secundum primam propriamq; significationẽ resultat iniquitas, siue absurditas (vt in casu nostro) tunc assumitur impropria, vel si personarum qualitas,aliud annueret;vel communis vsus loquendi aliter se haberet,qui(vt diximus) omni regulæ,omnique constitutioni in exaudiendis, ac examinandis sermonibus derogat præualet-
10 que.†Sed quid de communi vsu loquendi,cum in casu nostro pro Magnifica Communitate Lugi, nostra adsit propria verborum significatio, de libris Marchi loquentium, discurrantur obsecro Lugi pœnalia præsertim,& præcipue *in 3.lib.*perdantur,dum disponunt loquunturq; de pœnis irrogandis delinquentibus quibuscunq;,quia statuentes semper vsi sunt verbis istis, condemnetur contrafaciens siue delictum illud perpetrans *in li.tot. Marchisanis*,& tamen condẽnationes, atque prædictarum pœnarum ac mulctarum exactiones,à tanto tempore quod non est hominum memoria in contrarium fuere semper de plano. & absque vlla hæsitatione ab officialibus exactoribusque ducalibus exacte ad monetam longam prouinciæ Romandiolæ, non autem ad monetam strictam ciuitatis Ferrariæ,
11 quapropter hæc propria dicitur significatio, cum sumatur à statuti auctoritate,&sic ab ipsamet lege explicite loquente,ita expresse decidit Bart.*in l.omnes populi, ff.de insti.& in n.59* & sequitur Ias.late ibi, quod etiã habetur explicite in statu. Ferrariæ,*tit. Modus faciē.soluti.c.32.lib.vers.quod si creditum,vbi cõfunditur*,& non ponitur differẽtia inter vnum, & alterũ,sed indifferẽ-
12 ter accipiuntur. † Item ex alio ad fauorem præfatæ Mag. Communitatis dicitur propria significatio ista, videlicet ex allusione vocabuli, in istis nominibus appellatiuis diffinitione carentibus, in quibus bene potest argui ad no.*in lib.2.§. appellati ff.si cert.pet.* & tradit Ang.de Aret.*in§.1.col.2.Instit.de testa.*Et gabellæ capitula fuere facta temporibus Illust.Marchionũ Æstẽ-
13 sium,à quibus deriuantur. † Quinimo ipsis Marchionibus auctoribus sicuti, & memorant statuta, ideo nõ est mirum si semper loquantur de moneta Marchionali,quia istud est ad similitudinem vocis illorum &quoniam illud ideo etiam est,vt nomen sit rei auctorique suo consonum,conueniensque iuxta tex. & gl.*in § Est & aliud in verb.& consequentia Instit.de don.*vbi gl.iura
14 cõcordantia aduocat.† Et comprobatur, nam nomina adinuenta fuerunt ad distinguendum, & ad quod quid
15 est dignoscendum.*C.de ingen.& manumiss.*† Sicuti etiã insignia siue arma, quæ ad illud idem fuere inuenta.*l.*
16 *sanctum.ff.de rerũ diuis.* † Quapropter non per hoc debet introduci insolitum illud, & sic haud capi absona illa incongrua, inauditaq, in prouincia interpretatio, & abusiuus intellectus, in tam grande damnum,& in tam notabile atque perpetuum præiudicium tot viduorum,tot pupillorum & denique totius prouinciæ, vt sic decisum reliquit Bart. *d.l.omnes populi.in vers. itẽ quando.*quem secutus est Ias.ibi non desunt exempla ad hoc,debemus etenim scire alia similia de possessione, scilicet , ac de testamentis,† nam possessio à quasi pe- 17
dum positione appellatur.vt legitur & nota.*in lib.1.de acq.poss.*

†Et testamentum ex eo appellatur, quod testatio 18
mentis sit,vt habetur *Instit.de testa.in princ.*Et tamẽ nõ omnis pedum positio dicitur propriè possessio, sicuti nec quælibet mentis testatio dicitur propriè testamẽtum ,sed large impropria,atque abusiue.†Large igitur 19
impropriẽ,atque abusiue accipiuntur in prouincia illa verba ad monetam Marchisanam, ad monetam latam, siue longamRomandiolæ,non autem stricte ad monetam Ferrariæ. Et ista interpretatio ab vsu longæuo immemorialique totius prouinciæ obseruantia reperitur millies comprobata,†minime igitur mutanda sunt ea 20
quæ interpretationem certam,ac indubitatam semper habere.l.minime,ff.de legibus,& comprobant.† Nam 21
solutio quælibet regulariter debet fieri ad monetam currentem, vigentemque tempore impositionis,atque contractus iste est casus notab & multum allegabilis, vt dicit Abb.in cap.olim causam de censib.& exactio, nisi sit in alterius monetæ solutione præscriptum vt dicit tex.ille. † Et si quis diceret , si igitur solutio debet 22
fieri ad antiquam monetam currentem , vigentemque tempore impositionis,ergo debet solui gabella ad monetam Ferrariæ,& sic ad monetam impositionis tempore currentem, non autem ad monetam Romandiolæ. Ad hoc respondetur,vt superius iam dictum est , & 23
primo,quod indifferenter sumitur etiam à statuto Ferrariæ moneta. Secũdo quod solutio ad monetam prouinciæ Romandiolæ est facienda etiam ex propria verborum significatione, per allegata superius in secundo dubio principali. Tertio non adest præscriptio vlla soluendi ad illam monetam quinimo ex diuerso reperitur præscriptum pro parte præfatæ Mag Communitatis Lugi,& ista semper fuit ab omnibus nullo prorsus dubitante ex vsu longæuo , ex immemoriali consuetudine receptum, atque inuiolabiliter ab ipsis Gabellarijs obseruatum.

† Vltra quod etiam in dubio de iure inspicitur mo- 24
neta currens in loco vbi solui debet,per ea quæ plene, atque in terminis tradidit Alex.*in conf.21.in..dubio*;vbi ipse considerat etiam statutorum verba & ciuitates consuetudinem , quæ eius consideratio militat , vt est iam dictum , pro præfata Mag. Lugi. Communitate, quæ est in ista quasi possessione non minus pacifica quam antiqua.

Et in annua prestatione est in terminis conf.Purpu- 25
rat.*conf.522.*quem vide.

Quocirca intrepide concludendum esse existimo, 26
attendi debere vsum longæuum, immemorialemque obseruantiam & consuetudinem totius prouinciæ Romandiolæ ad fauorem Magnif. Communitatis prædictæ in istis clarissimis terminis. † In quibus nullus est 27
dubitandi locus, neque coniectarandi. *l. continuus, §. cum ita.ff.de verborum obligatione.*Quinimo in casu isto 28
legis,in quo dubitare non licet,*l.ancillæ,C de furtis.*

Accedat quoque istud,quod vbi dubia esset memo- 29
riæ consuetudo,quæ tamen est indubitata per superius deducta , pro Magnifica Communitate prædicta , adhuc diceretur etiam primo attendendam esse loci, ac prouinciæ vigentem consuetudinem : ad tradita per Ias.*in l.de quibus,ff.de leg.*vbi plene.

Quæ quidem consuetudo cum sit generalis non indiget probatione, quia iudex supplet, vt tradit Bal. *in l. si fugitiui serui, sub n. 3. vers. vel sic. C. de ser. fugit.* quod commune dicit Card. Paris. *cõs.* 13. *sub n.* 33. Item commune etiam per eosdem recentiores *in sua collecta com. opi. v. cõsuet. n.* 26. & ad idem per Dec. qui alia in proposito adnotat. *conf* 483. *n.* 10. *conf.* 401. *n.* 10. *& conf.* 447. *n.* 12. *& conf.* 559. *num.* 9. *& conf.* 615. *col.* 3. *ad medium. & conf.* 586. *n.* 2. *&* 693. *n.* 4.

31 Inueterata etenim consuetudo (vt ista) est ius moribus constitutum, vt not. B. ld. *in l. de quibus, prima lect. n.* 4. *ff. de legi.*

32 Item dicitur pactum cum ciuibus initum, vt per Bal.
33 *in l. de consuet. ff. eod. tit.* Et pacta semper seruabo, semel loquutus est prætor, *in l. iurisgentium, §. prætor ait. ff. eod.*
34 Quæ vox prætoris fuit quasi diuina, vt post relatos ab
35 eo tradit Afflict. 75. *ad fin.* Pacta igitur suam obtineant firmitatem adnotata *in c.* 1. *eod. tit.*

36 Item studiose agendum est, vt illa quæ promittuntur verbo, compleantur etiam opere, per ea quæ habētur, atque notantur *in cap. qualiter, eo.* † Quod procederet etiam in principe, qui pacto cum subditis inito cōtrauenire haud potest, per ea quæ tradunt Rub. *in conf.* 138. *col.* 2. *conf.* 146. *col.* 3. Pau. de Cast. *conf.* 317. *col.* 1. &
37
38 Car. Paris. late *conf.* 2. *n.* 39 *n.* 4. Etiā de plenitudine potestatis, per ea quæ post plene aduocatos tradit Rol. *cõs.* 2. *n.* 28. *vol.* 1. Vbi inter alios citat Bald. *in l.* 1. *ff. eo.* qui re-
39 fert Arist. dixisse ad Alex. Regem Maced. ô Alex. serua fidem datam. Quibus ego addo tex. *in Authē. inter cla-*
40 *ros, Cod. de sum. Trin. & fide cath.* vbi Imperator præcise dicit, nihil est quod luce clarius præfulgeat in prin-
41 cipe, quā recta fides. De qua nullo vnquā tempore fuit dubitatum in Serenissimo, atque potentissimo Principe nostro, qui semper fuit inuiolatæ fidei, & subditorū amator, pupillorum pater optimus, viduarum protector vnicus, & deniq; iustitiæ præsul singularis, & quā semper studet pro subditis suis, & nunquam in subdi-
42 tos. Et hic optime cadit beneplacitum illud ab Inuictiss. Duce Alphonso primo concessum hominibus, & Communitati, præfatæ Lugi quod ex facti narratione, ac per traditionem audio concessum propter cōmensurationem donationis molendinorum Lugi non modici introitus. Seu ob recompensationem factorum præteritorum & propter iacturam, damna, violentias, oppressiones, atque infinita mala passa temporibus illis infestis, damnosis, iniuriosis, ac calamitosis, & ob incomparabilem fidelitatem hominum Lugi pluries agnitam ante, ac in bello & actu contra serenissimos Venetos, & postea in aciebus Bastiæ, atque Rauennæ.

43 Quibus animaduersis tale priuilegium, & concessio dicitur in contractum & conuentionem transiuisse secundum gl. *in l. Aquilius. ff. de don.* Paul. de Castr. *in cõs.* 317. & citatos plene per Car. Par. *in cõs.* 11. *n.* 52. qui *nu. seq.* ex pluribus probat transiuisse in contractum. Esto
44 quod apparet per viam priuilegij, seu gratiam concessum, quod abiq; iusta causa nō posset reuocari à Principe, qui tenetur illud, vt à Principe concessum obseruare, ex pluribus docuit, quæ non transcribo, sed adde Barbat. *conf.* 1. *col.* 4. *in* 2. Domi. *conf.* 74. *col. n.* 1. Bert. *cõs.* 206. *col.* 1. id secūdo in nouis, & Abb. *conf.* 94. *col.* 3. *versic. quoad* 3. *vol.* 2. Afflict. *decis.* 118. *n.* 10. & plenius habetur per Menoc. *in suo resp. causæ Finariē. in* 2. *art. sub nu.* 139. vbi concor. congerit, & ibi de cōmun. opin. & re-
45 peritur post allegatū suum tractat. *de recup. possess.* Neq; præsumitur causa reuocādi in principe etiam in lucratiuis per Ruin. *conf.* 7. *col.* 6. *& cõs.* 36. *col.* 3. *& cõs* 91. *col.*
46 1. *vol.* 1. Sicuti neque in hominibus Lugi reperitur cau-
47 sa vlla, neque ingratitudinis, neque iniustitiæ, neque doli, aut alterius speciei. Et tamen causa vera, ac iusta requiritur. & illius cognitio, vt per Alex. *conf.* 101. *n.* 7. *vol.* 1. *& in cõs.* 17. *n.* 30. *vol.* 5. vbi plene, & prædicta experientia rerum magistra semper docuit, & in dies magis docet pro Magnifica Communitate prædicta, cuius benemerita sunt innumera, & equidem militantia.

Libet hic aliqua commemorare, & primo donationem 48
factam Illustriss. atque Excellentiss. felicis recordationis Herculi Secundo Duci quarto Sereniss. de terris vallinis in non modica quantitate ab ipsa Communitate. Secundo operas immensas positas in fortiliciis Mutinæ, atque Lugi. Tertio in expensis in Mantelli aggeribus. Quarto in Beltegendi foneis duplicatis. Quinto in Mesulæ lapidibus constructis, & continuis operis, in quibus Magnifica Communitas cum tota prouincia, inæstimabiles sumptus, & incomparabiles operas est passa, patiturque in dies, in quibus multi homines ex hac vita decessere.

Postremo in tot donatiuis alias factis. Et quibus patet de benemeritis dictis. Et prædicta de moneta Marchia, soluenda ad monetam longam Romandiolæ (vt semita in viam post longam digressionem redeamus) adeo vera sunt; vt etiam procedat, vbi adessent pacta à Massario cum priuatis inita de istorum acordia soluendo ad monetam Ferrariæ. Quoniam pacta illa vti, 50
& tanquam contra publicam vtilitatem inita haud valerent, & non firmantur, neque stipulatione, neque iuramēto, per ea quæ tradit Bar. *in l. si quis pro eo. ff. de fideiuss.* & habetur per can. maxime Io. ab Imo. *in sua solem. repeti. cap. cum cōtingat, de iur.* & legitur atque cōmuniter notatur per legistas etiam *in l. iurisgentiū, §. si paciscar. ff. de pac.* Bart. sing. notat, quod quando pactum vel cōtractus est ob publicam vtilitatem prohibitus, tunc non firmatur iuramento, quod clarius aperit, atq; explicat ibi Iacob. de S. G. *in* 2. *lect.* dicens non firmari, neque stipulatione, neque iuramento. Et dicitur pa- 52
ctum contra legem contraque publicā vtilitatē quando lex vel consuetudo quæ est altera lex, vt habetur atque notatur *in l. de quibus. ff. de legibus, resp.* De omnibus 53
igitur (Bone Deus) resistentibus videamus seriatim. Resistit lex, resistit sæpius confirmatum ab Illust. Ducibus; statutum, resistunt capitula gabellæ, resistit loci, ac prouinciæ consuetudo immemorialis, resistit lōgæuus vsus, resistit denique ac fortiter exclamat bonum publicum prouincia principaliter, & secundario subtiliter intuentibus. Item, & mercati Lugi in prouincia celebratissimi libertas.

Quæ est res inæstimabilis arg. *l. libertas. ff. de re iur.* 54
Vltra quod alterare, atq; mutare monetam in exigendo 55
forte non potest fieri, cum sit de Regalibus rerum particularium, atque locorum prouinciæ, vt declarat Ias. *in conf.* 10. *col.* 1. *in* 3. Et quæ sint regalia habetur *in cap.* 1. 56
quæ sint reg. Et de quibus multa habentur per Boss. *tit. de* 57
Regal. Et prædicta de pacto contra legem contraque 58
publicam vtilitatem probat optime pulcherrima gl. *in l. pacta quæ contra, verb. contra bonos mores, C. de pact.* ad quam semper recurri inquit illic Iacob. de S. Georg. qui ita etiam declarat, atque alia ad materiam citat. Et prædicta omnia (Beneplacito excepto) faciunt etiam 59
pro Magnifica Communitate Baragelli, quæ reperitur in eadem naui. Et ex istis procella cessabit, & natura tandem portum salutis agnoscent, supra scripta libuit scripsisse instante Magnifica Communitate prædicta, cui semper libenti animo summa ope, atque alacriori studio patrocinabor. Laus Deo Optimo Maximo, vt superius scriptum est iuris esse dico.

Ego Hieronymus Giacharij Iuris Vtriusque D. Lugiensis. In quorum fidem subscripsi subsignauique saluo, & c.

FINIS.

JVLII

30

IVLII CLARI ALEXANDRINI

IC. LONGE CLARISSIMI,

ET PHILIPPI II. HISPANIARVM REGIS supremi Consiliarij, ac Regentis dignissimi

LIBER QVINTVS.

SIVE

PRACTICA CRIMINALIS

Cum doctissimis ADDITIONIBVS Perillustrium Iurisconsultorum

D. IOANNIS BAPTISTÆ BAIARDI Parmen.
D. BERNARDI ROSSIGNOLI Medin.
D. HIERONYMI GIACHARII Lugien.
D. IOANNIS GVIOTII Niuernensis.
D. ANTONII DROGHI è Castro Lauro.

Hisque nouissimè accesserunt Notæ, & Animaduersiones Doctorum inter Germanos sublimium.

D. IOANNIS HARPRECHTI.

ET

D. MANFREDI GOVEANI.

Apposita etiam sunt Quæstionum, & Additionum Summaria, nec non rerum Memorabilium Index: isque non minus distinctus, quàm locupletissimus.

Dd

IVLIJ CLARI
ALEXANDRINI
I.C. LONGE CLARISSIMI,
ET PHILIPPI II. HISPANIARVM
REGIS SVPREMI CONSILIARII, ac Regentis dignissimi
LIBER QVINTVS,
Receptarum Sententiarum integer,

In quo omnium criminum materia sub receptis Sententiis copiosissime tractatur, ita vt nil vlterius desiderari possit, quod cum ad reorum persecutionem, tum ad ipsorum defensionem faciat.

§. PRIMVS.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Delicta publica quæ dicantur.*
2 *Et an delicta commissa in offensam Dei dicantur publica.*
3 *Et an commissa in offensam Principis.*
4 *Et an accusatio cuiuslibet falsi instrumenti dicatur publici iudicij.*
5 *Priuata delicta quæ dicantur.*
6 *Et an de iure canonico sit aliquod delictum priuatum.*
7 *Delicta quæ sint mere Ecclesiastica, quæ mere secularia, & quæ communia.*
8 *Delicta quæ sint nominata, & quæ innominata.*
9 *Delicta quæ sint leuia, quæ grauia, & quæ atrocissima.*
Iudex in atrocioribus potest iura transgredi, ibid.
10 *Delictum, quod committitur faciendo grauius est, quàm illud, quod committitur omittendo.*
11 *Delictum, quod committitur verbo, an dicatur proprie maleficium.*
12 *Bannitus ex contumacia an dicatur bannitus ex maleficio.*
13 *Contumacia habens annexum contemptum iudicis dicitur delictum, & potest criminaliter puniri.*

Ex Additionibus.

1 *Delicta publica, vel priuata quæ dicantur, & cur ita dicta remissiue, n.6.*
2 *Delicti publici accusatio an forensibus competat.*
3 *Et an cuilibet de populo accusare liceat cum bona conscientia.*
Accusare in Regno Neapol. nemo potest tanquam vnum de populo nisi suum, vel suorum iniuriam prosequatur. ibid
4 *Blasphemia est delictum publicum.*
Blasphemantem non accusans puniendus est. ibid.
Sciens tractatum proditionis contra Principem, vel eius statum, & non reuelans punitur pœna mortis.
7 *Delicta quæ sint mere Ecclesiastica, & quæ communia remissiue.*
8 *Delicta quæ sint nominata, & quæ innominata remissiue.*
9 *Delicta quæ sint leuia, quæ grauia, & quæ atrocissima remissiue.*
10 *Delictum dicitur enorme, quod fit cum fractura ostij, vel capsæ.*
11 *Delictum maius est, quod de nocte, quam quod de die committitur.*
Et in dubio præsumitur commissum de die n. eod.
12 *Delictum maius est percutere alapa, quam pugno.*
Et quid sit ratio ibid.
13 *Delicti grauitas an semper arguatur ex qualitate pœnæ.*
14 *Homicidium qualificatum est atrox delictum.*
15 *Sacrilegium est atrox delictum.*
16 *Delictum dicitur atrox, cum pœna mortis indicitur.*
17 *Mandatum reuocatum in atrocioribus non facit euitare pœnam.*
18 *In atrocioribus ex circunstantiis iudicari solet.*
19 *Atrocitatis casus habent gradus inter se.*
20 *Iudex an possit in atrocioribus iura transgredi.*
21 *Delictum, quod committitur faciendo, an sit semper grauius illo, quod omittendo committitur.*
22 *Delictum quod committitur omittendo non punitur criminaliter.*
23 *Delictum in Iudice punitur tam in omittendo, quam in faciendo.*
24 *Delictum maius est, quod pecunia, quàm quod gratis committitur.*
25 *Malefici qui sint.*
26 *Delictum, quod committitur omittendo, non dicitur propriè maleficium.*
27 *Contemptus iudicis dicitur delictum.*
28 *Bannitus ex contumacia, an dicatur bannitus ex maleficio.*
29 *Contemnere dicitur nolens obedire.*

30 *Ob contumaciam notoriam quando quod mulctetur.*
31 *Iudex an possit procedere ad incarcerationem contra non præstantem sibi reuerentiam.*

1 SVperiore libro dictum est de contractibus: sequitur nunc, vt de maleficiis † videamus. Pro intelligentia autem terminorum præmittendum *a* est, Delictorum *b* quædā esse publica, quædam autem priuata. *c* Publica sunt, quorum accusatio, vel persecutio permissa est cuilibet de populo: & potest poni exemplum in crimine læsæ Maiestatis, *d* Adulterij, Homicidij, Parricidij, Peculatus, Falsi testamenti, Vis publicæ vel priuatæ, Ambitus, Repetundarum, Annonæ: quæ omnia pro publicis delictis connumerantur *in l. 1. ff. de publ. iud.* Et hæc est communis opin. Doctorum, vt attestatur Ant. Gom. *c. 1. delictorum, post n. 1.*

2 Item † omne delictum, quod principaliter fit in offensam Dei dicitur publicum, & quilibet de populo potest accusare. Ita colligitur ex text. *in l. Manichæos. C. de heret.* & tenent communiter Doctores, teste Anton. Gomes. *in d. cap. 1. num. 1.* Illud enim, quod fit in *e* offensam Dei, ad omnium offensam pertinere videtur, cum ipse omnium sit pater, & dominus. *f* Et potest poni exemplum in blasphemia, deturpatione Ecclesiarum, vel imaginum, & similibus.

3 *g* Præterea etiam omne delictum commissum *h* in offensam † Principis dicitur publicum; & ita tenent communiter Doctores, vt dicit Ant. Gomes. *in loco præallegato, num. 4.* Est enim & ipse princeps à Deo positus vti pater, & dominus subditorum; meritoque eius offensa etiam ad omnes eius subditos pertinet.

4 Sed nunquid *i* accusatio falsi † alterius instrumenti quam testamenti, dicenda est publici iudicij? Respon. Aliqui dixerunt, quod non, ex quo *in d. l. 1.* specialiter nominatur *lex Cornelia de testam.* Contrariam tamen sententiam; quod scilicet de quocunque instrumento falso fiat accusatio, dicatur publicum iudicium, tenuit Azo. Et hanc partem tenent gloss. & Doctores, vt attestatur Bartol. *in d. l. 1. nu. 2.* Et ita communiter teneri attestatur Aret. *in §. Item lex Cornelia, ante n. 1. Instit. de publ. iud.* Hanc etiam dicit esse communem opinionem Rubens *cons. 12. num. 7.* quem refert Pract. Conradi, *fol. 401. n. 36.*

5 *k* Priuata autem delicta sunt ea, † quorum accusatio, vel persecutio regulariter non permittitur, nisi parti læsæ, prout est furtum, damnum, iniuria, arborum furtim cæsarum, bonorum raptorum, & huiusmodi, ita tenent communiter DD. teste Ant. Gomes. *in d. c. 1. num. 9.* vbi etiam *numer. 6.* allegat satis elegantem rationem, cur in delictis priuatis quilibet ad accusandum non admittatur. Et scias, quod hæc differentia est maximi effectus in multis: nam regulariter condemnatus de crimine publico efficitur infamis; non autem condemnatus de crimine priuato, vt dicit tex. *in l. infamem, ff. de pub. iud.* præterquam in nonnullis casibus, vt ibi, & dixi infra *hoc eod. lib. §. fin. q. 74 vers. damnatus.* Item in crimine priuato non admittitur ad accusandum, nisi ille, cuius interest, vt statim dixi; quod tamen intellige secundum ea, quæ dixi *hoc eod. lib. § fi. q. 17. vers. sed quid si pro aliquo.*

6 Hæc tamen omnia procedunt de iure ciuili; sed de iure canonico secus est: nam secundum *l* ius canonicum, omnia crimina sunt publica, vt tenet gl. *in c. infames, in verbo Fures 6. quæst. 1.* Et ita dicunt Canonistæ, vt ait Bald. *in rub. C. qui accus. non poss. num. 10. in fin.* Et dicit Host. quem refert Anan. *in c. statuimus, post nu. 19. de maledic.* quod ita communiter dicitur. Et ex hoc infert Pract. Millei *fol. 147. num. 32.* quod hodie titulus de priuatis delictis non est in vsu. Et secundum hoc pro quolibet crimine priuato posset procedi etiam ex officio, & sic per inquisitionem saltem ad imponendam pœnam extraordinariam, vt dixi *in loco præallegato.* Sed certe hæc materia delictorum adeo est immutata à statutis & consuetudinibus locorum, vt hodie vix distinguantur publica crimina à priuatis. Nam in regno Neap. non admittitur aliquis ad accusandum, nisi suam, vel suorum iniuriam prosequatur, *m* vt dicit Marania *in suo Spec. fol. 43. num. 48.* Et sic videtur, quod ibi omnia crimina dici possint priuata. Econuerso in regno Franciæ nemo potest criminaliter accusare, etiamsi prosequatur suam, vel suorum iniuriam, vt dixi infra *eod. lib. § fin. q. 3. vers. certe.* Et sic ibi nullum crimen est publicum, neque priuatum quo ad accusandum. Propterea in hac confusione tutius est adhærere statuto, vel consuetudini, quæ viget in eo loco, in quo delictum est commissum, & secundum illam declarare, quæ dicantur priuata, & quæ publica delicta.

n Præmittendum est etiam, delictorum esse aliqua merè ecclesiastica, aliqua merè secularia, & aliqua communia. *o* Merè ecclesiastica sunt, quorum cognitio reseruata est tantummodo *p* iudicibus ecclesiasticis, etiamsi commissa sint per laicos, vt est crimen hæresis, & simoniæ; vt dixi infra *hoc eodem libro, Hæresis, vers. hoc crimen, & §. Simonia, vers. Hoc crimen. q* Merè secularia sunt ea, de quibus si à laicis committantur, soli iudices seculares cognoscunt, vt est homicidium, furtum, & huiusmodi. 7

r Communia autem sunt ea, de quibus si à laicis committantur, vterque Iudex cognoscere potest, scilicet ecclesiasticus, & secularis, prout est Adulterium, Concubinatus, & Sodomia, &c. de quibus dixi infra *hoc eodem lib. § fin. q. 37. per totum.*

s Habes etiam, quod quædam sunt delicta nominata, & quædam innominata. *t* Delicta nominata sunt, quæ à lege habent particulare nomen iuris; vt est Furtum, Adulterium, & huiusmodi: nam ex contrectatione rei alienæ lex inducit delictum: quod appellauit furtum: ex concubitu vxoris alicuius cum alio viro, facit oriri delictum, quod vocauit Adulterium. Delicta vero nominata sunt, quæ non habent speciale nomen iuris, sed tantummodo facti, vt est verberare, percutere, ingredi domum alienam, & similia, quæ quidem fieri quandoque possunt sine maleficio, quandoque vero fiunt cum crimine, & ideo dicuntur delicta innominata. Sed ea, quæ sunt innominata, non possunt fieri sine maleficio: semper enim furtum, adulterium, raptus, &c. sunt maleficia. Et hæc est distinctio Bartol. *in l. nunquam plura, nu 4 ff de priuatis delictis*, quam communiter Doctores approbant, vt dicit Blanc. *in prac. cri. fol. 32. nu 3.* Effectum autem huius differentiæ, vide apud Bart. ibi.

x Sunt etiam delictorum quæ iam *y* leuia, *z* quædam vero grauia, seu atrocia, & quædam atrocissima. In hoc autem non traditur à Doctoribus certa regula; sed aliqui dicunt standum esse arbitrio iudicis. Et hanc dicit esse communem opinionem Alciat. *in c. cum non ab homine, post n. 28. de iudic.* prout illum refert Villalobos *in sua collecta communium opin. in littera D. num. 56. a* Alij vero dicunt, quod ex qualitate pœnæ, quæ pro delicto imponitur, cognoscitur qualitas, & quantitas delicti. Et ideo tanto grauius delictum iudicari debet, quanto grauior pœna pro eo imposita reperitur. Et hæc fuit opinio Bart. *in l. leuia, circa princ. ff. de accusat.* Et hanc dicit esse communem, & regularem theoricam, *cons. 157. n. 5. lib. 2.* Circa quod tamen vltra illud elegans consilium Soc. videndum est etiam *cons.* Barb 48. *lib. 2.* & Dec. *cons. 65.* Superioribus diebus Senatus noster interrogatus à Serenissimo Rege, quæ viderentur delicta atrocia, *c* Respondit sibi videri atrocia hæc, quæ sequuntur *d* Rebellionis, Læsæ maiestatis, Homicidij ex propo-

sito

sito commissi, Falsificationis monetæ, Tertij homicidij, scilicet commissi ab eo, qui alia duo homicidia prius commisisset, etiamsi pro eis condemnatus non fuisset: Vulneris illati proditorie cum sclopo rotato, etiam si mors non sequatur; Tertiæ tonsationis, seu diminutionis monetarum: Raptus virginis honestis parentibus ortæ etiamsi copula non sequatur; Vsus venereus cum sacra virgine in habitu intra monasterium degente, Sodomia, Famosorum latronum in viis grassatio,& Falsificatio sigilli Principis, aut Senatus. Et hæc opinio Senatus placuit Regi nostro, & ideo in hac prouincia seruanda esset pro lege. Ego *f* autem dico, quod omnia delicta, pro quibus à lege, vel statuto imponitur simpliciter pœna mortis naturalis, vel ciuilis, si triremium perpetuo, & talis pœna est in vsu, vt à iudicibus imponatur, & exequatur, dicuntur grauia, & atrocia. Atrocia autem siue atrocissima dicuntur, pro quibus lex, vel statutum imponit pœnam grauiorem, quam simplicis mortis in ipso genere mortis; puta, quia vult pro talibus delictis reos in sui culeo, vel igne comburi, vel in frusta scindi, vel rotæ inferri, aut trahi ad caudam equi, vel huiusmodi, vt in crimine hæresis, parricidij, assassinij, latrocinij ad viam publicam, sodomiæ, incendiarij, falsæ monetæ, &c. Vel quando addit alias qualitates vltra pœnam mortis, vt quando extendit pœnā etiam in filios, vt in crimine læsæ maiest. Vel concedit aliqua specialia aduersus delinquentes, vt in crimine raptus virginum, & mulierum honestarum. Vtilitas autem huius differentiæ potest esse maxima; nam plerunque statuta concedunt iudicibus latiores habenas in atrocib. Quinimo *g* etiam secundum ius commune dici solet, quod plerunque propter enormitatem delicti licitum est iura transgredi, prout ab omnibus allegatur tenere Innoc. quamuis id expresse non dicat *in c. 1. de constit.* quem sequuntur omnes Legistæ, & Can. vt dicit Marsi. *in l. 1. in princ. num. 59 ff. ad leg. Cor. de sicar. & cons. 52. nu. 16. & in l. 1. in princ. num. 23. ff. de quæst.* propter quod dictum Innoc. fuit tempore Bald. suspensus quidam qui iuxta Papam, dum ingrederetur Perusium, alium interfecerat, fuit enim statim suspensus contra formam statuti, vt recenset Paris Put. *de synd fol. 88. nu. 19.* Illud autem dictum Innoc. aliqui intelligunt, vt procedat in puniendo, non autem in procedendo. In quam sententiam inclinasse Curiam Neap. refert Gram. *voto 34. circa fin.* *h* Sed certè apud nos contrarium seruatur. Nam in enormibus, & atrocibus criminibus permittitur Iudicibus iura transgredi etiam in procedendo, quia s. deuenitur ad torturam, etiamsi indicia non sint in totum sufficientia, neque probata per testes omni exceptione maiores, &c. vt de iure videtur regulariter requiri, & plerumque etiam non edita copia processus informatiui.

10 Est *i* etiam communis regula, quod semper grauius reputatur delictum, quod committitur *k* faciendo, quam illud, quod committitur omittendo. Ita colligi videtur ex gloss. *in l. si mora, in verbo, ne facto, ff. sol. matrim.* quam dicit communiter approbatam Alber. *in l. præscriptione, colu. 2. versic. Item ex prædictu, C. si contra ius, vel vtil. publ.* Ias. *in d. l. præscript. n. 9* quem refert Illustris vir, & consiliarius Regius D. Ant. de Padilla *in l. transigere, post n. 107. C. de transact.*

11 Sed quæro, *l* nunquid maleficium dicatur etiam illud delictum, quod *m* committitur verbo, prout est blasphemia, iniuria verbalis, & huiusmodi. Respond. Bartol. *in l. aut facta. in princ. n. 1. ff. de pœnis*, tenuit, quod non, ex quo maleficium dicitur *n* à male faciendo, & ideo non comprehendit male dictum, vel scriptum, & infert ad statuta, quæ duplicant pœnas maleficiorum commissorum de nocte, vt non habeant locum in blasphemantibus, vel dicentibus verba iniuriosa, &c. Et hanc opinion. dicit frequentius probari Alciat. *in l. verbum facere. ff. de verb. signif.* Contrariam vero sententiam, s. quod immo etiam delicta, quæ committuntur verbis, dicantur maleficia, tenuit Bald. *super Institut. in tit. de obl. quæ ex delicto. in principio.* vbi dicit quod cum quadam vice practicasset opin. Bart. fuit sibi oppositum tempore syndicatus, & quod vix euasit. Et hanc opin. contra Bart. dicit esse communem Alexand. *in Apostill. ad eundem Bart. ibi*, quod ita etiam communiter practicatur, quem refert Blanc. *in pract. crim. fol. 51.* Et hæc opin. mihi magis placet; nam & qui maledicit, male facit: imo & qui cogitat, quandoque etiam dicitur male facere, & ex mala cogitatione punitur, vt dixi infra *hoc eo lib. §. fin. q. 91.*

Quæro etiam, *o* nunquid contumacia dicatur delictum. Respond. quod contumacia de per se non potest proprie dici delictum. Et hanc conclusionem dicit esse communem Felin. *c. ex litteris num. 27 de constit.* quem refert Foller. *in pract. crim. can. fol. 145. lib. 7.* Et ex hoc infertur ad statuta loquentia de delictis, seu maleficiis, & de condemnatis, siue bannitis ex delictis, vel maleficiis, vel non comprehendant bannitos, vel condemnatos ex contumacia. Nam ille dicitur damnatus de maleficio, qui fuit præsens, & fecit suas defensiones, & tamen fuit (eis non attentis) condemnatus, non autem ille, qui fuit contumax, & in contumaciam condemnatus. Et ita dicunt communiter DD. vt ait Bald. *consil. 193. lib. 2.* Ita etiam magis communiter concludi attestatur Alexand. *in l. si mora, post num 14. ff. solut. matrim.* quem refert Roland. *cons. 45. nu. 66. lib. 1.* Hanc etiam opinionem dicit esse communem Claud *in d. l. si mora. post num. 18.* Aug. ad Ang. *de malef. in verbo Qui dominus iudex videns, num. 26.* Alciat. *consil. 61. post num. 6.* Sed *p* certè licet hæc opin. sit communis, credo quod cum difficultate posset obtineri in practica, nam stantibus statutis, vel consuetudine, quod contumax habetur pro præsente, & confitente, credo, quod bannitus *q* pro delicto in contumaciam, possit proprie dici bannitus ex maleficio: non enim eo casu bannitur, vel condemnatur reus propter contumaciam, sed propter delictum, cuius plena probatio resultat ex contumacia: tanto magis, quia videmus, quod communis vsus loquendi ita interpretatur, vt ille dicatur bannitus de maleficio, qui citatus pro maleficio non comparet, prout attestatur Salyc. *in rubr. C. de crim. stellio. circa fin.* Et ita pluriès vidi iudicari: & ego etiam, si casus contingeret, ita iudicarem. Scias autem, quod vbicunque contumacia alicuius haberet *r* admixtum contemptum iudicis, eo casu talis contumacia diceretur esse delictum, & posset ex ea criminaliter *s* puniri. Ita dicit gloss. *in l. vnica § fin. in gl. magna, in fin. ff. si quis iusd. non obtemp.* quam dicit esse communiter 13 approbatam Claud. *in d. l. si mora, num. 19.* Contemptus enim iudicis dicitur delictum, & *t* potest puniri. Et hæc generaliter præmissa sufficiant, nunc de singulis criminibus specialiter videamus.

ANNOTATIONES.

Ad §. Primum.

D *Elictorum.*] Rite Fari. *in sua praxi vol. 1. q. 18.* vbi *n. 1.* tractat quid sit delictum. *Ber. Ros.*

b *Quædam esse publica.*] Ex quo Romani ab Atheniensibus leges acceperunt, vt habentur *in l. 1. ff. de orig. iur.* Et ex Liu *lib. 3. Dec. 1. anno ab Vrbe condita 298.* Non abs re dici posset hanc differentiam inter publica, & priuata delicta inde traxisse originem; eos namque ius publicorum iudiciorum à Solone habuisse (à quo leges habuerunt Romani, vt attestatur Liu. vbi supra, dixit Plutarchus *in eiusdem Solonis vita*; per hæc verba Magis etiam cum putaret subueniendum esse imbecilli multitudini,

omnibus licere statuit de iniuria alteri lata supplicium sumere; Nam siue quis verberibus cæsus, siue læsus aliter, siue ei vis esset lata, licebat alteri cuicunque cui facultas, & voluntas foret, rei nomen deferre, & iudicio iniuriam prosequi. *Drogh.*

1 c *Publica sunt.*] Adde, quæ † delicta publica, quæ priuata dicantur, vt per Placentium *in tractat. de accusat. tit. 2. numero 1. cum sequent.* & Iacob. Nouell. *in pract. crim. in tit. indicia, quæ præcedere debent num. 1. cum sequent.* Decian. *in tractat. crimin. tom. .libr. 5. cap. 3.* & ibi etiam habetur, quare dicantur delicta publica, & priuata; & non valet semper consequentia: Quilibet de populo potest accusare de tali crimine, ergo crimen est publicum, nam etiam in delicto priuato, propter quod imponitur pœna pecuniaria, applicanda Fisco, admittitur quilibet de populo ad accusandum pro illa pœna; & tamen non dicitur delictum publicum, sed dicitur competere publica accusatio. Accusatio etiam suspecti tutoris competit, cuilibet de populo, etiamsi agatur ad remotiorem, & tamen iudicium illud non est publicum, ita tradit Socin. *in cap. veniens, num. 41. & sequent. de accus.* & de hoc habetur per Clar. infra *in quæst 17. versic. Sed quid.*

2 Item † adde, quod pro delicto publico forenses accusare non possunt, nostro casu, quo ædificium fieret in via publica, quia sua interest propter facultatem transeundi; & est communis opinio, vt per Gomes. *de delictis in cap. 1. num. 28. versic. aduertendum,* vbi ipse tenet, quod forenses accusare possunt, quem sequitur D. Farin. *in q. 12. num. 11.* tamen aliter iudicatum fuit in casu, de quo per Soc. *in c. cum P. Manconella nu. 20. de accus.* &

3 per Gomes. *vbi sup. nu. 29.* habetur, † an possit quilibet de populo accusare cum bona conscientia.

Item adde, quod in Regno Neapol. nullus admittitur ad accusandum tanquam vnus de populo, nisi suam, suorumque iniuriam prosequatur per Ritum 191. & ibi Cara. sed in practica seruatur, quod accusationes omnium recipiuntur, & postea instantibus partibus reijciuntur, vt attestatur Franch. *decis. 382. n. 10. vol. 2.* Io. Bapt. Baiard.

d *Adulte ij.*] Hodie autem est priuatum, vt per eundem Clarum *in §. adulterium, vers. est autem hodie* Ber. Rof.

e *in offensam Dei.* Farin. *d. q. 18. n. 10.* Ber. Rof.

4 f *Et potest poni exemplum.* Adde † quod nedum blasphemia est delictum publicum, & potest quilibet accusare; sed etiam non accusans blasphemantem punitur, *c. si quis per capillum, 22. q. 1. ibi si quis autem.*

5 g *Præterea etiam.* Adde, † quod similiter sciens tractatum proditionis contra Principem, vel eius statum, nedum potest accusare, sed etiam reuelare tenetur: aliàs potest punire pœna mortis, vt inf. *in q. 87. vers. punctum est.* Baiard.

h *In offensam Principis.* Farin. *d. q. 18. n. 11.*

i *Accusatio falsi.* Farin. vbi supra *n. 13.*

k *Priuata autem delicta.* Farin. *ibid n. 14.*

l *Secundum ius canonicum.* Farinac. *vbi supra numer.* 16 Ber. Rof.

6 *Sed certe hæc materia.* Adde, † si per statutum detur cuilibet potestas accusandi de aliquo crimine, vbi de iure communi non datur; illud crimen non dicitur publicum, nisi exprimatur à statuto, quod sit publicum iudicium, ita tenet Bart. & Ang. *in l. 1. ff. de public. Iudic.* quos refert, & sequitur Soc. *in c. veniens num. 8. de accusat.* vbi dicit etiam quod secundum Imol. non est peccatum dicere, quod vbicunque in iure est statutum, quod de antiquo delicto publico publica fit accusatio; quod tunc illud crimen intelligatur publicum, & publici Iudicij, subdens, quod opi. Imol. forte videtur verior; sed quod opi. Bart. & Ang. in practica seruanda est *Ioan. Bapt. Baiard.*

m *Vt dicit Maranta.* Et *in 4. par dist n. 48. & in 6. par. verbo inquisitio n. 58.* Ber. Rof.

n *Præmittendum est* Adde † videndum D. Farin. *in quæst. 8. nu. 125.* vbi posuit multas limitationes, & latissime hanc quæstionem tractauit *Ioan. Bapt. Baiard.*

7 o *Mere Ecclesiastica sunt.* Farinac. *d. quæst. numer.* 18. Ber. Rof.

p *Iudicibus Ecclesiasticis.* Intellige parte opponente: aliàs iudex laicus potest cognoscere de causa spirituali. Vt si cognouerit, opponi non possit post sententiam secundum Anchar. *consil. 98. col. 2. vers. constat enim,* quem refert, comprobat, ac sequitur Aymo Crauet. *cons. 220 nu. 5.* sed aduerte, quia istud non est verum principaliter, vt legitur, atque not. *in cap. decernimus, & in c. decernimus, & in c. quanto, de iudic.* Giach.

q *Mere secularia sunt.* Farin. vbi sup. Ber. Rof.

r *Communia* Hic not quod in casibus mixti fori iudex secularis potest supplere negligentiam ecclesiastici, etiam si præuenisset, per Dec. *in Ecclesia S. M. de constit. n. 38.* Giach.

8 ſ *Habes etiam.* † Adde videndum D. Farin. *in quæst. 8. n. 19.* vbi late. *Baiard.*

t *Delicta nominata.* Farin. supra *n. 19.* Ber. Rof.

u *Delicta vero innominata.* Farinac. *dict. numer. 19. & 20.* Ber. Rof.

x *Sunt etiam delictorum.* Adde † quod idem tenuit Menochius *de arbitr. iud. in casu 266.* videlicet quod arbitrio Iudicis committatur, quodnam graue delictum dicatur; Vide etiam Odd. *de restitut. in integr quæst. 60. art. 1.* vbi declarat, quæ delicta dicantur leuia, quæ grauia, quæ grauiora, quæ grauissima, siue atrocissima. 9

Item † adde, quod quando delictum fit cum fractura ostij, vel capsæ dicitur enorme, Boer. *decis. 153. nu. 6.* 10

Item adde, quod delictum dicitur graue, per quod populus remanet scandalizatus, secundum Abb. *in cap. at si clerici extra de Iud.*

Item † adde, quod maius delictum est illud, quod de nocte committitur, quam quod de die; & ideo maiori pœna punitur, & in dubio præsumitur commissum de die, Bald. & Imol. *in l. Titius, Lucius in fine ff. de liber. & posth.* Ceph. *in cons. 109. num. 4* & Marf. *cons 83. n. 16.* 11

Item † adde, quod magis delinquit, qui alapa, quam qui pugno percutit, Ioan. Ant. de Nigr. *in c. 149. sub rubric. de iniuriis. & violent. num. 11. fol. 140.* & ratio est, secundum eum, quia pueri alapa percutiuntur, vt experientia docet, & non pugno, & sic, qui dat alteri alapam, videtur enim in duobus offendere, quia tractat eum, vt puerum, & alia est pro offensione, non sic in pugno, quia non tractatur pueriliter. *Ioan. Bapt. Baiard.* 12

y *Quædam leuia.* Hic aduerte, quod in leuibus criminibus non debent fieri processus, sed pro practica vt per Bart. *in l. leuia, in fin. col. ff de accus. & inscript.* Giach.

z *Quædam vero grauia.* Farin. vbi supra *num. 61. & seq. vsque ad 101.* vbi quid de iur. can. tradit de ijs omnibus delicti speciebus. *Ber Rof.*

a *Alij vero dicunt.* Adde, † quod non semper ex qualitate pœnæ arguitur qualitas delicti, Crauett. *de antiq. temp. p 4 sect. videamus modo de aliquibus numer. 26.* & Farinac. *quæst. crim. quæst. 18. numer. 87.* vbi dicit recurrendum esse ad qualitatem pœnæ, vbi cadere posset dubium probabile, An vnum delictum sit maius altero; vt nec lex aut natura id aperte docuerit: Vide etiam Bero *in cap. At si clerici num. 69. cum sequent. de iudic.* vbi latissimè *de conf. Decij, & consil. Soc. hic allegatis,* ad inuicem sibi contrariis: cum ibi tenuerit. Decius delictum furti, quo imponitur pœna furcarum, maius esse homicidio, quod puniri debet pœna capitis, & sequitur Soc. concludendo, homicidium dolosum maius delictum esse, quam furtum, & quod maioritas pœnæ ad cognoscendam maioritatem delicti attendi non debet. Sed vtrum sit publicum, & priuatum delictum, etsi statutum alterat pœnam delicti, natura ipsius delicti non immutatur, vt late ibi per eum *nu. 98.* Baiard. 13

c *Respondit sibi videri atrocia.*] Adde, aliud atrox delictum hic non tactum, à Senatu tamen declaratum infra *in §. Blasphemia versic. Sed nunquid ad fin.* Item homicidium † qualificatum, vt in Episcopo, vel Cardin. dicitur atrox, iuxt. Dec. *in l. Consilij num. 5. ff. de reg. iur.* Item incendium iufra *quæst. 24. vers. pen. ad fin.* Et aduerte, quod in atrocioribus & exceptis dictum socij criminis facit iudicium, licet alias secus, infra *qu. 21. versi. si vero quæris, ibi. Tu dic quod imo.* sicque confessus, vel conuictus de crimine assassinij, quod est de atrocioribus interrogatur non solum super so. . . , & proceditur vt *in d. quæst. 21.* sed etiam interrogatur super alijs criminibus, de quibus contra Reum nulla subsunt iudicia; sic in furto, sfrosatione annonæ & salis seruari dixit infra *q. 64. vers. Successiuè quæro ad fi.* Item in atrocissimis punitur affectus, sicut effectus, seruata tamen distinctione, de qua infra *q. 92. vers. Scias tamen ad med.* Fallit in sodomia, *§. sodomia, vers. fin.* Item in atrocibus debet Iudex originis, & domicilij transmittere Reum ad Iudicem loci delicti, infra *q. 38. vers. Est autem ad med.* Inimicus autem etiam in atrocioribus repellitur à testificando, *inf. q. 24. vers. Item quæro,* sed in minimè atrocibus quid seruetur, & quid si quis repertus fuerit in domo cum animo furandi, Boer. *in Addit, Diu. de leg. Nemo potest, littera à de reg. iur. in 6.* Bart. *in l. vulgaris § qui furti num. 2. vers tamen in casu huius legis, ff. de fur.* Bossij *de fur. num. 14. vers Addo quòd fur. inf. q. 90. vers. fin.* Alex. de Nouo *inter cons. crim. diuers cons. 88. in fi.* Tex. *in d. l. vulgaris §. qui furti. ff. de furt.* Foller. *in Addit. ad Marant. par. 3. sub tit. an sit Iudicium ciuile, vel criminale sub num. 70.* Gram. *decis. 2. num 11. in fin.* alij casus atroces qui sint *d. q. 64. vers Dictum socij;* Item atroces casus gratiæ seruati Regiæ Maiestati habentur *in nouis Constitutionibus fol. 39.* latè per Menoch. *de Arb. Iud. lib. 2. cent. 3. cas. 226. & casu 273. per totum.* Item † sacrilegium atrox dicitur, Menoch. vbi supra *q. 86. num. 21. lib. 1.* & generaliter dic, quòd † cùm pœna mortis indicitur, delictum dicitur atrox, Menoch. *d. tract. lib. 2. cent. 3. cas. 286. numer. 7. in fin.* Alex. *cons. 13. num. 13. vol. 6.* etiam in congregatione hominum armatorum referente Crau. *cons. 224. in princ.* Item in atrocibus 14 15 16

17 bus † mandatum reuocatum etiam re integra non effugit mandantem à pœna extraordinaria; Menoch. vbi sup. *cent. 4. vers.*
18 352. *sub num.* 8. † Et ex circunstantiis iudicari solet, Menoch. vbi supra *q.* 86 *lib.* 1. *num.* 20. & Crauet. *consil.* 220. *vt ibid.* Item Adulterium, prout etiam Assassinium dicitur atrocissimum,
19 Gram. *decis.* 2. *num.* 24. & 25. Aduerte tamen, quòd omnes † casus atrocitatis habent gradus inter se, vt per Boer. *decis.* 168. *n.* 10. *Drogh.*

d *Rebellionis*] Hi casus, & alij sunt hi, qui enumerantur in ordinibus Votmariæ, & Segoniæ, vt in nou. ordinibus Senatus pri. loco impressis *fol.* 14 & 39. *à tergo*, & videndus erit Gall. *de pac. pub. lib.* 1. *c.* 14. *n.* 19 *Ber. Ros.*

e *Et hac opinio.*] Et secundum authorem, atque Far. sup. *n.* 89. *Berg. Ros.*

f *Ego autem dico*] Ad idem vi. per Lancel. *in suo pratorio titulo de iniuriantibus num.* 8. 9 & 11. *per totum Giach.*

20 g *Quinimò etiam secundum ius.*] Adde † quod hoc dictum, quod propter enormitatem delicti antiquando licitum est iura transgredi, habet locum in maioribus Magistratibus tantum; secus autem in minoribus, vt sunt Potestates, & Iudices Terrarum, qui iurant seruare statuta; nam tales non possunt leges, statuta, nec consuetudines transgredi, Ias. *in* §. *ex maleficiis num.* 15. *de action.* vbi dicit, hoc dictum perpetuò cordi tenendum, quem sequitur Mars. *in pract. crim. in* §. *diligenter numero* 176. Et hoc dictum procedit in causis arduis, quæ concernunt bonum statum reipublicæ, Salicet. *in authen. hodie*, *C. de iud.* quem sequitur Gram. *vot.* 30. *num.* 15. & ad hanc regulam, quod propter atrocitatem, & enormitatem delicti liceat iura transgredi, vide etiam Ias. *in l.* 1 *in princ. C. de precib. Imper. offer.* Tiraquel. *de pœn. caus.* 49. *num.* 16. *cum plurib. sequentibus, & vsque ad finem causæ*, sed Roman. *in repet. l. si vero*, §. *de viro, fallen.* 46. *ff solut. mat.* non tenet dictum Innoc. sed dicit, quòd tunc debet superior consuli; & hoc arbitror tutius esse, & quod magis placeret Principi, si periculum non esset in mora; & qui maiores magistratus dicantur, vide Ias. *in d. authent. hodie*, verum distinguit Barbatia in Rubrica qui admitti, quod si de facili recurri potest ad superiorem, consulendus est, alias potest iudex eo inconsulto leges transgredi: Tiraquell. vbi supra *num.* 19. vbi ponit quatuor & viginti casus, in quibus propter atrocitatem scelerum licet iura transgredi. *Baiard.*

h *Sed certè apud nos.*] Regulariter tamen contrarium verum est etiam in crimine læsæ Maiestatis, & contrariatur infra *q.* 64. *vers. dixi etiam ad fin. Drog.*

21 i *Est etiam communis regula.*] Adde † circa istam regulam nonnullas fallent, quas ponit Ias. *in allegata l si mora n.* 25.

22 Item † adde, quòd delictum, quod committitur omittendo, non punitur criminaliter, secundum Bal. *in l. data opera col.* 2. *vers. distinguo*, *C. de iis qui accus. non poss. & decis. Pedem.* 71. *n.* 37. Sed vide Ias. *in d. l. si mora, n.* 21. *cum seq.*

Hanc partem defendit Tiraquell. vbi supra *causa* 44. aduersus Iasonem tenentem grauius peccatum esse omittere; quàm facere, vbi pro vtraque adducit iura, & authoritates, vt videri potest, ex cuius etiam dictis videtur colligi hoc non procedere
23 in † iudice, qui punitur, tam omittendo, quam faciendo, vt *num* 2. & 62.

24 Item † adde, quòd delictum factum per pecuniam, est maius delictum, quam illud, quod fit gratis, Ana. & Fely. *in c. sicut dignum.* §. *insuper de homic. Baiard.*

k *Quòd committitur.*] Delictum faciendo reputatur grauius, quam omittendo Farin. *d. q.* 18. *n.* 22 *Ber. Ros.*

25 l *Maleficium.*] Obiter hic scias, † quòd malefici sunt, qui occidunt aliquem incantationibus, & artibus malis, & isti capite puniuntur, vt per prac. Carret *pag. mihi* 66. *sub num.* 102. Item de eorum pœnis etiam ex vtroque iure. Item de pœna mathematici, & quis dicatur mathematicus. Item, an Inquisitor hæreticæ prauitatis cognoscat contra sortilegos, & quando. Item, an Astrologus puniatur, & an Astrologia sit prohibita. Item, an hæreticum sit credere inclinationes astrorum, & an vera sit scientia, & cum peccat exercens, ibidem habes plenè. Item vi. *in Indice lib. prohibit. reg* 6. & fusius *in directorio Inquisitorum*, & *in Scholiis Req* & *in Repert. Inquisit. Giach.*

26 *Sed quæro nunquid.*] Adde, † quòd maleficium, strictè loquendo, non continet delictum, quod est in omittendo: sed solummodo, quod est in faciendo, Bal. *in l. ignorantia, num.* 2. *C. de Crim. stellion. Baiard.*

m *Committitur verbo.*] Farinac. *in supra alleg. q.* 18. *nu.* 4. *Ber. Ros.*

n *Dicitur à malè faciendo.*] Vide *fol* 101. *in c. Nonnulli coll. mihi* 12. *de rescript.* Ale. *cons.* 77. *n* 19. *vol.* 1. *Drog.*

o *Contumacia dicatur.*] Farin. vbi sup *n.* 20. & *q.* 183. *nu.* 189. *vol.* 4. *Ber. Ros.*

p *Sed certè hac opinio.*] Contrarium tamen, quod videlicet probatio quæ fit ex contumacia tantum non sit propria, vt hic dicitur, firmat Ias. *in* § *præiudiciales nu.* 7. 1. *Instit. de action.* dixi infr. *ad q.* 44. *vers. licet autem*; facit nihilominus pro hoc dicto; quia stante statuto, quòd bannitus possit impune offendi, tale statutum habet locum etiam contra bannitum in contumaciam infr. *quæst.* 36. *vers. Item quæro quæst.* 21. *vers. dixi etiam*: vide Antonium de Bonghis *inter cons. crim. diuers. cons* 97 *sub num* 24. *vol.* 2. an autem bannitus per solam contumaciam, *vt in fin. huius versiculi*, possit impune offendi, vide Cottam in suis *memorab. in verb. Bannitus, qui in ciuitate ad fin.* latè Chartar. *de execut. sent. c.* 1. *num.* 43. *cum seq.* Vide Menoch. *de arb. Iud. lib.* 1. *quæst.* 7. *num.* 13. & dum *in fine* hic ait, Quòd contemptus †, iudicis dicitur delictum; Declara, vt per Crau. *cons.* 154. *sub num* 2. *ibi, secus in contumace, qui Iudici non paret postquam comparuit*: & ita declaranda venit Constitutio Ducalis Parmæ, *Della pena à chi vuole prima offendere con l'armi, Cap.* 24. *ibi. Intendo però. che questi tali*; Cui adde eundem Menoch. *de arb. iud. li.* 1. *q.* 90. *sub. n.* 42. Consideratur autem Iudicibus contemptus, vt per Oct. Vulpellum *consil. crim* 139. *per totum. Drog.* 27

Sed certè licet hac opinio,] Adde, † quod idem tenet Bart. *in l. omne delictum, ff de re milit.* & Nell. *de bannitis in* 2. *part. secundi temp. q.* 59. Sed de ista quæstione vide nouissimè tradita per Menoch. *in comment. præsumpt. lib.* 2. *præsumpt.* 70. vbi latissimè, & per Farin. *var. q. in q.* 11. *n.* 39. qui sequitur D. Clarum, & *nu.* 97. *vers. sextò aduertatur.* 28

Item adde, quòd citatus pro aliquo maleficio, si comparuerit in Iudicio, & omnia contenta in inquisitione negauerit, & suas exceptiones, & defensiones proposuerit, & postea iterum citatus non comparuerit, & bannitus fuerit, potius dicetur bannitus ob contumaciam, quàm ob maleficia; & ideò non poterit impunè offendi, stante statuto. quòd bannitus impunè offendi possit, Curt. Sen. *cons.* 59. *n.* 17. *Baiard.*

q *Pro delicto in contumacia.* Rouescal. ad Bald. *d. cons.* 193. *Ber. Ros.*

r *Contemptum*] Adde † quòd quis dicitur contemnere, quando voluntas dirigitur, vt nolit obedire, quia spernit potestatem præcipientis, Rim. iun. *in cons.* 707. *n.* 20. *vol.* 9. *Baiard.* 29

s *Criminaliter puniri.*] Hic scias, quod quando † contumacia non est notoria, tunc potest quis mulctari, nisi præmissa citatione communi, dixi *in collecta mea comm. opin. cap. contumacia, num.* 3. 30

t *Et potest puniri.*] Poterit etiam † carcerari facere iudex non præstantem sibi reuerentiam verbis, vel factis, per Homode. *de syndicat. Giach.* 31

§. ADVLTERIVM.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Adulterij accusatio multipliciter proponi potest.*
2 *Adulterium quot modis committi potest.*
3 *Et an cum meretrice nupta dicatur adulterium cõmitti.*
4 *Et an adulterium sit crimen priuatum.*
5 *Et an in crimine adulterij lata culpa æquiparetur dolo. Remissiuè.*
6 *Et an possit puniri etiam per iudicem Ecclesiasticum. Remissiuè.*
7 *Et quæ sit pœna adulterij.*
8 *Et an habeat locum in sponsa.*
9 *Et quid in Iudæo.*
10 *Et an pluries cum vna adulterium committens, dicatur plura adulteria commisisse.*
11 *Adulter in actu adulterij à patre deprehensus, potest impunè occidi. Remissiuè.*
12 *Propter adulterium potest agi ad separationem thori.*
13 *Et an teneatur eo casu maritus vxori dotem restituere.*
14 *Et quid si deinde compertum fuerit matrimonium fuisse nullum.*
15 *Vxor propter adulterium amittit dotem, & bona paraphernalia.*
Et an in præiudicium patris, vel filiorum suorum.
16 *Et an vxor amittat dotem propter osculum.*
17 *Et an facta separatione thori maritus teneatur alere vxorem.*
18 *Maritus sciens vxorẽ esse adulterã, si cum ea se carnaliter commisceat, an videatur adulterium illi remisisse.*
19 *Exceptio adulterij in causa ciuili repetitionis dotis, quando, & per quos opponi possit. Remissiuè.*
20 *Crimen adulterij præscribitur quinquennio.*

Ex Annotationibus.

1 Adulter, & adultera an possint in eodem libello accusari.
2 Vxor accusatur de adulterio, licet adulter ignoretur.
4 Adulter an possit accusari in vno libello, & adultera in alio.
5 Inscriptio ad pœnam talionis non est in vsu.
6 Impubes non potest accusari de adulterio.
7 Iudex procedit ex officio in crimine adulterij, vel stupri accusatore desistente, vel mortuo, etiam stante statuto, quod sine querela procedi non possit.
8 Iudex contra vxorem procedit, adultero tantum per maritum accusato.
9 Iudex habens facultatem à statuto inquirendi de omnibus delictis, non potest de adulterio inquirere, constante matrimonio.
10 Iudex procedit in crimine adulterij deducto in iudicio, non obstante concordia partium.
11 Maritus habens concubinam non potest accusare de adulterio.
2 Sententia lata super adulterio valet, licet de stupro solum fuerit probatum.
13 Maritus an post accusationem possit à pœna adulterij vxorem liberare.
14 Adulterium quando dicatur crimen publicum.
15 Maritus quibus casibus non possit vxorem de adulterio accusare.
16 Bastardus quando possit institui.
17 Adulterij specialia.
18 Vxor non excusatur à pœna adulterij propter non redditum sibi debitum à marito.
19 Vxor debet alimentari pendente adulterij quæstione.
20 Vxor accusata à marito de adulterio quando possit torqueri.
21 Et pro adulterio tota familia potest torqueri.
22 Vxor potest accusari de adulterio etiam cum Papa commisso.
23 Adulterium non dicitur commissum cum dolo, & fraude, si probetur mulieris voluntas.
24 Adulterium, siue fornicatio totam cognationem denigrat.
25 Adulterium an committat cum soluta credens accedere ad nuptam, vel econtra remiss.
26 Adulterium etiam dicitur, quando coniugatus coit cum soluta.
27 Et an stuprum possit appellari remissiue.
28 Adulterium cum meretrice nupta commissum an sit punibile.
Et quid si cum adulterio concurrat incestus. ibid.
29 Et quæ dicatur meretrix.
30 Adulterium an sit crimen priuatum.
31 Iudex Ecclesiasticus an possit procedere ex officio in crimine adulterij, incestus, stupri, & fornicationis, stante constitutione Marchiæ, quod certæ personæ ad accusandum admittantur.
32 Et an dicta constitutio habeat locum in huiusmodi criminum attentatione.
33 Lata culpa in adulterio non æquiparatur dolo.
Vxor non priuatur dote ob adulterium ignoranter commissum, ibid.
34 Adulterium, stuprum, vel inhonestas mulieris an possit probari per testes singulares.
35 Adulterium ex quibus actibus probetur remiss.
36 Et quas probationes requirat.
37 Maritus accusando vxorem de adulterio non debet intentare publicam vocem, & famam.
38 Adulterium quot modis probari possit remiss.
39 Et quibus coniecturis probetur, & præsumptionibus.
40 Adulterium probatur coniecturis, & fama publica.
41 Adulterium non probatur sola mulieris confessione.
42 Et confessio adulteri carentis genitalibus non nocet.
43 Adulterium probatur per testes, qui viderunt adulterantes per foramen.
44 Adulter, & adultera non puniuntur pœna statuti, nisi probentur esse in matrimonio.
45 Iudex secularis an possit adulterij iudicium prosequi, si opponatur matrimonium esse nullum.
46 Et an de matrimonio possit incidenter cognoscere.
47 Clericus iactans se commisisse adulterium quomodo puniatur.
48 Stuprum quando non sit punibile.
49 Adulterij pœna quæ sit in Regno Neapolitano.
50 Et quæ in Flandria.
51 Mulier pœna adulterij puniri non potest, si existente fama publica de morte mariti adulterium committat.
52 Mulier cum Clerico adulterium committens, non punitur à Iudice seculari.
53 Adulterij pœna ex auth. sed hodie C. de adult. non seruatur.
54 Et illa pœna non haberet locum, quando actum esset ad separationem thori.
55 Vxor adultera an, & quando à marito in vinculis detineri possit, remiss.
56 Adulterij pœna non est puniendus, qui coactè adulterium commisit.
57 Adulterij pœna diuersa.
58 Adulterij non violenti pœna de consuetudine est pecuniaria.
59 Et Romæ est capitalis per constitutionem Sixti PP. Quinti.
60 Adulter iniustè punitus non recuperat pœnam solutam.
61 Adulterij pœna punitur accedens ad solutam credens accedere ad nuptam, vel econtra.
62 Maritus vxorem adulteram accusans à Iudicibus derideri solet.
63 Maritus committens homicidium propter vxoris adulterium mitius punitur.
64 Et potest ordinare vxori, vt fingat præbere aures adultero, & interim se præparare ad offendendum.
65 Testis esse non potest in testamento damnatus de crimine adulterij, & repetundarum.
66 Torturæ locus non est in adulterio sine vi commisso stante consuetudine, quod puniatur pœna pecuniaria.
67 Adulterium, & incestum simul committens qua pœna puniatur, stante vno statuto, quod pro adulterio soluantur 25. floreni, & altero, quod procedatur de similibus ad similia.
68 Adulterij pœna diuersarum nationum remiss.
69 Adulterij pœna quandoque est arbitraria.
70 Filius adulterans vxorem patris amittit etiam priuilegium filiationis.
71 Adulterium in matrimonio vero, vel putatiuo, eadem pœna punitur.
72 Adulterij conatus pœna arbitraria punitur.
73 Et quæ dicatur adulterij attentatio.
74 Et quis dicatur alterius vxorem sollicitare.
75 Adulterium committens mulier propter munera, an dicatur inuita peccare.
Et dans munera an pœna statuti contra adulterantem inuitam puniri debeat, nu. eod.
76 Et quid in practica.
77 Adulterari mandans quæ pœna sit puniendus.
78 Pax non dicitur rupta propter adulterium.
79 Adultera pœnam adulterij non euitat ob sæuitiam viri.
80 Et famis necessitate, vel paupertate non excusatur.
81 Adulterans mulierem bannitam etiam cum vi nulla pœna punitur.
82 Adultera reperta in fragranti est infamis ipso iure, secus in adultero.
83 Lex canonica in adulterio seruanda est.

84 Ad-

84 *Adulterij pœna an habeat locum in sponsa remißiue.*

85 *Statutum puniens adulterium, vel stuprum, pœna pecuniaria comprehendit etiam Iudæos.*

86 *Et quomodo intelligatur non distinguens an sit nupta, vel meretrix, remißiue.*

87 *Et huiusmodi statutum habet etiam locum in Christiano Iudæam adulterante.*

88 *Iudæus Christianam adulterans grauius est puniendus.*

89 *Thori separatio fit per quamcunque fornicationem.*

90 *Et propter sodomiam.*

91 *Maritus non lucratur dotem propter vxoris adulterium facta ciuiliter matrimonij separatione à iudice seculari.*

92 *Vxor de adulterio accusata potest obijcere paritatem criminis etiam post litem contestatam.*

93 *Vxor ob fornicationem mariti potest petere separationem thori.*

94 *Et quomodo probetur fornicatio, remißiue.*

95 *Maritus quando lucretur dotem sine sententia Iudicis propter vxoris adulterium.*

96 *Vxor an posit propria authoritate à marito expelli, vel se separare ob notoriam fornicationem, vel adulterium.*

97 *Et eo casu pendente lite super restitutione dotis maritus non tenetur vxorem alere.*

98 *Adultero absoluto etiam adultera censebitur absoluta.*
Et condemnatio adulteri non nocet adulteræ. numer. eod.

99 *Vxor potest petere dotem, ac thori separationem, etiamsi vir cum soluta coierit.*

100 *Vxor de nocte, ac per vim adulterata non perdit dotem, nec alia pœna punitur.*

101 *Adultera non perdit dotem putatiuam.*

102 *Maritus an lucretur dotem vxoris ob verbera aufugientis, & adulterantis, remißiue.*

103 *Mulier perdit dotem conuiuando cum extraneis, & interueniendo in ludis theatralibus.*

104 *Dos in quibus casibus propter adulterium non amittatur, remißiue.*

105 *Mulier habens filium ex adulterio conceptum an teneatur reuelare remißiue.*

106 *Filij quando teneantur alere matrem amittentem dotem propter adulterium.*

107 *Vxor dotem recuperat, & lucratur donationem propter nuptias facta thori separatione ob culpam viri.*

108 *Vxor putatiua an perdat dotem propter adulterium.*

109 *Mulier inhoneste viuens post mortem viri amittit dotem rigore.*
Item paraphernalia, & lucra quæcunque ex bonis mariti, nu. eod.
Item donationem sibi à marito factam, ac tutelam filiorum nu eod.

110 *Et an luxuriose viuens intra, vel post annum luctus priuetur filiorum successione.*

111 *Vidua an propter stuprum amittat dotem remiss.*

112 *Et quid de legatis sibi à marito factis.*

113 *Vxor an propter osculum amittat dotem remiss.*

114 *Mulier consentiens osculo, qua pœna plectatur in Ciuitate Neap.*

115 *Mater, quæ amisit dotem propter adulterium, an suscipere debeat alimenta à filiis.*

116 *Adulterium an præsumatur ex solo osculo.*

117 *Adulterium probatur coniecturis, & præsumptionibus.*

118 *Maritus facta thori separatione tenetur alere vxorem honestè viuentem.*

119 *Et ea superstite non potest aliam ducere.*

120 *Maritus recipiens vxorem adulteram, an videatur illius mores præteritos, & futuros approbare.*

121 *Maritus iurans de adulterio vxorem non accusare an teneatur seruare iuramentum.*

122 *Maritus non potest vxori adulteranti parcere sub conuentione lucrandi eius bona.*

123 *Vxor cum marito se carnaliter commiscens censetur ei iniuriam remisisse.*

124 *Maritus sciens, & non accusans vxorem adulteram, an lenocinij pœnam incurrat.*

125 *Vxor propter adulterium non amittit dotem in præiudicium patris, vel filiorum.*

126 *Adulterij exceptio an posit opponi per heredes mariti, vel per filios contra matrem, remißiue.*

127 *Adulterij accusatio quando transeat ad heredes extraneos.*

128 *Adulterij accusatio, vel exceptio non tollitur per subsequens matrimonium cum adultero.*

129 *Adulterij accusatio quanto tempore præscribatur.*

130 *Et quid de exceptione adulterij.*

131 *Et an præscribatur quoad pœnam spiritualem.*

132 *Et quid si per vim fuerit commissum.*
Adulterij pœna in Regno Neap. est mors, sub numero 46
Et an ex causa posit minorari ibidem.
Et quæ pœna imponatur in statu Ecclesiastico ibidem.
Statutum quod nixus committere adulterium capite puniatur, intelligitur de eo, qui commisit, non de eo, qui tantum attentauit sub n. 45.

ADulterij *b* crimen multis modis in iudicium de- 1
duci potest. Quandoque enim maritus accusat vxorem de adulterio, vt in casu, in quo consuluit Bald. *cons.* 310. *lib.* 1. & Roman. *cons.* 451. & Bolognet. *cons.* 23. & Grat. *cons.* 50. *lib.* 2. Mantua. *cons.* 43. *lib.* 1. Quandoque è conuerso vxor accusat virum de adulterio cum alia muliere commisso, vt in casu, in quo consuluit Roman. *cons.* 167. Quandoque maritus accusat vxorem, *e* & adulterum, vt in casu, in quo consuluit Bald. *consil.* 6. *lib.* 5. & Ioann. de Amicis, *consil.* 127. & est decis. Grammat. 31. & Boer. *quæst.* 297 *& sequent.* Quandoque mulier agit ad separationem thori, vt in casu Socin. iun. *consilio* 32. *libro secundo.*

Tribus *d* autem modis adulterium committitur. 2
Primo, *e* inter virum coniugatum, & feminam nuptam; & hoc dicitur duplex adulterium: nam vterque ipsorum violat proprium thorum, & alienum. Secundo inter virum coniugatum, & mulierem solutam. Tertio, inter virum solutum, & mulierem nuptam. Propriè vero adulterium in viro est, quando violat alienum thorum, licet ipse non sit coniugatus: in muliere autem quando violat proprium thorum, etiamsi adulter non sit matrimonio copulatus *f* Cæterum quando vir coniugatus coit cum soluta, tunc de iure ciuili neque ex parte viri, neque ex parte mulieris *g* dicitur adulterium. Ideoque non potest puniri ea pœna, qua adulteri puniuntur. *h* Et hæc est indubitata Doctorum sententia, vt dicit Roland. *consil.* 74. *num.* 12. *lib.* Hanc etiam dicit esse communem Caccialupe *in rep. l. si qua illustris, n* 58. *C. ad Orficia.* licet dicat, quod potest vxoratus eo casu puniri pœna stupri, quem refert Placa. *lib.* 1. *delictorum, cap.* 41. *n.* 35. Didac. *super* 4. *decret. fol.* 172. *nu.* 26. *in fin.* *i* Et quod talis coitus appelletur stuprum colligi videtur ex text. *in l.* 1. *C. de adult.* Communiter tamen non punitur. *k* De iure autem canonico vbicunque maritus, vel vxor habeat rem carnalem cum alio, quam cum proprio coniuge, appellatur adulterium, *c. nemo,* 32. *q.* 4. *cum simil.* Quinimo secundum aliquos grauius peccat laicus coniugatus violans thorum propriæ vxoris, & sic aliam mulierem carnaliter cognoscens, quam presbyter adulterans Et ita communiter tenetur, vt dicit Abb. *in c. vt clericorum, n.* 6. *de vita, & honestate clericor.* prout illum refert Caccial. *in d. l. si qua illustris, post n.* 13. Hanc etiam dicit esse communẽ

opinion. Corset. *in repertorio Abbatis, in verbo, Coniuges,* quam tamen ego non credo veram, quia licet magnum sit sacramentum matrimonij; magnum sit etiam sacramentum sacerdotij: sed hæc disputatio in practica parum, vel nihil valet.

3 Quæro, nunquid dicatur committi adulterium cum muliere nupta, *l* quæ tamen sit meretrix, seu inhonestæ vitæ. Respond. Aut talis meretrix, quæ virum assumpsit, cessauit à meretricia vita, & honestè cum viro vixit, & hoc casu adulterium cum ea commissum potest accusari, & puniri. *m* Aut vero postquam matrimonium contraxit, perseuerauerit in meretriciali vita; & tunc vir illam carnaliter cognoscens non debet aliqua pœna puniri. Et hæc opin. hodie communiter obseruatur, vt dicit Ang. *in l. si vxor. §. sed & in ea, num. 1. ff de adult. & in l. si ea. C. de adult.* quem refert Anan. *in cap. 1. num. 6. de adult.* & Riminald *consil. 17. num. 20.* quod est pro maiori parte duplicatum *in consil. 439. numero 23.* Quo vero ad ipsam meretricem adulterium committentem Cons. Neapolit. *in facti. contingentia* videtur sensisse, quod in ea sit punibilis, vt per Capyc. *decis. 44.* & refert Amad. *de syndic. num. 174* quod ita seruauit in practica D. Baptista de Corneto tunc potestas Recanati, qui condemnauit publicam meretricem de adulterio, & mortua est in carceribus. *n* Sed certe iudicio meo contraria sententia verior est, quam etiam sequi videtur Amad. *in loco præallegato*, nam text. *in d. l. si ea.* expresse dicit, quod crimen adulterij in ea cessat; & ideo, si casus contingeret, ita iudicarem. Quæ autem dicatur meretrix, dixi supra *lib. 2 §. Meretrix.*

4 Est *o* autem hodie adulterium crimen priuatum, nam eius accusatio non *p* permittitur nisi certis personis, vt est text. *in l quamuis la 2. C. de adult.* Et hanc dicit esse sententiam communiter per maiores nostros approbatam Fulgos. *cons. 138. post num. 2.* quem etiam communem appellat Ant. Gomes. *super l. 80. Tauri, numero 49.*

5 Quæro *q* etiam, nunquid in crimine adulterij lata culpa æquiparetur dolo. Dixi infra *hoc eod. lib. § fin. q. 83. vers. Dici etiam.*

6 Hoc *r* crimen est communis fori; & ideo potest puniri *s* per iudicem secularem, & etiam per iudicem ecclesiasticum, vt dixi infra *hoc eod. lib. §. fin. q. 37. versic. quæro nunquid.*

7 Sed quæro, quæ sit pœna adulterij secundum ius commune. Respond. *t* De iure diuino secundum legem Mosaicam, in adulterio tam masculo, quam fœminæ erat imposita pœna mortis, genus autem mortis erat lapidatio; Exodi *cap. 20.* Deuter. *cap. 22.* De iure autem canonico pro adulterio laicus tam masculus, quam fœmina excommunicatur, *cap. intelleximus, de adult.* 11. Prætereaque fœmina in monasterium detruditur, & si maritus eam nolit recipere, ibi cogitur toto tempore vitæ suæ permanere, & pœnitentiam agere, *cap. gaudemus, eod. tit. de adult.* Et nota, quia iste est vnus ex casibus, in quibus episcopus potest punire laicos, vt dixi *in quæst. 37. versic. quæro nunquid.* *u* Clericus autem de iure canonico pro crimine adulterij *x* deponitur, & vlterius in monasterium toto tempore vitæ suæ detruditur. Ita voluit expresse glos. *in c. latior, in gl. 1. 2. quæst. 7.* Et est communis opinio vt dicit Gril. *de diuers. crim. lib. 3. quæst. 2. num. 1. & seq. & quæst. 6. num. 11.* Diaz. *in pract. crim. cano. c. 79.* quem refert Duennas *reg. 101. in 2. limit.* Et pract. Conradi *fol. 384. in 4. limit.* Didac. *in epitom. super 4. decret. c. 7 § 7. num. 19.* quem refert Villalob. *in sua collect. communium opin. in littera C. versic. clericus propter adulterium.* Bermond. *de concub. fol. 37. numero 16.* Dicebat tamen Alciatus, *y* quod si hodie clerici propter adulterium detruderentur in monasteria, pauci eorum ambularent per vias. *z* De iure autem ciuili magna est varietas inter Scribentes, an secundum ius digestorum adulterium puniretur pœna mortis naturalis. Magis tamen communis opinio videtur esse, quod olim puniretur tantummodo pœna deportationis. Et hanc esse communem opinionem attestatur Cuman. *consil. 154. post num. 2.* Marsil. *in pract. crimin. §. opportune, numero 40.* quem refert Didacus *in epitom. super 4. decret, fol. 143. post numero 16.* Secundum vero ius Codicis omnes consentiunt, quod punitur pœna vltimi *a* supplicij. Et est text. *in l. quamuis, la 2. C. de adult.* Et hanc dicit esse communem Alexand. *consil. 13. post num. 3. libro 7.* Cuman. *in loco præallegato*; & hoc tam in masculo, quàm in fœmina. Hanc etiam dicit esse communem opinionem Legistarum August. ad Angel. *de malef. in verbo.* Che hai adulterato, *numero 44.* quem refert Anton. Gomes. *super l. 80 Tauri, numer. 47.* & pract. Conradi *fol. 393. num. 21.* *b* Sed hodie secundum ius Authenticorum *c* in fœmina propter sexus fragilitatem commutata est pœna: virgis enim cæditur, deinde detruditur in monasterium; & si intra biennium maritus illam ad se non reuocet, ipsa cogitur habitum monachalem suscipere, & ibi perpetuo permanere, text. est *in Authent. sed hodie, C. de adult.* Et ita volunt omnes Doctores, vt dicit Salyc. *in l. qui sepulchra, post num. 7. de sepulchro viola.* Et hanc opinione dicit esse communem Imola *in l. cum mulier. post numer. 8. ff. solut. matrimon.* quem refert Nicellus *in concord. glos. cap. 8.* Et reperio, quod secundum dispositionem illius authenticæ iudicauit in facti contingentia Curia Burdegalens. vt refert Boer. *decis. 297. numer. 12.* Idem etiam seruauit Parlamentum Parisiense in quadam Maria Quatreliure, & alia adultera, vt refert Papo. *libr. 22. tit. 9. Arresto 1. & 2.* Pariter etiam Curia Neap. quandam mulierem ob adulterium detrudi iussit in monasterium, teste Gram. *decis. 31.* *d* In Senatu autem ego nunquam vidi seruari hanc pœnam detrusionis in monasterium, sed quandoque mulieres de adulterio conuictæ fuerunt condemnatæ in fustigationem, & exilium arbitrarium, 10. Februarij, 1559. P. N. Quinimo quædam Margarita China confessa adulterium cum incestu, non fuit nisi biduo virgis cæsa, 20. Martij 1559. P. N. *e* In masculo autem firma manet dispositio, *d. l. quamuis*, quod scilicet propter adulterium puniatur pœna vltimi supplicij. Et ita tenent communiter Legistæ, vt dicit Imol. *in cap. tua num. 13. de procurat.* Hanc etiam dicit esse communem opinionem. Alexand. *in d. consil. 13. num. 3.* quem refert Roland. *in d. consil. 74. numero 8. & consil. 3. numero 35. lib. 2.* August. ad Ang *de malef. in verbo,* Che hai adulterato, *sub num. 44.* Afflict. *super 3. part constitutionum regni rubric. 42. in princ. num 7.* vbi dicit, quod ita tenent omnes Doctores, & quod ita vidit pluries iudicatum, s. quod adulteri fuerunt ad mortem condemnati, & sententiæ fuerunt executæ, quem etiam refert Carrer. *in pract. crimin. fol. 449. num. 26. in fin.* Mitius tamen actum fuit per Parlamentum Paris. cum quodam adultero, qui citra sanguinem fuit punitus, vt refert Papo *in d. Arresto 2* *f* licet deinde *Arresto 4.* *g.* referat fuisse furcis suspensum quendam famulum; qui cum domina adulterium commiserat: de quo fit etiam mentio in placitis Galliæ *lib. 12. tit. 6. placito 1.* *h.* Sed quicquid sit secundum iuris communis dispositionem, *i* hodie videmus in omnibus fere prouinciis immutatam esse pœnam mortis adulterio, *k* & impositam esse pœnam pecuniariam, & ita communiter obseruari ex statutis Italiæ attestatur Anan. *in cap fin. post numerum undecimum de conclus. detegen.* quem refert Tiraquell. *de*

legib.

legib. concub. l. 13 num. 22. Quinimo in Gallia ex consuetudine adulteri non puniuntur, vt dicit Ioan. Fab. *in l. consuetudinis, col. fin. C. quæ sit longa consuetudo, & in §. ex non scripto, Instit. de iure naturali gentium, & ciuili*, & aliis pluribus in locis quæ refert Boer. *in d. decis. 297. n. 26. & dec. 317. n. 13. in fin.* & Tiraquell. *in d. l. 13. num. 24.* & Igneus *in l. lege Cornelia. §. ex hoc edicto. n. 65. ff. ad Sylla.* & Gulielm. Benedict. *in 2. parte repet. cap. Raynutius, in verbo, cuidam Petro, nu. 63.* Et certè maxime dolendum est his temporibus, in quibus passim ferè apud omnia tribunalia adulteri impunè euadunt, imo de ipso crimine gloriantur: illi vero, quorum vxores adulteræ sunt, accusationem proponere non audent ne in perpetuam infamiam, ita volente praua consuetudine, incurrant. Quapropter ego semper fui in hac sententia, quod principes huius temporis, qui hoc grauissimum crimen seuerissimis legibus non coercent, illasque exequi non faciunt, grauissime peccent. Et iudicio meo iste est vnus ex casibus, in quibus Christiana resp. indigeret reformatione.

8 Sed *n* hæc omnia locum habent in vxore adulterium committente: *o* Sed quid in sponsa? Respond. quod etiam cum sponsa alterius dicitur committi adulterium, ita dicit gloss. *in cap. discretionem, in verbo, Reatum adulterij, de eo, qui cogn. consang. vxoris suæ*, quam glos. tenent omnes, vt attestatur Mantua. *in l. Transigere, nu. 52. C. de transact.* Quod tamen intellige, vt procedat in sponsa per verba de præsenti; nam in ea locum habet pæna adulterij, etiam si à viro cognita adhuc non fuerit: secus autem si sit tantummodo sponsa per verba de futuro. *p* Et ita tenent communiter Doct. vt attestatur Anton. Gomes. *super d. l. 80. Tauri post nu. 47. vers. Dubium tamen faciunt*, quæ dixi infra *hoc eod. lib. §. homicidium, vers. sed quid dicendum, circa fin.*

9 *q* Pone, stat statutum in aliqua ciuitate, quod pro adulterio imponit pœnam pecuniariam; vt in multis locis videmus; *r* Quæro, si Iudæus in illa ciuitate committat adulterium cum muliere Christiana, nunquid erit puniendus pœna iuris communis, quæ (vt dixi) est pœna mortis, an erit puniendus pœna statuti, & sic pecuniaria? Respond. Angel. *in cons. 114. lib. 1.* Alexand. *cons. 99. libro 6.* & Barba. *cons. 63. lib. 4.* in facti contingentia consuluerunt, quod debet puniri pœna statuti, non autem pœna mortis. Et hanc opin. dicit esse communem Bermon. *de concub in. fol. 40. post numer. 32. & numero 40.*

s Ego vero in Iudæo committente adulterium cum Iudæa, vtique sequor opin. Ang. & communem, ex quo debent Iudæi iudicari secundum leges, quibus iudicantur alij de ciuitate, vt dixi supra *lib. 2. §. Iudæos.* Et pœna imposita à statuto tollit pænam iuris communis, vt dixi infra *hoc eod. lib. §. fin. q. 85. vers. debet etiam:* Sed in Iudæo committente adulteriũ cũ Christiana secus dicerem; nam coitus Iudæi cum Christiana etiam soluta, vt meretrice est punibilis, vt dixi infra *hoc eodem libro, §. Fornicatio, vers. Cum Iudæis.* Propterea cum in hoc casu sit duplex crimen, debet grauius puniri, quam disponat statutum simpliciter loquens in adulterio. *t* Ego itaque huiusmodi Iudæum censerem esse ad triremes perpetuo transmittendum.

10 Sed *u* pone, quod ex statuto imposita sit pœna pecuniaria, vel etiam corporalis, quæ reiterari possit, puta fustigationis, vel huiusmodi; nunquid si aliquis cum vxore alterius pluries rem carnalem habuerit etiam ex interuallo, *x* dicetur plura adulteria commisisse, & sic erit pœna multiplicanda, vel reiteranda? Respond. quod licet talis dici possit pluries adulterium commisisse, non tamen debet puniri, nisi pro adulterio. Ita tenet gloss. *in l. vulgaris in verb. Fur erit, ff. de furtis*; quæ opin. communiter omnium calculis recipitur, vt ait Didac. *lib. 2. resol. c. 10. n. 8. circa fin.* Et ita in facti contingentia consuluit Bar. *cons. 222.*

11 Habet *y* etiam adulterium aliam pœnam, quia s. si adulter fuerit in ipso actu adulterij deprehensus, potest à patre mulieris impune occidi, vt dixi infra *hoc eodem libro, § homicidium, vers. dixi etiam & aliis seq.*

12 Alia xij. quoque est pœna adulterij de iure canonico, nam propter hoc crimen agi potest ad separationem thori; nec non ad dotis, & donationis propter nuptias priuationem. Et est commun opinio. vt dicit Bermon. *de concub. fol. 55. post numer. 32.* Et hinc colligi potest tantam esse immanitatem huius criminis, vt licet diuino cautum sit, vt quos Deus coniunxit, homo non separet, *a* nihilominus ex causa adulterij conceditur ipsius matrimonij separatio, vt est text. *in c. ex litteris de diuor. cum simil.* Quinimo si crimen adulterij esset notorium, posset maritus absque aliqua sententia, aut declaratione Episcopi, vxorem adulteram propria auctoritate expellere. Et hanc dicit esse communem opinionem Barbatia in Apostil. ad Abb. *in c. fin. sub num. 6. de adulter.*

13 Et scias, quod hoc casu si matrimonium separatur propter adulterium commissum à viro, tenetur ipse vxori dotem suam restituere. Et ita firmant Doctores omnes, vt ait Paris. *cons. 54. num. 42. lib. 1.* Si vero separatur propter adulterium commissum ab vxore, ipsa amittit dotem, neque potest illam amplius repetere. Et hoc tam de iure ciuili, quam de iure canonico. text. *est in cap. plerunque, de don. inter virum & vxorem, & in leg. cum mulier ff. solut. matrim.* Et est communis opin. vt dicit Bermon. *de concubinis, fol. 43. post numer. 42.* Bald. Nouell. *de dote, in vndecima parte, §. hactenus, num. 36.* Didac. *in epitom. sup. 4. decret. fol. 235. num. 1.* quem refert Villalobos *in sua collecta communem opin. in littera A nu. 68.* Pract. Conradi *fol. 384. nu. 23.* Bologn. *in rub. C. de edendo, nu. 10.* quem refert Viuius *in libro communium opinion. fol. 310. versic. Vxor perdit.* Et nota, quod licet Bartol. *in l. si mulier, §. socer, in vltimis verbis, ff. de adult.* tenuerit, quod si maritus criminaliter accuset vxorem de adulterio, non lucratur dotem, veritas tamen in contrarium, quod scilicet etiam si eam ciuiliter conuincat de adulterio, lucratur dotem. Et ita contra Bartol. est communis opinio, vt attestatur Alexand. *cons. 189. num. 10. libr. 6.* Apostill. ad Bart. *in dicta §. socer. 35.*

14 Sed quid si aliquis ducat in vxorem aliquam mulierem, quam siue propter consanguinitatem, siue propter aliud legitimum impedimentum non poterat de iure vxorem ducere, & illa commiserit adulterium, & consequenter neque ipsa dote priuari? Respond. quod non poterit illam repetere, ita tenet gloss. *in d. c. plerunque, in verbo, non valebit.* Et est communis opin. vt dicit Bald. Nouell. *de dote in 11. parte, in d. §. hactenus, num. 36.* quem refert Didacus *in epitom. super 4. decret. fol. 125. numer. 2.* Anton. Gomes. *super d. l. 80. Tauri. post numer. 48. vers. 2. infertur,* Bermon. *in loco præallegato, fol. 44. num. 43.* Ioan. Lupus *de dona. inter virum & vxorem, §. 36. numer. 5.* quem refert Villalob. *in loco præallegato.* Considerandus enim est status matrimonij, qui erat tempore commissi criminis, saltem putatiuè, & mala intentio ipsius mulieris, quæ ex nullitate matrimonij deinde declarata excusari non debet, saltem postquam super ipsa dotis priuatione fuit pronunciatum.

15 Adde, quod propter adulterium vxor non modo amittit dotem, sed etiam bona paraphernalia, ita tenuit gloss. *in d. cap. plerunque. in verbo, Dotalium.* Et est communis opin. vt attestatur Boer. *decisio. 338. numero 2.* Didacus *in loco præallegato, num. 2.* Bermon. *in loco præallegato, fol. 46. num. 49.* Pariter etiam maritus commit-

tens adulterium, punitur & ipse in donatione propter nuptias, quam vxor eo casu lucratur, ita tenet gloss. *in capit. 1. in glo. 1. vt lite non contestata*. Et est communis opin. vt dicit Bermon. *in loco praall. n. 56. & seq.*

Scias etiam, quod mulier amittit dotem non solum propter adulterium, sed etiam propter solum osculum
16 alteri viro, quam marito datum, vel quia ille sibi manus ad mamillas posuit, ita tenet Bald. *in cap. tua, num. 4. de procur.* Et est communis opinio, vt dicit Bello. *in rubric. C. de edendo, nu. 81.* quem refert Didac. *in loco praallegato, num. 3.* Cum enim adulterium sit *d* difficilis probationis, & oscula dicantur proxima, & ferè immediata præparatoria adulterij, optime statutum est, vt mulier eo ipso, quod conuincitur osculum amatori dedisse, dicatur etiam de adulterio conuicta. Quod intellige, vt procedat non modò quantum ad processum ciuilem, sed etiam ad puniendam eam criminaliter de adulterio. Et hoc dicit esse de mente omnium Ant. Gomes. super *d. l. 80. Tauri, nu. 50.* quam tamen opin. ego non sequerer in iudicando ad imponendam pœnam ordinariam delicti, & multi etiam contra Bald. tenuerunt, quorum opi. communem esse attestatur Bero. *in rubr. de iudic. num. 22.* quem refert Do. Anto. de Padilla *in l. transigere, num. 87 de transact.*

17 Facta autem thori separatione propter vxoris adulterium, tenetur nihilominus maritus illam alere. Et ita tenent communiter Docto. vt ait Card. Alex. *in c. ex parte, col. fi. vers. sed opera pretium, de sponsalib.* Licet enim vxor sit adultera, non propterea desinit esse vxor, etiam post thori separationem *c. 2. de diuor.* Tenetur etiam maritus castitatem seruare: aliàs si fornicetur, tenetur ipsam vxorem iterum in consortium admittere. Et est communis opinio; vt dicit Abb. *in d. c. ex litteris, nu. 11. de diuortiis.* Et ad hoc cogi potest non solum officio iudicis, sed etiam ad actionem ipsius tenetur vxoris. Et ita cõmuniter vt dicit Felin. *in c. lator, post n. 9 vers. limita, 2. de re iudica.* Didacus *in loco praallegato. nu. 5.*

18 *b* Caueat etiam maritus, sciens vxorem esse adulteram, quod se cum ea carnaliter commisceat: nam ex eo videtur illi adulterium remisisse. ita tenet gl. *in c. fin. in gl. vnica, de adult.* quam dicit ab omnibus receptam Didac. *in loco praallega. n. 7.* Censetur n. ex hoc mores suos approbasse. Quinnimò vir, qui rem habet cum vxore adultera, non facta prius pœnitentia, peccat mortaliter, vt notatur *in c. coniugio. 32. q. 1.* Sed certè adulteri hodie ad hoc non aduertunt: & male, vt dicit Bertach. *in suo repert. in verbo, Adulter. num. 3.*

Et hæc quidẽ de adulterio criminaliter in iudicium
19 deducto sufficiant. Ceterum an vxor committens adulterium, amittat dotem in præiudicium etiam patriæ, & filiorum suorum, & quamdiu * hæc exceptio adulterij in dotis repetitione opponi possit, & contra quas personas, & an necesse sit, quòd maritus prius iudicium criminale proposuerit, cum hæc omnia magis iudicium ciuile, quam criminale respicere videantur, suo loco tractauimus supra *lib. proximo. §. Dos.*

Vnum tamen volo, vt scias, quòd licet regulariter crimina non præscribantur minori temporis spatio,
20 quam viginti annorum, vt dixi infrà *hoc eo. lib. § fi. quæst. 51. circa princ.* nihilominus accusatio adulterij præscribitur quinquennio, vt est tex. *in l. mariti, §. hoc quinquennium, ff. de adulter.* Et ita in facti contingentia iudicatum fuisse refert Papo *lib. 24. tit. 1. arresto 2.* Quod intellige, vt procedat in simplici adulterio: secus autem in adulterio cum incestu, illud enim non præscribitur minori spatio, quam 20. annorum, prout & cetera crimina, de quibus dixi *in loco praallegato.*

ANNOTATIONES.

Ad §. Adulterium.

De adulterij materia Decian. *in tom. 1. trac. crim. lib. 4. c. 26. num 2.* & Far. *vol. 5. sua pract. Crim quæst. 136. cap. 1. numer. 2.* vbi tractat, An adulterium, & copula carnalis coniecturis, & præsumptionibus probetur, *& capit. 2. nu. 26.* An per testes, aut confessione iudiciali, aut extraiudiciali. *& cap. 3 num. 47.* Quando probetur aliquam esse meretricem, seu inhonestam. vel præsumatur. Et latius de his præsumptionibus, & coniecturis adulterij *tractat. cap. 4. nu. 18. & seq* Sed *ead. quæst. 136. cap. 5.* tractat de præsumptionibus excludentibus adulterium, & carnalem copulam; & de eius grauitate, & pœna, & omnimoda prohibitione tractat, *vol. 5. quæst. 141. & quæst seq. & quæst. 142. de amissione dotis par. 1. Ber. Ros.* a

Adulterij] Adulterij accusatio multipliciter in iudicium deducitur, vt per Farin. *d quæst. 141. num 39 vsque ad 47.* & Vigel. M. I. R. *ca. 13. q. de adulteriis reg. 1. 5. & 9. cum sequentibus pluribus. Ber Ros.* b

Adulterij.] Adde, † quod adulter, & adultera non possunt in eodem libello accusari, *l si maritus, § fin. ff de adulter.* & si accusantur, libellus non procedit, etiam parte non opponente, Cagnol. *in l. edita nu. 287. C de eden.* & Io de Ana. *in c. intelleximus. num 10. in fin ibi.* ideo dicit Angelus, nisi quando ageretur coram Iudice ecclesiastico ad separationem thori, quia tunc benè adulter, & adultera possunt in eodem libello accusari glos. singul. *c. statuit. 2. q. 5.* quam refert, & sequitur Rom. *sing. 276. tu scis, Io. de Arno prob. l 3.* 1

Item † adde, quod potest proponi accusatio de adulterio contra vxorem, etiam quòd ignoretur persona adulteri, Natt. *in cons. 422 nu 7. vol 2.* 2

Item † adde, quòd quando in eodem libello adulter, & adultera accusantur, in neutrius persona procedit accusatio, & hoc est speciale in adulterio, & quando accusatur vnus in vno libello, & alius in alio, tunc reiicitur pars libelli, & procedititur super primo, secundum Bald. *in cons. 6. nu. 2 & 3.* hic alleg. & ibi reddit rationem dicens, quòd non debet accusator adulterij esse partialis, sicut non potest ex inscriptione pati duas pœnas, quoniam vna pœna consumitur cum de iure communi adultero sit pœna mortis, & è contra subscribenti se ad pœnam talionis, & non probanti quod tamen procedit, quando agitur ad pœnam capitalem, non autem, quando mulier accusatur ad effectum perdendæ dotis; vt per eundem Bald. *d. cons. 6. n. 4.* Sed † ego arbitror, quod hodie posset procedi super vtroque libello, quia de consuetudine amplius non fit inscriptio ad pœnam talionis, vt per Duen. *reg. 27.* 3 4

Item † adde, quòd Impuberes non possunt accusari de adulterio, quia præsumuntur inhabiles ad coitum: tollitur tamen hæc præsumptio per contrarium factum Soc. *in c. 1. n. 7. & 17. de delict puerorum.* 5

Item † adde, quòd si extaret statutum, quòd in crimine adulterij, vel stupri non posset procedi, nisi ad querelam partis; data querela, poterit Iudex procedere ex officio etiam, quod querelans desisteret, per text *in l. constante matrimonio in fi. ff. de adult.* Affl *in const. legum asperitate nu. 12.* & idem habetur *in dec. Gram. 31.* hic per Clar alleg *num. 3. & seq.* & hoc procedit, eo desistente in quacunque parte iudicij, & appellatione pendente vel accusatore mortuo, vt per Crau. *in tit. 21 & Gram. in d. decis* † tenet etiam, quod contra vxorem poterit procedi, etiam quod eam maritus non accusauerit sed adulterum tantum. 6 7

Item † adde, quod si statutum permitteret Iudici inquirere, & punire de omnibus delictis, non intelligitur, quòd permittat inquiri de adulterio, constante matrimonio, Brun. *de const. & decret. in vers Inquisitio fol. 144.* 8

Item † adde, quod adulterij crimine deducto in Iudicio, postquam de re constat legitimè, debet Iudex procedere, non obstante concordia partium, Affli. *in d. const. legum asperitate num. 11.* 9

Idem † adde, quòd maritus tenens concubinam non potest accusare de adulterio. Dec. *in l semper in contractib. ff de reg. iur.* Marsi. *in l. t de rapt. virg. nu. 60 & seq.* 10

Item † adde, quòd si quis accusauerit aliquem de adulterio, & probauerit de stupro, sententia super eo lata erit valida, quia nomen adulterij est genus: Ita Bal. *in l. sica, C. de adult.* quem sequitur Fely. *in c. a. licet hely. num. 19. de Simon.* De hoc tamen vide Aret. *de malef. & ibi addent. in versic. che hai adulterato. nu. 59.* 11

Item † adde, quòd maritus post accusationem poterit liberare vxorem per reconciliationem à pœna, ante tamen sententiam, & Iudicis auctoritatem, & non aliter: secus autem, secuta condemnatione, etiam quòd condemnatio non fuisset demandata executioni, Boer. *decis 298. nu. 3. & seq.* 12

Item † adde, quod ex officio per viam Inquisitionis non potest procedi contra adulteros, ne fœdentur cõnubia, etiam quod adulterium sit crimen publicum: quia illud est verum postquam nomen 13

nomen est receptum inter eos, secundum Bart. *in l. 2. §. si publice, ff. de adult.* & Afflict. *in const. legum asperitatem num. 9.* Gramm. *d. decis. 31. num. 6.* & quando dicatur in crimine adulterij nomen receptum inter reos, vide Bart. *in l. adultery, C. de adulter.* Fallit tamen, quoties adulterium est notorium, quia tunc Iudex potest ex officio procedere, Gramm. *d. decis. 31. numero 7.* & per Concil. Trid. *sess. 24. cap. 8. incip. graue peccatum, &c. de reform. matrim.* sancitum fuit, quod procedatur ex officio ab Ordinariis locorum, quando mulieres, siue coniugatæ, siue solutæ cum adulteris, siue concubinariis publice viuunt, si ter admonitæ non paruerint.

15 Item † adde, quod in sex casibus non licet marito accusare vxorem de adulterio. Primus est, quando ipse fuit causa adulterij, etiamsi causa fuerit remota, puta, quia eam reliquerit sine necessariis ad vitam, dummodo ipsa prius egerit contra virum, vt prouideret de alimentis: Secundus casus est, quando vir tradidit alteri vxorem adulterandam, Bero. *in cons. 42. num. 21. volum. 1.* Sed adulterium, etiam consentiente marito commissum punitur, *l. 2. §. 1. ff. de adulter.* Nell. *de bann. in 2. par. 2. temporis quæst. 46. vers. Iurus autem.* Tertius est, cum ipsa credidit virum defunctum, & nupsit alteri. Quartus, si fuisset vi oppressa; Ideo adulterata per tyrannum, vel Regem non potest accusari de adulterio, quia præsumitur per vim, & metum adultera; immo † potest bastardum ex ea natum instituere secundum Bald. *in l. eam, quam colum. 9. vers. scias, quod in istis spuriis, C. de fideicomm.* Quintus, si post adulterium eam reconciliauit: Sextus, est *in cap. gaudemus. de diuort.* vt plene de prædictis habetur per Afflict. *in constit. legum asperitate. § qui coram,* sed Laurent. Tonnini. Rodulphi. *in caut. 6. num. 1. & sequen.* ponit vndecim remedia, quibus vxor, vel vir, de adulterio accusati, se valeant aduersus accusatorem reparare, & Afflict. *in*

16 *dicto §. qui coram in fine*; Vide etiam Viui. *opin. 11. num. 26.* & idem Afflict. vbi supra, dicit, quod Ioan. And. *in nouell. in cap. intelleximus*, & post eum Ioan. de Anan. *ibi in pen. colum.* ponit † multa specialia in crimine adulterij, videlicet primo, quod in multis casibus repellitur eius accusatio, vel exceptio, ex quo sequitur, quod non semper admittitur, qui suam iniuriam prosequitur, videlicet, quod prætextu sui adulterij repellitur maritus ab accusando, & prosequendo suam iniuriam. Secundo, quod quis ex præsumptionibus cõdemnatur de adulterio. Tertio, quod in causis adulterij exceptiones debent proponi, & opponi ante litis contestationem, nec admittuntur postea. Quarto, quod conuictus, & condemnatus ex hoc crimine per modum exceptionis punitur. Quinto, quod seruus admittitur ad accusandum. Sexto, quod minor viginti quinque annis etiam admittitur. Septimo, quod in hoc crimine nulla datur dilatio, nisi ex causa; adeo quod probationes factæ, non data dilatione ad probandum, valent. Octauo quod minor non subuenitur. Nono, quod adulterium vxoris nocet viro. Decimo

17 quod hoc crimen non tollitur in baptismo. Vndecimo quod de hoc crimine vir, & mulier non possunt simul accusari ab eodem, & ex eadem causa.

18 Item † adde, quod mulier non excusatur à pœna adulterij ex eo, quia maritus ei non reddidit debitum naturæ, Boer. *decis. 297. num. 15.*

Item adde, quod vxori non licet accusare maritum de adulterio criminaliter, *l. 1. C. de adult.* & ratio habetur per Franc. Marci *in decis. 514. num. 16. cum sequen.* & per Bero. *in cap. 1. nu. 39. de accusat.* sed bene ei licet agere ciuiliter ad separationem thori, & vt vir restituat dotem, & perdat donationem propter nuptias, *l. consensu C. de repud.* Abb. *in c. plerumque numer. 1. de donat. int. vir. & vxor.* Mars. *in l. 1. nu. 60. C. de rap. virg.* Conrad. *in pract. crim. tit. de adulter. numer. 11.* Bero. *cons. 55. numero 5. volum. 1.* Augustin. *in addit. ad Ang. verb. Che m'hai adulterato. vers. quero, quia video*; vbi dicit, quod Salicet. ponit vnum casum singularem, quando vxor possit accusare maritum de adulterio, etiam criminaliter: videlicet, quando vxor prosequitur suam iniuriam, puta, quia maritus commiserit adulterium cum vxore filij ipsius mulieris, nati ex alio matrimonio, vel cũ vxore fratris ipsius mulieris.

19 Item † adde, quod mulier debet habere alimenta, donec conuincatur de adulterio, Bald. *in cons. 176. Cæcilia decessit vol. 1.* & per Paris. *cons. 54. asserta sententia vol. 4.*

20 Item † adde, quod mulier accusata de adulterio à marito potest torqueri, extantibus indiciis; Roman. *cons. 451.* non autem ad effectum perdendæ dotis, cum sit pro interesse priuato, etiamsi extaret statutum, quod pro adulterio possit deueniri ad torturam, secundum Bald. *consil. 6. num. 6. volum. 5.* & Bologn. *cons. 9. n. 85.*

21 Item † adde, quod in materia adulterij tota familia potest torqueri pro veritate eruenda, Bald. *in l. fin. ff. de quæst.* & Paris. de Put. *in tractat. de Synd. in ver. tortura il 2. c. 3. num. 2.* nisi sint bonæ famæ, & vitæ, secundum Bald. *in l. 1. C. locat.*

Item † adde, quod vxor potest accusari de adulterio, etiam commisso cum Papa, licet Papa regulariter accusari non possit, Anchar. *in c. ea, quæ. num. 18. de reg. iur. in 6.* Sed credendum non est in æternum, quod vllus Pontifex adulterium committat, licet vt homo sit possibile. 22

Item † accusans aliquem de adulterio, & dicens eum commisisse adulterium cum dolo, & fraude, non obtinebit, si probaretur mulieris voluntas, & accusatus absolueretur, Rom. *cons. 167. incip. Antonius.* Baiard. 23

c *Et adulterum.*] Aduerte, quod si accusatus excipiat de lenocinio accusatoris, & quod maritus habitauerit cum vxore post commissum adulterium, & maritus replicet, quod accusatus est seruus, & quod ob id exceptionem lenocinij obijcere non potest: prius cognoscendum est de causa status incidenter mota per replicationem ratione præiudicialitatis, quia si pronuncietur accusatum seruum esse, frustra disputatur de lenocinio, quod seruus opponere non potest, *l. quoniam Alexandrum, C. de adulter.* & tradit Crauet. multa similia adducens *in consil. 280. col. 1.* Et circa materiam adulterij, quomodo, & per quem, vel quos intendantur eius accusatio eiusque defensio, vide remissiue per Boss. *tit. de coitu damn. & punibi. numer. 43.* Et 24 scias quod adulterium, siue fornicatio totam cognationem denigrat, per Boss. *eodem loci numer. 44.* Item, quod adulterium maiori dolore affligit virum quam mors filij, ibid. *numero 46.* Giach.

c *Tribus autem modis.*] Adde, † An accedens ad solutam, 25 credens accedere ad nuptam, committat adulterium; & è conuerso. Vide Ioan. Andr. *in Mercurial. reg. 14.* cum quis succedat, vbi plene hanc quæstionem ad partes examinat, & vide infra *n. 58.* Baiard.

e *Prima inter.*] Adulterium tripliciter committitur secundum Farin. *d. q. 141. n. 77. & 78.* Ber. Rof.

f *Ceterum quando vir coniugatus.*] Adde, † quod Menoch. 26 *in cons. 249. per totum volum. 3.* tenet contrarium, quod scilicet adulterium sit tam de Iure ciuili, quam de Iure Canonico. *Baiard.*

g *Adulterium*] Adde Roland. *consil. 74. num. 12. & sequen. lib. 1.* Decian. *cons. 111. colum. 2.* Idem tamen Roland. *consil. 20.* dicit accessum ad solutam largo modo dici adulterium, cui accedit Guid. Pap. *consil. 159.* Vide Osasc. *decis. 119.* Quomodo autem probetur adulterium, no. Roman. *cons. 91. num. 6. & cons. 164. col. fi.* Guiot.

h *Et hæc est indubitata.*] Vide Farinac. vbi supra *num. 80.* Ber. Rof.

i *Et quod talis coitus.*] Adde, † videndum Franc Vegij, *cons.* 27 *66. numer. 215. cum sequen.* vbi facit multas distinctiones. *Baiard.*

k *De iure autem canonico.*] Farin. vbi supra *numero 81.* Rof.

De iure autem canonico.] Adde Concilium Tridentin. *sess. 24. cap. 8.* cui autem applicabitur Dos, vel Donatio propter nuptias, stantibus etiam filiis primi matrimonij, Boer. *in Addit. ad Dyn. in reg. non debet sub num. 5. littera B. de regul. iur. in 6.* Drog.

l *Quæ tamen sit meretrix.*] Adulterium cum meretrice nupta Farin. vbi sup. *n. 81. vsque 88.* Rof.

m *Aut vero postquam.*] Adde, † quod hoc dictum est verum, 28 nisi interuenisset adulterium cum incestu; quia tunc punitur de incestu, secundum Salyc. *in l. qui adulterium de adulter.*

Item adde, quod istud adulterium debet puniri pœna extraordinaria, secundum Aret. *in §. nouissime num. 4. Instit. de Senatuscon. officij*, quia res est mali exempli, & hoc mihi videtur honestum. Sed Franc. Vegij *in cons. 66. num 119.* tenet, quod debeat puniri pœna ordinaria; & dicit, hanc esse communem opin. per tex. *in l. si vxor. in princip.* vbi Bartol. *ff. de adul.* nisi adulter ignorasset, eam esse nuptam; quia tunc excusaretur: tamen ibi *n. 121.* dicit, quod forsan consuetudo aliter obseruat, & quod etiam aliter per statuta prouidetur, sed quod ista est veritas de iure: sed Bursat. *in cons. 218. num. 14.* attestatur, magis communem opinionem esse, quod non committatur adulterium, & quod aliqua pœna non tenetur, dum in matrimonio in vita meretricali perseuerauerit.

Item adde, quod habens rem veneream cum muliere, etiam nupta, quæ cum multis rem carnalem habuerit, non potest puniri de adulterio, quia vilitas vitæ adulteræ eum à pœna adulterij excusat; ipsa autem non excusatur, & pœna adulterij punitur, ita notab. Ang. *in l. 1. C. de rapt. virgin.* quem refert, & sequitur Afflict. *in const. legum asperitate, n. 5.*

Item † adde, quod meretrix dicitur etiam illa, quæ vnum admiserit, & mercedem ab eo receperit, secundum Luc. de penn. 29 *in l. si qua in principio. C. de spect. & scen. lib. 10.* Afflict. *in const. qua passim n. 2. fol. 325.* Baiard.

n *Sed certe iudicio meo.*] Vide tamen Farin. *sup. num. 68. & 88.* Rof.

o *Eſt autem hodie.*] Adulterium hodie priuatum crimen eſſe Farin. *in d. q.* 141. *nu.* 34. 35. *&* 36. *Ber. Roſ*

30 *Eſt autem hodie.*] Adde, † quod Afflict. *in conſt. leg. aſperitate num.* 12. tenet contrarium, ſcilicet, quod adulterium, poſtquam nomen receptum eſt inter reos, ſit delictum publicum; quod quando ſit, vide ſupra *in principio huius* §. *verſ. Item adde*, quod ex officio per viam *in fin.* & Gramm. *in deciſ.* 31. *num.* 6. declarat, tunc eſſe crimen publicum, quando querela præceſſit; & ſic eo caſu dicitur nomen receptum inter reos, & tunc Iudex poterit procedere ex officio, etiam quod querelans deſiſteret.

31 Item † adde, quod in ſtatu eccleſiaſtico prouiſum fuit per Conſt. Marchiæ *in lib.* 4. *cap.* 69. *&* 70. quod in crimine inceſtus, adulterij, ſtupri, & fornicationis nullus ad accuſandum admittatur, niſi eſſet pater, mater, auus, vel auia, filij, & nepotis vtriuſque ſexus vſque ad ſecundum gradum; fratres, & ſorores, & filij fratrum, & ſororum, qui prænominati ſolum ad prædictam accuſationem, vel delationem, admittuntur, & ſi contra infamatum de adulterio publica laborat infamia, quod poſſit procedi ex officio; ſed hodie Iudex eccleſiaſticus ex officio procedere poteſt per Conc. Trident *ſeſſ.* 24. *de refor. matr. c.* 8. ſeruata forma ibi tradita.

32 Item † adde, quod ſtante tali ſtatuto, ſicut non poteſt procedi, niſi dicta accuſatione præcedente in dictis delictis, ita etiam in eorum attentatione, vt per Bal. *in conſ.* 16. *vol.* 3. *Baiar.*

p *Permittitur.*] Et de iure in cauſa adulterij Iudex non poteſt procedere ex officio, vt per Ludou. Carer. *in pract. crim.* §. *Homicidium.* 6. *num* 260. Sed hodie poteſt ex ſacri Conc. Triden. diſpoſitione *ſeſſ.* 24. *c.* 8. *ſub decr. de refor. matrim.* ſeruato tamen prius illo ordine. *Giach.*

33 q *Quæro etiam*] Adde, † quod lata culpa in adulterio non æquiparatur dolo, *c. iſt lectum* 34. *q.* 2. & iſta eſt magis communis opinio doctorum, ſecundum Bernon *in tract. de concub. in rub. de adult. num.* 70. vbi concludit, quod vxor propter adulterium non priuatur dote, niſi illud ſcienter, & doloſè commiſiſſet: ſecus ſi ignoranter, & citra conſenſum.

Item quæro (de quo fit tantum mentio in ſummariis, & tractat remiſſiuè) de probatione adulterij.

34 Adde, † quod Zaſ. *conſil.* 11. *vol.* 2. tenet, quod per teſtes ſingulares probetur adulterium, ſtuprum, & inhoneſtas mulieris, idem tenet Socin. iun. *conſil.* 99. *vol.* 2. Gabriel *de teſtib. concl.* 2. *num.* 50. Et hoc procedit, etiamſi vnus teſtis deponeret de vna re inhoneſta, & alius de alia diuerſa, ſecundum Gramm. *deciſ.*
35 107. *num.* 9. Et an per teſtes ſingulares, & ex quibus † actibus probetur adulterium, vide Bertaz. *conſ.* 20. *per totum.* Boer. *deciſ.* 23. *num.* 44. Natt. *conſ.* 478 *num.* 2. Rimin. iun. *conſ.* 7. *numero* 59. Bonacoſſ. *in prima par. ver. teſtis ſingularis*, Burſat. *conſil.* 218. Crau. *conſ.* 73. *num.* 36. vide etiam Lauren. Crichou. *com. epi. in*
36 *littera A.* vbi ponit, † quæ probationes requirantur in hoc crimine adulterij, tam quando proceditur criminaliter, quam ad
37 ſeparationem thori, & maritus † debet cauere, ne ad probandum iſtud crimen intentet publicam vocem, & famam contra vxorem; quia probaret propriam ſcientiam, & ſic proprium lenocinium, vxorem adulteram retinendo. *l. crimen, C. de adult.* & ſic veniret reijciendus, Bald. *in conſ.* 310. *numer.* 5. *vol.* 1. Sed quot
38 † modis adulterium probari poſſit, pleniſſimè, & copioſiſſime habetur per Maſcard. *de probat. à concl.* 57. *vſque ad concl.* 66. vide omnino, quia ibi habentur omnia, quæ circa probationem huius delicti haberi poſſunt; Et de † præſumptionibus quibus
39 probari poſſit, latè per Menoch. *de præſum lib.* 5. *præſum.* 41. *par.* 2. vide etiam Rim. iun. *in conſil.* 260. *num.* 41. *cum ſequen. & conſ.* 274. *per totum*, vbi latiſſime, quod ex laruatione cum iuuenibus adulterium probatur: ſed Bertaz. *in conſ.* 311. *num.* 2. contrarium tenuit, & ibi addentes.

40 Item † adde, quod adulterium probatur coniecturis, & præſumptionibus à iure receptis, etiam, quando criminaliter proceditur, per Menoch. *conſil.* 31. & Franci. Marci. *in deciſ.* 514. *num.* 14. *&* 15. *parte* 1. & fama publica. Pariſ. *conſil.* 54 *num.* 6. *& conſil.* 57. *num.* 34 *& conſ* 170 *nu.* 12. *lib.* 4.

41 Item † adde, quod adulterium non probatur contra alium ſola mulieris confeſſione, not. Doct. *in cap ſignificaſtis de adulter.*
42 Pariſ. *conſ.* 177 *num.* 28. *vol.* 4. Siluan. *conſ.* 50. *num.* 41. *vol.* 1. & † confeſſio adulteri carentis genitalibus non nocet, Specul. *de confeſſ* §. *ſequitur videre verſ.* 11. *non valet.*

43 Item † adde, quod probatur adulterium per teſtes, qui viderunt per formam adulterantes; & non dicuntur ſingulares, quādo ſucceſſiue viderunt vnus poſt alium, Alber. *in l. teſtium num.* 9. *C. de teſtibus*, & ibi Cin. Bald. & Salic. Aufr. ad Capell. Tholoſan. *deciſ.* 309.

44 Item † adde, quod ad hoc, vt adulter, vel adultera puniantur pœna ſtatuti, probandum erit, quod erant in matrimonio, Afflict. *in conſtit. legum aſperitate num.* 4. Chartar. *de executione ſententia, capit.* 1. *numero* 383. & ideo accuſatus de adulterio cum Berta vxore Titij, licet illam cognouiſſe fateatur, non dicitur confiteri illam eſſe vxorem Titij ibi, *num.* 360. *&* 373.

r *Hoc crimen.*] Adde, † quod ſi conſtaret de coitu, ſed opponeretur matrimonium ob aliquod impedimentum canonicum eſſe nullum, tunc iudex ſecularis teneretur remittere cauſam Epiſcopo: ſed plus poſſet dicere excipienti, vt coram eo produceret, quæ intenderet probare coram Epiſcopo & ſi videret, ea non obſtare, poſſet procedere ad vlteriora. Felyn. *in c. cum ſit de for comp.* Afflict. *in conſtit. de Adulter coercen. num.* 7. Hoc tamen procedit, ſi vir accuſauerit iure mariti, quia tunc oportet probare, quod vere ſit vxor: ſi vero accuſauerit iure extranei, ſufficit probare, quod illa mulier habebatur pro vxore, & ita tractabatur, & eo caſu, ſi ex ea parte accuſati fieret probatio, quod illa non poterat eſſe vxor, non releuatur, quin condemnetur de adulterio; ſed debet probare, quod non habebatur; nec tractabatur, vt vxor; & hoc probato, reus abſolueretur: ita declarat Bart. *in l. ſi vxor.* §. *ſed ſi ea, ff. de adult.* ſed de generali conſuetudine iudex † laicus in cauſa adulterij, criminaliter intentati, 46 poteſt cognoſcere incidenter, an matrimonium adſit, vel non, Franc. Marci. *dec.* 514. *nu.* 19 *&* 20. *Baiard.* 45

ſ *Et etiam per iudicem Eccleſiaſticum.*] Et an imponat omnes pœnas, & quando: quod ſic, niſi concurrat inſultus, & violentia, quia tunc cognoſcet laicus, vt per Carer. *in pract.* §. *Homicidium* 6. *num.* 262. *Giach.*

t *De iure diuino.*] Farinac. *in d.* 5. *vol. & quaſt.* 141. *numer.* 1. vbi etiam tractat, quod omni iure prohibitum ſit *numero* 12. *Roſ.*

u *Prætereàque fœmina.*] Adde quod maritus eam ſic iterum accipiendo nihilominus dicitur Bigamus, *inf. q.* 36. *verſ. Quæro. an Clericus, in fin Drog.*

* u *Clericus autem.*] Farin. vbi ſup. *nu.* 26. Et vxor etiam propter adulterium, vel ſtuprum, ſi ſit vidua, dotem amittit. *q.* 142. *p* 1. *& infra latius. Roſ.*

x *Deponitur.*] Quid de clerico † ſe iactante commiſiſſe adulterium, qualiter puniatur? relatiue habes per Carrer. *in pract. cri.* §. *Homicidium*, 6. *num.* 246. *Giach.* 47

y *Quod ſi hodie clerici.*] De iſti clericis male verſantibus, & quibus morbus gallicus eſt familiaris, nec puniuntur de Adulterio, *inf. quaſt.* 36. *verſ Quære nunc in fin. quaſt.* 70. *verſ. ſunt etiam apud clericos*; Non caſtigantur clerici *d. q.* 70. *verſ. eſt etiam pœna: ibi, alias Epiſcopus.* Hoc etiam dicitur de blaſphemantibus, qui ſi punirentur, pauci ſupereſſent qui blaſphemare poſſent, dixit Bellus *conſil.* 96 *ſub nu.* 9. faciunt dicta in propoſito per Crau. *in conſil.* 137. *num.* 10. & quando † nec ſtuprum ſit 48 puniibile, ſi fiat cum muliere vilis conditionis, idem Crau. *conſil.* 166. maximè *ſub num* 6. pro quo ſtat Menoch. *de arb. Iud. lib.* 2. *Centur.* 3. *caſ* 293. *nu.* 3. *cum ſeq.* & in quantum dicit, quod propter ſexus fragilitatem commutata eſt pœna, adde *gl.* 32. *q.* 1. *c. de benedicte verb. in alium.* Drog.

z *De iure autem ciuili.*] Farin. vbi ſup *nu.* 13. Roſ.

a *Vltimi ſupplicij.*] Et iſta eſt ratio, ob quam etiam millies committens adulterium non patitur niſi vnam pœnam, & non punitur niſi pro vno delicto Gloſ. *ſingu. in l. vulgaris, in verbo, ſecundum videtur, ff. de furtis*, & tenet Iacob. de S. Georg. *in l. quicunque, C. de ſer. fug. num.* 67. Et de materia quæro quid de commatre, qualiter cognoſcens puniatur. Vide pract. Carrer. *in pract. crim.* §. *Adulterium* 6. *nu.* 268. Giach.

b *Sed hodie ſecundum ius.*] Farin. *ibid. numero* 19. *&* 58. Roſ.

c *In fœmina propter ſexus.*] Adde, † quod in Regno Neapol. 49 adeſt Conſtit. legum aſperitate, qua adultera tradenda eſt viro, nullatenus ſæuituro vitæ periculo, niſi ad naſi truncationem; & ſi vir in eam vindictam dare noluerit, publice eſt fuſt ganda, & per dictam conſtit. viris propter adulterium imponitur pœna mortis, quæ hodie ſeruatur ſecundum Franch. *in dec.* 240. *num.* 5. vbi atteſtatur, quod per ſacrum conſilium ita iudicatum fuit, dicit tamen, quod dicta pœna ex cauſa mitigari poteſt, & quod dicta pœna infligi poteſt tam viro nobili, quam ignobili, ſed in ſtatu eccleſiaſtico ſunt magis miſericordes, quia vir committens adulterium non punitur niſi ad pœnam viginti quinque florenorum, & ſi retinet vxorem alterius volentem abſque voluntate mariti, incurrit pœnam centum florenorum. ita diſponit *Conſtitut Marchia in lib.* 4. *cap.* 69. Hodie tamen in vrbe tantum pro adulterio fuit impoſita pœna mortis per Motum proprium Sixti V. de quo infra *ſed quicquid ſit*, & Neuiz. *in Syl. nupt. lib.* 2. *verb. diuiti non eſt nubendum numero* 86. inquit, quod quidam Nobilis de Diœceſi Taurinenſi vxori ſuæ adulteræ naſum abſcidit, vt ob deformitatem amatores eam relinquerent; & quod † hoc frequentatur in Flandria. 50

Item † adde, quod mulier committens adulterium tempore, 51 quo credebat maritum ſuum eſſe mortuum, vt erat fama, & publice

publice dicebatur, non potest puniri de adulterio, sed de forni-
catione, & si confessat fuisse adulterium, probata dicta fama,
confessionem reuocare poterit; ita habetur per Feder. de Senis
52 *in cons.*167. vbi † dicit etiam, quod si adulterium commiserit
cum clerico, non poterit puniri à Iudice seculari.

53 Item † adde, quod recte auth. sed hodie, *C. de adulter.* non
debet seruari; non enim decet, quod adultera, quæ per legem
diuinam lapidabatur, nunc in monasterium ad corrumpendas
sacras, & sanctas Moniales deputetur; sæpe namque malorum
consortia, &c. 28. *quæst.*1. *c sæpe*, nec enim incorruptus permane-
re potest, qui corruptis sociatur. 23. *quæst.*4. *cap. quisquis*, & ideo
Luc. de Pen reprehendebat huiusmodi auth. vt refert Bart. de
Capua *super Const. maiest n.*17.

54 Item † adde, quod ista pæna intrusionis in monasterium non
habet locum, quando actum esset ad separationem tori; quia
tunc inuita non tenetur intrare monasterium, sed tantum causa
continentiæ obseruandæ. Boer *decis.*298 *in fi.*

55 Item † adde, an mulier adultera, & quando à marito in
vinculis detineri possit, late per Franc. Marc. *decis.*762. *num.*6.
*par.*2.

56 Item † adde, quod pœnam adulterij non fert, qui coacte il-
lud commisit, *c propositio.* 32. *q.* 5. & late Menoch. *de arbitr. iud.
casu*354. *n.*9. Baiard.

d *In senatu autem.*] Nec forte etiam in foro ecclesiastico, vt
infra *quæst.*70. *vers sunt etiam*, & vide Farinac. *d quæst.*141. *num.*
74. Rosc.

e *In masculo autem*] Farin. *ibid. n.*21.

f *Licet deinde Arresto.* Farin. *n.*57. Rosc.

g *Referat fuisse furcis suspensum quendam famulum, &c.*]
57 Adde, † quod diuersas pænas diuersorum populorum prout in
crimine adulterij Greg. Tholos. *in sintagmatu lib.*36. *c.*6. *& infr.
n.*64 Baiard.

58 h *Sed quicquid sit secundum Iuris communis, &c.*] † Adde
Crauet. *consil.*137. vbi dicit de generali consuetudine adulterium
non posse puniri pæna corporali, sed pecuniaria tantum ex-
traordinarie, & ibi multis Iuribus affirmat, dictam consuetu-
dinem esse validam, dummodo adulterium sit factum de volun-
tate mulieris: alias, si esset violentum adulterium, consuetudo
non excusaret: idem tenuit *in consil.* 41. *numero* 8. *&* 9 vbi dicit
etiam, quod in his criminibus, ad venerem pertinentibus, lapsi
sunt, & labuntur etiam viri, alioquin integerrimi, sanctissimi,
& religiosissimi, & in istis vitiis carnis mitius est agendum, di-
cit Bauer. *in §. autem col.*2. *Instit. de hæred. instit.* Et licet Menoc.
*de arbitr iud cas.*198. *num.* 25. dicat, quod non est verum, pæ-
nam adulterij in desuetudinem abijsse; & quod dictum Crauet.
procedit forte, quoad accusationem maritorum; tamen se deci-
pit, quia non videmus aliquem puniri pæna mortis, vel corpo-
rali, sed pecuniaria, vel raro corporali; quinimo adulteria no-
stris temporibus soli Deo punienda relinquuntur, dummodo
violentia, vel aliæ qualitates aggrauantes non accedant, vt late
Brug. *tit. de adulter. in sua pra* [illegible] *i*, quem refert, & sequitur Vul-
pell. *in consil.*94. *num* 9. Sed † nouissime Sixtus V. P. Maximus
59 volens prouidere huiusmodi deprauatæ peccandi consuetudi-
ni, edidit Constitutionem *super adult. stupr. lenocin. & temer tor.
separ.* imponendo contrafacientibus pænam mortis; quæ Con-
stitutio est tantum localis in vrbe, & fuit publicata sub die 3.
Nouembris 1586.

60 Item † adde, quod si adulter fuit iniuste punitus, eo quod
postea constet, quod fuit fornificatio, quia illa mulier non erat
coniugata, non recuperat pænam solutam: ita tenet Abb. *in c.*
61 *suberta in fin. de re. iud.* & † accedens ad solutam, credens acce-
dere ad nuptam, & è conuerso, qua pæna in vtroque foro sit pu-
niendus, vide Io. Andr. *in mercurialib. reg.* 23. *cum quis succedit*,
Bart. de Bald. *in auth. hodie, C. de repud.* vbi tenent, quod debet
puniri, tanquam adulter. *Baiard.*

i *Hodie videmus.* Farin. ibid. *n.*67 *&* 68. Rosc.

k *Et impositam esse pœnam pecuniariam.* Hic adde, quod et-
62 iam damnatus de crimine † adulterij non potest esse testis in iu-
dicio neque etiam in testamento, sicut nec damnatus crimine
repetundarum, vt habetur, atque communiter notatur *in l. scio
quidem, C. de testib.* Giach.

l *Et certe maxime.* Vulp. *resp.* 94. *numer.* 6. *& tribus sequen.*
Rosc.

63 m *In perpetuam infamiam.*] Adde, † quod idem dicit Castr.
*consil.*275. *col.*2. *lib.*2. quod adulterati, dum accusant, à Iudici-
bus derideri solent, & pulchre Neuiz. *lib.* 1. *Syl. nupt. num.* 34.
& 89. quos secutus est Sociu. iun. *consil.* 34. *numer.* 9. *volum.* 2.
Vnde iustam habet occasionem maritus, si ad Iudicem non ha-
bet recursum; sed propria auctoritate se disponat ad vindican-
dam propriam iniuriam, vt ait Boer. *decis.*198. *num.* 1. vbi postea
dicit, quod sanctius esset vindicare iniuriam Iudicis authorita-
64 te; † Et si maritus homicidium committeret per prædicta minus
65 puniretur, Grammat. *decis.* 23. *num.* 1. † etiam si maritus ordi-
naret suę vxori, vt fingeret se præbere autes attentanti eius pu-

dicitiam, & date locum, & tempus, & se præparare, & congre-
gare fratres, & consanguineos, & expectare illic venientem, &
eum offendere, ex quo sine magna verecundia non poterat ta-
les iniurias sub silentio pati, & quia de talibus iniuriis non sole-
querela proponi totam iudice, nisi per viles homines, & impo-
tentes qui de verecundia penes homines, & vulgum non cu-
rant: ita tradit Ioan Ant. de Nigr. super capitulis Regni *in ca.*
252. *incip. ord. peruersorum n.*47.

Item adde, quod, stante huiusmodi consuetudine, de qua per
Crau. *d. cons.*137. quod adulter debeat puniri extraordinariè, pæ-
na pecuniaria, non † poterit deueniri ad torturam in delicto a- 66
dulterij sine violentia commisso, per ea, quæ tradit Crau. *d. cons
n.*11. *& in cons.*41. *n.*8. *&* 9.

Item † adde, quod si extaret statutum, quod pro adulterio 67
imponatur pæna 25. Florenorum, & alio statuto caueatur, quod
procedatur de similibus ad similia, committens adulterium, &
incestum simul poterit puniri duplici pæna, vel pæna arbitraria,
absque tamen morte, vel mutilatione, cum possit dici casus
omissus, Bald. *in cons.*429. *lib.*5.

Item † adde, quibus pænis diuersæ nationes adulteros punie- 68
bant, per Menoch. *de arbitr. iud lib.* 2. *cas.* 419. *cent.* 5. vbi dicit,
quod † de iure communi aliquando pæna adulterij arbitraria 69
Iudicis: & quid in statu Ecclesiastico, vide supra *sub num.* 49.

Item † adde, quod filius adulterans vxorem patris, vltra alias 70
pænas amittit priuilegium filiationis, Io. de Anan. *in rub. de his,
qui sunt num.*4.

Item † adde, quod eadem pœna punitur adulterium in ma- 71
trimonio putatiuo, sicut in vero; Castr. *consil.* 147. *vol.* 2. Crau.
cons 205. *n.*16

Item † adde, quod in crimine adulterij punitur etiam cona- 72
tus, cum quis vxorem alterius sollicitauerit, & pæna est extra-
ordinaria iudicis arbitrio, Alexand. *consil.*3. *numer.* 2. *volum.*1.
Tiraqu. *de pæn. cas.*39. *&* 40. & † dicitur attentatio per solum a- 73
ctum verbi non facti, Bald *in l quis non dicam rapere, C. de episc.
& cleric.* qui inquit, grauius puniri, cum ad actum proximum
facti deuenit. Et † sollicitare dicitur, qui muneribus allicit, & 74
tentat, & qui mulierem alloquitur, & illi suadet, vt suis votis
annuat. Et fortius sollicitare dicitur is, qui vere munera dede-
rit, nam mulier † si acceptis muneribus consentiat, inuita po- 75
tius, quam volens peccare dicitur. Bero. *consil.* 207 *num.* 23. *vo-
lum* 1. & Decian. *consil.* 170. *colum.* 2 Marsil. *singul.* 351. Dario. qui
affirmat hunc dantem munera pæna statuti puniri, quia punitur
adulterans inuitam; quod est dignum memoria ad interpreta-
tionem statuti, vt dicit Menoch. *de arbitr iud cas.* 360. *numero*
50. vbi plene: sed † hoc non seruaretur in practica, scilicet quod 76
mulier muneribus allecta pænam adulterij euitaret; nec quod
adulterans, qui dona dedit, veniret puniendus pæna adulte-
rij per vim commissi: nam vt omnes sciunt, fere semper in hu-
iusmodi crimine munera interueniunt, & ideo arbitror, hu-
iusmodi dictum esse potius subtile, quam in iudiciis seruan-
dum, alias omnia adulteria punirentur tanquam per vim com-
missa.

Item † adde. quod mandans adulterari debet puniri de ordi- 77
ne, & consilio eadem pæna, qua punitur adulter etiam quod es-
set pœna statutaria, Bald. *in l. non ideo numer.* 21. *C qui accusare
poss* Bart. *in l hac verb. ff de adult* & Alexand. *consil.* 65. *numer.* 2.
volum. 4. licet mandans adulterari non committat adulterium.
Moron. *in tract de pace. fide. & treu. quæst.* 67. *numero* 4. Sed ego
arbitror, quod maiori pœna sit puniendus, cum in eo sit dolus,
vel animus iniuriandi; sed ille, qui adulterium facit, lapsu libi-
dinis inducitur, quia naturalis inclinatio inducit homines ad
libidinis appetitum, Neuiz. *in Sylu nupt. lib.*1. *n.* 202. & † ideo 78
propter adulterium pax non dicitur rupta, Alex. *cons* 113. *volum.*
2. Corn *cons.*51. *vol.*1.

Item † adde, quod adultera adducendo viri sæuitiam non 79
valet euitare pænam, vt not. *in c. ex litteris, de diuort.* Bologn.
*consil.*23. Paris. *cons.*23. *n.*45. *&* 60. *vol.*4.

Item † adde, quod committens adulterium necessitate famis 80
non excusatur, Menoch. *cons.*31 *num.*30. *&* 32. necessitatem le-
gem facere scimus *cap. quod non est de reg iur.* & mitius agendum
est cum eo, qui propter necessitatem deliquit, quam cum alio,
inter quam necessitatem primum sibi locum vendicat fames,
Tiraquell. *de pæn. cau.*33. *per totam*, & tamen in adulterio non
pollet.

Item adde, quod adulteram non excusat paupertas. *l. palam,
§. non est ignoscendum ff. de rit nupt.*

Item † adde, quod adulterans per vim mulierem bannitam, 81
non punitur etiam ob iniuriam illatam marito, patri, & con-
sanguineis, Bero *cons.*197. *n.*9. *vol* 3.

Item † nota, quod adultera est infamis ipso iure etiam non 82
condemnata in sententia, si fuerit reperta in adulterio, & non
alias *l. palam, § qua in adulterio, ff. de rit. nupt* & ibi gloss. sed A-
dulter non est infamis, nisi per sententiam, Alex. *in d. l. palam*, &
gloss. *in l. etsi crimine, C. de adult.* & ibi Salic.

83 Item † nota, quod in adulteriis lex canonica; & non Imperialis seruari debet, Bero. *in conf.* 175. *n.* 27. *vol.* 2.

84 n *Sed hac omnia.* Adde † videndum Couar. *in* 4. *decret. part.* 1. *cap.* 1. *num.* 13. *cum sequen.* vbi plene hanc quaestionem examinauit. *Baiard.*

o *Sed quin in sponsa.*] Farin. *d. quaest.* 141. *à num.* 50. *vsque ad* 54. Rof.

p *Et ita tenent.*] Farin. vbi supra. *Rof.*

85 q *Pone stat statutum,*] Adde † quod statutum puniens adulterium, vel stuprum paena pecuniaria comprehendit etiam Iudaeos adulterium, vel stuprum committentes, Roland. *conf.* 35. *n.*

86 39. 45. *&* 49. *vol.* 2. & si statutum non facit distinctionem, † an sit nupta, vel meretrix, quomodo sit intelligendum, vide Menoch.

87 *de arbitr. iud. casu* 290. & Gabriel. *com. conclus. lib.* 7. *concl.* 21. Et † quod Iudaeus committens adulterium cum Christiana puniri debeat poena statuti illius loci, in quo adulterium commisit, renuit etiam Decian. *in tract. crim. lib.* 5. *c.* 14. *n.* 9. vbi multos idem tenentes accumulauit.

Item adde, quod similiter paena statuti esset puniendus Christianus, qui carnaliter Iudaeam cognosceret etiam in forma matrimonij, Dec. *in pract. crim. lib. cap.* 16. *num.* 3. *tom.* 1. Baiard.

r *Quaero si Iudaeus.* Adulterium in Iudaeo quomodo puniatur, Farin. *quaest.* 139. *num.* 16. *& seq.* 6. vbi, & de stupro, & raptu, *n.* 19. *& seq.* Rof.

88 s *Ego ver. in Iudaeo.*] Adde, † quod idem tenet Decian. *in d. tract. crim lib.* 5. *c.* 16 *n.* 3. *tom.* 1. scilicet, quod paena esset augenda, citra tamen poenam capitis propter qualitatem personarum, & vt tollatur scandalum.

t *Ego itaque huiusmodi*] Farin. vbi sup. *n.* 35 *Rof.*

t *Ego itaque huiusmodi.*] Adde *infr* §. *fornicatio verf.* cum Iudaeus ad fin. *Drog.*

u *Sed pone.*] Sed quid in stupro. Vide Boss. *de coitu damnato nu.* 45. Rof.

u *Sed pone quod ex statuto.*] Adde si extaret statutum, quod nixus committere adulterium capite puniatur, intelligitur, si commisit adulterium, non si attentauit tantum; ita consuluit Bald. *in conf* 356. *vol* 1 Baiard.

x *Dicetur plura adulteria.*] Contrarium in furto dixit infra *in* §. *furtum verf. vnum tamen.* Drog.

89 y *Habet etiam adulterium.*] Adde † quod etiam per quamcunque fornicationem fit separatio thori, Socin. iun. *conf.* 148. *n.* 3. *volum.* 1. Roland. *conf.* 50 *in fin. vol.* 1. Simon de Pretis *conf.* 148. *nu.* 4 & Bursat. *conf.* 218. *per totum.* vbi attestatur de communi, &

90 idem † est propter sodomiam, communem dicit Barbat. *conf.* 64. *art. vlt. per totum vol.* 1. Angus. *conf.* 9. *lib.* 5. *n.* 41. & Bursat, vbi sup. *num.* 10.

91 Item † adde, quod maritus non lucratur dotem propter adulterium vxoris, separato matrimonio à iudice saeculari, nam iudex saecularis non est iudex competens, quando agitur ciuiliter, Io. Andr. *in c fi. de fore compet. lib.* 6. Abb. *in c. cum sit generale, eodem tit. & in cap. plerunque verf nota secunde de donat. inter virum, & vxorem,* & Didac. *in* 4. *decretal.* 7. *par.* § 6. *n.* 8.

92 Item † adde, quod vxor accusata de adulterio potest obijcere post litem contestatam exceptionem paris criminis, etiam ante litem contestatam commissi, Couar. *in* 4. *decr. par.* 2. *ca.* 6. *a. b. num.* 6.

93 Item † adde, quod similiter propter fornicationem mariti potest peti per vxorem separatio thori, Socin. iun. *conf.* 32. *vol* 2.

94 & ibi habetur, † quomodo fiat probatio fornicationis, & Bursat. *conf* 218. *vol.* 2.

95 Item † adde, quod quando adulterium est notorium, & maritus vxorem expulisset, dotem sine alia sententia, vel iudicio lucratur, & saltem ope exceptionis poterit vxorem expulsam, dotem repetentem *repellere, cap. penult. de donat. inter vir. & vxor.* & Bald. *nouell. in tract. de dote p.* 7. *priuil.* 11. *num* 7. *in fin.* Sed aduerte quod Couar, *in* 4. *decr p.* 2. §. 5. *num.* 12. tenet, quod vxor non possit à marito expelli propria auctoritate ob notoriam fornicationem, nisi quando vxor in iudicio crimen confessa fu-

96 isset, vel publiee cum adultero cohabitaret; & † an vxor possit se auctoritate propria separare à consortio, & domo mariti propter fornicationē, seu adulterium esset notorium per confessionem, aut sententiam latam in alio iudicio, vide Franc. Marcl.

97 *dec.* 514. *par.* 1. & † lite pendente super restitutione dotis maritus an teneatur praestare alimenta vxori, quae non sua culpa recessit, Afflict. *in dec.* 10. Guid. Pap. *dec.* 439. *n.* 4. Boer. *dec.* 325. *nu.* 2. Ceph. *conf* 127. *n.* 6. Ioseph. Ludou. *decis. Perusin.* 46. *num.* 4. & hoc procedit, etiam si exceptum sit ei de adulterio, per maritum, Feder. de sen. *conf* 176. Botta *in conf.* 24. *num.* 9. *&* 10. Et idem esset, si vxor sponte decessisset ob timorem adulterij; quo casu haeres mariti posset repellere eam, probando adulterium, licet maritus non accusasset de adulterio, Bald. *nou. in tract. de dot. part.* 7. *priu.* 11. *num.* 8.

98 Item adde, quod absoluto adultero, censetur etiam adultera absoluta; sed condemnatio adulteri non nacet adulterae. Crau. *conf.* 206. *n.* 2.

Item † adde, quod si vir etiam cum soluta coiuerit, vxor poterit petere dotem, & thori separationem, Socin. *conf.* 148. *vol.* 1. 99
Franc. Curt. *consil.* 83. Paris. *consil.* 54. *numer.* 42. *& sequenti. & vol.* 4.

Item † adde, quod mulier de nocte adultera, & compressa per 100
vim, quia non fuit ausa clamare; etsi eius metus fuit conditionalis, & non praecisus, non perdit dotem, nec alia poena punitur, etiam si ciuiliter agatur: Abb. *conf.* 4. *volum.* 1. quem refert, & sequitur Menoch. *de arbitr iud. cas* 354. *n.* 9.

Item † adde, quod adultera non perdit dotem puratiuam, *glos.* 101
singul in l. consensu, C. de repud. sed vide infra *n.* 104.

Item † adde, si commissum sit adulterium ab vxore, quae ob 102
verbera mariti aufugit, an maritus lucretur dotem, Vide Ancha. *conf.* 409. & Lopes *in rubric. de don int. vir. & vxor.* Adde in quibus casibus vir propter adulterium vxoris lucretur, & non lucretur dotem, & non singularis successor, vel haeres extraneus mariti lucretur dotem, & possit opponere vxori adulterium, Bald. *in conf.* 222. *vol.* 2.

Adde † quod mulier conuersando in conuiuiis cum extra- 103
neis, & intraueniendo in ludis Theatralibus, perdit dotem, sicut si adulterium commisisset, *decis. Pedemont.* 77. *n* 31. & tam perdit dotem datam, quam promissam, Roland. *in tractat. de lucro dotis, q.* 5. *n.* 10.

Item † adde, quod mulier propter adulterium perdit dotem, 104
quando illud scienter, & dolose commisisset; secus, si ignoranter, nisi esset crassa, & supina ignorantia, Bermon. *de concub. in rubr. de adulter. n.* 70. *&* 71.

Item adde, quod in quibusdam casibus propter adulterium dos non amittitur, quos accumulauit Viui. *in opin.* 1060. quae est vltima: *& ibi numer.* 21. ponit, quid † facere debeat mulier 105
habens filium ex adulterio conceptum, quem maritus credat esse suum, an teneatur reuelare: & hanc quaestionem latissime explicauit, ad quam vide etiam Couarr. *in cap. peccatum fol.* 8. *sub numer. secund.* Nauar. *in Manuali, capit.* 16. *numer.* 44. *cum sequenti.*

Item † adde, si vxor perdit dotem, quod eius filij eam ali- 106
mentare teneantur, si ad meliorem vitam redeundo, honestatem conseruauerit: secus vero, si in turpitudine vitam agendo perstitisset, *decis. Pedem.* 124 *per totum.*

Item † adde, quod si fit separatio matrimonij, quoad tho- 107
rum culpa mariti, dos est restituenda vxori, quae lucratur donationem propter nuptias, Franch. *decision.* 244. *vol. secund.* Baiard.

a *Nihilominus ex causa adulterij*] Adde Concilium Tridentinum. *sess.* 24. vbi, qui aliter dixerit Anathema sit. *Drog.*

Sed quid si.] Adde † videndum *Decis. Pedemont.* 77. *numer.* 108
18. 29. vbi distinguit, si vxor putatiua adulterium commiserit animo explendae libidinis, tunc amittit dotem: si verò non gratia libidinis, sed vindicandae iniuriae sibi illatae ob mariti cum impudicis mulieribus concubitum, eo casu non amittit.

Item adde, † quod mulier etiam perdit dotem, si post mor- 109
tem mariti agit vitam inhonestam de rigore, secus de aequitate; perdit etiam paraphernalia, & lucra quaecunque de bonis mariti prouenientia, & donationem ei factam per maritum, etiamsi in donatione non sit additum, quod caste viuat, Io. Lup. *in repet. rub. de donat. inter vir. & vxor. colum.* 170. §. 67. *n.* 4. *& in d. rub. col.* 3. §. 11. *num.* 5. Perdit etiam tutelam filiorum, Ioan. de Garon *in authen. eiusdem n.* 19. *&* 20. *C. de secund. nupt.* Boer. *dec.* 338. *num.* 12 † priuatur etiam, luxuriose viuens, infra annum lu- 110
ctus, vel post, successione bonorum à patre, filiis decedentibus post pubertatem; decedentibus vero ante pubertatem, non priuatur, nec priuatur successione bonorum, per filios aliunde acquisitorum, quam ex bonis patris, etiamsi meretricetur, Paul. de Castr. *in l. omnem, C. ad Tertul.* Bald. *in margar. in verb. mater.* & Ioan. de Garron. *in authen. ex testamento C. de secund. nupt. nu.* 30. & Marsil. *in singul.* 688. Sed Alciat. *in praesumpt.* 9. *reg.* 2. tenet, quod fornicans vltra tempus luctus non incidat in illas poenas, ibi † etiam tenet, viduam non perdere dotem, & ad istam quae- 111
stionem an perdat dotem vidua propter stuprum, vide etiam Couar. *in* 4. *decret. par.* 2. *c.* 7. *nu.* 10. *&* 11. & vide quae posui infra *in* §. *stuprum, in verf. sed nunquid.*

Item † adde, quod similiter perdit legata, sibi à marito facta, 112
etiam si virum dehonestasset intra annum luctus cum praesumatur idem fecisse, durante matrimonio Ruyn. *conf.* 155. *n.* 1. *vol.* 3. Roland. *in conf.* 86. *n.* 35. *& decisione Pedemont.* 77. *in fin.* & Bott. *conf.* 17. *n.* 2. Baiard.

c *Scias quod etiam mulier.* Vide Crau. contrarium tenentem in Vidua committente stuprum, vt dotem non amittat *conf.* 205. *n.* 24. *verf. nono posito.* Drog.

* Hic cadit pulcherrima dubitatio † de matre, quae propter 113
adulterij crimen commissum dotem perdidit, an à filiis alimenta suscipere debeat. Circa quam vide & dic vt per Osasc. eius *dec.* 124. Giach.

c *Scias*

113 c *Scias etiam.* Adde † circa istam quæstionem Bolognetum *in rubr. de eden. n. 1. cum seq.* vbi latissime, & per Viu. *opin.* 1060. *quæst. vlt. n. 5. cum sequ.*

114 Item † adde, quod in ciuitate Neap. mulier deosculata, quæ deosculationi consenserit, nedum ipso facto perdit omnes dotes, si quas habet, vel habitura esset, sed etiam paterna, maternaque successione irreuocabiliter spoliatur, & nullus pro ea intercedere potest, alias punitur, ita prouisum fuit *per cap. Regni* 262. *incip. vt sine mortalis, sub rubr. de rapt. virg. sub celo matrim.* dicens, quod mulieres sæpius amandi materiam amantibus suis nutu, & actibus dare solent, cum nullus vnquam credatur esse adeo impudicus amator, vt amare non desinat eam, quæ recusat amari.

116 d *Cum enim adulterium.* Adde, † quod ex solo osculo non præsumitur adulterium, vbi post deosculationem se vicissim deosculantes statim recesserint, vt per Ruyn. *in cons. 162. n. 4. vol. 4.* sed de hoc dicto valde dubito, quia mihi videtur, quod sit nimium subtile, negari enim non potest, quod inter deosculantes maxima non sit amicitia.

117 e *Quod intellige.* Adde † quod Menoch. *in cons. 61.* tenet, quod probatur adulterium coniecturis, & præsumptionibus à iure receptis; etiam quando criminaliter proceditur. Et vide, quæ posui supra *in vers. item quæro.*

118 f *Facta autem thori.* Adde, † quod maritus non tenetur eam alimentare, si in illa vitæ turpitudine luxuriose vitam agendo perstiterit; secus autem, si ad meliorem vitam rediret, & de commisso delicto se pœnituisset, per ea, quæ tradit Osasc. *in decision.* 124. vbi concludit, filios teneri ad præstandum alimenta matri propter adulterium ad amissionem dotis condemnatæ, cum hac tamen distinctione.

119 Item † adde, quod nec etiam potest maritus ea viuente, aliam accipere vxorem, Didac. *in loco hic citato n. 13.* vbi late hanc quæstionem examinauit. *Baiard.*

g *Illam alere.* Contra Crauet. *in cons. 280. col. 1.* Giach.

120 h *Caueat etiam maritus.* Adde † quod maritus recipiens vxorem dicitur approbare ipsius vxoris mores, non præteritos duntaxat, sed etiam futuros, secundum Ang. *de malef. in vers. Che hai adulterato sub n. 49. vers. 4. opponitur,* sed August. ibi *n. 50.* tenet contrarium, quoad mores futuros, etiam quod maritus
121 † expresse per pactum iuratum promitteret, mulierem de adulterio futuro non accusare; quia tale pactum non valeret, in quantum venit conta publicam vtilitatem; & non obstante tali pacto iurato posset accusare; bene valeret, quoad id, quod mariti priuatam contineret vtilitatem. Et etiam contra Angel. tenet Laurent. Rodulph. *caut. 6. n. 87. cum seq.*

122 Item † adde, quod si vxori adulteræ parcat maritus ea conuentione, vt penes eum maneat bonorum lucrum, talis conuentio non valeret, Io. Lop *in repetit. rub. c. per vestras, §. 24. n. 24. f. 55. de donat. int. vir. & vxor.*

123 Item † adde quod si vxor passa fuerit cognosci à marito, censetur iniuriam remisisse, nec poterit agi de adulterio, Bertaz. *cons. 228. n. 12. vol. 1.*

124 Item † adde, quod maritus, sciens, & non accusans vxorem de adulterio dicitur leno, & pœnam lenocinij incurrit, *l. crimen la 1. Cod. de Adul.* & Franc. Marci. *in decis. 514. numer. 2.* Hoc tamen locum non haberet in marito multum catholico, & vitæ sanctæ, quod viam Christi vellet imitari, hoc est, retribuere malum pro bono, & pro crucifigentibus orare, Socin. *in c. de his numer. 45. de accusat.*

125 *Et hac quidem adulterio.* Adde, † quod non perdit dotem in præiudicium patris, Bald. *in l. si dotem C. de iure dot.* & est communis opin. Alexand. *in l. 2. §. quid si col. 1. ff. sol. mat.* & Cephal. *cons. 265. n. 30.*

Item adde, quod nec etiam perdit dotem in præiudicium filiorum, quia ad eos spectat, etiam quod sint filij primi matrimonij, Ioan. Lopes *in rub. de donat. inter vir. & vxor. n. 4.* Et hoc procedit, etiamsi extaret statutum, quod si vxor adulterium committit, maritus lucretur dotem; quia tunc etiam spectat ad filios primi mariti, secundum Bald. *in l. hac edictali, col. 3. Cod. de secund. nupt.* Crem. *sing.* 87. & Carer. *in pract. §. homicidium il 6. num. 257.*

Item † adde, an exceptio adulterij possit opponi per hæredes mariti, quando maritus viuens conquestus non fuit, Gabr. *lib. 7. concl. 35. n. 8. vers. ex prima comm. opin.* & de matre adultera, & filio ei dotem denegante, & de adulterio excipiente, Mars. de Fideiuss. *n. 134.* & Menoch. *cons. 31. per totum:* vide † etiam Franch. *in dec. 240. vol. 2.* vbi tenet, quod ius accusandi de adulterio transit ad hæredes extraneos stante conquestu viri eius in vita. 126

Item † adde, quod non tollitur ius accusandi, siue excipiendi de adulterio, etiam quod contraxisset matrimonium cum eo, cum quo tempore primi mariti commisisset adulterium *l. commissum, C. de adulter.* Girlan. *de pœn. omnif. coit. c. 6. n. 17.* Baiard 127

Filiorum suorum. Quid si habeat filios ex primo marito, deinde vxor transeat ad secundas nuptias, cui applicabitur dos propter adulterium, marito vigore statuti? an filiis? quod filiis, vide per Franc. Cremen. *sing. mihi* 87. Arno. *Problema* 27. quod & notandum esse inquit Carer. *in pra. crimin. §. Homic. 6 n. 252.* Giach. 128

Et quandiu hac exceptio. Adulterij exceptio quando, & per quos opponatur; si dotem repetant. Farin. *d. qu. 142. par. 2. nu. 113. par. 1. n. 16. & 59. & 60. vsqu. 68.* Ros.

Quandiu. Adde quod exceptio adulterij contra mulierem repetentem dotem, durat in perpetuum, secundum Balb. *in tract. præscrip. 4 par. q. 2. n. 9.* Guiot.

Vnum tamen velo, vt scias. Adde, † quod istud quinquennium procedit respectu adulteri accusandi; sed respectu adulteræ tollitur hoc crimen spatio sex mensium vtilium, quorum duo dantur marito, vt accuset iure mariti, & quatuor, vt ipse, & quilibet possit accusare iure extranei, ita declarat gloss. *in l. adult. Cod. de adult.* dummodo dicti sex menses vtiles non excedant quinquennium quo adulter præscribit, vt dicit glo. 129

Item adde, quod quinquennium incipit currere, non à prima vice commissi adulterij, sed ab vltima secundum veriorem, & magis communem opinionem, de qua attestatur Ang. de Castr. *in cons. 94 num. 10. vol. 1. inter cons. crim. diuer. parua impressionis* & idem habetur infra *in q. 51. vers. sed hic quæro.*

Item adde, quod ius accusandi præscribitur spatio sexaginta dierum, quoties accusatur vxor iure mariti contra maritum, & dicti dies sunt vtiles, *l. Iure mariti, C. de adult.*

Item † adde, quod licet accusatio adulterij sit quinquennalis; excipiendi tamen potestas est perpetua; & est magis communis opin. vt per Alex. in l. cum mulier col. fin. ff. solut. matr. & Balb. *de præscript. 4 par. prin. q. 2. n. 9.* Menoch. *cons. 31. nu. 15. & 34.* & Bott. *cons. 17. n. 9.* 130

Item † adde, quod adulterium spatio quinquennij, quoad pœnam temporalem præscribitur, non autem quoad spiritualem; quia maritus, etiam elapso dicto tempore potest petere separationem thori secundum Crau. *de antiq. temp. par. 4.* sectione, materia ista singularis Testium, *n. 88.* 131

Item † adde, quod licet adulterium, & etiam stuprum, incestus, lenocinium, & similia, quæ à lege Iulia de adulteriis puniuntur, quinquennio præscribantur, hoc autem non procedit, quando per vim committuntur, Afflict. *in tit. quæ sint regalia, §. condemnatorum n. 14. in vsib.* Feud. Mars. *in l. qui falsum, §. accusatio, num. 4 & 16. ff. ad leg. Cornel. de fals.* Conrad. *in pract. in tit. de stuprat. n. 6.* Boer. *in dec. 26. num. 4.* & Foller. *in pract. crim. in vers. foriudicentur n. 10.* Baiard. 132

rt

CONSILIVM D. ANTHONII DROCHI I·V·D·

In materia Adulterij elegans, & placidum, In quo explanatur intelligentia, & practica, ad l. Reos, & ad l. Denunciasse, §. Quæritur, ff. de Adulter.

SVMMARIA.

1 *Oculi in amore duces.*
2 *Vno inconuenienti dato, subsequuntur plura alia.*
3 *Solus cum sola repertus in loco remoto, & secreto, ostioque obserato suspicionem commissi adulterij in aliàs suspecta parit, & præsumptionem non parum vrgentem progenerat.*
4 *Simultanea conuersatio an sufficiens indicium sit ad adulterij faciendam delationem, vel accusationem.*
5 *Amicitia magna sanguinis coniunctioni æquiparatur.*
6 *Ratio vbi eadem est, idem ius statuendum venit.*
7 *Præsumptio violenta non admittit probationem in contrarium; & crimen adulterij commissum indicat euidenter.*
8 *Coniecturis quibus & quando probetur.*
9 *Nuditas an necessario requiratur ad præsumptionem de adulterio faciendam.*
10 *Fractura muri euidens & notabilis an præsumi faciat de crimine adulterij.*
11 *Nocturnum tempus an criminis admissi conuincat delatum.*
12 *Pœna difformis congredientis cum honestæ vitæ matrona, & cum alia infamis nominis & carnaliter delinquere solita.*
13 *Vtilitas mulieris à pœna adulterij delatum liberat.*
14 *Homicidij pœna ordinaria mors naturalis.*
15 *Sacerdotis aut religiosi cum muliere amplexus benedictionis ergo factus fuisse præsumendum est.*
Limita vt num. seq. 16.
17 *Retorsio criminis proprij & in alium facta transfusio quo nomine ab oratoribus donetur.*
Quomodo vero à Iurisconsultis appelletur n. seq 18.
19 *Menelai simplicitas peregre proficiscentis Helena coniuge hospiti suspecto commendata.*
20 *Violati hospitij reus Paris Menelai simplicitatem ex humanitate subortam elusit.*
21 *Vindicta violati thori armis exercita in Paridem competens facti enormis operationi.*
22 *Legibus amica simplicitas, odiosa calliditas.*
23 *Accusare vtrunque vnico tractu an liceat marito adulterum cum adultera legum indulto.*
An etiam ambos sica confodere. n seq. 24.
25 *Ius & iustitiam administrari petens quid requirat à iudicis officio, quidque solita sint huiusmodi verba operari.*
26 *Generalis consuetudo Cæsareas leges Adulterij pœnas decernentes aboleuit.*
27 *Adulterij accusationem ab Aula recessisse attestantur multi.*
28 *Lex Reos, antiquata municipalium legum decreto.*
29 *Qualiter hodie in crimine violati thori legum vigore municipalium procedatur.*
30 *Confessio rei manifestè indicata quibus indiciis probatur verborum prolatis.*
31 *Coniecturæ, difficili probatione delicti existente & præsumptiones sufficiunt ad indicia habenda criminis patrati.*
32 *Absolutio vnius alteri correo quibus casibus non prosit.*
33 *Causarum continentiæ quo casu non diuidantur.*
34 *Lex denunciasse, olim in suo vigore constituta ad præsens abolita in desuetudinem abijt.*
35 *Crimina vtrique foro communia non vnico processu euacuantur, & iudicantur.*
36 *Plenam probationem an dici possit resultare violentis præsumptionibus præhabitis & subsistentibus.*
37 *Adulterij an accusari possit principis alicuius seruitiis destinatus.*
38 *Atrocitas criminis priuationem officij elicit in delinquente.*
Quod tamen in adulterio locum non habet.
39 *Publicum crimen hodie desiit esse adulterium, nomen priuati sibi vindicando.*
40 *Mariti interest admissi criminis ab adultero delationem fieri, & punitionem procurare.*
41 *Allegans absolutionem concessam, an delicti perpetrationem fateri dicatur.*
42 *Euentu nihil operante frustrance de casu agitur.*
43 *Matrimonio non subsistente accusatoris de adulterio commisso querela institui nequit.*
44 *Matrimonia quibus cæremoniis iuxta Concilij Trid. decreta hodie conueniat celebrare.*
45 *Dotis amissio legum vigore adulterij crimen consequitur probatum.*
Idque vtriusque iuris tam Pontificij, quam Cæsarei decretis nu. seq. 46.
46 *Alimenta publice declarata meretrici coniugata de iure denegantur.*
48 *Adulteria hodie impunita esse praua & illaudata omnino consuetudine inductum fuit.*
49 *Criminis nomen adulterio competit licet priuatum vocitetur.*
50 *Consuetudinis obseruatione introducta quanam subseruire debeant.*
51 *Expilatæ hæreditatis crimen vxori nequit intentari.*

IVuenes ambo, & cupidi; super quibus deponit G. Gr. 1
Testis; Quod eorum † oculi erant in Amore Duces;
Vulgo præcelerat, *il fur l'amore*; Quorum vous videlicet

femina probatur adulterari solita, nec masculus est San-
ctus Io. Baptista, Imo præmonitus, vt caueret à tali con-
sortio, per hæc verba; *Sappi V. Signoria che il marito m'hà
detto, che vuole vsar' ogni stratagema per trouar sua moglie
in fallo, & per vedere chi anderà in casa sua*; Quo audito
nil aliud respondit, sed cachinno emisso terga vertit; Su-
per quo actu, Illud absurdum est, inquit Cic. *De Amici-
tia lib.* 1. quod hi, qui monentur, eam molestiam, quam
debent capere, non capiunt, eam capiunt, qua carere de-
bent. Horat. *Epistola ad Flac. lib.* 1. Monitus, multum-
que monendus; Qui non profecit; Reperti postmodum
soli in abditiori parte domus ostio sera clauso, ibidem-
que ambo per satis notabile spatium temporis, (vt fa-
tentur) steterint, nec longa à thoro; negantes non solum
Adulterium commisisse, sed ibidem ad alia colloquia
familiarium rerum sese contulisse; Adeo inualuit talis
negatio, vt per iuuenem probatis contra maritum accu-
satorem pluribus dictæ mulieris adulteriis, ipse absolu-
tus euaserit; Qua absolutione stante, illamue, & in con-
sequentiam, audet iste talis sic repertus in medium af-
ferre authoritates, & Doctores; qui dicant, & ipsam adul-
teram propterea & necessario absolutam fore; Et qui-
2 dem vera est sententia; Quia † dato vno inconuenienti,
plura sequuntur, & Abyssus Abyssum, inuocat; Sed quid
mirum? Adeo inualuit, vt omnis culpa in maritum versa
sit, qui causam tali colloquio in solitudine dederit; ip-
sumque propterea, vt propriæ vxoris lenonem accusa-
rit; Contra text. *in l. 2. §. Qui hæc dicit, & §. extraneus ff. de
Adulter.*

Esto tamen, quia hi duo soli, & clausi reperti sunt,
etiam quod nil aliud in contrarium haberent, nisi fa-
3 ctum ipsum, quod negare non possunt, (soli enim † in
loco domus magis remoto, & secreto, & ostio sera clau-
so reperti, & capti sunt) Adhuc repeto; Quod non tan-
tum de adulterio suspecti, sed vrgentissima præsumptio-
ne suspectissim.; Contra quam nec etiam in contrarium
admitti probationes aliquas probat text. *in l. si qui, C. de
adult.* inducendo illum textum hoc modo. Nam ibi ali-
4 qui erant accusati de adulterio † propterea quia insimul
reperti erant conuersati, provt reperti sunt conuersan-
tes hi duo; probauerunt vinculum parentelæ: qua pro-
bata, vlterius non processerat accusatio. Incredibile
namque videbatur, stante tali vinculo: at comperto po-
stea, quod prohibitas nuptias contraxerant, adulterium;
quod incredibile videbatur, non solum credibile, sed
probatum fore voluerunt. Imper. Honorius, & Theodo-
5 sius illius legis authores, *Or*, si verum est, quod † magna
amicitia idem operatur, quod coniunctio sanguinis,
provt est verissimum: imo his temporibus deteriora fa-
ciunt coniuncti, quam extranei, teste super his Marsilio
Rub. *de fideiuss. à num.* 134. *cum plur. seqq.* cui concinit
Esopi fabula, de qua meminit Gellius *Noct. Atticar. libro
2. cap.* 39. Durante amicitia adulteri cum marito, ex
parte tamen adulteri cum vxore in secreto reperti, ficta
semper, & simulata, excusabilis erat tunc temporis con-
uersatio, adeo quod si accusati fuissent hi sic reperti, de
adulterio talis amicitia, æque ac parentela eos excusare
poterat. At amicitia simulata comperta, vt statim infra,
& declarato mariti animo, per relationem animo ficto
patefactam vt supra, reperta postmodum vxore modo,
quo supra tanquam si nuptias contraxissent, vt *in dicta l.
si qui.* de adulterio insimul commisso, durante etiam
6 tempore amicitiæ conuicti habendi sunt. Vbi † enim ea-
dem est ratio, idem ius statuendum est, nulla enim ratio
diuersitatis in his duobus casibus, cognatus, an amicus
foret, dari potest, quæ casum diuersificare possit, & pro-
fecto si iste casus in terminis propositus fuisset Impera-
toribus illis, hoc idem super casu, de quo agitur, dispo-
suissent, ad Gloss. *in l. tale pactum. ff. de pact.* & in hoc pro-
posito melius loquitur Philosophus Ethic. *lib. 5. cap. 15.*
Quando igitur (ait) lex vniuersaliter loquitur, & accidit,
quid præter vniuersale, tunc rectum est, vt quæ omisit
Legislator, & deficit in simpliciter loquendo emende-
tur omissum, quod & Legislator ipse si adesset, vtique
diceret.

Demum non ambulando per mendicata suffragia, in
propriis terminis habemus authoritaem Diui Thomæ,
de quo legitur Iesum benedictum dixisse; Benè de me
scripsisti Thoma, *in 4. Sentent. distin. 5. qu. 4. artic.* quem
locum citat Addit ad Abb. *in cap quanto; sub num. 2. litte-
ra A. de præsumpt.* vbi dixit; Quod talis præsumptio † si 7
inueniatur solus cum sola, vel nudus cum nuda, & tem-
pore apto, adeo est violenta, vt non admittat probatio-
nem in contrarium. Imo etiamsi nudi reperti non sint,
nec in lecto, Adulterium ex tali violenta probatione
præsumi probat ipsemet Abb. *in cap. litteris, in fin. & in
cap. 3. loco sub n. 4. ibi.* Vnde puto, quod si fuisset repertus
in camera cum muliere sola horis ad hoc commodis,
satis sufficeret, &c. *extra eodem tit. de præsumptio.* Idem
Abb. *in cap. præterea*: qui text. dat modum, & formam
probandi Adulterium, *sub n. 3. vers. quandoque coniecturæ
sunt strictissimæ, &c. extra de testibus* post Bart. *in l. 2. in
princip ff. de furt.* Vix enim (ait) res ipsa adulterium dene- 8
gare audet; apparet ergo, quod solus cum sola reperti, si
hora commoda, & secreto loco abditi reperiantur, quod
arctantur à violenta præsumptione, etiam quod non
sint nudi, nec in lecto; Et licet † dixerint aliqui ad con- 9
uincendum sic repertos necessariam fore nuditatem
prædictam, vt ex mente Roscelli inter consilia Baldi,
refert Crauet. *cons.* 205. *n.* 21. & criminaliter de adulterio
puniri possint; quia ciuiliter agendo nulli dubium est,
quin conuicti sint, si modo reperti fuerint, vt ibidem,
tamen cum præter solitudinem in secreto, & ostio clauso
habeamus multa alia indicia ad rem veneream præam-
bula, *il far l'amore*; monitionem sic reperto factam, Et
quod necessario accessus ad dictam mulierem erat clam
factus; quia sine dubio stante eius voluntate, vt supra
declarata, ipso inuito, vel ignaro fiebat; & ignorante eo
præsumi necessario debet, vt arguit Crauet. *cons.* 205. *sub
n.* 5. Cum nec amplius excusari posset sub clypeo amici-
tiæ, quia certior erat iam factus amicus iste de contra-
rio mariti animo, talem amicitiam iam sibi suspectam
fore, † addatur fractura muri non à molli, & muliebri 10
manu, sed à duriori omnino præsumpta, dicant quicquid
velint inter se se concordes sic reperti; quia cum plus
dicunt, minus probant: Nemo est, qui naturali tantum
rationi subiaceat, quin visibiliter agnoscat, tale reper-
torium fuisse adulterium, puniantur modo ciuiliter, aut
criminaliter, aut etiam impuniti euadant, non est propte-
rea, quod de adulterio conuicti non sint: & licet hoc fa-
ctum non sit tempore noctis, († quod tempus etiam 11
aliqui dixerunt opportunum fore ad conuincendum de
hoc crimine) tamen Ouidio teste, quando Vulcanus Ve-
nerem in adulterio cum Marte deprensam cognouit,
quæ fabula cum præsenti Historia multum confert, *de
arte amandi, lib.* 2. tam de die, quam de nocte indifferen-
ter fiunt adulteria.

Fabula narratur toto notissima Cælo
Mulciberis capti, Marsque, Venusque dolis
Inditio Solis; Solem quis fallere potest?
Cognita Vulcano Coniugis acta sua.

Et quo ad nuditatem, illud fuit ex accidenti, nempe si
Diui illi ab antiquis vestimentis cooperti, conficti fuis-
sent, paruipendisset Poeta illos in adulterio repertos,
vestimentis suis indutos referre: At enim non est offen-
sa propterea illius sancti, nec aliorum, vt supra recitato-
rum authoritas, & doctrina: eo quod ad eius defensam
probauerit sic repertus; Mulierem hanc coniugatam

fore, & esse publicam meretricem, & adulterari solitam: Nam non propterea exclusit, nec excludere intellexit proprium delictum, sed sub tali defensione pœ-
22 nam alioquin debitam euitare voluit, cum † vtique alia sit pœna cum muliere honestæ vitæ, alia cum coniugata, & meretrice: vt per Clar. *in §. Adulterium vers. quæro nunquid dicatur, &c.* Quia vt refert Biardus ex aduerso allegatus *in dicto §. Adulterium, num. 27. vers. Item adde*
23 *quod habens, &c.* vtilitas † vitæ huius mulieris eundem à pœna adulterij excusauit, modo, quo dicimus excusari homicidam cum occidit illum, quem impune occidere
24 poterat, licet † alias pœna homicidij sit mortis, idem Clarus *in dict. §. homicidium, vers. plerunque.* Non negauit ergo per tales defensiones adulterium, nec in contrarium probare voluit, quia si contrarium probare voluisset, capitulasset suam propriam, & adulteræ bonam famam, aut quod verisimile non fuisset ipsum sic repertum opus venereum perpetrasse, aut perpetrare voluisse: puta propter amicitiam illam, sed tenor amicitiæ iam detectus erat marito, nec erat illa, de qua per Senecam;
25 ostendissetuè, quod fortasse impotens foret, vel quod † Sacerdos, aut Religiosus, qui si reperitur in amplexu cum muliere, præsumitur causa benedictionis, aut Sartor, qui mensuram fortè voluisset mulieris lumborum habere pro vestitu, licet quidem has confabulationes, quas concorditer hi duo sic reperti, pertractasse de pulmento, siue farina dixerunt; hodie non admittat Canon.
26 nec † etiam in religioso, vt per Gloss. *in cap. absit, verb. sinistrum, 11. quæst 3.* Imò scribit Angel. Aret. *in tract. de malef. in verbo, Che hai adulterato, ver. sic. An patri, &c.* A tali benedictione libera me Domine; vel quouis alio modo remouisset malum sensum ab actu, qui concipitur in tali solitudine, & ostio clauso, modo, quo docet Gloss. *in l. prima, §. primo. ff. de itin. actuque priu.* tradit Curt. iun. *tractat de test. bus concl. 27.*

Quinimo nec obiectiones factæ contra maritum adulteratum, tendunt ad negandum delictum, si bene ponderentur; sed ad reuersandam culpam adulterij commissi super ipso marito, vt in longa manuscripta recitata oratione, siue responsione ad interrogata in processu.
27 Rhetores † hanc reaccusationem, siue pessimam artem transferendi crimen proprium in alium, translationem appellant, author ad Herenn. *lib. 2. vers. translatio crimi-*
28 *nis.* Nostri † verò hanc eandem artem detestantes Ius versutum nominauerunt. Est enim indignum, vt præstigia versuti iuris excludant vltionem pudoris, dixit text. *in terminis aduersus hanc artem, in l. ita pudor in fin. C. de adulter.* Bott. *in addit. ad Dyn. regula in pari causa, litera C. sub n. 6. de reg. iur.* Boss. *titulo de confess. sub nu. 42.* Text. *in l. neganda, C. qui accusa. non poss. quem citat Crau. cons. 53. n. 4.* Et est text. *in l. qui cum maior. §. idem puto, ibi, & si ab eo petitus. ff. de bon lib.*

Obiurgantur ergo isti sic reperti in flagranti, dum conantur omnem reatus sui culpam in maritum vertere tanquam in lenonem. Nam præter id, quod verba eiusdem, vt supra relata, *Che vuole vsare ogni stratagema, &c.* auertere poterant amicum hunc non solum à facinore, sed ab illa mala persuasione per eum concepta ex benigna, facili, & credula mariti natura, sub qua sibi licitum fore putauit adulter alterius domum ingredi, & ibidem ostio clauso tractare cum aliena vxore ea, quæ concorditer pari voto, & nemine amborum penitus discrepante, solum cum sola in interiori Thalamo pertractasse confabulantur, translatio hæc magis, atque magis adulterantes grauat, tantum abest vt eos defendat. Ab antiquis exempla petamus.
29 Menelaus † Troianum Paridem hospitio susceptum nō solum benignè exposuitur excepisse, sed peregrè profecturus vxori suæ Helenæ illum per hæc verba commendasse feruntz

Curam pro nobis hospitis vxor habe.

Adulter ille † amicitiæ contaminato fœdere, mariti 20
humanitatem subrisit, ac peruerso, & animo coinquinato condemnationem in peruersum vertit sensum; commoditatemque ob mariti absentiam ratus, adulterium Helenæ suasit in hac verba.

Negligis absentis, testor, mandata mariti
Cura tibi non est hospitis vlla tui.

Sicque mulierem induxit ad credendum: Menelaum proprij thori violationem gratam habiturum, sicque Lenocinij officio functum esse subdens.

Sed tibi & hoc suadet rebus, non voce maritus:
Neve sui furtis hospitis obstet, abest;
Pene suis manibus ad te deduxit amantem:
Vtere mandantis simplicitate viri.

Exitus acta probauit; nam Menelaus honoris proprij non oblitus, vitam omni periculo exposuit, Armis commendationis sensum aperuit, iustoque Dei iudicio Troiam euertit, † & iniuriam vltus est: exemplum hoc auer- 21
tere poterat amicum hunc, comiter susceptum, ne in malam partem beneuolentiam, & facilitatem mariti interpretaretur, prout interpretatus est, vt in reflexione proprij criminis latè defendit, cum initij inter ipsos amicitiæ vinculis mutuis ab vtraque parte interuenientibus donis, ausus est argumentari, propterea prædictum maritum oblectari, vt illo absente licitè clauso ostio in ipsius domo, & interiori parte vna cum eius vxore fabulari posset. Et tanto minus id argumentari, aut præsumere debuerat, eo quia præmonitus de contraria voluntate eiusdem mariti, cauendum erat; *Or,* postquam excusationem aliquam nec etiam verisimilem habuit, nec innocentiæ signum demonstrare, sese vertit ad legum subtilitatem, & quidem perniciosam, cum alioquin † simplicitas soleat esse legibus amica, magis quam hic 22
marito fuerit, *§. cæterum instit. de legit. agn. success.* Non potuit (ait) maritus adulterum, & adulteram simul repertos, vno, & eodem ictu accusare.

Nec enim † ordo legis hoc patitur, adducit Text. *in* 23
l. Reos, Cod. de adult. Dubitari magis ad propositum poterat, vtrum marito licitum fuisset eosdem, vno & eodem ictu transfigere, *ad Gloss. 11. quæstion. 5. capit. Statuit,* 24
& per Augustinum ad Angelum *in verbo, & Andream, in princip.* per Ludouicum Roman. *Sing. 176. & ibi apostill. ad finem.* Respondetur, maritum simplicem, omnium rerum ignarum, & adeo simplicem, vt iam dedictus est, in facti ab eo reperti narratione, minimè se restrinxisse ad aliquam certam pœnam contra sic per eum repertos: sed narrato facto postulasse, *Che da V. S. mi sia prouisto di ragione.* Quæ verba sonant, sibi ius, & iustitiam ministrari, &c. Ea propter Perillustris D. accersitus Iudex ordinem dictæ legis Reos, minime violando, primo cognouit, & expediuit adulteri causam, at nunc, & secundo expediturus est adulteram. Talia † namque verba ius, & iustitiam ministrari operantur hoc, & alia multa, 25
de quibus per Iasonem *in § omnium, numer. 149. & 165. Instit. de actio.* per Alexand. ferè in terminis, *cons. 189. sub num. 11. versic. Ergo etiam si filij Domini Nicolai, vol. 6.* late per Angel. Aret. *Rubrica de exceptionibus à n. 30. cum seq. ac alibi passim.*

Respondetur, quod † cum per consuetudinem gene- 26
ralem recessum sit ab ordine legum illarum, Cæsarum, & Imperatorum, & in omnibus, ac in quibuscunque delictis hodie procedatur, tam per Inquisitionem, quam per querelam, & accusationem, imo † accusatio ab Aula 27
recessit,

recessit, & inquisitio cuicumque accusationi præualet, attestatur Clarus *in §.finali,quæst.3.per totum, & maxime, versic.Sed quicquid sit, &c.* Non est disputandum super ordine dictæ legis,Reos,quæ lex insistit super accusationibus, non autem super inquisitione, in qua communiter hodie versamur, loquiturque respectu cumulationum, quæ fieri possunt in accusando, sed hæc raro, vel nunquam contingunt in practica,ex mente Alberici relati ab eodem Claro, *in d.§.si qn.2.in fine.*

Aduocati namque (ait) nolentes intricare processus, communiter procedunt in prima causa, & ea expedita proponunt ea, quæ volunt in secunda causa: sicque practicauit Perillustriss. D. Auditor noster. Faciunt tradita per eundem Ang. Aret. *in §.fin. instit.de interd.* vbi ait,de ordine,& veteri exitu interdictorum superfluum est hodie dicere. Ideoque de iusto ordine non est quod amplius dicatur.

28 Tertio confunditur dicta † lex Reos, ac aliæ similes leges loquentes stantibus ordinibus Ducalibus *capit. 49. Tit.De augmentar,& diminuir le pene*; Quibus cauetur; *(he in tutti li sopradetti,& altri casi,che possono occorrere,& non compresi in questi bandi, & altri,si castigaranno*;Subdens; *Et in somma di ogni atto,che offendesse,o potesse offendere l'huomo nella persona, o nell'honore*; Per quæ verba satis constat in omni actu, per quos offendatur quælibet persona in honore,voluisse dictasConstitutiones procedi posse,absque aliqua distinctione; Imò addit; *Et in tutti li detti casi,ò ciascun di essi* (intelligendo de casibus tam non expressis, quam expressis) *si procederà indifferentemente à querela,denontia, ouero ex officio ; per Inquisitione,per Constituti,per Confessioni,per precetti penali*,simul, & diuisim &c. Adeo quod nec etiam excludatur † quin simul,& diuisim in hoc crimine procedi possit;
29 Est enim delictum istud,quod offendit, & offendere potest hominem in persona,& honore,& sic includitur in dictis ordinibus;Et vtique cum hic tractemus de delictis probatis, non de legum moribus, vt est dictum Aul Gellij *Noct.Artic.lib.14.cap.2.* similes obiectiones non sunt habendæ in consideratione.

Iterum, & secundo, vt euadat consociam, absoluto, inquit, Adultero, necessario sequitur, & Adulteram absolutam fore; Nulla maior est probatio, quod illi insimul comperti, adulterati sint, quam hæc propositio; in qua apertis dentibus sic excipiendo fatentur; Sed respondetur,hoc argumentum procedere, si absolutus fuisset simpliciter Adulter,Quia nec etiam tunc recte, aut rite dici posset Adulter, sed imputatus de adulterio; At postquam non absolute, sed rebus stantibus absolutus est,non habet locum argumentum, siue consequentia; ad eundem Clar. *in d.§.fin.quæstion.62.vers. forma autem, &c.* Et vtique illa clausula (*rebus stantibus*) non fuit inserta in iactata absolutione, vel quia non adessent indi-
30 cia,vel quia non sit probatum adulterium, † quod confitetur hæc ipsa propositio;Ridiculum enim foret dicere,adulterum absolutum fuisse,rebus stantibus, eo quia non adessent contra eum indicia sufficientia; postquam minime negant Doctores,si ageretur ciuiliter,quin condemnari possent, vt conuicti, per Crauett.d.consil.205. Alexand. *d.consil.189.numer.10.volum.6.* & late dixi supra;quia stantibus tot,& tantis argumentis, adulterium hoc per argumenta, & præsumptiones præmissas terminari,& puniri potuit, *per text.ad hoc communiter allegatum in l.non omnes, §. à barbaris,ibi, & si de hoc liquide probari non possit,argumentis tamen cognoscendum est, Dige-*
31 *stis de re milit.* In † his enim, quæ sunt admodum difficilis probationis, vt in consumatione adulterij, sufficiunt coniecturæ, latè per Alexand.*consil.69. numer. secund.vol.secund.ac alibi passim*;Quid plura: Hæc propositio, vt absoluto Adultero trahatur absolutio ad Adulteram, omni in casu locum habere non potest, nisi in crimine adulterij, cum in ceteris delictis hoc esse non possit;Nam † in aliis,quæ non committuntur sine sociis, 32
prout est delictum hoc,(quod credo sine socio committi non posse,) certe nunquam absolutio vnius prodest alteri,videmus enim in duobus,vel pluribus Reis de eodem delicto imputatis, quod præsenti, & constituto nunquam publicantur processus, nisi prius expedita absentis causa,qua expedita & ipso absente condemnato, non propterea, casu quo præsens,& constitutus absoluatur, talis absolutio prodest absenti socio, ex eodem Claro (quem sine tot Farinaciis solitus sum sequi) ex Claro inquam, *in d.§ fin.quæstion.49. vers.sed pone*, Itaque sic obiiciendo, quod absoluto Adultero sit etiam absoluta Adultera,necessario, & verius sequitur, quod si proponens tale crimen fateatur, (non enim sic excipiendo vtitur cautela ab eodem Claro tradita *in dict. §. fin.quæstion.21.versic.in hoc autem proposito*, & de qua per Iason.*in §.si quis il.2.numer.28.Instit.de act.*) sed modo, quo tollitur Articulus, quod duo ab vno eodem tempore accusari non possint de hoc crimine, illo, & eodem modo tollitur hæc difficultas stantibus ordinibus, vt supra diffuse recitatis; Non enim hic sumus in duobus,aut pluribus accusatoribus,sed in delicto, pro quo tum de consuetudine, tum vigore dictorum ordinum procedi potest etiam per Inquisitionem, prout hodie semper proceditur,vt dixi;Et text. *in l. denunciasse §.quæritur an alius, D.gestis de adult.* à quo sumptum est argumentum,fundatur, quia ambo simul postulare illo iure attento non poterant,& ideo ibi quærebatur; An alius Adulterum,alius Adulteram postulare posset? Et subdit text. non ab re,id est sine dubio tali modo hos Adulteros accusari, sed expectabit (inquit)mulier antequam defendat causam suam, sententiam de Adultero latam; At in practica nostra,pro qua indistincte proceditur per Inquisitionem,vt dixi,casum *in d.§ quæritur*, non admittit, quia nec casus euenire potest; Nam si procedatur contra duos eiusdem criminis reos, & coram duobus Iudicibus;aut tales duo Iudices sunt sub vno, & eodem Domino,& Præside, & tunc non creantur duo Iudices; vt *in d.§.quæritur*, sed ambo ab vno tantum Iudice iudicantur, quia remittuntur in hoc casu, docet idem Clar. *in d.§.fin.quæstion.28.versicul. hoc tamen, &c.* Aut tales duo Iudices non sunt sub eodem Dominio, & tunc esse non potest, vt vno ex dictis Reis absoluto, alter intelligatur absolutus, vt in hoc casu prætenditur, quia nec absolutio, nec condemnatio facta ab vno istorum Iudicum Dominiorum omnino separatorum fidem facit coram alio Iudice,vt per eundem Clarum *in d §. fin. quæstion.54.versic.fin.* Et propterea hinc dignoscitur,quod his temporibus † continentiæ causarum non diuiduntur,& obiicere talia est quodammodo truffare, & ado- 33
lescentes Iudices,à quibus semper cauendum est, si fieri posset (sed hac fece temporum isti præferuntur, scientes autem, & consumati postponentur) decipere, hoc est,frustra laborare,& ideo † lex illa denunciasse, *§.quæritur*,secundum sua tempora procedere poterat,& vt in 34
prouerbio, *Al tempo delle due Braghette*; quando vt ibidem,*due braghette* accusare poterant. Id quod vni sol prohibitum erat,sed hodie difficile,imò impossibile foret,secundum illam legem,practicare,& minus obtinere,sic etiam dicimus, quod † in Criminibus vtrique fo- 35
ro communibus processus factus à Iudice Ecclesiastico non attenditur à seculari, nec econtra: idem Clar. *in d. § fin.quæstion.36.in fine.* Bene verum est, quod qui taliter excipit, vt dixi supra, delictum fatetur, quia quicquid sit in his violentis præsumptionibus,vt in hoc casu,quibus omnibus iudiciis vt supra iunctis † resultat plena 36
probatio, licet super eis non possit certa dari doctrina, vt per Abb.*in capit. quanto sub numero tertio de testibus*. Negari quidem non potest in hoc casu, quin emergant

indiria, licet sine tortura aut alia condemnatione mini-
mè facta, absolutus fuerit, rebus stantibus &c. est enim
saltem ciuiliter conuictus de adulterio vt supra. Nec
credendum est, Perillustrem D. Iudicem integerrimum,
& expertum, morum esse ad sic absoluendum eo quia
non crederet hunc non esse de adulterio etiam grauiter
inditiatum criminaliter agendo, quia talis error in viro
isto absit, sed necessario intelligere debemus, taliter, &
tali modo, *rebus stantibus*, pronunciasse, eo quia Adulter
est in officio Serenissimi Domini nostri; Quo durante
37 † accusari de hoc crimine non potuit; Quo etiam deli-
cto plene probato, non propterea dicto officio priuan-
dus foret, prout videmus illum nihilominus in eius of-
ficio perseuerare, sic tradit Bart. *in l. secund. §. si publico
numer.* 14. *Digestis de Adult.* diffuse Clar. *in d. §. fin. quae-*
38 *stion.* 16. *versic. praeterea &c.* Cum itaque † hoc non sit
crimen, pro quo veniat officio priuandus, recte, & rite
sub tali clausula rebus stantibus absolutus fuit, non re-
mouet tamen illa clausula, rebus stantibus, quin finito
officio in sindicatu iterum accusari, & puniri possit, quia
Res non sic stabunt; id est officium non durabit; Quae
clausula etiam si in sententia apposita non foret, tamen
subintelligeretur, vt per Bald. *in l. fin. sub numero tertio
versic. septimo inest conditio, Codice de non nu. pecunia*, late
Marsil. *rub. de fideiuss. numer.* 151. *cum simil.* Decreueram
ob reuerentiam, qua vti debeo officiali, euitare notio-
nem istius delinquentis, eo quia nominatio haec fieri de-
bet vt in patrono, & sub verbis temperatis ad euitan-
dam eius infamiam, vt sic sicut fieri debet; docuit An-
gel. Aret. *in §. 1. numer.* 19. *Instit. de except. l. per infamem,
Digestis de pub. iudic.* timebamque poenā in dictis ordi-
nibus ducalibus *capit.* 46. *che si debba parlare modesta-
mente*; sed cum officium saltem in genere exprimendum
sit, vt sciatur causa, cur absolutus fuerit, rebus stanti-
bus, &c. & sic vtilitas causae hoc poscat; sub silentio talis
officij pertransire non potui, vt est text. *in l. non quicquid
Codice de postulat.* quem text. in proposito allegat Sur-
dus *Decis.* 89. *num.* 24. *in fin.* argumento *in auth. hodie §.
patroni C. de Iud.*
39 Secundo Respondetur, quod cum † crimen Adulte-
rij iam non sit publicum, statuto nostro Pallauicino 41.
lib. 2. *sed priuatum*, Clar. *in d. §. Adulterium, vers. est autem
hodie &c.* respectu interesse publici verum esse potest,
vt absoluto Adultero intelligatur & absoluta adultera
d. § Quaeritur, Ad respectum interesse priuati, & sic ma-
40 riti, † cuius principaliter interest adulterium factum
non esse; non procedit argumentum. Ad Bart. *in l. praetor
edixit §. 1. ff. de iniur.* sequitur Abb. *in cap. de causis num.*
15. *de offic. deleg.* & ibi Dec. *num.* 91. Quinimo in hoc ca-
su, dato quod non adfuissent inditia sufficientia non
obstante tali clausula, *Rebus stantibus*, illis quandocun-
que apparentibus respectu dicti priuati interesse, & ma-
riti, de nouo inquiri, & condemnari potest ita August.
ad Ang. *de Tracta. de malef. verb. che hai adulterata la mia*
41 *donna. num.* 42. Demum d. officiali † allegante se absolu-
tum fuisse, iterum atque iterum fatetur delictum, pro
quo absolutus fuit; Non vidi tamen acta per eum super
tali exceptione facta, sed solum quasdam iurium allega-
tiones; Quia si vidissem acta, melius fundare possem
hanc intentionem, ad trad. communiter per Doctores
in l. decem. ff. de verb. oblig. sed certe quicquid sit, stante
praua consuetudine, de qua per Clar. *in d. §. Adulterium
vers. sed quaero qua sit, &c.* & per Crau. *cons.* 137. Quod
consilium multum fauet Adulteris, non solum vana fu-
isset haec absolutio, quae finaliter nil valet, sed vana que-
rela, siue denuntia, vanaque inquisitio, & frustra scripti
sunt processus; quibus peractis nulli commodum venit
nisi bursale ipsis Actuariis, Ideo huic marito dici potest,
frustra † expectatus casus, cuius nihil operatur euentus,
vt habetur *in l. aliquando §. fin. Digestis ad S.C. Velleian.*

cum in hoc casu non sit processum, nec definitum ne-
gotium per viam merae iustitiae, sed absolutio facta sit
rebus stantibus, finitoque officio accusatio prosequi
poterit, ad eundem Clar. *in d. §. fin. quaest.* 57. *versic. habet
etiam locum.*
Obiicitur & tertio, Non constare de matrimonio in-
ter maritum hunc, & Adulteram, poterat sic etiam objici
non constare de delicto; Quia † si non est nupta, Adul- 43
terium cum isto soluto, & sine vxore committi non po-
tuit; verum quia authoritates super isto puncto eleuatae,
loquuntur sine dubio ante Sacrum Concilium Triden-
tinum *sessione* 14. *De reformatione matrimonij. cap.* 1. cum
† hodie matrimonia non possint inter Christianos fieri, 44
nisi publice, notorie, & in faciem ecclesiae; Tale noto-
rium sufficiat allegasse, vltra quod omnes testes exami-
nati firmant hanc mulierem fore, & esse d. mariti vxo-
rem; adeo quod similes cauillationes, & alia quae con-
gerit Dec. *in cons.* 162. hodie nil valent. Cessat etiam,
quod non sit probata fama talis Adulterij, & vtinam
pro seruitio amborum non esset plusquam probata; Ma-
iores enim quacunque alia fama sunt defensiones prae-
dicti Adulterij factae, vt dixi supra ad excludendam poe-
nam, non delictum, cum quibus probationibus multum
bene lauauit camisiam huic Amasiae suae, sed demon-
strando eandem non solum meretricem, sed publicam,
tales defensiones non vidi, nec videre curaui, quia tan-
gunt, vt audio, & Presbyteros, & Fratres, & Monachos,
quos omnes Deus benedicat.
Sed quia post talia lauamenta nititur amicus illa ad
nihilum reducere, eo quia excipiendo (ait) sic probaue-
rit; Quibus exceptionibus stantibus non propterea in-
tellexit Amasiam puniri, ad Bartol. *in l. 2. §. si publ. ff. de
Adulter.* per Ang. Aret. *in d. §. 1. sub nu.* 26. *vers. videamus*
nunc an crimen deductum per viam exceptionis, &c.
Instit. de except. cum simil. Remedium est, quod interim
per maritum reproducantur ista lauamenta, & quod eo-
rum vigore procedatur contra ipsam ad paenas † iuris, 45
& ad dotis amissionem, seruando ea, quae ponit Bart. *in
d. § si publ. num.* 20. & melius per Clarum *d. § fin. quaest.* 19.
& quaest. 53. *versic. dixi etiam ad fin.* cum reseruatione
agendi criminaliter suis loco, & tempore, qui iudex ean-
dem condemnare poterit † in amissionem dictae dotis 46
tam de iure Ciuili, quam Canonico, Clar. *in d. §. Adulte-
rium vers. & scias quod hoc casu &c.* per Petrum de Ghe-
rar. *sing.* 48. *per l. ex consensu, C. de repud. cum vulg.* Et cum
iam d. mulier probata sit in dictis lauamentis publica
† meretrix, eius maritus iam nunc poterit eidem dene- 47
gare alimenta, & eandem propria authoritate expelle-
re, Clar. vbi supra *vers. Alia quoque ibi, quinimo si crimen
est notorium*: à talibus ergo commerciis, amicitiis, Col-
loquiis, & solitariis Tractatibus ostio clauso licet sub
meridie, & licet masculus & femina nudi non sint, libe-
ra nos Domine: Nam nec in mimiis, & scenicis nuga-
tionibus, Adulteria, & matrimonia consumuntur, sed
per acta, à spectatoribus subintelliguntur: finito itaque
officio prosequi poterit processus iste, & non obstante
praua consuetudine, † quod hodie impunita euadant 48
Adulteria, non est tamen vsquequaque vera talis con-
suetudo, cum saltem ex quo sumus in prohibitis, stanti-
bus verbis vt supra recitatis in ordinibus suae celsitudi-
nis, ex quo homo reperitur offensus in honore, poterit
procedi etiam si nulla poena foret pro Adulterio impo-
sita, per text. *in l. nemo Martyres, Cod. de Sacr. Sanct. Ec-
cles.* quem text. in proposito citat Bellonus *cons.* 43. *n.* 13.
Imo ex quo Adulterium est † nomen criminis etiamsi 49
priuatum sit, ipso marito amplius non prosequente ex
officio procedi poterit, licet imposita non reperiatur in
dictis ordinibus poena corporalis, nec pecuniaria, extra-
ordinarie tamen puniri possit: Idem Clar. *in d. §. fin.
quaest. decimoseptimo versicul. post med.* Nec est verum, vt
dixi,

dixi, quod indistinctè praua consuetudo seruetur, nam
50 ad † hoc vt indistinctè seruetur consuetudo, oportet, quod omnes tali consuetudini consentiant; At nulli maritorum certè placet, vt credo: Dixerit quicquid voluerit ille Paris, quia credo multo plures esse maritos, quibus displicet talis consuetudo, quam Adulteros, quibus illa placet; sed vt dixi, non est indistinctè vera, vt per Menoch. *d. tract. de arb. iud. lib. 2. centur. 4. cas.* 98. *n.* 15 & aperta est decisio Gramat. 31. verum non esse quod adulteria non puniantur, sic etiam dicimus vxo-
51 rem non posse puniri crimine expilatæ hæreditatis, Idem Menoch. *loco citato cas.* 300. *in fin.* & tamen legimus vxorem pro tali crimine fuisse tortam, & pro furto condemnatam, Surd. *decis* 61. *n.* 16.

Sed de his hactenus: Reuertamur omnes vnde discessimus; Reuertatur hic adulter ad patriam suam Bon... Reuertatur ista mulier ad retiratas, Reuertor ego ad labores, à quibus hic scribendo paululum me retraxi, quod aliquando licere voluit ex mente aliorum, Menoch. *sæpe citato tractatu de arb. Iud. lib. 2. centur. 1. cas.* 78. *in fin.* sicuti, & Mars, & Venus postquam nullo modo adulterium celare potuerunt, Vulcano precib. Neptuni deuictus, postquam vincula soluit, vt cecinit Idem Poeta, Mars patriam Creten, Venus reuisit Paphon.

Non vultus texisse suos, non denique possunt
Partibus obscænis opposuisse manus.
Vix precibus Neptune tuis captiua resoluit
Corpora; Mars Creten, occupat illa Paphon.

Et vt perfectum finem habeat hæc fabula, quia congruit in vltimo actu ipsum maritum in scena cum ceteris stare, vt omnes sic reuertantur, & vt talis reuersio, vnde discessimus omnes vt supra fiat, sit certus maritus ipse profecisse in tali querela eo modo, quo profuit Vulcano Adulterium prædictum promulgasse; vnde sequitur.

Hoc tibi profecit Vulcane, quod ante tegebant,
Libentius faciunt, & pudor omnis abest.

§. ASSASSINIVM.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Quis dicatur assassinus* in materia capit. primi de homicidio in 6.
2 *Et an ad hoc, vt quis dicatur assassinus, requiratur, quod constet occisum fuisse Christianum.*
3 *Et an episcopus assassinus comprehendatur* in dispositione dicti cap. primi.
4 *Quæ sit pœna assassinij.*
5 *Et an assassinus sit tutus immunitate Ecclesiæ, si ad eam confugiat.*
6 *Et an in crimine assassinij requirantur plena probationes; vt in aliis criminibus.*
7 *Et an in hoc crimine puniatur affectus, etiam si non sit secutus effectus.*
8 *Et an Clericus assassinus possit puniri à iudice laico. Remissiue.*

Ex Additionibus.

1 *Assassini qui dicantur, & vnde effluxerint.*
2 *Assassinium an committat vulnerans pro pecunia non secuta morte.*
3 *Assassinium quomodo probetur.*
4 *Pirata non dicitur assassinus.*
5 *Assassinus non est propriam iniuriam vlciscens, sociis pecunia conductis.*
6 *Assassinium non inducitur ex generali, & incerta promissione.*
Et quid si nihil remaneat in lucro, n. eod.
7 *Assassinus non dicitur delinquens spe, vel gratia sine promissione.*
8 *Assassinus non dicitur accipiens pecuniam pro expensis tantum faciendis.*
Nec accipiens dono vnum par caligarum, n. eod.
9 *Pecunia data pro assassinio cui sit applicanda.*
10 *Assassinus non dicitur occidens sub spe equi sibi donandi.*
11 *Assassinium non committit interficiens sub spe consequendi hæreditatem occisi.*
12 *Appellatio non admittitur in crimine assassinij.*
13 *Assassinium requirit occisum esse Christianum.*
14 *Et in dubio interfectus præsumitur Christianus.*
15 *Baptismus viuentis an præsumatur in dubio.*
16 *Baptizatus præsumitur qui ex Christianis natus parentibus inter Christianos fideliter est conuersatus.*
17 *Baptismus vnico teste probatur.*
Et quomodo probetur baptismus, remissiue. n. eod.
18 *Assassinus clericus punitur per Iudicem laicum.*
19 *Diffidatus quis proprie dicatur, remissiue.*
20 *Assassinij pœna non tenetur inquisitus de auxilio.*
Nec dicitur assassinus, si probabiliter ignorauit pecuniam interuenisse. n. eod.
21 *Assassinij pœna non tenetur mandans, si mandatarius præmio, & particulari odio motus est.*
22 *Assassinium quibus argumentis probetur.*
23 *Et an per socios criminis remissiue.*
Et an per testes examinatos parte non citata remissiue. n. eod.
24 *Assassinij crimen est enorme, & atrox.*
25 *In omnibus licet iura transgredi in puniendo.*
26 *Magistratus maiores qui dicantur.*
27 *Sicariorum, seu assassinorum origo.*
28 *Assassinij pœna circa mandantem, & mandatarium, quæ sit in Regno Neapolitano.*
29 *Assassinij affectus punitur, licet non sit secutus effectus.*
Et de quo affectu sit intelligendum. n. eod.
30 *Clericus an possit puniri de assassinio à Iudice laico.*
Mandati reuocatio an admittatur in crimine assassinij sub n. 6.

Assassinus est ille, *a* qui aliquem Christianum occidi pretio mandat alteri, siue infideli, siue Christiano. Et hæc est communis opin. vt dicit Aret. *consil.* 163. *post num.* 17. vbi subdit, quod forte etiam est consuetudine approbata: quem refert Placa. *lib.* 1. *delictorum, cap.* 19. *nu.* 2. & Viuius *in lib. communium opin. in verbo Assassini omnes.* Capic. *decis.* 155. Gram. *voto* 8 *&* 9. Et dicit Pract. Conradi *fol.* 237. *num.* 1. quod in hoc Doctores omnes conueniunt. Exemplum autem poni potest in casibus, in quibus consuluerunt Bald. *cons.* 410. *lib.* 2. *& cons.* 383 *lib.* 2. & Rimin. *cons.* 55 & Rolan. *cons.* 24. *in* 1. *dubio lib.* 1. & Gram. *cons.* 44 *& cons.* 66. & est *decis.* Capic. 112. *&* 155. Et scias, quod licet aliqui tenuerint, quod dispositio *c.* 1. *de homic. in* 6. punientis assassinos, habeat locum solummodo in certo genere hominum, qui appellantur assassini: tamen in contrarium, scilicet quod imo *b* comprehendat omnes, vt dixi, est commun. opi. vt attestatur Boss. *in tit. de mandato ad homicid. num.* 16. 2
Bene verum est *c* (vt dixi) quod ad hoc, vt quis proprie dicatur assassinus, & consequenter in eo locum habeat dispositio *d. c.* requiritur, quod ille interfectus esset Christianus: ita dicit Ioan. Andr. *in dict. cap.* 1. quem sequuntur commun. Doctor. vt attestatur Alexand. *consil.* 166. *in fin. lib.* 7. & Pract. Carrer. *fol.* 290. *post numer.* 15. Et hæc sententia est omnium consensu stabilita, vt dicit Placa *in d. cap.* 19. *num.* 8. Nam vbi agitur de imponenda pœna alicuius constitutionis specialis, requiritur, quod concurrant omnes qualitates, de quibus in ipsa constitutione, vt

indicia, licet sine tortura aut alia condemnatione minimè facta, absolutus fuerit, rebus stantibus &c. est enim saltem ciuiliter conuictus de adulterio vt supra. Nec credendum est, Perillustrem D. Iudicem integerrimum, & expertum, motum esse ad sic absoluendum eo quia non crederet hunc non esse de adulterio etiam grauiter inditiatum criminaliter agendo, quia talis error in viro isto absit, sed necessario intelligere debemus, taliter, & tali modo, rebus stantibus, pronunciasse, eo quia Adulter est in officio Serenissimi Domini nostri; Quo durante
37 † accusari de hoc crimine non potuit; Quo etiam delicto plene probato, non propterea dicto officio priuandus foret, prout videmus illum nihilominus in eius officio perseuerare, sic tradit Bart. in l. secund. §. si publico numer. 14. Digestis de Adult. diffuse Clar. in d. §. fin. quae-
38 stion. 16. versic. praeterea &c. Cum itaque † hoc non sit crimen, pro quo veniat officio priuandus, recte, & rite sub tali clausula rebus stantibus absolutus fuit, non remouet tamen illa clausula, rebus stantibus, quin finito officio in sindicatu iterum accusari, & puniri possit, quia Res non sic stabunt; id est officium non durabit; Quae clausula etiam si in sententia apposita non foret, tamen subintelligeretur, vt per Bald. in l. fin. sub numero tertio versic. septimo inest conditio, Codice de non nu. pecunia, late Marsil. rub. de fideiuss. numer. 151. cum simil. Decreueram ob reuerentiam, qua vti debeo officiali, euitare notionem istius delinquentis, eo quia nominatio haec fieri debet vt in patrono, & sub verbis temperatis ad euitandam eius infamiam, vt sic sicut fieri debet; docuit Angel. Aret. in §. 1. numer. 19. Instit. de except. l. per infamem, Digestis de pub. iudic. timebamque poenā in dictis ordinibus ducalibus capit. 46. che si debba parlare modestamente; sed cum officium saltem in genere exprimendum sit, vt sciatur causa, cur absolutus fuerit, rebus stantibus, &c. & sic vtilitas causae hoc poscat; sub silentio talis officij pertransire non potui, vt est text. in l. non quicquid Codice de postulat. quem text. in proposito allegat Surdus Decis. 89. num. 24. in fin. argumento in auth. hodie §. patroni C. de Iud.

39 Secundo Respondetur, quod cum † crimen Adulterij iam non sit publicum, statuto nostro Pallauicino 41. lib. 1. sed priuatum, Clar. in d. §. Adulterium, vers. est autem hodie &c. respectu interesse publici verum esse potest, vt absoluto Adultero intelligatur & absoluta adultera d. § Quaeritur, Ad respectum interesse priuati, & sic ma-
40 riti, † cuius principaliter interest adulterium factum non esse; non procedit argumentum. Ad Bart. in l. praetor edixit §. 1. ff. de iniur. sequitur Abb. in cap. de causis num. 15. de offic. deleg. & ibi Dec. num. 91. Quinimo in hoc casu, dato quod non adfuissent inditia sufficientia non obstante tali clausula, Rebus stantibus, illis quandocunque apparentibus respectu dicti priuati interesse, & mariti, de nouo inquiri, & condemnari potest ita August. ad Ang. de Tracta. de malef. verb. che hai adulterata la mia
41 donna. num. 42. Demum d. officiali † allegante se absolutum fuisse, iterum atque iterum fatetur delictum, pro quo absolutus fuit; Non vidi tamen acta per eum super tali exceptione facta, sed solum quasdam iurium allegationes; Quia si vidissem acta, melius fundare possem hanc intentionem, ad trad. communiter per Doctores in l. decem. ff. de verb. oblig. sed certe quicquid sit, stante praua consuetudine, de qua per Clar. in d. §. Adulterium vers. sed quaero qua sit, &c. & per Crau. cons. 137. Quod consilium multum fauet Adulteris, non solum vana fuisset haec absolutio, quae finaliter nil valet, sed vana querela, siue denuntia, vanaque inquisitio, & frustra scripti sunt processus; quibus peractis nulli commodum venit nisi bursale ipsis Actuariis, Ideo huic marito dici potest, frustra † expectatus casus, cuius nihil operatur euentus, vt habetur in l. aliquando §. fin. Digestis ad S.C. Velleian. cum in hoc casu non sit processum, nec definitum negotium per viam merae iustitiae, sed absolutio facta sit rebus stantibus, finitoque officio accusatio prosequi poterit, ad eundem Clar. in d. §. fin. quaest. 57. versic. habet etiam locum.

Obiicitur & tertio, Non constare de matrimonio inter maritum hunc, & Adulteram, poterat sic etiam obijci non constare de delicto; Quia † si non est nupta, Adul- 43
terium cum isto soluto, & sine vxore committi non potuit; verum quia authoritates super isto puncto eleuatae, loquuntur sine dubio ante Sacrum Concilium Tridentinum sessione 24. De reformatione matrimonij. cap. 1. cum
† hodie matrimonia non possint inter Christianos fieri, 44
nisi publice, notorie, & in faciem ecclesiae; Tale notorium sufficiat allegasse, vltra quod omnes testes examinati firmant hanc mulierem fore, & esse d. mariti vxorem; adeo quod similes cauillationes, & alia quae congerit Dec. in cons. 162. hodie nil valent. Cessat etiam, quod non sit probata fama talis Adulterij, & vtinam pro seruitio amborum non esset plusquam probata; Maiores enim quacunque alia fama sunt defensiones praedicti Adulterij factae, vt dixi supra ad excludendam poenam, non delictum, cum quibus probationibus multum bene lauauit camisiam huic Amasiae suae, sed demonstrando eandem non solum meretricem, sed publicam, tales defensiones non vidi, nec videre curaui, quia tangunt, vt audio, & Presbyteros, & Fratres, & Monachos, quos omnes Deus benedicat.

Sed quia post talia lauamenta nititur amicus illa ad nihilum reducere, eo quia excipiendo (ait) sic probauerit; Quibus exceptionibus stantibus non propterea intellexit Amasiam puniri, ad Bartol. in l. 2. §. si publ. ff. de Adulter. per Ang. Aret. in d. §. 1. sub nu. 26. vers. videamus nunc an crimen deductum per viam exceptionis, &c. Instit. de except. cum simil. Remedium est, quod interim per maritum reproducantur ista lauamenta, & quod eorum vigore procedatur contra ipsam ad poenas † iuris, 45
& ad dotis amissionem, seruando ea, quae ponit Bart. in d. § si publ. num. 20. & melius per Clarum d. §. fin. quaest. 19. & quaest. 53. versic. dixi etiam ad fin. cum reseruatione agendi criminaliter suis loco, & tempore, qui iudex eandem condemnare poterit † in amissionem dictae dotis 46
tam de iure Ciuili, quam Canonico, Clar. in d. §. Adulterium vers. & scias quod hoc casu &c. per Petrum de Gherar. sing. 48 per l. ex consensu, C. de repud. cum vulg. Et cum iam d. mulier probata sit in dictis lauamentis publica
† meretrix, eius maritus iam nunc poterit eidem dene- 47
gare alimenta, & eandem propria authoritate expellere, Clar. vbi supra vers. Alia quoque ibi, quinimo si crimen est notorium: à talibus ergo commerciis, amicitiis, Colloquiis, & solitariis Tractatibus ostio clauso licet sub meridie, & licet masculus & femina nudi non sint, libera nos Domine: Nam nec in mimiis, & scenicis nugationibus, Adulteria, & matrimonia consumuntur, sed per acta, à spectatoribus subintelliguntur: finito itaque officio prosequi poterit processus iste, & non obstante praua consuetudine, † quod hodie impunita euadant 48
Adulteria, non est tamen vsquequaque vera talis consuetudo, cum saltem ex quo sumus in prohibitis, stantibus verbis vt supra recitatis in ordinibus suae celsitudinis, ex quo homo reperitur offensus in honore, poterit procedi etiam si nulla poena foret pro Adulterio imposita, per text. in l. nemo Martyres, Cod. de Sacr. Sanct. Eccles. quem text. in proposito citat Bellonus cons. 43. n. 13.
Imo ex quo Adulterium est † nomen criminis etiamsi 49
priuatum sit, ipso marito amplius non prosequente ex officio procedi poterit, licet imposita non reperiatur in dictis ordinibus poena corporalis, nec pecuniaria, extraordinarie tamen puniri possit: Idem Clar. in d. §. fin. quaest. decimoseptimo versicul. post med. Nec est verum, vt

dixi,

dixi, quod indistinctè praua consuetudo seruetur, nam
50 ad † hoc vt indistinctè seruetur consuetudo, oportet, quod omnes tali consuetudini consentiant; At nulli maritorum certè placet, vt credo: Dixerit quicquid voluerit ille Paris, quia credo multo plures esse maritos, quibus displicet talis consuetudo, quam Adulteros, quibus illa placet; sed vt dixi, non est indistinctè vera, vt per Menoch. *d. tract. de arb. iud. lib. 2. centur. 4. cas.* 98. *n.* 25 & ap erta est decisio Gramat. 31. verum non esse quod adulteria non puniantur, sic etiam dicimus vxo-
51 rem non posse puniri crimine expilatæ hæreditatis, Idem Menoch. *loco citato cas.* 300. *in fin.* & tamen legimus vxorem pro tali crimine fuisse tortam, & pro furto condemnatam, Surd. *decis.* 61. *n.* 16.

Sed de his hactenus: Reuertamur omnes vnde discessimus; Reuertatur hic adulter ad patriam suam Bon... Reuertatur ista mulier ad retiratas, Reuertor ego ad labores, à quibus hic scribendo paulisper me retraxi, quod aliquando licere voluit ex mente aliorum, Menoch. *sæpe citato tractatu de arb. Iud. lib. 2. centur.* 1. *cas.* 78. *in fin.* sicuti, & Mars, & Venus postquam nullo modo adulterium celare potuerunt, Vulcano precib. Neptuni deuictus, postquam vincula soluit, vt cecinit Idem Poeta, Mars patriam Creten, Venus reuisit Paphon.

Non vultus texisse suos, non denique possunt
Partibus obscænis opposuisse manus.
Vix precibus Neptune tuis captiua resoluit
Corpora; Mars Creten, occupat illa Paphon.

Et vt perfectum finem habeat hæc fabula, quia congruit in vltimo actu ipsum maritum in scena cum ceteris stare, vt omnes sic reuertantur, & vt talis reuersio, vnde dicessimus omnes vt supra fiat, sit certus maritus ipse profecisse in tali querela eo modo, quo profuit Vulcano Adulterium prædictum promulgasse; vnde sequitur.

Hoc tibi profecit Vulcane, quod ante tegebant,
Liberius faciunt, & pudor omnis abest.

§. ASSASSINIVM.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Quis dicatur assassinus* in materia capit. primi de homicidio in 6.
2 *Et an ad hoc, vt quis dicatur assassinus, requiratur, quod constet occisum fuisse Christianum.*
3 *Et an episcopus assassinus comprehendatur* in dispositione dicti cap. primi.
4 *Quæ sit pœna assassinij.*
5 *Et an assassinus sit tutus immunitate Ecclesiæ, si ad eam confugiat.*
6 *Et an in crimine assassinij requirantur plena probationes; vt in aliis criminibus.*
7 *Et an in hoc crimine puniatur affectus, etiam si non sit secutus effectus.*
8 *Et an Clericus assassinus possit puniri à iudice laico. Remissiue.*

Ex Additionibus.

1 *Assassini qui dicantur, & vnde effluxerint.*
2 *Assassinium an committat vulnerans pro pecunia non secuta morte.*
3 *Assassinium quomodo probetur.*
4 *Pirata non dicitur assassinus.*
5 *Assassinus non est propriam iniuriam vlciscens, sociis pecunia conductis.*
6 *Assassinium non inducitur ex generali, & incerta promissione.*
Et quid si nihil remaneat in lucro, n. eod.
7 *Assassinus non dicitur delinquens spe, vel gratia sine promissione.*
8 *Assassinus non dicitur accipiens pecuniam pro expensis tantum faciendis.*
Nec accipiens dono vnum par caligarum, n. eod.
9 *Pecunia data pro assassinio cui sit applicanda.*
10 *Assassinus non dicitur occidens sub spe equi sibi donandi.*
11 *Assassinium non committit interficiens sub spe consequendi hæreditatem occisi.*
12 *Appellatio non admittitur in crimine assassinij.*
13 *Assassinium requirit occisum esse Christianum.*
14 *Et in dubio interfectus præsumitur Christianus.*
15 *Baptismus viuentis an præsumatur in dubio.*
16 *Baptizatus præsumitur qui ex Christianis natus parentibus inter Christianos fideliter est conuersatus.*
17 *Baptismus vnico teste probatur.*
Et quomodo probetur baptismus, remissiue. n. eod.
18 *Assassinus clericus punitur per Iudicem laicum.*
19 *Diffidatus quis proprie dicatur, remissiue.*
20 *Assassinij pœna non tenetur inquisitus de auxilio.*
Nec dicitur assassinus, si probabiliter ignorauit pecuniam interuenisse. n. eod.
21 *Assassinij pœna non tenetur mandans, si mandatarius premio, & particulari odio motus est.*
22 *Assassinium quibus argumentis probetur.*
23 *Et an per socios criminis remissiue.*
Et an per testes examinatos parte non citata remissiue. n. eod.
24 *Assassinij crimen est enorme, & atrox.*
25 *In omnibus licet iura transgredi in puniendo.*
26 *Magistratus maiores qui dicantur.*
27 *Sicariorum, seu assassinorum origo.*
28 *Assassinij pœna circa mandantem, & mandatarium, quæ sit in Regno Neapolitano.*
29 *Assassinij affectus punitur, licet non sit secutus effectus.*
Et de quo affectu sit intelligendum. n. eod.
30 *Clericus an possit puniri de assassinio à Iudice laico.*
Mandati reuocatio an admittatur in crimine assassinij sub n. 6.

Assassinus est ille, *a* qui aliquem Christianum occidi pretio mandat alteri, siue infideli, siue Christiano. Et hæc est communis opin. vt dicit Aret. *consil.* 165. *post num.* 17. vbi subdit, quod forte etiam est consuetudine approbata: quem refert Placa. *lib.* 1. *delictorum, cap.* 19. *nu.* 2. & Viuius *in lib. communium opin. su verbo Assassini omnes.* Capic. *decis.* 155. Gram. *voto* 8 *&* 9. Et dicit Pract. Conradi *fol.* 257. *num.* 1. quod in hoc Doctores omnes conueniunt. Exemplum autem poni potest in casibus, in quibus consuluerunt Bald. *cons.* 410. *lib.* 2. *& cons.* 383 *lib.* 2. & Rimin. *cons.* 55. & Rolan. *cons.* 24. *in* 1. *dubio lib.* 1. & Gram. *cons.* 44 *& cons.* 66. & est *decis.* Capic. 112. *&* 155. Et scias, quod licet aliqui tenuerint, quod dispositio *c.* 1. *de homic. in* 6. punientis assassinos, habeat locum solummodo in certo genere hominum, qui appellantur assassini: tamen in contrarium, scilicet quod imo *b* comprehendat omnes, vt dixi, est commun. opi. vt attestatur Boss. *in tit. de mandato ad homicid. num.* 16. 2
Bene verum est *c* (vt dixi) quod ad hoc, vt quis proprie dicatur assassinus, & consequenter in eo locum habeat dispositio *d. c.* requiritur, quod ille interfectus esset Christianus: ita dicit Ioan. Andr. *in d. c. cap.* 1. quem sequuntur commun. Doctor. vt attestatur Alexand. *consil.* 166. *in fin. lib.* 7. & Pract. Carrer. *fol.* 290. *post numer.* 15. Et hæc sententia est omnium consensu stabilita, vt dicit Placa *in d. cap.* 19. *num.* 8. Nam vbi agitur de imponenda pœna alicuius constitutionis specialis, requiritur, quod concurrant omnes qualitates, de quibus in ipsa constitutione, vt

dixi infra *hoc eo. lib. §. fin. q. 85. verſ. vbi agitur.* Et ſubdit Io. Andr. propter hoc ſe euaſiſſe quendam imputatum de aſſaſſinio, ex eo quod in proceſſu *d* non fuerat probata illa qualitas, quod ille occiſus eſſet Chriſtianus. Et dicit Io. Amo. *caut. 23.* vos ſcitis, quod ipſe ita in facto ſemel iudicauit. Sed certè credo, q od hæc defenſio apud nos parum prodeſſet, modò ille fuiſſet occiſus in territorio Chriſtianorum: *e* licet enim vere non naſcatur Chriſtianus, tamen cum à communiter contingentibus infideles non ſint ſoliti inter Chriſtianos conuerſari, ille, qui in territorio Chriſtianorum reperitur, habendus eſt pro Chriſtiano, præſertim in hoc tam graui delicto, in quo non eſt ſuper huiuſmodi ſubtilitatibus inſiſtendum *f* Vbi tamen reus probaret illum fuiſſe infidelem, tunc vtique eſſet ab hoc crimine aſſaſſinij abſoluendus.

Quæro nunquid etiam *g* epiſcopus, qui ſit aſſaſſinus, ſit comprehenſus in diſpoſitione *dicti c. 1.* Reſp. quod ſic. Et ita tenent commun. Doct. vt dicit Socin. inter conſ. Curij Sen *conſ. 20. poſt nu 43.*

h Sed quæro, quæ ſit pœna aſſaſſinij? Reſpon. quod
4 tales ſunt diffidati à toto populo Chriſtiano, & poſſunt impunè offendi. &c. vt eſt text. *in dicto c. 1.* Debet autem aſſaſſinus puniri pæna mortis: & ſecundum aliquos debet trahi ad caudam equi, prout in pluribus locis vſu, ac conſuetudine receptum eſſe atteſtatur Socin. quem refert Placa *in d. c. 19. n. 5.* Dicit tamen pract. Carer. *f. 294. nu. 35* quòd hodie aſſaſſini per fruſta ſcinduntur; & quod Iudices hac pæna vtuntur propter criminis immanitatem, & ad terrorem aliorum.

5 *l* Item licet aſſaſſinus confugiat ad Eccleſiam, non tamen eſt tutus eius immunitate, de qua dixi infra *hoc eod. lib. § fin. quæſt. ..* ſed poteſt inde extrahi per quemcunque Iudicem ſecularem. Et hæc eſt crebrior apud omnes recepta opi. vt dicit Placa *in dict. cap. 10. num. 24.*

6 *m* Præterea quamuis regulariter in criminalibus requirantur probationes luce meridiana clariores; *n* tamen in hoc delicto propter eius immanitatem ſufficiunt probabilia argumenta, *o* etiam ad condemnandum; ita expreſſe dicit tex. *in d. cap. 1.* & eſt communis opinio, vt dicit Boſſ. *in tit. de conuictis, num. 5. & in tit. de indic. numer. 201.* Quod intellige non ſolum ad condemnandum pœna extraordinaria; ſed etiam ad condemnandum pœna corporis afflictiua. Et hoc conſtitutiſſimum eſſe atteſtatur Placa *in dict. cap. 19. numero 16.*

7 Scias etiam, quod quamuis regulariter ex generali conſuetudine Italiæ non puniatur affectus, niſi ſequatur effectus, vt dixi *in d. § fin. q. 92.* tamen in crimine aſſaſſinij punitur conatus, etiam ſi effectus ſecutus non fuerit. Et ita in facti contingentia conſuluit Ang. *conſ. incip. in q. præmiſſa.* Et hoc frequentiſſimo omnium conſenſu receptum eſſe ait Didacus *repet. clem. ſi furioſus, fol. 189 verſ. Secundo proponitur.* Hanc etiam dicit eſſe frequentiori calculo receptam ſententiam Gonius *de immu. eccl. f. 143. in 15. fall. poſt numerum 8.* quem refert Placa *in d. cap. 19 num. 9.* Et ita obſeruatum fuiſſe in facti contingentia per cur. Neapol. refert Afflict *ſuper 1. par. conſt. regni, rub. 12 nu. 11. in fin.* in quodam aſſaſſino, qui cum dardo balliſtæ dedit in arzone ſellæ equi illius, quem volebat interficere, nec tamen eum offendit: quem refert, & in eandem ſententiam conſuluit, Gramm. *voto 9.* Idem etiam ſeruauit conſ. Neapo. in perſona cuiuſdam notarij Marci, qui fuit furcis ſuſpenſus, licet mors vulnerati per aſſaſſinum ſecuta non fuiſſet, teſte Capic. *deciſ. 155.* notarius Marcus. Idem etiam ſeruatum fuiſſe Mediolani refert Chaſ. qui tunc ſe dicit fuiſſe vicarium Capitanei Iuſtitiæ ſuper conſuetud. Burg *fol. 14. poſt num. 7. & fol 44. numero 11.* licet idem Gram. *num. 8.* referat aſſaſſinum non ſecuta morte condemnatum fuiſſe *q* in pænam pecuniariam: de quo etiam mentionem facit, idem Gramm. *ſuper conſt. Regni, fol. 14. col. 2.* & pariter etiam *voto 20.* refert aſſaſſinum non ſecuta morte condemnatum fuiſſe ad triremes perpetuo. Et licet forte circa hoc loquendo ſecundum diſpoſitionem iuris communis, multa dici poſſent, *r* tamen ſtante conſuetudine, & communi Doctor. opin. credo quod non erraret Iudex, qui illam in iudicando ſequeretur. Nam vt dicit Ang. *in l. non ſolum. §. ſi mandato, numer. 2 ff. de iniur.* licet de iure commum aſſaſſinus non videatur teneri in plus quam mandator, id tamen de conſuetudine non ſeruatur. Et merito, quia plus delinquit faciens per pecuniam, quam qui gratis. *ſ* In Senatu tamen vidi ſecundum qualitatem facti, & perſonarum, diuerſimode iudicari, quandoque pænam ordinariam infligendo quandoque mitius puniendo, vt dixi *in allegata quæſt. 92. verſic Scias autem* Et ideo putarem hoc eſſe arbitrio Iudicis relinquendum.

t Videndum eſt etiam, *u* nunquid clericus aſſaſſinus poſſit per Iudicem ſecularem puniri, & an requiratur degradatio: de quibus omnibus dixi infra *hoc eo. lib. §. fi. q. 36. verſ. Item quæro, & ſeq.*

ADDITIONES.

Ad §. Aſſaſſinium.

Aſſaſſinus eſt ille.] Adde aſſaſſini qui & vnde fluxerint, vt per Iacob Menochium *Tract. de arb. iud cap 360 nu. 41.* pract. Carrer. *fol. 285. cum pluribus ſeq.* vbi delictum iſtud plene cum ſuis qualitatibus, atque pœnis tractat. Item, an ea, quæ dicuntur de aſſaſſinio, locum habeant, vbi quiſpiam iniuriam propriam per ſeipſum vlciſcitur auxilio aliquorum, quos pecunia conduxit. Et an, qui ſpe remunerationis auxilium vlciſcenti tulerunt, dicantur aſſaſſini. Item, & an ex eo, quod promiſſum eis generaliter fuit, & incerte, quod erga eos fieret. Et an ex eo quod principalis ſubminiſtrauit eis expenſas. Et an ex eo, quod principalis eis ſcuta paulo ante factum dedit, vt poſt factum haberent, vnde ſe alerent, & ſeruarent. Vnde de omnibus ſubtiliter, atque eleganter per Gabr. Eugubin. in illius *conſ. 179. per totum.* Sed ſcias, quod aſſaſſinus dicitur, qui ſine pecunia occidit, vt domino placeat, vel obediat, ſecundum Ioan Andr. *in c. pen. de cleric non reſid.* & per Ang. *conſil. 14. incip. Nos Carolus* quem vide. & etiam per Carter. *in prac. crim. §. homic. 5. num. 5.* vbi declarat. Gia. h a

a *Aſſaſſinus.*] Boſſ. *tit de for. compet. num. 241.* vbi etiam aliter ampliat. Vi. Decian. *tract. crim. tom. 2. lib. 9. c. 30. & to. 2. lib. 4. c 26. num 27.* Farin *de eius mat. q. 123. vol. 4 inſpec. 1. num. 2. & ſeq. ſecunda inſpec. nu. 19. & inſpec. 3. num. 46. & inſpec. 4. num. 67. & 5. inſpec. nu. 133. lib. 1. com. opi. verbo Aſſaſſini fol. 30. cum ibi additis,* præcipue Gabr. *lib. 7. com. opi concl. 1.* Bal. *conſ. 383. lib. 5.* Farinac. *d. q 123. inſpec. 2. nu. 26. & 27.* vbi etiam de ratum habente, *& d inſpec. 4 n. 77. & 79.* iterum de mandante, *& num. 119 & 128. & inſpec. 5. nu. 147.* Roſ.

a *Aſſaſſinus.*] Adde, qui † dicantur Aſſaſſini, & vnde effluxerunt per Menoch. *de arbitr. iud. caſ 362 num. 41.* Et in materia iſtius delicti, vide Gabr *in lib. 7. concl 1.* vbi pleniſſime, & inter 1
alia habetur, quod † vulnerans pro pecunia non committit aſſaſſinium; ſi non ſequatur mors; & ita etiam tenet Ioan. Ant. de 2
Nigr. *in c. 7 frequens ſub num. 68. verſ. quod ſi quis mandauit,* licet Alex. *in conſil. 166. circa fin. vol. 7.* contrarium tenuiſſe videatur. Vide etiam Maſcard. *de probat. concl. 137. & 138. par. 1.* vbi latiſſime, quomodo † probetur aſſaſſinium, & quis ſit aſſaſſinus. 3
Et dicit Alciat. *in conſil. 11. num. 17. lib. 1.* quod ad hoc, vt quis dicatur aſſaſſinus, oportet, non ſimpliciter quod delinquat per precium, quia etiam milites hoc modo eſſent aſſaſſini, ſed quod ſuſcipiat mandatum occidendi hominem pretio conuento. Et ibi tenet etiam, quod † pirata non dicitur aſſaſſinus, ponendo 4
multas differentias inter piratam, & aſſaſſinum. Et in materia aſſaſſinij vide etiam Monticel. *in reg. ſuis crimi. reg. 8.* vbi ponit multas ampliat. & limit. & Viu. *com. concl. in ver. aſſaſſini.*

Item † adde, quod aſſaſſinus non eſt is, qui propriam iniu- 5
riam

5 Item † adde, quod assassinus non est is, qui propriam iniuriã vlciscitur, sociis pecunia conductis, vt per Hier. Gabr *cons.* 170. *n.* 11. vbi respondet *ad cons. Ang.* 4. Ibi enim adest mandatum, & promissio pecuniæ; & per eundem Gabr. *ibi num.* 18. habetur,
6 quod † assassinium non facit generalis, & incerta promissio. *&* *n.* 21. quod assassinium expensæ non inducunt, sed aliquid remanens, quod lucrum afferat. Sed per cons. Neapol. contrarium fuit decisum Franc *dec.* 17. & quod incerta promissione assassinium non inducatur tenuit etiam Ioan. Ant. de Nigr *in cap. frequens num* 73. Et ad probandum assassinium, non sufficit probare promissionem pecuniæ: sed necesse est probare conuentionem habitam de committendo homicidio; & sic quod assassinus mãdatum acceptauerit: aliàs non diceretur assassinium. Ita tenet Bald. *in cons.* 383. Bertonius *vol.* 1. *& clarius in cons.* 89. *volum.* 1. Gram. *in voto* 11. *n.* 19. *& in cons* 1. *n.* 50. *cum aliis sequen.* post decis. & Carret. *in sua pract.* §. *circa n.* 21. Sed ego arbitror, quod non requiritur probatio acceptationis si secutum sit homicidium; ex quo nedum probatur acceptatio, sed etiã mandati executio, vt patet ad sensum; quia ab effectu secuto cognoscitur contrahentium intentio, vulgata regula, & an in hoc crimine admittatur reuocatio mandati, vide Couar. *in clemen. si furiosus par.* 2. *n.* 6 *&* 9. & Ioan. Ant. de Nigr. *in d. cap frequent. num.* 68. *cum sequen.*

Item † adde, quòd assassinus minimè dici potest, qui spe, vel
7 gratia adductus, sine promissione delinquit, vt alteri morem gerat. Io. Ant. de Nigris, *in cap.* 107. *n.* 20. Aret. *cons* 167. *n.* 17. Gabr. *commu. concl lib.* 7. *concl,* 1. *num.* 14. & Viu. *opin.* 74. *vers.* 3. *quod assassin.* nec committeret assassinium, si mandaret his verbis: *Che non li mancarabbe mai a suoi i bisogni*, secundum Vulpell. *in*
8 *consil.* 141. vbi dicit etiam, † quod nec accipiens pecunias pro expensis in hospitio faciendis dicitur assassinus, nec accipiens dono vnum par caligarum, Carret. *in pract.* § *homicid. nu.* 13. nec dici potest assassinus filius, qui reuerentia paterna homicidium commisit sine promissione præmij; Bald. *in cons.* 156. *vol.* 2.

9 Item † adde, quod illa pecunia quæ datur assassino, applicatur illi, propter quem fuit data, vt offenderetur, Roman. *singul.* 332. *incip pecuniam* per text *in l.* 3. §. *illud ff. de calumniat* & Boer. *in decis.* 151. *num.* 22. & per Doct. *in l.* 1. *ff. de condit. ob turp. caus.* vel hæredibus interfecti, etiam lite non contestata cum assassino, quia eius hæres, non contestata lite, tenebitur restituere illam pecuniam ipsi offenso, vel eius hæredi; & hoc propter immanitatem criminis, tex. *cum glos.* & Ang. *in l.* 1 § *fin. ff. de eo per quem fact. fuer* & ibi Alex. Capic. *decis.* 155. *col. fi.* Bolog. *cons.* 8. *col.* 3. Mars. *in l. is, qui cum telo. n.* 75. *C. de sicar.*

10 Item † adde, quòd non dicitur assassinus occidens sub spe equi, quem existimet fore, vt sibi donetur à mandante, Bald. *cons.* 383. *lib.* 5. Alciat. *cons* 11. *n.* 11. *lib* 1.

11 Item † adde, quòd interficiens aliquem spe consequendi bona, & hæreditatem occisi, non dicitur commisisse assassinium, Grat. *cons.* 31. *n* 4. *& seq vol* 2.

Item † adde, quod in hoc crimine assassinij non admittitur
12 appellatio, Capic. *d. decis* 153. *n.* 25. *in* 7 *speciali. Baiard.*

b *Comprehendat omnes.*] Farin *d. q.* 123. *inspec.* 2. *n.* 21. *&* 22. & ante eum Vulpell. *respons.* 243. *Ros.*

13 c *Bene verum est.*] Adde, † quòd ad hoc, vt quis propriè dicatur assassinus, opus est, vt interfectus fuerit Christianus; quòd etiam attestatur hanc esse communem Aret. *cons.* 165. *col.* 2. & ibi attestatur etiam de consuetudine.

Item † adde, an in dubio interfectus præsumatur Christianus,
14 vel Paganus, vel Iudæus, Afflict *in const. si damna clandestina.* 15. *notab.* vbi per gl. *in c presbyteri.* concludit, † quod in dubio præ-
15 sumatur Christianus, at quãdo dubitatur de baptismo viuentis, non præsumitur baptismus; & ibi vide omnino circa huiusmodi præsumptionem; & † baptizatus præsumitur, qui Christianis
16 parentibus natus inter Christianos est fideliter conuersatus, donec euidentissimis contrariorum argumentis probatum fuerit, *c. si nulla extant. de consecr. dist.* 4.

17 Item † adde, quòd ad probandum baptismum vni testi creditur, Cassan. *in consuet. Burg. in fol.* 272. *n.* 11. & quomodo probetur, quem esse baptizatum; late per Mascard. *in conclus.* 163. *Baiard.*

d *Non fuerat probata.*] Farinac. *d. inspec.* 4. *numer.* 133. *&* 138.

e *Licet enim vere.*] Nemo nascitur Christianus, & tamen esse præsumitur natus inter Christianos *d. n.* 183. *Ros.*

f *Vbi tamen reus.*] Adde rationem, quia, cum dispositio *c.* 1. *de Homicid. in* 6. non sit æquè proportionabilis Christiano, & infideli, non extenditur vltra Christianos, Ias. *in l. si Insulam numero* 5. *de verb oblig.* & ideo hinc infertur, quòd stante statuto, vnico tantum testi idoneo credi cum Accusatore; illa qualitas idoneitatis in teste articulari, & probari debet, Vulpellus *cons. crim.* 40. *numer.* 1. *Allegat.* Alex. *consil.* 32. *vol.* 4. Dec. *cons.* 27. *&* 32. Alc. *de præsumpt. reg.* 3. *præsumpt.* 2. *nu.* 5. *Drag.*

g *Episcopus.*] Item quod assassinus amittat omne priuilegium etiam clericale, in tantum, quòd † assassinus clericus co- 18
gnoscitur, atque puniatur per iudicem laicum, habe, per Carret. *in pract. crim.* §. *Homicid.* 5 *num.* 10. qui *num. sequ. vsque ad numer* 14. declarat, & probat, consti. de qualitate assassini, & *numer.* 16. dicit non requiri degradationem. *Giach.*

g *Episcopus.*] Farin. *d. inspec.* 3. *n.* 25. *Ros.*

h *Sed quæro.*] Farin. *volum.* 5. *sua praxis crim. quæst.* 123. *inspec. pri. & quibus mod. committatur ibi inspec.* 2. *numer.* 19. *Ros.*

h *Sed quæro.*] Adde † quis propriè dicatur diffidatus viden- 19
dum per Ruy. *consil.* 4. *num.* 14. *volum* 5. post Bald. *in l.* 3. *C. ad l. Falcid. & in l. cum mulier. ff. sol. matr.*

Item † adde, quod pœna assassinij puniri non potest inquisi- 20
tus de auxilio; nec potest dici Assassinus, si inter mandantem, & mandatarium pecuniam interuenisse probabiliter ignorauerit, Paris. *cons* 166. *vol.* 4. Capic. *in decis* 155. & Vulpell. *in cons.* 141. *in fin.*

Item † adde, quod mandans pœna assassinij non tenetur, 21
quando mandatarius præmio, & particulari odio motus est, ita tradit Vulpell. *in cons.* 141 *n* 19. *Baiar.*

i *Diffidati à toto populo Christiano.*] Adde, vt *in fin.* atque etiam per pract. Carret. *fol.* 128 *num.* 9. Item assassinis interdicta est appellatio. Vide, & dic, vt per eundem *pag* 65. *num.* 100. *& seq.*

Et indistinctè quod assassinus sit diffidatus ab omni populo, & lege, vide *in d. c fin.* atque per Gram. *vot.* 8. *num.* 2. Et quod propterea potest vbique impune occidi præcedente declaratione de assassinio per Bolognin. *in tit. de defens. reor. & defen. impug. num.* 61. *& tit. de man. ad homicid. num.* 19. 20. 21. *& tit. de foro compet. num* 67. vbi de communi opin. Item assassinium quando & quomodo non probetur per socios criminis, vt per Bursat. *cons.* 192. Et quod in isto delicto non requiratur plena probatio, sed sufficiant probabilia argumenta, vltra allegata per authorẽ *in vers. Præterea* Adde, per Rolan. plenè *in cons.* 14. *num.* 15. *lib.* 4. *Giach.*

k *Et possunt impune offendi.*] Sic etiam per stat. terrarum, & Banniti offendi possunt, eorumque bona dilapidari, *infr q.* 71. *vers dixi etiam, quæst.* 36 *vers. Item quæro; in* § *Testamentum, q.* 19. *&* 20. *& in* §. *Homicidium, vers plerumque, etiam ibi*, valet enim statutum, & super hoc adsunt duæ Bullæ Pontificum Pij, IV. & Pij V. vt dixi *in d.* §. *plerunque. Drog.*

l *Item licet assassinus.*] Farin. *d. inspec.* 3. *n.* 69. *& tit. de carceribus q.* 28 *n.* 26. *vol.* 3. *Ros.*

m *Præterea quis.*] Farin. *d. q.* 123. *inspect.* 3. *num.* 41. *&* 46. vbi alia quoque specialia recenset *vsque ad fin. & sunt numero* 17. *Ros.*

Præterea quamuis.] Adde, † quòd idem tenuit Rolan. *in cons.* 22
14. *n.* 15. *vol.* 4. Sed aduertendum est, quod tunc probabilia argumenta sufficiunt ad probandum huiusmodi crimen assassinij, quando talia argumenta probabilia sunt indubitata, & non aliter [illegible] Fely. *in c. afferte in* 2. *limitat. de præsumptio.* &
Gram. *voto* 11 *in fine*; & † an, & quando illud crimen per socios 23
criminis probari non possit. Bursat *in cons.* 192. & quomodo tale crimen assassinij probetur, vide omnino Mascar. *de probat. cons.* 1128. *vol.* 1 & ibi an Testes probent, si examinati fuerint, parte non citata *Ros.*

n *Tamen in hoc delicto.*] Item aduerte, quod crimen assassinij
† est enorme, & atrox, per Rolan. *in cons.* 14. *num.* 14, *vol.* 4. Et 24
quod in enormibus licet † iura transgredi in puniendo non in 25
procedendo, quia in enormibus debent esse solennitates seruari, quæ in aliis criminibus seruantur, vt per Gram. *vot.* 34. *num.* 23. 24. quem refert atque sequitur Carret, *in pract. crim ante num.* 182. loquens in criminibus exceptis, qui etiam post citatos, declarat hoc intelligi in maioribus magistratibus, non autem in 26
minoribus magistratibus: Et qui dicantur maiores magistratus, vide per Ias. *in l.* 1. *C de precibus Imper. offer. post numer.* 8. & adeo verum est, quod in criminibus enormibus, & exceptis, sint in procedendo seruandæ solemnitates, quæ in illis criminibus seruantur, vt amplietur etiam si officialis habeat arbitrium, nam non potest torquere sine indiciis. Item etiam si Iudex mandasset Iudici inferiori, vt torqueat etiã nullis indiciis præcedentibus, & de facto: nam non potest hoc facere, sed debet procedere iuris ordine seruato, & replicare principi. Alias etiã ampliationes, atque limitationes vi. per eundem Caret. illic per totum, qui *num. seq.* limitat etiam, nisi in occultis tractatibus, & proditionibus; nam in his promptior esse debet Iudex ad torturam ob probationis difficultatem, cum tales tractatus in secreto fieri soleant *Giach.*

o *Etiam ad condemnandum.*] Et probant testes recepti lite non contestata per Carer. vbi supra *n.* 10. Vide etiam per Carer. *in pract.* §. *Homicid.* 1. *n.* 12 13. 14. *&* §. 5. *n* 8. vbi plenius, *Giach.*

p *Scias etiam quod quamuis*] Farin. *d. q.* 123. *inspect. num.* 77. vbi *inspect.* 5. *num.* 133. de eius assassinij excusatione pertractat. *Ros.*

Scias etiam quod quamuis.] Adde, quod imo attenta tali consuetudine, non seruatur rigor. *l. is, qui cum telo C. ad l. Iul. de Sicar.* quæ lex punit affectum, dixi infra *in §. Homicidium, vers.*
27 *fi.* vide Gram. *dec. 2. n. 14. & n. 37.* originem † autem Sicariorum, seu etiam assassinorum, & quomodo hoc nomẽ assecuti fuerint, vide apud Iosephum *de Bello Iudaico lib. 2. ad fin.* Inter infirmiorem autem vulgum multi irrumpentes ficariorum (sic enim vocāt latrones) gladios in finib. gerentes audacissime vtebantur ope, quod adorti erant; Et iterum, sic enim regione purgata aliud genus latrocinantium in Hierosolymis oriebatur; Hi autem ficarij vocabantur; Die claro, & in media Ciuitate passim quoq; interficientes, potissimum vero in diebus festiuis miscebantur vulgo, & ficas sub veste gestantes, his diuersos quoque interficiebant. Deinceps collapsis hominibus, illi inter reliquos de scelere querebantur, qua fraude extra suspicionem manebant, diuque latuerunt. *Dreg.*

28 *Scias autem*] Adde, † quod in Regno Neap. ad tollendas difficultates, fuit edita pragmatica per Cardinalem de Granuela Proregem, quæ incipit, *In omni tempo. in ordine* 17. qua fuit prouisum, quod mandans, & mandatarius, si vulnera interuenerint, pœna mortis naturalis puniantur.

29 Item † adde, quod in hoc crimine punitur affectus, non secuto effectu, nedum de iure communi, sed etiam de iure statutario, vt plene per Corn *in cons. 249. per totum vol. 1.* etiam quod statutum disponeret, quod accipiens pecuniam, aut promissionem pretij ad assassinandum aliquem; tanquam assassinus pœna capitali puniatur, & non diceret, pœna mortis; & de quo affectu sit intelligendum, id est, quando quis dicatur deuenisse ad actum proximũ, vide Gabriel. *d. conc. 1. n seq.* Corn. *cons. 202. col. 1. volu. 1.* Afflict. *in Const Regni sub rub. de percuss illic. cum armis n. 16.* vbi tenet, quod tunc dicetur deuentum ad actum proximum quando deuentum est ad aliquam offensam, vt etiam videtur tenere Gram. *voto 9. nu. 10.* Sed Iacob. de S. Georg *in l. 1. §. hæc verba. ff. quod quisque iur.* tenet sufficere, quòd deuenerit ad locum maleficij perpetrandi; & Bal. *in l. non ideo minus in 6. q C. de accusat.* dicit, considerandum non esse, an mandatarius deuenit ad actum proximum in atrocioribus, sed sufficere, quod deuenerit ad aliquem actum, vltra tractatum; & sic non steterit in nudis terminis cogitationis: & idem videtur sentire Felyn. *in tract. de conatu in 3. limit.* & Gram. *voto 8. n. 11. cum seq. & decis. 38.* & practica refert Decian. *in tract. crim. lib. 9. c. 30. n. 38 tom. 2.* * & de eo, qui fecit depositum, sed aliud non fuit factum, quomodo sit puniendus, vide Bal. *in cons. 430. vol. 2.* vbi facit distinctionem de iure communi à pœna statutaria. *Baiard.*

q *In pœnam pecuniariam.*] Farin. *d. 4. inspec. nu. 107. & 110.* Ros.

r *Tamen stante consuetudine.*] Farin. *d. inspect. 4. n. 115. & 118* Ros.

s *In Senatu tamen.* [Farin. *d. 4. inspect. n 132.* Ros.

30 t *Videndum est etiam.*] Adde † videndum in Rimin. iun. *in cons. 685. vol. 6.* vbi late, quando Iudex laicus possit punire clericum, crimen assassinij committentem; & quæ requirantur, vide etiam Ant. Scapp. *in tract. de iure, non scripto lib. 1. c. 5. nu. 6.* & quæ posui *in dicta quæst. 36. vers. Item quæro.* Baiard.

u *Nunquid Clericus.*] Farin. *d. quæst. 113. inspect. prima n. 12. & inspect. 3 nu. 62. & seq.* Ros.

§. BLASPHEMIA.

SVMMARIA
Ex Claro.

1 *Omnis contumelia in Deum, vel Sanctos prolata, est blasphemia.*
2 *Et an dicere,* al dispetto di Dio, *sit blasphemia.*
3 *Quæ sit pœna blasphemiæ.*
4 *Et an in crimine blasphemiæ admittatur repulsa testium.*
5 *Iudæus blasphemans an possit puniri per iudicem Ecclesiasticum.*
6 *Blasphemans per iracundiam an excusetur. Remiss.*
7 *Et an propter consuetudinem prouinciæ.*

Ex Additionibus.

1 *Blasphemia materia remissiue.*
Et de percutientibus, ac deturpantibus Imaginem Dei, Sanctorum, Pontificis, aut Principis remiss. n eod.
2 *Blasphemia, quæ dicitur, quæ sit hæreticalis, quibus pœnis puniatur: quot sint species blasphemiæ, & quot modis dicatur quis blasphemare remissiue.*
3 *Proijciens imaginem Christi, vel Sanctorum in terram de iure Canonico arbitrarie punitur.*
4 *Hæresis per blasphemiam contrahitur.*
5 *Punitio blasphemiæ ad quos spectet.*
6 *Quando in Deum blasphemare quis dicatur.*
7 *Blasphemia duplex est.*
8 *Blasphemia an sit dicere* al dispetto de Dio, *Deum tædeat, Deo displiceat, vel* Dio pouerinazzo.
9 *Blasphemantem non deferens puniendus est.*
10 *Blasphemans potest secreto denunciari ex Constitutione Iulij III.*
Blasphemantes quibus pœnis afficiantur in statu Ecclesiastico remissiue. numer. eod.
11 *Blasphemantium falsi denunciatores, & testes quomodo sint puniendi ex dicta Constitutione Iulij III.*
Blasphemantes seipsos accusantes euitant pœnas temporales ex eadem Constitutione Iulij III. num. eod.
12 *Blasphemantium pœna, quæ sit in Regno Neap.*
13 *Et quæ in Regno Franciæ.*
14 *Blasphemantium pœna diuersa, remissiue.*
15 *Tortura infertur in crimine blasphemiæ quamuis pœna per statutum, aut consuetudinem esset pecuniaria.*
16 *Blasphemans pluries eodem tempore an vnica pœna sit puniendus, stante statuto, vel Principis edicto imponentib. varias pœnas pro diuersis vicibus.*
17 *Blasphemans Deum, & Sanctos eodem impetu vnica pœna est puniendus.*
18 *Testes singulares, & inimici non admittuntur in crimine blasphemiæ.*
19 *Blasphemanti potest imponi pœna à Tribunali laico, & ecclesiastico.*
Et quid in aliis delictis mixti fori, nu. eod.
20 *Blasphemiæ specialia remissiue.*
Blasphemantes non admittuntur in Regno Neap. ad Gratiam, vel Compositionem, nu. eod.
21 *Blasphemans non punitus in practica ab vtroque Iudice.*
Delicta mixti fori non habent præuentionem in Regno Neap. nu. eod.
22 *Blasphemans incorrigibilis potest inquiri ab hæreticorum inquisitoribus.*
23 *Iudæus blasphemans quomodo excusetur, & à quo Iudice sit puniendus.*
24 *Blasphemia est mixti fori.*
25 *Blasphemans per iracundiam an excusetur.*
26 *Et de exceptionibus blasphemiæ remissiue.*
Et quando quis dicatur iusto dolore motus ad iracundiam remissiue, nu. eod.
27 *Blasphemans si statim se corrigat, blasphemiæ pœnam euitat.*
28 *Blasphemans vel homicida an excusetur à pœna temporali propter malam consuetudinem.*
Consuetudo an excuset à pœnis. nu. eod
29 *Blasphemans quot modis à pœna blasphemiæ se possit excusare, remissiue.*
Blasphemans non potest gratiari ab Imperatore, nec à Rege, vel alio Principe, nec de plenitudine potestatis sub numero 20.

Fusè latéque de blasphemia traditum fuit ab Addent. ad Statutum Parmæ, sub Rub. de blasphemantibus Deum, vel Sanctos, vbi ad nauseam saturari quilibet poterit.

OMne *a* conuitium, contumelia, vel maledictum, prolatum in Deum, vel Sanctos, est *b* blasphemia; 1
ita dicit Bart. *in l. item apud Labeonem,* quam legit cũ *l. iniuriarum, §. sed adijcitur* quã legit cũ §. *aut prætor, n. 4. ff. de iniur.* Et est communis opinio, vt dicit August. ad Ange. *de malefic. in verbo, Verba iniuriosa, n. 13.* quẽ refert Pract. Conradi, *fol. 400. n. 25.* Didac. *in repet. cap. quamuis, fol. 57. nu. 8 de pactis, lib. 6* Et potest poni exemplum *c* in Iudæo qui dixerat: *Nasca il vermocane al Papa, & chi l' fe Papa: Iddio nõ potrebbe far che esso nõ fosse Papa; E se io hauessi Iddio, il Papa, e'l Vescouo nel le mani, trarrei loro gli occhi:* super quo cõsuluit Calder. *cõs. 2. de Iudæis.* Et in alio Iudæo, qui dixit: *La vostra fede e fede de cazzi;* super quo consuluit Socin.

Socin.*conſ.* 119.*lib.*4. Et in alio Iudæo qui dixit: Non potrebbe fare Iddio, che l'haueſſi ſcambiato io; ſuper quo conſuluit Socin.*conſ.*102.*lib.*1. & Alex. *conſ.*15.*lib.*3. Et in alio, qui dixit; Deh aſina di Dio, ſuper quo conſuluit Bal. *in quodam ſuo conſilio paruo*, quos refert Catald. *de ſyndicat. poſt nu.*401. Et in alio, qui dixit, e iddio il diceſſe, io direi, che'l men mentiſſe per la gola: ſuper quo conſuluit Cepoll. *conſ.*77. Et in eo, qui dixit: Se'l ſe appontaſſe noſtra donna, tu mi renderai quello, che m'hai tolto, vt in caſu, Corn. *conſil.*181.*lib.*1. Scias autem, quod licet Bart. *in d.* §. *ait prætor*. ſenſerit quod etiam in homines poſſit dici blaſphemia: tamen hoc non admittit communis vſus loquendi, vt dicit Boſſ. *in tit. de inquiſitione, poſt n.*131. Et ideo in eo, qui aliquod malum imprecaretur, alteri non haberet locum pœna blaſphemiæ.

2 Sed nunquid dicere, *d* Al diſpetto di Dio, eſt blaſphemia? Reſp. Bald. *conſ.* 476. *lib.* 3. tenuit quod non, Contrarium vero ſ. quod imo dicatur blaſphemia, iudicauit in facti contingentia Curia Burdegalen. vt per Boer. *deciſ.*301. vbi *in princ.* dicit, quod hæc opin. eſt verior tam ſecundum Theologos, quam ſecundum Canoniſtas, & Legiſtas. Idem etiam iudicauit conſ. Neap. vt atteſtatur Gram. *dec.*50. *& ſuper Conſtit. Regni f.* 114. *col.*4. quem refert Didac. *in loco præallegato, n.*9.

e Apud nos autem non reputatur blaſphemia, ſed etiam connumeratur inter atroces, ita declarante Senatu, 2. Aug. 1556 B.P. & 14. Iulij 1550 P N.

3 Sed quæro, *f* quæ ſit pœna blaſphemiæ? Reſp. de iure diuino eſt pœna mortis, Leuit. *c.*24. genus autem mortis erat lapidatio, vt ibi. De iure autem canonico cogitur ad publicam pœnitentiam ante fores Eccleſiæ faciendam, modo, & forma poſita in c. de maled. quæ tamen pœna non habet locum in clericis, ne propter huiuſmodi publicam ſatisfactionem vileſcat clericalis ordinis auctoritas. Et ita communiter teneri atteſtatur Abb. *in d.c.*2.*n.*8. quem refert Simancas *de hæret. c.*8.*n.*12. *De iure ciuil. g* pœna blaſphemiæ eſt pœna mortis, text. eſt clarus *in authen.* vt non luxurientur contra nat. *in fi.* & ita affirmant, & concludunt DD. vt dicit Iodoc. *in pract. crim. c.*61.*n.*26. Sed hæc pœna licet diuina, & humana lege conſtituta fuerit, hodiernis tamen temporibus ob defectum religionis, & iuſtitiæ, non ſeruatur, vt dicit Lucas de Penna *in l. omnes, col.* 3. *verſ.*2. *quæritur C. de delator. lib.*10. Et dicit Bal. *in l.*2. *circa fin. de reb. cred.* quod hodie pœna illius Auth. de conſuetudine non ſeruatur, prout illum refert Aug. ad Ang. *de maleſ. in verb. Verba iniurioſa, poſt n.* 14. relatus & ipſe per Nunium *de los corrigidores, fol.* 153.*n.*14 & per pract. Conradi *f.* 409. *col.* 1. Refert etiam Gram. *ſuper Conſt. Regni fol.* 113. *col.*2. *in fin.* Bal. tamẽ *in lib. meo* id nõ dicit Dicit etiã Zaſ. *conſ.*19.*n.* 37.*lib.*1. quod hæc pœna de conſuetudine non ſeruatur; niſi eſſet magna, & enormis blaſphemia, quæ ex deliberato, maligno, & doloſo propoſito & ore execrabili ad pernicioſum exemplum Dei, & hominum proferatur. Et proculdubio ſi omnes blaſphemi decapitarentur, pauci ſupereſſent, qui poſſent blaſphemare, vt dicit Bell. *conſ.*69.*n* 6 Sed certè hæc eſt peſſima conſuetudo: Et iudicio meo grauiter peccant Principes Chriſtiani, & eorum Magiſtratus, qui hoc crimen ſeueriſſimè non puniunt. Et in hoc reſpublica Chriſtiana magna indigeret reformatione. Refert autem Boer. *in d. dec ſ.* 301. quod quidam pro blaſphemia fuit per illam curiam, lingua prius perforata, condemnatus ad ignem, & alius decapitatus. Afflict. *ſuper tertia parte Conſtit. Regni rub* 54.*n.*55. dicit quod licet ex illa conſtitutione imponatur blaſphemis pœna amputationis linguæ, vidit tamen aliquando eis perforari tantum linguam cum ferro; & hoc ex cauſa. Idem fere iudicauit parlamentum Delphinale, vt refert Marcus *dec.*500. Iodoc. *in d.c.*61. *n.*17. dicit, quòd de conſuetudine blaſphemans glorioſiſſimam Virginem, vel Sanctos, punitur in amputatione linguæ, & vlterius exilio, vel alia pœna arbitraria. Et ideo ſeruanda in hoc ſunt ſtatuta, vel conſuetudo locorum. Cæterum Senatus, cui à conſtitutionib. permittitur pœnas ordinarias blaſphemis impoſitas augere, ſolet præſertim in atrocibus, plerumque arbitrari graues pœnas, quandoque ictum fuſtis, vt in Gulielmo Caſaſco, qui dixerat: Ne iu, ne quell'aſino di Chriſto, &c. Et quandoque triremium. Et recordor, quòd quidam Barbinus, qui dixerat: Venga il cancaro a quel traditor di Domenedio, & à colui, che l'ha dipinto, & a chi crede, che'l ſia da bene, a far piouer adeſſo; fuit per biennium tranſmiſſus ad triremes, 13. Septembris 1560. P. N. *h* Et niſi ruſticitas, & ira illum excuſaſſent, fuiſſet laqueo ſuſpenſus. Et quidam Antonius Zanza propter atroces blaſphemias iuſſus fuit, ſi erat aptus remo, tranſmitti ad triremes perpetuo; ſin minus, furcis ſuſpendi, 18. Apr. 1549. P.N.

Reperio etiam, quòd Par. de Puteo. *tract. de ſynd fol.* 210. poſt *num.* 13. tenuit, quòd imputatus de blaſphemia non ſit admittendus ad probandum contra perſonas teſtium, quia ſcilicet ſint infames, vel alias inhabiles ad teſtificandum, attento, quòd in hoc crimine grauiſſimo, quòd eſt læſæ Maieſtatis diuinæ admittuntur teſtes etiam inhabiles, prout fit in crimine læſæ Maieſtatis humanæ. Sed certe hæc deciſio Par. apud nos non ſeruatur, prout etiam non ſeruatur in ſupremis curiis Franciæ, teſte Boer. *in dicta deciſ.*301.*n* 11. *in fin.* Et ideo ſemper admittitur imputatus de blaſphemia ad probandum contra teſtes quicquid vult in aliis criminibus. 4

Hoc *k* crimen blaſphemiæ eſt communis fori. Et ideò poteſt laicus blaſphemans puniri tam per iudicem eccleſiaſticum, quam per ſecularem, vt not. *in d.c.*2. *de maled.*

Sed pone, quod Iudæus blaſphemauerit, nunquid & ipſe poterit puniri per iudicem eccleſiaſticum? Reſp. quòd non; ſed debet iudex ſecularis ſuper tali blaſphemia per Iudæum prolata cognoſcere. Et hanc dicit eſſe communem opinionem Alexand. *in quodam ſuo conſilio* 119. *poſt nu.*16. *verſ. Vnde ponderandum, lib.*4. nam Iudæi ſunt de foro ſeculari, vt dixi infra *hoc eod. lib* §. *fi. q.*35. *verſ. Modo quæro.* Bene verum eſt, quòd ſi iudex ſecularis eſſet negligens, eo caſu poſſet iudex eccleſiaſticus de ipſa blaſphemia cognoſcere, & Iudæum punire. Et ita magis communiter concludunt Doctores, vt dicit Alex. *in conſ.*96.*n.*15.*lib.*6. quod conſil. credo eſſe illud, de quo loquitur Socin. loco præallegato, prout etiam conſiderat Marquar. qui illũ refert *in tract. de Iudæis f.*83. *poſt n.*5. 5

m Excuſari poteſt quandoque ille, *n* qui ita motus blaſphemat, vt dixi infra *hoc eo. lib.* §. *fi. q.* 60. *verſ.* Eſt etiã ita, in ruſtico, qui faciendo computa cum domino ſuo iratus dixit, quòd Deus non potuiſſet facere, quòd eſſet debitor tot operarum. Dicit etiam Bal. *in l. accuſationem, n.*11. *C. qui accuſ. non poſſ.* quòd in illis, qui blaſphemant per laſciuiam, & ebrietatem, prout faciunt Peruſini, non eſt tantum ſcelus; puniendi tamen ſunt, ſed mitius, vt dixi *in d. q.*60. *verſ. præterea quæro.* 6

o Item poteſt excuſari propter conſuetudinem prouinciæ, non quidem, vt in totum impunitus euadat, ſed vt non puniatur pœna ordinaria blaſphemantib. impoſita. Nam vt dicit Nunius, de los corrigidores, *col.* 152. *n.*13. vbi in aliqua prouincia eſt frequens vſus dicendi: Al diſpetto di Dio, vel huiuſmodi, licet in effectu ſint verba blaſphemiæ, tamen propter multitudinem hominum ita loquentium conſuetudo interpretata eſt, vt non pro blaſphemis, ſed tantũ pro ſceleratis, & maledictis iuramentis talia verba puniantur. Senatus tamen noſter hoc nõ admittit, quinimò plerumq; iuſſit reiici capitula in quibus quandoque imputati de blaſphemia 7

volebant huiusmodi consuetudinem probare. Talis enim non consuetudo, sed abusus potius dicendus est, cuius nulla ratio haberi debet.

ADDITIONES.

Ad §. Blasphemia.

a **O***Mne conuitium.*] Adde Ias. *in §. Item si quis, el. 2. n. 58. cum seq. inst. de act. Drog.*

tur falsum committere, sicut & ipse testis falsum deponens.

Sed nunquid est danda fides ipsis testib. dicentibus 5
se precib. alicuius falsum testimonium perhibuisse? Respon. quod non; & est cõmu. opin. vt dicit Dec. *cons.* 189. *post nu.* 8. *vers. Primo quia*; quem refert Roland. *cons.* 16. *num.* 7.

num. 7. lib. 1. & Boss. in tit. de inquisit. num. 42. secundum quam in facti contingentia consuluit Ruin. cons. 146. 147. lib. 5. Natta cons. 298. Sunt enim socij criminis, & periuri, merito non debet eorum dictum neque etiam sufficere ad inquirendam, iuxta eod. libr. §. fin. quaest. 21. versic. Dictum socij, & versic. Scias tamen. Sed quicquid sit de iure, consuetudo obseruat contrarium, quod scilicet creditur huiusmodi testibus ita dicentibus, qui ad hoc vt contra eos, à quibus asserunt se subornatos, procedatur ad inquisitionem, vt attestatur Boss. in loco praeelleg. num. 6. Et f practica est, quod confirment eorum dictum in tortura, deinde procedatur contra nominatos. g Quinimo idem Boss. in titul. de iudic. num. 156. circa finem. dicit, quod creditur etiam ad torturam, modo aliquod aliud adminiculum concurrat. Et subdit quod ita communiter seruatur. Et ita etiam multoties vidi seruari.

6 Producens h falsos testes scienter dicitur, & ipse falsum committere, vt declarat Bald consil. 106. in 2. dubio lib. 3. & cons. 446. libr. 5. Et reperio, quod Senatus in facti contingentia iussit poni ad catenam infamem quendam Blasium Axcardum, qui produxerat testem falsum pro filio suo, etiam grauiter vulnerato, 11. Decembr. 1543. P. N.

7 Pone, stat statutum, quod punit producentem falsos testes: modo aliquis producit tantummodo vnum testem falsum: nunquid dicetur incidisse in poenam statuti? Respond. quod sic. Et ita communiter tenetur, vt dicit Iason in l. Gallus. §. quod si is, in secunda lectura ff. de libe. & posth. Et ita practicatur, vt dicit Angel. in l. praetor. §. homines, in fin. ff. vi bonor. raptor.

8 Testis, qui falsum testimonium k deponit in iudicio, dicitur falsum committere, l. 1. ff. de falsis, c. 1. de crim. falsi. Et si quidem dolo malo deposuit l contra innocentem, punitur tanquam homicida l. 1. in princ. ff. ad l. Corn. de sicar. Et ita in facti contingentia. Senatus iussit furcis suspendi quendam Certutum, & alium testem, qui in causa criminali falsum testimonium ad offensam deposuerat, 27. Septemb. 1548. P. N. Quod etiam pluries seruatum fuisse per Parlamentum Paris. refert Papo. lib. 22. titul. 13. arresto. 1. Non tamen semper Senatus solet hac seueritate vti; sed quandoque etiam mitius agitur, prout in quodam Baltramino de Beluardo, qui transmissus fuit ad triremes per decennium, 30. Ianuar. 1555. D. P. & Francisco Pineta, qui fuit tantummodo fustigatus, 27. Octobr. 1558. P. N. m Si vero deponat ad defensam, incidit in poenam falsi, quae est deportatio cum publicatione bonorum, vt dixi infra versic. sed quaero. Sed quia hodie (vt dixi) deportatio non est in vsu, debet puniri poena extraordinaria arbitrio Iudicis. Et ita in facti contingentia consuluit Alex. cons. 55. lib. 7. Et secuta est iudicando Curia Neapol. quae condemnauit ad triremes ad tempus quendam, qui falsum deposuerat ad defensam, vt refert Gram. voto 5. & super constit. Regni fol. 116. col. 3. vbi in hac materia valde eleganter loquitur. Testibus autem falsum deponentib. in causa ciuili quandoque amputatur lingua, plerunque etiam fustigantur, secundum causae, & personarum qualitatem.

9 Conuincitur autem testis de falso, n in primis si ipsemet fateatur falsum deposuisse, nulla enim maior est probatio, quam proprij oris confessio. Item si ipsemet contraria dixerit.

Et n in hoc proposito scire debes, quod aut testis deponit in iudicio p contrarium eius, quod dixerat extra iudicium, & tunc non dicitur falsarius, & consequenter etiam neque potest de falso puniri. Et est communis opinio; vt dicit Alex. cons. 74. nu. 4. lib. 1. Didac. in repet. c. quamuis f. 55. post n. 5. vers. sed, & si quis, de pact. libr. 6. Et q latè dixi inf. hoc eod. lib. §. fi. q. 53. vers. Primus casus. Aut vero deponit in vno iudicio contrarium eius, 10 quod dixerat in alio iudicio, & hoc casu debet puniri tanquam falsarius. Et est communis opinio: vt dicit Camer. in suo consilio matrimoniali posito post cõs. Zabarell. num. 3. Aut deponit in vno iudicio contrarium eius, quod prius dixerat in eodem iudicio, & pariter puniendus est de falso. Et in hoc omnes conueniunt, vt ait Didac. lib. 1. resolutionum, c. 13. post num. 8. vers. ceterum est. Sed in hoc proposito videnda sunt ea, quae dixi in dict. quaest. 53. vbi diffusiùs scripsi, & hic non repeto. s Conuincitur etiam testis de falso per alios testes numero plures, qui contrarium deponant.

Sed pone, quod duo testes tantum inter se contradicant, nunquid erunt puniendi de falso? Respond. aliqui tenent, quod sic, Et hanc dicit esse communem opinionem. Aret. cons. 71. nu. 5. quem refert Boss. in titul. de tortura testium, nu. 35. & in tit. de falsis, n. 10. t Sed certè ego non credo, quod haec opinio sit neque communis, neque vera; quia si neutri eorum creditur, quo ad hoc vt probent secundum communem opinionem, vt dixi supra, lib. 2. §. Testis, multo minus erit vni credendum contra alium, vt ille puniatur de falso. Bene potest & debet Iudex hoc casu super ipsa contrarietate diligenter inquirere, quis eorum falsum dixerit. u Et etiam vbi tales testes essent aliàs suspecti, vel malae conditionis, possent subijci torturae, prout se vidisse practicari affirmat Boss. in d. tit. de falsis, nu. 14. Quod tamen intelligendum est cum grano salis, vt scilicet Iudex priusquam ad talem actum torturae deueniat, diligenter animaduertat, ne destruat intentionem fisci, vel indebite laedat ius partis; & videat an dictum vnius ex ipsis testib. coadiuuetur aliis praesumptionibus, & similia, in quibus versabitur multum religio ipsius iudicare debentis.

12 Scias x tamen, quod dicta testium sunt inter se, quantum fieri potest, y concordanda, vt euitetur falsum, vt dixi in d. §. testis, & hoc non modo si plures testes inter se contradicant, sed etiam si vnus testis videatur sibi ipsi contrarius.

Solet etiam dici, quod testis deponens super negatiua 13 est z suspectus de falso: nam regulariter negatiua est improbabilis, vt dixi infra hoc eodem lib. §. fin. quaest. 52. vers. Scias autem. Scias tamen quod testis ex eo solo, quod deponat super negatiua, non potest puniri de falso. Et est communis opin. vt attestatur Boss. in tit. de defens. reorum num. 34. Quod intellige, nisi per alias probationes conuincatur falsum deposuisse: potest tamen puniri poena b extraordinaria ob temerariam assertationem. Et ita tenent communiter Scribentes, vt dicit Cagnol. in l. vnica, nu. 38 ff. si quis ius dicen. non obtemp. Scias etiam, quòd in dubio verba testis sunt intelligenda, vt talis falsitas, quam incurrit testis deponens super negatiua, euitetur: Ita colligitur ex glos. in l. iurigentium, §. quod ferè, in verbo, Contrarium probetur, ff. de pact. quam dicit esse communiter approbatam, Curt. iun. in d. l. vnic. in princ. nu. 9 Faciunt, quae dixi infra, versic. Item debet.

Sed d quid si testis non deposuerit falsum circa fa- 14 ctum principale, nec circa qualitates substantiales, sed e circa alia extrinseca; nunquid poterit puniri de falso? Respond. quòd non: ita dicit Bald. in l. si ex falsis, circa fin. C. de transact. & ita communiter concluditur, vt dicit Alex. cons. 88. num. 19. lib. 5. Potest tamen puniri poena Stellionatus secund. Iacob. But. in l. Lucius ff. de iis, qui no. infa. Et idem dicunt omnes Doct. teste Marsil. consil. 70. num. 11.

Pone f testis negat se dixisse, prout notarius scripsit; 15 notarius vero asserit testem ita dixisse, vt scriptum est; cui magis est credendum? Resp. quod regulariter magis credendum notario, vt dixi infra hoc eod. lib. §. fin. q. 53.

vers. quintus est casus. Sed quantum ad hoc, vt notarius, vel testis puniantur de falso, non creditur neque notario contra testem, neque testi contra notarium. Ita tenuit Spec. in tit. de teste. §. 1. vers. Sed pone iudex Et ita concluditur per omnes, vt dicit Alex. Cons. 74. num. 12. lib. 1. ita etiam communiter concludi attestatur Rim. cons. 56. nu. 2. Et ita reperio decisum fuisse in facti contingentia per cons. N. cap. teste Capec. decis. 94. in causa Ioan. Paul. Dicit autem Pract. Millei, fol. 83. n. 46 quòd hodie de consuetudine ad abundantiorem cautelam iudices solent, imo tenentur, acta, & processus criminales signi sui, aut chirographi munimine comprobare vnà cum scriba, seu notario. Sed hoc apud nos non seruatur. Bene solent quandoque iudices in causis arduis facere quod testes ipsi post eorum depositionem, manu sua attestationes suas subscribant, quod satis placet. Hæc autem omnia intellige, vt procedant, quando in ipso examine nullus præsens fuisset præter ipsos notarium & testem. Sed si vltra notarium fuisset etiam præsens iudex, tunc absolutè statur ei, quòd reperitur scriptum, quicquid testis postea dicat.

16 Tu k scis, quòd dictum testis non probat, nisi sit iuratus, vt dixi in dicto §. testis. modò aliquis dixit falsum testimonium non iuratus; nunquid poterit argui de falso. Resp. quod l poterit puniri de falso perinde m ac si iurasset. ita dixit Bar. in l. si quis legatum, n. 3. & seq. ff. de falso. Et est communis opin. vt dicit Alex. in 1. Edi. §. autem num. 6. ff. de edendo. Curt. sen. in tract. de testib. concl. 3. n. 34. licet enim testis non iuret, non tamen propterea dicitur eius depositio esse sine forma, vt declarat Bart. ibi; meritoque est puniendus. Quo ad hoc tamen, an iuramentum sit de forma, necne, videnda sunt ea, quæ dixi in d. §. testis. Et est intelligenda hæc conclusio, vt procedat modo talis falsitas, quam deposuit testis non iuratus, sit nocibilis, aliàs enim non esset de falso puniendus, saltem pœna ordinaria, iuxta ea quæ dixi infra vers. Item excusatur.

17 Quæro nunquid ad hoc, vt testis dicatur falsus, sufficiat probare, quòd dixit falsum in sua depositione, an autem debeat n etiam probari, quòd fuerit corruptus. Resp. quòd sufficit probare testem falsum dixisse, absque eo, quòd probetur, quod pecunia, vel alio modo corruptus falsum deposuerit, ita dicit gl. in c. licet causam. in gl. secunda circa med. de prob. Et hæc opin. communiter tenetur, vt dicit Imola in l. Diuus, col. 1. in gl. in verbo corruptis, ff. de re iud. Hanc etiam dicit esse communem opin. Soc. iun. cons. 40. n. 3. lib. 2. Menoch. controu. vsu frequentium, c. 36. n. 10. nisi tamen pars vtrumque simul dixerit, scilicet quod testes corrupti falsum dixerint, nam eo casu vtrumque probare tenetur secundum communem opi. vt ibi per Menoch. cui tamen hæc differentia non placet, prout neque etiam placet mihi. Si verò pars non vtrumque simul, sed copulatione deduxerit, quia scilicet dixerit testes corruptos fuisse, & falsum deposuisse, eo casu sufficit alterum probare. Et hæc est communis opin. vt attestantur Scribentes in d. l. Diuus, quos refert Menoch. in loco preallegato nu. 14.

18 Sed quid è conuerso p nunquid sufficit probare, quod testes acceperunt pecuniam pro testimonio dicendo, absque eo quod probetur ipsos falsum deposuisse? Respon. Bar. in l. 1. in princ. post gl. in verbo aduocationem, ff. de falsis, & in d. l. Diuus, num. 7. ff. de re iud. tenuit, quòd eo ipso quòd, probatur testem accepisse pecuniã pro testimonio ferendo, possit puniri de falso Et hanc opinio. dicit sequi communiter Doct. Anan. in c. 1. n. 15. de falsis. Menoch. in d. controuer. vsu frequentium. c. 36. n. 6. Illam etiam dicit esse magis communem Didac. in reg. d. c. quamuis fol. 57. col. 3. licet dicat illã sibi non placere. idẽ attestatur Nunius de los corregidores fol. 128 n. 18. in fin. Alij dicunt, quòd ex eo non probatur falsitas testis quo ad illum, qui dedit pecuniam, Et ait Dec. in d. c. licet causam, n. 10. de probat. & cons. 189. paulo ante nu. 12. quòd ita tenent communiter Doctor. quem refert Bossi. in tit. de oppos. contra testes n. 148 & Viuius in l. 1. communiũ opin. fol. 229. vers. testium solam corruptelam. Ego verò sic dico; Aut apparet testem, qui pecuniam accepit, falsum deposuisse; & superfluum est quærere, an sit propter corruptionem de falso conuictus, cum sit de falso testimonio omnino puniendus. Aut q apparet ipsum veritatem dixisse: & hoc casu ego non video, quomodo r puniri de falso, ex quo constat ipsum non dixisse falsum, & ideo dicerem posse puniri aliqua pœna extraordinaria, ex quo turpiter accepit pecuniam pro eo, quod tenetur gratis facere: & hoc, nisi accepisset pro suis expensis, vel operis; nam eo casu potuit licite accipere. Aut vero dubitatur, numquid falsum, aut verum dixerit; & eo casu negari non potest, quin sit valde suspectus, quod falsum dixerit. Et ideo crederem quòd posset iudex illum torqueri facere super falsitate principalis depositionis; & deinde etiam illum puniri extra ordinem propterea quòd pecuniam turpiter accepisset, vt supra dixi.

Pœna t autem testis falsum deponentis de iure canonico est in clerico depositio, & detrusio in monasterium, c. si Episcopus. 50. dist. & c. lectione; De iure ciuili est u pœna falsi, de quo dixi infra vers. sed quaro. Item x testis falsus tenetur parti de omni damno contingente propter illud falsum testimonium secundum regulam; quam tradit gl. in c. presbyterum in gl. fin. de homic. Hoc tamen intellige; vt procedat in foro contentioso; secus autem in foro conscientiæ, nam in hoc foro non tenetur nisi de falso testimonio, non autem de damno ex illo subsequente. Ita singulariter dixit Vinc. in cap. 1. de custod. eucar. quem sequuntur communiter Doct. vt dicit Corset. in suis sing. in verbo, Testi. vers. si aliquis. Quod nota, quia de facili quis responderet y contrarium. 19

Vtens z dicto falsi testis; dicitur falsum committere. Quod intellige, a si sciens testimonium esse falsum eo vtatur; alias secus. Et quia scientia est difficilis probationis; ideo inuenta est illa practica, qua quotidie vtuntur aduocati, & procuratores, quia faciunt, partem, quæ producit testem, interrogari, an velit vti dicto ipsius testis, cum termino ad deliberandum. Et b si in eo termino respondeat se velle vti, tunc habetur pro sciente, vt dixi infra vers. Vtens falso. c Et istud interrogatorium est de consuetudine, vt dicit Rim. cons. 569. n. 5. vbi consuluit, quòd iudex inquirens non potest hanc interrogationem facere. Quod nota. 20

Fabricans d falsum instrumentum dicitur falsum committere. 21

Pœna autem notarij fabricantis falsum instrumentum de iure communi est pœna falsi, de qua dixi infra vers. sed quaro; De iure autem Longobardorum, erat pœna amputationis manus dextræ. Et hæc pœna etiam hodie seruatur, vt attestatur Guid. de malefic. in rubr. de falsar. num. 3. quem refert Ang. de Ang. de malef. in verbo, Falsario, post num. 48. & Rol. cons. 38. n. 16. lib. 1. & Capic. decis. 153. n. 5. licet dicat, quòd ille notarius fuit suspensus propter constitutiones vtriusque Regni, quæ puniunt hoc crimen vltimo supplicio. In hoc tamen Ducatu pro prima falsitate notarij, vt plurimum puniuntur citra mortem: sed si plures committant, igne comburuntur, prout vidi in facti contingentia condemnatum ad ignem quendam Ant. Gaianel 9. Iun. 1545. & aliunde Applanus 17. Aug. 1548. 22

Producens e falsum instrumentum dicitur falsum committere, si sciebat illud esse falsum. 23

Vtens f falso instrumento dicitur falsum committere. l. maiorem, C. de falsis. Et ita in facti contingentia consuluit Bart. consil. 54. maxime, n. 16. & seq. lib. 3. Scias 24

tamen

tamen quod ille *g* qui vtitur falso instrumento, non punitur, * nisi sciens illud esse falsum, eo vsus fuerit.

25 Et quia scientia difficile probari potest, nisi per coniecturas, vt dixi infra *lib. 7. §. probatio: h* ideo in practica inuentus est modus ad illam probandam saltem præsumptiue, s. interrogando producentem an velit vti ipso instrumento, cum termino ad respondendum; Et * *b* si in eo termino responderit velle vti *i* punietur de falso tamquam scienter producens, vt dixi supra, *vers. vtens dicto.* Et scias *k* quod statuto dicto termino, tenetur clare respondere, & sine vlla conditione, vel adiectione, an velit vti *l* vel non, & hoc siue sit factum proprium, siue alienum, & siue possit de eo verisimiliter esse instructus, siue non. Et est communis opin. vt dicit Bos. *in tit de falsis, num.* 151. Bene verum est, quod si agatur de facto alieno, de quo non sit verisimiliter instructus, iudex debet illi (si eam petat) concedere longiorem dilationem ad respondendum, quam si ageretur de facto proprio. Et ita vsu obseruatur.

26 Scias *m* etiam, quod ille, qui vtitur falso instrumento, mitius punitur, quam ille, qui illud fabricauit, vel fabricari fecit: nam solummodo punitur pœna relegationis. Et ita communiter tenetur, vt dicit Sal. *in l. si veteris, n.* 4 *C. de fid. instr.* Fabricans autem punitur pœna falsi ordinaria, quæ est deportatio cum publicatione bonorum.

27 Notarius *n* autem non modo fabricando falsa instrumenta dicitur falsum committere, sed etiam si in instrumento *o* aliquid apponat, quod verum non sit, puta si in instrumento mutui apponat verbum; *Numerauit*, cum tamen tempore celebrati contractus nulla pecunia fuerit numerata; & ideo debet puniri de falso ita dicit gl. *in l. ex cautione, in gl. magna ff. de pac.* quam sequuntur omnes, vt dicit Alexand. *in l. prædia, num.* 4. *ff. de acquir. pos.* Hanc etiam dicunt esse communem opin. Scribentes *in l. singularia, ff. si cer. pet.* & in specie Ias. *nu.* 48. qui dicit, quod totus mundus eam sequitur, & Dec. *num.* 33. quem refert Diaz *reg.* 492. Et licet Bar. *in d. l. prædia, num.* 3. post Iac. But. videatur tenere, quod illud verbum, *numerauit*, possit etiam verificari in actu ficto, illa tamen opin. communiter damnatur, vt dicit Alex. *in ea. l. singularia, post num.* 33. quem refert Dec. *ibi, post n.* 33. & Foller. *in pract. crimin. fol.* 126. *num.* 67. Idem dicit Curt. Iun. *in ea. l. singularia, num.* 56. Non enim debet notarius conficere instrumentum, nisi de iis, quæ sensu corporis tunc percipit, secundum doct. Bart. *in auth. si quis in aliquo, circa fin. C. de edendo,* quam dicit esse communiter approbatam Curt. Iun. *in d. l. singularia post num.* 36.

28 Sic *p* etiam si notarius scripserit in instrumento, Rogauit Titius, spopondit Mæuius, & probetur, quod tempore confecti instrumenti Titius *q* erat absens, proculdubio incidit in pœnam falsi ita sentit Bart. *in l. iurisgentium, § quod fere ff. de pact.* quam sequuntur communiter Doctores, vt attestatur Rip. *in l.* 2. *in princ. nu.* 3. *ff. de verb. obl.* Licet enim quis possit interrogare, & alius respondere ex interuallo; tamen cum in instrumento apponatur locus, & tempus præcisum, non debet notarius (vt dixi) ponere in instrumento nisi ea, quæ percipit sensu corporis tempore confecti instrumenti: *r* alias incidit in crimen falsi.

Pariter *s* etiam notarius omittens apponere solemnitates requisitas in instrumento, de quo est rogatus, incidit in pœnam falsi. Et ita communiter tenetur, vt dicit Corne. *cons.* 53. *in littera G, lib.* 4. Scias tamen, quod propter hoc non punitur de falso, *t* nisi in casibus à iure expressis. Et hæc est commun. opin. vt dicit August. ad Angel. *de malef. in verbo, Falsario, in fin.* quem refert Pract. Conradi, *fol.* 393. *n.* 10.

29 Adde, *u* quod notarius conficiens instrumentum super re illicita, extra casus à iure permissos, incidit in pœnam falsi, ita tenet Bart. *in l.* 1. *vers. Venio ad tertiam, C. de petit. bon. subla. lib.* 10. cuius opin. ab omnibus approbatur, vt dicit Aug. ad Ang. *de malef. in d. verbo, Falsario, num.* 46. quem refert Pract. Conradi, *fol.* 363. *nu.* 9. *in fin.*

Item *x* notarius negans se esse rogatum de instrumento, de quo re vera fuit rogatus, punitur pœna falsi: ita tenent communiter scribentes, vt dicit Curt. iun. *in l. qui accusare, post num.* 12. *C. de edendo.* Quod intellige, nisi notarius esset vir bonæ opinionis, & factum esset iam ante longo tempore ipsum instrumentum: nam eo casu esset excusandus: quia ex cursu longi temporis præsumitur obliuio, vt dixi infra *lib.* 7. *§. possessio.* Bene verum est, quod si pars faceret statui notario terminum ad respondendum, an esset de eo rogatus, & negaret, dicerem illum non esse à pœna falsi excusandum. 30

Sunt etiam *y* alij casus, in quibus falsum committitur: puta, falsificando litteras *z* Papæ, Regum, &c. Et nota, quod clericus committens crimen in litteris Apostolicis statim est degradandus, & tradendus curiæ seculari, vt dixi infra *§. fi. quæst.* 36. *vers. Sciat etiam, & versic. Vidimus etiam.* 31

Abradens *a* instrumenta dicitur falsum committere. Et scias, quod de abrasione facta in litteris confirmatoriis principis, vel in litteris de iustitia, idem iudicatur, quod de rasura alicuius instrumenti. Et est communis opin. vt dicit Afflict. *decis.* 404. *post n.* 4. 32

Aperiens *b* & desigillans litteras alienas, vt illas ostendat aduersario, committit crimen falsi: ita tenet Bart. *in l. Titio, num.* 3. *ff. ad municip.* Et est communis opi. vt dicit Aug ad Ang *de malefic. in verbo, Falsario, n.* 10. quem refert Pract. Conradi, *fol.* 391. *col.* 1. *in princ.* 33

Adscribens *c* sibi legatum in testamento alieno, punitur pœna *l. Corn. de falsis.* quæ est deportatio, & bonorum publicatio. *l.* 1 *§. fin. ff. ad l. Cor. de falsis l. Senatusconsulto, C. de iis qui sibi adscrib.* Et hoc ex dispositione Senatusconsulti Liboniani, vt ibi. Hoc autem Senatusconsultum de plano procedit, quando testamentum, de quo agitur, fuit confectum in scriptis, & sic per ipsam solam scripturam potest veritas voluntatis probari, prout etiam aperte loqui videntur verba ipsius Senatusconsulti. Sed quid in testamento nuncupatiuo, quod conficitur coram testibus, propterea que videtur cessare suspicio, ex quo voluntas potest etiam per ipsos testes probari? Resp. quod etiam in tali testamento locum habet dispositio dicti Senatusconsulti. Ita tenuit Dyn. quem communiter Doctor. sequuntur, vt dicit Bello. *cons.* 80. *post num.* 3. Hanc etiam dicit esse communem opin. Boss. *in tit. de iis, qui sibi adscribunt, num.* 3. Licet enim adsint testes, quando conficitur testamentum: tamen experientia docet, quod quilibet de facili obliuiscitur, præsertim ea, quæ ad ipsum non pertinent. Præterea vbi quid reperitur scriptum in testamento, pauci sunt, qui contra ipsum testamentum velint deponere. *d* Si tamen notarius probaret per testes, quod testator tale legatum sibi reliquisset, credo, quod euitaret pœnam falsi. Et ita intelligo illud, quod dicit Anan. *in cap. accedens, post num.* 6. *de crim. falsi*, dum attestatur communiter teneri, quod quando est tale testamentum nuncupatiuum, quod probatur per testes, non tenetur notarius in eo aliquid sibi adscribens; s. quod secuta probatione per testes, notarius non sit ex ea causa molestandus. 34

Prohibens *e* aliquem testari incidit in crimen falsi. *l. Paulus ff. de falsis* vt in casu Corn. *consil.* 56. *lib.* 1. *& cons.* 84. *eod. volu. & cons.* 109. *lib* 2. *& cons.* 110. *lib.* 4. & Calc. *cons.* 91. & Iason. *consil.* 31. *lib.* 1. & Soc. *cons.* 105. *lib.* 1. & Soc. iun. *cons.* 148. *lib.* 2 Et punitur talis prohibens pœna extraordinaria, arbitrio iudicis. Ita tenent commu- 35

niter Doct. vt dicit Bos. *in tit. de iis, qui prohiben: aliquem testari n.* 1. & ei aufertur hæreditas tanquam ab indigno. Scias tamen, quod ad hoc, vt huiusmodi pœna locum habeat, duo requiruntur: Primum, quod defunctus *f* vellet testari: Secundum, quod fuerit *f* * prohibitus testari. Et hoc est commune dictum, vt attestatur Soc. iun. *in d. cons.* 148. *n.* 1. *lib.* 2.

37 Vendens *g* eandem rem duobus, incidit in crimen falsi: Si vero alienat duobus alio contractu quam venditionis, punitur tantum pœna stellionatus, tex. *in l. qui duobus, ff. de falsis.* Sed certe illis iuribus derogatum est per generalem consuetudinem, vt attestatur Pract. Pap. *in forma libelli, in actione hypothecaria, in verbo: Sub ead. col. fi.* quem refert Pract. Conradi. *fol.* 396. *n.* 22.

38 Trita *h* est conclusio apud omnes, quod suspicio falsi pro veritate habetur: & fuit dictum Archid. *in cap. in memoriam,* 19. *dist.* Scias tamen, quod hæc conclusio ita simpliciter intellecta non est vera, imo in contrarium est communis opi. vt attestatur Gratus *cons.* 69. *num.* 16. *lib.* 2. Soc. iun. *cons.* 45. *nu.* 8. *lib.* 3. quem refert Herculan. *de prob. nega. n.* 131.

39 Est *i* igitur distinguendum: Nam aut loquimur in criminalibus ad puniendum aliquem de falso: & tunc ad probandam falsitatem non sufficiunt coniecturæ, neque suspiciones, sed requiruntur probationes legitimæ, & quæ de necessitate concludant. Et est communis opin. vt dicit Soc. iun. *cons.* 39. *num.* 44. *& nu.* 77. *lib.* 2. *& consil.* 61. *nu.* 9. *eod. volum.* Boss. *in tit. de offic. corrupt. pec. num.* 14. Aut *k* loquimur in ciuilibus ad elidendam aliquam probationem: & eo casu vtique talis suspicio falsi *l* pro veritate habetur, & ita intelligendo, illud dictum Archid. est communiter approbatum, vt dicit Curt. iun. *cons.* 132. *n.* 10. *& cons.* 166. *n.* 6.

40 Sed *m* quæro, quæ sit POENA FALSI. Respond. quod est deportatio cum publicatione bonorum: Hæc tamen pœna hodie non est in vsu, neque imponitur alicui de consuetudine, vt dicit Gand. *in tit. de falsa. num.* 3. quem refert August. ad Ang. *de malef. in verb. falsario, post num.* 48. nam (vt ipse ait) hodie non vtimur *n* deportationibus, vt dixi etiam infra hoc *eod. lib. § fin. quæst.* 67. *vers. deportatio. o* Et ideo (secundum eum) vbi adsunt statuta superinde disponentia, imponenda est pœna expressa in ipsis statutis: vbi vero non sit à statutis aliqua pœna imposita, tunc imponenda est pœna consueta, quasi hoc arbitrio iudicis relinquatur. Et dicit, quod ita sentiunt Iacob. de Arena, & multi alij Doctores. Vide, quæ dixi supra *vers. testis qui falsum, & vers. pœna autem & vers. fabricans, & in d. vers. deportatio.*

41 Item propter falsitatem commissam in causa, pars ipsa falsitatem committens *p* causam amittit. Et hæc est commun. opin. vt dicit Boer. *decis.* 291. *num.* 2. prout illum refert Villalob. *in sua collecta commun. opin. in littera E. n.* 4.* *p* Tu vero dic, quod aut commissa est falsitas circa testes, aut instrumenta: & hoc casu non amittit causam: ita dicit Bart. *in l. fraudem, §. quoties ff. de iur. fisci,* & est commun. opin. vt dicit Dec. *in c. cum venerabilis, numer.* 21. *de except.* Boer. *in d. decis.* 291. *post num.* 2. quem refert Turiza. *in suis communibus opin. cap.* 81. *q* Aut vero est commissa falsitas circa acta ipsius causæ: & tunc causam amittit: ita dicit Bart. *in loco preallegat.* & ita communiter tenetur, vt ait Decian. *in d. c. cum venerabilis, post num.* 21. Hanc etiam opin. dicit esse communem Alexand. *in l. Diuus num.* 6. quem refert Didac. *in rep. d. c. quamuis, fol.* 56 *post num.* 6. *vers. item punitur,* & Pract. Conradi *fol.* 399. *n.* 31. Boer. *in loco praalleg.* vbi etiam subdit, quod ita seruatur in practica, quem refert Vantius *de nullitatibus fol.* 334. *num.* 141. Ruin. *cons.* 15. *nu.* 3. *lib.* 5. Et licet aliqui tenuerint istud tantummodo locum habere, quando causa est cum fisco; nihilominus magis communis opin. est, quod habeat locum etiam quando est cum priuato, vt attestatur Ruin. *in loco præallegato.*

EXCVSATVR *r* autem à crimine, & pœna falsi ille, qui non est in dolo: nam vera est iuris conclusio, *s* quod falsitas sine dolo committi non potest. Et est communis opin. vt ait Socin. iun. *cons.* 39. *n.* 83. *lib.* 2. Faciunt, quæ dixi infra *hoc eod. lib. §. fi. q.* 84. *circa pr.* 42

Præterea *t* excusatur, quando illud, quod dicitur falsum, *u* adiuuatur primordio veritatis. Est enim certa iuris conclusio, quod non potest dici falsum illud, quod iuuatur primordio veritatis, *l. cum filius, § hæres meus; ff. de leg.* 2. Et hanc conclusionem dicit esse communiter approbatam Foller. *in pract. crim. fol.* 183. *n.* 35. 43

Item *x* excusatur, si falsitas nemini præiudicat: nam regulariter nemo incidit in pœnam falsi, nisi falsitas commissa sit notabilis, quia scilicet alicui præiudicet, *y* aut potuisset præiudicare: ita colligitur ex glo. *in l. damus, in verbo Priuatus, C. de falsis,* quam sequuntur communiter Doctor. vt dixit Alexand. *consil.* 145. *col.* 1. *versic. confirmo per id, lib.* 6. Et illam gl. esse singularem, & communiter approbatam attestatur Barb. *cons.* 52. *num.* 4 *lib.* 3. Hanc etiam dicit esse communem opin. Soc. *cons.* 103: *num.* 1. *&* 2. *lib.* 1. quod est duplicatum *in cons.* 185. *lib.* 2. quem refert Didac. *in rep. d. c. quamuis fol.* 56. *post num.* 6. *versic. pœna vero statuta,* & Pract. Conradi, *fol.* 339. *post n.* 33. & Foller. *in pract. crim. fol.* 346. *num.* 102. & Viuius *in lib. communium opi. in verbo, Falsitas qua nemini, & fol.* 268. *vers. testis falsum, in fin.* Turzanus *in suis communibus opin. c.* 80. Plot. *in rep. l. si quando, num.* 716. *in fin.* Et dicit Curt. iun *de feud in* 4. *parte, in prima causa amissionis feudi, qu.* 10. quod hæc est communis practica, qua aduocati sæpe vtuntur. Idem dicit Ana. *in c.* 1. *post nu.* 14. *de falsis.* Et ita reperio seruatum fuisse per Senatum in quodam errore commisso per quendam Trouanum notarium 28. Nouembris 1543. P.N. *z* Hinc infertur, quod quando scriptura, quæ dicitur falsificata, deficiebat in forma, & circa substantialia, & sic erat nulla, neque ex ea poterat alicui præiudicium inferri, eo casu ille, qui in ea falsitatem dicitur commisisse, non potest de falso puniri. ita dicit Bart. *in l. si quis legatum, num.* 2. *ff. de falsit.* Et ita communiter *a* tenetur, vt dicit Alb. *in* 2. *p. statutorum, q.* 147. Hanc etiam attestatur esse commun. opi. Soc. *cons.* 104. *post num* 3. *vers. Tertius casus lib.* 1. quem refert Franc. de Mariano *inter cons. crimin. diuersorum, cons.* 100. *num.* 1. *lib.* 2. Sic etiam testis, cuius depositio erat nulla, vel alias nemini præiudicare poterat, non potest de falso puniri: *b* Intellige, pœna falsi ordinaria: sed bene potest extra ordinem puniri pœna stellionatus: & ita communiter tenetur, vt dicit Alber. *in* 2. *parte statutorum quæst.* 146. Cotta *in memoral. in verbo, Mendax, circa fin.* Hanc etiam opin. dicit esse communem Gand. *de malefic. in titu. de falsar. num.* 21. prout illum refert August. ad Angel. *de malefic. in verbo, Falsario, num.* 21. relatus & ipse in pract. Conradi *fol.* 395. *post numer.* 20. Ego vero in hac materia solitus sum distinguere duos casus. Primus est, quando siue testis diceret verum, siue falsum, & siue probaretur illud, quod deposuit, siue non, in omnem casum non poterat alicui nocere, etiamsi falsitas detecta non fuisset: & hoc casu Bal. *in l. fin. num.* 20. *C. si ex falsis instrumentis,* tenuit, quod talis testis inutilis falsum deponens puniatur de falso. Sed contrarium communiter tenetur, vt dicit Socin. *in d. cons.* 103. *num.* 1. *lib.* 1. vbi etiam in fine consilij dicit hanc opin. contra Bald. esse communem quasi omnium opinionem; subdens non esse ab ea in iudicando recedendum: & ita procedit gl. *in d. l. damus. cum similibus.* Addit Socin. *in d. cons.* 104. *numer.* 2. *lib.* 1. idem esse dicendum, quando aliquis committeret falsitatem in scriptura, quæ de se nullam faceret probationem, puta, si quis in libro suo scriberet aliquem esse suum debitorem. Et dicit,

dicit, quod Saly. *in l. 1. num. 6. C. de sepulchro viol.* qui tenuit, quod hoc casu debeat puniri de falso, male locutus est, & contra commun. opin. Et ita quod talis falsitas puniri non possit, dicit esse commun. opi. Plot. *in repet. l. si quando, num. 722.* Sed certe, iudicio meo, hoc non transit sine difficultate, quia Doctores in hac materia loquentes considerant, non solum quod falsitas possit nocere eo tempore, quo fit, sed etiam, quod in futurum sit apta aliquo casu nocere, prout nocere potest scriptura, vel liber priuatus viri probi post eius mortem producta, iuxta ea, quæ dixi infra *lib. 7.* c Propterea ego hoc casu dicerem, quod aut talis falsum committens vsus est etiam illa re falsificata, puta eam producendo in iudicio, vel huiusmodi: & tunc debet puniri de falso iuxta opin. Sal. saltem pœna extraordinaria: alias autem posset teneri opin. Socin. tanquam mitior. Secundus est casus, quando scriptura falsificata, vel dictum testis falsi, poterat alicui præiudicare, vbi falsitas detecta non fuisset. Et hoc casu actus de se erat validus in substantia & forma, sed in aliis deficiebat: & tunc punitur falsarius pæna falsi perinde ac si fuisset omnino validus: & ita finaliter concludere Doctor. attestatur Marsil. *consil. 70. num. 2.* d Aut vero actus peccabat in substantia & forma: & hoc casu, ex quo non poterat nocere, non debet puniri pæna falsi ordinaria, sed extra ordinem pœna stellionatus. Et ita intelligo doctrinam Bart. *in d. l. si quis legatum*, & Gand. *in loco præalleg.* Et e in hoc proposito generaliter concludo, quod licet falsitas non nocibilis non sit punienda pœna falsi ordinaria, debet tamen puniri pœna extraordinaria, secundum qualitatem facti, & personarum, arbitrio iudicis. Et hæc est communis opin. vt dicit Plot. *in rep. d. l. si quando, post num. 71.* f An autem testis non iuratus possit argui de falso, dixi supra *vers. tu scis quod dictum.*

45 Item g debet iudex omni studio laborare, vt reos à pœna falsi excuset, & ideo debet, quantum fieri potest, studere, vt dicta testium contraria deponentium ad concordiam reducat, vt dixi supra *lib. 2. §. testis.* Pariter etiam instrumentum iuuare debet omni interpretatione, & distinctione, ne falsum iudicetur, vt colligitur ex gloss. *in l. iuris gentium. §. quod fere, in verbo Contrarium probetur, ff. de pact.* quam dicit esse communiter approbatam Curt. iun. *in l. singularia, post num. 36. ff. si cert. pet.* Hanc etiam dicit esse communem opin. Cæpol. *cons. crimin. 22. vers. & quod hoc sit.* Faciunt quæ dixi supra *versic. solet etiam.*

46 Dixi etiam, h quod circa MONETAM potest committi falsitas. Et scias, quod multis modis potest quis falsum committere circa monetam. Primo, fabricando falsam monetam: Secundo, adulterando: Tertio, diminuendo: Quarto, illam sic falsificatam, vel adulteram, vel diminutam expendendo. k Falsificans autem monetam Imperatoris punitur pœna ignis, vt est *text. in l. 2. C. de falsa moneta*, secundum interpretationem, quam dicit esse communem Viuius *in lib. commun. opin. in verbo Monetam falsam Imperatoris.* & Didac. *in lib. pract. q. fol. 339. numero 3.* In Gallia autem falsificantes monetam Regis, in aqua feruente, siue bulliente suffocantur, vt dicit Igneus *in rep. §. non alias, numer. 597. ff. ad Syllan.* Falsificans autem l monetam ciuitatis punitur pæna capitali, est text. *in l. 1. C. eod. tit. de falsa moneta.* Illa tamen pœna capitalis non est intelligenda de pæna mortis, sed deportationis. Et ita intelligunt communiter Doctor. vt attestatur Alexand. *consil. 121. numer. 1. lib. 7.* referens n Ioan. Glosatorem defendisse in facti contingentia quendam à pæna amputationis capitis, qui falsificauerat monetam cuiusdam ciuitatis. Hanc etiam opin. dicit esse communem Viuius *in loco præalleg.* & Didac. *pariter in loco præallegato* dicit hanc esse frequentissimam iuris vtriusque interpretationem. Faciunt quæ dixi infra *hoc eod. lib. §. fin. qu. 76. circa princ.*

Radens n autem, aut minuens monetam auream, si liber est, bestiis subiicitur: si seruus, vltimo supplicio punitur. *l. quicunque, ff. de falsis.* Et est communis opin. vt dicit Viuius *lib. communium opin. in verbo, Monetam radens*, Didac. *in loco præalleg. n. 5.* 47

Expendens autem o falsam monetam, si quidem nummi sunt plumbei, vel stannei incidit in pænam legis Corneliæ de falsis: si vero non appareat, quod essent plumbei, vel stannei, punitur tantummodo pæna extraordinaria iudicis arbitrio. Ita dicit Bart. *in l. lege Cornel. in princip. ff. ad l. Cornel. de falsis:* subdens se propter hoc plures euasisse à pæna legis Corneliæ. Et ita tenent etiam Doctores, vt dicit Alexand. *in d. cons. 121. num. 3. lib. 7.* vbi in facti contingentia ita consuluit. Saly. autem *in l. 2. num. 6. C. de falsa moneta*, tenet indistincte imponendam esse pænam falsi ordinariam. Et dicit Mars. *in l. qui falsam, num 64. ff. de falsis*, quod hæc opin. seruatur in practica, quem refert Didac. *in loco præalleg. num. 4.* & Viuius *in lib. communium opin. in verbo, Monetam falsam scienter.* Mihi magis placet opin. Bartol. tanquam mitior, & secundum illam, si casus contingeret, consulerem, & iudicarem. 48

ADDITIONES.

Ad §. Falsum.

DE partu supposito.] Iste casus vna cum sequenti deficit in textu authoris, ideo de primo vide per Boss. *tit. de partu supposito.* * De secundo vi. per Boss. *de mutatio. nomi.* & Vitalin. *de pæn. mutan. sibi nomen*, & fusius per Iac. Menoch. *tractat. de arb. iud. libro 2. centur. 4. cas. 318.* Item, in quibus casibus possit aliquis de falso puniri, vi. per Campeg. *tract. de Testibus sub regul. 436.* Giach.

a *Falsi crimen.*] Adde, in quibus casibus possit quis de falsis puniri per Campeg. *de Testibus regul. 436.* Item adde, quod falsi pœna tenetur, qui venditorem, vel alium aliena veste indutum producit ad hoc, vt difficilius cognoscatur per Portium Imolē. *consi. 77.* Item mutans datam falsi pænam incurrit Mar. *qu. 673.* Idem per Iac. de S. Georg. *in l in princip. de testi.* etiam in scriptura priuata. Mar. *quæst. 672. & 739.* Et falsitatum pluribus speciebus vtens quomodo puniatur, vide per Cæpoll. *crim. 77. num. 5.*

Et nota, quod falsi crimen est detestabilius veneficio, & homicidio: quia per maculam falsitatis homo deuenit ad nihilum, quia dicitur homo sine fide, & conscientia, vide per Afflict. *dec. vlt. sub nu. 23.*

Et inter illa delicta, propter quæ potest fieri repudium inter coniuges, est, si coniux sit crimine falsitatis condemnatus, per Afflict. *d. dec. n. 25.* Giach.

Falsi.] De crimine falsi Farinac. *cons. 2. num. 1. & 13. cons. 5. nu. 7. 12. & 15* & alibi sparsim in aliis consil. & *decis. 29. num. 5.* ac in aliis decisionibus. *Ros.*

Falsi crimen grauissimum.] Adde, † quod crimen falsi est grauissimum, & nullum crimen est in mundo, quod ita vituperet famam, & statum hominis, sicut ipsum, in tantum, quod pœnæ mortis simile est, Paul. de Castr. *in consil. 151. incip. videtur dicen.* & Mars. *in rubr. de Fals. num. 16.* & est detestabilius homicidio, & veneficio, secundum Socin. *in cons. 39. num. 7. vol. 2.* est similis proditioni, Tiraquel. *de pæn. cau. 31 num. 23.* & propter eius enormitatem multa habet specialia, Mars. *cons. 105. num. 7.* Gramm. *decis. 2 num. 28.* & latissime Monticel. *in pract. crimin. reg. 15. num. 108. cum seq.* vbi † ponit duodecim specialia; & alia ponit Conrad. *in pract. crim. tit. de Falsariis nu. 34.* & etiam propter eius atrocitatem in generali abolitione delictorū istud crimen non comprehenditur, † vt infra *in q. 59. vers. in huiusmodi autem generali*, & in hoc delicto acerrima indagatio est fienda, † Alexand. *cons. 77. in fin. vol. 1.* & Curt. iun *cons. 53. num. 17.* Et de hoc iudicio, criminaliter etiam intentato, † venit officium Iudicis ad damna, & interesse partis, Rim *cons. 1.* Et in hac materia falsi latissime habetur per Ferran. Gargiar. *cons. 126. volu. 1. inter cons. crim. diuers. magnæ impressionis.* Baiard. 1 2 3 4 5

b *Sciendum est*] Falsitas multifarie committitur. *Ros.*

Sciendum est, quod falsitas.] Adde, † quod aliquando istud 6

crimen committitur dicto, aliquando scripto, & aliquando facto, vt ait Monticel. *in pract. crim. in reg. 15. num. 7.* & ibi *à num. 8 vsque ad num. 25.* habentur multa exempla, quomodo dictum falsum committatur, *& à num. 25. vsque ad num. 48.* habetur de falsitate scripto commissa: & vsque ad *num. 76.* tractatur de falsitate, quæ committitur facto. Et potest etiam dici, quod quatuor modis falsum committi solet, scripto, vt in notario falsum instrumentum scribente; dicto, vt in falso Teste; facto, vt in eo, qui nummos adulterinos cudit; & vsu, vt in eo, qui falsis probationibus vtitur: ita tradit Mascard. *de probat. concl. 739. num. 16.* & Port. *in cons. 7. num. 39.* dicit, quod falsum committitur ver-
7 bo, scripto, nutu, atque signis, & tria † necessario requiruntur, vt falsitas commissa dicatur, scilicet dolus, mutatio veritatis, & quod alteri noceat, vel nocere possit, Afflict. *decis. vlt. num. 8. & 13.* Cephal. *consil. 230. num. 8. & 355. num. 44. vol. 3.* & Bertaz. *cons.*
8 *71. num. 51. & volum 1.* & falsitas † committi non solet sine aliqua causa, vt per Cranet. *cons. 75. num. 13. & 17.* & Roland. *cons.*
9 *3. nu. 39. vol. 1.* & ad † incurrendum falsum non est necessarium, quod aliquis pro certo sciat probationem esse falsam, sed sufficit, quod credat verosimiliter talem esse, si cum sua opinione concordat veritas; quia verum est, aliquem vsum fuisse falso instrumento. & dolose, ex quo credebat, illud esse falsum, vnde debuit abstinere, ita tradit Felyn. *in c. præsentium num. 12. de te-*
10 *sti.* & falsitas † ex præsumptionibus, & coniecturis regulariter probatur, cum sit difficilis probationis Marf. *cons. 27 n. 8.* Capy.
11 *decis. 30. & cons. 39. nu 7.* & de † modo probandi falsitatem late habetur per Mascard. *concl. 739. 740. & 741.* & Menoch. *de præsumpt. lib. 5. præsumpt. 20.*

Adde, quod sunt sex modi, quibus potest cognosci de falso, tres criminales, & tres ciuiles, de quibus habetur per Bald. *in l. si ex falsis instrumentis, num 10. C. de transact.* falsum committit miles recipiens stipendia pro pluribus equis, vel militibus, quam habeat. Vincent. Caroc. *in tract. locat. & conduct. in parte in verbo de falso n. 3.*

c *Committi.*] Corrumpendo, subornando Farin *q. 67. §. 7. nu. 258. & 280.* Rof.

c *Committi.*] Hic nota quod testis iuratus se occultando ne deponat veritatem, potest puniri de falso, per Iac. de S. Georg. *l. argentari. §. cum autem, sub n. 7 ff de eden.* Giach.

d *Testem falsum.*] Hic scias, quod si accusatus de homici-
12 dio, † contra quem testes deposuerunt, velit arguere testes de falso, quod quæstio falsi facit silere causam homicidij, quia si pronuncietur testes falsum deposuisse, in consequens necessariũ pronunciatur accusatum reum homicidam non esse. Et idem in alia causa, quando in ea incidit quæstio falsi; *l. fi.* & ibi Bald. *C. de fid. instr. l. 1. C qui acc. non pos.* vbi Cyn. & habetur per Afflict. *dec. 103.* Et in proposito tradit Crau. alia quamplurima deducens & ipse *consi. 180. col. 1.* quæ vide ibi.

e *Subornans autem.*] Gasp. Ant. Thesaur. *qu. 15.* Farin. *vol 2. q crim. q. 45 num. 1. vsque 12. & 24. 32. & 33. & 56. 57. 60.* Quod si tentati tantum fuerint, Gram. *cons crim. 1. num 12. & 3 num. 1. ac voto x 1. ac dec. 28. num. 26.* Vulpel. *cons. 68. in fin. & cons. 76. num. 10. & cons 83. & cons. 95. num. 8. 9. 10.* & late *cons. 103.* Farin. *d. q. 45. num. 11. & 16. 17. 18. & 34. & q. 67. num. 280* & ante eum Bonacof. *in com. opin. par. 1. verb. Testis falsus f. 172.* Rof.

Subornans] Aduerte, quod subornatio ex multis deprehenditur vi. per Crau. *in cons. 6. col. 7. & 8.* Et ex festinantia oritur suspicio, & præsumptio ibid. *col. 9. vers. 11.* Giach.

13 *Subornans autem testes.*] Adde, † quod subornans de actu subornationis puniri potest, etiam si Testes recusauerint falsum deponere, Bertaz. *cons. 218. n. 6.* & similiter punitur, etiam si testibus corruptis non vtitur, Boer. *in decis. 319 nu. 6.* & etiam puniri debet, si testis persuasus ad deponendum falsum, verum diceret, sed pœna extraordinaria, quia alicui non fuit illatum nocumẽtum, Afflict. *super Constit. lib. 3. rubr. 40. in const. qui falsitatem, nu-*
14 *mer. 1.* & in materia subornationis, & quando † præsumatur, vide multa per Crau. *consil. 6. num. 22. cum multis sequen.* & testis quando præsumatur corruptus, & possit dictum suum corrigere, Siluan. *cons. 97. per totum,* & in hac materia subornationis vide etiam Mascard. *in cons. 78. col. 4. cons 101. col. 6.* Gram *in consi. 46. n. 10.* Afflict. *in const si damna clandestina n. 34.* & an, & quan-
15 do † testes dicantur subornari. Mascar. *de probat. concl. 1340. vol. 3.* & multæ coniecturæ subornationis habentur per Vulpell. *in cons. 103. n. 13.*

16 Item † adde, quod subornans testes, sed non super his, in quibus causa finalis condemnationis, vel absolutionis consistit, minori pœna tenetur, Bald. *in cons. 106. num. 3. vol. 1.* Decia. *consil.*
17 *101. inter cons. crimin. 1. tom. n. 30.* Bertaz. *cons. 61. num. 39.* Et † an subornato contra subornantem credatur, Vulpel. *consi. 103.* &
18 Franc. Marc. *dec. 488.* vbi concluditur, † quod quando aliter veritas haberi non potest, testes corrupti admittuntur contra
19 corrumpentem. Et de hoc vide etiam Bertaz. *in cons 156. per totum,* & quando testi corrupto sit credendum, † pulchram distinctionem habes per Bero. *in quæst. 58.* quam declarat Vulpel. *in dict. cons. 103.* Et † si duo testes dicant, se à parte corruptos, vt 20
falsum deponerent, non sufficiunt ad condemnandum, sed ad torturam, & quod sint singulares † Boer. *in dec. 319. num 5.* & 21
quomodo intelligenda sit ista singularitas in hac materia subornationis, vide Ceph. *cons. 234. n. 23.*

Item † adde, si quis voluerit testem pecunia corrumpere, ne 22
contra eum deponeret, si testis hoc asseruit, plene probat, Gabr. *com. conc. lib. 1. tit. de testib. concl. 1. n. 24. cum seq.* vide tamen Soc. iun. *in cons. 39. num. 54. vol. 5.* Ruin. *in cons. 15 col fin. vol. 5.* & Bero. *quæst. 58.*

Item † adde, si statutum disponit, quod qui falsum testimo- 23
nium perhibendum suadent, instruunt, vel subornant, etiam si effectus non sit secutus, puniantur, habet locum, cum quis suaderi, instrui, vel subornari passus est, quamuis effectus subsecutus non fuerit, non autem, quando subornare volenti fuit denegatus assensus, ita tradit Vulpell. *in cons. 25. per totum.*

Item † adde, quod subornans testes, vt deponant falsum in 24
alio loco, poterit puniri in loco subornationis, & testes in loco falsitatis, Decia. *in cons. 95. in fine vol. 2.*

Item † adde, quod subornans, vltra pœnam, tenetur ad re- 25
fectionem expensarum reo, si fuerit absolutus, Blan *in pract. crimin. in princip. num. 38. & 39.* & Botta *in consil. 1. numer. 72.* Baiard.

f *Et practica est.*] Adde ad practicam, quæ dixi infra *qu. 21. vers. vnus testis & vers. si vero quæris cum seq. q. 22. in fin. qu. 6. in princ. q. 45. vers. Ceterum ibi, si sunt tales, & q. 53. vers. tertius est casus, & ibi dixi;* & contra hanc practicam etiam indistincte tenuit Aym. Crau. *cons. 6. sub num. 16. ad fin. & num. 54. cum seqq.* Drog.

g *Quinimo idem Bossius.*] Adde, † quod idem tenet Ioseph. 26
Ludou *in decis Lucen. 15. num. 6.* asserens se pluries ita practicasse, licet Bertaz. *in cons. 156. num. 5.* & Roland. *cons 98. num. 22. vol. 4.* Boss. & Clarum impugnare tentauerint, sed dictant, quicquid velint, quod ita seruatur, & ita ego quoque practicaui. & practicari vidi. *Baiard.*

h *Producens.*] Hic scias, quod producens falsos † testes, vbi 27
condemnatur de falso, hoc non præiudicat testibus, & è conuerso, licet testes condemnentur, hoc non præiudicat producenti, vt per Bart. *in l. Lucius ff de infam.* Nat. *cons. 668. num. 5.* Giach.

Producens falsos testes.] Adde, † quod producens plures testes 28
falsos, & plura instrumenta falsa ad vnum finem, non potest puniri, nisi pro vna falsitate Bart. *in l. inficiando, §. infans nu. 3. ff. de furt.* Bald. *in l. quicunque n. 6. C. eod.* Cæpol. *cons. 77. num. 8.* Boss. *in tit. de pæn. num. 7.* Et licet Socin. *in consi. 62. vol. 1.* contrarium tenuerit in eo, qui diuersis temporibus fecerit plures falsitates; tamen postea dicit, contrariam opin. esse veriorem. Sed † si quis 29
plures falsitates fecerit diuersis temporibus, & locis, licet ad vnum finem, teneretur pluribus pœnis, Decia. *cons. 463. n. 8.* de hoc tamen vide omnino Couar. *var. resol. lib. 2. c. 10. nu. 8. vers quintum,* vbi latissime: & si † producens falsos testes fuerit punitus, 30
testibus non nocebit, & è conuerso, nec pœna testis falsi nocebit producenti, secundum Natt. *in cons. 668. numer. 5.* & Rolan. *cons. 13. n. 11. vol. 1.*

Item † adde, quod fabricans falsitatem, & ea vtens non tene- 31
tur de vsu, quia tendit ad eundem finem, Boer. *dec. 82. num. 10.* Plot. *in l. si quando, C. vnde vi. n. 715.* Baiard.

i *Testis qui.*] Testis falsum deponens dicitur falsum committere, & punitur tamquam homicida. Farin. *q. 67. vol. 3. §. 1. n. 14.* vbi *num. 2.* alias pænas recenset, & item *num. 9. & n. 15. 16. & 17.* Rof.

Testis, qui falsum.] Adde, † quod falsus testis ille dicitur, qui 32
nec de per se visis, neque notis, neque auditis, deponit, *c. testes 3. q. 3.* & interdum testis deponit verum vere, interdum falsum falso, interdum verum falso, & interdum falsum vero: nam si testis veritatem, quam sensu percipit, deponit, tunc loquitur verum, & vere; si vero deponit falsum, & dicit se interfuisse, & scripsisse, deponit falsum falso; si verò deponit veritatem in se ipsa, quam tamen non vidit, & asserit se vidisse, deponit verum in existentia terminorum in se ipsis, tamen per falsam redditionẽ causæ deponit falsum; si vero testis deponit esse tale id, quod cõmuniter videtur tale, licet non sit, deponit falsum vere, idest, vera intentione, vt si deponit de prætura Barbarij, vel de sciphо aureo in crusta, quod in medulla erat æneum, quæ medulla non videtur; ita declarat Bald. *in cons. 20. nu. 16. inter consi. diuers. tom. 1.* falsus dicitur, qui verum supprimit Tiraq. *de pæn. cau. 44 n. 15.* vbi ponit procedere in teste producto, & iurato, non autem in contumace, qui non vult venire, aut iurare, & an æque puniatur verum supprimens, ac falsum committens, *n. 71. & 72.*

Item † adde, quod licet testis, qui in causa capitali contra in- 33
nocentẽ falsum deposuit, pæna mortis sit puniendus, etiã quod ille, contra quem fecit testimonium, condemnatus non fuerit, vt hic habetur, & per Marf. *in cons. 27. n. 1.* & Io. Crot. *In suo tract. de test par. 9. n. 380.* contrarium tamen de consuetudine seruatur, quia

quia punitur pœna extraordinaria, videlicet ad triremes, vel ad aliam pœnam, ita habetur *in decis. Pedemont.* 19. vbi testis falsus fuit punitus ad amputationem manus, cum publicatione bonorum. Sed Peguer. *in quæst. crimin. cap.* 19. attestatur, quod in sacro Regio consilio Cathaloniæ decisum fuit, quod testis falsum deponens in crimine capitali furcis suspenderetur, dummodo falsitas esset in substantialibus, non autem in accessoriis, quo
34 casu pœna extraordinaria veniret puniendus. Et † econuerso, si testis falsum deponit non animo nocendi sed pro saluanda vita, vel honore alicuius rei; puniri etiam debet falso, quia non est mentiendum, 22. *quæst. 2. c. si quis ad te, & cap. ne quis*, cum nec prætextu boni sit faciendum malum. 1. *quæst. 1. c. non est putanda*, & de hac quæstione vide Afflict. *in constitut. humanitate colum.* 4. non autem pœna ordinaria falsi, sed extraordinaria secundum Gram. *in voto* 5.

35 Item † adde, si testis falsum deponeret, credens dicere verum, an dicatur falsarius, ita vt pœna falsi puniri possit, vide Gabriel. *comm conclus. lib. 7. tit. de criminal. concl.* 33.

36 Item † adde, quod testis deponens per verbum (credo) si falsum deposuisse conuincitur, pœna falsi punitur, Bald. & Salicet. *in l. de tutela C. de in integr. restit.* Alex. *cons.* 18. *nu.* 5. *vol.* 6. Angel. *consil.* 3. *col.* 1. Iason. *in rubr. ff. de Iureiuran. num.* 9. Gonzad. *de effic. prætor. de test. n.* 40.

37 Item adde, † quod testis, qui verum deposuit, sed falsam rationem reddidit, crimen falsi non incurrit, Felyn. *in cons.* 48. *nu.* 13. Gabr. *lib. 7. tit de malef. conclus.* 31. *num.* 6. *in fin.* & Benin. *cons.*
38 25. *num.* 4. *vol.* 1. & † variatio in dicto, & ratione non attenditur, ad hoc, vt testis falsus reputetur idem Rimin. *cons.* 559. *n.* 19. *vol.* 3. *& cons* 99. *n.* 54. *vol.* 1.

39 Item † adde, quod falsitas testium probari potest per alios testes, qui interfuerunt corruptioni, vel subornationi aliorum; & probari potest etiam post sententiam, sed non per testes falsos, vt per Mascard. *de probat. concl.* 746.

40 Item † adde, quod testis inductus super pluribus capitulis, si super vno capitulo falsum dixerit, præsumitur super omnibus aliis capitulis falsum dixisse, Gand. *de fals. nu.* 26. Alexand. *cons.* 27. *num.* 3. *volum.* 2. Paris. *cons.* 47. *num.* 21. *volum.* 1. & Socin. vbi asserit communem *cons* 41. *col.* 2. *vol.* 2. Gabriel. *comm. concl. lib.* 7. *concl.* 4. & latè per Mascard. *de probat. conclus.* 743. vbi ponit multas ampliat. & limit. & Menoch. *de præsumpt. lib. 5. præsump.* 22. *per totam*; vbi ipse quoque hanc quæstionem multum plene
41 tractauit, & ibi in præsumpt. sequenti habetur † quando testimonium ex repugnantia, & contrarietate præsumatur falsum, & ad hanc materiam vide infra *in quæst.* 53. *ad versic. sed quæro.* Baiard.

k *Deponit in iudicio.*] Quid de illo, qui deposuit falsum in iudicio contra Fiscum, qua pœna veniat plectendus, vt per Alexand. *cons.* 55. *lib.* 7. & Giam. *voto* 5. *n.* 12. Giach.

l *Contra innocentem.*] Adde ad idem per Alex. *d. consil.* 55. & per Boss. *tit de falsis. num.* 158. *&* 169. *& de oppositio. contra testes, num.* 140. *& de homicid. num.* 1.. per tex. *in d. l. § præterea*, vbi late per Hipp. Mars. Et hoc verum est, si deposuit in crimine publico, & capitali, quia tunc punitur similitudine supplicij, & sic pœna illa, qua puniretur principalis, si esset verum, per Iason. *in l. si duo patroni §. Marcellus, num.* 5. *ff. de iur. iuran.* In aliis vero casibus debet puniri pœna. *l. Cornelia de falsis*, quæ est deportatio cum publicatione bonorum, vt per Ias. *eodem loci*, sed vi. infra *Giach.*

m *Si vero.*] Farin. supra *n.* 18. *&* 20. Ros.

n *In primis si*] Conuincitur pluribus modis, si testis deponit in iudicio contrarium eius, quod dixit extra iudicium. Farin. *q.* 66. *par.* 2. *n.* 56. *& n.* 59. *&* 83. Ros.

42 o *Et in hoc proposito.*] Adde, † qua pœna puniri debeant testes, qui vnum in iudicio & aliud extra iudicium testati sunt, per Menoch. *de arbit. iud. casu* 312.

43 Item, † adde, quod in Regno Neapolitano hodie propter frequentiam falsorum testium, extant duæ nouellæ Pragmaticæ, vna Caroli Quinti, & alia Regis Philippi ab Austria, quæ sunt tertia, & quarta sub titulo de falsis, quibus disponitur, quod testis, qui falsum testimonium perhibuit in causis criminalibus, tam ad offensam, quam ad defensam, punitur pœna mortis naturalis irremissibiliter, & eadem pœna puniuntur, qui consuluerint, instruxerint, vel machinauerint falsum testimonium committi; si vero in causis ciuilibus, tam testis, quam consulentes, pœna truncationis manus dexteræ, & perpetui exilij à Regno puniuntur; & si delictum prædictum reiterauerint, pœna mortis naturalis; & sic per dictas Pragmaticas amplius in Regno nõ erit locus his, quæ tradit Grammat. *in voto* 5. *hic allegato*, vbi tenuit, quod deponens falsum contra Fiscum pœna ordinaria non erat plectendus, & quomodo sint intelligendæ dictæ Pragmat. late per Prosperum Carau. *in commento dict. Pragm.* 4. *quæ incipit, quoniam falsorum testium.* Baiard.

44 p *Contrarium eius.*] Adde, qua pœna † plectendi sint qui vnum in iudicio, & aliud extra iudicium testati sunt, per Iacob. Menoch. *de arbit. iu. lib. 2. centur. 4. casu* 312. Item & qui falsum extra capitula deposuerunt, *ibidem.* Sed in primo cautela est, vt testis ipse respondeat, quando ero in iudicio, dicam id, quod mihi videbitur, & sic euadet periculum, vt docet Bar. *in l. eos, nu.* 8. *ff. de fals. qui etiam, num.* 7. consuluit semper testibus examinato, quod in secundo testimonio verba ista apponat, quod ipso testis dicit, prout sibi videbitur modo: & si apparuerit aliter dixisse in alia causa, ex nunc corrigit hoc dictum secundum; & reducit ad primum: cum illo tempore melius recordaretur. Et sequitur Boll. *tit. de resp. reo faci. n.* 5.

Et tene menti, quod talis relatio ad primum examen facta, per Iudicem debet admitti, etiam quod illud primum non esset solemne, & nullitatis vitio subiaceret, vt per Natt. *in consil.* 537. *post num.* 8 *vers. Domum.* Vbi ita loquitur Bar. vbi supra dicit, ac alios sequaces quod & confirmat *num.* 6. *& seq.* Item, quando liceat testi in secunda interrogatione se ad priorem referre, vide per Iacob. Menoch. *de arbit. iud. lib. 2. cent. 2. cas.* 109. Giach.

q *Et late dixi.*] Farinac. *num.* 59. Vulpell. *respons.* 107. *num.* 3. Ros.

r *Conuincitur etiam.*] Adde, † si testes sint numero pares, 45
quod minus digni tenentur de falso, Boss. *in tit. de opposit. contra testes num.* 14. sed hoc locum non habet, quando minus digni deponunt pro reo, secundum Ruin. *cons.* 158. *nu.* 14. *vol.* 5. Quod tamen procedit, quando solum dignitate differunt, vt ibi per eũ
num. 20. & † magis credendum est testibus deponentibus id, 46
quod est conforme, & consonum iuri communi, quam aliis, aliter deponentibus, Innoc. *in c. auditis de præscript.* Abb. *in c. licet testiu.* Et magis credendum est testibus deponentibus ea, quæ sunt aptiora natura; Cons. *in sing.* 8. *in ver. testis*, & ad hanc quæ-
stionem † quando testes ad inuicem sunt contrarij, quibus ma- 47
gis sit credendum, late habetur per Gabriel. *com. conclus. titul. de test. concl.* 4. Baiard.

s *Sed pone.*] Testes duo contrarij † dant materiam magis in- 48
quirendi, & nihil probant. Farin. *quæst.* 65. *par.* 1. *num.* 265.. *vol.* 3. Ros.

t. *Sed certe non credo.*] Adde, quod ista opinio D. Clari est magis communis, vt per Viui. *in opin.* 899. *num.* 3. *vol.* 3. & si vnus
† testis deponat de præsentia alterius, & alter neget, se fuisse 49
præsentem, datur materia iudici inquirendi alterutrum; & non deuenitur ad tormenta, alio non docto, ita Bal. *in l. testium versic modo insurgit dubium C. de testament.* quem sequitur Natt. *in cons.* 192. *n.* 2. *vol.* 2. Baiard.

u *Et etiam vbi.*] Etiam ipsos confrontando *de quæst. infr. in § final. quæst.* 45. *versic. Sed in proposito fol.* 167. *titul. Quibus vero testibus inter se contrariis magis credendum sit.* Farin. *d. quæst.* 65. *par.* 3. *num.* 107. 124. 128. 150. 152. 165. 170. 172. 175. 177. 179. 183. 188. 190. 191. 192. 193. 200. vbi tradit decem nouem regulas cum limit. & ampliat *Ros.*

x *Scias tamen.*] Testium dicta concordanda Farin. *d. qu.* 95. *par.* 2. *num.* 37. *vol.* 3. *& q.* 67. *num.* 105. & concordantias speciales tradit idem *ibi parte* 4. *n.* 245. *& seq.* Ros.

Scias tamen.] Adde quomodo, & quando dicta testium concordari possunt, & quando testibus credatur, vel non, tametsi
† fides in testibus arbitraria sit iuxta *text. in l.* 3. *ibi, Tu magis* 50
scire potes, ff. de testibus in ratione decem prædicamentorum vniuersalium, apud Ill. Petrum Antonium à Petra nunc Ducalem Senatorem *tract. de fideicommiss. prohib. quæst.* 12. *num.* 773. *cum sequentibus*, & melius apud Alexand. *cons.* 100. *sub num.* 5. Aym. Crau. *tract. de antiquit. temp. par.* 4. *versic. Sed enim*, vbi omnino vide; Et nota, quia falsum deponens ratione periurij etiam ex eo punitur, quia dicto suo adhibet Deum in testem, Grauet. *d. cons.* 6. *sub num.* 18. Et adde casum, quando testes inter sese de directo contrarij concordari non possunt; Quia tunc est necesse alterum eorum falsum dicere, Crau. *cons.* 13 *sub nu.* 3. *versic. etenim necesse.* Drogh.

y *Concordanda vt euitetur falsum.*] Adde vt falsum euitetur, quod scriptura, quantum fieri potest per diuisionem, vel disiunctionem interpretatur, ita per Dec. *cons.* 189. *num.* 5. & per Alex. *eius consil.* 70. *&* 74. *vol.* 1. & late per Cæpoll. *eius crim. cons.* 21. post Bart. Bald. Ang. & Sal. *in l scriptura. C. de fal.* Item quando verba trahi possunt ad falsum, & non ad falsum, in dubio fit interpretatio, quod non contineant falsum, per Alexan. *eodem loco ver. Accedit, & cons.* 74. *n.* 110. *cum Apost.* Giach.

y *Concordanda, vt euitetur falsum.*] Adde † videndum ad 51
hanc quæst. Excellentiss. D. Petrum Antonium à Petra nobilem de Placentia Consiliarium Sereniss. Ducis Parmæ, & Placentiæ Domini mei, & demum Præsidem meritissimum Perill. & Excelsi Consilij prædicti Sereniss. D. D. Ducis in suo celeberrimo *Tract. de fideicom. question.* 12. *nu.* 901. *vsque ad num.* 1214. vbi ita diffuse, eleganter & ordinate hanc materiam tractauit, vt nihil amplius desiderari possit.

† Primo tractauit, an testis in se ipso contrarius apparens fit 52

reconciliandus, faciendo quinque capita; Primum est, sit reconciliandus, vt saluetur à falsitate, Secundum, an etiam vt probet; Tertium, in quibus casibus debeat, & possit reconciliari; Quartum, quid agendum sit, quando conciliationi non sit locus; Quintum, quomodo sit cognoscendum, an testis in se ipso varius, vel contrarius sit, quod possit, vel non possit conciliari; & de hoc posuit quadraginta quatuor exempla. Secundo tractat de conciliatione vnius testis cum altero, & sic de duobus testibus sibi contrariis, & in hoc etiam posuit triginta nouem exempla. Tertio tractat, quando sunt plures testes inter se contrarij, & ponit sex exempla; Ideo vide omnino hunc pulcherrimum tractatum, quia alibi non reperies. Vide etiam Decian. *in consil. 40. per totum vol. 2.* vbi concordat multas depositiones vnius testis, qui videbatur sibi contrarius; *& in cons. 93. numer. 44. eodem*
53 *vol.* † tractat, quando testis est sibi contrarius in tortura, an sit conciliandus, de quo vide etiam Gramm. *voto 30. numer. 28. & voto sequen. num. 18. & 19.* Et, quomodo testes contrarij reducantur ad concordiam, vide etiam Crot. *in tract. de testib. numer. 127. cum seq. colum. 7.* & Bertaz. *in cons. 5.* Sed, † vt testis non sit
54 sibi contrariu, dat cautelam Bart. *in l. eos numer. 8 ff de fals.* vt se remittat ad primam eius depositionem, quæ relatio est admittenda, vt plene per Natt. *in consil. 537. num. 8.* & † quando liceat
55 testi in secunda interrogatione, se ad primam referre, vide Menoch. *de arbitr. iud. cas. 109.*

Item adde, quod si testis deponat, homicidium fuisse factum die lunæ, qua die interuenit tantum mandatum; & alij testes deponant alio die fuisse factum homicidium, reducuntur ad concordiam, Roman. *in sing. 576.* & Io. Crot. *in tract. de testament. 337.*

56 Item † adde, an testes sint concordandi, quando per dictionem ante, vel post, quibus in casibus, & ad quem finem, & an possit concordari contrarietas, quæ resultaret inter partes, & dicta testium, & de teste vario ad concordiam reducendo, late per Laur. Tenni. *cant. 267. & 268.*

Item adde, si testes deposuerint, maleficium commissum fuisse, præsente Titio, & Scio, & demum iterum interrogati, qui fuerunt præsentes, responderunt, quod nullus, debent intelligi, nisi exceptis prænominatis; similiter, si deposuerint, quicquid sciant super aliquo facto; postea dicant interrogati, se nihil scire, debent intelligi, nisi illud, quod supra dixerunt. Et si dicant, aliquid factum tempore vindemiæ, vel tempore guerræ, etiam si id factum fuerit parum ante vindemiam, vel guerram probant ad prædicta vide Gram. *in cons. 33.*

57 y *Solet etiam dici.*] Adde † quod hoc procedit in negatiua, pura, & simplici; secus autem in negatiua, quæ fit loco, & tempore coarctata, quia est mera falsitas, ita declarat Mascard. *de probat. conclus. 687. num. 6. & 9.* & Crau. *consil. 9. num. 7. versic. Quinimo apertissime* Et licet Herc. *in tract. de negat. proban num.*
58 *150.* teneat, † quod testis falsum deponens super negatiua non coarctata nulla pœna ordinaria puniri possit, tamen, iudicio meo, se decepit, quia extraordinarie est puniendus, si appareat de falsitate, saltem ob temerariam assertionem, vt dicit D. Clarus. *Baiard.*

z *Suspectus de falso.*] Testis super negatiua est suspectus. Farin. *q. 65. p. 3. n. 205. 206. & 207. vsque 214.* Ros.

59 *Suspectus de falso.*] Adde, quod dicitur etiam suspectus de falso [illegible] iens † se non recordari de his, quæ eodem contextu gesta [illegible] per Crau. *consil. 115. numer. 11.* Item, deponens non veri[illegible] per [illegible] ibid. *num. 12.* & per Boss. vbi infra. *Giach.*

a *Quod intellige*] Farin. supra *n. 209.* Ros.

b *Extraordinaria.*] Adde, vt per Crauet. *in cons. 9. num. 7.* Et quæ dicantur non verisimilia, vide per Boss. *de oppo. consilio testes. n. 90. 95. 96.* Giach.

c *Verba testis sunt intelligenda.*] Farinac. *supra numer. 208.* Ros.

d *Sed quid si testis.*] Monticell. *in prax. sua. pag. 160. num. 7.* Conrad. *in pract. fol. mihi 124. numer. 22.* Vide etiam *repert. comm. opin. verbo, testis si neget, & verbo testis si iurauerit.* Farinac. *quæst. [illegible] §. vol. 43. num. 167. & 168.* vel super generalibus, Boss. *de [illegible] nu. 146.* Vulpel. *respon. 38.* *Crass. lib. commun. opin. cap. 17. q. 22.* Ros.

Sed quid si testis non deposuerit.] Adde videndum, Menoch.
60 *de arbit. iud. cas. 307.* & † quando testis tangat negotium substantiale & quando non, vide Rimin. iun. *in consil. 286. num. 8.* & dictum ipsius testis non reprobatur, licet puniatur pœna stellionatus, Viu. *opin. 936.* & an testis probet, & quando, vide et-
61 iam Menoch. *de præsumpt. lib. 5 præsumpt. 72. numer. 19.* Et † si falsitas commissa fuerit circa circunstantiam, quæ pertinet ad negotium principale, & confert ad eius veritatem, vel falsitatem, tunc dicitur esse in negotio principali, & punitur pœna ordinaria de falso, puta, si versetur super loco, vel tempore relicti, seu contractus, ita tradit Rim. iun. *consil. 112. num. 18 volum. 1.* & prædicta procedunt etiam quod statutum puniret falsum Dec. *cons. 102. n. 30. inter cons. crim. diuers. tom. 1.* Baiard.

e *Circa alia extrinseca.*) Adde, & fusius per Iacob. Menoch. *de arbitr. iudic. lib. 2. cent. 3. cas. 307.* Item † quando præsumantur testes scienter, vel ignoranter falsum dixisse testimonium, 62
vi. per eundem ibid. *cas. seq.* Giach.

f *Pone testis negat.*] Adde † videndum Natt. *in cons. 392.* vbi
late de hac quæst. tractauit, & an Notarius possit torqueri, & di- 63
cit Gram. *in voto 30. num. 11.* quod in causa ciuili magis creditur notario, si autem in criminali, magis creditur testi. Sed ad hanc quæst. cui magis sit credendum, notario, vel testi, vide Mascard. *de prob.* vbi latissime *in concl. 1094. num. 7. cum seq.* & Menoch. *de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 79. num. 15. & 16.* Baiard.

g *Testis contra Notarium.*] Ita vt notarius torqueri possit, & ita consultus in terminis respondit Nat. *cons. 392.* etiam si essent plures. Vi. *ibidem* Sed quid si essent plures testes, quorum aliqui deponunt se nunquam fuisse examinatos, vide illic. Item vide per Mansuer. *a prac. Pap. tit. de sent. rescisio. & annulla.* glos. fuerunt vnquam præsentes, & per Cæpol. *crimin. consil. 121.* & per Alex *suo consil. 70. lib. 1.* Adde, quæ pœna sit aduersus testes, qui pretium accipiunt, vt testimonium ferant, vel taceant, per Iacob. Menoch. *de arb. iud. lib. 2. cent. 4. cas. 310.* Item, qua pœna plectendus sit probationum occultator, per Menoch. *ibid. cas. seq.* Giach.

h *Hæc autem.*] Crauet. *cons. 11. n. 3.* Ros.

i *Sed si vltra notarium.*] Quid ergo si non vnus tantum, sed duo testes dicant se non dixisse, prout scriptum reperitur? Idem Alexand. *in cons. 65. sub. num 6. volum. 2.* Crauet. *cons. 74. num. 3.* Menoch. *de iud. lib. 2. centur. 2. cas. 105. num. 11.* Adde etiam, quod esset præsens scriptor vltra Notarium. Alexand. *tract. de præsumptio reg. 3 præsumpt. 13. num. 19.* dixi infra *ad qu. 53. vers. tertius & vers. quintus.* Drogh.

Sed si vltra Notarium.] Adde.† quod idem esset, si ipse nota- 64
rius haberet scriptorem qui scriberet examen, & vterque attestaretur; quia tunc etiam statetur ei, quod scriptum reperiretur contra testem negantem, se ita dixisse, vt est de mente Abb. *in c. de testi.* & Alciat *in tract. de præs. reg. 2. præs. 13 num. 9.* vbi dicit se vidisse ita seruari in practica, vide etiam Mascard. vbi supra. *Baiard.*

k *Tu scis, quod dictum testis.*] Farinac *q. 67. §. 5. vol. 3. n. 194. & 196. 197. & seq* Ros.

Tu scis, quod dictum testis.] Adde,† quod testis iurare tenetur
de iure diuino, Viu. *opin. 96. nu. 8. vol. 1.* Et testis sine iuramento 65
deponentis dictum est nullius momenti, etiam quod ille testis sit religiosus, & Episcopus & Card. vt per Viui. *opin. 931. n. 4. vol. 3. & ibi num. 15.* habetur,† quod si testes non iurati deponant, li-
cet postea iurent, non probant, & quomodo hoc procedat, vide, 66
quæ posui infra *in q. 45. vers. Ceterum si, ibi & ideo debent de nouo iurare.* Item † adde, quod testis potest præstare iuramentum per
Procuratorem habentem speciale mandatum, non tamen potest 67
deponere dictum suum per procuratorem. Viui. *opin. 426. num. 9. vol. 1.* Baiard.

l *Quod poterit puniri de falso.*] Adde, † quod debet puniri 68
pœna extraordinaria, Bald. *cons. 106. vol. 1.* Angel. *consil. 194. col. 2.* Maran *in pract. 6 par. act. 6 num. 21.* Carau. *in comment. ad Pragmat.* quoniam falsorum, *tit. de fals. num. 38.* dicit, quod D. Clarus hic ita est intelligendus, & ibi hoc limitat. *in 4 casibus.* Primo quando testis deponeret sine iuramento, quia produceretur ad declarandum eius dictum obscurum; tunc enim, quia talis declaratio non dicitur noua testificatio, non requiritur nouum iuramentum, Batt *in l. hæredes palam. §. si quod postea, nu. 7. ff. de test.* Mars *in l. 1. § si quis vltro, ff. de quæst.* Secundo quando esset remissum à partibus, quod fieri potest, & depositio valet, cap. tuis, de testibus. Tertio quando produceretur super aliquo facto notorio, tunc enim sine iuramento valet, Socin. *in reg. 414. prima fallent.* Barb. *in d. c. tuis.* Quarto quando examinaretur ad iudicis informationem, quod etiam sine iuramento fieri potest, vt tenet gl notab. *in cap. 1. § si duo. de pact. tenen.* vbi Bald. Et ista est communior opin. quod testis non iuratus non possit puniri pœna falsi, sed pœna extraordinaria, vt ait Bertaz. *cons. 8. n. 69. & 70.* vbi impugnando Bursat. *in cons. 99. num. 5.* tenuit, hanc opinionem esse communiorem.

Item † adde, quod in Regno Neap. prodita est regia Pragm.
incipiens. Testem falsum sub tit. de falsis dicens, quod præmissa ci- 69
tatione cum inserto tenore depositionis falsæ, si testes contumaces facti fuerint ex eodem processu possunt, tanquam confessi, condemnari, dummodo falsitas ex actis appareat; Sed quando non apparet respectu contumaciæ, vt falsi condemnari non possunt, Capyc. *in dec. 60.* vbi declarat dictam pragm. *Baiard.*

m *Perinde ac si iurasset.*] Vide Menoch. *de arb. ind. lib. 2. cent. 3. cas. 201. sub n. 14.* Plot. *in l. si quando. §. 5. n. 27. tex. in §. item is, cui in fi. inst. de oblig. & in §. interdum in fin. instit. de rerum diuisione.* Ias. *in §. item si quis, el secundo n. 54. instit. de act.* Drogh.

n *Etiam probari.*] An sit probanda corruptio in teste, Farin. *q. 67. vol. 2. § 3. n. 65.* Ber. Ros.

o *Nisi tamen pars vtrumque dixerit.*] Vide Felyn. *in cap.* ex parte,

parte, el 1. *col. mihi* 15. *ibi, nam si probatur falsitas, & non corruptio, de rescript.* Ouid. *Trist lib.* 3. *Eleg.* 10.

Vix equidem credor, sed cum sint premia falsi
Nulla, ratam debet testis habere fidem.

Et *lib.* 1. *Elegiar. Eleg.* 1c.

Non bene conducti vendunt periuria testes;
Non bene selecti iudicis arta patet. Met. lib. 8.
Hac mihi non vanj (nec erat, cur fallere vellent.
Narrauere senes.

70 *Nisi tamen pars.*] Adde † videndum Mascar. *de probat. conclus.* 28. *& ibi num.* 2. quando adest clausula, *Non se astringens*, &c.

p *Nunquid sufficit.*] An sufficiat probare quod testes pecuniam habuerint, Farin. *q.* 67. *§.* 7. *d. vol.* 3. *nu.* 236. *&* 238. vbi quod nec probant, & quod si detur pecunia, vt non deponat, *nu.* 247. 248. 249. *&* 250. *& seq.* Ros.

Nunquid sufficit.] Adde Menoch. videndum *in casu* 310. vbi
71 † habetur, qua pœna puniri debeant testes, qui pro ferendo testimonio pecuniam acceperunt. *Baiard.*

q. *Aut apparet*] Farin. supra, *n.* 240. Ros.

r *Puniri de falso.*] Farin. *sup. num.* 241. 242. 243. *&* 260. *volum.* 3. *&* 264. *&* 269. Far. *sup. n.* 270. Far. *d. §.* 7. *n.* 246. & quid si ne deponat. Idem Far. *n.* 248. *&* 261. Ros.

ſ *Licite accipere.*] Adde, quod hoc legitur, & no. per glos. & scriben. *in l quoniam. C. de testi in c. statutum*, *§. proferendo, de rescript. in* 6. Giach.

72 t *Pœna autem testis.*] Pœna testis falsum deponentis. Far. *d. q.* 47. *& §.* 1. *n.* 7. testis falsus an teneatur ad damna partis. Far. *d. qu.* 67. *& §.* 1. *n.* 5. *&* 6. *vol.* 3. Ros.

Pœna autem testis falsum deponentis.] Adde † Ber. Diaz. *in pract. crim. c. ano c.* 87. vbi late, qua pœna puniatur clericus testimonium falsum dicens, quando via directa conuictus sit, & quando per viam exceptionis. *Baiard.*

u *Pœna falsi.*] Vnde si in causa criminali debet subire illam pœnam, quam de iure pateretur ille, contra quem deposuit, si verum esset rex. est sing. & ibi per Mars. *in l.* 1 *§. præterea. ff. eod.* & per Ias. *in l. & si legib. in fi. C. si cont. ius, vel vtil pub in l si duo patroni, §. Marcellus, n.* 5. *de iur.* & vide *sup. in verb. Innocentem*, quæ adnotaui. Et adde etiam videndum per Osasc. & post ab eo relatos *in decis.* Giach.

73 x *Falsus testis tenetur.*] Adde, † quod falsus testis tenetur versus partem de omni damno contingente propter illud testimonium. Sed non sufficit probare falsitatem, nisi probetur etiam Iudicem fuisse secutum falsitatem, & ob testimonia falsa ad sententiam deuenisse: ita Anchar. *cons.* 24. *colum.* 2. *vers. Ad hoc dico*, Dec. *in c. licet causam, de probat col.* 18. *vers Secundo dicitur* & Simon. de Pret. *cons.* 191. *nu.* 21. alias contra testes falsos agi non
74 potest, & quando † condemnatio testium de falso præiudicet parti, Rolan. *cons.* 13. *vol.* 2 Baiard.

y *Contrarium.*] Tria requiruntur, vt quis puniatur. Vulpell. *cons.* 9. Ros.

z *Vtens dicto falsi testis.* Infra *qu.* 62. *vers. sed quid si accusatur circa fin.* Crau *cons.* 134. *n.* 30. Drogh.

Vtens dicto falsi testis.] Adde, † quod si quis induxerit testes ad
75 deponendum veritatem, licet eis incognitam, qui potius dicuntur de temeritate redargui, non erit locus pœnæ ordinariæ, sed
76 extraordinariæ, secundum Pet. de Anchar. *in cons.* 24. & † plura *de falsitate testium*, & de excusationibus falsitatis habentur per Campeg. *in tract. de testib in reg.* 424. *& reg.* 436.
77 Item adde, † quod vtens testibus, qui circa extrinseca, & ad causam non facientia falsum deposuerint, pœna falsi non tenetur. Vulp. *cons.* 144. *n.* 8. Baiard.

a *Si sciens.*] De ista additione, tanquam in proposito nostro, vide Felin. *in cap. solita, col. mihi* 2. *de maior. & obed.* & ideo statutum puniens aliquem tamquam falsarium non intelligitur illũ punire pœna statuti ordinaria, nec pœna l. Corn. *de fals.* sed arbitraria, vt ibid. cui adde Menoch. *de arb. iud. lib.* 2. *cent.* 4. *cas* 316. *n.* 16 Sic intelligi debet statutum Illustriss. & Excellen. D. Ferdin. de Gonzaga *in crim. rub.* 100. *ibi.* Puniatur tanquam falsarius instrumẽti, sic etiam statutum Pallauicinum *in crim. rub.* 35. & hic vtiliter, non semper quod producens chartam siue scripturam priuatam, quæ de per se nullam fidem faciat, quia venit certificanda, non potest redargui de falso, elicitur hoc ex Felin. *in cap. Nonnulli. §. sunt*, & alij *col. mihi* 4. *ibi, sed bene producens falsam probationem de rescript.* quia producens falsam narrationem non tenetur de falso, Bal. *in l. quicunque, n.* 28. *de ser. fug.* Item producens instrumentum, & respondens, illo nolle vti, nihilominus tenetur pœna falsi. *cons. crim. diuer. cons.* 71. *n.* 7. *vol.* 1. Drog.

78 b *Et si in eo termino.*] Cautela pro eo, qui vtitur † falsis testibus, vel instrumentis, vt non teneatur de falso, vi. post Bal. *in l fi. col. fi. C si ex fals. instr.* Cæp. *cau.* 53. Item, vide per Menoch. *de arb. iud. cas* 329. *n.* 210. *cum seq.* Boss. *tit. de falsis, n.* 119. *&* 155 *cum seq.* vbi loquitur etiam post datum terminum ad deliberate respondendũ, Et vbi pars aduersa ad interrogata congrue non respõderit, & consequenter cõtumax fuerit, haberi an debeat pro cõfitente, vel negante, si sit sibi contrarius, vi. *gl.* 1. *in c.* 2. *de confessis, vbi de ratione diuersitatis.* Bar. *in l. qua dotis, ff. de solu. mat.* But. & Abb. *in c. non ne, de præsumpt.* Batt. *in l.* 2. *quando fiscus, vel priua.* Ruin. *cons.* 125. *nu.* 10. *lib.* 4. Et quamuis accusatus de falso consulendo peritiores excusetur, iuxta no. *in ca. falsar. de fal.* & per Sal. *in l. maiorem C. eod.* illud tamẽ intelligitur quoad excusandũ quempiam ab errore iuris, nõ aũt quando est dubium facti, quia doctorib. concessum est iura interpretari in iis, quç sunt iuris, nõ aũt in his, quæ sunt facti, ita per Ruy. *cons.* 80. *n.* 9. 10. *vol.* 4. Giac.

o *Et istud interrogatorium.*] Adde, † quid si renuntiauerit absque isto interrogatorio: vide Capyc. *decis.* 67. vbi etiam de pro- 79
ducente articulos falsos, vide etiam Menoch. *de arbitr iudic cas.* 315. Et licet † producens responderit, nolle vti, si articulus erit 80
falsus, tenebitur de falso, Conrad. *in pract. crim. lib.* 1. *c.* 9. *num.* 14. *fol.* 394. & Menoch. *d. cas.* 315. *nu.* 10. & † de falsificante articulos 81
circa factum alienum, vel proprium; an præsumatur scienter, vel ignoranter qui super eis testes examinauerit, qua pœna puniri debeat, & quid si extaret † Statutum quod prohiberet, vt 82
se tueri possit prætextu ignorantiæ, vide omnino Rim iun. *in cons.* 345. *vol.* 3. & Menoch. vbi supra *n.* 11. *cum seq.* qui impugnat. Ruin. *in cons.* 86. *vol.* 4. tenentem, quod in actore ignorantia in facto alieno, sicut in facto proprio, non præsumatur.

Item adde, † quod vtens dicto falsi testis, vel falso instrumen- 83
to de peritorum consilio non excusatur, vt per Ruin. *cons.* 86. *nu.* 9. *vol.* 4.

Item adde, quod testis falsus, etiam quod vsui eius renuntiatum fuerit, de falsitate puniri poterit ex officio, etiam finita causa principali, si Iudex habet merum imperium, Angel. *in l.* 2. *in prin C. de calumn.* vbi respondet ad Alber. *in l. nullum. num.* 2. *C. de testi.* tenentem, non posse procedi ex officio sine querela, quando causa principalis est finita, dicens, illud procedere, si tractatur de imponenda pœna extraordinaria testi laico per Iudicem ecclesiasticum, vel per Iudicem causarum ciuilium. Hanc quæstionem examinauit Carau. *in Pragmat.* 1. *n.* 91. *de falsis.* attestando, ita iudicatum fuisse in Regia Audientia Principatus citra. Vide etiam infra, *n.* 147. & similiter renuncians vsui testium falsorum debet puniri extraordinarie de machinatione, si falsum deposuerint ex eius consilio, siue suasione, & non de vsu, *l. si falsos*, & ibi Bar. *C. de falsis*, Crau. *in cons.* 46. *n.* 11. *vol.* 1. & Carauit. *in d. prag. n.* 151. Baiard.

d *Fabricans falsum instrumentum.*] Adde † videndum Me- 84
noch. *de præs lib.* 5. *præs.* 29. & Mascar. *de proba. in concl.* 740. vbi latissime habetur, ex quibus instrumentum præsumatur falsum, & ex quibus non præsumatur falsum, vide Bertaz. *cons.* 521. *num.* 6. *cum sequen. vol.* 2.

Item † adde, quod Notarius conficiens instrumentum falsum 85
punitur de falso, etiam quod probatum esset omnia contenta in instrumento esse vera, de quo instrumento notarius non fuerat rogatus, Cassa. *in consuet. Burg. fol.* 1525. *n.* 16. *&* 17.

Item adde, † quod notarius faciens instrumentum falsum, 86
etiam si non compleuerit, pœna ordinaria falsi tenetur, secundum Lucam de Pen. *in l.* 1. *n.* 8. *C. vt nemo ad suum patroc. lib.* 11. quem refert, & sequitur Vrsil. ad Afflict. *in decis.* 21. *num.* 3. & † de 87
puniendo notario de falso instrumento, vide etiam Paris. *cons.* 162. *vol.* 4.

Item † adde, quod statutum puniens Notarium de falso non 88
habet locum in alia persona fabricante falsum, Fulgos. *cons.* 123. *col* 3.

Item † adde, quod Notarius condemnatus de falso perdit 89
potestatem conficiendi instrumenta, nisi in octo casibus, vt per Felyn. *in cap. fraternitatis, num.* 4. *cum sequen. de heret.* & si postea conficeret instrumenta, puniretur pœna extraordinaria, sed si notarium falso; se fecisset, & instrumenta confecisset pœna mortis esset puniendus, Menoch. *de arbitr. iudic. casu* 310. *nu.* 9. Et † si iudex in condemnatione notario exercitium notariatus 90
reseruaret, non propterea instrumẽta conficere posset, & artem suam exercere, Gand. *in titul. de falsis. numer.* 30. & Montic. *in pract. crim. in reg.* 15. *numer.* 142. quos sequitur Farin. *in quæstio.* 17. *num.* 21. & iudex dictam reseruationem facere non potest, maxime, quando nulla est expressa causa reseruationis, Bertaz. *cons.* 24. *nu.* 5. & August. ad Angel. *in ver. falsario, vers Quæro aliquis notarius*; & similiter † notarius conficiens instrumentum
super vsuris repellitur ab instrumentis publicis conficiendis, 91
iudicatur periurus, & pœna infamiæ notatur, Romã. *singul.* 185. & Luc. *in tract. de vsur. comment.* 3. *§.* 1. *n.* 25. & † adhibendam esse 92
fidem instrumentis præteritis notarij de falso condemnati tradit Bertaz. *cons.* 521. *num.* 33. *cum seq. vol.* 2.

Item † adde, quod Notarius conficiens instrumentum fal- 93
sum, quod sit nullum, non punitur pœna falsi, Gram. *vol.* 25. *num.* 12. sed alia pœna, nisi mutauerit datam instrumẽti, etiam quod instrumentum esset nullum, vt per Marc. *decis.* 673. *&* 739. & Bertaz. *consil.* 543. *n.* 14.

Et † hoc esset etiam si mutaretur data in scriptura priuata, 94
idem Marc. *decis.* 671.

95 Item † adde, quod orta suspicione falsi contra notarium, si appareant testes contradicentes instrumento, & fiat instantia, vt notarius exhibeat matricem, & primam scripturam, & ipse non velit producere, vel differat, poterit torqueri, secundum Bald. *in rubr. C. de fid. instrument. versic. Quæro,* dixi superius, & Franc. Curt. *in cons.* 55. *n.* 18. & Rom. *in cons.* 174. *vlt. col.* vbi dicit, quod neminem habet contradictorem.

96 Item † adde, quod instrumentum falsum in vno capitulo, an totum censeatur falsum, late per Foller. *in pract. crimin. in vers. Item quod commisit falsitatem, num.* 68. & Felyn. *in cap. fraternitatis num.* 16. *cum sequen. de haeret.* vbi ponit sex limitationes, & latissime per Mascard. *de probat. conclus.* 741. & ibi *in quæstio. pra-*
97 *cedenti* habetur, † an falsitas instrumenti probetur per testes; & quando instrumentum præsumatur totum falsum, vide etiam Menoch. *de præsumpt. lib.* 5. *præsumpt.* 21. *per totum.* & Gabr. *com. opin. lib.* 7. *concl.* 3.

98 Item † adde, quod liber rationum falsus in vno totus falsus præsumitur, & nullam fidem facit, Paul. de Castr. *cons.* 301. *nu.* 4. *vol.* 1. Gabr. *cons.* 148. *n.* 6. *vol.* 1.

99 Item † adde, si notarius pro defensione patris falsificauit instrumentum, non punitur pœna ordinaria falsi, Castren. *consil.* 371. præmittendum est, *n.* 5. *vers postremo, vol.* 1.

100 Item † adde, quod notarius conficiens falsum instrumentum immunitatis, pœna ignis punitur, *l.* 1. *C. de immuni. nem. conced. li.* 10. Rom. *sing.* 185. quem sequitur Angel. de Arim. ad Ang. *in gl.*
101 *falsario, num* 48. & † in dictis locis habetur de scribente instru-
102 mentum simulatum, quod perdat manum, & † de notario instrumentum occultante, ac committat falsum, & qua pœna puniri debeat, habetur, per Boer. *in decis.* 292.

103 Item † adde, quod statutum imponens pœnam falsificanti publicum instrumentum, habebit locum in falsificante acta iudicialia, vt est communis opin. de qua per Crot. *cons.* 151. *num* 22.
104 *volum.* 2. licet † statutum puniens certa pœna producentem instrumentum falsum non habeat locum in producente falsos testes. Crot. *d. consil* 151. *num.* 75. sed secundum *decis. Pedemont.* 67.
105 † statutum puniens fieri facientem instrumentum falsum, habet locum etiam aduersus eum, qui suasit alteri, vt falsum deponeret.

106 Item † adde, quod falsitas instrumenti per tres testes probari potest, & non per pauciores, secundum Bald. *in cons.* 403. *num.*
107 1. *vol.* 5. & † multas præsumptiones, ex quibus inducitur iusta suspicio falsitatis, accumulauit Mascard. *de probat. in concl.* 740. *vol* 1.

108 Item † adde, quod si duo testes de his, qui instrumento interfuisse dicantur, deposuerint, nunquam se interfuisse, instrumenti fides vacillaret, Bart. *in l.* 1. *§ fi. num.* 8. *ff. quemadm. testam aper. & in repet l. in exercendu. C. de fide instrumen.* Crauet. *cons.* 56. *num.* 17. dicens, dictos testes ita deponentes aliquo modo non esse singulares, vt voluerũt aliqui, & istam ait communem Foller. *in practica crim. in vers. Item quod commisit falsitatem, num.* 64. *cum multis sequent.* vbi hanc materiam abunde explicat, & Boss. *in tit. de fals num.* 32. *cum sequent.* vbi inquit, communem conclusionem esse, quod sunt contestes, prout visum est Bart. *in*
109 *l. locis supra citatis:* qui, vt essent dubitationi, dicit, † quod hoc modo articulandum est, videlicet tali loco & tempore, tales testes tali contractui præsentes non fuisse, & quod vnus non fuit cum alio in dicto loco, nec potuisse esse, quin se inuicem vidissent. Et licet Practica Papiens. *in forma opponit. contra instrumen. in glos super verbis,* dignoscitur esse falsum, *sub nu.* 2. dicat communem opinionem esse, quod duo testes tantum instrumentum non impugnent, aduertendum est, quod loquitur de his, qui non sunt in instrumento descripti, & circa istam materiam falsi instrumenti vide Lanfran. *in cap. quoniam contra extra de probat.* Decian. *in cap.* 3. *loco eodem titul.* Ruin. *consil.* 37. *vol.* 4. Boer. *in*
110 *decis.* 118. & late Boss. *in loco supra citato*, vbi tenet, quod † duo testes instrumentarij, & supernumerarij, id est non necessarij, nõ sufficiunt, vt notarius de falso puniatur, sed, vt tormentis subijciatur, quem sequitur Laurent. Tenni. *in caut.* 119. *& in caut.*
111 120. habetur, quid † facere debeat Iudex, quando duo testes non instrumentarij instrumento contradicerent, & *in caut.* 372.
112 habetur, † quomodo testes non scripti in instrumento contra ipsum instrumentum deponere debeant, videlicet, quod dicant, se dicto loco, & tempore, quo contractus fuit celebratus, præsentes fuisse de hoc vide etiam Grammat. *consil. crimin.* 57. *numer.* 10.

113 Et † si testes de tempore non recordarentur, Bartol. *in d. l. in exercendis, num.* 16. dat remedium, quod volens producere dictos testes, verificandi curam habeat, quod ille contractus semel tantum fuit inter partes celebratus, & si pars hoc fateretur, dicta testium tem probantium de necessitate cõcluderent, etiamsi de tempore minime recordarentur, & de hoc etiam vide Alexa. *in cons.* 4. *col.* 3. *vol.* 2.

114 Et † quando reddatur suspectum instrumentum, si testes, vel instrumentarij vel ex non descriptis contradicerent, vide omnino Menoch. *de arbitr. iudic. casu* 105. & est aduertendum, quod † si testes descripti in instrumento, vel testamento dicant, se nõ 115 interfuisse, non probant, & non statur eorum assertioni, nisi probatum fuerit, quod essent illi iidem descripti in instrumento, vel testamento, cum multi reperiantur, qui vocantur eodem nomine. ita tradit Cardin. *in cap. cum Ioannes de fide instrument.* quem refert, & sequitur Felyn. *in d. c. num.* 6. quod istud est valde signandum, & non vsitatum: sed ego crederem, hoc non esse verum, vbi nomina testium essent descripta eo modo, quo solent describi, cum nominibus, cognominibus, patriis, vicinia, siue parochia, & cum nominibus patrum, hoc forsan posset procedere, si testes essent forenses.

Item adde, † quod comparatio litterarum in crimine falsi 116 non probat, nec facit indicium ad torturam, nisi concurrente mala fama, vel aliis adminiculis, Curt. *in l. admonendi, num.* 116. *ff. de iureiur.* Crau. *de antiquit. tempor. parte prima, versic. Non omitto,* & accusator iurare debet, aliam probationem non habere, nisi per litterarum comparationem, † & quomodo sit facien- 117 da comparatio litterarum in crimine falsi, Vulpell. *in consil.* 135. Baiard.

e *Producens falsum instrumentum*] Adde, † quibus modis 118 falsum committatur in instrumento, & in aliis scripturis, late per Plot. *in l. si quando, §.* 44. *nu.* 1. *cum sequent.* & † quæ inducant 119 suspicionem in scriptura publica, & quæ in scriptura priuata, Menoch. *de præsumpt. lib.* 1. *præsumpt.* 99. *n.* 1. *&* 20.

Item adde, † quod punitur etiam producens instrumentum 120 suspectum de falso, sed pœna extraordinaria, si veritatem non probauerit, & Archidiacon. *in cap. in memoriam.* 19 *distinct.* Bald. & Salicet. & communiter Doctores *in l. iubemus C. de probat.* & Ferrant. Gargia. *in consilio* 126. *numer.* 9. *cum sequent. tom.* 1. *inter consilia crimin. diuers.* similiter attestatur de communi, Illustrissimus Card. Alban. compater meus semper colendissimus idem tenuit *in consil.* 33. *per totum*, quem refert, & sequitur Bertazol. *in consil.* 91. *num.* 34. *volum.* 1. Capyc. *decis.* 30. *in fin.* Monticell. *in pract. crimin. reg.* 15. *num.* 118. & ibi dicit, quod debet puniri pœna pecuniaria, Decian. *in consil.* 109. *num.* 76. *volum.* 2. Specul. *de instrumen. edit. §. restat. num.* 2. Maran. *in tractat. de ordine iud. par.* 6. *tit. de inquisit. num.* 149. Luc. de Pen. *in l. si vacantia, colum.* 2. *C. de bon. vacan. lib.* 10. & Iacob Mandel. *in consil.* 99. hanc materiam discutit, & ponit differentiam inter instrumentum falsum, & instrumentum suspectum de falso. vide etiam Gabriel. *commun. conclus lib.* 7. vbi plenissime.

121 Et † pluribus modis probatur, quod instrumentum sit suspectum de falso; probatur enim per eius infectionem; quando apparet vitiatum, & vituperatum vitio visibili, si persona producentis sit solita producere falsas scripturas, & si persona scribentis sit solita facere falsa instrumenta; & ex his tribus instrumentum esse suspectum de falso probatur secundum Bald. *in consil.* 412. *vol.* 5. & Crauet. *consil.* 124. *num.* 34. quos refert, & sequitur Ferrant. Gargia. *in d. consil.* 126. *num.* 11. Redditur etiam suspectum instrumentum, quando non contineat verisimilia, vel præbeat aliquam aliam suspicionem, quæ remittitur arbitrio iudicis, vt non adhibeat fidem, secundum Mandel. *in d. consil.* 99. & de multis aliis modis, quibus inducatur suspitio falsi, vide Crauet. *in d. consil.* 134. Neuizan. *consil.* 8. *num.* 38. *& consil.* 27. *num.* 13. *& decisio. Pedemont.* 117. Multa etiam exempla vitij visibilis instrumentorum habentur per Menoch. *de adipiscen.* 122 *possess. remed.* 4. *num.* 700. *cum sequent.* & † in hoc crimine non requiritur accusatio, Bertaz. *in dict. consil.* 91. *nu.* 35. vide † etiam ad prædicta, quæ posui infra *in versic. Trita est conclusio.*

Item adde, † quod producens priuatam scripturam falsam 123 pari modo punitur, vt producens falsum instrumentum, Bald. *in l. prima, col. prima. C. de fide instrum.* Simon de Pret. *in cons.* 280. *num.* 14. 124

Item adde, † quod instrumentum simulatum non potest dici falsum, Alexand. ad Bart. *in l. quid sit falsum, ff. de fals.* Bald. *in si ex cautione, C. de non numer. pecun. quæst.* 1. quem sequitur Nat. 125 *consil.* 314. *num.* 6. vbi dicit, tunc † instrumentum dici falsum, quando ab illo remouentur verba, & mens contrahentium; si vero verba concurrunt sola mente retenta, tunc simulatum esse, non falsum. 126

Item † adde, quod si Titius produxit instrumentum falsum mutui contra Sempronium, qui produxit aliud instrumentum falsum solutionis, quod vterque debet puniri de falso, Bald. *in rubr. C. de fide instrumen. numer.* 50. & Ias. *in §. in bonæ fidei, num.* 18. *instit. de action.*

Item adde, si quis produxerit falsum instrumentum ignoranter, & deinde videns aliqua, quæ erant contra instrumentum renunciauerit, an postea poterit producere aliud instrumentum, eiusdem tenoris factum per manus alterius Notarij, Afflict. *in constit. Regni, si quis campsor, vers. qui falso instrumento, num.* 4. *lib.* 3.

lib.3. fol.79. vbi remittit ad distinctionem Batt. *in l. si quis legatum, n.2. ff. de fals.* Baiard.

117 f *Vtens falso instrumento.*] Adde, † quod vtens falso instrumento in iudicio non punitur, si instrumentum fuerit productum cum clausula, si, & in quantum appareat verum, vt plene per Foller. *in pract. crim. in versic. Item quod commisit falsum, num. 11.* nisi fuerit institutum, quod declaret, si intendat velle vti dicto instrumento, quia volebat contra eam de falsitate procedere secundum Foller. *consil.140. tom.1. crim. diuers. magna impressionis.* Berous, *consil.22. num.34. volum.3.* vbi attestatur de veriori. & Capyc. *decis.67. in fine*, etiam quod notorie appareret de falsitate, vt ibi per Foller & nisi pars, contra quam fuerit productum, dixerit illud esse falsum, & causam falsitatis assignauerit, quia tunc non euitabit pœnam falsi, si statim non destiterit; secus, si probetur, Instrumentum esse suspectum, non autem falsum, nisi producens dicto instrumento fidem astringat. ita tradit Angel. *de Malef. in verb. falsario, num. 44.* & Felyn. *in cap. præ-*

118 *sertim num.11. in fine de testi.* Et † quomodo, & quando falsi crimen euitari possit in productione, & vsu instrumenti, & attestationum, & de hoc interrogatorio, aduersus producentem faciendo, late per Laut. Tonni. *caut.70.* Et vbi Foller. *in d. consil. 140. num.17.* dixit, quod vtens falso instrumento, vel falsis testibus, etiam quod falsitas sit notoria, non possit puniri, nisi institutum fuerit, an eis vellet vti, contrarium tenet Felyn. *in dict. cap. præsentium, num.13. de testib.* vbi dicit, quod si falsitas testium productorum patet ex dictis ipsorum testium, tunc pars vtendo dictis testibus incidit in pœnam falsi, etiam si pars aduersa non protestatur aliquid, quia falsitas est notoria, quæ constat ex actis; Vnde non potest allegari præsumptio ignorantiæ, vel error iuris, & quod ideo tunc est necessaria cautela, vt quam primum pars legat; protestetur se nolle vti. idem tenet Crauet. *consil.134. n.34.* & Conrad. *in sua practic. crim. in titu. de falsariis, nu.*

119 *19.* & † an producens falsos testes, etiamsi postmodum dicat, se illis nolle vti, sit puniendus, vide Gabriel. *commun conclus. lib.7. conclus.7. num.8.* & Menoch. *casu 315. num.30.* & vide quæ posui infra *n.137.*

130 Item † adde, quod vtens falsa scriptura præsumitur, quod fuerit auctor falsitatis, Alexand. *consil.77. colum.2.* Gabriel. *consil.149. num 92. volum.1.* nisi ipse nominet, ac probet auctorem, & non sufficit ostendere, à quo habuerit exemplum productum, Ferran. Gargia *consil.116. num.89. volum 1. inter consilia crimin. diuers.* & ad prædicta vide etiam Crau. *cons.315.* & Nat. *cons.151.* Baiard.

g *Qui vtitur falso instrumento non punitur.*] Quid è con-

131 uerso An ille qui impugnat instrumentum † de falso, & succumbit, perdat illud, quod potuisset petere ex illo instrumento: in testamento, quod sic: in alio instrumento, quod non, vt per Iacob. de sancto Georg. *in l. alia causa, in fine. C. de his quibus vt indig. hæred.* Giach.

* g *Nisi sciens*] Secus si ignorabat per Crau. *consil.65. colum. pen.* Giach.

h *Ideo in practica.*] An causa amittatur, Vulpel. *respon.144.* Ros.

132 * h *Et si in eo termino.*] Adde, † quod si terminus non daretur à statuto, parte petente, illum deberet iudex statuere, Gabriel. *d. concl.7. num. 10.* & datio termini vltra quod operatur scientiam, saltem præsumptam, vt hoc dicit D. Clarus, operatur etiam, vt respondens deinde non possit reuocare eius responsionem ex interuallo, vt not. Pract. Papian. *de forma interrogationis, versic. Compellatis, num.12.* Roman. *consil.346. num.10.* Aluar. *in tract. feud. tit. si de feud. fuer. controu. cap. si vasallus, num. 11.* Cum super Rit. mag. curiæ, *cap.37. num.100.* nisi esset responsio procuratoris, tutoris, vel curatoris, dato eis termino, quia posset reuocari per principalem, probato errore, vt per Pract. Papien. vbi supra *dict. num.12.* Sed ego arbitror, quod non posset reuocari, si mandatum esset in indiuiduo ad ita respondendum.

133 Item † adde, quod datio termini operatur etiam, quod respondens non excusaretur, si diceret habuisse consilium à peritioribus sic respondendum, quia in talibus responsionibus facti non militat excusatio peritorum, Ruin. *consil.26. nu.9. vol.4.* quem sequitur Gabriel. vbi supra, *num.5.* quem vide omnino in hac materia, vbi ampliat, & limitat, vide etiam Conrad. *in sua practic. crim. dicto titul. de fals. num.3. cum sequen.* & Afflict. *in decis.189.*

134 Item † adde, quod contra hanc præsumptam scientiam admittitur probatio in contrarium, etiam quod datus sit terminus ad deliberandum, ita notat Menoch. *de arbitr. d. eo casu 315.*

135 *num.18. & 19.* & idem † esset etiamsi ex statuto contumax in comparendo habetur pro confesso, & conuicto, quia admittetur eius probatio si voluerit probare de eius innocentia, & ita decisum fuit per sacrum Regium Consilium in causa cuiusdam medici condemnati de falso ad truncationem manus per magnam Curiam Vicariæ, vt attestatur Gramm. *in addi. ad Regiam Prag. incip. testem falsum, n.18.* Baiard.

i *Punitur de falso.*] Pone, Titius produxit falsum instrumentum mutui contra Semptonium; & Semptonius produxit falsum instrumentum solutionis contra Titium, an vterque puniatur criminaliter, ex quo vterque contra bonos mores deliquit contra Rempublicam: quod sic, per Bald. *in rub. C. de fid. instr. in.30.* Sed quis istorum perdet causam, dic, quod sententia pro reo est ferenda, quia in pari turpitudine melior est conditio possidentis, per Bald. ibi. vide etiam *in l. cum mulier, n.2. ff. solut. matr.* pro quo est tex. *in l. cum par.* & ibi Dec. & Cagnol. notant. *ff de reg. iur.* & facit, quod tradit Dyn. *in c. quod semel. col.2. vers. sed distingue, & vers seq. de reg. iur. in 6.* Ciach.

k *Quod statuto.*] De quo tamen Vulpel *resp 134 per tot.* Tu tamen vide stat. Mediol. *in nouiss cap.208. vbi Appos.* Ros.

Quod statuto dicto termino.] Adde, † quod dato termino ad 136 respondendum, interrogatus, ne videatur tacite confiteri, Instrumentum esse falsum, renuntiando vsui debet respondere cum ista protestatione, quod non renuntiat propter hoc, quod credat, Instrumentum esse falsum, & posset dicere, quia habet alias probationes, & hoc modo posset vti illo Instrumento contra aliam personam, vt per Castrens. *in l si aduersarius. C. de fide instrum.* & Bald. *in d. fin sub num 9. C. eodem titulo* dicit, quod debet respondere hoc modo, quia non puto, mihi hunc testem, vel hoc Instrumentum necessarium; ideo de hoc teste, vel instrumento non curans vsui cedo; & ibi etiam dat consilium, quod talia potius faciat per procuratorem generalem cum libera, quam per se. Ad prædicta vide omnino Cæpol. *caut.5. nu.1.* Cotta. *in memorial in v. r. Instrumento vel testib u, vers debebit ergo,* & Menoch. *d. casu 315. num.21.* & ibi *num 18.* habetur, quod quando renunciat vsui testium falsorum, dicat causam, cur vti non vult, dicendo, quia credebat illos verum dixisse.

Item † adde, quod huiusmodi interrogatio potest fieri etiam 137 quod scriptura per procuratorem producta fuerit, & principalis poterit interrogari. Lapus *alleg.119.* Immo ambo erunt interrogandi simul; nam, si principalis responderit nolle vti, tunc solus procurator tenebitur, ita not. Castren. *in l. si ius iniquum, §. procurator. num.5. ff. quod quisque iur* Roman. *cons.105. num.1.* & Gabriel. *com. concl. lib.7. concl.7. num.4.* & † procurator non 138 potest respondere, licet haberet mandatum speciale, & specialissimum, sed requiritur mandatum in indiuiduo ad ita, & ita respondendum; alias in criminalibus non præiudicaret domino. ita Bart *in l filiusfam nu.11 ff de donat.* & Menoch. *d. casu 315. num.25.* vel quod dominus ratum habuerit, Capy. *decis.67. num. 3.* nec sufficeret mandatum generale cum libera ad respondendum, quia talis procurator non posset facere, quod dominus caderet in pœnam, vt per Rimin. iun. *in cons 315. vel.3.* & † sicut 139 procurator, qui non habet mandatum in indiuiduo, non potest respondere, ita etiam interrogatus à procuratore non tenetur respondere, secundum Spec. *de procur. §.1. qu.14. n.12.*

Item † adde, quod hæc praxis interrogandi sumitur *in l. si veteru, C. de fide instrum.* quæ lex licet loquatur de instrumento, 140 tamen habet locum etiam in testibus eadem ratione, & interrogatio debet concipi in specie, non in confuso, vtrum velit vti, vel ne Instrumento, vel scriptura producta, & omnibus in eis contentis, & debet exprimi in interrogatione, quæ pars intédatur argui de falso, & debet etiam protestari, se velle illam partē, seu totam scripturam redarguere de falso, super qua fit interrogatio; alias producens non tenetur præcise respondere, Archid. *in c. memoriam distin.19.* Aret. *in §. appellantur col.5. vers Sed pone, Instit. de except.* Gabriel. *d. conclus 7. nu.1. & 9.* & Vrsil. Afflict. *in decis.189. n.2.** Ripa *in c. cum M. Ferrariensis, num.100. de constit.* Alex. *in d. c. in memoriam, n.4. distin.19.* Natt. *cons.635. num.4. volum.3.* & Catpan. *ad statut. Mediolani cap.36. ver. producti.* Sed posset dici contrarium, quando quis vult redarguere instrumētum de falso, quia non debet cogi dicere, in qua parte velit dicere falsum, Bald. *in l. fin. num.2. C. de fide Instrument.* & Gramm. *in addit. ad pragmat Regni, testem falsum, nu.17.* dicit, quod ideo non tenetur quis declarare, quando intendit arguere instrumentum de falso, ex quo, antequam sibi exhibeatur instrumentum originale, non potest scire, in qua parte sit falsitas, si vellet instrumentum arguere ex causa rasuræ; vel alterius vitij, de quo non apparet in copia, facta tamen editione accusatio debet esse clara, Capyc. *decis.79. num.2.* quæ ratio cessat in testibus, ex quo pars potest se certificare, super quo vult eos redarguere.

Item † adde, quod debet fieri protestatio per petentem fieri 141 declarationem, quod vult partem, & testes redarguere de falso; alias non teneretur de falso; Bald. *in l. diuus, la 2. ff. de fals.* & Natt. *cons 635 n.6. vol.3.*

Item † adde, quod hæc interrogatio potest fieri in quacunque parte iudicij, vt not. Vrsill. *in additio. ad Afflict. in decis 165.* 142 maxime *num 4.* vbi dicit in Praxi seruari, quod etiam post rem iudicatam.

143 Item † adde, quod si quis vsus fuerit falso instrumento in prima instantia, & postea in causa appellationis dixerit, se eo vti nolle, est locus pœnitentiæ, secundum Bald. *in l. alia col. fi. verf. Extra quæro, C. de his quibus, vt indign.* quod dictum pro notabili refert, & sequitur Alex. *cons* 108. *col fin. vol.* 6. & Crau. *consil.* 46. *num.* 11. quod tamen procedit, si in prima instantia non fuerit interrogatus: secus vero, si interrogatus fuisset, quia tunc debet puniri, & non esset locus pœnitentiæ in causa appellationis, ita declarat Menoch. *d. casu* 315. *n.* 29.

144 Item † adde, quod post datum terminum ad respondendum responsio debet esse clara, & nitida, sine aliqua conditione, & protestatione: alias perinde est, ac si non fuisset responsum, vt voluit Bart. *in d. l. diuus la* 2. *num.* 2. *ff. ad leg. Corn. de fals.* Lapus *allegat.* 119. *num.* 4. Bald. qui loquitur in terminis statuti *in cons.* 96 *decret. vol* 1. Cæpol *caut.* 53. *numer.* 2. Fulgos. *cons* 177. *per totum*; & secundum hanc opin. fuit iudicatum, Afflict. *decis.* 189. vbi Vrsil. *in addit.* Ferret *cons.* 88. Bero. *cons.* 22. *num.* 34. *vol.* 3. quos omnes refert, & sequitur Bertaz. *in cons.* 496. vbi late per totum *vol.* 2.

Item adde, quod responsio facta cum protestatione de vtendo scriptura, quatenus vera sit, vel quod vult vti in illis passibus, & punctis, in eius fauorem reddentibus, non valet, si facta fuerit post interrogationem, & terminum datum: secus autem, si ante, Fulgos. *dicto cons.* 177. Afflict. *d. decis.* 189. Bald. *cons.* 96. *in princ. vol.* 1. & late Bertaz. *d. cons.* 496. *n.* 6. *vol.* 2.

Item adde, quod respondens velle vti testibus in concernentibus substantiam necessariam negotij, de quo agitur, & fidem testium productorum ad eius victoriam; in aliis autem non cõcernentibus negotium, de quo agitur, nec necessariis, si quæ sunt, non curat vti, quia eis non egeat, nec necessaria sint, nec prosint ad victoriam causæ, declarando, intelligendo, concordando, distinguendo, limitando, & supplendo eorum dicta secundum Ius, &c. talis responsio est admittenda secundum vsum, vt ait Boss. *in tit. de fals. num.* 155. *cum sequent.* sed Bertaz. *in dict. consil.* 496. *num.* 6. dicit, hanc responsionem procedere posse ante interrogationem, & dationem termini ad respondendum, vel in Statu Mediolani, vbi est talis vsus.

Item adde, quod quis non potest respondere, quod vult vti in tali loco, vel in talibus verbis, Oldr. *cons* 32. Cæpol. *cons.* 53. & Soc. iun. *cons.* 41. *vol.* 2.

145 Item † adde, quod respondens nolle vti testibus, vel scripturis productis, non euitat pœnam falsi, si testes produxit, vt falsũ deponerent, vel instrumentũ, seu scripturas falsas fabricauerit, Bart. *in l.* 3. *num.* 4 & ibi Bald. *num.* 5. *C. de fid. instrum.* Crau. *cons.* 46. *n.* 11. Abb *in c. præsentiam nu.* 10. *de testib.* Ruin. *cons.* 86. *n.* 3. *vol.* 4. Menoc. *de arbitr. Iud. d. casu* 315. *n.* 30. & Anch. iun. *q.* 44. *n.* 3. *&* 4. *par.* 1.

146 Item † adde, quod pariter non excusatur de productione articuli, & capituli falsi, etiam quod respondeat; non velle vti testibus, vt notat Fulg. *in c. præsentium, num.* 11. declarando, vt ibi per eum de testib. Ruin. *d. cons.* 86. *num.* 6. *volum.* 4. Boss. *in tit. de fals. nu.* 154. Foller. *in pract. crim. par.* 1. *secundæ part. in vers.* Item quod committit falsitatem *num.* 44. & Menoch. *d. casu* 315. *num.* 30. nisi se excusaret ex iusta causa, quia fabricasset eos super facto alieno, vt ibi per eum.

147 Item † adde, quod respondens nolle vti non excusatur, si respondisset longe post disceptationem habitam super falsitate, & veritate productorum, renuntiando vsui, Menoch. *d. casu* 315. *num.* 29.

148 Item † adde, quod respondens nolle vti Instrumento, quod suspicatur falsum, si deinde aliud produceat eiusdem tenoris rogatum ab alio Notario, an possit eo vti Afflict. *super constit. Regni. lib.* 3. *rubr.* 40. *c. qui falsæ, num.* 3. vbi se refert ad distinctionem Bart. *in l. si quis legatum, ff. ad leg. Corn. de fals.* quæ videri potest.

149 Item † adde, si quis respondit, nolle vti; pars contraria vti poterit, Crau. *de antiq. temp. in prima part. num* 150. Boss. *in tit. de public. process. n.* 17. & Boer. *decis.* 245. & de fisco vide Boss. *in tit. de fals. n.* 127. *&* *n.* 161. vbi dicit, quod potest vti illis testibus.

150 Item † adde, quod non respondens, vel obscure, aut qualificatiue, habetur, ac si respondisset, non velle vti, not. Bald. *consil.* 96. *num.* 3. *vol.* 1. Cæp. *in caut.* 53. *nu.* 3. Soc. in. sen. *consil.* 24. *num.* 31. *vol.* 1. requiritur tamen contumaciæ accusatio, Rolan. *cons.* 99. *n.* 16. *vol.* 3. & pronuntia, seu declaratoria Iudicis super contumacia, quod habeatur pro negante Bart *in l. eiusque delatorem n.* 2. *ff de iure fisci* Bald. *in l.* 1. *nu.* 84. *C. de confess.* late Capye. *decis.* 121. *n.* 24. & Mars. *in pract. crim. §. aggredior, n.* 105. *cum sequen.* maxime *n.* 113. *&* 114. & in hac pronuntia fienda, an requiratur partis citatio, Gabriel. *com. concl. tit. de citation. concl.* 1. *n.* 363. & late Tiraquel. *in tract. Res inter alios acta, limit* 15. *&* 31. Et an à tali pronuntia appellare liceat, stante statuto, quod contumax in non respondendo habeatur pro negante, ad tradita per Bald. *in cons.* 269 *in princ. vol.* 1. Ripa *in l.* 1. *n.* 28 *ff de vulg. & pupil.* & Afin. *in Praxi. §.* 19. *c.* 15. *n.* 5. *&* 6.

151 Item † adde, quod non respondens, antequam pronuntietur contra eum, potest moram purgare deinde respondendo; ita not. Castrens. *in l.* 2. *§. Quod si actor num.* 2. *ad finem*; vbi Curt. iun. *num.* 11. *C. de iur. calum.* & sic re integra potest moram purgare, not. etiam Castrens. *cons.* 160. *num.* 1. *vol.* 1. Alexan. *in l. si insulam num.* 36. *ff. de verb. oblig.* Afin. *in Praxi. §.* 10. *c.* 15. *ad finem.* & etiam post pronuntiam potest admitti contumax ad respondendum, re integra, donec secuta sit sententia super causa principali, not. *Orian in c. Quoniam contra num.* 13. *de probat.* Ripa *in d. l. si insulam, nu.* 89 *ff. de verb. oblig.* Afin. vbi supra. *Osasch. decis.* 5. *n.* 4. *vers. Nec videatur limitando*, vbi aduersarius non grauaretur in probando, hoc in positionibus procedere idem Olas. *decis.* 71. *n.* 56. Per Principem autem potest indulgeri ad respondendum, re integra, etiam post sententiam non executam, refectis expensis. Bald. *cons* 121. *vol.* 1.

Item † adde, quod stante statuto, vt est Mediolani, quod in quibusdam casibus, an velit vti testibus, respondere non teneatur, si constabit, quod quis scienter falsis testibus vsus fuerit non obstante tali statuto, respondere tenebitur, Boss. *in tit. de fals nu.* 118. *&* 153. quem refert, & sequitur Afin. *in praxi. §.* 20. *cap.* 2. Baiard. 152

l *Vel non.*] Quid si pars producens non vellet vti, potest tamen pars altera vti. Aret. *consil.* 141. *in princip.* Crauet. *de antiq. temp. in prima parte, num.* 151. Felyn. *in ca de Testib.* Boss. *in tit. de public process. & testi. num* 17. Idem, si dicatur, nolo vti. Piseus tamen potest vti, per Boss. *tit. de falsis, n.* 127. *&* 161. & Bart. *quest. Iudex maleficiorum, col.* 3. *in fin.* Giach.

m *Scias etiam.*] Adde, † quod Carau. *in tit.* 281. *num.* 5. videtur tenere contrarium, dicens, quod falsificans scripturam priuatam, quæ probat, punitur pœna falsi sicut vtens, & allegat tex. *in l si quis decurio*, & ibi Bald. *C. de fals.* & multos alios tex. & etiam Alexand. *in cons.* 7. *n.* 1. Sed vide Menoch. *de arbitr. Iud. casu* 315. *n.* 3. vbi tenet, quod falso instrumento vtens, pœna arbitraria punitur. *Baiard.* 153

n *Notarius autem.*] Quid de notario, qui mutauit † signum suum? dic, quod falsi pœna tenetur. Gloss. *in §. Item lege Corn Instit. de pub. iud.* & pro singulari posuit Claraquen. *in singul.* 13. Itẽ Notarij persona, vbi aliqualiter est suspecta, & fama eius non multum bona, tunc probatur falsitas contra eum per verisimiles coniecturas, vt per Crauet. *eius consil.* 178. *col.* 2 *in fine* Et contra falsificantem falsum instrumentum potest inquiri, & procedi, etiam post tempus datum à statuto ad inquirendum de maleficiis, cum falsi crimen intelligatur à statuto exceptum, vt per Mars. *sing.* 507. Giach. 154

Notarius autem.] Vide pract. Papien. *in for libell. in actione hypoth. in gl. mutuo, numer.* 18. Alexan. *cons.* 78. *numer.* 23. *volum.* 1. Quid autem si Notarius clausulam, & cetera vno modo extendat, quo sic de iure extendi non possit, vtrum incidat in pœnam falsi? Vltra Crauet. *consil* 34. *annot.* 5. *cum sequentibus*, vide Martinum de Garatis Laudensem, *inter consilia criminalia diuers. cons* 62. *parte* 1. vbi reperies quod circa substantiam negotij, clausula, & cetera, nihil operatur, nec potest aliter extendi; & aduerte, quod licet hic dicatur, quod si Notarius ponat aliquid in instrumento, quod verum non sit, falsum committat, tamen non sufficit ad pœnam falsi, quod non sit verum, sed requiritur dolus, inter consilia criminalia diuers. *cons.* 63. *n* 4. *vol.* 1. Et ideo si quis credit iurare verum, etsi falsum iuret, non efficitur periurus. 22. *quæst.* 2. *cap. omnis*, quem text. in proposito allegat Decian. *in cap. cum venerabilis, num.* 112. *de except.* sed tu vide, gloss. melius distinguentem *in l. Lucius, in verbo, debeant, ff. de his qui not. infam* Drogh.

n *Notarius autem.*] Adde videndum addentem ad Bertaz. *in cons.* 544. vbi latissime de hac quæstione. † An notarius falsum committat, si in Instrumento mutui apposuit verbum, numerauit, & pecunia non fuit numerata. 155

Item † adde, quod notarius conficiens instrumentum mutui, & asserens, quod heri in sua præsentia fuit numerata pecunia, non punitur de falso licet falsum dicat, quia loquitur, vt priuata persona, cum non probet de numeratione; nam tempore numerationis non fuit de dicta numeratione rogatus. Notarius enim non potest attestari in instrumẽto, nisi de visis tẽpore rogationis, ita notabil. tradit Bal. *in l. ex his col.* 2. *C. de testa. mil.* 156

Item, & falsum committit Notarius, qui cum ei aliquis dictaret instrumentum, dolose quid omittit Tiraqu. *de pæn. causa* 44. *n.* 16. vbi supra *num.* 35. ponit Notario delinquenti in omittendo, fiscumque, vel rempublicam lædenti, vt quia dolose omiserit scribere solutiones tributorum, manum amputari.

Item † adde, quod contra notarium in materia testamenti cessat suspicio falsi, quando testator viuit, cum agatur de modico præiudicio, quia testamentum est reuocabile, Port. *cons.* 95. *n.* 10, Baiard.

o *Aliquid apponat.*] Quid si vnum locum pro alio Vulpel. *cons.* 47. Ros.

p *Sic etiam.*] Vide quæ Dec. *cons.* 77. *n.* 15. *per totum*, Ros.

Sic etiã, si notarius.] Adde, † quod si cõsuetudo est, vt notarius scribat 157

scribat nomina etiam absentium, talis consuetudo excusat notarium à pœna falsi, vt tradit Iacob. de S.Georg. *in l. de quibus n. 54. ff. de legi.* Baiard.

q *Erat absens.*] Hic nota, quod si consuetudo est, vt notarius in instrumento scribat nomina etiam absentium, quod talis consuetudo excusat Notariũ à pœna falsi per Iacob. de S. Geor. *in l. de quibus n. 54 ff. de legibus.* Giach.

r *Alias incidit in crimen falsi.*] Quid de eo, qui facit fieri falsam relationem Notario. Dic, quod licet non dicatur fecisse fieri falsum instrumentum, quod tamen punitur de falso ex isto, quia iudici obrepsit non veram relationem ostendendo; ita per Bart. *in cons.* 199 & Boer. *decis.* 215. *col.* 3. Giach.

s *Pariter etiam Notarius.*] Hic vnum scias, quod Notarius
159 † non tenetur exhibere prothocollum de instrumento in actis non exhibito, illud de falso redarguere volenti, vt per Roland. *in cons* 44. *in* 1. *dub. vol.* 1. vbi plene. *Giach.*

Pariter etiam Notarius.] Adde, † quod si notarius aliquam
160 solennitatem omittat, tunc considerandum est, an ipse notarius sit bonæ famæ, quia tunc præsumitur, errore illam omisisse: si autem sit malæ famæ, tunc præsumitur falsarius, & puniri debet, Bald. *in l. Quoties, §. 1. ff. de hæred institut.* & Ferran. Gargia.
161 *consil.* 125. *num.* 29. *volum.* 1. *inter cons. crim. diuers.* Et † an error in notario potius præsumatur, quam falsitas, latissimè per Mascard. *de probat. conclus.* 644. & Ias. *in l. errore, C. de testam.* & Socin. *cons.* 277. *colum.* 1. & 2. vide etiam Paul. de Castr. *in cons.* 422.
162 *viso, & examinato ver.* Sed † in casu nostro, *vol.* 2. vbi dicit, non esse in arbitrio notarij omittere illa, quæ necessario sunt ponenda vel de iure, vel de facto, vel ex consuetudine, sicut † nec in
163 arbitrio partium, quominus omissa vitient; & si notarius omittat aliquid in instrumento, quod noceat parti, tenetur de damno, & interesse; & de damnis statur iuramento partis, si notarius illud dolose omisit; sed si culpa, interesse debet plene probari, vt per Boss. *tit. de falsis num.* 68. & 75. & *sub num.* 50. & 66. habe-
164 tur, † quando præsumatur potius errasse, quam dolum commisisse, & ad prædicta vide etiam Alciat. *in tract. de præsumpt. reg.* 3. *præsumpt.* 13. *num.* 13. *in l. si quando num.* 618. C. *vnde vi* & Boer. *decis* 37. *num.* 4. qui loquuntur in testamento, & in omnibus in-
165 strumentis; & † sicut non potest omittere, ita etiam aliquid instrumento addere non potest sine licentia Iudicis, alias falsum committit, late Bertaz *in cons* 543. *per totum, & ibi addent* latis-
166 sime; Et si errore † ductus addidisset instrumento aliquid diuersum à prothocollo, teneretur saltem læso ad interesse, Bart. *in l. fin numer.* 6. *ff. de tabul. exhib.* & Angus. *consil.* 5. *numero* 5. *lib.* 1. Baiard.

t *Nisi in casibus.*] Vulpel. *d. cons.* 47. Ros.

167 u *Adde, quod notarius conficiens, &c.*] Adde † ad hoc videndum Guid. Papæ *decis.* 433. vbi dicit, quibus pœnis debeat puniri,
168 & Alexand. *in consil.* 77. *circa medium volum.* 1. vbi † ponit indicia, per quæ potest deueniri ad torturam contra Notarium imputatum de falso, vide etiam Lud. a Peguer. *in q. crim. c.* 33. *num.* 1. vbi tenet, quod † Notarius conficiens Instrumentum vsura-
169 rium peccat mortaliter, infamis est, è testimonio repellitur, arte
170 sua priuatur, & ad restitutionem in subsidium tenetur, & † de multis casibus, in quibus Notarius instrumenta conficere non potest, habetur per Luc. de Penn. *in l.* 1. *num.* 1. *C. vt nemo ad suum patroc. lib.* 11.

Item † adde, si statutum puniat notarios scienter contractus
171 illicitos conficientes ad hoc, vt habeat locum, debet probari scientia de tali contractu illicite in notario. ita Bertaz. *in consil.* 189. *n.* 3. *vol.* 1.

172 Item † adde, an Notarius teneatur pœna falsi si incæpit falsum instrumentum, sed non perfecit: hanc quæstionem plene disputat Luc. de Pen. *in l. si quis, C. vt nemo ad suum patro. lib.* 11. *colum.* 2. & late prosequitur Grammat. *in decis.* 7. & 14. vbi de actu consummato, & de conatu, & plura de falsitate. *Baiard.*

173 x *Item notarius negans.*] Adde † quod notario dicenti se prothocollum, aut originalem notam perdidisse non creditur, quia cum apud illum semel fuit, præsumitur dolus & culpa, ex quo tenebatur ad custodiam, ratione sui officij publici, Bald. & Imol. *in l. cum ita §. species, ff de leg.* 2. Feder. de Sen. *cons.* 113. *incip. legit.*
174 *constis.* Fely. *in c. accepimus. de fide Instr* Nec † notario creditur, si cum iuramento dixerit amisisse, Cephal. *cons* 170. *num.* 6. Sed si adsunt aliæ coniecturæ, & præsumptiones cum iuramento, creditur, Bald. *in l. fi. ad fi. C. de eden.* Alex. *in l. si quis, § fi ff. eod.* & Alciat. *cons.* 18. *lib.* 7. vbi attestatur de communi, & ibi etiam dicit,
175 † quod non potest torqueri, quando pro eo concurrunt conie-
176 cturæ, & præsumptiones; & si † notarius producere, seu ostendere prothocollum noluerit, poterit torqueri, Curt. sen. *cons.* 55.
177 *num.* 18. & Bald. *in rubr. C. de fid. instr.* Et † an notarius præsumatur rogatus, late per Mantic *de coniect. vlt. volunt. lib.* 2. *tit.* 12. & Menoch. *de præsumpt. lib.* 2. *præsump.* 81. Mascard. *concl.* 1097.
178 Item † adde, quod notarius similiter tenetur de falso, si dicat, se rogatum de aliquo instrumento, dando notulam eius parti, licet non esset rogatus, Alexand. *cons.* 77. *num.* 1. *vol.* 1. idem si dicat non recordari, quando factum est de recenti, Rom. *sing.* 376.
cum addit. ibi. Et quando † notarius dicit, se non recordari, po- 179
test compelli ad exhibendum omnes suas imbreuiaturas, vt perquiratur, si inter eas adest illa imbreuiatura, Lanfranc. *in c. quoniam contra, n.* 474. *de probat.*

Item † adde, quod notarius negans se rogatum fuisse de ali- 180
quo instrumento, vel illud celans, vel dicens, non se recordari, si conuincatur, vltra pœnam falsi tenetur parti ad omne interesse.
Io. de Amic. *in cons.* 106. & † potest compelli ad exhibendum e- 181
ius imbreuiaturas, vt fiat perquisitio si adest instrumentum, de quo quæritur, & si non reperitur, oportet probari per testes, quod fuit rogatus, alias non posset puniri de falso, Lanfranc. de Adriano *in tract. de fide instrum. num.* 2. *in vol.* 3. *tract.* & non potest probari per præsumptiones, Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib.* 2. *tit.* 12. *in fine.*

Item † adde, quod notarius amittens prothocollum, si non 182
probauerit, absque eius culpa combustum, siue deperditum, debet puniri Iudicis arbitrio, Menoch. *de arb. cas.* 370. & † tene- 183
tur ad omnia damna, & interesse partium, Franc. Marc. *decis. Delphin.* 193. Ceph. *d. cons* 170. *nu.* 2. & 6. efficiturque † periurus, 184
Ruin. *cons.* 11. *num.* 19. *volum.* 3. & hæc procedunt, etiamsi authenticum haberet, quia tenetur penes se seruare, & custodire prothocollum, & notam originalem, Menoch. *de arbitr. d. cas.* 370. *num.* 2. & in hac materia vide Bart. *in l si quis ex argentariis, §. an vero hæredi, ff. de edend.* vbi multum notab. distinguit, & †. 185
differt, probata amissione, quis teneatur probare dolum, vel culpam, in quo vltimo artic. vide Gomes. *variar. resolut. tom.* 2. *cap.* 3 *sub num.* 22. vbi reassumit Bart. sed in exemplis per eum ibi datis non conuenit cum Bart. & certe decipitur in aliquo ex eis exemplis, vt apud Bart. est videre.

Item † adde, si orta suspicione falsi contra notarium appare- 186
ant testes contradicentes Instrumento, & fiat instantia, vt notarius exhibeat matricem scripturam, & primam imbreuiaturam, & ipse nolit producere, vel differat, poterit torqueri, secundum Bald *in rubr. C. de fid. instr.* Franc. Curt. *cons* 56. *num.* 32. Rom. *cons* 174. *col. fi.* Baiard.

y *Sunt etiam alij casus.*] Vt in eo, qui mutauit datam instrumenti, qui falsi pœnam incurrit, per Marc *quæst.* 437. etiamsi instrumentum sit nullum, per eundem *q.* 671. *num.* 2. & *q.* 239. Item falsitatis author habendus est is, qui apostillauit, & interlineauit scripturam non is, qui transumptũ fecit: vide per Marc. *q.* 702. *num* 1. Adde, & Ruyn. *cons.* 15. *in princ. lib.* 4. Item vendens rem duobus in solidum falsi pœna tenetur, vbi primus emptor pretiũ soluit, vel illud obtulit venditori, antequam venderet secundo emptori, per Alexand. *consil.* 86. *lib* 6. Item falsum committidans falsam schedulam Notario. *c licet, de crim. fals.* & habetur per Alexand. *cons* 74 *num.* 13. 77. & 79. *in princ. volum.* 1. & idem per Boss. *tit. de fals. num.* 100. Item notarius ante aperturã propalans testium dicta tenetur falsi pœna, Bald. *in l. finali, col penul. C. de edend. & in l. argentarius, ff. eod.* Item sigillum accipiens à Domino, & aliquid aliud, quam quod sibi Dominus commisit; sigillans, tanquam falsarius punitur, per Decian. *consil.* 175. *col.* 4. *versic. quinto* Item testis iuratus celans veritatem punitur de falso, per Cæpol. *consil* 60. *num.* 56. Item falsificans librum rationum fidem non facientem, tenetur de falso, vi. per Natt. *cons.* 588. Ias. *in repet. l. admonendi, col.* 49. *sub num.* 134. *ff. de iureiur.* Et quid de illo, qui falsam apocham fabricauit. *ibid. num* 99. Item falsi pœna punitur, qui acta apostillata describi curauit per Mar *qu.* 743. *num* 3. Item falsum incurrit, qui prothocollo, seu scripturæ alienæ aliquid addit, per Mat *ead. quæstio nu.* 4. Item falsum dictans, & præcipiens, vt scribatur, falsi pœnam incurrit per Mar. *quæst.* 702. *num.* 2. modo scienter dictet rem illicitam, intellige de scriptura publica, at secus in priuata, vt per Alexãd. *cons.* 70. *col fi.* & *cons.* 74. *col fin. lib.* 1. Item falsum in litteris priuatis committitur, quando tendunt in alterius præiudiciũ. Mar. *d. q.* 697. *num.* 4. Item instrumentum in ignem proiiciens incidit in falsum, vel celans veritatem, vel subtrahendo instrumẽta, per Boss. *in tit. de falsis, n.* 196. Item vtens fraudulenter duplici mensura falsi pœnam incurrit, Marc. *q.* 279. Qui vero multa acta cõbussit in perniciem Reipub vt veritas apparere nequeat, capitali pœna punitur per Afflict *decis. vlt. sub num.* 17. *vers* 1. Et nota, quod falsi crimen est detestabilius omnibus aliis criminibus. Et ideo confessio falsi incidenter facta nocet confitenti, licet secus in aliis criminibus, ex qua ideo potest puniri per Marsil. plene *singula* 581. Giach.

Sunt etiam alij casus.] Adde, † quod pluribus modis commit- 187
tuntur falsitates circa rescripta Sedis Apost quos accumulauit Hostiens. *in summa, tit. de crimine falsi, n.* 3 & in hac materia vide etiam Doctor. *in c. falsariorum eod. tit.* & de † cancellario fal- 188
sum conductum Principis falsificante habetur per Port. *consil.* 94 *cum aliis duobus sequent.* & detruncans † Bullas de litteris Pa- 189
palibus, vel de aliis litteris incidit in falsum, Bar. *in l Paulus in fine ff de fals.* & † alij casus, in quibus crimen falsi committitur, 190
habentur per Iacob. de S.Georg. *in leg. repetita quidem, num.* 2.

191 ff. de fide instrumen. & præsertim de † eo, qui finxit se creditorem
192 mercatoris falliti in præiudicium aliorum creditorum, & de † multis falsitatibus ponderum, annonæ, & similium, vide Fulgos. consil. 123. & Menoch. de arbitr. Iudi. casu 306. cum multis sequent.

193 Item † adde, quod in huiusmodi crimine, quando falsificantur litteræ Papæ, vel Regum, multa non considerantur, quæ regulantur in aliis falsitatibus, vt per Afflict. in constit. Regni, qua incipit. qui litteras lib. 3. quem refert, & sequitur Cassan. in consuet. Burgund fol. 64. num. 51 & plenius per Fab. Montelco. in sua
194 Praxi. arbit. par. 4. num 815. vbi † in hoc crimen falsificationis litterarum Apostolicarum, & Regiarum sexdecim specialia accumulauit.

195 Item † adde, an falsitas potius præsumatur in litteris gratiæ, quam iustitiæ, Mascar. de probat. concl. 747. vol. 2.

196 Item † adde, quod falsitas commissa in litteris apostolicis est crimen mixtum, quod potest puniri à Iudice Ecclesiastico, & seculari, ita Abb. & Doctor. in c. cum sit generale de foro compet. & Boss. in tit. de fal. n. 108.

197 Item † adde, quibus pœnis puniantur falsificantes litteras, vel sigillum Papæ, Regis, Iudicum, & Prælatorum, aut scienter vtẽs dictis litteris falsis, siue sit clericus, siue laicus, late per Boer. in decis. 81 Gram. voto 25 numero 9. & Socin. in c. falsariorum. de crimine fals. & de pœna mandantis talem falsificationem fieri,
198 Grammat. decis. 27. & † an pœna falsi teneatur mutans, vel abradens litteras Iustitiæ Principis, vel sigillum, quoad facti narrationem, Plot. consil. 95. vbi loquitur de constitutione Mediolani, qua puniuntur falsificantes sigillum, & litteras Principis, &
199 quibus † pœnis puniantur clerici falsificantes litteras apostolicas, vel Iudicem, Bern Diaz. in Pract. crim. cano c. 108.

200 Item † adde, quod falsificans litteras Delegati Papæ, ita acriter non punitur, sicut, si falsificasset litteras Papæ, Felyn. in cap.
201 2. de rescript. vers. stylus, & † ita est de falsificante litteras Proregis, secundum Gram. in decis. 27. in fine.

202 Item † adde, quod statutum puniens ad mortem falsificantem sigillum Regis non habet locum in falsificante verba scripturæ Regis, Afflict. decis. 404. & ibi late de pœna iuris communis, & Regni Neap. falsificantis sigilla, & litteras Principis.
Partum supponens. Adde, quod iste casus deficit in textu authoris, licet reperiantur in summario; de quo vide per Boss. in tit. de
203 partu supposito, & quibus coniecturis, & præsumptionibus partus suppositio probari possit, latissime per Mascar. de probat. conclus. 1147. & Menoch. de præsumpt. lib. 5 præsumpt. 24. & † per te-
204 stes criminis participes istud crimen probatur, Dec. cons. 342 per totum & cum Decio in eadem causa consuluit Ruin. in consil. 158. vol. 5. & idem tenet Crauet. in cons. 178. n. 3. *Mutatio nominis*. Adde, quod etiam iste casus non reperitur in textu, & est posi-
205 tus in summario, de quo vide similiter Boss. in tit. † de mutatione nominis & latissime per Menoch. de arbitr. iud. casu 318. quibus pœnis mutantes sibi nomen puniri debeant, & idem dicendum est de mutatione vestium dolose facta, vt per Port. cons. 77.
206 num. 3. & † de consulente, vt quis nomen sibi mutet. vide Socin. iun. in consil. 38. volum. 2. & Afflict. super constitut. eos qui scienter, in fine de periur. rubr. 55 lib. 3. vbi de consulente, vt quis sibi mutet nomen, quando deponit testimonium, qui punitur de falso,
207 & quando sit licitum mutare † nomen proprium, signum, vel sigillum, & alienum sumere, & quomodo, Guliel. de Bened. in cap. Rayn. in princip. fol. 4. num. 44. & an ex iusta causa absque pœna mutari possit, Bertaz consil. 408. num. 15. & 19. vocum. 2. Baiard.

z *Papæ Regum*.] Et quod falsificans litteras Papæ, vel alterius Principis falsi pœna plectatur, vide per Ias. in repetit. l. admonendi. de iur. iuran ante num. 149. Et falsificans litteras delegati Papæ non ita actius punitur sicut falsificasset litteras Papæ, per Felyn. in c. 2. de rescript. vers. Stylus Et de falsificante litteras Proregis, qui non fuit punitus, ac si litteras Regis vi. per Gram. decis. 27. n. Giach.

208 a *Abradens instrumenta*.] Adde, † quod delendo, vel interlineando scripturas committitur falsitas, Ruyn. cons. 15. vol. 5. Item & lacerando, Grat. consil. 59. num. 12. & consil. 72. volum. 1. & Marc quæst. 741. Item si scripturæ aliquid addatur, vel detrahatur. Anchar. cons. 173. In Christi nomine, Marc. quæst. 741. & si aliquid amoueatur, Abb. in cap. ex litteris, de fid. instrumen. Marc. q. 141.

209 Sed † ad hoc, vt pœnæ falsi locus sit, oportet, vt rei substantia commutetur c. ex litteris, de fide Instrum. Bald. & Doct in l fin. C. de edict. Dini Adrian toll. Cephal. consil. 332. num. 13. & quando
210 † dicatur commissum vitium rasuræ, siue cancellationis in parte substantiali, vel accidentali, Menoch. de adipiscen possess. re-
211 med 4 num. 712. cum sequen. Et rasura † non nocet, quando, ea non obstante, potest legi, quod prius erat scriptum. Crauet. cons. 73. num. 1115. & Grammat consil. 75. in ciuil. & Vrsill. ad Afflict. in decis. vlt. num. 7. & Menoch. vbi supra, & de rasura scripturæ vide etiam Mascard. de probationib. conclus. 1254. volum. 3. Baiard.

b *Aperiens, & desigillans*.] Iste est text. in l. 1. §. si is, qui ducenta, ff. eod. quem text. ibi ponderat Bart. † contra Notarios, & 212
Procuratores, vel Aduocatos, qui iura, & instrumenta suorum clientulorum ostendunt eorum aduersariis, quia incidunt in pœnam falsi. Ad idem per Iacob. de S. Georg. in l. si legatarius. sub num. 3. C. de legat. qui dicit eum, qui solum aperit, nec alij ostendit, puniri pœna extraordinaria Et ad rem adde etiam per eundem Bartol. in l. 2. ff. eodem, atque per Franc. Marc. quæst. 740. & per Ias. in repetitio l. admonendi, n. 150 ff. de iureiur.

Non restituens vero litteras ei, cui restituere mandatum susceperat, committit falsum, per Bart. in l. Titio, col fin. versic. venio ff. ad municipal. & in l. 2. C. de fals. & in l. si quis in graui, §. tabulas, ff. ad Senatuscons. Syllanian.

Ad materiam adde, quod lacerans generaliter incurrit crimen falsi. & quod contra combutentem, vel radentem scripturam ad celandum veritatem procedi debet ad torturam, ex quo committit falsitatem, in qua acerrima fieri debet indagatio. Idem de cancellante scripturam publicam, quia falsum committit ex quo veritatem occultat. Item lacerans probationes assumptas super tali crimine incidit in illud crimen, de omnibus his habetur per Crauet. in cons. 6. col. 8. in versic. secundum crimen, & in versic. tertium crimen Et laceratio subsecuta declarat, qualis fuerit lacerantis animus in præteritum, & qualis fuerit informationum veritas, per Crauet. ibid. colum. 7. versicul. 5. & num. 30.

Desigillans. Adde, & econuerso, quod sigillans litteras alieno sigillo absque expressa attestatione incidit in pœnam falsi: sed quando, vide per Franch. Marc quæst. 974. per Bertach. in suo Repert. verbo sigillatio 7. Similiter scribens litteras alieno nomine eo ignorante, dicitur falsarius, in capit. 1. de magistr. post numerum 5. Detruncans vero bullas de litteris Papalibus, siue de aliis, incidit in falsum. Bartol. in l. Paulus. in fine eodem. Similiter pœna falsi tenentur suæ Ciuitatis consilia reuelantes. Et priuata ministeria sui Potestatis, vel Præsidis detegentes per Cæpol. crimin. consil. 39. num. 19. Similiter aduocatus, qui per pecuniam falsam suscepit aduocationem, falsi pœna punitur. Gloss. in l. prima, de Sicar. & ibi per Marsil num. fin.

Et ad illud, quod superius dixi de aduocato ostendente iura clientuli sui parti aduersæ, qui incurrit pœnam falsi, adde, vt per Ias. in l. non dubium, num. 36. C. de legib. Item si aduocatus falsam legem adducit, tenetur iudex eam reiicere, alias vterque falsi crimine tenetur, per Rip. in l. 4. §. hoc autem iudicium, n. 31. ff. de damn. infect. Sed aduerte, ne decipiaris, quia præsupponit scientiam.

Item fingens se Doctorem, qui non est, falsi pœna tenetur per Boss. in tit. de falsis, num. 131. quod intellige, si actum aliquem Doctori congruentem fecerit, alias si se simpliciter doctorem appellauerit, extraordinarie solum punitur, ita per Corser. in Repert. Felyn. verb. Doctoratum vsurpans. atque per Moncha, ad Crot. tract. de testibus num. 176. cum seq. Idem de illo, qui dicit se clericum, cum non sit, per Felyn. d. c. 1. de magist.

Idem de illo, qui dicit se comitem, & facit actus comitis, cum non sit, debet grauiter puniri citra mortem, per Felynum ibidem.

Item, fingens se creditorem mercatoris; vel sibi non fuisse solutum in præiudicium aliorum creditorũ, tenetur pœna falsi per Iacob. de S. Georg. in l. repetita, numer. 2. ff. de fid. instrum. qui num. 3. idem addit de illo, qui conficit apocham, vel scripturam sub nomine alieno, quasi ille scripserit, qui incidit in pœnam falsi, & num 4. similiter de Notario actorũ, qui scripsit in actis, tale realiter produxisse tale instrumentum, & alia, quæ in rei veritate non fuere producta nisi verbo, incidit in crimen falsi. Item impetrans supplicationẽ alterius nomine punitur arbitrio iudicis vbi supra per Felyn Itẽ citans aliquem fingens se nunciũ, cum non sit, punitur ciuiliter, & criminaliter, & tenetur ad interesse citati, ibi. Item abradens de litteris scribentis nomen, & suum apponens, punitur vt falsarius, ibid. Idem de Notario, qui confecit instrumentum, & non est Notarius, quia tenetur pœna falsi; secus si erat, & fuit depositus, per Boss. vbi supra de falsificationibus vero descriptorum, atque de istorum pœna, vi. per Afflict. decis. 21. & 24. & per Iason. de Lud. eius decis.

Vltimo nota, quod falsum in iudicio, committens potest absque nouo processu puniri, per Anchar. cons. 173. col. fin. Item, quod vbi apponitur falsi exceptio in rescripto; tunc maior seueritas requiritur in inquisitione; quam in alia scriptura, per Afflict. decis. vlt. n. 16. Giach.

b *Aperiens*.] Aperiens, vel non restituens Bart. in l. qui testamentum. ff. de fals. Emanuel Suarez, verbo litteras pract. B. Diaz. c. 96 Rom. cons. 365. in fin. Decian. tract. crim. to. 2. lib. 7. c. 17. num. 46. Ros.

Aperiens litteras alienas.] Adde, † quod amouens litteras 213
Iudicis

Iudicis à manu seruientis, pœna falsi tenetur, Guid. Papa *decis.*
214 *579.n.5.* & † quid in lacerante litteras iudiciales, vide eundem Guid. Papa *dec.233.* & ibi addentes.
215 Item † adde, quod non dicitur aperuisse litteras, qui non le-
216 git Bart. *in l.3.§.si quis tabulas ff. Sillan*, & quis † dicatur legisse scripturam, Bart. & Bald. *in l 1 ff. de his, quæ in testam. delen. in princ.* & Bart. *in l qui testamentum ff ad l. Corn. de fals.* ita distin-
217 guit; † aut quis aperuit litteras, vt aduersario mittentis eas ostendat; & tali in casu incidit in pœnam falsi: si verò aperit, & ipsemet vidit, & alteri non ostendit; & tunc putat, quod debeat puniri extraordinariè crimine stellionatus: & idē tenet Roman. *in consi.397. vers Dum vero.* Et Alciat. *in cons. impresso post eius*
218 *tract. de duel.n.14.* & † si diuulgaret contenta in litteris ad alterius iniuriam, actione iniuriarum teneretur. Gondisl. Villadiego Hispanus *in tract. de legat. in 3.par.q 1.n.4.*
219 Item † adde, qui litteras alteri scriptas lacerat, vel comburit, tenetur pœna falsi. Abb. *in c.cum olim.de offic.delega*
220 Item † adde, quod si aperiens litteras alterius, esset clericus: eius pœna esset depositio, *c.ad falsariorum, de crim. falsi.* & Roman. *cons 367.*
221 Item † adde, quod si quis ex apertura litterarum publicatum consilium in eas, quo hostes Principis, aut Reip. aduersus eos iuuet; tali casu aperiens litteras publicas incidit in crimen læsæ Maiestatis. Rom. *in d.cons.165.*
222 Item † adde, quod sigillans litteras alieno sigillo absq; expressa attestatione incidit in pœnam falsi & quando. vide Franc.
223 Marc. *dec.974.* & † similiter scribens litteras alieno nomine, eo ignorante, dicitur falsarius, Felin. *in c 1.nu.5.de magistris.*
224 Item † adde, quod lacerans instrumentum violenter in præsentia Iudicis punitur arbitrio iudicantis Alex. *in l respiciendū, §.delinquunt, ff. de pœnis,* Bald. *in l.1.n.2 C. de fid. Instrum.* & Abb. *in c. accepimus.n.4.extra eo.* & ibi an additionibus multum diffusè declaratur ista materia de lacerandis scripturis, vbi habetur,
225 † quod eadem pœna veniret puniendus, si aufferret, licet non violaret, & idem tenuit Rom. *in singul.181.* & Bald. *in c. peruenit e'l primo de testi.cogen.* quod si laceratio fit, vt veritas occultetur, punitur pœna falsi; alias vero punitur extraordinariè, & idē tenuit
226 Felyn. *in c.accepimus.n.12.cum sequent.* & ibi *n.14* dicit † de proijciente instrumentum in ignem, postquam fuerit productum, quando arguebatur de falso, quod debet puniri pœna falsi; &
227 quando † lacerans instrumenta falsum committat, latè per Mascard. *de probat.concl.959.vol.2.*
228 Item † adde, quod veniret puniendus, etiam quod arriperet rem propriam, & laceraret, seu in ignem proijceret, quia punitur talis temeritas, Anchar. *cons.173 n 6.*
229 Item † adde, quod lacerans cartam de libro communis, vel fisci punitur pœna *l si quis id quod §.1.* secundum Bar *ff de iurisd. om. iud.*
230 Item † adde, quod aperiens litteras relationis vnius Iudicis, etiamsi dirigerentur Summo Pontifici, non tenetur pœna falsi, sed extraordinaria, tex. est *in c.cum olim magister, de offic. deleg.* & ibi Abb. dicit communem & Beriaz. *cons 112.* vbi dicit, quod aperiens litteras tenetur pœna falsi, quando ostendit aduersario. & ibi *in addition.* habentur tres casus, in quibus non tenetur pœna falsi.
231 Item † adde, an ille, qui non restituit litteras eius cuius mandatum susceperit, puniendus sit, & incidat in falsum, Bald. *in l. Titio, cum esset, in princ. ff. ad municip.* & etiam ibi Bart. *numer. 3.*
232 Item † adde, quod si Iudex mittat acta ad consultorem, & pars, cui acta fuit commissa deferenda consultori, disigillat, aperit, & legit aliā pœnam non patitur, nisi quod contra illa acta nihil amplius potest opponere, *c.cum olim.magister.de offic.deleg.* & ibi Bald & Fely. dicunt, quod licet non possit dicere scripturam disigillatam non esse veram, poterit tamen dicere, contenta in ea non esse vera. idem tenet Anguis. *in cons 20 lib 1.* vbi dicit,
233 quod licet † notarius ostendens attestationes nondum publicatas incurrat pœnam falsi; pars autem, cui fuerunt ostensæ nullam pœnam incurrit. *Baiard.*
234 c *Adscribens sibi legatum.*] Adde † videndum omnino Hostiens. *in summa.tit.de crimine falsi num.* 1 circa huiusmodi falsitatem; & in quibus casibus excusari possit.
235 Item † adde, quod notarius potest sibi ascribere in testamento certam quantitatem pro mercede, & pretio scripti testamenti; & non incurrit pœnam falsi, dummodo quantitas legata non sit nimis excessiua pro debito suæ mercedis, quia saperet legatum, Cuman. *cons.79.* quem sequitur Simon de Pretis *de interpret. vlt. vol. lib 2. solut.2.n.28 Baiard.*

d *Si tamen Notarius.*] Vel etiam ipse testator id scripserit, quia etiam peti poterit. *l.2.C.de his, quæ in test. sibi adscrib.* Ioan. Dilect. *de arte testand. tit. de legat. caut.1. Ros.*
236 *Si tamen Notarius.*] Adde, † quod idem tenet Mantic. *de coniect. vlt. volun. lib.1.tit.6.n.5 Baiard.*

e *Prohibens aliquem testari.*] Tu adde, & vide fusius, ac diligentiori studio per Iac. Menoch. *de arb. iudic. li.2. cent.4.cas 393* vbi explicatum habes, quibus pœnis; & quando testari impediens, vel testamentum prius conditum renocari, vel compellens hæredem facere afficiatur. *Giach.*

Prohibens aliquem testari] Adde † videndum Plot *in l. si quando §.45.n 1.C vnde vi.* Practica autem, & modus querelæ instituendæ aduersus alquem prohibentem, ne quis possit testari, seu mutare primum testamentum, & quot requirantur, & quomodo 237
probentur, † plenè habentur per Parif. *cons.67.vol.3.* & Guliel de 238
Bened *in c. Raynutius, in ver. condidit. col.2.nu.23. de testam.* vbi dicit etiam, quod prohibitio probatur, si impediat venire notarium, vel testes; Et quibus pœnis prohibens testari puniatur, vide omnino Menoch. *de arbitr. Ind casu 365.* vbi de hac materia †
latissimè, & grauissimè peccat cum obligatione restituendi; & 239
pœna perdendi hæreditatem. Nauar. *in Manuali confess c.26.nu. 36.tom.1.fol 414* vide etiam omnino nouissimè tradita per Peregrin. *de iure fisci.lib.2 tit.6.* vbi, quib. modis testari prohibetur, & quæ probationes requirantur, & prohibitum quem fuisse testari, quomodo probetur; vide etiam Mascard. *de probat. conclus. 1355.* Hoc autem non procedit, quando post prohibitionem potuit testator multoties ad libitum testamentum condere, aut mutare; quoniam tunc illi qui prohibuerant, damnum aliquod sentire non debent, Menoch. vbi supra *n.25. Baiard.*

f *Vellet testari.*] Adde Menoch. vbi supra *n.31. Giach.*

* f *Vellet testari.*] Aliam pœnam falsi, sed hic non tactam, vide apud Neguſ. *tract de pig.1.memb.3.par sub num. 25.* Item adde, quod *in hoc §.* non fuit tactum, quia non modo dicens, fabricans, vendens, abradens, prohibens, & similia incidit in pœnam falsi, sed etiam tacens. Menoch. *de arb ind.lib.2.cent.3 cas.276.n.26. & cent.14.cas.11. n.14.* Crauet. *cons.182. sub num. 7. ad fin.* & tunc contra talem Testem procedit vt inf. *q.25. vers Torquentur etiā,* vbi dixi, & no. quia in tali casu taciturnitatis magis dicitur delictum fraudis, quam falsitatis, vt per Ang. de Vbaldis allegatum supra *vers.3 est casus d cons.73.n.11.vol.2. Drogh.*

Prohibitus testari.] Declara, vt non procedat, quando post prohibitionem potuit testator multoties ad libitum testamentum condere, aut mutare: quoniam tunc illi qui iam prohibuerant damnum aliquod sentire non debent, vt post Socin. iun. *in dict. cons 149.n 48* declarat Menoch. vbi sup. *n 25.*

h *Vendens*] Quid de eo qui finxit se creditorem mercatoris falliti, cum in veritate debeat, vel fingat sibi non fuisse solutum; dic quod si hoc faciat in preiudicium aliorum creditorum, quod tenetur pœna falsi, ita per Iac. de S Georg. *in leg repetita, n.2. ff. de fide instrumentorum*, quod & esse adnotandum superius monui. *Giach.*

Vendens eandem rem.] Sed an pignorans eandem rem duobus teneatur hac pœna? Quod non, Neguſ. *de tract. de pign. 4. par. princ.n.47.* & hic perpetuo no. quod vendens rem duobus, ita demum tenetur pœna falsi, si à primo emptore recepit pretium, alias secus, ita limitatur *d. l. qui duob. ff de fals.* ex mente Odoffred dixisse Baldum refert Fab. *de Monte tract. de empt. & vend. 3.q.prin.n.50. in fin Drogh.*

Vendens.] Boss. *tit. de fals n.112. Ros.*

Vendens eandem rem duobus.] Adde, † quod fallit tribus mo- 240
dis, vt per Plot, *in repet. l. si quando, §.4.n.60 fol.30.C. vnde vi.* vide Menoch. *de arbitr.ind.cas 381.* vbi declarat statutum de pœna vendentis rem duobus, & ibi *n.11.* ponit etiam † de donantibus 241
rem duobus, * & etiam, qui tentauit alienare puniri debet secundum Menoch. *de arbitr.ind.casu 360.n 70* Et quod hodie huiusmodi delictum non sit punibile pœna falsi, Bursat. *cons.100.n 31. vol.1.* vbi dicit quod tantum punitur ex iuris municipalis censura. Item adde, quod obligans rem suam duob., debet dicere secundo, etsi nō prædixerit, crimine stellionatus tenetur, *l 3. ff. de crim stellion.* quod intelligēdum est, si debitor interrogatus esset; alias non. Aliter magna pars hominum, qui res suas obligant passim hoc crimine tenerentur, quod non est dicendum. Vnde bonum esse, si creditor timet, rem aliquam prius fuisse obligatā, vt interroget tempore contractus debitorem; & tunc, si per calliditatem negaret it, teneb. tur pœna *d.l.* Ita declarat Rebuff. *in const reg.tom 2. in tract. de const.redd. tuum art.1.* promittit illam liberare, euitat pœnam; Neguſ. *de pign par.3.memb.1.n. 21.* Et ad hoc dictum, quod vendens eandem rem duobus teneatur pœna falsi, vide etiam Monticel. *in pract. crim. reg.15.n.63.* vbi plenè.

Item adde, quod obligans eandem rem duob. euitat pœnam, si alterum per obligationem pecuniæ seruat indemnem, Luc. de pen. *in l 1.n.11 C. vt nemo ad suum patroc lib.11. Baiard.*

h *Trita est conclusio.*] Ad huius conclusionis intelligentiam vide Dec. congrue loquentem *consil. 188. addit. ad Alex. in cons. 77. littera D. vol.1.* & nota, quod suspicio falsitatis adducit, vt suspectus contrarium probare debeat, Dec. *in c.2.n. 41. de rescript.* Maran. *in suo Spec. par.7. sub tit. & peruenitur aliquando per viam Inquisitionis, n.149* limita tamen dicta per Dec. de quo supra, & & iuxta dicta suspectū de falso detineri posse, vt tunc sic suspectus detineri non possit, si dat idoneam fideiussionē, vt per Ca-

pyc.*decis*.30.*n*.4.*ad fin.infr q* 52. *vers. scias etiam*, Felyn. *in c. ex parte el* 2.*coll*.6.*vers.impetratio,de rescript*. Qualiter autem suspicio falsi habeatur pro veritate, intellige quò ad hoc, ne instrumentum, vel testis dictum suspectum probet Crau.*cons*.56.*sub n*. 20.*ad fin cons* 134 *n*.26.quo stante remouentur ea, quæ satis prolixe,& inutiliter dixerunt aliqui moderni; dum volunt omnia concludere,de quibus mentionem feci infra *ad q*. 53. *vers. dixi etiam*,si namq; suspitio operatur,vt hic,quanto magis testes plures etiam singulares cui adde Curt.iun.*cons* 132.*n* 10 *Drogh*.

242 *Trita est con lusio apud omnes, quod suspicio &c*.] Adde,quid † sit suspicio,& quot gradus sint suspicionis, latissimè per Menoc. *de præsumpt lib*.1.*q*.7 *n* 41.*cum multis sequen* & de multis suspitionibus habetur per Crauet. *cons*.134.*n*. 26. *cum sequen. & cons*. 28.Ruin.*cons*.35.*vol*.4.Soc.iun *cons*.189.*n*.61. *vol* 2. Parif. *cons* 12. *n* 16.*vol*.4 Neuiz.*cons* 8.*n*.38.*decis Pedem*.317.Decian.*cons*.99.*nu*. 11.*vol*.2.Monticel.*in pract crim.reg*.15. *num*. 125. vbi accumula-
243 uit 13. † suspiciones falsitatis, siue indicia, vide etiam Mascar. *de probat.concl* 740.vbi multum latè;quæ præsumptiones inducant iustam causam falsitatis, & Menoch. *de arb. Iud. cas*. 187. *n*.34.*& in tract.de præsumpt.lib*.5. *q* 20. & Veral.*decis* 4 *par*. 2. maximè, quando agitur ciuiliter; & ad hanc materiam, & de multis præsump. vide etiam Ferrant. Gargiat.*cons* 121. *& cons*. 125.*vol*.1.*inter cons crim.diuers* & Plot.*cons* 79.vbi tractat de coniecturis cuiusdam donationis. Et sicut suspicionibus,& præsumptionibus inducitur falsitas;ita † etiam coniecturis,& præsum-
244 ptionibus cessat suspicio falsi,& quibus præsumptionib & coniecturis,habetur per Port.*cons* 95 & magis late Menoch. *de præsumpt d q*.20 Et † falsitas ex duobus præsumptionib. probatur,
245 quando ciuiliter agitur Crau.*d cons*.134.*nu* 29 Cephal. *cons*.287. *n*.4.Et Mascard *d concl* 740 *n*.41. & circa dictum Archid. quod
246 † suspicio falsi pro veritate habeatur,vide Crau *d cons* 114.*n*.26. & Gabr.*com.concl li*.7.*concl* 6 & Abb *cons*. 99. *per tot*. sic contra Gabr.*in loco supra citato* tenet Rimin iun *in cons* 58. *per totum*; vbi aliter declarat dictum Archid. & suspicio falsi in ciuilibus pro falsitate habetur,nisi à parte producente,siue fabricante instrumentum veritas approbetur, & poterit procedi ad puniendum.*l. iubemus C.de probat* quod est speciale in crimine falsi,secundum Cur.*cons* 55.*n*.17.& Ferrant Gargiat.*in d. cons* 123.*n*.24. *& cons* 125.*n*.24.vbi de communi attestatur.

247 i *Est igitur distinguendum*.] Adde,† quomodo intelligenda sit regula,quod ad probandam falsitatem probationes debent esse de necessitate concludentes Ferrant Gargiat *in cons*.126.*nu* 8.*&*
248 *sequent*. & ibi etiam habetur, quomodo † probatur instrumentum falsum, & instrumentum suspectum de falso, vide etiam Alban.*d cons*.99 vbi hanc materiam plene discutit,& quæ differentia sit inter falsum,† & suspectum de falso. *Baiar*.
249
250 k *Aut loquimur in ciuilibus*.] Adde,† quod in dubio,si agitur ciuilibus,iudex instrumento fidem adhibere non debet, Alban.
251 *d.cons*.99.*n*.7. & † quando quis arguit falsi suspicionem contra instrumentum, vt in causa ciuili, & pecuniaria nullam faciat fidem satis erunt leuiores probationes,& præsumptiones,quam illæ requisitæ in causa criminali, dummodo præsumptiones sint satis vrgentes:secus autem,si leues,friuolæ. & temerariæ, Paris. *cons*.28.*n*.50.*vol*.2. Natt.*cons*.633 *n*.16.& Menoch. *de præsumpt li*. 1.*q*.99.*n*.19.& quod suspitio falsi pro veritate habeatur in ciuilib.,ad infringendam fidem probationum tantum,non autem ad puniendum. Ioseph.Lud.*in decis. Lucens*. 15.*n*.65.

Item † adde,quod testis,vel instrumentum,contra quòd tan-
252 tummodo excipitur,quod est falsum adhuc, vt non probet, & probatur id verum esse per confessionem,vel per testes,non facit fidem; sed tamen ex ordine, nec extra ordinem non punitur de falso testis,nec producens instrumentum, vel illud conficiens, nisi excipiens petat etiam illum testem,vel partem criminaliter puniri, vel Iudex inquirat de eo delicto,secundum magis communem opinionem, vt per Boss. *in tit. quomodo procedatur per except n*.1.*&* 3. * *& sequen*.vide etiam Io.Ant. de Nigr. *in c*. 216. *n* 5.vbi dicit, quod Iudex qui cognouit de crimine,ciuiliter poterit ex officio procedere contra delinquentem, & ei imponere pœnam criminalem, sed non eadem instantia, nec cum processu.

Item † adde,quod in causa ciuili, vbi agitur de falso, potest
253 deueniri ad capturam ex sola suspicione falsi, Fab. Tin ad Magin *in decis Lucens*.43.*littera b*. & latè Menoch.*de præsumpt. d.q*. 99 *n*.8 vbi latè.

Item † adde, quod in causa falsi,ciuiliter mota,potest deueni-
254 ri ad leuem torturam,etiam contra Notarium,Franc.Marc. *decis* 161 *n* 6.*par*.2 Mascard.*de probat concl*.7 40.*n*.47.*vol*.2. Afflict. *super Constit.Regni,li*.1.*tit.de falsariis,n*.4.& Fab.Tin.ad Magin. *in d.dec* 42. *littera,a & dec* 41.*littera,b*, vbi dicit, quod suspicio falsi sufficit ad capturam,& coniecturæ ad torturam;sed non ita acriter sicut in criminalibus.

Item † adde, quod si producitur instrumentum confectum à
255 notario,qui consueuit conficere instrumenta falsa, non probat in ciuili:sed repellitur,nisi testibus comprobetur,Paul.de Castr. *in l.vlt.in princ C de probat*. Alex.*cons*.77.*num* 6. *vol*.1.Curt.iun. *cons*.178.*n*.13. qui vere responderunt de instrumento, quod dicebatur suspectum vitio latenti; testibus tamen, & coniecturis detecto,& comprobat Natt *cons* 933.*n*. 13. sic etiam de vitio latenti respondet Neuiz *cons*.27.*n*.13. *&* 25. & ita tradit Menoch. *de præsumpt.d.q* 99.*n* 17.*&* 18.

Item † adde, quod si Notarius nondum esset condemnatus de 256
falso; sed valde esset suspectus,& diffamatus,instrumenta ab eo confecta essent suspecta.Paul.de Castr.*cons*.103.*vol*.1.Bald.*consil*. 66 *factum tale. vol*.3. Ferrant Gargiat.*cons*.125 *n* 29.*vol*.1.*inter cons.crim.diuers*.Menoch. *de præsumpt. lib*.5 *q*.20 *n* 27. Mascard. *de probat concl* 740.*n*.26 & Bertaz. *cons*.21.*n*.2.& † instrumenta 257
præterita non annullantur, licet aliqualiter suspecta reddantur, vt per Doct *in c.fraternitatis, de haret* Alex.*cons*.133. *nu*.9.*vol*.7. Franc.Marc.*cons* 121 *n*.15.vbi attestatur hanc esse veram,& communem opinionem *Baiard*.

l *Pro veritate habetur*.] Adde,& vide, per Mandel. de Alba. *cons*.99 & per Hip Rim.*cons* 58. *Giach*.

m *Pœna falsi*.] Adde quæ sit pœna falsi ex omni iure,& populorum sanctionibus diligenter explanatum. Item falsitàs, quæ nemini noceat,qualiter puniatur. Vide per Iac.Menoch. *de arb. iud.cent*.4.*cas*.306. Et qua sit pœna falsi, quando ex officio proceditur,per eundem *cas* 311 Item qua pœna puniatur falsus testis,vide per Campeg.*tract.de testib.reg*.412. Aduerte, quod ex quo falsitas est de criminibus quæ occulte committuntur,quod ideo ad probandam falsitatem † admittuntur testes alias inha- 258
biles *l consensu. C. de repu* & habetur pro Crau, plene eius *cons*. 60.*n* 12.Et in ea iudex promptior, & facilior esse debet ad torturam,per Alex.*in cons* 7 . *n*.5 *lib*.1. Et in alia acerrima indagatio fieri debet,vt tradit Bald.*eius cons*.320. *quidam notarius,lib*. 2. Crau.*cons* 6.*col*.5 *sub vers. secundum*. Item in illa potest iudex esse animosus ad quæstionem,vt per Boss.*tit.de ind.& consid.ante tor.n*.290.*Giach*.

Pœna falsi.] Farin *q* 67 1.*vol* § 1.*n* 1.*&* 2 *Ros*.

Sed quero, qua sit pœna falsi.] Adde † videndum Menoch.*de* 259
arbit.Iud cas. 306. vbi plene de hac materia tractauit & committens falsum in iudicio, sine nouo processu puniri potest, vt per Anchar.*cons* 173 *col.fin* & Alex.*consi*.35.*n*.1.*vol* 2. Et de ista quæstione plene habetur per Boss *in tit quomodo per except*. pro- 260
cedatur,† & Iudex etiam causarum ciuilium potest ex officio punire testem,qui falsum deposuit in iudicio coram eo agitato, quia de omni delicto, quod fit in actu iudiciario,vel à parte,vel à notario,vel teste,vel aduocato Iudex ex officio potest punire delinquentem,late Rolan *consi* 12.*in princ.vol*.2.* Grau.*cons*.53. *in fine*,& Io Ant de Nigr.*in c.illustri Viceregi n*. 14. *cum seq*. & an finita causa principali vide supra *n*.75.& † si de falsitate constat 261
iudici,poterit condemnare testem sine citatione, secundũ Bald. *in l presbyter n*.2.*C.de episc & cler*. & † si est graue crimen falsi, 262
punitur pœna mortis,Marsil.*in rubr.n*.2.*ff.de fals*. Boer.*dec*.82. *n*.40.& fieri faciens etiàm si statuto falsitas puniatur,vt per Rotam Pedemont *dec* 67. Et † qua pœna testes falsi puniantur in 263
Reg.Neap.vide,quæ posui supra *ad vers testis, qui falsum*.

Item † adde,quod falsificatio plurium potestatum,seu plurium 264
capitum libri,vel instrumenti, seu alterius scripturæ eodem tẽpore dicitur vna falsitas;& si diuersis tẽporibus & ex interuallo,dicitur pluribus vicibus falsificasse,& plures commisisse falsitates, tamen si plures falsitates tenderent ad eundem effectũ, & finẽ.puta,si quis diuerso tẽpore plures testes falsos, seu plura instrumenta falsa,seu simul testes falsos,& falsa instrumenta ad vnum, & eundem finem, & pro eadem causa fabricaret,& produceret eodem, vel diuerso tempore,& etiam ex interuallo diceretur vnica falsitas & vna tantum pœna esset puniendus, Soc. *consi*.62.*vol*.1 Plot.*in l si quando*,§.44.*n*.5.*&* 6.*C.unde vi* & Couar.*variar.resolut lib*.2.*c*.10 *n*.8. secus autem, si committantur ad diuersum finem, & ad reportandam victoriam in diuersis causis,quia tunc multiplicanda est pœna pro numero falsitatum, Couar. vbi supra.

Item † adde,quod testis dolo cessante nulla pœna punitur,Corn. 265
cons.182.*n*.6 *vol* 4.Paris.*cons*.151.*n* 23 *vol*.4. Anchar.*q*. 44. *nu*. 4. nec quidem pœna extraordinaria stellionatus, quæ requirit dolum,*l* 3.*ff.de crim stellion* Bal *cons*.14.*&* 15. *vol*. 1. Soc. iun. *consi*. 39.*n*.85.*& consi* 41.*n*.8.*vol*.2.& † dolus ex qualitate facti, & per- 266
sonarum perpenditur Aret. *in c.in nobis de test*. Alciat. *in l si ex falsis.vers.ita demum n*.10 *C.de transact*. Plot.*in repet.l si quando*, *n*.722.*C.unde vi*,& Vulpel.*consi*.138. & Iudicis arbitrio remittitur,quando præsumatur testis scienter, vel ignoranter falsum dixisse testimonium; Menoch *de arbit. iud. cas*. 308. sed idem Menoch.*casu* 309.*n*.7.*contra Corn.& alios,tenens*, dicit, † quod 267
arbitrio Iudicis puniri debet, & ad hoc allegat Alciat. *in l*. 1. §. *Sed si mihi in fine,ff de verb.oblig*. ita tenentem.

Item † adde, vt quis de falso pœna ordinaria puniri possit, tria 268
copulatiue requiruntur,mutatio scilicet veritatis,quod dolo veritas mutata fuerit, & quod mutatio nocuerit,vel nocere poterit,Castrens.*cons*.157.*vol*.1.Afflict.*decis*.404.*num*. 8.Cephal.*consi*. 355.*n*.44.

355.*num.*44.*vol.*3.& Gabriel.*conf.*169.*num.*14.*& conf.*180.*num.*6.
& non sufficit dolus præsumptus, sed requiritur dolus verus.
Rimin.iun.*conf* 145.*nu* 11. & Gabriel.*in d.conf.*169 *num.* 16. *cum*
269 *sequent.* & † vterque dolus, tam verus, quam præsumptus pro-
batur indiciis, & coniecturis, differunt tamen in modo pro-
bandi; dolus enim verus probatur coniecturis, & indiciis mani-
festis, & concludentibus; præsumptus vero, quando indicia, &
coniecturæ non sunt ita manifestæ, vt omnino dolum conclu-
dant, ita post alios tradit, & ponit exempla Rim.iun.*in consil.*43.
270 *nu.*44.*cum seq.* & latius *conf.*184 *nu.*1.& de dolo vero, & præsum-
pto, vide apud Menoch.*de recup.possess.remed.*16 *nu.* 135. & mul-
tos modos probandi, & præsumendi dolum. vide etiam per Dec.
*in conf.*19.*n.*17.*vol.*1.*conf.*65.*nu.*5.11.*&* 12.*vol.*2.*& conf.*32.*num.*3.
*vol.*1.

271 Item † adde, quod testis deponens falsum ad defensam, contra
Fiscum pœna ordinaria non est puniendus, Gram.*vot* 5. Bertaz.
272 *conf.*218.*nu.*1.*vol.*1.& Boss.*in tit.de fals.nu.*138. & eadem † pœna
est puniendus ille, qui mandasset, vt falsum testimonium dicere-
tur Bal.*in l vnica*, §.*ne autem.C.de cad.tollend.* & Gram. *in const.*
*& cap.Regni, in const.Qui falsitatem, sub n.*2.*fol.* 116.

273 Item † adde, an testis, qui non debebat examinari, si examina-
tus falsum dixerit, debeat puniri, Afflict *in c.*1. §.*sacram. de con-*
suet.rer.feud.

274 Item † adde, quod qui falso teste vtitur ad occultandum cri-
men consanguinei, vel amici, tenetur pœna Senatusconsulti
Vulnsiani tantum, quæ est ademptionis tertiæ partis bonorum,
l.ex Senatusconsult.ff.ad leg.Iul. de vi priu. Io Ign.*in l.* 1. *si cum*
omnes, ff ad Senatusconsultum Syllanianum. & Gram. *in d. const.*
*Qui falsitatem n.*3. Sed ego arbitror, quod hodie huiusmodi fal-
sitas puniatur pœna arbitraria, vt aliæ falsitates puniuntur, per
ea, quæ tradit Gand *in loco hic citato.*

275 Item † adde, quod testis deponens falsum de aliquo delicto in
quo sit socius criminis, non debet puniri de falso, nec aliqua
pœna; Bertaz.*conf.*61 *n.*26.*vol.*1.Baiar.

n *Deportationibus.*] Et sic non imponitur bonorum confisca-
tio. Vulpel *conf* 1.*n.*15.Ros.

276 o *Et ideo secundum eum, vbi adsunt statuta.*] Adde, † quod
quando statutum irrogat pœnam falsum committenti, vel com-
mitti facienti, debet accipi falsum proprie, & stricte, & pro tali
falsitate, quæ comprehēdatur *sub capol.Cornelia, de fals.* non a de
ea, quæ largissimo modo est immutatio veritatis, vel largo modo
fit sine dolo, vt declarat Bar.*in l.quod si falsum, ff. ad l. Corn.de*
fals. Cæpol.*conf.*22 *n.*12. Paris.*conf.*151.*n.*24.*vol.*4. Boss. *in tit. de*
*fals.n.*80. Franc.de Porcellis, *conf.*65.*n.*4.*vol.*1.*conf crim. diuer.* &
Bertaz.*conf.*172.*n.*8.*vol.*1.

277 Item † adde, si statutum dicat, quod quis puniatur tamquam
falsarius non debet puniri *l.Cornelia, de fals.* sed alia pœna arbi-
trio Iudicis, vt ait Bal.*in c.nonnulli* §.*sunt & alij, sub num.*3.*de re-*
script & Felyn.*in c.solita col.*2.*de maior. & obedien.* vide etiam I-
mol.*in conf.*104. vbi in terminis talis statuti loquitur de falsitate
278 testium; Et † pro excusatione falsitatis plura habentur per Cam-
peg.*in tract.de test.reg.*424. *&* 436.

279 Item † adde, quod statutum puniens testem falsum non com-
prehendit virum bonæ existimationis, & magnę probitatis, qui,
si falsum deposuisset, videretur potius per errorem, & non dolo-
se sic dixisse, secundum Bal.*in l quoties, ff.de hæred.instit.* Cæpoll.
*conf.*25.& Paris.*conf.*151.*vol* 4.

280 Item † adde, quod statutum puniens testem falsum producen-
tem, & eo vtentem, punit eum, qui induxit testem ad dicendum
veritatem pro pecunia, Paul.de Castr *in d.l.*2.*in prin.* vbi Ias.*n.*5.
& 6.*ob turpem causam*, contrarium autem tenuit Boss. *in titul.de*
apposi.contra testes, n 150 *&* 151.

281 Item † adde, si extant duo statuta, vnum scilicet, quod falsum
committens amputationis manus puniatur; aliud, quod ille, qui
instruxit testem ad falsum deponendum, pœna falsi puniatur, an
istud statutum intelligatur de pœna manus, secundum aliud sta-
tutum, vel de pœna iuris communis, id est secundum legem Cor-
neliam de falsis; Afflict. super const. Regni *in const. qui falsita-*
*tem, n.*3.*rub.*40.*lib.*3.*fol.* 321.

282 Item † adde, si tertius, & non principalis, qui litigat, induxit,
siue subornauit testem ad veritatem tacendam, an teneatur sta-
tuto de pęna producentis falsum testem, vel instrumentum, Ber-
taz.*conf.*218.*cum seq.vol.*1.& Menoch. *cas* 110.

283 Item † adde, an statutum puniens testem falsum habeat locum
in mandante. Bert.*d.conf.*218.*vol.*1.

284 Item † adde, quod statutum deponens fieri facientes falsa in-
strumenta damnari pœna amputationis pugni, & confiscationis
bonorum, habet locum aduersus eum, qui persuasit alteri, vt fal-
sum deponeret, vt late per Cach. *in dec.*67.*per totam.*

285 Item † adde, quod statutum puniens notarium de falso non
habet locum in alio falsum fabricante Fulg.*conf* 134.*col* 3.

286 Item † adde, quod falsitas in re modica dicitur leue delictum,
etiã quod dolus interuenerit, & leuiter debet puniri, vt per Crau.
*conf.*46.*n.*12.*& in fine, & conf.*75.*n.*16. Rol.*conf.*30.*nu.*37.*vol.*1.&
sequitur Menoch.*de arbit.iud.casu* 306.*n.*36. vbi dicit, quod ar-
bitrio Iudicis est punienda. & † res modica videtur esse, quando 287
non excedit summam duorum aureorum, in qua summa nõ da
tur actio de dolo, secundum Crau. vbi supra. quod tamen non † 288
procedit in falsitate commissa in litteris Apostolicis, vel Regiis;
nã licet sit modica rasura, vel mutatio tenetur, vt late per Mars.
*conf.*80.*nu.*28. iunctis dictis per Ant. de Butr.*in c.ex litteris.in fin.*
de fide instru. neque in † tali falsitate erit distinguendum prout in 289
aliis, an sit posita in loco substantiali, vel non, vt per Fely. *in c.*2.
de rescript. Marian.Soc *in c.fin.de crim. falsi*, & Anan *in ca. acce-*
dens, eod.tit.

Item † adde, quod conatus in crimine falsi. nõ secuto effectu, 290
pæna extraordinaria punitur: Afflict. super const. Regni, *in*
*consti.qui falsitatem, in princ.rub.*40 *lib.*3.*fol.*321.

Item † adde, quod à crimine falsi excusatur testis, qui per tor- 291
turam deposuerit falsum, quia metus excusat à dolo, Bal.*in l.no-*
uissimo, vers.tertio quod testu.ff quod falso tut. auth.

Item † adde, quod licet testes condemnentur de falso, non 292
præiudicat ei, quod dictos testes produxit, nec è conuerso, vt per
Nat *conf* 668 *nu.*5. Baiar.

p *Causam amittit.*] Quid si vtraque pars falsitatem commisit
adinuicem contrariam, dixi supra, *vers.*1 *one* Item an ille, qui ex
productione falsi testis debet vigore statuti perdere totam cau-
sam, dicatur etiam amisisse causam ciuilem, vide per Soc. *conf.*
60.*vol.*4. Quid si tutor produxisset, an pupillus perdat causam,
quod sic; Paul.Castr.*in l Pollæ, C.de iis quibus, vt indi.* Giach.

q *Tu vero dic.*] Adde Rim. iun. *conf.*345.*vol.*3. late quomodo, 293
& quando † propter falsitatem causa amittatur.

Item † adde, quod contrariũ est in Reg.Neap. vbi viget Pragm. 294
incip.testem falsum. *sub tit.de falsis*, quia cautum est, quod pro-
ducens testes falsos, vel alias scripturas scienter, vel qui eis vsus
fuerit, ipso iure causam perdat, nisi infra octo dies post proces-
sum publicatum continuo sequentes renunciauerit corã Iudice
talium testium depositioni specifice, & nõ in generali: à qua pæ-
na Ecclesię, pupilli, mulieres, & miserabiles personę sunt immu-
nes, in quam pænam tantum eorum procuratores, curatores, &
actores incidunt: & de hoc vide etiam Capic. *dec* 67. *in prin.*

Item † adde, si extaret statutum, quod producens testes falsos 295
amittat causam, an procurator præiudicaret domino, Capic. *de*
decis 67. & † quando procurator producit falsos testes, an tenea- 296
tur dominus; Boss.*in tit.de fals n.*120.& Anan. *in conf.*12.

Item † adde. quod e conuerso ille, qui impugnat instrumentum 297
de falso, succumbat, an perdat illud, quod potuisset petere ex il-
lo instrumento, vide Iac de S.Georg. *in l.alia causa, in fine, C.de*
his, quibus, vt indign. vbi tenet, quod sic in testamento, & in aliis
instrumentis, quod non.

Item adde, si actor produceret instrumentum falsum, puta mu-
tui, & reus aliud instrumentum falsum solutionis; & extaret sta-
tutum, quod committens falsum deberet perdere causam, hoc
casu actor tantum causam perdere debet, & non reus quia in
pari turpitudine melior est causa possidentis, ita Bal *in rubr. C.*
*de fide instru.col.*15.*vers. incidenter etiam queritur.* Titius produ-
xit, & Ias.*in* §.*bona fidei, n.*61.*Instit.de action.* dicit, hoc esse ma-
gnum, & mirabile dictum, & in † hac materia, quando producẽs 298
capitulum falsum, & super eo testem examinauerit, & eo exa-
mine vsus fuerit, an, & quando puniri debeat, esto etiam, quod
testis posset aliqua causa excusari, & † quid de procuratore ha- 299
bente mandatum generale cum libera, falsum capitulum pro-
ducente, an ob hoc dominus possit puniri de falso, & † quæ sit 300
eius pœna, & an, & quando amittat causam, vel non, vide per
Rim.iun.*consi.*345.*vol.*3.

q *Aut vero est commissa falsitas circa acta.*] Adde † si quis tra- 301
diderit notario actuario scripturam expositionis, & requisitio-
nis, in qua contineret, ipsum, & nonnullos alios litis consortes in
casu ciuili comparere, & petere declarari secundum eorum
expositionem, & petitionem si appareret, quod vnus ex consor-
tibus non interuenisset, nec consensisset, scripturæ illius peti-
tionis, an producens tanquam falsarius puniri possit, vide Ang.
*in consi.*4.*lib.*1. vide etiam Menoch.*cas.*109.*n.*2.

Item † adde, an statutum puniens notarium conficientẽ falsum 302
instrumentum pœna mortis habeat locum in magistro actorum
falsificante acta, Bart.*in l. fraudem*, §.*neque instrumenta, ff.de iure*
fisci, & Gram.*in dec.* 27.

* Item adde, quod cancellans acta publica falsum committit,
siue sit Notarius, siue alius, Bal. *in conf.*330. *vol.*2. Baiar.

r *Excusatur autem.*] Falsitas excusatur, vbi dolus abest; Fari.*d.*
*q.*67.§.3 *n.*77.Ros.

Excusatur autem à crimine.] Adde, † quod idem tenet Graue. 303
*conf.*48.*nu.*1. Rol.*conf* 38.*nu.*45.*vol.*1. Deci.*conf.*78.*nu.*16. & Bert.
conf 8.*nu.*58.*cum seq.* & quis dicere, quod hoc modo nemo pote-
rit puniri de falso, quia in dubio dolus non præsumitur, & qui-
libet negaret dolo illud falsum commisisse, sed per errorẽ, & per
consequens, eum dolosum non esse, ad hoc habetur responsio
per Cæpol.*in conf.*21.*nu.*31.*cum multis sequ.* vbi distinguit: vide

304 etiam Menoch. *de arbit. Iud. casu* 308. *&* 309. vbi dicit † testem præsumendum esse, quod scienter, & non ignoranter falsum testimonium dixerit, & qui falso vtitur, in facto proprio præsumi-
305 tur scienter, † & in facto alieno ignoranter, idem Menoch. *in ca-*
306 *su* 316. *n.* 9. *&* 10. & dolus centum, & viginti tribus modis præsumitur, vt per Luc. de Pen. *in l. quemadmodū, C. de agric. & cens.*
307 *lib.* 10. & † quomodo præsumatur dolus, vide etiam Decian. *cons.* 19 *nu.* 17. *vol.* 1. *cons* 65. *nu.* 5. 11. *&* 22. *vol.* 2. & latissime *in cons.* 32. *n.* 3. *cum multis seq. vol.* 3. Mascat. *de probat. concl.* 530. *&* 531. Me-
308 noch. *de præsumpt lib.* 5 *præsump.* 3. *n.* 14. *cum seq.* & † sicut dolus coniecturis, & præsumptionibus inducitur; ita etiam præsumptionibus, & coniecturis cessare præsumitur, de quibus per Marsil. *in rub. n.* 4. *de fals. & in l.* 1. *n.* 3. *eodem tit.* Cæpol. *cons.* 21. *nu.* 24. & Capyc. *decis* 67. *n* 7.

309 Item † adde, quod in materia falsi non sufficit dolus præsumptus; sed requiritur dolus verus, *l. nec exemplum, C. de fals.* Rimin. iun. *cons.* 145 *nu* 21. & latius ac melius Gabriel. *cons.* 169. *num.* 16.
310 *cum seq.* & † quando in hoc crimine procedat condemnatio ex præsumptionibus Crau. *cons.* 134. *n.* 26. & Gabriel. *cons.* 180. *n.* 20.
311 & † quomodo probetur dolus verus, & dolus præsumptus, Rimin. iun. *cons* 41. *nu.* 44. *& cons* 184 *num.* 1. *& seq.* & de dolo vero, & præsumpto vide etiam Menoch. *de recuperan poss. remed.* 15. *num.* 135.

312 Item † adde, quod licet non adsit dolus, si temere falsum deposuerit, non omnino debet absolui, saltem ob periurium, & mendacium factum in iudicio Cephal. *in cons* 355. *n* 50. Menoch. *de arbit. iud. casu* 309. *n.* 7 *& casu seq.* Baiar.

f *Falsitas sine dolo*] Adde quando falsitas sine dolo commissa dici possit, & qua pæna plectatur, per Iac. Menoch *de arbitr. iud. lib.* 2 *cent.* 4. *cas* 306 Giach.

t *Præterea excusatur*] Adde videndum Gram. *consil.* 30. *in fine, & in vo* 26. *nu.* 11. Crau *cons.* 46. *nu.* 8. Corn *cons* 2[illegible] *num.* 15. Alciat. *consi* 46. *n* 6. & Menoch. *cons* 21. *nu* 18 *& in tracta. de præ-*
313 *sump. lib.* 5. *præsump.* 20 *n.* 13. vbi dicit, † quod falsi coniectura euitari potest, quando adest veritatis primordium, vide etiam Marsil. *sing.* 15. Baiar.

u *Adminatur.*] Farin. *q.* 67. *n.* 8. Ros.

x *Item excusatur.*] Falsitas nemini præiudicās an sit punibilis. Farin. *q* 67. *vol.* 3. *§.* 5 *n.* 60. *& seq.* Vbi quid si in priuata schedula, *n* 206. Et quid si extra articulos *n.* 207. & alia similia, *& q.* 71. *n.* 1. *& seq.* Quid si tacet veritatem. Farin. *d q.* 67. *§.* 6 *n* 228 *vsq.* 236. Quid de teste instructo plene *d q* 67. *§.* 8. *n.* 283. *& seq* Ros.

Item excusatur.] Adde Marsil. *rub de fideiuss n.* 105. vide omnino Crau. *cons.* 46. qui loquitur in his terminis; sed cōtrariū, quod imo excusetur, tenuit nouissime Thesaur. contra Clarū hic *dec.* 171. *nu.* 2. & de fide adhibenda libris, & scripturis mortuorum, ac etiam instrumentis imperfectis Notariorū mortuorū, Aym. Crau *cons* 158. *col. pen. vers similiter videmus, cōs* 181. *n.* 7. Menoch. *de arbit. iud. lib.* 2. *Cent.* 4. *casu* 306. *n.* 32. Idem Crau. *consil.* 275. *sub nu.* 5. Drog.

314 *Item excusatur, si falsitas.*] Adde † videndum Gabr. *comm. concl. lib.* 7. *concl.* 5. Menoch *de arbit iud. casu* 306. *n* 14 & Nat. *cons.* 588.
315 *nu.* 15. Item † adde, quod falsificantes litteras Apostolicas, siue regias debent puniri de falso, etiam quod per eorum falsitatē nulli nocumentum datum fuerit, Bart. Bal. & Salī *in l. damus, C. de fals.* de quo latè per Alex *cons.* 70. *col.* 6 *& cons* 73. *vol.* 1. Baiat.

y *Potuisset præiudicare.*] Adde, vt per Iac Menoch. *d. cas.* 306. *n.* 22. *&* 30. Alex. *cons.* 70. *n.* 11 & per Natt *eius cons.* 588. *nu.* 15. vbi
316 plene Sed nunquid testis † recipiens pecuniam, vt falsum testificetur, quod tamē non facit, an puniri debeat propter solam pecuniæ dationem, vide per Spec. *tit. de teste* §. 1. *nu.* 49. Item testes probatæ corruptos an sufficiat, si non ostendatur eos falsum dixisse; vi. per Spec. *tit. de sent.* §. 9. *nu.* 7. Giach.

z *Hinc infertur, quod quando scriptura, &c*] Adde videndum Gabr. *comm. concl lib* 7 *concl.* 5. *n* 9.

317 Item † adde, quod licet ex actu nullo non sequatur pœna, tamen fallit, quando ille actus nullus fuit de facto mandatus executioni, Bal. *in l. obseruare, § pacisci, q.* 6 *ff de offi procons* & Ias. post alios *in l.* 1. *§ fin. ff quod quisque iuris,* Mareab. *consi.* 94. *n.* 151.

318 Item † adde, quod si scriptura à principio nulla, quæ fidem nō faciebat, postea fidem faceret, puta ex aliquo statuto superueniente, non propterea falsum diceretur commissum, Boss. *tit. de his, qui sibi ascribunt in testamento, n.* 6.

Item adde, quod regula, Quod pro actu nullo pœna non imponitur, non procedit in his, quæ sunt in genere prohibitorum, vt per Crau. *in cons.* 4 *sub nu.* 22, quem sequitur Botta *in cons.* 59. *num.* 50.

319 Item † adde, quod si quis in libro suo scribat, aliquem esse suū debitorem; vel si tabellio conficiat instrumentum publicum falsum in sui fauorem, tales possunt puniri de falso, quia quantum in eis fuit, validius falsitatem confirmare non potuerunt, Salyc. *in l.* 1. *C. de sepulc viola* sed Socin *in cons.* 104. *nu.* 2. *vol* 1. contrarium tenuit, asserendo, hanc esse communem; vide tamen Gabr. *commu. concl. lib.* 7. *conclu.* 5 *num.* 2. *cum sequ.* vbi habetur, quando falsitas, communi in scriptura priuata puniri possit. Baiard.

a *Tenetur.*] Vulpe l. *consi* 1 *n.* 13 vt in libro priuato. *Idem cons.* 48 puta abradendo, vt ibi, & quid in marginatione, *idem resp.* 128 *per tot.* Ros.

b *Intellige*] Vel testis qui nulliter deposuit, an faciat, vt falsi pœna locum habeat Farinac. *d* §. 5. *n.* 187. *&* 188. *&* 216. Ros.

c *Præterea ego hoc casu dicerem, &c*] Adde, quod Monticell. in *pract crim reg.* 15 *nu* 31. tenet, quod debet puniri de falso, quem refert Bertaz. *cons* 91. *n.* 16.

d *Aut vero actus*] Far. *d. n.* 187. *&* 211. Ros.

e *Et in hoc proposito generaliter concludo, &c.*] Adde videndum Menoch. *de arbit. iud a casu* 309. *n* 20 *cum seq.* vbi idem tenet, & refert multos alios idem tenentes, idem etiam tenuit Marzol. *cons* 99 *nu.* 23 & Lud. Bologn *cons.* 30. Sed vide omnino Vulpel. *in cons* 116 cum multis subscriptionibus, vbi tenet quòd requiritur etiam dolus, ad hoc, vt quis pœna extraordinaria puniri possit, & quòd his duobus concurrentibus, scilicet, quòd nocere non possit dolus, nulla pœna ordinaria, nec extraordinaria imponi possit: & ibi loquitur de quadam additione facta quibusdam capitulis Sed Alcia *in l* 1 § *sed si mihi in fin ff. de verb oblig.* quem sequitur Menoch *de arbit iud. casu* 309. *nu.* 7. tenet, quod falsitas, etiam sine dolo commissa, arbitrio iudicis puniri debet: & ita sæpè seruaui, & seruari vid.

f *An autem*] Far. *d q.* 67 *&* § 5. *n.* 164. Ros.

p *Item debet Iudex*] Laboret, vt falsitas euitetur Far. *q.* 67. *vol.* 3. §. 5. *nu.* 106 Ros.

Item debet iudex omni studio.] Adde pro concordia testium ea quæ posui supra *ad vers fciat tamen* Et circa instrumenta suspecta de falso vide Menoch. *de præsū. præsump* 20 *&* 21 & debet iudex considerare qualitatem viri, vt adducatur ad fidem per illos gradus, quos considerat Bar. *in l admonendi, n.* 19 *ff de iureiuran.* Curt iun. *in cons* 22 *n* 10 *in fine.* & de dictis gradibus late habetur per Menoch *de præsump lib* 1. *q* 7. Baiar.

Dixi etiam, quod circa monetam.] Adde † videndum Fulgos. *in* 321
cons 119 vbi latè de falsis monetis, & quibus pœnis eas falsificantes puniuntur, dicens, quod diuersa est pæna secundū diuersitatē monetarum, conditionem personarum, & terrarum statuta, vel consuetudines: vide etiam Nouel. *in pract crim. iu rub contra monetarios,* vbi latissime etiam Peguer *in q crim c.* 46 & ibi, *numer.* 7. habetur, † quod moneta, etiam quod in se esset bona, dicitur 322
falsa, & adulterina, si à non habente auctoritatem fabricata fuerit, sed omnino vide Decia. *in tract. crim. lib* 7. *c.* 23. 24. 25. 26 27. *&* 28. *tom.* 2. vbi magis latè, quam alibi, † de falsæ monetæ crimi- 323
ne, de præstantibus opem, consceijs, & expendentibus, de iudicibus, & probationibus, de excusationib. ab hoc crimine, & de eius pœnis, † & quot modis dicatur falsa moneta latè Bal. *in c quāto,* 324
col. 2. *in prin. de iureiuran. & in cons.* 376. Domini de la Scala, vbi dicit, quod moneta falsa dicitur ex tribus causis, ex causa materiali, ex causa formali, & ex causa efficiente, & ad prædicta habetur plene per Io. Ant. de Nigr. *in c.* 31. *de pœna infligen. falsariis,* & Afflict. *in c.* 1. *in verb. moneta in tit. quæ sint reg. de vsib. feud.* ponit 22. quæstiones in materia monetarum, & multa alia dicit *in const. adulterinam,* & alias questiones in eadem materia ponit Franc. Cur. *in l. cum quid, ff. si cert. pet.*

Item adde, quod si extaret statutum puniens falsificantem 325
monetam, non procederet in falsificante monetam reprobatam in loco statuentium, quoniam statutum loquens de moneta procedit in moneta vsuali, Alex. *in l. eleganti, §. qui reprobos, ff. de pign. act & in cons.* 104. 1. *vol* Marsil. *cons* 71 *n* 10. Tul Scarlat. *cons.* 115. *inter cons. crim diuers. in fol. lib.* 1. Barbat. *cons.* 51 *lib.* 3. Tiraqu. *de retract.* §. 1 *glo* 20. *nu.* 12. Cassan. *in consuet. Burgund. in rubr.* t. *tit.* 63. *comm. opi in vers. Monetam falsam, num* 4. Rol. *cons.* 29. *vol.* 3. Alciat. *cons.* 14. *lib.* 7 Cæphal. *cons.* 210. *vol.* 2 Paris. *cons.* 169. *vol* 4. Et in hac materia falsæ monetę vide Menoc. *de arbit. cas.* 316. vbi multum diffuse, & Michael *in patrocinio* 44. *num.* 5. & Viui. *opin.* 519. *n* 4. *vol.* 1. Et † ex quibus moneta probetur falsa, Masc. *de* 326
probat. concl. 1066. *vol.* 2.

Item † adde, si extaret statutum, quod cudentes monetam ad- 327
ulterinam pæna capitali feriantur, cudens pecuniam, etiā quod adhuc imaginem Principis non impresserit pęna mortis naturalis est puniendus, licet delictum non sit perfectū, Gram. *dec.* 47.

Item adde, † quod monetam falsam cudens, si ea non perfecta, 328
pænituit, pænam falsi euitat, Gram. *cons.* 36. *nu* 19. & Menoch. *de arb. ind. casu* 360. *n.* 10. vide etiam Marsil. *in l. qui falsam. ff. de fal. & in cons.* 105. *n.* 5. & Afflict. *in const. adulterinam, nu* 6. vbi ponit casum, quando aliqui reperti sunt curiam cum cuneis aptis ad faciendam falsam monetam, & cum materia mixta pro faciēdo monetam adulterinam, & dicunt verum esse, quod volebant facere falsam monetam, & omnia fuerunt præparata, sed postea pœnituerunt, & noluerunt perficere, & si constat; quod est verum, non puniuntur pœna ordinaria.

Item † adde, quod falsificans bagatinos non tenetur pæna sta- 329
tuti, quia statutum licet generaliter loquatur, non cōprehendit vilis-

vilissima,& minima, Alex. *in cons.104.nu.7. & per totum, vol.1.* quem sequitur Afflict. *in d.const.adulterinam,n.4.*

330 Item adde, quod statutum puniens falsificantem monetam debet intelligi de eo,qui monetam statuentis falsificauit;& licet
331 † sit crimen læsæ maiestatis;illud tamen non est verum,quando pecunia sui Principis non fuerit falsificata,Roland.*cons 29.n.34. vol.3.* vbi de priuatione feudi habetur.

332 Item † adde, quod huiusmodi crimen falsæ monetæ multa habet specialia, quæ ponit Host *in summa. in tit. de crim. falsi sub n.7.*& magis latè Fab.Monteleo.*in sua pract. arbit. par.4.n. 401. cum seq.*

333 Item † adde, quod tingens monetas, vel tingi faciens de iure communi punitur pœna mortis,*l.quicunque ff. ad l. Corn. l. de fal.*quem text.not.Marsil contra illos qui deaurari faciunt monetas argenteas meretricibus tradendas;*in l qui falsum,n.101 ff.*
334 *ad l.Corn de fals.*& vide infra *n.* 334. Et quid † stante consuetu-
335 dine,vide per Bertaz.*in consil.56.* Et † quod faciens cugnos monetæ falsos,puniri debeat,Capel.Tholos. *dec.162. & decis. Del-*
336 *phin.443.& 598.*Et † ad hoc,vt quis puniri possit de falsa moneta, debet apparere de ea euidenter,etiam quod confitetur,se falsam monetam fabricasse, Cephal. *in cons.230.n.11.vol 2.*

337 Item † adde, quod sciens aliquem cudere monetam falsam tenetur reuelare Bart.*in l.lege Cornel.n.2.ff.de falsis*, & Carau. *in rit.4.n.1 Baiard.*

i *Fabricando falsam monetam*] Quid de falsificante,vel fabricante monetam reprobatam in loco,in quo falsificat,vt Ferrariæ bagatinos; vi.per Alex.plene,atque in terminis *cons.104 li.1.*Afflict *decis 44 n.14.*& Boll.*in tract.crim.tit de falsa moneta num.4.* vbi dicit se per consilium Alex. liberasse duos cudentes quadrantes Mediolani.Adde & per Menoch *de arbit.ind.cas.316.nu. 20.* & quæ ego fusius adnotaui *in libr. Adnotat. mearum super statu Ferrar.lib.3.c.129. de pœna facientis falsam monetam,Giach.*

k *Falsificans autem monetam Imperatoris.*] Adde, quod ei denegatur appellatio,vt per pract.Carrer.*pag. mihi 58. sub nu. 94.* loquitur in falsificante monetam Regis. *Giach.*

k *Falsificans autem monetam.*] Plura per Decia *in tract crim. to 2 lib.7.c.21.& 5 seq* videndus erit quoque Garsia Mastril. *de indult.c.27.Ros.*

l *Monetam ciuitatis.*] Fatin.*in eius pract. crim. q.115 inspect.1. vol.5.præcipuè n.6.8.13.& 64.atque 72 & seq plenè.Ros.*

m *Ioannem glosatorem.*] Adde inst.*q 67.vers primo ad fin.*Dec. *in l.semper in obscuris n 9 ff.de reg. iuris Dro.*

n *Radens autem, aut minuens monetam.*] Adde,quod talis radens,& tondens, reducendo monetam ad iustum pondus, non dicitur delinquere,neque potest puniri, ita per Alciat. *in terminis respon.14.tom 2.libr.7. vbi plenè Giach.*

338 *Radens autem,aut minuens.*] Adde,†quod de iure Regni Neap. monetam radens,vel alio modo diminuens,publicatis bonis ad mortem damnatur per Constit.Qui nummos,vbi Afflict. & pra. reg.quæ est prima *sub tit.de monetis.* Et in Statu Ecclesiastico per Constit falsam monetam,*de falsar.lib.4.c.64* si quis totonderit, vel limitauerit monetam, causa illam diminuendi, si fuerit aurum,in centum florenis auri pro qualibet vice punitur:Sed per mot.propr.Pij V.sub die 3.Nouembr. 1570. imponitur pæna vltimi supplicij tam tondentibus, siue radentibus monetam auream,quàm argenteam:& in materia monetarum tonsarum tradit Marsil *in indiuiduo in cons.81.*

339 Item † adde,quod radens,& tondens reducendo monetam ad iustum pondus non dicitur delinquere, neque potest puniri secundum Alciat.*in cons.14. per totum tom. 3. lib. 7.* quem refert, & sequitur Menoch.*de arb.iud.casu 316.n.36.*contrarium autem tenuit,scilicet,quod possit puniri pæna falsi,Grat *cons.59. & 72. vol.1* Beneuen.*in tract.de mercat fol.7.n 12.*& Vrsil. ad Afflict. *in decis.vlt.n.6.*

340 Item † adde, quod tondens monetam non incidit in pœnam statuti, si illæ pecuniæ erant parui momenti, nec eas expendit; sed misit ad Zeccham,Bertaz *cons 552. per totum.* Et in materia monetarum tonsarum,quæ sunt parui momenti,vide Mars.*cons. 71* & Scarlat.*cons.155.vol.1.cons.crim.diuers.Baiard.*

o *Expendens autem falsam monetam.*] Adde,quibus mulctetur pænis monetas falsas cudens,mutilans, tingens, & expendens, plenè & diligenter explicatum, per Menoch. *de arb. iud.lib.2. centur.4.cas.326.* Item si falsos bagatinos expenderit quis, qua pæna puniri debeat,vide per Cæpol.*cons.crim.77.*& quæ dicatur falsa moneta. Et quid de expendente monetam ab alio diminutam.Item quid de illo, qui falsificatum plurib. speciebus vtitur, ibi. *Giach.*

341 *Expendens autem.*] Adde,† quod expendens falsam monetam scienter debet puniri,nisi doceat ab alio habuisse,licet testes non deponant de nomine,secundum Bart.*in l.maiore C.de fals.* quod est verum secundum Marsil. *ibi singulariter*, quando expendens est persona honesta; alias testis debet de nomine deponere, & Ang.Aret.*cum additi.* August.Arimin. *in tract malefic. in verbo.*
342 *falsary, 8.columna*, & † expendens ignoranter non punitur;quæ ignorantia præsumitur;aut saltem iuramento probatur, Crauet. *in cons.244.n 4.*& quando monetam falsam expendens, vel habens, puniatur, vide Bursat *in cons.146. vol.1.* 343

Item†adde,quod in Reg.Neap.monetam falsam scienter expendens punitur vt falsificans, qui incurrit pœnam mortis, & confiscationis omnium bonorum per constitutionem incip. adulterinam, & ibi Afflict. *n.7.*& Franc.*decis 401.vol.2.* 344

Item † adde,an expendens monetam ab alio diminutam puniri debeat,& qua pæna,Cæpol *in cons.77.& ibi,quæ dicatur falsa moneta.* 345

Item † adde, quod expendens falsam monetam, si non apparet, quod tales nummi sunt plumbei, vel stannei,non incidit in pœnam legis Cornel.*de falsis*: sed solum pœna extraordinaria tenetur,Alex.*cons 121.n 3.vol.7.*& ibi per totum consilium tenet, defendendo quendam Parmensem militem, quod expendens quatrinos falsos in parua quantitate,non potest puniri ad pænã statuti, pænam mortis imponentis, & idem ante eum tenuit Bald.*in cons.155.vol.3.*vbi nedum considerat rei quantitatem, in qua falsitas sit commissa,sed qualitatem hominis,& animum illius, & an falsitas potuisset nocere, nec ne. 346

Item † adde, quod monetam argenteam deaurari faciens, vt meretricem deludat,leui pęna pecuniaria est puniendus,Bertaz. *in cons 56.vol. 1.* 347

Item † adde,quod expendens monetam non falsam,sed plusquam valeat, non punitur, nisi dolosè expendisset pro maiori pretio,quia tunc pæna arbitraria puniri debet Io. Ant. de Nigr. *in c.31.n.9.de pœna insfig.falsariis. Baiard.* 348

§. FORNICATIO.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Fornicatio simplex an sit omni iure probibita.*
2 *Et an cum meretrice.*
3 *Quæ sit pœna fornicationis.*
4 *Clericus notorius fornicator an sit ipso iure suspensus ab officio.*
5 *Qui sint coitus damnati.*
6 *Concubinatus an sit de iure prohibitus.*
7 *Et an possit puniri per iudicem secularem, ibid.*
8 *Et quæ sit pœna tenentis concubinam, ibid.*
9 *Et an tenens eodem tempore duas concubinas, vel vxorem, & concubinam sit infamis.*
10 *Plura requiri ad hoc, vt dicatur concubinatus.*
11 *Coitus cum virgine est punibilis remissiuè.*
12 *Et quid si sit cum puella nondum viri potente remiss.*
13 *Coitus cum puero an sit punibilis remissiue.*
14 *Coitus cum nupta an sit punibilis remiss.*
15 *Coitus cum vidua an sit punibilis remissiue.*
16 *Coitus cum affine an sit punibilis remiss.*
17 *Coitus cum Moniali an sit punibilis.*
18 *Mulier si coierit cum Presbytero,an dicatur committere sacrilegium.*
19 *Vasallus commiscens se cum domina, an puniatur.*
20 *Coitus mulieris cum proprio seruo an sit punibilis.*
21 *Dominus commiscens se cum subdita an puniatur.*
22 *Officialis carnaliter cognoscens mulierem sibi subditam an puniatur, ibid.*
23 *Tutor cognoscens carnaliter pupillam an puniatur.*
24 *Custos carcerum cognoscens carnaliter mulierem carceratam punitur.*
25 *Iudæus cognoscens carnaliter mulierem Christianam an sit pœna mortis puniendus.*
26 *Christianus cognoscens carnaliter Iudæam, vel aliam mulierem infidelem qua pœna puniatur.*
27 *Coitus cum bruto animali qua pœna puniatur.*
28 *Coitus cum mortua an sit punibilis.*
29 *Mulierum inter se concubitus qua pœna puniatur.*
30 *Raptus qua pœna puniatur. Remissiue.*
31 *Vxores duas,vel duos maritos, vel plures ducens qua pœna puniatur.*
32 *Et quid si vxor credens virum suum mortuum esse alium ducat.*
33 *Coitus cum violentia commissi grauius sunt puniendi.*

Ex Additionibus.

1 *Fornicatio quomodo probetur remissiue.*
2 *Fornicatio per vim cum meretrice est punibilis.*
3 *Et in Regno Neap. vim inferentes meretricibus capite mulctantur.*
4 *Fornicationis pœna quæ sit.*
5 *Officiales habentes concubinas in statu Ecclesiastico priuantur officiis, & inhabiles declarantur.*
6 *Clerici concubinarij, vel fornicarij, quibus pœnis feriantur remissiue.*
7 *Concubinatus est prohibitus de iure ciuili.*
8 *Et quæ dicatur concubina remissiue.*
9 *Iudex secularis procedit ex officio contra mulierem cum clerico notoriè fornicantem.*
10 *Concubinatus notorius quomodo probetur remissiue.*
11 *Clerici concubinarij quomodo puniantur remissiue.*
12 *Iudex secularis potest vxorem habentem cogere, vt concubinam dimittat.*
13 *Concubinatus quandoque non transit in stuprum, licet requisita ad concubinatum non concurrant.*
14 *Monialem cognoscens tria committit delicta.*
15 *Moniales patientes se violari, quibus pœnis hodie puniantur, & quibus olim Virgines Vestales remissiuè,*
16 *Et de cognoscente carnaliter Monialem, aut conuersam, vel Monialem osculante, remissiue.*
17 *Monialem violans committit incestum, adulterium, & stuprum.*
Et vterque Iudex puniendo præuenire potest n. eod.
18 *Monialem rapiens laicus, vel sollicitans, aut corrumpens capite punitur, eiusque bona intra annum Monasterio applicantur.*
Monialis arctiori Monasterio traditur cum bonorum vsufructu, donec vixerit, n. eod.
19 *Monialem carnaliter cognoscens Episcopus, vel Clericus deponitur.*
20 *Monialem rapiens debet pacem habere à Papa.*
21 *Monialis quomodo possit se à sacrilegæ fornicationis crimine purgari, remissiue.*
22 *Moniales impudice viuentes sunt carcerandæ in eodem Monasterio.*
23 *Monialium appellatione an contineantur seruientes, conuersæ, & sorores tertij Ordinis S. Francisci remissiue.*
24 *Stuprans ancillam propriam qua pœna sit puniendus remissiuè.*
25 *Carceratus coiens cum vxore, vel ancilla custodis carcerum arbitrio Iudicis punitur.*
26 *Et quid in cognoscentibus mulieres carceratas, remissiue.*
27 *Iudæi cum Christianis coeuntes, & è contra quibus pœnis afficiantur remissiue.*
Et quid de Cathecumenis, & Saracenis, remissiue, n. eod.
28 *Et statutum contra Iudæum Christianam mulierem cognoscentem si non distinguat de nupta, vel meretrice, quomodo sit intelligendum, remissiue.*
29 *Et fiscus tenetur probare mulierem esse Christianam & Iudæum non ignorasse.*
30 *Iudæus vxoratus Christianam meretricem carnaliter cognoscens extraordinariè punitur.*
31 *Iudæus adulterans Christianam meretricem non punitur pœna adulterij.*
32 *Iudæus cognoscens meretricem Christianam quomodo puniatur.*
Et quid de Turco, & aliis extraneis fidei, n. eod.
33 *Iudæam Christianus cognoscens excusatur à pœna ordinaria ob minorem ætatem.*
34 *Statutum contra adulteros, & stuprantes comprehendit etiam & Iudæos.*
35 *Vxores duas, vel duos maritos, vel plures ducens eodem tempore quibus pœnis puniatur, remissiue.*
36 *Et quid in habente duas sponsas, vel vnam vxorem, & vnam sponsam remissiuè.*
37 *Et quomodo puniatur in Hispania remissiue.*
38 *Et quid in Iudæis habentibus duas, vel plures vxores.*
39 *Et quid si vxorem credens virum suum mortuum esse alium ducat remissiue.*
40 *Rapiens honestam mulierem qua pœna puniatur.*
41 *Mulieri non creditur de violentia, vbi carnalis copula sit secuta.*

a FOrnicatio simplex de iure ciuili non est prohibita, neque etiam in concubinario, secundum aliquos, vt dixi infra *vers. & in primis;* de iure autem canonico vtique est punibilis, quum eo iure prohibitus sit omnis coitus præter matrimonialem, vt dixi in loco præallegato. De iure etiam diuino fornicatio simplex est prohibita, adeo quod est proculdubio peccatum mortale;& ita tenent omnes sancti Theologi, vt attestatur Afflict. *super prima parte constitut. regni, rub. 1. n. 21.* Et qui aliter diceret, vel cederet, hæreticus, vt dixi infra *hoc eod. lib. §. hæresis circa prin.* De iure autem ciuili, vt dixi, simplex fornicatio, siue coitus soluti cum soluta non est punibilis; quinimo neque etiam coniugati cum soluta, vt dixi supra *hoc eo lib. §. adulterium, circa prin.* Hoc autem multo magis locum haberet, si talis mulier soluta esset meretrix : nam fornicatio, vel coitus cum meretrice, non est de iure ciuili punibilis, & hanc opinio. dicit esse communem Angel. *in l. si vxor, §. sed & in ea, num. 1. ff. de adult.* *b* Et hoc adeo verum est; vt etiam si per vim quis stuprauerit meretricem, non potest puniri, neque etiam crimine iniuriarum, quicquid dixerit Bald. *in l. fin. num. 2. ff. de rer. diuis.* cuius opin. est communiter reprobata, vt dicit Alexand. *consil. 469. num. 1.* Et hæc quidem conclusio in meretrice non nupta non habet multum difficultatis. Sed quid si sit nupta? Dixi sup *hoc eod. lib. §. Adulterium, vers. Sed nunquid.* Quæro etiam, quid si meretrix sit carcerata, an illam carnaliter cognoscens, sit puniendus. Dixi infra *vers. cum carcerata.* 1 2

Sed *c* quæro, quæ sit pœna fornicationis de iure canonico. Respond. *d* in laico est pœna arbitraria, in clerico autem fuerunt opiniones inter Scribentes. Nam aliqui tenuerunt, quod propter simplicem fornicationem clericus incurrat pœnam depositionis: Et hanc dixit esse communem opinionem Aret *in cap cum non ab homine, colum. 10. de iudic.* Contrariam autem sententiam, quod scilicet clericus propter simplicem fornicationem non incurrat pœnam depositionis, sed solummodo suspensionis, dicit communiter teneri glo. *in cap. Maximianum, in verbo, Remoueantur, 81. dist.* quam refert, & sequitur Abb. *in cap. ex parte, num. 1. in fin. de testibus.* Hanc etiam opinionem dicunt esse communem Scribentes *in cap. at si clerici, de iudic.* & in specie Imola, *num. 11.* & Fel. *post num. 14. vers. Vtrum autem,* quem refert Foller. *in pract. crim. canon. fol. 221. numer. 6.* & Dec. *in eodem cap. at si clerici, num. 36.* & Berous *num. 165. & sequen.* Cofet. *in suis sing. in verbo, Fornicatio, vers. propter,* Sylua *de beneficio, fol. 140. nu. 7.* Duennas *reg. 101. in princ.* Bermon. *de concubin. fol. 251. num. 10.* Boss. *in tit. de coitu damnato, num. 10.* Et ab hac opinione, tanquam veriori, & magis communi nullo modo esset in practica recedendum, quam etiam dicit esse forensibus vsibus receptam. Menchiaca *lib. 3. de testament. §. 22. num. 48. & sequen.* Bene verum est, quod pro fornicatione, quæ habet insignem deformitatem, clericus est deponendus. Et est communis opinio, vt attestatur Menchiaca *in loco præallegato, post num. 49.* Vide quæ dixi supra, *hoc eodem lib. §. Adulterium, vers. Sed quæro,* & infra, *§. Incestus, vers. Sed quæro, & §. Sodomia, vers. Sed quæro, & §. Stuprum, vers. Sed quæro.* 3

Cæterum coitus, qui fit inter clericum, & mulierem

rem solutam, non est neque incestus, neque sacrilegium, vt dixi infra, *vers. cum presbytero*, & infra *hoc eodem libr. §. Incestus, versic. sed nunquid*, sed simplex fornicatio, prout etiam inter laicum solutum, & solutam. Clericus autem notarius fornicator est ipso iure suspensus ab officio. Et est communis opinio, vt dicit Abba *in cap. cum non liceat, n. 4. de praescr.*

5 Frequenter dubitari contigit, quis dicatur damnatus coitus. Scias igitur, quod *e* damnatus coitus dicitur ille, qui aliqua lege exteriori, & humana punitur: ita dicit Bart. *in l. fin. num. 4. de iis, quibus vt indi.* atque ita ab omnibus receptum videtur, vt ait Didac. *in epito. super 4. decret. fol. 172. post numerum 15.* videamus igitur, qui coitus sint à lege punibiles. Et reperio, quod à lege puniri videntur hi, qui sequuntur;

Cum concubina;
Cum virgine;
Cum puella nondum viri potente;
Cum puero;
Cum nupta;
Cum vidua;
Cum affine;
Cum moniali;
Cum presbytero;
Cum domina;
Cum subdita;
Cum pupilla;
Cum carcerata;
Cum Iudeis, vel infidelibus;
Cum animali bruto;
Cum mortua;
Mulierum inter se;

His accedit *Raptus*, & *violentia*, *& is coitus, qui plures vxores eodem tempore ducendo committitur*; de quibus omnibus sigillatim videamus.

6 Et in primis quaero, nunquid *f* concubinatus sit à iure prohibitus. Respond. haec quaestio de iure canonico nullam habet difficultatem: nam omnis coitus, praeter matrimonialem, est prohibitus in foro conscientiae, secundum canones, vt tenet gloss. *in clem. vt nostrum, in verbo, Non est, de haeret.* quam sequuntur omnes, vt dicit Caccialup. *in rep. l. si qua illustris num. 30. in fin. C. ad Orficia.* *g* Sed de iure ciuili magna fuit altercatio inter Scribentes. Nam aliqui tenuerunt, quod de iure ciuili coitus cum concubina non sit improbatus: & hanc opinionem, dixit esse communem, Alexand. *in l. ex facto, § si quis rogatus, num. 13. ff. ad Trebel.* quem refert Ioannes Garon. *in rub. C. de secund. nupt. in 28. pena, versic. ex qua conclusione, & in l. 1. antextual. nu. 37. eo. tit.* & Bermon. *de concubin. fol. 391. num. 2.* Socin. *in l. cum auus, post numer. 65. versic. magis tamen, ff. de cond. & demonst.* Contrariam autem sententiam, scilicet, quod imo concubinatus hodie sit reprobatus etiam à iure ciuili, dicit communiter teneri Alexand. sibi contrarius *consil. 59 num. 3. in fin. libr. 4.* Felin. *in cap. cum sit generale, num. 13. de foro comp.* Ripa *in l. fin. num. 38. in fin. C. de reuocan. donat.* Didacus *in epitom. super quarto decret. in 1. part. cap. 4. fol. 5.* prout illum refert Nunius *de los corregidores, fol. 223. num. 1. in fin.* *h* Ego certè suspicor in puncto iuris veriorem esse opinionem quod concubinatus non sit de iure ciuili prohibitus: atque ita videmus seruari de consuetudine, quae est optima legum interpres, quia iudices seculares regulariter hoc crimen non puniunt nisi quatenus requisiti ab ecclesiasticis brachium suum impartiuntur, vt dixi infra *hoc eod. libr. §. final. quaest. 37. vers. quaero etiam*; propterea ego ab hac sententia in iudicando non recederem. De iure autem canonico laicus tenens concubinam punitur arbitrio iudicis: *l* clericus autem concubinarius est priuandus beneficio; & tenetur ad restituendum fructus perceptos. Et est communis opinio, vt dicit Bello. *consil. 56. numer. 3.* prout illum refert Villalob. *in sua collecta communium opinionum in littera C. numero 85.* Sed certè Bello. ibi attestatur de communi in alio proposito, prout ego fideliter retuli infra *hoc eod. libr. §. final. quaest. 63. vers. pariter etiam.* Item *m* de iure, tenens eodem tempore vxorem, & concubinam, vel duas concubinas simul, efficitur infamis, sicut ille, qui duas vxores habet eodem tempore, secundum gloss. *in §. si vero effusa, in verbo, consistente, in Authen quibus mo. nat. effi. sui. column. 7.* Sed hoc non obseruatur de facto, vt dicit Bald. *in l. neminem, quae est lex 2. num. 1. C. de incest. nuptiis*, quem refert Barb. *de testibus in 4. parte post numer. 9.* & Caccialup. *in rep. d. l. si qua illustris, numer. 35. C. ad Orficianum*, & Bermon. *de concubinis, fol. 188. num. 3 fol. 399. in prin.* & Rolan. *consil. 64. nu. 18. lib. 2.*

Vnum *n* tamen scias in hac materia, quod ad hoc, vt dicatur concubinatus, *o* plura de iure requiruntur, quae si non concurrant, transit in crimen stupri, quod est omni iure punibile, prout in facti contingentia iudicauit Curia Neapolitana, vt per Gram. *voto 4.* quae relegauit per triennium quendam, qui diu mulierem, vt concubinam, tenuerat, deficientibus aliquibus ex dictis requisitis, quae ibi enumerat, *num. 9. & aliis seq.* 10

Cum virgine proculdubio punibilis est coitus, & appellatur stuprum, de quo dixi infra *hoc eod. lib. §. stuprum.* 11

Cum puella nondum viri potente coitus est punibilis, vt dixi *in d. §. Stuprum, vers. fuit aliquando.* 12

Cum puero pariter est punibilis coitus, vt dixi infra *hoc eod. lib. § Sodomia.* 13

Cum nupta est punibilis coitus, vt dixi supra *hoc eod. lib. §. Adulterium.* 14

Cum vidua est punibilis coitus, vt dixi infra, *eod. lib. §. Stuprum.* 15

Cum affine, vel consanguinea est punibilis, & damnatus coitus, vt dixi infra *hoc eod. libr. §. Incestus.* 16

Cum *p* moniali est prohibitus coitus, & punitur poena capitis, vt est tex. *in §. penultimo. in Authent. de sanctiss. Episc.* & ita etiam cautum est per constitutiones huius Ducatus *in titulo de poenis, cap. Carnali copula.* Et idem etiam disponunt communiter statuta per Italiam, vt dicit Marsilius *in l. vnica, numer. 40. & sequen. C. de rapt. virg.* vbi in hoc proposito eleganter loquitur. 17

Cum presbytero autem mulieris fornicatio proculdubio est prohibita, prout cum caeteris; Punctus est, nunquid concubina, vel alia mulier soluta concumbens *q* cum presbytero, dicatur committere sacrilegium. Respond. quod non, sed tantum dicitur committere simplicem fornicationem, & est communis opinio vt dicit Caccialup. *in rep. l. si qua illustris, post num. 21. C. ad Orficia.* prout illum refert Boss. *in tit. de coitu damnato, num. 15.* licet Caccialup. in libro meo id non dicat, sed quod coitus clerici cum soluta non habeatur pro adulterio, neque pro stupro, neque pro incestu, sed tantummodo pro simplici fornicatione, attestatur esse communem opinionem, Menchiaca *libr. 3. de testamen. §. 22. nu. 50.* Boss. *in tit. praeallegat. de coitu damnato, nu. 10.* Vide quae dixi infra *hoc eod. lib. §. incestus, vers. sed nunquid.* Et secundum hanc conclusionem necesse est dicere, quod gloss. *in c. per venerabilem, in* 18

verbo, adulterinus, qui filij sint legit. quæ appellat hunc coitum adulterium, impropriè loquatur, licet illam cõmuniter receptam esse asserat Didac. *in epito. super 4. decret. f. 172. column. 4. in fin.* & Placa. *lib. 1. delicto. c. 42. n. 51.*

19 Cum domina punitur vasallus se commiscens, vt dixi *sub lib. p. oxim. §. Feudum. q. 58.* Item seruus cum domina coiens, flammis est *r* comburendus, vt dixi infr. *vers. Mulieris etiam.*

20 Mulieris *s* etiam cum proprio seruo coitus in damnatos connumeratur, & grauissimè punitur ex dispositione, *l. prima, C. de mul. quæ prop. seruis se iunxerunt*; nam mulier ipsa capite punitur, seruus autem flammis comburitur. Et ita tenent communiter Doctores, vt dicit Anton. Gomes. *super l. 80. Tauri, n. 25.* Non tamen è contra si ancilla rem habeat cum domino, punitur, imo remuneratur, vt est text. *in l. fin. C. communia de manumis.* vnde sumit argumentum Cynus *in d. l.* quod amatores debent donare amasiis suis, non è contra; subdens, Et crede experto, quod donum magis valet, quàm suspirium, imo suspirium nihil valet sine dono, ferrum tamen præponitur auro; nam secundum Iuue. Ferrum, est quod amant: quod (vt ipse ait) quidam exponunt. i. ferreum membrum; propter cuius ferri fortitudinem insignes etiam mulieres seruis vilissimis se exponunt. Quæ verba D. Cyni sunt notanda; quia licet esset excellens Doctor, fuit etiam *t* maximus amator, & egregius poeta, vt *u* Franc. Petrarcha attestatur in iis carminibus, in quibus ipsius mortem deplorat. Et extant adhuc cantiones, & alia carmina amatoria D. Cyni non insulsa.

21 Cum *x* subdita punitur etiam coitus in domino feudi.

22 Item in officiali cognoscente carnaliter mulierem sibi subditam.

23 Cum *y* pupilla punitur tutor, vel curator se carnaliter commiscens pœna deportationis, & confiscationis omnium bonorum; vt est tex. *l. vnic. C. si quis eam cuius tutor fue. &c.* Et ita tenent communiter Dd. teste Anton. Gomes. *super l. 80. Tauri. num. 24.* licet ille tex. loquatur in eo, qui iam desiit esse tutor, vel curator nihilominus multo magis locum habebit eius dispositio in eo, qui adhuc durante tutela, vel cura eam stuprauerit; & ita esse de mente omnium attestatur Anton. Gomes. *in loco præalleg.*

24 Cum *z* carcerata coiens custos carceris grauiter punitur, & de consuetudine Regni Franciæ suspenditur, vt attestatur Io. Fab. *§. Item lex Iul. nu. 6. Institut. de pub. iud.* quem refert Paris de Put. *de Syn. in verbo, Adulterium, cap. 1. post num. 2.* & Anton. Gomes. *super l. 80. Tauri, num. 25.* Sed hoc apud nos non seruatur. Habemus enim constitutionem *in tit. de iusto reor. cap. si pratores, §. Custodibus.* per quam imponitur pœna trium ictuum funis, & vltra, arbitrio Senatus. Sed quid si mulier cognita à commentariensi esset meretrix? Respond. quod licet coitus cum meretrice sit impunitus, etiamsi per vim fiat, vt dixi supra versic. sed nunquid, nihilominus ratione loci, & custodiæ, non est impunitus dimittendus. Et in facti contingentia parlamentum Burdegalense iussit fustigari quendam custodem carcerum, qui meretricem carceratam per vim cognouerat, vt refert Boer. *decis. 217. numero 9.* de quo Arresto mentionem facit Papo *lib. 22. tit. 8.* Arresto 1. Si vero alius ex carceratis cognoscat meretricem pariter carceratam, non videtur propter hoc molestandus, & ita seruatum fuisse per eandem curiam Burdegalens. attestatur Boer. *in dicta dec. 317. n. 10.* vbi etiam *nu. 14.* dicit hanc esse com. opin.

25 Cum *a* Iudæis etiam coitus est prohibitus. Potest autem hoc dupliciter contingere. s. si Iudæus cognoscat mulierem Christianam, & è conuerso si Christianus cognoscat mulierem Hebræam. Quæro igitur, qua pœna puniendus sit Iudæus cognoscens mulierem Christianam. Respond. quod non debet puniri pœna mortis, sed *b* alia mitiore, & hanc esse communem opinionem attestatur Boer. *decis. 316. numer. 5.* quem refert Didac. *in epito. super 4 decret. fol. 112. n. 35.* Mantua. *cent. 1. nu. 30.* Erit ergo puniendus pœna extraordinaria, arbitrio iudicis citra mortem. Et dicit Alciat. *cons. 458. nu. 1.* quod Dd. magis communiter sentire videntur, quod puniri debeat pœna pecuniaria; & ita in facti contingentia consuluit Alexan. *cons. 13. lib. 7.* & Corn. *cons. 107. lib. 1* Oldrad. autem *in cons. suo vlt.* dicit quod in facti contingentia vidit iudicatum, quod cuidam Iudæo, qui carnaliter cognouerat quandam mulierem Christianam, amputarentur virilia, & dicit se illa vidisse ante palatium. Et ego vidi Iudæum de hoc crimine accusatum transmitti ad triremes per decennium, etiam quod mulier cum qua ipse carnaliter se commiscuerat, esset publica meretrix. Hic autem intellige, vt procedat, quando talis coitus Hebræi cum Christiana esset simplex fornicatio, sed si esset adulterium, vt in casu Ias. *cons. 22. lib. 1* & aliorum, quos retuli supra *hoc eod. libr. §. adulterium, vers.* ponè stat statutum, vel alius coitus, qui esset punibilis pœna mortis, crederem non esse debere meliorem conditionem Iudæi, quam Christiani. Refert etiam Boer. *in d. dec. 316. num. 5.* quod Parisiis fuit combustus quidam Io. Alardus, qui ex quadam Iudæa, quam in domo retinuerat, susceperat plures liberos. 27

Cum animali bruto coitus inter nefandos connumeratur, puta, si vir coierit cum asina, vt in casu, in quo consuluit Roland. *cons. 7 lib. 1.* dicitur enim talis coitus fieri contra naturam humani generis *cap. hoc ipsum §. 1. 33. q. 2.* & punitur pœna mortis, vt est tex. *in c. mulier 15. q. 1.* & ita tenent communiter Doctores, vt attestatur Anton. Gomes. *super l. 80. Tauri. num. 35.* ita fuit in facti contingentia ad mortem damnatus per curiam Burdegal. quidam, qui nixum fecerat coeundi cum bruto animali, licet impeditus opus non consumasset, vt refert Boer. *decis. 316. vsque ad num. 5.* & Papo *lib. 22. tit. 7. arresto* 1. Et certe secundum legem Mosaicam tale facinus committentes puniebantur morte, *d* Exodi 23. & etiam mandatur occidi pecus, cum quo ipsum scelus committitur, prout etiam seruatum fuisse per prædictam curiam in nonnullis casibus refert Boer. *in alleg. dec. 316. post n. 6.* in quibus dicit viros, prius strangulatis animalibus, combustos fuisse. Vide in hoc proposito quæ dixi infr. *hoc eod. lib. §. fin. q. 99. vers. quæro etiam.*

28 Cum mortua quoque coitus est punibilis: & hoc faciens videtur grauiter puniendus, tanquam contrectator cadauerum, iuxta dispositionem *leg. fin. C. de sepulchro violato,* prout etiam sentit Boer. *in alleg. dec. 316. n. 13.*

29 Inter *e* mulieres cadit etiam coitus punibilis, quando inter se actum venereum faciunt, fricando, & se corrumpendo de quo in facto propositam fuisse accusationem contra duas mulieres refert Boer. *in d. decis. 316. circa fin.* Est autem à iure pro hoc crimine imposita pœna mortis, vt est text. *in l. fœdissimam. C. de adult.* & est communis opin. vt dicit Ant. Gomes. *super l. 80. Tauri, num. 34.* quam tamen ipse intelligit vt procedat, quando simul coeunt, non simpliciter fricando, sed imponendo aliquod instrumentum materiale, puta ligneum, vel vitreum. Et ibi recenset multos casus, quid in hoc proposito contigerunt, & dicit sibi relatum fuisse, quod quædam moniales, quæ ita simul coibant, fuerunt combustæ. Quando verò simplex fricatio interuenit, debent secundum eum puniri citra mortem. Et ita in facti contingentia, iudicatum fuisse refert in ciuitate Granatæ, quæ opin. tanquam mitior mihi satis placet.

Raptus

30 Raptus etiam inter maxime damnatos coitus connumeratur, & punitur vltimo supplicio, vt dixi infra *hoc eod. §. raptus.*

31 Dicitur etiam damnatus, & g punibilis coitus illius, qui eodem tempore, duas vel plures ducit vxores. h Scias autem, quod sanctis Patribus ex diuina reuelatione permissum fuit plures vxores habere; & hæc est communis opinio, vt dicit Florent. *in 3. parte tit. 14. c. 10. num. 2.* quem refert Didac. *in epist. super quarto decretal. fol. 124. num. 2.* Hodie vero est prohibitum viro duas vxores ducere, & mulieri pariter duos maritos habere. Pœna autem viri accipientis duas vxores, & mulieris accipientis duos maritos, de iure canonico est, vt mulieris capilli, & panni anteriores, & posteriores scindantur, vt habetur in cap. *de benedicto 23. quæstio. 1.* secundum expositionem, quam dicit esse veram, & approbatam Petr. de Bagnerotis *inter cons. crim diuersorum consi. 85. in fin. libr. 2.* de iure autem ciuili variæ sunt opiniones. sed magis communis opinio videtur esse, quod puniatur k pœna stupri, quæ est publicatio dimidiæ partis bonorum, vt in facti contingentia consuluit Alexand. *cons. 156. libr. 7.* Præterea tales ducentes duas vxores sunt infames, vt est text. *in l. 2. C. de incest. nupt.* & ita tenent communiter Doctores, vt attestatur Anton. Gomes. *super l. 80. Tauri, num. 27.* Sed hodie, vt ait Ant. Gomes. *ibi*, & Didac. *super 4. decret. fol. 126. numer. 8.* praxis recepit, vt contrahentibus binas nuptias candenti ferro fronti imprimatur littera Q. Cæterum hoc forte apud Hispanos seruatur: m Nos autem habemus constitutionem disponentem, quod puniantur in scutis 500. vel tribus ictibus aculei, & vlterius arbitrio Senatus. Solet autem senatus, quando quis plures, quam duas vxores habet eodem tempore grauius in eum animaduertere, prout factum fuit in quodam Baltho. Comensi, qui quatuor mulieres eodem tempore viuentes in vxores duxerat: fuit enim publice n fustigatus, & ad triremes per triennium transmissus, 2. Decembr. 1531. C. Gramm. autem *voto 17.* refert, quod quidam, qui eodem tempore quinque vxores duxerat, fuit propter delictum toties reiteratum, o vltimo supplicio affectus ex iudicio illius curiæ Neap.

32 Sed p pone, quod mulier virum suum, qui longo tempore absens fuerat, esse vita defunctum arbitrata, alium duxerit in maritum: nunquid erit punienda? Respon. quod si quidem talis mulier certum nuntium de mariti morte acceperit, vel etiam aliter fama publica interueniente probabiliter credere potuerit illum defunctum esse, debet excusari: alias vero punitur hæc adulterio, & hæc est communis opinio, vt attestatur Anton. Gomes. *super d. l. 80. Tauri*, q *numero 31.*

33 Omnes r autem coitus cuiuscunque generis sint, si per vim committantur, grauius puniri debent. Et ideo cognoscens carnaliter mulierem per vim punitur pœna capitis, vt dixi infra *hoc eod. lib. § Raptus, circa princ.* & ita etiam cautum est per constitutiones huius Ducatus, quas tamen senatus non semper obseruat, licet grauissime puniat. Et memini, quod quidam Hieronymus de Lomatio pro violentia illata mulieri, etiam quod haberet pacem, fuit transmissus ad triremes per quinquennium, 18. Septembris 1559. P. N. Et potest poni exemplum in adulterio per vim commisso, vt in casu in quo consuluit Grammat. *cons. 45.* item in Sodomia perpetrata cum violentia, vt in casu, in quo consuluit Mantua. *cons. 213. libr. 1.*

ADDITIONES.

Ad §. Fornicatio.

a Fornicatio.] Vigel M. 3. R. *lib. 1. c. 13 De adul. reg. 22. 23. 25. 26. 29. 31. 32. 33. 34 & 35.* Vnde dicatur fornicatio, quid, & quotuplex sit, & quo iure prohibita Far. *vol 1. q. 137. num* 41 De iure canonico verum punibilis, *nu. 11. & duo. seq* Ros.

Fornicatio.] Adde † videndum Mascar *de probat. concl* 810. vbi late, quomodo fornicatio probetur, & præsumatur. *Baiar.* 1

b *Et hoc adeo verum est.*] Secus ex Nou. Const. Med. *tit. de rap. viden. eris* Far. *q. 145 § meretrix, n. 191. & vol. 2.* Ros.

Et hoc adeo verum est] Non effugit tamen pœnam extraordinariam sic stuprans, vt attestatur Menoch. *tract. de arb. iud. lib. 2. Cent. 3. casu 291. n. 3. ad fin.* qui citat Clarum hic. Drogh.

Et hoc adeo verum est.] Adde, † quod Couar. *lib. 1. variar. resol. c. 14. n. 2.* tenet contrarium, quod meretrix publica non potest cogi, & stuprans eam per vim pœna extraordinaria est puniendus 2

Item † adde, quod in Regn. Neap. adest constitutio qua pœna mortis puniuntur vim inferentes meretricibus; quæ incipit 3 nostri *Rub. 20. lib. 1.* & idem tenet Menoch. *de arbit. casu 291.* vbi citat Couar. in loco supra citato, & ibi respondet ad cons. Alciat. hic allegatum. *Baiar.*

c *Sed quæro.*] Adde fornicationis pœnam ex omni iure, per Iac. Menoch. *de arb. iud li 2. cent 3. cas. 289 Giach.*

Sed quæro, quæ sit pœna.] Adde † videndum de pœna fornicationis, per Menoch. *de arbit. iud. casu 289* & per Concil Triden. *sess. 24. c. 8. de reform. matrim.* prouisum fuit, concubinarios, tam solutos, quam vxoratos, si postquam ab ordinario, etiam ex officio ter admoniti ea de re fuerint, & concubinas non eiecerint, seque ab earum conuersatione non seiunxerint, excommunicatione feriendos esse, à qua non absoluantur, donec re ipsa admonitioni factæ paruerint Et si per annum in concubinatu, neglectis censuris, permanserint, contra eos ab ordinario seuere pro qualitate criminis procedatur; & mulieres, siue coniugatæ, siue solutæ, quæ cum adulteris, siue concubinariis publice viuunt, si ter admonitæ non paruerint, ab ordinariis locorum ex officio grauiter pro modo culpæ puniantur, & extra oppidum, vel diœcesim (si ordinariis videbitur) inuocato, si opus fuerit, brachio seculari, eijciantur, alijs pœnis contra adulteros, & concubinarios inflictis in suo robore permanentibus. 4

Item † adde, quod in statu ecclesiastico per Const. Nicolai V 5 summi Pontif. de qua in Bullar. nouiter impresso, *constit. 3. fol. 71.* fuit prouisum, quod officiales tenentes concubinas incurrant pœnas priuationis officiorum, & declarari debeant ad officia inhabiles.

Item † adde, quod pœnæ Clerici concubinarij ponuntur per 6 Concil. Trid *in sess. 25. c. 14. de reform.* & plenè per Meno. *in cas. 424. & in casu 289.* & in materia concubinatus, vide Illustriss. D. Car. Paleot. *in suo tract. de noth. & spuri. c. 12. in fine*, & Mascar. *de probat. in ver Concubina*, & vide infra *n. 11* Baiar.

d *In laico*] Far. *d. q 137. n. 14. 15. & 16. cum seq.* Ros.

e *Damnatus coitus.*] Far. *d. q. 137. n. 2. & 3.* Ros.

Damnatus coitus.] Contrarium huic regulæ dixi infra *ad quæst. 64. vers. vbi subsunt.* Drog.

f *Concubinatus.*] Far. *vbi sup n. 1. & 2.* Ros.

g *Sed iure ciuili.*] Decian. *in tract. crim. tom. 1 libr. 4. c. 26. n. 8.* Quo iure concubinatus sit prohibitus, & quæ requirantur in cõcubinatu, eundẽ vide Farin. *alleg. vol. 5. q. 138 p. 1. præcipue n. & seq. & nu. 30. & 31.* Et non debet à prælato tolerari. Rudolph. *q. 50* Ros.

h *Ego certe suspicor in puncto Iuris.*] Adde, † quòd imo magis 7 communis opinio est, quod concubinatus de iure ciuili est etiam prohibitus, Marzar. *in cons. 9. vers Aduertendum est, ad fin.* & idẽ tenet Decian. *cons. 5. n. 94. vol. 1.* Et quæ † dicatur concubina, vide 8 Masolli. *cons. 31. n. 7.*

Item † adde, quod Iudex secularis non potest procedere ex of- 9 ficio contra mulierem occulte fornicantem cũ clerico in sacris siue in minoribus constituto: secus autem, si clericus notorie, & publice cum ea fornicaretur, quia tũc iudex secularis illam mulierem punire poterit, Petr. de Anch. *in cons. 196. n. 3. cum seq. & in c. ea quæ, num. 28. & 29. de reg iur. in 6.* & † quomodo probetur 10 concubinatus notorius, habetur per Foller. *in pract. crim. canon. in fin inter Miscellan. n 38 fol. mihi* 128. Baiar.

i *Arbitrio iudicis.*] De pœna tenentis concubinam Farin. *d. q. 138 p. 2 n. 32. & sequens.* vbi etiam de clerico latissime. Et de clerico, vxorem habente *ibid* Ros.

l *Clericus autem concubinarius.*] Adde † videndum Decian. 11 *in tract. crim. c. 21. lib. 6. tom 2.* vbi late de clericis concubinariis, & quibus pœnis puniantur, *& in c. 23. eod. lib.* de aliis clericorum illicitis coitibus, & vide supra *n. 6* Baiar.

m *Item de iure tenens.*] Adde, † quod Iudex secularis potest te- 12 nentem vxorẽ, & concubinam cogere, vt cõcubinam dimittat, Albe. de Ros. *in l. iustitia, § Iuris præcepta ff. de iust. & iure*, quem refert, & sequitur Io. de Arnon. singul. 67. *in patria mea.* Baiar.

13 n *Vnum tamen scias.*] Adde,† quod hoc non procedit,si diu cohabitauerint,quia vetus stuprum purgatur, & præsumitur concubinatus, Marsil. *cons* 31.*n*.8. Baiar.

o *Plura de iure requiruntur.*] Vt per eundem Farin.*d q.& par.* 1. Ros.

p *Cum moniali.*] Adde,& nota,quod ille,qui carnaliter cogno-
14 scit† Monialem, tria delicta committit, incestum, adulterium, sacrilegium Vi. Dec.*cons*.59.*n* 5.Sed aduerte, quia gloss.allegata *d.cap.Virginibus* 27 q.1. dicit id verum quo ad accusationem, non autem quo ad actus accusationis, sed quo ad pœnitentiam vnum tantum, hoc est adulterium debet puniri & plus si illud incestuosum sit etiam vi.per Menoch.*de arb cas*.389.*col*. 4 & omnino per Osasc *decis* 103.*n*.5. vbi plenius concordantes citat. Item, quod pœna prædictorum delictorum confundatur sub maiori,tradit in proposito Pract. Carer.*f*.451.*col* . *in prin*. Et ad materiam an, & quando delicta confunduntur quo ad pœnam sub maiori,vi.& dic,vt per Mars *in l primo,C. de raptu Virg. nu*. 54.*&c* An autem contineantur conuersæ,& seruientes Monialiũ appellatione,dic,vt per Fede.de Senis *cons* 113. Sed an comprehendantur sorores tertij ordinis Sancti Fräcisci quod ,sic, vi per Carer *in pract.crim*.§.*Homic.6 post num*.257 *pag. mihi* 452. *col*.2. Quid de laico maxime vxorato coeunte cum moniali an à Iudice seculari puniri possit,an vero à Iudice Ecclesiastico duntaxat, vi. plene per Osasc *in decis* 103 *per totam*. Giach.

Cum moniali.] Far *q*.146.§ *sacrilegium n*.1.*&* 3.Ros.

15 *Cum moniali.*] Adde † videndum Menoch. *de arbitr Iud.cas*. 389.*n* 21.vbi habetur,quibus pœnis puniebantur virgines vestales; & quibus hodie puniantur moniales,quæ se corrumpi pati-
16 antur.Et † de cognoscente monialem pro essam,non tamen adhuc consecratam,& conuersam; & de osculante monialem vide Decian.*in tract.crim libr*.6.*cap*.20.*tom*.2. & debet puniri etiam, quod monialis,quam carnaliter cognouit,licentiam habuisset à Gubernatore generali Monasterij, seu dispensationem, ne amplius religioni esset obstricta,Maur *cons* 266.*n*.57. quem refert, & sequitur Dec.*vbi supra n*.11.

17 Item † adde, quod subagitans monialem committit incestũ, adulterium,& stuprum,& vterque iudex in puniendo præuenire potest,decisi.Pedemont.103.Deci.*cons*.338.*num*. 1. *& cons* 585. *num*. 5.

18 Item † adde,quod laicus rapiens monialem,vel sollicitans,vel corrumpens capite punitur,& eius bona confiscãtur,& ipsi monasterio applicantur,cui currit annalis præscriptio ad illa vendicanda: alias applicantur fisco,& monialis debet tradi arctiori monasterio, vt habetur in auth. *de Illustriss Episc*.§.*si quis rapuerit*,*col*.9.*qui est registratus in c.si quis rapuerit* 27.*q*.1. Fran. Marc. *decis*.966.*part*.1.vbi dicit etiam pro gl *in d. cap. verbo*, *cautioni*, quod bona monialis spectabunt secundo monasterio quoad vsumfructum, donec vixerit.

19 Item† adde,quod Episcopus, seu clericus carnaliter monialem cognoscens debet deponi,Bertach.*in tract.de Episc*.2.*par*.8. *par.prin nu*.13.*lib* 4.

20 Item † adde, quod rapiens monialem debet habere pacem à Papa, Boss. *in tit.de pact n*.27.

21 Item † adde,quod forma purgationis monialis à tali crimine habetur per Lap. *in allegat*.54.*n*. 6

22 Item † adde,quod moniales impudicè viuentes debent carcerari in eodem monasterio, Franc Marc.*d.dec*.966 *in fine*.

23 Item † adde,vt per Feder.de Senis *in cons*. 113. an seruientes, & conuersæ appellatione monialium contineantur, & an comprehendantur sorores tertij ordini Sancti Francisci, vide Carer.*in pract.in* § *homicidium* 6. *num*.257. vbi tenet, quod sic: de hoc vide etiam Dec. *in tract crim.lib*.6.*c*.20.*in fine tom*.2.

Item adde,quod monialem cognoscens,siue virgo fuerit, siue alias cognita, & sic impudica, punitur pœna capitis naturalis, Boss. *in tit.de coitu damnato n*.79.Baiar.

q *Cum presbytero.*] Farin.*q*.146.*d*.§ *sacrilegium*. *num*. 30.31.32. Ros.

r *Comburendus.*] Adde,quod idem tenet Carrer.*in pract.crim*. §.*Homicid* 6 *post n*.315.*Giach*.

s *Mulieris etiam*] Far.*d.q* 137.*nu*.58.*& q* 141.*nu*.57.*vol* 5.*item q.eadem*. § *stuprum n*.18.Ros.

t *Maximus amator.*] Farinac. *quæst*.136.*cap*.1 *n* 1.Ros.

u *Franciscus Petrarcha attestatur.*] Adde infra *quæst*. 60 *versicul*.1.*ibi*, *vidisse quendam minorem*, vbi citaui hunc locum. *Drogh*.

x *Cum subdita.*] Ancillam autem propriam stuprans,qua plectatur pœna, vi.per Menoch. *de arbit iud cas*.293 Giach.

24 *Cum subdita*]Adde,† qua pœna puniri debeat ancillam propriam stuprans, Menoch *de arbit. casu* 293. *Baiar*.

y *Cum pupilla.*] Adde, & quod idem habetur per Carer. *in pra crim* § *Homic*.6 *n* 315. Giach.

z *Cum carcerata.*] Adde,& vi per Iac.Menoch. *de arb.iud lib*. 2.*cent* 1 *cas* 291. Item quid econuerso, quando carceratus cognoscit vxorem, vel ancillam custodis, vi.ibi,*nu*.5.*& seq*.Giach.

Cum carcerata.] Adde,†quod è contra si carceratus carnaliter 25 cognosceret vxorem, siue ancillam custodis carcerum deberet puniri arbitrio Iudicis,Menoch.*de arbit.Iud.casu* 292.*in fin*. vbi late hanc materiam tractauit,qua pœna plectantur cognoscentes carnaliter mulieres carceratas, † & de ista materia etiam 26 plenè habetur per Boer.*in decis*.317. hic allegata, & ibi etiam tractatur de cancellario cognoscente carceratam, vide etiam Far.*var.qu*.31 *nu*. 112. *cum seq*.vbi opin.Menoch.sequitur, quæ mihi multum placet. *Baiar*.

a *Cum Iudæo.*] Adde,& vi per Iac.Menoch.quibus pœnis afficiantur Iudæi cum Christianis in diuersis casibus ibi distincte examinatis coeuntes, & e contra. Quid de Catechumenis, & Saracenis *in tract de arbit.iud.lib*.2.*cent*.3. *cas*.290. vbi diligenter explanat illos.Sed aduerte quod onus probãdi, quod mulier cognita sit Christiana, & quod Iudæus cognoscens sciret illam esse Christianam,pertinet ad fiscum. Alc.*respons*.11 *n* 7.*tom*.1 *lib*. 7.Item de pœna Iudæi adulterantis habetur per Carer. etiam *pract.crim p* 449.*n* 266. Giach.

Cum Iudæo.] Adde † circa huiusmodi quæstionem videndum 27 Menoch.*de arbit.iud casu* 290. vbi pulchram facit distinctionẽ, & ibi ponit de Catechumenis,& Saracenis,Et † si extaret statu- 28 tum simpliciter disponens, Iudæos morte mulctari, si carnaliter cognouerint mulierem Christianam,nulla facta distinctione,an sit nupta,vel meretrix,quomodo esset intelligendum, vide etiã Gabriel *concl*.21.*lib* 7.† Fiscus tenetur probare illam mulierem 29 esse Christianam,& quod Iudæus sciret,Alciat.*cons* 11. *nu*.7.*tom*. 2.*lib*.7. vide etiam Vulpell *in cons* 41.vbi consuluit † pro Iudæo 30 vxorato,qui carnaliter mulierem Christianam meretricem cognouerat,vt non posset puniri pœna capitali,sed pœna extraordinaria, & Alex.in fortioribus,*in cons* 99.*col*.6.consuluit † Iudæũ 31 adulterium committentem cum Christiana,meretrice non fore adulterij pœna puniendum, refert, & sequitur Neuiz. *in Sylua nupt.lib*.4.*sub n*.46.& Viui.*opin*.191. vbi latè,† qua pœna Iudæus 32 cognoscens Christianam puniatur; & latissime per Decian. *in tract.crim.tomo* 1.*libro* 5 *cap*.12 *nu* 20.*cum seq*. vbi, quibus pœnis puniantur Iudæi, qui rem carnalem habent cum muliere Christiana meretrice,vel honestę vitę,vel in figura matrimonij; imo secundum Petrum de Vbal.*in cons*.19.*vol*.1.*inter cons. crim. diuers.par.na impressionis*, Iudæus carnaliter se immiscens cum muliere Christiana meretrice,quæ stat in lupanario non potest aliqua pœna puniri per iudicem secularem,nec Ecclesiasticum, quia lex facit meretrices indignas obseruatione legum, sed hoc iudicio meo non seruaretur in practica ob qualitatem iudaicã, quæ aggrauat ex conuersatione,& qualiter Christianus cognoscens Iudæam etiam in forma matrimonij habetur per Boer. *in d.decis*.316.*nu*.5.& Dec.*in d.tract.crim.lib*.5.*c*.16.*nu*.1.*to*.1. vide etiam Boss.*in tit.de coitu damnato,& punibili n*.20. & Paul.Gillau.*in tractat.de pœnis omnifa.coitus c*.12.*per totum*, & ibi etiã de Turco,Moro, hęretico,Saraceno,& de similibus extraneę fidei, & cognoscens Iudæam † pœna ordinaria ob minorem ætatem 33 excusatur,Alciat.*cons* 58.*in fin*.quem sequitur Menoch.*casu* 239. *nu*.3.

Item†adde,quod statutum puniens adulterium, & stuprum 34 pœna pecuniaria,comprehendit etiam Iudæos, adulterium, vel stuprum committentes, Ros.*cons*.35.*n*.39.45.*&* 49.*vol*.3.

b *Alia mitiore.*] Rolan.à Valle *cons*.35.*in* 1.*vol*. Vulpell. late *cons*.42. & Far.*d.quæst*.139.vbi etiam de cognoscente aliam infidelem *nu*.12. Ros.

c *Et ego vidi Iudæum.*] Supra *in* §.*Adulterium*,*vers.pone stat.in fin*.Drogh.

d *Exodi c*.22.] Voluit allegare Leuit.*c*.20. Adde Quin. Mandos.*Tract.de signa.grat.fol*.54. *à tergo*, Drogh.

e *Inter mulieres.*] Far.*q*.148.*n*.40.*& seq.vol*.5.Ros.

f *Dicitur etiam.*] Adde† in hac materia illius,qui eodem tem- 35 pore duas,vel plures ducit vxores,vel maritos videndum Meno. *de arbit.iud.lib*.2.*cent*.5.*cas*.420. vbi multa accumulauit, & de multis rationibus, quæ pluralitatem vxorum admittunt, vide etiam Boss.*in tit.de coit.damna.nu*.78.vbi refert,de quodam,qui 36 ob lepidum dictum,& responsum fuit gratiatus. Et† quid de habente duas sponsas,vel vnam vxorem, & vnam sponsam,vide Arer.*in tract.de malef.in verb.che mi hai adulterato,var.& aduertas*, vide etiam Coua.*in* 4.*decret par*.1.§.3.*nu*.6. vbi dicit, quod femina nupta, si sciens contraxerit cum secundo, qui eam scienter acceperat,adulterij pœna damnatur cum viro,& ibi ponit alias pœnas,& quomodo † in Hispania puniantur, & de pœnis 37 habentis duas vxores, vel duos maritos, vide etiam Viu.*com. opi*.1057.*in ver.vxores duas habens*.

Item†adde, quod Iudæi habentes duas vel plures vxores pu- 38 niuntur,sicut Christiani, nisi primam solemniter repudiassent, quod licet facere Iudæis, *l nemo Iudæorum, n fin.C. de Iudæis,& capit.gaudemus,de diuor*.Bal.*cons*.428.*inquisitio d.n*.1.*vol*.5.& late per Dec. *in tract.crim.tom*.1.*lib*.5.*c*.12.*n*.13.*Baiard*.

g *Punibilis coitus.*]Quid si ex forma statuti præscribatur delicta, & à die copulæ elapsa sit præscriptio,extra quã Prętor nõ potest am-

amplius cognoscere, & secundam vxorem iterum cognouit, & sequentibus annis cohabitauit, an sit capite puniendus iuxta statutum. Vi. per Anch, *cons* 4. *Giach*.

h *Scias autem.*] Larè Menoc. *casu* 420. Vinc. de Franch. *decis.* 36. *vbi an possit quis inquiri de haresi, & an causa ad eccl. remitti debeat Ros.*

i *Hodie ver.*] Far. *d.* 5. *vol sua prax q.* 140. *par.* 1. *n.* 13. *& pluribus sequent. pracipuè n.* 18. 21. 22. addas Gasp. Ant. *Thesaur.* 4. 14. *Ros.*

k *Pœna stupri.*] Adde & per Cater. *in practic p.* 464. *nu.* 305. *&* 313. & per Boss. *in tit. de coitu damnat. puni. n.* 75. *quem Auctor. in multis dissimulat Giach.*

l *Praterea tales.*] Farin. *sup. n* 15. *Ros.*

m *Non autem.*] Soss. *de coitu damnato n.* 78. Farin. *d nu.* 22. *&* 23. *Ros.*

n *Fustigatus*] Item attestatus est Boss. *vbi sup. Giach.*

o *Vltimo supplicio affectus.*] Adde, & vide Boss. eodem loci, vbi egregie narrat casum de quodam condemnato ex eo, quod matrimonium contraxisset cum quatuor mulieribus, qui incidit in Regem Carolum, dum ducebatur ad locum supplicij; & cui Rex ob lepidum responsum gratiam libere concessit. Et vere fuit ex mera, ac propria gratia regali, quia licet alias puniretur quis pœna capitis propter duas vxores: tamen quando plures duabus habet, tenetur; vt late habetur per Gramm. *vot.* 17. vbi retulit ita fuisse notatum in magna curia: & illum referr, atq; sequitur Ludou Cater. *in pract. crim.* §. *Homic.* 6 *sub n.* 214. *Giach.*

p *Sed pone.*] Farin. *d. q.* 140. *par.* 1 *n* 42. vbi etiam qualiter probetur mors viri, vt licentia dicitur *per* 12. *concl. Ros.*

39 *Sed pone quod mulier.*] Adde † videndum Menoch. *de arbitr. Iud. lib.* 2. *cent.* 5. *casu* 420. *n.* 118. *cum seq Baiard.*

q *Num.* 31] Farin. *dict. q.* 140 *part.* 1. *n.* 5. *Ros.*

r *Omnes autem coitus.*] Adde Constrũ de Teurs *titulo Droutz* 40 *de hault. Iustice tit.* 4. *art.* 1. *vers. femme feroce*, Rapiens † aurem inhonestam mulierem punitur tantum pæna arbitraria, & vt hic, & est fortassis ratio; quia. vt sæpe euenit in facto, Mulier, quæ cognoscit aliquem ob eius desiderium deperire, intendit inuita amari, ideo inuita ratione publici officij cognosci potest, Dec. *in l. Inuitus n.* 7 *ff de reg. iur. Drogh.*

41 *Omnes autem coitus.*] Adde † quod Hostiens. *in c. continebatur, extra de despons. in pub.* dicit quod mulieri non creditur de violentia, si copula carnalis sit secuta. *Baiard.*

§. FVRTVM.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Furtum quid sit.*
2 *Furtorum genera quot sint.*
3 *Domino rei an liceat rem furatam perquirere in domibus aliorum.*
4 *Et an possit proponi edictum, vt quilibet teneatur indicare rem furtiuam.*
5 *Et an ille, apud quem reperitur res subtracta, præsumatur fur.*
6 *Et an furtum sit graue delictum.*
7 *Furti pœna quæ sit.*
8 *Et quid in furibus famosis.*
9 *Et an pro vno furto magno possit quis suspendi.*
10 *Et an stante statuto, quod pro tertio furto quis suspendatur, si quis commiserit duo furta extra territorium, & vnum in territorio, possit suspendi.*
11 *Et an fur, qui rem furatam in aliud territorium exportauit, possit in eo puniri ratione contrectationis.*
12 *Et quid si fur pro duobus primis furtis fuerit iam punitus,*
13 *Et quid si fuerit absolutus.*
14 *Et quomodo dicantur esse tria furta.*
15 *Fures an possint capite puniri.*
16 *Et an puniantur pœna quadrupli.*
17 *Fur deprehensus in flagranti crimine potest impune occidi. Remissiue.*
18 *Contra furem potest in litem iurari.*
19 *Quando dicatur constare de furto, Remissiue.*
20 *Fur an excusetur à pœna furti si prohibet illum, cui furatus est, esse suum debitorem.*
21 *Et quid si ille, cui res furata fuit, protestetur, quod illam accepit de eius voluntate, vel consensu.*
22 *Furta domestica an sint punienda.*
23 *Furtum de re modici valoris an sit puniendum.*
24 *Propter necessitatem an licitum sit furari.*
25 *Et an si postea fur ad pinguiorem fortunam perueniat teneatur restituere.*
26 *Emens rem furtiuam an teneatur ad eius restitutionem.*
27 *Qualiter [illegible] credatur pro furto aduersus nautas, caupones, stabularios.*
28 *Et an quando familia furtum fecisse dicitur, punitio vnius liberet alios.*

Ex Additionibus.

1 *Furtum variis modis committitur.*
2 *Furtum de iure canonico sumitur pro omni vsurpatione.*
3 *Furtum in foro poli sola voluntate contrahitur, secus in foro fori.*
Et in re propria, cum creditur aliena, n. eod.
4 *Et quid in socio negotiante pecuniam communem,* num. eod.
5 *Famulus, vel nuntius non restituens pecuniam Titio, cui deferendam dominus tradiderat, an furtum committat. remissiue.*
6 *Famulus fugiens à Domino an præsumatur res amissas subtraxisse.*
7 *Furtum committitur cum rei amotione, & contrectatione.*
Statutum de furto non habet locum in damno dato nec contra n. eod.
8 *Furtum, vel rapinam non committit, qui per vim, metumvè iustum aliquid consequutur.*
9 *Vendens scienter rem alienam an furtum committat.*
10 *Et quid in exigente tributum, vel gabellam indebitam.*
11 *Fur debet puniri licet persona sit incognita, cui furatus est.*
12 *Furtum manifestum, & fur manifestus quis dicatur.*
13 *Furti perquisitio domino concedenda est.*
14 *Furtum fecisse præsumuntur vicini conuersantes, & familiares malæ famæ.*
Et contra quos præsumatur de furto, remissiuè, n. eod.
15 *Furta non sunt inuestiganda per auguria, vel magica documenta, aut superstitiones.*
16 *Et an possit proponi edictum de furtiuis reb. indicandis remissiue.*
17 *Et ille tenetur rem furtiuam exhibere, penes quem reperitur.*
18 *Et an dominus domus, in qua fuit reperta res furtiua, dicatur in culpa, & conscius furti, remissiue.*
Et an credatur vnico testi, ibi fuisse repertam, remissiue, num. eod.
Et an dominus domus possit conqueri, & condemnari, remiss. n. eod.
19 *Et an Aduocatus consulens furem, ac retinens penes se rem furtiuam, teneatur propalare furtum, vel reum, remissiue,*
20 *Furtum an præsumatur ab eo commissum, penes quem res furtiua fuit reperta, remissiue.*
Et an teneatur docere, à quo rem habuerit, remissiue, num. eod.
21 *Furtum quando dicatur delictum atrox, vel enorme.*
22 *Et an comprehendatur sub statuto loquente de robaria.*
23 *Furtum an dicatur egregium, vel enorme, remittatur arbitrio iudicis.*
24 *Furtum licet modicum dicitur enorme, si ex eo tumultus subsequatur.*
25 *Furti pœna quæ sit, & quæ olim apud Græcos, & alios remissiue.*
26 *Et quæ in Regno Neap.*
27 *Furti confessio quandoque sibi non præiudicat.*

28 *Fures ex generali consuetudine pro tribus furtis laqueo suspenduntur.*

29 *Confessus duo furta, de quibus constabat, & plura alia minima, de quibus non constabat, an possit ad furcas condemnari.*

30 *Furta tria licet leuia pœnam mortis merentur.*

Verbum sæpissimè de tribus vicibus intelligitur, num. eod.

31 *Statutum, vel consuetudo super furto an comprehendat crimen expilatæ hæreditatis, vel rapinam.*

32 *Fur non debet relaxari, nisi restituta re furto subtracta, vel soluta.*

Etiamsi ciuiliter actum non fuerit ad furti restitutionem, vel iudex procederet per inquisitionem, n. eod.

33 *Et iudex tenebitur, si per negligentiam non fecerit restituere.*

34 *Et quid in diffamatoribus.*

35 *Et fur debet condemnari ad restitutionem, quamuis nihil fuerit petitum per patrem, vel aliter, quam deceat.*

36 *Et est condemnandus in eodem iudicio, instantia, & sententia, licet damnaretur ad mortem, aliàs index teneretur de suo.*

37 *Et bona sunt tacitè hypothecata pro restitutione aduersus hæredes, & alios possessores.*

38 *Statutum si respiciat valorem rei, debet valor communi æstimatione probari.*

39 *Statutum, quod committens furtum in re valoris scutorum decem suspendatur, comprehendit duos, vel plures eam summam furto subtrahentes, & diuidentes.*

40 *Et si diceret quod furans infra valorem vnius auri fustigetur, & res tanti valeat, nec pluris, aut minoris, perinde est ac si esset infra vnum aureum.*

41 *Furti pœna punitur capiens bona in mare proiecta tempore tempestatis, vel cadentia de rheda, seu curru.*

42 *Furti causam dans aperiendo, vel frangendo ianuam domus, in qua furtum factum fuit, an teneatur furti.*

43 *Furtum magnum an pœna mortis vindicetur.*

Et quid si statutum tria furta requireret, n. eod.

Et quæ sint necessaria, vt dicatur furtum magnum, vel egregium, remiss. n. eod.

44 *Et an sit furtum magnum, remittitur arbitrio Iudicis.*

45 *Furtum quibus circunstantiis aggrauetur.*

Furtum vnicum quibus casibus pœna capitis plectatur, remissiue, n. eod,

46 *Fur nocturnus cum armis aggrediens laqueo suspenditur.*

47 *Furtum quando dicatur vnicum remiss.*

48 *Statutum puniens opem, sicut furtum, non habet locum in receptatore rei furtiuæ.*

49 *Fur inquisitus quod mille, & vltra subtraxerit de tasca, & condemnatus ad pœnam, & restitutionem, non potest amplius ex eadem sententia puniri, nec pars petere, nisi mille, licet re vera bis mille fuissent in tasca.*

50 *Fur pro primo furto an comparere possit per procuratorem.*

51 *Statutum, quod pro tertio furto quis suspendatur, an comprehendat mulieres.*

52 *Et quomodo Iudex tertij furti procedere debeat pro aliorum furtorum verificatione.*

53 *Et an sufficiat reum inueniri absque auriculis,*

54 *Statutum Parmæ super quarto furto declaratur.*

55 *Statutum, quod fur pro tertio furto moriatur, non habet locum in contrectante rem eandem per diuersas iurisdictiones.*

56 *Et an Iudex primi, vel secundi, aut tertij furti possit punire furem pœna mortis, si alia duo extra suum territorium fuerint commissa.*

Angelus impugnatur, n. eod. & seq.

57 *Et an Iudex originis possit punire furtum alibi commissum.*

58 *Furta sequentia an aggrauent præcedentia, vel è contra.*

59 *Saluumconductum tollitur per subsequens delictum.*

60 *Fures, & malefici omni cum seuitia sunt puniendi.*

61 *Statutum, quod pro tertio furto fur suspendatur, procedit etiam si pro primis duobus furtis non fuerit punitus.*

62 *Et an si pro tribus furtis varias pœnas indiceret, & pro quarto suspendi, si pro primis tribus non fuerit condemnatus,* Decian.lapsus, n. eod.

63 *Statutum pro tertio furto furem suspendi requirit temporis interuallum ab vno furto ad aliud.*

64 *Furta, de quibus non potest cognosci cursu temporis, vel diuersitate loci aggrauant etiam stante statuto de huiusmodi delictis non posse fieri processum.*

65 *Furta de quibus secuta fuit absolutio, aut alius Iudex cognoscere non potest nunquid aggrauent vltimum furtum.*

66 *Et quid si pro eis pœnam soluisset.*

67 *Et quid si extarent statuta, quod de talibus delictis ante tempus, vel alio loco commissis non possit fieri processus.*

68 *Furtum dicitur vnicum etiam si plura commissa fuerint vna die, vel nocte in vna domo, vel pluribus.*

69 *Et quid si fur confiteatur, se plura furta fecisse in eodem loco, diuersis tamen temporibus, vel cum temporis interuallo.*

70 *Nobiles furcis non suspenduntur nisi concurrat enormitas delicti.*

Et quid in crimine furti n. eod.

Furca est pœna ignominiosa in Italia, sed in Francia secus, nu. eod.

71 *Nobiles in Italia pro homicidio capite truncantur; ignobiles furca suspenduntur.*

72 *Milites an suspendantur.*

73 *Fur in conscientiæ foro quid teneatur restituere, remiss.*

Et re extincta sine eius culpa, an teneatur ad æstimationem, n. eod.

74 *Et an ad expensas, quas furtum passus fecit in requirenda re.*

Malefactor tenetur ad interesse damni etiam extrinsecum. n. eod.

75 *Furto rem subtractam an tertius possit auferre à fure in fragranti reperto.*

76 *Fur repertus in fragranti potest sine sententia fustigari.*

77 *Damnum an, & quando probetur per iuramentum damnum passi.*

Et an admittatur probatio in contrarium. n. eod.

78 *Furtum quomodo constare dicatur.*

79 *Furtum per testes probari potest, etiam statuto probationes testium reijciente.*

80 *Fur an excusetur à pœna furti, si probet suum esse debitorem cui furatus est*

81 *Furari non licet Domino rem suam ab alio occupatam.*

82 *Mulier bona mortui mariti exportans qua actione teneatur.*

83 *Furans Domino sciente præsente, & non contradicente an teneatur furti.*

Et quid in filio, vel in alia persona coniuncta. n. eod.

84 *Furti pœna tenentur vicini receptantes furta subtracta à filiis, vxore, marito, vel patre.*

85 *Commodatarius an teneatur furti, si equo absque Domini voluntate ad longius iter vtatur.*

Fur an excusetur à pœna furti, si Dominus protestetur de ipsius voluntate rem fuisse sublatam, n. eod.

86 *Furtum committens in domo amici, an excusetur si dicat fuisse ioco.*

87 *Fures domestici qui appellentur.*

88 *Et famulitaris vnam rem hodie furans, & cras alteram, licet viles, punitur tanquam de magno furto.*

89 *Furti pœna an teneatur famulus, vel creditor subtrahendo quantum sibi debetur.*

90 *Furans quod sibi debetur, an sit tutus in conscientia, & factis monitoriis, teneatur reuelare, aut restituere.*

Et quid de scientibus illum accepisse, n. eod.

91 *Fur pro leui furto quandoque torquetur ad pœnam, & pro pluribus minimis suspenditur.*

92 *Et punitus leuiter tanquam pro leui furto non punitur vlterius, licet postea furtum fuisse magnum appareat.*

93 *Zingari pro furtis minimis etiam gallinarum sunt puniendi.*

94 Co-

94 Columbas alieni columbarij etiam in suo capiens, vel occidens furtum committit.
95 Arbores incidens, & exportans tenetur furti.
96 Et quid de incidente arborem, & inde fauos mellis extrahente.
97 Furtum non committit accipiens fructus ex fundo suo, in quem alius fuerat missus in possessionem ex primo decreto.
98 Tortura pro paruo furto infertur, legitimis praecedentibus inditiis.
99 Furti actio an detur pro re minima.
Et pro gallina, num. eod.
100 Furari propter necessitatem an sit licitum.
101 Et quando quis dicatur esse in extrema necessitate remittitur arbitrio Iudicis.
102 Fur in quibus casibus excusatur à pœna furti, remissiue.
103 Ludum aleæ tenens in domo lucri causa, an pro furto in ea commisso tempore ludi actionem habeat criminalem, vel ciuilem.
Et quid in aliis ludis prohibitis, n. eod.
104 Ludus aleæ dicitur ludus fortunæ.
Ludi receptator dicitur aleator, n. eod.
105 Fures in quibus casibus excusantur, & pœnam mortis euitant.
106 Fur non excusatur, licet ex eius furto aliquod Reipub. bonum accidat.
107 Emens rem furtiuam an teneatur eam Domino sine pretio restituere.
108 Et petens eam sibi restitui, debet probare furto subtractam fuisse.
109 Et quid si solutum fuerit pretium illi, penes quem erat furtiua.
Et res etiam sine furto in alium translata, an sine precio sit restituenda, n. eod.
110 Emens equum furto subtractum à transeunte amittit pretium.
Et qualiter probetur fuisse subtractum remissiue, numer. eod.
111 Et an ille, cui fuit sublatus, possit à fure propria authoritate recuperare.
112 Et an debeat praesentare Iudici, & expensas reficere.
113 Emens rem raptam à latronibus, vel ab hoste nomine Domini, an amittat pretium.
114 Emens equum furtiuum à Zingaro ad quid teneatur remissiue.
115 Iudæi an debeant res furtiuas emptas, non refecto pretio, restituere.
116 Dominus rei furtiuæ, non repetit pretium emptori bonæ fidei restitutum.
117 Pignori scienter accipiens res alienas furti tenetur.
Et quid in Iudæis, n. eod.
118 Iudæi rem furtiuam scienter ementes, furtum committunt.
Et Dominus si soluisset pretium, recuperat, nu. eod.
119 Furti actione an teneatur in solutum accipiens res furtim sublatas.
120 Emens rem furtiuam extraordinarie punitur.
121 Et an contra eum possit agi actione furti ad rei persecutionem.
122 Emens scienter à filiofamilias rem subreptam patri, tenetur furti.
123 Ludo scienter vincens filio familias, aut seruo pecuniam patris, vel Domini, an furtum committat.
Et an patri competat actio, eod. nu.
124 Et ludens praesumitur sciuisse pecuniam esse filij familias, vel serui.
Et ad pœnam corporalem contra eum procedi non posset, n. eod.
125 Et ignoranter vincens ciuiliter tantum conuenitur.
126 Et an furtum committant ludentes cum Monachis, furiosis, & aliis non habentibus liberam administrationem rerum appositarum in ludo, remissiue.
127 Furtiua res ad furem reuersa ex deposito, vel commodato, cui sit restituenda, concurrentibus Domino, & depositario.
128 Fures qua actione possint agere pro recuperatione rei ab eis furto subtractæ contra alium furem eandem rem surripientem.
129 Pretium rei furtiuæ, & bona fide emptæ in mercato, vel nundinis non debet restitui, etiam si extaret statutum, quod res furto subtracta publice, & bona fide empta vendicari non possit.
130 Furari an liceat domino rem suam, vel propria auctoritate capere.
131 Emens rem furtiuam bona fide, eamque postea reuendens non tenetur domino restituere pretium.
132 Ecclesiæ bona furto subtracta auocantur à detinente sine pretij restitutione.
133 Bona fides, an praesumatur in acquirente rem furtiuam ab alio quam à fure.
134 Furatam rem acquirens ea perempta ad illius pretium tenetur.
135 Furtum aduersus nautas, caupones, vel stabularios quomodo probetur remissiue.
Et de iuramento in litem, ac familia torquenda, remissiue, n. eod.
Et an sit standum iuramento scholaris, vel hospitis, num. eod.
136 Et edictum l. 1. ff. naut. caup. stabul. procedit etiam in camera locantis.
Et an caupo teneatur ob furtum si clauem Cameræ tradiderit hospiti, nu. eod.
137 Et quando teneatur caupo ad emendam rerum subtractarum in hospitio suo.
138 Et quid si quis in cauponam gratis diuerterit.
139 Et an teneatur caupo de rebus per fenestram sublatis à fure, vel viatore.
140 Et an hospes suspectus de calumnia possit torqueri.

FVrtum *a* est contrectatio rei alienæ fraudulosa lucri faciendi gratia, vel ipsius rei, vel etiam vsus, & possessionis. Et ita definit Iur. *in lib. 1. §. furtum, ff. de furt.* 1

b Furtorum autem duo sunt genera; manifestum, & non manifestum. *l. furtorum ff. de furt.* Fur manifestus est ille, qui cum ipso furto deprehenditur. *l. fur manifestus eod. tit.* Sed quid si non fuerit quis cum furto deprehensus, fuerit tamen visus furari, nunquid dicetur *c* fur manifestus? Respond. quod sic: ita tenet gloss. *in d. l. manifestus, in verbo Deprehensus*, quæ in hoc communiter approbatur, vt dicit Alber. *in ead. l. fur manifestus in fine principij.* Vide in hoc proposito, quæ dixi infra *hoc eod. lib. § fi. q. 8 1. stat. 6. ver. quæro stat. & seq.* 2

d Quæro, nunquid liceat domino rei, qui dicit illam sibi furto subtractam fuisse, accedere ad domos aliorum, & talem rem sibi furatam perquirere. *e* Respon. quod sic, dummodo id faciat cum auctoritate Iudicis. Et est commun. opin. vt dicit Aug. ad Ang. *de malef. in verbo. Et vestem calestem, numer.* 34. Pract. Contrad. *fol.* 36. *post num.* 14. Et ita seruatur de stylo, vt attestatur Boer. *decis.* 174. *post num.* 20. & secundum hanc opin. iudicatum fuisse refert Papo *lib.* 23. *tit.* 6. *arresto* 3. Contrariam tamen sententiam, scilicet quod non sit concedenda perquisitio, dicit tenere communiter DD. Abb. *in cap. qui cum fure, num.* 6. *de furtis*, quem refert Pract. Contrad. in loco præalleg. Sed certe Pract. videtur approbasse, quod concedatur. Bene verum est, quod in hoc Ducatu Iudices non concedunt licentiam perquirendi ipsis- 3

met dominis; ne sequantur scandala: sed mittunt ipsi executores suos, siue consules viciniæ, qui perquirant, præsentibus etiam quandoque ipsis dominis, & dicit Alexand. *cons.462.in 1.dubio*, quod ita videmus quotidie fieri per Iudices, & quod minime mutanda sunt, &c.

4 *f* Solent etiam plerunque proponi edicta, vel impetrari litteræ, quas vocant monitorias, quibus sub pœna excommunicationis committitur scientibus rem furatam, vt illam indicent, de quo dixi inf. *hoc eod. lib. §. fi. q.27. ver. Sed quæro. & seq.*

5 *g* Sed nunquid ille, apud quem reperitur res subtracta, præsumitur fur? Respond. quod (secundum aliquos) si est persona malæ famæ, præsumitur fur; secus autem, si esset persona bonæ famæ, & conditionis. Et hoc videtur approbare communiter omnes Doctores, vt dicit Aug. ad Angel. *de malef. in verbo, Et vestem calestem, post num.19.*

h Ex hoc tamen non oritur indicium sufficiens ad condemnationem, sed bene ad torturam, vt dixi infra *hoc eod. lib. §. fin. q.21. ver. si res furata.*

6 *i* Quæro, an furtum dicatur graue delictum. Resp. quod si est factum in re magna, dicitur graue delictum, & hæc est commun. conclusio, vt dicit Abb. *cons.25. nu. 1. in fi. lib.1.*

7 *k* Sed quæro, quæ sit pœna furti. Resp. quod de iure communi pro furto non est imposita pœna mortis: & est communis opin. vt dicit Gomes. *in §. ex maleficiis, num.12. Instit. de actio.* Et licet *in c.1. §. si quis quinque solidos*, de pace tenenda in vsibus feud. videatur constitutum, quod pro furto *l* quinque solidorum quis debeat suspendi, tamen illud erat, quia cum furto concurrebat etiam violatio pacis. Et hæc est commun. opin. vt dicit Gomes. *in d. §. ex maleficiis, num.2. & 3.* Et in omnem casum illa pœna imposita contra fures *in d. §. si quis quinque*, non seruatur de consuetudine, vt attestatur Gand. *de malefic. in tit. de furib. num.10.* quem refert Augustin. ad Ang. *de malef. in verbo, Et vestem calestem, numer.12.* Idem dixit gloss. *in cap.1. §. Iniuria, in verbo Legitime, de pace iur. fir.* Hoc idem attestatur Bald. *in d. §. si quis quinque, & in authen. sed nouo iure post num.3. C. de seru fug.* quem refert Ias. *in d. §. ex maleficiis, num.3.* Rom. *in l. cum seruus, n.14. ff. de cond. causa data.* Cæpol. *in ead. auth. sed nouo iure, n.70. & 71.* Et dicit Anan. *in c. ex litteris, post nu.9 de fur.* quod omnes hoc sequuntur. *m* Quinimo dicit Paris Put. *de synd. fol.224. post n.5.* quod proles Federici Imperatoris, qui statuit in illa lege, quod fur quinque solidorum suspenderetur, & sic, quod homo ad Dei imaginem creatus propter bona occideretur, & alij reges successiue, qui secuti sunt hanc legem, eorumque ministri, non regnauerunt super terram, & male vitam finierunt, nec generatio eorum ad tertium gradum peruenit. Ego tamen credo id potius eis contigisse propter bella, & indebitas vexationes, quibus Sanctam Dei Ecclesiam perturbabant, quam propter illam legem, quæ etiam (vt arbitror) *n* nunquam fuit vsu recepta.

8 *o* Scias tamen, quod hæc conclusio locum non habet *p* in furibus famosis, siue infamatis de pluribus furtis; tales enim laqueo suspenduntur: & ita de consuetudine seruari attestatur Vital. *de malef. in rubr. de furtis, num.10.* Fur enim, qui furari consueuit, dicitur famosus latro: & ita obseruatur, vt dicit Practic. Conrad. *fol. 357. nu.1.* In hoc autem proposito plura furta dicuntur tria. *q* Et ideo de generali consuetudine pro trib. furtis fures laqueo suspenduntur, prout de hac generali consuetudine attestatur Cassan. super consuet. Burgund. *fol 42. num 27. in fin.* & ante eum Bald. *in d. authen. sed nouo iure, num.3.* quem refert Ias. *in d. §. ex maleficiis, num. 12.* & Igneus *in l.1. §. hoc rescriptum, num.32. ff. ad Syllan.* & Bolenc. *in repet. l. capitalium, §. famosos, num.46. ff. de pœnis*, & Anan. *in d. c. ex litteris, num.6. in fin. de furtis*, Cæpol. *in dict. auth. sed nouo iure, num.82.* vbi etiam, *num. 84.* dicit, quod hæc est communis opin. gl. & Doctorum, quod fur pro pluribus furtis debet mori, s. furca suspendi, & *num.85.* subdit, quod ita communiter practicatur de quadam consuetudine generali. Quinimo videtur, quod (secundum aliquos) ex duobus furtis dicatur quis famosus fur, & laqueo suspendi debeat: & ita generali consuetudine obseruari refert nonnullos attestantes Fulgosius *consil.157. numer.1.* quos tamen in libr. meo id dicentes non reperio. *r* Ego puto in hoc seruanda esse statuta locorum, quibus non extantibus, non crederem furem etiam propter multa furta esse pœna mortis afficiendum; sed obseruari debere ius commune, vt citra mortem puniatur. Et hoc nisi in aliquo loco esset specialis consuetudo, vt fures suspenderentur: nam eo casu minime mutanda esset, &c. Fures autem incendiarij etiam pro primo furto de consuetudine suspenduntur, vt attestatur Pract. Iodoci *c.114. nu. 2.* quod tamen apud nos non seruatur. Posset etiam esse locus, in quo furtum committeretur, adeo insignis, vt etiam pro primo furto, quamuis exiguo, esset fur suspendendus. Quod quidem seruatum fuit per Parlamentum Parisij in quodam, qui crumenam cum 60. Solidis tantum inciderat in camera ipsiusmet Parlamenti, 22. Ian. 1549 vt refert Papo *lib.23. tit.6. arresto 1.* & Placita Galliæ *tit.4.*

Sed *s* an pro vno furto magno poterit quis suspendi? Respond. Bald. *in d. auth. sed nouo iure, post num.3.* tenuit quod sic. Et dicit Ang *de malefic. in verbo, & vestem calestem, num.13.* quod ita semel practicauit Perusij, dum ibi assidua consuetudine inualuisse in Hispania attestatur Diaz. *in pract. crim. canon. cap.84. post num.2.* Sed certe contra Bald. est communis opin. vt dicit Angel. de Vbald. *inter consil. criminalia diuersorum, cons.71. num 21. lib.2.* & Gregor. Lopez, quem refert D. Anton. de Padilla *in leg. transigere, post nu.11. C. de transact.* Neque hæc opin. Baldi seruatur *in practica*, vt dicit Aret. *in d. auth. sed nouo iure, nu.4.* quem refert Chas. *in loco praall. fol.42. num.15* & Rol. *cons.51. circa fin. lib.1.* Et dicit Caccial. *in d. l. cum seruus, ff. de condit.* causa data, quod vidit quendam, qui commiserat furtum mille ducentorum aureorum, qui euasit pœnam mortis, & fuit solummodo punitus pro primo furto. 9

t Sed pone; stat statutum, quod pro tertio furto quis suspendatur: modo aliquis commisit duo furta extra territorium, & vnum in territorio; *u* Quæro, nunquid illa duo furta commissa extra territorium sint computanda, ad hoc vt pro isto tertio furto sit suspendendus. Respond. quod sic, & ita iudices feroces faciunt eos suspendi, vt dicit Ioan. And. *in addi ad Spec. super rub. de furtis.* Ita etiam seruari de consuetudine dicit Angel. *in l. si cui. § fin. num.4. ff. de accus.* quem refert Aug. ad Ang. *de malef. in verbo. Et vestem calestem, post nu.14. & post num.24. & in verbo Existens Florentia, post numer.1.* & Nellus *de bannitis, in 2. parte primi temporis, quæst.6.* & Apost. ad Decian. *in l. bona fides, sub num.11. ff. de regul. iur.* Chass. *super consuet. Burgund. fol.41. num.17.* quem refert Didac. *lib.2. resolu. cap.9. post num.7. versic. Idem erit obseruandum.* Et dicit Cæpo. *in d. authen. sed nouo iure, num 89. in fin.* quod hæc est communis opin. moder. Alij vero distinguunt, quod Aut statutum respicit factum, puta, qui fecerit tria furta, moriatur; & tunc secundum delictum aggrauatur à primo; Aut vero respicit pœnam, puta, pro tribus furtis fur moriatur, & tunc non grauat; & hanc opin. dicit esse communem Alciat. *in cap. cum non ab homine, num.35. de iud.* prout illum refert Villalobos *in sua collecta commun. opin. in littera S. numer.108.* 10

qui

qui tamen hoc non dicit, licet ita teneat. Mihi placet prima opin. quam etiam consuetudo approbauit, dummodo fur, de quo agitur, sit subditus ratione originis. vel domicilij illi iudici, in cuius territorio tertium furtum commisit: alias vero illam non seruarem; prout etiam se illam non seruaturum, si esset iudex maleficiorum, dicit Aug. *in d. verbo*, *Existens*: Sed distinguerem, quod Aut statutum dicit, pro tribus furtis; & tunc non facerem illum suspendi, quia non potest dici commisisse tria furta, ex quo illa duo fuerunt extra territorium commissa, pro quibus non potest hic puniri: Aut vero statutum dicit pro tertio furto; & hoc casu, cum statutum puniat tertium furtum, & istud commissum, in territorio sit proculdubio tertium, transirem cum opin. prædicta, quam vsus recipit, prout ego etiam vidi multoties in practica obseruari. Ceterum si statutum diceret, quod famosus, vel publicus fur suspendatur, vtique illa furta extra territorium commissa aggrauarent ita, vt pro tertio, in territorio commisso, esset suspendendus, & ita tenent communiter Doctor. vt dicit Cæp. *in d. authen. sed nouo iure, num. 88.* Nam ex interpretatione facta à consuetudine ille dicitur fur famosus, quia tria furta commisit, vt dixi supra, *ver. scias tamen.* neque in hoc fit vlla distinctio, an consuetudo furandi sit in vno territorio tantum, an in pluribus. Et ideo stantibus huiusmodi verbis statuti, dicerem illum esse omnino suspendendum? Vide quæ dixi infra *hoc eod libro §. fin. quæst. 40. versic. pro complemento.*

11 An autem fur, qui rem furatam in aliud territorium exportauit, possit in eo puniri ratione contrectationis, dixi inf. *hoc eod. lib §. fina. q. 38. ver. tu scis, quod furtum.*

12 *x* Quæro etiam stante statuto prædicto, si quis commiserit *y* duo furta, & pro illis fuerat punitus, deinde commiserit tertium furtum, nunquid erit pro hoc tertio suspendendus, non obstante quod pro illis duobus fuerit iam punitus. Respond. quod sic: ita tenuit Vbertus de Bobio: & hanc opin. approbat consuetudo, vt attestatur Apostil. ad Vital. *de malef. in rub. de furtis sub num. 3.* illa enim duo furta non computantur ad ea puniendum, sed ad aggrauandum tertium furtum: & ita in hoc Ducatu seruatur.

13 *z* Sed quid si pro illis duobus primis fuerit absolutus per gratiam Principis, nunquid nihilominus erunt computanda, ad hoc vt pro isto tertio suspendi possit? Respond. quod sic. Et hæc est communis obseruantia, vt attestatur Chass. *super consuetud. Burgund fol. 41. num. 23* quem refert Didac. *lib. 2. resol. cap. 10. numer. 2. circa fin.*

14 *a* Vnum tamen nota in hoc proposito, quod ad hoc vt dicantur esse tria furta, debent esse distincta non solum re, sed etiam tempore, & ita tenent * communiter Doctores, vt dicit Cæpol. *in d. authen. sed nouo iure, num. 105.*

15 *b* Est igitur pœna furum, vt furca suspendantur: & ideo non debet eis caput amputari, ex quo hæc pœna proprie est contra eos à consuetudine introducta, & ita concludunt communiter Doctores, vt dicit Chass. *super consue. Bur. fol. 47. n. 3.*

16 *c* Pœna autem quadrupli à iure communi imposita pro furto hodie non est in consuetudine: sed pœna corporalis tantum, vt attestatur Cæpol. *in d. authen. sed nouo iure, numer. 59.* Et dato quod adhuc vigeret hæc pœna quadrupli volo, vt scias, quod in *d* foro conscientiæ fur non tenetur ad talem pœnam, sed tantummodo ad restitutionem rei furatæ. Et hæc est commun. sententia, teste Gomes. *in d. §. ex malef. numer. 14. Inst. de actio.* quem refert Benincas. *de pauper. fol. 103. num. 9.* Faciunt quæ dixi infra *hoc eodem lib. §. fi. q. 80. versic. sed hic incidenter.*

17 *e* Potest etiam fur deprehensus in flagranti crimine impune occidi, vt dixi infra §. *homicidium, versic. vltim. est.*

18 *f* Item contra furem iuratur in litem, & est communis opin. vt dicit Paris. *consil. 109. numer. 30. lib. 3.* quem refert *g* Plotus *in repetit. l. si quando num. 189. circa fin. C. vnde vi,* Gratus *consil. 61. num. 16. lib. 2.* Plot. *in d. l. si quando, num. 129.* Phanucius *de in litem iurando, fol. 72. numer. 65.* Et ideo constito de furto, si non appareat de quantitate rerum furatarum, neque ea facile probari possit, statur in hoc iuramento illius, cui furtum est factum. & ita quotidie practicatur, vt dicit Bos. *in tit. de rapinis, num. 36.* Et dicitur in hoc proposito concurrere talis difficultas probationis, vbicunque res furata non extet. Et hæc est commun. opin. vt attestatur Bos. *in loco præall. num. 37.* Sed in hoc proposito videnda sunt quæ dixi infra *lib. 7. §. iuramentum.* vbi diffuse tractaui hunc articulum.

19 *h* Quando autem dicatur constare de furto, dixi inf. *hoc eod. lib §. fin. q. 4. & q. 76. circa princ.*

20 *i* Excusatur autem fur à pœna pro furto imposita, si probet, quod ille, cui furatus est, erat eius debitor, & quod ab eo creditum suum *k* consequi non poterat: licitum est enim ei, qui non potest à suo debitore pecuniam, vel rem aliquam consequi, æquiualentem rem, seu quantitatem ei surripere. *l* Et hæc est communis opin. vt ait Didac. *lib. 1 resol. cap. 2. post num. 15. versic. Quarto in eodem.* 21 Item *n* excusatur, si probet quod rem ipsam, de cuius furto imputatur, accepit de voluntate domini, cuius erat, ad hoc enim, vt dicatur furtum, requiritur, quod contrectetur res aliena inuito domino. & propterea Iaco. de Aret. tradidit cautelam furi, vt faciat, quod dominus protestetur, quod illam accepit de eius voluntate. Sed certe hæc excusatio in practica parum prodesset: nam illud dictum Iacob. de Arena *de consuetudine* non seruatur, vt dicit Ang. *in l. inter omnes. §. recte. numer. 5. ff. de furtis*, quem refert Aug. ad Ang *de malef. in verb. Comparent*, & produxerunt instrumentum pacis, *post numerum 12.* & Anan. *in rubr. de furtis, num 40.* *d* Et contrarium tenuit Bart. *in d. §. recte numer. 1.* quod scilicet hæc protestatio domini non excusaret furem, quo minus esset de furto condemnandus: quæ doctrina Bart. est communiter approbata, vt dicit Curt. iun. *in l. 1. numer. 5. C. de fur.* quem refert D. Ant. de Padilla *in l. transigere, num. 105. C. de transact.* illam etiam teneri per omnes attestatur Villapan. *in rep. l. 22. cap. 23. num. 5.* nisi tamen, vt subiicit Bart. ibi. *p* vltra talem protestationem concurrerent etiam aliæ coniecturæ, & verisimilitudines, puta, quia esset eius consanguineus, vel amicus, vel solitus talia donare, vel quod res esset modici valoris, vel huiusmodi: tunc enim posset excusari, & sic videtur dicendum, quod hoc relinquatur arbitrio iudicis; & ita esse communem opin. attestatur Fel. *in c. nulli, num. 5. de præsumpt.* quem refert Publ. *super consuet. Aluer. 26. colum. 1. in fin.* & Bos. *in titul. de fur. post num. 58.*

22 *q* Posset etiam allegare furtum esse domesticum, & ideo non debere puniri, per text. *in l. respiciendum. § furta. ff. de pœn.* Sed certe hæc etiam excusatio parum prodesset: nam hoc de consuetudine non seruatur, nisi in leuibus, & ita fuit laqueo suspensus quidam famulus, cui dominus pecuniam tradiderat, vt alteri mutuaret, & ipse illam in vsus suos conuerterat, pro quo famulo fuerat aduocatus D. Ioan. de Imola, prout ipsemet Imol. recenset *in l. si sibi dederim, ff. de don. & in l. Cassius. ff. de solutio.* quem refert Igneus *in l. 1. in princ. num. 91. & sequen. ff. ad Sylla.* subdens quod ita etiam Rothomagi

vt pluries iudicatum;hoc idem recenset Ias. *in l.eius qui §.quas vero, num.7.ff. si cert. pet.* Idem etiam seruatum fuit in quadam ancilla, quæ furata fuerat domino suo certam quantitatem auri, & argenti,& fuit laqueo suspensa,vt refert Chass.super consue. Burg. *fol.48. numer.* 37. & de alia ancilla idem seruatum fuisse in ciuitate Neapolis attestatur Affl&. *super 1.p. constitutionum regni rub.63.num.12.* & Boer.*decis.316.post num.7.* refert, quod quidam famulus pro furto fuit transmissus ad triremes perpetuo, refert etiam Papo *lib.23.tit.5. arresto 2.* quod quidam mulaterius, qui domino suo furatus fuerat notabilem quantitatem pecuniarum, fuit laqueo suspensus. Tales enim fures non modo sunt corporaliter citra mortem puniendi, vt pluries vidi seruari in hoc ducatu, sed debent furcis suspendi tanquam grassatores, seu famosi fures, vt dicunt præallegati Doctores & in aliis prouinciis seruatum fuisse attestantur. Quin imo etiam furta domestica vidi ego aliquando puniri, quando sunt multiplicata, vt in quodam Ioan. Iacobo Cremonen. 7. Nouembris, 1558. P.N.

23 Pariter *r* etiam posset fur allegare rem furatam esse modici valoris: nam de re minima non videtur curandum, vt est text. *in l.scio ff. de in integr. rest.*& est communis regula,vt dicit Gomes. *in §. pœnales, post num 4. Institut. de act.o.* Sed certe hæc etiam defensio esset multum periculosa: nam *s* actio furti datur etiam de re minima, puta pro gallina, vel pro ansere, imo etiam pro ouo, vt dicit gloss. *in §. Gallinarum,in verbo,qui lucrandi animo. Institut. de rerum diuis.* quam sequuntur omnes, vt dicit Tiraq. *in tract.de iud. in reb. mini. exig. fol.50.colum.2. vers.10.* & hæc opin. est frequentissimo omnium calculo recepta,vt ait Didac.*lib.11. resolutionum,cap.3. num.12.* licet dicat sibi nunquam hoc placuisse; ita tamen seruatur in practica, licet soleat aliquando propter rei modicitatem pœna mitigari. Faciunt, quæ dixi inf.*hoc eod. lib. §. iniurias versicul.Item condemnatus.*

24 Quandoque *t* etiam excusatur quis à pœna furti propter necessitatem, nam tempore extremæ necessitatis licitum est furari: & est communis opinio, vt dicit Marian.*in c.si quis propter,post num.13. de furtis,* Cagn.*in l.quæ propter necessitatem, num.5.ff. de reg.iur.*quem refert Benincas.*de pauper.fol.105.n.22.*

25 Sed vidi dubitari, nunquid iste, qui tempore necessitatis aliquid furatus est, teneatur, si postea ad pinguiorem fortunam peruenerit, illud restituere? Aliqui dicunt, quod sic:& dicit Marian.*in d.cap.si quis propter in vltimis verbis*, quod ita tenent communiter Doctor. Hanc etiam opin. communem appellat Benincas. *in loco praalleg. num.37.* Multi vero contrarium tenuerunt, & hanc dicit esse communem opinionem. Summa Syluestr. *§. furtum, quæst.5.* quem refert Didac. *in repet. caput.peccatum,fol.70. de reg.iur.in 6.* Prima opin tutior est, in foro contentioso non recederem à secunda opinione. Cum enim factum fuerit iure permittente, non est vlterius de restitutione tractandum.

26 Sed *u* hic incidenter quæro, nunquid emens rem furtiuam, teneatur ad eius restitutionem. Respond. quod sic, etiam nullo reddito pretio, vt est text. *in l. incciuilem C.de furt. x* Et reperio quod Natta. *consil. 436.* in facti contingentia consuluit, quod etiam si tempore,quo eam emit, protestatus fuerit se illam emere, vt eam restitueret domino suo accepto pretio, tenetur nihilominus absque pretio illam restituere, quod ego pro nunc non affirmo. *y* Scias tamen,quod si illam acquisiuit bona fide, tenetur ipsam restituere, si extat; si vero bona fide consumpta est, tenetur solum quatenus est factus locupletior. Et hanc conclusionem dicit esse frequentissimo Theologorum, & Canon. consensu probatam Didac. in repet. dict. cap. peccatum, 2 fol. 303.

Pro *a* complemento huius materiæ, quæro quid iuris, quando *b* in caupona, aut naui furtum commissum fuisse dicitur, de quo est *titul. in §. furti. aduersus nau.caupo.stabul.* Et quotidie contingit, quod hospites *c* consignant eorum valisias cauponibus. Dubitatur itaque, quid agendum, si reddatur valisia aperta, vel desigillata. Et in hoc articulo variæ fuerunt opin.inter Scribentes. Nam aliqui dicunt, quod non creditur iuramento hospitis dicentis, quod aliquæ res quæ erant in valisia, fuerint sibi furto subtractæ, sed debet Prætor torquere familiares, vel domesticos domus & alios, qui erant in domo. Et hæc fuit opinio Bart. *in l. 1. §. fin. num.5. ff. si famil. fur. fec.* dicatur, vbi subdit, quod cum Pisis ei occurrisset, ita de facto obseruauit. Et dixit Alexand. ibi *in Apost.* hoc esse notandum: & quod quotidie ita seruatur. Alij vero dicunt, quod imo statur iuramento ipsius hospitis. Et hanc opin. dicit esse communem Ias. *in l.in actionibus, num. 41.ff. de in litem iuran.* quem refert Paris. *consil.41.num.11. & sequ.lib.1.* & Diaz, *reg.286.* & Phanucius *de in litem iurando, fol. 70.numer.61.* Mihi placet opin. contra caupones, vt scilicet stetur iuramento hospitis. nam (vt experientia docet) huiusmodi genus hominum est furacissimum: ideo ad reprimendam eorum improbitatem, puto, quod in practica bonum sit seruare hanc opin. quæ etiam est magis communis. Et scias quod hoc casu ad hoc, vt sit locus iuramento, non est necesse, quod hospes aperuerit valisiam cauponi, ita quod caupo sciret, quæ res essent in valisia, quicquid dixerit gloss. *in l.1.§. fin.in verbo, in naui.ff.nauta, caup. stabul.* nam illa gloss. communiter reprobatur, vt dicit Iason *in loco praalleg. num.43.* 27

Non *d* attingam hoc loco materiam tituli, si familia furtum fecisse dicatur, quia ille titulus, dum disponit,quod si plures serui furtum committant, dominus soluendo pœnam pro vno liberatur pro omnibus, & omnes etiam serui liberantur, non habet locum si criminaliter agatur.Et hæc est communis opinio, vt attestatur Rimin. *in l.si familia,num.6. ff. de iurisd. & t.omn. iudic.* Boss. *in titulo, si familia fur. fecisse dicatur, num 2.* præsertim si imponenda esset pœna corporalis. Et hoc tenent omnes communiter,vt dicit Angel.*in rub.ff.si famil.fur.fecisse dicatur,num.1.* Vide quæ dixi infra *lib. proximo.* 28

ADDITIONES.

Ad §. Furtum.

Furtum.] Hic nota,quod furum alij sint improbi, alij improbiores,alij plusquam improbissimi:de omnibus vide per Iacob.de Sanct. Georg. *in l. sed nouo, C. de ser.fugit.* Item † scias, quod furtum committitur etiam in re communi. *l. rei communis.l.merito ff.pro soc. & l.si socius. ff. de fur.* Quapropter Crauet. *in consil.176.* consuluit,ne præsumatur socius voluisse delinquere,negotiasse cum pecunia communi, communi nomine. Vide plene per eum ibi.*Giach.* 1

Furtum.] Vigel. *M.1.R. lib.5. cap.10. reg.11. vsque 18.*Farin. *consil.96.num.41.& decis.101.nu.7.* Plura per Bonacos.*in quæst. crimin.verb.Furtum*, vbi, quid in eo, qui pecuniam alicui deferendam accepit,& in vsus suos conuertit tex.*in l.si is cui,C.de fur.*Ias.*in l.eum,qui §.quas vero num.7.ff. si cert.pet.* Crauet.*cons.244.col.fin.*& Foller.*in fragment. de furt.* post Castr.*cons 141.lib.1.n.4.*& Alciat. *cons.151. lib.5.* vbi etiam de pecunia consignata alicui furto subtracta.*Ros.*

Furtum.] Adde, † quod furtum de iure canonico large sumitur pro omni vsurpatione *14. quæst.5. c. dixit dominus §.1.* & Zanet.*in tract.de different. vtriusque Iuris num. cap.61.* quod tamen procedit, quoad Deum, non autem quoad homines, & ideo † 2

3 co † in foro poli absque contrectatione rei alienæ, sola volun-
tate furtum committitur, & etiam in re propria, quando credi-
tur aliena, secus in foro fori, cum non possit dici furtum, si non
adest rei alienæ contrectatio: ita declarat Summa Syluestr. *in tit.*
de furto, in princ.

4 Item † adde, quod furtum committitur etiam in re commu-
ni, *l. rei communis. l. merito, ff. pro socio, & l. si socius, ff. de furt.* & si
socius negotiauerit pecuniam communem, negotiasse præsu-
mitur iure communi, & non iure proprio, ne furtum commisis-
se dicatur, ita Crau. *in cons.* 286.

5 Item † adde, si famulus, vel nuntius, cui per dominum tradi-
ta fuit pecunia, vt illam Titio deferret, & illam non dedit, an
furtum committat, vide per Crau. *in cons.* 244. *col. fin.* & per Foll.
in fragmen not. 127.

6 Item † adde, quod famulus, qui aufugit à domino, præsum-
ptionem habet contra se, quod res amissas subtraxerit; & quo-
modo hoc procedat, & quando aufugisse dicatur, vide Natt. *in*
cons. 407. & Mascard *de probat. concl* 822. vbi latissime.

Item † adde, quod furtum committitur cum rei amotione, &
7 contrectatione; & ideo statutum de furto non habet locum in
damno dato, & è contra statutum de damno dato non habet lo-
cum in furto, quia damnum datum est cum rei correptione, vt
per Decian. *in cons.* 81. Grat. *in cons* 154. *volum.* 2. Bald. Alexand. &
Ias *in l. 1. §. si ff. si quis iusiicentis non obtemp.* & Plot. *in l si quando,*
C. vnde vi, §. 2. n. 43.

8 Item † adde, quod furtum, & rapina non committitur ab eo,
qui per vim compulsiuam, metumve iustum etiam mortis ali-
quid ab aliquo consequitur, Bero. *cons.* 195.

Item † adde, quod scienter vendens rem alienam, tum demũ
9 furtum committit, & de furto puniendus est, si rem ipsam tra-
dat, vt voluit gloss. *in l. item si res, in l princip. in gloss. magna cir-*
ca medium, & ibi Bart. *ff de alien. iud mut. c.* gloss. & Doct *in l si*
seruum vestrum, C. de furt. & requiritur vera, & realis traditio;
nec sufficeret constitutum, aut precarium, Franc. Aret. *in l. 3. § si*
rem apud te, ff. de acquiren. poss. & Tiraq. *de constit. par. 3. limit.* 26.
num 3. contrarium autem, quod sufficiat constitutum, tenuit
Salic. *in d. l si seruum vestrum,* quem sequitur Ias. *in d. l. 3. §. si rẽ,*
versic. Sed adde ad istam regulam, Tiraq. vbi supra *nu.* 7. qui hoc
indecisum relinquit.

10 Item † adde, quod exigens tributum, siue gabellam præter
debitum scienter furtum committit; si ignoranter, tenetur ad
duplum, & si ob id mercatores recusant transire per illud terri-
torium, tenetur ad interesse Communitati illius territorij,
Franc. Marc. 421 *par.* 2.

11 Item † adde, quod fur debet puniri, si apparet de furto, licet
Iudici sit incognita persona, cui factum est furtum: ita tradit
Alexand *cons* 22. *vol.* 6. Baiard.

b *Furtorum autem duo sunt genera.*] Adde, † quod adhuc, vt
12 furtum dicatur manifestum, attenditur principium: est text *in l.*
si quis in seruitute, ff. de furtis. Et habetur per Alciat. *de præsumpt.*
regul. 2 præsumpt. 32. *nu.* 3. & Menoch. *de præsumpt lib. 6. quæst.* 17.
num 5. & ideo fur non manifestus si peruenerit ad locum desti-
natum, est fur non manifestus: & tamen, si postea, mutato
proposito, exportet ad alium locum, & in itinere deprehenda-
tur cum furto, non propterea efficitur fur manifestus, vt per
Ioan. de Lignano *in cons. 10. num. 9. vol. 1. inter consilia crimin. di-*
uers. Baiard.

c *Fur manifestus.*] Hic scias, quod fur manifestus plus pu-
niatur, quã raptor, & raptor mitius, quàm fur manifestus, quare
de vtroque vide per Ang. Aret. *in §. 1. colum final. institut. vi bo-*
norum raptorum, & in §. ex maleficiis, num. 4. instit de actio. Item
scias, quod falsus procurator recipiens pecuniam Domino de-
bitam committit furtum, & quod tenetur restituere rem, & vl-
tra potest conueniri actione furti non manifesti ad duplum, ita
notat Iac. de S. Georg. *in l. fi. n. 6. C. eod.* Giach.

d *Quæro nunquid liceat Domino rei.*] Modum inueniendi
furtum, & furem, quando suspicor, quod res subtracta sit in do-
mo alicuius, Vide etiam repert. Hippol. *in l. 1. ff. de quæst numer.*
25. Animal inuentum in meo prato an possim retinere impune,
donec mihi sit satisfactum de damno, vi. per Iacob. *in l. 2. C. de*
seruis. fug. num fin. & per Aretin. *in §. primo num. 12. Institut. si*
quand. paup. fecisse dica. Item scias, quod negans depositum ani-
mo occultandi, & lucrandi, furtum committit, per negationem
etenim depositi iuncta retentione, aut contractione illius, non
est dubium furtum committi, per Crau. eius *con.* 187. *colum.* 2.
Et quouis modo quis condemnetur de furto, est infamis: vi. per
practic. Papien. *titul. inquisitio. gloss. Furto, numer. 4. & ibi in*
addit.

Item in concedenda perquisitione vi. per Iacob. de S. Georg.
in l 2. C. de seru fug Giach.

Quæro nunquid.] Vicini facile torquentur. Vulpell. *consil.* 65.
vide tamen eum *cons. 149. num.* 3. & quod quis teneatur actione
iniuriarum, vide Milleum, vt infra. *Ros.*

Quæro nunquid liceat.] Adde † de perquisitione concedenda, 13
vt per Iacob. de S. Georg. *in l. 2. C. de seru fug.*

Item † adde, quod vicini, & conuersantes præsumuntur fe- 14
cisse furtum, si sint malæ famæ, Bart. *in l. fin. ff. de quæst.* & Gloss.
de exhibitio. reor. in princip. dicit, quod furtum potius præsumi-
tur factum à familiaribus, quam ab extraneis, si sunt malæ fa-
mæ, & contra quos possit præsumi de furto, vide Mascard. *de*
probat. conclus. 831. *vol.* 2.

Item † adde, quod furta non sunt inuestiganda per auguria; 15
vel alia magica documenta, 26. *quæst. 2. cap. illud,* & per ea in-
quirere est idololatria, *d. quæst. 2. cap.* sed, & illud, sicut nec per
Phialam, nec aliam superstitionem, vt dicit Barbat. *in consil* 55.
volum. 1. & de hac superstitione Phialæ latissime habetur per
Martin. de Arles *in tractat. de superstitio. lit. l. sub num. 98. in prin.*
& seq. fol. 171. tom. 1. tract. nec perquirendum est cum sedatio, vt
per Stephan in sua Nigromantia, *in dialogo* 58. Baiard.

e *Respondeo, quod sic.*] Infr *in § fin. quæst. 27. versic. sed pone, &*
vers. sed quæro nunquid in fin. Drogh.

f *Solet etiam.*] Adde, † quæ posui infra *ad quæst. 27. in vers.* 16
sed quæro. Baiard.

h *Ex hoc tamen non oritur.*] Infra *d. quæst.* 27. & ideo peri-
culosum est emere rem furatam cum illa protestatione, de qua
per Alexand. *tract de præsumpt. regul. 1 præsumpt. 29. numer.* 3. &
de qua infra *hoc eodem §. vers. sed hic incidenter quæro;* Nam stan-
te statuto, quod eadem pœna puniatur receptator, sicut fur, vt
est statutum nostrum Pallauicinum in criminalibus *rub. 25. ti-*
tul de furtis, & habetur ius. *q. 90. vers. fin.* si appareat rem emptã
fuisse furatam, non caret suspicione, quod res cum tali prote-
statione empta dicatur scienter empta; & ideo cauendum est;
vide tamen quæ dixi *ad d quæst. 90 ver fin.* Et est tamen de iure
verum, quod si quis rem, quam furto subtraxit deponat, vel
commodet, depositarius, vel commodatarius, eam sibi reddere
tenetur, Alex·nd. *cons. 104. n. 7. vol.* 4. Drogh.

g *Sed nunquid*] Vulpel. *d cons. 149. in princ.* Ros.

Sed nunquid ille, &c] Adde, † quod ille, penes quem reperitur 17
res furata, tenetur eam exhibere, & facta exhibitione, debet
deponi penes tertium, lite pendente, non obstante oblatione fi-
deiussionis de ea restituenda in fine litis, Iustinian. Bonderi *in*
cons. 104. tom. 2 cons crim diuers mag. impress & an † si res furtiua 18
fuerit in domo alicuius reperta, dominus illius domus dicatur
in culpa, & conscius furti, an quod ibi reperta sit, credatur vni-
co testi; & an dominus possit poni ad torturam, & condemnari,
& † an Aduocatus consulens furem secreto, & retinens rem fu- 19
ratam, penes se depositam, teneatur saltem ad propalandum
furtum, vel reum, vide Decian. vbi latissime *in consil. 9r per totum*
vol. 2. & † ad istam quæstionem, an furtum præsumatur com- 20
missum ab illo, penes quem res furata inuenta fuerit, & an te-
neatur docere, à quo rem habuerit, vide etiam Mascard. *de pro-*
bat. conclus. 833. volum. 2. & Menoch. *de præsumpt. lib. 9. præsump.*
29. Baiard.

i *Quæro, an furtum dicatur graue.*] Adde, † quod furtum est 21
delictum atrox, quando pœna furcarum imponitur, Gram. *in*
decis. 38 num. 12. & etiam dicitur atrox, & enorme, quando fit
cum fractura ostij, capsæ, vel sertæ; & † tunc comprehenditur 22
sub statuto loquente de robaria. ita tradit Bero. *in cons 214. n. 2.*
vol. 3. & quando † furtum dicatur egregium, vel enorme, remit- 23
titur arbitrio Iudicis, Cassan. *in consuet. Burgund. §. 5. f 165. vers.*
quando autem.

Item † adde, quod furtum dicitur enorme, etsi esset modi- 24
cum, quando ex eo tumultu, & publicæ quietis perturbatio se-
queretur Ias. *in l seruus num. 4. ff. de cond. ob causam;* quem se-
quitur Boss *in tit. de furt n* 60. Baiard.

k *Sed quæro quæ sit pœna furti.*] Adde quibus pænis affician-
tur. Quid olim apud Græcos, Ægyptios, Germanos, & Roma-
nos obseruatum fuerit, & quid de latrone famoso, vi. per Iac.
Menoch. *de arbitr. iud lib 2. centur. 3. cas.* 295. Item furis Balnea-
tis pæna, nec non & nocturni, per eundem *cas.* 296. Item pœna
subtrahentis rem naufragio facto, per eundem *casu* 297. Item
furti quando teneatur commodatarius, qui ad alium vsum,
quam concessum fuit re commodata vsus est, per eundem *cas.*
298. Item expilatores, effractores & directarij qui; & de eorum
pœnis per eundem *casu* 299. Item pæna expilatæ hæreditatis
quæ, & aduersus quos, vi. per eundem *casu* 300. *Giach.*

k *Sed quæro quæ sit pœna furti.*] Adde † videndum Menoch. 25
de arbitr. Iud. cas 295. vbi late de pœnis furti, & quomodo olim
puniebantur fures apud Græcos, Ægyptios, Germanos, & Ro-
manos. *Baiard.*

l *Quinque solidorum.*] Quid de vna gallina. Afflict. *lib. 1. Con-*
stit. Regni de malef. clandest. rub. 26. n 38. Ros.

m *Quinimo dicit Paris.*] Adde, † quod non est tam admi- 26
randum de dicta lege Federici Imperatoris, quæ non fuit impo-
sita solum pro furto, sed concurrente violatione pacis; quia in
Regno Neapolitano adest cap. incip. ad hoc, in ordine, ex quo

disponitur, vt furtum committens vltra vnciam, quæ est sex scutorum, vel tria minima furta, pœna mortis puniri debeat, super quo capitulo latissime scripsit Io. Ant. de Nigris, & ibi *num.* 28. dicit, quod lex Regni licet nimis dura, est tamen seruanda. *Baiard.*

n *Nunquam fuit vsu recepta.*] Et quod de generali consuetudine non seruetur, dixit Flor. etiam *in l. si seruus, in princip. ff. ad l. Aquil. fol.* 27. vt retulit Iac. de Nouel *pract. & theor. cas. crim. ch.* 208. *n. fi.* Scias tamen quod solidus *in d. §. si quis* & aureus in iure pro eodem accipiuntur, vt docet Crauet. *in cons.* 314. *in fin.* vnde intelligitur per illic allegata, si quis quinque solidos, id est aureos quinque furto subtraxerit laqueo suspendatur. *Giach.*

27 o *Scias tamen, quod hac conclusio.*] Adde, † quod confitens se esse famosum furem, vel publicum, talis confessio sibi non præiudicat, quia in iure consistit quando quis dicatur fur publicus, & famosus, vel latro, sed solum præiudicat confessio, quando fatetur factum; puta feci tale, & tale furtum, vel latrocinium Ang. *cons.* 401. & Crauet. *cons.* 262. Baiard.

p *In furibus famosis.*] Aduerte, quod assessores non debent pati aliquem aduocare pro insignibus furibus, & latronibus, quorum periculi sui nescia feruet infamia, vt inquit Baldus *Authen. sed nouo iure. n.* 11. *& in authen. habita. C. ne filius pro pat.* qui autem dicantur famosi, & insignes latrones, & qualiter puniri debeant: item qualiter intelligatur, quod in his liceat iura transgredi: Item qualiter contra eos procedatur, ac seruari debeat iuris ordo, & vbi puniendi sunt, & qualiter, & an dictũ eorum faciat iudiciũ contra consocios, & an possint renunciare defensionibus suis, & ex fama sola existente; quod sit famosus latro, quis puniatur tanquam famosus latro, vide temissiue plene per pract. Carer. *pag.* 57. *col.* 1. Giach.

q *Et ideo generali.*] De vnico furto vid. *l.* 14. *comm. opin. verb. pœna primi furti, fol.* 271. & de vnico, & tribus, Vulpel. *cons.* 16. & de duobus Afflict. *lict. rubr.* 26. *sub n.* 38. Ros.

28 q *Et ideo de generali.*] Adde, † quod idem tenet Gomes. de delict. cap. 5. num 6. quod pro tertio furto de generali consuetudine imponitur pœna mortis & Vulpell *in consil.* 16 *n.* 3. Cou. *var. resolut. lib.* 2. *c.* 9. *nu.* 7. & Mascard. *de probat. concl.* 838 *num.* 6. *vol.* 2.

29 Item † adde, quod si quis confessus fuerit duo furta de quibus constabat, & plura alia minima, de quibus non constabat, nesciens nomina eorum, quibus subtraxerat, poterit puniri ad pœnam furcarum, vt per Gram. *in decis.* 48 *per totam.*

30 Item † adde, quod pro pluribus minimis furtis quis est puniendus, Gram. *vot.* 9. *num.* 5. *& vot.* 17. *num* 5. *& ibi. num.* 23. inquit, quod cum dicitur sæpissime, id ter agitat est, & Menoch. *de arbitr. Iud. cas.* 295. *num.* 17. dicit, quod ille, qui committit tria furta, etiam leuia, pœna mortis puniri debet, & de communi attestatur. *Baiard.*

31 r *Ego puto in hoc.*] Adde, † quod statutum de furto non comprehendit crimen expilatæ hæreditatis, late per Menoch. *in casu* 100. & ideo non poterit puniri pœna furti, sed Boss. *in titul. de furt. num.* 23. dicit, quod nunquam super hoc, quando erat aduocatus, fuit auditus licet allegaret diuersitatem terminorum, quia iudices non curant huiusmodi subtilitates, postquam maius est delictum, sicut etiam esset, si tractaretur, an rapina comprehendatur in statuto de furto loquente, & ibi, *sub num.* 21. dicit, quod crimen expilatæ hæreditatis dicit furtum largo modo, eo quod appellatur furtum magis improbum, ad differentiam furti simplicis, & rapina improbissimum idem tenuit Cassan. super consuet. Burg. *in §* 5. *fol.* 151. *versic. Nunquid*; vbi dicit, quod nedum crimen expilatæ hæreditatis comprehenditur sub statuto furti, sed etiam sub consuetudine, & hoc etiam tenet Bald *in l. de his, C. de furt.* Sed super ista quæstione vide Io. Ant. de Nigr. *in c. incip.* Ad hoc *sub rubr. de furtis, nu.* 144. vbi latissime eam examinauit, & tenet. quod expilatores extraordinarie puniantur: sed opin. Boss. & Cassanei mihi placet.

32 Item † adde, quod fur relaxari non debet, nisi furto restituto, vel facta solutione, etiam quod ciuiliter actum non fuerit ad furti restitutionem quod procedit etiam, si Iudex per inquisi-

33 tionem procederet: alias si Iudex † per negligentiam non fecerit restituere furtum parti, ipse tenebitur insolidum, Bald. *in l. quod custandi. in fine, C. de cond. ob turp. causam, & cons.* 397. *vol.* 2. Cap Tholos. & ibi adden *in decis.* 22. Boss. *in titu. de furt. n.* 49.

34 & Crauet. *consil.* 53. *num.* 3. vbi dicit. hoc etiam † habere locum in diffamatione indebita, cum diffamatores dicantur fures honoris, & bonæ famæ; & quod ideo manus Curiæ euadere non debent ante factam restitutionem honoris & famæ per emen-

35 dam honorabilem, & æstimationem iniuriæ. Et † debet condemnari ad restitutionem rei, etiam quod nihil petitum fuerit per partem, vel aliter petitum. quam deceat, Cassan *in cons* 40. *num.* 2. *in fine* & super consuet. Burgun *fol.* 163. *num.* 2. Gulielm. de Benedict. *in c. Raynutius, in versic. si absque liberis, li* 2. *num.* 39.

36 *de testam.* similiter † non condemnari debet ad restitutionem rei furatæ, in eodem iudicio, instantia, & sententia, etiam quod condemnaretur ad mortem: alias Iudex teneretur de suo, vt per Viui *opin.* 447. *n* 3. *volum.* 1. * & quid si fur nihil habeat in bonis: hunc casum ponit Paris. *de synd. in ver. condemnatio in versic. sequitur in fine,* & relinquit cogitandum: vide etiam Io. Anton. de Nigr. *in cap.* 216. *n* 18. *circa fin.* & bona † furis sunt tacite hypothecata pro restitutione secundum Bald. & Salyc. *in l. furti, C. de furt.* & Negusant. de pignor. *par.* 2. *membro* 4. *versic. nouus, num.* 124. vbi dicit, quod non tantum contra hæredes delinquentis, sed etiam aduersus quemcunque alium possessorem bona huiusmodi possunt ab eo, qui damnum passus est, peti vigore tacitæ hypothecæ, & hoc saltem ex æquitate iuris canonici & de communi attestatur, sed D. Camillus Plantius in quodam suo responso potius subtili, quam vero contra prædictos tenuit, videlicet, quod bona furis non sunt tacite hypothecata. 37

Item † adde, si statutum respiceret valorem rei, valor debet probari communi æstimatione, Ioan. Anton. de Nigris *in cap. ad hoc, n.* 49. *in rubr. de furt.* 38

Item † adde, si statutum disponeret, quod furtum committens valoris decem scutorum suspendatur, & duo, vel plures furto subtraherent dictam quantitatem, & eam diuiderent, omnes deberent suspendi, etiam quod pars cuiuslibet eorum non ascenderet ad summam contentam in Statuto, quia omnes tenentur insolidum, ita tenet Ioan. Ant. de Isern *in titul. de pace tenen. §. si quis quinque solidos, col. fin. vbi allegat. tex. in l.* 1. *C. de cond. furti,* quem refert, & sequitur Io. Ant. de Nigr. *in cap.* 10. *incip. ad hoc, n.* 60 *sub rubr. de furt.* 39

Item † adde, quod si statutum disponit, quod furans valorem vnius scuti infra fustigetur, si res tantum valet, & non plus, nec minus, perinde est, ac si esset infra vnum aureum, Io. Ant. de Nig. *in d. c.* 10. *incip. ad hoc, n.* 7. *sub rubr. de furt.* 40

Item † adde, quod punitur pœna furti capiens bona proiecta in mari tempore tempestatis, siue illa bona capiat in mari, siue in littore fluctibus expulsa; & idem est de capiente bona cadentia à rheda siue curru, *Instit. de rer. diuis. in fin.* & Menoch. *de arbitr. Iud. cas.* 297. 41

Item † adde, si aliquis inimicitiæ, vel iniuriæ causa ianuam alicuius effregerit, siue aperuerit, & alius, fracta ianua furtum fecerit in illa domo, frangens, siue aperiens ianuam tenetur de furto, si comprehendebat, furtum ibi esse committendum, secus, si ignorabat furtum committendum, Bart. *in l. in furti, § ope in pr. ff. de furt.* & Alex *in cons.* 103. *videtur col.* 5. *vol* 1. Baiard. 42

s *Sed an pro vno furto.*] An autem de iure communi quis puniatur ad furcam tam pro vno magno furto, prout de tribus paruis, dic quod non, consideratur enim tunc magis malus vsus, quam rei valor, vt hic, & contra Bald. *in d. auct. sed nouo iure, tenuit gloss. super consuetudine Turen. titu. des crimes, art.* 6. Alexan. de Imol. *inter consilia crim. diuers. consil.* 71. *n* 21. *volum.* 2. aggrauat enim delictum mala consuetudo, vt per Dec. *in l. bona fides n.* 7. *cum seq. ff. de reg. iur.* qui recte loquitur, dixi infra *in §. homicidium, vers. sed quæritur.* Drogh.

s *Sed an pro vno furto.*] Adde, † quod immo opin. Bald. est magis communis secundum Menoch. *de arbitrar. Iud. cas.* 295. *num.* 9. & hanc opinionem tenuit Ludouicus à Peguerra *in suis q. crim. c.* 27. *num.* 6. etiam quod statutum tria furta requireret. Et ad hoc vt dicatur furtum magnum, vel egregium, quæ requirantur, vide *decis. Delphin.* 6. *nu.* 4. vbi ponit de quodam magno furto facto de nocte cum gladio, & per fenestram; quæ aggrauant, sed non concludit, an esset pœna mortis puniendus; & ibi *num.* 8. *&* 9. dicit etiam, quod quando quis se abscondit in domo, vel facit fracturam, quod furtum aggrauat. Et † quando dubitatur an sit magnum furtum, relinquitur arbitrio iudicis, Menoch. *de arbitr. iud. dict. cas* 295. *n* 10. 43 44

Item † adde, quod in multis casibus pro vno furto tantum imponitur pœna mortis, quos enumerauit Gomes. *de delict. cap.* 5. *num.* 10. & ibi *num.* 7. tenuit, quod pro vno furto, quantumcunque magno non potest imponi pœna mortis, nisi in casibus per eum expressis Et † quod fur nocturnus, qui cum armis aggreditur, pro vnico furto furca suspendi debeat, tenuit Cassan. *in consuet. Burg. fol.* 164 *nu.* 8. & † quando dicatur vnicum furtum, vide eundem *in §.* 5 *fol.* 157. *n.* 10. *cum seq.* 45 46 47

Item † adde, quod statutum puniens præstantem opem, sicut furem, non habet locum in receptatore rei furtiuæ, Rimin. iun. *in cons. crim. diuers. parua Impress.* 48

Item † adde, si quis fuerit inquisitus, quod in tasca furatus fuerit mille, & vltra, & condemnatus fuerit ad aliquam pœnam & ad restitutionem mille, & vltra, & postea repertum fuerit, quod in tasca erant duo mille, non poterit amplius puniri, nec pars vigore dictæ sententiæ poterit petere nisi mille: sed poterit agere ciuiliter ad alia mille, ita tradit Paul. de Castr. *in cons.* 18. *non video, vol.* 1. Baiard. 49

t *Sed pone stat Statutum.*] Pro intelligentia talis statuti, vide Alexan. *consil.* 110. *volum.* 4. qui melius loquitur. Adde Menoch. *tract.*

tract. de arbitrar. iud. casu 295. *num.* 18. *lib.* 2. *cent.* 3 *infra quaest.* 32.
ver sed pone, tu seu, & quid in duobus homicidiis? Dec *in l. Bona
fides num.* 8. *ff de reg. iur.* sed verum stante tali statuto necesse sit,
quod fur condemnatus fuerit pro prioribus furtis? Quod sic,
50 Boer. *decis.* 219. *nu.* 2. *ad med.* An autem † pro primo furto com-
parere possit per procuratorem? Quod sic, Menoch. *de arbit. ind.
lib.* 1. *q.* 80. *num.* 116. Plot. *in l. si quando,* §. 43. *num.* 6. *C. vnde vi.*
Drogh.

51 *Sed pone stat statutum, quod pro tertio.*] Adde, † an tale statu-
tum comprehendat mulieres, vt per Caepol. *in cons.* 36. vbi tenet,
quod non comprehendat. Sed Bald. *in cons.* 247. *vol.* 5. tenet, quod
sic, quem sequitur Cassan *super consuet. Burg fol.* 155 *n.* 1. vbi late
hanc quaestionem examinauit.

52 Item † adde, quod quando reus confitetur alia duo furta, ali-
bi commissa, Iudex loci, vbi tertium furtum commissum est, de-
bet mittere litteras requisitorias ad alia loca, vbi priora deli-
53 cta sunt commissa ad ea verificanda; nec † sufficeret, quod reus
reperiretur sine auriculis, quia de illis furtis fuisset punitus, ita
tradit Gomes. *in cap.* 5. *n.* 14 *de delictis.*

54 Item † adde quod statutum Parmae, cuius verba sunt haec vi-
delicet; Pro quarto vero furto, cuiuscunque sit quantitatis, vel
aestimationis suspendatur per gulam, dum tamen furta praece-
dentia inter omnia fuerint valoris librarum 25. Imperialium,
& ab inde supra, si vero fuerit minoris valoris librarum 25. Im-
perialium, minus puniatur ad arbitrium Iudicis, vel Potestatis,
&c. non intelligitur comprehendere, quartum furtum, sed re-
quiritur ad hoc, vt quis possit suspendi pro furto, quod tria prae-
cedentia furta, inuicem cumulata, ad summam librarum 25.
Imperialium ascendant sine quarto, licet adsint illa verba, inter
omnia: ita declarat Alexan. *in cons.* 110 *per totum vol.* 4.

55 Item † adde, quod statutum disponens, quod fur tertio mo-
riatur, non habet locum in contrectante rem vnam per diuersas
iurisdictiones, secundum Ang. Fulg & Salyc. *in authen. sed nouo
iure, C de ser. fugit.* & Bald. *in c. Ecclesia Sutrina de causa possess &
proprietat.*

56 Item † adde, quod Iudex tertij furti poterit punire ad poenã
furcarum, si alia duo prius extra territorium commissa fuerũt;
non autem si esset iudex primi, vel secundi furti, & quod alia a-
libi commissa fuissent, quia furta sequentia non aggrauant prae-
cedentia: sed praecedentia aggrauant sequentia, eo maxime, si de
57 aliis alibi commissis poena soluta fuisset; & quia † Iudex origi-
nis non potest punire furtum extra territorium suum commis-
sum, ita declarat, & restringit hanc communem opinionem per
D. Clarum hic firmatã Ang. *inter consil. Bald. in consil.* 348. *volu.*
3. quem sequitur Gomes. *in titul. de delict. cap.* 5 *num.* 9. & idem
tenuit Bertaz *in consil.* 39 *num.* 21. *volum.* 1. quae restrictio, seu
declaratio mihi videtur, quod non sit vera, nec aliquo modo
sustineri possit; aut enim procedet iudex originis, seu domicilij,
& tunc poterit punire ratione iurisdictionis suae omnia furta
alibi commissa, iuxta formam statuti, vt infra latiss. per D. Clar.
in quaest. 39. *ver. sed quaero*; aut proceditur à Iudice delicti, vbi
commissum fuerit primum, vel secundum furtum, & poterit si-
militer punire de aliis alibi commissis, iuxta formam statuti,
nam de eo, de quo principaliter non potest cognosci, cognosci-
tur per consequentiam, seu concomitantiam, etiam si de aliis,
extra territorium factis poena soluta fuisset, ita tradit Bald. *in
authen sed nouo iure, num* 4. *C. de furt.* & Gand. *de malefic. in ru-
bric. de furti. & latron sub num.* 5. dicens, quod saepe contingit,
quod quis non habet directo, habet per consequentiam, argum.
l. quoties. C. de iud. ibi tamen subdit, quod iudex puniat de com-
missis in sua iurisdictione, & de aliis fiat remissio, sed de con-
suetudine, remissiones non fiunt, ergo ibi debet puniri de om-
58 nibus furtis, nec obstat illa consideratio, quod † furta sequentia
non aggrauant praecedentia, quia potius est contrarium, quia
ex primo furto cognoscitur mala voluntas, ex secundo magis
cognoscitur, & ex tertio multo magis; & sic semper aggrauatur
per continuationem, siue reiterationem mala volũtas, quae orta
est à primo furto, & ita semper aggrauatur illud primum fur-
tum, ex quo solo non poterat cognosci praua voluntas furan-
tis, & ideo iura noluerunt pro primo furto etiam magno, quod
quis poena mortis puniatur, sed pro tribus, vel quatuor, & sic
propter consuetudinem, & reiterationem furtorum, quae con-
suetudo non cadit in vno furto, ita Bald. & ceteri *in d. authen.
sed nouo iure*, & quod secundum delictum aggrauat primum,
59 tenuit Iodoc. *in Pract. crimin. in cap.* 25. *num.* 7. dum † dicit sal-
uum conductum criminoso concessum ei non prodesse, si aliud
delictum committit, quia illud ipsum aggrauat; imo potest et-
iam dici, quod numerus furtorum aggrauat, & sic, quod praece-
dentia aggrauant sequentia, & sequentia praecedentia, & ita
concludo, quod per quemcunque iudicem, siue originis, siue
domicilij, vel delicti, dummodo tria furta commissa fuerint,
fures possint puniri ad mortem, iuxta formam statuti, vel con-
suetudinis, & ita semper vidi obseruari. Et ad illud, quod hic
dicit D. Clarus, quod hanc opinionem seruaret, si fur esset sub-
ditus ratione originis, vel domicilij; alias non, respondetur per
consequentiam, & concomitantiam, vt dicunt Bald. & Gand. *in
locis supra citatis.* Ego valde admiror, quod multi consulentes
cauillationibus, conantur defendere fures, & latrones, ne poe-
nis furcarum puniantur; qui si carnificibus non traderentur,
nemo ab eorum manibus tutus esset. Illi iudices, qui, reiectis
subtilitatibus, eos suspendi faciunt, omni gloria sunt digni, &
non sunt feroces, nec crudeles, vt aliqui dicunt, *cap. non est cru-
delis,* 23. *quaest.* 5.* nam cum furibus, & latronibus non est mise-
ricorditer agendum, sed crudeliter, & rigorose. §. *oportet autem
vt iud. sine quoquo suffrag.* per quem text. ita dicit Bald. *in l. eos
col.* 1. *ad fin C de execut rei iud* & Mant. *consil.* 226. *num* 63. quin
immo Beatus Gregorius *in expositione Psalmi*, † laetabitur iu- 60
stus; dicit iudicem esse pestem Reipublicae, qui reos cum rigore
non corrigit, & secundum Paul. de Castren. *in l. nemo, C. de episc.
aud.* non potest Deo pinguior victima mactari, quam homo
iniquus, & in sacris litteris scriptum est, non permittas viuere
maleficum super terram. Ego quidem fui semper scelestorum
hominum persecutor, & praesertim furum, & latronum, qui
sunt pestis super terram. Germania felix, vbi raro furta, & la-
trocinia committuntur, quia omni cum saeuitia, & absque mi-
sericordia puniuntur, & sic in illis partibus omnes sunt tuti de
eorum bonis, & personis: nam iudices, dum apparet commis-
sum crimen, & à quo, debent esse prompti ad puniendum nec
debent ponderare omnes subtilitates iuris; fauor enim publicae
disciplinae suadet, vt maleficia non remaneant impunita, Gram
in decis. 36. *num* 63. vbi dicit etiam, quod quando delinquentes
non puniuntur, publica turbatur laetitia,* & odio furum regu-
lae iuris exorbitant. §. *sic itaque institut. de action.* & Mant. *in con-
sil* 266. *num.* 64. & ait etiam Bald. *in c. olim, colum. penult. de re-
script.* quod contra malos non est vtendum malua, seu empla-
stro, sed gladio: ita faciunt boni rectores, qui sunt soliti pruden-
ter gubernare Ciuitates, & Prouincias, vt malis hominibus ex-
purgentur. *l. congruit de off. praesid.* Baiard.

u *Quaero nunquid illa.*] Quid si duo, hic, & vnum extra terri-
torium Bonacoss. *quaest. crim. in verb. furtum, folio* 86. à ter. vbi
etiam plura de materia furum *Rosi.*

x *Quaero etiam, stante statuto*] Adde † quod dictum statu- 61
tum procedit, etiamsi fur pro primis duobus furtis non fuerit
punitus, seu condemnatus, secundum Gomes. *de delict. cap.* 5.
num 9. *versicul. sed his non obstantibus*, vbi attestatur de com-
muni: hoc etiam decidit Bald. *in consil.* 247. *ad euidentiam, vo-
lum.* 5. quod à fortiori comprobatur, si statutum habet locum,
quando fur pro aliis furtis poenas luit; ergo multo magis, si de
aliquo punitus non fuerit.

Item † adde, si statutum diceret, quod qui commiserit pri- 62
mum furtum, incidantur ei auriculae, qui secundum, incidantur
nares, qui tertium, oculi eruantur, qui quartum fure suspenda-
tur, requiritur ad hoc, vt possit puniri pro quarto furto ad poe-
nam furcarum, quod pro primis tribus furtis fuerit condemna-
tus, ita Decian. *in cons.* 24. *n.* 16. *cum sequen. volum. tertio* sed ego
arbitror hoc verum non esse, nec aliquo modo posse sustineri,
quia hoc non probant doctores, quos ipse allegauit, vt penes
eos est videre; & per ea, quae tradit Gomes. *in d. cap.* 6. *num* 9. si-
que interpretatio Deciani esset vera, maximum resultaret in-
conueniens, quod si aliquis centum furta commisisset, non pos-
set puniri, nisi ad incisionem auricularum, & postea alia centũ,
nisi ad incisionem naris, & sic ad infinitum antequam furca su-
spenderetur: sequeretur etiam, quod non possent suspendi fures
nisi praedictis membris mutilati essent, & tamen in Ciuitate Ve-
netiarum, vbi dicit Decianus, extare tale statutum, vidi multos
fures suspensos, qui auriculas, nares, & oculos habebant.

Item † adde, stante statuto quod pro tertio furto, vel pro tri- 63
bus furtis fur suspendi possit: si in inquisitione dictum fuerit,
quod furtum commiserit tribus vicibus, poterit puniri ad poe-
nam furcarum, si ex narratione furtorum facta in inquisitione
apparebit de temporis interuallo, vt puta, quod vna die fecerit
vnum furtum, alia die aliud, & alio tempore aliud, ita tradit
Bald. *in dict. cons.* 247. *vol.* 5.

Item † adde, quod etiam furta, de quibus non potest cognosci 64
cursu temporis, vel diuersitate loci, aggrauant, secundum
Dyn. & alios communiter, *in l. si cui,* §. *fin. ff. de accusat.* & ita
communiter seruatur per iudices, etiam quod extarent statuta
quod de talibus delictis post certum tempus, vel in alio loco
commissis, non possit fieri processus; & quicquid in contrarium
fiat sit ipso iure nullum; & de illis statutis nihil curant, ita dicit
Nell. *de bann. in* 2. *par.* 1. *temp. q.* 6. quem refert, & sequitur Ma-
rian. Soc. *in c. qualiter & quando, n.* 909. *de accusat.* & Gomes. *in
c.* 5. *sub n* 8. *de delictis.* Baiard.

y *Duo furta.*] Sed nunquid poena mortis imponitur pro nota-

13 n *Vnum tamen scias.*] Adde,† quod hoc non procedit,si diu cohabitauerint,quia vetus stuprum purgatur, & præsumitur concubinatus, Marsil. *cons* 31.n.8. Baiar.

o *Plura de iure requiruntur.*] Vt per eundem Farin.*d q.& par.* 1. Rof.

p *Cum moniali.*] Adde,& nota,quod ille,qui carnaliter cogno-
14 scit† Monialem, tria delicta committit, incestum , adulterium, sacrilegium Vi. Dec.*cons.*5-9.n 5.Sed aduerte, quia gloss.allegata *d.cap.Virginibus* 27.q.1. dicit id verum quo ad accusationem, non autem quo ad actus accusationis, sed quo ad pœnitentiam vnum tantum , hoc est adulterium debet puniri & plus si illud incestuosum sit etiam vi.per Menoch.*de arb cas*.389.*col*. 4 & omnino per Ofasc.*decis* 103.n.5. vbi plenius concordantes citat. Item, quod pœna prædictorum delictorum confundatur sub maiori,tradit in proposito Pract. Carer.*f*.451.*col*. . *in prin*. Et ad materiam an , & quando delicta confundantur quo ad pœnam sub maiori,vi.& dic,vt per Marf *in l prime,C de raptu Virg. nu*. 54.. c.An autem contineantur conuersæ,& seruientes Monialiũ appellatione,dic,vt per Fede.de Senis *cons* 113. Sed an comprehendantur sorores tertij ordinis Sancti Fräcisciquod ,sic, vi per Carer *in pract.crim*.§. *Homic*.6 *post num*.257 *pag. mibi* 451. *col*.2. Quid de laico maxime vxorato coeunte cum moniali an à Iudice seculari puniri possit,an vero à Iudice Ecclesiastico duntaxat, vi. plene per Osasc *in decis* 303 *per totam*. Giach.

Cum moniali.] Far *q*.146.§ *sacrilegium n*.1.& 3.Rof.

15 *Cum moniali.*] Adde † videndum Menoch. *de arbitr Iud.cas*. 389.*n* 22.vbi habetur,quibus pœnis puniebantur virgines vestales; & quibus hodie puniantur moniales,quæ se corrumpi patiantur.Et † de cognoscente monialem pro essam,non tamen ad-
16 huc consecratam,& conuersam;& de osculante monialem vide Decian.*in tract.crim libr*.6.*cap*.20.*tom*.2. & debet puniri etiam, quod monialis,quam carnaliter cognouit,licentiam habuisset à Gubernatore generali Monasterij, seu dispensationem, ne amplius religioni esset obstricta,Maut *cons* 266.*n*.57. quem refert, & sequitur Dec.*vbi supra n*.11.

17 Item † adde, quod subagitans monialem committit incestũ, adulterium,& stuprum,& vterque iudex in puniendo præuenire potest,decisi.Pedemont.103.Deci.*cons*.338.*num*. 1. & *cons* 585. *num*. 5.

18 Item † adde,quod laicus rapiens monialem,vel sollicitans,vel corrumpens capite punitur,& eius bona confiscãtur,& ipsi monasterio applicantur,cui currit annalis præscriptio ad illa vendicanda:alias applicantur fisco,& monialis debet tradi arctiori monasterio, vt habetur in auth. *de Illustriss Episc.*§.*si quis rapuerit,col*.9.*qui est registratus in c.si quis rapuerit* 27.q.2. Fran. Marc. *decis*.966.*part*.1.vbi dicit etiam pro gl *in d. cap. verbo , cautioni*, quod bona monialis spectabunt secundo monasterio quoad vsumfructum , donec vixerit.

19 Item† adde,quod Episcopus , seu clericus carnaliter monialem cognoscens debet deponi,Bertach.*in tract.de Episc*.2.*par*.8. *par.prin*c *nu*.33.*lib* 4.

20 Item † adde, quod rapiens monialem debet habere pacem à Papa, Boss. *in tit.de pact.n*.27.

21 Item † adde,quod forma purgationis monialis à tali crimine habetur per Lap. *in allegat*.54.*n*. 6

22 Item † adde,quod moniales impudicè viuentes debent carcerari in eodem monasterio,Franc Marc.*d.dec*.966 *in fine*.

23 Item † adde,vt per Feder.de Senis *in cons*. 213. an seruientes, & conuersæ appellatione monialium contineantur , & an comprehendantur sorores tertij ordini Sancti Francisci , vide Carer.*in pract.in* § *homicidium* 6. *num*.257. vbi tenet , quod sic: de hoc vide etiam Dec. *in tract crim.lib*.6.*c*.20.*in fine tom*.2.

Item adde,quod monialem cognoscens,siue virgo fuerit, siue alias cognita , & sic impudica , punitur pœna capitis naturalis, Boss. *in tit.de coitu damnato n*.79.Baiar.

q *Cum presbytero.*] Farin.*q*.146.*d*.§ *sacrilegium. num*. 30.31.32. Rof.

r *Comburendus.*] Adde.quod idem tenet Carrer.*in pract.crim*. §. *Homicid* 6 *post n*.315.*Giach*.

ſ *Mulieris etiam*] Far.*d.q* 137.*nu*.58.& *q* 141.*nu*.57.*vol* 5.*item q.eadem*. § *stuprum n*.18.Rof.

t *Maximus amator.*] Farinac. *quæst*.136.*cap*.1 *n* 1.Rof.

u *Franciscus Petrarcha attestatur.*] Adde infra *quæst*. 60.*versicul*.1.*ibi* , *vidisse quendam minerem*, vbi citaui hunc locum. *Drogh*.

x *Cum subdita.*] Ancillam autem propriam stuprans,qua plectatur pœna, vi.per Menoch. *de arbit iud cas*.293 Giach.

24 *Cum subdita*]Adde,† qua pœna puniri debeat ancillam propriam stuprans , Menoch *de arbit. casu* 293. *Baiar*.

y *Cum pupilla.*] Adde , & quod idem habetur per Carer. *in pra crim* § *Homic*.6 *n*.315. Giach.

z *Cum carcerata.*] Adde,& vi per Iac.Menoch. *de arb.iud lib*. 2.*cent* 3 *cas* 292. Item quid econuerso , quando carceratus cognoscit vxorem, vel ancillam custodis, vi.ibi,*nu*.5.& *seq*.Giach.

Cum carcerata.] Adde,†quod è contra si carceratus carnaliter 25
cognosceret vxorem, siue ancillam custodis carcerum deberet puniri arbitrio Iudicis,Menoch.*de arbit Iud.casu* 292.*in fin*.vbi late hanc materiam tractauit,qua pœna plectantur cognoscentes carnaliter mulieres carceratas , † & de ista materia etiam 26
plenè habetur per Boer.*in decis*. 317. hic allegata , & ibi etiam tractatur de cancellario cognoscente carceratam , vide etiam Far.*var.qu*.31 *nu*. 112. *cum seq*.vbi opin.Menoch.sequitur , quæ mihi multum placet. *Baiar*.

a *Cum Iudæa.*] Adde,& vi per Iac.Menoch.quibus pœnis afficiantur Iudæi cum Christianis in diuersis casibus ibi distinctè examinatis coeuntes , & e contra. Quid de Catechumenis , & Saracenis.*in tract de arbit.iud.lib*.2.*cent*.3. *cas*.290. vbi diligenter explanat illos.Sed aduerte quod onus probãdi, quod mulier cognita sit Christiana , & quod Iudæus cognoscens sciret illam esse Christianam,pertinet ad fiscum.Alc.*respons*.11 *n*.7.*tom*.2.*lib*. 7.Item de pœna Iudæi adulterantis habetur per Carer. etiam *pract.crim p* 449.*n* 266. Giach.

Cum Iudæa.] Adde † circa huiusmodi quæstionem videndum 27
Menoch.*de arbit.iud casu* 290. vbi pulchram facit distinctionẽ, & ibi ponit de Catechumenis,& Saracenis.Et † si extaret statu- 28
tum simpliciter disponens,Iudæos morte mulctari, si carnaliter cognouerint mulierem Christianam,nulla facta distinctione,an sit nupta,vel meretrix,quomodo esset intelligendum, vide etiã Gabriel *concl*.22.*lib* 7.† Fiscus tenetur probare illam mulierem 29
esse Christianam,& quod Iudæus sciret,Alciat.*cons* 11. *nu*.7.*tom*. 2.*lib*.7. vide etiam Vulpell *in cons* 42.vbi consuluit † pro Iudæo 30
vxorato,qui carnaliter mulierem Christianam meretricem cognouerat,vt non posset puniri pœna capitali,sed pœna extraordinaria,& Alex.in fortioribus,*in cons* 99.*col*.6.consuluit†Iudæũ 31
adulterium committentem cum Christiana,meretrice non fore adulterij pœna puniendum , refert , & sequitur Neuiz. *in Sylua nupt.lib*.4.*sub n*.46.& Viui.*opin*.291. vbi latè,† qua pœna Iudæus 32
cognoscens Christianam puniatur ; & latissime per Decian. *in tract.crim.tomo* 1.*libro* 5 *cap*.12 *nu* 20.*cum seq*. vbi, quibus pœnis puniantur Iudæi , qui rem carnalem habent cum muliere Christiana meretrice,vel honestę vitę,vel in figura matrimonij; imo secundum Petrum de Vbal.*in cons*.19.*vol*.1.*inter cons. crim. diuers. parua impressionis* , Iudæus carnaliter se immiscens cum muliere Christiana meretrice,quæ stat in lupanario non potest aliqua pœna puniri per iudicem secularem,nec Ecclesiasticum, quia lex facit meretrices indignas obseruatione legum , sed hoc iudicio meo non seruaretur in practica ob qualitatem iudaicã, quæ aggrauat ex conuersatione,& qualiter Christianus cognoscens Iudæam etiam in forma matrimonij habetur per Boer.*in d.decis*.316.*nu*.5.& Dec.*in d.tract.crim.lib*.5.*c*.16.*nu*.1.*ro*.1. vide etiam Boss.*in tit.de coitu damnato,& punibili n*.20. & Paul.Gillau.*in tractat.de pœnit omnifa.coitus c*.12.*per totum*, & ibi etiã de Turco,Moro, hęretico,Saraceno,& de similibus extraneę fidei, & cognoscens Iudæam † pœna ordinaria ob minorem ætatem 33
excusatur,Alciat.*cons* 58 *in fin*.quem sequitur Menoch.*casu* 239. *nu*.3.

Item†adde,quod statutum puniens adulterium , & stuprum 34
pœna pecuniaria,comprehendit etiam Iudæos, adulterium, vel stuprum committentes, Rof.*cons* 35.*n*.39.45.& 49.*vol*.3.

b *Alia mitiore.*] Rolan.à Valle *cons*.35.*in* 2.*vol*. Vulpell. late *cons*.42. & Far.*d.quæst*.139.vbi etiam de cognoscente aliam infidelem *nu*.32. Rof.

c *Et ego vidi Iudæum.*] Supra *in* §.*Adulterium,vers.pone stat.in fin*. Drogh.

d *Exodi c*.22.] Voluit allegare Leuit.*c*.20. Adde Quin. Mandos.*Tract.de signa.grat.fol*.54. *à tergo*, Drogh.

e *Inter mulieres.*] Far.*q*.148.*n*.40.& *seq.vol*.5.Rof.

f *Dicitur etiam.*] Adde†in hac materia illius,qui eodem tem- 35
pore duas,vel plures ducit vxores,vel maritos videndum Meno. *de arbit.iud.lib*.2.*cent*.5.*cas*.420. vbi multa accumulauit , & de multis rationibus , quæ pluralitatem vxorum admittunt , vide etiam Boss.*in tit.de coit.damna.nu*.8.vbi refert,de quodam,qui ob lepidum dictum,& responsum fuit gratiatus, Et†quid de ha- 36
bente duas sponsas,vel vnam vxorem, & vnam sponsam,vide Aret.*in tract.de malef.in verb.che mi hai adulterato,var.& aduertas*, vide etiam Coua.*in* 4.*decret par*.1.§.3.*nu*.6. vbi dicit , quod femina nupta , si sciens contraxerit cum secundo, qui eam scienter acceperat,adulterij pœna damnatur cum viro,& ibi ponit alias pœnas,& quomodo † in Hispania puniantur, & de pœnis 37
habentis duas vxores , vel duos maritos , vide etiam Viu.*com. opi*.1057.*in ver.vxores duas habens*.

Item†adde , quod Iudæi habentes duas vel plures vxores pu- 38
niuntur,sicut Christiani , nisi primam solemniter repudiassent, quod licet facere Iudæis, *l.nemo Iudæorum, n fin.C. de Iudæis*, & *capit.gaudemus,de diuor*. Bal.*cons*.428 *inquisitio d.n*.1.*vol*.5.& late per Dec. *in tract.crim.tom*.1.*lib*.5.*c*.12.*n*.13.*Baiard*.

g *Punibilis coitus.*]Qui si ex forma statuti præscribãtur delicta, & à die copulæ elapsa sit præscriptio,extra quã Prętor nõ potest am-

amplius cognoscere,& secundam vxorem iterum cognouit, & sequentibus annis cohabitauit,an sit capite puniendus iuxta statutum. Vi. per Anch, *cons 4.Giach.*

h *Scias autem.*] Latè Menoc.*casu* 420.Vinc.de Franch.*decis.* 36.*vbi an p*:*ssit quis inquiri de haresi, & an causa ad eccl. remitti debeat Ros.*

i *Hodie ver .*] Far.*d.5.vol sua prax q.140.par.1.n.13. & pluribus sequent.pracipuè n.*18 21.22.addas Gasp. Ant. *Thesaur.* 4.14. *Ros.*

k *Pœna stupri.*] Adde & per Carer.*in practic p.464.nu.* 305. & 313.& per Boss.*in tit.de coitu damnat.puni.n. 75. quem Auctor. in multis dissimulat Giach.*

l *Praterea tales.*] Farin.*sup.n* 15.*Ros.*

m *Non autem.*] Soss.*de coitu damnato n.*78.Farin. *d nu.* 22.& 23.*Ros.*

n *Fustigatus*] Item attestatus est Boss. *vbi sup. Giach.*

o *Vltimo supplicio affectus.*] Adde,& vide Boss.eodem loci,vbi egregie narrat casum de quodam condemnato ex eo,quod matrimonium contraxisset cum quatuor mulioribus,qui incidit in Regem Carolum,dum ducebatur ad locum supplicij;& cui Rex ob lepidum responsum gratiam libere concessit. Et vere fuit ex mera, ac propria gratia regali, quia licet alias puniretur quis pœna capitis propter duas vxores:tamen quando plures duabus habet, tenetur; vt late habetur per Gramm. *vot.* 17. vbi retulit ita fuisse notatum in magna curia:& illum referr,atq; sequitur Ludou Carer.*in pract.crim.§.Homic.6 sub n.*214.*Giach.*

p *Sed pone.*] Farin.*d q.*140 *par.*2 *n* 42.vbi etiam qualiter probetur mors viri, vt licentia dicitur *per* 12. *concl. Ros.*

39 *Sed pone quod mulier.*] Adde † videndum Menoch. *de arbitr. Iud. lib.2.cent.5.casu* 420.*n.*118.*cum seq Baiard.*

q *Num.31*] Farin. *dict.q.*140 *part.1.n.5.Ros.*

r *Omnes autem coitus.*] Adde Constrū de Teurs *titulo Droutz de hault.Iustice tit.4.art.1.vers.femme feroce,*Rapiens† autem

40 inhonestam mulierem punitur tantum pœna arbitraria, & vt hic, & est fortassis ratio; quia. vt sæpe euenit in facto,Mulier, quæ cognoscit aliquem ob eius desiderium deperire, intendit inuita amari,ideo inuita ratione publici officij cognosci potest, Dec. *in l.Inuitus n.7 ff de reg.iur.Drogh.*

41 *Omnes autem coitus.*] Adde † quod Hostiens. *in c. continebatur, extra de despens. in pub.* dicit quod mulieri non creditur de violentia, si copula carnalis sit secura. *Baiard.*

§. FVRTVM.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Furtum quid sit.*
2 *Furtorum genera quot sint.*
3 *Domino rei an liceat rem furatam perquirere in domibus aliorum.*
4 *Et an possit proponi edictum, vt quilibet teneatur indicare rem furtiuam.*
5 *Et an ille, apud quem reperitur res subtracta, præsumatur fur.*
6 *Et an furtum sit graue delictum.*
7 *Furti pœna quæ sit.*
8 *Et quid in furibus famosis.*
9 *Et an pro vno furto magno possit quis suspendi.*
10 *Et an stante statuto, quod pro tertio furto quis suspendatur, si quis commiserit duo furta extra territorium, & vnum in territorio, possit suspendi.*
11 *Et an fur, qui rem furatam in aliud territorium exportauit, possit in eo puniri ratione contrectationis.*
12 *Et quid si fur pro duobus primis furtis fuerit iam punitus,*
13 *Et quid si fuerit absolutus.*
14 *Et quomodo dicantur esse tria furta.*
15 *Fures an possint capite puniri.*
16 *Et an puniantur pœna quadrupli.*
17 *Fur deprehensus in flagranti crimine potest impune occidi. Remissiue.*
18 *Contra furem potest in litem iurari.*
19 *Quando dicatur constare de furto, Remissiue.*
20 *Fur an excusetur à pœna furti,si probibet illum, cui furatus est, esse suum debitorem.*
21 *Et quid si ille,cui res furata fuit, protestetur, quod illam accepit de eius voluntate, vel consensu.*
22 *Furta domestica an sint punienda.*
23 *Furtum de re modici valoris an sit puniendum.*
24 *Propter necessitatem an licitum sit furari.*
25 *Et an si postea fur ad pinguiorem fortunam perueniat teneatur restituere.*
26 *Emens rem furtiuam an teneatur ad eius restitutionem.*
27 *Qualiter procedatur pro furto aduersus nautas, caupones, stabularios.*
28 *Et an quando familia furtum fecisse dicitur, punitio vnius liberet alios.*

Ex Additionibus.

1 *Furtum variis modis committitur.*
2 *Furtum de iure canonico sumitur pro omni vsurpatione.*
3 *Furtum in foro poli sola voluntate contrahitur, secus in foro fori.*
Et in re propria, cum creditur aliena, n. eod.
4 *Et quid in socio negotiante pecuniam communem,* num. eod.
5 *Famulus, vel nuntius non restituens pecuniam Titio, cui deferendam dominus tradiderat, an furtum committat. remissiue.*
6 *Famulus fugiens à Domino an præsumatur res amissas subtraxisse.*
7 *Furtum committitur cum rei amotione, & contrectatione.*
Statutum de furto non habet locum in damno dato nec contra n eod.
8 *Furtum, vel rapinam non committit, qui per vim, metumvè iustum aliquid consequitur.*
9 *Vendens scienter rem alienam an furtum committat.*
10 *Et quid in exigente tributum, vel gabellam indebitam.*
11 *Fur debet puniri licet persona sit incognita, cui furatus est.*
12 *Furtum manifestum, & fur manifestus quis dicatur.*
13 *Furti perquisitio domino concedenda est.*
14 *Furtum fecisse præsumuntur vicini conuersantes,& familiares malæ famæ.*
Et contra quos præsumatur de furto, remissiuè, n. eod.
15 *Furta non sunt inuestiganda per auguria, vel magica documenta, aut superstitiones.*
16 *Et an possit proponi edictum de furtiuis reb. iudicandis remissiue.*
17 *Et ille tenetur rem furtiuam exhibere, penes quem reperitur.*
18 *Et an dominus domus, in qua fuit reperta res furtiua, dicatur in culpa, & conscius furti, remissiue.*
Et an credatur vnico testi, ibi fuisse repertam, remissiue, num. eod.
Et an dominus domus possit conqueri, & condemnari, remiss. n.eod.
19 *Et an Aduocatus consulens furem, ac retinens penes se rem furtiuam, teneatur propalare furtum, vel reum, remissiue,*
20 *Furtum an præsumatur ab eo commissum, penes quem res furtiua fuit reperta, remissiue.*
Et an teneatur docere, à quo rem habuerit, remissiue, num. eod.
21 *Furtum quando dicatur delictum atrox, vel enorme.*
22 *Et an comprehendatur sub statuto loquente de robaria.*
23 *Furtum an dicatur egregium,vel enorme, remittatur arbitrio iudicis.*
24 *Furtum licet modicum dicitur enorme, si ex eo tumultus subsequatur.*
25 *Furti pœna quæ sit,& quæ olim apud Græcos, & alios remissiue.*
26 *Et quæ in Regno Neap.*
27 *Furti confessio quandoque sibi non præiudicat:*

28 Fures ex generali consuetudine pro tribus furtis laqueo suspenduntur.

29 Confessus duo furta, de quibus constabat, & plura alia minima, de quibus non constabat, an possit ad furcas condemnari.

30 Furta tria licet leuia pœnam mortis merentur.
Verbum sæpissimè de tribus vicibus intelligitur, num. eod.

31 Statutum, vel consuetudo super furto an comprehendat crimen expilatæ hæreditatis, vel rapinam.

32 Fur non debet relaxari, nisi restituta re furto subtracta, vel soluta.
Etiamsi ciuiliter actum non fuerit ad furti restitutionem, vel iudex procederet per inquisitionem, n. eod.

33 Et iudex tenebitur, si per negligentiam non fecerit restituere.

34 Et quid in diffamatoribus.

35 Et fur debet condemnari ad restitutionem, quamuis nihil fuerit petitum per patrem, vel aliter, quam deceat.

36 Et est condemnandus in eodem iudicio, instantia, & sententia, licet damnaretur ad mortem, aliàs index teneretur de suo.

37 Et bona sunt tacitè hypothecata pro restitutione aduersus hæredes, & alios possessores.

38 Statutum si respiciat valorem rei, debet valor communi æstimatione probari.

39 Statutum, quod committens furtum in re valoris scutorum decem suspendatur, comprehendit duos, vel plures eam summam furto subtrahentes, & diuidentes.

40 Et si diceret quod furans infra valorem vnius auri fustigetur, & res tanti valeat, nec pluris, aut minoris, perinde est ac si esset infra vnum aureum.

41 Furti pœna punitur capiens bona in mare proiecta tempore tempestatis, vel cadentia de rheda, seu curru.

42 Furti causam dans aperiendo, vel frangendo ianuam domus, in qua furtum factum fuit, an teneatur furti.

43 Furtum magnum an pœna mortis vindicetur.
Et quid si statutum tria furta requireret, n. eod.
Et quæ sint necessaria, vt dicatur furtum magnum, vel egregium, remiss. n. eod.

44 Et an sit furtum magnum, remittitur arbitrio Iudicis.

45 Furtum quibus circunstantiis aggrauetur.
Furtum vnicum quibus casibus pœna capitis plectatur, remissiue, n. eod.

46 Fur nocturnus cum armis aggrediens laqueo suspenditur.

47 Furtum quando dicatur vnicum remiss.

48 Statutum puniens opem, sicut furtum, non habet locum in receptatore rei furtiuæ.

49 Fur inquisitus quod mille, & vltra subtraxerit de tasca, & condemnatus ad pœnam, & restitutionem, non potest amplius ex eadem sententia puniri, nec pars petere, nisi mille, licet re vera bis mille fuissent in tasca.

50 Fur pro primo furto an comparere possit per procuratorem.

51 Statutum, quod pro tertio furto quis suspendatur, an comprehendat mulieres.

52 Et quomodo Iudex tertij furti procedere debeat pro aliorum furtorum verificatione.

53 Et an sufficiat reum inueniri absque auriculis.

54 Statutum Parmæ super quarto furto declaratur.

55 Statutum, quod fur pro tertio furto moriatur, non habet locum in contrectante rem eandem per diuersas iurisdictiones.

56 Et an Iudex primi, vel secundi, aut tertij furti possit punire furem pœna mortis, si alia duo extra suum territorium fuerint commissa.
Angelus impugnatur, n. eod. & seq.

57 Et an Iudex originis possit punire furtum alibi commissum.

58 Furta sequentia an aggrauent præcedentia, vel è contra.

59 Saluumconductum tollitur per subsequens delictum.

60 Fures, & malefici omni cum sæuitia sunt puniendi.

61 Statutum, quod pro tertio furto fur suspendatur, procedit etiam si pro primis duobus furtis non fuerit punitus.

62 Et an si pro tribus furtis varias pœnas indiceret, & pro quarto suspendi, si pro primis tribus non fuerit condemnatus, Decian. lapsus, n. eod.

63 Statutum pro tertio furto furem suspendi requirit temporis interuallum ab vno furto ad aliud.

64 Furta, de quibus non potest cognosci cursu temporis, vel diuersitate loci aggrauant etiam stante statuto de huiusmodi delictis non posse fieri processum.

65 Furta de quibus secuta fuit absolutio, aut alius Index cognoscere non potest nunquid aggrauent vltimum furtum.

66 Et quid si pro eis pœnam soluisset.

67 Et quid si extarent statuta, quod de talibus delictis ante tempus, vel alio loco commissis non possit fieri processus.

68 Furtum dicitur vnicum etiam si plura commissa fuerint vna die, vel nocte in vna domo, vel pluribus.

69 Et quid si fur confiteatur, se plura furta fecisse in eodem loco, diuersis tamen temporibus, vel cum temporis interuallo.

70 Nobiles furcis non suspenduntur nisi concurrat enormitas delicti.
Et quid in crimine furti n. eod.
Furca est pœna ignominiosa in Italia, sed in Francia secus, nu. eod.

71 Nobiles in Italia pro homicidio capite truncantur; ignobiles furca suspenduntur.

72 Milites an suspendantur.

73 Fur in conscientiæ foro quid teneatur restituere, remiss.
Et re extincta sine eius culpa, an teneatur ad æstimationem, n. eod.

74 Et an ad expensas, quas furtum passus fecit in requirenda re.
Malefactor tenetur ad interesse damni etiam extrinsecum. n. eod.

75 Furto rem subtractam an tertius possit auferre à fure in fragranti reperto.

76 Fur repertus in fragranti potest sine sententia fustigari.

77 Damnum an, & quando probetur per iuramentum damnum passi.
Et an admittatur probatio in contrarium. n. eod.

78 Furtum quomodo constare dicatur.

79 Furtum per testes probari potest, etiam statuto probationes testium reijciente.

80 Fur an excusetur à pœna furti, si probet suum esse debitorem cui furatus est.

81 Furari non licet Domino rem suam ab alio occupatam.

82 Mulier bona mortui mariti exportans qua actione teneatur.

83 Furans Domino sciente præsente, & non contradicente an teneatur furti.
Et quid in filio, vel in alia persona coniuncta. n. eod.

84 Furti pœna tenentur vicini receptantes furta subtracta à filius, vxore, marito, vel patre.

85 Commodatarius an teneatur furti, si equo absque Domini voluntate ad longius iter vtatur.
Fur an excusetur à pœna furti, si Dominus protestetur de ipsius voluntate rem fuisse sublatam. n. eod.

86 Furtum committens in domo amici, an excusetur si dicat fuisse ioco.

87 Fures domestici qui appellentur.

88 Et familiaris vnam rem hodie furans, & cras alteram, licet viles, punitur tanquam de magno furto.

89 Furti pœna an teneatur famulus, vel creditor subtrahendo quantum sibi debetur.

90 Furans quod sibi debetur, an sit tutus in conscientia, & factis monitoriis, teneatur reuelare, aut restituere.
Et quid de scientibus illum accepisse, n. eod.

91 Fur pro leui furto quandoque torquetur ad pœnam, & pro pluribus minimis suspenditur.

92 Et punitus leuiter tanquam pro leui furto non punitur vlterius, licet postea furtum fuisse magnum appareat.

93 Zingari pro furtis minimis etiam gallinarum sunt puniendi.

94 Co-

94 *Columbas alieni columbarij etiam in suo capiens, vel occidens furtum committit.*

95 *Arbores incidens, & exportans tenetur furti.*

96 *Et quid de incidente arborem, & inde fauos mellis extrahente.*

97 *Furtum non committit accipiens fructus ex fundo suo, in quem alius fuerat missus in possessionem ex primo decreto.*

98 *Tortura pro paruo furto infertur, legitimis præcedentibus indicijs.*

99 *Furti actio an detur pro re minima.*
Et pro gallina, num. eod.

100 *Furari propter necessitatem an sit licitum.*

101 *Et quando quis dicatur esse in extrema necessitate remittitur arbitrio Iudicis.*

102 *Fur in quibus casibus excusatur à pœna furti, remissiue.*

103 *Ludum aleæ tenens in domo lucri causa, an pro furto in ea commisso tempore ludi actionem habeat criminalem, vel ciuilem.*
Et quid in aliis ludis prohibitis. n. eod.

104 *Ludus aleæ dicitur ludus fortunæ.*
Ludi receptator dicitur aleator. n. eod.

105 *Fures in quibus casibus excusantur, & pœnam mortis euitant.*

106 *Fur non excusatur, licet ex eius furto aliquod Reipub. bonum accidat.*

107 *Emens rem furtiuam an teneatur eam Domino sine pretio restituere.*

108 *Et petens eam sibi restitui, debet probare furto subtractam fuisse.*

109 *Et quid si solutum fuerit pretium illi, penes quem erat furtiua.*
Et res etiam sine furto in alium translata, an sine precio sit restituenda, n. eod.

110 *Emens equum furto subtractum à transeunte amittit pretium.*
Et qualiter probetur fuisse subtractum remissiue, numer. eod.

111 *Et an ille, cui fuit sublatus, possit à fure propria authoritate recuperare.*

112 *Et an debeat præsentare Iudici, & expensas reficere.*

113 *Emens rem raptam à latronibus, vel ab hoste nomine Domini, an amittat pretium.*

114 *Emens equum furtiuum à Zingaro ad quid teneatur remissiue.*

115 *Iudæi an debeant res furtiuas emptas, non refecto pretio, restituere.*

116 *Dominus rei furtiuæ, non repetit pretium emptori bonæ fidei restitutum.*

117 *Pignori scienter accipiens res alienas furti tenetur.*
Et quid in Iudæis, n. eod.

118 *Iudæi rem furtiuam scienter ementes, furtum committunt.*
Et Dominus si soluisset pretium, recuperat, nu. eod.

119 *Furti actione an teneatur in solutum accipiens res furtim sublatas.*

120 *Emens rem furtiuam extraordinarie punitur.*

121 *Et an contra eum possit agi actione furti ad rei persecutionem.*

122 *Emens scienter à filiofamilias rem subreptam patri, tenetur furti.*

123 *Ludo scienter vincens filio familias, aut seruo pecuniam patris, vel Domini, an furtum committat.*
Et an patri competat actio, eod. nu.

124 *Et ludens præsumitur sciuisse pecuniam esse filij familias, vel serui.*
Et ad pœnam corporalem contra eum procedi non posset, n. eod.

125 *Et ignoranter vincens ciuiliter tantum conuenitur.*

126 *Et an furtum committant ludentes cum Monachis, furiosis, & aliis non habentibus liberam administrationem rerum appositarum in ludo, remissiue.*

127 *Furtiua res ad furem reuersa ex deposito, vel commodato, cui sit restituenda, concurrentibus Domino, & depositario.*

128 *Fures qua actione possint agere pro recuperatione rei ab eis furto subtractæ contra alium furem eandem rem surripientem.*

129 *Pretium rei furtiuæ, & bona fide emptæ in mercato, vel nundinis non debet restitui, etiam si extaret statutum, quod res furto subtracta publice, & bona fide empta vendicari non possit.*

130 *Furari an liceat domino rem suam, vel propria auctoritate capere.*

131 *Emens rem furtiuam bona fide, eamque postea reuendens non tenetur domino restituere pretium.*

132 *Ecclesiæ bona furto subtracta auocantur à detinente sine pretij restitutione.*

133 *Bona fides, an præsumatur in acquirente rem furtiuam ab alia quam à fure.*

134 *Furatam rem acquirens ea perempta ad illius pretium tenetur.*

135 *Furtum aduersus nautas, caupones, vel stabularios quomodo probetur remissiue.*
Et de iuramento in litem, ac familia torquenda, remissiue, n. eod.
Et an sit standum iuramento scholaris, vel hospitis, num. eod.

136 *Et edictum* l. 1. ff. naut. caup. stabul. *procedit etiam in camera locantis.*
Et an caupo teneatur ob furtum si clauem Cameræ tradiderit hospiti, nu. eod.

137 *Et quando teneatur caupo ad emendam rerum subtractarum in hospitio suo.*

138 *Et quid si quis in cauponam gratis diuerterit.*

139 *Et an teneatur caupo de rebus per fenestram sublatis à fure, vel viatore.*

140 *Et an hospes suspectus de calumnia possit torqueri.*

FVrtum *a* est contrectatio rei alienæ fraudulosa lu- 1
cri faciendi gratia, vel ipsius rei, vel etiam vsus, &
possessionis. Et ita definit Iur. *in lib. 1. §. furtum, ff. de
furt.*

b Furtorum autem duo sunt genera; manifestum, 2
& non manifestum. *l. furtorum ff. de furt.* Fur manifestus
est ille, qui cum ipso furto deprehenditur. *l. fur manifestus eod. tit.* Sed quid si non fuerit quis cum furto deprehensus, fuerit tamen visus furari, nunquid dicetur
c fur manifestus? Respond. quod sic: ita tenet gloss. *in
d. l. manifestus, in verbo Deprehensus,* quæ in hoc communiter approbatur, vt dicit Alber. *in ead. l. fur manifestus
in fine principij.* Vide in hoc proposito, quæ dixi infra *hoc
eod. lib. § fi. q. 81. stat. 6. ver. quæro stat. & seq.*

d Quæro, nunquid liceat domino rei, qui dicit il- 3
lam sibi furto subtractam fuisse, accedere ad domos aliorum, & talem rem sibi furatam perquirere. *e* Respon.
quod sic, dummodo id faciat cum auctoritate Iudicis.
Et est commun. opin. vt dicit Aug. ad Ang. *de malef. in
verbo. Et vestem cælestem, numer.* 34. Pract. Conrad. *fol.* 36.
post num. 14. Et ita seruatur de stylo, vt attestatur Boer.
decis. 174. *post num.* 20. & secundum hanc opin. iudicatum fuisse refert Papo *lib. 13. tit. 6. arresto* 3. Contrariam
tamen sententiam, scilicet quod non sit concedenda
perquisitio, dicit tenere communiter DD. Abb. *in cap.
qui cum fure, num. 6. de furtis,* quem refert Pract. Conrad.
in loco prælleg. Sed certe Pract. videtur approbasse,
quod concedatur. Bene verum est, quod in hoc Ducatu Iudices non concedunt licentiam perquirendi ipsis-

met dominis; ne sequantur scandala: sed mittunt ipsi executores suos, siue consules viciniæ, qui perquirant, præsentibus etiam quandoque ipsis dominis, & dicit Alexand. *consf.462.in 1.dubio*, quod ita videmus quotidie fieri per Iudices, & quod minime mutanda sunt, &c.

4 *f* Solent etiam plerunque proponi edicta, vel impetrari litteræ, quas vocant monitorias, quibus sub pæna excommunicationis committitur scientibus rem furatam, vt illam indicent, de quo dixi inf. *hoc eod. lib. §. fi. q.27. ver. Sed quero. & seq.*

5 *g* Sed nunquid ille, apud quem reperitur res subtracta, præsumitur fur? Respond. quod (secundum aliquos) si est persona malæ famæ, præsumitur fur; secus autem, si esset persona bonæ famæ, & conditionis. Et hoc videtur approbare communiter omnes Doctores, vt dicit Aug. ad Angel. *de malef. in verbo, Et vestem calestem, post num.*19.

h Ex hoc tamen non oritur indicium sufficiens ad condemnationem, sed bene ad torturam, vt dixi infra *hoc eod. lib. § fin. q.21. ver. si res furata.*

6 *i* Quæro, an furtum dicatur graue delictum. Resp. quod si est factum in re magna, dicitur graue delictum, & hæc est commun. conclusio, vt dicit Abb. *cons.25. nu. 1. in fi. lib.* 1.

7 *k* Sed quæro, quæ sit pæna furti. Resp. quod de iure communi pro furto non est imposita pæna mortis: & est communis opin. vt dicit Gomes. *in § ex maleficiis, num.12. Instit. de actio.* Et licet *in c.1. §. si quis quinque solidos*, de pace tenenda in vsibus feud. videatur constitutum, quod pro furto *l* quinque solidorum quis debeat suspendi, tamen illud erat, quia cum furto concurrebat etiam violatio pacis. Et hæc est commun opin. vt dicit Gomes. *in d. §. ex maleficiis, num.2. & 3.* Et in omnem casum illa pæna imposita contra fures *in d. §. si quis quinque*, non seruatur de consuetudine, vt attestatur Gand. *de malefic. in tit. de furib. num.* 10. quem refert Augustin. ad Ang. *de malef. in verbo, Et vestem calestem, numer.* 12. Idem dixit gloss. *in cap.1. §. Iniuria, in verbo Legitime, de pace iur. fir.* Hoc idem attestatur Bald. *in d. §. si quis quinque, & in authen. sed nouo iure. post num.3. C. de seru fug.* quem refert Ias. *in d. §. ex maleficiis, num.3.* Rom. *in l. cum seruus, n.14 ff. de cond. causa data.* Cæpol *in ead. auth. sed nouo iure, n.70. & 71.* Et dicit Anan. *in c. ex litteris, post nu.9 de fur.* quod omnes hoc sequuntur. *m* Quinimo dicit Paris Put. *de synd fol.214. post n.5.* quod proles Federici Imperatoris, qui statuit in illa lege, quod fur quinque solidorum suspenderetur, & sic, quod homo ad Dei imaginem creatus propter bona occideretur, & alij reges successiue, qui secuti sunt hanc legem, eorumque ministri, non regnauerunt super terram, & male vitam finierunt, nec generatio eorum ad tertium gradum peruenit. Ego tamen credo id potius eis contigisse propter bella, & indebitas vexationes, quibus Sanctam Dei Ecclesiam perturbabant, quam propter illam legem, quæ etiam (vt arbitror) *n* nunquam fuit vsu recepta.

8 *o* Scias tamen, quod hæc conclusio locum non habet *p* in furibus famosis, siue infamatis de pluribus furtis; tales enim laqueo suspenduntur: & ita de consuetudine seruari attestatur Vital. *de malef. in rubr. de furtis, num.*10. Fur enim, qui furari consueuit, dicitur famosus latro: & ita obseruatur, vt dicit Practic. Conrad. *fol. 357. nu.* 1. In hoc autem proposito plura furta dicuntur tria. *q* Et ideo de generali consuetudine pro trib. furtis fures laqueo suspenduntur, prout de hac generali consuetudine attestatur Cassan. super consuet. Burgund. *fol 42. num 27. in fin.* & ante eum Bald. *in d. authen. sed nouo iure, num.3* quem refert Ias. *in d. §. ex maleficiis, num.* 12. & Igneus *in l.1. §. hoc rescriptum, num.32. ff. ad Syllan.* & Bolenc. *in repet. l. capitalium, §. famosos, num.46 ff. de panu*, & Anan. *in d. c. ex litteris, num.6. in fin. de furtis*, Cæpol. *in dict. auth. sed nouo iure, num* 82. vbi etiam, *num.* 84. dicit, quod hæc est communis opin. gl. & Doctorum, quod fur pro pluribus furtis debet mori, s. furca suspendi, & *num.* 85. subdit, quod ita communiter practicatur de quadam consuetudine generali. Quinimo videtur, quod (secundum aliquos) ex duobus furtis dicatur quis famosus fur, & laqueo suspendi debeat: & ita generali consuetudine obseruari refert nonnullos attestantes Fulgosius *consil.157. numer.1.* quos tamen in libr. meo id dicentes non reperio. *r* Ego puto in hoc seruanda esse statuta locorum, quibus non extantibus; non crederem furem etiam propter multa furta esse pæna mortis afficiendum; sed obseruari debere ius commune, vt citra mortem puniatur. Et hoc nisi in aliquo loco esset specialis consuetudo, vt fures suspenderentur: nam eo casu minime mutanda esset, &c. Fures autem incendiarij etiam pro primo furto de consuetudine suspenduntur, vt attestatur Pract. Iodoci *c.114. nu.* 2. quod tamen apud nos non seruatur. Posset etiam esse locus, in quo furtum committeretur, adeo insignis, vt etiam pro primo furto, quamuis exiguo, esset fur suspendendus. Quod quidem seruatum fuit per Parlamentum Parisij in quodam, qui crumenam cum 60. Solidis tantum inciderat in camera ipsiusmet Parlamenti, 22. Ian. 1549 vt refert Papo *lib.23. tit.6. arresto* 1. & Placita Galliæ *tit.*4.

Sed *s* an pro vno furto magno poterit quis suspendi? Respond. Bald. *in d. auth. sed nouo iure, post num.3.* tenuit quod sic. Et dicit Ang *de malefic. in verbo, & vestem calestem, num.13.* quod ita semel practicauit Perusij, dum ibi assidua consuetudine inualuisse in Hispania attestatur Diaz *in pract. crim. canon. cap.84. post num.2.* Sed certe contra Bald. est communis opin. vt dicit Angel. de Vbald. *inter consil. criminalia diuersorum, cons.71 num 21. lib.2.* & Gregor Lopez, quem refert D. Anton. de Padilla *in leg. transigere, post nu.11. C. de transact.* Neque hæc opin. Baldi seruatur *in practica*, vt dicit Aret. *in d. auth. sed nouo iure, nu.4* quem refert Chas. *in loco preall. fol.42. num.15* & Rol. *cons.51. circa fin. lib.1.* Et dicit Caccial. *in d. l. cum seruus ff. de condit.* causa data, quod vidit quendam, qui com miserat furtum mille ducentorum aureorum, qui euasit pœnam mortis & fuit solummodo punitus pro primo furto. 9

t Sed pone; stat statutum, quod pro tertio furto quis suspendatur: modo aliquis commisit duo furta extra territorium, & vnum in territorio; *u* Quæro, nunquid illa duo furta commissa extra territorium sint computanda, ad hoc vt pro isto tertio furto sit suspendendus. Respond. quod sic, & ita iudices feroces faciunt eos suspendi, vt dicit Ioan. And. *in addi. ad Spec. super rub. de furtis.* Ita etiam seruari de consuetudine dicit Angel. *in l. si cui. § fin. num.4. ff. de accus.* quem refert Aug. ad Ang. *de malef. in verbo. Et vestem calestem, post nu.14. & post num.24. & in verbo Existens Florentie post numer.1.* & Nellus *de bannitis, in 2. parte primi temporis, quæst.6.* & Apost. ad Decian. *in l. bona fides, sub num.11. ff. de regul. iur.* Chass. *super consuet. Burgund. fol.41. num.17.* quem refert Didac. *lib.2. resolu. cap.9. post num.7. versic. Idem erit obseruandum.* Et dicit Cæpo. *in d. authen. sed nouo iure, num 89. in fin.* quod hæc est communis opin. moder. Alij vero distinguunt, quod Aut statutum respicit factum, puta, qui fecerit tria furta, moriatur; & tunc secundum delictum aggrauatur à primo; Aut vero respicit pœnam, puta, pro tribus furtis fur moriatur, & tunc non grauat; & hanc opin. dicit esse communem Alciat. *in cap. cum non ab homine, num.35. de iud.* prout illum refert Villalobos *in sua collecta commun. opin. in littera S. numer.*108. 10

qui

qui tamen hoc non dicit, licet ita teneat. Mihi placet prima opin. quam etiam consuetudo approbauit, dummodo fur, de quo agitur, sit subditus ratione originis. vel domicilij illi iudici, in cuius territorio tertium furtum commisit: alias vero illam non seruarem, prout etiam se illam non seruaturum, si esset iudex maleficiorum, dicit Aug. *in d. verbo, Existens:* Sed distinguerem, quod Aut statutum dicit, pro tribus furtis; & tunc non facerem illum suspendi, quia non potest dici commisisse tria furta, ex quo illa duo fuerunt extra territorium commissa, pro quibus non potest hic puniri: Aut vero statutum dicit pro tertio furto; & hoc casu, cum statutum puniat tertium furtum, & istud commissum, in territorio sit proculdubio tertium, transirem cum opin. prædicta, quam vsus recipit, prout ego etiam vidi multoties in practica obseruari. Ceterum si statutum diceret, quod famosus, vel publicus fur suspendatur, vtique illa furta extra territorium commissa aggrauarent ita, vt pro tertio, in territorio commisso, esset suspendendus, & ita tenent communiter Doctor. vt dicit Cæp. *in d. authen. sed nouo iure, num.* 88. Nam ex interpretatione facta à consuetudine ille dicitur fur famosus, quia tria furta commisit, vt dixi supra, *ver. scias tamen.* neque in hoc fit vlla distinctio, an consuetudo furandi sit in vno territorio tantum, an in pluribus. Et ideo stantibus huiusmodi verbis statuti, dicerem illum esse omnino suspendendum: Vide quæ dixi infra *hoc eod libro §. fin. quæst.* 40. *versic. pro complemento.*

11 An autem fur, qui rem furatam in aliud territorium exportauit, possit in eo puniri ratione contrectationis, dixi inf. *hoc eod. lib §. fina. q.* 38. *ver. tu scis, quod furtum.*

12 *x* Quæro etiam stante statuto prædicto, si quis commiserit *y* duo furta, & pro illis fuerat punitus, deinde commiserit tertium furtum, nunquid erit pro hoc tertio suspendendus, non obstante quod pro illis duobus fuerit iam punitus. Respond. quod sic: ita tenuit Vbertus de Bobio: & hanc opin. approbat consuetudo, vt attestatur Apostil. ad Vital. *de malef. in rub. de furtis sub num.* 3. illa enim duo furta non computantur ad ea puniendum, sed ad aggrauandum tertium furtum: & ita in hoc Ducatu seruatur.

13 *z* Sed quid si pro illis duobus primis fuerit absolutus per gratiam Principis, nunquid nihilominus erunt computanda, ad hoc vt pro isto tertio suspendi possit? Respond. quod sic. Et hæc est communis obseruantia, vt attestatur Chass. *super consuetud. Burgund fol* 41. *num.* 23 quem refert Didac. *lib.* 2. *resol. cap.* 10. *numer.* 2. *circa fin.*

14 *a* Vnum tamen nota in hoc proposito, quod ad hoc vt dicantur esse tria furta, debent esse distincta non solum re, sed etiam tempore, & ita tenent * communiter Doctores, vt dicit Cæpol. *in d. authen. sed nouo iure, num.* 105.

15 *b* Est igitur pæna furum, vt furca suspendantur: & ideo non debet eis caput amputari, ex quo hæc pæna proprie est contra eos à consuetudine introducta, & ita concludunt communiter Doctores, vt dicit Chass. *super consue. Bur. fol.* 47. *n.* 3.

16 *c* Pæna autem quadrupli à iure communi imposita pro furto hodie non est in consuetudine: sed pæna corporalis tantum, vt attestatur Cæpol. *in d. authen. sed nouo iure, numer.* 59. Et dato quod adhuc vigeret hæc pæna quadrupli volo, vt scias, quod in *d* foro conscientiæ fur non tenetur ad talem pœnam, sed tantummodo ad restitutionem rei furatæ. Et hæc est commun. sententia, teste Gomes. *in d. §. ex malef. numer.* 14. *Inst. de actio.* quem refert Beninca. *de pauper. fol.* 103. *num.* 9. Faciunt quæ dixi infra *hoc eodem lib. §. fi. q.* 80. *versic. sed hic incidenter.*

e Potest etiam fur deprehensus in flagranti crimine impune occidi, vt dixi infra §. *homicidium, versic. vltim. est.* 17

f Item contra furem iuratur in litem, & est communis opin. vt dicit Paris. *consil.* 109. *numer.* 30. *lib.* 3. quem refert *g* Plotus *in repetit. l. si quando num.* 189. *circa fin. C. vnde vi*, Gratus *consil.* 61. *num.* 16. *lib.* 2. Plot. *in d. l. si quando, num.* 129. Phanucius *de in litem iurando, fol.* 72. *numer.* 63. Et ideo constito de furto, si non appareat de quantitate rerum furatarum, neque ea facile probari possit, statur in hoc iuramento illius, cui furtum est factum. & ita quotidie practicatur, vt dicit Bos. *in tit. de rapinis, num.* 36. Et dicitur in hoc proposito concurrere talis difficultas probationis, vbicunque res furata non extet. Et hæc est commun. opin. vt attestatur Bos. *in loco præall. num.* 37. Sed in hoc proposito videnda sunt quæ dixi infra *lib.* 7. §. *iuramentum.* vbi diffuse tractaui hunc articulum. 18

h Quando autem dicatur constare de furto, dixi inf. *hoc eod. lib §. fin. q.* 4. *&* *q.* 76. *circa princ.* 19

i Excusatur autem fur à pæna pro furto imposita, si probet, quod ille, cui furatus est, erat eius debitor, & quod ab eo creditum suum *k* consequi non poterat: licitum est enim ei, qui non potest à suo debitore pecuniam, vel rem aliquam consequi, æquiualentem rem, seu quantitatem ei surripere. *l* Et hæc est communis opin. vt ait Didac. *lib.* 1 *resol. cap.* 2. *post num.* 15. *versic. Quarto in eodem.* Item *n* excusatur, si probet quod rem ipsam, de cuius furto imputatur, accepit de voluntate domini, cuius erat, ad hoc enim, vt dicatur furtum, requiritur, quod contrectetur res aliena inuito domino. & propterea Iaco. de Aret. tradidit cautelam furi, vt faciat, quod dominus protestetur, quod illam accepit de eius voluntate. Sed certe hæc excusatio in practica parum prodesset: nam illud dictum Iacob. de Arena *de consuetudine* non seruatur, vt dicit Ang. *in l. inter omnes. §. recte. numer.* 5. *ff. de furtis*, quem refert Aug. ad Ang *de malef. in verb. Comparent*, & produxerunt instrumentum pacis, *post numerum* 12. & Anan. *in rubr. de furtis, num* 40. *d* Et contrarium tenuit Bart. *in d §. recte numer.* 1. quod scilicet hæc protestatio domini non excusaret furem, quo minus esset de furto condemnandus: quæ doctrina Bart. est communiter approbata, vt dicit Curt. iun. *in l.* 1. *numer.* 5. *C. de fur.* quem refert D. Ant. de Padilla *in l. transigere, num.* 105. *C. de transact.* illam etiam teneri per omnes attestatur Villapan. *in rep. l.* 22. *cap.* 25. *num.* 5. nisi tamen, vt subiicit Bart. ibi *p* vltra talem protestationem concurrerent etiam aliæ coniecturæ, & verisimilitudines, puta, quia esset eius consanguineus, vel amicus, vel solitus talia donare, vel quod res esset modici valoris, vel huiusmodi: tunc enim posset excusari, & sic videtur dicendum, quod hoc relinquatur arbitrio iudicis; & ita esse communem opin. attestatur Fel. *in c. nulli, num.* 5. *de præsumpt.* quem refert Publ. *super consuet. Alutr.* 26. *colum.* 1. *in fin.* & Bos. *in titul. de fur. post num.* 58. 20 21

q Posset etiam allegare furtum esse domesticum, & ideo non debere puniri, per text. *in l. respiciendum. § furta. ff. de pæn.* Sed certe hæc etiam excusatio parum prodesset: nam hoc de consuetudine non seruatur, nisi in leuibus, & ita fuit laqueo suspensus quidam famulus, cui dominus pecuniam tradiderat, vt alteri mutuaret, & ipse illam in vsus suos conuerterat, pro quo famulo fuerat aduocatus D. Ioan. de Imola, prout ipsemet Imol. recenset *in l. si tibi dederim, ff. de don. & in l. Cassius. ff. de solutio.* quem refert Igneus *in l.* 1. *in princ. num.* 91. *& sequen. ff. ad Sylla.* subdens quod ita etiam Rothomagi 22

vt pluries iudicatum;hoc idem recenset Ias. *in l. eius qui* §. *quas vero*, *num.*7.*ff. si cert. pet.* Idem etiam seruatum fuit in quadam ancilla, quæ furata fuerat domino suo certam quantitatem auri, & argenti,& fuit laqueo suspensa,vt refert Chass. super consue. Burg. *fol.*48. *numer.* 37. & de alia ancilla idem seruatum fuisse in ciuitate Neapolis attestatur Affl. *super* 1.*p. constitutionum regni rub.*63.*num.*11. & Boet. *decis.*316.*post num.*7. refert, quod quidam famulus pro furto fuit transmissus ad triremes perpetuo, refert etiam Papo *lib.*13.*tit.*5. *arresto* 2. quod quidam mulaterius, qui domino suo furatus fuerat notabilem quantitatem pecuniarum, fuit laqueo suspensus. Tales enim fures non modo sunt corporaliter citra mortem puniendi, vt pluries vidi seruati in hoc ducatu, sed debent furcis suspendi tanquam grassatores, seu famosi fures, vt dicunt præallegati Doctores & in aliis prouinciis seruatum fuisse attestantur. Quin imo etiam furta domestica vidi ego aliquando puniri, quando sunt multiplicata, vt in quodam Ioan. Iacobo Cremonen. 7. Nouembris, 1558. P.N.

23 Pariter *r* etiam posset fur allegare rem furatam esse modici valoris: *s* nam de re minima non videtur curandum, vt est text. *in l. scio. ff. de in integr. rest.* & est communis regula, vt dicit Gomes. *in* §. *pœnales, post num.* 4. *Institut. de actio.* Sed certe hæc etiam defensio esset multum periculosa: nam *t* actio furti datur etiam de re minima, puta pro gallina, vel pro ansere, imo etiam pro ouo, vt dicit gloss. *in* §. *Gallinarum, in verbo, qui lucrandi animo. Institut. de rerum diuis.* quam sequuntur omnes, vt dicit Tiraq. *in tract. de iud. in reb. mini. exig. fol.*50. *colum.*2. *vers.*10. & hæc opin. est frequentissimo omnium calculo recepta, vt ait Didac. *lib.*11. *resolutionum, cap.*3. *num.*12. licet dicat sibi nunquam hoc placuisse; ita tamen seruatur in practica, licet soleat aliquando propter rei modicitatem pœna mitigari. Faciunt, quæ dixi inf. *hoc eod. lib.* §. *iniuria, versicul. Item condemnatus.*

24 Quandoque *t* etiam excusatur quis à pœna furti propter necessitatem, nam tempore extremæ necessitatis licitum est furari: & est communis opinio, vt dicit Marian. *in c. si quis propter, post num.* 13. *de furtis*, Cagn. *in l. quæ propter necessitatem, num.*3. *ff. de reg. iur.* quem refert Benincas. *de pauper. fol.*105.*n.*21.

25 Sed vidi dubitari, nunquid iste, qui tempore necessitatis aliquid furatus est, teneatur, si postea ad pinguiorem fortunam peruenerit, illud restituere? Aliqui dicunt, quod sic: & dicit Marian. *in d. cap. si quis propter in vltimis verbis*, quod ita tenent communiter Doctor. Hanc etiam opin. communem appellat Benincas. *in loco præalleg. num.*37. Multi vero contrarium tenuerunt, & hanc dicit esse communem opinionem. Summa Syluestr. §. *furtum, quæst.*5. quem refert Didac. *in repet. capit. peccatum, fol.*70. *de reg. iur. in* 6. Prima opin tutior est, in foro contentioso non recederem à secunda opinione. Cum enim factum fuerit iure permittente, non est vlterius de restitutione tractandum.

26 Sed *u* hic incidenter quæro, nunquid emens rem furtiuam, teneatur ad eius restitutionem. Respond. quod sic, etiam nullo reddito pretio, vt est text. *in l. incivilem C. de furt. x* Et reperio quod Natta. *consil.* 436. in facti contingentia consuluit, quod etiam si tempore, quo eam emit, protestatus fuerit se illam emere, vt eam restitueret domino suo accepto pretio, tenetur nihilominus absque pretio illam restituere, quod ego pro nunc non affirmo. *y* Scias tamen, quod si illam acquisiuit bona fide, tenetur ipsam restituere, si extat; si vero bona fide consumpta est, tenetur solum quatenus est factus locupletior. Et hanc conclusionem dicit esse frequentissimo Theologorum, & Canon. consensu probatam Didac. in repet. dict. cap. peccatum, *z* fol. 303.

Pro *a* complemento huius materiæ, quæro quid 27
iuris, quando *b* in caupona, aut naui furtum commissum fuisse dicitur, de quo est *titul. in* §. *furti. aduersus nau. caupo. stabul.* Et quotidie contingit, quod hospites *c* consignant eorum valisias cauponibus. Dubitatur itaque, quid agendum, si reddatur valisia aperta, vel desigillata. Et in hoc articulo variæ fuerunt opin. inter Scribentes. Nam aliqui dicunt, quod non creditur iuramento hospitis dicentis, quod aliquæ res quæ erant in valisia, fuerint sibi furto subtractæ, sed debet Prætor torquere familiares, vel domesticos domus & alios, qui erant in domo. Et hæc fuit opinio Bart. *in l.* 1. §. *fin. num.*5. *ff. si famil. fur. fec.* dicatur, vbi subdit, quod cum Pisis ei occurrisset, ita de facto obseruauit. Et dixit Alexand. ibi *in Apost.* hoc esse notandum: & quod quotidie ita seruatur. Alij vero dicunt, quod imo statur iuramento ipsius hospitis. Et hanc opin. dicit esse communem Ias. *in l. in actionibus, num.* 41. *ff. de in litem iuran.* quem refert Paris. *consil.*41. *num.*11. *& sequ. lib.*1. & Diaz, *reg.*286. & Phanucius *de in litem iurando, fol.* 70. *numer.*61. Mihi placet opin. contra caupones, vt scilicet stetur iuramento hospitis. nam (vt experientia docet) huiusmodi genus hominum est furacissimum: ideo ad reprimendam eorum improbitatem, puto, quod in practica bonum sit seruare hanc opin. quæ etiam est magis communis. Et scias quod hoc casu ad hoc, vt sit locus iuramento, non est necesse, quod hospes aperuerit valisiam cauponi, ita quod caupo sciret, quæ res essent in valisia, quicquid dixerit gloss. *in l.* 1. §. *fin. in verbo, in naui. ff. nautæ, caup. stabul.* nam illa gloss. communiter reprobatur, vt dicit Iason *in loco præalleg. num.*43.

Non *d* attingam hoc loco materiam tituli, si fami- 28
lia furtum fecisse dicatur, quia ille titulus, dum disponit, quod si plures serui furtum committant, dominus soluendo pœnam pro vno liberatur pro omnibus, & omnes etiam serui liberantur, non habet locum si criminaliter agatur. Et hæc est communis opinio, vt attestatur Rimin. *in l. si familia, num.*6. *ff. de iurisd. omn. iudic.* Boss. *in titulo, si familia fur. fecisse dicatur, num* 2. præsertim si imponenda esset pœna corporalis. Et hoc tenent omnes communiter, vt dicit Angel. *in rub. ff. si famil. fur. fecis. dicatur, num.* 1. Vide quæ dixi infra *lib. proximo.*

ADDITIONES.

Ad §. Furtum.

FVrtum.] Hic nota, quod furum alij sint improbi, alij impro- a
biores, alij plusquam improbissimi: de omnibus vide per Iacob. de Sanct. Georg. *in l. sed nouo, C. de ser. fugit.* Item † scias, 1
quod furtum committitur etiam in re communi. *l. res communis. l. merito ff. pro soc. & l. si socius. ff. de fur.* Quapropter Crauet. *in consil.*176. consuluit, ne præsumatur socius voluisse delinquere, negotiasse cum pecunia communi, communi nomine. Vide plene per eum ibi. *Giach.*

Furtum.] Vigel. *M.*1. *R. lib.*5. *cap.*10. *reg.*11. *vsque* 28. Farin. *consil.*96. *num.*41. *& decis.*101. *nu.*7. Plura per Bonacos. *in quæst. crimin. verb. Furtum*, vbi, quid in eo, qui pecuniam alicui deferendam accepit, & in vsus suos conuertit tex. *in l. si is cui, C. de fur.* Ias. *in l. eum, qui* §. *quas vero num.*7. *ff. si cert. pet.* Crauet. *cons.* 244. *col. fin.* & Foller. *in fragment. de furt.* post Castr. *cons* 141. *lib.* 1. *n.*4. & Alciat. *cons.*153. *lib.*5. vbi etiam de pecunia consignata alicui furto subtracta. *Ros.*

Furtum.] Adde, † quod furtum de iure canonico large su- 2
mitur pro omni vsurpatione 14. *quæst.*5. *c. dixit dominus* §. 1. & Zanet. *in tract. de different. vtriusque Iuris num. cap.*61. quod tamen procedit, quoad Deum, non autem quoad homines, & ideo †

3 co † in foro poli absque contrectatione rei alienæ, sola voluntate furtum committitur, & etiam in re propria, quando creditur aliena, secus in foro fori, cum non possit dici furtum, si non adest rei alienæ contrectatio: ita declarat Summa Sylvestr. *in tit. de furto, in princ.*

4 Item † adde, quod furtum committitur etiam in re communi, *l. rei communis. l. merito, ff. pro socio, & l. si socius, ff. de furt.* & si socius negotiauerit pecuniam communem, negotiasse præsumitur iure communi, & non iure proprio, ne furtum commisisse dicatur, ita Crau. *in cons.* 286.

5 Item † adde, si famulus, vel nuntius, cui per dominum tradita fuit pecunia, vt illam Titio deferret, & illam non dedit, an furtum committat, vide per Crau. *in cons.* 244. *col. fin.* & per Foll. *in fragmen not.* 127.

6 Item † adde, quod famulus, qui aufugit à domino, præsumptionem habet contra se, quod res amissas subtraxerit; & quomodo hoc procedat, & quando aufugisse dicatur, vide Natt. *in cons.* 407. & Mascard *de probat. concl.* 822. vbi latissime.

7 Item † adde, quod furtum committitur cum rei amotione, & contrectatione; & ideo statutum de furto dato non habet locum in damno dato, & è contra statutum de damno dato non habet locum in furto, quia damnum datum est cum rei correptione, vt per Decian. *in cons.* 81. Grat. *in cons.* 154. *volum.* 2. Bald. Alexand. & Ias. *in l.* 1. *§. fi ff. si quis in ius vocatus non obtemp.* & Plot. *in l. si quando, C. vnde vi.* §. 2. *n.* 43.

8 Item † adde, quod furtum, & rapina non committitur ab eo, qui per vim compulsiuam, metumve iustum etiam mortis aliquid ab aliquo consequitur, Bero. *cons.* 195.

9 Item † adde, quod scienter vendens rem alienam, tum demũ furtum committit, & de furto puniendus est, si rem ipsam tradat, vt voluit gloss. *in l. item si res, in l. princip. in gloss. magna circa medium,* & ibi Bart. *ff. de alien. iud. mut. c.* gloss. & Doct. *in l. si seruum vestrum, C. de furt.* & requiritur vera, & realis traditio; nec sufficeret constitutum, aut precarium, Franc. Aret. *in l.* 3. *§ si rem apud te, ff. de acquiren. poss.* & Tiraq. *de constit. par.* 3. *limit.* 26. *num* 3. contrarium autem, quod sufficiat constitutum, tenuit Salic. *in d. l. si seruum vestrum*, quem sequitur Ias. *in d. l.* 3. *§. si rẽ, versic. Sed adde ad istam regulam,* Tiraq. vbi supra *nu.* 7. qui hoc indecisum relinquit.

10 Item † adde, quod exigens tributum, siue gabellam præter debitum scienter furtum committit; si ignoranter, tenetur ad duplum, & si ob id mercatores recusant transire per illud territorium, tenetur ad interesse Communitati illius territorij, Franc. Marc. 421 *par.* 2.

11 Item † adde, quod fur debet puniri, si apparet de furto, licet Iudici sit incognita persona, cui factum est furtum: ita tradit Alexand *cons.* 22. *vol.* 6 Baiard.

12 b *Furtorum autem duo sunt genera.*] Adde, † quod adhuc, vt furtum dicatur manifestum, attenditur principium: est text *in l. si quis in seruitute, ff. de furtu.* Et habetur per Alciat. *de præsumpt. regul.* 2 *præsumpt.* 32. *nu.* 3. & Menoch. *de præsumpt lib.* 6. *quæst.* 17. *num* 5. & ideo fur non manifestus si peruenerit ad locum destinatum, est fur non manifestus: & tamen, si postea, mutato proposito, exportet ad alium locum, & in itinere deprehendatur cum furto, non propterea efficitur fur manifestus, vt per Ioan. de Lignano *in cons.* 10. *num.* 9. *vol.* 1. *inter consilia crimin. diuers.* Baiard.

c *Fur manifestus.*] Hic scias, quod fur manifestus plus puniatur, quã raptor, & raptor mitius, quàm fur manifestus, quare de vtroque vide per Ang. Aret. *in §.* 1. *colum final. institut. vi bonorum raptorum, & in §. ex maleficiis, num.* 4. *instit de actio.* Item scias, quod falsus procurator recipiens pecuniam Domino debitam committit furtum, & quod tenetur restituere rem, & vltra potest conueniri actione furti non manifesti ad duplum, ita notat Iac. de S. Georg. *in l. fi. n.* 6. *C. eod.* Giach.

d *Quæro nunquid liceat Domino rei.*] Modum inueniendi furtum, & furem, quando suspicor, quod res subtracta sit in domo alicuius, Vide etiam repert. Hippol. *in l.* 1. *ff. de quæst numer.* 25. Animal inuentum in meo prato an possim retinere impune, donec mihi sit satisfactum de damno, vi. per Iacob. *in l.* 2. *C. de seruit. fug. num fin.* & per Aretin. *in §. primo num.* 11. *Institut. si quand. paup. fecisse dica.* Item scias, quod negans depositum animo occultandi, & lucrandi, furtum committit, per negationem etenim depositi iuncta retentione, aut contractione illius, non est dubium furtum committi, per Crau. eius *con.* 187. *colum.* 2. Et quouis modo quis condemnetur de furto, est infamis: vi. per practic. Papien. *titul. inquisitio. gloss. Furto, numer.* 4. *& ibi in addit.*

Item in concedenda perquisitione vi. per Iacob. de S. Georg. *in l* 2. *C. de seru fug* Giach.

Quæro nunquid.] Vicini facile torquentur. Vulpell. *consil.* 65. vide tamen eum *cons.* 149. *num.* 3. & quod quis teneatur actione iniuriarum, vide Milleum, vt infra. *Ros.*

Quæro nunquid liceat.] Adde † de perquisitione concedenda, vt per Iacob. de S. Georg. *in l.* 2. *C. de seru fug.* 13

Item † adde, quod vicini, & conuersantes præsumuntur fecisse furtum, si sint malæ famæ, Bart. *in l. fin. ff. de quæst.* & Gloss. *de exhibitio. reor. in princip.* dicit, quod furtum potius præsumitur factum à familiaribus, quam ab extraneis, si sunt malæ famæ, & contra quos possit præsumi de furto, vide Mascard. *de probat. conclus.* 831. *vol.* 2. 14

Item † adde, quod furta non sunt inuestiganda per auguria, vel alia magica documenta, 26. *quæst.* 2. *cap. illud,* & per ea inquirere est idololatria, *d. quæst.* 2. *cap.* sed, & illud, sicut nec per Phialam, nec aliam superstitionem, vt dicit Barbar. *in consil* 55. *volum.* 1. & de hac superstitione Phialæ latissime habetur per Martin. de Arles *in tractat. de superstitio. lit. l. sub num.* 98. *in prin. & seq. fol.* 171. *tom.* 1. *tract.* nec perquirendum est cum sedario, vt per Stephan in sua Nigromantia, *in dialogo* 58. Baiard. 15

e *Respondeo, quod sic.*] Infr in § *fin. quæst.* 27. *versic. sed pone, & vers. sed quæro nunquid in fin.* Drogh.

f *Solet etiam.*] Adde, † quæ posui infra *ad quæst.* 27. *in vers. sed quæro.* Baiard. 16

h *Ex hoc tamen non oritur.*] Infra *d. quæst.* 27. & ideo periculosum est emere rem furatam cum illa protestatione, de qua per Alexand. *tract de præsumpt. regul.* 1 *præsumpt.* 29. *numer.* 3. & de qua infra *hoc eodem §. vers. sed hic incidenter quæro;* Nam stante statuto, quod eadem pœna puniatur receptator, sicut fur, vt est statutum nostrum Pallauicinum in criminalibus *rub.* 25. *titul de furtu,* & habetur inf. *q.* 90. *vers. fin.* si appareat rem emptã fuisse furatam, non caret suspicione, quod res cum tali protestatione empta dicatur scienter empta; & ideo cauendum est; vide tamen quæ dixi *ad d quæst.* 90 *ver fin.* Et est tamen de iure verum, quod si quis rem, quam furto subtraxit deponat, vel commodet, depositarius, vel commodatarius, eam sibi reddere tenetur, Alex nd. *cons.* 104. *n.* 7. *vol.* 4. Drogh.

g *Sed nunquid*] Vulpel. *d cons.* 149. *in princ.* Ros.

Sed nunquid ille, &c] Adde, † quod ille, penes quem reperitur res fur ta, tenetur eam exhibere, & facta exhibitione, debet deponi penes tertium, lite pendente, non obstante oblatione fideiussionis de ea restituenda in fine litis, Iustinian. Bonderi *in cons.* 104. *tom.* 2 *cons crim diuers mag. impress* & an † si res furtiua fuerit in domo alicuius reperta, dominus illius domus dicatur in culpa, & conscius furti, an quod ibi reperta sit, credatur vnico testi; & an dominus possit poni ad torturam, & condemnari, & † an Aduocatus consulens furem secreto, & retinens rem furatam, penes se depositam, teneatur saltem ad propalandum furtum, vel reum, vide Decian. vbi latissime *in consil.* 9: *per totum vol.* 2. & † ad istam quæstionem, an furtum præsumatur commissum ab illo, penes quem res furata inuenta fuerit, & an teneatur docere, à quo rem habuerit, vide etiam Mascard. *de probat. conclus.* 833. *volum.* 2. & Menoch. *de præsumpt. lib.* 9. *præsump.* 29. Baiard. 17 18 19 20

i *Quæro, an furtum dicatur graue.*] Adde, † quod furtum est delictum atrox, quando pœna furcarum imponitur, Gram. *in decis.* 38 *num.* 12. & etiam dicitur atrox, & enorme, quando fit cum fractura ostij, capsæ, vel ferræ; & † tunc comprehenditur sub statuto loquente de robaria. ita tradit Bero. *in cons.* 214. *n.* 2. *vol.* 3. & quando † furtum dicatur egregium, vel enorme, remittitur arbitrio Iudicis, Cassan. *in consuet. Burgund.* §. 5. *f* 165. *vers. quando autem.* 21 22 23

Item † adde, quod furtum dicitur enorme, etsi esset modicum, quando ex eo tumultu, & publicæ quietis perturbatio sequeretur Ias. *in l seruum num.* 4. *ff. de cond. ob causam*, quem sequitur Boss *in tit. de furt n.* 60. Baiard. 24

k *Sed quæro quæ sit pœna furti.*] Adde quibus pœnis afficiantur. Quid olim apud Græcos, Ægyptios, Germanos, & Romanos obseruatum fuerit, & quid de latrone famoso, vi. per Iac. Menoch. *de arbitr iud lib* 2. *contur.* 3. *cas.* 295. Item furis Balneatis pœna, nec non & nocturni, per eundem *cas.* 296. Item pœna subtrahentis rem naufragio facto, per eundem *casu* 297. Item furti quando teneatur commodatarius, qui ad alium vsum, quam concessum fuit re commodata vsus est, per eundem *cas.* 298. Item expilatores, effractores & directarij qui; & de eorum pœnis per eundem *casu* 299. Item pæna expilatæ hæreditatis quæ, & aduersus quos, vi. per eundem *casu* 300. *Giach.*

k *Sed quæro quæ sit pœna furti.*] Adde † videndum Menoch. *de arbitr. Iud. cas* 295. vbi late de pœnis furti, & quomodo olim puniebantur fures apud Græcos, Ægyptios, Germanos, & Romanos. *Baiard.* 25

l *Quinque solidorum.*] Quid de vna gallina. Afflict. *lib.* 1. *Constit. Regni de malef. clandest. rub.* 26. *n* 38. Ros.

m *Quinimo dicit Paris.*] Adde, † quod non est tam admirandum de dicta lege Federici Imperatoris, quæ non fuit imposita solum pro furto, sed concurrente violatione pacis; quia in Regno Neapolitano adest cap. incip. ad hoc, in ordine, ex quo 26

disponitur, vt furtum committens vltra vnciam, quæ est sex scutorum, vel tria minima furta, pœna mortis puniri debeat, super quo capitulo latissime scripsit Io. Ant. de Nigris, & ibi *num.* 28. dicit, quod lex Regni licet nimis dura, est tamen seruanda. *Baiard.*

n *Nunquam fuit vsu recepta.*] Et quod de generali consuetudine non seruetur, dixit Flor. etiam *in l. si seruus, in princip. ff. ad l. Aquil. fol.* 27. vt retulit Iac. de Nouel *pract. & theor. cas. crim. ch.* 208. *n. fi.* Scias tamen quod solidus *in d. §. si quis* & aureus in iure pro eodem accipiuntur, vt docet Crauet. *in cons.* 314. *in fin.* vnde intelligitur per illic allegata, si quis quinque solidos, id est aureos quinque furto subtraxerit laqueo suspendatur. *Giach.*

27 o *Scias tamen, quod hac conclusio.*] Adde, † quod confitens se esse famosum furem, vel publicum, talis confessio sibi non præiudicat, quia in iure consist. t quando quis dicatur fur publicus, & famosus, vel latro, sed solum præiudicat confessio, quando fatetur factum; puta feci tale, & tale furtum, vel latrocinium Ang. *cons.* 401. & Crauet. *cons.* 262. Baiard.

p *In furibus famosis.*] Aduerte, quod assessores non debent pati aliquem aduocare pro insignibus furibus, & latronibus, quorum periculi sui nescia feruet infamia, vt inquit Baldus *Authen. sed nouo iure n.* 11. *& in authen. habita. C. ne filius pro pat.* qui autem dicantur famosi, & insignes latrones, & qualiter puniri debeant: item qualiter intelligatur, quod in his liceat iura transgredi: Item qualiter contra eos procedatur, ac seruari debeat iuris ordo, & vbi puniendi sunt, & qualiter, & an dictū eorum faciat iudiciū contra consocios, & an possint renunciare defensionibus suis, & ex fama sola existente; quod sit famosus latro, quis puniatur tanquam famosus latro, vide remissiue plene per pract. Carer. *pag.* 57. *col.* 1. Giach.

q *Et ideo generali.*] De vnico furto vid. *l.* 14. *comm. opin. verb. pœna primi furti, fol.* 271. & de vnico, & tribus, Vulpel. *cons.* 16. & de duobus Afflict. *litt. rubr.* 16. *sub n.* 38. Ros.

28 q *Et ideo de generali.*] Adde, † quod idem tenet Gomes. de delict. cap. 5. num. 6. quod pro tertio furto de generali consuetudine imponitur pœna mortis & Vulpell *in consil.* 16 *n.* 3. Couar. *resolut. lib.* 2. *c.* 9. *nu.* 7. & Mascard. *de probat. concl.* 838 *num.* 6. *vol.* 2.

29 Item † adde, quod si quis confessus fuerit duo furta de quibus constabat, & plura alia minima, de quibus non constabat, nesciens nomina eorum, quibus subtraxerat, poterit puniri ad pœnam furcarum, vt per Gram. *in decis.* 48 *per totam.*

30 Item † adde, quod pro pluribus minimis furtis quis est puniendus, Gram. *vot.* 9. *num.* 5. *& vot.* 17. *num.* 5. *& ibi num.* 23. inquit, quod cum dicitur sæpissime, id ter agisse est, & Menoch. *de arbitr. Iud. cas.* 295. *num.* 17. dicit, quod ille, qui committit tria furta, etiam leuia, pœna mortis puniri debet, & de communi attestatur. *Baiard.*

31 r *Ego puto in hoc.*] Adde, † quod statutum de furto non comprehendit crimen expilatæ hæreditatis, late per Menoch. *in casu* 300 & ideo non poterit puniri pœna furti, sed Boss. *in titul. de furt. num.* 23. dicit, quod nunquam super hoc, quando erat aduocatus, fuit auditus licet allegaret diuersitatem terminorum, quia iudices non curant huiusmodi subtilitates, postquam maius est delictum, sicut etiam esset, si tractaretur, an rapina comprehendatur in statuto de furto loquente, & ibi, *sub num.* 21. dicit, quod crimen expilatæ hæreditatis dicit furtum largo modo, eo quod appellatur furtum magis improbum, ad differentiam furti simplicis, & rapina improbissimum idem tenuit Cassan. super consuet. Burg. *in §* 5 *fol.* 151. *versic. Nunquid*; vbi dicit, quod nedum crimen expilatæ hæreditatis comprehenditur sub statuto furti, sed etiam sub consuetudine, & hoc etiam tenet Bald *in l. de his, C. de furt.* Sed super ista quæstione vide Io. Ant. de Nigr. *in c. incip.* Ad hoc *sub rubr. de furtis, nu.* 144. vbi latissime eam examinauit, & tenet quod expilatores extraordinarie puniantur: sed opin. Boss. & Cassanei mihi placet.

32 Item † adde, quod fur relaxari non debet, nisi furto restituto, vel facta solutione, etiam quod ciuiliter actum non fuerit ad furti restitutionem quod procedit etiam, si Iudex per inquisi-
33 tionem procederet: alias si Iudex † per negligentiam non fecerit restituere furtum parti, ipse tenebitur insolidum, Bald. *in l. quod euitandi, in fine, C. de cond. ob turp. causam, & cons* 397. *vol.* 2. Cap Tholos. & ibi adden *in decis.* 22. Boss. *in titu. de furt. n.* 49.
34 & Crauet *consil.* 53. *num.* 3. vbi dicit, hoc etiam † habere locum in diffamatione indebita, cum diffamatores dicantur fures honoris, & bonæ famæ; & quod ideo manus Curiæ euadere non debent ante factam restitutionem honoris, & famæ per emen-
35 dam honorabilem, & æstimationem iniuriæ. Et † debet condemnari ad restitutionem rei, etiam quod nihil petitum fuerit per partem, vel aliter petitum. quam deceat, Cassan *in cons* 40. *num.* 2. *in fine* & super consuet. Burgun *fol.* 163. *num.* 2. Gulielt. de Benedict. *in c. Raynutius, in versic. si absque liberis, li* 2. *num.* 39.
36 *de testam.* similiter † non condemnari debet ad restitutionem rei furatæ, in eodem iudicio, instantia, & sententia, etiam quod condemnaretur ad mortem: alias Iudex teneretur de suo, vt per Viui *opin.* 447. *n.* 3. *volum.* 1. * & quid si fur nihil haberet in bonis: hunc casum ponit Paris. *de synd. in ver. condemnatio in versic. sequitur in fine*, & relinquit cogitandum: vide etiam Io. Anton. de Nigr. *in cap.* 216. *n* 18. *circa fin.* & bona † furis sunt tacite hypothecata pro restitutione secundum Bald. & Salyc. *in l. furti, C. de furt.* & Negusant. de pignor. *par.* 2. *membro* 4. *versic. nouus, num.* 124. vbi dicit, quod non tantum contra hæredes delinquentis, sed etiam aduersus quemcunque alium possessorem bona huiusmodi possunt ab eo, qui damnum passus est, peti vigore tacitæ hypothecæ, & hoc saltem ex æquitate iuris canonici & de communi attestatur, sed D. Camillus Plautius in quodam suo responso potius subtili, quam vero contra prædictos tenuit, videlicet, quod bona furis non sunt tacite hypothecata. 37

Item † adde, si statutum respiceret valorem rei, valor debet probari communi æstimatione, Ioan. Anton. de Nigris *in cap. ad hoc, n.* 49. *in rubr. de furt.* 38

Item † adde, si statutum disponeret, quod furtum committens valoris decem scutorum suspendatur, & duo, vel plures 39 furto subtraherent dictam quantitatem, & eam diuiderent, omnes deberent suspendi, etiam quod pars cuiuslibet eorum non ascenderet ad summam contentam in Statuto, quia omnes tenentur insolidum, ita tenet Ioan. Ant. de Isern *in titul. de pace tenen. §. si quis quinque solidos, col. fin. vbi allegat. tex. in l.* 1. *C. de cond. furti*, quem refert, & sequitur Io. Ant. de Nigr. *in cap.* 10. *incip. ad hoc, n.* 60 *sub rubr. de furt.*

Item † adde, quod si statutum disponit, quod furans valorem vnius scuti infra fustigetur, si res tantum valet, & non plus, nec 40 minus, perinde est, ac si esset infra vnum aureum, Io. Ant de Nig. *in d. c.* 10. *incip ad hoc, n.* 7. *sub rubr. de furt.*

Item † adde, quod punitur pœna furti capiens bona proiecta 41 in mari tempore tempestatis, siue illa bona capiat in mari, siue in littore fluctibus expulsa; & idem est de capiente bona cadentia à rheda siue curru, *Instit. de rer. diuis. in fin.* & Menoch. *de arbitr. Iud. cas.* 297.

Item † adde, si aliquis inimicitiæ, vel iniuriæ causa ianuam 42 alicuius effregerit, siue aperuerit, & alius, fracta ianua furtum fecerit in illa domo, frangens, siue aperiens ianuam tenetur de furto, si comprehendebat, furtum ibi esse committendum, secus, si ignorabat furtum committendum, Bart. *in l in furti, § pe in pr. ff de furt.* & Alex *in cons.* 103. *videtur col.* 5. *vol* 1. Baiard.

s *Sed an pro vno furto.*] An autem de iure communi quis puniatur ad furcam tam pro vno magno furto, prout de tribus paruis, dic quod non, consideratur enim tunc magis malus vsus, quam rei valor, vt hic, & contra Bald. *in d. auth. sed nouo iure, tenuit glos. super consuetudine Turon titu. des crimes, art.* 6. Alexan. de I nol. *inter consilia crim. diuers. consil.* 71. *n* 21. *volum.* 2. aggrauat enim delictum mala consuetudo, vt per Dec. *in l. bona fides n.* 7. *cum seq. ff. de reg. iur.* qui recte loquitur, dixi infra *in §. homicidium, vers sed quæritur*, Drogh.

s *Sed an pro vno furto.*] Adde, † quod immo opin. Bald. est 43 magis communis secundum Menoch. *de arbitrar. Iud. cas.* 295. *num.* 9. & hanc opinionem tenuit Ludouicus à Peguerra *in suis q. crim. c.* 27. *num.* 6. etiam quod statutum tria furta requireret. Et ad hoc vt dicatur furtum magnum, vel egregium, quæ requirantur, vide *decis. Delphin.* 6. *nu* 4. vbi ponit de quodam magno furto facto de nocte cum gladio, & per fenestram; quæ aggrauant, sed non concludit, an esset pœna mortis puniendus; & ibi *num.* 8. *&* 9. dicit etiam, quod quando quis se abscondit in domo, vel facit fracturam, quod furtum aggrauat. Et † quando dubitatur an sit magnum furtum, relinquitur arbitrio iudicis, 44 Menoch. *de arbitr. iud. dict. cas* 295. *n* 10.

Item † adde, quod in multis casibus pro vno furto tantum imponitur pœna mortis, quos enumerauit Gomes. *de delict. cap.* 45 5. *num.* 10. & ibi *num.* 7. tenuit, quod pro vno furto, quantumcunque magno non potest imponi pœna mortis, nisi in casibus per eum expressis Et † quod fur nocturnus, qui cum armis ag- 46 greditur, pro vnico furto furca suspendi debeat, tenuit Cassan. *in consuet. Burg. fol.* 164 *nu.* 8. & † quando dicatur vnicum furtum, vide eundem *in §.* 5 *fol.* 157. *n.* 10. *cum seq.* 47

Item † adde, quod statutum puniens præstantem opem, sicut furem, non habet locum in receptatore rei furtiuæ, Rimin. iun. 48 *in cons. crim. diuers. parua Impr. ff.*

Item † adde, si quis fuerit inquisitus, quod in tasca furatus 49 fuerit mille, & vltra, & condemnatus fuerit ad aliquam pœnam & ad restitutionem mille, & vltra, & postea repertum fuerit, quod in tasca erant duo mille, non poterit amplius puniri, nec pars vigore dictæ sententiæ poterit petere nisi mille: sed poterit agere ciuiliter ad alia mille, ita tradit Paul. de Castr. *in cons.* 18. *non video, vol.* 1. Baiard.

t *Sed pone stat Statutum.*] Pro intelligentia talis statuti, vide Alexan. *consil.* 110. *volum.* 4. qui melius loquitur. Adde Menoch. *tract.*

tract. de arbitrar. iud. casu 295. *num.* 18. *lib.* 2. *cent.* 3 *infra quaest.* 32. *ver sed pone, tu scis, & quid in duobus homicidiis?* Dec *in l. Bona fides num.* 8 *ff de reg. iur.* sed vtrum stante tali statuto necesse sit, quod fur condemnatus fuerit pro prioribus furtis? Quod sic,

50 Boer. *decis.* 219. *nu.* 2. *ad med.* An autem † pro primo furto comparere possit per procuratorem? Quod sic, Menoch. *de arbit. iud. lib.* 1. *q.* 80. *num.* 116. Plot. *in l. si quando,* §. 43. *num.* 6. *C. vnde vi.* Drogh.

51 *Sed pone stat statutum, quod pro tertio.*] Adde, † an tale statutum comprehendat mulieres, vt per Caepol. *in cons* 36. vbi tenet, quod non comprehendat. Sed Bald. *in cons.* 247. *vol.* 5. tenet, quod sic, quem sequitur Cassan *super consuet. Burg. fol.* 155 *n.* 1. vbi late hanc quaestionem examinauit.

52 Item † adde, quod quando reus confitetur alia duo furta, alibi commissa, Iudex loci, vbi tertium furtum commissum est, debet mittere litteras requisitorias ad alia loca, vbi priora delicta sunt commissa ad ea verificanda; nec † sufficeret, quod reus

53 reperiretur sine auriculis, quia de illis furtis fuisset punitus, ita tradit Gomes. *in cap.* 5. *n.* 14 *de delictis.*

54 Item † adde quod statutum Parmae, cuius verba sunt haec videlicet; Pro quarto vero furto, cuiuscunque sit quantitatis, vel aestimationis suspendatur per gulam, dum tamen furta praecedentia inter omnia fuerint valoris librarum 25. Imperialium, & ab inde supra, si vero fuerit minoris valoris librarum 25. Imperialium, minus puniatur ad arbitrium Iudicis, vel Potestatis, &c. non intelligitur comprehendere, quartum furtum, sed requiritur ad hoc, vt quis possit suspendi pro furto, quod tria praecedentia furta, inuicem cumulata, ad summam librarum 25. Imperialium ascendant sine quarto, licet adsint illa verba, inter omnia: ita declarat Alexan. *in cons.* 110 *per totum vol.* 4.

55 Item † adde, quod statutum disponens, quod fur tertio moriatur, non habet locum in contrectante rem vnam per diuersas iurisdictiones, secundum Ang. Fulg & Salyc. *in authen. sed nouo iure, C de ser. fugit.* & Bald. *in c. Ecclesia Sutrina de causa possess. & proprietat.*

56 Item † adde, quod Iudex tertij furti poterit punire ad poenam furcarum, si alia duo prius extra territorium commissa fuerũt; non autem si esset iudex primi, vel secundi furti, & quod alia alibi commissa fuissent, quia furta sequentia non aggrauant praecedentia: sed praeceden ia aggrauant sequentia, eo maxime, si de

57 aliis alibi commissis poena soluta fuisset; & quia † Iudex originis non potest punire furtum extra territorium suum commissum, ita declarat, & restringit hanc communem opinionem per D. Clarum hic firmatã Ang. *inter consil. Bald. in consil.* 348. *volu.* 3. quem sequitur Gomes. *in titul. de delict. cap.* 5 *num.* 9. & idem tenuit Bertaz *in consil.* 39 *num.* 21. *volum.* 1. quae restrictio, seu declaratio mihi videtur, quod non sit vera, nec aliquo modo sustineri possit; aut enim procedet iudex originis, seu domicilij, & tunc poterit punire ratione iurisdictionis suae omnia furta alibi commissa, iuxta formam statuti, vt infra latiss. per D. Clar. *in quaest.* 39. *ver. sed quaero*; aut proceditur à Iudice delicti, vbi commissum fuerit primum, vel secundum furtum, & poterit similiter punire de aliis alibi commissis, iuxta formam statuti, nam de eo, de quo principaliter non potest cognosci, cognoscitur per consequentiam, seu concomitantiam, etiam si de aliis, extra territorium factis poena soluta fuisset, ita tradit Bald. *in authen sed nouo iure, num* 4. *C. de furt.* & Gand. *de malefic. in rubric. de furti. & latron sub num.* 5. dicens, quod saepe contingit, quod quis non habet directo, habet per consequentiam, argum. *l. quoties. C. de iud.* ibi tamen subdit, quod iudex puniat de commissis in sua iurisdictione, & de aliis fiat remissio, sed de consuetudine, remissiones non fiunt, ergo ibi debet puniri de om-

58 nibus furtis, nec obstat illa consideratio, quod † furta sequentia non aggrauant praecedentia, quia potius est contrarium, quia ex primo furto cognoscitur mala voluntas, ex secundo magis cognoscitur, & ex tertio multo magis; & sic semper aggrauatur per continuationem, siue reiterationem mala volũtas, quae orta est à primo furto, & ita semper aggrauatur illud primum furtum, ex quo solo non poterat cognosci praua voluntas furantis, & ideo iura noluerunt pro primo furto etiam magno, quod quis poena mortis puniatur, sed pro tribus, vel quatuor, & sic propter consuetudinem, & reiterationem furtorum, quae consuetudo non cadit in vno furto, ita Bald. & ceteri *in d. authen. sed nouo iure,* & quod secundum delictum aggrauat primum,

59 tenuit Iodoc. *in Pract. crimin. in cap* 24. *num.* 7. dum † dicit saluum conductum criminoso concessum ei non prodesse, si aliud delictum committit, quia illud ipsum aggrauat; imo potest etiam dici, quod numerus furtorum aggrauat, & sic, quod praecedentia aggrauant sequentia, & sequentia praecedentia, & ita concludo, quod per quemcunque iudicem, siue originis, siue domicilij, vel delicti, dummodo tria furta commissa fuerint, fures possint puniri ad mortem, iuxta formam statuti, vel consuetudinis, & ita semper vidi obseruari. Et ad illud, quod hic dicit D. Clarus, quod hanc opinionem seruaret, si fur esset subditus ratione originis, vel domicilij; alias non, respondetur per consequentiam, & concomitantiam, vt dicunt Bald. & Gand. *in locis supra citatis.* Ego valde admiror, quod multi consulentes cauillationibus, conantur defendere fures, & lattones, ne poenis furcarum puniantur; qui si carnificibus non traderentur, nemo ab eorum manibus tutus esset. Illi iudices, qui, reiectis subtilitatibus, eos suspendi faciunt, omni gloria sunt digni, & non sunt feroces, nec crudeles, vt aliqui dicunt, *cap. non est crudelis,* 23. *quaest.* 5.* nam cum furibus, & latronibus non est misericorditer agendum, sed crudeliter, & rigorose. §. *oportet autem vt iud. sine quoquo suffrag.* per quem text. ita dicit Bald. *in l. eos col.* 1. *ad fin C de execut rei iud.* & Mant. *consil.* 226. *num* 63. quin immo Beatus Gregorius *in expositione Psalmi,* † laetabitur iu- 60
stus; dicit iudicem esse pestem Reipublicae, qui reos eum rigore non corrigit, & secundum Paul. de Castren. *in l. nemo, C. de episc. aud.* non potest Deo pinguior victima mactari, quam homo iniquus, & in sacris litteris scriptum est, non permittas viuere maleficum super terram. Ego quidem fui semper scelestorum hominum persecutor, & praesertim furum, & latronum, qui sunt pestis super terram. Germania felix, vbi raro furta, & latrocinia committuntur, quia omni cum seuitia, & absque misericordia puniuntur. & sic in illis partibus omnes sunt tuti de eorum bonis, & personis: nam iudices, dum apparet commissum crimen, & à quo, debent esse prompti ad puniendum nec debent ponderare omnes subtilitates iuris; fauor enim publicae disciplinae suadet, vt maleficia non remaneant impunita, Gram *in decis.* 16. *num* 63. vbi dicit etiam, quod quando delinquentes non puniuntur, publica turbatur laetitia,* & odio furum regulae iuris exorbitant. §. *sic itaque instituit de action.* & Mant. *in consil* 266. *num.* 64. & ait etiam Bald. *in c olim, colum. penult. de rescript.* quod contra malos non est vtendum malua, seu emplastro, sed gladio: ita faciunt boni rectores, qui sunt soliti prudenter gubernare Ciuitates, & Prouincias, vt malis hominibus expurgentur. *l. congruit de off. praesid.* Baiard.

u *Quaero nunquid illa.*] Quid si duo, hic, & vnum extra territorium Bonacoss. *quaest. crim. in verb. furtum, folio* 86. à ter. vbi etiam plura de materia furum *Ros.*

x *Quaero etiam, stante statuto*] Adde † quod dictum statu- 61
tum procedit, etiamsi fur pro primis duobus furtis non fuerit punitus, seu condemnatus, secundum Gomes. *de delicta, cap.* 5. *num.* 9. *versicul. sed his non obstantibus,* vbi attestatur de communi: hoc etiam decidit Bald. *in consil.* 247. *ad euidentiam, volum.* 5. quod à fortiori comprobatur, si statutum habet locum, quando fur pro aliis furtis poenas luit; ergo multo magis, si de aliquo punitus non fuerit.

Item † adde, si statutum diceret, quod qui commiserit pri- 62
mum furtum, incidantur ei auriculae, qui secundum, incidantur nares, qui tertium, oculi eruantur, qui quartum furci suspendatur, requiritur ad hoc, vt possit puniri pro quarto furto ad poenam furcarum, quod pro primis tribus furtis fuerit condemnatus, ita Decian. *in cons.* 24. *n.* 16. *cum sequen. volum. tertio* sed ego arbitror hoc verum non esse, nec aliquo modo posse sustineri; quia hoc non probant doctores, quos ipse allegauit, vt penes eos est videre; & per ea, quae tradit Gomes. *in d. cap.* 6 *num* 9. sique interpretatio Deciani esset vera, maximum resultaret inconueniens, quod si aliquis centum furta commisisset, non posset puniri, nisi ad incisionem auricularum, & postea alia centũ, nisi ad incisionem naris, & sic ad infinitum antequam furca suspenderetur: sequeretur etiam, quod non possent suspendi fures nisi praedictis membris mutilati essent, & tamen in Ciuitate Venetiarum, vbi dicit Decianus, extare tale statutum, vidi multos fures suspensos, qui auriculas, nares, & oculos habebant.

Item † adde, stante statuto quod pro tertio furto, vel pro tri- 63
bus furtis fur suspendi possit: si in inquisitione dictum fuerit, quod furtum commiserit tribus vicibus, poterit puniri ad poenam furcarum, si ex narratione furtorum facta in inquisitione apparebit de temporis interuallo, vt puta, quod vna die fecerit vnum furtum, alia die aliud, & alio tempore aliud, ita tradit Bald. *in dict. consil.* 247. *vol.* 5.

Item † adde, quod etiam furta, de quibus non potest cognosci 64
cursu temporis, vel diuersitate loci, aggrauant, secundum Dyn. & alios communiter, *in l. si cui,* §. *pen. ff. de accusat.* & ita communiter seruatur per iudices, etiam quod extarent statuta quod de talibus delictis post certum tempus, vel in alio loco commissis, non possit fieri processus; & quicquid in contrarium fiat, sit ipso iure nullum; & de illis statutis nihil curant, ita dicit Nell. *de bann. in* 2. *par.* 1. *temp. q.* 6. quem refert, & sequitur Marian. Soc. *in c. qualiter & quando, n.* 909. *de accusat.* & Gomes. *in c.* 5. *sub n* 8. *de delictis.* Baiard.

y *Duo furta.*] Sed nunquid poena mortis imponitur pro nota-

bili furto, quod æquiparatur tribus furtis, vi. pro & contra per Roland. *eius conf.* 51. n. 43. *vol.* 1. per Ang. de Aret. §. 1. *num.* 6. *instit. vi. bon. rapt.* Giach.

z *Sed quid si.*] Vulpel. *resp.* 146. vbi etiam si pro prioribus non fuerit punitus. Bald. *conf.* 247. *lib.* 5. vide etiam ea, quæ supra *in §. Adulterium, ver. sed pone, fol.* 5. & Boer. *decis* 219. & Menoch. *casu* 295. *n.* 17. *& seq. siue tracta. de arbitr. iud. ad Bonacos. in q. crim. verbo furtum.* Bern. Ros.

65 *Sed quid si.*] Adde † si quis fuerit inquisitus de tribus furtis, tamen de primo, & secundo fuit absolutus à iudice, illa duo prima non debent computari, vt aggrauent vltimum, quia effectualiter duo prima non commisit, Cassan. *in consuet. Burgund.* §. 5. *fol.* 160. *sub nu.* 16. *vers. contrarium*, sed Cels. Hugo. *in conf* 85. hanc quæstionem diffuse tractauit, & concludit, quod nedum delicta, quæ commisit aliquis in alieno territorio, de quibus iudex cognoscere non potest, siue quia in alieno territorio commissa fuerunt; siue quia ex condemnatione secuta fuit condemnatus pro illis; siue quia sit præscriptione tutus, vel quia sit à Principe gratiatus, accumulantur ad effectum aggrauandi delictum, postea commissum, sed etiam delicta, de quibus fuit absolutus per iudicis diffinitiuam sententiam, quando de delictis, de quibus fuit absolutus, veraciter fuerat annotatus; & ideo vide eum omnino, quia multum egregie hanc quæstionem examinauit, & de hoc etiam habetur per Menoch. *de arbitr. iud. ca-*
66 *su* 295. *num.* 18 & † etiam, quod de illis pœnam soluisset, vt ibi
67 per eum *sub num.* 19. & ita seruatur per iudices, dato † etiam, quod extarent statuta, quod de talibus delictis ante tempus, vel alio loco commissis non possit fieri processus, & quicquid in contrarium fiat, sit ipso iure nullum, & de illis staturis nihil curant ita dicit Nell *de bannitis in 2. part. 2. temp. q.* 6. Baiard.

a *Vnum tamen nota.*] Contrarium in adulterio supr. *in §. Adulterium, vers sed pone* Drogh.

68 *Vnum tamen nota.*] Adde † quod si plura furta vna die, vel nocte commissa fuerint in vna domo, vel in pluribus dicitur vnum furtum, secundum Boer. *decis.* 219. quem refert, & sequitur Menoch. *de arbitr. iud cas.* 295. *n.* 20.

69 Item † adde, quod si fur confessus fuerit, se plura furta fecisse eodem loco diuersis temporibus, illa confessio debet interpretari pro fure in mitiorem partem, scilicet, & quod fecerit diuersis temporibus continuatis, vnde erit vnum furtum tantum, & non plura, nisi dicatur, cum temporis interuallo, secundum Bald. *in auth. sed nouo iure colum* 3. *versic. quid si confitetur*, C. *de ser. fugit.* Alexand. *conf.* 71. *num.* 14. *inter consil. crim. diuers. volum.* 2. *partis impress.* sed Bald. *in conf.* 247. *colum* 1 *vol* 5. plenius hanc quæstionem disputat; & est sibi contrarius, cum dicat concludendo, quod per illa verba, sex vicibus, intelliguntur sex furta, & de hoc vide etiam Cassan. super consuet. Burgund. *fol.* 178 *n.* 1. Baiard.

* *Ita tenent.*] Etiam Bald *in d. Auth sed nouo iure. num.* 5. *in conf* 247. *&* 358. 5. *p* Soc. *in conf* 33 *colum.* 4. *ad fin. lib.* 4. refert, & sequitur Boss. *titul. de pœn. colum.* 7. *vers. quomodo.* Et quando fur fatetur fecisse plura furta diuersis temporibus, intelligitur continuatis, ita vt non censeantur plura furta per Ias. *in l fructus. ff. solut. matr.* quem refert, ac simpliciter sequitur Boss. *tit. de furtu, num.* 17. sed an confitenti fecisse plura furta sit credendum, vide Bald. *d. Authen. sed nouo iure.* Castren. & Ang *in l. certum in princip. ff. de confess.* Gand. *titul. de præsumpt. & indicij. duo post num.* 6. *versicul. aliud est.* Angel. de Aret. *de malef. versic. vestem. num.* 25. Et omnino per Boss. *tit. de delic. sub tract.* 15. *& num seq.* vbi declarat, quod non in confessione nuda, & secus in confessione, de qua extabat indicium, vel fama. *Giach.*

70 b *Est igitur pœna furum.*] Adde † quod nobiles furcis non suspenduntur: sed, concurrente enormitate delicti, suspenduntur, Grammat. *vot* 3. *nu.* 8. & in hoc crimine furti non fit distinctio inter nobilem, & ignobilem, Afflict *in constit. terminum vitæ, num* 46 *lib.* 1. & ibi dicit, quod furca est pœna ignominiosa in
71 Italia: secus in Francia, & † quod nobiles in Italia pro homicidio amputatione capitis puniuntur, & non nobiles furca suspenduntur, quia est maior pœna amputationis capitis, cum sit magis ignominiosa, Bart. *in l. desertorem in prin. ff. de re milit.* Bald. *conf.* 358. *vol.* 3. & Deci. *in conf.* 65. *num.* 4. *&* 5. etiam quod debeant furca suspendi, habetur per Bald. *in c.* 1. *de pact. iur. firman §. iniuria punitur n.* 9.

72 Item † adde, quod de consuetudine milites non suspenduntur etiam pro delicto, pro quo plebeius suspenderetur, secundum Bald. *in c* 1. *§ si rusticus, de pac. tenen.* sed ego vidi seruari contrarium & seruaui, concurrente enormitate delicti.

73 c *Pœna autem quadrupli.*] Adde † videndum Couar. *in cap. peccatum. de reg. iur. in* 6. *par.* 2. *§.* 6. vbi late, quæ fur teneatur restituere in foro conscientiæ, & re extincta, an teneatur ad æstimationem, etiam si perierit absque eius culpa, quando eodem
74 modo apud dominum peritura fuisset, & † tenetur etiam restituere impensas, quas furtum passus fecit in quærenda re sibi furto subtracta, scilicet eas, quas vir prudens, & bonus facere debuisset, quia earum causa fuit, & non solum fur, sed etiam quilibet alius malefactor tenetur ad interesse damni etiam extrinsecum; Nauar. *in Manuali confess. cap.* 17. *n.* 140. *tom.* 1. *fol* 210. Baiard.

d *In foro conscientiæ.*] Contrarium tamen, vt teneatur, secundum legem Mosaicam, habetur Exod. *c.* 22. *in principio*, sed an fur restituendo rem furatam pœnam euitet? quod nō, Menoch. *de arbit. iud lib* 1. *qu.* 5. *sub n.* 2. Contrarium tamen, quod stante præsenti statuto necesse non sit, quod fur condemnatus fuerit pro primis duobus furtis, tenuit Gomes. *de delict. tit. de furto, n.* 9. Drog.

e *Potest etiam fur deprehensus,*] Adde, † aduertendum, quod 75
non licet tertio, auferre rem furto subtractam à fure, dato, quod cum inueniret in flagranti crimine, Bald. *in leg. vt vim ff. de iustitia, & iur.* Ioan. de Aluarot. *conf* 74 *nu.* 51. *inter consil. crim. diuers. vol.* 1. *partis impressionis per nos. in l itaque fullo ff de furt.* & ita sentit Bald. *in l. vt vim. ff de iust. & iur.* tamen gl. *in cap.* 1. *de pace tenen.* videtur hoc restringere ad personas coniunctas.

Item † adde, quod deprehensus in furto in flagranti potest 76
fustigari sine prolatione diffinitiuæ sententiæ, Angel. *in l. ictus fustium, col.* 1. *ff de his qui not. infam.* & Ias. *in l. vnica num.* 29. *ff si quis ius dicen. non obtemp.* Baiard.

f *Item contra furem iuratur in litem.*] Adde † videndum om- 77
nino Mascard. *de probat. in concl.* 471. vbi latissime habetur, an, & quando damnum probari possit per iuramentum damnum passi, & contra dictum iuramentum contrarium probari possit, & vide etiam Angel. *in l. qui vas, C. de fur.* Baiard.

g *Plotus in repet. l. si quando, num.* 189.] Adde etiam, & distingue, vt infra *in §. fin. quæst.* 2. *ver. & hæc*, vide Crau. perbelle, *de antiq. temp par.* 1. *vers. vidimus, sub n.* 15. Drogh.

h *Quando autem dicatur constare de furto.*] Adde † quod di- 78
citur constare de furto si iudex, quando dicitur furtum fuisse commissum, faciat describi per notarium querelam, testes & missionem officialis sui, vbi commissum fuit furtum, & relationē, & debet verificari, quod res, quæ dicitur furto subtracta, erat in domo, & quod auditus fuit rumor, vel acclamatio, vel quod dominus rei conquestus est cum vicinis, ita tradit Roland. *in consil.* 51. *n.* 10. *&* 11. vbi posuit alias præsumptiones, sed latius per Mascard. *in concl.* 830. *&* 811. *&* 832. *volum.* 2. inter alias præsumptiones sufficit legalitas personæ damnum passi, & lamentationes, Foller. *in pract. crim in vers. capias informationem, num.* 17. *&* 18. & potest probari per testes domesticos, per socios, & familiares, qui dixerint se audiuisse strepitum de nocte, & clamorem, item se vidisse res antea esse in domo, & modo non reperiri; item, si appareat de fractura domus, ostij, muri, & capsulæ, Alexand *in consil.* 54. *volum.* 1. & Bero. *in cap* 1. *num.* 50. *de restitut. spoliat.* & quando præsumatur factum fuisse furtum late per Menoch. *de præsump. lib.* 6. *præsump.* 61. *num.* 21.

Item † adde, quod non obstante statuto probationes testium 79
reiicientes furtum per testes probari potest. An. *consil.* 55 *num* 2. ratio, quia furtum de iure diuino est prohibitum, sequitur Mars. *in rub num.* 52. *C. de probat.* Baiard.

i *Excusatur autem fur.*] Et de mercatore, qui habebat quendam iuuenem ad bancum suum, & Dominus dedit ei ducentum ducatos, vt numeraret eos Sempronio, & conuertit in vsus suos, vi. omnino per Ias. *col. fin. in leg. si ego. ff. si cert. petat.* Item, fur quando non sit conueniendus, vide per Ang. de Aret. §. *qua de fullone instit. de obli quæ ex deli. nascun.* Giach.

Excusatur autem fur.] Adde † quod hoc dictum est verum si 80
nullum istorum quatuor concurrit. Primum, quod possit iudice sententiante, suum rehabere, quia nemo debet sibi ius dicere: secundum scandalum sui, vel proximi innocentis, cuius forte custodiæ erat res commendata: tertium, periculum mortis corporalis, vel alterius læsionis magnæ: quartum, periculum mortalis peccati, scil. periurij, & huiusmodi: quia aliquo istorum interueniente non licet, imo si accepit, & imminet periculum aliquod istorum trium postremo dictorum, tenetur restituere, ita declarat Summa Angelica, *in ver. furtum, num* 40. quam sequitur Abb *in tract. de execut. c.* 58. *num.* 4. *p.* 2. & † per Summam 81
Syluestr. *in ver. furtum in* 13. *q.* sex requiruntur, & quando liceat furto subtrahere sibi debitum, latè Ioan. Anton. de Nigr. *in cap. ad hoc n.* 106. vbi ponit tres opiniones, & concludit, quod quando quis habet copiam iudicis, & potest probare de suo credito, tunc non est licitum furari, quia debet debitorem in iudicio cōuenire, & contrafaciens punitur non tamen pœna furti, sed alia extraordinaria, & ad hoc allegat Alexand. *in conf.* 135. *col.* 3. *volu.* 1. quem sequitur Fab. de Monteleone *in praxi arb. p.* 5. *num.* 10. *fol.* 437. vbi loquitur de famulo furante domino pro suo salario, & vide *inf. n.* 87.

Item adde, quod rem suam occupatam per alium non licet domino furari, Alex. *conf.* 135. *vol.* 1. Cæpol. *conf.* 26. Plot *in l si quando, n* 851. Menoch. *de recuperan. poss. remed.* 2. *num.* 184. Bertaz. *conf.* 8 *n.* 36. Baiard.

k *Consequi non poterat.*] Vt in casu notabili, in quo consuluere

fulere Cæpol. *in cons.*26. & Alex.135. *lib.*1. quos sequitur Iacobi. *in*
l. etiam, C. eod. Giach.

l *Et hac est communis opinio.*] Punitur tamen criminaliter ta-
lis creditor *iux. l fin. ff de vi priu. ex Bossi. tit. de decret. Mediol. nu.*
82 12. post medium, sic etiam licet mulier, quæ † mortuo marito
bona exportauerit, non possit de furto puniri, tamen tenetur a-
ctione rerum amotarum, Text. *in l. qui furto, §. item placuit. ff. de*
fur. quem sic expendit Felin *in cap. primo coll. quinta, versic. am-*
plia etiam de offic. delegat. Non tamen tenetur crimine expilatæ
hæreditatis, Menoch. *de arbitrar. iudic. lib.*2. *centuria* 3. *cas.*
300. *in fin.* imo rapiens ab inuito rem propriam perdit. Text. *in*
l. si quis in tantam. C. vnde vi. Qui autem si pretium rei furatæ à
fure auferatur, vtrum dicti pretij furatæ rei, furtum committa-
tur? Quod sic; est text. *in l. qui vas. §. cum fur ff de fur.* & præ-
supponit Martinus de Garatis *inter consilia criminalia diuer-*
*sorum, cons.*61. *sub nu.*5. *volum.*1. At si quis pro suo credito, etiam
ad stratam vi rapiat à debitore, vtrum puniri possit, vt latro?
Quod non: Luchinus de Curte *inter consilia criminalia diuers.*
cons 44. *vol.*1. Drogh.

m *Eodem.*] Ad idem vide per Menoch. *de recuperan. possess.*
in 1. *remed. n.*283. qui deinde tres ponit limitationes *Giach.*

n *Item excusatur.*] De qua re vide Aretin *in §.*1. *num.*8. *instit.*
de furt. Bern Rosi.

Item excusatur si probet.] Ad hoc idem adde, & vide quæ dixi
in sing. meis, singul. 52. si formato processu; vbi etiam habes,
quando credendum sit furi de credulitate, quo ad Domini con-
sensum. *Giach.*

83 *Item excusatur si probet, &c.*] Adde † quod ideo capiens rem
alterius, domino sciente, præsente, & non contradicente, non
tenetur de furto, secundum Archid. *in cap. pœnales* 14. *quæst.*5. si
prohibere poterat: secus, si ob timorem non contradiceret, quia
non habetur pro consentiente, Abb. & Felyn *in cap. nonne, col.*5.
ver Fallit tertio, de præsumpt. sed Rimin iun. *in cons* 106. *num* 2.
*tom.*1. *consil. diuers. crim parua Impress.* dicit, quod taciturnitas
non habetur pro consensu, quoad alterius delinquentis excusa-
tionem; nisi alia concurrat præsumptio cum taciturnitate, vt in
surripiente rem meam, quia non intelligor consentire, nisi for-
te esset filius, vel alia persona coniuncta, quia ratio coniuncti o-
nis inducit præsumptionem cessantis doli, Bald. *in l. si fine, col.*2.
C. ad Velleianum.

84 Item † adde, quod vicini, qui scienter receptant res furatas à
filijs, & ab vxore, marito, vel patribus furantibus, tenentur pœ-
na furti, gloss. & Castrens *in l. eos, C. de furt.* & Rimin iun. *cons.*
106. *in princ. tom.*1. *cons. diuers crim parn. impress.* Baiard.

o *Et contrarium.* Vide quæ infra, *quæst.*58. *in princip. scripsi. fol.*
195. Ros.

85 p *Vltra talem protestationem concurrerent, &c.*] Adde † quod
idem esset, si dominus sibi accommodaret equum vsque ad vil-
lam, quia de facili potuit credere, quod concessisset in longius
iter, ita exemplificat Aret *in § furtum, Instit. de oblig. quæ ex de-*
*lict. num.*3. & ibi dicit etiam, quod præsumptio Iuris est contra
furem, quod ipse crediderit, dominum non permissurum, quia
nemo præsumitur iactare suum; & quod talis protestatio domi-
ni rei furatę nihil operetur, nisi concurrentibus alijs adminicu-
lis, & remittatur arbitrio Iudicis, an sit credendum: idem tenuit
Menoch. *de arbitr. Iud. cas.*298. & ibi in fine dicit, quod licet in
his, quæ ab animo nostro dependent, assertioni cum Iuramento
credatur, illud tamen non procedit, quando adest præsumptio
in contrarium, vt in furto; & ita etiam declarat Crauet. *in con-*
*sil.*225. *n.*9 *& cons.*171. *col. vlt.* & Natt. *consil.*230. *num.*6. *vol.*1. Sed
quomodo procedendum sit in casu prædicto, & similibus iudi-
ciis, quando commodatarius, aut creditor, aut depositarius vta-
tur re commodata, pignore, vel deposito eo vsu, cui proprie res
ipsa destinatur, & ad quem dominus ipse his rebus vti solebat,
late per Couar. *var. resol. lib.*3 *c.*15. *n.*8.

86 Item † adde, si quis committeret furtum in domo amici, non
excusaretur, postquam fuit detectus, si confiteretur, & diceret
iocose fecisse, nisi illud probaret, *cap.*1. *de præsumpt.* & gloss. *in l.*
si non conuitij, C. de iniur. Baiard.

q *Posset etiam allegare.*] Quid de nuntio, qui rem ad alium
perferendam intercipit, vel in vsus suos conuertit, dic, quod
committit furtum, licet nuntius debeat portare pecuniam ad
certam personam, vt legitur, & trad. *in l si is cui test. C. de furtis,*
& seruo corr. vbi vide per Iacob. de Sanct. Georg. Sed quid si pe-
cunia nuntio fuerat numerata, vide per Crau. *suo cons.*244. *colu.*
4 *in fin. versicul. Postremo.* Vxor vero, & nouerca aliquid acci-
pientes, quando committant furtum, & quando non, & qua a-
ctione conueniantur, vide per Iac. de S. Georg. *in l. de his qua, C.*
eod. Giach.

87 *Posset etiam allegare, furtum domesticum esse.*] Adde, † qui di-
cantur fures domestici, & dic, quod pater, mater, filius, maritus,
vxor, ascripititius, colonus, seruus, mercenarius, cliens, seruien-
tes, familiares, domestici, & alij, vt per Cæpoll. *in auth. sed nouo*
Iure, C. de seru fugit. vt dicantur domestici, requiritur cohabi-
tatio, ac etiam præstatio expensarum, Soc. *cons.*17. Alex. *cons.*
135. *lib.*1. Calefat. *cons* 106 *tom.*1. *cons. crim. diuers. mag. impress.*

Item † adde, quod si familiaris hodie furatur vnam rem, & 88
cras alteram, etiam viles quod punietur tanquam de magno
furto: & ita limitatur *l. respiciendum, §. furta ff. de pœnis*, Cyn.
Bald. & alij *in l. apud antiquos, C. de furt.* quos refert, & sequitur
Barbar. *cons* 11. *n.*21. *vol* 2 & Boer. *decis.*316. *n.*7.

Item † adde, quod famulus non tenetur pœna furti, subtra- 89
hendo tantum, quantum sibi debetur, & ita creditor, Gram.
cons 50. Iot *in l si quando §.*55. *num* 7 *fol* 285. nisi habuisset ani-
mum furandi, vt per Gramm ibi. Sed punitur pœna arbitraria,
quia non potuit propria authoritate sibi ius dicere; ex quo po-
terat pro eius salario Iudicem adire, Cæpol. *cons.*26. Alexand.
*consil.*225. *circa primum dubium. vol.* Et de creditore vide Me-
noch *de recuper poss remed.*5 sed vide supra *n.*78.

Item † adde, quod furari illud, quod sibi debetur, in con- 90
scientia est licitum: & si postea fiant monitoriæ, non tenetur re-
uelare, nec restituere; Imo nec scientes illum accepisse, si sciunt
illum pro certo fuisse creditorem, non tenentur etiam ipsi pro-
palare, Cæpoll. *consil.*26. Syl. nupt. *in vers. Monitoria, numer.*41.
*fol.*267.

a *Pariter etiam*] Adde, † quod Paris. in tract. sindic. in cap. 91
tortura. il primo, dicit, quod pro leui furto quandoque fur tor-
quetur ad pœnam, & quod pro pluribus furtis minimis impo-
nitur pœna mortis, Grammat. *vol.*17. *nu.*5. fur enim magis ille
est, qui modica furatur, quam qui magna, secundum Tiraq. *in l.*
2. *n.*12. *de legib connub.*

Item † adde, quod punitus leui pœna, tamquam pro leui fur- 92
to; si postea reperiatur quod furtum fuit magnum, amplius nō
poterit puniri, licet sufficienter non fuit punitus, Paul. de Castr.
*cons.*18. *non video, vol.*1.

Item † adde, quod etiam Zingari pro furtis minimis, & pro 93
furto gallinarum debent puniri. Plot. *in cons.*50. *n.*27.

Item † adde, quod capiens columbas de alieno Columbario, 94
etiam in suo, vel eas occidens, furtum committit. Cassan. *in con-*
suet. Burg. fol. 1489 *n.*5.

Item † adde, quod incidens arbores, & illas exportans, fur- 95
tum committit, vt per Paris. *in cons.*111. *n.*24. *vol.*1.

Item † adde, quod si apes forte consederunt in arbore alicu- 96
ius, & ibi fauos mellis fecerint, & alius incidit arborem, & fauos
mellis acceperit, furtum non committit, nisi dominus arboris
fecerit signum in arbore, ex quo appareat, quod dominium, &
possessionem apum, & mellis acceperit: sed incidens arborem
tenebitur de incisione arboris, *l. si apes, in princip. ff. de furt.* &
Ioan. Ant. de Nigr. *in c.*10. *incip. ad hoc n.*91. *sub rubr. de furtis.*

Item † adde, quod capiens fructus ex fundo suo, in quo alius 97
fuerat missus in possessionem ex primo decreto, furtum non
committit. Roman. *in cons.*150. *in proposita quæstione, in princip.*
& Io. Ant. de Nigr *in cap. ad hoc n.*81.

Item † adde, quod pro paruo furto quis præcedentibus legi- 98
timis indiciis torqueri potest, Lud. à Pegur. *in q. crim. c.*16.

Item † adde, quod licet detur actio furti pro re minima, ex- 99
clamat tamen Marsil. *in sing.*578. geminatio ante finem, contra
Iudicem punientem furem pro re minima, & Bertaz. *in cons.*
198. *numer.*1. *vol.*1. dicit, quod nunquam audiuit, quod pro re
minima quis fuerit inquisitus, & ideo Doct. Nauar. in disputa-
tione *super c. si.*14. *q.*6. defendit, non concedendam esse actio-
nem furti propter ablationem rei exiguæ, quæ non pertingat
ad pœnam mortalem: secus autem dicit in gallina, vt in Ma-
nuali, *c.*17. *num.*4 *ver.*2. quod ego crederem procedere in istis,
qui delectantur in huiusmodi aucupio gallinarum, vt etiam
dicunt Add. ad Bertaz. *in d. cons.*198. *in fin.* Baiard.

f *Actio furti datur.*] Sed quot, & quæ actiones dentur contra
fures, vi. per Ang. de Arer. *in §. fin. institut. de oblig. quæ ex delict.*
nasc. Giach.

t *Quandoque etiam.*] Hic adde Prouerb. *c.*6. Drogh.

Quandoque etiam excusatur.] Adde, † quod hoc fallit, quan- 100
do existens in necessitate furatur existenti in simili necessitate,
quia tunc non excusatur, secundum Cassan. *in consuet. Burg. fol.*
187. *num.*27.

Item † adde, quod remittitur arbitrio iudicis, quando quis 101
dicatur esse in extrema necessitate, secundum Cassan. in con-
suet. Burgun *fol.*187. *nu.*30. & habetur per Felyn. *in c.*3. *de offi. de-*
*legat. col.*3 quando dicatur grauis necessitas, ad hoc, vt habeat
excusare. Sed circa istam quæstionem, quando ratione necessi-
tatis liceat furari, & quæ necessitas requiratur, vide Cassan. vbi
supra, *fol.*188. *n.*15. *cum seq.* & † ibi multi casus habentur, in qui-
bus fur excusatur à pœna furti; vide etiam Viui. *opin.*345. vbi
ipse quoque ponit quasdam limitationes.

Item † adde aliam excusationem, quando furtum fit in do- 102
mo tenentis ludum aleæ causa lucri tempore quo luditur, siue
factum fuerit à lusoribus, siue à quocunque alio, & retinens lu-

dum non habet actionem non tantum pœnalem, sed nec etiam ad rei persecutionem, ita Ang. *de malef & ibi adden. in ver. metridorem de mali dandi; in ver. Et viso quod ludus, num.6. & 8.* & Menoch. *de arbitr. casu 399 num. 23.* & hunc habet locum etiam quoad alios ludos prohibitos, vt per Iod. *in suo Enchirid.crim.c. 126.num.6.cum seq.* & Burs.*cons 116.num.5.* & licet Par s.*de ludo, num. 46.* dicat dari actionem criminalem contra furem, vult tamen, quod detur actio ad persecutionem rei, quod negat post alios Cæpol. *caut. 25.* & Ias. *in l. si stipulatus fuero hanc summam, num. 4 ff. de verb. oblig.* quos sequitur Menoch. *dicto casu 399. in fine*, & hoc puto non procedere, si tenens ludum haberet licentiam à Principe prout solet concedi à Principibus
104 Deum non timentibus, & † omnis ludus fortunæ dicitur ludus aleæ, secundum Gram. *in cons.35.num.59.* Paris. de Put *in d. tract. de ludo, numer. 4.* vbi dicit etiam, quod receptator ludi dicitur aleator.

105 Item † adde, quod Io. Ant. de Nigr. *super cap. Regni in cap 10. incip. ad hoc, sub rubr. de furtis, num.37.* ponit triginta nouem excusationes, quibus fures secundum eum excusari possunt, & Cassan. *super consuet. Burgun. fol. 185. vsque ad fol. 217.* ponit viginti quatuor casus, quibus fur euitat pœnam mortis. inter quos adsunt etiam casus, quos hic ponit Clar. sed caueant fures, ne cadant, quia apud iustos, & practicos Iudices in paucis casibus pœnam furcarum euadere possent; Iudices enim, dum apparet commissum fuisse crimen, & à quo, debent esse prompti ad puniendum, nec debent ponderare omnes iuris subtilitates, fauor enim publicæ disciplinæ suadet, vt maleficia non remaneant impunita. ita dicit Bald *in l si ita vulneratus, ff ad leg. Aquil.* quem refert, & sequitur Gram. *in decis. 56.n.20.*

106 Item † adde, quod committens furtum non debet excusari, etiam quod ex illo furto aliquod bonum reipublicæ sequatur, secundum Pet. Anchar. *in c.1. de consi.* vbi dicit, quod ingressus domum alicuius, si scrinium surripuerit, in quo erant literæ proditionis ciuitatis, hoc patefacto pœnam non euitabit, cum intentionem habuerit furandi; vnde fortuna, quæ felix ciuitati fuit, non consideratur, sed solus animus; refert, & sequitur Gulielm de Bened. *in repet. cap Rainaldus, in quæst an liceat occid. peccat. n.59 extra de testam* Briard.

u *Sed hic incidenter.*] Adde Alexand *tract. de præsump. reg 3. præsumpt. 19.* Petr. de Benintend *concl 54.* Drogh.

107 *Sed hic incidenter quæro.*] Adde † circa istam quæstionem videndum Alciat. *de præsumpt. reg. 3. præsum. 29.* vbi plene, & Couar. *in capit peccatum, in 3 part. §.1 nu. 5 fol. 218.* & summam Syluestr. *in versic. restitutio, 3. num. 7. versic quartum si vero emit.* Ioseph. Ludou. *decis Perus. 42. prima parte*, Mozzius *in tractat. de empt & vend. num 31. cum sequ.* & latissime per Menoch. *de præsumpt. lib.*
108 *5 præsumpt. 19. num 9.* & † qui petit rem sibi restitui debet probare sibi furto subtractam fuisse, Bald. *cons. 42. vol. 1.* & de huiusmodi probatione sufficit, quod habeat litteras testimoniales sui iudicis ordinarij, Mandel. *cons. 48. num. 3.* & ibi, *numer. 2.* dicit,
109 † quod si solutum fuerit pretium sibi, penes quem erat res furtiua, non nocet, si cum protestatione fuerit solutum: & ibi dicit etiam quod res debet restitui sine pretio, etiam quod sine furto fuerit translata in alias personas.

110 Item † adde, quod emens equum furto subtractum è transeunte, pretium amittit, Afflict. super Constit. Regni, *lib. 3. rub. 36.* & Port *cons. 60.* & de modo probandi equum furto fuisse subtractum, & maxime quando duo contendunt equum esse suum Mascard. *de prob concl. 634. vol. 2.*

111 Item † adde, quod ille, cui equus fuit furto subtractus, propria authoritate eum habere poterit, si fur cum dicto equo sit in fuga siue adsit suspicio fugæ, vel furtum sit factum incontinen-
112 ti, & † non tenetur præsentare equum iudici, Ang. *in l. qui vas, numer. 6 ff. de furt.* & Alex. *in cons. 64. per totum, vol. 3.* Io. And. & Doct. *in c. nullus, de pignor.* & Bonacoss. *in tract. equorum, q. 25.* sed ego arbitror, quod tutius esset omnia notificare postea iudici.

Item adde, quod possum recuperare equum à fure absque refectione expensarum, ad quas non teneor, secundum Bald. *in l. ex argento, ff de condit furti.*

113 Item † adde, quod emens rem raptam à latronibus exteræ gentis cum dicta protestatione, vel ab hoste, poterit consequi pretium, dummodo non potuisset illos capere cum re furtiua, Natt. *consil. 419.* Alciat *d præsumpt. 29. num. 4.* & Couar. *in reg. peccatum, de reg. iur. par. 3 §. 1. num. 5.* vbi tenet, quod in casu prædicto tenetur in foro interiori, & exteriori restituere pretium, attestando hanc opinionem esse magis communem, Bertaz. *cons.*
114 *42. num. 5.* vbi consuluit † ad quid teneatur emens equum furtiuum à Zingaro: sed circa istam limitationem, quod dominus rei furatæ teneatur restituere emptori pretium, quando emit à latronibus cum dicta protestatione, vide Couar. vbi supra *fol. mihi 218* & ista limitatio non procedit, nisi vtiliter egerit pro domino, vt quia emit pretio paruo, & non aliter, & nisi publice fuisset protestatus, quod ea intentione emebat, id est, pro restituendo domino, vt plene per Summ. Syluestr. *in vers restitutio 3. num. 7. vers. quartum si vero emit.* Contrarium † est in Iudæis; 115
quibus priuilegia fere vbique concessa fuerunt, quod non refecto pretio non teneantur restituere, vt de simili tradit Abb. *in c. quod clericis, n.34 de for. competenti Cremens sing. 82.*

Item † adde, quod si dominus restituisset pretium emptori 116
bonæ fidei, tunc amplius repetere non poterit. *l. seruum cuiusdam*, vbi Pau. & Ias. *ff de cond. indeb.* Mozzius *in tractat. de empt. & vend n.32.* & Alciat. *in d præsumpt. 29. n. 4 reg. 3.*

Item † adde, quod accipientes res alienas pignori scienter, 117
tenentur de furto, tex. notab. *in l. si seruus, ff. de cond. indeb.* per quem text. Paul de Castr. & Ias. ibi valde exclamant contra Iudæos, & alios accipientes pignori res furto subtractas à filiis familias, & seruis, debere antes illas restituere, nisi soluto pretio, de quo plenè per Marsil. *in sing. 13 & cons 53 num 24. & in singul. 334.* vbi attestatur, quod Hebræis ex priuilegiis per totam Italiam conceditur, vt furto res furtiuas pro pignore accipiant, idē tenet Alciat. *in d. præsumpt. 29. num. 7.* vbi tamen dicit tale statutum, siue priuilegiū non habere locum, vbicumque mutuans sciret rem esse alienam, ex quo furtum committeret, & similiter dictum priuilegium, siue Decretum non procederet in Iudæo accipiente rem alienam quam verisimiliter scit esse alienam, quia tunc teneretur restituere pignus illud domino libere sine pretio, Anan. *in cons. 70.* & Boss. *in tit. de indiciis, num 62.* & de dicto priuilegio, siue Decreto vide Cremens. *sing. 81.* & Felyn. *in cap causam quæ, columnn. 8. de test.* & † quod Iudæi delinquant, 118
& furtum committant, si rem furatam scienter emant, non obstante dicto priuilegio, & quod dominus si hoc casu pretium soluisset, illud poterit recuperare tanquam indebite solutum, late per Decian. *in tract. crim. tom. 1. libr. 5. cap. 11. num. 19.* contrarium vero est in eo, † qui res furto subtractas in solutum acce- 119
pit, quia non tenetur actione furti, secundum Iac. Plal. Porc. *in cons 106.* sed mihi videtur, quod nihil probat. & quod in hoc se decipit, cum datio in solutum sit alienatio, Afflict. *in decis. 369. num. 1.* & Alexand. *in cons. 52. vol. 1.* & militat eadem ratio in accipiente in solutum, quæ militat in emptore

Item † adde, quod emens rem furtiuam scienter punitur pœ- 120
na extra ordinaria. Mars. *consil. 12. & 13 & in d. cons. 53.* ea ratione quia delictum iam erat consummatum, & Vald in addit. ad Afflict. *decis. 369. num. 5.* dicit habuisse in facto in magna Curia Vicariæ, in persona cuiusdam Ioan Baptistæ de C... qui scienter emerat quædam serica magni valoris à quodam, qui illa furto subtraxerat, & fuit condemnatus ad triremes per quinquennium; & tamen tenebatur ad pœnam mortis, *per cap Regn.* ad hæc.

Item † adde, quod contra ementem scienter rem alienam agi 121
potest actione furti, si res extat, non autem, si non extaret, quia non posset agi ad pretium, nisi in subsidium, vt per Afflict. *in decis. 369.*

Item † adde, quod emens à filiofam. rem surreptam patri, 122
scienter, tenetur furti, Aret. *in §. ij qui Instit. de oblig. quæ ex delict. nascunt. n. 2.*

Item † adde, quod vincens in ludo scienter pecuniam seruo, 123
quæ erat sui domini, vel filiofam. quæ erat patris, committit furtum, & illam non lucratur, Rolan. *cons. 45. num. 4. volum. 1.* & pater potest repetere, & actione furti agere contra lusores Bald. *in rubr. C. de condit ob turp. causam*, & etiam ibi Ias. nisi pater sciuerit filium furari in domo, & nullam prouisionem fecisset, quo casu vincens, seu retinens rem furto subtractam à filio, non tenetur de furto, vt pulchre consuluit Rimin. iun. *consil 106. inter consil. crimin. diuers parua impressionis*, & † ludens præsumitur 124
sciuisse pecuniam esse serui, vel filijfam vt per Alciat *in tract. de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 29 num. 6.* non tamen posset procedi contra talem lusorem ad pœnam corporalem, ex quo non esset in dolo, sed in culpa, vt ibi per Alciat † & si ignoranter poterit 125
conueniri tantummodo ciuiliter, secundum Bald *in rubr. C. de cond. ob turp cau.* & Alciat. *in loco supra citato*, & † quando lu- 126
dens cum filiisfam, seruis, monachis, furiosis, & aliis non habentibus administrationem liberam rerum in ludo appositarum committat furtum, vide Viu. *comm. opin. 468 n. 9.*

Item † adde, quod res furtiua si reuersa est ad furem, forte 127
quia, ille cui alienauit, accommodauit, vel deposuit ipsam penes furem; & in repetitione ipsius rei concurrant depositarius, & verus dominus, potius facienda est restitutio vero domino, si in iudicio concurrunt; si vero extra iudicium concurrunt, aut deponens emit bona fide, & restitutio ei est facienda; aut mala fide, & tunc debet restitui domino; ita tradit Marian. Soc. *in cap. 4. num. 7. de furt.*

Item † adde, quod fures, & latrones non possunt agere actio 128
ne furti ad rem, quam furto subtraxerant, contra alium furem, qui eandem rem subtraxisset, nec ad exhibendum, nec interdicto, ne vis fiat ei; possunt tamen petere restitutionem, si sunt spoliati Crass *in repet. capituli cum ad sedem apostolicam. numer. 94. & 95. de restit. spoliat.*

Item

129 Item † adde, quod pretium rei furtiuæ emptæ publice, & bona fide in mercato, siue in nundinis, non debet restitui, etiam si extaret statutum, quod rem furtiuam publice, & bona fide in mercato emptam vendicandi ius non sit, etiam quod nomine domini emisset, Benin. *in decis. Bononien.* 34. & si valet statutum, procedit tantummodo inter ipsos statuentes, vt in dicta decisione.

130 Item † adde, quod non licet domino rem suam propria authoritate accipere. §. *Ita tamen, Instit. de vi bono. rapt.* nisi eam iuris remedio recuperare non posset, quia tunc liceret etiam furari, Ias. *in l.* 1. *num.* 8. *C. de testam.* Marc. *in sing.* 177. *maliciis*, Tiraq. *de retract. in proœm. num.* 71. Menoch. *de recup. poss. remed.* 1. *num.* 322. *& seq.* & Pont. *in tract. de spolio lib.* 1. *num.* 124. *& lib.* 1. *num.* 83. vbi dicit, quod si res sic violenter occupata consignaretur Iudici ad effectum, vt pro iustitia desuper consuleret, vel violentia fuisset commissa deficiente Iudice, qui iustitiam ministrare posset, quod tunc licet rem propriam furto subtractam authoritate propria recuperare.

131 Item † adde, quod emptor rei furtiuæ bona fide, qui alteri postea reuendidit, non tenetur restituere domino rei furatæ pretium illius, quod percepit ab emptione, Angel. *cons.* 36. *tom.* 2. *cons. crim. diuers. magn. impress.*

132 Item † adde, quod bona Ecclesiæ furto subtracta auocantur à detinente non restituto pretio, communis est opin. Bursat. *cons.* 44. *n.* 31. Baiard.

133 y *Scias tamen, quod si illum acquisiuit bona fide.*] Adde † quod acquirens ab alio, & non à fure, præsumitur in bona fide, Bald. *in rubr. de inuest. de re alien. fac. in vsib. feud.* Sed contrarium tenet Anton. Scap. *in tractat. iuris non script. quod in vtroque for. obser. lib.* 3. *cap.* 44. *num.* 8. *cum sequen.* dicens, quod acquirens

134 † tem furto subtractam, si non extat, ad æstimationem rei indistincte tenebitur, & quod pro empta agi potest ad rem, in condemnatione tamen venire potest pretium rei; & affirmat se pluries ita in Vrbe iudicasse *Baiard.*

z *Folio* 303.] Late Plot. *in l. si quando, num.* 397. *& seq. C. vnde vi.* Ros.

135 a *Pro complemento huius materiæ.*] Adde † circa istam quæstionem Plot *in l. si quando. §.* 10. *num.* 6. *vsque ad nu.* 15. *C. vnde vi*, vbi multum diffuse, tam de iuramento in litem, quam de procedendo contra familiam ad torturam, pulchre distinguendo, & limitando eam declarat; vide etiam Paris *in consil.* 74 *vol.* 1. & Bero. *in cap.* 1. *nu.* 46. *cum sequen. de rest. spol.* vbi late, quod sit iuramento hospitis, & etiam scholaris, qui stabat ad ... seu duodenam in domo alicuius, & pecuniæ, seu vestes de camera, & domo subtractæ fuerunt, & de nauta, vide etiam Bertaz. *cons.* 138 *per totum.* & ibi addentes, & de huiusmodi iuramento habetur etiam per Menoch. *de arbit. iud. casu* 208. *numer.* 26. vbi tenet, quod remittitur arbitrio iudicis in multis casibus.

136 Item † adde, quod edictum *l.* 1. *ff naut. caup, & stab.* procedit etiam in illis, qui accommodant cameras, vt vulgo dicitur, *le camere locante* Bertaz. *cons* 313.

137 Item † adde, quod licet caupo clauem cameræ tradiderit hospiti tenetur tamen ob furtum, & de dolo, si factum est sine fractione, Bertaz. *d. cons.* 131. *num.* 7. *& in consil.* 161. & quando caupo, siue hospes teneatur ad emendam rerum in hospitio suo subtractarum, & quid requiratur ad hoc, vt teneatur, Bartol. de Vulpis *in cons.* 95. *volum.* 1. *inter consil. crim. diuers.* & late tradit Peguer. *in quæst. crimine c.* 45. vbi distinguit, quando furtum cõ-

138 missum fuerit à viatoribus, vel à familia cauponis, & † tenet, quod caupo tenetur, etiam quod quis in cauponam gratis diuerterit.

139 Item † adde, quod quando fur introiuit per fenestram, & abstulit res hospitis, caupo tenetur, Rimin. *consil.* 191. & quando constat furtum factum fuisse à viatore, idem scribit Anchar. Regiens *q.* 61 *per tot lib.* 1.

140 Item † adde, si hospes esset suspectus de calumnia, an sit torquendus, vide Paris. *de syndic. in vlt. quæst. incip. Quidam vir leuis, quæ est in fine tract.* vbi ponit multa exempla quorundam, qui dicebant se disrobatos esse, & fuerunt puniti *Baiard.*

b *In caupona, aut naui.*] Qui de publicano, dic, quod si publicanus prætextu sui officij rem alienam rapiat, furtũ committit vt legitur atque not. *in l. etiam furti actione, C. de furtis.* Giach.

c *Consignans*] Quid si debitor meus obligauit mihi pignori aliquam rem suam & non tradidit, sed postea vendidit eam sine licentia, quod furtum committat, est tex. *in l si is, qui rem pign. pr. ff. de furtis*, quem ad hoc singularem esse dicit Iacob de S. Georg *in l. manifestissimi*, § *sed cum in secunda, C. eo. num. fin.* Item equum, & illum capiens propria authoritate ante pretium solutum committit furtum, similiter proxeneta, qui intrat stabulum meum, & capit equum meum, & vendidit, qui tametsi fecerit conditionem meam meliorem, puta, quod vendidit plusquã valeret, tamen tenetur de furto. De istis duobus, vide *in singul. meis, sing.* 105. Similiter falsus procurator recipiens pecuniam debitam domino, furtum committit, sed qualiter procedat hoc, vt per Iacob. de S. Georg. *in l. fin. C. de furtis, sub n.* 6. *& col.* 5. *&* 4. Giach.

d *Non attingam.*] De recipiente rem furatam. vide infra *n.* 90. *vers. si. in fin. qu. fol.* 277. *à tergo.* Ros.

§. HÆRESIS.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Quis dicatur proprie hæreticus.*

Et quid si quis asserat, fornicationem non esse peccatum mortale. ibid.

Et quid si contendat, periurium non esse mortale peccatum, ibid.

2 *Quæ requirantur ad hoc vt quis dicatur hæreticus.*

3 *Et an ore negans Christum, & corde credens, dicatur hæreticus.*

4 *Hæresis crimen est mere ecclesiasticum, & in eo solus Iudex Ecclesiasticus est competens.*

5 *Et quis inter ecclesiasticos sit iudex competens.*

Et an solus Inquisitor, vel Episcopus possit inquisitum de hæresi absoluere. ibid.

6 *Et an iudex ecclesiasticus condemnet hæreticum ad pœnam ignis.*

7 *Hæretici igne sunt comburendi.*

8 *Et quid si pœniteat.*

9 *Et an liceat pœnitere etiam post condemnationem.*

10 *Et quid si dicat se nunquam fuisse hæreticum, & tamen testibus conuincatur de hæresi*

11 *Et quid si non faciat emendam, ad quam est condemnatus.*

12 *Bona condemnatorum de hæresi confiscantur.*

13 *Et cui fisco applicentur.*

14 *Et an confiscentur etiam in præiudicium filiorum orthodoxorum.*

15 *Matrimonium propter hæresim separatur.*

Et an viro redeunte ad fidem, teneatur vxor ad virum redire. ibid.

16 *Clericus hæreticus, & eius filij priuantur omnibus officiis, & beneficiis Ecclesiasticis.*

17 *Et an pœnæ statutæ contra filios hæreticorum habeant locum etiam contra illos, qui nati sunt antequam pater esset hæreticus.*

18 *Hæreticis non est seruanda fides.*

19 *Aduocatus, & Procurator an possint pro hæreticis interuenire.*

20 *In causa hæresis sufficiunt minores probationes, quam in aliis criminibus.*

Et an sufficiant testes singulares. ibid. Remissiue.

21 *De crimine hæresis potest etiam post mortem inquiri, & defuncti memoria damnari.*

22 *Papa potest de hæresi accusari, & condemnari.*

23 *Hæreticus occultus an incidat in pœnas hæresis.*

24 *Quæ facta sapiant hæresim manifestam.*

25 *Sortilegia an sapiant hæresim, & possint ab inquisitoribus puniri.*

26 *Et quæ sit pœna sortilegij.*

Ex Additionibus.

1 *Hæreticus qui propriè dicatur, & quibus signis demonstretur, remissiue.*

2 *Et quando dicatur conuictus de hæresi, remissiue.*

Hæresis an probetur per testes singulares, remissiue. num. eod.

Et semel tortus pro hæresi quando possit tertio repeti, & quo gradu torturæ, ac de protestatione, iudicis antequam torqueatur, remissiue nu. eod.

3 *Et de abiuratione facienda, & pœnitentia imponenda abiurato, remissiue.*

dum non habet actionem non tantum pœnalem, sed nec etiam ad rei persecutionem, ita Ang. *de malef. & ibi adden. in ver. metridorem de mali dandi*; *in ver. Et viso quod ludus*, *num.6. & 8.* & Menoch. *de arbitr. casu 399 num. 23.* & hunc habet locum etiam quoad alios ludos prohibitos, vt per Iod. *in suo Enchirid.crim.c. 126.num.6.cum seq.*& Burs.*cons.116.num.5.* & licet Par.f.*de ludo, num. 46.* dicat dari actionem criminalem contra furem, vult tamen, quod detur actio ad persecutionem rei, quod negat post alios Cæpol. *caut. 25.* & Ias. *in l. si stipulatus fuero hanc summam, num.4.ff. de verb. oblig.* quos sequitur Menoch. *dicto casu 399.in fine*,& hoc puto non procedere, si teneus ludum haberet licentiam à Principe prout solet concedi à Principibus
104 Deum non timentibus,& † omnis ludus fortunæ dicitur ludus aleæ, secundum Gram.*in cons.35,num.59.* Patis.de Put *in d.tract. de ludo,numer.4.* vbi dicit etiam, quod receptator ludi dicitur aleator.

105 Item † adde, quod Io. Ant.de Nigr.*super cap. Regni in cap.10. incip.ad hoc.sub rubr.de furtis,num.37.* ponit triginta nouem excusationes, quibus fures secundum eum excusari possunt, & Cassan.*super consuet. Burgun.fol.185. vsque ad fol.217.* ponit viginti quatuor casus, quibus fur euitat pœnam mortis, inter quos adsunt etiam casus, quos hic ponit Clar. sed caueant fures, ne cadant, quia apud iustos, & practicos Iudices in paucis casibus pœnam furcarum euadere possent; Iudices enim, dum apparet commissum fuisse crimen, & à quo, debent esse prompti ad puniendum, nec debent ponderate omnes iuris subtilitates, fauor enim publicæ disciplinæ suadet, vt maleficia non remaneant impunita. ita dicit Bald. *in l. si ita vulneratus. ff. ad leg. Aquil.* quem refert, & sequitur Gram.*in decis.36.n.10.*

106 Item † adde, quod committens furtum non debet excusari, etiam quod ex illo furto aliquod bonum reipublicæ sequatur, secundum Pet. Anchar. *in c.t. de const.* vbi dicit, quod ingressus domum alicuius, si scrinium surripuerit, in quo erant litteræ proditionis ciuitatis, hoc patefacto pœnam non euitabit, eum intentionem habuerit furandi; vnde fortuna, quæ felix emitati fuit, non consideratur, sed solus animus; refert, & sequitur Gulelm de Bened.*in repet.cap Rainaldus, in quæst an liceat occid. peccat.n.39 extra de testam* Briard.

u *Seu hic incidenter.*] Adde Alexand *tract.de præsump. reg 3. præsumpt.29.* Petr.de Benintend *concl.34.* Drogh.

107 *Sed hic incidenter quæro.*] Adde † circa istam quæstionem videndum Alciat.*de præsumpt.reg.3.præsum.29.* vbi plene, & Couar. *in capit peccatum, in 2 part.§.1. nu.5 fol.218.* & summam Syluest. *in versic.restitutio,3.num.7.versic quartum si vero emit.* Ioseph. Ludou.*decis Perus.42.prima parte*, Mozzius *in tractat.de empt & vend.num.31.cum sequ.*& latissime per Menoch. *de præsumpt.lib.*
108 *5 præsumpt.29. num 9.* & † qui petit rem sibi restitui debet probare sibi furto subtractam fuisse, Bald.*cons.42.vol.1.*& de huiusmodi probatione sufficit, quod habeat litteras testimoniales sui iudicis ordinarij, Mandel. *cons.48. num.3.* & ibi, *numer.2.* dicit,
109 † quod si solutum fuerit pretium sibi, penes quem erat res furtiua, non nocet, si cum protestatione fuerit solutum: & ibi dicit etiam quod res debet restitui sine pretio, etiam quod sine furto fuerit translata in alias personas.

110 Item † adde, quod emens equum furto subtractum è transeunte, pretium amittit, Afflict. super Constit. Regni, *lib.3.rub. 36.* & Port *cons. 60.* & de modo probandi equum furto fuisse subtractum, & maxime quando duo contendunt equum esse suum Mascard.*de prob concl.634.vol.2.*

111 Item † adde, quod Ille, cui equus fuit furto subtractus, propria authoritate eum habere poterit, si fur cum dicto equo sit in fuga siue adsit suspicio fugæ, vel furtum sit factum incontinen-
112 ti,& † non tenetur præsentare equum iudici, Ang.*in l. qui vas, numer.6 ff. de furt.* & Alex. *in cons. 64.per totum, vol.3.* Io. And. & Doct. *in c. nullus, de pignor.* & Bonacoss. *in tract. equorum, q.25.* sed ego arbitror, quod tutius esset omnia notificare postea iudici.

Item adde, quod possum recuperare equum à fure absque refectione expensarum, ad quas non teneor, secundum Bald. *in l. ex argento, ff de condit. furti.*

113 Item † adde, quod emens rem raptam à latronibus exteræ gentis cum dicta protestatione, vel ab hoste, poterit consequi pretium, dummodo non potuisset illos capere cum re furtiua, Natt.*consil. 419.* Alciat. *d præsumpt.29. num. 4.* & Couar.*in reg. peccatum,de reg.iur par.2 §.1.num 5.* vbi tenet, quod in casu prædicto tenetur in foro interiori, & exteriori restituere pretium, attestando hanc opinionem esse magis communem, Bertaz.*cons. 41. num.5.* vbi consuluit † ad quid teneatur emens equum fur-
114 tiuum à Zingaro: sed circa istam limitationem, quod dominus rei furatæ teneatur restituere emptori pretium, quando emit à latronibus cum dicta protestatione, vide Couar. vbi supra *fol. mihi 218* & ista limitatio non procedit, nisi vtiliter egerit pro domino, vt quia emit pretio paruo, & non aliter, & nisi publice fuisset protestatus, quod ea intentione emebat, id est, pro restituendo domino, vt plene per Summ. Sylvestr. *in vers restitutio 3.num.7.vers.quartum si vero emit.* Contrarium † est in Iudæis, 115
quibus priuilegia fere vbique concessa fuerunt, quod non refecto pretio non teneantur restituere, vt de simili tradit Abb.*in c. quod clericis,n.34 de for.competenti Cremens sing.82.*

Item † adde, quod si dominus restituisset pretium emptori 116
bonæ fidei, tunc amplius repetere non poterit. *l. seruum cuiusdam*, vbi Pau.& Ias.*ff.de cond.indeb.* Mozzius *in tractat.de empt. & vend.n.32.*& Alciat.*in d præsumpt.29.n.4 reg.3.*

Item † adde, quod accipientes res alienas p gnori scienter, 117
tenentur de furto, tex. notab. *in l. si seruum, ff. de cond. indeb.* per quem text. Paul de Castr.& Ias.ibi valde exclamant contra Iudæos, & alios accipientes pignori res furto subtractas à filiis familias, & seruis, dene antes illas restituere, nisi soluto pretio, de quo plenè per Marsil.*in sing.13 & cons 53 num 24.& in singul. 334.* vbi attestatur, quod Hebræis ex priuilegiis per totam Italiam conceditur, vt tuto res furtiuas pro pignore accipiant, idē tenet Alciat. *in d.præsumpt.29. num.7.* vbi tamen dicit tale statutum, siue priuilegiū non habere locum, vbicumque mutuans sciret rem esse alienam, ex quo furtum committeret, & similiter dictum priuilegium, siue Decretum non procederet in Iudæo accipiente rem alienam quam verisimiliter scit esse alienam, quia tunc teneretur restituere pignus illud domino libere sine pretio, Anan.*in cons.70.* & Boss. *in tit.de indiciis,num 61.* & de dicto priuilegio, siue Decreto vide Cremens.*sing.81.*& Felyn. *in cap. causam quæ,column.8.de test.* & † quod Iudæi delinquant, 118
& furtum committant, si rem furatam scienter emant, non obstante dicto priuilegio, & quod dominus si hoc casu pretium soluisset, illud poterit recuperare tanquam indebite solutum, late per Decian *in tract.crim.tom.1.lib.5.cap.12.num.19.* contrarium vero est in eo, † qui res furto subtractas in solutum acce- 119
pit, quia non tenetur actione furti, secundum Iac. Phil. Porc. *in cons 206.* sed mihi videtur, quod nihil probat, & quod in hoc se decipit, eum datio in solutum sit alienatio, Afflict. *in decis.169. num.1.* & Alexand. *in cons.52.vol.1.*& militat eadem ratio in accipiente in solutum, quæ militat in emptore.

Item † adde, quod emens rem furtiuam scienter punitur pœ- 120
na extraordinaria. Mars.*consil.32. & 53. & in d.cons.53.* ea ratione quia delictum iam erat consummatum, & Vsil.in addit. ad Afflict. *decis.369. num.5.* dicit habuisse in facto in magna Curia Vicariæ, in persona cuiusdam Ioan. Bapt. ster de Cioffo, qui scienter emerat quædam serica magni valoris à quodam, qui illa furto subtraxerat, & fuit condemnatus ad triremes per quinquennium, & tamen tenebatur ad pœnam mortis, *per cap Reg.* ad hæc.

Item † adde, quod contra ementem scienter rem alienam agi 121
potest actione furti, si res extat, non autem, si non extaret, quia non posset agi ad pretium, nisi in subsidium, vt per Afflict. *in decis.169.*

Item † adde, quod emens à filiofam. rem surreptam patri, 122
scienter, tenetur furti, Aret. *in §.ij qui Instit.de oblig. quæ ex delict. nascunt.n.2.*

Item † adde, quod vincens in ludo scienter pecuniam seruo, 123
quę erat sui domini, vel filiofam. quæ erat patris, committit furtum, & illam non lucratur, Rolan.*cons.45 num.4.volum.1.* & pater potest repetere, & actione furti agere contra lusores, Bald.*in rubr.C.de condis ob turp causam*, & etiam ibi Ias nisi pater sciuerit filium furari in domo, & nullam prouisionem fecisset, quo casu vincens, seu retinens rem furto subtractam à filio, non tenetur de furto, vt pulchre consuluit Rimin.iun. *consil.106.inter consil. crimin. diuers.paruæ impressionis*, & † ludens præsumitur 124
sciuisse pecuniam esse serui, vel filijfam vt per Alciat. *in tract.de præsumpt. reg.3. præsumpt. 29. num.6.* non tamen posset procedi contra talem lusorem ad pœnam corporalem, ex quo non esset in dolo, sed in culpa, vt ibi per Alciat. † & si ignoranter poterit 125
conueniri tantummodo ciuiliter, secundum Bald. *in rubr.C. de cond. ob turp cau.* & Alciat. *in loco supra citato*, & † quando lu- 126
dens cum filiisfam, seruis, monachis, furiosis, & aliis non habentibus administrationem liberam rerum in ludo appositarum committat furtum, vide Viu.*comm.opin.468 n.19.*

Item † adde, quod res furtiua si reuersa est ad furem, forte 127
quia, ille cui alienauit, accommodauit, vel deposuit ipsam penes furem; & in repetitione ipsius rei concurrant depositarius, & verus dominus, potius facienda est restitutio vero domino, si in iudicio concurrunt; si vero extra iudicium concurrunt, aut deponens emit bona fide, & restitutio ei est facienda; aut mala fide, & tunc debet restitui domino; ita tradit Marian. Soc. *in cap.4.num.7.de furt.*

Item † adde, quod fures, & latrones non possunt agere actio 128
ne furti ad rem, quam furto subtraxerant, contra alium furem, qui eandem rem subtraxisset, nec ad exhibendum, nec interdicto, ne vis fiat ei; possunt tamen petere restitutionem, si sunt spoliati Craff *in repet.capituli cum ad sedem apostolicam. numer. 94.& 95.de restit.spoliat.*

Item

129 Item † adde, quod pretium rei furtiuæ emptæ publice, & bona fide in mercato, siue in nundinis, non debet restitui, etiam si extaret statutum, quod rem furtiuam publice, & bona fide in mercato emptam vendicandi ius non sit, etiam quod nomine domini emisset, Benin. *in decis. Bononien.* 34. & si valet statutum, procedit tantummodo inter ipsos statuentes, vt in dicta decisione.

130 Item † adde, quod non licet domino rem suam propria authoritate accipere. §. *Ita tamen, Instit. de vi bono. rapt.* nisi eam iuris remedio recuperare non posset, quia tunc liceret etiam furari, Ias. *in l. 1. num. 8. C. de testam.* Mars. *in sing.* 177. *maliciis*, Tiraq. *de retract. in proœm. num.* 71. Menoch. *de recup. poss. remed.* 1. *num.* 322. *& seq.* & Pont. *in tract. de spolio lib.* 1. *num.* 124. *& lib.* 1. *num.* 83. vbi dicit, quod si res sic violenter occupata consignaretur Iudici ad effectum, vt pro iustitia desuper consuleret, vel violentia fuisset commissa deficiente Iudice, qui iust tiam ministrare posset, quod tunc licet rem propriam furto subtractam authoritate propria recuperare.

131 Item † adde, quod emptor rei furtiuæ bona fide, qui alteri postea reuendidit, non tenetur restituere domino rei furatæ pretium illius, quod percepit ab emptione, Angel. *cons.* 36. *tom.* 2. *cons. crim. diuers. magn. impress.*

132 Item † adde, quod bona Ecclesiæ furto subtracta auocantur à detinente non restituto pretio, communis est opin. Burs. *cons.* 43. *n.* 31. Baiard.

133 y *Scias tamen, quod si illum acquisiuit bona fide.*] Adde † quod acquirens ab alio, & non à fure, præsumitur in bona fide, Bald. *in rubr. de inuest. de re alien fac. in vsib feud.* Sed contrarium tenet Anton. Scap. *in tractat. iuris non script. quod in vtroque for. obser. lib.* 3. *cap.* 44. *num.* 8. *cum sequen.* dicens, quod acquirens

134 † rem furto subtractam, si non extat, ad æstimationem rei indistincte tenebitur, & quod pro empta agi potest ad rem, in condemnatione tamen venire potest pretium rei; & affirmat se pleries ita in Vrbe iudicasse *Baiard.*

z *Folio* 303.] Late Plot. *in l. si quando, num.* 397. *& seq. C. vnde vi.* Rof.

135 a *Pro complemento huius materiæ.*] Adde † circa istam quæstionem Plot *in l. si quando*, §. 10. *num.* 6. *vsque ad nu.* 15. *C. vnde vi*, vbi multum diffuse, tam de iuramento in litem, quam de procedendo contra familiam ad torturam, pulchre distinguendo, & limitando eam declarat; vide etiam Paris *in consil.* 74 *vol.* 1. & Bero. *in cap.* 1. *nu.* 46. *cum sequen. de rest. spol.* vbi late, quod sit iuramento hospitis, & etiam scholaris, qui stabat ad [illegible], seu duodenam in domo alicuius, & pecuniæ, seu vestes de camera, & domo subtractæ fuerunt, & de nauta, vide etiam Bertaz. *cons.* 138 *per totum.* & ibi addentes, & de huiusmodi iuramento habetur etiam per Menoch. *de arbit. iud. casu* 208. *numer.* 26. vbi tenet, quod remittitur arbitrio iudicis in multis casibus.

136 Item † adde, quod edictum *l. 1. ff naut. caup. & stab.* procedit etiam in illis, qui accommodant cameras, vt vulgo dicitur, *le camere locante* Bertaz. *cons.* 313.

137 Item † adde, quod licet caupo clauem cameræ tradiderit hospiti tenetur tamen ob furtum, & de dolo, si factum est sine fractione, Bertaz. *d. cons.* 131. *num.* 7. *& in consil.* 161. & quando caupo, siue hospes teneatur ad emendam rerum in hospitio suo subtractarum, & quid requiratur ad hoc, vt teneatur, Bartol. de Vulpis *in cons.* 95. *volum.* 1. *inter consil. crim. diuers.* & late tradit Peguer. *in quæst. crimine. c.* 45. vbi distinguit, quando furtum cō-

138 missum fuerit à viatoribus, vel à familia cauponis, & † tenet, quod caupo tenetur, etiam quod quis in cauponam gratis diuerterit.

139 Item † adde, quod quando fur introiuit per fenestram, & abstulit res hospitis, caupo tenetur, Rimin. *consil.* 191. & quando constat furtum factum fuisse à viatore, idem scribit Anchar. Regiens *q.* 61 *per tot lib* 1.

140 Item † adde, si hospes esset suspectus de calumnia, an sit torquendus, vide Paris. *de syndic. in vlt. quæst. incip. Quidam vir legis, quæ est in fine tract.* vbi ponit multa exempla quorundam, qui dicebant, se disrobatos esse, & fuerunt puniti *Baiard.*

b *In caupona, aut naui.*] Qui de publicano, dic, quod si publicanus prætextu sui officij rem alienam rapiat, furtū committit vt legitur atque not. *in l. etiam furti actione, C. de furtis.* Giach.

c *Consignans*] Quid si debitor meus obligauit mihi pignori aliquam rem suam & non tradidit, sed postea vendidit eam sine licentia, quod furtum committat, est tex. *in l si is, qui rem pign. pr. ff. de furtis*, quem ad hoc singularem esse dicit Iacob de S. Georg *in l. manifestissimi*, §. *sed cum in secunda, C. eo. num. fin.* Item equum, & illum capiens propria authoritate ante pretium solutum committit furtum, similiter proxenera, qui intrat stabulum meum, & capit equum meum, & vendidit, qui tametsi fecerit conditionem meam meliorem, puta, quod vendidit plusquā valeret, tamen tenetur de furto. De istis duobus, vide *in singul. meis, sing.* 205. Similiter falsus procurator recipiens pecuniam debitam domino, furtum committit, sed qualiter procedat hoc, vt per Iacob. de S. Georg. *in l. fin. C. de furtis, sub n.* 6. *& col.* 5. *& 4.* Giach.

d *Non attingam.*] De recipiente rem furatam, vide infra qu. 90. *vers. si. in fin. qu. fol.* 277. *à tergo.* Rof.

§. HÆRESIS.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Quis dicatur proprie hæreticus.*
Et quid si quis asserat, fornicationem non esse peccatum mortale. ibid.
Et quid si contendat, periurium non esse mortale peccatum, ibid.
2 *Quæ requirantur ad hoc vt quis dicatur hæreticus.*
3 *Et an ore negans Christum, & corde credens, dicatur hæreticus.*
4 *Hæresis crimen est mere ecclesiasticum, & in eo solus Iudex Ecclesiasticus est competens.*
5 *Et quis inter ecclesiasticos sit iudex competens.*
Et an solus Inquisitor, vel Episcopus possit inquisitum de hæresi absoluere. ibid.
6 *Et an iudex ecclesiasticus condemnet hæreticum ad pœnam ignis.*
7 *Hæretici igne sunt comburendi.*
8 *Et quid si pœniteat.*
9 *Et an liceat pœnitere etiam post condemnationem.*
10 *Et quid si dicat se nunquam fuisse hæreticum, & tamen testibus conuincatur de hæresi*
11 *Et quid si non faciat emendam, ad quam est condemnatus.*
12 *Bona condemnatorum de hæresi confiscantur.*
13 *Et cui fisco applicentur.*
14 *Et an confiscentur etiam in præiudicium filiorum orthodoxorum.*
15 *Matrimonium propter hæresim separatur.*
Et an viro redeunte ad fidem, teneatur vxor ad virum redire. ibid.
16 *Clericus hæreticus, & eius filij priuantur omnibus officiis, & beneficiis Ecclesiasticis.*
17 *Et an pœnæ statutæ contra filios hæreticorum habeant locum etiam contra illos, qui nati sunt antequam pater esset hæreticus.*
18 *Hæreticis non est seruanda fides.*
19 *Aduocatus, & Procurator an possint pro hæreticis interuenire.*
20 *In causa hæresis sufficiunt minores probationes, quam in aliis criminibus.*
Et an sufficiant testes singulares. ibid. *Remissiue.*
21 *De crimine hæresis potest etiam post mortem inquiri, & defuncti memoria damnari.*
22 *Papa potest de hæresi accusari, & condemnari.*
23 *Hæreticus occultus an incidat in pœnas hæresis.*
24 *Quæ facta sapiant hæresim manifestam.*
25 *Sortilegia an sapiant hæresim, & possint ab inquisitoribus puniri.*
26 *Et quæ sit pœna sortilegij.*

Ex Additionibus.

1 *Hæreticus qui propriè dicatur, & quibus signis demonstretur, remissiue.*
2 *Et quando dicatur conuictus de hæresi, remissiue.*
Hæresis an probetur per testes singulares, remissiue. num. eod.
Et semel tortus pro hæresi quando possit tertio repeti, & quo gradu torturæ, ac de protestatione, iudicis antequam torqueatur, remissiue nu. eod.
3 *Et de abiuratione facienda, & pœnitentia imponenda abiurato, remissiue.*

Hæreticus quando censeatur relapsus, & de relapso, vere, vel ficte, remessiue, nu. eod.
Et quomodo procedatur reo recusante abiurare, remissiue, num. eod.
Et qualiter agendum sit contra pertinaciter loquentes, & defendentes errores, remissiue, nu. eod.
4 Christianus centum, & quinquaginta vno casibus dicitur hæreticus, remissiue.
Hæresis atrocitas, remissiue, nu. eod.
Hæresis Iudices qui sint, remissiue, nu. eod.
Et inquisitores quæ possint, & quæ non, remissiue, num. eod.
Et de Iudicibus secularibus, remiss. numer. eod.
Et quæ leges in eo crimine sint seruandæ, remissiue, numer. eod.
Et quomodo formentur processus, remissiue. n. eod.
5 Et qualiter procedatur per inquisitionem, aut denunciationem, remissiue.
Et de exceptionibus, citatione, & carceratione remissiue. num. eod.
Et procedendum est summarie, & de plano, num. eod.
6 Hæreticus manifestus, notorius, occultus, & deprehensus qui remissiue.
7 Hæreticus an sit iudicandus retinens penes se libros prohibitos.
8 Hæretici an dicantur inuestigantes furta cum phiala, candelis accensis, & similibus, remissiue,
9 Et an eius cognitio pertineat ad officium inquisitoris.
10 Hæreticorum pœnæ quæ sint, remissiue.
11 Hæresis abiuratio quomodo sit facienda, remissiue. num. eod.
Hæretico incontinenti reuerso, parcitur. num. eod.
Et quando dicatur incontinenti reuersus, remissiue, num. eod.
12 Hæresis pœna quando possit augeri, cumulari, minui, aut commutari, remissiue.
13 Vniuersitas hæretica quomodo puniatur remissiue.
Hæreticorum receptatores, & fautores quibus pœnis afficiantur, remissiue. num. eod.
Sententia contra hæreticos qualiter ferenda, remissiue, numer. eod.
14 Iudex laicus in puniendo conuictum de hæresi tenetur stare sententiæ iudicis ecclesiastici.
15 Iudæi quando de hæresi puniri possint.
16 Inquisitus ex sola sua confessione condemnari nequit, & num. 39.
17 Sententia declaratoria dicitur æquipollens condemnatoriæ.
18 Hæresis abiuratio, vel purgatio quomodo facienda.
19 Pœna ignis puniendus viuus concrematur.
20 Hæreticus vsquequo ad pœnitentiam admittitur, remissiue.
21 Et quis censeatur relapsus, ac seculari brachio tradendus, remissiue.
Et de relapsorum pœnis, remiss. num eod.
Et quando relapsi morte feriantur, remissiue, num. eod.
22 Et qui sint impœnitentes, ac pertinaces, & qualiter puniendi, remissiue.
23 Hæreticorum bona ante delictum acquisita praua declaratoria Iudicis confiscantur.
24 Et immobilia fisco loci, vbi sunt, applicantur.
25 Hæreticorum bona quando eorum filiis reseruentur, remiss.
26 Hæreticorum Aduocatus, & procurator, se iustis tantum defensionibus vsuros, iurare debent.
Hæreticorum defensiones, remissiue. num. eod.
27 An liceat vnicuique interficere hæreticos.
28 Hæresis quomodo probetur, remissiue.
29 Et quid operentur præsumptiones, & suspitiones remissiue.
30 Et quæ sint in eo crimine specialia, remissiue.
31 Et quomodo, & cum quibus inditiis procedatur ad torturam, remissiue.
32 Hæreticus intra quinquennium post mortem accusatur.
Et qualiter sit procedendum, & sententiandum, remissiue, num. eod.
33 Et an hæredes possint appellare, remissiue.
34 Imperator per solum Papam potest deponi.
35 Hæresis cognitio contra Papam, & Principes, quando, & quomodo fieri possit, remissiue.
36 Sortilegia an sapiant hæresim, remissiue.
37 Et quæ sit pœna præbentis poculum amatorium, ex quo præter propositum mors secuta est, remissiue.
Et quid seruetur hodie apud sanctum Officium, remissiue. num. eod.
38 Sortilegij pœnæ.
39 An infirmus petens hostiam non consecratam sit hæreticus.

PRo intelligentia *a* terminorum, quæro quis dicatur propriè hæreticus. Respond. quod hæreticus proprie (secundum aliquos) dicitur in duobus casibus tantum: Primo, quando sentit de articulis fidei aliter, quam sentiat Romana Ecclesia. Secundo, quando male sentit de Sacramentis Ecclesiæ: & ita tenere communiter Doctores dicit Bossi. *in tit. de hæret. num.* 1. Tu vero dic, quod non modo est vere hæreticus ille, qui male sentit de Articulis fidei, vel de Sacramentis Ecclesiæ, sed etiam ille qui habet peruersum dogma, vel gignit *b* nouas opiniones falsas, aut veteres falsas, & ab Eccles. damnatas *c* sequitur, ita dicit Glos. *in Clem. vnica in Gloss. pen. de vsur.* & ita tenent Doctor, vt dicit Fran. Squillac. *in tract. de fide cath. c.* 14. Hinc infertur, quod si aliquis asserat simplicem fornicationem *d* non esse peccatum, erit iudicandus hæreticus: & ita fuit decisum in curia Tolosæ teste Aufrer. *decis.* 346. Item fuit quæsitum: quem refert Mantua *consil.* 239. *nu.* 8. *lib.* 2. Pariter etiam si quis dicat periurium non esse mortale peccatum, *e* censebitur hæreticus: & ita tenent communiter Doctores, vt attestatur Bellon. *cons.* 78. *n.* 6. 1

Ad hoc autem, vt aliquis dicatur hæreticus, primo requiritur, quod sit baptizatus: nam *f* Iudæi, Pagani, vel Mahumetani non sunt hæretici. Et hoc receptissimis Doctorum sententiis comprobatur, vt dicit Simancas *de hæret. c.* 31. *num.* 3. Item requiritur, quod scienter erret in fide catholica, approbando falsa pro veris, incerta pro certis, vel è conuerso, & hæc est omnium Doctorum concors, & vnanimis sententia, vt dicit Simancas *in allegat. c.* 31. *nu* 5. *g* Item quod sit pertinax in sua opin. alias nunquam dicitur hæreticus. Et in hoc omnes concordant. Fortius dicit Innoc. *in cap.* 1. *in vltimis verbis, de summa Trinit.* quod si quis habet fidem implicitam, quia scilicet credat illud, quod credit sancta Mater Ecclesia, sed falso opinetur, motus ratione naturali, quod pater sit maior, vel prior filio, vel quod in Trinitate tres personæ sunt res à se inuicem distinctæ, non est hæreticus, neque peccat, dummodo hunc errorem suum non defendat, & hoc ipsum credat, quia credit ecclesiam sic credere, & suam opinionem fidei ecclesiæ supponat. Et hæc dicit esse famosa verba Lupus *in allegatione hæresis,* §. 4. *colum.* 3. vbi subdit, quod alij Doctores hoc sequuntur, & dicit esse valde notandum. Aduerte etiam, quia illud, quod dicitur, quod dubius in iis, quæ sunt fidei, est hæreticus, intelligendum est, vt procedat, quando in tali dubitatione habuit firmitatem animi, & quandam pertinaciam, propter quam perseuerat in illa dubitatione: alias secus, ita dicit Ioan. And. *in cap.* 1. *de hær.* quem alij sequuntur, vt dicit Lupus *in loco præalleg.* §. 5. *in princ.* 2

Sed nunquid ille, qui metu mortis, vel tormentorum, vel alia ex causa ore Christum negat, credit tamen 3

men corde, censendus est hæreticus? Respond. quod talis quidem mortaliter, & grauissime peccat, vt dicit gl. *in c. non solum, in c. fin. 11 q. 3.* Doctores tamen illum non iudicant hæreticum, vt attestatur Cald *cons. 4. de haret.* Solent tamen tales reconciliari ecclesiæ per Episcopum, & absolutionis, ac reconciliationis litteras ab eo *h impetrare.*

4 *Hoc crimen* hæresis est mere ecclesiasticum, & ideo eius cognitio ad solos iudices ecclesiasticos spectat: neque potest iudex laicus aliquo modo in eo se intromittere, & cum hac conclusione *k transeunt omnes* indifferenter, vt dicit Alci. *in c. 1. num. 73. de offic. ord.* Dicit tamen pract. Millæi *fol. 75. num. 38.* quod hodie etiam iudex secularis cognoscit de crimine hæresis, & quod ipse vidit plures cremari propter hoc crimen, iudicatos à Proposito Parisiensi ex indulto summi Pontificis. Verum apud nos hoc non seruatur, sed cognitio spectat ad ecclesiasticum, & punitio ad laicum, prout etiam in practica obseruari attestatur Lupus *de donatio. inter. virum & vxorem. fol. 184. post. n. 12.*

5 *l Et scias*, quod hæc conclusio adeo vera est, vt neque etiam possit iudex secularis, postquam ei traditus est à iudice ecclesiastico aliquis de hæresi condemnatus super ipso crimine aliquo modo cognoscere, neque pœnam à iure impositam commutare, vt dixi infra *hoc eo. lib. §. fin. q. 96. vers. quaro etiam.* Bene potest iudex laicus detineri facere suspectos de hæresi, vt deinde eos tradat iudici ecclesiastico competenti. Et ita rescripsit Senatus prætori Cremonæ, 8 Iunij 1557. P. N.

6 Sed quis inter ecclesiasticos est iudex competens in causa hæresis? Respond. in hac causa Episcopi sunt iudices ordinarij. Delegati autem sunt inquisitores *m heretica prauitatis.* Et potest vterque eorum procedere simul & diuisim: non tamen possunt aliquem condemnare, nisi vterque interueniat. Sed nunquid poterunt absoluere? Respon. gl. *in Clem. 1. in verbo Contra eos re et, quod sic*, ex quo ius antiquum solummodo correctum est in condemnatione. Et opin. illius gl. dicit esse communem pract Carer. *fol. 601. n. 32.*

Scias tamen, quod licet iudex ecclesiasticus de hoc crimine solus cognoscat, non tamen ipse condemnat ad pœnam ignis, sed n *tantummodo declarat* reum esse hæreticum, & remittit iudici seculari puniendum, & ita obseruat consuetudo, vt dicit Boss. *in tit. de foro comp. post num. 61.*

7 o *Sed quaro*, quæ sit pœna hæresis. Resp. Si hæreticus nolit ad fidem ecclesiæ redire, tunc de consuetudine igne comburitur, vt attestatur Vitalis *de malefic. in Rubr. de crimine haresis, nu. 6. in fin.* quem refert Chassan. *super consue. Burg. fol. 44. num. 3. in fin.* Idem dicunt Scribentes *in l. cunctos populos. C. de summa Trin.* & in specie Aret. *num. 11.* Purpur. *nu. 90.* Gril. *de crim lib. 1. q. 3. n. 3* Et dicit Bertr *cons. 212. n. 3. lib. 2. in 1. parte*, quod ita interpretata est generalis consuetudo. Idem dicit Gundis. *de haret. q. 15. n. 3* quem refert Pract Conra *di. fol. 346 circa princ.* Pract Corn. *fol. 630. p nu. 132.* Simancas *de har. c 45. num. 9.* quem refert Don. Ant de Padilla *in l. transigere, nu 98. C. de transact.* Pract Iod. *c. 61. n. 59.*

8 q *Caterum si hareticus* pœniteat, & paratus sit redire ad fidem ecclesiæ, & abiurare suam *r hæresim*, euitat pœnas de iure hæreticis impositas; est tamen *s ad perpetuos carceres condemnandus.* Et hanc communem sententiam Legistarum, & Canonistarum Igneus *in l. § cum dominus, num. 32. ff ad Syllan.* Bene verum est quod hodie ista pœna potest per superiorem, & etiam per inquisitorem in aliam commutari, vt est text. *in cap. vt commissi, de hare. in 6.* Intellige per superiorem, iudicem ecclesiasticũ: nam iudex secularis non posset illam commutare, vt dixi *in d qu. 96. vers. quaro etiam.* t *Item intellige*, nisi esset relapsus, tunc enim omnino est igne cremandus, etiam si velit pœnitere, & ad fidem ecclesiæ redire. *u Et nota*, quod quando hæreticus non relapsus, ante sententiam pœnitere, & abiurare paratus est, non modo euitat pœnam mortis, sed etiam confiscationem bonorum, *x licet ipso iure* à die commissi delicti sit imposita. Et hæc est magis commun. opin. vt attestatur Paris. *cons. 2. n. 185. & seq lib. 4.*

Sed y vsque ad quod tempus erit admittenda hæc pœnitentia? Respond. Aliqui dicunt, quod non admittuntur, nisi statim post deprehensionem erroris sponte ad ecclesiæ veritatem, & vnitatem redierint. Et hanc opin. tenere communiter Canon. affirmat Gril. *in tract. de haret quast 5.* quem refert Simancas *de haret. cap. 46. num. 8.* licet subdat, quod ipse ferè nullum inuenit, qui hoc teneat. Alij vero dicunt, quod non sunt admittendi nisi vsque ad sententiam, & ita in Hispania obseruatur, vt tradit Simancas *in d. c. 46. num. 11.* Alij vero dicunt, quod semper admittuntur etiam post condemnationem Et hæc opi. est mitior, & etiam magis communis, vt dicit Boer. *decis. 343. num 3. & 4.* Idem dicit Pract. Carrer. *fol 642. post nu. 159.* Et dicit Boss. *in tit. de foro compet. post num. 137 & in tit. de haret. num. 20.* quod ita seruatur, prout etiam alias obseruatum fuisse attestatur Card. *in cap. ad abolendam, colum. 1. de haret.* nam Ecclesia nulli gremium claudit, nisi iis, qui sunt in hæresim *z relapsi.* Et secundum hanc opin. in facti contingentia consuluit Bertr. *cons. 212. lib. 2. in 1. parte.* 9

Et nota in hoc proposito vnum, quod prima facie videtur mirabile, quod si aliquis imputatus, & conuictus de hæresi, puta, quod dixerit, seu tenuerit aliquid hæreticum, & contra fidem sanctæ Ecclesiæ, & paratus sit abiurare hæresim, & fateri illam opinionem esse hæreticam, *& erroneam*, nolit tamen confiteri, quod ita dixerit, sed dicat semper credidisse, & credere illud, quod credit, & tenet sancta mater ecclesia, talis non admittitur ad abiurationem, nisi fateatur se ita dixisse, prout conuictus est: Et si perseueret in negando, est igne cremandus, tanquam impœnitens: ita decisum fuit per dominos per Rota *decis. 875* accusatus quam decis. ego didici à Reuerendissimo Vida Episcopo Albensi viro clarissimo, & mihi amicissimo, & postea reperi R bu. *in pract beneficia. fol. 469. num. 20. & seq.* qui idem tenet, prætereaque attestatur se ita vidisse seruari contra quendam astutum hæreticum. Et hanc sententiam receptam esse affirmat Simancas *de haret. c. 47. nu. 20. & seq.* Mihi certè hæc opin. semper est visa rigorosa: non enim video, quomodo iste possit dici hæreticus, cum non sit pertinax in errorem, vt eleganter considerat Boer. *decis. 341. nu. 4.* Me tamen remitto determinationi sanctæ matris Ecclesiæ. 10

b *Idem etiam* (secundum aliquos) esset dicendum, si hæreticus nollet facere emendam, ad quam esset condemnatus, puta, vt publice incederet cum c *aliquo signo pœnitentia*: nam eo quoque casu esset igne comburendus, prout vidisse Parisiis practicari contra quendam Io. Berquin, attestatur Milleus *in pract. crim fol. 10. n. 112. & fol. 148. n. 55.* Et ita vsu comprobatum esse attestatur Simancas *de haret. in d. c. 47. n. 25.* licet contrarium in facto consultum vidisse attestatur Calder. *cap. Litteras, de prasumpt.* in quodam Senensi, cui pro pœnitentia, siue emenda iniunctum fuerat, vt per sex menses non ingrederetur ciuitatem: quod etiam refert Franc Squillac. *in d. tract. de fide cath. c. 19.* Quæ opin. mitior est, & iudicio meo d *tenenda*, nisi cum contumacia concurrerent aliquæ aliæ coniecturæ, per quas appareret illum adhuc non bene sentire de ecclesia, hoc enim casu forte dicerem hunc tanquam vere relapsum *e flammis esse comburendum.* 11

Vnum f tamen scias, quod isti impœnitentes non statim debent relinqui iudici seculari: non enim di- 12

cuntur relapſi,ſed ſunt monendi, & hortandi, non ſemel tantum,ſed pluries,vt ad fidem reuertantur, & vbi pœniteant,ſunt ipſi quoque ad reconciliationem admittendi,vt tenuit Cald.*conſ.2.n.2.de hæret.*& ita vtimur,vt atteſtatur Simancas *in d.c.47.n.24.*

13 g *Item bona condemnatorum* de crimine hæreſis de iure communi confiſcantur. Et ita dicunt communiter Doctores,vt dicit Brun.*conſil.feudali* 31.*num.*17.Et ſcias, quod non modo bona hæreticorum ſunt confiſcata h *ipſo iure*, ſed ipſi ſtatim à die commiſſi criminis amittunt adminiſtrationem omnium bonorum, vt eſt text. *in c.cum ſecundum,de hæret.in 6.* Punctus eſt, cui applicentur: nam ſecundum diſpoſitionem iuris canonici videtur expreſſum, quod bona clerici hæretici habentis beneficium eccleſiaſticum pertinent ad Eccleſiam, in qua eſt beneficiatus: & ſi non habet beneficium, pertinent ad fiſcum eccleſiæ cathedralis. *Bona autem* laici hæretici applicantur fiſco ſecularis: ita diſponit, text. *in cap.excommunicamus § damnati,de hæreticis.* Dicit tamen Felin.*in c.irrefragabili,§. ceterum,num.*5. *in fin.de off. ordin.* quod talis conſtitutio ſublata fuit per quaſdam extrauagantes pontificias diſponentes, quod bona hæreticorum diuidantur æquis portionibus inter Rom. eccleſ. epiſcopum, & inquiſitorem. Sed hoc etiam in practica non ſeruatur,vt ait Didac.*libr.2. reſolut. cap.9. num.* 12. ſaltem in Hiſpania, vbi bona tam mobilia, quam immobilia hæreticorum etiam clericorum, & habentium beneficia eccleſiaſtica applicantur fiſco Regio: ſubdens,quod ita praxis obtinuit In hoc autem Ducatu ſeruatur, quod bona hæreticorum diuiduntur æquis portionibus k *inter fiſcum Ducalem, & Epiſcopũ,* & inquiſitorem, & in hoc ſeruanda eſt conſuetudo locorum. Vnum tamen ſcias in hoc propoſito, quod in hoc Ducatu licet, vt dixi, pars bonorum applicetur Epiſcopo, & pars officio inquiſitionis, nihilominus liquidatio bonorum fit per procuratores fiſci Regij, & ſic per hunc magiſtratum. Et ponuntur bona ad proclama, & omnia fiunt perinde ac ſi in totum eſſent applicata fiſco Regio: & deinde facta liquidatione, datur vnicuique ſua portio. Et ita fieri debere *declarauit* l *Senatus, conſentiente etiam R. Inquiſitore,* 30. Iun.1599. A. C.

14 *Et ſcias*, m *quod licet bona damnatorum* regulariter conſeruentur filiis ex diſpoſitione auth. bona damnatorum, *C. de bon.praſcript.*& dixi infra *hoc eo.libr §.fin.qu.* 78.*circa principium,& verſic.videndum eſt etiam:*nihilominus bona hæreticorum confiſcantur etiã n exiſtentibus filiis ipſorum hæreticorum catholicis & orthodoxis,vt eſt text.*in cap Vergentis,de hæret.*qui eſt approbatus etiam de iure ciuili per tex.*in auth. Gazaros, C. de hæret.* Et ita communiter tenetur, vt dicit Pract. Carrer.*fol.*635. *num.*140. hanc etiam dicit eſſe communem ſententiam, & vſu etiam comprobatam, Simancas *de hær.c.9.n.2.*

15 Item propter hæreſim ſeparatur matrimonium.Scias tamen,quod vxor, quæ receſſit à viro lapſo in hæreſim, ſiue ex iudicio eccleſiæ, ſiue non,n *ſi ipſe reuertatur ad fidem*,compellitur ad eum redire, niſi velit ingredi religionem: nam eo caſu ſi fuit ſeparata iudicio eccleſiæ, poteſt illam ingredi,nec tenetur ad virum redire.Et eſt comm.opin.vt atteſtatur Abb.*in cap. de illa.circa fin. de diuor.*

16 o *Item clericus* hæreticus priuatur omni officio, & beneficio eccleſiaſtico,*c.ad abolendam,§.1.de hæret.* & amittit omnem eccleſiaſticam poteſtatem. Et hæc eſt concors ſanctorum Patrum ſententia, vt dicit Pighius *de eccl.Hier.c.*8.quem refert Simancas *de hæret.c.45.nu.* 18. Quinimo etiam p *filij hæreticorum*, & eorum receptatorum priuantur ipſo iure beneficiis obtentis tempore commiſſi criminis. Et eſt commun. opin. vt atteſtatur Io.Lup.*de regno Nauarra in 5.part.§.*8. quem refert Didac.*lib.2.reſolutionum cap.8.poſt num.4.verſ.ceterum,quod filij*.Dicit tamen Simancas *in tract.præallega. c.29.num.*7. quod pia conſuetudine obtentum eſt non modo,quod non ſunt priuati ipſo iure, ſed etiam quod neque per ſententiam priuentur. Et hæc opin. mitior eſt,atque benignior.

Quæro nunc, an pœnæ ſtatutæ contra filios hæreticorum comprehendant eos tantum; qui nati ſunt,poſtquam parentes hæreticam labem contraxerunt, an autem etiam eos,qui prius nati erant. Reſpon. quod indiſtinctè comprehendunt omnes filios, tam natos ante, quam poſt Et hanc opin. dicit eſſe communem Galind. *in Regia diſputatione,§.* 8.quem refert Simancas *in tracta præalleg.c.29.n.*3.licet ipſe teneat contrariam ſententiam,quam(vt ipſe ait)multi viri ſequuntur, neque numero, neque auctoritate aliis inferiores Et hæc etiam opin.tanquam æquior,& benignior mihi magis placet, vide quæ dixi infra *hoc eo.lib.§. Læſæ Maieſt.ver.fuit etiã.* 17

Prætetea hæreticis non eſt ſeruanda fides à priuatis, ita allegatur tenere Bar.*in q.incip.Lucania ciuitatis*,& eſt frequentiori Doctorum calculo recepta ſententia, vt dicit Sim.*de hær.c.45.n.15.* Placa.*li 1.delictorũ,c.37.n.11.* 18

Vlterius,quod *pro hæreticis* non poteſt aduocatus neque procurator r *præſtare patrocinium*: & hanc concluſionem dicit eſſe ex mente Doctorum Afflict. *ſuper* 1. *part.conſtit.Regni,rubr.1. num.*43. *Hoc tamen intellige*,vt procedat,quando conſtat illum ſ *eſſe hæreticum*, & perſiſtere in hæreſi: ſecus autem ſi aduocatus vellet probare, quod ex proceſſu non appareret illum eſſe hæreticum, vel quod eſſet paratus redire ad catholicam fidem. Cæterum ſolent Epiſcopi,& Inquiſitores ſemper concedere veniam aduocatiæ, in quibuſcunque cauſis hæreticorum,vt pro eis intercedant,qua venia impetrata,non eſt vlterius u *quærendum*. 19

Sunt etiam aliæ hæreticorum pœnæ tam à iure ciuili,quam à iure canonico conſtitutæ, quas copioſe,& eleganter tractat Pract. Carterij *in tract.de hæret.n.*132.*& aliis ſeq.*& Simancas *in d tract.* & alij qui de hoc crimine integros tractatus *ſcripſerunt.* 20

Habet etiam hoc crimen x multa ſpecialia,quæ pariter recenſet Pract.Carrer.*in tractat.præalleg.*& inter cætera in cauſſa hæreſis ſufficiunt minores probationes, quam in aliis, & hoc non modo ad inquirendum, de quo aliquid dixi infra *hoc eo.lib.§.fin.quæſt.6.verſ. Item ſcias*,ſed etiam ad faciendum,y *plenam probationem criminis*, vt videtur text.*in c.in fidei de hæret.in ſexto*, quem ita intelligunt communiter Doctores,vt dixit Boſſ. *in titul.de hæres. numer.* 5. Et ex hoc apparet non eſſe veram opin. eorum,qui dixerunt, quod ad condemnandum aliquem pro crimine hæreſis requirantur ſaltem tres teſtes:quia imo duo ſufficiunt: & hæc opin. eſt communis teſte Anan. *in cap. excommunicamus,§. Adiicimus,num.1. de hæret.*quem refert Simancas *de hæret. cap.*50. *num.*3. Et in propoſito circa teſtes de hæreſi deponentes, videndum eſt *conſil.* Crauetæ 262. Et an plures teſtes ſingulares ſufficiant,dixi infra *hoc eod.libr.§.fin. quæſt.*35. *verſic. Dixi etiam.*

z *Item de crimine* hæreſis poteſt inquiri etiam poſt mortem,& defuncti *a memoria damnari*: & ita in facto practicatum fuit contra memoriam b *Bonifacij Papæ*, qui ad inſtantiam Regis Franciæ fuit poſt mortem accuſatus de hæreſi,vt refert Abb.*in rub.C.de hær.num.2.& 3.*licet Boer *deciſ.*34 *in fi.*dicat ſe non inueniſſe in vitis Pontificum.Et ſcias,quod de conſuetudine Regni Franciæ corpus illius, qui poſt mortem damnatur de hæreſi, relinquitur brachio ſeculari, & per brachium ſeculare comburitur. Hæc autem concluſio, quod in crimine hæreſis poſſit contra defunctum procedi, & eius memoria damnari, habet locum non modo 21

modo

modo in hæretico vero, & qui per veras probationes est de hæresi conuictus, sed etiam in hæretico præsumpto, scilicet illo, qui citatus in causa fidei fuit contumax per annum, & deinde mortuus est, vt per Bellameram, *decis.677. in tali processu.* Et in hoc proposito videnda sunt ea, quæ idem Bellamera ponit *in seq. decis.678.679.* 680. 688. *&* 689. vbi multa eleganter tractat in hac materia, & præsertim an hoc casu sint vocandi hæredes defuncti, &c.

22 c *Item licet Papa* non possit pro aliquo crimine accusari, vt dixi infra *hoc eo lib.§ fin.q. 35. vers. videndum igitur*: potest tamen pro crimine hæresis accusari, & condemnari, vt ibi dixi.

23 Quæro, an occultus hæreticus, scilicet ille, qui solum corde deuiat à fide catholica, non tamen verbo scripto, aut de facto aliquod signum hæresis ostendit, incidat in pænam excommunicationis, & alias pœnas à iure impositas hæreticis. Respon. quod non: & hæc est Theologorum ferè omnium receptissima sententia, vt attestatur Simancas *de haret.c.42.n.1.& seq.* nam (vt vulgo dicitur) Ecclesia non iudicat de occultis.

24 Sed hic incidenter quæro, quæ sint facta, quæ sapiant manifestam hæresim. Respond. quod illa, quæ de sui natura præ se ferũt aliquid, quod manifesta est hæresis, dicuntur sapere manifestam hæresim; puta baptizare imagines, rebaptizare pueros, d *& huiusmodi*, & hæc est peritorum omnium sententia, teste Simanca *in pract. praell.c.30.n.9.*

25 e *Successiue quæro*, nunquid inuocatio dæmonum sapiat hæresim manifestam. Respond. quod aut inuocantur dæmones, vt quis sciat futura; & hoc sapit hæresim manifestam; quia *f tribuit diabolo* id, quod est proprium Dei, scilicet *g ventura præscire.* Aut inuocantur ad alium finem, puta ad tentandam pudicitiam mulieris, *h vel huiusmodi*: & non sapit hæresim, quia aduocatur diabolus ad id, quod ei maxime conuenit; cum sit *i tentator animarum.* Ita declarat eleganter Gemin. *consil.* 54. vbi in pulchro casu ita consuluit, & ita distinguunt DD. vt attestatur Afflict. *super prima parte constitutionum Regni, rubr.1. num.17.* Et hoc secundo casu iurisdictio non spectat ad inquisitores; sed ad ordinarium, qui in hoc crimine potest esse tam secularis, quam ecclesiasticus; nam crimen k *sortilegy* est communis fori, ita quod vterque iudex potest procedere, vt tenuit Abbas *in cap.1. numero 3.& 4. de sortileg.* quem sequuntur communiter DD. vt dicit Nunius *de los corregidores, fol. 259. numero 1.* quod nota, quia in parlamentis Franciæ fuit super hoc diuersimode iudicatum, vt refert Papo *libro 22 titul. 3. arresto 1. & 2.* Et dicit Abb. *in rubr. de hæret. numer.13.* quod ita fuit determinatum in Romana curia in caussa cuiusdam Ioan. de Partiniaco, quod huiusmodi incantationes, quæ fiunt ex caussa amoris, non essent hæreticæ, & ita etiam refert Oldrad. *consil. 210. in fin.* relatus & i. se per Tiraquell. *de pœnis, causa 4. numero 3.* quod in facti contingentia fuit absolutus quidam, qui fecerat sortilegia propter amorem cuiusdam mulieris. Faciunt quæ dixi infra *hoc eod. libr. §. fin. quæst. 60. versic. est & amor.* Et ex his credo male consuluisse Barbat. *consil.55.lib.1.* quod sortilegia, quæ fiunt ad scienda furta commissa, sapiant hæresim manifestam, & quod eorum cognitio spectet ad inquisitores. l *Pœna autem* de iure communi imposita *m huiusmodi sortilegis*, diuinatoribus, & maleficis, est mortis & confiscationis bonorum, vt est text. *in l.3.C. de malefic.* Sed de consuetudine hæc pœna non seruatur, sed imponitur pœna fustigationis, vt attestatur Nunius *de los corregidores, fol. 259. numero 2.* vel (secundum aliquos) n *ducuntur* in publicum cum mitra depicta in capite, & deinde eijciuntur, vt attestatur Barb. *in viatorio suris in rubr. de sortil. circa fin.* Et ideo cum superioribus annis in causa cuiusdam Angelæ Cornetanæ imputatæ de sortilegiis, maleficiis, o *incantationibus*, dubitatum fuisset, an esset imponenda confiscatio bonorum, senatus censuit, quod non, 20. Augusti 1563. P.N.p. *Quod nota.*

ADDITIONES.

Ad §. Hæresis.

PRo intelligentia terminorum.] Adde, † vt per Rimin. iun. *in cons.395. vol.4.* vbi latissimè, quando quis dicatur hæreti- a 1
cus formaliter, & propriè, & quibus signis talis demonstretur, & † quando dicatur conuictus de hæresi, & an testes singula- 2
res probent hæresim, & quando semel tortus pro habenda veritate hæresis repeti possit, nedum secundo loco, sed etiam tertio, & quo gradu torturæ, & de protestatione facienda, antequam reus torqueatur per Iudicem, de † abiuratione facienda, 3
& quando relapsus censeatur, & de pœnitentia abiurato imponenda, de relapso verè, vel fictè, & quomodo procedendum sit reo abiurare recusante, & quomodo agendum sit circa pertinaciter loquentes, qui conuicti tenaciter defendunt errores, nec volunt illos detestari, nec abiurare, nec ad Ecclesiam redire, vide etiam omninò Decian. *in tract. crim. li.5.c.16. tom.1.* vbi accumulauit † centum quinquaginta, & vnum casus, in quibus Chri- 4
stianus dicitur hæreticus, & in sequentibus capitulis habetur, in quibus casibus non dicatur hæreticus: hæresis atrocitas: qui sint Iudices in causis hæresis, quæ possint Inquisitores hæresis, & quæ non possint, de officio Ecclesiasticorum Iudicum in causis hæresis, & eorum pœnis, de Iudicibus secularibus, quæ leges sint seruandæ in caussis hæresis, de processibus contra hæreticos, quomodo sint formandi, per inquisitionem quomodo † proce- 5
datur in hoc crimine, quomodo per denunciationem, de exceptionibus, de citatione, de carceratione. quòd proceditur summariè, & de plano in hoc crimine, & † de manifesto, noto- 6
rio, & occulto hæretico, & deprehenso habetur *in c.53.*

Item † adde, quòd tenens penès se libros prohibitos iudica- 7
tur hæreticus de iure ex Concilio Tridentino secundum Carocc. *in c. nunquid, par.2. fol.137. num. 26. de reg. iur. in 6.* Sed de hoc amplius est deliberandum, secundum Bursat. *in cons 7 nu.5.* vide etiam in Apostil. ad Rom. *in sing.326.* vbi hoc limitat tribus modis.

Item † adde, an hæretici dicantur quærentes scire furtum 8
occultum cum phiala plena aqua, candelis accensis, & pueris, aut puellis virginibus interpositis, quædam verba dicentibus, & † an eius cognitio pertineat ad officium Inquisitoris, & de a- 9
liis ad Nigromantiam pertinentibus, Rimin. iun. *in consil. 414. vol.4.*

Adde † quam pœnam mereatur hæreticus, per Menoch. *de* 10
arbit. iud. cas.374. & per eundem *in cas.372.* habetur, † quomo- 11
do facienda sit abiuratio hæresis, & in casu seq. quòd hæretico incontinenti in viam reuerso parcitur, & quando dicatur reuersus incontinenti, & latissimè per Decian. *in tract. crimin. tom.1. lib.5.c.40. de pœnis hæret. in c.41.* de pœnis hæreticorum spiritualibus, quæ animam tangunt, de pœnis corporalibus, & pœnis infamiæ, & amissionis dignitatum, *& in c. 49.* habetur, † quando 12
pœnæ in hoc crimine possint augeri, vel minui, vel cumulari vel commutari, *& in c.50.* habetur, quomodo † vniuersitas hæreti- 13
ca puniatur, *& in cap.51.* habetur de fautoribus, & receptoribus hæreticorum, & quibus pœnis puniantur; *& in c.38.* habetur de sententia, qualiter contra hæreticos sit ferenda. *Baiard.*

Pro intelligentia.] Vigel. M.I.R *l.1.c.13. de hæresi.* Decian. *to.1. tract. crim. lib.4.c.26.n.4. Ros.*

b *Nouas opiniones falsas.*] Adde quod immo dicitur hæresiarcha, vt *in c. quid autem, 14.q.3. Giach.*

c *Sequitur.*] Adde & per Caret. *in tract de hær. post n.9.* quem vi. per discursum vsque *ad n.69.* vbi quamplurima ponit exempla, quot modis contrahatur hæresis. *& sub nu.59.* allegat alios locos, ad quos conuolandum esse dicit, si quis alios casus studiosus velit perquirere. Et *sub num 63*, disputat, an si Ecclesiasticus † tradit conuictum de hæresi puniendum iudici laico, & 14
temporali, teneatur punire non viso processu, & sic stare sententiæ condemnatoriæ latæ per Ecclesiasticum? & concludit teneri, & num. seq. nisi addendo nouas pœnas, vi. fusius per eundem. *Giach.*

d *Non esse peccatum.*] Supple mortale, Vt habetur etiam per Lud. Carer. *in d. tract. num.17.* & forte fuit omissum errore typographi in textu, in summario etenim reperitur expressum *Giach.*

e *Censebitur hæreticus.*] Adde idem de eo, qui dicit non esse soluendas decimas, & clericos esse expellendos his temporibus, quia malè viuunt. Et eodem modo de illo, qui dicit, non esse peccatum duas vxores accipere. Nam hæreticus reputatur secundũ Dec. *in c.1. ante nu.1.14. de offic. deleg.* Vbi etiam ponit illos duos casus descriptos ab authore, qui Dec. *sub n seq.* dicit etiam, quod

Inquisitores possunt procedere contra Dominum temporalem impedientem familiam suam in delatione armorum. Et Carer. *d. tract. nu. 28. & 90.* Crau. *cons. 262. col. 1. vers. plane*, innuit hæreticum esse, qui male dixit de Ecclesia, qui mandata Pontificum despexit, qui præcepta Quadragesimæ non impleuit, *& in consi. 282. col. pen. in princ.* inquit, quod quando quis negaret decimas esse soluendas simpliciter, & absolute propter malam vitam clericorum, esset hæreticus, & Carc. *n. 37. d. tract. post n. 6.* quem vide, quia alios etiam ponit casus. *Giach.*

15 f *Iudæi.*] Adde, quod possunt † tamen puniri ab Inquisitore, vbi delinquunt in his, quæ proprie saperent hæreses inter Christianos, sed in his, quæ non pertinent ad articulos fidei, sed solū ad opprobrium, vel contemptum, puniet eos secularis, vel ecclesiasticus, vt per Fel. *in c. postulasti. n. 4. de Iudæis*, vbi vtrunque casum exemplificat, & per Carer. *de hæret. n. 91.* Giach.

g *Item quod sit pertinax.*] Ideo pœnitentia prodest hæretico, modo quo infra, § *fin. qu. 60. vers. fui quandoque infra hoc eodem. § vers. sed quæro, ibi cæterum si hæreticus*, vtrum ad probandum quem esse Hæreticum sufficiāt testes singulares; vt puta si vnus dicat audiuisse G. dicentem Christum non esse natum de Virgine; alter dicat audiuisse eundem G. dicentem æqualitatem non esse in Trinitate, ac similia; vide Alexan. *in cons. 1[illegible]. sub num. 5.*

16 *vol. 1.* & an si quis † simpliciter dicat se esse hæreticum nulla expressa hæresis causa, puniri possit? Quod non, dixit Crauet. *consi. 261. sub num. 1.* In his enim, quæ iuris sunt, sola confessio non præiudicat, Idem Crauet. *cons. 29. n. 2. cons. 48. nu. [illegible]. & cons. 93. n. 1.* Tamen quia negari non potest, quin talia verba mixtum in se contemptum non haberent, [illegible] ergo puniretur si non vt hæreticum, vt contemptorem. infra *d. l. q. 6[illegible]. vers. [illegible] proque vide inf. in § fin. q. 55. vers. quomodo autem*, ibi in genere aliqua delicta commixta. *Drogh.*

h *Imperare.*] De illo cons. Card. [illegible] Crau. *cons. 202. post n. 7. vt ibi* Giach.

i *Hoc crimen.*] Dec. *d. lib. & c. 26. n. 4.* Ros.

k *Transeunt omnes.*] Adde & hoc frequentiori calculo receptum esse etiam testatur Ro[illegible]. *suo consil. 2[illegible]. n. 1[illegible]. lib. 3.* Giach.

l *Et scias.*] Decian. *d. nu. 4.* Ros.

m *Hæreticæ prauitatis.*] Sed an ordinarius teneatur ab inquisitore, seu eius Vicario vel ire ad inquisitionē. Et quid si nolit, vtrum Inquisitor teneatur ire ad [illegible], vt causa in Episcopi tribunali terminetur: Vel an Inquisitor, seu eius Vicarius possit inceptam causam absque illo prosequi, & finire, vide plene per R. Patrem meum F. Vincen. Giac. *in suis opusculis, q. vlt. char. 50.* Giach.

n *Tantummodo declarat.*] Sed per talem declarationem dicitur exequi per modum antecedentis: Vnde similiter dicitur, quod si Iudex declarat quem esse prodigum, subsequenter eidem interdicit administrationem, vt per Crauet. *de antiq. temp. par. 4. vers.*

17 *Transeo nunc, num. 66.* Vnde † declaratoria dicitur æquipollens sententiæ condemnatoriæ, vt per Tiraq. *in l. vnquam in verb. reuertantur sub n. 371. C. de reuoc. don.* Aldo Gran. *cons. 67. sub n. 4.* Gram. *decis. 6. n. 12.* Menoc. *de retin. poss. remed. 3. n. 192.* Dec. *rub. de appell. n. 33. cum seq.* Drog.

o *Sed quæro.*] Adde etiam de pœnis ordinariis, vt eundem per Lud. Carer. *tract. suo de hær. nu. 141. vsque ad n. 158.* Et qualiter euadantur, & de pœnis receptatorum vsque ad fin. & per *d. cons. 78. nu. fin.* Giach.

p *Num. 132.*] Vbi multas pœnas ordinarias in proposito ponit. *Giach.*

q *Cæterum si hæreticus.*] De hæretico, quem pœnitet, Farin. *qu. 124. p. 3. nu. 161.* Ros.

r *Hæresim.*] Hæresis abiuratio quomodo sit facienda, diligenter explanatum vide per Iac. Menoc. *de arb. iud. li. 2. centu. 4. cas. 372. per totum.* Giach.

s *Ad perpetuos carceres condemnandus.*] Adde, & per Car. *tract. suo sub nu. 62. 133. & 159.* vbi etiam Inquisitores poterunt pœnam perpetui carceris commutare, nisi tamen abiurasset, & postea incideret in aliam, aut eandem hæresim, tunc enim relapsus, statim absque alia audientia traditur Curiæ seculari, *c. super eo, & accusatus, de hær. lib. 6.* cum per eundem Car. citatis, qui *num. 54. sup. eo.* idem tenet post relatos, de eo, qui accusatus abiurasset indicio, licet contra eum plenæ probationes non fuerint; qui si reincidat in eandem, vel aliam pro vero hæretico habetur. *Giach.*

t *Item intellige.*] Alioquin infinitas non euitaretur: Quo argumento in suo proposito vtitur Marsil. *in rub. de fide inst. num. 97.* vide *inf. q. 46. vers. quæro*, quæ ibi Dixi. *Drogh.*

Item intellige.] Adde, an abiurans in iudicio hæresim, propter vehementem præsumptionem si iteratio labatur, nunquid relapsus ficte dicatur, text. & gloss. *in c. accusatus, de hær.* dicit quod sic. *Giach.*

18 u *Et nota quod.*] Adde videndum † Decian. *in tract. crim. tom. 1. lib. 4[illegible].* vbi latissime de abiuratione, & quomodo sit facienda, *& in cap. seq. habetur de purgatione.*

19 Item † adde, quod quotiescunque quis pœna ignis punitur, tunc viuus concremari debet, *l. vniuersis, C. vbi fiscal. causs.* Cors. *in sing. 15. in vers. pœna, incip. aliqui dissidentes.* Baiar.

x *Licet ipso iure.*] Adde quod alias stat Decretum Mediolani confiscans bona, de quo infra *in § fin. q. 78. vers. vlterius quæro*: ibi in hoc Ducatu; Quo stante, nec eximens se à pœna mortis recuperat bona, quę remanent, aut fisco, aut alteri succedenti ab intestato, siue etiam de facto occupanti, *vt d. q. 78. vers. vlterius quæro. & quæst. 59. vers. sed quæro*, & ibi dixi; limita ergo supra scriptas decisiones in hæretico, vt hic, & nota in hæretico, quod licet bannitus post annum audiri non possit, nisi fuerit admissus à Principe, vt est *infr. quæst. 66. versic. sed nunquid*, tamen hæreticus in contumaciam damnatus tanquam de hæresi suspectus, immo conuictus, auditur: licet bona non recuperet, modo, quo per Chartar. *de execut. sentent. cap. 1. numero 178. cum sequent.* Drogh.

y *Sed vsque.*] In clerico autem, vt recuperet beneficia, vide per Lud. Carer. *d. tractat. post num. 159.* qui *num. seq.* ponit relatiue formam iuramenti redeuntis ad formam absolutionis cum pœnitentia. Et adde, & vide *in iudi. Inquisitor. atque in directorio.* Giach.

20 y *Sed vsque ad quod tempus.*] Adde † videndum omnino Decian. *in tract. crim. tom. 1. lib. 5. cap. 54. num. 3.* vbi latissime hanc quæstionem tractauit, & totam materiam de pœnitentibus hæreticis. *Baiard.*

z *Relapsi.*] Nam eis denegatur audientia, quo ad pœnam corporalem euitandam, & tanquam conceduntur sacramenta, si manifesta sunt signa pœnitentiæ, vt habetur *d. c. super eod. de hær. in 6.* & tradit Lud. Carer *in d. suo tract.* Giach.

21 *Relapsi.*] Adde, † quis censeatur relapsus, ita vt seculari brachio sit dimittendus, latè per Rim. iun. *in cons. 686. vol. 4.* & per Decia. *in tract. crim. to. 1. c. 56.* vbi etiam de relapsorum pœnis, & quando relapsi morte puniri debeant, *Baiard.*

a *Erroneam.*] Obiter quæro, nunquid Notarius, qui confessus est errores hæreticales, ad S. R. E. reuersus possit officium tabellionatus ad bancum iuris exercere, vt per Hip. de Rim. *cons. 185.* Giach.

b *Idem etiam.*] Adde ad idem, & per Lud. Carrer. *in suo tract. de hær. nu. 18.* Giach.

c *Aliquo signo pœnitentiæ.*] Vt per crucis impositionem vt alij terreantur, vt per Lud. Carrer. *in eo tract. post num. 158. vers. item puniuntur.* Giach.

d *Tenenda.*] Adde, quod hanc opinionem sequitur nouissime Hippol. Rim. *in cons. 150.* qui defendit mulierem inquisitam de pœna relapsi, cui R. Inquisitor iniunxerat, ne de domo, quam sibi pro carcere præfixerat, exiret, & exiuit sine licentia. *Giach.*

e *Flammis esse comburendum.*] Adde, & fusius per Hip. Rim. *eo. cons. 150. n. 19. 20.* Giach.

22 f *Vnum tamen scias.*] Adde, † qui sint impœnitentes, & habetur per Dec. *in tract. crim. to. 1. lib. 5. c. 51.* Baiar.

23 g *Item bona condemnatorum.*] Adde † videndum Decian. *in tract. crim. to. 1. lib. 5. c. 44.* vbi latissime de pœnis hæreticorum, bona respicientibus.

Item adde, quod bona acquisita per hæreticum à die commissi delicti citra vsque ad sententiam, nō veniunt in confiscatione bonorum, sed ea tantum quæ tempore delicti possidebat, vt est communis opinio, Bursat. *cons. 14. num. 18. 43. nu. 4. & ibi num. 6.* dicit, quod bona hæretici non dicuntur Fisco incorporata, nec apprehendi possunt, nisi præuia declaratoria sententia, & attestatur de communi, & idem tenuit Lapus *in alleg. 127.* Anastasius Canonicus, *nu. 8.*

24 Item † adde, quod bona immobilia hæretici Fisco, vbi sita sunt, applicantur: communis est opin. Burs. *d. cons. 43. n. 14.* Baiar.

h *Ipso iure.*] Et sic bona sunt publicata, nec processus, neque sententia requiritur quoad publicationem, vt etiam habetur per Lud. Carer. *d. tract. suo sub nu. 137.* vbi subdit, requiri tamen declarationem propter administrationem, & fructus medij temporis. Item & antequam fiat executio; ex quo *num. seq.* post relatos tenet, hæreticis interdictam esse bonorum alienationem, quæ si fiat, reuocari potest per Inquisitorem, aut Episcopum, qui tamen tenetur pretium restituere, sicuti etiam tenetur, si hæreticus emisset bona, & pretium non soluisset, quia tenetur Inquisitor soluere, *per eundem num.* 1[illegible]8. Item infra quantum tempus peti potest publicatio bonorum, & memoria defuncti damnati, vide per eundem Carrer. *in d. tract. nu. 142.* quæ omnia bene nota. *Giach.*

i *Bona autem laici.*] Farin. *tit. de delict. q. 25. vol. 1. n. 12. vsque 18.* Ros.

k *Inter fiscum Ducalem, & Episcopum.*] Vide Menoch. *d. tract. de arbit. iud. lib. 2. cent. 4. cas. 174. n. 4. infra q. 80. vers. in hoc*, Boer. *ad consuet. Bitur. tit. 2. § 11. in gl. item Voy re*: Bona vero temporalia clericorum etiam si confiscatio fiat ab episcopo applicantur Principi temporali, vt per Aym. Crau. *cons. 128. sub n. 6.* Drog.

l *Declarauit Senatus consentiente etiam R. Inquisitore.*] Adde, quod Senatus forsitan motus est ad sic declarandum, & R. Inquisitor ad accommodandum consensum, &c. *Giach.*

m Et

25 m *Et scias, quod licet bona damnatorum.*] Adde † videndum Decian. *in tract. crim to.1. lib. 5. c. 45.* vbi latissime habetur, quando bona hæreticorum reseruantur filiis, & quando non *Baiar.*

n *Si ipse reuertatur ad fidem*] Farin. *vol. 5. suæ praxis, qu. 143. §. hæresis, n. 98.* Ros.

o *Item clericus.*] Adde vt per Lud. Carrer. *in d. tract. n. 144.* vbi extendit etiã in hæretico occulto, *& n seq.* ponit opin. vsque ad quem gradum, & à *n. 143. vsque ad n. 158.* tractat de pœnis extraordinariis: deinde qualiter euadãtur pænæ ordinariæ, atque extraordinariæ, & vltimo de receptator. pœnis, & excusation. *Giac.*

p *Filij hæreticorum.*] Quid de filiis in potestate existentibus, quid de emancipatis, quid de adoptiuis, quid de legitimatis, quid de naturalibus tantum, quid de nepotibus ex vtroque parente, & qualiter. & quid de femina. De omnibus, vide relatiue per Ludo Carrer. *in eo tract. post num. 141.* vbi quidem de dotibus vxorum. *Giach.*

26 q *Vlterius pro hæreticis*] Adde † quod Aduocatus, & Procurator iurare debent, se iustis duntaxat defensionibus vsuros, Deci. *in tract crim. to. 1. lib. 5. c. 37.* vbi latissime habetur de defensionib. reorum in huiusmodi crimine hæresis. *Baiar.*

r *Præstare patrocinium.*] Adde per notat. *in cap. aduersus, de hæret.* & tradit Carrer. *d. tract. nu 19.* Rolan. *cons. 63. col. 5. vol 2.* Item in quibus non liceat fauere, nec defendere accusatum de hæresi, & quod fautor hæreticorum dicatur quis tam in committendo, quam in omittendo, vide de omnibus Bello *in cons. 78 nu. 12. 13.* Item de aduocato vide per Lud. Carter. *in tract. suo de hær. sub n. 114.* Giach.

s *Hoc tamen intellige.*] Adde infra *q. 82 stat. 1.* Drogh.

t *Esse hæreticum.*] Alias esset excommunicatus per Lud. Carre *in suo tract. de hæret. ante n. 114.* Giach.

u *Quærentium.*] Vt in casu super quo consuluit Aymo. Crau. *in cons. 262.* & ita seruatum vidi. *Giach.*

x *Scripserunt.*] Adde etiam Iac. Menoch. *de arbit. iud. lib. 2. cent. 4. cas. 374* & per Carrer. *in pract. §. Homicid 6. sub n. 167.* Vbi

27 † licet hæreticum occidere ob defensionem fidei: Item si in aliquo loco repetiantur plures hæretici, licet ignem immitteret in loco illo, & eos combureret. *Giach.*

28 x *Habet etiam hoc crimen.*] Adde, † quod ad probandum huiusmodi crimen sufficiunt testes singulares, vt plenissime per Rimin. iun. *in cons 85. per totum, to. 2. inter cons crim. diuersor.* vbi attestatur de magis communi, & quomodo probetur, quem esse hæreticum, & an per testes singulares, latissime per Mascar. *de*

29 *probat. concl 855. & 856. cum seq.* & quid, † & quantum operantur præsumptiones, & suspiciones in huiusmodi crimine hæresis,

30 vide Menoch. *in tract. de præsumpt. lib. 5. præsumpt. 100.* & quæ † sint specialia in hoc crimine, & quomodo probari possit; vide etiam Decian. *in tract. crim tom. 1. lib. 5. c. 20. & c. 35. & in c. 36.*

31 habetur quo † in hoc crimine sit procedendum ad torturam, & quæ indicia requirantur. *Baiar.*

y *Plenam probationem criminis.*] Adde ad idem per Gabr. Eugub. *cons. 178 n 1. l. fin. C. de probat* qui in criminalibus ad condemnationem requirit probationes clarissimas; quod procedit etiam in hæresi: concordantes allegat, & inter communes conclusiones hanc ponit sicuti & de indiciis, quæ debent probari per duos testes ad effectum quæstionis, seu torturæ, contestes, vide ibi *in 2 conclusione, & num. 30.* vbi debent esse omni exceptione maiores, & quod tres requirantur saltem. Ita practicari retulit, vi. ibid. *Giach.*

z *Item de crimine*] Decian. *d. n 4. vers. nono potest.* Ros.

32 *Item de crimine hæresis.*] Adde, quod accusatio debet fieri infra quinquennium à die mortis, ad hoc, vt memoria damnari possit, *l. 2. C. de apost.* & ibi Bart. & Rom *in sing. 436. incip. de crimine læs maiest.* sed Marian Soc. *in c veniens nu. 149. de accusat.* dicit, quod hoc dictum non est verum, nec tutum, quia est contra tex. *in c. 2. § fin. de præscript lib. 6.* vbi requiruntur 40. anni, nisi forte diceretur illud procedere; quantum ad publicationem bonorum, sed quoad damnationem memoriæ, quod procederet dictum Bartol. licet Bart. videatur loqui in publicatione bonorum: & ideo Socin. ibi nihil decidit. Et qualiter sit procedendũ, vt memoria defuncti damnetur, vide Paris. *cons. 2. nu 209. vol. 4.* Gomez. *var resolut. tom. 3. titu de crim. læs mai. st. num 12.* Zanch. *de hæret. c. 41. nu. 3. cum sequen* Guind. *de hæret. quæst 22 numer. 9.* Alba. *cons. 90. in fine,* & forma sententiæ habetur per Zanch. *in d. cap. 41. n. 4.* & quando defunctorum memoria in hoc crimine † damnari possit, & an hæredes possint appellare, late per Decian. *in tract. crim. n 1. lib. 5. c. 57. & 58.* Baiar.

33 a *Memoria damnari*] Adde qualiter procedendum, vt defuncti memoria damnetur, vi. per Paris. *cons 2. num. 209. libro 4.* & vi. fusius *in f. §. Læsæ Maiestat. col. pen. addition.* contra Principem, vel Remp. Rom. adde vt per Ang. *de Aret. in § publica, nu. 3. & 4. Instit. de publ. iudiciis.* Vide Rolan. *cons. 8. in 3. numero 8.* Giach.

q *Bonifacij Papæ.*] De hac re vide similiter *infra §. fin. q. 32. ver. debes scire, infr. q. 35. vers sed attenta:* Dec. *in l. eos receptum, num. 01*

ff. de iurisdict. omn. iud. Ideoque etiam mortuus conuinci potest, *25. q. 2. c. sane, ibi: si modo conuinceretur.* Drogh.

c *Item licet Papa*] Idem de Imperatore, qui † per solum Papam, & non per alium potest deponi, vt per Carrer. *d. tract. n. 98.* 34 qui *n. 155* tenet non obstare, si eligatur. *Giach.*

Item licet Papa.] Adde, † quando, & quomodo contra Papam, 35 & Principes sit de hæresi procedendum, late per Dec. *in tractat. crim. to. 1. lib. 5. c. 52.* Baiar.

d *Et huiusmodi.*] Prout est etiam ponere duo principia æqualia. Item & ponere duos vicarios æquales in terris, quia vtrunque est hæreticum, per Abbatem *in c. nouit, num. 12. de iud.* Item qui plenitudinẽ potestatis Papæ interuertere nititur, vel negare, vel quouis modo violare, hæreticus est censendus. *c. ità dominus, 19. d. c sacrosancta, 22. dist. cum multis aliis simil. allegatis* per Mars. *idẽ tenentem tractat. bannit fol. 374. post n. 146.* Item, qui credit Papam non posse dimittere peccata, est hæreticus, vt sentit Oldra, *cons. 271.* relatus, & sequutus à Mars. *d. tract fol. 357. num. 281.* Item multis aliis modis quis dicitur hæreticus, vi. per Boss. relatiue *tit. de hæret. n. 2.* & per Carrer. *d tract* Giach.

e *Successiue quare.*] Adde † omnino videndum Farin. nouiter 36 impressum, *var. quæst. in q 20 à nu. 73. vsque ad 112.* vbi latissime de hac materia sortilegij *Baiard.*

f *Tribuit diabolo*] Adde, quod hoc exemplum ponit Lud. Carrer. ac per plura probat. *in d. tract. de hær. sub n. 23.* vbi etiã ponit de adoratione dæmonum, de precibus effundendis Idolis, ac de consulentibus dæmones, vt ab eis responsa habeantur. *Giach.*

g *Ventura præscire*] Et ideo nil mirum, si Sixtus V. Pont. Opt. Max. Artificialem (quam vocant) Astrologiam prohibuit: Vnde super hoc Dec. congrue loquentem *in c. nouit, à nu. 8. cum plurib. sequentibus extra de iudic* Drogh.

h *Vel huiusmodi.*] Adde infra *q. 60. vers. est & amor;* & quod sortilegium sit quid ab hæresi diuersum, tenuit Crau. *cons 6. in prin.* Drog.

Vel huiusmodi.] Adde † videndum Menoch *de arb. iud. cas. 358.* 37 vbi de eo, qui dedit poculum amatorium, ex quo præter propositum mors secuta est, qualiter puniatur, & quod hodie apud sanctum officium, vide Locat. *in suo iudiciali Inquisit. fol. 321. ca. pocula amatoria.* Baiar.

i *Tentator animarum.*] Adde etiam per Carrer. vbi supra quem vi. *nu. 50. Giach.*

k *Sortilegij*] Adde, sortilegorum pœnas, vt per Iaco. Menoch. *de arbit. iud. lic. 2. cent. 3. cas 388. per totum,* Item vide ad materiam *sup §. 1. aadit. maleficium Giach.*

Sortilegij.] Decian. *d. n. 4. vers non possunt, & n. 10.* eius materiam late tractat Far. *tit. de delict. & pæn. q 20. vol. 1. n 73. vsque 100. & n. 104. tract. de pocul. amat. & q. 98 n. 8. causa 13. Ros.*

l *Pœna autem de iure communi, &c.*] Adde † quod pœna sorti- 38 legorum, & diuinatorum tam de iure ciuili, quam canonico est, quod fustigentur, nisi sint hæretici, & hoc in vili persona; in Nobili autem pœna est perpetui carceris; tex. est singularis *in c. quod contra sortilegos, alias contra idolorum 26. quæst. 5.* quem ad hoc pro singulari refert, & sequitur Rom. *in sing 660. incipien.* Tu scis, quod isti diuinatores, vide etiam in hac materia sortilegorum, Menoch. *de arb. iud. in casu 388.* Baiar.

m *Huiusmodi sortilegis.* Farin *sup n. 89. 90. 93. 94. & 103.* Ros.

n *Ducuntur in publicum*] Et quid in incantatoribus serpentum *ibi num. 110.* & Astrologis, & Chiromanticis *idem num. 111. & 112.* Ros.

o *Et incantationibus.*] Sed nunquid diuinatio, & incantatio, per quam apparet de maleficio, faciat indicium, vi. per Carrer. *in pract. n. 141.* vbi retulit indicium expertum in materia homicidij. Nam vbi nescitur homicida, & suspicatur de aliquo, vt deferatur cadauer, & incipit euomere sanguinem. Hoc ego nunquam expertus sum, & de isto indicio, valde dubito; sicut etiam audiuit ab aliis iudicibus dubitari. *Giach*

p *Quod nota.*] Item nota, quod si inquisitus dixisset, sum hæreticus, non exprimendo causas hæresis, quod non posset † con- 39 demnari ex sola confessione secundum Crauet. *d. cons. 262. versi. quinimo.*

Item, si infirmus petat hostiam non consecratam, non quia de 40 fide male sentiat, sed vt dici possit eũ sumpsisse Corpus Christi, reputans se indignum Corpus Christi assumere, licet peccet ita faciendo, & petendo hostiam non consecratam, non tamen iudicatur hæreticus, quia causa petendi non fuit, quod de fide male sentiret, sed quia indignum se crederet, secundum Calderinum *in consil. 4 in tit de hæret.* quem refert, comprobat, & sequitur Crauet. *in cons. 316. col. 5. post numerum 7.* Giach.

§. HOMICIDIVM.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 Quotuplex sit homicidium.
2 Et quod dicatur homicidium casuale.
3 Et quod homicidium culposum.
Et qua pœna puniatur homicidium culpa commissum ibi.
4 Et quid si aliquis citra animum occidendi alium percusserit.
5 Et quid si putans interficere vnum, occiderit alium.
6 Et quod dicatur homicidium dolosum.
7 Et quod dicatur homicidium commissum animo deliberato.
8 Et quod dicatur homicidium commissum ex proposito.
9 Et quod dicatur homicidium commissum ex insidiis.
10 Et quod dicatur homicidium commissum proditorie.
11 Et quod dicatur homicidium commissum per assassinium.
12 Quibus modis homicidium committatur.
13 Et quid in eo, qui venenum alteri dedit.
14 Et quid si mors secuta non fuerit, an sit puniendus pœna mortis.
15 Et quid in iudice, qui innocentem condemnauit.
16 Et quid si aliquem indebite torsit.
17 Et quid in medico, qui mortis causam infirmo præbuerit.
18 Quæ sit pœna homicidij de iure ciuili.
19 Et an valeat statutum imponens pro homicida pœnam pecuniariam.
20 Et quæ sit pœna homicidij de iure canonico.
21 Et an clericus homicida priuetur ipso iure beneficio,an autem requiratur sententia.
22 Et an homicida priuetur successione eius, quem interficit.
23 Et an teneatur ad interesse animæ occisi, & expensas factas in medicinis, & æstimationem operarum.
24 Homicida, qui alium interfecit ad sui defensionem, excusatur.
25 Et quid si pro defensione bonorum suorum.
26 Et quid si pro defensione proprij honoris.
27 Et quid si pro defensione coniunctorum suorum.
28 Et quid si pro defensione alicuius extranei.
29 Et quid si volens offendere sit clericus.
30 Et quid si sit Papa, vel Imperator.
31 Et an liceat occidere alium non insultantem, si aliter me ab insultante defendere non poteram.
32 Et quid si fugiendo poteram me saluare.
33 Et quomodo probetur factum fuisse ad necessariam defensionem.
34 Et quid si sit excessum in defensione.
35 Et an si quis neget se occidisse, possit postea fateri, & probare, quod ad sui defensionem id fecerit.
36 Et quid si occidi aliquem, qui me in insidiis expectabat, vt me offenderet.
37 Quando plures interuenerunt homicidio, & ignoratur quis fuerit interfector, an sint omnes puniendi.
38 Et quid si vnicum tantum vulnus sit illatum.
39 Et quid si appareat quis fuerit auctor rixæ.
40 Et quomodo sit seruanda inquisitio,quando non apparet quis.
41 Et quid si sint illata plura vulnera, sed nescitur ex quo vulnere decesserit.
42 Quid si reus probet,vulneratum non ex vulnere decessisse, an sit pœna homicidij excusandus.
43 Et an in hoc standum sit iudicio medicorum.
44 Et quid,si vulneratus intra breue spatium decesserit, an præsumatur mortuus ex vulnere.
45 Et quid si reus velit probare contrarium eius, quod medici dixerunt.
46 Et quid si post illatum vulnus lethale alius superueniens qui vulneratum exanimauit, nunquid primus vulnerans excusetur.
47 Fur an possit licite occidi.
48 Adulter an possit impune à patre occidi.
49 Et an à marito.
50 Et quid in foro conscientiæ.
51 Et an pater, vel maritus id possint alteri mandare.
52 Banniti an possint impunè offendi.
53 Et an valeat statutum disponens, quod possit impune offendi,
54 Et an stante tali statuto possint offendi etiam in foro conscientiæ.
55 Et an etiam occidi.
56 Et an mulier bannita adulterari possit.
57 Et an bannitus censeatur hostis ciuitatis, à qua est bannitus.
58 Et an æquiparetur deportato.
59 Et an stante hoc statuto possit filius occidere patrem bannitum.
60 Et an eum, quem prius promiserat non offendere.
61 Et an liceat bannitum proditorie interficere.
62 Et quid si bannitus habuerit gratiam à principe, nondum tamen fuerit de albo cancellatus.
63 Et quid si bannum sit nullum.
64 Et an pendente appellatione à sententia banni possit bannitus impune occidi.
65 Et an bannitus captus per familiam officialis, possit licite offendi.
66 Et an liceat occidere bannitum extra territorium, à quo est bannitus.
67 Et an occidens eum,quem ignorabat esse bannitum, gaudeat beneficio statuti.
68 Si statutum permittat occidi bannitum in libr.centum,an liceat occidere eum, qui est bannitus in pluribus minoribus summis, quæ cumulatæ excedunt centum libras.
69 Exceptiones prouenientes ex hoc statuto an sint peremptoriæ.
70 Et an possit opponi per procuratorem.
71 Bannitus, stante statuto, an possit se defendere.
72 Stante statuto,si bannitus offendatur, an possit iudex ex officio inquirere.
73 Casus, in quibus quis potest alium licite interficere.
74 An in crimine homicidij puniatur affectus, etiam non secuto effectu.

Ex Additionibus.

1 Homicidium commissum inter ludentes ad brachium, vel ad pugnos aut ad lapides an sit casuale, remissiue.
2 Homicidium dicitur casuale inter amicos.
3 Homicidium sine dolo committens qua pœna plectatur remissiue.
4 Homicidium quando dicatur potius culpa, quàm dolo commissum.
5 Homicidij causam dare quis dicatur, & qua pœna sit puniendus, remissiuè.
6 Animus delinquendi, vel occidendi deliberatus quomodo præsumatur, remissiue.
7 Homicidij pœna an puniri debeat percutiens caput lapide, vel alio instrumento apto ad interficiendum, & quid in homicidio facto cum baculo, & spatularum percussione.
8 Homicidium pugno dolose committens punitur æque, ac si gladio occidisset.
9 Percutiens manu vacua cum sanguinis effusione minori pœna punitur, quam si cum armis.
10 Et quid in percutiente pugno armato, remissiue.
11 Percutiens lapide,cum haberet ensem in manu etiam secuta morte, mitius citra pœnam capitis puniri debet.
12 Homicidij pœna an teneatur occidens vnum, volens alterum occidere.
13 Dolus sicarius qua pœna puniatur.
14 Homicidium an præsumatur cum dolo, & ex proposito.
15 Homicidium quando dicatur commissum animo deliberato, remissiue..
16 Occidens Asinum intendendo occidere hominem an puniatur de homicidio.
17 Animus deliberatus in delinquente quando præsumatur.

18 Ani-

18 Animus deliberatus occidendi quibus coniecturis probetur, remissiue.

19 Et fiscus tenetur eas probare.

Et super qualitate animi deliberati est locus torturæ, numero eodem.

20 Et confitens se voluntarie occidisse, tollit coniecturas etiam iuris, & de iure.

21 Et vna coniectura, vel præsumptio tollit aliam; & maior ratio vincit minorem.

22 Animus occidendi ex genere armorum præsumitur, remissiue.

23 Iracundiæ calor quanto tempore durare dicatur ad euitandum animi deliberati qualitatem.

24 Iniuriæ propulsatio dicitur incontinenti facta, si sequenti die fiat.

25 Proditor dicitur, qui offendit alium sine diffidatione, aut præbet alteri potionem venenatam, n. 26

27 Proditor quis dicatur, & quot modis, remissiuè.

28 Proditor an dicatur, occidens inimicum ex insidiis.

Proditor in Hispania dicitur etiam ille, qui retro occidit inimicum suum, ibid.

29 Portans litteras ad aliquem occidendum quando teneatur de occiso.

30 Venenum malum tenentis, aut vendentis pœna.

31 Venenum præbens an pœna capitis sit puniendus, si mors secuta non fuerit.

32 Occidens, vel occidi faciens condemnatum ad mortem ad euitandum infamiam quomodo mulctari debeat.

33 Matres præbentes poculum filiabus prægnantibus ad faciendum abortum qua pœna plectantur.

34 Vulneratio quomodo cognoscatur, probetur, aut reprobetur, remissiuè.

35 Venenatio est crimen publicum.

36 Maritus præbens venenum vxori ex eo non morienti qua pœna teneatur.

37 Filius parans venenum patri, quod dare non potuit, tenetur parricidij.

38 Venenum pecunia daturus, si pœnitentia ductus, mandatum detegat iudici pœna arbitraria punitur.

39 Statutum contra volentes venenare non comprehendit præparantes tantum venenum.

40 Veneni appellatione venit malum venenum.

41 Iudex innocentem damnans ad mortem qua pœna puniatur.

Et quid si calore iracundiæ alium necauerit, n. eod.

Et quid si citra mortem ad pœnam corporalem condemnatur, n. eod.

42 Iudex indebitè reum quæstionibus subijciens, vel intorquendo modum excedens qua pœna sit puniendus, remiss.

43 Medicus negligens in curando infirmo peccat mortaliter.

44 Medico ascribitur mors infirmi multis concurrentibus, remissiue.

45 Medicus negligens circa curam infirmi tenetur l. Cornel. de sicar.

46 Medicus quandoque tenetur tantum de dolo, & lata culpa, & interdum etiam de leuissima.

47 Homicidij pœna in Regno Neap. & statu Ecclesiastico.

48 Homicidium committens in rixa punitur æquè, ac si deliberatè commisisset.

49 Et quid si ex vulneribus illatis in rixa mors sit secuta.

50 Occidentes ex interuallo sibi minantem ex causa iusti metus quomodo puniantur.

51 Statutum imponens pro homicidio pœnam pecuniariam an valeat.

52 Homicidium quibus modis dicatur qualificatum, & quibus causis aggrauetur, remiss.

53 Occidens aliquem nec ipsi, nec eius hæredi succedit.

54 Pater calore iracundiæ occidens filium an excludatur ab eius successione.

55 Et altero ex filiis occidente patrem alter patri succedet.

56 Maritus occidens vxoris fratrem priuatur eius successione.

57 Frater fideicommissarius sub conditione mortis amittit fideicommissum si fratrem occidit.

58 Monachum interficientis bona an danda sint Monasterio, vel filiis Monachi ante ingressum susceptis stante statuto quod bona occidentis hæredibus occisi debeantur.

59 Hæreditas in quibus casibus auferatur ab indigno, & applicetur fisco remissiuè.

60 Et quid in legato remissiue.

61 Et præter fiscum non potest alius huiusmodi indignitatem opponere.

62 Et quando non applicetur fisco remissiuè.

63 Fiscus an succedat in bonis occisi stante alio in pari gradu cum interfectore.

64 Homicida non potest in bonis occisi ex testamento, vel ab intestato succedere.

65 Et quid in occidente filium, vel fratrem testatoris, aut alterius cui succedere possit.

66 Et quid in feudalibus remissiue.

67 Et an frater occidens fratrem confeudatarium feudi paterni filius occisoris possit in feudo succedere.

68 Fiscus excluditur stante statuto homicidam non posse succedere occiso.

69 Et quando homicida succedat interfecto, & fiscus auferat, vt indigno remiss.

Et quid si interficiat bannitum, vel vxorem adulteram remissiue. n. eod.

70 Maritus an priuetur lucro dotis, si vxor cum eo cubans reperiatur mortua.

71 Maritus impunè occidens vxorem in adulterio repertam, an lucretur dotem stante statuto, quod per mortem vxoris eam lucri faciat.

72 Maritus interficiens vxorem an perdat ius succedendi, quod habet in defectum coniunctorum.

73 Homicida, aut vulnerans quando teneatur ad damna, expensas, & interesse.

74 Et quid si pœnam, de qua in cautione de non offendendo, offensus sit consecutus.

Et an possit in litem iurare remissiue, num. eod.

75 Et an debeat haberi ratio cicatricum, & deformitatum, remissiue.

Vulneratus an possit petere lucrum cessans, vel damnum emergens si consecutus est pœnam conuentionalem de non offendendo remissiue, n. eod.

Vulneratus ad quid agere possit, qua actione, & quo casu pro cicatrice ac deformitate, remissiue, n. eod.

76 Vulneratus potest ciuiliter agere ad damna, expensas, & interesse licet vulnerans sit absolutus ab inquisitione.

77 Vim vi repellere quomodo liceat remissiue.

Defensionis limites excessos esse necne remittitur arbitrio iudicis, num. eod.

Defensionis limites excedens punitur arbitrio iudicis, num. eod.

78 Homicida probans interfecisse ad sui defensionem, an sit liberandus sine licentia Principis.

79 Aggressor potest occidi ob periculum iniuriæ personalis.

80 Homicidium quando probetur factum ad defensam, remissiuè.

81 Homicidium factum ad defensam non est punibile etiam stante statuto, quod pœna mortis puniri debeat.

82 Irregularis non efficitur presbyter missam celebrans insultatus homicidium committat.

Et potest missam inchoatam perficere, nu. eod.

83 Defensio quando sit licita, remiss.

84 Homicida prouocans primo non gaudet priuilegio necessariæ defensionis, quamuis postea rixando ponatur in discrimen vitæ.

Aggressus an possit impune occidere furiosum, siue dormientem aggressorem. ibid.

85 *Homicidium quando dicatur factum ad sui defensionem.*

86 *Homicida alium interficiens pro defensione bonorum suorum an excusetur.*

87 *Et quid in foro conscientiæ.*

88 *Et quomodo dicatur facere ad defensionem.*

89 *Et quid in Clerico.*

90 *Defendere licet socium itineris, & amicum.*

Aggressorem an liceat extraneo occidere pro defensione alterius extranei, ibid.

91 *Ad probandam defensionem sufficit semiplena probatio.*

92 *Homicidium sine dolo committens pœna arbitraria punitur.*

93 *Occidens mediatorem, vel alium ad defensam, & homicidium negans non debet torqueri.*

94 *Homicidij pœna non tenetur occidens alium in rixa, cum crederet insultantem interficere.*

95 *Et quando teneantur mediatores offendentes vnum ex rixantibus, remissiue.*

96 *Defensionis modum excedens punitur tantum de excessu.*

97 *Et quid si mediatorem opposui insultanti, & mediator fuit interfectus.*

98 *Percutiens mediatorem, vel alium se defendendo an teneatur aliqua pœna.*

99 *Insultans an teneatur fugere.*

Vulneratus percussorem prosequens, ac eum occidens pœna extraordinaria punitur, n.eod.

100 *Insultatus potest aggressorem in terra prostratum vulnerare, & occidere.*

101 *Clericus, vel Monachus insultatus an debeat fugere.*

102 *Et quid in foro conscientiæ.*

Insultatus an peccet insequendo aggressorem, & eum percutiendo quantum ad sui honoris defensionem opus esset, nu. eod.

103 *Et quid in iis, qui reuerentiam debent.*

104 *Homicidium potius ad defensam, quam ad vindictam factam præsumitur.*

105 *Et quid si duo ad inuicem se insultarunt, & vnus fuit interfectus, remissiuè.*

Et quid in eo, qui primo incepit, remissiuè, n.eod.

106 *Et quid si testes dicant homicidium fuisse factum ad defensam, neque aliam rationem adducant, remiss.*

107 *Et an probent per verbum credo, remiss.*

108 *Et quid in dubio, quando non apparet quis primo euaginauerit.*

Ex quibus pœnis puniatur, remiss. n.eod.

109 *Defensio quomodo probetur, remissiue.*

110 *Aggressorem etiam se non defendentem occidens mitius punitur.*

Insultatus quando non excedat moderamen inculpatæ tutelæ, nu.eod.

Et quando non teneatur fugere, & possit aggressorem fugientem inseq. vulnerare, & occidere, n.eod.

111 *Insultatus censetur omnia facere ad defensam.*

112 *Aggressus qui præsumatur, & quibus coniecturis, aut præsumptionibus.*

113 *Defensio quomodo sit in iudicio deducenda, & probanda, remissiuè.*

114 *Minæ an excusent homicidium à pœna ordinaria.*

115 *Defensio quando dicatur facta cum moderamine inculpatæ tutelæ.*

116 *Defensionis limites excedens in rixa nullam pœnam meretur.*

117 *Defensionis modum excedens aggressus non debet condemnari ad pœnam conuentionalem.*

118 *Homicida quando excusetur ob iracundiam, rixam, consanguinitatem, amicitiam, vel similia, remiss.*

119 *Iniuriatus verbis si gladio iniuriantem occiderit, mitius citra pœnam capitis est puniendus.*

Defensio illicita est cum armis aduersus verba iniuriosa, vel percussionem cum baculo, nu.eod.

120 *Vulnerari an possit gladio insultans cum baculo.*

121 *Homicidium si mentitus commiserit, mitius punitur.*

Iniuriatus quando possit se propria authoritate vindicare, etiam defensionis modum excedens, nu eod.

122 *Defensio an fuerit facta ex interuallo, vel incontinenti remittitur arbitrio Iudicis.*

Iniuriæ propulsatio dicitur incontinenti facta si sequenti die fiat. nu.eod.

123 *Homicidium an committere liceat pro euitanda iniuria personali.*

124 *Homicidium confessus in tortura potest tamen probare ad sui defensionem fecisse.*

125 *Et huiusmodi declaratio potest etiam fieri per procuratorem ac impedit torturam rei.*

126 *Et si confiteatur hominem interfecisse, mox reuocando confessionem conuincatur de mendacio, auditur postea dicens ab alio fuisse interfectum.*

127 *Occidens ex iusto metu non punitur ordinarie.*

128 *Homicida incertitudo pluribus modis consideratur remissiue.*

129 *Et an omnes interuenientes homicidio sint puniendi pœna ordinaria remissiue.*

Et quid si pluribus vulnerantibus remissiue. nu. eod.

130 *Et quid si plures per vim inuadentes possessionem committant homicidium.*

131 *Et an possint omnes torqueri ad habendam veritatem.*

132 *Et à quo sit inchoandum.*

133 *Rixa quid sit.*

134 *Rixæ auctor quis dicatur.*

135 *Et an puniatur de homicidio, de quo alias non puniretur ob incertitudinem occisoris.*

136 *Rixæ auctor qua pœna sit plectendus, si appareat de homicidio.*

137 *Homicidium in rixa an pœna mortis puniatur.*

138 *Occisus in rixa an præsumatur aggressor.*

Et quid nemine moriente, nu.eod.

Et quomodo sint puniendi rixantes, si ambo sint vulnerati, & nesciatur aggressor. nu.eod.

139 *Et in dubio contra occidentem dolus præsumitur.*

140 *Aggressor quis præsumatur remissiue.*

141 *Rixæ authore non apparente si vulnerans dicat ad sui defensionem fecisse, neuter tenetur ad pœnam conuentionalem de non offendendo.*

142 *Vulpell. error.*

143 *Homicidij pœna an teneantur omnes si tot sint vulnera, quot sunt ij, qui homicidio interuenerant, remiss.*

144 *Vulnus mortale quando dicatur.*

145 *Et in quibus corporis partibus vulnera sint lethalia.*

146 *Vulnerans an teneatur de homicidio, si vulneratus vtens incantationibus, & medicis imperitis obierit.*

147 *Vulnerans mortaliter non potest puniri de homicidio nisi secuta morte vulnerati, licet certum sit, eum moriturum, & stante statuto, quod occidens occidatur.*

148 *Vulnerans inquisitus de homicidio debet condemnari de eo, si sequatur mors vulnerati pendente inquisitione, vel finita.*

149 *Et inquisitus de vulnere debet puniri de homicidio superueniente obitu vulnerati etiam si lata esset sententia super vulnere.*

150 *Vulnerans an teneatur de homicidio, quando dubium est, an sit vulnus mortale, & nihilominus vulneratus obierit remissiue.*

Et quid si vulneratus decesserit ex alia infirmitate, numer. eod.

151 *Vulneratus non lethaliter si infra modicum tempus moriatur, an præsumatur ex vulnere mortuus, & vulneratus teneatur de homicidio aut de vulnere tantum, remissiue.*

152 *Vulnerans, quando præsumatur habuisse animum occidendi remissiue.*

153 Vul-

153 Vulnus, quando non sit mortale.

154 Sententia condemnatoria super homicidio ad iudicium Medici imperiti, si de contrario constet per peritiores, debet etiam sine appellatione retractari.

155 Vulneratus si spasmo superueniente moriatur, praesumitur ex vulnere mortuus.

156 Vulnus praesumitur mortale, si post vulnus mors sequatur.

157 Vulneratus si moriens dixit se non decedere ex vulnere, sed ex mala cura, vel Medicorum culpa, & pacem fecerit an iuuet percussorem.

158 Et quid probandum sit ad defensionem, remiss.

159 Vulneratus, vel nullum, vel imperitum Medicum sibi adhibens dicitur esse in negligentia, & culpa.

160 Et negligentia in dubio non praesumitur.
Et quomodo probetur remissiue n. eod.

161 Vulneratus an ex vulnere obijsse censeatur si Medici sint discordes.

162 Et quibus Medicis sit credendum, quando inuicem sunt contrarij.

163 Vulneratus an decesserit ex vulnere, standum est arbitrio Iudicis, nulla temporis habita ratione.

164 Et quid eo casu Iudex considerare debeat.

165 Vulneratus in infirmitate praesumitur mortuus ex vulnere.

166 Vulneratus lethaliter tenetur de homicidio, licet vulneratus culpa sua obierit.

167 Vulneratus post illatum vulnus ambulans per triduum, si postea moriatur, an praesumendum sit ex vulnere decessisse.

168 Vulneratum ex illatis vulneribus obijsse, quibus coniecturis probetur, remiss.

169 Vulnerans condemnatus de homicidio an possit probare contrarium eius, quo Medici retulerunt sententia sine appellatione, valeat retractari.

170 Medicus pro inspiciendis vulneribus, à quo sit eligendus.

171 Occidens proximum morti, tanquam homicida punitur.

172 Fur nocturnus potest vulnerari etiam absque periculo amittendi bona.

173 Fur nocturnus an possit impunè vulnerari, & occidi pro defensione rei minimae, aut vilis.

174 Et quid si iam exiuerat è domo fugiens cum re minima.

175 Fur de iure Canonico occidi non potest.

176 Furem diurnum ex interuallo occidens, eo quod iuris remedio sua bona recuperare non potuit mitius punitur.

177 Pater an possit impunè filiam praegnantem in adulterio deprehensam interficere.

178 Et quando dicatur reperta in ipsa turpitudine, remiss.

179 Et si sit virgo, vel vidua, non potest impunè occidere.

180 Et non licet auo nepotem in eius potestate constitutam interficere.

181 Pater non potest filiam in praeiudiciis adulterij repertam impunè occidere.

182 Homicidij tenetur adulter si deprehensus in adulterio patrem adulterae se defendendo interficiat.

183 Pater an possit de iure canonico filiam, & maritus vxorem in adulterio repertam impunè occidere.

184 Pater, & Maritus possunt citra excommunicationem clericum in adulterio deprehensum occidere.

185 Maritus in Regno Neap. vxorem etiam praegnantem, & adulterum statim in adulterio deprehensos impunè occidit.

186 Maritus interficiens vxorem qua poena sit puniendus.

187 Maritus in Hispania pro suo arbitrio de vxore, & adultero, eorumq; bonis vindictam sumit.

188 Maritus, cui licet vxorem in adulterio deprehensam occidere etiam praegnantem interficere poterit.

189 Pater, vel Maritus lege ciuili permittente adulterum, aut adulteram occidens, an sit tutus in Terris Ecclesiae.

190 Et quid de poena spirituali.

191 Adulterum posse impunè occidi cur introductum, remiss.

192 Filius patrem, & libertus patronum in adulterio deprehensos non possunt occidere.

193 Mulier in adulterio deprehensa quae dicatur.

194 Adulterium an probetur confessione mulieris extraiudiciali geminata.

195 Patre, vel marito conuocante amicos ad interficiendum adulterum in casu de iure licito, an sint amici puniendi.

196 Et eo casu Maritus & socij possunt comparere per procuratorem.

197 Pater potest mandare filio vt adulteros interficiat.

198 Iudex arbitrium in causis capitalibus habens, an punire eum possit, qui concedente statuto bannitum occidit, remissiuè.

199 Bannitus, quando probetur remiss.
Et quando possit occidi, remissiuè n. eod.

200 Bannitus pro assassinio impunè occiditur de iure canonico.

201 Homicida probans occisum esse bannitum, absoluitur stante statuto bannitum posse impunè occidi.

202 Homicidium non est sine immunditia.

203 Bannitum etiam extra territorium bannientis interficiens gaudet beneficio statutariae impunitatis.
Et illius exceptionem opponens impedit vlteriorem processum, n. eod.

204 Bannitus non potest se ipsum impunè interficere etiam stante statuto, quod bannitus occidi possit.

205 Statutum sequens de bannito non verificatur in eo, de cuius banno disputatur.

206 Statutum, quod bannitus possit impunè occidi, an comprehendat clericos malefactores.

207 Et quid in eo, qui citatus comparuerit, non iterum citatus, & contumax fuerit bannitus.

208 Et quid in proximè banniendo.

209 Et quid si non sit descriptus in libro bannitorum.

210 Bannitum ex statuto impunè occidens potest muros Ciuitatis transcendere, & arma prohibita deferre.

211 Statutum, quod bannitus impunè possit occidi, an habeat locum in sociis bannitorum.

212 Et an eo casu liceat bannitorum bona dilapidare.

213 Et in quibus casibus huiusmodi statutum amplietur, & limitetur, remiss.

214 Bannitos impunè occidi ad persecutionem bannitorum deputatus ex causa statuere potest.

215 Statuto permittente, bannitum impunè occidi, an possit renunciari, remiss.

216 Motus proprius, seu statutum, quod capiens bannitum, vel interficiens, possit se eximere à banno, vel nominare alium bannitum, an comprehendat bannitos post motum proprium vel statutum.

217 Et quid in Regno Neapolitano.

218 Et stante dicto motu proprio, vel statuto, capiens bannitum, & interficiens non amittit praemium, si postea delinquat.
Et concessa nominatione duorum bannitorum capiendi, vel occidendi aliquem ex capitibus, si post factam nominationem captus, vel interfectus reperiatur esse simplex bannitus, primus nominatus duntaxat gratiam obtinebit, num. eod.

219 Et capiens bannitum pro furto non potest nominare bannitum pro homicidio, licet captus confiteretur homicidium pro quo non fuerat bannitus.

220 Et bannitum ignoranter occidens non consequitur praemium.

221 Et an huiusmodi motus proprius habeat locum, si inimicus occideret bannitum.

222 Et comprehendit clericos bannitos.

223 Bannitus occidens fortuitò, vel ad sui defensionem, siue vt officialis, non habebit praemium statuti.

224 Bannitum occidens, qui dolosè eius bannum procurauit, non gaudet beneficio statuti.

225 Bannitus non potest impunè offendi ex dispositione statuti post terminum banni, si antea legitimè impeditus comparere non potuit.

226 Bannitum pro furto capiens, vel interficiens, an possit nomi-

uare bannitum pro homicidio stante statuto, quod possit remittere bannitum pro minori delicto.

227 *Bannitus habens nominationem tantum, & expectans decretum non poterit interim capi, licet adhuc non sit insultatus.*

Bannitus reponendus in pristinam libertatem, quomodo relaxari debeat, n. eod.

228 *Bannitus ex pluribus bannis præsentans, aut interficiens bannitum ex vnico banno, an sit liberandus ab omnibus bannis, stante statuto, quod debeat eximi de banno.*

229 *Bannitum capitale delictum committentem, minori tamen pœna ex iusta causa condemnatum capiens, aut interficiens, debet sine remissione partis gaudere præmio statuti proposito occidenti, vel capienti bannitum.*

230 *Bannitum occidentis præmium competit etiam interficienti extra territorium.*

231 *Bannitum interfecisse mentiens ad consequendum præmium statuti, vltimo supplicio est plectendus.*

232 *Banniti an possint absque peccato offendi, stante statuto, quod impunè offendantur.*

233 *Bannitum capiens, eumque in arbore suspendens an incidat in pœnam homicidij, vel vsurpatæ iurisdictionis.*

234 *Bannitum impunè offendens ex statuto, an possit sæuire in eius cadauer.*

235 *Mulier bannita prægnans an vi dicti statuti impune occidi possit.*

236 *Et mulierem bannitam adulterare non licet, cuius etiam vir est bannitus.*

237 *Bannitum capientis, vel occidentis præmium non competit capienti, aut occidenti mulierem bannitam.*

238 *Bannitum occidens mulier consequitur præmium statuti.*

239 *Bannitum patrem an impune occidat filius, stante statuto quod bannitus possit impune offendi.*

240 *Bannitum maritum non licet vxori occidere ex dicto statuto.*

241 *Bannitus Ferrariensis ex Parma, eoque legatus à suo Principe missus non potest tanquam bannitus offendi.*

242 *Bannitus an impune occidi possit ab eo, qui in tregua, vel pace iurauit eum non offendere.*

243 *Et quid in foro honoris.*

244 *Et quid de iure Canonico.*

245 *Bannitus post promissionem de non offendendo, non liberatur à fideiussione præstita.*

246 *Bannitus si se defendendo homicidium committat, non frangit cautionem de non offendendo.*

247 *Bannitum, qui ex statuto impune occiditur, an proditorie occidere liceat.*

248 *Bannitus impunè occiditur ad instantiam inimicorum, vel pro pecunia, stante dicto statuto.*

249 *Bannitus gratiatus à Principe, nondum tamen cancellatus ex alio, an possit impune occidi, virtute dicti statuti.*

250 *Et quid de bannito minus legitime cancellato remissiuè.*

Et quid de bannito non cancellato, qui pœnam soluit, vel gratiam obtinuit, remissiue, n. eod.

Et quando præsumatur scientia gratiæ, remissiuè, n. eod.

251 *Et de modo defendendi occidentem bannitum gratiatum, non tamen cancellatum ex libro bannitorum, remissiue.*

252 *Bannitum petentem se deleri à banno occidens, an debeat puniri.*

253 *Bannitus iniustè cancellatus à banno, vel à non habente authoritatem, impune occiditur.*

Et dicitur iniustè cancellatus, vbi non apparet de causa.

254 *Bannitus toleratus an impunè possit occidi.*

255 *Bannitus habens saluum conductum potest offendi extra locum delicti.*

256 *Bannitus non cancellatus ex alio, an possit impune offendi, stante reformatione bannitos omnes absolutos esse, & de eorum banno cancellatos, ac restitutos, remiss.*

257 *Et quid si fuerit cancellatus ex vno libro, & non ex altero, remissiue.*

Et quid probare debeat Aduocatus banniti contra homicidam sui maritum, num. eod.

258 *Bannitus gratiatus de homicidio, tacita alterius homicidij gratia, impunè potest occidi.*

259 *Bannitus gratiatus sub conditione habendæ pacis, an si habita, toleretur à Principe, possit impunè offendi antequam cancelletur è banno.*

260 *Cancellatio facta à non habente authoritatem non valet.*

261 *Bannitus si sub conditione alicuius seruitij debeat rebanniri vel deliberatus à banno, an desinat esse bannitus absque declaratione Iudicis pro seruitio præstito.*

262 *Bannitus intra tempus assecurationis homicidium committens, impune occiditur ex dicto statuto.*

263 *Bannitus habens saluum conductum si sit repertus in comitiua bannitorum, iure occiditur,*

264 *Bannitum occidens dicitur esse in culpa non inuestigando an esset sublatum bannum.*

265 *Bannitus an possit impune occidi, si protestetur obtinuisse gratiam.*

266 *Bannitus minus legitimè, vel nulliter, an possit impunè offendi in statu Ecclesiastico.*

267 *Homicida notorius etiam non bannitus impune offendi potest in statu Ecclesiastico.*

268 *Bannitus per sententiam legis Municipalis duntaxat, an possit impune offendi virtute dicti statuti.*

269 *Bannitus clericus à Iudice laico ignorante illum esse Clericum, an possit impunè occidi, stante dicto statuto.*

270 *Et an dictus Clericus bannitus, si alium bannitum occidat, gaudeat præmio.*

271 *Bannitus an possit impune occidi ex dicto statuto pendente appellatione à sententia banni.*

272 *Et an pendente restitutione in integrum, vel alio remedio.*

273 *Et an pendente tempore ad appellandum.*

274 *Et quid in confesso & conuicto.*

275 *Bannitus dum ad supplicium ducitur, an possit impune occidi.*

276 *Bannitum captum à Curia occidens an committat crimen læsæ Maiest. remissiue.*

277 *Bannitus captus à priuato an possit ab alio impune occidi.*

Et quis eorum debeat consequi præmium, n. eod.

278 *Bannitus an possit impunè occidi, dum citatus iret ad Iudicem.*

279 *Bannitus an possit occidi extra territorium, stante statuto impune occidi in Ciuitate, vel districtu.*

280 *Et quid in statu Ecclesiastico.*

281 *Et an competat occidenti præmium statuti.*

282 *Bannitus impunè offenditur, vbi est confœderatio cum loco banni, & locus est præmio statuti.*

283 *Bannitus pro assassinio, quando possit impunè occidi extra territorium banni, vbi non viget statutum offendendi bannitum impune.*

284 *Et quid si sit clericus.*

285 *Bannitus propter læsæ Maiestatis, aut rebellionis crimen, vel simile extra bannientis territorium impunè occiditur, & competit occidenti præmium statuti.*

286 *Bannitum occidens in Ecclesia non tenetur sacrilegij.*

287 *Bannitum interficiens potest incontinenti illum impunè spoliare, & derobare,*

288 *Bannitum occidens extra territorium, vbi impune occidi poterat, non debet puniri à Iudice originis, vel domicilij.*

289 *Bannitum præstantis præmium debetur consignanti caput.*

290 *Bannitum occidenti ad defensam non datur præmium statuti.*

291 *Et quid in occidente bannitum ignoranter.*

292 *Bannitum interficere existimans, si alium non bannitum occidat, an teneatur aliqua pœna.*

293 *Bannitus in libris centum si ex statuto impunè occiditur, an liceat interficere bannitum in pluribus minoribus summis excedentibus in simul centum libras.*

294 *Bannitus an possit se defendere.*

295 Ho-

295 *Homicidium in viginti tribus casibus non punitur pœna mortis, remissiue.*
296 *Sodomiticum vitium tentans impune occiditur.*
297 *Homicidium commissum in duello permisso à Principe non punitur.*
298 *Disrobantes in strata publicis impune occidi possunt.*
299 *Vulnerans à statuto pœna proposita, vulnerans animo occidendi maiori pœna punitur.*
300 *Vulnerans seipsum qua pœna sit puniendus, remiss.*
301 *Et an comprehendatur sub pœna statuti contra vulnerantem, remissiue.*
302 *Et prosequens alium cadentem, ac se ipsum vulnerantem, an debeat puniri tanquam vulnerans.*
303 *Homicidij affectus, vt pœna mortis ex dispositione statuti puniri possit, quæ requirantur.*
304 *Vulnerans pro pecunia etiam sine animo occidendi grauius punitur.*
Condemnatus in quinquaginta libris, quas si non soluerit infra mensem, pœna duplicetur, an non soluendo in prædicto termino possit simpliciter offendi stante statuto, quod condemnatus in centum impune offendi possit, vide sub num. 293.
Bannitos an clerici impune occidere possint sub n. 70.
305 *Qui pœnam, quaque infamiam incurrant homicidæ in terris Ecclesiæ subiectis.*
306 *In assassinio punitur affectus sicut effectus.*

1 HOmicidij materia *a* malo nostro fato frequens est, quotidie enim videmus, etiam ex leuissimis caussis, homines trucidari, quapropter in hoc defendenda est hominum conditio, quod cum cætera eiusdem generis animantia inter se non sæuiant, soli homines sibi inter se insidiantur, & crudeliter mortem inferunt. Pro intelligentia autem terminorum præmittendum est, quod homicidij *b* duæ sunt species, scilicet homicidium simplex, & homicidium deliberatum, & ad has duas species reduci possunt omnes aliæ species homicidij. Simplex homicidium est illud; quod committitur sine qualitate animi deliberati. Deliberatum vero est, quod committitur ex proposito cum illa qualitate. Homicidium autem simplex altero ex quatuor modis committi potest, scilicet, Necessitate, Casu, Culpa, Dolo. Necessitate, cum quis ad sui necessariam defensionem alium interficit, & de hoc late diximus infra *ver. excusatur autem, & alia, eq.*

2 Casu *c* autem dicitur committi homicidium, cum quis alium occidit sine culpa, aliud facere cogitans: & potest poni *d* exemplum in eo, qui cum luderet ad *e* iaciendum palum loco soluto, hominem interfecit, vt in casu in quo consuluit Socin. *cons.* 16 *lib.* 1.

3 Culpa *f* dicitur homicidium committi, quando quis non dolose, neque animo occidendi, sed inaduertenter alium interfecit: & hoc homicidium licet sine dolo commissum, potest nihilominus puniri criminaliter, non quidem pœna ordinaria, & sic pœna mortis, sed debet puniri pœna pecuniaria, *g* vel exilio, pro modo culpæ: & ita seruari attestatur Boss. *in titul. de defen. reorum, numer.* 68. & dixi infra *hoc eo lib.* §. *fin. quæst.* 84. *circa princ.* & quandoque etiam pœna triremium ad tempus, vt seruatum fuit in quodam Laurentio Moreno, qui propter homicidium culposum fuit ad triremes per triennium condemnatus, 9. Iun. 1557. P. N. Semper autem mitius punitur homicidium commissum sine dolo, & sine animo occidendi, quàm illud, quod committitur dolo. *h* Et est communis sententia Scribentium, vt dicit Cæpol. *consil. crim.* 37. *colum.* 1. & in hoc nemo discrepat, vt dicit Maranta *in suo Specul. fol.* 26. *post numer.* 59. Quinimo stante statuto, quod homicida decapitetur, debet intelligi, quando homicidium est dolo commissum, non quando culpa, vt dixi *in d. quæst.* 82. Hæc tamen conclusio, vt scilicet homicidium culposum possit criminaliter puniri, intelligenda est, vt procedat, quando fuit lata culpa commissum, talis enim lata culpa valde proxima est dolo, vt communiter dici consueuit: sed si non fuerit lata culpa, sed leuis aut leuissima, tunc non debet criminaliter puniri. Et hæc est commun. opin. vt attestatur Boss. *in tit. quomodo procedatur per actionem, numero* 38. talis enim culpa potius æquiparatur casui, & sic dicitur potius homicidium casuale, quam culposum. Huius autem homicidij ex culpa commissi possunt poni exempla: puta, si quis versus turbam hominum proijciat lapidem, ex quo hominem interfecerit: certe non adfuit dolus in illo homine interficiendo, sed tantum culpa in proijciendo lapidem: & ideo non erit puniendus pœna ordinaria, sed tantum extraordinaria. Et hæc est commun. opin. vt attestatur Menchiaca *controuers. Illustr. cap.* 10. *num.* 22. Item potest poni exemplum in illo architecto, qui ascenderat machinam, & eam non ligauerat sufficienter, & machina tota cecidit super caput existentis sub ea, & occidit eum, vt refert Ang. *in l. Cornelia, ff. de sicar.* dicens, quod fuit punitus pœna arbitraria. Item in *k* eo, qui culpa sua, causam dat homicidio, puta *l* in portitore, qui noluit in portum recipere currus onustos, vt eos transfretaret, & dum ipsorum curruum vectores per aquas transirent, vnus eorum submersus fuit, pro quo tamen portitore consuluit Crau. *cons.* 80.

Dicitur *m* etiam culposum homicidium quando 4 quis citra animum occidendi *n* alium percussit, ex qua tamen percussione ille mortuus est, cuius rei vt plurimum solet sumi coniectura ex genere armorum, vel instrumenti, cum quo illata fuit percussio: *o* puta, si cum baculo, prout contingit in illa muliere, quæ percussit baculo super capite ancillam, quam credebat esse ex viro suo prægnantem, ex qua percussione ista decessit, & illa fuit per cons. Neapol. deportata per septennium in insulam, vt refert Gramm. *voto* 23. Idem si cum manaria, vt in casu, in quo consuluit Bald. *cons.* 136. *lib* 2. Vel cum ligone, vt in casu Ioan. de Amic. *consil.* 23. *p* Vel pugno etiam armato, vt in casu Aret. *consil.* 146. Vel calce, vt *q* in casu Signor. *consil.* 63. Item si quis habet ensem, & percutiat cum pomo ensis, non autem cum ipso ense punctim, nec cæsim; Vel si habent roncam, & percutiat cum hasta, non dicitur habuisse animum occidendi. & ita dicunt Doctores, teste Marsil. *consil.* 67. *nu.* 18. Idem etiam, & multo magis dicendum est, si quis non animo percutiendi alium percutiat, ex qua percussione mors deinde sequatur, prout in eo, qui volens se defendere à cane, proiecit lapidem aduersus canem, & hominem transeuntem occidit, de quo per Signorol. *cons.* 27. dicentem ita fuisse iudicatum.

Dicunt etiam aliqui, quod si aliquis volens occidere 5 Titium, *r* occidit Sempronium, non tenetur pœna ordinaria homicidii, sed tantum extraordinaria, ex quo respectu Sempronij non fuit animus occidendi. Et sic videtur hoc homicidium potius culpa, quam dolo commissum. Et hanc opin. dicit tenere Doctores *s* plures numero Placa *lib.* 1. *delictorum, c.* 27. *nu.* 1. quam etiam communem appellat Alb. *cons.* 30. *nu.* 12. & Menchiaca *controuer. Illustr. c.* 99. *post num.* 32. & secundum illam consuluit Grammat. *cons.* 3. & fuit etiam in facti contingentia iudicatum per cons. Neap. teste eodem Gram. *super constit. Regni, fol.* 14 *num.* 21. vbi dicit, quod decisio Bart. qui contrarium determinauit, *in l. respiciendum*, §. *delinquunt, in fin. ff. de pœn.* ponit iudices maleficiorum in magno discrimine, dum volunt illam seruare. Vide, quæ dixi infra *hoc eod. libr.* §. *fin. quæst.* 77. *versic. sed quid si aliquis.* Sed certè ego, si casus contingeret,

illi facerem caput amputari. Bene verum est, quod respectu istius homicidij cessat qualitas animi deliberati: & ideo non esset reijciendus, qui pro eo gratiam reportaret, habita legitima partis remissione. Et ita in simili casu decisum fuit per Senatum, quod licet factus fuerit insultus contra aliquem animo deliberato illum occidendi, si tamen aliquis alius superueniat ad rixam, & occidatur iste, dicitur occisus in rixa, & non animo deliberato, & homicida est admittendus ad beneficium decreti gratiosi. 2. Augusti 1559. P.N.

6 Dolosum *x* autem homicidium dicitur, quando quis animo aliquem occidendi illum interficit, dicitur tamen simplex homicidium, quando hæc deliberatio illum occidendi non ex interuallo præcessit, sed in rixa, vel calore iracundiæ superuenit, vt dixi *infra vers. ex proposito.*

7 Deliberatum *y* autem homicidium quatuor etiam modis committi potest, s. ex proposito absque alia qualitate, secundo ex insidiis, tertio proditorie, quarto per assassinium.

8 Ex proposito dicitur committi homicidium, quando quis aggreditur alium præuia animi deliberatione ex interuallo præcedente, & *z* illum interficit. Et dixi *a* ex interuallo, quia si quis casu obuium habuerit inimicum suum; & ita commotus illum interfecerit, non dicitur homicidium *b* animo deliberato commisisse, nisi appareat, quod antea deliberasset illum interficere, & ambulasset armatus animo illum occidendi: eo enim casu, etiam quod illum casu obuium habuerit, & occiderit, dicitur animo deliberato illum occidisse. Et ita pluries vidi in senatu seruari. Et licet Pract. Casonij. *fol. 13. n. 8.* dicat, quod conclusiue, secundum omnes, non dicitur homicidium ex proposito commissum, nisi industria, & insidiæ intercesserint: iudicio tamen meo non est eius opi. tenenda. nam etiamsi quis absque insidiis, vel industria alium præuia animi deliberatione insultando interfecerit, dicitur homicidium ex proposito commissum, vt patet ad sensum, & omnes fatentur post Bart. *in l. respiciendum, §. delinquunt in primis verbis, ff. de pœnis.* Illud, vero quod commissum est ex insidiis, ab hoc longe differt, vt dixi infra *vers. ex insidiis.* Et hæc omnia nota, quia hoc, quando scilicet dicatur homicidium commissum animo deliberato, vel non, valde est scire in hoc Ducatu, in quo *d* non solent principes concedere gratiam homicidiorum animo deliberato commissorum. Item committens homicidium animo deliberato, non est tutus immunitate Ecclesiæ, secundum opi. magis communem, quam ego tenui infra *hoc eo. li. §. fi. q. 30. vers. punctus est.*

e Animus autem deliberans occidendi, cum ea, quæ in animo consistunt, à solo Deo videri possint, non nisi per coniecturas colligi potest, quarum multæ recensentur per Scribentes practicas criminales, & per Mantuam *cons. 152. lib. 1. & cons. 235. eo. vol. & cons. 294 nu 5. & seq. eo. vol. & cons. 314. nu. 7. & seq. eo. vol. & co. s. 325. n. 5. & seq. eo. vol. & cons. 173. lib. 2.* puta, si præcedant inimicitiæ, minæ, tractatus, & huiusmodi. Item dicit Pract. Casonij. *fol. 37. num. 2.* quod secundum iurisperitos præsumitur tractatus, quando committitur homicidium cum multitudine personarum, nisi ex accidenti, seu casu tales personæ superuenerint. *f* Sed ego in hoc proposito puto esse diligenter aduertendum; nam aliud est præsumere animum occidendi, aliud præsumere animum deliberatum, nam *g* animus deliberatus ex nullis coniecturis argui potest, nisi ex ijs, ex quibus verisimiliter colligitur ex interuallo præmeditatio homicidij committendi. Et ideo verum quidem est, quod ex loco corporis, in quo facta est percussio, vel illarum vulnus, *h* item ex genere armorum, item ex multitudine vulnerum, & huiusmodi, præsumitur animus occidendi, sed non deliberatus. Et ideo etiam si quis post acceptam iniuriam statim congreget multitudinem sociorum armatorum, & reuersus interficiat eum, qui sibi intulit iniuriam, illum multis vulneribus confodiendo, certe ex quo durabat calor iracundiæ, non dicetur homicidium animo deliberato commisisse, sed in rixa. Et hoc pluries per Senatum decisum fuit. Sed quando sedato calore, & (vt vulgo apud nos dicitur) a saugue freddo, post acceptam iniuriam quis alium interficit, tunc recurritur ad coniecturas, quæ sunt præparatio armorum, congregatio sociorum, & huiusmodi, ex quibus verisimiliter colligitur, quod antea ex interuallo cogitatum, & deliberatum fuit homicidium illud committere.

Ex insidiis dicitur homicidium committi, quando aliquis *k* expectat alium, positus in loco, qui ab illo præuideri verisimiliter non poterat, animo eum occidendi, illumque ex improuiso venientem aggreditur, & interficit. Et hoc vtile est scire, quia interficiens alium ex insidiis, si confugiat ad Ecclesiam, non gaudet eius immunitate, vt dixi *in d. q. 30. ver. hoc autem.* 9

Proditorie vero dicitur committi homicidium, quando aliquis nulla præcedente inimicitia alium interficit, puta, quia veniens tecum tanquam socius itineris, nulla interueniente rixa te percutio, vel dum sederes mecum in mensa, vel si cum me tibi amicum esse fingerem, ita à tergo percutio: nam his casibus dicor te proditorie interfecisse. Ita dicit Bart. *in d l. respiciendum, §. delinquunt num. 1 ff. de pœn.* cuius doctrinam omnes, qui Bar. posteriores sunt, transcribunt, vt dicit Igne. *in l. si certus, §. si vnus ex dominys, post num. 24 ff. ad Sylla.* Et hoc etiam vtile est scire, nam in homicida proditorio omnes conueniunt, quòd si confugiat ad ecclesiam, non gaudeat eius immunitate, vt dixi *in d. quæst 30. vers. scias tamen.* 10

Per assassinium autem dicitur committi homicidium, quando fit pecunia interueniente, de quo latius dixi supra *hoc eodem lib. §. scias tamen.* 11

Pluribus autem modis potest committi *m* homicidium. Aliquando enim quis propriis manibus alium interficit, & de hoc principaliter tractamus *in hoc §.* Aliquando mandat alteri, vt homicidium committat, quo casu tenetur de homicidio propter mandatum perinde ac si ipse interfecisset, vt dixi infra *hoc eo. lib. §. fi q. 80.* Aliquando dat auxilium, vel consilium alteri ad homicidium committendum, de quo dixi *in d. §. q. 88. & q. 90.* Nec minus punitur vt homicida ille, qui seipsum interficit, vel vult interficere, de quo dixi infra *hoc eod. lib. §. fin q. 68. versic. seipsum occidere*, vel bibendum, dicitur homicida, *l. 2. §. Præterea ff. de sica.* Item dans *o* poculum amatorium, ex quo illud accipiens moriatur, *l. si quis aliquid §. qui abortionis ff. de sica.* Item falsum testimonium dicens ad offensam contra aliquem, de quo dixi supra *hoc eod lib. §. Falsum, vers. Testis qui falsum.* Sic etiam dicitur homicida ille, qui misit aliquem per viam, in qua sciebat esse eius inimicos, vt occideretur, vt est text. *in l. 3 §. item si quis auctor. ff. de sicar.* Et ita in facti contingentia iussit Senatus vt homicidam vltimo supplicio affici prætorem Caluationi, qui quendam hominem inimicis suis trucidandum tradiderat, 23. Septem. 1542. P. N. 12

p Punitur etiam vt homicida, venenum malum scienter faciens, aut dans ad aliquem occidendum, *l. prima. l. 3. in princip. ff. de sicar.* vt in casu, de quo per Cæpol. *consilio vltimo*, Gramm. *cons. 36. 38 voto 3. 39. 31. 38. dec. 2. 33. 38.* Alban. *cons. 72.* Et certe quando ex veneno sequitur mors, non videtur dubitandum, quin illud dans sit pœna capitis puniendus. Et hæc est communi consensu recepta sententia, vt attestatur Placa *lib. delictor. capitulo 20. post num. 1.* Et ita iudicauit Senatus in causa *q* cuiusdam medici, qui vxori venenum dederat, & fuit 12

ei

14 ei caput amputatum. † Punctus est, an si mors ex veneno secuta non fuerit, debeat nihilominus puniri pœna ordinaria, non obstante generali consuetudine, præsertim cum hoc crimen videatur esse ex atrocissimis, iuxta ea quæ dixi infra *hoc eod. lib. §. fi. quest. 92. versic. scias tamen.* r Sed certe magis communis opin. videtur esse, quod non puniatur pœna ordinaria, vt attestatur Pract. Caret. *fol. 190. n. 19.* vbi dicit, quod ita concludunt magis communiter DD. quem refert Did. *in repet. clem. si furiosus, fol. 281. n. 11. de homic.* idem dicit Gramm. *super constit. regni fol. 107. col. 4. nu. 5.* & ita se pluries iudicasse refert Bertach. *in verbo. Venenatio, numer. 6.* quem refert Pract. Conrad. *fol. 338. nu. 11.* Et refert Gramma. *in loco preallegat.* se ita bis vidisse indicari in sacro Cons. in duab. s ancillis, quæ dominis suis venenum porrexerant, quarum altera fuit condemnata ad fustigationem, altera vero, vt inseruiret infirmis, & languentibus hospitalis. Et de illa condemnatione mentionem facit idem Grã. *decis. 2.* Vidi etiam ego in facti contingentia, quod quidam Thom. Francus pro veneno propinato, fuit transmissus ad triremes per decennium. 23. Martij 1560. A. C.

15 Item t iudex, qui innocentem ad mortem condemnauit, punitur pœna capitis, vt homicida, si id fecit pecunia corruptus, vel ita commotus, vt est tex. *in l. lex Iulia. §. fi. ff. ad l. Iul. repe.* Idemque si dedit operam, vt accusatus, vel inquisitus aliquid falso confiteretur, per quod innocens postea damnaretur ad mortem, tenetur enim leg. Cor. *de sicar. vt est tex in l. 1. in princ. & in l.*

16 *3. §. qui falsa. ff. de sicar.* u Item si aliquem posuit indebite ad torturam, vel adeo modum excessit in torquendo, vt x mortuus sit, punitur pœna capitis, vt homicida, de quo dixi infra *hoc eo. lib. §. fi. q. 64 vers. antequam tamen, & vers. iudex autem.*

17 Item y Medicus si malum medicamentum scienter adhibeat, vt infirmus moriatur, tenetur vt homicida, *l. Corn. de sicar.* vt colligitur *ex tex. in l. necessario, § fi. ibi, Medicus infidus. ff. ad Syll.* Et memini ego superioribus annis, quod fuit in non modico crimine quidam Mag. Laurentius de Luciferis chirurgus, qui fecit vnam incisionem cuidam rustico, propter quam ille ex nimia profusione sanguinis statim decessit: Cum tamen nulla subesset suspicio, quod animo illum occidendi id fecisset, fuit solummodo z iussus exulare arbitrio Senatus, 13. April. 1562. P. N. Reperio etiam, quod quædam Rosa, quæ medicamentum non malo animo dederat, ex quo sequuta erat mors, non fuit punita, quia fuerat tolerata, vt ita mederetur, sed fuit illi solummodo interdicta in futurum ars medendi. 30. August. 1558. P. N. a Tenetur etiam Medicus, qui propter imperitiam, vel culpam infirmo præbet causam moriendi, ad damna, & interesse, prout in facti contingentia consuluit Cassan. *cons. 48.* in quodam Medico, qui cuidam testiculos inciderat.

18 Sed b quæro, quæ sit pæna homicidij? Respon. de iure communi c homicida punitur pœna legis Corn. *de sicar.* vt est text. *in l. 1 ff. ad leg. Cornel. de sicar.* quæ pœna est nobili deportatio, & bonorum omnium confiscatio, vt est tex. *in l. 3. §. legis Corneliæ, eod. tit. de sicariis.* Sed hodie illa pæna legis Corneliæ non est in vsu, vt dicit Angel. *in d. §. legis Cornel. n. 1. ff. ad leg. Cornel. de sicar.* quem refert Afflict. *super. 1. parte const. regni, rub. 13. nu. 2.* Idem dicit Mars. *in d. §. legis, nu. 1. & 2.* quem refert Placa *lib. 1. delictorum, cap. 10 post n. 2.* Vide, quæ dixi *infra hoc eo. lib. §. fin. qu. 67. vers. deportatio.* Pæna ergo homicidij hodie est pœna mortis. Et hæc est cõmunis opin. vt dicit Boss. *in tit. de hom. nu. 109.* Et hodie locum habet d hæc pæna tam in nobili committente homicidium, quam in plebeio. Et hanc opin. recepit practica, vt dicit Bolcnc. *in repet. l. capitalium, § famosos, n. 64. ff. de pœnis.*

Sed nunquid valet statutum, vel consuetudo dispo- 19
nens, quod pro homicidio imponatur pæna pecuniaria: Resp. Aliqui dicunt, quod sic. Et hanc opinion. videtur tenuisse Bar. *in l. 1. post n. 10. vers. vlterius quaero, de pub. iud.* quam etiam dicit tenere communiter Doctor. Pract. Caret *fol. 515. num. 12.* Contrariam autem sententiam, quod scilicet tale statutum non valeat, multi tenuerunt. Et hanc dicit esse communem opin. Anan. *in cap. fin. num. 1. de delict. puer.* Dec. *in c. 2. post n. 2. de constit.* quem refert Public. super consuetud. Asuet. *fol. 159. n. 4.* Dida. *lib. 2. resol. c. 9. num. 2.* Et hanc ego semper securus sum vti veriorem, & magis communem. Et reperio etiam, quod Igneus *in l. lege Cornelia, §. ex hoc edicto, nu. 62. & seq. ff. ad Syll.* refert, quod suis temporibus ita fuit iudicatum per Senatum contra Nauatienses, apud quos vigebat huiusmodi consuetudo, vt pœna homicidij esset centum aureorum. Bene verum est, quod Alber. *in 2. parte statutorum. q. 122.* dicit, quod totus mundus seruat contrarium. Et illum refert Aug. de Ang. *de malef. in verbo,* Et ex interuallo, *post num. 7.* Sed certe illud potuit forte seruari temporibus Albericis, nostris autem temporibus semper vidi obseruari, quod talia statuta non valeant, nec sint obseruanda. f Et ita teneas, & serues in 20
practica. Sed posito, quod valeant, quæro, pone, quod Perusij extet statutum disponens, quod si forensis ibi occidatur, puniatur pæna pecuniaria: nunquid si Perusinus alibi occidatur, erit puniendus occisor solummodo pæna pecuniaria, vt scilicet tale ius reddatur, &c. Respond. quod non: sed debet huiusmodi homicida, eo non obstante, puniri pœna mortis. Et hæc est communis opinio, vt dicit Sapia *in l. 1. in princip. col. 1. versic. Ex istis praecedentibus, ff. quod quisque iur.*

g De iure autem canonico laicus pro homicidio 21
excommunicatur; clericus autem deponitur, prætereaque h priuatur beneficiis. Est tamen non leuis controuersia inter Doctores, an clericus homicida sit priuatus ipso iure beneficio, an autem veniat priuandus per sententiam. Et in hoc articulo Innoc. *in cap. cum nostris, de concess. prebend.* tenuit, quod non est priuatus ipso facto, titulo beneficij; nec perdit ipso iure beneficium, sed venit priuandus per sententiam. Et dicit Anan. *in cap. inquisitionis, n. 3. de accus.* quod ita tenent communiter Doctores. Ita etiam communiter teneri attestatur Corset. *in suis singul. in verbo. Sententia, versicul. Clericus.* Hanc etiam dicit esse communem opin. Felin. *in d. cap. inquisitionis, n. 2.* quem refert Foller. *in pract. crimin. canon. fol. 276. n. 37.* Diaz. *in Pract. crim. canon. cap. 88.* Gomes. *in cap. 1. post n. 7. de rescript. in 6.* Alciat. *in cap. cum non ab homine. post num. 16. de iudic.* Ferratius *cautela 44.* canonicis constitutionibus, Didac. *in repet. Clem. si furiosus, fol. 302. n. 6. in fin. de homicid.* Placa. *lib. 1. delictorum, cap. 11. nu. 2.* Et quidem in simplici homicida, scilicet qui animo deliberato homicidium non perpetrauit, hæc opin. Innoc. ab omnibus recipitur, vt dicit Igneus *in l. necessarios, § non alias in lectura, n. 13. ff. ad Syllan.* Sed in homicida deliberato, siue qualificato aliqui contrarium tenuerunt, nihilominus dicit Igneus *in loco praallegato,* quod omnis pene Canonistarum, & Legistarum schola in hanc sententiam declinat.

k Priuatur etiam homicida successione eius, quem 22
interfecit, vbi ex testamento, vel ab intestato talis successio ad eum pertinet. l Et ita volunt Doctores, vt attestatur Mars. *consil. 93. numer. 8.* Et hoc non vt ab ea excludatur, tanquam incapax, sed vt admittatur ad succedendum, & deinde fiscus illam auferat, tanquam ab indigno. text. est *in l. cum ratio. §. fina. ff. de bon. dam.* Et quod filius occidens patrem illi succedat, & fiscus ab eo auferat hæreditatem, tanquam ab indigno, dicit esse communem opin. Butr. *consil. 63. in primis verbis.* m Sed pone, quod filius interficiat patrem: nunquid ne-

potes, & sic filij homicidæ poterunt auo succedere? Respon. Bald. *in l. si quis incesti, num.4.C. de incestis nupt.* loquendo in terminis statuti, tenuit, quod sic, sed in contrarium est magis communis opin. vt attestatur Boer. *decis.25.num.8.& 17.* vbi etiam refert ita iudicatum fuisse per illam curiam, prout etiam prius iudicauerat Parlamentum Parisiense, teste Aufrer. *in 4. parte de Arrestis, quæst.130.* & Ioan. Gal. *quæst.148.* Idem etiam dicendum fuisse in casu, in quo *b* frater fratrem occiderat, vt scilicet fiscus præferretur in successione fratris occisi filiis fratris occidentis attestatur Alber. *in 3. parte statut. quæst. 58.* si frater occidit: quem refert Barbat. *consil.8. post num 4 lib.3. & consil.70. num.45. lib.4.* Alias autem sequendo opin. Bald. daretur improbis facilior occasio delinquendi. Si vero non extent filij occisoris, res nullam videtur habere difficultatem, quod fiscus venit, de iure communi, ad ipsam successionem. Et hanc dicit esse communem opin. & sententiam Barb. qui in his terminis ita consuluit *in allegato cons.8. lib.3. in 1. dubio.*

Sed *p* quid si maritus interficiat vxorem, nunquid lucrum dotis applicabitur fisco, an autem hæredibus ipsius mariti, vel vxoris? Respond. Bart. *in l. fin. in fin. ff. de iis, quib. vt indig.* loquendo generaliter distinguit, quod aut lucrum defertur ex pacto, seu conuentione: & in eo succedunt hæredes vxoris, simul cum reliquo eius patrimonio: Aut defertur ex dispositione statuti, & applicatur fisco. Sed certe hæc distinctio Bart. communiter reprobatur per Doctor. qui volunt, quod indistincte *q* transeat ad hæredes ipsius vxoris, vt attestatur Ruin. qui in facti contingentia ita consuluit, *consil. 11. in fin. lib.5.* quam sententiam vti communem sequi videtur Rol. in suo eleganti tracta. de lucro dotis, *q.61.* Et secundum illam consuluit Decia. *cons.525.* quæ mihi etiam magis placet, vt facilius à delinquendo abstineat.

r Et hæc conclusio locum habet etiam, quando maritus vxorem occidit iure, vel consuetudine id permittente, puta, propter adulterium: nam neque eo casu lucratur dotem iuxta formam statuti, vel pacti, quicquid dixerit Bart. *in l. si ab hostibus §. si vir, num.5 ff solut. matr.* contra quem tenent fere omnes vt dicit Ias. *in d. §. si vir, circa fin.* & contra Bart. esse communem opin. attestatur Gomes. Arias super lege 80. Tauri. num.1. quod nota.

23 *ſ* Tenetur etiam homicida ad interesse animæ occisi, scilicet ad dandum, vt pro ea fiant orationes, ieiunia, eleemosynæ, & huiusmodi, secundum facultates ipsius homicidæ: prætereaque ad mercedes, & expensas factas in medicis, medicinis, & aliis ad eius curationem pertinentibus, necnon & *t* ad æstimationem operarum, quas interfectus exercere potuisset, si vixisset eo tempore, quo naturaliter viuere poterat. Et has conclusiones vti communes refert Rolan. *cons.39. per totum, lib.2.* Et ita in facti contingentia consuluit Bertran. *cons, 217. lib.8.* quod de iure fiscus tenetur ex bonis confiscatis soluere filiis occisi æstimationem operarum, &c. Sed hoc in practica male obseruatur, nam fiscus rapit omnia bona delinquentis, virtute confiscationis, & nulla prædictorum ratio habetur. In hoc tamen proposito videndum est *cons. Crau.119.*

24 *u* Excusatur autem homicida pluribus ex causis, Et in primis quidem, si probet, quod homicidium ipsum commisit ad sui necessariam *x* defensionem, est enim indubitata iuris conclusio, quod homicidium factum *y* ad sui defensionem non est punibile, cum licitum sit vnicuique vim vi repellere, quod quidem est vulgatissimum, & commune, vt dicit Catald. *cons.53. in primis verbis, inter consilia criminalia diuersorum lib.1.* & est text. *in l. vt vim. ff. de iust. & iure*, vbi est locus ordinarius huius materiæ. Et hanc sententiam dicit esse frequentiori Doctorum calculo receptam Placa. *lib.1. de delictorum, cap.28. n.3. in fine.* Et ita omnium gentium more, & consuetudine receptum esse ait *y** Cæpolla *cons. crim.42. vers. & profecto*, quæ quidem procedit etiam *z* in foro conscientiæ. Et est communis opin. vt dicit Nicel. *in concl. G.c.56.* Et ait Didacus *in repet. de Clem. si furiosus, fol.323. post num.1.* quod hæc est apud Theologos receptissima sententia.

a Hæc autem conclusio, quod pro sui defensione liceat alium interficere, locum habet non solum pro defensione vitæ, & corporis sui, sed etiam pro defensione *b* rerum suarum, & hæc est communis opin. Legistarum, vt dicit Pract. Carr. *fol.371. nu.19 & seq* hanc etiam opin. dicit esse communem Claud. *in d l. vt vim, num.43. & seq.* Dec. *in d l. vt vim, nu.31.* Ias. *in d. l vt vim, num 23. & sequ.* quem refert Diaz *reg.507.* Didac. *in loco praall. fol.235. num.6.* Placa *in d. c 28. nu.52.* Plot. *in repet. l. si quando, nu.109.* Menchiaca *controuers. Illustr. cap.18. num.5.* nam (vt vulgo dici solet) bona, & res vitæ æquiparantur, vt dicit gloss. *in l. aduocati. C. de aduo. diuers. iud.* prout illam refert, & dicit esse communi consensu approbatam Plac. *in loco preallega versic. adnotanda vtique* Dicit tamen Fel. *in c.2. post nu.4. de homic.* quod omnes concludunt, quod de iure canonico non licet furem interficere pro reb. tantum seruandis. Sed vide, quæ dixi inf. *vers. Vltima est.* 25

Idemque & multo magis dicendum est, quod liceat alicui alterum interficere pro defensione proprij honoris, nam periculum famæ æquiparatur periculo vitæ. *l. iusta ff. de manu. vind.* Et est commune dictum, teste Bolen. *in rep. l. capitalium. §. famosos, post n.161. ff. de pæn.* Et ideo si immineat periculum alicuius iniuriæ personalis, poterit quis licite aggressorem interficere, ita dicit Bar. *in l.1. nu.8. C. vnde vi.* Et dicit Ang. *in l. is qui aggressorem, n.2. in fi. C. de sicar.* quod practicauit in ciuitate Venetiarum, & defendit quendam accusatum de homicidio. Et illum refert Mars. *cons.81. n.16.* Vide quæ dixi infra *vers. Atque adeo.* 26

d Item locum habet, non solum pro defensione proprij corporis, sed etiam pro defensione eorum, qui sunt *e* sanguine coniuncti, & ita tenent communiter Doct. *f* vt dicit Gramma. *conf. 68. num.4.* Hanc etiam dicit esse communem opin. Pet. Calefat. *inter consil. criminalia diuers. cons.89. num.10. lib.2.* Et in facti contingentia quidam Ant. Persicus, qui, vt auxiliaretur fratri suo, interfecerat alium cum eo rixantem, fuit absolutus 24. Nouemb. 1548. P.N. *g* Imo etiam pro defensione alterius extranei, secundum Bart. *in d. l. vt vim. & in l. si quis in seruitute, nu.3 ff de fur.* Et est communis opin. vt dicit Dec. *in ea l. vt vim, post num.32. ver. subiecit Bart.* & dicit Alciat. *cons. 475.* quod hæc conclusio est ab omnibus Doctoribus approbata. 27 28

Præterea etiam generaliter, & indistincte intelligenda est hæc conclusio, ita vt *h* pro salutis propriæ defensione licitum mihi sit alium *i* interficere, etiamsi ille, qui me vult offendere, *k* sit clericus: nam & ipse potest à me impune occidi pro mea defensione: imo non solum pro mea, sed etiam propinquorum meorum, imo etiam extraneorum, & ita tenent Cano. indistincte, vt dicit Claud. *in lect. d. l. vt vim. n.85* Hanc etiam dicit esse commun. opi. Abb. *in c. si vero, il 1. n.11. de sen.* quẽ refert Did. *lib.1. resol. c.10 post n.8. ver. quartum si eiusdem.* Quinimo etiam si sit *m* Papa, vel Imperator, adhuc poterit licite occidi. Et dicit Placa *in d. c. 28. post n.7. versic.3.* illud, quod hoc est constitutissimum inter vtriusque classis litteratos. Quod tamen puto intelligendum esse cum grano salis, s. si Papa, vel Imperator contra omne ius volebat eum offendere, neque iste poterat se vllo modo saluare ab imminente morte, neque 29

que etiam fugiendo. Et adhuc si casus contingeret in practica, nescio an posset obtineri hæc opin. In inferioribus autem cuiuscunque dignitatis existant, credo quod posset sustineri. Et reperio, quod in facti contingentia Rim. *cons.*44. consuluit pro quodam *n* qui percusserat Prætorem, à quo prius fuerat ipse percussus. Et not. in hoc proposito, quod ille, qui percutit clericum se defendendo, non incidit in excommunicationem, etiamsi in defendendo modum excedat, dummodo id ex proposito non faciat, ita dicit Glo. *in c. significasti, il secondo, in verb. Tutela, de homic.* quam dicit esse communiter approbatam Socin. *inter cons. Curt. sen. cons.*10. *post n.*41. *vers. Confirmantur prædicta.*

30 *o* Adde, quod non solum licet insultato occidere ipsum insultantem, sed etiam licet occidere alium non offendentem, si ab illo insultante *p* se aliter defendere non poterat, nisi istum interficeret: ita dicit gl. *in l. si familia, in verbo Poterat, ff. si fami. fur. f.* cisse dicatur. Et est communis op. vt ait Deci. *in d. l. vt vim post nu.*9. *ver. &*

31 *quod dictum.* *q* Sed pone, Ego fui aggressus à Titio: & Caius se interposuit, vt rixam diuideret: & ego ne interficerer, opposui Titio me insultanti istum Caium mediatorem, qui ab eo fuit occisus: nunquid ego teneor de homicidio? Respon. Hæc quæstio fuit disputata per Ang. Aret. *in sua q. incip. Ath dus* & concludit ibi Angel. quod non teneor. Et eius opin. dicit esse commun. Corse. *in suis sing. in verbo, Metus*, prout illũ refert Pract. Caret. *fol* 421. *n.* 174. relatus & ipse per Placam *in d ca.* 28. *n.*26 Menchiaca *controuers. Illustr. cap.* 19. *num.*29. *r* Quod est notandum contra eos, qui de facili se interponunt rixis, vt diuidant inter se rixantes, quorum multos vidi ego remanere vulneratos, & quandoque etiam interfectos, ipsis principalibus rixæ saluis permanentibus. Quinimo quocunque modo ego me defendendo percutio alium, non debeo puniri: quia videor dare operam rei licitæ *f* Et ita fuit absolutus per Senatum quidam Anton. Dauerius, qui dum se ab alio insultante defenderet, percussit quendam saxo, qui mortuus est, iussus tamen fuit ipse Dauerius exulare per annum, 24. Octobr. 1543. P. N.

32 *t* Atque adeo vera est hæc conclusio, quod etiam si insultatus posset se fugiendo saluare, potest nihilominus ipsum insultantem impune interficere. Et est communis opin. vt dicit Ias. *in d. l. vt vim, n.*38. Dec. *in ea. l. vt vim, n.*35. Pract. Clar. *fol.*403. *n.*131. Rimin. *cons.*44 *n.*12. Ioan. de Amicis *cons.*77. *n.*5. Boss. *in tit. de homicid. num.* 86. Et quod *t* insultatus ab aliquo, non teneatur fugere, etiam quod posset sine periculo illud facere, dicit esse communem opin. Alex. *cons.*109. *nu* 4. *lib.*1. *& cons.* 119. *n.*12. *lib.*7. Alex de Neuo *inter consilia crim. diuersorum cons* 77. *lib* 1. Fel. *in c. suscepimus, de homicid.* attestans hanc esse communem opin. siue insultatus sit persona, cui sit dedecori fugere, siue non, Tiraq. *de nobilita. cap.* 20. *n.*64. Bertran. *cons.*290. *nu.*10. *lib.*3. *in* 1. *parte, & cons.* 118. *nu.*1. *lib.*7. Didacus *in repet. d. Clemen. si furiosus, fol.* 323. *post n.*4. Menchiaca *controuers. Illustr. Cap.*18. *nu.*20. Placa *in d. cap.*28. *n.*10. *& seq.* Et quod aggressus ab æquali non teneatur fugere, dicit esse communem opi. Petrus Calephatus *inter consilia criminalia diuersorum cons.*103. *num.* 11. *lib.*1.

33 *u* Sed quomodo probatur, quod fuerit ad sui necessariam defensionem? Resp. non quidem est necesse, vt probetur in specie ista necessitas defensionis, sed satis est, quod probet simpliciter, quod fecit ad sui defensionem, ita sensit Bal. *in l. solam, post n.*11. *C. de testib.* & ita communiter teneri attestatur Pract Caret. *in loco prealleg. n.* 126. quem refert Placa *in d. c.*28, *num.*20. Hanc etiam dicit esse communem opin. Dec. *in d. l. vt vim, nu.* 17 à qua non puto esse in practica recedendum, quamuis contrariam sententiam receptiorem esse affirmet Menchiaca *in d. cap.* 18. *n.*6. Hinc infertur, quod ad probandum aliquem fuisse in periculo vitæ, sufficit probare, quod eius aduersarius veniebat armatus contra ipsum, ita tenet Gloss. *in l.* 1. *in verb. Moderatione C. vnde vi*, quam dicit esse communiter approbatam Bert. *in d. cons.*128. *n.*3. Claud. *in lectura d. l. vt vim, post n.*54 Grammat. *cons.*56. *num* 9. Dicit etiam Ancha. *in Clemen.* 1. *post n.*5. *de homicid.* quod communiter Glos. ita tenent, prout illum refert Rimin. *cons.*13. *nu.*30. *& cons.*23. *post num.*11. *ver. Vnde succedit*, & Bertran. *cons.*84. *nu.*5. *lib.*1. *in* 2 *p. & cons.*35. *num.*5. *lib* 4 *& cons* 146 *num.*6. *lib.*6 Hanc etiam dicit esse communem opin. Placa *in d c.*18. *num.*16. Non enim tenetur quis expectare, quod prius ab alio percutiatur, vel offendatur: sed si ille sibi mortem minetur, potest ipse statim illum percutere, ita allegatur tenere Bal. *in l.* 1. *num.*18 *C. vnde vi.* & ante eum ita tenuit gl. *præallegata in l.*5. quam sequuntur communiter Doctores, vt dicit Per. de Barbobus *inter cons. criminalia diuersorum, cons.*97. *nu.*21. *lib.*1. & Petrus Calephat. *inter consilia criminalia diuersorum cons.*88. *nu.*21. *lib* 2. *& cons.*89. *n.*3. *eo vol. & cons.*90. *n.*4. *eod. vol.* & *x* ita affirmant communiter omnes, vt dicit Ioan. de Amicis, *cons.*116. *nu.*5. & ita, in facti contingentia, absolutum fuisse quendam nobilem, qui alium sibi minantem interfecerat, refert Afflict. *super prima parte constit. regni. rub* 9 *nu* 33 *& rub.* 13. *num.*10. licet (vt ipse ait) aliqui intelligerent illud dictum *in l. procedere*, quando quis facto minatur, non autem quando verbis tantum. Est enim iusta causa timoris, quod veniat animo percutiendi, etiamsi non *z* expectetur percussio, vt dicit Gloss. *in cap. si perfodiens, in verbo, Secularibus, de hom.* quam sequ comm. Doct. vt dicit Alex de Neuo *inter cons. crim diuers cons.*77. *n.*4. *a* Et in eo, qui præparabat offendere, dicit fuisse in facti contingentia iudicatum, quod potuerat impune offendi, Ias. *in d. l. vt vim, post num.*9. referens id attestari Bald. *in l. ff. loca.* in quadam lectura antiqua, quam ego non habeo, & illum refert Pract. Car. *fol.*301. *num.*91. Vide quæ dixi infra *ver. Potest etiam*, & infra *hoc eod. lib. §. si q.* 60. *versic. Nunc quæro.*

b Scias tamen, quod talis defensio, propter quam quis, iuxta prædicta, excusatur ab homicidio, debet esse facta cum moderamine inculpatæ tutelæ, quod quidem moderamen circa tria consistit, s. modum, tempus, *c* & causam: & ita dicunt omnes Doct vt ait Blanc. *in pract. crim. fol.*146. *num.*2. vbi ea omnia declarat, & ante eum ita dixit Bolog *cons.*56. *col* 6. *ver. Verum si dicatur*, alias autem si aggressus excedat modum *d* in se defendendo, vtique erit puniendus. Bene verum est, quod hoc casu non debet puniri pœna ordinaria homicidij, sed solum de excessu pæna extraordinaria, & mitiore *e* arbitrio iudicis. Et hoc non solum quando excessisset modum ex culpa, secundum opin. aliquorũ, etiam dicit esse communem Soc. Iun. *cons.*36. *n.*10. *li.*2. *f* sed etiam si excessisset modum ex dolo. Et ita communiter concluditur, vt dicit Prac. Care. *fol.*409. *num.* 152. *& seq.* quem refert Placa *in d. cap.*28. *n.*14. Bertrand. *cons.*174. *n.*2. *li.*2 *in* 1 *parte* Didac. *in repe. d. cle. si furiosus* 323 *post num* 3. *g* Hinc est, quod si aliquis insultet me cum baculo, non licet mihi illum percutere cum gladio, si aliter me defendere poteram. Et ita tenent communiter Doct vt dicit Gram. *cons* 63. *num.*2. *&* 3. *h* Sic etiam, si post sedatam rixam vulneratus ex interuallo insultum faciat in vulnerantem, non videtur id fecisse causa defensionis, sed vindictæ. Et hæc est communis Theorica Doct. vt attestatur Cæp *cons. crim.* 43. *circa f.* Sed in omnem casum occidens aggressorem se defendendo, nunquam tenetur de occiso. Et ita tenent communiter Doct. vt dicit Gram. *in d. cons.*56. *n.*7 *i* Sed debet mitius, quam capitali pœna puniri, & hanc esse receptissimam ab omnib. sententiam attestatur Soc. Iun.

consil.117.num.17.lib.3.Faciunt,quæ dixi in d.ver. Nunc quæro.

35 k Sed hic occurrit alia quæstio: Pone quod reus in suo examine l negauerit se Titium occidisse; deinde habita copia processus, cum videret se esse de ipso homicidio conuictum, vult probare, quod illum interfecit ad sui defensionem, nunquid erit admittendus? Resp. quod sic: ita tenet Bartol. in l. nemo ex iis, ff. de regul. iur. Et est communis opin. vt attestatur Dec. in c. pastoralis, num.15. in fi. de except. Boer. decis.164. nu.12. Gram. in d.l. nemo ex iis, num.4 Boss. in tit. de defens. reorum, nu.4. nam reus non prohibetur proponere diuersas, & etiam contrarias exceptiones, vt dixi infra, lib. prox.

36 m Potest etiam homicida se excusare, si probet illum, qui ab ipso interfectus est, fuisse in insidiis positũ, & ipsum expectasse, vt interficeret: nam licitum est tales insidiatores præuenire, & eos interficere: ita colligitur ex gloss. prællegata in d l.1. in verbo, Moderatione. C. vnde vi. Et hanc sententiam approbant communi consensu Doctores, vt dicit Placa lib.1. delictorum. c.11. nu. 12. Quod tamen intellige, vt procedat, dummodo ex huiusmodi insidiis tale periculum, & adeo præsens immineret, vt non satis tuto vitari posset, nisi insidiator occideretur: sed si aut ipse insidiator comprehendi, aut vitari potuisset, crederem non esse homicidam ab aliqua pœna extraordinaria excusandum. Vide, quæ dixi supra vers. Sed quomodo.

37 n Alia etiam est defensio, quæ ad euitandam pœnam homicidij proponi potest, oriturque o ex incertitudine eius, qui homicidium perpetrauit, quando ipsi homicidio p plures interuenerunt, quo casu propter talem incertitudinem videtur omnes esse absoluendos. Quæro igitur, quando aliquis est q à pluribus interfectus, & ignoratur, quis eorum illum interfecerit, nunquid omnes propter incertitudinem sint excusandi, an autem omnes sint puniendi. Respond. Aliqui simpliciter dicunt, quod quando vnum est tantum vulnus lethale, & ignoratur quis illud intulerit, omnes absoluuntur à pœna ordinaria legis Corneliæ, & condemnantur pœna pecuniaria. Et dicit Natta cons.240.num.9. quod in hoc concordant Legistæ, & Can. Hanc etiam dicit esse communem opin. Boss. in titu. de homic. num.26. Et dicit Rimin. consil.13. circa fin. quod Bart. in l. si in rixa, post num. 20 ff. ad l. Cor. de sicar. qui tenuit, quod omnes puniantur pœna homicidij, communiter damnatur. r Idemque si plura sint vulnera lethalia, & ignoratur, ex quo vulnere mortuus sit: pariter enim (secundum eos) sunt omnes absoluendi à pœna mortis, & condemnandi pœna pecuniaria arbitrio iudicis, vt allegatur tenere glo. in l. item Mela. §. sed si plures, in verbo, Percusserint, ff. ad leg. Aquil. & ita communi calculo receptum esse attestatur Rolan. cons.63. num.10. lib.2. Hanc etiam dicit esse communem opin. Ang. de malef. in verbo, Et Andreas. n. 21. Alciat. de præsumpt. in tertia regula præsump.44. nu.4. Hæc est ardua quæstio, in qua, vt dicit Placa. lib.1. delictor. cap.12. pauci nauigauerunt sine periculo. f Tu igitur, pro veriori resolutione, fac tres casus. Primus est, quando homicidium est deliberatum, & ex proposito: & tunc absolute facienda est conclusio, quod omnes, qui in ipso homicidio interuenerunt, tenentur pœna ordinaria homicidij, siue defunctus ex vnico tantum vulnere, siue ex pluribus decesserit, & siue vnum tantum vulnus esset lethale, cetera vero non lethalia; & sic appareat, quod omnes vulnerauerint, siue appareat non omnes vulnerasse; siue sit dubium quinam vulnerauerint, vel ne. Et hanc esse frequentiori Doctorum calculo receptam sententiam, dicit Placa in d. cap. 12. n.1. & ante eum dixit hanc esse communem Didac. in repet. cle. si furiosus, fol.292. nu.3. de homic. Et licet Plac. in loco præallegat. subdat, quod hæc conclusio debet intelligi, quo ad torquendum, non autem quo ad condemnandum: ego teneo, quod omnes sint condemnandi, non autem torquendi: non enim potest negari, quin etiam illi, qui non occiderunt, præstiterint auxilium occidentibus, ex quo resultat alia iuris indubitata conclusio, quod præstans auxilium ei, qui committit homicidium animo deliberato, debet puniri pœna mortis, vt dixi infra hoc eod. lib. §. si qu.60. circa princip. puto tamen in hoc casu aduertendum esse, vt omnino appareat certe, vel præsumptiue, quod omnes fuerint conscij ipsius homicidij committendi: potest enim esse, quod idem homicidium respectu vnius dicatur commissum animo deliberato, & respectu alterius dicatur t commissum ex improuiso, puta, si quis sciens inimicum suum alicubi esse, & deliberans eo accedere ad illum interficiendum, conuocet amicos suos prætextu, quod vellet ire deambulatum per ciuitatem, & deinde illos nihil tale cogitantes conducat ad illum locum, & illum interficiat, vt quandoque vidi in facto contingere, & hoc quidem casu, si esset dubium super sententia, sequerer opin. Placæ, tanquam tutiorem, quod scilicet deberent super ipsa scientia torqueri, & vbi illam negarent, condemnari in pœnam extraordinariam: vbi vero, vt dixi, constaret de scientia, omnes essent capite puniendi. Secundus est casus, quando liquido non apparet homicidium fuisse animo deliberato patratum, sed bene adsunt aliquæ suspiciones: & tunc, stante dicta incertitudine, pariter sunt omnes torquendi super illa qualitate animi deliberati. Et vbi nihil fateantur, tunc debent omnes de ipso tanquam simplici homicidio in pœnam extraordinariam condemnari, ratione incertitudinis, iuxta ea, quæ infra statim subiiciam. Tertius autem est casus, quando certo apparet homicidium ipsum ex improuiso, & in rixa commissum. Et tunc est etiam distinguendum, prout etiam multis modis potest hæc incertitudo considerari. Aut enim 38
vnicum vulnus est illatum, ex quo vulneratus decessit, & ignoratur qui ex pluribus illud intulerit, & tunc omnes puniuntur de occiso, non tamen pœna ordinaria homicidij, sed tantum pœna extraordinaria, arbitrio iudicis imponenda. Et est commun. opin. vt ait Paris. cons. 148. num.3. lib.4. Pract. Carer. fol.210. num 75. vbi dicit, quod ita tenent communiter Doctor. quem refert Placa 39
in d. cap.12. num.6. Didacus in d. cle. si furiosus, fol.294. num.5.t. Bene verum est, quod hoc casu, si appareat quis fuerit principalis u auctor, siue inceptor rixæ, contra eum ex hoc insurgit adeo valida iuris præsumptio, vt ipse solus habeatur pro homicida, & possit forte, secundum iuris rigorem capite puniri, iuxta text. in leg. quoniam multa facinora. C. ad l. Iul. de vi pu. & ita à legum verticib. receptum esse ait Roland. cons.63. num 3. lib.2. Hoc tamen apud nos non seruatur, raro enim propter homicidium in rixa commissum, condemnamus aliquem ad pœnam mortis.

x Sed hic incidenter quæro, hoc casu, quomodo debeat formari inquisitio, ex quo non apparet, quis vulnus intulerit, & consequenter quis fuerit homicida. 40
Respond. Ang. in d. l. si in rixa, num 7. ff. de sicar. refert, quod ista quæstio contigit de facto Perusij, & dicit, quod si esset par pœna homicidij, & auxilij ad homicidium, posset iudex vnum inquirere de homicidio, & alios de auxilio. Et ita seruari attestatur Boss. in titul. de delicto, num.24. Plus dicit Angel. in loco præalleg. quod etiam quando pœnæ sunt diuersæ, puta, quia pro homicidio sit pœna capitis, & pro auxilio pœna pecuniaria iudices maleficiorum non curant, sed vni imponunt ictum & homicidium, & aliis auxilium, & fauorem, licet secundum eum, salua conscientia, nullum sit re-

sit remedium. Sed certe ego semper vidi seruati contrarium, vbi enim vnicum est vulnus, & ignoratur quis ex pluribus illud intulerit, solent iudices inquirere omnes æqualiter de homicidio, narrando factum, & dicendo, quod vnus eorum vulnerauit, & alij auxilium præstiterunt, neminem nominando pro homicida, & si sint contumaces, omnes condemnantur in contumaciam, in pœnam homicidij, prout etiam expresse declarauit Senatus faciendum esse, 26. Iun. 1547. & 8. Ian. 1558. P. N. *y* Si vero compareant, tunc vel omnes torquentur, vel condemnantur pœna pecuniaria, vt supra dixi.

41 Aut vero plura sunt illata vulnera, & certi sunt vulneratores, & certa etiam vulnera ab ipsis singulis illata, sed ignoratur ex quo vulnere in specie mortuus sit: & tunc aut omnia vulnera erant lethalia, & omnes tenentur de occiso: & in hoc non videtur dubitandum; Aut vero vnum, vel plura erant lethalia, & aliqua non lethalia: & tunc illi tantum, qui intulerunt lethalia, tenentur de occiso, alij vero de vulneribus tantum. Et hæc est omnium fere communis opinio, vt ait Didac. *in loco praalleg. fol.* 292. *versic. secundus casus.* Hanc etiam dicit esse omnium consensu receptam opinionem Placa. *in d. c.* 12. *num.* 5. Puniendi tamen sunt hoc casu vltra pœnam ordinariam vulnerum, etiam pro auxilio ad homicidium, pœna pecuniaria, iudicis arbitrio. *z* Aut vero sunt certi vulneratores, sed ignoratur, quæ vulnera à singulis eorum illata fuerint: & tunc aut omnia vulnera erant lethalia, & omnes tenentur de occiso, vt supra dixi: Aut erat vnum tantum vulnus lethale, & alia non lethalia, *a* & hoc casu omnes quidem de occiso tenentur, non tantum sunt puniendi pœna odinaria, sed tantum extra ordinem, iudicis arbitrio. Et ita tenent communiter Doctores, vt dicit Vital. *de malefic. in rubr. quid sit accusatio, num.* 71. Hanc etiam opin. dicit esse communem Carer. *in loco praallegato, nu.* 75. Et hæc omnia bene nota, quia quotidie contingunt in practica.

42 *b* Quandoque etiam solet ad excusandum eum qui de homicidio imputatur, proponi alia defensio, quod scilicet vulneratus non ex ipso vulnere, *c* sed ex alia causa decesserit. Et in hoc vt habeas perfectam resolutionem, debes distinguere tres casus. *d* Primus casus est, quando certum est vulnus illatum fuisse mortale. Et tunc si mors superueniat, proculdubio vulnerans *e* tenetur de occiso, & puniendus est pœna ordinaria homicidij, iuxta text. *in l. ait lex §. quod si mortifero, ff. ad leg. Aquiliam,* & ita communiter tenent vbique Docto. & attestatur Socin. *consil.* 178. *colum* 2. *versicul.* pro cuius conclusionis fundamento *lib.* 2. subdens se putare, quod hoc casu non defenderetur vulnerans, ex eo quia nullus medicus fuisset adhibitus, vel quia fuisset adhibitus imperitus, neque propter aliquam aliam culpam commissam ab ipso infirmo, seu vulnerato, quia licet forte propter ista mors fuisset accelerata, tenetur tamen vulnerans de homicidio iuxta text. *in leg. ita vulneratus, in princip. ff. ad leg. Aquil.* Et quamuis Vital. *de malef in rubr. de insultu, num.* 16. dicat, quod licet vulnus sit mortale, tamen alia causa, quæ superuenit, poterit probari ad excusationem vulnerantis: *f* contrarium tamen omnes alij tenuerunt, vt dicit Bland. *in pract. crimin. fol.* 135. *num.* 98. *g* Secundus est casus, quando certum est, quod vulnus non erat mortale: & tunc ex quo constat vulneratum mortuum fuisse ex alia causa, quam ex ipso vulnere, non tenetur vulnerans de occiso. ita dicit Bald. *in l. qui occidit. § fin. ff. ad l. Aqui.* & ita etiam tenent Doctor. vt ait Soc. *in allegato cons.* 278. *col.* 2. Et dicit Rimin. *cons.* 81. *n.* 7. quod in hoc nemo est, qui discrepet. *h* Tertius est casus, quando sumus in dubio, an vulnus esset lethale vel non: & tunc aut non apparet de aliqua negligentia, seu culpa vulnerati: & eo casu, ex euentu secuto præsumitur decessisse ex vulnere, & punitur vulnerans de homicidio: aut apparet de aliqua negligentia seu culpa: & tunc vulnerans non tenetur de occiso, iuxta tex. *in l. si ex plagis, in princip. ff. ad l. Aquil.* Ita tenet Gand. *de malef. in titul. de hom. post n.* 24. *versic. sed pone quod aliquis.* Et ponit exemplum in rustico, qui in capite vulneratus, iuit ad laborandum cum bobus ad solem. Et per illud dictum Gand. dicit Sign. *cons.* 163. *num.* 6. quod ter ita iudicati obtinuit in curia Prætoris Mediolani. Hanc etiam opin. dicit esse communem Blan. *in loco praalleg. post num.* 96. Ex quo itaque talis vulneratus non tenetur de occiso, non debet puniri pœna ordinaria homicidij, sed alia pœna extra ordinem. Et ita reperio iudicatum fuisse in facti contingentia per cons. Neapolit teste Grammat. *cons.* 2. & ita etiam in hoc Ducatu pluries vidi obseruari.

k Scias autem, quod in hoc, an vulnus fuerit lethale, vel ne, standum est *l* iudicio medicorum. Et hanc sententiam dicit esse omnium consensu receptam Placa *lib.* 1. *delictorum. cap.* 13. *num.* 6. Pariter etiam in hoc, an vulneratus decesserit *m* ex vulnere, an autem ex malo regimine, statur iudicio medicorum, & peritorum. Et ita dicit se obtinuisse, & vidisse ob eruari Alber. *in proœ. ff. num.* 14. & *in* 2 *parte stat. q.* 36. Item quod si aliquis: quem refert Aug. ad Ang. *de malef. in verbo.* Et ex interuallo, *post num.* 5. Ita etiam seruari in practica attestatur Bos. *in tit. de homicid. post n.* 115. Et isti medici debent esse duo, secundum communem opin. vt attestatur Pract. Contad. *fol.* 414. *n.* 7. Et hoc loquendo de iure: nam de consuetudine statur dicto vnius, vt attestatur Pract. Car. *fol.* 10. *nu* 6 Item intellige, quod requiruntur duo, si adsint: nam si vnus tantum medicus esset in eo loco, illius solius dictum sufficeret. Et est communis opin. vt dicit Anan. *in c. significasti, nu.* 14. *in fin. de homi.* & tales medici non debent de necessitate esse doctores. Et hæc est passim recepta sententia, vt dicit Placa *in d. cap.* 13. *num.* 9. nam ad curam huiusmodi vulnerum solent adhiberi chirurgi, & barbitonsores, & ita seruatur in praxi, vt dicit Boer. *decis.* 321. *post nu.* 23. Debent tamen huiusmodi medici, seu periti, deponere cum iuramento, & est commun. opin. vt dicit Crot. *de testib. post num.* 217. *versic. Quarto extenditur:* quem refert Didac. *lib.* 2. *resol. c.* 13 *post num* 4. Fel. *in c. proposuisti, n.* 15. *de probat.* Afflict *super* 3. *parte constit. Regni, rub* 25. *nu* 8. Blan. *in pract. fol.* 133. *n.* 90. Intellige, quod tenentur iurare de crudelitate, & iudicio suo, non autem præcise de veritate, & est communis opin. vt attestatur Anan. *in d. c. significasti, post n.* 13. *de homicid.* Ias. *in repe. l. admonendi, n.* 247 *ff. de iureiur.* Dec. *in d. c. proposuisti, n.* 17. Bene verū est, quod si tales medici essent specialiter destinati ad hoc officium visitandi, non tenerentur iurare in qualibet visitatione, vel relatione, quam facerent, dummodo semel in initio officij iuramentum præstitissent, prout de consuetudine seruari attestatur Plac. Millei, *fol.* 13. *n.* 2. Sed certe apud nos non seruatur, quod absolute standum sit in hoc *o* iudicio peritorum: quinimo sæpius vidi, nullam fidem adhibitam fuisse huiusmodi peritis, præsertim deponentibus ad defensam, quod vulnus non erat lethale, vel quod vulneratus decesserat ex malo regimine, solent enim id de facili deponere, tum vt faueant inquisitis, tum etiam vt ipsi effugiant culpam malæ curationis. Et vt dicit Pract. Papien. *in forma inquisitionis, in verbo, Ex quibus per inquisitionibus. n.* 2. videmus quod circa tales protestationes medicorum solent committi fraudes, cum multi corrupti pecunia, vel gratia, protestentur contra veritatem. *p* Propterea tutius est dicere, quod in hoc, an 43

vulneratus decesserit ex vulnere, vel non, standum est *q* arbitrio iudicis, qui considerata qualitate, & loco vulneris, & relatione medicorum, præsertim illa, quæ fieri solet, quando denunciant vulnera illata ex debito eorum officij, considerata etiam longitudine temporis quo vulneratus supervixit post vulnus illatum, & aliis probationibus æstimabit, an ex ipso vulnere, an autem ex alia causa decesserit. Et ita tenent Doctores omnes communiter, vt dicit Marf. *in pract. crimin.* §. & quia *num. 16. & cons. 7. num. 27.* quem refert Apostil. ad Rimin. *cons. 281. sub num. 1.* *r* Ceterum si vulneratus
44 post illatum vulnus processit de malo in peius, & intra breue spatium mortuus est, eo casu præsumitur mortuus ex vulnere; & vulnerans tenetur de occiso. Et hanc sententiam videntur sequi omnes Canonistæ, & Legistæ, vt dicit Bolog *consil 5. col. am[illegible] versic. secundo pro eadem:* Et dicit Cæpo. *consilio crimin. 41. versicul. tertio veniens,* quod ita omnes concludunt. *f* Sed quantum in hoc proposito dicetur longum interuallum? Respo. Angel. *in leg. vnica. C. de emenda. seruorum*, dicit, quod secundum sententiam medicorum nullus lethaliter *t* vulneratus potest viuere vltra 40 dies, quem refert Rimin. *in d. consil. 281. num. 2.* vbi etiam subdit, quod ita obseruat communis stylus: refert etiam Blancus *in pract. crim. diuersorum fol. 135. nu. 221.* *u* Si tamen vulneratus post illatum vulnus ambulauit per triduum, eo casu etiam si postea moriatur, non præsumitur ex vulnere decessisse, secundum Gloss. *in d. l. vnica, in verbo, Depulsa, C. de emend. seruorum*, quam approbauit, & sequuntur omnes Doct. vt ait Marf. *in l. si in rixa, nu. 59. ff. ad l. Cornel. de sicar. & in pract. crim § & quia, num. 16. & cons. 7. num. 26. in fin.* quem refert Dom. Ant. de Padilla *in l. transigere, n. 30. C. de transact.* Ioan. Arno *in solil. quto 39.* Prospere quædam.

45 Sed pone, quod fuerit lata sententia contra aliquem in pœnam homicidij, ex relatione peritorum, qui dicunt *x* vulnus fuisse mortale: modo iste vult probare *y* contrarium; nunquid retractabitur talis sententia: Respond. quod sic, & est communis opin. vt dicit Afflict. *super 1. parte constitutionum Regni, rub 13. num. 47.* nam tales sententiæ latæ ex consilio peritorum nunquã transeunt in rem iudicatam. Et ideo possunt quandocunque retractari, ex consilio aliorum magis peritorum, vt dixi infra *lib. prex. 2.* Sed certe apud nos non admittetur talis opin. post condemnationem, cum aduersus sententiam latam in causa criminali sublatum sit omne remedium à constitutionibus huius Ducatus. Admitteretur tamen reus ad hoc probandum ante sententiam, non obstante relatione iam facta per huiusmodi peritos, siue ita retulissent ex necessitate officij, prout tenentur ex forma statutorum, vel consuetudinis, quæ viget in multis ciuitatibus, siue etiam ita retulerint ex iussu iudicis, qui illos miserit ex officio ad inspicienda vulnera, secundum practicam Vltramontanorum, de qua attestatur Blanc. *in pract. crimin. fol. 131. num 72.* in aliquibus etiam locis seruatur, quod iudex ad instantiam ipsius imputati mittit peritos, qui referant, an vulnera sint mortalia, vel ne. Et ita seruatum fuisse attestatur Specul. *in titul. de probat. §. videndum, ver. hoc quoque*, quem refert Afflict. *super 3. parte constit. Regul. rub. 52. num. 7.* vbi subdit, quod ita faciunt cauti aduocati, Foller. *in prac. crimin. fol. 475. numer. 222.* *a* Sed hoc apud nos non seruatur, nisi reo constituto in carceribus: & esset hoc in casu facienda à iudice talis electio peritorum, citato fisco, ac parte offensa, qui essent extra omnem suspicionem, & cum magna causæ cognitione, nisi forte, si aliter fieret, destrueretur intentio fisci, & delinquens euaderet impunitus.

46 Sed *b* quid si reus probet, quod vulneratus non decessit ex vulnere per eum illato, quia scilicet alius superuenit, qui illum alio illato vulnere in totum exanimauit? Certe videretur excusandus, ex quo apparet, quod ipse non fuit verus homicida. Et dicit Roma. *sing. 158.* quidam fuit vulneratus, quod ipse ex hoc quendam liberauit, & lucratus est cappam sericeam: quem refert Tiraquel. *de pœnis, causa 91.* Et referunt Doctor. de quodam aduocato, qui consuluit cuidam, qui alium lethaliter vulnerauerat, quod deberet mittere statim alium, qui eum prorsus interficeret, quia ipse teneretur tantum de vulnerato, & ille alius de occiso. Sed certe hæc fuit pessima, & abominabilis cautela. Et recte dixit Bald. *in d. l. ita vulneratus, in 1 lectura*, quod præmium illius aduocati, qui ita consuluit, erat, quod laqueo suspenderetur. Tu vero dic, quod aut iste secundus illum prius vulneratum interemit de mandato, aut voluntate primi vulnerantis; & tunc vterque est puniendus pœna ordinaria homicidij; Aut vero non interuenit illius mandatum, neque voluntas; & tunc aut primum vulnus *c* non erat lethale, vel licet esset lethale, non erat tale quod omnino esset certum, quod vulneratus fuisset ex eo periturus; & tunc primus tenetur tantum de vulnerato, secundus autem de occiso. Aut erat indubitatum, quod ex primo vulnere euadere non poterat: & tunc etiam primus vulnerans tenetur de occiso. Et hanc opin dicit esse communem Boer. *dec. 323. post num. 10.* Didac. *in repet. d. clem. si furiosus, fol. 292. num. 4. de hom.* Placa *lib. 1 delictor ca. 12. num. 8.* Blanc. *in pract. crim. fol 134. post n. 69.*

Vltima est defensio, quam reus proponit, licuisse 47 sibi impune eum, quem occidit, interficere, cuius rei tria possunt afferri exempla, scilicet furis, adulteri, & banniti, qui omnes videntur impune occidi posse: de his ergo singulis videamus. Et in primis *d* de fure; in quo quidem est distinguendum inter furem nocturnum, & diurnum. In fure nocturno facienda est conclusio, quod licet impune illum occidere, vt est text. *in l. furem nocturnum ff. ad l. Corn. de sicar.* Scias tamen, quod ad hoc, vt licitum sit occidere furem nocturnum, multa requiruntur: Primo, quod istud fiat pro defensione sui ipsius, vel rerum suarum; alias non potest quis occidere furem, si recedat sine rebus suis. Secundo requiritur, quod volens occidere furem nocturnum, *f* clamet. Tertio requiritur, quod eum non recognouerit, neque habuit testes, qui potuerint illum cognoscere, & contra eum deponere de furto. *g* Quarto requiritur, quod eum capere non potuerit. Et hæc omnia requiri secundum communem opin. attestatur Bolen. *in rep. l. capitalium. §. famosos, numer. 164. ff de pœnis.* Prac. Iod. *capit. 78. num. 2.* *h* In diurno autem fure pariter facienda est conclusio, quod liceat illum interficere, si telo se defendat. Et est communis opin. vt ait Bolen. *in loco praeleg. num. 165.* Quod intellige vt procedat, quando quis dubitat, an venerit ad furandum, vel ad occidendum, neque potuit ei parcere absque propriæ vitæ periculo: hoc enim casu vtique potest illum impune interficere. Et hoc fatentur omnes, vt ait Didac. *in repet. d. clem si furiosus, fol. 327. vers. primus fit. de homicid. I.* Idem etiam est dicendum, quando reperitur à domino exportare res suas, & cum illis aufugere, neque aliter poterant recuperari, quia scilicet nolebat eas restituere, & telo resistebat. Et est communis opin. vt dicit Alexand. *cons. 138. num. 9. lib. 6.* Didac. *in loco praal. fol. 217. vers. Secundo proponitur.* Et quod liceat impune occidere furem pro defensione rerum suarum, quando aliter non possunt recuperari, dicit esse communem opin. Ias. *in l. vt vim, num. 21. ff. de iustit. & iure*, quem refert Villalob. *in sua collecta communium opin. in littera O. vers. occidi potest fur.* Vide quæ dixi supra *vers. Hac autem.*

Dixi

48 Dixi *k* etiam posse adulterum impune occidi. Scias itaque, quod licet patri impune *l* occidere adulterum deprehensum cum filia in adulterio, vt est text. *in l. patri ff de adult.* Quod intellige, vt procedat, dummodo concurrant ea, de quibus *in d. l. patri, & aliis seq.* scilicet quod pater *m* eodem impetu occidat etiam filiam. Secundo, quod filia sit in ipsius patris potestate. Tertio, quod illum occidat in domo sua, vel generi, non autem alibi. Quarto, quod filia sit nupta. Quinto, quod illum deprehendat in ipsa turpitudine. His autem omnibus non concurrentibus non liceret patri impune adulterum interficere. *n* Et hæc omnia locum habent, etiam si talis adulter sit clericus; potest enim pater illum ita deprehensum, citra excommunicationem percutere, neque incurret in pœnas, *c. si quis suadente, 17. quæst. 4.* Et est communis opin. vt dicit Bermond. *de concub. fol. 267. num. 5. in fin.* In Iudice autem, *o* vel magistratu multi dubitant, an si deprehensus fuerit in adulterio, possit impune occidi: & Grammat. siue Blasius *super constit. Regni fol. 110. numer. 8.* refert Bart. *in l. marito, §. illud, in primis verbis, ff. de adulter.* attestantem communiter teneri, quod non ex quo magistratus non possunt accusari iure mariti, licet *in libro meo* Bart. nullum verbum faciat de communi opin. ipse tamen Bart. tenet, quod possit occidi. Et hæc sententia mihi magis placet; & ideo caueant officiales à thoris alienis, ne aliquid tale eis contingat.

49 Sed *p* quid dicendum in marito? nunquid ei licebit adulterum cum propria vxore deprehensum *q* impune interficere? Respond. Si quidem adulter sit vilis persona, tunc potest à marito impune interfici in domo propria, non tamen alibi, vt est text. *in l. marito, ff de adult.* Si vero adulter non sit vilis persona, non licet illum impune occidere. Bene verum est, quod si illum occidat, non punitur pœna vltimi supplicij, propter iustum dolorem, sed mitius; nam si est humilis persona, damnatur in metallum; si vero est honestior, relegatur in insulam: ita dicit text. *in l. si adulterium cum incestu, §. Imperatores, ff. de adul.* Vel mittitur in exilium, *l. Gracchus, C. eod. titul. de adult* Et licet aliqui dicant, quod nullo casu licet marito adulterum cum vxore deprehensum interficere; tamen communis opin. Legistarum est, quod liceat, iuxta declarationem prædictam, vt attestatur Pari. *cons. 154. num. 12. lib. 4.* Et ita in facti contingentia consuluit Socin. Iun. *cons. 34. lib. 2.* Maritus autem clericum cum vxore in adulterio deprehensum percutiens non incidit in pœnas *d. cap. si quis suadente*, vt etiam si patre supradictum est, & est tex. *in c. 3. in fin. de senten. excommun.* & ita tenent communiter Doctores, vt dicit Anton. Gomes *super l. 80. Tauri. num. 55.* Quod tamen intellige, vt procedat in marito: secus autem in sponso per verba de futuro, ita videtur sensisse Gloss. *in c. 3. in verbo, Cum vxore*, quam dicit esse ab omnibus approbatam Didac. *in epito. sup. 4. decret. fol. 3. n. 12.* qui tamen tenet, quod hoc casu sufficeret habere absolutionem à proprio Episcopo, non autem teneretur illam impetrare à Summo Pontifice: quod & mihi placet. Faciunt, quæ dixi supra *hoc eod. lib. §. Adult. vers. Sed hac omnia.*

50 Sed hæc quidem omnia procedunt in foro contentioso. *r* Ceterum in foro conscientiæ non licet patri, neque marito neque filiam, neque vxorem, neque adulterum in adulterio deprehensos interficere. ita dixit Gloss. *in cap. inter hæc. in Gloss. 1. circa med. 33. quæst. 3.* Et est communis opin. vt ait Didac. *in epito. super 4. decretal. cap. 7. §. 7. num. 8. & sequent.* quem refert Villalob. *in sua collecta communium opin. in littera M. vers. maritus si occidat.* Menchiaca *lib. 1. de test. in 1. parte, post nu. 7. vers. vnde data: & controuers. vsu frequentium, cap. 8. num. 2.* Et ideo peccant mortaliter eos occidendo. Hæc tamen opin. mihi nunquam placuit, impium est enim, iudicio meo, dicere, apud nos vigere aliquam legem, quæ peccatum mortale committi permittat, vt etiam dixi infra, *vers. sed nunquid.*

Dubium *r* est, nunquid possint pater, vel maritus 51
alteri mandare, vt alterum in domo sua deprehensum (in casibus tamen, in quibus de iure licitè occidi potest) interficiat: nam aliqui dixerunt, *s* quod non, & fuit opin. Bald. *in cap. si quis vero, post num. 3. de pace iuramen. firm. in vsibus feudorum*, quam dicit esse communem August. ad Angel. *de malefic. in verbo, Che hai adulterato, num. 64.* quem refert Grammat. *super constit. Regni, fol. 110. num 9.* Claud. *in d. l. vt vim, num. 124.* Roland. *consil. 24. num. 29. lib. 2.* Cum enim casus sit valde exorbitans à regulis iuris communis, vt scilicet possit quis propria auctoritate vindictam sumere, non videtur ad alias personas extendendus. *t* Bene verum est, quod licet patri, vel marito illud mandare proprio filio, & ita tenuit Bald. *in d. l. Gracchus, num. 3.* Et hanc opin. dicit frequentissimam esse Didac. *in epitom. super 4. Decretal. fol. 140. num. 5.* Ita etiam tenere communiter Doctores attestatur Anton. Gomes. *super l. 80. Tauri. numer. 61.* Quinimo multi tenuerunt, quod potest etiam aliis mandare. Et hæc opin. seruatur in practica, prout in facti contingentia reperio iudicasse Curiam Neap. teste Afflict. *super 3. parte constitut. Regni, Rubrica 46. num. 9.* quem refert Pract. Carer. *fol 445. num. 240.* secundum quam se etiam in facto obtinuisse attestatur Cæpoll. *de seruitut. vrban. cap. 23. circa fin.* Vide quæ dixi infra *hoc eodem libr. § fin. quæst. 60. versicul. solet dubitari, circa fin.*

Plerunque *u* etiam, vt dixi, excusant se homicidæ, 52
allegando, quod offensus *x* erat bannitus: & ideo potuit *y* impune offendi. Sed certe hæc exceptio, quatenus habet fomentum à solo iure communi, parum, vel nihil prodesset imputato. nam secundum dispositionem iuris communis *z* bannitus non potest impune offendi. ita dicit Bartol. *in l. vt vim. num. 1. ff. de iust. & iure.* Et ita determinant communiter Doctores, vt ait Claud. *in eadem l. vt vim, in lectura, nu. 8 & in repet. num. 17.* vbi dicit, quod omnes illum sequuntur, ita etiam dicit se vidisse *a* communiter obseruari Albert. *in 4. parte statutorum, quæstio. 16. circa fin.* Habet autem hæc conclusio maximam æquitatem, ne homines ea ex causa inter se ipsos sæuiant. Et si dicatur, quod banniti sunt hostes ciuitatis, à qua exulant, marito debent impune offendi posse. Respond. quod imo regulariter non licet hostes interficere, sed speciale est in transfugis ad hostes, qui propter periculum reuelationis secretorum impune occidi possunt, iuxta text. *in l. 3. §. transfugas, ff. ad l. Cor. de sicar.* ita dicit Bart. *in loco preallег.* quem ceteri communiter sequuntur, vt ait Claud. *in ea l. vt vim, in lectura. num. 9.* *b* Sed quia communiter per Italiam extant statuta, quod banniti possint *c* impune offendi, vtique stante huiusmodi statutorum dispositione, occidens bannitum erit à pœna homicidij liber, & prorsus immunis. Et hæc sententia est frequentiori interpretum calculo recepta, vt dicit Placa *libr. 1. delictorum, cap. 36. num. 1.* *d* Valet enim tale statutum di- 53
sponens, quod bannitus possit impune offendi, vel occidi, vt dicit Ioan. And. *in addit.* Spec. *in tit. de constitutio. § 2. circa fin.* & Bart. *in l. omnes populi, num. 3. ff. de iust. & iure.* Et est communis opin vt dicit Alexand. *consil. 2. circa fin. lib. 1.* quem refert Decr. *consil. 327. post num. 3.* Idem dicit Alexand. *consil. 65. num. 2. lib. 3. & in l. si plagij, num. 2. in fin ff. de verbor. obligat.* prout illum refert Iason. *in ea l. si plagij, n. 4.* Viuius *in libro communium opin. vers. statutum disponens, quod bannitus possit, in princip.*

Ant. Gomes. *super l.76. Tauri. post num.* 15. Et dicit Fabius *in pract. arb. fol.* 535. *num.* 39. quod ita per omnes magis communiter tenetur. Videntur enim talia statuta introducta pro quiete communi, vt dicit Bartol. *in l.1.num.1. C. quando liceat vnicuique sine iud. vind.* * Adde, quod huiusmodi statutum valet non modo si simpliciter disponat licere bannitum offendere, sed etiamsi illum offendenti, aut occidenti præmium constituat. Et est communis opin. vt dicit Alexand. *in d.l.si plagij*, prout illum refert Decian. *in d.cons.* 27. *numer.* 3. *in fin.* Decian. *in c. quæ in ecclesiarum*, *num.*14. *de constit.* quem refert Viuius *in loco preallegato.* Non enim est inconueniens, vt ad ea, quæ licite permittuntur, homines etiam propositis pecuniis alliciantur. Hæc tamen omnia intelligenda sunt, vt procedant, modo tales banniti, qui à statuto permittuntur impune occidi, ex aliquo graui delicto banniti fuerint, propter quod iusta causa dici possit, vt ad eos interficiendos alij inuitentur. Sed si ex leui causa banniti essent; eo casu non valeret statutum permittens eos impune offendi. Et ideo statutum disponens quod banniti pro debito pecuniario possent impune offendi, non valeret: Et est communis opinio, vt ait Decian. *in d. cap. quæ in ecclesiarum*, *post numerum* 14. *versic. Excipiuntur plures:* vbi tamen refert Nellum tenentem contrarium *in tractat. de bannitis, in 2. parte secundi temporis, quæst.*7. vbi etiam dicit, quod ita communiter tenetur, & seruatur: quem tamen referre videtur Cæpolla, *consil. ciuili* 48. *num.* 5. *in fin.* quod est duplicatum inter eiusdem consilia criminalia, *consil.* 5. Menchiaca *controuers. vsu frequentium. cap.* 8. *numer.* 9. Sed caueant banniti, ne confidant super illa communi opin. per Decia. relata: quia stante statuto illi, qui eos occiderent, proculdubio impuniti euaderent: *f* inhumanum enim esset, vt sub fide publica deciperentur.

54 Sed nunquid stante hoc statuto licitum erit tales bannitos offendere, & occidere, etiam in foro conscientiæ? Respond. Variæ quidem in hoc sunt Doctorum opin. nam Ioan. Andr. *in rubr. de constitut.* tenuit, quod non: alij vero tenuerunt, quod sic. Et hanc opin. esse magis communem sentire videtur Alexand. *in d. l. si plagij, nu.*2. quem refert Gomes. *super Institut. de actio. in princip. post nu.*54. vbi has opin. concordat, & vt ipse dicit, etiam ex mente Doctorum, quod scilicet aut iste, qui bannitum interficit, id facit zelo reipublic. & tunc excusatur etiam in foro conscientiæ: aut vero id facit ob priuatam vindictam, vel animo effundendi sanguinem humanum, & eo casu in foro poli non excusatur: non tamen explicat, an in dubio, si non appareat, quo animo id fecerit, dicatur mortaliter peccare. Menchiaca autem *de test. in* 1. *par.* §.7. *post num.* 22. *vers. vnde data,* dicit receptiorem opin. esse, quod etiam in dubio occidens bannitum, vel adulterum, lege permittente, peccet mortaliter: idemque attestatur *controuers. Illustr. cap.*49. *num* 4. 4. Ego vero excusarem à peccato mortali eum, qui bannitum lege, vel statuto permittente, interficeret, ne dicamus apud Christianos permitti leges nutritiuas peccati mortalis, vt dixi supra *vers. sed hac quidem.* Ceterum in foro contentioso proculdubio excusatur etiam ille, qui bannitum causa vindictæ interficit. Et ita obseruari attestatur Boss. *in titul. Banniti quid amittant, numer. primo in fine.*

55 Est *h* tamen diligenter aduertendum quomodo concepta sint verba statuti. Nam si absolute disponant, quod bannitus possit impune occidi, non est dubitandum, quin illum interficiens sit à pœna homicidij excusandus. Sed *i* quid si statutum simpliciter dicat, quod possit impune offendi, nunquid hoc casu poterit etiam impune occidi? Respond. quod sic: & est communis opin. vt dicat Iason *in l. suus, num.*26. *ff. de liber. & posthum.* Alciat. *de verb. sign. lib.*2. *fol.*44. *vers. præterea agitur.* Et dicit Alber. *in* 4. *parte statutorum, quæst.*18. *in fin.* quod ita obseruat consuetudo. Dicit etiam Gand. *de malef. in titul. de multis, quæst.* 38. *in fin.* quod cum consuetudo generaliter ita interpretari videatur, & talis sit omnium opin. quod possit occidi, non est ab hac opin. recedendum.

Sed *k* an stante huiusmodi statuto, si mulier sit bannita, poterit quis eam impune adulterare? Respond. 56
Nellus *de bannitis in* 2. *parte secundi temporis, quæst.* 36. tenuit, quod sic. Contrarium tenuit Bald. *in l. fin. post numer.*4. *C. si contra ius, vel vtil. publ.* cuius opin. communiter approbatur, vt attestatur Decian. *in d.c. quæ in ecclesiarum, num.*16. quem refert Gigas *de pensio. quæst.*18. *numer.*2. & D. Anton. de Padilla *in l. transigere, num.* 73. *C. de transact.* Et hoc mihi magis placet: cum enim statutum conditum fuerit pro quiete publica, vt supra dixi, certe adulterium commissum cum muliere bannita, nihil pertinet ad quietem publicam. Et ideo cum sit commissum extra mentem statuti, non est impunitum derelinquendum.

Stante hoc statuto, censetur bannito in dictum bel- 57
lum à banniente, & ipse factus hostis ciuitatis à ciuitate, à qua est bannitus. Et hæc est communis opin. vt dicit Corn. *cons.*104. *col.*2. *vers. his tamen, lib.*1. vbi etiam subdit quod ita obseruatur in practica.

Item secũdum aliquos virtute huius statuti bannitus 58
æquiparatur deportato, de quo dixi infra *hoc eod. lib.* §. *fi. q.* 71. *vers. dixi autem.*

Sed hic quæro, nunquid, stante hoc statuto, possit 59
filius *l* occidere patrem bannitum. Respond. Bart. *in l. si adulterium cum incest.* §. *liberto, ff. de adult.* tenuit, quod sic: & est commun. opin. vt ait Mars. *in l.* 1. §. *præterea, num.*33. *ff. de quæst.* Gomes. *in* §. *rursus, num.* 22. *Instit. de act.* Berous *in d.c. quæ in ecclesiarum, num.*114. quem refert Viuius *in loco preealleg. in* 2. *ampliat.* & ita determinatum fuisse per collegium Perusij refert Angel. *de malef. in verb. & ex interuallo, num.* 17. Ex quo enim pater, virtute dicti statuti censetur effectus hostis patriæ, vt dixi supra *vers. stante hoc statuto,* merito etiam videtur licere filio eum interficere, iuxta text. *in l. minime, ff. de reli. & sump. fun.* Mihi quidem hæc opin. nunquam placuit, sed semper visa est crudelitatis, & impietatis plena, licet enim pater sit bannitus, non tamen definit esse pater, neque iura naturalia amittit: propterea ego tali filio patrem occidenti, censerem caput amputandum: *n* neque aliquid me mouet, quod virtute talis statuti, pater bannitus censeatur effectus hostis patriæ: id enim est propter fictionem, quæ in re tam enormi non debet veritatem patriæ potestatis adumbrare. Posset forte tolerari communis opin. vbi talis pater bannitus esset vere hostis patriæ, id est actualiter arma contra patriam inferret, nam eo casu filius, qui in eo actu patrem occidisset, esset excusandus. Et ita loqui videtur Claud. qui ita communiter concludi attestatur *in l.*1.§. *ius gentium, num.* 13. *ff. de iust. & iure.* *o* Sic etiam videmus, quod stante hoc statuto, non potest vasallus impune offendere dominum suum. Et dicit Alber. *in* 4. *part. statutorum, quæst.* 27. quod ita tenent communiter Doctores, quem refert Cæpoll. *cons. crimin.*5. *vers. Septimo pro hoc,* & tamen nemo sani capitis negabit, maiorem reuerentiam debere filium patri, quam vasallum domino suo.

Quæro, *p* aliquis fecit pacem cum inimico suo, & 60
promisit eum non offendere sub pœna: nunquid si talis inimicus fuerit post pacem bannitus, poterit ab eo, qui pacem fecit, virtute huius statuti impunè offendi. Respon.

Respond. quod sic: & est communis opin. vt dicit Alexand. *in l. qui seruum*: quam legit *cum l. qui insulam, post numer. 2. vers. in tex. ibi interest ff. de verb. oblig.* quem refert Ias. *ibi, numer. 5.* & Nouel. *in pract. crim 197. numer. 54.* Ripa *l. fi. numer. 86. C. de reuoc. dona.* quem refert Viuius *in loco praallegat. fol. 205. in 1. ampl.* Plus dicit Nell. *de ban. in 3. par. 2. temp. quæst. 52.* quod siue tempore pacis esset bannitus, siue post, semper potest impune offendi, & quod ita seruatur: quæ opinio mihi quoque placet in eo, qui nondum esset bannitus, dummodo tale bannum secutum fuerit ex alia causa, quam ex ea, propter quam fuit contracta pax inter ipsos. Sed si esset bannitus tempore initæ pacis, vel bannum postea secutum esset ex eadem causa, pro qua fuerat contracta pax, non putarem illum esse excusandum.

61 Sed *q* an licebit virtute huius statuti bannitum proditorie *r* interficere? Respond. quod sic: ita tenet Dec. *in c. quæ in ecclesiarum num. 14. in fin. de constit.* Et ita seruari attestatur Boss. *in tit. banniti quid amittant. numer. 1.* vbi etiam dicit, quod licet eos occidi facere per pecuniam, & sic per assassinium, subdens, quod ita seruatur. *s* Contrariam tamen sententiam, scilicet quod imo non liceat bannitum proditorie interficere, *t* multi tenuerunt. Et dicit Mantua. *cons. 200. lib. 2. num 29.* quod illa opin. Dec. communiter reprobatur: quod est magnum verbum, si est verum. Dicit etiam Ang *in l fin. C. de delator. lib. 10.* relatus per Alexand *in Apost ad Bart. in ea. l. fin.* quod in facti contingentia fuit Perusij quidam vltimo supplicio affectus, qui socium suum bannitum proditorie interfecerat. Et illum refert Igne. *in l. 3. § si ex stipulatu, num. 54 ff ad Sylla.* vbi etiam *num. 48.* narrat, quod dum ipse esset Senator Mediolani, contigit, quod quidam, qui dederat inimico suo bannito fidem de non offendendo, addita etiam cautione, deinde illum interfecit: & dicit, quod super illo casu fuit dubitatum, & multis diebus in Senatu disputatum, non tamen dicit, quid fuerit decisum. Certe quicquid sit de iure, *u* apud nos seruatur, quod bannitus, qui potest impune interfici, potest etiam proditorie occidi. Si tamen aliquis fidem expresse dedisset bannito, eum non offendendi, & illum interficeret, ego illum decapitari facerem: nam *x* etiam hosti fides seruanda est.

62 Item *y* quæro: pone, quod bannitus habuerit gratiam à Principe, *z* nondum sit cancellatus de albo, seu numero bannitorum: nunquid poterit impune offendi? Respond. quod sic: & est communis opin. vt dicit Ias. *in l. si creditoris, n. 2. & seq. C. de fideicomm.* prout illum refert Boss. *in titul. Banniti quid amittant, post n. 3.* vbi etiam dicit *a* quod ita pluries vidit in facto obseruari. Idem attestatur Mars. *singul. 340. caute agatur*: Blanc. *in pract. crimin. fol. 101. n. 125. & seqq.* maxime *n. 165 in fin.* *b* Hoc tamen intellige, vt procedat, modo nulla culpa ipsi offendenti ascribi possit. Ita dicit Angel. *in l. filio quem, in princip. ff. de lib. & posthu.* prout illum refert & dicit magis communiter approbari Alexand. *in ea. l. filio quem, in princip. nu. 6. & sequ.* Ego tamen non reperio *in lib. meo.* Angel. hoc dicentem. Mihi placet in hoc articulo distinctio, quam ponit Cæpoll. *cons. 39. crimin. colum. pen.* dicēs illam esse ex omnium sententia, quod scilicet aut constat, quod occisores sciebant bannum fuisse sublatum; & sunt proculdubio pœna ordinaria puniendi: Aut constat, quod ignorabant, sed tamen perquirendo illud facile scire potuissent: & tunc ex hac culpa sunt etiam pœna aliqua extraordinaria condemnandi. Antequam enim quis ad huiusmodi actum homicidij de sui natura dolosum, & ab omni lege reprobatum deueniat, debet curiose inquirere, & non præcipitanter currere ad illum committendum. Et hæc opin. æquior est, & tenenda in iudicando, in qua, vt dicit Nellus *de ban. in 4. parte tertij tempor. quæst. 2.* omnes concordant, quicquid dicat Blanc *in loco praallegato, n. 164.* affirmans, quod contrarium tenent communiter Doctores. Caueant tamen banniti, quia nisi probetur præcise scientia occidentium, nunquam condemnantur in pœnam homicidij. Et quando probatur scientia per coniecturas, puniuntur tantum in pœna extraordinaria. *d* Et ideo curent quam primum de albo deleri, postquam à principe gratiam impetrarunt.

Sed *e* quid si bannitus, priusquam occidatur, protestetur quod *f* habet gratiam: nunquid adhuc poterit impune occidi? Respond. quod sic, si aliter non fecerit fidem de ipsa gratia. Et est communis opin. vt dicit Ripa *in c. cum M. num. 56. de constit.* Et dicit Mars. *consil. 55. n. 5. in fin.* quod ita tenent Doctores. Et dicit Gozad. *consil. 61. n. 9.* quod hanc opin. sequuntur omnes Doctor. antiqui, & Moderni. Non enim tenetur quis illi credere, nisi ostendat.

Maior *g* est dubitatio, quando bannum est nullum, nunquid excusetur occidens ipsum *h* nulliter bannitum. Aliqui dicunt, quod nullo modo debet impune euadere: sed si habebat notitiam huiusmodi nullitatis, debet puniri pœna ordinaria. Et hanc dicit esse communem opin Alexand. *cons. 77. num 5. lib. 1.* quem refert Gomes. Arias *super l 74. Tauri. nu. 35.* & practica Conradi, *f. l. 317 in 8 ampl* & Blanc. *in pract. crimin fol. 98 nu 99. in fin.* Mars. *cons. 10. nu 16.* prout illum refert Viuius *in loco praallegat.* in quarta limitat. qui tamen in libro meo hoc non dicit. *i* Si vero non habeat notitiam talis nullitatis, tunc debet puniri pœna extraordinaria arbitrio iudicis, & hæc est commun. opin. vt dicit Vant. *de nullit. n. 44.* Sed certe, *in hoc 2. capite,* hæc opin. mihi non placet: nam qui occidit bannitum condemnatum, & positum in albo, id facit sub fide publica statuti id permittentis: merito si probabiliter ignorauit nullitatem banni, iudicio meo est in totum excusandus. Et credo, quod si casus contingeret, ita seruaretur in practica, & sibi imputet ille, qui est nulliter bannitus, neque currat facere reuocari bannum, & nomen suum de albo bannitorum deleri. 63

k Successiue quæro, vtrum pendente appellatione à sententia banni, possit bannitus impune offendi. Respond. quod non: & ita tenent omnes, vt dicit Angel. Aret. *in l. 1. in princ. ff. nil in nou. appell. pend.* Hanc etiam dicit esse communem opin. Socin. *in l 3. § si seruus, vers. prima conclusio ff. de acquir. poss.* Ias. *in d. § si seruus*: quem refert Villalob. *in sua collecta communium opin. in littera B. vers. bannitus* licet per sententiam. Idemque pendente causa nullitatis ipsius banni, vt dixi infra hoc eo. *lib. § fin. quæst. 94. vers. scias autem.* *l* Quinimo neque etiam potest impune offendi pendente tempore ad appellandum ab ipsa sententia banni. Et hanc opin. dicit esse communem Blanc. *in pract. crimin fol. 99. num. 108. & sequen.* Apost. ad Fel. *in c. quærenti, sub num. 1 de offic. deleg.* Sed in hac prouincia non contingit super his dubitari, cum in causis criminalibus sublata sit omnis appellatio. 64

Quæro *m* etiam, pone, quod bannitus fuerit captus per familiam *n* officialis: nunquid adhuc poterit impune offendi? Respond. quod non: ita tenuit Bartol. *in l. 3. § transfugas, ff. ad l Corn. de sicar.* Et dicit Afflict. *super 2. par. constit. regni, rub. 3. num. 51.* quod hæc limitatio communiter tenetur. Idem dicit Anton. Gomes. *super l. 76. Tauri, post num. 17. vers.* Item adde, quod postquam. Ita etiam communiter seruari, & approbari attestatur Alber. *in 4. par. statutorum, quæst. 36.* Adhuc 65

quæro, *in fin.* quem refert Aug. ad Ang *de malef. in verbo, Fama publica, post n.* 58.

66 Vlterius *o* quæro, nunquid occidens bannitum extra territorium, à quo est bannitus, debeat decapitari. Resp. quod non: ita dicit Bald. *in l. cunctos populos, num.* 9. *C. de summa Trinit.* referens, quod ista quæstio fuit de facto in quodam Pico Tacone: & dicit quod ipse consuluit, quod non poterat puniri: & forte est consilium, de quo mentionem facit, & attestatur eius opin. esse magis cómun. Gomes. *in c.* 2. §. *statuto, nu.* 42. *de const. in* 6. Et ita iudicauit Senatus in quodam, qui interfecerat bannitum extra territorium, *p* & in ecclesia, vt refert Boss. *in d. tit. banniti quid amittant, nu.* 6. Quæ quidem conclusio absque difficultate procedit, quando iste, qui bannitum offendit, captus est in loco statuti permittentis bannitum impune offendi posse, non enim potest ibi puniri ex eo, quod bannitum extra territorium offenderit. Et sita loquitur Bald. *in loco preallég.* Et ita seruari attestatur Nellus *de bannitis, in* 2. *parte secundi temporis, q.* 57. quem refert Ias. *in l. fi. n.* 22 *ff. de iurisd. omn. iud.* & Cagnol. *in ead. l. fin. n.* 8. & Mar. *consil.* 53. *n.* 35. *q* Quinimo reperio etiam, quod Senatus in facti contingentia declarauit, quod quidam Soncinates, & sic subditi huic Ducatui, qui Laurentium Vallorum bannitum à Dominio Venetorum, blanditiis conduxerant in agrum Brixiensem, vbi fuit occisus, non poterant in hoc dominio puniri; 19. Decemb. 1559. P. N. Quod est notandum: quia forte multi prima facie dicerent contrarium. Fuit etiam decisum per Senatum in causa cuiusdam Ludouici Ponteuici, quod quidam Brixienses banniti à Dominio Venetorum, qui habitabant in hoc ducatu, potuerant impune interficere etiam proditorie, quendam Tamburinum pariter bannitum à Dominio Venetorum, quem in territorio Brixiensi interfecerant. 2. Martij 1549. P. N.

67 Fuit etiam aliquando dubitatum, nunquid occidens bannitum, quem ignorabat esse bannitum, gaudeat nihilominus *r* beneficio huius statuti, & concludendum est, quod sic, ita dixit Bart. *in l. inter omnes*, §. *recte. num.* 4. *ff. de furtis.* Et ita communiter tenetur, vt ait Nell. *in loco preallég. q.* 25. quem refert Dec. *cons.* 327. *num.* 4. Hoc tamen intellige, vt procedat, quantum ad hoc, vt iste occidens bannitum, euadat pænam homicidij. *f* Sed si vltra impunitatem statutum constitueret præmium occidenti, seu præsentanti bannitum, talis ignoranter occidens, aut præsentans non consequitur illud præmium: ita dixit Bart. *in l.* 3. § *vtrum. n.* 3. *ad Sylla. & in l. genero, post n.* 2. *ff. de iis qui not. infam.* Et hæc limitatio communiter tenetur, vt dicit Afflict. *in d. rubr.* 3. *n.* 53. Et dicit Angel. *in d.* §. *recte, n.* 2. quod ita vidit iudicari in ciuitate Perusij.

68 Sed *t* quæritur, pone, quod statutum dicat, quod bannitus in centum possit impune offendi: Modo aliquis est bannitus ex vna causa in quinquaginta, & ex alia causa in alia quinquaginta, nunquid talis dicetur bannitus in centum, ad hoc vt dicatur *u* comprehensus in statuto, & consequenter possit impune offendi? Respon. quod non: *x* ita dicit Bart. *in l. vbi fideiussor, nu.* 1. *ff. de solutio.* cuius opin. ab aliis Doctoribus comprobatur, & tenetur in practica, vt dicit Angel. *de malef. in verbo, Dictum Sempronium, nu.* 1. Hanc etiam dicit esse commun. opin. Ias. *in l. si idem cum eod. in princip. nu.* 4. *ff. de iurisd. omn. iud.* nam regulariter in materia odiosa non fit cumulatio, vt dixi infra, *lib.* 7. §. *Cumulatio.* Si tamen iudex ipse pro multis maleficiis separatis illum condemnasset in vnica summa, quæ omnes summas comprehenderet, & summam centum excederet, esset illum occidens excusandus. Et ita communiter tenetur, vt attestatur Nellus *de bannitis in* 1. *par.* 2. *tempor. q.* 6.

69 Sciendum est autem, quod defensio, & exceptio proueniens virtute huius statuti, est peremptoria, & impedit litis contestationem: ita dicunt communiter Doctor. vt ait Gand. *in malef. in tit. vtrum procurator, nu.* 15. vbi etiam subdit, quod ita communiter obseruatur.

Item *x* scias, quod si officialis stante hoc statuto procedat contra huiusmodi occidentem bannitum, potest hæc exceptio non modo opponi per eius procuratorem, iuxta ea, quæ dixi infra, *hoc eod. lib.* § *fin. qu.* 32. *vers. quæro modo:* sed etiam *y* per quemlibet de populo, qui compareat, & ostenso banno, petat, quod vlterius non procedatur, sed absoluatur: ita dicit Bart. *in l. vbi pactum, n.* 10. *C. de transact.* quem sequuntur DD. vt dicit Mars. *in l. si quis ne quæstio, nu.* 125. *ff. de quæstionib. & sing.* 372. capias vnum, *& in pract. crim.* §. *constante, num.* 38. Quod tamen intellige secundum ea, quæ dixi *in loco præallegato,* quod scilicet bannum sit adeo notorium, vt nullam aliam probationem requirat, quam exhibitionem ipsiusmet banni, &c. Hoc tamen apud nos in pract. non seruatur, vt ibi dixi. 70

In *z* hoc etiam proposito quæro, nunquid stante hoc statuto, possit bannitus se defendere aduersus eum, qui vult interficere. Respon. in hoc articulo varij varia senserunt, adeo vt nulli discernere potuerint, quænam esset crebrius recepta opinio, vt dicit Placa *lib.* 1. *delictorum, c.* 18. *post n.* 3. *vers. tertio suffragari.* Nihilominus reperio, quod Clau *in l. vt vim, in lectura nu.* 23. *de iust. & iure,* dicit commun. opin. esse, quod non liceat illi se defendere, & quod si se defenderet, & occideret suum aggressorem, deberet puniri Sed certe hæc opi. mihi semper visa est dura, &, si casus contingeret, illum non punirem saltem pæna mortis: nam propriæ vitæ, & salutis defensio est de iure naturali, vt omnes fatentur: Et ideo lege humana aut statuto tolli posse non debet. 71

Alia quoque est quæstio, nunquid stante hoc statuto, poterit iudex ex officio inquirere contra aliquem offendentem bannitum. Respon. Si statutum dicat, quod bannitus possit licite offendi, res non habet difficultatem: certum est enim, quod de eo, quod licite committitur, non potest iudex inquirere, & est communis opin. vt dicit Aret. *in c. nulli, num.* 6. *de accusat.* Sed quid si statutum simpliciter dicat, quod bannitus non audiatur, vel quod non reddatur ei ius, nunquid si fuerit offensus, aut occisus, poterit iudex ex officio procedere? Respond. quod non: & est communis opin. vt dicit Aret. *in loco preallég. post num.* 8. lex enim, quæ prohibet aliquem de offensa sibi facta accusare, videtur permittere illum impune offendi posse. Vide, quæ dixi infra *hoc eo. lib.* §. *fi. q.* 51. *vers. posset etiam.* 72

Sunt *a* etiam alij casus, in quibus licitum est propria auctoritate alium interficere: puta, si ille, contra quem decreta est captura, *b* resistat familiæ officialis, neque aliter capi possit: licet enim eo casu familiæ illum interficere, vt dicit infra *hoc eod. lib.* §. *fin. q.* 28. *circa princ. &c.* 73

Vltimo *c* quæro, nunquid in hoc crimine puniatur affectus, etiamsi non sequatur effectus. Respon. de iure clarum est, quod sic, vt est tex. expressus *in l. is, qui cum telo. C. ad l. Corn. de sicar. d* nihilominus de consuetudine generali illa lex, & omnes aliæ punientes affectum, sunt sublatæ, vt dixi infra *hoc eod. lib.* §. *fi. q.* 93. Et ideo inferens vulnera, etiam animo deliberato occidendi, non punitur pœna homicidij, sed tantum de vulneribus, ex prædicta consuetudine generali, vt attestatur Vital. *de malef. in rubr. de insultu, n.* 15. *& in rubr. de inquis. num.* 58. Dicit tamen Igneus *in l.* 1. §. *occisorum, nu.* 41. *ff. ad Syllan.* quod in latronibus grassatoribus quandoque vidit contrarium obseruari. Faciunt quæ dixi supra *vers. Punitur etiam.* Dixi plenius *in d. q.* 92. Et hæc sufficiant in materia homicidij. 74

ADDI-

ADDITIONES.

Ad §. Homicidium.

a *Homicidij.*] Farinac. plenissime hanc materiam homicidij generaliter pertractat. 5. *vol. sua praxis q.* 119. per quatuor inspect. *& qu.* 120. per quinque sectiones, *& quæst.* 121. per duas partes, *& q.* 122. per partes sex, *& qu.* 123. per inspect. quinque, *& qu.* 124. per tres partes, *& qu.* 125. per partes septem, *& qu.* 126. per tres partes, *& qu.* 127. per quatuor partes, *& quæst.* 128 per duas. Decian. *tract. crim. tom. 2. lib. 9. c.* 17. 18. 19. 20. 27. *&* 28. Vigel. M I, R. I. 1. *cap.* 13. *qu.* 4 *de homic.* & plura Bonacos. *in quæst. crim. verbo homicid.* & est crimen grauissimum. Farin. *d. q.* 119. *inspect.* 1. vbi, & hanc dist. tangit, & quando dolosum, culposum, vel casuale. idem *d. q.* 126. *par.* 1. Ros.

Homicidij.] Homicidium autem quid sit, atque vnde dicatur, vide late per Lud. Carrer. *in sua pract. crim. pag.* 173. *&* 174. Giach.

Homicidij materia.] Adde quid sit homicidium, & vnde dicatur late per Carter. *in pract. crim. §.* 1. *n.* 1 *cum seq. fol.* 46. & quot modis dicatur homicida, Bald. *in cons.* 52. *vol.* 1. *& cons.* 384. *vol.* 5. Baiard.

b *Duæ sunt species.*] Aliam distinctionem vide per Carter. *in pract. §. homic.* 1. Giach.

c *Casu autem dicitur.*] Farin. *d. q.* 126 *par.* 1. *num.* 5. *&* 31. 32. *&* 33. Ros.

1 d *Casu autem dicitur, &c.*] Adde † in eo, qui interfecit eum, cum quo ad brachium, siue ad pugnos, siue ad lapides ludebat, Decia. *cons.* 9. *per totum*, & alia exempla de casuali homicidio habentur per Carrer. *in pract crim. in §. homicidium il primo*, & qua pœna plectuntur delinquentes in ludo siue permisso, siue prohibito, Menoch. *de arb. ind casu* 400.

2 Item † adde, quod homicidium dicitur casuale inter amicos Io. de Amicis *cons.* 86. *num.* 15. *& cons.* 7. *num.* 37. & Bertaz *consil.* 208. *n.* 14. *cum seq.* Et ad excusandum homicidium casuale consuluit Soc *cons.* 16. *vol.* 1. Baiard.

d *Exemplum in eo.*] Adde aliud exemplum in homicidio cōsanguinei, quod præsumitur casuale, & non dolosum, per Carret. *prac. crim pag.* 237. *num.* 153. *& pag. seq. num.* 1. vbi habes qualiter puniatur de iure ciuili, Canonico, & regni, & *nu.* 57. etiam multa alia exempla habes de casuali homicidio, vide ibidem. *Giach.*

e *Iacendum palum*] Vide plene per Carrer. *in pract. crim. pag.* 595. *n.* 354. *&* 355. Giach.

3 f *Culpa dicitur homicidium.*] Adde † videndum Menoch. *de arbit. iud. cas.* 324. vbi qua pœna puniatur homicidium sine dolo commissum, Tiraq. *de pæn. temper. caus.* 13. *num* 13. & Carrer. *in §. homic.* 1. *num.* 5. *&* 6. *cum seq.* vbi late de pœna pecuniaria, & de exilio per quinquennium, cum multis limitationibus, vide per Cæpol. *cons* 30. vbi consuluit in casu Ragatij ad lapides ludentis, & vnum alium occidit.

4 Item † adde, quod homicidium potius dicitur culpa quam dolo commissum, quando percussus insequitur vulnerantem, qui fugiebat, & eum occidit, Felyn *in c. dilecti filij, col.* 6. *de except.* & Afflict. *in constit terminum vitæ, n.* 18. vide, quæ posui infra *in vers. Atque adeo vera est.* Baiard.

g *Vel exilio*] Farin. *in* 4. *vol. sua pract. q.* 87. *inspect.* 2. *num.* 70. Quid autem sit dolus, fraus, vel culpa, & quotuplex ibidem *qu.* 88. & an in dubio præsumantur etiam ibi *quæst.* 89. *inspect.* 1. & quomodo probentur eademque *inspect.* 2. Deque præsumptionibus dolum excludentibus *ibi inspect.* 3. *num.* 44. & quæ sint doli præsumptiones, *ibid. inspectione* 4. *n.* 74. Ros.

Vel exilio.] Vide etiam per Carret. *in pract. § Homicid.* 1. *nu.* 16. & per Cæpol. *crimin. cons.* 29. *num* 29. *cons.* 30. *numer.* 9. & etiam *consil.* 31. *num.* 26. vbi quo ad exilium tempus non debet esse maius quinquennio, & de pœna arbitraria isto casu imponenda, vide per Menoch. *de arbitr. iudic. cas.* 325. *num* 12. & Osasc. *decis.* 304. & Cæpol. *d. cons* 30. consuluit in casu regatorum ad lapides ludentium, & vnus alium occidit, non culpa, sed ex lasciuia, & & cons. sequenti loquitur etiam, & fusius in homicidio iocose commisso, & non per dolum, sed per lasciuiam. Et quamplura exempla de culposo homicidio vide per Carret. *in pract. crim. pag.* 241. *&* 242. *nu.* 8. & etiam per Iac. Menoch *de arb. iud. eo. cas.* 234. vbi etiam plene. Item de pœna arbitraria pecuniaria imponenda, ac de exilio per quinquennium cum suis limitationibus per Lud. Carter. *in pract. crimin §. homicid.* 6. *num.* 157. *& sequentib.* Giach.

h *Et est communis.*] De eo cuius causa fuit commissum homicidium, puta causa fratris rixantis. Menoch *cas.* 471. *sui tract. de arbitr. iud.* Vulpell. *cons* 22. *n.* 2. Ros.

i *Sed leuis.*] De leui culpa Farin. *d. q.* 139. 1. *par. n.* 51. *&* 52. Ros.

5 k *Item in eo, qui culpa sua.*] Adde † alium casum quando quis dat causam homicidio, & qua pœna puniatur, vt per Cacher. *in decis* 104 Baiard.

l *In portitore.*] Quid si ego bona fide commodaui equum, vel arma, vel famulum meum ei, qui dixit se velle ire in villam, & iuit ad occidendum hominem, an debeam puniri; quod non, tenent Bald. & Iac. de S Georg. *in l. quicunque. C de ser. fugit.* hic *n.* 9. ille *n.* 20. quia non habent mentem delinquendi. *Giach.*

m *Dicitur etiam culposum.*] Plaz. *c.* 10. *n.* 5. vbi plura exempla. *Ros.*

Dicitur etiam culposum.] Adde videndum Mascard. *de probat.*
concl. 67. *&* 68. † quomodo præsumatur animus delinquendi, & 6
animus deliberatus ad occidendum, vbi plene de multis coniecturis, & præsumptionibus & præcipue de præsumptionibus, hic per D. Clarum positis, vide etiam Alban *in cons.* 46 & om-
nino Vulpell. *in cons.* 126. vbi tenet † quod percutiens in capite 7
cum saxo, vel alio instrumento apto ad interficiendum debet puniri pœna homicidij, etiam quod percusserit in rixa, & ibi respon. ad Gram. Bald. Io. de Amic. Sigu. & Mars. hic allegatos, & contra Mars tenuit etiam Laur. ab Occa *in cons.* 63. *nu* 25. *&* 26. *inter cons* 126. tenuit Mascat. *in concl.* 862. *num.* 15 *p* 2. & de homicidio facto, cum baculo, & percussione in spatulis, vide Mars. *in cons.* 7 *per totum*, Gom. *de delict. in c.* 3. *num.* 17. vbi voluit talem pœna legis Corneliæ dignum esse, cuius opinionem credit esse veram Thesaur. *in decis.* 224. *in fi.* in eo qui animo occidendi percusserit.

Item † adde, quod si quis pugno aliquem interfecisset manu 8
vacua, punitur, ac si gladio occidisset, casus est sing. *in l. qua act. §.* 1. *ff. ad l. Aquil.* quem ad hoc ponderat originaliter Iacob. Butr. vt refert, & seq. Bald. *in c.* 1. *§. iniuria, vlt. col. de pact. tenen.* Barb. *in suo tract. de præst.* Card. *vlt fol. col* 1. *vers vidi dubitari*, vbi subdit, se habuisse in facto quod est verum secundum Bal. *in præcit loco*, dum tamen dolo interficiat.

Item † adde, quod minor pœna irrogatur percutienti manu 9
vacua, & cum sanguine, quam cum armis secundum Ang. *in l. si gemin. circa princ. ff. arbor furt cæsar.* Baiard.

n *Alium percussit.*] Quid de illo qui mandauit famulis suis, vt vulnerarent aliquem, sed non occiderent; an si mandatarij excedentes mandatum vulnerando occiderunt; an mandans videatur dignus pœna mortis. Vide late per Cæpol. *crimin. cons* 35. 36. 37. 38. & per Dec. *cons.* 482. *&* 622. vbi ad contraria respondet. Sed quæst. fœdere distinctionis conciliant Felin. *in c. vniuersit.* 1. *de sent excom* Ias. *in l.* 1 *C de seru fugit.* Cæpol. *d cons* 35. *in* 3. *dub.* quos refert, ac seq. Bos. *tit. de mand. ad hom. n.* 10. vbi de communi, qui idem tenet etiam *tit. de homic. n.* 71. 72. Vide vbiq; *Giach.*

o *Puta si cum baculo.*] Farin. *d q.* 126. *p.* 3. *nu.* 117. & quid cum manu vacua Apost. ad Bart. *in l prætor. §. si dicatur in fi. ff de iniuriis.* Vulpel. *resp.* 126. *nu* 5. de baculo, & ferro hastæ, vel manu armata, *n.* 25. *&* 34. & saxo, & ligone, vide & Marsil. *cons.* 7. de eo qui vulneratus cecidit; & fregit crus, ex qua fractura periit Alcia. *cons.* 23. *lib.* 7. Ros.

p *Vel pugno etiam armato.*] Intellige etiam, & declara, vt per Pract. Carret. *pag. mihi* 115. Item per eundem *p.* 243. Giach.

Vel, pugno etiam armato.] Adde † videndum etiam Dec *cons.* 6. 10
& declara, vt per Carrer. *in pract. crim. §. homicidium.* 1. *nu.* 23. *&* 26. Baiard.

q *Vt in casu Signor. cons* 63.] Adde † quod idem esset, si ha- 11
beret ensem in manu & percussisset cum lapide, & non cum ense; & de tali percussione secuta fuerit mors: nam tunc non punitur pœna capitis, sed mitiori, ex quo potuit percutere cū ense, & percussit cum lapide, quo casu non præsumitur habuisse animum occidendi: ita Anton. Corset. *in reper. ad Abbat. in littera D. verb. Delictum.* subdens ita de facto fuisse iudicatum, per text. *in l. omne delictum. §. si quis commilitonem, ff. de re milit.* Baiard.

q *Animum occidendi.*] Adde vt per Crau. eius *cons.* 205. *col.* 2. *in princ.* Giach.

r *Occidit Sempronium.*] Quid de eo, qui voluit vulnerare vnum & alterum vulnerauit, & occidit. Vide, & dic, vt per Boss. *de Homicid sub n.* 73. Item, principalem quæstionem vi. per Carter. *in pract. crim. §. Homicid.* 6. *n.* 176 *per totum.* Giach.

s *Plures numero.*] De hac quæst. idem Farin. *vol.* 5 *suæ praxis q.* 125. *par.* 3. *n.* 139. *& q.* 126 *par.* 2. *nu.* 60. & eam tenet etiam Carter. *in pract fol.* 108. *mihi versic.* 3. *quæro*, & Boss. *tit. de homic. n.* 73. vide Menoch. *casu* 324. *n.* 8. *& seq. & in addit pag.* 137. Thomin. *decis.* 38. Quid si asinum occiderit putans hominem interficere, de hoc adest Apostill. ad Bartol. *in l. impuberem, §.* 1. *ff. de fals.* Ros.

Plures numero.] Vide communem etiam per Barth. Cæpol. *crim. cons.* 33. *per totum* vbi late. Et adde, quod istam quæstionem plenius ponit Pract. Carret. *§. homicid. primo numer.* 56. 57. *cum pluribus sequentibus.* vbi etiam vide, quid de occidente mediatorem, *n.* 60. 62. Giach.

t *Sed certe ego, si casus.*] Adde † quod idem tenet Boss. *in titul. de homicid. num.* 73. vt, si adsit animus occidendi urge-

nere, occidens pœna ordinaria sit puniendus, tamen secundum contrariam opin. decisum fuit per Senatum Pedemontanum, vt attestatur Ant. Thesaur. *in decis.* 243. sed forsan posset responderi illud, quod dicit Boss. *in le. o supra citato*; & illa decisio (sit dictum cum pace illius Senatus) non est sequenda: sed opinio Bart. Clari, & Boss. virorum illustrium, qui veritatem, & non apicei Iuris, sequuntur. Nec dicatur, quod contra dictam opin. in facti contingentia per Cons. Neap iudicatũ fuit, teste Gram. *in loco supra citato*, quia ibi dicit, quod ita pronuntiatum fuit de mandato magni Capitanei Consalui Proregis illa die, qua recessit à Gubernio dicti Regn; & solet dici, quod tempore recessus cassantur mille processus, non autem per bonos Gubernatores. Et opin. Bart. tenuerunt etiam Andr de Isern. *in constitut. Neap. lib.* 1. *Rubr.* 13. *de homicid punien num* 13. & ibidem Afflict. *nu.* 13. quam sententiam probat, & veram esse censet Lugdunen. *in consuet Parisi tit.* 1. § 30. *quæst.* 41. *n.* 153. quos refert, & sequitur Couar *in* 1 *par. relect.* § 10 *n.* 14.

Item tenuit Gomez *in c.* 3. *de delictis, num.* 34. & ibi *nu. sequ.* tractauit quæstionem hic per D. Clarum in fine tactam de eo, qui superuenit, & etiam de mediatore, qui fuit occisus, & concludit opin. Bartol. & sequacium etiam eo casu esse verissima in puncto iuris, quod talis homicida debet puniri pœna mortis, quia vere fuit in dolo, & dabat operam rei illicitæ, sed quod opinio contraria est æquior, ego autem contradictam Bart decisionem, inconsulto Principe nunquam iudicarem. *Baiard.*

u *Bene verum est.*] Sequitur Plot. *in tract. de blasphem. sub nu.* 36. *fol.* 67. *&* 68. *cum seq.* declarando modo saltem in genere non potuisset cogitare, quia nunc etiam de animo deliberato teneretur. *Ros.*

x *Dolosum autem.*] Farin *q* 126. *p.* 3. *n.* 6. 9. *&* 211. Plaza *in epit. c.* 10. Ros.

Dolosum.] Homicidium autem sine dolo commissum qua pœna plectatur, vide supra, & adde videndum per Boer. *qu.* 88. Vbi in materia quatuor format, ac decidit casus in homicidio

13 non doloso. Dolosus † igitur sicarius ne dum pœna capitis est damnandus, verum etiam ad alia quamplura, de quibus omnibus vide, per Rolan. *eius cons* 39 *lib.* 2. vbi plene. *Giach.*

Dolosum autem homicidium, &c.] Adde † quod in dubio præ-

14 sumitur, quod homicida fecerit delictum cum dolo, & ex proposito, nisi contrarium probetur Gomez. *de delict. c.* 3. *num.* 17. & Blanc. *de iudic.* tenet, quod dolus præsumatur in actu delicti, nõ autem ex proposito, & sic quod animus deliberatus non præsumatur; & ita declarat ibi *nu.* 54. *&* 56. & quando dubium est, an quis interfecerit animo occidend., an non; si constat, quod alias aliquem occiderit, præsumptio resultat quod animo occiderit, Cand. *in tract. de malef sub rubr. de homic. col. fin.* Mars. *in l.* 1. §. *diuus Adrian n.* 39. *ff de sicar.* & Foller. *in vers. recipiantur defensiones, n.* 29. Tiraq. *de pœn. temper causa* 10. *n.* 6. Baiard.

y *Deliberatum.*] Plot. *cons.* 2. *inter consil Ziler. & cons.* 105. *n.* 18. & Farin. vbi supra *Ros.*

z *Illum interfecit*] Sed quid si non occidit ferro, sed suspendit hominem, aut aliter suffocat. Tu Regnicola vide per Carrer. *in Pract.* §. *homic.* 1. *sub n* 33. Giach.

15 a *Ex interuallo.* Adde † quod contra Clarum tenet Vulpell. *in cons.* 127. Baiard.

b *Animo deliberato.*] Bald. *in l.* 1. *C. de sicar.* quem ad hoc ponderat Cason. *dict. n.* 23. *fol.* 70. *in fine* Viden. est Blan. *nu.* 9. *in fine, ff. de quæst.* Boss. *de homicid. n.* 57. *&* 65. Farin. *d. q.* 126. *limit.* 3. *nu.* 215. *& p.* 1. *n.* 12. *&* 47. Ros.

c *Animo illum occidendi.*] Animus occidendi ex quibus probetur, vide per Car *in pract. crimin pag.* 195. *&* 196. Et an in dubio præsumatur animus occidendi, & cui incumbat probatio, accusatori, seu inquirenti, quod fecerit animo occidendi; an vero accusato, seu inquisito asseueranti se non percussisse animo occidendi, vide late per eundem *pag.* 197. *sub n.* 44. Item animus occidendi, ex quibus probetur, vide per Boss. *in tit. de homicid. nu.* 38. 40. 45. *&* 56. & per Fol. *in pract. crimin. fol.* 252. *num.* 29 *fol.* 304. *num.* 27. Et per Iacobum Nouellum *in pract. & theor. caus. crim. fol.* 34. *num.* 31 *fol.* 40. *num.* 52. *& in tractat. ad defen. fol.* 111. *num.* 131. & alibi sæpe per practicantes in locis, & sedibus communibus. Sed quid † si volens occidere hominem, occidit asi-

16 num, an de iure puniatur de homicidio propter animum occidendi hominem; quod non, sed lege Aquilia, maxime in Regno. Vide per pract. Carer *fol.* 105. *n.* 67. Giach.

d *Non solent Principes.*] Decian. *lib.* 9. *c.* 29. Mascard. *concl.* 98. & Vulpell. *resp.* 127. Ros.

e *Animus autem.*] Late Decian. *lib.* 9. *c.* 27. & Far. *p.* 3. *qu.* 126. Vulpell. *resp.* 126. Ros.

Animus autem deliberatus.] Dic, quod cum † certum est de-

17 lictum, & certa delicti qualitas, tunc animus ad delictum deliberatus præsumitur, & facti atrocitas animum arguit, teste Dyno, regula in obscuris, *num.* 18. *de reg. iur. in sexto*, & ante eum fuit elegans dictum Philosophi, *Ethic. lib.* 2. *cap.* 6. dum ait; Nam sunt quædam, quæ statim vt nominata sunt prauitatem connexam habent, vt maleuolentia, imprudentia: & in actibus stuprum, homicidium, vide text. *in cap.* 1. *de præsumpt. & in l. prima, de sic.* quos refert Dec. *in cap. in præsentia, num.* 59. *extr. de probat.* Alcia. *de præsumpt. nu.* 10. Ideoque aliter asserenti incumbit onus probandi, fundata est enim intentio Iudicis, & fisci ex sola facti qualitate, vt per Blanc. *repet l. fin. n.* 69. *ff. de quæst.* Ias. *in* §. *ex maleficiis, n.* 71. *Instit de action* Crauet. *cons.* 151. *sub n* 18. *vers & miror quomodo Dec. & Boer.* Nam quando delicta sunt semper in genere prohibitorum, semper præsumuntur dolosa, Alexand. *consil.* 111. *lib.* 1. *in princip.* Octauius Vulpellus *cons* 127. *sub nu* 9. melius per Abb. Panormit. *in cap. estote, num* 1. *de reg. iur. vers super quinte* & vbi causa, quæ potest reddere actum licitum, non est clare, nec dubie probata: tunc actus sonans in delictum illud præsumit, Felin. *in cap.* sunt & alij, qui de hoc recte, & distincte loquitur *coll. mihi* 3. *extra de rescript.* argumen. *l. merito ff. pro soc.* Boss *tit. de Inquisitione, num* 113. Crau. *cons.* 35. *n* 8. aduerte tamen, cum reus confitetur delictum sub illa qualitate, & modificatione, de qua dixi infra *ad quæstio.* 55. *versic. forte posset, in fine* effugit pœnam ordinariam; in formanda tamen inquisitione cum animo deliberato aduerte ad ea, quæ dixi infra *ad q.* 84 *in princ.* vid. in tali materia Menoch. late *de arb. iud lib.* 2. *cent.* 4. *cas.* 161. *per totum:* Nec in hoc mihi placet conciliatio quam facit Menoch. inter opinio. Casoni, & Clari, vt patet *de arbitr. Iud. lib.* 2. *d. centur. a* 4 *cas.* 361. *n.* 30. nempe quia in vtroque casuum positorum per eum, animus deliberatus effugi non potest: ad impetrandam tamen gratiam à Principe, prodesse potest talis consideratio; quia quæ mouere non debent Iudicem; mouere possunt Principem; Plot. *in l. si quando.* §. *septimo, sub n* 1. *C vnde vi*; vide quæ dixi infra, *q.* 31. *versic. scienter*; Aduerte tamen ad ea, quæ dixi supra *in principio*, quod videtur cum certum est delictum, illud fore verum, in his, quæ semper sunt de genere prohibitorum, vt dicunt Theologi, semper, & ad semper, sed in aliis, qui simpliciter non sunt de tali genere, cum factum de per se non includat dolum, animus deliberatus, nec dolus præsumitur, ita distinguit Gulielmus de Perusio, *inter consilia crim. n diuers. consil.* 38 *sub n.* 4. *par.* 1. & quæ dicantur delicta semper, & ad semper prohibita, vide Angelum Aret *in* §. *ex maleficiis num.* 1. *Instit. de act.* Item aduerte, quod vbi sumus in delicto, cuius pœna est arbitraria, antequã declarata sit pœna, iudicatur vt delictum, pro quo veniat imponenda pœna corporalis, Crau. *consil.* 224. *sub n* 3. Drogh.

Animus autem.] Adde † videndum Menoch. *de arbitr. Iudic. casu* 361. vbi enumerauit viginti coniecturas, quibus animus iste deliberatus, & penitus occidendi coniicitur, & ibi *num.* 30. opinio. Caso, conciliat eum Claro; & ad hoc vide etiam Bertaz *cons.* 85. & Mascar. *de probat. concl.* 98. *&* 864. 18

Item adde, quod † Fiscus tenetur probare coniecturas Boss. *in tit. de homicid. n.* 46. & erit locus torturæ super hac qualitate animi deliberati, Carrer. *in pract. in* § *homicidij, num.* 54. hoc late prosequitur Burs. *cons* 271 *n.* 36. *cum seq.* 19

Item † adde, quod confitens se voluntarie occidisse, per eius confessionem tollit omnes coniecturas; etiam iuris, & de iure, vt in authen. *de æqualit. dot.* § *illud in gl.* & per Innoc. *in cap. plerique de immun. Eccles* & Aret. *in cons* 80. *n.* 3. 20

Item adde, † quod vna coniectura, vel præsumptio tollit aliam: & specialis tollit generalem; & magis verisimilis præfertur minus verisimili; & maior ratio vincit minorem, Alba. *cons.* 56. *n.* 4. Baiard. 21

f *Sed ego.*] Cartar. de executione sententiæ, *cap.* 1. *num.* 372. Ros.

g *Animus deliberatus.*] Adde, animus deliberatus; atque cogitatus occidendi, quibus coniecturis probetur, accurate, & diligenter explanatum per Iacob. Menoch. *tract. de arbitr. iud. lib.* 2. *cent.* 4. *cas.* 361. Item aduerte, quod percutiens hasta sola non præsumitur percussisse animo occidendi: si ipse hoc allegat. Idẽ si quis percussit calce, aut ictu pedis & idem si percutiat alapa. Idẽ si quis percutiat pugno inermi, vide de omnibus per Crau. *in consil.* 205. *col.* 2. *in princip. & in consil.* 309. *col* 2. *vers.* 2. Hæc tamen qualiter procedant, vid. Boss. *tit. de homic post num.* 38. *cum sequ* & per Car. *in prac. crimin.* §. *homicid, vltim. sub numer.* 106. Giach.

h *Item ex genere armorum.*] Adde † videndum Aret. *in cons.* 80. vbi de occidente cum gladio. *Baiard.* 22

i *Et ideo etiamsi quis post acceptam iniuriam, &c.*] Adde, † quod calor iracundiæ dicitur durare per triginta dies, secundum Luc. de Penn *in l. omnes omnino curiales, C. de decurioni. lib.* 10. Dec. *in l quicquid calore, de reg. iur.* & Menoch. *in casu* 391. *nu.* 20. tenuit, quod remittatur arbitrio iudicis. 23

Item † adde, quod dicitur incontinenti facta iniuriæ propulsatio, si die sequenti fiat, Menoch. *cons.* 107. *n.* 40. Corrad. *de duell par.* 1. *conc.* 18. *n.* 1. & Bombin. *cons* 9. *n.* 13. Baiard. 24

k *Expectat alium.*] Farin. *d. q.* 126 *par.* 1. *n.* 13. Ros.

l Pro-

25 l *Proditorie vero dicitur, &c.*] Adde † quod ille, qui offendit alium sine diffidatione, dicitur proditor, secundum Io. And. *in c. 1. colum. 5. extra de homicid. in 6.* quem sequitur Bald. *in authen. Idem nulla communitas, C. de episcop. & cleric.* & Afflict. *in decis.*
26 *265. nu. 64.* Similiter ille, † qui dat alteri potionem venenatam, dicitur proditor, vt tenet Iacob. Butr. *in l. athletas, §. calumniator, ff de infantibus*, Bald. *in l. nemo clericus, C. de summ. Trinit. & Fide Cathol.* & August. in addit. ad Ang. *in verb. fecit insultum, col. fin.* Felyn. *in c. 1. de homicid.* & † quis dicatur proditor, &
27 quot modis, vide latè per multa exempla, gl. *in cap. clericus. il primo, in verb. proditionibus 46. distinct.* & Firman. *in repert. verb. Proditor:* in quibus locis multa exempla videre poteris. Et in hac materia proditionis plenè habetur per Ioannem Anton. de Nigr. *in c. nuper ad vindictam, & in addit. fol. 62.* & per Bursat. *cons. 196. n. 142. vol. 2.* & per Petr à Placa *in epit. de delict. c. 21. in fine princ.* & Covar. *var. resolut. lib. 2. cap. fin. n. 7. vers. tandem his*
28 *praenotatis, in fine*, & † licet ibi concludant, proditorem esse illum, qui per insidias occidit, etiam quod occiderer inimicum suum, quos sequitur Dom. Farinac. *quaest. crim. q. 18. n. 76. & 77.* Ego sequor opin. Bart. *in l. respiciendum, §. delinquunt. ff. de pan.* qui dicit occidentem per insidias, vel retto inimicum suum, non esse proditorem, quia debebat praecauere ab inimico suo, quem sequuti fuere Gerard. *sing. 14.* Angel. *de malefic. in ver. fecit insultum. vers. & benè nota*, Placa *epitom. delict. in dicto cap. 21. nu. 2.* & Gomes. *cap. 3. titu. de homicid. num. 5.* & ibi Emmanuel Suarez *in addit.* attestatur de communi; & ego nunquam vidi formari Inquisitionem de proditione cõtra occidentem inimicum suum retro, vel per insidias, & de proditione vide Farin. vbi supra *nu. 73. cum seq.* vide etiam, quae posui infra *in quaest. 68. vers. sib. proditor.* Sed in Hispania per legem Regiam offendens retro, & non de facie ad faciem proditorium committit, etiam quod inimicum suum occidat, vel offendat, & proditor occidens trahitur ad caudam equi per vias publicas, & postea furca suspenditur, Idem Gomes. ita attestatur in loco supracitato B.

m *Homicidium.*] Quid sit homicidium, vnde dictum, & originem traxerit, & quid in occidente hominem monstruosum, Plaza *in epit. c. 9. n. 2. 4. 6. & 11. Far. d. §. assas* Ros.

Homicidium.] Quid, si quis dederit calcem in vtero praegnantis mulieris; aut faciat aliter ipsam abortum pati. Vide per Carer *in pract. crim pag. 179. nu. 24.* Giach.

29 n *Aliquando mandat.*] Adde idem de nuntio † portante litteras ad occidendum aliquem, nam occidendo nuntius tenetur de occiso. Idem de inuestigatore, & exploratore, vbi occidendus moraretur, & denunciauerit esse in tali loco, & inimici vadant, & occidant eum, nam talis, poena mortis tenetur, vt per Carer. *in pract. pag. 224 nu. 123.* qui *num. seq.* tenet idem de indicante latitantem inimico. Item homicidium lingua tribus modis committi docet Caepol. *in cons. 38. in principio*, & pract. Car. *in tract. de homic. §. 5. num. 1.* Giach.

o *Poculum amatorium.*] Farin. *quaest. 122. p. 5. num. 112. & seq. vol. 5.* Ros.

Poculum amatorium.] Vide etiam per Carer. *in pract. pag. 179. num. 25.* Giach.

p *Punitur etiam.*] Et qui dicantur venefici per Carer. *pag. 65. col. 2.* Sed quae poena sit contra vendentem malum venenum, si mors alicuius est sequuta, vide per Iacob Menoch. *de arbitr. iud. lib. 2. centur. 4. cas. 159.* Item quomodo puniatur ille, qui voluit hominem venenare, sed poenituit, vide per Ioan. de ligna. *inter cons. crim. diuers Ziletti. cons. 20. nu. 16. lib. 1.* Et in veneficio iudex facilior promptiórque esse debet ad torturam, ex quo est de delictis, quae committuntur occulte, vt nor. dicit Bal. *in l. 3. C. de episc. audien* & tradit Alex. *cons. 77. n. 5. lib. 1.* Giach.

Punitur etiam.] Dec. *lib. 9. c. 21. vsque ad 27.* Far. *d. vol. 5. q. 121. par. 1. 2. 3 & 4.* Ros.

Punitur etiam vt homicida.] Adde huic dicto Cremens. *sing. 50.* vbi interpretatur statutum, si quis voluerit venenare. Dec. *in l. non vult heres, nu. 6. de reg iur* Drogh.

30 *Punitur etiam, vt homicida, &c.*] Adde † quod venenum malum emi, nec etiam vendi potest *l. quod saepe, §. veneni mali, ff. de contrahend. emption. l. 3. ff. de sicar.* & qua poena contrafaciens puniatur, Menoch. *de arbitr. Iudic. casu 359.* vbi dicit, poena arbitraria puniendum esse; & quando aromatarij toxicum vendentes teneantur, vide Bonacoss. *in tract. de seruis & famulis quaest. 208.*

Item adde Vulpell. videndum *in cons. 145.* vbi tenuit contra
31 Clar. in casu cuiusdam famuli, qui † venenum Domino suo praebuerat: vt puniretur poena mortis, etiam quod mors sequuta non fuisset, ita etiam iudicauit Senatus Mediolani in concubina, quae venenum concubinatio exhibuerat, etiam morte non secuta, vt meminit Boss. *in titulo de homicid. n. 13. cum seq.*
32 Item † adde, quod non punitur poena mortis, sed relegationis ille, qui necauit, vel necari fecit condemnatum ad mortem eiusdem parentelae, vt vitaret infamiam, ita notab. tenet Iacob. Bellon. *in pract. Iudic. Rubri. de quaest. numero 138.* Contad. *in pract.*

crim. in titu. de venefic. num. 13 fol. 336. & in tit. de homicid. nu. 20. licet contrarium dicat *dicto titu. de homicid. num. 7.* vide etiam Felyn. *in capit. cum iuramento de homicid. in fine*, vbi dicit quod tenetur de parricidio, & ita tenuit etiam Bald. *in l. libertas, ff. de statu hominum*, Marsil. *in l prima, nu. 6. ff. de sicar.* Foller. *in pract. crimin. in vers. item qui sororem venenauit, nu. 34.* & Boer. *in decis. 216. num. 3. circa finem, & num. 4.* Et † ibi etiam habetur de ma- 33
tribus dantibus poculum filiabus impraegnatis ob pudorem, &
qua poena puniri debeant, & † qualiter venenatio cognoscatur, 34
Paris de Puteo, *de synd. in vers. tortura licet*, vi. Mars. *in l. 1. §. propterea, num. 37. ff. de sicar.* Et quando probetur, vel potius re- 35
probetur Paul. de Castr. *cons. 167. visa inquisitione*, & † crimen istud est publicum, *l. 1. ff de public. iudic.* Ideo cuilibet de populo accusatio competere potest.

Item † adde, quod si maritus dederit venenum vxori, licet 36
euaserit, tenetur de parricidio, vt per Bart. *in l. 1. in fin. ff. de parricid.* & per Salic. *in l. 1. C. de malefic.* Angel. *in gloss. ex internalli* Carrer. *in pract. crim. § homicidij, c. 1. nu. 151.* vbi dicit Bald. tenere contrarium *in consil. incip. Stephan.* & † idem est in filio, qui 37
voluerit venenare patrem, quod tenetur de parricidio, licet venenum dare non potuerit secundum Gomes. *de delict. c. 3. num. 7.* & ibi, *num. 8.* habetur, quomodo delictum veneni poterit probari, & de multis indiciis in huiusmodi crimine habetur per Alban. *in cons. 72.* & Paul. de Castr. *in cons. 195.* quod pro singulari Paris de Puteo *allegat. in tractat. de Syndic. in vers. tortura, cap. mandauit, col. 2. vers. mulier inquiritur.* Et † an venenum prae- 38
bens veniat poena ordinaria puniendus, si mors non sequatur, vide Menoch. *de arbitr. iud. casu 360. n. 46.* vbi late hanc quaestionem tractauit, & ibi causam dicit, quod ille, qui suscepit mandatum, & pecunias, vt venenum daret, deinde poenituit, & mandatum Iudici detexit, arbitrio Iudicis debet puniri, secundum Ioan. de Ligna. *inter consil. crim diuers. parua impressionis cons. 20. in fin. lib. 1.* & de poena vendentis malum venenum, vide eundem Menoch. *casu 359.*

Item adde, quod licet tentans alterum veneno necare poena mortis puniri non debeat, vt tenet hic Do. Clar. tamen hoc non procederet, vbi adesset statutum puniens poena ordinaria attentatum, vt per Car. *in loco supra citato, nu. 21.*

Item † adde, si statutum dicat, si quis voluerit venenare, ca- 39
pite puniatur: quod si quis praeparauerit tantum venenum, non decapitabitur, secundum Franc. Crem. *in sing. 49.* & Dec. *in l. non vult heres esse, ff de reg iur.*

Item † adde, quod dictio (veneni) ex vulgari consuetudine 40
loquendi solet interpretari de malo veneno, ad mortem inferendam apto, Fel. *in c super his, num. 10. de accusat.* & Alciat. *in l. qui venenum, ff de verb. sign.*

q *Cuiusdam Medici.*] Filius erat Hieronymi Cardani. *Ros.*

r *Sed certè.*] Vide Foller. *in praxi vers.* Item quod venenauit sororem. Vulpel *cons. 145.* Quid in emente venenum, aut daret Alciat, *cons. 28. lib. 7.* Et de eo qui materiam dedit Bal. *cons. 211. lib. 4.* Far. loquitur de vendente venenum, vbi sup *p. 1. nu. 32. & vide par. 2. num. 21.* Ros.

s *Ancilla.*] Adde, quod alias Senatus Mediolani, vt retulit Boss. *tit. de homic. num. 13.* condemnauit ad mortem concubinam quandam, quae parauerat venenum concubitori suo, vt eum interimeret, licet sequutus postea non fuisset effectus. Et id, vt domini redderentur securi à seruis suis. *Giach.*

t *Item Iudex.*] Farin. *quaest. 111. vol. 4. nu. 24. & seq. art. 2.* Ros.

Item Iudex, qui innocentem.] Adde, † quod erit in arbitrio su- 41
perioris mortem tali Iudici imponere, si passus supplicium; inique, & dolose fuerit condemnatus; & si iudex ex ira, seu calore nimio aliquem necauerit, non punitur morte naturali, sed deportatione in insulam, ita latè tradit Boer. *in decis. 153. nu. 8. cum sequen.* & ibi *nu. 13.* habetur, qua poena sit puniendus, si non ad mortem condemnauit, sed ad aliam poenam corporalem.

u *Item si aliquem posuit.*] Adde † videndum Menoch. *de ar-* 42
bitr. iud. casu 340. vbi late, qua poena puniendus sit Iudex, qui vel omnino indebite reum quaestionibus subiecit, vel in torquendo modum excessit: vide etiam, quae posui infra *in quaest. 64. vers. Iudex autem* Baiar.

x *Mortuus fit.*) Vide etiam per Carer. *in prac pag. 225. nu. 117.* vbi idem si rumpatur funis, aut trabs. *Giach.*

y *Item Medicus.*) Adde etiam, quod Medicus † negligens cir- 43
ca curam infirmi tenetur *l. Cornelia de sicariis.* Et negligentia dicitur dolus, & peccatum mortale in iis, qui ex officio ad diligentiam obligantur. Vide de omnibus per Crauet. *suo consil. 132. col. 2.* Giach.

Item medicus, si malum medicamentum, &c.] Adde † quod 44
multa interuenire debent, vt mors infirmi medico imputetur: de quibus habetur per Io. de Anan. *in c. tua nos. de homicid.* & † 45
medicus negligens circa curam infirmi tenetur *l. Cornel. de sicar.* Crau. *cons. 132. col. 2.* Baiar.

z *Iussus exulare.*] Far. *quaest. 87. inspect. 1. volum. 4. numer. 45.* Ros.

46 a *Tenetur etiam Medicus.*] Adde † quod si medicus gratis operam suam præstabat tenetur solum de dolo,& lata culpa , si vero cum pretio , tunc etiam de leuissima teneretur Albert. de Rosat. *in l.sed etsi quacumque,n.19 ff.ad leg. Aquil.*

b *Sed quæro.*] Decian.*cap.20.lib.9.*Farin.*qu.119. inspect.1.numer.12. & seq. præcipue,nu.17.*Cartar.*de execut.sent.in præfat. nu.* 8 Ros.

47 b *Sed quæro, quæ sit pœna homicidij.*] Adde, † quod in Regno Neap.contra occidentem est pœna mortis naturalis per Constit. *incip.terminum vitæ*, Franc. *decis.* 324. *in princip.* & late Fab. de Monteleo *in prax.arbitr.part.4.nu.539.fol.*210. & similiter in statu ecclesiastico est pœna mortis naturalis per Const. Marchiæ *in lib.4.c.54.incip.homicidium si quis.*

48 Item adde, † quod committens homicidium in rixa punitur non minus grauiter, quam si id faceret deliberatè, Boë. *in tit.de Inquisit.num.116.* vide tamen Lud.à Peguer. *in q. crimin. cap* 14.

49 vbi late † examinauit, an homicidium ex vulneribus in rixa illatis secutum sit pœna ordinaria homicidij puniendum, vel extraordinaria,arbitrio Iudicis;& distinguit,an habuerit animum occidendi, vel non.

50 Item † adde, quod occidentes ex interuallo ex causa metus, quomodo iuste habuerunt ab illo, qui minatus erat eis mortem, & solitus erat exequi , sunt condemnandi ad perpetuas triremes, vt latè per Gram.*decis.5. per totam*, & an interficiens portantem pallium siue Baldachinum , sub quo erat sacratissimum corpus Christi sit puniendus pœna *cap. Fœlicis, de pœnis in sexto.* Hanc quæstionem posuit Foller.*in pract. crim.in Frag.n.48.* sed eam non decidit, dicens cogitandum esse. *Ba.*

c *Homicida punitur,*] Adde *infr.§ fin.q.78.in principio.& vers. Multa autem*, vbi videbatur contrariari , dum ibi dixit. Multa autem sunt crimina , in quibus secundum dispositionem iuris communis imponitur pœna confiscationis bonorum , exemplificando etiam in homicidio; ibi ergo intellige , quod pœna confiscationis bonorum pro homicidio imponatur secundum veterem pœnam *l. Corneliæ* , vt hic : non autem attento nouo iure per authent. *Bona damnatorum , Cod. de bon. proscript.* Drogh.

Homicida punitur.] Quid de teste, cuius depositio facit , vt quis indebite morte afficeretur,vel absolueretur,quod teneatur de homicidio,habetur per Bald.Aret.& Fel. *in c.sicut,in 3.not.de testibus*,& sequitur Boss. *tit.de oppos.contra testes,num* 140.Sed vide etiam per eundem Boss.*tit.de falsis,post num.138.& hic*, vt per eundem *num.* 169. Giach.

d *Hæc pœna.*] Hic tamen scias, quod alteratur pœna, ex qualitate occisi quam plura exempla vide per Pract.Carer.*pag.mibi* 228.Giach.

e *Aliqui dicunt.*] Farin.vbi sup.*inspect.2.num.27.* vbi plur.*nu. seq.* Ros.

51 f *Et ita teneas, & serues in practica.*] Adde † quod idem tenet Rol.*consf.98.num.26.vol.1 & consf.111.num.39.vol.2.*Hip. Rimin. *in l. 1. num. 195.ff. quod quisque iur.* & ista est magis communis opin.quod huiusmodi statutum non sit validum,esset tamen intelligendum,quando homicidium esset dolosum Kircou.*comm. opin.cent.4 concl.63.*

Item adde, quod si tale statutum in aliquo loco seruaretur,& officialis homicidam decapitaret, qui debebat in pecunia condemnari ex forma statuti, officialis veniret decapitandus , non autem in pœnam pecuniariam ad formam statuti condemnandus, Ang.*in l 1.n.5 ff.quod quisque iuris.* Baiard.

g *De iure autem.*] Farin.*d.q.119.inspect.3.num 46. & 57.63. & 64.* Ros.

h *Priuatur beneficiis.*] Hic nota cautelam, quam tradit Felin. *d.c.Inquisitionis de accusat.ante num.5.* vt ante priuationem renunciet alicui amico;qui post dispensationem eidem renunciet, & sic cautus erit,& refert,ac sequitur Carer. *in pract.crim.§.Homicidium vltimo,post num.66.in fin. & nu.68.* limitat in homicidio qualificato, vt in assassinio. *Giach.*

52 i *Sed in homicidio deliberato, siue qualificato.*] Adde † quibus modis homicidium dicatur qualificatum , & quibus causis aggrauetur per Guliel. Bened. *in c. Rainutius , de testam. in fin. in quæstione de homicidio* , vbi multum diffuse hanc materiam tractauit , & qua pœna puniendus sit clericus , qui committit homicidium qualificatum. *Baiard.*

53 k *Priuatur etiam.*]Aduerte,quod ille,qui occidit † alium,nedum prohibetur succedere ipsi occiso , immo prohibetur etiam succedere hæredi ipsius occisi. tex. est *in l.Lucius, ff.de iure fisci*, quem esse ad hoc no.inquit Iacob. de S.Georg. *in l.hæreditas in fi.C.de quibus vt his indi. aufertur hæ.* Vbi etiam relatiue vide, quid iuris sit de occidente vxorem propriam. Adde,& vide pulchram quæstionem per Iac.de S.Georg. *in l.sororem. col. 1. C.de occidente vxorem propriam.* Giach.

54 *Priuatur etiam homicida.*] Adde , quod si pater calore iracundiæ occidit filium habentem bona materna , non succedit; sed fratres occisi,pater renunciet vsufructui , secundum Angel. *in l.adoptiuum,§ patronum,ff.de in ius vocan.* & dicit , ita fuisse seruatum in facto,sed Alexan.de Neuo.*in consil.91.num.11.*dicit, quod dictum Ang non potest procedere.cum portio illa, in qua pater debuisset succedere, veniat confiscanda,& in aliis portionibus fratres defuncti, cum non sint sequentes in gradu successionis, sed pares patri debent succedere, & ibi *num.7.* † quod si 55 quis habet duos filios , & vnus occidit patrem , delictum eius non nocet fratri suo, quominus succedat patri.

Item † adde, quod si maritus interficeret fratrem vxoris non 56 poterit habere commodum ex illius bonis; sed vxor, & eius filius poterunt succedere,Io Lop. *in rep.rubr c per vestras. § 70.n. 17.fol.165.de don.int.vir & vxo* & ibi *nu.17.* dicit, quod † frater 57 substitutus per fideicommissum , sub conditione mortis non consequitur fideicommissum,si fratrem occidit;idem tenet Bal. *in cons.50.vol* 4.

Item † adde , statuto disponente, vt bona occidentis hæredibus occisi debeantur, si quis monachum occidat bona monasterio debentur,& non filiis,quos ante ingressum habuerat , dummodo non adsit testamentum , quia deberentur hæredi instituto,quæ bona pro dimidia erunt Ecclesiæ,alia dimidia erit distribuenda pro anima occisi in eleemosynam Bero. *in cap.in præsentia, num.473. de probat.* vbi ad partes hanc quæstionem examinauit. *Baiard.* 58

l *Et ita volunt Doctores.*]Boss.*de his quibus vt ind.*Farin.*q.120. sectio.3.nu.23.36 & sect.4.n.74.*Ros.

m *Sed pone,quod filius.*] Farin.vbi sup. *nu. 29.30.53. & sequen.* Ber.Ros.

n *Frater fratrem.*] Boss.*d.loco num.16.*Ber.Ros.

o *Si vero non extent filij.*] Adde , † quod pluribus casibus quis 59 dicitur indignus, in quibus succedit fiscus,vt per Bart. *in l hæreditas,C.de his, quibus vt indign.* & ibi *num. 6* dicit, quod ratio, quare applicetur fisco, quod aufertur tanquam ab indigno est, quia turpia lucra sunt extorquenda ab hæredibus. *per l in hæredem. ff. de calumniat.* Et quando † legatum auferatur alicui, & 60 applicetur fisco , vide Bar. *in l fi. ff de his quib.vt in dign* Natt. *consil.462.in fine*, Mansic. *de coniectur. vl.im. volun. lib. 12. tit. 6. num.19.cum seq.& ibi num. 20* dicit, † quod alius hanc indigni- 61 tatem opponere non potest, quia exciperet de iure tertij, attestando de communi. & in hac materia , quando bona , quæ auferuntur tanquam ab indignis,applicari debeant fisco,vide Boss. *in tit.de his, quibus vt indign. & in titul. sequen.* habetur † quando non applicantur , ad hoc vide etiam Afflict. *super feud.in tit. quæ sint regal.* vbi enumerat duodecim casus , quibus res aufertur, vt ab indigno, nec in fiscum peruenit. 62

Item † adde, quod secundum Bartolum, *in l. cum ratio, § præterea, ff.de bon.damnat.* bona occisi non veniunt ad fiscum, si adest alius,qui sit in eodem gradu cum interfectore, vt puta,si frater occideret fratrem , quod alius frater occisoris succederet, & non Fiscus. idem tenet etiam Alex.de Neuo.*in cons.91.n.11.* Sed hoc non est ita simpliciter verum , quod tota illa hæreditas applicetur aliis venientibus ab intestato, qui sunt in paritate gradus cum interfectore, nec etiam est verum absolute , quod tota applicetur fisco, eligitur enim media via, videlicet, quod portio,in qua successurus erat interfector, applicetur Fisco : portio autem,quæ pertinebat ad alios pares in gradu,eis reseruatur,ita tenent Bal.Saly.& Alex.*in d.l.hæreditas,C.de his quib vt ind gnis*, & de communi attestatur Boss.*in dicto tit.de his, quib.vt in dign. nu.16.* & Alb. *cons.7.num.10.* Gomes. *epitom delict.tom.3 c.3.sub num.51.* vbi dicit hanc opinionem communem veriorem, & tenendam. 63

Item † adde,quod si iustus, & legitimus hæres successit occi- 64 so, vel ex testamento,vel ab intestato, non potest instituere hæredem in dicta hæreditate, & bonis occisi occisorem,qui nec in dictis bonis ab intestato succedere potest, Gomes.*dicto c.3.n.52.* vbi late.

Item † adde,quid de occidente filium testatoris,seu illius,cui 65 quis succedere potest,Rom.*singul.467.* occidens, & ibi vide addent.vbi in fine habetur, † quid in bonis feudalibus ; de quibus 66 vide etiam Franciscum Mariam de Plotis *consil. 66. tomo 1. inter consilia criminal. diuersor.* & Ioannem Baptistam de Plot. *in cons. 25.* † in quo late, an filius fratris, qui fratrem confeudata- 67 rium feudi paterni interfecit, sit incapax , ne in feudo succedere possit filio interfecti patrui sui , & in hac quæst. de bonis feudalibus , vide etiam Peregrin. *de iure fisci. lib. 2. tit. 3. numer.17.*

Item † adde,quod vbi extaret statutum, vt occisor non possit 68 succedere occiso in eius bonis ex testamento , nec ab intestato, tunc fiscus excluderetur,vt per Corn.*cons.212. lib. 4.* Barb. *cons. 8.nu.8.vol.3.*Ruin.*cons.129.vol.2.* & Ioh.Ant. Angus. *cons.76.lib. 6.*& cum D.Clarus allegat Bald. *in terminis statuti in l. si qui incestis,C de incest.nupt.* & dicat magis communem opin esse contra Bald.allegando Boer. *decis.25.nu.8.* id attestantem, profecto Boer. hoc non concludit in terminis statuti , sed postquam discussit opiniones de iure communi,dixit magis communem esse

pro

pro fisco; & de statuto, ac doctrina Baldi incidenter locutus fuit. Et dum idem Clar allegat Barbat. *d. cons. 8 sub nu. 4. & consil 90. n 45. lib. 4.* In terminis iuris communis, vtique dicendum venit, quod in illis etiam terminis D. Clarus locutus fuerit, licet videatur dixisse contrarium in terminis statuti. Et tale statutum est in ciuitate Spoleti, vbi sum ad præsens, secunda vice Gubernator sub Pontificatu sanctissimi D. N. Sixti Quinti; per quod causa duorum Iuuenum de Liguriis, qui duas sorores interfecerunt; & frater ipsorum prætendit hæreditatem, & bona, quæ peruenissent ad dictos occisores ex bonis dictarum interfectarum; decisa fuit ad fauorem dicti fratris, & contra Fiscum, per Magnificum D. Fabium Timeum de Bonscrinis Vrbenelanum Lo-
69 cum tenentem meum. Et † de ista quæstione quando interficiēs succedat interfecto, & fiscus auferat tanquam ab indigno, & quando interficiat impune, vt quia occidat bannitum, vel vxorem adulteram, vide nouissime per Peregrinum *de iure fisci lib. 2. tit. 3. per totum*, vbi magis diffuse, quam alibi. *Baiar.*

p *Sed quid si maritus.*] Boss. *vbi sup. nu* 22. Ros.

70 *Sed quid si maritus interficiat vxorem.*] Adde, † quod nedum perdit lucrum dotis, si cōstat, quod vxorem occiderit, sed etiam si vxor reperiatur mortua mane, quæ sero erat sana, ex quibusdam percussionibus sibi illatis, quia præsumitur interfecta à marito, cum ea cubante, nullis in camera, siue domo, præter eos existentibus, si prius ab eodem male tractabatur, ita concludit Bal. *cons* 122. proponitur, quod vxor Petri fornarij, *vol. 1.* & notat Luc. de Pen. *in l fin. col. 2. vers.* item nota, quod maritus *C. de incolis lib.* 10. & sequitur Boer. *decis.* 261.

* Item adde, an per publicam vocem, & famam, & per iudicium fugæ & per confessionem factam priuatæ personæ probetur maritum interfecisse vxorem, ita vt excludi possit, & debeat à lucro dotis, Bald. *in consil. 254. volum.* 2. vbi tenet, quod sic. *Baiard.*

71 q *Transeat ad heredes,*] Farin. *d q.* 120. *sect. 3. nu.* 57. & idem si medicum non adhibuit *seq. 4. n. 74. & num. seq.* Ros.

r *Et hac conclusio locum habet.*] Adde, † quod opinio Bar optime saluatur per distinctionem, de qua per Rolan. *in dicto tract. de lucr dot q. 63. nu. 6.* scilicet, quod maritus interficiens vxorem in adulterio repertam, statuto, vel consuetudine sic permittente lucratur dotem, si lex, vel statutum deferat lucrum ex alia causa, quam ex delicto, prout est, stante statuto, quod vxore præmoriente, maritus lucretur dotem; quod lucrum defertur propter onera matrimonij; vide etiam Mars. *consilio 93. & 126.*

72 Item † adde, quod maritus occidens vxorem perdit ius succedendi quod habet, in defectum coniunctorum, Bald. *in l. 1. C. vn. vir, & vxor:* de quo plenius per Guliel. Benedict. *in cap.* Rainutius. *in versic.* mortuo itaque testatore, *el primo, numer* 17. quod tamen fallit, si, statuto permittente, occidat, Campeg. in tracta. de dote, *par. 8. in 5. quæst.* & Boer. *in decis. 25. nu. 4.* Baiar.

73 s *Tenetur etiam homicida.*] Adde † in hac materia, quando homicida, siue vulnerans teneatur ad damna, expensas, & interesse, & quando possit iurari in litem, vt per Plot. in l. si quando, *num. 694. cum seq. & ibi num 698.* dicit, quod cicatricum & deformitatum in homine libero, nulla habetur ratio: quod secus est in seruo, & animali bruto. Et quando vulneratus possit petere, vel lucrum cessans, vel damnum emergens, & si † consecutus
74 est pœnam, de qua in cautione de non offendendo, vide Bertaz. *cons* 16. vbi respondit, quod non, sed Vulpell. *in tract. de pace qu.* 64. contrarium tenuit, dicens, quod pœna conuentionali parti soluta, quia paci, vel promissioni de non offendendo sit contrauentum propter vulnera, & medelas, interesse quoque peti poterit, quia dicta pœna ratione contemptus potius, quam interesse apposita censetur, & quando offensus possit iurare in litem, vide etiam Bertaz. *cons.* 17. & 18. Et in hac materia quod occidens teneatur ad expensas, & damna, ac interesse, vide multas ampliationes, & limitationes per Ioseph. Ludo. *in conclus.* 39. & Soci. *in c. rixati, num. 57. de homicid.* vbi habetur, ad quid vulneratus a-
75 gere possit, & qua actione, & † quo casu agere possit pro cicatrice, & deformitate. Et quo ad æstimationem operarum vulnerans non tenetur, si vulneratus nullam habebat artem, vt per Afflict. in Constitut. in pecuniariis litibus, *nu.* 38.

Et si hæredes occisi agerent contra homicidam pro interesse, & operibus quibus caruit defunctus, qui erat, vt puta officialis, qualiter, & pro quot annis operæ æstimari possint, an vsque ad centum annos, cum de iure quis tamen viuere præsumatur, *l. fi. C. de sacrosanct.* Eccles. vel æstimatio sit facienda secundum dispositionem *l si hereditatum, ff. ad l. Falcid.* vide Gomes. *de delictis c. 3. nu.* 38. & ibi etiam an occidens ad sui defensionem, si excesserit teneatur ad interesse, & habetur etiam quando offensus non fuit occisus, sed factus inutilis, tunc delinquens tenetur ad operas annuatim quolibet anno quo vixerit: Ego autem arbitror, quod circa tempus operarum non sit attendenda dispositio dictarum legum, sed remittendum esse Iudicis arbitrio, cui remittitur damnum, & interesse, quod passo, siue vulnerato resarciendum est, vt per Menoch. *de arbitr. casu* 122. sed ego nunquam vidi, quod quis agat ad dictam operarum æstimationem defuncti, & actio ad damnum, expensas, & interesse transit ad hæredes, idem Gomes. vbi supra *num* 37.

Item † adde quod vulneratus possit ciuiliter agere contra 76
vulnerantem, ad damna, expensas, & interesse, licet vulnerans sit absolutus ab inquisitione, secundum Borgnin. *in cons. 233. volu.* 2. Rom. *in cons. 223. & cons.* 213. Maran. in Spec. aureo. *in 4. p. 1. dist. nu. 5. car. 33. & nu 10. car.* 35. & Borgni. filius in tra. de vsufruct. mulieri relicto, sub *nu.* 232.

* Item adde, quod licet homicida teneatur ad damna, & interesse, & expensas, non tamen offensus potest agere contra homicidam actione iniuriarum ciuiliter, & hoc est speciale in crimine homicidij; late Maran. de ord. iud. *par. 6. tit.* de inquisitione, *num. 90. & 91.*

t *Ad æstimationem*] Farin. *d. qu. 119 in sect. 4. nu 93. & 97.* 102. 103. 104 & 126. Ros.

u *Excusatur autem.*] Similes excusationes, & capitulandi modos pro Reo, vide apud Alc. Tracta. de præsumpt. *reg. 3. præsumpt.* 19. per totum, vbi diffusius, quam hic. Adde *infr. in § fin. q.* 60. per totam. *Drogh.*

Excusatur autem] Late Farin. *d. vol. 5. q. 125 p. 1. in princ præcipue, nu. 3. q. 10. 11. 93. &* 113 Ros.

Excusatur autem homicida] Adde † videndum Menoch. *de* 77
arbitr. iud. casu 277. vbi quando vim vi repellere liceat, & quod remittitur arbitrio judicis, quando quis defensionis limites excessisse dicatur, & in casu sequenti habetur, quod excedens modum defensionis arbitrio judicis punitur

Item adde, quod si quis teneret aliquem prostratum in terram, cum multis pugillis percutiendo, & ipse percussus gladiunculo, quem ad latus gestabat, ipsum interficeret, non esset puniendus pœna ordinaria, sed exilij per sex annos, ita Vrsil. ad Afflict. *in decis 289. n. 33.* per ea, quæ tradit Alex. *in cons. 76. vol.* 1.

Item † adde, quod probans fecisset homicidium ad sui defen-
sionem, est liberandus etiam absque licentia Principis de iure se- 78
cundum Boer. *in decis 264. nu.* 15. circa fin. tamen ibi dicit, quod de stylo curiarum Franciæ nunquam liberatur per judices sine remissione à Principe prius obtenta, quod esset seruandum vbique per omnes judices, & † nedum aggressorem licitum est oc-
cidere, non solum quando imminet periculum vitæ, sed etiam, 79
quando imminet periculum alicuius iniuriæ personalis, Marsil. *cons. 81. n 16.* & † quo probetur homicidium, ad sui defensionem
factum fuisse latissime per Mascard. *de prob. concl.* 1126. 80

Item † adde, quod homicidium factum ad sui defensionem
non est punibile, etiam stante statuto indifferenter disponente, 81
homicidium pœna mortis puniri, secundum Bal. *in cons 19 nu. 8. inter consil. crim tom.* 1. nec † etiam Presbyter celebrans missam,
si insultatus committeret homicidium, efficeretur irregularis, 82
quin posset post illud missam inceptam perficere, Mars. *in l. 1. nu. 28. & seq ff. ad l Corneliam de sicar. & in cons. 4. numer. 4. & 5. & cons. 82. num.* 3. & † in hac materia quando licita sit defensio,
vide Duen. *in reg. 191. & 192.* vbi ponit multas ampliat. & 83
lim.

Item † adde, quod ille, qui primo prouocasset ad verba iniu- 84
riosa, licet postea rixando poneretur in discrimine vitæ, si interficeret, non gauderet priuilegio necessariæ defensionis, quia ipse causa fuit mali, & posuit semetipsum in necessitate, & per præsumptionem iuris non videtur interficere ad sui necessariam defensionem. *l. quam multa facinora, C. ad l. Iul. de vi.* & Bal. *in cons. 143 n. 1. vol. 1.* & Bolo. *in l. vt vim n. 94. & 95. circa finem. ff. de iust. & iur.*

Item adde, quod aggressus possit etiam impune occidere furiosum siue dormientem aggressorem, Bal. *in repe l. 1. num. 50. C. vnde vi,* & Gomes. *de delictis c. 5. nu.* 20. sed ego credo hoc verum non esse ita simpliciter, nam si potuisset aufugere, & non aufugisset, quod extraordinarie veniret puniendus, quia tunc aufugiendo non incurritur aliquod periculum honoris, quinimo non aufugiendo. *Baiard.*

x *Defensionem.*] Quæ debet incontinenti fieri, non ex interuallo, & quando dicatur incontinenti fieri per Carer. *in pract. crim. § Homicidium 6. cum sex limitat. à n. 106. vsque ad n. 112. & n.* 124. Et an confessus in judicio simpliciter homicidium possit ex interuallo suam interpretari confessionem, quod fecit ad sui defensionem, vide per pract. Carer. § *Homicidium 6. n.* 165. omnino Boss. *tit de confess nu. 31. cum seq. & tit. de falsis num.* 66. Item defensio incontinenti non ex interuallo fieri debet, & defensionis modus, in quibus consistat. Item defensionis causa quando videatur fecisse percussus, qui per horam steterit in terram & postea ipse repercussit. Vide de istis omnib. per Boer. *Decis.* 168. Et adde vnum notabile verbum, quod iudex potest cogere reum, vt specificet defensionis modum, vide per Ang. de Aret, *in § his igitur, Insti. de iu. & iur post n. 6.* Giach.

y *Ad sui defensionem*] Adde, & vide, qua pœna plectatur ie,

qui ad sui defensionem occidisse fatetur, per Iac. Men. *de arbit.*
85 *iud. lib. 2. cas. 279. in fin.* Et homicidium quādo † dicatur factum
ad defensionem, vide per Dec. plenè eius *cons. 459. col. 1.* per
Craue. *eius cons. 151. col. 5. vers. alibi scribit Ang. Are.* vbi homici-
dium in dubio præsumitur factum ad defensionem, vt delictum
excludatur. & allegat Dec. *plurib. in locis*, ac Nic. Boer. demum de
illis miratur: quod ita loqui ausi fuerint, cum in dubio præsuma-
tur contra occidētem, quod dolo fecerit, per text. *in c. 1. de præs.*
& in l. 1. C. de sicar. Et concurrentib. duab. præsumption. aduer-
te, quod tunc vna præsumptio tollit alteram, & debilior cedit
fortiori *l. pen. de resti. in integ.* Item plures præsumptiones vin-
cunt vnam, per Crau *cons 125. n. 11. & in cons. 149. n. 17.* Item qui-
bus coniecturis præsumatur homicidium ad necessariam defen-
sionem perpetratum, vide per Cæpo. *cons. crim. 29. n. 15. 16.* Laur.
de Palazolis *inter cons. crim.* Cæpo. *cons. 41.* Fel. *in c. dilecti filij, col.
pen. in prin. de exec.* Alex *eius cons. 14. col fi. vol. 3.* & per Boss. *tit. de
homic. post nu. 89.* vbi inquit, quod res eo redigitur: quod si iudici
ex illorum dispari conditione videtur quod sit alienum à sana
mente putare, quod occidens prius insultauerit, tunc præsumen-
dum est, quicquid factum fuerit prouenisse ad necessariam de-
fensionem, alias secus. Ad idem vide per Gram. plenè eius *cons.*
56. per totum, vbi egregiè materiam reassumit. Et similiter si in-
sultatus, qui proclamando (non detis mihi impedimentum) sui
aggressorem occidit, vel vulnerauit, quod ad sui defensionem fe-
cisse præsumatur, vide per Alex. de Neuo. *cons. 77. nu. 1. in 1. vol.
inter cons. crim. diuer. Ziletti.* Giach.

y* *Capolla cons. crim. 42.*] Quem vide, quia ibi habes, quibus
casibus liceat aggressorem interficere. *Giach.*

z *In foro conscientiæ.*] Farin. *d. p. nu. 20.* Ros.

86 a *Hac autem conclusio.*] Adde † quod Bolognet. *in d. l. vt vim,
n. 66. cum seq.* conatur velle restringere hanc cōmunem opinio-
nem, vt solum procedat, quando quis pro defensione bonorum
suorū poneretur in discrimine vitæ, & sic, quod vtrūq; concurre-
ret, videlicet defensio personæ, & rerū; quæ restrictio mihi non
placet, per ea, quæ adducit Claud. *in d. l. vt vim, nu. 76.* vbi tenet
cōmunem opi. quod pro sola defensione rerū licitum sit homici-
87 dium, quod † etiā procedit in foro cōscientiæ, Rim. iun. *in d. l. vt
88 vim, nu. 359. cum seq.* & Achill. Pedroche *in cons. 36. n. 340.* & † in-
tellige, quando talis defensio fit incontinenti, & etiam ex inter-
uallo, vbi judicis copia non offertur, Aleia. *in cons. 132. col. 2. tom.
2. lib. 5.* & Moron. *in tract. de fide, pace, & treg q. 162. n. 1.*
89 Item † adde, quod etiam clericis pro defensione rerum suarum
vim vi repellere licet, Innoc. *in c. nisi cum pridem. 15. col de renun.*
& Fely. *in cons. 50. num. 11.* sed Foller. *in pract. crim. canon c. 14. in
ver. & reis admissis, n. 7.* dicit, nullo modo licere clericis occide-
re rapientes, aut furātes; bene tamen præter occisionē, & percus-
sionē licet defendere res proprias, cū sit permissa modica percus-
sio pro defensione rerum, vt per Abb. *in c. significasti. de hom.* Baia.

b *Rerum suarum.*] Et ista est conclusio magis cōmunis etiam
in iure diuino, vt per Alex *in cons 138 n. 11. lib. 6.* qui facit regu-
lam etiam in debitore, sed fallit, nisi res esset valoris modici, &
vilis, inspecta qualitate personarum, per Alex. *ibidem.* Item,
intelligitur secundum additio. *ibid.* nisi quando subesset etiam
probabile periculum personæ, & sic nisi ab instanti periculo vi-
tæ: alias extensiones, ac limitationes, vide per Carer. Pract. *crim.
pag. 172. & 429. cum seq.* Giach.

Rerum suarum.] Vulpell. *cons 79. n. 2. & 119.* Et quid pro bono-
rum defensione, vide Farin. *vol. 5. eius prax. q. 125 par. 4. nu 168. &*
170. & etiam homines coadunare; Farin. *qu. 115. 4. inspectione, nu.*
149. & *duobus seq. & d. p. 4. n. 177. 234.* Ros.

c *Proprij honoris.*] Vide Farin. *quæst. 121. par. 2. nu. 116. vol. 5. &
d. p. 1. nu. 41 & 42.* Ros.

90 d *Item locum habet non solum.*] Adde, † quod etiam licet de-
fendere socium itineris, & amicum, vt per Dec. *cons. 469. nu. 3. &*
4. Gram. *cons. 56. n 25.* & Bertaz. *cons 473. n. 2. vol. 2.* & de extraneo
occidente aggressorem pro defensione alterius extranei, latè ha-
betur per Gomes. *in c. 3 nu. 21.* vbi tenet, quod non potest puniri
nisi pœna extraordinaria, etiam quod aggressus non clamasset,
& auxilium non petiisset, attestando se defendisse à pœna mor-
tis quendam mediatorem qui cum baculo aggressorem occide-
rat, & de hoc vide etiam Boer *in decis. 83.* quando mediator in-
terfecit rixantem, vel interfectus fuit, & Menoch. *de arbit. casu*
324. *nu. 9.* vbi concludit, quod talis homicida sit puniendus pœ-
na arbitraria, dummodo non adsit dolus. *Baiard.*

e *Sanguine coniuncti,*] Vt puta patris. Alban. *cons. 94.* Ros.

f *Doctores.*] Farin. *q. 51. num. 38. vol. 2. & qu. 125. p. 5. num. 281.*
290. Ros.

g *Immo etiam.*] Aut etiam extranei. Vide Farin. *d. vol. 5. & q.*
125. *p. 5. n. 267. & vol. 2. q. 51. nu. 58. 281.* & iterum etiam extranei
p. 4. num. 188. modo incontinenti fiat. *num. 211. &* 218 & in socio
& amico *d. p. 5. num. 290. & 294.* & pro vicino, & domino *ibi
num seqq.* Ros.

h *Pro salutis propria defensione.*] Quid de illo, qui interfecit a-
liquem turbantem in sua licita vindicta, an puniri debeat pœ-
na *l. Cornelia de sicariis.* Vide per Cæpol. *crim. cons. 75. visis statu-
tis.* Giach.

i *Interficere.*] Hic adde, quod in causa defensionis non habe-
tur ratio, an quis potuerit aufugere saltem, quando aggressus est
nobilis, atque bonæ conditionis secundum magis communem *
opin. de qua vide per Alex. *cons. 119. col. fin. lib. 7.* qui *n. fin.* Idem
tenet in aggresso minus potenti. *Giach.*

k *Sit clericus.*] Et quid si is, qui vult offendere sit clericus, vi.
Far. *d q. 125. & p p. n. 31. & 32. & 33.* Rat.

l *Defensione.*] Aduerte, quod si percussus ab aliquo percusso-
rem fugientem percuteret, quod non dicitur percussisse ad de-
fensionem, sed ad vindictam, vt per Nat. plene *in cons. 412. nu. 21.*
Item scias, quod defensio debet esse proportionata, puta, pu-
gnum pro pugno, baculum pro baculo, non ensem pro fuste. nisi
tanta sit elegantia offensi, quod plus ponderet in ipsum fustis,
quam in aduersarium ensis. Ita Bal. *in l. 1. col. 20. C. de Confes.* &
per Craue. *cons. 119. n. 7.* Et licet non liceat, vt jam dictum est, fu-
gientem, qui percussit, occidere, quia esset ad vindictam, si ta-
men percussus illum fugientem interficeret, non deberet condē-
nari de homicidio, vt late habetur per Carrer. *in pract. §. homic.
6 post num* 10. 170. & fusius *num.* 151. 153. ob justum enim dolorem
pœna minuitur, vt per Deci. *in allegata l. vt vim, num.* 11. cum
illic allegatis & Cagnol. *in regul. quicquid calore, num.* 8. & vi.
supra. Et adde, quod ad probandam † defensionem sufficit se- 91
miplena probatio. Item dubia probatio sufficit in criminalibus.
De istis vide per Crau. *suo cons. 2. post nu. 16.* Et probatur defensio
per testes simpliciter deponentes homicidium fuisse factum ad
defensionem, tametsi aliam rationem non adducant, vt tradit
Dec. *cons. 459 n. 6. 469. nu. 5. &* 10. Et habetur etiam per Boss. *tit.
de defen. reor. num.* 30. Item defensionis causam homicidium in
dubio præsumendum est, per Dec. *cons. 449. n. 4 469. n. 11 & 678.
n 7.* Vi. tamen de hoc Crau. *cons. 151 post num.* 18. vbi contra Dec,
& Boer. inuehit *Giach.*

m *Papa vel Imperator.*] V. Farin *5. vol q. 34.* Ros.

n *Qui percusserat.*) Qui prætorem se defendendo percussit,
vel clericum. vi. Farin. *q. 105. inspect. 4 nu. 195. & q. 125. p. 5. nu.*
276. Ros.

o *Adde quod non solum.*) Si alius occiditur, quando ab insul-
tante non potest quis se defendere, vide Fari. *sup n. 148.* Ros.

Adde, quod non solum licet insultato.) Adde † quod non puni- 92
tur pœna homicidij, sed punitur arbitrio Iudicis, Menoch. *de ar-
bitr. Iud. cas. 344 nu. 9.* Boer *decis. 83.* vbi mediator cum accepis-
set, vel teneret arma vnius ex rixantibus, qui se defendere non
poterat, ab eo fuit interfectus; & si † interficiens alium siue me- 93
diatorem, se defendendo, homicidium negaret, non esset tor-
quendus, quia homicidium esset impunibile, vt per Alban. *in
cons 56. n. 35. & in d. cons.* habetur de quodam † homicidio in ri- 94
xa commisso ab vno ex rixantibus, credente occidere insultan-
tem, quem sequitur Bertaz. *cons. 223. n. 12,* ambo concludentes
non teneri de homicidio, & † *in d. decis.* Boerij habetur etiam, 95
quando teneantur mediatores, qui vnum ex rixantibus offen-
dunt. *Baiar.*

p *Se aliter defendere non poterat.*) Adde, quando insultatus di-
catur in discrimine vitæ constitutus, per Pet. Barbo. *inter cons.
crim diuers. Ziletti in cons. 97. in 1. vol.* Item adde, quod quando
defensionis † modus exceditur, tunc punitur solum quis de ex- 96
cessu communi, vi. per Alex. *eius cons. 11 n. sub nu. 12 lib. 7.* Adde
etiam per Dec. *in cons. 482. n. 15.* Sed aduerte, quia non tenetur de
excessu, quando aliter euadere non poterat, per Mars. *cons. 4 n.*
28 Item, quando excessus fuit factus inopinate, per eundem ibi.
n. 22. Quomodo autem probari possit, quod fecerit ad sui defen-
sionem, vide per Ang. de Aret *in §. ius autem gentium nu. 6. & 7.
Instit. de iur. natu. gent & ciuil* vbi etiam habes, quod præsumi-
tur quis in discrimine vitæ constitutus eo ipso, quod terror in-
fertur cum armis: & quid de insultato à rustico, & de robusto à
debili, vide ibi. & *sub num* 8. declarat verum esse, quod excedens
modum tenetur tantummodo de excessu, & non de toto, quan-
do excessus prædictus est punibilis. *Giach.*

q *Sed pone.*) Si oppositum Titio insultanti Gaium qui fuit in-
terfectus, vide Farin. *d. q. 125. par. 3. n. 146. &* 148. Ros.

Sed pone, ego fui.) Adde, † quod *in sing. hic alleg.* de hoc verbum 97
nullum est, nec de quæstione Ang. Imò Fel. *in c. significasti, el 2.
num. 14. de homicid* refert, quod Ang. *in d q.* tenuit, quod talis
apprehendens puniatur, quasi excesserit defensionem, ponen-
tem innocentem in periculo: sed Boer. *in decis 84. n. 4.* tenet con-
trarium, quod aliqua pœna non teneatur nisi eo dolosè, vt cly-
peo vsus fuisset, se retroponendo. *Baiard.*

r *Quod est notandum.*) Diuidentes rixas sæpe offensi rema-
nent, vi. Farin *d. q. 125. p. 3. num. 141. & seq. & 144. 154. & 155.*
quando qui plures offendunt Bonacossa *in comm. crim. verbo. of-
fensa.* Ros.

[*Et ita fuit absolutus per senatum quidam Ant. Dauerius & c.*]
Adde, † quod debeat condemnari aliqua pena per tex. *in l. scien-* 98
tiam, §. qui cum aliter. ff. ad leg. Aquil. vbi projiciens lapidem
contra

contra aggressorem, si non eum, sed prætereuntem percusserit, tenetur; & ibi Bal. dicit, quod licet sit licitum percutere aggressorem, non tamen mediatorem, vel alium: videatur Boer. *in dec. 83. in fin.* & Menoc. *de arbit. Iud. casu.* 324. vbi ipse quoq; tenet, quod pœna arbitraria sit puniendus. *Baiar.*

t *Atque adeo.*] Quid si insultatus fuga poterit se seruare, vi. Fari. *d. vol.* 5. *q.* 125. *par.* 2. *n.* 121. *vsque.* 131. & 133. Ros.

99 t *Atque adeo vera est.*] Adde † quod insultatum nedũ aufugere non tenetur, sed si percussus fuerit, & post ictum insequendo percussorem, siue vulnerantem fugientem eum occiderit, nõ debet puniri pœna mortis, sed alia pœna extraordinaria, quia est potius culposus, quam dolosus, Abb. *in c. olim, el 1. de restitu. spol.* Felyn. *in c dilecti filii, col.* 6 *de excep.* & hoc firmant scribentes maxime Io de Anan *in c. significasti, il 2. de homi.* hoc etiam firmant Ang. Aret. & ibi addent. *in tract. de malef. in verb. & dictus Titius se defendendo, in fin.* Afflict. *in constit. terminum vitæ, num.* 18. & Boer. *in decis.* 168. *num.* 8. Et de hoc vide etiam Natt. *in consil.* 412. *nu.* 21 & late per Carret. *in pract. in §. homicidium* 6. *nu.* 152. & 153.

100 Item † adde, quod etiam insultato licet vulnerare, & occidere aggressorem in terra prostratum, cũ potuerit timere, ne amicus, vel coniunctus illius veniret ad opem illi ferendum; Bertr. *cons.* 290. *n.* 13. quem sequitur Bertaz. *cons.* 1. *n.* 44. *vol.* 1.

101 Item † adde, quod clericus tenetur fugere, Felyn. *in d. c. dilecti filii, num.* 21. *de except.* sed Bologn. *in l. vt vim nu.* 92. *ff. de iust. & iure*, tenet contrarium, quod clericus aufugere non tenetur; dicens, hoc esse verum in monacho, cum videatur mortuus in mũ-
102 do; & ibi *num.* 21. tenet, quod nec † in foro conscientiæ quis aufugere tenetur. Quinimo insultatus non peccet in sequendo aggressorem, & eum percutiendo tantum, quantum ad sui honoris defensionem opus esset, nam licet illud non esset defendere personam, neque fortunas, esset tamen defendere honorem, quem licet defendere, etiam occidendo, si eo ad id opus esset, ita tradit Nau *in Manuali confess c.* 15. *n.* 4 *fol* 148. *tom.* 1. Baiar.

103 Itẽ adde, † quod quilibet tenetur fugere ab illis personis, quibus reuerentiam debet, vt per Bolog. *in d. l. vt vim, n.* 93.

u *Sed quomodo probatur.*] Adde Alc. *d tract de præsum. regula* 3. *præsumpt.* 36. *num.* 7. *cum sequentib.* & hic adde, quod volentem me percutere cum baculo, vel etiam manu vacua, si aliter euadere non possint, licitum est eum gladio ferire ad euitandam percussionem, dicit Alexan. *cons.* 14. *nu.* 10. *circa fin. lib.* 3. Cran. *cons.* 119. *nu.* 7. *sup. vers.* Adde, quod non solum, Dec. *cons.* 69. *in casu supradicto.* Drogh.

Sed quomodo.] Necessaria defensio quomodo probanda, vi. Farin. *in d. vol.* 5. & *q.* 125. *p.* 7. §. 1. *num.* 419 & *seqq.* & quomodo probetur aggressio ibi *p.* 7. §. 1. *nu.* 437. *q. eadem* & *p.* 7. §. 3. *nu.* 484. Quid si non constat quis fuerit aggressor: vide etiam Far. *d. q.* 125. *p. p. n.* 61 & *testib.* etiam consanguineis, & leuibus probatur Vulp. *cons.* 96 *nu.* 7. & 9. etiam obscura. Idem *cons.* 97. *n.* 4. Bal. *cons.* 111. *lib.* 4. Ros.

Sed quomodo probatur, quod feci ad sui defensionem &c. Adde,
104 † quod in dubio potius præsumitur factum ad defensionem, quã ad vindictam, Dec. *in cons.* 459. *num.* 4. & 469. *num.* 111. & *cons.* 479 *num.* 7. Alciat. *reg.* 3. *præsumpt.* 39. *numer.* 5. Boer. *decis.* 237. Crauet. *cons.* 31. *num.* 17. Socin. iun. *cons.* 135. *nume.* 1. & 2. Ber-
105 tazz. *cons.* 31. *num.* 9. Et † quid si duo adinuicem se insultarunt, & eodem tempore euaginarunt, & vnus occisus fuerit, an alius dicatur fecisse ad defensionem, Bartol. *in l.* 1. §. *cum arietes, ff. si quadrup. paup fecis.* dicat, & ibi *in addit.* Nunquid in dubio præsumendum sit illum fecisse ad sui defensionem, qui primo ince-
106 perit, & † an testes probent defensionem, si dicant, factum ad sui defensionem, licet aliam rationem non adducant, Dec. *d. cons.*
107 459. Et † an probent, per verbum, *credo*, Boer. *decis.* 164. *nu.* 17.
108 & in hac materia defensionis, vide Boer. *decis.* 168. & † quid in dubio, quando non apparet, quis primo euaginauerit, & quibus
109 pœnis puniatur vide Menoch. *de arbitrar. iud. cas.* 363. & † quomodo probetur defensio, vide omnino Mascar. *de probationibus conclus.* 490. & 491.

Item adde, quod ad defensionem probandam, etiam præsumptiones, & coniecturæ admittuntur, Bal. *in l* 1. *num.* 46. *C. de confess.* ibi Barb. Gramm. *cons.* 19 *nu* 10. & *consil.* 56. *num.* 21. dicit, quod probatur per coniecturas, quæ Iudicis arbitrio relinquuntur, & multo magis ex iuris præsumptione defensio deducitur, Vulpell. *in cons.* 44. *nu* 8. & quod defensio probetur per præsumptiones, & coniecturas, vide omnino Mascar. *de probat. conc.* 490. & 491. & plenissime *in concl.* 1126. *vol.* 3. & Cæph. *cons.* 140. *nume.* 3. *vol* 1.

110 Adde † etiam, quod occidens aggressorem, etiam non se defendentem, mitius punitur, Gramma. *decis.* 5. *num.* 22. & in hac materia quomodo insultatus non egrediatur modum tutelæ, & quomodo non teneatur fugere, & quo casu liceat fugientem aggressorem insequi, vulnerare, & occidere, vide Bertazz. *in cons.* 1. *per totum.*

111 Item † adde, quod insultatus censetur etiam omnia facere ad sui defensionem, Alex. *cons.* 109. *col.* 1. *vol.* 1. Dec. *cons.* 459. & 469. *num.* 8. Boer. *decis.* 164. *num.* 17. Beto *cons.* 194. *num.* 9. *vol.* 3.
& † quando non apparet, quis fuit aggressor, inspiciendã est qua- 112
litas vtriusque rixantium, Io. de Auic. *cons.* 32 *n* 6. Gram. *vol* 22. *n.* 30. & 24. *n.* 5. & *cons.* 19. *nu.* 14. Alciat. *rep* 3. *præsump.* 39. Carret. *in pract. crim* §. 6. *n.* 139. Et quibus coniecturis, & præsumptionibus quis præsumatur aggressor, Bertaz. *cons.* 1. & 30. *nu.* 3. *cum seq.* & quando ignoratur aggressor, præsumitur, quod superuiuens fuerit aggressor, si alter est mortuus, Gomes. *de delict. capit.* 3. *numero* 25.

Item † adde, qualiter sit deducenda ista defensio in Iudicio, 113
idest quomodo sint formandi articuli, & quid debeant deponere testes, vt sufficienter sit probatum, quod quis fecit ad necessariam suam defensionem, latè per Bolognet. *in l. vt vim, nume.* 35. *cum seq. ff. de iust. & iure*, & licet non fuerit probata defensio, cum reus confessus fuerit ad eius defensionem fecisse, non poterit capitaliter puniri, Panorm. *in cap. auditis de prescrip.* Tiraquel late hãc partem examinat. *in tract. de pœn. causa.* 26. *num.* 7. Baiar.

x *Non enim tenetur.* Nemo tenetur expectare, vt ab alio percutiatur. Fat. *d. parte* 1. *nu.* 74. Ros.

Non enim tenetur. Adde † videndum Gram. *in decis.* 5. Thob. 114
Non. *cons.* 109 & Bertaz. *in cons.* 413. & 414. vbi latissime, quando minæ excusent homicidium à pœna ordinaria. *Baiar.*

y *Ita affirmant communiter.*] Farin *d par.* 1. *n* 67. Ros.

z *Expectetur.*] Adde etiam, & plene per Carre. *in pract. crim.* §. *homic.* 6. *n* 9 Giach.

a *Et in eo.*] Fatin. *d. p. p. nu.* 63. Ros.

b *Scias tamen.*] Defensio tamen debet cum moderamine inculpatæ tutelæ, alias pœna extraordinaria puniretur Far. *d.* 5. *vol. sua prax. q* 125. *p.* 6. *n.* 330. & *seqq.* & *nu.* 396 & 397. vide Vulpell. *respons* 96. *n.* 6. & 125 *n.* 16. & *seq.* Ros.

Scias tamen, quod talis defensio.] Adde, † quod cum moderami- 115
ne inculpatæ tutelæ, quid factum fuisse dicitur, quando non potuit aliter quis euadere periculum personæ, famæ, seu honoris, vel rerum, Gram. *in cons* 56. *n.* 16.

Item adde, quod moderamen inculpatæ tutelæ non consideratur, quando insultatus, furore accensus, excesserit, quia primi motus non sunt in potestate nostra, ita singulariter dicit Afflict. *in const. asperitatem, in* 7. *notab.* subdit tamen, totum residere in pectore Iudicis, & idem renuit Menoch *de arbit. Iud. cas.* 277. & 279. vbi plene in hac materia scripsit, & Gram. *in cons.* 56. *nu.* 17.
& 18. dicit, † quod excedens moderamen inculpatæ tutelæ, non 116
tamen ex proposito, sed in rixa, non dicitur incurrisse aliquam pœnam.

Et † ad pœnam conuentionalem aggressus, qui se defendendo 117
modum excessit, non debet puniri. Afflict. *decis.* 206. *numer.* 3. & 4. Baiar.

c *Et causam.*] Vt etiam dicit Pract. Carret. *in* §. *homicidium.* 6. qui late etiam vnumquodque moderamen examinat, ac exemplificat. vide per eundem. *nu.* 96. *cum pluribus sequentib. vsque ad num.* 150. Giach.

d *In se defendendo.*] Adde, & vide, quando dicatur modus excessus, per Menoch. *in suo tract. de arbitr. iud. libr.* 2. *centur.* 3. *cas.* 277. *vers. dubitari, n.* 5. 6. 7. Giach.

e *Arbitrio iudicis.*] Adde per Iacob. Menoch. *d. tracta. cas.* 278. quod est verum etiam, quo ad pœnam conuentionalem, ad quã aggressus, qui se defendendo modum excessit, non debet condemnari, sed leuiter tantum arbitrio Iudicis punitur, vt per Afflict. plenè *decis.* 206. *in* 2. *dub.* Et ex duobus contendentibus, & rixantibus, quis præsumatur aggressor, ac de eorum pœna cum ignoratur quis fuerit aggressor, vi. per Menoch. *eo. tract. cas.* 365. Et *tit de confess. n.* 37. Giach.

f *Sed etiam si excessisset.* Adde † videndum Aret. *in cons.* 80. *nu.* 118
8. & ibi latè, quando iracundiæ calor, rixa, consanguinitas, amicitia, instrumentum, vitæ anteactæ conuersatio, casus, & deliberandi tempus excusent, & alleuient occisorem, tradit Tiraqu. *de pœn. temp. trand. caus.* 1. *num.* 7. rixam, metum, instantes periculi, nimium dolorem impedire consilium deliberandi; & quod homo intenso dolore permotus non est in plenitudine intellectus, & ideo supergressus excedens moderamen legitimum, non punitur tamquam dolosus, sed tamquam culposus ibi, *nu.* 6. quod ampliat, etiam si ex proposito modum excesserit *nu.* 8. etiam si prouocator aufugiat, & prouocatus fugientem insequatur, & interimat, *n* 9.

Item etsi is, qui se defendendo modum excessit, dabat operam rei illicitæ *n.* 11. Nec non, etsi, qui occisus est, non dederit causam iræ, quæ occisorem ad maleficium impulerit, ibi, *nu* 10. *cum seq.* quod affinitas, amicitia, & simil. a excusent delinquentem, latissime Tiraqu. vbi *in causa* 22 vicinitas *causa* 23. tutando salutem hominis excusari debet *causa* 24 quemadmodum, & id operatur numerus liberorum *causa* 16 Baiar.

g *Hinc est quod.*] Farin *sup. n.* 349. & *trib. seq* & *n.* 354. & 357. & 359 Ros.

Hinc est, quod si aliquis insultet me cum baculo, &c.] Adde † vi-
119 dendum Boer. *in decis.* 169. vbi tenet, quod iniuriatus verbis, si gladio occiderit, mitius sit puniendus, sed vide Gram. *decis.* 98. vbi quidam fuit iniuriatus verbis, & baculo percussus in capite, & spatulis à quadam muliere, qui impatiens doloris eam interemit, nihilominus per duas sententias fuit condemnatus ad remigandum, *& in cons.* 63. *nu.* 31. dicit, quod † vulnerare non pos-
120 sum eum gladio insultantem me cum baculo, si poteram me aliter defendere, prout in dubio præsumêdum est me aliter defen-
121 dere posse, vide etiam Capic. *decis.* 58. vbi † dicit quod mentitus, mitius sit puniendus, quod intelligendum est, si mentita non fuerit iusta, idest si non fuerit data ad repulsandam iniuriam, vide etiam Gramma. *decis.* 23. vbi tenet, quod licet iniuriato se vendicare propria auctoritate, licet modum excedat, quando iniuria est talis, quod adeundo iudicem, res poneretur in derisum, & iniuriatus reputatur vilis, quo casu est in facultate iudicis illum nô condemnare ad mortem, si fuerit homicida, & † an ex interual-
122 lo, vel statim facta fuerit defensio, committitur arbitrio iudicis, Boer. *decis.* 168 *nu.* 6. & dicit Menoch. *in cons.* 107. *nu.* 40. *vol.* 2. quod propulsatio iniuriæ dicitur facta incôtinenti, si die sequenti facta fuerit.

123 Item † adde, quod percussus cum pugno potest occidere cum gladio, si euadere non potest ab iniuria personali, vt ab altero pugno, pro quo euitando, & pro qualibet iniuria personali licet occidere, secundum Gramma *in cons.* 29. *per totum*, quem sequitur Mazzol. *cons.* 11. Sed vide omnino Grau. *in consil.* 119. *num.* 7.

Item adde de percusso cum pignatta, quod non teneatur, si occidit se defendendo, Alex. *cons.* 76. *vol.* 1.

Item adde per Bal. *in l.* 1. *C. vnde vi, colu.* 6. de eo, qui volebat dare alicui maxillatam, qui gladio se defendit si aliter non posset euadere maxillatam, quod non punietur de homicidio. *Drogh.*

h *Sic etiam.* Farin. sup. *n.* 338. *& seq* Ros.

i *Sed debet mitius.*] Far. *d. n.* 396. Ros.

124 k *Sed hic occurrit alia quæstio.*] Adde, † hoc procedere, etiam quod homicidium compulsus tortura confessus fuisset. Bertaz. *cons.* 128 *nu.* 3. dummodo cum dicta qualitate fuerit confessus; Bertaz. *cons.* 27 *nu.* 3.

125 Item † adde, quod huiusmodi declaratio, s. quod occiderit ad defensionem, potest fieri per procuratorem in defensionibus, & facta dicta declaratione non potest deueniri ad torturam contra reum, vt per Bero. *cons* 194. *vol.* 1.

126 Item † adde, si è contra aliquis confessus fuerit occidisse hominem, postea reuocat confessionem, quia dicit hominem viuere, postea conuincitur de mendacio, auditur, si vult dicere, quod ab alio, non à se fuit interfectus. Bal. *in l.* 1. *nu.* 16. *vers.* 5. *punitur, C. de ser fug* Baiar.

l *Negauerit.*] Quid si confessus. An poterit etiam ex interuallo interpretari se illud fecisse ad suam defensionem: quod sic, vide per Nat. *suo cons.* 412. *nu.* 18, 19. *&* 20. Et hæc addo illis, quæ superius adnotaui. Similiter homicidium, quando ad defensam, & quando ad vindictam factum dicatur, & qualiter puniri debeat, quando ad sui defensionem, vi. per Cæpoll. *cons. crimin.* 28. 29. Giach.

127 m *Potest etiam homicida se excusare.*] Adde, † quod nedum excusatur occidês insidiatorem, sed etiam interficiês ex interuallo ex causa metus, quem iuste habuerat ab illo, quam minatus erat ei mortem & erat solitus exequi, excusatur à pœna mortis, & côdemnatur ad perpetuos triremes, Gram. *decis.* 5. *per totum.*

Item excusatur, qui mandato alicuius, qui minatus ei fuerat mortem, si non occideret, occidit, & an puniatur aliqua pœna, vel in totum liberetur, tradit Tiraq. *de pœn. caus.* 36. & Clar. inf. q. 60. *vers. quæro modo nunquid.* Baiar.

128 n *Alia etiam est defensio.*] Adde † Tiraq. *de pœn. caus.* 63. *nu.* 1. *&* 2. quod pluribus modis incertitudo consideratur; nam interdum est respectu delictum passi, interdum respectu delinquentium, interdum mixtim ex vtroque & interdum est error, vt per Alber. & Ros. *in l item Mela, n.* 6. *ad l. Aquil* Baiar.

o *Ex incertitudine.*] Incertitudo an exeutet delinquentes Far. *vol.* 5. *suæ prax. q.* 96. vbi late de hac materia, & præcipue, *n.* 14. *& seqq & n.* 21. 64. Ros.

p *Plures interuenerunt.*] Adde, atque fusius ac dilucide explicatum, vi. quæ pœna sit contra plures vulnerantes tam in rixa, quam sedato animo, si vel ex vno, vel ex pluribus vulneribus sequuta sit mors, per Iacob. Menoch. *de arbitr. iud. lib.* 2. *centur.* 4. *cas.* 392. Item, & per Carer. *in pract.* §. *homic.* 1. *sub num.* 75. quem vide, quoniam tres dat limitationes, & *num.* 77. ponit casum de pluribus existentibus in domo, aut coquina, & vnus lapidem proijciat, & occidat prætereuntem, & nescitur quis lapidem projecit, quod non omnes teneantur de occiso, sed alia pœna minori: Item de nostra principali q. vi. per eundem § *homicidium* 6. *sub n.* 34. vbi etiam illas tres limitationes repetit. *Giach.*

q *A pluribus.*] Vltra hic dicta, adde quod quando quis est à pluribus percussus, sed nescitur ex cuius vulnere decesserit, nullus ad mortem est damnandus teste Alex. *cons.* 15. *col.* 2. *in fin. lib.* 2. & hoc propter incertitudinem, pro quo vide, quæ scribit Anch. *cons.* 216. & Dyn. *in c. in pœnis, & in c. in obscuris, de reg. iur. in.* 6. & Cagnol. *in l fauorabiliores, & l. semper in obscuris, ff. de reg. iur.* Guiot.

r *Idemq;*] Farin. sup *nu.* 72. Ros.

f *Tu igitur.*] Farin. sup. *num.* 71. Ros.

Tu igitur.] Huic distinctioni adde Blancum *in repet. l fin n.* 53. *de q* Dyn. *in reg. ratihabitionem, num.* 13 *de reg. iur. in* 6. Boer. in Addit. ad Dyn. *in reg. in obscuris sub nu.* 19. *in littera B, eod. tit.* latè per Menoch. *sæpius citato Tract de arb. iud. lib.* 1. *q.* 8. *nu.* 141. & quomodo in tali casu procedat inquisitio infra *quæst.* 90. *vers. aduerte etiam.* Menoch. *d. Tract lib.* 2. *centur.* 4. *cas.* 349. *sub nu* 9. *& cas.* 352. *num.* 18. Dum autem dicit hic, quod apparere debeat omnes fore homicidij conscios; hoc idem habetur per Menoch. *Tract. de arbit. iud. lib.* 2. *cent.* 4. *cas.* 349. *nu* 15. *& cas.* 349. *num.* 6. Immo in dubio præsumitur potius casus in præsenti, quam destinata voluntas, vt ibidem, & quod omnes sint torquendi super qualitate facti, stante incertitudine, idem Menoch. vbi supr. *cas.* 362. *cent.* 4. *sub nu.* 20. & posito, quod omnes & multi numero apparerent conscij, non tamen fortè omnes essent morte puniendi, ne sequatur strages multorum, vt per Felyn. *in cap.* 1 *coll. mihi* 5. 7. *limitatione de officio deleg. inf. q.* 60. *versic. Allegatur etiam ad glo. in fin. in rixa, ff. ad l Cornel de sicar.* respond vt per Alex. *consil.* 14. *sub nu.* 7. *vol.* 3. supradictis adde, in nouissimis constitutionibus Mediolani, appellantur ordines excellentissimi Senatus *sub titu. Quomodo facienda sint condemnationes in casu incertitudinis.* Drogh.

Tu igitur pro veriori.] Adde videndum Bertaz. *in cons.* 335. vbi hanc distinctionem de incertitudine delinquentium declarat, & alios ponit casus, per D. Clar. non tactos; vide etiam Menoch. *de arbit. iud. cas.* 362. vbi † late de pœna, quæ sit contra plures vul- 129
nerantes, tam in rixa, quam sedato animo, vel si ex vno, vel ex pluribus vulneribus secuta est mors, vide etiam Thesaur *in deci. Pedem.* 31.

Item adde, † quod si tractatus est, non ad homicidium, sed ad 130
aliud illicitum. vt si plures homines armati essent coadunati ad inuadendum possessionem per vim, & secutum sit homicidium, tunc omnes non tenentur de homicidio, sed quilibet de eo, quod fecit, ita Iul. Scarlat. *in cons.* 312. *n.* 26. *cum seq. inter cons. crim. diuers. vol.* 1. quem sequitur Burs. *cons.* 316. *n.* 32. Sed contrarium tenuerunt addentes ad Bertaz. *in cons.* 299. *in litter. A. vers sed casus est à Claro*, vt s. omnes teneantur, quæ opinio mihi non placet; tamen ipsi addentes se declarauerunt *in cons.* 326. *in princ.* & de hac q. vide etiam Boss. *in tit. de homic. n.* 25. *&* 74. Baiar.

s *Commissum ex improuiso.*] Et tunc in dubio non esset præsumendum ex proposito aduenisse ad vulnerandum, & occidendum, nisi specialiter, & clare probasset, vt per Carer. *in pract crim.* §. *homicid.* 1. *n.* 70. §. 4. *n.* 55. Giach.

t *Bene verum est.*] Auctor rixæ intellige, quando rixæ præter tractatus Dec. *cons* 40. Farin. *in q.* 125 *p.* 1. *in fine*, & vi. de auctore rapinæ Alex. *cons* 103. *n.* 2. *lib.* 1. vel rixa Far *q.* 125. *p.* 40. *num.* 65. Cartar. *de execut. sent c. fin. n.* 259. *&* 149. Ros.

Bene verum est, quod hoc casu si appareat, quis fuerit &c. auctor &c.] Adde, † quod hoc casu incertitudinis Iudex poterit omnes 131
subijcere tormentis ad habendam veritatem, Marsi. *in l.* 1. §. *diuus, n.* 52. *ff. ad l. Corn. de sicar.* Plac. *d. c* 12. *n.* 12. Menoch. *de arbit. iud. cas.* 363. *n.* 20. & late per Chart. *de exec. sent. c. fin. nu.* 245. *cum seq.* & inchoandum † erit ab illo, qui similia commisit, Marsi. *in* 132
l. 1. *n.* 21. *ff de q.* Decian. *cons.* 75 *nu.* 8. *vol.* 3. Rol. *cons.* 63. *nu.* 9. *vol.* 2. & licet Foller. *in cons.* 137 *nu.* 9. *inter crim. diuers. volu.* 1. quem sequitur Bursat. *cons* 116. *num.* 11. tenuerit non posse deueniri ad torturam, nisi contra eos, qui sint malæ conditionis, & famæ; tamen addentes ad Bertaz. *in cons.* 335. eos optime impugnando côcludunt, quod indistinctè omnes, qui interuenerunt rixæ, torqueri possunt pro inuenienda veritate; sed inchoandum esse ab illis, qui sint malæ famæ si inter rixantes adsint; & ita practicari vidi, vide infra *q.* 47. *n.* 36. Baiar.

u *Auctor, siue inceptor rixæ.*) Adde, quia dicitur præbere causam propinquam homicidio; vt per Carer. *in pract.* §. *homic. num.* 11. vbi etiam idem in eo, qui est caput seditionis, si ob talem côcitationem tumultus in populo sequatur homicidium, vt fuit in Barabba: hoc tamen intellige, quando principaliter animo concitandi tumultum, & seditionem faciendi, secus si in consequêtiam, & incidenter. *Giach.*

x *Sed hic incidenter.*) Homicidium in rixa quomodo soleat puniri Farin. *q.* 99. *num.* 67. Quomodo sit formanda Inquisitio, quando non apparet, quis vulnus intulerit Far. *q.* 96. *n.* 61. *vol.* 1. & Far. *q.* 126 *p par. n.* 48. *vol.* 5. *& n.* 49. Ros.

y *Si vero compareant.*) Adde, † quod rixa est ductum, 133
aut plurium vi contentio. *l fi. ff. de vi bon. rapt.* & not. *in l fin ff. ad l. Corne. de sicar.* quæ ex improuiso procedit *l.* 1. §. *diuus ff. eodem, & l.* 3. *ff de vi priua.*

Item † adde, quod autor rixæ dicitur ille, qui dixit, aut fecit, 134
aut facere tentauit aliquid illicitum; ex quo verisimiliter sequi posset

posset delictũ subsecutum, Batt. *in l. diuus, ff. ad l. Cornel de sica.*
& delictum incipit, qui delinquentem ad iram prouocat, Bal.
cons.143. super q nu 1. vol.2. & Angus. *cons. 27 n 10 & in cons. 23.*
135 discutit, † an auctor rixæ puniatur de homicidio, de quo alias nõ
puniretur ob incertitudinem occisoris: & ibi declarat *d. l.* quem
multa.
Item † adde, si de interfectore appareret, quod auctor rixę, cu-
136 ius causa fuit commissum homicidium, præter tamen volun-
tatem suam, sed tantummodo occasionem præbuit, debet pu-
niri pœna extraordinaria arbitrio Iudicis, *decis Pedemon.* 104 *per
totum.*
137 Item † adde, quod licet apud Senatum Mediolani raro homi-
cidium in rixa commissum pœna mortis puniatur; tamen de iu-
re occidens in rixa hominem non minus punitur, quam si id de-
liberate faceret, Boss. *in tit. de inquisit. num.*116. & Aret. *con.* 80.
*colu.*2.
Item † adde, si duo rixassent, an interfectus præsumatur ag-
138 gressor, & quid quando nullus est mortuus, Alciat. *in tractat. de
præsumpt. reg. 3. præsumpt.* 39 Deci. *cons.* 459. & Boer. *decis.* 237.
& ibi quomodo sint puniendi rixantes, quando ambo sunt vul-
nerati, & nescitur, quis fuit aggressor, sed vide omnino Craue.
139 *in cons. 51. colum.* 5. qui miratur de Decio, & Boerio; quia in †
dubio præsumendum est contra occidentem, quod dolo fece-
140 rit. *c.1. de præsumpt. & leg 1. C. de sicar.* & † de multis præsumptio-
nibus, & coniecturis, quibus præsumi potest, quis fuerit aggres-
sor, vide Cæpoll. *in cons.* 29. & 42. Gramm. *voto* 22. & *cons.* 62.
Menoch. *de arbit. iud. cas.* 363. & *in tracta. de præsumpt.* 39. *lib.* 5.
Vulpell. *in consil.* 118. & Hercul. *in tractat. de caut. de non offend.
in cap.*39. vbi late, quando ignoratur quis primo cautionem fre-
gerit.
Item † adde, quod quando non apparet, quis fuerit auctor ri-
141 xæ, & vulnerans dicat, se vulnerasse ad sui defensionem, nemo
tenetur ad pœnam conuentionalem de non offendendo, vt per
Hercul. *in tract de non offend. c.* 30 *per totum*, & tam quoad pœ-
nam applicandam parti, quam fisco, vt ibi per eum, *nu.* 10. Marsi.
*in rub. n.*406. *C. de probat.* Plac. *epit. delict. c.12 lib.* 1. *n.*16. & Ma-
scar. *de probat. concl.*72. *in fine*, † sed contrarium tenuit Vulpell *in*
142 *cons.* 50. & *in q.*106. quæ est vltima in tracta. de promiss. de non
offend. scilicet, quod ambo teneantur ad pœnam conuentiona-
lem, quo ad fiscum tantum, idem tenuerunt Moron. *tracta. de fid.
treg. & pace q.* 168. *nu.* 1. & Bertazz. *in cons.* 48. *n.*8. *vol.* 1. dicens,
quod in Auditorio Vrbinen. ita obtinuit, & quod pluries ipse ita
iudicauit. Ego autem arbitror (sit pace dictorum) illas sententias
non posse subsistere, saltem ex parte eius, qui insultatus fuerat,
quia non est iustitia, si propter peccatorem innocens puniatur,
vt dicit Boer. *ind. decis.* 217. *circa fin.* Nec dictæ sententiæ sustine-
ri possent ex eo, quod si de aggressore non appareat, vterque de
delicto puniatur, quia illud est propter malum exemplum, & ob
vtilitatem publicam, ne delicta remaneant impunita, Boer *d. de-
cis* 37. *nu.* 4. & solum puniunt pœna pecuniaria arbitrio iudicis,
qui potius excessum, quam dolum considerabit, ita Menoch. *de
arbit. iud. d. casu* 363 *nu.*19 sed pœna conuentionalis respicit cõ-
modum bursale fisci, quod est contra bonum publicum, & esset
iniquum, quod insultatus duplici pœna grauaretur, s. pœna deli-
cti per eum non commissi, & pœna conuentionali, cum afflictio
non sit addenda afflicto. Accedit etiam, quia illud, quod ad fisci
commodum statutum est, à fortiori debet esse statutũ ad bene-
ficium, & commodum priuatorum iuxta legem vnicam, §. *pen. C.
de caduc. tollen.* & Menoc. *de arb. iud. q* 98 *n.* 4. & dicit Luc. de Pẽ.
in l 1. *ver. ad idem est, C. de desert. li.* 12 quod licet Reipublicę vin-
dicta criminum debeatur, principalius debetur priuato, facit etiã
regula, quod non competit actio criminalis fisco, vbi non oritur
parti actio ciuilis, vt inf. *in q.* 50 *in fi.* Et ideo concludo primam
opinionem esse sequendam, tanquam veram, & verissimam, & a-
liam fugiendam, & faciunt ea quæ inf. posui. *ad q.*12. *in versi. &
hæc quidem conclusio*, ibi vnũ tamen nota in verbo itẽ adde, quod
si statutum Idem tenuerunt etiam Moron. *in tracta. de fide treug.
& pace q.*168. *n.* 1. Bertaz. *cons.* 48. *num.*8. *vol.*1. Mars *in rub. C. de
prob n* 406. Carrer. *in pract. cri. §. Homicidium* 6. *n* 345. Plac. *in e-
pit. delict lib.*1. *c.*12. *nu.* 6. & addentes ad Bertaz. *in cons.* 299. *litte-
ra A.* Baiar.
z *Aut vero sunt certi.*] Adde † quomodo sint puniendi, quan-
143 do tot insunt vulnera, quot sunt ij, qui homicidio interuenerũt,
quo casu articulus est magis dubius, vt per Boss. *in tit. de homicid.
n.*27. & vide etiam Menoch. *de arbit. casu* 362. & Gomes. *de delic.
c.*3. *n* 56. vbi late. *Baiar.*
a *Et hoc casu omnes.*] Adde inf. *q.* 84. *vers. vlterius quæro*, vide
Fely. latius referentem *in c. capitulum col. pen de rescript.* Drog.
b *Quandoquè etiam.*] Alia excusatio vulneratum ex vulnere nõ
decessisse, Farin. *d. vol* 5. *q.* 127. *nu.*87. *sua praxis par.* 3. & *n* 88. &
per totum. Quem vide, vt habeat magis perfectè hanc distinctio-
nem, & Menoch. *casu* 275. Ros.
c *Sed ex alia causa decesserit.*] Et quam pluribus autem caussis
in pract. vi. per Lud. Carrer. *in pract. crim. §. homicid.* 6. *sub nu.* 322.
Giach.

d *Primus casus.*] Farin. *d. q.*127. *p.*1. *num.*18. Bal. *cons.* 136. *libr.*
2. Ros.
Primus casus.] Adde, † quod vulnus dicitur mortale, quando 144
secundum regulas medicinæ vulneratus, aut nullo modo sanari
potest, aut cum maxima difficultate: sicut ille, qui de leui potest
curari non dicitur mortifere vulneratus, Bal. *in cap.* 1. *numero* 3.
*quibus mod feud. amitt. & in l.*1 §. *fin ff ad Syllan* vbi dicit, quod
vulnus dicitur mortale, quando à principio videbatur mortale,
& Ioan. de Platea *in leg. semel, C. de re milit. libro* 12. Grammat. *in
cons.*2. *num.*4. Bertaz. *in cons.*85. *num.*18. & vulnera in quibus † 145
corporis partibus sint lethalia, vide Boer. *in decis* 123. *numer.* 3.
& de istis tribus casibus vide Rimin. iun. *in consil.* 121. *per to-
tum*, & quomodo probetur vulnus esse mortale, vel non, &
quem esse mortuum ex vulnere, vel ex alia causa, Bal. *in consil.*
328. *vol.*2.
Item adde, † si vulneratus fecerit se mederi incantationibus, 146
& medicis imperitis, vulnerans non tenetur de homicidio, vt per
Socin. *in cons.* 178. *col fin.* hic allegato, quod tamen consilium *in
d. col. fin.* intelligitur per Iac Nouell. *in tract. ad defen n.* 121. pro-
cedere, quando medici dederint politiam, siue schedulam vul-
nerum sine periculo mortis, & in loco non periculoso: neq; cum
periculoso instrumento.
Itẽ adde, † quod vulnerans mortaliter non potest statim pu- 147
niri de homicidio, licet certum sit, vulneratum euadere non
posse, etiam si extaret statutum, quod occidens occidatur: quia,
donec anima est in corpore, quis non dicitur mortuus, Bal. *in
cap.*1 §. *iniuria, col. pen. de pace iuram firman.* Mars. *in practi crim.*
§. & *quia*, *num.*2. *cum seq.* & Franc. Marc. *in decis.* 779. *nu.* 1. *par.*
2. Sed debet expectari, quod mors superueniat, & tunc potest
puniri de occiso, vt hic dicitur, & si Iudex aliter faceret, tenere-
tur de homicidio, vt contigit de facto in D. Odone Potestate
Florentiæ, qui fecit decapitare vulnerantem ante mortem vul-
nerati; & in syndicatu fuisset punitus de occiso, si Dux non ve-
nisset Florentiam, qui eum liberauit, ita inquit Bal. *in l. huic scri-
ptura*, §. *si seruus, ff ad leg. aquil. & in l. damni. § Sabini ff. de dam.
infec.* quem refert Boer. *in decis.* 323. *numer.*6. & Gramm. *in cons.*
49. *num.*14.
Item adde, † si vulnerans fuisset inquisitus de homicidio, de- 148
bet condemnari, tanquam occiderit, licet vulneratus fuerit mor-
tuus post finitam inquisitionem. & quod ea pendente, mors su-
peruenerit, Bal. *in l si in rem, in fin. ff. de pign actio.* Grammat. *d.
consi.*49 *num.*14. & *cons.*161. *num.* 13. tenet, quod † è conuerso, 149
si fuerit inquisitus de vulnere, debet puniri de morte, si mors se-
quatur; quia in criminalibus Iudex non habet considerare mo-
dum concludendi in libello, sed qualiter lex concludat secundũ
qualitatem delicti, & similiter poterit cõdemnari de morte, non
obstante, quod sententia lata esset de vulnere, Bar. *in l Senatus, de
accus.* & Boer. *in d. decis* 123. *n.* 4. *circa fin* Baiar.
e *Tenetur de occiso.*] Ad idem adde nouissime per præceptorem
meum Dom. Hippol Rim *eius cons.* 21. *per totum*; quoniam i-
stos tres casus ponit pro vita vulnerantis à pœna mortis defẽsa,
licet vulneratus decesserit, eos examinando, & coniecturas, atq;
rationes perscrutando. *Giach.*
f *Contrarium tamen*] Farin. *d q.*127 *p. p. n.*12. Ros.
Contrarium tamen.] Vi. etiam per Carer. *in pract. crim. § homi-
cidii* 1. *sub nu.*68. 69. & 70. qui *nu.* 71. limitat quoad irregulari-
tatem incurrendam, nam omnes efficiuntur irregulares, & idem
*pap.*469. *col.*2 Giach.
g *Secundus est casus.*] Farin. *d p par. n.*11. & 16. Ros.
Secundus est casus.] Adde † videndum Boer. *in decis.* 323. *nu.* 8. 150
& vulnerans non tenetur de occiso si modo vulneratus decesse-
rit ex alia infirmitate, non trahente originem à prima; sed peni-
tus diuersa, & quod sit habilis ad inducendam mortem, Ioan. de
Anan. *in cap. ad audientiam*, *num.* 2. *de homicid.* & vulneratus 151
non lethaliter, si infra modicum tempus moriatur, an præsuma-
tur ex vulnere mortuus; & an vulneratus teneatur de vulnere
tantum, vel de occiso, Cuma. *cons.* 135. † & quando præsumatur 152
habuisse animum occidendi, vide Menoch. *de præsumpt. libro* 5.
*præsump.*40.
Item adde, † quod vulnus non est mortale, quando à die vul- 153
neris vsq; ad vigesimum primum diem nulla superuenerit febris,
nullumque accidens vulnerato. Soci. *cons.* 187. *col. pen. vol.* 7. Ca-
lefat. *cons.*104 *inter cons. crim. vol.*1.
Item adde, † si medici facerent relationem, quod vulnus erat 154
mortale, & Iudex eum condemnasset de occiso, qui condemna-
tus diceret medicos falsum deposuisse, & peteret, corpus inter-
fecti existens in sepultura reuidere per medicos peritiores, & ita
factum fuisset, & medici retulissent, illud vulnus non fuisse
mortale, illa sententia deberet retractari, etiam quod con-
demnatus non appellasset, secundum Afflict. *in constit. Termi-
num vitæ*, *numer.* 41. vbi late hanc quæstionem examinauit
Baiar.
h *Tertius est casus*] Pract. Conradi, *tit. de vulnerantibus, n.* 17.
*fol.*416 & *n.*20. *fol.* 418. *de febre* 4. & Farin. *d p. prima*, *num.* 20. &
seq. & *num.*24. Ros.

Ant. Gomes. *super l.76. Tauri. post num.* 15. Et dicit Fabius *in pract. arb. fol.* 535. *num.* 39. quod ita per omnes magis communiter tenetur. Videntur enim talia statuta introducta pro quiete communi, vt dicit Bartol. *in l.1.num.1. C. quando liceat vnicuique sine iud. vind.* * Adde, quod huiusmodi statutum valet non modo si simpliciter disponat licere bannitum offendere, sed etiamsi illum offendenti, aut occidenti præmium constituat. Et est communis opin. vt dicit Alexand. *in d.l.si plagij*, prout illum refert Decian. *in d.cons.* 27. *numer.* 3. *in fin.* Decian. *in c. quæ in ecclesiarum, num.*14. *de constit.* quem refert Viuius *in loco praallegato.* Non enim est inconueniens, vt ad ea, quæ licite permittuntur, homines etiam propositis pecuniis alliciantur. Hæc tamen omnia intelligenda sunt, vt procedant, modo tales banniti, qui à statuto permittuntur impune occidi, ex aliquo graui delicto banniti fuerint, propter quod iusta causa dici possit, vt ad eos interficiendos alij inuitentur. Sed si ex leui causa banniti essent; eo casu non valeret statutum permittens eos impune offendi. Et ideo statutum disponens quod banniti pro debito pecuniario possent impune offendi, non valeret: Et est communis opinio, vt ait Decian. *in d. cap. quæ in ecclesiarum, post numerum* 14. *versic. Excipiuntur plures:* vbi tamen refert Nellum tenentem contrarium *in tractat. de bannitis, in* 2. *parte secundi temporis, quæst.*7. vbi etiam dicit, quod ita communiter tenetur, & seruatur: quem tamen referre videtur Cæpolla, *consil. ciuili* 48. *num.* 5. *in fin.* quod est duplicatum inter eiusdem consilia criminalia, *consil.* 5. Menchiaca *controuers. vsu frequentium. cap.* 8. *numer.* 9. Sed caueant banniti, ne confidant super illa communi opin. per Decia. relata: quia stante statuto illi, qui eos occiderent, proculdubio impuniti euaderent: *f* inhumanum enim esset, vt sub fide publica deciperentur.

54 Sed nunquid stante hoc statuto licitum erit tales bannitos offendere, & occidere, etiam in foro conscientiæ? Respond. Variæ quidem in hoc sunt Doctorum opin. nam Ioan. Andr. *in rubr. de constitut.* tenuit, quod non: alij vero tenuerunt, quod sic. Et hanc opin. esse magis communem sentire videtur Alexand. *in d. l. si plagij, nu.*1. quem refert Gomes. *super Institut. de actio. in princip. post nu.*54. vbi has opin. concordat, & vt ipse dicit, etiam ex mente Doctorum, quod scilicet aut iste, qui bannitum interficit, id facit zelo republic. & tunc excusatur etiam in foro conscientiæ: aut vero id facit ob priuatam vindictam, vel animo effundendi sanguinem humanum, & eo casu in foro poli non excusatur: non tamen explicat, an in dubio, si non appareat, quo animo id fecerit, dicatur mortaliter peccare. Menchiaca autem *de test. in* 1. *par.* §.7. *post num.* 22. *vers. vnde data*, dicit receptiorem opin. esse, quod etiam in dubio occidens bannitum, vel adulterum, lege permittente, peccet mortaliter: idemque attestatur *controuers. Illustr. cap.*49. *num.* 4. 4. Ego vero excusarem à peccato mortali eum, qui bannitum lege, vel statuto permittente, interficeret, ne dicamus apud Christianos permitti leges nutritiuas peccati mortalis, vt dixi supra *vers. sed hac quidem.* Ceterum in foro contentioso proculdubio excusatur etiam ille, qui bannitum causa vindictæ interficit. Et ita obseruari attestatur Boss. *in titul. Banniti quid amittant, numer. primo in fine.*

55 Est *h* tamen diligenter aduertendum quomodo concepta sint verba statuti. Nam si absolute disponant, quod bannitus possit impune occidi, non est dubitandum, quin illum interficiens sit à pœna homicidij excusandus. Sed *i* quid si statutum simpliciter dicat, quod possit impune offendi, nunquid hoc casu poterit etiam impune occidi? Respond. quod sic: & est communis opin. vt dicat Iason *in l. suis, num.*26 *ff. de liber. & posthum.* Alciat. *de verb. sign. lib.*2. *fol.*44. *vers. praterea agitur.* Et dicit Alber. *in* 4. *parte statutorum, quæst.*18. *in fin.* quod ita obseruat consuetudo. Dicit etiam Gand. *de malef. in titul. de multis, quæst.* 38. *in fin.* quod cum consuetudo generaliter ita interpretari videatur, & talis sit omnium opin. quod possit occidi, non est ab hac opin. recedendum.

Sed *k* an stante huiusmodi statuto, si mulier sit bannita, poterit quis eam impune adulterare? Respond. Nellus *de bannitis in* 2. *parte secundi temporis, quæst.* 36. tenuit, quod sic. Contrarium tenuit Bald. *in l. fin. post numer.*4. *C. si contra ius, vel vtil. publ.* cuius opin. communiter approbatur, vt attestatur Decian. *in d.c. quæ in ecclesiarum, num.*16. quem refert Gigas *de pensio. quæst.* 18. *numer.* 2. & D. Anton. de Padilla *in l. transigere, num.* 73. *C. de transact.* Et hoc mihi magis placet: cum enim statutum conditum fuerit pro quiete publica, vt supra dixi, certe adulterium commissum cum muliere bannita, nihil pertinet ad quietem publicam. Et ideo cum sit commissum extra mentem statuti, non est impunitum derelinquendum. 56

Stante hoc statuto, censetur bannito in dictum bellum à banniente, & ipse factus hostis ciuitatis à ciuitate, à qua est bannitus. Et hæc est communis opin. vt dicit Corn. *cons.* 104. *col.*1. *vers. his tamen, lib.*1. vbi etiam subdit quod ita obseruatur in practica. 57

Item secundum aliquos virtute huius statuti bannitus æquiparatur deportato, de quo dixi infra *hoc eod. lib.* §. *fi. q.*71. *vers. dixi autem.* 58

Sed hic quæro, nunquid, stante hoc statuto, possit filius *l* occidere patrem bannitum. Respond. Bart. *in l. si adulterium cum incest.* §. *liberto, ff. de adult.* tenuit, quod sic: & est commun. opin. vt ait Mars. *in l.* 1. §. *praterea, num.*33. *ff. de quæst.* Gomes. *in* §. *rursus, num.* 22. *Instit. de act.* Berous *in d.c. quæ in ecclesiarum, num.*114 quem refert Viuius *in loco praalleg. in* 2. *ampliat.* & ita determinatum fuisse per collegium Perusij refert Angel. *de malef. in verb. & ex interuallo, num.* 17. Ex quo enim pater, virtute dicti statuti censetur effectus hostis patriæ, vt dixi supra *vers. stante hoc statuto*, merito etiam videtur licere filio eum interficere, iuxta text. *in l. minime, ff. de reli. & sump. fun.* Mihi quidem hæc opin. nunquam placuit, sed semper visa est crudelitatis, & impietatis plena, licet enim pater sit bannitus, non tamen desinit esse pater, neque iura naturalia amittit: propterea ego tali filio patrem occidenti, censerem caput amputandum: *n* neque aliquid me mouet, quod virtute talis statuti, pater bannitus censeatur effectus hostis patriæ: id enim est propter fictionem, quæ in re tam enormi non debet veritatem patriæ potestatis adumbrare. Posset forte tolerari communis opin. vbi talis pater bannitus esset vere hostis patriæ, id est actualiter arma contra patriam inferret, nam eo casu filius, qui in eo actu patrem occidisset, esset excusandus. Et ita loqui videtur Claud. qui ita communiter concludi attestatur *in l.1.* §. *ius gentium, num.* 13. *ff. de iust. & iure.* *o* Sic etiam videmus, quod stante hoc statuto, non potest vasallus impune offendere dominum suum. Et dicit Alber. *in* 4. *part. statutorum, quæst.* 27. quod ita tenent communiter Doctores, quem refert Cæpoll. *cons. crimin.* 5. *vers. Septimo pro hoc*, & tamen nemo sani capitis negabit, maiorem reuerentiam debere filium patri, quam vasallum domino suo. 59

Quæro, *p* aliquis fecit pacem cum inimico suo, & promisit eum non offendere sub pœna: nunquid si talis inimicus fuerit post pacem bannitus, poterit ab eo, qui pacem fecit, virtute huius statuti impunè offendi. Respon. 60

Respond. quod sic: & est communis opin. vt dicit Alexand. *in l. qui seruum*: quam legit *cum l. qui insulam, post numer. 2. vers. in tex. ibi interest. ff. de verb. oblig.* quem refert Ias. *ibi, numer.* 5. & Nouel. *in pract. crim* 197. *numer.* 54. Ripa *l. fin. numer.* 86. *C. de reuoc. dona.* quem refert Viuius *in loco praallegat. fol.* 205. *in* 1. *ampl.* Plus dicit Nell. *de ban. in* 3. *par.* 2. *temp. quaest.* 52. quod siue tempore pacis esset bannitus, siue post, semper potest impune offendi, & quod ita seruatur: quæ opinio mihi quoque placet in eo, qui nondum esset bannitus, dummodo tale bannum secutum fuerit ex alia causa, quam ex ea, propter quam fuit contracta pax inter ipsos. Sed si esset bannitus tempore initæ pacis, vel bannum postea secutum esset ex eadem causa, pro qua fuerat contracta pax, non putarem illum esse excusandum.

61 Sed *q* an licebit virtute huius statuti bannitum proditorie *r* interficere? Respond. quod sic: ita tenet Dec. *in c. quæ in ecclesiarum num.* 14. *in fin. de constit.* Et ita seruari attestatur Boss. *in tit. banniti quid amittant. numer.* 1. vbi etiam dicit, quod licet eos occidi facere per pecuniam, & sic per assassinium, subdens, quod ita seruatur. *s* Contrariam tamen sententiam, scilicet quod imo non liceat bannitum proditorie interficere, *t* multi tenuerunt. Et dicit Mantua. *cons.* 200. *lib.* 2. *num* 29. quod illa opin. Dec. communiter reprobatur: quod est magnum verbum, si est verum. Dicit etiam Ang *in l fin. C. de delator. lib.* 10. relatus per Alexand *in Apost ad Bart. in ea. l. fin.* quod in facti contingentia fuit Perusij quidam vltimo supplicio affectus, qui socium suum bannitum proditorie interfecerat. Et illum refert Igne. *in l.* 3. *§ si ex stipulatu, num.* 54 *ff ad Sylla.* vbi etiam *num.* 48. narrat, quod dum ipse esset Senator Mediolani, contigit, quod quidam, qui dederat inimico suo bannito fidem de non offendendo, addita etiam cautione, deinde illum interfecit: & dicit, quod super illo casu fuit dubitatum, & multis diebus in Senatu disputatum, non tamen dicit, quid fuerit decisum. Certe quicquid sit de iure, *u* apud nos seruatur, quod bannitus, qui potest impune interfici, potest etiam proditorie occidi. Si tamen aliquis fidem expresse dedisset bannito, eum non offendendi, & illum interficeret, ego illum decapitari facerem: nam *x* etiam hosti fides seruanda est.

62 Item *y* quæro: pone, quod bannitus habuerit gratiam à Principe, *z* nondum sit cancellatus de albo, seu numero bannitorum: nunquid poterit impune offendi? Respond. quod sic: & est communis opin. vt dicit Ias. *in l. si creditoris, n.* 2. *& seq. C. de fideicomm.* prout illum refert Boss. *in titul. Banniti quid amittant, post n.* 3. vbi etiam dicit *a* quod ita pluries vidit in facto obseruari. Idem attestatur Mars. *singul.* 340. caute agatur: Blanc. *in pract. crimin. fol.* 101. *n.* 125. *& seqq.* maxime *n.* 165 *in fin.* *b* Hoc tamen intellige, vt procedat, modo nulla culpa ipsi offendenti ascribi possit. Ita dicit Angel. *in l. filio quem, in princip. ff. de lib. & posthu.* prout illum refert & dicit magis communiter approbari Alexand. *in ea. l. filio quem, in princip. nu.* 6. *& sequ.* Ego tamen non reperio *in lib. meo.* Angel. hoc dicentem. Mihi placet in hoc articulo distinctio, quam ponit Cæpoll. *cons.* 39. *crimin. colum. pen.* dicēs illam esse ex omnium sententia, quod scilicet aut constat, quod occisores sciebant bannum fuisse sublatum; & sunt proculdubio pœna ordinaria puniendi: Aut constat, quod ignorabant, sed tamen perquirendo illud facile scire potuissent: & tunc ex hac culpa sunt etiam pœna aliqua extraordinaria condemnandi. Antequam enim quis ad huiusmodi actum homicidij de sui natura dolosum, & ab omni lege reprobatum deueniat, debet curiose inquirere, & non præcipitanter currere ad illum committendum. Et hæc opin. æquior est, & tenenda in iudicando, in qua, vt dicit Nellus *de ban. in* 3. *parte tertij tempor. quaest.* 2. omnes concordant, quicquid dicat Blanc *in loco praallegato, n.* 164. affirmans, quod contrarium tenent communiter Doctores. Caueant tamen banniti, quia nisi probetur præcise scientia occidentium, nunquam condemnantur in pœnam homicidij. Et quando probatur scientia per coniecturas, puniuntur tantum in pœna extraordinaria. *d* Et ideo curent quam primum de albo deleri, postquam à principe gratiam impetrarunt.

Sed *e* quid si bannitus, priusquam occidatur, protestetur quod *f* habet gratiam: nunquid adhuc poterit impune occidi? Respond. quod sic, si aliter non fecerit fidem de ipsa gratia. Et est communis opin. vt dicit Ripa *in c. cum M. num.* 56. *de constit.* Et dicit Mars. *consil.* 55. *n.* 5. *in fin.* quod ita tenent Doctores. Et dicit Gozad. *consil.* 61. *n.* 9. quod hanc opin. sequuntur omnes Doctor. antiqui, & Moderni. Non enim tenetur quis illi credere, nisi ostendat.

Maior *g* est dubitatio, quando bannum est nullum, nunquid excusetur occidens ipsum *h* nulliter bannitum. Aliqui dicunt, quod nullo modo debet impune euadere: sed si habebat notitiam huiusmodi nullitatis, debet puniri pœna ordinaria. Et hanc dicit esse communem opin. Alexand. *cons.* 77. *num* 5. *lib.* 5. quem refert Gomes. Arias *super l* 74. *Tauri. nu.* 35. & practica Contradi. *f. l.* 317 *in* 8 *ampl* & Blanc. *in pract. crimin fol.* 98 *nu* 99. *in fin.* Mars. *cons.* 10. *nu* 16. prout illum refert Viuius *in loco praallegat.* in quarta limitat. qui tamen in libro meo hoc non dicit. *i* Si vero non habeat notitiam talis nullitatis, tunc debet puniri pœna extraordinaria arbitrio iudicis, & hæc est commun. opin. vt dicit Vant. *de nullit. n.* 44. Sed certe, *in hoc* 2. *capite*, hæc opin. mihi non placet: nam qui occidit bannitum condemnatum, & positum in albo, id facit sub fide publica statuti id permittentis: merito si probabiliter ignorauit nullitatem banni, iudicio meo est in totum excusandus. Et credo, quod si casus contingeret, ita seruaretur in practica, & sibi imputet ille, qui est nulliter bannitus, neque curat facere reuocari bannum, & nomen suum de albo bannitorum deleri. 63

k Successiue quæro, vtrum pendente appellatione à sententia banni, possit bannitus impune offendi. Respond. quod non: & ita tenent omnes, vt dicit Angel. Aret. *in l.* 1. *in princ. ff. nil in nou. appell. pend.* Hanc etiam dicit esse communem opin. Socin. *in l* 3. *§. si seruus, vers. prima conclusio ff. de acquir. poss.* 1. al. *in d § si seruus*: quem refert Villalob. *in sua collecta communium opin. in littera B. vers. bannitus* licet per sententiam. Idemque pendente causa nullitatis ipsius banni, vt dixi infra hoc eo. *lib.* *§ fin. quaest.* 94. *vers. scias autem.* *l* Quinimo neque etiam potest impune offendi pendente tempore ad appellandum ab ipsa sententia banni. Et hanc opin. dicit esse communem Blanc. *in pract. crimin. fol.* 99. *num.* 108. *& sequen.* Apost. ad Fel. *in c. quærenti, sub num.* 2 *de offic. deleg.* Sed in hac prouincia non contingit super his dubitari, cum in causis criminalibus sublata sit omnis appellatio. 64

Quæro *m* etiam, pone, quod bannitus fuerit captus per familiam *n* officialis: nunquid adhuc poterit impune offendi? Respond. quod non: ita tenuit Bartol. *in l.* 3. *§. transfugas, ff. ad l Corn. de sicar.* Et dicit Afflict. *super* 2. *par. constit regni, rub.* 5. *num.* 51. quod hæc limitatio communiter tenetur. Idem dicit Anton. Gomes. *super l.* 76. *Tauri, post num.* 17. *vers.* Item adde, quod postquam. Ita etiam communiter seruari, & approbari attestatur Alber. *in* 4. *par. statutorum, quaest.* 36. Adhuc 65

quæro, *in fin.* quem refert Aug. ad Ang. *de malef. in verbo, Fama publica, post n.* 58.

66 Vlterius *o* quæro, nunquid occidens bannitum extra territorium, à quo est bannitus, debeat decapitari. Resp. quod non: ita dicit Bald. *in l. cunctos populos, num.* 9. *C. de summa Trinit.* referens, quod ista quæstio fuit de facto in quodam Pico Tacone: & dicit quod ipse consuluit, quod non poterat puniri: & forte est consilium, de quo mentionem facit, & attestatur eius opin. esse magis cōmun. Gomes. *in c.* 2. *§. statuto, nu.* 42. *de const. in* 6. Et ita iudicauit Senatus in quodam, qui interfecerat bannitum extra territorium, *p* & in ecclesia, vt refert Boss. *in d. tit. banniti quid amittant, nu.* 6. Quæ quidem conclusio absque difficultate procedit, quando iste, qui bannitum offendit, captus est in loco statuti permittentis bannitum impune offendi posse, non enim potest ibi puniri ex eo, quod bannitum extra territorium offenderit. Et ita loquitur Bald. *in loco præalleg.* Et ita seruari attestatur Nellus *de bannitis, in* 2. *parte secundi temporis, q.* 57. quem refert Ias. *in l. fi. n.* 22 *ff. de iurisd. omn. iud.* & Cagnol. *in ead. l. fin. n.* 8. & Marc. *consil.* 53. *n.* 35. *q* Quinimo reperio etiam, quod Senatus in facti contingentia declarauit, quod quidam Soncinates, & sic subditi huic Ducatui, qui Laurentium Vallotum bannitum à Dominio Venetorum, blanditiis conduxerant in agrum Brixiensem, vbi fuit occisus, non poterant in hoc dominio puniri; 19. Decemb. 1559. P. N. Quod est notandum: quia forte multi prima facie dicerent contrarium. Fuit etiam decisum per Senatum in causa cuiusdam Ludouici Ponteuici, quod quidam Brixienses banniti à Dominio Venetorum, qui habitabant in hoc ducatu, potuerant impune interficere etiam proditorie, quendam Tamburinum pariter bannitum à Dominio Venetorum, quem in territorio Brixiensi interfecerant. 2. Martij 1549. P. N.

67 Fuit etiam aliquando dubitatum, nunquid occidens bannitum, quem ignorabat esse bannitum, gaudeat nihilominus *r* beneficio huius statuti, & concludendum est, quod sic, ita dixit Bart. *in l. inter omnes, §. recte, num.* 4. *ff. de furtis.* Et ita communiter tenetur, vt ait Nell. *in loco præalleg. q.* 25. quem refert Dec. *cons.* 317. *num.* 4. Hoc tamen intellige, vt procedat, quantum ad hoc, vt iste occidens bannitum, euadat pœnam homicidij. *f* Sed si vltra impunitatem statutum constitueret præmium occidenti, seu præsentanti bannitum, talis ignoranter occidens, aut præsentans non consequitur illud præmium: ita dixit Bart. *in l.* 3. *§. vtrum. n.* 3. *ad Sylla. & in l. genero, post n.* 2. *ff. de his qui not. infam.* Et hæc limitatio communiter tenetur, vt dicit Afflict. *in d. rubr.* 3. *n.* 53. Et dicit Angel. *in d. §. recte, n.* 2. quod ita vidit iudicari in ciuitate Perusij.

68 Sed *t* quæritur, pone, quod statutum dicat, quod bannitus in centum possit impune offendi: Modo aliquis est bannitus ex vna causa in quinquaginta, & ex alia causa in alia quinquaginta, nunquid talis dicetur bannitus in centum, ad hoc vt dicatur *u* comprehensus in statuto, & consequenter possit impune offendi? Respon. quod non: *x* ita dicit Bart. *in l. vbi fideiussor, nu.* 1. *ff. de solutio.* cuius opin. ab aliis Doctoribus comprobatur, & tenetur in practica, vt dicit Angel. *de malef. in verbo, Dictum Sempronium, nu.* 1. Hanc etiam dicit esse commun. opin. Ias. *in l. si idem cum eod. in princip. nu.* 4. *ff. de iurisd. omn. iud.* nam regulariter in materia odiosa non fit cumulatio, vt dixi infra, *lib.* 7. *§. Cumulatio.* Si tamen iudex ipse pro multis maleficiis separatis illum condemnasset in vnica summa, quæ omnes summas comprehenderet, & summam centum excederet, esset illum occidens excusandus. Et ita communiter tenetur, vt attestatur Nellus *de bannitis in* 1. *par.* 2. *tempor. q.* 6.

69 Sciendum est autem, quod defensio & exceptio proueniens virtute huius statuti, est peremptoria, & impedit litis contestationem: ita dicunt communiter Doctor. vt ait Gand. *in malef. in tit. vtrum procurator, nu.* 15. vbi etiam subdit, quod ita communiter obseruatur.

Item *x* scias, quod si officialis stante hoc statuto procedat contra huiusmodi occidentem bannitum, potest hæc exceptio non modo opponi per eius procuratorem, iuxta ea, quæ dixi infra, *hoc eod. lib. § fin. qu.* 32. *vers. quæro modo:* sed etiam *y* per quemlibet de populo, qui compareat, & ostenso banno, petat, quod vlterius non procedatur, sed absoluatur: ita dicit Bart. *in l. vbi pactum, n.* 10. *C. de transact.* quem sequuntur DD. vt dicit Mars. *in l. si quis ne quæstio, nu.* 125. *ff. de quæstionib. & sing.* 372. capias vnum, *& in pract. crim. §. constante, num.* 38. Quod tamen intellige secundum ea, quæ dixi *in loco præallegato,* quod scilicet bannum sit adeo notorium, vt nullam aliam probationem requirat, quam exhibitionem ipsiusmet banni, &c. Hoc tamen apud nos in pract. non seruatur, vt ibi dixi. 70

In *z* hoc etiam proposito quæro, nunquid stante hoc statuto, possit bannitus se defendere aduersus eum, qui vult interficere. Respon. in hoc articulo varij varia senserunt, adeo vt nulli discernere potuerint, quænam esset crebrius recepta opinio, vt dicit Placa *lib.* 1. *delictorum, c.* 18. *post n.* 3. *vers. tertio suffragari.* Nihilominus reperio, quod Clau. *in l. vt vim, in lectura nu.* 23. *de iust. & iure,* dicit commun. opin. esse, quod non liceat illi se defendere, & quod si se defenderet, & occideret suum aggressorem, deberet puniri Sed certe hæc opi. mihi semper visa est dura, & , si casus contingeret, illum non punirem saltem pœna mortis: nam propriæ vitæ, & salutis defensio est de iure naturali, vt omnes fatentur: Et ideo lege humana aut statuto tolli posse non debet. 71

Alia quoque est quæstio, nunquid stante hoc statuto, poterit iudex ex officio inquirere contra aliquem offendentem bannitum. Respon. Si statutum dicat, quod bannitus possit licite offendi, res non habet difficultatem: certum est enim, quod de eo, quod licite committitur, non potest iudex inquirere, & est communis opin. vt dicit Aret. *in c. nulli, num.* 6. *de accusat.* Sed quid si statutum simpliciter dicat, quod bannitus non audiatur, vel quod non reddatur ei ius, nunquid si fuerit offensus, aut occisus, poterit iudex ex officio procedere? Respond. quod non: & est communis opin. vt dicit Aret. *in loco præalleg. post num.* 8. lex enim, quæ prohibet aliquem de offensa sibi facta accusare, videtur permittere illum impune offendi posse. Vide, quæ dixi infra *hoc eo. lib. §. fi. q.* 51. *vers. posset etiam.* 72

Sunt *a* etiam alij casus, in quibus licitum est propria auctoritate alium interficere: puta, si ille, contra quem decreta est captura, *b* resistat familiæ officialis, neque aliter capi possit: licet enim eo casu familiæ illum interficere, vt dicit infra *hoc eod. lib. § fin. q.* 28. *circa princ. &c.* 73

Vltimo *c* quæro, nunquid in hoc crimine puniatur affectus, etiamsi non sequatur effectus. Respon. de iure clarum est, quod sic, vt est tex. expressus *in l. is, qui cum telo. C. ad l. Corn. de sicar. d* nihilominus de consuetudine generali illa lex, & omnes aliæ punientes affectum, sunt sublatæ, vt dixi infra *hoc eod. lib. §. fi. q.* 93. Et ideo inferens vulnera, etiam animo deliberato occidendi, non punitur pœna homicidij, sed tantum de vulneribus, ex prædicta consuetudine generali, vt attestatur Vital. *de malef. in rubr. de insultu, n.* 15. *& in rubr. de inquis. num.* 58. Dicit tamen Igneus *in l.* 1. *§. occisorum, nu.* 41. *ff. ad Syllan.* quod in latronibus grassatoribus quandoque vidit contrarium obseruari. Faciunt quæ dixi supra *vers. Punitur etiam.* Dixi plenius *in d. q.* 92. Et hæc sufficiant in materia homicidij. 74

ADDI-

ADDITIONES.

Ad §. Homicidium.

a HOmicidij.] Farinac. plenissime hanc materiam homicidij generaliter pertractat. 5. vol. sua praxis q. 119. per quatuor inspect. & qu. 120. per quinque sectiones, & quæst. 121. per duas partes, & q. 122. per partes sex, & qu. 123. per inspect. quinque, & qu. 124. per tres partes, & qu. 125. per partes septem, & qu. 126. per tres partes, & qu. 127. per quatuor partes, & quæst. 128 per duas. Decian. tract. crim. tom. 2. lib. 9. c. 17. 18. 19. 20. 27. & 28. Vigel. M I, R. I. t. cap. 13. qu. 4 de homic. & plura Bonacos. in quæst. crim. verbo homicid. & est crimen grauissimum. Farin. d. q. 119. inspect. 1. vbi, & hanc dist. tangit, & quando dolosum, culposum, vel casuale. idem d. q. 126. par. 1. Ros.

Homicidij.] Homicidium autem quid sit, atque vnde dicatur, vide late per Lud. Carrer. in sua pract. crim. pag. 173. & 174. Giach.

Homicidij materia.] Adde quid sit homicidium, & vnde dicatur late per Carrer. in pract. crim. §. 1. n. 1. cum seq. fol. 46. & quot modis dicatur homicida, Bald. in cons. 52. vol. 1. & cons. 384. vol. 5. Baiard.

b *Duæ sunt species.*] Aliam distinctionem vide per Carrer. in pract. §. homic. 1. Giach.

c *Casu autem dicitur.*] Farin. d. q. 126 par. 1. num. 5. & 31. 32. & 33. Ros.

1 d *Casu autem dicitur, &c.*] Adde † in eo, qui interfecit eum, cum quo ad brachium, siue ad pugnos, siue ad lapides ludebat, Decia. cons. 9. per totum, & alia exempla de casuali homicidio habentur per Carrer. in pract crim. in §. homicidium il primo, & qua pœna plectuntur delinquentes in ludo siue permisso, siue prohibito, Menoch. de arb. iud. casu 400.

2 Item † adde, quod homicidium dicitur casuale inter amicos Io. de Amicis cons. 86. num. 15. & cons. 7. num. 37. & Bertaz consil. 208. n. 14. cum seq. Et ad excusandum homicidium casuale consuluit Soc. cons. 16. vol. 1. Baiard.

d *Exemplum in eo.*] Adde aliud exemplum in homicidio cõsanguinei, quod præsumitur casuale, & non dolosum, per Carrer prac. crim pag 237. num. 153. & pag. seq. num. 1. vbi habes qualiter puniatur de iure ciuili, Canonico, & regni, & nu. 57. etiam multa alia exempla habes de casuali homicidio, vide ibidem. Giach.

e *Iacendum palum*] Vide plene per Carrer. in pract. crim. pag. 595. n. 354. & 355. Giach.

3 f *Culpa dicitur homicidium.*] Adde † videndum Menoch. de arbit. iud. cas. 324. vbi qua pæna puniatur homicidium sine dolo commissum, Tiraq. de pæn. temper. caus. 13. num 13. & Carrer. in §. homic. 3. num. 5. & 6. cum seq. vbi late de pæna pecuniaria, & de exilio per quinquennium, cum multis limitationibus, vide per Cæpol. cons 30. vbi consuluit in casu Ragatij ad lapides ludentis, & vnum alium occidit.

4 Item † adde, quod homicidium potius dicitur culpa quam dolo commissum, quando percussus insequitur vulnerantem, qui fugiebat, & eum occidit, Felyn in c. dilecti filij, col. 6. de except. & Afflict. in constit. terminum vitæ, n. 18. vide, quæ posui infra in vers. Atque adeo vera est. Baiard.

g *Vel exilio*] Farin. in 4. vol. suæ pract. q. 87. inspect. 2. num. 70. Quid autem sit dolus, fraus, vel culpa, & quotuplex ibidem qu. 88. & an in dubio præsumantur etiam ibi quæst. 89. inspect. 1. & quomodo probentur eademque inspect. 2. Deque præsumptionibus dolum excludentibus ibi inspect. 3. num. 44. & quæ sint doli præsumptiones, ibid. inspectione 4. n. 74. Ros.

Vel exilio.] Vide etiam per Carrer. in pract. §. Homicid. 3. nu. 16. & per Cæpol. crimin. cons. 29. num 29. cons. 30. numer. 9. & etiam consil. 31. num. 26. vbi quo ad exilium tempus non debet esse maius quinquennio, & de pœna arbitraria isto casu imponenda, vide per Menoch. de arbitr. iudic. cas. 325. num 12. & Ossasc. decis. 304. & Cæpol. d. cons. 30. consuluit in casu regatotum ad lapides ludentium, & vnus alium occidit, non culpa, sed ex lasciuia, & & cons. sequenti loquitur etiam, & fusius in homicidio iocose commisso, & non per dolum, sed per lasciuiam. Et quamplura exempla de culposo homicidio vide per Carrer. in pract. crim. pag. 241. & 242. nu. 8. & etiam per Iac. Menoch de arb. iud. eo. cas. 234. vbi etiam plene. Item de pæna arbitraria pecuniaria imponenda, ac de exilio per quinquennium cum suis limitationibus per Lud. Carrer. in pract. crimin §. homicid. 6. num. 157. & sequentib. Giach.

h *Et est communis.*] De eo cuius causa fuit commissum homicidium, puta causa fratris rixantis. Menoch cas. 471. sui tract. de arbitr. iud. Vulpell. cons 22. n. 2. Ros.

i *Sed leuis.*] De leui culpa Farin. d. q. 139. 1. par. n. 51. & 52. Ros.

5 k *Item in eo, qui culpa sua.*] Adde † alium casum quando quis dat causam homicidio, & qua pæna puniatur, vt per Cacher. in decis. 104 Baiard.

l *In portitore.*] Quid si ego bona fide commodaui equum, vel arma, vel famulum meum ei, qui dixit se velle ire in villam, & iuit ad occidendum hominem, an debeam puniri; quod non, tenent Bald. & Iac. de S Georg. in l. quicunque. C de ser. fugit. hic n. 9. ille n. 20. quia non habent mentem delinquendi. Giach.

m *Dicitur etiam culposum.*] Plaz. c. 10. n. 5. vbi plura exempla. Ros.

Dicitur etiam culposum.] Adde videndum Mascard. de probat.
concl. 67. & 68. † quomodo præsumatur animus delinquendi. & 6
animus deliberatus ad occidendum, vbi plene de multis coniecturis, & præsumptionibus & præcipue de præsumptionibus, hic per D. Clarum positis, vide etiam Alban in cons. 46. & om-
nino Vulpell. in cons. 126. vbi tenet † quod percutiens in capite 7
cum saxo, vel alio instrumento apto ad interficiendum debet puniri pæna homicidij, etiam quod percusserit in rixa, & ibi respon. ad Gram. Bald. Io. de Amic. Sign. & Mars. hic allegatos, & contra Mars tenuit etiam Laur. ab Occa in cons. 63. nu 25. & 26. inter cons 126. tenuit Mascar. in concl. 862. num. 15 p 2. & de homicidio facto, cum baculo, & percussione in spatulis, vide Mars. in cons. 7 per totum, Gom. de delict. in c. 3. num. 17. vbi voluit talem pæna legis Corneliæ dignum esse, cuius opinionem credit esse veram Thesaur. in decis. 224. in fi. in eo qui animo occidendi percusserit.

Item † adde, quod si quis pugno aliquem interfecisset manu 8
vacua, punitur, ac si gladio occidisset, casus est sing. in l. qua act. §. 1. ff. ad l. Aquil. quem ad hoc ponderat originaliter Iacob. Butr. vt refert, & seq. Bald. in c. 1. §. iniuria, vlt. col. de pact. tenen. Barb. in suo tract. de præst. Card. vlt fol. col 1. vers vidi dubitari, vbi subdit, se habuisse in facto, quod est verum secundum Bal. in præcit. loco, dum tamen dolo interficiat.

Item † adde, quod minor pæna irrogatur percutienti manu 9
vacua. & cum sanguine, quam cum armis secundum Ang. in l. si gemin. circa princ. ff. arbor furt cæsar. Baiard.

n *Alium percussit.*] Quid de illo qui mandauit famulis suis, vt vulnerarent aliquem, sed non occiderent; an si mandatarij excedentes mandatum vulnerando occiderunt; an mandans videatur dignus pæna mortis. Vide late per Cæpol. crimin. cons 35. 36. 37. 38. & per Dec. cons. 482. & 622. vbi ad contraria respondet. Sed quæst. fœdere distinctionis conciliant Felin. in c. vniuersit. 1. de sent excom Ias. in l. 1 C de seru fugit. Cæpol. d cons 35. in 3. dub. quos refert, ac seq. Boss. tit. de mand. ad hom. n. 10. vbi de communi, qui idem tenet etiam tit. de homic. n. 71. 72. Vide vbiq; Giach.

o *Puta si cum baculo.*] Farin. d q. 126. p. 3. nu. 117. & quid cum manu vacua Apost. ad Bart. in l. prætor. §. si dicatur in fi. ff. de iniuriis. Vulpel. resp. 126. nu. 5. de baculo, & ferro hastæ, vel manu armata, n. 25. & 34. & saxo, & ligone, vide & Marsil. cons. 7. de eo qui vulneratus cecidit; & fregit crus, ex qua fractura periit Alcia. cons. 23. lib. 7. Ros.

p *Vel pugno etiam armato.*] Intellige etiam, & declara, vt per Pract. Carrer. pag. mihi 115 Item per eundem p. 243. Giach.

Vel pugno etiam armato.] Adde † videndum etiam Dec cons. 6. 10
& declara, vt per Carrer. in pract. crim. §. homicidium. 1. nu. 23. & 26. Baiard.

q *Vt in casu Signor. cons 63.*] Adde † quod idem esset, si ha- 11
beret ensem in manu & percussisset cum lapide, & non cum ense; & de tali percussione secuta fuerit mors: nam tunc non punitur pæna capitis, sed mitiori, ex quo potuit percutere cũ ense: & percussit cum lapide, quo casu non præsumitur habuisse animum occidendi: ita Anton. Corset. in reper. ad Abbat. in littera D. verb. Delictum. subdens ita de facto fuisse iudicatum, per text. in l. omne delictum. §. si quis commilitonem, ff. de re milit. Baiard.

q *Animum occidendi.*] Adde vt per Crauetius cons. 105. col. 2. in princ. Giach.

r *Occidit Sempronium.*] Quid de eo, qui voluit vulnerare vnum & alterum vulnerauit, & occidit. Vide, & dic, vt per Boss. de Homicid sub n. 73. Item, principalem quæstionem vi. per Carrer. in pract. crim. §. Homicid. 6. n. 176 per totum. Giach.

s *Plures numero.*] De hac quæst. idem Farin. vol. 5 suæ praxis q. 125. par. 3. n. 139. & q. 126 par. 2. nu. 60. & eam tenet etiam Carrer. in pract fol. 108. mihi versic. 3. quæro, & Boss. tit. de homic. n. 73. vide Menoch. casu 324. n. 8. & seq. & in addit pag. 137. Thomin. decis. 18. Quid si asinum occiderit putans hominem interficere, de hoc adest Apostill. ad Bartol. in l. impuberem, §. 1. ff. de fals. Ros.

Plures numero.] Vide communem etiam per Barth. Cæpol. crim. cons. 33. per totum vbi late. Et adde, quod istam quæstionem plenius ponit Pract. Carrer. §. homicid. primo numer. 56. 57. cum pluribus sequentibus. vbi etiam vide, quid de occidente mediatorem, n. 60. 62. Giach.

t *Sed certe ego, si casus.*] Adde † quod idem tenet Boss. in titul. de homicid. num. 73. vt, si adsit animus occidendi in ge-

pere, occidens pœna ordinaria sit puniendus, tamen secundum contrariam opin. decisum fuit per Senatum Pedemontanum, vt attestatur Ant. Thesaur. *in decis.* 243. sed forsan posset responderi illud, quod dicit Boss. *in loco supra citato*. & illa decisio (sit dictum cum pace illius Senatus) non est sequenda: sed opinio Bart. Clari, & Boss. virorum illustrium, qui veritatem, & non apicei Iuris, sequuntur. Nec dicatur, quod contra dictam opin. in facti contingentia per Cons. Neap iudicatũ fuit, teste Gram. *in loco supra citato*, quia ibi dicit, quod ita pronuntiatum fuit de mandato magni Capitanei Consalui Pror. gis illa die, qua recessit à Gubernio dicti Regn.; & solet dici, quod tempore recessus cassantur mille processus, non autem per bonos Gubernatores. Et opin. Bart. tenuerunt etiam Andr. de Isern. *in constitut. Neap. lib. 1. Rubr. 13. de homicid. punien. num* 13. & ibidem Afflict. *nu.* 13. quam sententiam probat, & veram esse censet Lugdunen. *in consuet. Paris. tit. 1. §* 30. *quæst. 41. n.* 153. quos refert, & sequitur Couar. *in 1 par. relect. §* 10. *n.* 14.

Item tenuit Gomez *in c. 3. de delictis, num.* 34. & ibi *nu. sequ.* tractauit quæstionem hic per D. Clarum in fine tactam de eo, qui superuenit, & etiam de mediatore, qui fuit occisus, & concludit opin. Bartol. & sequacium etiam eo casu esse verissima in puncto iuris, quod talis homicida debet puniri pœna mortis, quia vere fuit in dolo, & dabat operam rei illicitæ, sed quod opinio contraria est æquior, ego autem contradictam Bart. decisionem, inconsulto Principe nunquam iudicarem. *Baiard.*

u *Bene verum est.*] Sequitur Plot. *in tract. de blasphem. sub nu.* 36. *fol* 67. *&* 68. *cum seq.* declarando modo saltem in genere non potuisset cogitare, quia nunc etiam de animo deliberato teneretur. *Ros.*

x *Dolosum autem.*] Farin. *q* 126. *p. 3. n. 6. 9. &* 211. Plaza *in epit. c.* 10. *Ros.*

Dolosum.] Homicidium autem sine dolo commissum qua pœna plectatur, vide supra, & adde videndum per Boer. *qu.* 88. Vbi in materia quatuor format, ac decidit casus in homicidio
13 non doloso. Dolosus † igitur sicarius ne dum pœna capitis est damnandus, verum etiam ad alia quamplura, de quibus omnibus vide, per Rolan. *eius cons* 39. *lib.* 2. vbi plene. *Giach.*

Dolosum autem homicidium, &c.] Adde † quod in dubio præ-
14 sumitur, quod homicida fecerit delictum cum dolo, & ex proposito, nisi contrarium probetur Gomez. *de delict. c. 3. num.* 17. & Blanc. *de indic.* tenet, quod dolus præsumatur in actu delicti, nõ autem ex proposito, & sic quod animus deliberatus non præsumatur; & ita declarat ibi *nu.* 54. *&* 56. & quando dubium est, an quis interfecerit animo occidend., an non; si constat, quod alias aliquem occiderit, præsumptio resultat quod animo occiderit, Cand. *in tract. de malef. sub rubr. de homic. col. fin.* Mars. *in l. 1. §. diuus Adrian n.* 39. *ff. de sicar.* & Foller. *in vers. recipiantur defensiones, n.* 29. Tiraq. *de pœn. temper causa* 10. *n.* 6. Baiard.

y *Deliberatum.*] Plot. *cons. 2. inter consil Ziler. & cons.* 105. *n.* 18. & Farin. vbi supra *Ros.*

z *Illum interfecit*] Sed quid si non occidit ferro, sed suspendit hominem, aut aliter suffocat. Tu Regnicola vide per Carrer. *in Pract. §. homic. 1. sub n* 33. Giach.

15 a *Ex interuallo.* Adde † quod contra Clarum tenet Vulpell. *in cons.* 127. Baiard.

b *Animo deliberato.*] Bald. *in l. 1. C. de sicar.* quem ad hoc ponderat Cason. *dict. n. 23. fol. 70. in fine* Viden. est Blan. *nu. 9. in fine, ff. de quæst.* Boss. *de homicid. n. 57. &* 65. Farin. *d. q. 126. limit. 3. nu.* 215. *& p. 1. n. 12. &* 47. Ros.

c *Animo illum occidendi.*] Animus occidendi ex quibus probetur, vide per Car. *in pract. crimin pag.* 395. *&* 196. Et an in dubio præsumatur animus occidendi, & cui incumbat probatio, accusatori, seu inquirenti, quod fecerit animo occidendi, an vero accusato, seu inquisito asseueranti se non percussisse animo occidendi, vide late per eundem *pag. 197. sub n.* 44. Item animus occidendi, ex quibus probetur, vide per Boss. *in tit. de homicid. nu.* 38. 40. 45. *&* 56. & per Fol. *in pract. crimin. fol. 252. num. 29. fol.* 304. *num.* 27. Et per Iacobum Nouellum *in pract. & theor. caus. crim. fol. 34. num. 31 fol. 40. num. 52. & in tractat. ad defen. fol.* 111. *num.* 131. & alibi sæpe per practicantes in locis, & sedibus com-
16 munibus. Sed quid † si volens occidere hominem, occidit asinum, an de iure puniatur de homicidio propter animum occidendi hominem: quod non, sed lege Aquilia, maxime in Regno. Vide per pract. Carer *fol. 205. n* 67. Giach.

d *Non solent Principes.*] Decian. *lib. 9. c.* 29. Mascard. *concl.* 98. & Vulpell. *resp.* 127. Rosi.

e *Animus autem.*] Late Decian. *lib. 9. c.* 27. & Far. *p. 3. qu.* 126. Vulpell. *resp.* 126. Ros.

Animus autem deliberatus.] Dic, quod cum † certum est de-
17 lictum, & certa delicti qualitas, tunc animus ad delictum deliberatus præsumitur, & facti atrocitas animum arguit, teste Dyno, regula in obscuris, *num. 18. de reg. iur in sexto*, & ante eum fuit elegans dictum Philosophi, *Ethic. lib. 2. cap.* 6. dum ait; Nam sunt quædam, quæ statim vt nominata sunt prauitatem connexam habent, vt maleuolentia, imprudentia: & in actibus stuprum, homicidium, vide text. *in cap. 1. de præsumpt. & in l. prima, de sic.* quos refert Dec. *in cap. in præsentia, num. 59. extr. de probat.* Alcia. *de præsumpt. nu.* 10. Ideoque aliter asserenti incumbit onus probandi; fundata est enim intentio Iudicis, & fisci ex sola facti qualitate, vt per Blanc. *repet l. fin. n. 69. ff. de quæst.* Ias. *in §. ex maleficiis, n. 71. Instit. de action.* Crauet. *cons. 151. sub n 18. vers & miror quomodo Dec. & Boer.* Nam quando delicta sunt semper in genere prohibitorum, semper præsumuntur dolosa, Alexand. *consil. 111. lib. 1. in princip.* Octauius Vulpellus *cons 127. sub nu* 9. melius per Abb. Panormit. *in cap. estote, num 2. de reg. iur. vers super quinto* & vbi causa, quæ potest reddere actum licitum, non est clare, nec dubie probata: tunc actus sonans in delictum illud præsumit, Felin. *in cap.* sunt & alij, qui de hoc recte, & distincte loquitur *coll. mihi 3. extra de rescript.* argumen. *l. merito ff. pro soc.* Boss. *tit. de Inquisitione, num* 113. Crau. *cons 35. n* 8. aduerte tamen, cum reus confitetur delictum sub illa qualitate, & modificatione, de qua dixi infra *ad quæstio. 55. versic. forte posset, in fine* effugit pœnam ordinariam; in formanda tamen inquisitione cum animo deliberato aduerte ad ea, quæ dixi infra *ad q. 84 in princ.* vid. in tali materia Menoch. late *de arb. iud lib. 2. cent 4. cas.* 161. *per totum*: Nec in hoc mihi placet conciliatio quam facit Menoch. inter opinio. Casoni, & Clari, vt patet *de arbitr Iud. lib. 2. d. centur. a 4 cas. 361. n.* 30. nempe quia in vtroque casuum positorum per eum, animus deliberatus effugi non potest: ad impetrandam tamen gratiam à Principe, prodesse potest talis consideratio: quia quæ mouere non debent Iudicem; mouere possunt Principem, Plot. *in l. si quando. §. septimo, sub n. 2. C vnde vi*; vide quæ dixi infra, *q. 31. versic. scienter*; Aduerte tamen a l ea, quæ dixi supra *in principio*, quod videtur cum certum est delictum, illud fore verum, in his, quæ semper sunt de genere prohibitorum, vt dicunt Theologi, semper, & ad semper, sed in aliis, qui simpliciter non sunt de tali genere, cum factum de per se non includat dolum, animus deliberatus, nec dolus præsumitur, ita distinguit Gulielmus de Perusio, *inter consilio crimin diuers. consil. 38 sub n. 4. par. 1.* & quæ dicantur delicta semper, & ad semper prohibita, vide Angelum Aret *in §. ex maleficiis num. 1. Instit. de act.* Item aduerte, quod vbi sumus in delicto, cuius pœna est arbitraria, antequã declarata sit pœna, iudicatur vt de licitum, pro quo veniat imponenda pœna corporalis, Crau. *consil. 224. sub n* 3. Drogh.

Animus autem.] Adde † videndum Menoch. *de arbitr. Iudic. casu* 361. vbi enumerauit viginti coniecturas, quibus animus iste 18
deliberatus, & penitus occidendi coniicitur, & ibi *num.* 10. opinio. Caso, conciliat cum Claro; & ad hoc vide etiam Bertaz *cons.* 85. & Mascar. *de probat. concl. 98. &* 864.

Item adde, quod † Fiscus tenetur probare coniecturas Boss. *in tit. de homicid. n.* 46. & erit locus torturæ super hac qualitate 19
animi deliberati, Carrer. *in pract. in §. homicidij, num.* 34. hoc late prosequitur Burs. *cons 271 n. 36. cum seq.*

Item † adde, quod confitens se voluntarie occidisse, per eius 20
confessionem tollit omnes coniecturas; etiam iuris, & de iure, vt in authen. *de æqualit. dot. § illud in gl.* & per Innoc. *in cap. plerique de immun. Eccles* & Aret. *in cons* 80. *n.* 5.

Item adde, † quod vna coniectura, vel præsumptio tollit 21
aliam: & specialis tollit generalem; & magis verisimilis præfertur minus verisimili; & maior ratio vincit minorem, Alba. *cons. 56. n. 4.* Baiard.

f *Sed ego.*] Cartar. de executione sententiæ, *cap. 1. num.* 371. Ros.

g *Animus deliberatus.*] Adde, animus deliberatus; atque cogitatus occidendi, quibus coniecturis probetur, accurate, & diligenter explanatum per Iacob. Menoch. *tract. de arbitr. iud. lib. 2. cent. 4. cas.* 361. Item aduerte, quod percutiens hasta sola non præsumitur percussisse animo occidendi: si ipse hoc allegat. Idẽ si quis percussit calce, aut ictu pedis & idem si percutiat alapa. Idẽ si quis percutiat pugno inermi, vide de omnibus per Crau. *in consil. 205. col. 2. in princip. & in consil. 309. col 2. vers. 2.* Hæc tamen qualiter procedant, vid. Boss. *tit. de homic. post num. 38. cum sequ* & per Cat. *in prac. crimin. §. homicid. vltim. sub numer.* 106. Giach.

h *Item ex genere armorum.*] Adde † videndum Aret. *in cons.* 22
80. vbi de occidente cum gladio. *Baiard.*

i *Et ideo etiam si quis post acceptam iniuriam, &c.*] Adde, † quod calor iracundiæ dicitur durare per triginta dies, secundum Luc. de Penn *in l. omnes omnino curiales, C. de decurioni. lib.* 23
10. Dec. *in l quicquid calore, de reg. iur.* & Menoch. *in casu 391. nu.* 20. tenuit, quod remittatur arbitrio iudicis.

Item † adde, quod dicitur incontinenti facta iniuriæ pro- 24
pulsatio, si die sequenti fiat, Menoch. *cons. 107. n.* 40. Corrad. *de duell par. 1. conc. 18. n. 1.* & Bombin. *cons 9. n.* 13. Baiard.

k *Expectat alium.*] Farin. *d. q. 126 par. 1. n.* 15. Ros.

25 l *Proditorie vero dicitur, &c.*] Adde † quod ille, qui offendit
alium sine diffidatione, dicitur proditor, secundum Io. And. *in c.*
1. colum. 5. extra de homicid. in 6. quem sequitur Bald. *in authen.*
Idem nulla communitas, C. de episcop. & cleric. & Afflict. *in decis.*
26 *265. nu. 64.* Similiter ille, † qui dat alteri potionem venenatam,
dicitur proditor, vt tenet Iacob. Butr. *in l. athletas, §. calumnia-*
tor, ff. de infantibus, Bald. *in l. nemo clericus, C. de summ. Trinit. &*
Fide Cathol. & August. in addit. ad Ang. *in verb. fecit insultum, co-*
27 *lum. fin.* Felyn. *in c. 1. de homicid.* & † quis dicatur proditor, &
quot modis, vide latè per multa exempla, gl. *in cap. clericus. il*
primo, in verb. proditionibus 46. distinct. & Firman. *in repert. verb.*
Proditor: in quibus locis multa exempla videre poteris. Et in
hac materia proditionis plenè habetur per Ioannem Anton. de
Nigr. *in c. nuper ad vindictam, & in addit. fol. 62.* & per Bursat.
cons. 196. n. 142. vol. 2. & per Petr. à Placa *in epit. de delict. c. 21. in*
fine princ. & Covar. *var. resolut. lib. 2. cap. fin. n. 7. vers. tandem his*
28 *praenotatis, in fine*, & † licet ibi concludant, proditorem esse
illum, qui per insidias occidit, etiam quod occideret inimicum
suum, quos sequitur Dom. Farinac. *quaest. crim. q. 18. n. 76. & 77.*
Ego sequor opin. Bart. *in l. respiciendum, §. delinquunt. ff. de paen.*
qui dicit occidentem per insidias, vel retro inimicum suum,
non esse proditorem, quia debebat praecauere ab inimico suo,
quem sequuti fuere Gerard. *sing. 14.* Angel. *de malefic. in ver. fecit*
insultum. vers. & benè nota, Placa *epitom. delict. in dicto cap. 21. nu.*
2. & Gomes. *cap. 3. titu. de homicid. num. 5.* & ibi Emmanuel Sua-
rez *in addit.* attestatur de communi; & ego nunquam vidi for-
mari Inquisitionem de proditione cōtra occidentem inimicum
suum retro, vel per insidias, & de proditione vide Farin. vbi su-
pra *nu. 73. cum seq.* vide etiam, quae posui infra *in quaest. 68. versib.*
proditor. Sed in Hispania per legem Regiam offendens retro, &
non de facie ad faciem proditorium committit, etiam quod ini-
micum suum occidat, vel offendat, & proditor occidens trahi-
tur ad caudam equi per vias publicas, & postea furca suspendi-
tur, Idem Gomes. ita attestatur in loco supracitato. *B.*

m *Homicidium.*] Quid sit homicidium, vnde dictum, & ori-
ginem traxerit, & quid in occidente hominem monstruosum,
Plaza *in epit. c. 9. n. 2. 4. 6. & 11.* Far. *d. §. assas.* Ros.

Homicidium.] Quid, si quis dederit calcem in vtero praegnan-
tis mulieris, aut faciat aliter ipsam abortum pati. Vide per
Carer. *in pract. crim pag. 179. nu. 24.* Giach.

29 n *Aliquando mandat.*] Adde idem de nuntio † portante lit-
teras ad occidendum aliquem, nam occidendo nuntius tenetur
de occiso. Idem de inuestigatore, & exploratore, vbi occidendus
moraretur, & denunciauerit esse in tali loco, & inimici vadant,
& occidant eum, nam talis, poena mortis tenetur, vt per Carer.
in pract. pag. 224 nu. 123. qui *num. seq.* tenet idem de indicante la-
titantem inimico. Item homicidium lingua tribus modis com-
mitti docet Caepol. *in cons. 38. in principio*, & pract. Car. *in tract.*
de homic. §. 5. num. 1. Giach.

o *Poculum amatorium.*] Farin. *quaest. 122. p. 5. num. 112. & seq.*
vol. 5. Ros.

Poculum amatorium.] Vide etiam per Carer. *in pract. pag. 179.*
num. 25. Giach.

p *Punitur etiam.*] Et qui dicantur venefici per Carer. *pag. 65.*
col. 2. Sed quae poena sit contra vendentem malum venenum, si
mors alicuius est sequuta, vide per Iacob. Menoch. *de arbitr. iud.*
lib. 2. centur. 4. cas. 159. Item quomodo puniatur ille, qui voluit
hominem venenare, sed poenituit, vide per Ioan. de ligna. *inter*
cons. crim. diuers. Ziletti. cons. 20. nu. 16. lib. 1. Et in veneficio iudex
facilior promptiórque esse debet ad torturam, ex quo est de de-
lictis, quae committuntur occulte, vt not. dicit Bal. *in l. 3. C. de*
episc. audien. & tradit Alex. *cons. 77. n. 5. lib. 1.* Giach.

Punitur etiam.] Dec. *lib. 9. c. 21. vsque ad 27.* Far. *d. vol. 5. q. 121.*
par. 1. 2. 3 & 4. Ros.

Punitur etiam vt homicida.] Adde huic dicto Cremens. *sing.*
50. vbi interpretatur statutum, si quis voluerit venenare. Dec. *in*
l. non vult heres, nu. 6. de reg. iur. Diogh.

30 *Punitur etiam, vt homicida, &c.*] Adde † quod venenum ma-
lum emi, nec etiam vendi potest *l. quod saepe. §. veneni mali, ff. de*
contrahend. emption. l. 3. ff. de sicar. & qua poena contrafaciens
puniatur, Menoch. *de arbit. Iudic. casu 359.* vbi dicit, poena ar-
bitraria puniendum esse; & quando aromatarij toxicum ven-
dentes teneantur, vide Bonacoss. *in tract. de seruis & famulis*
quaest. 208.

Item adde Vulpell. videndum *in cons. 145.* vbi tenuit contra
31 Clar. in casu cuiusdam famuli, qui † venenum Domino suo prae-
buerat: vt puniretur poena mortis, etiam quod mors sequuta
non fuisset, ita etiam iudicauit Senatus Mediolani in concubi-
na, quae venenum concubinario exhibuerat, etiam morte non
secuta, vt meminit Boss. *in titulo de homicid. n. 13. cum seq.*
32 Item † adde, quod non punitur poena mortis, sed relegationis
ille, qui necauit, vel necari fecit condemnatum ad mortem eius-
dem parentelae, vt vitaret infamiam, ita notab. tenet Iacob. Bel-
lon. *in pract. Iudic. Rubri. de quaest. numero 138.* Conrad. *in pract.*
crim. in titu. de venefic. num. 13 fol. 336. & in tit. de homicid. nu. 20.
licet contrarium dicat *dicto titu. de homicid. num. 7.* vide etiam
Felyn. *in capit. cum iuramento de homicid. in fine*, vbi dicit quod
tenetur de patricidio, & ita tenuit etiam Bald. *in l. libertas, ff. de*
statu hominum, Marsil. *in l prima, nu. 6. ff. de sicar.* Foller. *in pract.*
crimin. in vers. item qui sororem venenauit, nu. 34. & Boer. *in decis.*
216. num. 3. circa finem, & num. 4. Et † ibi etiam habetur de ma- 33
tribus dantibus poculum filiabus impraegnatis ob pudorem, &
qua poena puniri debeant; & † qualiter venenatio cognoscatur, 34
Paris de Puteo, *de synd. in vers. tortura licet*, vi. Mars. *in l. 1. §.*
propterea, num. 37. ff. de sicar. Et quando probetur, vel potius re- 35
probetur Paul. de Castr. *cons. 167. visa inquisitione*, & † crimen
istud est publicum, *l. 1. ff. de public. iudic.* Ideo cuilibet de populo
accusatio competere potest.

Item † adde, quod si maritus dederit venenum vxori, licet 36
euaserit, tenetur de patricidio, vt per Bart. *in l. 1. in fin. ff. de par-*
ricid. & per Salic. *in l. 1. C. de malefic.* Angel. *in gloss. ex interuall.*
Carter. *in pract crim. § homicidij, c. 1. nu. 151.* vbi dicit Bald. tene-
re contrarium *in consil. incip. Stephan.* & † idem est in filio, qui 37
voluerit venenare patrem, quod tenetur de parricidio, licet ve-
nenum dare non potuerit secundum Gomes. *de delict. c. 3. num. 7.*
& ibi, *num. 8.* habetur, quomodo delictum veneni poterit pro-
bari, & de multis indiciis in huiusmodi crimine habetur per
Alban. *in cons. 72.* & Paul. de Castr. *in cons. 195.* quod pro singulari
Paris de Puteo *allegat. in tractat. de Syndic. in vers. tortura, cap.*
mandauit, col. 2. vers. mulier inquiritur. Et † an venenum prae- 38
bens veniat poena ordinaria puniendus, si mors non sequatur,
vide Menoch. *de arbitr. Iud. casu 360. n. 46.* vbi late hanc quaestio-
nem tractauit, & ibi causam dicit, quod ille, qui suscepit manda-
tum, & pecunias, vt venenum daret, deinde poenituit, & manda-
tum Iudici detexit, arbitrio Iudicis debet puniri, secundum
Ioan. de Ligna. *inter consil. crim diuers. parua impressionis cons. 20.*
in fin. lib. 1. & de poena vendentis malum venenum, vide eundem
Menoch. *casu 359.*

Item adde, quod licet tentans alterum veneno necare poena
mortis puniri non debeat, vt tenet hic Do. Clar. tamen hoc non
procederet, vbi adesset statutum puniens poena ordinaria atten-
tatum, vt per Car. *in loco supra citato, nu. 21.*

Item † adde, si statutum dicat, si quis voluerit venenare, ca- 39
pite puniatur: quod si quis praeparauerit tantum venenum, non
decapitabitur, secundum Franc. Crem. *in sing. 49.* & Dec. *in l. non*
vult hares esse, ff. de reg. iur.

Item † adde, quod dictio (veneni) ex vulgari consuetudine 40
loquendi solet interpretari de malo veneno, ad mortem infe-
rendam apto, Fel. *in c. super his, num. 20. de accusat.* & Alciat. *in l.*
qui venenum, ff. de verb. sign.

q *Cuiusdam Medici.*] Filius erat Hieronymi Cardani. *Ros.*

r *Sed certè.*] Vide Foller. *in praxi vers.* Item quod venenauit
sororem. Vulpel *cons. 145.* Quid in emente venenum, aut daret
Alciat, *cons. 28. lib. 7.* Et de eo qui materiam dedit Bal. *cons. 211.*
lib. 4. Far. loquitur de vendente venenum, vbi sup *p. 1. nu. 32. &*
vide par. 2. num. 21. Ros.

s *Ancillu.*] Adde, quod alias Senatus Mediolani, vt retulit
Boss. *tit. de homic. num. 13.* condemnauit ad mortem concubi-
nam quandam, quae parauerat venenum concubitori suo, vt
eum interimeret, licet sequutus postea non fuisset effectus. Et id,
vt domini redderentur securi à seruis suis. *Giach.*

t *Item Iudex.*] Farin. *quaest. 111. vol. 4. nu. 14. & seq. art. 2.* Ros.

Item Iudex, qui innocentem.] Adde, † quod erit in arbitrio su- 41
perioris mortem tali Iudici imponere, si passus supplicium, ini-
què, & dolose fuerit condemnatus; & si iudex ex ira, seu calore
nimio aliquem necauerit, non punitur morte naturali, sed de-
portatione in insulam, ita latè tradit Boer. *in decis. 153. nu. 8. cum*
sequen. & ibi *nu. 13.* habetur, qua poena sit puniendus, si non ad
mortem condemnauit, sed ad aliam poenam corporalem.

u *Item si aliquem posuit.*] Adde † videndum Menoch. *de ar-* 42
bitr. iud. casu 340. vbi late, qua poena puniendus sit Iudex, qui vel
omnino indebite reum quaestionibus subiecit, vel in torquendo
modum excessit; vide etiam quae posui infra *in quaest. 64. vers.*
Iudex autem Baiar.

x *Mortuus sit.*) Vide etiam per Carer. *in prac pag. 225. nu. 117.*
vbi idem si rumpatur funis, aut trabs. *Giach.*

y *Item Medicus.*) Adde etiam, quod Medicus † negligens cir- 43
ca curam infirmi tenetur *l. Cornelia de sicariis.* Et negligentia di-
citur dolus, & peccatum mortale in iis, qui ex officio ad dili-
gentiam obligantur. Vide de omnibus per Crauet. *suo consil. 132.*
col. 2. Giach.

Item medicus, si malum medicamentum, &c.] Adde † quod 44
multa interuenire debent, vt mors infirmi medico imputetur:
de quibus habetur per Io. de Anan. *in c. tua nos. de homicid.* & † 45
medicus negligens circa curam infirmi tenetur *l. Cornel. de sicar.*
Crau. *cons. 132. col. 2.* Baiar.

z *Iussus exulare.*) Far. *quaest. 87. inspect. 1. volum. 4. numer. 45.*
Ros.

46 a *Tenetur etiam Medicus.*] Adde † quod si medicus gratis operam suam præstabat tenetur solum de dolo,& lata culpa, si vero cum pretio, tunc etiam de leuissima teneretur Albert. de Rosat. *in l.sed etsi quacumque,n.19.ff.ad leg Aquil.*

b *Sed quæro.*] Decian.*cap.20.lib.9.*Farin.*qu.119. inspect. 1.numer.12. & seq. præcipue,nu.17.*Cartar.*de execut.sent.in præfat. nu.* 8 Ros.

47 b *Sed quæro, quæ sit pœna homicidij.*] Adde, † quod in Regno Neap.contra occidentem est pœna mortis naturalis per Constit. *incip.terminum vitæ,* Franc. *decis.* 324. *in princip.* & late Fab. de Monteleo *in prax.arbitr.part.4.nu.539. fol.*210. & similiter in statu ecclesiastico est pœna mortis naturalis per Const. Marchiæ *in lib.4.c.54.incip.homicidium si quis.*

48 Item adde, † quod committens homicidium in rixa punitur non minus grauiter, quam si id faceret deliberatè,Boè. *in tit.de Inquisit.num.116.* vide tamen Lud.à Peguer. *in q. crimin. cap.*14.

49 vbi late † examinauit, an homicidium ex vulneribus in rixa illatis secutum sit pœna ordinaria homicidij puniendum, vel extraordinaria,arbitrio Iudicis;& distinguit,an habuerit animum occidendi, vel non.

50 Item † adde, quod occidentes ex interuallo ex causa metus, quomodo iuste habuerunt ab illo,qui minatus erat eis mortem, & solitus erat exequi, sunt condemnandi ad perpetuas triremes, vt latè per Gram.*decis.5. per totam,* & an interficiens portantem pallium siue Baldachinum, sub quo erat sacratissimum corpus Christi sit puniendus pœna *cap. Fœlicis, de pœnis in sexto.* Hanc quæstionem posuit Foller.*in pract. crim.in Frag. n.*48. sed eam non decidit, dicens cogitandum esse. *Ba.*

c *Homicida punitur,*] Adde *infr.§.fin.q.78.in principio,& vers. Multa autem,* vbi videbatur contrariari, dum ibi dixit. Multa autem sunt crimina, in quibus secundum dispositionem iuris communis imponitur pœna confiscationis bonorum, exemplificando etiam in homicidio; ibi ergo intellige, quod pœna confiscationis bonorum pro homicidio imponatur secundum veterem pœnam *l. Cornelia,* vt hic: non autem attento nouo iure per authent. *Bona damnatorum, Cod. de bon. proscript.* Drogh.

Homicida punitur.] Quid de teste, cuius depositio facit, vt quis indebite morte afficeretur,vel absolueretur,quod teneatur de homicidio,habetur per Bald. Aret.& Fel. *in c.sicut,in 3.not.de testibus,*& sequitur Boss. *tit.de oppos.contra testes,num* 140.Sed vide etiam per eundem Boss. *tit.de falsis.post num.138.& hic,* vt per eundem *num.* 169. Giach.

d *Hæc pœna.*] Hic tamen scias, quod alteratur pœna, ex qualitate occisi quam plura exempla vide per Pract.Carer.*pag.mihi* 218.Giach.

e *Aliqui dicunt.*] Farin.vbi sup.*inspect.2.num.27.* vbi plur.*nu. seq.* Ros.

51 f *Et ita teneas, & serues in practica.*] Adde † quod idem tenet Rol.*cons.98.num.26.vol.1 & cons.111.num.39. vol.2.*Hip. Rimin. *in l. 1. num. 195.ff. quod quisque iur* & ista est magis communis opin.quod huiusmodi statutum non sit validum,esset tamen intelligendum,quando homicidium esset dolosum Kircou.*comm. opin cent.4 concl.*63.

Item adde, quod si tale statutum in aliquo loco seruaretur,& officialis homicidam decapitaret, qui debebat in pecunia condemnari ex forma statuti, officialis veniret decapitandus, non autem in pœnam pecuniariam ad formam statuti condemnandus, Ang.*in l 1.n.5 ff.quod quisque iuris.* Baiard.

g *De iure autem.*] Farin.*d.q.119.inspect.3. num* 46. & 57.63. & 64. Ros.

h *Priuatur beneficiis.*] Hic nota cautelam, quam tradit Felin. *d.c.Inquisitionis de accusat.ante num.* 5. vt ante priuationem renunciet alicui amico;qui post dispensationem eidem renunciet, & sic cautus erit,& refert,ac sequitur Carer. *in pract.crim.§.Homicidium vltimo,post num.66.in fin. & nu.*68. limitat in homicidio qualificato, vt in assassinio. *Giach.*

52 i *Sed in homicidio deliberato, siue qualificato.*] Adde † quibus modis homicidium dicatur qualificatum, & quibus causis aggrauetur per Guliel. Bened. *in c. Rainutius, de testam. in fin. in quæstione de homicidio,* vbi multum diffuse hanc materiam tractauit, & qua pœna puniendus sit clericus, qui committit homicidium qualificatum. *Baiard.*

53 k *Priuatur etiam.*] Aduerte,quod ille,qui occidit † alium,nedum prohibetur succedere ipsi occiso, immo prohibetur etiam succedere hæredi ipsius occisi. tex. est *in l.Lucius, ff.de iure fisci,* quem esse ad hoc no.inquit Iacob. de S. Georg. *in l.hæreditas in fi.C.de quibus vt his indi. aufertur hær.* Vbi etiam relatiue vide, quid iuris sit de occidente vxorem propriam. Adde,& vide pulchram quæstionem per Iac.de S.Georg. *in l.sororem. col. 1. C.de occidente vxorem propriam.* Giach.

54 *Priuatur etiam homicida.*] Adde, quod si pater calore iracundiæ occidit filium habentem bona materna, non succedit; sed fratres occisi,pater renunciet vsufructui, secundum Angel. *in l.adoptiuum,§ patronum,ff.de in ius vocan.* & dicit, ita fuisse seruatum in facto,sed Alexan.de Neuo.*in consil.91.num.11.*dicit, quod dictum Ang non potest procedere,cum portio illa, in qua pater debuisset succedere, veniat confiscanda,& in aliis portionibus fratres defuncti, cum non sint sequentes in gradu successionis, sed pares patri debent succedere, & ibi *num.7.* † quod si 55
quis habet duos filios, & vnus occidit patrem, delictum eius non nocet fratri suo, quominus succedat patri.

Item † adde, quod si maritus interficeret fratrem vxoris non 56
poterit habere commodum ex illius bonis; sed vxor, & eius filius poterunt succedere,Io Lop. *in rep rubr c per vestras, § 70.n. 17.fol.165.de don.int.vir & vxo* & ibi *nu.17.* dicit, quod † frater 57
substitutus per fideicommissum, sub conditione mortis non consequitur fideicommissum,si fratrem occidit;idem tenet Bal. *in cons.50.vol* 4.

Item † adde, statuto disponente, vt bona occidentis hæredibus occisi debeantur, si quis monachum occidat bona monasterio debentur,& non filiis,quos ante ingressum habuerat, dummodo non adsit testamentum, quia deberentur hæredi instituto,quæ bona pro dimidia erunt Ecclesiæ,alia dimidia erit distribuenda pro anima occisi in eleemosynam Bero. *in cap.in præsentia, num.473. de probat.* vbi ad partes hanc quæstionem examinauit. *Baiard.* 58

l *Et ita volunt Doctores.*] Boss.*de his quibus vt ind.*Farin.*q.120. sectio.3.nu.23.36 & sect.4.n.74.*Ros.

m *Sed pone,quod filius.*] Farin.vbi sup. *nu.* 29.30.53. *& sequen.* Ber.Ros.

n *Frater fratrem.*] Boss.*d.loco num.16.*Ber.Ros.

o *Si vero non extent filij.*] Adde, † quod pluribus casibus quis 59
dicitur indignus, in quibus succedit fiscus,vt per Bart. *in l hæreditas,C.de his, quibus vt indign.* & ibi *num. 6* dicit, quod ratio, quare applicetur fisco, quod aufertur tanquam ab indigno est, quia turpia lucra sunt extorquenda ab hæredibus, *per l in hæredem. ff. de calumniat.* Et quando † legatum auferatur alicui, & 60
applicetur fisco, vide Bar. *in l fi. ff de his.quib vt in ign* Natt. *consil.462.in fine,* Mansic *de coniectur. vl.im. volun. lib.* 12. *tit.* 5. *num.19.cum seq & ibi num.* 20 dicit, † quod alius hanc indigni- 61
tatem opponere non potest, quia exciperet de iure tertij, attestando de communi, & in hac materia, quando bona, quæ auferuntur tanquam ab indignis,applicari debeant fisco, vide Boss. *in tit de his, quibus vt ind gn. & in titul. sequen.* habetur † quando non applicantur, ad hoc vide etiam Afflict. *super feud.in tit. quæ sint regal.* vbi enumerat duodecim casus, quibus res aufertur, vt ab indigno, nec in fiscum peruenit. 62

Item † adde, quod secundum Bartolum, *in l. cum ratio, § præterea, ff. de bon. damnat.* bona occisi non veniunt ad fiscum, si adest alius,qui sit in eodem gradu cum interfectore, vt puta,si frater occideret fratrem, quod alius frater occisoris succederet, & non Fiscus. idem tenet etiam Alex.de Neuo.*in cons.91 n.11.* Sed hoc non est ita simpliciter verum, quod tota illa hæreditas applicetur aliis venientibus ab intestato, qui sunt in paritate gradus cum interfectore, nec etiam est verum absolute, quod tota applicetur fisco, eligitur enim media via, videlicet, quod portio,in qua successurus erat interfector, applicetur Fisco: portio autem,quæ pertinebat ad alios pares in gradu,eis reseruatur. ita tenent Bal.Saly.& Alex.*in d.l.hæreditas,C.de his quib vt ind gnis,* & de communi attestatur Boss.*in dicto tit.de his, quib.vt in ign. nu.16.* & Alb. *cons.7.num.*10. Gomes. *epitom delict.tom.3 c.3.sub num.51.* vbi dicit hanc opinionem communem veriorem,& tenendam. 63

Item † adde,quod si iustus, & legitimus hæres successit occiso, vel ex testamento, vel ab intestato, non potest instituere hæredem in dicta hæreditate, & bonis occisi occisorem,qui nec in dictis bonis ab intestato succedere potest, Gomes.*dicto c.3.n.52.* vbi late. 64

Item † adde,quid de occidente filium testatoris,seu illius,cui quis succedere potest,Rom.*singul.467.* occidens, & ibi vide addent.vbi in fine habetur, † quid in bonis feudalibus; de quibus vide etiam Franciscum Mariam de Plotis *consil. 66. tomo 1. inter consilia criminal. diuersor.* & Ioannem Baptistam de Plot. *in cons.* 25. † in quo late, an filius fratris, qui fratrem confeudatarium feudi paterni interfecit, sit incapax, ne in feudo succedere possit filio interfecti patrui sui, & in hac quæst. de bonis feudalibus, vide etiam Peregrin. *de iure fisci. lib. 2. tit. 3. numer.*17. 65 66 67

Item † adde,quod vbi extaret statutum, vt occisor non possit succedere occiso in eius bonis ex testamento, nec ab intestato, tunc fiscus excluderetur,vt per Corn.*cons.212. lib.*4. Barb. *cons. 8.nu.8.vol.3.*Ruin.*cons.129.vol.2.* & Ioh.Ant Angus. *cons.76.lib. 6.*& cum D.Clarus allegat Bald. *in terminis statuti in l. si qui incestis,C de incest.nupt.* & dicat magis communem opin esse contra Bald.allegando Boer. *decis.25.nu.8* id attestantem, profecto Boer. hoc non concludit in terminis statuti, sed postquam discussit opiniones de iure communi,dixit magis communem esse 68

pro

pro fisco, & de statuto, ac doctrina Baldi incidenter locutus fuit. Et dum idem Clar allegat Barbat *d. cons.* 8 *sub nu* 4. *& consil* 90. *n* 45. *lib.* 4. In terminis juris communis, vtique dicendum venit, quod in illis etiam terminis D. Clarus locutus fuerit, licet videatur dixisse contrarium in terminis statuti. Et tale statutum est in ciuitate Spoleti, vbi sum ad præsens, secunda vice Gubernator sub Pontificatu sanctissimi D. N. Sixti Quinti; per quod causa duorum Iuuenum de Liguriis, qui duas sorores interfecerunt; & frater ipsorum prætendit hæreditatem, & bona, quæ peruenissent ad dictos occisores ex bonis dictarum interfectarum; decisa fuit ad fauorem dicti fratris, & contra Fiscum, per Magnificum D. Fabium Timeum de Bonsetinis Vrbenelanum Lo-
69 cum tenentem meum. Et † de ista quæstione quando interficiēs succedat interfecto, & fiscus auferat tanquam ab indigno, & quando interficiat impune, vt quia occidat bannitum, vel vxorem adulteram, vide nouissime per Peregrinum *de iure fisci lib.* 2. *tit.* 3 *per totum*, vbi magis diffuse, quam alibi. *Baiar.*

p *Sed quid si maritus.*] Boss *vbi sup. nu* 22. Ros.

70 *Sed quid si maritus interficiat vxorem.*] Adde, † quod nedum perdit lucrum doris, si cōstat, quod vxorem occiderit, sed etiam si vxor reperiatur mortua mane, quæ sero erat sana, ex quibusdam percussionibus sibi illatis, quia præsumitur interfecta à marito, cum ea cubante, nullis in camera, siue domo, præter eos existentibus, si prius ab eodem male tractabatur, ita concludit Bal. *cons* 122. proponitur, quod vxor Petri fornarij, *vol.* 1. & notat Luc. de Pen. *in l fin. col.* 2. *vers.* item nota, quod maritus *C. de incolis lib.* 10. & sequitur Boer. *decis.* 161.

* Item adde, an per publicam vocem, & famam, & per iudicium fugæ & per confessionem factam priuatæ personæ probetur maritum interfecisse vxorem, ita vt excludi possit, & debeat à lucro dotis, Bald. *in consil.* 254. *volum.* 2. vbi tenet, quod sic. *Baiard.*

71 q *Transeat ad heredes.*] Farin. *d q.* 120. *sect.* 3. *nu.* 57. & idem si medicum non adhibuit *seq.* 4. *n.* 74. *& num. seq.* Ros.

r *Et hæc conclusio locum habet.*] Adde, † quod opinio Bar optime saluatur per distinctionem, de qua per Rolan. *in dicto tract. de lucr dot q.* 63 *nu.* 6. scilicet, quod maritus interficiens vxorem in adulterio repertam, statuto, vel consuetudine sic permittente lucratur dotem, si lex, vel statutum deferat lucrum ex alia causa, quam ex delicto, prout est, stante statuto, quod vxore præmoriente, maritus lucretur dotem; quod lucrum defertur propter onera matrimonij; vide etiam Mars. *consilio* 93. *&* 226.

72 Item † adde, quod maritus occidens vxorem perdit ius succedendi quod habet, in defectum coniunctorum, Bald. *in l.* 1. *C. vn. vir, & vxor:* de quo plenius per Guliel. Benedict. *in cap.* Rainutius *in versic.* mortuo itaque testatore, *el primo, numer* 1. quod tamen fallit, si, statuto permittente, occidat, Campeg. in tracta de dote, *par.* 8 *in* 5. *quæst.* & Boet. *in decis.* 25. *nu.* 4. Baiar.

73 s *Tenetur etiam homicida.*] Adde † in hac materia, quando homicida, siue vulnerans teneatur ad damna, expensas, & interesse, & quando possit iurari in litem, vt per Plot. in l. si quando, *num.* 694. *cum seq. & ibi num* 698 dicit, quod cicatricum & deformitatum in homine libero, nulla habetur ratio: quod secus est in seruo, & animali bruto. Et quando vulneratus possit petere, vel lucrum cessans, vel damnum emergens, & si † consecutus
74 est pœnam de qua in cautione de non offendendo, vide Bertaz. *cons* 16. vbi respondit, quod non, sed Vulpell. *in tract. de pace qu.* 64. contrarium tenuit, dicens, quod pœna conuentionali parti soluta, quia paci, vel promissioni de non offendendo sit contrauentum propter vulnera, & medelas, interesse quoque peti poterit, quia dicta pœna ratione contemptus potius, quam interesse apposita censetur, & quando offensus possit jurare in litem, vide etiam Bertaz. *cons.* 17. *&* 18. Et in hac materia quod occidens teneatur ad expensas, & damna, ac interesse, vide multas ampliationes, & limitationes per Ioseph. Ludo. *in conclus.* 39. & Soci. *in c. rixati num.* 57. *de homicid.* vbi habetur, ad quid vulneratus a-
75 gere possit, & qua actione, & † quo casu agere possit pro cicatrice, & deformitate. Et quo ad æstimationem operarum vulnerans non tenetur si vulneratus nullam habebat artem, vt per Afflict. in Constitut. in pecuniariis litibus, *nu.* 18.

Et si hæredes occisi agerent contra homicidam pro interesse, & operibus quibus caruit defunctus, qui erat, vt puta officialis, qualiter, & pro quot annis operæ æstimari possint, an vsque ad centum annos, cum de iure quis tamen viuere præsumatur, *l. fi. C. de sacrosanct.* Eccles. vel æstimatio sit facienda secundum dispositionem *l si hæreditatum, ff ad l. Falcid.* vide Gomes. *de delictis c.* 3. *nu.* 38. & ibi etiam an occidens ad sui defensionem, si excesserit teneatur ad interesse, & habetur etiam quando offensus non fuit occisus, sed factus inutilis, tunc delinquens tenetur ad operas annuatim quolibet anno quo vixerit: Ego autem arbitror, quod circa tempus operarum non sit attendenda dispositio dictarum legum, sed remittendum esse Iudicis arbitrio, cui remittitur damnum, & interesse, quod passo, siue vulnerato resarciendum est, vt per Menoch. *de arbitr. casu* 122. sed ego nunquam vidi, quod quis agat ad dictam operarum æstimationem defuncti, & actio ad damnum, expensas, & interesse transit ad hæredes, idem Gomes. vbi supra *num* 37.

Item † adde quod vulneratus possit ciuiliter agere contra 76
vulnerantem, ad damna, expensas, & interesse, licet vulnerans sit absolutus ab inquisitione, secundum Borgnin. *in cons.* 233. *volu.* 2. Rom. *in cons.* 223. *& cons.* 213. Maran. in Spec. aureo. *in* 4. *p.* 1. *dist. nu.* 5. *car.* 33. *& nu* 20. *car.* 35. & Borgni. filius in tra. de vsufruct. mulieri relicto, sub *nu.* 232.

* Item adde, quod licet homicida teneatur ad damna, & interesse, & expensas, non tamen offensus potest agere contra homicidam actione iniuriarum ciuiliter, & hoc est speciale in crimine homicidij; late Maran. de ord. iud. *par.* 6. *tit.* de inquisitione, *num.* 90. *&* 91.

t *Ad æstimationem*] Farin. *d. qu.* 119. *insp. sect.* 4. *nu* 93. *&* 97. 102. 103. 104 *&* 126. Ros.

u *Excusatur autem.*] Similes excusationes, & capitulandi modos pro Reo, vide apud Alc. Tracta. de præsumpt. *reg.* 3. *præsumpt.* 19. per totum, vbi diffusius, quam hic. Adde *infr. in § fin q.* 60. per totam. *Drogh.*

Excusatur autem] Late Farin. *d. vol.* 5. *q.* 125 *p.* 1. *in princ præcipue, nu.* 3. *q.* 10. 11. 93. *&* 118 Ros.

Excusatur autem homicida] Adde † videndum Menoch. *de* 77
arbitr. iud. casu 277. vbi quando vim vi repellere liceat, & quod remittitur arbitrio judicis, quando quis defensionis limites excessisse dicatur, & in casu sequenti habetur, quod excedens modum defensionis arbitrio judicis punitur

Item adde, quod si quis teneret aliquem prostratum in terram, cum multis pugillis percutiendo, & ipse percussus gladiunculo, quem ad latus gestabat, ipsum interficeret, non esset puniendus pœna ordinaria, sed exilij per sex annos, ita Vrsil. ad Afflict. *in decis* 289. *n.* 33. per ea, quæ tradit Alex. *in cons.* 76. *vol.* 1.

Item † adde, quod probans fecisset homicidium ad sui defen- 78
sionem, est liberandus etiam absque licentia Principis de iure secundum Boet. *in decis* 264. *nu.* 15. circa fin. tamen ibi dicit, quod de stylo curiarum Franciæ nunquam liberatur per judices sine remissione à Principe prius obtenta, quod esset seruandum vbique per omnes judices, & † nedum aggressorem licitum est oc- 79
cidere, non solum quando imminet periculum vitæ, sed etiam, quando imminet periculum alicuius iniuriæ personalis, Marsil. *cons.* 81. *n.* 16. & † quo probetur homicidium, ad sui defensionem 80
factum fuisse latissime per Mascard. *de prob. concl.* 1126.

Item † adde, quod homicidium factum ad sui defensionem 81
non est punibile, etiam stante statuto indifferenter disponente, homicidium pœna mortis puniri. secundum Bal. *in cons* 19 *nu.* 8. *inter consil. crim tom.* 1. nec † etiam Presbyter celebrans missam, 82
si insultatus committeret homicidium, efficeretur irregularis, quin posset post illud missam inceptam perficere, Mars. *in l.* 1. *nu.* 28. *& seq ff. ad l Corneliam de sicar. & in cons.* 4. *numer.* 4. *&* 5. *& cons.* 81. *num.* 2. & † in hac materia quando licita sit defensio, 83
vide Duen. *in reg.* 191. *&* 192. vbi ponit multas ampliat. & lim.

Item † adde, quod ille, qui primo prouocasset ad verba iniu- 84
riosa, licet postea rixando poneretur in discrimine vitæ, si interficeret, non gauderet priuilegio necessariæ defensionis, quia ipse causa fuit mali, & posuit semetipsum in necessitate, & per præsumptionem iuris non videtur interficere ad sui necessariam defensionem. *l. quam multa facinora, C. ad l. Iul. de vi.* & Bal. *in cons.* 143 *n.* 1. *vol.* 1. & Bolo. *in l. vt vim n.* 94. *&* 95. *circa finem. ff de iust. & iur.*

Item adde, quod aggressus possit etiam impune occidere furiosum siue dormientem aggressorem, Bal. *in repe l* 1. *num.* 50. *C. vnde vi*, & Gomes. *de delictis c.* 3. *nu.* 20. sed ego credo hoc verum non esse ita simpliciter, nam si potuisset aufugere, & non aufugisset, quod extraordinarie veniret puniendus, quia tunc aufugiendo non incurritur aliquod periculum honoris, quinimo non aufugiendo. *Baiard.*

x *Defensionem.*] Quæ debet incontinenti fieri, non ex interuallo, & quando dicatur incontinenti fieri per Care. *in pract. crim.* §. *Homicidium* 6. *cum sex limitat. à n.* 106. *vsque ad n.* 112. *& n.* 124. Et an confessus in judicio simpliciter homicidium possit ex interuallo suam interpretari confessionem, quod fecit ad sui defensionem, vide per pract. Carer. §. *Homicidium* 6. *n.* 165. omnino Boss. *tit de confes nu.* 31. *cum seq. & tit. de falsis num.* 66. Item defensio incontinenti non ex interuallo fieri debet, & defensionis modus, in quibus consistit. Item defensionis causa quando videatur fecisse percussus, qui per horam stetit in terram & postea ipse repercussit. Vide de istis omnib. per Boer. *Decis.* 168. Et adde vnum notabile verbum, quod iudex potest cogere reum, vt specificet defensionis modum, vide per Ang. de Aret, *in* §. *his igitur, Insti. de iu. & iur post n.* 6. Giach.

y *Ad sui defensionem*] Adde, & vide, qua pœna plectatur is

qui ad sui defensionem occidisse fatetur, per Iac. Men. de arbit.
85 ind. lib. 2. cas. 279. in fin. Et homicidium quãdo † dicatur factum ad defensionem, vide per Dec. plenè eius cons. 459. col. 1. per Craue. eius cons. 151. col. 5. vers. alibi scribit Ang. Are. vbi homicidium in dubio præsumitur factum ad defensionem, vt delictum excludatur, & allegat Dec. plurib. in locis, ac Nic. Boer. demum de illis miratur: quod ita loqui ausi fuerint, cum in dubio præsumatur contra occidẽtem, quod dolo fecerit, per text. in c. 1. de præs. & in l. 1. C. de sicar. Et concurrentib. duab. præsumption. aduerte, quod tunc vna præsumptio tollit alteram, & debilior cedit fortiori l. pen. de resti. in integ. Item plures præsumptiones vincunt vnam, per Crau cons 125. n. 11. & in cons. 149. n. 17. Item quibus coniecturis præsumatur homicidium ad necessariam defensionem perpetratum, vide per Cæpo. cons. crim. 29. n. 15. 16. Laur. de Palazolis inter cons crim. Cæpo. cons. 41. Fel. in c. dilecti filij, col. pen. in prin. de exec. Alex. eius cons. 14. col fi. vol. 3. & per Boss. tit. de homic. post nu. 80. vbi inquit, quod res eo redigitur: quod si iudici ex illorum dispari conditione videtur quod sit alienum à sana mente putare, quod occidens prius insultauerit, tunc præsumendum est, quicquid factum fuerit prouenisse ad necessariam defensionem, alias secus. Ad idem vide per Gram. plenè eius cons. 56. per totum, vbi egregiè materiam reassumit. Et similiter si insultatus, qui proclamando (non detis mihi impedimentum) sui aggressorem occidit, vel vulnerauit, quod ad sui defensionem fecisse præsumatur, vide per Alex. de Neuo. cons. 77. nu. 1. in 1. vol. inter cons. crim. diuer. Ziletti. Giach.

y* Capella cons. crim. 42.] Quem vide, quia ibi habes, quibus casibus liceat aggressorem interficere. Giach.

z In foro conscientiæ.] Farin. d. p. nu. 20. Ros.

86 a Hac autem conclusio.] Adde † quod Bolognet. in d. l. vt vim, n. 66. cum seq. conatur velle restringere hanc cõmunem opinionem, vt solum procedat, quando quis pro defensione bonorum suorũ poneretur in discrimine vitæ, & sic, quod vtrũq; concurreret, videlicet defensio personæ, & rerũ; quæ restrictio mihi non placet, per ea, quæ adducit Claud. in d. l. vt vim, nu. 76. vbi tenet cõmunem opi. quod pro sola defensione rerũ licitum sit homici-
87 dium, quod † etiã procedit in foro cõscientiæ, Rim. iun. in d. l. vt
88 vim, nu. 359. cum seq. & Achill. Pedroche in cons. 36. n. 340. & † intellige, quando talis defensio fit incontinenti, & etiam ex interuallo, vbi iudicis copia non offertur, Alcia. in cons. 132. col. 2. tom. 2. lib. 5. & Moron. in tract. de fide, pace, & treg q. 162. n. 1.
89 Item † adde, quod etiam clericis pro defensione rerum suarum vim vi repellere licet, Innoc. in c. nisi cum pridem. 15. col de renun. & Fely. in cons. 50. num. 11. sed Foller. in pract. crim. canon c. 14 in ver. & reis admissis, n. 7. dicit, nullo modo licere clericis occidere rapientes, aut furães; bene tamen præter occisionẽ, & percussionẽ licet defendere res proprias, cũ sit permissa modica percussio pro defensione rerum, vt per Abb. in c. significasti. de hom. Baia.

b Rerum suarum.] Et ista est conclusio magis cõmunis etiam in iure diuino, vt per Alex in cons 128 n. 11. lib. 6. qui facit regulam etiam in debitore, sed fallit, nisi res esset valoris modici, & vilis, inspecta qualitate personarum, per Alex. ibidem. Item, intelligitur secundum additio. ibid. nisi quando subesset etiam probabile periculum personæ, & sic nisi ab instanti periculo vitæ: alias extensiones, ac limitationes, vide per Carer. Pract. crim. pag. 172. & 429. cum seq. Giach.

Rerum suarum.] Vulpell. cons 79 n. 2. & 119. Et quid pro bonorum defensione, vide Farin. vol. 5. eius prax. q. 125 par. 4. nu 168. & 170. & etiam homines coadunare; Farin. qu. 113. 4. inspectione, nu. 149. & duobus seq. & d. p. 4. n. 177. 234. Ros.

c Proprij honoris.] Vide Farin. quæst. 121. par. 2. nu. 116. vol. 5. & d. p. 1. nu. 41 & 42. Ros.

90 d Item locum habet non solum.] Adde, † quod etiam licet defendere socium itineris, & amicum, vt per Dec. cons. 469. nu. 3. & 4. Gram. cons. 56. n 25. & Bertaz. cons 473. n. 2. vol. 2. & de extraneo occidente aggressorem pro defensione alterius extranei, latè habetur per Gomes. in c. 3 nu. 21. vbi tenet, quod non potest puniri nisi pœna extraordinaria, etiam quod aggressus non clamasset, & auxilium non petiisset, attestando se defendisse à pœna mortis quendam mediatorem qui cum baculo aggressorem occiderat, & de hoc vide etiam Boer in decis. 83. quando mediator interfecit rixantem, vel interfectus fuit, & Menoch. de arbit. casu 324. nu. 9. vbi concludit, quod talis homicida sit puniendus pœna arbitraria, dummodo non adsit dolus. Baiard.

e Sanguine coniuncti,] Vt puta patris. Alban. cons. 94. Ros.

f Doctores.] Farin. q. 51. num. 38. vol. 2. & qu. 125. p. 5. num. 281. 290. Ros.

g Immo etiam.] Aut etiam extranei. Vide Farin. d. vol. 5. & q. 125. p. 5 n. 267. & vol. 2. q. 51. nu. 58. 281. & iterum etiam extranei p. 4. num. 188. modo incontinenti fiat. num. 211. & 218 & in socio & amico d. p. 5. num. 290. & 294. & pro vicino, & domino ibi num seqq. Ros.

h Pro salutis propria defensione.] Quid de illo, qui interfecit aliquem turbantem in sua licita vindicta, an puniri debeat pœna l. Cornelia de sicariis. Vide, per Cæpol. crim. cons. 75. visis statutis. Giach.

i Interficere.] Hic adde, quod in causa defensionis non habetur ratio, an quis potuerit aufugere saltem, quando aggressus est nobilis, atque bonæ conditionis secundum magis communem opin. de qua vide per Alex. cons. 119. col. fin. lib. 7. qui n. fin. Idem tenet in aggresso minus potenti. Giach.

k Sit clericus.] Et quid si is, qui vult offendere sit clericus, vi. Far. d q. 125. & p p. n. 31. & 32. & 33. Rat.

l Defensione.] Aduerte, quod si percussus ab aliquo percussorem fugientem percuteret, quod non dicitur percussisse ad defensionem, sed ad vindictam, vt per Nat. plene in cons. 412. nu. 21. Item scias, quod defensio debet esse proportionata, puta, pugnum pro pugno, baculum pro baculo, non ensem pro fuste, nisi tanta sit elegantia offensi, quod plus ponderet in ipsum fustis, quam in aduersarium ensis. Ita Bal. in l. 1. col. 20. C. de Confes. & per Crane. cons. 119. n. 7. Et licet non liceat, vt jam dictum est, fugientem, qui percussit, occidere, quia esset ad vindictam, si tamen percussus illum fugientem interficeret, non deberet condẽnari de homicidio, vt late habetur per Carrer. in pract. §. homic. 6 post num 10. 170. & fusius num. 151. 153. ob justum enim dolorem pœna minuitur, vt per Deci. in allegata l. vt vim, num. 11. cum illic allegatis & Cagnol. in regul. quicquid calore, num. 8. & vi.
supra. Et adde, quod ad probandam † defensionem sufficit se- 91
miplena probatio. Item dubia probatio sufficit in criminalibus. De istis vide per Crau. suo cons. 2. post nu. 16. Et probatur defensio per testes simpliciter deponentes homicidium fuisse factum ad defensionem, tametsi aliam rationem non adducant, vt tradit Dec. cons. 459 n. 6. 469. nu. 5. & 10. Et habetur etiam per Boss. tit. de defen. reor. num. 30. Item defensionis causam homicidium in dubio præsumendum est, per Dec. cons. 449. n. 4 469. n. 11 & 678. n 7. Vi. tamen de hoc Crau. cons. 151 post num. 18. vbi contra Dec. & Boer. inuehit Giach.

m Papa vel Imperator.] V. Farin. 5. vol q. 34. Ros.

n Qui percusserat.) Qui prætorem se defendendo percussit, vel clericum. vi. Farin. q. 105. inspect. 4 nu. 195. & q. 125. p. 5. nu. 276. Ros.

o Adde quod non solum.) Si alius occiditur, quando ab insultante non potest quis se defendere, vide Fari. sup n. 148. Ros.

Adde, quod non solum licet insultato.) Adde † quod non puni- 92
tur pœna homicidij, sed punitur arbitrio Iudicis, Menoch. de arbitr. Iud. cas. 344 nu. 9. Boer decis. 83. vbi mediator cum accepisset, vel teneret arma vnius ex rixantibus, qui se defendere non
poterat, ab eo fuit interfectus; & si † interficiens alium sine me- 93
diatorem, se defendendo, homicidium negaret, non esset torquendus, quia homicidium esset impunibile, vt per Alban. in
cons 56. n. 45. & in d. cons. habetur de quodam † homicidio in ri- 94
xa commisso ab vno ex rixantibus, credente occidere insultantem, quem sequitur Bertaz. cons. 223. n. 12. ambo concludentes
non teneri de homicidio, & † in d. decis. Boerij habetur etiam, 95
quando teneantur mediatores, qui vnum ex rixantibus offendunt. Baiar.

p Se aliter defendere non poterat.) Adde, quando insultatus dicatur in discrimine vitæ constitutus, per Pet. Barbo. inter cons. crim diuers. Ziletti in cons. 97. in 1. vol. Item adde, quod quando
defensionis † modus exceditur, tunc punitur solum quis de ex- 96
cessu communi, vi. per Alex. eius cons. 11 n. sub nu. 12. lib. 7. Adde etiam per Dec. in cons. 482. n. 15. Sed aduerte, quia non tenetur de excessu, quando aliter euadere non poterat, per Mars. cons. 4 n. 28 Item, quando excessus fuit factus inopinate, per eundem ibi. n. 22. Quomodo autem probari possit, quod fecerit ad sui defensionem, vide per Ang. de Aret. in §. ius autem gentium nu. 6. & 7. Instit. de iur. natu. gent & ciuil vbi etiam habes, quod præsumitur quis in discrimine vitæ constitutus eo ipso, quod terror infertur cum armis: & quid de insultato à rustico, & de robusto à debili, vide ibi. & sub num 8. declarat verum esse, quod excedens modum tenetur tantummodo de excessu, & non de toto, quando excessus prædictus est punibilis. Giach.

q Sed pone.) Si oppositum Titio insultanti Gaium qui fuit interfectus, vide Farin. d. q. 125. par. 3. n. 146. & 148. Ros.

Sed pone, ego fui.) Adde, † quod in sing. hic alleg. de hoc verbum 97
nullum est, nec de quæstione Ang. Imò Fel. in c. significasti, el 2. num. 14. de homicid refert, quod Ang. in d q. tenuit, quod talis apprehendens puniatur, quasi excesserit defensionem, ponentem innocentem in periculo: sed Boer. in decis. 84 n. 4. tenet contrarium, quod aliqua pœna non teneatur nisi eo dolosè, vt clypeo vsus fuisset, se retroponendo. Baiard.

r Quod est notandum.) Diuidentes rixas sæpe offensi remanent, vi. Farin d. q. 125. p. 3. num. 141. & seq. & 144. 154. & 155. quando qui plures offendunt Bonacossa in comm. crim. verbo. offensa. Ros.

[Et ita fuit absolutus per senatum quidam Ant. Dauerius & c.)
Adde, † quod debeat condemnari aliqua pęna per tex. in l. scien- 98
tiam, §. qui cum aliter. ff. ad leg. A quil. vbi projiciens lapidem contra

contra aggressorem, si non eum, sed prætereuntem percusserit,
tenetur. & ibi Bal. dicit, quod licet sit licitum percutere aggresso-
rem, non tamen mediatorem, vel alium: videatur Boet. *in dec. 83.*
in fin. & Menoc *de arbit. Iud. casu. 324.* vbi ipse quoq; tenet, quod,
pœna arbitraria sit puniendus. *Baiar.*

t *Atque adeo.*] Quid si insultatus fuga poterit se seruare, vi.
Fari. *d. vol. 5. q. 125. par. 2 n. 121. vsque. 131. & 133.* Ros.

99 t *Atque adeo vera est.*] Adde † quod insultatum nedũ aufugere
non tenetur, sed si percussus fuerit, & post ictum insuquendo
percussorem, siue vulnerantem fugientem eum occiderit, nõ de-
bet puniri pœna mortis, sed alia pœna extraordinaria, quia est
potius culposus, quam dolosus, Abb. *in c. olim, el 1. de restitu. spol:*
Felyn. *in c dilecti filii, col. 6 de excep.* & hoc firmant scribentes ma-
xime Io de Anan *in c. significasti, il 2. de homi.* hoc etiam firmant
Ang Aret. & ibi addent. *in tract. de malef. in verb. & dictus Titius*
se defendendo, in fin. Afflict. *in constit. terminum vitæ, num. 18.* &
Boet. *in decis. 168. num 8.* Et de hoc vide etiam Natt. *in consil.*
412. nu. 21 & late per Carret. *in pract. in §. homicidium 6. nu. 152.*
& 153.

100 Item † adde, quod etiam insultato licet vulnerare, & occidere
aggressorem in terra prostratum, cũ potuerit timere, ne amicus,
vel coniunctus illius veniret ad opem illi ferendum; Bertr. *cons.*
290. n. 13. quem sequitur Bertaz. *cons. 1. n. 14. vol. 1.*

101 Item † adde, quod clericus tenetur fugere, Felyn. *in d. c. dilecti*
filii, num. 21. de except. sed Bologn. *in l. vt vim nu. 92. ff. de iust. &*
iure, tenet contrarium, quod clericus aufugere non tenetur; di-
cens, hoc esse verum in monacho, cum videatur mortuus in mũ-
102 do; & ibi *num. 21.* tenet, quod nec † in foro conscientiæ quis au-
fugere tenetur. Quinimo insultatus non peccet in sequendo ag-
gressorem, & eum percutiendo tantum, quantum ad sui hono-
ris defensionem opus esset, nam licet illud non esset defendere
personam, neque fortunas, esset tamen defendere honorem,
quem licet defendere, etiam occidendo, si eo ad id opus esset, ita
tradit Nau. in *Manuali confess. c. 15. n. 4 fol 148. tom. 1.* Baiar.

103 Itẽ adde, † quod quilibet tenetur fugere ab illis personis, qui-
bus reuerentiam debet, vt per Bolog *in d. l. vt vim, n. 93.*

u *Sed quomodo probatur.*] Adde Alc. *d tract de præsum. regula 3.*
præsumpt. 36. num. 7. cum sequentib. & hic adde, quod volentem
me percutere cum baculo, vel etiam manu vacua, si aliter euade-
re non possunt, licitum est cum gladio ferire ad euitandam per-
cussionem, dicit Alexan. *cons. 14. nu. 10. circa fin. lib. 3.* Cran. *cons.*
119. nu. 7. sup. vers Adde, quod non solum, Dec. *cons. 69. in casu*
supradicto. Drogh.

Sed quomodo.] Necessaria defensio quomodo probanda, vi. Fa-
rin. *in d. vol. 5. & q. 125. p. 7. §. 1. num. 419 & seqq.* & quomodo
probetur aggressio ibi *p. 7. §. 2. nu. 437. q. eadem & p. 7. §. 3. nu. 484.*
Quid si non constat quis fuerit aggressor: vide etiam Far. *d. q 125.*
p. p. n. 61 & testib. etiam consanguineis, & leuibus probatur Vulp.
cons. 96 nu. 7. & 9. etiam obscura. Idem *cons. 97. n. 4.* Bal. *cons. 111.*
lib 4. Ros.

Sed quomodo probatur, quod feci ad sui defensionem &c. Adde,
104 † quod in dubio potius præsumitur factum ad defensionem, quã
ad vindictam, Dec. *in cons. 459. num. 4. & 469. num. 11. & cons.*
479 num. 7. Alciat. *reg. 3. præsumpt. 39. numer. 5.* Boet. *decis. 237.*
Crauet. *cons. 31. num. 17.* Socin. iun. *cons. 135. nume. 1. & 2.* Ber-
105 tazz. *cons. 31. num. 9.* Et † quid si duo adinuicem se insultarunt,
& eodem tempore euaginarunt, & vnus occisus fuerit, an alius
dicatur fecisse ad defensionem, Bartol. *in l. 1. §. cum arietes, ff si*
quadrup. paup fecis. dicat, & ibi *in apost.* Nunquid in dubio præ-
sumendum sit illum fecisse ad sui defensionem, qui primo ince-
106 perit, & † an testes probent defensionem, si dicant, factum ad
sui defensionem, licet aliam rationem non adducant, Dec. *d. cons.*
107 459. Et † an probent, per verbum, *credo*, Boet. *decis. 164. nu. 17.*
108 & in hac materia defensionis, vide Boet. *decis. 168.* & † quid in
dubio, quando non apparet, quis primo euaginauerit, & quibus
109 pœnis puniatur vide Menoch. *de arbitrar. iud. cas. 363.* & † quo-
modo probetur defensio, vide omnino Mascar. *de probationibus*
conclus. 490. & 491.

Item adde, quod ad defensionem probandam, etiam præsum-
ptiones, & conjecturæ admittuntur, Bal. *in l 1. num. 46. C. de con-*
fess. ibi Barb. Gramm. *cons. 19 nu 10. & consil. 56 num. 21.* dicit,
quod probatur per coniecturas, quæ Iudicis arbitrio relinquun-
tur, & multo magis ex iuris præsumptione defensio deducitur,
Vulpell. *in cons. 44. nu 8.* & quod defensio probetur per præsum-
ptiones, & coniecturas, vide omnino Mascar. *de probat. conc. 490.*
& 491. & plenissime *in concl 1126. vol. 3.* & Cæph. *cons. 140. nume.*
3. vol 1

110 Adde † etiam, quod occidens aggressorem, etiam non se de-
cudentem, mitius punitur, Gramma. *decis. 5. num. 22.* & in hac
materia quomodo insultatus non egrediatur modum tutelæ, &
quomodo non teneatur fugere, & quo casu liceat fugientem ag-
gressorem insequi, vulnerare, & occidere, vide Bertazz. *in cons. 1.*
per totum.

111 Item † adde, quod insultatus censetur etiam omnia facere ad
sui defensionem, Alex. *cons. 109. col. 1. vol. 1.* Dec. *cons. 459. &*
469. num. 8. Boet. *decis. 164. num. 17.* Bero *cons. 194. num. 9. vol. 3.*
& † quando non apparet, quis fuit aggressor, inspicienda est qua- 112
litas vtriusque rixantium, Io. de Auic. *cons. 32. n 6.* Gram. *vol 22.*
n. 10. & 24. n. 5. & cons. 29. nu. 14. Alciat. *rep. 1 præsump. 39.* Carret.
in pract. crim §. 6. n. 139. Et quibus coniecturis, & præsumptioni-
bus quis præsumatur aggressor, Bertaz. *cons. 1. & 30. nu. 3. cum seq.*
& quando ignoratur aggressor, præsumitur, quod superuiuens
fuerit aggressor, si alter est mortuus, Gomes. *de delict. capit. 3. nu-*
mero 25.

Item † adde, qualiter sit deducenda ista defensio in Iudicio, 113
idest quomodo sint formandi articuli, & quid debeant depone-
re testes, vt sufficienter sit probatum, quod quis fecit ad neces-
sariam suam defensionem, latè per Bolognet. *in l. vt vim, nume.*
35. cum seq. ff. de iust. & iure, & licet non fuerit probata defen-
sio, cum reus confessus fuerit ad eius defensionem fecisse, non
poterit capitaliter puniri, Panorm. *in cap. auditis de præscrip.* Ti-
raquel late hãc partem examinat. *in tract. de pœn. causa. 26. num.*
7. Baiar.

x *Non enim tenetur.* Nemo tenetur expectare, vt ab alio per-
cutiatur. Far *d. parte 1 nu. 74.* Ros.

Non enim tenetur. Adde † videndum Gram. *in decis. 5.* Thob. 114
Non. *cons. 109.* & Bertaz. *in cons. 413. & 414.* vbi latissime, quan-
do minæ excusent homicidium à pœna ordinaria. *Baiar.*

y *Ita affirmant communiter.*] Farin *d par. 1. n 67* Ros.

z *Expectetur.*] Adde etiam, & plene per Carre. *in pract. crim. §.*
homic. 6 n 9 Giach.

a *Et in eo.*] Farin. *d. p. p. nu. 63.* Ros.

b *Scias tamen.*] Defensio tamen debet cum moderamine in-
culpatæ tutelæ, alias pœna extraordinaria punietur Far. *d. 5. vol.*
sua prax. q 125. p. 6. n. 330. & seqq. & nu. 396 & 397. vide Vulpell.
respons 96. n. 6. & 125 n. 16. & seq. Ros.

Scias tamen, quod talis defensio.] Adde, † quod cum moderami- 115
ne inculpatæ tutelæ, quid factum fuisse dicitur, quando non po-
tuit aliter quis euadere periculum personæ, famæ, seu honoris,
vel rerum, Gram. *in cons 56. n. 16.*

Item adde, quod moderamen inculpatæ tutelæ non conside-
ratur, quando insultatus, furore accensus, excesserit, quia primi
motus non sunt in potestate nostra, ita singulariter dicit Afflict.
in const asperitatem, in 7. notab. subdit tamen, totum residere in
pectore Iudicis, & idem tenuit Menoch *de arbit. Iud. cas. 277. &*
279. vbi plene in hac materia scripsit, & Gram. *in cons. 56. nu. 17.*
& 18. dicit, † quod excedens moderamen inculpatæ tutelæ, non 116
tamen ex proposito, sed in rixa, non dicitur incurrisse aliquam
pœnam.

Et † ad pœnam conuentionalem aggressus, qui se defendendo 117
modum excessit, non debet puniri. Afflict. *decis. 206. numer. 3. &*
4. Baiar.

c *Et causam.*] Vt etiam dicit Pract. Carret. *in § homicidium. 6.*
qu. late etiam vnumquodque moderamen examinat, ac exem-
plificat. vide per eundem. *nu. 96. cum pluribus sequentib. vsque ad*
num. 150. Giach.

d *In se defendendo.*] Adde, & vide, quando dicatur modus ex-
cessus, per Menoch. *in suo tract. de arbitr. iud. libr. 2. centur. 3. cas.*
277. vers. dubitari, n. 5. 6. 7. Giach.

e *Arbitrio iudicis.*] Adde per Iacob Menoch. *d. tracta. cas 278.*
quod est verum etiam, quo ad pœnam conuentionalem, ad quã
aggressus, qui se defendendo modum excessit, non debet con-
demnari, sed leuiter tantum arbitrio Iudicis punitur, vt per Af-
flict. plenè *decis: 206. in 2. dub.* Et ex duobus contendentibus, &
rixantibus, quis præsumatur aggressor, ac de eorum pœna cum
ignoratur quis fuerit aggressor, vi. per Menoch. *eo. tract. cas. 365.*
Et *tit de confess. n. 37.* Giach.

f *Sed etiam si excessisset.* Adde † videndum Aret. *in cons. 80. nu.* 118
8. & ibi latè, quando iracundiæ calor, rixa, consanguinitas, ami-
citia, instrumentum, vitæ anteactæ conuersatio, casus, & delibe-
randi tempus excusent, & alleuient occisorem, tradit Tiraqu. *de*
pœn. temperand. caus. 1. num. 7. rixam, metum, instantes periculi,
nimium dolorem impedire consilium deliberandi; & quod ho-
mo intenso dolore permotus non est in plenitudine intellectus,
& ideo supergressus excedens moderamen legitimum, non pu-
nitur tamquam dolosus, sed tamquam culposus ibi, *nu. 6.* quod
ampliat, etiam si ex proposito modum excesserit *nu. 8.* etiam si
prouocator aufugiat, & prouocatus fugientem insequatur, & in-
terimat, *n 9.*

Item etsi is, qui se defendendo modum excessit, dabat ope-
ram rei illicitæ *n. 11.* Nec non, etsi, qui occisus est, non dederit
causam iræ, quæ occisorem ad maleficium impulerit, ibi, *nu 10.*
cum seq. quod affinitas, amicitia, & simil. a excusent delinquen-
tem, latissime Tiraqu. vbi *in causa 22* vicinitas *causa 23.* tutando
salutem hominis excusari debet *causa 24* quemadmodum, & id
operatur numerus liberorum *causa 26* Baiar.

g *Hinc est quod.*] Farin *sup. n. 349. & trib. seq & n. 354. & 357.*
& 359. Ros.

Hinc est, quod si aliquis insultet me cum baculo, &c.] Adde † vi-
119 dendum Boer. *in decis.* 169. vbi tenet, quod iniuriatus verbis, si gladio occiderit, mitius sit puniendus, sed vide Gram. *decis.* 98. vbi quidam fuit iniuriatus verbis, & baculo percussus in capite, & spatulis à quadam muliere, qui impatiens doloris eam interemit; nihilominus per duas sententias fuit condemnatus ad remigandum; *& in cons.* 63. *nu.* 31. dicit, quod † vulnerare non pos-
120 sum cum gladio insultantem me cum baculo, si poteram me aliter defendere, prout in dubio præsumẽdum est me aliter defen-
121 dere posse, vide etiam Capic. *decis.* 58. vbi † dicit quod mentitus, mitius sit puniendus, quod intelligendum est, si mentita non fuerit iusta, idest si non fuerit data ad repulsandam iniuriam, vide etiam Gramma. *decis.* 23. vbi tenet, quod licet iniuriato se vendicare propria auctoritate, licet modum excedat, quando iniuria est talis, quod adeundo iudicem, tes poneretur in derisum, & iniuriatus reputatur vilis, quo casu est in facultate iudicis illum nõ condemnare ad mortem, si fuerit homicida, & † an ex interual-
122 lo, vel statim facta fuerit defensio, committitur arbitrio iudicis, Boer. *decis.* 168 *nu.* 6. & dicit Menoch. *in cons.* 107. *nu.* 40. *vol.* 2. quod propulsatio iniuriæ dicitur facta incõtinenti, si die sequenti facta fuerit.

123 Item † adde, quod percussus cum pugno potest occidere cum gladio, si euadere non potest ab iniuria personali, vt ab altero pugno, pro quo euitando, & pro qualibet iniuria personali licet occidere, secundum Gramma *in cons.* 19. *per totum*, quem sequitur Mazzol. *cons.* 11. Sed vide omnino Grau. *in consil.* 119. *num.* 7.

Item adde de percusso cum pignatta, quod non teneatur, si occidit se defendendo, Alex. *cons.* 76. *vol.* 1.

Item adde per Bal. *in l.* 1. *C. vnde vi, colu.* 6. de eo, qui volebat date alicui maxillatam, qui gladio se defendit si aliter non posset euadere maxillatam, quod non punietur de homicidio. *Drogh.*

h *Sic etiam.* Farin. sup. *n.* 338. *& seq* Ros.

i *Sed debet mitius.*] Far. *d. n.* 396. Ros.

124 k *Sed hic occurrit alia quæstio.*] Adde, † hoc procedere, etiam quod homicidium compulsus tortura confessus fuisset. Bertaz. *cons.* 128 *nu.* 3. dummodo cum dicta qualitate fuerit confessus; Bertaz. *cons.* 27 *nu.* 3.

125 Item † adde, quod huiusmodi declaratio, s. quod occiderit ad defensionem, potest fieri per procuratorem in defensionibus, & facta dicta declaratione non potest deueniri ad torturam contra reum, vt per Bero. *cons.* 194. *vol.* 1.

126 Item † adde, si è contra aliquis confessus fuerit occidisse hominem, postea reuocat confessionem, quia dicit hominem viuere, postea conuincitur de mendacio, auditur, si vult dicere, quod ab alio, non à se fuit interfectus. Bal. *in l.* 1. *nu.* 16. *vers.* 5. *punitur*, *C. de ser fug* Baiar.

l *Negauerit.*] Quid si confessus. An poterit etiam ex interuallo interpretari se illud fecisse ad suam defensionem: quod sic, vide per Nat. *suo cons.* 412. *nu.* 18. 19. *&* 20. Et hæc addo illis, quæ superius adnotaui. Similiter homicidium, quando ad defensam, & quando ad vindictam factum dicatur, & qualiter puniri debeat, quando ad sui defensionem, vi. per Cæpoll. *cons. crimin.* 28. 29. Giach.

127 m *Potest etiam homicida se excusare.*] Adde, † quod nedum excusatur occidẽs insidiatorem, sed etiam interficiẽs ex interuallo ex causa metus, quem iuste habuerat ab illo, quam minatus erat ei mortem & erat solitus exequi, excusatur à pœna mortis, & cõdemnatur ad perpetuos triremes, Gram. *decis.* 5. *per totam.*

Item excusatur, qui mandato alicuius, qui minatus ei fuerat mortem, si non occideret, occidit, & an puniatur aliqua pœna, vel in totum liberetur, tradit Tiraq. *de pen. caus.* 36. & Clar. inf. q. 60. *vers. quæro modo nunquid.* Baiar.

128 n *Alia etiam est defensio.*] Adde † Tiraq. *de pœn. caus.* 63. *nu.* 1. *&* 2. quod pluribus modis incertitudo consideratur; nam interdum est respectu delictum passi, interdum respectu delinquentium, interdum mixtim ex vtroque & interdum est error, vt per Alber. & Ros. *in l. item Mela, n.* 6. *ad l. Aquil* Baiar.

o *Ex incertitudine.*] Incertitudo an excuset delinquentes Far. *vol. p. sua prax. q.* 96. vbi late de hac materia, & præcipue, *n.* 14. *& seqq. & n.* 21. 64. Ros.

p *Plures interuenerunt.*] Adde, atque fusius ac dilucide explicatum, vi. quæ pœna sit contra plures vulnerantes tam in rixa, quam sedato animo, si vel ex vno, vel ex pluribus vulneribus sequutá sit mors, per Iacob. Menoch. *de arbitr. iud. lib.* 2. *centur.* 4. *cas.* 392. Item, & per Cater. *in pract.* §. *homic.* 1. *sub num.* 75. quem vide, quoniam tres dat limitationes, & *num.* 77. ponit casum de pluribus existentibus in domo, aut coquina, & vnus lapidem proijciat, & occidat prætereuntem, & nescitur quis lapidem projecit, quod non omnes teneantur de occiso, sed alia pœna minori: Item de nostra principali q. vi. per eundem §. *homicidium* 6. *sub n.* 345. vbi etiam illas tres limitationes repetit. *Giach.*

q *A pluribus.*] Vltra hic dicta, adde quod quando quis est à pluribus percussus, sed nescitur ex cuius vulnere decesserit, nullus ad mortem est damnandus teste Alex. *cons.* 15. *col.* 2. *in fin. lib.* 2. & hoc propter incertitudinem, pro quo vide, quæ scribit Anch. *cons.* 216. & Dyn. *in c. in pœnis, & in c. in obscuris, de reg. iur. in.* 6. & Cagnol. *in l fauorabiliores, & l. semper in obscuris, ff. de reg. iur.* Guiot.

r *Idemq;*] Farin. sup *nu.* 72. Ros.

s *Tu igitur.*] Farin. sup. *num.* 72. Ros.

Tu igitur.] Huic distinctioni adde Blancum *in repet. l fin. n.* 53. *de q* Dyn. *in reg. ratihabitionem*, *num.* 13 *de reg. iur. in* 6. Boer. in Addit. ad Dyn. *in reg. in obscuris sub nu.* 19. *in littera B, eod. tit.* latè per Menoch. *sæpius citato Tract. de arb. iud. lib.* 1. *q.* 8. *nu.* 141. & quomodo in tali casu procedat inquisitio infra *quæst.* 90. *vers. aduerte etiam.* Menoch. *d. Tract lib.* 2. *centur.* 4. *cas.* 349. *sub nu* 9. *& cas.* 352. *num.* 18. Dum autem dicit hic, quod apparere debeat omnes fore homicidij conscios; hoc idem haberur per Menoch. *Tract. de arbit. iud. lib.* 2. *cent.* 4. *cas.* 349. *nu* 15. *& cas* 349. *num.* 6. Immo in dubio præsumitur potius casus in præsenti, quam destinata voluntas, vt ibidem, & quod omnes sint torquendi super qualitate facti, stante incertitudine, idem Menoch. vbi supr. *cas.* 361. *cent.* 4. *sub nu.* 20. & posito, quod omnes & multi numero apparerent conscij, non tamen fortè omnes essent morte puniendi, ne sequatur strages multorum, vt per Felyn. *in cap.* 1 *coll. mihi* 5. 7. *limitatione de officio deleg. inf. q.* 60. *versic. Allegatur etiam ad glo. in fin. in rixa, ff. ad l Cornel de sicar.* respond vt per Alex. *consil.* 14. *sub nu.* 7. *vol.* 3. supradictis adde, in nouissimis constitutionibus Mediolani, appellantur ordines excellentissimi Senatus *sub titu. Quomodo facienda sint condemnationes in casu incertitudinis.* Drogh.

Tu igitur pro veriori.] Adde videndum Bertaz. *in cons.* 335. vbi hanc distinctionem de incertitudine delinquentium declarat, & alios ponit casus, per D. Clar. non tactos; vide etiam Menoch. *de arbit. iud. cas.* 362. vbi † late de pœna, quæ sit contra plures vul- 129
nerantes, tam in rixa, quam sedato animo, vel si ex vno, vel ex pluribus vulneribus secuta est mors, vide etiam Thesaur *in deci. Pedem.* 31.

Item adde, † quod si tractatus est, non ad homicidium, sed ad 130
aliud illicitum, vt si plures homines armati essent coadunati ad inuadendum possessionem per vim, & secutum sit homicidium, tunc omnes non tenentur de homicidio, sed quilibet de eo, quod fecit, ita Iul. Scarlat. *in cons.* 312. *n.* 26. *cum seq. inter cons. crim. diuers. vol.* 1. quem sequitur Burs. *cons.* 316. *n.* 32. Sed contrarium tenuerunt addentes ad Bertaz. *in cons.* 299. *in litter. A. vers sed casus est à Claro*, vt s. omnes teneantur, quæ opinio mihi non placet; tamen ipsi addentes se declarauerunt *in cons.* 326. *in princ.* & de hac q. vide etiam Boss. *in tit. de homic. n.* 25. *&* 74. Baiar.

s *Commissum ex improuiso.*] Et tunc in dubio non esset præsumendum ex proposito aduenisse ad vulnerandum, & occidendum, nisi specialiter, & clare probasset, vt per Cater. *in pract crim.* §. *homicid.* 1. *n.* 70. §. 4. *n.* 55. Giach.

t *Bene verum est.*] Auctor rixæ intellige, quando rixæ præter tractatus Dec. *cons* 40. Farin. *in q.* 125 *p.* 1. *in fine*, & vi. de auctore rapinæ Alex. *cons* 103. *n.* 2. *lib.* 1. vel rixa Far *q.* 125. *p.* 40. *num.* 65. Cartar. *de execut. sent c. fin. n.* 259. *&* 149. Ros.

Bene verum est, quod hoc casu si appareat, quis fuerit &c. auctor &c.] Adde, † quod hoc casu incertitudinis Iudex poterit omnes 131
subijcere tormentis ad habendam veritatem, Mars. *in l.* 1. §. *diuus, n.* 52. *ff. ad l. Corn. de sicar.* Plac. *d. c* 12. *n.* 12. Menoch. *de arbit. iud. cas.* 363. *n.* 20. & late per Chart. *de exec. sent. c. fin. nu.* 245. *cum seq.* & inchoandum † erit ab illo, qui similia commisit, Mars. *in* 132
l. 1. *n.* 21. *ff de q.* Decian. *cons.* 75 *nu.* 8 *vol.* 3. Rol. *cons.* 63. *nu.* 9. *vol.* 2. & licet Foller. *in cons.* 137 *nu.* 9. *inter crim. diuers. volu.* 1. quem sequitur Bursat. *cons* 116. *num.* 11. tenuerit non posse deueniri ad torturam, nisi contra eos, qui sint malæ conditionis, & famæ; tamen addentes ad Bertaz. *in cons.* 335. eos optime impugnando cõcludunt, quod indistinctè omnes, qui interuenerunt rixæ, torqueri possunt pro inuenienda veritate; sed inchoandum esse ab illis, qui sint malæ famæ si inter rixantes adsint; & ita practicari vidi, vide infra *q.* 47. *n.* 36. Baiar.

u *Auctor, siue inceptor rixæ.*) Adde, quia dicitur præbere causam propinquam homicidio, vt per Carer. *in pract.* §. *homic. num.* 11. vbi etiam idem in eo, qui est caput seditionis, si ob talem cõcitationem tumultus in populo sequatur homicidium, vt fuit in Barabba: hoc tamen intellige, quando principaliter animo concitandi tumultum, & seditionem faciendi, secus si in consequẽtiam, & incidenter. *Giach.*

x *Sed hic incidenter.*) Homicidium in rixa quomodo soleat puniri Farin. *q.* 99. *num.* 67. Quomodo sit formanda Inquisitio, quando non apparet, quis vulnus intulerit Far. *q.* 96. *n.* 61. *vol.* 1. & Far. *q.* 126 *p par. n.* 48. *vol.* 5. *& n.* 49. Ros.

y *Si vero compareant.*) Adde, † quod rixa est ductum, 133
aut plurium vi contentio. *l. si. ff. de vi bon. rapt.* & not. *in l fin ff. ad l. Corne. de sicar.* quæ ex improuiso procedit *l.* 1. §. *diuus ff. eodem*, *& l.* 3. *ff de vi priua.*

Item † adde, quod autor rixæ dicitur ille, qui dixit, aut fecit, 134
aut facere tentauit aliquid illicitum; ex quo verisimiliter sequi posset

possset delictũ subsecutum, Bart. *in l. diuus, ff. ad l. Cornel de sica.*
& delictum incipit, qui delinquentem ad iram prouocat, Bal.
cons. 143. *super q. nu.* 1. *vol.* 2. & Angus. *cons.* 27 *n.* 10 *& in cons.* 23.
discutit, † an auctor rixæ puniatur de homicidio, de quo alias nõ
135 puniretur ob incertitudinem occisoris: & ibi declarat *d. l.* quem
multa.

Item † adde, si de interfectore appareret, quod auctor rixę, cu-
136 ius causa fuit commissum homicidium, præter tamen volun-
tatem suam, sed tantummodo occasionem præbuit, debet pu-
niri pœna extraordinaria arbitrio Iudicis, *decis. Pedemon.* 104 *per
totum.*

Item † adde, quod licet apud Senatum Mediolani raro homi-
137 cidium in rixa commissum pœna mortis puniatur; tamen de iu-
re occidens in rixa hominem non minus punitur, quam si id de-
liberate faceret, Boss. *in tit. de inquisit. num.* 116. & Aret. *con.* 80.
col. 2.

Item † adde, si duo rixassent, an interfectus præsumatur ag-
138 gressor, & quid quando nullus est mortuus, Alciat. *in tractat. de
præsumpt. reg.* 1. *præsumpt.* 39 Deci. *cons.* 459. & Boer. *decis.* 237.
& ibi quomodo sint puniendi rixantes, quando ambo sunt vul-
nerati, & nescitur, quis fuit aggressor, sed vide omnino Crauc.
139 *in cons.* 51. *colum.* 5. qui miratur de Decio, & Boerio; quia in †
dubio præsumendum est contra occidentem, quod dolo fece-
140 rit. *c.* 1. *de præsumpt. & leg* 1. *C. de sicar.* & † de multis præsumptio-
nibus, & coniecturis, quibus præsumi potest, quis fuerit aggres-
sor, vide Cæpoll. *in cons.* 29. *&* 42. Gramm. *voto* 22. *& cons.* 62.
Menoch. *de arbit. iud. cas.* 363. *& in tracta. de præsumpt.* 39. *lib.* 5.
Vulpell. *in consil.* 118. & Hercul. *in tractat. de caut. de non offend.
in cap.* 39. vbi late, quando ignoratur quis primo cautionem fre-
gerit.

Item † adde, quod quando non apparet, quis fuerit auctor ri-
141 xæ, & vulnerans dicat, se vulnerasse ad sui defensionem, nemo
tenetur ad pœnam conuentionalem de non offendendo, vt per
Hercul. *in tract. de non offend. c.* 10 *per totum*, & tam quoad pœ-
nam applicandam parti, quam fisco, vt ibi per eum, *nu.* 10. Marsi.
in rub. n. 406. *C. de probat.* Plac. *epit. delict. c.* 12 *lib.* 1. *n.* 16. & Ma-
scar. *de probat. concl.* 72. *in fine*, † sed contrarium tenuit Vulpell. *in
142 cons.* 50. *& in q.* 106. quæ est vltima in tracta. de promiss. de non
offend. scilicet, quod ambo teneantur ad pœnam conuentiona-
lem, quo ad fiscum tantum, idem tenuerunt Moron. *tracta. de fid.
treg. & pace q.* 168. *nu.* 1. & Bertazz. *in cons.* 48. *n.* 8. *vol.* 1. dicens,
quod in Auditorio Vrbinen. ita obtinuit, & quod pluries ipse ita
iudicauit. Ego autem arbitror (sit pace dictum) illas sententias
non posse subsistere, saltem ex parte eius, qui insultatus fuerat,
quia non est iustitia, si propter peccatorem innocens puniatur,
vt dicit Boer. *in d. decis.* 237. *circa fin.* Nec dictæ sententiæ sustine-
ri possent ex eo, quod si de aggressore non appareat, vterque de
delicto puniatur, quia illud est propter malum exemplum, & ob
vtilitatem publicam, ne delicta remaneant impunita, Boer *d. de-
cis* 37. *nu.* 4. & solum puniunt pœna pecuniaria arbitrio iudicis,
qui potius excessum, quam dolum considerabit, ita Menoch. *de
arbit. iud. d. casu* 363 *nu.* 19 sed pœna conuentionalis respicit cõ-
modum bursale fisci, quod est contra bonum publicum, & esset
iniquum, quod insultatus duplici pœna grauaretur, s. pœna deli-
cti per eum non commissi, & pœna conuentionali, cum afflictio
non sit addenda afflicto. Accedit etiam, quia illud, quod ad fisci
commodum statutum est, à fortiori debet esse statutũ ad bene-
ficium, & commodum priuatorum iuxta legem vnicam, §. *pen. C.
de caduc. tollen.* & Menoc. *de arb. iud. q.* 98 *n.* 4. & dicit Luc. de Pē.
in l 1. *ver. ad idem est, C. de desert. li.* 12 quod licet Reipublicę vin-
dicta criminum debeatur, principalius debetur priuato, facit etiã
regula, quod non competit actio criminalis fisco, vbi non oritur
parti actio ciuilis, vt inf. *in q.* 50 *in fi.* Et ideo concludo primam
opinionem esse sequendam, tanquam veram, & verissimam, & a-
liam fugiendam, & faciunt ea quæ inf. posui. *ad q.* 12. *in versi. &
hæc quidem conclusio*, ibi vnũ tamen nota in verbo itẽ adde, quod
si statutum. Idem tenuerunt etiam Moron. *in tracta. de fide treug.
& pace q.* 168. *n.* 1. Bertaz. *cons.* 48. *num.* 8. *vol.* 1. Mars. *in rub. C. de
prob. n* 406. Carret. *in pract. cri.* §. *Homicidium* 6. *n* 345. Plac. *in e-
pit. delict lib.* 1. *c.* 12. *nu.* 6. & addentes ad Bertaz. *in cons.* 299. *litte-
ra A.* Baiar.

z *Aut vero sunt certi.*] Adde † quomodo sint puniendi, quan-
143 do tot insunt vulnera, quot sunt ij, qui homicidio interuenerũt,
quo casu articulus est magis dubius, vt per Boss. *in tit. de homicid.
n.* 27. & vide etiam Menoch. *de arbit. casu* 362. & Gomes. *de delic.
c.* 3. *n.* 56. vbi late. *Baiar.*

a *Et hoc casu omnes.*] Adde inf. *q.* 84. *vers. vlterius quæro*, vide
Fely. latius referentem *in c. capitulum col. pen. de rescript.* Diog.

b *Quandoquè etiam.*] Alia excusatio vulneratum ex vulnere nõ
decessisse, Farin. *d. vol* 5. *q.* 127. *nu.* 87. *sua praxis par.* 3. *& n* 88. *&
per totum.* Quem vide, vt habeat magis perfectè hanc distinctio-
nem, & Menoch. *casu* 275. Ros.

c *Sed ex alia causa decesserit.*] Et quam pluribus autem caussis
in pract. vi. per Lud. Carrer. *in pract. crim.* §. *homicid.* 6. *sub nu.* 322.
Giach.

d *Primus casus.*] Farin. *d. q.* 127. *p.* 1. *num.* 18. Bal. *cons.* 136. *libr.*
2. Ros.

Primus casus.] Adde, † quod vulnus dicitur mortale, quando 144
secundum regulas medicinæ vulneratus, aut nullo modo sanari
potest, aut cum maxima difficultate: sicut ille, qui de leui potest
curari non dicitur mortifere vulneratus, Bal. *in cap.* 1. *numero* 3.
quibus mod. feud. amitt. & in l. 1 §. *fin ff ad Syllan* vbi dicit, quod
vulnus dicitur mortale, quando à principio videbatur mortale,
& Ioan. de Platea *in leg. semel, C. de re milit. libro* 12. Grammat. *in
cons.* 2. *num.* 4. Bertaz. *in cons.* 85. *num.* 18. & vulnera in quibus † 145
corporis partibus sint lethalia, vide Boer. *in decis.* 123. *numer.* 3.
& de istis tribus casibus vide Rimin. iun. *in consil.* 121. *per to-
tum*, & quomodo probetur vulnus esse mortale, vel non, &
quem esse mortuum ex vulnere, vel ex alia causa, Bal. *in consil.*
328. *vol.* 2.

Item adde, † si vulneratus fecerit se mederi incantationibus, 146
& medicis imperitis, vulnerans non tenetur de homicidio, vt per
Socin. *in cons.* 178. *col. fin.* hic allegato, quod tamen consilium *in
d. col. fin.* intelligitur per Iac Nouell. *in tract. ad defen n.* 121. pro-
cedere, quando medici dederint politiam, siue schedulam vul-
nerum sine periculo mortis, & in loco non periculoso; neq; cum
periculoso instrumento.

Itẽ adde, † quod vulnerans mortaliter non potest statim pu- 147
niri de homicidio, licet certum sit, vulneratum euadere non
posse, etiam si extaret statutum, quod occidens occidatur: quia,
donec anima est in corpore, quis non dicitur mortuus, Bal. *in
cap.* 1 §. *iniuria, col. pen. de pace iuram. firman.* Mars. *in practi crim.*
§. *& quia*, *num.* 2. *cum seq.* & Franc. Marc. *in decis.* 779. *nu.* 2. *par.*
2. Sed debet expectari, quod mors superueniat, & tunc potest
puniri de occiso, vt hic dicitur, & si Iudex aliter faceret, tenere-
tur de homicidio, vt contigit de facto in D. Odone Potestate
Florentiæ, qui fecit decapitare vulnerantem ante mortem vul-
nerati; & in syndicatu fuisset punitus de occiso, si Dux non ve-
nisset Florentiam, qui eum liberauit, ita inquit Bal. *in l. huic scri-
ptura*, §. *si seruus, ff. ad leg. aquil. & in l. damni.* § *Sabini ff. de dam.
infec.* quem refert Boer. *in decis.* 123. *numer.* 6. & Gramm. *in cons.*
49. *num.* 14.

Item adde, † si vulnerans fuisset inquisitus de homicidio, de- 148
bet condemnari, tanquam occiderit, licet vulneratus fuerit mor-
tuus post finitam inquisitionem. & quod ea pendente, mors su-
peruenerit, Bal. *in l. si in rem, in fin. ff. de pign. actio.* Grammat. *d.
consi.* 49 *num.* 14. *& cons.* 161. *num.* 13. tenet, quod † è conuerso, 149
si fuerit inquisitus de vulnere, debet puniri de morte, si mors se-
quatur; quia in criminalibus Iudex non habet considerare mo-
dum concludendi in libello, sed qualiter lex concludat secundũ
qualitatem delicti, & similiter poterit cõdemnari de morte, non
obstante, quod sententia lata esset de vulnere, Bar. *in l. Senatus, de
accus.* & Boer. *in d. decis* 123. *n.* 4. *circa fin* Baiar.

e *Tenetur de occiso.*] Ad idem adde nouissime per præceptorem
meum Dom. Hippol. Rim *eius cons.* 21. *per totum*; quoniam i-
stos tres casus ponit pro vita vulnerantis à pœna mortis defēsa,
licet vulneratus decesserit, eos examinando, & coniecturas, atq;
rationes perscrutando. *Giach.*

f *Contrarium tamen*] Farin. *d. q.* 127 *p. p. n.* 12. Ros.

Contrarium tamen.] Vi. etiam per Carer. *in pract. crim.* § *homi-
cidii* 1. *sub nu.* 68. 69. *&* 70. qui *nu.* 71. limitat quoad irregulari-
tatem incurrendam, nam omnes efficiuntur irregulares, & idem
pap. 469. *col.* 2 Giach.

g *Secundus est casus.*] Farin. *d. p. par. n.* 11. *&* 16. Ros.

Secundus est casus.] Adde † videndum Boer. *in decis.* 323. *nu.* 8. 150
& vulnerans non tenetur de occiso si modo vulneratus decesse-
rit ex alia infirmitate, non trahente originem à prima, sed peni-
tus diuersa, & quod sit habilis ad inducendam mortem, Ioan. de
Anan. *in cap. ad audientiam*, *num.* 2. *de homicid.* & vulneratus 151
non lethaliter, si infra modicum tempus moriatur, an præsuma-
tur ex vulnere mortuus; & an vulneratus teneatur de vulnere
tantum, vel de occiso, Cuma. *cons.* 155. † & quando præsumatur 152
habuisse animum occidendi, vide Menoch. *de præsumpt. libro* 5.
præsump. 40.

Item adde, † quod vulnus non est mortale, quando à die vul- 153
neris vsq; ad vigesimum primum diem nulla superuenerit febris,
nullumque accidens vulnerato. Soci. *cons.* 187. *col. pen. vol.* 7. Ca-
lefat. *cons.* 104 *inter cons. crim. vol.* 1.

Item adde, † si medici facerent relationem, quod vulnus erat 154
mortale, & Iudex eum condemnasset de occiso, qui condemna-
tus diceret medicos falsum deposuisse, & peteret, corpus inter-
fecti existens in sepultura reuidere per medicos peritiores, & ita
factum fuisset, & medici retulissent, illud vulnus non fuisse
mortale, illa sententia deberet retractari, etiam quod con-
demnatus non appellasset, secundum Afflict. *in consiit. Termi-
num vitæ*, *numer.* 41. vbi late hanc quæstionem examinauit
Baiar.

h *Tertius est casus.*] Pract. Conradi, *tit. de vulnerantibus, n.* 17.
fol. 416 *& n.* 20. *fol.* 418. *de febre* 4. & Farin. *d. p. prima*, *num.* 20. *&
seq. & num.* 24. Ros.

Ant. Gomes. *super l.76. Tauri. post num.* 15. Et dicit Fabius *in pract. arb. fol.* 535. *num.* 39. quod ita per omnes magis communiter tenetur. Videntur enim talia statuta introducta pro quiete communi, vt dicit Bartol. *in l.2.num.*1. *C. quando liceat vnicuique sine iud. vind.* * Adde, quod huiusmodi statutum valet non modo si simpliciter disponat licere bannitum offendere, sed etiamsi illum offendenti, aut occidenti præmium constituat. Et est communis opin. vt dicit Alexand. *in d.l.si plagij*, prout illum refert Decian. *in d.cons.* 27. *numer.* 3. *in fin.* Decian. *in c. quæ in ecclesiarum*, *num.*14. *de constit.* quem refert Viuius *in loco præallegato.* Non enim est inconueniens, vt ad ea, quæ licite permittuntur, homines etiam propositis pecuniis alliciantur. Hæc tamen omnia intelligenda sunt, vt procedant, modo tales banniti, qui à statuto permittuntur impune occidi, ex aliquo graui delicto banniti fuerint, propter quod iusta causa dici possit, vt ad eos interficiendos alij inuitentur. Sed si ex leui causa banniti essent; eo casu non valeret statutum permittens eos impune offendi. Et ideo statutum disponens quod banniti pro debito pecuniario possent impune offendi, non valeret: Et est communis opinio, vt ait Decian. *in d. cap. quæ in ecclesiarum*, *post numerum* 14. *versic. Excipiuntur plures:* vbi tamen refert Nellum tenentem contrarium *in tractat. de bannitis, in 2. parte secundi temporis, quæst.*7. vbi etiam dicit, quod ita communiter tenetur, & seruatur: quem tamen referre videtur Cæpolla, *consil. ciuili* 48. *num.* 5. *in fin.* quod est duplicatum inter eiusdem consilia criminalia, *consil.* 5. Menchiaca *controuers. vsu frequentium. cap.* 8. *numer.* 9. Sed caueant banniti, ne confidant super illa communi opin. per Decia. relata: quia stante statuto illi, qui eos occiderent, proculdubio impuniti euaderent: *f* inhumanum enim esset, vt sub fide publica deciperentur.

54 Sed nunquid stante hoc statuto licitum erit tales bannitos offendere, & occidere, etiam in foro conscientiæ? Respond. Variæ quidem in hoc sunt Doctorum opin. nam Ioan. Andr. *in rubr. de constitut.* tenuit, quod non: alij vero tenuerunt, quod sic. Et hanc opin. esse magis communem sentire videtur Alexand. *in d. l. si plagij, nu.*2. quem refert Gomes. *super Instiut. de actio. in princip. post nu.*54. vbi has opin. concordat, & vt ipse dicit, etiam ex mente Doctorum, quod scilicet aut iste, qui bannitum interficit, id facit zelo reipublic. & tunc excusatur etiam in foro conscientiæ: aut vero id facit ob priuatam vindictam, vel animo effundendi sanguinem humanum, & eo casu in foro poli non excusatur: non tamen explicat, an in dubio, si non appareat, quo animo id fecerit, dicatur mortaliter peccare. Menchiaca autem *de test. in* 1. *par.* §.7. *post num.* 22. *vers. vnde data,* dicit receptiorem opin. esse, quod etiam in dubio occidens bannitum, vel adulterum, lege permittente, peccet mortaliter: idemque attestatur *controuers. Illustr. cap.*49. *num.* 4. 4. Ego vero excusarem à peccato mortali eum, qui bannitum lege, vel statuto permittente, interficeret, ne dicamus apud Christianos permitti leges nutritiuas peccati mortalis, vt dixi supra *vers. sed hæc quidem.* Ceterum in foro contentioso proculdubio excusatur etiam ille, qui bannitum causa vindictæ interficit. Et ita obseruari attestatur Boss. *in titul. Banniti quid amittant, numer. primo in fine.*

55 Est *h* tamen diligenter aduertendum quomodo concepta sint verba statuti. Nam si absolute disponant, quod bannitus possit impune occidi, non est dubitandum, quin illum interficiens sit à pœna homicidij excusandus. Sed *i* quid si statutum simpliciter dicat, quod possit impune offendi, nunquid hoc casu poterit etiam impune occidi? Respond. quod sic: & est communis opin. vt dicat Iason *in l. suis, num.*26. *ff. de liber. & posthum.* Alciat. *de verb. sign. lib.*2. *fol.*44. *vers. præterea agitur.* Et dicit Alber. *in* 4. *parte statutorum, quæst.*18. *in fin.* quod ita obseruat consuetudo. Dicit etiam Gand. *de malef. in titul. de multis*, *quæst.* 38. *in fin.* quod cum consuetudo generaliter ita interpretari videatur, & talis sit omnium opin. quod possit occidi, non est ab hac opin. recedendum.

Sed *k* an stante huiusmodi statuto, si mulier sit bannita, poterit quis eam impune adulterare? Respond. 56
Nellus *de bannitis in* 2. *parte secundi temporis, quæst.* 36. tenuit, quod sic. Contrarium tenuit Bald. *in l. fin. post numer.*4. *C. si contra ius, vel vtil. publ.* cuius opin. communiter approbatur, vt attestatur Decian. *in d.c. quæ in ecclesiarum, num* 16. quem refert Gigas *de pensio. quæst.* 18. *numer.*2. & D. Anton. de Padilla *in l. transigere, num.* 73. *C. de transact.* Et hoc mihi magis placet: cum enim statutum conditum fuerit pro quiete publica, vt supra dixi, certe adulterium commissum cum muliere bannita, nihil pertinet ad quietem publicam. Et ideo cum sit commissum extra mentem statuti, non est impunitum derelinquendum.

Stante hoc statuto, censetur bannito in dictum bellum à banniente, & ipse factus hostis ciuitatis à ciuitate, à qua est bannitus. Et hæc est communis opin. vt 57
dicit Corn. *cons.* 104. *col.*2. *vers. his tamen, lib.*1. vbi etiam subdit quod ita obseruatur in practica.

Item secũdum aliquos virtute huius statuti bannitus 58
æquiparatur deportato, de quo dixi infra *hoc eod. lib.* §. *fi. q.* 71. *vers. dixi autem.*

Sed hic quæro, nunquid, stante hoc statuto, possit 59
filius *l* occidere patrem bannitum. Respond. Bart. *in l. si adulterium cum incest.* §. *liberti, ff. de adult.* tenuit, quod sic: & est commun. opin. vt ait Mars. *in l.* 1. §. *præterea, num.* 35. *ff. de quæst.* Gomes. *in* §. *rursus, num.* 22. *Instit. de act.* Berous *in d.c. quæ in ecclesiarum, num.*114. quem refert Viuius *in loco præalleg. in* 2. *ampliat.* & ita determinatum fuisse per collegium Perusij refert Angel. *de malef. in verb. & ex interuallo, num.* 17. Ex quo enim pater, virtute dicti statuti censetur effectus hostis patriæ, vt dixi supra *vers. stante hoc statuto,* merito etiam videtur licere filio eum interficere, iuxta text. *in l. minime, ff. de reli. & sump. fun.* Mihi quidem hæc opin. nunquam placuit, sed semper visa est crudelitatis, & impietatis plena, licet enim pater sit bannitus, non tamen desinit esse pater, neque iura naturalia amittit: propterea ego tali filio patrem occidenti, censerem caput amputandum: *n* neque aliquid me mouet, quod virtute talis statuti, pater bannitus censeatur effectus hostis patriæ: id enim est propter fictionem, quæ in re tam enormi non debet veritatem patriæ potestatis adumbrare. Posset forte tolerari communis opin. vbi talis pater bannitus esset vere hostis patriæ, id est actualiter arma contra patriam inferret, nam eo casu filius, qui in eo actu patrem occidisset, esset excusandus. Et ita loqui videtur Claud. qui ita communiter concludi attestatur *in l.*1. §. *ius gentium, num.* 13. *ff. de iust. & iure.* *o* Sic etiam videmus, quod stante hoc statuto, non potest vasallus impune offendere dominum suum. Et dicit Alber. *in* 4. *part. statutorum, quæst.* 27. quod ita tenent communiter Doctores, quem refert Cæpoll. *cons. crimin.* 5. *vers. Septimo pro hoc*, & tamen nemo sani capitis negabit, maiorem reuerentiam debere filium patri, quam vasallum domino suo.

Quæro, *p* aliquis fecit pacem cum inimico suo, & 60
promisit eum non offendere sub pœna: nunquid si talis inimicus fuerit post pacem bannitus, poterit ab eo, qui pacem fecit, virtute huius statuti impunè offendi. Respon.

Respond. quod sic: & est communis opin. vt dicit Alexand. *in l. qui seruum*: quam legit *cum l. qui insulam, post numer. 2. vers. in tex. ibi interest. ff. de verb. oblig.* quem refert Ias. *ibi, numer. 5.* & Nouel. *in pract. crim* 197. *numer.* 54. Ripa *l. fin. numer.* 86. *C. de reuoc. dona.* quem refert Viuius *in loco preallegat. fol.* 205. *in 1. ampl.* Plus dicit Nell. *de ban. in 3. par. 2. temp. quaest.* 52. quod siue tempore pacis esset bannitus, siue post, semper potest impune offendi, & quod ita seruatur: quæ opinio mihi quoque placet in eo, qui nondum esset bannitus, dummodo tale bannum secutum fuerit ex alia causa, quam ex ea, propter quam fuit contracta pax inter ipsos. Sed si esset bannitus tempore initæ pacis, vel bannum postea secutum esset ex eadem causa, pro qua fuerat contracta pax, non putarem illum esse excusandum.

61 Sed *q* an licebit virtute huius statuti bannitum proditorie *r* interficere? Respond. quod sic: ita tenet Dec. *in c. quæ in ecclesiarum num. 14. in fin. de constit.* Et ita seruari attestatur Boss. *in tit. banniti quid amittant. numer. 1.* vbi etiam dicit, quod licet eos occidi facere per pecuniam, & sic per assassinium, subdens, quod ita seruatur. *s* Contrariam tamen sententiam, scilicet quod imo non liceat bannitum proditorie interficere, *t* multi tenuerunt. Et dicit Mantua. *cons. 200. lib. 2. num* 29. quod illa opin. Dec. communiter reprobatur: quod est magnum verbum, si est verum. Dicit etiam Ang *in l fin. C. de delator. lib.* 10. relatus per Alexand *in Apost ad Bart. in ea. l. fin.* quod in facti contingentia fuit Perusij quidam vltimo supplicio affectus, qui socium suum bannitum proditorie interfecerat. Et illum refert Igne. *in l. 3. § si ex stipulatu, num.* 54 *ff ad Sylla.* vbi etiam *num.* 48. narrat, quod dum ipse esset Senator Mediolani, contigit, quod quidam, qui dederat inimico suo bannito fidem de non offendendo, addita etiam cautione, deinde illum interfecit: & dicit, quod super illo casu fuit dubitatum, & multis diebus in Senatu disputatum, non tamen dicit, quid fuerit decisum. Certe quicquid sit de iure, *u* apud nos seruatur, quod bannitus, qui potest impune interfici, potest etiam proditorie occidi. Si tamen aliquis fidem expresse dedisset bannito, eum non offendendi, & illum interficeret, ego illum decapitari facerem: nam *x* etiam hosti fides seruanda est.

62 Item *y* quæro: pone, quod bannitus habuerit gratiam à Principe, *z* nondum sit cancellatus de albo, seu numero bannitorum: nunquid poterit impune offendi? Respond. quod sic: & est communis opin. vt dicit Ias. *in l. si creditoris, n. 2. & seq. C. de fideicomm.* prout illum refert Boss. *in titul. Banniti quid amittant, post n. 3.* vbi etiam dicit *a* quod ita pluries vidit in facto obseruari. Idem attestatur Mars. *singul.* 340. caute agatur: Blanc. *in pract. crimin. fol.* 101. *n.* 125. *& seqq.* maxime *n.* 165 *in fin.* *b* Hoc tamen intellige, vt procedat, modo nulla culpa ipsi offendenti ascribi possit. Ita dicit Angel. *in l. filio quem, in princip. ff. de lib. & posthu.* prout illum refert & dicit magis communiter approbari Alexand. *in ea. l. filio quem, in princip. nu. 6. & sequ.* Ego tamen non reperio *in lib. meo.* Angel. hoc dicentem. Mihi placet in hoc articulo distinctio, quam ponit Cæpoll. *cons. 39. crimin. colum. pen.* dicẽs illam esse ex omnium sententia, quod scilicet aut constat, quod occisores sciebant bannum fuisse sublatum; & sunt proculdubio pœna ordinaria puniendi: Aut constat, quod ignorabant, sed tamen perquirendo illud facile scire potuissent: & tunc ex hac culpa sunt etiam pœna aliqua extraordinaria condemnandi. Antequam enim quis ad huiusmodi actum homicidij de sui natura dolosum, & ab omni lege reprobatum deueniat, debet curiose inquirere, & non præcipitanter currere ad illum committendum. Et hæc opin. æquior est, & tenenda in iudicando, in qua, vt dicit Nellus *de ban. in 1. parte tertij tempor. quaest.* 2. omnes concordant, quicquid dicat Blanc *in loco preallegato, n.* 164. affirmans, quod contrarium tenent communiter Doctores. Caueant tamen banniti, quia nisi probetur præcise scientia occidentium, nunquam condemnantur in pœnam homicidij. Et quando probatur scientia per coniecturas, puniuntur tantum in pœna extraordinaria. *d* Et ideo curent quam primum de albo deleri, postquam à principe gratiam impetrarunt.

Sed *e* quid si bannitus, priusquam occidatur, protestetur quod *f* habet gratiam: nunquid adhuc poterit impune occidi? Respond. quod sic, si aliter non fecerit fidem de ipsa gratia. Et est communis opin. vt dicit Ripa *in c. cum M. num. 56. de constit.* Et dicit Mars. *consil. 55. n. 5. in fin* quod ita tenent Doctores. Et dicit Gozad. *consil. 61. n. 9.* quod hanc opin. sequuntur omnes Doctor. antiqui, & Moderni. Non enim tenetur quis illi credere, nisi ostendat.

Maior *g* est dubitatio, quando bannum est nullum, nunquid excusetur occidens ipsum *h* nulliter bannitum. Aliqui dicunt, quod nullo modo debet impune euadere: sed si habebat notitiam huiusmodi nullitatis, debet puniri pœna ordinaria. Et hanc dicit esse communem opin Alexand. *cons. 77. num 5. lib.* 5. quem refert Gomes. Arias *super l* 74. *Tauri. nu.* 35. & practica Contradi. *f. l.* 317 *in* 8 *ampl* & Blanc. *in pract crimin fol.* 98 *nu* 99. *in fin.* Mars. *cons.* 10. *nu* 16. prout illum refert Viuius *in loco preallegat.* in quarta limitat. qui tamen in libro meo hoc non dicit. *i* Si vero non habeat notitiam talis nullitatis, tunc debet puniri pœna extraordinaria arbitrio iudicis, & hæc est commun. opin. vt dicit Vant. *de null. t. n.* 44. Sed certe, *in hoc 2. capite,* hæc opin. mihi non placet: nam qui occidit bannitum condemnatum, & positum in albo, id facit sub fide publica statuti id permittentis: merito si probabiliter ignorauit nullitatem banni, iudicio meo est in totum excusandus. Et credo, quod si casus contingeret, ita seruaretur in practica, & sibi imputet ille, qui est nulliter bannitus, neque curat facere reuocari bannum, & nomen suum de albo bannitorum deleri. 63

k Successiue quæro, vtrum pendente appellatione à sententia banni, possit bannitus impune offendi. Respond. quod non: & ita tenent omnes, vt dicit Angel. Aret. *in l. 1. in princ. ff. nil in nou. appell. pend.* Hanc etiam dicit esse communem opin. Socin. *in l 3. §. si seruus, vers. prima conclusio ff. de acquir. poss.* Ias. *in d. §. si seruus*: quem refert Villalob. *in sua collecta communium opin. in littera B. vers. bannitus* licet per sententiam. Idemque pendente causa nullitatis ipsius banni, vt dixi infra hoc eo. *lib.* § *fin. quaest.* 94. *vers. scias autem.* *l* Quinimo neque etiam potest impune offendi pendente tempore ad appellandum ab ipsa sententia banni. Et hanc opin. dicit esse communem Blanc. *in pract. crimin. fol.* 99. *num.* 108. *& sequen.* Apost. ad Fel. *in c. quærenti, sub num. 1. de offic. deleg.* Sed in hac prouincia non contingit super his dubitari, cum in causis criminalibus sublata sit omnis appellatio. 64

Quæro *m* etiam, pone, quod bannitus fuerit captus per familiam *n* officialis: nunquid adhuc potest impune offendi? Respond. quod non: ita tenuit Bartol. *in l. 3. § transfugas, ff. ad l. Corn. de sicar.* Et dicit Afflict. *super 2. par. constit. regni, rub. 3. num.* 51. quod hæc limitatio communiter tenetur. Idem dicit Anton. Gomes. *super l.* 76. *Tauri, post num.* 17. *vers.* Item adde, quod postquam. Ita etiam communiter seruari, & approbari attestatur Alber. *in 4. par. statutorum, quaest.* 36. Adhuc 65

quæro, *in fin.* quem refert Aug. ad Ang *de malef. in verbo, Fama publica, post n.* 58.

66 Vlterius *o* quæro, nunquid occidens bannitum extra territorium, à quo est bannitus, debeat decapitari. Resp. quod non: ita dicit Bald. *in l. cunctos populos, num.* 9. *C. de summa Trinit.* referens, quod ista quæstio fuit de facto in quodam Pico Tacone : & dicit quod ipse consuluit, quod non poterat puniri: & forte est consilium, de quo mentionem facit, & attestatur eius opin. esse magis cōmun. Gomes. *in c.* 2. *§. statuto, nu.* 42. *de const. in* 6. Et ita iudicauit Senatus in quodam, qui interfecerat bannitum extra territorium, *p* & in ecclesia, vt refert Boss. *in d. tit. banniti quid amittant, nu.* 6. Quæ quidem conclusio absque difficultate procedit, quando iste, qui bannitum offendit, captus est in loco statuti permittentis bannitum impune offendi posse, non enim potest ibi puniri ex eo, quod bannitum extra territorium offenderit. Et ita loquitur Bald. *in loco preallег.* Et ita seruari attestatur Nellus *de bannitis, in* 2. *parte secundi temporis, q.* 57. quem refert Ias. *in l. fi. n.* 22 *ff. de iurisd. omn. iud* & Cagnol. *in ead. l. fin. n.* 8. & Mars. *consil.* 53. *n.* 35. *q* Quinimo reperio etiam, quod Senatus in facti contingentia declarauit, quod quidam Soncinates, & sic subditi huic Ducatui, qui Laurentium Vallotum bannitum à Dominio Venetorum, blanditiis conduxerant in agrum Brixiensem, vbi fuit occisus, non poterant in hoc dominio puniri; 19. Decemb. 1559. P. N. Quod est notandum: quia forte multi prima facie dicerent contrarium. Fuit etiam decisum per Senatum in causa cuiusdam Ludouici Ponteuici, quod quidam Brixienses banniti à Dominio Venetorum, qui habitabant in hoc ducatu, potuerant impune interficere etiam proditorie, quendam Tamburinum pariter bannitum à Dominio Venetorum, quem in territorio Brixiensi interfecerant. 2. Martij 1549. P. N.

67 Fuit etiam aliquando dubitatum, nunquid occidens bannitum, quem ignorabat esse bannitum, gaudeat nihilominus *r* beneficio huius statuti, & concludendum est, quod sic, ita dixit Bart. *in l. inter omnes, §. recte. num.* 4. *ff de furtis.* Et ita communiter tenetur, vt ait Nell. *in loco preallеg. q.* 25. quem refert Dec. *consl.* 327. *num.* 4. Hoc tamen intellige, vt procedat, quantum ad hoc, vt iste occidens bannitum, euadat pœnam homicidij. *s* Sed si vltra impunitatem statutum constitueret præmium occidenti, seu præsentanti bannitum, talis ignoranter occidens, aut præsentans non consequitur illud præmium : ita dixit Bart. *in l.* 3. *§ vtrum. n.* 3. *ad Sylla. & in l. genero, post n.* 2. *ff. de his qui not infam.* Et hæc limitatio communiter tenetur, vt dicit Afflict. *in d. rubr.* 3. *n.* 53. Et dicit Angel. *in d. §. recte, n.* 2. quod ita vidit iudicari in ciuitate Perusij.

68 Sed *t* quæritur, pone, quod statutum dicat, quod bannitus in centum possit impune offendi : Modo aliquis est bannitus ex vna causa in quinquaginta, & ex alia causa in alia quinquaginta, nunquid talis dicetur bannitus in centum, ad hoc vt dicatur *u* comprehensus in statuto, & consequenter possit impune offendi? Respon. quod non: *x* ita dicit Bart. *in l. vbi fideiussor, nu.* 1. *ff. de solutio.* cuius opin. ab aliis Doctoribus comprobatur, & tenetur in practica, vt dicit Angel. *de malef. in verbo, Dictum Sempronium, nu.* 1. Hanc etiam dicit esse commun. opin. Ias. *in l. si idem cum eod. in princip. nu.* 4. *ff. de iurisd. omn. iud.* nam regulariter in materia odiosa non fit cumulatio, vt dixi infra, *lib.* 7. *§. Cumulatio.* Si tamen iudex ipse pro multis maleficiis separatis illum condemnasset in vnica summa, quæ omnes summas comprehenderet, & summam centum excederet, esset illum occidens excusandus. Et ita communiter tenetur, vt attestatur Nellus *de bannitis in* 1. *par.* 2. *tempor. q.* 6.

69 Sciendum est autem, quod defensio, & exceptio proueniens virtute huius statuti, est peremptoria, & impedit litis contestationem: ita dicunt communiter Doctor. vt ait Gand. *in malef. in tit. vtrum procurator, nu.* 15. vbi etiam subdit, quod ita communiter obseruatur.

Item *x* scias, quod si officialis stante hoc statuto procedat contra huiusmodi occidentem bannitum, potest hæc exceptio non modo opponi per eius procuratorem, iuxta ea, quæ dixi infra, *hoc eod. lib. § fin. qu.* 32. *vers. quæro modo:* sed etiam *y* per quemlibet de populo, qui compareat, & ostenso banno, petat, quod vlterius non procedatur, sed absoluatur: ita dicit Bart. *in l. vbi pactum, n.* 10. *C. de transact.* quem sequuntur DD. vt dicit Mars. *in l. si quis ne quæstio, nu.* 125. *ff. de quæstionib. & sing.* 372. capias vnum, *& in pract. crim. §. constante, num.* 38. Quod tamen intellige secundum ea, quæ dixi *in loco preallegato,* quod scilicet bannum sit adeo notorium, vt nullam aliam probationem requirat, quam exhibitionem ipsiusmet banni, &c. Hoc tamen apud nos in pract. non seruatur, vt ibi dixi. 70

In *z* hoc etiam proposito quæro, nunquid stante hoc statuto, possit bannitus se defendere aduersus eum, qui vult interficere. Respon. in hoc articulo varij varia senserunt, adeo vt nulli discernere potuerint, quænam esset crebrius recepta opinio, vt dicit Placa *lib.* 1. *delictorum, c.* 18. *post n.* 3. *vers. tertio suffragari.* Nihilominus reperio, quod Clau. *in l. vt vim, in lectura nu.* 23. *de iust. & iure,* dicit commun. opin. esse, quod non liceat illi se defendere, & quod si se defenderet, & occideret suum aggressorem, deberet puniri Sed certe hæc opi. mihi semper visa est dura, & , si casus contingeret, illum non punirem saltem pœna mortis: nam propriæ vitæ, & salutis defensio est de iure naturali, vt omnes fatentur: Et ideo lege humana aut statuto tolli posse non debet. 71

Alia quoque est quæstio, nunquid stante hoc statuto, poterit iudex ex officio inquirere contra aliquem offendentem bannitum. Respon. Si statutum dicat, quod bannitus possit licite offendi, res non habet difficultatem: certum est enim, quod de eo, quod licite committitur, non potest iudex inquirere, & est communis opin. vt dicit Aret. *in c. nulli, num.* 6. *de accusat.* Sed quid si statutum simpliciter dicat, quod bannitus non audiatur, vel quod non reddatur ei ius, nunquid si fuerit offensus, aut occisus, poterit iudex ex officio procedere? Respond. quod non: & est communis opin. vt dicit Aret. *in loco preallеg. post num.* 8. lex enim, quæ prohibet aliquem de offensa sibi facta accusare, videtur permittere illum impune offendi posse. Vide, quæ dixi infra *hoc eo. lib. §. fi. q.* 51. *vers. posset etiam.* 72

Sunt *a* etiam alij casus, in quibus licitum est propria auctoritate alium interficere: puta, si ille, contra quem decreta est captura, *b* resistat familiæ officialis, neque aliter capi possit: licet enim eo casu familiæ illum interficere, vt dicit infra *hoc eod. lib. §. fin. q.* 28. *circa princ. &c.* 73

Vltimo *c* quæro, nunquid in hoc crimine puniatur affectus, etiamsi non sequatur effectus. Respon. de iure clarum est, quod sic, vt est tex. expressus *in l. is, qui cum telo. C. ad l. Corn. de sicar. d* nihilominus de consuetudine generali illa lex, & omnes aliæ punientes affectum, sunt sublatæ, vt dixi infra *hoc eod. lib. §. fi. q.* 93. Et ideo inferens vulnera, etiam animo deliberato occidendi, non punitur pœna homicidij, sed tantum de vulneribus, ex prædicta consuetudine generali, vt attestatur Vital. *de malef. in rubr. de insultu, n.* 15. *& in rubr. de inquis. num.* 58. Dicit tamen Igneus *in l.* 1. *§. occisorum, nu.* 41. *ff. ad Syllan.* quod in latronibus grassatoribus quandoque vidit contrarium obseruari Faciunt quæ dixi supra *vers. Punitur etiam.* Dixi plenius *in d. q.* 92. Et hæc sufficiant in materia homicidij. 74

ADDI-

ADDITIONES.

Ad §. Homicidium.

a HOmicidij.] Farinac. pleniſſime hanc materiam homicidij generaliter pertractat. 5. *vol. ſua praxis q.* 119. per quatuor inſpect. *& qu.* 120. per quinque ſectiones, *& quæſt.* 121. per duas partes, *& q.* 122. per partes ſex, *& qu.* 123. per inſpect. quinque, *& qu.* 124. per tres partes, *& qu.* 125. per partes ſeptem, *& qu.* 126. per tres partes, *& qu.* 127. per quattuor partes, *& quæſt.* 128 per duas. Decian. *tract. crim. tom.* 2. *lib.* 9. *c.* 17. 18. 19. 20. 27. *&* 28. Vigel. M I. R. I. 1. *cap.* 13. *qu.* 4. *de homic.* & plura Bonacoſ. *in quæſt. crim. verbo homicid.* & eſt crimen grauiſſimum. Farin. *d. q.* 119. *inſpect.* 1. vbi, & hanc diſt. tangit, & quando doloſum, culpoſum, vel caſuale, idem *d. q.* 126. *par.* 1. Roſ.

Homicidij.] Homicidium autem quid ſit, atque vnde dicatur, vide late per Lud. Carrer. *in ſua pract. crim. pag.* 173. *&* 174. Giach.

Homicidij materia.] Adde quid ſit homicidium, & vnde dicatur late per Carrer. *in pract. crim.* §. 1. *n.* 1 *cum ſeq. fol.* 46. & quot modis dicatur homicida, Bald. *in conſ.* 52. *vol.* 1. *& conſ.* 384. *vol.* 5. Baiard.

b *Duæ ſunt ſpecies.*] Aliam diſtinctionem vide per Carrer. *in pract.* §. *homic.* 1. Giach.

c *Caſu autem dicitur.*] Farin. *d. q.* 126 *par.* 1. *num.* 5. *&* 31. 32. *&* 35. Roſ.

1 d *Caſu autem dicitur, &c.*] Adde † in eo, qui interfecit eum, cum quo ad brachium, ſiue ad pugnos, ſiue ad lapides ludebat, Decia. *conſ.* 9. *per totum*, & alia exempla de caſuali homicidio habentur per Carrer. *in pract crim. in* §. *homicidium il primo*, & qua pœna plectuntur delinquentes in ludo ſiue permiſſo, ſiue prohibito, Menoch. *de arb. iud. caſu* 400.

2 Item † adde, quod homicidium dicitur caſuale inter amicos Io. de Amicis *conſ.* 86. *num.* 15. *& conſ.* 7. *num.* 37. & Berraz *conſil.* 208. *n.* 14. *cum ſeq.* Et ad excuſandum homicidium caſuale conſuluit Soc *conſ.* 16. *vol.* 1. Baiard.

d *Exemplum in eo.*] Adde aliud exemplum in homicidio cõſanguinei, quod præſumitur caſuale, & non doloſum, per Carrer. *prac. crim pag* 237. *num.* 153. *& pag. ſeq. num.* 1. vbi habes qualiter puniatur de iure ciuili, Canonico, & regni, & *nu* 57. etiam multa alia exempla habes de caſuali homicidio, vide ibidem. *Giach.*

e *Iacendum palum*] Vide plene per Carrer. *in pract crim. pag.* 595. *n.* 154. *&* 155. Giach.

3 f *Culpa dicitur homicidium.*] Adde † videndum Menoch. *de arbit. iud. caſ.* 324. vbi qua pœna puniatur homicidium ſine dolo commiſſum, Tiraq. *de pœn. temper. cauſ.* 13. *num* 13. & Carrer. *in* §. *homic.* 3. *num.* 5. *&* 6. *cum ſeq.* vbi late de pœna pecuniaria, & de exilio per quinquennium, cum multis limitationibus, vide per Cæpol. *conſ.* 30. vbi conſuluit in caſu Ragatij ad lapides ludentis, & vnum alium occidit.

4 Item † adde, quod homicidium potius dicitur culpa quam dolo commiſſum, quando percuſſus inſequitur vulnerantem, qui fugiebat, & eum occidit, Felyn *in c. dilecti filij, col.* 6. *de except.* & Afflict. *in conſtit terminum vitæ, n.* 18. vide, quæ poſui infra *in verſ. Atque adeo vera eſt.* Baiard.

g *Vel exilio*] Farin. *in* 4. *vol. ſuæ pract. q.* 87. *inſpect.* 2. *num.* 70. Quid autem ſit dolus, fraus, vel culpa, & quotuplex ibidem *qu.* 88. & an in dubio præſumantur etiam ibi *quæſt.* 89. *inſpect.* 1. & quomodo probentur eademque *inſpect.* 2. Deque præſumptionibus dolum excludentibus *ibi inſpect.* 3. *num.* 44. & quæ ſint doli præſumptiones, *ibid. inſpectione* 4. *n.* 74. Roſ.

Vel exilio.] Vide etiam per Carrer. *in pract.* §. *Homicid.* 1. *nu.* 16. & per Cæpol. *crimin. conſ.* 19. *num* 29. *conſ.* 30. *numer.* 9. & etiam *conſil.* 31. *num.* 26. vbi quo ad exilium tempus non debet eſſe maius quinquennio, & de pœna arbitraria iſto caſu imponenda, vide per Menoch. *de arbitr. iudic. caſ.* 325. *num.* 12. & Oſaſc. *deciſ.* 304. & Cæpol. *d. conſ.* 30. conſuluit in caſu regatorum ad lapides ludentium, & vnus alium occidit, non culpa, ſed ex laſciuia, & conſ. ſequenti loquitur etiam, & fuſius in homicidio iocoſe commiſſo, & non per dolum, ſed per laſciuiam. Et quamplura exempla de culpoſo homicidio vide per Carrer. *in pract. crim. pag.* 241. *&* 242. *nu.* 8. & etiam per Iac. Menoch *de arb. iud. eo. caſ.* 234. vbi etiam plene. Item de pœna arbitraria pecuniaria imponenda, ac de exilio per quinquennium cum ſuis limitationibus per Lud. Carrer. *in pract. crimin.* §. *homicid.* 6. *num.* 157. *& ſequentib.* Giach.

h *Et eſt communis.*] De eo cuius cauſa fuit commiſſum homicidium, puta cauſa fratris rixantis, Menoch. *caſ.* 471. *ſui tract. de arbitr. iud.* Vulpell. *conſ* 22. *n.* 2. Roſ.

i *Sed leuis.*] De leui culpa Farin. *d. q.* 139. 1. *par. n.* 51. *&* 52. Roſ.

5 k *Item in eo, qui culpa ſua.*] Adde † alium caſum quando quis dat cauſam homicidio, & qua pœna puniatur, vt per Cacher. *in deciſ.* 104 Baiard.

l *In portitore.*] Quid ſi ego bona fide commodaui equum, vel arma, vel famulum meum ei, qui dixit ſe velle ire in villam, & iuit ad occidendum hominem, an debeam puniri; quod non, tenent Bald. & Iac. de S Georg. *in l. quicunque. C de ſer. fugit.* hic *n.* 9. ille *n.* 20. quia non habent mentem delinquendi. *Giach.*

m *Dicitur etiam culpoſum.*] Plaz. *c.* 10. *n.* 5. vbi plura exempla. *Roſ.*

Dicitur etiam culpoſum.] Adde videndum Maſcard. *de probat. concl.* 67. *&* 68. † quomodo præſumatur animus delinquendi, & animus deliberatus ad occidendum, vbi plene de multis coniecturis, & præſumptionibus & præcipue de præſumptionibus, hic per D. Clarum poſitis, vide etiam Alban. *in conſ.* 46 & omnino Vulpell. *in conſ.* 126. vbi tenet † quod percutiens in capite eum ſaxo, vel alio inſtrumento apto ad interficiendum debet puniri pœna homicidij, etiam quod percuſſerit in rixa, & ibi reſpon. ad Gram. Bald. Io. de Amic. Sign. & Marſ. hic allegatos, & contra Marſ tenuit etiam Laur. ab Occa *in conſ.* 63. *nu* 25. *&* 26. *inter conſ* 126. tenuit Maſcar. *in concl.* 862. *num.* 15 *p* 2. & de homicidio facto, cum baculo, & percuſſione in ſpatulis, vide Marſ. *in conſ.* 7 *per totum*, Gom. *de delict. in c.* 3. *num.* 17. vbi voluit talem pœna legis Corneliæ dignum eſſe, cuius opinionem credit eſſe veram Theſaur. *in deciſ.* 214. *in fi.* in eo qui animo occidendi percuſſerit. 6 7

Item † adde, quod ſi quis pugno aliquem interfeciſſet manu vacua, punitur, ac ſi gladio occidiſſet, caſus eſt ſing. *in l. qua act.* §. 1. *ff. ad l. Aquil.* quem ad hoc ponderat originaliter Iacob. Butr. vt refert, & ſeq. Bald. *in c.* 1. §. *iniuria; ult. col. de pact. tenen.* Barb. *in ſuo tract. de praeſ.* Card. *ult fol. col* 1. *verſ vidi dubitari*, vbi ſubdit, ſe habuiſſe in facto quod eſt verum ſecundum Bal. *in præcit. loco*, dum tamen dolo interficiat. 8

Item † adde, quod minor pœna irrogatur percutienti manu vacua, & cum ſanguine, quam cum armis ſecundum Ang. *in l. ſi gemin. circa princ. ff. arbor furt cæſar.* Baiard. 9

n *Alium percuſſit.*] Quid de illo qui mandauit famulis ſuis, vt vulnerarent aliquem, ſed non occiderent; an ſi mandatarij excedentes mandatum vulnerando occiderunt; an mandans videatur dignus pœna mortis. Vide late per Cæpol. *crimin. conſ* 35. 36. 37. 38. & per Dec. *conſ.* 482. *&* 622. vbi ad contraria reſpondet. Sed quæſt. fœdere diſtinctionis conciliant Felin. *in c. vniuerſit.* 1. *de ſent excom.* Iaſ. *in l.* 1 *C de ſeru fugit.* Cæpol. *d conſ* 35. *in* 3. *dub.* quos refert, ac ſeq. Boſ. *tit. de mand. ad hom. n.* 10. vbi de communi, qui idem tenet etiam *tit. de homic. n.* 71. 72. Vide vbiq; *Giach.*

o *Puta ſi cum baculo.*] Farin. *d q.* 126. *p.* 3. *nu* 117. & quid cum manu vacua Apoſt. ad Bart. *in l. prætor.* §. *ſi dicatur in fi. ff de iniuriis.* Vulpel. *reſp.* 126. *nu* 5. de baculo, & ferro haſtæ, vel manu armata, *n.* 25. *&* 34. & ſaxo, & ligone, vide & Marſil. *conſ.* 7. de eo qui vulneratus cecidit; & fregit crus, ex qua fractura periit Alcia. *conſ.* 23. *lib.* 7. Roſ.

p *Vel pugno etiam armato.*] Intellige etiam, & declara, vt per Pract. Carrer. *pag. mihi* 115. Item per eundem *p.* 241. Giach.

Vel pugno etiam armato.] Adde † videndum etiam Dec *conſ.* 6. & declara, vt per Carrer. *in pract. crim.* §. *homicidium* 1. *nu.* 23. *&* 26. Baiard. 10

q *Vt in caſu Signor. conſ* 63.] Adde † quod idem eſſet, ſi haberet enſem in manu & percuſſiſſet cum lapide, & non cum enſe; & de tali percuſſione ſecuta fuerit mors: nam tunc non punitur pœna capitis, ſed mitiori, ex quo potuit percutere cũ enſe, & percuſſit cum lapide, quo caſu non præſumitur habuiſſe animum occidendi: ita Anton. Corſet. *in reper. ad Abbat. in littera D. verb. Delictum*, ſubdens ita de facto fuiſſe indicatum, per text. *in l. omne delictum.* §. *ſi quis commilitonem, ff. de re milit.* Baiard. 11

q *Animum occidendi.*] Adde vt per Crau. eius *conſ.* 105. *col.* 2. *in princ.* Giach.

r *Occidit Sempronium.*] Quid de eo, qui voluit vulnerare vnum & alterum vulnerauit, & occidit. Vide, & dic, vt per Boſſ. *de Homicid ſub n.* 73. Item, principalem quæſtionem vi. per Carrer. *in pract. crim.* §. *Homicid.* 6. *n.* 176 *per totum.* Giach.

ſ *Plures numero.*] De hac quæſt. idem Farin. *vol.* 5 *ſuæ praxis q.* 125. *par.* 3. *n.* 139. *& q.* 126 *par.* 1. *nu.* 60. & eam tenet etiam Carrer *in pract fol.* 108. *mihi verſic.* 3. *quæro*, & Boſſ. *tit. de homic. n.* 73. vide Menoch. *caſu* 324. *n.* 8. *& ſeq. & in addit pag.* 137. Thomin. *deciſ.* 18. Quid ſi aſinum occiderit putans hominem interficere, de hoc adeſt Apoſtill. ad Bartol. *in l. impuberem*, §. 1. *ff. de falſ.* Roſ.

Plures numero.] Vide communem etiam per Barth. Cæpol. *crim. conſ.* 33. *per totum* vbi late. Et adde, quod iſtam quæſtionem plenius ponit Pract. Carrer. §. *homicid. primo numer.* 56. 57. *cum pluribus ſequentibus.* vbi etiam vide, quid de occidente mediatorem, *n.* 60. 62. Giach.

t *Sed certe ego, ſi eaſus.*] Adde † quod idem tenet Boſſ. *in titul. de homicid. num.* 73. vt, ſi adſit animus occidendi in ge-

pere, occidens pœna ordinaria sit puniendus, tamen secundum contrariam opin. decisum fuit per Senatum Pedemontanum, vt attestatur Ant. Thesaur. *in decis. 243.* sed forsan posset responderi illud, quod dicit Boss. *in lo. supra citato*: & illa decisio (sit dictum cum pace illius Senatus) non est sequenda: sed opinio Bart. Clari, & Boss. virorum illustrium, qui veritatem, & non apicei Iuris, sequuntur. Nec dicatur, quod contra dictam opin. in facti contingentia per Cons. Neap iudicatū fuit, teste Gram. *in loco supra citato*, quia ibi dicit, quod ita pronuntiatum fuit de mandato magni Capitanei Consalui Proregis illa die, qua recessit à Gubernio dicti Regn. & solet dici, quod tempore recessus cassantur mille processus, non autem per bonos Gubernatores. Et opin. Bart. tenuerunt etiam Andr de Isern. *in constitut. Neap. lib. 1. Rubr. 13. de homicid punien. num 13.* & ibidem Afflict. *nu. 13.* quam sententiam probat, & veram esse censet Lugdunen. *in consuet Paris tit. 1. § 30. quæst. 41. n. 153.* quos refert, & sequitur Couar *in 1 par. relect. § 10 n. 14.*

Item tenuit Gomez *in c. 3. de delictis, num. 34.* & ibi *nu. sequ.* tractauit quæstionem hic per D. Clarum in fine tactam de eo, qui superuenit, & etiam de mediatore, qui fuit occisus, & concludit opin. Bartol. & sequacium etiam eo casu esse verissima in puncto iuris, quod talis homicida debet puniri pœna mortis, quia vere fuit in dolo, & dabat operam rei illicitæ, sed quod opinio contraria est æquior, ego autem contradictam Bart decisionem, inconsulto Principe nunquam iudicarem. *Baiard.*

u *Bene verum est.*] Sequitur Plot. *in tract. de blasphem. sub nu. 36. fol. 67. & 68. cum seq.* declarando modo saltem in genere non potuisset cogitare, quia nunc etiam de animo deliberato teneretur. *Ros.*

x *Dolosum autem.*] Farin *q 126. p. 3. n. 6. 9. & 211.* Plaza *in epit. c. 10.* Ros.

Dolosum.] Homicidium autem sine dolo commissum qua pœna plectatur, vide supra, & adde videndum per Boer. *qu. 88.* Vbi in materia quatuor format, ac decidit casus in homicidio

13 non doloso. Dolosus † igitur sicarius ne dum pœna capitis est damnandus, verum etiam ad alia quamplura, de quibus omnibus vide, per Rolan. *eius cons 39. lib. 2.* vbi plene. *Giach.*

Dolosum autem homicidium, &c.] Adde † quod in dubio præ-

14 sumitur, quod homicida fecerit delictum cum dolo, & ex proposito, nisi contrarium probetur Gomez. *de delict. c. 3. num. 17.* & Blanc. *de indic.* tenet, quod dolus præsumatur in actu delicti, nō autem ex proposito, & sic quod animus deliberatus non præsumatur; & ita declarat ibi *nu. 54. & 56.* & quando dubium est, an quis interfecerit animo occidend., an non, si constat, quod alias aliquem occiderit, præsumptio resultat quod animo occiderit, Cand. *in tract. de malef sub rubr. de homic. col. fin.* Marsi. *in l. 1. §. diuus Adrian n. 39. ff de sicar.* & Foller. *in vers. recipiantur defensiones, n. 25.* Tiraq. *de pœn. temper causa 10. n. 6.* Baiard.

y *Deliberatum.*] Plot. *cons. 2. inter consil Ziler. & cons. 105. n. 18.* & Farin. vbi supra Ros.

z *Illum interfecit*] Sed quid si non occidit ferro, sed suspendit hominem, aut aliter suffocat. Tu Regnicola vide per Carrer. *in Pract. §. homic. 1. sub n 33.* Giach.

15 a *Ex interuallo.* Adde † quod contra Clarum tenet Vulpell. *in cons. 127.* Baiard.

b *Animo deliberato.*] Bald. *in l. 1. C. de sicar.* quem ad hoc ponderat Cason. *dict. n. 23. fol. 70. in fine* Viden. est Blan. *nu. 9. in fine, ff. de quæst.* Boss. *de homicid n. 57. & 65.* Farin. *d. q. 126. limit. 3. nu. 215. & p. 1. n. 12. & 47.* Ros.

c *Animo illum occidendi.*] Animus occidendi ex quibus probetur, vide per Car *in pract. crimin pag. 395. & 196.* Et an in dubio præsumatur animus occidendi, & cui incumbat probatio, accusatori, seu inquirenti, quod fecerit animo occidendi; an vero accusato, seu inquisito asseueranti se non percussisse animo occidendi, vide late per eundem *pag. 197. sub n. 44.* Item animus occidendi, ex quibus probetur, vide per Boss. *in tit. de homicid. nu. 38. 40. 45. & 56.* & per Fol. *in pract. crimin. fol. 252. num. 29. fol. 304. num. 27.* Et per Iacobum Nouellum *in pract. & theor. caus. crim. fol. 34. num. 31 fol. 40. num 52. & in tractat. ad defen. fol. 111. num. 131.* & alibi sæpe per practicantes in locis & sedibus communibus. Sed quid † si volens occidere hominem, occidit asi-

16 num, an de iure puniatur de homicidio propter animum occidendi hominem: quod non, sed lege Aquilia, maxime in Regno. Vide per pract. Carer *fol. 205. n 67.* Giach.

d *Non solent Principes.*] Decian. *lib. 9. c. 29.* Mascard. *concl. 98.* & Vulpell. *resp. 127.* Ros.

e *Animus autem.*] Late Decian. *lib. 9. c. 27.* & Far. *p. 3. qu. 126.* Vulpell. *resp. 126.* Ros.

Animus autem deliberatus.] Dic, quod cum † certum est de-

17 lictum, & certa delicti qualitas, tunc animus ad delictum deliberatus præsumitur, & facti atrocitas animum arguit, teste Dyno, regula in obscuris, *num. 18. de reg. iur in sexto*, & ante eum fuit elegans dictum Philosophi, *Ethic. lib. 2. cap. 6.* dum ait; Nam sunt quædam, quæ statim vt nominata sunt prauitatem connexam habent, vt maleuolentia, imprudentia: & in actibus stuprum, homicidium, vide text. *in cap. 1. de præsumpt. & in l. prima, de sic.* quos refert Dec. *in cap. in præsentia, num. 59. extr. de probat.* Alcia. *de præsumpt. nu. 10.* Ideoque aliter asserenti incumbit onus probandi, fundata est enim intentio Iudicis, & fisci ex sola facti qualitate, vt per Blanc. *repet l. fin. n. 69. ff. de quæst.* Ias. *in §. ex maleficiis, n. 71. Instit de action.* Crauet. *consil. 151. sub n 18. vers & miror quomodo Dec. & Boer.* Nam quando delicta sunt semper in genere prohibitorum, semper præsumuntur dolosa, Alexand. *consil. 111. lib. 1. in princip.* Octauius Vulpellus *cons 127. sub nu 9.* melius per Abb. Panormit. *in cap. estote. num 1. de reg. iur. vers super quinto* & vbi causa, quæ potest reddere actum licitum, non est clare, nec dubie probata: tunc actus sonans in delictum illud præsumit, Felin. *in cap.* sunt & alij, qui de hoc recte, & distincte loquitur *col. mihi 3. extra de rescript.* argumen. *l. merito ff. pro soc.* Boss *tit. de Inquisitione, num 113.* Crau. *cons 35. n 8.* aduerte tamen, cum reus confitetur delictum sub illa qualitate, & modificatione, de qua dixi infra *ad quæstio. 55. versic. forte posset, in fine* effugit pœnam ordinariam; in formanda tamen inquisitione cum animo deliberato aduerte ad ea, quæ dixi infra *ad q. 84 in princ.* vid. in tali materia Menoch. late *de arb. iud lib. 2. cent. 4. cas. 361. per totum:* Nec in hoc mihi placet conciliatio quam facit Menoch. inter opinio. Casoni, & Clari, vt patet *de arbitr Iud. lib. 2. d. centur. 4 cas. 361. n. 10.* nempe quia in vtroque casuum positorum per eum, animus deliberatus effugi non potest: ad impetrandam tamen gratiam à Principe, prodesse potest talis consideratio; quia quæ mouere non debent Iudicem; mouere possunt Principem; Plot. *in l. si quando, §. septimo, sub n 3. C vnde vi;* vide quæ dixi infra, *q. 31. versic. scienter;* Aduerte tamen ad ea, quæ dixi supra *in principio*, quod videtur cum certum est delictum, illud fore verum, in his, quæ semper sunt de genere prohibitorum, vt dicunt Theologi, semper, & ad semper, sed in aliis, qui simpliciter non sunt de tali genere, cum factum de per se non includat dolum, animus deliberatus, nec dolus præsumitur, ita distinguit Gulielmus de Perusio, *inter consilia crimin diuers. consil. 38 sub n. 4. par. 1.* & quæ dicantur delicta semper, & ad semper prohibita, vide Angelum Aret *in §. ex maleficiis num. 1. Instit. de act.* Item aduerte, quod vbi sumus in delicto, cuius pœna est arbitraria, antequā declarata sit pœna, iudicatur vt delictum, pro quo veniat imponenda pœna corporalis, Crau. *consil. 224. sub n 3.* Drogh.

Animus autem.] Adde † videndum Menoch. *de arbitr. Iudic.* 18 *casu 361.* vbi enumerauit viginti coniecturas, quibus animus iste deliberatus, & penitus occidendi coniicitur, & ibi *num. 10.* opinio. Caso, conciliat cum Claro; & ad hoc vide etiam Bertaz *consil. 85.* & Mascar. *de probat. concl. 98. & 864.*

Item adde, quod † Fiscus tenetur probare coniecturas Boss. 19 *in tit. de homicid. n. 46.* & erit locus torturæ super hac qualitate animi deliberati, Carrer. *in pract. in §. homicidij, num. 34.* hoc late prosequitur Burs. *cons 171 n. 36. cum seq.*

Item † adde, quod confitens se voluntarie occidisse, per eius 20 confessionem tollit omnes coniecturas; etiam iuris, & de iure, vt in authen. *de æqualit. dot. § illud in gl.* & per Innoc. *in cap. plerique de immun. Eccles* & Aret. *in cons 80. n. 3.*

Item adde, † quod vna coniectura, vel præsumptio tollit 21 aliam: & specialis tollit generalem; & magis verisimilis præfertur minus verisimili; & maior ratio vincit minorem, Alba. *cons. 56. n. 4.* Baiard.

f *Sed ego.*] Cartar. de executione sententiæ, *cap. 1. num. 371.* Ros.

g *Animus deliberatus.*] Adde, animus deliberatus; atque cogitatus occidendi, quibus coniecturis probetur, accurate, & diligenter explanatum per Iacob. Menoch. *tract. de arbitr. iud. lib. 2. cent. 4. cas. 361.* Item aduerte, quod percutiens hasta sola non præsumitur percussisse animo occidendi: si ipse hoc allegat. Idē si quis percussit calce, aut ictu pedis & idem si percutiat alapa. Idē si quis percutiat pugno inermi, vide de omnibus per Crau. *in consil. 205. col. 2. in princip. & in consil. 309. col 2. vers. 2.* Hæc tamen qualiter procedant, vid. Boss. *tit. de homic post num. 38. cum sequ* & per Car. *in prac. crimin. §. homicid. vltim. sub numer. 106.* Giach.

h *Item ex genere armorum.*] Adde † videndum Aret. *in cons.* 22 *80.* vbi de occidente cum gladio. *Baiard.*

i *Et ideo etiam si quis post acceptam iniuriam, &c.*] Adde, † quod calor iracundiæ dicitur durare per triginta dies, secundum Luc. de Penn *in l. omnes omnino curiales, C. de decurioni. lib. 10.* Dec. *in l quicquid calore, de reg. iur.* & Menoch. *in casu 391. nu. 20.* tenuit, quod remittatur arbitrio iudicis. 23

Item † adde, quod dicitur incontinenti facta iniuriæ propulsatio, si die sequenti fiat, Menoch. *cons. 107. n. 40.* Corrad. *de duell par. 1. conc. 18. n. 1.* & Bombin. *cons 9. n. 13.* Baiard. 24

k *Expectat alium.*] Farin. *d. q. 126 par. 1. n. 15.* Ros.

l Pro-

25 l *Proditorie vero dicitur, &c.*] Adde † quod ille, qui offendit
alium sine diffidatione, dicitur proditor, secundum Io.And. *in c.*
1.colum.5.extra de homicid. in 6. quem sequitur Bald. *in authen.*
Idem nulla communitas, C. de episcop.& cleric. & Afflict. *in decis.*
26 *265.nu.64.* Similiter ille, † qui dat alteri potionem venenatam,
dicitur proditor, vt tenet Iacob. Butr. *in l.athletas, §.calumnia-*
tor, ff de infantibus, Bald. *in l.nemo clericus, C. de summ. Trinit.&*
Fide Cathol. & August. in addit. ad Ang. *in verb.fecit insultum, co-*
27 *lum fin.* Felyn. *in c. 1. de homicid.* & † quis dicatur proditor, &
quot modis, vide latè per multa exempla, gl. *in cap. clericus. il*
primo, in verb. proditionibus 46.distinct. & Firman. *in repert.verb.*
Proditor: in quibus locis multa exempla videre poteris. Et in
hac materia proditionis plenè habetur per Ioannem Anton. de
Nigr. *in c.nuper ad vindictam, & in addit. fol.62.* & per Bursat.
cons.196.n.142.vol.2. & per Petr à Placa *in epit.de delict.c.21.in*
fine princ. & Covar. *var.resolut.lib.2.cap.fin.n.7.vers. tandem his*
28 *praenotatis, in fine,* & † licet ibi concludant, proditorem esse
illum, qui per insidias occidit, etiam quod occideret inimicum
suum, quos sequitur Dom. Farinac. *quaest.crim.q.18.n.76.& 77.*
Ego sequor opin. Bart. *in l.respiciendum, §. delinquunt. ff. de paen.*
qui dicit occidentem per insidias, vel retro inimicum suum,
non esse proditorem, quia debebat praecauere ab inimico suo,
quem sequuti fuere Gerard. *sing.14.* Angel. *de malefic. in ver.fecit*
insultum. vers.& benè nota, Placa *epitom.delict.in dicto cap.21.nu.*
2. & Gomes. *cap.3.titu. de homicid. num.5.* & ibi Emmanuel Sua-
rez *in addit.* attestatur de communi; & ego nunquam vidi for-
mari Inquisitionem de proditione cōtra occidentem inimicum
suum retro, vel per insidias, & de proditione vide Farin. vbi su-
pra *nu.73.cum seq.* vide etiam, quae posui infra *in quaest.68.versib.*
proditor. Sed in Hispania per legem Regiam offendens retro, &
non de facie ad faciem proditorium committit, etiam quod ini-
micum suum occidat, vel offendat, & proditor occidens trahi-
tur ad caudam equi per vias publicas, & postea furca suspendi-
tur, Idem Gomes. ita attestatur in loco supracitato. *B.*

m *Homicidium.*] Quid sit homicidium, vnde dictum, & ori-
ginem traxerit, & quid in occidente hominem monstruosum.
Plaza *in epit.c.9.n.2.4.6.& 11.* Far. *d.§.assas* Ros.

Homicidium.] Quid, si quis dederit calcem in vtero praegnan-
tis mulieris, aut faciat aliter ipsam abortum pati. Vide per
Carer *in pract.crim pag.179.nu.24.* Giach.

29 n *Aliquando mandat.*] Adde idem de nuntio † portante lit-
teras ad occidendum aliquem, nam occidendo nuntius tenetur
de occiso. Idem de inuestigatore, & exploratore, vbi occidendus
moraretur, & denunciauerit esse in tali loco, & inimici vadant,
& occidant eum, nam talis, poena mortis tenetur, vt per Carer.
in pract.pag.224 nu.123. qui *num.seq.* tenet idem de indicante la-
titantem inimico. Item homicidium lingua tribus modis com-
mitti docet Caepol. *in cons.38.in principio,* & pract. Car. *in tract.*
de homic.§.5.num.3. Giach.

o *Poculum amatorium.*] Farin. *quaest.122.p.5. num.112.& seq.*
vol.5, Ros.

Poculum amatorium.] Vide etiam per Carer. *in pract.pag.179.*
num.25. Giach.

p *Punitur etiam.*] Et qui dicantur venefici per Carer. *pag.65.*
col.2. Sed quae poena sit contra vendentem malum venenum, si
mors alicuius est sequuta, vide per Iacob. Menoch. *de arbitr.iud.*
lib.2.centur.4. cas 159. Item quomodo puniatur ille, qui voluit
hominem venenare, sed poenituit, vide per Ioan. de ligna. *inter*
cons.crim.diuers Ziletti.cons.20.nu.16.lib.1. Et in veneficio iudex
facilior promptiorque esse deber ad torturam, ex quo est de de-
lictis, quae committuntur occulte, vt not. dicit Bal. *in l. 3. C. de*
episc.audien & tradit Alex. *cons.77.n.5.lib.1.* Giach.

Punitur etiam.] Dec. *lib.9.c.21.vsque ad 27.* Far. *d vol.5.q.121.*
par.1.2.3 & 4. Ros.

Punitur etiam vt homicida.] Adde huic dicto Cremens. *sing.*
50. vbi interpretatur statutum, si quis voluerit venenare. Dec. *in*
l.non vult hares, nu.6. de reg iur Drogh.

30 *Punitur etiam. vt homicida, &c.*] Adde † quod venenum ma-
lum emi, nec etiam vendi potest *l. quod sape. §.veneni mali, ff.de*
contrahend.emption. l. 3. ff. de sicar. & qua poena contrafaciens
puniatur, Menoch. *de arbit.Iudic. casu. 359.* vbi dicit, poena ar-
bitraria puniendum esse; & quando aromatarij toxicum ven-
dentes teneantur, vide Bonacoss. *in tract. de seruis & famulis*
quaest.208.

Item adde Vulpell. videndum *in cons. 145.* vbi tenuit contra
31 Clar. in casu cuiusdam famuli, qui † venenum Domino suo prae-
buerat: vt puniretur poena mortis, etiam quod mors sequuta
non fuisset, ita etiam iudicauit Senatus Mediolani in concubi-
na, quae venenum concubinario exhibuerat, etiam morte non
secuta, vt meminit Boss. *in titulo de homicid.n.13.cum seq.*

32 Item † adde, quod non punitur poena mortis, sed relegationis
ille, qui necauit, vel necari fecit condemnatum ad mortem eius-
dem parentelae, vt vitaret infamiam, ita notab. tenet Iacob. Bel-
lon. *in pract. Iudic. Rubri. de quaest. numero 138.* Conrad. *in pract.*
crim. in titu. de venefic. num.13 fol.356. & in tit. de homicid. nu.20.
licet contrarium dicat *dicto titu. de homicid. num. 7.* vide etiam
Felyn. *in capit. cum iuramento de homicid. in fine,* vbi dicit quod
tenetur de parricidio, & ita tenuit etiam Bald. *in l.libertas, ff. de*
statu hominum, Marsil. *in l prima, nu.6.ff.de sicar.* Foller. *in pract.*
crimin. in vers. item qui sororem venenauit, nu.54. & Boer. *in decis.*
216.num.3.circa finem, & num.4. Et † ibi etiam habetur de ma- 33
tribus dantibus poculum filiabus impraegnatis ob pudorem, &
qua poena puniri debeant, & † qualiter venenatio cognoscatur, 34
Paris de Puteo, *de synd. in vers. tortura licet,* vi. Mars. *in l. 1. §.*
propterea, num.37. ff. de sicar. Et quando probetur, vel potius re- 35
probetur Paul. de Castr. *cons. 167. visa inquisitione,* & † crimen
istud est publicum, *l.1.ff de public.iudic.* Ideo cuilibet de populo
accusatio competere potest.

Item † adde, quod si maritus dederit venenum vxori, licet 36
euaserit, tenetur de parricidio, vt per Bart. *in l.1.in fin.ff.de par-*
ricid. & per Salic. *in l.1.C.de malefic.* Angel. *in gloss. ex interuall.*
Carrer. *in pract.crim.§ homicidij, c.1.nu.151.* vbi dicit Bald. tene-
re contrarium *in consil.incip. Stephan.* & † idem est in filio, qui 37
voluerit venenare patrem, quod tenetur de parricidio, licet ve-
nenum dare non potuerit secundum Gomes. *de delict.c.3.num.7.*
& ibi, *num. 8.* habetur, quomodo delictum veneni poterit pro-
bari, & de multis indiciis in huiusmodi crimine habetur per
Alban. *in cons.72.* & Paul. de Castr. *in cons.195.* quod pro singulari
Paris de Puteo *allegat. in tractat. de Syndic. in vers. tortura, cap.*
mandauit, col.2. vers. mulier inquiritur. Et † an venenum prae- 38
bens veniat poena ordinaria puniendus, si mors non sequatur,
vide Menoch. *de arbitr. iud. casu 360.n.46.* vbi late hanc quaestio-
nem tractauit, & ibi causam dicit, quod ille, qui suscepit manda-
tum, & pecunias, vt venenum daret, deinde poenituit, & manda-
tum Iudici detexit, arbitrio Iudicis debet puniri, secundum
Ioan. de Ligna. *inter consil. crim diuers. parua impressionis cons.20.*
in fin.lib.1. & de poena vendentis malum venenum, vide eundem
Menoch. *casu 359.*

Item adde, quod licet tentans alterum veneno necare poena
mortis puniri non debeat, vt tenet hic Do. Clar. tamen hoc non
procederet, vbi adesset statutum puniens poena ordinaria atten-
tatum, vt per Car. *in loco supra citato, nu.21.*

Item † adde, si statutum dicat, si quis voluerit venenare, ca- 39
pite puniatur: quod si quis praeparauerit tantum venenum, non
decapitabitur, secundum Franc. Crem. *in sing.49.* & Dec. *in l.non*
vult hares esse, ff de reg iur.

Item † adde, quod dictio (veneni) ex vulgari consuetudine 40
loquendi solet interpretari de malo veneno, ad mortem infe-
rendam apto, Fel. *in c super his, num.20.de accusat.* & Alciat. *in l.*
qui venenum, ff de verb.sign.

q *Cuiusdam Medici.*] Filius erat Hieronymi Cardani. *Ros.*

r *Sed certè.*] Vide Foller. *in praxi vers.* Item quod venenauit
sororem. Vulpel *cons. 145.* Quid in emente venenum, aut daret
Alciat, *cons. 28.lib.7.* Et de eo qui materiam dedit Bal. *cons. 211.*
lib.4. Far. loquitur de vendente venenum, vbi sup *p.1. nu. 32.&*
vide par.2.num.21 Ros.

s *Ancillu.*] Adde, quod alias Senatus Mediolani, vt retulit
Boss. *tit. de homic. num. 13.* condemnauit ad mortem concubi-
nam quandam, quae parauerat venenum concubitori suo, vt
eum interimeret, licet sequutus postea non fuisset effectus. Et id,
vt domini redderentur securi à seruis suis. *Giach.*

t *Item Iudex.*] Farin. *quaest.111.vol.4.nu.24.& seq.art.2.* Ros.

Item Iudex, qui innocentem.] Adde, † quod erit in arbitrio su- 41
perioris mortem tali Iudici imponere, si passus supplicium, ini-
que, & dolose fuerit condemnatus; & si iudex ex ira, seu calore
nimio aliquem necauerit, non punitur morte naturali, sed de-
portatione in insulam, ita latè tradit Boer. *in decis.153.nu.8.cum*
sequen. & ibi *nu. 13.* habetur, qua paena sit puniendus, si non ad
mortem condemnauit, sed ad aliam paenam corporalem.

u *Item si aliquem posuit.*] Adde † videndum Menoch. *de ar-* 42
bitr.iud.casu.340. vbi late, qua paena puniendus sit Iudex, qui vel
omnino indebite reum quaestionibus subiecit, vel in torquendo
modum excessit: vide etiam, quae posui infra *in quaest.64. vers.*
Iudex autem Baiar.

x *Mortuus sit.*) Vide etiam per Carer. *in prac pag. 215. nu.117.*
vbi idem si rumpatur funis, aut trabs. *Giach.*

y *Item Medicus.*) Adde etiam, quod Medicus † negligens cir- 43
ca curam infirmi tenetur *l.Cornelia de sicariis.* Et negligentia di-
citur dolus, & peccatum mortale in iis, qui ex officio ad dili-
gentiam obligantur. Vide de omnibus per Crauet. *suo consil. 132.*
col.2. Giach.

Item medicus, si malum medicamentum, &c.] Adde † quod 44
multa interuenire debent, vt mors infirmi medico imputetur:
de quibus habetur per Io. de Anan. *in c.tua nos.de homicid.* & † 45
medicus negligens circa curam infirmi tenetur *l.Cornel.de sicar.*
Crau. *cons 132.col.2.* Baiar.

z *Iussus exulare.*) Far. *quaest.87.inspect. 1. volum. 4. numer. 45.*
Ros.

46 a *Tenetur etiam Medicus.*] Adde † quod si medicus gratis operam suam præstabat tenetur solum de dolo,& lata culpa, si vero cum pretio, tunc etiam de leuissima teneretur Albert. de Rosat. *in l. sed etsi quacumque, n.19. ff. ad leg. Aquil.*

b *Sed quæro.*] Decian. *cap. 20. lib. 9.* Farin. *qu. 119. inspect. 1. numer. 12. & seq. præcipue, nu. 17.* Cartar. *de execut. sent. in præfat. nu.* 8 Ros.

47 b *Sed quæro, quæ sit pœna homicidij.*] Adde, † quod in Regno Neap. contra occidentem est pœna mortis naturalis per Constit. *incip. terminum vitæ*, Franc. *decis. 324. in princip.* & late Fab. de Monteleo *in prax. arbitr. part. 4. nu. 539. fol. 210.* & similiter in statu ecclesiastico est pœna mortis naturalis per Const. Marchiæ *in lib. 4. c. 54. incip. homicidium si quis.*

48 Item adde, † quod committens homicidium in rixa punitur non minus grauiter, quam si id faceret deliberatè, Boë. *in tit. de Inquisit. num. 116.* vide tamen Lud. à Peguer. *in q. crimin. cap 14.*

49 vbi late † examinauit, an homicidium ex vulneribus in rixa illatis secutum sit pœna ordinaria homicidij puniendum, vel extraordinaria, arbitrio Iudicis; & distinguit, an habuerit animum occidendi, vel non.

50 Item † adde, quod occidentes ex interuallo ex causa metus, quomodo iuste habuerunt ab illo, qui minatus erat eis mortem, & solitus erat exequi, sunt condemnandi ad perpetuas triremes, vt latè per Gram. *decis. 5. per totam*, & an interficiens portantem pallium siue Baldachinum, sub quo erat sacratissimum corpus Christi sit puniendus pœna *cap. Fœlicis, de pœnis in sexto.* Hanc quæstionem posuit Foller. *in pract. crim. in Frag. n. 48.* sed eam non decidit, dicens cogitandum esse. *Ba.*

c *Homicida punitur,*] Adde *infr. §. fin. q. 78. in principio, & vers. Multa autem*, vbi videbatur contrariari, dum ibi dixit. Multa autem sunt crimina, in quibus secundum dispositionem iuris communis imponitur pœna confiscationis bonorum, exemplificando etiam in homicidio; ibi ergo intellige, quod pœna confiscationis bonorum pro homicidio imponatur secundum veterem pœnam *l. Cornelia*, vt hic: non autem attento nouo iure per authent. *Bona damnatorum, Cod. de bon. proscript.* Drogh.

Homicida punitur.] Quid de teste, cuius depositio facit, vt quis indebite morte afficeretur, vel absolueretur, quod teneatur de homicidio, habetur per Bald, Aret. & Fel. *in c. sicut, in 3. not. de testibus*, & sequitur Boss. *tit. de oppos. contra testes, num* 140. Sed vide etiam per eundem Boss. *tit. de falsis post num. 138. & hic*, vt per eundem *num. 169.* Giach.

d *Hæc pœna.*] Hic tamen scias, quod alteratur pœna, ex qualitate occisi quam plura exempla vide per Pract. Carer. *pag. mihi* 218. Giach.

e *Aliqui dicunt.*] Farin. vbi sup. *inspect. 2. num. 27.* vbi plur. *nu. seq.* Ros.

51 f *Et ita teneas, & serues in practica.*] Adde † quod idem tenet Rol. *cons. 98. num. 26. vol. 1. & cons. 111. num. 19. vol. 2.* Hip. Rimin. *in l. 1. num. 195. ff. quod quisque iur.* & ista est magis communis opin. quod huiusmodi statutum non sit validum, esset tamen intelligendum, quando homicidium esset dolosum Kircou. *comm. opin. cent. 4 concl. 63.*

Item adde, quod si tale statutum in aliquo loco seruaretur, & officialis homicidam decapitaret, qui debebat in pecunia condemnari ex forma statuti, officialis veniret decapitandus, non autem in pœnam pecuniariam ad formam statuti condemnandus, Ang. *in l 1. n. 5 ff. quod quisque iuris.* Baiard.

g *De iure autem.*] Farin. *d. q. 119. inspect. 3. num. 46. & 57. 63. & 64.* Ros.

h *Priuatur beneficiis.*] Hic nota cautelam, quam tradit Felin. *d. c. Inquisitionis de accusat. ante num. 5.* vt ante priuationem renunciet alicui amico; qui post dispensationem eidem renunciet, & sic cautus erit, & refert, ac sequitur Carer. *in pract. crim. §. Homicidium vltimo, post num. 66. in fin. & nu. 68.* limitat in homicidio qualificato, vt in assassinio. *Giach.*

52 i *Sed in homicidio deliberato, siue qualificato.*] Adde † quibus modis homicidium dicatur qualificatum, & quibus causis aggrauetur per Guliel. Bened. *in c. Rainutius, de testam in fin. in quæstione de homicidio*, vbi multum diffuse hanc materiam tractauit, & qua pœna puniendus sit clericus, qui committit homicidium qualificatum. *Baiard.*

53 k *Priuatur etiam.*] Aduerte, quod ille, qui occidit † alium, nedum prohibetur succedere ipsi occiso, immo prohibetur etiam succedere hæredi ipsius occisi. tex. est *in l. Lucius, ff. de iure fisci*, quem esse ad hoc no. inquit Iacob. de S. Georg. *in l. hæreditas in fi. C. de quibus vt his indi. aufertur hær.* Vbi etiam relatiue vide, quid iuris sit de occidente vxorem propriam. Adde, & vide pulchram quæstionem per Iac. de S. Georg. *in l. sororem. col. 1. C. de occidente vxorem propriam.* Giach.

54 *Priuatur etiam homicida.*] Adde, quod si pater calore iracundiæ occidit filium habentem bona materna, non succedit; sed fratres occisi, pater renunciet vsufructui, secundum Angel. *in l. adoptiuum, § patronum, ff. de in ius vocan.* & dicit, ita fuisse seruatum in facto, sed Alexan. de Neuo. *in consil. 91. num. 11.* dicit, quod dictum Ang non potest procedere cum portio illa, in qua pater debuisset succedere, veniat confiscanda, & in aliis portionibus fratres defuncti, cum non sint sequentes in gradu successionis, sed pares patri debent succedere, & ibi *num. 7.* † quod si 55 quis habet duos filios, & vnus occidit patrem, delictum eius non nocet fratri suo, quominus succedat patri.

Item † adde, quod si maritus interficeret fratrem vxoris non 56 poterit habere commodum ex illius bonis; sed vxor, & eius filius poterunt succedere, Io Lop. *in rep rubr. c. per vestras, § 70. n. 17. fol. 165. de don. int. vir & vxo.* & ibi *nu. 17.* dicit, quod † frater 57 substitutus per fideicommissum, sub conditione mortis non consequitur fideicommissum, si fratrem occidit: idem tenet Bal. *in cons. 50. vol 4.*

Item † adde, statuto disponente, vt bona occidentis hæredibus occisi debeantur, si quis monachum occidat bona monasterio debentur, & non filiis, quos ante ingressum habuerat, dummodo non adsit testamentum, quia deberentur hæredi instituto, quæ bona pro dimidia erunt Ecclesiæ, alia dimidia erit distribuenda pro anima occisi in eleemosynam Bero. *in cap. in præsentia, num. 473. de probat.* vbi ad partes hanc quæstionem examinauit. *Baiard.* 58

l *Et ita volunt Doctores.*] Boss. *de his quibus vt ind.* Farin. *q. 120. sectio. 3. nu. 23. 36 & sect. 4. n. 74.* Ros.

m *Sed pone, quod filius.*] Farin. vbi sup. *nu. 29. 30. 53. & sequen.* Ber. Ros.

n *Frater fratrem.*] Boss. *d. loco num. 16.* Ber. Ros.

o *Si vero non extent filij.*] Adde, † quod pluribus casibus quis 59 dicitur indignus, in quibus succedit fiscus, vt per Bart. *in l hæreditas, C. de his, quibus vt indign.* & ibi *num. 6* dicit, quod ratio, quare applicetur fisco, quod aufertur tanquam ab indigno est, quia turpia lucra sunt extorquenda ab hæredibus, *per l in hæredem. ff. de calumniat.* Et quando † legatum aufertur alicui, & 60 applicetur fisco, vide Bar. *in l fi. ff. de his, quib. vt in'i.n* Natt. *consil. 462. in fine*, Mansic. *de coniectur. vl. im. volun. lib. 12. tit. c. num. 19. cum seq. & ibi num. 20* dicit, † quod alius hanc indigni- 61 tatem opponere non potest, quia exciperet de iure tertij, attestando de communi, & in hac materia, quando bona, quæ auferuntur tanquam ab indignis, applicari debeant fisco, vide Boss. *in tit. de his, quibus vt indign. & in titul. sequen.* habetur † quan- 62 do non applicantur, ad hoc vide etiam Afflict. *super feud. in tit. quæ sint regal.* vbi enumerat duodecim casus, quibus res aufertur, vt ab indigno, nec in fiscum peruenit.

Item † adde, quod secundum Bartolum, *in l. cum ratio, § præterea, ff. de bon. damnat.* bona occisi non veniunt ad fiscum, si ad- 63 est alius, qui sit in eodem gradu cum interfectore, vt puta, si frater occideret fratrem, quod alius frater occisoris succederet, & non Fiscus. idem tenet etiam Alex. de Neuo. *in cons. 91 n. 11.* Sed hoc non est ita simpliciter verum, quod tota illa hæreditas applicetur aliis venientibus ab intestato, qui sunt in paritate gradus cum interfectore, nec etiam est verum absolute, quod tota applicetur fisco, eligitur enim media via, videlicet, quod portio, in qua successurus erat interfector, applicetur Fisco: portio autem, quæ pertinebat ad alios pares in gradu, eis reseruatur ita tenent Bal. Saly. & Alex. *in d. l. hæreditas, C. de his quib vt ind gnis*, & de communi attestatur Boss. *in dicto tit. de his, quib. vt indign. nu. 16.* & Alb. *cons. 7. num. 10.* Gomes. *epitom delict. tom. 3 c. 3. sub num. 51.* vbi dicit hanc opinionem communem veriorem, & tenendam.

Item † adde, quod si iustus, & legitimus hæres successit occi- 64 so, vel ex testamento, vel ab intestato, non potest instituere hæredem in dicta hæreditate, & bonis occisi occisorem, qui nec in dictis bonis ab intestato succedere potest, Gomes. *dicto c. 3. n. 52.* vbi late.

Item † adde, quid de occidente filium testatoris, seu illius, cui 65 quis succedere potest, Rom. *singul. 467.* occidens, & ibi vide addent. vbi in fine habetur, † quid in bonis feudalibus; de quibus 66 vide etiam Franciscum Mariam de Plotis *consil. 66. tomo 1. inter consilia criminal. diuersor.* & Ioannem Baptistam de Plot. *in cons. 25.* † in quo late, an filius fratris, qui fratrem confeudata- 67 rium feudi paterni interfecit, sit incapax, ne in feudo succedere possit filio interfecti patrui sui, & in hac quæst. de bonis feudalibus, vide etiam Peregrin. *de iure fisci. lib. 2. tit. 3. numer. 17.*

Item † adde, quod vbi extaret statutum, vt occisor non possit 68 succedere occiso in eius bonis ex testamento, nec ab intestato, tunc fiscus excluderetur, vt per Corn. *cons. 212. lib. 4.* Barb. *cons. 8. nu. 8. vol. 3.* Ruin. *cons. 129. vol. 2.* & Ioh. Ant. Anguis. *cons. 76. lib. 6.* & cum D. Clarus allegat Bald. *in terminis statuti in l. si qui incestis, C. de incest. nupt.* & dicat magis communem opin. esse contra Bald. allegando Boer. *decis. 25. nu. 8.* id attestantem, profecto Boer. hoc non concludit in terminis statuti, sed postquam discussit opiniones de iure communi, dixit magis communem esse

pro

pro fisco;& de statuto,ac doctrina Baldi incidenter locutus fuit.
Et dum idem Clar allegat Barbat.*d.cons.8.sub nu* 4. *& consil* 90.
n 45.*lib*.4. In terminis juris communis,vtique dicendum venit,
quod in illis etiam terminis D. Clarus locutus fuerit , licet vi-
deatur dixisse contrarium in terminis statuti. Et tale statutum
est in ciuitate Spoleti , vbi sum ad præsens, secunda vice Guber-
nator sub Pontificatu sanctissimi D. N. Sixti Quinti ; per quod
causa duorum Iuuenum de Liguriis,qui duas sorores interfece-
runt;& frater ipsorum prætendit hæreditatem,& bona,quæ per-
uenissent ad dictos occisores ex bonis dictarum interfectarum;
decisa fuit ad fauorem dicti fratris, & contra Fiscum , per Ma-
gnificum D.Fabium Timeum de Bonscrinis Vrbenelanum Lo-
69 cum tenentem meum. Et † de ista quæstione quando interficiēs
succedat interfecto , & fiscus auferat tanquam ab indigno , &
quando interficiat impune , vt quia occidat bannitum,vel vxo-
rem adulteram,vide nouissime per Peregrinum *de iure fisci lib*.2.
*tit.*3.*per totum*, vbi magis diffuse, quam alibi. *Baiar.*

p *Sed quid si maritus*.] Boss *vbi sup.nu* 31.Ros.

70 *Sed quid si maritus interficiat vxorem.*] Adde , † quod nedum
perdit lucrum dotis,si cōstat,quod vxorem occiderit, sed etiam
si vxor reperiatur mortua mane,quæ sero erat sana, ex quibus-
dam percussionibus sibi illatis,quia præsumitur interfecta à ma-
rito , cum ea cubante , nullis in camera,siue domo , præter eos
existentibus, si prius ab eodem male tractabatur, ita concludit
Bal.*cons* 122.proponitur,quod vxor Petri fornarij,*vol*.1.& notat
Luc.de Pen.*in l fin.col*.2.*vers.* item nota, quod maritus C. *de in-
colis lib*.10.& sequitur Boer.*decis*.261.

* Item adde, an per publicam vocem, & famam , & per iudi-
cium fugæ & per confessionem factam priuatæ personæ probe-
tur maritum interfecisse vxorem,ita vt excludi possit, & debeat
à lucro dotis , Bald. *in consil*. 254. *volum*. 2. vbi tenet,quod sic.
Baiard.

71 q *Transeat ad heredes*,] Farin.*d q*.120.*sect*.3. *nu*.57. & idem si
medicum non adhibuit *seq*.4.*n*.74.*& num. seq.* Ros.

r *Et hæc conclusio locum habet.*] Adde,† quod opinio Bar op-
time saluatur per distinctionem,de qua per Rolan. *in dicto tract.
de lucr dot q*.63 *nu*.6. scilicet, quod maritus interficiens vxorem
in adulterio repertam, statuto, vel consuetudine sic permitten-
te lucratur dotem , si lex , vel statutum deferat lucrum ex alia
causa , quam ex delicto, prout est , stante statuto , quod vxore
præmoriente , maritus lucretur dotem ; quod lucrum defer-
tur propter onera matrimonij ; vide etiam Mars. *consilio* 93.
& 226.

72 Item † adde , quod maritus occidens vxorem perdit ius
succedendi quod habet , in defectum coniunctorum , Bald. *in
l*. 1. *C. vn.vir* , *& vxor*: de quo plenius per Guliel. Benedict. *in
cap*. Raynutius *in verfic*. mortuo itaque testatore , *el primo, nu-
mer* 17.quod tamen fallit,si,statuto permittente, occidat, Cam-
peg.in tracta de dote, *par* 8.*in* 2.*quæst*. & Boer. *in decis*. 25.*nu*.4.
Baiar

73 s *Tenetur etiam homicida.*] Adde † in hac materia , quando
homicida,siue vulnerans teneatur ad damna,expensas, & inter-
esse,& quando possit iurari in litem, vt per Plot. in l. si quando,
num.694.*cum seq.& ibi num* 698 dicit , quod cicatricum & de-
formitatum in homine libero, nulla habetur ratio : quod secus
est in seruo,& animali bruto. Et quando vulneratus possit pete-
re,vel lucrum cessans, vel damnum emergens, & si † consecutus
74 est pœnam, de qua in cautione de non offendendo , vide Bertaz.
cons 16. vbi respondit , quod non, sed Vulpell. *in tract.de pace qu*.
64.contrarium tenuit , dicens , quod pœna conuentionali parti
soluta,quia paci,vel promissioni de non offendendo sit contra-
uentum propter vulnera , & medelas, interesse quoque peti po-
terit,quia dicta pœna ratione contemptus potius,quam interes-
se apposita censetur,& quando offensus possit iurare in litem,vi-
de etiam Bertaz.*cons*.17 *&* 18. Et in hac materia quod occidens
teneatur ad expensas,& damna,ac interesse,vide multas amplia-
tiones,& limitationes per Ioseph.Ludo.*in conclus*.39. & Soci. *in
c.rixasi,num*. 57. *de homicid*. vbi habetur, ad quid vulneratus a-
75 gere possit,& qua actione,& † quo casu agere possit pro cicatri-
ce , & deformitate. Et quo ad æstimationem operarum vulne-
rans non tenetur,si vulneratus nullam habebat artem,vt per Af-
flict.in Constitut.in pecuniariis litibus, *nu*.18.

Et si hæredes occisi agerent contra homicidam pro interesse,
& operibus quibus caruit defunctus, qui erat, vt puta officialis,
qualiter, & pro quot annis operæ æstimari possint , an vsque ad
centum annos,cum de iure quis tamen viuere præsumatur , *l. fi.
C de sacrosanct.* Eccles. vel æstimatio sit facienda secundum dis-
positionem *l si hæreditatum, ff ad l. Falcid*. vide Gomes. *de deli-
ctis c*.3.*nu*.38.& ibi etiam an occidens ad sui defensionem, si ex-
cesserit teneatur ad interesse, & habetur etiam quando offensus
non fuit occisus , sed factus inutilis, tunc delinquens tenetur ad
operas annuatim quolibet anno quo vixerit : Ego autem arbi-
tror , quod circa tempus operarum non sit attendenda disposi-
tio dictarum legum,sed remittendum esse Iudicis arbitrio , cui
remittitur damnum, & interesse, quod passo , siue vulnerato re-
sarciendum est, vt per Menoch.*de arbitr. casu* 122. sed ego nun-
quam vidi , quod quis agat ad dictam operarum æstimationem
defuncti,& actio ad damnum , expensas , & interesse transit ad
hæredes, idem Gomes. vbi supra *num* 37.

Item † adde quod vulneratus possit ciuiliter agere contra 76
vulnerantem,ad damna,expensas,& interesse,licet vulnerans sit
absolutus ab inquisitione,secundum Borgnin.*in cons*.233.*volu*. 2.
Rom.*in cons*.223.*& cons*.213. Maran.in Spec.aureo. *in* 4.*p*.1. *dist.
nu*.5.*car*.33.*& nu* 10. *car*. 35. & Borgni. filius in tra.de vsufruct.
mulieri relicto, sub *nu*.132.

* Item adde, quod licet homicida teneatur ad damna , & in-
teresse,& expensas,non tamen offensus potest agere contra ho-
micidam actione iniuriarum ciuiliter, & hoc est speciale in cri-
mine homicidij;late Maran.de ord.iud. *par*.6.*tit*. de inquisitio-
ne, *num*.90. *&* 91.

t *Ad æstimationem*] Farin.*d.qu*.119.*in sect*.4.*nu* 93.*&* 97.102.
103.104 *&* 126. Ros.

u *Excusatur autem.*] Similes excusationes , & capitulandi
modos pro Reo, vide apud Alc. Tracta.de præsumpt. *reg*.3.*præ-
sumpt*.39. per totum, vbi diffusius,quam hic. Adde *infr. in* §.*fin.q*.
60. per totam. *Drogh.*

Excusatur autem] Late Farin. *d.vol*.5.*q*.125 *p*.1.*in princ præci-
pue, nu*.3.*q*.10.11.93.*&* 118 Ros.

Excusatur autem homicida] Adde † videndum Menoch. *de* 77
arbitr.iud.casu 277. vbi quando vim vi repellere liceat, & quod
remittitur arbitrio judicis , quando quis defensionis limites ex-
cessisse dicatur, & in casu sequenti habetur, quod excedens mo-
dum defensionis arbitrio judicis punitur

Item adde , quod si quis teneret aliquem prostratum in ter-
ram,cum multis pugillis percutiendo,& ipse percussus gladiun-
culo,quem ad latus gestabat,ipsum interficeret, non esset puni-
endus pœna ordinaria , sed exilij per sex annos, ita Vrsil.ad Af-
flict.*in decis* 289.*n*.33.per ea,quæ tradit Alex. *in cons*.76.*vol*.1.

Item † adde,quod probans fecisset homicidium ad sui defen- 78
sionem,est liberandus etiam absque licentia Principis de iure se-
cundum Boer.*in decis* 264.*nu*.15. circa fin. tamen ibi dicit,quod
de stylo curiarum Franciæ nunquam liberatur per judices sine
remissione à Principe prius obtenta, quod esset seruandum vbi-
que per omnes judices , & † nedum aggressorem licitum est oc- 79
cidere,non solum quando imminet periculum vitæ , sed etiam,
quando imminet periculum alicuius iniuriæ personalis, Marsil.
cons.81. *n* 16. & † quo probetur homicidium,ad sui defensionem 80
factum fuisse latissime per Mascard.*de prob.concl*.1126.

Item † adde , quod homicidium factum ad sui defensionem 81
non est punibile, etiam stante statuto indifferenter disponente,
homicidium pœna mortis puniri.secundum Bal.*in cons*.19 *nu*.8.
inter consil.crim tom.1. nec † etiam Presbyter celebrans missam, 82
si insultatus committeret homicidium , efficeretur irregularis,
quin posset post illud missam inceptam perficere, Mars.*in l*.1.*nu*.
28.*& seq ff.ad l Corneliam de sicar*. *& in cons*.4.*numer*.4. *&* 5. *&
cons*.81.*num*.3. & † in hac materia quando licita sit defensio, 83
vide Duen. *in reg*. 191. *&* 192. vbi ponit multas ampliat. &
lim.

Item † adde,quod ille , qui primo prouocasset ad verba iniu- 84
riosa,licet postea rixando poneretur in discrimine vitæ,si inter-
ficeret , non gauderet priuilegio necessariæ defensionis , quia
ipse causa fuit mali, & posuit semetipsum in necessitate , & per
præsumptionem iuris non videtur interficere ad sui necessariam
defensionem. *l.quam multa facinora, C.ad l.Iul.de vi*. & Bal. *in
cons*.143 *n*.1.*vol*.1.& Bolo.*in l.vt vim n*.94. *&* 95. *circa finem.ff de
iust.& iur.*

Item adde , quod aggressus possit etiam impune occidere fu-
riosum siue dormientem aggressorem,Bal.*in repe l*.1. *num*.50.*C.
vnde vi*,& Gomes.*de delictis c*.3.*nu*.20.sed ego credo hoc verum
non esse ita simpliciter, nam si potuisset aufugere , & non aufu-
gisset, quod extraordinarie veniret puniendus , quia tunc aufu-
giendo non incurritur aliquod periculum honoris , quinimo
non aufugiendo. *Baiard.*

x *Defensionem.*] Quæ debet incontinenti fieri,non ex inter-
uallo , & quando dicatur incontinenti fieri per Care. *in pract.
crim*.§. *Homicidium* 6.*cum sex limitat.à n*.106. *vsque ad n*.112. *&
n*.124. Et an confessus in judicio simpliciter homicidium possit
ex interuallo suam interpretari confessionem , quod fecit ad sui
defensionem,vide per pract. Caret. §. *Homicidium* 6.*n*.165. om-
nino Boss.*tit de confes nu*.31.*cum seq.& tit.de falsis num*.66. Item
defensio incontinenti non ex interuallo fieri debet,& defensio-
nis modus, in quibus consistat. Item defensionis causa quando
videatur fecisse percussus , qui per horam stetit in terram & po-
stea ipse repercussit.Vide de istis omnib.per Boer. *Decis*.168. Et
adde vnum notabile verbum, quod index potest cogere reum,vt
specificet defensionis modum,vide per Ang.de Aret,*in* §.*his igi-
tur, Insti.de iu.& iur post n*.6. Giach.

y *Ad sui defensionem*] Adde , & vide,qua pœna plectatur is

qui ad sui defensionem occidisse fatetur, per Iac. Men. *de arbit.*
85 *iud.lib.2.cas.279.in fin* Et homicidium quādo † dicatur factum ad defensionem, vide per Dec. plenè eius *cons.* 459. *col.* 1. per Craue. *eius cons.*151.*col.*5.*vers.alibi scribit Ang. Are.* vbi homicidium in dubio præsumitur factum ad defensionem, vt delictum excludatur, & allegat Dec.*plurib.in locis*, ac Nic.Boer.demum de illis miratur: quod ita loqui ausi fuerint, cum in dubio præsumatur contra occidētem, quod dolo fecerit, per text. *in c.1.de præs. & in l.1.C.de sicar.* Et concurrentib.duab. præsumption. aduerte, quod tunc vna præsumptio tollit alteram, & debilior cedit fortiori *l.pen.de resti.in integ.* Item plures præsumptiones vincunt vnam, per Crau.*cons* 125.*n.*11.*& in cons.*149.*n.*17. Item quibus coniecturis præsumatur homicidium ad necessariam defensionem perpetratum, vide per Cæpo.*cons.crim.*29.*n.*15.16. Laur. de Palazolis *inter cons crim.* Cæpo.*cons.*41.Fel.*in c.dilecti filij, col. pen.in prin.de exec.* Alex *eius cons.*14.*col fi.vol.*3. & per Boss. *tit.de homic.post nu.*89. vbi inquit, quod res eo redigitur: quod si iudici ex illorum dispari conditione videtur quod sit alienum à sana mente putare, quod occidens prius insultauerit, tunc præsumendum est, quicquid factum fuerit prouenisse ad necessariam defensionem, alias secus. Ad idem vide per Gram.plenè eius *cons.* 56.per totum, vbi egregiè materiam reassumit. Et similiter si insultatus, qui proclamando (non deris mihi impedimentum) sui aggressorem occidit, vel vulnerauit, quod ad sui defensionem fecisse præsumatur, vide per Alex.de Neuo. *cons.*77.*nu.*1.*in* 1.*vol. inter cons.crim.diuer.Ziletti.* Giach.

y* *Capolla cons.crim.*42.] Quem vide, quia ibi habes, quibus casibus liceat aggressorem interficere. *Giach.*

z *In foro conscientia.*] Farin.*d.p.nu.*20.Ros.

86 a *Hæc autem conclusio.*] Adde † quod Bolognet.*in d.l.vt vim, n.*66.*cum seq.* conatur velle restringere hanc cōmunem opinionem, vt solum procedat, quando quis pro defensione bonorum suorū poneretur in discrimine vitæ, & sic, quod vtrūq; concurreret, videlicet defensio personæ, & rerū; quæ restrictio mihi non placet, per ea, quæ adducit Claud.*in d.l.vt vim, nu.*76. vbi tenet cōmunem opi. quod pro sola defensione rerū licitum sit homici-
87 dium, quod † etiā procedit in foro cōscientiæ, Rim.iun.*in d.l.vt*
88 *vim, nu.*359.*cum seq.*& Achill.Pedroche *in cons.*36.*n.*340.& † intellige, quando talis defensio fit incontinenti, & etiam ex interuallo, vbi iudicis copia non offertur, Alcia.*in cons.*132.*col.*2.*tom.*2.*lib.*5.& Moron.*in tract.de fide, pace, & treg q.*162.*n.*1.

89 Item † adde, quod etiam clericis pro defensione rerum suarum vim vi repellere licet, Innoc.*in c.nisi cum pridem.*15.*col de renun.* & Fely.*in cons.*50.*num.*11. sed Foller. *in pract.crim. canon c.*14 *in ver.& reus admissis, n.*7. dicit, nullo modo licere clericis occidere rapientes, aut furātes; bene tamen præter occisionē, & percussionē licet defendere res proprias, cū sit permissa modica percussio pro defensione rerum, vt per Abb.*in c.significasti.de hom.* Baia.

b *Rerum suarum.*] Et ista est conclusio magis cōmunis etiam in iure diuino, vt per Alex *in cons* 118 *n.*11.*lib.*6. qui facit regulam etiam in debitore, sed fallit, nisi res esset valoris modici, & vilis, inspecta qualitate personarum, per Alex. *ibidem.* Item, intelligitur secundum additio. *ibid.* nisi quando subesset etiam probabile periculum personæ, & sic nisi ab instanti periculo vitæ: alias extensiones, ac limitationes, vide per Carer. Pract.*crim. pag.*172.*&* 429.*cum seq.* Giach.

Rerum suarum.] Vulpell.*cons* 79.*n.*2.*&* 119. Et quid pro bonorum defensione, vide Farin.*vol.*5.*eius prax.q.*125 *par.*4.*nu* 168.*&* 170. & etiam homines coadunare; Farin.*qu.*113.4.*inspectione, nu.* 149.& *duobus seq.& d.p.*4.*n.*177.234.Ros.

c *Proprij honoris.*] Vide Farin. *quæst.*121.*par.*2.*nu.*116.*vol.*5. *& d.p.*1.*nu.*41 *&* 42. Ros.

196 maritus, & socij possunt comparere per Procuratorem, quod tamen procedit, quando mandatum fuerit absque pretio: alias mandans, & mandatum suscipiens grauioribus pœnis essent pu-
197 niendi, secundum Plaz. *epit. delict. lib.* 1. *cap.* 15. *in fin.* & † quod pater possit mandare filio, vt interficiat adulteros, latissime per Viui. *epi.* 11. *incip adulteri.* Baiard.

s *Quod non.*] Sed quod possit etiam maritus alteri mandare, & mandando, quod non teneatur mandans, vide per Carter. *in Pract.crim.* §. *homicidium*, 5 *num.* 90. qui *num seq.* relatiuè ponit de hoc, an, & quando alicui liceat de jure communi, aut statutario alteri demandare, & mandando non teneatur. Et in casu, in quo non potest aliis demandare, intellige de extraneis, non de filiis. Et etiam potest alios congregare socios, & facere, & tunc nec socij, nec ipse tenentur, vt ibidem plenè habes *in* §. *autem, seq. sub num.* 249. dicit etiam Paul. Castr. *cons* 289. quod si maritus, & fratres occiderunt vxorem, solus maritus punitur, & non fratres, & paulo inferius in statuto permittente fratri occidere conuersantem turpiter cum sorore, quod si frater conuocauerit amicos, & occiderit, excusandi sunt amici, & in materia, quando liceat vendicare, an liceat congregare amicos, & consanguineos, retulit Mars. late tractantem. *Giach.*

t *Bene verum est*] Far. *par.* 1. *n.* 17. & 18. & *par.* 2. *n.* 79. & 83. Ros.

u *Plerumque etiam, vt dixi, excusant, &c.*] Adde † in hac ma-
198 teria Menoch, *arbitr. ind q.* 90. vbi multum diffusè explanauit, quando Iudex habens arbitrium in causis capitalibus possit punire occidentem bannitum, statuto occidi concedente, ad quod
199 statutum vide etiam Viui. *opin.* 770. vbi ponit multas limitationes, & bannitum quem esse quomodo probetur, & quando possit iure occidi, Mascard. *concl.* 162. *vel* 1.

Item adde, † quod bannitus pro assassinio de jure communi
200 impune occidi potest, *cap pro humani, de homicid. in* 6. & Ang. *consil.* 14.

201 Item adde, † si accusatus de homicidio probauerit, quod occisus erat bannitus; sed non probatur, quod erat bannitus ante vulnus, vel post, debet absolui, stante statuto, quod bannitus impunè possit occidi. Folier. *in vers. recipiantur defensiones reorum, n.* 33. *in pract. crim.* Baiard.

x *Erat bannitus.*] Hic cadit pulcherrima quæstio, An per secundum bannum intelligatur recessum à primo, de quo non sit facta mentio; vi. per Cæpol *crim.cons.* 6. vbi etiam plenè tractat, an absolutus, sed non cancellatus, possit vi statuti occidi impune. *Giach.*

y *Impune offendi.*] Adde, quando index arbitrium in causis capitalibus habens punire possit occidentem bannitum, fusissime explanatum per Iacob. Menoc. *de arbit.indic.lib.* 1. *quæst.* 90. *per totam.* Item bannitus, an possit impune occidi infra quindecim miliaria vltra territorium, in quo maleficium commisit, stante statuto, vt Taruisij, quod bannitus de Taruisio, vltra territorium per quindecim miliaria impune occidi possit; si reperiatur bannitus de Taruisio in territorio Paduano, quod distat per quindecim miliaria à territorio Taruisino, an impunè occidi poterit, vide per Cæpol. *cons.crim.* 8. *per totum.* Giach.

z *Bannitus non potest impune offendi.*] Et hoc verum est non modo de Iure communi, sed etiam attento Iure diuino; vnde in Genesi *cap.* 4. Caym, interfecto fratre Abel, cum esset vagus, & profugus super Terram, quod idem sonat, vt bannitus, non habens firmum domicilium, vt est *infra* §. *fin. q.* 39. *vers fui interrogatus*, sic ait: omnis igitur, qui inueniet me, occidet me; Dixit ei Dominus, Nequaquam fiet; sed omnis, qui occiderit Caym septuplum punietur. Vnde legitime dubitari potest, Vtrum tale statutum, quod bannitus impune offendi, & occidi possit, valeat? de quo *in Cap si non licet* 23. *quæst.* 5. §. *his igitur exceptis*; Distingue tamen legem veterem Mosaicam, vt per Tiraquel. *in præfat.de Retract.lig.num.* 3. *cum seqq.* per Menoch. *de arbitr.Iud. lib.* 2. *Cent.* 3. *cas.* 290. *num.* 10. & *Cent.* 4. *Cas.* 157. *sub num.* 35. est autem cautum in lege Mosaica per hæc verba; *Aliter expiari non potest, nisi per eius sanguinem, qui alterius sanguinem fuderit*; *Num cap.* 35. *in fin.* At quicquid sit, aliter dici non potest, nisi quod tale statutum sit horridum, & inhumanum, & credendum est, quod qui vident offensum sanguinem tunc prece, tum pretio, tale statutum non approbant, nec in secreto gratiati ex eo à
probis hominibus laudantur; Homicidium † enim non est sine 202
immunditia, Fel. *c. qua in eccl. col* 3. *de const.* Quicquid hic dixerit Clar. dixeritq; Menoc. *de arb.Iud.lib.* 1. *q.* 90. *n.* 5. Quia quod imò infames sint tales bannitos occidentes, & melius judicio meo (vtuntur enim officio Carnificis) dixit Plot. *in l si quando*, §. 50. *sub n.* 8. *C. vnde vi.* Io. Arno. *sing.* 71. Et quod vtantur officio Ministri Iustitiæ, idest Carnificis, dixit Menoch. *d Tract.lib.* 2. *cent.* 3. *cas* 284. *sub nu.* 34. est tamen fauorabile statutum hoc, vt per Crau. *Tract.de antiq tem.par.* 4. *vers. videamus in principio* stantibus maxime duabus super hoc Bullis Piorum Quarti, & V. referente octauo Vulpello *cons crim.* 2. *n.* 4. & per Alex. *Cons.* 2. *in fi. vol.secundo.* Nota etiam perpetuo tu, qui sollicitè quæris caput banniri, vt te liberes à banno, vel alias vt præmium cōsequaris? quia non sufficit mittere speculatores, qui mādato tuo requisitū occidant; sed oportet, vt manus tuæ sanguine fæteant; Non n. potestas occidendi priuato concessa delegari potest; sic Felin. & ibi latè *in addit cap. qua in ecclesiarum, & in cap. Quoniam,* §. *is autem. col secunda, ibi, Vtrum partes; de off.deleg.* Contrarium tamen in Patre deprehendente filiam in Adulterio, vt homicidium eidem concessum delegare possit, dixi infr. *q.* 60. *vers solet dubitari, ad fin.* Vide etiam Boss. *tit. de defensis, n* 66 & in contrarium, quod imò etiam per alium hoc fieri possit, Bal. *cons.* 401. *in fin. vol. primo.* quem refert Crau. *cons.* 3. *n.* 1. *in fin.* Vide infra *qu.* 39. *vers. fui interrogatus*; Quod etiam comprobatur ex his, quæ dixi *infr.hoc eod.* §. *vers. In hoc etiam, in fine, supr. vers.* 1. Hanc materiam latè tractatam vide per Angelum de Aret. *Tract. de malef. vers che hai adulterata la mia Donna, circa princ & nu.* 28. & 64. Vide infra *q* 8. *vers. sed nunquid.* Droch.

a *Communiter obseruari,*] Far. *q.* 103. *vol.* 4. *de qua in n.* 8. & 9. & 10. *atque* 11. & *seqq. vsque* 15. Ros.

b *Sed quia communiter.*] Quid secundum statuta late Far. *in* 4. *vol. suæ prax. q.* 103. qui tradit varias quæstiones, & *nu.* 1. de eorum validitate. *Ros.*

Sed quia communiter per Italiam extant statuta, &c.] Adde, † 203
quod huiusmodi exceptio impunitatis impedit processum ad vlteriora, etiam quod interfecerit bannitum extra territorium bannientis, Brun. *in tract. de constit. & Decret. in vers. bannitus super verbo banniti statutarij, vers. statutum dicit, quod bannitus,* & Franch. *in decis.* 176. *n.* 2. *vol.* 2. & potest opponi per procuratorem, vt infra *q* 32. *vers. quæro modo.*

Item adde, † quod bannitus non potest seipsum interficere, 204
etiam stante huiusmodi statuto, secundum Bal. Salyc Fulg Pau. & Ias. *in l* 1. *C. de ser fugit.* Gulielm. de Bened. *in c. Rainutius, in verb. mortuo itaque Testatore, n.* 46 *fol.* 84 *parte* 2. latè per Menoc. *de arbit.Iud.cas.* 284. *n.* 12.

Item adde, † quod statutum loquens de bannito non verifi- 205
catur in bannito, de cuius banno disputatur, Bald *in l.* 2. *ad finem, C. si pend. appell. mors interue.* quem sequitus Socin. sen. *in cons.* 122 *n.* 4. *vol* 1.

Item adde, † quod huiusmodi statutum non habet locum in 206
clericis malefactoribus, Bald. *in c. cum non ab homine, col fin de Iud.* quem refert, & sequitur Mars. *in rubr. de fideiuss. num.* 118. & idem Bald. *in l.* 1. *n.* 9. *C. si non à comp.ind.* vbi videtur distinguere, quod aut clericus occisus non erat in habitu: taliter quod occidens ignorauit, & tunc vendicat sibi locum statutum; aut erat in habitu, & tunc secus.

Item adde, † quod dictum statutum non habet locum, si cita- 207
tus pro aliquo delicto comparuerit in Iudicio, & omnia contenta in inquisitione negauerit, & suas exceptiones, & defensiones proposuerit; & postea iterum citatus non comparuerit, & bannitus fuerit, quia potius dicitur bannitus ob contumaciam, quam ob maleficia; & ideo non poterit impunè offendi, secundum Curt. *in cons.* 59. *n.* 17.

Item adde, † quod hoc statutum nedum habet locum in ban- 208
nito, verum etiam in eo, qui de proximo est banniendus. Ias. *in cons.* 131. *ad fin. vol* 1. Bursat. *cons.* 216. *in fin vol* 2. si verè sint lapsa tempora omnia præfixa ad comparendum, vt dicit Castrens. *in lib.* 3. §. *si seruus, ff. de acquirend. poss* Iason. *in l. si qua mulier, col.* 6. *C. de sacrosanct. Eccles.* Mars. *singul.* 106. & *consil.* 94. qui de proximo, & *in l vnica, n.* 74. *C. de rapt.virg.* & *cons* 94. Alij contrarium tenuerunt, vt dicit Tiraquel. *de ll. connub gl.* 2. *num.* 5. & præsertim Aret. & Alex. *in d.* §. *si seruus,* & Lazar. Fenut. *in tract. suo de momen. temporis, c.* 28. *nu.* 4. vbi dicit, quod opinio Aret. & Alex.

Alex. contra Castren. est vera, eo maxime, si supersit facultas appellandi; & quod opin. Castr. potest procedere in casibus, in quibus de jure communi, vel municipali appellari non possit: de hoc vide etiam addent. ad Bertaz. *in consil. 223. vers. amplians, plerique*, & Bertaz *in cons. 494. nu. 3. vol. 2.*

109 Item adde, † quod hoc statutum habet locum in bannito notorie, & per publicum proclama, quod potest impune offendi, etiam quod non sit descriptus in libro bannitorum. Bero. *in consil. 196. nu. 36. vol. 3.*

210 Item adde, † si interficiens bannitum, muros ciuitatis transcenderit, non est puniendus, nec etiam si arma prohibita portauerit, late per Bursat *in cons. 134. vol. 2.* & de armis prohibitis habetur etiam *in cons. 141. eod. vol.* Bero. *cons. 196. nu. 19. & cons seq. vol. 3.* Bertaz. *consil. 132. nu. 5.* & ibi addent. *vol. 1.* Menoch. *de arbitr. iud. casu. 394. nu. 73.* Viui *comm. opin. in vers. statutum disponens, quod bannitus*, & Vulpell. *cons. 66. nu. 7.*

211 Item adde, † quod stante dicto statuto etiam socij bannitorum impune occidi possunt; sicut ceteri banniti, si præstant opem bannito, ne offendatur, Castrens *cons. 235. alias. 94. vol. 1.* Bero. *cons. 196. n 16. cum seq & 197. nu. 4. vol. 3.* quos refert, & sequitur Bertaz. *cons. 223. nu. 12. & 13. vol. 1.*

212 Item adde, † quod stante hoc statuto bannitus potest offendi in bonis suis. Pau. de Castr. Roma. Alex. & Ias. *in l. 1. C. de hered. instit.* Bal *in l. non solum, C. de vectig & comm.* Imo. *in l. ex facto. §. si quis rogatus, ff. ad Trebell.* Ruin. *in cons. 49 num. 6. volum. 1* Alciat *in cons. 6. lib. 2.* & Vulpell. vbi de communi attestatur *in cons. 142. num. 6.* Contrarium autem tenuit Illustriss. & Reuerendiss. Cardinal. Alban. *in consil 8. num. 29.* quem sequitur Peregrin. *in tract. de iure fisci, lib. 3. tit. 7. num. 45. in fine*, Bolognet. autem *in l. vt vim num. 30. cum sequen. ff. de iust. & iure*, Ita distinguit; quod si est bannum Imperiale, vt est quando quis ipso iure bannitur, absque sententia Iudicis, vt dicitur *in authen. cassa C. de sacrosan. Eccles. & in cap pro humani de homicid. in sexto, & in cap. excommunicatus. § moneantur, de heret.* tunc bona banniti possunt dilapidari, & occupari; vbicunque vero bannum non imponitur ipso iure, sed per sententiam, communiter concludit, quod eius bona dilapidari non possint, sed prima opinio, quod possit offendi in bonis, est communis, secundum Viui. *comm opi. 770. num 8. vol. 2.* Quinimmo etiam post mortem, si interfector illum statim, & incontinenti deprędauerit: secus, si ex interuallo, Pau. de Castr. *cons 3. in fine, vol. 3.* Burs. *cons. 124. num. 14. vol. 2.* & Viui. *vbi supra, nu. 29.*

213 Item adde, † quod plures sunt casus, in quibus dictum statutum non habet locum, de quibus plenè habetur per Duen. *in regul. 68.* vbi ponit multas ampliationes, & limitationes, quarum omnes iudicio meo, non sunt veræ & in hac materia vide etiam Nell. *de bannit. in 2. par. 2. tempor quæst. 7. cum sex sequen. & in q. 15. 25. & 26.* Menoch. *de arbitr iu. l. q 90.* Baiard.

c *Impune offendit.*] Hic nota, quod tam est graue hoc scelus veneficij, quod de iure non licet veneno occidere hostem, nec etiam forisudicatum: licet fuerit hostis publicus, nisi tamen sit bannitus, aut foriudicatus pro crimine læsæ maiestatis, vt per Pract. Caier. *in pract crimin. § homicid. l. 1. n. 20.* Giach.

d *Valet enim.*] An tunc arma prohibita deferre, vel socios congregare Vulpell. *14. nu 13 & 129 & consil. 66. num. 7.* Ros.

Valet enim statutum.] Attento itaque tali statuto; adde quod non modo bannitus, verum etiam de proximo banniendus offendi poterit, vt ex mente Paul. de Cast. retulit, & sequutus est Marsil. *rubr. de fideiuss. sub nu. 218.* Dixi infra *in §. fin. q. 36. vers. Item quæro, & q. 71. vers Dixi autem.* Drog.

214 e *Videntur enim talia statuta.*] Adde, quod nedum huiusmodi statuta sunt valida, sed etiam officialis deputatus ad persecutionem bannitorum poterit ordinare, suadente causa, vt quia multum ciuitatem opprimebant, quod cuilibet licitum sit bannitos occidere, Ang. *in l. 1 ff. quod quisque iur.* Rim. iun. *cons. 238. numer. 5.*

215 Item adde, † an huic statuto permittenti, bannitum impune occidi posse, renunciari possit, Ferret. *in tit. de feriis, nu. 91.*

216 Item adde, † an motus proprius Summi Pontificis, quo conceditur præmium pro extirpatione bannitorum, vt capiens, vel interficiens bannitum, si ipse est bannitus, possit se eximere à banno; & si non est bannitus, habeat facultatem nominandi, & liberandi alium bannitum de pari, vel minori crimine, comprehendat bannitos post motum proprium, in simili decreto, siue statuto Lucensi, Angel. *in cons. 67.* consuluit; quod non, & idem tenuit Bart. *in l. cum lex ff. de legib & in l. omnes populi, nu. 64. ff. de iust. & iur* & Cyn. *in l. leges, C de legib.* & hoc, vt ibi dicit Bart. ne daretur materia delinquendi, & idem tenuit Dom. Clarus infra *in quæst. 59. vers. successiue.* Sed Nell. *in tract. bannit. in 3. parte 2. temp. q 10.* vbi dicit hunc articulum non esse paruæ importantiæ, ita distinguit, quod si aliqua ratione, vel causa sit reformatio in statutorum corpore non clausa, & ista secundum causam, vel rationem declaratur, vt contineat, vel non contineat bannitos in futurum: si vero nulla causa est expressa, & statutum loquitur expresse in futurum, & tunc ad futuros tantum, aut in præteritum, solum de præteritis intelligitur, aut loquitur dubie, quod potest intelligi de præteritis, & futuris, & statutū est talis naturæ, vt reddat delictum penitus impunitum: & tunc non trahitur ad futuros bannitos: aut statutum non reddit maleficium penitus impunitum, sed condemnationem mitigat: & tunc, cessante illa ratione, habebit locum etiam in futurum. Alio modo Bolognet. distinguit *in d. l omnes populi, nu. 241.* quod statutum concernens indulgentiam delictorum, non trahitur ad futura, quādo illa indulgentia fit simpliciter propter lętitiam, vel aliud seruitium temporale: sed quando fit propter seruitium perpetuum & propter publicam vtilitatem duraturam, tunc trahitur etiam ad futurum tempus, vt euenit in statutis, quæ dant præmium interficienti bannitos, & foriudicatos, vt si ipsi sunt foriudicati, restituantur; nam tunc talia statuta durabunt perpetuo, & comprehendent etiam delinquentes post statutum, & quod ita videmus seruari in practica. Propterea ego credo, quod motus proprius, & statuta similia respiciant tam bannitos futuros, quam præteritos, cum intersit reipublicæ, vt tam banniti facti, quā faciendi extirpentur, sed in vno casu tantum iudicio meo, procedere non possunt, videlicet; quod obtinens facultatem nominandi non possit nominare bannitos factos post motum proprium, sed solummodo præteritos, ne daretur materia malignandi & committendi delicta. *l si vnus §. illud, ff. de pact. & l. conuenire, de pact dotal.* & ita notant Bart. Bal. & alii *in d. l. cum lex.* Quilibet enim posset se inducere ad delinquendum, nam esset certus, quod cum aliqua nominatione facile à banno se liberaret, & quodammodo etiam contra voluntatem Principis, si concessio nominandi respiceret bannitos factos, & faciendos, & quod peius est, quis posset sibi prouidere secreto de nominatione, antequam homicidium committeret. Nec dicatur, quod eadem ratio militat ex eo, quod se remittere possit interficiendo alium bannitum, quia de hoc non est certus, cum ita de facili nō interficiantur banniti, & eos interficiendo fit inimicitia cum eorum attinentibus, & amicis, & ipse etiam eidem periculo subiaceret, quando esset bannitus; sed bene esset certus, quod posset emere aliquam nominationem, si quilibet bannitus nominari posset, nec tollitur præmium nominandi capientibus, siue occidentibus bannitos; sed tantummodo restringitur, vt non possint nominare bannitos factos post motū proprium ratione prædicta. Non obstat decimo Ang. *in d. cons. 57.* quia eius fundamenta non subsistunt, nec in casu per eum proposito, quorum primum est dictum Cyni. in d. l. leges, quod statutum disponens, si bannitus soluit decem, possit se facere cancellari de banno, non se extendit ad banniendos, quod est æquissimum, alias inuitarentur homines ad delinquendum, si ita gratis absoluerentur, vt dicit Io Bapt. à sancto Seuer. *in d. l. omnes populi, n. 158.* sed motus proprius contrarium effectum operatur, cum tendat ad extirpationem bannitorum, & non ad eorum impunitatem; & in casu nominationis, vt tollatur omnis suspicio fraudis, & occasio delinquendi, facultas nominandi, vt dictum fuit, restringitur ad bannitos præteritos tantum. Minusque facit, aliud fundamentum, dum dicitur, verba stipulatione vallata, quæ propter eorum ambiguitatem ad plures sensus sunt trahibilia, in dubio intelliguntur, vt minus obligent, quam sit possibile, & imputetur stipulatori, qui potuit legem apertius dicere, *l. veteribus, ff. de pact.* quia non sumus in stipulatione, sed in constitutione, siue priuilegio Principis ad fauorem publicum inducto, & pro communi quiete, vt dicit Bolognet. *in d. l. omnes populi, nu. 241.* & plene Ias. *cons. 33. vol. 1.* vbi dicit, quod talia statuta non debent restringi, sed late interpretari. Nec repugnat conclusio Bart. *in d. l. cum lex, & in l. omnes populi*, cum sit idem statutum, de quo per Cyn. allegatum per Ang. in quo eadem militat ratio, quod daretur delinquendi materia, vt dicit ipse Bart. si traheretur ad futurum. Accedat etiam, si motus proprius non comprehenderit, nisi bannitos factos, vtique tenderet ad fauorem bannitorum fiendorum, quia cessantibus præmiis, persecutionem non haberent. Et † post hæc 217 scripta ego inueni Prosper. Carau. *super Pragm. 1. de exulibus*, vbi tenet quod huiusmodi Decreta non comprehendant delinquentes futuros, sed postea dicit, quod Illustrissimus Prorex eos admittit, quando interficiunt alios bannitos, & non dicit quando habentur nominationes, & vide quæ posui infra *ad quæst. 59. in vers. successiue.*

Item adde, quod stante dicto motu proprio, vel simili statuto præmium concedente si capiens, vel interficiens bannitum postea delinquat, non amittit præmium sibi promissum, quia per gratiam primum delictum extinguitur, & de secundo delicto puniri debet, & si concederetur nominatio duorum bannitorum capienti, seu occidenti aliquem ex capitibus bannitorū, & facta nominatione, de duobus bannitis, postea reperiretur quod captus vel interfectus erat simplex bannitus, eo casu, primo nominatus erit gratiandus: ita decisum fuit per sacrum Consilium Neap. in dictis 2. casibus, vt attestatur Franch. *in decis 433. vol. 2.*

Item adde, † quod capiens bannitum, vt puta pro furto, qui

postea confitetur homicidium, de quo non erat bannitus, non poterit remittere bannitum pro homicidio, sed pro furto tantum, per tex. vbi Bart. *in l. si u, § quod si seruus, ff. de acquir. rer. domin.* vbi habetur, quod non dicitur inuentum opera alicuius, quod dedit fortuna. Facit etiam, quod occidens bannitum,
220 quem ignorabat esse bannitum, † non consequitur præmium; vt est communis opin. de qua per Afflict. super Const. *in rubr. 3. nu. 53* quem refert, & sequitur D. Clar. infra *vers. fuit etiam.* Præterea capiens bannitum habet facultatem remittendi alium similem; sed ille erat bannitus de furto, & non de homicidio, quod casu fuit repertum.

221 Item adde, † an motus proprius habeat locum, quando inimicus occidit bannitum; Marsil. *cons.* 10. *n.* 42. quem refert, & sequitur Arnon. *solil.* 40. dicit, quod nedum præmio est indignus, verum etiam pro homicidio puniendus, allegat pro hoc Bal. *in l. decuriones, nu. 3. C. in quib. caus. impunit. irrogat.* Fely. *in c. si perfodiens, nu. 2. de homic.* Grat. vero *in cons. 44. nu. 34. volum. 2.* distinguit, dicens, quod impunitatem consequitur, non præmium. Sed Carauit. *in pragm. 1. de exulibus, nu.* 134. tenet, nullam incurrisse pœnam, & quod præmium habere debeat, impugnans Mars. & alios contrarium tenentes. Et ego credo, hoc esse verissimum, & ita semper practicaui, & practicari vidi, quia lex indistincte omnibus capientibus, seu interficientibus bannitos impunitatem, & præmium concedit; & banniti non interficiuntur ab amicis: sed ab inimicis & maleuolis, qui præmio ad eos occidendos magis inuitantur. Et non potest negari, quin tales occidentes sint executores iustitiæ in effectu, & quod mentem Principis non adimpleant; nec inficiari potest, quod si banniti ab inimicis non persequerentur, paruam persecutionem haberent.

222 Item adde, † quod motus proprius, & statuta similia comprehendunt etiam clericos bannitos, qui poterunt impune offendi, secundum Marsil. *in cons.* 12. *nu.* 14. Sed vide quæ posui supra *in vers. plerumque, in verbo,* Item adde, quod huiusmodi statutum non habet.

223 Item adde, † quod occidens bannitum fortuito, vel ad suam defensionem, vel vt officialis, non gaudet priuilegio statuti præmium concedentis, secundum Stephan. de Federic. *in tract. de interpret. iur. par.* 1 *n.* 45. Item † adde, quod occidens bannitum
224 non gaudet beneficio statuti, quando ipse dolose procurauit bannum, Abb. *in c. postulastis, n.* 7. *de concess. preben.* Anchar. *cons.* 408. Natt. *cons.* 231. Fely. *in c. non debet n. 4. & seq. de testib.* Rom. *sing.* 591. Rol. *cons.* 16. *n.* 47. *vol.* 1 & Marc. *decis. Delph.* 425. *nu.* 6. *lib.* 2. & Rolan. *de lucro dotis, q* 61. *nu.* 7.

225 Item adde, † quod stante statuto, quod bannitus elapso termino banni, possit impune offendi, si constat, bannitum intra terminum banni comparere non potuisse, vt quia carceratus, vel alia legitima causa impeditus, interim offendi non poterit; communis est opi. de qua testatur Ias. *in l. si quis stipulatus, §. 2. nu. 8. ff. de verb. oblig.*

226 Item adde, † quod capiens bannitum pro furto, siue interficiens non poterit remittere bannitum pro homicidio, stante statuto, quod possit remittere bannitum pro minori delicto, quam sit bannitus occisus, vel captus, ita tenet Soc. *in cons.* 157. *vol.* 2. vbi diluit omnia argumenta Decij, qui contrarium consuluerat *in cons.* 65. & idem Deci. *in c. at si clerici. nu.* 60. *de Iudic.* dicit, quod secundum consilium suum fuit iudicatum; sed additio ad d. consilium dicit, quod male consuluit, & male iudicatum fuit: sed Blanc. *in pract. crim. in c. visis indiciis, n.* 133. tenet, quod consilium Soc. procedat in homicidio ex proposito facto: secus vero, si in pura rixa; tunc enim est minimus furto, quia est dolus præsumptus, vt ibi late per eum: mihi autem indistincte placet opi. Soc. & ita vidi obseruari, & ipse quoque obseruaui.

227 Item adde, † quod bannitus, qui habet nominationem tantum, & expectat decretum, si captus fuerit vti bannitus, & declaratum sit non posse gaudere dicta nominatione, debet reponi in pristinam libertatem, nam paria sunt captum esse cum indultu, vel intuitu indultus, vt per Alber. & alios *in l præsenti, C. de his qui ad eccles. confug.* & quia nemo sub fide publica decipiendus est *l.* 1. *C. de his qui ven. ætat. impet.* & ibi Paul. de Castro; & ita decisum fuit per Iac. Reg. Cons. Neap. vt attestatur Nunti. Tartal. *in sua praxi crim. c.* 1. *de defens. reorum, in addit.* 2. & quando delinquens ponitur in libertatem debet ita poni, quod sit difficilis eius persecutio, Bar. *in l.* 1. §. 1. *ff. de acquir. rer. domi.* & Fely. *in c. innouamus, extra de treg. & pace.*

228 Item adde, † stante statuto, quod præsentans bannitum, siue interficiens debeat eximi de banno; quod si bannitus ex pluribus bannis bannitum præsentauerit vno banno bannitum, tantum eximi deberet de vno banno, nisi bannum suum esset de pluribus delictis insimul commissis. Alber. *in qq. ad statuta q.* 98. *in* 4. *parte.* Baiard.

* *Adde quod.*) Huiusmodi, & tunc etiam bonis poterunt spoliari. Vulpell. *respons.* 73. *p.* 4. *& respons.* 142. *n.* 6. & Boss. *tit. banniti, quid amit. nu.* 90. Farin. vbi supra, *nu.* 30. *&* 40. Rol.

Adde quod.) Huiusmodi quamplures ampliationes, ac limitationes in materia dicti statuti tradit Pract. Carrer. §. *homic. p.* 434. *vsque ad* 446. quas ibi plene vide. *Giach.*

Adde quod huiusmodi statutum.) Adde, † quod si extaret statutum; quod occidens bannitum, vel eum capiens haberet præmium, puta, quod si capiens esset bannitus posset se rebannire, & à banno se liberare; & aliquis caeperit bannitum, qui commisit tale delictũ, propter quod pœnam mortis naturalis merebatur, Iudex tamen non imposuit ei talem pœnam, sed mitiorem forte propter aliquam qualitatem de iure pœnam minorantem; vel quia in processu non aderant probationes, sed inditia, ex quibus tortus, non fuit confessus, ipsum liberauit, nunquid iste capiens statuti præmio gaudebit? vid. Prosperum Viualdum Sabinitanum, *in prag. de exulibus, nu.* 136. vbi tenet, quod debet gaudere præmio, & dicit, quod quotidie ita seruatur; & vbi *nu.* 171. tenet etiam, quod bannitus possit à banno liberari, etiam si non habuerit remissionem à parte; & quod ita practicatur. 229

Item adde, quod statutum dans præmium occidenti bannitum comprehendit etiam occidentem bannitum extra territorium. Mars. *cons.* 57. *nu.* 35. *in* 1. & Bald. *in cons.* 424. *vol.* 5. 230

Item adde, quod mendaciter dicens, se interfecisse bannitum vt statuti præmium consequeretur, mortem reportare debet, 231 vt in facti contingentia in ciuitate Parisiorum decisum fuit, ita refert, & concludit Guliel. de Benedict. *in cap. Rainutius, in ver. mortuo itaque testatore, el primo, numer.* 341. & dicit Foller. *in pract. crimin. in* 3. *part. numer.* 119. hanc doctrinam esse notandam. *Baiar.*

f *Inhumanum enim esset.*] Limita in bannito per interlocutoriam quæ quandocumque reuocari potest; Tunc enim, non est bannum relegationis, nec diffinitiuum, vt per Ias. *in l.* 1. § *& post operis, num.* 10. *ff. de ope. nou. nuntiat.* & tali casu, quia, à bannito sic per interlocutoriam abest maleficium, crederem, quod hic bannitus offendi non posset, & esse potest ratio; Quia verum est, quod lex puniens maleficia debet extendi; secus autem est cum in banno non interuenit maleficia; sic pro limitatione prædicta not Bart. *in l quemadmodum sub num.* 4. *C. de Agric. & Censit. lib.* 11. Vide Menoch. *de arbitr. Iudic. lib.* 1. *quæst.* 90. *nu.* 24. Drog.

g *Ego vtroexcusarem à peccato.*] Adde, † quod idem tenet Afflict. *in constit. de forbannit. nu.* 30. *fol.* 9. quod non sit in peccato 232 mortali, quando respectu solius vindictæ publicæ occidit, auctoritate S. Thomæ de Aquino motus, vt ibi per eum. Et hoc etiam tenet Menoch. *de arbitr. iud. q.* 90 *n.* 5. Baiar.

Est tamen diligenter aduertendum] Adde † quid, si aliqui caperent bannitum, & eum in arbore suspenderent, an inciderint 233 in pœnam homicidij, & vsurpatæ iurisdictionis, Afflict. *in constit. de forbannit. n.* 50. *fol.* 10. vbi concludit, quod non, quia suspendere est occidere, nisi facerent illud pro exercẽda iurisdictione, quam non haberent.

Item adde, † quod licet statutum permittat bannitum impune offendi, nõ tamen permittit, vt quis in banniti cadauer sæuire posset, quia tunc hæres offenderetur, Cagn. *in reg. non licet. ff. de regul. iur.* Quod intelligendum est, si aliquis inueniret eius cadauer & illud offenderet, non autem, si bannitum occidisset. *Baiar.* 234

i *Sed quid si statutum.*] Si statutum dicat, quod possint offendi, an poterint occidi. Far. *in d. q.* 103. *nu.* 18. Rol.

k *Sed an stante.*] An mulier bannita possit adulterari, Farin. *d. q.* 103 *nu.* 61. *&* 66. *atque* 68. Rol.

Sed an stante huiusmodi statuto, &c.] Adde, quod † vi huius 235 statuti mulier bannita, etiam si sit prægnans, poterit impune occidi, Bal *in l. Imperator, la* 2. *in* 3. *repet ff. de statu hom.* Nellus *in tract. bannit. in* 2 *par.* 1 *temp. num.* 39. & ibi *num.* 45. de bannita prægnante distinguit, non excusari eam interficientem, si manifeste erat prægnans, siue fuerit prægnans ex marito, siue ex illicito coitu: si vero manifeste prægnans non apparebat; & tunc, si probatur, occidentem sciuisse punitur: alias non; secundum eum. Sed Viui. *in opi.* 770. *num.* 19. tenet, quod mulier bannita prægnans non possit occidi, licet ignoretur, illam prægnantem esse, quia de hoc cogitare debuit, etiam si partus esset adulterinus, & etiam si esset prægnans decem, vel viginti dierum, & de hoc statuto vide omnino Viui. *in opin.* 770. vbi ponit multas limitationes.

Item adde, quod non licet adulterare mulierem bannitam, etiam si eius maritus esset bannitus, est tex. sing. *in auth. de lenonibus, §* 1 *col* 3. & Io. Lup. *in rep. c. per vestr. de donat. inter vir. & vxor. in rubr. §* 78. *nu* 7 *fol.* 175. 236

Item adde, † si statutum concederet, nominationem capienti, vel occidenti bannitum, vel aliud præmium, non habet locum in capiente, vel interficiente mulierem bannitam, Angl. *cons.* 67. municipali lege, & bene; ratio enim statuti, siue constitutionis est, vt numerus bannitorum inquietãtium extirpetur, quæ ratio cessat in muliere, cum à seculo non sit auditum, quod feminæ bannitæ inquietassent, quo fit, vt ẽt ipsius constitutionis dispositio cessare debeat, *cap. cum cessãte, de appellat,* † Sed è cõuerso, si 237 238

mulier

mulier occidisset bannitum, Præmium consequeretur, quia statutum haberet effectum suum, quo daudacia bannitorum refrænaretur, & eorum numerus extirparetur, vulgata reg. vbi eadem ratio ibi militat eadem iuris depositio. *Baiar l.*

l *Filius.*] An filius patrem bannitum possit occidere. Farin. *d. q.*103 *n.*276. & 277. Ros.

Filius.] Obiter hic quæro; quid si filius occidat patrem, ad quẽ ibit hæreditas patris, vide per Iacob. de S. Georg. *in l. hæreditas, sub n.*7. *C de his quibus vt indig aufer hered.* Giach.

m *Mihi quidem.*] Adde, quod hæc fuit originalis opinio Dyn. quam sequuntur relati per Cæpol. *cons. crimin.* 5. *sub num.* 29. vbi & ipse credit istam opinionem veriorem & tutiorem: quod non sit licitum interficere patrem bannitum, etiam stante prædicto statuto, vide fusius per eum ibi. quia etiam contraria diluit. Item, quod stante statuto prædicto non liceat coniugi cõiugem interficere, vide plene, atque subtiliter per eundem per totum illud consilium, vbi contraria tollit. Item per plura tenet non licere consocio qui tractauit consocium bannitum interficere, vid. ibi. per eundem *col. pen & fi.* Giach.

Mihi quidem hæc opinio.] Et recte quidem, nam & si magnus sit versus patriam amor, talia tamen terminare non est facile; Multas enim, ac varias habent pater, & patria inter se differentias, & magnitudine, & paruitate, & honesto & necessario: vtendo verbis Philosophi, *Ethic. lib.*9. *c.*2. loquentis in his terminis; vide Menoch. *d. tract. q.*90. *lib.* 1. *n.*44. & 45. *cum seqq.* & contra illos, qui tenuerunt filium impune posse occidere patrem, dic, vt per Fely. *in cap. quæ in ecclesiarum coll.*21. *num.* 2. casu per eum posito, videlicet, quod talis opinio possit sustineri ante factum; post vero factum, & occurrente casu prævalere debet contraria opinio; Sic etiam dixit, *in c. consuluit coll.* 2. *de off. deleg.* Multa namque ex post valent, quæ ab initio nõ admittuntur, vt per Afflict. *decis.* 96. *sub num.* 6. vide in Reper. Felini, Benedictum de Vadis *in ver. Statutum*, an valeat, quod homicida addit. Contard. *in l. vni. limitatio.*13. ob dilationẽ iudicis, *n.*3. *C si de nom poss.* Drog.

239 *Mihi quidem hæc opinio.*] Adde, † quod idem tenuit Menoch. *de arbit. iud. qu.*90. *n.*41. vbi hanc opinionem bene muniuit, & probauit; & ita multum docte tenet Foller. *in pract. censurar. in ver. Nicolaus episcopus, n.*148 *cum seq.* vbi declarat tex. *in l. minime. ff. de relig. & sumpt. fun.* procedere, quando filius occiderit patrem, defendendo patriam, qui eam impugnare vellet; & sic defensio esset necessaria; & quod aliter quodam modo fieri non possit; vt hic dicit Dominus Clarus, & hoc etiam videtur sentire Franch *in decis.* 276. *n.*9. *cum seq. vol.* 2. * & pro vtraque parte deducendo iura, & rationes, Tiraq. *de pœn. temper. caus.*20. *nu.* 6. *cum sequen vsque ad fi.* illius causæ indecisum reliquit pronũtiatum, extendendo tamen partem mitiorem etiam ad filios naturales, parentesque naturales, *n.*11. cum sequen. & parentes, filiosque non posse occidi censeo per iura, de quibus per Tiraqu. vbi supra *caus.* 21.

240 Item † adde, quod vxori licet occidere maritum bannitum, Cæpoll. *cons.* 5. *n.*28. & 29. hic allegato, & ita decisum fuit per sacrum consilium Neap. vt attestatur Franc. *in decis.* 276. *vol.* 2. vbi multum late hanc quæstionem examinauit.

241 Item adde, † quod bannitus, puta ex Parma, qui esset Ferrariensis, si ad Parmenses Ambasciator per suum Principem mitteretur, offendi ibi, tanquam bannitus, non posset, vt not. dixit Angel *in §. Reuerendiss. auth. de sanctiss. Episcop.* quem sequitur Ripa, *in l. si constante, n.* 48. *ff. solut. matrimon.* etiam quod esset bannitus pro crimine læsæ maiest. Gig. *d. tractat. de crim. læs. maiest. lib.* 1. *q.* 7. *in fi.* Baiar.

n *Neque aliquid me mouet.*] Farin. *q.*13 *in spec.* 9 *n.*275. & *nu.* 276. Quid in fratre ibi, *n.*280. & vxore, *n.*282. & de bannito tollerato, *n.*289. & *seq.* Bos.

o *Sic etiam videmus.*] Vasallus dominum bannitum non poterit occidere. Far. supra *n.* 285. Ros.

p *Quæro, aliquis.*] Et eum bannitum cum quo fecit pacem, promittendo non offendere, Farin. *d. q.*103. *vol.*4. *num.*46. 49. & 51. Ros.

242 p *Quæro, aliquis fecit pacem.*] Adde † quod idem tenet Gonza. *cons.*61. & est magis communis opinio, quod quis interficere possit bannitum impune, licet in tregua, vel pace, iurauerit eum non offendere. Bero. *cons.* 166. *num.* 13. *vol.* 3. & dicit Crot. *cons.*346. quod illud statutum, cum sit in odium bannitorum, pacto immutari non potest, nec illi derogari, cum sit emanatum ob publicam vtilitatem, & quod ideo si inimicus post bannum fecit pacem, adhuc impune offendi poterit, & est communis. Idem tenuit Corn. *in consil.*104. *col.* 2. & *cons.* 217. *colum. fin. volum.* 1. & Simon de Pretis, *consil.*78. *num.* 6. & *per totum*, videlicet, quod possit impune offendi, etiam quod fuerit promissum non offendere bannitos, & tam in pœna publica, quam in pœna conuentionali, veriorem affirmat esse Vulpell. *in consil.* 37.

243 etiam quid pax sit facta cum bannito; vbi † tamen dicit, aliud censendum esse in foro honoris, cum hosti fides sit seruanda, nisi de mandato iudicis bannitus sequeretur, quia tunc apud probos viros excusaretur: sed si pax fuerit facta cum bannito, mediante magistratu, qui stipulatus fuerit pro se, & nomine publico, tenet Mars. *in consil.* 9. quod impune non possit offendi. Sed aduertendum est, † quod prædicta non procedunt de iure canonico, 244 vbi adsit iuramentum, ratione periurij; vt late per Bero. *in c. quoniam ecclesiarum, n.*123. *de constit.*

245 Item † adde, an è conuerso bannitus post promissionem de non offendendo sit ipse, & eius fideiussor liberatus à fideiussione, & ei contrauenire liceat, vi. Hercul *in pract. de non offend. c.*23. Moron. *in tractat. de fide, treug. & pace, q.* 10. vbi tenet quod non.

246 Item † adde, quod bannitus se defendens si occidit, licet, stante dicto statuto, impune possit occidi, tamen cautionem non frangit, quia defensio est iuris naturalis: Ferrer. *in tit. de feriis, nu.* 91. & Herc. *in tract. de caut. de non offend. c.* 11. *n.* 4. Baiar.

q *Sed an licebit.*] Et an etiam proditorie Vulpell. *cons.*39. & ibi Farin *d. q.*1. *n.*107. & 111. Ros.

247 *Sed an licebit virtute huius Statuti.*] Adde, † quod si esset bannitus pro crimine læsæ maiestatis, proditorie posset interfici, vt per Cæpol. *cons.*34. *col.*3. *versic. præterea*, Menoch. *de arbitr. iud. q.* 90. *num.* 50. & in Regno Neap. adest Pragmat. Regis Philip. *in tit. de exulibus, incipien. Essendo peruenuto*, qua conceditur facultas occidendi bannitos omni meliori modo, & forma, qua potuerunt. Ex quo sequitur, quod etiam proditorie occidi potuerunt. *Baiard.*

r *Interficere.*] Adde quando quis dicatur proditorie interficere per Afflict. *decis.*265. *num.*94. & per Dec. *dicto cap. quæ in Ecclesiarum, colum.* 6. vbi alios allegat concord. & per Marsil. *sing.* 16. *in fi.* Giach.

s *Contrariam tamen sententiam.*] Adde, quod imo contraria tenenda est. quod videlicet bannitus proditorie impune occidi potest. Roc à Cur. *in c. fin. fol.* 10 *de consuet.* Petr. à Plac. *epit. delict. c.*7 *num.*7. Vulpell. *in cons.*19. *nu.* 2. vbi dicit, quod receptior est ista sententia, vt bannitos etiam proditorie interficere liceat, & idem tenuit Viui. *commun. opin. lib.* 1. *in verb. statutum, quod bannitus*, & Burs. *consil.*134. *num.*13. *vol.* 2. quod est verum, dummodo bannito ab interfectore non fuerit data fides, secundum Bero. *in c. quæ in ecclesiarum. n.*126. *de const.* & sic Bero. tenet hic cum D. Claro.

248 Item † adde, quod bannitum occidit impune, qui ad instantiam inimicorum suorum, & pro pecunia eum occidit: est communis opin. per Monticel. *in pract. crim post eius reperter. de testibus num.*28 *fol.*36. & late tractat Nell. *de bannit. par.* 2. 2. *temp. qu.* 12. Baiar.

t *Multi tenuerunt.*] Vide Ang. *in l. fi. C. de delato. l.* 10. per illum tex. Mars. *sub d. singul.*16. Cæpol. *crimin. cons.* 24. *num* 9. Nisi esset bannitus, vel condemnatus pro crimine læsæ maiestatis, vt dicunt Doct. prædicti. *Giach.*

u *Apud nos seruatur.*] Obseruantia, de qua Menoch. *de arb. iud. q.* 90. *n.* 49. Ros.

x *Etiam hosti fides seruanda est.*] Vt habetur *l. fin ff. de legib.* & hoc *pro singu.* ponit Mars. quem vi. *sing.*66. Giach.

y *Item quæro,*] Quid si gratia illi facta sit, sed nondum sit cancellatus. Far. *d. q.*103. *n.*79. 80. & 88. Ros.

249 *Item quæro: pone, quod bannitus.*] Adde † ad hanc quæstionem videndum Gabr. *lib.*6. *tit. de reg. iur. concl.*6. *num.* 11. *cum seq.* vbi multum late hanc materiam tractauit, & Menoch. *de arbit. iud. casu* 283. *num.* 1. vide omnino etiam Mascar. *in tract. de probat. conclus.* 162. vbi latissime hanc materiam tractauit, † 250 quando bannitus non cancellatus impune occidi possit, cum multis ampliationibus & limitationibus, & quid de bannito non legitime cancellato. & de non cancellato, qui pœnam soluerit, vel gratiã obtinuerit. De hoc habetur etiam per Dueñ. *reg.*68. *num.* 2. & 1. & Mars. *sing.*340. & quando præsumatur scientia gratiæ, Ang. *in l. Titius §. Lucius; & Titius, ff. de lib. & posthum.* Et † 251 ad materiam defendendi occidentem bannitum gratiatum, non tamen cancellatum à libro bannitorum, vide Mars. *in cons.* 10. *per totum*, & Bero. *cons.*54. *n.*31. *vol.* 2. & *cons.* 182. *vol.* 3.

252 Item † adde, quod interficiens illum, qui petebat se cassari à banno, debet puniri, si debebat cancellari: alias non, Franc. *in c. cum quis, in fi. de reg. iur. in* 6. Et † 253 quid si non habuerit gratiam; sed fuerit iniuste cancellatus de banno à non habente auctoritatem; vide Menoch. *de arbitr. Iudic. quæst.*60 *num.* 23. vbi tenet, quod impune possit offendi accumulando multos idem tenentes, & idem dicit esse, si de banno liberatus fuit, sed de liberatione 254 non apparet *in libro publico bannitorum.*

Item adde, † quod bannitus non gratiatus, sed toleratus non potest impune occidi, Mars. *consil.* 46. Cratter. *consil.*168 *numer.* 4. sed tolerantia talis esse debet, vt appareat, Principem approbasse illius banniti habitationem in ciuitate, quia simplex tolerantia de facto non sufficeret, Menoch. *cons.*276. *num.* 50. & *in quæst.*90. *num.*56. & 57. *de arbitr. iud.* & Ruin. *in consil.*85. *num.*9. *cum sequen. volum.*4. vbi late, de qua tolerantia intelligi debeat.

255 Item adde, † quod bannitus habens tolerantiam, seu saluum conductum non poterit offendi in loco delicti: secus autem, si in alieno territorio habitaret, vt per Bero. *in consil.196. num.33. vol.1.*

256 Item adde, † si fuisset facta reformatio, quod omnes banniti sint absoluti, & de eorum banno cancellati, ac restituti, & reperiatur post reformationem bannum non esse cancellatum, an bannitus possit impune offendi vide Ang. *in cons.288. viso themate*, quem refert Blanc. *in pract. crimin. in verbo, Ignorantia, nu. 168. & nu.161. & 166.* tractat, quando cancellatio fuisset facta de

257 vno libro, † non de alio; *& num. seq.* quid probare debeat Aduocatus banniti contra interfectorem.

258 Item adde, † quod bannitus habens gratiam de homicidio, tacita primi homicidij gratia, poterit impune occidi, vt per Alex. *in cons.114. vol.1.* & Boss. *in tit. de remed. ex sola clem. n.37.*

259 Item adde, † quod bannitus gratiatus à Principe, habita prius pace ab offensis, & sic gratia sub conditione, si pacem habuerit, vel habebit; qui à banno non fuerit cancellatus, poterit impune offendi, etiam quod in patriam reuersus toleratus fuerit à Principe, qui eum pro milite assumpsisset, & quod ante gratiam pacem habuisset, de qua per instrumentum publicum constaret, nisi per iudicem esset declaratum post conditionem illam extitisse: & sic pacem habuisset; alias per gratiam sub conditione factam non desineret esse bannitus: ita tradit Ruin. *in cons.85. vol.4 per totum*; vbi concludit, interficientem talem bannitum, ita gratiatum, & toleratum, fore, & esse absoluendum ab omni poena ordinaria, & extraordinaria, idem tenet Moron. *in tract. de fide, treug. & pace, q.106. n.15. cum seq.* De qua conclusione valde dubito, vt saltem à poena extraordinaria absolui non possit; & ideo cogitandum est.

260 Item adde † quod cancellatio facta ab eo, qui ius non habet, non valet. Bal. *in cons.404. vol.1. num.2.* Ruinus *consil.49. num.8. vol.4.* & potest impune interimi. Bal. *in cap.1. in princ. Hic finitur lex Conradi*, Caepol. *consil.7.* Marsil. *sing.340. & in practic. crim. §. aggredior. num.5.* Et dicitur etiam iniuste cancellatus, vbi non apparet de causa cancellationis, Marsil. *cons.55. num.5.* Carter. *de homic. num.201.* Menoch. *de arbitr. iud. quaest.90. num.25.* & late Moron. *de fide, treug. & pace, qu.106. in fine*, & in dubio, quis praesumitur iniuste deletus à banno, quando non apparet causa, cur fuerit abstersus, Bal. *in cap. cum super col.6. de re iudic. & in cons.208. incipien. coniungamus. vol.6.* Abb. *cons.7. vol.3.* & Mascar. *de probatio. concl.162. n.14. vol.1.*

261 Item adde, † si post bannum facta sit lex, quod banniti debeant rebanniti, qui seruirent duobus mensibus in exercitu suis expensis, vel dicebantur, quod essent à banno liberati, & aliquis fecerit id, quod lex mandat, non desinit esse bannitus, nisi sequitur declaratio iudicis, quod id factum sit, quod fieri debuit; tamen si lex diceret, quod ipso iure sit liberatus, tunc non requireretur declaratio, sed statim esset liberatus, Nell. *in tract. de banni. in 3. par. 2. temp. q.79.* quem refert, & sequitur Ruin. *in d. cons.85. n.4. & 7. vol.4.* Baiar.

z *Nondum sit cancellatus.*) Adde videnda tradita per Menoc. *de arbit. ind. lib.2. cent.3. cas.283. num.34.* vbi tenet puniri homicidam iudicis arbitrio extra ordinarie. Adde videndum etiam per Alber. *in l. aequissimum § si consulto. de secun. tab.* Iason. *in d. l. si creditoris, C. de fideicom.* & Boss. *tit. Banni. quid amit. col.3. vers. quid vero vbi de communi.* Tenendo communem amplia, quod sufficit, si sit cancellatus in vno libro, dato, quod in pluribus descriptus esset, secundum Bal. *in l. nostram. col. fin. C. de testament.* quod verum est, vbi cancellationis causa respicit omnes scripturas secundum eundem illic, vt declarat Imol. *in l. fi. ff. de his, quae in testa. delen.* Item limita per Boss. vbi sup. nisi ex statuti dispositione, quilibet esset restituendus: quid contingit, quando per capitula foederis disponitur, vt rebelles omnes restituantur, & multo magis si dicatur non habendam esse rationem vllam talis banni, vel nisi in Archiuo publico esset instrumentum solutionis banni, quia tunc diceretur in culpa. Item non procederet, vbi non appareret occisorem de tali gratia notitiam habuisse, quia isto casu excusaretur, vt per Dec. qui alios allegat concor. eius *cons.327 sub nu.5. vers. tertio non obst. & nu. seq.* Giach.

262 a *Quod ita pluries vidit in facto obseruari.*] Adde, † quod si bannitus habuit securitatem à Principe pro vno anno, & in dicto tempore homicidium commiserit, & postea occidatur; quod occidens non venit puniendus. Afflict. *in const. de for. bannitis, n.32. fol.9.* vbi plenè istam quaestionem examinauit; vide etiam Gabr. *lib.9. concl.6. tit. de reg. iur.*

263 Item adde, † quod bannitus habens securitatem, puta per mensem, licite poterit occidi tam à sciente securitatem, quam ab ignorante, si reperitur in comitiua bannitorum, ita Nell. *de ban. in 2. par. 2. temp. q.15. nu.15.* Baiar.

b *Hoc tamen.*] Vide Cartar. *de exec. sent. c.3. nu.70.* Ros.

c *Aut constat.*] Farin *sup nu.90 & 91.* Ros.

Aut constat.] Adde, quod occisores dicerentur esse in culpa, non inuestigando, quando quis vere erat rebannitus, vt per

264 Ruin. *in d. cons.85. nu.8. vol.4.* Baiar.

d *Et ideo curent.*] Farin. supra *nu.97 & 98.* Ros.

e *Sed quid si bannitus.*] Si bannitus protestetur habere gratiam, Farin. *d. quaest.103. nu.81.* Ros.

Sed quid si bannitus, &c.] Adde † quod haec conclusio limitatur, nisi vltra protestationem bannitus offerret separatum ire ad iudicium, Rom. *singul.276.* & Rip. post Felyn. *in c. cum N. Ferrariensis, nu.156.* declarando, vt per eum, *in ver. Quid tenendum*, Baiar. 265

f *Habet gratiam.*] Obiter hic scias, quod si fiat gratia bannito de homicidio, necesse est exprimere qualitatem, vt de parricidio, aut assassinio: alias nō prodest gratia, vt per Carter. *in pract. p.440. nu.133.* Giach.

g *Maior est dubitatio.*] Quando bannum nullum est Fari. *d. q.103 nu.38. & sequ.* Ros.

Maior est dubitatio, quando bannum, &c.] Adde † quod in statu ecclesiastico fuit ad hoc prouisum per Constit. Marchiae. *lib.4 c.35.* vbi permittitur, impune offendi etiam non legitime, & nulliter bannitum, si nullitas non erat patens, & si interfector ignorauit: si vero erat patens, quod teneatur de homicidio culposo, & non doloso occidens, qui non diligenter bannum inspexit; & *per eand.* † *Constit. c.36.* fuit prouisum, quod homicida notorius, licet non bannitus, possit impune offendi. Et ad hanc quaestionem, an liceat occidere nulliter bannitum, vide Menoc. *de arbitrar. iud. casu 283.* 266 267

Item adde, † quod stante huiusmodi statuto potest delinquens impune offendi, licet non fuerit bannitus, & condemnatus per iudicis sententiam, sed per sententiam legis municipalis, si statutum dixerit, vt puta, si incendium, vel tale delictum fecerit, ex tunc sit bannitus, & condemnatus in poenam capitis; vel si dixerit, ipso iure sit condemnatus, vt per Corn. *in cons.282. nu.7. cum sequ. vol.4.* 268

Item adde, † quod clericus bannitus à iudice laico, qui ignorabat illum esse clericum, potest impune occidi, stante dicto statuto, Bald. *in l.2. ff. si quis in ius voc. non ser. 4. col.* sed Bald. sibi contrarius *in l.1. C. si a non compet. Iudice*, tenet, quod non excusatur, qui occidit clericum bannitum, quamuis ignorauerit esse clericum, & sequitur Alex. *in cons.441. visis dubitationibus* Primā vero opinionē tenet Fel. *in suo Repertor. in verb. prorogatio facta de incompetenti Iudice*, post Ioan. Andr. *in reg. Quod quis, de reg. iur. in 6.* Alber. de Rosat. *in 4. par. statut. q.26.* & Alex. sibi contrarius *cons.330. incip. attenta dispositione statuti, col.4.* 269

Item adde, † quod econtrario si clericus bannitus à iudice seculari occidat, vel capiat alium bannitum saecularem, an debeat gaudere praemio statuti, si fuerit bannitus pro crimine assassinij, debet gaudere, secus autem si pro delictis, quorum cognitio ad secularem spectare non possit, tunc iudex laicus eum indultare non poterit, etiam quod alium bannitum cepisset, vel occidisset, quia fieret praeiudicium iudici ecclesiastico, ad quem spectat remissio: ita tradit Crau. *super Pragmat. 1 de exulibus, num.117.* sed ego vidi contrarium in quodam fratre Iacobo, quod multa homicidia perpetrauerat, & latrocinia, & postea cum interfecisset nonnullos de sua comitiua, fuit à Cōmissarijs Regis indultatus, & deinde ibat armatus cum magna caterua tutus, & securus, quod erat maximum scandalum, & pessimum: sed quando clericus bannitus est publicus malefactor, & homicida, & latro, illum interficiens debet gaudere beneficio statuti, etiamsi sciret eum esse clericum, quia amittit priuilegium clericale: ita latè Franc. *in decis.463. vol.3.* vbi dicit, quod etiam in Reg. Neap. clericus vti laicus citatus tenetur per Rit. comparere personaliter cum bullis clericatus, alias habetur pro contumace, & poterit foriudicari, & eum interficiens fruetur praemio statuti. 270

Item adde, an clerici stante dicto statuto possint impune occidere bannitos, latè per Marf. *consil.11. incip. circa hoc dubium.* Baiard.

h *Nulliter bannitum.*] Adde, & vide per Iacobum Menochium *de arbitrar. iud. lib.2. cent.3. & casu praedicto 283.* Giach.

i *Si vero non habebat.*] Vide Chart. *de execut. sentent. c. fin. nu.15.* vbi etiam quid in iudice. *Ros.*

k *Successiue quaero.*] An appellatione pendente à banno, Farin. *d. q.103. nu.305. 306. & 307.* Ros.

Successiue quaero, vtrum pendente, &c.] Adde, † quod bannitum interficiens, pendente appellatione à sententia banni, non euitat poenam, etiam quod sententia per desertionem transierit in rem iudicatam, non obstante statuto concedente bannitum interfici posse, Io. Crot. *in tract. de testib. num.190.* Bald. *in l. qui à latronibus in princ. de testam.* Hanc tamen limitationem, quod bannitus, pēdente lite super validitate banni, siue sententiae, impune non possit offendi, ita distinguit Bero. *in c. quae in ecclesiarum, num.120. de const.* videlicet, quod limitatio absque dubio procedat, quoad ipsum litigantem super banno cum bannito, sed quoad tertium, quod aut bannitus nondum erat in libro bannitorum 271

nitorum descriptus, & tunc non posset impune offendi; aut fuit descriptus, & dubium erat, an super validitate banni lis penderet; & tunc interficiens à pœna homicidij excusaretur, sed non à culpa, cum non inuestigauerit, an bannum in rem iudicatam transiuerit. Item adde, quod bannitus non potest offendi, appellatione pendente, siuè appellatio sit recepta, siue non, vsque quo de appellatione ipsa fuerit cognitum, quod tamen verum est, quotiescunque appellatio temeraria, & calumniosa non fuerit interposita, & notorie istud appareret, Blanc. *in pract. crim. cap. ignorantia, n.* 101. *cum seq fol mihi* 814.

272 Item adde, † quod bannitus, pendente restitutione in integrum, non potest impune offendi, etiam si statutum diceret, quod querelæ bannitorum non debeant admitti, Lancellot. *in tract. de attentat part.* 2. *c.* 18. *num* 40. *fol.* 380. & est idem, quando bannitus alio modo de banno iniusto conqueritur, Menoch. *de arbit. q.* 90. *n.* 58. Baiard.

273 l *Quinimo neque etiam.*] Adde, † quod hoc non procedit de consuetudine Parlamenti, & aliarum curiarum Delphin. Francis. Marc. *decis.* 907.

274 Item † adde, quod etiam procedit in confesso, & conuicto; tunc enim dicti decem dies non expectantur, Guid. Pap. *decis.* 74. & ad prædicta vide etiam Lancellot. *in tract. attent. par.* 2. *cap.* 11. *n.* 21. *&* 22. Baiard.

m *Quaro etiam.*] Bannitus iam detentus num offendi poterit. Nell. *de bannitis* 2. *par.* 2. *temporis, q.* 32. Bald. *in l. libertus, ff. de stat. homi* Far. *d. q.* 101. *n.* 202. Rof.

275 *Quaro etiam, pone, quod bannitus.*] Adde, † quod bannitus condemnatus, qui duceretur ad mortem, non potest impune occidi nec etiam à familia officialis, nisi de licentia iudicis, quādo dubitaretur, ne auferretur, Bald. *in l. addictos, C. de episc. aud.* Afflict *in constit. terminum vitæ, num.* 22. *fol.* 52. Carrer. *in pract.*
276 *crimin. § circa num* 121. *fol.* 119. & an † interficiens bannitum captum à curia committat crimen læsæ maiestatis, vide Bursat. *in cons.* 216. *vol.* 2.

277 Item adde, † quod si bannitus fuerit captus à priuato, an alius possit eum impune occidere, Nell. *de bannit in* 2 *par.* 2. *temp. qu.* 72. tenet, quod sic: sed eum occidens tenebitur capienti pro eius interesse, quia non potuit præmium consequi, quod secundum eum procedit, si erat certum, quod ille bannitus captus non erat à capientis manibus euasurus: alias non teneretur.

278 Item adde, † quod si non fuerit captus, sed citatus, & dum ad iudicem veniebat, occiditur, si iam se præsentauerat, & erat sub oculis iudicis, non potest impune occidi; & ita fuit Florentiæ iudicatum per D. Odofred. Si autem fuit occisus, quando erat in via, occidi potest, nisi esset sibi data securitas, & de illo occidenti constabat, Bald. *in l.* 4 *ff. de stat. hom.* quem refert, & sequitur Anan. *in c. cum iuramento. n.* 7. *de homic.* Baiard.

n *Officialis.*] Sed an, & quando licitum sit familiæ officialis resistentem sibi occidere; item & condemnatum ductum ad supplicium, vide per Carrer. *in pract. crim. §. Homicid.* 6. *n.* 358. *&* 359. Giach.

o *Vlterius quaro.*] An bannitus extra territorium occidi possit, Farin. *d. q.* 103. *n.* 215. *&* 216. Rof.

279 *Vlterius quaro, nunquid, &c.*] Addè, † quod occidens bannitum extra territorium, à quo est bannitus, non potest puniri, etiam quod statutum diceret, vt puta, quod bannitus possit impune occidi in Ciuitate, vel districtu Parmæ, Ruin. *cons* 84 *num.* 6. *cum seq. vol.* 4 & hoc intelligitur, quoad iudicem loci, à quo ille erat bannitus, sed bene poterit à iudice puniri, in cuius territorio bannitum interfecit, Ruin. *d. cons* 84. Thob. Non. *cons.* 98. *num.* 8. quod verum est, nisi in Prouincia decretum, siue consti-
280 tutio extaret, quod bannitus ab vno loco bannitus † ab omnibus locis Prouinciæ intelligatur, vt est in statu Ecclesiastico, vbi adest Bulla Clem. VII. de qua *in Bullario nouiter impresso fol.* 291. tunc enim talis bannitum offendens vbique locorum dictæ Prouinciæ, in quibus vigerent statuta, quod banniti possent impune offendi, licite potuisset, & absque pœna bannitum offendere, vt tradit Corn. *cons.* 192. *lib.* 3.

281 Et † nedum interficiens bannitum extra territorium non potest à Iudice puniri, à quo fuit bānitus, sed etiam debet præmiū consequi, si à statuto conceditur, Bald. *in cons.* 434. *præmittendum est, vol.* 5. Crauet. *consil.* 409. *num.* 15. Rim. iun *cons.* 470. *nu.* 63. *cum seq.* Sed non euitabit peccatum, nec homicidij pœnam, Ferret. *in cons.* 330. *n.* 4. *vol.* 2.

282 Item adde, † quod nedum potest impune offendi bannitus in loco banni, sed etiam in loco confœderato. Alba. *cons.* 49. *num.* 1. & Plot. *in cons.* 24. *num.* 43. & debet habere præmium constitutum, secundum Ferret. *in d. cons.* 330. *n.* 2.

283 Item adde, † quo bannitus pro assassinio potest impune occidi extra territorium, dummodo probabilia argumenta appareant de delicto coram iudice, à quo fuit bannitus, Boss. *in titul. de manda. ad homic. n.* 19. etiam non existente statuto, quod bannitus possit impune offendi, nec ab aliquo iudice occidens puniri
284 poterit, cum assassinus, † licet esset clericus, à toto populo Christiano per legem sit diffidatus, & ab omnibus possit impune offendi, *c. pro humani, de homic. in* 6. Angel. *cons.* 14. Curt. sen. *cons.* 70. *numer.* 8. Grammat. *vot.* 8. *&* 10. Ruin. *consil.* 4. *colum.* 4. *vol.* 5.

Item adde, † quod bannitus propter læsæ maiestatis, vel rebellionis crimen, aut propter atrocissimum delictum impune occidi potest extra bannientis territorium, & interficiens debet præmium consequi, si à statuto conceditur, vt per Ferret. *in cons.* 330. *n.* 2. *cum seq vol.* 2. Baiard. 285

p *Et in Ecclesia.*] Adde, † quod interficiens bannitum in Ecclesia non punitur de sacrilegio Nell. *in tractat. bannit* 2. *par* 2. 286
temp. q. 48. Marsil. *in vlt qu pract. crimin.* Viui *commun. opin verb.* 287
statutum, disponens quod bannitus, Bursat. † *cons.* 134. *num.* 8. *& cons.* 216 *num.* 144 *vol.* 2. & etiam interficiens bannitum potest incontinenti illum spoliare, furtumque, & derobationem committere impune, Castr. *consil* 31. *seu* 32 Nell. *de bannit. in* 2. *par.* 3. *temp q.* 3. Io. de Arno *dial.* 17. Burs. *cons.* 134. *num.* 14. *vol.* 2. Baiar.

q *Quinimo reperio.*] Vide Farin. *d. q.* 103. *n.* 12. Rof.

Quinimo reperio.] Adde, † quod idem consuluit Ruin. *in d. cons.* 84. *per totum, vol* 4. scilicet, quod iudex originis, vel domicilij potest procedere contra subditum, qui bannitum interfecerit extra territorium in loco, à quo fuerat bannitus, in quo extabat statutum, vt impune possit bannitus occidi. *Baiard.* 288

r *Beneficio.*] Occidens eum, qui bannitus erat, ignorans, an gaudeat beneficio statuti, Vulpel. *cons.* 59. *num.* 7. & Farin. *d. qu.* 103. *n.* 30. *&* 33. 34 *&* 35 Rof.

f *Sed si vltra impunitatem statutum, &c.*] Adde, † quod si stat statutum, quod præsentans curiæ bannitum viuum, seu mortuum, præmium consequatur, sat erit consignare caput iuxta tex. *in l. cum diuersis ff. de religio. & sump. fun.* & ita in practica obseruatur. 289

Item adde, quod interficiens bannitum, se defendendo, non consequitur præmium statuti Bart *in l. nullam maculam. C. de dilat. lib.* 10. Rom. *in l. si quis in graui, § virum, ff. ad Sylla.* Afflict. *in constit. pen n.* 68 *iuxta* & Marl. *in cons* 10. *n.* 44. *&* 45. 290

Item adde, † quod bannitum occidens ignoranter non consequitur præmium à statuto concessum, secus si ignorasset constitutionem, siue statutum, præmium concedens, & sciuisset illum esse bannitum, quia tunc gaudebit dicto præmio, Afflict. *in constit.* 2. *Rub.* 3. *num.* 78 Bart *in l. omnes populi, nu.* 38. & ibi Crot. *num.* 127. *ff. de iust & iur* Et de hac materia, quando statutum concedens premium, porrigat effectum suum ignoranti dictum statutum, vide Felyn. *in c. Cognoscentes, vers. tertio limita, de constit.* 291

Item è conuerso, si alicui fuit relatum, quod in aliqua parte nemoris erat quidam Ioannes bannitus, quo audito de nocte accessit ad illum locum, & ibidem inuenit Petrum, qui non erat bannitus, & ipse credens esse Ioannem eum occidit, & capite absciso accessit ad curiam petens præmium, an debeat puniri, cognito, quod erat Petrus. Hanc quæstionem posuit Franc. de Aret. *in l. cum seruo, ff. de iniur.* & arguit, quod excusatur, & in nullo punitur, non enim cogitauit delinquere, sed putauit licite agere, punitur tamen pro modo culpæ, si aliqua potest considerari, *Baiard.* 292

t *Sed quaritur, pone quod statutum.*] Adde † quod ita distinguendum est; aut condemnationes sunt diuersæ, & pro diuersis delictis; aut vna condemnatio in diuersis summis, sed pro delictis diuersis, vtroque casu non fit coaceruatio summarum, aut pro vnico delicto per vnicam sententiam quis condemnatur in diuersis summis; & tunc fit coaceruatio illarum summarum, & erit locus statuto, ita declarat Peregr. *de iure fisci, lib.* 4. *tit.* 8. *nu.* 31. & de hoc etiam tractat Lamberteng. *in tractat. de contract. eorum, quib. &c in fin. tract. n.* 254 *fol.* 454. 293

Item adde, quod stante tali statuto, interficiens in rixa condemnatum in diuersis summis, veniret absoluendus, tunc enim fit coaceruatio summarum, quia sumus in fauorabilibus, cum agatur de liberatione rei, qui non interfecit animo deliberato virtute statuti, & propter condemnationem, sed incidenter, & hoc procederet etiam, si ignoraret statutum, ita egregie consuluit Ang. de Castro *in cons.* 41. *inter cons. crim. diuers. tomo* 2. cui se subscripserunt Pet. de Soncino, & Ioan. Baptista Roscius, & ibi respondetur ad doctr. Bar. hic allegatam, & potest audiri per procuratorem, vt ibi per eos.

Item adde, quod stante dicto statuto, si quis fuerit condemnatus in libris quinquaginta, quas si non soluerit infra mensem, pœna duplicetur, si in dicto termino non soluerit, impune poterit offendi secūdum Ant. de Bongi. *in cons* 67. Franc. de Machiauel. *in cons.* 68. Petr. de Socino *in cons.* 69. & Angel. de Castro *in cons.* 70. *inter cons crim. diuers. parua impressionis tom.* 2. Baiard.

u *Comprehensus in statuto.*] Verum summæ pecuniarum cumulari possint, vt in statuto comprehendatur, Farinac. *dict quæst.* 103. *n.* 273. Rof.

x *Ita dicit Bart.*] Adde Alex. *cons.* 135. *nu.* 2. *cum seq. vol.* 4. Ias.

in §.ex maleficiis,num.11.Instit.de Act. Dec.*in l.bona fides num.8. ff de reg.iur.* Contrarium tamen in fure pluribus vicibus furante, vt computentur plura furta, & coniungatur ad pœnam, considerando magis malam furandi consuetudinem, quam rerum valorem, dixi supra *in §.Furtum, vers Sed an pro vno furto*; pro quo faciunt quæ ex mente Io. Chrysostomi *in Io.cap. 10.homil.56.* retulit Marant.*in suo Spec par. 4. tit. seculare, vel eccles. dist 11.sub num.29.* Non enim ablatorum copia sed rapientium voluntate iustitia metienda est. Hic cadit materia à Decio tractata *in cons 65.per totum*; verum videlicet bannitus pro minori delicto à bannito maiori banno interfectus, liberet bannitum maiori banno, vide ibidem. *Drogh.*

x *Item scias quod si Officialis.*] Adde videnda, quæ posui infra *ad q.32.n 51.* Baiard.

y *Per quemlibet de populo.*] *Infr. q. 33. versic. Sed quod plus est quæst.61.vers Sed hæc quidem.* At qualis esse debeat talis de populo, vide Felin.*in cap. Nonnulli §.sunt,& aly coll.18.vers. prædictis obstant duo, ad pr.extr.de Rescript.* Drogh.

z *In hoc etiam proposito.*] An bannitus se defendere possit ab occisore. Farin. *d q.103.n 129 & 134.* Ros

294 *In hoc etiam proposito quæro*] adde vidend. Doct. *in d. l. vt vim*, vbi distinguitur, si statutum diceret, licitum sit bannitum occidere, quod tunc bannitus non potest se defendere: secus, si diceret, bannitus impune offendi possit, quia hoc casu non tollitur defensio bannito; sed redditur homicidium impunitum. Si vero vltra verba prædicta quod bannitus impune offendi possit; statutum promitteret præmium occidentibus bannitum, tunc etiam sublata esset defensio bannito, secundum Grat. *in consil. 44.nu.17.* & *in a. cons 51* l. istam quæstionem proponit, ad quid prodesse possit huiusmodi quæstio si liceat bannito se defendere videlicet de pace quæ dicebatur facta inter bannitum, & offendentem, sed Bologne. *in d.l.vt vim.nu 15.cum seq.* reprehendit istam distinctionem, & comprobat communem opin multis fundamentis; siue dicat statutum impune, siue licite, quod bannitus non possit se defendere; etsi interficeret aggressorem, se defendendo, quod de nouo esset banniendus.

295 a *Sunt etiam alij casus.*] Adde † videndum Afflict. *in constit. terminum vitæ fol.52.* vbi ponit viginti tres casus, siue fallentias; in quibus homicidium non potest puniri pœna mortis, vide etiam Plac *epit.delict.cap. 28 num 9* vbi ponit remissiue tamen centum casus, in quibus pœna mortis homicida non punitur; sed ego arbitror, non esse verum in omnibus casibus.

296 Item † adde alium casum, quod attentans de vitio sodomitico potest impune interfici ab ipso tentato, vt per Iulium Ferrer. *fol.155.num.66* quem sequitur Ant.Scap.*in tract.iur non scrip.lib.5.c.143. num. 12.* vbi dicit, quo ipso patrocinante liberatus fuit quidam famulus pictoris Bononiæ Et Leonissæ contigit casus, dum eram Locumtenens pro Serenissima Madama ab Austria in nobilissima ciuitate Aquilana, & in toto Celsitudinis suæ statu, quidam Pædagogus tentabat de dicto vitio quendam puerũ, qui cum gladiolo ei totum priapũ amputauit, & non fuit molestatus ab illo Gubernatore, me ita mandante, non quod Ferrer. & Scap. vidissem, quos postea vidi, sed propter illud pueri tam notabile factum; & pædagogus non fuit punitus, quia aufugit.

Item adde, quod occidi impune potest, qui gratiam nullam impetrauit, Alexand.*cons.114.vol.1.* & Boss.*in titul. de remed. ex sola clement Princip n.37.*

297 Item adde, † quod homicidium in duello securum non punitur, si fiat cum auctoritate Principis, secundum Bald.*in c. 1.de pace tenen.in feud.col 6.* Io. de Ana. *in rub. de cler pugn in duello*, Io.de Lign *in tract.de duello, ante fin.* & Mars. *in l.1.limit.7.ff de sicar.*

208 Item † adde, quod disrobantes in stratis publicis impune occidi possunt.*l.1.& 2.C.quib liceat sine iud. vend.* Fab. *de Montelione in praxi arbit p.6.fol 489 n.5.* & Foller.*in pract. criminali in ver.audiantur excus.n.89.* Baiar.

b *Resistat familia officialis.*] Adde ad idem, atque declara, vt per Ludo.Carrer.*in Pract.crim.§.homicidium 5.n.115* Giach.

c *Vltimo quæro.*] Affectus, an in homicidio puniatur, Farin. *in sua prax.crim.q.114.par.1.n.22. & seq* Ros.

299 *Vltimo quæro.*] Adde, † quod si statutum imponeret pœnam vulneranti, si vulnerauit animo interficiendi, maiori pœna erit puniendus, secundum Salic. *in l. is, qui cum telo. C. de sicar.* & Gramm *cons.49.n.7.* Et quid de vulnerante se ipsum, & qua pœ-

300 na puniatur, Gram. *decis. 44.* vbi, † an statutum comprehendat

301 se ipsum studiose vulnerantem, & de insequendo alium, qui cecidit, & se ipsum vulnerauit, dicit Bartol. *in l si gemina arbor col. 2.ff.arb furtim cæsarum.* quod non debet puniri tanquam vulnerans, sed solum, vt fieri faciens vulnus. quem refert, & sequitur Foller.*in pract crim.in ver.pœnis debitis ferian num.10.* Item adde, quod in vrbe adest constitutio localis per bullam sextam

302 Alexandri VI. qua promissum fuit, quod offendentes litigantes in Romana Curia, eius aduocatos, procuratores, sollicitatores, notarios, & testes ex causa litis per se, vel per alios incurrant pœnam criminis læsæ maiestatis, excommunicationis, amissionis iurium, & omnium bonorum, etiam quod mors non sequatur, dummodo adsit mutilatio membri, vt latius in dicta Bulla, de qua habetur per Putc. *in decis.102.lib.1.* vbi dicit, quod si vulnera illata fuerint litiganti præsumitur ex causa litis, nisi alia causa appareret, & *in dec.104.eod.lib.* tenet etiam in verberante procuratorem reuertentem ad curiam occasione litis.

Item adde, quod si ex statuto solus conatus pœna mortis puniretur, quamuis secutum non esset homicidium, ad hoc, vt esset locus statuto, duo copulatiue requirerentur, scilicet vulnus, seu insultus cum telo euaginato, & animus deliberatus occidendi: & quod hæc duo contra eandem personam concurrant. Alba.*cons. 30.in prin.* 303

Item † adde, quod vulnerans per pecuniam, etsi non habuit animum occidendi, magis debet puniri, Gabr.*lib.7.tit.de malef. conclus 1.n 30.* 304

Homicidæ odio habentur ab Ecclesia; & ideo constitutione Pij II. *bulla* 8. decernitur, notorios homicidas, vel infamatos, seu condemnatos de homicidio, etiam quod non posset super tali delicto aliquo modo inquiri, vel aliqua pœna imponi, etiamsi ipsius delicti, vel pœnæ auctoritate Apostolica, vel alterius, ab ea, vel à Romano Pontifice potestatem habentis, sit facta remissio, cassatio processus, & sententia annullata, vel alias quomodolibet dispensatum non posse habere officia, vel dignitates in quibuscunque locis Ciuitatis, & terræ, à quibus banniti fuerint, in quibus domicilium eorum, originemque habuerint, seu aliam moram traxerint, vel resederint, etiam si fuerint absoluti, rebanniti, vel alias eorum sententia, seu condemnatio, siue processus cassatio, irritatio, vel alias pro infectis habiti perpetuo esse infames, & omni dignitate priuatos, nec posse ferre testimonium, nec tabellionatus officium exercere, nec admitti ad iudicandum, seu ad aliud officium exercendum, & ab omnibus actibus legitimis perpetuo suspensos, cum annullatione gestorũ per eos, & pœna eligentium, & Pij decretum confirmauit Sixtus IV. *bulla* 10 Iulius II. *bulla* 5. Leo X. *bulla* 31. Clemens VII. *bulla* 6. Pius IV. *constit.*30 Pius V. *constit.*13. Gregorius XIII. *in constit.* 66. Baiar. 305

d *Nihilominus de consuetudine generali.*] Fallit in assassinio † in quo punitur affectus, sicut effectus, supra *in §. Assassinium, vers Scias etiam, in princ.* vide Alexan.*cons.140 sub num. 2.vol.2.* Drogh. 306

§. INCESTVS.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Incestus inter quas personas committatur.*
Et an committatur cum moniali.
Et an cum presbytero, ibid.
2 *Incestus pœna quæ sit.*
3 *Et an hodie pro incestu imponatur pœna publicationis bonorum.*
4 *Dispositio, auth. incestas nuptias, an habeat locum etiam in nuptiis, quæ sunt incestæ de iure canonico.*
5 *Et an locum habeat tantummodo in nuptiis incestis ratione consanguinitatis, an autem etiam in aliis.*
6 *Incestas nuptias contrahentes sunt ipso iure excommunicati.*
7 *Et quid si fuerit in contractu matrimonij apposita conditio, Si Pontifex dispensauerit.*
8 *Et an hæc pœna locum habeat in sponsalibus.*
9 *Incestas nuptias contrahentes excusantur ex eo, quod ignorarent factum.*
10 *Et quid si postquam detecta est affinitas, perseuerauerint in matrimonio.*
11 *Iudæi contrahentes incestas nuptias in gradu permisso à lege Mosaica, sed prohibito à iure communi, an sint puniendi.*

Ex Additionibus.

1 *Ignorantia excusat ab incestu.*
2 *Incestus quid sit.*
3 *Incestæ nuptiæ cur ita dictæ.*
4 *Incestuosus, seu nefarius coitus dicitur in infinitum inter ascendentes, & descendentes.*
5 *Et qua pœna puniatur.*
6 *Incestus quomodo probetur, remissiue.*

7 Ma-

7 *Monialem corrumpens quot crimina committit.*
Et quibus pœnis sit plectendus, n. eod.
8 *Et Iudex Laicus potest præuenire in puniendo.*
9 *Et quibus hodie pœnis afficiantur Moniales corruptæ, remissiue.*
10 *Incestus pœna minor est in mulieribus.*
Incestus pœna, quæ sit de iure Ciuili, Canonico, & Regni, num. eod.
11 *Et quæ in statu Ecclesiastico.*
12 *Incestus cum adulterio, & stupro an puniatur pœna mortis.*
13 *Incestæ nuptiæ de iure Canonico an subiaceant dispositioni auth.* incestas nuptias, C. de nupt.
Pater cognoscens propriam filiam, vel filius matrem, aut nouercam, vel frater sororem, alumnusve nutricem, quomodo puniatur, remissiue. nu. eod.

1 INcestus *a* committitur inter personas sanguine coniunctas, vt in casu, in quo consuluit Barb. *cons.* 23. *lib.* 2. puta, si quis propriam filiam cognouerit, vt in casu *decis.* Boer. 318. Vel materteram, vt in casu Cæpol. *cons. crim.* 69. Vel filiam sororis vxoris suæ, vt in casu Alexan. *cons.* 229. *lib.* 6. Videndum est etiam in hoc proposito elegans *cons.* Crauet. 311. in quo defendit à suspicione incestus fratrem, qui per biennium cum sorore sua eodem lecto iacuerat.

2 Sed *b* nunquid committitur incestus, carnaliter cognoscendo monialem? Respond. quod sic, & ita concludunt communiter Cano. vt dicit Bemon. *de concub. fol.* 75. *num.* 2. *in fin.* Quinimo etiam aliqui tenuerunt, quod si mulier rem carnalem habeat cum clerico, in sacris constituto, sit incestus: ita dicit gloss. *in l.* 1. *in verbo Filij, C. de episc. & cler.* Et dicit Bald. ibi, *num.* 2. quod cum quæstio fuisset de facto, ita fuit determinatum, quod esset incestus. Hoc idem communiter à Doctoribus receptum esse ait Grilland. *de diuers. crim. lib.* 3. *qu. vlt.* prout illum refert Pract. Conradi, *fol.* 376. *num.* 11. qui etiam *fol.* 341. *post num.* 13. dicit, quod hæc est communis regula. Sed certe veritas est in contrarium: nam dicitur simplex fornicatio, vt dixi supra *hoc eodem lib. §. Fornicatio, vers. Cum presbytero.*

Sed quæro, *c* quæ sit pœna incestus? Resp. aliqui dicunt, quod de iure ciuili est pœna mortis, & hanc esse communem opin. Grilland. *de diuers. crim. lib.* 3. *q.* 3. *num.* 5. prout illum refert Pract. Conrad. *fol.* 376. *num.* 15. Et est verum, quando incestus committitur cum aliqua alia specie fornicationis, puta, adulterio, vel stupro, & ita sensit gloss. *in l. si adulterium cum incestu, in princip. in gl.* 1. *in l. si adult.* quam dicit esse communiter approbatã Guil. *in loco præalleg.* Bermon. *de concub. fol.* 87. *vers. sum modo. d* De iure autem canonico in clerico pro crimine incestus est pœna depositionis. Et hanc opi. sequuntur communiter DD. vt attestatur Didac. *in epit. super* 4. *decret. f.* 91. *num.* 5. Vide quæ dixi supra, *§. Fornicatio, vers. sed quæro.* Si vero committitur *e* contrahendo incestas nuptias, tunc punitur iuxta formam auth. *incestas nuptias, C. de nuptiis.* Ego *f* vidi in facti contingentia per Senatum diuersimode puniri incestuosos. Nam Margarita Cella pro incestu commisso cum sororio suo iussa fuit fustigari, 17. Nouemb. 1548. P. N. Et Comina de Raynerio, fassa se cum genero suo carnaliter commiscuisse, pariter fuit fustigata, 15. Martij 1559. P. N. Et Vincentius Maldurus, qui fatebatur cognouisse carnaliter eius priuignam, fuit tantummodo condemnatus in pœna statuti pecuniaria, 24. Iunij 1554. A. C. Quidam autem Ioan. de Corsis, qui filiam suam annorum 16. violauerat, fuit furcis suspensus 6. Octob. 1548. P. N. Et refert Papo *lib.* 22. *tit.* 9. *arresto* 7. quod quidam notarius qui carnaliter cognouerat matrem, & filiam, fuit per Parlamentum Tholosæ vltimo supplicio affectus 9. Nouemb. 1548. & ibidem *arresto* 8. refert, quod fuit ad triremes perpetuas condemnatus quidam, qui in vxorem duxit quandam mulierem, cuius neptem prius grauidam reddiderat.

Et scias, *g* quod dispositio d. auth. incestas nuptias, 3 quatenus imponit pœnam confiscationis bonorum, non est hodie sublata, ex dispositione auth. bona damnatorum, *C. de bon. proscri.* Et hæc est commun. opin. vt dicit Boer. *decis.* 264. *num.* 12. Quinimo contrahens tales incestas nuptias, ipso iure amittit dominium bonorum suorum: neque vlla sententia, aut declaratio requiritur. Ita tenet gloss. *in d. auth. incestas nuptias, in verb. Max.* Et est commun. opin. vt dicit Bemon. *de concub. ff* 84. *n.* 2. *& seq.*

Quæro nunquid dispositio *d. Auth. incestas nuptias,* 4 locum habeat tantummodo *h* in nuptiis, quæ sunt incestæ secundum ius ciuile, an autem etiam in ijs, quæ sunt incestæ secundum dispositionem iuris canonici. Resp. In hoc articulo variæ fuerunt Scribentium opin. Aliqui enim tenuerunt, quod habet locum etiam in nuptiis, quæ sunt incestæ de iure canonico, licet non sint incestæ de iure ciuili. Et hanc dicit esse communem opin. Dec. *cons.* 158. *nu* 1. *circa fi.* quem refert Diaz. *in pract. crim. can. ca.* 78. & Pract. Conrad *fol.* 376. *num.* 9. & Didac. *in epit. c.* 6. *§.* 8. *verb nuptiæ incestæ super.* 4. *decret. num.* 18. relatus & ipse per Villalob. *in sua collect. commun. opin littera* N. Bello. *cons.* 84. *num.* 5. Aliqui vero tenuerunt contrarium, quod scilicet non habeat locum nisi in nuptiis incestis de iure ciuili, & sic quæ dicebantur incestæ tempore conditæ illius legis. *i* Et hanc opin. dicit esse communiorem, & probabiliorem, & magis consonam veritati Foller. *in pract. crimin. can. fol* 63. *post num.* 95. vbi ait, quod Decian. qui dixit opin. Abb. esse communem, deceptus est. Certe negari non potest, quin magnæ sint auctoritates hinc inde, quas etiam recenset Foller. *in loco præall.* Ego vero, si casus contingeret, libentius adhærerem opin. contra Abb. quæ mitior est, & beniguior, & quam etiam credo esse in puncto iuris veriorem: nihilominus (vt dixi infra *lib.* 7. *§. Opinio*) in istis casibus, in quibus est varietas opin. & in quibus sunt ex vtraque parte Doctores attestantes de communi, ante omnia recurrendum esse puto ad consuetudinem, & videndum secundum quam opin. solitum sit iudicari. Et illa est sequenda: quia Consuetudo optima est legum interpres, &c.

Item quæro, an dispositio d. auth. locum habeat so- 5 lummodo in nuptiis proprie incestis ratione consanguinitatis, an autem etiam in nuptiis *k* largo modo incestis, s. inutilibus, vel illicitis, quia cum cognata spirituali, vel Iudæa, seu infideli, & huiusmodi, Resp gl. in ea autem *in gl.* 1. tenuit, quod habeat locum in quibuscunque nuptiis illicitis. Sed certe contrarium tenent communiter DD. vt ait Salic. *in ea auth. incestas num.* 4. quem refert Dec. *in d. cons.* 158. *post num* 1 *vers. & hoc confirmatur.* Hanc dicit esse commun. opin. Boer. *in decis.* 264. *num.* 13. Pœnæ enim sunt molliendæ, non autem extendendæ.

Præterea incestas nuptias scienter contrahentes sunt 6 ipso iure excommunicati, vt est tex. *in clemen. eos, de consan. & affin.* & declarat Gemin. *cons.* 71. qui in facti contingentia ita consuluit.

Sed quid si aliquis contrahat matrimonium cum 7 consanguinea sub conditione, Si summus Pontifex dispensauerit, nunquid tale matrimonium valebit? Respond. In hoc articulo variæ sunt Scribentium opi. nam Innoc. *in cap. super eod. de cond. appo.* tenuit quod nõ. Et hanc opin. dicit esse commun. Aret. *in l. apud Iulianum, §. constat. col.* 3. *ff. de leg.* 1. prout illum refert Didac. *in epitom. super* 4. *decret. folio* 31. *post nu.* 7. & Viuius *in lib.*

communium opin. in verb. Matrimonium contrahentes. Contrariam *l* autem sententiam, s. quod sub ea conditione possit matrimonium contrahi, tenuit Anton. de Butr. *in d. cap. super eo.* Et hæc opin. de consuetudine obseruatur, vt attestatur Boer. *decis. 164. n. 27.* Et re vera quotidie videmus in hac forma contrahi matrimonia, propterea ab hac opin. nullo modo esset in practica recedendum.

8 Hæc *m* autem pœna incestarum nuptiarum non habet locum in sponsalibus, sed requiritur, quod matrimonium sit carnali copula consummatum. Et hanc dicit esse communem opin. Viuius *in d. vers. Matrimonium contrahentes, in 1. limitat.*

9 Excusatur incestum committens, vbicunque appareat, quod ipse ignoraret factum. Et hæc est communis opin. vt dicit Bald. Nouell. *de dote, in 1. parte 11. partis pr. num.* 8. & prout illum refert Villalob. *in sua collecta communium opinio. in littera P. num.* 68. Didac *super 4. decretal. fol. 99. post num. 22.* Quinimo pœna amissionis bonorum non habet locum, vbi in ipsis contrahentibus fuisset ignorantia iuris, vel facti, etiam ex crassa, & lata culpa. ita dixit Bart *in l. si adulterium cum incestu. in princ. num. 11. ff. de adult.* Et est communis opin. vt attestatur Didac. *in loco praalleg. n. 21.*

10 Sed *o* pone, quod aliqui à principio bona fide incestas nuptias contraxerint, deinde fuit detecta consanguinitas: ipsi vero (eo non obstante) perseuerauerunt: nunquid dicentur incidisse in pœnas à legibus, & canonibus impositas ei, qui incestas nuptias contrahit? Respon. quod non. ita tenuit Glo. *in Clemen. vnica, in verbo, Scienter, de consanguin.* quam approbant Doctores, vt ait Didacus *in loco praallegato, n. 19.*

11 Quæro etiam, an Iudæi contrahentes inter se nuptias in gradu prohibito secundum ius ciuile, sed permisso à lege Mosaica, puniendi sint pœna incestus. Resp. quod non: nam quicquid sit de iure, Iudæi non seruant dispositionem, *l. nemo, la 1. C. de Iudæis,* vt attestantur Scribentes *in ea l. nemo,* & in specie Fulgos. & Ang. prout illos refert Barb. qui ita consuluit *in cons. 13. num. 2. lib. 4.*

ADDITIONES.

Ad §. Incestus.

a INcestus.] Incestus detestatio, diuisio, definitio, & pœna, quando, & quibus casibus locum habeat. Farin. *vol. 5. sua pract. qu. 149. par. 1.* & de pœnis contra incestuosos *par. 2. num. 121.* Ignorantia quando excuset *par. 3 num. 161.* & quod sit Mixti fori, *d. 1. par. num. 117* & dissoluitur matrimonium, *p. 2. nu. 144.* Exempla aliqua Incestus, Farin. *d. 1. p n. 63. & n. 61. & nu. 89. & 92.* Vigcll. M. I. R *lib. c. 13. de adult reg 4. 5. 4. 20. 30.* In curia Vicemercati referente magnifico Bertolasio Vicario, Senatus mandauit patrem vxoratum; qui filiam grauidam reddidit laqueo suspendi debere, filiam vero fustigari; & inde per decennium hospitali inseruire debere anno 1587. *Ros*

Incestus.] Adde, & supple scienter: puta, cognouit quis carnaliter eam, cuius sororem antea cognouerat, quam tamen soro-
1 rem esse ignorabat, † nam excusabitur ab incestu, licet non à fornicatione per Feder. de Senis *cons. 167.* mulier accusata quem refert comprobat, ac sequitur Aymo. Crau. *in cons. 244. post n. 7.* Giach.

2 *Incestus committitur inter personas.*] Adde, † quod incestus est coitus inter consanguineos, vel affines, vtroque iure prohibente, matrimonium contrahere nequeunt, *c. lex 36 q. 1.* & Co-
3 uar. *in 4. decretal. 6. 8. cap. 6. nu 1.* vbi dicit etiam, quod † incestæ nuptiæ dicuntur, quasi in illis minime adsit cestus, id est cingulum illud, quo Venus vtebatur ad honestas nuptias. Et coitus
4 inter ascendentes, † & descendentes vsque in infinitum dicitur coitus nefarius, seu incestuosus; & tales coeuntes per modum
5 † fornicationis pœna mortis puniũtur. Girlan. *de pæn. omnif. coit. c. 2.* & Boer. *in decis. 318.* hic allegata. & ibi loquitur de patre cognoscente filiam propriam, & de filio cognoscente matrem, vel nouercam, vel concubinam patris sui, & de alumno cognoscente nutricem, ac de cognoscente consanguineam vxoris suæ, & prædicta, si scienter, alias, si ignoranter, excusaretur ab incestu, non autem à pœna fornicationis. Crau. *cons. 244. nu. 7.* & Boss. *in tit de coit. damn n. 7.* dicit, quod parentes propter coitũ habitum cum earum filiabus, fuerunt igne combusti, vel fureis suspensi, iussu Senatus Et quomodo probetur incestus, Mascard. *de prob.* 6
concl 893. Baiard.

b *Sed nunquid.*] Farin. *q. 46. §. Sacrilegium n. 6.* Ros.

Sed nunquid] Adde, † quod cognoscens carnaliter monia- 7
lem, quatuor crimina committit, incestum, sacrilegium, adulterium, & stuprum; & punitur capite, eiusque bona applicantur Monasterio monialis violatæ, & iudex laicus potest præuenire in puniendo, *decis. Pedemon. 101.* Dec. *in consil. 338. num. 1.* Franc. Marc. *decis Delphin. 966.* Girland. *de pæn omnifar. coit. q. 1.* & quibus pœnis hodie puniantur † moniales, Menoch. *de arbitr. iud.* 8
cas 389. n. 22. cum seqq. Baiard.

c *Sed quaro.*] De pœna incestus Fabius *2. par. cons. crimina-* 9
lium Ziletti 95. imo videtur pœna deportationis, late Farin. *d. q 149. 1. p. nu. 7. & p. 2. num. 121. 122. & sequentibus, & quando cum adult. vel stupro d par. 2. n. 16. 17. 18. & 20.* Ros.

Sed quaro] Et incestum committens cum matertera ex ali- 10
cuius statuti forma, qua pæna debeant puniri, & de talis statuti intellectu, quando pœnam imponit, an de mortis pœna intelligatur, vide per Cæpol. *crim consil. 78. per totum.* Giach.

Sed quaro, qua sit pœna.] Adde, † quod in hoc delicto minus 11
debent puniri mulieres, quam mares. vt consuluit Follet. *in consil. 79 num. 3. inter consil. crim. diuers. vol. 2.* & idem tenuit *in sua Prax. crim 6 par princ. in cap. de form. capit. in crim. incest. num. 9.* quando incestus committitur per viam fornicationis, & secundum Bald sunt arbitrarie puniendæ *in consil. 429. vol. 5.* quem refert, & seq. Fab. de Monteleo. *in praxi arbit par. 4. num. 126 fol. 127.* vbi latissime, quæ pœna sit indicta tam de iure canonico, quam ciuili, & de iure Regni Neap. contra committentes incestuosum coitum, & etiam quæ impediant matrimonium, sed si nuptiæ præcesserint, & talis coitus sit commissus in figura matrimonij; tunc, si scienter, sunt separandi, & aliis pœnis plectendi, de quibus *in l. qui contra legum. C de incest. nupt.* si vero ignoranter, parcitur illis; sed quando incestus committitur per viam fornicationis, non fit illa distinctio, scienter, an ignoranter, nisi sit meretrix vel aliter impudica; tunc enim nõ punitur vir pœna incestus, si vere erat ignarus, vt per Girlan. *de pæn. omnif. coit. in d. q. 3.* & Menoch. *de arb. iud casu 389* vbi tamen dicit, quod debet puniri de iure canonico ob fornicationem, sed Bert. *in cons. 261. num. 1.* tenet, quod ignorantia excuset, etiam quod incestus fuerit commissus per viam fornicationis ex æquitate. In statu autem Ecclesiastico per Constitutionem Sixti V. contra incestuosos prouisum fuit; vt quicunque ausu nefario scienter matrem, & filiã, siue duas sorores germanas carnaliter cognouerit, etiamsi eæ, earumve altera publicæ meretrices fuerint, siue clã, siue palam, aut in figura matrimonij incestum commiserit, siue etiã cum altera earum legitimo matrimonio coniunctus fuerit, pœna vltimi supplicij plectatur, & simili pœna puniatur mulier, quæ sciens matrem, aut filiã, vel sororem suam cum aliquo viro rem habuisse eidem viro ipsa quoque sui corporis copiam fecerit. Et similiter disponitur, vnamquamque mulierem, etiam corpore publice quæstum facientem, quæ cum patre, & filio, siue cum duobus germanis fratribus scienter se carnaliter commiscuerit, siue à prædictis, sciens, se carnaliter cognosci permiserit, etiam si eorum alteri legitimo toro fuerit copulata, pœna vltimi supplicij puniri debere; & quod idẽ sit in viro, qui sciens patrẽ, aut filiũ, vel fratrem suum cũ muliere aliqua rem habuisse, ipse etiam eandem mulierem carnaliter cognoscere non erubuerit. Et quamuis incestus committatur cum aliqua specie fornicationis, puta cum adulterio, siue stupro, non debet puniri pœna mortis de iure communi, licet eadem sit pœna incestus, & adulterij. vt dixit tex *in l si quis viduã, ff de quæstio,* tamen pœna in adulterio fuit aucta per text. *in l. quamuis, la seconda, C. de adult.* non autem in incestu; vnde cum in incestu nõ sit alterata, remanet eadem pæna, quæ erat introducta per tex. *in d. l. si quis viduam,* & sic æquiparatio quam facit Glos. *in l si adulterium cũ incestu, ff. de adult.* videtur procedere de iure digestorum, ita in specie dicit Ang. *in d. l. si adulterium,* refert, & sequitur Alex. *in consil. 219. col. 2. vol. 6.* & Bermon. *in allegato tractat. de concub. in tit. de incestu. num. 15. vers sed aduertendum est.* vbi dicit hanc opinionem esse veriorem, & æquiorem, quia vbi agitur de correctione iuris, non debet fieri extensio per subauditos intellectus de casu expresso ad casum non expressum, etiam quod eadem, vel alia ratio vertatur, & secundum istam opinionem iudicatũ fuit per Reg. consilium Neapolit. vt attestatur Franc. *in decis. 378. vol. 2.* & ita etiam sentire videtur Senatus Mediolani, cum diuersimode puniat incestuosos, secundum exempla per D. Clarum hic posita, & quibus pœnis sint puniendi patres, qui cognoscunt proprias filias, & filij matres, aut nouercas, vel cõcubinas patris, vel alumnus nutricem, aut illi, qui cognoscunt sorores, aut alias vxoris suæ consanguineas per modum fornicationis, aut in figura matrimonij, vide Boer. *in dec. 318.* vbi plene. *Baiar.*

d *De*

d *De iure autem canonico.*] Far. *d. par. 1. nu.* 34. & 35. 53. *usque ad* 57. Rol.

e *Contrahendo incestas nuptias.*] Item de pœnis contrahentis incestas nuptias, vide per Ludou. Carrer. *in pract. crim.* §. *Homic.* 6. *n.* 316. vbi relatiue. *Giach.*

f *Ego vidi.*] Farinac. *vbi sup. n.* 76. 78. & *d. par.* 1. *n* 30. 31. 32. 63. & 64. 103. 107. Rol.

g *Et scias*] Far. *d.* 1. *p. n.* 127. 132. & *seq.* Rol.

h *In nuptiis.*] Farin. *d.* 1. *par. num* 40. 41. 44. 57. 59. 83. 84. 85. & 118. Rol.

i *Et hanc opinionem dicit esse communiorem, probabiliorem,*

13 *&c.*) Adde, quod hanc † opinionem tenuit etiam Angus. *in cons.* 7. *volum.* 1. & D. Franch. *in decis.* 240. *num.* 15. *volum.* 2. vbi late, & concludit secundum causam iudicandum esse, scilicet, quod crimen incestus de iure canonico non puniatur pœna incestus de iure ciuili *Baiard.*

k *Largo modo incestu.*] Farin. *d par.* 1. *n.* 48. 49. & 50. Rol.

l *Contrarium autem.*] Far. *n. d. q. p.* 2. *n.* 127. Rol.

m *Hac autem pœna.*] Farin. *d.* 2. *par. n.* 157. Rol.

n *Quinimo pœna.*] Farin. *d. q.* 245 *par.* 3. *nu.* 161 & *sequ.* & 189. Rol.

o *Sed pone.*] Farin. *d.* 3. *par. n.* 95. 198 199. & *seq.* Rol.

§. INIVRIA.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Iniuriam pluribus modis fieri.*
Quid intersit inter verberare, & pulsare.

2 *Intrans in agrum meum causa venandi, me inuito, an dicatur mihi iniuriam facere.*

3 *Iniuria facta vxori, an censeatur facta viro.*

4 *Ex iniuria duplex actio oritur, ciuilis, & criminalis.*

5 *Et an in libello iniuriarum ponendus sit mensis, & annus, & locus illatæ iniuriæ.*

6 *Et an requiratur, quod in libello taxetur iniuriæ æstimatio.*

7 *Iniuriæ pœna quæ sit.*

8 *Et an condemnatus actione iniuriarum efficiatur infamis.*

9 *Actio iniuriarum an præscribatur anno.*
Et an ille annus sit continuus, ibid.

10 *Iniuria an tollatur per mutuam conuersationem.*

11 *Et an tollatur per remissionem.*

12 *Iniuriam faciens an possit se excusare, dicendo, quod non habebat animum iniuriandi.*

13 *Et quid si in eodem actu, quo iniuriam intulit, fuerit protestatus, quod nolebat iniuriam facere.*

14 *Et quid si fuerat primo ipse prouocatus.*

15 *Et quid si probet iniuriam fuisse veram.*

16 *Et quid si dicat se iniuriam intulisse calore iracundiæ; & protestatur se pœnitere.*

Ex Additionibus.

1 *Iniuria infertur etiam per actum proximum verberationis.*

2 *Iniuriam personalem facit retinens equum fræno, licet equitantem non percutiat.*

3 *Iniuria fit etiam facto, apponendo cornua, vel aliud infamatorium.*

4 *Iniuriæ personalis, & verbalis exempla, remissiue.*

5 *Iniuriæ certa pœna dari non potest.*

6 *Iniuria committitur etiam facto in præcedendo minus legitime.*

7 *Et eo casu potest resisti armata manu.*
Iniuriarum actione in multis casibus agi potest, n eod.
An fiat volenti, & quis possit agere pro fisco, & cui credendum, n eod.

8 *Aliquid alicui obijciens quando teneatur iniuriarum.*

9 *Iniuriosa verba eodem impetu dicta licet sint plura, faciunt vnum conuitium.*

10 *Et quid in statuto imponente pœnam pro quolibet verbo iniurioso.*

11 *Et quid si statutum puniret iniuriantem pro qualibet vice.*

12 *Iniuriosa verba quæ dicantur, remissiue.*

13 *Iniuria atrox quæ, remissiue.*

14 *Iniuria per verba impersonalia quonam pacto fiat remissiue.*
Iniuria an reproperetur animo vindicandi, vel defendendi, quomodo cognoscatur, remissiue. n eod.
Iniuriatus non potest reproperare iniurianti maiorem, vel similem iniuriam, n. eod.

15 *Iniuria fit, quibuscunque verbis offendatur, vel grauetur opinio alterius.*

16 *Iniuria verbalis quando fiat absenti, remiss.*
Iniuria fit etiam verbis subdole dictis, & indirectis, item risu, & nutu, n. eod.

17 *Iniuria dicitur etiam verbalis, quæ fit per scripturam.*

18 *Iniuria minor est si in genere fiat, quam si in specie, & nominatim.*

19 *Iniuria, eiusque remissio quomodo probetur, remissiue.*

20 *Iniuria non fit sine dolo.*

21 *Verba tu falsum dicis, an præsumantur dolose prolata, & animo iniuriandi.*

22 *Verba tu bonus homo, an sint iniuriosa, remiss.*

23 *Carcerari faciens non suspectum de fuga, quomodo excusetur ab iniuria.*

24 *Appellans si contra iudicem à quo verba iniuriosa dixerit in libello, notatur infamia, & ab eodem iudice sine processu extraordinaria punitur.*

25 *Et quid si sententiam iniustam, vel iniquam dixerit.*

26 *Iniuria fit iudici, dicendo,* al sindicato ti voglio.

27 *Iniuriarum non tenetur officialis iniuriosum verbum proferens, animo corrigendi.*

28 *Iniuriarum tenetur iudici allegans eum suspectum, nec probans suspitionis causam.*

29 *Iniuriarum non tenetur asserens, se nobiliorem, & probiorem altero.*

30 *Statutum contra iniuriantem non comprehendit eum, qui impium, ingratum, & pessimum hominem alterum appellauerit.*

31 *Iniuriarum non tenetur dicens, tu es impudens.*

32 *Pœnalis promissio de non offendendo in personam non committitur per iniuriam verbalem.*

33 *Iniuria est dicere,* Tu non ci vedi?

34 *Iniuria infertur ex minis.*

35 *Statutum contra iniuriantem comprehendit eum, qui in supplicatione hominem malæ conditionis, & famæ alterum dixerit.*

36 *Et habet etiam locum contra scribentem iniuriam.*

37 *Et si puniret dicentem alteri verba iniuriosa, non comprehenderet loquentem contra absentem.*

38 *Iniuria facta vni de familia omnibus facta intelligitur.*
Et an etiam omnibus consanguineis quarti, vel vlterioris gradus, & agnatis, n. eod.

39 *Et quibus eorum competat actio iniuriarum ciuilis, vel criminalis.*

40 *Iniuria facta colono, procuratori, negotiorum gestori, vel familiari, an possint agere Dominus, & principalis.*
Iniuria facta vni de collegio an omnibus facta censeatur, remissiue, num eod.

41 *Et Clerus, vel alij de domo, aut familia possunt agere pro iniuria ipsis illata si clericus, vel vnus de domo, aut familia se verberibus subiecerit.*

42 *Iniuriarum non tenetur vocans meretricem emendatam.*

43 *Iniuriarum tenetur delens insignia familiæ, & arbitrio iudicis punitur, etiam si illa in pristinum restituerit.*
Iniuriam quomodo faciat ingrediens alienum fundum venandi causa; & à quibus possit venatio prohiberi, ibid.

44 *Iniuria vni illata quando eius coniunctis facta dicatur, remissiue.*

45 *Iniuriæ æstimatio quomodo sit facienda, remissiue.*
Iniuriarum actione agitur etiam pro verbis, quæ quoad se iniuriam non sonant, ibid.
Iniuriatus potest agere non solum criminaliter, & ciuiliter,

sed quandoque etiam ad damna, expensas, & interesse. ibidem.

Et in quibus personis deformitas, vel cicatrix patens debeat per Iudicem aestimari, ibid.

Pro iniuria ex qua sequitur mors, non agitur nisi criminaliter, ibid.

Et quomodo Iudex procedat ad commodum partis offensae, & fisci, ibid.

46 *Iniuriae taxatio differt à taxatione damnorum, & quo pacto vtraque fieri debeat.*

47 *Iniuriarum libellus procedit etiam si pluris aestimetur iniuria, quam habeatur in bonis.*

Et quando procedatur in Regno Neap. ibid.

48 *Iniuriarum gradus, & poena remissiue.*

Iudex an teneatur condemnare iniuriantem ad satisfactionem honoris, ibid.

49 *Iniuria illata Doctori punitur, l. Iuliae de vi pub.*

50 *Iniuria ex consulto facta grauior censetur.*

Iniuria personis Ecclesiasticis facta quatuor concurrentibus morte punitur, ibid.

Iniurians an teneatur iniuriato ad satisfactionem iniuriae, siue honoris, ibid.

51 *Iniuriarum actione condemnatus an efficiatur infamis.*

52 *Iniuria quando inferatur Magistratui, & quomodo debeat emendari.*

53 *Iniuriarum actio criminalis quanto tempore praescribatur.*

54 *Et quid de actione ciuili.*

55 *Iniuriarum actio criminalis, nec haeredi, neque in haeredem datur, licet possit cedi.*

56 *Iniuriarum praescriptio ante, & post litem contestatam opponitur.*

Et in vim dilatoriae apposita impedit litis ingressum, nu. eod.

57 *Iniuria per metum illata anno vtili praescribitur.*

58 *Iniuria ex quibus actibus censeatur remissa.*

59 *Et remissio tacita operatur ad impediendam accusationem, sicut expressa.*

Et in Regno Neap. debet fieri expresse, & in iudicio. numer. eod.

60 *Iniuriam inferens, nec iureiurando excusatur, quin fecerit animo iniuriandi.*

61 *Iniuria an possit reuocari.*

62 *Iniuriarum an teneatur erga Notarium qui supplicando Principi, negauerit, donationem fuisse factam in testamento, vel publicatam.*

63 *Et quid si in supplici libello aliquid asseruerit in aliorum iniuriam suppressis nominibus.*

64 *Statutum de iniuriis non comprehendit dantem mentitam etiam in iudicio pro defensione sui honoris.*

65 *Iniuriosis verbis prouocatus, an possit iniuriose respondere, dare mentitam, vel alapam.*

Mentita quando est prohibita, punitur, etiam quod sit dictum saluo honore tuo, nu. eod.

66 *Iniuriam verbalem an armis repellere liceat, remissiue.*

67 *Mentita quando sit licita in foro conscientiae.*

68 *Iniuriarum actio quando competat socio iniuriati.*

69 *Et quid si verum dicitur.*

70 *Iniuriarum an teneatur vocans alterum bastardum, vel excommunicatum, postquam fuerat legitimatus, vel absolutus.*

71 *Iniuriarum an possit agi pro iniuria vera, cuius detectio concernit bonum publicum remissiue.*

72 *Et quid si obijciatur crimen alicui post restitutionem Principis.*

73 *Vsque ad litis contestationem iniuria reuocari potest per poenitentiam.*

74 *Iniuria verbalis an tollatur per reuocationem verborum iniuriosorum.*

1 INiuria pluribus modis committitur, facto, scilicet, & verbo. Facto, puta, si quis alterum percusserit, *a* alapa vt in casu Grammat. *decis.* 14. Vel cubito, vt in casu Paris. *cons.* 165. *lib.* 4. Vel cum manu sub mento, vt in casu Guid. Pap. *cons.* 224. Vel baculo, vt in casu, de quo per Gram. *voto* 15. 28. *cons.* 2 *decis.* 16. 17. & Bertran. *cons.* 161. *lib.* 6. *& cons.* 141 *eod. vol. & consil.* 164. *lib.* 7. & Natt. *cons.* 154. Vel vulnerauit, vt in casu Io. de Amic. *cons.* 77. & 85. & Mantu. *cons.* 41. *lib.* 1. & Gram. *voto* 1. 22. *& consil.* 56 62. 68. 69. *& dec.* 16. 94. & Marsil. *cons.* 31. 34. & Boerus *decis.* 323. & Natt. *cons.* 44. *b* verbo, puta, si quis alteri minatus fuerit, vt in casu Bald. *cons.* 144. *lib.* 2. & Crauet. *cons.* 13 *& cons.* 53. *c* Vel si appellauerit aliquem falsarium, vt in casu, in quo consuluit Rom. *cons.* 96. vel Vsurarium, vt in casu Crauett. *cons.* 145. vel Proditorem, vt in casu Bald. *cons.* 361. *li.* 4. & But. *cons.* 44. Vel infamem, vt in casu Bertran. *cons.* 131. *lib.* 5. Vel bastardum, vt in casu Bertr. *cons.* 189. *lib* 6 Vel si dixerit alicui, *d* Tu es bonus homo, quae verba communiter intelliguntur, quod est cornutus, vt in casu, in quo consuluit Socin. quodam cons. de quo mentionem facit Carauita *super ri. u* 111. *magnae curiae, num.* 22. Vel alicui dixerit, quod produxerit chartam falsam, vt in casu Rimin. *cons.* 49. Vel quod vendebat potestarias, vt in casu Socin. *cons.* 146. *lib.* 1. & Corn *cons.* 80. *lib.* 3 Vel quod fecerat monetam falsam, vt in casu Socin. *cons.* 118. *lib.* 1. Vel aliquem diffamauerit de aliqua re, ex qua eius opinio laederetur, vt in casu, in quo consuluit Rom. *cons.* 97. puta, quia dixerit mulieri, Ego te desponsaui, vt in casu Bald. *cons.* 230. *lib.* 2. Vel quod illam appellauerit Sozza, idola, malfatta, incendiosa, puttana, che te ho tratto tre heredi del corpo, vt in casu Bar. *cons.* 108. vel quod ei dixerit, Tu sei vna putana, che te ho lauorata cinquanta volte, vt in casu *cons.* 60. Vel dixerit alicui, Tu mentiris, vt in casu Bald. *consi.* 45. *lib.* 1. & Socin. Iun. *consi.* 81. *lib.* 3. Vel aliquem accusauerit de aliquo crimine, & succubuerit, vt in casu Ang. *cons.* 95. & Soc. *cons.* 118. *lib.* 1. *e* Vel fecerit aliquem indebite carcerari, vt in casu Bald. *cons.* 211. *lib.* 3. & Guid. Papae, *dec.* 324. *Si quis Titium.* Vel opposuerit alicui crimen, de quo habebat gratiam, vt in casu Crauettae, *cons.* 168. Dicitur etiam iniuriam inferre, si quis vitauerit aliquem tanquam excommunicatum, vt in casu, in quo consuluit Rom. *cons.* 387 Vel praedicator concionando male dixerit de aliquo vicino suo, licet illum non nominauerit, vt in casu Alex de Neno *cons.* 82 Scias autem in hoc proposito, quod magna est differentia inter Verberare, & Pulsare: nam Verberare est, cum dolore caedere: Pulsare sine dolore *l. lex Cor.* §. 1. *ff. de iniur.* Et ita declarant Doctores, vt dicit Ana. *in rub. de clerico percuss. post n.* 4.

Quaero, nunquid si quisquis intret in agrum meum causa venandi, possum ego contra eum agere actione iniuriarum. Respond. de iure dicendum est, *f* quod non: sed contrarium vsurpatum est, & obtentum de consuetudine, *g* quod possum prohibere, ne quis intret in agrum meum; & si intret me inuito, tenetur iniuriarum, vt de hac consuetudine Anan. *in c. omnibus. num.* 4 *de g cle. vera.* 2

h Item iniuria facta vxori, censetur facta viro. Et ideo si statutum disponat, quod faciens iniuriam magistratui puniatur in centum, habebit locum etiam in faciente iniuriam eius vxori. Et dicit Placa lib. 1. delictorum, c. 6 num. 25. quod haec sententia adeo recepta est à Doctoribus vtriusque classis, vt impugnari non posse *i* videatur. 3

Scire *k* debes, quod ex iniuria duplex oritur actio, ciuilis scilicet, & criminalis. *l* Ciuiliter agitur, quando petitur aestimatio iniuriae. Et de hoc dixi infra lib 7. §. Actio. Criminaliter autem petitur iniuriantem puniri poenis iuris, *m* &c. 4

Vlterius quaero, nunquid in libello iniuriarum sit ponendus annus, & mensis, & locus illatae iniuriae. Resp. 5

Resp. quod sic. Et est communis opin. vt dicit Alexand. *cons.* 212. *num.* 1. *lib.* 1. Bertran. *cons.* 275. *num.* 1. *lib.* 6. Vide quæ dixi infra hoc eod. *lib.* §. *fin. quæst.* 12. *vers.* Adde quod.

6 Sed *n* nunquid in libello iniuriarum requiritur, quod querelans taxet *o* iniuriam sibi illatam cum iuramento? Respon. quod non, sed sufficit, quod in libello exprimat aliquam summam, ad quam æstimet eius iniuriam, salua *p* taxatione iudicis, qui postea edoctus de iniuria, ante sententiam moderatur, & taxat, & deinde defert iniuriam passo iuramentum: cui permissum est iurare vsque ad summam taxatam, vel minus, non autem vltra illam summam. Et est hæc theorica, quam ponũt Doct. in hac materia, vt dicit Bertrand. *cons.* 74. *num.* 6. *lib.* 8.

7 Sed *q* quæro, quæ sit pœna iniuriæ. Respond. quod regulariter est arbitraria iudici, inspecta facti, & personarum qualitate, vt est t x. *in* § *in summa. Inst. de iniur.* An autem possit iudex aliquo casu arbitrari pœnam mortis, dixi infra *hoc eod. lib.* §. *fin, quæst.* 83. *ver. sed quæro.*

8 Item condemnatus actione iniuriarum efficitur infamis. Quod tamen intellige, vt procedat, *r* modo iniuria sit atrox: alias enim non efficitur infamis. Et ita tenent omnes Doctores, vt dicit Ang. *in l. infamem, in primo verbo, ff de pub. iud.* prout illum refert August. ad Ang. *de malef. in ve bo, Dictum Sempronium, sub numer.* 4. *& in verbo, Verba iniuriosa, post nu.* 17. *s* Sed certe Angel. ibi non ita dicit, sed primo ait, quod damnatus pro graui iniuria secundum omnes efficitur infamis, deinde subdit, sed & pro modica videtur damnatus infamis, *t* & sic aperte inclinat in sententiam, quod etiam damnatus pro modica iniuria efficiatur infamis, quam etiam sequitur, & dicit esse communem Fel. *in c. cum te, n.* 9. *de re iudicata.* Cottet *de minimis in* 2 *p. vers.* 26. quem refert Pract. Conrad. *fol.* 407 *n.* 21. Faciunt, quæ dixi supra *hoc eod. lib.* §. *Furtum, ver. pariter etiam.*

9 *u* Tollitur autem actio iniuriarum per lapsum anni, tanto enim temporis spatio præscribitur, ita tenet gl. *in l. si non conuicy, in glo fin. C. de iniur.* quam dicit esse cõmuniter approbatam Ruin. *cons.* 21. *num* 5 *lib.* 4. Hanc etiam dicit esse communem opin. Placa *in d. ca.* 6. *circa fin.* Hoc tamen intellige, vt procedat in actione iniuriarum criminali, nam ciuilis est perpetua, vt dixi *in d.* §. *Actio.* Et hanc esse communem opin. attestatur Bald. *de præscr. in* 4. *p.* 4 *q. principalis, qu* 1. *num.* 3. quem refert Rol. *cons.* 39. *num.* 15. *lib.* 2. Scias etiam, quod iste annus, intra quem potest agi criminaliter actione iniuriarum, est continuus, & est communis opin. vt dicit Cuma. *cons.* 74. *post num.* 5. Curtius Iun. *in l.* 1. *in pr. nu.* 20. *ff quod quisque iuris.*

10 *x* Item tollitur per conuersationem habitam cum offensore, censetur enim ex hoc iniuriam tacite remisisse. Et hæc sententia ab omnibus iuris professoribus recepta est, vt attestatur Placa *in loco præallegat. numer.* 43.

11 Tollitur etiam *y* per remissionem expressam. An autem per remissionem iniuriæ factam in foro conscientiæ sit sublatum ius accusandi, & an qui remisit iniuriam, censeatur etiam remisisse damna, & expensas, dixi infra *hoc eod. lib.* §. *fin. q.* 58 *ver. quæro modo, & ver. sed in proposito.*

12 *z* Quæro nunc, an ille, qui iniuriam intulit, possit se tueri, dicendo, quod non habebat animum iniuriandi. Resp. quod non, quia omnis iniuria in dubio præsumitur facta animo iniuriandi, nisi contrarium probetur. Et ita concludunt communiter omnes DD. vt dicit Socin. *cons.* 146. *post num.* 7. *vers. circa tertiam. lib.* 1. Hanc etiam dicit esse communem Paris. *cons.* 149. *num.* 19. *lib.* 4.

13 Sed pone, quod in eodem actu, quo quis iniuriam intulit, fuerit protestatus, quod nolebat ex eo iniuriam facere: puta, quia dicat alicui, *a* Tu mentiris, saluo honore tuo, vel salua reuerentia tua. Resp. quod talis protestatio non releuat, quo minus teneatur actione iniuriarum, ita dixit Bart. *in l. si quis extraneus, in princ. num.* 3. *& seq. ff. de acq. hæredi. & in l. non solum.* § *morte, n.* 47 *ff. de oper. nou. nunc.* Et ita in facti contingentia iudicatum fuisse attestatur Guid. Papæ *decis.* 495. *ex iniuria.* Quæ tamen conclusio intelligenda est, vt procedat, quando apparet, quod habebat animum iniuriandi vere, vel præsumptiue prout in casu, in quo loquitur Bart. nam illa verba, *Tu mentiris*, sunt ex consuetudine inducta, vt habeant vim iniuriandi, vt est omnibus notum *b* Ceterum si subessent coniecturæ, per quas talis protestatio adiuuaretur, quod scilicet non habuisset animum iniuriandi, certe talis protestatio prodesset, vt dicit Oldrad. *cons.* 53. *post num.* 3. cuius doctrinam dicit esse communiter approbatam Soc. *cons.* 118. *nu.* 5. *in fi. lib.* 1. Et ponit exemplum in magistro, qui loqueretur cum discipulo, vel familia.

c Quæro etiam, nunquid si aliquis ab alio prouocatus, dicat illi, *d Tu mentiris*, teneatur ex eo actione iniuriarum, non obstante ipsa prouocatione, etiamsi dicat verum. Respon. quod sic Et est communis opin. vt dicit Boer. *consil.* 4. *nu.* 27. *& seq.* vbi etiam subdit, quod ita obseruatur in practica, & ita repetio in facti contingentia decisum fuisse per consilium Neapol. teste Capic. *decis.* 58. *in causa Nicolai:* regulariter enim in delictis prouocatio non excusat, vt dixi infra *in hoc eo. lib.* §. *fi. q.* 60. *ver. nunc quæro. e* Sed bene prouocatus regulariter mitius punitur, vt ibi dixi; senatus autem aliter iudicauit in causa Nicolai Fodrij, quem in totum excusauit, quod dixisset cuidam, tu mentiris, qui ei prius dixerat, quod nod fecerat da gentilhuomo, 9. Ianuarij 1557. P.N. Sed forte erat iam inter ipsos secuta pax, quo casu in huiusmodi iniuriis verbalibus Senatus semper solet clementer agere. 14

f Item quæro, nunquid dicens alicui iniuriam, quæ vera sit, teneatur actione iniuriarum. Resp. Aliqui simpliciter dicunt, quod sic, & hanc dicit esse communem opi. Curt. iun. *in l. fi. n.* 3. *ff quod quisque iuris*, Tu vero dic, quod aut interest reipub. quod illud delictum sciatur, puta, quod ille sit homicida, vel latro, &c. & non tenetur. Aut non interest puta, quia sit cæcus, vel claudus, & tenetur, ita dixit Bart. *in l. eum, qui nocentem, in pr. ff de pœnis.* Et est communis opin. vt dicit Alex. *in l.* 3. *in pr. n.* 6 *ff. de liber. & posthu.* quem refert Villalobos *in sua collecta communium opin. in littera A, n.* 29. Apost. ad Ang. *in d. l. eum, qui nocentem, sub n.* 1 Placa *li.* 1. *delictorum, c.* 1. *post n.* 3. Scias tamen opus esse, quod tale crimen, quod interest reipub. sciri probetur, nam eo quidem casu non tenetur, sed si non probauerit, vtique tenetur. Et est communis opin. vt attestatur Boer. *in d. cons.* 4 *n.* 36. *in fine, & n.* 46. *&* 48. *g* Et hoc etiam si tale crimen fuerit oppositum iudicio excipiendo, puta contra testes, vel huiusmodi, vt dixi infra *hoc eod. lib.* § *fi q.* 51. *vers. caueant tamẽ.* Præterea etiam illa distinctio non procedit de iure canonico, nam eo iure alteri iniuriam dicens, licet vera sit, non excusatur, cum prius debeat præcedere charitatiua admonitio, vel correctio. Et est communis opi. Doctorum, vt attestatur Alex. de Neuo, *cons.* 82. *num.* 5. *in fine.* 15

h Quæro, quid si iniurians dicat se pœnitere, & quod dixit, fecit calore iracundiæ, nunquid erit excusandus? Resp. aliqui dicunt, quod verba iniuriose prolata per iracundiam non sunt punienda. Et hanc dicit esse communem omnium sententiam Io. Arno. *Epitom.* 58. Cum sit communis. Sed certe ego credo, quod hæc opinio non sit communis, neque vera, nam in delictis commissis non excusatur calor iracundiæ, vt dixi infra *hoc eod.* 16

lib.§.fin.qu.60.vers.Est etiam: licet quandoque prosit, vt quis mitius puniatur. Et ita semper vidi in practica obseruari. Pariter etiam pœnitentia post delictum commissum non excusat, vt dixi *in d.§.q.16. vers. item quæro, & q.60.ver. fuit quandoque.* Et in facti contingentia decisum fuit per curiam Tholo. teste Aufrer. *dec.409. Item Titius:* quem refert Mantua. qui idem consuluit, *consil. 77. lib.2.*

ADDITIONES
Ad §. Iniuria.

INiuria.] Iniuria generaliter, & specialiter quid significet Decian. *in tract. crim. n. tom.1. lib.1. c. vltim. siue 17.* Quid sit, quomodo in iure sumatur, quando, & quot modis inferatur, & alia plura Vigell. M.R.I. *lib.5.4.10. de iniuriarum actione reg.32. vsque ad 51.* Far. *4. vol. q.105. inspect.1.* Item *inspect.3. num.83.84. & 85.* & quando atrox, vel leuis *inspect.4. num.175.* & quomodo veritas excuset, *inspect.5 n.219.* & quando iniuria vni facta alteri etiam illata censeatur *inspect.6. n.253.* De iniuria illata patrocinanti *inspect.7. n.306.* De maledicente Principi *inspect.10. num.389.* De libello famoso, *num.401.* Addas Bossium *tit. de iniuriis,* Plazam, *c.1. & 2. num.19. & 20. & c.3.4.5.6. & 7.* Alia Vulpell. *consil. 67. num.2.* quid si coram Principe atrocem dixerit, aut iudice Bertazol. *cons. 168. num.20. lib. 1.* Quid si in genere, idem *consil. 237. nu.60.* Vel in memoriali Farin. *d. loco, num. 5* videndus erit Bald. *consil. 5. lib.5.* vbi Roueścala, & Farin. *d. q. 105. num 5. & 6.* vel Simoniacum, aut hæreticum Conrad. *tit. de iniur. num.9 fol. 464.* Vel furfante. Bonacossa *in 2. part. comm. vers. iniuriam passus.* Sed si dicatur alicui sum animosior te, non fit iniuria, vt ibi per eum, *num.161. in verbo iniuriosum verbum.* Quid si se iactando dicat non adulterati, non feci homicidium, per eundem *in 1 par. in verbo iniuriosa verba.* Quid si dicat *al sindicato ti voglio,* Baiard. infra, Vel si appelletur cæcus, mutus, vel claudus. Bonacossa *in p par. versic. iniuriarum actione,* vbi etiam de obloquente, vel conuitium de absente proferente. Quid si apposuerit alicui crimen, de quo iam sit liberatus. Pascius *consil. 183.* Quid si plures iniuriæ dicantur. Baiard. hic *num. 8. cum pluribus seq.* videndus erit Bertazz. *cons.237. lib.1 num.7.* Bald *cons.361. lib. 4.* Ros.

Iniuria pluribus modis committitur.] Adde, † quod non so-
1 lum per verberationem infertur iniuria, sed etiam per actum proximum, puta, eleuando manum, minando verberare; Et ideo potest agi actione iniuriarum, Guid. Pap. *dec.12.* Brun. *cons.134.* & Viui. *decis.161. in pr.*

2 Item † adde, quod retinens equum fræno, quamuis equitantem non percutiat, dicitur iniuriam inferre, & personaliter offendere. ita affirmat Vulpell. *in tract. de pace, q 92.*

3 Item † adde, quod facto etiam committitur iniuria, apponendo cornua, vel aliud infamatorium, & competit actio iniuriarum, tex. est *in leg. Constitutionibus, ff. de iniur.* quem ad hoc allegat Firman *in repertor. suo, in verbo actio iniuriarum.* Et in hac materia iniuriarum vide Fab. Montel. *de arbitr. parte 4 fol. 367.*
4 vbi † ponit exempla iniuriæ personalis quinque modis, & etiam
5 multa verbalis iniuriæ exempla, & præsertim de mentita, & † ibi etiam dicit, quod de iniuriis non potest dari certa pœna, cum ex varietate locorum, temporum, personarum, & factorum ipsæ quoque pœnæ variari soleant.

6 Item † adde, quod facto etiam committitur iniuria, si vnus præcedat alium, qui secundum eius dignitatem non debebat, illi præferri, Bald. *in l. obseruare, § antequam, ff. de offic. procons.* licet contrarium tenuerit Io. Fab. *in l. aliam ff. de bon. poss.* immo Bal.
ibi plus dicit, quod liceat † resistere de facto armata manu, quia
7 nemo tenetur iniuriam pati; & maxime secundum eum, si sit in quasi possessione, ratione consuetudinis existentis in loco. Et ita tenet etiam Cassan. *in consuet. Burgun fol 850. numer. 17. cum sequen.*

Item adde, quod in multis aliis casibus potest agi actione iniuriarum, vt Afflict. *in titulo de pace iuramento firman. §. iniuria, n.23.* vbi infinitos casus enumerauit: & ideo ad eius dicta te remitto.

Item adde an iniuria fiat volenti, & an tunc agi possit per intiðium, vel per iudicem ad fauorem fisci, & an credatur ei, cui iniuria fuit facta, dicenti de voluntate sua sibi factam fuisse iniuriam, late per Boss. *in titul. de iniur. num.14. cum sequ.* & Gram. *decis.37. num.13.* vbi tenet, quod iudex ex officio procedere potest ad fauorem fisci, etiam quod iniuria volenti facta fuisset.

Item adde, quod si vnus de domo, & familia voluntarie se subiecerit vulneribus alterius, poterunt alij de dicta domo, & familia agere pro iniuria sic illata sibi in alterum. Socin. *in cap. cum contingat, n.10. de sentent. excommunicat.* & ibi dicit idem esse de clerico. *Baiard.*

b *Verbo, puta si quis.*] Adde, quod iniuria dicitur inferri, etiam quando alicui dicitur, quod est spurius, & natus ex monacho Gloss. Bart. & Doct. *in l. turpia, ff. de legatis 1.* & fuit originale dictum Azo. *in summa. de infam.* & idem dicit Roman. *eius consil.96. num.2.* Ang. tamen de Aret. *in §.1. post num.4. Instit. de iniur. not.* ex Gloss. ibi, quod quoties aliquid alicui impropero,
vel obijcio, † quod intersit Reipub. sciri: Si verum dicam, 8
non teneor iniuriarum, vt si dixero, tu fuisti mitratus pro falso, vt possis euitari in testem, vel dico, quod tu es spurius, vt non admittaris ad honores. Interest etenim Reipub. sciri, & commoditate per Alexand. *in l. & si pepercerit, numer.6. ff. de liber. & posthum.* secus si dicam, quod Reipubl. non interest sciri, vt si dico, quod es cæcus, vel tignosus, quia tunc teneor; & ista est veritas, vt subiungit Aretin. ibi, licet dicat Ioan. Fab. ibi tenere contrarium, & vide etiam Boss. *titul. de iniur. publ. num.3.* Similiter dicens alicui: Tædet me, quod fueris condemnatus de falso, vel alio delicto: tametsi præmittat, tædet me; tamen tenetur iniuriarum actione, quia præsumitur id dicere animo iniuriandi, per Ias. *d. l. turpia, num.11. & in l. morte, ante numerum 48. ff de nou. ope. nuntiat.* Ripa. *in capit. cum M. Ferrariensis de constit. ante numerum 90.* Similiter dicens alicui iniuriam; quæ in eo non sit vera, sed in socio, qui secum erat, poterit ille socius agere iniuriarum actione; quoniam præsumitur dixisse illa ad illius iniuriam; licet verba dixerit ad alium, quia non inspicitur, cum quo quis loquatur, sed in quem voluntatis intentio dirigitur, per Boer. *consil.3 num. 4* Contad. *in prato. folio mihi 403.* Item si aliquis alicui dicat, plus vales pilus mei equi, quam capilli tui. tex. & ibi D. Anton. *in cap. cum te. de re iudic.* & tradit Ias. *d. l. Turpia. num. 8.* Similiter si dicatur alicui, quod sit Ruagliosus, vel quod vxor sua commiserit adulteriũ, vt per Roman. *consil.183.* & Ias. *d l Turpia, num.9* Similiter iniuriarum actione tenetur dicens alicui, quod est vsurarius, animo tamen iniuriandi, si id dicat in publico loco, puta vniuersitatis, vt per Crauet. *in consil.145 num 4.* Similiter procurator Principis, vel fisci indebite aliquem vexans tenetur iniuriarum actione: vt per Crauet *consil.168 in 1. dub* Similiter vocans aliquem, restitutum à Principe, proditorem, tenetur ei iniuriarum actione. Potest tamen ei dici, tu fuisti proditor. Vide Natt *consil. 624. col. 3. in pr.* Et habetur per Crau. *d. cons 168. in 1. dub* Similiter legitimato non potest ei sine iniuria dici, Tu es spurius. Potest ei tamen dici, Tu fuisti spurius, per Nat *d. cons.624. post num.25.* Postremo no. vnum in materia pulcherrimum, quod iniuriam vt quis dicatur alteri inferre, non sufficit generale conuicium; sed requiritur; quod deueniatur ad aliquam speciem delicti, per ea, quæ dixi *in cons. syndica. n.151. cum seq.* Et coniunctus quando possit agere iniuriarum actione pro coniuncto. Item Dominus pro seruo, & amicus insimul pro amico. Item & vniuersitas, vide per Crauet *cons.45. vol.1. & 2.* Giach.

Verbo, puta, si quis.] Adde † quod plura verba iniuriosa eodem 9
impetu dicta vnum conuitium faciunt, licet oratio iniuriosa sæpe repetatur, Bartol. *in l. item labeonem §. ait prætor, ff. de iniur.* Couar. *var. qq. lib.2. cap 10. num.8.* vbi plenissime de iniuriis in
foro animæ, & in foro iudiciali, & de remissionibus. Et † idem 10
esset, si statutum puniret quodlibet verbum iniuriosum; nam debet intelligi de quolibet verbo prolato ex interuallo, non autem, quando plura eodem impetu proferuntur, Decian *in l. si familia, num. 19. ff de iurisd. omn. iud.* Bart. *cons. 108,* & Pet. An. Angus. *cons 12* Sed Barth. Fænut. *in tract. suo de momento, cap.20.*
num.12. ita † distinguit, quod si statutum puniret quodlibet ver- 11
bum iniuriosum, puta in decem, tunc plura verba iniuriosa eodem instanti prolata idem significantia, vt si quis in alium dicat, *traditore, traditore,* seu, *ladro, mariolo, taglia borse,* quæ fere idẽ significant, debent puniri pro vna iniuria tantum, quia est quædam verborum multiplicatio, quæ non mutat substantiam rei; si vero essent plura verba diuersas iniurias significantia, puta, si dictum esset, *ladro, traditore, falsario;* tunc tot pœnæ imponi deberent, quot verba iniuriosa essent: alias statutum frustra exprimeret pœnam pro quolibet verbo iniurioso. Et non potest dici, quod verbum accipitur pro vna oratione; nã supradicta verba sunt plures orationes ex nomine, & verbo per se consistentes. Et hanc distinctionem sequitur Petr. à Plaza *in epit. delict. c. 1. n.17.* Et si statutum puniret iniuriantẽ pro qualibet vice, puta, in decem, tunc proferens plura verba iniuriosa, etiam diuersas iniurias significantia, eodem tamen impetu, & momento non posset puniri, nisi pro vna iniuria; nec sufficeret quodlibet interuallũ: sed requiritur tempus omnino separatum: vt si in contentione sermonis aliqua verba iniuriosa protulerit; postea intermediatis aliis sermonibus, rursus alia proferat verba iniuriosa; diceretur tamen vna iniuria tãtũ, incontinẽti facta, quia requiritur, quod omnino discessum sit ad alios actus, vt per eundem Fænut, *in loco supra citato,* & Cæpo *in cons.76. num.4. & cons.77. in fine.* Ego autem arbitror, quod vbi esset consuetudo, qua statuta interpretari solent, quod illa esset seruanda. Et quæ dicantur verba
iniuriosa, Gram *decis.14. nu.9. & 10.* & † in hac materia quæ di- 12
catur iniuria atrox; Menoch. *de arbit. Iud. cas. 263. fol. 271.* & 13
quo-

4 †quomodo fiat iniuria per verba impersonalia,& quomodo cognoscatur,si reproperatur iniuria animo iniuriandi,vel defendendi,Capic.*dec.*58.vbi habetur,quod iniuriatus non potest reproperare iniuriam contra iniuriatum,dicendo similem,velma-
15 iorem iniuriam. Et † generaliter dicas, quod quis quibussuis verbis offendatur, aut grauetur eius opinio; iniuriam patitur, vt per Lancellot. Conrad. *in tract. de iniuriantibus in sua*
*pract.crim.nu.*4.*& in tract de duell. & pac.concl.*27.*n.*1.& vbi *nu.*
16 10.habetur,quando iniuria verbalis etiam fiat absenti, & † non solum verbis expressis, sed etiam subdole dictis, & indirectis, quibus iniuria afficitur,immo etiam risu,& solo nutu,*d.conclus.*
17 11.*num.*1. & † iniuria, quæ fit per scripturam, dicitur verbalis,
18 Rom. *in consil.* 278. & † hoc procedit, siue iniuria inferatur in genere, siue in specie, Soc.*cons* 118.*nu.*1.*vol.*1. Est tamen minor iniuria,quando fit in genere, quam, quando fit in specie, & nominatur persona, Alcia. *in consil.* 40 *n* 7. *lib.*5.Bero. *in cons.* 161.
*col.*3.*&* 4.*vol.*3.& Bertaz.*in cons.*237 *n.*6.*vol.*1 & quomodo pro-
19 betur iniuria,&† remissio iniuriæ,vide Mascar.*de prob.concl* 902.
20 Item † adde, quod iniuria non fit sine dolo, Bal.*cons.*444 *nu.* 4.*vol.*4.Alexa *cons.*209.*num.*14.*lib.*6. Boss. *in tit.de iniur. num.* 13.ita vt non sufficiat etiam lata culpa, Bal.*cons.*277.*num.*2.*vol.* 5.Baiar.

21 c *Vel si appellauerit aliquem falsarium.*] Adde, † quod verbũ prolatum contra aliquem: tu falsum dicis, non infert, quod sit dictum dolose,& animo iniuriandi,nec ex proposito,sed potius ex lapsu linguæ,vt non præsumatur delictum,Salicet.*in l. Tutela,C.de integr.rest min.*quem refert, & sequitur Ferrer.*in consil.* 375.*num.*1.*vol.*2. Sed ego dubito, hoc verum non esse, si huiusmodi verba irato animo prolata fuissent,& credo, quod remittendum esset iudicis arbitrio, qui consideratis præcedentibus verbis,& modo, quo dicta fuissent, posset cognoscere, an lapsu linguæ,vel iniuriandi animo fuissent prolata. *Baiard.*

22 d *Tu es bonus homo.*) Adde † Card. *in c. ex litteris, de consuet.* & Neuiz.*in Sylua nupt.lib.*4 *n.*76.Baiar.

23 e *Vel fecerit aliquem incarcerari.*) Adde, † quod intelligens, ex fama aliquem esse suspectum de fuga,& eum incarcerari fecerit,excusatur ab iniuria, Cæpo.*cons.*70.*n* 13.Boer.*cons* 4 *num.* 43.& sufficit, si suam intentionem per vnum testem probauerit, vel semiplene,Bal *in l* 3 *C.de calumniat.*Ang.*in l. Athletas,§.calumniator, n* 7. *ff de his,qui not.infam.* Ias.*cons* 2.*n* 9. *vol.*1. & etiam excusari debet,si testes essent reprobati, Bart *in l.*1.*n.*6.*ff ad Turpill.*

24 Item adde,† quod etiam appellans non debet iniuriosa verba dicere contra iudicem, qui sententiam tulit, alias debet puniri pœna extraordinaria, vltra quod notatur infamia, *l iudici, ff.de iniur.*& quod plus est,puniri potest ab eodemmet iudice, & sine processu,sed de facto,quia defendit suam iurisdictionem, & honorẽ sui officij; & quia iniuria est notoria,quæ in appellationis libello,& penes notarium,qui est publica persona, Iudici infertur, vt per Paul. de Castr.*in l. Illud ff de appellat.* quem refert, & sequitur Grau.*in addit ad Prax. Vestr lib* 7.*cap.*3.*n.*31. & Meno.
25 *de arbitr.Iud.cas.* 263.*n* 7. *&* 8. tamen aduertendum est, † quod si appellans sententiam iniustam,vel iniquam dicat,non videtur per hoc conuitiari iudici;sed itademum,si impingat illi dolum, vt per Castr.*in d l. Illud*;nihilominus dicit Grauat.*in loco supra citato*,quod solet addi per appellantes; saluis semper vestris honore,& reuerentia, & in Regno Neap. semper dicitur, cum reuerentia.

26 Item adde,† quod dicendo Iudici, *al sindicato ti voglio,* infer-
27 tur iniuria,Bart.*in l. si tutor, ff.de author. tutor.* sed † officialis actione iniuriarum non tenetur, si animo corrigendi verbum iniuriosum protulerit, Oldr.*cons.*53.Natt.*cons.*462.*n.*20. & Fel. *in c.cum te.col.fi.in fin de sent. & re ind.*

28 Item adde, † quod allegans iudicem suspectum, & causas suspicationis non probans, actione iniuriarum tenetur Iudici allegato suspecto,Bal.*in cap. super, de offic.*& Ang.*in l quæ omnia,ff. de pact.*

29 Item adde,† quod si quis dixerit alicui,quod est nobilior, & probior eo,non tenetur actione iniuriarum, vt decisum fuit per Bart.& Guliel.de Cun.*in cons* 5.*vol.*1.*cons.crim.diuers.magna impress.* & Plot. *in cons.* 131.*nu.*20. *inter cons.crim.vol.*1.& Aleiat. *in cons.*2.*lib.*7.vbi dicit,quod non facit iniuriam,qui dicit,sum nobilis,& probus,sicut tu,& plus.

30 Item † adde quod dicens,aliquem esse impium,ingratum,pessimum hominem, & similia, non potest puniri pœna statuti punientis iniuriantem, cum non sint verba iniuriosa, sed diffamatoria, quia non descendit ad nominationem alicuius delicti in specie, & in indiuiduo, puta, quia non dixit, esse homicidam, adulterum,spurium,& similia,vt late per Ruin. *in cons.*162. *n.*2. *vol.*4.

31 Item adde,† quod dicens,tu es impudens,non tenetur actione iniuriarum, vt consuluit Natta *cons* 67 *in pr.*

32 Item adde,† quod iniuria verbalis est offensio personæ,sed nõ in personam,Bal.*in rub solut.matr.col* 2.*ver sed q.*Et ideo pœnalis promissio de non offendendo in personam non committitur per conuitium, siue iniuriam verbalem, Cæph. *cons.*190. *vol.* 2.

Item adde, † quod dicens: *Tu non ci vedi?* tenetur iniuriæ, 33
Gram.*decis.*14.

Item adde,† quod minæ inferunt iniuriam,Aug.de Arim.ad 34
Ang.*in ver.& dict Titius,se defendendo,col.*2.*vers.quæritur,*an ex solis minis,quem refert,& sequitur Bertaz.*cons.*434.*n.*8.*vol.*2.

Item adde, † quod supplicans si appellauerit aliquem homi- 35
nem malæ conditionis,& famæ,tenetur pœna statuti punientis
iniuriantem, Fel. *in cons.*46. *inter cons crim.tom.*2. & ibi dicit, † 36
quod statutum de iniuriante habet locum in scribente iniuriam: & idem tenet Bursat.*cons.* 94.*n.*5. sed si statutum diceret, quod
si quis alicui dixerit verba iniuriosa,† non comprehendit oblo- 37
quentem contra absentem,secundum Soc.*in c* 1 *nu.*3.*de maledic.* & statutum puniens verba iniuriosa habet locum etiam quando verba proferuntur in genere,licet non exprimatur certa species maleficij.ita Bar.*in l.*3.*ff de liber.& posth.*quem sequitur Fel vbi supra *nu.*16.

Item adde, † quod iniuria facta vni de familia intelligitur
facta omnibus de familia,*l. lex Cornelia,in princ.ff. de iniur.* Ti- 38
raqu *in tract de pæn caus.*51.*num.*88. & remittitur arbitrio iudicis, qui ex facti qualitate, & regionis consuetudine iudicabit, an etiam consanguineus vltra quartum,vel vlteriorem gradum ea iniuria affectus sit, Menoch.*de arbitr iud.cas.* 262.*&* 161.*n.*4. dicit, quod ista regula intelligitur, quoad ea, in quibus animũ affectum consideramus non quoad commodum aliquod,vt puta, quod omnis possit agere, vel pœnam conuentionalem consequi, & allegat Ias *in l si ita stipulatus, § Crisogonus,num.* 53. & Grammat. *in cons.*12.*num* 17. & Socin.*in capit.olim.n.*20. *de iniur.* dicit, quod licet iniuria facta vni de agnatione censeatur facta omnibus de illa parentela; † tamen non cuilibet de agna- 39
tione competit actio ciuilis iniuriarum, sed solum iniuriam passo,& ei qui illum habet in potestate; & quod alij criminaliter accusare possunt,per ea, quæ tradit Bart.*in d.l. lex Cornel ff. de iniur.*& per Soc.*in d c. olim eod.num* habetur etiam, † quod 40
iniuria illata colono, vel procuratori, siue negotiorum gestori, vel alij familiari libero,dominus,vel principalis poterit agere,si in eorum contumeliam iniuria facta fuerit, & etiam an iniuria facta vni de collegio facta intelligatur [illegible] collegio; & an collegium agere possit.

Item adde, † si vnus de domo,vel familia se subiecerit verbe- 41
ribus alterius, poterunt illi de domo, & familia agere pro iniuria illata sibi in altero, Soc. *in c.contingit,n.*10. *de sent.excom.* vbi dicit idem esse in clerico, si passus fuerit, se verberari, quia à clero pro iniuria sibi illata agi potest.

Item adde,† quod vocans meretricem, meretricem emenda- 42
tam,non tenetur actione iniuriarum,Luc. de Penn. *in leg errat. C.de castren pecul.lib.*12.Affl.*de feud.in titul.de pace iuram. firm. §.iniuria,n.*20.

Item adde,† quod delens aliena insignia, tenetur actione in- 43
iuriarum,Cagnol.*in l.*1.*num.*170.*ff.si cert pet.*ac etiam, si illa reponat & in pristinum restituat,Rip.*in d.l.*1.*num.*74.ac pœna arbitraria punitur, Marsil. *sing* 474. Menoch. *de arbitrar. cas.*281. *nu.*4.*cum seq.*Et multos alios casus pene infinitos,in quibus homo homini actione iniuriarũ teneri potest, enumerauit Afflict. *in tit.de pace iur.firman.in §.iniuria, nu.*23.& ideo ad eius dicta te remitto *Baiard.*

e *Quæro, nunquid, si quis intret, &c*) Adde,quod immo de iure fit iniuria Domino fundi priuati,si venator fundum ingrediatur ipso prohibente,est tex *in l.iniuriarum, §.vlt ff. de iniur. l diuus, ff. de seruitut. rust.præd.*Dec.*consil.* 197. Afflict. *super const. scire volumus,num* 9.& Couarr.2. *par.relect.§.*8.*num.* 2.*cum seq.*& ibi etiam habetur,quod venator licet inuito Domino fundum ingressus fuerit,non tenetur ad restitutionem auium,& ferarum:dicit tamen Boss. *in tit. de regal. in fin.*quod communiter tenetur, licere etiam in agris alienis recreationis causa venari cũ canibus,& auibus,nõ autem cum retibus,laqueis,faueis,& huiusmodi artibus fraudulentis,præterquam in capiendis,& occidendis bestijs nociuis,prout sunt apri, lupi,vrsi,leones, & similes, & an Principes, Barones, seu feudatarij possint venationem prohibere,Dec.*in cons.* 197. Couar.*vbi supra*, Boss *in dicto,tit. de regal.num.*42.Gramm.*in decis* 67.& latissime Io. Anton. de Nig. *in cap.*23.Grauamina *num.*114. vbi ponit multos casus, & in supradictis locis habetur etiam de cautelis, quibus facultas venandi acquiritur,& amittitur. *Baiard.*

f *Quod non*) Immo, quod sic, domino tamen prohibente, probat tex.*in l iniuriarum, § si ff.de iniur. & in § fera,inst. de rer. diuis.*Giach.

g *De cle. vena.*) Adde per Rolan.*consil* 9.*in* 2.*n* 25.Giach.

h *Item iniuria facta vxori.*) Idem de iniuria facta officiali Regis etiam volenti, quæ dicitur facta ipsi Regi, & punitur, per Car.*in prac f.*101.*n.*5.Giach.

Item iniuria facta vxore, &c.) Adde, † an,& quando iniuria
facta vni ex coniunctis censeatur facta alijs, Menoch. *de arbitr.* 44
iud.casu 162 Baiar.

i *Videatur.* [Far.*d.q.* 105. *insbect.* 6. *n.* 269. *& insbect.* 2.*num.*

25.& 26. *Item in spect. 9. nu. 384.* vbi de formà libelli agit, & maxime, *n.* 378. Rof.

Videatur.] Ad idem per Nat. *conf. 6. in pr.* Giach.

k *Scire debes, quod ex iniuria.*] Adde, quod cumulatio criminalis, & ciuilis fieri non poteſt, nam vtraque actio ad vindictam tendit. Bart. *in l. lex Cornelia, § ſi & in l. prætor edixit, § ſi dicatur, ff. de iniur.* & Maran. *de ord. indic. part. 4. diſtin. 1. num. 12.* Datur tamen remedium, vt poſſit intentari vtraque actio, tam in eodem libello, quam etiam poſt abſolutum primum iudicium, vt ſi in eodem libello vtramque actionem concipiatur, fiat proteſtatio, quod altera pœna concipiens contentus remanebit, ſi ea integre, & ſufficienter irrogata fuerit, alias, quod vtraque iniurians puniatur, Bal. *in l. quod tempore, ver. 2. quæro. C. de reſtit. milit.* vbi dicit, quod duo remedia, quæ electione tolluntur, poſſunt cumulari in eodem libello conditionaliter, quando ſunt talia, quod vnum ex altero oritur, quia non dicitur cumulatio, ſed potius quædam ſubordinata propoſitio, quem ſequitur Felyn. *in c. ſignificantibus col. pen. de libell. oblat.* & ſi libellus alteram tantum contineat actionem per conditionem, & proteſtationem ſupradictam poterit expedita prima alteri intentari per dictam deciſionem Baldi, altera cautela vti poteſt, vt ſcilicet, iniuriatus æſtimet iniuriam, & iniuriæ duntaxat æſtimationem petat, & in fine libelli reſeruationem faciat, quod ſi reus ſufficienter punitus non fuerit, reſeruat ſibi in altera actione ſatisfactionem omnimodã, quod facere poteſt per text. *in l. ſi tametſi, § cum redhibitoria, ff. de ædil. edict.* & ad prædicta vid. Laur. Tenni *in tractat. cautel. caut. 21.* vbi late. Baiard.

45 l *Ciuiliter agitur.*] Adde, † quod nedum cum expreſſim iniuria dicatur, actione iniuriarum agi poteſt, ſed etiam quando aliqua verba proferuntur, quæ quoad corticem iniuriam non ſonant, ſed in effectu iniurioſa ſunt; vt ſcribit Card. *in c. ex litteris, n. 1. de conſuet.* Neuiz. *in Sylua nupt. lib. 4 num. 76.* & Plaz. *c. 1. nu. 14.* vbi exemplificat in eo, qui dicit alicui, tu es vna bona mulier, & in eo qui dicit, doleo, quod fuiſti verberibus affectus, vt per Ang. *in l. veſtem. ff. de iniur.* & etiam de illis, qui ſub ſpecie pietatis iniuriant, dicendo, talis eſt perſona ſatis prudens, ſed doleo, quod ei ſucceſſit illud ſiniſtrum, quod à tali fuit multis verberibus percuſſus, vel quod eius vxor fuit inuenta cum tali, vt habetur per Carau. *in vltimo Ritu n 22.*

Item adde, quod iniuriatus non ſolum poteſt principaliter pro iniuria agere ciuiliter, vel criminaliter, ſed etiam incidenter ad damna, expenſas, & intereſſe iuxta tradita per Couar. *variar. reſolut. c. 10 num 7.* vbi late, & Gomez *de delict. c. 6. num. 9.* & ibi etiam ſi offenſus, & iniuriatus remandat claudus, vel aliquo membro perpetuo debilitatus, quod non poſſit exercere officium ſuum, qualiter per Iudicem fiat æſtimatio operarum.

Item adde, ſi tali iniuriato remanſit aliqua cicatrix, vel deformitas patens ex iniuria ſibi illata, illa non poteſt, nec debet æſtimari per offenſum, nec per iudicem tanquam damnum, vel intereſſe, quod non procedit in muliere ſaltem non nupta, nec in ſeruo, in quibus fieret æſtimatio cicatricis, ſeu deformitatis, tamen eo caſu, quod cicatrix, vel deformitas non debet æſtimari in homine libero, offenſus æſtimabit grauius offenſam ſuam, & rectus iudex grauius condemnabit, ita tradit Gomeſ. *de delictis, c. 6. nu 12* Roman. *conſ. 278.* Plaz. *lib. 1. c. 3. num. 36.* & Moton. *de fid treg & pace, q. 124. n. 23.*

Item adde, quod ſi ex iniuria illata ſequatur mors, non poteſt agi ciuiliter, etiam, quod ex iniuria duplex oriatur actio, ſcilicet ciuiliter, & criminaliter, ita habetur per Gomeſ *de delictis, cap. 6. num. 14.*

Item adde, quod pro iniuria iudex non poteſt ex officio procedere ad commodum partis offenſæ, niſi ad eius inſtantiam, ſecus vero, quo ad pœnam pecuniariam fiſco applicandam, etiam ſi iniuria fuiſſet remiſſa, ita Boſſ. *in tit. de iniuria. n. 31.* Baiar.

m *Etc.*] Sed ſi in eadem cauſa publico iudicio agatur interim debetur actio, ne publico iudicio præiudicetur *l. prætor, § 1. de iniur.* Far. *vt ſup. in ſpect. 2. n. 29. & ſeq.* Roſ.

Etc.] Et de omnibus vide per Grau. *conſ. 53.* Giach.

46 n *Sed nunquid in libello iniuriarum.*] Adde † quod Couar. *in li. 2. var. reſolut. c. 10. n 7. fol. 539.* tenet, quod imo actor debet taxare eius iniuriam cum iuramento ante ſententiam, plurimum enim dicit, deferre æſtimationem ipſius iniuriæ ab æſtimatione damnorum datorum, & expẽſarum: iniuriæ æſtimatio fit ad certam quantitatem iuratam ab iniuriato affectionis iuramento, ſalua ſemper Iudicis taxatione, de qua quantitate iurata moderatio fit, ſed damnorum, & expenſarum taxatio fit à Iudice, & quantitas ab eo diffinitur, & poſtea ab ipſo actore iuratur, dictã

47 quantitatem eſſe veram: † Et ſi quis æſtimaret iniuriam, quod voluiſſet potius amittere centum, vel mille, de bonis ſuis, quam dictam pati iniuriam; & non habuit tantum in bonis, quanti æſtimat iniuriam, tamen libellus procederet, vt ait Affl. *in cõſt.* varietates pœnarum; & ibi atteſtatur Gramm. ita vidiſſe ſeruari in magna Curia Vicariæ in diuerſis cauſis * & ſi quis promitteret ſtare diffinitioni offenſi circa æſtimationem iniuriæ, non ob id teneretur ſtare offenſo; ſed erit locus arbitrio boni viri, Viui. *opi. 671. vol. 2.* & quomodo ſit formandus libellus in Regno Neap. pro verbis iniurioſis, & an iudex poſſit procedere ex officio, & quod ſi iniuria facta fuiſſet viduis, pupillis, eccleſiaſticis, & alijs miſerabilib. perſonis, & quid ſi iniuria facto illata fuiſſet, Foller. *in fragm poſt pract. crim. in tit. de iniur.* Gram. *deciſ. 37. n. 22.* & latiſſime per Carau. *in vlt. ritu n. 7. cum ſeq.* Baiar.

o *Iniuriam ſibi illatam.*] Quid ſi illata ſit mihi volenti, & conſentienti, an poſſit agi iniuriarum actione. vide & dic, vt per practic. Conrad. *tit. de iniur. ſub n. 27.* Et adde per Iacob. de S. Geor. *in l. ſi vnus, § pacta n. 2 ff. de pactis.* Giach.

p *Taxatione iudicis.*) Far *d. loco in ſpect. 2. n. 30. & 49.* Roſ.

q *Sed quæro.*] Vtrum quis poſſit capi de perſona Affl. *in conſt. Regni humanitatem, n. 19.* de his qui fideiuſſores dare poſſ. Far. *vt ſup. in ſpect. 2. n. 56. & ſeq. ſex.* Item quando iniurians infamis efficiatur, *d. 2. inſpect. n. 61. & 65* Roſ.

Sed quæro, quæ ſit pœna iniuriæ, &c.) Adde † videndum Menoch. *de arbitr. iud. caſu. 163.* vbi late, quod inter iniurias aliquis datur gradus, cum aliquæ ſimpliciter iniuriæ, aliquæ atroces iniuriæ appellantur, & quibus pœnis coerceantur, vide etiam Grã. *in deciſ. 17. n. 11.* vbi dicit, quod, quando agitur criminaliter ex officio Iudicis ad denuntiationem partis, tũc Iudex ex officio poteſt arbitrari pœnam in corpus, vel in pecuniam applicãdam in totum Curiæ, * & pœna iniuriæ in Regno Neap. in qua iniuriãs fuerit condemnatus, ſiue per ſacramentum, ſiue per taxationem iudicis pro duabus partibus fiſco applicatur, vel Baroni, cuius eſt iuriſdictio, & pro alia tertia parte iniuriato, per Conſtit. varietatis pœnarum, & ibi Affl. & Carua. *in ritu 311. n. 18.* & in puniendis iniurijs tria ſunt præcipue cõſideranda, primo; qualitas iniuriarum, ſecundo qualitas iniuriati, & iniuriãtis; tertio, modus, quo illata fuit iniuria: ita tradit Lud. Peguer. *in deciſ. criminali 13. nu. 18.* vbi refert de quodam, qui dixerat alteri, quod erat Iudæus, & illud poſtea affirmauit in multis locis qui fuit condemnatus. quod duceretur per loca ſolita Ciuitatis ad publice reuocandum verba, quæ dixerat, & ad dicendum, *che haueua mal detto,* & quod per annum in exilium mitteretur, ſed ad iſtam honoris ſatisfactionẽ, puta ſe mentiendo, vel veniam petendo, aut famam reſtituendo, an Iudex iniuriantem cõdamnare debeat, late per Carau. *in vlt. ritu n 20.* vbi cõcludit veriſſimam eſſe opinionẽ, tam de iure, quam de conſuetudine, quod non tenetur condemnare ad ſatisfactionem honoris partium, licet in Hiſpania aliter ſtatutum ſit in quinque verbis iniurioſis ſcilicet leproſus, ſodomita, hæreticus, proditor, & cornutus, in quibus contumeliam dicens illam retractare debet coram Iudice, & honeſtis perſonis palinodiam canendo, & trecentum ſolidis mulctatur, ita tradit Couar. *var. reſolut. lib. 1. c. 11 n. 1.* & Plac. *epit. delict lib. 1. c. 1. n. 2.* Item adde, † quod iniuria commiſſa contra Doctorem efficitur grauior, & punitur lege Iulia *de vi. pub.* Guid. Papæ *deciſ. 88. n. 5.* & Crau. *conſ 168. n. 10.* 48

Item adde, † quod iniuria grauior cenſetur illius, qui ex conſulto iniuriam facit, quam qui non ex conſulto Ariſ. *problem. 29. q. 6.* & Petr. Foller. *in conſ 80. in pr. inter conſ. crim diuerſ. tom. 3.* 49

Item adde, quod iniuria facta perſonis Eccleſiaſticis capitali pœna punitur, dummodo quatuor inſimul concurrant. Primum, quod ſit Presbyter, vel Clericus; ſecundum, quod iniuria ſit facta tempore, quo celebrantur Diuina officia; tertium, quod fiat in Eccleſia; quartum, quod Diuina officia fuerint turbata, ita Bal. & Salice. *in Auth. ſed nouo iure, C. de epiſc. & cler.* & Ioan. Ant. de Nigr. *ſuper cap. Regni c. 149.* Rub. *de offen. violen. & iniur. illatis religioſis, n. 14.* vbi dicit, quod prædicta ſunt intelligenda pro atroci iniuria, & etiam intelliguntur de Litanijs, *vt in d. Auth.* & Diuina officia dicuntur Matutinum, Miſſæ, & Veſperæ, vt per Præpo. *in c. de his n. 7. diſt. 13.* Hæc autem omnia officia æquiparata fuerunt *per Clemen. 1. § fi.* vbi gl. & Card. *de Reli.* & venerat ſancto, inter quæ non connumerantur, neque Diuina officia cẽſentur horæ canonicæ per gloſſ. *in clem. 1. de celebra. Miſſa.* & de prædictis habetur etiam per Fab. *de Monteleo. in praxi arbitr. par. 4. fol. 370. n. 60. cum ſeq.* 50

* Item adde, quod iniuria facta clerico non dicitur reſpicere eccleſiam, quando improperatur ſibi aliqua qualitas, quæ licet ſit vilis, non tamen eſt verecunda Eccleſiæ talem prælatum ſuſtinere, ſicut eſt, ſi Epiſcopus ſit filius ruſtici, ſecus ſi improperatur aliqua qualitas ſibi, quæ induceret dedecus Eccleſiæ, ſi talem ſuſtineret, ſicut ſi prælatum ſimoniacum ſuſtineret, ita Præpoſ. *in c. ſi quis. 2. q. 7.* Baiar.

r *Modo ſit iniuria atrox.*] Adde Menoch. *de arbit. iud. caſu 203.* vbi plene hanc materiam tractauit, & quæ dicatur iniuria atrox, & quando iniuria fit Magiſtratui, & quomodo debeat fieri emẽdatio honorabilis, vide Franc. Marc. *in deciſ. 34. nu. 6.* vbi tenet, quod debent recognoſcere publice eorum errorem, & ſe dedicere, quod mentiti ſunt per os ſuum.

Et ad hanc quæſtionem an iniurians teneatur iniuriato ad ſatisfactionem iniuriæ, ſiue honoris, ita quod poſſit de hoc à Iudice in ſententia condẽnari, Couar. *var. reſol. lib. 1. c. 11 ſub n. 4. ver.*

inſtiſſi-

iustissimum tamen est,& lib.2.c.10.n.7.vers.tenetur item. Et magis latè Caran.*in vlt.Rit.n.*20.vbi concludit,quod de consuetudine per Iudices ad satisfactionem honoris iniuriantes non condemnatur.*Ba.*

51 s *Sed certe Ang.*] Adde † hoc dictum limitandum esse; vt per Clar. *infra q.72. vers. damnatum* videlicet dummodo in contumaciam non sit condemnatus *Baiard.*

52 t *Et sic aperto inclinat in sententiam.*] Adde,†quod Tiraqu.*in tract.de Iud.in reb exig.ser.q.64.* tenet contrarium,quod videlicet condemnatus pro leui iniuria non efficiatur infamis , & istā esse communem opinionem attestatur Viu.*comm. opin.verb. infamis non efficitur.*Baiard.

u *Tollitur autem.*] Sed an ista exceptio præscriptionis sit dilatoria an peremptoria , ita quod post litem contestatam opponi possit,& super ea diffinitiue pronuntiari, vide per Cæpol. *crim.cons.70.in 2.dub.*vbi plene. *Giach.*

53 *Tollitur autem actio iniuriarum.*] Adde,† quod actio iniuriarum criminalis durat anno nisi in tribus casibus , videlicet si quis pulsatus fuerit,aut verberatus ; aut domus sua vi introita in quibus est perpetua,quia descendit à *l.Cornelia l.lex Cornelia in princip.ff.de iniur.*Cæpol.*cons.70.num.3.* & est communis opinio. Suarez *recept sen.in verb iniuriarum, n.*70. & Boet *in decis.289. num.11.*vbi dicit, quod si quis fuerit vulneratus,post annum poterit agere pro iniuria , & interesse suo etiam si delinquens pro vulneribus per iudicem fuisset punitus.

54 Item adde,† quod actio ciuilis iniuriarū annali præscriptione etiam tollitur,nisi intra annum à tempore illatæ iniuriæ cōputandum,lis fuerit contestata;*l si non conuitij, C. de iniur.*Rot. Rom. *decis.240. pro iniuriis verbalibus in nou.* vbi adest longa additio,quam refert,& sequitur Bald.*in loco hic allegato.*

Item adde, quod talis actio iniuriarum non solum perpetuatur per litis contestationem , sed etiam per libellum datū Principi *l 1.& 2.quando libel.Princ.dat.*& Soc.*in c si culpa in fi.de iniur.& dam.dat.*vbi plene in hac materia,quando tempore præscribatur actio iniuriarum.

55 Item adde,† quod actio criminalis iniuriarum nō datur hæredi,nec in hæredem duabus rationibus , gl. *in l. iniuriarum,la prima,in princ ff de iniur.* Angus.*cons.21.num.4. lib 3.* cedi tamen potest Paul de Castr.*in l.vlt.num.4.C.de hæred.re actio.vend.*

56 Item adde , † quod exceptio præscriptionis actionis iniuriarum est mixta, & potest opponi ante litem contestatam,& post, & si in vim dilatorie opponitur , litis ingressum impedit , Cæpoll.*dict.cons 70.n.6.cum seq.*

57 Item adde,† quod annus non est continuus,sed vtilis,quando vni fit iniuria,per metum Cæpol.*d.cons.70.n.4.* Baiard.

x *Item tollitur.*] Vulpell.*cons.1.nu.10.& cons 97.num.1. & 9.* Farin.*num.352.376.* & quot modis iniuriarum actio remittatur. Far.*d q 105.inspect.8.nu.334. & seq.* vbi tradit nouem coniecturas *Ros.*

58 *Item tollitur per conuersationem.*] Adde,† quod iniuria remittitur dissimulatione,vt si risit,vel lusit iniuriatus cū iniuriante, vel comedit cum eo postea , præsertim , si ex parte iniuriantis aliqua bona merita processerunt,vel si fuit ipsum alloquutus,æquo tamen animo,vel confabulatus. Item, si salutauit iniuriantem ; item,si cum amicabilibus verbis misit ad eum litteras, nuncium,vel exemplum, vt plene per Lucam de Pen.*in l.vnica, nu. 22.vers. Nono quæritur,* ibi iniuria quippe.Et quibus modis iniuria censeatur remissa,latè Menoch. *de præsumpt. lib.3.præsum. 114.*Mascar.*de prob. concl. 902. vol. 2.* & per Viui.*in dec.330.* vbi septem signa ponit,quibus reconciliatio præsumitur. Et quando comedunt simul,intellige,si sponte hoc faciunt:secus,si causa honestatis,quod forte sunt inuitati in aliquo conuiuio,& sedent ad vnam mensam insimul ; nam per hoc non censetur remissa iniuria,Io.Fab.& post eum Ang.*in § fin. Institut.de iniur.* sicut quando quis recipit inimicum ad osculum pacis in Ecclesia,per hoc non censetur remissa iniuria,*clem fin.de sen.excomm.* & Ioan.de Amic.*cons.4.num.15. vers exemplum sunt duo inimici.*Bal.*in c.1.quibus mod.feu.amitt.*& Paris de Put. *de syndic.in c. vltimo circa prædicta quæro, num.4.* Sed aduertendum est,quod producto libello per iniuriatum,conuersatione, & similibus actibus actio iniuriarum non tollitur, Capell. Tolos.*decis.433.*&

59 † ista tacita remissio iniuriæ ita sufficit, sicut expressa,vt accusatio fieri non possit;ita Fabr. & Ang. *in §.fin. instit. de iniur.* & Luc.de Pen.*in l.1. C. de publ. latit. lib. 12.* in quibus locis habetur,quæ virtus sit tacitæ remissionis. Sed in Regno Neap. non sufficit tacita remissio, sed requiritur , vt expresse fiat,& in iudicio secundum Regias Pragm *sub tit.de composit.*

Item adde,quod iniuria censetur remissa , licet inter se iniuriati contrahant,Bertaz.*in cons.361. num.5.* vbi declarat dictum Baldi,qui videtur tenere contrarium *in cap.1. num.14 de prohib. feud.alien.per Feder.* vt scilicet procedat in contractu gratuito, & non in contractu vltro,citroque obligatorio *Baiard.*

y *Per remissionem expressam.*] Item an,& quando remittatur salutatione,commestione,& osculatione , & huiusmodi signis, vide per Aufferi.ad decis Capell.Tolosa.465.& dixi plene *in li. annota.super stat.Ferra.sub rub.*quod de rixis,& iniur. pace fact. *fol.780.*vbi aliquas etiam adnotaui singul.declarationes.*Giac.*

z *Quæro nunc.*] Adde,quod iniuria verbalis dicitur , quando ego dico : Non fui condemnatus de falso, vel hæresi,vel alio simili crimine; vel si dixero : de domo mea non sunt meretrices; vt per Boer.*cons.4.* Item iniuria committitur contra Titium, quando ego vtor eius veste in eius contemptum. Boe. *d.cons.4. n.15.cum seq.* Item iniuriarum actio datur contra illum , qui fecit actum minus iuridicum.Vt quia sine causa fecit in ius citari,per Gui.Pap.*q.324.* vbi Add. verum intelligit, vbi quis ad talem actum processit animo iniuriandi , & de hoc constat, quia in dubio non præsumitur , & ideo conueniri debet actione in factum ex quasi maleficio , per tradita per Bar.*in l. iniuriarum,§.item Labeo ff.de iniur.*Idem de aliis vide per Conta. *in pratorio.de iniuria,per totum.*Giach.

Quæro nunc.]Far.*vbi sup.3.inspect.n.113.*Ros.

Quæro nunc.]Adde, † quod nec statur iuramento iniuriantis, quod non fecerit animo iniuriandi, nisi probet, Alex. de Neuo 60
in cons.82.n.6. Sed vide Cagnol.*in l.quicquid calore iracundia,n. 14.de regul.iur.* vbi multos allegauit tenentes , quod † iniuria reuocari possit : sed verior est , quod non possit reuocari, vt per 61
Addent.ad Bertaz. *in cons.307.* vbi late , quid agendum esset, quatenus alia opinio esset magis vera.

Item † adde , quod erga notarium non tenetur actione iniuriarum ille,qui non animo iniuriandi,sed,vt sibi prodesset supplicando Principi , dixit donationem quandam non fuisse factam in testamento,vel non publicatam , Bertaz *cons.214.* Paseth.*cons.183.*sed † in hac materia , quando supplici libello immissum est aliquid, quod in alterius iniuriam trahi potest,licet suppressis nominibus , quod pœna iniuriarum teneatur, scribit Purpur.*cons.524.*Baiard. 62 63

a *Tu mentiris.*] Vide ad materiam per Carer.*in pract.crim.§. homicidium 6.n.103.*Giach.

b *Cæterum si subessent.*] Far.*d.q.105.inspect.7.num.306.& 315. cum seq.*Ros.

c *Quæro etiam*]Far.*d.q 105.inspect.5.n.245.249. & inspect.7. n.306.& q.121 par.2.n.113.*Ros.

Quæro etiam nunquid,&c.]Adde,† quod statutum de iniuriis 64
non comprehendit illum,qui dicit, *Tu mentiris,* vt quia sibi fuit dictum:*Tu es fur,proditor,& similia*;& sic data fuit mentita ad tuendum suum honorem;Menoch. *in cons.41.* vbi multum diffuse,Alcia.*cons.248.& 288.* Moron.*in tract. de fid.treug & pace, q.161.n.12.* Et hoc est verum, etiam si dicat in Iudicio secundū Iacobum de Beluis. *in pract. in tit. de iniur.* & quod prouocatus verbis iniuriosis possit illi iniuriose respondere, Paul. de Castr. An.& Modern.*in l fin.ff quod quisque iur.* Natt *cons.6.num.5.* & contra Clar.tenet Paulus Granut *proœm.5.per totum.* Sed in hac quæstione vide omnino Bolognett. *in l.vt vim nu.94. & 95. ff. de iust.& iur.*vbi † tenet,quod prouocatus verbis iniuriosis potest dare mentitam,vel alias obiicere iniurias,vel dare alapam; 65
& latissime melius,quam alij, hanc materiam tractauit, declarando , in quibus casibus hæc fieri possint, & cuius naturæ sit mentita : & an possit dari mentita supra mentitam;vide etiam Addent.ad Bertaz. *consil.135. littera A. & consil.358.* vbi dicunt, quod contra Clarum iudicarent,prout ego bis iudicaui; nam si licet hominem pro defensione honoris sui interficere , vt ipse Clar. fatetur *in §.homicidium , ver. idemque* ergo multo magis verba proferre licebit , dummodo mentita sit data ad repulsandam iniuriam,& incontinenti, & non ex interuallo, quia tunc non est licita.vt ait Boss.*in tit.de homicid.nu.87.* & vbi mentita esset prohibita , erit punibilis , etiamsi dictum fuisset saluo honore suo.Menoch.*in d.cons 41. n.32.* & iniuriatus per aliam iniuriam propulsare potest , quia iniuria alia iniuria compensatur,Plac.*epit.delictor.lib.1.c.11.num.21.* & † ibi etiam an iniuriam 66
verbis illatam armis repellere liceat.

Item adde, † quod in foro conscientiæ licet dare mentitam 67
ad repulsandam iniuriam , vel dicere iniuriantem esse mendacem,sed non licet appellare iniuriantem latronem , vel concubinarium , & similia , quia hoc esset vlcisci,& non defendere; Dominus Sot.*de iust & iur.libr.5 q.9.art.3.col.2 in fine,*& mentiri dicitur,qui falsum scienter dixerit, Paris de Put.*in tract.de duello,lib.6.c.15.n.2.*Soc.iun.*cons.123.n.11. cum seq.vol.1.* Baiard.

d *Tu mentiris.*]At secus si dicas,non verum vel falsum dicis, quia non intelligatur,quod ex proposito dicat, non dicitur iniuriam inferre.vt per Salyc.& Iacob.*de S.Georg.in l.de tutela,C. de in integr. restit. min.* Iason *in l.Turpia, num. fin.ff de leg.1.* & per Conta.*vbi sup fol.410.num.31.* Item vtrum iniuriatus possit reproperare iniuriam contra iniuriantem,dicendo eidem similem,vel maiorem iniuriam,vide per Capyc. *decis.58. per totum.* Item iniuriarum actione tenetur non probans crimen propositum excipiendo,Felyn.*in cap.denique,num.18.de except.*Anchar. *cons.325.*vide Boer.semper *d.cons 4. & decis. Tholos.406. in Additio.* Item, an & quando dolus dolo compensetur in malefi-

ciis, vide per Lu. Carer. *in pract. crim. §. homicidinin. 6. num.* 104. *& seq.* vbi plene concordantes allegat, & post eos declarat mutua compensatione tolli, quando respicit interesse partis, secus quo ad fiscum, quia non datur compensatio in delictis in præiudicium fisci, sed pœna tenet suos auctores, & vnusquisque punitur iuxta suum delictum. Iacob. de S. Georg. autem *in l. illud eleganter, in 2. lectu, ff. quod quisque iur. col.* 1. respondendo ad argumentum, quod paria delicta mutua compensatione tolluntur: dicit hoc debere intelligi, quando est delictum circa idem, secus si circa diuersa: quæ omnia bene nota, & ad illud de dicente sibi iniurianti similem, vel aliam iniuriam, quod non debeat euadere impunis, sed puniri, mitius tamen, adde, vt per Iaco. vbi supra *in 1. lect. sub nu.* 9. Giach.

e *Sed bene prouocatus.*] Bal. *cons.* 45. *lib.* 1. Ros.

f *Item quæro.*] Fat. *d. inspect.* 5. *nu.* 219. *& seq.* vbi recenset tresdecim opiniones. *Ros.*

68 *Item quæro nunquid, &c.*] Adde, † quod si dicatur alicui iniuria non vera, quæ in socio, qui secum sit, vera sit; socius habet actio-
69 nem iniuriarum, Ias. *in l. turpia, n.* 10 *ff de leg.* 1. Et de iniuriante, & verum dicente, videatur Rom. per conclusiones distinctas, procedens *in cons* 96. & Didac. *var. resol. lib.* 1. *c.* 11. vbi latissime, & Plac. *epit. delict. c.* 1. *n.* 2 *lib.* 1.

70 Item adde, † quod etiam dicens alicui bastardum, vel excommunicatum non tenetur actione iniuriarum, etiamsi ille esset legitimatus, vel absolutus, si non apparet, quod notitiam habue-
71 rit de legitimatione, & absolutione, Dec. *cons* 102. *tomo* 1 *diuers. crimin. mag. Impress* & quando iniuria vera sit, & eius patefactio concernat bonum publicum, an possit agere actione iniuriarum, vide Gramm *decis.* 37. vbi tenet, quod sic, si adest animus, & voluntas iniuriandi ita etiam tenet Lu Peguer. *decis crim.* 13 *per totam.*

72 Item adde, † quod obiiciens alicui crimen post restitutionem Principis factam, iniuriarum tenetur, quia nullo modo reipublicæ interest, crimen obiectum detegi, vt illud puniretur, cum Principis gratia remissum, & extinctum esset. Crau. *consil.* 168. *num.* 3. vbi, & quando scientia præsumatur, quod gratia sit concessa. *Baiard.*

g *Et hoc etiamsi*] Far *dicta inspect.* 5. *nu* 233. *&* 246. Oldra. *dict. consil* 53. Capella. Tholos. *decisione* 410. Magon. *decisione Lucensi* 26 Farin. *quæst.* 91. *n.* 30. *volum.* 4. *cum seq. & q.* 105. 3. *inspect. n.* 151. *&* 154. Ros.

h *Quæro quid si iniurians.*] Quæ requirantur, vt pœnitentia iniuriantem excuset. Neuiz. *cons.* 76. Ros.

Quæro quid.] Et intra quantum tempus dicens alicui verba iniuriosa possit per pœnitentiam reuocare ad tollendum, & extinguendum iniuriarum actionem. Vide per Cagnolum *in l. quicquid calore, nu.* 11. *cum duobus seq. ff. de reg. iur.* & per Bossium *tit. de iniur. nu.* 22. & nouissime Natt. *eius cons.* 671. *col. fin.* vbi tenet opinionem Cagnol. tanquam benigniorem, & humaniorem, quod
73 † vsque ad litis contestationem iniuria possit reuocari, non autem post; quia tunc quæsitum est ius irreuocabiliter iniuriam passo ad hæredem transmissibile per *l. iniuriarum actio, vlt. ff. eod.* Sed vsque ad litis contestationem bene potest per pœnitentiam reuocari, & eo modo satisfieri iniuriam passo, & ista opi. inter varias debet præualere, vt per Nat. *ibid.* Giac.

Quæro, quid si iniurians.] Adde † videndum Flor. *in cons.* 131. *nu.*
74 17. *inter cons. crim diuers. tom.* 1. vbi tenuit, quod quælibet iniuria verbalis reuocatur per reuocationem verborum iniuriosorum factam per iniuriantem, ita quod nec ciuiliter, nec criminaliter agi potest pro tali iniuria, etiamsi reuocaretur cum honestate iniuriantis, puta, quia dicat, quod ea, quæ dixit, non sunt vera; & quod ea dixit calore iracundiæ, vel male informatus; & ibi allegat multos idem tenentes.

Et si opinio Flo. esset verior, procederet, si reuocatio fieret in illo loco, vbi verba iniuriosa fuerint prolata, & si palam, palam reuocentur, & incontinenti, antequam iniuriatus recedat à loco iniuriæ, ita Addentes ad Bertaz. *in cons.* 307. *vol.* 2. sed opinio D. Clari iudicio meo est sequenda. *Baiard.*

§. LÆSÆ MAIEST. CRIMEN.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Læsæ Maiestatis crimen pluribus modis committitur.*
2 *Læsæ Maiestatis crimen committitur non modo contra personam Papæ, vel Imperatoris, sed etiam contra Reges, principes, vel ciuitates, quæ superiorem non recognoscunt.*
3 *Et an contra principes, vel ciuitates, quæ superiorem recognoscunt.*
4 *Et an offendens Cardinalem incurrat crimen læsæ Maiestatis.*
5 *Et an offendens consiliarium principis.*
6 *Et an ille, qui non est subditus, dicatur committere crimen læsæ Maiestatis.*
7 *Et quid in clerico.*
8 *Criminis læsæ Maiest. pœna quæ sit.*
9 *Et an ex hoc crimine bona publicentur.*
10 *Et an dispositio* l. quisquis. *habeat locum contra filias fœminas.*
11 *Et an contra filios naturales.*
12 *Et quid in filiis natis ante delictum.*
Et quid in filio concepto post bannum, ibid.
13 *Et an habeat locum etiam contra nepotes.*
14 *Et an hæ pœnæ statutæ contra filios habeant locum etiam, quando crimen læsæ Maiestatis non est commissum contra Imperatorem, vel Rempublicam Romanam.*
15 *Et an in hoc crimine puniatur affectus, etsi non sequatur effectus.*
16 *Et an in hoc crimine possit post mortem procedi.*
17 *Et an rebellis impune occidi, & deinde probari, quod erat rebellis.*
18 *Et an in hoc crimine possit procedi contra absentem.*

Ex Additionibus.

1 *Læsæ Maiestatis criminis duo sunt capita.*
Et quæ sit pœna vtriusq; n. eod.
2 *Læsæ Maiestatis crimen quinque & quadraginta modis committitur.*
3 *Læsæ Maiestatis crimen committitur contra Imperatorem, Remp. Regem, & quemlibet alium Dominum non recognoscentem superiorem.*
4 *Et Vasalli recognoscentes Regem, si se contra Barones rebellent, qua pœna sunt plectendi.*
5 *Læsæ Maiestatis Rei contra alium, quam Regem, vel eius Consiliarium, filiis non auferantur bona.*
6 *Læsæ Maiestatis crimen qualiter in primo, vel in secundo capite committatur, remiss.*
7 *Læsæ Maiestatis, & falsi pœnam incurrit faciens sibi domum aperiri, sub nomine officialis.*
8 *Læsæ Maiestatis crimen excluditur, vbi alia coniectura minoris delicti sumi potest.*
9 *Vasallus excusatur à crimine Læsæ Maiestatis, si ob metum amittendi bona hostes Domini adiuuerit.*
10 *Maledicentes Principi, qua pœna sint feriendi.*
11 *Et maledicens Pontifici, vel Episcopo non punitur.*
Læsæ Maiesta. reus ex affectu mutationis status non efficitur, n. eod.
12 *Læsæ Maiestatis crimen incurrit offendens Sedis Apostolicæ Legatum, Cardinalem, Patriarcham, Archiepiscopum, Episcopum, vel eius Vicarium.*
13 *Et an occidens officialem Principis.*
14 *Læsæ Maiestatis crimen committit etiam non subditus.*
15 *Et quid in Clerico remissiue.*
16 *Læsæ Maiestatis crimen requirit declaratoriam Iudicis.*
17 *Et qualiter sit facienda declaratoria pro publicatione bonorum, remissiue.*
18 *Læsæ Maiestatis pœna ex l. quisquis C. ad l. Iul. Maiest. non habent locum contra filias dotandas.*
19 *Nec etiam contra filios clericos.*
20 *Et quid in filio emancipato.*
21 *Et filius tenetur pro patre, sed non è contra.*
22 *Et an priuetur feudo, vel emphiteosi ob læsam Maiestatem à patre.*
23 *Et natus post delictum patris non sit obnoxius huiusmodi pœnis.*
24 *Et pœna patris nocet filiis in bonis obuenientibus ex eius persona.*
25 *Læsæ Maiestatis criminis vnum, & triginta specialia.*
Læsæ Maiestatis cognitio an veniat in concessionem meri, & mixti Imperij, vel Regalium. num. eod.

Filius

Filius potest accusare patrem de læsa Maiestate, absque ingratitudinis nota. n. eod.

26 *Læsæ Maiestatis affectus cum alio communicatus, fit punibilis.*

27 *Læsæ Maiestatis crimen an extinguatur morte, remiss.*

28 *Et qualiter sit procedendum.*

29 *Et quid si committatur contra Principes inferiores.*

30 *Et quæ probationes requirantur.*

31 *Rebellis quis dicatur, remissiue.*
Et an requiratur sententia, vel declaratoria sufficiat, remissiue. nu. eod.

32 *Et an bona rebellis transeant in fiscum ipso iure, remiss. Rebellio quando ex inobedientia incurratur,* n. eod.

33 *Et eo casu bonis publicatis filius potest agere pro recuperatione.*

34 *Rebellis crimen patefaciens, quid lucretur.*

35 *Læsæ Maiestatis crimen contra absentem agitatur, & quandoque contra non citatum.*

LÆsæ Maiestatis crimen, pluribus modis committitur, quos eleganter, & copiose recenset Gigas *de crimine Læsæ Maiestatis in rubr. qualiter, & à quibus, &c.* & Franciscus Lucanus *de priuilegio fisci, in secunda parte principali, in rubr. de crim. Læsæ Maiestatis.*

b Et potest poni exemplum in subdito, qui fecerat tractatum contra personam Domini, vt in casu in quo consuluit Soc. iun. *cons.* 105. *lib.* 3. & Alciat. *cons.* 456. Vel contra statutum Principis, vel Reipubl. vt in casu Bald. *cons.* 58. *& seq. lib.* 1. & Alex. *cons.* 13. *lib.* 6. & Ias. *cons.* 86. *libro* 3. Alciat. *cons.* 453. Vel qui ciuitatis ipsius dominium tyrannice occupauerit, vt in casu Socin. *cons.* 22. *libro* 1. Vel patriam oppugnauerit, vt in casu Socin. *consil.* 275. *lib.* 2. Vel armatus venerit in bello contra principem suum, in casu Alciat. *cons.* 467. c quia cum hostibus domini pacem, & amicitiam contraxerit, vt in casu Decij, *consil.* 604. 605. *&* 690. Grammatici *consil.* 13. *&* 32.

Vel quia tentauerit tanquam hostis occupare castra vel ciuitates ipsius domini, prout contigit in quodam Io. de Landriano, qui, dum inseruiret Gallis, decreuerat occupare oppidum Abbatis Crassi, & tam ipse cum sociis, quam Gabriel Burrus, qui sciens eos receptauerat, & auxilium eis dederat, fuerunt capite truncati, & in frusta scissi, 7. Septemb. 1535. C.C.

Vel quod castra ipsa inuaserit, & occupauerit, vt in casu Ruin. *cons.* 1. *&* 2. *lib.* 5. Item potest poni exemplum in custode arcis seu castri, qui illud tradat hostibus prout in quodam Gallo castellano Castelletti Genuensis, qui vendidit ipsum castelletum Genuensibus, & fuit propterea capite truncatus, & rotæ ligneæ z insertus, vt refert Boer. *de custod. clauium, num.* 25. Vel etiam si non vendidit, sed illud hostibus tradidit; vt in casu Cornei, *cons.* 96. *lib.* 4. Potest etiam exemplum poni in eo, qui destruxit manu armata pontem existentem in territorio domini sui, quod tamen si factum fuerit sine dolo, excusationem meretur, vt in facti contingentia eleganter consuluit Cephal. *cons.* 75. *& seq. lib.* 1. Vel quia reuelauerit secreta Principis, vt in casu Marſ. *consil.* 1. d Item secundum aliquos potest poni exemplum in eo, *e* qui de principe, aut domino suo oblocutus fuerit, in quo tamen videnda sunt ea, quæ in facti contingentiis scripsit Ruin. *consil.* 145. *lib.* 5. & Crauett. f *consil.* 6. *&* 9.

g Committitur autem crimen læsæ Maiestatis non modo contra Papam, & Imperatorem, sed etiam contra Reges, Principes, vel Ciuitates, quæ superiorem non recognoscunt. Et ita concludunt Doctores omnes, nemine excepto, vt dicit Gigas de crimine Læsæ Maiestatis, *fol.* 30. *q.* 28. Hanc etiam attestatur esse commun. opin. Boss. *in t. de crim. Læsæ Maiest.* h *n.* 51.

i Dubium est, nunquid crimen læsæ Maiest. dicatur 3
committi etiam contra principes inferiores, & ciuitates, quæ superiorem recognoscunt. Et certe de iure loquendo, iste articulus magnam habet difficultatem, & *k* multi tenent, quod dispositio *l. quisquis, C. ad leg. Iul. maiest.* non habeat locum contra committentes crimen læsæ Maiest. contra huiusmodi Principes, vel ciuitates superiores recognoscentes. Et hanc opi. dixit esse communem Soc. *cons.* 275. *post nu.* 1. *lib.* 2. quem refert Ruin. *cons.* 3. *post n.* 12. *lib.* 5. Sed certè quicquid sit de iure, dicit Paul. de Castr. *in l.* 3. *nu.* 6. *in fine, C. de Episcop. aud.* quod de facto seruatur, videre suo, quod etiam in istis ciuitatibus attentantes contra earum statum, puniuntur de crimine læsæ Maiestat. siue recognoscant superiorem, *l* siue non. Et hoc dictum Pauli de Castr. refert Brunus *cons. Feudali* 28. *n.* 18. *n.* 3. & Gigas *in tractat. praall. fol.* 30. *quæst.* 29. Ita etiam de consuetudine in Italia seruari attestatur Cæpolla *cons. crim.* 17. *nu.* 19. quem refert Socin. iun. *cons.* 105. *nu.* 34. *libr.* 3. & Boss. *in loco praalleg. post nu.* 51. prout etiam de facto seruatum fuisse refert Guido Pap. *decis.* 344. pone aliquis, in quodam, qui conspirauerat in necem Amadei Ducis Sabaudiæ, de quo arresto mentionem facit Papo *lib.* 22. *tit.* 1. *arresto* 1. Quinimo etiam de iure loquendo, hanc opin. dicit esse communem Alexand. *cons.* 13. *nu.* 2. *lib.* 6. prout illum refert Rol. *cons.* 88. *num.* 1. *lib.* 2. Barb. *cons.* 70. *num.* 34. *lib.* 4. Alciat. *cons.* 456. *in primis verbis.* Et stante consuetudine, ita seruandum esset, quo ad ipsum principalem delinquentem, licet quo ad filios aliud sit, vt dixi infra, *vers. vnum tamen.*

m Quæro nunquid offendens Cardinalem incurrat 4
crimen læsæ Maiest. Respond. quod sic, & est communis opin. Doctorum, vt ait Gigas *in tractatu praallegato fol.* 7. *q.* 1. *num.* 1. Sunt enim Cardinales tanquam fratres Papæ, & pars corporis ipsius.

n Quæro etiam nunquid offendens Consiliarium 5
Principis incurrat crimen læsæ Maiest. Respond. Hæc quæstio contigit de facto in personam excellentis Doctoris, & magni Feudistæ, D. Andreæ de Isern. qui fuit trucidatus in ciuitate Neapolis tempore Reginæ Ioannæ, eius nominis vndecimæ cuius ipse erat consiliarius, & fuit determinatum, quod sic, vt dicit Paris Put. *de synd. folio* 124. *n.* 14. & refert Afflict. *super* 1. *p. const. regni, rubr.* 29. *nu.* 6. Et ita in facti contingentia consuluit Rubeus *consil.* 145. Et licet *o* aliqui distinguant, an id fiat in odium principis, vt s. priuetur illo Consiliario, *p* an ob priuatum odium ipsius Consiliarij, ego tamen indistincte teneo, quod committatur crimen læsæ Maiestat. nam Consiliarij sunt pars corporis ipsius Principis, & ideo illos offendens indistincte censendus est principem offendere, semper tamen intelligo de Consiliariis residentibus apud personam Principis, & sedentibus eius supremo consistorio, *q* & non aliter.

r Vidi quandoque dubitari, nunquid ille, qui non 6
est subditus Principi, dicatur contra eum committere crimen læsæ Maiestatis. Et dicendum est, quod non; ita probat text. *in clem. pastoralis,* vbi gloss. *in verbo, Non subfuit, de re iud.* & est communis Doctorum sententia, vt ait Roland. *consil.* 4. *num.* 1. Et ideo licet aliquo particulari iure, puta feudi, vel delicti, quis efficiatur de foro alicuius Principis, si tamen ratione originis, vel domicilij, ei non sit subditus, non dicitur committere contra eum crimen læsæ Maiestatis. Et ita sentiunt communiter Doctores, vt dicit Gigas *in tractat. praallega. fol.* 54 *qu.* 68. *post numer.* 2. Et ita vidi pluries in facto iudicari, & in specie in causa D. Cornelij Bentiuoli, 4. Nouemb. 1557. P. N. Reperio etiam, quod Senatus rescripsit Regi 17. Aprilis 1561. A. C. in caussa Scipionis Vicomercati, quod illegitimè natus extra Dominium ex subdito bannito propter rebellionem, & muliere

extra,non dicitur rebellis,etiamsi si sit legitimatus: quæ est magna decisio.

7 t Hinc infertur,quod licet clerici nati in terris subditis alicui principali laico, dicantur naturaliter, siue originariè esse de dominio, & ditione illius Principis, prout tenere communiter Doctores attestatur Gigas *de crimine læsæ Maiestatis,fol.50.quæst.63.num.2.* nihilominus u cum reuera post clericatum iam non possint verè dici subditi ipsius Principis, non possunt dici contra eum committere crimen læsæ maiestatis. Et hanc dicit esse communem opin. Card. Alex. *in c.in primis,§. de persona,col.5.vers.nono obest, opin.2. qu.3.* quem refert Gomes.*in §.Rursus,post num. 24. inst. de action.* Et ita in facti contingentia Senatus censuit quendam Laurentium Vicomercatum, cui imputabatur, quod inseruisset Gallis, absolutum fuisse, constituto, quod esset perpetuus Commendatarius cuiusdam Abbatiæ, 19.Septemb. 1544 B.P.Reperio tamen,quod Senatus in caussa cuiusdam presbyteri appellati Don Iacob. Pigocij, qui conduxerat hostes ad oppugnandum quoddam oppidum huius Dominij, & consilia, & auxilia eis dederat,inclinauit in contrariam sententiam, quod s.videretur incidisse in crimen læsæ Maiestatis, & hortatus est Vicariũ Episcopalem Cremonæ, apud quem ille presbyter reperiebatur detentus,vt viriliter contra eum procederet, & admitteret prætorem ad perficiendum processum. Sed credo, quod propter decretum gratiosum statim fere subsecutum, fuerit relaxatus. Caueant tamen in omnem casum clerici,ne talibus se immisceant, quia licet hæc conclusio sit de iure vera, tamen x Principes seculares de facto seruant contrarium, vt dixi infra *hoc eod. lib.§.fin.q.36.vers quæro nunquid,*& in ciuitate Florentiæ fuit alias propter hoc crimen suspensus quidam Archiepiscopus.

8 y Sed quæro,quæ sit pœna committentis crimen læsæ maiestatis. Resp. quod est pœna mortis. Et de consuetudine solent huius criminis rei, viui in frusta scindi, & appendi in locis eminentibus ciuitatum, seu castrorum,in quibus deliquerunt.

9 z Præterea,licet hodie,secundum ius commune, bona damnatorum non confiscentur, & hoc ex dispositione *authentica,bona damnatorum. C. de bon.proscript.*in hoc tamen crimine bona confiscantur, vt dicit glo. *in ea authent.bona damnatorum, in verbo,Fisco*, quam sequuntur DD.vt dicit Cæpoll.*cons.crim.27.in 4 dubio.*Dixi infra *hoc eo.lib.§.fin.q.78.circa prin.*Quinimo rei huius criminis,statim perpetrato delicto amittunt dominium, & administrationem bonorum suorum. Et ideo non puto verum esse id,aut aliqui dicunt,scilicet, quod in hoc crimine bona non confiscantur ipso iure, quam etiam dicit esse communem opin.Boss. *in titul. de sent.n.48.*quia imo à lege confiscantur ipso iure, licet confiscatio non sortiatur effectum, nisi secuta sententia hominis, per quam declaretur reum incurrisse in crimen læsæ Maiest. Scias autem, quod licet de iure hæc pœna confiscationis bonorum, non habet locum, quando committitur crimen læsæ Maiest.contra Principem inferiorem, nihilominus de consuetudine in Italia seruatur contrarium, nam quilibet Princeps,etiam recognoscens superiorem, publicat bona suorum rebellium, vt attestatur Cæpolla *in allegato cons.ver.Præterea licet etiam.*

10 Hæ autem pœnæ, & aliæ, quæ impositæ sunt b *à l. quisquis,C.ad leg.Iul.Maiest.* filiis eorum,qui committunt crimen læsæ Maiest. quantum fieri potest restringi debent, cum sint contra iuris regulam, qua cauetur, vnum pro alio in delictis puniendum non esse, vt dixi infra *hoc eod.lib.§.fin. quæst.86.* Et ideo tales pœnæ non habent locum d contra filias feminas. Et est communis opin. vt dicit Gigas *in tractat. præalleg.fol.150.qu 14.post num.15.*

Sed nunquid habent locum in e filiis naturalibus tantum.? Respond. quod sic. Ita tenuit Cyn. *in d.l.quisquis*, & ita etiam tenent communiter Doctor. vt dicit Aug. ad Ang. *de malef. in verbo*, Et hai tradito, *num.5.* Hanc etiam dicit esse magis communem conclusionem Claud. *in l. ex facto, §.si quis rogatus, numer.11.ff.ad Trebellian.* 11

f Fuit etiam aliquando dubitatum, an dictæ pœnæ locum habeant solummodo in filiis natis post delictum patris,an autem etiam in natis ante delictum. 12 Et in hoc variæ fuerunt Doctorum opin. Nam aliqui tenuerunt, quod habeant locum etiam in natis ante delictum, & hanc opin. dixit esse communem Claud. *in l. si quis id quod,num.14.ff.de iurisd.omn.iud.* Gigas *in tractat.prealle. fol.144.quæst.5. post num.2.* Contrariam autem sententiam, quod scilicet non habeant locum in natis, vel conceptis g ante delictum patris, tenuit Cyn. *in d. l. si quis*, & hanc dicit esse h communem Alciat. *consil. 497. num.7.* Et hæc opin. tanquam mitior,& benignior mihi magis placet. Faciunt,quæ dixi supra *hoc eod.libr.§.hæresis,versi.sed hic quæro.* In filio autem concepto post bannum ex hoc crimine patri datum, certum est, quod locum habent,& ideo ei non est danda legitima Et hæc est communis opin. vt attestatur Boss. *in tit. de crim. læsæ Maiest.n.138.*

k Præterea quæro, nunquid dictæ pœnæ statutę contra filios,habeant locum etiam contra nepotes. 13 Respon. quod sic,Et est communis opin.vt dicit Salyc.*in d.l.quisquis,n.12.* quem refert Didac.*lib.2.resol. cap.8.nu.3.in fin.* Bene verum est, quod non extenduntur nisi vsque ad secundum gradum descendentium ex masculis inclusiue, & vsque ad primum gradum descendentium ex feminis, & est communis opin. vt dicit Sal. *in loco præall.* quem refert Ias.*cons.106.n.3.lib.4.*

Quæro etiam,nunquid dispositio *d.l. quisquis*, quatenus loquitur de filiis, habeat locum l non solum in patre committente hoc crimen, sed etiam in matre. Respond.quod sic,ita tenuit gloss.*in ea.l. quisquis,in verbo,Minus ausuras*, & ita communiter tenetur, vt dicit Ang.*de malef.in verbo.*Et hai tradito,*nu.12.* dicens,quod licet videatur inusitatum, quod mulier tale crimen committat, illud tamen vidit semel de facto Bononiæ. Et illum refert Marsil. *cons.53.post n.8.* quod nota pro limitatione eorum, quæ dixi supra *lib.1.* quod in pœnalibus non fit extensio,&c.

m Vnum tamen non omitto, quod dispositio *dict. l. quisquis*, quatenus loquitur de filiis, non habet locum, nisi quando crimen læsæ Maiest. est commissum contra Imperatorem, n vel Remp.Romanam. Et est communis opin.vt attestatur Gigas *in tractat.præallegato fol. 161.qu. 23.n.9.*Et dicit Alciat.*in d.cons.467.nu.6.in fin.* quod hæc conclusio est approbata indistinctè ab omnibus. Et pro hac parte consuluit Soc.*cons.275. infra allegato.* Neque est hoc loco prætermittendum id quod dicit Ang. *in l. fallaciter,n.4.C.de abolit.*quod scilicet pœna *d.l.quisquis*, respectu filiorum non seruatur, quod verbum Angeli tanquam viri excellentissimi,& magni practici, multum esse à iudicibus ponderandum, dicit Socin.*in d.cons.272. num 3. in fin. lib.2.* Illud etiam refert,& idem attestatur Alciat.*in d.consilio 467.num.6.* Et re vera apud nos nunquam vidi tales pœnas in filiis obseruari : loquitur tamen ibi Angel. in eo, qui hoc crimen committit contra propriam ciuitatem.Et ideo si commissum esset contra Papam, Imperatorem, vel Regem, qui superiorem non recognosceret, forte aliud esset dicendum

Sci-

15 *o* Scias autem, quòd in hoc atrocissimo delicto, lex nonnulla specialia introduxit. *p* Et in primis, licet regulariter in aliis criminibus non puniatur affectus, nisi sequatur effectus, vt dixi inf. *hoc eo. lib. §. fin. q. 92.* in hoc tamen crimine punitur solus affectus, etiam si effectus secutus non fuerit. Et est communis opin. vt dicit Boe. *de seditiosis in 7. præsupposito, n. 42.* Et ita hodie de consuetudine obseruari attestatur Soc. iun. *cons. 105. num. 37. lib. 3.* præsertim, si deuentum fuerit ad actum proximum. Et hoc communi omnium sententia receptum videtur, vt ait Didac. *in rep. Cl. si furiosus, fol. 278. vers. Primo infertur, de homic.* Quinimo quod plus est, in hoc crimine punitur ex sola scientia ille, qui tractatum non reuelauit, vt dixi *in d. §. fi. q. 87. vers. punctus est.*

16 Item licet regulariter morte delinquentium crimina extinguantur, vt dixi *infra hoc eo. libr. § fin. qu. 51. versic. quæro tunc:* est tamen speciale in hoc crimine, vt de eo etiam post mortem cognosci, & procedi possit, & defuncti memoria damnari, vt est text. *in l. fin. C. ad leg. Iul. Maiest.* Et ita tenuit Gloss. *in §. per contrarium, in verbo, Damnata, Instit. de hæred. quæ ab intesta. defer.* quam dicit esse notabilem, & approbatam Ferre. *consil. 31. nu 8.* vbi refert multa exempla, in quibus ita seruatum fuit. In quo proposito videnda sunt, quæ in facti contingentia consuluit Cæpoll. *consilio crimen. 17.* & Ruin. *consil. 3. lib. 5.* Quod tamen intellige, vt procedat, quando crimen hoc committitur contra Principem, vel Rempubl. Romanam: *r* sed quando committitur contra alios Principes inferiores, vel ciuitates, vtique extinguitur morte. Et hæc est vera, & communis opi. vt dicit Boer. *de seditiosis in 6. præsupposito, nu. 20* quem refert Gigas *in tractat. præallegato, fol. 74. num. 24.* Hanc etiam esse communem opin. attestatur Alciat. *in d. cons. 467. num. 1.* Et intellige, quod sit commissum contra personam ipsius Imperatoris, vel directo contra ipsam Rempubl. & sic in primo capite, non autem in aliis. Et ita in facti contingentia iudicauit consilium Neap. vt refert Grammat. *decis. 6.* Scias autem, quod hoc casu ius accusandi, & damnandi memoriam defuncti præscribitur quinquennio. Et est communis opin. vt dicit Gigas *in loco præalleg. fol. 73. qu. 23. num. 1.*

17 Hinc infertur, quod rebellis poterit impune occidi, & deinde probari, & declarari, quod erat rebellis. ita dixit Bart. *in extrauag. qui sint rebelles, in verbo, Rebellando, nu. 22.* Et est communis opin. vt dicit Boss. *in titul. de hæreticis, post n. 29. & in tit. de crimine læsæ Maiest. nu. 119.* Et ita seruatum fuit in Duce Vrbini, quando interfecit Cardinalem Papiensem: super quo casu consuluit Ruin. *consil. 4. lib. 5.* & Ferret. *cons. 31.* *x* Sed certè hæc opin. mihi semper visa est periculosa: neque consulerem amico meo, & illud faceret. Posset forte hoc fieri præcedente consensu, & voluntate principis, vel vbi huiusmodi rebellis reperiretur in actu exercito ipsius rebellionis. Bene verum est, quod in omnem casum, vbi postea probaretur, quod ille erat rebellis, proculdubio homicida esset liberandus.

18 Item *y* quamuis regulariter de iure communi non possit absens pro aliquo crimine condemnari, vt dixi infra *hoc eo. lib. §. fin. quæst. 44. circa princ.* est tamen speciale in hoc crimine, vt possit contra absentem procedi, & si fuerit contumax, *z* ad mortem condemnari, vt est tex. *in extrauaganti, ad reprimendum.* Et ita tenent communiter Docto. vt attestatur Anton. Gomez *super l. 76. Tauri a Apost. num. 7.*

ADDITIONES.

Ad §. Læsæ Maiest. Crimen.

LÆsæ maiestatis crimen.] Vigell. M.I.R. *lib. 1. cap. 13. in princ.* Decian. *in tract. crim tom. 2 lib. 7. cap. 1. p. totum,* vbi etiam de coniurantibus factionibus & seditionibus carcere priuato perduellione, militum criminibus, statutis principum, & maledictis in eos. latissime vero per Farin. *5. vol. q. 112.* per octo inspectiones. *& quæstio. 113.* per nouem inspectiones, *quæst. 114.* per duas inspectionis, *quæst. 115.* per tres inspectiones, *& quæstio. 116.* per quatuor §. *item quæst. 117. & 118.* exceptiones 14. *inspectione prima,* de vsurpata iurisdictione *in eadem inspectione, num. 21.* de turbata iurisdictione *in 15. q inspectione 1. 2. & 3.* de Moneta *in 16. q. 5.* Idem Farin. *d. q. 113. inspect. 1. tractat. de crim. læsæ Maiest. in 2. n. 66.* de rebellione *in 3.* de conspiratione, & facta, seu machinatione, *n. 104. in 4. nu. 118.* de congregatione, & hominum conuenticula, *& in 5. n. 176.* de seditione *in 6. n. 204.* de reuelante secreta principum *in 7. n. 224.* de collegiis illicitis, *in 8. nu. 247.* de perduellionibus *in 9. nu. 258.* de consultoribus auxiliantibus, & opem dantibus. Crimen læsæ Maiestatis multis modis committitur. Farin. *d. q. 113. inspec. 1.* Vigel. M.I.R. 1. *lib. c. 13. in princ.* De reuelante secreta principis. Farin. *d. q. 113. inspect. 6. num. 204.* Ab originalibus collegium ibi *inspect. 7. n. 224.* De consultoribus, & auxil. dantibus ibi *inspect. 9. n. 254.* Ros. a

Læsæ maiestatis crimen.] Adde, quod de gestis à summo Pontifice, ab Imperatore, & à Principe, atque de illo eum rescriptis non est disputandum, neque dubitandum, quoniam sacrilegij instar esset, vt per Cæpol. *crim. cons. 59. in fin.* & vid. fusius *in consil. meo syndic. n. 302. vsque ad nu. 317.* Item adde, quod crimen læsæ maiestatis committitur ex sola contumacia in non resignando castrum, *in l. 3. §.* vbi gl. *in verbo, tenuerit, ff. ad l. Iul. Maiest.* & tradit Crauett *consil. 319. col. 1. vers. Hoc ita præsupposito.* Item contraueniens iuramento fidelitatis incidit in crimen læsæ maiest. atque proditionis. Item solum consilium. Item conspiratio. per Alexan. *cons. 13 post nu. 67. lib. 6.* & per Crauc. vbi supra *vers. 2.* Et talis vasallus contraueniens fidelitati feudum amittit, quod tale peccatum contra Principem, est inexcusabile per Crau. ibi. *Giach.*

Læsæ maiestatis.] Adde † quod in hoc crimine læsæ maiestatis duo sunt capita. Primum est, quando committitur contra Rem- 1
pub. vel contra Principem, vt *in l. fin. ff. ad leg. Iul maiest.* * nisi ex particulari, & priuata inimicitia quis offenderet Principem, nã tale crimen non incurret, puta si Princeps sororem illius deflorasset, vt consuluit Rolan. *in cons. 15. vol. 4* quem refert, & sequitur Rimin. iun. *cons. 174. num. 31. vol 4.* vel quando conspiratur de nece Senatoris, vel Collateralis, vel Consiliarij Regis, vt *l. quisquis, C. ad leg. Iul. maiest.* licet dicat Salyc. quod, quando conspiratur contra Officialem Principis, filij non amittunt hæreditatem paternam, ita dicit ipse *in d. l. quisquis,* qui nullam facit differentiam, an conspiretur de morte Principis, vel eius officialis. Secundum caput *leg. Iul. maiest.* est, quando committitur non contra Remp. nec in Principem, vel eius Collateralem, sed alio modo; & tunc non est pœna omnium bonorum; nec puniuntur filij hæreditatis priuatione; sed tantum committens delictum ipse punitur pœna mortis, vt not. gl. *in d. l. fi. ff. ad l. Iul. maiest.* & quadraginta † quinque modis, qui incidit in crimen læsæ maiest. 2
Primo si quis subditus Regis assumit arma, vel facit guerram, vel bellum aduersus & contra regem, *l. 1. ff ad leg. Iul. maiest.* vbi tex. loquitur de eo, qui sumit arma aduersus populum Romanum. Idem tamen dicendum est de Rege in Regno suo, vt dicit Bart *in l hostes nu. 6. ff de cap. & in l. lex 12. tabularum, ff ad l. Iul. maiest in prin.* Idem si congregaret contra aliam Ciuitatem, non recognoscentem superiorem vt dicit gl *in l fallaciter, C. de abolitio.* & Io. Fab. *Instit de pub Iudic. §. publica,* in gl. *quæ incipit Romanorum,* dicit, quod si quis congregat gentem contra Ciuitatem, non committit crimen læsæ maiestatis, vt filij puniantur priuatione bonorum, sicut, quando contra Regem, vel populum Romanum committitur; benè tamen committens aliquid contra Rempubl. propriam committit crimen seditionis, & sic pœna capitis punitur, per *leg. L. 1. C. de seditiosis,* & sic consuluit Bal. *in cons suo, quod incipit, quanquam sint multa, & pulchra.* Bene tamen impropriè delinquens contra patriam propriam dicitur committere crimen læsæ maiestatis. Et sic patet, quod istud crimen potest proprie, & improprie committi, vt dicunt Cyn. & Salyc. *in d. l quisquis,* & Ang. *in l. 1 ff. eod.* dicit tamen Salyc. *in d. l. fallaciter, C. de abolit.* quod si patria proditur, non vt à Principe auferatur, sed vt auferatur Baroni, tunc non committitur hoc crimen; secus, si ad finem, vt Principi auferatur, quod est menti tenendum.

Secundo modo committitur crimen læsæ maiestatis, si aliquis ostendit aliquos, qui fuerint assecurati à Pop. Romano, vel à Re-

ge; omnia enim, quæ dicuntur de populo Romano, tribuenda sunt Regi,& Ciuitati non recognoscenti superiorem,per ea,quę notant Doctores *in d. l. Hostes*, & Guliel.de Cun. *in l.ex hoc iure, ff.de iust.& iur.*& Sal. *in d l.quisquis.* Iste secundus modus probatur *in l.1.iuncta gl.1.ff.ad l.Iul.maiest.*

Tertio modo committitur si quis consilium fecit dolo malo aduersus Pop.Rom.vel Regem, *vt in d.l.1.*

Quarto si quis obsides sine iussu Principis interfecit *d. l. 1.*

Quinto si quis conueniat homines telis,vel lapidibus in Vrbe aduersus Popul.Rom.vel Regem, vt occupent loca,vel templa, *in d.l.1.*

Sexto si quis conuocet certum hominum conuentum ire ad seditionem Ciuitatis *d.l.1.*& facit *l.1.C.de seditios.*

Septimo si quis magistratum Pop.Rom.occidit, vel dolo malo consilium dedit,vt occideretur, *d.l.1. vers.cuiusue opera,&c.* quod verum est,etiamsi non occidit, sed processit ad actum,vt *in d.l.quisquis.* Qui ergo occidit officialem Regis habentem merum imperium à Rege crimen læsæ maiestatis committit, quia dicitur læsæ maiest.Principis, cum aliquis sibi collateralis læditur *c.si quis 6.q.1.& c felicis,de Pæn.id 6.& in d.l.quisquis.*Et hoc verum,si occidatur officialis, vt illa prouincia careat illo officiali,vel propter odium, quod habet aduersus Principem, occidat officialem eius, vel alia causa, dum tamen respectu officij: sed si officialis fuisset occisus particulari odio, puta,quia erat inimicus particulari inimicitia, tunc non tenetur *l. Iul. maiest.* ita Andr *in Const.Regn.vt participatio.* Et sic patet, quòd, cum hodie ferè omnes Barones Regni ex priuilegio habeant à Rege merum, & mixtum Imperium, quod si ipsi offendantur,contra eos committitur crimen læsæ maiest.& hoc firmat Bar.*in extrauag.*Ad reprimendum,*in verbo, rebellando.* Sed de hoc dicam *in 2.quæst.*

Octauo modo committitur crimen hoc, si quis sumit arma contra Remp.*d.l.1.*

Nono,si quis mittat litteras, vel nuncium, vel signum dedit hostibus Pop. Rom. dolo malo, vt hostes ipsi iuuentur contra Popu.Rom *in d.l.1.ibi quiue hostibus.&c.* Dicitur autem iuuare hostes ille, quando mutuat pecuniam hostib vt dicit Bar. *in l.3. ff ad l.Iul.maiest.*& quando hostes iuuat telis,& armis, vt *in l.fi.* & ibi Bal. *C. quæ res export.non deb.* sed de ista materia quis dicatur opem præstans, habes plene per scribentes & ibi plures remissiones *in l.1.C de seru.fugit.* Sed quid si non misit literas hostibus, sed recepit literas ab hostibus, an ex hoc incidat in crimen læsæ maiest.videtur quod sic,si illas non reuelauit, quia ille,qui recipit literas, & nihil dicit videtur approbare, vt dicit Angel.*in l.1.C. de fil.fam.lib.10.* In contrarium tamen determinatur, quia ille, qui solum recipit literas ab hostibus, etiam si non reuelauit,non incidit in crimen læsæ maiestatis; quia hoc non reperitur iure cautum;nec lex loquens de eo,qui mittit litteras hostibus,extenditur ad eum, qui solum litteras hostis recipit,tanquam exorbitans,argum.*l si vero §.de viro ff solut.matr.* Facit reg.*odia,de regul.iur.in 6.*Facit optimè tex.iunct.Gl. & ibi Batt.*in l.1.ff ad l Pomp.de parricid.* vbi occidens consobrinum *d. l.*non tenetur; quæ tamen lex illa comprehendit occidentes in quinto gradu pares coniunctos, de quibus dicta lex loquitur, nisi ex interpretatione ipsius Iurisconsulti, ergo, cessante interpretatione,lex loquens de occidente consobrinum, non extenditur ad occidentem, existentem in quarto gradu. Sic & in casu nostro lex loquens de mittente litteras hostibus, non extenditur ad recipientem ab eis. Et ita ante tribunal diuæ memoriæ Regis Alphonsi allegauit quidam magnus Aduocatus Consistorialis,nomine Antonius Casarellus, vt testantur suæ allegationes factæ in defensionem Marchionis Giracij, inquisiti de crimine læsæ maiestatis, dicens plus, idem doctor in dictis suis allegationibus. quod ex sola sigillatura litterarum ad hostes non contrahitur crimen istud, nisi expresse probetur de missione ad hostes, quia hoc non dicit lex Iulia maiestatis, merito non est extendenda,vt supra:quod est notandum; Quid de eo,qui non hostibus,sed fidelib. scripsit id, quod est in damnum Principis,si esset verum, & est falsum, tunc ex qualitate personæ iudicabitur,*per l.1.C si quis Imp. maled.* & dicit gl. *in fi in c.non omnis,5. q.5.*quod qualitas facti ex persona facientis præsumitur.

Decimo committitur crimen læsæ maiestatis, si quis sollicitauerit, vel concitauerit milites, vt rebellentur contra Remp. vel Regem,vel sollicitauerit, vel concitauerit ipsos milites, vt fieret seditio, vel tumultus aduersus Rempubl. *vt in d. l 1. ibi quiue milites,&c.* Et sic infertur, quod ille, qui Ciuitates obedientes Principi facit ei rebelles,tenetur hoc crimine, vt *in l.3. & 4.ff ad l.Iul.maiest.* Et hoc voluit D. Card.Floren *in c.pastoralis,in prin.in q.notab.de re iudic.*

Vndecimo committitur, si miles, vel alius officialis Regis, postquam sibi successum fuerit,discesserit de prouincia, quæ sibi fuerat commissa,ante quinquaginta dies, qui statuuntur pro syndicatu, *vt i l 2.ff.ad l.Iul.maiest.* & expressius patet *in l.1.C. vt omn.Iud.tam. ciui. quam milit.* & in auth *de admin.§.1.* & sic fuga in officiali,qui debet stare in syndicatu, facit eum incidere in crimen læsæ maiest.vt in dictis iuribus. Non tamen intelligas, quod hoc delictum committens sit in primo capite. *l.Iul. maiest.*quoniam tale delictum non est contra Remp. nec contra Regem.

Duodecimo committitur, si aliquis sine licentia superioris exercitum deseruit,*d.l.2.ff.ad l.Iul.maiest.*

Decimotertio committitur, si quis priuatus ad hostes perfugerit,vt *in d.l.2.*

Decimoquarto committitur,si aliquis scripsit aliquid falsum scienter in tabulis publicis, hoc est in libris Reipublicæ, vel Principis. Et licet tale crimen de directo non sit commissum contra Remp. vel Regem, *tamen est in primo c.legis Iul. maiest.* Nota ergo,& tene menti hoc genus falsi, quod inducit crimen hoc *in 1.cap.*Et nisi diceret tex.nunquam ego hoc tenerem, vt patet expresse in tex.*iuncta gl.in d.l.2.*

Decimoquinto committitur, si quis hostes concitauerit, vt bellum sumant, vel aliquid aliud contra Remp. vel Regem faciant in eius damnum,vt *in d.l.3.*

Decimosexto cõmittitur, si quis opē hosti dederit,*vt in d.l.3.*

Decimoseptimo committitur,si quis miles, vel armiger stans in prælio recesserit, aut aliud fecit, propter quod eius opera factum est quod hostes habuerint victoriam, vt patet *in d.l.3. ibi, qui in bellis cesserit,&c.*

Decimooctauo committitur,si quis sine licentia Principis tenuerit arcem,vel fortalitia in confinib. regni,vt *in d.l.3.*& patet *in l.2.C.de fund.limitroph.& terr.lib.11.*

Decimonono committitur, si quis erat Castellanus Regis in aliquo Castro,& illud dedit hostibus,vel erat Castellanus Regis, & Rex voluit eum priuare Castellina, & alium constituere Castellanum,scribendo sibi,quod Castrum consignet Titio, & ipse noluit illud consignare, vel misit milites ad hostes sine licentia Principis,omnibus istis modis exponitur illud verbum positum, *in d.l.3.ibi dum dicitur,aut castra concesserit.*

Vigesimo committitur,si quis sine licentia Principis gesserit bellum,vt *in d.l.3.* dicitur enim bellum illicitum, quando fit sine Principis auctoritate,vt not. Doct *in l.ex hoc iure,ff.de iust & iur.* Et quod tale bellum illicitum committens incidat in crimē læsæ maiestatis,satis patet *in l. Papinianus, §. rei perduellionis,ff. de acquir.hered.facit l.1.C de gladiat lib.12. & §.per contrarium, Instit.de hered.quæ ab intest.& l.fin.ff. ad leg Iul. maiest.* vbi dicitur,quod perduellionis reus est hostili animo aduersus Rempublicam,vel Principem animatus,vt *in l.vnica; & ibi gl.C.vt armor.vsus lib.11.*

Vigesimoprimo committitur,si quis elegit sibi milites de aliis militibus sine licentia Principis,vt dicit tex. *in d. l. 3. ibi, delectumue habuit;*& patet *in l.milites,C.de re mil li.12.*

Vigesimosecundo committitur, si quis exercitum comparauerit,id est præparauerit sine iussu Principis,*d.l.3.*

Vigesimotertio committitur, si Princeps ordinauerit in Prouincia caput exercitus ad ipsius,vel pro eius arbitrio,& demum illi exercitui destinauit aliud caput, illud vero admouendo, quod noluit exercitum consignare illi,qui sibi successit, vt dicit expresse tex.*in d.l.3.*optime facit tex.*in d.l prima,C.vt omn.iud. tam ciuil.quam milit.*

Vigesimoquarto committitur, si quis deputatus ad exercitum recesserit sine licentia Regis, vel Principis;vel si Princeps erat in prælio;& eum deseruerit,vt patet *in d.l.3 ibi,quiue Imperium,* faciunt ea,quæ habentur *in c.1.in princ.quib mod feu. amit. & in c.1.§.1.quæ sit prim.causs benef.amit.*

Vigesimoquinto committitur, si quis assumpsit auctoritate propria magistratus officium cum falsis litteris, vel alio modo, dolo malo se gesserit pro magistratu, cum non esset, vt dicit text.*in d.l.3.ibi dum dicit,*quiue priuatus, facit *l qui nomine,ff.de fals.*& nota ,quod non solum tenetur crimine læsæ maiest. qui prædicta fecerit,sed etiam,si non fecerit, sed curauerit facere,vt dicit tex.*in d.l.3.in fi.*& ibi Bal.*C.quæ res export.non deb.*Faciunt not.*in l.si quis non di.cam rapere,C.de episc.& cler.*& not.*in c.1.§. si voluerit,de capit.qui cur.vend.*

Vigesimosexto committitur, si quis solus iurauit, quod ipse Principem interficiet, vel aliquod sibi magnum malum faciet; vel iurauit, quod aliquid malum faciet contra Remp. etiamsi nihil fecit,vt probat tex. *in l.4.in prin.ff ad l.Iul.maiest* sed contrarium tenuit Afflict.*super feu.in d.c.1.§. si voluerit,num.22.cum seq de c.qui cur.vend.in const.regn.in const.asperitatem,n.2.*

Vigesimoseptimo committitur, si quis operam dedit,vt exercitus Pop. Rom. vel Principis proditorie incidat in manus hostium,vel insidias eorum; quod multis exquisitis coloribus, & astutiis fieri poterit, probat tex.*in. d. l.4.* dum dicit,exercitus Popul.Rom.

Vigesimooctauo committitur, si Princeps sperabat habere hostes in manibus, vel esse eorum victorem; & aliquis malus homo aduisauit hostes de præparatione Regis, vel Ducis belli; ita quod propter eius aduisum hostes non sunt in posse Regis, vel Ducis,vt dixit text.*in d.l.4.*ibi quominus hostes in potestatem populi Romani veniant.

Vige-

Vigesimonono committitur, si quis commeatum dederit hostibus Pop Rom. vt *in d.l.*

Trigesimo committitur, si quis iuuerit, dando hostibus pecuniam mutuo, vel vendendo eis arma, vt sunt balistæ bombardæ, tela, lanciæ, & alia genera armorum, vel præstiterit auxilium de aliqua alia re, vt probatur *in d.l.4.* & facit tex. *in d.l fi.* & ibi Bal. *C. quæ res expor non deb.*

Trigesimoprimo committitur, si quis dedit operam, vt amici Pop. Rom. vel Regis fiant eorum inimici, vel hostes, vt *in d.l. 4.* & ilico, quod si aliquis dedit operam, vt hostes Romani prædam factam diuidant inter eos, viui sunt concremandi, *vt l. fin. C. de re milit. lib.* 12.

Trigesimosecundo committitur, si aliquis dolo malo fecit, quominus Baro non obedierit Principi, vt probatur *in d.l. 4 ibi, dum dicit, quo Rex extera nationis, &c.* nam olim Reges subditi erant Populo Romano, & ideo vocabantur Reges exteræ nationis; & si aliquis dabat operam, quominus tales Reges non obtemperarent præceptis Popul. Rom crimen læsæ maiest committebat, vt ibi dicitur.

Trigesimotertio committitur, si quis operatus fuit dolo malo, vt hostibus Pop, magis dentur obsides, quam pecuniaria subuentio; expedit enim magis Reipu. Rom. pecuniam dare, quam obsides, vt probat tex. *in d l. ibi, quo magis obsides.*

Trigesimoquarto committitur, si quis aliquem confessum, & condemnatum de crimine læsæ maiestatis exemerit à carceribus, operando, vt à carceribus fugiat, vel à manibus familiæ, vt probat tex *in d. l. 4. in fin.* sed si inquisitus de crimine læsæ maiest existens in carceribus non fuit confessum ipsum crimen, nec condemnatus, & aliquis eum exemerit à carceribus, tunc non incidit in crimen læsæ maiest. sed capite punitur, vt *in l fi. C. de hæret & Manich* In aliis autem casibus, qualiter puniantur facientes fugere carceratos à carceribus vide tex. *in auth. vt omnes obed. iudic. prouin §. arripiendum.* Et facit ad hoc, quod dicit And. *in tit. quæ sint regalia in d §. committentes in 2 col.* qui voluit, quod si Princeps concedat alicui Priuilegium, vt facinorosi ad mortem damnati, quando vadunt ad supplicium, transeuntes per domum eius possint auferri impune à manibus familiæ potestatis, tale priuilegium non valet; *vt in l. quicumque C. de diuer. offic libr.* 12. quia esset iniquum, & contra publicam vtilitatem, quæ vult, quod maleficia non remaneant impunita. Caueant ergo milites impetrare priuilegia contra publicam vtilitatem, nec etiam valeret talis consuetudo, quantumcunque antiqua in aliqua domo, vel terra; quia talis consuetudo esset contra neruum correptionis, quia peccatum, vt *in c. si in vlt.* Gl. *de consuetu. c frustra. 8. dist* & secundum Andr. *in tit. quæ sunt regalia, §. bona committentium crimen.*

Trigesimoquinto committitur, quando quis statuas Imperatoris, aut imagines conflauerit, *vt in d.l. qui statuas ff. ad l. Iul. maiest* quod procedit secundum iura Digestorum, Hodie autem per aduentum Christi D. N. sublatæ sunt imagines propter peccatum Idololatriæ, quod grauissimum est, de quo plenè per B. Thomam secunda secundæ *q. 96.* Ideo Principes hodie prohibent, ne quis sine rescripto erigat statuam, vt *in l. 1 C de statu. & Imag* non tamen licet ipsis imaginibus inferre iniuriam, *vt in l. vnica. C. de his, qui ad stat. confug.*

Trigesimosexto committitur, si quis prodiderit dolo malo aliquam prouincialem Ciuitatem, vel consuluit, quod Ciuitas, rebelletur, *vt in l. pen ff. ad l. Iul. maiest.* notatur *in cap. pastoralis, de sent. & re iudic.*

Trigesimoseptimo committitur, si quis crimen perduellionis contra Principem, vel Rempubl. commiserit, & efficitur hostis, & rebellis ipsius Principis, vt dicit glo. *in fi. ff. eo. tit. vbi dicitur,* quod non omnibus supradictis modis incidendo in crimen læsæ maiest. quis perdit bona, & applicantur fisco; sed tantum ille, qui committit crimen perduellionis aduersus Rempub. vel Regem; Et sic non omnis proditor dicitur committere crimen læsæ Maiest. sed tantum ille, qui prodit in læsionem Regis, in sui persona, vel reipubl. nam multis modis committitur proditio, de quibus per Lucam de Penn. *in l. fin C. de delat. lib.* 10 & per Salyc. *in l. fallaciter.* C *de abolitionibus,* & per Ang *in cons. 159. incip. Consultatio.* & Afflict. *super feud. in cap. 1. in princ quib. mod. feud. amitt.* & tamen non omnis proditor dicitur committere crimen læsæ maiestat. sed qui committit proditionem in magnū damnum Regis, vel reipub. Vnde si Baro, qui habet terram, quæ possit impedire, ne gens munita inimica regi transitum faciat per illam terram, & permiserit, ipsam transire, proditor esset, *vt in l si quis barbaris,* C. *de re milit lib.* 12 & dicitur tunc impugnare Regem; & ideo incidit in crimen læsæ maiest. Idem, si guerram mouit in Regno, vt in Const. Reg. Comes.

Trigesimooctauo si Cardinales, viuo Papa, procederent ad eligendum alium Papam, eo non deposito, secundum Io. Andr. *in cap. veniens, de testibus,* & Bal. *in l. quoniam,* C. *de testam.* diceretur tunc scisma, à quo Deus auertat.

Trigesimonono committitur, si aliquis operatur, quod aliqua Ciuitas, vel castrum, quod erat ad fidelitatem regis, discedat ab eius fidelitate, vt not. *in l. fallaciter,* & ibi gloss. Aug. & Sal. C. *de abolit. facit. l pen. ff. ad l. Iul. maiest.*

Quadragesimo committitur, si quis incidit in simplicem scientiam alicuius mali, quod habet contingere ex facto hominis in personam regis, contra rempubl. & non reuelauit, licet nulla operatio, vel factum ipsius interuenerit, vt probatur *in l. quisquis, in fine,* & ibi not. Doctor. C. *ad l. Iul maiestat.* Faciunt not. per Bar. *in l. vtrum numer. 3. ff. de parricid.* sed Afflict. *super feud. in dicto tit. quæ sint regalia in § bona committentium, numer.* 103. tenet, hoc dictum procedere, quando illa scientia posset per alium probari: sed si probari non posset, non tenetur reuelare, nec patefacere, pro hoc allegat gloss. *in cap. plerumque in 2. qu. 7.* quæ dicit, quod bonus vir id, quod scit, quod non potest probari, debet tacere, ita dicit Bal. *in quodam suo consilio incipien. quamquam allegata sint multa,* vbi deplorat mortem cuiusdam militis, qui ex hac causa fuit decapitatus, prout refert Ioan. de Plat. *Institut. de public. iudic. §. publica.* Faciunt notata per Bart. & Angel. *in l. 1. §. occisorum. ff. ad Syllan.* & per Abbat. *in cap. 1. de restitut. spoli & in cap. 1. de offic. deleg.* & per Angel. *in l. fin. ff. ad l. Iul. de parricid.* & ista est magis communis opinio, & humanior secundum Rolan. *in cons. 88. numer. 10. cum seq. vol. 2.* consultius tamen est, vt sciens detegat secretè admonendo Principem, vt à tali machinatione cauere possit, quicquid scit reuelando, vt ibi per Rolan. *in fine,* ad hoc vide etiam D. Clarum infra *in quæstione 97. versic. punctus est;* & Viui. *opin. 694. incip scientia sola.* Et dico, quod si ita non faceret, vtique vna cum opin. Rolan. & aliorum, sic tenentium decapitaretur, eius bona occuparentur, & tota eius familia in profundum mitteretur, vide etiam *Decis. Pedemon.* 80. vbi de quadam muliere, quæ sciuerat tractatum contra Principem, & illum non reuelauerat, & qua pœna veniret punienda, quæ mulier erat mater facientis tractatum.

Quadragesimoprimo si quis Cardinalem sanctæ Romanæ Ecclesiæ hostiliter fuerit insecutus, vel percusserit offendendo, non defendendo, aut cæperit, aut socius fuerit facientis, aut fieri mandauerit, vel factum ratum habuerit, aut consilium dederit, vel fauorem, aut postea receptauerit, vel defensauerit scienter eundem, hæc omnia continentur *in cap. felicis, de pœn. libro 6*

Quadragesimosecundo modo committitur, quando quis conspirauit in necem alicuius collateralis, vel consiliarij Principis, tunc habetur, ac si in necem Principis conspirasset, vt dicit tex. *in d.l quisquis,* & ratio est, quia isti consiliarij sunt pars corporis Principis, vt ibi dicit tex. ideo eadem offensio reputatur, & pro hoc facit, quia qui tangit vnam partem corporis, totum corpus tetigisse videtur, leg. *vulgatis, ff de furt.* & dicit Afflict. *super feud. in tit quæ sint regalia, §. bona committentium crimen nu.* 107. *dicit,* quod vidit Priuilegium Reginæ Io. prædictæ vindicantis mortem And. de Isern eius Consiliarij, & Prædecessorum Regum occisi tarda hora noctis, dum veniret à Castro prope portam Petrucianam, per quosdam Teutonicos acriter condemnatos de crimine læsæ maiestatis.

Quadragesimotertio committitur, si quis contra iuramentum regij periurauerit, de quo *in d. clem pastoralis, de re iud.* Facit gloss. *in l. 2.* C. *ad l. Iul. maiest.* & tex. *in authen. vt non lux. con. nat. col. 6* de quo per Cyn. *in l. 2.* C. *de iureiur.*

Quadragesimoquarto committitur, si quis dicat se Regem regni Neap. quod est patrimonium B. Petri, vt *in cap. ad apostolica, de re iud. c lib. 6.* hoc dicit Bar. *in l. 2. in prin ff. ad l. Iul. maiest.* qui non intrat per ostium, ille fur est, & latro, *de iur. pat. c relatum &c. in 2. annatum de symo.*

Quadragesimoquinto modo, si facta pace inter duos Reges, cum eorum sequacibus, & vnus sine iusta causa offendit alium; & sic frangitur pax secundum Bar. *in l. 1 nu. 6 ff. ad l. Iul. maiest.* dum dicit, hæc lex potest intelligi in securitate, &c.

Et sciatis, † quod sicut hoc crimen committitur contra Imperatorem & Rempublicam Imperij, sic etiam committitur 3
contra Regem, & quemlibet alium Dominum non recognoscētem superiorem, vt tenet expresse And *in tit. quæ sint regalia, in §. bona committentium, colum. 6.* & Bart. *in l. hostes, ff de cap. & postl. reuers.* Paul. de Liaz. *in d. cle. pastoralis,* Arch. *in d. c. felicis, in verb. maiestatis, de pœn. libr. 6.* & Brixiens *in verb. maiestas,* allegat text. *in l nemo.* C. *de episc. aud.* & Bart. *in extrauag. ad reprimendum in verb. rebellando.* bene faciunt omnia illa, quæ allegat gloss. *in procem. Constit. Regn.* & text. *in l. si familia. ff. de iuriis d. omn. iud.* vbi contra Regem committitur crimen læsæ maiestatis, idem Bart *in l. lege. 12. tabularum, ff. ad l. Iul. maiestatis.* Ex 4
quibus infertur, quod si vasalli Baronum, Regem cognoscentes, se rebellant contra Baronem, non tangendo Regem, non incidunt in læsæ maiestatis crimen; hoc voluit Oldr. *in consil. 43. incip. quæritur vtrum,* & Bartol. *in l. executorem,* C. *de execut. re. iud.* sed alia sunt pœna puniendi, si iniustè se rebellauerunt, hoc sanè intellige, quando Baro non habet merum, &

mixtum Imperium: secus, si haberet merum, & mixtum Imperium à Rege,& offenderetur in persona,tunc esset illud delictũ crimen læsæ maiestatis;tamen non puniuntur filij, vt dicit Sal. *in d.l.quiquis*, & patet expresse *in l.1 ff. ad l. Iul. maiest. ibi, quo quis magistratum Pop.Rom. &c.* & idem voluit Bartol. *in d.extrauag.ad reprimendam,in verb.rebellando*; & Luc.de Pen.*in l.1.C.*
5 *vt armorum vsus lib.11.in 2.col.*& Aug.*in addit.ad tractat.* Angel. *de malef in verb.Che hai tradito la tua patria.* Et ibi de ista materia. Et committentis crimen læsæ maiest.in aliam personam, quam in Regem,vel eius consiliarium, nunquam filij priuantur bonis,*vt in d.l.fin ff ad l.Iul.maiest.* Hæc omnia ferè ita,vt supra formaliter accumulauit,Afflict. *super feud. in tit.quæ sint regalia. in §. bona committentium crimen.* Et in hac materia vide etiam Fab.Mont.*super 4 litteris arbitralibus,p 4 nu.315. cum seq.fol.169.*
6 vbi distinguit,& † ponit,quot modis committatur in 1.capite,& quot modis in 2. & tractatur etiam diffuse per Boss. *in titul.de crimine læsæ maiest* & diffusissime per Gigan. *in tract.suo de crim. læsæ maiest.*

7 Item adde, † quod fingens se esse officialem, & sub nomine officij faciens sibi aperire aliquam domum,vt aliquando faciunt discoli, incurrit pœnam *leg.1.ff. ad.iul. maiest.* & pariter pœnam falsi,Franc.Marc.*in decis.514.n.3.circa finem.*

8 Item adde, † si fiat actus inferens crimen læsæ maiestatis, vt est ascensus per muros,castri occupatio,pontium demolitio,sed alio nomine,& ex alia causa, quam Principem offendendi, tunc non incurritur crimen læsæ maiestat.quia, vbi potest capi alia coniectura minoris delicti, quis non dicitur committere tale crimen,sed ab alio excusatur. Ruin.*cons.1 vol.5.* Dec.*cons.102.n. 17.inter cons.crim.tom.1.*Cæph. *cons.75.n.9.& seq.& cons.76.num. 78.*Bursat.*cons.151.num.37.*Baiard.

b *Et potest poni exemplum.*] Exempla diuersa recensentur, & Farin *sup.16.*casus recitat. Quid si contra patriam Far. *d.q.112. inspect.6.num.209.* & ab vniuersitate, vel Imperatore contra Papam,Far *d.q 112.inspect.7.n.221.& seqq.*& qualiter de rebelle viceeundem *d.q.113.inspect.2 n.66.* & de conspiratione ibi *inspect. 3.n.104.*& de conuenticula contra principem *ibi inspect. 4. num. 118.*De seditione *ibi inspectione 5 n.176.*Ros.

c *Vel quia cum hostibus domini.*]Adde,† quod metus vasalli,ne
9 bona sua depopulentur,& deuastentur,& auferantur,excusat vasallum,qui hostes domini adiuuit,Imol.*cons.34.* Abb.*consil.3.vol. 2* Grain.*cons.31.*Grat.*cons.1.n.84.lib.1.& cons.5.num.36.& seq.eod. vol.*Tib.Dec.*cons.23.n.26.lib.1.*Baiard.

d *Item secundum aliquos potest poni exemplum in eo qui de*
10 *Principe,aut Domino suo obloquutus.*]Adde,† quod nomini Principis detrahens ad ipsum Principem remittendus, & puniendus est pro motu animi sui,*leg.vnica,C.si quis Imp.maled. in fino,*Afflict.*dec.265 num.62.& decis.307.*vide omnino Menoch.*de arbit. Iud. cas.377.* vbi plene, qua pœna sint puniendi maledicentes Principi;& an Principi eos punire expediat.

11 Item adde,† quod maledicens Papæ, vel Episcopo non punitur,Albe.de Ros.*in rub C.si quis imper.maled.*

Item adde videndum in hac materia,quando verba iniuriosa, & maledica contra Principem prolata faciant proferentem reũ esse criminis læsæ maiestat. Bursat. *in cons.28.* Crauett.*cons.224.* Natt.*cons.592.nu.23.* & Mascar.*de probat. concl. 462. num.35.* vbi tenent,verissimam esse sententiam, quod quis propter verba iniuriosa, & maledica prolata de Principe non incidat in crimen læsæ maiestat.sed debeat puniri iuxta dispositionem *l. vnic. C. si quis Imp.maled.* arbitrio eiusdem,habita ratione qualitatis personæ verba proferentis, & ob quam causam, quæ magis peccat in leuitate vitæ,quam cerebri, quam quod multum sit prudens, Boer.*in tract.de seditios.in 4.præmisso nu.1. & 2* nisi essent verba contra Principem, mulierem viduam, quæ multum eius existimationem læderent; quia tunc aliud esset statuendum, Marsil. *cons.1.n.22.cum seqq* & Bursat.*cons.147.nu.10.41.& seq.*& de maledicentibus Principem, & eorum pœnis latè per Decian. *in tract.crim. lib.7. c.50.* vbi multa habentur Principum exempla, qui vti Princeps alti animi maledicta neglexerunt.Et an habens desiderium mutationis status, committat istud crimen, Bertaz. *cons.28.num.15.vol.1.*vbi tenet,quod non; tamen cautius est,non propalare tale desiderium:nam legitur in Historiis,quod Agrippa,qui affectabat imperium pro Caio nepote Tiberij Imperatoris dixit, vtinam videremmortem importuni senis, scilicet Tiberij, & Caium dominum totius orbis; fuit accusatus apud Imperatorem Tiberium de hoc crimine, quod dicebant esse crimen læsæ maiest. quod orauerat Deum pro morte Imperatoris,& Tiberius eum capi fecit,& incarcerari,vbi stetit per sex menses; & succedente morte Tiberij, fuit Caius ad imperium sublimatus, qui statim eum liberauit, & sibi bona, ac honores amplissimos contulit. *Ba.*

e *Qui de Principe.*] Adde Principi maledicens, quando,& qua pœna feriendus sit, & an Principi conducat suos maledicos punire,variis exemplis Principum declaratum, atque egregie explanatum vide per Iacobum Menochium *de arbit. iudic. lib.2. centur.4.cas.377.*Giach.

f *Cons.6.& 9.*]Et vbique plene. Item quot modis contrahatur crimen rebellionis, vide remissiue per prac. Cater.*pag.mihi 56.n.88.*Giach.

g *Committitur autem.*] Et committitur contra quoscumque non recognoscentes superiorem.Far. *dicta quæstione 112. inspect. 1.n.18.19.20.21.22.& inspec.5.n.190.*Ros.

h *Num.51.*]*Vide Socin.cons.121.col.1. & 2.vol.4.*Giach.

i *Dubium est.*]Quid verò contra Principes inferiores Farinâ. *d.q.112.inspect.5.n.176.*vbi nouem casus recenset.*Ros.*

k *Multi tenent.*] De vsurpatione iurisdictionis. Farinac. *d.q. 114.inspect.1.*& Turbantibus eam *inspe.2.n.21. & seqq.*vbi latissime præcipue *n.58.& 61.*Ros.

Multi tenent.] Adde,atque vide tenentes istam opin.per Rola. nouissime *in cons.15.n.7.vol.4.* Giach.

l *Siue non.*]Far.*d.inspect.5.n.188. & 2. sequenti, & num.190.* Ros.

Siue non.] Adde vt per Rolan.*cons.74. num.3.lib.5.* Alciat. *respon.9.in princ.tom.2.lib.7.*Qui tamen Alc.fuit in hoc sibi parum constans,nam contrarium voluit *resp.19.num.4.*vbi attestatur de magis commun.opin.Et quod crimen læsæ maiestat.committatur etiam contra Principes inferiores, puta Duces, Comites, Marchiones,vi.post relatos per Crau.*in cons.319. colu.1. vers.Videtur.*Giach.

m *Quæro nunquid.*] Cardinalem offendens,Farin.*d.q.112.inspect.75.*Ros.

Quæro nunquid offendens Cardinalem.] Adde, † quod nedum 12
offendens Cardinalem incurrit crimen læsæ maiestatis, sed etiã si quis offendat Episcopum,vel eius Vicarium, secundum Bolognin.*cons.75.*& de offendentibus Cardinales, Episcopos, Archiepiscopos ,Patriarchas, & Sedis Apostolicæ Legatos, late per Viui.*opin.88.lib.1.* & incurritur crimen læsæ maiest. *in 1. & 2. capit.*Bero.*in cons 114.n.49.vol.1.*Baiard.

n *Quæro etiam.*] Quid de arripiente condemnatum à manibus familiæ. Item, quid de occidente condemnatum ductum ad supplicium,vide per pract.Cater *pag.69.col.2.*Giach.

Quæro etiam.] An poterit ipse cognoscere idem Clarus *in §.fi. q.35.vers.soles* Far.*d.q.117. n.37.& d. q.112. inspec.1.n.51. & num. 156.inspect.1.nu.64.& de oratoribus & nuntiis inspec. 4.num.160. & seqq.*Ros.

Quæro etiam.] Adde, † quod occidens officialem non com- 13
mittit crimen læsæ maiest. dummodo propter eius factum, Princeps non offendatur, nec stet circa latus ipsius Principis, & quod supremus non sit,& superiorem recognoscat, Bar. *in l hostes n.15.ff.de capit.& postlimin. reuers* Isern.*titul.quæ sint regalia, super verbo,& bono committentium,* Dec. *cons.410.* Gigas,*in tractat.de crim.læsæ maiest.lib.3.c.23.n.7.*& Alciat.*cons.19.lib.7.* & est receptissima sententia,vt per Vulpell.*in cons 21.n.5.*Ba.

o *Aliqui distinguunt.*] Adde, atque istos distinguentes ita vi. per Rol.*in cons.præallegato 15.num.13. cum seq.*vbi & ipse illos sequitur,*Giach.*

p *Aut ob priuatum odium.*] Secus in offendente officialem Vulpell.*cons.21.n.5.*Farin.*d.q.112.inspect.3.n.136. per tot.*Ros.

q *Et non aliter.*] Vide tamen Boss.*tit.de crim.læsæ Maiest.n.5. 9.& 14.pro declaratione.* Quid si à non subdito id fieret.Far.*d.q. 112.inspect.8.n.240.& n.258.*Ros.

r *Vidi quandoque dubitari.*]Adde,† quod dicitur lædere ma- 14
iestatem Principis ille, qui lædit eius honorem, etiamsi non sit subditus,Bero.*consi.165.n.19.vol.3.*Baiard.

ſ *Vt ait Rol.in consil.4.nu.1.*] Adde communem esse per eundem late *d.consil.15.n.7.& per totum.* Giach.

t *Hinc infertur.*] Et quid in clerico, & prælatis.Farinac.*d.q. 12. inspect.7. num.230. & 231.232.233.& seq.*vbi *num.221.*tractat. de vniuersitate, vel castro, & *nu.229.* de Imperatore offendente Papam.*Ros.*

Hinc infertur,quod licet clerici, &c.] Adde † videndum D.Fa- 15
rinac.*in q.8.n.18.cum seq.* vbi latissime hanc quæstionem tractauit.*Baiard.*

u *Cum re vera post clericatum.*] Infr.*quæst.38.vers.vidi etiam* vbi de loco sacro tenuit contrarium, qui locus sacer ideo non desinit esse de Iurisdictione, & Territorio Principis, ibi vide. *Drog.*

x *Principes sæculares.*] Adde, quod in quodam Reuerendo Presbytero Pompeio Lando Placentino accidit de anno 1581. cum conspirasset (vt fertur) aduersus Serenissimum Ducem Octauium Farnesium *Drog.*

y *Sed quæro.*] De pœna criminis læsæ Maiest.Far.*d.quæst.116. §.1.n.1.& seq.*Ros.

z *Præterea*] Hodie secundum ius commune bona damnatorum non confiscantur,secus in crimine læsæ Maiestat.Farin.*d.q. 116.§.2.num.12.& tit.de delict.q.25.nu.11. & d.§.2.14.& 23.& 66. vol.1.* Ros.

Præterea.]Inf.*§.fin.quæst.71.versic.Multa autem,& vers.* Dixi autem,*q.84.vers* sed pone ad fin. Capyc. *dec.136.num.16.ibi acta priuata malorum potius, quam verba sententiarum ipsos faciunt pœna condignos.*Drogh.

a *Nisi*

16 a *Nisi sequuta sententia hominis,&c.*] Adde,† quod in hoc delicto requiritur declaratoria; & ista est magis communis opin.
17 vt per Gabr. *comm concl.lib.7.concl.*11. vbi ponit multas ampliationes,& limitationes; & quomodo sit facienda declaratoria ad hoc,vt quis sit priuatus suis bonis propter istud crimen,vide per Gab.*consi*.179.*n*.1. *&* 2.Baiard.

b *A lege quisquis*]An locum habeant hæ pœnæ læsæ Maiestatis contra filias,Far.*d.q*.116.§.3.*n*.72.Ros.

A lege quisquis.] Adde,quod habet locum in his,qui more militari,& aperte sequuntur partes alterius Principis prætendentis ius,vt per Alc.*respon*.19.*col*.1 *tom*.2.*lib*.7. Et in quibus locum habet,vel non,latissime per Rol.*cons*.1.*in* 3. Giach.

18 c *Et ideo tales pœna.*] Adde, † quod filiæ feminæ debent dotari,Rol.*in cons* 33.*vol.*

19 Item adde, † quod nec habent locum in filiis clericis, secundum Borellum *in tract.de arbit*.§.1.*glo*.3.*n*.54.

20 Item † adde, quod etiam non habent locum in filio emancipato ante patris delictum,cui pater donauit bona,Afflict.*in consti.Patarenorum in fine.*

21 Item adde,† quod in crimine hæresis, & læsæ maiestatis filius tenetur pro delicto patris, sed non è conuerso,pater tenetur pro delicto filij, & quæ sit ratio diuersitatis, vide per Afflict. *in d. const.Patarenorum, n*.42.

22 Item adde, † an filius,& quando feudo, & emphiteusi priuetur ob delictum læsæ maiestatis à patre commissum, vide Capr. *reg*.77. vbi latissime,& Bero.*in cons*.77.*n*.7.*vol*.1.Baiard.

d *Contra filias feminas.*]Adde,quod debet dotari,quod habetur fusius per Rolan.*cons*.73.*lib*.2. retulit Iser.dicentem,hoc bene fuisse seruatum temporibus suis per Regem Ferdinandum, qui honorifice maritauit filias Principis Rossani, qui notorie commiserat crimen læsæ Maiestatis contra Regem. Communem etiam inquit Masuer *ad pract.Papien.in forma,inquisitio.gl. fi.verbo.filius* 2.*Baiard.*

e *Filiis naturalibus.*]*d.q*.116.Far.*d.q.n.86. &* 87.§ 3.Ros.

f *Fuit etiam aliquando.*] In filiis natis ante delictum prædictum,Far.*d.q*.116 *n*.91.92.§.3.Ros.

23 *Fuit etiam aliquando dubitatum.*] Adde Rol. *in cons*.74. *vol*.3. vbi tenet quod huiusmodi pœnæ non habent locum in filiis natis post delictum *Baiard.*

g *Ante dictum.*] Adde fusius, & in terminis per Rolan.*cons*. 74.*lib*.3. vi. ibidem, quia plene, ac in terminis consultus respondet *Giach.*

h *Communem.*]Far.sup.*n*.77.Ros.

i *In filio autem.*]Et in concepto post bannum.Farin.*sub prox.* Ros.

k *Præterea quæro.*] Quid contra nepotes. Farin. *d.q*.116.*n*.89. *& seq* §.3 Ros.

l *Non autem in patre.*]Et idem si committatur à matre,& generaliter in feminis.Far.*d q*.112.*inspect*.7.*n*.227.*& d.q*.116.§ 3.*n*. 98 Ros.

m *Vnum tamen.*] Pœnæ criminis læsæ Maiestatis respectu filiorum restringuntur in Imperatore,vel Ro. Repub.Far.*d.q* 112. *& inspect*.5.*n*.198.199.*&* 200.*&* 204 *& d.q*.116.§.3.*n*.143.144.145. *&* 146.Ros.

24 *Vnum tamen non omitto.*] Adde † aduertendum esse, quod in casibus in quibus pœna patris nocet filiis, nocet tantum in his, quæ descendunt ex persona patris: secus in aliis qui aliunde obuenerunt ipsis filiis,Gram.*deci*.6.*n*.14. vide etiam Bero.*in consil*. 65.*nu*.155.*vol*.1.& ibi etiam dicit, quando filius amittat feudum. *Baiard.*

n *Remp.Romanam.*] Adde,quod de tali crimine accusatus apud Populum Romanum Coriolanus, dum interrogaret ipse Tribunos, cuius cum Reum criminis arguerent, responsum est per hæc verba: Martius (inquit) Tribunos rogat,cuius cum criminis eum arguant? perduellionis actionem esse aiunt, seque illud Regnum affectasse demonstraturos, inquiunt: Sic apud Plutarchum in Coriolani vita legitur: & apud Liuium *Decad* 1. *lib*.1. Lex inquit, erat horrendi carminis;quem locum citat Catell.Cotta *in suis memorab in verb.perduellionis, & est lex,in l.fin. ff.ad Iul.Maiest.*Gram.*decis*.6.*nu*.4.vide *in* §.*Interdum Instit.de hæred.quæ ab intest.defer.*Drogh.

o *Sciat autem, quod in hoc atrocissimo delicto lex nonnulla spe-*
25 *cialia,&c.*] Adde,† quod in hoc crimine habentur triginta,vnũ specialia. Quorum primum est. Quod propter delictum patris filij priuantur successione,quia macula patris inficit etiam sanguinem filiorum,vt dicitur in l.quisquis;& ideo filius in hoc crimine,licet ipse nihil deliquerit,propter patris delictum sustinet pœnam,vt per Andr.de Isern.*in c*.1.§. *præterea, quæ sit prim.causs. benef. amitt.* vbi voluit etiam, quod in feudo descendens ex illo sanguine maculato & infecto, est priuatus successione, & hoc voluit dispositio *d.l.quisquis.* Regulariter autem contra, vt *in l. crimin.ff.de pœn.* & de ista materia, an patris delictum noceat filio,& nepoti,dixit Andr.*in d.*§.*præterea, & in c*.1.§.*hoc quoque de successio feud.* & ibi remissiuè. Fit tamen differentia inter filios masculos,& feminas in hoc crimine,quia filius nihil habebit de bonis paternis;sed filiæ feminæ illius, qui læsæ maiestatis crimẽ commisit,dotari debẽt per Fiscum de illis bonis,vt patet expresse *in d.l quisquis,*§.*ad filias*, & voluit Andr. in const. Reg.ob filiorum culpas, vbi allegat *l tutores ff ad l.Iul. de vi priu. & l.si marito,in princ.ff sol matrim.*idem dicit Bal. *in l.patri*,4.*col.C de dot.promis.*& hoc bene seruatum fuit in Regno Neap. nam Rex Ferdinandus maritauit honorifice filias Principis Rossani, qui commiserat crimen læsæ maiest. notorie contra Regem ipsum, vt ait Afflict.*in tit.quæ sint regalia*,§.*bona committentium,num*.3. Et quæ est ratio diuersitatis? dic, quod ratio est, quia masculi sunt audaciores feminis; & propterea lex præsumitur masculos magis inclinare in crimen paternum,vt dicit notab.tex.*in d. l quisquis*, nisi in actibus venereis, in quibus mulieres sunt magis audaces,quam viri, vt dicit Cyn.*in d. l quisquis,in* 6. *notab.* Vnde Quint.Audacem faciebat amor,&c. Et est sciendum,quod licet filij priuentur ob culpam prædictam hæreditate paterna; tamen in feudis antiquis, in quibus agnati collaterales succedunt propter crimen læsæ maiest. commissum per agnatum, tenentem feudum,non priuatur successione feudi immediatè successurus post mortem illius,qui commisit dictum crimen.Fiscus enim tenebit feudum, donec viuit ille, qui delictum commisit: & postea succedit Agnatus collateralis, qui alias succederet, vt dicit And.*in d.*§.*præterea,& idem in c*.1.*denique quæ sit prim caus. benefic.amitten.*quia resoluto iure datoris, resoluitur, &c. vt not. Doct.maximè Paul. de Castro *in l Insulam, in prin. ff. solut.matrim.*& ex his primum speciale habetis in hoc crimine, quia filius portabit iniquitatem patris.

Secundum speciale est, quod quilibet admittitur in hoc crimine ad accusandum,etiam qui alias repelleretur, vt *ff ad l.Iul. maiest.l famosi,& 2.q.1.c.in primis* §. *gloriosus vero*, est enim hoc crimen publicum, vt *in l.1. ff de publ. Ind.facit c.ius publicum, dist*.1. & idem est in aliis criminibus exceptis, vt not. *in c.per duas,& in c.licet hely. de Symon.* dicitur crimen læsæ maiestatis exceptum,*vt* 6.*q.in cap.quisquis,Inst. de publ iud.*§.2.Spec.*in tit. de accus.in fin.* & non solum tales inhabiles admittuntur ad accusandum,verum etiam ad testificandum; quia in hoc crimine est exæquata conditio Testium, vt dicit tex.*in const. prosequentes*,subaudi ad testificandum ea, quæ respiciunt delictum, non autem adminicula delicti, vt dicit Bart.*in l in quæstionibus.ff ad l.Iul maiest.*ex quo infertur,quod in causa læsæ maiestatis iudex de facili non debet dare terminum ad repulsam,sed debet primo videre articulos expulsatorios,quia,si velit testes repulsare,tanquam infames, non debet concedere repulsam, quia non debet quis admitti ad probandum, quod probatum non releuat, *l. ad probationem,C.de probat.* sed si velit repulsare testes, tanquam inimicos, tunc concedet ipsam repulsam, iuxta not.*in d c.per tuas,de symon.*secundum Bart.*in d.l.quæstionibus.* Et sic intelligitur id,quod dicit Bart.*in extrauag.ad reprimendum, in verb.in figura Iu..icij,in* 4.*col.* dum dicit,quod in hoc crimine fit publicatio processus,alias auferretur parti ius defensionis;si enim non publicaretur, non posset impugnare testes, & eorum dicta, subaudi testes,tanquam inimicos, non tanquam aliter inhabiles, *per d.l.famosi.* Et per hoc facit *Const. Regni*, quæ incipit, *si quis per inquisitionem*. quæ vult, quod in hoc crimine non detur copia testium parti inquisitæ, nisi facta consultatione Regi; & si rex rescripserit,dandam esse copiam,datur;alias non:& hoc habet locum tantum in crimine læsæ maiest quod tangit personam Regis, non autem in alio crimine læsæ maiestatis, quod fortè tangeret eius collaterales,& non eius personam, vt dicitur *in d.constit.in verb præterquam*; quod est notandum.Hoc latius disputat Andr.*in titul quæ sint regalia,In* §. *bona committentium*,pro & contra. An scilicet si quis occidat Consiliarium Regis,vel eius Cancellarium odio particulari,licet Rex eo careat, sit crimen læsæ maiest & in persona Domini Andreæ, qui fuit interfectus, Regina Ioanna prima fecit edictum, vt committat crimen læsæ maiest.occidens Consiliarium Regis, siue particulari odio,& inimicitia siue, vt Rex careat illo Consiliario vtili Reipubl. & Regi, & quasi ipse præscius de sua morte violenta prolixius dictam quæstionem examinauit per duas columnas.

Tertium est speciale,quod serui torquentur in caput domini, vt *in l.meminisse*, *in l fi.C.ad l.Iul maiest.*

Quartum speciale est,quod milites.& aliæ personæ, quæ non possunt torqueri,in hoc crimine nullum habent priuilegium,vt *in l.nullus,C.eod.tit.*

Quintum est speciale, quod postquam est commissum tale crimen, taliter delinquens non potest quicquam de bonis suis alienare,nec debitores eis soluentes liberantur, vt *in l fin.C.eo. tit.*& patet *in d.cap.Felicis,de pœnis in sexto.ibi.dum dicitur*, nullus ei debita reddere,quod non est,sic in aliis criminibus,vt *in l. post contractum,ff de don.*

Sextum speciale est, quod ille, qui committit tale crimen, postquam mortuus est,potest accusari, vt eius memoria damnetur,quod nõ est sic in aliis criminibus vt *in l fi.C.ad l.Iul maiest.*

& not.in §.interdum,Inst.de hæred. quæ ab intest. & hoc solum habet locum quando committitur crimen perduellionis, vt dicit Azo.*in Summa,eod.tit.n.4.*allegat *l.fin.C.eod.tit.*& talis accusatio non potest fieri,nisi in quinquennium, à die mortis, argu.*l.2. C. de apost.* Modum autem procedendi contra talem mortuum, vt damnetur eius memoria, vide per scribentes *in d.§.interdum*, & per Ang.*in d l.fin.C.ad l Iul.maiest.*

Septimum speciale est,quod in hoc crimine venit imponenda pœna mortis,& omnium bonorum publicatio, tam Burgensaticorum,quam Feudalium, vt *in d.l.quisquis*. Et ideo dicitur crimen arduum, *vt in c.1.de cleric.pugn. in duell* & sub generalibus verbis non veniunt ardua, *vt in l non solum, in princ.ff.de procurat.*de quo per Ludou.Rom *in l. sed & si quis,§.quæsitum,ff si quis caution.*& per Io.Mont.& Io.And.*in c.in generali,de reg.iur lib.6.* Et si Rex concederet ad tempus Baroni in terris suis, vel alicui Capitaneo merum,& mixtum Imperium in tali ciuitate, & castris,& cum omnibus prouentibus & introitibus, non venit cognitio criminis læsæ maiestatis,nec eius punitio; quia iste casus est de reseruatis ipsi Regi,quia semper in concessionib. Feudorum,& Castrorum cum mero, & mixto Imperio consuetum est reseruare crimen hæresis,falsæ monetæ,& crimen læsæ maiestatis, & ista consueta reseruari censentur reseruata, etiam quod non sit dictum per tex *in c.cum M.Ferrariens.de constit.* vbi Bal. dicit,quod ille tex.ad hoc est melior,qui sit in iure.Et dicit And. Barb *in c.quod translationem,de offic.deleg.* quod similis text. est *in l generaliter, de fideiuss.*& ibi etiam dicit ex auctoritate Lud. Rom. in quodam suo consilio, quod si datur mandatum ad negotium, intelligatur esse datum ad consueta fieri in dicto mandato,etiam quod non sit expressum, allegat multa iura ad hoc. Et ideo dicitur ad tempus, quia, si in perpetuum essent concessa aliqua regalia in territorio. tunc veniunt Regalia hic contenta, vt dicit Paul.de Castren *in cons.227.incip.ad primum,circa fin.*refert Fel.*in c quæ in Ecclesiarum,de constit.* Sed non omnia,vt de crimine læsæ maiestatis commisso contra Regem concedentem, & alia, quæ sunt reseruata Regi in priuilegium Coronæ Regiæ, vt dicit Luc.de Pen.*in l 1.C de priuileg.scholar.lib.11.*prout refert Paris de Put.*in tract.de syndic.in 6.car.in 2.impress.* Et licet bona prædicta,quoad dominium ipso iure perdantur, vt *in l.eorum.ff. ad l Iul maiest.& d.l.quisquis*,& voluit And. *in c.1. quo temp.mil. & in c.1.de feud.sin.culp. non amit.*Archid *in d.cap.felicis*, & expresse hoc cauetur in Regno, *in cap.quod incip.nuper apud Tranum;& in alio c.quod incip.Bona proditorum*,in quantum ad auocandam possessionem requiritur sententia declaratoria, vt not. *in auth.de incest.nup.§.1.& in c. cum sim.de hær.lib.6.* & Andr. *in locis præallegatis.*

Octauum speciale est,quod in hoc crimine punitur voluntas, quæ venit ad actum sine opere perfecto, *vt 6.q.1.cap verum,d.l. quisquis,& in cle pastoralis,in verb.tractauerat,de re iud.de quo in c.1.§.si voluerit,d.c.qui cur.vend.*

Nonum speciale est, quod committens tale crimen priuatur beneficio consuetudinis,quo ceteri gaudent 11. *dist.§.nos.*

Decimum speciale est, quod hoc crimine condemnatus patitur,vt arma eius,quę sunt depicta in Ciuitate,debeant destrui,& deuastari,vt not.Bar.*in l.eorum,ff de pœn.*

Vndecimum speciale est, quod in hoc tam magno crimine procedi potest per accusationem, inquisitionem,& denunciationem summariè,& de plano sine libello,strepitu,& figura Iudicij,vt patet *in extrauag. ad reprimendum*, quam notab. Barr. glossauit & dicit Andr. *in d. titu. quæ sint regalia,§. bona committentium,colu.6. vers.item nota*, quod in hoc crimine proceditur summariè & sine libello,*vt in l. Manichæos, C.de hæret.& Inst.de hæred.quæ ab intest §.per contrarium.*

Duodecimum speciale est,quod nemini de se confesso contra alium creditur,nisi in crimine læsæ maiest. *vt 15 quæst.3.cap nemini, not.in cap.cum monasterium. extra de confess.& in leg.quoniam liberi,C.de testib.not in cap vlt.de testib.cogen.* Ludo.Rom *in l si quis in graui ff. ad Syllan.*& de isto articulo,an hoc in crimine ex dicto socij possit procedi ad torturam contra alium nominatim socium in hoc crimine, dicit Dyn. *in tract. de quæst.* quod inculpatio, quam facit socius criminis de alio in casibus,in quib potest interrogari de socio, de quibus in gloss. *in l. accusationis,C.de accusat.*facit indicium ad torturam quod verum est,si cum dicto socij concurrat alia præsumptio, vel aliud indicium; alias sola depositio non sufficeret ad torturam, vt tenent Alex. *consil.89.vol 3.*& Abb.Sicul.*in c.1.de confess.*& Franc. Brun *in tracta.de quæst.in 5 quæst.*Alex. *cons.118.vol.4.glo. in d.l.accusationis*, & ibi Alber.de Rosat.& Andr *in const.Regn si damna clandestina, glo.in l.filium,C.de liber.caus.* vide etiam ad hoc Alex.*in l.1.ff.de quæst.*& Bart.*in l.reperti,§.is qui,ff.eod.tit.* Bal.*in l.quoniam,C.de testib.*& Paul.de Castr.*cons.18.*

Decimumtertium speciale est,quod in hoc crimine admittitur probatio per testes singulares, sicut in crimine vsurariæ prauitatis, vt habetur *in l. 1. C. de testament.* ita consuluit Petr. de Anch.*cons.266.*dum quæritur, vtrum ad probandum D.Manfredum de Cumo Capitaneum gentium armorum D. Baldassaris Cossa,Rom.Eccles.Card.& Legati de Latere Bonon. ac Romandio pro Romano Pontific.fecisset tractatum, conspirationem,& rebellionem dictorum Legati, & Pontificis contra statum,probetur per quatuor testes singulares, de quorum singularib. *in d. cons.*

Decimumquartum speciale est, quod ille, qui læsæ maiestatis crimen commisit,non potest agere in Iudicio, vt voluit Specul. *in tit.de actore,§.1.vers.Item quod commisit crimen læsæ maiest.*

Decimumquintum speciale est, quod ille, qui commisit hoc crimen,non potest facere testamentum, nec actiuè, nec passiuè, vt dicit Specul. *in tit. de Instrum. edit. §. compendiose*, vbi ponit personas,quæ non possunt facere testamentum,*in ver.14.allegat l pen.C.ad l.Iul. maiest.* Idem voluit Specul. *in tit.de Iudic.in §.1.vers.est etiam alia ratio hæreditatis*, sed de hoc est tex. hodie *in d.c felicis, ibi, dum dicitur*, nec testamenti liberam habeat factionem, nec ad alicuius bona ex testamento, vel ab intestato vocatur,& pro hoc facit,quia ille, qui commisit tale crimen,habetur pro mortuo.Et ideo si filius,qui commisit hoc crimen,esset præteritus à patre, testamentum valet,& non potest dicere filius testamentum nullum, quia censetur mortuus,licet corporaliter viuat,ita Bal *in l.hac edictali,C.de secund.nupt.*

Decimumsextum speciale est, quod ille, qui commisit tale crimen,vel eius filius, non potest se defensare sub prætextu alicuius præscriptionis, vt *in cap.regni, quod incip.bona proditorum.*

Decimumseptimum speciale est,quod in hoc crimine admittitur probatio per duellum,vt not. Glo.*in l.fin ff ad l.Iul.maiest.* Et ideo hoc crimen vocatur perduellionis, de quo per Afflict. *in c.1.in §.si quis hominem,de pac.tenen.*vel verius secundum Cl.*in d. l.fin.*dicitur crimen rebellionis, id est bellum tanquam cum hostibus Populi Rom. *l. quos nos ff. de verb.signif.* not. Io. de Ligna. *tract.suo de bello.*

Decimumoctauum speciale est, quod ille, qui manifestat socios huius criminis occultos,antequam fiat,veniam meretur,vt *l antepen in fi. C.ad l.Iul.maiest.*

Decimumnonum speciale est, quod domus illius,qui tale crimen commisit,debet destrui, & dari in collapsum vsque ad fundamenta,& ista est noua pœna imposita per Papam *in d.c.felicis, de pæn.in 6.*Vnde ciuitas propter rebellionem subiicitur aratro, vt not. And.*in c.1.§ fin.de c. corr.de iur.auc.*Quid autem si domus ruinanda communis sit cum aliquo, qui non deliquit, quid faciendum? vide per Archid.*in d.cap.felicis*,& ibi etiam Io.Andr. Doctor.*in l.si communi, ff si seruit. vendic.* per Bart. *Atheius ait. §.de eo opere ff.de aqu.plu.arcen.& in l si is, cum quo,ff. cum diuid.* Bal.*in l.sed etsi seuerior,C.de infam.*Alber.de Rosa.*in 3.par.statut. car.139.*

Vigesimum speciale est, quod prohibitum est pro filiis rebellium, qui pro illis qui commiserunt crimen læsæ maiestatis postulare,vel aduocare in causis, vt patet *in d.cap.felicis,ibi,sit eis postulandi negata facultas*, nisi concedatur licentia, prout moris est. Et scias, quod tanta est vis huius delicti, quod filius non dicitur ingratus,accusando patrem cum veritate de hoc crimine,vt est Gloss.*in const.Regni inconsutilem, de hæret.in verb. flammarum.*

Vigesimumprimum speciale est, quia dicit Archidiaconus *in d.c.felicis,in vers.Quinto opponitur*, quod speciale est in hoc crimine, quod damnato non licet appellare propter criminis immanitatem, sicut est in raptu virginum, *vt C. de rap. virg l 1.§. quib.*& in falsificatore monetæ, *l.1.§. appellandi, C.de fals.monet. l.1.§.appellandi C.de fals.mon.* & in hæretico,vt *in c.inquisitionis, de hær lib.6.* Sed contrarium tenuit And. de Iser. *in d tit.quæ sint regalia,§.bona committentium,col.9.*quia non reperitur iure cautum,quod in hoc crimine sit prohibita appellatio: Fallit, nisi in proditione commissa esset concitata seditio,vel factio ordinata, vt *in l.cōstitutiones,ff.de appell.*videlicet,si aliquis ordinaret,quod ciuitas rebellaret,hic est dux,& caput factionis,& non appellaret condemnatus,secundum And.vbi supra. Secundo, fallit,nisi esset notorium facti permanentis, sicut ille,qui tenebat nouercā pro concubina,*vt 2 q. 1. c. de manifesta, & c.Deus omnipotens,& not.in c.vestra,de cohabit.cler. & mulier. & in l.data opera, C.quī accusare non poss.* Ergo in notorio facti transeuntis poterit appellare condemnatus, vel latius concludit And. *in loco citato*, qui super hoc articulo, an à sententia in hoc crimine possit appellari,scribit per duas columnas,pro,& contra,redarguendo,& finaliter concludendo, prout supra dixi. Et clarè ista conclusio patet *in d.c.de manifesta,in Gloss.magna.& in c.præterea,& in ca. cum sit Romana,de appell.* Et vide ad saturitatem de hoc articulo Aret.*in tract.malef.in verb præsente Caio, & appellante*,& Gigan. *in tractat.de crim.læsæ maiest.tit de plur.quæst.13.*

Vigesimumsecundum speciale est, quod puniuntur receptatores illius,qui commisit tale crimen, pœna capitis, vt not. *in l. 1.ff.de recept.*& patet *in c.quod incip. Bona proditorum*, de quo per Bart.*in l fin.C.de fabricens.in l.1. C. de desertor. & in l.omnes,C.de agric.& censit.lib.11.*

Vige-

Vigesimumtertium speciale est, quod in isto crimine potest incipi à quæstionibus contra accusatum, quando indicia haberi non possunt: secus, si possunt haberi, *vt in l. si quis alicui. C. ad l. Iul maiest.* & dicit Saly. ibi, quod est speciale in hoc crimine, vt talis præsumptio sit sufficiens ad torquendum accusatorem, qui pro se contra accusatum habebat sufficiens indicium, sed loquitur per verbum, *credo.* Facit, quod not. Bal. *in l. quicunque de ser. fugit. in fin.* quod in istis tractatibus, qui fiunt secreto, propter probationis difficultatem incipiendum est à tortura. Sed id speciale non puto verum, Afflict. *in d. tit. quæ sint regalia §. bona committentium, n.* 44. quia Ang. & Salyc. *in d. l. si quis alicui*, expresse videntur tenere, quod in hoc crimine non potest procedi ad torturam sine indiciis, sicut in aliis criminibus.

Vigesimumquartum speciale est, quod licet regulariter sententia lata contra absentem non valeat, vt *in l. absentem. C. de accus.* tamen in hoc crimine valet sententia lata contra absentem, vt dicit ibi Ang & patet *in d. clem. pastoralis, de re iudic.*

Vigesimumquintum speciale est in Regno Neap. quod de hoc crimine nullus officialis cognoscit, nisi magna Curia Vicariæ, vt *in constit Regni statuimus, de offic. maior. offic.*

Vigesimumsextum speciale est in dicto Regno, quod in hoc crimine non datur copia repertorum sine speciali consultatione, & responsione Regis, vt dicitur *in const. hi, qui.*

Vigesimumseptimum speciale est, quod in hoc crimine non editur nomen delatoris, vt dicitur *in d. const. hi, qui.*

Vigesimumoctauum speciale est, quod postquam quis est carceratus pro isto crimine, non potest excarcerari sine expressa licentia Regis.

Vigesimumnonum speciale est, quod illi, qui incidunt in hoc crimen, & retinent terras Ecclesiæ, vel imperij, possunt condemnari per sententiam sine citatione, dictum est singulare Io. An. *in c. cum olim, de re iudic.* per illum tex. fuit memor. Bal. *in prælud. feudor.*

Trigesimum speciale est, quod clericus delinquens hoc crimine punitur per Iustitiarium, & non per iudicem ecclesiasticum, vt *in const. Regn. incipien. De personis clericorum*, sed ista constitutio non procedit per Iura canonica, nisi quoad Feuda, vt ibi per Andr.

Trigesimumprimum speciale est, quod in hoc crimine punitur criminaliter vniuersitas delinquens per Principem, quia Ciuitas subiicitur aratro, *vt in l. si vsufruct. ff. quemadmodum seruit. amitt.* quod verum est, si Princeps hoc declarauit, vt dicit Bart. *in extrauag. ad reprimendum in ver. rebellando in fin.* Et sic, si Princeps non declarauit, illam vniuersitatem rebellem, & debere subiici aratro, non potest per tertium allegari rebellio, & tunc in hac declaratoria veniunt pupilli, & illi, qui non deliquerunt; hoc est speciale in hoc crimine; regulariter autem vniuersitas pro alio crimine non punitur criminaliter, vt pupilli innocentes, & furiosi puniantur: sed pœna commutatur in pecuniariam, vt dicit Bart *in l. aut facta, § nonnunquam, ff. de pæn.* & Salic. *in l. 1. C. de seditios.* Et ista specialia nota, quia dominus Cardinalis, *in d. cl. pastoralis*, & Ioan. And. *in d. c. felicis*, in nouella non ponunt tot specialia, quæ sic formaliter fuerunt congesta per Afflict *in c. 1. in tit. quæ sint regalia; in vsib feud. in §. bona committentium*; & mihi ea placuit hic posuisse.

Ego autem addo aliud specialissimum, omnibus tamen notum, quod est sola Principis voluntas, qui facit, quicquid vult, & sibi placet, & vel homini illi, qui de tali crimine nedum imputatus, sed adumbratus fuerit.

26 Item adde, quod si quis solus dixerit, & iuratus fuerit, quod vult committere delictum contra Regem, & nihil aliud fecerit, non punitur ille affectus; secus, si cum alio dixisset, Afflict. *in cōst. asperitatem, n.* 2 *fol.* 48. Baiard.

p *Et in primis.*] Affectus in hoc crimine punitur. Far *d. q.* 116. §. 4. *n.* 147. & quomodo quis possit excusari, Far *q.* 117. Ros.

q *Si deuentum fuerit ad actum.*] Adde ad idem ea, quæ per Caret. *in pract. crim. §. homicidij, 1. num.* 15. vbi etiam exemplificat, si fuisset facta conspiratio, & tractatus cum aliquibus, & secus si affectus transiuisset in nudam voluntatem verbis tantum expressam, & non factam, nam dicit non puniri pœna ordinaria. Item *& num seq.* ponit, An, & quando sola cogitatio punitur, remissiue, *& n* 17. limitat etiam in crimine etiam seditionis, in quo attentatum punitur. *Giach.*

r *Item licet.*] In hoc crimine læsæ Maiestatis proceditur etiam post mortem, Far *q.* 10. *n.* 42. *vol.* 1. *& q.* 118. *n.* 38. *vol.* 5. vbi per tot. q. plura specialia. *Ros.*

27 *Item licet regulariter, &c.*] Adde videndum Rolan. *in consil.* 1. *num.* 16. *& sequent. vol.* 3. & qualiter sit procedendum, vt memoria defuncti damnetur, vide Patis. *in consil* 2. *num* 209. *vol.* 4. & infra quantum tempus damnari possit. Carter. *in tract. de hære. nu.* 142.

28 Item adde, † quod quando proceditur contra memoriam defuncti in crimine læsæ maiest. citandi sunt filij, cognati, & successores defuncti, vt veniant ad contradicendum, ne memoria defuncti damnetur; & non solum sunt citandi, quando post mortem cœptum sit iudicium; sed etiam, quando in vita fuit accusatus, & pendente appellatione decessit, Gigas *in tract. de crim. læsæ maiest in verb. qualit. in crim. læsæ maiest. q.* 21. Baiard.

ſ *Contra principem, vel Remp. Romanam.*] Adde quod in istis duobus casibus memoria defuncti damnari potest, vt pulchre, & late per Rol. *in consil.* 1. *num.* 16. *& seq. lib.* 3 & sequitur Masuet. *ad pract. Papien in tit. Inquisitio*, post Gl. contra & aduersus, post med. & qualiter procedendum sit, vt defuncti memoria damnetur, vi. per Cæpol. *in consil.* 17. *in primo dubio* Par. s. alios aduocantem *in cons* 2. *num.* 209. *lib.* 4. & per Masuet. *ad pract. Papien. vbi supra* Clau. *crim. reg.* 70. 126. *&* 161. per Boil. *titu. de hæret. num.* 30. *& seq. & tit. de sen num.* 47. Et infra quantum tempus peti potest memoria defuncti damnari, vide per Carter. *tract. de hæret. num.* 142. Giach.

t *Sed quando committitur*] Adde videndum Peregr. *de iure fisci, lib.* 4. *tit.* 5. *n.* 19. *cum pluribus seq* vel latissime examinauit hanc quæst. an morte extinguatur, & memoria damnari possit, quando huiusmodi crimen contra alios Principes committitur, & concludit, quod consuetudo regionis attendi debet. 29

Item adde, quod requiruntur plenæ probationes ad hoc, vt defuncti memoria damnari possit, & eius bona publicari, secundum Dec. *in cons.* 410 nec sufficeret, quod Principes affirmarent, defunctum commisisse delictum. *Baiard.* 30

u *Hinc infertur.*] Adde † quando quis dicatur rebellis videndum Brun *in consi feu l.* 38. & an sententia, & quando requiratur, ad hoc, vt dicatur rebellis, late Masc. at *de probat conclus* 1257. *vol.* 3. & quando sola declaratoria sufficiat, vt quis sit rebellis, & † an ipso iure bona rebellis in fiscum transeant, & quando rebellio in sola inobedientia incurratur, vide omnino Gabr. *in cons.* 179. & ibi etiam habetur, quando quis fuerit citatus sub pœna rebellionis, vt coram Principe personaliter compareret: & † si per tale præceptum bona fuerint publicata, quod filius poterit agere remedio reintegrandi. *Baiard.* 31 32 33

Hinc infertur.] Quot autem modis contrahatur crimen rebellionis, & de pœna, vide per pract. Care. *pag. mihi* 55 *sub numer.* 88. *Giach.*

Hinc infertur.] De rebelle vide Decian. *tract crim. to.* 1 *libr* 7. *c.* 22. & Far. *d. q.* 113. *n.* 66. *& seq.* vbi quot modis committatur rebellio, *inspect.* 2. *vel quinta.* Rebellis primo poterit occidi, & vide probari. Far. *q.* 103. *vel* 40. *n.* 14. Ros.

x *Sed certe hæc opinio*] Et de bannito, qui possit impunè offendi, infra *in § fin. q.* 36 *vers Item quæro, q* 17. *vers Dixi autem supra in §. Homicidium, versic Item scias.* Attende tamen in hoc crimine, alioquin inter atrociores connumerato, quod implicitus in tali crimine, † si illud patefacit, antequam ad actum processerit, non solum veniam, sed etiam præmium consequitur; si autem ad actum processit, sed antequam perficiatur, propalauerit, veniam tantum, sed non præmium consequitur. Ita dicit Caroldus de Boncompagnis *inter cons. crim. diuers cons.* 55. *numer.* 4. *vol.* 1. Drogh. 34

y *Item quamuis.*] Et absens condemnari potest, licet alias non iure communi inspecto. Far. *d. eius praxi crim. vol* 5 *q.* 118 qui plura cumulat. *Ros.*

Item quamuis regulariter, &c.] Adde † quod in hoc delicto nedum proceditur contra absentem, sed etiam in alieno casu contra non citatum, vt dixi infra *in qu* 31. *versi. adde, quod hæc omnia.* Baiard. 35

z *Mortem condemnari.*] Vt in 8. constitutione Henrici Imperatoris, quam Pisis promulgauit, & de qua meminit Cæpol. *consil. crim.* 47. *num.* 8.

Item scias, quod ordinarius qui ausus fuit Principis potestatem assumere, reus videtur esse criminis læsæ maiest. vi. per Crauett. *cons.* 18 *nu* 2. quod qualiter procedat, vi. post relatos per Menoch. *de arbi. iud. lib.* 2. *centur.* 3. *cas.* 320. *in* 1. *casu, & vi.* ibi per totum, quia ponit alios etiam casus, in quibus, & qua pœna puniendus est vsurpator auctoritatis Principis, vel alterius, necnon, & locum dignitatis ei non debitum. *Giach.*

a *Post num.* 7.] Vide Cartar. *tract. de execut. sentent. cap.* 1. *nu.* 15. Ros.

§. LVDVS.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Ludum esse prohibitum.*

2 *Et quid in ludis, in quibus est mixtura ingenij, & fortunæ.*
Et quid in ludo scaccorum, ibid.

3 *Et an ludus scaccorum sit permissus clericis.*

4 *Et an hastiludia, & torneamenta licita sint.*

5 *Et quid in sortibus, quas scommessas vulgo appellant.*

6 *Quæ sit pœna ludentis ad ludos prohibitos.*

7 *Vincens in ludo prohibito an teneatur lucrum collusori restituere.*
8 *Mutuans in ludo reprobato an possit repetere.*
9 *Transactio occasione ludi, an sit permissa.*

Ex Additionibus.

1 *Ludus quid.*
2 *Ludorum species, & qui sint permissi, & qui non, remiss*
3 *Et Officiales non prohibentes ludos, quos possunt prohibere, ad quid teneantur.*
4 *Ludus in officialibus est detestabilior.*
5 *Ludus permittitur tempore pestis.*
6 *Ludus pilæ quandoque est prohibitus.*
7 *Ludus vsque ad quam summam sit licitus.*
8 *Et quid in Regno Neap.*
9 *Ludus scaccorum à quo inuentus.*
10 *Ludus, vt vulgo dicitur ad scottum, an sit permissus.*
11 *Et an requirat æqualitatem, remiss.*
12 *Lusores quibus pœnis plectantur, remissiue.*
Et eadem afficitur pœna qui vidit ludere, vel ludentem docet, num. eod.
13 *Ludens cum pluribus ad plures ludos, an debeat puniri pro pluribus delictis, stante statuto, quod lusor puniatur in certa quantitate.*
14 *Emens rem ab aleatore censetur in mala fide.*
15 *In domo susceptoris aleatorem furari licet.*
16 *Ludi fraus à quibus probari possit.*
17 *Ludentes ad creditum, vel mutuantes ludentibus nullam habent exigendi actionem in Reg. Neap.*

a IN a hac materia facienda est generalis conclusio,
1 quod ludus est b de iure prohibitus, vt videtur text. *in*
b *l. alearum vsus, C. de religio. & sumptib. funerum.* Et est communis opin. vt dicit Maluet. *de ludo taxillorum nu.* 4. prout illum refert Pract. Conradi *fol.* 420. *num.* 1. *in fi.* & in facti contingentia consuluit Corn. *cons.* 101. *lib.* 2.

2 Hæc autem conclusio locum habet non modo in iis
c ludis, in quibus sola sors versatur, sed etiam in iis, quibus est mixtura ingenij, & fortunæ: puta taxillorum, & tabularum, & chartarum: nam omnes pariter sunt prohibiti. Et est communis opin. vt attestatur Imola *in cap.*
d *clerici, il* 2. *post n.* 16. *de vita & honestate clericorum.* d Vbi vero solummodo versatur ingenium, talis ludus est permissus. Et hinc infertur, quod ludus scaccorum est
e de iure licitus: & ita dicunt Doctores, vt ait Rosel. de Rosel. *inter consilia criminalia diuersorum, cons.* 46. *num.* 5. *lib.* 1.

f Scias f tamen, quod etiam ad huiusmodi ludos permissos non licet ludere vltra vnum aureum, vt est text. *in d. l. Alearum vsus.* Bene verum est, quod in hoc videtur derogatum à consuetudine dispositioni d. legis, vt nonnulli attestantur, quos refert Aug. ad Ang. *de malefic. in loco præallegato, post num.* 4.

g Quæro g nunquid clerici possint ludere ad scaccos. Respond. quod sic. Et ita tenent communiter Doctores, vt dicit Abb. *in d. c. clerici, il* 2. *n.* 4. Hanc etiam dicit esse communem opin. Aug. ad Ang. *de malef. in verbo Mettitore de mali dadi, n.* 3. Bertachi *in tract. de Episcopo, in* 1. *parte causæ finalis, q.* 7.

4 Item quæro, nunquid laici possint licite facere torneamenta, & similia Respon. quod sic. Et est communis opi. vt ait Socin. *cons.* 16. *nu.* 3. 5. *& 6. lib.* 1. prout illum refert Pract. Conradi. *fol.* 4. 6. *in princ.* licet Socin. in libro meo non attestetur de communi. In his enim versatur corporis agilitas, & ingenium, neque in arbitrio fortunæ aliquid est positum.

h Quæro h etiam, nunquid istæ sortes, quas vulgo
5 scommessas appellamus, sint licitæ. Respond. quod sic. Et est communis opin. vt ait Dec. *cons.* 155. *num.* 4. quem refert Didac. *in repet. c. peccatum fol.* 122. *in fine, de reg. iur. in* 6. Dubius enim euentus fortunæ contractus illicitos non facit.

Sed i quæro, quæ sit pœna ludentis ad ludos prohibi- i
tos. Resp. de iure ciuili non videtur imposita certa pœna. 6
Et ideo videtur dicendum, quod lusores ad ludos prohibitos sint puniendi extra ordinem arbitrio iudicis, secundum facti, & k personarum qualitatem. k

Item l vincens in ludo reprobato tenetur lucrum col- l
lusori restituere; ita dicit Gl. *in l. fin. in Gl. fi. de alea.* quam 7
omnes Doctores indistincte approbant, vt dicit Aug. *in loco præalleg. n.* 23. Hanc etiam dicit esse communem opin. Caccial. *de Ludo, n.* 40. Sed hoc consuetudine non seruatur, vt dicit Aug. ad Ang. *in loco præalleg. num.* 17. m Et ideo m
stante consuetudine permittente, vt possit ludi ad aleas, talis consuetudo excusat etiam victorem, vt non teneatur ad restitutionem lucri, n dummodo in ludo fraus non n
interuenerit. Et est communis opin. vt attestatur Barb. *cons.* 66. *n.* 6. Dixit tamen Card. quem multi sequuntur, quod tutius est animæ, pecuniam ipsam pauperibus erogare. Et ait Rochus *in loco præalleg.* quòd ita dicunt communiter Doctores. Ego tamen nunquam vidi hoc practica seruari: nam vt dicit Barbat. *in loco præalleg.* illud, quod dicitur de erogando pauperibus, est de consilio, & non ligat. Valet autem talis consuetudo, vt denegetur victo repetitio eius, quod amisit. Et ita tenent communiter Cano. Legistæ, Theologi, & Sancti viri, vt attestatur Caccial. *de ludo, num.* 79.

Item mutuans in ludo, non potest repetere, vt est text. *in d. l. alearum vsus.* Scias tamen, quod quicquid sit de iu- 8
re, contrarium seruatur in Practica. Est enim consuetudo, vt possit huiusmodi pecunia repeti, vt attestatur Aug. ad Ang. *de malef. in verbo, Mettitor de mali dadi, nu.* 15. *& seq.* Et talis consuetudo valet secundum communem opin. de qua attestatur Didac. *in repet. d. cap. peccatum, fol.* 124. & est obseruanda non solum inter laicos, sed etiam inter clericos. p Et ita magis communiter receptum est, vt ait Didacus *in loco præall. fol.* 125.

Prætereà q in ludo, vel occasione ludi, non est licita q
transactio: ita tenent communiter Doct. vt dicit Abb. *in d. clerici, n.* 16. Costa de ludo. *art.* 5. *nu.* 1. Cum enim occasione ludi non possit esse lis, pariter etiam non vadit transactio; licet attenta consuetudine, aliter dicendum sit, per supradicta.

ADDITIONES.

Ad §. Ludus.

IN *hac materia.*] De ludo, & illius pœna latè tradit Farin. *in eius prax quæst.* 109. *vol.* 4 *part.* 1. & quid in clericis *par.* 2. *num.* 92. *& par.* 3. *n.* 106. qui ludi permittantur alias per Vigell. M. I. R. *l.* 3. *c.* 10. *reg.* 65. *& duab. seq.* Ros.

In hac materia.] Adde, † quod ludus est actus quidam cessatio- 1
nis, vel recreationis; quandoque ex sola fortuna, interdum ex industria, nonnunquam ex vtroque prouenìens, Marian. Socin. *in c. inter dilectos, num.* 25. *de excess. prælat.* Et in materia ludi, vide Menoch. *de arbit. iud. cas.* 399. & Caccialup. *in tracta. de lud.* vbi habetur, quot † sint species ludorum, & qui permissi, & qui non. Et 2
Viui. *opi.* 468. *&* 469. *& in d. opin.* 468. *n.* 9. dicitur, quod officiales, qui possunt prohibere ludos, & non prohibent, tenentur ad restitutionem perditi à tempore, quo prohibere potuissent, & † ipsi 3
officiales ab huiusmodi vitio ludi se abstinere debent, & quidem 4
si in aliis detestabile hoc pessimum vitium in magistratibus detestabilius, & horribilius censendum est communi vna omnium sententia, nam quot sunt puncta, tot in eis sunt peccata: Foller. *in tit. de vita, & honest. cleric.* & Fab. de Monteleone *in praxi arbit. par.* 1. *num.* 3. *cum seq. fol.* 30. vbi latè quot mala ex ludo oriantur.

Item adde, † quod ludus permittitur tempore pestis, ad effu- 5
giendas melancholicas cogitationes secundum Rip. *in tractat. de pest. in tit. de remed. præseru. cor. pest. n.* 157. & in hac materia ludi, & quando, & quibus casibus sit permissus, vide Capr. *in reg.* 86. & ibi multas quæstiones posuit, & latissime tractauit, & addentes ad Bertazz. *in cons.* 379. *in litt. B.*

b *De*

b *De iure prohibitus.*] Ludum prohibitum esse, Far. *d. q.*109. *par p.n.*60. *&* 84. Ros.

c *Sed etiam in his.*] Etiam in his, in quibus mixtura ingenij concurrit, Farin. *sup. nu.*31. De retinente ludum domi. Farin. *qu.* 109. *par.*4. *num.*237. Quid in Doctoribus & scholaribus ludentibus, & temporis amissione, *d. q. & par.*1. *num.*43. & pariter causa recreationis; *n.*85. *& seq.* Ros.

d *Vbi vero solummodo.*] Secus si solum ingenium, vt in ludo scaccorum modo non vltra aureum. Far. *sup. num.*130. *& seq. &* 134. Clerici ad scaecos ludunt. Far. *d. q.*109. *par.*3. *nu.*114. & ideo & tormenta licita sunt. *Ros.*

6 *Vbi vero.*] Adde, † quod ludus pilæ, in quo solum versatur ingenium, aliquando est prohibitus, vt per Bursat. *cons.* 116. *nu.*6. Baiard.

e *Licitus.*] Adde Gl. notab. in auth. interdicimus, *C. de episc. & cler.* Et de materia ludi, vide F. Viuium *lib.*2. *opin.* 163. 164. 165. *&* 166. Guiot.

7 f *Scias tamen.*] Adde, quod licet ludere vsque ad scutum vnum, s. per totum vnum diem, Bart. *in l. inficiando, §. infans, ff. de*

8 *fur.* & Amad *in tract. de synd. num.* 92. & in Ciuitate Neap. lusores non possunt per diem continuum horarum 24. ludere vltra ducatos decem, vt per Reg. Pragm. *incipien. Essendo venuto.* fol. 444. *Baiard.*

9 g *Quæro nunquid clerici.*] Adde, † quod ludus scaecorum, & tabularum cum taxillis fuerunt inuenti per Piramidem in exercitu Græcorum contra Troyam ad ociandum milites Marco, *satur.*53. refert Marian. Socin *in c. inter dilectos, de excess. prælat.* & Par. *in tract. de ludo n.*6 Baiard.

10 h *Quæro etiam, nunquid ista sortes.*] Adde, † quod conuentio soluendi mille sub futuro fortunę, vel conditionis euentu est licita, puta, si creatus fuerit Titius Pontifex hoc anno, vel si talis moreretur infra mensem, vel similes conuentiones, quas appellamus scortum, Stoacc. *de mercat. in fin. prima part. de sponsion. mercat.*4. *q. num.*1. *& seq.* quoniam dubius euentus non reddit contractum illicitum, sed conditio pro causa legitima reputatur, *l in naui* vbi Castr. *ff. locat.* & Alex. *il à Titio, ff. de verbor. obligat* Deci. *cons.*115. *num.*2. vbi hanc, vti communem, approbant Paris. de Put. *de ludo nu.*26. Thom. de Aquin. *in* 2. 2. *q.*32. *artic.*7. concludens me posse promittere tibi centum, si plura puncta à fortuna habueris, quam ego, quod dictum sequuntur Imol. & Canoni. communiter *in c. pen. de vit. & hon. cler.* Barbat. *cons.* 63. *vol.*1. Afflict. *decis.*389. *num.*3. vbi ita iudicatum refert Bursat.

11 *cons.*163. *nu.*153. *vol.*2. & † an in huiusmodi sponsionibus æqualitas requiratur, Bertaz. *in consil.* 379. & ibi addentes *in littera D.* & Nauar. *cons.*19. Baiard.

i *Sed quæro quæ sit.*] Ludentium pœna, Far *sup. & p.*1. *num.*57. *& seq.* Ros.

Sed quæro quæ sit.] Adde, aleatorum pœnæ quæ, per Iacobum Menoch. *de arbitr. iud. lib.*2. *centur.*4. *cas.*399. vbi quid in clerico, & quid in laico, quid de iure Cæsareo, & quid de iure Pontificio, quid quando ludo admixtum est delictum, & quando aleator per vim compellit ad ludendum; etiam blanditiis alliciens, & quid quando mediate alind diuersum delictum habet admixtum, & quid in receptione. Item pæna, qua plectantur delinquentes in ludo, & quid in hos sanciendum esse in suis legibus dixit Plato, per eundem cas. seq. *Giach.*

12 *Sed quæro, quæ sit pœna*] Adde, † videndum Menoch. *de arbitr. iud. cas.*399. tam de pœna clerici, quam laici, & quid de iure Cæsareo, & quid de iure Pontif. & quid quando ludo admixtum sit delictum, & ita punitur eadem pœna is, qui videt ludere, vel ludentem docet, qua is, qui ludit. ita tenet Bald. *in auth. interdicimus, in princ. C. de episc. & cleric.* Et quid si extaret statu-

13 tum, quod lusor puniatur in tantum, † an, si quis cum pluribus luserit vna nocte plures ludos, plura delicta commiserit, vide Io. de Anan. *in c si de colluf. nu.*14. & Bart *in l. inficiando §. infans, num.* 5. vbi tenet, quod sit vnus ludus, & non plures ludi, & ibi addentes dicunt, hoc esse verum, nisi recesserit à bancho ludi, & postea, mutato proposito, redeat, licet incontinenti; & quod tunc dicitur bis delinquere. *Baiard.*

k *Personarum qualitatem*] Tu vide Menoch. *d. cas.*399. *n.*8. & Iod. *de fals* Aleat. *sup. n* 17. Ros.

Personarum qualitatem] Vide Bart. *in l. Leuia, nu.*11. *ff. de accusat.* Giach.

l *Item vincens.*] Vincens an restituere teneatur, Farin. *d.*109. *par.*5. *n.*175. Ros.

Item vincens.] An autem ludens cum seruo, vel filiofamilias, & vincens, prout aliquando faciunt isti barri, teneantur restituere patri, vel Domino? Vide Alc. *tract. de præsumpt. reg.* 3. *præsum.* 29 *nu.*6. qui tenuit, quod sic. An autem qui rem emit à luditore, seu aleatore † censeatur in mala fide? Quod sic: Menoch. *de*

14 *arbit. iud. lib.*2. *cent.*3 *cas.* 225. *num.* 16. Furari tamen † licet in

15 Domo susceptoris Aleatorum, quos alio vocabulo appellamus Treppi, vt per Menoch *lib.*2 *cent.*4. *casu* 299. *in fi.* Drogh.

m *Et ideo.*] Et quid de consuetudine, sed an valeat, Farinac. *d. q. & par.*1. *num.*46. *vsque* 56. & si cum fraude, *n.*70. *&* 71. Ros.

n *Dummodo in ludo fraus non interuenerit.*] Adde, † quod fraus commissa in ludo probatur per barros lusores, & homines malæ conditionis, & famæ, Sali. *in l. ea quidem, C. de accusat.* & 16
fraus tunc dicitur commissa in ludo, quando fit vltra leges; & cautelas ludi, & ideo in tali casu iudicandum est, secundum iudicium peritorum, ita Cou. *c. peccatum, de reg. iur. in* 6 §. 8. 44. *num.* 4. Baiard.

o *Item mutuans.*] Mutuans in ludo an repetat, Far. *in d. qu.* 109 *par.*6. *n.*203. Ros.

Item mutuans in ludo.] Adde, † quod in Regno Neap. prouisum fuit per Reg Prag. *sub tit. de aleator. fol.* 20. quod de mutuo 17
facto per ludentem illi cum quo ludit non ius reddatur, nec etiam ludentibus ad creditum. *Baiard.*

p *Et ita magis communiter.*] De nullitate contractus inter collusores, & mutin. Farin. *d. q. par.*6. *n.*203. Ros.

q *Præterea in ludo.*] Et an licita sit transactio causa iudi. Far. *d. q.*109. *& par.*6. *n.*212. Ros.

§. PARRICIDIVM.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Parricidium quando committitur.*
2 *Et an occidens patrem naturalem tantum dicatur parricida.*
3 *Et an occidens alium, quam patrem, vel filium ex ascendentibus, vel descendentibus.*
4 *Et an occidens transuersalem.*
5 *Parricidij pœna quæ sit.*

Ex Additionibus.

1 *Parricidij tenetur occidens patrem spiritualem.*
2 *Parricida improprie dicitur, qui patrem, matrem, aut fratrem carcerandum curat.*
3 *Parricidij tenetur filius non adiuuans patrem, dum potest, ne vulneretur.*
4 *Et parricida est non detegens conspirationem contra patrem initam.*
5 *Parricidij pœna habet etiam locum in filio Sacerdotis.*
6 *Parricidium inter ascendentes, & descendens econtra remissiue.*
7 *Parricidium an committatur in transuersalibus, & patronis, remissiue.*
8 *Parricidij pœna, quæ sit, remissiue.*
9 *Parricidij exceptiones, remissiue.*
10 *Parricidij pœnam quibus casibus euitent parentes occidentes filios vel è contra.*
11 *Filius iniuriam inferens patri, matri, auo, vel auia, moderato eorum arbitrio punitur.*
12 *Parricidij pœna an sit locus, si filius anniculus reperiatur mortuus in lecto patris, matris, aui, vel auia.*
13 *Et quid in lecto nutricis.*
14 *Et quid si mulier in latrinā partū ignoranter effudisset.*
15 *Parricida de iure diuino morti tradebantur.*
16 *Parricidij conatus an sit puniendus pœna ordinaria.*
17 *Pater quando possit filiam in adulterio deprehensam impune occidere, remissiue.*
18 *Parricida priuatur sepultura, & in mare vel flumen deijcitur.*
Parricidæ sepultura impune violatur, ac impeditur, n. eod.
19 *Parricidio causam præstantes, aut operam, qua pœna sint plectendi.*
20 *Et extraneus mandans filio, vt patrem occidat, parricidij tenetur.*
21 *Et filio ferente opem extraneo, vt patrem interficiat, an vterque puniatur de parricidio.*
22 *Homicidium largo modo parricidium appellatur.*

PArricidium *a* committit, qui patrem, vel filium pro- a
prium interficit, vt est tex. *in l. vnica. C. de iis qui pa-* 1
rentes, vel filios occiderunt.

Quæro, *b* nunquid occidens patrem naturalem tan- b
tum dicatur parricida, & consequenter puniatur pœna legis, vel statuti parricidium punientis. Respon. quod sic. ita communiter concluditur, vt dicit Alexand. *in l.* 2. *num.* 10. *ff. de in ius vocando.* Hanc etiam opin. dicit

esse communem Villalob. *pond. in rep. l. 22. capit. 42. post num. 3.* quem refert Placa *libro 1. delictorum, cap. 41. post num. 5. versic. & primo fortissimum,* Placa *eodem libro 1. cap. 22. num. 12.* Consideratur enim substantia filiationis, non qualitas. Et dicit Bald. *in cap. naturales, num. 12. si de feud. fuer. contro.* quod fuit in facti contingentia combusta quædam monialis, quæ filium suum occiderat. Et illum refert Prac. Carer. *fol. 232. num. 134.* & Apostil. ad Baldum *in leg. cum acutissimi, sub num. 8. C. de fideicommiss.*

c Scias etiam, quod licet *c* tex. *in d. l. unica*, videatur
3 loqui tantummodo in iis qui patrem aut filium occi-
d derunt, nihilominus *d* pœna parricidij, & sic *d. l. unica,*
e *e* locum habet etiam in iis, qui aliquem ex aliis ascendentibus, vel descendentibus suis interficiunt. Ita tenet Gloss. *in l. 1. in verbo Pœna, ff. ad l. Pompeiam de parric. & in §. alia, in verb. Sust. nebit. Inst. de publ. iud.* quas dicit esse frequentiori Doctorum calculo receptas Placa. *in d. c. 22. f post n. 3.*

g Sed *g* quid dicendum in transuersalibus? Respond.
4 quod pariter locum habet in occidente fratrem, aut sororem, aut alium transuersalem intra quartum gradum, vt videtur colligi *ex d. l. 1. ad l. Pompe. de parricid.* & in Gloss. *praallegata, in verbo, Pœna,* quam dicit esse frequentius receptam Placa *in d c. 22. n. 4.*

b Sed *b* quæro, quæ sit pœna parricidij, Respo. quod
5 parricida viuus insuatur corio, vna cum gallo gallina-
i ceo, cane, *i* vipera, & simia, & proijciatur in mare, vel in proximum flumen, vt est in vsu, vt dicit Bald. *in d. l. unica.* Sed certe pæna illius legis hodie non est in vsu, vt dicit Bald. *in d. l. unica,* quem refert Anan. *in c. 1. post nu. 5.* de ijs, qui filios occid. & pract. Conradi, *f. 335.* & Salyc. *in ea. l. unica, post num. 1.* subdens, quod de consuetudine decapitantur, & forte carere debent sepultura. Et illud dictum Sal. refert Ang. *de malef. in verb. ex intervallo, num. 16.* & Pract. Carrer. *fol. 236. num. 147.* Idem dicit Cæp. *cons. crim. 5. col. fin. vers. ego tamen credo.* Et dicit pract. Iod. *cap. 87. num. 2.* quod secundum consuetudinem parricidæ damnantur, vt trahantur ad caudam equi, & deinde collocentur, & rotæ affigantur. Dicit tamen Placa *in d. c. 22. num. 7. in fin.* quod in regnis Hispaniæ dantur canib. lacerandi, & eculeo insuuntur, & proijciuntur in flumen. Et dicit, quod praxis ita obseruat. Ego dum essem in Hispania, vidi quandoque huius criminis reos prius strangulatos includi
k dolio, & in flumen proijci *k* Apud nos autem decapi-
l tantur, prout alij homicidæ. *l* Et deinde eis non dene-
m gatur ecclesiastica sepultura. *m* Et ita pluries vidi obseruari in mulieribus, quæ proprios infantes post par-
n tum occiderant, *n* vel suffocauerant. Et aliqua etiam vidi furcis suspendi, & in specie quandam Luciam de Rouedotis, quæ filiam propriam infantem in puteum proiecerat, ex quo suffocata remanserat 3. Ian. 1556. P. N. Nam in hoc Ducatu seruatur, quod etiam mulieres furcis suspenduntur, quicquid aliqui in contrarium dixerint, quos refert, & idem Neapoli seruari attestatur, Grammat. *super constit. Regni, fol. 21. col. 1. numero 10.* A constitutionibus autem huius Ducatus imposita est occidentibus liberos pœna, vt trahantur ad caudam equi, & deinde rotæ ligneæ intexantur: quod tamen nunquam vidi in practica obseruari, sed, vt dixi, decapitantur, vel furcis suspenduntur, prout etiam fuit suspensus quidam Bernardinus de Ripa matricida 2. Iun. 1558.

P. N.

ADDITIONES

Ad §. Parricidium.

PArricidium.] Vigell. M. I R *lib. 1. c. 13. de Parricidio* & Decian. *tract. crim. tom. 2. lib. 9. c. 5. usque ad 17.* Parricidij crimen quando committatur Far *quæst. 120. sect. 5. numer. 105. vol. 5.* Quid in occidente patrem naturalem Dec. *supra cap. 8.* & Farin *d. q. 2. num. 120. & sect. 5. num. 110.* In occidente vxorem Far. *d. sect. 5. n. 129. & seq. & sect. 3. n. 57.* Ros.

Parricidium.] Vltra illa, quæ habes in text. scias, quod de parricidio tenetur filius, qui emit venenum, vt patri daret, licet dare non potuisset. Idem de Medico, qui scienter, & dolose dedit filio venenum, vt patri daret, eadem lege tenetur. Item creditor mutuans scienter, & dolose pecuniam filio ad emendum venenum, vt patri daret, vel per pecuniam faciat ipsum occidi, & fideiubens inuenta pecunia & proxeneta, qui tenentur eadem lege, morte tamen sequuta; alias mitiori tenerentur pœna: hæc vi. per Carrer. *in prac. crim. §. homic. 1. sub nu. 128.* qui *num. sequ.* ampliat prædicta in extraneo mandante filio, vt patrem occidat, nam mandans tenetur de parricidio. Item conscij, & participes delicti tenentur de parricidio, nedum occisores: & quid de fratre sciente tractatum mortis fratris, aut patris, & è contra ibi vi. per eum qui *num. 130.* idem dicit in seruo non reuelante tractatum in mortem Domini, & Monacho non reuelante tractatum in mortem Abbatis, & vasallo Domini, & in sciente tractatum contra Principem, aut Rempublicam, & patriam aut Ciuitatem, aut contra Papam, aut contra Ecclesiam: nam tenentur per ea, quæ tradit Bartol. *in l. vtrum. ff. ad leg. Pomp. de parricid.* Amplia etiam in occidente patrem spiritualem, vt teneatur de parricidio Amplia etiam in Pilato occidente CHRISTVM Patrem vniuersalem. Amplia & in occidente officialem Ciuitatis, nam tenetur de parricidio. De his omnibus, & etiam de aliis quam pluribus in materia, vide per eundem Carer. *in pract. vbi sup. num. 131. 132. 133. cum pluribus sequentibus*, qui per totum quam plures etiam tradit notabiles limitationes, ac declarationes in materia. Vide etiam per eundem *pag. 328. col. 1.* Giach.

b *Quæro, nunquid occidens patrem naturalem.*] Adde, † quod eadem pœna punitur, qui occidit patrem spiritualem, qua qui occidit carnalem. Tiraquel. *de pœn. temper. caus. 21. numer. 2. fol. 91.* 1

Item † adde quod parricidium dicitur facere, qui procurat patrem, vel matrem, vel fratrem carcerari, sed improprie secundum Bald. *in capit. 1. §. fin. quæ sit 1. cau. benefic. amitt. in vsibus feud.* 2

Item † adde, quod filius videns patrem vulnerari, si ipsum non adiuuat, dum potest, tenetur pœna parricidij, l. vtrum, ff. de parricid. & Modest. Polenton. *in cons. 83. n. 19. & 20. vol. 2. inter cons. crimin. diuers. parua impress.* 3

Item † adde, quod filius, qui conscius est de conspiratione in eius patrem facta, si eam non detexerit, parricida est, *d. l. vtrum. ff. de parricid.* & ibi Bart. *in l. 1. §. occisorum. ff. ad Senatusconsult. Syllan.* Deci. *in l. culpa caret, ff. de reg. iur.* Plaz. *epit. delict. lib. 1. c. 22. n. 16.* Menoc. *de arbit. casu 355. n. 15.* 4

Item † adde, quod pœna parricidij habet locum etiam in filio Sacerdotis, vt per Ioan. de Anan. *in l. cum venietu, num. 6. de his, qui filios occid.* 5

c *Scias etiam, quod licet tex. in l. vnica.*] Adde † videndum Decian. *in tract. crim. lib. 6. cap. 8 & 9. tom 2.* vbi latissime de parricidio ascendentium in descendentes, & descendentium in ascendentes. *Caiard.* 6

d *Pœna parricidij.*] Adde idem de marito qui venenauit vxorem, licet non moriatur, qui tenetur de parricidio per Carer. *in pract. crim pag. 446. n. 250.* Giach.

e *Locum habet etiam.*] Et in aliis ascendentibus, vel descendentibus occisi. Farin. *d. sect. 5. n. 106.* & Dec. *sup. c. 9.* Ros.

f *Post n. 3.*] Et ibiidem dicit, *num. 30.* in interficiente vxorem sponsam, & è contra Dec. *ibid. c. 11.* Ros.

g *Sed quid dicendum.*] De transuersalibus. Farin. *d. sect. 5. nu. 123.* & Dec. vbi sup. *c. 10. & seq.* Ros.

Sed quid dicendum in transuersalib.] Adde videndum † Dec. *in tract. crimin. lib. 9. c. 10. tom. 2.* vbi latissime tractat de homicidio transuersalium, & patronorum. *Baiard.* 7

h *Sed quæro.*] Quæ sit pœna, quot modis committatur, & quando hæc pæna locum habeat in parricidio, *sect. 5. d. q. 120. nu. 104. & seqq.* latissime. Parricidij pęna. Farin. *vol. 5. sua prax. quæst. 120. sect. 1. n. 6. usque 16. & sect. 2. nu. 23.* quod etiam occisi successione priuetur, & *sect. 5* quando locum habeat. *Ros.*

Sed quæro.] Sed quid, quando parricidium ex causa est commissum, dic puniri extraordinarie iudicis arbitrio. Vide per Iac. Menoch. *de arbitr iud. lib. 2. cent. 4. cas. 156.* & de patre occidente filium committentem aliquam causam ingratitudinis quod exeu-

excusetur. Idem è contra si pater committit contra filium, & filius occidat patrem, vide per Carrer. *in prac. crim. §. homic. 6. nu.* 361. Giach.

8 *Sed quare, qua sit pœna parricidy.*] Adde † videndum Decia. *in tract. crim. lib. 6. c. 16. to. 2.* vbi late habetur de pœnis parricidij.

9 † & *in c. precedenti* habetur de excusationibus parricidij.

10 Item adde, † quod filij, siue parentes non incurrunt pœnam parricidij, sed relegationis, si inueniunt filios coeuntes cum eorum nouerca, & è contra, eosque occiderent, Bart. Bald. & Marsil. *in d. l. diuus ff. de parricid.* & Ang. *in verb. Che mi hai adulterato la mia donna.* Fallit etiam, si occiderentur, quando sunt proditores patriæ, Salicet. *in l. 1. C. de his, qui parent.* Et quomodo hoc sit intelligendum, multum notabiliter declarauit Foller. *in sua pract. censual. in verb. Nicolaus episcopus, n. 148. cum seq.*

Item adde, quod pater, siue filius, si commiserit aliquam causam ingratitudinis, per quā possit exhæredari, & occideretur à patre, vel à filio, non haberet locum pœna parricidij, sed arbitrio iudicis debet puniri, Plac. *epito. delictorum, lib. 1. c. 22. nu.* 16. Ripa *in l. fi. n. 9. C. de reuoc. donat.* & Menoch. *de arbitr. iud. casu* 356.

11 Item adde, quod si filius iniuriatur patri, matri, auo, vel auiæ, debet puniri illa pœna, qua prædicti voluerint, *l. 3. & sequ. C. de patr. potest.* dummodo non excedant modum in pœna, quia pietas paterna debet in pietate non in atrocitate consistere. Bonifac. Vitali. *in tract. de malefic. in tit. de parricid. num.* 5. vbi dicit etiā,

12 † quod si filius anniculus reperiatur mortuus in lecto patris, vel matris, aui, vel auiæ, si constaret, quod dolose eum occidisset, pœna parricidij puniretur, & in dubio propter amorem paternum debet præsumi illum potius mortuum casu, aut negligentia, quam dolo,

13 † & impunitum esse debet: & idem esset, si reperiretur mortuus in lecto nutricis, si esset bonæ famæ, & cōditionis mulier; si vero fuerit in culpa, puniretur arbitrio iudicis, & non ad mortem, & idem tenuit Cassan. *in consuet. Burgsol.* 58. *n.* 33. &

14 † de muliere, quæ doloribus ventris oppressa accedens ad latrinam, partum in illam effudisset, dicens, quod nesciebat se esse prægnantem, vide *decis. Pedem.* 6..

15 Item adde, † quod etiam de iure diuino parricidæ morti tradebantur, Exod. *c.* 20. dum dicitur; qui percusserit patrem suum, vel matrem, morte punitur, & in Leuit *cap.* 2. habetur, quod qui maledixerit patri, aut matri, morte moriatur, & sanguis eius sit super eum.

16 Item adde, † quod conatus in crimine parricidij actui proximus punitur pœna ordinaria parricidij, Couar. *in clemen. si furiosus, par. 2. n.* 12. Menoch. *de arbitr. iud. cas.* 360. *nu.* 65. & si conatus fuerit remotus, pœna extraordinaria punitur, secundū Menoch. *dicto casu, num.* 63. Couar. *in d. clem. si furiosus.* dicit, quod in veneno, etiam quod non fuerit datum, sed præparatum duntaxat, debet indici pœna ordinaria parricidij per text. *in l. 1. ff. de parricid.* & Neuiz in Sylua. nupt. *lib. 1. num.* 44. & quando conatus puniatur in parricidio, vide per Decian. *in tract crim. lib. 9. cap. 12. tom. 2.*

17 Item adde, † quod pater occidere potest impune filiam deprehensam in adulterio, *l. patre, ff. de adulter.* dummodo concurrant qualitates d. legis in patre, de quibus supra *in §. homicidium, vers. Dixi etiam.*

18 Item adde, quod socius in isto crimine etiam extraneus tenetur eadem pœna, qua principalis parricida; vt per Gomes. *de delict. c. 3. num.* –. & ibi dicit etiam, quod parricidæ † denegatur sepultura, & quod practicatur, quod parricida proijciatur in mare, vel in flumen, vt inde in perpetuum non extrahatur, & idem tenet Menoch. *de arbitr. iud. casu* 387. *n.* 30. vbi dicit, quod sepultura parricidæ posset impune violari, ac impediri.

19 Item adde, † quod medicus, vel alius, qui daret venenum filio, vt illud daret patri, vel mutuans pecuniam pro emendo veneno, vt patrem interfici faceret, vel qui fideiuberet, vel proxeneta scienter, teneretur pœna parricidij, morte secuta: alias, minori pœna teneretur, Carrer. *in §. homicidium, num.* 128. & ibi *n.*

20 19. tenet, † quod si extraneus mandauerit filio, vt patrem occidat, tenebitur de parricidio, Cæpol. *in cons.* 36.

21 Item adde, quod si filius præstaret opem extraneo, vt patrem occidat, tenetur de parricidio, sed extraneus occidens, vt simplex homicida, Ang. *de malefic. in verb. dicto maleficio vers. quæro, quæ pœna, ibi, quid è contra*, sed Io. de Arnon. *in caut.* 5. videtur tenere contrarium. Baiard.

i *Cane, vipera, & simia.*] Hanc pœnam etiam contra non parricidas seruatam meminit Plutarchus *in vita Tiberij Gracchi per hæc verba: Inter quos C. Villius in culeo cum Anguibus insutus necatus est:* Hic tamen notandum est, quod omne homi-

22 cidium † largo modo parricidium appellari potest Authore Romulo, per ea, quæ in illius vita, sumpta ratione dixit Plutarchus *in Romuli vita*, per hæc verba: Illud etiam Romuli proprium, quod cum nullam parricidæ pœnam diffiniisset, homicidium omne parricidium nuncupari voluit; redditque rationem, quod hoc impium, & nefarium, illud autem impossibile esse duceret. Hinc Cicero *in orat. pro Sexto Roscio Tom. 1.* Solon cum interrogaretur, cur nullum supplicium constituisset in eum, qui parentem necasset; Respondit, se id neminem facturum putasse sapienter fecisse dicitur, cū de eo nihil sanxerit, quod antea cōmissum non erat, ne nō tam prohibere, quam admonere videretur, vide quæ dixi *infra ad q. 64. vers. vbi subsunt ad fin.* Drogh.

k *Apud nos autem.*] In parricidio de conatu non secuto effectu, Menoch. *in casu* 306. *n.* 36. Ros.

l *Et deinde ei non denegatur.*] Adde, quod de iure sepultura potest denegari parricidæ, & potest violari impune, Menoch. *de arbit. iud. casu* 387. *n.* 30. Baiard.

m *Et ita pluries.*] De matre infantem post partum occidente Thesaur. *decis.* 13. & adde de matre, & filia Carp. *c. homicida, nu.* 1409. Quid si effectus non sequatur, vide *in* 1. *vol. edit. consil.* Ziletti *cons.* 98. *per totum.* Corrad. *de parric.* Ros.

n *Vel suffocauerant.*] Quid de muliere, quæ ventris doloribus impulsa ad latrinam accessit, & partum in cloacam effudit, asserens se nesciuisse fuisse prægnantem *l* vi. & dic, vt per Osasc. *in decis. Pedem.* 68. Giach.

§. PERIVRIVM.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Periurium quid sit.*
2 *Pœna periurij quæ sit.*
3 *Et an periurus efficiatur infamis.*
4 *Et an clericus propter periurium amittat beneficium ipso iure, an autem veniat per sententiam priuandus.*
5 *Et an periurus incidat in pœnas*, l. si quis maior, C. de transact.
6 *Et an repellatur ab agendo.*
7 *Et an à testificando.*
8 *Et an periuro deferatur iuramentum, in supplementum probationis.*
9 *Periurium non committitur sine dolo.*
10 *Difficultas excusat à periurio.*
11 *Periurium non nocibile, non punitur.*
12 *Periurium in nonnullis casibus non punitur in foro contentioso sed solum Deum habet vltorem.*
13 *Et quid si delatum sit iuramentum à parte parti.*

Ex Additionibus.

1 *Periurium, quid sit.*
2 *Periurus quis dicatur, remissiue.*
3 *Periuriorum diuersitas, remissiue.*
4 *Periurus est non obseruans quod sub fide nobilitatis promisit.*
5 *Periurium in dubio non incurritur.*
6 *Periurium inficit testimonium.*
7 *Periurij pœna quæ sit, remissiue.*
Iudæi qua pœna, & à quibus iudicibus puniantur de periurio, n. eod.
8 *Periurus fustigatur tanquam infamis.*
9 *Periurij pœna in Regno Neap.*
10 *Periurus an possit esse testis.*
11 *Periurium non committitur sine dolo.*
Periurus non dicitur, qui tempore statuto soluere non potuit, quod iurauerat, n. eod.
Periurus an post emendationem, vel absolutionem repellatur à testificando, n. eod.
12 *Iuramenti temerarij transgressor etiam sine absolutione non repellitur à testificando.*
13 *Iurans falsum dum credit iurare verum, excusatur.*
14 *Periurium non committit testis in secundo examine deponens quod se in priore nescire asseruerat.*
15 *Periurij pœna ex qualibet iusta causa excusatur.*
16 *Periurium in pluribus casibus excusatur, remissiue.*
17 *Periurus, qui ad causæ decisionem falso iurauit, iudicis arbitrio quo ad fisci commodum mulctatur.*
18 *Periurij pœna non habet locum in principali examinato tanquam teste, nec in teste habente interesse in causa.*
19 *Periurium etiam nocibile interdum extraordinarie punitur.*
Iudex laicus potest declarare, quod quis incurrit periurium, si quæstio est facti, sub n. 5.

1 PEriurium est *a* mendacium, iuramento firmatum.
a *b* Sed quæro, quæ sit pæna periurij. Resp. quod in-
b primis periurus efficitur infamis. Scias tamen, quod
2 de iure ciuili periurus non efficitur infamis ipso iure,
3 nisi in casu *l. si quis maior. C. de transact.* de quo dixi infra
lib. 7. §. Iuramentum. Regulariter autem periurus non
efficitur infamis infamia iuris. Et hæc est communis o-
pin. vt dicit Felin. *in c. testimonium, numer. 20. de testibus*
quem refert Pract. Conradi, *fol. 84. vers. amplia etiam*,
Turza. *in suo libello communium opinio. c. 1.* Item scias,
quod ad hoc, vt quis ex periurio incurrat infamiam, re-
quiritur, quod veniat contra promissionem, & contra
iuramentum: si vero veniat contra iuramentum tan-
tum, non efficitur infamis, ita tenuit Glos. *in l. Lucius,
§. quaero, in verbo, Debet autem, ff. de iis, qui notantur infam.*
quam dicit esse communiter approbatam Cagnol. *in d.
l. si quis maior. post num. 181. C. de transact.* & ideo vbi-
cunque aliquis cum Iuramento asserit aliquid de præ-
terito, vel præsenti, quod est falsum, non efficitur infa-
mis ex tali periurio commisso, super illo iuramento as-
sertorio. Sed si promiserit cum iuramento aliquid de
futuro, & illud non fecerit, tunc ex tali periurio com-
misso super iuramento promissorio, vtique efficitur
infamis, ita expresse distinguit *Gl. praall.* & est commu-
nis opin. vt attestatur Lanfran. *in repet. c. quoniam, con-
tra, in materia testium, n. 106. de probat.*

4 Item clericus propter periurium potest priuari di-
gnitate obtenta, non tamen est illa priuatus ipso iure,
Et hæc est magis communis opinio, vt dicit Gomes. *in
§. Item si quis, post nu. 28. Instit. de actio.* Et quod clericus
propter periurium non sit priuatus beneficio ipso iure,
sed priuandus dicit esse communem opin. Felyn. *in c. ex
parte, il 1. num. 2. & sequen. de rescript.* Decian. *in ca. cum
non ab homine, post num. 5. de iud.* Silua. *de beneficio, fol.
137. num. 7. & sequen. & in tract. de virtute iur. q. vlt. post n.
3.* Rebuff. *de pacif. poss. fol. 38.* Diaz. *in pract. crimin. can. c.
80.* Ripa *in d. c. ex parte, num. 13.* Bene verum est, quod
si talis clericus periurus instituatur in aliquo beneficio,
non valet institutio ipso iure. Et est commun. opin. vt
dicit Lamber. *de iure patron. in 1. par. lib. 2. quaest. 9. art. 15.*
quem refert Villalob. *in sua collecta commun. opin. in littera
P. vers. periurus non est priuatus:* quod intellige, quando
ob illud periurium effectus est infamis, iuxta ca, quæ dixi
supra, *vers. sed quaero.*

5 Incidit etiam periurus in pœnas *c d. l. si quis maior, C.
c de transact.* Sed quæ illæ pœnæ potius respiciunt causas
ciuiles, quam criminales, ideo materiam illius legis hic
tractare visum non fuit, dixi late infra *lib. 7. §. Iuramen-
tum.*

e Præterea *e* periurus repellitur ab agendo, vt dixi *in
6 d. §. Iuramentum.*

f Repellitur *f* etiam periurus à testificando, secundum
7 Gl. *in cap. per tuas, in verbo, Adulterij, de simo.* quam di-
cit esse communiter approbatam Gigas *de crimin. lesa
Maiest. fol. 104. quaest. 11. num. 1.* Et dicit Alber. *in d. l. Lu-
cius, nu. 3. ff. de infam.* quod ita tenent communiter Doct.

g *g* Hoc tamen intellige, vt procedat in eo, qui est per-
iurus super iuramento licito. Ceterum si iuramentum
præstitum fuisset temerarium, & illicitum, certe trans-
gressor huiusmodi iuramenti temerarij non repellitur
à testificando. Et ita communiter tenetur per Doctor.
vt dicit Hostien. quem refert Abb. *in cap. testimonium,
post n. 7. de testibus.*

8 Item periuro nunquam defertur iuramentum in
supplementum probationis. Et est communis opin.
vt attestatur Socin. *consil. 136. post num. 9. versic. Quarto,
& vltimo, lib. 1.* quod est duplicatum *in consil. 155. li-
bro 2.*

h Excusari *h* autem potest periurus à pœna periurij, in
primis si ostendat periurium fuisse sine dolo commis- 9
sum: nam eo casu non punitur, vera enim est iuris con-
clusio, quod periurium non committitur sine dolo, ita
allegatur tenere Bald. *in l. obseruare, §. proficisci, colum. 3. ff.
de offic. procons.* qui in hoc communiter approbatur, vt
dicit Cagnol, *in d. l. si quis maior, num. 185. & sequen.* Hanc
etiam dicit esse communem opinio. Ias. *in l. videamus,
in princip. num. 7.* de in litem iurando, Claud. *in d. l. si quis
maior, numer. 41.* Gomes. Arias *super l. 61. Tauri, numer.
19.*

Item excusatur quis à periurio propter difficultatem, 10
vt dicit Gloss. *in cap. breui, in Gloss. 1. de iureiurand.* quam
dicit esse communiter approbatam Gomes. Arias, *super
l. 65. Tauri, n. 30.*

Potest etiam excusari, si demonstret, quod tale per- 11
iurium nulli præiudicauit, neque poterat præiudicare:
nam eo casu, etiam si quis deliberate periurauerit, non
potest de periurio puniri in foro contentioso, sed tan-
tum in foro animæ solum Deum habet vltorem, ita di-
cit Glos. *in c. quicunque, in Gloss. fin. 6. quaest. 1.* & est com-
munis opin. vt attestatur Ias. *in l. si duo patroni, §. si quis
iurauerit, il 2. post nu. 1. ff. de iureiur.* Ioan. de Amicis, *cons.
19. in fi.* Bero. *q. 134. n. 9.*

Scias *i* etiam alios esse casus, in quibus periurium i
non potest iudicialiter puniri, sed solum Deum habet 12
vltorem, prout est *k* periurium rei accusati, vel inquisi- k
ti in eius examine, quando interrogatur super crimine, l
vt dixi infra *hoc eodem libro § fin. quaestio. 45. versic. quid er-* 13
go. l Item quando defertur in iudicio iuramentum à
parte parti, non potest pars iurans, de periurio iudi-
cialiter puniri, sed solum Deum habet vltorem. Et est
communis opinio, vt dicit Boer. *decis. 305. post num. 4. in* m
vers. quid dicendum.

ADDITIONES

Ad §. Periurium.

PEriurium.] De hac materia periurij vide Decian. *in suo
tract. crim. lib. 6. tom. 2. c. 7. & sex sequentibus.* De materia per-
iurij, Vulpell. *resp. 75. num. 2.* & Decin. late *tom. 2 tract. crim. lib. 6.
c. 7. & sex sequentibus.* An sit mixti fori idem Decian. *tom. 1. tract.
crim. lib. 4. c. 29 n. 6.* Ros.

Periurium.] Adde, quod testis deponens circa id, quod igno-
rat, est periurus, per Crau. *eius cons. 99. post num. 7.* & periurium
† inficit testimonium, licet committatur circa extranea, per 1
eundem *ibi n* 8. Giach.

Periurium est mendacium.] Adde, quod hanc diffinitionem
ponit Boer. *decis. 305.* sed Decian. *in tractat. crimin. lib. 6. cap. 7.
tom. 2.* hanc diffinitionem impugnat, dicens, quod non com-
prehendit omnes casus periurij, & quod magis satisfacit diffini-
tio Gloss. vlt. *in cap. tua nos, de iur. iuran.* quæ sic diffinit; quod
Periurium sit transgressio iuramenti, quæ diffinitio omnem ca-
sum comprehendit: alia definitio habetur per Couarr. *in prima
parte etiam lect. §. 7 in princ.* vbi dicit est secundum D. Thomam,
quod periurium est transgressio præcepti prioris tabulæ, & ex
eo honori, & reuerentiæ Dei † Optimi Maximi detrahitur, & 2
quando quis dicatur † periurus, vide Grau. *in cons. 63. num. 6.* & 3
de diuersis modis periurij habetur per Viu. *decis. 120.*

Item adde, quod committit periurium ille, qui promittit at- 4
tendere, & obseruare, & non contrafacere sub fide nobilitatis, &
sic dicitur, *A fede da Gentilhuomo*, & efficitur periurus, si contra-
uenit secundum Bertrand. *in cons. 162. numer. 8. & sequen. volu. 1.*
quia fidei datio, & iuramentum æquipollent, *cap. ad aures, quod
met. cau. cap. 2. in fin. de fideiuss.* Capr. *regul. 71. nu. 6.* Sed ad hanc
quæstionem vide omnino Couarru. *in 1. parte relect. §. 2. num. 2.*
vbi distinguendo concludit, quod si fides accipitur pro fide hu-
mana, quam Gentiles, Turcæ, ac Sarraceni seruare tenentur iu-
re naturali gentium, vel pro fide nobilitatis, qua eam fidem si-
gnificat, quam nobiles præ cæteris in humanis conuentionibus
præstare solent, & debent, tunc in istis casibus promissio, vel as-
sertio facta sub mentione fidei non inducit iuramentum, nec
habet vim, aut religionem, quoad periurium, nec quoad alios
iuris effectus, aut fides in pactis, & conuentionibus intercedit,
eo sensu quo pro virtute Theologica adsumitur, & tunc iura-
mentum, & eius veros effectus inducit, quia vt res sacra in testi-
monium adducitur, si quis per fidem Christianam, aut per fidem
Christi

Christi aliquid asseuerauerit, aut seruare promiserit & ibi etiam dicit, quod in dubio promissio intelligenda est de fide humana, & non de illa, quæ virtutem Theologicam habet, vide etiam Moron. *in tract. de fide, treug. & pace, q.16.* vbi dicit, quod fides, quæ ad naturam pertinet, & iuramentum differunt, & quod fidei violator crimine stellionatus punitur, & redditur infamis, & dicta fides (licet Couar. vbi supra dixerit eam non habere vim, quoad iuris effectus) habet vim iuramenti, quoad obligandum, & parit actionem, vt per Afflict. *decis. 389.* vbi Visill. qui similiter dicit, quod frangens fidem non plectitur eadem pœna, qua iuramentum rumpens, & sic non seruans fidem humanam, periurium non committit, nec punitur pœna periurij; & in terminis de eo, qui promisit soluere certo tempore sub tale iuramentum per tactus palmarum, & postea non soluit, quod non possit puniri pœna periurij, sed arbitrarie, habetur per Afflict. *in constit. Eos qui scienter, n. 11. lib. 3.*

5 Item adde, † quod semper in dubio facienda est interpretatio, ne quis periurium incurrisse dicatur, Bero. *consil. 149. num. 11. vol. 1.* & per iudicem laicum quis declarari potest incurrisse periurium, quando non est quæstio iuris, sed facti. Rom. *singul. 425. incip. ego coram magis,* & Felyn. *in cap. 1. de iure iurand.* Baiard.

6 b *Sed quæro, quæ sit pœna periurij.*] Adde, & vide fusius per Iac Menoch. *de arbitr. iudic. lib. 2. cent. 4. cas. 319.* vbi etiam de sensu *l. 2. C. de reb. credi. & iureiuran.* plene post aliorum intellectus, qui ibi referuntur, habetur verus, ac genuinus. *Giach.*

7 *Sed quæro, quæ sit pœna periurij.*] Adde † in materia periurij, & quibus pœnis puniatur periurus, videndum Menoch. *de arbit. iud. cas. 319.* & ibi late habetur, quod Iudæi periuri a summo Pontifice, & suis ministris puniri debent, sed non pœna spirituali; Socin. iun. *consi. 125. num. 10.* & quomodo puniatur periurus, vide etiam Brun *in Repert suo. in vers. 1. conclusione, versic. Iuramentum, fol. 156. lib. 3 repert. antiq.* & Roman, *in singul 425.* dicit, quod etiam fustigatur, vt infamis: & vide etiam ibi Apostillantes, & quibus pœnis periurium puniatur, tam in principali, quam in teste, late habetur etiam per Cassan. *super consuetud. Burgund in rubr. 10. in ver. des retreiactu, §. 11. versic sed pone quod contrarium, fol. mihi 3362.* Mars. *in Pract. crim. in §. superest, num. 160.* & magis late per Decian. *in tract. crimin lib. 6. c. 13. tom. 2.* & Viui. *in dec. 120.* Ioan. à Selua *de iureiur. q. vlt.* vbi tradit vndecim periurij pœnas.

8 Item † adde, quod in Regno Neapol pœna periurij est pœna manus per constitut. eosque quod intellige, vt per Fab. de Monteleo. *in praxi arbitrar par. 4. n. 23. fol. 344.* Baiar.

9 c *Pœnas d. l. si quis maior.*] Hic nota, quod consilium Mediolani non solet obseruare pœnas dictæ legis, teste Neuiza. *in sua Syl. nupt. lib. 5. ad char. 554. in donatario:* quod seruentur, habetur per Crauet. *consil. 151. colum. 3.* Item an in aliis contractibus quam transactionis, vt per Roland. qui ponit rationem *consil. 57.* vbi de communi *lib. 1.* vbi habere dicit locum in omni contractu iurato. Sed intellige de sponte facto ex necessitate per iudicis decretum, ita Bart. *in l prædita, num. 8. de actio. empt.* & communis, de qua supra testatur etiam Socin. *consi. 16 n. 4. lib. 3.* Giach.

d *§. Iuramentum.*] Adde quæ habentur *in collect. mea commu. opin. §. periurus, & §. lex* Giach.

e *Præterea periurus.*] Intellige in materia, in qua iurauerat non agere, per Felin. *in c. dilecti filij, num. 2. de exceptio.* vbi Dec. *in 3. not.* dicit, quod communis conclusio est, quod periurus non repellitur ab agendo, nisi in causa, in qua fuit periurus, & tunc intellige parte opponente, per Grauet. *consil. 199. colum. fin. vers. tertio respondeo.* Quæ exceptio est litis finitæ exceptio, quod non quia multi h. : ignorant, vt ait Apostil. ad Felyn. *in d. cap. dilecti,* Giach.

f *Repellitur etiam.*] Testificando Farin. *qu. 56. art. 4. num. 186. vol. 2.* Ros.

Repellitur etiam.] Adde, vt per Roland. *in consi. 7. numer. 9. volum. 1.* etiam in crimine læsæ maiestatis, Crauet. *consil. 6. numer. 58.* & tempus iuramenti inspicitur ad cognoscendum, an quis sit periurus, vel ne, late Roland. *d. consil. 6. numer. 42.* Giach.

10 *Repellitur etiam periurus à testificando.*] Adde, † quod periurus non probat, etiam quod deponeret cum tortura, Ruin. *consi. 149. numer. 4. volum. 4.* & Crauet. *consil. 234. num. 1.* & Viui. *commun. opin. in verb. testis.* non potest esse periurus, *numer. 3.* nisi in negotio hæresis, in quo testis periurus admittitur, vt ibi, * *num. 8.* * admittitur etiam in crimine læsæ maiestatis, vt per Gigan. *in quæst. 11. num. 8.* & in hoc Dominus Clarus errauit, qui dictam quæstionem in contrarium adduxit; & totam non vidit, & periurus non posset dici ille, qui sine dolo, & ex inaduertentia peieraret, * seu quia ad tempus statutum soluere non potuerit, quod iurauit, * periurus non dicitur, quod iuramentum non seruat ex causa à iure permissa, & qualiter debeat formari libellus, quando criminaliter agitur contra periurum, vt extraordinarie puniatur, & quæ causa excusat à periurio Masuer. late *ad pract. Papien. in forma libelli, vt pact. seruent. in vers. transactiones, num. 13. in addit. periurus,* & Viuius *in dicto verbo, testis non potest,* dicit, quod periurus, nec post emendationem, siue absolutionem a periurio in testem admittitur, & quod nunquam potest admitti, nisi id caueatur, & quod Pontifex posset habilitare illum ad testificandum: sed ad prædicta omnia vide Mascard. *de probationibus conclus. 1168. volum. 3.* vbi latissime habetur, in quibus casibus testis periurus repellatur.

Item adde, † quod quando periurium est temerarium, vt puta de non reuelando partum suppositum, transgressor non repellitur à testificando, etiam absolutione non præcedente, Ruin. *consi. 158. c. 20. vol. 5.* Baiard. 13

g *Hoc tamen intellige.*] Farinac. supra *nu. 198. & seq.* vbi multis modis limit. *Ros.*

h *Excusari autem potest periurus.*] Adde † quod iurans falsum, credens iurare verum, excusatur, vt est communis opin. de qua Mandos. in Apostil. ad Rom. *consi. 391.* 14

Item adde, † quod testis potest in secundo examine testificari id, de quo in priore nihil scire asseruit, tanquam melius recordatus: & quod ideo non commisit periurium, secundum Vulpell. *in consi. 71.* De quo dicto valde dubito, nisi optimam diceret rationem, cur melius recordaretur. 15

Item adde, † quod qualibet iusta causa excusat à pœna periurij; & est magis communis opinio, vt testatur Bero. *consi. 88. nu. 3. vol. 1.* 16

i *Scias etiam alios esse casus.*] Adde videndum Decian. *in tractat. crim. lib. 6. cap. 11. tom. 2.* vbi habentur plures casus, in quibus periurus excusatur. *Baiard.*

k *Periurium rei.*] De periurio rei vide Rodolfin. *sua conclus. 5.* Ros.

l *Item quando defertur in iudicio.*] Adde † contrarium esse verius, quod imo periurus ad causæ decisionem debet puniri ad commodum Fisci pœna arbitraria, vt plene probauit Cagnol. *in l si quis maior, num. 127. C. de transact.* & magis diffuse Menoch. *de arbitr casu 319. n. 9. & seq.* 17

Item † adde, quod si reus examinatus fuerit, vti testis, & negauerit, non poterit puniri pœna periurij (& similiter Testis habens interesse) nec alia pœna, vt per Bertaz. *in consi. 124. & ibi addentes vol. 1.* 18

Item adde, † quod scienter iurans falsum, alteri nociuum, & postea confessione propria de periurio conuicto, pœna extraordinaria punitur, vt per Boer *in suam decis. allegata,* & per Crau. *in consi 73. n. 37. iuncto, n. 6. vers postremo,* qui loquitur, quando ex actis constat, & ita tradunt *Audent. ad Bertaz. in consil. 300. vers. Excipio tamen.* 19

Item adde, quod etiam iuramentum calumniæ puniri potest, si per ipsius iurantis confessionem, aut per euidentem probationem constaret iurantem, vel in iuratione ipsa, vel aduersus eam calumnia vsum fuisse *cap. vltimo de iureiuran. nu. 6.* & Couar. *in prima par. relect. §. 7. num. 7.*

* Item adde, quod periurus respondendo positionibus, & articulis extra ordinem punitur, Carau. *in ritu 79. num. 7. & 8.* & Rimin. *consi. 591. vol. 3.* vbi ampliat procedere, etiam si respondeat per verbum credit, vel non credit. *Baiard.* *

m *Versic. quid dicendum.*] Nisi statuto, vel consuetudine contrarium caueatur, vt ibi Menoch. *casu 319. in fi.* Vulpell. *consi. 161.* vide Menoch. *Ros.*

§. PARTVS.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Raptus quando committatur.*
2 *Raptus pœna quæ sit.*
3 *Et an pœna raptus locum habeat, etiamsi mulier ipsa consenserit se rapi.*
4 *Et quid si raptor illam carnaliter non cognouerit.*
5 *Et an locum habeat in rapiente publicam meretricem.*
6 *Et an in muliere rapientem virum.*
7 *Et an raptor possit cum rapta matrimonium contrahere.*
8 *Et an eo casu euitet pœnas raptoribus impositas.*
9 *Et an raptor si ad ecclesiam confugiat, gaudeat eius immunitate.*

Ex Additionibus.

1 *Raptus non præsumitur ex libidine in muliere inepta ad Venerem.*

Raptus cum quibus mulieribus committatur.
Raptores quomodo puniantur in Regno Neap. remissiue.
Statutum, vel lex contra rapientes mulieres, aut eis vim inferentes, etiam copula non secuta, non comprehendit rapientes, vel vim inferentes ex alia causa, quam libidinis. n. eod.
4 *Raptus quomodo committatur, & probetur, remissiue.*
5 *Raptus pœna an habeat locum in sponso rapiente sponsam.*
6 *Et quid de iure canonico.*
7 *Raptus confessio, an prosit raptori, remiss.*
8 *Raptoris pœna de iure canonico an habeat locum in sociis, & auxiliantibus, remissiue.*
9 *Raptus pœna remissiue.*
Raptor quibus de causis excusetur, remissiue n. eod.
10 *Raptoris pœna punitur mulier falso accusans de raptu.*
11 *Raptores quibus pœnis plectuntur in Ciuitate Neap.*
12 *Et quid in muliere consentiente raptui.*
13 *Rapiens maritus vxorem an teneatur de vi.*
14 *Raptus an possit committi sine violentia.*
15 *Et mulieri dicenti se non fuisse violentatam, cum iuramento creditur.*
16 *Raptor non punitur pœna raptus, si constet de spontanea mulieris voluntate.*
17 *Et quæ dicatur voluntas libera, & quomodo probetur remiss.*
18 *Raptor non tenetur pœna l. vnica, C. de rapt. virg. si mulier sui iuris consenserit se rapi.*
19 *Et quomodo probetur voluntas.*
20 *Et erit locus pœna raptus, si mulier blanditiis, & pollicitis fuerit seducta.*
21 *Statutum contra cognoscentem carnaliter mulierem inuitam, an comprehendat eum, qui puellam auro induxerit ad sibi consentiendum.*
22 *Raptor an teneatur pœna raptus, si raptam carnaliter non cognouit.*
23 *Statutum contra raptorem etiam copula non secuta, quomodo sit intelligendum.*
24 *Raptor puniatur pena extraordinaria iudicis arbitrio.*
25 *Rapiens meretricem an sit puniendus.*
26 *Et quid in Regno Neap.*
27 *Et quæ dicatur publica meretrix, & quomodo probetur, remissiue.*
28 *Raptor mulieris solutæ ab ipso, vel alio carnaliter cognita, an teneatur pœna statuti de rapiente mulierem honestam.*
29 *Raptus non committitur in muliere corrupta honeste viuente.*
30 *Raptor non tenetur pœna statuti contra rapientem mulierem honestam, nisi probetur honestas tempore raptus.*
31 *Et quid si sponte confessus fuerit raptum.*
32 *Raptus pœna an habeat locum in muliere rapiente virum, remissiue.*
33 *Et quid in viro rapiente virum libidinis causa.*
34 *Rapiens Religiosum nouitium capite punitur.*
35 *Rapiens carentem patre non comprehenditur pœna statuti contra rapientem filium.*
36 *Raptor an possit cum rapta matrimonium contrahere, & pœnas à iure ciuili impositas euitare.*
37 *Iudex laicus an possit cognoscere de matrimonio incidenter.*
38 *Ius canonicum quando est contrarium iuri, an sit seruandum in vtroque foro.*

a 1 RAptum *a* committit, qui mulierem libidinis causa de loco *b* ad locum conducit, vt in casu, in quo b consuluit Barb. *cons.* 71. *lib.* 2. & Paul. de Castr. *consil.* 261. *lib.* 2. & Alexand. *cons.* 1. *lib* 3. & Cæpolla *cons.* 57. *& seq.* & Rimin. *cons.* 17. quod videtur pro maiori parte duplicatum *cons.* 439. & Grat. *cons.* 38. *libr.* 2. *& cons.* 48. *eod. vol. & cons.* 71. *eod. vol.* & Socin. iun. *cons.* 50. *lib.* 3. & Crauet. *cons.* 18. & Roland. *consil.* 24. *in* 2. *dubio lib.* 1. Et dixi de loco ad locum, quia aliter non potest dici raptus secundum omnes. Et hæc conductio de loco ad locum, debet esse ad effectum abducendi, non autem causa commodioris coitus. Et ideo si quis puellam ex vna camera ad aliam conduxerit, & super lectum proiecerit, non est tanquam raptor puniendus, vt in facti contingentia consuluit Bertrand. *cons.* 39. *lib.* 6. Idemque dicendum est in eo, qui puellam inuentam cum bestiis in campis, cepit, & per aliquot passus abduxit, vt eam carnaliter cognosceret, vt pariter in facti contingentia consuluit Cuman. *cons.* 69. Bene verum est, quod etiam si non mouendo de loco ad locum aliquis per vim cognoscat mulierem, licet non possit dici raptus, est tamen actus violentus, & punibilis ad mortem. Et ita communiter practicatur teste Publ. *super consuet. Aluer. fol.* 27. *num.* 22. Vide, quæ dixi supra *hoc eod. lib.* 5. *Fornicatio, vers. omnes autem.*

Sed *c* quæro quæ sit pœna raptus? Resp. super hoc edita fuit constitutio per Iustinianum, pœnam mortis, & alias graues pœnas raptoribus imponens, quæ est *lex vnica. C. de raptu virginum.* Et ita tenent communiter Doctores, vt dicit Anton. Gomes. *super l.* 80. *Tauri, num.* 36. c 2

Adde, *d* quod pœna *d. l. vnicæ*, locum habet etiam si ipsa mulier *e* consenserit se rapi: & hoc, siue ab initio, siue *f* etiam ex post facto consenserit. Et hanc opin. sequuntur communiter Doctores, vt dicit Alber. *in l. raptoris, num.* 7. *C. de episc. & cler.* Et ita declarauit senatus in casu raptus filiæ cuiusdam Marmontæ cauponis, quæ volens à domo patris abducta fuerat 9. Iunij 1552. P.N. d e f 3

Quinimo *g* (secundum aliquos) raptores etiam dicuntur illi, qui blandimentis, & verbis deceptoriis puellas, nulla vi adhibita, libidinis causa abducunt: quam sententiam dicit esse communem Barb. *in viatorio iuris in tit. de raptori. post med.* subdens, quod non est mirum, attenta immanitate criminis: quod intellige, modo fiat ad effectum illas abducendi, & in alio loco contra voluntatem suorum, retinendi, *h* vt supra dixi. g h

Sed quid si ille, qui rapuit mulierem, eam carnaliter non cognouit, nunquid punietur pœna *d. l. vnicæ*? Resp. Aliqui dicunt, quod sic. Et dicit Boss. *in titul. de raptu mulier. num.* 14. quod Ias. *in quodam consilio* dixit, quod hæc erat commun. opin. Et ita seruatum fuisse in Francia refert Chassan. *super consuet. Burg. fol.* 16. *in fin.* Refert etiam Publ. *super consuet. Aluer. fol.* 27. *num.* 19. *& fol.* 159. *& art.* 1. *num.* 2. quod ita fuit practicatum Cunei, ipso existente iudice, dicens, quod licet ille etiam esset accusatus de aliis criminibus, hoc tamen mouit animos iudicum. Multi tamen tenent contrarium, quod scilicet si eam carnaliter non cognouit, non debeat puniri pœna d. legis. Et hanc opin. dicit esse communem Boer. *decis.* 316 *post num* 4. quem refert Didac. *in rep. clem. si furiosus fol.* 278. *num.* 8. *de hom.* & i Viu. *in lib. communium opin. in verbo, Raptor honesta,* & secundum illam dicit se vidisse in facti contingentia iudicari Io. de Anan. *in c. cum causa, in fin. de raptor.* *k* quem refert Afflict. *super* 1. *parte constitutionum Regni, rubr.* 19. *num.* 7. *l* Ego vero dico, quod aut eam non cognouit, quia non potuit id commode facere: & placet prima opin. vt puniatur pœna *d. l. vnica*, Aut non cognouit, quia non voluit, & placet secunda opin. ita tamen, vt puniatur citra mortem, ea grauiori pœna, quæ iuxta qualitatem facti, & personarum iudicis arbitrio imponenda videbitur. 4 i k l

Quæro nunquid *m* pœna raptus habeat locum contra rapientem publicam meretricem. Respond. Marf. m 5

in d. l.

in d.l.vnica,nu. 16. dicit, quod Doctores tenent, quod non: hanc etiam opin. dicit tenere communiter ſcribentes Ant.Gomeſ. *ſuper l.*80. *Tauri, num.*45. Et ſecundum hanc opin. conſuluit Cephal. *conſ.* 140. *lib.* 1. ad defenſionem cuiuſdam condemnati de raptu mulieris non honeſtæ. Dicit tamen Cin. *in d. l. vnica*, quod vidit aliquos vltimo ſupplicio puniri, qui rapuerant publicam meretricem: & illum refert Afflict. *ſuper prima parte, conſtit. Regni, rub.*20.*num.* 7. Refert etiam Gram. *ſuper conſtit. Regni, fol.*19.*col.* 1. *num* 2. quod cum plures iuuenes quandam meretricem è proſtibulo violenter rapuiſſent, vnus ex eis Florentinus, qui fuerat principalis, fuit furca ſuſpenſus, & alij ſocij per triennium ad triremes

n condemnati. *n* Apud nos autem ceſſat hæc dubitatio: nam ex diſpoſitione conſtitutionum, rapientibus mulieres inhoneſtas imponitur tantum pæna arbitraria, quam quidem Senatus arbitrari ſolet, in tribus ictibus funis, prout ſeruatum fuit cum quibuſdam Vatiſientibus 9. Iulij, 1558. vel huiuſmodi.

o Sed pone *o* quod mulier rapuerit virum: nunquid
6 erit punienda pæna *d. l. vnica*: Reſpond. Doctores in hoc varie loquuntur, nam Gloſſ. *in d.l. vnica, in verbo, Sponſam,* tenuit, quod etiam mulier rapiens virum cauſa libidinis, incidit in pænam *d. l.* Et dicit Marſil. *in d. l. vnica, num.* 223. quod idem tenent communiter Doctores: quem refert Ant.Gomeſ. *ſuper l.*80.*Tauri, num.* 47. Et dicit Ang. *in ead. l. fin.* quod ſecundum hanc opinio. vidit Florentiæ comburi quandam meretricem, quæ adoleſcentulum rapuerat. Et hæc etiam opinio practicatur in Gallia, vt dicit Papo *lib.*22.*tit.*6.*arreſto* 5. Contrariam autem ſententiam, quod ſcilicet pæna d. l. vnicæ non habeat locum in muliere rapiente virum, dicit eſſe communem omnium Doctorum Grilland. *de diuerſis criminibus lib.*3. *quæſt.* 10. *num.* 23. quem refert Pract. Conradi *f.* 470. *num.* 3. Pract. Iod. *c.*95.*numer.*17. Et hanc ego etiam ſequor, tanquam tutiorem, & mitiorem: nam in viri raptu ceſſant fere omnia ſcandala, de quibus mentionem facit *d.l.vnica*, quæ cum valde rigoroſa ſit, non videtur ita de facili extendenda. Et ideo ſi caſus contingeret, talem mulierem dicerem eſſe puniendam citra mortem, graui tamen pœna, arbitrio iudicis, ſecundum facti, & perſonarum qualitatem.

p Vnum tamen *p* nota in hoc propoſito, quod hodie
7 milites, ſeu ſtipendiarij, qui abducunt ſecum pueros, quandoque etiam inuitis parentibus, non puniuntur, quinimo licitum eſt eis illos etiam parentibus inuitis retinere. Et ita hodie ſeruari de conſuetudine iuris militaris atteſtatur Cæpolla *in l. Marcellus, poſt num.*6.*ff. de verb. ſign.* ſubdens ſtandum eſſe huic conſuetudini: & quod ita alias vidit iudicari in ciuitate Bononiæ per Nicolaum Picininum militum Imperatorem illuſtrem.
q Ego certe, ſi caſus contingeret, *q* contrarium iudicarem. Impium eſt enim aliquo caſu poſſe filios ab inuitis patribus abduci, præſertim cum non modica ſit ſuſpicio inhoneſtatis in huiuſmodi ſtipendiariis.

r Quæro *r* modo, nunquid poſſit raptor cum rapta matrimonium contrahere. Reſpond. quod de iure ci-
s uili non poteſt, vt eſt text. expreſſus *in d. l. vnica*: *ſ* De iure autem canonico bene poteſt cum ipſa matrimonium contrahere, vt eſt text. *in cap. fin. de raptor.* Et ita tenent communiter Doctores, vt atteſtatur Pariſ. *conſ.* 170.*num.*6.*lib.*4. Ant.Gomeſ. *in d. l.* 80. *num.*43 vbi etiam ſubdit, quod propter huiuſmodi matrimonium raptor euitat pœnas à lege propter raptum impoſitas.
8 Et refert Paul. de Caſtren. & Auguſt. de Arim. dicentes in facti contingentia obtinuiſſe, & ait etiam ſe ita
t *t* in facto iudicaſſe. Quod tamen ego pro nunc affirmo, licet quidam Cæſar Moſcatus, qui puellam, quam violauerat, vxorem duxit, fuerit per Senatum abſolutus, 26. Nouemb. 1560. P. N. Audiui enim in facti contingentia plerumque contrarium iudicatum fuiſſe, & in ſpecie per Regem Hiſpaniæ, qui poſt contractum matrimonium inter raptorem, & raptam, iuſſit ipſum raptorem decapitari, prout refert Afflict. *ſuper prima parte conſtitut Regni rub.*19.*num.*13. & Pract. Carter. *fol.*462.*num.*197 Ceterum quicquid ſit de pæna corporali, proculdubio pœna confiſcationis bonorum, quæ applicatur fiſco temporali, locum habet contra raptorem, non obſtante matrimonio, etiam de iure canonico. Et ita allegatur tenere Gloſ. *in cap. ſecundum, in verbo, Certoque caſu, de heret. in* 6. quam dicit eſſe communiter approbatam Marcus *deciſ.* 2. *num.* 3. Quod nota.

Quæro etiam, nunquid raptor ſi ad eccleſiam confugiat, gaudeat eius immunitate. Dixi infra *hoc eod. lib. § fi. quæſt.* 30. *verſic. nunquid.* 9

ADDITIONES

Ad §. Raptus.

R*Aptum committit.*] Aduerte, quod etiam requiritur, quod per vim rapta ſit, ideo caue, quia debent deduci actus neceſſario concludentes violentiam, & de qua vi intelligatur, vide de omnibus per pract. Carter. *f* 457. Giach. a

Raptum committit.] Late per Vigel. *M.* 100 *lib.*1.*c.*13.*qu.*3.*de raptu* Corrad. *in pract. tit. de raptorib.* Carter. *in practica crimin.* 129. *&* 200. *& ſeq.* Iodoc. *c* 95 Decian. *in tract. crim. lib.*8.*cap.*6 *&* 7. *& ſeq. vſque* 16. Quid ſit raptus, & quando committatur, Farin. *quæſt.*145 *num.* 5. Et an puniatur conatus. Farinac. *vol.*5. *ſua praxis, § conatus, d. quæſt.* 145. *num.* 196. & de rapiente monialem, *d quæſt* 145. *§ monialis, num.* 215. Farin. *d. q.* 145. *num.* 70. Roſ.

Raptum committit.] Adde, † quod Carter. *in §. homicidium num* 289. dicit, quod mulier ſenex inepta ad venerem, præſumitur in dubio rapta ex alia cauſa, quam libidinis; & mulier iuuenis præſumitur rapta ex cauſa libidinis, vt per Dec. *conſil.* 234. & Carter. *in loco allegato*, & Plot. *in repet. l. ſi quando*, §. 2. *num.*10. Et iſta eſt magis communis opin ſecundum Viui. *commun opin. in verb. raptor*, vbi multum diffuſe; & † cum quibus 2
perſonis raptus committatur, vide Carter. vbi ſupra *num.* 275. *cum ſeq.* vbi dicit, quod committitur, ſiue fuerit virgo, ſiue vidua, ſiue monialis, ſiue nupta, honeſte viuens; & ibi etiam ponit, quomodo in † regno Neapolitano puniantur raptores. Et 3
omnes leges, ſiue ſtatuta, vel decreta totius orbis punientia rapientes mulieres, vel eis vim inferentes, etiamſi copula non ſequatur, procedunt contra eos, qui libidinis cauſa rapiunt, vel vim mulieribus inferunt: ſecus, ſi ex alia cauſa, quia tunc non puniuntur ipſa pœna rapientis mulierem, vel ei vim inferentis, vt per Carter. Dec. & Plot. *in locis ſupra citatis*, & quomodo raptus committatur, † & probetur, late per Maſcar. *de probat. concluſ.* 4
1253. *vol.*3. Baiar.

b *Ad locum conducit.*] Quid ſi ſponſus ſponſam, vel econuerſo ſponſa ſponſum, vel mulier rapiat hominem, licet hoc de raro contingat, quod ſit raptus, voluit Gloſſ. *in l. prima*, *C. de rapt. virg.* vide infra *verſ ſed pone* Item vide plene Pract. Carter. *fol.*455. *num.* 227. *cum ſeq.* Item quid de maſculo rapiente maſculum libidinis cauſa, quod habeat locum pœna legis vnicæ, infra *in tex.* allegata decidit Pract Carter *eod. loci*, *fol.* 457. *num.* 280. & multa de raptu vide *illic vſque ad numer.* 302. Giach.

c *Sed quæro quæ ſit pæna raptus.*] De Raptus pæna Farin. *vol.*5. *ſua praxim. quæſt.*145. *§ raptus, numer.*70. Raptus, etiamſi mulier conſentiat fit. Farin. *d. quæſt.* 135. *§. vis, numer.* 105. *&* 118. 129. Roſ.

Sed quæro, quæ ſit pæna raptus.] Adde, † quod ſponſus, qui 5
per vim ſponſam de præſenti cognouerit, & rapuerit non eſt puniendus pœna raptus, ſed mitiori, arbitrio iudicis, niſi rapuerit, & cognouerit fraude, & dolo ſponſam tractantem ingreſſum religionis, ſecundum Couar. *in* 4. *decretalium*, *par.* 2. *cap.*7.§.4. *num.*12. & ibi dicit, quod forſan idem deberet ſeruari in ſponſo de futuro, in quo rigor dictæ legis non debet ſtricte ſeruari propter præcedentem tractatum, & promiſſionem matrimonij contrahendi: ſed de iure † canonico raptus nedum ſpon- 6
ſæ, ſed etiam eius, cum qua fuit factus tractatus matrimonij, eſt impunibilis, ſi mulier volens rapiatur ſecundum Grammat. *conſil.*48. *numer.*9. & Gabriel. *conſil.* 172. *numer.* 19. *& conſ.*

171.num.5. & tamen dicitur nuptiis iniuriam inferre. 36.q.1.c.si quis virginem, cum ibi notat. vide etiam Gabr. in d.cons.173.nu
7 5. vbi ponit, † an confessiones mulieris prosint ad fauorem raptoris.
8 Item † adde, an pœna raptoris de iure Canonico habeat locum in sociis, & auxiliatoribus distingue. vt per Bald. in l. priuilegia C. de sacrosanct. eccles. Carret. in pract. crim. §. circa, numer.
9 299. & Iacob. Nouell. in tract. ad defen. num. 127. & † de pœna raptus, & ex quibus causis excusetur raptor, vi. Decian. in tractat.
10 crim. lib. 8. cap. 12. & 13. tomo 3. & in ca. 14. num 2. habetur, † quod mulier falso accusans de raptu pœna raptoris punitur.
11 Item adde, † quod huiusmodi pœna l. vnica fuit mitigata in raptoribus in Ciuitate Neapolitana; per cap. 262. incip. vt sine mortali pecca. quia si est paterfamilias, punitur publicatione bonorum, & si filiusfamilias, commodo successionis priuatur: &
12 † ibi etiam punitur mulier consentiens raptori, & cum raptore voluntarie fugiens, quia perdit dotes, & paterna, maternaque successione priuatur, & nullus pro ea intercedere potest, alias punitur.
13 Item † adde, quod licet vi rapiens vxorem de raptu non teneatur, tenetur tamen de vi, vt sentit Rip. in l miles, §. qui iudicati ff. de re iudic. &, quomodo hoc procedat, vide Gabr. cons. 172. n. 10. Baiard.

d *Adde, quod.*] Boss. tit. de raptu num. 6. quia dicit hoc habere locum in muliere stante statuto, vt nemo corporaliter puniatur, & ibi n. 7. plura de dicto statuto, n. 8. Ros.

14 *Adde quod pœna d. l. vnic.*] Adde, † quod multi tenuerunt, raptum non posse committi sine violentia, quia rapina non fit sine violentia, Ang. in l. sed eximendi ff. ne quis eum, qui. Sed ad hanc contrarietatem vide Mascard. de probat. concl. 1153. num. 25. cum
15 seq. vbi eam conciliat; & quod † mulier non fuerit violentata, & sponte accesserit, ipsi mulieri cum iuramento creditur, Mars. consil. 61. num. 23. cum seq. Ad prædicta vide etiam Decian. in
16 tract. 16. crim. lib. 8. c. 7. num. 19. cum seq. vbi † concluditur raptorem puniri non posse pœna raptus, si vere apparebit de spontanea voluntate mulieris, & † quæ dicatur libera voluntas, &
17 quomodo probari possit, vide etiam Ruin. in cons. 122. per totum vol 4. vbi defendit quendam raptorem, qui fuerat inuitatus à muliere litteris suis, vt eam raperet.
18 Item † adde, quod mulier in nullius potestate existens, si permittat se rapi, raptor non poterit hac lege puniri, secundum
19 Marsil. in d l. vnic. num. 6. & † voluntas probata dicitur, vbi recepit, & non contradixit, Sed † aduertendum est, quod si dicta
20 mulier blanditiis seducta fuisset & promissionibus, quod tunc locus esset pœnæ raptus, secus autem si ipsa voluntarie consensisset, Mascard. de prob. concl. 1153. n. 26. & 30 Baiard.

e *Consenserit se rapi.*] Aduerte, quod Boss. tit. de coitu damna. & pœni post num. 15. postquam istam comprobauit opinionem aliquibus, eam tamen falsam docet, subiungens vim tantum atrocem criminaliter puniri, & si aliter diceremus (vt illius verbis vtar) posset capite puniri vniuersus mundus. Item scias, quod raptus pœnalis non dicitur, vbi præcessit tractatus matrimonii, vide per Colleg. Pisan. inter cons crim. diuers. Zilletti cons. 104. & per Boss. tit. de rap. mulier. sub num. 17. Sed an, & quando inter raptorem, & raptam possit consistere matrimonium, vi. per Carret. in pract pag. 491. & omnino in S. C. Trid. sess. 24. decernitur. Giach.

Consenserit se rapi.] Adde Bart. in l. 3. si quis volentem, ff. de lib. hom. exhiben. quem refert in hoc proposito Boer. Addit ad Dyn. in regula scienti, num. 3. littera A. de reg. iur. in 6. & hoc non obstante, quod pueri, vel puellæ dicant, quod voluntarie morentur cum Raptoribus; sed in contingentia facti recurre semper ad Catald. de Boncompagnis inter consil. crimin. diuers. consil. 56. vol. 1. per totum. Drog.

f *Etiam ex post facto consenserit.*] Adde etiam per Marianum Anguis. quem vide in terminis suo cons. 33. Giach.

g *Quinimo.*] Raptor est is qui blandimentis abducit, Farin. d. §. vn n. 110. & omnino 140. Ros.

21 *Quinimo.*] Adde, † an ille, qui per auri munera inducit mulierem ad sibi consentiendum, dicatur violentiam fecisse puellæ, & teneatur pœna statuti contra cognoscentes mulierem inuitam, Mascard. de probat. concl. 1409. num. 28. cum sequen. & Plot. in l. si quando, C. vnde vi. §. 2. num. 14. cum sequen. vbi tenet, quod sic, limitando hoc non procedere, vbi consuetudo esset corrumpendi mulieres per pecuniam, & contra corrumpentes non procedendi vigore statuti, siue decreti, quem sequitur Mascard. vbi supra, n. 34. Baiard.

h *Vt supra dixit.*] Vide etiam Dyn. in regula scienti, num. 5. de reg. iur. in 6. An si mulier à raptore non fuit cognita Farin. d. q. 145. num. 196. & seq & 209. & seqq. Thesaur. decis. 217. Mascar. conclus. 54. num. 27. & seqq. Mars. cons. 61. Carret. in praxi, num. 201. & 202. Menoch. de arbitr. iudic. casu 291. & 360. numer. 30. plura tradunt de raptore. Ros.

i *Vinius in lib. communium opin.*] Est opin. 257. lib. 1. Ros.

k *Quem refert Afflict. sup. 1. par. constit. Reg.*] Adde † Gram. ita tenentem in decis. 1. num. 29. sed aduerte, quod Afflict. in d. loco tenet contrarium, vbi dicit, veritatem esse, quod per solum raptum, etiam sine corruptione virginitatis est pœna mortis. Et hanc distinctionem, quam ponit Clar. facit etiam Couar. in d. clem. si furiosus, quem sequitur Menoch. de arbitr. cas. 490. idem etiam tenet Mascard. de probat. concl. 1153. num. 35. cum sequen. & 22
Gabr. cons. 172. num. 3. & ibi num. 6. dicit, † quod statutum puniens raptorem pœna raptus, etiam copula carnali non sequuta, debet intelligi, si non sequatur propter impedimentum; secus, si noluerit: & rapiens monialem est puniendus pœna mortis, etiam si eam carnaliter non cognouerit, per l. raptores, C. de episc. & cler. & ita tradit Decian. in tract. crim. lib. 8. c. 11. num. 34. tom. 2. vbi etiam sequitur distinctionem D. Clari. Baiard. 23

l *Ego vero dico.*] Decian. tractat. crim. lib. 16 8. cap. num. 33. & 34. Menoch. d. cau. 360. n. 32. Ros.

m *Quæro nunquid pœna raptus.*] Adde Constum. de Tours titul Droits de Hault. Iustice. tit. 4. art. 1. vers. femme feroce: Rapiens autem inhonestam punitur tantum pœna arbitraria, vt hic, Ratio potest esse quia, vt sæpe contingit in facto, Mulier cũ cognoscit aliquem deperire, vult inuita amari. Ideo ratione publici officij cognosci potest, cum se aliis prosternat. Ita Dec. in l. Inuitus, num. 7. ff. de reg. iur. Et hæc non obliuiscatis Iuuenis, qui deperis. De muliere autem virum rapiente amicum videtur: Sed vide Regum lib. 1. cap. 20. vbi Saul obiurgans Ionathæ filio suo ait: Fili mulieris vltro virum rapientis, Aym. Cran. tract. de antiq. tempor par. 4. versic. videamus. sub nu 57. Glos. in l 1. C. de rapt. virg. in pr. Drog.

Quæro nunquid.] Adde, quod recepta magis, & vera opinio est, quod puniatur pœna † extraordinaria iudicis arbitr. vide per Iacob. Menoch. de arbitr. iudic lib. 2. centur. 3 casu 291. & per Alciat. respons 21. in princ. tom. 2. lib. 7. Item & per pract. Carret. fol. 453. post num. 276. vide per totum, & ad fin. duas ponit ampliationes. vt ad idem per Cæpol. consil. crim. 57. per totum, qui in consil. præcedenti tenet raptum committi per rapientem mulierem, iure, vel post suam esse vxorem dicentem, vi. etiam plene per prac. Carret sub num. 27. qui num. seq ponit quid è conuerso, si sponsa rapit sponsum. Item raptor virginis an, & quando appellare potest & quid in complicibus, & fautoribus, vi. per pract. Carret. pag. 57. num. 63. & pag. 460. Item quid si ab vno loco fuerit rapta, & in alio loco cognita? vi per eundem pag 456. num. 288. qui num. seq. dicit contrahi raptum, quando mulier fuisset rapta libidinis causa, non ex alia causa, & num. 290. an cognoscens, & rapiens immaturam virginem puniatur. Giach. 24

Quæro nunquid.] Menoch. d. cas. 291. Far. d. q. 145. §. meretrix. n. 153. 155. & 162 multa alia per Alciatum, cons. 21 lib. 7. Ros. 25

Quæro, nunquid pœna raptus.] Adde Couar lib. 3. var. resolut. cap. 14. num. 2. & Menoch. de arbitrar. iud. cas. 261 vbi tenent, quod rapiens meretricem debet puniri pœna extraordinaria, & quod ista opinio est verior, & magis recepta, Alciat. cons. 21. tom. 2. vol. 3. & hoc arbitror verissimum esse, cum sit facienda differentia inter mulieres honestas, & meretrices, sed Pegu. in quæstionib. crimin. cap. 43. num. 14. & 15. tenet, quod aliqua pœna non puniatur, nisi mulier inhonesta non consensisset raptui, quia volebat redire ad vitam honestam, vel quia cõtradicebat ratione affinitatis, vel consanguinitatis, quam habuisset cum raptore, vel quod mulier iam desiuisset meretricari, & honeste viuere cœpisset, quibus in casibus raptor teneretur pœna. l. raptores, C. de episc. & cler. secundum Paul. de Castro ibi, num. 2. & Fulg. nu. 8. & licet Afflict. in const. hic allegata referat Cynum; dicit tamen, † quod Cyn. vidit illud in Regno Neap. vbi adest Constit. 26
Quod inferentes violẽtiam meretricibus pœna mortis puniuntur, & ideo ille Florentinus, quem dicit Gram. in loco hic citato, fuit furca suspensus, nõ autem ex dispositione iuris communis.
† Et quæ dicatur publica meretrix, vide Angelum in cons. 10. nu. 27
5. & de modo probandi aliquam esse meretricem, vide Mascard. de probat. concl. 1063. vol. 2.

Item adde, † quod raptor mulieris solutæ per vim, etiam ab 28
alio semel cognitæ, & osculatæ, vel ab ipso, non tenetur pœna statuti de raptore mulieris honestæ, Paul. Castr. in consil. 306. viso statuto, nec eam vi rapuisse præsumitur Alber. in 2 parte statut. q. 61. Gand. in tract. malef. Rubr. de aliquibus quæst. vari. Mars. sing. 74. & in pract in §. diligenter, num. 105. & Plot. in l. si quando, C. vnde vi. §. 2. num. 26 & Gram. in decis. 107. num. 5. vide etiam Cæpol. in cons. 57. per totum, vbi defendit vnum à pœna raptus ex eo, quod probatum erat, quod antea pluries eam volentem cognouerat. Sed Corn. contrarium tenuit in cons. 80. vol. 2.

Item adde, † quod raptus non committitur in muliere cor- 29
rupta honeste viuente, Alber. de Ros. in 3. par. Statut. quæst. 3. Castren. cons. 231. Afflict. in tit. quæ sint regal. §. condemnatorum, numer. 21. Idem tenet Gramm. in dicta decis. 107. num. 5.

Item adde, † quod rapiens non poterit puniri pœna statuti puniente 30

nienteis honestam mulierem rapientem, si non fuerit probatum, quod tempore raptus illa mulier esset honestæ vitæ, Capol. *cons.* 58. *vers.* & pro hoc allego Æmilian. *consil.* 72. Rimin. *cons.* 17. *nu.* 16. Soc. *cons* 419. *vol.* 3.

31 Item † adde, quod si quis, stante dicto statuto, confessus fuerit sponte raptum, non poterit puniri pœna statuti, vbi dictæ qualitates non fuerint probatæ, videlicet, quod sit honestæ vitę, & bonæ conditionis, & famæ Marsil. *sing.* 187. 189. Bursat. *cons.* 69. *n.* 3. *& seq.* Baiard.

n *Apud nos autem cessat.*] Adde, quod Boss. *in tit. de plurib. violent. num.* 69. dicit, quod in statu Mediolani adest decretum Ducis Francisci, quod talis coitus in meretrices punitur etiam vltimo supplicio arbitrio Iudicis; & per illud decretum tollitur etiam inhonestatis probatio, quando mulier habitat cum patre *Baiard.*

o *Sed pone.*] Quid si mulier virum rapiat, Far. *d. q.* 145. *§ raptus, à n.* 38. *vsque ad* 43. Ros.

p *Vnum tamen nota.*] Far. *d. q* 145. *§. raptus, n.* 97. Ros.

32 *Sed pone quod mulier rapuerit virum.*] Adde † Menoch. *in cas.* 291. *in fi de arb. iud.* vbi Clarum sequitur *Baiard.*

33 *Vnum tamen nota in hoc proposito.*] Adde, † quod vir rapiens virum libidinis causa potest puniri pœna *l. vnic.* secundum Salic. *in d. l.* quem refert, & sequitur Girlan. *in tractat. de pæn. omnifar. coitus, cap.* 10. *num.* 5. licet Bald *in d. l. vnica* teneat contrarium.

34 Item † adde quod rapiens masculum nouitium à religione capite punitur, Bald. *in l. data opera, num.* 9. *C. qui accus. non poss.* &
35 eum sequitur Io. de Anan. *in c.* 6. *de aposta. col.* 1. Item † adde, si extaret statutum puniens pœna capitis rapientem filium alicuius non haberet locum in filio rapto carente patre, Ias. *in l. fi. C. de indict. viduit. toll.* Baiard.

q *Contrarium iudicarem.*] Item quod pœna raptus habeat locum in masculo masculum rapiente libidinis causa, vt per Carrer. *pag.* 457. *n.* 180. quod & superius dixi. *Giach.*

Contrarium iudicarem.] Adde, quod D. Clarum sequitur Decian. *in tract. crim. lib.* 8. *c.* 11. *n.* 29. *to.* 2. Baiard.

36 r *Quæro modo, nunquid possit raptor.*] Adde quod † hodie per Conc. Trid *sess.* 24. *c.* 6. *de reform. matrim.* inter raptorem, & raptam quandiu ipsa in potestate raptoris manserit, nullum potest consistere matrimonium, & licet postea sequatur matrimonium, raptor, & ei dantes consilium sunt excommunicati, & infames & raptor tenetur dotare raptam, siue eam duxerit in vxorem, siue non, & de hoc etiam habetur per Viuium *comm. opin.* 679. *num.* 7. debet etiam puniri per iudicem secularem ad pœnas de iure ciuili raptoribus impositas, vt propter matrimonium pœnæ raptus non euitentur. Peguer *in quæst. crim. c.* 42. vbi dicit, quod pœnæ sunt temperandæ. *Baiar.*

f *De iure autem Canonico.*] Adde, & vide per Soc. & general. Conc. Trident. *sess.* 24. *sub decret. de reformat. matrim. cap.* 6. decernit ibi quod non: quandiu ipsa in raptoris potestate manserit, à raptore vero separata, & in loco tuto, ac libero constituta, sic: sed nihilominus raptor, & consilium, auxilium, & fauorem præbentes sunt ipso iure excommunicati, perpetuo infames, & dignitatum incapaces, & raptor tenetur eam debere arbitrio iudicis dotare, vide fusius, vt illic. *Giach.*

f *De iure autem canonico bene potest.*] Adde, hoc verum, dummodo sit liber consensus mulieris, & quod fuerit restituta in libertatem, Barbat. *cons. vlt. vol.* 2.

Et si accusatus, siue inquisitus coram iudice seculari de raptu virginis ad sui excusationem opponeret matrimonium inter eos contractum fuisse, qui tollit pœnam raptus *d. cap. fin. de rapt.*
37 † iudex secularis de dicto matrimonio cognoscere poterit, si tantum de matrimonio facto tractatur, nō autem si tractaretur verum matrimonium teneat. Boss. *de foro competen. n.* 121. & ratio est, quia habemus regulam firmam, & tritam, quod incidentia facit de incompetenti competentem, siue sit iudex ordinarius, siue delegatus, siue arbiter; nisi in spirituali incidenti coram laico: ita tradit Felyn. *in c. cum sit, nu.* 45. *de foro competen.*

38 Item adde, † quod quando ius canonicum est contrarium iuri ciuili, vt in hoc casu, ius canonicum est seruandum in terris Ecclesiæ etiam in foro ciuili, sed secus in terris Imperij, nisi sit materia concernens peccatum, vt late per Felyn. *cap. in causis num.* 5. *de test.* vbi multos accumulauit idem tenentes, & de hoc vide etiam Neuiz. *in Sylua nupt. in verb. quomodo iudicandum sub num.* 69. *versic. est tamen notandum*, vbi ponit alios casus, in quibus seruatur ius canonicum in vtroque foro. *Baiard.*

t *In facto iudicasse.*] Quid de raptu monialis, idem Farin. *d. quæst.* 145. *§. monialis, num.* 215. *& per totam quæst.* Ros.

§. SACRILEGIVM.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Sacrilegium quando committi dicatur secundum ius ciuile, & quando secundum ius canonicum.*
2 *Mulier se carnaliter commiscens cum presbytero an dicatur committere sacrilegium.*
3 *Sacrilegium an sit crimen ecclesiasticum.*
Sacrilegij pœna quæ sit. ibid.
4 *Statutum loquens de sacrilegio an intelligatur de sacrilegio secundum ius canonicum, an secundum ius ciuile.*

Ex Additionibus.

1 *Sacrilegij crimen dicitur mixtum.*
*1 *Sacrilegium ratione personæ, rei, & loci multifarie committitur, remissiue.*
Sacrilegium à quo Iudice, & quibus pœnis puniatur, remissiue, n. eod.
2 *Sacrilegi qui sint, remissiue.*
Sacrilegij species, remissiue, n. eod.
Sacrilegium qualiter committatur circa personas, & quæ requirantur, remissiue, n. eod.
3 *Et quomodo circa loca, res, iura, & bona Ecclesiæ, remissiue.*
Sacrilegij atrocitas, pœna, excusatio, auxilium, consensus, Iudex, & processus, remiss. n. eod.
4 *Sacrilegium an committatur in Ecclesia nondum consecrata.*
5 *Sacrilegium quot modis incurritur, & quibus modis defendi possit, remissiue.*
Sacrilegus an dicatur interficiens portantem pallium supra Corpus Christi, n. eod.
6 *Sacræ res, vel sancta, quæ dicantur.*
7 *Sacrilegus an dicatur exponens res furtiuas venales prope cemeterium.*
8 *Et an eo casu confugiens ad Ecclesiam possit extrahi.*
9 *Sacrilegij pœna quæ sit.*
Et quæ verberantis, vel occidentis clericum, n. eod.
10 *Et quæ in Regno Neapolitano.*
11 *Et officia diuina, quæ dicantur.*
12 *Sacrilegium non committit percutiens clericum diuina officia perturbantem.*
13 *Sacrilegij pœna non confunditur cum pœna alterius delicti.*
14 *Statutum loquens de sacrilegio, an intelligatur de sacrilegio secundum ius canonicum, vel secundum ius ciuile.*
15 *Et imponens pœnam furanti comprehendit sacrilegium,* num. 17.
16 *Statutorum de sacrilegio loquentium interpretatio, remissiue.*

SAcrilegium *a* (secundum *b* ius ciuile loquendo) ad hoc, vt proprie committi dicatur, duo requiruntur; a b
primum, quod res furata sit sacra: secundum quod de loco sacro subtrahatur, Et ita tenent communiter Doctores, vt dicit Bart. *in l. diui, num.* 1. *ff. ad l. Iul. pec* quem refert Gril. *de diuers. crim. lib.* 3. *quæst.* 1. *num.* 5. Et ideo Senatus quendam Gerardum de Cæpa; qui calicem sacrum surripuerat, iussit tantummodo condemnari in pœnam statuti ponientis fures in pœna pecuniaria, 28. Iulij 1557. P. N. De iure autem canonico alterum sufficit, scilicet vel quod res sit sacra, vel quod de loco sacro subtracta fuerit. 1

Quæro, nunquid mulier se carnaliter commiscens cum presbytero dicatur committere sacrilegium. Dixi supra §. *Fornicatio, vers. cum presbytero.* 2

Hoc crimen an sit ecclesiasticum, vel seculare, dixi infra *hoc eod. lib.* § *fi. q.* 37. *vers. Vlterius quæro.* 3

Sed *c* quarto, quæ sit pœna sacrilegij? Respon. *d* De iure ciuili est pæna extraordinaria, secundum qualitatem rei, personæ, temporis, & sexus; semper tamen est capitalis. Et hæc est communis opin. vt ait Salic. *in rubr. C. de crim sacrileg. in fin.* quem refert Boer. *dec.* 354. *post num.* 13. & Bertach. *in verbo Sacrilegium, num.* 17. Dicit autem pract. Iodoci, *cap.* 111. *num.* 6. *& seq.* quod consuetudo obseruat, vt omnes sacrilegi, siue furati sint rem sacram in loco sacro, siue rem sacram in loco profano, siue rem profanam in loco sacro, semper puniantur pœna mortis. Et dicit Bertach. *in loco prealleg.* quod ipse in facti contingentia condemnauit quendam iuuenem pro sacrilegio ratione minoris ætatis, solummodo in amputatione membri, & alium, quem ætas non excusabat, fecit furca suspendi. Et illum refert Cassan. *super consuetud. Burgund. fol.* 40. Refert etiam Foller. *in pract. crimin. fol.* 389. *num.* 47. quod fuit Neapoli suspensus quidam Salernitanus, qui furto subtraxerat quandam crucem ex ecclesia S Florentij. Posset tamen sacrilegium habere aliquas circunstantias adeo enormes, vt omnino esset talis sacrilegus etiam pro primo furto pœna mortis afficiendus, prout in eo, qui de nocte fregit ostium ecclesiæ, & accepit calicem, in quo seruabatur sanctissimum Eucharistiæ sacramentum, & prius sumpta Eucharistia, illum furto subtraxit, vt narrat Foller. *in pract. crim. can fol.* 106. *in fi.* dicens, quod ille sacrilegus fuit (vt ipse ait) trassinatus, & deinde, amputatis prius manibus, furca suspensus, Senatus autem in hac specie facti, solet diuersimode iudicare secundum rei, & personæ qualitatem, quandoque (licet raro) ad pœnam vltimi supplicij, quandoque ad pænam extraordinariam, puta triremium, vel fustigationis, vt in duobus, qui candelabrum ex æde sacra surripuerant, qui tantummodo fuerunt fustigati, & eiecti. 29. Iun. 1558. P.N. Et quidam Antonius de Mariellis, qui subtraxerat calicem in Ecclesia, fuit ad triremes quinquennales condemnatus, 23. Martij 1556.

e Sed *e* pone, quod per aliquod statutum imponatur
4 pæna pro sacrilegio: nunquid tale statutum erit intelligendum de sacrilegio secundum ius canonicum, an autem de sacrilegio secundum ius ciuile? Respon. Aut statutum est conditum à laicis: & intelligitur de sacrilegio secundum ius ciuile; Aut est conditum ab Ecclesiasticis; & intelligitur secundum ius Canonicum. Et hæc est communis opin. vt dicit Boss. *in titul. de sacrileg. num.* 5.

ADDITIONES

Ad §. Sacrilegium.

a *Sacrilegium.*] Hic scias, quod crimen sacrilegij dicitur † cri-
*1 men mixtum, vel vtriusque fori, quo ad pœnas temporales, & contentiosas. vt per Osac *dec.* 103 *n.* 7. Giach.

Sacrilegium.] Plura Decian. *in tract crim. lib.* 6 *tom.* 2. *cap.* 14. *vsque ad c.* 39. Far. n. *in* 5. *vol. quæst.* 146. § *sacrilegium num.* 1. 3. *& plurib seq.* Ros.

1 *Sacrilegium secundum ius ciuile.*] Adde † in materia sacrilegij, quot modis committatur ratione personæ, ratione rei, & quot modis puniatur, & à quo iudice, Afflict. *in Constit. multa leges in rubr de crimin. sacrileg. fol.* 35. & plures modos committendi sacrilegium accumulauit Luc. de Pen. *in l.* 1. *numer.* 1. *C. vt dignit. ord serue. lib.* 12. sed vide omnino Decian. *in tractat. cri-*
2 *min. tom.* 2. *lib.* 6. *cap* 4. *cum multis sequen.* vbi, qui † sint sacrilegi, quot sint species sacrilegij; quomodo committatur contra personas quæ requirantur, respectu personæ offensæ, vt sit sacrilegium, & quæ requirantur respectu personæ offendentis,
3 qualis debeat esse offensa; de sacrilegio † circa locos, & circa res, iura, & bona ecclesiæ; de atrocitate sacrilegij, de pœnis sacrilegij, de excusatione eorum, qui sacrilegium committũt, de præstantibus auxilium, & consensum sacrilegio, quis sit iudex in
4 causa sacrilegij, & de processu in dicto crimine. † Et, an sacrilegium committatur in ecclesia dedicata, & non consecrata, vide
Archid. *in cap. si quis* 17. *quæst.* 4. vbi tenet, quod non, quia locus dedicatus tantum sacer non dicitur, & sacrilegium non committitur, nisi in re sacra.* Sacrilegium incurrit etiam, qui retinet bona deputata subuentioni pauperum. Gemin. *cons* 63. *nu.* 7.
& quot modis sacrilegium committatur, † quibus modis defen- 5
datur, vide etiam Foller. *in pract. crimin. canon par.* 2. *cap.* 17. *num.* 15. *cum sequent. fol.* 201. & an interficiens portantem pallium, siue baldachinum supra Corpus sacratissimum Christi, & offendens presbyterum corpus sacratissimum gestantem committat sacrilegium, vel crimen læsæ maiestatis diuinæ, & qua pœna veniret puniendus, Foller. *in pract. crimin. in frag. num.* 47. vbi dicit, quod tunc habebat hunc terribilem casum præ manibus, &
quæ res † dicatur sacra, vel sancta, vide Gomes *in cap.* 5. *num.* 11. 6
de delictu, vbi dicit, quod sacra potest dici custodia, calix, ara, vestimentum & similis res, non vero alia, quæ pertinet ad ornatum, & cultum diuinum, vt vasa, quibus ponitur vinum, & aqua vel aliquod pallium, vel lignum, quo cooperiuntur altaria, & crux etiam dicitur sacra, licet sit de ligno, ferro, lapide, vel alia materia, quia repræsentat illam veram crucem, in qua D.N. Iesus Christus passus est: ita tenet S. Thom. 2. 2. *q.* 5. *art.* 3. *vers. respondeo*, & Gomes. *in d. c.* 5. *n.* 11. *de delict.* & quid dicatur sacrum, vide etiam Peguer. *in q. crimin. c.* 24. *n.* 3.

Item adde, † quod si fur res furatas exponat venales prope 7
aliquod cemeterium, quod ratione mutationis territorij dicitur
sacrilegus, & † ideo confugiens ad ecclesiam potest extrahi, se- 8
cundum Bernard. de Landri. *in addit. ad* Angel. Aret. *in vers. & vestem calestem, vers quæro, quid si fur, vbi allegat Specul. & Castren. ita tenentes.* Baiard.

b *Secundum ius ciuile.*] Hic nota vnum, quod dicit eleganter Bald. *in d. l. si nondum, C. de furtu, & seru. corru.* quod si statutum conditum à laicis, puta ab aliqua communitate, faciat mentionem de pœna sacrilegij, tale statutum debet intelligi secundum ius ciuile, à quo recepit auctoritatem, & ideo ista duo requiruntur copulatiue, vt pœna committatur, secus si esset constitutio Episcopi, quia sufficeret alterum prædictorum, quod menti tenendum esse dicit Iacobi *ibid.* Giach.

c *Sed quæro.*] Adde, qua pœna plectantur sacrilegi, illi præsertim, qui virgines Deo dicatas violant, per Iacob. Menoch. *de arbit. iud lib.* 2. *cent.* 4. *cas* 189. Giach.

Sed quæro, quæ sit pœna sacrilegij.] Adde † videndum Menoc. 9
de arbitrar cas 389 vbi multum diffuse tractauit, qua pœna sacrilegi puniantur, & ibi *num.* 15. dicit, quod hodie de iure ciuili offendens clericos incurrit pœnam mortis, *ex auth. sed nouo iure, C. de episc. & cler.* quatuor tamen concurrentibus. Primo, quod sit clericus, Secundo, quod celebrentur diuina, Tertio, quod sit in ecclesia, Quarto quod diuinum officium perturbetur: alioquin, altero ex his quatuor deficiente, pœna solum erit exilij. & hoc secundum Bald *in d. auth. Sed nouo iure.* & de sacrilegij pæna varia habentur per Luc. de Pen. *in l.* 2. *num.* 2. *C. vt dignit. ordo ser. lib.* 12. & per Ludou. à Peguer. *in q. crimin. in cap.* 24. vbi contra D. Clarum tenet, quod crimen sacrilegij, quando sacrum de sacro tollitur, regulariter pœna mortis puniri debet, &
non arbitraria, & qua pœna de iure Reg. Neap puniatur, Foller. 10
in pract crim. in fragm. in titul. de sacrilegio. num. 47. & Fab. de Monteleon. *in praxi arbit par.* 3. *n.* 518.

Item adde, † quod diuina officia dicuntur Matutinum, Missæ, 11
& Vesperæ, vt per Præpos. *in cap. de his, num.* 7. 19. *distinct.* Hæc autem omnia officia æquiparantur *per clem.* 1. §. *fin.* vbi Glos. & Card. *de reliqu. & venerat. sanct.* inter quæ non numerantur, neque diuina officia censentur horæ canonicæ, per Glos. *in clem* 1. *de celebrat. miss.*

Item adde, † quod si percussio fieret in clericum turbantem 12
diuina officia, tunc non committeretur sacrilegium, vt est text. *in cap. veniens*, & ibi Abb. *de sentent. excommunic.* Arch. *in cap. in loco benedictionis* 5. *q.* 4. Foller *in pract. crim. canon. c.* 17. *n.* 44.

Item adde, † quod pæna sacrilegij non confunditur cum pœ- 13
na delicti de vulnere; sed vulnerans in ecclesia est condemnandus in pænam sacrilegij, & in pœnam vulneris, secundum Bart. *in l. Senatus ff. de accusation.* Et quibus pœnis sacrilegij crimen puniatur, vide etiam Foller. *in pract. crim. can. cap.* 17. Baiard.

d *De iure ciuili.*] Menoch. *de arbitr. casu* 389. Conrad. *tit. de sacrilegiis*, & Farinac. *q.* 62. *n.* 166. 168. *vol.* 4. Ros.

e *Sed pone, quod per dictum statutum.*] Adde, † quod idem 14
tenuit Mazol. *in consil.* 26. *num.* 11. vbi ipse attestatur etiam de
communi, & † statutum imponens pœnam furanti, comprehen- 15
dit etiam sacrilegium, videlicet furtum rei sacræ, ne scilicet minori pæna puniatur sacrilegium, Gl. & Bald. *in l. si nondum, C. de furt. vers. Sed ad quod sacrilegium*, & Alex. *in addit. ad Bart. in l.*
de his, C. eo tit. de † interpretatione statutorum de sacrilegio 16
loquentium, vide Decian. *in tract. crim. lib.* 6. *c.* 38 *tom.* 2. & † quod 17
statutum de furto comprehendat sacrilegium, tenuit Franch. *in decis.* 315. *num.* 7. vbi attestatur, quod ita in Reg. Neap. obseruatur.

Baiard.

* * *

§. SI-

§. SIMONIA.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Simonia quid sit.*
Et an precibus & gratia contrahatur proprie simonia. ibid.
2 *Recipere aliquid pro labore pro sacramento ministrando an sit simonia.*
3 *Et an pro concessione licentiæ docendi.*
4 *Et an pro habendo officio liceat aliquid dare.*
5 *Papa an dicatur committere simoniam.*
6 *Simonia an dicatur committi in curia Romana.*
7 *Simonia est crimen mere ecclesiasticum.*
8 *Simoniæ pœna quæ sit.*
9 *Et an notarius simoniacus sit ipso iure suspensus ab officio.*
10 *Et an clericus simoniacus amittat beneficium.*
11 *Simonia est de criminibus exceptis.*
12 *Et an in hoc crimine sufficiat probatio per coniecturas.*

Ex Additionibus

1 *Simonia quid sit, unde dicta, & in quibus contrahatur, remissiue.*
2 *Simonia quibus modis committatur, & an precibus, vel gratia, remiss.*
3 *Simonia quibus contractibus, vel pactis inducatur, remiss.*
Simonia mentalis qualiter contrahatur, & tollatur, remissiue, n. eod.
4 *Simonia quomodo euitetur, & in quibus casibus non contrahatur, remissiue.*
Et an ex consuetudine, necessitate, vel pœnitentia excusetur, remiss. n. eod.
5 *Simonia qualiter probetur, remiss.*
6 *Simoniæ pretium applicatur Ecclesiæ, cui fit iniuria.*
7 *Simonia mentalis non obligat ad restitutionem.*
8 *Simonia conuentionalis non tollitur pœnitentia, sicut & mentalis.*
9 *Simonia non committitur corrumpendo testem, vel Iudicem in causa temporali.*
10 *Simonia est dare aliquid Prædicatori vltra alimenta.*
11 *Et pro habendo officio in statu Ecclesiastico non licet aliquid tribuere.*
12 *Et quomodo iurent officiales eiusdem status.*
13 *Et quid in Regno Neapol.*
14 *Simonia an possit committi à Papa, & in quibus, remiss.*
15 *Et quid de Regibus, aut Principibus præstantibus consensum in electione.*
Simoniaci qui sint, remissiue, n. eod.
16 *Simonia non contrahitur in beneficialibus accedente Papa consensu, secus de simonia à iure diuino inducta.*
17 *Simoniæ pœna, remissiue.*
18 *Simoniaci, vel mediatores in ordine, aut beneficio ipso facto excommunicati à Pontifice duntaxat absoluuntur.*
19 *Simonia æquiparatur hæresi, & crimini læsæ Maiestatis.*
20 *Simonia post sententiam non recipit appellationem.*
21 *Simoniæ duo specialia.*
22 *Simonia quibus coniecturis detegatur, remissiue.*
Simonia an præsumatur ex munere dato concedendi beneficium, vel aliud spirituale, remiss. num. eod.
23 *Simoniæ processus qualiter sit formandus: remissiue.*
24 *Index ecclesiasticus capiens sportulas committit simoniam; & quid in laico.*

a 1 SImonia est *a* studiosa voluntas, siue cupiditas, siue vitium emendi, aut vendendi aliquod spirituale, vel spirituali annexum. Ita definiunt Gl. & Doctor. communiter, vt dicit Ana. *in rubr. de simonia, num* 2. & potest poni exemplum in casu, in quo consuluit Alexand. de Neuo. *cons.* 64. & Bertrand. *consil.* 251. *lib.* 6. & Alciat. *cons.* 1. Natta *consil.* 299. Dec. *consil.* 148. *b* Et dixi emendi, & b vendendi, quia vera Simonia nunquam committitur nisi concurrat exactio, vel promissio. Illa vero, quæ precibus, & gratia fit, non est proprie simonia, nisi preces fiant illa mente, & intentione, vt notorie indignus præferatur digno. Et ita communiter Doctores tenent, vt dicit Gomez. super regulas *canon. de triennali possessione, c q.* 12. c

d Quæro nunquid sit simonia recipere aliquid pro d labore pro sacramento ministrando. Respondeo, 2 quod non, dummodo non veniat in pactione rei spiritualis, & sit quid modicum: & est communis opin. vt dicit Card. Alexan. *in c. iud. ver. an ead. Glo. ibi, presbyter* 1. *quæst.* 1. quem refert Villalob. *in sua collect. communium opin. in littera S. num* 61. Pro sacramentis autem ministrandis, ita vt ipsa sacramenta emantur, non licet aliquid dare. Et hoc tam secundum sacros Doctores Theologos, quam Cano. vt dicit Foller. *in pract. crim. cano fol.* 214. *n.* 35.

Vlterius quæro, nunquid ille, qui recipit pecuniam 3 pro concessione licentiæ docendi, dicatur committere simoniam. Respond. quod non: dicitur tamen committere quasi simoniam. Et hæc est communis opin. vt attestatur Berran *cons.* 157. *n.* 2. *lib.* 5.

Præterea *e* quæro, nunquid pro habendo officio li- e ceat aliquid dare. Respondeo quod si est officium tem- 4 porale, admittitur oblatio, quæ fit palam per eum, qui cupit prodesse, sed non præesse; Illa vero, quæ fit clam reprobatur. Et hæc est communis opinio, vt dicit Ana. *in capit.* 1. *num.* 4. *de simon.* Quod intellige, modo talis oblatio fiat principi: in eo enim cessat crimen ambitus: sed si fiat alteri, tunc non modo dantes, aut offerentes aliquid pro officiis, sed etiam ea petentes puniuntur pœna infamiæ, & centum aureorum, vt est text. *in l. vni. ff. ad l. Iul. de ambitu* licet in practica male obseruetur. *f* Tenenturque officiales in principio officij f iurare, quod non dederunt, neque dabunt, nec promiserunt, aut promittent aliquid pro ipso officio. Et licet Boss. *in titul. de ambitiosis, num* 6. dicat, quod hoc iuramentum non seruatur apud nos: Ego tamen semper vidi obseruari, quod omnes admittendi ad officia id iurant in manibus Præsidis Senatus. Et de hac obseruantia facta etiam fuit fides in scriptis per Senatum 16. Iulij 1554. P N.

Quæro *g* etiam, nunquid Papa dicatur committere g simoniam. Respond. aliqui dicunt, quod sic, quando 5 recipit aliquid pro collatione alicuius beneficij habentis administrationem ordinis, vel executionem clauium. Et hanc dicit esse communem opin. Fel. *in c.* 1. *n.* 2. *de simon.* Aliqui distinguunt, quod aut loquimur de simonia, quæ est prohibita solummodo de iure positiuo, prout est vendere beneficia, & huiusmodi: & non dicitur Papa committere simoniam, cum sit ipse supra omne ius positiuum. Aut loquimur in simonia, quæ etiam est de iure diuino prohibita, prout est vendere sacramenta: & in hac vtique etiam Papa dicitur Simoniam committere. Et hanc dist. dicit esse communem Ana. *in d. cap.* 1. *post num.* 7. quæ mihi etiam magis placet.

Item quæro, nunquid crimen simoniæ habeat lo- 6 cum in curia Rom. Respon. quod non. Et hanc dicit esse communem opin. Fel. *in c. cum venissent, de iud.* prout illum refert Apostill. ad Abb. *in rep. cap. exstirpandæ, §. qui vero, sub nu.* 53. *de preb.* licet Fel. ibi *in libro meo* nihil loquatur de hoc proposito. Videtur autem dicendum, non committi simoniam in curia Romana, cum sit ibi præsente Pontifice tolerata, sicut & crimen ambitus non dicitur committi in curia principis. Sed *h* certe ca- h ueant sibi simoniaci, quia iudicio meo non excusan-

tur propterea à crimine simoniæ, cum non appareat de scientia Papæ: Imo summi Pontifices solent semper in suis Bullis, & constitutionibus hoc crimen grauissime execrari.

7 Hoc crimen est mere ecclesiasticum: & ideo iudex secularis non potest aliquo modo se de eo intromittere, nec cognoscere. ita sentit Gl. *in c. cum sit generale, in gl. fin. de foro compet.* quam sequuntur communiter Doct. vt dicit Ana. *in loco praall. n. 9.*

i Sed quæro, *i* quæ sit pœna simoniæ. Respond. quod in
8 primis Notarius simoniacus in ordine est ipso iure
9 suspensus ab officio, & est communis opin. vt dicit Abbas *in cap. cum non liceat, n. 4. de praescript.*

10 Item clericus simoniacus priuatur beneficio c. insinuatum, de simo. Scias tamen, quod propter conditiones, & pactiones illicitas, modo non contineant veram, & putam simoniam, dato quod saperent speciem simoniæ, non est quis beneficio priuandus. Et est communis opin. vt attestatur Paris. *cons. 29. n. 19. lib. 4.*

k Scias autem, *k* quod simonia est ex criminibus exceptis, etiamsi sit commissa tantum in beneficio; & est communis opin vt dicit Aret. *in c. cum P. Mancontella, nu. 27. de accusat.* & consequenter in ea locum habent, quæ dicuntur de aliis criminib. exceptis, de quibus multa dixi *in discursu materiæ in* § *hoc eod. lib.* § *fi.*

l Item *l* scias, quod licet regulariter in criminalib. re-
12 quirantur probationes luce meridiana clariores, tamen in hoc crimine sufficit probatio, quæ fit per signa, &
m *m* coniecturas, vt est tex. *in c. sicut. de simon.* Intellige tamen de signis euidentibus, & reum de ipso crimine conuincentibus, vt sentit Gloss. *in capite insinuatum, in Gloss. final. de simonia*, quam sequuntur Doctor. vt dicit Alex. *de Neuo cons. 64. n. 2. & seq.*

ADDITIONES

Ad § Simonia.

SImonia.] Vide Decian *tom. 1. crim. lib. 4. cap. 26. num. 5.* Vigellium methodo *iur. lib. 1. c. 13. de simonia*, Farin. *d. vol. 5. q. 124. nu. 111.* vbi de mentali. *Ros.*

1 *Simonia est studiosa.*] Adde † quod aliam ponit diffinitionem Decian. *in tract. crim. tom. 1. lib. 5. c. 77.* vbi dicit, hanc diffinitionem comprehendere simoniam solam mentalem, & in animo consistentem, neque ad actum deductam, cum dicat, quod est studiosa voluntas; & ibi etiam late habetur, vnde dicta sit simonia; & *in c. 79.* multum diffuse tractatur, quæ sint spiritualia, pro quibus contrahatur simonia; & *in cap. 80.* quæ dicantur annexa spiritualibus. *Baiard.*

2 b *Et dixi emendi.*] Adde † quibus modis committatur simonia, & an precibus, & gratia fiat, Redoa. *in tractat. de simo. per totum*, & magis distincte Nauar. *in suo Manuali confess. c. 23. de simo à num. 99. vsque ad num. 112.* & late etiam per Decian. *in d.*
3 *tract. lib. 5. c. 82.* habetur, quibus † contractibus, vel pactis inducatur; & *in c. 83.* quomodo simonia mentalis contrahatur, quomodo tollatur, & *in c. 84.* latissime, quæ † requiratur, vt euitetur
4 simonia; & in quibus casibus non contrahatur, & quid dari pos-
5 sit; & an; & quando consuetudo excuset, & an necessitas, & an pœnitentia, & quomodo probetur simonia, latissime per Masca. *de probat. concl. 1305. & 1305.*

6 Item † adde, quod datum per simoniam applicabitur illi Ecclesiæ, cui per talem dationem facta est iniuria, Bart. *in authen. quom. oport. episcop. §. & hanc*, vel pauperibus, cum illud datum non sit restituendum emptori, nec venditori in detractionem culpæ eorum; sic enim pecuniam datam Iudæ à Iudæis, nec Iudæi retinuerunt, nec Iudæ remansit, sed fuit data in cimiterium pauperum, *cap. si quis, 1. q. 3.* & ibi Præpos.

7 Item † adde, quod simonia mentalis, licet sit prohibita, non tamen obligat ad restitutionem, vt est communis opin. de qua Franc. Marc. *in decis. 167. num 12.* Torniel. *cons. 19. num. 1.* secus in vsura mentali.

8 Item † adde, quod in simonia conuentionali non sufficit pœnitere: & in mentali sic, Socin. *in c. tua nos, n. 11. de simon.*

9 Item † adde quod dans pecuniam Iudici, vel testi, corrumpendo, non committit simoniam, si causa est mere temporalis, Hostien. *in cap. tua nos de simon.* quem ibi *num. 12.* refert, & sequitur Socin. punitur tamen vt simoniacus, etiam quod iustitiam foueat Gloss. *in c. vendentes, 1. qu. 3.* Abb. *in c. cum ab omni de vita, & honest. cler.* & Fely. *in cons. 48. n. 2.* Baiard.

c *Quæst. 12.*] Et vide Crauet. *cons. 122. n. 9.* Giach.

d *Quæro nunquid sit simonia.*] Adde, † quòd si aliquid vltra alimenta Prædicatori daretur pro prædicationibus esset simonia, vt est communis opin. per Rip. *in 1. respons. de consuetud. nu. 45.* Innoc. & alij communiter *in c. cum voluntate, de sent. excommun.* Baiard. 10

e *Præterea quæro, nunquid pro habendo.*] Adde, † quod in statu Ecclesiastico adest Constitutio Pij V. de qua in Bullar. *fol. 1157. constit. 50.* contra ambientes, & pretio, vel promissione impetrantes officia iurisdictionis, administrationem habentia, quæ ligat etiam mandatores; & quibus pœnis ambientes officia puniantur Menoch. *de arbitr. iud. lib. 2. cent. 5. casu 401. cum seq.* Baiard. 11

f *Teneanturque officiales.*] Adde, † quod in statu Ecclesiastico tale iuramentum non præstatur ab Officialibus, qui tantummodo iurant in manibus Illustriss. Cardin. Camerarij de fideliter seruiendo, & de non accipiendo aliquod genus muneris præter esculenta, & poculenta, quę triduo consumi possint, iuxta formam iuris communis. 12

Item † adde, quod in Regno Neapol. adsunt similes constitutiones, capitula, & pragmaticæ contra obtinentes pretio, vel promissione officia; & ibi præstatur ab officialibus sacramentum sub hac forma tradita *per Pragmat. Caroli V. Imper. incip. Et quia sæpe numero, in tit. de official. quæ est Pragmat. 4.* scilicet, quod per se, vel alium sub spe, & occasione habendi huiusmodi officium, non dedit aliquid, nec intendit aliquid dare, nec aliquis per se nec promisit Iustitiario alicui, alijve officiali, vel alicui pro ipso, vel vxori, nec alteri personæ sub colore mutui, vel sub colore fraudis, durante officio, nec eo finito, occasione promissionis prædictæ ratione officij obtinendi, & quilibet officialis præfatum iuramentum in præsentia decem testium recipere tenetur, sed vana fuit huiusmodi promissio Caroli V. quia licet tale Iuramentum præstetur, tamen non seruatur. *Baiard.* 13

g *Quæro etiam, nunquid Papa.*] Adde videndum Decian. *in*
tractatu crimin. tom. 1. libr. 5. cap. 78. vbi † late, quia licet Papa 14
possit committere simoniam, & in quibus beneficiis, & an pro
Papatu, & † an Reges, & Principes consensum in alicuius ele- 15
ctione præstantes in simoniam incidant; & ibi, qui possint esse simoniaci. *Baiard.*

h *Sed certe caueant.*] Adde, † quod simonia non est vbicunque pactio omnis in beneficialibus habet consensum Papæ, vt est communis opinio Bologn. *consil. 19. num. 35.* nam Papæ auctoritas excusat à simonia de iure positiuo inducta, non autem iure diuino, vt per Decian. *in tract. crim. tomo 1. lib. 5. c. 84. num. 9.* Baiard. 16

i *Sed quæro, quæ sit pæna.*] Adde † Foller. *in Pract. crimin. canon. cap 18. num. 50.* plene tractat, quæ pœna simoniaco imponenda, & Diaz. *in pract. sua crimin canon. in cap. 85.* & latissime per Decian. *in tract. crim. tom. 1 lib. 5. c. 87.* 17

Item † adde, quod omnes simoniaci, quacunque præfulgeant dignitate, & etiam mediatores, qui simoniam commiserunt, tam in dando, quam in recipiendo in ordine, aut beneficio tantum, siue in Curia, siue extra, siue ipso facto excommunicati, vt per extrauag. Paul. II. & per aliam extrauag. Sixt. incip. Et si dominici gregis, requiritur Papalis absolutio, ita habetur per summ. Armill. *in tit. de excomm. cap. 59 fol. 480.* Baiard. 18

k *Scias autem, quod simonia.*] Adde, † quod istud delictum simoniæ æquiparatur hæresi, & crimini læsæ maiestatis, & ab eo non datur appellatio, nisi quis appellaret ante sententiam, Felyn. *in d. c. sicut, de simon.* & per Decian. *in tract. crim. to 1. lib 5. c. 85.* vbi latissime de atrocitate huius criminis, in quo dantur duo specialia, primum quod contra eos ad accusandum admittantur serui, infames, meretrices, & criminosi, *cap. tanta.* vbi late Abb. & ceteri *de simon.* Baiard. 19

l *Item scias, quod licet regulariter.*] Adde † videndum Menoch. *de præsumpt. lib. 5. præsumpt. 8.* & Mascard. *de probat. concl.* 20
1304. & 1305. vbi † habetur, quib. coniecturis detegatur simo- 21
nia; & præsumatur, quando munus aliquod donatum fuit ei, qui concessit beneficium, vel quid aliud spirituale, de quo late per Redoa. *in tracta. de simon. in 3. par. c. 25 nu. 14.* & per Dec. *in tract. crim tom. 1. lib 5. cap 82. & in cap. 86.* habetur, quomodo in hoc
† crimine formandus sit processus *Baiard.* 22

m *Coniecturas.*] Ratio est, quia occulte solet committi, & ob id leuiores sufficiunt in eo probationes Crau. *cons. præd. 112. nu. 8.*
Item scias, quod iudex † Ecclesiasticus cupiens sportulas, com- 23
mittit simoniam. Idem in ordinario laico qui contentus esse debet de stipendio Principis, vt per Anch. *cons. 218.* Syl. *nupt. li. 5. n. 96. 97.* vbi vide. Adde tamen clarissimum esse in iure ordinario sportulas solui debere iuxta cõsuetudinem loci per Ancha. vbi sup. & *auth. offeratur, C. de litis cõtesta.* & habetur plene per Nat. *cons. 154.* & Rol. *cons. 87. col. 1. & 2. lib. 2.* & illa Auth. est canonizata, 3. q. 3. offeratur; & vtrobi vide per Gloss. quæ declarat, vide etiam *in collect. mea comm. opin. §. Iudex, sub n. 54.* Giach.

§. SO-

§. SODOMIA.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Sodomia est vitium contra naturam.*
2 *Et an dicatur propriè committi etiam cum muliere.*
3 *Sodomia crimen est communis fori.*
4 *Sodomiæ pœna quæ sit.*
5 *Et an clericus sodomita sit ipso iure suspensus ab ordine.*
6 *Et an sodomita perdat ipso iure dominium bonorum suorum.*
7 *Et an propter hoc crimen separari possit coniugium.*
8 *Et an in hoc crimine puniatur affectus, etiamsi effectus secutus non fuerit.*

Ex Additionibus.

1 *Sodomia vitium peius est, quam cum matre concumbere.*
2 *Sodomia qualiter probetur, & per quos testes.*
3 *Et non creditur puero, vel meretrici asserentibus, se fuisse sodomiam passos.*
4 *Mulieri asserenti, Titium voluisse eam carnaliter cognoscere non creditur.*
5 *Sodomiticum coitum præsumitur passa mulier coactè.*
6 *Et an dicatur committi propriè sodomia, cum muliere.*
7 *Sodomiæ pœna quæ sit.*
8 *Et quæ in Regno Neap.*
Compositio non admittitur in Regno Neap. pro crimine sodomitico, n. eod.
9 *Statutum imponens sodomitæ pœnam pecuniariam non valet.*
10 *Et stante dicto statuto quomodo sodomita sit puniendus, remissiue.*
11 *Sodomitis domum commodantes, vel pretium accipientes pari pœna plectuntur.*
12 *Sodomita mulctatur pœna ordinaria, licet non constet de corpore delicti.*
13 *Sodomiæ pœna ordinaria an temperetur in ætate minori.*
14 *Et quid in statu Ecclesiastico.*
15 *Sodomiæ vitium tentans impune occiditur à tentato.*
16 *Vxor contra naturam à viro subagitata qua pœna sit plectenda.*
17 *Clericus sodomita qualiter puniatur, remiss.*
18 *Sodomitæ bona an publicentur.*
19 *Sodomia impedit, & dirimit matrimonium.*
20 *Sodomitæ an puniatur affectus, si effectus secutus non fuerit.*
21 *Sodomita in casu notabili, non punitur pœna mortis.*
Sodomiæ criminis specialia sub n. 19.
22 *Religiosa persona an sanguinis sententiam proferre possit.*

a 1 SOdomia, *a* vitium nefandum, & super omnia detestandum, & coitus contra naturam, vt in casu Barb. *cons.* 64. *& cons. seq. lib.* 1. & Alex. de Neuo. *cons.* 85. & Calcan. *cons.* 110. & Dec. *cons.* 90. & But *cons.* 58. & Marsil. *cons.* 28. & Gram. *cons.* 65. & Mantua. *cons.* 213. *lib.* 1. & Soc. iun. *cons.* 7. *lib.* 2. & Paris. *cons.* 163. *lib.* 4.

2 Vidi quandoque dubitari, nunquid sodomia pro-
b priè dicatur committi, etiam quando quis *b* cum muliere rem habet contra naturam. In quo quidem Do-
c ctores multi varie senserunt. *c* Tu dic, quod etiam cum femina committitur sodomia, & punitur, ita tenuit Dec. *in l. si qua mulier, num.* 9. *C. de secun. nupt.* Et hæc est communis opin. vt attestatur Viuius *in libr. commun. opin. in verbo, Sodomia delictum.* Et secundum hanc opin. sæpe iudicatum fuit per Senatum, & combustæ sunt tam ipsæ mulieres quam viri, qui ad eas præpostera Venere accesserant. Refert etiam Ant. Gomes. *super l.* 80. *Tauri num.* 33. quod in oppido Talaueræ fuit combustus quidam, qui propriam vxorem contra naturam carnaliter cognouerat.

Hoc crimen est communis fori: & ideo de eo cognoscere potest vterque iudex, scilicet ecclesiasticus, & 3
secularis, vt dixi infra, *hoc eo. lib.* §. *fin. quæst.* 27 *vers. d* [illegible] *quæro.* d

Sed *e* quæro, quæ sit pœna sodomiæ. Respondeo de iure e
ciuili est pœna mortis, tam in agente, quam in patiente, 4
vt est tex. *in l. si cum vir nubit feminam. C. de adul.* & est communis conclusio, vt dicit Soc. iun. *in d. cons.* 7. *num.* 2. Ant. Gomes. *super l.* 80. *Tauri, n.* 32. Et nota, quod quamuis ille text. videatur imponere pœnam gladij, id est amputationis capitis, *f* tamen de consuetudine est, quod so- f
domitæ igne comburantur, vt dicit Ang. *in d. l. cum vir nubit feminam,* quem refert Afflict. *super* 3. *p. constit. regni, rub.* 42. *in princ. post nu.* 13. Pract. Iodo. *cap.* 96. *nu.* 12. Et ita in facto pluries vidi obseruari: & seruatum etiam fuisse per Parlamentum Parisiense refert Papo *lib.* 24. *tit.* 10. *arresto* 6.

Item *g* clericus sodomita, etiam occultus, atque etiam g
peracta pœnitentia, suspensus est ab ordinis executio- 5
ne: & ideo interim celebrans efficitur irregularis, tali irregularitate, quæ nisi à summo Pontifice remitti non potest. Et inter Doctores receptum esse, attestatur Apostil. ad Diaz. *in tract. crim. cano. c.* 80.

Item *h* Sodomita perdit ipso iure dominium bono- h
rum suorum, vt dicit Gl. *in c. cum secundum, in verbo, a* 6
tura eo transeat, de hæret. in 6. quam dicit communiter à Doctoribus approbari Bermond. *de conc. ab. fol.* 123. *num.* 27. *i* Audiui tamen, quod superioribus diebus, postquam i
ego fui ad hoc munus præsidis à Serenissimo Rege assumptus, Senatus declarauit, non esse pro hoc crimine de iure impositam confiscationem bonorum. Et talis declaratio in hoc ducatu seruanda esset pro lege. Ego tamen credo contrariam opi. esse proculdubio de iure veriorem, & magis communem.

Item *k* propter crimen sodomiticum separatur con- k
iugium, vt est tex *in c. omnes accusationes,* 23. *quæst.* 7. & est 7
communis opin. vt attestatur Lamber. *de iure patron. in prima parte, lib.* 2. *q.* 9. *art.* 18. *in fin.* Didac *in epito. super* 4. *decr. fol.* 122. *nu.* 6. Innoc. autem *in d. c. dicebat,* quod pro- l
pter Sodomiam, quam maritus cum aliis exercet, non poterat vxor separari à thoro viri, nisi quando maritus vellet etiam vxorem ad illam trahere. Et opin. Innoc. dixit esse magis communem Florian. *in c. maritus, de adult.* quem refert Anan *ibi nu.* 3. Sed certe prima opin. est magis communis, & tenenda, si enim propter adulterium fit thori separatio, vt dixi supra *hoc eo. lib.* §. *adulterium, vers. alia quoque:* multo magis propter hoc crimen debet fieri posse, quod est multo grauius, & ex quo magis læditur matrimonium. Et ita hanc opinionem contra Innoc. dicit esse magis communem Abbas in dicto cap. maritus, in fin. quem refert Pract. Conradi *fol.* 374. *n.* 4. Barb. *cons.* 64. *num.* 8. *lib.* 1. vbi etiam subdit, quod ita de consuetudine obseruatur.

Quæro, *m* nunquid in hoc delicto puniatur affectus, m
etiam si non sit secutus effectus? Respond. quod de iure, 8
& forte etiam secundum consuetudinem generalem, de qua dixi infra *hoc eod. lib.* § *fin. q.* 92. cum sit ex atrocissimis, videretur dicendum, quod sic. Senatus tamen hoc non seruat, vt aliquis pro hoc crimine attentato, puniatur pœna mortis, etiam si deuenerit ad actum proximum. *n* Et reperio etiam, quod Affl. *super* 5. *parte con-* n
stitutionum Regni, in princ. post n. 15. dicit vidisse, *o* quod si quis actum non consummasset, quia scilicet in ipsas partes pudendas membrum non imposuisset, sed tantum d
extra eas se posuisset, non deberet puniri pœna mortis, sed alia extraordinaria: secus autem si membrum imposuisset, licet intus semen non emisisset. Et ita in facti contingentia iudicauit Senatus in causa cuiusdam Ioseph Caualiæ, quem tantummodo virgis cædi iussit, ac

Februar. 1545. P. N. Gramm. super constit. Regni, *fol.* 108. *in cap. legum asseritatem*, reprehendit Afflict. *in loco preallegat.* & dicit, quòd pro nunc sileat, quia cum reuerentia errauit, licet senex: Tu tamen in practica non recedas ab opin. Afflicti, quæ mitior est, & quam, vt dixi, p secutus est Senatus.

ADDITIONES.

Ad §. Sodomia.

a Sodomia.] Bonacossa *q. crim. verbo sodomia.* Vigell. M. i. R. *cap.* 13. *de adult. reg.* 6. 7. 8. *&* 36. Rolan. *cons.* 7. *lib.* 1. Dec. *tract. crim. lib.* 4. *c.* 26. *n.* 11. Farin 5. *volu. q.* 148. *per totam.* Ros.

1 *Sodomia vitium nefandum.*] Adde, † quod hoc vitium est maius, quam si quis propriam matrem cognosceret, 32. *quæst.* 7. *cap.*

2 *adulteri*, pro quo illæ quinque Ciuitates fuerunt igne consumptæ, Genes. 19. *cap.* & Doct. *in c. clerici, de excess. prælat.* & in materia huius delicti, vide Menoch. *de arbit. casu* 286. & quomodo probetur, & an per socium criminis, & an per minorem viginti annis, an per testem inimicum, an per testem plures defectus patientem, an per testes de auditu, vide Marsilium *in cons.* 18. Patis. *in cons.* 163. *volum.* 4. & Mascar. *de probationibus, conclus.* 1313. &

3 quòd in hoc crimine sodomiæ non credatur puero dicenti, se fuisse sodomitatum. Grammat. *in decis.* 40 *nu.* 14. *& decis.* 28. *colum·* 5. vbi tenet contra Calcan. *in cons.* 109. nec etiam creditur meretrici dicenti, se sodomitatam fuisse, vt latè consuluit Dec.

4 *in consil.* 83. *per totum volum* 3. & similiter non creditur mulieribus dicentibus quod talis voluit eam cognoscere, quia deponunt in causa propria, Crau. *in cons.* 41. *circa principium*, nisi concurrat fama publica secundum Paul. de Cast. *in cons.* 348. *circa finem, volu.* 1. *Baiard.*

b *Cum muliere.*] Adde, vt per Menoch. *de arbit. iud. lib.* 2. *cent.* 3. *cas.* 288. *nu.* 5. Quid de cognoscente virginem nondum viripotentem, vt per Guid. Pap. *q.* 555 *num.* 1. *&* 2. & per pract. Cater. *fol.* 419 *sub n.* 190. Giach.

5 c *Tu dic, quod etiam cum femina.*] Adde, † quod mulier patiens coitum sodomiticum præsumitur coactè, & non voluntariè,

6 & saltem metu reuerentiali, Socin. *in cons.* 163. & an propriè dicatur committi vitium sodomiæ cum muliere, vide etiam Menoch *de arbit. iud. cas.* 286. Baiard.

d *Item quæro.*] Decian. *d. c.* 26. *num.* 11. & Far. *d. q.* 148. *numer.* 55. Ros.

e *Sed quæro, quæ sit pœna sodomiæ.*] Adde sodomitarum pœnæ quæ; de his plures relatæ leges & sanctiones, & quid Solon, & Plato statuerint, per Menoch. vbi supra *à num.* 10. *vsque ad num.* 23. Giach.

7 f *Tametsi de consuetudine.*] Adde, † quod idem tenet Duen. *reg.* 113. scilicet, quod laicus comburi debet, non autem viuus comburitur, sed prius occiditur, & demum eius corpus igni, & flammis traditur, ne lenta morte in desperationem salutis æternæ inducatur, ita Couar. *var. resolut. lib.* 2. *c.* 10. *num.* 9 & ita pluries in Gubernijs meis seruari feci, vt scilicet prius cum laqueo in gutture suspenderetur, & postea combureretur, & ita de consuetudine seruatur, vt ait Foll. super Pragm 2. *sub titul. de sodo-*

8 *mia n.* 24. & in pluribus locis ita per statuta disponitur, & † præsertim in Regno Neap. vbi adsunt Pragmaticæ *sub titul. de sodomia*; quibus prouisum fuit, quod committentes hoc nefandum crimen comburantur, contra quos omni rigore officiales procedere tenentur: alias incurrunt priuationem officiorum, & alias pœnas, vt in dictis pragmat. & denunciantibus præmium decem vnciarum auri statuitur, ac etiam prohibetur omnibus officialibus sub grauissimis pœnis, vt de hoc nefando vitio nullo modo compositionem, aut gratiam facere possint, & † si statu-

9 tum puniret sodomiam pœna pecuniaria, non valeret. Alber. de Rosat. *super stat. q.* 23. *num.* 23. *vers. nec valeret statutum*, & stante prædicto statuto, qualiter committens, † tale crimen esset pu-

10 niendi, vide Bartch. *in pract. cancell. Apost. fol.* 113. *vers. In quadam terra Italia*, & ibi vi. alia de hac materia.

11 Item † adde, quod consentientes sodomitis in hoc vitio, vt puta domum commodando, vel recipientes pretium, eadem pæna puniuntur, Affli. *in const. Regn. in tit de adul. rub.* 42.

12 Item † adde, quod ad pœnam sodomiæ punitur sodomita, etiam quod non constet de corpore delicti, Boss. *tit. de delicto, n.* 31. & Plot. *in cons.* 131. *n.* 21. *vol.* 1. *inter cons. crim. diuers.*

13 Item † adde, quod ob teneram ætatem delinquens in hoc crimine excusatur à pœna ordinaria, Socin. iun. *cons.* 7. *in fine, vol.* 3. Menoch. *de arbitr. iud. cas.* 329. *num.* 5. sed Bombid. *cons.* 69. per totum, tenet quod minor in hoc crimine debeat puniri pœna mortis; & in statu Ecclesiastico adest Const. Marchiæ † *in lib.* 4. *cap.*

14 69. quia maior decem, & octo annis in hoc delicto pœna ordinaria punitur.

15 Item † adde aliam pœnam, quod tentans de hoc nefando crimine impunè potest interfici à tentato, vt tenet Ferr. *in suo tract. de re milit. fol.* 155. *num* 67. quem refert, & sequitur Anton. Scap. *in tract. iuris non scripti, lib.* 5. *c.* 143. *nu.* 12. vbi dicit, quod ipsa patrocinante fuit liberatus quidam famulus Pistoris Bononiæ, & Leonissæ contigit casus, dum etiam Locumtenens pro Serenissima Madama ab Austria in nobilissima Ciuitate Aquilina, & in toto eius statu Aprutino, quod quidam puer cum gladiolo totum priapum suo pædagogo eum tentanti amputauit, qui non fuit à curia molestatus, me ita mandante, non quod vidissem Ferretum & Scapum, sed propter egregium, & notabile factum pueri, & pædagogus non fuit punitus, quia aufugit.

16 Item † adde, quod vxor à viro subagitata contra naturam, etiam quod curiæ non denuntiauerit, non debet puniri pœna mortis, nisi aliquo modo appareret de eius voluntate id actum fuisse, vt si nunquam de hoc conquesta fuit, sed tacuit, & conquerendo poterat euadere huiusmodi crimen, quia forte habebat parentes potentes, vel ex alijs appareret, quod voluntarie consensisset, & tunc teneretur pœna mortis, sed si diu non tacuit, & sæpe conquesta fuit cum parentibus, & alijs, & vir erat rixosus, & potens, de quo verisimiliter poterat dubitari, & parentes, & consanguinei erant humiles, & ex alijs coniecturis poterat constare, quod non voluntariè, sed saltem metu reuerentiali id passa fuit, etiamsi non denunciasset, pœna ordinaria non est punienda, ita tradit Foler. *in comment. ad dictam pragm. de sodom. num.* 25. *cum multis seq. in li. Comment. diuers. super Prag. fol.* 111. vbi hanc quæstionem latè tractauit. *Baiard.*

g *Item clericus.*] Far. *d. loco n.* 25. *& seq.* Ros.

17 *Item clericus sodomita.*] Adde † quibus pœnis puniatur clericus sodomita, late per Lamber. *in tract. iuris patron. in* 1. *par.* 2. *lib. artic.* 18. 9. *q. n.* 8. *cum seq. fol.* 81. & Viu. *com. opin. in vers. sodomita*, & Menoch *de arbit. iud. casu* 286. *n.* 2. *cum seq.* Dec. *cons* 83. *nu.* 2. *vol* 1. *inter cons. crim. diuers.* Baiard.

18 h *Item sodomita ipso iure perdit.*] Adde, † quod Plot. *in cons.* 112. *tom.* 1 *cons. crim. diuers.* tenet contrarium, & late hanc quæstionem examinauit, & si in sententia apposita fuisset bonorum publicatio, sententia non valeret. Thob. Non. *cons.* 104. *nu.* 9. vbi allegat Plot. *in a cons.* & eum sequitur; & si delinquens moritur ante condemnationem, non punitur, nec eius bona publicantur, Butr. *in cons.* 58 *per totum.* Baiard.

i *Audiui tamen.*] Adsunt ordines Senatus impressi *fol.* 37. videndus erat Plot. *in l si quando, n.* 311. Ros.

19 k *Item propter crimen sodomiticum.*] Adde, † quod nedum propter istud nefandum crimen separatur matrimonium, sed etiam impeditur, ne contrahatur, propter criminis horribilitatem, licet per sodomiam affinitas contrahi non possit, vt per Lambert. *in tractat. iuris patron. in prima part.* 2. *libro articulo* 18. 9. *q. num.* 21. *fol.* 82. vbi late hanc quæstionem tractauit. Et de hoc crimine decem, & octo specialia accumulauit. Fab. de Monteleo *in prax. arb. part.* 4. *n.* 4. 48. *cum seq fol.* 200. Baiard.

l *Quod propter sodomiam.*] Far. *d. vol.* 5. *q.* 143. *§ sodomia num.* 83. Villab. *opin. comm. verb. matrimonium.* Ros.

m *Quæro nunquid.*] Farin *d. q.* 148. *numer.* 46. *& sequentibus.* Ros.

20 n *Et reperio etiam, quod Afflict.*] Adde, † quod idem tenet Socin. iun. *in cons.* 7. *n.* 1. *vol.* 3. quem refert, & sequitur Menoch. *de arbit. iud. casu* 286. *num.* 18.

21 Item † adde casum notabilem, in quo committens sodomiam non punitur pœna mortis, vt si infamatus ab alio, quod de nocte, cum dormiret secum in lecto, commisit sodomiam, & tortus confessus esset, quod in somnis, dum cogitabat accedere, ad quandam mulierem, accessit ad illum, tanquam ad feminam, sed non deliberatè, & in sua mente, cum non constet de veritate aliter, quam per confessionem qualificatam; ita tradit Gomes. *de delictis, capitulo* 3. *numero* 26. *circa finem*, vbi dicit se euasisse quendam à pœna mortis, qui ita fuerat diffamatus. Sed ego dubito, quòd Iudex, & Aduocatus erant similes reo, qui à manibus boni Iudicis non euasisset, quia cantilenam non credidisset. *Baiard.*

o *Quod si quis actum.*] Farin. loco supracitato, *num.* 64. *&* 65. Ros.

p *Secutus est Senatus.*] Adde, quod olim Ciues Romani contra accusatum de hoc crimine ex sola vehementi suspitione exegerunt; vt contra Capitolinum Romanum Marcelli filiū de Sodomia attentantem, vt per hæc verba locutus est Plutarchus *in Marcelli vita in principio.* Eius producti (inquit) cum pudorem lacrymas, & perpetuæ simul iracundiæ pudorem iniustum animaduerterēt, nullo alio egentes indicio, aduersus Capitolinū pronuntiauere sententiā, eumq; in exoluendis mulctauere pecuniis. Quibus argenteum vas comparatum Marcellus Deorum Ministerio dicauit. Nec erat ad mortem punibile tale crimen nefandum; Adeo quod de tali stupro conquerente Pausania versus Attadium vel in Philippo Magni Alex. Patre, sic refert Iust. *Hist. li.* 9. cum

cum variis frustrationibus non sine risu differretur, iram in ipsū Philippum vertit. Et de L.Papyrio legitur, qui attentante pudicitiam (crudeli quidem modo) C.Publij eius debitoris pecuniæ creditæ, bona debitoris, non corpus obnoxium, cautumq; in posterum ne vecterentur; Hæc Liuius *lib.9.dec.1.* & in similem pecuniariam pœnam aliquando puniuit *Rot. Dec.90.sub nu.3.* Hoc autem crimen ad pœnam sanguinis punitur de iure canonico; vt per Menoch. *de arbitr. iud. lib.2. cent.3. cas.386. in princ.* licet regulariter ius Canonicum talem pœnam non imponat; *per c. sententiam sanguinis extr. de cler. vel mon.* & dixi infra *ad q.70. vers pæna, & in §. fin q.1.* Cui conclusioni addere libet verum esse, quod religiosa pœna † sententiam sanguinis proferre non potest, hoc tamen non procedit vbi non opponatur; Aret. *cons.58. coll 3.* quem refert Herculanus *tract. de Neg. sub nu.283.* & ad dictum Capitulum sententiam sanguinis. Adde dictum Fel. *in cap. si quis, coll.2. ante med. de maior. & obed.* quia clericus respondens non super facto, sed super iure etiam in causa criminali non efficitur irregularis, quod no. *Drogh.*

Secutus est Senatus.] Et Soc. *cons.7. lib.3.* Afflict. *in const. asperitatem, tit. de adult. & lenoc. n.12. Giach.*

§. STVPRVM.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Stuprum pluribus modis committitur.*
2 *Stuprum an probetur per testes domesticos.*
3 *Stupri pœna quæ sit.*
4 *Et quid si stuprator dicat puellam non fuisse virginem.*
5 *Vidua committens stuprum an perdat dotem.*
6 *Pœna imposita viduis nubentibus intra annum luctus locum habent contra viduas intra illud tempus stuprum committentes.*
7 *Viduæ inhoneste viuentes non gaudent priuilegiis viduarum. Et an amittant domicilium mariti, ibid.*
8 *Vasallus committens stuprum cum vidua domini sui priuatur feudo.*
9 *Deflorans virginem nondum viri potentem, qua pœna sit puniendus.*

Ex Additionibus.

1 *Stuprum quid sit.*
2 *Stupri, vel alia pœna an teneatur rem habens cum ancilla.*
3 *Et quid si carnaliter cognoscat ancillam suam.*
4 *Stuprum non committit, qui ignoranter coit cum Moniali.*
5 *Stuprum quomodo probetur.*
Et quando in eo sit locus torturæ, n. eod.
6 *Et non creditur mulieri asserenti se fuisse tentatam de stupro, nec matri eius, etiamsi cum ea maritus de violentia testaretur.*
7 *Et mulier de violentia non probat, si copula carnalis sit secuta.*
8 *Et violatæ mulieris vociferatio facit indicium.*
9 *Et an in flagranti reperti excusentur de stupro, si antea se matrimonium contraxisse dicant.*
10 *Stupri pœna quæ sit.*
Stupri cum scalis commissi pœna in Rep Neap. remiss. n. eod.
11 *Mulier si fiat pregnans, an præsumatur violentata.*
12 *Stupra duo committens vilis persona vltimo supplicio plectitur.*
13 *Stupri pœna quæ sit in muliere?*
14 *Adulterij pœna pecuniaria à statuto imposita non comprehendit puellam, vel viduam patientem se stuprari.*
15 *Stupri non violenti pœnam euitandi cautela.*
16 *Stuprum non tollitur, si postea mulier stuprata efficiatur meretrix.*
17 *Stuprata qualiter sit dotanda.*
18 *Stuprans tutor pupillam deportatur, eiusq; bona publicantur.*
19 *Stuprata an possit stupranti dotem remittere.*
20 *Stupri pœna à iure imposita non tollitur ex alia diuersa statuti.*
21 *Stuprata non debet tradi custodienda consanguineis, aut matri absq; fideiussione.*
22 *Stupri pœna tollitur matrimonio, non autem pœna dotandi.*
23 *Stuprum post 25. annum puella committens non punitur.*
24 *Stuprata an sit danda dos antequam nubat.*
25 *Dispositio c.1. & 2. de adult. an seruetur in Regno Neap.*
26 *Stupratæ honestas an sit probanda.*
27 *Et inhonestas probatur per complices delicti.*
28 *Stuprata non violenter, vel pretio conuento amittit ius petendæ dotis.*
Et eo casu iniuriarum actione competit patri æstimatio damni, num. eod.
29 *Mulieris inhonestas probatur per testes singulares, & reddit stuprum impunibile.*
30 *Stupri præparatoria tentans quâ pœna teneatur, remiss.*
31 *Stuprum quomodo purgetur.*
32 *Concubinatus an probatur per disparitatem personarum, & longam cohabitationem, remiss.*
33 *Scalis ascendens noctu domum mulieris, quâ pœna sit plectendus.*
34 *Stuprans viduam, cum qua matrimonium esse non possit, deportatur.*
35 *Et eadem pœna, punitur vidua.*
36 *Stuprum quando dicatur violentum, & pœna capitis mulctatur,*
37 *Et quid in prosternente virginem in terram, vt eam carnaliter cognoscat.*
38 *Stuprum an dicatur violentum propter blanda verba, & allectamenta.*
39 *Violentia non dicitur probata, si Titius per vim mulierem cognouisse probatur.*
Stupri voluntarij pœna; n. eod.
40 *Mulieri asserenti se vim passam, vel stupratam, aut tentatam de stupro, non creditur.*
Violentia non dicitur, vbi non interuenit resistentia, n. eod.
41 *Mulieri asserenti se defloratam an credatur.*
42 *Virginitas an præsumatur in stupro, an debeat allegari ab ipsa muliere.*
43 *Vidua an propter stuprum amittat dotem, aut legatum sibi à marito relictum.*
Et an minores restituantur ad opponendum huiusmodi exceptionem, n. eod.
44 *Vidua ob adulterium viuente, & ignorante viro commissum priuatur legato.*
45 *Stuprans virginem nondum viripotentem qua pœna afficiatur.*
46 *Virginem nondum viripotentem in vxorem ducens an sit puniendus, si nixus est eam carnaliter cognoscere, & numer 47.*
Tortura quando habeat locum in crimine stupri sub nu. 5.

Stuprum à multis modis committitur, scum virgine, vt in casu Grammat. *voto 4. & decis.107.* Grauetta *cons.* 1
205. Cum vidua, vt in casu Marsil. *cons.13.* Boer. *decis.* 338 Soc. iun. *cons.111. lib.3.* & cum puero. Cæterum de eo stupri genere, quod cum puero committitur, dictum est supra. §. Sodomia: nunc de eo, quod cum virgine, vel vidua committitur, videamus.

Quæro, nunquid stuprum possit probari per testes domesticos. Respond. quod non, sed tantummodo faciunt indicium. Et est communis opin. vt dicit Alciat. *de præsumpt. reg.1. præsumpt.39. n.4.* prout illū refert Pract. Conradi, *fol.387. n.8.* Sed certè Alciat. ibi dum attestatur Gloss. *in l. fin. de accus.* esse communiter approbatam, loquitur ad aliud propositum, an s. in delictis, quæ clam committi solent, admittantur testes inhabiles Conclusio tamen est in se vera, & c obseruatur in practica. 2

Sed d quæro, quæ sit pœna stupri. Respond. de iure canonico, in foro contentioso, clericus propter stuprum cum virgine commissum punitur pœna depositionis. Et est communis opinio, vt dicit Grilland. *de di-* 3

uerſ.crim.lib.5.q.7.poſt num.2.quem refert Diaz.*in pract. crim.can.cap.77.*Bermon.*de concub.fol.104.num.18.pract. Conradi,fol.389.num.15.* Et in hoc nulla eſt difficultas.

e Laicus autem committens ſtuprum cum virgine, tenetur eam dotare,& in vxorem accipere,ſi ipſa, & pater conſenſerint: vbi vero non conſenſerunt, ſolummodo f dotem ſoluere tenetur. Si vero ſtuprator renuerit, tunc prius verberibus tractatus. in monaſterium detruditur pœnitentiam acturus,*cap.1.& 2.de adulter.* Dicit autem Papo *lib.22.titul.9.Arreſt.9.*quod hodie contra ſtuprantes virgines ſine vi non eſt in vſu alia pœna, quam vt illas ducant in vxores, vel con decenter dotent. Et ita in facti contingentia conſuluit Chaſ. *conſil.* 40. Et hoc idem etiam ſeruatur in Hiſpania, vt atteſtatur Ant.Gomeſ.*ſuper l.80. Tauri, nu.7.in fin.*vbi quotidie fiunt lites, ſuper huiuſmodi ſtupris, quas lites *(de virgo)* appellant. Ita etiam vidi ego quandoque per Senatum iudicari: licet reuera diſpoſitio illorum capitulorum de iure non habeat locum, niſi in terris Eccleſiæ, non autem in terris Imperij. Et eſt commun. opin.vt atteſtatur Anton. Gomeſ.*ſuper d.l.80. numero 7.* g Sed quidquid ſit de iure, credo, quod vbique obſeruetur, non quidem, vt cogatur ſtuprator præciſè ad ducendum puellam in vxorem, ſed alternatiuè ad eam ducendam in vxorem, vel condecenter dotandam. Et ita ſeruari in practica atteſtatur Anton. Gomeſ.*in loco præallegato,num.8.* h Hæc autem omnia intelligenda ſunt, vt procedant, ſi puella,quæ ſtuprum paſſa eſt,ſit i honeſtæ vitæ, k alias vero non haberet locum diſpoſitio *d.c.* Et ita illa iura intelligunt Scribentes, vt atteſtatur Pariſ. *conſil.* 100. *num.14. libr.4.* vbi in facti contingentia ita conſuluit. De iure autem ciuili pro ſtupro cum virgine commiſſo non imponitur pœna mortis, & eſt communis opin. vt dicit Bermon. *in tractat.præallegato, fol. 110. numero 34.* ſed dimidiæ partis bonorum, cum relegatione, licet (vt dixi) non ſeruetur. l Quod intellige, ſi tale ſtuprum ſine vi commiſſum fuerit. Nam ſi violentia interuenerit vtique punitur pœna mortis,vt habetur *in §. item lex Iul. Inſtitut. de publ.iud.*

4 m Sed pone,quod ſtuprator dicat puellam non fuiſſe virginem tempore, quo cum ea concubuit; ipſa vero dicat,quod erat virgo: cui eorum eſt magis credendum? n Reſpond. quod in dubio præſumitur virgo, niſi ipſe ſtuprator probet contrarium. Et ita tenent communiter Doctores,vt dicit Abb.*in c.1.num.5. de adult.*quem refert Bermon.*in tracta.præallegato,poſt n.6.*

Cæterum pro ſtupro commiſſo o cum vidua ego nunquam vidi aliquem puniri, prout etiam in regnis Hiſpaniæ de generali conſuetudine abolitam eſſe pœnam huiuſmodi ſtupri atteſtatur Ant. Gomeſ.*ſup. l. 80. Tauri n.14.*

5 Sed nunquid vidua committens ſtuprum perdit dotem? Reſpond. In hoc variæ fuerunt Scribentium opi. Nam Paulus de Caſtr. *conſ.* 147. *libr.2.* tenuit, quod illam amittat, & hanc opin. dicit eſſe communem Boer. *deciſ.338. num.* 1. Apoſtil. ad Abb. *in cap. plerunque de donat. inter virum, & vxorem*, prout illum refert Pract. Conradi,*fol.388.num.12.* Bellon.*in rubr.C.de edend.num. 8.*quem refert Arius, *C.de bonis maternis,fol.*728. Multi vero tenuerunt contrarium; adeo quod Socin. iun. *conſ.111.num.7.in fin. lib.3.* dicit, quod forte hodie contra Paul. de Caſt. eſt magis communis opin. Quinimo Guid.de Bened.*in 3. parte rep. c. Raynutius in verb. qui cum alia matrimonium contrahens:nu.202.* dicit extra dentes, quod hæc concluſio, quod vidua ſtuprum committens amittat dotem, communiter reprobatur. Et certè negari non poteſt, quin ſint magnæ auctoritates hinc inde; credo tamen hodiernis temporibus opin. contra Paul. de Caſtr. eſſe magis communem, vt dicit Socin.iun. *in d.conſ.*111. & Rol. *conſ.87.circa fin.lib.2.*ſecundum illam in facti contingentia iudicauit Curia Burdegalenſ.vt refert.Boer.*in allegata deciſ.337.in fin.*Pariter etiam ſecundum hanc opinionem pluries iudicatum fuiſſe atteſtatur Didacus *in epitom.ſuper 4.decret.fol.138. nu.10.& ſeq.* p etiam quando tale ſtuprum fuerat commiſſum intra annum luctus. Et ideo ab hac opinione, quæ etiam benignior eſt,non recedas q in iudicando.

6 Generaliter autem, licet omnes pœnæ impoſitæ de iure communi contra viduas nubentes intra annum luctus,hodie ſint ſublatæ, vt dixi ſupra *lib.4.§. Matrimonium*;adhuc tamen locum habent contra viduas luxurioſe,& inhoneſte viuentes.Et hæc eſt communis opi.vt dicit Ioan.Garon. *in rub.de ſecund.nupt.in 28.pœna.* Io.Nicol.Arelat.*in l.generaliter.in princ.n.15.c.de ſecund. nupt.* Et conſequenter non ſunt ſublatæ in vidua committente ſtuprum intra annum luctus.Et ita tenent communiter omnes Doctores,vt dicit Ioan. Garon. *in auth.eiſdem pœnis,in tertio notab.in fin.C.de ſecundis nuptiis.*Et ideo vidua poſt mortem teſtatoris ſtuprum committens,perdit tam ipſa,quam ſtuprator, omnia ſibi relicta à teſtatore, & ea fiſco applicantur. Eſt communis opin.vt dicit Ioa. Garon.*in l.1.in textualibus,n.58.C.de ſecund.nupt.*

Pariter etiam vidua inhoneſtam vitam ducens non 7
gaudet priuilegiis,quæ à iure viduis conceduntur,& ita tenent omnes, vt dicit Fel. *in c. ſignificantibus, poſt num. 8.de offic.deleg.* Quæ autem ſint priuilegia viduarum,dixi ſupra *lib.2.§.Vidua.* Amittit igitur vidua luxurioſe viuens priuilegium domicilij mariti. Et eſt communis opin vt dicit Claud.*in l.cum quadam puella,n.4.ff.de iuriſd. omn.iud.*quem refert Cagn.*in ea l.cum quadam, poſt nu.5. verſ.limita.*

r Item vaſallus committens ſtuprum cum vxore vi- 8
dua domini ſui defuncti, priuatur feudo, vt dixi ſupra *lib.4.§.Feudum,q.48.*

ſ Fuit aliquando dubitatum, qua pœna ſit punien- 9
dus ille,qui deflorauit, ſeu deflorare conatus eſt, puellam virginem, t nondum viri potentem. Et in hoc reperio aliquos tenuiſſe, quod debet puniri pœna mortis. Et dicit Io.Fabr. *in le. Item §.Iulia, poſt num.7.Inſt. de publ.iud.* quod de conſuetudine tales ſtuprantes virgines immaturas ſuſpenduntur, & illum refert, & ſequi videtur Afflict.*ſuper 1.conſtitut. regni,rubr.19. numer.14.* Refert etiam Boſſ. *in titul. de coitu damnato, num.67.* Tu dic, quod tale delictum de iure communi non punitur pœna mortis, ſed humiliores in metallum damnantur, honeſtiores vero in inſulam relegantur, vt eſt text.expreſſus *in l.ſi quis aliquid, §. qui nondum viri potentes.ff.de pœn.*Et ſecundum hanc opin. conſuluit Sinno. *conſil.*207. Et ita reperio in facti contingentia iudicatum fuiſſe per conſil. Neapol. à quo fuit quidam condemnatus pro hoc delicto, per ſeptennium ad triremes, & ad dotandum puellam, vt refert Gramma.*deciſ.* 22. Hanc etiam opin. pariter in facti contingentia, ſeruat Curia Delphin. vt atteſtatur Guido Papæ, *deciſ.* 555. Vidi dubitari, quem refert Bermo. *de concub. folio 114.num.39.in fin.* Ego, in hac ſpecie facti vidi per Senatum diuerſimode iudicari: nam Stephanus de Alice, qui cum puella nondum quadrienni voluit coire, & ei fregit pudibunda, iuſſus fuit capite truncari 6.Septemb. 1558.P.N. & alias quidam Io. de Raſſis, qui puellam quinque annorum violauerat, fuit tantummodo condemnatus ad triremes per decennium 8. Iunij 1555. I. D.P. quod etiam ſeruatum fuit in quodam Antonio Mutinenſi,8. Auguſt.1557. P.N. u Præterea crederem hoc relinquendum eſſe iudicis arbitrio, qui inſpecta qualitate facti, & perſonarum, illam pœnam imponeret, quæ ei videretur. Ego tamen ſemper fuit in voto, quod

quod vbi esset solum conatus ad deflorandum, non puniretur pœna mortis, sed alia, citra mortem, graui, puta triennium perpetuo, vel per decennium. Vbi vero frangeret pudenda, nullo modo euadere deberet pœnam vltimi supplicij.

ADDITIONES.

Ad §. Stuprum.

a *STuprum.*] Istud autem probare habet accusans de stupro, quod fuerit virgo, & honesta, & stuprata: per accusatum versa vice, quid: vi per Carter. *in pract. crim. §. hom. 6. sub num.* 317. Et adde, quod pernoctato sine causa arguit stuprum, & ad defensionem viduæ quæ pernoctauerat ex causa, vi. per Crau. *cons.* 205. Et pro fratre & sorore, qui simul dormierant, per eundem *in cons.* 32. Giach.

Stuprum.] De materia hac Carter. *in praxi fol.* 205. Iodoc. *cap.* 91. Vigell. M. I R. *lib.* 1. *c.* 13. *q. de adult. & stupro, reg.* 1. 17. *&* 18. 38. *&* 39. Far. *d. vol.* 1. *q.* 147. *n.* 1. *& seq.* Et an sit mixti fori ibidem *nu.* 53. & alia plura. *Ros.*

1 *Stuprum multis modis committitur.*] Adde, † quod stuprum proprie est illicita virginum defloratio, sub parentum custodia existentium, vel inordinatus concubitus, quo virginalis integritas corrumpitur, capit. *lex illa* 36. *q.* 1. S. Thom. *in* 2. 2. *quæst.* 154. *n.* 6. Mandos. *cons.* 71. *n.* 1. *vol.* 1. & Rim. iun. ponit exempla *in consil.* 199 *n.* 25. *vol.* 2.

2 Item † adde, quod accedens ad istas, quæ vulgo dicuntur fantesche, non punitur de stupro, vt per Soc. *cons.* 148. *volum.* 1. quod tamen intelligi debet, dummodo non sint virgines, nec nuptæ, nec viduæ honestæ, ita declarat Franc. Veg. *in cons.* 60. *nu.* 229. *& ibi, n.* 244. dicit, quod dictæ fantellastræ non præsumuntur virgines; & quòd ideò dicunt Doctores, quòd coitus cum istis fantellastris non est punibilis, quando non sunt alteri nuptæ, nec viduæ honestæ.

3 Item † adde, quod cognoscens ancillas suas non punitur. Alexan. *in cons.* 13. *n.* 6. *vol.* 7. & Gramm. *decis. vlt. n.* 7. quod intelligendum est, si iam ab alio cognitæ fuerunt: secus, si ab eo stuprantur, quoniam tunc iudicis arbitrio punitur, Menoch. *de arb. iud. cas.* 293. vide etiam Boss. *in tit. de conu damnato, & punibili, n.* 26. *cum seq.*

4 Item † adde, quod stuprum non committit, qui ignoranter coit cum moniali, Bal. *in c.* 1. *quib. mod. feud. amittat. el* 2. *ad fi. ver. Item dicit*, & similiter stuprum non committit, qui virginem indutam veste meretricali stuprauit, *l. item apud Labeonem, §. si quis virgines, ff. de iniur. l. nunc C. de episc. audien.* & Fely. *in consil.* 15. *n.* 2. *Baiard.*

5 b *Quæro, nunquid stuprum possit probari.*] Adde, † videndum Crau. *consil.* 205. *nu.* 13. dum dicit stuprum probari saltem per famam. Et quomodo probetur; vide etiam Mascar. *de probat. conclus.* 1337. & per Ang. *in cons.* 125. habetur, quod contra stupratorem etiam faciunt inditia plures consanguinei patris puellæ ratione numeri concurrente verisimilitudine, quod esset eius amore captus, & per Afflict. *in vsib. feud. in tit. quæ sint regalia, in vers. contrahentium, vers. multis*, habetur, quando possit perueneri ad torturam in crimine stupri.

6 Item † adde, quod non creditur mulieri dicenti, se fuisse tentatam de stupro, Ias. *in cons.* 72. *vol.* 1. Paris. *cons.* 14. *&* 160. *volu.* 4. Boer. *decis.* 319. *n.* 7. Gram. *cons.* 45. etiamsi cum ea maritus de violentia testaretur, licet aliter veritas haberi non posset, nisi aliæ concurrerent coniecturæ, vt ibi per eum, & Vulpel *in cons.* 94. *n.* 3. & Bertaz. *cons. nu.* 2. *cum sequen. & ibi n.* 18. tenet, quod nec marito
7 creditur, & † multò minus mulieri creditur de violentia, si copula carnalis interuenerit, Hostiens. *in cap. continebatur, extra*
8 *de despons. impub.* verum est, † quod vociferatio mulieris violatæ facit magnum indicium, Afflict. *in constitut. de raptu virg. nu.* 24. *fol.* 78. Mascar. *de probat. concl.* 1409. *n.* 27. *volu.* 3.

9 Item † adde, quod si vir, & mulier inuenti in actu commissionis, & inquisiti de stupro asserunt quod prius matrimonium adinuicem cōtraxerant, eis creditur concurrentibus aliquibus indiciis, & excusantur, Bal. *de pac. iur. firm. § iniuria col pen.* & Alexan. *in cons.* 24. *nu.* 15. *vol.* 2. & si alia non concurrerent, talis confessio non iuuaret, Mars. *in sing.* 22. *incip. Confessio offensi Baiard.*

c *Obseruatur in practica.*] Bonacossa *in verbo stuprum prima par.* Ros.

d *Sed quæro, quæ sit pœna stupri.*] Adde de pœna stupratoris, tam ex iure ciuili, & Pontificio, quam ex foro conscientiæ, per Iac. Menoch. *de arbit. iud. lib.* 2. *cent.* 3. *cas.* 288. & per Carer. *in pra. crim. §. homic.* 6. *num.* 307. Qui tamen limitat duobus modis, *num.* 309. *&* 310. *& num.* 312. quid de eo, qui diu cohabitat cum aliqua, & retinet eam tanquam concubinam, aut euitet pœnam stupri. *Giach.*

Sed quæro, quæ sit pœna stupri.] Far, *d. q.* 147. *§. stuprum, num.* 6. *& seq. vbi latè.* Ros.

Sed quæro, quæ sit pœna stupri.] Adde, † quod vltra pœnam depositionis tenetur eam dotare, siue deductus fuerit à puella, vel quod ipse eam seduxerit: Plot. *in l. si quando, num.* 466. *cum plur. seqq. C. vnde vi:* & si stuprum fuerit cum violentia, dent etiam in monasterium, vel carcerem intrudi, ita Diaz. *in c.* 77. *hic citato*, quem sequitur Fol. *in pract. crim. can. in verf. vel flagitium carnis: num.* 14. Baiard. 10

e *Cum virgine.*] Thesaur. *decis.* 3. Menoc. *de arbi. iud. casu* 288. Far. *d. q.* 147. *§. dot. n.* 97. *& seq.* Ros.

Cum virgine.] Adde, quod si laicus stuprans eam in vxorem non ducat, quia sit vxoratus, vel quia nolit, aut non possit, tenetur de iure canonico vltra dotem constitutam alia pœna pecuniaria, siue extraordinaria arbitrio Iudicis secundum Corrad. *in in pract. cri. tit. de stuprat. n.* 16. & Girlan. *in tract. de pœn. omnifar. coit. c.* 7. *n.* 2. & de pœna stupri, tam contra clericum, quam laicū, & tam in foro conscientiæ, quam de iure ciuili, & pontificio, late per Menoc *de arb. iud. casu* 288. & quę sit pœna stupri in Regno Neap. commissi cum schalis Franch. *in decis.* 333. *n.* 3. *vol.* 2.

Item adde, quod etiam stuprator tenetur capere, & alere prolem nascituram ex stuprata, si eam prægnantem reliquit, quod præsumitur, nisi probet, alios habuisse copulam cum ea, id est post triennium, vsque ad illam ætatem, qua ipse se alere poterit ex lucris personæ suæ, & vsque ad triennium mater spurium alere tenetur, nisi talis mulier esset adeò pauper, quod oporteret eam manibus operari pro victu, quia lactando filium operari non posset, & eo casu pater tenetur etiam infra triennium, ita Neuizzan *in Sylua nupt. nu.* 25. Et præsumitur filius stupratoris, etiam quòd per vim stuprum commissum fuerit, Bal. *in l. si qua illustris, vers. quid ergo, si mater, C. ad Orfician.* sed Boer. *in decis.* 241. *n.* 7. tenet, quod quando mulier redditur prægnans, non præsumitur violentia, cum requiratur emissio spermatis vtriusque, hoc est relinquendum medicis. 11

Item adde, † quòd vilis persona plura stupra committens punitur pœna mortis propter reiterationem, & dicuntur plura, si sunt duo, vel tria, ita tradit Gramm. *in voto* 17. vbi dicit, quòd ita fuit iudicatum & executum. 12

Item adde, † quod in muliere de iure canonico nulla est pœna stupri, sed de iure ciuili eadē est pœna, quæ de crimine adulterij, scilicet, vt puella, seu vidua verberata intrudatur in monasterium. Io. de Plate. *in §. item lex Iulia, de adulter. Instit. de publi. Iudic. col. penult.* qui ad finem dicit, quod talis æquiparatio sit de iure communi, tamen statutum imponens pœnam pecuniariam adulteræ, non habebit locum in vidua, vel puella patiente se stuprari, ex Syl. *nupt. lib.* 3. *num.* 72. Idem tenet, & refert Ioa. de Plat. Sed Afflict. *in titul. quæ sint regalia, § condemnatorum, nu.* 13. dicit, quod crimen stupri non est punibile in muliere lege ciuili, videlicet cum voluntate, siue sit virgo, siue vidua, quia non repeciuntur iure cautum, nisi quando rapuit iuuenem.; & ibi reprehendit Angel. & Apostill. *in tractat. de malef. in verb. Che mi hai adulterato la mia donna.* vbi tenet, quod pœna stupri, de qua *in d. §.* eadem lege habet locum in muliere, quæ patitur se stuprari voluntarie. 13 14

Item adde, † quod datur cautela ad euitandam pœnam stupri sine violentia, vt protestetur, quòd cum ea vult committere stuprum hac intentione, vt eam habeat in concubinam; & sic excusabitur ab omni pœna, ita tradit Afflict. *in c. quæ sint regalia, §. condemnatorum, nu.* 117. vel quod diu cohabitauerit, quia vetus stuprum præsumitur concubinatus. Mazzol. *in cons.* 31. *num.* 8. de hoc vide etiam Gram. *voto* 4. *n.* 15. Lud. Sard. *in tract. de legitim. in tit. de concub.* & Pereg. *de iure fisci, lib.* 3. *tit.* 18. *n.* 6. vbi de prædicta protestatione. 15

Item adde, † quod stuprum commissum, antequam esset meretrix, non tollitur, si postea meretrix efficiatur, Ang. *in l. mater, §.* 1. *ff. de adulter.* 16

Item adde, † an dos sit constituenda secundum dignitates, & facultates stuprantis, an vero secundum ipsius virginis qualitatem, *Decis. Pedemon.* 107. vbi decisum fuit, dotandam esse secundum Hostiens. *in rubr. de adulter. in verb. & qualiter punitur, il* 1. dos debetur, consideratis pluribus, arbitrio Iudicis, & quomodo Iudex arbitrari debeat, vide Diaz. *in pract. crim. cano. in cap.* 77. *ver. Tertio quæro, qualiter.* 17

Item adde, † quod tutor stuprans pupillam deportatur, & eius bona publicantur, Girlan. *de pœnis omnifar. coit. capit.* 9. *numero* 7.

Item adde, † quod licet puella stuprata liberaret stupratorē nihilominus ipse dotem dare teneretur, patre ita volente, Flor. *in* 2. *part. summa, titul.* 5. *cap.* 6. §. 1. quem sequitur Gabr. Saray. *in addit. ad Matthes. in sing.* 99. sed ego teneo contrarium, quod 18 16

scilicet eam dotare teneatur, etiam patre nolente, quia pœna *cap. 1. & 2. de adulter.* non fuit imposita ad vindictam, sed ad bonum publicum, & spirituale, vt per Bero *quæst. 84. nu. 8.* vbi hac ratione tenet, † quod si statutum pœnam stupratoribus imponeret
20 diuersam, non tolleret pœnam *d. c. 1. & 2.* quibus sancitum fuit, vt stuprata in vxorem ducatur, & dotetur, vt infra dicam. Et licet Diaz. *in pract. crim. cano. in cap. 77. vers. quarto quæro,* primam opinionem tenere videatur eam limitando; tamen ego in opinione mea persisto, eo maxime quod Diaz. præsupponit, statutum esse ad fauorem stupratæ, vt à stupratore dotanda sit, & quod ideo fauori suo renunciare possit, quod minime dicendum est, cum introductum fuerit ob vnum publicum, & spirituale, vt per Ber. *in loco supra citato.* Possunt tamen pater, & filia fauori suo tacite renunciare nihil petendo.

21 Item adde, † quod stuprata non est tradenda consanguineis suis absque fideiussione, ne forte eam occidant, nisi matri, de qua lex confidit, quod eam non offendet, nec offendi faciet, ita tradit Afflict. *in constit. mulier, quæ dotarium, in 6. not.* Sed Foller. *in pract. crim. can. n. in vers. vel flagitium carnis, c. 19. num. 15.* tenet, quod nec matri sine fideiussione sit relaxanda; nam licet præsumatur ipsam adeo amare filiam, quod eam non offenderit, nihilominus non præsumitur, quod possit illam à vi, & potentia masculorum liberare.

22 Item adde, † quod matrimonium tollit pœnas stupri, sed non pœnam dotandi, Gabr *cons. 173. n. 15.*

23 Item adde, † quod si puella stuprum committit *post 25.* annum, non punitur Afflict. *in const. in aliquibus, n. 75.*

24 Item adde, † quod dicta dos non est danda, nisi cum nupserit, nec sufficit cautio de nubendo, nec transmittitur ad hæredes defloratæ, non nuptæ, Borgn. *in Repert. decis. suarum in versicu. matrimonium, nu. 7. cum seq.* vbi dicit, ita pluries iudicatum fuisse in foro Fiuizanensi; quam refert, & sequitur Clau. Berta. *ad consil. patris sui 96* Sed ego vidi semper seruari contrarium, & pluries etiam seruaui, quod statim deflorans cogitur ad soluendam dotem parentibus puellæ, quibus facta fuit iniuria, vel ad deponendum, quia deflorans, ne cogeretur soluere dotem, posset multis fraudibus impedire vt maritum non inueniret, & hoc modo facilius deflorata inuenit maritum. *Baiard.*

f *Dotem soluere.*] Dubium est, an virgini stupratæ sint constituendæ dotes secundum dignitatem, & facultatem stupratoris, an vero secundum ipsius virginis qualitatem. Item an expensæ factæ in causa matrimoniali sint imputandæ. De omnibus vi. per Osasc. *in decis. 107. Giach.*

25 g *Sed quicquid sit.*] Adde † quod in Regn. Neap. quidam Augustinus Scoppæ propter stuprum voluntarium cum quadam ancilla in domo Patroni commissum fuit condemnatus à Magna Curia Vicariæ ad eam dotandam, & ad relegationem triennalem in insulam, vt attestatur Gram. *in decis. 107.* per quam sententiam apparet, † quod dispositio dictorum c. primi & secundi de adult. vbique non seruatur, & licet dicta sententia per factum Regium Cons. reuocata fuisset, non fuit propter qualitatem pœnæ, sed quia constabat de inhonestate dictæ mulieris, vt *in d. dec.* apparet. *Baiard.*

26 h *Hæc autem omnia.*] Adde, † quod ista qualitas debet probari per accusatorem, siue querelantem, quia quilibet præsumitur
27 honestus, Cæpoll *consil. 58. in fine,* vbi dicit, † quod per complices delicti potest probari inhonestas. De hoc vide Boss. *in titul. de pluribus violent. nu. 65. cum sequ.* & ibi tenet Boss. quod statutum requireret qualitatem honestatis, accusans, siue Fiscus illam probare tenetur, sed quod contrarium seruatur, quia accusati capitulant inhonestatem. Sed de hoc vide omnino Mascar. *de probat. conclus. 1248. n. 21. vol. 3.* vbi late de ista quæstione, & declarat dictum Bossij. Et, quod qualitas honestatis à statuto requisita sit probanda, vide Bursat. *in cons. 69. n. 4.* Cephal. *cons. 206. num. 7. & 350. n. 24.* Rimin. sen. *cons. 17. n. 16.* Rolan. *cons. 84. nu. 10. vol. 3.* & si non esset probanda secundum opinionem aliquorum, saltem deberet allegari Soc. *cons. 274.* & quod talis qualitas esset ponenda in inquisitione, tenuit idem Rim. *in d. cons. 17. n. 16.* & de hac materia vide Bertaz. *in cons. 50. per totum,* vbi multos accumulauit tenentes, quod talis qualitas honestatis probari debeat, & in materia qualitatum, quæ requiruntur à statuto, quando sunt qualitates, quæ à iure præsumuntur; quando sint probandæ, vide; quæ apposui *in q. 85. vers.* vbi agitur de imponenda.

28 Item adde, † quod si probaretur, stuprum fuisse commissum de voluntate puellæ, vel cum ea conuentum fuisse de pretio, ipsa puella perderet ius petendæ dotis; tamen pater puellæ posset agere actione iniuriarum, & damni æstimationem sibi prouenientis petere, quia maiori eget pecunia ad eam dotandam, ita concludit Bernar. Diaz *in pract. crim. canon. in c. 77. vers. Quantum autem.*

Item adde, † quod inhonestas mulieris probari potest per testes singulares; Gramm. *decis. 107. nu. 9.* quæ inhonestas facit stuprum impunibile, vt ibi per eum, & Natt. *consil. 421. n. 12. & 13.*

Item adde, † qua pœna teneatur ille, qui non intulit vim virgini, sed solum illam interrogauit, & apposuit manum ad brachium, Bertaz *in cons. 203. vol. 1.* 30

Item adde, † quod stuprum non purgatur per longam cohabitationem, vel per concubinatum, & quomodo, & quæ requirantur, vide per Gramm. *in vot. 4.* & an concubinatus probetur per disparitatem personarum, & per longam cohabitationem, Masc. *de prob. concl. 341. & 342. vol. 1.* 31

Item adde, † quod ponens scalas ad fenestras, siue muros alicuius mulieris honestæ causa violandæ eius castitatis, punitur pœna mortis; si vero non esset mulier casta, sed meretrix, punitur pœna extraordinaria, Bal. *in l. fin. 1. lect. ff. de rer. diuis.* Et ita executum fuit in Ciuitate Neap. vt attestatur Gramm. *in decis. 36.* vbi latissime de hoc tractauit, sed ibi aderat bannum, de mandato Proregis emanatum. 32

Item adde, † quod stuprans viduam cognatam, vel aliam, cum qua matrimonium esse non possit, pœna deportationis punitur, *l. si quis viduam, ff. de quæst.* & ibi Mars. & eadem pœna punitur vidua, † vt ibi per eundem Mars. *nu. 4. cum seq.* vbi hanc quæstionem latè examinauit. *Baiard.* 33 34

i *Honesta vita.*] Et idem in sponso cognoscente sponsam immaturam 12. ann. vi. per Lud. Carer. *in pract. crim. §. Homic. 6. post n. 103. Giach.* 35

k *Alias vero.*] Adde, & vi. Natt. *cons. 421. nu. 12. 13.* Sed quid de illo, qui ancillam sclauam stuprauit, dic puniri extraordinarie, atque arbitrio iudicis, quæ tamen pœna arbitraria cessaret, quando illa ancilla ab alio cognita fuisset, vt per Iac. Menoch. *de arbit. iud. lib. 2. cent. 3. cas. 293.* Giach.

l *Quod intellige, si tale stuprum sine vi, &c.*] Adde, † quod ad hoc, vt stuprum dicatur cum violentia commissum, oportet, quod violentia sit facta personæ, quia crimen violentiæ dicitur crimen personale, Bart. *in l. licitatio. ff. quod illicite, ff. de public.* Ex quo sequitur, quod si quis frangeret ostium domus, vel thalami, & violenter ingrederetur, & non violenter cognosceret, non diceretur commisisse in coitu violentiam, sed violenter tantum ingressum fuisse, ita in terminis consuluit Castrens. *in consil. 17. n. 1. & 2. volu. 1.* quem sequitur Diac. *in tract. crim. lib. 8. cap. 15. nu. 3. tom. 2.* licet And. de Isern. *in tit. quæ sint regal. in vers. contrahentium incestas nuptias, num. 40. post med.* contrarium tenuerit. 36

Item adde, † quod prosternens in terram virginem, si conatus est illam cognoscere, per hoc non debet pœna capitis puniri, vt consuluit Cuman. *cons. 95.* Christophorus, quem refert, & sequitur Dec. *in l. si fugitiui, n. 46. C. de ser. fugit.* 37

Item adde, † quod ille, qui per violentiam virginem stuprauerit, vel eam de domo rapuerit, vel alibi asportauerit, vel eam sollicitauerit, & interpellauerit cum odiosis artibus, circumueniendo, quamquam ex pacto facto interueniat voluntas ipsius virginis, vel honestæ viduæ, tunc committens stuprum punitur etiam pœna capitis, vt per Afflict. *in tit. quæ sint regalia, §. condemnatorum, n. 2.* 38

Item adde, † quod stuprum violentum non tantum dicitur quando interuenit vis, & violentia vera, sed etiam quando interueniunt blanda verba, & allectamenta, ac dolosæ promissiones & isto casu etiam punitur pœna mortis, quia illa promissio, & seductio est vis interpretatiua, ita tradit Afflict. *in constit. si quis rapere, 2. not. 3. q. n. 9.* & Foller. *in pract. crim. 1. part. 3. nu. 16.* & hoc procedit etiam, quod ipsa accessisset ad domum viri, vt ibi per Afflictum, vbi quoque habetur, quod stuprum voluntarium sine alliciamentis punitur medietate bonorum omnium suorum fisco applicandorum (licet ipsa ad domum viri accessisset, si vir est honestæ conditionis) & relegatione temporali arbitrio iudicis, si vero sit vilis persona, fustigatur, & nihilominus in exilium mittitur, & ista est pœna, quæ imponitur de iure ciuili per tex. *in §. item lex Iulia. instit. de publ. iud.* quæ tamen pluribus modis limitatur per Girlan. *in tract. de pœn. omnif coit. c. 7. n. 3.* 39

Item adde, † quod si quis probetur cognouisse mulierem per vim, quia illa elocutio potest intelligi actiuè, & passiuè; ideo interpretabitur passiue, vt excludatur delictum Bart. *in l. 1. in fine, ff. de duobus reis,* Abb. *in cap. dubium, el 2. col. vlt. de elect.* Dec. *cons. 8. n. 45. vol. 1.*

Item adde, † quod mulieri asserenti, se vim passam, vel tentatam de stupro, seu stupratam, non creditur, Crau. *consil. 41. nu. 2.* Grat. *cons. 52. n. 28.* Gramm. *consil. 45. nu. 1.* & Bertaz. *consil. 3. vol. 1.* & de violentia ista vide Brunellum *in tracta. de sponsal concl. 18. nu. 10. tom. 10.* vbi refert notabile exemplum de quodam iudice, qui condemnauit accusatum de huiusmodi violentia ad dandam illi mulieri certam quantitatem pecuniarum, cui postea dedit licentiam auferendi illas pecunias illi mulieri, & cum non potuisset ob resistentiam dictæ mulieris, mandauit, vt restitueret pecunias accusato, quia multo magis defendisset corpus, si voluisset, ad illud carmen Ouidij. 40

Vim licet appelles, grata est vis ista puellis.

Et

Et vis videtur fieri, cum mulier magno clamore auxilium implorat, vt per Iodoc. *in sua practica, c.95. nu.6. & 10.* alias non dicitur violentia, si non interuenit resistentia, Corn. *cons.24. vol.3.* Et quando mulier diu tacuit, & distulit accusatus præsumitur innocens, quia ex tarditate præsumitur dolus, & Calumnia, Boe. *decis.42. n.10.* & Foller. *in pract. censuria fol.150.* Baiard.

m *Sed pone.*] Bonacossa *commun. opin. verbo virgo.* Boer. *decis.17. in fin. & 36. n.56.* Veg. *cons.66. nu.24. lib.1.* Rosell. *in cons. diuers. crim.12. lib.2.* Horat. Lucius *in 1. vol. cõs.161.* Far. *q.147. § stuprum, n.10. & seq.* Item *q.147. nu 46.* Vulpell *respons.125.* vbi latè de viduarum materia, & alia de muliere, quæ stupro consentit *nu.49. & seq.* Ros.

41 *Sed pone, quod stuprator dicat. &c.*] Adde, † quod credendum sit mulieri assetenti se defloratam Paris. *cons.160. vol.4.* Foller. *in pract. crim. vers. & si confitebuntur n.146. folio 327.* Baiard.

42 n *Responde quod in dubio.*] Adde, † quod virginitas debet allegari, & ab ipsa muliere, & non à tertio ad hoc, vt præsumatur, Crau. *cons.166. n.5.* sed Mascar. *de probat. concl.1410. nu.9. cum seq.* dubitat de hoc dicto, quia virginitatis præsumptio est naturalis, cum sit circa qualitatem innatam à natura. *Baiard.*

o *Cum vidua nunquam vidi aliquem puniri.*] Adde tamen, quod ait Gul. de Cun. *in l. raptores, col.2. C de episc. & cler.* quem refert, & sequitur Gramm. *col.4. num.23.* quem refert, & sequitur Rolan. *eius cons.53. nu.26. vol.2.* Item, quod si quis cognoscit virginem, vel viduam sine violentia, & sine armis, non habet locum pœna raptus: sed si est nobilis, debet amittere dimidiam partem bonorum; si autem est vilis debet corporaliter puniri, non tamen, vt moriatur. *Giach.*

43 p *Etiam, quando tale stuprum fuerit commissum.* Adde, † quod Senat. Pedemont. iudicauit secundum affirmatiuam opinionem, intra annum luctus, *decis. Pedem.77. in fin.* Et idem tenuit Rolan. *cons.86. n.42. in 2.* Bertazz. *cons.20. nu.42.* & Viui. *commun opin. in vltima opin. in ver. vxor.* vbi dicit sic vidisse seruari, & minores non sunt restituendi ad opponendam huiusmodi exceptionem stupri, ad effectum, vt mulier perdat dotem, quia agitur de lucro captando ex delicto alterius, sed restituitur, vbi agitur *de lucro mulieris*: Franch. *in decis.421. n.9.* dicit, veriorem esse opinionem tenentium, quod indistincte, vidua committens stuprum quouis tempore, dotem non amittat. Idem tenet Vulpell. *in consil.125.* quod dotem, quo vero ad legatum, à marito sibi factum, dicit eam esse priuandam, & ab eius petitione repellendam.

44 Item adde, † quod vidua propter adulterium commissum, viuente, & ignorante marito perdit legatum ei factum, & habetur pro reuocato, & remanet penes hæredem mariti; si vero de adulterio commisso, marito viuente, non possit apparere, sed duntaxat de stupro commisso in viduitate, legatum perdit, & applicatur fisco, Ruin. *consil.155. num.3. & 4. volu.3.* vide etiam Neuiz. in sylua *nupt. lib.2. in versic feni non est nubendum, numer.45.* vbi de omnibus, quæ perdit vidua stuprum committens. *Baiard.*

q *In iudicando.*] Adde, vide per Crau. *cons.205. colu.4. vers. Nono posito,* vbi *per 4. col.* consuluit contra Paul. Castr. & sequendo partem contrariam illam comprobat, & contraria diluit. Idem tenet *in cons.304. col fin.* Giach.

r *Item vasallus* Far *loco n.20.* Ros.

ſ *Fuit aliquando.*] Thesaur. *d. decis.3. in fin. & dec.148.* & Far. *d. q.148. § stuprum, n.30. & seq* Ros.

t *Nondum viripotentem.*] Adde, & fusius vide per Iac. Menoc. *de arb. iud. lib.2. cent.3. cas.294.* vide, quæ dixi supra §. *Sodomia, verb. cum muliere,* & per Carer. *in pract. crim. § homicid.6. nu.305.* Giach.

45 u *Praeterea crederem hoc relinquendam arbitrio Iudicis.*] Adde,
46 † quod idem tenet Menoch. *de arbitr. Iud. cas.294.* vbi plene hanc materiam tractauit, & ibi habetur, quid de virgine viri im-
47 potente in vxorem ducta, an maritus puniatur: Et tenet, † quod vti stuprator puniri debeat: idem affirmat Affict. *in consti. si quis rapere, n.17.* dicit tamen, quod in istis actibus de iure canonico malitia supplet ætatem, adeo, quod maritus puniri non poterit, quia tunc matrimonium tali coitu consumatur, dummodo virgo, ita fuerit ætati proxima quod potuerit copula carnali coniungi, & non adsit violentia, vel post violentiam consensus accedat, est textus *in cap. de illis, de desponf. impub.* & ibi etiam posuit alias quæstiones in materia stupri, quas videre poteris. *Baiard.*

§. VSVRA.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Vsura quid sit.*
2 *Vsura quibus modis committitur.*
3 *Vsura an sint omni iure prohibita.*
4 *Et an de iure ciuili.*
5 *Et an pro vsura possit quis criminaliter puniri.*
6 *Casus in quibus vsura sunt à iure permissa.*
7 *Iudæi an possint de iure communi vsuras licite exercere.*
8 *Vsurarum crimen est ecclesiasticum.*
9 *Vsura an probetur per testes singulares.*
10 *Vsurariorum pœna qua sit.*
11 *Vsurarius tenetur restituere vsuras.*
12 *Et an dominium rerum, quas extorsit ex causa vsurarum, in illum transferatur.*
13 *Vsurarius manifestus an possit testari.*
14 *Et an donare causa mortis.*
15 *Et quis dicatur vsurarius manifestus.*
16 *Vsurarij sunt infames.*
17 *Vsurarius, qui aliquando exercuit vsuras, & postea desiit fœnerari, an adhuc dici possit vsurarius.*

Ex Additionibus.

1 *Vsura quid sit.*
2 *Vsura directè contrahitur in mutuo, in ceteris contractibus indirectè.*
Vsura multifariè committitur, n. eod. & n.37.
Vsura fit etiam circa frumenti mutuum, vel pecuniæ ad frumentum, remissiuè, n. eod.
3 *Mutuans an liceat aliquid accipere vltra sortem.*
4 *Mutuans granum, vel quid aliud, quod cursu temporis deterioratur pacto adiecto, quod non reddatur, nisi tali die, vsuram committit.*
Vendens carius ad tempus quãdo committat vsuram remissiuè, num. eod.
Vsura quomodo contrahitur annuo censu, remiss. n. eod.
5 *Vsura an præsumatur in dubio.*
6 *Et in materia vsurarum standum est potius Doctoribus Iuris Canonici, quam Theologis.*
7 *Testator confitens se fuisse vsurarium, semper talis extitisse præsumitur, vt heres teneatur ad restitutionem.*
8 *Vsura piratica quæ dicatur.*
9 *Vsura quandoq; colligitur ex contractuum coniunctione.*
10 *Et quomodo cognoscantur contractus vsurarij, remiss.*
10 *Execrabilior vsura quæ sit.*
11 *Vsura decem, & nouem [illegible]nibus prohibetur, remiss.*
12 *Vsura est prohibita lege Mosaica, Euangelica, canonica, autentica, philosophica, & politica, id est ciuili.*
Vendens rem habita fide de pretio cum intentione eandem minoris redimendi vsuram committit, n. eod.
13 *Vsurarij vltra pœnas canonicas an possint criminaliter puniri à Iudice laico.*
14 *Et an sit locus torturæ in hoc crimine.*
15 *Et quid in Regno Neap.*
16 *Et an Iudex secularis in eodem Regno possit procedere ex officio contra vsurarios.*
17 *Et quid de iure communi, remissiue.*
18 *Vsura in quibus casibus sint permissæ, remissiuè.*
Et in quibus societas, seu soccida sit licita remissiuè, n. eod.
19 *Et quid de cambiis mercatorum, remissiuè.*
20 *Iudæi ex indulto Pontificis vsuras licitè exercent.*
Et in casu prohibito poterunt puniri à Iudice laico, n. eod.
21 *Vsurarum crimen an sit merè ecclesiasticum, remissiue.*
22 *Vsura qualiter possit probari.*
Et an per argumenta, & coniecturas, n. eod.
Vsurarius manifestus quomodo probetur remiss. n. eod.

23 *Vsura an probetur per testes, qui eam soluerunt.*
24 *Et quid in statu Ecclesiastico.*
25 *Et quid in Regno Neap.*
26 *Vsurarius contractus probatur præsumptionibus & coniecturis.*
27 *Vsurarij quibus pœnis afficiantur.*
28 *Et quibus in Regno Neap.*
29 *Et quid in statu Ecclesiastico.*
30 *Et pœnam mutuantis ad vsuram non extenditur ad recipientem.*
31 *Vsurarius an excusetur à pœna ob consuetudinem malam, & iniustam.*
32 *Vsurarius an sit puniendus, si vsuras non recepit.*
33 *Et quid si duntaxat fuerit enixus fœnerari.*
34 *Vsurariorum bona mobilia describi, & sequestrari possunt.*
35 *Iudex Ecclesiasticus potest in crimine vsurarum vltra pœnas canonicas mulctam imponere, & ex officio procedere.*
36 *Iudex coram quo ciuiliter agitur de vsuris, potest in eodem processu iniuriosum diffamatorem ciuiliter condemnare.*
*36 *Vsurarius manifestus non est in loco sacro sepeliendus.*
37 *Vsurarius manifestus quis dicatur, & quibus modis probetur.*
38 *Vsurarij sunt infames sola Iudicis declaratoria.*
Montes pietatis aliquid accipere possunt, sub num. 19.

1 a VSura, est lucrum ex mutuo pacto debitum, vel exactum. Et hæc est diffinitio vsuræ, tam Theologorum, b quam b Iuristarum, vt dicit Alber. *in l. iubemus, col. 4. vers.* c *Quid de tali, C. de sacrosanct. eccles.* c Committitur autem vsura multis modis, sed de hoc cum magis ad ciui-
2 lem contractuum materiam, quam criminalem pertinere videretur, diffuse tractaui sup. lib. proximo, vbi etiam d dixi, an cambia mercatorum sint licita, &c. d
e e Sciendum est autem, quod vsuræ sunt omni iure
3 prohibitæ, & in primis quidem de iure naturali, & est communis opin. vt ait Didac. *lib. 3. resolutionum, c. 1. post numer. 5.* dicens, quod eam tenent frequentissimo omnium consensu Theologi. Pariter etiam sunt prohibitæ de iure diuino, etiam euangelico, & ita Theologi, & Canonistæ frequentissimo omnium consensu existimant, vt ait Didacus *in loco praallegato, post num. 5 ver. Iure diuino.* Item de iure canonico, toto *titul. de vsuris*, & in hoc nemo dubitat.
4 Difficultas est, an etiam sint prohibitæ de iure ciuili. Et in hoc quidem variæ sunt Scribentium opin. ex quo videtur, quod de iure ciuili vsuræ infra legitimum modum sint permissæ, secundum opin. quam dicit esse communem Alciat. *in c. 1. num. 78. de offic. ordin.* Et quod vsuras omnino non prohibeat ius ciuilis, dicit esse quasi omnium Doct. communem opin. Christopo. de Castill. *cons. 36. post num. 8.* Carauita *super 21. ritum magna curia num. 5.* Contrariam vero sententiam, quod s. etiam de iure ciuili, per ius authenticorum vsuræ sint prohibitæ, tenuerunt communiter gloss. Legistarum, vt ait Imola *in Clement. 1 num. 8. de vsur.* quem refert Anan. *in cap. quia in omnibus post num. 16. de vsur.* Et dicit Alber. *in leg. cunctos populos, post num. 15. C. de summa Trinit. & fide cathol.* quod ita tenent communiter Doctores. Dicit etiam Imol. *in l. 1. colum. 4. versic. & aduerte, ff. de solut.* quod hanc opinio. tenent communiter Doctores Legistæ, & Canon. Hanc etiam dicit esse communem Abb. *in capit. cum sit generale, num. 18. de foro compet.* quem refert Didac. *in dicto capitulo 1. numer. 6.* Ias. *in §. omnes, numer. 14. Institut. de action. & in d. l. cunctos populos, num. 47.* Berou. *in rubr. de vsuris, num. 80.* Et hæc opin. apud nos seruatur, vt statim subiiciam, & ab ea, tanquam veriori, & f magis communi, f non est aliquo modo in practica f recedendum.
5 g Et ex hoc infertur, quod vsura apud omnes reputatur res illicita, & prohibita, & sic delictum, & consequenter propter vsuram potest quis etiam criminaliter h puniri. Et fuit hæc opin. Iac. Butr. *in l. Improbum, C. ex* h *quibus caus. infam. irrogetur*, quam dicit videri magis communem Corne. *cons. 19. in littera G lib. 3.* hanc etiam dicit esse communem Alciat. *in dicto c. 1. n. 76. & sequēti* quem refert Didac. *in epito. super quarto decret. folio 78. post n. 19.* Et quamuis Roland. *cons. 75. n. 19 lib. 1.* dicat, quod immo opin. contra Iacob. Butr. est magis communis, & quod Alciat. dicens contrariam decipitur, nihilominus si recenseantur auctoritates, nulli dubium erit, quod comperietur Alciat. verum dixisse, & ita pluries fuit iudicatum per Senatum, puniendo tales vsurarios pœna extraordinaria, & facta fuit etiam specialis delegatio, vt contra ipsos inquireretur, 22. Nouemb. 1555. P. N. Et licet Corne. *in loco praallegato.* & aliqui alij loquantur in iudice ecclesiastico, idem tamen dicendum est in iudice laico, cum, vt dixi secundum magis communem opin. etiam de iure ciuili, vsuræ sint prohibitæ. Et ideo licet ipse Senatus dicatur iudex laicus, quia repræsentat personam Regis, qui est Princeps laicus, tamen, vt dixi, punit vsurarios pœna arbitraria, prout etiam illos punit, & torturæ subiicit Parlamentum Parisiense, vt refert Molin. *in tract. de vsuris, n. 156.*
i Casus autem, in quibus vsuræ sunt permissæ, tam 6 de iure ciuili, quam de iure canonico, dixi supra *libro* i *proximo.*
Hæc k autem conclusio, quod vsuræ sint omni iure k prohibitæ, satis de plano videtur procedere, quo ad 7 Christianos: Sed quid dicendum de Iudæis, nunquid ipsi de iure communi possunt licitè vsuras exercere? Respon. quod non. Et est commun. opin. vt dicit Curt. iun. *in l. eius qui in prouincia, post n. 5 ff si cert. petat.* Et quod peccent Iudæi fænerando Christianis, dicit esse commun. opin. Theologorum, & Can. Alexand. de Neuo *cons. 100. num. 1.* adeo, quod ecclesia non debet, neque potest hoc peccatum permittere, nec tolerare, infligendo pœnam, l neque propter aliquod maius malum vitan- l dum, neque propter aliquod bonum, quod exinde sequi speretur. Et est communis opi. Can. & Theolog. vt dicit Alexand. de Neuo *cons. 100. num. 9. & 13. in fin. & cons. 101. post nu. 14.* vbi dicit se dolere malitiam Doctorum Christianorum, qui consuluerunt contra tam apertam veritatem. Et subdit rationē esse, quia nullus est offerens mercedem, qui petat consilium, quod Iudæi non possint fænerari, nec reperitur aliquis offerēs munera principibus, vt Iudæos expellant. Sed veritas ista non dat præmia terrena, sed æterna, &c. Sed certe quicquid sit de iure, contrarium seruatur de consuetudine, nam vbique tolerantur Hebræi fœnerantes etiam in terris Ecclesiæ, licet illam consuetudinem improbet Alexan. de Neuo *in cons. 101. n. 13.* & dicat, quod tanquam nutritiua peccati non valet. Quinimo si aliquis Iudæus exerceat vsuras in Iudaismo (vt ipsi communiter faciunt) & deinde efficiatur Christianus, tenebitur ad restitutionem vsurarum, quas ante baptismum extorsit, vt dixi supra *lib. proximo.*
Hoc m crimen est merè ecclesiasticum. Et hanc dicit esse communem conclusionem n Didac. *in epit. super 4. decret. fol. 78. num. 19.* Tu vero dic, quod est merè Ecclesiasticum, quo ad cognitionem iuris, an s. contractus sit vsurarius, vel ne; secus autem quo ad factum, vt dixi infra, *hoc eod. lib. §. fin. quæst. 37. vers. quæro igitur.* Item quo ad pœnam est communis fori, o vt ibi dixi. m 8 n o
Quæro, p an crimen vsurarium possit probari per testes singulares. Dixi infra *hoc eod. lib. §. fin. q. 52. vers. Dixi etiam.* p 9 q
Sed q quæro, quæ sit pœna exercentis vsuras. Resp. quod punitur extra ordinem, r arbitrio iudicis. 10 r

Item

11 Item tenetur vſurarius reſtituere vſuras. Hoc autem quomodo intelligendum ſit,& quibus caſib. procedat, & quid ſi habuerit remiſſionem à patre, & an etiam hæres vſurarij teneatur ad earum reſtitutionem , & pleraque alia ad hoc pertinentia, cum (vt dixi) ad ciuiles potius,quam ad criminales cauſas facere videantur,tractauimus ſupra *lib. proximo*.

12 Præterea dominium rerum, quas creditor extorquet à debitore,ex cauſa vſurarum, non tranſit in ipſum vſurarium.Et hæc opin. eſt apud Theologos,& Canoniſtas communi omnium conſenſu recepta,vt atteſtatur Summa Syluestrina *in §.vſura.q.6.nu.1.* quam refert,& ſequitur Didacus *lib.3.reſolut.cap.3.poſt num.6.verſ.ſed ad huius.*

ſ Item vſurarius ſ manifeſtus non poteſt t teſtari niſi
t præſtita cautione de reſtituendis vſuris, vt dixi ſupra
13 *lib.3.§.Teſtamentum,q.26.*

14 Item neque etiam poteſt donare cauſa mortis , vt dixi ſupra *lib.proximo,§.Donatio,q.7.*

u Sed u hic quæro , quis dicatur vſurarius manifeſtus.
15 Reſpond. quod vſurarius manifeſtus dicitur ille , qui palam,& publicè fœneratitiam artem exercet,ita vt ipſa facti euidentia excuſari non poſſit: ita ſentit Bart.*in l.fur eſt manifeſtus,num.3 ff.de furtis*: & in hoc omnes conueniunt,vt ait Didac.*lib.3.reſolutionum,cap.3.nu.4.* Item ſi quis coram Sacerdote,& teſtibus publice fateatur ſe eſſe vſurarium,& mandet reſtitui vſuras,diceretur vſurarius manifeſtus:ita dixit Gloſſ.*in c.quamquam in verbo Manifeſti,de vſur. in 6.* & eſt communis opin. vt atteſtatur Socin.*conſ.127.n.1.lib.3.* Item ille,qui in iudicio confeſſus eſt,ſe eſſe vſurarium, dicitur vſurarius manifeſtus : ita dixit Gloſſ.*in c. 1.in verbo, Manifeſtus,de vſuris,in ſexto,* quam Doctores ſequuntur,vt ait Didac.*in d.c.3.poſt n.4. verſ.item.* Præterea ille,qui tanquam vſurarius eſt condemnatus à iudice , dicitur vſurarius manifeſtus, ſecundum Gloſſ.*in d.cap.1.in verb. Manifeſtus*:quam dicit eſſe communiter approbatam Didac. *in d.cap.3.poſt num.4. verſ. quarto etiam.*

x Punitur x etiam vſurarius,de iure ciuili, pœna infa-
16 miæ,vt eſt text.*in d.l.improbum , C.ex quibus cauſ. infam. irrog.* Et ſcias, quod hæc infamia irrogatur ipſo iure,ſecundum Gloſſ. *in d.l. improbum,in Gloſſ.fin.* & eſt communis opinio,vt ait Didac.*in d.cap.3. num.2.* Adde,quod hac infamia notantur etiam illi , qui exercent vſuras intra modum à iure ciuili permiſſum , quicquid dixerit Gl.prima, *in d.l.improbum*, contra quam tenent communiter omnes Doctores, vt ait Salyc. *in d. l. improbum, num.12.*Gemini *conſ.77.poſt num.5.* Et hanc opinionem contra illam Gloſſ.dicit eſſe communem Didac.*in d ca. 3.poſt num.2.*Et ex hoc infertur , quod vſurarius non poteſt eſſe teſtis , neque etiam in cauſa ciuili,vt dixi ſupra *lib.2.§.teſtis.*

17 Vltimo quæro, nunquid ille, qui aliquando exercuit vſuras,& poſtea deſiit fœnerari, dicatur vſurarius.Reſp. quod ſic. Et eſt communis opinio , vt ait Decius *in c.1. n.12.de probat.* Vide quæ dixi *in d. §. Teſtamentum, q.6. verſi.Item quæro.*

ADDITIONES

Ad §. Vſura.

a VSura eſt lucrum ex mutuo pacto debitum.] Sed quod poſſit mutuans licite aliquid recipere, quando ſponte ſibi aliquid gratis offertur à debitore ſuo vltra ſortem gratia remunerationis nulla interueniente petitione,vel obligatione, ſeu pactione, vide late per Nattam ſuo *conſil. 498.nu.28.* vbi alios concordantes allegat , fallit tamen vbi mutuans habet mentem deprauatam,ſperando aliquid conſequi , vt not. Abb.*in ca.conſuluit,in 1. not.de vſuris*,quia tenetur reſtituere, *num. 5.* vtroque foro,*num. 6.* Quid ſi recipiatur aliquod ſeruitium verbale , vel facti, vide per Abb. *in c. fin. eod. ſub numer. 16.* Giach.

Vſura eſt lucrum.] Vſura multa Peguerra *deciſ. 30.31.32.33.34. 35. & 127. in fin.* Vigell. M. I. R. *lib.1. cap. 13. ſpecie 13. de vſur.* Roſ.

Vſura eſt lucrum ex mutuo.] Adde, † quod vſura pluribus mo- 1
dis diffinitur, & iſta eſt illa diffinitio , quæ videtur magis recepta,quod vſura eſt , quicquid ſorti accedit ex pacto, vel intentione præcedente,Ita Innocent.Abb. Card. Anan. *in c.1.de vſur.* quam diffinitionem multis rationibus impugnat Couarr. *libr.3. var reſolut.c.1.*aliam tradendo diffinitionem, videlicet, quod vſura eſt voluntas capiendi vltra ſortem lucrum aliquod temporale vi & cauſa mutui principaliter,ſed vtraque diffinitio,à Ioa. Bapt.Lupo reprehenditur *in tract. ſuo de Vſur comment.1.§. 1.* & alio modo vſuram diffinit,dum dicit , quod vſura eſt lucrum receptum à creditore pro vſu rei mutuo datæ ; ibi tamen concludit,quod ſi aliæ diffinitiones in iure ſunt periculoſæ,iſta eſt periculoſiſſima.

b *Iuriſtarum.*]Adde his in materia vſurarum potius eſſe ſtandum doctoribus iuris canonici ; quam Theologis ſecundum Anchar.in diſp.antiqui, & moderni temporis viri catholici , & Dec.*conſ.3.nu.131.poſt nu.6. verſ.nec curandum 602.in 3.dub.& in c.ne innitatis in 1.lectu. in fi.de conſt.* vbi pulchre vide,& ad idem per Natt.*in conſ 250.n.2.* Giach.

c *Committitur autem vſura.*] Adde,† quod vſura committi- 2
tur directè in mutuo, indirectè in ceteris contractibus *deciſ. Pedem.65.nu.36.*Bero.*conſ.168.vol.1.* Menoch.*conſil.109.num.28.* & ob malam intentionem ſub quacunque verborum conceptione poteſt contineri,Natt.*conſ 6;2.nu.9.*Rimin.iun *conſil 461.nu.30.* & Menoch. *conſ.109.* multis detegit artes, quibus quandoque à ſenatoribus ignari homines decoquuntur , vide etiam Natt.*conſ. 369.*vbi tractat *de vſuris*,quæ committuntur mutuando frumentum,vel pecuniam ad frumentum; *& in conſ.498.n.28.*vbi tenet,
† quod mutuans poteſt licite aliquid recipere , quando ſponte 3
aliquid datur remunerationis gratia , nulla interueniente obligatione, ſiue intentione , & an licitum ſit locare boues ad gra- 4
num,vide Laur.Rodulphus *in tract.de vſur.q.23.*& mutuans granum , vel quid aliud , quod curſu temporis deteriorari poteſt, pacto adiecto,quod non reddatur niſi tali die, vſuram committit.Plot.*conſ 47.num.2.*& de vendente cariori pretio ad tempus, quando non committat vſuram,Beci.*conſ 111.*& quomodo committatur vſura in contractu annui cenſus,Ioa.Ant.de Nigr *ſuper c.Regni in c.238.n.27.cum ſeq.& in Conſt.82.*Pij Quinti,vbi datur forma creandi cenſus.

Item adde, † quod in dubio fauore animæ iudicandum eſt pro 5
vſura,Caſſane.*conſ.63.num.2.*Bero *conſil.198.num.2.vol 1* Burſat. *conſil.165.*ſed in foro contentioſo, vſura non præſumitur,& eam allegans probare tenetur, Bal. *conſ 39.& 220.vol 3.* Crau *conſil. 48 num.8.*vbi ipſe dicit etiam , quod in foro conſcientiæ opinio eligi debet in dubio , quæ animæ ſit tutior;niſi quis eſſet ſolitus fœnerari, quia tunc etiam in foro contentioſo in dubio contractus iudicaretur vſurarius,Dec.*in l.rogaſti,§. ſi tibi,in fin.ff ſi cert. pet.*& in materia vſurarum potius eſt ſtandum Doctoribus iuris 6
canonici,quam Theologis,vt per Alex.*in conſ.1.col.5.vol.2.* Dec. *conſ.111.n.5.*& Rim.iun. *conſ.177.n.25.*

Item adde,† quod ſi teſtator confeſſus eſt,ſe fuiſſe vſurarium, 7
præſumitur, quod ſemper fuerit ad finem, quod hæres compellatur ad reſtitutionem, quia erit ſalubrius pro anima defuncti, Anchar. *conſil. 129.* & Alciat. *de præſump. reg. 3. præſump. 1. in fine.*

Item adde, † quod vſura pyratica dicitur, vbi venditur tem- 8
pus,& qui,data dilatione , cum fideiuſſione vendunt merces cariori pretio,eaſque per ſe,vel per interpoſitas perſonas reemunt, viliori pretio, deinde illas cariori reuendunt ; & iſti ſunt meri latrones,Franc.Scagl.*ſuper ritib.magn. Curiæ Vicar.ritu,vſura,n. 7.fol.mihi,poſt Carauic.223.*& vide infra,*n.12.*

Item adde , † quod vſura colligitur aliquando ex duorum 9
contractuum coniunctione, *l.ſi ventri , §.1. ff. de priuileg. credit.* & Bal.*in rubr.extra de offic. iud. numer.4.* & ad decernendos aliquos contractus vſurarios , vide Crauet. *in conſil. 145. volum.1.* 10
Baiard.

d *Et c.*]Hic ſcias,quod vſura omnibus aliis execrabilior † eſt 10
illa quam committunt mutuantes de nundinis ad nundinas : licet contractus veletur ſub ſpecie venditionis ; vel permutationis,vel alterius contractus,cum excedat centeſimam,ita Hoſt.*in ſum.de Vſu.§.in aliis autem caſib.verſ.quod ſi quis mutuet pecuniā,* & vſuræ velatæ ſunt magis puniendæ , quam manifeſtæ , quia magis delinquit,qui ſententiam legis ſaluis verbis circumuenit, quam is , qui contra verba legis facit , ideo acrius puniri debet, vt per Natt.*in conſ.670.ante num.12.* Triginta, & ſeptem caſus, in quibus accipere aliquid vltra ſortem licet, vide per Soc. *mihi ſub regula 6.* Et nota , quod licet vſura non ſit de articulis, nec de ſacramentis,tamen dicere vſuram non eſſe peccatum eſt hæreticum,vt per Bello *in conſil.78.num.7.* & quomodo probetur vſurarum crimen, vide per Oſaſc plenè *de iſ .2.* Et quid de vendente capitale mercium pro certa ſumma ſibi ſoluendā cum

pacto, vt sibi soluantur, vt puta quinque pro centenario in recompensatione lucri, an dicatur contraxisse illicite, vide Hipp. Rim. *Giach.*

11 e *Sciendum est autem.*] Adde, quod vsura est prohibita multis rationibus, vt per Marian. Soc. *in rub. de Vsu.* vbi decem, & nouē rationes posuit, & multum diffuse hanc materiam vsurarū tractauit; & *ibi nu.* 79. dicit, quod vendens pannum, vel equum illi, qui mox eidem venditori pro minori pretio est reuenditurus, qui venditor fecit dilationem temporis de pretio primæ venditionis, vt suam committit, si cum intentione redimendi ab eodem vendidisset. Et vsura est prohibita lege Mosaica, Euangelica, canonica, authentica, philosophica, & politica, id est ciuili, secundum Ant. Corset. *in cons.* 25. *in prin. inter cons. cri. diuers. tom.* 2. vbi latè prosequitur. *Baiard.*

12

f *Recedendum.*] Adde, & nouissime per Osasc. *in decis.* 137. *nu.* 13. *& in collect. mea com. opi. c. vsura, n.* 10. *Giach.*

Recedendum.] Adde Vulpell. *respons.* 132. *&* 133. Ros.

13 g *Ex hoc infertur.*] Adde, † quod similiter Io. Bapt. Lup. *in §.* 4. *cap. quamquam, de vsur. n.* 18. tenuit magis communem opinionem esse, quod vsurarij vltra pœnas canonicas possunt criminaliter puniri per iudicem laicum, & tam vsurarij simplices, quam manifesti, & ibi impugnat Menoch. *de arbitra. in d. cas.* 398. vbi tenuit in foro ciuili puniri non posse. Hanc eandem opinionem, tanquam magis communem affirmauit *decis. Pedem.* 137. *nu.* 11. & Riminal. iun. *cons.* 169. *n.* 19. *& cons.* 218. *n.* 71. vbi dicit, quod vsurarij puniti per Episcopum, possunt etiam puniri per iudicem laicum pro excessu pœnæ, & hanc opinionem tenet etiam Gabriel. *lib.* 7. *conclus.* 20. vbi tamen eam limitauit, quod licet vsurarius criminaliter puniri posset, non tamen inquiri, & puniri posset, per iudicem laicum, allegando Soc. *in cons.* 209. & alios, vt ibi per eum. Sed dicta limitatio non est vera, quando causa potest cognosci per laicum, cum opinio contraria, vt dixi, sit magis vera.

14 Item adde, † quod in hoc crimine vsurarum potest irrogari tortura, Soc. *consil.* 219. *in fine, vol.* 2. & Io. Bapt. Lup. *in tracta. de vsur. in c. quamquam, nu.* 20. etiam si ageretur ciuiliter, Nat. *cons.* 369. *n.* 14. *vol.* 2. licet contrarium tenuit Foll. *in pra. cri. can. in ca.* 20. *num.* 16. distinguendo tamen, quem sequitur Bertaz. *in consil. crim.* 251. *nu.* 45. *vol.* 2. sed in Reg. Neap. in tali delicto non deue-

15 nitur ad torturam, vt per Matan. *in* 6. *p. in mat. Inquisitionis, num.* 127. *fol. mihi* 332.

16 Item adde, † quod Iudex secularis in hoc crimine in Regno Neap. non potest procedere ex officio absque partis instantia, nisi contra vsurarios manifestos *per Reg. Prag. Carol. V. incip. Vsurarum etiam voraginem, Prag.* 4. *in tit. de vsurar. per qua fuit correcta Constitutio Reg. Neap. incip. vsurariorum*, permittens inquiri in isto crimine vsurarum, vt ibi declarat Afflict. & de hoc vide etiam Cauens. *super ritib. mag. Cur. Cara. ritu, item quod nullus, n.*

17 9. *fol. mihi post Cara* 208. vide etiam Carau *in ritu* 20. *n.* 3. & desistente accusatore in quacunque parte iudicij, iudex poterit procedere in causa *per ritum* 21. & ibi Carau. qui tenet, quod econuerso, s. mortuo accusato de vsura procedere non poterit, sed vide, quæ posui infra *in q. fi. ad vers.* scias etiam, & quando iudex de iure communi in causa vsuraria possit ex officio procedere, & an illud facere possit, nulla præcedente diffamatione, Lug. à Peguet. *in q. crim. c.* 35. *Baiard.*

h *Puniri.*] Adde fæneratorum pœnæ, quæ ex iure Pontificio atque Cæsareo exactissimo studio explicantur, atque declarantur per Iac. Menoch. *de arbit. iud. lib.* 2. *cent.* 4. *cas.* 390. *per totum. Giach.*

Puniri.] Gabr. *tit. de cri. concl.* 20. Laur. Chitcou. *cent.* 2. *q.* 14. Far. *de ind. & tor. lib.* 2. *q.* 42. *n.* 36. 37. *&* 38. Ros.

i *Casus autem.*] Adde, videndos xxxvij. casus, in quibus accipere aliquid vltra sortem licet per Soc. congestos post *reg.* 6. *inci. accipere aliquid vltra sortem*, & de qua supra mentio fuit habita. *Giach.*

18 *Casus autem.*] Adde, † quod Cassa. *in consuet. Burg. fol.* 767. *nu.* 22. viginti casus enumerauit, in quib. secundum eum vsuræ sunt permissæ, & ibi *fol.* 774. *n.* 54. tractat, an, & in quibus casibus foeneda sit licita, vbi plenè, *& ibi num.* 53. an cambia mercatorum sint

19 vsuraria, de quo vide etiam Rodulph. *in tract. de vsur. in* 3. *p.* vbi latè dictam quæstionem examinauit, vide etiam Soc. *in tract. fallent. reg.* 3. *per totam*, Doct. *in l. si in insulam, §. vsuras ff. sol. matr.* Carrer. *in tract. de heret. in prin. num.* 9. Alphous. Guerrer. *in tit. de vsur. c.* 67. & Viu. *opi.* 1048. *&* 1049. In quibus locis enumerantur circa 32. casus, in quib. vsuræ sunt permissæ.

Item adde inter alios casus, quod si ciues inuiti coguntur mutuare pecuniam Reipubl. vel Principi, possunt aliquid vltra fortem vsurarum nomine recipere, & vsura hoc casu vtroque iure permissa est, Paul. de Castr. *in l. si quis neque causam, in fine prin. ff. si cert. pet. & in cons.* 19. Crot. *in l. nemo potest, n.* 3. *ff. de leg.* 1. & Vasq. *de success. creat. lib.* 1. *§.* 6. *n.* 22.

Item adde, quod Montes pietatis, qui à Ciuitatibus in subuentionem pauperum constituuntur, licet aliquid accipiant pro mutuo; vt officialibus de competenti salario satisfaciant, nullam vsurariam prauitatem committunt, vt per Ant. Corset. *in cons.* 25. *per totum inter consil. crim. diuers. tomo* 2. & de hoc casu adsunt plures declarationes Sum. Pont. ad fauorem multarum Ciuitatum, quæ huiusmodi Montes pietatis constituerunt, & præsertim Innoc. VIII. pro Patria mea de anno 1488. 16. Cal. Iunij. *Baiard.*

k *Hac autem conclusio.*] Thes. *decis.* 57. Ros.

Hac autem conclusio.] Adde, † quod Iudæis ex permissione, & auctoritate Apostolica licitum est vsuras, & vsurarum vsuras exigere absque metu pœnæ, & Iudæus vsurarius in casu, in quo puniri possit, à iudice laico puniri poterit, Bero. *in cons.* 209. *volu.* 3. sed lege Mosaica prohibita erat vsura secundum Ant. Corf. *consil.* 25. *n.* 1. *inter cons. crim. diuers. tom.* 2. *Baiard.* 20

l *Neque propter aliquod bonum.*] Adde ad idem, atque vide per Osac. *in sua decis.* 137. *n.* 18. *&* 19. *Giach.*

m *Hoc crimen est mere ecclesiasticum.*] Adde videnda, † quæ posui *in q.* 37. hic allegata in vers. Quæro igitur. Et in hac quæstione, an crimen vsurarum sit mere Ecclesiasticum, vel mixti fori, late per D. Far. *in q.* 8. *n.* 134. *cum seq.* & per Lud. à Peg. *in c. cri. c.* 30. *& dec. Ped.* 138. *Baiard.* 21

n *Didacus.*] Vide tamen eundem *lib.* 3. *var. resol. cap.* 3. *lib.* 1. Vulp. *resp.* 70. *n.* 4. Dec. *tract. crim lib.* 4. *c.* 26. *n.* 3. *Baiard.*

o *Vt ibi dixi.*] Adde, & vide Natt. *cons.* 369. *col.* 3. *&* 4. *in princ.* & per Osasc. *in decis. preall.* 137. *n.* 10. 11. *& in sequentibus* ad contraria argumenta respondet, vide per eum. *Giach.*

p *Quæro, an crimen.*] Adde, atque vide idem per Lup. *in suo tract. de vsu & comer. illici. in præfatio. ad c. quanquam, de vsur. nu.* 27. *& quid de aliis testib. ibid. n.* 26. *Giach.*

Quæro, an crimen vsurarum possit probari.] Adde † vltra per auctorem tradita *in d. q.* 53. quod ad probandum vsuram sufficiunt probationes leuiores, quam in alia causa non sufficerent, cum sit crimen difficilis probationis propter cauillationes fœneratorum, & quod contractus vsurarij velare, & clandestine fieri solent, Alexand. *cons.* 46. *col.* 1. *Vol.* 3. *& cons.* 54. *col.* 1. *volum.* 1. Crau. *cons.* 73. *num.* 7. & proceditur per argumenta, & coniecturas etiam diuersæ speciei, & licet probationes non sint necessario concludentes, tamen quando essent aliquæ verisimilitudines, saltem duæ simul iunctæ inducunt vehementem præsumptionem etiam sufficientem ad condemnationem, Bald. Nouel. *in cons.* 23. visis dictis contractibus inserto in primo vol. consil. Corn. & Plot. *cons.* 83. *nu.* 1. *cum sequen.* &, quomodo probari possit vsura, & vsurarius manifestius, vide Mascard. *in conclus.* 1398. *&* 1399. *volu.* 3. 22

Item adde, † quod testes, qui soluerunt vsuras, probant contra inquisitum, vel accusatum, si renunciauerint eorum interesse, & commodo; Bal. *in l. dictantibus, C. de testam.* Dec. *cons.* 342. *num.* 4. Ias. *cons.* 78. *col.* 3. *vol.* 3. Io. Bapt. Lup. *in tract. de vsur. com.* 4. *in c. quamquam, n.* 2. Crau. *cons.* 73. *num.* 29. *& seq.* vbi addit, quod dictis testibus magis credendum est, quia deponunt de facto proprio, contrarium tamen tenet Bursar. *in cons.* 320. *n.* 89. *&* 90. vbi dicit, quod non sunt omni exceptione maiores, & quid plene non probant. Et sine dicta renunciatione, siue protestatione non essent idonei, Fed. de Sen. *cons.* 61. Rom. *sing.* 155. Fel. *in ca. personas, de testib.* Item adde, † quod in statu Ecclesiastico fuit prouisum per Const. Marchi. *lib.* 3. *c.* 13. quod sufficiant quatuor testes, qui vsuras soluerint, si in actis protestati fuerint, se illarum repetitioni renunciare, addendo, quod pauciores sufficerent, si cum illis alia concurrerent adminicula. 23 24

Item adde, † Quod in Reg. Neap. *per Pragm. incip. Quia nouiter, sub tit. de vsurar. fol.* 427. publica fama concurrente, tres testes singulares de re propria testificantes sufficiunt in causa vsurariæ prauitatis. Item adde, quod testes, qui soluerunt vsuras, faciunt fidem, quando deponunt in fauorem tertij, non sunt ipsorum, Bal. *cons.* 361. *vol.* 5. & Crau. *cons.* 6. *num.* 102. & in materia de modo probandi, vi. Io. Bapt. Lup. *in tract. de vsur. com.* 4. *c. quamquam, num.* 22. *cum seq.* Crau. *cons.* 73. *& cons.* 6. Menoch. *de arbit. cas.* 235. *nu.* 25. vide etiam Natt. *in cons.* 369. *nu.* 11. vbi tenet magis commun. opin. esse, quod vsurarius non possit conuinci per testes, qui ab eo sub vsuris receperant, sed quod potest subiici tormentis. Item adde, † quod contractus etiam probatur vsurarius ex præsumptionibus, & coniecturis, Ias. *in l. Prætor ait, n.* 27. *de eden. Baiard.* 25 26

q *Sed quæro, quæ sit pœna exercentis.*] Adde, † quod vsurarij de iure communi irregulariter puniuntur arbitrio iudicis. Menoc. *de arbit. iud. cas.* 398. *nu.* 23. & Bero. *in cons.* 206. *nu.* 22. *vol.* 3. vbi attestatur de communi; vide etiam Lud. à Peguet. *in q. crim. c.* 30. vbi resoluitur, quibus pœnis vsurarij puniantur, & quod Principes seculares in suis Regnis possunt arbitrarie imponere pœnā contra vsurarios. 27

Item adde, † quod in Reg. Neap. adest pœna publicationis bonorum, vt per Const. Vsurariorum, vbi Afflict. 28

Item adde, † quod in statu Ecclesiastico prouisum fuit per constit. March. *c.* 13. *lib.* 3. quod vltra alias pœnas spirituales à sacris canonibus constitutas, vsurarij incurrunt, pœnas centum ducatorū, ipso facto Cameræ Apostolicæ applicandorū. Itē adde multas alias pœnas vsurariis infligendas, per Io. Bapt. Lup. *in tract.* 29

tract. de vsur. tom. 4. c. quamquam à nu. 2. vsq; ad n. 18. Item adde, quibus pœnis clericus vsurarius iure pontificio puniatur Couar.
30 *var. resol. li. 3. c. 3. n. 3.* Item adde,† quod pœna imposita mutuanti ad vsuram non extenditur ad recipientem, Boer. *decis. 48. num. 5.*

31 Item adde,† quod consuetudo etiam mala, & iniusta excusat vsurarium à pœna, Bart. *in l. si quis fugitiuus, §. apud Labeonem, ff. de ædili. edic.* Roch. de Curt. *in tract. de consuet. nu* 129. Dec. *consil. 170. col. 3. ad fin.* Grat. *cons. 87. num. 21. & cons. 36. num. 4. volum. 2.* Soc. iun. *cons 83. ad finem, vol. 2.* vbi fortius voluit non posse quem condemnari, nisi probaretur, tales contractus illicitos reputari, idem etiam tenuit Crau. *cons. 6 num* 103. *& cons 145. num. 12.* & Curt. iun. *cons. 239. nu. 58. vol. 3.* & Bertaz. *cons. 2. num. 35. volum. 1.* vbi multos alios accumulauit, idem tenentes; & idem etiam tenuit Io. Bap Lup. *in tract. de vsur. commun. 4. in cap. quanquam n. 65.* sed prædicta non videntur procedere de iure canonico, secũdum Rim. iun. *in cons. 218. nu. 55. & ibi nu. 57. & in cons 399. num. 56. cum seq* dicit etiam, quod si manifeste apparet ex forma contractus, vsuram esse commissam, talis consuetudo excusaret à pœna, & allegat Nat. *cons 586. col. fin.* & idem tenet Lup. *loco præcitato*; & quod consuetudo fænerandi non excuset à pœna temporali, multum egregiè tenuit Lud. à Peguerra, omnino videndus *in quæst. crim. c. 34.*

32 Item adde,† quod vsurarius debet puniri, etiam quod vsuras non receperit, quia vsurarius dicitur ille, cui facta est promissio de soluendo vsuras, Io. de Anan. *in c. miserabilem, de vsur.* & Ant. de Burg. *in tract. de empt. & vend. in c. ad nostram, nu. 6. vsq; ad nu. 15.* nisi quoad pœnam, *c. quanquam, de vsur. in 6.* quia tunc requiritur, quòd vsura fuerit exacta: alias vsurarius non posset puniri pœna *d. c. quanquam,* vt per D. Ant. de Burg. *in loco supra allegato,* vbi hanc quæstionem late examinauit.

33 Item adde, † quod solus conatus in crimine vsurarum punitur, Menoch. *de arbit. iud. casu 360. num. 83.*

34 Item adde,† quod in causa vsurarum potest fieri inuentarium bonorum mobilium, & sequestratio, Caranita *in ritu 21. numero 13.*

35 Item adde, quod Iudex Ecclesiasticus vltra pœnas canonicas potest imponere aliam pœnam pecuniariam, & ex officio procedere, Corn. *cons. 19. vol. 3.* (licet aliter senserit Dec. *in cons. 170.*) & Maran *in pract. par. 6. in verb. Inquisitio, num. 111.* vbi plenissimè disputat, & cum Corneo concludit.

Item adde, quòd Iudex, coram quo ciuiliter agitur contra aliquem de vsuris, poterit condemnare ciuiliter iniuriosum diffamatorem in causa vertente coram ipso Iudice in eodem processu, vt per Crau. *cons. 53. per totum* Baiard.

t *Arbitrio Iudicis.*] Adde rationem esse, ex quo venit contra præceptum legis per Maran. *in praxi iudic in 6. & vltima parte princ. nu. 111. & disput 5. num. 19.* & Menoch. *de arbit. iud. eod. cas. 398 num. 22. & 23.* Adde etiam ac fusius vide per Masuer. *ad Prac. Papien. in liber. delin. super Glo. 1. verbi incidenter, fol. 39.* & in proposito an Iudex laicus possit super causa vsuraria cognoscere, & vsurarios punire; item an Princeps ob subditorum vtilitatem vsurarios tolerare debeat, vltra ab Olasc. plene *d. decis. Pedemont. 137. tradita,* vide etiam plenius per Io Bapt. Lup. *in suo tracta de vsu. & comer. illic. in §. 4. l. curabit, C. de actio. empt. num. 68.* & 69. Giach.

f *Item vsurarius manifestus.*] Quis sit vsurarius manifestus, & quibus probationibus talis probetur, vide per Iac. Menoch. *de arb. iud. lib. 2. cent. 3. casu 285. per totum. Giach.*

36 t *Testari.*] Adde etiam, quod non est † sepeliendus Guliel. de Lud. *sing. 123.* Et vsurarium manifestum scienter sepeliens in cæmiterio, quando sit ipse iure excommunicatus, vide per Gloss. & Anchar. *in Clem. 1. num. 8. de sepult.* & iudex Ecclesiasticus potest corpus ipsius sequestrare, donec hæres caueat de restituendis vsuris, ita tenet. Ang. *in Auth. vt defun. seu fune. in princip.* & tradit Maran *in praxi iudici. § secular, vel Ecclesiasticum, nu. 58.* & quis dicatur manifestus, vide *in collect mea comm. opin. §. vsurarius, num. 4. 5. 6.* Quibus probationibus talis probetur, vide per Crauet. *consil. 155. & 156.* Et fusius per Iac. Menoch. *de arbit. iud. casu 235.* Et quod testamentum confitentis in iudicio se esse vsurarium non specificando vlterius, valeat etiam non præstita cautione, ex quo illa confessio non obligat, neque probat propter omnimodam incertitudinem, tradit Bal. *in l. vnica, nu. 46. C. de confess* Ad hoc tendunt deducta per Crauet. *eius consil. 262. colu. 2. & 260. colum. 1. & 3.* vbi quamplura similia deducit. Item quo ad sepulturam aduerte, quod vsurarius manifestus non sepelitur Ecclesiastica sepultura, etiam quòd illius hæres velit satisfacere, nisi ipse in morte sua hoc mandauerit, per Abb. *in cap. quia in omnibus, num. 4. eodem.* Et etiam vsurarius sepultus in Ecclesiastica sepultura debeat exhumari, si sine scandalo fieri potest, alias secus; ita not. tradit Abb. *in cap. super num. 2. de stat. monach. & canon. regularium.* Ad materiam scias, quod vsurarius censetur, qui personis indigentibus frumento dat pecuniam, ita vt conuertatur in frumentum, & frumentum ipsum censeatur datum, cum pacto, quòd soluatur pretium frumenti per mensem Maium, vide per Natt. eius *consi. 369. in princ.* Vbi etiam vsurarius censetur creditor mutuans frumentum, cum pacto de recipiendo frumentum eo tempore, quo verisimiliter erit pretiosus, & aufert libertatem soluendi ante illud tempus. Item vsura contrahitur,† si quis emat frumenta tempore, quo verisimiliter valebat plus, vt ibidem, & per Syluest §. *vsura. 1. n. 7.* 37

Item emens frumentum nouum sil* dandum tempore recollectus non adiecto ex quo prædio, & pretium numerauit in pluri, quo tunc valebit, vsuram committit, secus si dictum fuerit ex tali prædio. Vide per Nat. eius *cons. 670.* Item emens frumentum tempore messium soluto pretio venditori, ita quod frumentum mensuretur sibi tempore Paschatis vsuram committit per Nat. *ibid. num* 7.

Similiter si creditor, haud aliqua interueniente mora debitoris, dat ei dilationem ad soluendum, & interim aliquid percipit; censetur vsurarius, quia videtur ei data dilatio pro vsu pecuniæ per Nat. *ibid. n. 3.* Item ementes ab Ecclesia toto tempore corum vitæ certo pretio dato, ita vt post mortem eorum prædium ad Ecclesiam reuertatur, quando dicantur committere contractum vsurarium, vide per Nat. *eod. cons 670. nu. 8.*

Item societas non dicitur, sed mutuum, si quispiam det negotiatori pecuniam ad merces emendas, ita vt lucrum percipiat, periculum autem non sentiat, & est contractus illicitus. Vide *in collect. mea comm. opin. in verb. contractus, n. 1.*

Similiter contractus non est licitus si tradatur alicui pecunia, & constituatur super ea annuus census, siue redditus, donec de pecunia satisfecerit. At secus si talis annuus redditus constituatur super re fructifera, vide *d. §. contractus, num* 14.

Similiter, quod contractus præsumatur vsurarius, stantibus tamen paruitate pretij, & pacto de retrouendendo, etiamsi emptor non sit solitus fænerari, vide pro, & contra de communi, ac magis communi, *d. §. contractus. num. 29. 30.* Sed vbi opin. affirmat. ma est magis tuta, ac salut. fera. Limita tamen, atque sublimita; *vt ibidem.*

Similiter, qui emit rem de præsenti minus, quam valeat, ex eo, qui differt traditionem rei emptæ, & soluit pretium iam conuentum de præsenti, vsurarius est censendus: nisi dubium sit, quod plus, vel minus sit res valitura tempore traditionis, vt per Abb. *in c. nauiganti, de vsuru num. 6.*

Vendens rem ad certum terminum plusquam de præsenti; quando dicatur contractum confecisse vsurarium, vide Abb. *d. c. nauiganti, vlt. not.* Sed plene vide per Marian. Socin. *tractat. de vsur. 7 quæst princ. sub num. 72.* & plenius per Didac. *var. resolut. lib. 3. cap. 3.*

Item vsura committitur, quando mercator conuenit, vt sibi soluatur certum quid annuum pendente termino solutionis sortis, licet illud lucrum facturum fuisset verisimiliter, vide hoc plene explicatum per distinctionem sex casuum per Aymo. Crauet. *eius cons. 189. num. 7. per totum, n. seq.*

Item casus super venditione rerum fructuosarum ad terminum, cum grauamine soluendi annuam pensionem pro pretio non soluto, vide pleno, subtili, atque elegantiori studio discussum per insignem Iurisconsultum, atque Theologum eruditissimum patruum meum D. Vincentium Giach. *in opuscul. suis chart 26. vsq; ad* 42. vbi quid Legistæ, quid Canonistæ, & quid Theologi sentiant, habes explicatum.

Item an venditor, qui vendiderat rem, & confessus est pretium recepisse, quamuis postea fuerit subsequuta promissio, licite recipiat pro dicto pretio quid annuum. Item, an liceat carius vendere res immobiles occasione dilatæ solutionis, & venditori aliquid annuum recipere, vide plene per Soc. *cons. 88. vol. 4.* De isto vltimo vide plene per Syluest. *in summ. §. vsura 2.*

Item maritus non potest conuenire à principio, quòd ratione retardatæ solutionis dotis habito respectu ad quantitatem sortis, debeatur aliquid singulis annis, & si fiat conuentio, est vsuraria, vt per Soc. *cons. 103 n. 10. vol. 4.*

Pactum appositum inter socios super inæqualitate lucri, & damni, an & quando valeat, vide per Ang. de Aret. *in §. de illa Instit. de societ. n. 3. 4. & 5.* Abb. *in c. nauiganti col. 2. post. n. 11. de vsur.* Et an possit apponi pactum, quod capitale semper sit saluum, vide Abb. vbi supra *post num. 12.*

Quod si mercator erat paratus proficisci in aliam regionem, empturus merces, in quibus verisimiliter fuisset lucratus centum, accessit amicus, & rogauit eum, vt mutuaret sibi illam pecuniam, quam promiserat sibi restituere cum lucro separato, nunquid contractus censendus vsurarius. Vide per Abba. *d. cap. nauiganti. numer. 13. 14.* Et fusius per Socin. *d. tractat. sub num. 75.*

Aliquis habet hic merces, quas intendit deferre ad aliam regionem & vendere pro cariori pretio, alius apparet hic, & offert idem pretium, quod posset habere in loco destinato, nunquid liceat facere hunc contractum: vi. Abb. *in d. c. nauiganti num. 15* omnino Syluestr. *in summ §. vsura primo, num. 21.*

Clarum est, quod non est licitum aliquid recipere vltra sortem ex pacto. Quid si recipiatur aliquod seruitium verbale, vel facti, vi. per Abb. *d. c. nauiganti, nu.* 16.

Vsuram, & an quando committat ille, qui pecuniam acceptam sub vsuris dedit alteri, cum hoc, quod ipse vsurario soluat sortem, & vsuras, vi. per Syluest. *in summa. § Vsura.* 1. *post nu.* 20. & quatenus in primo casu distin. residet cum Ioan. Calde. quod non committat vsuram. Adde per Rom. *sing.* 141. vbi Apostil. quamplures alios modern. allegat, & ego de facto habui, & obtinui, & adducebam etiam ad hoc plenum conf. Alex. 111. *vol.* 2.

Vsura, an sit, si ad tui instantiam cessaui emere possessionem reddentem quotannis decem, & tibi mutuaui hoc pacto, vt singulis annis reddas mihi vltra sortem decem, vide Syluest. *d. §. vsura, num.* 22.

Nunquid sit licitum emere rem, vt carius vendatur vi. per Abbat. *d. c. fin. num.* 18. Alios casus vsurarios, vid. per Syl. *d. § vsura,* 1. *num.* 33. *cum plurib. seq.*

Vendens carius, aut emens vilius, quando sit vsurarius, vide per Syluest. *§. vsura.* 2. *n.* 2. *vsque ad n.* 9. Soc. *de tract. nu.* 76. ponit casum, quod non, quando potest verisimiliter dubitari.

Emere, an, & quando liceat segetes, vel fructus prouenturus, dum superius allegaui Nat. *in cons.* 630. adde, & vide Syluest *d. §. Vsura* 2. *n.* 10. & Soc. *de tract. num.* 77.

Vsura an sit accipere fructus possessionis venditæ ob pretium non solutum, vi. Syluest. *eo. §. num.* 11. vide etiam Vincen. Giach. patruum meum *loco præcitato.*

Vtrum sit licitum emere annuum redditum maxime nouiter institutum, vi. Sylu. *eod. § sub num.* 11. vbi plene.

Quid de his, qui dant Monasterio, vel Ecclesiæ certam quantitatem pecuniæ, vt ab eis recipiant certas possessiones tradendas toto tempore vitæ ipsorum. Vi. *ibid num.* 13.

Quid si quis emat actionem alicuius, vel summam certam minori pretio, ex eo, quia soluit ante tempus, vi. per Sylu. *eod. nu.* 4. vbi plene casum discutit.

Quid de emptione, & venditione cum pacto retrouendendi. vt *eod. loci, n.* 15.

Quid si Petrus dedit in pignus pro centum mutuatis domum valentem centum & decem, hoc pacto, quod si in termino statuto non soluerit, impignoratio sit venditio, vide per Sylu §. *vsura* 3. *num.* 1.

Quid de marito, qui recipit possessionem, An & quando teneatur computare in sortem, vi. per Syluest. *d. §.* 3. *num.* 2. Item, quid si maritus accipiat, puta sex pro centenario de dote non soluta, an & quando vsurarius dicatur. vi *ibi nu* 3. sed aduerte, quia non potest à principio conuenire. Item aduerte, quod qui dotem promittit, non potest se ex pacto obligare pendente dilatione statuti temporis ad dotis restitutionem, ad soluendum certum quid pro centenario singulis annis, quia esset vsura. Et de his duobus vide *in collecta mea commun. opin. in prima parte §. vsura. num.* 3. *&* 4. vbi de crebriori.

Verum, si quis mutuet genero summam debitam pro dote, & retro accipiat à genero possessionem, quam habuerat in pignus, possit talis mutuans lucrifacere fructus, quos gener lucrifaciebat, vi. illic *n.* 5. vbi dicitur, quod non, nisi liberaliter mutuasset, & gener liberaliter transtulisset in eum omne ius suum, quoniam tunc in vim donationis licite acciperet, per allegatos vi.

Item si emisset à genero ius præfatæ possessionis, quia tunc non potest esse vsura, nisi contrahat fraudulenter, & fingat se emere cum intendat mutuare. *eod. §. num.* 5. vbi tamen nihil allegat, sed credo ex ratione præcedenti.

Vtrum hæredes mariti possint similiter facere fructus suos dictæ possessionis alimentando vxorem eo anno, quo dotem restituere non tenentur, si sit in rebus mobilibus, quod non, vi. per Syluest. *ibi. nu.* 6. sed quid si hæredes vxori relictæ assignent possessionem in pignus, vi. per eundem *ibi. nu* 8. Et adde, quod vxori pauperi, & non habenti vnde se aleret, nisi de sua dote, vel etiam habenti, sed interesse passæ ob moram debitoris soluto matrimonio vsusfructus dotis sine interesse debetur, vt per Affl. *decis.* 284. & Natta *cons.* 495.

Prosequendo materiam; Adde, quod publicus vsurarius dicitur, qui publice vendit rem ad tempus plus, quam ad numeratum vendi possit pretio rigido, & summo, vt per Syluest. *§. vsura* 9. *num.* 2.

Vendens pannum, vel equum pro centum illi, qui mox eidem venditori illum pro nonaginta est reuenditurus, vsuram committit, si cum intentione reemendi vendidisset, at secus vbi non habuisset intentionem talem, sed vendidisset sine fraude, licet postea rem emisset ab eodem minori pretio, nisi sit deceptio in pretio per Socin. *d. tract.* 6. *quæst. prin. num.* 79.

A. vendidit decem pannos B. pro florentis 500. ad vnius anni terminum, si C. conueniat cum B. & ei de præsenti tradit 450. cum hoc, quod ipse C. contentabit A. de 500. in die termini, quando contractus sit vsurarius, ex omnium parte, vide per Soc. *eodem loco sub num.* 82.

Mutuans alicui centum ad terminum, & simul eidem vendens res vltra dimidium iusti precij soluendi ad eundem terminum; quas alias is emptor sine vllo mutuo non fuisset empturus, committit vsuram, vt per Soc. *num.* 83. *eo.*

Item quotiescunque cum mutuo ad terminum venderetur aliqua res pro minori, vel locaretur pro maiori, mercede, *ibi, & in cap.* 1. *de Simon.*

Venditio cum pacto reluendi, & cum pacto, quod fructus computentur in sortem, quando contractus præsumatur simulatus, & vsurarius, vide vbi supra per Marian. *num.* 89. 90.

Item contractus dicitur vsurarius, si emptor posset compellere venditorem ad reemendum, quandocunque placuerit emptori, venditor vero non posset compellere emptorem, *ibid num.* 91. per Marian. Soc.

Et idem si pactum esset, quod emptio non duraret, nisi post quadriennium; sed post quadriennium emptio ipso iure rescinderetur, *ibidem, num.* 92. qui *num. seq.* declarat prædicta procedere, quantum ad forum contentiosum. Quantum vero ad forum pœnitentiale non, vide per eundem.

Quod si venditor nolebat vendere, sed mutuo accipere, & ideo celebratus est contractus cum pacto reuendendi. Vide per Socin. *eodem loci sub num.* 95. vbi contractum esse fœneratitium censuit, si emptor esset vsurarius, & venditio fuit secuta pro ea pecunia, quam petebat mutuo, alias secus sine pacto prædicto secus fortè si præcederent alia verba, vel tractatus, puta, quia diceret emptor, quod non esset bene securus mutuando, vnde, vt esset securus præcessit venditio, quo casu innuit Soc. contractum fœneratitium dici: vide per eum.

Venditio census vnius floreni super prædio constituti, an sit contractus vsurarius, vide per Socinum *eodem tract. sub nu.* 99.

Idem venditio facta de redditibus alicuius Ciuitatis ad rationem quinque pro centenario, quando sit contractus illicitus, & quando non vide ibi, *num.* 10.

Item, venditio census decem corbium frumenti soluendi annuatim de omnibus bonis venditis, an sit contractus illicitus, vide per Soc. *ibid num.* 101.

Item venditio vsusfructus possessionis magni valoris facta ab Ecclesia pro mille ad vitam fructuarij, an valeat, & sit vsuraria, vide pro, & contra plenè per Socin. *ibidem post num.* 102. *per* 4. *columna.*

Item emptio de pecuniis redditibus ad vitam, an sit licita, vide per eundem Soc. plenè *ibid. post num.* 103.

Item emptio de annuis redditibus alicuius prædij pro centum cum pacto, quod venditor restituto pretio contractum possit rescindere, an sit licita, vide plene Soc. *ibi. sub num.* 104.

Item emptio actionis ad consequendam pecuniam numeratam, quod sit contractus illicitus, quando tanta est paruitas pretij, quod cessio præsumeretur falsa, vel simulata, tenet Soc. ibi *post num.* 105. vbi bifariam considerat pretij paruitatem, vide per eundem.

Item venditio facta de pensione ad vitam ementis pro mille cum pacto, quod si emptor infra biennium decesserit, teneatur venditor illius hæredibus restituere quingenta, quod sit licita, vide ibi. *num.* 106.

Itèm venditio facta pro mille de fructibus certi prædij pro annis xij. ex quo singulo quoque anno percipiuntur fructus valoris 150. an, & quando sint licita, vide per Soc. illic *post num.* 7.

Et iustum pretium in proposito quod dicatur, vide per Soc. *ibid. num.* 108.

Item vendens oues, ex quibus singulis quatuor solidi quotannis de fructu percipiantur pro pretio solidorum duorum pro qualibet oue annuatim, durante vendentis vita soluendo, etiam si omnes morerentur, an licite contrahat, vide per eundem *numero* 109.

Item venditio rei valentis centum pro quinquaginta pacto hoc addito, quod si emptor illa non soluerit infra mensem, centum soluere teneatur, an sit licita, vide pro, & contra ibi. per Soc. *num.* 110. Cogita, An possit dici, quod non sit adiectum in pœnam, vt arguit Socin. Item, quod non sit vsura, sed pretij augmentatio, vt dicebat Bald. ibid. relatus, seu potius, quod debeat dici vera æstimatio, seu reductio ad pretium iustum, quod est potius dicendum, quia rus reducitur ad iuris terminos, ad tradita *in leg.* 2. *C. de rescind. vend. & in cap.* 2. *& fin. empt. & vend.* Et hoc de facili, cum res redigatur ad suam primæuam naturam, *l. si vnus, §. pactus ne peteret, ff. de pact.* alia ad materiam vide per Socin. *ibid.*

Vendens rem iusto pretio, pacto adiecto, quod si pretium intra præfixum tempus non soluerit emptor, teneatur soluere aliquid plus, committit illicitum, secundum Socin. *ibid.* quod verum non existimo in solito negotiari, qui ob illam moram aliquod damnum sit passus, vide *in collecta mea com. opin. §. Interest. num.* 8. 10 *&* 11.

Dans pecuniam mercatori ad mercandū pacto adiecto, quod capitale sit saluum, & quod dans recipiat lucri partum, committit vsu-

vsuram, vide per Soc. *ibi, sub n.* 116. & de communi vide *in collect. mea commun. opin. §. contractus, n.* 1.

Socius an possit pacisci, quod tres partes lucri ex quatuor ipse percipiat? quod sic, contra Theologos tenentes contractum societatis illicitum tenet Marian. Socin. *eodem loci q.* 9. *n* 121.

Tradens oues ad socidam, cum pacto, quod ex primis fructibus ouium recipiat capitale, quando licite agat, & quando illicite, vide per Soc. *ibi. n.* 127.

Item tradens oues ad socidam pro libris xx. quicquid de ouibus contingat, illicite contrahit, per Soc. *ibid. n.* 128. vbi testatur de communi Theologorum opin. quam etiam habes *in collect. mea commun opin §. tradens, n.* 1.

Emens à Scio oues, seu vaccas, quas Scius non habet, hoc sciente ipso emptore, & illas locans eidem Scio pro certa annua pensione, vel faciens socidam siccam, seu in nube, illicite contrahit, in quantum sciebat Seium carere dictis ouibus, siue vaccis, vide per Socin. *eod. loci, q.* 33. *n.* 129.

Regula in materia socidæ, & societatis est, quod quotiescunque in contractu societatis, aut socidæ admiscetur mutuum verum, aut velatum, ratione cuius alterius ex socijs conditio fit deterior, talis contractus, quando dicatur illicitus, & quando non, vide per Soc. *ibid sub n.* 132. vbi exempla ponit de mutuo velato, & vero.

Boues pro stariis viginti frumenti dandis quolibet anno quod contractus sit licitus, & quando illicitus, vide per Socin. *ibid n.* 133. vbi distinctionem ponit à Doctoribus communiter acceptam.

Scio tradidit boues Titius cum pacto, quod damnum, & lucrum ipsorum bonum sit commune, etiam si esset deteriorationis damnum. Vult tamen à Scio quolibet anno starios decem frumenti, an, & quando contractus dicatur licitus, vel illicitus, vide plene ibidem per Soc. 37. *q. num.* 234. *cum sequ.* Et hic tene menti, quod vsura non potest appellari, quæ communiter reputabatur licita per ea, quæ plene tradit Cephal. *cons.* 237. *n.* 28.

Item pactum inter socios initum, quod quis immittit tantum operam, pro ea parte, qua sustinet lucrum, pro eadem sustineat damnum capitalis, quod sit illicitum, communem vide *in collect. mea com opin. § pactum. n.* 8.

Nota, quod vsura prohibetur fieri non solum per Christianos, verum etiam per Iudæos, per Alex. *cons.* 99. *num.* 11. *vol.* 6. & commune inquit Anan. *in cap. quia super hic. colum.* 1. *vers. præterea, de Iude.* Et Christianus, siue Iudæus faciens contractum vsurariũ, vel dans pecuniam ad vsuram debet puniri arbitrarie: Corn. *in consil.* 19. Videtur *num.* 11. *vers. non obstant adducta, vol.* 3. Maran. post suum Speculum aureum *in* 5. *disput. post num.* 22. Stracha *de Mercat. parte* 1. *num.* 31.

Item nota, quod vbi Iudæus, qui haberet priuilegium à Papa dandi pecunias ad vsuram, vsque ad certam metam, metam illam excederet, vel vsurarum vsuram exigeret, quod debet arbitrarie puniri, *vt in Addit. ad consil. Lauden.* 47. *in fin.* Nec potest Iudæus petere vsuras vltra tempus, quo pignus erat ponendum in sortem.

Item pactum appositum inter socios super inæqualitate lucri, & damni, an, & quando valeat, dixi relatiue superius, & allegaui Angel. de Aret. *Instit. de societat.* Adde videndum de vsura in societate quamplures casus diligenter consideratos per Mart. Nauar. *in suo Enchir. fol. mihi* 489. *vsque ad* 494. quos nolui transcribere, sed illos cum sequentibus per te videto.

Item de peccatis circa depositum vide per eundem Mart. Nauar. *in suo Man. fol. mihi* 447. *cum seq. à num.* 177. *vsque ad num.* 181.

De peccatis circa commodatum vide per eundem Nauar. *eod. fol. mihi* 451. *à n.* 182. *vsque ad n.* 186.

De peccatis circa locata, & conducta vide per eundem Nauar. *Enchir. fol. mihi* 453. *vsque ad* 460. *à n.* 187. *vsque ad num.* 199.

De peccatis circa iura, & tributa regia, & publica, vide per eundem Nauar. *d. Enchirid. mihi fol.* 461. *num.* 220. *cum sequen. per duas col.*

De peccatis circa pignora vide per eundem Nauarr. *d. Enchirid. fol. mihi* 463. *per duas col.*

De peccato vsuræ circa mutua, vide per eundem Nauarr. *d. Enchir. fol. mihi* 465. *vsque ad* 474. *& à num.* 206. *vsque ad num.* 213.

Et qui peccent peccato vsuræ circa mutua, vide plene per eundem Nauar *d. Enchir. fol. mihi* 475. *cum plurib. seqq. à nu.* 214. *vsque per totum n.* 246.

De vsura in pactis de retrouendendo ad ea, quæ alias scripsi, adde, atque vide per Nau. *in d. Enchir. fol. mihi* 487. *nu.* 247. *cum seq. per totum.*

De vsuræ participantibus, & eam non restituentibus vide plene per eundem *fol.* 495. *vsque ad fol* 502. *& à nu.* 262. *vsque & per totum. n.* 283.

Vltimo de vsura circa cambia vide ad saturitatem per Nauar. *d. Enchir. fol. mihi* 503. *vsque & per totum fol.* 519. *& fol.* 516. Vide Extrauagantem Pij V. Hæc scribebam, dum essem Vicarius Episcopi Interamnæ ob querelas factas, vt dicebatur, ab illis de Stroncono, contra Interamnantes apud Sedem Apostolicam. *Drogh.*

u *Sed hic quæro, quis dicatur vsurarius.*] Adde, † quod Iudicis arbitrio relinquitur, quis dicatur vsurarius manifestus, Menoch. *de arbitr. iudic. casu* 235. & ibi late ponit, quot modis dicatur vsurarius manifestus, & quibus modis probetur, & ibi etiam reijcitur opinio Crau. *in cons.* 6. *n.* 102. vide etiam Mascard. *de probat. conclus.* 1418. Baiard. 37

x *Punitur etiam vsurarius de iure ciuili.*] Adde, † quod idem tenuit Burs. *cons.* 207. *n.* 8. *vol.* 3. & quod sufficit sola Iudicis declaratoria, vbi etiam attestatur de communi, & Matthesil. *in sing.* 49. dicit, quod si quis diceret contrarium esset hæreticus. 38

Baiard.

PRACTICA CRIMINALIS, SIVE SENTENTIARVM RECEPTARVM

LIBER V. §. FIN.

HActenus de variis, ac diuersis criminibus dictum est: sequitur nunc, vt de ipsa criminum cognitione, ac iudiciis, quæ in criminalibus negotiis agitari solent, breuiter videamus. Quamuis enim de toto iudiciorum ordine, proximo libro tractare proposuerimus, cum tamen hæc ipsa criminalia iudicia plerisque casibus aliter, quam ciuilia tractentur, existimauimus opportunum fore, vt statim post cognitas delictorum species, ac qualitates, consequenter quibus modis contra delinquentes ipsos procedendum esset, subnecteremus. Est autem hæc rerum criminalium materia longe omnium, quæ in foro versantur, pulcherrima. Nulla enim adeo frequens, nulla huic vtilitate, aut grauitate comparari potest, cum hic non de tritico, aut oleo legato, sed de hominum fortunis, existimatione, ac capite agatur, quibus rebus nihil est in orbe terrarum pretiosius.

QVÆSTIO I.

Quæ causæ dicantur criminales, & quæ ciuiles.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Quæ dicantur causæ criminales, & quæ ciuiles.*
2 *Et, quid si pœna partim applicetur parti, & partim fisco.*
3 *Et quid si agatur ad pœnam extraordinariam.*
4 *Et quid si nulla præcedat accusatio.*
5 *Et quid si agatur per viam exceptionis.*

Ex Additionibus.

1 *Causæ criminales, vel ciuiles, quæ dicantur.*
2 *Et qui si contra statutum quis in forensem alienauit, remissiue.*
3 *Et an in causa turbatæ possessionis sit criminalis, vel ciuilis, aut mixta remissiue.*
4 *Causæ criminales quæ dicantur in Reg. Neap.*
5 *Iudex criminalis quando possit cognoscere de causa ciuili, vel econtra remiss.*
6 *Actio ex delicto priuato quo iure oriatur ad fauorem partis, & fisci, remissiue.*
7 *Et quando non oritur parti, nec oritur fisco.*
8 *Et si pars excluditur à pœna, fiscus etiam repellitur.*
9 *Causa criminalis dicitur quando pœna delicti applicatur fisco.*
10 *Et quid si pœna conuentionalis applicaretur fisco.*
11 *Et quid si pars pœnæ applicaretur accusatori.*
12 *Et quid de causa pacis ruptæ, remiss.*
13 *Lis contestata cum defuncto quando transeat ad hæredes.*

IN *a* primis igitur pro intelligentia terminorum quæro, quæ dicatur causa criminalis, seu iudicium criminale. Vtilitas autem *b* huius quæstionis potest esse maxima, puta ratione competentię iudicis: quia multi sunt, quorum iurisdictio est particulariter circa criminalia, vt sunt iudices maleficiorum, in multis ciuitatibus Italiæ: & multi, quorum iurisdictio est solummodo circa causas ciuiles, vt sunt vicarij prætorum. Et ideo multum interest intelligere, an causa sit ciuilis, vel criminalis, ad hoc vt sciri possit, ad quem eorum pertineat eius cognitio. Præterea circa modum procedendi: nam in criminalibus plerumque proceditur per capturam: secus autem in ciuilibus. Item in criminalibus non admittitur procurator: Item in criminalibus infertur tortura reo, secus autem in ciuilibus regulariter. Item multi testes repelluntur à testificando in causis criminalibus, qui non repelluntur in ciuilibus. Pariter etiam circa diffinitionem ipsius causæ: in criminalibus enim requiruntur probationes luce clariores; in ciuilibus autem secus. Item in multis locis adsunt statuta, quod in causis

causis criminalibus non detur appellatio, neque reuisio, prout est generale decretum in hoc Ducatu, & alia huiusmodi, quæ per te videre poteri in discursu materiæ. Et sic vides, quod hæc quæstio est valde vtilis, pro resolutione multarum dubitationum, quæ quotidie circa prædicta contingunt. Scias ergo, quod in d hoc articulo variæ fuerunt Scribentium opin. d Nam Gloss. *in l. lex Cornelia, in princ. in verbo Eorum, ff. de iniur.* videtur simpliciter sensisse, quod quandocunque agitur de crimine, dicatur causa criminalis. Sed hæc opinio communiter reprobatur per Doctores, qui fere omnes concludunt, quod de crimine potest etiam ciuiliter agi, vt dicit Blanc. *in practica criminali, fol. 61. num.* e 158. e Secunda vero fuit opin. Gl. in l. si qua per calumniam, *in verbo, Auri. C. de episcopis, & clericis*, quæ videtur tenere, quod quando pro crimine imponitur pœna corporalis, causa dicatur criminalis; quando vero imponitur pœna pecuniaria, causa dicatur ciuilis. Sed hæc etiam opin. communiter non tenetur, vt ait Decian. *in rubr. de iudiciis, in decretalibus, num. 94. in 1. lect.* Illa etiam communiter reprobari attestatur Blanc. *in loco praallegato, vers. secunda opinio.* nam in publicis iudiciis plerumque imponitur pœna pecuniaria, *vt in §. primo. Instit. de publ. iud. & similibus.* Et tamen certum est publica iudicia esse criminalia, vt est tex. *in l. 1. quando ciuilis actio crim. praiud.*

f Tertia fuit f opinio Abb. *in rubr. de iud. num. 5.* quod scilicet; Aut agitur principaliter ad effectum, vt quis pro delicto puniatur pœna ordinaria: & tunc causa dicatur criminalis, siue pœna applicetur fisco, siue parti: Aut non agitur directo, vt puniatur pœna ordinaria: & tunc semper dicatur ciuilis. Sed certe hæc etiam doctrina Abb. communiter reprobatur, vt dicit Maranta *in suo Specul. fol. 21. numer. 2.* & videtur esse contra textus, quos allegat Aretin. *in ea rubr. post num.* 19.

g 2 Quarta g igitur fuit opinio Glos. *in l. 3. in princ. in verbo*, Centum aureorum, *ff. de sepulchro viol.* quæ tenuit, quod quando pro crimine agitur ad pœnam applicandam parti, iudicium dicatur ciuile, quando vero agitur h ad pœnam applicandam fisco, tunc causa dicatur h criminalis. Et hanc tenent omnes, vt dicit Barbat. *in ead. l. 3. in princ.* quem refert Abb. *in d. rubr. de iudiciis, nu. 5.* & Zas. *consil. 9. num. 1. lib. 1.* & dicit Ioan. de Platea *in l. 2. in vltimis verbis, C. de iis, qui ex pub. ratio. lib. 10.* quod ista Gloss. communiter tenetur per Doctores quē refert Gomes. *Instit. de actio. in princ. post num. 18.* relatus, & ipse per Cephal. *consil. 141. num. 21. lib. 1.* Idem dicit Curt. iun. *in rubr. ff. de iud. nu. 18.* quem refert Duennas *regul. 15. in 2. ampliatio.* Hanc etiam opin. dicunt esse communem Canonistæ *in d. rubr. de iudic.* & in specie Aret. *num. 19.* & Dec. *num. 95. in 1. & 2. lectura, num. 51.* quem refert Afflict. *in 3. parte constitut. Regni, rubr. 32. §. varietates, num. 9.* & Ripa, *in d. rubr. num. 91. & sequenti*, & Ceph. *consil. 35. num. 31. lib. 1.* Barb. *in tractat. de testib. in 3. par. n. 2.* licet in libro meo videantur esse corrupta eius verba; Corset. *in repet. Abb. in verbo Iudicium*, Ias. *in rubr. C. de iud. n. 2.* quem refert Apostil. ad Fely. *in d. rubr. de iud. vers. 7. & vlt.* & Villalob. *in sua collecta communium opinio. in littera C. n. 25.* Bertran. *consi. 247. in primis verbis, lib. 8.* Dec. *in l. 2. post nu. 41. C. de edendo*, Sapia *in l. Imperium, num. 17. ff. de iurisdict. omn. iud.* Maranta *in suo Specul. fol. 21. nu. 2. & sequen.* Apostil. ad Abbat. *in loco praalleg. sub num. 5. in verbo, Fortiter.* Socinus iun. *consil. 99. numer. 26. lib. 2.* Do. Ant. de Padilla. *in l. transigere, post num. 106. C. de transactionibus.*

Ex quorum omnium dictis habis, quod tunc iudicium dicitur ciuile, quando agitur ad commodum priuatum, siue causa descendat ex delicto, siue ex contractu: illud autem dicitur criminale, in quo agitur ad commodum publicum, siue sit imponenda pœna corporalis ad publicam vindictam, siue sit ex delicto imponenda pœna pecuniaria, quæ veniat applicanda fisco. Et ab hac opinione, quæ communis est, & vera, i nullo pacto esset consulendo aut iudicando recedendum. i

Ego tamen pro clariori intelligentia, in primis volo vt scias, quod in hoc proposito possunt considerari duo genera delictorum: Primum, per quod offenditur publica iustitia, sine iniuria, siue offensione alicuius tertij, prout est crimen hæresis, simoniæ, & huiusmodi: k Secundum, per quod offenditur non solum publica iustitia, sed etiam fit offensio, seu damnum tertio, k prout est homicidium, incendium, furtum, & similia. Ex prima specie delictorum, vna tantum actio oritur, quæ est ad vindictam publicæ iustitiæ, quia cum non agatur de offensione alicuius personæ, nulla potest l alicui competere actio ad interesse. l Ex secunda autem specie duplex oritur actio, vna quæ tendit ad publicam vindictam, alia quæ tendit ad resarciendum damnum, seu interesse partis offensæ. Et ideo si aliquis committat violentiam in bonis alicuius, potest contra eum agi ad pœnam impositam à lege, vel statuto, pro vi publica, vel priuata. Et hæc actio competit cuilibet de populo, cum sit ad publicam vindictam. Potest etiam ille, in cuius bonis commissa est violentia, agere ad emendam damni, & interesse. Et hæc actio competit tantummodo parti offensæ, cum tendat ad priuatum commodum.

Scias etiam duo esse genera pœnarum, quæ pro delictis imponuntur, ordinaria, s. & extraordinaria. Ordinaria dicitur, quæ à lege, vel statuto est imposita committenti illud delictum, quod in iudicio deducitur, puta, pro homicidio pœna capitis, pro furto pœna fustigationis, vel perforationis auriculæ. Extraordinaria est, quod quis propter crimen priuetur officio, beneficio, dignitate, administratione, tutela, vel similibus.

Item scias, quod in casibus, in quibus oritur ex crimine duplex actio, vt supra dixi, potest offensus vtramque proponere, scilicet illam, quæ tendit ad vindictam publicam, & illam, quæ tendit ad interesse priuatum. Et potest vtramque intentare simul in eodem libello; licet non æque principaliter, vt dixi infra, *quæstio proxima vers. & hac quidem.*

Potest etiam proponere alteram actionem tantum, vel petendo simpliciter, quod puniatur, nulla facta mentione priuati interesse, vel petendo simpliciter restitutionem rei, non agendo ad pœnas pro delicto à iure impositas. Præterea etiam potest proponi crimen aduersus aliquem ad alium finem, scilicet neque vt puniatur pœnis iuris, neque vt damnum resarciat, sed ad pœnam extraordinariam, puta, vt priuetur beneficio, vel tutela, vt supra dixi.

Postremo potest etiam ad alium effectum proponi, puta, ad repellendum aliquem à testimonio, vel ad debilitandum eius testimonium, excipiendo aduersus eum, qui in testem producitur de aliquo crimine, vt dixi infra *quæstio. 16. versic. Per exceptionem.* Et sic colligendo omnia supradicta, habes multos casus, in quibus diuersimode crimina in iudicium deduci possunt.

Primus est, quando agitur ad pœnam ordinariam corporalem, nulla facta mentione priuati interesse. Et hoc casu nulla est controuersia, quin tale iudicium dicatur criminale, & in hoc nemo dubitat.

Secundus m autem est casus, quando agitur ad pœ- m nam pecuniariam tantum fisco applicandam: & in hoc

variæ fuerunt opinio. inter Doctores, vt superius dixi: sed magis communis opin. est contra Gloss. *in dict. l. si qua per calumniam*, quod scilicet etiam si agatur de pœna pecuniaria tantum, nihilominus si illa est applicanda fisco, causa dicatur criminalis.

n Tertius *n* est casus, quando simul cum pœna corporali, siue pecuniaria fisco applicanda, proponitur etiam interesse partis, puta; quia aliqua pars applicetur etiam ipsi parti offensæ; vel quia pars vltra pœnam, agat etiam incidenter ad rei restitutionem, vel refectionem damnorum, &c. Et tale iudicium à plerisque appellatur mixtum; scilicet criminale, quatenus concernit publicam vindictam, & ciuile, quatenus concernit interesse priuatum. Et Boss. *in titul. de appellat. numer.* 8. attestatur, quod hæc est communis opin. prout etiam sentire videtur Iason. *in d. rubr. C. de iudic.* & Gomes. Arias *super. l.* 80. *Tauri, num.* 10. *in fin.* Sed ego puto esse aduertendum, quia si ex natura condemnationis necessario simul cum pœna publicæ vindictæ, venit etiam interesse partis, puta; quia idem statutum pro furto imponit pœnam scutorum 10. versus fiscum, & quinque versus partem, vel quod fur fustigetur, & restituat rem furatam: certe iudicio meo absurdum esset dicere, quod hæc causa dicenda esset mixta, scilicet partim criminalis, & partim ciuilis. Et ideo proculdubio de ea tota iudicandum est secundum eius digniorem partem, & sic tanquam de mere criminali. Sed si interesse partis venit tanquam quid separatum, & non de necessitate connexum, puta, quia refectio damnorum vel restitutio rei ablatæ, veniat non ex eadem lege, vel statuto, sed ex alia, tunc forte posset habere locum opin. de qua per Boss. *in loco preallegato*, vt scilicet tale iudicium censeri debeat partim criminale, & partim ciuile. Ego tamen semper vidi per Senatum reijci appellationes à condemnationibus damnorum, vel expensarum litis in causis criminalibus, siue venirent ex eadem lege, siue ex alia, sed solummodo admittitur appellatio, sine reuiso respectu excessus.

o Quartus *o* casus est, quando solummodo agitur ad interesse partis, puta rei restitutionem, vel refectionem damnorum, &c. Et tunc nulla est difficultas quin iudi-

p cium dicatur mere *p* ciuile, licet agatur pro delicto, quicquid dixerit Gl. *in d. l. lex Cornelia*; contra quam est comm. opin. vt sup. dixi.

q Quintus *q* est casus, quando agitur ad pœnam extraordinariam, puta, priuationem officij, seu beneficij, & nihil applicatur fisco, & hoc casu iudicium dicitur ci-

r uile, non autem criminale. *r* Et in hoc omnes concurrunt, vt ait Gratus *consilio* 71. *num.* 9. *lib.* 2. Et licet hæc conclusio aliquando mihi visa fuerit dura, ex quo talis actio principaliter intentata videtur ad vindictam publicam, præsertim si officium, de cuius priuatione agitur, esset publicum, nihilominus iudicando non crede-

s rem ab ea esse recedendum, *s* intelligendo tamen, vt statim dixi quod talis pœna priuationis non sit pœna ordinaria, quæ pro eo delicto imponeretur.

4 Adde, quod hæc conclusio locum habet siue agatur ad huiusmodi priuationem officij, vel beneficij, præcedente accusatione, vel exceptione partis: siue nulla præcedat exceptio, vel accusatio partis; sed agatur tantummodo via inquisitionis. Et ita communiter teneri attestatur Maranta *in suo Specul. fol.* 24. *num.* 27.

t Sextus, *t* & vltimus est casus, quando agitur per viam exceptionis, proponendo crimen contra testem, non ad effectum vt puniatur, sed vt eius dictum non recipiatur, vel receptum non noceat. Et hoc casu omnes concludunt, quod ex quo agitur tantummodo ad priuatum commodum, & interesse partis, causa dicatur mere ciuilis: secus tamen esset, si tale crimen proponeretur ad puniendum, vt dixi infra *q.* 19 *vers. Per exceptionem.* Et hæc omnia bene nota, quia sæpe contingunt in practica.

ADDITIONES

Ad Quæst. I.

IN *primis igitur.*] Loco præludij dicere debet, quod particulariter tractatis criminibus, de quibus supra peruenit Auctor ad vniuersam criminalem materiam per has centum Quæstiones, quas receptas sententias appellauit eo modo, quo tractari conuenire dixit Iurisconsultus *in l. si seruus seruum* §. *inquit lex ibi, sed non est nouum. ff. ad l. Aquil.* At quia talis modus durus, & insolitus videtur his, qui à studio litterarum humanarum recedentes, molem hanc primo ingrediuntur, ita vt aliquando ob diffidentiam, quæ animos auertit, in cœpto desistant, vt habetur *in* §. *Hu igitur Instit. de iust. & iur.* Nam, vt dixit Felin. *in cap. super litteris collat.* 8. *versic. exprimenda sunt, ne rescript.* Qui hæc de nouo addiscunt, putant se nihil in Scholis fecisse & nouum mundum inuenire: Scias adolescens Rhetoricam, quam hucusque accepisti, oratoriamque esse quidem iuris ciuilis partem, vt dixit Cicero in principio de Inuentione; sicque declamando, & antiquis temporibus perorando tractatas fuisse criminales causas, vt patet in eodem Cicerone *contra Verrem in Catilinam, & alios:* Attamen quia sæpe in dicendo sub ambagibus pertransibant causæ, puluerem verborum (in cuius locum successit nunc aurum) oculis Iudicum inijciendo: fuit primus idem Cicero, qui taliter tractandi causas criminales modum inuenit, quem sequuti posteri, formam postremo adiecerunt; vnde Plutarchus in Ciceronis vita in hoc proposito sic locutus est. Hunc Verrem, qui cum Siciliæ Prætor esset plurima infanda per insulam omnem perpetrasset, non dicendo conuicit, nouum ipse commentus iudicij genus: ob gratiam enim Verris, cum Iudices ambagibus suis diu dictionem causæ protraxissent, quod manifestum foret ad eam dicendam non sufficere tempus; sicque illum integrum abiturum; stans Cicero, non orationibus, inquit, opus est; sed productis in medium testibus, probatisque iussit Iudices proferre sententias, Quod late prosequitur Alciat. *in l. iudicasse. quæ est dec.* 187. *ff. de verbor signif.* Et ne mireris iurisperitorum sententias cum historiis per me inuolutas hic, ac in his passim additionibus, quod improbasse visus est Clarus infra *quæst.* 35. *vers. idem etiam*, & ante eum Pirrhus *ad consuetudinem Aurelianam, titul. de feud. cap.* 28. Quia imo ex Historiis legum origines, sensus, & causas elici demonstratur *in l.* 1. & 2. *ff. de origine iuris, l. in quæstionibus, ff. ad l. Iul. de adult.* & dicebat Franciscus de Arein. quod Doctores erant parum curiosi Historiarum; ideoque eos increpat, vt refert Hieronymus Pauli Brachi. *in sua Practica Cancellariæ fol.* 280. ac alibi sæpe, vbi leges ipsas historiis annexas videre poteris, argumento eorum, quæ in proposito dixit Felin. *in c. Rodulphus, versic. ceterum in fine, de rescript. collat. mihi* 15.

Tractant autem hanc materiam Scriben. *in l. Imperium, ff. de iurisdictione omnium iud.* vide tamen melius quam alibi, & distingue in practica, vt est Gl. *consuetud. Turon. in princip.* Boer. *in Addit. ad Dyn. in reg.* Plus semper *sub num.* 5. *littera B. de reg. iur. in sexto, & ibi an Index maleficiorum possit cognoscere in ciuilibus.* Drogh.

In primis igitur.] Farin. *quæst.* 100. *numer.* 2. *volum.* 4. *cap.* 1. Ros.

In primis igitur pro intelligentia.] Adde videndum Menoch. *de arbit. iud. casu* 265. vbi † habetur, quæ dicatur causa crimi- 1
nalis; vide etiam Viui. *commun. opinio* 172. *num.* 3. *volum.* 1. & Mascard. *de probat. conclus.* 463. *volum.* 1. Bertaz. *cons.* 399. & latissime per addentes, an † causa sit criminalis, quando quis con- 2
tra statutum in forensem alienauerit; & † an causa turbatæ pos- 3
sessionis sit criminalis, vel ciuilis, aut mixta, late per Ioseph. Lud. *conclus.* 71. & causæ criminales appellatione causæ comprehenduntur Gloss. *in clemen.* 1. *de offic. deleg.* & Præposit. *in cap. nullus,* 6. *quæst.* 3. & quando causa est mixta, sequitur naturam ciuilis, Ioan. Andr. *in cap. tua de procur. colum.* 2. *versic. mixta.* & sic ad iudicem ciuilem spectabit ita etiam Niger. *fol.* 207. *num.* 13. *in rubr. de causis crimin. vel ciuilibus*, dicit tamen Alexand. *in cons.* 82. in causa vertente in fine, quod causa dicitur mixta, quando pœna pecuniaria applicatur partim fisco, & partim parti, & sic spectat non solum ad priuatam vtilitatem, sed etiam ad publicam, & ideo quod cognitio causæ spectat ad iudicem causarum criminalium, tanquam ad magis dignum, ita etiam tenet Niger, vbi supra *n.* 10.

Item † adde, quod hodie in Regno Neap. ad tollendas hu- 4
iusmodi

iuſmodi diſceptationes adeſt Prag. Regis Ferdinandi, incip. Illuſtri Viceregi, ſub tit. de iuriſd. inuic. non turban. quæ declarat, tunc dici cauſam criminalem, quando venit imponenda pœna mortis naturalis, ciuilis, vel abſciſſionis membri, & in alijs caſibus, ciuilem dici. Et ſuper d. Pragm. multa accumulauit Io. Ant. de Nigr. *fol. 205. ſuper cap regn.* Baiar.

h *Vtilitas autem.*] Adde † videndum Menoch. *de arbitr. iud. q. 82.* vbi late quando iudex cauſę criminalis cognoſcere valeat ſuper ciuili, & è contra, *& in quæſt. 91. n. 71.* Baiard.

c *Ciuilis, vel criminalis.*] Hic ad vnum aduerte, quod ſi cauſa criminalis ſit præiudicialis ad ciuilem, prius cognoſcetur de cauſa criminali, & interim ſuperſedetur in ciuili. Et è contra ſi cauſa ciuilis eſt præiudicialis ad criminalem prius tractanda erit cauſa ciuilis, & interea ſuperſedendum in criminali. Idem ſi vtraque cauſa ſit ciuilis, aut criminalis, quia de præiudiciali prius ſemper cognoſcitur, & illa prius abſolui debet, ſiue illa principaliter moueatur, ſiue per modum incidentis, aut emergentis, quod ſi aliter fiat, ſententia redditur nulla: vt plene per Crau. *in conſ. 280. col. 1. & maxime verſ. ex quibus.*

d *Nam Gloſ.*] Farin. *d. loco, n. 13. 14. 15.* Roſ.

e *Secundo vero*] Farin. *vbi ſupra, n. 11. & 12.* Roſ.

f *Tertia fuit opin*] Farin *ibid. n* 18. 19. 20. Roſ.

g *Quarta igitur.*] Farin. *ibid. n* 6. *c. 1. & n.* 10. Roſ.

*5 h *Criminalis.*] Adde, quod † criminalis cauſa non dicitur, vbi principaliter pœna fiſco applicatur, quamuis conſequentiā venit intereſſe partis, in ſi.ut econuerſo, vt per Boſſ. *in tit. de appellat. num. 9.* Item dicitur cauſa criminalis: ſi venit pœna applicanda fiſco, ſi tamen deſcendit ex delicto, non ſi deſcendit ex contractu illicito, per Foller. ad Maran. *in praxi iudici. §. an ſit iudicium ciuile, vel criminale, fol. 39.* ante *num. 3.* ſimiliter cauſa dicitur criminalis quando agitur de tutore ſuſpecto mulctando per Bart. *in l. non ſolum, § fin. in 2. not. de procur. in l. §. ſciendum, circa princ. ff. de ſuſpect. tut. & curat.* & ſequitur Maran. *in Specul. ſuo praxis ciui. eod. §. an ſit iudicium ciuile, vel crimina num.* 18. Bald. vero *in l. 1. C. ſi tut. vel cur. non geſſe.* arguit eſſe mixtum; quia ex eodem proceſſu venit remotio, & punitio. Item ſi pœnæ pars daretur accuſatori. Vt per Alexand. *conſ. 232 in 2 ſub col. fin. lib. 1.* quem tamen mordet Dec. *in cap. 1. col. 8. poſt num. 14. de probat.* ſed non recedas ab Alexand. Quid de cauſa pacis ruptæ an ſit ciuilis, vel criminalis. vi. Corn. *conſil. 41. lib. 1. ciuſ. 42. in 2. & conſ. 8 nu. 3.* Giach.

i *Nullo pacto.*] Farin. *in 4 vol. q. 100 n. 4. & 6.* Roſ.

k *Secundum per quod offenditur.*] Farin. *d. q. 100. ca. 1. num. 7.* Roſ.

7 l *Ex ſecunda autem ſpecie duplex*] Adde † videndum Bero *in rubr. de accuſat. num 19.* vbi late quo iure actio iſta ad fauorem priuati, & ad fauorem fiſci oriatur.

8 Item adde, † quod quando actio non oritur parti, non oritur reipublicæ ad publicam vindictam, & tunc iudex non poteſt inquirere, *l. non ſolum, §. quanquam, ff. de iniur.* quem tex. ad hoc allegat. Bart. *conſ 100 num. 2* & Cæpol. *conſil. 58. num. 26* & ita concludit Marſ. *pract crim §. conſtante, num 34* & ibi ponit exempla, quando non oritur actio parti, & hoc procedit ſecundum eum *ibi. num. 37.* in delictis commiſſis contra priuatos. Et in hac ma-

9 teria vide Maran. *in pract in 4 par fol. 77.* vbi pleniſſime, & † ſi parti, & fiſco eſt quæſitum ius ad aliquam pœnam, ſi pars ex aliqua cauſa excludi poteſt, fiſcus etiam excludi poterit, eſt text. *in l fin circa finem, C. de iis qui à non domin. manu. fuer.* & hoc dicit notabil. Grammat *in addit. ad Conſtit. Regni, in Conſt. ſi quis in poſterum, n. 6. lib. 1.* Baiard.

m *Secundus autem eſt caſus*] Adde, quod hoc dictum, quod vbi pœna venit applicanda fiſco, dicitur eſſe cauſa criminalis,

10 † procedit, vbi talis pœna imponeretur pro aliquo delicto, vt eſt de mente Bald. *in l. fin. C. de litig.* & clarius voluit Alexand. *in l. 3. de ſepul. viol. in addit.* & Foller. *in pract. crimin. in ver. audiuntur excuſatores, n. 176.*

Item adde, quod ſi pœna ex conuentione, præter pœnam de-

11 licti, applicaretur fiſco, diceretur cauſa ciuilis. † & non criminalis, quando ad ipſam pœnam conuentionalem ageretur, ſecundum Petr Caleph. *in conſ 86. num. 2. vol. 2. inter conſ. crim. diuerſ. parua impreſſ.*

12 Item † adde, quod cauſa dicitur criminalis quando pars pœnæ applicatur accuſatori; Alexand. *in conſil. 132. col. fin volum. 1.* & quod de cauſa pacis ruptæ an ſit ciuilis, vel criminalis, vide Corn. *conſil. 41. volum. 1. & conſil. 42. volum. 2.* Corn. *conſil 42. colum. penult. ad fin. volum. 1.* Grat. *conſil. 139. num. 9. volum. 1.* & Bertaz. *conſil. 182. num. 6. volum. 2.* vbi loquitur de pœna conuentionali pacis fractæ. *Baiard.*

n *Tertius eſt caſus.*] Far. *d. q. 100. c. 1. num. 50. & 7. ſequentib.* Roſ.

o *Quartus caſus eſt.*] Farin. *d loco c. 1. n. 13. 12. & 15.* Roſ.

p *Mere ciuile*] Contrarium viſus eſt tenere Dec. *in l. hæredes,*

13 *n 5. cum ſeq ff. de reg. iur.* Vbi ſi lis † eſt conteſtata cum defuncto tranſit in hæredem, quod procedit, inquit, in actionibus, quæ dantur ex delicto, ſecus in criminalibus: ſed an cum agitur ciuiliter, poſſit torqueri reus? Reſponde quod ſic, vbi factū pro quo ciuiliter agitur, habet delictum annexum, vt per Alexan. *conſ. 3. ſub num. 8. verſic. Non obſtat. vol. 1. infra qu. 20. verſ. ad formam. el l. q. 21. verſ. fuga,* vbi dixi, *Drogh.*

q *Quintus caſus.*] Adde, ſi agit contra clericum, vt propter aliquod crimen remoueatur à beneficio, ſi ſit accuſatio, vt degradetur, vel deponatur propter crimen commiſſum *c ſuper his & c. qualiter & quando il 2. de accuſat.* tunc dicitur cauſa criminalis, ſed quando agitur ſolum ad remotionem beneficij, tunc dicitur cauſa ciuilis, & ciuiliter agi de crimine, & admittitur procurator, & laicus auditur contra clericum, & licet in libello in tali caſu vtatur verbo accuſo, tamen non eſt accuſatio, ſed attenditur finis, & concluſio, ad quem iſta accuſatio intentatur, ita tradunt Fed. de Senis *conſ 22. incip. Titius electus col. 2.* Barb. *in c. teſtimonium: de teſti. 2. par. col. 12.* & Ioan. Ant. de Nigr. *in rubr. de cau. crim & ciuil. lib n 33. f.* 106. Baiard.

r *Et in hoc omnes concurrunt.*] Far. *tit. loco, nu. 21. 22. 23. 24. & 25.* Roſ.

ſ *Intelligendo tamen.*] Item Far *n 27. & 28.* Roſ.

t *Sextus, & vltimus eſt caſus.*] Idem Far. *d. q. 100. c. 1. nu. 16. & 17.* Roſ.

QVÆSTIO II.

Accuſatio criminalis, & actio ciuilis quando ſimul concurrere poſſint.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Accuſatio criminalis, & actio ciuilis, quando ſimul concurrere poſſint.*
2 *Et quid ſi criminalis intentetur principaliter, & ciuilis incidenter.*
3 *Et an poſt intentatum iudicium criminale actor poſſit intentare aliud iudicium ciuile ex diuerſa cauſa.*
4 *Et an reus conuentus ciuiliter poſſit contra actorem criminaliter agere.*
5 *Et quid econuerſo, an conuentus criminaliter poſſit contra accuſatorem intentare actionem ciuilem.*
6 *Et an accuſationem criminalem.*
7 *Et an abſoluto vno iudicio, ſcilicet ciuili, vel criminali, poſſit deinde agi alia via.*

Ex Additionibus.

1 *Actio criminalis, & ciuilis quomodo ſimul cumulari poſſint, remiſſiue.*
2 *Et prius debet decidi criminalis, quam ciuilis etiam ſtante ſtatuto, exceptiones reſeruandas eſſe in fine litis.*
3 *Et quid ſi ageretur coram duobus Iudicibus.*
4 *Et an tertius poſſit interuenire in cauſa criminali pro ſuo ciuili intereſſe.*
5 *Et an eo caſu poſſit ſtatus cauſæ inter fiſcum, & reum innouari, remiſſiue.*
6 *Iudex maleficiorum quando poſſit cognoſcere de cauſa ciuili, vel econtra, & n. 9.*
7 *Iuramentum partis de valore rei furatæ non ſufficit.*
8 *Fur non debet relaxari, niſi reſtituta re furtiua, licet ciuiliter pro ea actum non fuerit, & Iudex procedat ex inquiſitione.*
9 *Iudex, qui non facit reſtitui damnum parti læſæ, peccat.*
10 *Confeſſio vera, vel ficta an differant quoad intereſſe partis, & fiſci.*
11 *Maritus ex ficta adulterij confeſſione non lucretur dotem.*
12 *Statutum, quod fideiuſſores de non offendendo, vel de pace ſeruanda teneantur ex contumacia perſonali ad pœnam conuentionalem, de qua pœna ſit intelligendum.*
13 *Flamin. Chartar. impugnatur.*
14 *Cauſa ciuilis an ſuſpendatur ob criminalem.*
15 *Et an exceptio falſitatis impediat ſententiæ executionem, remiſſiue.*
16 *Et an conuentus criminaliter poſſit contra accuſatorem ciuiliter agere.*
17 *Et an abſoluto iudicio ciuili, vel criminali poſſit agi alia via.*

a DIxi a supra *quæstione proxima*, quod ex eodem delicto regulariter oritur duplex actio, scilicet criminalis ad publicam vindictam, & ciuilis ad priuatum commodum. Et hoc apud Iurisperitos pro expedito esse attestatur Pont. *super consuetud. Blesen. fol.* 183. *colum.* 1 *circa med.* Quæro nunc, quomodo hæc duo remedia simul, aut separatim concurrere possint. Resp. Hoc potest multis modis contingere; propterea est, distinguendum.

1 Aut enim quæris, an vtraque actio, scilicet ciuilis, & criminalis, possint ab eodem, & contra eundem
b ex eadem causa intentari, b & dicendum est, quod non, text. *est in l. interdum, ff. de publ. iud.* qui semper ad hoc propositum solet allegari, & licet ille text. loquatur, quando pendente iudicio ciuili actor vult intentare iudicium criminale, tamen conclusio, secundum Doctores, indistincte procedit, siue ab initio intententur simul in eodem libello, siue iam cœpto, & pendente iudicio ciuili prius intentato, velit deinde actor ei eadem causa intentare iudicium criminale.

c Et hæc quidem conclusio absque difficultate procedit, quando actor vult dicta duo remedia intentare
2
d æque principaliter in eodem libello: d tamen casu non possunt simul cumulari. Maior enim, & dignior est causa criminalis, quam ciuilis: & vbi vna causa est maior altera, non possunt duæ actiones simul cumulari, iuxta ea, quæ traduntur per Doctores *in l. edita, C. de edendo*, & dixi infra *libro prox.* Sed si actor intentaret iudicium criminale principaliter, & deinde incidenter peteret etiam rem ablatam sibi restitui, eo casu vtique talis petitio admittitur, vt dixit Bartol. *in l. interdum, §. si quis furem, num. 5. ff. de furtis*: quem sequuntur communiter Scribentes, vt attestatur Curt. iun. *in d. l. edita, numer.* 108. Hieronym. ad Ang. *de malefic. in verbo, Et ad querelam, in vltima Apostill. colum. 3. versicul. secundo casu.* quem refert Roland. *consil.* 30. *num.* 3. *lib.* 2. Ita etiam communiter teneri ait Rom. *in ead. l. edita, post num.* 143. *versic. non obstat sua ratio.* Et hanc dicit esse communem opinionem Aret. *in cap. qualiter, & quando il 2. §. ad corrigendos, num.* 139. *de accusationibus.* Et ita obseruat consuetudo, teste Bald. *in d. l. dam opera, num. 6. in fin. C. qui accusar. non poss.* Eademque ratione admittitur libellus criminalis, concludens, delinquentem de delicto puniri, & condemnari secundum formam iuris, & statutorum, cum refectione damnorum, interesse, & e expensarum, &c. Et ita practicatur, vt attestatur Ang.
e *in l. vnica, num. 6. C. quando ciuilis actio crimin. præiudicet,* quem refert August. ad Angel. *de malef. in verbo, Et vestem cœlestem, num.* 11. Amad. *de synd. num.* 216.
f f Vnum tamen nota in hoc proposito quod hoc casu iudex maleficiorum non potest condemnare reum ad rei restitutionem, vel ad damna partis, nisi quando illum condemnat per suam propriam confessionem: secus autem si illum condemnaret propter confessionem fictam, & sic in contumaciam: nam officium iudicis non deseruit, nisi veræ confessioni. Et hæc est notab. decisio, Bald. *in l. qui crimen, nu.* 28. *C. qui accus. non poss.* quam dicit esse communem Roland. *in d. consil.* 30. *num.* 18. subdens, quod licet quando reus per testes conuincitur, aliqui teneant contrarium, tamen quando condemnatur ex contumacia, nullus est qui eam impugnet. Illam tamen intellige, vt procedat, quando talis condemnatio ad restitutionem rei furtiuæ non venit ex eadem lege, vel statuto, pœnam criminalem imponente: nam eo casu non potest iudex, nisi reus, vel per testes conuictus sit, vel proprio ore confessus, officium suum impartiri. Sed si eadem lex imponeret pœnam criminalem, & rei restitutionem, semper vidi vtranque condemnationem simul proferri, etiam contra contumaces. Non enim debet eadem dispositio diuerso iure censeri. Et illud, quod dictum est, quod non potest iudex maleficiorum cognoscere de restitutione rei furtiuæ, nisi incidenter, habet locum non modo quando proceditur ad querelam partis, & sic per viam accusationis, sed etiam quando proceditur ex officio, & sic per inquisitionem. Et est communis opinio, vt dicit Boss. *in titul. de decreto Mediolani, num.* 31.

Aut quæris, an post intentatum iudicium criminale possit accusator intentare iudicium ciuile ex diuersa causa, & penitus separata. Et g dicendum est, quod non: ita allegatur tenere Bartol. *in d. l. edita*, cum quo transeunt communiter Doctores, vt dicit Curt. iun. *ibi, num.* 181. Et hæc conclusio elicitur ex text. *in l. fin. C. de ordin. cognit.* secundum intellectum, qui est magis communis, teste Alexand. *in l. reum criminis, colum. 1. ver. Bartol. autem, C. de procurat.* quem refert Claud. *in l. edita, nu.* 68. Esset enim h valde iniquum, quod per huiusmodi litem ciuilem impediretur reus in defensionibus suis faciendis. b g h

Sed i quæro, quid in reo conuento, nunquid ipse poterit contra actorem aliquam actionem instituere? i 4
Respond. quod si conuentus est iudicio ciuili, potest pendente eo iudicio accusare actorem criminaliter, tam ex causa penitus separata, quam etiam ex causa oriente ex eodem iudicio, prout quotidie fieri videmus, quando reus accusat de falso testes actoris, qui contra eum deposuerunt in causa ciuili, & etiam ipsum actorem, qui eos produxit. Et eo casu suspenditur iudicium ciuile, donec sit super ipso iudicio criminali pronunciatum. Et ita concludunt communiter Doctores, vt dicit Sigismundus *cons. feud. 6. num. 6.* Et hoc propter præeminentiam, & maioritatem iudicij criminalis.

Quod k tamen intellige, vt suspendatur iudicium ciuile quo ad hoc tantum, ne possit super eo ferri sententia, non autem quo ad hoc, vt impediatur quo minus in ipso iudicio ciuili possit procedi vsque ad conclusionem in causa. Et ita reperio decisum fuisse per cons. Neap. teste l Capic. *dec.* 25. in causa Reuer. vbi multum eleganter tractat hunc articulum. k l

m Sed quid econuerso, nunquid pendente iudicio criminali, poterit reus conuenire ciuiliter suum accu- m 5
satorem ex alia causa, & penitus separata? Respond. quod non: ita colligitur ex text. *in d. l. fin. C. de ord. cog.* secundum communem intellectum, vt dicit Claud. *in d. l. edita, num.* 68. Et ita concludunt omnes, vt attestatur Curt. Iun. *in d. leg. edita numer.* 81. *in fin.* Et hoc, ne propter talem litem ciuilem distrahatur accusator à prosecutione iudicij criminalis, in quo vertitur publicum interesse, ne scilicet delicta impunita remaneant.

An autem reus criminaliter accusatus possit accusare suum accusatorem, dixi infra, *quæst.* 14. *vers. tertius est casus.*

Vlterius quæro, nunquid absoluto iudicio ciuili, contra aliquem intentato, possit postea actor intentare contra eundem accusationem criminalem ex eadem causa; vel econtra, absoluto iudicio criminali, intentare actionem ciuilem. Respondeo quod si actio ciuilis, & criminalis tendunt ad diuersa, tunc potest agi altera via, non obstante, quod prius actum sit vna; n si vero tendunt ad eundem finem, tunc vna intentata, altera tollitur. Et ita intelligitur text. *in l. 1. C. quando ciuil. actio crimin. præiud.* & est communis conclusio, vt attestatur Maranta *in suo Specul. fol.* 21. *num.* 5. vbi potes videre exempla. Et ita tene mente, quia male declarantur à Doctoribus, vt dicit Clau. *in loco præalleg.* n

Bene

Bene verum est, quod licet hæc materia cumulationis sit subtilis, raro tamen contingit in practica, secundum Alb. *in d. l. edita, col. fin. versic. circa quartum*, quia (vt ipse ait) aduocati nolentes intricare processus communiter procedunt in prima causa, deinde ea expedita proponunt ea, quæ volunt in alia instantia, & hoc modo cessant omnes difficultates.

a Præterea, cum hodie ex quocunque crimine possit iudex ex officio inquirere, non admitteretur reus, qui contra querelam, siue accusationem contra se porrectam opponeret huiusmodi exceptiones, ad euitandum iudicium criminale. Faciunt, quæ dixi *in d. quæst. 14. ver. tertius est casus.*

ADDITIONES.

Ad Quæst. II.

a DIxi supra.] Farin. *volum. 4. quæst. 100. cap. 3. numer. 120. & duobus seqq.* Ros. 2.
Dixi supra quæst. 1.] Adde † in materia istius quæstionis Plot.
1 *consil. 77. inter consil. sua.* Bursat. *consil. 3* Natt *cons. 138.* & plenius per Lancellot. *in tract. de attent. p. 2. c. 4 limit. 23.* & Crauet. *in consil. 180.* Plot. *cons 73. in princip.* & Crauet *in consil. 74. inter consil. crim. diuers. volum. 2.* & criminalis † causa debet prius de-
2 cidi, quam ciuilis, etiam stante statuto, quod omnes exceptiones referuentur in fine litis cognoscendæ, Plot. *in cons. 87. num. 6. in volumine consiliorum suorum. & in consil. 73. num. 31. inter cons. crim. diuers. tom. 2.* vbi ad hoc allegat Bald. *in cons. 169. vol. 5.* & Alciat. *in cons. 748* Baiard.
b *Et dicendum est quod non.*] Adde, † quod hoc procedit et-
3 iam si agerentur coram duobus Iudicibus, scilicet, coram vno criminaliter, & coram alio ciuiliter, quia tunc etiam non possunt cumulari, Puteus *decis. 275. lib. 1.* Baiard.
c *Et hæc quidem conclusio.*] Adde in hac materia cumulationis Crauet. *consil. 14. & 58.* vbi etiam habetur, † quod tertius
4 potest interuenire in causa criminali pro interesse suo ciuili, & ibi, quo tempore, & † an ex interuentu status causæ inter fiscum,
5 & reos poterit alterari, & renouari, & in † materia turbationis
6 Iudex maleficiorum potest etiam incidenter cognoscere ciuiliter, Menoch. *de retin. possess. remed. 3. num. 549.* & vide infra *num. 9.* & in hac materia cumulationis vide etiam Mant. *cons. 266. nu. 25.* vbi inquit, & quod quinque sunt cumulationem impedientia, actionis electio, contrarietas, præiudicialitas, superfluitas, & absurditas. *Baiard.*
c *Et hæc quidem conclusio.*] Farin. *in 4. vol. quæst. 100. cap. 2. num. 132. & 133.* Ang. Aret. *in proœm. instit.* Glos. *tramites, num. 3.* Boss. *tit. de decreto Mediolani. n. 31.* Ros.
d *Nam eo casu.*] Restitutioni rerum ablatarum, seu furto subtractarum Iudex non condemnat reum furtum confessum per contumaciam, nisi quando reus condemnatur à lege, vel statuto ad restitutionem, vt hic; Cui adde, quæ dixit Chartar. *tractat. de exequut. senten. cap. 1. num. 394. cum sequenti.* Contrarium tamen, quod etiam si statutum non loquatur de restitutione nihilominus Iudex criminalis ad restitutionem condemnare possit, cum bona rei sint tacite obligata pro furto commisso, voluit Negus. *tract. de pign. & hypoth. 4. memb. secunda partis sub num. 124 cum sequent. ad fin.* sic etiam tenuit Iaso. *in §. ex maleficiis: num. 76. cum seq. Institut. de act.* Crauet. *consil. 58. sub num. 2.* & licet Iudicium ciuile cumulari non possit cum criminali, officiũ tamen Iudicis incidenter implorari potest. Idem Crauet. *consil. 200. sub num. 7.* Adde Iason. *in §. sic itaque, numer. 33. cum seq. Institut. de act.* Marsil. *Rubrica de fideiuss. sub num. 348. ad fin.* Vide tamen Maran. *in suo Spec. par. 4. sub tit.* an iudicium sit ciuile, vel criminale. *in addit. num. 29. cum sequen.* An autem tunc sufficiat † iuramentum partis super quantitate, vel rei valore,
7 quæ furata sit, Plot. *in repetitio. l. si quando, num. 689.* vbi tenet, quod non; & eo minus sufficit, cum agitur ad pœnam propter tale iuramentum, & in terminis etiam per Plot. *in d. l. si quando, § 40. sub num. 1. §. 43 sub num. 2.* Vnde infertur ad statutum nostrum Pallauicinum. *in crimin. sub pœna de fur. dum ait.* Si vero transcenderit dictam summam solidorum centum, fustigetur; quod non, sufficit iuramentum super dicta quantitate solidorum centum super primo furto, ad hoc vt sit locus pœnæ fustigationis ibidem declaratæ, sed requiritur plena probatio dictæ quantitatis supra *in §. furtum, versic. Item contra*; Nil mirum ergo, si iuramentum non defertur, quando agitur ad restitutionem; quia tunc iudicium dicitur mere ciuile; *sup. quæst. 1 versic. Quartus casus est:* Aliter tamen sensit Decian. quod videlicet tale iudicium sit mere ciuile. *in l. hæredes, n. 5. cum seqq. ff. de reg. iur.* est enim descendens ex delicto, vt ibidem. Drog.
e *Expensarum.*] Effectum vide apud Nattam. *cons. 537. nu. 57. & 58.* Ber. Ros.
f *Vnum tamen nota in hoc proposito.*] Adde, † quod fur rela- 7
xari non debet, nisi furto restituto, licet ciuiliter actum non fuerit ad furti restitutionem, quod procedit etiam si Iudex per inquisitionem procedat, alias ipse Iudex parti tenebitur insolidum, Crauet. *consil. 53 num. 3.* etiamsi in actis non appareat de petitione partis læsæ, Ant. Sola *in comment. constitit. Sabaud. in ver. vt nemo inuitus accusari, num. 2. fol. 170:* * Quinimo fur nedum tenetur restituere rem furatam, sed etiam æstimationem quanti plurimi à die rei ablatæ, secundum Didac. *in cap. peccatum. in 2. par. §. 6. num. 2. de reg. iur. in 6.* quem refert, & sequitur Borgni. *de tutor. & curat. num. 237.* & iudex peccat, † qui 8
non facit damnum parti restitui, cum possit, siue sit reipublicæ, siue personæ particularis, iuxta Scotum communiter receptum *in 4 lib. Sent. dist. 15. q. 2.* quem sequitur Nauar. *in Man. cap. 37. n. 136 fol. 220. tom. 1.*
Item adde, † quod Iudex, qui de causa criminali cognoscit, 9
potest etiam incidenter de ciuili cognoscere ex eodem, facto descendente; hoc tamen procedit, quando reus criminaliter condemnatur, quia tunc etiam poterit condemnari ad restitutionem rerum damnum passo: secus vero, quando absoluitur, quia tunc non poterit cognoscere ciuiliter de illa re, Bartaz. *consil. 232.* Rimin. *consil. 106 num. 8. inter consil. crimin. diuers. parua impress. lib. 1.* Rota, vt per Crescen. *in decis. 167. libro primo*, & iudex si absolueret reum à pœna furti, & condemnaret ad restitutionem rerum furto ablatarum, sententia esset nulla, Natt. *cons. 407. n. 14. vol. 2.*
Item adde, quod Iudex maleficiorum potest cognoscere de causa ciuili incidenter, & eam suo Iudicio terminare, licet aliter de crimine non constet, nec super eo crimine sententia fuerit lata, & si accusatus fuerit ciuiliter condemnatus, talis sententia erit valida; ita tradit Simon de Drusio, *in consil. 49. num. 2. vol. 2. inter consil. crimin. diuers. parua impressionis*, quem refert, & sequitur Menoch. *de retinen. possess. remed. 3. num. 549.* & quod Iudex criminalis possit cognoscere incidenter de causa ciuili, & è conuerso iudex ciuilis de criminali, late Vant *in tractat. de nullit. in tit. de null. ex defe. iurisdict. ordin. numer. 47. cum sequent.* & Menoch. *de arbitr. iu lic. quæst. 82. num. 11.* quæ dicatur incidens quæstio, & quæ emergens, & quæ dependens, idem Menoch. *in q. 45.*
Item adde, † quod ista differentia inter confessionem veram, 10
& fictam, quoad interesse partis, communiter non tenetur, quia si contumacia operatur, quoad pœnam criminalem, ergo multo magis, quoad ciuilem applicandam parti, ita tradit Gulielm. de Bened. *in cap. Raynutius, in ver. mortuo itaque testatore, num. 175. cum sequen. de testament.* vbi dicit, hanc differentiam saluari per Anchar. *in consil. 408.* in vno casu singulari, scilicet, vbi
agitur de lucro dotis † applicando marito propter adulterium, 11
quia nunquam applicabitur ex tali ficta confessione, quæ nõ facit ad lucrum dotis, quia requiritur vera probatio adulterij. Accedit etiam illud, quod dicit Firman. *in suo Repertorio, in verb. contumax puniri multis modis, versic. contumax qui ex forma statuti potest condemnari ad pœnam. potest etiam condemnari ad rei restitutionem*, & ibi allegant Toriel. & Nellum, & sic non est verum, quod nullus reperiatur, qui dictam differentiam impugnet; vt dicit Roland. *in d. consil. 30.* hic allegato; & esset valde ridiculosum, si alicui sublatus esset equus, vel vestis, vel pecunia, & similia, quod non posset reintegrari de rebus suis per Ius dicentem, qui furem contumacem ad mortem condemnare potuit; sed quod teneretur formare processum coram Iudice ciuili, vt bona sua sibi restituerentur: & quod contumacia tantum operatur circa pœnam parti applicandam, & eius interesse, quantum ad criminalem, comprobatur, quia Princeps magis debet prouidere subditis, quam eius fisco Luc. de Pen. *in l. 1. nu. 5. C. de super in dicto, lib. 10.* alias non esset iustus, & ad prædicta faciunt etiam, quæ infra dicuntur.
Item adde, † quod si statutum disponeret fideiussores de non 12
offendendo, vel de pace conseruanda teneri ad pœnam conuentionalem, etiam probata contrauentione per fictam confessionem, deberet intelligi de pœna conuentionali applicanda fisco, non autem de pœna applicanda parti; ita concludit declarando Motum proprium Pij Quarti, Cartha. *in tractat. de execut. sent. contum. cap. 1. num. 36.* quod ego arbitror verum non esse, quia non debet eadem dispositio diuerso iure censeri, cum ex eodem contractu oriatur actio, quæ non posset oriri Fisco, nisi oriretur parti offensæ, quando sumus in delictis contra priuatos commissis, vt per Marsil. *in pract. crimin. in §. constante, num. 33.* quod comprobatur; nam Fiscus non potest suam partem consequi, si pars offensa non potest, Bertaz. *in consil. 30. num. 33. vol.*

l. & esset iniquum, quod Princeps potius voluisset prouidere suo Fisco, quam subdito offenso, quod non est dicendum, secundum Luc. de Pen. *in l. vnica, n. 5. C. de superindicto, libro* 10. quia quod ad fisci commodum statutum est, à fortiori debet esse statutum ad beneficium, & commodum priuatorum, iuxta *l. vnicam. §. pen. C. de iu l. tollen.* Bart. *in l. ambitiosa. num.* 13. *ff. de Decret. ab ord. faciend.* & Menoch. *de arbitr. iud quaest. 98. num.* 4. & intentio Pont. fuit prouidere; vt pacifcentes, & existentes in tregua tuti viuere possint, quod non esset, si ex facta confessione pars poenae tantum solueretur, & hoc modo lucro Fisci, & non subditorum quieti fuisset prouisum. Ex quibus concluditur, quod confessio ficta operatur tam respectu poenae applicandae Fisco, quam parti; nec obstat Corn. *in d. cons.* 300. quia ibi actio ex eodem fonte non oriebatur, & opinio Cornei forsan non est tuta, per ea, quae in praecedenti additione posui. *Baiard.*

g *Dicendum est, quod.*] Tu vide omnino Crauet. *consil.* 280. per totum. Fulu. Paccian. *tractat. de probat. quaest.* 58. *num.* 74. Drogh.

h *Valde iniquum.*] Farin. vbi supra, *n.* 73. Ros.

14 i *Sed quaero quid in reo conuento.*] Adde, † quod ob iudicium criminale super falsitate testium non suspenditur iudicium ciuile, quando alius, quam actor, vel reus iudicium instituerer Doctores omnes *in l. fin. de ordin. cognit.* & Anguss. *cons.* 6. *numer.* 9. *vol.* 1.

Item adde; quod quando obijcitur, testes esse falsos, non impeditur quin procedatur super negotio principali, si animo calumniandi opponitur, & an calumniose opponatur, vide omnino Barb. *in cons.* 43. *num.* 7. *vol.* 1. & dicit Boss. *in tit. de falsis, num.* 150 quod Senatus Mediolani quotidie aduertit, faciendo videri iudicia falsitatis ab aliquo fiscali, vel statuendo breuem terminum accusatori ad illa examinanda, & Barb. *in d. cons.* 43. ponit etiam, quando opponitur exceptio falsitatis contra

15 sententiam, † an impediat executionem eius, de quo vide etiam Felyn. *in c. de cetero, col.* 3. *de re iud.*

16 Item adde, † quod quando causa ciuilis mota fuit ab vno, & causa falsitatis mouetur à reo contra actorem, vbi ex mero iudicis officio proceditur criminaliter; non impeditur iudicium in causa ciuili, Bald. *in l.* 1 *n.* 6. *C. de appell* Bart. *in l.* 2. *§. hoc edicto, ff. vi bon. rapt.* Angel. *in tract. malefic. in vers. & ad querelam, num.* 89. asserentes, vbi ex officio iudicis proceditur, non vendicare sibi locum dispositionem *l.* 1. *C. quando ciuil. act.* & Anguss. *d. consil* 6. *num.* 9. Sed vide Crauet. *in consil.* 280. *colum.* 2. vbi concludit, quod si causa criminalis sit praeiudicialis ciuili, prius cognoscitur de criminali, & supersedetur in ciuili, & econtra, & idem si vtraque sit ciuilis, siue criminalis, quia semper de praeiudiciali prius cognoscitur, siue principaliter moueatur, siue incidenter; etsi aliter fiat, sententia est nulla, vt ibi per eum. Sed vide omnino Plot. *in cons.* 73. *in princ. vol.* 2. *consil. crimin. diuers.* vbi multum late, quando causa criminalis faciat cessare ciuilem.

Item adde, quod vbi quis venit condemnandus ad mortem, non suspenditur iudicium ciuile, sed procedit causa ciuilis, & criminalis accumulata, secundum Bald. *in l. t.* 2. *col. vers. Sed contra hoc C. de appellat.* Baiard.

k *Quod tamen intellige.*] Farin. *d. c.* 2. *numer.* 59. *& plurib. sequent.* Ros.

l *Cap. decis.* 25.] Adde Gram. *consil.* 75. *sub num.* 9. & Afflict. *decis.* 220. Drogh.

m *Sed quid econuerso.*] Farin. vbi supra *c.* 2. *n.* 71. 72. Ros.

Sed quid econuerso.] Adde vt per Puteum *in decis.* 98. *lib.* 1. vbi hanc quaestionem examinauit, & tenet contrarium, videlicet, quod reus possit conuenire ciuiliter accusatorem ex alia causa penitus separata, non autem, quando causa criminalis praeiudicat ciuili, dicens, quod stantibus auctoritatibus, ibi per eum allegatis, non potest cerni, quae illarum opinionum sit communis, & ibi habetur, quando causa criminalis sit praeiudicialis ciuili, *Baiard.*

n *Si vero tendunt.*] Farin. *vol.* 1. *q.* 42. *num.* 30. *& plur. seq. & q.* 100 *c.* 2. *num.* 116. Ros.

o *Praeterea cum hodie.*] Far. *d. q.* 100. *n.* 145. Ros.

17 *Praeterea cum hodie.*] Adde, † quod idem tenet Augu. *consil.* 6. *nu.* 9. *&* 10 *lib.* 1. Natt. *cons.* 138. *num.* 12. & Lancellot. *in tract. de attent c.* 4. *limit.* 23. sed vide etiam supra *ad ver. sed quaero in verbo.* Item adde, quod quando causa ciuilis. & Boss. *in titul. de indit. n.* 99. Baiard.

QVAESTIO III.

Quibus modis criminaliter procedatur.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Quibus modis criminaliter proceditur.*
2 *Et quid sit procedere per viam inquisitionis.*
3 *Accusationem esse remedium ordinarium: inquisitionem vero extraordinarium.*
4 *Et an superueniente accusatore, cesset inquisitio.*
5 *Iudex regulariter non potest de iure ciuili per inquisitionem procedere, de iure autem canonico potest.*
6 *Et quid de consuetudine.*
7 *Accusatio, & inquisitio an possint simul cumulari.*
8 *Iudex an debeat priusquam inquirat, statuere parti offensa terminum ad accusandum.*
9 *Et quid si pars ipsa offensa id petat.*
10 *Iudex an debeat facere sibi dari licentiam ab accusatore, procedendi in causa.*

Ex Additionibus.

1 *Statutum loquens de accusatione an comprehendat denunciationem, vel inquisitionem, remissiue.*
2 *Inquiri non potest pro leuissima culpa.*
Et quid pro culpa leui, num. eod.
3 *Inquisitio non fit ad priuatorum commodum.*
4 *Fiscus est subditorum calamitas.*
5 *Inquisitio cessat, stante accusatione coram alio Iudice.*
6 *Iudex potest inquirere, antequam moneat offensum ad accusandum.*

QVaero, quibus modis criminaliter procedatur, a
Respon. In hac quaestione multi ex Doctoribus, 1
praecipue modernis, multum se inuoluunt. Nam aliqui dicunt, quod tribus modis proceditur, scilicet per accusationem, denunciationem, & inquisitionem. Aliqui addunt, quod etiam per exceptionem, & per notorium, & per deprehensionem in flagranti crimine. Et adeo intricatè loquuntur, vt vix possit ex omnium dictis haberi vera resolutio, quae vel ad regulas iuris communis, vel ad communem practicam recte possit accommodari.

Tu ergo dic, quod in causis criminalibus duobus modis proceditur, scilicet vel ex officio, vel ad instantiam partis; neque ego inuenio in toto iure Ciuili, aut Canonico, neque in rota practica, quae ex consuetudine communiter obseruatur, aliquem alium modum procedendi. Et scias, quod in hoc proposito, & in tota hac materia, ego non intendo aliquid tractare de illa inquisitione generalissima, quae fit per officiales, & de qua (secundum aliquos) loquitur tex. *in l. congruit. ff. de offic. praesid.* cuius loco hodie succedit illud bannum generale, contra omnes homines malae conditionis, & famae? quod faciunt fieri potestates per proclama, in principio sui officij, vt attestatur Angel. *de malef. in verbo, hac est quaedam inquisitio, n.* 3. & Amad. *de syndicatu, post num.* 30. *versic. tertia propter*, & Maranta, *fol.* 81. *nu.* 31. neque de aliis speciebus inquisitionum, de quibus per Bart. *in l.* 2. *§. si publico, ff. de adult.* & alios criminalistas in locis ordinariis, neque etiam de illa inquisitione generali, quam facit iudex, statim constito de delicto, ad inuestigandum delinquentem, de qua dixi infra. *q.* 5. *vers. poterit igitur, & quaest.* 50. *versic. item quia*, sed tantum de inquisitione particulari, quam iudex facit contra aliquem. Dico igitur, quod ad instantiam partis proceditur, quando pars offensa, vel alius, ad quem de iure spectare potest ius accusandi, porrigit accusationem, seu querelam, & super ipsa querela proceditur. Et hoc est illud, quod Scribentes appellant Procedere per viam accusationis. Ex officio proceditur, quando iudex à se ipso, & b ex suo officio assumit informationes contra delinquentem, & contra eum procedit, & hoc est, quod dicitur Procedere per viam inquisitionis. b

Et aduerte, quia in hoc proposito multi falluntur, 2
putantes, quod procedere per viam inquisitionis sit, quando iudex transmittit reo inquisitionem, sed in hoc grauiter errant: nam (vt eleganter dicit Signor. consil.

consil. 245. in primo dubio, præsertim numer. 5.) actus inquisitionis secundum communem loquelam, & dispositionem iuris baptizatur, & appropriatur primo actui, quo mediante, per viam officij iudex videtur velle procedere contra aliquem, non autem attribuitur actibus sequentibus processum. c Et sic recte loquendo, Inquirere contra aliquem, non est ei transmittere inquisitionem, sed est recipere testes, seu informationes contra eum. Charta vero inquisitionis, siue libellus criminalis, qui contra reum formatur, atque ei intimatur cum termino comparendi, est actus communis vtrique modo procedendi. Et ideo indifferenter transmittitur reo absenti, tam si procedatur ad accusationem, seu querelam partis, quam si procedatur ex officio. Sed etiam formare inquisitionem contra aliquem, non est ipsam chartam, siue libellum inquisitionis ei transmittere: illud enim potius est illum citare, vt dixi infra quæstione 31. sed est facere processum informatiuum, assumendo informationes, & indicia contra eum super aliquo delicto. Ex quibus deinde informationibus; & indiciis elicitur titulus, & series facti, quæ postea narratur in ea, quam appellamus inquisitionem, quæ sic formata, & in scriptis redacta transmittitur reo in vim citationis, & libelli, vt dixi in d. q. 31. vers. queronnunquid, & seq. & infra. q. 28. ver. Scias autem.

d Debes autem scire, quod ex istis duobus modis, seu
3 remediis procedendi contra delinquentes, loquendo secundum ius commune, alterum, scilicet accusationis seu querelæ, erat ordinarium, alterum vero, scilicet inquisitionis, siue ex officio, erat extraordinarium, ita dicit Innocent. in cap. cum oporteat, de accusat. quem sequuntur communiter Doctor. e vt ait Diaz reg. 336. & est communis opin. vt dicunt Cano. in rub. de iudiciis, & in specie Dec. in 1. lect. post numer. 76. & in 2. lect. post numer. 43. Sapia in l. imperium, numer. 29. de iurisd. omn. iud. Et licet aliqui tenuerunt, quod de iure Canonico remedium inquisitionis esset ordinarium, ex quo secundum dispositionem iuris Canonici super omnibus criminibus indifferenter possunt iudices inquirere, & procedere ex officio ad publicam vtilitatem, secundum Archid. in cap. felicis, §. fin. de pæn. in 6. cuius dicit esse communem Marian. in d. cap. qualiter, & quando, numer. 108. in fin. nihilominus magis communis opin. videtur esse, quod tam de iure Canonico, quam de iure ciuili sit extraordinarium. Et ita in specie hanc esse communem opin. attestatur Alciat. in cap. 1. num. 14. de offic. ord. Hieron. in Apostil. ad Angel. de malefic. in verbo. Hac est quædam inquisitio, post numer. 80. Decian. in rubr. de iud. prout illum refert Boss. in titul. de Inquisit. numer. 17. Et ratio huius conclusionis est, quia de iure communi regulariter quilibet admittitur ad accusandum, vt dixi infra quæst. 14. circa princip. merito accusatio dicitur remedium ordinarium. Ex aduerso autem, iudicium inquisitionis dicitur extraordinarium, quia de iure communi regulariter iudex potest ex officio procedere per viam inquisitionis, vt dicit gloss. in d. l. 2. §. si publico, in verbo, sine accusatore, ff. de adulter. quæ in hoc est communiter approbata, vt dicit Alber. in l. ea quidem, post numer. 4. C. de accusat. prout illum refert Apostill. prealleg. ad Ang. de malefic. post num. 48. versic. In quantum Angel. Et dicit Marian. in rep. d. c. qualiter, & quando, numer. 106. quod hanc opin. secuti sunt omnes antiqui Doctores Illam etiam dicit esse communem Cuman. consil. 136. circa fin. Pract. Conradi, fol. 145. numer. 1. merito ergo iudicium inquisitionis dicitur extraordinarium. Et quamuis de iure Canonico videatur iudicium inquisitionis regulariter permissum, (vt supra dictum est) ex quo tamen etiam illo iure non seruantur in iudicio inquisitionis ea, quæ regulariter seruari deberent in iudiciis criminalibus, vt in discursu materiæ demonstrabitur, necessario fatendum est, veram esse communem opin. quod scilicet tam de iure Canonico, quam de iure ciuili remedium inquisitionis dicatur extraordinarium.

Ex hac autem conclusione resultabat maximus effe- 4
ctus; quia cum secundum communes iuris regulas remedium ordinarium faciat semper cessare remedium extraordinarium, necessario sequebatur, quod pars volens accusare, esset præferenda iudici inquirenti prout in hoc proposito Doctores omnes fatentur; & Alber. in 3. parte statutorum, quæst. 57. attestatur etiam ita communiter seruari, quod scilicet quando adest accusator idoneus, cessat inquisitio. Dicit etiam Bald. in addit. ab Spec. in titul. de sententiis, colum. 17. prout illum refert Boss. in tit. de inquisitione, numer. 19. practicam esse, quod si plenior est accusatio, super ea proceditur, & pronunciatur, non esse procedendum 5
super inquisitione. Et licet super hoc etiam articulo, an accusatio faciat cessare inquisitionem, magna fuerit varietas f inter scribentes, præsertim quando f
iam cœpta inquisitione superuenit accusator, semper tamen recurrimus ad longam distinctionem, quam ponit Sal. in d. l. ea quidem, num. 54. C. de accus. quod. s. Aut accusator superuenit ante receptas probationes, aut post. Primo casu, aut potest imputari negligentia accusatori, & non cessat inquisitio, sed accusator repellitur; Aut vero non potest imputari: & tunc si persequitur suam, vel suorum iniuriam, auditur, & cessat inquisitio, nisi esset suspectus de collusione. Si vero neque suam, neque suorum iniuriam persequitur, non est audiendus. Secundo autem casu, quando. s. accusator superuenit post receptas probationes, tunc aut delictum est probatum, & repellitur accusator; aut non est probatum, & tunc admittitur. Et hanc distinctionem Saly. dicit communiter teneri Fel. in d. c. qualiter, & quando. §. licet autem, in fin. verbis, de accus. quem refert Maranta in suo Spec. fol. 81. nu. 58. & Boss. in titu. de inquisitio. n. 18. Diaz in pract. crim. cano. c. 6. versi. an autem index, Apostil. ad Ang. de malef. in d. gloss. Hæc est quædam inquisitio, post n. 80.

g Sed certe quicquid sit de iure communi, hæc o- g
mnia cessant ex consuetudine præsentis temporis, nam 6
etiam de iure ciuili hodie in quocunque casu permissum est iudici procedere ex officio, & sic per inquisitionem, prout de hac generali consuetudine attestatur Gand. de malef. in tit. quomodo cognoscatur de malefic. per inquisitionem, post num. 6. ver. sed hodie: vbi etiam subdit, quod ita vidit communiter obseruari: quem refert Bald. in l. ea quidem, post num. 44. C. de accusat. & Card. Alexand. in cap. de accusatione, col. 15. post medium, 2. qu. 8. Io. And. in addit Specul. in titul. de inquisit. §. quãdo autem, in princip. vbi dicit, quod iudices secularis fori de consuetudine faciunt sibi regulam inquirendi de quolibet malef. Ioan Fab. Instit. de publ. iud. in princip. vbi dicit, quod ita seruatur de facto, Guid. de Suz. de malefic. in rubr. qualiter fiat inquisitio, Cuman. in d. consil. 136. circa fin. quem refert Apostil. ad Angel. de malef. in d. gloss. hæc est quædam inquisitio, sub num. 50. in verbo, Specialiter, & Boss. in titul. de inquisit. numer. 8. Vital. de malefic. in rubr. de inquisitionibus, numer. 6. Blanc. de indic. numer. 5. Ita etiam practicari in regno Castellæ attestatur Anton. Gomez cap. 1. delictorum, numer. 49. in fin. Et sic hac consuetudine attenta facienda est conclusio in contrarium, quod scilicet inquisitionis remedium est ita ordinarium, prout est remedium accusationis. Et ita dixit Ant. de Pisis relatus per Bal. in l. 1. §. in initio, post.

num.7.verſ.ſed nunquid,ff.de offic.praefe.vrb. quod dictum quaſi omnes ſequuntur, vt dicit Anan. *in d. c. qualiter,* b *& quando,§.licet autem,num. 9.* b Et ratio eſt, quia hodie de conſuetudine, in quocunque crimine regulariter fiſcus efficitur accuſator, vt ait Prac.Millei *f. 5. num. 31.* i Et i aduocati, & ſyndici fiſcales aſſumunt partes accuſatoris, etiamſi pars non querelet, vt quotidie videmus in practica ſeruari. Quinimo in aliquibus locis remedium inquiſitionis factum eſt ordinarium, & remedium accuſationis factum eſt extraordinarium, prout eſt in regno Neapol. in quo nullus admittitur ad accuſandum, niſi ſuam, vel ſuorum iniuriam proſequatur, vt dixi infra *q. 14.ver. tertius eſt caſus, in fin.* & in Francia, vbi (quod plus eſt) per ordinationes regias prohibita eſt accuſatio, etiam ſi quis velit ſuam, aut ſuorum iniuriam perſequi, quantum. ſ. ad vindictam publicam, ſed duntaxat permittitur pro ſuo intereſſe ciuili: & ſic in omnibus cauſis proceditur per ſolam viam inquiſitionis, vt atteſtatur Guil. Benedict. *in c. p. rep.cap. Raynutius,in verb. mortuo itaque teſtatore.nu.* 200. Pract.Millei *fol.17. num. 53. & fol. 32. num. 35.* Pariter etiam in Flandria ex inolitis iam olim ſtylo, & conſuetudine, pars offenſa non poteſt concludere ad poenam criminaliter, ſed tantum in fiſcum, vt atteſtatur Iodo. *fol.68.n.13.*

Hinc infertur, quod licet de iure loquendo, & accuſatio, & inquiſitio non poſſint ſimul cumulari, vt omnes concludunt, teſte Rom. *in l.edita, poſt num.138. C. de edendo,* ſed accuſatio facit ceſſare inquiſitionem, vt ſupra dixi: nihilominus attenta hac generali conſuetudine, vnum ex iſtis duobus remediis, accuſationis. ſ.& inquiſitionis, non facit ceſſare aliud, ſed ambo ſimul concurrunt, ſeu concurrere poſſunt in principio, medio, & fine totius iudicij criminalis. Et ideo, etiamſi iudex procedat ex officio pro aliquo delicto, quandocunque ſuperuenit pars, quae velit querelare, ſemper admittitur; & econuerſo ſi pars ab initio querelat, non propterea ceſſat iudex ex officio accipere informationes, & examinare teſtes etiam non productos, neque ſubminiſtratos à parte; Adeo quod modus procedendi, qui hodiernis temporibus obſeruatur, eſt quidam modus, in quo poteſt concurrere mixtura, ſeu cumulatio vtriuſque remedij, ſcilicet ex officio, & ad inſtantiam partis, & vnum ab altero non impeditur; quinimo moltoties concurrunt denunciatio inquiſitio, & accuſatio in eodem proceſſu, vt infra etiam dicemus. Et hic modus procedentiae conſuetudine introductus, k conuenit opin. quam tenebat Nic. de Matarel. k quod ſcilicet accuſatione ſuperueniente procedatur ſuper vtroque iudicio inquiſitionis, & accuſationis, & ſuper vtroque ſimul vnica tantum ſententia feratur, de qua opin. mentionem facit Are[illegible] [illegible]cet eam non ſequatur, *in d.capitulo qualite[illegible] [illegible]do in prin.poſt n.14.verſic.ſecunda fuit,* referen[illegible] *[illegible]t.ibi,poſt num.* 13. dicentem, quod haec opin. eſſet approbanda per Principes, & Pontifices, quia ſecundum eam ceſſant omnia inconuenientia. Nam ſi compareat accuſator, qui ſuam, vel ſuorum iniuriam proſequatur, non excludetur à proſecutione ſuae iniuriae: pariter etiam procedente iudice ſuper inquiſitione, ceſſabit ſuſpicio colluſionis accuſatoris & ſi ipſe colludet, non colludet iudex.

8 Et conſequenter hodie ſuperflua eſt etiam illa practica, quam tradit Alexand. in Apoſtill. ad Bartol. *in d. 2. § ſi publice, poſt numer. 2. in verbo Modum inquiſitionis, ff de adulter.* quod ſcilicet iudex omnino ſtatuat parti offenſae terminum ad accuſandum, quo elapſo poterit deinde, vbi pars non accuſet, ex officio procedere: neque poterit poſtea pars, etiamſi velit accuſare, impedire proceſſum ipſius iudicis inquirentis, quod etiam practicari in regno Caſtellae à peritis iudicibus atteſtatur Anton. Gomez. *cap. 1. delictorum numer.17.* Eſt enim de iure indubitatum, quod poteſt ſtatui parti terminus ad accuſandum, & quod vbi in eo termino non accuſauerit, non eſt poſtea audienda, ſecundum Bartol. *in leg. Papinianus §. 1. num. 2. ff. de inoffic. teſtam.* cuius opin. communiter tenetur, vt dicit Imol. *in cap. tua, circa fin. de procu.* Et hanc practicam, quam tradit Alexand. ſequuntur communiter Doctores l [vt ait Bland. *in pract. crimin. fol 6. numer.* 41. l Sed certe hodie, cum ex dicta generali conſuetudine poſſit iudex in omni caſu inquirere, non eſt opus hac cautela, ex quo non poteſt timere, ne per ſuperuenientiam accuſatoris inquiſitio impediatur. Et ita ſe aliquando obtinuiſſe in facto atteſtatur Alber. *in d. leg. ea quidem. poſt numer.8. verſicul. nunc aliquas.* Et ideo licet forte de iure iudex, qui antequam formet inquiſitionem, non ſtatuit terminum iniuriato ad accuſandum, teneatur in ſyndicatu, hoc tamen in practica non ſeruatur, vt atteſtatur Amad. *de ſyndicatu, poſt numer.* 32. quem refert Boſſ. *in titul. de inquiſitione numer. 68. & titul. de citat: nu.41.*

Ceſſat pariter cautela, quam tradit Caepolla *caut. 25.* 9
ad differendum proceſſum inquiſitionis, quod ſcilicet compareat offenſus, & petat ſibi ſtatui terminum competentem ad accuſandum, quo termino durante, iudex non poteſt ex officio procedere, & illam dicit eſſe notabilem Blanc. *in loco proxime allegat. numer.* 43. ſubdens, quod Doctores eam communiter ſequuntur. Ceſſat autem (vt dixi) quia cum ex ſupradicta conſuetudine introductum ſit, vt vnus modus procedendi alterum non impediat, non debet iudex expectando accuſatorem ab inquirendo, & procedendo deſiſtere.

Superflua etiam redditur alia practica, quam ponit 10
Bartolus *in leg. inter accuſatorem, numer. 8. ff. de publ. iud.* ad euitandum, ne accuſatio impediat inquiſitionem. quod ſcilicet facta, & producta accuſatione, iudex faciat ſibi dari licentiam ab accuſatore, quod poſſit procedere, ſubdens hanc eſſe conſuetudinem Italiae: quem refert Aretin. *in cap. licet, numero 20. de accuſat.* & Afflict. *in 2. parte conſtitut. regni, rubric. 1. poſt numer. 28.* relatus, & ipſe per Carauitam *ſuper ritu 21. magna Curie, poſt numer. 2.* Hoc idem atteſtatur tenere omnes Doctor. Bald. *in leg. ſi accuſatoribus, numer. 4. C. de accuſationib.* vbi etiam dicit, quod cauti aſſeſſores faciunt ſcribi, quomodo pars dat eis licentiam expediendi proceſſum, &c. quem refert Anan. *in d. cap. licet, num.6.* Sed certe ſtante praedicta conſuetudine, fruſtra peteret iudex licentiam à parte eius, quod ab ipſa conſuetudine ei conceditur. Et ita hodie iſtam practicam Bartolus non obſeruari de ſtylo, neque de conſuetudine atteſtatur Blan. *in d. pract. crimin. fol. 11. numer. 25.* Poteſt enim iudex ipſe ad vindictam publicam ex officio proſequi iam coeptam accuſationem, vel etiam nouum proceſſum formare, & ita practicatur, vt dicit Angel. *de malef. in verb. Comparuerunt, & negauerunt totum, numer. 20.* quem refert Boſſ. *in titul. de accuſat. numer. 14.* Vide, quae dixi in hoc propoſito infra *quaeſt. 45. verſic. facta autem, & quaeſt. 51. ver. ſed quid ſi accuſator, & quaeſt. 58. circa princip.* Bene verum eſt, quod vbi non vigeret talis conſuetudo, ſtandum eſſet in meris terminis iuris communis, & haberent locum tradita per Doctores, in locis ſuperius allegatis.

ADDI-

ADDITIONES.

Ad Quæst. III.

a *Vero quibus modis.*] Inquisitio quid sit, quotuplex sit quando, contra quos, & de eius validitate, Farin. *tit. de inquisit. vol.* 1. Rof.

b *Ex officio suo assumit.*] Et ita ex officio seruat totus mundus, inf. *q.* 4. *versi. quando vero, ibi, hanc etiam dicit esse communem practicam totius orbis, quæst.* 20. *versi ad formandum ibi. totus mundus sequitur*, vt dixit Catus, *q.* 5. *vers. Poterit igitur, ibi, & ita seruat totus mundus*, vt dicit Innocen. *q.* 9. *vers. Quæro etiam, in fine q.* 61. *vers. sed hac quidem, ibi, quia secundum communem practicam, & ibi, si vero Reus, q.* 65. *vers.* 1. *ibi, Et hanc practicam, q.* 58. *versic, sed punctus; prope finem q.* 92 *vers.* 1. *ibi, generali consuetudine totius Mundi; q* 31. *ver. sed hic quæro circa princ. & q.* 38. *ver. hoc tamen, ibi, totus orbis Christiani q.* 25. *versic. solet dubitari ad fi. q.* 30. *vers. scias tamen circa fin.* Quibus locis satis elici potest, quam variæ sint consuetudines totius Mundi. *Drogh.*

1 c *Et sic recte loquendo.*] Adde infr. *q.* 11. *in pr.* Drogh.

d *Debes autem scire, quod ex istis duobus.*] Adde, † si per statutum sit mentio de accusatione, an comprehendat denunciationem, vel inquisitionem, videndum Foller. *in pract. canon cap.* 5. *de denunc. n.* 44. & Præposit. *in cap accusatione. nu.* 197. 2. *qu.* 8. Baiard.

e *Vt ait Diaz reg.* 336.] Vbi retulit Rip. *in rubric. de iudic.* qui ibi post varias opi. quæ fuerunt in isto articulo descriptæ, communem hanc dupliciter limitat. *Giach.*

f *Inter scribentes.*] Adde quod fuit inter Dyn. & Cyn. sed per statuta terrarum ista quæstio est hodie sopita, per quæ ex superuenienti accusatione non habebit cessare inquisitio, sed locus erit præuentioni, vt per pract. Papien. *titu. inquisitio glo fama publica præcedente, sub num.* 5. Iudices tamen practici obseruant Bald. practicam relatam à Boss. *titu. inqui. num.* 19 & ab Auctore *Giach.*

2 g *Sed certe quicquid sit.*] Adde, † quod non potest procedi per vim inquisitionis pro leuissima culpa, pro qua nemo criminaliter puniri potest, sed ciuiliter ad æstimationem damni, & similiter pro culpa leui, dummodo sit in omittendo, & ratio est, quia respublica non reputatur offensa, nec eius interest, & etiã, quia iudex ad commodum priuatorum inquirere non potest, ita tradit Bald. *in d. l. dota opera. n.* 5. *C. de iis, qui accus. non poss* & Maran. *de ordine iud. par.* 4. *princ. n.* 75. *cum seq.* Baiard

3 h *Et ratio est, quia hodie.*] Adde, † quod non immerito Bald. *in cap.* 1. *colum. fin. extra de iureiurando* dixit, quod fiscus † nihil aliud est, quam subditorum calamitas. *Baiard.*

i *Aduocati, & sindici fiscalis*] Adde *infr. q.* 45. *versic. sed hic incidenter q* 10. *versic sed quæro*, ac alibi sæpe, & per Crau. *consil.* 23. *maxime n.* 4. *ibi, per accusatorem fiscalem* Drogh.

k *Quod scilicet accusatione superueniente præcedatur.*] Adde,
4 † quod si inquisitio fuerit formata per vnum iudicem, & accusatio producatur coram alio iudice; tunc silet inquisitio, quia electio iudicum est actoris, ita tradit Angel. de Vbald. *in repet. l. si vacantia, n.* 221. *C. de bon. vacant. lib.* 10. Baiard.

5 l *Sed certe hodie.*] Adde, † quod idem seruatur etiam de iure canonico, quia iudex potest inquirere non monito offenso ad accusandum, vt ait Arno. *in Commen.* Baiard.

QVÆSTIO IV.

In primis constare debet delictum commissum fuisse.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Iudici ante omnia constare debet de delicto.*
2 *Et quomodo dicatur constare de delicto ad effectum procedendi.*
3 *Et quomodo de delicto facti transeuntis.*
4 *Et quomodo de delicto facti permanentis.*
5 *Et quid si dubitatur an delictum interuenerit.*

Ex Additionibus.

1 *Index potest capere informationem delicti post confessionem.*
2 *Iudici an satis constet de delicto ex querelis aliorum criminum.*
3 *Iudici quando, & quomodo debeat constare de delicto antequam procedat ad inquisitionem, capturam, torturam, vel condemnationem, remissiue.*
4 *Et sufficit constare per famam si non reperiatur corpus occisi.*
*4 *In delictis occultis proceditur ex coniecturis.*
5 *Et in delicto facti permanentis non sufficeret denunciatio officialis.*
*5 *Princeps procedit secundum conscientiam.*
6 *Et quid si ignoretur nomen delinquentis.*
7 *Et quomodo in furto, vel stupro dicatur constare de delicto.*
8 *Obstetrices possunt cogi, & debent deponere cum iuramento.*
9 *Homo repertus mortuus an præsumatur occisus, vel sua morte obiisse.*
Iudex potest exhumari facere cadauer pro facienda recognitione vulnerum, vel aliarum percussionum sub n. 4.

Dictum *a* est quibus modis criminaliter procedi 1
possit: Sciendum est autem, quod in omnem casum nunquam debet iudex procedere ad aliquem actum, *b* nisi prius illi constet delictum ipsum fuisse commissum. Et ita semper faciunt practici assessores, vt dicit Gratus *inter consil. crim. diuersorum, consil.* 99. *post num.* 7. *versicul. Secundo etiam, lib.* 1. Est enim vulgaris, & certa conclusio, quod ante omnia debet iudici constare de delicto, quæ colligitur *ex text. in vulgata l.* 1. *d.* §. *Item illud. ff. ad Syll.* quem text. sciunt omnes, vt dicit Boss. *in tit. de delicto, n.* 2. licet re vera ille tex. loquatur de tortura, vt scilicet reus non subijciatur torturæ, nisi prius constet delictum fuisse commissum. Et hoc adeo verum est, quod etiamsi reus confiteretur delictum aliquod commisisse, non potest condemnari, nisi de ipso delicto aliter quam ex eius confessione appareat, vt dixi infra *q.* 55. *vers. potest etiam.* Sed quia Doct in hac materia satis intricate loquuntur, debes scire, quod aliter debet constare de delicto ad effectum torquendi, seu condemnandi, de quo dixi *in loco præalleg. & qu.* 64. *ver. debet autem, & q.* 66. *circa prin.* & aliter quo ad effectum inquirendi, seu procedendi. Nam quo ad inquirendum, sola querela, vel denunciatio sufficit: quinimo habita querela, seu denunciatione, tenetur iudex procedere & inquirere. Et si id non faciat, poterit puniri tam ex dispositione iuris communis, quam ex forma decretorum huius ducatus, in nouis constitutionibus, *in tit. accusationibus, e delatis.* Et dicit Bald. *in l. mancipia, nu.* 1. *C. de ser fug.* quod vidit semel condemnari quendam iudicem, qui portauit ad Carceram accusationem sibi delatam, & noluit super ea procedere. Et illum refert Amad. *de synd. n.* 71.

Scias tamen aliqua esse delicta, in quibus iudex tenetur, priusquam inquirat contra delinquentem, inquirere de veritate delicti: aliqua vero, in quibus non requiritur alia inuestigatio super veritate criminis, sed immediate procedi potest contra delinquentem. Et 3
ideo debes præsupponere, quod quando delictum est tale, quod solo animo perficitur, vt hæresis; vel est tale, quod licet facto committatur, eius tamen facti nulla solent remanere vestigia, vt est adulterium, & alij coitus, qui sine fractura committuntur, *e* furtum pariter sine fractura, percussiones, quæ fiunt alapa; vel baculo siue liuore, iniuriæ verbales, vel similia: in istis criminibus non requiritur ad procedendum alia inuestigatio delicti: sed statim porrecta querela, potest, & debet iudex inquirere contra delinquentem, assumendo contra eum informationes: & habitis indicijs, illum carcerari, vel citari facere, prout qualitas delicti requiret: alias infinita delicta impunita pertransirent, quod nullo modo est dicendum. Et super hoc in practica nulla solet fieri difficultas.

Quando vero est delictum *f* facti permanentis, cuius *f*

4 scilicet certa remanent vestigia, puta, homicidij ipsum cadauer, incendij locus combustus, & similia; tunc etiam porrecta querela, vel denunciatione, non dicitur g legitime constare de delicto, *g* nisi prius iudex, seu curia corpus ipsum, seu locum incendij oculis subijciant. Et ita superioribus annis, cum fuisset accusata quædam Antonia de Nouello, quod partum necasset, & ipsa aufugisset, Senatus rescripsit Prætori Luini, vt antequam contra eam procederet, prius faceret cadauer infantis perquiri. Ego tamen quandoque vidi per Senatum aliquos imputatos de homicidio cogi ad præstandam fideiussionem de se præsentando toties, quoties, &c. licet de cadauere non appareret, prout seruatum fuit in quibusdam Marchettis de loco Aronæ, 12. Ianuarij 1555. & hoc ne si postea cadauer repertum h fuisset, illi possent fuga impuniti euadere. *h* Vidi etiam, quod Senatus iussit procedi contra quosdam de Longinis, qui simul visi fuerant cum eo, qui dicebatur interfectus, etiam quod cadauer repertum non fuisset, 10. Septembr. 1555. P. N. Statim igitur quod ad iudicis notitiam peruenit delictum fuisse commissum, puta hominem fuisse interfectum, debet iudex ipse accedere ad eius cadauer visendum, & inspiciendum. Et hæc est communis practica, vt dicit Blanc. *in pract. crim. fol. 3. num. 6.* Vel secundum alios mittere notarium, qui cadauer ipsum inspiciat, & vulnera describat. Et ita seruat consuetudo, vt ait Nouel. *in pract. crim. fol. 59. num. 2.* Pract. Iod. *c. 75. num. 3.* Hanc etiam dicit esse communem Practicam totius orbis Io. de Amicis *consil.* 131. *nu.* 7. Ita etiam obseruari dicit Boss. *in loco praall. n. 2.* Et ita seruandum esse rescripsit Senatus Prætori Malei, 14. Feb. 1551. P. N. Et debet recognosci cadauer per testes, qui dum interfectus in humanis esset, illum cognouerunt, si id fieri potest, si vero, cuius esset, ignoratur, debet per vestes, & signa describi, & particulariter annotari omnia vulnera. Et hoc modo dicetur constare de delicto. Et ita docent omnes, vt ait Foller. *in* i *pract. crim fol. 15. num. 4.* *i* licet enim ignoretur nomen occisi, dummodo constet de corpore, satis dicetur constare de delicto, & proceditur etiam ad condemnationem. Et hoc omnes sciunt, vt dicit Boss. *in loco praalleg. num. 23.* Et dicit Bald. *in l. quoties, § si quis nomen ff. de heret. instit.* quod ipse vidit de facto, quod fuit facta inquisitio contra vnum, qui occiderat quendam, cuius nomen ignorabatur, & fuit missus ad furcas. Et illum refert Mars. *in pract. crim. in princ. post num. 17.* vbi etiam refert Angel. *in leg. 1. § interdum, num. 1. ff. si pars heret. pet.* k dicentem, *k* quod siue ignoretur nomen delinquentis, siue nomen offensi, ipse vidit vtroque casu practicari, quod procedatur: Et quod est bona practica, ne ex eo, quod nomen ignoretur, delicta impunita remaneant. Vide, quæ dixi infra *quæst. 52. versic. vlterius etiam.* Quinimo dicit Ang. *in l. sum qui. § si nupta, nu. 3. ff. de iniur. & in l falsus, § qui alienum, n. 3 per illum tex. ff. de furt.* quod procedit inquisitio contra furem, narrando, quod furatus est contra voluntatem domini, licet non sit aliquis dominus nominatus. Et refert, quod ita fuit Perusij obtentum in contradictorio iudicio contra quosdam, qui fuerunt suspensi ex eo, quod furati fuerunt quosdam porcos domus sapientiæ. Et illum refert Anan. *in cap. qui cum fure, in vltimis verbis, de furtis*, quod est summe notandum, quia de facili quis responderet contrarium. Et aduertat notarius, vel Iudex, vt describat, seu describi faciat omnia vulnera particulariter, cum omnibus qualitatibus suis, & cum quo genere armorum illata videantur, & an punctim, vel cæsim, &c. & in scriptis reducat mortalia pro mortalibus, & non mortalia pro non mortalibus, prout dicit obseruare consuetudinem mundi Angel. *in l. si in rixa. num. 2. ff. de sica.* Hæc enim quandoque sunt magnæ importantiæ ad cognoscendum, à quo sint illata vulnera, puta, ex genere armorum, quo apparet ex processu quemlibet ex vulnerantibus, seu admittentibus eo tempore armatum fuisse, & similia, propter ea, quæ dixi supra *hoc eodem lib. § Homicidium, versic. Alia est etiam.* Et relatio huius visitationis communiter per totam Italiam appellatur visum, & repertum, quia notarij per illa verba eas incipiunt in actis redigere, vt dicit Marsil. *in pract. crim. in princip. n. 4. in fin.* Et hæc, quæ dicta sunt de homicidio, intelligenda sunt etiam de similibus delictis, quorum remanent vestigia: puta, in incendio, vt visitetur locus incendij, & reliquiæ combustionis; *l* in furto, vt videa- l
tur fractura facta in arca, ostio, vel pariete, *m* in stupro m
illato puero, vel vi illata puellæ, vt inspiciantur partes pudendæ per obstetrices, vel chirurgos, vel alias personas, vt quotidie fit. Et vbi tales personæ referant cum iuramento, se credere stuprum illatum, vel puellam corruptam fuisse, satis dicetur constare de delicto, quo ad hoc, vt contra delinquentem procedi possit.

Hæc *n* autem omnia de plano procedunt, quando n
apparet in re ipsa delictum interuenisse, puta, quando 5
in corpore inspiciuntur vulnera, vel signa violationis, vel similia. Et hoc est, quod innuit tex. *in dict. § Item illud, ibi, scelere interemptum, &c.* *o* Sed quid si dubium sit, o
an scelere, an vero alia de causa? Et potest poni exemplum in eo, qui repertus est mortuus in puteo, vt in casu, in quo consuluit Dec. *consil.* 438. potest enim esse, *p* p
quod quis se ipsum præcipitauerit, & quod ab aliis præcipitatus fuerit, & etiam quod casu ceciderit. Sic etiam in eo, qui dicitur habere signa veneni: potest enim esse venenum in corpore generatum, & ab aliis propinatum, & etiam ex aeris corruptione contractum, vt eleganter in facti contingentia declarat Grammat. *voto 32. num. 21.* Ego dico, quod his casibus Iudex debet omnino inquirere, & informationes assumere, non quidem tanquam de maleficio, sed vt veritatem facti intelligat, ex qua deinde apparere possit, an sit delictum, vel ne, adhibendo etiam, vbi opus sit, iudicium Medicorum, vel aliorum peritorum. Et vbi ex informationibus assumptis, constet scelus non interuenisse, silebit processus: vbi vero resultet aliquod indicium, poterit ad vlteriora procedere. Et hoc modo nihil ei poterit imputari. Et hanc practicam seruant cauti iudices, & assessores. Et paucis ab hinc annis vidi duos processus agitati contra duos nobiles in ciuitate Papiæ, quorum alter imputabatur venenasse propriam vxorem, alter strangulasse eius concubinam. Et certe poterat dici, quod vix apparebat de delicto, & tamen fuit contra eos processum, etiam re in Senatu relata, cum maxima seueritate. Scio etiam plerosque viros, quos pro certo fertur proprias vxores venenasse, absque vlla molestia per vrbem ambulare, quia dictum fuit, non constare de delicto. Sed iudices, qui dolose palliant huiusmodi delicta, non euadent æterni iudicis condemnationem.

ADDITIONES

Ad Quæst. IV.

Dictum est.] Farin. *titul. de inquisition. quæst. 2. volumine 1.* Ros.

Dictum est, quibus modis criminaliter.] Iudici ante omnia de delicto constare debet, Ploc. *in l. si quando, numer. 759. 760. & 761.*

Adde, † quod Iudex, potest etiam se informare de delicto post confessionem, Aretin. *in verb. Et vestem cœlestem, ver. quid si quis confiteretur, quando confitetur alia delicta.* Et in hac materia, an dicatur satis constare, quando in actis constat de querelis 1

relis aliorum furtorum, siue delictorum commissorum, vide Gram. *dec.*48. & ad capturam potest deueniri, antequam constet de crimine, *cap. si clericus, de sent. excomm. in* 6. & Paris de Put. *in verb. an Index, qui pro debito, nu.*12. Et quando possit de-

3 ueniri † ad torturam, antequam constet de corpore delicti, vide Gram. *voto* 2. & Gabriel. *comm. conclus. lib.*7 *concl.*17. vbi ponit multas ampliat. & limitat. Et quod malefactor possit capi etiam, antequam constet de delicto, ne aufugiat, tenet Blanc. *in tract. de indic. n.*8. Sed de prædictis quando, & quomodo Iudici constare debeat de corpore delicti, antequam procedat ad Inquisitionem, capturam, seu condemnationem, nouissimè per Farin. *q. Crim. in quæst.* 2.

4 Item adde, † quod si non reperitur corpus occisi, quia forte fuerit combustum, vel proiectum in mare, vel in flumen, quod sufficiat constare per famam, Bal. *in l. cum probatio. ff. de probat.* & August. ad Ang. *de malef. in verb. fama publica, vers. duodecimo, n.*108. & Marsi. *cons.*8. *in prin. ver. quinimo adeo*, & si cadauer fuisset sepultum, poterit index illud exhumari facere, Maran. *in ti. de inquisit. n.*18. Iodoc. *in pract. in tit. de inspectione occisi c.*75. *n.*1. Bal. *in l. si quis testib. in fi. C. de testi.* Clar. *infra in q.*55. *versic. quomodo autem*, Far. *q.*2. *n.*5. & Parif. *de synd. in ver. confessio n.*6. vbi attestatur se vidisse huiusmodi exhumationes in pluribus locis, & præsertim in vrbe. *Baiar.*

b *Nisi prius constet illi*] Et adeo verum est, in primis constare debere de delicto, antequam præsumatur delictum, quod alias non constito de corpore occisi Romuli, potius illum Deum factum crediderunt Romani, quã delictum in eo præsumpserint, vt de ipso Romulo, nec non, & de Scipione Africano loquens, cuius Romuli corpus visitare nequiuit, in vita Romuli, per hæc verba, loquutus est Plutarchus, verum, inquit, alij opinantur eum, quod valetudinarius foret, sua sponte extinctũ, alij veneno. Quidam eius inimicos, cum noctu irrupissent, meatus animæ occlusisse; At qui Scipio mortuus palam in oculis omnium conspectus iacuit, visumque eius corpus suspicandi omnibus ac diiudicandi facultatem attulit, Romulo autem subito erepto nec pars corporis, nec vestium reliquiæ vllæ repertæ; Sic & D. Augustinus *de Ciuitate Dei lib.*18. *c.*24. Mortuum Romulum, cum & ipse nusquam comparuisset in Deos, quod, & vulgo notissimum est, retulere Romani. Iterum *eod. libro* 18 *cap.*19. Sed Æneam, quoniam quando mortuus est, non comparuit, Deum sibi fecerunt Latini. Adde infra *qu.*54. *versic. quomodo autem, & versic. potest etiam, & quæst.*66. *versic.*1. vbi dicitur satis constare de furto, si Dominus conqueratur, si appareat seruum aufugisse, si appareat fractura, & similia, & quod valeat consequentia, seruus, ergo fur, dixit Plot. *in leg si quando sub n.*14. *C. vnde vi.* At quod in primis de furto constare debeat Crau. *consi.*244. *in princ.* & in hoc proposito, dic, quod quædam sunt delicta considerabilia de per se seorsum à persona delinquentium, vide licet facti permanentis, etiam quod ignoretur persona delinquentis, vt homicidium. Quædam sunt delicta, quę per se considerari non possunt stante personæ incertitudine, & de his dic, vt per Cranet. *cons.*178. *nu.*3. *versic. Secundo respondeo, quod melius, iudicio meo*, dixi supra *ad § homicidium, versic. ex proposito.* Drogh.

Nisi prius illi constet] adde, quod de delicto constare debet plene. Adeo quod non sufficeret probari delictum per coniecturas, vt de omnibus tradit Crau. *consil* 244. *col.*1. scias tamen,

4 quod in delictis † occultis proceditur ex coniecturis, seu præsumptionibus, & indiciis, & aliis leuioribus probationibus etiam ad condemnandum, vt habetur, & plene per Ofasc. *dec.* 71. *sub num.*1. Giach.

c *Trita conclusio.*] Videndus Farinac. *q.*38. *volum.*2. *numer.*1. Rof.

d *§. Item illud ff. ad Syll.*] adde, quod Cranet. ad id etiam allegat istum text. & alios etiam aliosque pariter Doct. *in consil.* 187. *col.*3. *in prin.* quem vide ea. *col. in vers. quadam vero*, vbi declarat. Giach.

e *Furtum pariter*] Monticel. *in praxi reg.*12. *nu.*2. quid si tantum per confessionem constet, vide eundem Cla. *q.*55. *vers. potest etiam* Rof.

f *Quando vero delictum est facti permanentis*] Pro cognitione facti permanentis, vel facti transeuntis, vide Et hic *lib.*10. *cap.* 5. vbi magistraliter loquitur Philosophus, vnde Ouid. *fast. lib.*4. factum abiit, monumenta manent, *infra quæst.*55. *vers. quomodo autem*; vbi notatur; quod si confessio rei concurrit cum querela partis, etiam quod simus in delictis facti transeuntis, sola confessio sufficit ad condemnationem; & quot modis quid dicatur notorium, de quo hic dicitur, vide omnino Bal. *in c. fin. in prin extra de offi. deleg inf. q.*9. *versic.*1. Drogh.

5 g *Nisi prius Iudex*] adde, † quod non sufficit denunciatio facta per officialem ad hoc deputatum, Blanc. *in l. fin num.*18. *ff. de quæstion.* Plot. *in l. si quando §.*49. *nu.*6. Sed debet fieri visitatio iuxta formam traditam per Foller. *in versi. capiat informationem, num.*4. Baiar.

h *Vidi etiam, quod Senatus*] attende lector, quia hoc iudicium Senatus est magnum in practica, nec est trahendum in consequentiam à minoribus Iudicibus, tamen hoc idem in practica, de qua attestatur Clar. hic, seruatum fuisse refert Liuius *libro* 3. *Decad.*3. per hæc verba, videlicet. In præsentia placuit comprehendi eos, qui simul fuissent, quæstionesque ex eis haberi: & quia reperiens passim in hac practica veritas consuetudines iuri contrarias, sic, & sic seruari de consuetudine, quicquid alias de iure verum sit, quas consuetudines in vnum redactas videre posteris collectas in fine præsētis operis, tales consuetudines intellige seruari in Senatu, qui loco Principis habetur, vt est infra *q.* 66. *vers. Præterea est bonum*; cui adde Guido Pap. *quæst.*29. Menoch. *de arbit. iud. lib.*2. *cent.*1. *casu* 98. *num.*9. Minor autem Iudex, & Magistratus, siue Potestas indistincte, & ad vnguem iura seruare tenentur, vt sentit Ias. *in §. ex maleficiis, num.*14 *cum sequent. Institut. de act. & in l.*1. *sub num.*8. *C. de precib. Imper. offeren.* Menoch *de arbit. iud. libro* 1. *quæst.*16. *sub num.*4. hic & infra *quæst.*85. *versic. vlterius quæro, ibi, sed hæc quidem*; Cotta *in suis memorab. in verbo Decretum maioris Iudicis*, Princeps † autem regulariter procedit secundum conscientiam, vt per Ias. 5
*in §. sed iste, num.*116. *Instit. de act.* Sic etiam procedit idem Senatus infra *quæst.*64. *versic. debet autem.* De sententiis autem Senatus, & eius auctoritate dixi infra *ad qu.*78. *versic. Quæro, si bona*, & quamuis hęc tecte caderet tenor reformationis, & ordinum a Regia Maiestate huic Senatui Mediolani transmissorum sub die 17. Aprilis 1581. Tamen cum intendam plenius super eis insistere declarando, ea reseruo, Quo loco Deo dante videbimus multa, quæ in futurum valde proficere poterunt: Non enim auctoritas Senatus, qua in antea vtebatur, erat prorsus iuri cõmuni contraria, vt innuere videtur dictum Decretum, stante maxime prærogatiua eidem Senatui data, de qua habetur per Clar. *in d. q.*78. *vers. Sed quæro ad fin.* In derogatione namque dictæ prærogatiuæ eiusdem fieri debuit specialis mētio Capycio referente *dec.*116. *nu.*6.7.8. *vide infra, q.*38. *versic. vidi aliquando, & q.*58. *vers. Sed quid si nullus.* vbi de sententiis Senatus seruandis ratione dictæ prærogatiuæ. Drogh.

i *Licet enim ignoranter nomen occisi.*] Et tali casu, si quis reperiatur occisus in Castro Lauro, & ignoretur quis sit, reputabitur Castri Laurentis, sic Bononiæ Bononiensis, vt attestatur Marsi. Rubrica *de fideiuss. numer.*263. Franciscus Tigrin. de Pisis *inter consilia criminalia diuers. consi.*7. *sub num.*1. *parte* 2. Felyn. *capit. quoniam, de off. ordin.* quia non sequitur, quod vbi corpus repertum, ibidem occisum sit, vt ex aliorum auctoritate, refert Dec. *consil.*37. *sub num.*9. Quod nota ad multa, & præcipue ad Statutum nostrum Pallauicinum *in crimin. sub Rub. de pena delinquentis extra Territorium*, quia in nostro statu quilibet repertus occisus, licet incognitus, reputabitur tamen subditus, & ideo difficilis ab occisore poterit obtineri gratia, vt habetur infra, *quæst.*59. *versi. Adde, quod pro bono pacis, ibi, verum est, quod tales gratiæ*, & de incognitis quomodo aliquando contra eos procedatur, infra *quæst.*51. *vers. Sed hic incidenter, ibi, similiter vidi suspendi, quæst.*31. *versic. dictum est de forma, in fin. & quæstio.*89. *versic. scias autem, in fin.* & hic adde Felin. *in cap. significante, coll. mihi* 3 *ad fin. de rescript.* Aug. Aretin. *in § Quadrupli, nu.*3. *Instit. de act.* Drogh.

Licet enim ignoretur] Cattar. *de execut. sentent. cap.*2. *numer.*4. Rof.

k *Quod si ignoretur*] adde, † quod idem tenet Natta *in consi.* 6
441. *col.*2. & tunc index debet inquirere de ætate, statura, vestitu, & aliis signis ipsius delinquentis incogniti; & de dictis signis debet constare in processu per testes; alias Inquisitio non valeret; & sententia non posset exequi, nisi ipse delictum confiteretur, Farinac. *in quæst. Crim. quæst.*3. *numer.*10. *versic. sublimittando* Baiar.

l *In furto.*] adde, † quod inter alias præsumptiones furti sufficit legaliter personæ damnum passæ, & lamentationes, Foller. 7
*in pract. crim. in ver. capiat informationem, nu.*8.11. *&* 12. & vide, quæ posui supra *ad §. furtum, in vers. quando autem dicatur constare de furto.* Baiar.

m *In stupro illato puero, vel vi.*] Farin. *q.*47. *§. probatio, n.*140. *& seqq vol.*5 Rof.

In stupro illato] adde, quod ita docet Abb. *in cap. proposuisti, extra de probat. num.*3. quod inspiciantur puellæ defloratæ, & Alber. *in l.*1. *§. ex rescripto, num.*8 *ff. de vent. inspic.* tamen Tiraquell. *de ll. connubian l.*4. *num.*21. dicit, quod genitalia virginis non sunt inspicienda ad coniiciendum de stupro, & oculus, & manus obstetricum sæpe fallitur, 27. *quæst.*1. *cap. nec aliqua*, & Franc. Marl. *dec.*678. *par.*2. Et hoc mihi contigit in facto, dum eram Gubernator Ciuitatis Spoletanæ, vbi quædam puella fuit tradita duabus obstetricibus ex improuiso vocatis; qua inspecta cum iuramento retulerunt eam esse virginem, & postmodum fuit reperta prægnans; & cum per Curiam procederetur contra dictas obstetrices pro falsa relatione, & excusabant, quod illud iudiciũ est fallax; nec poterat verisimiliter dubitari de cor-

ruptela, quia statim, data querela de stupro, per Curiam ex improuiso fuerunt adhibitæ; & in illa Ciuitate erant multæ obstetrices, & ipsa puella dicebat, se fuisse defloratam, & quod virginitas probetur per assertionem honestarum mulierum, & obstetricum, Mascar. *de probation.conclus.*1410.*num.*16. *volumin.*3.& Bertaz.*consil.*451.*num.*10.*vol.*2. vbi reprobat dictum cuiusdam obstetricis quæ prætendebat, & ita deponebat, quandam fuisse virginem, & hoc ex partu cognouisse; inquit enim, quod ex partu potest quidem cognosci, an sit primus partus, & an prius, quam tunc fuerit prægnans; sed an fuerit virgo, nec ne, id ex partu non potest cognosci.

8 Item adde, quod obstetrices † cogi possunt Ioan. de Plat. *in l. patrimonium, C. de muner. patrimon. libro* 10. & debent deponere cum iuramento, Franc. Marci. *decisio* 678.*&* 680.*nu.*4.*parte* 4.Baiat.

n *Hac autem omnia*] adde infra *q.*66.*in prin.* ibi intellige modo constet. *Drogh.*

o *Sed quid si dubium sit*] Infr.*q.*68.*versi.seipsum occidere ibi,& ideo si quis in Puteum*: & in proposito, Quærendum est primo, an sit res, de qua quæritur, deinde quid sit, demum qualis, & propter quid, *poster.lib.*2.*in princ.& est tex.in l.si quæramus, ff.de testamen.* omnis enim dispositio præsupponit substantiam actus, vt in hoc proposito dicit Aym. Crau. *tract.de antiq.temp.p.*1.*ver. viso de verbis, num.*4. alias non constito de delicto frustra quæritur de eius pœna, Crauet. vbi supra *par.*4.*versic. videamus, n.* 4. sicque seruaui ego de mense Iulio anni 1484. dum essem ius dicens: Nam dum fractus esset murus inter duos vicinos, quorum alter querebatur de altero, quod videlicet mediante fractura furtum factum esset, comperto, quod per fractionem, puer quidam forte repertus, licet paruulus, non tamen poterat aliquo modo ingredi fracturam; destiti a procedendo, reclamante Feudatario, qui aliter ob eius appetitum sentiebat; visa namque fuit alterius vicini stratagema ad molestandũ alterum, sed imperfecta, infr. *q.*52.*in princ.q.*66.*in prin.* & dum dicit de reperto in Puteo, dic, quod ab alio coniectum esse sic repertum simpliciter tenuit Menoch. *de arbitrar.iud. lib.*2.*cent.*3.*casu.*284. *sub num.*36. *lib.*5 *præsumptione* 1. *num.*7. & quomodo vxor reperta mortua in domo, in qua solus maritus cum ea viuebat, credi possit a marito occisa, vide Boer. *dec.*261. Drog.

Sed quid si dubium] Item Farina. *volum.*4.*quæst.*81.*per totam.* Rol.

9 p *Quod si quis seipsum præcipitauerit*] adde, † quod vbi reperitur aliquis mortuus, & non apparent vulnera non præsumitur occisus, sed sua morte mortuus, vt dicit Bal. *in l. huic, ff. ad l. Aquil.*

Item adde, quod repertus præcipitatus in puteum, vel ex turri, vel laqueo suspensus, vel vulneratus, & mortuus, non præsumitur, quod se ipsum occiderit, Plot. *consil.*130.*num.*82.*inter consil.crim.diuers.mag.impress. lib.*1. sed in istis casibus per coniecturas, & indicia probabitur de corpore delicti, vt per Boss. *in tit.de delictis, num.*10.& per Foller. *in pract.crimin.in versi.capiat informationem, nu.*24.*& in versic. Item, quod soffocauit vxorem, nu.*16.*& nu.*59.& latissimè per Farin.*q.crim.q.*2.*n.*29. vbi ponit aliquas coniecturas, & præsumptiones, quibus probari potest, an delictum scelere commissum fuerit. *Baiar.*

QVÆSTIO V.

Quibus casibus per inquisitionem procedi possit.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Iudex, constito de delicto, statim debet delinquentem inquirere.*

2 *Et an regulariter per inquisitionem procedi possit.*

3 *Et an sint aliqui casus, in quibus etiam de iure communi, per inquisitionem procedi possit.*

4 *Aliquid præcedere debere ad hoc, vt aperiatur via iudici ad inquirendum.*

5 *Potest iudex statim constito de delicto, generaliter contra delinquentem inquirere.*

Ex Additionibus.

1 *Inquisitio inchoata ab vno Iudice qualiter possit perfici à successore.*

2 *Inquisitio formari potest, licet nomen delinquentis ignoretur.*

POstquam igitur iudici legitimè constat, delictum 1 commissum fuisse, statim debet super ipso delicto inquirere, vt quamprimum scire possit, quis delictum ipsum commiserit. a Quæ in re maxime necessaria est a celeritas, & diligentia, ne fortè propter moram, quæ à iudice interponatur, non modo delinquens ipse fuga euadat, sed etiam detur spatium eius fautoribus & amicis, testes de negotio ipso informatos subornandi, & à veritatis dispositione deterrendi, vt sæpenumero contingere videamus. Sed hoc quidem loco, in quo de ipsa inquisitione tractare incipimus, plura essent præmittenda, quæ ad terminorum cognitionem pertinent, scilicet quid sit inquisitio, ac quotuplex: & huiusmodi, quæ tamen, cum in practica nunquam fere tractari contingat, consulto omittere decreuimus ea omnia facile inuenire.

Quæro, in quibus casibus per inquisitionem procedi 2 possit. Resp. dixi supra *q.*3. *vers. Debes autem scire, quod regulariter de iure ciuili non potest iudex per inquisitionem contra aliquem* b *procedere.* Nemo enim sine accusatore b puniri debet, vt dicit Gl. *in l.*2.*§.si publico, in verb. Sine accusatore ff. de adult.* quam tenent communiter omnes, vt dicit Ang. *ibi n.*2. Et hoc, secundum ius commune, nullã habet difficultatem: c Cæterum de consuetudine regu- c lariter in omnibus casib. potest iudex per viam inquisitionis procedere, vt dixi supra *eadem* 3.*vers. sed certe.*

Scias autem, de iure communi multos esse casus, in 3 quibus, circumscripta omni consuetudine, potest ex officio procedi adeo vt de facili posset fieri regula in contrarium. Hos autem casus inuenire poteris apud eos, qui de maleficiis scripserunt *sub rub. de inquisit.* plerosq; etiam recenset Ang. *de malef. in verbo, Hæc est quædam inquisitio*, & ibi etiam Aug. *in additio. à n.*12.*vsq; ad n.*48. qui non modo sunt communiter approbati, sed in eis nemo contradicit, vt attestatur idem Aug. *ibi post n.*48. *vers. item aduerte.* Tu per te illos videre poteris. Sed aduerte ne erres: quia ad hoc, vt iudex possit in aliquo casu contra aliquem inquirere, & ex officio procedere, non sufficit dicere, quod ille est vnus ex casibus, in quibus est permissa inquisitio, neq; quod contra eum est aliquod indicium etiam proximum maleficio: Sed scias, quod in quocunq; casu, in quo iudex, siue de iure cõmuni, siue statuario, siue ex consuetudine, potest procedere ex officio, & sic per viam inquisitionis, nunquam debet, neq; potest à seipso procedere ad inquirendum, siue ad assumendas informationes, vel indicia specialiter contra aliquem, nisi d aliquid præcedat, quod ape- 4 d riat viam inquisitioni, scilicet vel e diffamatio, vel que- e rela partis, vel denunciatio, vel huiusmodi: aliter processus esset ipso iure nullus, etiamsi delictum fuisset deinde plenè probatum. Et memini ego, quod fuit grauiter reprehensus Prætor Vallis Sicidæ, qui processerat contra quendam de incestu, quod propriam filiã carnaliter cognouisset, nulla præcedente querela, vel denunciatione, & ambo fuerunt absoluti, 9. Nou. 1560. P.N.

Neq; f in hoc attenduntur notificationes factæ ex- f traiudicialiter. neq; illæ, quæ fiunt in certo auctore, & suppresso nomine notificantis, nã super huiusmodi notificationib. prohibitum est procedi, etiamsi in eis essent nominati testes de ipso delicto informati. Et si super eis fieret processus, esset ipso iure nullus. Et de hoc extat decretum in nouis cõstitutionib. *in tit. de accus. c. omnib. §. necetiã.* Et omnes illi, contra quos fuit processum super huiusmodi notificationibus, vel denunciationib. factis personas incertas, fuerunt per Senatum absoluti: & in specie de anno 1561. quædam Catharina Zanetta P.N. & 20. Decemb. eiusdem anni idem fuit rescriptum Prætori Vallis Sicidæ P.E. Et ex hac causa fuit processatus commissarius Marij, qui processerat contra quosdam super huiusmodi notificationibus, secre-

secreti 15. Septembr. 1561. P. N. Hoc autem fuit à iure introductum ad refrænandam malitiam, & propter prauitatem judicum. Si enim daretur eis facultas procedendi ex abrupto contra omnes ad sui libitum, possent multos indebite vexare: & ideo statutum est, ut prius aliquid præcedat, quod judicem ad procedendum inducat, & quodam modo ex necessitate officij sui impellat, puta fama, vel clamor, vel querela partis, vel denuncialis officialis, vel aliquid aliud ex his, quæ infra *proximis quæst.* subjiciemus, poterit igitur judex in prædictis casibus enumeratis per Doctores *in locis prællegatis* ex officio procedere, & specialiter contra aliquem *h* inquirere. Bene verum est, quod absque eo
5 quod aliquid specialiter præcedat contra aliquem, quotiescunque judici constat aliquod maleficium commissum fuisse, statim potest inquirere generaliter super ipso maleficio, ut inueniat personam, quæ commisit ipsum maleficium: *i* & habito aliquo indicio contra aliquem, vocat deinde illum ad se defendendum: *k* Et ita seruat totus mundus, ut dicit Innoc. *in cap. bonæ, il 1. numer. 5. de electio.* subdens, quod illud, quod longam interpretationem recepit ex iteratione factorum, mutari non debet. Et hoc dictum Innoc. refert Bald. *in l. edicta, in repet. Patauina, num. 30. C. de edendo, & in l. ea quidem, numer. 42. C. de accusat.* & Anan. *in d. cap. qualiter, & quando, il 2. §. debet, nume. 9.* & Cardin. Alexand. *in cap. de accusatione, colum. 14. versic. inquisitio generalis 2. quæst. 8.* & alij, quos retuli infra, *quæst. 10. versic. item quia, & sequent.* Practica igitur est, quod si non sit porrecta contra aliquem querela, vel denunciatio, vel aliter aperta via iudici ad specialiter inquirendum, sed tantum constet delictum fuisse commissum, iudex statim ex officio *l* inquirit generaliter, interrogando testes, quos putat de negotio informatos, in genere, an sciant quis delictum commiserit, neminem nominando. Quando verò certus est delinquens, puta, quia porrecta est contra aliquem querela, vel denunciatio, tunc iudex non inquirit generaliter, sed specialiter interrogando testes, quid sciant de contentis in ipsa querela, vel denunciatione, in qua ille est specialiter nominatus. Tunc autem illa inquisitio generalis transit in specialem, quando testes, qui sunt in genere interrogati, secundum ea, quæ statim dixi, nominant ipsi in specie delinquentem: nam eo casu illa nominatio aperit viam iudici ad inquirendum specialiter contra illum nominatum, id est, ad alias informationes contra eum assumendas: nam ubicunque ex informationibus assumptis super inquisitione generali oritur aliquod indicium de crimine contra aliquem, illud indicium, licet receptum sit parte non citata, inducit tamen præsumptionem contra eum, quæ sufficiens est ad inquirendum specialiter contra ipsum, ut dicit Bartol. *in d. l. 1. § si publico, num. 9.* & est communis conclusio, ut attestatur Aret. *in cap. cum oporteat, numer. 44. in fin. de accusat.* Quinimo si ex dictis huiusmodi testium receptorum super inquisitione generaliter resultaret sufficiens indicium contra aliquem, posset ille capi, vel citari absque alia speciali inquisitione. Et hoc est, quod voluit dicere Innoc. in loco præall. Et licet ipse loqui videatur in maleficio notorio, est tamen intelligenda eius doctrina in quocunque maleficio, de quo iudici legitimè constet. Satis enim in hoc proposito dici potest notorium id, de quo apparet ex actis, ut dixi infra *libr. 7. § notorium.* Et hæc omnia nota: quia ille locus Innoc. non est ab omnibus bene intellectus.

ADDITIONES
Ad Quæst. V.

a QVæ in re] adde *inf. q. 13. in princ.* vbi de hac diligentia, & celeritate. At in proposito præsentis Quæstionis, in qua tractatur materia inquirendi constito de delicto, & habitis informationibus, audi Liuium *in propriis verbis sic declarantem, lib. 9. Decad. 4.* Ita cum Iudices ambo in potestate essent, rem ad Senatum Posthumus desert, omnibus ordine expositis, quæ delata primo, quæ deinde ab se inquisita forent. *Drogh.*

b *Procedere*] Regulam, quod iudex ex officio suo ad priuatam vtilitatem etiam in criminalibus procedere non possit, nisi petatur, cum septem fallentiis, vt per Soc. *mihi reg. 248.* Giach.

c *Ceterum de consuetudine*] adde, † quod iudex nouus poterit finire Inquisitionem per prædecessorem suum inceptam: sed debet dare nouam dilationem, secundum Paul. de Castro *in l. edictum, ff. de iud.* qui intelligit de dilationib. expectatoriis. *Bai.*

d *Nisi aliquid præcedat*] Vide tamen multos casus infra enumeratos: In quibus procedit Inquisitio non præcedentibus inditiis *ad q. 64. verf. sed nunquid.* Drogh.

e *Diffamatio*] adde vt per Crau. *consil. 138. col. 4. versic. similiter*, etiam si vigore statuti habeat potestas facultatem libere ingredi ibi. Odiosum est enim officium Inquisitionis, & contra ius ciuilium regulatum. *Ibid. Giach.*

f *Neque in hoc attenduntur*] De istis notificationibus, & cædulis vide inf. *q. 61. verf. Sed hæc quidem, ibi, sins data sit cædula, & verf. Sed quaro ad fin. rejiciuntur cædulæ, nec extraiudicialiter procedendum inf. q. 33. & tamen aliquando admittuntur, q. 13. verf. fin. in fin.* Drogh.

g *Poterit igitur Iudex*] *Inf. qu. 10. in prin.* Drogh.

h *Inquirere*] Aduerte ad vnum, quod Inquisitio iuris ordine non seruato corruit, per Crau. qui alios allegat *in consil. 261. col. fin. ante n. 6.* Item ad aliud, quod non licet iudici inquirere absque indiciis vtcumque liberum obtineat arbitrium inquirendi in criminalibus, *ibi.* Circa primum adde, quod si Inquisitio fuerit nulliter formata, quod poterit reus absolui ab obseruatione iudicij, & noua formari inquisitio, & accusatio, per Marian. *in prax. iud. in 6. & vlt. parte princ. fol. mihi 241. sub nu. 52.* & per Marsi. *in Prax. § secundum, n. 8.* Giach.

i *Et habito aliquo inditio contra aliquem*] adde, † quod etiam Inquisitio formari potest, quando ignoretur nomen delinquentis secundum Boss. *in tit. de delicto, n. 32.* & qualiter practicatur, vide eundem Boss. *in tit. de inquisit. n. 78.* Baiar.

k *Et ita seruat totus mundus*] Sed pro practica vide, quæ adnotaui *inf. q. 89. versic. mandans homicidium.* Giach.

l *Inquirit generaliter*] Adde infra *q. 53. verf secundum caput, qu. 50. versic. item quia qu. 6. versic. sed quoniam in principio.* Aliter inquirendo, magis est officium suggerentis, quam interrogantis; & talis processus redditur nullus, infra *qu. 21. verf. Retenta igitur & q. 45. versic. Debet autem Iudex*: & vt exemplum pateat: Quod si instruatur reus, quid Iudex appetat, magis, vt euadat torturam iudicij, quà in vt ita se habeat veritas, innocens aliquando tortus, vel reus, indicat; Audi, quid de indebitè tortis ad talem suggestionem dixerit Liuius, *lib. 3. Decad. 4.* Torti paulo post indotes cum scirent ipsi opinionem omnium, ea pro indicio, vsi, Leusippum, & Pisistratum nominauerunt nullo adiecto, cur scire quicquam viderentur, argumento: Ad hoc idem vide eundem Liuium *lib. 4. Decad. tertiæ.* De Theodoto quodam sub Andronodoro Iudice. *Drogh.*

QVÆSTIO VI.
Diffamationem aperire viam iudici ad inquirendum.

SVMMARIA
Ex Claro.

1 *Diffamatio præcedere debet, ad hoc vt index per inquisitionem procedere possit.*
2 *Et quid in iudice ordinario.*
3 *Et quid si Iudex ex mero officio procedat.*
4 *Et an etiam ad assumẽdas informationes super ipsa fama.*
5 *Et quid in inquisitione generali.*
6 *Et quid in inquisitione, quæ fit contra officiales syndicandos.*
7 *Et quid in crimine hæresis.*
8 *Et quid si formetur inquisitio ex mandato Principis.*
9 *Et quid si non fuerit de hoc oppositum.*
10 *Et an hæc conclusio de consuetudine obseruetur.*
11 *Fama quomodo probetur.*

12 *Et an per duos testes tantum.*
13 *Et an debeant reddere sufficientem causam scientiæ.*
14 *Et an debeant dicere, quod illud audiuerunt à majori parte populi.*
15 *Et an debeant dicere, quod illud audiuerunt publice dici.*
16 *Et an debeant nominare eos à quibus audiuerunt.*
17 *Et quid si non fuerunt super hoc interrogati.*
18 *Et an debeant scire quid sit fama.*
19 *Fama an probetur per assertionem iudicis.*
20 *Fama an requiratur, vt sæpe ad iudicis aures ascendat.*
21 *Et an sola fama afficiat, an autem etiam requiratur, quod procedat clamosa insinuatio.*
22 *Iudex quid facere debeat post assumptas informationes super infamia.*
23 *Et an reo potenti danda sit copia indiciorum super fama assumptorum.*

Ex Additionibus.

1 *Iudex etiam ignarus famæ, vel infamia potest committere inquisitionem præcedente denunciatione personæ fide digna.*
Inquisitionem an debeat præcedere diffamatio, remissiuè, nu. eod.
*2 *Fama est res fragilis.*
2 *Fama quomodo probetur per testes,* nu. seq.
*3 *Testes probantes debent esse omni exceptione maiores.*
3 *Et quibus magis sit credendum, si ab vna affirmatiuè, ab altera negatiuè fuerit probata, remissiuè.*
4 *Et an fama faciat semiplenam probationem in criminalibus, remissiuè.*
5 *Et an testes super fama reddentes causam scientiæ de auditu faciant indicium.*
*5 *Duplici fama probata quæ præualeat.*
6 *Et an probent, si deponant audiuisse publice dici.*
7 *Et an debeant nominare eos à quibus audiuerunt.*
8 *Et quid si decem testes de ea deponant.*
9 *Fama conformiter probata coadiuuat probationes iam factas.*
10 *Fama orta ab habente interesse in causa nihil operatur.*
11 *Fama posterius probata elidit Priorem contrariam.*
12 *Et quid si eodem tempore concurrerent.*
13 *Et an testes debeant scire quid sit fama, remissiuè.*
14 *Reus non potest in criminalibus respondere per verbum credo.*

DIctum est supra *quæst. proxima*, posse judicem procedere ex officio, siue inquirere specialiter contra aliquem, dummodo aliquod præambulum legitimum præcedat, quod aperiat judici viam ad procedendum
1 contra eum. Inter cætera autem si præcedat contra
a aliquem, diffamatio, omnes fatentur, posse judicem procedere, & super ipso crimine contra eum informatio-
b nes, & indicia assumere. *b* Talis enim diffamatio succedit loco accusationis, ut tenent communiter Can. teste Card. Alexand. *in d. cap. de accusatione, col. 14. in fin. 2. qu. 8.* quasi videatur populus ipse illum, ut reum criminis, judici deferre. Quinimo dici solet, quod de jure communi ad hoc ut possit procedi ex officio, siue per viam inquisitionis, requiritur, quod procedat diffamatio rei de crimine, pro quo judex contra eum procedere intendit: ita colligi videtur ex verbo, *d. cap. qualiter, & quando de accus.* Et hoc etiam sonant illa verba, quæ solent in inquisitionibus apponi, *Fama publica præcedente, &c.* Et hæc est communis sententia Doctorum, ut attestatur Hieron. in Apostill. ad Angel. *de malef. in verbo,*
c *Hæc est quædam inquisitio, post num 68. versic.* Secundo in quantum, Nouell. *in pract. crimin. fol. 63. post num. 17.* Sed certè quicquid de jure, totum contrarium: docet practica, quæ communiter obseruatur. Iudex enim constito de delicto, assumit informationes in genere, ut dixi supra *quæst. prox. versic. poterit igitur*: Et interrogat primo testes, quos putat esse de negotio informatos, super veritate criminis, scilicet an sciant, quis maleficium illud commiserit, Et si dicant se nescire, tunc interrogat eos super diffamatione *d* neminem nominando, sed in *d* genere interrogando, contra quem illius delicti fama laboret, ut dixi infra *vers. sed quoniam.* Et si ex eorum dictis resultet, probatio facta contra aliquem, tunc specialiter contra eum inquirit, & ad ulteriora contra eum procedit, vel per citationem, vel per capturam, juxta qualitatem indiciorum. *e* Et sic vides, quod eodem *e* contextu judex assumit informationes super veritate criminis, & super diffamatione; Neque ego unquam vidi fieri aliquem processum, qui inciperet ab hujusmodi diffamatione; Sed semper præcedit querela, vel denunciatio, vel aliter aperitur via judici ad inquirendum, juxta modos, de quibus supra dictum est, & infra etiam dicemus.

Sed retenta communi conclusione, quod scilicet ad 2 hoc ut judex possit inquirere, requiratur, quod diffamatio præcedat, scias, quod Ang. *in repet. l. si vacantia, C. de bon. vac. lib.* 10. videtur tenere, quod in hac facienda sit differentia inter judicem ordinarium & delegatum, ut scilicet judex ordinarius possit absque diffamatione inquirere, non autem delegatus. In hoc tamen Ang. *ff* communiter reprobatur, ut dicit Alciat. *in c. 1. numer. 34. de offic. ord.* Et hanc opin. contra Ang. dicit esse communem Card. Alexan. *in d. c. de accusatione, col. 25. versic. tamen fortius:* quem refert Foller. *in pract. crim. fol. 86. num. 12.* Et ideo (secundum DD.) modus procedendi est, ut judex antequam procedat contra aliquem, assumat à seipso informationes super infamia rei, de illo crimine: deinde comperto eum esse de ipso delicto diffamatum, examinet testes contra eum super ipso maleficio. Et aduerte, quia de jure communi, si judex vellet procedere super veritate criminis non facta prius inquisitione de fama, posset reus appellare. Et ita dicunt communiter Doct. ut ait Card. Alex *in d. c. 1. de accusatione, col. 25. circa medium.* Contrarium tamen, ut dixi, communiter obseruatur de consuetudine.

Idem etiam Ang. *in repet. d. l. si vacantia, nu. 177.* vide- 3 tur tenuisse, quod hæc conclusio non procedat, ubi judex non ad postulationem partis ex mero officio inquireret, nam eo casu (secundum eum) non requiritur, quod procedat diffamatio. Et dicit Aug. ad Angel. *de malefic. in verb. Hæc est quædam inquisitio, num. 57.* quod assessores communiter hoc obseruant. Sed certè contra eum proculdubio est magis communis opin. ut dicit Hieron. in Apostil. ad Ang. *in loco prealleg. post num. 68. versic. Quarto in quantum.* quem refert Grat. *consil. 57. num. 11. lib. 2.* & Roland. *cons. 24. circa fin. lib. 1.* Boss. *in titul. de ind. num. 75. in fin.* Hippol. Rim. *inter cons. crim. diuers. consil. 105. num. 17. libr. 1.* Quæ etiam est rationi magis consentanea: nam quando proceditur ex mero officio, tunc magis necessaria esse debet diffamatio, quæ succedit loco accusatoris, ut dicunt Scribentes *in dicto cap. qualiter, & quando.* Et dixi supra *in princip. quæstionis.*

Scias etiam, quod hæc conclusio, quæ habet requi- 4 ri diffamationem, priusquam super delicto possit iudex ex officio inquirere, intelligenda est ut non procedat in inquisitione, quæ fit contra aliquem super ipsa fama: nam ista fieri potest modica diffamatione præcedente. Ita dicit Innoc. *in cap. licet, in vltimis verbis, de accusat.* quem sequuntur communiter Doctores, ut ait Marian. *in eo. cap. licet, num. 19.* Idemque dicendum est in inquisitione, quæ fit ad inueniendum ipsum crimen: nam in ea pariter eam non requiritur, quod infamia præcedat. Et hoc dicit omnes fateri Berous, *in d. cap. qualiter, & quando, numero 34.* Et ita obseruat practica,

vt scilicet ad eam inquisitionem, quæ fit ad inueniendum crimen, vel ad assumendas informationes super fama, non solum modica diffamatio sufficiat, sed imò nulla diffamatio requiratur: Intellige, quando in genere inquiritur neminem nominando, sed in specie, contra certam personam, nunquam vidi practicari, vt nulla præcedente quærela, vel denunciatione assumantur hujusmodi informationes super diffamatione, vt supra dixi.

6 Cæterum quando syndicatores procedunt contra officiales in syndicatu, vtique formant contra eos inquisitionem generalem, etiam nulla fama publica, vel clamorosa insinuatione præcedente. Et hoc valde de consuetudine obseruatur, vt dicit Angel. *in repet. d. l. si vacantia, numer.* 170. quem refert Marian. *in rubric. de accusat. numer.* 9. *& in repet. d. cap. qualiter & quando, post numer.* 167. *versic.* 5. quæro, & Marsil. *in pract. crimin. §. constante, post numer.* 20. Sed certè illa inquisitio non fit ad puniendum, neque ex ea sequi potest condemnatio, nisi secundum ea, quæ dixi infra *quæst.* 50. *versicul. scias etiam.* Et ideo nihil interest, an diffamatio præcedat, vel non præcedat. Iudex enim, qui vult aliquem syndicare, sicuti dupliciter se mouet ad procedendum contra ipsum, ita etiam duo remedia proponit, quorum primum est ad beneficium priuatorum, illos excitando per edictum, quod solet in principio ipsius syndicatus publicari, quod scilicet quicunque vult querelare, &c. neque super ipso edicto judex aliquid vlterius facit, nisi ad ipsarum partium querelam. Aliud remedium est ex officio, & ad hoc proponit judex illum libellum, qui appellatur inquisitio generalis, cujus forma traditur per Amadeum *in suo tractatu syndicatus.* Et super hac inquirit judex ex officio, reuidendo libros, & acta, & condemnationes, &c. Et si aliquid reperiat, in quo officialis deliquisse videatur, vocat ipsum, & fit litis contestatio, &c. vt dixi *in d. versic. scias etiam.* Et sic vides, quod vtroque casu impertinens esset requirere, quod aliqua diffamatio præcederet.

7 Item scias, quod prædicta conclusio non habet locum in crimine hæresis: nam in eo propter delicti ipsius enormitatem potest procedi absque eo, quod præcedat diffamatio: sed sufficit ad inquirendum vehemens suspicio: ita communiter tenetur, vt dicit Felyn. *in d. c. qualiter, & quando, in princ. in ultimis verbis.* Credo tamen, quod vltra ipsam suspicionem adhuc requiratur querela, vel denunciatio, prout in aliis criminibus:
g alias darentur nimis latæ habenæ inquisitoribus g si possent ex suo capite contra omnes inquirere, nulla notificatione, vel querela, vel diffamatione præcedente, sed ex sola suspicione tantum, quod nullo modo est dicendum. Erit tamen hoc speciale in hæresi, quòd licet in aliis criminibus de jure requirantur legitima indicia ad formandam inquisitionem, ut dixi infra *quæst.* 20. *versic. ad formandam,* in hoc crimine sufficiat vehemens suspicio. Vidi, quæ dixi supra *hoc eod. lib. §. hæresis, versic. Habet etiam.*

8 Præterea scias, quod non habet locum, quando inquisitio
h h formatur de mandato, aut conscientia Principis, nam eo casu non requiritur, quod præcedat aliqua diffamatio: ita dicit Innoc. *in d. c. cum oporteat, post numer.* 5. *de accusat* & post eum Bald. *in l. nullus, numer.* 1. *C. ad l. Iul. Maiest.* Aduerte tamen (secundum aliquos) quia ista doctrina simpliciter intellecta fecit errare multos ignorantes, ut dicit August. ad Ang. *de malef. in verbo, Fama publica, post num.* 5. subdens etiam quod audiuit sæpe multos peritos, & aduocatos in hoc errasse: Ideo secundum eos intelligenda est, ut procedat, quando tale mandatum emanauit motu proprio: secus si ad postulationem partis: nam eo casu adhuc debet præcedere diffamatio, ita tenet gloss. *in c.* 2. *in verbo, Fuerat, de accusat in* 6. quæ in hoc communiter à Scribentibus approbatur, ut dicit Marsil. *in pract. crimin. in d. §. constante, post numer.* 12. *versic. sed hanc tamen.* i Sed certè, ex quo talis postulatio partis habet vim querelæ, vel denunciationis, sicut preces, super quibus impetratur rescriptum, habentur loco libelli in causis ciuilibus, ut dixi infra *libr. prox. credo ego,* quod etiam sine diffamatione possit utroque casu judex inquirere, & informationes assumere. Et ita semper vidi seruari, quia (ut dixi) hæc practica diffamationis apud nos recessit ab aula. Item intellige, ut procedat, quando princeps utitur verbis assertiuis: secus autem si utatur verbis narratiuis: hoc enim casu pariter est necessaria diffamatio. Et ita communiter tenetur, ut dicit Anan. *in dict. cap. cum oporteat, numer.* 2. Et in hoc non videtur dubitandum.

Vlterius scias, quod si factum fuerit processum non præcedente infamia, & hoc non fuerit oppositum, valet processus. Et hæc est communis opinion. ut attestatur Aret. *in cap. qualiter, & quando, il.* 1. *colum.* 3. *de accus.* prout illum refert Foller. *in pract. crimin. can. fol.* 102. *versic. item potest opponi.* Et ex hoc corruit illa opin. Host. quod, si prius recepti fuerint testes super veritate criminis, quam super infamia, licet deinde probetur infamia, testes prius recepti super veritate criminis, non probant crimen, ex quo non fuit seruata forma, vt scilicet prius constaret de infamia, quam reciperentur testes super crimine, quæ quidem opin. non per omnes reprehenditur, vt dicit Aret. *in loco præallegato, post num.* 11. valet enim processus, vt supra dictum est, licet omissa sit inquisitio famæ, si pars non opponat. Effectus autem est maximus: nam quando huiusmodi præposteratio ordinis reddit processum ipso iure nullum, potest opponi in quacunque parte iudicij; vbi vero non annullat processum, k nisi parte opponente, tunc non potest opponi post litem contestatam, vt dixi infra *lib.* 7. *§. Exceptio.* Et aduerte, quia Doctores in hac materia loquentes, & dicentes, quod omnino fama debet præcedere inquisitionem, intelligendi sunt de inquisitione, quæ fit assumendo informationes super delicto contra aliquem, contra quem nulla fit querela, vel denunciatio, non autem de inquisitionis libello; qui transmittitur reo, quando citatur, vel in iudicio comparet: nam cum id non fiat, nisi præcedente processu informatiuo legitimè formato, proculdubio non requiritur in specie, quod fama præcedat ad inquisitionem non transmittendam, sed sufficit etiam aliud indicium, prout obseruari attestatur Boss. *in titu. de inquis. num.* 27. Et in hoc multi etiam docti viri æquiuocando decepti sunt, cum tamen nemo deberet esse ita ineptus vt crederet tot partes sensisse, quod si adessent duo, vel plures testes, qui de visu maleficij deposuissent tempore visitationis cadaueris (vt plerunq; contigit) non posset contra reum transmitti inquisitionis libellus, nisi fama præcederet: quod esset omnino absurdissimum.

Sed l quoniam plerunque contingit, delicta occulte commissi, quo casu difficile, & quandoque etiam l impossibile est inuenire testes, qui de veritate criminis deponant, quod sæpe euenire solet etiam in delictis palam commissis, ex quo non reperitur de facili qui velit in causa criminali contra aliquem ad offensam deponere: consueuerunt iudices, vt dixi, iis casibus, postquam eis legitimè constat delictum fuisse commissum, neque reperitur testis, qui de veritate criminis deponat, interrogare testes super fama, intelligant, quis sit de ipso crimine diffamatus. Et vbi ex ipsis informationibus assumptis super infamia resultet suspicio contra aliquem, procedunt ad vlte-

riora contra eum super ipso crimine inquirendo. Vi-
m deamus igitur, quomodo talis fama contra aliquem m probetur.

n Sciendum n est autem, quod potest fama probari,
12 etiam per duos testes tantum: ita videtur sensisse Gloss. *in l.3. §.eiusdem in verbo, confirmat. ff. de testibus.* Et in hoc omnes concordant, ut dicit esse communem opin. Sal. *in d.l. ea quidem, in sexta charta, versic. venio ad septimam,* prout illum refert Dec. *consil.*272.*numer.*4. Sed certè Sal. *in eo loco, qui est numer.*81. loquitur de probatione notorij, & in eo proposito attestatur de communi opinion. ut ego fideliter retuli infra *quaest. 9. versic. quaero nunc.* Est tamen tenenda haec conclusio, in qua, vt dixi, omnes concordant, quod scilicet duo testes sufficiant ad famam probandam, cum in ore duorum, vel trium stet omne verbum.

o Illud o tamen in primis sciendum est, quod hujus-
13 modi testes deponentes super fama debent reddere p
p sufficientem caussam scientiae: alias non probant, ita dicit Bartol. *in l. de minore, §. plurimum, post num.19. ff de quaest.* Et in hoc omnes concordant, vt dicit Corn. *in d. cons.*233.*in littera D, lib.*2.*& cons.*216 *in littera H, libro* 3. Hanc etiam dicit esse communem opin. Simancas *de haeret. cap.* 63. *numer.* 16. debet enim testis deponere de iis, quae sensu corporis percipiuntur, vt dixi supra, *lib.2. §. testis.*

14 Debent enim dicere, quod illud audiuere à majori parte populi: alias non probant: ita dixit Glos. praeallegata *in d. §. eiusdem,* & sequitur Bartol. *in d. §. plurimum, numer.*19. Et ita concludere videntur Doctores omnes, vt ait Marsil. *in eo. § plurimum, num.*46. Et ex hoc infert Bart. *in d §. plurimum, numer.*22. quod non sufficit, quod
q testes deponentes super fama dicant, quòd q audiue-
r runt illud publicè r dici; potest enim esse, quod audiuerint illud dici in loco publico, sed tamen à paucis, vel etiam ab vno tantum: sed opus est quod dicant, quod illud audiuerunt à majori parte populi. Et ita communiter teneri affirmat Imola *in l. haeredes palam, in princ. num.1. ff. de testam.* quem refert Alexan. *cons.*112.*nu.* 5. *libr.2. & cons.20. post num.9 lib.4 & cons.2. numer.16. libr.7. & cons.35. numer.6. eo. vol.* Corn. *consil.84. in littera G, lib.1. & cons.68. in littera B, lib.2. & consil.198. in littera G, eod. volu & cons.252. in littera D, eod. volu. & cons. 216. in littera H, libro 3. & cons.304. in littera L, eod. volu.* vbi dicit, quod ita alias obtinuit contra dict. Benedictum Capram in causa ejus propria, & saepius vidit in judiciis hoc pro satis claro reputari; Cardin. Alexand. *in cap. cum in tua, circa fin. de sponsal.* Dec. *in cap.1. num.53. de appellat. & cons.133 num.4. in fin. & consil.110. post num. 9. vers. secundo dato,* Cur. sen. *consil.82. post num.9.* Craue. *cons.41. num.5. & consil.262. post num.5.* Hanc etiam conclusionem dicit esse communem Alexand. *consil.* 123. *num.3. libro* 7. Socin. *consil.54. num.27. libr.4.* Dec. *consil. 37. post num.10. vers. tertius testis.* Bertran. *cons.74. numero 10. libr.8.* Socin. Iun. *consil.69. num* 24. *libr.*1. Grammat. *consil. crimin.26. post num.14.* Sed certè haec opin. Bartol. est multum aspera, & si teneretur in practica, vix reperiretur ex mille testibus vnus, qui rectè super fama publica deponeret. Et ideo Bald. *in cap. litteras, num.2. de*
s *praesumptionibus* tenuit totum oppositum, quod scilicet s testis, qui dicit se audiuisse aliquid publice dici, probat famam, quia intelligitur publico, id est, publica voce à populo. Et haec secundum eum est aptior expositio, & secundum communem intellectum loquentium. Et haec opin. Bald. in practica seruatur, & contra Bartol. est communis obseruantia, vt attestatur Cassador. *decis.3. maxime, numer.4. de probat.* Et post eum ita seruari in curia Romana attestatur Paris. *in cons.52. in fi. libro 3.* Hieron. Monr. *in tractat. de finibus, fol.50. numer.4.* Ferret. *consil.168. post numer.19.* Quam quidem obseruantiam Romanae curiae in materia probationum omnes aliae curiae deberent imitari. Apud nos etiam indistinctè obseruatur opinio Bald. contra Bartol. & ille aduocatus, qui vellet super hoc insistere, reputaretur caullosus, & procul dubio succumberet. Quinimo t hanc opinion. contra Bartol. esse communem, & in judicando sequendam attestatur Calcan. *consil.8. numer.* 11. Et dicit Alexan. sibi contrarius, *consil.102. numer.17. lib.7.* videri, quod magis communiter damnatur illa opin. Bar.

Item u requiritur, quod dicant se audiuisse id publice dici: licet etenim deponant, quod illud audiuerunt 15
à majori parte populi, si tamen illud secretè, non publice audiuissent, non dicetur probata fama secundum theoricam Bartol. quam dicit esse communem Imola *in loco praeallegato,* prout illum refert Corn. *consil. 221. in littera C, in fin. libr.3.* Sed certè judicio meo Bart. *in d. §. plurimum, numer.20.* dicit totum oppositum: & Imola jam supra fuit per me fideliter relatus, *in vers. debet etiam.*

Amplius x etiam debent testes deponentes super fa- x
ma, si fuerint interrogati, nominare eos, à quibus au- 16
diuerunt id, de quo deponunt esse publicam vocem, & famam: y alias non probant. Ita dixit Bart. *in d. §. plurimum, nu.23.* & ante eum Inno. *in d.c. qualiter, & quando, nu.1.* quem sequuntur communiter Doct. vbique vt attestatur Alex. *cons 100. post num.4. versic.6. testis, lib.1.* Et dicit Aret. *in d.c. cum oporteat, post nu.58 vers. Communiter tamen,* quod haec est magis communis opinio, quae etiam seruatur in practica.

Sed z quid, si non sint super hoc interrogati? Re- z
spond. quod adhuc debent nominare eos, à quibus 17
audiuerunt, vt possit judex perpendere ex eorum qualitate, quanta sit illis fides adhibenda. Et ita seruari attestatur Ioan. And. *in d. cap. cum oporteat, de acquis.* prout illum refert Marsil. *ad §. plurimum, num 50. & consil.76. num.22.* & Gramm. *consil. crimin. 42. num.19. & voto 34. n.14.* quamuis ego *in libro meo* non reperiam Ioan. And. id attestantem. Sed certè communis practica est, quod interrogentur. Et adhuc si non essent interrogati, crederem, quod in criminalibus non probarent, nisi nominarent eos, à quibus audiuerunt. a Debet enim fa- a
ma habere originem b personis honestis, & fide dignis b
non autem à maleuolis, vel improbis, vt omnes fatentur; quod intellige, nisi agatur de re turpi: nam eo casu non esset contemnenda fama, quae ortum haberet à turpibus personis: puta, si agatur de re commissa in lupanari, poterit oriri fama à meretricibus & lenonibus, non autem à Doctoribus, vel equitibus, qui non solent ibi conuersari: sic etiam si agatur de chartis, vel taxillis falsis, poterit fama ortum habere à lusoribus, & barris, & non erit, vt dixi, per judicem contemnenda.

Postremò scias, quod hujusmodi testes super fama 18
deponentes debent scire, quid sit fama: & si interrogentur, quid sit fama, & respondeant se nescire, nihil probant. Et haec est communis opinio, vt dicit Marsil. *in d. §. plurimum, numer.104. & seq.* Et ex praedictis potes conjicere, quam sit difficilis probatio famae, adeò vt vix sufficerent ad eam rectè probandam testes, qui essent c jurisperiti.

Sed quaero, nunquid fama probetur per assertionem 19
judicis. Dixi infra *quaest.31. in vers. Fama publica.*

Quaero d nunc, nunquid ad hoc, vt super fama pos- d
sit formari inquisitio, requiratur, quòd fama saepe 20
ascendit ad aures judicis. Respond. quod sic, de jure loquendo: Et est communis opinio, vt attestatur Aret. *in d. cap. qualiter, & quando, nu.75. & seq.* sed (vt saepius dixi) in practica haec non obseruatur, quia hodie (saltem apud nos) non inchoantur processus super diffamatio-

tione, nisi aliud concurrat, quod aperiat viam iudici ad procedendum.

21 Item quæro, nunquid sola fama sufficiat ad hoc, vt possit formari inquisitio. Respond. quod non, sed de iure requiritur etiam clamosa insinuatio, quæ ipsam famam ad aures iudicis sæpius detulerit. Ita colligitur ex text. *in d.cap.qualiter, & quando*, ex quo videntur sumpta illa verba, quæ communiter in inquisitionibus apponi solent, *Et clamosa insinuatione subsequente non tantum semel, sed sæpe, & sæpius, &c.* Quoties autem requiratur, quod clamor, & infamia peruenerint ad iudicem, ad hoc vt possit ex officio contra aliquem inquirere, non est à iure determinatum. Et ideò dic, quòd est arbitrarium iudici: & ita tenent communiter Doctor. vt ait Marian. *in d.c.qualiter, & quando, num.*319. Hæc tamen omnia intellige, vt procedant, quando inquisitio fit contra prælatum, nam eo casu non sufficit simplex fama, sed requiritur, quod sit talis, quæ non possit sine scandalo, vel periculo tolerari. Secus autem quando inquisitio fit contra subditum: tunc enim sufficit, quod fama præcedat, etiam, quod non sit scandalosa, neque periculosa. Et ita tenent communiter Doct. vt dicit Card. Alexan. *in d.c.de accusatione, col.*28. *in fin.*

22 Successiue quæro, quid facere debeat iudex post assumptas informationes super infamia. Respond. debet vocare ad se eum, contra quem intendit procedere, & ei dicere. Ego intendo inquirere contra te super tali crimine, super quos es diffamatus. Et vbi ipse confiteatur crimen, & infamiam poterit eum punire: vbi verò neget, poterit ad vlteriora procedere, ita dicit Gloss. *in d.cap.qualiter, & quando in Gl.*1. Sed certè hæc practica communiter de consuetudine non seruatur, imò e seruatur oppositum: quia primò fit inquisitio, & e postea super ea inquisitus interrogatur, & examinatur, vt dicit Ang. *in repet. l.si vacantia, num.*197. quem refert Arg.Aret. *de malef.in d.verbo, hæc est quædam inquisitio.* & Card.Alexand. *in d.cap.de accusatione, col.*36. *circa med.* licet ipse Ang. Aret. dicat, quod illa doctr. Ang. procedit, quando iudex contra absentem inquirit. Sed f si reus est præsens, & in fortia officialis, tunc (secundum eum) semper iudex eum interrogat cum tortura; & si non, in camera pluries, vt videat bene super quo possit formare inquisitionem: & post eius interrogationem format inquisitionem: de quo tamen ego dixi infra, *quæst.*45. Maran. autem *in rep.d.c.qualiter, & quando, post num.*212. *vers.*70. quæro, dicit & ipse, quod illa practica, quam ponit Gloss prælallegata, communiter non seruatur, sed communiter citatur inquisitus, vt compareat ad se defendendum; & subijcit formam ipsius citationis. Ego verò supra *in princ. quæst.* dixi, quod tota hæc practica diffamationis hodie non seruatur, nisi quando alia indicia haberi non possunt. Propterea si casus contingeret, debet iudex, habita informatione super infamia, si reus est præsens, illum interrogare; si vero est absens, debet citare, iuxta ea, quæ dixi infra *q.*31. & interea perquirere fortiora indicia super ipso crimine. Indicium enim famæ solum, licet sufficiat ad inquirendum, vt dixi supra *in princ.* q. non tamen sufficit ad torturam, vt dixi infra *quæst.*21. *versic. fama sola.*

23 Sed quid si reus dicat iudici, vt priusquam ad vlteriora procedat g det ei copiam indiciorum; quæ super diffamatione assumpsit? Respond. Ang. *in d.rep.l.si vacantia, num.*89. dicit, quòd cauti aduocati hoc petunt, vt possint impugnare testes diffamantes, & vt videant si fama est probata: nam si aduocatus poterit videre famam non esse probatam, vel testes esse suspectos, obtinebit in causa. Et dicit hoc vidisse fieri, & peti in ciuitate Aretij; quod quidem proculdubio esset valde vtile ipsi reo, præsertim cum probatio famæ sit multum difficilis, vt potuisti videre supra *vers. illud tamen, & seq.* Sed certè mirum est, quod Doctores adeo variè loquantur in hoc proposito. Si enim secundum magis communem opin. creditur iudici asserenti famam esse contra aliquem, nec tenetur aliter de ea parti fidem facere, vt dixi *in d.quæst.*3. *vers. fama publica*, non video ego, quomodo sit danda eius copia h reo petenti, præsertim cum ex consuetudine generali iudex possit etiam non præcedente infamia inquirere, vt supra dixi. Et ideo dicit Angel. *in loco præallegato*, quod Perusij hoc non seruant de consuetudine, ex quo ibi secundum formam statutorum potest de omni crimine inquiri. Dic ergo, quod cum ex generali consuetudine non seruetur, vt prius assumantur indicia super fama, deinde super crimine, sed omnia eodem contextu recipiantur, iudex circa copiam diffamationis dandam, vel denegandam reo inquisito, debet obseruare ea, quæ generaliter dicta sunt de copia indiciorum, *q.*49.

ADDITIONES

Ad Quæst. VI.

a *Diffamatio*] adde, quæ dixi in quæstione præcedenti, *versic. diffamatio.* Et ad hanc quæstionem adde, & vide per Duen. plene etiam mihi *reg.*298. Vbi habes plenam regulam cum duab. ampliationibus, ac decem & octo limitationibus. *Giacn.*

b *Diffamatio*] adde, † quod poterit iudex inquisitionem committere, etiam quod sit ignarus de fama, vel infamia, quando fuerit facta denunciatio à persona fide digna, Anch. *in c.licet in beato, de accus.* Tiraq. *de pœn.c.*51. *nu.*103. Baiar.

Adde, vt per Duen. *in reg.*298. vbi de ista quæstione tractauit, & posuit multas ampliationes, & limitationes, & latè per Far. *in quæst.*9. *per totam.*

b *Talis enim diffamatio*] Non tamen insistat Iudex multum super hac fama, quæ facta, atque infecta canit, iuxta illud Virgilij, *Æneid.lib.*4. & vt per Bal. *in c.tua, nu.*5. *extr.de coh.mul. & cler.* Et hoc alio non apparente, *infra quæst.*21. *versic.primo, ibi, Nihilominus, cum fama, quæst.*60. *vers.frequent*, quo loco distinxi de fama, & *quæst.*64. *vers.Dixi etiam*; ibi, quia saltem. Est † enim fama res fragilis, vt plurimum per clientelas voces artificiose transmissa ab iis; qui desiderant. Ita Guid.de Suz. *in tract. de malefic.num.*93. Contrarium tamen, quòd fama semper non sit fragilis, & vana, tenuit Menoc. *sæpius allegato tractatu de arb. iud.lib.*2. *cent.*1. *n.*86. *cum pluribus seqq.* sed aduerte Menochium minimè loqui in casu famæ nostræ, quę veniat ad puniendum; siue ad torquendum, in quibus casibus non sufficit sola fama, sed in casibus, super quibus aliquando coniecturando procedimus, vt ibidem, *nu.*91. & habetur infra, *quæst.*10. *versic fin.*64. *versic. & in hoc*, idem Menoch. *d.tractat. lib.*2. *cent.*3. *cas.*279. *in princip.* Drogh.

c *Doces practica.*] Vide quæ contra scribit Rol *cons.*57. *n.*26. *& seq.lib.*4. Rol.

d *Neminem nominando*] adde *Inf.*21. *versic retenta, circa fin q.*20. *versic.ad formandam: supr. qu.proxima, versic.poterit igitur.* Drogh.

e *Et sic vides*] Far. *q.*47. *n.*42.43. *& seqq.* Rol.

f *Communiter reprobatur*] Far. *tit.de inquisit.*9 *q.vol.*1. *plenissime.* Rol.

g *Si possint ex suo capite*] adde sup. *hac eademq; versic. Sciat tamen.* Drog.

h *Formatur de mandato*] Bona est cautela pro Iudicibus, qui sæpius coguntur obedire mandatis illicitis, vt faciant annotari *in libro criminal.ex ordine superioris, &c.* quam quæstionem tangit Capy. *dec.*132. & ibi habetur, an tutus sit Iudex in conscientia sua; valet tamen inquisitio, & processus sit de mandato Principis factus, vt est infra, *quæst.*64. *vers.sed nunquid Bannitus, ibi, si processum sit ad Inquisitionem ex conscientia Principis*, & hic adde Felyn. *in c.sicut Romana, coll.mihi* 4. *de rescript.* vbi habetur, quod si Princeps mandat inquiri super aliquo delicto; de quo Iudex cognoscere poterat, virtute talis commissionis etiam fama non præcedente inquirere poterit, tamen tale dictum hodie parum prodest, per ea, quæ dicit infra *qu.*31. *versic fama publica, in fine*, sed an ex tali processu sic facto poterit ferri sententia, alio non probato, infra, *q.*53. *vers.sed quid si aliquis*, distingue, vt ibi; Consilium autem, quid seruari debeat in mandatis Principum infra *quæst.*60. *versic.solet dubitari, circa fin. ibi, sed certè ego, & q.*89. *versic.sed quæro.* Drog.

i *Sed certe ex quo.*] Rescripto loco petitionis exhibito, Adde

Ias. *in §. Praeiudiciales, num. 20. Instit. de act.* Capyc. *decisio. 7. nu. 31.* Drogh.

k *Nisi parte opponente*] Infra *q. 24. versic. fin. in fi. & q. 13. versi. 1. post med. q. 15. versic. sed pone.* Drog.

l *Sed quoniam plerumq.*] Sup. *q. 5. vers. poterit igitur*, vbi docet examen super Inquisitione generali inf. *q. 20. in prin. q. 45. versic. debet autem Index: & q. 50. versic. Item quia.* Drogh.

m *Probetur*] Sed & quae requirantur in eius probatione Blan. *tract. de ind. n. 131. & seq.* omnino per Lud. Carra. *inter consil. crim. diuers. consi. 90. n. 34. cum seq.*

1 Item hic scias, † quòd in casibus, in quibus sufficit probatio famae, testes productos ad eis probationem oportet esse omni exceptione maiores per Ias. *in repet. l. admonendi, n. 297.* & Dec. *in consil. 105. col. 3. versic. 3.* respondetur. Et hoc dictum reputat stupendum Crau. *in consil. 249. in fin.* sed aduerte, quod defectus ille suppletur ex numero, & qualitate aliorum testium, Crau. *consil. 73. nu. 17. Giach.*

n *Sciendum est autem*] Multa per Vulpel. *consil. 4. item consil. 5. n. 7. & 8. item consil. 50. n. 10. & seq.* Alia per eundem *consil. 105. in fint, & 113. n. 7.* plura alia requisita ad famae probationem, Far. *q. 47. n. 207. cum multis aliis.* Ros.

2 *Sciendum est autem*] adde, † quod si decem testes deposuerint de fama, probant, licet formiter, vt requiritur non deposuerint, quia decem testes faciunt vniuersitatem, Bal. *in authent. quod locum, prope fin. C. de collat.* Giam. *in cons. 57. n. 19.* & Carrer. *in prac. in princ. n. 11.* dicit, quod cautela est, vt super fama examinentur plures testes, saltem vsque ad numerum decem. Sed requiritur, quod dicti testes non patiantur defectus: alias non probarent, vt late per Natt. *in consil. 47. num. 22. vol. 23.* & Mascar. *in conclus. 749. n. 37.* dicit, quod dicti decem testes ad hoc, vt probent, debent esse bonae famae, sed Bursat. *in consil. 35. num. 25. vol. 1.* hanc conclusionem, quod per decem testes mala fama probetur, licet minus legitime deponant, impugnat. Sed Patis. *in cons. 67. n. 108. vol. 3.* dicit, doctrinam Baldi in auth. quod locum, non seruari in foro ciuili, cui contradicit Vulpell. *in cons. 29. n. 9.* dicens, quod attestanti de consuetudine nõ creditur, nisi in ea Curia, qua versatur; dicit tamen, quod fama hoc modo per decẽ testes probata vehemens fama non dicitur, & per quot testes probetur fama,
3 & quo pacto deponere debeant, & si per testes probata fuerit affirmatiue ab vna parte, & ab alia negatiue, quibus fides adhibẽda sit, & an probetur, quando testes in fine eorum examinis deponant de praedictis extare publicam vocem, & † famam: & an
4 fama semiplenam probationem faciat quando agitur criminaliter, vide Mascar. *in tract. de probat. conclus. 794. 750. 752. & 754.* multas remissiones habet etiam per Foll. *in pract. crim. in versic. dentur capitula, quod suffocauit uxorem, nu. 37.* quomodo probetur fama, sed Grammat. *in consil. 42. nu. 8.* dicit, quod toto tempore vitae suae, nunquam vidit processum, in quo potuerit reperire probatam fuisse famam publicam, propter multa, quae requiruntur ad ipsius famae probationem. *Baiar.*

5 o *Illud tamen in primis*] adde, † quod testes deponentes super fama, si exprimatur causa, faciunt indicium, quamuis de causa non deponant, nisi de auditu; sed non est habile indicium nisi ex post facto fuerint probatae omnes causae expresse per testes, vt est inimicitia, vel alia similis, Blanc. *in l. fin. num. 311.* Grammat. *cons. 42. per totum*, Brun *in tract. de indic. 3. q. princ. par. nu. 32.* & Foll. *in tract. cri. in verb. dentur capitula, quod suffocauit uxorem, n. 18. ad finem. Baiar.*

p *Sufficientem cautam*] Supple etiã non interrogati per Crauet. *d. cons. 249. col. fin. versic. Item ad probationem famae, & consil. 260. col. 5. ad fin. vers. tertio respondetur.* Item debent deponere de causis verisimilibus ex quibus fama ortum habuit, alias nõ probant. Nam debet fama subnixa esse aliqua coniectura idonea non leui, & nuda, alia dicitur vna vox populi, quę audienda nõ est, de omnibus per Crauet. *d. cons. 260. sub n. 7.* & in summa debet formiter probari, vt docet Lud. Car. *inter consil. crim. diuers. consil. 99. à nu. 34. vsq. ad num. 38.* Item quomodo, & qualiter, & per quae verba probetur, habetur per Campe. *de testibus regula 408.* Rolan. *consil. 3. n. 48. cum pluribus sequentibus lib. 1.* Et quibus casibus fama plene probat, Campeg. *reg. 405.* & quibus non, *regula 406.* & scias, quod quando ortum habuit à parte, in cuius fauorem tendit, nihil operatur. Natt. *consil. 473. n. 17.* Et quando duae † famae contrariae sunt probatae, posterior elidit priorem: & si eodem tempore concurrant, statur illi famae, quae processit ex verisimilioribus probationibus, per Natt. *consil. 473. n. 20. & 21.* Item fauore rei bona fama praeualet male. Boss. *tract. crim. tit. de fauo. defen. nu. 13.* Item quando probantur duae famae contrariae statur testibus deponentibus de bona fama; Crau. *in cons. 275. n. 12.* Item si sit probata fama affirmatiua in Castro vbi delictum est commissum, & negatiua in ciuitate, tunc si qualitates testium, & causae, ex quibus fama processit, sunt aequales, tales probationes sibi inuicem derogant, adeo vt neutri fides adhibenda sit; sed si essent inaequales, illis stabitur, in quib. concurrunt meliores, & validiores causae, & meliores testes, per Foll. *in pract. cri. §. dentur capitula, n. 34.* Giach.

q *Audiuerunt*] A maiori parte populi. *Ros.*

r *Publice dici.*] Far. *d. q. 147. nu. 237. & seqq.* vbi latissime de similibus verbis. *Ros.*

ſ *Testis*] Far. *d. q. 147. n. 217. & 236.* quid si dicant nihil scire, neque dici audiuisse, vt per eundem *vol. 1. n. 170. d. q. 47.* Ros.

t *Quinto hanc opin.*] adde, † quod Bursat. *in consil. 87. nu. 47.* 6
Curt. iun. *in consil. 144. n. 7.* tenent hanc opinionem contra Bar. esse magis seruatam, quod fama probetur, si testis dicat, id publicè dici audiuisse. *Baiard.*

u *Item requiritur*] Far. *d. loco nu. 239.* Ros.

x *Amplius etiam*] adde, quod in tantum verum est hoc modo fama verificari debere, vt alias orta fama de interitu Antonij cognito nullum certum habere nuncium, à quo fama sumpsisset originem, illa ceciderit modo, quo legitur apud Plutarchum *in vita Pauli Aemilij*, sed cum paulo post auctor nũcij quereretur, ait, inuentus est nemo, sed alter alterum allegabat. Tandem vero quia in plebem, veluti in vastum quoddam pelagus sermo inferebatur, apparebatque nullum certum habuisse principium, subito huiusmodi fama prolapsa cecidit. *Drogh.*

Amplius etiam] Far. *d. q. 47. n. 23. & 229.* Ros.

y *Alias non probant*] adde nouissime, & plene per Ossasc. *dec. 79. sub n. 53.* qui *n. seq.* post relatos tenet, quod testes deponentes de bona fama in genere non tollunt infamiam resultantem ex specialibus delictis. *Giach.*

z *Sed quid si non sunt super hoc interrogati?*] adde, † quod no- 7
minari debent auctores, quando fama habet originem solum ex dicto personarum saltem duo, a quibus audiuerint dici, vt per Foll. *in pract. crim. in vers. dentur capitula*, quod suffocauit, *n. 28.* secus autem, quando habet originem ab aliquo actu, & tunc non debent nominare eos, a quibus audiuerunt, & in hoc fama potest habere originem à vilibus personis, ita declarat Bar. *in l. de minore, §. plurimum quoq. n. 15. ff. de quaest.*

Item adde, † quod probarent, si essent decem testes, etiamsi 8
non nominarent auctores, Raph. Cum. *consil. 68.*

Item adde, † quod fama licet non sit formaliter probata, 9
tamen coadiuuat probationes iam factas, Bar. *in d. §. plurimum, n. 30.* & Ferran. Garg. *consil. 126. nu. 80. cum seq. inter consil. crim. diuers. to. 1. in fol.* Baiar.

a *Debet enim fama*] Fama à fide dignis originem trahere debet, idem Far. *loco supra citato, n. 157. & 160.* Ros.

Debet enim fama] adde, † quod si fama originem haberet à 10
parte, ad cuius fauorem tendit, nihil operatur, vt per Natt. *in consil. 473. n. 17.* & ibi *n. 20.* habetur, quod si duae famae contrariae essent probatę, posterior elideret priorem; & si eodem tempore 11
concurrerent, staretur illi famae, quae verisimilioribus proba- 12
tionibus fuisset probata *Baiar.*

b *A personis honestis, & fide dignis*] adde vt per Crau. *in consi. 249. col. fi. versic. Item in casibus*, vbi etiam illa qualitas debet articulari, atque probari quod not. *Giach.*

c *Iurisperitis.*] Quid fama publica per Aufrer. *ad decis. Tholos. n. 480.* Ros.

d *Quaero nunc, nunquid ad hoc*] adde † videndum Menoc. 13
de arbit. iud. q. 78. vbi late de hoc articulo. *Baiar.*

e *Et postea super ea inquisitum*] adde infra *q. 31. ver. fama publica*: vbi dixi. Non tamen semper, & indistinctè examinatur reus super Inquisitione, illam eo legendo, ne forte informaretur, ex ea ad respondendum, *infr. q. 20. versic. Ad informandam*; Et de conscientia, iussuque Principum in procedendo dixi supra *hac eadem q. versic. Praeterea* Drogh.

f *Sed si reus est praesens*] adde, † in Reus in criminalibus debe- 14
at respondere per verbum credo, Bar. *in l. genero, n. 2. circa med. ff. de his, qui notan. infam.* vbi tenet, quod non, sed quod debet respondere per verbum veritatis, scio hoc, vel feci hoc, ita etiam tenent Afflict. *in const. de interrogat. litigat. n. 7. fol. 1.* Baiar.

g *Det ei copiã Indiciorum*] Tamen in danda copia Indiciorũ & processus sit cautus iudex, cum generaliter procedit, vt illius copiam non tradat, nisi specialiter contra personam certã finitus sit processus, Eluduntur enim hoc modo sępius imperiti Iudices *infr. q. 49. vers. Hac autem omnia, ad fin.* & nec ad petitionẽ Indiciorum, dicat copiam retardare, donec factis probationibus quia in hoc iudex non caute, nec bene procederet, ad Crauet. *in pu. casu. cons. 25. sub nu. 4. vers. Quinto satis.* Boss. *titul. de mand. ad homicid. sub nu. 27. cum seq. de iure communi in danda copia processus*: Capyc. *dec. 74.* vbi distinguit, vtrum procedatur ex officio, an ad instantiam partis; tatõ tamen, vel nunquam vtimur iure communi in tali casu, sed procedimus secundum statuta, & consuetudines: vide quae dixi infra *q. 14. versic. tertius est casus.* Drogh.

h *Copia reo petenti.*] adde, quomodo intelligatur, quando dicitur, quod non datur copia, per Afflict. *decisio. 391.* Giach.

QVAE-

QVÆSTIO VII.

Denuntiationem aperire viam iudici ad inquirendum.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Denunciationem aperire viam iudici ad inquirendum.*
2 *Denunciare quis possit*, & num. 7.
3 *Dictum denunciantis an sufficiat ad inquirendum.*
4 *Officiales quomodo constituantur ad denunciandum delicta.*
5 *Et an possint denunciare etiam delicta non notoria.*
6 *Et an teneantur denunciare etiam ea maleficia, quæ sunt de iure impunita.*
7 *Denunciare an cuicunque liceat.*
8 *Monachus an possit denunciare.*
9 *Laicus an possit denunciare clericum de crimine.*
10 *Denunciationis forma quæ sit.*
11 *Et an sint seruandæ solemnitates iuris.*
12 *Denunciator, qui non probat contenta in denunciatione, an sit in expensis condemnandus.*

Ex Additionibus.

1 *Accusator, officialis, saltuarius, aut camparius nequeunt iurare in quibus eis non cr. ditur.*
Denunciatio an sufficiat ad inquirendum, remissiue, n. eod.
Accusator iurat super quantitate rei furatæ, & depositæ, n. eod.
Denunciantis dictum an faciat plenam fidem, n. eod.
2 *Et an sit ei credendum, quod fuerit ab alio impeditus, vel verberatus.*
Denunciator querelans, & accusator, an, & quando possint esse testes, n. eod.
3 *Denunciantes ex officio si ob pecuniam crimen celant, simoniam committunt.*
4 *Syndicus tenetur seipsum delinquentem deferre.*
5 *At an possit recipi in testem, remissiue.*
6 *Et quæ exceptiones contra eum opponi possit, remissiuè.*
7 *Et falsum denuncians quæ pæna sit plectendus, remissiue.*
8 *Et an debeat consequi partem accusatoris vigore banni, remissiue.*
9 *Et quid si præuentus ab offenso, vel alio non denunciauerit remissiue.*
10 *Syndicus intra tempus faciendo denunciationem remotus tenetur nihilominus denunciare delictum.*
11 *Et stante termino quattuor dierum ad denunciandum, an incurrat pœnam, si vnus intra id tempus non denuncians, mortem inde sequutam intra alios quattuor denunciauerit.*
12 *Syndicus non tenetur denunciare delicta extra territorium commissa.*
Delictum si committitur in loco communi duarum villarum, quis teneatur renunciare, n. eod.
Denuncians vti priuatus creatus exinde publicus non tenetur amplius denunciare, n. eod.
13 *Denunciare delicta an cuilibet liceat.*
14 *Denunciator falsus, an, & quando condemnetur in expensis, vel aliter.*

Dictum est supra *q. 5. vers. scias etiam*, multos esse casus, in quibus potest iudex ex officio procedere, etiamsi nulla partis accusatio, vel querela præcedat: Dictumque est etiam supra q. proxima, diffamationem inter cætera operari, vt iudex contra diffamatum inquirere possit. Nunc scias alium etiam esse modum, 1 per quem aperitur via iudici ad inquirendum, scilicet si facta sit denunciatio apud acta, quod aliquis ad maleficium aliquod commiserit. Et in hoc proposito ego omitto ea omnia, quæ de iure canonico dicuntur de materia denunciationis, de quibus dixi infra *libr. 7. §. Denunciatio.* Sed tantummodo loquor de illis denunciationibus, super quibus solet criminaliter procedi. Et in hoc debes aduertere, quia licet aliqui dicant, quod iste modus procedendi, sicut alij, & Boss. *in tit. de denunciat. num. 1.* affirmat, quod ita dicunt omnes Docto. nihilominus re vera modus procedendi per denunciationem, non est modus separatus ab inquisitione, nam denunciatio nihil aliud operatur, nisi quod succedit loco diffamationis, vel querelæ, & sic aperit viam iudici ad inquirendum ex officio contra aliquem, quod aliàs de iure non posset, non præcedente querela, vel diffamatione, vt sæpe supra dictum est; adeo quod ita dicitur procedere iudex ex officio, quando præcedit sola denunciatio, sicut quando præcedit sola diffamatio. Et ideo facta denunciatione, iudex super ea assumit informationes, & indicia: & eis assumptis, format libellum, siue inquisitionem, in qua narrat, quomodo propter denunciationem datam per talem officialem intendit ex officio procedere contra, &c. Et ita communiter seruatur in practica, teste Pract. Papien. *in forma inquisitionis, in verbo, hæc est quædam inquisitio, po. . . a.* 28. Et ita etiam quotidie esse in vsu, attestatur Boss. *in loco præallegat. num. 2.* Quæ omnia intelligo tam in denunciatione, quæ fit ex necessitate officij, quam in ea, quæ fit ab alio non exercente officium, vt statim dicam.

Quæro igitur pro intelligentia terminorum, quis 2 possit denunciare. Respond. Bartol. *in leg. diuus, num. 7. ff. de custo. reor.* dicit, quod qui prohibetur accusare, est etiam prohibitus denunciare. Sed hæc opin. Bartol. communiter in practica non seruatur: nam isti officiales, qui constituuntur ad denunciandum, vt plurimum, sunt personæ pauperes & viles, & quandoque etiam infames. & tamen admittuntur, & super eorum denunciis proceditur ad inquisitionem. Et ita communiter obseruari attestatur Ang. *de malef. in Glo. nec non & ad denunciationem, nu. 4.* quem refert Cardin. Alexand. *in d. c. de accusatione, col. 65. in fin. vers. secundo quæro, 2. quæ* 8. & Marian. *in repet. cap. qualiter, & quando, num. 81.* & pract. Conradi, *fol. 236. nu. 9.* Et re vera ridiculum esset in practica, si quis vellet aliquam exceptionem proponere contra personas huiusmodi antianorum, siue consultum, qui delicta denunciant.

Tu igitur dic, quod aut agitur de delicto, super quo ex forma statutorum, vel consuetudinis non potest procedi, nisi ad instantiam partis: & tunc recte procedit opin. Bart. qui non potest accusare, seu querelare, non possit etiam denunciare: alias fieret fraus legi, si ille, qui non posset accusare, admitteretur ad denunciandum. Faciunt quæ dixi infra *q. 10. vers. scias autem.* Aut verò agitur de delicto pro quo potest iudex procedere ex officio, & sic per viam inquisitionis, siue de iure, siue de consuetudine, & tunc quilibet admittitur ad denunciandum; & ita procedit allegata consuetudo hic, siue iste denunciet motu proprio, siue ex necessitate officij, quicquid distinguat Ang. *in loco præall.* cuius opin. in pract. non seruatur, & meritò. Publicè enim interest delicta ad magistratuum notitiam quomodocunque peruenire, ne impunita remaneant, & talis denunciatio modici est momenti: quia cum nihil aliud operetur, nisi quòd aperit viam iudici ad inquirendum, non potest ipsa denunciatione iudex contra aliquem procedere ad citationem, neque ad capturam, nisi prius 4

habitis contra eum legitimis indiciis, siue informationibus, vt inferius dicemus.

b Habes b igitur, quod dictum denunciantis malefi-
3 cium sufficit ad inquirendum. Et hanc dicit esse com-
c munem conclusionem Boss. *in tit. de denunciatione, post n. 2.* quam tamen intellige, vt procedat, quo ad inquirendum, id est ad recipiendum indicia, siue informationes contra eum, qui pro reo nominatur in denunciatione, vt statim dixi: Si vero intelligamus ad inquirendum, id est transmittendam inquisitionem contra eum, qui de ipso delicto imputatur, tunc est distinguendum: nam aut talis denunciatio fit per ipsam partem offensam, & non sufficit, etiamsi ipse denuncians ex vulnere moriatur, & ipsa denunciatione vsque ad mortem perseueret, licet in hoc vltimo consuetudo contrarium obseruet, vt dixi infra *qu. 21. vers. assertio vulnerati.* Aut
d fit per tertiam personam priuatam: & pariter non sufficit, quia ipse videtur in tali denunciatione fungi vice accusatoris. Et ideo super eius denunciatione, etiam iurata, non potest vllum fieri fundamentum, etiamsi deponat de visu. Et in hoc nullus est, qui dubitet. Aut vero fit per syndicum, siue officialem deputatum auctoritate publica ad huiusmodi denunciationes faci-
e endas: Et tunc aut ipse testificatur cum iuramento vera esse ea, quæ denunciat, & reddit causam scientiæ: & eo casu facit fidem, prout alius testis, qui super ipso delicto deponeret: & potest super eius dicto formari in-
f quisitio. Aut f vero non deponit ipse super delicto, sed dicit alios esse informatos: & tunc eius dictum nihil operatur, nisi quia (vt dixi) aperit viam iudici ad inquirendum, & non potest super eo procedi, nisi legiti-
g ma adsint indicia. Et ita obseruat communis pract. g Benè verum est, quod si huiusmodi denunciator fuis-
h set deputatus non modo ad denunciandum, h sed etiam ad custodiendum, puta, agros, vel passus, vel ad capiendum, puta fraudantes gabellas, vel deferentes arma, vel similia, tunc ei daretur plena fides non modò
i ad inquisitionem formandam, sed etiam i ad condemnandum, nisi denunciatus probaret suam innocentiam. Et hoc propter iuramentum, quod tales officiales præstant in principio officij sui. Et ita de consuetudine obseruatur, vt dicit Gand. *in ti. quomodo malef. cogn. per denũc. post n. 4.* quẽ refert Aug. ad Ang. *de malef. in ver. Nec non & ad denunciationẽ post n. 6.* Sed hoc intellige, vt
k procedat in causis, seu k delictis leuibus: Ceterum in causis grauibus, & in quibus ingeritur pœna corporalis, non credo, quod talis denunciator habetur pro integro teste, sunt enim, vt plurimum, viles personæ, &
l infames, scilicet l Beruarij, vel similes, quos Mediolani Borlandettos appellamus. Et ideo non putarem eis tanquam omni exceptione maioribus, plenam fidem adhibendam; nisi aliæ circumstantiæ iudicis animum mouerent.

m Scias autem, m quod antiquis temporibus magistra-
4 tus deputabant officiales, qui eius delicta denunciarent: hodie verò constituuntur syndici per parochias, siue castra, qui sunt, tanquam officiales constituti ad denunciandum delicta. Et ita hodie communiter seruatur per Italiam, vt dicit Marian. *in d. cap. qualiter, & quando, num. 19.*

5 Scias etiam, quod de iure huiusmodi officiales secundum aliquos non possunt denunciare, nisi delicta notoria. Et ita tenent communiter Canon. vt dicit Car. Alex. *in c. de accusatione, col. 67. vers. Quæro, an maleficia, 2. q. 8.* Ita tenent communiter teneri attestatur Marian. *in d. c. qualiter, & quando, post nu. 179.* Sed quicquid sit de iure, contrarium seruatur de consuetudine, nam tales syndici non modo possunt denunciare etiam delicta occulta, & non notoria: imò ex necessitate eorum officij tenentur ea denunciare, sub pœna in statutis ciuitatum, vel locorum expressa. Et hoc etiam admittit stylus curiarum ecclesiasticarum, vt attestatur Diaz. *in pract. crim. canon. cap. 6.* quem refert practica Conradi, *folio 235. num. 5. in fin.* nisi fortè delictum esset ita occultum, quod syndicus illud non denuncians excusari posset. Et ita Alber. *in 2. part. statut. q. 81.* dicit sæpe obtinuisse, super quo in præsentia nihil determino. Bene verum est, quod Senatus de facili excusat huiusmodi consules, siue antianos, propter non factas denunciationes, ubi non potest in eis argui dolus, vel lata culpa, puta, si fuerit aliqui percussus in agris remotis à domibus, & percussus rem ipsam consului non notificauit, prout contingit in loco Casaleti Laudensis, & fuerunt homines ipsius loci absoluti, 12. Aug. 1546. P. N. in aliis etiam plerisq; casibus similibus ita semper vidi per Senatum iudicari.

Sed quæro, nunquid tales syndici tenentur denun- 6
ciare eam ea maleficia, quæ sunt de iure impunita, puta, si sit occisus bannitus, qui ex forma statuti possit impunè offendi, vel huiusmodi? Respond. quod sic; nam ad ipsos non pertinet iudicare, an delictum sit punibile, vel ne. ita tenet Bart. *in l. si quæ in graui, §. si maritus, ff. ad Syll.* & est communis opin. vt dicit Aug. ad Ang. *de malef. in ver. Nec non & ad denunciationem, nu. 7.* Et ita in practica obseruatur. n Quinimo ex consuetudine tenen- n
tur denunciare quascunq; offensiones, & mortes violentas, etiamsi casu contigisse dicantur, puta, si quis in flumine submergatur, vel è tecto decidat, plerumque enim hæc, & similia dolosè commissa, solent casui imputari, propterea bonum est, vt ad notitiam iudicum perueniant, ad effectum, vt rei veritas detegi possit, prout ego in facto multoties vidi.

o Dixi supra quod non modò officiales ad hoc de- o
putati, sed etiam alij admittuntur ad denunciandum, 7
quæ res licet fortè de iure cõmuni aliquam habeat difficultatem, tamen de consuetudine passim seruatur, quod quilibet accedit ad iudicem, & denunciat iniuriam sibi, vel alteri factam, & iudices de facili procedunt, vt attestatur Alber. *in d. l. ea quidem, nu. 9.* sumptis tamen prius debitis indiciis. Et est bona practica, ne aliquò modo delicta impunita pertranseant.

Item quæro, nunquid monachus possit denunciare. 8
Resp. in forma iudicij non potest denunciare, nisi proprium Abbatem: extraiudicialiter autem, & ad pœnitentiam potest denunciare quemcunq;. Et hæc est communis opi. vt dicit Abb. *in c. ex parte, n. 6. de accu.* sed hoc rarò contingit in practica.

Quæro etiam, nunquid laicus admittatur ad denun- 9
ciandum clericum de crimine. Respond. quod regulariter non admittuntur laici ad denunciandos clericos, prout nec ad accusandum, ut dixi infra, *quæst. 14. vers. propter reuerentiam,* est tamen speciale in laico parochiano, ut possit prælatum suum denunciare. Et est communis opin. ut attestatur Aret. *in c. illa numer. 7. de accusat.* Plurimum enim interest etiam laicorum habere bonos prælatos.

p Quæro nunc, quæ sit forma hujusmodi denuncia- p
tionis. Respond. Syndicus, seu officialis ad hoc depu- 10
tatus notificat judici apud acta, die tali commissum fuisse tale maleficium à Titio, & esse de eo informatos Petrum, & Ioannem, &c. Et ita usus obseruat, ut dicit Ang. *de malef. in loco præallegato, nu. 2.* quem refert Pract. Conradi, *fol. 236. num. 11.* Et hoc sufficit, neque tenetur denunciator ulterius aliquid facere, sed relinquat judici faciendum, cujus partes sunt statim inquirere de delicto contra nominatum pro delinquente in denunciatione, examinando testes in ipsa denunciatione nominatos, & etiam alios, à quibus veritas haberi possit. Et ideo licet de jure denunciator teneatur probare vera esse ea, quæ in sua denunciatione continentur, ut est text.

tex. *in d.l.diuus,& in l.ab accusatione,§.nunciatores,ff.ad Turpil.* tamen communis usus,& practica hoc non admittit, vt dicit Ang. *in loco præalleg.* Sal. *in d.l.ea quidem, n.13.* Marian. *in d.c.qualiter & quando, n.179.in fin.* Card. Alex. *in d.c.de accusatione, col.68. versic.quæro an isti:* sed sufficit (vt dixi) quod in cædula denunciationis inscribi faciant nomina testium, qui dicuntur esse de contentis in denuncia informatio. Hæc autem omnia intellige, vt procedant, quando ad notitiam ipsius denunciantis peruenit nomen delinquentis, & testium. Si vero est ei occultum, sufficit quid dicat nomina eorum, à quibus illud intellexit. Et tunc iudex facit citari partem offensam, vt habeat indicia, & plerunque etiam mandat ipsimet denuncianti, vt melius se informet, & termino bidui, vel tridui veniat de omnibus informatus, & curiæ referat.

u Vlterius quæro, nunquid in huiusmodi denunciationibus seruandæ sint solemnitates iuris. Respon. Lucas de Penna *in rub. de delator. col.2. vers.nec dicunt aliqui, lib.10.* dicit, quod etiam denunciator tenetur se inscribere ad pœnam talionis; subdens, quod ita hodie de consuetudine obseruatur, prout illum refert Girauata *super ritu 68.magnæ curiæ, num.11.* cum tamen te vera loquatur in delatore, prout eum fideliter refert Gram. *super constitut. Regni, fol.63.numer.45.* Sed Angel. *in d.l.ea quidem, numer.3.* dicit, quod imo denuncians non tenetur se inscribere ad pœnam talionis, sed in aliis solennitatibus, quæ requiruntur in libello accusatorio, scilicet expressio criminis, personarum, loci, & temporis, tenet quod idem seruandum sit in denunciatione, quod in accusatione, subdens, quod ita etiam videtur obseruari de consuetudine per totum mundum. Et ita illum refert, & sequitur Aug. ad Ang. *de malef. in loco præallegato post numer.12.* Vbi etiam subdit, quod licet denunciator non teneatur se inscribere ad pœnam talionis, debet tamen ipsa denunciatio, quam vult dare judici, esse in scriptis. Et dicit, quod ita volunt Doct. Et idem in effectu dicit Bos. *in tit.de denunciatione numer.14.* & ita etiam quotidie videmus obseruari, quia tales syndici nunquam se subscribunt ad pœnam talionis, sed tantummodo deferunt in scriptis suam denunciationem iuxta formam, de qua supra dictum est, aut ipsimet narrant eam notario, qui ipsis dictantibus illam redigit in actis.

q 12 *q* Sed nunquid, si reus absoluatur, denunciator ratione calumniæ erit in expensis condemnandus? Resp. quod sic, ita dixit Cyn. *in l.seueriter, in vltimis verbis, C. de excusat.tuto.* Et ita tenent communiter Doct. vt attestatur Alber. *in l.sancimus, num 6.in fin.C.de iud.* quem refert Gratus *consil.92.num.2.lib.1.* Et ita fuisse de facto terminatum in Ciuitate regia attestantur nonnulli, quem refert Catald. *de synd.q.182.* Et dicit Guido Papæ *decis.269.* denunciator, *num.1.* quod in Curia Delphin. denuncians aliquem nominatim pro aliquo delicto, si ille sit absolutus, condemnatur in expensis; si vero denunciat delictum in genere, non tenetur, nisi deinde subministrauerit probationes contra aliquem, vel instigauerit judicem ad eum condemnandum: subdens, quod ita etiam vidit suis temporibus sæpe judicari. Sed certè quicquid sit de jure, hodie de consuetudine isti syndici non puniuntur propter calumniam: nam ex quo denunciant ex necessitate eorum officij, cessat omnis præsumptio calumniæ, & ita de facto seruari attestatur Alber. *in d.l.ea quidem, num.9.in fine,* & Amad. *de synd. nu.85.* Quod tamen ego intelligo, ut procedat quantum ad hoc, ut excusentur a præsumpta calumnia, quæ scilicet oritur ex eo ipso, quod delictum non probatur, ut dixi infra, *quæst.61.versic.dixi supra.*

r *r* Sed si appareat de vera calumnia, tunc procederet communis opinio, ut deberet in expensis condemnari, & fortè etiam grauius puniri judicis arbitrio, juxta ea, quæ dixi infra *quæst.81.versic.sed quæro.* Vbi vero esset *s* aliquis denunciator, qui non ex necessitate officij, sed sponte accederet ad denunciandum, crederem de eo judicandum esse, prout de accusatore, & ideo ratione calumniæ illum esse condemnandum, ut de accusatore dictum est *in locis præallegatis.* s

ADDITIONES

Ad Quæst. VII.

A *D citationem neque ad capturam*] Fallit tamen, vt infra *q. 48.versic.Scias autem, ad fin.* vbi detinentur rei ante Inditia scripta, non vt sint recepti inter Reos, sed causa custodiæ. *Drogh.*

b Habet igitur] Far. *tit.de indit.vol.1.q.52.n.167.* Ros.

c Id est ad recipiendum indicia contra eum] adde infra *q.11. vers.* Retenta igitur, ibi, ad inquirendum, id est ad assumendum. *Drogh.*

d *Licet in hoc vltimo consuetudo*] Stantibus tamen contrariis Decretis & ordinibus, de quibus dixi supra *ad q.4.vers.Quando vero:* Vtrum hoc habeat locum? dicam infra in calce præsentiũ Additionum super dicto Decreto. Nota ergo cautelam, in qua habes vnicum tantum testem de maleficio affirmantem, vt non permittas illum querelare, sed informes syndicum, qui denunciet, nominet autem testem illum vnicum: sic quãdo nulli sunt testes, nisi complices & criminis socij, quomodo sit procedendum vltra practicam, quod eorum dicta sustineantur in tormentis, vide Alex. *cons.30.n.11.cum seq.vol.6.* vide sup. *q.3.versi. sed certe, ibi & Aduocati, & syndici fiscales.* Drogh.

e *Et tunc aut ipse testificatur*] Far. ibidem *n.175.* Ros.

f *Aut vero non deponit*] Vulpell. *consil.44.nu.3.* qui loquitur ex dicto officialium. *Ros.*

g *Bene verum est*] Et vnam limitationem ponit Plot. *in l.si quando, C.vnde vi,* in quibus accusatori, siue officiali, vel saltuario, aut campario non creditur, nec potest per eum iurari *à nu. 755.vsq; ad nu.869.*

Denunciatio an sufficiat ad inquirendum Marcus Brun. ab Anguil. *consil.61.n.1.vol.2.consil.crimin.* iurat tamen accusator contra furem, & prædonem super quantitate rei furatæ, & deprædatæ Far. *q.60.n.71.*

Adde, quod idem tenet Paris de Put. *in tract.syndic.in verb. nuncius, §.Iudex,* vbi hanc materiam plenè tractauit, & † an eis credatur, quod ab eis qui fuerint impediti, ne sibi mandata exequerentur, vel quod fuerint verberati, vide Tiraq. *de retract.§. 8.Gloss.9.numer* 14. Alciat. *de præsumpt.reg.3.præsumpt.14.* Guid. Pap. *decisio.557.& 628.* Gabriel. *in conclus.suis, conclus.4 n.3.tit. de citat.* & quod huiusmodi denunciator possit esse testis in leuioribus delictis, quando denunciat ex necessitate officij sui, Mascar. *de probat.conclus.26.n.7.vol.1.* & Campeg. *de testi.regul. 105.* vbi late Far. *q.60.num.74.75.& 76.* licet sint, qui dicant denunciatorem non posse recipi in testem, tamen, & asserunt illi, procedere, quando iudex ad denunciam procedit, non quando per inquisitionem, & ideo solẽt cauti assessores preuidere, quod quando non habent alios testes, procedant per inquisitionem, & examinent illos, quibus creditur; Bartol. *in l. Diuus, nu. 4 ff. de custod.reor.* Caton. *de denunciat.nu.10.* proceditque etiam illud quod dicitur non recipi in denunciatore grauato, qui etiam assistit denunciæ, & eam probare tenetur, & in locum succedit accusatoris: non in electo à publico, & a Communitate, qui nõ tenetur denunciam probare, nec assistere denunciationi, quia ille habetur loco testis, Boss. *de denunc.nu.2.* Bald. *in termin., in c.in omni.col.2.de testib.* regula constituit, quod omnino accusator, querelans, & denunciator à testificando repellatur, Farin. *in suis quæst.criminal. quæst.60.n.64.* nec facit indicium contra accusatum etiamsi fuerit Princeps, & nobilissima persona, nec ad torquendum, *n.65.* etiamsi sint plures, & vnus tantummodo tanquam magis idoneus fuerit electus, *n.66.* & nedum repellitur, quam accusationem suspectauit, *n.67.* nec famulus de domo accusantis contra accusatum, *n.60.* fallit tamen regulam in crimine hæresis, quia denunciator potest esse testis, *n.70.* admittitur in causa matrimonij cum declaratione, de qua *nu.72.& 73.* ad rem multa infra *q.10.n.8.* Baiard.

h *Sed etiam ad custodiendum*] Intellige credi Campario, si est simpliciter damnum; sin autẽ transit factum non in damnum, sed in aliam speciem delicti tunc non creditur, Crau. *consil.196. n.3.ad fin.* & ibidem *n.8.circa fin.* habetur credi tunc, cum deponitur contra illum ipsum, qui damnum dedisse creditur; quando autem villa, vel alius quis tenetur pro damno dato, sed nescitur à quo, tunc non creditur, nec etiam ad summam per Campariam iuratam, vt ibidem. *Drogh.*

i *Ad condemnandum*] Far. vbi sup. *n.185.* Ros.

k *Delictis leuibus*] Farin. *d.loco n.186.* Ros.

l *Beluarij vel similes*] Baiar. hic *n.1.* Fat. *q.56.n.2.art.11.n.370. q.105.n.150.cum seq.vol.4.* Rof.

Beruarij] adde videndum Grat. *in consil.4.vol.2.num.22.* vbi tenet, quod Beroarij in testes admittuntur, si alias non patiuntur defectus, sed nunquam sunt integræ fidei. ad hunc etiam Mascar. *de prob.conclus.*189.& quæ posui infra *ad quæst.8.in vers. scias tamen.* Baiar.

m *Scias autem, quod antiquis temporibus*] adde, quod isti Of-
3 ficiales si ob pecuniam crimina celant, quæ denunciare tenentur, simoniam committunt, *c.nemo.de simo.* & Luc. de Pet. *in l. vnica, n.9. C.de Iren.l.*10. Baiar.

n *Quinimo ex consuetudine*] adde, † quod syndicus tenetur
4 seipsum delinquentem deferre Catal. *in consil.52.inter consi.crim. diuers.lib.1.folio 99.* quem refert, & sequitur Menoch. *de arbitr. iud.casu 323.nu.15.* & an syndicus possit recipi in testem, & an possit opponi contra eum; & quæ exceptiones: & an poterit pu-
5 niri, si falsum denunciauerit, & qua pœna, & an ei debeatur pars
6 accusatoris, quæ debetur virtute bannimentorum, vide Salic. *in*
7 *l.ea quidem C. de accusa.* & Ang. *in l.si vacantia, C.de bon.vacan-*
8 *tibus,* & quid si fuerit præuentus ab offenso, vel alio, & non de-
9 nunciauerit, Bal. *in l sororem.ff.de his, quibus vt indignis,* Bar. *in l. diuus, la 2.n.12.ff.de custod.& exhib.reor.*

10 Item adde, † si syndicus, qui habet quatuor dies ad denunciandum interim fuerit temorus, an successor, vel ipse teneatur denunciare, vide Bal. *in rub.extra de constit.n.18.* vbi dicit, quod primus tenetur denunciare, & non secundus, quia est de reliquiis officij sui, *& in l.fin.in fin.ff.de iuriisd.om.iud.* quem sequitur Gab. *in consil.175.in fine, vol.1.*

11 Item † adde, quod syndicus habens quatuor dies ad denunciandũ, si aliquis fuerit vulneratus, qui mortuus est infra quatuor dies, non incurrit pœnam ex eo, quod denunciauerit vulnus; si infra alios quatuor dies mortem denunciauerit, Bal. *in l.si ita stipulatus, ff.de verb.oblig.* quem refert, & sequitur Ioan. Anton. de Nigr. *in c.frequens, nu.31.* Ego autem crederem contrarium, quia Iudex non potuit capere informationem à vulnerato; & forsan delictum remaneret impunitum, si delinquens ignoraretur, & eo maximè, quia syndici in princip. officij sui iurant seruare statuta; & ego ita seruarem, si curia non haberet informationem de delinquente.

12 Item adde, quod † syndicus non tenetur denunciare delicta extra territorium commissa, sed solum ea, quæ in territorio committuntur, vt per Gabr. *in cons.175.n.10.vol.1.*

* • Item adde si committitur aliquod delictum in confinibus, duarum villarum, & sic in loco communi dictarum villarum, vterque syndicus, siue denunciator tenetur denunciare: sed tamen sufficit, si vnus denunciet, si autem neuter denunciaret, vterque punitetur, Bal *in l.2.C.vbi de crim.agi port.* & Præposit. *in c.de accusatione, n.184 2.quæst.8.*

* • Item adde si Titius denunciauit delictum, vt quilibet priuatus, & postea fuit creatus syndicus non tenetur amplius denunciare vti sindicus, Bal. & Imol. *in l.si quis hæres, ff.de iniust.rup. irritoque testam.* & Præposit. *in cap.accusatione, num.186.2.quæst.* 8. Baiar.

o *Dixi supra, quod non modo officiales*] adde, † quod de iure
13 ciuili non possunt denunciare, nisi deputati ad denunciandum, sed de iure canonico, quilibet dummodo non sit infamis, vel inimicus, aut conspirator, vel vilis persona, Iodoc. *in pract.criminali c.7.* Baiar.

p *Quæro nunc, quæ sit forma*] adde infra *qu.23.in princ.* Quid autem si vno, eodemque tempore constituti sint duo sindici ad denunciandum insolidum, si neuter ipsorum denunciauit, & vnus tantum soluerit pœnam ob denunciam non factam, an liberet alium? Quod sic, Ias. *in §.pœnlis, nu.24. Institu.de act.* & in quantum dixit supra *versi. Scias etiam, quod tales sindici excusantur, vbi contra eos non potest argui dolus:* Adde contrarium fore de iure verum etiam in sola negligentia sine dolo, per ea, quę dixit Fel. *in cap.ad audientiam, el secondo, coll.mihi 12.ver.limitaretur tamen extr.de rescript.* In occultis tamen excusantur. Idem Felyn. *in c.consuluit, coll.mihi sexta, de offi.deleg.* De istis vide Bar. *in l.1.renarcha, lib.10.* Drog.

q *Sed nunquid*] De denunciatore calumnioso Fatin. *in tit.de accus.q.16.n.15.lib.1.& n.16.cum seq* Rof.

Sed nunquid si reus] Denunciator falsus semper inexpensis est condemnandus, Farin. *quæst.16.num.15.* intelligitur in denun-
14 ciatore priuato, & sponte crimina denunciante, vel ob priuatum interesse, vel alia particulari causa *d.q.16.n.16.*

Limitatur in denunciatore, qui ex necessitate officij publici crimina denunciat. Fat. *d.nu.16.*

Sublimitatur in exploratoribus, seu delatoribus, aut spiis ibi *n.17.* sed non videtur conuenire limitationi, quia ibi tenetur necessario, hic voluntariè fit denunciatio.

Limitatur, vt non puniantur pœna falsi accusatoris ibi *num. 18.& 19.* vbi *num.18.* ponit, quod non se inscribunt ad pœnam talionis. *Baiar.*

r *Sed si appareret de vera calumnia*] Notandum hic, quod non probata querela accusans, & prosequens debent condemnari, absoluto reo, & de forma inscriptionis secundum ius commune infra *q.12.vers.forma autem, ad fin.* sic de condemnatione accusatoris calumniantis infra *q.62.versic.sed nunquid de istis.* At de falsis accusatoribus, infra *q.81.versic. Sed quæro, ad fin.* vbi dixi. *Drogh.*

s *Aliquis denunciator*] Siue delator. Fatinac. *d.loco numero* 17. Rof.

QVÆSTIO VIII.

Quomodo contra deprehensum in flagranti crimine procedi possit.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Deprehensionem rei in flagranti crimine aperire viam judici ad requirendum.*
2 *Et an faciat plenam probationum.*
3 *Et an reo deprehenso in flagranti crimine dandus sit terminus defensionis, & copia indiciorum.*
4 *Et an requiratur sententia.*
5 *Et quid si judex oculis propriis videat maleficium committi.*

Ex Additionibus.

1 *Deliquens si reperiatur in flagranti, quis ordo procedendi seruari debeat, remissiue.*
2 *Et an faciant fidem Ministri Curiæ, vel alij consignantes, remissiue.*
3 *Et quis dicatur in flagranti captus, remissiue.*
4 *Et an quilibet possit capere repertum in flagranti, & ad iudicem ducere, remissiue.*
5 *Et an priuati sint in culpa nisi in flagranti deprehensum capiant.*
6 *Nuncio quando sit credendum,* & nu.8.
7 *Delinquens in flagranti repertus absque processu potest puniri.*
9 *Et contra eum proceditur iuris ordine non seruato.*
10 *Et an eo casu admittenda sit appellatio.*
11 *Et an appellatione interposita, vel pendente termino ad faciendum defensiones sit differenda executio.*
12 *Et quid si teneatur de tumultu.*
13 *Fur deprehensus in flagrãti potest sine sententia fustigari.*
14 *Et quid en furibus vuarum.*
15 *Iudex an semper secundum acta, & probata iudicare debeat.*

ALiis *a* etiam modis apetitur judici via ad inqui- *a*
rendum, nulla querela aut denunciatione præce- 1
dente; puta, si delinquens sit in flagranti crimine repertus, tunc enim non modo judex potest contra eum inquirere, sed etiam procedere usque ad sententiam, juris ordine non seruato.

b Scias tamen, quod deprehensio in crimine non fa- *b*
cit plenam probationem, sed tantummodo operatur, 2
ut reus possit torqueri, & ita communiter tenetur, ut ait Alber. *in l.defensores, num.2.C.de defens.ciuit.* Et ideo debet judex bene aduertere, ne statim procedat ad executionem contra eum, qui ad prætorium ducitur, tanquam sit deprehensus in flagranti crimine, nisi aliter etiam constet tale delictum ab eo commissum fuisse. *c* *c*
Solent itaque cauti judices tales homines, qui ad eos 3
conducuntur, tanquam deprehensi in flagranti crimine, examinare: & ubi fateantur, exequi pœnam contra ipsos; ubi vero negent, statim absque alio processu ducere ad torturam, ut eos cogant ad delictum confitendum. Et hac practica utuntur assessores, ut dicit Ang. *in l. interdum, §.qui furem, num.8.ff.de furtis.* Et scias, quod licet

cet talis reperiatur innocens, non propterea iudex, qui illum torsit, tenebitur in syndicatu, quia illa inciuilis ductio ipsum ita ductum in illud periculum posuit, vt dicit tex. *in d. §. qui furem*, & notat Angel. *ibi*. Subdit tamen, Vtere hac tortura velut homo discretus, secundum causam, qualitatem, & conditionem personæ, ne alias, vt iudex peruersus recipias punitionem. Hæc autem intellige, vt procedant in grauibus delictis, pro quibus etiam pœna grauis imponitur. Ceterum in leuibus delictis potest iudex aliquem repertum in flagranti crimine ponere ad catenam, vel berlinam, vt vulgo dicitur, absque aliquo processu: & ita seruari ex consuetudine terrarum attestatur Ang. *in d. l. ea quidem, num. 1. in fin.* subdens, ab huiusmodi consuetudine non esse recedendum. Et illum refert Paris Put. *de synd. fol. 287. num.* 8. Et ita se practicasse attestatur Bart. *in l. lemia, numer.* 18. *ff. de accus.* Dicit etiam Angel. *in l. ictus fustium, num. 2. ff. de ijs, qui not. infam.* quod videmus hodie seruari, quod inuenti ad furandum vuas per officiales rectorum, absque interlocutoria, aut diffinitiua
1 *d* ducuntur cum vuis ad collum per ciuitatem. *d* Et eodem modo inuenti cum armis de facto ducuntur ad palatium, & compelluntur ad soluendum pœnam, antequam recedant. Idem dicit Cagnol. *in l. vnica, in prin. n. 98. ff. si quis ius dic. non obtemp.* Adde tamen, dummodo ille deprehensus sit persona vilis: secus autem si esset persona nobilis, vel honesta: talis enim non esset pu-
e niendus pœna infamiæ. *e* Bene vidi aliquando etiam nobiles deprehensos cum armis sine processu plecti ictibus funis publice, & non est indicio meo mala practica, quamuis Paris Put. *de syn. fol. 339. cap. 2. post num. 2.* aliter sentiat, dicens, quod tortura est maxima pœna, &c. & ego sæpe vidi illam obseruari, licet quandoque
f ex eo iudicibus *f* male euenerit.
g *g* Sed nunquid reo capto in flagranti crimine debet
3 dari terminus defensionis, aut copia indiciorum? Respon. Bald. *in l. vt vim, nu. 2. ff. de iust. & iure*, tenuit, quod non debet ei dare copia processus, neque statui aliquis
h terminus *h* ad se defendendum. Et dicit Foller. *in prac. crim. fol. 197. col. 1. in fin.* quod illud dictum Baldi quotidie practicatur, prout etiam fuisse practicatum Nea-
i poli in illis nobilibus, qui fuerunt reperti *i* cum scalis ad domum cuiusdam nobilis mulieris, refert Gramm. *super constitut. Regni, fol. 58. num. 15. & decis. 36.* Ego, si reus confiteretur delictum, vtique transirem cum hac sententia: sed si negaret, putarem illam esse valde pe-
k riculosam. *k* Et ideo consulo iudicibus, ut caute procedant in huiusmodi casibus, neque exequantur pœnas capitales, non datis defensionibus, nisi sit reus, præter talem deprehensionem etiam per testes idoneos de ipso delicto manifeste conuictus, vel confessus.
l *l* Bene verum est, quod vbi esset periculum maioris scandali, puta, quia delictum esset atrox, & populus magnis clamoribus postularet eius supplicium non differri, vel quia esset concitata seditio, nec posset de facili sedari, nisi aliquis, qui esset deprehensus concitare populum, statim suspenderetur; tunc crederem posse iudicem excusari, qui illud faceret. Licet enim dici soleat, quod vanæ voces populi non sunt exaudiendæ; il-
m lud tamen intelligendum est, quo ad hoc, vt *m* innocens condemnetur, vt contigit Saluatori nostro Christo Iesu; vel vt nocens absoluatur. Sed bene quandoque exaudiuntur, vt pœna nocenti acceleretur, & non differatur, donec Principi rescribatur. Et hæc est communis resolutio, vt dicit Sali. *in l. decurionum, in fin. C. de pœnis*, & ita se vidisse de facto Florentiæ, attestatur Catal. *de synd. q. 222.*
n *n* Quæro, an quando reus, est deprehensus in fla-
4 granti crimine, requiratur sententia. Respon. gloss. *in l. ictus fustium, in glo. 1. in primis verbis, ff. de iis, qui not. infam.* videtur sentire, quod non, sed quod potest ei infligi pœna absque sententia: & illam dicit esse communiter approbatam Boss. *in titul. de denunc. num.* 10. Practica tamen obseruat, quod collaterales nunquam faciunt executionem alicuius pœnæ, nisi sententia præcedat: possent tamen his casibus omitti solemnitates requisitæ in sententiæ prolatione, & sufficeret simplex ordinatio à iudice subscripta.

o Sed pone, quod iudex oculis propriis videat: aliquem aliquod maleficium committere: nunquid po- *o*
terit illum ita condemnare? Respon. quod non, nisi aliter probetur: & ita tenent Doctores, ut dicit Alb. *in 1. parte statutorum, q. 53.* Licet enim lex multum de iudice confidat, vult tamen, quod *p* secundum acta, & pro- 5
bata iustitia ministretur: alias posset iudex aliquem suspendi facere, & dicere, *q* quod ipse vidit aliquod ma- *p*
leficium ab eo committi, quod esset intolerandum. Vide, quæ dixi infra *q. 66. ver. scias autem.* Et licet aliqui dixerint, quod poterit iudex eo casu illum torquere, tamen in hoc etiam contrarium tenetur per DD. ut dicit Pra. Cater. *fol. 108. num. 144.* Bene ex eo, quod iudex videat aliquem delinquere, poterit absque alia querela, aut denunciatione statim super eo informationes assumere, & contra eum procedere, & sic iste erit vnus ex casibus in quibus aperitur via iudici ad inquirendum absque vlla querela, denunciatione, vel diffamatione præcedente. Et adde, quod etiam hoc casu danda est reo copia processus, & terminus defensionis prout rescripsit Senatus in causa cuiusdam M. Antonij Cribelli, qui coram Prætore, & fiscali blasphemauerat, *r* 6. Apr. 1559. P.N. *q*
r

ADDITIONES

Ad Quæst. VIII.

A *Liis etiam modis.*] De materia hac Vulpell. *respons. 137. circa fin.* Farin. *d. tit. de delict. q. 21. 1. vol. num.* 133. & quid si beroarij dicant cœpisse aliquem in loco sacro. Rodolf. *q. 26. lib. 2.* Rol. *a*

Alius etiam modis aperitur iudici.] adde, qualis processus sit habendus contra delinquentem repertum in flagranti crimine, & an Ministri Curiæ, vel alij præsentantes captum in flagranti, si testificantur de visu, contra eum faciant fidem Andr. de Iser. & Afflict. *in const. humanitate, tit. de his, qui fideiuss. num. 27. & 28. fol. 209. lib. 2.* Foller. *in pract. crim. in vers. item, quod fuit captus in flagranti, num. 12.* & Farin. *quæst. 21. n. 157.* vbi dicit, quod si alij testes haberi non possunt, tunc creditur ipsis beroariis, & officialibus si alios non patiuntur defectus, in delictis leuibus, non autem in grauibus, vt per Boss. *in tit. de denunc. num.* 10. in quibus non probant crimen, sed faciunt indicium ad torquendum, Franc. *in dec. 379.* vbi de capto cum archibusicto paruo, & ita ibi decisum fuit per sacrum consilium. An quis dicatur captus in flagranti, & an ille, qui latitabat, sed non per magnum interuallum, nullo actu extraneo in medio interueniente, & an quilibet possit capere delinquentem in flagranti, & eum ducere ad iudicem; & an sint in culpa priuati, si potuerunt capere malefactorē in flagranti, & non ceperunt, vide eundem Afflict. *in constit. qualit. instit. se gerer. nu. 7. & seq. fol. 122. lib. 1.* & vide Foller. *in pract. cri. in d. vers.* Item quod fuit captus in flagranti, vbi plene hanc materiam tractauit, & Far. *in dicta q. 21. nu. 133. cum multis sequ.* Et quando sit credendum nunciis, & executoribus, vide Bero. *in q. 84.* Mascard *de probat. in verb. Birruarij, conclus. 189.* & Paulus Granut. *lib. 1. Theorem. 19.* & executoribus non creditur aliquid dicentibus quando de eorum lucro agitur, Alciat. *in tract. præsumpt. reg. 3. præsumpt. 24. n. 6.* Baiard. 1 2 3 4 5

b *Scias tamen*] adde inf. *q. 28. versic. Dictum est, q. 29. versic. quæro etiam*, & ibi dixi. *Drogh.* 6

c *Solent itaque cauti iudices*] adde, † quod deprehensus in flagranti crimine, etiam sine processu potest damnari, & puniri, Alexand. *consil. 275. viso themate libro 7.* Flori. *in l. si seruus, nu. 5. versic. sed aduerte ff. ad l. Falc.* Marsil. *in l. vni. C. de rapt. virgin. n. 89. vsque ad n. 94.* 7

Item adde, † quod in leuibus delictis, vt quis sit inuentus cum armis, vel ad ludendum, adhibetur fides birruariis, sine exe- 8

cetotibus, Bar. *in l. prætor ait, ver. sed quod debet, ff. de damn. infect.* Alex. *conf.* 2. *vol.* 1. Roman. *conf.* 414. Et in materia armorum Caret. *in versic. Item que eorum, num.* 30. & Foller. *in pract. crim. in d. ver. Item quod fuit captus, &c. num.* 7. vbi dicit, quod probant, si per alios non potest probari, & hanc materiam plene tractauit Mascard. *de probat. in verb. biruarij, concl.* 189. Contrarium tamen tenuit Bero. *q.* 84. sed vide etiam, quæ posui supra *quæst.* 7 *an versic. habet igitur, ibi, scilicet Berroarij.* In grauibus autem delictis non probant ministri capientes delinquentem ad conuincendum, sed ad torquendum, & ita decisum fuit per sacrum Consilium in quodam reperto cum tormento patuo, vt attestatur Franch. *in decisio.* 379. *vol.* 2. Baiar.

d *Et eodem modo.*] Farin. *d. q.* 21. *num.* 137. *&* 138. Et an credatur birroariis ibidem *num.* 157. *& q.* 56. *vol.* 2. *num.* 378. *cum seqq.* Ros.

e *Bene vidi aliquando.*] Attende differentiam pauperis, & diuitis, quę locum habet etiam in administranda iustitia, prout in pluribus locis huius operis reperitur, hæc differentia, *inf. q.* 39. *versic. Sed hic quæro, q.* 18. *ver. Scias autem q.* 47. *ver. Sed quæro, in fin. q.* 60. *ver.* Prodest etiam, *q.* 83. *ver. terminos mouent, & q.* 81. *ver. sed pone sup. in §. Homicidium, ver. Sed quid dicendum,* Menoch. *de arb. Iud. lib.* 2 *cent.* 4. *cas.* 393. *num.* 16. *text. in l.* 2. *ff. de term. mot.* ac alibi sæpe; piorum tamen offendit aures talis differentia, quia habetur Prouerb. *c.* 23. Non facies violentiam pauperi, quia pauper est, neque conteres egenum in porta, quia iudicabit Dominus causam suam, & configet eos, qui confixerunt animam eius. Crimina tamen Nobilium facilius occultari dixit *tex. in l. splendidiores, C. de diuer. off. lib.* 12. vt refert Giamm. *decisio.* 23. *num.* 9. & vide Fel. *in c. Pastoralis coll. mihi* 2. *de off. deleg.* qui hoc disputat, causasque reddit per tex. *in cap. Nouit. §. Ceterum de Iud.* Drogh.

f *Male euenerit.*] Far. *q.* 108. *n.* 154 *vol.* 4. Ros.

9 g *Sed nunquid reo in flagranti.*] adde, † quod contra captum in flagranti proceditur ex abrupto iuris ordine non seruato, Afflict. *in constit. humanitate,* 6. *notab. versic. Item quærit hic Andr. & in Constit. Iustitiarij, non per Kalendas,* Gram. *decisio.* 36. *nu.* 8. nec datur copia repertorum, siue indiciorum, vt tenet Bald. hic allegatus, nec expeditur citatio ad sententiam Gramma. *d. dec.* 36. *n.* 71. *cum seq.*

10 Item adde, † quod pro eo non admittitur appellatio ad effectum, vt iudex, a quo teneatur illi deferre, Foller. *in d. ver. Item quod fuit captus, n.* 4. Baiar.

h *Ad se defendendum*] De reperto in flagranti idem Farin. vbi supra *n.* 142. *& plur. seqq.* Ros.

i *Cum scalis ad domum.*] adde infr. *q.* 78. *versic. Ascendens, q.* 60. *vers. est & Amor. q.* 92. *ver.* 11. *ad fin.* Vbi de his scalis. *Drog.*

k *Et ideo consulo iudicibus.*] Reo etiam reperto in flagranti crimine est danda copia processus, adde infra *q.* 49. *vers. Vlterius quæro. q.* 6. *versic. Dictum est q.* 82. *stat.* 6. *versic.* 1. & ibi dixi in fin. Et hoc procedit etiam in notorio, infr. *q.* 9 *versic. Quæro etiam,* patri autem, quod licitum sit occidere adulterum repertum in flagranti crimine, quamuis non liceat iudici; supra *in §. Homicidium, ver. Dixi etiam & inf q.* 64. *ver. solet dubitari, ad fin. ibi, & potest poni exemplum;* Et cur hoc sit, quod patri liceat, quod Iudici, nec marito liceat, cum tamen maior ratio deberet esse in marito, *iux. l. patri. ff. De adulter.* vide Alexand. *lib.* 2. *de verb. sign. sub num.* 12. *ad fin.* Occidere enim (ait) quem propria auctoritate, nec quam crudele est; vide singulariter Quintilianum Mandos. Tracta. *de sign. grat. versic. dispensationes matrimoniales. § an autem puniri possit. folio* 4. *à tergo.* At quod reperto in flagranti non dentur defensiones, adde Fel. late referentem *in cap. Pastoralis, §. Quia vero, col mihi* 4. *de off. deleg.* Drog.

11 l *Bene vetum est.*] adde, † quod etiam appellatione interposita executio non est differenda, & postea superiori scribere causam, quare appellationi non detulerit, Boer. *decisio.* 153. *nu.* 5. nam quando periculum est in mora, iudex potest exequi, & postea processum scribere, Boer. *decisio.* 159. *n.* 5. quem refert, & sequitur Lancell. *in tract. de attent. ampliat.* 4. *n.* 16. *fol.* 215. & etiam pendente dilatione ad faciendum defensiones non est differenda executio, si aliter tumultus sedari non potest. Roma. *in sing.* 577. & de periculo propter moram credendum erit officiali illud asserenti, dummodo illius assertio aliquibus verisimilibus, & vrgentibus præsumptionibus, & rationibus munita sit, ita tradit Anchar. *cons.* 277. *n.* 12. quem sequitur Mascard. *de probation. concl.* 1157. *n.* 14. *vol.* 3.

12 Item adde, † quod similiter Iudex non debet differre executionem, quando timet, quod amici, & consanguinei faciant tumultum, & auferant condemnatum; nam tunc debet accelerari executio, etiam durante termino defensionis, vt per Carrer. *in pract. crim. § homicidium l' vltimo n.* 80.

Item adde, quod è conuerso tumultus populi facit differre executionem, non tamen liberare, sicut facit accelerare executionem, non tamen innocentem condemnare, *l. decurionum, C. de pœn.* & Carrer. *in loco supra citato, n.* 79. Baiar.

m *Innocens condemnatur.*] Farin. vbi supra *n.* 146. Ros.

n *Quæro, an quando.*] Idem Farin. *n.* 153. Ros.

Quæro, an quando reus est deprehensus] adde, † quod in specie de fure, quod si deprehensus fuerit in flagrantia potest fustigari sine prolatione sententię diffinitiuæ, Ang. *in l. ictus fustium, col.* 1. *ff. de his, qui not. infam.* & ibi etiam dicit, quod hodie seruatur, quod † inuenti ad furandum vuas, per Officiales absque interlocutoria, vel diffinitiua ducuntur cum vuis ad collum per Ciuitatem, & Ias. *in l. vnic. n.* 29. *ff. si quis Iusdic. non obtemp.* dicit, quod in leuibus delictis inuentus in flagranti sine aliquo processu potest puniri ad catenam; & ita dicit de facto serui. *Baiar.* 13 14

o *Sed pone, quod iudex oculis propriis*] ad vnum tamen aduerte in hac materia, quod si in præsentia Iudicis sedentis crimē aliquid oriatur, licet acti non sint processus, nec examinati testes, tamen propter notorietatem Iudex sine alio processu condemnare potest gl. *in c. Deus omnipotens* 2. *q.* 1. Ant. Gomes. *de delict. c.* 1. *n.* 48. Dec. *cap. proposuit, n.* 7 *de appell. inf. q.* 25. *versic. solet dubitari.* Drog.

p *Secundum acta, & probata.*] Et regulam, quod iudex omissa conscientia secundum acta, & probata pronunciare debeat, vide per Diaz. *mihi reg.* 377. post Fel. *in c. pastoralis, § quia vero, de offic. deleg. n.* 23. qui vsque ad *fi. d. §.* septem adnotat limitationes, quas vide. *Giach.*

Secundum acta.] adde circa istam regulam, quod Iudex secundum acta, & probata iudicare debet, vt per Diaz. *in reg.* 377. vbi multas ponit limitationes, vide etiam Couar. *var. resol. lib.* 1. *c.* 1. *sub n.* 7. Summam Syluest. *in verbo Iudex, il* 2. *q.* 5. & Mascar. *de proba. conclus.* 948. *n.* 16. *&* 11. Baiard.

q *Quod ipse vidit.*] Farin. *d. loco n.* 162. *& seqq.* vel eo sedente pro tribunali, *n.* 158. *& seqq.* Ros.

r 6. *April.* 1559. *P. N.*] Far. *d. loco plura alia.* Ros.

QVÆSTIO IX.

Quemadmodum in notorio crimine procedatur.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Notorietatem delicti aperire viam iudici ad inquirendum.*
2 *Et quod dicatur delictum notorium.*
3 *Et an requiratur, quod sint etiam notoriæ qualitates ipsius facti.*
4 *Et an in processu, qui fit super notorio, requiratur citatio.*
5 *Et an requiratur probatio ipsius notorij.*
6 *Et per quot testes probetur notorium.*
7 *Et an crimen notorio danda sit reo copia indiciorum, & terminus defensionis.*
8 *Et an in notoriis requiratur sententia.*
9 *Et an in notoriis admittatur appellatio.*

Ex Additionibus.

1 *Notorium dicitur tripliciter.*
2 *Notorium quid sit, & quomodo iudicatur, remiss.*
3 *Et statutum faciens mentionem de notorio, de quo sit intelligendum.*
4 *Et an requiratur probatio, quando delictum fit coram Iudice, & aliis sufficientibus ad notorium, & n.* 5.
6 *Et quomodo procedatur, si delinquitur coram iudice, & Notario tantum.*
7 *Notorio per quot testes probetur, remiss.*
8 *Et an requirat sententiam.*
9 *Et appellationem admittat.*

SEd *a* quid dicendum in crimine notorio? Respond. quod notorietas delicti non modo *b* aperit iudici viam ad inquirendum, sed etiam facit, vt possit etiam vsque ad executionem procedere iuris ordine non seruato. Vt autem scias, quid dicatur notorium, videnda sunt, quæ dixi infra, *lib.* 7. *§. notorium.* Nam vt dicit glo. *vnica, in c. manifesta,* 2. *q.* 1. quotidie de notorio loquimur, & quid sit notorium ignoramus. In hoc tamen proposito dic, quod illud dicitur crimen notorium, quod aliqua tergiuersatione celari potest, vt illud, quod fit coram populo, vel maiori parte populi. Et ita dicunt a 1 b

dicunt Doc. vt ait Cyn. in d.l.ea quidem, col.2.ver. quia ergo. c Et sic vides, quod non modo illud, quod est facti permanentis, sed etiam illud, quod est facti momentanei, potest transire in notorium licet aliqui contrarium dixerint. Et hæc est communis opi. vt dicit Tort. iter consil. Ant. de Butr. consil. vltimo, post nu.27 versicul. ex prædictis ergo. Apostil. ad Ang. de maleficiis, in verbo, Etiam per modum notorij. sub n.1.

3 Sed aduerte, quia in hoc proposito non sufficit factum ipsum esse notorium, puta, quod Seius interfecerit Caium, nisi etiam sint notoriæ qualitates ipsius facti, scilicet, quod nulla defensio, aut excusatio competat Seio, quo minus puniendus sit pœna homicidij. Et hanc dicit esse communem omnium conclusionem Colleg. Flor. inter consil. Cur. Sen. consil.21. num.13. Tort. in d. consilio vltim. post num.29. vers. Nec obest tex. Potest enim esse, quod homicidium fuerit ad sui defensionem commissum, vel quod alias Caius impune occidi potuerit, vel huiusmodi, de quibus dixi diffusus supra hoc eod. lib. §. homicidium.

d Quæro nunquid in notoriis requiratur citatio. Re-
4 spon. quod ad sententiam vtique requiritur, & in hoc nullus dubitat, vt dicit Alber. in d.l.ea quidem, num.14. in fine. Hanc etiam dicit esse communem opin. Aret. consil.163. num.7. quem refert Boss. in titul. de denunciat. num.9. in fin. & in titul. quomodo procedatur in crimine notorio, post numer.6. Quod tamen intellige iuxta ea, quæ dixi infra, qu.31. versicul. sed hic quæro. Sed ad assumenda indicia super ipso delicto notorio, non est reus citandus, quotiescunque ex tali citatione reus instrueretur ad fugam. Et hanc dicit esse communem opinionem Ferre. consil.31. numer.11. Et licet Anton. de Butr. in d. cap. cum olim, de re iudic. dixerit esse speciale in Papa, vt processus per eum factus in notoriis absque citatione valeat, nihilominus illud dictum communiter reprehenditur, vt dicit Barb. consil.70. numer.14 lib. 4. Dixi infra quæst.31. circa princ. Bene verum est, quod si notorium esset nullam defensionem competere, eo casu (secundum aliquos) posset procedi sine citatione. Et hanc opin. dicit esse communem, & veram Colleg. Flor. inter consil. Curtij Sen. consil.21. num.5. Tortus in d. consil. vltimo, numer.30. Secus autem, quando certum esset defensionem competere, vel esset dubium, vt ibi. Et hanc distinctionem fieri per omnes attestatur Prac. Carer. fol.28. ver. Etiam, & quando. Ego vero indistinctè teneo, quod in quocunque notorio, si reus est absens, debet citari, non modo ad processum, si non sit suspicio fugæ (nam eo casu debet, si potest, personaliter capi) sed etiam ad sententiam, vt supra dixi, non enim video, quomodo constare possit, nullam defensionem, aut excusationem reo competere, nisi eo monito, & audito. Si vero sit præsens, scilicet in carceribus detentus, crederem, quod posset procedere communis opi. quod, vbi certum esset nullam defensionem competere, nulla citatio requireretur. Sed bene reus ipse verbo monendus, & etiam audiendus esset, si vellet aliquid ad sui defensionem deducere.

e e Item quæro, nunquid in notoriis requiratur pro-
5 batio delicti. Respon. quod non. Et est communis opin. vt dicit Alber. in d.l.ea quidem, num.18. Et ideo dicit Angel. in l. ictus fustium, num.4 ff. de iis, qui not. infam. quod mos hodie inoleuit, quod Rectores immediate absque aliquo processu faciunt decapitari, & suspendi, & membra mutilari de facto malefactoribus notoriis, quibus, vt ipse ait, ita pœnas imponi subito expedit reipub. Et licet Cyn. in d.l. ea quidem, colum.2. versic. Secundo iuxta hoc. teneat, quod vbi negetur, debeat probari; nihilominus secundum Alb. in loco præallegato eius opinio non seruatur, nec approbatur per Doctores. Sed Sette iudicio meo Alber. non refert fideliter verba Cyni Et ideo puto, quod male illum reprehendat. Propterea scire debes, quod magna est differentia, an dicatur notorie constare de crimine, vel dicatur constare de crimine esse notorium, iuxta ea, quæ dixi in dicto §. Notorium. Dico igitur sic, quod Aut quæris, an sit probanda notorietas ipsius delicti, scilicet Ipsum delictum, de quo agitur, notorie commissum fuisse: & dic, quod sic, & ita loquitur Cyn. & in hoc nemo contra dicit. Neque sufficeret, quod notorie de eo appareret, potest enim esse, quod per tres testes de visu, vel per confessionem ipsius rei, ex quibus dicimus notorie constare de crimine, probaretur delictum ita probatum posse dici notorium, ad effectum, vt super eo tanquam notorio, ex abrupto procedi possit. Aut quæris, an sit probandum ipsum crimen, quod prætenditur esse notorium: & adhuc est distinguendum. Nam aut quæris, an debeat constare iudici, ipsum crimen fuisse commissum, & tenendum est, quod sic, iuxta ea, quæ dixi supra quæst.4. Aut quæris, an debeat vere probari, quod crimen fuerit commissum ab eo, contra quem prætenditur esse notorium: & dic quod non. Et ideo licet non adsint testes, qui deponant super scientia delicti, si tamen appareat de delicto, & adsint testes idonei probantes concludenter esse notorium, quod Titius illud crimen commisit, poterit Titius ex eo condemnari: Et ita procedet opin. Alb. & communis, quæ tamen iudicio meo est multum periculosa. Et ideo recte dicit Salic. in d.l. ea quidem, num.93. f Caueat iudex, ne asserat delictum notorium, cum non sit, multa enim dicuntur notoria, quæ non sunt; propterea consuluit iudici, vt maiorem partem viciniæ examinet super delicti commissione, ne postea tempore depositi officij puniatur, si de notorio non doceret. Debet igitur iudex super tali notorio informationes assumere. Et hæc est communis opin. vt attestatur Afflict. super 2. parte constitutionum Regni rub.10. post num.30. Et scias, quod debet notorium constare iudici, vt iudici ex actis, secundum commun. opin. vt dicit Prac. Conradi, fol.240. in fin. & fol. 241. num.14. Et ideo non sufficerent informationes ab ipso iudice extraiudicialiter assumptæ. f

Quæro g nunc, per quot testes notorium probetur. Respon. Glos. in c. Deus omnipotens, §. quando autem, in verbo, indicis, 2. quæst.1. dicit, quod probatur per duos testes. Et ita se habet communis opin. vt attestatur Salyc. in d.l. ea quidem, num.82. vt in ore duorum, vel trium stet omne verbum. Faciunt, quæ dixi supra, q.6. versic. Sciendum est. g

Quæro h etiam nunquid in crimine notorio danda sit reo copia indiciorum, aut terminus defensionis. h
Respon. quod sic. Et hanc dicit esse communem opinionem Ant. Gomes. cap.1. delictorum, post num.43. 7
referens id attestari Salyc. in d.l. ea quidem, num.86 qui tamen in libro meo hoc ibi non dicit. Tu ergo dic, quod aut reus proponit aliquam exceptionem, vel defensionem ad excusandum delictum: & danda est ei defensio; Aut ipse fatetur nullam excusationem habere; & non est illi danda. Et hanc practicam seruat totus mundus, vt dicit Boss. in titul. de denunciat. numer.6. in fine.

Præterea i quæro, nunquid in notoriis requiratur i
sententia. Resp. Glos. in c. euidentia, in verbo, Non indiget clamore, de accusation. tenuit, quod etiam super notorio ferenda sit sententia: & illam dicit esse communiter approbatam Mars. in pract. crim. §. aggredior, num. 135. Pract. Conradi, fol.238. post numer.4. Et licet alii qui tenuerint, quod vbi crimen est ita notorium, quod nulla potest tergiuersatione celari, non requiratur sen- 8

tentia declaratoria: quod etiam in plerisque locis frequentissimo omnium consensu receptum esse attestatur Didacus *in repet. cap. Alma mater, fol. 421. numer. 9. de sentent. excomm. in 6.* Nihilominus, quicquid sit de iure, certe de consuetudine indistincte obseruatur, vt etiam in criminibus notoriis requiratur declaratoria. Et hanc sententiam esse in praxi receptam, fatetur idem Didacus *in loco praalleg.*

k Plus k dicunt aliqui, quod non potest dici delictum notorium, quod excusationem non habeat, nisi prius fuerit super hoc cognitum, & declaratum per iudicem, illud esse notorium, citato etiam ipso reo. Et hanc opinio. attestatur esse communem Aret. *in d. consil. 163.* quem refert Ferret. *consil. 31. numer. 5. & 35.* licet Aret. *in lib. meo* hoc explicite non dicat. Et ideo iudices in huiusmodi notoriis caute ambulent, ne si nimis properent, seipsos inuoluant, vt supra dixi Vide etiam in l proposito citationis, quæ dixi supra, *l vers. quaro nunc. m*

m Vlterius quæro, nunquid in notoriis admittatur appel-
9 latio. D. xi infra, *q. 94. vers. solet etiam.*

ADDITIONES

Ad Quæst. IX.

a Sed quid dicendum] De delictis notoriis, & occultis Farin. *de delict. vol. 1. q. 18. n. 104. item q. 21.* Ros.

1 *Sed quid dicendum in crimine notorio.*] adde, † quod notorium potest esse tripliciter, videlicet, quoad Iudicem, & quoad alios; quoad alios, & non quoad Iudicem; & quoad iudicem, & non quoad alios, vt dicit gl. *in cap. fin. verb. quoad se ipsum de cohabit. clericor. & mulier.* & glo. *in c. consuluit, in verb. notoria,*
2 *de appellat.* & quod dicatur notorium, & quo modo inducatur, vide Menoch. *de arbit. iud. cas. 166.* vide etiam Foller. *in pract. crim. in versicul.* item, qui est notorius delinquens, Capr. *in tracta. Notorij,* in quo latissime hanc materiam tractauit, & ad saturitatem nouissime per Farin. *q. 21. per totam.*
3 Item adde, † quod statutum faciens mentionem de notorio in materia restringibili debet intelligi de notorio facti, & non Iuris, Abb. *in cap. dudum, n. 7. de elect.* Baiar.

b *Aperit Iudici.*] adde gloss. *in capitu.* licet Hely. de Simon. legitur, & not. *in cap. euidentia, de accus.* vbi vide per Abba. & quod notorium dicatur, & quomodo inducatur, vide per Iacob. Menoch. *tract. de arbit. iud lib. 2. cent. 1. cas. 166.* Giach.

c *Et sic vides*] adde de isto facto permanente, vel transeunte *sup. quast. 4. versic. quando vero.* Menoch. *de arb. iud lib. 2. cent. 3. cas. 235.* qui super notorio late differit, & quomodo in eo procedatur à *nu. 13.* cum sequentibus infra *quast. 15. ver. quando autem:* dixi sup. *q. 4. versic. quando vero.* Drogh.

4 d *Quaro nunquid.*] Vtrum requiratur citatio in notoriis Farinac. *d. quast. 21. num. 66. cum aliis pluribus.* Ros.

Quaro nunquid in notoriis] adde Gabriel. *comm. conclus. lib. 2. de citat. conclus. 1. num. 2.* vbi tractat plene hanc quæstionem, an requiratur citatio in Notoriis; & ibi ponit tres declarationes. *Baiard.*

e *Item quaro.*] Probatio in notoriis, an requiratur, Farinac. *loco sup. citato, num. 10. 22. 23. 30. 35. 36. 80. & sequentibus 94. 95. & aliis:* Vulpell. *respons. 137. nu. 9. & seq.* Ros.

5 *Item quaro nunquid*] adde, † quod quando aliquod delictum committitur, præsente Iudice in actu exercendi iustitiam & officium suum, & tot aliis, qui sufficiant ad notorium facti, eo casu non requiritur probatio, vt per Boss. *in tit. de denunciat. num. 5. cum sequen.* & de modo practicandi istud dictum, vide Luc. de Pen. *in l. quoties, C. de dignit. lib. 12.* & quomodo pro-
6 cedatur, quando delinquitur coram Iudice, & notario tantum, vide Foller. *in practica crim. in versic. Item, qui est notorius delinquens numer. 27. cum seqq.* & non requiritur sententia, vt per Gramm. *decisio. 105. num. 16.* & ad hanc quæstionem, an requiratur probatio, vide etiam Paris. *in consilio 147. volum. 4.* Rolan. *consil. 99. numer. 11. vol. 1.* Gramm. *in decisio. 36. numer. 55. cum sequen.* & latissime Mascard. *de probatio. conclus. 1103. volum. 2.* Baiard.

f *Caueat Iudex.*] Farinac. vbi sup. *n. 48.* qui dicit arbitrio Iudicis remitti. *Ros.*

g *Quaro nunc.*] Farin. vbi sup. *n. 109.* Ros.

Quaro nunc, per quot testes.] adde videndum Mascard. *de prob. conclus. 1105. vol. 2.* Baiard.

h *Quaro etiam.*] adde sup. *quastion. 8. versic. sed nunquid.* Drogh.

Quaro etiam.] Quomodo procedatur in notorio, Farin. *vbi sup. n. 77.* Ros.

i *Praterea quaro.*] Idem Farin. *d. loco numer. 112. 113. & seqq.* Ros.

Praterea quaro, nunquid.] adde, quod inoleuit cautela, vt Iudex pronunciet factum, de quo agitur, esse notorium, vt per Gramm. *in decisio. 65. num. 12. & in decisio. 65. nu. 12. & in decisio. 105. num. 19.* dicit, quod in duobus notoriis non est necessaria declaratoria, id est in notorio, actu permanente, & in notorio commisso coram Iudice pro tribunali sedente, & ad materiam notorij vide Salicet. *in l. ea quidem, C. de accusat.* vbi per decem quæstiones hanc materiam examinauit, & vide etiam Boss. *in titul. quomodo procedatur in crimine notorio.* Baiard.

k *Plus dicunt aliqui.*] Farin. vbi supra, *n. 116.* Ros.

l *Vers. quaro nunc.*] De hac appellatione idem Farin. *loco sup. recitato n. 117. & seq.* Ros.

m *Vlterius quaro.*] adde circa istam quæstionem, an admittatur appellatio in notoriis, Capr. *comm. concl. in tit. de notor. in 4. membr. princip. num. 102.* vbi latissime, & Lancellot. *in tract. de attent. par. 2. cap. 12. limit. 6.* & ibi *num. 9.* dicit, quod Iudex à quo non poterit deuenire ad executionem in notoriis, si à Iudice, ad quem fuerit inhibitum; & ibi ponit alias limitationes, Vide etiam Gomes. *de delictis cap. 1. num. 47.* vbi dicit, quod in delicto notorio Iudex potest denegare appellationem, & suam exequi sententiam ante tamen inhibitionem Iudicis ad quem, dummodo appareat in sententia, quod iudex condemnauit reum, vt de notorio crimine; secus autem si simpliciter condemnauit, vt quemlibet criminosum, nam tunc teneretur appellationem deferre. *Baiard.*

QVÆSTIO X.

Querelam partis aperire viam iudici ad procedendum.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Querelam partis offensa aperire viam iudici ad inquirendum.*
2 *Et an querela successerit loco accusationis.*
3 *Promotor, seu instigator inquisitionis, quis dicatur.*
4 *Et an sit citandus.*
5 *Aduocatus, siue procurator fiscalis, qui instigant inquisitionem, an reo absoluto sint in expensis condemnandi.*
6 *Et an fiscus debeat querelam porrigere.*

Ex Additionibus.

1 *Querela renuncians, vel ab ea desistens, an iterum querelare possit, remissiue.*
2 *Et an si neget quis iniuriam sibi factam, possit renocare dictum, & de iniuria accusare.*
3 *Querela differt à querimonia, & lamentatione.*
4 *Et an cedula data in occulto debeat mouere Iudicem ad inquirendum.*
5 *Querelans si desistat, vel moriatur, poterit Iudex procedere ex officio.*
Querela post patratum diu delictum porrecta præsumitur calumniosa, n. eod.
6 *Querelans tenetur declarare an intendat facere partem in iudicio.*
7 *Instigater an sit citandus, quando proceditur per inquisitionem, remissiue.*
8 *Et an possit torqueri.*
Querelanti de vulnere, aut offensione an credatur, nu. eod.
9 *Aduocatus, vel procurator fiscalis dolose instigantes, quibus pœnis sint afficiendi.*
Fiscus pro euidenti calumnia condemnatur in expensis in controuersia criminali, n. eod.
10 *Fiscus est vbique præsens.*
11 *Et an ei prosit confessio procuratore fiscali absente.*

Alius

1 a ALius est modus, *a* per quem iudici aperitur via ad inquirendum, scilicet querela partis offensæ. Et licet isti duo modi procedendi, scilicet ad querelam, & ex officio, videantur non modo diuersi, sed etiam quodammodo incompatibiles, tamen consuetudo admittit, quod super querela partis iudex statim incipiat inquirere, s. informationes ex officio assumere, ut dixi supra, *q.1. vers. hinc infertur.*

2 Scias autem, quod hæc querela multum differt ab accusatione: nam in accusatione, de iure requiritur solemnis libellus, & inscriptio, vt dixi infra, *quæst. 12. vers. dixi quoque:* sed modus ille procedendi per via solemnis accusationis, abiit prorsus in desuetudinem, & loco accusationis successit hic modus querelandi. Et ideo hodie per totam Italiam obseruatur, quod libellus non datur, sed simpliciter fit quædam scriptura, quæ datur loco libelli, & debet talis scriptura continere nomen accusatoris, & accusati, & iudicis, & criminis commissi, & quo loco, anno, & mense commissum fuerit; nec non & diem dati ipsius libelli, Et si hæc deficiant, non procedit talis scriptura, quæ hodie datur loco libelli, vt dicit Gand. *de malefic. in rubr. qualiter fiat accusatio, num. 6.* quem refert Aug. ad Angel. *de malef. in verbo, Et ad querelam, num. 3.* & Boss. *in tit. de accus. nu. 2.* & Carauit. *super ritu 20. magna curia, nu. 4. & super ritu 201. num. 6.* & Pract. Conradi *f. 125. num. 5.* Dum tamen ipse Boss. postea subdit *num. 6.* quod vsus non admittit tales querelas pro accusationibus: tu dic id verum esse, si sumatur accusatio in forma solemni, prout de iure requiritur: sed certe hodiernis temporibus vtique dici potest huiusmodi querelas subrogatas esse loco accusationis. Et quamuis, vt ipse dicit, non disputetur super istis querelis, an habeant requisita, vel ne; hoc procedit ex eo, quia talia requisita in parte sunt à consuetudine sublata, vt apparebit infra in discursu materiæ accusationis, & præsertim, *qu. 18. per totam*; & etiam quia hodie inquisitio concurrit in omnibus fere processibus cum ipsa querela, siue accusatione, vt dixi supra *in d. vers. hinc infertur:* & sic iudex ex officio b supplet quoscunque defectus. Sed *b* in casibus, in quibus ex forma statuti, vel consuetudinis iudex non posset procedere, nisi ad querelam partis, proculdubio ea, quæ possent de iure opponi contra accusatorem, & accusationem, possent opponi contra querelantem, & querelam: & ita multoties vidi in facto obseruari. Plus dico, quod si non esset aperta via iudici ad inquirendum aliter quam per querelam, puta quia non præcederet denunciatio, neque diffamatio, neque aliquid aliud ex iis, quæ aperiunt viam inquisitioni, non deberet iudex procedere super huiusmodi querela, nisi haberet legitima requisita, iuxta ea, quæ dicit Gand. *in loci præallegato*, licet contrarium plerumque obseruetur de consuetudine, secundum quam iudices valde prompti sunt ad procedendum, neque multum super istis subtilitatibus insistunt.

Aliquid etiam hoc loco dicendum esset de promotore, seu instigatore inquisitionis, super quo ego pauca tantummodo attingam, ne aliquid prorsus omissum fuisse videatur; cetera reperire poteris in locis ordinariis.

3 Scias igitur, quod tria sunt genera eorum, qui instigatores, seu promotores inquisitionis appellantur. Aliqui enim id faciunt ex necessitate, vel saltem ex debito eorum officij, prout sunt aduocati, & procuratores, seu syndici fiscales, ad quod maxime pertinet instare assidue, vt iudices contra delinquentes inquirant. Aliqui vero id faciunt ex præcepto, siue deputatione iudicium, qui solent deputare aliquem coadjutorem, qui loco partis, seu fiscalis assistat inquisitioni: nam in quocunque casu, in quo iudex potest ex officio procedere, potest etiam creare, & constituere fiscalem, qui accuset. Et ita practicatur, teste Ant. Gomes. *cap. 1. delictorum, num. 10. in 1. amplia.* Intellige qui accuset, non vt aperiat hoc modo viam inquisitioni, sed vt postquam illi est aperta via ad inquirendum; assistat ipsi inquisitioni, prout faceret accusator, & hoc quando non adest aduocatus, seu procurator fiscalis ordinarius: tunc enim non solet aliquis alius deputari. Postremo aliqui id faciunt sponte: quia comparent in iudicio, & *c* subministrant testes, & indicia contra reos inquisitos. c

Quæro, *d* nunquid instigator sit citandus in causa inquisitionis. Respon. de aduocato, seu syndico fiscali nulli dubium est, quin sit citandus: nam in quocunque iudicio, in quo potest ex officio procedi, fiscus est loco partis. Idemque dicendum est in eo, qui fit à iudice deputatus: nam & ille succedit loco fiscalis, & de eo idem iudicandum est in illa causa, quod de fiscali. Si vero loquimur de instigatore, seu promotore voluntario, tunc dicit Boss. *in tit. de inquisitione, num. 26.* quod si talis instigator prius querelauit, & ad eius querelam iudex inquisiuit, tenet locum partis: & ideo est citandus. Et subdit, quod ita concludunt DD. & quod ita seruatur. Et cum eo est lis contestanda prout etiam cum accusatore, secundum Gl. *in c. cum I. & A. in verbo, lite non contestata, de re iud.* quam dicit ab omnibus approbatam Card. Alexan. *in cap. de accusatione, col. 37. in princ. 2. q. 8.* Quod tamen intellige secundum ea, quæ *de litis contestatione* dixi infra *q. 45. circa princ.* Ego autem dico, quod si querelauit, tunc non est citandus tanquam instigator, seu promotor inquisitionis, sed tanquam accusator, quia (vt dixi supra) tales querelæ succedunt loco accusationum. Sed quando quis non querelat, sed tantum instigat, seu promouet inquisitionem, non est de necessitate citandus, nisi compareat, & petat in actis se citari: nam eo casu, licet prius non querelauit, habetur loco partis, & citatur. *e* Et vbi succumbat, condemnatur etiam in expensis, vt accusator: prout in facti contingentia condemnatos fuisse quosdam instigatores refert Papo *lib. 24. tit. 1. arresto 2.* Et ita seruat communis practica. d 4 e

5 Sed nunquid aduocatus, vel procurator fiscalis, qui instigant inquisitionem, & faciunt procedi contra aliquem, tenebuntur ad expensas, si repertum fuerit, illum non esse culpabilem? Respon. de iure forte posset dici, quod sic; sed de consuetudine apud nos contrarium seruatur, prout etiam seruari in patria Delphin. attestatur Guid. Papæ *decis. 269. denunciator, post num. 1.* Et quod de consuetudine procurator regius non subjiciatur expensis actiue neque passiue, attestatur Pract. Millei, *fol. 16. num. 45.* Bene verum est, quod si *f* dolose, & calumniose persequeretur aliquem, esset in expensis, & damnis versus partem condemnandus, vti quilibet priuatus. Et ita pluries seruatum fuisse per Parlamentum Parisiense attestatur Papo *in d. tit. 1. Arresto 4.* 5 f

Sed quæro, Tu scis, quod hodie, nemine querelante fiscus succedit loco accusatoris, vt dixi supra, *qu. 3. vers. Sed certe*: nunquid ergo debet eo casu fiscus querelam, seu accusationem porrigere, super qua iudex deinde procedat? Resp. quod non, sed tantum proceditur ad informationem, eo instante, & ita se habet communis obseruantia omnium curiarum, vt dicit Carauita *super 20. ritu magna curia, post nu. 4.* *g* Et dicitur semper instare fiscus, vt procedatur contra delinquentes, etiamsi de huiusmodi instantia, in actis non appareat: *h* debet tamen prius esse aperta via iudici ad inquirendum aliter, quam per instigationem ipsius fiscalis, iuxta sæpius dicta, vt iudicibus præcludatur via subditos vexandi *i* indebitis impensis. 6 g h i

ADDITIONES

Ad Quæst. X.

a A*Lius est modus*] adde, an desistens à querela, vel querelæ
1 renuncians, iterum ad querelandum admittatur, Bart. *in l. si maritus, la seconda, §. si negauerint, num. 4. ff. ad l. Iul. de adult.* Bald. *in l. accusationem, C. de his, qui accus. non poss.* vbi plene.
2 Et quid si aliquis interrogatus dicat, Titium nihil iniuriæ sibi fecisse, an poterit, suam confessionem retractando, de aliqua iniuria ipsum Titium accusare, siue querelare, vi. Luc. de Pen. *in l. 1. num. 47. versic. septimo.* Ex hoc sequitur, vbi videtur tenere, *quod sic, C. de desertor. li. 12.*

3 Item adde, quod querela differt à querimonia, & à lamentatione, vt per Afflict. *in constit. pessimam, n. 7. fol. 70.*

4 Item adde, quod schedula, quæ datur in occulto, non debet mouere iudicem ad inquirendum: sed ille, contra quem porrigitur, si instat, vt procedatur, debet audiri, *secundum in l. diffamari, C. de ingenu. & manumiss. & in l. 1. C. de famos. libell.* Felyn. *in c. inquisitionis, n. 12. de accusation.* Baiar.

b *Sed in casibus in quibus*] adde quod iudex, data querela,
5 poterit procedere ex officio, etiam quod querelans desisteret, per tex. *in l. constante matrimonio, in fin. ff. de adulter.* Afflict. *in constit. legum asperitate, nu. 12.* Gram. *decisio. 31. num. 3. cum seq.* & hoc procedit in quacunque parte iudicij, etiam quod desistat, appellatione pendente, vel accusatore mortuo, vt per Carauit. *in ritu n. 2.* Baiard.

c *Subministrant testes*] adde ad subministrationem testium, & indiciorum infr. *q. 19. versic. sed quid è conuerso, q. 17. versic. sed hac quidem, q. 31. ver. vlterius quæro, & q. 48. in princ.* Diog.

d *Quæro nunquid instigator*] Et quando procedatur per inquisitionem, si adsit instigatur, vi. Bald. *in consil. 227. vol. 1.* Sed an instigator, & consultur torqueri possit, remissiue, vi. per Carret. *pract. crim. ante n. 181.* Giach.

Quæro nunquid instigator] Nota, quod querela diu post delictum commissum porrecta præsumitur calumniosa, Farinac. *q. 40. num. 103.*

6 Adde, per solam querelam, instigationem, & sollicitationem non intelligi querelantem facere partem in iudicio; sed oportet declarari; Et ideo solet peti, vt mandetur querelanti, quod declaret, si intendit facere partem iudicio, ad quod tenetur iudex secundum Folle. *in pract. crim. in verb. Audiantur exceptiones, num. 2.* & an instigator quando proceditur per inquisitionem, sit citandus Bald. *consil. 126. vol. 1.* & an instigator torqueri possit, Brun. *in tract. de indic. in 8. q. princ. 13. not.*

7 Occurrit locus tractandi de querelante, ad eius propositum etiam multa diximus supra *q. 7. nu. 1.* Sciendum est ergo, quod querelans aliquem de vulnere, aut offensione, dicitur testis in causa propria, & ei non creditur, quia ex tali querela facit se inimicum querelanti, Farin. *q. 46. nu. 12.* eique minime contra accusatum, seu querelatum creditur ibi, *num. 93. cum sequen.* nec ipsius inculpatio facit indicium ad inquirendum, nec ad capturam sufficit, *nu. 67.* & quamuis vt testis fuerit examinatus, non tamen ei creditur, *nu. 98.* quinimo, & si ipsius dictum fuerit confirmatum in tortura, non probat, quemadmodum nec dictum accusatoris, *nu. 64.* nec illorum est acceptanda oblatio, si dicant velle stare cum reo in tortura, *nu. 101.* carentque fide, etiamsi Princeps esset, *num. 142.* Baiard.

e *Et vbi succumbat*] Condemnatur in expensis secundum
8 Far. *tit. de accus. q. 16. n. 14.* Ros.

f *Doloso, & calumniose*] Boer. *decisio. 324. lib. 1.* Farin. *d. q. 16. n. 14. & 24.* Ros.

9 *Dolose, & calumniose*] adde, quod non solum procurator, vel aduocatus fisci debet ob talem vexationem condemnari in expensis, & eas soluere de proprio, sed etiam maxima pœna veniret plectendus, vt decidit Imperator *in l. vniuersi, C. vbi caus. fiscal.* vbi eos viuos concremari iussit, & ita tenet Gramm. *dec. 60. num. 11.* sed prædicta non seruantur in practica, & si quis ageret ad dictas pœnas, derideretur, vel forsan punitetur. Et hoc etiam tenuit Boer. *in decisio. 324. in princ.* scilicet, quod si fiscus esset in euidenti calumnia in expensis veniret condemnandus. Dicit tamen Ant. Colomb. *in tract. de modo proced. in controuers. criminal. art. 138.* quod fiscus nullas dat, nec recipit expensas allegando tex. *in l. si C. de fruct. & lit. expen.* quem refert, & sequitur Peregr. *de iure fisci lib. 7. tit. 4. sentent. aduersus fiscum in fine.* Baiard.

g *Et dicitur semper*] adde, quod ratio est, quia fiscus vbiq. est
10 præsens, Gl. *in lu. in pr. C. de quadrienn. præscript.* licet secundum Sal. *in l. generaliter, 6. q. in fi. C. de non n. pec.* & Marcabr. *in consil. 28, n. 158.* Fisco non prosit confessio, si procurator fiscalis est ab-
11 sens, sed Cald. *in consil. 16. de testam.* contrarium tenet, & ita seruatur. *Baiard.*

h *Debet tamen prius aperta esse via*] Inoleuit tamen practica, & quidem mala, vt cum pars aliqua vult querelare, faciat, vt fiscus primo denūciet sibi deuenisse ad aures tale maleficium: deinde examinat testem, qui aliquando deberet esse ille, qui querelaret, ideo sic examinatus incurrit falsi pœnam si dilucidetur, ex mente Bald. *in l. si legibus, nu. 1. ad fin. C. si cont. ius. vel vtil. publ.* quem refert Bos. *tit. de accus. sub n. 17.* Contrarium tamen, quod iudex, qui potest ex officio procedere, possit cōstituere fiscalem accusatorē, & quod ita vtamur, dixit Ant. Gomes. *delict. c. 1. sub n. 10.* dixi infra *ad q. 26. versic. sed pone.* Sed tamen sic proceditur forsa[n] ex defectu probationem: est ergo talis modus prohibitus, vt hic, *sup. q. 3. versi. sed certe*, argumento eorum, quæ dixi *sup. q. 3, vers. habes igitur*, ibi, & ideo super eius denunciatione, & vide Alex. *in consil. 1, n. 11. cum seq. vol. 6.* de quo dixi supra *ad d. q. 7. versic. Habes igitur*, sed qua ratione, & cur reperti sint fiscales, vide apud Marant. *in suo Spe. par. 6. tit. & peruenitur aliquando per viam Inquisitionis, n. 104.* Diog.

i *Indebitis impensis*] De quo supra *q. 5. versi. scias etiam.* Ros.

QVÆSTIO XI.

Quomodo procedatur via inquisitionis.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Inquisitio an fiat contra absentem.*
2 *Et an sit citandus ille contra quem assumuntur indicia.*
3 *Et an pars offensa*, versi. Sed quid è conuerso.
4 *Iudex an debeat interrogare reum super iis, de quibus contra eum intendit inquirere.*
5 *Et an ante inquisitionem, danda sit reo copia indiciorū.*

Ex Additionibus.

1 *Confessus absque denunciatione, vel inquisitione, aut accusatione condemnari an possit.*
2 *Inquisitio fieri non potest ad priuatorum commodum.*
3 *Procurator fiscalis procedit per inquisitionem contra tenentes bona Principis.*
4 *Testis depositio etiam in tortura, absque citatione, non nocet parti.*
5 *Testes sufficit haberi per reum pro legitime examinatis.*

NVnc a videamus, quomodo procedendum sit in a
iudicio inquisitionis, intelligendo semper quod inquirere sit ex officio testes, seu informationes recipere contra aliquem pro aliquo delicto, vt dixi supra,
q. 3. in princ. Et in primis quæro, an possit procedi per in- 1
quisitionem contra absentem, an autem contra præsentem tantum. Resp. de iure loquendo regulariter non proceditur via inquisitionis nisi contra præsentem: si vero reus sit absens, modo non per contumaciam se absentem fecerit, non potest inquiri, ita notatur per omnes *in d. c. qualiter, & quando.* Sed certe quicquid sit de iure, hoc de consuetudine non obseruatur, sed semper fit inquisitio de delicto, siue inquisitus sit præsens, siue sit absens; & siue per contumaciam se absentauerit, siue non, vt attestatur Marian. *in repet. d. cap. qualiter, & quando, num 92.*

Item b quæro, nunquid priusquam iudex specialiter b
inquirat, & sic assumat indicia contra aliquem, debeat 2
ille citari. Respon. de iure communi vtique requiritur
partis citatio: alias testes examinati, c reo non citato, c
nullam contra eum fidem facerent, neque ad sententiam, neque ad torturam. Et hæc est communis opinio, vt dicit Blanc. *in pract. crimin. fol. 5. nu. 33.* Anton. Gomes. *cap. 12. delictorum, post numer. 18.* Quinimo Ant. de Butr. *in d. cap. qualiter & quando, § debet, post n. 40.* dicit, quod in receptione testium in causa inquisitionis specialis debet reus citari, & quod ita obseruat communis practica, & illum refert Aret. *in eodem §. debet, num. 89.* Sed certe quicquid sit de iure, contrarium seruatur de consuetudine, vt attestatur ipsemet Blanc. *in loco præallegato* subdens; quod propterea d defensores reorum non d
debent multum insistere super ista communi sententia. Hanc etiam dicit esse communem practicam

omnium

omnium curiarum Foller. *in practica criminali canon. fol. 109. num. 2.* Dicit etiam Blanc. ibi, *n. 6.* quod stylus, & consuetudo est in ciuitatibus Lombardiæ, quod testes, siue super generali, siue speciali inquisitione, & etiam super accusatione, examinantur sine citatione partis, & allegat Alex. *consf. 65. num. 9. in fin. lib. 1.* quod est duplicatum *in consil. 41. lib. 2.* qui dicit, quod (vt verbo fertur) ita est stylus, & consuetudo in partibus Lombardiæ, quod testes recipiantur sine citatione partis. Et ita esse stylum Italiæ, asserit Pract. Caroni, *fol. 103. post nu. 1.* Dicit etiam Berber. *in Viatorio iuris, in rubr. de iud. col. 27.* quod vsus, consuetudo, & stylus hanc opinio. approbant. Hunc etiam esse receptum vsum, stylum, & consuetudinem attestatur Pract. Iodoci. *fol. 24. num. 18.*
e *e* Tu tamen dic, bene verum esse, quod de consuetudine huius prouinciæ testes, qui assumuntur ad informationem curiæ, contra reum absentem, recipi-
f untur parte non citata: *f* ad effectum procedendi ad capturam, siue citationem contra reum, & si ipse deinde vocatus fuerit contumax, faciunt fidem, etiam quoad hoc, vt super eorum attestationibus possit contra eum ferri sententia diffinitiua: & hæc practica fuit optima ratione introducta, ne si reus citaretur, statim aufugeret, vel posset facilius testes examinandos sub-
g ornare: *g* Sed si reus comparet, tunc attestationes talium testium examinatorum absque citatione partis, nullam fidem faciunt, neque ad condemnationem, neque ad torturam, nisi parte ipsa præsente, aut legitime citata, seu monita deponant, vel prius per eos deposita repetant, & in eis persistant. Ceterum quando processus fit reo comparente, vel in carceribus existente, semper seruatur comm. opin. etiam in hac prouincia. Dixi *infr. q. 45. vers. ceterum si reus.*

3 Sed quid è conuerso, nunquid in hac inquisitione debet citari pars offensa? Respond. de iure forte dici posset quod sic; sed hoc de consuetudine non obseruatur, nisi Florentiæ, vt dicit Angel. *in dicto repertorio, l. si vacantia, C. de bon. vacan.* quem refert Marian. *in repet. d. cap. qualiter & quando, post n. 213. in 71. quæst.* & Ang. de *malefic. in verbo, Et ibi caput, n. 2.* Tu vero dic, quod aut pars querelauit, & de necessitate citanda est, aut non querelauit, & tunc quamuis necessario citari non debeat, tamen cauti, & iusti iudices illam semper citari fa-
h ciunt ad *h* subministrandum indicia, si quæ habet, ad coadiuuandam intentionem fisci. Et ita seruatur in hoc Ducatu, etiam si procedatur per inquisitionem, vt attestatur Boss. *in tit. de sentent. num. 81. in fin. Vide, quæ dixi infra q. 31. vers. Vlterius quæro.*

4 Quæro etiam, nunquid priusquam iudex inquirat, debeat reum interrogare super iis, de quibus intendit contra eum inquirere. Dixi supra *quæst. 6. vers. Successiue quæro.*

5 Vlterius quæro, nunquid ante inquisitionem danda sit reo copia indiciorum. Dixi *in d. qu. 6. vers. sed quid si reus.*

Cetera autem, quæ pertinent ad formam processus criminalis, scilicet quomodo, & à quibus assumenda sint indicia, & quid agendum si post ipsas informationes assumptas, cum non minus iudicio accusationis, quam inquisitionis communia esse videantur, paucis in primis de accusationis iudicio specialiter præmissis, infra suo ordine explicabimus.

ADDITIONES
Ad Quæst. XI.

N*Vnc videamus*] adde, quod imo, nec etiam confessus potest condemnari sine denunciatione, vel inquisitione, vel accusatione, secundum Cæpol. *consil. 36. in fine.* vbi dicit, quod si consuetudo fuisset in contrarium, esset valida. Sed vide *cons. 94.* incerti auctoris *inter consil. crim. tom. 1. magnæ impressionis*, vbi dicit hoc procedere, quando fit confessio incidenter de aliquo delicto, contra eum non intentato, alias sola cōfessio etiam nullo præcedente processu, vel inualido sufficeret ad condemnandum, & vide etiam quæ addidi infra *in q. 55. n. 7.* vbi de confessione incidenter facta.

Item adde, quod Iudex non potest inquirere ad priuatorum commoditatem, Innoc. *in cap. ad nostram, de iur.* Sed bene poterit procedere per viam inquisitionis contra tenentes bona Principis, secundum Luc. de Pen. *in l. 1. C. de cond. & procur. lib. 11.* quem refert, & sequitur Afflict. *in consil. inter multas, nu. 7.* & per illam constitutionem in Regno Neap. Procurator fiscalis potest procedere per inquisitionem contra occupantes bona ad Regium fiscum spectantia. *Baiard.* 2 3

b *Item quæro nunquid*] adde, quod depositio testis absque citatione, etiam quod esset facta in tortura, parti non nocet, Felyn. *in c. 1. extra de testibus*, & Laurent. de Pin. *consil. 96. num. 12.* Baiard.

c *Reo non citato*] Vel aliquo pro eo Marsil. *in consil. 18. nu. 9. & consil. 128. n. 11.* Far. *q. 72. vol. 3. c. 20. n. 87. per totam.* Ros. 4

d *Defensores reorum*] Et generaliter quod citari debeat in ciuilibus *d. c. 1. n. 11. & plurib. seqq.* vbi plures casus in quibus citatio non requiritur, *num. 36. vsque ad fin. quæst. Item in cap. 2. n. 103. 106. & 108.* Ros.

e *Tu tamen dic*] Carrar. *de execut. sentent. num. fin. cap. 175.* Farin. *de consuetudine loquitur, cap. secundo, num. 100. alias, nu. 134. & 135. cum seq.* Ros.

f *Ad effectum procedendi ad capturam*] adde quid operentur testes examinati parte non citata, *infr. q. 50. versic. Item quia*, & ibi dixi *quæst. 18. versic. Scias autem, quæst. 45. versic. ceterum ad finem*: Vide Gramm. *decisione 11. sub num. 13.* Mars. *sing. 24. ad finem.* Nota tamen, quod aliquando etiam post testium publicationem fit eorum repetitio, modo, quo per Crauettam *consil. 74. n. .... cum seq.* Diogh.

g *Sed si reus comparet*] Confrontatio tamen testium facit, vt testes dicantur recepti citata parte infra *q. 45. versic. ceterum.* Diogh.

Sed si reus comparet] adde, quod satis, quod testes Curiæ habeantur per eum pro rite & recte examinatis & repetitis, vt per Capic. *dec. 74.* & Foller. *in pract. crimin. in ver. detur copia, c. etiam quod ff. vt mille testes* Aret. *in consil. 163. col. 2.* & vide, quæ posui infra *ad quæst. 45. d. versic. ceterum.* Baiard. 5

h *Ad subministrandum indicia*] Infra *q. 57. versic. sed hæc quidem q. 31. versic. Vlterius quæro.* dixi supra *q. proxima* Diog.

QVÆSTIO XII.
Accusationis materia explicatur.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Accusatio quid sit.*
2 *Et an sit remedium ordinarium.*
3 *Et an sit actio, vel officium iudicis.*
4 *Inquisitio an sit actio, vel officium iudicis.*
5 *Iudex procedens super accusatione, an dicatur procedere officio iudicis nobili, vel mercenario.*
6 *Accusationis forma quæ sit.*
7 *Accusatio an debeat fieri in scriptis.*
8 *Et quæ in ea requirantur.*
9 *Et ad si omittatur, sit accusatio ipso iure nulla.*
10 *Et quid si agatur de crimine ciuiliter.*
11 *Et quid si procedatur per viam exceptionis.*
12 *Et an locus notorius debeat per confines designari.*
13 *Et an dies exprimendus sit in accusatione.*
14 *Et quid si dies expressus non probetur.*
15 *Et an accusator teneatur se inscribere ad pœnā talionis.*
16 *Et quæ sit forma inscriptionis.*
17 *Et quid de consuetudine.*
18 *Et quid de iure canonico.*
19 *Et an accusantes de adulterio teneantur se inscribere ad pœnam talionis.*
20 *Et an mulier teneatur se inscribere.*
21 *Et an in accusatione requiratur conclusio libelli.*

Ex Additionibus.

1 *Accusatio quid sit, & quotuplex, remissiue.*
2 *Accusatiue an dicatur, qui simpliciter libellum accusationis produxit, remissiue.*
3 *Accusatio quomodo differat à denunciatione, vel delatione, remissiue.*

4 *Accusatio falsi non requirit expressionem loci, aut temporis.*
5 *Et locus potest suppleri ex probationibus sequentibus.*
6 *Et Iudex etiam ex officio supplet locũ, & alia necessaria.*
7 *Et an possit ex officio accusatorem cogere ad exprimendum diem delicti.*
8 *Et an falsa demonstratio diei, vel mensis, aut loci, vitiet probationem criminis.*
9 *Et quando tempus sit de substantia probationis.*
Accusatio quando nulla, & incerta reddatur, vnica censeatur, & qua lingua dari debeat, n. eod.
10 *Accusator an teneatur se inscribere ad pœnam talionis, remissiue.*
11 *Sententia valet in criminalibus licet non sit conformis libello.*

1 a HActenus *a* de inquisitione dictum est, nunc de accusatione videamus. Quæro igitur in primis, quid sit accusatio. Respon accusatio est delatio alicuius criminis ad vindictam publicam, legitima interueniente subscriptione: ita diffiniunt communiter Doctores, vt dicit Felyn. *in rubr. de accusation. num. 3.* quem refert Gigas *de crim. læsæ Maiest. fol. 58. quæst. 1. num. 4.* Et dicit Marian. *in d. rubr. de accusat. nu. 1.* quod hanc diffinitionem omnes Doctores sequuntur. Mihi (vt sæpius dixi) disputatio super diffinitionibus in practica visa est semper inutilis: propter multa, quæ contra hanc dici possent, consulto omitto.

2 Quæro, nunquid accusatio sit remedium ordinarium. Dixi supra *q. 3. vers. debes autem, & vers. sed certe.*

3 Item quæro, nunquid accusatio sit actio, vel sit officium iudicis. Vtilitas autem huius quæstionis, potest esse maxima, puta, si extet statutum, quod non soluens collectas, non admittatur ad agendum, certe si est actio, non poterit accusare, si vero est officium Iu- b dicis, vtique poterit: *b* nam qui prohibetur agere, non prohibetur iudicis officium implorare. Præterea multæ, & magni momenti sunt differentiæ inter actionem, & officium Iudicis, quas ponit Bartol. *in l. 1. n. 10. ff. de iurisd. omnium iudic.* In hoc autem articulo magis communis opinio videtur esse, quod sit potius iudicis officium, quam actio, prout attestatur Berous *in rubrica de accusatio. num. 7. in fine*, licet ipse post multa teneat, quod sit quædam tertia species. Ego vero semper tenui, quod accusatio (prout erat de iure introdu- c cta) esset potius actio, quam officium Iudicis: *c* Sed, hodie cum ex generali consuetudine sublatæ sint fere omnes solemnitates, & formæ accusationum, propterea que (ut supra dixi) cum accusatione, seu querela partis officium judicis inquirentis semper fere simul concurrat, crederem, quod posset sustineri communis opin. Et ideo non putarem ab ea esse in practica recedendum, quæ etiam magis fauorabilis est, ne delicta impunita remaneant. Bene verum est, quod si essemus in casibus, in quibus non potest ex officio procedi, forte verius esset dicere, quod esset de ea iudicandum, prout de actione. Hæ tamen difficultates

4 raro contingunt in practica. De inquisitione vero nulli dubium est, quin sit officium iudicis. Et hoc omnes fatentur, vt dicit Berous *d. rubr. de accusat. nu. 10.*

d *d* Scias autem in hoc proposito, quod iudex procedens

5 super accusatione dicitur procedere officio iudicis nobili, non mercenario. Et hæc est communis opin. vt attestantur Scribentes *in l. imperium, ff. de iurisd. omnium iudic.* & in specie Caccialup. *nu. 11.* & Caspar. Valas. *nu. 40.* & Sapi. *nu. 23.* quod de iure potest esse vtile ad multa licet in facti contingentia nunquam viderim de his tractari.

6 Quæro, quæ sit forma accusationis, & in primis

7 nunquid debeat fieri in scriptis. Respond. Salyc. *in l. penult. num. 2. C. de accusat.* tenuit, quod siue accusator porrigat libellum dictatum judici in scriptis, vel porrigat verbalem querelam apud acta judicis, & tabellio eam in scriptis redigat, *iuxta formam l. libellorum, ff de accusat.* quod satis est solennis accusatio, seruatis tamen aliis seruandis. Contrariam autem sententiam, quod scilicet libellus accusatorius debeat porrigi in scriptis, tenet Bart. *in extrauag. ad reprimendum, in verbo, Per inquisitionem, num. 33.* Et hanc dicit esse veram, & communem opin. Card. Alexan. *in d. cap. de accusatione, colum. 6. versic. ponitur etiam, 2. q. 8.* Cum enim judicia criminalia procedant ad instar ciuilium, vbi aliter jure cautum non reperitur, & in ciuilib. debeat libellus offerri in scriptis, vt dixi infra *libro proximo*, idem etiam dicendum videtur de libello accusatorio, vt scilicet in scriptis offerri debeat. Sed certe quidquid sit de jure, in practica seruamus opinion. Salyceti, vt scilicet sufficiat verbalis querela, per notarium in scriptis redacta, modo in ceteris seruentur seruanda. Et ita quotidie fieri videtur.

Præterea *e* in libello accusationis requiritur dies: & e annus, quo porrigitur accusatio, nomen accusatoris, 8 & accusati; & species delicti, & locus, & tempus, quo delictum commissum fuisse dicitur, item inscriptio accusatoris, de quibus omnibus est tex. *in l. libellorum, ff. de accusatio.* Sed certe quod ad diem, & annum Imperatoris, siue Consulum, quo porrigitur accusatio (quicquid sit de jure) multi Doctores, dicunt quod hodie illud non est in vsu, & in specie Salyc. *in l penult. num. 3. C. de accusatio* quem refert Angel. de *malef. in verbo, De anno præsenti, nu. 23.* Idem dicit Ang *d. l. libellorum*, prout illum refert Aug. ad Angel *in malef. in loco præallegato.* Apud nos tamen vtique seruatur, quod apponatur dies; & annus porrectæ accusationis, seu querelæ, vt dixi supra *qu. 10. vers. scias autem. f* Et si notarius non facere- f ret apparere in actis, quo dies fuisset porrecta querela, posset tanquam imperitus, vel suspectus officio priuari: non tamen credo hoc esse de substantia, ita quod si non apponatur, vitietur querela.

Dixi *g* exprimendum esse locum, & tempus delicti, g & cetera, iuxta dispositionem *d. l. libellorum*: Et si ac- 9 cusatio criminalis ea non contineat, erit ipso jure nulla, etiam si pars non opponat. Et hæc est communis opin. vt dicunt Scribentes *in l. edita, C. de edendo*, & in specie Alex. *nu. 13.* Dec. *num. 34.* Claud. *num. 22.* Ripa *nu. 26.* Curt. iun. *num. 8*; Idem attestatur Aret. *in d. cap. qualiter & quando, §. debet, num. 115.* prout illum refert Villalob. *in lib. communium opin. in littera A, in verb. Accusatio, sicut & inquisitio*, ibi tamen Aret. loquitur in inquisitione, non autem in accusatione, vt ego fideliter retuli infra *quæst. 51. versic. quod de anno*, Soc. *cons. 100. post num. 2. lib. 3.* Gomes. *Instit. de actio. in princ. n. 45.* Bellon. *consil. 63. n. 2.* Nisi enim exprimeretur locus, & tempus commissi criminis, proculdubio incerta redderetur accusatio, ita vt non posset reus, probando negatiuam coarctatam, se aliquo modo defendere, neque (si opus esset) testes, qui contra eum deponerent, de falso *h* conuincere.

Adde, *i* quod hæc conclusio procedit non modo h i quando agitur de crimine criminaliter, sed etiam quando agitur de crimine ipso ciuiliter, adhuc enim debet 10 exprimi locus. Et est communis opin. vt dicit Marian. *in d. c. qualiter & quando, num. 220. in fin.* Et ideo etiam quando proceditur per viam exceptionis, necessarium est exprimere in ipsa exceptione locum, & tempus commissi delicti, iuxta formam *d. l. libellorum.* Et est communis opin. vt dicit Soc. *in l. 2. post numer. 4. vers. Quarto infertur, ff. de excep.* Boer. *decis. 321. num. 2.* vbi refert ita fuisse per illam curiam bis judicatum. Et hæc quidem absque difficultate procedunt, quando actor pro-

proponit actionem ciuilem, ex qua tamen condemnatio infamat: nam eo casu proculdubio necessaria est solemnitas *d.l.libellorum*, & sic quod exprimatur in libello locus,& tempus; alias secus. Et hæc est communis opin.vt attestatur Alexand.*in l.1. in princ.num.30.ff. de edendo,& in d.l.edita,num.13.*Soc.*in d.cons.*109.*num.1. & seq.lib.3.*Maranta *in suo Spec.fol.24. num.*30. Aug. ad Ang.*de malefic.in verbo,Et ad querelam nu.*55.licet subdat, quod hæc opin. non obseruatur in curia Romana: est tamen tenenda, & obseruanda in practica: vbi enim agitur actione famosa,licet ciuiliter procedatur: dicitur tamen causa grauis, & æquiparatur criminali, ex quo apud honestos & probos viros, fama & vita æquiparantur. Quam tamen intellige vt procedat, si opponatur à parte:nam eo casu necesse est exprimi locum, & tempus: sed parte non opponente, quando ciuiliter agitur, procedit libellus, etiam si ea non exprimantur. Et hanc opin. dicit esse magis communem Soc.*in d.consil.*109.*num.*4. vbi in facti contingentia ita consuluit, quod nota: quia est pulcherrima limitatio.

k Est k autem exprimendus locus in libello accusationis, illum designando per cohærentias, vt videre potes apud Angel.*de malef.in verbo, In platea communi*, quod quidem optime procedi in delictis, quæ committuntur aliquid faciendo, l sed si committantur non faciendo, puta, quia accusetur syndicus, qui non denunciauit maleficium, eo casu, cum delictum non habeat locum determinatum, quo circunscribatur, non credo locum habere hanc conclusionem, nisi quis forte vellet apponere locum Palatij, in quo solent syndici deferre denuncias, tanquam ibi commissa fuerit negligentia, prout seruari Florentiæ attestatur Bald.*in l.causis,num.3.C.de accusation.*quod est iudicio meo ridiculum.

12 Sed pone, quod sit aliquis locus publice notorius, prout est platea communis, vel Palatium Potestatis, nunquid adhuc erit designandus per confines? Resp. quod sic: ita dixi Gand. *de malefic.in rubr.qualiter fiat accusatio, numero* 3. prout illum refert Ang. *in l. hac consultissima,numero* 2.*C.qui testam.facere poss.* subdens quod ita seruat consuetudo: quam etiam refert Aug. post Angel.*de malef.in verb.In platea communi, post numero* 11. Sed certe Gand. *in libro meo* hoc non dicit. Bene affirmat posse sustineri libellum accusationis, in quo tantum dicitur maleficium commissum fuisse ante domum dicti Petri, quod accusator poterit illum declarare: subdens ita consultum fuisse Bononiæ per plures legum Doct.non tamen loquitur Gand. quando locus est adeo notorius, vt declaratione non egeat. Ideo dic verum esse, vt dicit Angel.*in d.l. hac consultis.*quod de consuetudine, (vt plurimum) solent apponi cohærentiæ, etiam si locus sit notorius, m sed tamen etiamsi non apponantur: procedunt querelæ, & accusationes, & etiam inquisitiones, modo locus sit certus. Et hanc opin.dicit esse veram, & magis communem Menchiaca *lib.1. de testam. in 1.par.*§.4. *numer.*33.neque ego vnquam vidi propter hoc annullari aliquem processum, neque dicerem esse annullandum.

n Dixi n etiam, quod est exprimendum tempus delicti,scilicet annus,& mensis,vt *in d.l.libellorum.*Sed pone, quod accusatus compareat, & petat exprimi per accusatorem diem certam delicti, quia forte intendit ipse ad sui defensionem probare, quod eo die erat in alio loco remoto à loco delicti,nunquid eo casu debet iudex cogere accusatorem ad o ipsam diem exprimendam? Respon,Bart.*in l.is,qui reus,num.*10.*de publ.iud.& in l.arbitraria,§ si quis Ephesi,nu.6.ff.de eo,quod certo loco; & in d.l.libellorum in princip.num.*13.tenuit,quod sic. 13

Et dicit Corset.*in refert Abb.in ver. Accus.*quod illum sequuntur communiter DD. Ita etiam communiter teneri attestatur Ias.*in d.§ si quis Ephesi, post nu.*1.quem refert Simancas *de hæret.cap.4.num.*4. Boss. *in tit.de inquisitione,num.*92.Pract.Conradi, *fol.*114. *post numer.*3. Plot.*inter cons.crim.diuersorum cons.*109. *post nu.*4.*lib.*1. Apostil.ad Vitali.*de malef.in rub.quid sit accusatio:sub n.* 12.*in verb.Sed ann.*Viuius *in lib.communium opin.in verbo, Accusator vel fiscus:* Et hoc dicit se aliquando obtinuisse coram magis peritis, existentibus Bergomi ad officium maleficiorum:Alber.*in d.l.libellorum in princ. num.5.ff.de accusat.* Alias enim tolleretur reo magna pars defensionis suæ, scilicet facultas probandi negatiuam, quod esset inconueniens, quicquid dixerit Signor.qui in contrarium consuluit, *consil.*244. vbi, *nu.* 22. dicit, quod hoc dictum Bartol. est falsum, & quod suæ opin. videntur multum singulares, & phantasticæ, & deuiantes à communibus opinionibus nostrorum maiorum. Intellige tamen, quod tenetur accusator reo id petente, p exprimere diem, non autem illum probare. Et hoc omnes fatentur, vt dicit Bertran. *cons.*16. *num.*2. *lib.*6. Quod tamen intellige iuxta ea, quæ statim dicam infra in versic. sed quid si accusator. Et subdit ibi Bertran.quod sufficit, si diem exprimat accusator tempore, quo datur reo terminus suarum defensionum, est enim ei satisfactum, ex quo potest deinde probare negatiuam, in suis defensionibus: quod est notandum. Scias etiam,quod quamuis iudex possit cogere accusatorem ad exprimendum diem, potest nihilominus accusator dicere, quod non recordatur de die, q & erit excusandus.Et ita communiter practicatur, vt dicit Ang.*in d l.libellorum num.*5. quem refert Aug.ad A gel *de malef.in verb. De ann.præsenti post num.*4. & Apost.ad Sal.*in d.l. in causis, sub num.*5. *C.de accus.*quod ego etiam admitterem, si casus contingeret, dummodo accusator id affirmaret cum iuramento. p q

Sed r quid si accusator in sua accusatione expresserit diem, cum non teneretur, & deinde non probauerit: nunquid debet propterea succumbere,licet testes alias deponant de crimine. Respon. Bart.*in d.l.is qui reus, numer.*9. *ff de publ iud.* tenuit, quod sic. Et dicit Bertrand. *consil.*217. *numer.*2. *lib.*6. quod ita respondent communiter Doct. Hanc etiam sententiam vti communem refert Aug.ad Ang. *de malef. in verb. de anno præsenti, numer.*4. Quæ tamen opin. mihi nunquam placuit, & credo quod cum magna difficultate posset sustineri in practica, nisi qualitas diei esset de substantia delicti, puta, quia adesset statutum disponens, quod tali die aliquid non fieret, vel huiusmodi. Tunc enim proculdubio debet probari dies, ad hoc vt reus possit de ipso facto tanquam de delicto puniri. Sed si factum, quod proponitur, esset ita delictum in vno die, prout in alio, non crederem probato delicto, licet dies expressus non probaretur, reum esse absoluendum. Solent enim in libello accusationis, seu querelæ apponi illæ clausulæ salutares: Non se adstringendo, &c. super quibus omnibus, &c. quæ saluant,& sustinent accusationem,& processum, etiamsi non sit probata qualitas in accusatione deducta,modo de crimine constet, vt dixi infr.*q.66.vers sed quid si pro parte.* r 14

Dixi f quoque, quod de iure tenetur accusator se inscribere ad pœnam talionis, vt est tex.*in d.l.libellorum, & l.3.C.qui accus.non poss.* Et est communis opin.vt attestatur Affl.*super constit.regni,in qu busdam locis,*prout illum refert Duennas *reg.*27.*in pr.*licet ego in libro meo non reperiam Affl.ibi id attestantem.Refert etiam Marian.*in c.super his,n.*19.*de accus.*Io.And.attestari, quod hæc sit communis opin. quod scilicet inscriptio sit de- f 15

habitis contra eum legitimis indiciis, siue informationibus, vt inferius dicemus.

b Habes *b* igitur, quod dictum denunciantis maleficium sufficit ad inquirendum. Et hanc dicit esse communem conclusionem Boss. *in tit. de denunciatione, post n.* 2. quam tamen intellige, vt procedat, quo ad inquirendum, id est ad recipiendum indicia, siue informationes contra eum, qui pro reo nominatur in denunciatione, vt statim dixi: Si vero intelligamus ad inquirendum, id est transmittendam inquisitionem contra eum, qui de ipso delicto imputatur, tunc est distinguendum: nam aut talis denunciatio fit per ipsam partem offensam, & non sufficit, etiamsi ipse denuncians ex vulnere moriatur, & ipsa denunciatione vsque ad mortem perseueret, licet in hoc vltimo consuetudo contrarium obseruet, vt dixi infra *qu.* 21. *vers. assertio vulnerati.* Aut d fit per tertiam personam priuatam: & pariter non sufficit, quia ipse videtur in tali denunciatione fungi vice accusatoris. Et ideo super eius denunciatione, etiam iurata, non potest vllum fieri fundamentum, etiamsi deponat de visu. Et in hoc nullus est, qui dubitet. Aut vero fit per syndicum, siue officialem deputatum auctoritate publica ad huiusmodi denunciationes faciendas: Et tunc aut ipse testificatur cum iuramento vera esse ea, quæ denunciat, & reddit causam scientiæ: & eo casu facit fidem, prout alius testis, qui super ipso delicto deponeret: & potest super eius dicto formari inquisitio. Aut *f* vero non deponit ipse super delicto, sed dicit alios esse informatos: & tunc eius dictum nihil operatur, nisi quia (vt dixi) aperit viam iudici ad inquirendum, & non potest super eo procedi, nisi legitima adsint indicia. Et ita obseruat communis pract. g Benè verum est, quod si huiusmodi denunciator fuisset deputatus non modo ad denunciandum, *h* sed etiam ad custodiendum, puta, agros, vel passus, vel ad capiendum, puta fraudantes gabellas, vel deferentes arma, vel similia, tunc ei daretur plena fides non modò ad inquisitionem formandam, sed etiam *i* ad condemnandum, nisi denunciatus probaret suam innocentiam. Et hoc propter iuramentum, quod tales officiales præstant in principio officij sui. Et ita de consuetudine obseruatur, vt dicit Gand. *in ti. quomodo malef. cogn. per denũc. post n.* 4. quẽ refert Aug. ad Ang. *de malef. in ver. Nec non & ad denunciationẽ post n.* 6. Sed hoc intellige, vt procedat in causis, seu *k* delictis leuibus: Ceterum in causis grauibus, & in quibus ingeritur pœna corporalis, non credo, quod talis denunciator habetur pro integro teste, sunt enim, vt plurimum, viles personæ, & infames, scilicet *l* Berruarij, vel similes, quos Mediolani Borlaudettos appellamus. Et ideo non putarem eis tanquam omni exceptione maioribus, plenam fidem adhibendam; nisi aliæ circumstantiæ iudicis animum mouerent.

m Scias autem, *m* quod antiquis temporibus magistra-
4 tus deputabant officiales, qui eius delicta denunciarent: hodie verò constituuntur syndici per parochias, siue castra, qui sunt, tanquam officiales constituti ad denunciandum delicta. Et ita hodie communiter seruatur per Italiam, vt dicit Marian. *in d. cap. qualiter, & quando, num.* 19.

5 Scias etiam, quod de iure huiusmodi officiales secundum aliquos non possunt denunciare, nisi delicta notoria. Et ita tenent communiter Canon. vt dicit Car. Alex. *in c. de accusatione, col.* 67. *vers. Quæro, an maleficia,* 2. *q.* 8. Ita tenent communiter teneri attestatur Marian. *in d. c. qualiter, & quando, post nu.* 179. Sed quicquid sit de iure, contrarium seruatur de consuetudine, nam tales syndici non modo possunt denunciare etiam delicta occulta, & non notoria: imò ex necessitate eorum officij tenentur ea denunciare, sub pœna in statutis ciuitatum, vel locorum expressa. Et hoc etiam admittit stylus curiarum ecclesiasticarum, vt attestatur Diaz. *in pract. crim. canon. cap.* 6. quem refert practica Conradi, *folio* 235. *num.* 5. *in fin.* nisi fortè delictum esset ita occultum, quod syndicus illud non denuncians excusari posset. Et ita Alber. *in* 2. *part. statut. q.* 81. dicit sæpe obtinuisse, super quo in præsentia nihil determino. Bene verum est, quod Senatus de facili excusat huiusmodi consules, siue antianos, propter non factas denunciationes, ubi non potest in eis argui dolus, vel lata culpa, puta, si fuerit aliqui percussus in agris remotis à domibus, & percussus rem ipsam consului non notificauit, prout contingit in loco Casaleri Laudensis, & fuerunt homines ipsius loci absoluti, 12. Aug. 1546. P. N. in aliis etiam plerisq; casibus similibus ita semper vidi per Senatum iudicari.

Sed quæro, nunquid tales syndici teneantur denun- 6
ciare etiam ea maleficia, quæ sunt de iure impunita, puta, si sit occisus bannitus, qui ex forma statuti possit impunè offendi, vel huiusmodi? Respond. quod sic; nam ad ipsos non pertinet iudicare, an delictum sit punibile, vel ne. ita tenet Bart. *in l. si quæ in graui, §. si maritus, ff. ad Syll.* & est communis opin. vt dicit Aug. ad Ang. *de malef. in ver. Nec non & ad denunciationem, nu.* 7. Et ita in practica obseruatur. *n* Quinimo ex consuetudine tenentur denunciare quascunq; offensiones, & mortes violentas, etiamsi casu contigisse dicantur, puta, si quis in flumine submergatur, vel è tecto decidat, plerumque enim hæc, & similia dolosè commissa, solent casui imputari, propterea bonum est, vt ad notitiam iudicum perueniant, ad effectum, vt rei veritas detegi possit, prout ego in facto multoties vidi.

o Dixi supra quod non modò officiales ad hoc deputati, sed etiam alij admittuntur ad denunciandum, 7
quæ res licet fortè de iure cõmuni aliquam habeat difficultatem, tamen de consuetudine passim seruatur, quod quilibet accedit ad iudicem, & denunciat iniuriam sibi, vel alteri factam, & iudices de facili procedunt, vt attestatur Alber. *in d. l. ea quidem, nu.* 9. sumptis tamen prius debitis indiciis. Et est bona practica, ne aliquò modo delicta impunita pertranseant.

Item quæro, nunquid monachus possit denunciare. 8
Resp. in forma iudicij non potest denunciare, nisi proprium Abbatem: extraiudicialiter autem, & ad pœnitentiam potest denunciare quemcunq;. Et hæc est communis opi. vt dicit Abb. *in c. ex parte, n.* 6. *de accu.* sed hoc rarò contingit in practica.

Quæro etiam, nunquid laicus admittatur ad denun- 9
ciandum clericum de crimine. Respond. quod regulariter non admittuntur laici ad denunciandos clericos, prout nec ad accusandum, ut dixi infra, *quæst.* 14. *vers. propter reuerentiam,* est tamen speciale in laico parochiano, ut possit prælatum suum denunciare. Et est communis opin. ut attestatur Aret. *in c. illa numer.* 7. *de accusat.* Plurimum enim interest etiam laicorum habere bonos prælatos.

p Quæro nunc, quæ sit forma hujusmodi denuncia- p
tionis. Respond. Syndicus, seu officialis ad hoc depu- 10
tatus notificat judici apud acta, die tali commissum fuisse tale maleficium à Titio, & esse de eo informatos Petrum, & Ioannem, &c. Et ita usus obseruat, ut dicit Ang. *de malef. in loco præallegato, nu.* 2. quem refert Pract. Conradi, *fol.* 236. *num.* 11. Et hoc sufficit, neque tenetur denunciator ulterius aliquid facere, sed relinquat judici faciendum, cujus partes sunt statim inquirere de delicto contra nominatum pro delinquente in denunciatione, examinando testes in ipsa denunciatione nominatos, & etiam alios, à quibus veritas haberi possit. Et ideo licet de jure denunciator teneatur probare vera esse ea, quæ in sua denunciatione continentur, ut est text.

tex. *in d.l.dinus,& in l.ab accusatione,§.nunciatores,ff.ad Turpil.* tamen communis usus,& practica hoc non admittit, vt dicit Ang.*in loco præalleg.*Sal.*in d.l.ea quidem, n.23.*Marian.*in d.c.qualiter & quando,n.179.in fin.*Card. Alex. *in d.c.de accusatione, col.68. verf.quæro an isti:* sed sufficit (vt dixi) quod in cædula denunciationis inscribi faciant nomina testium, qui dicuntur esse de contentis in denuncia informatio. Hæc autem omnia intellige, vt procedant, quando ad notitiam ipsius denunciantis peruenit nomen delinquentis, & testium. Si vero est ei occultum, sufficit quid dicat nomina eorum, à quibus illud intellexit. Et tunc iudex facit citari partem offensam, vt habeat indicia, & plerunque etiam mandat ipsimet denuncianti, vt melius se informet, & termino bidui, vel tridui veniat de omnibus informatus, & curiæ referat.

n 11 Vlterius quæro, nunquid in huiusmodi denunciationibus seruandæ sint solemnitates iuris. Respon. Lucas de Penna *in rub.de delator.col.2.verf.sic dicunt aliqui, lib.*10. dicit, quod etiam denunciator tenetur se inscribere ad pœnam talionis; subdens, quod ita hodie de consuetudine obseruatur, prout illum refert Girauata *super ritu 68 magnæ curiæ, num.*11.cum tamen re vera loquatur in delatore,prout eum fideliter refert Gram.*super constitut. Regni,fol.63.numer.45.*Sed Angel. *in d.l.ea quidem, numer.* 5.dicit,quod imo denuncians non tenetur se inscribere ad pœnam talionis, sed in aliis solennitatibus, quæ requiruntur in libello accusatorio,scilicet expressio criminis,personarum,loci,& temporis,tenet quod idem seruandum sit in denunciatione, quod in accusatione, subdens, quod ita etiam videtur obseruari de consuetudine per totum mundum. Et ita illum refert,& sequitur Aug.ad Ang.*de malef.in loco præallegato post numer.*12.Vbi etiam subdit,quod licet denunciator non teneatur se inscribere ad pœnam talionis, debet tamen ipsa denunciatio, quam vult dare iudici, esse in scriptis. Et dicit,quod ita volunt Doct. Et idem in effectu dicit Bos. *in tit.de denunciatione numer.* 14.& ita etiam quotidie videmus obseruari, quia tales syndici nunquam se subscribunt ad pœnam talionis, sed tantummodo deferunt in scriptis suam denunciationem iuxta formam, de qua supra dictum est, aut ipsimet narrant eam notario, qui ipsis dictantibus illam redigit in actis.

q 12 *q* Sed nunquid, si reus absoluatur, denunciator ratione calumniæ erit in expensis condemnandus? Resp. quod sic, ita dixit Cyn.*in l.seueriter, in vltimis verbis,C. de excusat.tuto.* Et ita tenent communiter Doct.vt attestatur Alber. *in l.sancimus, num 6.in fin C.de tut.* quem refert Gratus *consil.92.num.2.lib.*1. Et ita fuisse de facto terminatum in Ciuitate regia attestantur nonnulli, quem refert Catald. *de synd.q.*182. Et dicit Guido Papæ *decis.*169. denunciator, *num.*1. quod in Curia Delphin. denuncians aliquem nominatim pro aliquo delicto, si ille sit absolutus, condemnatur in expensis;si vero denunciat delictum in genere, non tenetur, nisi deinde subministrauerit probationes contra aliquem, vel instigauerit iudicem ad eum condemnandum: subdens, quod ita etiam vidit suis temporibus sæpe iudicari. Sed certè quicquid sit de iure, hodie de consuetudine isti syndici non puniuntur propter calumniam:nam ex quo denunciant ex necessitate eorum officij, cessat omnis præsumptio calumniæ, & ita de facto seruari attestatur Alber. *in d.l.ea quidem,num.9.in fine,* & Amad. *de synd. nu.*85.Quod tamen ego intelligo,ut procedat quantum ad hoc, ut excusentur a præsumpta calumnia,quæ scilicet oritur ex eo ipso,quod delictum non probatur,ut dixi infra,*quæst.61.versic.dixi supra.*

r *r* Sed si appareat de vera calumnia, tunc procederet communis opinio, ut deberet in expensis condemnari, & fortè etiam grauius puniri iudicis arbitrio, iuxta ea,quæ dixi infra *quæst.81.versic.sed quare.* Vbi vero esset *f* aliquis denunciator, qui non ex necessitate officij, sed sponte accederet ad denunciandum, crederem de eo iudicandum esse,prout de accusatore,& ideo ratione calumniæ illum esse condemnandum,ut de accusatore dictum est *in locis præallegatis.* f

ADDITIONES
Ad Quæst. VII.

A *D citationem neque ad capturam*] Fallit tamen, vt infra *q.* 28.*versic.Scias autem, ad fin.*vbi detinentur rei ante Inditia scripta, non vt sint recepti inter Reos, sed causa custodiæ. *Drogh.* a

b Habes igitur] Far *tit.de indit.vol.*1.*q.*52.*n.*167.Ros.

c Id est ad recipiendum indicia contra eum] adde infra *q.*11. *vers.*Retenta igitur,ibi,ad inquirendum,id est ad assumendum. *Drogh.*

d *Licet in hoc vltimo consuetudo*] Stantibus tamen contrariis Decretis & ordinibus,de quibus dixi supra *ad q.*4.*vers.Quando vero:*Vtrum hoc habeat locum? dicam infra in calce præsentiũ Additionum super dicto Decreto. Nota ergo cautelam, in qua habes vnicum tantum testem de maleficio affirmantem, vt non permittas illum querelare,sed informes syndicum, qui denunciet, nominet autem testem illum vnicum:sic quãdo nulli sunt testes,nisi complices & criminis socij, quomodo sit procedendum vltra practicam, quod eorum dicta sustineantur in tormentis, vide Alex.*conf.30.n.11.cum seq.vol.6.*vide sup.*q.3.versi. sed certe,ibi & Aduocati,& syndici fiscales.*Drogh.

e *Et tunc aut ipse testificatur*] Far.ibidem *n.*175.Ros.

f *Aut vero non deponit*] Vulpell.*consil.44.nu.*3. qui loquitur ex dicto officiorum.*Ros.*

g *Bene verum est*] Et vnam limitationem ponit Plot. *in l.si quando,C.unde vi,*in quibus accusatori,siue officiali,vel saltuario,aut campario non creditur,nec potest per eum iurari *à nu. 755.vsq. ad nu.*869.

Denunciatio an sufficiat ad inquirendum Marcus Brun. ab Anguil. *consil.*61.*n.*1.*vol.*2.*consil.crimin.* iurat tamen accusator contra furem,& prædonem super quantitate rei furatæ, & deprædatæ Far.*q.*60.*n.*71.

Adde, quod idem tenet Paris de Put. *in tract.syndic.in verb. nuncius,§.Iudex,* vbi hanc materiam plenè tractauit,& † an eis credatur,quod ab eis quo fuerint impediti,ne sibi mandata exequerentur, vel quod fuerint verberati, vide Tiraq *de retract.*5. 8.*Gloss.*9.*numer* 14. Alciat. *de præsumpt.reg.*3.*præsum;t.*14. Guid. Pap.*decisio.*557.*&* 618. Gabriel. *in conclus.suis,conclus.*4 *n.*3.*tit. de citat.*& quod huiusmodi denunciator possit esse testis in leuioribus delictis, quando denunciat ex necessitate officij sui, Mascar. *de probat.conclus.*26.*n.*7.*vol.*1. & Campeg.*de testi.regul.* 105.vbi late Far.*q.*60.*num.*74.75.*&* 76.licet sint,qui dicant denunciatorem non posse recipi in testem,tamen,& asserunt illi, procedere,quando iudex ad denunciam procedit,non quando per inquisitionem,& ideo solẽt cauti assessores prouidere,quod quando non habent alios testes,procedant per inquisitionem, & examinent illos,quibus creditur; Bartol. *in l. Diuus, nu.*4.*ff. de custod.reor.* Cason.*de denunciat.nu.*10. proceditque etiam illud quod dicitur non recipi in denunciatore grauato,qui etiam assistit denunciæ,& eam probare tenetur,& in locum succedit accusatoris:non in electo à publico,& a Communitate,qui nõ tenetur denunciam probare, nec assistere denunciationi, quia ille habetur loco testis, Boss. *de denunc.nu.*2.Bald.*in terminis,in c.in omni.col.*2.*de testib.*regula non constitui,quod omnino accusator,querelans,& denunciator à testificando repellatur; Farin. *in suis quæst.criminal. quæst.*60.*n* 64. nec facit indicium contra accusatum etiamsi fuerit Princeps,& nobilissima persona, nec ad torquendum,*n.*65.etiamsi sint plures,& vnus tantummodo tanquam magis idoneus fuerit electus,*n* 66. & nedum repellitur,quam accusationem inceptauit,*n.*67.nec famulus de domo accusantis contra accusatum,*n.*60.fallit tamen regulam in crimine hæresis, quia denunciator potest esse testis, *n.*70.admittitur in causa matrimonij cum declaratione, de qua *nu.*72.*&* 73.ad rem multa infra *q.*10.*n.*8.Baiard. 1

h *Sed etiam ad custodiendum*] Intellige credi Campario si est simpliciter damnum; sin autẽ transit factum non in damnum, sed in aliam speciem delicti tunc non creditur,Crau.*consil.*196. *n.*3.*ad fin.*& ibidem *n.*8.*circa fin.*habetur credi tunc,cum deponitur contra illum ipsum,qui damnum dedisse creditur; quando autem villa, vel alius quis tenetur pro damno dato, sed nescitur à quo, tunc non creditur, nec etiam ad summam per Campariam iuratam, vt ibidem.*Drogh.*

i *Ad condemnandum*] Far.vbi sup.*n.*185.Ros.

k *Delictis leuibus*] Far.in *d.loco n.*186.Ros.

l *Beluarij vel similes*] Baiar. hic *n.2.* Far. *q.56.n.2.art.11.n.370.q.105.n.150.cum seq.vol.*4.Rof.

Beruarij] adde videndum Grat. *in consil.4.vol.2.num.22.* vbi tenet, quod Beroarij in testes admittuntur, si alias non patiuntur defectus, sed nunquam sunt integræ fidei. ad hoc etiam Mascar. *de prob.conclus.*189.& quæ posui infra *ad quæst.8.in vers. scias tamen.* Baiar.

m *Sciat autem, quod antiquis temporibus*] adde, quod isti Of-
3 ficiales si ob pecuniam crimina celant, quæ denunciare tenentur, simoniam committunt, *c.nemo.de simo.* & Luc. de Pet. *in l. vnica, n.9. C.de Iren.l.*10.Baiar.

n *Quinimo ex consuetudine*] adde, † quod syndicus tenetur
4 seipsum delinquentem deferre Catal. *in consil.52.inter cons.crim. diuers.lib.1.folio 99.* quem refert, & sequitur Menoch. *de arbitr. iud.casu 323.nu.15.* & an syndicus possit recipi in testem, & an possit opponi contra eum; & quæ exceptiones: & an poterit pu-
5 niri, si falsum denunciauerit, & qua pœna, & an ei debeatur pars
6 accusatoris, quæ debetur virtute bannimentorum, vide Salic. *in*
7 *l.ea quidem C.de accusa.* & Ang. *in l.si vacantia, C.de bon.vacan-*
8 *tibus*, & quid si fuerit præuentus ab offenso, vel alio, & non de-
nunciauerit, Bal. *in l.sororem.ff.de his, quibus vt indignis,* Bar. *in l.*
9 *diuus, la 2.n.12.ff.de custod.& exhib.reor.*

10 Item adde, † si syndicus, qui habet quatuor dies ad denunciandum interim fuerit remotus, an successor, vel ipse teneatur denunciare, vide Bal. *in rub.extra de constit.n.*18. vbi dicit, quod primus tenetur denunciare, & non secundus, quia est de reliquiis officij sui, *& in l.fin.in fin ff.de iurisd.om.iud.* quem sequitur Gab. *in consil.175.in fine, vol.*1.

11 Item † adde, quod syndicus habens quatuor dies ad denunciandũ, si aliquis fuerit vulneratus, qui mortuus est infra quatuor dies, non incurrit pœnam ex eo, quod denunciauerit vulnus; si infra alios quatuor dies mortem denunciauerit, Bal. *in l.si ita stipulatus, ff.de verb.oblig.* quem refert, & sequitur Ioan. Anton. de Nigr. *in c.frequens, nu.31.* Ego autem crederem contrarium, quia Iudex non potuit capere informationem à vulnerato; & forsan delictum remaneret impunitum, si delinquens ignoraretur, & eo maximè, quia syndici in princip. officij sui iurant seruare statuta; & ego ita seruarem, si curia non haberet informationem de delinquente.

12 Item adde, quod † syndicus non tenetur denunciare delicta extra territorium commissa, sed solum ea, quæ in territorio committuntur, vt per Gabr. *in cons.175.n.10.vol.*1.

* • Item adde si committitur aliquod delictum in confinibus, duarum villarum, & sic in loco communi dictarum villarum, vterque syndicus, siue denunciator tenetur denunciare: sed tamen sufficit, si vnus denunciet, si autem neuter denunciaret, vterque punietur, Bal *in l.2.C.vbi de crim.agi port.* & Præposit. *in c.de accusatione, n.184 2.quæst.*8.

* • Item adde si Titius denunciauit delictum, vt quilibet priuatus, & postea fuit creatus syndicus non tenetur amplius denunciare vti sindicus, Bal. & Imol. *in l.si quis heres, ff.de iniust.rup. irritoque testam.* & Præposit. *in cap.accusatione, num.186.2.quæst.*8.Baiar.

o *Dixi supra, quod non modo officiales*] adde, † quod de iure
13 ciuili non possunt denunciare, nisi deputati ad denunciandum, sed de iure canonico, quilibet dummodo non sit infamis, vel inimicus, aut conspirator, vel vilis persona, Iodoc. *in pract.criminali. c.7.* Baiar.

p *Quæro nunc, quæ sit forma*] adde infra *qu.23.in princ.* Quid autem si vno, eodemque tempore constituti sint duo sindici ad denunciandum insolidum, si neuter ipsorum denunciauit, & vnus tantum soluerit pœnam ob denunciam non factam, an liberet alium? Quod sic, Ias. *in §.pœnlti, nu.24.Institu.de act.* & in quantum dixit supra *versi.Scias etiam, quod tales sindici excusantur, vbi contra eos non potest argui dolus.* Adde contrarium fore de iure verum etiam in sola negligentia sine dolo, per ea, quę dixit Fel. *in cap.ad audientiam, el secondo, coll.mihi 12.ver.limitaretur tamen extr.de rescript.* In occultis tamen excusantur. Idem Felyn. *in c.consuluit, coll.mihi sexta, de offi.deleg.* De istis vide Bar. *in l 1.renarcha, lib.*10.Drog.

q *Sed nunquid*] De denunciatore calumnioso Farin. *in tit.de accus.q 16.n.15.lib.1.& n.16.cum seq* Rof.

Sed nunquid si reus] Denunciator falsus semper inexpensis est condemnandus, Farin. *quæst.16.num.15.* intelligitur in denun-
ciatore priuato, & sponte crimina denunciante, vel ob priuatum
14 interesse, vel alia particulari causa *d.q.16.n.16.*

Limitatur in denunciatore, qui ex necessitate officij publici crimina denunciat. Far. *d.nu.16.*

Sublimitatur in exploratoribus, seu delatoribus, aut spiis ibi *n.17.* sed non videtur conuenire limitationi, quia ibi tenetur necessario, hic voluntariè fit denunciatio.

Limitatur, vt non puniantur pœna falsi accusatoris ibi *num. 18.& 19.* vbi *num.18.* ponit, quod non se inscribunt ad pœnam talionis. *Baiar.*

r *Sed si appareret de vera calumnia*] Notandum hic, quod non probata querela accusans, & prosequens debeat condemnari, absoluto reo, & de forma inscriptionis secundum ius commune infra *q.12.vers.forma autem, ad fin.* sic de condemnatione accusatoris calumniantis infra *q.62.versic.sed nunquid de istis.* At de falsis accusatoribus, infra *q.81.versic. Sed quæro, ad fin.* vbi dixi. *Drogh.*

ſ *Aliquis denunciator*] Siue delator. Farinac. *d.loco numero* 17.Rof.

QVÆSTIO VIII.

Quomodo contra deprehensum in flagranti crimine procedi possit.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Deprehensionem rei in flagranti crimine aperire viam judici ad requirendum.*
2 *Et an faciat plenam probationum.*
3 *Et an reo deprehenso in flagranti crimine dandus sit terminus defensionis, & copia indiciorum.*
4 *Et an requiratur sententia.*
5 *Et quid si judex oculis propriis videat maleficium committi.*

Ex Additionibus.

1 *Deliquens si reperiatur in flagranti, quis ordo procedendi seruari debeat, remissiue.*
2 *Et an faciant fidem Ministri Curiæ, vel alij consignantes, remissiue.*
3 *Et quis dicatur in flagranti captus, remissiue.*
4 *Et an quilibet possit capere repertum in flagranti, & ad iudicem ducere, remissiue.*
5 *Et an priuati sint in culpa nisi in flagranti deprehensum capiant.*
6 *Nuncio quando sit credendum,* & nu.8.
7 *Delinquens in flagranti repertus absque processu potest puniri.*
9 *Et contra eum proceditur iuris ordine non seruato.*
10 *Et an eo casu admittenda sit appellatio.*
11 *Et an appellatione interposita, vel pendente termino ad faciendum defensiones sit differenda executio.*
12 *Et quid si teneatur de tumultu.*
13 *Fur deprehensus in flagrãti potest sine sententia fustigari.*
14 *Et quid in furibus vuarum.*
15 *Iudex an semper secundum acta, & probata iudicare debeat.*

ALiis *a* etiam modis aperitur judici via ad inqui- a
rendum, nulla querela aut denunciatione præce- 1
dente; puta, si delinquens sit in flagranti crimine repertus, tunc enim non modo judex potest contra eum inquirere, sed etiam procedere usque ad sententiam, juris ordine non seruato.

b Scias tamen, quod deprehensio in crimine non fa- b
cit plenam probationem, sed tantummodo operatur, 2
ut reus possit torqueri, & ita communiter tenetur, ut ait Alber. *in l.defensores, num.2.C.de defens.ciuit.* Et ideo debet judex bene aduertere, ne statim procedat ad executionem contra eum, qui ad prætorium ducitur, tanquam sit deprehensus in flagranti crimine, nisi aliter
etiam constet tale delictum ab eo commissum fuisse. *c* c
Solent itaque cauti judices tales homines, qui ad eos 3
conducuntur, tanquam deprehensi in flagranti crimine, examinare: & ubi fateantur, exequi pœnam contra ipsos; ubi vero negent, statim absque alio processu ducere ad torturam, ut eos cogant ad delictum confitendum. Et hac practica utuntur assessores, ut dicit Ang. *in l. interdum, §.qui furem, num.8.ff.de furtis.* Et scias, quod licet

cet talis reperiatur innocens, non propterea iudex, qui illum torsit, tenebitur in syndicatu, quia illa inciuilis ductio ipsum ita ductum in illud periculum posuit, vt dicit tex. *in d. §. qui furem*, & notat Angel. *ibi.* Subdit tamen, Vtere hac tortura velut homo discretus, secundum causam, qualitatem, & conditionem personæ, ne alias, vt iudex peruersus recipias punitionem. Hæc autem intellige, vt procedant in grauibus delictis, pro quibus etiam pœna grauis imponitur. Ceterum in leuibus delictis potest iudex aliquem repertum in flagranti crimine ponere ad catenam, vel berlinam, vt vulgo dicitur, absque aliquo processu: & ita seruari ex consuetudine terrarum attestatur Ang. *in d. l. ea quidem, num. 1. in fin.* subdens, ab huiusmodi consuetudine non esse recedendum. Et illum refert Paris Put. *de synd. fol. 287. num. 8.* Et ita se practicasse attestatur Bart. *in l. lemia, numer. 18. ff. de accus.* Dicit etiam Angel. *in l. ictus fustium, num. 2. ff. de ijs, qui not. infam.* quod videmus hodie seruari, quod inuenti ad furandum vuas per officiales rectorum, absque interlocutoria, aut diffinitiua
1 d ducuntur cum vuis ad collum per ciuitatem. d Et eodem modo inuenti cum armis de facto ducuntur ad palatium, & compelluntur ad soluendum pœnam, antequam recedant. Idem dicit Cagnol. *in l. vnica, in prin. n. 98. ff. si quis ius dic. non obtemp.* Adde tamen, dummodo ille deprehensus sit persona vilis: secus autem si esset persona nobilis, vel honesta: talis enim non esset puniendus pœna infamiæ. e Bene vidi aliquando etiam nobiles deprehensos cum armis sine processu plecti ictibus funis publice, & non est indicio meo mala practica, quamuis Paris Put. *de syn. fol. 339. cap. 2. post num. 2.* aliter sentiat, dicens, quod tortura est maxima pœna, &c. & ego sæpe vidi illam obseruari, licet quandoque f ex eo iudicibus f male euenerit.

g 3 g Sed nunquid reo capto in flagranti crimine debet dari terminus defensionis, aut copia indiciorum? Respon. Bald. *in l. vt vim, nu. 2. ff. de iust. & iure,* tenuit, quod non debet ei dare copia processus, neque statui aliquis h terminus h ad se defendendum. Et dicit Foller. *in prac. crim fol. 197. col. 1. in fin.* quod illud dictum Baldi quotidie practicatur, prout etiam fuisse practicatum Neapoli i in illis nobilibus, qui fuerunt reperti i cum scalis ad domum cuiusdam nobilis mulieris, refert Gramm. *super constitut. Regni, fol. 58. num. 15. & decis. 36.* Ego, si reus confiteretur delictum, vtique transirem cum hac sententia: sed si negaret, putarem illam esse valde pe- k riculosam. k Et ideo consulo iudicibus, ut caute procedant in huiusmodi casibus, neque exequantur pœnas capitales, non datis defensionibus, nisi sit reus, præter talem deprehensionem etiam per testes idoneos de ipso delicto manifeste conuictus, vel confessus. l l Bene verum est, quod vbi esset periculum maioris scandali, puta, quia delictum esset atrox, & populus magnis clamoribus postularet eius supplicium non differri, vel quia esset concitata seditio, nec posset de facili sedari, nisi aliquis, qui esset deprehensus concitare populum, statim suspenderetur; tunc crederem posse iudicem excusari, qui illud faceret. Licet enim dici soleat, quod vanæ voces populi non sunt exaudiendæ; il- m lud tamen intelligendum est, quo ad hoc, vt m innocens condemnetur, vt contigit Saluatori nostro Christo Iesu; vel vt nocens absoluatur. Sed bene quandoque exaudiuntur, vt pœna nocenti acceleretur, & non differatur, donec Principi rescribatur. Et hæc est communis resolutio, vt dicit Sali. *in l. decurionum, in fin. C. de pœnis,* & ita se vidisse de facto Florentiæ, attestatur Catal. *de synd. q. 222.*

n n Quæro, an quando reus, est deprehensus in fla- 4 granti crimine, requiratur sententia. Respon. gloss. *in l. ictus fustium, in glo. 1. in primis verbis, ff. de iis, qui not. infam.* videtur sentire, quod non, sed quod potest ei infligi pœna absque sententia: & illam dicit esse communiter approbatam Boss. *in titul. de denunc. num. 10.* Practica tamen obseruat, quod collaterales nunquam faciunt executionem alicuius pœnæ, nisi sententia præcedat: possent tamen his casibus omitti solemnitates requisitæ in sententiæ prolatione, & sufficeret simplex ordinatio à iudice subscripta.

o Sed pone, quod iudex oculis propriis videat: aliquem aliquod maleficium committere: nunquid poterit illum ita condemnare? Respon. quod non, nisi aliter probetur: & ita tenent Doctores, ut dicit Alb. *in 1. parte statutorum, q. 53.* Licet enim lex multum de iudice confidat, vult tamen, quod p secundum acta, & probata iustitia ministretur: alias posset iudex aliquem suspendi facere, & dicere, q quod ipse vidit aliquod maleficium ab eo committi, quod esset intolerandum. Vide, quæ dixi infra *q. 66. ver. scias autem.* Et licet aliqui dixerint, quod poterit iudex eo casu illum torquere, tamen in hoc etiam contrarium tenetur per DD. ut dicit Pra. Carer. *fol. 108. num. 144.* Bene ex eo, quod iudex videat aliquem delinquere, poterit absque alia querela, aut denunciatione statim super eo informationes assumere, & contra eum procedere, & sic iste erit vnus ex casibus in quibus aperitur via iudici ad inquirendum absque vlla querela, denunciatione, vel diffamatione præcedente. Et adde, quod etiam hoc casu danda est reo copia processus, & terminus defensionis prout rescripsit Senatus in causa cuiusdam M. Antonij Cribelli, qui coram Prætore, & fiscali blasphemauerat, r 6. Apr. 1559. P.N. r

ADDITIONES

Ad Quæst. VIII.

A *Liis etiam modis.*] De materia hac Vulpell. *respons. 137. circa fin.* Farin. *d. tit. de delict. q. 21. 1. vol. num. 133.* & quid si beroarij dicant cœpisse aliquem in loco sacro. Rodolf. *q. 26. lib. 2.* Rol.

Aliis etiam modis aperitur iudici.] adde, qualis processus sit 1 habendus contra delinquentem repertum in flagranti crimine, & an Ministri Curiæ, vel alij præsentantes captum in flagranti, si testificantur de visu, contra eum faciant fidem Andr. de Iser. & 2 Afflict. *in const. humanitate, tit. de his, qui fideiuss. num. 27. & 28. fol. 109. lib. 2.* Foller. *in pract. crim. in vers. item, quod fuit captus in flagranti, num. 12.* & Farin. *quæst. 21. n. 157.* vbi dicit, quod si alij testes haberi non possunt, tunc creditur ipsis beroariis, & officialibus si alios non patiuntur defectus, in delictis leuibus, non autem in grauibus, vt per Boss. *in tit. de denunc. num. 10.* in quibus non probant crimen, sed faciunt indicium ad torquendum, Franc. *in dec. 379.* vbi de capto cum archibusicio paruo, & ita ibi decisum fuit per sacrum consilium. Et quis dicatur captus in 3 flagranti, & an ille, qui latitabat, sed non per magnum interuallum, nullo actu extraneo in medio interueniente, & an quilibet possit capere delinquentem in flagranti, & eum ducere ad iudicem; & an sint in culpa priuati, si potuerunt capere malefactorē 4 in flagranti, & non cæperunt, vide eundem Afflict. *in consti. qualit. instit. se gerer. nu. 7. & seq. fol. 112. lib. 1.* & vide Foller. *in pract. cri. in d. vers.* Item quod fuit captus in flagranti, vbi plene hanc materiam tractauit, & Far. *in dicta q. 21. nu. 133. cum multis sequ.* Et quando sit credendum nunciis, & executoribus, vide Bero. *in q. 84.* Mascard *de probat. in verb. Birruarij, conclus. 189.* & Paulus Granut. *lib. 1. Theorem. 19.* & executoribus non creditur aliquid dicentibus quando de eorum lucro agitur, Aleiat. *in tract. præsumpt. reg. 3. præsumpt. 24. n. 6.* Baiard.

b *Scias tamen*] adde inf. *q. 28. versic. Dictum est, q. 29. versic.* 6 *quæro etiam,* & ibi dixi. *Drogh.*

c *Solent itaque cauti iudices*] adde, † quod deprehensus in 7 flagranti crimine, etiam sine processu potest damnari, & puniri. Alexand. *consil. 175. viso themate libro 7.* Flori. *in l. si seruius, nu. 5. versic. sed aduerte ff. ad l. Falc.* Marsil. *in l. vni. C. de rapt. virgin. n. 89. vsque ad n. 94.*

Item adde, † quod in leuibus delictis, vt quis sit inuentus 8 cum armis, vel ad ludendum, adhibetur fides birruariis, sine exe-

cetoribus, Bar. *in l.prator ait, ver.sed quod debet, ff.de damn.infect.* Alex.*conf.2.vol.3.* Roman.*conf.414.* Et in materia armorum Carer.*in versic.Itemque eorum, num.30.* & Foller. *in pract.crim. in d.ver.Item quod fuit captus, &c.num.7.* vbi dicit, quod probant, si per alios non potest probari, & hanc materiam plene tractauit Mascard. *de probat. in verb.biruarij, concl.189.* Contrarium tamen tenuit Bero.*q.84.* sed vide etiam, quæ posui supra *quæst.7.in versic. habet igitur, ibi, scilicet Beroarij.* In grauibus autem delictis non probant ministri capientes delinquentem ad conuincendum, sed ad torquendum, & ita decisum fuit per sacrum Consilium in quodam reperto cum tormento paruo, vt attestatur Franch.*in decisio.379.vol.2.* Baiar.

d *Et eodem modo.*] Farin. *d.q.21.num.137.& 138.* Et an credatur biroariis ibidem *num.157. & q.56. vol.2. num.378.cum seqq.* Ros.

e *Bene vidi aliquando.*] Attende differentiam pauperis, & diuitis, quæ locum habet etiam in administranda iustitia, prout in pluribus locis huius operis reperitur, hæc differentia, *inf.q.39.versic.Sed hic quaro, q.18. ver. Scias autem q.47.ver.Sed quaro, in fin.q.60.ver.* Prodest etiam, *q.83.ver.terminos mouent, & q.81. ver.sed pone sup.in §. Homicidium, ver. Sed quid dicendum,* Menoch. *de arb. Iud. lib.2 cent.4. cas.393.num.16.text. in l.1.ff. de term.mot.* ac alibi sæpe; piorum tamen offendit aures talis differentia, quia habetur Prouerb.*c.23.* Non facies violentiam pauperi, quia pauper est, neque conteres egenum in porta, quia iudicabit Dominus causam suam, & configet eos, qui confixerunt animam eius. Crimina tamen Nobilium facilius occultari dixit *tex.in l.splendidiores, C.de diuer.off.lib.12.* vt refert Gramm. *decisio.23.num.9.* & vide Fel.*in c.Pastoralis coll.mihi 2.de off.deleg.* qui hoc disputat, causasque reddit per tex. *in cap.Nouit.§.Ceterum de Iud.* Drogh.

f *Male euenerit.*] Far.*q.108.n.154 vol.4.* Ros.

9 g *Sednunquid reo in flagranti.*] adde, † quod contra captum in flagranti proceditur ex abrupto iuris ordine non seruato, Afflict.*in constit.humanitate, 6.notab.versic. Item quarit hic Andr. & in Constit.Iustitiarij, non per Kalendas,* Gram.*decisio.36.nu.8.* nec datur copia repertorum, siue indiciorum, vt tenet Bald.hic allegatus, nec expeditur citatio ad sententiam Gramma.*d.dec.36.n.71.cum seq.*

10 Item adde, † quod pro eo non admittitur appellatio ad effectum, vt iudex, a quo teneatur illi deferre, Foller.*in d.ver.Item quod fuit captus, n.4.* Baiar.

h *Ad se defendendum*] De reperto in flagranti idem Farin. vbi supra *n.142.& plur.seqq.* Ros.

i *Cum scalis ad domum.*] adde infr. *q.78.versic.Ascendens, q.60.vers.est & Amor.q.92.ver.11.ad fin.* Vbi de his scalis. *Drog.*

k *Et ideo consulo iudicibus.*] Reo etiam reperto in flagranti crimine est danda copia processus, adde infra *q.49.vers.Vlterius quaro.q..6.versic.Dictum est q.82.stat.6.versic.1.* & ibi dixi in fin. Et hoc procedit etiam in notorio, infr.*q.9 versic. Quaro etiam,* patri autem, quod licitum sit occidere adulterum repertum in flagranti crimine, quamuis non liceat iudici; supra *in §.Homicidium, ver. Dixi etiam & inf q.64.ver.solet dubitari, ad fin.ibi, & potest poni exemplum;* Et cur hoc sit, quod patri liceat, quod Iudici, nec marito liceat, cum tamen maior ratio deberet esse in marito, *iux. l.patri. ff.De adulter.* vide Alexand. *lib.2.de verb. sign.sub num.12.ad fin.* Occidere enim (ait) quem propria auctoritate, per quam crudele est; vide singulariter Quintilianum Mandos. Tracta. *de sign.grat.versic.dispensationes matrimoniales. § an autem puniri possit. folio 4. à tergo.* At quod reperto in flagranti non dentur defensiones, adde Fel.late referentem *in cap. Pastoralis, §.Quia vero, col mihi 4.de off.deleg.* Drog.

11 l *Bene verum est.*] adde, † quod etiam appellatione interposita executio non est differenda & postea superiori scribere causam, quare appellationi non detulerit, Boer.*decisio.153.nu.5.* nam quando periculum est in mora, iudex potest exequi, & postea processum scribere, Boer.*decisio.259.n.5.* quem refert, & sequitur Lancell.*in tract.de attent.ampliat.4.n.16.fol.215.* & etiam pendente dilatione ad faciendum defensiones non est differenda executio, si aliter tumultus sedari non potest. Roma.*in sing.577.* & de periculo propter moram credendum erit officiali illud asserenti, dummodo illius assertio aliquibus verisimilibus, & vrgentibus præsumptionibus, & rationibus munita sit, ita tradit Anchar.*conf.277.n.12.* quem sequitur Mascard. *de probation.concl.1257.n.14.vol.3.*

12 Item adde, † quod similiter Iudex non debet differre executionem, quando timet, quod amici, & consanguinei faciant tumultum, & auferant condemnatum; nam tunc debet accelerari executio, etiam durante termino defensionis, vt per Carrer.*in pract.crim §.homicidium l' vltimo n.80.*

Item adde, quod è conuerso tumultus populi facit differre executionem, non tamen liberare, sicut facit accelerare executionem, non tamen innocentem condemnare, *l.decurionum, C.de pœn.* & Carrer.*in loco supra citato, n.79.* Baiar.

m *Innocens condemnatur.*] Farin.vbi supra *n.146.* Ros.

n *Quaro, an quando.*] Idem Farin.*n.153.* Ros.

Quaro, an quando reus est deprehensus] adde, † quod in specie de fure, quod si deprehensus fuerit in flagrantia poterit fustigari sine prolatione sententiæ diffinitiuæ, Ang.*in l.ictus fustium, col.1.ff.de his, qui not.infam.* & ibi etiam dicit, quod hodie seruatur, quod † inuenti ad furandum vuas, per Officiales absque interlocutoria, vel diffinitiua ducuntur cum vuis ad collum per Ciuitatem, & Ias.*in l.vnic.n.29.ff.si quis Iusdic.non obtemp.* dicit, quod in leuibus delictis inuentus in flagranti sine aliquo processu potest puniri ad catenam; & ita dicit de facto serui. *Baiar.* 13 14

o *Sed pone, quod iudex oculis propriis*] ad vnum tamen aduerte in hac materia, quod si in præsentia Iudicis sedentis crimẽ aliquid oriatur, licet acti non sint processus, nec examinari testes, tamen propter notorietatem Iudex sine alio processu condemnare potest gl.*in c.Deus omnipotens 2.q.1.* Ant.Gomes.*de delict.c.1.n.48.* Dec.*cap.proposuit, n.7.de appell.inf.q.25. versic.solet dubitari.* Drog.

p *Secundum acta, & probata.*] Et regulam, quod iudex omissa conscientia secundum acta, & probata pronunciare debeat, vide per Diaz.*mihi reg.377.* post Fel.*in c.pastoralis, §.quia vero, de offic.deleg.n.23.* qui *vsque ad fi.d.* septem adnotat limitationes, quas vide. *Giach.*

Secundum acta.] adde circa istam regulam, quod Iudex secundum acta, & probata iudicare debet, vt per Diaz.*in reg.377.* vbi multas ponit limitationes, vide etiam Couar.*var.resol.lib.1.c.1.sub n.7.* Summam Syluestr.*in verbo Iudex, il 2.q.5.* & Mascar. *de proba.conclus.948.n.16.& 11.* Baiard.

q *Quod ipse vidit.*] Farin.*d.loco n.162.& seqq.* vel eo sedente pro tribunali, *n.158.& seqq.* Ros.

r *6.April.1559.P.N.*] Far.*d.loco plura alia.* Ros.

QVÆSTIO IX.

Quemadmodum in notorio crimine procedatur

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Notorietatem delicti aperire viam iudici ad inquirendum.*
2 *Et quod dicatur delictum notorium.*
3 *Et an requiratur, quod sint etiam notoriæ qualitates ipsius facti.*
4 *Et an in processu, qui fit super notorio, requiratur citatio.*
5 *Et an requiratur probatio ipsius notorij.*
6 *Et per quot testes probetur notorium.*
7 *Et an crimen notorio danda sit reo copia indiciorum, & terminus defensionis.*
8 *Et an in notoriis requiratur sententia.*
9 *Et an in notoriis admittatur appellatio.*

Ex Additionibus.

1 *Notorium dicitur tripliciter.*
2 *Notorium quid sit, & quomodo iudicatur, remiss.*
3 *Et statutum faciens mentionem de notorio, de quo sit intelligendum.*
4 *Et an requiratur probatio, quando delictum fit coram Iudice, & aliis sufficientibus ad notorium, & n.5.*
6 *Et quomodo procedatur, si delinquitur coram iudice, & Notario tantum.*
7 *Notorio per quot testes probetur, remiss.*
8 *Et an requirat sententiam.*
9 *Et appellationem admittat.*

SEd *a* quid dicendum in crimine notorio? Respond. a
quod notorietas delicti non modo *b* aperit iudici 1
viam ad inquirendum, sed etiam facit, vt possit etiam b
vsque ad executionem procedere iuris ordine non seruato. Vt autem scias, quid dicatur notorium, videnda sunt, quæ dixi infra, *lib.7.§.notorium.* Nam vt dicit glo. *vnica, in c.manifesta, 2.q.1.* quotidie de notorio loquimur, & quid sit notorium ignoramus. In hoc tamen proposito dic, quod illud dicitur crimen notorium, quod aliqua tergiuersatione celari potest, vt illud, quod fit coram populo, vel maiori parte populi. Et ita

dicunt

dicunt Doc. vt ait Cyn. *in d.l.ea quidem, col.2.ver quia*
c *ergo.* c Et sic vides, quod non modo illud, quod est facti permanentis, sed etiam illud, quod est facti momentanei, potest transire in notorium licet aliqui contrarium dixerint. Et hæc est communis opi. vt dicit Tott. *iter consil.* Ant. de Butr. *consil. vltimo, post nu.27 versicul. ex prædictis ergo.* Apostil. ad Ang. *de maleficiis, in verbo,* Etiam per modum notorij, *sub n.1.*

3 Sed aduerte, quia in hoc proposito non sufficit factum ipsum esse notorium, puta, quod Seius interfecerit Caium, nisi etiam sint notoriæ qualitates ipsius facti, scilicet, quod nulla defensio, aut excusatio competat Seio, quo minus puniendus sit pœna homicidij. Et hanc dicit esse communem omnium conclusionem Colleg. Flor. *inter consil. Cur. Sen. consil.21. num.13.* Tott. *in d. consilio vltim. post num.29. vers. Nec obest lex.* Potest enim esse, quod homicidium fuerit ad sui defensionem commissum, vel quod alias Caius impune occidi potuerit, vel huiusmodi, de quibus dixi diffusus supra *hoc eod. lib. §. homicidium.*

d Quæro nunquid in notoriis requiratur citatio. Re-
4 spon. quod ad sententiam vtique requiritur, & in hoc nullus dubitat, vt dicit Alber. *in d.l. ea quidem, num.14. in fine.* Hanc etiam dicit esse communem opin. Aret. *cons.163. num.7.* quem refert Boss. *in titul. de denunciat. num.9. in fin. & in titul. quomodo procedatur in crimine notorio, post numer.6.* Quod tamen intellige iuxta ea, quæ dixi infra, *qu.31. versicul. sed hic quæro.* Sed ad assumenda indicia super ipso delicto notorio, non est reus citandus, quotiescunque ex tali citatione reus instrueretur ad fugam. Et hanc dicit esse communem opinionem Ferre. *consil.31. numer.11.* Et licet Anton. de Butr. *in d. cap. cum olim, de re iudic.* dixerit esse speciale in Papa, vt processus per eum factus in notoriis absque citatione valeat, nihilominus illud dictum communiter reprehenditur, vt dicit Barb. *consil.70. numer.14 lib.4.* Dixi infra *quæst.31. circa princ.* Bene verum est, quod si notorium esset nullam defensionem competere, eo casu (secundum aliquos) posset procedi sine citatione. Et hanc opin. dicit esse communem, & veram Colleg. Flor. *inter consil. Curtij Sen. consil.21. num.5.* Tortus *in d. consil. vltimo, numer.30.* Secus autem, quando certum esset defensionem competere, vel esset dubium, vt ibi. Et hanc distinctionem fieri per omnes attestatur Prac. Carer. *fol.18. ver. Et an, & quando.* Ego vero indistinctè teneo, quod in quocunque notorio, si reus est absens, debet citari, non modo ad processum, si non sit suspicio fugæ (nam eo casu debet, si potest, personaliter capi) sed etiam ad sententiam, vt supra dixi, non enim video, quomodo constare possit, nullam defensionem, aut excusationem reo competere, nisi eo monito, & audito. Si vero sit præsens, scilicet in carceribus detentus, crederem, quod posset procedere communis opi. quod, vbi certum esset nullam defensionem competere, nulla citatio requireretur. Sed bene reus ipse verbo monendus, & etiam audiendus esset, si vellet aliquid ad sui defensionem deducere.

e e Item quæro, nunquid in notoriis requiratur pro-
5 batio delicti. Respon. quod non. Et est communis opin. vt dicit Alber. *in d.l. ea quidem, num.18.* Et ideo dicit Angel. *in l. ictus fustium, num.4 ff. de iis, qui not. infam.* quod mos hodie inoleuit, quod Rectores immediate absque aliquo processu faciunt decapitari, & suspendi, & membra mutilari de facto malefactoribus notoriis, quibus, vt ipse ait, ita pœnas imponi subito expedit reipub. Et licet Cyn. *in d.l. ea quidem, colum.2. versic. Secundo iuxta hoc.* teneat, quod vbi negetur, debeat probari; nihilominus secundum Alb. *in loco prælegato* eius opinio non seruatur, nec approbatur per Doctores. Sed Certe indicio meo Alber. non refert fideliter verba Cyni. Et ideo puto, quod male illum reprehendat. Propterea scire debes, quod magna est differentia, an dicatur notorie constare de crimine, vel dicatur constare de crimine esse notorium, iuxta ea, quæ dixi *in dicto §. Notorium.* Dico igitur sic, quod Aut quæris, an sit probanda notorietas ipsius delicti, scilicet ipsum delictum, de quo agitur, notorie commissum fuisse: & dic, quod sic, & ita loquitur Cyn. & in hoc nemo contra dicit. Neque sufficeret, quod notorie de eo appareret, potest enim esse, quod per tres testes de visu, vel per confessionem ipsius rei, ex quibus dicimus notorie constare de crimine, probaretur delictum ita probatum posse dici notorium, ad effectum, vt super eo tanquam notorio, ex abrupto procedi possit. Aut quæris, an sit probandum ipsum crimen, quod prætenditur esse notorium: & adhuc est distinguendum. Nam aut quæris, an debeat constare iudici, ipsum crimen fuisse commissum, & tenendum est, quod sic, iuxta ea, quæ dixi supra *quæst.4.* Aut quæris, an debeat vere probari, quod crimen fuerit commissum ab eo, contra quem prætenditur esse notorium: & dic quod non. Et ideo licet non adsint testes, qui deponant super scientia delicti, si tamen appareat de delicto, & adsint testes idonei probantes concludenter esse notorium, quod Titius illud crimen commisit, poterit Titius ex eo condemnari: Et ita procedet opin. Alb. & communis, quæ tamen iudicio meo est multum periculosa. Et ideo recte dicit Salic. *in d.l. ea quidem, num.93.* f Caueat iudex, ne asserat delictum f notorium, cum non sit, multa enim dicuntur notoria, quæ non sunt; propterea consuluit iudici, vt maiorem partem viciniæ examinet super delicti commissione, ne postea tempore depositi officij puniatur, si de notorio non doceret. Debet igitur iudex super tali notorio informationes assumere. Et hæc est communis opin. vt attestatur Afflict. *super 2. parte constitutionum Regni rub.10. post num.30.* Et scias, quod debet notorium constare iudici, vt iudici ex actis, secundum commun. opin. vt dicit Prac. Conradi, *fol.240. in fin. & fol.241. num.14.* Et ideo non sufficerent informationes ab ipso iudice extraiudicialiter assumptæ.

Quæro g nunc, per quot testes notorium probetur. g
Respon. Glos. *in c. Deus omnipotens, §. quando autem, in verbo, iudicis, 2. quæst.1.* dicit, quod probatur per duos 6
testes. Et ita se habet communis opin. vt attestatur Salyc. *in d.l. ea quidem, num.81.* vt in ore duorum, vel trium stet omne verbum. Faciunt, quæ dixi supra, *q.6. versic. Sciendum est.*

Quæro h etiam nunquid in crimine notorio danda h
sit reo copia indiciorum, aut terminus defensionis. 7
Respon. quod sic. Et hanc dicit esse communem opinionem Ant. Gomes. *cap.1. delictorum, post num.43.* referens id attestari Salyc. *in d.l. ea quidem, num.86 qui tamen in libro meo* hoc ibi non dicit. Tu ergo dic, quod aut reus proponit aliquam exceptionem, vel defensionem ad excusandum delictum: & danda est ei defensio; Aut ipse fatetur nullam excusationem habere: & non est illi danda. Et hanc practicam seruat totus mundus, vt dicit Boss. *in titul. de denunciat. numer.6. in fine.*

Præterea i quæro, nunquid in notoriis requiratur i
sententia. Resp. Glos. *in c. euidentia, in verbo, Non indiget clamore, de accusation.* tenuit, quod etiam super notorio ferenda sit sententia: & illam dicit esse communiter approbatam Mars. *in pract. crim. §. aggredior, num.133.* Pract. Conradi, *fol.238. post numer.4.* Et licet alii qui tenuerint, quod vbi crimen est ita notorium, quod nulla potest tergiuersatione celari, non requiratur sen-

tentia declaratoria: quod etiam in plerisque locis frequentissimo omnium consensu receptum esse attestatur Didacus *in repet.cap. Alma mater, fol.421.numer.9.de sentent.excomm.in 6.* Nihilominus, quicquid sit de iure, certe de consuetudine indistincte obseruatur, vt etiam in criminibus notoriis requiratur declaratoria. Et hanc sententiam esse in praxi receptam, fatetur idem Didacus *in loco præalleg.*

k Plus k dicunt aliqui, quod non potest dici delictum notorium, quod excusationem non habeat, nisi prius fuerit super hoc cognitum, & declaratum per iudicem, illud esse notorium, citato etiam ipso reo. Et hanc opinio. attestatur esse communem Aret. *in d.consil.165.* quem refert Ferret. *consil.31.numer.5.& 35.* licet Aret. *in lib.meo* hoc explicite non dicat. Et ideo iudices in huiusmodi notoriis caute ambulent, ne si nimis properent, seipsos inuoluant, vt supra dixi Vide etiam in

l proposito citationis, quæ dixi supra, *l vers.quæro nunc.m*

m Vlterius quæro, nunquid in notoriis admittatur appel-

9 latio. D.xi infra, *q.94.vers.solet etiam.*

ADDITIONES

Ad Quæst. IX.

a SEd quid dicendum] De delictis notoriis, & occultis Farin. *de delict.vol.1.q.18.n.104.item q.21.* Rof.

1 *Sed quid dicendum in crimine notorio.*] adde, † quod notorium potest esse triplicitet, videlicet, quoad Iudicem, & quoad alios; quoad alios, & non quoad Iudicem; & quoad iudicem, & non quoad alios, vt dicit gl. *in cap.fin.verb.quoad se ipsum de cohabit.clericor. & mulier.* & glo. *in c.consuluit, in verb. notoria,*

2 *de appellat.* & quod dicatur notorium, & quo modo inducatur, vide Menoch. *de arbit.iud.cas.166.* vide etiam Follet. *in pract. crim. in versicul.* item, qui est notorius delinquens, Capr. *in tracta. Notorij,* in quo latissime hanc materiam tractauit, & ad saturitatem nouissime per Farin. *q.21.per totam.*

3 Item adde, † quod statutum faciens mentionem de notorio in materia restringibili debet intelligi de notorio facti, & non Iuriis, Abb. *in cap.dudum, n.7.de elect.* Baiar.

b *Aperit Iudici.*] adde gloss. *in capitu.* licet Hely. de Simon. legitur, & not. *in cap.euidentia, de accus.* vbi vide per Abba. & quod notorium dicatur, & quomodo inducatur, vide per Iacob. Menoch. *tract.de arbit.iud lib.2.cent.1.cas.166.* Giach.

c *Et sic vides*] adde de isto facto permanente, vel transeunte *sup.quæst.4. versic.quando vero.* Menoch. *de arb.iud lib.2.cent.3.cas.235.* qui super notorio late differit, & quomodo in eo procedatur à *nu.13.* cum sequentibus infra *quæst.15.ver. quando autem:* dixi sup. *q.4.versic.quando vero.* Diogh.

4 d *Quæro nunquid.*] Vtrum requiratur citatio in notoriis Farinac. *d.quæst.21.num.66.cum aliis pluribus.* Rof.

Quæro nunquid in notoriis] adde Gabriel. *comm. conclus. lib. 2.de citat.conclus.1.num.2.* vbi tractat plene hanc quæstionem, an requiratur citatio in Notoriis; & ibi ponit tres declarationes. *Baiard.*

e *Item quæro.*] Probatio in notoriis, an requiratur, Farinac. *loco sup.citato, num.*20.22.23.30.35.36.80. *& sequentibus* 94.95. *& aliis:* Vulpell. *respons.137.nu.9.& seq.* Rof.

5 *Item quæro nunquid*] adde, † quod quando aliquod delictum committitur, præsente Iudice in actu exercendi iustitiam & officium suum, & tot aliis, qui sufficiant ad notorium facti, eo casu non requiritur probatio, vt per Boss. *in tit.de denunciat. num.5.cum sequen.* & de modo practicandi istud dictum, vide Luc. de Pen. *in l.quoties, C.de dignit.lib.12.* & quomodo pro-

6 cedatur, quando delinquitur coram Iudice, & notario tantum, vide Follet. *in practica crim.in versic. Item, qui est notorius delinquens numer.27. cum seqq.* & non requiritur sententia, vt per Gramm. *decisio.105.num.16.* & ad hanc quæstionem, an requiratur probatio, vide etiam Paris. *in consilio 147.volum.4.* Rolan. *consil.99.numer.12. vol.1.* Gramm. *in decisio.35. numer.55. cum sequen.* & latissime Mascard. *de probatio. conclus.1103. volum.2.* Baiard.

f *Caueat Iudex.*] Farinac. vbi sup. *n.48.* qui dicit arbitrio Iudicis remitti. *Rof.*

g *Quæro nunc.*] Farin. vbi sup. *n.109.* Rof.

Quæro nunc, per quot testes.] adde videndum Mascard. *de prob. conclus.1105.vol.2.* Baiard.

h *Quæro etiam.*] adde supr. *quæstion.8. versic.sed nunquid.* Drogh.

Quæro etiam.] Quomodo procedatur in notorio, Farin. *vbi sup.n.77.* Rof.

i *Præterea quæro.*] Idem Farin. *d.loco numer.112.113. & seqq.* Rof.

Præterea quæro, nunquid.] adde, quod inoleuit cautela, vt Iudex pronunciet factum, de quo agitur, esse notorium, vt per Gramm. *in decisio.65.num.12. & in decisio.65.nu.12. & in decisio.105.num.19.* dicit, quod in duobus notoriis non est necessaria declaratoria, id est in notorio, actu permanente, & in notorio commisso coram Iudice pro tribunali sedente, & ad materiam notorij vide Salicet. *in l.ea quidem, C.de accusat.* vbi per decem quæstiones hanc materiam examinauit, & vide etiam Boss. *in titul.quomodo procedatur in crimine notorio.* Baiard.

k *Plus dicunt aliqui.*] Farin. vbi supra, *n.116.* Rof.

l *Vers.quæro nunc.*] De hac appellatione idem Farin. *loco sup. recitato n.117.& seq.* Rof.

m *Vlterius quæro.*] adde circa istam quæstionem, an admittatur appellatio in notoriis, Capr. *comm.concl.in tit.de notor.in 4.membr.princip.num.102.* vbi latissime, & Lancellot. *in tract. de attent.par.2.cap.12.limit.6.* & ibi *num.9.* dicit, quod Iudex à quo non potest deuenire ad executionem in notoriis, si à Iudice, ad quem fuerit inhibitum; & ibi ponit alias limitationes. Vide etiam Gomes. *de delictu cap.1.num.47:* vbi dicit, quod in delicto notorio Iudex potest denegare appellationem, & suam exequi sententiam ante tamen inhibitionem Iudicis ad quem, dummodo appareat in sententia, quod iudex condemnauit reum, vt de notorio crimine; secus autem si simpliciter condemnauit, vt quemlibet criminosum, nam tunc teneretur appellationem deferre. *Baiard.*

QVÆSTIO X.

Querelam partis aperire viam iudici ad procedendum.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Querelam partis offensæ aperire viam iudici ad inquirendum.*

2 *Et an querela successerit loco accusationis.*

3 *Promotor, seu instigator inquisitionis, quis dicatur.*

4 *Et an sit citandus.*

5 *Aduocatus, siue procurator fiscalis, qui instigant inquisitionem, an reo absoluto sint in expensis condemnandi.*

6 *Et an fiscus debeat querelam porrigere.*

Ex Additionibus.

1 *Querela renuncians, vel ab ea desistens, an iterum querelare possit, remissiue.*

2 *Et an si neget quis iniuriam sibi factam, possit reuocare dictum, & de iniuria accusare.*

3 *Querela differt à querimonia, & lamentatione.*

4 *Et an cedula data in occulte debeat mouere Iudicem ad inquirendum.*

5 *Querelans si desistat, vel moriatur, poterit Iudex procedere ex officio.*

Querela post patratum diu delictum porrecta præsumitur calumniosa, n.eod.

6 *Querelans tenetur declarare an intendat facere partem in iudicio.*

7 *Instigator an sit citandus, quando proceditur per inquisitionem, remissiue.*

8 *Et an possit torqueri.*

Querelanti de vulnere, aut offensione an credatur, nu.eod.

9 *Aduocatus, vel procurator fiscalis dolose instigantes, quibus pœnis sint afficiendi.*

Fiscus pro euidenti calumnia condemnatur in expensis in controuersia criminali, n.eod.

10 *Fiscus est vbique præsens.*

11 *Et an ei prosit confessio procuratore fiscale absente.*

Alius

1 ALius eſt modus, *a* per quem iudici aperitur via ad
a inquirendum, ſcilicet querela partis offenſæ. Et li-
cet iſti duo modi procedendi, ſcilicet ad querelam, &
ex officio, videantur non modo diuerſi, ſed etiam quo-
dammodo incompatibiles, tamen conſuetudo ad-
mittit, quod ſuper querela partis iudex ſtatim incipiat
inquirere, ſ. informationes ex officio aſſumere, ut dixi
ſupra, *q.1.verſ.hinc infertur.*

2 Scias autem, quod hæc querela multum differt ab
accuſatione: nam in accuſatione, de iure requiritur ſo-
lemnis libellus, & inſcriptio, vt dixi infra, *quæſt.12.verſ.
dixi quoque:* ſed modus ille procedendi per via ſolemnis
accuſationis, abiit prorſus in deſuetudinem, & loco
accuſationis ſucceſſit hic modus querelandi. Et ideo
hodie per totam Italiam obſeruatur, quod libellus
non datur, ſed ſimpliciter fit quædam ſcriptura, quæ
datur loco libelli, & debet talis ſcriptura continere
nomen accuſatoris, & accuſati, & iudicis, & criminis
commiſſi, & quo loco, anno, & menſe commiſſum fue-
rit; nec non & diem dati ipſius libelli, Et ſi hæc defi-
ciant, non procedit talis ſcriptura, quæ hodie datur
loco libelli, vt dicit Gand. *de maleſic.in rubr.qualiter fiat
accuſatio, num.6.* quem refert Aug. ad Angel. *de maleſ. in
verbo, Et ad querelam, num.3.* & Boſſ. *in tit.de accuſ.nu.2.*
& Carauit. *ſuper ritu 20.magnæ curiæ, nu.4. & ſuper ritu
202. num.6.* & Pract. Conradi *f.225.num.5.* Dum ta-
men ipſe Boſſ. poſtea ſubdit *num.6.* quod vſus non ad-
mittit tales querelas pro accuſationibus: tu dic id ve-
rum eſſe, ſi ſumatur accuſatio in forma ſolemni, prout
de iure requiritur: ſed certe hodiernis temporibus vti-
que dici poteſt huiuſmodi querelas ſubrogatas eſſe lo-
co accuſationis. Et quamuis, vt ipſe dicit, non diſpu-
tetur ſuper iſtis querelis, an habeant requiſita, vel ne;
hoc procedit ex eo, quia talia requiſita in parte ſunt à
conſuetudine ſublata, vt apparebit infra in diſcurſu
materiæ accuſationis, & præſertim, *qu.18. per totam*;
& etiam quia hodie inquiſitio concurrit in omnibus
fere proceſſibus cum ipſa querela, ſiue accuſatione, vt
dixi ſupra *in d.verſ.hinc infertur:* & ſic iudex ex officio
b ſupplet quoſcunque defectus. Sed *b* in caſibus, in qui-
bus ex forma ſtatuti, vel conſuetudinis iudex non poſ-
ſet procedere, niſi ad querelam partis, proculdubio
ea, quæ poſſent de iure opponi contra accuſatorem, &
accuſationem, poſſent opponi contra querelantem, &
querelam: & ita multoties vidi in facto obſeruari. Plus
dico, quod ſi non eſſet aperta via iudici ad inquiren-
dum aliter quam per querelam, puta quia non præce-
deret denunciatio, neque diffamatio, neque aliquid a-
liud ex iis, quæ aperiunt viam inquiſitioni, non debe-
ret iudex procedere ſuper huiuſmodi querela, niſi ha-
beret legitima requiſita, iuxta ea, quæ dicit Gand. *in lo-
co præallegato*, licet contrarium plerumque obſeruetur
de conſuetudine, ſecundum quam iudices valde prom-
pti ſunt ad procedendum, neque multum ſuper iſtis
ſubtilitatibus inſiſtunt.

Aliquid etiam hoc loco dicendum eſſet de promo-
tore, ſeu inſtigatore inquiſitionis, ſuper quo ego pau-
ca tantummodo attingam, ne aliquid prorſus omiſ-
ſum fuiſſe videatur; cetera reperire poteris in locis or-
dinariis.

3 Scias igitur, quod tria ſunt genera eorum, qui inſti-
gatores, ſeu promotores inquiſitionis appellantur. A-
liqui enim id faciunt ex neceſſitate, vel ſaltem ex debi-
to eorum officij, prout ſunt aduocati, & procurato-
res, ſeu ſyndici fiſcales, ad quod maxime pertinet inſta-
re aſſidue, vt iudices contra delinquentes inquirant.
Aliqui vero id faciunt ex præcepto, ſiue deputatione
iudicium, qui ſolent deputare aliquem coadjutorem,
qui loco partis, ſeu fiſcalis aſſiſtat inquiſitioni: nam in
quocunque caſu, in quo iudex poteſt ex officio proce-
dere, poteſt etiam creare, & conſtituere fiſcalem, qui
accuſet. Et ita practicatur, teſte Ant. Gomeſ. *cap.1.de li-
ctorum, num.10.in 1.ampliat.* Intellige qui accuſet, non
vt aperiat hoc modo viam inquiſitioni, ſed vt poſtquam
illi eſt aperta via ad inquirendum, aſſiſtat ipſi inquiſi-
tioni, prout faceret accuſator, & hoc quando non ad-
eſt aduocatus, ſeu procurator fiſcalis ordinarius: tunc
enim non ſolet aliquis alius deputari. Poſtremo aliqui
id faciunt ſponte: quia comparent in iudicio, & *c* ſub- *c*
miniſtrant teſtes, & indicia contra reos inquiſitos.

Quæro, *d* nunquid inſtigator ſit citandus in cauſa *d*
inquiſitionis. Reſpon. de aduocato, ſeu ſyndico fiſcali 4
nulli dubium eſt, quin ſit citandus: nam in quocunque
iudicio, in quo poteſt ex officio procedi, fiſcus eſt loco
partis. Idemque dicendum eſt in eo, qui ſit à iudice de-
putatus: nam & ille ſuccedit loco fiſcalis, & de eo idem
iudicandum eſt in illa cauſa, quod de fiſcali. Si vero lo-
quimur de inſtigatore, ſeu promotore voluntario,
tunc dicit Boſ. *in tit.de inquiſitione, num.26.* quod ſi talis
inſtigator prius querelauit, & ad eius querelam iudex
inquiſiuit, tenet locum partis: & ideo eſt citandus. Et
ſubdit, quod ita concludunt DD. & quod ita ſeruatur.
Et cum eo eſt lis conteſtanda prout etiam cum accu-
ſatore, ſecundum Gl. *in c.cum I. & A. in verbo, lite non
conteſtata, de re iud.* quam dicit ab omnibus approbatam
Card. Alexan. *in cap. de accuſatione, col.37. in princ. 2.q.8.*
Quod tamen intellige ſecundum ea, quæ *de litis conte-
ſtatione* dixi infra *q.45. circa princ.* Ego autem dico, quod
ſi querelauit, tunc non eſt citandus tanquam inſtiga-
tor, ſeu promotor inquiſitionis, ſed tanquam accuſa-
tor, quia (vt dixi ſupra) tales querelæ ſuccedunt loco
accuſationum. Sed quando quis non querelat, ſed tan-
tum inſtigat, ſeu promouet inquiſitionem, non eſt de
neceſſitate citandus, niſi compareat, & petat in actis
ſe citari: nam eo caſu, licet prius non querelauit, habe-
tur loco partis, & citatur. *e* Et vbi ſuccumbat, con- *e*
demnatur etiam in expenſis, vt accuſator: prout in fa-
cti contingentia condemnatos fuiſſe quoſdam inſti-
gatores refert Papo *lib.24.tit.1.arreſto 2.* Et ita ſeruat
communis practica.

Sed nunquid aduocatus, vel procurator fiſcalis, qui 5
inſtigant inquiſitionem, & faciunt procedi contra ali-
quem, tenebuntur ad expenſas, ſi repertum fuerit, il-
lum non eſſe culpabilem? Reſpon. de iure forte poſſet
dici, quod ſic; ſed de conſuetudine apud nos contra-
rium ſeruatur, prout etiam ſeruari in patria Delphin.
atteſtatur Guid. Papæ *deciſ.269. denunciator, poſt num.1.*
Et quod de conſuetudine procurator regius non ſub-
jiciatur expenſis actiue neque paſſiue, atteſtatur Fract.
Millei, *fol.16.num.45.* Bene verum eſt, quod ſi *f* doloſe, *f*
& calumnioſe perſequeretur aliquem, eſſet in expen-
ſis, & damnis verſus partem condemnandus, vti quili-
bet priuatus. Et ita pluries ſeruatum fuiſſe per Parla-
mentum Pariſienſe atteſtatur Papo *in d.tit.1. Arreſto 4.*

Sed quæro, Tu ſcis, quod hodie, nemine querelan- 6
te fiſcus ſuccedit loco accuſatoris, vt dixi ſupra, *qu.3.
verſ. Sed certe*: nunquid ergo debet eo caſu fiſcus quere-
lam, ſeu accuſationem porrigere, ſuper qua iudex de-
inde procedat? Reſp. quod non, ſed tantum procedi-
tur ad informationem, eo inſtante, & ita ſe habet com-
munis obſeruantia omnium curiarum, vt dicit Cara-
uita *ſuper 20. ritu magnæ curiæ, poſt nu.4.* *g* Et dicitur ſem- *g*
per inſtare fiſcus, vt procedatur contra delinquentes,
etiamſi de huiuſmodi inſtantia, in actis non appareat:
h debet tamen prius eſſe aperta via iudici ad inquiren- *h*
dum aliter, quam per inſtigationem ipſius fiſcalis, iuxta
ſæpius dicta, vt iudicibus præcludatur via
ſubditos vexandi *i* indebitis im- *i*
penſis.

ADDITIONES
Ad Quæst. X.

a 1 ALius est modus] adde, an desistens à querela, vel querelæ renuncians, iterum ad querelandum admittatur, Bart. *in l. si maritus, la seconda, §. si negauerint, num. 4. ff. ad l. Iul. de adult.* Bald. *in l. accusationem, C. de his, qui accus. non poss.* vbi plene.

2 Et quid si aliquis interrogatus dicat, Titium nihil iniuriæ sibi fecisse, an poterit, suam confessionem retractando, de aliqua iniuria ipsum Titium accusare, siue querelare, vi. Luc. de Pen. *in l. 1. num. 47. versic. septimo.* Ex hoc sequitur, vbi videtur tenere, *quod sic, C. de desertor. li. 12.*

3 Item adde, quod querela differt à querimonia, & à lamentatione, vt per Afflict. *in constit. pessimam, n. 7 fol. 70.*

4 Item adde, quod schedula, quæ datur in occulto, non debet mouere iudicem ad inquirendum: sed ille, contra quem porrigitur, si instat, vt procedatur, debet audiri, *secundum in l. diffamari, C. de ingenu. & manumiss. & in l. 1. C. de famos. libell.* Felyn. *in c. inquisitionis, n. 12. de accusation.* Baiar.

5 b *Sed in casibus in quibus*] adde quod iudex, data querela, poterit procedere ex officio, etiam quod querelans desisteret, per tex. *in l. constante matrimonio, in fin. ff. de adulter.* Afflict. *in constit. legum asperitate, nu. 12.* Gram. *decisio. 31. num. 3. cum seq.* & hoc procedit in quacunque parte iudicij, etiam quod desistat, appellatione pendente, vel accusatore mortuo, vt per Carauit. *in ritu n. 2.* Baiard.

c *Subministrant testes*] adde ad subministrationem testium, & inductorum infr. *q. 19. versic. sed quid è conuerso, q. 17. versic. sed hæc quidem, q. 31. ver. vlterius quæro, & q. 48. in princ.* Drog.

d *Quæro nunquid instigator*] Et quando procedatur per inquisitionem, si adsit instigator, vi. Bald. *in consil. 127. vol. 1.* Sed an instigator, & consultor torqueri possit, remissiue, vi. per Carrer. *pract. crim. ante n. 81.* Grach.

Quæro nunquid instigator] Nota, quod querela diu post delictum commissum porrecta præsumitur calumniosa, Farinac. *q. 40. num. 103.*

6 Adde, per solam querelam, instigationem, & sollicitationem non intelligi querelantem facere partem in iudicio; sed oportet declarari; Et ideo solet peti, vt mandetur querelanti, quod declaret, si intendit facere partem iudicio, ad quod tenetur iudex secundum Folle. *in pract. crim. in verb. Audiantur exceptiones, num. 2.* & an instigator quando proceditur per inquisitionem, sit citandus Bald. *consil. 126. vol. 1.* & an instigator torqueri possit, Brun. *in tract. de indic. in 8. q. princ. 13. not.*

7 Occurrit locus tractandi de querelante, ad eius propositum etiam multa diximus supra *q. 7. nu. 2.* Sciendum est ergo, quod querelans aliquem de vulnere, aut offensione, dicitur testis in causa propria, & ei non creditur, quia ex tali querela facit se inimicum querelanti, Farin. *q. 46. nu. 12.* eique minime contra accusatum, seu querelatum creditur ibi, *num. 93. cum sequen.* nec ipsius inculpatio facit indicium ad inquirendum, nec ad capturam suffi. *it, nu. 67.* & quamuis vt testis fuerit examinatus, non tamen ei creditur, *nu. 98.* quinimo, & si ipsius dictum fuerit confirmatum in tortura, non probat, quemadmodum nec dictum accusatoris, *nu. 64.* nec illorum est acceptanda oblatio, si dicant velle stare cum reo in tortura, *nu. 101.* caterque fide, etiam si Princeps esset, *num. 142.* Baiard.

8 e *Et vbi succumbat*] Condemnatur in expensis secundum Far. *tit. de accus. q. 16. n. 14.* Ros.

f *Doloso, & calumniose*] Boer. *decisio. 324. lib. 1.* Farin. *d. q. 16. n. 14. & 24.* Ros.

9 *Dolose, & calumniose*] adde, quod non solum procurator, vel aduocatus fisci debet ob talem vexationem condemnari in expensis, & eas soluere de proprio, sed etiam maxima pœna veniret plectendus, vt decreuit Imperator *in l. vniuers. C. vbi caus. fiscal.* vbi eos viuos concremari iussit, & ita tenet Gramm. *dec. 60. num. 1.* sed prædicta non seruantur in practica, & si quis ageret ad dictas pœnas, derideretur, vel forsan puniretur. Et hoc etiam tenuit Boer. *in decisio. 324. in princ.* scilicet, quod si fiscus esset in euidenti calumnia in expensis veniret condemnandus. Dicit tamen Ant. Colomb. *in tract. de modo proced. in controuers. criminal. art. 138.* quod fiscus nullis dat, nec recipit expensas allegando tex. *in l. si C. de fruct. & lit. expen.* quem refert, & sequitur Petegl. *de iure fisci lib. 7. tit. 4. sentent. aduersus fiscum in fine.* Baiard.

10 g *Et dicitur semper*] adde, quod ratio est, quia fiscus vbiq. est præsens, Gl. *in l. 1. in pr. C. de quadrienn. præscript.* licet secundum Sal. *in l. generaliter, 6. q. in fi. C. de non n. pec.* & Marcabr. *in consil. 28. n. 118.* 11 Fisco non prosit confessio, si procurator fiscalis est absens, sed Cald. *in consil. 16. de testam.* contrarium tenet, & ita seruatur. *Baiard.*

h *Debet tamen prius aperta esse via*] Inoleuit tamen practica, & quidem mala, vt cum pars aliqua vult querelare, faciat, vt fiscus primo denũciet sibi deuenisse ad aures tale maleficium: deinde examinat testem, qui aliquando deberet esse ille, qui querelaret, ideo sic examinatus incurrit falsi pœnam si dilucidetur, ex mente Bald. *in l. si legibus, nu. 2. ad fin. C. si cont. ius. vel vtil. publ.* quem refert Boss. *tit. de accus. sub n. 17.* Contrarium tamen, quod iudex qui potest ex officio procedere, possit cõstituere fiscalem accusatorẽ, & quod ita vtamur, dixit Ant. Gomes. *delict. c. 1. sub n. 10.* dixi infra *ad q. 26. versic. sed pone.* Sed tamen sic proceditur forsan ex defectu probationem: est ergo talis modus prohibitus, vt hic, *sup. q. 3. versi. sed certe,* argumento eorum, quæ dixi *sup. q. 3. vers. habes igitur,* ibi, & ideo super eius denunciatione, & vide Alex. *in consil. 3. n. 11. cum seq. vol. 6.* de quo dixi supra *ad d. q. 7. versic. Habes igitur,* sed qua ratione, & cur repertisint fiscales, vide apud Marant. *in suo Spe. par. 6. tit. & peruenitur aliquando per viam Inquisitionis, n. 104.* Drog.

i *Indebitis impensis*] De quo supra *q. 5. versi. sciat etiam.* Ros.

QVÆSTIO XI.
Quomodo procedatur via inquisitionis.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Inquisitio an fiat contra absentem.*
2 *Et an sit citandus ille contra quem assumuntur indicia.*
3 *Et an pars offensa,* versi. Sed quid è conuerso.
4 *Iudex an debeat interrogare reum super iis, de quibus contra eum intendit inquirere.*
5 *Et an ante inquisitionem, danda sit reo copia indiciorũ.*

Ex Additionibus.

1 *Confessus absque denunciatione, vel inquisitione, aut accusatione condemnari an possit.*
2 *Inquisitio fieri non potest ad priuatorum commodum.*
3 *Procurator fiscalis procedit per inquisitionem contra tenentes bona Principis.*
4 *Testis depositio etiam in tortura, absque citatione, non nocet parti.*
5 *Testes sufficit haberi per reum pro legitime examinatis.*

NVnc a videamus, quomodo procedendum sit in a iudicio inquisitionis, intelligendo semper quod inquirere sit ex officio testes, seu informationes recipere contra aliquem pro aliquo delicto, vt dixi supra, *q. 3. in princ.* Et in primis quæro, an possit procedi per in- 1 quisitionem contra absentem, an autem contra præsentem tantum. Resp. de iure loquendo regulariter non proceditur via inquisitionis nisi contra præsentem: si vero reus sit absens, modo non per contumaciam se absentem fecerit, non potest inquiri, ita notatur per omnes *in d. c. qualiter, & quando.* Sed certe quicquid sit de iure, hoc de consuetudine non obseruatur, sed semper fit inquisitio de delicto, siue inquisitus sit præsens, siue sit absens; & siue per contumaciam se absentauerit, siue non, vt attestatur Marian. *in repet. d. cap. qualiter, & quando, num 92.*

Item b quæro, nunquid priusquam iudex specialiter b inquirat, & sic assumat indicia contra aliquem, debeat 2 ille citari. Respon. de iure communi vtique requiritur partis citatio: alias testes examinati, c reo non citato, c nullam contra eum fidem facerent, neque ad sententiam, neque ad torturam. Et hæc est communis opinio, vt dicit Blanc. *in pract. crimin. fol. 5. nu. 33.* Anton. Gomes. *cap. 12. delictorum, post numer. 18.* Quinimo Ant. de Butr. *in d. cap. qualiter & quando, § debet, post n. 40.* dicit, quod in receptione testium in causa inquisitionis specialis debet reus citari, & quod ita obseruat communis practica, & illum refert Aret. *in eodem §. debet, num. 89.* Sed certe quicquid sit de iure, contrarium seruatur de consuetudine, vt attestatur ipsemet Blanc. *in loco præallegato* subdens; quod propterea d defensores reorum non d debent multum insistere super ista communi sententia. Hanc etiam dicit esse communem practicam om- nium

omnium curiarum Foller. *in practica criminali canon. fol. 109. num. 2.* Dicit etiam Blanc. ibi, *n. 6.* quod stylus, & consuetudo est in ciuitatibus Lombardiæ, quod testes, siue super generali, siue speciali inquisitione, & etiam super accusatione, examinantur sine citatione partis, & allegat Alex. *cons. 65. num. 9. in fin. lib. 1.* quod est duplicatum *in consil. 41. lib. 2.* qui dicit, quod (vt verbo fertur) ita est stylus, & consuetudo in partibus Lombardiæ, quod testes recipiantur sine citatione partis. Et ita esse stylum Italiæ, asserit Pract. Caroni, *fol. 103. post nu. 1.* Dicit etiam Berber. *in Viatorio iuris. in rubr. de ind. col. 17.* quod vsus, consuetudo, & stylus hanc opinio. approbant. Hunc etiam esse receptum vsum, stylum, & consuetudinem attestatur Pract. Iodoci. *fol. 24. num. 18.*

e *e* Tu tamen dic, bene verum esse, quod de consuetudine huius prouinciæ testes, qui assumuntur ad informationem curiæ, contra reum absentem, recipi-
f untur parte non citata: *f* ad effectum procedendi ad capturam, siue citationem contra reum, & si ipse deinde vocatus fuerit contumax, faciunt fidem, etiam quoad hoc, vt super eorum attestationibus possit contra eum ferri sententia diffinitiua: & hæc practica fuit optima ratione introducta, ne si reus citaretur, statim aufugeret, vel posset facilius testes examinandos sub-
g ornare: *g* Sed si reus comparet, tunc attestationes talium testium examinatorum absque citatione partis, nullam fidem faciunt, neque ad condemnationem, neque ad torturam, nisi parte ipsa præsente, aut legitime citata, seu monita deponant, vel prius per eos deposita repetant, & in eis persistant. Ceterum quando processus fit reo comparente, vel in carceribus existente, semper seruatur comm. opin. etiam in hac prouincia. Dixi *infr. q. 45. vers. ceterum si reus.*

3 Sed quid è conuerso, nunquid in hac inquisitione debet citari pars offensa? Respond. de iure forte dici posset quod sic; sed hoc de consuetudine non obseruatur, nisi Florentiæ, vt dicit Angel. *in dicto repertorio, l. si vacantia, C. de bon. vacan.* quem refert Marian. *in repet. d. cap. qualiter & quando, post n. 213. in 71. quæst.* & Ang. de *malefic. in verbo, Et ibi caput, n. 2.* Tu vero dic, quod aut pars querelauit, & de necessitate citanda est, aut non querelauit, & tunc quamuis necessario citari non debeat, tamen cauti, & tuti iudices illam semper citari fa-
h ciunt ad *h* subministrandum indicia, si quæ habet, ad coadiuuandam intentionem fisci. Et ita seruatur in hoc Ducatu, etiam si procedatur per inquisitionem, vt attestatur Boss. *in tit. de sentent. num. 81. in fin. Vide, quæ dixi infra q. 51. vers. Vlterius quæro.*

4 Quæro etiam, nunquid priusquam iudex inquirat, debeat reum interrogare super iis, de quibus intendit contra eum inquirere. Dixi supra *quæst. 6. vers. Successiue quæro.*

5 Vlterius quæro, nunquid ante inquisitionem danda sit reo copia indiciorum. Dixi *in d. qu. 6. vers. sed quid si reus.*

Cetera autem, quæ pertinent ad formam processus criminalis, scilicet quomodo, & à quibus assumenda sint indicia, & quid agendum si post ipsas informationes assumptas, cum non minus iudicio accusationis, quam inquisitionis communia esse videantur, paucis in primis de accusationis iudicio specialiter præmissis, infra suo ordine explicabimus.

ADDITIONES
Ad Quæst. XI.

N*Vnc videamus*] adde, quod imo, nec etiam confessus potest condemnari sine denunciatione, vel inquisitione, vel accusatione, secundum Cæpol. *consil. 36. in fine.* vbi dicit, quod si consuetudo fuisset in contrarium, esset vanda. Sed vide *cons. 94.* incerti auctoris *inter consil. crim. tom. 1. magna impressionis*, vbi dicit hoc procedere, quando sit confessio incidenter de aliquo del.cto, contra eum non intentato, alias sola cōfessio etiam nullo præcedente processu, vel inualido sufficeret ad condemnandum, & vide etiam quæ addidi infra *in q. 55. n. 7.* vbi de confessione incidenter facta.

Item adde, quod Iudex non potest inquirere ad priuatorum commoditatem, Innoc. *in cap. ad nostram, de iur.* Sed bene poterit procedere per viam inquisitionis contra tenentes bona Principis, secundum Luc. de Pen. *in l. 1. C. de cond. & procur. lib. 11.* quem refert, & sequitur Afflict. *in consil. inter multas, nu. 7.* & per illam constitutionem in Regno Neap. Procurator fiscalis potest procedere per inquisitionem contra occupantes bona ad Regium fiscum spectantia. *Baiard.* 2

b *Item quæro nunquid*] adde, quod depositio testis absque citatione, etiam quod esset facta in tortura, parti non nocet, Felyn. *in c. 1. extra de testibus*, & Laurent. de Pin. *consil. 96. num. 12.* Baiard. 3

c *Reo non citato*] Vel aliquo pro eo Marsil. *in consil. 18 nu. 9. & consil. 118. n. 11.* Far. *q. 72. vol. 3. c. 20. n. 87. per totam.* Ros. 4

d *Defensores reorum*] Et generaliter quod citari debeat in ciuilibus *d. c. 1. n. 11. & pluribus seqq.* vbi plures casus in quibus citatio non requiritur, *num 36. vsque ad fin. quæst. Item in cap. 2. n. 103. 106. & 108.* Ros.

e *Tu tamen dic*] Cattar. *de execut. sentent. num fin. cap. 175.* Farin. *de consuetudine loquitur, cap secundo, num. 100. alias, nu. 134. & 135. cum seq.* Ros.

f *Ad effectum procedendi ad capturam*] adde quid operentur testes examinati parte non citata, *infr. q. 50. versic.* Item quia, & ibi dixi *quæst. 28. versic. Scias autem, quæst. 45. versic. ceterum ad finem*: Vide Gramm. *decisione 11 sub num. 13.* Marsil. *sing. 24. ad finem.* Nota tamen, quod aliquando etiam post testium publicationem fit eorum repetitio, modo, quo per Crauettam *consil. 74. n.... cum seq.* Drogh.

g *Sed si reus comparet*] Confrontatio tamen testium facit, vt testes dicantur recepti citata parte infra *q. 45. versic. ceterum.* Drogh.

Sed si reus comparet] adde, quod satis, quod testes Curiæ habeantur pro suis pro rite & recte examinatis & repetitis, vt per Capic. *dec. 74.* & Follet. *in practi. crimin. in ver. detur copia, c.* etiam quod sit *in nulle testes* Aret. *in consil. 163. col. 2.* & vide, quæ posui infra *ad quæst. 45. d. versic. ceterum*, Baiard. 5

h *Ad subministrandum indicia*] infra *q. 57. versic sed hæc quidem q. 51. versic. Vlterius quæro.* dixi supra *q proxima.* Drog.

QVÆSTIO XII.

Accusationis materia explicatur.

SVMMARIA

Ex Claro.

1. *Accusatio quid sit.*
2. *Et an sit re medium ordinarium.*
3. *Et an sit actio, vel officium iudicis.*
4. *Inquisitio an sit actio, vel officium iudicis.*
5. *Iudex procedens super accusatione, an dicatur procedere officio iudicis nobili, vel mercenario.*
6. *Accusationis forma quæ sit.*
7. *Accusatio an debeat fieri in scriptis.*
8. *Et quæ in ea requirantur.*
9. *Et ad si omittatur, sit accusatio ipso iure nulla.*
10. *Et quid si agatur de crimine ciuiliter.*
11. *Et quid si procedatur per viam exceptionis.*
12. *Et an locus notorius debeat per eos fines designari.*
13. *Et an dies exprimendus sit in accusatione.*
14. *Et quid si dies expressus non probetur.*
15. *Et an accusator teneatur se inscribere ad pœnā talionis.*
16. *Et quæ sit forma inscriptionis.*
17. *Et quid de consuetudine.*
18. *Et quid de iure canonico.*
19. *Et an accusantes de adulterio teneantur se inscribere ad pœnam talionis.*
20. *Et an mulier teneatur se inscribere.*
21. *Et an in accusatione requiratur conclusio libelli.*

Ex Additionibus.

1. *Accusatio quid sit, & quotuplex, remissiue.*
2. *Accusare an dicatur, qui simpliciter libellum accusationis produxit, remissiue.*
3. *Accusatio quomodo differat à denunciatione, vel delatione, remissiue.*

proponit actionem ciuilem, ex qua tamen condemnatio infamat: nam eo casu proculdubio necessaria est solemnitas *d. l. libellorum*, & sic quod exprimatur in libello locus, & tempus; alias secus. Et hæc est communis opin. vt attestatur Alexand. *in l. 1. in princ. num. 30. ff. de edendo, & in d. l. edita, num. 13.* Soc. *in d. cons. 109. num. 1. & seq. lib. 3.* Maranta *in suo Spec. fol. 24. num. 30.* Aug. ad Ang. *de malefic. in verbo, Et ad querelam nu. 55.* licet subdat, quod hæc opin. non obseruatur in curia Romana: est tamen tenenda, & obseruanda in practica: vbi enim agitur actione famosa, licet ciuiliter procedatur: dicitur tamen causa grauis, & æquiparatur criminali, ex quo apud honestos & probos viros, fama & vita æquiparantur. Quam tamen intellige vt procedat, si opponatur à parte: nam eo casu necesse est exprimi locum, & tempus: sed parte non opponente, quando ciuiliter agitur, procedit libellus, etiam si ea non exprimantur. Et hanc opin. dicit esse magis communem Soc. *in d. consil. 109. num. 4.* vbi in facti contingentia ita consuluit, quod nota: quia est pulcherrima limitatio.

k Est k autem exprimendus locus in libello accusationis, illum designando per cohærentias, vt videre potes apud Angel. *de malef. in verbo, In platea communi,* quod quidem optime procedi in delictis, quæ committun-
l tur aliquid faciendo, l sed si committantur non faciendo, puta, quia accusetur syndicus, qui non denunciauit maleficium, eo casu, cum delictum non habeat locum determinatum, quo circunscribatur, non credo locum habere hanc conclusionem, nisi quis forte vellet apponere locum Palatij, in quo solent syndici deferre denuncias, tanquam ibi commissa fuerit negligentia, prout seruari Florentiæ attestatur Bald. *in l. causis, num. 3. C. de accusation.* quod est iudicio meo ridiculum.

12 Sed pone, quod sit aliquis locus publice notorius, prout est platea communis, vel Palatium Potestatis, nunquid adhuc erit designandus per confines? Resp. quod sic: ita dixi Gand. *de malefic. in rubr. qualiter fiat accusatio, numero 3.* prout illum refert Ang. *in l. hac consultissima, numero 2. C. qui testam. facere poss.* subdens quod ita seruat consuetudo: quam etiam refert Aug. post Angel. *de malef. in verb. In platea communi, post numero 11.* Sed certe Gand. *in libro meo* hoc non dicit. Bene affirmat posse sustineri libellum accusationis, in quo tantum dicitur maleficium commissum fuisse ante domum dicti Petri, quod accusator poterit illum declarare: subdens ita consultum fuisse Bononiæ per plures legum Doct. non tamen loquitur Gand. quando locus est adeo notorius, vt declaratione non egeat. Ideo dic verum esse, vt dicit Angel. *in d. l. hac consultiss.* quod de consuetudine, (vt plurimum) so-
m lent apponi cohærentiæ, etiam si locus sit notorius, m sed tamen etiamsi non apponantur: procedunt querelæ, & accusationes, & etiam inquisitiones, modo locus sit certus. Et hanc opin. dicit esse veram, & magis communem Menchiaca *lib. 1. de testam. in 1. par. §. 4. numer. 33.* neque ego vnquam vidi propter hoc annullari aliquem processum, neque dicerem esse annullandum.

n Dixi n etiam, quod est exprimendum tempus deli-
13 cti, scilicet annus, & mensis, vt *in d. l. libellorum.* Sed pone, quod accusatus compareat, & petat exprimi per accusatorem diem certam delicti, quia forte intendit ipse ad sui defensionem probare, quod eo die erat in alio loco remoto à loco delicti, nunquid eo casu debet
o iudex cogere accusatorem ad o ipsam diem exprimendam? Respon. Bart. *in l. is, qui reus, num. 10. de publ. iud. & in l. arbitraria, § si quis Ephesi, nu. 6. ff. de eo, quod certo loco, & in d. l. libellorum in princip. num. 13.* tenuit, quod sic. Et dicit Corset. *in refert. Abb. in ver. Accus.* quod illum sequuntur communiter DD. Ita etiam communiter teneri attestatur Ias. *in d. § si quis Ephesi, post nu. 1.* quem refert Simancas *de heret. cap. 4. num. 4.* Boss. *in tit. de inquisitione, num. 92.* Pract. Conradi, *fol. 214. post numer. 3.* Plot. *inter consil. crim. diuersorum cons. 109. post nu. 4. lib. 1.* Apostil. ad Vitali. *de malef. in rub. quid sit accusatio: sub n. 12. in verb. Sed ann.* Viuius *in lib. communium opin. in verbo, Accusator vel fiscus:* Et hoc dicit se aliquando obtinuisse coram magis peritis, existentibus Bergomi ad officium maleficiorum: Alber. *in d. l. libellorum in princ. num. 5. ff. de accusat.* Alias enim tolleretur reo magna pars defensionis suæ, scilicet facultas probandi negatiuam, quod esset inconueniens, quicquid dixerit Signor. qui in contrarium consuluit, *consil. 244.* vbi, *nu. 22.* dicit, quod hoc dictum Bartol. est falsum, & quod suæ opin. videntur multum singulares, & phantasticæ, & deuiantes à communibus opinionibus nostrorum maiorum. Intellige tamen, quod tenetur accusator reo id petente, p exprimere diem, non autem il- p
lum probare. Et hoc omnes fatentur, vt dicit Bertran. *consil. 16. num. 2. lib. 6.* Quod tamen intellige iuxta ea, quæ statim dicam infra in versic. sed quid si accusator. Et subdit ibi Bertran. quod sufficit, si diem exprimat accusator tempore, quo datur reo terminus suarum defensionum, est enim ei satisfactum, ex quo potest deinde probare negatiuam, in suis defensionibus: quod est notandum. Scias etiam, quod quamuis iudex possit cogere accusatorem ad exprimendum diem, potest nihilominus accusator dicere, quod non recordatur de die, q & erit excusandus. Et ita communiter pra- q
cticatur, vt dicit Ang. *in d. l. libellorum num. 5.* quem refert Aug. ad Angel. *de malef. in verb. De ann. praesenti post num. 4.* & Apost. ad Sal. *in d. l. in causis, sub num. 5. C. de accus.* quod ego etiam admitterem, si casus contingeret, dummodo accusator id affirmaret cum iuramento.

Sed r quid si accusator in sua accusatione expresserit r
diem, cum non teneretur, & deinde non probauerit: 14
nunquid debet propterea succumbere, licet testes alias deponant de crimine. Respon. Bart. *in d. l. is qui reus, numer. 9. ff de publ. iud.* tenuit, quod sic. Et dicit Bertrand. *consil. 217. numer. 2. lib. 6.* quod ita respondent communiter Doct. Hanc etiam sententiam vti communem refert Aug. ad Ang. *de malef. in verb. de anno præsenti, numer. 4.* Quæ tamen opin. mihi nunquam placuit, & credo quod cum magna difficultate posset sustineri in practica, nisi qualitas diei esset de substantia delicti, puta, quia adesset statutum disponens, quod tali die aliquid non fieret, vel huiusmodi. Tunc enim proculdubio debet probari dies, ad hoc vt reus possit de ipso facto tanquam de delicto puniri. Sed si factum, quod proponitur, esset ita delictum in vno die, prout in alio, non crederem probato delicto, licet dies expressus non probaretur, reum esse absoluendum. Solent enim in libello accusationis, seu querelæ apponi illæ clausulæ saluatres: Non se adstringendo, &c. super quibus omnibus, &c. quæ saluant, & sustinent accusationem, & processum, etiamsi non sit probata qualitas in accusatione deducta, modo de crimine constet, vt dixi infr. *q. 66. vers. sed quid si pro parte.*

Dixi f quoque, quod de iure tenetur accusator se in- f
scribere ad pœnam talionis, vt est tex. *in d. l. libellorum,* 15
& l. 3. C. qui accus. non poss. Et est communis opin. vt attestatur Affl. *super constit. regni, in quibusdam locis,* prout illum refert Duennas *reg. 27. in pr.* licet ego in libro meo non reperiam Affl. ibi id attestantem. Refert etiam Marian. *in c. super his, n. 19. de accus.* Io. And. attestari, quòd hæc sit communis opin. quod scilicet inscriptio sit de-

substantia libelli accusatorij. Idem attestatur Bertran. *consil.267.in princip. lib.2.* fuitque hoc optima ratione introductum, ad refrænandam temeritatem accusatorum, vt scilicet vbi accusationem non probarent, ipsi in seipsos sententiam talionis propria subscriptione suscipetent. Licet autem communiter appelletur inscriptio, tamen recte loquendo deberet appellari subscriptio, secundum Cardin. Alaxand. *in d.c. de accusatione, colum. 3. vers. Inscriptione*: Et ita illum appellat Iurisconsultus *in d.l.libellorum, vers. Item subscribere*, quamuis secundum Felyn. *in d.c.super his, numer.*10. communiter videtur, quod inscribere, & subscribere non differunt. Et ita videmus, quod in hoc proposito Doctores vtrunque ponunt indifferenter.

t Forma autem huiusmodi inscriptionis erat, quod ac-
16 cusator se obligaret ad similitudinem pœna, & promitteret de accusatione prosequenda vsque ad finem, ita dicit Bart. *in l.si cui in princ.nu.2.ff.de accus.* Et est communis conclusio, vt dicit Aret. *in d.c.super his, num.*33. Hanc etiam formam dicit communiter approbari Marian. *in d.c.super his, n.*17.

u Ceterum *u* hodie de consuetudine non obseruatur
17 ista solemnitas subscriptionis, vt dicit Spec. *in tit.de accus.§.1.nu.4.in fin.* quem refert Foller. *in pract.crimin.fol.* 136. *post nu.3.* & Milius *in suo repertorio in verb.accusator*, & Pract. Conradi *fol.*224.*n.*4. & Marcus *decis.*683. quæritur qualiter, *nu.*6. Io. Andr. ad Spec. *in tit.qui accus.non poss.* prout illum refert Gram. *super constitut. regni fol.*61. *nu.*11. Idem dicit Gand. *de malef.in rubr.qui accusare possint, n.*38. *& in rubr.* qualiter fiat accusatio, post *n.*6. Bart. *in d.l.si cui, in princ.nu.1.in fin.ff.de accus.* Salyc. *in l.qui crimine n.4.C.qui accus.non poss.* Angel. *de malef.in verb.* Et ad querelam, *nu.*5. & ibi Aug. in Apostil. Pract. Papiensis *in forma inquisitionis, in verb. Hæc est quædam inquisitio, nu.1.in fin.* Apostil. ad Vital. *de malef.in rubr.quid sit accusatio, sub nu.12.in verb. Inscribere*, Rub. *in l.pen.§.ad crimen nu.5.ff.de pub.iud.* Gigas *de crimine læsæ Maiest.fol.* 58. *quæst.1.nu.*6. Boss. *in tit.de inquisitione post n.*14. Didac. *lib.2.resolut.c.9.nu.*1. Duennas *in d.reg.27.vers.est tamen notandum.* Idem etiam obseruari in regno Franciæ attestatur Pract. Milici, *fol.15.nu.25 & fol.29.nu.2.* præterquam in crimine falsi nam in eo moribus receptum est in ea prouincia, vt necessaria sit inscriptio, nulla facta distinctione, an ille, qui vult aliquod instrumentum, vel aliam scripturam de falso redarguere, sit actor, vel reus, prout etiam attestatur Igneus *in l.fideicommissum, numer.151.ff.ad Syll.* Ratio autem, cur hodie non ob-
x seruetur illa solemnitas inscriptionis, est, *x* quia cum hodie pariter ex consuetudine sublata sit pœna talionis, secundum ea, quæ dixi infra *q.*81. superflua est subscriptio, propter quam actor ad ipsam pœnam talionis se obligabat.

18 Scias autem, quod de iure canonico, adhuc necessaria est huiusmodi inscriptio, & ita quotidie seruamus, vt dicit Card. Alex. *in c.libellorum, circa fin.quæst.*8. Et ideo in curia Romana, vbi quis impetrat beneficium per priuationem alterius, ex aliquo crimine, non datur ei signatura quo ad priuationem, nisi in forma, vt s. se subscribat ad pœnam talionis, & iuxta formam iuris, vt ibi, quem refert Gigas *in loco præallegato, quæst.1.in fi.* Idem etiam loquendo per verbum, *Forte*, dixit Bart. *in l.si cui, n.2.in fi.*

y De *y* iure autem ciuili talis solemnitas subscriptio-
z nis, vt dixi, *z* abiit in desuetudinem, quinimo secundum aliquos (etiam circumscripta consuetudine) talis solemnitas subscriptionis nunquam fuit necessaria. Nam obligatio ad pœnam talionis, etiam si expresse non fiat, subintelligitur ex legis dispositione, prout videtur tenere Gl. *in dicta lege causis, in Gl.fin.in fi.C.de accus.* quæ vult, quod ex subscriptione, in qua accusator affirmat se dedisse illum libellum, censeatur se obligasse ad pœnam talionis. Refert etiam Felin. *in d.c.super his, post nu.*10. quod Bart. *in d.l.si cui.* attestatur, quod hæc est communis opin. licet ego *in libro meo* non reperiam Bart. ita attestantem. Sed quicquid sit, tenenda est hæc conclusio, quod de iure cessante subscriptione, accusator, qui accusationi se non subscribit, punitur nihilominus pœna talionis, perinde ac si subscripsisset: quam dicit esse communem Abb. *in d.c.super his, nu.*8. Aret. *in eod.c.super his, n.*21. Et ideo etiamsi omissa sit, non propterea vitiatur processus, prout etiam tenere communiter Doct. affirmat Card. Alex. *in d.c.de accus.col.3.in fin.* Foller. *in pract.crim.canon.fol.50.nu.50.* licet in hoc vltimo, reuera circumscripta consuetudine, forte dici posset contrariam opin. esse veriorem, quod scilicet omissa subscriptione accusatio esset nulla, ex quo tradita videtur pro forma. Sed hæc nunquam contingunt in practica.

Sed retenta conclusione, quod subscriptio sit neces- 19
saria, Quæro nunquid mariti, & alij accusatores de adulterio, qui præsumuntur accusare propter immensum dolorem, & ideo excusantur à præsumpta calumnia, teneantur se subscribere ad pænam talionis. Resp. quod sic, & ita communiter tenetur, vt dicit Anan. *in c.cum dilectus, post num.24.de calum.* Et licet Aret. *in d.c.super his, nu.*19. referat Doctores communiter dicere, quod maritus de adulterio accusans, iure mariti, non tenetur se subscribere, sed tantum quando accusat iure extranei, tamen indistincte tenendum est, quod tenetur se subscribere. Quamuis enim excusetur à præsumpta calumnia, non tamen propterea debet excusari à vera, & consequenter neque etiam à subscriptione, vt per Aret. ibi.

Quæro etiam, tu scis, quod regulariter mulier pro- 20
hibetur accusare, ut dixi infra, *q.14. vers. præterea dixi*, nisi in quibusdam criminibus exceptis: nunquid ergo in casibus, in quibus admittitur ad accusandum, tenetur & ipsa se subscribere? Resp. de iure ciuili vtique debet se subscribere; sed de iure canonico non tenetur. Ita dicitur tenere Gl. *in d.c.super his*: quæ per Doctores communiter approbatur, vt dicit Card. Alex. *in d.c.de accus. colum.*1. Hanc etiam opin. communiter teneri à Canonistis, attestatur Hieronym. in Apost. ad Aug. *de malef. in d. verb.* Et ad querelam, *n.*18. Quam etiam communem appellat Aret. *in d.c.super his, n.*20.

Vltimo *a* quæro, nunquid in accusatione criminali a
necessaria sit conclusio libelli. Resp. quod non, secundum Bart. *in l.libellorum, n.19.ff.de accus.* & est communis opin. vt attestatur Marian. *in repe.6.qualiter & quando, nu.211.de accus.* Et dicit Bald. *in l.si quis se, in fin.C.de accus.* quod ita dicunt omnes Doct. Ratio autem, quare non requiratur conclusio libelli in criminalibus, vt in ciuilibus, est, secundum eum, quia in ciuilibus pars potest diuersis modis concludendo libellum facere, vt diuersis etiam modis possit sequi sententia: nam etiam si quis sit creditor de mille, potest concludere tantum-
modo in centum, *b* & iudex non poterit vltra illa cen- b
tum condemnare, etiam si de maiori debito appareat: sed in criminalibus ex narratione facti oritur certa iuris dispositio, quæ pro eo delicto pænam imponit, quæ ex diuersitate concludendi variari non potest. Et sic lex ipsa semper concludit ad commodum fisci, & iustitiæ complementum. Sufficit ergo, quod libellus accusationis ita concludat, Quare peto ipsum puniri iuxta formam iuris, & statutorum, &c. Et ita est de consuetudine, vt dicit Alb. *in l.interdum in princip. numero secundo ff.de publ.iudic.* Salyc. *in d.l.in causis, num.* 22. *de accus.* quem refert August. ad Angel. *de malefic. in verbo, Hæc est quædam inquisitio, numer.*66. Item dicit Angel. *de malefic.in d.verbo, Et ad querelam, numer.* 56. quem

56. quem refert Pract. Conradi, *fol. 125. num. 7.* Ita etiam de consuetudine seruari ait Card. Alex. *in d. c. libellorum col. 1. vers. nota quod non videtur, 2. q. 8.* Faciant, quæ dixi *infra q. 31. vers. super quibus omnibus.*

ADDITIONES
Ad Quæst. XII.

H*Actenus de inquisitione.*] Accusationis materiam habes apud Decian. *de crimen. tomo 1. lib. 3. per totum*, vbi *cap. 38.* complet. *& lib. 4. cap. 4. 5. 6. & 7.* latissime vero apud Far. *vol. 1. q. 12. vsque ad 17.* Ros.

1 *Hactenus de inquisitione dictum est.*] Adde † videndum Decian. *in tractat. crim. tom. 1. lib. 3. cap. 1.* vbi late, quid sit accusatio, quotuplex sit, & quid sit proprie accusare, an accusare dicatur, qui simpliciter libellum accusationis produxit; an potius requiratur perseuerantia vsque ad finem iudicij; & in capit. se-
2 quenti habetur quomodo differat accusatio a denunciatione, & verbum defero à verbo accuso. *Baiard.*

3 b *Nam qui prohibetur agere.*] Adde Neguς. *tractat. de pign. 1. membr. 5. par. sub n. 56.* Ias. *in §. 1. n. 54. Instit. de act.* Drogh.

c *Sed hodie.*] Adeo quod capitulum, qualiter, & quando, & lex libellorum de accusat. recesserunt ab aula, infra *q. 15. versic. pen. ad fin. q. 16. vers. Quæro nunquid ad fin.* Drogh.

d *Scias autem in hoc proposito.*] Vide Neg. aliter distinguentem *d. tract. de pignor. 4. membr. secunda par. n. 51.* Drogh.

e *Præterea in libello.*] Idem infra *versic. homicidium.* Ros.

f *Et si notarius.*] Dies ergo prætermissus in querela, an vitiet querelam, vide Ias. *in § ex maleficiis, nu. 56. cum seq. Instit. de act.* locus autem, & tempus sunt de substantia modo quo infra *vers. Adde quod infr. qu. 31. versic.* quod de anno, & est ratio appositionis diei, vt sciatur, an factum propositum sit illud met: & licet appositio diei non sit necessaria in Inquisitione, vel accusatione, apposita tamen debet liquidari, Aym. Crau. *de antiq. temp. par. 4. vers. Materia singularitatis, in princ. Confert constitutio Mediolani sub rubr. de prob. §. & quia plerique.* quam late interpretatur Plot. *inter consil. crim. diuers. consil. 109. cum seqq.* quæ quidem constitutio licet posita sit in ciuilibus, tamen procedit etiam in criminalibus, vt ibi, argumento eorum, quæ dixit Boss. *tit. de accusat. sub num. 4. infra q. 25. vers. torquentur etiam.* Item Boss. *sub tit. quomodo procedatur per act. in delict. sub num. 35. & tit. de confess. n. 44.* Drogh.

g *Dixi exprimendum.*] Addas Monticell. *in sua praxi crimin. in verbo inquisitio, versic. tertio inquiritur,* qui limitat non procedere in crimine læsæ maiestatis, & blasphemiæ, vide etiam Boss. *in tit. de inquisitione.* Ros.

4 *Dixi exprimendum esse locum, & tempus.*] Adde, quod in crimine falsi non requiritur locus, nec tempus: Gloss. *instit. de publ. iudic. in principio,* Mars. *in rubr. de fals. n. 16.* Afflict. *in Constit. Reg. in falsar. n. 9.*

5 Item adde, † quod locus potest suppleri ex probationibus sequentibus Petrus de Anchar. in clem. constitutio. de electio. Rom. in l. non solum, §. sed vt probari, ff. de nou. oper. nunciat. Imol. in c. cum dilectus de ordin. cognit.

6 Item adde, quod iudex ex officio potest supplere locum, & alia necessaria, ne iudicium reddatur elusorium Abb. in c. causam, de iudic. & Didac. in cap. dilecti, de iudici. Ferran. Gargia. consil. crimin. tom. primo, in fol. Accusatus potest petere locum sibi ad oculum demonstrari, Plot. *in l si quando, n. 824. C. vnde vi.* Baiard.

h *Conuincere.*] Vide Vulpell. *consil. 1. n. 1.* Ros.

i *Adde quod.*] Mansue. plura tradit ad Practica Pap. in forma libelli in actione reali, verbo, se tamen non astringens. *Ros.*

k *Est autem exprimendus locus.*] De loco, Angel. *in verbo, Hæc est quædam Inquisitio. num. 92.* vbi *num. 94.* allegat Bald. *in cap. 1. num. 20. quib. mod. feud. amit.* vbi videtur dare limitationem, & Foller. *in practica in verbo, audiantur exceptiones, num. 9. & 12.* vbi dicit hic non seruari in Regno. Iterum Ang. *in verbo, De anno præsenti, num. 1.* vbi Arimin. & Laudeas. *sub num. 65.* Iterum quoque idem Angel. *in verbo, In platea communi*, vbi Apostill. & per Bonacoss. *in suis com. par. 1. verbo, Libellus in crim. & in verbo, Locus delicti par. 2.* Ros.

l *Sed si committantur non faciendo.*] Adde infra *quæst. 90. versic. 1.* Dec. *in l. absentia eius, n. 2. de reg. iur.* Drogh.

m *Sed tamen etiam.*] Aliter autem dici solet, quod demonstratio rei, quæ de per se patet, est frustratoria, Neguς. *d. tract. de pig. 3. mem. 2. par n. 18.* Drogh.

n *Dixi etiam, quod est exprimendum tempus.*] Adde, quod iudex ex officio cogere non potest accusatorem ad exprimendum diem delicti, sed bene ad requisitionem partis poterit, Octauian. Vestri. *in sua pract. in tit. de responsion. rei ad positiones actoru, col. 2.* quem refert, & sequitur, Viui. *opin. 24. num. 3. vol. 1.* Baiard.

o *Ad ipsam diem exprimendam.*] Quid de horis. videas etiam Pap. *in d. verbo, Inquisitio § anno,* Ang. *in d. verbo, De anno præsenti, vers. tertio quæro, n. 5.* Gand. *in verbo, Qualiter fiat accusatio. nu. 3.* Salic. *in d. l. is qui reus ff de pub. ind. & in l. libellorum ff de accus.* Ros.

p *Exprimere diem.*] Foller. *in pract. in verbo, Audiantur excusationes n. 44.* Plot. *in consil. 110. inter consil. crim.* Ros.

q *Et erit excusandus.*] Contrarium tamen in teste, quando non est verisimile ipsum non recordari de quo quæritur, & quod tunc possit torqueri, dixit inf. a *q. 25. versic. Torquetur etiam q. 19. vers. Hinc infertur, q. 45. versic. sed pone.* Sin autem dubitari contingat qui sint casus, quos testis verisimiliter recordari possit, vel non. recurre semper ad Baldum *in cap. statuimus n. 1. cum seqq. extra de offi. deleg.* Aym. Crau. *consil. 171. sub numer. 9.* Boss. *tit. de spons. à reo factis n. um. 5.* Dum autem subjungit infr. *vers. sed quid si accusator* de die delicti expresso, sed non probato, & quod opinio communis super tali articulo sibi nunquam placuit, stantibus etiam clausulis salutaribus apponi solitis in Inquisitionibus; Vide quæ dixi infr. *ad q. 50. ver. fin. omnino* vide Fel. ibidem per me allegatum. *Drogh.*

t *Sed, quid si accusator.*] adde, quod falsa demonstratio diei non vitiat probationem criminis in causa inquisitionis: secus, si falsus esset mensis, quia tunc deficit tempus, quod est de forma Iudicij, Bald. *in l. prius, nu. 46. C. de his, qui accus. non poss.* Sed vide Laurent. Tenni. *in tract. de cautelis, caut. 117.* vbi dicit quod absolutio sequi non debet etiam quod appareret alio tempore, & loco delictum fuisse commissum, si in conclusione inquisitionis adest clausula super quibus omnibus, & singulis, &c. & *clausula omni meliori modo, &c.*

Item adde, quod tempus est de substantia probationis, quando quis vult probare, tunc alibi fuisse, Innoc. *in c. qualiter, & quando, el 2. versic. tunc autem, de accusation.*

Accusatio est nulla, quando instatur exprimi diem, & non exprimatur, Plot. *in d. l. si quando, nu. 824. C. vnde vi,* ibi habetur, quod accusatio seu querela debet habere annum, mensem, & locum, alioqui non valet, & super ea non potest agi, nec iurari; & ex quibus reddatur nulla, & incerta, & vnica censeatur accusatio, licet contra plures data sit de damno in eadem re, & eodem tempore, Plot. *n. 853.* Et an lingua materna, vel Latina in damno dato dari debeat, poni Plot. *n. 853.* Baiar. 7

Dixi quoque.] In quibus autem casibus non requiratur inscriptio, vide post Glo. 2. prin. per Fely. in c. super litteris, allega to in tex. *n. 3.* vbi alias Gl. simul. & concord. citat. & an vbi tenetur, id intelligatur ipso iure, vel sententia. Ias. *in l. vniuersa. C. de precib. Imper. offer. n.* vbi vi. *Giach.* 8

Dixi quoque.] Quod accusator teneatur se subscribere, tradit Farin. *de accus. q. 14. vol. 1. n. 1. & 2.* Ros. 9

t *Forma autem*] Addas Farin. vbi supra *n. 3.* Ros.

u *Ceterum hodie.*] Sed de consuetudine non seruari generaliter tradit etiam Farin. *d. loco n. 4.* Ros.

x *Quia tum hodie pariter.*] In instigatore tamen quid seruetur, supra *q. 7. ad fi. q. 62. versic. sed nunquid, ad fin.* vbi habetur; quando accusator in expensis sit condemnandus. *Drog.*

y *De iure autem ciuili.*] adde, vt per Duen. *in reg. 17.* vbi plene de huiusmodi solemnitate inscriptionis tractauit, & reddens rationem, quare in desuetudinem abierit. *Baiard.* 10

z *Abiit in desuetudinem.*] adde ad idem, & fusius per Duen. *d. reg. 27. vers. est tamen notandum,* vbi, quod plus est, ponit rationem, quare in desuetudinem abiit. *Giach.*

a *Vltimo quæro.*] adde, quod licet sententia debeat esse conformis libello hoc tamen non procedit in criminalibus, quia Iudex potest condemnare, & pœnam imponere, probato delicto, non attenta petitione, vel conclusione, vt est communis opinio, de qua per Gomes. *de delict. cap. 11. n. 8.* Baiard. 11

b *Et iudex non poterit.*] Nota Iudicem non posse condemnare nisi secundum summam petitam, etiam quod sibi de maiori apparet in actis. Contrarium tamen dixit Ias. *in l. si ita debemus, n. 13. ff. de verb. obl.* vbi etiam Gl. Bart. & Scrib. Fallit si adsit clausula, Ius, & Iustitiam, & etiam in Principe, Capyc. *dec. 10. n. 24. & 25.* de qua clausula infra *q. 66. versic. sed quid si pro parte.* vide DD. *in § si minus, Inst. de act.* Ant. Gomes. *tit. de delict. sub nu. 39. pod med. c. 1. item falsit.* & per Crau. *consil. 198. nu. 8.* vide Boss. *tit. de mand. ad homic. nu. 62.* Drogh.

QVÆSTIO XIII.

Plures eundem, vel vnus plures an accusare possit.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Plures an possint in eodem libello accusare eundem.*

l *Beluarij vel similes*] Baiar. hic *n.2.* Far. *q.56.n.2.art.11.n.370. q.105.n.150.cum seq.vol.4.* Rof.

Beruarij] adde videndum Grat. *in consil.4.vol.2.num.22.* vbi tenet, quod Beroarij in testes admittuntur, si alias non patiuntur defectus, sed nunquam sunt integræ fidei. ad hoc etiam Mascar. *de prob.conclus.*189. & quæ posui infra *ad quæst.8.in vers. scias tamen.* Baiar.

m *Scias autem, quod antiquis temporibus*] adde, quod isti Of-
3 ficiales si ob pecuniam crimina celant, quæ denunciare tenentur, simoniam committunt, *c.nemo.de simo.* & Luc. de Per. *in l. vnica, n.9. C.de Iren. l.*10. Baiar.

n *Quinimo ex consuetudine*] adde, † quod syndicus tenetur
4 seipsum delinquentem deferre Catal. *in consil.52.inter cons.crim. diuers.lib.1.folio 99.* quem refert, & sequitur Menoch. *de arbitr. iud.casu 323.nu.15.* & an syndicus possit recipi in testem, & an possit opponi contra eum; & quæ exceptiones: & an poterit pu-
5 niri, si falsum denunciauerit, & qua pœna, & an ei debeatur pars
6 accusatoris, quæ debetur virtute bannimentorum, vide Salic. *in*
7 *l.ea quidem C.de accusa.* & Ang. *in l.si vacantia, C.de bon.vacan-*
8 *tibus*, & quid si fuerit præuentus ab offenso, vel alio, & non de-
9 nunciauerit, Bal. *in l.sororem.ff.de his, quibus vt indignis*, Bar. *in l. diuus, la 2.n.12.ff.de custod.& exhib.reor.*

10 Item adde, † si syndicus, qui habet quatuor dies ad denunciandum interim fuerit remotus, an successor, vel ipse teneatur denunciare, vide Bal. *in rub.extra de constit.n.18.* vbi dicit, quod primus tenetur denunciare, & non secundus, quia est de reliquiis officij sui, *& in l.fin.in fin.ff.de iurisd.om.iud.* quem sequitur Gab. *in consil.175.in fine, vol.1.*

11 Item † adde, quod syndicus habens quatuor dies ad denunciandũ, si aliquis fuerit vulneratus, qui mortuus est infra quatuor dies, non incurrit pœnam ex eo, quod denunciauerit vulnus; si infra alios quatuor dies mortem denunciauerit, Bal. *in l.si ita stipulatus, ff.de verb.oblig.* quem refert, & sequitur Ioan. Anton. de Nigr. *in c.frequens, nu.32.* Ego autem crederem contrarium, quia Iudex non potuit capere informationem à vulnerato; & forsan delictum remaneret impunitum, si delinquens ignoraretur, & eo maximè, quia syndici in princip. officij sui iurant seruare statuta; & ego ita seruarem, si curia non haberet informationem de delinquente.

12 Item adde, quod † syndicus non tenetur denunciare delicta extra territorium commissa, sed solum ea, quæ in territorio committuntur, vt per Gabr. *in cons.175.n.10.vol.1.*

* • Item adde si committitur aliquod delictum in confinibus, duarum villarum, & sic in loco communi dictarum villarum, vterque syndicus, siue denunciator tenetur denunciare: sed tamen sufficit, si vnus denunciet, si autem neuter denunciaret, vterque punietur, Bal *in l.2.C.vbi de crim.agi oport.* & Præposit. *in c.de accusatione, n.184 2.quæst.8.*

• • Item adde si Titius denunciauit delictum, vt quilibet priuatus, & postea fuit creatus syndicus non tenetur amplius denunciare vti sindicus, Bal. & Imol. *in l.si quis heres, ff.de iniust.rup. irritoque testam.* & Præposit. *in cap.accusatione, num.186.2.quæst.8.* Baiar.

o *Dixi supra, quod non modo officiales*] adde, † quod de iure
13 ciuili non possunt denunciare, nisi deputati ad denunciandum, sed de iure canonico, quilibet dummodo non sit infamis, vel inimicus, aut conspirator, vel vilis persona, Iodoc. *in pract.criminali, c.7.* Baiar.

p *Quæro nunc, quæ sit forma*] adde infra *qu.23.in princ.* Quid autem si vno, eodemque tempore constituti sint duo sindici ad denunciandum insolidum, si neuter ipsorum denunciauit, & vnus tantum soluerit pœnam ob denunciam non factam, an liberet alium? Quod sic. Ias. *in §.pœnales, nu.24.Institu.de act.* & in quantum dixit supra *versi.Scias etiam, quod tales sindici excusantur, vbi contra eos non potest argui dolus.* Adde contrarium forte de iure verum etiam in sola negligentia sine dolo, per ea, quę dixit Fel. *in cap.ad audientiam, el secondo, coll.mihi 12.ver.limitatur tamen extr.de rescript.* In occultis tamen excusantur. Idem Felyn. *in c.consuluit, coll.mihi sexta, de offi.deleg.* De istis vide Bar. *in l.1.renarcha, lib.10.* Drog.

q *Sed nunquid*] De denunciatore calumnioso Farin. *in tit.de accus.q.16.n.15.lib.1.& n.16.cum seq* Rof.

Sed nunquid si reus] Denunciator falsus semper in expensis est condemnandus, Farin. *quæst.16.num.15.* intelligitur in denun-
14 ciatore priuato, & sponte crimina denunciante, vel ob priuatum interesse, vel alia particulari causa *d.q.16.n.16.*

Limitatur in denunciatore, qui ex necessitate officij publici crimina denunciat. Far. *d.nu.16.*

Sublimitatur in exploratoribus, seu delatoribus, aut spiis ibi *n.17.* sed non videtur conuenire limitationi, quia ibi tenetur necessario, hic voluntariè fit denunciatio.

Limitatur, vt non puniantur pœna falsi accusatoris ibi *num.18.& 19.* vbi *num.18.* ponit, quod non se inscribunt ad pœnam talionis. *Baiar.*

r *Sed si appareret de vera calumnia*] Notandum hic, quod non probata querela accusans, & prosequens debent condemnari, absoluto reo, & de forma inscriptionis secundum ius commune infra *q.12.vers.forma autem, ad fin.* sic de condemnatione accusatoris calumniantis infra *q.62 versic.sed nunquid de istis.* At de falsis accusatoribus, infra *q.81.versic. Sed quæro, ad fin.* vbi dixi. *Drogh.*

s *Aliquis denunciator*] Siue delator. Farinac. *d.loco numero* 17. Rof.

QVÆSTIO VIII.

Quomodo contra deprehensum in flagranti crimine procedi possit.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Deprehensionem rei in flagranti crimine aperire viam judici ad requirendum.*
2 *Et an faciat plenam probationum.*
3 *Et an reo deprehenso in flagranti crimine dandus sit terminus defensionis, & copia indiciorum.*
4 *Et an requiratur sententia.*
5 *Et quid si judex oculis propriis videat maleficium commissi.*

Ex Additionibus.

1 *Deliquens si reperiatur in flagranti, quis ordo procedendi seruari debeat, remissiue.*
2 *Et an faciant fidem Ministri Curiæ, vel alij consignantes, remissiue.*
3 *Et quis dicatur in flagranti captus, remissiue.*
4 *Et an quilibet possit capere repertum in flagranti, & ad iudicem ducere, remissiue.*
5 *Et an priuati sint in culpa nisi in flagranti deprehensum capiant.*
6 *Nuncio quando sit credendum,* & nu.8.
7 *Delinquens in flagranti repertus absque processu potest puniri.*
9 *Et contra eum proceditur iuris ordine non seruato.*
10 *Et an eo casu admittenda sit appellatio.*
11 *Et an appellatione interposita, vel pendente termino ad faciendum defensiones sit differenda executio.*
12 *Et quid si teneatur de tumultu.*
13 *Fur deprehensus in flagrãti potest sine sententia fustigari.*
14 *Et quid in furibus vuarum.*
15 *Iudex an semper secundum acta, & probata iudicare debeat.*

ALiis *a* etiam modis aperitur judici via ad inqui- a
rendum, nulla querela aut denunciatione præce- 1
dente; puta, si delinquens sit in flagranti crimine repertus, tunc enim non modo judex potest contra eum inquirere, sed etiam procedere usque ad sententiam, juris ordine non seruato.

b Scias tamen, quod deprehensio in crimine non fa- b
cit plenam probationem, sed tantummodo operatur, 2
ut reus possit torqueri, & ita communiter tenetur, ut ait Alber. *in l.defensores, num.2.C.de defens.ciuit.* Et ideo debet judex bene aduertere, ne statim procedat ad executionem contra eum, qui ad prætorium ducitur, tanquam sit deprehensus in flagranti crimine, nisi aliter etiam constet tale delictum ab eo commissum fuisse. *c* c
Solent itaque cauti judices tales homines, qui ad eos conducuntur, tanquam deprehensi in flagranti crimine, examinare: & ubi fateantur, exequi pœnam contra ipsos; ubi vero negent, statim absque alio processu ducere ad torturam, ut eos cogant ad delictum confitendum. Et hac practica utuntur assessores, ut dicit Ang. *in l. interdum, §.qui furem, num.8.ff.de furtis.* Et scias, quod licet

cet talis reperiatur innocens, non propterea iudex, qui illum torsit, tenebitur in syndicatu, quia illa inciuilis ductio ipsum ira ductum in illud periculum posuit, vt dicit tex. *in d. §. qui furem*, & notat Angel. *ibi.* Subdit tamen, Vtere hac tortura velut homo discretus, secundum causam, qualitatem, & conditionem personæ, ne alias, vt iudex peruersus recipias punitionem. Hæc autem intellige, vt procedant in grauibus delictis, pro quibus etiam pœna grauis imponitur. Ceterum in leuibus delictis potest iudex aliquem repertum in flagranti crimine ponere ad catenam, vel berlinam, vt vulgo dicitur, absque aliquo processu: & ita seruari ex consuetudine terrarum attestatur Ang. *in d. l. ea quidem, num. 1. in fin.* subdens, ab huiusmodi consuetudine non esse recedendum. Et illum refert Paris Put. *de synd. fol.* 287. *num.* 8. Et ita se practicasse attestatur Bart. *in l. lemia, numer.* 18. *ff. de accus.* Dicit etiam Angel. *in l. ictus fustium, num. 2. ff. de iis, qui not. infam.* quod videmus hodie seruari, quod inuenti ad furandum vuas per officiales rectorum, absque interlocutoria, aut diffinitiua

d ducuntur cum vuis ad collum per ciuitatem. *d* Et eodem modo inuenti cum armis de facto ducuntur ad palatium, & compelluntur ad soluendum pœnam, antequam recedant. Idem dicit Cagnol. *in l. vnica, in prin. n. 98. ff. si quis ius dic. non obtemp.* Adde tamen, dummodo ille deprehensus sit persona vilis: secus autem si esset persona nobilis, vel honesta: talis enim non esset pu-

e niendus pœna infamiæ. *e* Bene vidi aliquando etiam nobiles deprehensos cum armis sine processu plecti ictibus funis publice, & non est iudicio meo mala practica, quamuis Paris Put. *de syn. fol. 339. cap. 2. post num. 2.* aliter sentiat, dicens, quod tortura est maxima pœna, &c. & ego sæpe vidi illam obseruari, licet quandoque

f ex eo iudicibus *f* male euenerit.

g *g* Sed nunquid reo capto in flagranti crimine debet

3 dari terminus defensionis, aut copia iudiciorum? Respon. Bald. *in l. vt vim, nu. 1. ff. de iust. & iure*, tenuit, quod non debet ei dare copia processus, neque statui aliquis

h terminus *h* ad se defendendum. Et dicit Foller. *in prac. crim. fol. 197. col. 1. in fin.* quod illud dictum Baldi quotidie practicatur, prout etiam fuisse practicatum Nea-

i poli in illis nobilibus, qui fuerunt reperti *i* cum scalis ad domum cuiusdam nobilis mulieris, refert Gramm. *super constitut. Regni, fol. 58. num. 15. & decis. 36.* Ego, si reus confiteretur delictum, vtique transirem cum hac sententia: sed si negaret, putarem illam esse valde pe-

k riculosam. *k* Et ideo consulo iudicibus, ut caute procedant in huiusmodi casibus, neque exequantur pœnas capitales, non datis defensionibus, nisi sit reus, præter talem deprehensionem etiam per testes idoneos de ipso delicto manifeste conuictus, vel confessus.

l *l* Bene verum est, quod vbi esset periculum maioris scandali, puta, quia delictum esset atrox, & populus magnis clamoribus postularet eius supplicium non differri, vel quia esset concitata seditio, nec posset de facili sedari, nisi aliquis, qui esset deprehensus concitare populum, statim suspenderetur; tunc crederem posse iudicem excusari, qui illud faceret. Licet enim dici soleat, quod vanæ voces populi non sunt exaudiendæ; il-

m lud tamen intelligendum est, quo ad hoc, vt *m* innocens condemnetur, vt contigit Saluatori nostro Christo Iesu; vel vt nocens absoluatur. Sed bene quandoque exaudiuntur, vt pœna nocenti acceleretur, & non differatur, donec Principi rescribatur. Et hæc est communis resolutio, vt dicit Sali. *in l. decurionum, in fin. C. de pœnis*, & ita se vidisse de facto Florentiæ, attestatur Catal. *de synd. q. 122.*

n *n* Quæro, an quando reus, est deprehensus in fla-

4 granti crimine, requiratur sententia. Respon. gloss. *in l. ictus fustium, in glo. 1. in primis verbis, ff. de iis, qui not. infam.* videtur sentire, quod non, sed quod potest ei infligi pœna absque sententia: & illam dicit esse communiter approbatam Boss. *in titul. de denunc. num.* 10. Practica tamen obseruat, quod collaterales nunquam faciunt executionem alicuius pœnæ, nisi sententia præcedat: possent tamen his casibus omitti solemnitates requisitæ in sententiæ prolatione, & sufficeret simplex ordinatio à iudice subscripta.

o Sed pone, quod iudex oculis propriis videat: ali- *o*
quem aliquod maleficium committere: nunquid po 5
terit illum ita condemnare? Respon. quod non, nisi aliter probetur: & ita tenent Doctores, ut dicit Alb. *in 1. parte statutorum, q. 53.* Licet enim lex multum de iudice confidat, vult tamen, quod *p* secundum acta, & pro- *p*
bata iustitia ministretur: alias posset iudex aliquem suspendi facere, & dicere, *q* quod ipse vidit aliquod ma- *q*
leficium ab eo committi, quod esset intolerandum. Vide, quæ dixi infra *q. 66. ver. scias autem.* Et licet aliqui dixerint, quod poterit iudex eo casu illum torquere, tamen in hoc etiam contrarium tenetur per DD. ut dicit Pra. Carer. *fol.* 108. *num.* 144. Bene ex eo, quod iudex videat aliquem delinquere, poterit absque alia querela, aut denunciatione statim super eo informationes assumere, & contra eum procedere, & sic iste erit vnus ex casibus in quibus aperitur via iudici ad inquirendum absque vlla querela, denunciatione, vel diffamatione præcedente. Et adde, quod etiam hoc casu danda est reo copia processus, & terminus defensionis prout rescripsit Senatus in causa cuiusdam M. Antonij Cribelli, qui coram Prætore, & fiscali blasphemauerat, *r* 6. Apr. 1559. P. N. *r*

ADDITIONES

Ad Quæst. VIII.

A*Lius etiam modis.*] De materia hac Vulpell. *respons. 137. circa fin.* Farin. *d. tit. de delict. q. 21. 1. vol. num.* 133. & quid si beroarij dicant cœpisse aliquem in loco sacro. Rodolf. *q. 26. lib. 2.* Rol. *a*

Alius etiam modis aperitur iudici.] adde, qualis processus sit 1
habendus contra delinquentem repertum in flagranti crimine, & an Ministri Curiæ, vel alij præsentantes captum in flagranti, si testificantur de visu, contra eum faciant fidem Andr. de Iser. & 2
Afflict. *in const. humanitate, tit. de his, qui fideiuss. num. 27. & 28. fol. 209. lib. 2.* Foller. *in pract. crim. in vers. item, quod fuit captus in flagranti, num. 12.* & Farin. *quæst. 21. n. 157.* vbi dicit, quod si alij testes haberi non possunt, tunc creditur ipsis beroariis, & officialibus si alios non patiuntur defectus, in delictis leuibus, non autem in grauibus, vt per Boss. *in tit. de denunc. num.* 10. in quibus non probant crimen, sed faciunt indicium ad torquendum, Franc. *in dec. 379.* vbi de capto cum archibusicio paruo, & ita ibi decisum fuit per sacrum consilium. Et quis dicatur captus in 3
flagranti, & an ille, qui latitabat, sed non per magnum interuallum, nullo actu extraneo in medio interueniente, & an quilibet possit capere delinquentem in flagranti, & eum ducere ad iudi- 4
cem; & an incidant in culpa priuati, si potuerunt capere malefactorē 5
in flagranti, & non ceperunt, vide eundem Afflict. *in const. qualit. instit. se gerer. nu. 7. & seq. fol. 122. lib.* 1. & vide Foller. *in pract. cri. in d. vers.* Item quod fuit captus in flagranti, vbi plene hanc materiam tractauit, & Far. *in dicta q. 21. nu. 133. cum multis sequ.* Et quando sit credendum nunciis, & executoribus, vide Beto. *in q. 84.* Mascard *de probat. in verb. Birruarij, conclus.* 189. & Paulus Granut. *lib. 1. Theorem.* 19. & executoribus non creditur aliquid dicentibus quando de eorum lucro agitur, Alciat. *in tract. præsumpt. reg. 3. præsumpt. 24. n. 6.* Baiard.

b *Scias tamen*] adde inf. *q. 28. versic. Dictum est, q. 29. versic.* 6
quæro etiam, & ibi dixi. *Drogh.*

c *Solent itaque cauti iudices*] adde, † quod deprehensus in 7
flagranti crimine, etiam sine processu potest damnari, & puniri, Alexand. *consil. 175. viso themate libro 7.* Flori. *in l. si seruius, nu. 5. versic. sed aduerte ff. ad l. Falc.* Marsil. *in l. vni. C. de rapt. virgin. n. 89. vsque ad n. 94.*

Item adde, † quod in leuibus delictis, vt quis sit inuentus 8
cum armis, vel ad ludendum, adhibetur fides biruariis, siue exe-

catoribus, Bar. *in l.prætor ait, ver. sed quod debet, ff.de damn.infect.* Alex.*cons.2.vol.3.* Roman.*cons.414.* Et in materia armorum Cater.*in versic.Itemque eorum, num.30.* & Follet. *in pract.crim. in d.ver.Item quod fuit captus, &c.num.7.* vbi dicit, quod probant, si per alios non potest probari, & hanc materiam plene tractauit Mascard. *de probat. in verb.biruarij, concl.189.* Contrarium tamen tenuit Beto.*q.84.*sed vide etiam, quæ posui supra *quæst.7.in versic. habes igitur, ibi,scilicet Beroarij.* In grauibus autem delictis non probant ministri capientes delinquentem ad conuincendum,sed ad torquendum,& ita decisum fuit per sacrum Consilium in quodam reperto cum tormento paruo, vt attestatur Franch.*in decisio.379.vol.2.*Baiar.

d *Et eodem modo.*] Farin. *d.q.21.num.137.& 138.* Et an credatur birroariis ibidem *num.157. & q.56. vol.2. num.378.cum seqq.*Ros.

e *Bene vidi aliquando.*] Attende differentiam pauperis, & diuitis,quę locum habet etiam in administranda iustitia,prout in pluribus locis huius operis reperitur, hæc differentia, *inf.q.39.versic.Sed hic quæro,q.18. ver. Scias autem q.47.ver.Sed quæro, in fin q.60.ver.* Prodest etiam, *q.83.ver.terminos mouens, & q.81. ver.sed pone sup.in §. Homicidium, ver. Sed quid dicendum,* Menoch. *de arb. Iud. lib.2 cent.4. cas.393.num.16.text. in l.1.ff. de term.mot.* ac alibi sæpe; piorum tamen offendit aures talis differentia, quia habetur Prouerb.*c.23.* Non facies violentiam pauperi,quia pauper est,neque conteres egenum in porta,quia iudicabit Dominus causam suam,& configet eos,qui confixerunt animam eius. Crimina tamen Nobilium facilius occultari dixit *tex.in l.splendidiores,C.de diuer.off.lib.11.* vt refert Gramm. *decisio.23.num.9.* & vide Fel.*in c. Pastoralis coll.mihi 2.de off.deleg.* qui hoc disputat, causasque reddit per tex. *in cap.Nouit.§.Cæterum de Iud.*Drogh.

f *Male euenerit.*] Far.*q.108.n.154 vol.4.*Ros.

9 g *Sed nunquid reo in flagranti.*] adde, † quod contra captum in flagranti proceditur ex abrupto iuris ordine non seruato, Afflict.*in constit.humanitate, 6.notab.versic. Item quærit hic Andr. & in Constit.Iustitiarij, non per Kalendas,* Gram.*decisio.36.nu.8.* nec datur copia repertorum,siue indiciorum,vt tenet Bald.hic allegatus, nec expeditur citatio ad sententiam Gramma.*d.dec.36.n.71.cum seq.*

10 Item adde,† quod pro eo non admittitur appellatio ad effectum,vt iudex,a quo teneatur illi deferre, Foller.*in d.ver.Item quod fuit captus, n.4.*Baiar.

h *Ad se defendendum*] De reperto in flagranti idem Farin. vbi supra *n.142.& plur.seqq.*Ros.

i *Cum scalis ad domum.*] adde infr. *q.78.versic.Ascendens, q.60.vers.est & amor.q.92.ver.11.ad fin.*Vbi de his scalis.*Drog.*

k *Et ideo consulo iudicibus.*] Reo etiam reperto in flagranti crimine est danda copia processus,adde infra *q.49.vers.Vlterius quæro.q..6.versic.Dictum est q.82.stat.6.versic.1.*& ibi dixi in fin. Et hoc procedit etiam in notorio,infr.*q.9 versic. Quæro etiam,* patri autem,quod licitum sit occidere adulterum repertum in flagranti crimine, quamuis non liceat iudici; supra *in §.Homicidium, ver. Dixi etiam & inf q.64.ver.solet dubitari, ad fin.ibi, & potest poni exemplum;* Et cur hoc sit, quod patri liceat, quod iudici,nec marito liceat,cum tamen maior ratio deberet esse in marito, *iux. l.patri. ff.De adulter.* vide Alexand. *lib.2.de verb. sign.sub num.12.ad fin.* Occidere enim (ait) quem propria auctoritate,per quam crudele est; vide singulariter Quintilianum Mandos. Tracta. *de sign grat.versic.dispensationes matrimoniales. § an autem puniri possit. folio 4. à tergo.* At quod reperto in flagranti non dentur defensiones,adde Fel.late referentem *in cap. Pastoralis, §.*Quia vero, *col mihi 4.de off.deleg.*Drog.

11 l *Bene vetum est.*] adde, † quod etiam appellatione interposita executio non est differenda,& postea superiori scribere causam,quare appellationi non detulerit, Boer.*decisio.153.nu.5.* nam quando periculum est in mora,iudex potest exequi,& postea processum scribere, Boer.*decisio.259.n.5.* quem refert,& sequitur Lancell.*in tract.de attent.ampliat.4.n.16.fol.215.* & etiam pendente dilatione ad faciendum defensiones non est differenda executio,si aliter tumultus sedari non potest. Roma.*in sing.577.* & de periculo propter moram credendum erit officiali illud asserenti,dummodo illius assertio aliquibus verisimilibus, & vigentibus præsumptionibus, & rationibus munita sit, ita tradit Anchar.*cons.277.n.12.* quem sequitur Mascard. *de probation.concl.1157.n.14.vol.3.*

12 Item adde,† quod similiter Iudex non debet differre executionem,quando timet,quod amici,& consanguinei faciant tumultum,& auferant condemnatum; nam tunc debet accelerari executio, etiam durante termino defensionis, vt per Carrer.*in pract.crim §.homicidium l' vltimo n.80.*

Item adde, quod è conuerso tumultus populi facit differre executionem,non tamen liberare,sicut facit accelerare executionem, non tamen innocentem condemnare, *l.decurionum, C.de pœn.*& Carrer.*in loco supra citato, n.79.*Baiar.

m *Innocens condemnatur.*] Farin.vbi supra *n.146.*Ros.

n *Quæro,an quando.*] Idem Farin.*n.153.*Ros.

Quæro, an quando reus est deprehensus] adde, † quod in specie de fure,quod si deprehensus fuerit in flagrantia poterit fustigari sine prolatione sententię diffinitiuæ, Ang *in l.ictus fustium, col.1.ff.de his,qui not.infam.*& ibi etiam dicit,quod hodie seruatur,quod † inuenti ad furandum vuas,per Officiales absque interlocutoria, vel diffinitiua ducuntur cum vuis ad collum per Ciuitatem,& Ias.*in l.vnic.n.29.ff.si quis Iusdic.non obtemp.*dicit, quod in leuibus delictis inuentus in flagranti sine aliquo processu potest puniri ad catenam; & ita dicit de facto seruari.*Baiar.* 13 14

o *Sed pone, quod iudex oculis propriis*] ad vnum tamen aduerte in hac materia,quod si in præsentia Iudicis sedentis crimē aliquid oriatur, licet acti non sint processus, nec examinati testes,tamen propter notorietatem Iudex sine alio processu condemnare potest gl.*in c.Deus omnipotens 2.q.1.* Ant.Gomes.*de delict.c.1.n.48.* Dec.*cap.proposuit, n.7.de appell.inf.q.25. versic.solet dubitari.*Drog.

p *Secundum acta,& probata.*] Et regulam,quod iudex omissa conscientia secundum acta, & probata pronunciare debeat, vide per Diaz.*mihi reg.377.* post Fel.*in c.pastoralis, §.quia vero, de offic.deleg.n.23.*qui *vsque ad fi.d.§.* septem adnotat limitationes, quas vide.*Giach.*

Secundum acta.] adde circa istam regulam, quod Iudex secundum acta,& probata iudicare debet,vt per Diaz.*in reg.377.* vbi multas ponit limitationes, vide etiam Couar.*var.resol.lib.1. c.1.sub n.7.* Summam Syluestr.*in verbo Iudex,il 2.q.5.*& Mascar. *de proba.conclus.948.n.16.& 11.*Baiard.

q *Quod ipse vidit.*] Farin.*d.loco n.162.& seqq.* vel eo sedente pro tribunali, *n.158.& seqq.*Ros.

r *6.April.1559.P.N.*] Far.*d.loco plura.alia.*Ros.

QVÆSTIO IX.

Quemadmodum in notorio crimine procedatur.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Notorietatem delicti aperire viam iudici ad inquirendum.*
2 *Et quod dicatur delictum notorium.*
3 *Et an requiratur, quod sint etiam notoriæ qualitates ipsius facti.*
4 *Et an in processu,qui fit super notorio,requiratur citatio.*
5 *Et an requiratur probatio ipsius notorij.*
6 *Et per quot testes probetur notorium.*
7 *Et an crimen notorio danda sit reo copia indiciorum, & terminus defensionis.*
8 *Et an in notoriis requiratur sententia.*
9 *Et an in notoriis admittatur appellatio.*

Ex Additionibus.

1 *Notorium dicitur tripliciter.*
2 *Notorium quid sit, & quomodo iudicatur, remiss.*
3 *Et statutum faciens mentionem de notorio,de quo sit intelligendum.*
4 *Et an requiratur probatio, quando delictum fit coram Iudice, & aliis sufficientibus ad notorium,& n.5.*
6 *Et quomodo procedatur, si delinquitur coram iudice, & Notario tantum.*
7 *Notorio per quot testes probetur, remiss.*
8 *Et an requirat sententiam.*
9 *Et appellationem admittat.*

SEd *a* quid dicendum in crimine notorio? Respond. quod notorietas delicti non modo *b* aperit iudici viam ad inquirendum, sed etiam facit, vt possit etiam vsque ad executionem procedere iuris ordine non seruato. Vt autem scias, quid dicatur notorium, videnda sunt,quæ dixi infra,*lib.7.§.notorium.* Nam vt dicit glo. *vnica, in c.manifesta, 2.q.1.* quotidie de notorio loquimur, & quid sit notorium ignoramus. In hoc tamen proposito dic, quod illud dicitur crimen notorium, quod aliqua tergiuersatione celari potest, vt illud, quod fit coram populo,vel maiori parte populi. Et ita dicunt a 1 b

dicunt Doc. vt ait Cyn. *in d.l.ea quidem, col.2.ver quia*
e *ergo.* e Et sic vides, quod non modo illud, quod est facti permanentis, sed etiam illud, quod est facti momentanei, potest transire in notorium licet aliqui contrarium dixerint. Et hæc est communis opi. vt dicit Tott. *iter consil.* Ant. de Butr. *consil. vltimo, post nu.27 versicul. ex prædictis ergo.* Apostil. ad Ang. *de maleficiis, in verbo,* Etiam per modum notorij, *sub n.1.*

3 Sed aduerte, quia in hoc proposito non sufficit factum ipsum esse notorium, puta, quod Seius interfecerit Caium, nisi etiam sint notoriæ qualitates ipsius facti, scilicet, quod nulla defensio, aut excusatio competat Seio, quo minus puniendus sit pœna homicidij. Et hanc dicit esse communem omnium conclusionem Colleg. Flor. *inter consil. Cur. Sen. consil.21.num.13.* Torr. *in d.consilio vltim. post num.29. vers. Nec obest tex.* Potest enim esse, quod homicidium fuerit ad sui defensionem commissum, vel quod alias Caius impune occidi potuerit, vel huiusmodi, de quibus dixi diffusus supra *hoc eod. lib. §. homicidium.*

d Quæro nunquid in notoriis requiratur citatio. Re-
4 spon. quod ad sententiam vtique requiritur, & in hoc nullus dubitat, vt dicit Alber. *in d.l.ea quidem, num.14. in fine.* Hanc etiam dicit esse communem opin. Aret. *consil.163.num.7.* quem refert Boss. *in titul. de denunciat. num.9. in fin. & in titul. quomodo procedatur in crimine notorio, post numer.6.* Quod tamen intellige iuxta ea, quæ dixi infra, *qu.31. versicul. sed hic quæro.* Sed ad assumenda indicia super ipso delicto notorio, non est reus citandus, quotiescunque ex tali citatione reus instrueretur ad fugam. Et hanc dicit esse communem opinionem Ferre. *consil.31. numer.11.* Et licet Anton. de Butr. *in d.cap. cum olim, de re iudic.* dixerit esse speciale in Papa, vt processus per eum factus in notoriis absque citatione valeat, nihilominus illud dictum communiter reprehenditur, vt dicit Barb. *consil.70. numer.14 lib. 4.* Dixi infra *quæst.31. circa princ.* Bene verum est, quod si notorium esset nullam defensionem competere, eo casu (secundum aliquos) posset procedi sine citatione. Et hanc opin. dicit esse communem, & veram Colleg. Flor. *inter consil. Curtij Sen. consil.21.num.5.* Tortus *in d.consil. vltimo, numer.30.* Secus autem, quando certum esset defensionem competere, vel esset dubium, vt ibi. Et hanc distinctionem fieri per omnes attestatur Prac. Cater. *fol.28. ver. Et an, & quando.* Ego vero indistinctè teneo, quod in quocunque notorio, si reus est absens, debet citari, non modo ad processum, si non sit suspicio fugæ (nam eo casu debet, si potest, personaliter capi) sed etiam ad sententiam, vt supra dixi, non enim video, quomodo constare possit, nullam defensionem, aut excusationem reo competere, nisi eo monito, & audito. Si vero sit præsens, scilicet in carceribus detentus, crederem, quod posset procedere communis opi. quod, vbi certum esset nullam defensionem competere, nulla citatio requireretur. Sed bene reus ipse verbo monendus, & etiam audiendus esset, si vellet aliquid ad sui defensionem deducere.

e e Item quæro, nunquid in notoriis requiratur pro-
5 batio delicti. Respon. quod non. Et est communis opin. vt dicit Alber. *in d.l.ea quidem, num.18.* Et ideo dicit Angel. *in l. ictus fustium, num.4 ff. de iis, qui not. in fam.* quod mos hodie inoleuit, quod Rectores immediate absque aliquo processu faciunt decapitari, & suspendi, & membra mutilari de facto malefactoribus notoriis, quibus, vt ipse ait, ita pœnas imponi subito expedit reipub. Et licet Cyn. *in d.l.ea quidem, colum.2. versic. Secundo iuxta hoc* teneat, quod vbi negetur, debeat probari; nihilominus secundum Alb. *in loco prealleg.* eius opinio non seruatur, nec approbatur per Docto-

Iul. Clar. Sentent. Pract. Ciuil.

res. Sed Sette indicio meo Alber. non refert fideliter verba Cyni. Et ideo puto, quod male illum reprehendat. Propterea scire debes, quod magna est differentia, an dicatur notorie constare de crimine, vel dicatur constare de crimine esse notorium, iuxta ea, quæ dixi *in dicto §. Notorium.* Dico igitur sic, quod Aut quæris, an sit probanda notorietas ipsius delicti, scilicet ipsum delictum, de quo agitur, notorie commissum fuisse: & dic, quod sic, & ita loquitur Cyn. & in hoc nemo contra dicit. Neque sufficeret, quod notorie de eo appareret, potest enim esse, quod per tres testes de visu, vel per confessionem ipsius rei, ex quibus dicimus notorie constare de crimine, probaretur delictum ita probatum posse dici notorium, ad effectum, vt super eo tanquam notorio, ex abrupto procedi possit. Aut quæris, an sit probandum ipsum crimen, quod prætenditur esse notorium: & adhuc est distinguendum. Nam aut quæris, an debeat constare iudici, ipsum crimen fuisse commissum, & tenendum est, quod sic, iuxta ea, quæ dixi supra *quæst.4.* Aut quæris, an debeat vere probari, quod crimen fuerit commissum ab eo, contra quem prætenditur esse notorium: & dic quod non. Et ideo licet non adsint testes, qui deponant super scientia delicti, si tamen appareat de delicto, & adsint testes idonei probantes concludenter esse notorium, quod Titius illud crimen commisit, poterit Titius ex eo condemnari: Et ita procedet opin. Alb. & communis, quæ tamen iudicio meo est multum periculosa. Et ideo recte dicit Salic. *in d.l.ea quidem, num.93.* f Caueat iudex, ne asserat delictum f notorium, cum non sit, multa enim dicuntur notoria, quæ non sunt; propterea consuluit iudici, vt maiorem partem viciniæ examinet super delicti commissione, ne postea tempore depositi officij puniatur, si de notorio non doceret. Debet igitur iudex super tali notorio informationes assumere. Et hæc est communis opin. vt attestatur Afflict. *super 2. parte constitutionum Regni rub.10. post num.30.* Et scias, quod debet notorium constare iudici, vt iudici ex actis, secundum commun. opin. vt dicit Prac. Conradi, *fol.240. in fin. & fol. 241. num.14.* Et ideo non sufficerent informationes ab ipso iudice extraiudicialiter assumptæ.

Quæro g nunc, per quot testes notorium probetur. g Respon. Glos. *in c. Deus omnipotens, §. quando autem, in verbo, indiciis, 2. quæst.1.* dicit, quod probatur per duos testes. Et ita se habet communis opin. vt attestatur Salyc. *in d.l.ea quidem, num.82.* vt in ore duorum, vel trium stet omne verbum. Faciunt, quæ dixi supra, *q.6. versic. Sciendum est.*

Quæro h etiam nunquid in crimine notorio danda h sit reo copia iudiciorum, aut terminus defensionis. Respon. quod sic. Et hanc dicit esse communem opinionem Ant. Gomes. *cap.1. delictorum, post num.43.* referens id attestari Salyc. *in d.l.ea quidem, num.86* qui tamen *in libro meo* hoc ibi non dicit. Tu ergo dic, quod, aut reus proponit aliquam exceptionem, vel defensionem ad excusandum delictum: & danda est ei defensio; Aut ipse fatetur nullam excusationem habere: & non est illi danda. Et hanc practicam seruat totus mundus, vt dicit Boss. *in titul. de denunciat. numer.6. in fine.*

Præterea i quæro, nunquid in notoriis requiratur i sententia. Resp. Glos. *in c. euidentia, in verbo, Non indiget clamore, de accusation.* tenuit, quod etiam super notorio ferenda sit sententia: & illam dicit esse communiter approbatam Mars. *in pract. crim. §. aggredior, num. 153.* Pract. Conradi, *fol.238. post numer.4.* Et licet alii qui tenuerint, quod vbi crimen est ita notorium, quod nulla potest tergiuersatione celari, non requiratur sen-

tentia declaratoria: quod etiam in plerisque locis frequentissimo omnium consensu receptum esse attestatur Didacus *in repet.cap. Alma mater, fol.421.numer.9.de sentent.excomm.in 6.* Nihilominus, quicquid sit de iure, certe de consuetudine indistincte obseruatur, vt etiam in criminibus notoriis requiratur declaratoria. Et hanc sententiam esse in praxi receptam, fatetur idem Didacus *in loco praalleg.*

k Plus k dicunt aliqui, quod non potest dici delictum notorium, quod excusationem non habeat, nisi prius fuerit super hoc cognitum, & declaratum per iudicem, illud esse notorium, citato etiam ipso reo. Et hanc opinio. attestatur esse communem Aret. *in d.consil.165.* quem refert Ferret. *consil.31.numer.5.& 35.* licet Aret. *in lib.meo* hoc explicite non dicat. Et ideo iudices in huiusmodi notoriis caute ambulent, ne si nimis properent, seipsos inuoluant, vt supra dixi Vide etiam in
l proposito citationis, quæ dixi supra, *l vers.quaro nunc.m*
m Vlterius quæro, nunquid in notoriis admittatur appel-
9 latio. Dixi infra, *q.94.vers.solet etiam.*

ADDITIONES

Ad Quæst. IX.

a SEd quid dicendum] De delictis notoriis, & occultis Farin. *de delict.vol.1.q.18.n.104.item q.21.*Ros.

1 *Sed quid dicendum in crimine notorio.*] adde, † quod notorium potest esse tripliciter, videlicet, quoad Iudicem, & quoad alios; quoad alios, & non quoad Iudicem; & quoad iudicem, & non quoad alios, vt dicit gl. *in cap.fin.verb.quoad se ipsum de cohabit.clericor. & mulier.* & glo. *in c.consuluit, in verb. notoria,*
2 *de appellat.* & quod dicatur notorium, & quo modo inducatur, vide Menoch. *de arbit.iud.cas.166.* vide etiam Foller. *in pract. crim. in versicul.* item, qui est notorius delinquens, Capr. *in tracta.Notory,* in quo latissime hanc materiam tractauit, & ad satuaritatem nouissime per Farin. *q.21.per totam.*

3 Item adde, † quod statutum faciens mentionem de notorio in materia restringibili debet intelligi de notorio facti, & non Iuris, Abb. *in cap.dudum, n.7.de elect.* Baiar.

b *Aperit Iudici.*] adde gloss. *in capitu.* licet Hely. de Simon. legitur, & not. *in cap.euidentia, de accus.* vbi vide per Abba. & quod notorium dicatur, & quomodo inducatur, vide per Iacob. Menoch. *tract.de arbit.iud lib.2.cent.1.cas.166.* Giach.

c *Et si vidis*] adde de isto facto permanente, vel transeunte *sup.quast.4. versic.quando vero.* Menoch. *de arb.iud lib.2.cent. 3.cas.235.* qui super notorio late differit, & quomodo in eo procedatur à *nu.13.* cum sequentibus infra *quast.15.ver. quando autem:* dixi sup. *q.4.versic.quando vero.* Diogb.

4 d *Quaro nunquid.*] Verum requiratur citatio in notoriis Farinac. *d.quast.21.num.65.cum aliis pluribus.* Ros.

Quaro nunquid in notoriis] adde Gabriel. *comm. conclus. lib. 2.de citat.conclus.1.num.2.* vbi tractat plene hanc quæstionem, an requiratur citatio in Notoriis; & ibi ponit tres declarationes. *Baiard.*

e *Item quæro.*] Probatio in notoriis, an requiratur, Farinac. *loco sup.citato, num.20.22.23.30.35.36.80. & sequentibus 94.95. & aliis:* Vulpell. *respons.137.nu.9.& seq.* Ros.

5 *Item quaro nunquid*] adde, † quod quando aliquod delictum committitur, præsente Iudice in actu exercendi iustitiam & officium suum, & tot aliis, qui sufficiant ad notorium facti, eo casu non requiritur probatio, vt per Boss. *in tit.de denunciat. num.5.cum sequen.* & de modo practicandi istud dictum, vide Luc. de Pen. *in l.quoties, C.de dignit.lib.12.* & quomodo pro-
6 cedatur, quando delinquitur coram Iudice, & notario tantum, vide Foller. *in practica crim.in versic. Item, qui est notorius delinquens numer.27. cum seqq.* & non requiritur sententia, vt per Gramm. *decisio.105.num.16.* & ad hanc quæstionem, an requiratur probatio, vide etiam Paris. *in consilio 147.volum.4.* Rolan. *consil.99.numer.12. vol.1.* Gramm. *in decisio.36. numer.55. cum sequen.* & latissime Mascard. *de probatio. conclus.1103. volum.2.* Baiard.

f *Causat Iudex.*] Farinac. vbi sup. *n.48.* qui dicit arbitrio Iudicis remitti. *Ros.*

g *Quaro nunc.*] Farin. vbi sup. *n.109.* Ros.

Quaro nunc, per quot testes.] adde videndum Mascard. *de prob. conclus.1105.vol.2.* Baiard.

h *Quaro etiam.*] adde supr. *quaftion.8. versic.sed nunquid.* Drogh.

Quaro etiam.] Quomodo procedatur in notorio, Farin. *vbi sup.n.77.* Ros.

i *Praterea quaro.*] Idem Farin. *d.loco numer.112.113. & seqq.* Ros.

Praterea quaro, nunquid.] adde, quod inoleuit cautela, vt Iudex pronunciet factum, de quo agitur, esse notorium, vt per Gramm. *in decisio.65.num.12. & in decisio.65.nu.12. & in decisio. 105.num.19.* dicit, quod in duobus notoriis non est necessaria declaratoria, id est in notorio, actu permanente, & in notorio commisso coram Iudice pro tribunali sedente, & ad materiam notorij vide Salicet. *in l.ea quidem, C.de accusat.* vbi per decem quæstiones hanc materiam examinauit, & vide etiam Boss. *in titul.quomodo procedatur in crimine notorio.* Baiard.

k *Plus dicunt aliqui.*] Farin. vbi supra, *n.116.* Ros.

l *Vers.quaro nunc.*] De hac appellatione idem Farin. *loco sup. recitato n.117.& seq.* Ros.

m *Vlterius quaro.*] adde circa istam quæstionem, an admittatur appellatio in notoriis, Capr. *comm.concl.in tit.de notor.in 4.membr.princip.num.102.* vbi latissime, & Lancellot. *in tract. de attent.par.2.cap.12. limit.6.* & ibi *num.9.* dicit, quod Iudex à quo non potest deuenire ad executionem in notoriis, si à Iudice, ad quem fuerit inhibitum; & ibi ponit alias limitationes, Vide etiam Gomes. *de delictu cap.1.num.47.* vbi dicit, quod in delicto notorio Iudex potest denegare appellationem, & suam exequi sententiam ante tamen inhibitionem Iudicis ad quem, dummodo appareat in sententia, quod iudex condemnauit reum, vt de notorio crimine; secus autem si simpliciter condemnauit, vt quemlibet criminosum, nam tunc teneretur appellationem deferre. *Baiard.*

QVÆSTIO X.

Querelam partis aperire viam iudici ad procedendum.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Querelam partis offensa aperire viam iudici ad inquirendum.*
2 *Et an querela successerit loco accusationis.*
3 *Promotor, seu instigator inquisitionis, quis dicatur.*
4 *Et an sit citandus.*
5 *Aduocatus, siue procurator fiscalis, qui instigant inquisitionem, an reo absoluto sint in expensis condemnandi.*
6 *Et an fiscus debeat querelam porrigere.*

Ex Additionibus.

1 *Querela renuncians, vel ab ea desistens, an iterum querelare possit, remissiue.*
2 *Et an si neget quis iniuriam sibi factam, possit reuocare dictum, & de iniuria accusare.*
3 *Querela differt à querimonia, & lamentatione.*
4 *Et an cedula data in occulto debeat mouere Iudicem ad inquirendum.*
5 *Querelans si desistat, vel moriatur, poterit Iudex procedere ex officio.*
Querela post patratum diu delictum porrecta præsumitur calumniosa, n.eod.
6 *Querelans tenetur declarare an intendat facere partem in iudicio.*
7 *Instigator an sit citandus, quando proceditur per inquisitionem, remissiue.*
8 *Et an possit torqueri.*
Querelanti de vulnere, aut offensione an credatur, nu. eod.
9 *Aduocatus, vel procurator fiscalis dolose instigantes, quibus pœnis sint afficiendi.*
Fiscus pro euidenti calumnia condemnatur in expensis in controuersia criminali, n.eod.
10 *Fiscus est vbique præsens.*
11 *Et an ei prosit confessio procuratore fiscali absente.*

Alius

1 a Alius est modus, *a* per quem iudici aperitur via ad inquirendum, scilicet querela partis offensæ. Et licet isti duo modi procedendi, scilicet ad querelam, & ex officio, videantur non modo diuersi, sed etiam quodammodo incompatibiles, tamen consuetudo admittit, quòd super querela partis iudex statim incipiat inquirere, s. informationes ex officio assumere, ut dixi supra, *q.1. vers. hinc infertur.*

2 Scias autem, quod hæc querela multum differt ab accusatione: nam in accusatione, de iure requiritur solemnis libellus, & inscriptio, vt dixi infra, *quæst.12. vers. dixi quoque:* sed modus ille procedendi per via solemnis accusationis, abiit prorsus in desuetudinem, & loco accusationis successit hic modus querelandi. Et ideo hodie per totam Italiam obseruatur, quod libellus non datur, sed simpliciter fit quædam scriptura, quæ datur loco libelli, & debet talis scriptura continere nomen accusatoris, & accusati, & iudicis, & criminis commissi, & quo loco, anno, & mense commissum fuerit; nec non & diem dati ipsius libelli, Et si hæc deficiant, non procedit talis scriptura, quæ hodie datur loco libelli, vt dicit Gand. *de malefic. in rubr. qualiter fiat accusatio, num.6.* quem refert Aug. ad Angel. *de malef. in verbo, Et ad querelam, num.3.* & Boss. *in tit. de accus. nu.2.* & Carauit. *super ritu 20. magnæ curiæ, nu.4. & super ritu 202. num.6.* & Pract. Conradi *f.125. num.5.* Dum tamen ipse Boss. postea subdit *num.6.* quod vsus non admittit tales querelas pro accusationibus: tu dic id verum esse, si sumatur accusatio in forma solemni, prout de iure requiritur: sed certe hodiernis temporibus vtique dici potest huiusmodi querelas subrogatas esse loco accusationis. Et quamuis, vt ipse dicit, non disputetur super istis querelis, an habeant requisita, vel ne; hoc procedit ex eo, quia talia requisita in parte sunt à consuetudine sublata, vt apparebit infra in discursu materiæ accusationis, & præsertim, *qu.18. per totam;* & etiam quia hodie inquisitio concurrit in omnibus ferè processibus cum ipsa querela, siue accusatione, vt dixi supra *in d. vers. hinc infertur:* & sic iudex ex officio

b supplet quoscunque defectus. Sed *b* in casibus, in quibus ex forma statuti, vel consuetudinis iudex non posset procedere, nisi ad querelam partis, proculdubio ea, quæ possent de iure opponi contra accusatorem, & accusationem, possent opponi contra querelantem, & querelam: & ita multoties vidi in facto obseruari. Plus dico, quod si non esset aperta via iudici ad inquirendum aliter quam per querelam, puta quia non præcederet denunciatio, neque diffamatio, neque aliquid aliud ex iis, quæ aperiunt viam inquisitioni, non deberet iudex procedere super huiusmodi querela, nisi haberet legitima requisita, iuxta ea, quæ dicit Gand. *in loco prææallegato*, licet contrarium plerumque obseruetur de consuetudine, secundum quam iudices valde prompti sunt ad procedendum, neque multum super istis subtilitatibus insistunt.

Aliquid etiam hoc loco dicendum esset de promotore, seu instigatore inquisitionis, super quo ego pauca tantummodo attingam, ne aliquid prorsus omissum fuisse videatur; cetera reperire poteris in locis ordinariis.

3 Scias igitur, quod tria sunt genera eorum, qui instigatores, seu promotores inquisitionis appellantur. Aliqui enim id faciunt ex necessitate, vel saltem ex debito eorum officij, prout sunt aduocati, & procuratores, seu syndici fiscales, ad quod maxime pertinet instare assidue, vt iudices contra delinquentes inquirant. Aliqui vero id faciunt ex præcepto, siue deputatione iudicium, qui solent deputare aliquem coadjutorem, qui loco partis, seu fiscalis assistat inquisitioni: nam in quocunque casu, in quo iudex potest ex officio procedere, potest etiam creare, & constituere fiscalem, qui accuset. Et ita practicatur, teste Ant. Gomes. *cap.1. delictorum, num.10. in 1. amplia.* Intellige qui accuset, non vt aperiat hoc modo viam inquisitioni, sed vt postquam illi est aperta via ad inquirendum; assistat ipsi inquisitioni, prout faceret accusator, & hoc quando non adest aduocatus, seu procurator fiscalis ordinarius: tunc enim non solet aliquis alius deputari. Postremo aliqui id faciunt sponte: quia comparent in iudicio, & *c* subministrant testes, & indicia contra reos inquisitos. c

Quæro, *d* nunquid instigator sit citandus in causa inquisitionis. Respon. de aduocato, seu syndico fiscali nulli dubium est, quin sit citandus: nam in quocunque iudicio, in quo potest ex officio procedi, fiscus est loco partis. Idemque dicendum est in eo, qui fit à iudice deputatus: nam & ille succedit loco fiscalis, & de eo idem iudicandum est in illa causa, quod de fiscali. Si vero loquimur de instigatore, seu promotore voluntario, tunc dicit Boss. *in tit. de inquisitione, num.26.* quod si talis instigatos prius querelauit, & ad eius querelam iudex inquisiuit, tenet locum partis; & ideo est citandus. Et subdit, quod ita concludunt DD. & quod ita seruatur. Et cum eo est lis contestanda prout etiam cum accusatore, secundum Gl. *in c. cum I. & A. in verbo, lite non contestata, de re iud.* quam dicit ab omnibus approbatam Card. Alexan. *in cap. de accusatione, col.37. in princ. 2. q.8.* Quod tamen intellige secundum ea, quæ *de litis contestatione* dixi infra *q.45. circa princ.* Ego autem dico, quod si querelauit, tunc non est citandus tanquam instigator, seu promotor inquisitionis, sed tanquam accusator, quia (vt dixi supra) tales querelæ succedunt loco accusationum. Sed quando quis non querelat, sed tantum instigat, seu promouet inquisitionem, non est de necessitate citandus, nisi compareat, & petat in actis se citari: nam eo casu, licet prius non querelauit, habetur loco partis, & citatur. *e* Et vbi succumbat, condemnatur etiam in expensis, vt accusator: prout in facti contingentia condemnatos fuisse quosdam instigatores refert Papo *lib.24. tit.1. arresto 2.* Et ita seruat communis practica. d 4 e

5 Sed nunquid aduocatus, vel procurator fiscalis, qui instigant inquisitionem, & faciunt procedi contra aliquem, tenebuntur ad expensas, si repertum fuerit, illum non esse culpabilem? Respon. de iure forte posset dici, quod sic; sed de consuetudine apud nos contrarium seruatur, prout etiam seruari in patria Delphin, attestatur Guid. Papæ *decis.169. denunciator, post num.1.* Et quod de consuetudine procurator regius non subjiciatur expensis actiue neque passiue, attestatur Pract. Millei, *fol.16. num.45.* Bene verum est, quod si *f* dolose, & calumniose persequeretur aliquem, esset in expensis, & damnis versus partem condemnandus, vti quilibet priuatus. Et ita pluries seruatum fuisse per Parlamentum Parisiense attestatur Papo *in d. tit.1. Arresto 4.* 5 f

Sed quæro, Tu scis, quod hodie, nemine querelante fiscus succedit loco accusatoris, vt dixi supra, *qu.3. vers. Sed certe:* nunquid ergo debet eo casu fiscus querelam, seu accusationem porrigere, super qua iudex deinde procedat? Resp. quod non, sed tantum proceditur ad informationem, eo instante, & ita se habet communis obseruantia omnium curiarum, vt dicit Carauita *super 20. ritu magnæ curiæ, post nu.4. g* Et dicitur semper instare fiscus, vt procedatur contra delinquentes, etiamsi de huiusmodi instantia, in actis non appareat: *h* debet tamen prius esse aperta via iudici ad inquirendum aliter, quam per instigationem ipsius fiscalis, iuxta sæpius dicta, vt indicibus præcludatur via subditos vexandi *i* indebitis impensis. 6 g h i

ADDITIONES
Ad Quæst. X.

a 1 A*Lius est modus*] adde, an desistens à querela, vel querelæ renuncians, iterum ad querelandum admittatur, Bart. *in l. si maritus, la seconda, §. si negauerint, num. 4. ff. ad l. Iul. de adult.* Bald. *in l. accusationem, C. de his, qui accus. non poss.* vbi plene.

2 Et quid si aliquis interrogatus dicat, Titium nihil iniuriæ sibi fecisse, an poterit, suam confessionem retractando, de aliqua iniuria ipsum Titium accusare, siue querelare, vi. Luc. de Pen. *in l. 1. num. 47. versic. septimo.* Ex hoc sequitur, vbi videtur tenere, *quod fie, C. de desertor. li. 12.*

3 Item adde, quod querela differt à querimonia, & à lamentatione, vt per Afflict. *in constit. pessimam, n. 7. fol. 70.*

4 Item adde, quod schedula, quæ datur in occulto, non debet mouere iudicem ad inquirendum: sed ille, contra quem porrigitur, si instat, vt procedatur, debet audiri, *secundum in l. diffamari, C. de ingenu. & manumiss. & in l. 1. C. de famos. libell.* Felyn. *in c. inquisitionis, n. 12. de accusation.* Baiar.

5 b *Sed in casibus in quibus*] adde quod index, data querela, poterit procedere ex officio, etiam quod querelans desisteret, per tex. *in l. constante matrimonio, in fin. ff. de adulter.* Afflict. *in constit. legum asperitate, nu. 12.* Gram. *decisio. 31. num. 3. cum seq.* & hoc procedit in quacunque parte iudicij, etiam quod desistat, appellatione pendente, vel accusatore mortuo, vt per Carauit. *in ritu n. 2.* Baiard.

c *Subministrant testes*] adde ad subministrationem testium, & indiciorum infr. *q. 19. versic. sed quid è conuerso, q. 47. versic. sed hæc quidem, q. 31. ver. vlterius quæro, & q. 48. in princ.* Drog.

d *Quæro nunquid instigator*] Et quando procedatur per inquisitionem, si adsit instigator, vt. Bald. *in consil. 127. vol. 1.* Sed an instigator, & consultor torqueri possit, remissiue, vt per Carrer. *pract. crim. ante n. 81.* Grach.

Quæro nunquid instigator] Nota, quod querela diu post delictum commissum porrecta præsumitur calumniosa, Farinac. *q. 46. num. 103.*

6 Adde, per solam querelam, instigationem, & sollicitationem non intelligi querelantem facere partem in iudicio; sed oportet declarari: Et ideo solet peti, vt mandetur querelanti, quod declaret, si intendit facere partem iudicio, ad quod tenetur iudex secundum Folle. *in pract. crim. in verb. Audiantur exceptiones, num. 2.* & an instigator quando proceditur per inquisitionem, sit citandus Bald. *consil. 126. vol. 1.* & an instigator torqueri possit, Brun. *in tract. de indic. in 8. q. princ. 13. not.*

7 Occurrit locus tractandi de querelante, ad eius propositum etiam multa diximus supra *q. 7. nu. 1.* Sciendum est ergo, quod querelans aliquem de vulnere, aut offensione, dicitur testis in causa propria, & ei non creditur, quia ex tali querela facit se inimicum querelanti, Farin. *q. 16. nu. 12.* eique minime contra accusatum, seu querelatum creditur ibi, *num. 93. cum sequen.* nec ipsius inculpatio facit indicium ad inquirendum, nec ad capturam sufficit, *nu. 67.* & quamuis vt testis fuerit examinatus, non tamen ei creditur, *nu. 98.* quinimo, & si ipsius dictum fuerit confirmatum in tortura, non probat, quemadmodum nec dictum accusatoris, *nu. 64.* nec illorum est acceptanda oblatio, si dicant velle stare cum reo in tortura, *nu. 101.* eatenque fide, etiamsi Princeps esset, *num. 142.* Baiard.

8 e *Et vbi succumbet*] Condemnatur in expensis secundum Far. *tit. de accus. q. 16. n. 14.* Ros.

f *Doloso, & calumniose*] Boer. *decisio. 324. lib. 1.* Farin. *d. q. 16. n. 14. & 24.* Ros.

9 *Dolose, & calumniose*] adde, quod non solum procurator, vel aduocatus fisci debet ob talem vexationem condemnari in expensis, & eas soluere de proprio, sed etiam maxima pœna veniret plectendus, vt decreuit Imperator *in l. vniuersi, C. vbi caus. fiscal.* vbi eos viuos concremari iussit, & ita tenet Gramm. *dec. 60. num. 1.* sed prædicta non seruantur in practica, & si quis ageret ad dictas pœnas, derideretur, vel forsan puniretur. Et hoc etiam tenuit Boer. *in decisio. 324. in princ.* scilicet, quod si fiscus esset in eadem calumnia in expensis veniret condemnandus. Dicit tamen Ant. Colomb. *in tract. de modo proced. in controuers. criminal. art. 138.* quod fiscus nullas dat, nec recipit expensas allegando tex. *in l. si C. de fruct. & lit. expen.* quem refert, & sequitur Peregr. *de iure fisci lib. 7. tit. 4. sentent. aduersus fiscum in fine.* Baiard.

10 g *Et dicitur semper*] adde, quod ratio est, quia fiscus vbiq. est præsens, Gl. *in lex. in pr. C. de quadrienn. præscript.* licet secundum Sal. *in l. generaliter, 6. q. in fi. C. de non n. pec.* & Marcabr. *in consil.* 11 *28. n. 158.* Fisco non prodest confessio, si procurator fiscalis est absens, sed Cald. *in consil. 16. de testam.* contrarium tenet, & ita seruatur. Baiard.

h *Debet tamen prius aperta esse via*] Inoleuit tamen practica, & quidem mala, vt cum pars aliqua vult querelare, faciat, vt fiscus primo denūciet sibi deuenisse ad aures tale maleficium: deinde examinat testem, qui aliquando deberet esse ille, qui querelaret, ideo sic examinatus incurrit falsi pœnam si diluciderur, ex mente Bald. *in l. si legibus, nu. 1. ad fin. C. si cont. ius. vel vtil. publ.* quem refert Boss. *tit. de accus. sub n. 17.* Contrarium tamen, quod iudex qui potest ex officio procedere, possit cōstituere fiscalem accusatorē, & quod ita vtamur, dixit Ant. Gomes. *delict. c. 1. sub n. 10.* dixi infra *ad q. 26. versic. sed pone.* Sed tamen sic proceditur forsasse ex defectu probationem: est ergo talis modus prohibitus, vt hic, *sup. q. 3. versi. sed certe,* argumento eorum, quæ dixi *sup. q. 3. vers. habes igitur,* ibi, & ideo super eius denunciatione, & vide Alex. *in consil. n. 11. cum seq. vol. 6.* de quo dixi supra *ad d. q. 7. versic. Habes igitur,* sed qua ratione, & cur reperti sint fiscales, vide apud Marant. *in suo Spe. par. 6. tit. & peruenitur aliquando per viam Inquisitionis, n. 104.* Drog.

i *Indebitis impensis*] De quo supra *q. 5. versi. scias etiam.* Ros.

QVÆSTIO XI.
Quomodo procedatur via inquisitionis.

SVMMARIA
Ex Claro.

1 *Inquisitio an fiat contra absentem.*
2 *Et an sit citandus ille contra quem assumuntur indicia.*
3 *Et an pars offensa,* vers. Sed quid è conuerso.
4 *Iudex an debeat interrogare reum super iis, de quibus contra eum intendit inquirere.*
5 *Et an ante inquisitionem, danda sit reo copia indiciorū.*

Ex Additionibus.

1 *Confessus absque denunciatione, vel inquisitione, aut accusatione condemnari an possit.*
2 *Inquisitio fieri non potest ad priuatorum commodum.*
3 *Procurator fiscalis procedit per inquisitionem contra tenentes bona Principis.*
4 *Testis depositio etiam in tortura, absque citatione, non nocet parti.*
5 *Testes sufficit haberi per reum pro legitime examinatis.*

NVnc a videamus, quomodo procedendum sit in a iudicio inquisitionis, intelligendo semper quod inquirere sit ex officio testes, seu informationes recipere contra aliquem pro aliquo delicto, vt dixi supra, *q. 3. in princ.* Et in primis quæro, an possit procedi per in- 1 quisitionem contra absentem, an autem contra præsentem tantum. Resp. de iure loquendo regulariter non proceditur via inquisitionis nisi contra præsentem: si vero reus sit absens, modo non per contumaciam se absentem fecerit, non potest inquiri, ita notatur per omnes *in d. c. qualiter, & quando.* Sed certe quicquid sit de iure, hoc de consuetudine non obseruatur, sed semper fit inquisitio de delicto, siue inquisitus sit præsens, siue sit absens; & siue per contumaciam se absentauerit, siue non, vt attestatur Marian. *in repet. d. cap. qualiter, & quando, num 92.*

Item b quæro, nunquid priusquam iudex specialiter b inquirat, & sic assumat indicia contra aliquem, debeat 2 ille citari. Respon. de iure communi vtique requiritur partis citatio: alias testes examinati, c reo non citato, c nullam contra eum fidem facerent, neque ad sententiam, neque ad torturam. Et hæc est communis opinio, vt dicit Blanc. *in pract. crim. in fol. 5. nu. 33.* Anton. Gomes. *cap. 12. delictorum, post numer. 18.* Quinimo Ant. de Butr. *in d. cap. qualiter & quando, § debet, post n. 40.* dicit, quod in receptione testium in causa inquisitionis specialis debet reus citari, & quod ita obseruat communis practica, & illum refert Aret. *in eodem §. debet, num. 89.* Sed certe quicquid sit de iure, contrarium seruatur de consuetudine, vt attestatur ipsemet Blanc. *in loco præallegato* subdens; quod propterea d defensores reorum non d debent multum insistere super ista communi sententia. Hanc etiam dicit esse communem practicam omnium

omnium curiarum Foller. *in practica criminali canon. fol. 109. num. 2.* Dicit etiam Blanc. ibi, *n. 6.* quod stylus, & consuetudo est in ciuitatibus Lombardiæ, quod testes, siue super generali, siue speciali inquisitione, & etiam super accusatione, examinantur sine citatione partis, & allegat Alex. *cons. 65. num. 9. in fin. lib. 1.* quod est duplicatum *in consil. 41. lib. 2.* qui dicit, quod (vt verbo fertur) ita est stylus, & consuetudo in partibus Lombardiæ, quod testes recipiantur sine citatione partis. Et ita esse stylum Italiæ, asserit Pract. Catoni, *fol. 103. post nu. 1.* Dicit etiam Berber. *in Viatorio iuris, in rubr. de iud. col. 27.* quod vsus, consuetudo, & stylus hanc opinio. approbant. Hunc etiam esse receptum vsum, stylum, & consuetudinem attestatur Pract. Iodoci. *fol. 24. num. 18* e e Tu tamen dic, bene verum esse, quod de consuetudine huius prouinciæ testes, qui assumuntur ad informationem curiæ, contra reum absentem, recipiuntur parte non citata: f f ad effectum procedendi ad capturam, siue citationem contra reum, & si ipse deinde vocatus fuerit contumax, faciunt fidem, etiam quoad hoc, vt super eorum attestationibus possit contra eum ferri sententia diffinitiua: & hæc practica fuit optima ratione introducta, ne si reus citaretur, statim aufugeret, vel posset facilius testes examinandos subornare: g g Sed si reus comparet, tunc attestationes talium testium examinatorum absque citatione partis, nullam fidem faciunt, neque ad condemnationem, neque ad torturam, nisi parte ipsa præsente, aut legitime citata, seu monita deponant, vel prius per eos deposita repetant, & in eis persistant. Ceterum quando processus fit reo comparente, vel in carceribus existente, semper seruatur comm. opin. etiam in hac prouincia. Dixi *infr. q. 45. vers. ceterum si reus.*

3 Sed quid è conuerso, nunquid in hac inquisitione debet citari pars offensa? Respond. de iure forte dici posset quod sic; sed hoc de consuetudine non obseruatur, nisi Florentiæ, vt dicit Angel. *in dicto repertorio, l. si vacantia, C. de bon. vacan.* quem refert Minan. *in repet. d. cap. qualiter & quando, post n. 213. in 71. quæst.* & Ang. de *malefic. in verbo, Et ibi caput, n. 2.* Tu vero dic, quod aut pars querelauit, & de necessitate citanda est, aut non querelauit, & tunc quamuis necessario citari non debeat, tamen cauti, & docti iudices illam semper citari faciunt ad h h subministrandum indicia, si quæ habet, ad coadjuuandam intentionem fisci. Et ita seruatur in hoc Ducatu, etiam si procedatur per inquisitionem, vt attestatur Boss. *in tit. de sentent. num. 81. in fin. Vide, quæ dixi infra q. 31. vers. Vlterius quæro.*

4 Quæro etiam, nunquid priusquam iudex inquirat, debeat reum interrogare super iis, de quibus intendit contra eum inquirere. Dixi supra *quæst 6. vers. Successiue quæro.*

5 Vlterius quæro, nunquid ante inquisitionem danda sit reo copia indiciorum. Dixi *in d. qu. 6. vers. sed quid si reus.*

Cetera autem, quæ pertinent ad formam processus criminalis, scilicet quomodo, & à quibus assumenda sint indicia, & quid agendum si post ipsas informationes assumptas, cum non minus iudicio accusationis, quam inquisitionis communia esse videantur, paucis in primis de accusationis iudicio specialiter præmissis, infra suo ordine explicabimus.

ADDITIONES
Ad Quæst. XI.

NVnc videamus] adde, quod imo, nec etiam confessus potest condemnari sine denunciatione, vel inquisitione, vel accusatione, secundum Cæpol. *consil. 36. in fine.* vbi dicit, quod si consuetudo fuisset in contrarium, esset valida. Sed vide *cons. 94.* incerti auctoris *inter consil. crim. tom. 1. magnæ impressionis*, vbi dicit hoc procedere, quando sit confessio incidenter de aliquo delicto, contra eum non intentato, alias sola cófessio etiam nullo præcedente processu, vel inualido sufficeret ad condemnandum, & vide etiam quæ addidi infra *in q. 55. n. 7.* vbi de confessione incidenter facta.

Item adde, quod Iudex non potest inquirere ad priuatorum commoditatem, Innoc. *in cap ad nostram, de iur.* Sed bene poterit procedere per viam inquisitionis contra tenentes bona Principis, secundum Luc. de Pen. *in l. 1. C. de cond. & procur. lib. 11.* quem refert, & sequitur Afflict. *in consil inter multas, nu. 7.* & per illam constitutionem in Regno Neap. Procurator fiscalis potest procedere per inquisitionem contra occupantes bona ad Regium fiscum spectantia. *Baiard.* 2 3

b *Item quæro nunquid*] adde, quod depositio testis absque citatione, etiam quod esset facta in tortura, parti non nocet, Felyn. *in c. 1. extra de testibus,* & Laurent. de Pin. *consil. 96. num. 12.* Baiard.

c *Reo non citato*] Vel aliquo pro eo Marsil. *in consil. 18. nu. 9. & consil. 128. n. 11.* Far. *q. 72. vol. 3. c. 20. n. 87. per totam.* Ros. 4

d *Defensores reorum*] Et generaliter quod citari debeat in ciuilibus *d. c. 1. n. 11. & plurib. seqq.* vbi plures casus in quibus citatio non requiritur, *num 35. vsque ad fin. quæst. Item in cap. 2. n. 103. 106. & 108.* Ros.

e *Tu tamen dic*] Cattar. *de execut. sentent. num fin. cap. 175.* Farin. *de consuetudine loquitur, cap secundo, num. 100. alias, nu. 134. & 135. cum seq* Ros.

f *Ad effectum procedendi ad capturam*] adde quid operentur testes examinati parte non citata, *infr. q. 50. versic.* Item quia, & ibi dixi *quæst. 28. versic. Scias autem, quæst. 45. versic. ceterum ad finem*: Vide Gramm. *decisione 11 sub num. 13.* Mars. *sing. 24. ad finem.* Nota tamen, quod aliquando etiam post testium publicationem fit eorum repetitio, modo, quo per Crauettam *consil. 74. n. ... cum seq.* Drogh.

g *Sed si reus comparet*] Confrontatio tamen testium facit, vt testes dicantur recepti citata parte infra *q. 45. versic. ceterum.* Drogh.

Sed si reus comparet] adde, quod si satis, quod testes Curiæ habeantur per eum pro rite & recte examinatis & repetitis, vt per Capic. *dec. 74.* & Foller. *in pract. crimin. in ver. detur copia, c. etiam quod ff. si mille testes* Aret. *in consil. 163. col. 2.* & vide, quæ posui infra *ad quæst. 45. d. versic. ceterum.* Baiard. 5

h *Ad subministrandum indicia*] Infra *q. 57. versic. sed hæc quidem q. 31. versic. Vlterius quæro.* dixi supra *q. proxima* Drog.

QVÆSTIO XII.

Accusationis materia explicatur.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Accusatio quid sit.*
2 *Et an sit remedium ordinarium.*
3 *Et an sit actio, vel officium iudicis.*
4 *Inquisitio an sit actio, vel officium iudicis.*
5 *Iudex procedens super accusatione, an dicatur procedere officio iudicis nobili, vel mercenario.*
6 *Accusationis forma quæ sit.*
7 *Accusatio an debeat fieri in scriptis.*
8 *Et quæ in ea requirantur.*
9 *Et ad si omittatur, sit accusatio ipso iure nulla.*
10 *Et quid si agatur de crimine ciuiliter.*
11 *Et quid si procedatur per viam exceptionis.*
12 *Et an locus notorius debeat per confines designari.*
13 *Et an dies exprimendus sit in accusatione.*
14 *Et quid si dies expressus non probetur.*
15 *Et an accusator teneatur se inscribere ad pœnã talionis.*
16 *Et quæ sit forma inscriptionis.*
17 *Et quid de consuetudine.*
18 *Et quid de iure canonico.*
19 *Et an accusantes de adulterio teneantur se inscribere ad pœnam talionis.*
20 *Et an mulier teneatur se inscribere.*
21 *Et an in accusatione requiratur conclusio libelli.*

Ex Additionibus.

1 *Accusatio quid sit, & quotuplex, remissiue.*
2 *Accusatrice an dicatur, qui simpliciter libellum accusationis produxit, remissiue.*
3 *Accusatio quomodo differat à denunciatione, vel delatione, remissiue.*

proponit actionem ciuilem, ex qua tamen condemnatio infamat: nam eo casu proculdubio necessaria est solemnitas *d.l.libellorum*, & sic quod exprimatur in libello locus, & tempus; alias secus. Et hæc est communis opin. vt attestatur Alexand. *in l.1. in princ.num.30.ff. de edendo, & in d.l.edita, num.13.* Soc. *in d.cons.109.num.1. & seq.lib.3.* Maranta *in suo Spec.fol.24. num.30.* Ang. ad Ang. *de malefic.in verbo, Et ad querelam nu.55.* licet subdat, quod hæc opin. non obseruatur in curia Romana: est tamen tenenda, & obseruanda in practica: vbi enim agitur actione famosa, licet ciuiliter procedatur: dicitur tamen causa grauis, & æquiparatur criminali, ex quo apud honestos & probos viros, fama & vita æquiparantur. Quam tamen intellige vt procedat, si opponatur à parte: nam eo casu necesse est exprimi locum, & tempus: sed parte non opponente, quando ciuiliter agitur, procedit libellus, etiam si ea non exprimantur. Et hanc opin. dicit esse magis communem Soc. *in d.consil.109.num.4.* vbi in facti contingentia ita consuluit, quod nota: quia est pulcherrima limitatio.

k Est k autem exprimendus locus in libello accusationis, illum designando per cohærentias, vt videre potes apud Angel. *de malef.in verbo, In platea communi,* quod quidem optime procedi in delictis, quæ committuntur aliquid faciendo, l sed si committantur non faciendo, puta, quia accusetur syndicus, qui non denunciauit maleficium, eo casu, cum delictum non habeat locum determinatum, quo circunscribatur, non credo locum habere hanc conclusionem, nisi quis forte vellet apponere locum Palatij, in quo solent syndici deferre denuncias, tanquam ibi commissa fuerit negligentia, prout seruari Florentiæ attestatur Bald. *in l.causis, num.3.C.de accusation.* quod est iudicio meo ridiculum.

12 Sed pone, quod sit aliquis locus publice notorius, prout est platea communis, vel Palatium Potestatis, nunquid adhuc erit designandus per confines? Resp. quod sic: ita dixi Gand. *de malefic.in rubr.qualiter fiat accusatio, numero 3.* prout illum refert Ang. *in l. hac consultissima, numero 2. C.qui testam.facere poss.* subdens quod ita seruat consuetudo: quam etiam refert Ang. post Angel. *de malef.in verb.In platea communi, post numero 11.* Sed certe Gand. *in libro meo* hoc non dicit. Bene affirmat posse sustineri libellum accusationis, in quo tantum dicitur maleficium commissum fuisse ante domum dicti Petri, quod accusator poterit illum declarare: subdens ita consultum fuisse Bononiæ per plures legum Doct. non tamen loquitur Gand. quando locus est adeo notorius, vt declaratione non egeat. Ideo dic verum esse, vt dicit Angel. *in d.l. hac consultiss.* quod de consuetudine, (vt plurimum) solent apponi cohærentiæ, etiam si locus sit notorius, m sed tamen etiamsi non apponantur: procedunt querelæ, & accusationes, & etiam inquisitiones, modo locus sit certus. Et hanc opin. dicit esse veram, & magis communem Menchiaca *lib.1. de testam. in 1.par.§.4. numer.33.* neque ego vnquam vidi propter hoc annullari aliquem processum, neque dicerem esse annullandum.

n Dixi n etiam, quod est exprimendum tempus delicti, scilicet annus, & mensis, vt *in d.l.libellorum.* Sed pone, quod accusatus compareat, & petat exprimi per accusatorem diem certam delicti, quia forte intendit ipse ad sui defensionem probare, quod eo die erat in alio loco remoto à loco delicti, nunquid eo casu debet o iudex cogere accusatorem ad o ipsam diem exprimendam? Respon. Bart. *in l.is, qui reus, num.10. de publ.iud. & in l.arbitraria, § si quis Ephesi, nu.6.ff. de eo, quod certo loco, & in d.l.libellorum in princip.num.13.* tenuit, quod sic.

13

Et dicit Corset. *in refert Abb. in ver. Accus.* quod illum sequuntur communiter DD. Ita etiam communiter teneri attestatur Ias. *in d.§ si quis Ephesi, post nu.1.* quem refert Simancas *de haeret.cap.4.num.4.* Boss. *in tit.de inquisitione, num.92.* Pract. Conradi, *fol.214. post numer.3.* Plot. *inter cons.crim.diuersorum cons.109. post nu.4.lib.1.* Apostil. ad Vitali. *de malef.in rub.quid sit accusatio: sub n.12.in verb.Sed ann.* Viuius *in lib.communium opin.in verbo, Accusator vel fiscus:* Et hoc dicit se aliquando obtinuisse coram magis peritis, existentibus Bergomi ad officium maleficiorum: Alber. *in d.l.libellorum in princ. num.5.ff.de accusat.* Alias enim tolleretur reo magna pars defensionis suæ, scilicet facultas probandi negatiuam, quod esset inconueniens, quicquid dixerit Signor. qui in contrarium consuluit, *consil.244.* vbi, *nu.22.* dicit, quod hoc dictum Bartol. est falsum, & quod suæ opin. videntur multum singulares, & phantasticæ, & deuiantes à communibus opinionibus nostrorum maiorum. Intellige tamen, quod tenetur accusator reo id petente, p exprimere diem, non autem illum probare. Et hoc omnes fatentur, vt dicit Bertran. *cons.16. num.2. lib.6.* Quod tamen intellige iuxta ea, quæ statim dicam infra in versic. sed quid si accusator. Et subdit ibi Bertran. quod sufficit, si diem exprimat accusator tempore, quo datur reo terminus suarum defensionum, est enim ei satisfactum, ex quo potest deinde probare negatiuam, in suis defensionibus: quod est notandum. Scias etiam, quod quamuis iudex possit cogere accusatorem ad exprimendum diem, potest nihilominus accusator dicere, quod non recordatur de die, q & erit excusandus. Et ita communiter practicatur, vt dicit Ang. *in d l.libellorum num.5.* quem refert Aug. ad Angel. *de malef.in verb. De ann.praesenti post num.4.* & Apost. ad Sal. *in d.l. in causis, sub num.5. C.de accus.* quod ego etiam admitterem, si casus contingeret, dummodo accusator id affirmaret cum iuramento. p q

Sed r quid si accusator in sua accusatione expresserit diem, cum non teneretur, & deinde non probauerit: nunquid debet propterea succumbere, licet testes alias deponant de crimine. Respon. Bart. *in d.l.is qui reus, numer.9. ff de publ.iud.* tenuit, quod sic. Et dicit Bertrand. *consil.217. numer.2. lib.6.* quod ita respondent communiter Doct. Hanc etiam sententiam vti communem refert Aug. ad Ang. *de malef. in verb. de anno præsenti, numer.4.* Quæ tamen opin. mihi nunquam placuit, & credo quod cum magna difficultate posset sustineri in practica, nisi qualitas diei esset de substantia delicti, puta, quia adesset statutum disponens, quod tali die aliquid non fieret, vel huiusmodi. Tunc enim proculdubio debet probari dies, ad hoc vt reus possit de ipso facto tanquam de delicto puniri. Sed si factum, quod proponitur, esset ita delictum in vno die, prout in alio, non crederem probato delicto, licet dies expressus non probaretur, reum esse absoluendum. Solent enim in libello accusationis, seu querelæ apponi illæ clausulæ salutares: Non se adstringendo, &c. super quibus omnibus, &c. quæ saluant, & sustinent accusationem, & processum, etiamsi non sit probata qualitas in accusatione deducta, modo de crimine constet, vt dixi infr. *q.66.vers sed quid si pro parte.* r 14

Dixi f quoque, quod de iure tenetur accusator se inscribere ad pœnam talionis, vt est tex. *in d.l.libellorum, & l.3.C.qui accus.non poss.* Et est communis opin. vt attestatur Affl. *super constit.regni, in quibusdam locis,* prout illum refert Duennas *reg.27.in pr.* licet ego in libro meo non reperiam Affl. ibi id attestantem. Refert etiam Marian. *in c.super his, n.19. de accus.* Io. And. attestari, quod hæc sit communis opin. quod scilicet inscriptio sit de- f 15

56. quem refert Pract. Conradi, *fol.* 225. *num.* 7. Ita etiam de consuetudine seruari ait Card. Alex. *in d. c. libellorum col.* 1. *vers. nota quod non videtur*, 2. q. 8. Faciunt, quæ dixi *infra q.* 31. *vers. super quibus omnibus.*

ADDITIONES
Ad Quæst. XII.

Hactenus de inquisitione.] Accusationis materiam habes apud Decian. *de crimen. tomo* 1. *lib.* 3. *per totum*, vbi *cap.* 38. complet. *& lib.* 4. *cap.* 4. 5. 6. *&* 7. latissime vero apud Far. *vol.* 1. *q.* 12. *vsque ad* 17. Ros.

1 *Hactenus de inquisitione dictum est.*] Adde † videndum Decian. *in tractat. crim. tom.* 1. *lib.* 3. *cap.* 1. vbi late, quid sit accusatio, quotuplex sit, & quid sit proprie accusare, an accusare dicatur, qui simpliciter libellum accusationis produxit; an potius requiratur perseuerantia vsque ad finem iudicij; & in capit. se-
2 quenti habetur quomodo differat accusatio à denunciatione, & verbum defero à verbo accuso. *Baiard.*

3 b *Nam qui prohibetur agere.*] Adde Neguс. *tractat. de pign.* 1. *membr.* 5. *par. sub n.* 16. Ias. *in* §. 1. *n.* 54. *Instit. de act.* Drogh.

c *Sed hodie.*] Adeo quod capitulum, qualiter, & quando, & lex libellorum de accusat. recesserunt ab aula, infra *q.* 15. *versic. pen. ad fin. q.* 16. *vers. Quæro nunquid ad fin.* Drogh.

d *Scias autem in hoc proposito.*] Vide Neg. aliter distinguentem *d. tract. de pignor.* 4. *membr. secunda par. n.* 51. Drogh.

e *Præterea in libello.*] Idem infra *versic. homicidium.* Ros.

f *Et si notarius.*] Dies ergo prætermissus in querela, an vitiet querelam, vide Ias. *in* § *ex maleficiis, nu.* 56. *cum seq. Instit. de act.* locus autem, & tempus sunt de substantia modo quo infra *vers. Adde quod inf. qu.* 31. *versic.* quod de anno, & est ratio appositionis diei, vt sciatur, an factum propositum sit illudmet: & licet appositio diei non sit necessaria in Inquisitione, vel accusatione, apposita tamen debet liquidari, Aym. Crau. *de antiq. temp par.* 4. *vers. Materia singularitatis, in princ. Confert constitutio Mediolani sub rubr. de prob.* §. *& quia plerique.* quam late interpretatur Plot. *inter consil. crim. diuers. consil.* 109. *cum seqq.* quæ quidem constitutio licet posita sit in ciuilibus, tamen procedit etiam in criminalibus, vt ibi, argumento eorum, quæ dixit Boss. *tit. de accusat. sub num.* 4. *infra q.* 25. *vers. torquentur etiam.* Item Boss. *sub tit. quomodo procedatur per act. in delict. sub num.* 35. *& tit. de confess. n.* 44. Drogh.

g *Dixi exprimendum.*] Addas Monticell. *in sua praxi crimin. in verbo inquisitio, versic. tertio inquiritur*, qui limitat non procedere in crimine læsæ maiestatis, & blasphemiæ, vide etiam Boss. *in tit. de inquisitione.* Ros.

4 *Dixi exprimendum esse locum, & tempus.*] Adde, quod in crimine falsi non requiritur locus, nec tempus: Gloss. *instit. de publ. iudic. in principio*, Mars. *in rubr. de fals. n.* 16. Afflict. *in Constit. Reg. in falsar. n.* 9.

5 Item adde, † quod locus potest suppleri ex probationibus sequentibus Petrus de Anchar. in clem. constitutio. de elect. o. Rom. in l. non solum, §. sed vt probari, ff. de nou oper. nunciat. Imol. in c. cum dilectus de ordin. cognit.

6 Item adde, quod index ex officio potest supplere locum, & alia necessaria, ne iudicium reddatur elusorium Abb. in c. causam, de iudic. & Didac. in cap. dilecti, de iudici. Ferran. Gargia. consil. crimin. tom. primo, in fol. Accusatus potest petere locum sibi ad oculum demonstrari, Plot. *in l si quando, n.* 824. *C. vnde vi.* Baiard.

h *Conuincere.*] Vide Vulpell. *consil.* 1. *n.* 1. Ros.

i *Adde quod.*] Mansue. plura tradit ad Practica Pap. in forma libelli in actione reali, verbo, se tamen non astringens. *Ros.*

k *Est autem exprimendus locus.*] De loco, Angel. *in verbo, Hæc est quadam Inquisitio. num.* 92. vbi *num.* 94. allegat Bald. *in cap.* 1. *num.* 10. *quib. mod. feud. amitt.* vbi videtur date limitationem, & Foller. *in practica in verbo, audiantur exceptiones, num.* 9. *&* 12. vbi dicit hic non seruari in Regno. Iterum Ang. *in verbo, De anno præsenti, num.* 1. vbi Arimin. & Laudens. *sub num.* 65. Iterum quoque idem Angel. *in verbo, In platea communi*, vbi Apostill. & per Bonacoss. *in suis com. par.* 1. *verbo, Libellus in crim. & in verbo, Locus delicti par.* 2. Ros.

l *Sed si commutantur non faciendo.*] Adde infra *quæst.* 90. *versic.* 1. Dec. *in l. absentia eius, n.* 1. *de reg. iur.* Drogh.

m *Sed tamen etiam.*] Aliter autem dici solet, quod demonstratio rei, quæ de per se patet, est frustratoria, Neguс. *d. tract. de pig.* 3. *mem.* 2. *par n.* 18. Drogh.

n *Dixi etiam, quod est exprimendum tempus.*] Adde, quod iudex ex officio cogere non potest accusatorem ad exprimendum diem delicti, sed bene ad requisitionem partis potest, Octauian. Vestri. *in sua pract. in tit. de responsion. rei ad positiones actoru, col.* 2. quem refert, & sequitur, Viui. *opin.* 24. *num.* 3. *vol.* 1. Baiard.

o *Ad ipsam diem exprimendam.*] Quid de horis. videas etit Pap. *in d. verbo, Inquisitio* §. *anno*, Ang. *in d. verbo. De anno præsenti, vers. tertio quæro*, n. 5. Gand. *in verbo, Qualiter fiat accusatio. nu.* 3. Salic. *in d. l. qui reus ff de pub. ind. & in l. libellorum ff de accus.* Ros.

p *Exprimere diem.*] Foller. *in pract. in verbo, Audiantur excusationes n.* 44. Plot. *in consil.* 110. *inter consil. crim.* Ros.

q *Et erit excusandus.*] Contrarium tamen in teste, quando non est verisimile ipsum non recordari de quo quæritur, & quod immo tunc possit torqueri, dixit inf. *a q.* 25. *versic. Torquetur etiam q.* 19. *vers. Hinc infertur, q.* 45. *versic. sed pene.* Sin autem dubitari contingat qui sint casus, quos testis verisimiliter recordari possit, vel non, recurre semper ad Baldum *in cap. statuimus n.* 1. *cum seqq. extra de offi. deleg.* Aym. Crau. *consil.* 171. *sub numer.* 9. Boss. *tit. de spons. à reo facien. num.* 5. Dum autem subiungit infr. *vers. sed quid si accusator* de die delicti expresso, sed non probato, & quod opinio communis super tali articulo sibi nunquam placuit, stantibus etiam clausulis salutaribus apponi solitis in Inquisitionibus; Vide quæ dixi infr. *ad q.* 56. *ver. fin. omnino* vide Fel. ibidem per me allegatum. *Drogh.*

r *Sed, quid si accusator.*] adde, quod falsa demonstratio dici non vitiat probationem criminis in causa inquisitionis: secus, si falsus esset mensis, quia tunc deficit tempus, quod est de forma Iudicij, Bald. *in l. prius, nu.* 46. *C. de his, qui accus. non poss.* Sed vide Laurent. Tenni. *in tract. de cautelis, caut.* 117. vbi dicit quod absolutio sequi non debet etiam quod appareret alio tempore, & loco delictum fuisse commissum, si in conclusione inquisitionis adesset clausula super quibus omnibus, & singulis, &c. & *clausula omni meliori modo, &c.*

Item adde, quod tempus est de substantia probationis, quando quis vult probare, tunc alibi fuisse, Innoc. *in c. qualiter, & quando, el* 2. *versic. tunc autem, de accusation.*

Accusatio est nulla, quando instatur exprimi diem, & non 7 exprimatur, Plot. *in d. l. si quando, nu.* 814. *C. vnde vi*, ibi habetur, quod accusatio seu querela debet habere annum, mensem, & locum, alioqui non valet, & super ea non potest agi, nec iutari; & ex quibus redditur nulla, & incerta, & vnica censeatur accusatio, licet contra plures data sit de damno in eadem re, & eodem tempore, Plot. *n.* 853. Et an lingua materna, vel Latina in damno dato dari debeat, poni Plot. *n.* 853. Baiar.

Dixi quoque.] In quibus autem casibus non requiratur inscri- 8 ptio, vide post Glo. 2. prin. per Fely. in c. super litteris, allega to in tex. *n.* 3. vbi alias Gl. simul. & concord. citat. & an vbi tenetur, id intelligatur ipso iure, vel sententia. Ias. *in l. vniuersa. C. de precib. Imper. offer. n.* vbi vi. *Giach.*

Dixi quoque.] Quod accusator teneatur se subscribere, tradit 9 Farin. *de accus. q.* 10. *vol.* 1. *n.* 1. *&* 2. Ros.

t *Forma autem.*] Addas Farin. vbi supra n. 3. Ros.

u *Ceterum hodie.*] Sed de consuetudine non seruari generaliter tradit etiam Farin. *d. loco n.* 4. Ros.

x *Quia cum hodie pariter.*] In instigatore tamen quid seruetur, supra *q.* 7. *ad fi q.* 62. *versic. sed nunquid, ad fin.* vbi habetur; quando accusator in expensis sit condemnandus. *Drog.*

y *De iure autem ciuili.*] adde, vt per Duen. *in reg.* 17. vbi plene de huiusmodi solennitate inscriptionis tractatur, reddens 10 rationem, quare in desuetudinem abierit. *Baiard.*

z *Abiit in desuetudinem.*] adde ad idem, & fusius per Duen. *d. reg.* 17. *vers. est tamen notandum*, vbi, quod plus est, ponit rationem, quare in desuetudinem abiit. *Giach.*

a *Vltimo quæro.*] adde, quod licet sententia debeat esse conformis libello hoc tamen non procedit in criminalibus, † quia 11 Iudex potest condemnare, & pœnam imponere, probato delicto, non attenta petitione, vel conclusione; vt est communis opinio, de qua per Gomes. *de delict. cap.* 11. *n.* 8. Baiard.

b *Et iudex non poterit.*] Nota Iudicem non posse condemnare nisi secundum summam petitam, etiam quod sibi de maiori appareret in actis. Contrarium tamen dixit Ias. *in l. si ne debemus, n.* 13. *ff. de verb. obl.* vbi etiam Gl. Bart. & Scrib. Fallit si adsit etiam fula, Ios, & Iustitiam, & etiam in Principe. Capyc. *dec.* 10. *n.* 24. *&* 25. de qua clausula infra *q.* 66. *versic. sed quid si pro parte.* vide DD. *in* § *si minus, Inst. de act.* Ant. Gomes. *tit. de delict. sub nu.* 39. *pod med. e.* 1. *item falsis.* & per Crau. *consil.* 198. *nu.* 8. vide Boss. *tit. de mand. ad homic. nu.* 62. Drogh.

QVÆSTIO XIII.

Plures eundem, vel vnus plures an accusare possit.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 Plures an possint in eodem libello accusare eundem.

2 *Et an plures possint simul accusari.*
3 *Et an vnus possit accusari de pluribus criminib. simul.*
4 *Et an vnus possit de pluribus criminibus separatim accusari.*
5 *Et an super sedendum sit in vno, donec super alio cognitum sit.*

Ex Additionibus.

1 *Mandans & mandatarius etiam diuersis libellis accusati eadem sententia puniri poterunt.*
2 *Accusatoribus concurrentibus, quis sit praeferendus remissiue.*
3 *Accusatus quando possit pendente accusatione de eodem delicto ab aliis accusari, remissiue.*

1 DIctum est de accusatione, & forma libelli accusatorij, nunc successiue videndum est, an in eodem a libello plures accusare, vel accusari possint, & a in primis quaero, nunquid plures possint simul accusare eundem. Respon. Aut cuiuslibet accusantium interest ratione officij: puta, quia sint plures tutores, vel administratores: & tunc possunt simul accusare in eodem libello, non autem in pluribus: idemq; si eorum interest ratione cōmunis iniuriae, puta, si communis eorū seruus occisus sit Aut nullius eorum interest, neq; ratione officij, neq; cōmunis iniuriae: tunc non admittuntur simul ad accusandum, neque in eodem libello, neque in diuersis, sed vnus eorum eligitur, qui sit magis idoneus. Ita dicit Salyc. *in l. si accusatoribus, num. 2. C. de accus.* Et haec distinctio in omnibus tribus membris communiter tenetur, vt attestatur Hieron. in Apostil. ad Angel. *de malef. in verbo, Et ad querelam, n. 65.* sed hoc vltimum, vt scilicet quando plures; qui non persequuntur suam, vel suorum iniuriam volunt accusare, debeat iudex vnum eligere, intellige, vt procedat parte opponente: nam si pars non opponat, valet iudicium, & haec est communis opin. vt attestatur Aret. *in cap. olim, num. 10. de accus.* quem refert Villalobus *in sua collecta communium opinionum in littera A, post num. 13.* Item intellige, vt procedat, nisi ipsi omnes vellent vnum procuratorem constituere: tunc enim posset procurator nomine omnium causam prosequi. Ita tenet Innoc. *in d. cap. olim, num. 5.* quem sequuntur communiter DD. vt attestatur Imola *in d. c. olim, in fin.* prout illum refert Anan. *in cap. 2. post nu. 5. vers. quid autem si plures, de collus. deteg.* Dicit etiam Aret. *in loco praellegat. post nu. 11.* quod hanc doctrinam approbant communiter Doctores, & illum refert Villalob. vbi supra.

b Quaero b nunc econuerso, nunquid possint plures 2 simul accusari. Respon. quod regulariter quis non potest duos, seu plures in eodem libello accusare, etiamsi suam, vel suorum iniuriam persequatur. Ita tenet Spec. *in tit. de accusatore, vers. Item quod non potest.* Et dicit Marian. *in c. 1. post n. 145. col. 4 vers. Est ergo vera, de libel. obl.* quod ipse secundum hanc conclusionem consuluit, & quod ita fuit iudicatum. Haec tamen conclusio intelligenda est, vt procedat, quando agitur de diuersis delictis; sed quando agitur de eodem delicto à pluribus simul, vel ex eadem causa commisso, tunc possent plures in eodem libello accusari, etiamsi essent mille, quicquid dixerit Gl. *in l. qui pupillam, in Gl. fin ff. de adult.* cuius opin. communiter reprobatur, vt dicit Marian. *in loco praellegato.*

3 Sed nunquid potest accusator de pluribus criminibus in eodem libello accusationem proponere? Resp. Aut accusat vnum tantum; & potest contra multa crimina in eodem libello deducere. Aut accusat plures, & non potest ex diuersis delictis eos in eodem libello accusare. Et haec est communis opin. vt dicit Roman. *cons. 240. post n. 1.* quem refert Apostil. ad Angel. *de malef. in verbo, Et ad querelam, sub n. 25.*

Item quaero, nunquid possit quis de pluribus criminibus separatim accusari. Respon. quod sic, non modo si talia crimina ex pluribus factis resultent, sed etiamsi ex eodem facto oriantur plura crimina, & sint specie diuersa: potest enim delinquens de ipsis omnibus separatim accusari, & de pluribus quoque puniri. Et vbi super vno crimine sit conclusum in causa, adeo quod sola sententia expectetur, erit supersedendum, donec causa etiam super altero crimine expediatur: ita tenet Bar. *in l. qui de crimine, ver. Venio ad fi. C. de accusat.* Et haec conclusio est communiter approbata, vt dicit Gril. *de diuer. crim. lib. 3. q. 1. num. 13.* Quod tamen intellige, ut procedat, quando tales causae tractarentur sub eodem iudice: secus autem si coram diuersis: nam eo casu quilibet iudex procedit, alio non expectato, nisi tamen reus sit in vno loco carceratus: tunc enim debet in alio supersederi, iuxta ea quae dixi infra *q. 34. vers. de carcerato.* Vide, quae in hoc proposito dixi infra *quaest. 16. vers. quaero nunquid.* 4 5

ADDITIONES

Ad Quaest. XIII.

ET *in primis quaero nunquid plures possint*] adde infra *qu. 15. vers. fin.* Mandans † tamen, & mandatarius etiam si fuissent in 1 diuersis libellis, & accusationibus accusari poterunt postea simul, & semel in eadem sententia condemnari cum teneantur vna, & eadem lege: Ita Boer. *in addit. ad Dyn. in reg.* qui per alium *littera A, sub num. 3. de reg. iur. in 6.* Drog.

Et an primis quaero] adde videndum Decian. *in tract. crim. 2 tomo 1. lib. 3. cap. 32.* vbi late, pluribus accusatoribus concurrentibus, quis sit praeferendus, & magis diffuse per Farinac. quaest. 13. per totam & quando semel accusatus, pendente illa accusatione de eodem delicto ab aliis accusari possit Dec. vbi *sup. cap. 31.* Baiard.

b *Quaero nunc è conuerso.*] Quod plures possint in vno libello accusari, & quando dixi *in princ. praeced. cap.* Baiard.

QVAESTIO XIV.

Quae personae accusare possint, vel non,

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Accusare qui possint, vel non.*
2 *Et quid si suam, vel suorum iniuriam prosequantur.*
3 *Et an clericus possit accusare.*
4 *Et miles.*
5 *Et an filiusfamilias.*
6 *Et an pupillus.*
7 *Et an minor.*
8 *Et an mulier.*
9 *Et an criminosus.*
10 *Et an constitutus in peccato mortali.*
11 *Et an infamis.*
12 *Et an accusatus.*
13 *Et quando dicatur nomen accusati receptum inter eos.*
14 *Et an absolutus de crimine.*
15 *Et an condemnatus de crimine.*
16 *Et an excommunicatus.*
17 *Et an inimicus.*
18 *Et qua dicatur capitalis inimicitia.*
19 *Et an pauper.*
20 *Et quis dicatur pauper.*
21 *Et an laicus possit accusare clericum.*
22 *Et an patronatus clericum in suo beneficio institutum.*
23 *Et an vasallus dominum.*
24 *Et an syndicus vniuersitatis.*
25 *Et an compater, vel filius spiritualis possit accusare de morte compatris.*

26 *Et an filij legitimi de morte eorum parentum.*
27 *Et an spurij.*
28 *Et an spurij possint accusare de morte matrum.*

Ex Additionibus.

1 *Accusatoris, & accusati legitimatio an in primis discutienda sit.*
2 *Exceptio excommunicationis, vel falsi procuratoris etiam post litem contestatam opponi potest.*
3 *Statutum, quod quilibet accusare possit, intelligitur de habili.*
4 *Accusare quando possit consanguineus.*
5 *Accusatio iniuria propria, vel suorũ diuersè proponitur.*
6 *Pater an repellatur ab accusando iniuriam filij, vbi filius repelleretur.*
7 *Pater potest prosequi mortem filij naturalis non vulgo quæsiti.*
8 *Socius potest accusare de morte socij.*
9 *Conuictus vt accusare possit, arbitrio iudicis definitur.*
10 *Amicus suorum appellatione continetur.*
11 *Accusare an possit amicus.*
12 *Suorum iniuriam prosequens non agit ad pœnam conuentionalem.*
13 *Coniuncti quando ad accusandum admittantur.*
14 *Et inter eos datur ordo prælationis.*
15 *Et pluribus concurrentibus, qui sint præferendi, remiss.*
16 *Accusatore mortuo, vel impedito quomodo alter admittatur.*
17 *Clericus an possit accusare, n. 19. 20. & 21.*
18 *Et an possit excipiendo crimen opponere.*
22 *Accusare an possit miles nostri temporis.*
23 *Et an filiusfamilias.*
24 *Et quid in statu Ecclesiastico, vel in Regno Neap.*
25 *Et an minor.*
26 *Et quid in statu Ecclesiastico.*
27 *Et an mulier, vel vxor, aut sponsa.*
28 *Et quid in Regno Neapol.*
29 *Et an criminosus.*
30 *Et an infamis, & in quibus casibus.*
31 *Et quæ dicatur infamia iuris, aut facti, vel canonica, remissiuè.*
32 *Et quomodo constet de infamia facti, vt quis repellatur ab accusando, remissiue.*
33 *Et an Beroarij accusare possint.*
34 *Et an Iudæi, vel heretici, remiss.*
35 *Et an accusatus.*
36 *Et quid in Regno Neap.*
*36 *Inquisitio ex officio tollit omnes difficultates.*
37 *Et an excommunicatus.*
38 *Et quid si non fuerit oppositum de excommunicatione.*
39 *Et an inimicus.*
*40 *Inimicum potest accusare etiam in casu vitio, si cum reo se carcere constituat.*
40 *Et an pauper.*
Et quis dicatur pauper, remiss.
41 *Et an laicus accusare clericum.*
42 *Et an parentes filios, frater sororem, affinis affinem, vel econtra, remiss.*
43 *Et an alieno nomine liceat accusare, remiss. n. 47.*
44 *Et in Regno Neap. mulieres coniugatæ, & Vniuersitates per procuratorem accusare possunt.*
45 *Et an Syndicus vniuersitatis ad vnicam tantum causam possit accusare.*
46 *Et Vniuersitas potest agere pro iniuria facta vni de Vniuersitate.*
48 *Et Commater potest accusare de morte Compatris.*
49 *Et filia Sacerdotis de morte patris.*

1 NVnc *a* videamus, quæ personæ accusare possint, vel non. Et quia materia est satis trita, breuius, quam fieri poterit, me expediam. Plenius videri potest in titulis ordinariis, & apud Criminalistas *b* in suis rubricis. *c* In Primis igitur fac regulam, quod quilibet potest accusare, qui non est *a* iure prohibitus: nam hoc edictum est prohibitorum, vt dicit Spec. *in tit. de accus.* §. 1. *in primis verbis*, vel melius promissorium quia, scilicet generaliter omnibus illis permissum est accusare, qui expresse prohibiti non reperiuntur text. est *in l. qui accusare. ff. de accus.* Et in hac regulam ponunt communiter Doct. teste Ant. Gomes. *cap. 1. delict. num. 31.* Sunt autem aliquæ causæ, propter quas multæ personæ ab accusando repelluntur, scilicet aut propter dignitatem, vt clericus, & miles: aut propter defectum concernentem statum personæ, puta, filiusfamilias, vel seruus: aut propter defectum ætatis, vt pupillus, & minor: aut propter imbecillitatem sexus, *d* vt mulier; aut propter indignitatem personæ, vt criminosus infamis, damnatus, excommunicatus, & huiusmodi; aut propter defectum fidei, quia scilicet de eo plene non confidit, vt inimicus, & pauper. Aliquando etiam repellitur quis ab accusando propter reuerentiam, ad quam obligatur versus eum, quem accusare intendit, puta, si seruus, aut libertus, aut vasallus, velint accusare dominos suos, vel si laicus velit accusare clericum. Repellitur etiam quandoque propter amorem, ad quem obligatur, puta, maritus versus vxorem, *e* aut frater versus fratrem, de quibus omnibus videamus. b c d e

Scias tamen, quod huiusmodi quæstiones rarò in practica occurrunt, quia vt sæpius dixi, & generali consuetudine in omnibus ferè casibus per inquisitionem, seu ex officio proceditur, etiamsi nemo accuset. Et ideo iudices nunquam rejiciunt querelam ab alio porrectam propter aliquam ex prædictis causis, ex quo ipsi etiam sine querela partis possent ex officio procedere. Quinimò, talis querela aperit viam assumendi informationes, & inquirendi super illo delicto, etiamsi sit porrecta ab eo, qui de iure accusare non potest, vt quotidie videmus in practica obseruari. Benè verum est, quod in locis, in quibus seruatur ius commune, possent hæ quæstiones esse valde vtiles. Pariter etiam in locis, in quibus non possunt iudices super omnibus delictis ex officio procedere, prodessent in illis casibus, in quibus non posset procedi nisi ad querelam partis, quæ hodie succedit loco accusationis, vt dixi supra *q. 10. vers. scias autem.*

Volo *f* etiam, vt præsupponas vnum pro absoluto in hac materia, quod scilicet omnes illi, qui regulariter à iure prohibiti sunt accusare, admittuntur nihilominus indistinctè ad accusandum, si suam, vel suorum iniuriam persequantur, *l. hi tamen omnes, ff. de accus.* Et est communis Theorica Doctorum, vt attestatur Villalpand. *super l. 22. cap. 50. post num. 4.* magis enim fauendum est iis, qui propriam iniuriam persequuntur. Appellatione autem suorum in hoc proposito qui veniant, non est à iure determinatum, & Doctor. multum variè loquuntur, prout refert Anton. Gomes. *in cap. 1. delictor. num. 33.* vbi recenset quatuor opin. & tandem, quod vera, & communis opin. est, quod ille dicitur accusando prosequi suorum iniuriam, quando non cogitur contra eum, cuius iniuriam persequitur, inuitus dicere testimonium. *g* Tu vero dic, quod in hoc proposito appellatione suorum veniunt parentes, & descendentes omnes: item patroni, & patronæ, & eorum liberi, frater, soror, vxor, socer, socrus, gener, nurus, vitricus, nouerca, & priuignus. Et in hoc residet cum effectu Abbas *in cap. de cætero, nu. 7. de testibus*, cuius opin. dicit esse communem Felyn. *in c. cum dilect. nu. 9. de accusat.* cum refert Maranta *in suo Specul. fol. 84. num. 62.* & Carauita *super 192. ritu magna curiæ, num. 2.* Quod bene nota. f 2 g

Iul. Clar. Sentent. Pract. Crim.

Vu

3 Dixi *b* in primis, quòd aliqui propter dignitatem prohibentur accusare. Quæro, nunquid clericus possit accusare. Resp. quod sic dummodo ex eo crimine, de quo alium accusare intendit, non ingeratur pœna sanguinis: nam eo casu si accuset, efficitur irregularis, text. *est in c. post. de homici.* & est omnium communis sententia, vt ait Didac. *in clem. si furiosus de homici. fol.* 311. *ver.* *i Tertio eodem.* Bene verum est, quod si clericus in actu ipsius accusationis protestetur, quod non intendit agere ad vindictam corporalem, eo casu non efficitur irregularis, vt dixi infra *lib. 7. §. irregularitas.* Et hanc cautelam vidi sæpissime in pract. obseruari. Vide tamen, quæ *k* dixi infra *q. 24. vers. k Sed quid si clericus.*

4 Quæro etiam, nunquid miles, possit accusare. Resp. de iure communi milites prohibentur accusare, nisi suam, vel suorum iniuriam prosequatur, tex. est *in l. non prohibentur, & in l. qui de crimine, C. de accus.* debent enim milites curare ea, quæ ad militam pertinent, non autem se criminalibus litibus immiscere. Tu vero dic, quod hoc fortè poterat locum habere in militibus an-*l* tiqui temporis de quibus dixi *supra lib. 2. §. Miles, l* sed hodie milites nostri temporis indistinctè admittuntur ad accusandum. Et ita communiter concludunt Doctores omnes, vt dicit Nouel. *in tract. ad defensam, fol.* 73. *num.* 32.

Dixi etiam, quod propter defectum concernentem statum personæ aliqui prohibentur accusare. Exem-*m* plum in *m* seruo, & statu libero, qui alios accusare non possint, præterquam in nonnullis casibus exceptis.

n *n* Sed quid in filiola.? Respon. si accedat consensus 5 patris, nulli dubium est, quod poterit accusare. Pun-*o* ctus est, an possit accusare sine *o* consensu patris. Et in hoc gloss. *in l. fin. §. necessitatem in gloss. magna, in verb. imponenda, C. de bon.* quæ liberis, tenuit quod non. Et ita magis communi teneri attestatur pract. Carer. *fol.* 617. *post num.* 18. Sed certè quicquid dicat Carer. illa glo. communiter reprobatur, vt dicit Car. Alex. *in cap. accus. col. 9. ver. Idem secundum aliquos, 2. q.* 8. Hier. post Angel. *de malef. in verbo; Et ad querelam post n.* 81. Dicit etiam Pra. Papien. *in forma inquisitionis, in verbo, Contra & adversus, num.* 3. quod istud, quod filiusfam. non possit in iudicio criminali esse sine consensu patris, male per iudices obseruatur. Et ita videmus quotidie contrarium seruari, quod scilicet non requiratur consensus patris, siue filiusfa. accuset, siue accusetur de publico crimine. & fuit opin. Bartol. *in l. inter liberos, §. 1. ff. de adult.* quam dicit esse communem Hieron. *in loco præallega.* subdens non esse in iudicando ab ea recedendum: quem refert Carauita *super 201. ritu magna curia, num.* 5. Hoc idem attestatur Anto. de Tremo. *in addit. ad bona cap. in pra. exceptionum in rub. quibus modis suo no. ani. n.* 13. prout illum refert Villalobus *in sua collecta communium opi. in littera F, num.* 133. Et dicit Aret. *in cons.* 38. *in primis verbis*, quod ita est communis omnium sententia, quod in criminalibus, maxime vbi filius se defen-*p* dit, non requiritur patris consensus. *p* Ego certe nunquam vidi in practica dubitari, in causis criminalibus, an filiusfam. siue agendo, siue defendendo posset stare in iudicio sine consensu patris: sed semper vidi procedi, siue ageretur de crimine publico, siue de crimine priuato. Et ideo putarem minime mutanda esse, & c. Et licet Alb. *in l. pen. §. ad crimen, n.* 15. *ff. de publ. iudic.* dicat, quod aduocati communiter ad tollendum omne dubium faciunt interuenire patris consensum: ego tamen vidi sæpe contrarium obseruari: nihilominus abundans cautela non nocet.

q *q* Dicebam etiam, quod propter defectum ætatis, 6 nonnulli ab accusando repelluntur, prout est pupillus, qui non admittitur ad accusandum, nisi suam, vel suorum iniuriam prosequatur. *l. 2. §. Pupillus*, vbi Doctores *ff de accus.* Et est communis opi. vt ait Hieron. *in d. verb. Et ad querelam, post nu.* 29.

r Sed quid in maiore 14. anno minore autem 25.? *r* Respon. si est minor 20. ann. adhuc repellitur ab accusando: & ita videntur concludere communiter Doctores, vt dicit Abb. *in cap. 1. num. 10. de accus.* Intellige, nisi suam, vel suorum iniuriam persequatur, vt in pupillo supra dictum est, & ita hanc esse communem opin. attestatur Ant. de Tremo, *in loco præalleg. numer. 6. versi. ad illos casus*, prout illum refert Villalob. *in loco præall. in littera M, in verb. minor ante vigesimum.* 7 Si vero est maior 20. ann. tunc etiamsi sit minor 25. potest indistinctè accusare, etiamsi suam, vel suorum iniuriam non persequatur, ita tenet Bartol. *in d. l. 2. §. Pupillus, numero* 2. Et est communis opin. vt attestatur Alexand. *in l. de pupillo*, quam legit *cum §. præcedente, qui incipit. Si in publico, numero* 8. *ff. de noui. ope. nuncia.* quem refert Nouell. *in tract. ad defensam folio* 67. *numero* 13. Idem attestatur Zane. *in cap. 1. de accusat.* prout refert Hieron. *in loco præallegat. post numer.* 29. & Viuius *in lib. communium opin. in verbo, Accusare regulariter.* Hanc etiam dicit esse communem opin. modernorum Saly. *in leg. si cautiones, nu. 3. C. qui accus. non poss.* Sed quicquid sit de iure, consuetudo indistinctè admittit minores ad accusandum, dummodo 14. ætatis annum excesserint.

s Præterea dixi, quod propter defectum sexus mulier ab accusando repellitur, vt est text. *in leg. de crimine, C. qui accusa. non poss.* Scias tamen, quod si suam, vel suorum iniuriam prosequatur, non est ab accusando *t* excludenda, vt dicit text. *in d. leg. de crimine.* Hinc infertur, quod potest vxor accusare homicidam de morte mariti, & hanc est omnium receptissima sententia, vt attestatur Placa *libro 1. delictorum, capu.* 40. *numero* 2. subdens etiam, quod est obseruantior, quam ipse viderit; sunt enim maritus, & vxor, tanquam duo in carne vna. *s* 8 *t*

Dixi quoque, quod propter indignitatem personæ 9 multi accusare prohibentur. *u* Quæro ergo, nunquid *u* criminosus repellatur ab accusando. Respon. Hæc quæstio potest multis modis contingere, nam aut loquimur de criminoso nondum diffamato, nec accusato; aut de iam diffamato, & nondum accusato; aut de accusato nondum condemnato, neque absoluto; aut de iam absoluto; aut de iam condemnato. Primo casu, quando loquimur de criminoso nondum diffamato, nec accusato, distinguendum est inter forum ecclesiasticum, & seculare, *x* nam in foro ecclesiastico *x* talis criminosus regulariter repellitur ab accusando, nisi suam, vel suorum iniuriam persequatur, & hoc de iure canonico tenetur pro cauto, ut dicit Car. Alexan. *in c. prohibentur, vers. nota, quod regulariter 2. quæst.* 1.

Quinimo de iure canonico non modo criminosus, sed etiam simpliciter constitutus in peccato mortali, de quo pœnitentiam non egerit, repellitur ab accusando, & hanc dicit esse communem opin. Berous *in dict. cap. 1. nu. 35. de accusa.* Multum autem interest inter criminosum, & peccatorem, vt ibi per te videre poteris. Sed certe si peccatores non admitterentur ad accusandum, nullus reperitur, qui posset accusare: de iure autem ciuili, propter crimen quis ab accusatione non repellitur, nisi ex eo factus sit infamis, vt infra dicam.

y Secundus est casus, quando loquimur in criminoso *y* nondum accusato, sed tamen de ipso crimine iam diffa- 11 mato. Et tunc siquidem crimen est tale, ex quo non resultet infamia, non est de eiusmodi diffamatione curandum: Si vero ex tali diffamatione *z* effectus est infamis, videndum est generaliter, nunquid infamis possit *z* accusare

accusare. Et in hoc scias esse distinguendum inter infamiam iuris, & infamiam facti. Nam infamis infamia iuris prorsus repellitur ab accusando, tam de iure ciuili, quam de iure canonico, *c. infames, 6. q. 1. l. qui accusare, C. de accus.* & hæc est communis, & indubitata conclusio, vt dicit Hieron. post Ang. *de malef. in verbo, & ad querelam, post n. 23.* Infamis autem infamia facti, de iure canonico repellitur ab accusando, sed de iure ciuili admittitur. Et ita tenent communiter Doctores, vt dicit Berous *in d. c. 1. nu.* 44. Hanc etiam opin. dicit esse communem Hier. *in loco praelleg.* quem refert Vinius *in libro commun. opin. in verbo, Accusare non potest.* Quis autem dicatur infamis infamia iuris, & quis infamia facti, dixi supra *lib. 2. §. Infamis.*

a *a* Tertius est casus, quando agitur de criminoso iam
12 accusato. Et tunc est distinguendum, nam aut nomen ipsius accusati nondum est receptum inter reos: & tunc potest accusare de maiori crimine, nedum quem-
b cunque extraneum, sed etiam suum accusatorem. *b* De pari autem, seu minori crimine neminem accusare potest, nisi suam, vel suorum iniuriam persequatur, secundum opin. Azo. quam dicit esse communem, Imola *in l. is, qui reus, num. 21. ff. de publ. iud.* Marian. *in cap. 1. nu. 67. de mutuis petitio.* Et hanc opin. quantum ad hoc,
c quòd possit *c* prosequendo suam iniuriam reaccusare suum accusatorem, & quòd super vtraque sit procedendum, dicit seruari Bald. *in l. 1. post num. 21. versic. dicunt ergo: C. qui accus. non poss.* Odof. autem tenuit, quòd etiam de pari, vel minori possit accusatorem suum reaccusare. Et hæc opin. per totam Italiam de consuetudine obseruatur, vt dicit Gand. *de malef. in titul. qui accusare poss. n.* 41. quem refert August. ad Angel. *de malef. in d. verbo & ad querelam, post n. 62.* Et ideo ab hac sententia non putarem in practica recedendum, reo ta-
d men prius in carceribus constituto, vt statim dicam. *d* Postquam autem eius nomen est receptum inter reos, potest de maiori crimine alium, quam accusatorem suum accusare.

e *e* Et hanc partem sequuntur communiter Doct. vt dicit Imol. *in d. l. is, qui reus, num.* 17. Quinimo potest etiam ipsummet accusatorem suum reaccusare de maiori crimine, modo suam iniuriam persequatur. Et hæc est communis opin. vt dicit Marian. *in d. cap. 1. post nu. 73. versic. Aduerte etiam.* Et hoc etiam dato, quod ille, qui primo loco accusauit, pariter & ipse suam iniuriam persequeretur, adhuc enim potest accusatus illum reaccusare, & super vtraque accusatione pariter erit procedendum, quicquid dixerit gloss. *in d. l. is, qui reus, in verbo, Accusare,* contra quam est communis opin. vt dicit Imola *in ea. l. is qui reus, post num. 6. versicul. in ea, gl. ibi, quod accipe,* Marian. *in d. c. 1. post numerum 73. ver-*
f *sic. & prædicta procedunt, f* sed si secunda accusatio esset de minori crimine, vel æquali, tunc dicit Angel. *in l. qui prior, post num. 2. vers. quandoque vtraque, ff. de iud. & in l. quoniam, post num. 1. C. de adul. g* quod licet ordo natu-
g ralis causarum postularet, quod prius super prima, deinde super secunda accusatione cognosceretur, nihilominus gratia minuendarum litium, poterit super vtraque cognosci. Et ponit exemplum. Accuso te de vulnere mihi illato, tu accusas me de falso, & quod falsam accusationem instituit: certe dicit ipse ista crimina inuicem se contingunt, & potest dici, quod vnum non sit maius alio. Et ideo ait consuetudine obtentum esse, quòd super vtroque procedatur, & quòd ex probationibus hinc, & inde factis feratur sententia super vtroque iustitia mediante. Et hoc dictum Angel refert Afflict. *super 2. parte const. Reg. rub. 20. nu. 1.* Eandem opin. de consuetud. obseruari attestatur idem Angel. *in l. 1. num. 5. C. de calumn.* subdens, quòd hæc practica sibi videtur commendabilis. Et illum refert Io. de Anan. *in c. 1. num. 10. de calum.* subdens, quod est bonum verbum, & notandum, & Socin. *consil. 118. num. 1. in fin. lib. 1.* dicens ei credendum esse de hac consuetudine attestanti. Apud nos autem regulariter non admittitur in practica querela accusati, contra querelam accusatoris, super eodem facto, nisi reus sit personaliter in iudicio constitutus: Alias enim esset destruere totam practicam criminalem, quia per indirectum reus admitteretur ad faciendum suas defensiones extra carceres, quod non est dicendum, & ita hic obseruatur, etiam si secunda querela sit de grauiori delicto. Vbi verò reus est in iudicio Personaliter constitutus, semper admittitur querela contra querelam, siue de maiori, siue de minori crimine agatur, quando crimina se inuicem contingunt, vt loquitur Angel. *in locis praelleg.* Et super vtraque proceditur, &c. Cæterum vbi crimina se non contingerent, forte in aliquibus locis seruaretur communis opin. vt non admittatur reus ad reaccusandum, nisi de maiori crimine, & in quo suam iniuriam prosequatur, vt supra dixi. Sed in hoc Ducatu, in quo potest fere de quocunque crimine ex officio inquiri, hæc exceptio parum prodesset, nam ad instantiam fisci solent semper, & super omnibus assumi informationes ex officio, nulla habita ratione, an super eo crimine posset procedere accusatio. Et ita vidi pluries obseruari. Bene verum est, quod si iudex videt, quod accusans reaccusauerit suum accusatorem, vt illum diuertat à prosequendo accusatione, solet quandoque accipere fideiussorem ab accusatore de se constituendo, quotiescunque iudici videbitur, & supra prima accusatione procedere. In regno autem Neapol. hæc omnia sunt superflua, cum enim nemo admittatur ad accusandum, nisi suam, vel suorum iniuriam prosequatur, indistinctè admittitur accusatus ad reaccusandum suum accusatorem, vt declarat Maranta *in suo Specul. fol. 43. numero* 48. subdens, quòd hodie in Regno nulla causa est, præiudicialis alteri, sed super vtraque eodem tempore proceditur. Idem tamen Maranta *ibi. numero* 55. allegat quendam ritum magnæ curiæ, secundum quem dicit non admitti accusatorem ad reaccusandum, & consequenter correcta esse iura communia, & etiam constitutiones regni. Tu vide Carauitam *super ritu* 163. Ego enim nolo super his multum laborare: satis est ea transeundo attigisse: & ideo illa Regnicolis diffinienda relinquo. Vide tamen tu Regnicola Gramma. *super constit. reg. fol. 64. colum. 3. in fin.* vbi dicit iudicatum fuisse per Consil. Neapol. quòd quando vtraque querela oritur ex eodem fonte, potest super vtraque eodem contextu procedi. Et ita seruauit Magistratus in quadam causa ardua superioribus diebus in qua vnus, cuius famuli deprehensi fuerant conducere bladum extra territorium, falsus est delictum, *h* & querelauit h officialem, quod eius consensu illud conduci faceret, petens se liberari virtute edictorum publicatorum, ex quorum dispositione denuncians officialem consentientem fraudibus consequitur impunitatem: nam fuit admissa querela istius cum fideiussione scutorum mille de comparendo, quandocunque visum fuisset magistratui, & cœptum est super vtraque querela procedi, & causa adhuc pendet. Solet etiam Senatus quandoque ex causa, vbi videt secundam accusationem esse calumniosam, mandare, vt super prima Prius procedatur, prout factum fuit in causa cuiusdam D. Margaritæ Cubellæ, 24. Octobris 1555. A. C. & aliàs sæpe.

Quando autem criminaliter accusatus possit accusatorem suum ciuiliter reconuenire, dixi supra *quæst. 2. vers. Aut quæris.*

i Sed hic incidenter quæro, quando nomen accusa- i

13 ti dicetur receptum inter reos. Respond. In hoc articulo Doctores variè locuti sunt. Tu verò dic, quod regulariter si reus est præsens in iudicio, per litis contestationem dicitur eius nomen k receptum inter reos, & hæc fuit opin. Petri, quam consuetudo approbare videtur, vt dicit Bald. *in l.1. post numero 31. C. qui accus. non poss.* vt dicit Villal. *super l.12. cap.29. in vlt. verbis*, quod ita magis communiter concluditur: nam (secundum eum) ex consuetudine non fit aliquis actus describendi inter reos, tanquam actus separatus, prout etiam id non esse in vsu attestatur Saly. *in d.l.1. numero 15. in fin.* sed soluminodo fit litis contestatio: ideoque dicendum est, ex ipsa litis contestatione dici receptum esse nomen accusati inter reos, ita quod statim, quod iudex interrogat reum, an commiserit ipsum delictum, in quo imputatur, illico siue reus confiteatur, siue neget, facta responsione, dicatur eius nomen receptum inter reos. Et in hoc nulla videtur esse difficultas: talis enim interrogatio iudicis, & responsio rei inducit litis contestationem, vt dixi infra *q.45. circa princ.* Si vero reus non est detentus, sed proceditur contra eum absentem, iuxta formam iuris communis in casibus, in quibus eo iure permissum est contra absentem procedi, vel statutorum id permittentium, tunc siquidem ex parte rei sunt propositæ exceptiones concernentes merita causæ, & reus est contumax, statim in primo termino contumaciæ, dicitur eius nomen receptum inter reos, quia ex dispositione statutorum contumax habetur pro confesso, & consequenter etiam pro præsente: & ideo contumacia, quo ad hoc, succedit loco veræ confessionis, & contestationis litis. Si verò opponuntur exceptiones dilatoriæ, siue declinatoriæ, puta, concernentes incompetentiam iudicis, vel inhabilitatem accusatoris, vel huiusmodi, tunc quando iudex declarat super ipsis exceptionibus, & illas expresse rejicit, vel eis non obstantibus procedit ad vlteriora, dicitur nomen imputati receptum inter reos, & non ante. Et hæc est distinctio Bartol. *in d.l.is, qui reus, numero 3. ff. de publ. iud.* quam dicit esse communem Alexand. *in l. cum mulier, numero 6. ff. solut. matrimon.* Et dicit Angel. *de malef. in verbo, Et ad querelam, numer.61.* quòd hæc opin. Bart. *in practica* obseruatur, quam refert Cardin. Alexand. *in d. cap. de accusatione, colum.8. circa med. 2. quæst.8.* & Hieron. in Apostill. ad Ang. *in loco praall.* dicit, quod est vera & communis.

14 Quartus est casus, quando loquimur in accusato, qui tamen fuit de ipso crimine absolutus, & hoc casu cessat omnis difficultas; talis enim proculdubio poterit post absolutionem etiam ipsummet accusatorem suum accusare. Et ita tenent omnes Doctores, vt dicit Marian. *in d.c.1. num.8. de mut. peti.* licet dicat, quod de iure canonico, quo ad ipsum accusatorem non transit sine dubio.

15 Quintus est casus, quando loquimur de criminoso iam condemnato, & tunc etiam est distinguendum. Nam aut condemnatio est talis, propter quam condemnatus non amittat famam, nec ciuitatem, neque libertatem & hoc casu dicendum est, quod pariter poterit accusare, & ita concludunt Doctor. vt attestatur Marian. *in d.cap.1. post num.81.* Aut vero propter condemnationem amisit famam, sed non ciuitatem, nec libertatem, & tunc aliqui dicunt, quod potest accusare suum accusatorem, etiamsi suam iniuriam non persequatur. Extraneum vero non potest accusare, nisi suam iniuriam persequatur. Et dicit Imol. *in l.is, qui reus, post nu.13. vers. in ea, gl. ibi.* ei dicit, quod ita tenent communiter Doct. Hanc etiam dicit esse communem opin. Marian. *in d.cap.1. nu.82. de mut. pet.* Alij vero indistinctè tenent, quod criminosus damnatus de crimine publico per sententiam non potest accusare, & hanc dicit esse communem opin. Bero. *in d.cap.1. numer.25. & seq. de accusatio.* quæ etiam mihi magis placet, ex quo talis proculpubio efficitur infamis, vt dixi infra *q.72. versic. damnatus publicè*: meritò est ab accusando repellendus, iuxta ea, quæ dixi *supra versic.* secundus est casus, quem tamen intellige, vt procedat, nisi suam vel suorum iniuriam persequatur, nam eo casu non est ab accusatione repellendus. Adde, quod hæc conclusio locum habet etiam in criminibus exceptis, nam huiusmodi infamis ex damnatione publici iudicij, neque etiam in illis admittitur ad accusandum, ita tenet gloss. *in l. qui iudicio publico, in verb. mortem, ff. de accusat.* & est communis opin. vt dicit Berous *in d cap.1. nu.43. de accusatio.* Aut vero per talem condemnationem amisit ciuitatem, vel libertatem: & tunc non poterit de nouo accusare, sed bene poterit accusationem iam inchoatam prosequi, non solum aduersus suum accusatorem, sed etiam aduersus extraneum, & ita communiter tenetur, vt ait Imol. *in d.l.is, qui reus, num.15.* Hanc etiam opin. dicit esse communem Marian. *in d.cap.1. num.83. de metu peti.* Et hæc omnia bene nota, quia fortè non inuenies alibi tam clare posita.

l Quæro, nunquid excommunicatus possit accusare. l 16 Respond. quod non: nam excommunicatus non potest stare in iudicio, vt dixi supra *libro 2. §. excommunicatus*: & est receptissima Doctorum sententia, vt dicit Placa *lib.1. delictorum, cap.44. num.10.* Quæ quidem locum habet etiam in foro ciuili: nam (vt dixi in loco prææallegato) quamuis hoc, vt excommunicatus non possit stare in iudicio, sit introductum de iure canonico, tamen seruandum est etiam in foro Cæsareo.

m Vlterius dixi, quod nonnulli repelluntur ab accusando, m 17 quia lex de eis plene non confidit, prout est *n* inimicus. n Scire tamen debes, quòd hoc non omnino absolute procedit, sed est distinguendum secundum qualitatem inimicitiæ. Non enim ex quolibet odio, quis est prohibendus, ne alium accuset, secundum Vinc. *in capit. repellantur, de accusatio.* quem sequuntur communiter Doct. vt dicit Hieron. post Ang. *de malef. in verbo, Et ad querelam, post nu.37.* alias pauci essent, qui possunt accusare. Certum est enim, quod nullus amicus alium sibi amicum accusat, sed semper accusationem præcedere solet aliqua animorum offensio. *o* Ceterum si esset inimicitia capitalis, o vtique talis inimicus esset ab accusatione repellendus. Et ita communiter tenetur, & seruatur, vt dicit Angel. *in loco preallegato, numer.36.* vbi etiam Hieron. in Apostil. dicit, quod ita tenent communiter Doctor. Hanc etiam dicit esse communem opin. Berous *in d.c.1. nu.47. & seq. de accusation.* talis enim præsumitur potius accusare ad priuatam vindictam, quam zelo iustitiæ, hoc tamen intellige, nisi propriam iniuriam persequeretur, tunc enim nullo modo esset ab accusatione repellendus. Quæ autem dicatur capitalis inimicitia, 18 vel non, relinquitur arbitrio iudicis, vt dixi infra *q.24. vers. item quæro.*

p Sed hic etiam quæro, nunquid pauper repellatur p ab accusando. 19 Solet enim lex de pauperibus non multum confidere. Respond. quod regulariter pauper repellitur ab accusando, qui scilicet habeat in bonis minus quam quinquaginta aureos, vt dicit text. *in leg. nonnulli, ff. de accusatio.* Benè verum est, quod si talis pauper est bonæ, 20 & honestæ fidei, & vitæ, & non suspectus propter paupertatem, non repellitur ab accusando, secundum gloss. *in d.l. nonnulli, in glos. unica,* quam sequuntur omnes, vt ait Berous *in d.cap.1. post nu.54.* subdens,

dens, non esse ab ea consulendo, aut iudicando rece-
q dendum. Quis autem q dicatur pauper, dixi supra *libro 2.§.pauper.*

r r Propter reuerentiam dixi etiam aliquos repelli ab
21 accusando, puta, si laicus velit accusare, seu denunciare criminaliter clericum de aliquo crimine, non enim admittitur, nisi suam iniuriam persequatur. Et hæc est communis opin. vt dicit gloss. *in summa, 2. quæst. 7. in gl. vnica.* Et hoc omnes admittunt secundum Foller. *pract. crim. canon. fol. 48. num. 43.* quæ etiam locum habet (secundum aliquos) in clericis primæ tonsuræ, vt scilicet de iure, neque ipsi à laicis accusari possint, licet hoc priuilegium, quo ad ipsos, in desuetudinem abierit, vt attestatur Pract. Casoni, *fol 99. num. 5.* Ratio autem huius conclusionis est maleuolentia laicorum versus clericos, propter quam laici præsumerentur potius moueri odio, quam zelo iustitiæ, si clericos accusarent. Adde, quod neque etiam admittitur laicus ad proponendum crimen ciuiliter contra clericum. Et est communis regula, vt ait Fel. *in c. ex parte, nu. 6. & sequent. de testib.* Scias tamen, quod quando in accusando versatur crimen, siue ius publicum, puta, dilapidationis bonorum ecclesiæ, tunc quilibet laicus etiam extraneus admittitur ad accusandum clericum, & ita tenent communiter Doctores, vt ait Ferret. *consil. 183. nu. 3.* Præterea scias, quod quilibet laicus etiam extraneus potest accusare clericum, prosequendo suam, vel suorum iniuriam corporalem, etiam criminaliter, & ita tenent omnes Doctores vbique, vt attestatur Ferret. *in d. cons. 183. post n. 4. vers. Quinto corroborantur.*

22 Sed nunquid potest patronus laicus accusare clericum institutum in ecclesia, in qua est patronus? Resp. gloss. *in d. cap. ex parte, in verb. Tacite, in fin.* tenuit, quod sic, sed certè communiter tenetur oppositum, vt attestatur Aret. *in c. cum dilectis, post n. 10. de accus.* Bene verum est, quod in libro meo illa glos. dicit totum contrarium eius, ad quod allegatur, videtur enim tenere quod non potest accusare, sed admittatur ad denunciandum. Vide, quæ dixi supra *q. 7. vers. quæro etiam.*

23 Sed quæro, nunquid vasallus possit accusare dominum de delicto. Respon. quòd licet inter Doctores sit controuersia, an possit illum criminaliter accusare, tamen quòd possit ciuiliter, hoc ab omnibus communiter receptum, vt ait Gratus *cons. 1. n. 60. lib. 1.* Vide, quæ dixi inf. *lib. 7. §. Actio.*

f f Item quæro, nunquid possit quis nomine alieno
24 accusare. Respond. quod regulariter non potest. Hinc infertur, quod syndicus vniuersitatis non potest aliquem accusare nomine syndicatorio, sed opus est, quod accuset suo nomine, ad vtilitatem tamen ipsius vniuersitatis. Et hæc est communis opin. Legistarum, vt attestantur Scribentes in *cap. dilectus, el 2. de simon. & in specie* Ioan. Andr. *super Gl. pen.* & Anch. & Henr. Boic. & Anan. *num. 16.* quos referunt August. & Hieron. post Ang. *de malef. in d. verbo, Et ad querelam, post num. 20.*
25 Sic etiam potest tutor nomine suo accusare ad vtilitatem pupilli, sed tenetur proprio se inscribere, secundum communem opinionem, vt dicit Anan. *in cap. 1. num. 20. de calumn.* Villalpamd *super l. 22. cap. 29. numer. 3. in fine.* Sed certè Bald. *in l. 1. num. 35. C. de accusat.* tenuit indistinctè, quòd syndicus vniuersitatis possit in iudicio capitali comparere pro ipsa vniuersitate, tam
t accusando, quam defendendo, & subdit, quod ita tenent omnes Doctores; quæ opin. mihi magis placet, & ita etiam videtur consuetudo illam approbare. Posset autem contraria opinio, procedere, loquendo secundum dispositionem iuris communis, secundum quam accusans subijcitur pœnæ talionis. Sed postquam hodie sublata est illa pœna talionis, non video, cur vniuersitas non possit accusare per syndicum, vel procuratorem, sicut quilibet alius, iuxta ea, quæ dixi infra *quæst. 32. versic. quæro nunquid.* Et idem dico in tutore.

Quæro, u an compater, vel filius spiritualis, quem u
vulgo x filiastrum appellamus, admittatur ad accusan 25
dum pro iniuria, vel offensa facta eius compatri, vel x
patri spirituali. Respond. quod sic. Ita tenet Bald *in l. 1. n. 57. C. qui accusar. non poss.* licet dicat se nescire, quod de hoc reperiatur lex, neque decretalis Maior enim est cognatio spiritualis, quam carnalis. Et (ni fallor) Placa *lib. 1. delictorum, c. 40. num. 11. in fi.* dicit, quòd nemo vnquam Doctorum refragatus est.

Quæro, an filij illegitimi admittantur ad accusan- 16
dum de morte eorum patris. Respond. si quidem sunt naturales, i. nati ex soluto, & soluta, non modo admittuntur ad accusandum, sed etiam præferuntur cæteris consanguineis, ita tenet Bald. *in d. l. 1. num. 50. C. qui accus. non poss* Et est receptissima omnium sententia, vt dicit Placa. *lib. 1. delict. cap. 41. num. 5.* y Si vero sunt spurij, y
adulterini, vel incestuosi, non admittuntur, & est 17
communis opin. vt dicit Felin. *in c. nonnulli, §. sunt & alij, num. 58. de rescript* & Villalpand. *in l. 22. § 42. num. 7.* prout illos refert Placa *in d. c. 41. num. 26. in fin. & seq.* Tales enim filij, vt à lege reprobati, pro filiis non habentur, cum certum patrem non agnoscant: Et ideo vbi certum patrem agnoscerent, fortè non essent ab accusatione repellendi. Et ita concludunt communiter Doctores, vt attestatur Petrus Bellus *de re milit, fol. 139. num. 64.*

Sed an tales filij spurij poterunt accusare de morte 18
eorum matrum. Respond. quòd sic: Et est omnium receptissima sententia, vt dicit Placa *in d. c. 41. n. 29.* certa est enim mater, & quo ad ipsam lex eos pro filiis accipit, vt dixi supra *lib. 2. §. Filius*, quòd tamen intelligendum est, vt procedat, modo tales spurij non sint nati ex damnato coitu, & à lege prohibili. Vide, quæ dixi infra *q. 58. vers. Scias autem.*

ADDITIONES

Ad Quæst. XIV.

Nunc videamus] Plenè Farin. *de accusat. qu. 12. vol. 1.* vbi etiam a
enumerat casus plures, in quibus quis ab accusando repel- 1
litur. Rof.

Nunc videamus] adde, quod in primis, & ante omnia discutiendum est de legitimatione personarum tam accusatoris,
quam accusati, siue velit accusare nomine proprio, siue alieno, 2
nisi in exceptione excommunicationis, quæ licet sit dilatoria, tamen de ea etiam post litem contest. tam proponi, & cognosci potest propter periculum animæ; & in exceptione dilatoria, quæ reddit iudicium retro nullum ipso iure, vt est exceptio falsi procuratoris, Bero. *in c. 1. n. 5. cum seq. de accus.* Baiar.

b *In suis rubricis*] Et vide præcipue per Bonifac. de Vitalin. *tit. qui accus. non poss qui in fin.* duas ponit fallentias & quarum secunda est de criminibus exceptis, ideo etiam ibid. Vide quæ sint crimina excepta. *Giach.*

c *In primis igitur*] adde, quod si statutum dicat, quod quili- 3
bet possit accusare de tali crimine, restringitur ad habilem Paul. de Castr. *in l. 2. §. Prætor, n. 5. ff. qui satisd. cogan.*

Adde, quod consanguineus potest accusare, quando suorum 4
prosequitur iniuriam criminaliter, non autem ciuiliter, Foller. *in pract. crim in versic. Audiantur exceptiones, n. 55.*

Item adde, quod quando quis suam propriam iniuriam pro- 5
sequitur, potest accusare de quacunque iniuria, sed prosequendo offensam suorum accusat, cum mortem duntaxat propinquorum vindicat, *d. l. hi tamen, ff. de accusat in prin.* & ita tenet Decian. *in tract. crim. tom. 1. lib. 3. c. 5. num. 6.*

Item adde, quod si pater querelauit de iniuria filio, vbi filius 6
repelleretur, repellitur etiam pater, si autem ex forma querelæ apparet eum accusasse de iniuria facti sibi patri, per personam filij, tunc non repelleretur, Fol. *in pract. crim. versic. banniantur, num. 58.*

Item adde, quòd pater potest prosequi mortem sui filij; na- 7
turalis, id est ex concubina retenta in domo, secus in vulgo quæsitis, Bald. *in l. 1. nu. 133. C. qui accus. non poss* & Dec. *in tract. crim. tom. 1. lib. 3. cap. 5. num. 12.*

8 Item adde, quod socius poterit accusare de morte † socii in mercatura, vel in aliquo artificio, Masuet. *in pract. crimin. titul. de expens. intereſſ. & damn fol. 107. colum. 2. verſic. Item per homicidium.*

9 Item adde, quod remittitur arbitrio iudicis, quæ dicatur persona coniuncta, vt accusare poſſit, secundum Menoch. *de arbitr. caſ. 146. num* 8.

10 Item adde, quod appellatione ſuorum continetur amicus. † singulari amicitia coniunctus, vt tenuit Bal. *in l. 1. num. 33. C. qui accuſ.* licet fateatur hoc non ex proprietate ſermonis, ſed fictè: & quod amicus accuſare poſſit, tenet Decian. *in tractat. crimin.*

11 *tomo* 1. *libro* 3. *cap.* 5. *numer.* 13. *cum ſeq.* quod forſan intelligendum eſt, quando non extant conſanguinei.

Sed vide Plac. *epito. delict. lib.* 1. *c.* 43.

12 Item adde, quod qui ſuorum iniuriam proſequitur, non poteſt agere ad pœnam conuentialem, Iaſ. *in l. ſi ita ſtipulatus*, §. *Gryſonus, ff. de verb. oblig.* Gram. *conſil.* 11. *n.* 27. & Menoch. *de arbitr. caſ.* 262. *n.* 4.

13 Item adde, quod nunquam poſſunt coniuncti accuſare, niſi prius videatur, an principalis offenſus velit accuſare, *l. Senatus, ſecundum vnum intellectum.* & ibi Bal. *in princ. C. de his qui ac-*

14 *cuſ. non poſſ.* & inter coniunctos eſt ordo prælationis ex gradu, caritate, dignitate, ætate, & ſexu, Bal. *in l. prius, C. eod. tit.* Et qui

15 ſint præferendi, quando plures concurrunt, vide omnino Gomez. *de delict. c.* 2. *numer.* 15. *verſic. ſi vero plures, & ibi numero*

16 *ſequenti* habetur, quomodo, & infra quantum tempus, ſi accuſator moriatur, vel alias impeditus, alius admittatur. *Baiar.*

d *Vt mulier.*] Quid de vxore, an poſſit nomine ſuo accuſare occiſorem mariti ſui, vide per Boer. *deciſio.* 233. vbi decidit poſſe. *Giach.*

e *Aut frater verſus fratrem*] De fratre & ſorore *vide l. ſi magnam, & l ſi ſororem, C qui accuſare non poſſunt, iuncta l. Laura, ff. de accuſ. cum his quæ ſcribit.* Natt. *conſilio* 466. *numero* 11. Roſ.

17 f *Volo etiam*] ad hæc vide Far. vbi ſupra, *n.* 17. Roſ.

g *Tu vero dic.*] Appellatione ſuorum qui veniant, vide Iaſ. *in §. aq. n.* 23. *Inſtit. de act.* Crauet *conſil.* 22. & in hoc propoſito proſequendi iniuriam, *conſil.* 119. *per totum.* Drog.

Tu vero dic.] Idem Far. *tit.* 58. Roſ.

h *Dixi in primis*] Far. *d. loco n.* 12. Roſ.

Dixi in primis] adde videndum D. Farin. *in d. q.* 12. *numer.* 12.

18 vbi concludit, clericum non poſſe accuſare niſi proſequendo ſuam propriam offenſam, vel eccleſiæ, vbi tamen pœna ſanguinis non veniret imponenda.

19 Item adde, quod clericus per viam exceptionis crimen opponere poteſt, etiamſi pro eo pœna ſanguinis veniret imponenda, vt tenent omnes *in c. ſuper his, de accuſat.*

Item adde, quod clericus accuſare poteſt, ſi ciuiliter ageretur, quia ceſſat ratio pœnæ ſanguinis, nam poteſt intereſſe ſuum proſequi ciuiliter, quo caſu licet videretur iudici imponere pœnam ſanguinis, tamen nihil imputandum eſſet de clerico accuſanti, *c.* 2. *de homicid.* Et ad ſupradicta vide Dec. *in tract. crim. tom.* 1. *cap.* 10. *lib.* 3.

20 Item adde, † quod clericus regulariter clericum accuſare poteſt, *c. ex parte, c. licet, & c. veniens, de accuſat.* & late per Dec. *in d. tract. crim. c.* 10. *num.* 17. *cum ſequen. lib.* 3. vbi ponit duas limitationes. *Baiar.*

21 i *Bene verum eſt*] adde, † quod idem eſt, etiam ſi poſtea pœna ſanguinis eſſet commiſſa, & sciuiſſet pro certo clericus, eam pœnam imponi debere, & accuſatum eſſet moriturum, quia nullam irregularitatem incurrit ſtante d. proteſtatione, Folle. *in pra. crim. canon. c.* 4. *nu.* 38. *fol.* 47. *Ba.*

k *Sed quid ſi clericus*] Ibi affirmat. quod clericus efficitur irregularis, ſi patiatur quis ex accuſatione ſua pœnam ſanguinis; De qua tamen materia vide latius per Fel. *in c.* 1. *de offic. deleg.* & ibi Doct. omnes. *Drog.*

Sed quid ſi clericus] Vi omnino tex. qui tollit omne dubium *in c.* 2. *de homicid in* 6. Giach.

22 l *Sed hodie*] adde, quod ſecus eſſet in militibus etiam noſtri temporis, qui eſſent in caſtris, quia in eis militat eadem ratio, ne deſerant militarem diſciplinam; ita tradit Decian. *in tract. crim. tom.* 2. *lib.* 3. *c.* 16. *n.* 7. in quo capitulo latè, quando milites accuſare poſſint. *Baiar.*

m *In ſeruo.*] Far. *nu.* 60. Roſ.

n *Sed quid in filio familias.* Adde videndum Decian. *in tract. crim. tom.* 1. *libr.* 3. *cap.* 9 vbi latè, quando filiusfamilias poſſit accuſare, vel non, & quando patris conſenſus requiratur; vide etiam Farin. *quæſt.* 12. *num.* 10. vbi vna cum D. Claro atteſtatur, ſe nunquam vidiſſe in practica dubitari in cauſis criminalibus,

23 an filiusfamilias, ſiue agendo, ſiue defendendo poſſit ſtare in Iudicio ſine conſenſu patris; ſed quod ſemper vidit ſine dicto conſenſu procedi, ſiue de publico, ſiue de priuato crimine ageretur, prout ego quoque vide practicari. *Baiar.*

o *Conſenſu patris*] Far. vbi ſupra, *n.* 10. Roſ.

p *Ego certe nunquam vidi in practica dubitari*] adde, quod 24 in ſtatu Eccleſiaſtico fuit expreſſe prouiſum per Conſtit. Marc. *cap.* 17. *libro* 4. quod filiusfam. poſſit accuſare, denunciare, & ſe defendere ſine conſenſu patris, ſiue curatoris auctoritate, ſi multum vrgentia præcedant indicia contra ipſum, & quod habeat legitimam perſonam ſtandi in iudicio in criminalibus, tam in primis cauſis, quam in cauſis appellationum, & in Regn. Neapol. fuit prouiſum *per ritum* 201. & 191. Carau. quod filiusfam. non admittatur ad denunciandum, niſi ſe obliget ad certam pœnam de probando ipſam denunciationem, & non concordando cum denunciato ſine licentia Curiæ, cui obligationi patre conſentiat, vel niſi conſtet Curiæ, quod habeat de aliis bonis, de quibus poſſit ſolui dicta pœna; quæ pœna per deſuetudinem iam receſſit ab aula, vt ait Gramma. *deciſio.* 39. *in fine. Baiar.*

q *Dicebam etiam*] Far. *nu.* 15. Roſ.

r *Sed quid in maiore*] Far. *d. loco.* Roſ.

Sed quid in maiore 14.] adde, quod in hac quæſtione quatuor 25 ſunt opiniones; & iſta eſt magis communis, quod maior 20. annis indiſtincte in omnibus criminibus etiam quod ſuam, vel ſuorum iniuriam non proſequatur, accuſare poſſit: Si vero ſit minor 20. annis, ſiue pubes, ſiue impubes in criminibus exceptis accuſare poteſt, cum auctoritate tamen tutoris, vel curatoris; ſi vero non agitur de criminibus exceptis, minor 20. annis ab accuſando repellitur, niſi ſuam, vel ſuorum iniuriam proſequatur, ſed cum curatoris auctoritate, ſi adultus ſit; vel ſi infans, tutor eius nomine accuſabit, & non alius ita Bero. *in cap.* 1. *numero* 50. *de accuſat.* & D. Farin. *in quæſt.* 12. *numer.* 15. & nunquam vidi hanc conſuetudinem, de qua D. Clarus hic atteſtatur, quod ſcilicet indiſtincte admittatur minor ad accuſandum, dummodo ætatem 14. annorum exceſſerit; quem ſequitur D. Farinac. vbi ſupra, dicens, quod ipſe etiam ita indi- 26 ſtincte vidit ſeruari in Vrbe: ſed ego inueni in multis locis ſtatuta ita diſponentia, & præſertim in ſtatu Eccleſiaſtico adeſt Conſtit. Marchiæ *in libro* 4. *cap.* 17. qua prouiſum fuit, vt minores 14. annis in cauſis criminalibus habeant legitimam perſonam ſtandi in Iudicio, tam in primis cauſis, quam appellationis, quæ Conſtitut. per Bullam Pauli III. de qua in prin. ipſarum Conſtitutionum, ſeruatur etiam in Vrbe, & in toto ſtatu Eccleſiaſtico, & ſi eam D. Farinac. vidiſſet, vtique de ea mentionem feciſſet, & de dicta conſuetudine atteſtatus non fuiſſet.

Item adde, quod minor non poteſt accuſare de adulterio, quia hoc ſpecialiter, & nominatim cautum eſt, *l. ſi maritus, §. lex Iulia, de adult.* & eſt ratio, ne iuuenis ætatis calore matrimonia infeſtet, ita etiam tradit Dec. *in tract. crim. tom.* 1. *lib.* 3. *cap.* 12. *nu.* 24. In quo capitulo late habetur de his, qui ratione ætatis accuſare prohibentur. *Baia.*

ſ *Præterea dixi.*] De muliere Farinac. vbi ſupra *numero* 16. Roſ.

Præterea dixi.] adde, quomodo, & quando mulier admittatur 27 ad accuſandum de iniuria illata alicui de ſuis, per Carau. *tit.* 191. *num.* 8. & ibi habes practicam, & quomodo ſeruatur in Regno Neapol. vide etiam Crau. *in conſ.* 210. *in* 1. *dubio.* & de vxore late habetur per Far. *in q.* 13. *n.* 24. *cum ſeq.* vbi etiam de ſponſa per verba de præſenti.

Item adde, quod mulier in aliis nouem caſibus accuſare poteſt. Primo in crimine læſæ maieſtatis. Secundo in crimine de annona. Tertio de ſuſpecto tutore. Quarto de falſo teſtamento. Quinto de crimine hæreſis. Sexto de crimine ſacrilegij. Septimo de crimine ſymoniæ. Octauo de dilapidatione bonorum Eccleſiæ. Nono de commatre, quæ poteſt accuſare occiſorum compatris, ita tradit Gigas *de crimin. læſæ Maieſt. libro* 2. *rubr. qui accuſare poſſint, quæſt.* 2. *per totam*; & quando ratione ſexus, quis prohibeatur accuſare, latiſſime per Decian. *in tractat. crim. libro* 3. *capitulo* 7. *tom.* 1. & ſi vxor concurrat cum filiis 28 ad accuſandum de morte mariti, filij præferuntur. Franc. *in deciſ.* 382. *volum.* 2. & ibi etiam dicit, quod in illis caſibus in quibus mulieri permittitur accuſare, nunquam admittitur, niſi prius exploratum ſit, quod alij, quibus de iure communi competit, noluni accuſare, vel ſint in mora accuſandi, ſed ibi *numero* 10. atteſtatur etiam, quod in Regno indiſtincte recipiuntur querelæ, ſiue maſculorum, ſiue fœminarum, & poſtea infantibus partibus, & eis auditis, rejiciuntur rejiciendi. *Baiard.*

t *Excludenda*] ad hoc faciunt deducta per Crau. *conſil.* 210. *in* 1. *dub.* Giach.

u *Quæro ego.*] Hinc elice, quomodo repelles teſtes, contra quos opponis; licet hinc principaliter loquatur contra accuſatores. Adde infra *quæſt.* 21. *verſicul. Inimicitia, infr. hac eadem* quæ-

quæst. ver. sed hic incidenter, & quæst. quinquagesimotertio in prin. Drog.

Quæro ergo.] Criminosus quando repellitur ab accusando, tradit ibi Far. *mem. loco nu.* 17. Rof.

29 x *Nam in foro ecclesiastico.*] Adde,† quod criminosus licet non admittatur ad accusandum regulariter, tamen, vbi familiaris episcopi reperitur criminosus, in pœnam tolerantis talem in domo, poterit ipsum episcopum accusare, *c. nulli, de accusat.* & Gomes. *in reg. cancell. de impetr. bon. vac. per obit. quæst. 7. vers. sed etiam quæro.* Baiar.

30 y *Secundus est casus.*) Adde,† quod infamis infamia iuris in sexdecim casibus accusare potest. Primus est, si suam, vel suorum iniuriam prosequatur. Secundus in crimine læsæ maiestatis. Tertius in crimine hæresis. Quartus in crimine symoniæ. Quintus in crimine fraudatæ annoniæ. Sextus in l. Cornel. C. de fals. & in testamento falso liberti paterni, vel materni. Septimus in crim. suspecti tutoris. Octauus in crim. fraudari census, quod committit, qui furatur pecuniam sibi commissam. Nonus in crimine perduellionis, quod est simile crimini læsæ maiestatis. Decimus in crimine falsæ monetæ. Vndecimus in crimine sacrilegij. Duodecimus in maleficiis. Decimustertius in latronibus. Decimusquartus in eo, quod potest accusare accusatorem suum. Decimusquintus in eo, qui fuit per Episcopum toleratus, qui licet sit infamis, tamen in odium ipsius Episcopi eum tolerantis potest ipsum accusare. Decimussextus in arenario, qui licet sit infamis, tamen accusat arenarium. Quos omnes casus congessit Socin. *in cap. si legitimus,*
31 *num. 17. de accusatio.* Et ad hanc quæstionem quando infamis accusare possit; & quæ dicatur infamia iuris, & quæ infamia facti, & quæ dicatur infamia canonica laté per Beron. *in capite 1. numero 41. cum sequent. de accusat.* vide etiam Farinac. *in quæst. 12. n. 17.* & Decian. *in tract. crim. tomo 1. libr. 3. cap. 17.* vbi
32 latissime, & quomodo dicatur constare de infamia facti, ad hoc, vt repellatur ab accusando; Et ibi etiam habetur, quod Beroarij licet notati dicantur infamia ob vile exercitium, Bal.
33 *in l. fin. quæst. 8. C. de ædilit. edict.* tamen non erit æquum, vt repellantur. Et Iudæi sunt infames infamia canonica, Bertaz. *in consilio 502. numero vndecimo*, & quando Iudæi accusare
34 non possint, & hæretici, late per Decian. vbi supra, *capite 18.* *Baiard.*

z *Effectus est infamis.*] Adde; quod semper admittitur si se constituat in carcere cum accusato. Ex quo tunc cessat omnis suspicio, & præsumptio, vt infra ea *q. in tract. de inimico, & paupere.* Giach.

35 a *Tertius est casus.*] Adde Nouell. *in tract. de defensa. verbo quæ persona accus. non poss. n. 23.* Fran. Cason. *in q. crim. verbo, qui accusatores n. 10.* & Far. *vbi sup. n. 23. Rof.*

Tertius est casus.] Adde videndum est Decian. *in tract. crim. tom. 3. libro 3. cap. 24.* vbi latissimé, quando accusatus possit accusare, vel non, & accusatore volente reus non admittitur ad reaccusandum, & iudex etiam inuito accusatore potest repellere
36 accusatum, Præposit. *in capit. neganda 3. quæst. 7.* Et in Regno Neapol. adest regia *Pragm. 1. sub titul. de accusat.* qua cauetur, quod accusatus, eius vxor, liberi, parentes, aut fratres vtrinque coniuncti eo simul habitantes de crimine aliquo priuato, vel publico quantumcunque maiori, prima accusatione pendente, accusare non possint accusatorem, eius coniugem, liberos, parentes, fratresve vtrinque coniunctos in eadem tamen habitatione manentes, si accusatus fideiussionem præstiterit de stando iuri prima accusatione finita, sed si accusatus, vel aliquis de prædictis post ceptam causam accusationis offensus fuerit, tunc poterit accusare, si suam, vel suorum iniuriam prosequi voluerit, & eodem tempore super vtraque accusatione siue querela procedi poterit. *Baiar.*

b *De pari autem*, adde infra *qu. 24. vers. Item quæro ad med.* Drogh.

c *Prosequendo suam iniuriam reaccusare suum accusatorem.*] Et an ambæ accusationes eodem tempore simul tractari debeant, an vero prior producta, vi. per Hippol. Riminal. *consilio 114. Giach.*

d *Postquam autem*, adde, quod limitatur hoc decem modis, vt per Duen. *reg. 29. Baiar.*

e *Accusare*) Limita hanc communem decem modis, vt per Marta. Socin. *d. capitulo primo à n. 69. vsque ad n. 79.* quem retulit Duen. qui regulam ponit *sub reg. 29. Giach.*

37 f *Sed si secunda accusatio*) Inquisitio† tamen ex officio tollit omnes difficultates etiam à Iure ciuili emanantes, *supra qu. 12. versic. Item quæro, infra quæst. 15. & 16. versic. Quæro nunquid.* Drogh.

g *Quod licet ordo naturalis*) adde Rimin. iun. *in consilio 114.* vbi tractat, an procedendum sit eodem tempore semper vtraque accusatione, vel super prima, & ea expedita, super secunda. *Baiard.*

h *Et querelauit officialem*) Hæc est notabilis, & bona practica recusandi, quam nota; simile legitur de Themistocle, & Rebulo *teste App. Alexandro ciuil. Bell. lib. 4.* Rebulum ait, Nauta quidam intra Nauem suscipiens quasi in Siciliam deducturus, pecunias ab eo postulauit eundem indicare velle comminatus, nisi tradidisset. Ille Themistocles in mo:em, cum fugeret, effecit; Comminatus, & illum pariter accusare velle, quod ob pecunias se intra nauem recepisset: ob eam rem conterritus Nauta, Rebellum ad Pompeium deduxit. Hæc autem reaccusatio, apud Rhetores appellatur Translatio: Cic. *ad Heren. lib. 2. versic. Translatio criminis.* Adde Boet. *in Addit. ad Dyn. in reg. in pari cau. a. littera C, sub num. 6 de reg. iur. in sexto.* & vide in hoc proposito Bell. *titul. de confess. sub num. 24. text. in l. neganda, C. qui accus. non poss.* quem text. ad hoc citat Crau. *consil. 53 num. 4.* & vide text. *in l. qui cum maior, §. idem puto, & si ab eo petito rcorsit, ff. de bon. liber.* vide text. *in l. ita nobis pudor in fin. C. ad leg. Iul. de adult.* Drogh.

i *Sed hic incidenter*) De inter reos recepto vide, *qu. 3. cap. 1. §. His itaque, versic. Ex quibus verbis,* Boet *in addit ad Dyn. reg. in pari causa, lit. B sub n. 5. de reg. iur. in 6.* Drogh.

Sed hic incidenter] late Vulpell. *consil. 1. n. 1.* Rof.

k *Receptum reos*) adde, quod per istam rationem tenet Osasc. *decisio 149. n. 5.* sententiam in pœna pecuniaria ferri posse in personam procuratoris Domini litis effecti, mortuo reo, post litem contestatam, & delicto confesso, vel conuicto, non autem in hæredem vocatum, & in illa q. dubitabili existimauit opinionem hanc affirmatiuam crebriorem esse, & secundum, quam iudicatum extitisse retulit. Hancque etiam sententiam post Osasc. veriorem, & receptiorem esse, inquit Mansuet. ad Pract. Papien. tit. inquisitio, post gl. contra, & aduersus, post medium. *Giach.*

l *Quæro nunquid excommunicatus*] adde,† quod excommunicatus accusare non potest, etiam quod suam, vel suorum iniuriam prosequeretur, Feder. de Senis *in consil. 116.* & Farin. *in quæst. 12. n. 31.*

Item adde, quod ista conclusio, vt excommunicatus accusare non possit, procedit in excommunicato excommunicatione maiori, non autem in excommunicato excommunicatione minori, vt per Plac. *in cap. 44. hic allegato, nu. 12.* quem sequitur Far. vbi supra *num. 32.*

Item adde, quod excommunicatus, nec etiam in criminibus exceptis accusare potest, quia in illis militat etiam ratio participationis euitandæ, & in crimine hæresis ita tenet Carer. *de hær. num. 107.* quem sequitur Decian. *in tract. crim. tom. 1. libr. 3. cap. 10. nu. 6.* & ibi *num. sequenti* dicit, quod excommunicatus alium æque excommunicatum accusare potest, tamen in fine videtur contrarium sentire.

Item adde, quod exceptio excommunicationis coram iudice seculari solum potest opponi, non autem probari, etiam per instrumenta, secundum Bald. *in l. quotiens, in fin. C. de iud.* Et 38
etiam, quod non exciperetur, non est admittendus, quia iudex ex officio debet eum repellere *c. exceptionem, in fine, de except.* Ino. & Soc. *in c. nulli, in fin. de accu.* etiam reo inuito, Præpos. *in c. alieni, 2. qu. 7.* Baiar.

m *Vlterius dixi*] adde,† quod de iure ciuili inimicus non est 39
prohibitus accusare. Bar. *in l. qui accusare, ff. de accusat.* Sed est prohibitus accusare de iure canonico, & quomodo procedat, vide Soc. *in d. cap. repellantur per totum,* vbi plene. Et in omnibus casibus inimicus poterit accusare, & debet admitti, si cum accusato in carceribus se constituat. Marsil. *in pract. crim. §. diligenter nu. 218.* Sed de illa quæstione, quod inimicus accusare non possit, latissime habetur per Decian. *in tractat. crim. tom. 1. lib. 3. cap. 25.* vbi multum diffuse habetur de causis inimicitiæ. *Baiar.*

n *Inimicum*] Hic aduerte, quod in illis casibus, in quibus inimicus† ab accusando, repellitur, quod in eisdem accusando ad- 40
mittitur, quando se constituit in carcere cum accusato; quia tunc indubitanter cessat omnis suspicio, & omnis præsumptio, quæ ei posset obiici, & apponi, tollitur. Ita late vi. per Marsil. *in pract. crim. §. diligenter, post n. 208.* Giach.

o *Ceterum si esset*] Nouell. *in tract. ad defensam, verbo, qua persona accus. non poss tit. 13.* Rof.

p *Sed hic etiam quæro, nunquid pauper*] adde, vt supra notaui, quod admittitur, quando se constituit in carcere cum accusato, quia tunc indubitanter cessat omnis suspicio. *Giach.*

Sed hic etiam quæro.] Farin. vbi supra *num. 46. & seq. & num. 50.* Rof.

Sed hic etiam quæro, nunquid pauper] adde videndum Meno. 41
de arbit. iud. cas. 65. vbi habetur, quis dicatur pauper.

Item adde, quod si pauper, & suspectus accusans se subscriberet ad pœnam talionis, & carceri se manciparet, esset admittendus, vt per Mars. *in pract. crim. § diligenter, num. 205.* sed validissime contrarium tenuit Dec. *in tract. crim. tom. 1. lib. 3. cap. 17. in 10. limitatione.*

Item adde, quod potest accusare, si suam, vel suorum

iniuriam prosequatur, Anch.*consil.416.col.2.*& Dec.*in tract.cri. tom.1.lib.3.cap.22.nu.21.*Baiar.

q *Dicatur pauper.*] adde Bar.*in l illicitas,§.praeses,ff.de offi.praesid.* Paupertatis autem incommoda vide per Bal.& Doct.*in l.si quis ad declinandam, C.de episc.& cleric.*Bar.*in l.si vero, §.qui pro rei qualitate ff.qui satisd cog.*Guiot.

r *Propter reuerentiam*] Farin.*sup.nu.*13.Ros.

41 *Propter reuerentiam*] adde † videndum Decian.*in tract.crim. tom.1. lib.3.cap.10.n.6.cum seq.* vbi habetur multiplex ratio huius conclusionis; & quod laicus potest accusare clericum in crimine hæresis, symoniæ, læsæ maiest. assassinij, & in aliis casibus; vt ibi per eum, & quod talis prohibitio non procedit, si ante litis contestationem non opponatur, & ad prædicta vide etiam Far.*q.12.nu.13.*

42 Item adde, † an, & quando pater possit accusare, filium, & filius patrem, mater filium, & filius matrem, frater sororem, & soror fratrem, & affinis affinem, per *Soc.in cap.accusasti, num.11. cum seq.de accusat.*vbi latè, & Gabriel.*consf.74.n.4.vol.1.*& Dec. *in tract.cri.tom.1.lib.3.cap.14.* vbi latè, qui propter reuerentiam accusare prohibeantur. *Baiar.*

s *Item quaero.*] De syndico vniuersitatis Foll.in verbo audiantur excusationes, *n.25.*& Ioan.Fichar.*in commun.versic.vniuersitas,* Noueil.*in d.tract.ad defensam verbo, qua persona, n.27.*Far. *q.99.nu.6.vol.4.*Ros.

43 *Item quaero nunquid possit.*] adde † videndum Farin.*q.12.n.51.* & Dec.*in tract.crim.tom.1.lib.3.cap.36.*in quibus locis latissimè, quando nomine alieno accusare liceat. *Baiar.*

44 t *Quod ita tenent omnes Doctores*] adde, † quod idem tenet Capic.*dec.5.* etiam, quod non esset syndicus vniuersalis, sed ad vnam causam tantum, & si dubitatur de mandato, quod debeat admitti, cum cautione de rato, & in Regno Neap. adest Consti.

45 Generalia iura, per quam Syndicus Vniuersitatis, & procurator mulieris coniugatæ possunt accusare alieno nomine, & Afflict.*in d.const.*dicit requiri, quod syndicus habeat mandatum speciale, non autem in vniuersali. Immo videtur sentire, quod etiam specialis possit accusare, & si dubitatur de mandato, tunc debeat admitti cum cautione rati.

46 Item adde, quod Vniuersitas potest agere pro iniuria facta vni de Vniuersitate; nam qui tangit membrorum, corpus tangit: Oldr.*consil.66.incip.an ex delicto*, Foller. *in pract.crim.verb.audiantur exceptiones, nu.70.*

47 Item adde, † quod ista regula, quod quis non possit alieno nomine accusare, fallit in Fisco, Illustribus personis, mulieribus honestis: & minoribus; nam omnes istæ personæ per procuratorem, tutores, & curatores, accusare possunt, vt habetur per Afflict.*in const.beneficium, n.2.*Gl.*in d.constit.* Generalia iura, & in mandato debent apponi omnes solemnitates, & requisita, quæ debent apponi in accusatione; alias mandatum esset inefficax, Roman.consf.40.*Baiar.*

u *Quaero an compater.*] Vel commater accusare possit occisorem sui compatris, vltra Bal.in tex.allegatum, vt per Boer.*dec.233.col.2.*cum ibi allegatis.*Giach.*

48 *Quaero an compater.*] adde, † quod etiam commater potest accusare occisores sui compatris, secundum Boer. *decisio.231.* & hanc partem pluribus prosequitur Tiraq.*de pœn.temperan.caus.21.nu.11.*Baiar.

x *Filiastrum.*] Item, quod filiotius, seu filiolus admittatur ad accusandum pro iniuria, vel offensa facta patri spirituali, vi. etiam per Boer *eadem decisio.233.in fin.*Giach.

49 y *Si vero sunt spurii.*] adde, quod filia sacerdotis potest accusare de morte patris, secundum Ang.*in l.1.ff.de accus.* & ibi Bart.*Baiard.*

QVÆSTIO XV.

Subjiciuntur nonnullæ quæstiones ad accusationem pertinentes.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Iudex an possit ex officio repellere accusatorem non idoneum.*

2 *Et quid si accusatus contra eum aliquid opponere non posset.*

3 *Et quid si vterq; sit infamis.*

4 *Accusare minus idoneo, si pars non opponat, an processus valeat.*

5 *Iudex an possit cogere partem offensam ad accusandum.*

6 *Quis in accusando praeferatur.*

Ex Additionibus.

1 *Accusator inhabilis an possit ex officio à Iudice repelli post lapsum termini ad propemodum declinatoriam.*

2 *Et quomodo sit procedendum super inhabilitate accusatoris, & rei.*

3 *Accusatoris inhabilitas an possit opponi post litem contestatam.*

4 *Accusatio prohibita à statuto reddit processum nullum, & condemnationem inualidam.*

Iudex non inquirit ad fauorem eius, qui per statutum non auditur, num.eod.

5 *Iudex an possit offenso statuere terminum ad accusandũ.*

6 *Pater quando praefer atur matri, fratribus, & Nepotibus in accusando mortem filij.*

Et si omnes concurrent, omnes admittentur, ibid.

Et si filius erat Monachus, an praeferatur pater, vel Abbas, aut Prior.

VIsum est, quæ personæ accusare possint, vel non re- a
stat vel pro complemento aliquas etiam quæstiones in hoc proposito subjiciamus. Quæro igitur in pri- 1
mis nunquid iudex possit ex officio repellere accusatorem non legitimum, etiamsi pars non opponat. Resp. quod sic, ne si legitimus non fuerit accusator, frustra fatigetur accusatus, vt dicit text.*in c.1.de accus.* Et ita communiter dicitur, vt ait Old. *consil.124.num.1.*

Et hoc quidem de plano procedit, quando accusa- 2
tor ex culpa, vel defectu suo repellitur ab accusando. Sed pone, quod accusatus (iure in sui odium ita disponente) non possit opponere contra personam accusatoris, puta, Episcopus contra familiarem suum, vt est text. *in c.nulli, de accusa.* nunquid adhuc poterit iudex ex officio suo illum repellere? Resp. quod sic, ita sentit, loquendo per verbum fortè, Gl.*in d.c.nulli, in Gl.fin.*cuius opin. communiter ab omnibus approbatur, vt dicit Corf.*in repert. Abb.in verbo, Iudex.* Potest enim judex in iis, quæ sibi vt iudici nota sunt, procedere ex officio, & consequenter proponere exceptiones, quas ipsi parti opponere non liceret.

Sed *b* quæro, quid si aliquis, qui non potest accusa- b
re, puta, infamis, vel excommunicatus, accusat alium 3
infamem, vel excommunicatum, & iste excipiat contra accusatorem, quod est infamis, nunquid erit hæc exceptio admittenda, an autem poterit accusator dicere reo, quod cum ipse sit infamis, non debet posse talem exceptionem proponere iuxta illud, quod vulgò dicit solet: *c Nihil Iudaeus Iudaeo, Nihil Catilina Cethego.* Resp. c
quòd reus potest hæc exceptione repellere accusatorem, non obstante quòd ipse sit infamis. ita dicit Bart. *in l.seruos, ff.de accus.* cuius opin. communiter tenetur per Doctores, vt attestatur Hier. in Apost.ad Ang. *de malef.in verbo, Et ad querelam, post n.69.*

Sed *d* pone, quòd aliqua persona ex iis, quæ de iure d
accusare prohibentur aliquem accusauerit, & non fu- 4
erit contra eam oppositum, nunquid processus factus super huiusmodi accusatione sustinebitur, an autem erit ipso iure nullus? Respond. quod talis processus factus parte non opponente valet. Ita tenet Bart. *in l.1. §.accus.num.2.ff.ad Turp.* & dicit Anan. *in d.c.1.num.2. de accus.* quòd ita tenent communiter Doct. Hanc etiam attestatur esse commun.opin. Aret.*in d.c.1.num.21. in fin.* quem refert Pract.Conradi. *fol.130.num.14.* Hieron.post Angel.*de malefic.in verbo, Et ad querelam, post nu.40.* Sibi enim imputare debet accusatus, qui exceptionem sibi competentem non proposuit. *e* Sed e
hoc raro contingit in practica, quia cum in quocunque crimine (vt sæpè dixi) possit iudex per inquisitionem procedere, nunquam fere disputatur, an *f* accusator sit f
idoneus, vel non.

Item

5 Item *g* quæro, si alicui sit illata iniuria, vel facta aliqua offensio, & ipse nolit de hoc querelare, siue accusare, nunquid iudex poterit illum cogere ad accusandum? Resp. quod non, ita tenet Glos. *in l. si quis homicidij in verbo, Coges, C. de accus.* quæ frequenti Doct. consensu probatur, vt ait Dida. *lib. 1. resol. cap. 11. circa fin.* Et licet Bar. *in l. in eum num. 1. ff. de accus.* tenuerit, quod specialiter in crimine homicidij hæres possit cogi à iudice ad porrigendum querelam, siue accusationem de homicidio commisso in personam eius, cui successit: tamen contra eum est communis opin. vt attestatur Saly. *in ea l. si quis homicidij, nu. 10.* Hieron. post Ang. *de malef. in d. verbo, & ad querelam, post num. 57.* Bene verum est, quod Bal. *in d. l. si quis homicidij, nu. 2.* dicit contrarium communiter obseruari, scilicet quod iudex potest cogere hæredes occisi ad accusandum de eius morte, quem refert etiam Aug. post Ang. *in loco præallegato.* *h* Sed certè neque in hac prouincia, neque alibi ego vnquam vidi hoc obseruari. Bene cogitur offensus narrare cum iuramento iudicialiter seriem rei, sed potest ipse dicere vel cum querela, prout sibi magis placet. Et ita samper vidi practicari.

Successiue *i* quæro, si multi sint, qui velint accusa-
6 re, ad quod etiam de iure spectet ius accusandi, quis eorum sit in accusando præferendus. Respon. quod ille, qui persequitur suam, vel suorum iniuriam, proximior præfertur extraneo accusare volenti. *k* Inter eos verò, qui persequuntur suam, vel suorum iniuriam, proximior præfertur. Si autem omnes sint in pari gradu, omnes simul admittuntur. ita tenent communiter Doctor. teste Ant. Gomes. *lib. delictorum, cap. 1. num. 35.* Et quod proximiores defuncti sint in ipsa accusatione cæteris præferendi, dicit esse frequentiorem Doctorum sententiam Placa *lib. 1. delictorum, cap. 39. numer. 4.* Proximus autem est, quem nemo antecedit, vt dixi supra *lib. 2. §. Proximus.* Inter extraneos verò accusare volentes, iudex potest, & debet eligere magis idoneum, vt est tex. *in leg. si plures, ff. de accusatione.*

ADDITIONES

Ad Quæst. XV.

a *Visum est, quæ persona*] adde, † videndum Bero. *in c. 1. de accusat. nu. 2.* vbi dicit hoc verum esse etiam si pars sit exclu-
1 sa à proponendo declinatoriam contra inhabilitatem personæ, per lapsum termini, ita etiam distinguendo, quod aut est talis exceptio declinatoria contra inhabilitatem personæ, quæ Iudicium retro nullum non redderet, vt est exceptio, quod quis sit miles, vel femina, vel similis; & tunc ea non potest opponi post lapsum termini: aut est talis exceptio, quæ retro redderet iudicium nullum, vt exceptio falsi procuratoris, vel quod sit seruus, furiosus, vel infans, & tunc per Iudicem ex officio rebelli, potest; & Conta. *in pract. in titul. de accusat. nu. 14.* ita distinguit, quod si accusator sit omnino, & prorsus inhabilis, puta, Iudæus, hæreticus, infamis, & similes, qui repelluntur odio ipsius personæ, & istos etiam parte non opponente Iudex ex officio repellere potest; secus, si non sint omnino inhabiles, vt puta, quia possint expresso, vel tacito consensum partium habilitari, quia tales, parte non opponente, à Iudice non possunt repelli. *Baiard.*

b *Sed quæro, quid si aliquis*] adde, † quod facta oppositione,
2 per reum contra personam accusatoris, & replicatione ad excludendam oppositionem, & personam rei, si exceptiones oppositę personarum legitimatem respicerent, & erant tales, quę immediatè excludebant litigantes à limine Iudicij propter eorum inhabilitatem, & sic erant declinatoriæ contra personas litigantium, tunc quærendum est prius de replicatione accusatoris, quam rei; aut replicatio accusatoris opposita contra exceptionem inhabilitatis personæ, suæ respiceret non inhabilitatem personæ, sed merita causæ, tunc prius cognoscendum esset de exceptione rei conuenti, quam de replicatione accusatoris, ita tradit Bero. *in c. 1. n. 10. de accus.* Baiar.

c *Nihil Iudæus Iudæo*] Reperitur hoc idem apud consuetudinem Turon. *tit. de successions de Fief, art. 128. versic. si Filli, noble,* & alias dicimus, quod par in parem non habet Imperium, infra q. 38. *vers. Quæro pone.* Capyc. *decis. 27. sub num. 11.* declara, vt ibi, & de hac præmia vide apud Alc. *in tit. de verb. signif. lib. 4. in princ. sub n. 4. ad Gl. ff. in l. quidam in versic. postulabat, ff. si quis om. cau. potest.* Diogh.

d *Sed pone, quod aliqua persona*] adde † quod exceptio ista est 3
dilatoria, & debet opponi ante litem contest. Bar. *in l. qui accusare, in princip. ff. de accusat.* sed Conta. *in pract. tit. de accusat.* dicit, quod si inhabilitas, prouenit de iure ciuili, tunc de ea opponi debet ante litem contestatam, si vero proueniat de iure gentium, vel naturali, tunc potest etiam post litem contestatam opponi.

Item adde, † quod si ex forma statuti quis non possit accu 4
sari per aliquam personam, si fuerit accusatus, & in contumaciam condemnatus non valebit processus, & condemnatio, secundum Bal. *in consil. 426. lib. 5.* Baiar.

e *Sed hoc raro*] adde, quod iudex officio non potest inquirere ad fauorem illius, cui à statuto est denegata audientia propter odium, & pœnam, Bero. *in cap. nulli Episcoporum, n. 5. de accusat.* Baiar.

f *Accusator sit idoneus, vel non*] *Supr. q. 14. vers. Dixi quoq. & versic. scias tamen, infra qu. 16. versic. Quæro nunquid ad fin.* & in quantum dixit supr. parte opponente; vide quam multa tribuantur parti opponenti, addit. ad Marsil. *rubr. de fideiuss. 2. nu. 144. cum seqq.* Diogh.

g *Item quæro si alicui*] adde, † quod nec iudex ad instan- 5
tiam inquisiti poterit mandare offenso, quod si intendit facere partem in iudicio compareat infra certum terminum ad exponendam querelam: alias, eo elapso, non audietur nisi præcessisset diffamatio facta per offensum, quia licet taceat in querelando tamen ratione diffamationis poterit sibi præfigi talis terminus, & eo non veniente, decerni, quod alias audietur, Roma *consil. 53.* Cagn. *in l. diffamari, num. 14. vers. quarta difficultas.* & Carau. *in rit. 10. n. 7.* vbi dicit, quod idem esset in eo, qui semel accusauit, non autem in eo, qui non querelasset. *Baiar.*

h *Sed certè neq.*] adde *totum titulum C. vt nemo inuitus ag. vel caus. cog.* Diogh.

i *Successiue quæro*] Quis in accusando præferatur. Far. *titul. de accus. qu. 15. vol. 1. latissime.* Ros.

Successiue quæro] adde, † quod si pater, & mater concurrant 5
in accusando de morte filij, præfertur pater ratione patriæ potestatis, sed si pater remiserit, poterit mater accusare, secundum Sal. *in l. uxor. C. qui accus. non poss.* & pater præfertur etiam in accusando de morte filij, fratribus, & nepotibus in ipso filio præmortuo, nisi pater colluderet cum occisore, siue componeret; & si omnes voluerint concurrere insimul, omnes de æquitate admittuntur, Boer. *decisio 12.* vbi plene, & per Foller. *in pract. crim. in versic. audiantur exceptiones, num. 42. cum seq.* vbi etiam habetur, quod si filius alicuius factus monachus occisus fuerit, pater, & Abbas, siue Prior admittuntur insimul ad accusandum, quilibet pro suo interesse, & remissio vnius non nocet alterij, quo minus agere possit, vt etiam per Boer. *decisio. 121.* Baiar.

k *Inter eos vero*] adde, *supr. q. 13. in princ.* Diogh.

QVÆSTIO XVI.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Accusari qui possint, vel non.*
2 *Et an accusatus de vno delicto, possit de alio crimine accusari.*
3 *Et an condemnatus, vel absolutus de vno crimine possit de eodem crimine accusari.*
4 *Et an bannitus pro vno delicto possit de alio accusari.*
5 *Et an ille qui post delictum pœnitentia ductus est, possit de eo delicto accusari.*
6 *Officiales an possint durante officio accusari.*
7 *Vniuersitas, vel collegium an possint accusari.*
8 *Et quomodo dicatur Vniuersitas, vel collegium delinquere.*
9 *Et quomodo possit Vniuersitas puniri.*

Ex Additionibus.

1 *Bannitus pro vno delicto, si de alio accusetur, an possit citari, remissiue.*
2 *Officialis an possit accusari durante officio,* & n. 8.
3 *Et vbi posset contra eum agi, non conuenitur coram syndicatoribus.*
4 *Et pendēte lite suspēditur ab officio, & alius subrogatur.*

5 *Officiali accusato quando sit interdicenda administratio, remissiue.*
6 *Officialis pendente contra eum inquisitione ab officio suspenditur.*
7 *Officialis legitime priuatus officio non potest amplius illud exercere, etiam ex Principis concessione.*
8 *Officiles violentas manus inferentes in subditos, aut eos alios iniuriis afficientes, quibus pœnis plectantur, remis.*
9 *Officialis durãte officio potest cõueniri ex iussu superioris.*
10 *Officialium Regis, vel Barorum excessus à quibus Iudicibus cognoscantur in Regno Neap.*
11 *Officialem non defendentes subditi, quibus pœnis puniantur.*
12 *Et an teneantur ex sola scientia delicti committendi in personam officialis.*
13 *Vniuersitas quando dicatur ratificando deliquisse, remis.*
14 *Et quæ sint articulanda, & probanda, remissiue,* & numer.17.
15 *Et quomodo possit Vniuersitas delinquere, & puniri, remissiue.*
Et qualiter, vt singuli, remissiue.
16 *Et quando deliquit communicato, consilio habet recursum contra hõines de consilio.*
18 *Et an teneatur Vniuersitas non precedente consilij deliberatione.*
19 *Vniuersitas an dicatur delinquere non communicato consilio.*
20 *Vniuersitas quomodo sit citanda.*
21 *Vniuersitas potest comparere per procuratorem in criminalibus.*
*21 *Communitas faciens consilium extra locum solitum an puniatur.*
*22 *Congregatus discedens à consilio habetur pro contradicente.*
22 *Vniuersitas condemnata pro delicto debet soluere pœnam pecuniariam.*
23 *Et innocentes non sunt torquendi, nec pro pœna tenentur ad collectas.*
24 *Bononia propter rebellionem subuersa ex gratia fuit reædificata.*
25 *Brixiæ quoq; ob rebelliõe condemnatæ fuit remissa pœna.*
25 *Vniuersitas etiamsi pœna pecuniaria pro delicto mulctetur, delinquentes tamen corporaliter puniri poterunt.*

1 SVccessiue videamus, quæ personæ accusari possint,
vel non. Et in hoc pariter facienda conclusio, quod
regulariter omnes de quibuscunque delictis accusari
possunt.
2 Quæro, nunquid accusatus de vno crimine, possit
eodem tempore etiam de alio crimine accusari. Resp.
quod sic, non modo ab alio accusatore, sed etiam ab
ipsomet, qui de primo crimine accusauerit, modo in
hac secunda accusatione propriam, vel suorum iniuriã
persequatur, & ita seruatur de consuetudine, vt dicit
Ang. *in l. qui de crimine, post n.5. vers. descendo igitur, C. de*
accusati. Sed certè apud nos accusatus de vno crimine
potest à quibuscunque criminibus accusari. Et ita quo-
a tidie recipiuntur huiusmodi querelæ, *a* cum enim (ut
sæpius dixi) in quocunque crimine procedatur ex of-
ficio, & sic per inquisitionem, non attenditur perso-
na, neque causa accusatoris, sed omnes querelæ solent
admitti, & super omnibus procedi. An autem omnes
processus sint eodem contextu expediendi, dixi supra
quæst.31. vers. Item quæro.
b An *b* autem accusatus de vno crimine possit de eo-
3 dem crimine iterum accusari, dixi infra *quæst.57. per to-*
tum. Vnum tamen perpetuo non obliuiscaris, quod si
reus accusatus de aliquo crimine coram vno tribunali
fuerit contumax, potest de eodem crimine ad instan-
c tiam accusatoris coram alio tribunali accusari, & ban-
niri, si in eo pariter fuerit contumax. Ita dicit Bald. *in l.*
1. num.5. C. vbi de crimine agi oporteat; & est in viridi ob-
seruantia, vt dicit Carauita *super ritu 205. magnæ curiæ,*
num.1. neque tenetur secundus iudex, neque ad in-
stantiam partis, neque ad instantiam primi iudicis, in
causa supersedere, vel causam ipsam illi primo iudici
remittere. Ita dicit Bar. *in l. sepulchri, n.3 ff de sep. viol.* Et
ita quotidie obseruatur, vt attestatur Carauita *in loco*
prealleg. num.3.
Sed *d* nunquid bannitus pro vno delicto poterit de d
alio delicto accusari, & banniri? Resp. quod sic, ita di- 4
cit Spec. *in tit. de accus. §. Sequitur videre, num.23.* & dicit
Nell. *de ban. in 1. par. 1. temp. qu.3.* quod ita determinant
communiter DD. quem refert Bos. *in tit. de ban. mili. n.9.*
Dicit etiam Io. And. *in addit. ad Spec. in loco preall.* quod
ita videmus de facto seruari. Ita etiam teneri, & seruari
attestatur Alb. *in rub. ff. de iis, qui not. infa. post nu.8. versic.*
& faciunt prædicta. Bene verum est, quod hoc casu
potest bannitus petere sibi concedi saluum condu-
ctum ad hoc, vt possit non obstante prima conde-
mnatione comparere, & se defendere, qui non est
illi denegandus, vt dixi infra *quæst.32. versic. tu scis, quod*
bannitus.
Item quæro, pone, quod aliquis post commissum 5
fielictum, puta, homicidium, pœnitentia ductus fue-
rit, & pœnitentiam pro delicto fecerit: nunquid talis
pœnitens poterit deinde accusari de ipso delicto? Re-
spond. quod sic. & ita tenent communiter Doctor. vt
dicit Aret. *in c. accusari, num.5. de accus.* quem refert Vil-
lalob. *in sua collecta communium opin. in littera A, post nu.*
13. nam in delictis pœnitentia non excusat, vt dixi in-
fra *quæst.6. vers. fuit quandoque.* Quinimo neque etiam
pœna imposita in foro contentioso, vt dixi infra *q.57.*
vers. sed nunquid.
Præterea *e* quæro, nunquid officiales possint accu- e
sari durante eorum officio. Respon. Aliqui dicunt sim- 6
pliciter, quod non, sed quod debet expectari tempus
syndicatus. Et ita obseruari vbique locorum attesta-
tur Vitali. *de malef. in rub. qui accus. non poss. in vlt. verbis.*
Tu verò dic, quod aut delictum, de quo officialis ac-
cusatur, est tale, pro quo à iure imposita sit pœna pri-
uationis officij, puta, quia forte aliquid dedit, vt habe-
ret officium, vel quia commiserit barattariam, vel hu-
iusmodi. Et tunc potest accusari, & condemnari etiam
durante officio: alias si esset expectandus finis officij,
absurdum esset dicere, quod lex imponeret pœnam,
cui tempore condemnationis locus esse non posset:
Aut verò pro delicto non imponitur pœna priuationis
officij: & tunc expectandum est tempus syndicatus,
& ita de facto obseruatum fuisse in ciuitatibus Flo-
rentiæ, & Castelli, refert Amad. *de synd. numer.43.* in
quodam capitaneo, & collaterali, qui fuerunt durante
eorum officio *f* de barataria accusati, & ab officio re- f
moti, & ita etiam ego quandoque vidi seruari. Et
quod pro barattaria, & furtis possit officialis, etiam du-
rante officio accusari, non expectato tempore syndi-
catus, dicit esse communem opin. Boss. *in tit. de offic. cor-*
rup. pecun. nu.34.
Vlterius *g* quæro, nunquid vniuersitas, vel collegium g
possit accusari. Respond. quod potest accusari, & pu- 7
niri criminaliter, & ita communiter tenetur, vt dicit
Abb. *in l. ea quidem, post num.15. C. de accus.* Et quod vni-
uersitas, collegium, siue capitulum possit consentien-
do, & etiam committendo, delinquere, & consequen-
ter puniri, dicit esse communem opin. Abb. *in l. si quis*
in tantam, col.1. vers. Quidam dicunt, C. vnde vi, Paris. *con-*
sil.21. num.30. lib.4. *h* Sed hic aduerte, quia ad hoc, vt h
ciuitas, vel collegium dicatur delinquere, & possit pro
tali delicto puniri, non sufficit, quod totus populus,
vel omnes de collegio aliquid faciant, † sed necesse 8
est,

i est, *i* quod præcesserit ad id consilij publici conuocatio. ita dicit Bartol. *in l. aut facta*, §. *fin. nu. 9. ff. de pen.* Et est communis opin. vt dicit Abb. *in c. dilectus, il 2. numer. 13. de sim.* quem refert summa Syluestrina *in verbo, Excommunicatio, 7. in 15. excommunicatione in 4. dubio*, Totus inter consilia Ant. de Butr. *cons. vlt. n. 3.* Ana. *in d. cap. dilectus, il 2. num. 12.* Collegium Florent. inter consilia Cur. Sen. *cons. 21. num. 5. in fin.* Iun. *cons. 174. numer. 36. & cons. 185. quod est cons. vlt. num. 9* Fel. *in d. c. dilectus, il 2. n. 12.* prout illum refert Blan. *in pract. crim. fol. 26. num. 8 5.* Pract. Carrer. *fol. 490. num. 348. & seq. in fin.* Boss *in titul. Banniri qui possint, nu. 1.* & ita in facti contingentia eleganter consuluit Corn. *cons. 224. lib. 4.* Sed si omnes de collegio, vel vniuersitate, non præuia consilij deliberatione, committerent aliquod delictum, tunc non k punitur ipsa vniuersitas, siue collegium, *k* sed illi, qui deliquerunt tanquam singuli. Et ita seruauit quidam prætor Veronæ, qui processit contra conuentum, & fratres sancti Francisci, ex eo quod interfecissent quendam Cremonensem, qui apud eos hospitatus fuerat, & fecit ipsos omnes, qui erant vltra *num. 50.* suspendi, per eorum hortulanum, qui erat minus grauatus, vt refert Marian. *in repet. d. c. qualiter & quando, num. 43. de accusatio.*

9 Sed quomodo punitur vniuersitas pro delictis, quæ ab ipsis de vniuersitate, & totam vniuersitatem repræsentibus committuntur? Respond. Aliquando punitur in ademptione priuilegiorum, & iurium suorum, quandoque publicantur bona ipsius vniuersitatis: & quan- m doque etiam ciuitates *m* ipsæ subjiciuntur aratro, vt de his omnibus potes videre exempla apud Doctores *in locis præallegatis*. Quandoque etiam punitur vniuersitas, ciuiliter, scilicet in publicatione alicuius rei, vel in pœna pecuniaria, seu mulcta: & tunc sciendum est, quod si talis pœna pecuniaria non æque cadit in singulos de vniuersitate, sicut in ipsam vniuersitatem, puta, quia publicatur res ex delicto, tunc si illa res est vniuersitatis, ipsa vniuersitas punitur, & in hoc conueniunt omnes, vt dicit Boer. *de seditiosis in 7. præsupposito, nu-* n *mer. 16.* *n* Si verò pœna æquè cadit in singulos: tunc aut collegium est paruum, & non punitur totum collegium, sed tantum deliquentes; aut est magnum, & punitur totum collegium, siue vniuersitas, vt dicit Bar. *in d. l. aut facta, §. fi. post num. 7. ff. de pœnis.* Et hæc est communis opin. vt dicit Boer. *in d. 7. præsupposito, post num. 26.* Scias tamen, quod in omnem casum non euadent pœnam rectores, & gubernatores ciuitatum, qui consilium, & mandatum dederunt. Et ita fuisse practicatum attestatur Ant. Gomes. *cap. 1. delictorum nu. 54. in fin.* ubi dicit, quod quando aliquæ ciuitates illius regni fuerunt rebelles contra Carolum Imperatorem, licet communi consilio deliquissent, tamen fuerunt etiam punitæ personæ particulares, & singulares, quæ verè, & realiter commiserunt delictum, & similiter ipsi rectores, & gubernatores culpabiles. Et ita etiam memini ego obseruatum fuisse contra ciuitatem Gandensem, & eius rectores.

ADDITIONES

Ad Quæst. XVI.

1 CVm enim, vt sæpius] adde supra *quæst. 14. versic. scias etiam, q. 15. versic. Tertius est casus, & versic. si. q. 12. versic. Item quæro.* Drogh.

b *An autem accusatus*] adde infra *q. 19. versic. Sed hic quæro.* Drogh.

c *Coram alio tribunali*] Hoc nunquam vidi seruari, sed Iudicem loci aditi, in quo moratur Reus, & ostenso banno in publicam, & authentica forma peti Reum, & quo ibidem in banno, carcerari, & ita concedi solet inter Principes confæderatos; Facit pro hac materia, quæ dixi infra *q. 38. vers. Tu scis, in prima opinione, & versi. Hoc tamen, ibi, Caueant ergo, q. 54. versi. sed pone ad fi. q. 56. versi. Item quæro, & versi. sed pone, cum versi. seq.* vide hanc q
positam per Bal. *in l. executorem, n. 27. C. de execut. rei iud.* Drog.
d *Sed nunquid bannitus*] adde, † quomodo sit citandus, vt per 1
Fol. *in pract. crim. in ver. vel eos verbal. cita. fue n. 32.* & vide, quæ
posui *in q. 32. ad versic. tu scis, quod bannitus.* Baiar.
e *Præterea quæro nunquid officiales*] adde Afflict. *in const. Regn.*
const. statuimus, vt magn. nu 39. vbi ponit quinque fallentias, † 2
Paris. *de synd. versic. durante officio*, & Carauit. *rit. 295. num. 3.* &
quando Iudex potest conueniri non conuenitur coram syndica- 3
toribus qui solum possũt syndicare officiales quando sunt expi-
rata officia, Ang. *in l. iubemus, C. ad l. Iul. repetund.* Paris. *loco præ-*
cit. §. officiales, & tunc, durante lite, suspenditur ab officio, Gram. 4
consil. 10. num. 2. Paris. *d. tract. verb. accusatus*, & alius subroga-
tur. Et quando officiali accusato sit administratio interdicenda, 5
vide Fran. *decisio. 8.* & pendente inquisitione contra officialem,
quod officialis suspendatur ab officio *decisio. Tholos. 570.* & ibi
Aufr. *in addit.* & Franc. Mar. *quæst. 654.* & officialis semel legiti-
me priuatus non potest amplius illud officium exercere Capic. 7
decisio. 131. nu. 17. quod procedit, etiamsi ex Principis rescripto
id sibi concederetur, vt not. Franc. Marc. *decisio. 390. nu. 2.* & Ca-
pic. vbi supra: sed de hac quæstione an officialis durante officio
accusari possit, vide omnino Io. Ant. de Nigr. *in c. 132. nu. 71. de* 8
syndicatu, vbi ponit decem limitationes, & quas pœnas incur-
rant officiales, qui violentas manus in subditos suæ iurisdictio-
ni imponunt, & aliis iniuriis afficiunt.
Item adde, quod officialis, durante officio, potest conueniri 9
ex mandato superioris ita iubentis, quia Princeps, siue eius de-
legatus potest facere syndicari suos officiales quandocunque
sibi placeret, & sic durante officio, Gram. *decisio. 40. n. 9.*
Item adde, † quod in Regno Neap. de excessibus officialium, 10
tam Regis, quam Baronum, qui in officio delinquunt, sola Ma-
gna Curia Vicariæ cognoscit *per ritum 49.* vbi late Carau. & de
hoc cognoscere non possunt Barones, nisi ex priuilegio eis con-
cessum fuerit, vel eisdem legitima præscriptione præcedente li-
citum esset, alias crimine vsurpatæ iurisdictionis tenerentur, vt
dicit expresse Regia pragm. *Caroli Quinti, incipien. prohibemus,*
Foller. *in fragm post pract. crim. de iurud. iud. num. 49.* & Carau.
in d. ritu 49. n. 11. & sola magna Curia Vicariæ cognoscit de ex-
cessibus officialium, qui in officio delinquunt, tam actiue quã
passiue, Franch. *in dec. 274. vol. 1.* sed non cognoscit de magistro
actorum, de Betoariis, nunciis, castellanis, & prisoneris Ba-
ronum, vt per Foll. *in pract. crim. in versic. audiantur excusatores,*
num. 138. & de magistratu actorum ita per tactum Consilium
decisum fuit, vt attestatur Franch. *in dec. 407. vol. 2. & in decisio.*
274. n. 8. dicit, quod d. ritus intelligitur, tam de officialibus Ba-
ronum, quam Regiis, & ita seruatur in practica. *Baiar.*
f *De barattaria accusati*] Inst. *q. 46. vers. Plerunque, q. 50. vers.*
Scias etiam, q. 73 vers. Item Iudex: & an mediator ad faciendum
à Iudice pecunias recipi, vt communiter fit, in istis barattariis,
sit testis idoneus, vide Catal. *d. tract. syndicatus q. 64* Drog.
g *Vlterius quæro, nunquid*] adde, quod quando Ciues vident
offendi officialem, cui sunt subditi ratione iurisdictionis, vel ei 11
vim inferre, tenentur ipsum defendere: alias sunt in pœna, & de-
linquunt, & erit delictum in omittendo, in quo ad hoc, vt com-
mittatur, non est opus conuocatione populi, vel congregatione
Consilij, & deliberatione, sed eo ipso committitur, Capi. *decisio.*
149. vbi habetur, quibus pœnis puniri debeant, & quod ex sola 12
scientia delicti committendi in personam officialis tenentur: & 13
quando vniuersitas dicatur deliquisse ratificando, vide *Pedem.*
dec. 158. per totam. Et ibi habetur, quænam sint articulanda, & 14
probanda, & quomodo vniuersitates possint delinquere, & pu-
niri, & etiam quomodo vt singuli, vide etiam Gomes. *de delict.* 15
cap. 1. num. 52. & 53. & Boer. *in tract. de seditiosis, quæst. vltima,*
vbi plenè, an vniuersitas possit delinquere tam in omittendo,
quam in committendo, & Carrer. *in pract. crim. §. homicidium sub*
num. 348. & 349. & quando fit communicato consilio, quod 16
tunc vniuersitas potest habere recursum contra illos *de consilio*
nu. 351. cum seq. & de hac materia etiam latissimè habetur per
Mascard. *de probat. concl. 1413.* quæ probanda sint ad hoc, vt 17
vniuersitates de delicto teneantur, & nouissimè per D. Farin.
in quæst. 24. num. 108. cum multis seq. Et latissimè etiam per Io.
Anto. de Nigr. *in c. 210. incip licet contra receptatores, numer. 15.*
cum seq.
Item adde, quod vniuersitas teneretur, etiamsi non præcessis- 18
set deliberatio Consilij, si syndicus fateretur in iudicio factum à
communitate, quia tunc præiudicat communitati, secundum
Deci. *consil. 22.* & Plot. *in l. si quando, §. 51. nu. 9.*
Item adde, quod vniuersitas non dicitur delinquere nisi cõ- 19
municato consilio in delicto momentaneo: secus in delicto suc-
cessiuo, & continuato, vt dicit Anch. *consil. 57. vel 188. incip. ex*
narratis in facto col. 4. Card. Flor. *in clem. 1. §. ciuitas*, Luc. de Pen.
in 4. q. Fel. *in c. dilectus, n. 7. de simon.* vbi ponit duas alias limita-
tiones, & Bu. *in cons feud. 21. incip nobilis domine* Itẽ limita tertio

nisi facto delicto in uniuersitate per paucos homines, sequeretur postea ratificatio aliorum; & tunc puniretur vniuersitas, secundum Innoc. *in cap. graue, de sent. excomm.* Item quatro limita, nisi tota vniuersitas fuisset ibi, vbi factum esset delictum per paucos, & non contradixit, licet non congregata ad hoc, vel nō esset pulsata campana, Bald. *in l. sicut, §. 1. ff. quod quinque iur.* & Afflict. *in const. dubitationem, num. 11. & 12. rubr. 101. fol. 190.* & ibi *nu. 4.* dicit quod quando vniuersitas est citanda, sufficit rectores eius conuenire, vel maiorem partem in loco, in quo sunt soliti congregari, & si clauditur porta ciuitatis, vel loci vniuersitatis, ponatur citatio in porta loci, vel in ecclesia vicina. Et ita plene tradit Bal. *in l. itiam de execut. rei iud. & in Auth. cum testator, C. ad l. Falcid.* vbi dicit, quod citatio non debet fieri ad domus singulorum Rectorum, sed ad locum residentiæ, etiam quod Afflict. *in const. dubitationem, num. 5.* dicat, quod contumacia facta a syndico non potest constituere vniuersitatem in contumacia, nisi postquam vniuersitas fuerit citata, & syndicum constituerit, & admissus fuerit, quia tunc sufficit, etiam citari in singulis actis, & sequiti, vt per Luc. de Penn. *in l. fin. C. de re milit.* & ratio est, quia si prima citatio incipiat à procuratore, & procurator sit contumax, illa contumacia non nocet domino absenti, Bart. *in l. quamuis, ff. de damn. infect.* & quomodo citari debeant vniuersitates vide etiam Io. Bapt. Villalob. *in suis comm. opin. in versic. vniuersitas, nu. 43.* & Menoch. *de recup. poss. in 8. rem. nu. 119.* vbi tenet, quod sufficit vniuersitatem citari per edictum propositum in loco, vbi consueuerit congregari.

21 Item adde, quod vniuersitas potest comparere per procuratorem Io. Ant. Rub. Alexan. *in tract. de potestate procur. num. 151.* Baiar.

h *Sed hic aduerte*] Pro declaratione Capic. *dec. 130. n. 69.* Boer. *de seditiosis, §. 7. nu. 6. & seq.* Vulpell. *respons. 90.* Far. plenissime *tit. de delictis, q. 24. n. 148. & seqq. vol. 1.* vbi vult esse distinguendum, non habere locum in paruo Collegio, & *capitulo*, & ponit triplicem speciem vniuersitatis. *Rof.*

i *Quod processerit ad id consilij publici conuocatio.*] Ergo communitas condemnari non potest, quæ facit consilium extra locum Consilij. Tiranni tamen in contrarium huic dicto Proclamata dicunt: Adde tamen, quod quotiescunque de mandato officialis congregatur vniuersitas, præsumitur scientia de causa ob quam congregatur: Capyc. *decisio. 4. sub nu. 9.* quia de mandato Potestatis tantum debet, & potest Consilium congregari. Idem Capyc. *dec. 27. nu. 21.* applaudet, de quo per Liu. *lib. 9. Decad. prima*, spoponderunt, ait, Consules, Legati, Quæstores, Tribuni militum, nominaque omnium, qui spoponderunt, extant: Vbi quid deinde in contrarium deductum sit, contra talem sponsionem statim ex oratione Sp. Posthumi videre licet. Si tamen
22 †aliquis ex congregatis discedat è Consilio, vt puta, quia libere loqui non possit, vt sæpe contingit, habetur pro contradicente la... Canibus Tract. *de reprasal. par. 1. n. 25.* & an tunc remanentes possint actum expedire, Fely. *c. cum omnes, col. pen. de Constit.* quæ quidem decisio comprobata videtur ex iis, quæ in Consilio Argiuorum contra Philippum Macedonem facto euenisse Dij meis, & Megopolitanis, dum tali consilio non assentirent, refert Liu. *lib. 2. Dec. 4.* Dij mei, inquit, ac Megalopolitani, & quidam Argiuorum priusquam Decretum fieret, consurrexerunt, ac reliquerunt Concilium, neque mirante vllo, neque improbante, ... *qu. 35. versic. sed retenta*, vbi habetur de conuocatione concilij aduersus Papam, & de congregatis in consilio, ad hoc vt singuli assentiant, vel dissentiant, vtrum si taceant, videantur consentire, quod sic Fel. *cap. cum omnes coll. 6. ad principium, de constit.* & nota, quod si in Instrumento congregationis vniuersitatem dicatur, quod Homines vniuersitatis sic consenserunt vel fecerunt, non per hoc concluditur, quod tota vniuersitas sic fecerit, vel consenserit, vt per belle Alexan. *consil. 114. n. 12. vol. 4.* Alia multa ad hanc materiam facientia vide per Crau. *consil. 4. per totum*, & quod vniuersitas congregata etiam hoc mandato Prætoris, sic tractat licita, non sit punienda, dixit Bart. *in l. monent, n. 3. C. de delat. lib. 10.* Diog.

Quod processerit ad id consilij publici conuocatio, & eius deliberatio] adde communem esse, & plene per Ossascum *decisione Pedem. 138. sub n. 27.* qui *n. seq.* ponit, quæ nam sint articulanda, & probanda ad hoc, vt teneatur, quæ illic vide. *Giach.*

k *Sed illi, qui deliquerunt tanquam singuli.*] Ad idem vide post relatos per Osasc. *decisio 38. sub n. 15.* Giach.

l *Suspendi per eorum Hortolanum.*] Adde alium modum habendi carnificem, præter hic dicta per Clar. *infra qu. 99. versic. sed pone ad fin.* Diog.

m *Ciuitates ipsa*] Copiose Farin. *d. qu. 24. num. 107. vsque ad 150.* Ruf.

n *Si vero pœna eque cadit in singulos*] adde, quod quando vniuersitas condemnatur in pœna pecuniaria pro delicto, talis pœna non debet solui per capita, sed per æs, & libram, secundum magis communem opinionem, de qua per Fel. *in c. grauem, extra de sent. excom.*

Item adde, quod quando vniuersitas condemnatur in executione, quæ fieret pro pœna imponenda communicati, vel vniuersitati, illi, qui contradixerunt, & sunt innocentes, non 13
sunt torquendi, hoc ad soluendum collectam cogendi, vt per
Anan. *in c. delecti, el 1. de simon.* & ibi post Abb. dicit, quod Bononia fuit submissa aratro, sicut Carthago, licet ex gratia fuerit 14
reædificata, & quod Brixia quandoque propter rebellionem 15
fuit ad hoc condemnata licet talis pœna ex gratia fuerit remissa.

Item adde, quod vniuersitate punita pecuniariter, singuli 16
delinquentes corporaliter etiam poterunt puniri, secundum Luc. de Penn. *in leg. 3. col. penult. & fin. C. de exact. & exeq. lib. 12.* & per decis. Pedemont. 138. *num. 15.* & per Gomes. *de delict. cap. 1. num. 53.* Baiar.

QVÆSTIO XVII.

An pro omni crimine permissa sit accusatio.

SVMMARIA

Ex Claro.

1. *Accusatio an de quocunque crimine institui possit.*
2. *Et an pro crimine priuato.*
3. *Et quid si pro huiusmodi crimine priuato imposita sit pœna pecuniaria fisco applicanda.*
4. *Et an in criminibus priuatis possit per inquisitionem procedi.*

Ex Additionibus.

1. *Vsurarij per inquisitionē in statu ecclesiastico puniuntur.*
2. *Et quid in regno Neap.*
3. *Inquisitio ad priuatam vtilitatem quandoque in ciuilibus permittitur.*
4. *Nemine querelante fiscales id præstant.*

QVæro, an pro omni crimine licita sit accusatio. 1
Resp. Si crimen est publicum, vnicuique licet pro 2
eo accusationem deferre: si vero est priuatum, regulariter non admittitur ad accusandum, nisi ille, a cuius a
interest. Quæ vero sint publica, vel priuata delicta, dixi supra *hoc eod. lib. §. 1. circa princ.* Et dixi Regulariter: nam aliquando ratione publicæ vtilitatis lex permittit, vt etiam pro crimine priuato quilibet accusare possit, & potest poni exemplum in suspecto tutore, qui potest accusari à quolibet de populo, vt est text. *in §. Consequens, Inst. de suspect. tuto.* Et tamen illud est crimen priuatum, secundum communem opin. vt attestatur Salic. *in l. cum rationibus, circa fin. C. qui accus. non possunt.*

Sed quid si pro aliquo delicto priuato, puta pro fur- 3
to, imponeretur pœna pecuniaria, quæ veniret applicando fisco, nunquid eo casu propter illam pœnam quilibet de populo admitteretur ad accusandum? Resp. Bart. *in rub. ff. de popul. actio. n. 5.* tenuit, quod sic, & hanc esse communem opin. attestatur Aug. post Angel. *de malef. in verbo*, Et ad querelam, *n. 9.* quem refert Pract. Conradi, *fol. 226. post n. 9. vers. declara 1.* Contrariam autem sententiam, scilicet, quod imò etiam si pro crimine priuato imponatur pœna pecuniaria applicanda fisco, non admittatur ad accusandum nisi ille, cuius interest, tenuit Bald. *in rubr. C. qui accus. non poss. n. 9. & 10.* dicens, quod contra Bart. tenuit communis opinio. Doctorum maiorum nostrorum. Et illum refert Anan. *in rubr. de furt. num. 10. & seqq.* Illam opin. Bart. esse communiter reprobatam attestatur Roman. *cons. 152. num. 2.* Et opin. Bald. communiter hodie in pract. seruari attestatur Blan. *in pract. crim. fol. 69. n. 41.* b *in fi.* Ego b
vero dico, quod vbicunque etiam pro crimine priuato imponitur pœna pecuniaria applicanda fisco, semper admittitur accusatio per quemlibet de populo. Et hæc opin. est magis communis, vt ostendit Angel.

in

in loco præall. & ideo obſeruanda, niſi certa conſuetudine alicuius prouinciæ eſſet in contrarium, tanto magis quia fauet iuſtitiæ, ne delicta impunita remaneant. Et de dicto Bal. non eſt curandum, ex quo fuit etiam ſibi in hoc contrarius, vt dicit Aug. ad Ang. *in loco præalleg.* c c Adde, quod plerunq; non modò ad querelam, ſine accuſationem proceditur pro priuatis delictis, ſed etiam ex officio, & ſic per inquiſitionem, etiam quod non
4 ſit impoſita pœna corporalis, nec certa pœna pecuniaria: & talis delinquens punitur extra ordinem, vt ego d vidi quandoque ſeruari in crimine vſurarum, d quæ practica fundatur ſuper illa concluſione, quæ habet, quod pro quolibet delicto etiam priuato poteſt ratione intereſſe reip. procedi ad pœnam extradinariam, quam dicit eſſe communem regulam Dec. *conſil.* 170. *poſt num.* 1. Contrarium tamen vidi ſeruari in furto. e e nam nemine querelante vidi reos abſolui, rebus ſtantibus, & in ſpecie quendam Hier. de Lardis imputatum, quod furatus fuiſſe examen apum, 17. Nouemb. 1559. Idem etiam vidi ſeruari in adulterio, vt dixi ſupra *hoc eod. lib. §. adulterium, verſ. eſt autem.*

ADDITIONES
Ad Quæſt. XVII.

a *CVius intereſt.*] Conſidera an intelligatur in ſpecie, vel in genere, quoniam verba magis ſunt accipienda in ſpecie, vt *l. hoc legatum, ff. de lega.* 3. *Giach.*

b *Num. 41. in fin.*] adde Viuium. *lib. 2. commun. opi. verbo crimen. Roſ.*

c *Adde quod plerunque*] Vide, quæ dixi ſup. *q.* 3. *verſic. ſed certè. Roſ.*

1 *Adde quod plerumque*] adde, † quod in ſtatu Eccleſiaſtico Iudices contra Vſurarios per inquiſitionem procedere debent, & eos ad pœnam ordinariam punire per Conſtit. Marchiæ *li.* 2.
2 *c.* 2. & in Regno Nea. ex officio poteſt procedi contra vſurarios manifeſtos tantum, vt in Prag. 4. Caroli V. *incip. Vſurarum etiam voraginem, ſub rubr. de vſurariis in lib. pragmat. fol.* 429.

3 Item adde, quod in multis caſibus ciuilibus eſt permiſſa Inquiſitio ob priuatam vtilitatem principaliter, de quib. per Diaz. *in reg.* 337. *Ba.*

d *Quæ practica fundatur*] adde Matan. *in ſua diſputatione* 4. *per totum infra quæſt.* 17. *in princ.* At quæ ſit pœna extraordinaria, & quomodo intelligenda, vide eundem Matarr. *in ſuo Spec. par.* 410. *diſtinct. n.* 4. *infr. q.* 68. & *q.* 83 *in principio, q.* 86. *verſic. ſecundo infertur in fin.* & non effugiunt pœnam ſaltem extraordinariam, interueniente delicto, ſit quomodo velit Menoch. *tract. de arbitr. iud. caſ.* 359. *lib.* 2. *cent.* 4. *inf. q.* 64. *verſic. Illata reo*, conferunt, quę dixi ſupra *ad §. furtum verſi. excuſatur:* Cur autem hoc ſit, & quando euenire poſſit, quod nemine querelante, vt hic, Reus abſoluatur, vide Alexan. *inter conſ. crim. diuerſ. conſil.* 71. *n.* 18. *vol.* 2. vbi dixit de furto in Ciuitate Bononiæ facto, & reperto Florentię, quod ibi puniri poſſit, ſubaudi, nemine querelante, vt hic, & fortaſſe alia poteſt eſſe ratio, de qua infra, *q.* 38. Tu ſcis, *in*
4 *fi.* & *q.* 39. *verſ. Quæro nunquid.* nemine tamen † querelante fiſcales aſſumere partes querelantis dixit ſupr. *q.* 3. *verſic. ſed certè quicquid, poſt med. Dro.*

e *Nam nemine querelante*] adde, quia ſequuta pace nemo ſolet accuſare, vt eſt infr. *q.* 58. *verſic.* 1. *ibi, quod vbi pars offenſa non accuſat. inf. q.* 23. *in princ. Drog.*

QVÆSTIO XVIII.

Quomodo procedatur in iudicio accuſationis.

SVMMARIA
Ex Claro.

1 *Quomodo procedatur in iudicio accuſationis ſecundum diſpoſitionem iuris communis, & quomodo ſecundum conſuetudinem.*
2 *Accuſator an teneatur fideiubere de lite proſequenda, & pro expenſis.*
3 *Et an teneatur iurare de calumnia.*
4 *Et an teneatur ſimul cum accuſato carceres ingredi.*

Iul. Clar. Sentent. Pract. Ciuil.

Ex Additionibus.

1 *Accuſatoris fideiuſſor de expenſis in caſu ſuccumbentiæ pro deſertione cauſæ non tenetur.*
2 *Accuſator de conſuetudine litem non conteſtatur, nec de calumnia iurat.*

QVæro, quomodo procedatur in iudicio accuſationis? Reſpond. de iure communi accuſator debet ſe coram iudice præſentare, & ei dicere, Domine ego volo accuſare Titium de tali crimine, vnde poſtulo, vt eum cites. ita colligitur ex text. *in l. nullus, C. de exhib. reu.* Sed hæc de conſuetudine non ſeruatur, vt dicit Specul. *in tit. de accuſatione, §.* 1. *n.* 3. 1

Debet autem iudex ei dicere: Ex quo vis illum accuſare, obliga te, quòd accuſabis, & quod inſcribes, & quod accuſationem proſequeris, & alia facies, quæ ſunt in accuſatione neceſſaria, & ſic tacebo eum. Sed hoc etiam vſus non tenet, vt dicit Spec. *in d. §.* 1. *n.* 5. nam (vt ipſe ait) iudices parati ad prædam, ad nutum citant, nec clamorem expectant; tanto magis cum de conſuetudine pariter ſublatæ ſint huiuſmodi inſcriptiones, vt dixi ſup. *q.* 12. *verſ. Ceterum hodie.*

Hoc facto, reus citatur per edicta, vt dicitur *in leg. abſentem, C. de accuſat.* ſcilicet per tria edicta, cum interuallo triginta dierum pro quolibet, ſecundum communem opinion. vt dicit Salyc. *in ea l. abſentem, num.* 5. Marian. *de citat. in* 27. *articul. principalis, in* 8. *quæſt. n.* 58. & *ſequen.* quem refert Boſſ. *in tit. de ſent. num.* 10. Sed neque hæc edicta hodie ſunt in vſu, vt atteſtatur idem Salic. *in d. l. abſentem num.* 7. ſed fiunt citationes per nuncios, vt dixi infra *quæſt.* 31. Iſte etiam numerus dierum, & quantitas dilationem non ſeruatur ex generali conſuetudine, teſte Specul *in tit. de citat. §. viſo de temporum interſtitiis poſt numerum primum*, quem refert Marian. *in loco præallegato poſt num.* 59 Sed iudex in citatione habita conſideratione perſonæ, & locorum, ponit terminum arbitrio ſuo. Apud nos communiter in citationibus, ſiue inquiſitionibus, quæ reis tranſmittuntur, ſolet dici, quòd ſtatim habito præcepto compareant; ſed deinde, ſi petatur dilatio, ſolet concedi. Puto in his (vt ſæpius dixi) ſeruanda eſſe ſtatuta, & conſuetudines, loci in quo fit proceſſus.

Reo citato non comparente, annotantur eius bona, vt dixi infra *quæſt.* 44. *in princ.* Si verò velit comparere, dandus eſt ei terminus 30. dierum ad componendum mœſtos penates, vt habetur *in d. l. nullus, C. de exhi. reis.* Sed neque hoc de conſuetudine ſeruatur, vt quotidie videmus, ſed allegatur aliqua alia iuſta cauſa, propter quam reus impeditus ſit comparere: illud autem, quod dictum eſt de dicto numero dierum, de facto non ſeruari, atteſtatur Spec. *in d. §.* 1. *n.* 15. *in fin.*

Poſtea accuſator offert libellum accuſationis, de cuius forma, & ſolemnitatibus requiſitis dictum eſt ſupra, *in d. q.* 12. Sed certè hodie non datur libellus accuſationis ſecundum conſuetudinem totius Italiæ, vt dicit Calep. *in conſilia criminalia diuerſorum conſil.* 52. *n.* 9. *libr.* 1. Sed datur ſimplex accuſatio, ſiue querela, vt dixi ſupra *q.* 10. *verſ. Scias autem.*

Eodem etiam contextu tenetur accuſator præſtare fideiuſſionem de accuſatione vſque ad finem proſequenda, vt habetur *in l.* 3. *C. qui accuſ. non poſſ.* Sed neque hoc de conſuetudine obſeruatur, vt dicit Vital. *de maleſ. in rubr. quid ſit accuſatio. num* 15. Marcus *deciſ.* 683. Quæritur generaliter, numero quarto. Et ideo cum quidam prætor conſuetudinis ignarus, admitteret in cauſis criminalibus huiuſmodi exceptiones de iurando, & ſatiſdando de proſequenda querela, Senatus illum ſeuere monuit, ne illas admitteret, 2. Septemb. 1559. P. N. 2

Tenetur a etiam accuſator ſatiſdare de ſoluendis

expensis in casu succumbentiæ. Sed hæc etiam satisditio recessit ab aula, vt dicit Boss. *in tit. de accusat. n.* 4. *Reperio tamen*, quod Carauita *super ritu magna curia* 199. *n.* 4. dicit, quòd parte accusata petente tenetur accusator præstare hanc cautionem: & subdit, quòd ita seruatur. Sed in hoc, vt in cæteris iudex debet seruare consuetudinem prouinciæ, in qua ius dicit. Et ita faciendo non errabit.

3 Dicit etiam Bartol. *in l. 1. n. 6. C. de iura. calumn.* quod hodie secundum communem vsum Italiæ accusator tenetur iurare tempore, quo offert libellum, quod accusatio est vera, & quod *b* non animo calumniandi hoc facit. Et illum refert August. ad Angel. *de malefic. in verbo, Et ad querelam, post num.* 4. & Mantua *in l. transigere, post nu.* 22. *C. de transact.* & Suarez *in libro repetitionum, folio* 845. *num.* 16. vbi etiam dicit, quod stylus Hispaniæ in hoc concordat cum stylo Italiæ. Et ita de generali consuetudine seruari attestatur Alber. *in leg. l. bellorum, in princip. n.* 11 *ff. de accusat.* Hanc etiam dicit esse communem practicam, & cousuetudinem Cur. Sen. *de iur. calum. in princip. n.* 2. Et quod in causis criminalibus iurandum sit de calumnia, attestatur esse commu. opi. Apostil. ad Ang. *de malef. in verbo, hæc est quædam inquisitio: post n.* 68. *vers.* 6. *quæro*. Sed *c* certè hoc apud nos hodie non seruatur in practica, prout etiam nunquam se vidisse illud obseruari nisi petente aduersario, attestatur Foller. *in pract. crim. canon. fol.* 50. *n.* 51.

4 Quando deinde accusatus comparet, & est pro eo crimine in carceribus ponendus, tenetur etiam ipse accusator carceres ingredi eodem tempore, vt si deinde non probet accusationem, possit puniri pœna talionis, vt est text. *in dicta leg. nullus, C. de exhib. reis.* Sed neque hoc de consuetudine seruatur, vt dicit Bart. *in l. fin. C. de accusat.* Vitali. *de malef. in loco præalleg. nu.* 14. Idem attestatur Felin. *in cap. super his. nu.* 6. *de accus.* quem refert Pract. Conradi, *fol.* 224. *post num.* 4. Boer. *super consuetud. Bituricen. folio* 23. *colum.* 1. Bos. *in tit. de tortura accusatoris, nu.* 1. Marcus *decis.* 709. *num.* 4. & dicit Guido de Suzar. *in l. fin. C. de accusat.* quod sæpe vidit peti, quod accusator in carcerem detruderetur: tamen hoc nunquam de consuetudine seruatum fuit: quem refert, & attestatur Alb. *in ea. leg. fin. num.* 2. *& rub. in l. penult. §. ad crimen, num.* 4. *de public. iudic.* Idem etiam obseruari de consuetudine regni Franciæ attestatur Practic. Millei, *fol.* 15. *num.* 25. Et reuera, cum hodie sublata sit illa pœna talionis, vt dixi infra *quæstio* 81. superfluum omnino esset accusatorem ipsum ea ex causa in carceribus detinere.

Et hæc est forma, secundum quam proceditur de iure communi in iudicio accusationis, quæ tamen (vt *d* vides) tota fere *d* abiit in desuetudinem. Volui tamen illam non prætermittere, vt scias, quid seruandum sit de iure communi, & quid de consuetudine. Cætera verò ad examen rei, & alios actus iudicij pertinentia, præsertim quomodo cum reo contumace procedatur, infra suis locis explicabimus.

ADDITIONES

Ad Quæst. XVIII.

a T*Enetur etiam accusator satisdare*] adde, quod si data fuerit per accusatorem, vel querelantem cautio de expensis in casu succumbentiæ, & demum non succubit in causa principali,
1 sed super desertione ipsius, quod fideiussor an tenebitur, Bal. *in consil.* 106. *num.* 17. *vol.* 2. & Maran. *in pract. par.* 6. *memb.* 9. *nu.* 17. *Baiard.*

b *Non animo calumniandi*] Quid si querelatus vellet querelantem de falso, siue magis de calumnia querelare. Aduerte, quod in querela debet concludere sic. Dico, quòd Titius scienter accusauit me contra veritatem, & ita probare, quia obtinebit. Et vbi non posset probare scientiam, sed tantum calumniam in se, debet interrogare eum, an velit querela vti, & si responderet velle, dicitur scienter produxisse illam querelam falsam, vt per Boss. *tit. de accusatio post num.* 24. qui *num.* 26. declarat prædicta procedere, quando querela continet rem alienam; at secus si contineret factum proprium querelantis, puta, quod fuit insultatus, & falsum demonstraretur, satis est fundata intentio querelantis de calumnia ex ipsa querela, vt per Fel. *in cap. præsentium, post num.* 11 *de test. & attestatio. Giacb.*

c *Sed certè hoc*] adde, quod de generali consuetudine attestatur Vitalin. *in suo tract. malef. in tit. quot modis super malef. proced. n.* 9. dicens, quòd licet de iure super libello, seu accusatis contestari, & de calumnia iurari debeat, quod tamen non seruatur. *Baiard.* 2

d *Abiit in desuetudinem*] Hinc elice multa ab Authore recitata, vt doceat, quid Iuris, non quid consuetudinis; & aduerte in proposito, quia in toto hoc opere inuenies Clarum attestantem sic, vel sic de consuetudine seruari, quicquid aliàs de Iure verum sit, & tamen Doctori attestanti de consuetudine non videtur credendum vulgaris iuribus? Dic debere credi huic Doctori de consuetudine attestanti diu versato in Curia, & Senatu Mediolanensi, cum ibidem fuerit Præses, vt dixit infra *q.* 78. *vers. sed quæro, in fin.* & habet de hoc, quod fuerit Præses in Senatu Mediolani, contestem celebrem Menoc. *in epistola dedicatoria Illustri q. Polidonio Medio barba Senatori, super Tractat. de Arb. Iud. lib.* 2. *Centur.* 3. *ad med. dicta Epistola, infr. q.* 82. *stat.* 7. *in princ.* Item fuit Senator regens in Hispania, vt attestatur idem ipse Clar. *in epistola lectori dicata, incipiente, Existimaui aliquando, in quo etiam regimine, ni fallor, mortuus est*; sic quando Doctori de consuetudine dicenti, credendum sit, declarat Durantes Tract. *de art. Test. tit.* 5. *de subst. caut.* 35. *numer.* 3. *vsque ad fin.* Menoch. *dicto Tract. de Arb. Iud. lib.* 2. *cent.* 4. *cas.* 360. *numer.* 94. *Drogh.*

QVÆSTIO XIX.

Quomodo procedatur in delictis per viam actionis, vel exceptionis.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Quomodo procedatur in delictis per viam actionis.*
2 *Quomodo procedatur in delictis per viam exceptionis ciuiliter.*
3 *Et quomodo criminaliter.*
4 *Quomodo procedatur in delictis per viam confessionis.*

Ex Additionibus.

1 *Quando non oritur actio parti, non oritur fisco ad publicam vindictam.*
2 *Actio partis quando non oriatur, remissiue.*
Sententia lata in ciuili quando præiudicet in criminali, num. eod.
3 *Quomodo procedatur in crimine per exceptionem, remiss.*
Confessio delicti violenter facta, an & quando sufficiat ad pœnam ordinariam, n. eod.
4 *Confessio nullis indiciis præcedentibus exorta semper reuocatur.*

PRiusquam *a* tamen ad vlteriora progrediamur *a* paucis dicendum est, quomodo in delictis procedatur per viam actionis, vel exceptionis. Tu scis, quod regulariter ex quocunque delicto vltra accusationem criminalem, quæ oritur reip. ad publicam vindictam, oritur etiam parti actio ciuilis ad interesse, vt dixi supra *quæst.* 2. *circa princ.* *b* Quando autem pars intentat pro *b* crimine actionem ciuilem, ratione proprij interesse, neque veniat imponenda aliqua pœna corporalis, aut pecuniaria fisco applicanda, hoc non pertinet ad præsentem materiam, quia illud dicitur iudicium mere ciuile, vt dixi supra, *quæst.* 1. *& inf. lib. proximo.* Neque de eo aliquid hoc loco attingam, vbi de criminalibus causis tantummodo tractatur, ne materias ipsas contra operis ipsius institutum confundamus. Illud enim iudicium in omnibus, & per omnia regulatur secundum formam iudicij ciuilis. Et quamuis actio ipsa oria-

oriatur ex crimine, nihil habet commune cum criminalibus.

Vnum tamen scias, quod etiam hic est vnus ex modis, per quos aperitur via iudici ad inquirendum: nam si iudex, coram quo agitur huiusmodi causa ciuilis, habeat iurisdictionem etiam in causis criminalibus, poterit, constito ei de crimine ex probationibus factis in ipsa causa ciuili, procedere contra delinquentem ad eum puniendum, & contra eum ex officio inquirere, etiam nulla partis querela criminali præcedente. Et hoc vbi pro eo delicto posset alias per inquisitionem procedi. Et ita de facto seruatur, vt dicit Iac. de Belu. *in pract. crim. fol. 18. de rub. de caus. cri. num. 1. & 2.* An autem probationes factæ in hoc iudicio ciuili faciant fidem in criminali, dixi inf. *q. 54. vers. item, si producantur.*

2 Per exceptionem autem deducitur crimen in iudicium duobus modis, scilicet ciuiliter, & criminaliter. Ciuiliter, puta quando exceptio de crimine contra testem, vel contra instrumentum, & peto, nullam fidem ei adhiberi. Dicitur autem hoc casu procedi per viam exceptionis ciuiliter, quia super huiusmodi processu non potest sequi sententiam criminalis, etiam quod con-

d stet de delicto, *d* sed tantum sententia ciuilis, vt testis repellatur à testimonio tanquam criminosus, vel instrumentum non tanquam suspectum de falso, & ideo in omnibus, & per omnia hoc iudicium reputatur ciuile, & ad instar iudiciorum ciuilium in eo proceditur, vt dixi infra *lib. 7. §. exceptio.* Nec potest iudex talem testem, etiam si sit de crimine conuictus, punire pœna ordinaria, neque extraordinaria, secundum magis communiter Doctor. vt dicit Boss. *in tit. quomodo procedatur per exceptiones, num. 2.* Bene verum est, quòd si ex probationibus factis super hac exceptione appareat de delicto, poterit iudex criminaliter procedere, & inquirere contra delinquentem, prout etiam dixi supra vers. vnum tamen, quando delictum per viam actionis ciuilis fuit deductum in iudicium. Et ex hac noua inquisitione, & nouo processu poterit reus criminaliter puniri. Et ita obseruatur, vt dicit Bart. *in l. 2. §. si publico, nu. 20. ff. de adult.* Vide, quæ dixi infr. *vers. Vltimò non est.* An autem probationis factæ in hoc iudicio ciuili exceptionis faciant fidem in iudicio criminali, recurrendum pariter est ad ea, quæ dixi infr. *in d. q. 54.*

3 Criminaliter autem agitur via exceptionis, quando quis excipiendo, puta contra testes, petit illis tamquam falsis nullam fidem adhiberi, prætereaque eos de falso puniri. Et hoc quidem casu ita excipiens dicitur assumere partes accusatoris. Et perinde proceditur contra ipsos testes, ac si fuissent accusati, seu querelati de falso; & potest contra eos ferri sententia condemnatoria criminalis; & iudicium ipsum quamuis à principio fuerit ciuile, efficitur criminale, & in eo proceditur in omnibus, & per omnia ad instar criminalium iudiciorum.

Hinc infertur, quod sicut in iudiciis criminalibus in quibus vsque ab initio proceditur per accusationem, vel inquisitionem, requiritur, quod in ipsa accusatione, vel inquisitione exprimatur dies, & annus, & locus commissi delicti, pariter etiam eadem sunt exprimenda, quando proponitur crimen per viam huius-

e modi criminalis exceptionis, vt dixi supra *e q. 12. vers. adde quod.*

Item sicut in iudiciis criminalibus non potest regulariter procurator interuenire, quando ceptum est agi via accusationis, vel inquisitionis, ita nec etiam quando agitur hac via exceptionis criminaliter intentatæ, vt dixi infr. *q. 32. vers. tu scis, quod in causis.*

Et breuiter dic, quod ea omnia quæ, seruantur in iudicio accusationis, seruanda sunt in hoc iudicio exceptionis criminalis, quia (ut dixi) talis exceptio, quæ tendit ad puniendum, æquiparatur accusationi.

Vltimò *f* non est omittendum, quod alio etiam f
modo deducitur crimen in iudicio absque accusatione, vel exceptione, quando scilicet pars, seu testis incidenter confitetur se aliquod delictum perpetrasse, prout de facto quandoque vidi contingere. Et hoc quidem casu scias, quod talis confessio *g* incidenter facta non nocet confitenti, quò ad hoc, vt posset ex ea puniri: operatur tamen, vt ea aperiatur tamen, vt ea aperiatur via iudici ad inquirendum super ipso crimine confesso, absque ulla partis querela. Et eo casu debet iudex inchoare nouum processum super illa confessione, & dare suas defensiones reo, & alia facere, quæ in processibus criminalibus requiruntur, ita dixit Bar. *in l. si confessus, circa fin. ff. de cust. reorum, & in d. l. 2. §. si publico n. 20. ff. de adult.* Vbi etiam dicit, quod ita obseruatur, prout illum refert Boss. *in tit. quomodo procedatur per except. nu. 4.* ego etiam supra retuli, *vers. per exceptionem.* Et ita in facti contingentia fuit iudicatum per cons. Neap. teste Afflict. *decis. 179. quedam mulier:* quem refert Foll. *in pract. cri. fol. 276.* h *n. 31.* h

ADDITIONES

Ad Quæst. XIX.

a PRiusquam tamen ad vlteriora] adde, quod quando actio non oritur fisco ad publicam vindictam, & tunc iudex non 1
potest inquirere, *l. non solum, §. quamquam, ff. de iniur.* quem text. ad hoc allegat Bart. *in consil. 100. nu. 2.* & Mars. *in pract. crim. §. constante, nu. 34.* & ibi ponit multa exempla, quando non oriatur actio parti, sed vide, quæ posui supra *ad q. 1. in versic. ibi ex secunda. Batar.* 2

b *Quando autem pars*] adde, quod quando actum fuisset de crimine ciuiliter per viam actionis ad vindictam publicam, & quando agitur actione populari de sepulcro violato, vel alia simili, nam tunc sententia lata in iudicio ciuili præiudicat in criminali, siue fuerit condemnatoria, siue absolutoria: ita limitat Bero. in c. qualiter, & quando, n. 88. de accus. *Batar.*

c *Vnum tamen scias. ibi. Per exceptionem autem*] adde videndum Boss. in ti. quomodo procedatur per exceptionem, vbi latissimè hanc materiam tractauit: vide etiam Luc. de Penn. in l. 1. num. 13. C. de num. actuar. lib. 12. vbi ponit limitationes, de quo habetur etiam per Ruin. in cons. 82. vol. 4. & per Vrsil. ad decis. Afflict. 176. *Batar.* 3

d *Sed tantum sententia ciuilis*] Oportet ergo fabricare nouum processum specialem, contra talem testem inquirendo; postquam ciuilis processus aperuit tantum viam iudici ad inquirendum, *supr. q. 5. versi. Poterit igitur;* & de fabricando nouo processu infra *q. 32. versi sed pone, ad fi.* vide infr. *q. 33. versic. Dixi etiam,* & hic nota, quod tunc semper dicitur causa ciuilis, quando excipitur tantum, sed non sit instantia, vt condemnetur, vt puta de falso; sin autem diceretur, & instaretur ad officij priuationem tantum, hoc idem esset, vide ad hoc Maran. *parte 4. in princ. num. 22. cum seqq.* sed an excipiendo, si quis obiiciat crimen, puta, falsi, & non probet, puniri possit, saltem actione iniuriarum, quod sic, vide Io. de Anania *inter consil criminalia diuers. consil. 46. per totum, maxime num. 10. vol. 1.* Quid tamen seruetur, in practica, vid. inf *q. 53. versi. caueant tamen. Drog.*

e *Quæstione 12. versic. Adde quod*] adde hoc idem esse *in d. q. 12. versic. Dixi etiam. Drogh.*

f *Vltimo non est omittendum*] adde, quod hoc procedit, quando confitenti delictum incidenter non fuit datus terminus ad se defendendum contra eius confessionem, secus vero quando defensiones habuisset, vel eas fecisset, quia tunc absque nouo processu poterit pœna ordinaria puniri, & ita decisum fuit per sacrum Consilium, vt attestatur D. Vinc. Franch. *in decisio. 240. nu. 13. vol. 2.* vbi dicit, quod Afflict. ita loquitur *in decisio. 176.* hic allegata, & dicit etiam, quod quando tela iudicij est ordinata contra eum contra quem, constat etiam incidenter de aliquo delicto, quod sit annexum principali delicto, debet puniri pœna ordinaria, sine nouo processu, & ad hoc allegatur Fely. *in c. 1. n. 1. & 4 de except.* & Luc. de Pen. *in l. 1. n. 14. C. de n. actua. lib. 12.* & quid de confessione incidenter facta in iudicio ciuili, Bero. *in c. qualiter, & quando, n. 9 de accusat.*

Item adde, quod licet confessio incidenter facta non sufficiat ad pœnam ordinariam, nisi incipiatur nouus processus, fallit tamen si confessio facta tangeret habilitatem, vel inhabilitatem personæ; nam tunc dicta confessio quatenus inficit personam sequitur eam quocumque se vertit, sicut infamia, & lepra lepro-

sum:ita tradit Afflict.in constitut.Regni Blasphemantibus,*n.3.*
Baiard.

g *Confessio incidenter facta*] Hoc intellige ante informationes sumptas modo, quo sup. q. 6. vers. successiuè quæro; post informationes verò, si reus incidenter confiteatur, vtique condemnatur, sed quæ sit ratio, cur confessio sic incidenter prolata non sufficiat nisi ad inquirendum, vt hic, confessio autem nulliter extorta indiciis non præcedentibus si sponte facta sit, ad condemnandum sufficiat, vt infr. q. 55. quomodo autem, ad fin. vers. Item posset, & vers. Confessio cum sequenti. cogita, quia non satis percipio rationem differentiæ, nam ante informationes sumptas, & indiciis non præcedentibus idem importare videntur; nisi dicas, quod stent insimul informationes sumere, & indicia non habere. Quod nihilominus est absonum: melius est enim non scribere tunc, quam membranas occupare: Nota ta-
4 men quod confessio † extorta nullis præcedentibus indiciis semper reuocari potest, tanquam metu facta, quod est huic dicto contrarium: quia tunc non præsumitur sponte facta. Boss. tit. de carc. n. 22. ergo nunquam dicetur sponte facta. *Drogh.*

h *Num. 31.*] In verbo, & etsi confitebuntur in ea parte, in qua tractat de confessione iudiciali. *Ros.*

QVÆSTIO XX.

Quæ sint genera indiciorum.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Indiciorum gradus qui sint.*
2 *Et quæ indicia sufficiant ad inquirendum.*
3 *Et quæ ad inquisitionem formandam.*
4 *Et quæ ad torturam.*
5 *Et quæ ad condemnationem.*
6 *Et an ex indiciis, vel præsumptionibus quis possit in pœnam corporalem condemnari.*
7 *Et quid in crimine assassinij, hæresis & simoniæ.*
8 *Et quid si præsumptio sit posita à lege.*

Ex Additionibus.

1 *Indicium, argumentum, præsumptio, suspicio, conjectura, & fictio quid sint, remissiuè.*
2 *Indicium vnde dicatur, quotuplex sit, & quomodo probetur maleficio proximum, vel remotũ, remis.* & nu. 4.
3 *Indicia magna qualiter distinguantur à leuibus, remiss.*
4 *Credulitatis quattuor gradus ad sciendum ea, quæ sunt facti transeuntis,* n. eod.
Iudex habet varios gradus inuestigabiles, ac tres motus animi, n. eod.
Suspicio & præsumptio quid sit, n. eod.
*5 *Indicia nunquam dicuntur vera probationes.*
*6 *Præsumptio super quo versetur.*
*7 *Crimen quomodo probari debeat.*
5 *Indicia legitima ad formandam inquisitionem remittuntur arbitrio judicis.*
6 *Indicia ad torturam sufficientia quæ sint.*
7 *Mortem alterius asseuerans ante verisimilem notitiam præsumitur conscius.*
8 *Litterarum acceptio cum taciturnitate super suspicione criminis contra accipientem an faciat indicium ad torturam.*
9 *Indicia indubitata quæ sint.*
10 *Condemnatio an sequi possit ex indiciis, vel præsumptionibus, & quæ.*
11 *Et quid si hinc inde adsint præsumptiones, remiss.*
12 *Et qualiter præsumptio, vel conjectura à duobus contestibus est probanda.*
13 *Et an tortus, & nihil confessus possit condemnari.*
14 *Indicia sufficientia ad condemnationem quæ sint, remiss.*
15 *Iudex habens à statuto liberum arbitrium inquirendi, & puniendi maleficia quid agere possit, remiss.*
*16 *Sententia lata ex juris præsumptione non transit in rem judicatam.*

a CONstito a de delicto juxta ea, quæ dicta sunt su-
1 pra q. 4. solent judices recipere informationes, siue indicia contra delinquentem. Conueniens igitur est, vt de ipsis indiciis videamus. Repetenda tamen sunt hoc loco ea, quæ in hoc proposito dicta sunt supra, *q. 5. vers. poterit igitur,* quòd scilicet iudices ad indicia assumenda duobus modis procedunt. Nam quando non est certus delinquens, procedunt inquirendo generaliter, quando vero est certus delinquens, procedunt inquirendo, siue assumendo indicia specialiter contra eum, vt ibi declaraui. Hoc præuio scire debes,
quòd secundum omnes in materia, indiciorum *b* non *b*
potest dari certa doctrina, sed totum relinquitur *c* ar- *c*
bitrio boni viri, s. iudicis, qui secundum qualitatem personæ, & delicti, & demonstrationum, seu suspicionum iudicabit indicium esse sufficiens, vel non. Et ita dicunt Doctores, vt attestatur Ang. *de malef. in verbo, Fama publica, n. 9.* dicit etiam Pract. Casoni. *fol. 14. n.*
2. quòd ita dicunt omnes. *d* Nihilhominus ut materia *d*
ipsa distinguendo clarior reddatur, dico ego tres esse
gradus *e* indiciorum: Aliqua enim sunt leuia, aliqua *e*
grauia, & aliqua grauissima. Leuia sufficiunt ad capturam, non tamen, vt statim debeat reus examinari super delicto, ita vt eius nomen recipiatur inter reos, sed vt tollatur eius facultas fugiendi, iuxta ea, quæ dixi infr. *q. 28. circa princip.* Sufficiunt etiam ad inquirendum, id est, ad assumendas ex officio informationes contra aliquem de delicto, non tamen ad illi transmittendam inquisitionem, vel citationem. Et huiusmodi indicia, si non sint multum vrgentia, ego puto rectè appellari posse suspiciones, sed verò magis vrgeant, crederem posse dici præsumptiones, siue argumenta. Grauia sufficiunt ad transmittendam inquisitionem reo absenti, vel si sit captus, ad examinandum eum super delicto tanquam reum, & etiam ad torturam. Et hoc ego credo propriè in hac materia appellari posse indicium, quod scilicet sit plusquam simplex præsumptio, & minus quam semiplena probatio. Et de hoc loquitur in proposito torturæ Gl. *in l. cum probatio, in Glo. 1. ff. de probat.* Et idem etiam tenent Doctor. communiter om-
nes, teste Corn. *cons. 101. in littera L, lib. 2.* *f* Grauissima *f*
verò sufficiunt etiam ad condemnationem. Et hæc proculdubio debent esse non modo plusquam semiplena probatio, sed etiam quasi plena probatio. Et sic
habes in hac materia *g* suspiciones, præsumptiones, *g*
indicia, semiplenam probationem, & plusquam semiplenam probationem. Et in hac breui distinctione vna cum exemplis inferius positis, facere poterit quilibet iudex intelligere, quomodo in quocunque casu procedere debeat, præsupposita tamen semper supradicta conclusione, quæ per omnes Doctores traditur, quod
in hac materia indiciorum *h* non potest dari certa re- *h*
gula, sed multum iudicis arbitrio committitur.

Ad *i* inquirendum igitur, id est, ad assumendas in- *i*
formationes super delicto, dixi sufficere leuia indicia,
sufficit *k* enim aliqua probabilis suspicio, propter quam *k*
iudex rationabiliter credat delictum ab eo commissum fuisse, contra quem inquirere intendit, vt dicit Sal. *in l. ea quidem, nu. 41. C. de accus.* Et cum eo concordat communis practica, vt attestatur Marian. *in repe. cap. qualiter, & quando, post n. 108. de accus.* quem refert Boss. *in tit. de inquisit. n. 8.* Et potest poni exemplum in dicto, seu assertione morientis, vt dixi infr. *q. proxima, vers. Assertio vulnerati:* Item in graui inimicitia, vt dixi *in ead. q. vers. Inimicitia:* Item fama, vt dixi supra *q. 6. circa princ.* Hæc eadem sufficiunt etiam ad capturam, iudicis tamen arbitrio, iuxta ea, quæ dixi *in allegata quæst. 28. circa principium* considerata facti, & personarum qualitate.

Ad *l* formandam, seu transmittendam inquisitio- *l*
nem contra aliquem, id est ad eum citandum pro delicto, de quo imputatur, omnes Doctores concludunt,
quod omnino necesse est, vt *m* præcedant legitima in- *m*
dicia

dicia. Et ita generalis consuetudo interpretatur, vt dicit Fulg. *cons.175.post n.1.* Et ideo male faciunt iudices, qui nulla fama, vel indiciis præcedentibus, formant inquisitiones, prout facere consueuisse officiales Montisferrati dicit Pract. Pap. *in forma, inquisit. in verbo, Fama publica, n.2.* Et Senatus grauiter reprehendit Capitaneum Vicomercati ex eo, quod non præcedentibus legitimis indiciis formasset inquisitionem contra quosdam de Vertemate, 11. Decemb. 1532. CC. Merito igitur inquisitio taliter formata, cum omnibus exinde secutis, est nulla. Et ita DD. intrepidè tenent, ut attestatur Grat. *cons.57.post n.11.lib.2.* n Et hanc conclusionem, quod inquisitio, non præcedente diffamatione, & non sumptis informationibus super ea, est nulla, totus Mundus sequitur, vt dicit Catus *inter consilia criminalia diuersorum cons.99.n.1.lib.1.* vbi etiam *n.3.* dicit, quod hæc conclusio est valde trita, & consulentes omnes illam affirmant. Sed o quæ sint ista legitima indicia, Doctores in specie non exprimunt: & quidem (secundum aliquos) non deberent iudices procedere ad transmissionem alicuius inquisitionis, nisi delictum esset contra reum taliter probatum, quod super eo posset etiam torqueri. Vsus tamen contrarium obtinuit: nam iudices valde prompti sunt ad huiusmodi inquisitiones formandas, etiamsi non subsint indicia legitimè probata: quos appellat malos assessores, & proteruos, & ignorantes iuris, Vitali. *de malef. in tit. de inquit. n.8.* subdens, quod tales non sunt iudices, sed potius canes nuncupari merentur. Nihilominus attenta hac generali consuetudine, vel potius corruptela, poterit fieri cóclusio, quod ex vehementi suspicione, quæ contra reum ex probabilibus argumentis resultet, poterit contra eum formari inquisitio, licet talia indicia non sint talia, aut p taliter probata, quod super eis posset reus torqueri. p Et ideo dicit Boss. *in tit. de inquisit. n.61.* quod ad formandam inquisitionem sufficiunt indicia leuia, puta, diffamatio delicti. Et subdit, quod ita seruatur: quod tamen q ego non puto q de iure verum, nisi vt dixi supra *vers. ad inquirendum.* Hæc auté, quæ dixi in proposito formandæ inquisitionis, intelligo, ut etiam procedant in examine sine interrogationibus, quæ fiunt reo præsenti, in locis, in quibus quando reus est in carceribus, non solet formari aliqua inquisitio, prout seruatur in hoc r Ducatu. r Nunquam enim reo præsenti leguntur capitula, neque inquisitio, sed examinatur reus super delicto. Dico igitur, quod sicut non potest contra absentem transmitti inquisitio, nisi præcedentibus indiciis legitimis, ita etiam non debet iudex interrogare, siue examinare aliquem præsentem super crimine, & sic facere, vt eius nomen recipiatur inter reos, nisi præcedant talia indicia, quæ sufficerent ad formandam inquisitionem, vbi reus esset absens. Cæterum vbi indicia ad formadam inquisitionem videntur iudici debilia, f apud nos seruatur, quod iudex iubet reum detineri: f nam ad capturam sufficit quæcunque informatio, vt dixi infra *q.28. circa princ.* Et successiue vbi reus non inuenitur, fit de hoc relatio apud acta, quo casu dicitur constare de eius fuga, quæ quidem fuga proculdubio iuncta cum aliis præexistentibus indiciis sufficit ad transmittendam reo inquisitionem, iuxta ea quæ dixi, infra *quæst. prox. vers. Fuga delinquentis,* & est, iudicio meo satis bona practica.

t Ad t torturam etiam, quæ indicia sufficiant, non 4 potest dari certa doctrina, sed pariter relinquitur arbitrio iudicis, ut dixi infra *quæst.64. vers. Dixi quoq.* Poteris tamen videre aliqua exempla infra *quæst. prox.* Sufficit autem minus quam semiplena probatio, secundum Gl. *in d.l. cum probatio,* de qua dixi supra, *circa princ. quæst.*

u Ad u condemnandum vero grauissima indicia requiruntur, & (vt DD. appellant) indubitata, prout potest 5 poni exemplum infra *quæst. prox. versic. si aliquis, & huiusmodi.*

Scias x tamen quod in hoc articulo Doctores multum varie loquuntur. Nam aliqui dicunt, quod regulariter ex præsumptionibus violentis, vel indiciis, quantumcunque indubitatis, non debet aliquis in causa criminali y, condemnari: quam opin. dicit esse communem y Dec. *cons.175. post n.8 col. fi. versic. Præterea etiam,* Marsil. *in rubr. de probat. n.237. circa fin.* Nouel. *in pract. crim. fol. 118. n.54.* z Alij dicunt, quod si agatur ad pœnam pecuniariam, potest reus ex a indiciis indubitatis etiam criminaliter condemnari. Et ita communiter teneri attestatur Grat. *consil.136. nu.22. lib.1.* secus autem si agatur de pœna corporali. b Alij dicunt, quod vbi ex præsumptionibus proceditur, multum debet iudex temperare suam sententiam, & maxime ne condemnet nisi raro, & modice ad pœnam nec pecuniariam, nec corporalem. Et hæc sunt verba Innoc. licet non multum fideliter per Doctores relata *in cap. quia verisimile, nu.2. de præsumpt.* quem dicit sequi communiter Doctor Marf. *in l.1. §. diuus Adrianus, nu.25 ff. ad l. Cornel. de sicar.* Caue. *nsf. super ritu magnæ curiæ 147. n.15.* Hanc etiam dicunt esse communem opi. Pala. Rubios *in allegatione hæresis, §.11.* & Iacob. *in rubr. de probat. nu.7.* prout illos refert Piac. *lib.1. delictorum, c.14. nu.3. in fin.* & Duennas *regula 303. circa med.* Apostil. *ad Ang. de malef. in verbo, Fama publica, sub n.22.* quem refert Villalpan. *in repet. lib.22. cap.10 post n.7.* Gand. autem *de malef. in tit. de præsumpt. circa fin.* dicit, quod de consuetudine vidit obseruari, quod ex indiciis quantumcunque indubitatis non imponitur pœna corporalis, sed c tantum pecuniaria: c quod dictum Gand. refert, & sequitur Paul. de Castr. *consil.199. nu.3. in fin. lib.2.* subdens, quod propter illud defendit quendam imputatum de homicidio: Cæpolla *consil. crim.32. circa fin. & consil.39. in 1. dubio, versic nec propter dictam, & pract. lod. fol.143. n.11.* & Aug. ad Angel. *de malef. in verbo Fama publica, n.28.* & Brun. *de indic. & tortur. fol.57. n.16.* & Marsil. *consil.96. n.10.* Et ita tenere communiter Doctores attestatur Carrer. *in pract. crim. fol.36. n.56.* Hanc etiam opin. dicit esse communem Boss. *in tit. de conuictis, nu.24. & seq.* affirmans, quod ita seruatur in practica, & quod iste est communis sensus Doctorum. Hoc idem se obseruari vidisse attestatur Bald. *in l. milites, nu.6. de qu.* prout illum refert Ant. de Cana. *de qu. in 2. membro, post num.41.* licet Bald. in lib. meo nihil dicat de obseruantia. Alij dicunt totum contrarium, quod scilicet etiam ex præsumptionibus reus est condemnandus pœna ordinaria delicti, neque propterea est aliquo modo pœna mitiganda: & quod illud dictum Innoc. communiter reprobatur. Et ita attestari videtur B. llam. *decis.680. versic. ad vndecimum dico.*

Alij d vero dicunt, quod quando indicia sunt indubitata, semper potest deueniri ad condemnationem, d maxime e in delictis occultis, & difficilis probationis, e & tractatibus secretis, & in quibus veritas clarius haberi non potest, prout etiam communiter teneri attestatur practic. Carrer. *fol.72. versic. ex quibus omnium.* f Et hæc opin. apud nos seruatur, quantum ad hoc, f vt ex præsumptionibus deueniatur ad condemnationem: nam quotidie ex indiciis, & præsumptionibus rei per Senatum condemnantur, g non quidem g in pœnam mortis, neque pœnam ordinariam ipsius delicti, sed in pœnas etiam corporales, puta triremium, fustigationis, ictuum funis, & huiusmodi: & in specie ita seruatum fuit in quodam Antonio Maria Fayta, qui cum esset indiciis indubitatis grauatus de homicidio, fuit per decennium ad triremes condemnatus, 2. Ianuar. 1557. P.N. & in aliis multis. Et idem

etiam seruatur in sacro Consil. Neapolit. ut videri po-
b test apud Grammaticum, præsertim *decisio.42.b* & alibi sæpe.

7 Scias etiam aliquos esse casus, in quibus etiam de iure communi ex præsumptionibus potest quis ad mortem condemnari, prout est in assassinio, ut dixi supra, *hoc eod.§ assassinium, versic. præterea*, & in crimine hæresis, ut dixi supra, *hoc eod lib §. Hæresis, versic. habet etiam*, & in crimine simoniæ, ut dixi supra, *hoc eod. lib. §. Simonia, versic. item scias.*

i Item i scias, quod quando præsumptio est posita à lege, tunc potest ex ea sequi condemnatio capitalis. Et ita tenent omnes, ut dicit Boss. *in tit. de conuictis, num.*29. ponens exemplum in ea præsumptione, de qua habetur *in l. si qui, C. de adulter.*

ADDITIONES

Ad Quæst. XIX.

1 *Constito de delicto*] Indicium quid sit & quotuplex, & plura alia Far. *vol.4. crimin. qu.36. num.7.*

De præsumptione, *num.*67. Suspicione, *num.*91. Conjecturis *num.*152. Argumentis, *n.*192. Signo, *n.*208. Adminiculo, *nu.*213. Opinione, *num.*191. Dubitatione, *num.*197. Fictione, *num.*135. Probatione, *num.*4. Et in quibus conueniant, vel differant. Ros.

b *Non potest dari certa doctrina*] Vide tamen de triginta octo indicijs per Carer. *in sua pract. crim.* Item & de indicijs plene vi. per Iacob. Nouel. *in practic. & theor. cri in 1. & 2. Rub.* & per Blan. *de indi.* & per Bos. *de indi. & cons ante tortu.* Giach.

Non potest dari certa doctrina] Farin. *q.37. n.192. vol.1.* Ros.

c *Arbitrio boni viri*] adde, quis sit bonus vir, Negus. *tract. de pign. 4. par. in princ. num.2.* Drogh.

2 d *Nihilominus, ut materia*] adde, † quid sit indicium argumentum, præsumptio, suspicio, coniectura, fictio: vnde dicatur
3 indicium, quotuplex sit & quomodo probetur indicium proximum maleficio, & quomodo remotum, Carer. *in pract. crim.*
4 *fol.74. & 75. n.106.* & quomodo distinguantur magna indicia à leuibus, vide Bal. *in l. non hoc, in fine, C. vnde cogn.* & quando dicatur indicium proximum, & quando remotum, Ioseph. Lud. *in sua conclus. comm. conclus.45.* & Ossasch. *decisio.79. n.15.* sed de prædictis ad saturitatem habetur per excellentiss. D. Petrum Anto. *in suo celeberrimo tract. de fideicom quæst.9. numer.123. cum seq.* vide etiam Mascar. *de probat. concl.15.* & Menoch. *de præs. lib.1. q.7.* Et Bart. *in l. admonendi, colum.3. versi. hoc præmisso. ff. de iureiuran.* dat vnam singularem doctrinam ad sciendum ea quæ sunt facti transeuntis, videlicet per credulitatem per quattuor gradus. Primo cum Iudici res proponitur per actorem, & per reum negatur, tunc inducitur animus iudicis ad dubitandum, quia nescit, vbi applicet animum suum, an ad vnam partem, vel ad aliam: post dubitationem potest Iudex inclinare animum suũ ad aliquam partium, ex leui indicio, vel leui argumentatione, & ista dicitur suspicio, quæ mouet animum Iudicis, non tamen in totum remouet dubietatem, & hic est primus gradus probationis, siue credulitatis, quia iam incipit animus Iudicis adhærere vni parti, licet remaneat dubius: post autem istam suspicionem, si Iudici apparent argumenta fortiora, tunc Iudex incipit opinari, tamen adhuc dubitat, ne sit contrarium, modicum tamen dubium remanet, & ista vocatur opinio: post istam opinionem si Iudici apparet, tantum quod firmiter adhæreat vni parti, tunc dicitur perfecta credulitas, vt ibi latius per eum, & Bal. *in rubr. de contr. inuest.* dicit, quod certi sunt gradus inuestigabiles, videlicet gradus informationis, gradus hominis præsumptionis, gradus præsumptionis legis, gradus vehementis adminiculationis, gradus semiplenę probationis, & gradus indubitatę scientię & probationis, & subdit ibi circa finem quod tres sunt animi Iudicis motus; videlicet impulsiuus, siue suspicans; præsumptiuus, siue inclinatio vehemens, seu impressiuus; & clarus, siue plenarie informatus: primus videlicet ad inquirendum, &c. vt ibi per eum, qui etiam dicit *in l. ea quidem, col.1. de accusatio.* quod suspicio est aliqua applicatio animi ad aliquid cum vehementi titubatione, & præsumptio hominis est quidam conceptus caussatus in mente ab aliqua probabili coniectura. *Baiar.*

e *Indiciorum*] Item iudicium quid, argumentum, præsumptio, suspicio, coniecturæ, fictio. Item vnde dicatur indicium qualiter probetur, & quotuplex, vi. per prac. Carer. *pag. mihi 74. 45. post n.106.* vbi etiam habes quomodo debeat probari indicium proximum maleficio, & quomodo indicium remotum à maleficio. Giach.

f *Grauissima*] Far. *in q.1.36. n.49. & 53.* Ros.

g *Suspiciones, præsumptiones, & indicia.*] adde Blanc. *in repet. l. fin. sub n.50. & 252. ff. de quæst. infr. q.94. in princip.* & de diuersis nominibus similium vide Abb. *in c. vestra, n.10. in fin. de cohab. mul. & cler.* videlicet, fama, rumor, indicium, argumentum, suspicio, opinio, credulitas præsumptio, notorium. Et aduerte, quod licet hic dicatur indicia grauissima esse quasi plena probatio; tamen numquam aliqua indicia † vere dici possunt probationes, sed modi, ex quibus, vel examinando testes, vel torquendo, vel aliter procedendo, deuenimus ad dictas probationes, ita, & melius iudicio meo, quam hic, distinxit Menoch. *d. tract. de arb iud lib.2. cent.3. cas.135. n.29.* Tres tamen sunt indiciorum species, Necessarium, quod appellant, & de hoc dici potest, vt per Clar. hic, quod videlicet sit quasi plena probatio; verisimile, & non repugnans, de quibus habetur *d. tract. de arb. iud lib.2. cent.3. cas.270.* & de necessario, *d lib.2. cent.3. cas.179. & cas.394. n.54. & 55.* verum tamen, vt etiam ex præsumptionibus, & indicijs necessarijs proceditur, nunquam tales probationes erunt ad condemnationem criminalem sufficientes: sunt enim magis modi, vt dixi supra, Menoc. *d. tractat. lib.2. cent.4. cas.362. sub n.19. cum seq.* Ratio est in promptu, cum præsumptio † versetur super eo, quod incertum est; Ias. *in § fuerat sub* *6
n.55. Instit. de act. Aliquando tamen sciri, & cognosci aliquid dicitur per vehementem suspicionem contrariantem substantiæ veritatis, & hinc est, quod dixi grauissima Indicia sufficere ad condemnationem: Ad hoc vide Felinum *in cap. cum contingat, coll. mihi 5. de rescript. & in cap. consultationibus, in princ. de off. de leg.* Vide super his, & vnoquoque eorum Petr. Anton. Per. *tam tract. de fideicom. prohib. qu.9. sub n.64. ibi, quarum prima est, vbi ad saturitatem.* Drogh.

h *Non potest dari certa regula.*] Et hoc dicunt communiter Doctor. & bene etiam dicit Bar. *in l. fi. ff. de quæst. sub n.5.* sequuntur alij posteriores quos citat practic. Carer *pag. mihi 76. col 2.* vbi etiam subjungit, quod licet indicia arbitraria sint, tamen semper debeat arbitrari taliter, vt inclinet in mitiorem partem. Item indicia arbitraria licet sint, non tamen iudex passim ex quolibet indicio arbitrabitur ad torquendum: sed talia esse debent indicia, quæ de iure subsistant, & a iure approbentur, & non aliter, & ponit exempla, & late comprobat istam sententiam. Item indicium a iure approbatum. Item quando ex testibus singularibus & ex pluribus probationibus semiplenis torqueri quis debeat, vt ibi *n. seq.* Giach.

i *Ad inquirendum*] Indicia ad inquirendum idest, informationes assumendas, quæ sufficiant, Far. *in d. q.36. n.51.* Ros.

k *Sufficit enim aliqua probabilis suspicio*] Casus tamen, quibus requiritur, etiam præcedentibus nullis indicijs, infr. *q.64. v. sed nunquid Bannitus, & q.24. vers fi.* suspicio autem, qualiter apud Romanos elisa fuerit etiam vrgens, vide Cic. *in oratione pro Sexto Roscio*, loquentem de Tito Clælio in eius cubili, vbi duo tantum eius filij cum eo erant; nec patebat aditus ad cubile, ait, Nomina filiorum de parricidio delata sunt, quid posteat erat sane suspiciosum neutrum sensisse erat porro nemo, in quem ea suspitio conueniret: Tamen cum planum Iudicibus esset factum aperto hostio dormientes eos repertos esse, iudicio absoluti adolescentes, & suspicione omni liberati sunt. Nemo enim putabat quemquam esse, qui cum omnia diuina, atque humana iura scelere nephario polluisset, somnium capere potuisset, & rep... ex post Meno. ... indicium innocentiæ deduxisse vt sup. *tract. de præsumpt. lib.5. præsumpt.8. n.13.* Drogh.

l *Ad inq. formandam*] Quæ indicia requirantur pro inquisitione formanda, Farin. *d. q.36. n.52.* Ros.

m *Præcedunt legitima indicia*] adde etiam in causa hæresis illud procedere secundum Crauet. *in consi.262. in princ.* qui subiungit, quod crimen † probari oporteat clarè, pure, & specifice, *7
certo, & limitato modo, non etiam in genere. Ratio est, inquit ipse, quia alias potestas defendendi auferretur reo inquisito, vel accusato: alia quædam in materia hæresis ibidem habes, videto. *Giach.*

n *Et hanc conclusionem, quod inquisitio*] adde in proposito infr. *q.21. vers. Scias tamen, ad fin. d. q.64. vers. Præterea debet*, vbi habetur, quod Iudex non debet procedere ad torturam nisi delictum sit tale quod mereatur pœnam corporis, licet vsus contrarium obtineat. *& versic. sed nunquid Bannitus, ibi, cum inquisitio, & bannum non valeant, qu.45. versic. debet autem Iudex, supr qu.5. versic. Poterit igitur*, Capyc. *decis.143. n.8 ad fin.* & inquantum subdit, quod attenta tali corruptela, adde hoc idem confirmari per ea, quæ dixit infra *qu.21. versic. Scias tamen in fin. qu.44. versic. quæro quando, ad fin.* At omni in casu non adsint indicia sufficientia ad transmittendum Inquisitionem, potest procedi per præcepta pœnalia modo, quo inf. a *qu.31. vers. Item quæro in principio*, vide supra *ad qu primam, versic. primo*, vbi dixi. *Drogh*

o *Sed quæ sint ista*, adde, quæ sint legitima indicia ad formandam inquisitionem, remittitur arbitrio Iudicis, vt per Menoch. *in tract. de præsumpt. lib.1. qu.44. num.9.* Baiar.

p *Et ideo*] Cattat. *de execut. sent. c. fin n.* 67. Ros.

q *De iure verum*] Cum Claro tenet Rol. à Valle, *consil.* 57. *n.* 23. *in* 4. *vol.* & ibi per totum consilium latius de hoc articulo. *Ros.*

r *Nunqam enim reo præsenti*] Supra *q.* 9. *versic. Successiuè quæro*, vbi dat formam interrogandi. *Drogh.*

s *Nam ad capturam sufficit*] Vide tamen infra *q.* 18. *in princ.* vbi dixit Iudicem illegitimè carceranté teneri in syndicatu infr. *q.* 21. *vers. Assertio vulnerati, ibi, est etiam tale dictum.* Drog.

t *Ad torturam*] Sed an, & quando vnum indicium sufficiat ad torquendum, an verò plura requirantur, vide per prae. Carer. *pag.* 80. *sub n.* 109. Item quæ sint indicia sufficientia ad torturam per Campeg. *tr. de testib. reg.* 365. & per Menoc. *de arb. iud. lib.* 2. *cent.* 3. *cas.* 270. Vbi etiam de eorũ diuisione multa notatu digna habes. Et quando per torturã purgata censeantur, omnia remittuntur arbitrio iudicis per eundem, *de arb. iud. cas.* 273. Giach.

Ad torturam] Farin. *sup. n.* 52. *& fol. seq.* Ros.

6 *Ad torturam etiam*] adde Menoc. *in tract. de præsumpt. lib.* 1. *q.* 89. vbi accumulauit quadraginta tria indicia, quæ secundum eum sunt sufficientia ad torturam; & ipse etiam tenuit *in casu* 270. *de arbitr. iud.* quod remittitur arbitrio iud. Vide etiam Mascar. *de probat. concl.* 1385. & quæ posui infra *quæst.* 64. *ver. dixi quoque, ibi, non potest dari.*

7 Item adde, asseuerans mortem alicuius ante verisimilem notitiam, esse conscius præsumitur alicuius conspirationis factæ in mortem, Rip. *in respons.* 7. *nu* 3. & Menoch. *de præsumpt. lib.*... *c.* 37. *num.* 1.

8 Item adde notabilem casum, si alicui scriptum fuerit, aduertat, ne capiatur nam aliqui testes deposuerunt se tale delictum occultum fecisse, & ille recipiat litteras, & illas legat, & nihil dicat, non se excusando, quod de tali delicto est innocens, an talis receptio cum taciturnitate faciat contra eum indicium ad torturam. Hanc quæst. tractauit Marsil. *in pract. crim. §. diligenter, n.* 136. *cum seq.* vbi dicit cogitandum esse: ego autem arbitror, quod forsan faceret indicium ad torquendum concurrentibus aliquibus adminiculis, siue coniecturis, & quod post receptionẽ dictarum litterarum aliquo modo latitare cœpisset. *Baiard.*

9 u *Ad condemnandum verè*] adde, quod indicia indubitata sunt demonstrationes rei signa sufficientia, per quæ animus in aliquo tanquam existente quiescit, Brun. *in tract. de ind. & quæst. in princ. n.* 3. *& in qu.* 4. *n.* 5. *dicit*, quod indicia indubitata sunt ea, quæ à lege sunt approbata, & vult per ea fieri condemnationem, & quando contra aliquem inquisitum adsunt plura indicia dubitata, tunc resultat vnum indicium indubitatum, & de

10 pluribus indiciis indubitatis habetur per Guid. de Suzza. *in tract. de indic. & tort. n.* 90. & ibi Bolog. *in addit.* & Gabriel. *consil.* 177. *nu.* 3. *lib.* 2. dicit indicia indubitata esse, ex quibus resultat violenta præsumptio, quod delictum sit perpetratum, nec aliud esse possit, & in hac materia vide etiam Gand. *de præsumpt. & indic. indubit.* & quando, & quomodo quis ex præsumptionibus damnari possit, latè per D. Ioseph. Lud. *in concl.* 45. puniatur mitius, quàm si ex euidentibus probationibus condemnetur, Tiraq. *de pœn. caus.* 17. & ibi latè. *Baiar.*

x *Scias tamen, quod in hoc articulo*] adde in hac materia multas ampliationes per Ioseph. Ludou. *conclus.* 46. & Montiecel. *in pract. crimin. regul.* 11. & Petr. Caleph. *in consil.* 86. *vol.* 2. *inter consil. crimin. diuersor.* vbi dicit, quod quis damnari non potest ex præsumptionib. hominis, sed iuris: & quod non sufficiunt præsumptiones temerariæ, sed probabiles exiguntur, quem refert, & sequitur Bertaz. *in consil.* 142. *n.* 13. *& consil.* 251. *n.* 58. *&* 59. vide etiam Ferrar. Gargia. *consil.* 129. *n.* 100. & *sequen. vol.* 1. *consil. crimin. diuers.* vbi dicit, quod etiam ex præsumptionib. potest quis condemnari, quando præsumptiones reperiuntur approbatæ à dictis Doctorum; & quando reus ex præsumptionibus damna-

11 tur, si hinc inde adsint præsumptiones, vide Iul. Scallar. *consil.* 110. *inter consil. crim. diuers. vol.* 1. & quælibet præsumptio siue con-

12 iectura, etiam minima duobus testibus contestibus est probanda, Ceph. *in consil.* 225. *nu.* 46. & Bursat. *in consil.* 11. *nu.* 21. vbi de communi attestatur.

13 Item adde, quod rei legitimè torti pro eorum delictis, licet confessi non fuerint, remanentibus tamen indiciis possunt perpetuo morti ciuili tradi secundum latè congesta, & decisa in sacro consilio per Gram. *dec.* 8. vel ad tempus, per eundem Gram. *in dec.* 41. *&* 96. *in fine*, quem ad hoc allegat, & sequitur Fab. de Monteleone *in praxi arbitrali par.* 4 *fol.* 331. *n.* 29.

14 Item adde, quæ indicia sufficiant ad condemnationem, vt per Bald. *in l. milites*, *C. de quæstionib.* & Abb. *in c. tertio loco.* 4. *col. in fin. de probat.* & Iac. Nouel. *in pract. crim in c. de indic. quæ præcedere debeant, n.* 22. ita distinguit, quod aut indicia sunt approbata à lege ad condemnationem faciendam: & tunc ista sufficiunt ad condemnandum, vt est bonus textus *in l. adulterij, C. de adulter.* vel approbantur à lege, & si agitur de pœna corporali leui, vt puta de fustigatione, bene probant, vt est tex *in l.* 3. *versic. & quia plerunq., ff. de offic. præf. vigil.* aut indicium est semiplenè probatum per vnum testem, concurrentibus aliis argumentis, & tunc sufficiunt ad condemnandum, Bart. *in l.* 1. *§. idem Cornelio, ff. de qu.* aut non est semiplenè probatum, tunc etiam distinguit secundum Abbat. & Doctor. *in d. cap. tertio loco.* Sed hanc quæstionem, quando pœna ordinaria puniri possit de delicto conuictus præsumptionibus, & coniecturis magis diffusè, quam alij 15 tractauit Menoch. *de præsumpt. li.* 1. *q.* 97.

Item adde, quid facere possit Iudex, si ex forma statuti habet liberum, & generale arbitrium inquirendi, & ponendi maleficia & excessus, vt per Gand. *de quæst. nu.* 41. & an possit condemnare stante dicto arbitrio, si deuentum fuerit ad torturam contra reos, etiam cum protestatione, vide Rimin. iun. *in consil.* 705. *n.* 25. *cum seq. vol.* 6. Baiar.

y *Condemnari*] Far. *d. q.* 36. *n.* 49. *&* 50. Ros.

z *Alij dicunt*] Farin. *sup. n.* 113. Ros.

a *Et indiciis indubitatis*] Far. 4. *vol. suæ prax. q.* 86. vbi latè de hac materia, & præcipuè, *n.* 29. 30. 51. *&* 55. *&* 57. *&* 66. Ros.

b *Alii dicunt*] adde vi. per Diaz. *mihi regul.* 370. vbi istorum opinionem refert, comprobat, sequitur, ampliat, ac limitat, vt per Carer. *in pract. pag.* 418. *n.* 168. Giach.

Alii dicunt quod vbi] Farin. *sup n.* 119. Ros.

c *Sed tantum pecuniaria*] adde ad idem, atque vide per Carrer. *in pract. crimin fol. mihi* 196. *&* 200. *num.* 46. vbi etiam instruit iudicem, quomodo se habere debeat, *& n.* 47. limitat, *& n.* 48. 49. declarat. *Giach.*

d *Alii vero dicunt*] Farin. *sup. n.* 36. Ros.

Alii vero dicunt] adde, quod idem habetur per Osasc. *in decis. Pedem.* 72. vbi plenè. *Baiar.*

e *In delicto occulto*] Farin. *sup. n.* 31. Ros.

f *Et hæc opinio apud nos seruatur*] adde infra *q.* 21. *vers. Inimicitia, & vers. Scias tamen ad fi. & q.* 91. *vers. Scias tamen*, & quod dicitur hic, quod cum quis condemnatur ex præsumptionibus, solet minui pœna, adde hoc idem seruari de iure in casibus, de quibus per Capyc. *decisio.* 27. *n.* 14. Menoc. *de arb. iud. lib.* 2. *cent.* 3. *casu* 279. *& eod. lib.* 2. *cent.* 4. *cas.* 345. *sub numer.* 13. *& cas.* 362. *sub num.* 19. *ad fin. & cas.* 370. *in fin.* Grammat. *decisio.* 8. *num.* 1. *cum seqq.* Distingue tamen præsumptiones legis, & à lege approbatas à præsumptionibus hominum, vt per eundem Clar. *infra hac eadem q. vers. fin.* & melius per Boss. *tit. de partu supposito, n.* 34. vide Bal. *in rubr. ext... de præsumpt.* Glo. *in c. ex parte, in verb. per annum, de regul.* eundem Bal. *in l. ordo sub num.* 2. *in fin. C. de executione rei iud.* & demum scias, quod præsumptio vera, & propria est illa, quæ ex circumstantiis resultat. Ita eam definit Alexan. *consil.* 89. *num.* 8. *volum.* 3. videndum Alexan. *consil.* 1. *nu.* 30. *eod. volumine*, de præsumptione autem, quæ est à lege posita pro vera, dic iuxta ea, quæ dixit infra *ver. fin. ex l. si quis, C. de adult.* vide Alex. *consil.* 1. *n.* 3. *volum.* 3. Bald. *inter consil. criminalia diuers. consil.* 23. *sub num.* 8. *vol.* 2. Crauet. *consil.* 18. *nu.* 4. Notatur *cap. u. qui ext. de spons. l. fi. C. de pign. l. fin. §. ad Maced. & in l. fin. ff. vbi pupil. educ. deb.* & nota quod quando præsumptio est iuris, tunc ad contrarium probandum requiruntur saltem duo testes excellentes non solum idonei, refert Crauet. *consil.* 129. *in fin.* est tamen verum, quod sententia lata † ex iuris præsumptione nunquam transit in rem iudicatam, Maran. *in suo Specul. tit. & demum fertur sententia n.* 133. vide Bald. *in cap. quoniam frequenter sub num.* 7. *vt lit. non contest.* Drogh. 16

Et hæc opinio] Vulpell. *resp.* 115. *n.* 3. Ros.

Non quidem in pœnam mortis] Farin. *sup. num.* 38. *& num.* 114. 115. *&* 117. Ros.

h *Et alibi sæpè*] adde, & vi. Nat. *consil.* 407. *num.* 13. & Hipp. Rimin. *in consil.* 121. *sub n.* 25. Giach.

i *Item scias quod*] Farin. *sup. n.* 52. 53. 54. Ros.

Item scias] adde videndum Gomez. *de delict. c.* 12. *sub num.* 25. vbi multa alia exempla ponit. *Baiar.*

QVÆSTIO XXI.

Tractatur de nonnullis indiciis in specie.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Fama an sit sufficiens indicium ad inquirendum, & ad torturam.*

2 *Testis vnus an faciat indicium ad torturam.*

3 *Et quid si non viderit, sed audiuerit, & dicat cognouisse ad vocem.*

4 *Dictum, seu depositio socij criminis an faciat indicium ad inquirendum.*
5 *Et an ad formandam inquisitionem.*
6 *Et quid si sit etiam periurus.*
7 *Et an faciat indicium ad torturam.*
8 *Et quid in criminibus exceptis.*
9 *Mandatarij dictum an probet contra mandantem.*
10 *Quomodo sit excipiendum contra socium criminis.*
11 *Et quid si sunt plures socij criminis, qui contra alium deponant.*
12 *Et an requiratur, quod socius criminis deponat cum iuramento.*
13 *Et an quod confirmet dictum suum in tormentis.*
14 *Assertio vulnerati an faciat indicium ad inquirendum.*
15 *Et an ad capturam.*
16 *Et an ad excusandum à calumnia heredem, qui accusationem instituit.*
17 *Et an ad torturam.*
18 *Fuga an probet contra delinquentem.*
19 *Et quid si opponatur vt delictum.*
20 *Et quid si opponatur vt indicium.*
21 *Et an semiplenè probet in criminalibus.*
22 *Et an sit sufficiens indicium ad torturam.*
23 *Et quid si reus aufugiat post formatam inquisitionem.*
24 *Et quid si reuertatur.*
25 *Et quid in fuga facta à carceribus.*
26 *Et quid si non erat legitimè detentus.*
27 *Et an indebitè carceratus possit licitè aufugere.*
28 *Et quid si statim ad carceres reuertatur.*
29 *Et an fuga iudicis, qui non stetit in syndicatu per quinquaginta dies, faciat contra eum plenam probationem.*
30 *Et an inimicitia faciat indicium.*
31 *Et an confessio extraiudicialis.*
32 *Et an confessio facta coram iudice incompetenti.*
33 *Et an confessio clerici facta coram iudice laico.*
34 *Et quid si illam deinde coram iudice competenti reuocauerit.*
35 *Et an confessio facta coram iudice non sedente pro tribunali.*
36 *Et an confessio facta in tormentis, & deinde reuocata.*
37 *Et an mina.*
38 *Et an pax facta cum offenso.*
39 *Et an mendacium, inconstantia, vacillatio, & trepidatio rei.*
40 *Et an si visus fuerit cum gladio sanguinolento.*
41 *Et quid si res furtiua reperta sit penes aliquem.*

Ex Additionibus.

1 *Fama an sit sufficiens indicium ad torturam.*
2 *Fama est magnum indicium in delictis nocturnis.*
3 *Fama in criminalibus an probet plenè, vel semiplenè.*
4 *Fama cum teste de visu an probet.*
5 *Fama probari potest matrem à filio fuisse percussam.*
6 *Statutum quod sola fama probet delictum an valeat.*
7 *Statutum, quod inter Magnates sufficiant fama, si hinc inde probata fuerit, non sufficiet.*
8 *Fama an sufficiat ad condemnandum.*
9 *Fama publica in statu Ecclesiastico plenè probat in quibusdam delictis.*
10 *Fama cum denunciatione syndici facit indicium ad torturam.*
11 *Fama an probet in his quæ sunt difficilis probationis.*
12 *Fama bona quando præualeat malæ, vel è contra.*
13 *Testis vnicus an faciat indicium ad torturam.*
14 *Et an debeat esse omni exceptione maior.*
15 *Et quid si veritas aliter haberi non potest.*
16 *Et quid in delictis exceptis.*
17 *Et quid in Regno Franciæ.*
18 *Indicium vnius testis de visu, & omni exceptione maioris non sufficit, dictante statuto, vel lege standum esse indiciis quo ad plenam probationem.*
19 *Fœmina habilitata per statutum non facit indicium ad torturam.*
20 *Et quid in statu Ecclesiastico.*
*20 *Sensus auditus quando probet in his, qui spectant ad visum.*
21 *Testes quomodo probent delictum fuisse factum noctis tempore.*
22 *Socij criminis, complices, adhærentes, fautores, instructores, & consiliarij qui dicantur remissiuè.*
23 *Socius criminis an possit in testem admitti.*
24 *Socius criminis an possit interrogari de consociis.*
25 *Et an inculpatio eius vbi interrogari non poterat, faciat indicium ad torturam.*
26 *Et gratiatus, vel absolutus non potest tanquam testis interrogari de sociis etiam in crimine hæresis.*
27 *Et gratiatus à Principe potest torqueri pro interesse partis.*
28 *Iudex an possit interrogare reum in specie de delicto, vel de socio criminis.*
29 *Socius criminis, qui confitetur de se, non probat contra alium.*
30 *Et an si sit etiam periurus, faciat indicium ad inquirendum.*
31 *Socius criminis an faciat indicium ad torturam.*
32 *Clar. & Boss. ab impugnatione Bald defenduntur.*
33 *Socius criminis, cui sit promissa impunitas, an probet, remissiue.*
34 *Socius criminis quando plenè, & quando semiplenè probet.*
35 *Delicta exceptuata quæ sint, remissiue.*
36 *Indicium resultans, ex dicto socij criminis (etiam in casibus exceptuatis) elidditur ob bonam famam inculpati.*
37 *Socius criminis an possit exculpando, remissiue.*
38 *Socius criminis quando faciat adminiculum, vel præsumptionem.*
39 *Statutum quod particeps criminis sit idoneus testis, & accusator qualiter debeat intelligi, remissiue.*
*39 *Contra mandantem quando possit procedi.*
40 *Mandatum in homicidio ex multis indiciis colligitur, remissiue.*
41 *Mandatarius an faciat indicium contra mandantem.*
42 *Et quid in crimine assassinij.*
43 *Mandatarius an probet excusando mandantem.*
44 *Exceptio contra socium criminis quomodo sit probanda remissiue.*
45 *Socij criminis duo, vel plures, an sufficiant ad condemnationem, vel saltem faciant indicium ad torturam.*
46 *Et quid si deponant ad defensam.*
47 *Et in crimine partus suppositi duæ mulieres honesta vita ac socia crimine plene probant.*
48 *Socij criminis probant coniurationem.*
49 *Testes duo infames faciunt indicium ad torturam.*
50 *Socius criminis, neque in casibus permissis facit indicium nisi adhibeatur in testem cum iuramento parte citata.*
51 *Socius criminis an probet magis cum tormentis, quam sine.*
Et vt faciant indicium quid requiratur.
52 *Et sufficit nominatio statim post torturam.*
53 *Et non probat si leuiter fuerit tortus, aut mortuus sit.*
54 *Testes infames non admittuntur ad testificandum sine tortura.*
Socius itineris an possit esse testis pro iniuriato, num. eod.
*54 *Dictum morientis an plenam probationem faciat.*
55 *Vulnerati assertio etiam sine iuramento sufficit ad inquirendum.*
56 *Et an faciat indicium ad torturam in articulo mortis.*
57 *Et an eius exculpatio probet.*
58 *Offensus quando faciat indicium ad torturam, remiss.*
59 *Et an exculpando probet.*
60 *Condemnati, vel condemnandi exculpatio an prosit.*

61 *Testis*

61 *Testis in articulo mortis falsum dixisse deponens, ac fuisse corruptum, an prosit inculpato.*

62 *Rapta facit indicium ad torturam contra raptorem, & socios.*

*62 *Fores carceris frangens, ut ibi detenti fugiant, qua pœna puniatur.*

63 *Fuga an probet contra delinquentem.*

64 *Et in famulo debet probari fuga, & amissio rei.*

65 *Fuga quando faciat indicium ad torturam, remiss.*

66 *Fuga Notarij an praeiudicet parti, quando accusatur de falso.*

67 *Fuga non praesumitur in viro integerrimo.*

68 *Et qualiter tollatur suspitio fugae, remiss.*

69 *Fuga delinquentis an faciat indicium ad torturam.*

70 *Et quid in praeparante, vel attentante.*

72 *Et quid si fuga aliqua probabili causa coloratur.*

73 *Fuga post formatam inquisitionem facit maximum indicium aliis concurrentibus.*

74 *Fuga post purgatam suspicionem per torturam non praesumitur ob timorem iudicij.*

75 *Fugae praeparatio idem operatur quod, & fuga ipsa.*

76 *Fugiens à manibus executorum, an faciat indicium ad torturam, si statim citatus compareat.*

77 *Fugiens iusta causa arbitrio iudicis non faciat indicium.*

78 *Fugere non dicitur recurrens ad locum, vbi est caput iustitiae.*

*78 *In leuioribus criminibus an inditiis sit vtendum.*

79 *Fugae indicium tollitur per spontaneam comparationem etiam praecedente citatione.*

80 *Fugiens, e carceribus an habeatur pro confesso.*

81 *Et quomodo cognoscatur animus in reuertendo, remiss.*

82 *Et quid de fugiente de palatio officialis.*

83 *Et quid de torto iniuste.*

84 *Et an sit citandus.*

85 *Fugientes è carceribus, vel de palatio quibus pœnis sint plectendi, si innocentes detegantur, remiss.*

86 *Carceratus in ipsa carceris effractione captus, aequè ac si aufugisset, habendus est.*

87 *Et quid in auxiliante, aut castigante ad fractionem carceris, remissiuè.*

88 *Sententia criminalis potest ferri contra fugientem, licet absentem.*

89 *Fugiens è domo iudicis vel de palatio, aut domo, siue Ciuitate, loco carceris assignatis, an teneatur pœna frangentis carcerem.*

90 *Statutum contra fugientem è carceribus publicis comprehendit fugientem à Camera, vel Palatio pro carcere assignatis.*

91 *Fugiens è thalamo, in quo erat sequestratus, habetur pro confesso.*

Carceris effractores etiam dicuntur, qui iussi ad eum se conferre neglexerint.

92 *Carcerum effractores quibus pœnis feriantur, remiss.*

93 *Et an habeantur pro confessis, remiss.*

Fugiens è carceribus, & recta via petens, superiorem non punitur.

94 *Fugiens è carceribus si statim reuertatur, etiam citatus tollit omne indicium.*

95 *Fugiens absque effractione carceris, an habeatur pro confesso.*

96 *Fuga in criminalibus facit indicium.*

97 *Carcerato indubitè opem ferens ad fugiendum punitur, licet principalis non teneatur.*

98 *Fideiussor de tuto carcere an teneatur ad pœnam, si indebite carceratus aufugerit.*

99 *Farmacij lapsus.*

100 *Carcarceratus indebite non peccat fugiendo.*

101 *Fugientes è carceribus sine violentia puniuntur arbitrio iudicis.*

102 *Fideiussor quod carceratus non fugiet, tenetur ad pœnam, licet custodis culpa aufugerit.*

103 *Fideiussor carcerati de non discedendo an teneatur ad pœnam, si custos dissimulata licentia iudicis eum ad descendendum induxerit.*

104 *Fugiens è carceribus si breui reuertatur, qua pœna sit mulctandus, remissiue.*

105 *Et an teneatur ad pœnam conuentionalem.*

106 *Officialis etiam è carceribus fugiens, elidit omne indicium, si sponte, ac breui, licet citatus, redierit.*

107 *Et an possit contra eum iurari in litem, vel in supplementum probationis.*

108 *Officialis fuga quam probationem inducat, remiss.*

109 *Fideiussor carcerati de non discedendo ob aliquam iustam causam, an teneatur ad pœnam, recurrente carcerato ad superiorem.*

Et quid si recurrit ad Amicum superioris, & quid si adest clausula de non discedendo, etiam non recurrendi ad superiores.

110 *Et an eo casu sit puniendus carceratus alia pœna.*

111 *Terminus quinquaginta dierum ad syndicandum officialem an possit breuiari*

Officialis non tenetur assistere syndicatui de persona, si habet solum querelas ciuiles, vel etiam criminales, sed ciuiliter intentatas quod intellige.

112 *Elapso termino statuto ad dandum querelas.*

113 *Officialis assumptus ad aliud officium à Principe non tenetur de persona stare syndicatui; quod tamen limitatur.*

Nisi causa subterfugiendi syndicatū officiū procurasset.

114 *Inimicitia capitalis praesumitur inter litigantes.*

Et inter litigantem, & aduocatum sibi contrarium.

115 *Inimicitia satis probata dicitur, si inimicitiae causa probetur.*

116 *Indicium suspicionis tollitur per cautionem de non offendendo per plures inimicitias quas offensus habet, & si quis post offensionem recepisset sanctam Eucharistiam.*

117 *Inimicitiae suspicio quomodo tollatur, remissiue.*

118 *Inimicitiae suspicio quomodo tollatur, & remittitur arbitrio iudicis.*

119 *Inimicitia quomodo faciat indicium ad torturam; & quae capitalis dicatur, remissiue.*

120 *Inimicitia non facit indicium ad omnia delicta, sed ad ea tantum, quae ad alterius iniuriam perpetrantur.*

*120 *Inimicitia tantum capitalis facit indicium ad torturam.*

121 *Confessio extraiudicialis, vt faciat indicium plura requiruntur, remissiue.*

122 *Confessio extraiudicialis non probatur per vnicum testem licet tortum, & quomodo probetur, remissiue.*

123 *Notario asserenti de alicuius confessione extraiudiciali non creditur.*

124 *Confessio an faciat indicium ad torturam, si eam reus reuocauerit.*

125 *Confessio extraiudicialis, & etiam iudicialis potest reuocari, constito de errore.*

126 *Confessio extraiudicialis facta à minore facit indicium, si tamen minor sit eius aetatis, vt possit torqueri.*

127 *Confessio extraiudicialis vt faciat indicium, non requiritur partis praesentia.*

128 *Confessio extraiudicialis parte praesente plenè probat, si de crimine ciuiliter agatur.*

129 *Confessio extraiudicialis vt faciat indicium, debet esse particularis, & non in genere.*

130 *Confessio facta sacerdoti, non facit indicium, nec vllum effectum operatur, si sacerdos confessionem reuelet.*

131 *Confessio extraiudicialis an operetur contra sententiā.*

132 *Confitens extra iudicium se gloriando delictum, quod non commisit, iudicis arbitrio punitur.*

133 *Clericus iactans se delictum commisisse suspenditur ab officio, & beneficio; esto, quod verè non deliquerit.*

134 *Confessio facta coram judice incompetenti, si à judice competenti omnia acta declarentur nulla, non prajudicat.*

135 *Confessio coram judice incompetenti quomodo faciat indicium, remissiuè.*

136 *Confessio coram judice incompetenti, tenetur consignare confessionem coram competenti, & ex ea potest damnari.*

137 *Confessio facta coram Notario maleficiorum absque judice an faciat indicium ad torturam.*

138 *Confessus in tormentis quare possit repeti, si confessionem reuocauerit.*

139 *Confessio reuocata an faciat indicium ad torturam, remittitur arbitrio judicis.*

140 *Tortura an possit repeti vltra tres vices, judicis arbitrio remittitur inspecta qualitate indiciorum.*

*140 *Quando ratificatione opus sit.*

*141 *Confessio extra tormenta ad cautelam tantum ratificatur.*

141 *Odium praecedens, & minae sequentes probant indicium, licet inimicus talia facere consuetus non sit.*

142 *Et quae indicia contra minantem oriantur, remiss.*

143 *Minae probantur per testes singulares. Foller. lapsus.*

144 *Minarum indicium quomodo tollatur, remiss.*

145 *Pax, & transactio quando faciat indicium ad torturam.*

146 *Patre paciscente pro crimine filij etiam mediante pecunia non oritur indicium contra filium, si ipse non consensit.*

147 *Consanguineis accusati testium depositionem impedientibus non oritur praesumptio contra accusatum.*

148 *Cautela ut pax, & concordia non prajudicet.*

*148 *Testium trepidatio an scribi debeat in actis.*

149 *Mendacium quomodo probetur, remiss.*

150 *Principalis varius non torquetur, si tamen fuerit examinatus uti principalis in se, testis in alios, & sit varius in alios, vel conuictus, torqueri potest.*

151 *Examen non dicitur perfectum si in eodem constituto reus reuocauerit dictum cum rationis redditione.*

152 *Reus potest reuocare dictum suum, antequàm conuincatur de errore.*

153 *Mendacium indicat, si copia ipsius fuerit tradita cum termino ad purgandum.*

154 *Mendacium quando faciat indicium, remiss.*

155 *Et quid si sit à remotis.*

156 *Et quid si sit valde substan..ale.*

157 *Deprehensus in mendacio quo modo sciuerit delictum, poterit torqueri.*

158 *Indicium indubitatum quid sit.*

159 *Maritus est torquendus si vxor reperiatur mortua de mane, quae de sero erat sana, & eam male tractabat.*

160 *Dominus domus, in qua res furtiua reperta fuit, an dicatur in culpa.*

161 *Et an credatur unico testi, quod ibi reperta fuit.*

162 *Et quae probatio, vel indicium inde oriatur, remiss.*

Confessio extrajudicialis rei sicut facit indicium ad torturam, ita confessio extrajudicialis querelantis, quam facit ad fauorem rei, prodest ad absoluendum sub numero 123.

Assertio vulnerati dicentis se mori culpa medici, non juuat percussorem, si aliter hoc non apparet sub numero 62.

a DIctum *a* est de indiciis in genere: nunc in specie de
b aliquibus indiciis *b* videamus.

1 Fama *c* sola, quae sit contra aliquem, quod malefi-
c cium commiserit, est sufficiens indicium ad inquirendum contra eum, ut dixi supra *quaest. 6. circa princ.* ipsa
d autem fama *d* absque aliis adminiculis non est sufficiens indicium ad torturam. Et ita tenent communiter Doctores, ut ait Marsil. *cons. 3. num. 4. in fin.* Hanc etiam dicit esse communem conclusionem Ias. *in repet. l. admonendi, n. 107. ff. de iureiur.* quem refert Crauetta *cons. 41. n. 6.* & Blancus *de indiciis, n. 313.* & Duennas *regul. 300. in princ.* & Villalobos *in sua collecta communium opin. in lit. F, ver. fama sola,* & Foller. *in Pract. crim. f. 156. n. 28.* Crottus *in tract. de testib. nu. 147.* Marsil. *in l. de minore, §. plurimum, n. 30. ff. de qu. & sing. 79. fama sola,* quem refert Diaz. *regul. 333.* Carer. *in pract. crim. fol. 82. n. 111.* refert *e* Plottus e
in repet. l. si quando, nu. 891. *f* Et quamuis in hoc articulo f
magna sit controuersia inter scribentes, & Ioan. Andr. ad Spec. *in tit. de not. crim. §. Fama, in verbo, Veniens. circa finem,* quem refert Paris Put. *de synd. fol. 446. cap. 11. numer. 2.* & Marsil. *in d. §. plurimum, numer. 30. & consil. 72. numer. 16.* attestatur contrarium de consuetudine ser-
uari, *g* quòd scilicet fama sola sit sufficiens indicium g
ad torturam, prout etiam se vidisse aliquando per assessores obseruari dicit Gand. *de malef. in tit. de quaest. num. 39.* qui refert Aug. ad Angel. *de malef. in verbo, Fama publica, post num. 41.* & Carauita *super 41. ritu magnae curiae, num. 8.* & Brun. *de indiciis, fol. 41. num. 32.* Ego
tamen semper secutus sum *h* communem opin. & ab h
aliis etiam iustis iudicibus semper vidi obseruari, vt nisi cum ea concurrat aliquod adminiculum, nun-
quam *i* ex fama sola procedatur ad torturam, quam i
etiam credo tutiorem, & veriorem. *k* Fama enim in k
criminalibus non probat, neque etiam *l* semiplene, l
vt videtur sentire Glo. *in c. veniens, il 1. in verbo, illorum, de testibus,* quam ait communiter esse approbatam Berous *in d. c. qualiter & quando, nu. 78. de accusat.* Et hanc esse communem opinionem attestatur Dec. *in d. cap. veniens, num. 25.* prout illum refert Blanc. *de num. indic. num. 313.* Et dicit *in d. l. ea quidem, num. 153. C. de accusat.* quod ita se habet communis practica, quem refert, & sequitur, attestans ita se habere communem opinionem Bertran. *consil. 126. num. 11. lib. 7.* Et licet (dictum est supra, q. proxima, ver. ad torturam) videatur sufficere ad torquendum minus quàm semiplena probatio: nihilominus cum fama sit indicium valde remotum à delicto, sic etiam indicium valde fallax; vt quotidie experientia docet, crederem tutius facere iudicem, si nullo alio adminiculo con-
currente, reum tormentis non subjiceret. *m* Cete- m
rum si cum ipsa fama concurrant aliqua alia adminicula, eo casu vtique faceret indicium ad torturam: Et hoc omnes fatentur, vt dicit Gratus, *in d. consil. 54.*
num. 8. lib. 2. *n* Posset etiam esse delictum adeo diffi- n
cilis probationis, vt *o* sola fama sufficeret, vt quando- o
que vidi etiam seruari. Quomodo autem fama probe-
tur, dixi supra *quaest. 6. vers. illud tamen, & seq.* Sed *p* po- p
ne, quod reus, contra quem est probata fama publica de aliquo maleficio, probet in suis defensionibus se esse bonae vocis, conditionis, & famae nunquid ad-
huc erit torquendus? Dixi infra *q* *qu. 60. versic. frequens* q
etiam. Scias tamen, quod haec omnia procedunt in sola fama, quae sit contra aliquem in specie de eo delicto, de quo agitur: sed si esset mala fama in genere, quia scilicet ille esset homo diffamatus de aliis delictis, & sic malae vocis, conditionis, & famae, tunc ex qualibet leui suspicione attingente delictum, de
quo agitur, solet reus tormentis subjici, *r* modo illa fa- r
ma sit in eodem genere delicti: nam semel malus semper praesumitur malus, in eodem genere mali, cap. semel malus, cum ibi nota, *de reg. iur. in 6.* Et haec est communis regula, vt attestatur Blanc. *in pract. crim. fol.*
vlt. cautel. 14. *f* Ceterum si delicta essent dissimilia, f
non orietur contra eum ex ea fama aliquod indicium, nam ad hoc, vt mala fama noceat reo, debet esse in eodem genere mali. Et ita dicunt omnes, vt ait Pract. Casoni, *folio 16. num. 5.* Bene verum est, quòd si talis ita diffamatus probaret, quod per triennium proxi-

mum

mum bene vixisset, & fuisset bonæ vocis, conuersationis, & famæ, illa mala fama contra eum probata nihil ei noceret, sed censeretur in totum purgata, ita dicit Sal. *in l.si minorem, C. de in integ. rest. min.* Et dicit Gramma. *super cap. Regni, fol.141.num.7.* quod ita concludunt omnes: quod nota: quia posset tibi facere magnum honorem in practica. Vide in hoc proposito ea, quæ dixi *in d. vers. Frequens etiam.*

t
2 Vnus *t* testis deponens de maleficio facit indicium contra reum: hoc tamen intellige, ut procedat, quò ad inquirendum, id est, quoad assumendas specialiter contra eum informationes super delicto. Sufficit, enim unicus testis etiam aliàs inhabilis, & minus idoneus. Et ita (iudicio meo) intelligi debet dictum Bald. *in l.seruos, C. de testibus*; quamuis aliqui illum intelligant, ut loquatur de inquisitione generali. Et hoc appellat Bald. ibi indicium facti, quod scilicet dirigit iudicem in viam perscrutationis ad indagandum, an ille talis, qui ab eo nominatur, sit reus illius delicti: & sit inquirendum specialiter contra ipsum. Ceterum ad hoc, ut testis faciat legitimum indicium, quod Bal. ibi appellat indicium iuris, requiritur,
u quod sit integer, & *u* omni exceptione maior, id est, talis, contra quem nulla possit opponi exceptio. Et hæc est communis omnium sententia, vt dicit Rui.
x *consilio 147. post numerum secundum, libr.5.* *x* Et huiusmodi
y testis sufficit etiam *y* ad torturam, secundum communem opinionem de qua attestatur Rom. *consilio 451.num.4.* Viuius *in lib.commun.opin. fol.300 vers. testis unicus*, Plot. *in repe.l.si quando, num.879.* *z* quam
z tamen intellige iuxta ea, quæ dixi infra, *quæst.proxima, circa princ. & versic.vnum tamen.* Reperio tamen, quod Pract. Casoni, *fol.12. num.4.* dicit, quod (secundum opinionem multorum,) quando tractatur de inquirendo, siue torquendo, testes etiam non integri admittuntur. Et re vera multi iudices de facili etiam super dicto testis inhabilis, & minus idonei formant inquisitiones, & quandoque etiam torquent; Et male faciunt, quia sæpe vexant indebite innocentes. Sed quid si *a* testis non viderit committi male-
a
3 ficium, sed deponat se audiuisse, puta, de nocte Titium percutientem Caium, & dicat se eum cognouisse ad vocem: nunquid faciet contra eum iudicium ad torturam? Respon. Bald. *in l.si non speciali, num.1.C. de testam.* loquendo per verbum, forte, tenuit, quod sic. Et dicit Cotta *in memor.in verbo, testis deponens,* quod
b hoc firmant Doctores vbique. *b* Hoc tamen intellige, vt procedat, modo testis ita deponens habeat verisimiliter adeò notam vocem rei, vt decipi non possit; aliàs secus: tale enim indicium vocis est multum fallax & periculosum. Et ego multos cognoui ita proprie imitantes vocem aliorum, vt omnes etiam familiarissimos, & domesticos eorum facile deciperent. *c*
c Ceterum testes, qui dicunt se vidisse, cum esset de
d nocte, nec dicunt, quod luna lucebat, *d* vel quod lumen erat accensum, à seipsis naturaliter reprobantur, & nullam fidem faciunt. Et ita dicunt Doct. vt ait Boss. *in tit.de indic.numer.181.* Dicit etiam Ioan.Arn. *dialogo 70.* licet vera, quod ab hac conclusione Doctorum nemo discrepat, quam etiam communem appellat Viuius *in lib.comm.op.fol.255.vers.Testis deponens.* Videntur enim deponere ea, quæ secundum naturam esse non possunt, vt manifeste patet.

e
4 Dictum socij *e* criminis facit indicium contra eum, qui pro socio nominatur. Debes autem scire, quod *f*
f regulariter delinquens non potest interrogari de sociis, tex. *est in l.fi.C.de accu.* & est cõmunis omnium sententia, vt dicit Io. de Amicis, *cons.17.n.1.* præterquam in nonnullis criminibus, in quibus propter eorum immanitatem permissum est, *g* vt interrogetur: quæ qui- g
dem dicuntur crimina excepta, & ea videre potes apud Gl. *in d.l.si quamuis* Ang. ad Ang. *de malef.in verbo,* Et Sempronium, *num.5.* dicat, quod illa Gl. simpliciter non approbatur à Doct. quia multi etiam alij casus traduntur per Scribentes, præter illos, quos ipsa Gl. enumerat, vt ibi per eum. Bar. autem *in l.repeti, §.1. ff.de quæstion.* distinguit, quòd aut agitur de delictis, quæ non committuntur principaliter in offensam, vel odium alicuius, sed in commodum ipsius delinquentis, vt *h* falsare monetam, furari, &c. & tunc h
potest delinquens de sociis interrogari. Aut vero agitur de delictis, quæ principaliter committuntur in odium, vel offensam alterius, vt est homicidium, adulterium, &c. & tunc non potest delinquens; licet contra se confessus, de sociis interrogari. Et dicit Ang. ad Ange. *de malef. in verbo, Fama publica, post num.105.* quod hodie assessores communiter videntur obseruare hanc doctrinam Bar. *k* Si tamen interrogetur, fa- k
cit iudicium, non quidem ad torturam, *l* sed ad in- l
quirendum. Et hanc dicit esse communem conclusionem Bubl. *super consue.* Aluat. *fol.15.num.3.* Alia fuit op. Sal. *in d.l.fi.* qui more suo satis prolixe distinguit, & inter cetera concludit, *m* quod in iis criminibus quæ re- m
gulariter non solent committi sine sociis, potest delinquens de sociis interrogari. Et hanc appellat communem opin. Ant.Gomet. *cap.12. delictorum, num.16.* & dicit Boss. *in tit.de indi. num.145.* quod illæ considerationes Sal. seruantur in practica. *n* Alij vero dicunt, n
quod, quicquid sit de iure, hodie ex *o* consuetudine o
attestatur Gand. & Iac. de Beluis. prout illos refert Blanc. *de indiciis, num.374.* & Fulg. *cons.171.num.2.* qui subdit illud intelligendum esse in eo, qui est malæ famæ, prout est quæstio proposita per Gand. *in loco præalleg.* Refert etiam Paris Put. *de synd.fol.460.cap.4.post num.1. & fol.480. post num.1.* Pract. Casoni, *fol.85.num. 6. & fol.86. num.2.* *p* Sed certe hæc consuetudo in hoc p
dominio non seruatur, nisi in furibus, fraudatoribus salis, vel bladorum, assassinis, & latronibus, qui in viis publicis grassantur: in ceteris autem semper vidi seruari ius commune. Et ideo laudabile esset, iudicio meo, adhærere iuri communi, vbi in specie non vigeret talis consuetudo. *q* Vnus tamen est casus, in quo q
semper reus interrogatur, & torquetur super mandante, quando scilicet apparet quod illud delictum commisit non sua causa, puta, quia nihil ad eum pertinebat: tunc enim quia tenetur pro certo, quod fecit ad alterius instantiam, solet torqueri super mandante. Et ita seruari attestatur Boss. *in tit præallegato, de indic. post nu.156.vers.Primo considero.* Et licet ipse post Saly. loquatur in persona vili, ego tamen illud vidi in omnibus indistincte *r* obseruari. r

Retenta igitur *f* communi conclusione, & dispo- f
sitione iuris communis, scilicet quod delinquens non 5
sit super sociis interrogandus, nisi in criminibus exceptis, secundum ius commune, vel consuetudinem loci, in quo proceditur, videamus, quod indicium faciat dictum ipsius *t* delinquentis contra socium ad eo t
nominatum. Et pro resolutione dico, quod aut quærit, an dictum socij criminis sufficiat *u* ad inquirendum, u
i. ad assumendum alias informationes contra eum, qui ab ipso nominatur: Et in hoc Roma. *in l. & si certus, in prin ff.ad Sylla.* dicit, quod communiter concluditur *x* x
quod sufficiat ad fundandam inquisitionem: quem refert, & sequitur Ang. ad Ang. *de malef in verbo, Fama publica, num.31.* & Giam. *cons.11.nu.10. & cons 67 in fin.* & Ioan. de Amicis *cons.17. num.5.* & Nouel. *in pract. crim. fol.64. num.19.* Et quod sufficiat ad inchoandam inquisitionem, dicit communiter ita intelligere

Dect. Io. de Amicis, *in d. conf. 17. num. 3.* Et hæc conclusio intelligenda est, vt procedat, siue talis delinquens illum socium nominauerit ad interrogationem iudicis ipsum in genere interrogantis, an in maleficio committendo aliquis alius interuenerit, siue etiam illum sponte sua nominauerit, dum contra se examinaretur, puta, quia postquam confessus est se Titium occidisse, iudex iubeat illum narrare, quomodo occiderit, & ipse dicat, quod tali die ipse, & Petrus, tali, & tali modo illum occiderunt, &c. nam vtroque casu talis nominatio aperit viam iudici ad inquirendum, & assumendum alias informationes contra Petrum nominatum, etiamsi prius contra ipsum nihil aliud esset in processu: neque puto faciendam esse aliquam differentiam, an simus in criminibus exceptis, vel non: nam etiam in criminibus non exceptis credo, quod faciat indicium ad inquirendum. Et ita loquendo etiam in criminibus non exceptis dicit tenere communiter Doct. Blanc. *de indic. n. 389.* quem refert Villalob. *in sua collecta commun. op. in litera C, num. 203.* y Et licet Ruin. *consilio 147. num. 1. in fin. lib. 5.* dicat communem opinionem esse, quod in casibus non exceptis nullum faciat indicium ad inquirendum, neque ad procedendum, siue id sponte dixerit, siue ad interrogationem iudicis, quem refert, & sequitur Roland. *consil. 73. num. 2. lib. 3.* ego z tamen credo contrariam opinionem esse communem, & illam semper vidi de consuetudine obseruari; hoc enim casu dictum istius socij non est tanquam dictum testis, sed tanquam denunciatoris, vel notificantis, qui tantummodo aperit viam iudici ad inquirendum, prout faceret quicunque alius notificator, seu denunciator, etiam infamis, & vilis, iuxta ea, quæ dixi supra, *quæst. 7. vers. quæro igitur*, & seu quilibet alius testis etiam non idoneus, iuxta ea, quæ dixi supra, *vers. vnus testis.* Et opin. Ruin. posset procedere in casu suo, scilicet ad formandam inquisitionem, de quo dixi infra *vers. Si vero quæris.* a Debent tamen iudices, quantum possibile est, cauere, ne reos interrogent super sociis, nisi in casibus, in quibus si sibi est à iure, vel à consuetudine permissum, præcipue vero ne in aliquibus casibus etiam permissis reos interrogent in specie de aliqua certa persona, nisi contra eam adsit aliquod iudicium sufficiens ad inquirendum specialiter contra ipsam, siue simus in criminibus exceptis, siue non: b id enim potius est officium suggerentis, quàm interrogantis; debentque ab eo iudices omnino abstinere, ne proprias animas perdant, & alios indebite vexent. Et hoc casu crederem, quod totus processus, qui deinde fieret contra aliquem ita suggerendo à iudice nominatum, non præcedentibus aliquibus indiciis, esset ipso iure nullus: & proximis mensibus in facti contingentia ita iudicatum fuit per magistratum & grauiter reprehensus quidam prætor à nobis delegatus, qui delinquentem, ita suggerendo, contra alium interrogauerat. Si vero quæris, c an dictum socij criminis sufficiat, non modo ad fundandam, vel inchoandam inquisitionem, vt supra dictum est, sed etiam ad formandam, & transmittendam inquisitionem, seu libellum criminalem contra socium nominatum; ita vt teneatur personaliter comparere, & defensiones suas facere: Aliqui tenent, quod sufficit; & dicit Boss. *in tit. de inquis. num. 44.* & clarius *in tit. de indi. num. 162.* quòd ita seruatur: in quibus locis loquitur etiam in casibus non exceptis, & allegat in hoc proposito *decis. Rom.* quam ego superius retuli, *vers. reuertentes igitur.* d Tu dic, quod imò in casibus non exceptis, non est sufficiens indicium ad formandam inquisitionem. Et hanc dicit esse communem Doctorum sententiam Dec. *consil. 189. num. 9.* quem refert Pract. Conradi, *fol. 155. in prin.* Vt Viuius *in lib. communium op. fol. 163. vers. in testem non admittitur.* Rol. *cons. 16. num. 7. lib. 1.* Sed in exceptis vtique est sufficiens, secundum Rolan. *in eo cons. 16. num. 2.* qui dicit quòd hæc est recepta Doctorum sententia, quod sufficiat ad inquisitionem: non tamen clare explicat, an simpliciter ad inquirendum, an autem etiam ad transmittendum inquisitionem: sed ego ita semper vidi seruari. e Scias tamen, f quod hæc conclusio, quòd dictum socij criminis sufficiat ad inquirendum, locum non habet, quando talis socius criminis, vltra illud crimen, esset g etiam periurus. nam eo casu neque etiam facit indicium ad inquirendum. Et hæc est indubita iuris conclusio, vt dicit Roland. *cons. 73. num. 18. lib. 1.* Quod quidem ego intelligo, vt procedat quò ad transmittendam inquisitionem, sed quò ad assumendas informationes certè sufficeret: h quinimmo ad formandam inquisitionem, & plerunque i etiam ad torturam, consuetudo obseruat, quod sufficiat. Vide, quæ dixi supra *hoc eo. lib. §. falsum, vers.* k *subornans.*

7 Successiue l quæro, nunquid huiusmodi nominatio facta per socium criminis faciat indicium ad torturam. Resp. Si loquamur in criminibus non exceptis, in quibus non potest delinquens de consociis interrogari, res de iure nullam habet difficultatem, talis enim nominatio nullum facit indicium nisi ad inquirendum, vt dixi supra, *vers. si vero quæris.* & ita tenent communiter Doct. vt dicit Pract. Caret. *fol. 95. num. 122.* Sed quicquid sit de iure, dicit Gand. *de malef. in tit. de quæstio. num. 28.* quòd de consuetudine vidit torqueri. Idem etiam fere per eadem verba dicunt Iac. de Beluis. *in Pract. crimi. in tit. de quæst. colum. 11. vers. Iuxta hoc quæritur,* & Guid. de Suz. *in tract. de indiciis, & tortura, num. 55.* & Bal. *in tract. de quæstio. fol. 255. in num. 4.* m *in fin.*

8 Sed n quod in criminibus exceptis? Respon. quod adhuc talis nominatio (alia præsumptione non concurrente) non est sufficiens indicium ad torturam. Et est communis opi. vt dicit Boer. *decis. 319. num. 1.* quem refert Rolan. *in d. consil. 19. num. 17.* Gram. *voto 6. num. 7.* quem refert Villalob. *in sua collecta communium opin. in litera C, num. 152.* Rolan. *in d. cons. 73. num. 19.* Et dicit Afflict. *super prima parte constitut. regni, rub. 27. nu. 34.* quod vidit per multos sapientes sic fuisse decisum in facti contingentia, in crimine læsæ Maiest. Et illum refert Pract. Caret. *fol. 310. num. 101. in fin.* o Bene facit hæc nominatio contra nominatum aliqualem præsumptionem, vt fere omnes fatentur: & dicit esse communem opi. Boer. *in d. decis. 310. num. 4.* p quæ quidem aliqualis præsumptio habet tantam vim, quòd concurrente aliqua alia suspicione potest reus tormentis subijci. ita concludit Sal. *in l. fin. circa fin. vers. sed ego respondeo, C. de accus.* Et dicit Boss. *in tit. de indi. num. 149.* quòd illud dictum Salyc. quotidie practicatur, & Doctores illud sequitur. Et ita sæpius vidi seruari.

9 Et ex q hac conclusione inferunt, quod solum dictum mandatarij r non facit indicium ad torturam contra mandantem, nisi alia concurrant. Et est communis opin. vt dicit Paris Put. *de syndicatu, in verbo Tortura, li. 3.* prout illum refert Nouel. *in pract. crim. fol. 66. num. 31. & seq.* licet ego eum in eo loco id dicentem in lib. meo non inuenam. Et ita in facti contingentia consuluit Sign. *consil. 200.* Reperio tamen, quod Bal. *consil. 429. lib. 3.* distinguit, quòd aut talis mandatarius non suscepit mandatum, & facit indicium ad torturam: aut vero suscepit, & non facit sufficiens indicium ad torturam. Et dicit Boss. *in tit. de indic. num. 154.* quòd ita obseruatur. s Mihi placet communis opin. vt nullo casu faciat t indicium ad torturam, nisi aliqua alia præsumptio, vel saltem suspicio concurrat contra eum, qui

qui nominatur pro mandante: alias esset in facultate cuiuslibet scelesti facere, quod quilibet vir probus subjiceretur tormentis: quod esset impium, & absurdum. Et ita semper seruari vidi, ita tamen vt in criminibus exceptis leuiores suspiciones sufficiant, quam in non exceptis.

u In u hoc autem proposito aduerte tu, qui vis excipere contra socium criminis, vt non dicas, excipio contra te, quia es socius criminis, ne videaris fateri delictum, sed dicas, x Excipio contra te, quia tu hoc delictum commisisti. Et ita consuluit Vbe. de Bob.o. Vel si est tale delictum, quod sine socio committi non possit, vt sodomia, vel huiusmodi dicas, Excipio contra te, quia facis te socium criminis, & ideo nihil probas: quod est iudicio meo tutius.

10 x

y Sed y pone, quod non vnus tantum, sed duo socij criminis contra aliquem deponant: nunquid iste dicetur conuictus, ita vt possit contra eum sequi condemnatio? Respon. quod non, sed bene faciunt contra eum indicium ad torturam. Et ita in facti contingentia seruauit curia Burdegal. in quodam notario, contra quem deposuerant duo testes, qui asserebant se ab eo corruptos fuisse, vt refert Boer. *in allegat. decis.* 319. Vbi etiam, *num.* 17. attestatur idem seruatum fuisse in quodam alio imputato de homicidio, contra quem deposuerant tres testes socij criminis, & tamen solummodo fuit tormentis subiectus. Et idem etiam seruari per curiam Parisien. attestatur Papo, *lib.* 22. *titul.* 13. *arresto* 2. *&* 3. Et nota, quod hoc casu tales testes faciunt z z indicium ad torturam, etiam quod sint singulares. Et ita seruari attestatur Boss. *in tit. præalleg. de in di. num.* 159. Idem etiam seruari in Regno Neap. vt scilicet faciant indicium ad torturam, attestatur Grammat. *super cap. Regni, fol.* 120. *col.* 1. *in fine.*

11

a Quarto, a nunquid ad hoc, ut dictum socij criminis 12 faciat indicium, requiratur, quod illud deponat cum iuramento. Respon. Marsi. *in prac. crim. §. diligenter, nu.* 62. tenet quod sic: & narrat se propterea liberasse quendam furem, & dicit, quod in hoc totus mundus erat. Et iudicio meo verum dicit: quia licet quo ad se ipsum sit reus, tamen dum deponit contra alium, fungitur vice testis: merito non est ei adhibenda fides, nisi cum iuramento, ut dixi supra, *lib.* 2. §. *Testis*. Et ita semper vidi seruari, quicquid dicat Blanc. *de indi. num.* 384.

b b Sed intellige quod sufficiat, quandocunque interueniat iuramentum, scilicet siue antequam ponatur ad torturam, siue etiam si iuret præsente ipso, contra c quem deposuit, prout c seruatur in confrontatione, teste Boer. *in alleg. decis.* 319. *post n.* 4.

d Scias etiam, d quod dictum socij criminis, ad hoc vt 13 fidem faciat, requiritur, quod fuerit confirmatum in tormentis: cum enim ex proprio delicto effectus sit infamis non debet admitti in testem sine tortura, iuxta ea quæ dixi infra, *quæst.* 25. *circa princip.* & ita apud nos seruatur, licet Chassan. super consl. Burgun. fol. 44. post *num.* 14. dicat, quod sæpe hoc allegauit in curia, sed non voluit ad illud attendere. Dicit etiam Simancas de hæres. cap. 62. *numer.* 6. quod iudiciorum vsus illud non admittit. Ego puto nostram consuetudinem esse magis iuridicam: Tu tamen obserua, quod ibi seruatur, vbi ius dicis.

e Assertio e vulnerati dicentis se ab aliquo fuisse vul- 14 neratum, an faciat indicium contra eum, puto esse distinguendum. Nam siquidem vulneratus conualuerit, res non habet difficultatem, quia tale dictum habetur loco denunciationis, siue querelæ. Et ideo nisi aliqua concurrunt indicia, non potest super eo de iure procedi, nisi ad inquirendum, id est assumendas informationes contra eum, qui ab offenso nominatur, non autem ad transmittendam illi inquisitionem, siue citationem: licet multi de facto contrarium obseruent, quos appellat iudices imperitos Ang. de malef. in verbo, Qui iudex ad probationem, *n.* 9. de quo dixi supra, *quæstion.* 7. *versic. Dixi supra.* Si vero vulneratus moriatur, & vsque ad mortem in tali dicto perseueret, de iure loquendo non facit indicium. Et ita tenet Gloss. *in l. mater, in Gloss.* 1. *C. de calum.* quam dicit esse communiter receptam Villalpand. *super l.* 22. *c.* 61. *post num.* 8. f Nihilominus quicquid sit de iure, certe de f consuetudine practicatur, quod sit sufficiens indicium ad inquirendum. Et ita seruat communis stylus, & obseruantia Italiæ, vt dicit Igneus *in l. Cassus Seius, num.* 13. *ff. ad Sylla.* Et quamuis contrariam sententiam, scilicet quod neque etiam sufficiat ad inquirendum, videatur communem asserere Plot. *in tabula repe. l. si quando, C. vnde vi. in verbo, Indicium ad inquisitionem*, prout illum refert Pract. Conradi, *fol.* 256. *vers. Decimo adde*, licet Plottus ibi hoc explicite non dicat, ex quo tamen longo vsu obtentum est, vt sufficiat, non putarem ab ea esse in Practica recedendum: Est enim tale dictum 15 vulnerati morientis sufficiens ad capturam, secundum communem opin. vt attestatur Gomes. *cap.* 13. *delictor. num.* 16. prout illum refert Placa *lib.* 1. *delict. cap.* 13. *numer.* 15. subdens, quod ita passim videmus in practica 16 seruari. Est etiam sufficiens ad excusandum à calumnia, & temeritate hæredem mortui, qui motus est ad accusandum eum, qui fuerat diffamatus à vulnerato moriente, secundum Gloss. *in d. l. mater, in Gloss.* 1. *C. de calumn.* quam sequuntur communiter Doctores, vt dicit Bertrand. *consi.* 137. *num.* 10. *lib.* 2. *in* 1. *parte.* g Ad g condemnationem vero non est sufficiens: nam talis asseratio vulnerati morientis non probat plene delictum: & ideo non sufficit ad condemnandum, & est communis opin. ut dicit Placa *in loco præalleg.* Sed nunquid facit saltem indicium ad torturam? Respon. Ang. 17 *in d. l. si quis in graui, §. si quis moriens, post num.* 1. *ff. ad Syllan.* tenuit, quod sic: sed eius opin. communiter non tenetur, vt dicit Grammat. *consil.* 57. *numer.* 13. *&* 14. Et ita contra Angel. esse communem opin. attestatur Placa *in loco præallegato*, Pract. Conradi, *fol.* 297. *versic. trigesimumseptimum est indicium.* Dicit etiam Chas. *consi.* 58. *post n.* 28. quod ita tenet omnes. Ita h etiam de stylo h seruari, ut scilicet talis assertio ad torturam non sufficiat, attestatur Mantua *consilio* 118. *in fine, lib.* 2. subdens, quod minime mutanda sunt, &c. i

Fuga k delinquentis contra eum facit indicium, sed k ad hoc, vt habeas in materia fugæ perfectam doctrinam, debes scire, quod fuga tribus modis opponitur 18 contra fugientem. l Primo vt crimen, puta, quando l miles in bello aufugit & signa deseruit, & hoc casu probata ipsa fuga, dicitur probatum crimen, neque aliud requiritur ad hoc, vt reus possit ex ipsa fuga condemnari. & ita tenent omnes, vt dicit Brn. *de ind. fol.* 29. *num.* 7. Secundo † opponitur fuga tanquam indicium, 20 quando dicitur reum commisso aliquo delicto aufugisse, & à loco ipso delicti se absentem fecisse. Et hoc casu, Aut est tale crimen, ad cuius probationem sufficiat sola suspicio, puta, in tutore. *l. impuberi, in fin. ff. de susp. tut.* & tunc sola fuga facit delinquentem suspectũ, ad hoc etiam vt possit ex ea sola sequi condemnatio, vt ibi. Et in hoc etiam m concordant omnes, vt dicit m Brun. *in loco præall.* Aut vero est tale crimen, ad cuius probationem suspiciones non sufficiant, sed plena probatio requiratur: Et in hoc casu licet aliquando magna fuerit inter DD. altercatio, an fuga delinquentis faciat contra eum plenam probationem, vel semiplenam, & aliqui tenuerint, quod solummodo faciat 21 contra eum vnam probationem satis magnam, quam

opin. dixit esse commune Rom. in d.l. admonendi, nu. 70. & Cur. Sen. num. 130. & Cato Saccus num. 79. Tamen magis communis opin. est, quod fuga probet semiplene illud crimen, ad quod probandum plena probatio requiritur. Et hanc esse communem opin. attestatur Ripa in d.l. admonendi, num. 168. Et ideo facit cõtra eum sufficiens indicium ad torturam, ita tenuit
n o Dyn. n in d.l. diuus, ff. de custod. reor. & o est communis opin. ut attestatur Ias. in d.l. admonendi, in repet. num. 158. quem refert Duen. regula 390. in princ. & Blanc. de ind. num. 178. & Gomez. Arias super leg. 74. Tauri, num. 18. Et dicit Ioan. And. in addit. Spec. in titul. de præsumpt. §. 1. sub num. 3. quod hæc opin. Dyni de consuetudine obseruatur, prout illum referunt Doctores in locis præallegatis. Et ideo quamuis multi teneant contrariam opin. quod scilicet fuga non sit sufficiens indicium ad torturam, adeo ut Cur. Iun. in d.l. admonendi, num. 49. & seq. dixerit illam esse magis communem, non tamen putarem ab opin. Dyni aliquo modo esse in practica
p recedendum. p Quæ tamen intelligenda est, ut procedat in ea fuga, quæ sic ante firmatam inquisitionem,
q vel assumptas informationes, q talis enim fuga vere arguit conscientiam delicti commissi. Et hæc est commun. opin. ut dicit Boss. in tit. de indiciis, num. 49. Ceterum si quis fugiat post transmissam inquisitionem, vel
23 informationes assumptas per officium, talis fuga non est sufficiens ad torturam. Et est communis opin. ut dicit Blan. de ind. numer. 281. prout illum refert Villalo. in sua collecta communium opin. in littera F, num. 175. Ripa in d l. admonendi, num. 168. prout illum refert Simanc. de hæret. cap. 63. num. 19. Ant. Gomes. super l. 76. Tauri, post num. 11. D. Ant. de Padilla in l. transigere, nu. 3. C. de tran-
r sact. Hoc tamen locum habet solummodo in causis capitalibus: nam in non capitalibus si cum fuga concurrat fama publica, semper facit indicium ad torturam, siue sit ante, siue post accusationem. In capitalibus autem, quando sumus post accusationem, nunquam facit indicium ad torturam. Et hæc est magis communis opin. ut attestatur Ioan. de Amicis, cons. 73. num. 5.
s & cons. 131. num. 3. Scias etiam, s quod quando ille, qui
24 aufugit, postea citatus sponte comparet, tunc fuga præcedens nullum contra eum facit indicium neque etiam leue, secundum Bart. in l. quis sit fugitiuus, §. 1. ff. de ædil. edict. quem omnes sequuntur, ut dicit Ioan. de Amicis, consil. 7. num. 19. subdens, quod in hoc profecto nemo dubitat. Hanc etiam dicit esse communem opi.
t idem Io. de Amicis, cons. 85. t num. 8.

u Tertio autem u modo opponitur fuga delinquenti tanquam confessio, puta, quia reus à carceribus aufugerit videtur enim fateri delictum, de quo imputabatur, & ideo facit plenam probationem contra eum. Et ita communiter tenetur, vt dicit Ripa in d.l. admonendi, num. 170. Cato Saccus in eo. l. admonendi, num. 81. quem refert Duennas reg 389. in 2. limita. licet loquatur in fugiente effractis carceribus. Talis enim, qui ex carceribus aufugit, habetur pro confesso, & conuicto de eo crimine, de quo est imputatus, vt est text. in l. in eos, ff. de custo. reorum. secundum communem Doct. sententiam, ut attestatur Boer. decis. 215. num. 6. quamuis forte ille tex. hoc non probet. Hunc etiam fatetur esse communem intellectum illius legis, quamuis illum nõ sequatur Ant. Gomes. cap. 9. delict. num. 11. Et ideo potest de iuris rigore in pœnam ordinariam condemnari, licet Senatus hoc non obseruet, nisi contra contu-
x maces: nam si quis post x fugam captus sit, vel sponte reuertatur, non solet propter solam fugam è carcerib. factam, illum condemnare, sed tantum grauius tor-
25 quere, prout etiam obseruauit in facti contingentia
y curia Neapo. ut refert Gram. voto 37. y Quinimo secundum aliquos illa lex non habet locum, nisi in eo, qui aufugit fracto carcere, & ruptis ferris, & cippis cum conspiratione. Et dicit Pract. Carer. fol. 88. in fine, quod ita illam legem intelligunt Doct. Scias autem, z quod z hæc conclusio, quod fuga è carceribus faciat contra reum plenam probationem delicti, intelligenda est, ut procedat, quando talis carceratus fuit legitime detentus. Talis enim juste carceratus non potest licite aufugere: quinimo si fuerit relaxatus cum promissione de redeundo, tenetur promissionem seruare, & ad carceres redire. Et est communis opin. vt attestatur Andreas de Beser. in repetitione, l. 1. post num. 58. C. de sacrosanct. Eccl. a Sed quando fuit indebite & iuris ordine a
non seruato, carceratus, tunc propter talem fugam, 26
etiam cum fractione carceris, b non punitur, neque ha- b
betur pro confesso. Et hanc dicit esse communem theoricam DD. Roland. cons. 7. num. 47. lib. 1. Potest 27
enim licite talis carceratus indebite detentus aufugere. Et ita communiter receptum esse ait Didac. lib. 1. resolut. c. 2. num. 11. quem refert Duennas reg. 393. in 4. limitat. c Neque tenetur redire ad carceres, etiamsi iu- c
rasset se rediturum, secundum Gloss. in cler. pastor. in verbo, Per violentiam, de re iud. quam dicit esse ab omnibus receptam Dida. in d. c. 2. post num. 7. Placa lib. 1. delicto. c. 23. num. 6. subdens, quod Doct. etiam communiter addunt, quod reus qui verisimiliter est iniuste damnandus, tenetur fugam arripere, si potest, &c. vt ibi per eum. Item intelligenda est hæc conclusio, vt procedat in eo, d qui aufugit ex carceribus publicis: secus d
autem si quis aufugiat de carcere priuato. Et hæc est commun. opin. vt dicit Boer. in d. decis. 215. num. 13. prout illum refert e Viuius lib. 1. commun. opin. in verbo, Fu- e
giens à carcere. f Scias etiam, quod si carcerati aufugiant f
nulla facta violentia, puta, quia inuenerint portam apertam negligentia commentariensis male carceres custodientis, non debent capite puniri, & hoc se pluries de facto vidisse attestatur Ang. in l. 1. ff. de effract. Item scias, quod si carcerati non aufugerint, g sed tan- g
tummodo tentauerint fractis carceribus aufugere, Senatus non solet ex ea causa aliquid graue contra eos decernere, propter attentatam fugam, vel fracturam. Et ita obseruatum fuit in carceratis Laudæ 10. Decembris 1543. P.N. Bene solet quandoque eos publice torqueri facere. Et ita seruari vidi in duobus, qui carcerem fregerant, ut aufugerent, 16. Iul. 1558. P.N.

Scias etiam, h quod si talis fugiens è carceribus, sta- h
tim ad ipsos carceres reuertatur, non est tanquam fugi- 28
tiuus, vel fractor carceris i puniendus. Et est communis i
opinio, ut dicit Boerius in allegata decisione 215. num. 18. & 19. Præterea k etiam potest poni exemplum judice, k
qui post finitum officium l non stetit per quinquaginta l
dies in loco officij: nam eo casu habetur pro confesso, 29
& conuicto omnium, de quibus est querelatus, ut colligitur ex text. in l. consiliarios, C. de assessor. secundum communem doctorum opin. ut attestatur Igneus in l. leg. Cornelia, num. 65. ff. ad Sylla. & Viuius in loco præallegato circa fin. qui tamen text. hoc non probat. Et ideo tenendum est, quod talis fuga officialis solummodo operatur, ut per querelantes possit contra eum jurari in litem: & judicio meo in hanc sententiam videntur inclinare communiter Doctores.

Inimicitia vigens m inter offensum, & eum, qui est m
delicto suspectus, si quidem orta est ex causa leui, non 30
facit indicium; si vero ex graui, & capitali, tunc ex ea resultat indicium etiam ad torturam. Et dicit Nouel. in pract. crimin. fol. 60. numer. 3. quod cum ista opinione pertranseunt fere omnes Doctores. Et quod ex inimicitia leui non oriatur indicium, dicit esse communem opin. Plottus in repet. l. si quando, num. 880. in fin. C. unde vi. Quæ

vi. Quæ autem dicatur capitalis inimicitia, statur arbitrio iudicis, ut dixi infra *quæst.* 24. *vers. Item quæro.* Tu vero dic, quod *n* Aut quæritur, an inimicitia faciat indicium ad formandam inquisitionem: & placet distinctio superius relata, vt scilicet non sufficiat inimicitia, *o* nisi ex causa graui, & capitali; nam vt videtur sentire Blanc. *de indic. num.* 175. omnes DD. indifferenter tenent, quod grauis inimicitia sufficiat ad inquirendum, quod ego intelligo non modo ad assumendas informationes specialiter contra eum super delicto, sed etiam ad formandam siue transmittendam contra reum inquisitionem. *p* Aut vero quæritur, an faciat *q* indicium ad torturam: & dic, quod sola inimicitia non facit sufficiens indicium ad torturam, & hanc dicit esse communem opin. Ant. Gomes. *cap.* 13. *delict. num.* 11. Et hoc non modo si sit leuis inimicitia, sed etiam si sit capitalis: & ita communiter tenetur, vt dicit Grammat. *consil. crim.* 3. *num.* 17. Caret. *in prac. crimin. fol.* 90. *numer.* 118. Hanc etiam opin. quod indicium inimicitiæ (vt remotum à facto) *r* non sufficiat ad torturam, dicit magis communiter teneri Grammat. *voto* 30. *num.* 19. *& voto* 34. *num.* 7. Plottus *in repet. d. l. si quando, num.* 880. Et ita practicatur, vt dicit Boss. *in tit. de indic. num.* 47. Bene verum est, quod si agatur tantummodo de captura; vel de inquirendo, id est, procedendo ad assumendas informationes, tunc poterit iudex arbitrari, quod faciat sufficiens indicium inspecta qualitate personarum, & delicti. Ego tamen quandoque vidi, etiam quo ad torturam idem seruari, quando delictum fuit clam commissum, & nullus alius imputatur: quia scilicet iis concurrentibus *s* vidi aliquos propter solam inimicitiam suspectos torqueri.

31 Confessio *t* extrajudiciali facit contra confitentem sufficiens indicium *u* ad torturam: ita tenet Gl. *in l. capite quinto, in Gl. fin. ff. de adul.* quæ in hoc ab omnibus approbatur, ut dicit Mars. *sing.* 310. credo te scire. Hanc etiam esse communem opin. attestatur Felyn. *in c. olim, num.* 5. *de rescrip.* Dec. *in c. at si clerici, post num.* 17. *versic. alia opin. principalis de iud* prout illum refert Public. *super consil. Aluer. fol.* 20. *num.* 6. ubi etiam dicit, quod omnes hoc fatentur, Ferre, *cau.* 27. *circa prin.* Alciat. *in cap. cum non ab homine, nu.* 98. *de iudic.* quem refert Villalob. *in sua collecta communium opin. in littera C, num.* 135. Blancus *de ind. num.* 204. *x* Et licet aliqui ex præallegatis Doctoribus teneant, quod possit talis confessio hoc casu reuocari, etiam ad hoc ut euitetur tortura, licet non doceatur *y* de errore, *z* hoc certe judicio meo nullo modo est tenendum, nam si sola reuocatio hoc operaretur, nunquam esset locus communi conclusioni propter hoc; enim deuenitur ad torturam, quia reuocatur confessio: quia si reus non reuocaret, non esset opus tortura. Tene igitur, quod nisi probetur error, semper talis confessio faciet indicium ad torturam. Et ita semper vidi *a* obseruari. Sed hic quæro, *b* an confes-
32 sio facta coram judice incompetenti faciat indicium ad torturam. Resp. quod sic; & est communis opin. ut *c* dicit Imola *in cap. at si clerici, num.* 7. *de ind.* quem refert Bolog. *cons.* 8. *col. fin.* & Aug. ad Ang. *de malefic. in verbo, Nec non ad denunciationem, post num.* 22. *& in verbo, Comparuerunt,* & confitentur totum, *sub numer.* 14. *relatus,* & ipse per Fran. Conradi *fol.* 181. *numer.* 10. ubi etiam dicit Abbatem *consil.* 25. *lib.* 1. attestari contrariam opin. esse magis communem, quem tamen in libro meo hoc attestantem non reperio. Hanc etiam conclusionem dicit esse communem Alexand. *in l. Magistratibus, numer.* 6. *ff. de iurisd. omnium iud.* quem refert Dec. *in ea. l. Magistratibus, num* 8. & Rain. *cons.* 80. *num.* 2. *lib.* 4. Soc. *in d. l. Magistratibus,* prout illum refert Blancus *de ind. nu.* 219. Felyn. *in d. c. at si clerici, in princip. nu.* 15. *in fin.* Dec. *in d. c. at si clerici, post num.* 17. Boer. *decis.* 90. *post num.* 9. vbi in fine dicit, quod ita seruatur, & quod ita iudicatum fuit: Iafred. *decisio.* 104. quem refert Viuius *in lib. communium opin. in verbo, Confessio facta coram.* Menchiaca *lib.* 3. *de testam.* §. 23. *nu.* 32. Hanc *d* tamen conclusionem aliqui restringunt, vt procedat modo iudex, coram 33 quo facta est talis confessio, non sit prorsus incompetens, sed quod eius iurisdictio sit aliquo respectu prorogabilis: secus autem si esset prorsus incompetens: nam eo casu (secundum eos) talis confessio non operatur, neque ad condemnationem, neque ad torturam. Et dicit Foller. *in pract. crim fol.* 270. *num.* 1. quod omnes Doct. in hoc videntur concurrere. Sed certe, iudicio meo, hæc distinctio nullo modo est tenenda, si enim confessio prorsus extraiudicialis facit indicium ad torturam, vt supra dixi, eadem ratione, & multo magis idem dicendum esse videtur, quando facta est in figura iudicij, licet coram iudice incompetenti. *e* Et ideo videmus, quod confessio clerici facta coram iudice laico facit contra eum indicium ad torturam, secundum communem opi. de qua attestantur Scribentes *in d. c. at si clerici,* & in specie Aret. & Dec. prout illos refert Boss. *in tit. de confessis, num.* 56. & Berous *in eo. c. at si clerici, num.* 124. *in fin.* Vbi etiam ipse *num.* 127. *& seq.* affirmat illam esse communem opin. *f* quando non metu tormentorum, sed sponte facta fuit, Boer. *decis.* 90. *num.* 3. Vbi etiam dicit, quod ita seruatur, referens idem attestari Aufre. *in repe. clem. pen. de offic. ordin. in* 3. *regula, num.* 16. quem refert etiam Caratita *super ritu* 213. *magna curia, num.* 16. *& seq.* Et licet Blan. *de indiciis, num.* 215. asserat, quod in contraria sententia resident communiter DD. vera tamen opin. affirmatiua est magis communis, ut videre potes *in locis præalleg.* ex qua necessario infertur, quod confessio facta coram quocunque iudice etiam prorsus incompetenti, & cuius iurisdictio prorogari non potest, ut est illa, quæ fit à clerico coram iudice laico, est sufficiens indicium ad torturam. Et ita teneas. Bene verum est, quod si talis extorta fuisset à reo per iudicem incompetentem vi, vel metu tormentorum, eo casu nullum contra eum faceret indicium. Et hanc opin. sequutos esse Doctores communiter attestatur Berous *in d. c. at si clerici, nu.* 126. Vide in hoc proposito ea, quæ dixi infra, *quæst.* 56. *vers. Vltimo quæro.*

Sed quid si reus, qui confessus est delictum coram 34 iudice incompetenti, *g* deinde postquam fuit constitutus coram suo iudice competenti confessionem illam reuocauerit: nunquid nihilominus faciet contra eum indicium ad torturam? Respond. Bal. *in l. vnica, nu.* 96. *C. de confess. h* tenuit, quod non: *i* sed contrarium in practica seruatur, vt dicit Boer. *in decis.* 90. *in vltimis verbis.* Nam de facili quilibet reus talem confessionem reuocaret, & fieret fraus iustitiæ. Bene verum est, quod si reus reuocando huiusmodi confessionem doceret de errore, crederem talem reuocationem ei prodesse debere; idemque si doceret talem confessionem non sponte, sed metu tormentorum emanasse coram illo iudice, *k* qui erat incompetens, vt supra dixi. *l* Sed hic cadit pulchra quæst. Pone, quod reus constitutus coram iudice *m* tanquam priuato confiteatur delictum: numquid poterit ex ea confessione condemnari? Respon. quod confessio facta coram iudice, non tamen in forma iudicij, sed coram eo tanquam priuato pro tribunali non sedente, non habet vim plenæ probationis, ita ut possit reus ex illa condemnari: sed bene facit sufficiens indicium ad torturam. Et est communis opi. vt dicit Rom. *in l. si quis in graui* §. 1. *ff. ad Syll.* prout illum refert Boer. *in d. decis.* 90. *nu.* 8. Idem etiam dicit Rom. *cons.* 8. *post num.* 2. Foller. *in pract. crim. fol.* 271. *num.* 7. Et

ex hoc inoleuit practica assessorum, quod faciant reum confiteri ad tribunal, vt ibi confiteatur in forma iudicij, vt dicit Ang. *in l. ictum fustium, in fin. ff. de iis qui not. infa.* quem refert Barb. *consil. 70. nu. 4. in fin. lib. 4.* Faciunt, quæ dixi infr. *q. 49. vers. sed hic incidenter.*

u Vlterius quæro, u quid si reus confessus sit delictum
36 in tormentis, & deinde ductus ad ratificandam huiusmodi confessionem extra tormenta, iuxta ea, quæ dixi infra *q. 64. vers. ceterum si reus*, reuocet ipsam confessionem, & neget delictum commisisse, nunquid tal s confessio facit contra eum indicium, ita quod possit denuo torqueri, & cogi ad perseuerandum in ipsa confessione? Respon. quod sic, ita dixit Bart. *in l. vnius, §. reus, in vltimis verbis, ff. de quæstionibus*, & ita tenent communiter Doct. vt dicit Blancus *de indi. n. 219.* Pract. Carer. *fol. 164. num. 190.* Hanc etiam esse communem opin. attestatur Boss. *in tit. de tortura, num. 34.* vbi etiam subdit, quod ita practicatur vbique absque vlla hæsitatione. Hanc quoque sententiã dicit esse vsu receptam Simancas *de hæret. c. 63. num. 43.* Aduerte tamen, quia dum DD. dicunt, quod hoc casu potest reus reiterata tortura cogi, vt in ipsa confessione perseueret, hæc verba debent sano modo intelligi, vt scilicet possit de nouo torqueri, tanquam si vnum aliud nouum indicium superuenisset, non autem vt tandiu torquendus sit, donec in ipsa confessione perseueret: Quod Nota contra eos, qui reum in tormentis confessum die noctuque torquendo fatigant, donec perseueret, quia non possunt hoc facere. Et illos grauiter reprehendit Ang. ad Ang. *de malef. in verbo, Comparuerunt, & confitentur totum, post nu. 10.* o Quinimo si reus iterum positus in tormentis confiteatur, & deinde in ratificatione iterum neget, prout refert in facto contigisse Paris Put. *de synd. fol. 48. c. 6. post num. 1.* non esset procedendum p in infinitum, sed crederem p sufficere, quod tormenta repeterentur vsque ad tertiam torturam, & vbi denique q ductus ad ratificandum semper negaret, q absolueretur rebus stantibus.

r Minimæ præcedentes r delictum, faciunt indicium
37 contra eum, qui offenso minatus est. An autem faciant indicium ad torturam, est distinguendum. nam si quidem s sunt minæ prolatæ per s virum potentem, & malæ famæ in eodem genere mali, qui de facili potuisset minas suas exequi, & eas solitus erat exequi, faciunt indicium ad torturam, quando s. ignoratur, quis maleficium commiserit: alias autem secus. Et ita communiter distingui attestatur Imol. *in l. fin. num. 10. ff. de t hæred. instituend.* t Carrer. *in prac. crim. fol. 101. num. 116.* quem refert Plot. *in rep. d. l. si quando num. 885.* Blanc. *de u indiciis, num. 183.* u quem refert Duennas *reg. 191. in 4. ampl. circa fin.* & Placa *lib. 1. delicto. c. 28. post num. 18. versicul. Secundo subjiciam.* Hanc etiam opinionem dicit esse communem Boss. *in titul. de indiciis, num. 44.* Sed apud nos non semper admittuntur huiusmodi distinctiones. Nam probatis minis, & causa minarum, Senatus x mandat sæpenumero reos tormentis x subjici.

y Pax, y seu transactio facta per aliquem cum offenso de
38 ipsa offensione, seu iniuria, facit contra eum indicium ad inquirendum. Sed nunquid talis transactio, seu pax erit sufficiens indicium ad torturam contra reum? Respon. Aut sumus in delictis, in quibus de jure licitum est transigere: & non sufficit: nam quod fit jure permittente nemini obesse debet. Aut sumus in criminibus, in quibus non est de jure licita transactio: & in istis vti z que facit indicium z ad torturam, & hæc est communis opin. vt dicit M. Ant. Blanc. *de indi. nu. 306.* prout illũ refert Villalob. *in sua collecta cõmun. opin. in littera T, verb. transactio nõ est sufficiens*, licet Blanc. *in lib. meo* hoc loco id non attestetur. in quibus autem casibus licita sit transactio, dixi infra *quæst. 58. vers. Successiue.* Sed certe apud nos si reperitur instrumentum pacis, illud plene probat delictum contra eum, qui pro eo pacem facit. *a* Et ideo cautela est, quod Pax fiat per aliquem tertium nomine omnium, quorum interest. *b* Talis enim pax valet, & prodest cuicunque illam producenti, non secus ac esset in ipsa remissione specialiter nominatus, ut dixi *in d. quæst. 58. ver. dictum est.* Et forte etiam si ille tertius in specie pacem faceret nomine ipsius rei, adhuc non deberet ei talis pax obesse, prout in facti contingentia judicauit curia Neap. ut refert Gramm. *voto 39. circa fin.*

Mendacium, seu variatio, inconstantia, & titubatio *c* rei, faciunt contra ipsum indicium ad inquirendum: & in hoc nemo dubitat. Quo vero ad torturam solet allegari Bar. *in d. l. fi. nu. 3. ff. de quæst.* ubi dicit, quod inconstantia, & trepidatione potest haberi aliqua præsumptio contra reum: & quod si repertus fuerit in mendacio, erit præsumptio contra eum. Et sic videtur Bartol. constituere differentiam inter eam præsumptionem, quæ oritur ex trepidatione, ut sit aliqualis præsumptio; *d* & eam, quæ oritur ex mendacio, ut sit maxima præsumptio. Et propter hoc multi allegant Bart. *in eo loco* tenere, quod mendacium sit sufficiens indicium ad torturam. Et hanc opin. *in pract. obseruari attestatur* Paris Put. *synd. fol. 441. post nu. 4.* quem refert, & sequi videtur Gramm. *cons. 5. nu. 5.* Sed re vera Bartol. hoc non dicit, ut bene animaduertit Paris Put. *in loco præalleg. post num. 6.* sed tantum, quod erit maxima præsumptio contra eum, licet Boss. *in tit. de ind. num. 36.* dicat, quod quicquid ille dubitat, ipse ita vidit semper illud dictum interpretari, ut scilicet faciat indicium ad torturam. Et ibi etiam dicit *nu. 38. & seq.* quod practica seruat, quod sola variatio rei, etiam sine trepidatione, modo sit circa substantialia, facit indicium sufficiens ad torturã. Et quod mendacium solum sit sufficiens indicium ad torturam, dicit concludere communiter Doct. Nouel. *in tractat. ad defensam fol. 15. post num. 5.* Multi tamen tenuerunt contrarium, quod scilicet solum *e* mendacium non sit sufficiens indicium ad torturam, sed solummodo faciat quandam suspicionem, quæ juncta cum aliis sufficiat ad torquendum, quam etiam dicit communiter teneri Practic. Carer. *fol. 95. num. 119.* Hanc *f* etiam dicit esse communem Grammat. *voto 30. num. 15. in fin.* Ego *g* vero in hac varietate opinionum crederem hoc esse relinquendum iudicis arbitrio, considerata qualitate personæ, & rei, super qua est mendacium, seu variatio, an scilicet sit talis, in qua verisimiliter possit cadere obliuio, & an sit circa substantialia *h* negotij, & an incontinenti se correxerit. nam talis variatio diceretur potius emendatio, quam mendacium. Si tamen essem iudex, vix esset, ut ex solo mendacio, vel variatione ponerem reum ad torturam, nisi aliquod aliud adminiculum concurreret. Et hoc puto esse *i* tutius.

Ceterum sola inconstantia, titubatio, & trepidatio *k* rei proculdubio non est sufficiens indicium ad torturam, sed tantum facit contra eum aliqualem præsumptionem, ut dicit Bart. *in loco præall.* Et ita communiter tenetur, ut dicit Pract. Car. *fol. 92. num. 102.* Hanc etiam dicit esse veram, & receptam sententiam Simancas *de hær. c. 63. nu. 54.* quam etiam communem appellat Plot. *in repet. l. si quando, n. 886.* Multi *l* enim sunt adeo natura timidi, ut cum ducuntur ad præsentiam iudicis, turbantur, ita ut nesciant, quid dicant, etiam si sint innocentissimi, ut contingit illi nobili, de quo scribit Paris Put. *de syndic. fol. 441. num. 7.* quos propterea impium esset tormentis *m* subjicere.

Si *n* aliquis visus sit exire ex aliqua domo cum gladio sanguinolento, & cum facie pallida, quæ domus 40
non

non habeat nisi vnicum ostium, & intus reperiatur ho-
o mo mortuus, tale indicium est sufficiens *o* ad condemnationem, ita allegatur tenere Ang *in l. fi. in princ. ff quod metus causa*. Et est communis opin. ut dicit Blanc. *de indiciis, num.* 292. prout illum refert Nouel. *in pract. crim. fol.* 61. *num.* 8. quamuis Ang. *in loco prealleg. in lib. meo* videatur tenere contrarium: quinimo ipsemet Ang. *in l. quamuis, in fin ff. de furt.* expresse tenuit contrarium, scilicet, quod imo non sufficiat ad condemnationem, sed tantum ad torturam: & dicit, quod ita practicatur, quem
p refert Brun. *de ind. fol.* 51. *num.* 7. *p* Ego in practica semper vidi seruari, quod hoc positum sit in arbitrio judicis; nam aliquando vidi reos, contra quos extabant hujusmodi grauissima indicia, grauiter torqueri: aliquando etiam vidi eos condemnari, non tamen pœna ordinaria
q delicti, sed tantum *q* extraordinaria, juxta ea, quæ dixi supra, *quæst. proxima, vers. ad condemnandum*. Et ideo poterit judex considerata qualitate facti, & personarum, amplecti quam opin. maluerit.

r Si *r* res furata reperiatur penes aliquem, talis inuen-
41 tio facit contra eum indicium ad torturam, nisi ipse doceat à quo habuerit, ita dicit Bart. *in l fin. post num.* 5. *ff. de quæstio.* Et hæc est communis Doctrina Doctorum, ut dicit Mars. *cons.* 130. *nu.* 42. Rolan. *cons.* 45. *num.* 39. *& seq. lib.* 1. Et ita in facti contingentia consuluit Gramm. *consil. crim.* 14. & ait ita fuisse executum. Hæc tamen con-
s clusio intelligenda est, ut procedat, modo *s* ille, penes quem res furtiua recepta est, sit malæ vocis, & conditionis, & famæ: secus autem si sit bonæ vocis: tunc enim etiam si non doceat à quo habuerit, non facit contra eum judicium ad torturam. Ita dicunt Doctores, teste Bruno *de indic. folio* 25. *nu.* 5. Dicit etiam August. ad Ang. *de malef. in verbo, Et vestem cælestem, sub num.* 19. quod hanc distinctionem omnes Doctores communiter approbare videntur. Ita etiam communiter distingui attestatur Rolan. *in alleg. cons.* 45. *num.* 41. Et secundum hanc opin. *in facti contingentia* consuluit Bertran. *cons.* 107. *lib.* 1. *in* 1. *part.* Idem etiam dicendum est, si esset reperta apud aliquem, qui solitus esset emere, & vendere tales res mobiles, & illam palam teneret: nam eo casu nulla
t ex eo suspicio contra eum oriri *t* posset.

ADDITIONES

Ad Quæst. XXI.

a *Dictum est de Indiciis*] Adde quod materia præsentis quæstionis multum confert *cum q.* 64. & adde aliud indicium hic non tactum, à Senatu tamen declaratum, supra *qu.* 4. *versic. quando vero, ibi vide etiam, quod Senatus iussit*; & ibidem *in d. q.* 64. varia collige indicia, videlicet, *in versic. sed nunquam banniti, & versic. vltimo, videndum, ibi puta si tortus dicebat*: aliud collige indicium infr. *q.* 89. *versic. sed hic, in principio, ac alibi sæpe.* Iudici autem asserenti de fama creditur, vt est supra *qu.* 6. *versic. fin.* Distingue tamen inter assertionem Iudicis, & Principis, vt *ibi, & q.* 53. *vers. sed quid si aliquis*, vide Crau. *tract. de anti. temp. par.* 1. *per totum*, varia indicia collige apud Iacob. Nouellum *in sua practica in præfatione à n.* 34. *cum seqq.* Drogh.

b *Videamus*] Hic no. quod indicium, seu remotum debet regulariter per duos testes probari, vt late per Osasc. *decisio.* 79. *n.* 16. *&* 29. Giach.

c *Fama sola*] De indiciis quibusdam in specie, & 1. de fama quando ad inquirendum, vel torquendum sufficiens sit, Farin. *in* 2. *vol. suarum qu. q.* 47. *sub tit. de indiciis, & fama ad inquirendum, ibi, n.* 37. 38. 39. 40. Ros.

d *Absque aliis adminiculis.*] Vide per Duen. *mihi sub reg.* 301. vbi ad reg. ponit quinque fallentias, quæ pro istis adminiculis seruiunt. *Giach.*

e *Plotum*] Vide per eum, quia sex tradit fallentias, ibid. in quibus quis ex sola fama potest torqueri. *Giach.*

f *Et quamuis*] Fama in ciuilib. Farin. *d. q.* 47. *nu.* 86. filiatione, 64. Morte, 97. Nobilitate, 101. in lxuibus, *n.* 105. in antiquis, *n.* 106. *& seqq.* Fama orta post rei carcerationem, vel inquisitionem nihil operatur. Far. *d. q. n.* 176. Et de mala fama, 197. *& seqq. vsque* 207. Ros.

g *Quod scilicet fama sola sit sufficiens indicium ad torturam*] 1
adde videndum Duen. *in regul.* 301. vbi ponit quinque limitationes.

Item adde, quod fama est magnum indicium, in delictis de 2
nocte commissis, Bald. *in consil.* 174. *colum.* 1. *vol.* 2. Crauet. *consil.* 178. *num.* 8. & Menoch. *de arbit. iud. cas.* 261. tenet, quod licet simplex fama non faciat indicium ad torturam, quod tamen facit fama vehemens, & quod remittitur arbitrio Iudicis, quæ frequens, ac vehemens fama dicatur, & Gram. *decisio.* 34. *nu.* 12. *& seq.* & quod fama vehemens faciat indicium ad torturam, vide etiam Duen. *reg.* 301. *limit.* 1. vbi tenet, quod sic, & ibi plene tractauit, quando fama faciat indicium ad torturam, vide etiam Gramm. *in consil.* 42. *nu* 15. vbi post multos tenet, quod ex fama à personis fide digna orta, nullum resultat indicium, sed quod fama solum confirmat alias probationes, quando non probatur habuisse originem à iusta suspicione; & hoc etiam voluit Ang. *in l. fin. sub nu.* 4. *versic. an ergo fama, C. de quæst.* & quando faciat fama indicium ad torturam, vide omnino Menoch. *de præsump. lib.* 1. *q.* 70. *n.* 16. Baiar.

h *Communem opin.*] Farin. *d. q.* 47. *num.* 4. 5. *&* 6. *vsque* 10. *&* 13. 15. Ros.

i *Ex sola fama procedatur ad torturam*] adde hic, quod si iudex ex sola fama, & nuda poneret reum ad torturam, & ille fuisset confessus, talis confessio non noceret, sed haberetur, ac si fuisset extorta absque indiciis: sed quibus casibus faciat indicium ad torturam, vide etiam per pract. Carrer. vbi supra per totum. *Giach.*

k *Fama enim*] Farin. *d. q. num.* 54. *&* 59. & quid si concurrat vnus testis de visu, *ibi. nu.* 73 *&* 79. *&* 80. Ros.

Fama enim in criminalibus] adde in hac materia, an fama 3
in criminalibus probet plene, vel semiplene tradita per Duen. *in reg.* 300. vbi ponit quinque ampliationes, & sex limitationes, & Felyn. *in cap. veniens, num.* 12. *cum seq. de testibus.* vide omnino Mascard. *de probat. conclus.* 754. vbi latissime, an fama semiplenam faciat probationem, quando agitur criminaliter.

Item adde, quod fama iuncta cum vno teste de visu non pro- 4
bat, Bartol. *in l. de minore. §. tormenta, ff. de quæst.* Paris. *de syndic. verb. tortura §. quidam latro famosus, num.* 5. Sed Felyn. *in d. c. veniens, nu.* 14. tenet, quod fama cum vno teste de veritate, & cum alio indicio plene probat delictum, & Rim. iun. *in consil.* 84. *n.* 18. *consil. crim. tom.* 1.

Item adde, quod per famam potest probari, quod filius per- 5
cusserit matrem, Bernard. Diaz. *in reg.* 331.

Item adde, si statutum disponeret, quod sola fama probet 6
delictum, valeret: sed quia est contra ius commune, pluribus modis restringitur per Dec. *in cap.* 4. *num.* 48. *& sequen. de appellation.*

Item adde, quod si statutum vult, quod contra magnates suf- 7
ficiat fama, & fama fuerit probata hinc inde, talis fama non probat, secundum Bald. *in l. sacrosancta C. de episc. & cler.* Bur. *consil.* 98. *num.* 17. *cum sequ. & consil* 88. *num.* 14 *& consil.* 20 *numer.* 20. *& in multis aliis consiliis*, vbi plene tractat, & Menoch. *consil.* 94. *num.* 8.

Item adde, quod fama sola iunctis aliquibus adminiculis, vbi 8
vertitur difficultas probationis, inducit plenam probationem sufficientem ad condemnandum, non autem ad pœnam ordinariam, sed extraordinariam, Gramm. *decisio.* 42 *nu.* 12. *& consil.* 57. *num.* 17. & Paris. de syndic. *in ver. tortura, §. quidam latro famosus*, vbi plene. Sed hoc per iudices prudentes parum practicatur, nisi in casu Paridis, quando esset famosus latro, etiam quod fuisset tortus, & confessus non fuisset.

Item adde, quod in statu Ecclesiastico robariæ, incendia, & 9
alia grauia maleficia, vel damna in terra, vel in mari, quæ committuntur de nocte, probantur per publicam famam, quæ habetur in dictis delictis pro plena probatione, vt per Const. Marchi. *l.* 4. *c.* 22.

Item adde, quod fama facit indicium ad torturam, si cum ea 10
concurrit denunciatio syndici secundum Brun. *in tract. de Indic. par.* 1. *q.* 3 *n.* 32. Baiar.

l *Semipleno*] Regulam, quod fama in criminalibus non faciat semiplenam probationem cum quinque ampliationibus, atque sex limitationibus vide per Duen. *ead. reg.* 300. & aliam regulam, quod fama in criminalibus non faciat indicium ad torturam cum quinque limitationib. vide per eundem *reg. sequen.* Giach.

m *Ceterum si cum ipsa*] Far. *sup. n.* 17. 18. 21. 28. *&* 30. Ros.

n *Posset etiam esse delictum adeo difficilis probationis*] Adde, 11
quod ita tenet Bart *in l. si quidem. C. sol. matr.* & Roman. *consil.* 76. *in causa nobilis viri, col.* 2. *versic. Tertio ad hoc*: quem refert, & sequitur Soc. iun. *consil.* 90. *nu.* 16. *vol.* 2. vbi dicit quod fama videtur per se plene probare in his, quæ sunt difficilis probationis, & licet hoc procedat in causis ciuilibus, tamen in criminalibus faciet semiplenam probationem; & sic faciet indicium ad torturam. *Baiard.*

o *Vt sola fama sufficeret*] Farin.sup.n.11.Rof.

12 p *Sed pone, quod reus*] adde, quod hoc procedit, *&c.* itaque sit probata in genere, vel in specie, quia si vna in genere, alia in specie, præualet illa, quæ fuit probata in specie, Alex. *in consil.* 77. *vol.*1. & Curt. *consil.*55. *& decisio. Pedem.*79. *nu.*54. est verum, quod licet non tollat, & non præualeat, tamen elidet, Bal. *in l.*2. *C. de falsis.* Et aduertas, quod fama bona præualet malæ, quando non adest aliud indicium contra reum: secus vero, si adest, Gand. *in tract. de præsump. num.*15. vbi plene examinat quæstionem, quando fuit commissum delictum, & statim inculpatus Titius, & diffamatus, & pro eo fuit probata bona fama, an sit torquendus. *Baiard.*

q *Quæst.*60. *versic. frequens etiam*] Infr. *quæ.*60. *versic. frequens* concluditur, quod probatio bonæ famæ prodest, quando ex mala tantum fama indicatur reus; secus, cum vltra famam aliquod adest indicium, vel adminiculum: quid ergo si fama hæc sit informis? vt puta, quia in processu informatiuo appareat probata fama de delicto, pro quo inquiritur: reus autem in processu defensiuo probauerit de bona voce sua, & fama sine qualitatibus tamen a iure requisitis ad probãdam famam, de quibus abunde supra *quæst.*6. *versic. Illud tamen, cum pluribus sequentibus:* dic, quod tunc numerus testium copiosior præualet modo, quo per Soci. *consil.*54. *sub nu.*13. *vol.*3. Gramm. *consil.*57. *nu.*19. Boss. *de indic. nu.*69. quid autem si diffamatio, siue mala fama de delicto contra aliquem dicatur, & probetur habuisse initium, post delationem de ea in iudicio factam? Dic, vt per Bart. *in l. de minore, §. in plurium* (qui in materia famæ semper allegari solet) *num.*16. *ff. de q.* Videtur enim tunc per talem delationem probata fama, vt per Felin. *in c. cum contingat post principium de rescript.* & nota semper quando fama non probatur cum illis qualitatibus requisitis per Bart. vbi supra, tamen numerus testium informiter super ea deponentium supplet, Boss. vbi sup. *d. num.*69. & de fama in genere, & specie probatã, Boss. ibidem, *num.*83. differt autem fama à rumore, per Alexan. *consil.*115. *nu.*16. *cum sequ. lib.*4. dixi sup. *ad q.*20. *versic.*1. *ad fin.* sed vere, & proprie loquendo cum in his, quæ spectant ad probandam famam, multa requirantur, vt per Bart. *in d. l. de minore, §. plurium,* illa adaptari non possunt rumori, qui proprie intelligitur, cum valde remotus sit, & distans a loco, in quo oritur fama; Vnde legitur *in* 3. *Reg. cap.*3. Maior est Sapientia tua, quem rumor, quem audiui, de voce vana populi, quæ exaudiri non debet, vide tex. *in l. decurionum, C. de pœnis.* Drogh.

r *Modo illa fama sit in eodem genere delicti*] adde inf. *qu.*64. *vers. Dixi etiam. ibi, quia saltem,* vbi contrarium videtur, quia ex solo, quod alias quis deliquerit, non potest reus torqueri, esset enim dare nimis laxas habenas Iudicibus, vt ibidem. *Drogh.*

Modo illa fama] Far. *d. q.*47. *n.*105. Rof.

f *Ceterum si delicta*] Far. *q.*23. *de qua in n.*31. *& q.*47. *nu.*104. *tit. de delict. q.*23. *n.*27. *vol.*1. Rof.

13 t *Vnus testis*] Vnicus testis quomodo indicium faciat, Farin. *q.*63. *volum.*2. *cap.*1. *num.*51. 52. *&* 53. *& num.*1. firmat regulam, quod vnicus non probat *cum* 8. *ampliatio. &* 18. *limitationibus, & num.*207. *cap.*4. quid in facto proprio, & quid ad torturam. idem Far. *q.*36. *vol.*2. *n.*218. *& seq.* Rof.

Vnus testis deponens de maleficio] adde, quod Blanc. *in repet. l. fi. ff. de quæst. num.*316. *cum sequ.* multum notabiliter dicit, & declarat, quod sufficit, quod testis sit integer, & idoneus, id est, quod non repellatur à iure, & non requiratur, quod sit omni exceptione maior.

14 Item adde, esto, quod requiratur ista qualitas, quod sit omni exceptione maior, hoc non procedere, quando aliter veritas haberi non potest secundum Franc. Cason. *in tract. de indic. & torment. tract.*10. *cap.*1. *n.*12.

15 Item adde, quod non requiritur, quod sit omni exceptione maior, quando Iudex habet arbitrium, tam in procedendo, quã in sententiando, vel quod possit procedere, sola facti veritate inspecta, Alex. *consil.*65. *num.*9. *vol.*1. Gramm. *decisio.*34. *num.*31. & Boss. *in tit. de indic. & consid. num.*12. *& ibi num.*14. dicit, quod prædicta conclusio fallit, vbi testis non omnino integer coadiuuaretur aliis adminiculis.

Item adde, quod faceret indicium ad torturam, etiam quod non esset omni exceptione maior, si concurreret leuitas vitæ rei, Carer. *in l. obseruare curabis, num.*110. & Plot. *in l. si quando, num.*819.

Item adde, quod licet in delictis exceptis admittantur inhabiles, vt in crimine læsæ maiestatis, vel simoniæ, tamen non sufficeret vnus testis ad torturam; secundum Alex. *consil.*11. *lib.*1. Marsil. *consil.*101. *incip. Illumina quæso; & in pract. crim. in §. diligenter, num.*5. 6.

16 Item adde, quod vnus testis, omni exceptione maior facit indicium ad torturam, dummodo aliæ circunstantiæ non resistãt, Blanc. *in repet. l. fi. ff. de quæst. num.*314. & Carrer. *in l. obseruare, n.*110. *circa med.* Gramm. *consil.*52. *nu.*6. & Mars. *in pract. criminali, in versic. diligenter, in princ.*

Item adde, quod in Francia per Constan. B. Ludouici *in tit. de quæstion. honesta persona, vel bona fama,* etiam si sint pauperes ad dictum vnius testis subjici tormentis non possunt, & ita in illa Curia Franciæ de stylo seruatur, vt affirmat Boer. *in decisio.*163. *num.*3. 17

Item adde, quod si ex forma statuti, vel legis deberet stari indiciis, quantum ad plenam probationem, indicium vnius testis de visu, & omni exceptione maioris non sufficeret, sed esset necesse, quod probaretur per duos testes, Mars. *in sing.*269. alias dixi, *& in prac. crim. §. diligenter, n.*4. *circa med.* 18

Item adde, quod femina non facit indicium ad torturam, quando est habilita per statutum secundum Catald. in quodam suo cons. prout refert Firman. *in verb. femina,* sed in statu Ecclesiastico attestationibus mulierum, plena fides in causis criminalibus adhibetur, vt per Constitut. March. *lib.*4. *cap.*17. Baiar. 19

u *Omni exceptione maior*] Quis autem sit testis integer, & omni exceptione maior, infra *quæst.*24. *versic. Quæro modo:* quomodo autem probentur indicia per vnum testem tantum, vide Crauet. *consil.*16. *sub num.*12. *versic. in qua re considero:* adde hic ad formandum indicium per vnum testem, quod talis testis debet esse maior omni exceptione Crauet. *consil.*36. *num.*19. *consil.*244. *sub n.*8. Drogh. 20

Omni exceptione maior] Vide plene Rolan. *in consil.*3. *num.*38. *consil.*37. *num.*9. *lib.*3. & Crauet. *consil.*9. *num.*11. testes autem omni exceptione maiores dicuntur, vbi contra eos nihil opponi potest, nec defectus, vt plene per Caret. *in pract. nu.*165. Et aduerte, quia ista qualitas debet articulari, & probari, vide per Rol. *consil.*50. *n.*17. *lib.*2. & Dec. *consil.*37. *col.*4. Drogh.

x *Et huiusmodi testis*] Infra *q.*58. *versic. Dixi etiam.* vbi seipsum hic allegat: quid autem si testis non integer, confirmet dictum suum in tormentis? Vide supra *in §. falsum, versic. subornans.* Hoc autem limita, quando aliter nec actu nec potentia veritas haberi potest, *infra quæst.*14. *versic. sciendum est, in fine,* & de dicto vnius testes tantum, vide per Menoch. *de arbit. iud. lib.*2. *cent.*1. *casu* 92. *sub numer.*9. Nemo enim tam sanctæ, & inculpatæ vitæ existit, vt illius assertioni ad condemnationem credendum sit, etiam si is Cato foret, vt fuit Prouerbium apud Romanos; sic legitur in Plutarcho *super vita Catonis Vticensis:* & dixit Cicero *in oratione pro Sexto Roscio tomo primo;* Aphricanus, qui suo cognomine declarat tertiam partem orbis terrarum se subegisse, tamen si res sua ageretur, testimonium non diceret. An autem dictum testis deponẽtis de auditu super iis, quæ principaliter spectant ad visum, probet, vt est infra versic. sequenti: Dic, quod sic, dummodo sensus auditus non sit omnino improportionabilis actui visus, nec è contra, vt per Alex. *consil.*24. *sub nu.*10. *ad medium volum.*2. vnico tamen testi de facto suo deponenti etiam in alterius præiudicium pia statur fides, practic. Pap. *in for. lib. opp. contra test.* in Gloss. *ac etiam varij, numer.*5. Mars. *in practic. criminali, §. diligenter, numer.*19. Alexan. *consil.*177. *sub numer.*5. *volum.*7. *consil.*77. *numer.*10. *volum.*1. & cur hoc sit, vt vnico tantum testi de facto proprio deponenti sic credatur, dixi infra *ad quæst.*24. *versic. quæro nunquid;* vbi allegaui Eusebium, quam opinionem, vt veram approbant moderni, vt per Horat. Luci. *consil.*161. *num.*41. *inter consil. diuers. tom.*1. Non. *consil.*79. *num.*10. Buarsat. *consil.*10. *num.*23. *volu.*1. *consil.*152. *num.*46. *volum.*2. Imo etiam legitur, quod persuadentes præsumptiones cum vno teste concludunt Iudici, Aym. Crauet. *consil.*95. *sub num.*6. *consil.*73. *num.*23. *& num.*30. vbi tamen vide: Hæc autem omnia intelligi sub moderamine, de quo per Fuluium Paccianum alioquin Clari objurgatorem, *in tractat. de prob. lib.*1. *cap.*48. *num.*38. vbi vide plura in hac materia, vide apud Antonium Gabriel. *commun. opin. libr.*2. *de testibus conclus.*1. Drogh.

y *Ad torturam*] adde, quibus casibus vnus testis faciat indicium ad torturam per Campeg. *tract. de testibus regul.*365. Giach.

z *Quam tamen intellige*] Item intellige, atque vide fusius per pract. Carer. *pag. mihi* 80. 81. *sub num.*110. qui loquitur in teste de visu: & ibid. declarat, quando vnus testis de visu sufficiat ad torquendum, ad illum in hoc recurre. *Giach.*

a *Sed quid si testis non viderit*] adde, quod si testes affirmarent, quempiam noctis tempore vidisse aliquem interficere, si probetur eo tempore lunam obscuram fuisse, & eo loci lumen non fuisse, tunc pro falsis haberentur, & per computum dierum poterit probari lumen lunæ, ita Menoch. *de arbit. Iud. cas.*279. *n.*3. Plot. *in repet. l. si quando, num.*844. *fol.*301. *& ibi, nu.*17. *versic. fallit tertio,* tenet, quod testes probarent si deponerent, cognouisse de nocte, quia erant valde propinqui, quamuis luna non luceret, vel saltem erit remittendum arbitrio Iudicis, & quando Testes, qui deponunt de aliquo maleficio de nocte commisso, probent, vide omnino Viui. *opin.*950. vbi latissime, & Mascard. *concl.*1109. *n.*9. Baiard.

b *Hoc tamen intellige*] Gramm. *voto* 21. *nu.*2. & Farin. *qu.*69. *vol.*3. *c.*5. *n.*164. *& c.*6. *n.*175. Rof.

c *Ceterum testes*] Vulpell. *consil.*68. *n.*5. Rof.

d *Luna lucebat*] Hoc idem in occurrenti casu practicatum attesta-

attestatur Plutarchus, *in Alcibiadis vita*, per hæc verba, videlicet; Rogatus quidam accusatorum, quonam pacto eum, qui Mercurij statuam percusserat, conspexisset, respondit se beneficio Lunæ percussoris vultum, sacrilegique nouisse: verum cum Luna noua, quæ tenebræ vigere præcipue solebat, id facinus perpetratum esse constaret, satis perceptum fuit à prudentissimis viris eum & pugnantia secum loqui, & maleuolentia ad accusandum Alcibiadem non veritate compelli. *Drogh.*

22 e *Dictum socij*] Multa apud Muciam Cam. *in suo confessionario f.*:9. Peguert. *decisio.c.n.*37. Farin. *tit.de indic.& tor.vol.*1.*qu.*43.*n.*3.*&* 4.*& per totam & n.*56 *& plur.seq.qu.de pluribus enormit. quæst.* & Gabr. *consil.*1, 8.*nu.*1. *lib.*2. dicit oportere, vt prius de proprio sit excessu conuictus, antequam interrogetur. *Ros.*

Dictum socij criminis] Socius criminis per Ruin. Adde, quando quis dicatur *consil.*158.*nu.*15.*vol* 5. & de complicibus, socijs, adhærentibus, fautoribus, & instructoribus, vide Carrer. *in pract.crim.in §.homicidium. nu.*14. Paris. *in consil.*168.*col.fin.vol.* 4. & Gloss. *in clem.*1.*de pœn.in versic. defensauerit*, vbi late qui complices, socij & consiliarij dicantur.

Item adde, quod non potest dici socius criminis, qui fuit coactus per vim, & violentiam, *l.si vxor, §.si quis, ff.ad leg.Iul.de adult.*& Lud. Alfer. *consil.*143.*nu.*9.*tom.*1.*inter consil.crim.diuers. magna impressionis.* Baiard.

f *Regulariter delinquens*] Et istam regulam, quod testis socius criminis regulariter non admittatur cum tribus fallentiis, vide per Socinum. *in tractatu fallenti, mihi regul.*517. Alex. *consil.*69.*n.*8.*lib.*2. Carrer. *in pract.crim.sub n.*122. *per totum*, & de cautela adhibenda in opponendo ei item & quibus casibus, & quomodo debeat interrogari, vt faciat indicium. *Giach.*

g *Vt interrogetur*] Infra *quæst.*64.*veritas, & versic. successiue quæro, ad fin.* Drogh.

Vt interrogentur] Idem Natta *consil.*298.*n.*2. *& per totum*, & Farin. *d.quæst.*43.*n.*56. *&* 57. Ros.

h *Falsare monetam*] Menoch. *casu* 447. *n.*20. *de arbitr.iudic.* & Farin. vbi supra *n.*43. *&* 64. Ros.

i *Quæ principaliter committuntur in odium*] Contrarium, quod imo adulterium non committatur in odium, sed in amorem infra *quæst.*47.*versic.sed quid si vnus, quæst.*87. *versic.finali, ibi quadam autem*, vide Alexandrum regulam tradentem *in consil.*79.*n.*8. *vol.*2. Drogh.

k *Si tamen interrogetur*] adde infra *quæst.*64. *versic.veritas, & versic.successiue quæro, in fi.* Drogh.

l *Sed ad inquirendum*] adde, & communem etiam vide per Pract. Carrer. *pag.*95.*sub n.*122. *versic.Ex quorum.* Fallit tamen in casibus per eum ibi adnotatis: item limita, atque declara, vt illic per totum. *Giach.*

m *Quod in iis criminibus*] Menoch. *d.casu*, & Farin. *mem. loco, n.*123. *&* 124. Ros.

n *Alij vero dicunt*] adde, quod idem tenet Vulpell. *consil.*52. *n.*2. & de hoc vide etiam Mascar. *de prob.concl.*1311.*nu.*51. *vol.*3. vbi dicit, quod ita seruatur de generali consuetudine Italiæ; & ita semper videri seruari in quocunque delicto. *Baiar.*

o *Ex consuetudine*] adde vltra allegatos in text. quod idem nouissime testatur Franc. Cason. *tract.de torment.cap.*16.*n.*6. vbi formaliter dicit, quod de consuetudine totius Italiæ rei interrogantur de socijs in omni casu. Et idem etiam tenet, quando proceditur accusationem, quod nota. *Giach.*

p *Sed certe.* Cattar. *de exec.sent.n.*59.*c.*2. Farin. *d.n.*64. Ros.

q *Vnus tamen est casus*] Limita non credi asserenti mandatum, quando nihil aliud concurrit infr. *hac eadem quæst.versic. & ex hac conclusione:* hoc idem in auxiliatore infr. *qu.*90.*versic. Aut vero, in princ.ibi*, fuit enim bis tortus super scientia: & aduerte, quia in ista materia sociorum non solum fit differentia, vtrum simus in casibus exceptis, necne, vt hic, sed etiam fit differentia, vtrum simus in his, quæ sunt facilis, vel difficilis probationis, ita vt in difficili probatione indistincte super socijs interrogari quis soleat: & tunc socius criminis etiam ad torturam indicium facit, quod intellige cum aliqua concurrant cum tali dicto solius socij: Hæc, & multa in hoc proposito facientia vide per Crau. *consil.*178. diffuse *sub n.*3. & in his, ac similibus casibus recurre semper ad text. elegantem *in l.fi.in fin. C.de accus.* Limita tamen, socium criminis facere indicium, vt supra, quo ad alios diuersos, non vero contra eos, cum quibus maleficium commisisse fateatur, vide Ludouicum Gatum alios referentem *inter consil.crimin.diuers.consil.*99. *sub nu.*25. *parte prima.* Drogh.

r *Obseruari*] Ad idem vide Natt. *consil.*138.*num.*12. *&* 298. *num.*1. Giach.

23 s *Retenta igitur*] Farin. *d.q.*43.*n.*43. *& plur.seqq.* & quis dicatur socius criminis Bald. *consil.*487.*lib.*4 & dictum socij, quando faciat indicium contra consocium Farin. *d.qu.*43. *vol.*2.*nu.*125.126.127.129. Ros.

Retenta igitur communi conclusione] adde, quod hoc dictum, quod particeps delicti non debet admitti in testem, procedit quando producitur ad probandum delictum contra alium, cum quo participauit in delicto, & sic ad finem, vt ille puniatur criminaliter, vel ciuiliter, non autem, quod proceditur contra tertium, quia tunc admittitur secundum Ruin. *in consil.*158. *n.*18. *vol.*5. Sed de hoc dicto ego valde dubito, quia potest opponi, quod sit criminosus, & infamis, vt per D. Clar. *in q.*53. *versic. sed nunquid*, & per addita *in hac qu. in vers. Si vero quæris.* Baiar.

t *Dictum ipsius delinquentis*] Et de modo tenendo interrogandi super socio, *infr.qu.*64. *versic successiue quæro, in fi.* vbi dixi, adde sup. *q.*20. *versic.ad formandam;* inf. *qu.*45. *versic. Debet autem Iudex*, & ibi latius: Flam. Chart. *in sua pract. interrogandorum reorum, lib.*2.*c.*1. *num.*70. Drogh.

u *Ad inquirendum*] id est, ad assumendas alias informationes. Hoc idem habetur sup. *q.*7. *vers. habes igitur in prin.* Drogh.

x *Quod sufficiat*] Giam. *consil.*66. *in crimin.* Laur. Chircou. *commun.opin.lib.*3.*concl.*138. *in lit.S*, Ros.

y *Et licet Ruin.*] Farin. *vbi sup.n.*190. Ros.

z *Ego tamen credo*] Plot. *consil.*31.*n.*5. Rol. *cons.*57.*n.*24.*lib.*4. Farin. *d.q.*43.*n.*129.130. Ros.

a *Debent tamen*] Vulpell. *consil.*52. Cattar. *de execut.senten.c.* 24
2.*n.*82.*&* 84. Far. *d.q.*42. *n.*132. Ros.

Debent tamen Iudices, quantum possibile est] adde, quod hodie de consuetudine fit interrogatorio in omni causa de consocijs, Blanc. *in tract.de Indic n.*374. & inculpatio in casibus, de quibus de iure non debuisset interrogari, de consuetudine facit indicium † ad torturam, si persona nominata sit malæ conditionis 25
& famæ, Gandin. *in tit.de qu.n.*18.

Item adde, quod gratiatus, † siue absolutus, sicut reus non 26
potest regulariter interrogari de socijs, ita ipse etiam tanquam testis de socijs interrogari non potest, nec etiam crimine hæresis, vt late per Dec. *in consil.*137. *n.*12. *&* 14. dicit tamen Paris de Puteo *in tract.synd.in ver.tortura, cap.*2.*per tot.* Sed hodie per Sac. Cons. Neap. seruatur indistincte, quod socius gratiatus, qui, vt delictum publicet, habuit gratiam de pœna quo ad se, torquetur non obstante gratia, vt faciat Indicium contra socios, ita Franch. *decis.* 459. *vol.*3. quod gratiatus à Principe oc- 27
casione delictorum ab ipso commissorum poterit torqueri pro interesse partis ad sciendum damna data, & participes, vt lux veritati appareat per suam confessionem, quia Princeps, concedendo gratiam, non videtur remittere Ius partis, licet remiserit pœna: nec obstat, quod tortura sit pœna, quia isto casu non consideratur vti pœna, sed vti inquisitio, & probatio veritatis, Princeps enim remittendo pœnam nõ videtur remittere probationem per tormenta principalis, quę fit ad reuelandam partem offensam ab onere probandi, & est ius partis, & Paris. sequitur Ant. Scap. *in tract. Iuris non scripti, lib.*5.*c.*119.*n.*19. *cum seq.*

Item adde, quoad suggestionem, † quod idem tenuit Paul. de 28
Castr. *in consil.*284.*vol.*2. Foller. *in pract.crim. in* 3.*par.in versic.& si confitebuntur, n.*76. debet enim Iudex interrogare reũ in genere, si cum aliquo fecit rixam, & debet cauere, vt non interroger, an percusserit Caiũ cum ense in brachio, vel in tali loco, ac nominare aliquem, quod cum eo fuerit ad delinquendũ, Castr. vbi supra, & Bolog. *in addit ad buezar. in tract.de indic.n.*24. *&* 25. & Brun. *in tract.de indic.& tort.q.*5.2 *partis, n.*56. vbi de suggestione non fienda reo, nec testibus, & quãdo reus esset ita indiciatus, quod appareret illum commisisse delictum, posset Iudex interrogare in specie, Boss. *in tit.de exam.reorum, n.*12. Baiar.

b *Id enim potius suggerentis*] adde *infr.q.*4. *versic. Debet autem, circa principium.* Hoc idem habetur per Boss. *examin. reorum. tit.de n.*12. Drogh.

c *Si quæris*] Far. *d.q.*43. *à n.*125. *vsque ad* 131. Chirco. *d.concl.* 38. Ros.

Si vero quæris, an dictum socij criminis] adde quod reo crimi- 29
nis, † qui confitetur de se, non creditur de alio: & ratio est, quia cum non possit alium accusare, non potest testificari, quia accusatio, & testificatio pari passũ ambulant, & etiam quia est infamis; Quid ergo si Iudex primo eum in alium examinaret, & tunc non erat infamis; & secundo examinaret eum in seipsum; idem esset si incontinenti, & in eo districtu ordinis, vel forte indistincte non valeret, ne fiat fraus legi prohibenti, ita dicit Bal. *in c.cum Monasterium, n.*5.*de cons.* Baiar.

d *Tu dic, quod immo in casibus non exceptis.*] Dictum ergo socij criminis in casibus non exceptis non est sufficiens ad inquirendum; contrarium tamen, quando tale dictum est confirmatũ in tortura, *sup.in §.falsum, vers.Subornans*, & habetur clare apud Hyppolit. Rim. *inter consil.crim.diuers.consil.*106.*sub num.*10 *p.*1. Quinimo in delictis quæ non solent committi odium alicuius, sed tantum ad proprium commodum, tunc indistincte socius criminis facit indicium. Alex *consil.*69.*n.*8 *vol.*2. Dixi supra *hac ead.qu.vers.vnus testis*, Adde inf. *q.*45.*vers.cæterũ;* & ideo tortura confirmat fidem, *infra, quæstion.*53.*vers.Tertius est casus.* At qui dicantur casus excepti, siue atroces, *sup.§.*1.*vers.sunt etiam:* Demum vt dicam quod in hoc passu sentiam, verum videlicet, quis possit interrogari super socijs, necne, placet mihi opinio

Salyc.relata per Alex.*consil.89. sub n.3.ibi*, *Vel secundum* Sal. *in d.l.si vol.3.* vt quis possit interrogari super socijs, quæ in regulariter committi non solent absque socijs, & ita semper seruatur absque suggestione tamen, de qua sup. *Drogh.*

c *Seruari*] Carrar.*de execut.sent.c.fin.n.75.& 77.* Rof.

30 f *Scias tamen,quod hæc conclusio*] Item adde,quod debet intelligi de eo,qui est periurus super iuramento licito, vt per Dominum Clarum supra *in §.periurium, versic.repellitur*,& Ruin. *consil.*158.*num.*20.*vol.*5. Baiar.

g *Esset etiam periurus*] Vel bannitus,vt in statuto Mediolani,de quo per Boss.*tit.de inquisit.n.*14.*& seq.* Rol.*cons.57.num.* 15.*& 22. lib.*4. Farin.*q.citata, n.*180.*& seq.* Rof.

h *Quinimo etiam ad formandam*] Ex magna intellige suspicione,de qua supra *q.*20.*versic.finali,ad fin.* Adde infra *hac eadem q.versic.Inimicitia vrgens in fin.* Drogh.

l *Plerunque etiam ad torturam consuetudo obseruat.*] Adde quod ita affirmat Boss.*in tit.de indiciis n.*156.quod consuetudo

31 obseruat,quod attenta tortura socij criminis,† vbi tamen adsit aliud adminiculum,deuenitur ad torturam. Sed Rolan.*in consil.94.num.16.& consil.98.n.19.cum seq.vol.*4.Boss.& D.Clar.de huiusmodi consuetudine attestantes impugnare conatur, dicens, quod seruari non possunt, nisi quod sit consuetudo statuts Mediolani,vbi fuerunt ambo senatores.Ego autem miror

32 de tanto viro,† qui sic animose dicat contra istos Excellentissimos viros,& tam magnos practicos,quia per viginti septem annos continuos hanc consuetudinem, alio tamen concurrente adminiculo,& tortura socij criminis, practicaui, & practicari vidi in statu Ecclesiastico, & in regno Neapolit. & ita practicabant, & quotidie me Auditores practicant, alias omnia fere delicta remanerent impunita, præsertim occulta,quia non reperirentur; & est aduertendum, quod Boss. & D.Clar. quando attestantur de consuetudine status Mediolani,dicunt, ita seruat Senatus apud Nos,& verba similia, & non attestantur de consuetudine in genere prout faciunt in casu, de quo tractatur, & quando testes plures patiuntur defectus, & an talis consuetudo sit seruanda, late posui infra *ad qu.*24. *in versic. sciendum est tamen.* Baiard.

k *Subornans*] Item in materia corruptionis,ac subornationis testium & in materia testis periuri,ac falsitatis,probationis indiciorum,vide per Ioan.Cæph.*consil.233. & seq.* Giach.

l *Successiue quæro.* Farin.*d.quæst.*43. *numer.*3.4.24.25.*&* 28. Rof.

Successiue, quæro nunquid] adde videndum omnino Mascard.*in tract.de probat.concl.*1311.*per totam*, vbi magis late,quàm alij hanc quæstionem tractauit,cum multis ampliationibus,limitationibus,& declarationibus,& quid de socio criminis,cui

33 sit promissa impunitas, an probet † Boss.*tit.de opposit. contra test. num.*21. Baiar.

m *Num.4.in fin.*] Vulpell.*consil.27.num.1.& consil.30.n.7.&* 8. Rof.

n *Sed quid in criminibus.* Vulpell.*d.consil.*52. Chircon.*d.conclus.*18.& Farin.*vbi supr.n.*131.145.*&* 151. Rof.

34 *Sed quid in criminalibus exceptis*] adde,quod socius † criminis, etiam quod esset tortus solus,id est, si alia non concurrunt,non facit indicium,nec in criminibus exceptis;sed solum facit qualem præsumptionem, Gramm. *in consil.*66.*n.*3. Baiar.

o *Bene facit*] Farin. *vbi sup.n.*145. Rof.

p *Quæ quidem aliqualis præsumptio*] adde, quod dictum socij criminis cum diffamatione rei facit semiplenam probationem, & si cum socio criminis concurrat vnius alius testis idoneus,fit plena probatio, secundum Calca.*consil.*110.*col.*1.*in fin.* quem refert, & sequitur Crau.*consil.*178.*nu.*3. *circa med.* & ad hanc quæstionem,quando socius criminis faciat indicium, vide omnino Ioan.Ant.de Nigr. *super cap.Regni in c.*7. frequens *sub n.*57. vbi late cum multis limitationibus, & quæ sint cri-

35 mina † excepta,& quæ adminicula habeat considerare Iudex, vide etiam Crau.*consil.*178. vbi ad hanc materiam multa accumulauit,& qualis debeat esse illa suspicio,quæ concurrere debeat, vt possit deueniri ad torturam, remittitur arbitrio Iudicis, Menoch.*de arbitr.iud. casu* 474.*n.*47. & indicium resul-

36 tans † ex dicto socij criminis in casibus exceptuatis, eliditur per bonam famam, Gram.*decisio.*18.*n.*18.Dec.*consil.17.& consil.*

37 189.& sicut dictum socij criminis † nocet,an econuerso excusatio postea facta prosit,& si torqueri poterit, vide infra remissiue *ad vers.assertio vulnerati*, ibi etiam de stilo seruari.

38 Item adde,quod facit adminiculum,† siue præsumptionem, si inculpatus habuerit conuersationem cum inquisito, Carrer. *in l.obseruare,n.*122.*versic erit adminiculum,* & Gram.*vot.*6.

39 Item adde,quod si statutum † permittat,quod particeps criminis sit idoneus testis,& idoneus accusator,quomodo sit intelligendum, Corn.*consil.*324. *vol.*3. Baiar.

q *Et ex hanc conclusione.*] Supra hac eadem quæstione, ver. Dictum socij ad fin.& aduertas,quod contra mandantem nunquam potest absolute procedi,nisi prius constet de mandato,nec debet ordo peruerti,text.*in l.si is,qui rem,la seconda,§.si in Titium,ff. de furt.*Boss.*tit.de mandat.ad Homicidium,num.*37. Bursat.*consil* 20. *num.*6. Menoch.*de arb.iud.cas.*352.*infr. qu.*90. *versic. Scias autem.* Drogh.

Et ex hac conclusione] adde multa exempla indiciorum ad † cognoscendum, quod quis mandauerit, homicidium committi,vt per Gram.*in decisio.*34.*nu.*38. & super isto articulo, an mandatarius † faciat indicium contra mandantem,vide Gram. *decisio.*28.*per totam, & in consil.*12. *consil.*36. *consil.*44.*consil.*66. *consil.*70.*& voto* 34.& Io.Ant.de Nigr.*in c.*7.*n.*64.*cum seq.* & ibi habetur, quæ adminicula considerare habeat iudex, & ibi *num.*68. late examinat,nunquid in crimine † assassinij mandatarius indicium faciat,& Bursat.*in consil.*192.*nu.*7.*vol.*2. tenet, quod nec in crimine assassinij mandatarius faciat indicium ad torturam contra mandantem, aliis adminiculis non concurrentibus. 40 41 42

Item adde e conuerso,si mandatarius † dicat,se non fecisse, exequendo mandatum,sed occidisse metu proprio, quod erat suus principalis,& capitalis inimicus, vtrum ei credatur in excusatione mandantis. Bal.*in c.*1.*de pace iur.firm. § iniuria punitur,n.*18.dicit recurrendum esse ad coniecturas,& quod in dubio præsumitur contra mandantem, *l.sæpe,in fin.ff.de verb sign.* de hoc vide etiam Boss. *in tit.de delict. nu.*50. & Cæpol.*in caut.* 39.tenet,quod excusaret,si constaret de aliqua causa,& ibi per Boss. habetur si mandans fateretur, & mandatarius negaret, quod confessio mandantis non eliditur. *Baiard.* 43

r *Mandatarij*] Obiter hic scias mandatarium excusari in quam pluribus casibus,de quibus per Carer *in prac.pag.*320.*nu.* 103. *vsque ad* 115. Giach.

Mandatarij non faciunt indicium ad torturam] Farinac.*in qu. crimin.vol.*2.*q.*44. Rof.

s *Mihi placet*] Carrer.*in praxi in verbo sequitur de mandatario,n.*10.*& seq.* Farin.vbi sup.*nu.*11.*& qu.*43.*nu.*16.146.*vsque ad* 152.*& n.*156.*cum sequentib.*scribit quænam sint ista adminicula. *Rof.*

t *Indicium ad torturam*] adde vt per Mars.*suo consil.*22. *gratia domini,versic.non obstat.*& Ant.Cai.ad Ang.de Are.*in §.interdum furti.Instit.de obli.quæ ex quasi delic.nascun.* Item adde, atque vt per Carrer.*in sua prac.crim.sub n.*113. vbi etiam concludit, quod stantibus aliquibus præsumptionibus, pro mandante,excusatur mandans,licet contra eum essent indicia;si vero non concurrant,non excusari inquit.Item quod mandatarij dictum non faciat indicium ad torturam contra mandantem, vide fusius per Rol.*cons.*14.*vol.*4. qui tamen in casu illo assassinij tenet facere,tametsi alia non concurrant,sed multo fortius vbi concurrunt, vt per eundem ibi col.fin. vbi considerat aliqua adminicula concurrentia. *Giach.*

u *In hoc autem proposito aduerte tu*] Adde Gomesium † *de delict.cap.*12.*num.*16.vbi hanc materiam tractat, & idem tenet *Baiar.* 44

x *Dicas exceptio contra te*] Addas Ias.*in §.Item si quis, il* 2. *n.* 28. *Instit.de act.* Drogh.

y *Sed pone*] Rolan.*consil.*17.*n.*36.*lib.*4. Farin.*d.qu.*43.*nu.*34. 37.39.& 41.*& q.*45.*n.*25.Rof.

Sed pone,quod non vnus tantum,sed duo socij.] Adde,quod hoc procedit, † si socij criminis in tortura deponant, vt per Rolan. *in consil.*16.*n.*18.*vol.*1.sed Mascar.*de probat.concl.*1311.*n.*18. tenet contrarium,scilicet,quod duo socij,vel plures non faciant indicium ad torturam. 45

Item adde, quod sicut plures †, socij criminis non probant contra socium,ita nec ad eius fauorem, vt si sunt quatuor in rixa,quorum tres deponunt quartum non fuisse culpabilem, eis non creditur; ita tradit Bald.*in l.quoniam liberi,n.*1.*C.de testam.* quem refert, & sequitur Boer.*in decisio.*319. hic allegata, & Monticel.*in reg.*4.*ampliat.*3.& dicit Campeg.*in suo tract.de test. reg.*86.*&* 87.quod socius pro socio in criminalibus non admittitur, & ad hoc vide omnino Mascar.*de probat.conclus.*1311. *&* 1357. *vol.*3. 46

Item adde, quod in materia partus suppositi duæ mulieres honestæ vitæ sociæ criminis plene probant † secundum Decia. *consil.*341.*per totum*, quem refert,& sequitur Crau.*consil.*178.*n.* 3.de hoc vide etiam Mascar.*de probat.conclus.*1311.*n.*56.*& concl.* 1147.*n.*53. quod procedit,quando agitur ciuiliter, non autem si ageretur criminaliter. 47

Item adde, quod coniuratio † facta inter aliquos probari potest per ipsos complices,& socios criminis, vt notat Bald. *in leg.quam,in versic.quaro igitur,C.de testibus*,quem sequitur Decius *dict.consil.*341.*n.*2. 48

Item adde,quod si sicut duo socij criminis faciunt indicium ad torturam, ita etiam sufficiunt ad torturam duo testes infames,† vt per Gram.*in consil.*1.*n.*4.*& cons.*32.*n.*14. Brun.*de indic. in* 2.*qu.*1.*par.n.*7. Baiar. 49

b *Indicium ad torturam*] Farin.*d.q.num.*38. *& qu.*35.*nu.*44. Rof.

a *Quæ-*

a *Quæro nunquid.* Farin. vbi supra, *n.*141. *& seq.* Ros.

50 *Quæro nunquid*] adde, quod non sufficit, † vt reus iuret super facto suo proprio, quia tunc deponit, vt pars de facto proprio, non tamen vt testis, parte citata, & iuramento tanquam à teste præstito, sed iudex debet esse cautus, vt reum, vel inquisitum deponentem de sociis adhibeat in testem, parte citata, & præstito iuramento, & postea faciat dare copiam depositionis, ita tradit Gomes. *de delict. cap.*12. *num.*18. *circa med.* vbi refert, & sequitur Mars. hic allegatum, & in practica seruatur apud bonos iudices, quod rei cum iuramento examinatur, tanquam principales in se, & testes in alios, & postea nominati citantur ad videndum iurare testes, vel cum eis fit confrontatio, delato prius iuramento principali ad præsentiam socij nominati, vel quando conceduntur copiæ, habentur testes pro rite, & recte examinatis, & legitime repetitis, & sic eius depositio tenet. *Baiard.*

b *Sed intellige, quod sufficiat*] adde *infr. qu.*53. *versic. sed quæro*; & dum hic dicit, quod cum socius criminis deponit contra socium, debeat iurare, cum, licet sit reus quo ad se, est tamen testis contra socium; intellige, vt tunc tali magis credatur sine tormentis, quam cum tormentis, vt ait Dec. *in suo notabili consil.*188. *sub num.*12. *ad med.* & ita limitatur, quod dictum est supra *hac eadem quæst. versic. Si vero quæritis; supra in §. falsum, versic. subornans*; vide pract. Papien. *in for. lib. opp. contr. Testes in Glos. & non iurati, num.*4 *& in quantum dixit sup. versic. Sed pone,* quod creditur duobus sociis ad torturam; limita, nisi tales socij essent etiam infames ex aliis criminibus; Hypp. Riminal. *inter consil. criminalia diuers. consil.*150. *n.*10. Item limita, quando alias testis est periurus, quia nec etiam eidem cum tortura creditur. Crau. *consil.*6. *à num.*14. *cum seqq.* Et melius in hoc proposito *num.*18. *in fin.* & vide Lud. Catum *inter consil. criminalia diuers. consil.*90. *n.*14. *& n.*26. Sed dum hic dicitur, quo ad se ipsum sit reus, & testis quo ad alios; adde quod si talis reus quo ad se fuerit varius in tormentis, & extra tormenta, & positus ad torturam sustinet id, quod in tormentis ratificat, tali dicto confirmato sit standum; quod tamen verum est, quando de se, & de alio interrogatur; sed quando simpliciter contra testes tantum interrogatus fuit, licet variauerit, & subinde ratificauerit, vt supra, hoc non procedit, vt per Lod. Catum *d. consil.*90. *num.*26. *cum ibidem allegatis.* Drogh.

c *Seruatur in confrontatione*] adde *infr. qu.*45. *versic. sed in proposito quæro, ibi, & licet de iure communi non sit necessaria.* Drogh.

d *Scias etiam*] Et similiter debet repeti cum omnibus suis qualitatibus, vt inf. *quæst.*45. *versic. cæterum non debet esse grauis.* Gabriel. *dict. consil.*178. *numer.*8. *&* 12. *lib.*2. *& numer.*21. Ros.

• *Scias etiam, quod dictum socij criminis*] adde, quod plus creditur confitenti de se, & socio sine tormentis quam cum tor-
51 mentis, † Franc. Aret. *consil.*61. Soc. *consil* 233. Decian. *consil.*175. secus vero, quando de alio tantum interrogatur, quia tunc validior est confessio cum tormentis, Bart. *in l.*1. *§. quæstionib. ff. de quæstion.* & ad hoc, vt dictum socij criminis faciat indicium ad torturam, requiritur, vt cum tortura deponat, & cum iuramento, alias si tortura esset sine iuramento, indicium non faceret, Mars. *in pract. crim. in §. aggredior, n.*62. quem refert, & sequitur Gigas *de crim. læsæ maiest. lib.*2. *c.*24. *in fin.*

52 Item adde, quod sufficit, † vt nominatio de socio sit facta statim deposito reo de tortura, Blanc. *de Indic. numer.* 380.

53 Item adde, quod socius criminis † non probat, si leuiter fuerit tortus, quia non dicitur tortus, & peti potest, vt sufficienter torqueatur, alias ei non creditur, cum habeatur pro non torto, & si esset mortuus, similiter ei non crederetur, perinde ac si eius
54 depositio facta fuisset sine tormentis. & idem erit in teste † infami, & aliis similibus quod non admittuntur in testes, nisi cum tortura, ita egregie tradit Ioan. Ant. de Nigr. *in cap.*7. *frequens, num.*51. Sed hoc nunquam vidi practicari, & cautus Iudex parte instante, non deueniret ad reiterationem torturæ, quia dubitaret de collusione, nec cautus aduocatus faceret huiusmodi instantiam, si non esset certus de reuocatione, & sic indicio meo, istud non facile poneretur in practica. Sed Aduocatus rei debet dicere, quod non probat, quia leuiter tortus non dicitur tortus. *Baiard.*

e *Assertio vulnerati.*] Adde quod imo talis assertio faciat indicium. Marsil. *Rub. de fideiuss. num.*42. Boer. *ad consuetudinem Bitur. des Coustum. conter. les vices, §.*13. *vers. Item par. la coustume, fol.* 40 *in lib. meo, & de dicto vulnerati infr. q.*52. *vers. potest etiam, quæst.*62. *vers. sed pone, quod accusator, circa fin.* vbi excusat hæredem vulnerati ab expensis, & a calũnia. Adde Andr. Alc. *tract. de præsump. reg.*3. *præsump.*4. *n.*10. *& in d. reg.*3. *præsump.* 24. *n.*5. distingue, ubi; Item adde, quod Mediolani per Decreta
55 ibidem facta dictum morientis † plenam facit probationem, vt attestatur Marsil. *d. rubr. sub n.*44. de quo tamen Decreto recordatus non est Clar. hic: de quo statuto, ni fallor, intelligit Boss. *tit. de indic. n.*191. Cautelam autem, vt tale dictum fidem faciat, docuit Durantes Tract. *de art. test. sub tit. de tut. & exequut. n.*5. *cau.*11. quam tamen cautelam vix seruari posse credo, stante modo procedendi moderno. At in proposito de dicto morientis recensere libet dictum Pansæ Consulis Octauio Cæsari; Me, inquit, ab hominibus discedente in tempore probatum est, ne gratiam morienti exhibeas; Quod dictum facit ad propositum cum his, quę hic dicta sunt; Sic ex App. Alex. *ciuil. bell. lib.*3. plenam tamen fidem non facit dictum morientis, vt per Menoc. *d. Tractat. de Arb. Iud. lib.*2. *cent.*1. *quæst.*89. *numer.*30. *& lib.*2. *cent.*2. *cas.*108. *num.*20. Adde Plot. *in l. si quando, §.*31. *num.*3. *C. unde vi.* Drogh.

Assertio vulnerati] adde, atque vide per Carer. *in prac. crim. sub n.*124. Giach.

Assertio vulnerati] Quid in exculpatione, ex Cotta *in Memor. in verbo, Testatur letaliter,* & Apostilla *ad pract. Pap. in for. inquis. verbo. Ex quibus percussionibus.* Marsil. *in §. restat.* Farinac. *quæst.*46. *nu.*68. *& seqq.* Et de assertione illius, in quem de morte sclopus explosus fuit, & dicit exonerantem vidisse, quod inuerisimile est, Vulpell. *consil.*39. *lib.*4. & de assertione vulnerati an ad torturam sufficiat, Vulpell. *consil.*72. *&* 118. *n.*16. plenissime de materia eorum, quæ a Claro hic tractantur, Farinac. *volum.* 2. *q.*46. Ros.

Assertio vulnerati] adde, quod nedum assertio vulnerati, siue iniuriati non facit indicium ad torturam, sed nec etiam ille, qui cum erat, quando fuit iniuriatus, quia socius itineris non potest esse testis pro eo, cui iniuria fuit facta, nam iniuria ipsi quoque facta videtur, Gloss. est sing. *in l. item apud Labeonem, §. tenetur, ff. de iniur.* & sic ei non est credendum tanquam deponenti in causa propria, Cæpol. *consil.*37. *num.*7. vbi dicit ita fuisse alias consultum per D. Argentinum filium Rainerij de Forliuio attestando ita seruari de facto, idem tenuerunt Campeg. *in tract. de test. reg.*101. *vers. tertio fallit,* Gram. *decisio.*25. *n.*2. Tuob. Noni *consil.*101. *n.*11. Io. de Arno. *problem.*50. *& singul.*47. Mantua. *dialog. de denar. classe* 9. *interrog.*42. Cardin. Alban. *in lucubrat. ad Bart. in l. vt vim, ff. de iust. & iur.* Mascard. *de probat. conclus.*1311. *num.*7. Rimin. iun. *consil.*534. *num.*23. *volum.*5. Foller. *consil.*37. *num.*1. *inter consil. crim. diuers. tomo* 2. vbi attestatur de communi, & Vulpell. *consil.*12. *n.*10. *& consil.*87. vbi dicit in specie socium itineris, siue in rixa non probare, quando est dubiũ, quis prior arma euaginauerit, & licet D. Farin. *in q.*60. *nu.*402. affirmauerit veriorem esse opinionem, quod socius itineris possit probare de iniuria socio illata, dummodo iniuriam sibi ad animum non reuocauerit, in hoc tamen (salua eius pace) se decipit, & constat ex tot Doctorum auctoritatib. supra deductis, qui se fundant in iure, & ratione naturali, & nescio videre Doctores, qui hanc opinionem tenuerint, quam ipse pro veriori approbauerit, nisi per eum allegatos. Quinimmo si Riminaldũ iun. vidisset *in d. cons.*534. illum vtique ad eius fauorem non allegasset, quia totum contrarium tenet, & nescio cogitare causam, quare à testimonio non sit repellendus etiam quod iniuriã ad animum non reuocauerit, nam in corde suo concipere potuit, dissimulando odium, & rancorem, cum iam illata fuerit iniuria, quæ statim oritur non ex reuocatione ad animum, vel ex aliis verbis similibus, sed ex contumelia. *l. si vnus, § pactus, ff. de pactis,* & Glos. *in §. fin. in vers. dissimulatione, Instit. de iniur.* Reuocare ad animum iniuriam nihil aliud operatur, nisi quod iniuria tacite non censetur remissa, nam tunc requiritur expressa voluntas, vt dicatur remissa, alias poterit iniuriatus agere actione iniuriarum non obstante dissimulatione, si semel iniuriam ad animum reuocauerit: ita habetur per Gloss. *fin. in d. §. fin.* & sic non oportet dicere illa verba, *reuoco ad animum, vel similia,* sed sufficit quod remaneat iratus, vel quod ei non reconcilietur, vt dicit d. Gloss. fin. & Boss. *in pract. crim. in tit. de iniur.* Nonne videmus quotidie, quod multi dissimulando iniurias nocent, vbi nocere possunt, hinc est quod præsumptus inimicus in testem non admittitur, Ias. *cons.*177. *n.*8. *vol.* 4. Mars. *consil.*15. *n.*6. Cram. *consil.*45. *nu.*17. & Rimin. *d. consil.*534. vbi etiam hanc rationem considerat ad hoc, vt socius itineris à testimonio repellatur. Illud autem, quod dicit Farin. potest procedere, quando veritas aliter haberi non possit, eo enim in casu socius pro socio admittitur licet regulariter non sit admittendus. Decius *consil.*135. *n.* 10. & Plot. *de in litem iur. §.*3. *n.*23. Baiar.

f *Nihilominus, quicquid sit de iure, certe de consuetudine, &c.*] Adde, quod potest formari inquisitio, etiam quod offensus deposuisset † sine iuramento, quia informatio à principali potest 56
capi sine iuramento, & cum iuramento, vt per glos. *in cap.*1. *§. si duo, in verb. testimonium, de pac. tenen.* & Paris de Put. *in tract. de synd. in verb. tortura, §. officiales posuit ad torturam*; offensus namque ad probationem examinari non debet, sed ad instructionem tantum, Vulpel. *in consil.*99. *n.*16. Baiard.

g *Ad condemnationem vero*] Marsil. *in §.diligenter, numer.* 117. Casson. *in sua pract. tract.8.cap.1.* Farin. *d.q.46.nu.1.10.35.44.46.& 57.* Ros.

h *Etiam de stylo seruari*] adde, quod assertio iniuriati in articulo mortis, concurrente inimicitia, facit indicium ad torturam,
56 † secundum Grammat. *in decisio.35.num.7.* & ibi *num.8.* dicit idem esse, quando adest consanguinitas inter vulneratum, & inquisitum; vide etiam Menoch. *de arbitr. iud. cas.99.numer.* 16. vbi plene, eo maxime si vulneratus perseueraret post susceptam Eucharistiam vsque ad mortem, Bal. *in consil.25.volum.1.* quem refert, & sequitur Vulpell. *in consil.72.num.2.* & de assertione vulnerati Mascard. *in concl.44.* Vide etiam Couar. *var.resol. lib.1.cap.18 num.8.* & ibi in fine, an exculpatio morientis
57 prodesit, † & tenet, quod iudex, si indicia vigerent, debet torquere reum, non obstante occisi attestatione; & de hoc quoque habetur per Menoch. *de præsump.lib.1.q.91.* & quando credatur offenso † ad torquendum, optime distinguit Casson. *in tract.*
58 *de indic. tract.8.cap.1.de dicto offensi, & delinq.* & hanc quæstionem plene examinauit Menoch. *de præsumpt. lib.1.qu.198.num.* 77. *cum sequen.* & Mascard. *de probat.conclus.1129. volum.3.* &
59 Io.Ant.de Nigr. vbi etiam de † exculpatione offensi, *in c.7. frequens, num.76.cum sequen.* de qua exculpatione habetur etiam per Alciat. *de præsump.reg.3.præsumpt.4.num.10.* vbi, quod exculpatio vulnerati non operatur, quando in contrarium indicia vrgeant, quem sequitur Vulpell. *in consil.225.nu.27.* sicut etiam assertio vulnerati dicentis se mori culpa medici non iuuat percussorem, si aliter hoc non appareat Mars. *sing.22.* & Felyn. *in c.literas col.pen.de præsumpt.* & de exculpatione offensi, vide etiam Mascard. *concl.1130. volum.3. & 389. volum.1.* & quid de
60 exculpato à condemnato, vel condemnando, † quem inculpauerat in tortura, late per Grammat. *in voto 3.& 11.* Bursat. *consil.* 201. *num.148.* Menoch. *de præsump.q.90.num.3.* Mars. *in pract.§. restat,* Rimin.iun. *consil.420.numer.17.* Mascard. *de probat.concl.* 1130. *num.14.* vbi an talis exculpatio prosit, & exculpans potest iterum torqueri secundum And.de Isern. *in const.si damna clandestina*, quem refert, & sequitur Carrer. *in l.obseruare sub num.* 188. *ver.& nota*, quod etiam post sententiam, & quid de teste
61 in articulo mortis deponente † se falsum. depofuisse, & corruptum à parte fuisse, Mars. *in consil.78.* & vide quæ posui infra *in q.53.versic.secundus est casus.*

Item adde, quod dictum raptæ facit indicium ad torturam
62 † contra raptorem, & socios, Carrer. *in pract.crim.in §.circa, il 2.nu.301.* & ratio est, quia voluntas mulieris iuris præsumptione coacta præsumitur, *l.1.§.pœnas autem, C.de raptu virg.* Mars. *consil.61.* Mascard. *de probat.concl.1253.n.18.* & Dec. *in tract.crim. lib.8.c.9 n.11.* Baiard.

i *Mutanda sunt*] Hercul. *de proban. negat.num.159.* Vulpel. *consil.30.n.4.* Ros.

k *Fuga delinquentis contra eum facit indicium*] adde supra *quæst.20.vers.ad formandum, in fin.* & nota, quod si aliquis visis satellitibus fugam arriperet, vt aliquando euenire solet, etiam quod fugiens non deliquerit, si capiatur, non tamen torqueri poterit, ascribitur enim sæuitiæ, & timori loris, vt per Blanc. *repet.l.fin.num.44.ff.de quæstio.* In contrarium tamen facit Prouerb. *cap.28.in princ.* vbi ait, fugit impius nemine persequente, iustus autem quasi leo confidens absque terrore erit; Quæ verba retulit etiam Bald. *in l.executorem, sub num.39.C.de execut. rei iud.* Et ideo licet fugiens hoc modo torquendus non sit, recte tamen faciunt Birroarij eos persequendo; & memini alios post carcerem dierum aliquot euasisse, alios vero post capturam detentos accusatos, & suspectos; & hic adde quod mirabiliter de fuga dixit Alexan. *consil 15. volum. & consil.41.2.volum.* quem refert Gramm. *decision.11.num.14.* vbi voluit ex fuga sociorum insurgere indicium contra detentum infra. *quæst.19. versic.sed pono,* cui adde in materia fugæ Crauett. *consil.6 nu.39.* vbi quod imo sicuti præsumptio est contra fugientem, ita est, pro non fugiente in bonum, & sic in constitutione spontanea, arguit Boss. *tit.de mandato ad Homicid.sub n 26.* Drogh.

62 *Fuga*] ad materiam quæro, quid de eo, qui vi fores † carceris fregit, vt accusati de criminibus fugiant, dic, quod punitur eadem pœna, qua puniendi erant, qui aufugerunt, vt per Iacob. Menoch. *de arbitr.iud. lib.2.centur.3. cas.301. in 2.cas.numer.16.* & idem in instigatore, fautore, & consultore, qui suasit carceratis fugam, *ibid.num.21.* Idem in eo, qui effregit carcerem, vt aliquorum debitores effugerent. Is enim effractor tenetur loco illorum debitorum, *ibidem num.23.* Declaratur tamen ille casus, vt non habeat locum in eo, qui notorie, & clare esset iniuste carceratus, *ibid numer.14. & numer.24.* ad materiam tamen principalem, quando fuga faciat indicium, vel non sufficiens ad torturam, & quando probet crimen, vltra Authorem hic, & allegatos, adde, & vide per Ziler. deducta *ad pract. Papien. tit.inquisitio post Gloss.1.additio sexta*, fuga facit eum suspectum, & vide fusius *in collecta mon commun. opin. §.fuga, numer.1.2.*

atque per Carer. *in pract.crim.pag.84. vsque ad 90 sub num.112. vsque ad 118.* Vbi declarat plene & eleganter totam materiam. *Giach.*

Fuga delinquentis] adde quod fuga rei cum fama adiuncta facit indicium ad torturam: nec vnum sine altero sufficeret. Ita M.Ant.Blanc. *in l.fin.n.279. ff.de quæstio.* Ex fuga tamen non potest regulariter fieri condemnatio, vt per Bened. *de foro Sempron.in repertor.* Fel. *in verb.fuga.* vbi de fuga vide latissime. Adde Felin. *in c.nullus, de præsum.* Guiot.

Fuga delinquentis. Vide Farin. *vol.1.quæst.48. sub tit. de indiciis.* Ros.

Fuga delinquentis] adde † in hac materia Clau.Bertaz. *ad* 63
consil.133. Bertazz. *ius patris,* vbi more suo multa accumulauit; vide etiam Menoch. *consil.30.num.76.* qui sequitur hanc distinctionem D.Clari, *& in consil.246.n.73.* vbi loquitur de famulo, † & quod debet probari fuga, & amissio rei, & in hac materia 64
fugæ, vide etiam Mascard. *de probat.conclus.498. & 819.* vbi latissime, & Viuius *com. opin. in ver.fuga,* & nouissime per eundem Menoch. *de præsumpt. lib.1.qu.89.nu.36.* plenissime tractatum reperit, quando fuga † indicium ad torturam faciat, & an 65
fuga notarij † noceat patri, quando quis accusatur, vel inquiritur de filio, vide Io.And. *in addit. ad Spec.in tit.de præsumpt.3. species, versic.violenta.* Baiard. 66

Item adde, quod fuga † nunquam præsumitur in viro integerrimo famæ, & honoris sui curioso, Ang. *in l.si bona fides. ff. de rei vendic.* Mars. *consil.69.n.38.* & Fel. *in c.cum contingat, col.3. versic.1.concl.de rescrip.* & Dec. *in consil.8.nu.198.* & ibi multum diffuse tractauit de fuga, & habetur per Bertaz. *in consil 60.* quomodo tollatur suspicio fugæ. 67

Item adde, quod nuda, † & sola fuga non facit indicium, sed suspicionem inducit, secundum Alex. *consil.65.vol 1.* nisi remoto præcitato, iuncta vero cum adminiculis, vt fama, inimicitia, & aliis circumstantiis, & coniecturis, facit indicium ad torturam: quod procedit etiam in præparante, † & attentante aufugere, ita tradit Carrer. *in pract.crim.in l.obseruare, n.112.* nisi fuga posset † aliquo modo colorari ex aliqua probabili causa; nam tunc non facit indicium; & ideo si dicat timuisse, ne occidatur à consanguineis occisi, & quia ab ipsis fuit inculpatus, & tunc, ex quo ei locus non erat tutus, se absentauit, & aufugit, non facit Indicium, si de his constabit, & stabitur eius iuramento, si probationes non habebit, vel quod se absentauit propter partialitatis timorem, vel propter verba minatoria partis, vel quod dubitabat carcerari, vt plene per Carrer. *in loco citato*, & etiam esset probabilis causa, si diceret, se recessisse, vt amicos videret, Decian. *d.consil.8.n.199.* & absentia alicuius semper præsumitur in bonam partem, Bald. *in l.bona fides, C.de iur.iur.* & Mars. *in pract.crim.§.diligenter, n.43.* concludit, quod nunquam fuga facit indicium ad torturam, quia aut fuga erit post accusationem, & inquisitionem, & tunc non facit indicium, aut post suspicionem inquisitionis, & idem erit, quia poterit dicere, quod aufugit propter suspicionem, ne contra eum formaretur inquisitio, & stabitur eius iuramento, & ego numquam practicari vidi, quod propter solam fugam deueniatur ad torturam, nisi aliis concurrentibus. *Baiard.* 68 69 70 71

l *Primo vt crimen*, adde, quod similiter † fuga est crimen, quando officialis aufugit ab officio suo, & tenetur *crimin.læsæ maiest. §.1. in auten de adm.no.* Ripa *in l.admonendi, ff. de iureiur. & est communis opin.* vt per Viu. *opin.343. num.31.* Baiard. 72

m *Et in hoc etiam concordant omnes*] Supra *q.20. versic.ad formandam infra qu.18.in pr.* Drogh.

n *Torturam*] Fallit, vbi aliqua iusta causa posset opinari, ita per Tob.Non. *consil.99.nu.12.* qui *n.seq.* dicit, si sit dubium, de causa, statur iuramento rei. *Giach.*

o *Est communis opin.*] Vulpell. *respons.115. num.2.* Peguerra *decisio 17.* Farin. *d.q.48 num.3. vsque ad num.7.* vbi ponet multas limit. & postmodum, *nu.60.* ponit aliam regulam negatiuam, nempe quod fuga non plene probat contra fugientem, & eam cum ampliationibus, & limitationibus. *Ros.*

p *Quæ tamen intelligenda est*] adde infra, *quæst.61. versic.sed hac quidem omnia,* ibi reus, post publicatas attestationes & ibi dat practicam, & nota, quod procedit non tantum post accusationem, seu denunciam realiter factam; sed etiam si sola sit denunciæ suspicio, vt per Dec. *consil.233. sub num.1.* vide Boer. *decisio.215.num.30.* Drogh.

Quæ tamen intelligenda est] Farin. vbi supra, *num.27. limit.1.* Ros.

Quæ tamen intelligenda est] adde, quod si vltra † fugam adessent alia indicia, seu suspiciones contra fugientem, quod tunc fuga post formatam inquisitionem, facit contra eum maximum indicium, Beu. *consil.70.n.24.* Duen. *in reg.391.limit.1.* & ibi habentur aliæ limit. & ampliationes. 73

Item adde, quod fugiens † post purgatam omnem suspicionẽ

per

per torturam non præsumitur fugere propter timorem iudicij, Alciat.consil.20.tom.2.lib.7.

75 Item adde, quod idem operatur † præparatio fugæ, quod operatur ipsa fuga, Bald. in l.penult.C.de pign.actio. Marſ.in l.1.n. 25.ff.de q.& Rim.iun.conſil.302.n.11.vol.3.

76 Item adde, quod fuga † non facit indicium, quando reus fugit manus executorum, & poſtea citatus ſtatim venit; Gram. vot.10.numer.1. & Blanc. in l.fin. ff.de quaſt.numer.286. Zaſi.in conſil.19.num.12. vol.1. & Boer. in deciſio.151.nu.27. niſi in fuga faceret reſiſtentiam Curiæ, quia tunc faceret indicium ad torturam, ſi captura eſſet iuſta, Carrer.in pract.crim.in l.obſeruare, n.113.f.mihi 24.

77 Item adde, quod fuga † ex cauſa non facit indicium, & quæ ſit iuſta cauſa, remittitur arbitrio iudicis.Iaſ.in l.admonendi, n. 169.ff.de iureiur.

Item adde, quod non dicitur fugere, quando quis vadit ad 78 Ciuitatem † metropolitanam, vbi eſt caput iuſtitiæ ibi publice verſatur; Gram.conſil.41.n.18.

q *Talis enim fuga*] Idem dic de eo, qui viſus fuit aufugere cum enſe euaginato, & ſanguinolento de aliquo loco, vt domo vel vinea, & ibi repertus homo mortuus, nam præſumitur, quod ipſe occiderit, vt late per Care.in pract.nu.134. & Nouel. num.7.Giach.

r *Hoc tamen habet locum*] Ergo etiam in non capitalibus criminibus quis torqueri poteſt, licet modus aperiendi veritatem ſit durior ipſa pœna, veritate reperta. Contrarium tamen ſentit Crau. conſil.137.numer.10.cum ſeqq.infr.q.64. verſic. Praterea, vbi dixi. Capyc.deciſio.116.num.5. cum ſeq ſup qu.1.& qu. 20.verſic. Ad formandam. Hinc eſt ergo, quod cum ſumus in le-78 uioribus † criminibus, ad pœnam tantum pecuniariam pertinentibus, ſi adſint indicia; quia durum fortaſſe videtur ad torturam deuenire, fiſcales ad compoſitionem recurrere ſolent, tum quia, vt dixi, durum videtur peruenire ad torturam, quando modus aperiendi veritatem eſt durior ipſa pœna, veritate reperta: tum etiam quia eſt non minus durum deuenire ad condemnationem criminalem per indicia tantum non verificata: prout tamen deueniri poſſe dixit Crau.conſil.178 num.1.inf.qu. 66. ſuper quo tamen vide Alexand. conſil.77.numer.8.vol.1. Drogh.

Hoc tamen locum habet] Farin.d.loco n.13 Roſ.

ſ *Scias etiam*] Declara, vt per Vulpell.reſp 139.num.6.& vide Farin.d.q.48.num.48. Plot conſil.31.num.r..4.de eo qui cum omnibus de familia aufugit.Roſ.

Scias etiam quod quando ille, qui aufugit, &c.] adde, quod 79 ad hoc, vt ſpontanea † comparitio tollat indici. m fugæ, requiritur, quod citatio præcedat, Gram.conſil.42.n.18. quem refert, & ſequitur Rimin.iun.conſil.88 n.19.Baiar.

t *Num.8.*] Vide Nattam conſil.407.numer.10.11. & omnino conſil.499.num.14.cum ſeq.& per totum: & per Iacob.Menoch. vbi ſupra, numer.6.cum plurib ſeq. & per prac.Carer.pag 88 ſub n.116.verſic.aut iuſte,& in verſic.ſeqq. vbi declarat qualiter conſtet de animo redeundi, & quando non, & quando faciat indicium.Giach.

u *Tertio autem*] Vulpell.reſponſ.50.num.1. Menoch.de arbit. iud caſu 301. Peguera deciſ.5.1.par. qui Menochium reprehendit.Farin.vol.1.q.30.tit de carcere per totum.Roſ.

Tertio autem modo apponitur fuga] adde, quod vigintiduo 80 † requiruntur ad hoc, vt fugiens habeatur pro confeſſo ſecun-81 dum Foller.in tract.crimin.in verb.& ſi confitebuntur numer.45. fol.373. & Paul.Ghirl. de relax.carcerat. in c.de fuga incarcerati. & ibi quomodo cognoſcatur ſi reus receſſerit animo fugiendi, & non recurrendi, & ita habetur pro confeſſo, quando aufugit 82 † de palatio officialis, in quo detinebatur, Gramm conſ 57.n.4.
83 & tortus † iniuſte fugiens de carceribus non habetur pro confeſſo, nec inde puniri debet, ita Alexan.in conſ.144.vol.2. & an
84 ſit neceſſarium † citare fugitiuum ad ſententiam, idem Ghirl. in d.c.de fuga, num.13.ibi tenet eſſe magis tutum, quod ſic. Ad
85 omnia, & quibus pœnis ſint puniendi fugientes de † carceribus, vel de palatio, etiamſi reperientur innocentes, & an ſint citandi, vide pleniſſime in d.deciſio. Boer.215. & Menoch. de arbitr.
86 iud.caſ.301.vbi † dicit etiam, quod carceratus, qui effregit carcerem, & iam exibat, & interim fuit captus, perinde habetur, ac ſi perfecte aufugiſſet, & Bertaz.conſil.35.vol.1. vbi etiam de o-
87 pem ferente, † & inſtigante ad fractionem carceris, & quid de carcerato ſub ſolis compedibus, & quando fuga faciat haberi fugientem pro confeſſo, vide Duen.regul 392. vbi multas ponit ampliat. & limitation.& Maſcard.in tract.de probat.concluſ. 810.vol.2.& quando aufugit fractis carceribus in concl.266.vol. 1.vbi latiſſime, & ibi nu.3.dicit, quod contra fugientem poteſt
88 ferri ſententia † licet abſentem, ac ſi vere in iudicio delictum
89 confeſſus fuiſſet, & quod fugiens † de domo iuſdicentis, vel habens ſub præcepto pro carcere palatium, domum, vel ciuitatem, teneatur pœna frangentis carcerem, vide Bertaz.conſil.35. n.3. & Curt.ſen.in l.admonendi, num.675 ff.de iur.iur. Gramm. d.conſil.57.Beu.conſil.44.n.36.Viu.comm.opin.in verſic fugiens.& Maſcar.de prob.in verb.carceratus concluſ.266.num.19. & Deci. Lucenſi 90.nu.5. vbi dicit veriorem opinionem eſſe, quod ſtatutum puniens fugientem a carceribus publicis comprehendit fugientem à Camera, † vel palatio pro carcere à Iudice aſſigna- 90
to, & de eo, qui aufugit de thalamo, in quo erat † ſequeſtratus, 91
vide Bert.conſil.65.n.6.& conſil.134.n.2. vbi tenet, quod habetur pro confeſſo.

Item adde, quod non ſolum illi † dicuntur frangere carce- 92
res, qui illis fractis ab eis aufugiunt, ſed etiam illi, qui à Iudicibus iuſſi ad eos non ſe conferunt, ita affirmat Iacob.de Beloiſ. in ſua pract.crimin in tit. de inquiſit. num.56. quem ſequitur Anton.Scap. in tract.iuris non ſcript.lib.5.cap.54. num.4. ſed ad omnia prædicta, quibus pœnis puniantur carcerum fractores, & quibus caſibus habeantur † pro confeſſis, vide omnino 93
nouiſſime per D.Farin.qu.crim.in qu.30. vbi magis late, quam alibi.

* Item adde, quod vaſallus fugiens à carceribus Baronum, *
& recta via accedens in magnam Curiam Vicariæ, vel ad Baronem, non tenetur de fracto carcere, per text.in l ſi quis, §.item apud Labeonem, ff.de edilit.edecto, idem eſt in eo, qui aufugit cauſa deprecandi Baronem per medium aliquorum l.bouem, § qua amicum, ff.eod.tit. Inn.in cap.veniens, de renunt. & Io.Vincent. de Ann Neap.in repet.cap.1.de vaſallo decrep.ata. vbi dicit, quod cum quidam vaſallus Illuſtriſſimi Federici Carafæ aufugiſſet, & acceſſiſſet ad Magnam Curiam, dum moleſtaretur de fracto carcere per factum Reg.conſ. fuit remiſſus ad Baronem ſuum, vt procederet in cauſa de iuſtitia, citra pœnam facti carceris, & ad hoc, quod fugiens fractis carceribus, vt iret ad ſuperiorem, non puniatur, vide etiam Boer.deciſio 215.n.18. Gram.vot. 39.n.12. Ioan.de Amicis conſil.7. num.10. & Petr.Aduena reg. 393.limit.3.

Item adde, quod ſi fugiens à carceribus † cito, ſponte, & 94
etiam citatus reuerſus fuerit, tolluntur omnia, quæ ex fuga præcedente contra eum orta fuiſſent, Plot.in l.ſi quando, §.30. num.2.f.10c. C.vnde vi. Baiar.

x *Nam ſi quis poſt fugam*] Et eſt ratio, qua reuerſus non dicitur fugiſſe, prout venire non dicitur, qui non ſtetit, Marſ. d. Rubr.de fideiuſſ.nu.372.cum ſeq. Menoch.d.tract.de arb.iud.lib.2. cent 4.caſ.301.n.11. An autem ſi quis a duro carcere relaxatus ſit, eidem aſſignata propria domo, vel aliquo hoſpitio, ſiue etiam tota Ciuitate pro carcere, aufugiat; & vocatus non veniat, dicatur indiciatus per hoc? Dic, quod ſic, ac ſi a publico carcere fugiſſet. Boer.deciſio 215.nu.15. Menoch.de arbit.iud.caſ. 301.n.7. cum ſeq. Drogh.

y *Quinimo ſecundum aliquos.*] adde, quod immo † iſta opi- 95
nio eſt verior ſecundum Lud.Peguer.in qu.cri cap.1.& ibi atteſtatur, quod ita deciſum fuit in Regio Conſilio Cathaloniæ, & arbitror opinionem ſuam eſſe veriſſimam.

Item adde, quod vtcumque procedant præmiſſa, negari non poteſt, quin fuga regulariter faciat in criminalibus indicium, 96
ſecundum Bart.in l fin ff.de quaſt.conſil.70.num.23. Baiar.

z *Scias autem*] Quid ſi iniuſte carceratus fuit. Farin.ibi nu. 61.& ſeqq.plurib.& idem de eximente carceratum, de auxiliatoribus, & de aliis, quid de exemptione de confeſſo, aut conuicto, aut condemnato, n.101.& ſeqq. & de eximerent debitorem, & detentum, q 31.num.64 & 67.& qu.32. Item de eximente ſeipſum, ibid.n.22. Roſ.

a *Sed quando fuit indebite*] adde, quod contrarium eſſet in auxiliatore † ad fugiendum, quia veniret puniendus, vt auxi- 97
liatoris audacia reprimeretur, licet principalis non teneretur, Marſ.in pract.§.attingam, nu.38. & Menoch. de arbitr.caſu 301. num.16.

Item adde, quod promittens † de tuto carcere pro aliquo 98
indebite carcerato, ſi aufugerit, ad pœnam promiſſam tenebitur ſecundum Rim.iun conſil.82.num.1.& 16. vol.2. inter conſil. crim.diuerſ.& conſil.13.num.1.& 21. volum.1. Contrarium autem tenuit Farinac. varia.quaſt.in quaſt.30.num.61.cum multis ſequen. vbi late hanc quæſtionem tractauit, ſed † ego dubito, 99
quod eius opinio in practica non poſſet obtinere. Quinimo ſæpe vidi huiuſmodi exceptiones reiici, & fideiuſſores condemnari, adeſt nempe contemptus Iudicis, & hoc negari non poteſt, cuius ratione prætoriæ ſtipulationes ſemper debentur, quando illis per partes contrauentum fuit, ad tradita per Vulpell. in conſil.39. tanto magis, quod pro actu Iudicis præſumendum eſt in c. in præſentia de renunciat. & ad cognoſcendum, an carceratio fuerit iuſta, vel iniuſta, opus eſſet publicari indicia & informationes contra reum contumacem exiſtentes, quod minime fieri debet, vt per Clar.infra in quaſt.49.verſic.ſcias tamen; confert etiam multum, quod materia informationum, & capturæ eſt quaſi arbitraria Iudici, & hodie ſeruatur in delictis grauibus quod plerumque Iudices, antequam indicia in ſcriptis redigantur, faciunt reos detineri, & bene faciunt, quando adeſt ſuſpicio fugæ, ita tradit Clarus infra in queſt.28.

versic. scias autem, quo fit, vt si detentus aufugerit, antequam informationes redactæ essent in scriptis, captura esset nulla, quia post fugam non posset iustificari in præiudicium fideiussoris. Nec repugnat, si diceretur, quod si principalis iniuste carceratus aufugerit, ad aliquam pœnam non teneretur, ergo multo minus fideiussor, cum in duriorem conditionem obligari non possit *l. Græca, §. illud ff. de fideiuss.* nam respondetur, hoc verum non esse, vbi iuramentum fideiussionem accesserit, cuius virtute fideiussor tanquam principalis tenebitur, Abb. & communiter Doct. *in c. cum contingat, de iureiur.* & ibi Alciat. *num.* 173. Ang. *in l. hi qui accessiones, ff. de fideiuss.* Roman. *in l. 1. §. si quæsita, ff. de verb. oblig.* & Alex. *in consil. 30. & vol. 4.* caueant igitur fideiussores, ne carcerati, pro quibus de tuto carcere fideiusserunt, aufugiant, quia cogerentur ad soluendum fideiussionem vsque ad minimum quadrantem, si aliam excusationem non haberent.

b *Non punitur*] adde, vt per Iac. Menoch. *de arbitr. iudic. lib. 2. cent. 3. cas. 301. num. 24. 25.* & per prac. Carrer. vbi sup. qui *in fin. versic. quod tamen*, subiungit, quod non solum fugiendo non habetur pro confesso: imo tunc licet occidere custodes carceris impune, & *num.* 117. quod non dicitur rumpere fideiussionem de securo carcere. Idem de illo, qui aufugit timens sæuitiam Iudicis minantis, & metum inferentis, vel quia solitus erat de facto procedere. Idem si dolo iudicis. *Giach.*

100 c *Neque tenetur redire*] adde, quod nec etiam peccat † secundum Nauar. *in Manuali confess. cap. 12. num. 18. fol. 101. tom. 1.* Baiar.

d *Qui aufugit*] Farin. vbi sup. *num. 149. & sequ.* Ros.

e *Viuius lib. 1.*] Iterum Viu. *opin. 119. & seq.* vbi late & Farin. *num. 160.* Ros.

101 f *Scias etiam, quod si carcerati aufugiant*] adde, quod Iudicis arbitrio puniri debent, Boer. *decisio 215. n. 15.* Menoch. *de arbitr. iud. cas. 301. n. 3.* Bert. *consil. 44. num. 35. & 36.* Comens. *consil. 105.* & si quis promiserit, quod non aufugeret, tenetur etiam, quod culpa custodis aufugisset, Boss. *in tit. de carcer. fideiuss. commit. n. 62.* Rim. iun. *in consil. 135. num. 17. vol. 1.* & Berta. *in consil. 80. num. 12.*

102 Item adde, quod carceratus sub fideiussione de non discedendo de aliquo loco, si aufugerit, fideiussor tenebitur etiam, quod custos carceris ei dixisset, quod poterat discedere, quia licentiam a Iudice habuerat, Rim. iun. *in consil. 81. vol. 2. inter consil. crim. diuers.* & plenius *in consil. 135. vol. 1. suorum consiliorum*, vbi *in fine* vlterius tenet, quod si quis fuerit carceratus in fauorem fisci, non sufficit licentia discedendi habita ab ipso Iudice, sed requiritur etiam consensus ipsius fisci: sed contra Rimin. consuluit Bertaz. *consil. 80. 257. & 411.* sed D. Farin. contrarium tenet *in q. 30. num. 177.* Verum si sub dictis verbis custodis non aufugisset, sed a loco sibi assignato tantum recessisset, & tandem ad dictum locum reuersus fuisset, tunc fideiussor non tenetur secundum Bertaz. *in consil. 80.* sed cauti Iudices faciunt promittere, & stipulari, quod non discedet sine licentia Iudicis in scriptis obtenta; & vide, quæ posui infra *quæst. 46. versic. quæro*, quæ debeat esse, ibi item adde, quod fideiussor primus. *Baiard.*

g *Sed tantummodo tentauerint*] Plot. *in l. si quando, §. 53. n. 8. C. vnde vi.* Cuman. *consil. 100.* Farin. vbi supr. *n. 5. & sequen.* & quid de reuerso, *n. 148. & seqq.* Ros.

h *Scias etiam quod si talis fugiens*] adde, quod licet recedens breui reuersus pœna fracti carceris non teneatur, alia tamen pœna pro carceris exitu tenetur, Boer. *in decisio 213. n. 19.* & Vulpel. *in consil. 139. n. 17.*

105 Item, adde quod recedens à carceribus non euitat pœnam conuentionalem de non discedendo, etiam quod statim sit reuersus, secundum Volpell. *in consil. 139. per totum*; contrarium tamen videtur tenere Farinac. *var. quæst. in quæst. 30. num. 70. cum seq.* vbi dicit, quod in vrbe vidit fieri compositionem cum fideiussore pro medietate, & quod vidit absoluere fideiussorem, & concludit, quod ipse numquam condemnauit fideiussorem ad totam pœnam, sed ad dimidietatem, quæ opinio mihi multum placet, & ibi etiam dicit, quod licet carceratus, qui reuersus est tamquam fugitiuus, & fractor carceris non sit puniendus, tamen de eius temeritate impunitus non dimittitur, & ita tenuit etiam Caccial. *in tract. de debitore suspecto quæst. 1. num. 2.* Baiard.

i *Puniendus*] adde, vt per Iacob. Menoch. vbi sup. *nu. 12.* An autem aufugiens fractis compedibus, & carcere, etiam absque conspiratione teneatur de fractoribus, & qua pœna, vide per Cater. *in pract. crim. relatiue pag. 89. col. 2.* vbi & si attentauerit fugere, quod ex hoc fuit positus ad torturam, ex quo conspirauerunt, & non aufugerunt, quia detecti, & non potuerunt aufugere: quæ bene notanda esse dicit, quia quotidiana, & solent in facto contingere. *Giach.*

k *Præterea etiam*] Farinac. *d. quæst. 38. num. 81. & seqq.* Ros.

l *Præterea etiam*] In officiali vero inquisito de barattaria, qui si aufugiat, habetur pro confesso, an condemnari possit, vide per Cater. vbi supra, *ante nu. 118.* qui limitat procedere, nisi reuertatur; nam eo casu requiruntur plenæ probationes, *Giach.*

Præterea etiam potest poni exemplum] adde quod si Officialis, 106
qui aufugit, sponte, & cito reuersus fuit, etiam si citatus esset, & à carceribus aufugisset, tolluntur omnia indicia, quæ ex fuga præcedente contra eum fuissent orta. Bartol. *in l. quis sit fugitiuus, §. 1. ff. de ædil. edic.* nec potest iurari in litem contra ipsum, 107
nec in supplementum probationis vigore dictæ fugæ, sed requiruntur plenæ probationes, ita plene tradit Plot. *in l. si quando, C. vnde vi. §. 30. num. 3. fol. 200.* & ibi, *num. 4.* dicit, quod contra officialem fugientem non potest iurari in litem, si contra eum ageretur criminaliter ad pœnã corporalem, siue duplici: & fuga officialis quam probationem contra ipsum faciat, & quando; vide omnino Mascard. *de probat. concl. 811. & concl. 498. num. 8.* 108
cum seq. & contra eum vti criminosum ferri potest sententia etiam vsque ad mortem. Franc. *dec. 459. vol. 3.*

Item adde, quod discedens à loco sibi assignato cum fideius- 109
sione de non discedendo ob aliquam iustam causam, & accedens ad superiorem, non tenetur, quia non dicitur contrauenisse; Hercul. *in tract. de non offendendo, cap. 50. num. 21.* & Boss. *in tit. de carcer. fideiuss. commit. num. 45.* vbi dicit idem esse, si fugit ad amicum Domini pro auxilio impetrando, sed si discesserit sine causa, vel cum causa iniusta, tunc licet aufugisse non dicatur, quia ad superiorem conuolauit, *l. quis sit fugitiuus, §. idem probat* 110
Viuianus, ff. de ædil. ed. &c. puniri tamen debet aliqua pœna leniori pro carceris exitu, & temeritate, qua vsus est in discedendo sine licentia iudicis, vt tenet Caccial. *in tract. de debit. suspect. quæst. 1. nu. 3.* & etiam ad pœnam conuentionalem; nisi quando sumus in casu, in quo recursus, & applicatio ad superiorem erat iusta, & de iure denegari non poterat, vt per Hercul. vbi supra, & per Farin. *quæst. crim. in quæst. 30. num. 171. cum sequen.* vbi etiam habetur de clausula, quando promissum est non discedere sub quouis prætextu, etiam recursus ad superiorem, qui iudicio meo nullo modo impediri potest, & credo, quod dicta clausula parum, aut nihil operatur, sed quod tantummodo sit considerandum, an iusta causa discesserit.

Item adde, quod iste terminus quinquaginta dierum non est 111
in vsu, quia in multis locis adsunt statuta, quibus syndicatui terminus præfigitur, & quia etiam syndicatores, arbitrio suo tempus præfigunt, vt per Carau. *in tit. 19. n. 29.* vbi late, an per syndicatores terminus statutus officialibus ad standum syndicatui breuiari possit.

Item adde, quod officiales non tenentur assistere syndicatui 112
de persona, quando non habent querelas criminales, sed tantum ciuiles, vel criminales ciuiliter intentatas, cum possint relicto procuratore recedere, *l. 1. § quod si intra, C. vt omnes iudices*, elapso tamen tempore statuto ad dandum querelas, vt dicit text. *in d. l. in princ.* & Io. de Amicis *in consil. 139. nu. 12. in fine*, & Ioa. Ant. de Nigr. *in c. 132. n. 46.*

Item adde, quod officialis assumptus ad aliud officium potest 113
discedere, & per procuratorem syndicatum facere, quando vocatur à Principe, nisi ipse procurasset causa subterfugiendi syndicatum, vel ad eius postulationem obtinuisset, Paris. *in tract. de synd. in ver. Procurator, col. 2.* Io. Ant. de Nigr. *in c. 132. num. 47.* & Afflict. *in constit. Regni incip. occupatus circa finem.* Baiar.

l *Non stetit per quinquaginta dies*] adde infra *quæst. 51. versic.* hoc etiam, quod tamen non seruatur, nisi in statu Mediolani, cum alibi, saltem in Lombardia syndicatus non fiunt ita rigorosi. *Drogh.*

m *Inimicitia vigens*] adde supra *quæst. 14. versic. Secundus est casus, cum seq.* Drogh.

Inimicitia] adde Spec. *tit. de præsumpt. §. 1. versic. & idem est si aliquis*, vbi tenet inimicitiam capitalem esse indicium sufficiens ad torturam, idem tenet Bart. *in l. fin. versi. possumus etiam ponere casum ff. de quæstion.* Angel. *in l. fin. C. eod.* Roman. *in l. 1. §. hoc scriptum ff. ad Sill.* Fel. *in c. afferre, de præsump.* Contrarium tamen tenet Aug. Arimin. *in addit. ad Ang. de malefic. in verb. fama publica*, vbi concludit indicium inimicitiæ non concurrentibus aliis contectis, non sufficere ad torturam. *Guiot.*

Inimicitia] Farin. *volum. 2. quæst. 49. & quæst. 43. numer. 168. sub tit. de indic.* sed quæ dicatur inimicitia capitalis, vel non late idem Farin. *d. quæst. 49. num. 7. & seq. vsque ad 87.* vbi tradit 20. conclusiones. *Ros.*

Inimicitia vigens inter offensum, &c.] adde, quod ex iuris 114
præsumptione præsumitur inter litigantes inimicitia capitalis, Gram. *in dec. 33 num. 6.* & ibi etiam habetur, quod sufficit probare causam odij, & inimicitiæ, licet odium non ostendatur, & etiam inimicitia contrahitur inter litigantem, & aduocatum 115
sibi contrarium, Planc. *in tract. de indic. n. 242.*

Item adde, quod cautio de non offendendo tollit suspicio- 115
nis indicium, vt per Guglielm. Deugat. *in suo tractat. de securit.* quem

quem Bertac. allegat *in suo Reper. in verbo indicium, versic. 50.* & Anton. Galeat. *in consil. 110. num. 27. tom. 1. consil. crim. in fol.* & ibi *n. 28.* dicit, quod similiter tollitur suspicionis indicium, quando offensus plures habet inimicos, & ibi *nu. 29.* dicit idem esse, quando post inimicitiam offensus recipit absolutionem, & sanctissimam Eucharistiam, idem tenet Bur. *consil. 20. n. 19. vol. 1.* Rimin. iun. *consil. 88. nu. 16. vol. 1.* vbi late quæ tollant suspicionem

117 inimicitiæ. Ego autem arbitror hoc verum non esse indistincte,

118 sed quod sit consideranda qualitas personæ, & ideo relinquendum esse arbitrio iudicis. *Baiar.*

119 Adde, quod Natt. *consil. 49. n. 6.* contrarium tenuit, vbi adsit inimicitia capitalis, vel quomodo de maiori parte bonorum, & idem tenuit Gom. *de del. in c. 13. n. 11.* hic alleg. ita distinguendo, & concordando opiniones, vt si inimicitia sit maxima, & ex graui causa producta, sit sufficiens indicium ad torturam, si vero leuis ex leui causa orta, tunc sola inimicitia non sufficit ad torquendum? hoc etiam tenet Gram. *in decisi. 33. n. 8.* & quando inimicitia faciat indicium ad torturam, vide etiam Mascar. *de proba. concl. 901. vol. 2.* & Rim. iun. *consil. 302. vol. 3.* & quæ dicatur inimicitia capitalis, remittitur arbitrio iudicis, Menoc. *de arb. iud. cas. 110.* & in materia inimicitiæ, vide quæ posui inf. *in q. 24. ad versic. Item quæro nunquid.*

120 Item † adde, quod indicium inimicitiæ, non est indicium generale ad omnia delicta, sed ad ea tantum, quæ ad alterius iniuriam perpetrantur, vt sunt homicidia, vulnera, verba, & similia, non autem quo ad ea, quæ ad proprium commodum facientis committuntur, vt est furtum, falsum, adulterium, & similia, Bart. *in l. repeti. §. 1. ff. de q.* & Gabr. *conclus. lib. 7. conclus. 8.* vbi de hac quæstione, an inimicitia faciat ad indicium ad torturam, & *in consil. 422. nu. 19. vol. 2.* vbi dicit, quod inimicus potest torqueri, quando quis est interfectus, & ignoratur à quo. *Baiard.*

n *Aut quæritur*] Vulpell. *consil. 5. nu. 2. & 4.* Mascar. *concl. 98.* Fat. vbi supra, *n. 105. 106. & 107.* Ros.

o *Nisi ex causa graui, & capitali*] adde idem per Rol. *consi. 14. n. 21. vol. 4.* vbi plene. *Giach.*

p *Aut vero quæritur*] Fat. *d. q. 49. n. 87. & seq. Ros.*

q *Indicium ad torturam*] adde vt per Natt. *consil. 41. ante n. 6.* & per Ofase. *dec. 79. colum. 6. in fin.* cum sit indicium à remotis. * Contrarium tamen voluit Natt. in hoc sibi odium constans,

120 *consil. 499. n. 6.* vbi subiungit, quod ad hoc vt faciat † indicium ad torturam, requiritur, quod sit capitalis inimicitia, vel quæstio de maiori parte bonorum. Adde etiam Grammat. *decisio. 33. n. 8.* Giach.

r *Non sufficiat*] Viu. *vol. commun. opin. fol. 715.* Gabr. *de crim. conclus. 18.* Thesaur. *decisio. 24. lib. 7. in fin.* & vide Far. vbi supra. *Ros.*

s *Vidi aliquos propter solam*] adde, quod tamen esset magna suspicio, de qua supra *q. 10. versic. Sciat tamen.* Drog.

t *Confessione extraiudiciali*] adde in materia confessionis extraiudicialis infra *q. 55. in princ.* Hæc tamen confessio tanquam à maleficio remota debet probari per duos testes non singulares, vt per Blanc. *repet. l. fin. num. 47. cum seqq. & num. 206. ff. de quæ.* Aym. Crau. *tract. de antiq. temp. par. 4. versic. sed enim, num. 21.* clare Marant. *in suo Specul. par. 6. sub tit.* & producuntur confessiones, *actu 5. nu. 13. cum seq. infra hac eadem q. versic. pen.* vbi dixi, infra *q. 64. versic. debet igitur*: Licet supra hoc dubitare visus sit Crau. *in consil. 244. sub nu. 8.* Immo quod vnus tantum testis faciat indicium, tenuit *in consil. 281. nu. 2. in fin. versi. secundo vltra confessionem*: ibi tamen intelligit in teste omni exceptioni maiori, vt ibidem sequitur vers. sed præmissis. Quomodo autem, & quando noceat talis confessio, vide Bal. *consil. 198. ad fin. volum. 1.* Boet. *in addit. ad Dyn. in reg. quod semel. littera D, reg. iur. in 6.* Contrarium tamen *ad fin.* & ibi dixi, infra *q. 22.* vbi etiam dixi. *Drog.*

Confessio extraiudicialis] Vide eundem Clarum late *in qua. 55.* Farin. *vol. 4. q. 82. reg. 2. num. 23.* & quod non probet plene *reg. 1. nu. 1. & 2.* sed tantum ad torturam *d. reg. 2. num. 23. 27. & 28.* vbi limitat. *Ros.*

Confessio extraiudicialis facit contra confitentem] adde in ma-

121 teria † confessionis extrajudicialis quæ requirantur ad hoc, vt faciat indicium, late per Foller. *in pract. crim. in 2. part. 3. part. in vers. etsi confitebuntur,* & Carrer. *in pract. crim. in l. obseruata, numer. 12.* vbi ampliat, & limitat, & debet esse verisimilis, vt puta quod habeat causam præexistentem in qua confitentis honor, seu vtilitas, vel aliud simile, vt inquit Alciat *in l. fugitiuus ff. de verbor. signi.* & licet Foller. *in loco supra citato* commemoret decem, & septem requisita, tamen vere quatuor tantummodo sunt, reliqua enim sunt cum cæteris coniecturis, & indiciis communia, vt considerauit Menoch. *de præsumpt. lib. 1. quæst. 89. numer. 115.* vbi plene tractat, quando confessio extraiudicialis indicium

122 ad torturam faciat, de hoc etiam late habetur per Masca. *in conc. 350. vol. 2.* & ista confessio extraiudicialis non potest probari per vnicum testem tantum, vt per Bertaz. *consi. 549. n. 6. vol. 2.*

& quomodo probetur, late per Mascar. *de proba. concl. 350.* & No- 123
tario asserenti de confessione extrajudiciali non creditur, Specu. *in tit. de teste, §. restat.*

Item adde, quod quemadmodum confessio extraiudicialis rei est sufficiens indicium ad torturam, ita & pariformiter confessio extrajudicialis, & fortius iudicialis querelantium faciens pro reo prodest ad absolutionem, secundum Rom. *in consi. 167. nu. 7. versic. sexto satis.* & Paul. Maten. *in consil. 91. num. 65. inter consil. crim. diuers. tomo 2.*

Item adde, quod dicta limitatio, quod possit talis confessio re- 124
uocari, fuit Fely. *in d. c. etsi clerici,* vbi dicit, quod talis confessio non facit indicium ad torturam, quoties ante ceptum judicium reum eam reuocauerit, & Dec. *in l. magistratibus, ff. de iurisd. omn. iudic.* dictam limitationem non impugnat, sed de hoc vi. Blanc. *de iudic. nu. 209.* vbi plene hanc quæstionem tractauit tenens, quod aliquando non potest reuocari, & quando possit reuocari, quod debeat probari, de errore; sed Gomes. *de delict. in cap. 13. sub nu. 8.* expresse tenet, quod non possit reuocari affirmando contrariam opinionem esse falsam. Ego autem credo, quod semper possit reuocari docto de errore, quia etiam confessio judicialis, si constet de errore, reuocari poterit. Boss. *in tit. de conf. ff. numer.* 125
60. & vbi D. Clar. hic dicit, quod si sola reuocatio hoc operaretur, nunquam esset locus communi conclusioni: propter hoc enim deuenitur ad torturam, quia reuocatur confessio, nam si non reuocaretur, non opus esset tortura, non est bonum argumentum, quia Felyn. non loquitur de reuocatione facta in judicio, sed de reuocatione facta ante cœptum judicium, & sic posset habere locum communis conclusio, etiam quod limitatio esset vera, quando confessio extraiudicialis fuisset reuocata non ante, sed post iudicium inceptum.

Item adde, quod huiusmodi confessio extraiudicialis facit indicium ad torturam, etiam quod sit facta à minore, dummodo 126
sit eius ætatis, vt torqueri possit, Gomes. *de delict. cap. 13. sub numero 8.*

Item adde, quod confessio extraiudicialis facit indicium, siue 127
facta fuerit præsente, siue absente parte, Gomes. *de delict. cap. 13. sub numer. 8.* & Bal. *in l. quoniam. intelligitur ff. de his qui not. infam.* Ang. *in l. 1. C. de conf. ff.* & Felyn. *in c. olim, de rescript.* quod tamen fallit, si agitur de crimine ciuiliter, quia tunc confessio 128
extraiudicialis parte præsente plene probat, & præiudicat. Abb. *in cap. quam sit, de excess. prælat. in cap. olim, de rescript.* vbi etiam Felyn. *numero 5.* Salic. *in l. fin. colum. 5. C. de quæstione,* & Imol. *in can. at si clerici, de iudic.* vbi reprobat Anton. de Butrio contrarium tenentem, & ad hanc quæstionem vide omnino Mascar. *consil. 349.*

Item adde, quod confessio extraiudicialis facit indicium, si 129
fuerit facta particulariter, quia confessus est se occidisse talem hominem, vel fecisse tale furtum, secus tamen si sit in genere, quia confessus est se occidisse quendam hominem, vel fecisse quoddam furtum, nam talis confessio generica, & indiscreta non facit indicium ad torturam, vt per Bal. *in l. quoniam ff. de his qui not. infam. pen. col. versi. quinto, & vlt. quæro,* quem refert, & sequitur Gomes. *de del. c. 1. sub n. 8.*

Item adde, quod confessio extraiudicialis facta coram sacer- 130
dote in confessione pœnitentiali non faceret indicium si sacerdos postea dictam confessionem reuelaret, nec aliquem effectum, quia talis confessio fuit facta tanquam soli Deo, & non tanquam homini, ita tradit Gomes. *de delict. 13. n. 9.*

Item adde, quod confessio extraiudicialis de aliquo delicto 131
non facit indicium, quando contra suam confessionem fuit iudicatum, quia fuit absolutus de illo delicto, & talis confessio nõ est attendenda, & potest confitens ea non obstante illud negare, ita tradit Bertaz. *in consil. 396. sub nu. 5. vol. 2.* sed hoc ita simpliciter non est verum; nam aut confessio fuit facta in judicio, & illa non obstante fuit absolutus, & post absolutionem, siue sententiam etiam extraiudicialiter confessus fuit se fecisse illud delictum, & tunc confessio non nocebit, quia contra dictam confessionem alias iudicatum fuit, & Curia amplius non potest super ea se fundare, quia illam non approbauit, nec recepit, vt dicit Abb. *in c. mulieris, de iureiur.* aut fuit absolutus nulla præcedente confessione, & post sententiam confessus fuit extrajudicialiter se commisisse illud delictum, de quo fuit absolutus, tunc talis confessio faciet indicium, & nocebit, ita distinguere videtur Foller. *in sua pract. crim. in 1. parte tertia part. in verb. confitebuntur nu. 40. cum seq.* vbi declarat dictum Innoc. *in d. c. mulieris,* qui dicit, quod post sententiam cuilibet licet contra confessionem suam venire, & ita debent intelligi omnes Doctor. quos allegat Bertaz. qui omnes se fundant super doctrina Innoc. *in d. cap. mulieris.*

Item adde, quod Iudicis arbitrio punitur, qui extraiudiciali- 132
ter gloriatus est aliquod crimen commisisse, etiam si appareret, quod non deliquisset, Menoch. *de arbit. iud. cas. 331. & in casu* 133
sequenti dicit, quod clericus ob talem iactationem ab officio, & beneficio suspenditur. *Baiar.*

u *Ad torturam*] adde per Care.*fol.63.sub nu.*121.quem vide, quia declarat,ampliat,atque limitat.*Giach.*

x *Num.*204.] Ad Blancum adde, *nu.*181.vbi constituit differentiam inter iactationem,quæ fit ante delictum,& confessionē extraiudicialem,quæ fit post,quæ etiam quandoq; dicitur quædam iactatio,vt per d.Aleiat.*in l.fugitiuus,ff.de verb.sign.* & ibi Blanc.optime loquitur de hac confessione; late etiam Carer.*in pract.crim.car.*55.*versi.septimum indicium*; latissime Foll.*in pract. crim.in* 2.*parte tertia partis sub verbo*, & si confitebuntur per totam, vide Boss.*tit.de confess.n.*45.*&* 57.Ros.

y *De errore*] adde,quod hanc tenent nouissime Natt.*consil.*6.*nu.*4.& Rol.*in pract.crim.pag.*427.*sub num.*182. Aduerte tamen, quia terenta communi opinione punitur de iactatione, seu de gloriatione extraiudiciali Iudicis arbitrio per Iacob.Menoc.*de arbit.iud. lib.*2.*centur.*4.*casu* 331.*nu.*2.*cum seq.* Adde Pract.Carter.*fol.mihi* 94.*col.*2.*in fin.*Item ad commun.opin.adde per Diaz. *reg.*125.*versic.sub limita secundo, in fin.* Giach.

z *Hoc certe iudicio meo*] Hoc prius fuit iudicium Decij *in c. At si clerici,nu.*122.*de iud.*sed ego, quicquid alij distinguant, & inuoluant,ita dicerem,quod aut de confessione extraiudiciali cōstat solum per testes nihil habens aliud in contrarium confitens, quod maleficium tangat,& tunc possit reuocare,ad euitandam, aut præter confessionem aliqualia sunt indicia,& tunc reuocari non possit:faciunt adducta per Crau.*cons.*29.*n.*1.& melius,*cons.* 161.*sub n.*3. quem allegaui sup.*in §.hæresis , versic.ad hoc autem:* prout etiam dicimus , quod vnica tantum confessio sufficit ad condemnationem sine alia ratificatione,quæ tunc fit sufficiens ad condemnationem,vbi tamen aliter constet de delicto,& habetur ex Boss.*tit.de confess.n.*29.& ita consulendo pertransiui in hoc casu difficili passu:sicut etiam in simili dicitur de confitente delictum sub spe promissæ veniæ,de qua habetur infra *q.*55.*vers. circa secundum,in fine.*Vide Gramm.*decis.*8.*n.*9.*ad medium*: Adde infra *q.*55.*vers.sed pone*, vbi limitatur hoc dictum,si reus vult docere de confessione erronea,quia tunc non auditur,vt ibi: Et aduerte, quod sicut cōfessio extraiudicialis aggrauat cōfitentē, vt hic,ita eadem confessio eundem releuat modo, quo per Bar. *in l.Fulcimus, §.quod autem , ff.ex quib.caus.in possessionem eatur:* quem citat Alex.*consil.*127.*sub n.*15.*vol.*4. Cur autem confessio incidenter facta aperiat tantum viam Iudici ad inquirendum, non autem ad torturam,sup.*q.*19.*versi.vltimo*, vbi dixi. An autem confessio facta,in iudicio ciuili præiudicet criminali, vel è contra, inf.*q.*14.*versic.penul.in fine.*Drog.

a *Obseruari*] Idem dicit infra *quæst.* 55. *in vltimis verbis.* Giach.

b *Sed hic quæro*] adde infra *q.*55.*versi.si vero confessio, in principio.*Drog.

Sed hic quæro] Confessio facta coram iudice incompetenti an faciat indicia Farin.*q.*81.*vol.*4.*c.*1.*nu.*50.51.52.*&* 53.*& nu.*188.*& nu.*206.Ros.

134 *Sed hic quæro*] adde,quod si per Iudicem omnia facta coram alio iudice vti incompetenti fuerint declarata nulla , & illa irritauit,& annullauit, & sic contra dictam confessionem pronunciatum fuit,ex hoc dicta confessio sic reuocata amplius confitenti nocere non potest,nec ad torquendum,ita tradit Rolan. *in consil.*21.*n.*23.*vol.*3. & ibi late de confessione facta coram iudice incompetenti habetur, quando faciat indicium ad tortu-
135 ram , & quod confessio incidenter facta coram iudice incompetenti non sufficit ad torquendum.

c *Quod sic*] Et ista est vera , & approbata Doctorum schola teste Rolan.*d.consi.*31.*n.*8.*lib.*1. ad idem per pract. Carer *fol.*94. *col.*2.*versic.quia autem.* vbi relatiue, & an cogatur perseuerare coram competente. Item comfessus de crimine extra iudicium quando puniatur,vide per Diaz.*sub ead reg.*125.Giach.

d *Hanc tamen*] Quid sit , quando est penitus incompetens, Farin.*d.q.*11.*c.*6.*nu.*207.Ros.

f *Quando non metu tormentorum*] Inf.*q.*55.*versi.Item posset allegare,ibi. quod tamen intelligendum est q.*46.*versi.Nunc de gradibus, & versi.Debet quoq.*, vbi annotantur contrarietates in istis confessionibus , quæ dicuntur sponte factæ , licet præcedente tortura.*Drog.*

g *Deinde postquam fuit constitutus coram suo Iudice*] Infr.*q.*55. *versi.fin.& versic.Præterea*, etiam vbi habetur similiter de duobus iudicibus.*Drog.*

h *Tenuit quod non*] adde , quod istam Bal.opi. secuti sunt quamplures alij Doctores, quos recenset Osasc. *eius decisio.*79. *sub n.*25. ex quibus forte dicere possumus communiter , sicut etiam adnotauimus supra in iudicio confessionis extraiudicialis, *versic.de errore.*Giach.

136 i *Sed contrarium in practica seruatur*] adde, quod confessione facta coram iudice incompetenti tenetur ipse reus illam cōfirmare coram competenti,& ex ea condemnari,& est communis opinio,vt per Bologn.*in consi.*8.*n.*16.*supra allegato.*Baiar.

κ *Non sponte,sed metu tormentorum*] adde infra *q.*64. *vers.sin autem reus,ibi, & si probaret terrorem,* durum est enim probare confessionem non fuisse sponte factam stante praua consuetudine , de qua inf.*q.*64.*versi.debet quoq.*, ibi solent cauti assessores,sed si eueniret casus,in quo velles probare confessionem factam fuisse metu tormentorum,recurre ad Dec.*in l.in omnibus, n.*7.*cum seq.ff.de reg.iur.*Drog.

l *Sed hic cadit pulchra quæstio*] adde,† quod similiter confessio 137
facta coram Notario maleficiorum,absq; iudice facit indicium ad torturam,Bal.*in l.iubemus,n.*1.*C.de liber.causa.*Baiar.

m *Tanquam priuato*] Farin.vbi supra *in verbo, sed hic quæro. f.*104.

n *Vlterius quæro*] De confessione in tormentis,quę postea fit reuocata,idem Far.*tit.de indic.vol.*2.*q.*38.*n* 91.*&* 5.*seqq.*Ros.

Vlterius quæro, Quid si reus] adde,quæ sit ratio,quod qui se- 138
mel confessus est in tormentis,si postea reuocat confessionem, potest reperi tormentum, per Affl.*in const.de hom.cland.nu.*45. vbi plene.

Item adde, † quod iudicis arbitrio relinquitur, an confessio 139
reuocata faciat indicium sufficiens ad torturam, Dec.*in l.Magistratibus , nu.*10.*ff.de iurisd.omn.iud.* & Menoch.*de arbitr.casu* 270.*nu.*4.Baiar.

o *Quinimo si reus iterum positus*] Aliter tamen dicimus,quod confessio facta post tormenta,non dicitur facta metu tormētorum etiam in præsentia Iudicis sæuientis,inf.*q.*64.*versi.Nunc de gradibus*, ibi talis confessio dicitur sponte facta,argumento eorum, quę dixit Marsi.*rub.de fideiuss.n.*98. His adde Hippolitum Riminal.*inter cons.criminal.diuers.*106.*n.*15.*part.*1.Drog.

Quinimo si reus] adde , quod tortura non potest repeti vltra 140
tres vices diuersis temporibus, & si non confitetur, seu confessionem non ratificet, habentur indicia pro purgatis , ita tenet Paul.de Castr.*in consil.*299.*visa inquisitione, vol.*1.*in fine*,Mars. *in sua pract.crim.*§.*quoniam,n.*8.Gram.*in cons.*21.*& in voto* 6.*n.* 17.& si vltra tres vices torqueatur,dicitur tortura immoderata, vt ibi per eos,& Io.Ant.de Nig.*in c.*7.*frequens,n.*50.sed ego arbitror considerandum esse grauitatem delicti,qualitatem rei,& qualia præcesserint indicia,quæ possunt adeo esse vrgentia, vt quarto reus etiam torqueri poterit,& ita etiam videntur tenere Blan.& Carrer.in locis hic citatis,& tandem si non ratificauerit, debet relaxari sub fideiussione de se repræsentando, vel absolui ab hactenus deductis, Chart.*in praxi interrog.reo.lib.*4.*c.*1 *num.* 164.Baiar.

p *Sed crederem*] Far.*d.num.*96.Ros.

q *Absolueretur rebus stantibus*] adde inf.*q.*62.*ver.forma autem absolutionis*, verum de tali absolutione rebus stantib.cachinatur, Alc.*in l.si calumniator,n.*57.*vers.& imo bis errant,ff.de verb.sign.* vide Inf.*q.*57.*versi.& hac quidem*, vbi habetur de absolutione,eo quod non constat de delicto,nec quod crimen, vel delictū aliquod commissum fuerit:Limita tamen præsentem regulam ratificandi † post tormēta vt hic;quando quis tortus fuisset ob eius
confessionem extraiudicialē factam de delicto : de qua confes- 140
sione extraiudiciali habetur : supra *hac eadem quæst.versi.Confessio.*quia tunc si in tormentis confiteatur,non est opus alia ratificatione ex mente Tindar.quem refert,& sequitur Fel.*in c.olim, coll.mihi* 4.*ext.de rescript.* & ibi Apostil.quem allegat Soc.*consil.* 228.*in causa Gabrielis,in* 2.*vol* quicquid alias dixerit Blanc.contra Ias.*in suo tract.de indic.& tor.n.*208. Ant.Gomes.*tit.de delic. c.*13.*n.*8.Nam ex quo confessio extraiudicialis,de qua appareat tam per testes,quam per eius confessionē, dicitur sponte facta, non requiritur alia confessio,nec alia expressio ratificatio.Boss. *tit.de confess.n.*2.*&* 16.*& n.*59. in confessum enim nullæ sunt partes Iudicis,nisi in condēnando,*l.*2.*ff.de confess.* alias recte sic dici nō posset,sed deberet dici, in confessū partes Iudicis sunt, vt ratificari faciat,quod etiam elicitur ex Menoc.*de arb.iud.lib.* 1.*q.*51.*n.*8.& eo maxime hic dicta procedunt,postquam certi sumus, quod etiā alias confessio † extra tormenta ad cautelā tantum ratificari solet , non quod sit necessaria Menoc.*d.tract.lib.* 141
2.*cent.*1.*cas.*38.*in prin.* vide infra *ad q.*55.*versi.vnum tamen & q.* 95.*versi.finali*, demum distingue, vt ibi. Adde Mich.de Crassis *tract.commun opin. in verbo, Confessio, q.*4. vbi quod in iudicio facta non requirit ratificationem.*Drog.*

r *Minæ præcedentes*] De minis, vel iactationibus Farin.*vol.*2. *quæst.*50.Ros.

Minæ præcedentes] adde,quod odium præcedens,& minæ se- 141
quentes sufficiāt ad probationem indicij,quia quę non prosunt singula,multa iuuant,& hoc procedit,licet inimicus talia facere consuetus nō sit,si n.esset consuetus,sola inimicitia faceret plenam probationem,ita tradit Crau.*consil.*35.*nu.*3. & quæ indicia contra minantem oriantur,Mascar.*de probat.concl.*1057.*vol.*2.& Menoc.*de præsump.q.*89.*n.*65.& quando offensus alium haberet 142
inimicum,tunc minæ non facerent indicium,secundum Cassa. *in tract.de indic.c.*1.*n.*17.secundum Paris.*de synd.in ver.tortus* 4 *c.* 6.*n.*3. remittitur arbitrio iudicis, an minæ faciant iudicium ad torturam,quem sequitur Boss.*in loco hic allegato.*

Item adde,† quod minæ probantur per testes singulares, vt 143
Gram.*dec.*5.*n.*15.& Dominus Per.Ant.a Per.*in tra.suo de fideic. q.*12.

q.12.num.541.& licet Foller.in pract.crim.in versic. item, quod sororem venenauit, num.25. dicat hoc procedere, quando testes essent singulares ratione loci, vel temporis, secus vero si non concordarent de qualitate minarum, quia iudicio meo ista declaratio, siue restrictio non est vera, quia quando quis minatur, minæ non sunt semper vno modo, & eisdem met verbis, sed potest esse, quod ad præsentiam vnius testis vno modo minatus fuerit, & ad præsentiam alterius alio modo, & quomodo tollatur tale indicium minarum vide Blanc. de indic. numero 183.
144 Baiar.

¶ Nam si quidem sunt minæ prolatæ] adde infra quæst.60. versic.frequens, quomodo autem intelligantur verba ista ab aliquo prolata, lo me ne vendicaro, & vtrum sint minatoria, vide Alex. consil.188.num.7.volum.7. referente Crau. consil.151.sub num.18. quando liceat minantem occidere, vide Bal. in rub.C.quando liceat vnicuiq. Drogh.

Nam si quidem] Farinac.d.q.50.num.1.& 10. vsque ad finem, Ros.

t Carer.in prac.] adde, atq; vide per eundem in §.homicidium 6 num.93.Giach.

u Blancus de indiciis] Nouell.in praxi, n.61.in verbo, Minæ,& iactatio, Mascar.concl.101.Ros.

x Subtici] Thesau.dec.24.n.3.& 9.Far.d.n.10.& 11.Ros.

145 y Pax seu transactio] adde an pax, vel transactio faciat indicium ad torturam Plot. in repet.l.si quando, §.54.nu.16.fol.179. vbi tenet, quod sic, si pretio fuerit facta; secus si gratis, idem tenuit Brun.in tract.de indic.& tortura par.1.q.3.n.17. & Marsil.in pract.crim.§.diligenter, n.178.ad hoc vide etiam Vulpell.in tra.de pace q.27.& late per Masc.in tract.de prob.concl.500.vol.1.

146 Item adde, quod si pater paciscitur pro crimine filij etiã mediante pecunia, quod non facit indicium contra filium, si ipse
147 non consensit, Corn.cons.300.in hac consultatione, vol.3.Afflict. in const.post citationem in fi.vbi dicit habuisse de facto, quem sequitur Io.Ant.de Nigr.in c.120.ad consultationem n.14. & similiter præsumptio non est contra accusatum, si consanguinei sui testium depositionem impediũt, Abb.in c.constitutus, de test.Bal. in l.1.vol.4.C.de seru.fug.& Cur.sen.consi.41.n.2.Batard.

z Ad torturam] adde, atq; vide per Plot. in tract.de in lit iur. §.vltimo, n.16.Item vide pract.Car.sub n.1.3.v de etiam Bos. ti. de pace, n.13.& fusius tit.de indi.& considera ante tortum. & Iaso. l.transigere col.fi.C.de trans.Giach.

a Et ideo cautela est] Nota pacis & reconciliationis modũ ad euitanda fisci retia, & adde quod talis pax apud nos fieri solet per Notarium stipulantem nomine cuiuscunque interest, vt inf.q. 58.vers.Dictum est.Capyc.decis.73.sub nu.2. An autem talis pax competat feminis, & quando, vide Dec.in l.femina, n.54.ff.de reg. iur.& d.q.58.vers.Sed quid si inter & no.contra opinionem vulgarium, quod propter pacem non tamen fiscus desistit à procedendo.Bal.in l.si quis in hoc, n.5.C.de episc.& cler.Drog.

148 Et ideo cautela est] adde alias tres cautelas, quibus paciscens sibi non præiudicat: prima est, vt pax, & concordia fiat iussu iudicis; secunda est, vt pax fiat gratis per pactum gratuitum; tertia est, vt reus expresse neget crimen commisisse, & non animo cõfitendi delictum, sed quod facit talem concordiam ad euitanda dispendia litis. Cæp.caut.140.& Brun.de indic.car.3.col.4.versic. quæro quid, & Ias.in l.transigere in fine, C.de transact. & notarius in caut.hic per D.Clarum, posita, quãdo stipulatur nomine quorum interest, debet ponere non animo confitendi delictum, secundum prædictos Doctores, vbi supra.Batar.

b Quorum interest] adde, quod hanc cæteris meliorem inquit Ias. in l.transigere, col.fin. versic.aliam meliorem, C.de transa.& fuit cautela Alber.ibi.Giach.

c Mendacium, seu variatio, inconstantia, & titubatio] Quid de
149 testium vacillatione, & trepidatione dic, quod debet scribi in actis, & tunc iudex potest illis testibus fidem non adhibere: sed talis causa debet inscribi in actis, ne postea teneatur index in syndicatu. Et quando testes dicantur vacillare, vel variare, vide de omnibus per Dec. in c.quoniam contra.de prob.nu.49.& 50. & not.ad materiam, inquit, quod talis vacillatio debet scribi præsente ipso teste, ne contradicere possit: quia pro tali vacillatione puniri potest saltem pœna extraordinaria. Item post Abb. inquit, quod notarius debet vacillationem scribere, quod index ita dicit: quod ita fit. Et non potest nor.scribere vacillationem, nisi de consensu iudicis, alias non probaret, quia officium indicis necessarium est in scribendo, vt per Dec.illic.Giach.

Mendacium] Thesaurum addas decis.14.nu.1.& 8. Far.q.52. n.2.& seqq.vbi de variatione, n.8.& seqq. de vacillatione, titubatione, trepidatione, tremore, pallore, timore.Ros.

149 Mendacium seu variatio] adde, quomodo probetur mendacium, Boss.tit.de indiciis, & tort.n.37.

150 Item adde, quod licet principalis varius non possit torqueri, tamen examinatus vti principalis quo ad se, & tanquam testis quo ad alios, prout communiter solet fieri per actuarios, & in eo, quod respicit socios fuerit varius vel conuictus per alios testes, quod occulter veritatem, poterit torqueri, secundum Carau.in tit.79.in fin. requiritur tamen, vt seruentur ea, quæ seruari debent in tortura, quæ infertur teis inquisitis, secundum Foll.in pract.crim.in ver.capiat informationem, num.38. & quo ad principalem, quando est varius, siue contrarius in his, quæ non spectant ad eius defensionem, est torquendus, secundum Blanc.de indiciis, nu.169.

Item adde, perfectum non dici examen, siue negationem, si 151 in eodem constituto reus reuocauerit primum dictum cum rationis redditione Bal.in l.Presbyteri, C.de episc.& cler.& Ias.in l. lecta, ff.si cert.pet. & Bursat.in consil.79.nu.15. Quinimo habe- 152 tur in decis.Pedem.76.n.17.quod reus potest corrigere dictum suum, antequam conuincatur docto de errore.

Item adde, quod mendacium facit indicium, si fuerit tradita 153 copia mendacij cum termino ad purgandum Marf. in consil.51. num.71.

Item adde notab. distinctionem Blanc. in repet. l.fin. ff.de 154 quæstion.quem refert, & sequitur Rim.iun.consil.301 numer.16. vol.3.vbi quando mendacium faciat indicium ad torturam, & de hoc vide etiam Franc. Callon. in tract.de indiciis tract.9.cap. 1.& Crauet.consil.260.nu.5.& Natta in consil.41.nu.4.& consil. seq & 499.vol.3. & Mascar. conclus.1040. vide etiam Vulpell. in consil.109.nu.8.vbi dicit, quod mendacium etiam à remotis 155 ad indicium faciendum, prodest, & Gramm.in consil.17 num.9. de eo, qui negauerat comedisse domi alicuius, & quando mendacium est valde substantiale de per se, est indicium sufficiens 156 ad torturam, Alb.consil.65.n.31. & deprehensus in mendacio, 157 quomodo sciuerit de delicto, statim poterit torqueri.Iacob. Nouell.in tract.suo n.2.& 18.Batar.

d Et eam, quæ oritur ex mendacio] Infra q.90.versi. Aut vero in fin.vide tex.in l.2.C.de reb.cred.Drog.

Substantialia] Quinimmo iunctis aliis indiciis, ita communiter tenetur, vti habetur abunde per Ofasc.d.cisio.79.sub num. 17.Item hic aduerte, quod variationes factæ circa factum principale non nocent inquisito, vbi sunt factæ super inquisitione inepta, & inualida, vt ex pluribus plene probat Rol.consil.3.col. fin.lib.3.Giach.

e Mendacium] adde tu, quod hanc communem etiam vltra Ofasc.vbi sup.dixit Nat.noster cons.499.n.7. ex Gram.d.vot.30. & de vtroque vide per Rol.consil.14.n.19.lib.4.Giach.

f Num.119.] Vide Alciat.consil.18.n.5.lib.7.Ros.

g Ego vero] Contra Clarum tenet Far.vbi spu.n.9.Ros.

h Negotis] adde, quod alias non nocet, vt per Natt.cons.42.n. 4.& consil.43.col.2.& per Crauett.consil.260.post num.5.versic.2. vbi alios allegat, & num.6. respondet, quod variatio consideratur, quando est dolosa, non autem si sit per errorem: & paulo inferius etiam dicit, variatione indicium, ad torturam fieri non posse, nisi prius constet commissum esse flagitium, quæ nor. Item quod variationes non faciant indicium ad torturam, quando principaliter variatio non est circa factum, sed circa circumstantias, & qualitatem delicti, habetur etiam plene per Rolan.eius consil.3.n.53.Giach.

i Tutius] Vide Natt.cons.499.lib.7.Ros.

k Ceterum] Far.d.q.52.n.44.& seqq.Ros.

l Multi enim sunt adeo] adde Infr.q.64.versic.fin.ibi: caueant tamen; & ibi, multi enim innocentes; In casu tamen, quod reus titubaret, pro qua titubatione se fundaret Iudex, excipiat Aduocatus; Magnitudine periculi, nõ conscientia peccati reum commoueri; Ad Heren.lib.2. vers.Consecutio, ad fin. argumento eorum, quæ dixi supra hac eadem quæstione, versi.Fuga. per Blan. repet.l.fin.num.44.ff.de quæst. An autem petens misericordiam à Iudice videatur fateri delictum? Quod non, Menoc.de Arbi. Iud.lib.1.q.7.sub num.37. In teste tamen trepidatio, & pallidias coram Iudice non minuit fidem, iuxt.Fel.in cap.pastoralis, §.quia vero, col.mihi 7.de offic.deleg.Drog.

m Subiicere] Vulp.72.nu.6.Ros.

n Si aliquis] Far.d.q.52.n.50.cum seqq Ros.

o Ad condemnationem] adde, quod doctores appellant hoc indicium indubitatum, & illud exemplum fuit D.Thomæ de Piperata, qui etiam alia ponit exempla, de quibus vide per Iacobinum de S.Georg in l.cum probatio col.1.ff.de probatio & omnino col.fin.Item indicium indubitatum quod dicatur, vide per pract.Car.pag.72.col.2.in fin. & p.seq.col.1. vbi etiam citat Doctor.ponentes exempla alia indicij indubitati. Giach.

Ad condemnationem] adde, quod tale indicium dicitur indu- 158 bitatum, & indicium indubitatum dicitur, & diffinitur, quod sit demonstratio rei per signa sufficientia, per quæ animus in aliquo tanquam in existente quiescit, & plus inuestigare non curat l.indicia, C.de rei vend.& ita diffinit Bal.in l.ea quidem, col.2. C. de accus. Brun.in tract.de ind.4.q.prin.1. exemplo, vbi etiã ponit exempla indiciorum indubitatorum, & Paul.Grilan. in rubr.de indi.& præsumpt.ad condem. vide etiam per Iac.de S.Georg in l. cum probatio, col.1.& fin.ff.de prob. & si vxor reperiatur mortua mane, quæ sero erat sana, ex quibusdam percussionibus sibi illa- 159

ADDITIONES

Ad Quæst. XXII.

a Visum est] adde, quomodo probentur Indicia, Hyppolitus Rimina ldus *sen. inter consil. crimin. diuers. consil.* 105. per totum, & quid iuris, si probentur Indicia per vnum testem? quid si per duos? vnus tamen testis omni exceptione maior facit indicium sufficiens ad Torturam, si de visu deponat: Duo tamen testes requiruntur cum deponunt aliter, quam de visu, cum iure
1 † certior sit oculus, *infr. q.* 64. *versic. debet autem Iudex*, ibi puta si adsit tantum vnus testis, & dixi *supr. qu.* 21. *versic. vnus testis, in principio*, quando tamen vnicus tantum testis facit indicium, proba semper illum non esse integrum, si potes, vt euites torturam, *d. qu.* 1. *versic.* 1. ibi frequens etiam, & quomodo procedat, quod quilibet præsumatur bonus, & integer nisi contrarium probetur, vide Boer. *decisio.* 18. *ad fin.* Glos. *in capitul. ex parte in verb. æstimare de serut. in ord. faciendo*; videtur tamen contrarium infra *q.* 64. *versic. sed quæro, in fi.* vbi quod imo vnum Indicium etiam remotum videtur sufficere; Dic vnum Indicium etiam remotum à maleficio sufficere ad torturam, vt ibi, probari tamen debet per duos testes, vt hic, Confessionamque extraiudicialis est quid remotum à maleficio, tamen ad hoc, vt faciat indicium ad torturam, non sufficit illam probari per vnum, vel plures testes singulares: Concordat Aym. Crau. *tract. de antiqu. temp. part.* 4. *versic. sed enim*, *n.* 15. Blanc. *repet. l. fin. n.* 47. *ff. de quæstion. supra qu.* 21. *versic. Confessio extraiudicialis*: Hinc est, ni fallor, vt credam male sensisse Menoch. *d. tractat. de arb. iud. lib.* 2. *cent.* 4. *cas.* 303. *sub nu.* 7. videlicet parem vim habere confessionem extraiudicialem cum iudiciali etiam quoad condemnationem, quando est testibus probata: Nam solum indicium facit, vt hic, non autem probationem plenam, & contrarium statim dixit idem Menoch *d. tract. lib.* 2. *cent.* 4. *cas.* 331. *in princ.* nisi forte *in d. casu* 303. loquatur in casu probatæ confessionis ad iactantiam, de qua *dicto casu* 231. *in fin.* Indicia quædam particularia, vide apud Crau. *consil.* 178. D'og.

1 Visum est] adde videndum † ad hanc quæstionem quomodo probentur indicia, Mascar *d. tract. de prob. concl.* 894. *vol.* 2. & an
2 testis † vnicus faciat indicium ad torturam Gabr. tun. *concl.* 1. *n.* 71. & in dicta conclusione ponit multas ampliationes, & limitationes, quando testis vnicus plene probet, & etiam Lancellot. Conra. *in sua pract. c. dicta testium assumendo nu.* 5. ponit triginta quinque casus, in quibus secundum eum vnico testi plene creditur, vide Mascar. *de probat. concl.* 1. *n.* 118. *Batard.*

b *Indicium seu adminiculum*] Marl. *consil.* 18. *num.* 11. Rol.

c *Probari*] & hanc esse communem opin. dicit Apostilat. ad Alex. *consil.* 5. *n.* 4. *lib.* 1. & de materia vide Hursat. *consil.* 38. *nu.* 2. vbi quod indicium etiam de propinquo duobus testibus omni exceptione maioribus probari debet. *Guiet.*

d *Et tunc talis testis facit indicium ad torturam.*] adde, quod
3 ille † testis facit aliquem præsumptionem, secundum Fulgos. *in leg. fin. ff. de quæst.* quem refert, & sequitur Biun. *in tract. de in dic. quæst.* 2 *princ. parte* 2. *n.* 5. vide etiam Blanc. *in d. l. fi. nu.* 166.
4 vbi plene, quod probent testes singulares, & † quando coniungantur ad faciendum probationem, & indicium ad torturam, Gramm. *consil.* 35. *num.* 6. & Vulpell. *consil.* 109. *num.* 1. &
5 *consil.* 39. *num.* 11. dicit, quod licet † indicium remotum debeat probari per duos testes, tamen quod plures testes deponentes singulariter de singulis indiciis, probant plures præsumptiones, quæ faciunt indicium ad torturam, quoniam quæ non singula
6 prosunt, multa collecta iuuant. Natt. *consil* 369. *in fin.* Gigas *in tract. de crimin. læsæ maiestatis lib.* 2. *tit. quomodo*, & per quem *quæst.* 25. *in fi.* Gramm. *consil.* 57. *col. pen.* Parif *consil* 57. *col.* 1. Rimin. iun. *consil.* 359. *n.* 4. *vol.* 4. & Excellentiss. Dominus Petr. Anton. à Petra *in suo tract. de fideicom. quæst.* 12. *num.* 520. & se-
7 *quen.* † & licet in coniunctione præsumptionum, seu indiciorum debeant singula indicia, & præsumptiones esse in suo genere perfecte probata, hoc tamen intelligendum est, vt requiratur ad condemnandum, non autem ad torquendum, ita respondit A nal. Albert. *in tract. de agnoscen. assert. cathol. & haret. quæst.* 25. *n.* 20.

8 Item adde, quod † in facto concordes, sed in tempore discordes, vel non recordantes, faciunt indicium ad torturam, secundum Angel. *in col.* 3. *num.* 3. Baiar.

9 e *Vnum tamen scias*] Adde † videnda, quæ posui supra qu. proxima in versi. vnus testis, & si extaret statutum requirens testem omni exceptione maiorem, tunc non præsumitur talis, nisi probaretur; secus autem si à statuto talis qualitatas non esset requisita, quia eo casu de iure communi præsumeretur omni exceptione maior, ita Alciat. *de præsumpt. reg.* 3. *præsumpt.* 2. *num.* 11. & per totam, & latissime per Mascar. *de probat. in concl.* 248. *num.* 12. *vol.* 3.

10 Item adde, † quod duo testes non omni exceptione maiores saltem habentur loco vnius testis, secundum Imol. *in l. qui testamento, de testam.* & Calcan. *consil.* 109. *col.* 2. *vers. præterea dico*, sed Ang. *in consil.* 118. videtur velle contrarium, & Alex. *in consil.* 131. *col.* 6. tenet, quod † duo testes non omni exceptione ma- 11
iores non probant plene. Aret. autem, & Fel. *in c. licet vniuersis, de testi.* dicunt esse in arbitrio iudicis; tamen aduerte, quod licet sit in arbitrio iudicis, nihilominus, quando non † sunt in- 12
tegri testes, iudex non debet arbitrari, quod duo testes sufficiant, vt dicit Corn. *consil.* 55. *in fine, vol.* 4. *Baiar.*

QVÆSTIO XXIII.

Quis modus in assumendis indiciis seruandus sit.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Indicia à quibus personis sumi debeant.*
2 *Et an ad ea sumenda debeat pars citari.*
3 *Et an sint danda interrogatoria testibus à reo.*

Ex Additionibus.

1 *Testium depositiones quomodo sint scribendæ in Regno Neapolis.*
2 *Testes debent examinari separatim de iure diuino.*
3 *Testes sunt interrogandi de causa scientiæ, aliter non probant.*

QVæro a postquam est aperta via iudici ad inquirendum, à quibus personis debeat sumere indicia, siue informationes? Resp. Siquidem pars in querela, aut consul in denunciatione nominauerit aliquos, tanquam de ipso delicto informationes, prout communiter fieri consueuit, ut dixi supra *quæst.* 7. *vers. quæro nunc*, tunc eorum dicta ante omnia recipi debent, sin minus examinandi sunt illi, qui verisimiliter possunt esse informati, puta, vicini, secundum practicam, quam docet Bart. *in l. fin. post nu.* 2. *ff de quæstio.* b Debet autem iudex in hoc caute ambulare, quia sæpenumero delinquentes, seu agentes pro eis contrahunt secreto pacem cum offensis, & deinde faciunt, quod ipsi, vel alij eorum nomine submittant testes, quod eorum attestationibus destruunt intentionem fisci. An autem verum, vel falsum deponant, Deus scit. Et ita solere aliquando practicari admonet Blancus *in pract. crimin. fol.* 22. *post num.* 56. Propterea forte bonum esset; quod iudex, vel notarius, qui recipiunt testes super delicto, prius ab eis oretenus intelligerent breuiter seriem facti, quam eorum dicta in scriptis redigerent. Et vbi cognoscerent, quod affectarent defensionem rei, possent eos diligentius interrogare, perscrutando à quibus fuissent vocati, aut instructi, aut cum quibus locuti fuissent, antequam deponerent, & similia, cogendo etiam eos ad fidem iubendum, ut ipsi iudici viderentur de subornatione suspecti. Et hoc maxime, quando tales testes superueniunt post iam fundatam intentionem fisci. Quod nota, quia aliquando vidi c super hoc fieri egregias imposturas iudicibus non indoctis, neque inexpertis. Non autem probo, imo detestor quandam practicam, quam seruant nulli iudices, & notarij parum timentes Deum, qui dum recipiunt, & scriptis redigunt dicta testium deponentium ad informationem curiæ, scribunt tantummodo ea, quæ faciunt pro fisco: Et si testis aliquid dicat, quod exgrauet delinquentem, omittunt illud scribere: e Male enim faciunt, quia debet veritatem inuestigare tam pro fisco, quam contra fiscum, neque aliquid omittere. Sed vbi testis esset suspectus, bene potest (ut dixi) iudex illum irrogare de subornatione, & facere quod de hac suspicione in actis

appareat, cogendo etiam eum ad fideiubendum, vbi ita ipsi expedire videatur. Et nota in hoc proposito vnum; quod licet regulariter iudex non debeat cauillare dicta testium, sed adiuuare; nihilominus si iudex habeat testes pro suspectis; potest, & debet studere, ut eos in verbis capere possit, eos interrogando etiam super circumstantiis, scilicet an tempus esset clarum, vel nebulosum, quibus vestibus erat indutus, ille, de quo deponunt, & quid habebat in capite, & similia. Ita dixit Azo. *in Summa.C.de testib.num.7.* & ita (ni fallor) dicit obseruari Gramma. *consil.crimin. primo, numero 9.*

2 Quæro, nunquid ad recipiendum examina testium debeat reus citari? Dixi supra *q.11.vers.item quæro.*

f Item *f* quæro, nunquid danda sint interrogatoria 3 testibus ab ipso inquisito. Respond. Aut quæris de testibus, qui examinantur ad informationem cuius parte absente, & res non habet difficultatem, quia reus non admittitur ad aliquid faciendum, nisi personaliter compareat: Aut verò quæris, an si recipiantur testes per litem contestatam, possit reus dare interrogatoria, & dic, quod de iure communi fortè dicendum est, quòd posset, per text. *in l.si postulauerit, §.quæstioni, ff.de adult.* sed de consuetudine contrarium seruatur, quia non dantur interrogatoria per inquisitum. Et ita hodie seruari de stylo omnium curiarum attestatur Foller. *in pract.crim. fol.252. num.32.* Ratio autem, cur in causis criminalibus admittatur interrogatoria fisci contra reum non autem contra fiscum, quamuis in iudiciis seruanda sit æqualitas, imo fauorabilior semper esse debeat causa reorum, est secundum ipsum, quia reus deinde publicato processu potest probare *g* contra personas, & dicta testium, quicquid vult: *g* fiscus autem non solet probare contra defensiones, neque datur ei aliquis terminus ad relapsam, prout seruari attestatur Carauita *super ritu 258.magnæ curiæ, numero 3.* & est omnibus notissimum. Quæ tamen ratio non militaret, quando extaret accusator; nam eo casu, si petat, semper ei datur terminus ad repulsam. Sed quicquid sit, consuetudo vtroque casu obseruat, quod inquisitus, vel accusans nunquam dat interrogatoria testibus deponentibus, non etiam dat accusator interrogatoria testibus deponentibus ad defensam, sed iudex, aut fiscalis eos interrogat, prout sibi videtur. Vide etiam dari quandoque per accusatorem interrogatoria facienda testibus, qui ad defensam deponunt, non quidem in forma iudicij, sed priuatim in aliqua cedula ad instructionem ipsius iudicis, vel fiscalis, quod mihi non displicet.

ADDITIONES

Ad Quæst. XXIII.

a *QVæro postquam*] Melius, & diffusius declarat hanc materiam Blanc. *in repet. l.fin. numer.49. cum sequent. ff.de Quæst.* Drogh.

b *Debet autem Iudex*] Hoc idem habetur sup.q.5.in principio, & aduerte Iudex, est enim magna animaduersio, infra *q.95. vers.sed hic incidenter, q.50.in princ.* supra *q.17.vers.fin.in fin.* infra *qu.49.versic.* Hæc autem omnia ad fin.q.61. *versic.sed hæc quidem*, dixi *ad q.44.versic.fin.& in fin.* ex Bar. *in l.absentem, n.4.ff. de pœn.* Drog.

c *Super hoc fieri egregias imposturas*] Impostura quid sit infra *q.83.versic si quis* Imposturam, vide Bal. declarantem imposturam esse enormem diffamationem *in c.fin.sub num.5.extr.de rescript.*

d *Non autem probo*] Adde, quod in Regno Neapol. † per Re- 1 *giam Pragm.6. incip. item quia nobis, sub tit. de actuariis scribis,* prouisum fuit quod dicta testium pro, & contra inquisitos integra recipiantur, sed male obseruatur.

2 Adde, quod in recipiendis indiciis, siue informationibus examinatio † testium est facienda secreto, vt per Gl. *in l.si quando C.de test.* quæ dicit, quod fuit inductum per Danielem per Susanna, vt legitur *in eius libro cap.13.* & ideo Bar. *in tract.ad reprimen.in versic.figura nu.15.* tenet, quod sit de iure naturali, siue Diuino, & testes † sunt interrogandi de causa scientiæ, alias non probant, Bal. *in consil.77. vol.3.* Bai.

e *Male enim faciunt*] adde infra *qu.61.versic.sed hæc* quidem ibi, bene verum est; Vbi tamen suspecti sunt testes, ante eorum admissionem senatum consuli debere habetur *in nouissimis Constit.tit. Declaratio senatus super præscript. §.quod ad taxas ad fin.facinus ea*, quæ dixit infra *q.48.versic.Quæro quot dilationes, ante fin.* Drogh.

f *Item quæro*] Fat. *qu.73. vol.3.* vbi plene. Ros.

g *Fiscus autem non solet*] Terminus ergo reprobatorius non datur fisco ad reprobandum; Non tamen ob hoc prohibitum est fisco reprobare contrarietatem testium, quæ insurgit ex eorum dicto, iuxta Dec. *in l.vbi repugnantia num.1.ff.de regul.iur.* Idem Dec. *in c.ex parte il 2.n.55.de offic.deleg.* & ibi Felin. *coll.4.9. fall.* Drogh.

QVÆSTIO XXIV.

Quæ personæ non possint in causis criminalibus testificari.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Testis in causis criminalibus qui esse possint.*
2 *Et an mulier.*
3 *Et an in causis capitalibus.*
4 *Et quid de iure canonico.*
5 *Et an inimicus.*
6 *Et quid si sequuta sit reconciliatio.*
7 *Et an ille, qui dixit contra me testimonium in alia causa.*
8 *Et an clericus.*
9 *Et quid si protestetur, quod non vult reum puniri in pœnam sanguinis.*
10 *Et an laicus contra clericum.*
11 *Et an pauper.*
12 *Et an affinis.*
13 *Et an infamis.*
14 *Et an meretrix.*
15 *Et quis dicatur meretrix, remiss.*
16 *Et an constitutus in peccato mortali.*
17 *Et an semel conuictus de crimine.*
18 *Et an pupillus.*
19 *Et an in subsidium testes inhabiles aliquando admittantur.*
20 *Et an ad defensam.*
21 *Iudex an possit cogere testem ad testificandum.*
22 *Qui non possint cogi ad perhibendum testimonium.*
23 *Testis, qui non debuit examinari, si fuerit examinatus, an faciat indicium.*

Ex Additionibus.

1 *Testem in criminalibus non recipiendum ad perpetuam rei memoriam.*
2 *Mutus non potest esse testis, nisi sciat litteras, vel per indubitata signa ad plenum intelligatur.*
3 *Muti testimonium per scripturam latum, quomodo recipiatur, remiss.*
4 *Surdus etiam, & surdaster non sunt idonei testes, de his, quæ auditu percipiuntur.*
5 *Testis si sit diuersæ locutionis, adhibitis interpretibus examinari debet.*
6 *Practica examinandi testem extraneæ locutionis.*
*6 *Numerus supplet testium defectum.*
7 *Mulier an possit esse testis in criminalibus, remiss.* *Mulieres tres an conuincant reum,* num.eod.
8 *Et quid seruetur in practica in terris ecclesiæ.*
9 *Mulier in criminalibus admittitur in testem de iure canonico, quando veritas aliter haberi non potest.*
10 *Item quando proceditur per viam inquisitionis, vel denunciationis,*

11 *Item*

11 *Item in crimine heresis, læsæ maiestatis, & simonia.*
12 *Mulier deponens pro reo præfertur viro deponenti ad offensam.*
13 *Inimicus quando repellatur à testimonio, & quomodo probetur talis, remiss.*
14 *Consanguineus inimici ex linea ascendenti, & descendenti non facit indicium.*
15 *Consanguinei inimici vsque ad quartum gradum possunt repulsari.*
16 *Consanguinei appellatione venit amicus intimus.*
17 *Inimicus præsumptus, & reconciliatus, quid operentur, remissiue.*
18 *Inimicus non admittitur in testem etiam cum tortura.*
19 *Inimico non creditur, etiam in articulo mortis, & sacramento Eucharistiæ recepto.*
20 *Inimicus iudicis præsumitur, qui ab eo fuit tortus, vel etiam carceratus.*
21 *Carceratus non est idoneus testis contra iudicem, qui eum carcerauit.*
Et an, & quando sit idoneus etiam contra alios.
22 *Inimicus facit quale quale indicium.*
23 *Et quid importet quale quale indicium, remiss.*
24 *Inimici capitales de visu cum aliis adminiculis, quando faciant indicium ad torturam.*
25 *Iudex debet supersedere in examine, si fiat protestatio, ne aliquis examinetur, quia inimicus, & offeratur in promptu probatio inimicitiæ, de qua iudex summatim cognoscere debet.*
26 *Princeps non potest facere, quod inimici in testes recipiantur.*
27 *Inimicitia præsumpta testem repellit.*
28 *Item incognita, & ex causa minus probabili.*
29 *Inimico reconciliato non est credendum.*
30 *Asserens se non diligere aliquem, videtur asserere se ei inimicum.*
31 *Inimicitia capitalis vnde oriatur, remissiue.*
32 *Inimicus vtriusque partis pari inimicitia non repellitur.*
33 *Inimicus non capitalis, an faciat indicium, remittitur arbitrio iudicis.*
34 *Cohabitatio, & conuersatio stricta cum inimico à testimonio repellit.*
35 *Inimicitia, vel conuersatio, quando dicatur parua, vel magna est Iudici arbitrium.*
36 *Inimicitia capitalis testem repellit, etiam si prouenerit ex culpa eius, contra quem deponit.*
37 *Limit. nisi dedita opera inimicitiam contraxerit, vt à testimonio repelleretur.*
38 *Testis non potest accusari ab eo, contra quem deposuit, vt tanquam socius criminis repellatur.*
39 *Iudex officio non potest repellere testes inimicos, nisi ex processu de inimicitia appareat, nisi per partem opponatur.*
40 *Testis studiosè percussus, vt repelleretur à testimonio, non repellitur.*
41 *Inimicitia ad repellendum testem debet specificè probari cum causa ipsius.*
42 *Inimicitiæ causam sufficit probare, licet à parte ignoratam. Bart.* in l. prima, ff. de his quibus, vt ind. *declaratur.*
43 *Inimicitia satis constare dicitur ex cautionibus de non offendendo.*
44 *Inimicus tempore iuramenti, & amicus tempore depositionis non repellitur.*
Amicitia an, & quando repellat testem.
45 *Testi etiam coactè deponenti, & grauato is, contra quem deposuit, præsumitur inimicus.*
46 *Testis quando dicatur deponere sponte, vel coactè remissiue,* num. 35.
Clericus an, & quando pro laico, vel contra laicum in criminali possit examinari.
47 *Laicus deponens ad defensam præfertur Clerico deponenti contra.*
48 *Clericus potest esse testis contra laicum, si de crimine ciuiliter agitur, nec ei nocet si postea iudex illum sanguine puniret.*
49 *Laicus contra clericum in crimine non facit plenam probationem.*
50 *Laicus quando admittatur in testem contra clericum, remissiue.*
51 *Et quid si veritas aliter haberi non potest.*
52 *Paupertas quomodo probetur.*
53 *Paupertas quando repellat à testimonio, est iudici arbitrium. Amicitia nunquid repellat testem, & quando non,* numer. 59.
Affines in criminalibus repelluntur.
54 *Affinitas soluta, an repellat, remittitur arbitrio iudicis.*
55 *Affinitas par inter accusatum, & accusantem non repellit à testimonio.*
56 *Affines plures super eodem deponentes probant.*
57 *Consanguinitas transuersalis non repellit in totum à testimonio.*
58 *Affinitas transuersalis leuis non minuit de fide. Et vsque ad quem gradum affinis repellatur, & si contra affinem deponit, probat.*
59 *Affinis n... potest esse testis pro affine iniuriato, vbi est consuetudo, quod omnes de familia reuocare soleant ad animum iniuriam factam consanguineo.*
Affines accusantis repelluntur à testimonio.
Affines & consanguinei quando admittantur ad defensam, & quam fidem faciant.
60 *Infamis quomodo repellatur à testimonio, remiss.*
61 *Infamia iuris, & facti quæ dicatur.*
62 *Infamia iuris non probatur nisi per confessionem, vel per sententiam.*
63 *Infamia probatur per testes non iuratos.*
64 *Infamia quomodo probetur, remiss.*
65 *Infamis potest esse testis de gestis in prostibulo.*
66 *Infamis infamia iuris sufficit ad inquirendum.*
67 *Berroarij censentur infames infamia facti, & sunt vilissimi.*
68 *Berroarij quando probent, remiss.*
69 *Iudæus est infamis infamia facti.*
70 *Iudæus non admittitur regulariter cōtra Christianum.*
71 *Iudæus quomodo iuret, remiss.*
72 *Papa potest ad testimonium habilitare infames & criminosos, & alios inhabiles.*
73 *Limit. nisi sint inhabiles ex dispositione iuris naturalis.*
74 *Item si testificarentur in Consistorio Principis.*
75 *Infamis contra infamem, quomodo testificetur, remiss.*
76 *Infamis potest esse testis contra eum producentem.*
77 *Limit. nisi causa infamiæ de nouo emerserit.*
78 *Infamia superueniens non minuit de fide.*
79 *Infamis restitutus admittitur in testem.*
80 *Et quid de emendato.*
81 *Testis habilitas an consideretur tempore iuramenti, vel depositionis.*
82 *Infamis de iure facit semiplenam probationem de gestis à seipso deponens.*
83 *Opponens crimen contra testem debet specificare locum delicti, tempus, & circumstantias.*
84 *Dies, & hora non est exprimenda dum opponitur contra testes.*
Limit. nisi dies, & hora essent de substantia materiæ in actus deducta.
85 *Infamis quando admittitur in testem, remiss.*
86 *Infamis torquendus, vt probet, debet sufficiēter torqueri.*
87 *Infamis infamia facti, & vnius testis valde dignus plene probant.*
88 *Infamis infamia iuris admittitur in testem in subsidiū.*
89 *Lim. nisi statutum requireret testes omni exceptione maiores.*

90 *Infamis, qui habetur pro non infami, potest esse testis.*
91 *Infamis potest esse testis per dispensationem.*
92 *Infamis quando possit dispensari ad testimonium, remiss.*
93 *Condemnatus de infamia si appellauit, & interim testificetur, non vitiatur sua depositio, licet postea sententia per desertionem sit confirmata.*
94 *Infamis probat, si non opponatur.*
95 *Occidens bannitum licet, impune per statutum, tamen efficitur infamis, & in facto graui non admittitur in testem sine tortura.*
96 *Opponens alicui infamiam, non retardat eius examen, nisi velit incontinenti probare.*
97 *Meretrix an dicatur illa, quæ vni tantum sui copiam fecit cum mercede.*
98 *Meretrix est infamis infamia facti.*
99 *Meretrix quæ dicatur, & quomodo probetur, remiss.*
100 *Meretrix non dicitur, quæ amoris causa sui copiam fecit amanti, vel si auro obcæcata fuisset.*
101 *Meretrix licet emendata non est fide digna.*
102 *Meretrix nupta non comprehenditur à statuto excludente meretrices à testimonio.*
103 *Testis non confessus tempore debito non repellitur à testimonio.*
Intell. nisi fuerit declaratus propter hoc excõmunicatus.
104 *Infamis quis efficitur per solam confessionem factam in iudicio.*
105 *Emendatus quando possit esse testis, remiss.*
106 *Emendatio quomodo probetur, remissiue.*
107 *Impubes facit indicium, quando veritas aliter haberi non potest.*
108 *Impuberes duo plenè probant, quando veritas non potest aliter haberi.*
109 *Impubes quando possit esse testis, remiss.*
110 *Impubes pubertati proximus potest leuiter torqueri, vt faciat aliquale indicium.*
111 *Minor, qui non debuit torqueri, si fuerit tortus, an faciat indicium, remissiue.*
112 *Causas quadraginta duas repellendi testes, remiss.*
113 *Inhabiles quomodo admittantur, remiss.*
Et quid si plures defectus patiantur, vide infra n. 128.
114 *Veritas quando dicatur aliter haberi non posse.*
115 *Veritatem aliter haberi non posse remittitur arbitrio Iudicis.*
116 *Testi non idoneo creditur, quando verisimilia deponit.*
117 *Inimici non admittuntur in testes etiam, quod veritas aliter haberi non possit.*
118 *Testes inhabiles quando admittuntur, non faciunt plenam probationem.*
119 *Testi inhabilita demum creditur, si verisimilia deponit.*
120 *Testes inhabiles admittuntur in delictis nocturnis.*
121 *Et quid in delictis factis domi, remiss.*
Stuprata soror, & familiares admittuntur in testes, & faciunt indicium.
122 *Testes inhabiles non admittuntur, quando proceditur ad instantiam partis.*
123 *Testes inhabiles quando admittuntur, debet probari, quod factum per alios probari non potest.*
124 *Nec sufficit quod ipsi testes hoc dicant.*
125 *Nisi id à iure præsumatur.*
126 *Testes inhabiles possunt de consensu partium tacito, vel expresso ad testimonium habitari.*
127 *Testibus inhabilibus non creditur, cum de facto proprio deponunt.*
129 *Testes inhabiles admittuntur ad defensam, non tamen repulsam testium.*
130 *Consanguineus se offerens omnino repellitur.*
131 *Testes inhabiles quomodo probent innocentiam, remiss.*
132 *Frater admittitur ad probandum innocentiam fratris.*
133 *Consanguineo an sit credendum, remittitur arbitrio iudicis.*
134 *Consanguineus multum notæ fidei plenè probat.*
136 *Frater cogitur testificari contra fratrem in maioribus criminibus, & in defectum aliarum probationum.*
137 *Maritus etiam cogitur deponere contra uxorem.*
Sed uxor non admittitur contra maritum.
Et parentes contra liberos, & è contra.
138 *Consanguineis deponentibus contra ipsorum consanguineos probationes in contrarium fortiores requiruntur.*
139 *Testes qui non coguntur testificari, si sponte deponant, non probant, nisi in scriptis redigatur eos deposuisse sponte.*
140 *Absolutus, siue gratiatus non debet post absolutionem, vel gratiam examinari, vti testis contra socios.*
141 *Exceptiones contra testes an sint seruandæ, vel repellant testes à principio.*
142 *Bart.* in l. maritus, ff. de quæst. *declaratur.*
143 *Testis qui non debuit examinari, quando de facto examinatus faciat indicium, remiss.*
144 *Testis inhabilis de facto examinatus an possit per Iudicem ex officio repelli parte non opponente.*
145 *Accusatus pendente accusatione potest esse testis.*
146 *Adulter regulariter testis esse non potest.*
147 *Aduocatus non potest esse testis in causa, in qua est aduocatus.*
148 *Apostata non potest esse testis.*
149 *Blasphemator non est testis omni exceptione maior.*
150 *Calumniator de calumnia condemnatus non potest esse testis.*
151 *Cæcus quibus casibus testis esse possit.*
152 *Cedens bonis non potest esse testis.*
153 *Amasius pro Amasia, & è contra non potest esse testis.*
154 *Colonus, an, & quãdo admittatur in testem pro Domino.*
155 *Concubinarius repellitur à testimonio.*
156 *Proxeneta quando cogi possit ad testificandum.*
157 *Consanguinei quando repellantur à testimonio ferendo.*
158 *Qui testes à lege improbentur.*

CÆterum *a* in assumendis indiciis, & informationibus contra reum, non debet iudex omnes passim ad testificandum admittere; multi enim sunt, qui à testimonio dicendo repelluntur, *b* de quibus abunde dictum est supra *libr. 2. §. testis.* Et licet ibi multa dicta sint de causis ciuilibus, scire tamen debes, quod qui repellitur à testificando in causa ciuili, multo magis repellitur in criminali, in qua debent esse probationes luce meridiana clariores, *l. sciant cuncti, C. de probatio.* prout omnes sciunt, & dicunt, ut ait Boss. *in tit. de conuictis, num.* 8. Quinimo multi admittuntur in causis ciuilibus, qui non admittuntur in criminalibus. Et de hoc loco videndum est. *a* 1 *b*

Quæro *c* igitur in primis, nunquid mulier admittatur ad testificandum in causis criminalibus. Respond. Est distinguendum inter ius ciuile, & canonicum: nam de iure ciuili mulier admittitur indistincte ad testificandum *d* in causis criminalibus, & ita communiter tenetur, ut ait Gram. *cons. crim.* 12. *num.* 17. quem refert *e* Viuius *in lib. communium opin. vers. testis idoneus,* Blanc. *de indi. nu.* 350. Hanc etiam opin. dicit esse communem Abb. *in c. quoniam, num.* 2. *de testibus.* Bolog. *in addit. ad Butr. cons.* 17. *post num.* 16. Felin. *in c. quoniam, post num.* 1. prout illum refert Roland. *cons.* 7. *num.* 12. *lib.* 1. Dec. *in d. cap. quoniam, num.* 8. Bertran. *cons.* 259. *num.* 2. *libr.* 3. *in* 2. *part.* Crot. *de testi. num.* 57. Gratus *cons.* 57. *num.* 3. *lib.* 2. Gigas *de crim. læsæ Maiest. fol.* 100. *quæst.* 6. *num.* 6. Iaco. de S. Georg. *in l. ex eo, nu.* 4. *ff. de testibus,* prout illum refert Duennas *regul.* 315. *in* 2. *limitat.* Ant. Gomez. *cap.* 12. *delictorum, num.* 13. Roland. *cons.* 24. *num.* 13. *lib.* 2. Et dicit Ioan. Andr. *in addit. ad Spec. in tit. de test.* §. 1. *sub nu.* 85. quod ita seruatur in practica, quem refert. Soc. *cons.* 54. *num.* 6. *lib.* 3. *c* 2 *d* *e*

Adde

f Adde, f quod admittitur ad testificandum etiam in
3 causis capitalibus, & ita communiter attestatur Alex.
cons.11. nu.6.lib.1. Imol. *in l.qui testamento,§.mulier,circa fin.de testamen.* quem refert August.ad Ang *de malef. in verbo, Comparauerunt & negauerunt, post n.14.* Et dicit Vital. *de malef.in rubr. de testibus, nu.37.* quod in hoc ius ciuile vbique seruatur.

g De g iure autem canonico mulier non admittitur ad
4 testificandum in causis criminalibus, & ita tenent communiter Doctor. ut dicit Blanc. *de iud.num.351.* Hanc etiam dicit esse communem opin. Abbas *in d.cap.quoniam,num.2.* quem refert Decian. *in l.fœmina, nu.34.& seq.ff.de reg.iur.* & Apostill.ad Crot. *de testibus sub nu.55.* & Duen. *in d.reg.515. in princ.* Butr. *in loco præallegato,* Dec. *in d.cap.quoniam,n.20.seq.* Hoc tamen intellige, ut procedat in causis criminalibus criminaliter intentatis; in illis enim vtique mulier de iure canonico à testificando repellitur. Et ita communiter teneri attestatur Ioan. de Imol. *in d.§.mulier, circa fin.* quem refert August. *in loco præallegato.* Hanc etiam dicit esse communem opin. Io.de Anan. *cons.17. post num.16.* Practic. Conradi, *fol.205.post nu.74.* Sed in causis criminalibus ciuiliter intentatis bene admittitur etiam de iure canonico ad testificandum.

h Item h quæro, nunquid inimicus repellatur à testifi-
5 cando in causis criminalibus. Respond. quod si inimicitia est capitalis, repellitur: alias secus. Et ita tenent omnes, ut dicit Anan. *in c.cum oporteat, nu.6 de accusat.* Felin. *in eo.c.cum oporteat, post num.8.* Hanc etiam attestatur esse communem opin. Aret. *in d.c.cum oporteat, num.19.* Leuis ergo inimicitia non repelleret testem à testificando. Et ita communiter tenetur, ut dicit Abb. *in Auth.si testis,n.3.de testibus.* Et scias, quod in causis
i criminalibus non repellitur i inimicus à testificando etiam in casibus exceptis, puta, læsæ Maiestatis, & huiusmodi, ut est text. *in cap.per tuas,de simonia,* quem Doctores reputant esse in hoc proposito singularem, ut
k dicit Marsil. *cons.65.num.20.* k Quis autem dicatur inimicus, statur arbitrio iudicis: ita dicit Ioan.Andr. *in d. cap.cum oporteat,* quem sequuntur communiter Docto. ut ait Marsil. *in l.1.§.præterea,num.53. ff.de quæst.* Pariter etiam quæ dicatur inimicitia capitalis, vel non, rel nquitur arbitrio iudicis. Et ita tenent omnes Doctores,
l & in hoc resident, ut dicit Felin. *in c.repellantur, l n.3.de accusat.*

m Sed m quid si secuta sit reconciliatio, nunquid ad-
9 huc propter priores inimicitias erit quis à testificando in causa criminali, repellendus? Respond. quod sic: talis enim reconciliatio recens, & nouiter facta non tollit effectum præcedentis inimicitiæ. Ita sentire videtur innocent. *in d.cap.cum oporteat, numero 6.* quem omnes sequuntur, ut ait Felin. ibi *post numero 10.* vbi etiam *numero 12.* attestatur hanc esse communem opi. prout etiam attestatur Didac. *pract.quæst.18.num.3.* Plotus *in repet.l.si quando, post num 880.* Et ideo secundum aliquos, ad hoc ut quis post reconciliationem possit tanquam inimicus repelli à testificando, requiritur non modo, quod inimicitiæ sint recentes, sed etiam quod notum sit lapsum triduum à die reconciliationis. Et hanc dicit esse communem opin.omnium Doct. Sigismun. *cons.feudali 46.post nu.27.* Quod ego non credo verum, sed puto relinquendum esse arbitrio iudicis,
n qui ex circunstantiis & qualitate personarum, & inimicitiæ æstimabit, an sit repellendus, vel non. Et in omnem casum nunquam dicerem, quòd talis, qui semel fuit capitalis inimicus etiam post mille reconciliationes posset vnquam dici integer testis, vel omni exceptione maior, licet forte non esset in totum à testifican-
o do repellendus.

7 Sed o nunquid ille, qui semel dixit testimonium contra me in causa criminali, vel ciuili, in qua ageretur de maiori parte bonorum, poterit ad hoc esse testis contra me in alia causa criminali? Respon. Si sponte accedat in ista causa criminali ad testificandum, non potest examinari: si vero accedat ad deponendum coactus, quod citatus, vtique debet examinari: & ita communiter tenetur, ut dicit Paris *in c.fraternitatis, nu.14. de testib.* Hanc etiam distinctionem esse communem Aret. *in c.cum P. Manconella,nu.3.& seq.de accusat.* Sed certe in omnem casum, talis testis nunquam poterit dici omni exceptione maior.

Vlterius p quæro, nunquid clericus possit testificari p
in causa criminali? Respon. quod sic debent tamen cle- 8
rici abstinere à testificando in causis criminalibus, in quibus ingeratur pœna sanguinis; nam ex tali testificatione vbi contingat sequi mortem, aut membri mutilationem, efficiuntur irregulares, ut dixi supra *libr.2.§. Clericus.* Et quid in hoc proposito obseruetur in Regno Neap. vide per Carauitam *super Ritu 144.*

Sed quid si clericus in actu testificandi proteste- 9
tur, quod non intendit testimonium perhibere ad hoc, ut reus pœna sanguinis afficiatur: nunquid propter talem protestationem euadit irregularitatem? Respond. quod non. Et ideo si reus, contra quem testimonium perhibuit, afficiatur pœna mortis, vel mutilationis membri, ipse erit nihilhominus irregularis.
Et hæc est q communis opin. ut ait Didac. *in repetit.cle- q
me.si furiosus,fol.341.vers.13.his omnibus,de homicid.* Vide, quæ dixi supra *q.14.vers.dixi in primis.*

Præterea r quæro, nunquid in causa criminali pos- r
sit laicus contra clericum testificari. Respond. quod 10
in causa criminali non admittitur in testem contra clericum ille, qui non clericus, & tale patitur corporis vitium, quod à promotione, & sacerdotio repellat. Ita colligitur ex text. *in cap.1. de except* secundum communem intellectum, ut ait Felin *in eo.cap.1.in primis ver.* & Dec. *num.13.* quos refert, & attestatur hanc esse communem opin. Didac. *in practica, quæst.18. post num.2. versic.Secundo illud.* Et quod si agatur contra clericum criminaliter, non admittantur laici, nec bigami, nec mulieres, dicit esse communem opin. Oldr. *consil.145.numer.3.* Tu dic, quod si laicus indistincte non admittatur in testem contra clericum in causis criminalibus criminaliter intentatis, prout est communis opinio, ut attestatur Didac. *in loco præallegato,* & Viuius *in libr. communium opin. versic. testificari possunt,* & Menchiaca *libro 2.de testam.§ 22.n.73.* vbi loquitur etiam in criminibus exceptis: certè illud, quod dicunt Doctores, ut repellatur ille, qui non posset aliter aliquod corporis vitium esse clericus, videtur non satis bene posse procedere. Nam si intelligatur in laico, videtur superfluum, ex quo indistincte repellitur, ut supra dixi: si vero intelligatur in iam clerico, qui tamen patiatur aliquem defectum, propter quem non posset de nouo promoueri, non videtur communis conclusio rationabilis: ut etiam ponderat Didac. *ibi,numer.7.circa fin.* Nihilominus in practica difficile esset contra communem opin. obtinere. Cæterum si clericus sit accusatus de crimine ciuiliter, vtique potest laicus contra ipsum testificari. Et ita concludunt Doctores omnes, ut attestatur Ferret. *cons.183.post nu.5. vers.vltimo confirmatur.*

Quæro s etiam, nunquid pauperes admittantur ad s
testificandum in causa criminali. Respond. Tancr. *in* 11
cap.si quid,de testibus, dicit, quòd non. Et ita tenent communiter omnes Scribentes, ut ait Soc. *reg.289 pauper,* quem refert pract. Conradi, *fol.107. num 8.* Io.de Amicis *consil.78. num.9* quem refert Rol. *cons.46.nu.34. lib.2.* Hoc tamen intellige, ut procedat in paupere, & turpi persona: secus autem si sit persona honestæ vitæ, & bo-

g *Ad condemnationem vero*] Marsil. *in §.diligenter , numer.* 117. Caston. *in sua pract. tract. 8. cap. 1.* Farin. *d. q. 46. nu.* 1. 10. 35. 44. 46. *&* 57. Ros.

h *Etiam de stylo seruari*] adde, quod assertio iniuriati in articulo mortis, concurrente inimicitia, facit indicium ad tortu-
56 ram, † secundum Grammat. *in decisio. 35. num. 7.* & ibi *num. 8.* dicit idem esse, quando adest consanguinitas inter vulneratum, & inquisitum; vide etiam Menoch. *de arbitr. iud. cas. 99. numer.* 36. vbi plene, eo maxime si vulneratus perseuerarer post susceptam Eucharistiam vsque ad mortem, Bal. *in consil. 25. volum. 1.* quem refert, & sequitur Vulpell. *in consil. 72. num. 2.* & de assertione vulnerati Mascard. *in concl. 44.* Vide etiam Couar. *var. resol. lib. 1. cap. 18. num. 8.* & ibi in fine, an exculpatio morientis
57 proderit, † & tenet, quod iudex, si indicia vrgerent, debet torquere reum, non obstante occisi attestatione; & de hoc quoque habetur per Menoch. *de præsump. lib. 5. q. 91.* & quando creda-
58 tur offenso † ad torquendum, optime distinguit Casson. *in tract. de indic. tract. 8. cap. 1. de dicto offensi, & delinq.* & hanc quæstionem plene examinauit Menoch. *de præsumpt. lib. 1. qu. 198. num. 77. cum sequen.* & Mascard. *de probat. conclus. 1129. volum. 3.* &
59 Io. Ant. de Nigr. vbi etiam de † exculpatione offensi, *in c. 7. frequens, num. 76. cum sequen.* de qua exculpatione habetur etiam per Alciat. *de præsump. reg. 3. præsumpt. 4. num. 10.* vbi, quod exculpatio vulnerati non operatur, quando in contrarium indicia vigeant, quem sequitur Vulpell. *in consil. 225. nu. 27.* sicut etiam assertio vulnerati dicentis se mori culpa medici non iuuat percussorem, si aliter hoc non appareat Mars. *sing. 22.* & Felyn. *in c. literas col. pen. de præsumpt.* & de exculpatione offensi, vide etiam Mascard. *concl. 1130. volum. 3. & 389. volum. 1.* & quid de
60 exculpato à condemnato, vel condemnando, † quem inculpauerat in tortura, late per Grammat. *in voto 3. & 11.* Bursat. *consil. 201. num. 148.* Menoch. *de præsump. q. 90. num. 3.* Mars. *in pract. §. restat,* Rimin. iun. *consil. 420. numer. 17.* Mascard. *de probat. concl. 1130. num. 14.* vbi an talis exculpatio prosit, & exculpans potest iterum torqueri secundum And. de Isern. *in const. si damna clandestina*, quem refert, & sequitur Carrer. *in l. obseruare. sub num. 188. ver. & nota*, quod etiam post sententiam, & quid de teste
61 in articulo mortis deponente † se falsum deposuisse, & corruptum à parte fuisse, Mars. *in consil. 78.* & vide quæ potius infra *in q. 53. versic. secundus est casus.*

Item adde, quod dictum raptæ facit indicium ad torturam
62 † contra raptorem, & socios, Carrer. *in pract. crim. in §. circa, il 2. nu. 301.* & ratio est, quia voluntas mulieris iuris præsumptione coacta præsumitur, *l. 1. §. pœnas autem, C. de raptu virg.* Mars. *consil. 61.* Mascard. *de probat. concl. 1253. n. 18.* & Dec. *in tract. crim. lib. 8. c. 9. n. 11.* Baiard.

i *Mutanda sunt*] Hercul. *de proban. negat. num. 159.* Vulpel. *consil. 30. n. 4.* Ros.

k *Fuga delinquentis contra eum facit indicium*] adde supra *quæst. 20. vers. ad formandum, in fin.* & nota, quod si aliquis visis satellitibus fugam arriperet, vt aliquando euenire solet, etiam quod fugiens non deliquerit, si capiatur, non tamen torqueri poterit, ascribitur enim sæuitiæ, & timori iuris, vt per Blanc. *repet. l. fin. num. 44. ff. de quæstio.* In contrarium tamen facit Prouerb. *cap. 28. in princ.* vbi ait, fugit impius nemine persequente, iustus autem quasi leo confidens absque terrore erit; Quæ verba retulit etiam Bald. *in l. executorem, sub num. 39. C. de execut. rei iud.* Et ideo licet fugiens hoc modo torquendus non sit; recte tamen faciunt Birroarij eos persequendo; & memini alios post carcerem dierum aliquot euasisse, alios vero post capturam detentos accusatos, & suspensos; & hic adde quod mirabiliter de fuga dixit Alexan. *consil. 15. volum. & consil. 41. 2. volum.* quem refert Gramm. *decision. 11. num. 14.* vbi voluit ex fuga sociorum insurgere indicium contra detentum infra. *quæst. 39. versic. sed pone*, cui adde in materia fugæ Crauett. *consil. 6 nu. 39.* vbi quod imo sicuti præsumptio est contra fugientem, ita est, pro non fugiente in bonum, & sic in constitutione spontanea, arguit Boss. *tit. de mandato ad Homicid. sub n. 26.* Drogh.

62 *Fuga*] ad materiam quæro, quid de eo, qui vi fores † carceris fregit, vt accusati de criminibus fugiant, dic, quod punitur eadem pœna, qua puniendi erant, qui aufugerunt, vt per Iacob. Menoch. *de arbitr. iud. lib. 2. centur. 3. cas. 301. in 2. cas. numer. 16.* & idem in instigatore, fautore, & consultore, qui suasit carceratis fugam, *ibid. num. 21.* Idem in eo, qui effregit carcerem, vt aliquorum debitores effugerent. Is enim effractor tenetur loco illorum debitorum, *ibidem num. 23.* Declarauit tamen ille casus, vt non habeat locum in eo, qui notorie, & clare esset iniuste carceratus, *ibid. numer. 14. & numer. 24.* ad materiam tamen principalem, quando fuga faciat indicium, vel non sufficiens ad torturam, & quando probet crimen, vltra Authorem hic, & allegatos, adde, & vide per Ziler. deducta *ad pract. Papien. tit. inquisitio post Gloss. 1. additio sexta*, fuga facit eum suspectum, & vide fusius *in collecta mea commun. opin. §. fuga, numer. 1. 2.* atque per Carer. *in pract. crim. pag. 84. vsque ad 90 sub num. 112. vsque ad 118.* Vbi declarat plene & eleganter totam materiam. *Giach.*

Fuga delinquentis] adde quod fuga rei cum fama adjuncta facit indicium ad torturam; nec vnum sine altero sufficeret. Ita M. Ant. Blanc. *in l. fin. n. 279. ff. de quæstio.* Ex fuga tamen non potest regulariter fieri condemnatio, vt per Bened. *de foro Sempron. in repertor.* Fel. *in verb. fuga.* vbi de fuga vide latissime. Adde Felin. *in c. nullus, de præsum.* Guior.

Fuga delinquentis. Vide Farin. *vol. 2. quæst. 48. sub tit. de indiciis.* Ros.

Fuga delinquentis] adde † in hac materia Clau. Bertaz. *ad* 63
consil. 133. Bertazz. *fus patris,* vbi more suo multa accumulauit; vide etiam Menoch. *consil. 30. num. 76.* qui sequitur hanc distinctionem D. Clari, *& in consil. 246. n. 73.* vbi loquitur de famulo, † & quod debet probari fuga, & amissio rei, & in hac materia 64
fugæ, vide etiam Mascard. *de probat. conclus. 498. & 819.* vbi latissime, & Viuius *com. opin. in ver. fuga*, & nouissime per eundem Menoch. *de præsumpt. lib. 1. qu. 89. nu. 36.* plenissime tractatum tenuit, quando fuga † indicium ad torturam faciat, & an 65
fuga notarij † noceat parti, quando quis accusatur, vel inqui- 66
ritur de falso, vide Io. And. *in addit. ad Spec. in tit. de præsumpt. 3. species, versic. violenta.* Baiard.

Item adde, quod fuga † nunquam præsumitur in viro inte- 67
gerrimo famæ, & honoris sui custode, Ang. *in l. si bona fides. ff. de rei vendic.* Mars. *consil. 69. n. 38.* & Fel. *in c. cum contingat, col. 3. versic. 1. concl. de rescrip.* & Dec. *in consil. 8. nu. 198.* & ibi multum diffuse tractauit de fuga, & habetur per Bertaz. *in consil. 60.* quomodo tollatur suspicio fugæ.

Item adde, quod nuda, † & sola fuga non facit indicium, sed 68
suspicionem inducit, secundum Alex. *consil. 65. vol. 1.* nisi rumo- 69
re præcitato, iuncta vero cum adminiculis, vt fama, inimicitia, & aliis circunstantiis, & coniecturis, facit indicium ad torturam; quod procedit etiam in præparante, † & attentante aufu- 70
gere, ita tradit Carrer. *in pract. crim. in l. obseruare, n. 112.* nisi fuga posset † aliquo modo colorari ex aliqua probabili causa, nam 71
tunc non facit indicium; & ideo si dicat timuisse, ne occidatur à consanguineis occisi, & quia ab ipsis fuit inculpatus, & tunc, ex quo ei locus non erat tutus, se absentauit, & aufugit, non facit indicium, si de his constabit, & stabitur eius iuramento, si probationes non habebit, vel quod se absentauit propter partialitatis timorem, vel propter verba minatoria partis, vel quod dubitabat carcerari, vt plene per Carrer. *in loco citato*, & etiam esset probabilis causa, si diceret, se recessisse, vt amicos videret, Decian. *d. consil. 8. n. 199.* & absentia alicuius semper præsumitur in bonam partem, Bald. *in l. bona fidei, C. de eur. iur.* & Mars. *in pract. crim. §. diligenter, n. 43.* concludit, quod nunquam fuga facit indicium ad torturam, quia aut fuga erit post accusationem, & inquisitionem, & tunc non facit indicium, aut post suspicionem inquisitionis, & idem erit, quia poterit dicere, quod aufugit propter suspicionem, ne contra eum formaretur inquisitio, & stabitur eius iuramento, & ego numquam practicari vidi, quod propter solam fugam deueniatur ad torturam, nisi aliis concurrentibus. *Baiard.*

l *Primo vt crimen*, adde, quod similiter † fuga est cri- 72
men, quando officialis aufugit ab officio suo, & tenetur *crimen. læsæ maiest. §. 1. in auten. de adm. no.* Ripa *in l. admonendi, ff. de iureiur. & est communis opin.* vt per Viu. *opin. 343. num. 31.* Baiard.

m *Et in hoc etiam concordant omnes*] Supra *q. 20. versic. ad formandam infra qu. 18. in pr.* Drogh.

n *Torturam*] Fallit, vbi aliqua iusta causa posset opinari, ita per Tob. Non. *consil. 99 nu. 12.* qui *n. seq.* dicit, si sit dubium, de causa, statur iuramento rei. *Giach.*

o *Est communis opin.*] Vulpell. *respons. 115. num. 2.* Peguerra *decisio 17.* Farin. *d. q. 48. num. 3. vsque ad num. 7.* vbi ponet multas limit. & postmodum, *nu. 60.* ponit aliam regulam negatiuam, nempe quod fuga non plene probat contra fugientem, & eam cum ampliationibus, & limitationibus. *Ros.*

p *Quæ tamen intelligenda est*] adde infra, *quæst. 61. versic. sed hæc quidem omnia,* ibi reus, post publicatas attestationes & ibi dat practicam, & nota, quod procedit non tantum post accusationem, seu denunciam realiter factam; sed etiam si sola sit denunciæ suspicio, vt per Dec. *consil. 233. sub num. 1.* vide Boer. *decisio. 215. num. 10.* Drogh.

Quæ tamen intelligenda est] Farin. vbi supra, *num. 27. limit. 1.* Ros.

Quæ tamen intelligenda est] adde, quod si vltra † fugam ad- 73
essent alia indicia, seu suspiciones contra fugientem, quod tunc fuga post formatam inquisitionem, facit contra eum maximum indicium, Beu. *consil. 70. n. 24.* Duen. *in reg. 391. limit. 1.* & ibi habentur aliæ limit. & ampliationes.

Item adde, quod fugiens † post purgatam omnem suspicionē

pœ

per torturam non præsumitur fugere propter timorem iudicij, Alciat.*consil.*20.*tom.*2.*lib.*7.

75 Item adde, quod idem operatur † præparatio fugæ, quod operatur ipsa fuga, Bald. *in l.penult.C.de pign.actio.* Marſ.*in l.*1.*n.*25.*ff.de q.*& Rim.iun.*consil.*302.*n.*11.*vol.*3.

76 Item adde, quod fuga † non facit indicium, quando reus fugit manus executorum, & postea citatus statim venit; Gram. *vot.*10.*numer.*2. & Blanc. *in l.fin. ff.de quæst.numer.*286. Zaſi.*in consil.*19.*num.*12. *vol.*1. & Boer. *in decisio.*251.*nu.*27. nisi in fuga faceret resistentiam Curiæ, quia tunc faceret indicium ad torturam, si captura esset iusta, Carrer.*in pract.crim.in l.obseruare, n.*113.*f.mihi* 24.

77 Item adde, quod fuga † ex causa non facit indicium, & quæ sit iusta causa, remittitur arbitrio iudicis. Iaſ.*in l.admonendi, n.*169.*ff.de iureiur.*

Item adde, quod non dicitur fugere, quando quis vadit ad
78 Ciuitatem † metropolitanam, vbi est caput iustitiæ ibi publice versatur; Gram.*consil.*42.*n.*18.

q *Talis enim fuga*] Idem dic de eo, qui visus fuit aufugere cum ense euaginato, & sanguinolento de aliquo loco, vt domo vel vinea, & ibi reperiatur homo mortuus, nam præsumitur, quod ipse occiderit, vt late per Carr.*in pract.nu.*134. & Nouel. *num.*7.Giach.

r *Hoc tamen habet locum*] Ergo etiam in non capitalibus criminibus quis torqueri potest, licet modus aperiendi veritatem sit durior ipsa pœna, veritate reperta. Contrarium tamen sentit Crau. *consil.*137.*numer.*10.*cum seqq.infr.q.*64. *versic. Præterea, vbi dixi.* Capyc.*decisio.*126.*num.*5. *cum seq sup qu.*1.*& qu.*20.*versic. Ad formandam.* Hinc est ergo, quod cum sumus in le-
78 uioribus † criminibus, ad pœnam tantum pecuniariam pertinentibus, si adsint indicia; quia durum fortasse videtur ad torturam deuenire, fiscales ad compositionem recurrere solent, tum quia, vt dixi, durum videtur peruenire ad torturam, quando modus aperiendi veritatem est durior ipsa pœna, veritate reperta: tum etiam quia est non minus durum deuenire ad condemnationem criminalem per indicia tantum non verificata: prout tamen deueniri posse dixit Crau.*consil.*178 *num.*1.*inf.qu.*66. super quo tamen vide Alexand. *consil.*77.*numer.*8.*volum.*1. Drogh.

Hoc tamen locum habet] Farin.*d.loco n.*13 Roſ.

ſ *Scias etiam*] Declara, vt per Vulpell.*resp* 139.*num.*6.& vide Farin.*d.q.*48.*num.*48. Plot.*consil.*31.*num.*1..4.*de eo qui cum omnibus de familia aufugit* Roſ.

Scias etiam quod quando ille, qui aufugit, &c.] adde, quod
79 ad hoc, vt spontanea † comparitio tollat indicium fugæ, requiritur, quod citatio præcedat, Gram.*consil.*42.*n.*18. quem refert, & sequitur Rimin.iun.*consil.*58 *n.*19.Baiar.

t *Num.*8.] Vide Nattam *consil.*407.*numer.*10.11. & omnino *consil.*499.*num.*14.*cum seq.& per totum:* & per Iacob.Menoch. vbi supra, *numer.*6.*cum plurib seq.* & per prac.Carer.*pag.*88 *sub n.*116.*versic.aut iuste, & in versic.seqq.* vbi declarat qualiter constet de animo redeundi, & quando non, & quando faciat indicium. *Giach.*

u *Tertio autem*] Vulpell.*respons.*50.*num.*1. Menoch.*de arbit. iud casu* 301.Peguerra *decis.*5.1.*par.* qui Menochium reprehendit. Farin.*vol.*1.*q.*30.*tit.de carcere per totum.* Roſ.

Tertio autem modo apponitur fuga] adde, quod vigintiduo
80 † requiruntur ad hoc, vt fugiens habeatur pro confesso secun-
81 dum Follet.*in tract.crimin.in verb.& si confitebuntur numer.*45. *fol.*373. & Paul.Ghirl. *de relax.carcerat. in c.de fuga incarcerati.* & ibi quomodo cognoscatur si reus recesserit animo fugiendi, & non recurrendi, & ita habetur pro confesso, quando aufugit
82 † de palatio officialis, in quo detinebatur, Gramm *cons* 57.*n.*4.
83 & tortus † iniuste fugiens de carceribus non habetur pro confesso, nec inde puniri debet, ita Alexan.*in cons.*144.*vol.*2. & an
84 sit necessarium † citare fugitiuum ad sententiam, idem Ghirl. *in d.c.de fuga, num.*13. ibi tenet esse magis tutum, quod sic. Ad
85 omnia, & quibus pœnis sint puniendi fugientes de † carceribus, vel de palatio, etiamsi reperientur innocentes, & an sint citandi, vide plenissime *in d.decisio.* Boer.215. & Menoch. *de arbitr.*
86 *iud.cas.*301.vbi † dicit etiam, quod carceratus, qui effregit carcerem, & iam exibat, & interim fuit captus, perinde habetur, ac si perfecte aufugisset, & Bertaz.*consil.*35.*vol.*1. vbi etiam de o-
87 pem ferente, † & instigante ad fractionem carceris, & quid de carcerato sub solis compedibus, & quando fuga faciat haberi fugientem pro confesso, vide Duen.*regul.*392. vbi multas ponit ampliat. & limitation.& Mascard.*in tract.de probat.conclus.*820.*vol.*2.& quando aufugit fractis carceribus in *concl.*266.*vol.*1.vbi latissime, & ibi *nu.*3.dicit, quod contra fugientem potest
88 ferri sententia † licet absentem, ac si vere in iudicio delictum
89 confessus fuisset, & quod fugiens † de domo iusdicentis, vel habens sub præcepto pro carcere palatium, domum, vel ciuitatem, teneatur pœna frangentis carcerem, vide Bertaz.*consil.*35. *n.*3. & Curt.sen.*in l.admonendi, num.*675.*ff.de iur.iur.* Gramm.
*d.consil.*57.Beu.*consil.*44.*n.*36.Viu.*comm.opin.in versic.fugiens* & Mascar.*de prob.in verb.carceratus conclus.*266.*num.*19. & Deci. Lucensi 90.*nu.*5. vbi dicit veriorem opinionem esse, quod statutum puniens fugientem a carceribus publicis comprehendit
fugientem à Camera, † vel palatio pro carcere à Iudice assigna- 90
to, & de eo, qui aufugit de thalamo, in quo erat † sequestratus, 91
vide Bert.*consil.*65.*n.*6.*& consil.*124.*n.*2. vbi tenet, quod habetur pro confesso.

Item adde, quod non solum illi † dicuntur frangere carce- 92
res, qui illis fractis ab eis aufugiunt, sed etiam illi, qui à Iudicibus iussi ad eos non se conferunt, ita affirmat Iacob.de Beluiſ. *in sua pract.crimin in tit. de inquisit. num.*56. quem sequitur Anton.Scap. *in tract.iuris non script.lib.*5.*cap.*54. *num.*4. sed ad omnia prædicta, quibus pœnis puniantur carcerum fracto-
res, & quibus casibus habeantur † pro confessis, vide omnino 93
nouissime per D.Farin.*qu.crim.in qu.*30. vbi magis late, quam alibi.

* Item adde, quod vasallus fugiens à carceribus Baronum, *
& recta via accedens in magnam Curiam Vicariæ, vel ad Baronem, non tenetur de fracto carcere, per text.*in l si quis, §.item apud Labeonem, ff.de edilit.edicto*, idem est in eo, qui aufugit causa deprecandi Baronem per medium aliquorum *l.bonum, § qua amicum, ff.eod.tit.* Inn.*in cap.veniens, de renunt.* & Io.Vincent. *de Ann.Neap.in repet.cap.*1.*de vasallo decrep.ata.* vbi dicit, quod cum quidam vasallus Illustrissimi Federici Carafæ aufugisset, & accessisset ad Magnam Curiam, dum molestaretur de fracto carcere per sacrum Reg.cons. fuit remissus ad Baronem suum, vt procederet in causa de iustitia, citra pœnam fracti carceris, & ad hoc, quod fugiens fractis carceribus, vt iret ad superiorem, non puniatur, vide etiam Boer.*decisio* 215.*n.*18. Gram.*vot.*39.*n.*12. Ioan.de Amicis *consil.*7. *num.*10. & Petr.Aduena *reg.*393.*limit.*3.

Item adde, quod si fugiens à carceribus † cito, sponte, & 94
etiam citatus reuersus fuerit, tolluntur omnia, quæ ex fuga præcedente contra eum orta fuissent, Plot.*in l.si quando*, §.30. *num.*2.*f.*20c. *C.vnde vi.* Baiar.

x *Nam si quis post fugam*] Et est ratio, qua reuersus non dicitur fugisse, prout venisse non dicitur, qui non stetit, Marſ. d. Rubr.*de fideiuss.nu.*372.*cum seq.* Menoch.*d.tract.de arb.iud.lib.*2.*cent* 4.*cas.*301.*n.*12. An autem si quis a duro carcere relaxatus sit, eidem assignata propria domo, vel aliquo hospitio, siue etiam tota Ciuitate pro carcere, aufugiat; & vocatus non veniat, dicatur indiciatus per hoc? Dic, quod sic, ac si a publico carcere fugisset. Boer.*decisio* 215.*nu.*15. Menoch.*de arbit.iud.cas.*301.*n.*7.*cum seq.* Drogh.

y *Quinimo secundum aliquos*] adde, quod immo † ista opi- 95
nio est verior secundum Lud.Peguer.*in qu.cri cap.*1.& ibi attestatur, quod ita decisum fuit in Regio Consilio Cathaloniæ, & arbitror opinionem suam esse verissimam.

Item adde, quod vtcumque procedant præmissa, negari non
potest, quin fuga † regulariter faciat in criminalibus indicium, 96
secundum Bart.*in l fin ff.de quæst.consil.*70.*num.*23. Baiar.

z *Scias autem*] Quid si iniuste carceratus fuit. Farin.ibi nu. 61.& seqq.plurib.& idem de eximente carceratum, de auxiliatoribus, & de aliis, quid de exemptione de confesso, aut conuicto, aut condemnato, *n.*101 *& seqq.* & de eximente debitorem, & detentum, *q* 31.*num.*64 *&* 67.*& qu.*32. Item de eximente seipsum, *ibid n.*21. Roſ.

a *Sed quando fuit indebite*] adde, quod contrarium esset in
auxiliatore † ad fugiendum, quia veniret puniendus, vt auxi- 97
liatoris audacia reprimeretur, licet principalis non teneretur, Marſ.*in pract.§.attingam, nu.*38. & Menoch. *de arbitr.casu* 301. *num.*16.

Item adde, quod promittens † de tuto carcere pro aliquo 98
indebite carcerato, si aufugerit, ad pœnam promissam tenebitur secundum Rim.iun *consil.*82.*num.*1. *&* 16. *vol.*2. *inter consil. crim.diuers.& consil.*13.*num.*1.*&* 21. *volum.*1. Contrarium autem tenuit Farinac. *varia.quæst.in quæst.*30.*num.*61.*cum multis
sequen.* vbi late hanc quæstionem tractauit, sed † ego dubito, 99
quod eius opinio in practica non posset obtineri. Quinimo sæpe vidi huiusmodi exceptiones reijci, & fideiussores condemnari, adest nempe contemptus Iudicis, & hoc negari non potest, cuius ratione prætoriæ stipulationes semper debentur, quando illis per partes contrauentum fuit, ad tradita per Vulpell. *in consil.*39. tanto magis, quod pro actu Iudicis præsumendum est in c. in præsentia de renunciat. & ad cognoscendum, an carceratio fuerit iusta, vel iniusta, opus esset publicari indicia & informationes contra reum contumacem existentes, quod minime fieri debet, vt per Clar.infra *in quæst.*49.*versic.scias tamen*; confert etiam multum, quod materia informationum, & capturæ est quasi arbitraria Iudici, & hodie seruatur in delictis grauibus quod plerumque Iudices, antequam indicia in scriptis redigantur, faciunt reos detineri, & bene faciunt, quando adest suspicio fugæ, ita tradit Clarus infra *in quæst.*28.

versic. scias autem, quo sit, vt si detentus aufugerit, antequam informationes redactæ essent in scriptis, captura esset nulla, quia post fugam non posset iustificari in præiudicium fideiussoris. Nec repugnat, si diceretur, quod si principalis iniuste carceratus aufugerit, ad aliquam pœnam non teneretur, ergo multo minus fideiussor, cum in duriorem conditionem obligari non possit *l. Græca, §. illud ff. de fideiuss.* nam respondetur, hoc verum non esse, vbi iuramentum fideiussionem accesserit, cuius virtute fideiussor tanquam principalis tenebitur, Abb. & communiter Doct. *in c. cum contingat, de iureiur.* & ibi Alciat. *num.* 173. Ang. *in l. hi qui accessiones, ff. de fideiuss.* Roman. *in l. 1. §. si quæsita, ff. de verb. oblig.* & Alex. *in consil.* 30. *& vol.* 4. caueant igitur fideiussores, ne carcerati, pro quibus de tuto carcere fideiusserunt, aufugiant, quia cogerentur ad soluendum fideiussionem vsque ad minimum quadrantem, si aliam excusationem non haberent.

b *Non punitur*] adde, vt per Iac. Menoch. *de arbitr. iudic. lib.* 2. *cent.* 3. *cas.* 501. *num.* 24. 25. & per prac. Carrer. vbi supr. qui *in fin. versic. quod tamen*, subiungit, quod non solum fugiendo non habetur pro confesso: immo tunc licet occidere custodes carceris impune, & *num.* 117. quod non dicitur rumpere fideiussionem de securo carcere. Idem de illo, qui aufugit timens sæuitiam Iudicis minantis, & metum inferentis, vel quia solitus erat de facto procedere. Idem si dolo iudicis. *Giach.*

100 c *Neque tenetur redire*] adde, quod nec etiam peccat † secundum Nauar. *in Manuali confess. cap.* 12. *num.* 18. *fol.* 102. *tom.* 1. Baiar.

d *Qui aufugit*] Farin. vbi sup. *num.* 149. *& sequ.* Ros.

e *Viuius lib.* 1.] Iterum Viu. *opin.* 119. *& seq.* vbi late & Farin. *num.* 160. Ros.

101 f *Scias etiam, quod si carcerati aufugiant*] adde, quod Iudicis arbitrio puniri debent, Boer. *decisio.* 215. *n.* 15. Menoch. *de arbitr. Iud. cas.* 301. *n.* 3. Bert. *consil.* 44. *num.* 35. *&* 36. Comens. *consil.* 105. & si quis promiserit, quod non aufugeret, teneretur etiam, quod culpa custodis aufugisset, Boss. *in tit. de carcer. fideiuss. commit. n.* 62. Rim. iun. *in consil.* 135. *num.* 27. *vol.* 1. & Berta. *in consil.* 80. *num.* 12.

102 Item adde, quod carceratus sub fideiussione de non discedendo de aliquo loco, si aufugerit, fideiussor tenebitur etiam, quod custos carceris ei dixisset, quod poterat discedere, quia licentiam a Iudice habuerat, Rim. iun. *in consil.* 81. *vol.* 2. *inter consil. crim. diuers.* & plenius *in consil.* 135. *vol.* 2. *suorum consiliorum*, vbi *in fine* vlterius tenet, quod si quis fuerit carceratus in fauorem fisci, non sufficit licentia discedendi habita ab ipso Iudice, sed requiritur etiam consensus ipsius fisci: sed contra Rimin. consuluit Bertaz. *consil.* 80. 257. *&* 421. sed D. Farin. contrarium tenet *in q.* 30. *num.* 177. Verum si sub dictis verbis custodis non aufugisset, sed a loco sibi assignato tantum recessisset, & tandem ad dictum locum reuersus fuisset, tunc fideiussor non tenetur secundum Bertaz. *in consil.* 80. sed cauti Iudices faciunt promittere, & stipulari, quod non discedet sine licentia Iudicis in scriptis obtenta; & vide, quæ posui infra *quæst.* 46. *versic. quæro*, quæ debeat esse, ibi item adde, quod fideiussor primus. *Baiard.*

g *Sed tantummodo tentauerint*] Plot. *in l. si quando, §.* 53. *n.* 8. *C. vnde vi.* Cuman. *consil* 100. Farin. vbi supr. *n.* 5. *& sequen.* & quid de reuersu, *n.* 148. *& seqq.* Ros.

h *Scias etiam quod si talis fugiens*] adde, quod licet recedens breui reuersus pœna fracti carceris non teneatur, alia tamen pœna pro carceris exitu tenetur, Boer. *in decisio* 213. *n.* 19. & Vulpel. *in consil.* 139. *n.* 17.

105 Item, adde quod recedens à carceribus non euitat pœnam conuentionalem de non discedendo, etiam quod statim sit reuersus, secundum Volpell. *in consil.* 139. *per totum*; contrarium tamen videtur tenere Farinac. *var. quæst. in quæst.* 30. *num.* 70. *cum seq.* vbi dicit, quod in vrbe vidit fieri compositionem cum fideiussore pro medietate, & quod vidit absoluere fideiussorem, & concludit, quod ipse numquam condemnauit fideiussorem ad totam pœnam, sed ad dimidietatem, quæ opinio mihi multum placet. & ibi etiam dicit, quod licet carceratus, qui reuersus est tamquam fugitiuus, & fractor carceris non sit puniendus, tamen de eius temeritate impunitus non dimittitur, & ita tenuit etiam Caccial. *in tract. de debitore suspecto quæst.* 1. *num.* 2. Baiard.

i *Puniendus*] adde, vt per Iacob. Menoch. vbi sup. *nu.* 12. An autem aufugiens fractis compedibus, & carcere, etiam absque conspiratione teneatur de fractoribus, & qua pœna, vide per Carer. *in pract. crim. relatiue pag.* 89. *col.* 2. vbi & si attentauerit fugere, quod ex hoc fuit positus ad torturam, ex quo conspirauerunt, & non aufugerunt, quia detecti, & non potuerunt aufugere: quæ bene notanda esse dicit, quia quotidiana, & solent in facto contingere. *Giach.*

k *Præterea etiam*] Farinac. *d. quæst.* 48. *num.* 81. *& seqq.* Ros.

l *Præterea etiam*] In officiali vero inquisito de barattaria, qui si aufugiat, habetur pro confesso, an condemnari possit, vide per Carer. vbi supra, *ante nu.* 118. qui limitat procedere, nisi reuertatur; nam eo casu requiruntur plenæ probationes, *Giach.*

Præterea etiam potest poni exemplum] adde quod si Officialis, 106 qui aufugit, sponte, & cito reuersus fuit, etiam si citatus esset, & à carceribus aufugisset, tolluntur omnia indicia, quę ex fuga præcedente contra eum fuissent orta. Bartol. *in l. quis sit fugitiuus, §.* 1. *ff. de adil. edic.* nec potest iurari in litem contra ipsum, 107 nec in supplementum probationis vigore dictę fugę, sed requiruntur plenæ probationes, ita plene tradit Plot. *in l. si quando, C. vnde vi. §.* 30. *num.* 3. *fol.* 200. & ibi, *num.* 4. dicit, quod contra officialem fugientem non potest iurari in litem, si contra eum ageretur criminaliter ad pœnā corporalem, siue duplici: & fuga officialis quam probationem contra ipsum faciat, & quando; vide omnino Mascard. *de probat. concl.* 821. *& concl.* 498. *num.* 8. 108 *cum seq.* & contra eum vti criminosum ferri potest sententia etiam vsque ad mortem, Franc. *dec.* 459. *vol.* 3.

Item adde, quod discedens a loco sibi assignato cum fideius- 109 sione de non discedendo ob aliquam iustam causam, & accedens ad superiorem, non tenetur, quia non dicitur contrauenisse; Hercul. *in tract. de non offendendo, cap.* 50. *num.* 21. & Boss. *in tit. de carcer. fideiuss. commit. num.* 45. vbi dicit idem esse, si fugit ad amicum Domini pro auxilio impetrando, sed si discesserit sine causa, vel cum causa iniusta, tunc licet aufugisse non dicatur, quia ad superiorem conuolauit, *l. quis sit fugitiuus, §. idem probat* 110 *Vinianus, ff. de adil. ed.* puniri tamen debet aliqua pœna leuiori pro carceris exitu, & temeritate, qua vsus est in discedendo sine licentia iudicis, vt tenet Caccial. *in tract. de debit. suspect. quæst.* 1. *nu.* 3. & etiam ad pœnam conuentionalem; nisi quando sumus in casu, in quo recursus, & applicatio ad superiorem erat iusta, & de iure denegari non poterat, vt per Hercul. vbi supra, & per Farin. *quæst. crim. in quæst.* 30. *num.* 171. *cum sequen.* vbi etiam habetur de clausula, quando promissum est non discedere sub quouis prętextu, etiam recursus ad superiorem, qui iudicio meo nullo modo impediri potest, & credo, quod dicta clausula parum, aut nihil operatur, sed quod tantummodo sit considerandum, an iusta causa discesserit.

Item adde, quod iste terminus quinquaginta dierum non est 111 in vsu, quia in multis locis adsunt statuta, quibus syndicatui terminus præfigitur, & quia etiam syndicatores, arbitrio suo tempus præfigunt, vt per Catau. *in tit.* 195. *n.* 29. vbi late, an per syndicatores terminus statutus officialibus ad standum syndicatui breuiari possit.

Item adde, quod officiales non tenentur assistere syndicatui 112 de persona, quando non habent querelas criminales, sed tantum ciuiles, vel criminales ciuiliter intentatas, cum possint relicto procuratore recedere, *l.* 1. *§ quod si intra, C. vt omnes iudices*, elapso tamen tempore statuto ad dandum querelas, vt dicit text. *in d. l. in princ.* & Io. de Amicis *in consil.* 139. *nu.* 12. *in fine*, & Ioa. Ant. de Nigr. *in c.* 132. *n.* 46.

Item adde, quod officialis assumptus ad aliud officium potest 113 discedere, & per procuratorem syndicatum facere, quando vocatur à Principe, nisi ipse procurasset causa subterfugiendi syndicatum, vel ad eius postulationem obtinuisset, Paris. *in tract. de synd. in ver. Procurator, col.* 2. Io. Ant. de Nigr. *in c.* 132. *num.* 47. & Afflict. *in constit. Regni incip. occupatis circa finem.* Baiar.

l *Non stetit per quinquaginta dies*] adde infra *quæst.* 51. *versic.* hoc etiam, quod tamen non seruatur, nisi in statu Mediolani, cum alibi, saltem in Lombardia syndicatus non sint ita rigorosi. *Drogh.*

m *Inimicitia vigens*] adde supra *quæst.* 14. *versic. Secundus est casus, cum seq.* Drogh.

Inimicitia] adde Spec. *tit. de præsumpt. §.* 1. *versic. & idem est si aliquis*, vbi tenet inimicitiam capitalem esse indicium sufficiens ad torturam, idem tenet Bart. *in l. fin. versi. possumus etiam ponere casum ff. de quæstion.* Angel. *in l. fin. C. eod.* Roman. *in l.* 1. *§. hoc scriptum ff. ad Sill.* Fel. *in c. afferre, de præsump.* Contrarium tamen tenet Aug. Arimin. *in addit. ad Ang. de malefic. in verb. fama publica.* vbi concludit indicium inimicitiæ non concurrentibus aliis coniecturis, non sufficere ad torturam. *Guiot.*

Inimicitia] Farin. *volum.* 1. *quæst.* 49. *& quæst.* 43. *numer.* 168. *sub tit. de indic.* sed quæ dicatur inimicitia capitalis, vel non late idem Farin. *d. quæst.* 49. *num.* 7. *& seq. vsque ad* 87. vbi tradit 20. conclusiones. *Ros.*

Inimicitia vigens inter offensum, &c.] adde, quod ex iuris 114 præsumptione præsumitur inter litigantes inimicitia capitalis, Gram. *in dec.* 33 *num.* 6. & ibi etiam habetur, quod sufficit probare causam odij, & inimicitiæ, licet odium non ostendatur, & etiam inimicitia contrahitur inter litigantem, & aduocatum 115 sibi contrarium, Planc. *in tract. de indic. n.* 242.

Item adde, quod cautio de non offendendo tollit suspicio- 116 nis indicium, vt per Guglielm. Deugar. *in suo tractat. de securit.*

quem

quem Bertac.allegat *in suo Reper.in verbo indicium, versic.*50.& Anton.Galeat. *in consil.*110.*num.*27.*tom.*1.*consil.crim.in fol.*& ibi *n.*28.dicit, quod similiter tollitur suspicionis indicium, quando offensus plures habet inimicos,& ibi *nu.*29.dicit idem esse, quando post inimicitiam offensus recipit absolutionem,& sanctissimam Eucharistiam,idem tenet But.*conf.*20.*n.*19.*vol.*1. Ri-
117 min.iun.*consil.*88.*nu.*16.*vol.*1. vbi late quæ tollant suspicionem inimicitię.Ego autem arbitror hoc verum non esse indistincte,
118 sed quod sit consideranda qualitas personæ, & ideo relinquendum esse arbitrio iudicis.*Baiar.*

119 Adde,quod Natt.*consil.*49.*n.*6.contrarium tenuit, vbi adsit inimicitia capitalis, vel quomodo de maiori parte bonorum,& idem tenuit Gom.*de del.in c.*13.*n.*11.hic alleg.ita distinguendo, & concordando opiniones,vt si inimicitia sit maxima,& ex graui causa producta,sit sufficiens indicium ad torturam,si vero leuis ex leui causa orta,tunc sola inimicitia non sufficit ad torquendum? hoc etiam tenet Gram.*in decisi.*33.*n.*8.& quando inimicitia faciat indicium ad torturam, vide etiam Mascar. *de proba. concl.*901.*vol.*2.& Rim.iun.*consil.*302.*vol.*3. & quæ dicatur inimicitia capitalis,remittitur arbitrio iudicis, Menoc.*de arb.ind. cas.*110. & in materia inimicitiæ, vide quæ posui inf.*in q.*14.*ad versic.Item quaro nunquid.*

120 Item † adde, quod indicium inimicitiæ, non est indicium generale ad omnia delicta, sed ad ea tantum, quæ ad alterius iniuriam perpetrantur, vt sunt homicidia, vulnera, verba, & similia, non autem quo ad ea, quæ ad proprium commodum facientis committuntur, vt est furtum, falsum, adulterium, & similia,Bart.*in l.repeti.*§.1.*ff.de q.*& Gabr.*conclus. lib.*7.*conclus.*8. vbi de hac quæstione, an inimicitia faciat ad indicium ad torturam,& *in consil.*422.*nu.*19.*vol.*2.vbi dicit, quod inimicus potest torqueri, quando quis est interfectus, & ignoratur à quo. *Baiard.*

n *Aut quaritur*] Vulpell. *consil.*5.*nu.*2.& 4.Mascar.*concl.*98. Far.vbi supra, *n.*105.106.& 107.Ros.

o *Nisi ex causa graui,& capitali*] adde idem per Rol.*consi.*14. *n.*21.*vol.*4. vbi plene.*Giach.*

p *Aut vero quaritur*] Far.*d.q.*49.*n.*87.& *seq.Ros.*

q *Indicium ad torturam*] adde vt per Natt.*consil.*41.*ante n.*6. & per Osasc.*dec.*79.*colum.*6.*in fin.* cum sit indicium à remotis.
* Contrarium tamen voluit Natt. in hoc sibi parum constans,
120 *consil.*499.*n.*6.vbi subiungit, quod ad hoc vt faciat † indicium ad torturam,requiritur,quod sit capitalis inimicitia,vel quęstio de maiori parte bonorum. Adde etiam Grammat. *decisio.*33 *n.* 8.Giach.

r *Non sufficiat*] Viu. *vol.commun.opin.fol.*725. Gabr.*de crim. conclus.*18.Thesaur.*decisio.*24.*lib.*7.*in fin.* & vide Far. vbi supra. *Ros.*

s *Vidi aliquos propter solam*] adde, quod tamen esset magna suspicio,de qua supra *q.*10.*versic.Scias tamen.*Diog.

t *Confessione extraiudicialis*] adde in materia confessionis extraiudicialis infra *q.*55.*in princ.*Hæc tamen confessio tanquam à maleficio remota debet probari per duos testes non singulares, vt per Blanc.*repet.l fin.num.*47.*cum seqq.* & *num.*206.*ff.de qua.* Aym.Crau.*tract.de antiq.temp par.*4.*versic.sed enim,num.*25.clare Marant.*in suo Specul.par.*6.*sub tit.* & producuntur confessiones, *actu* 5.*nu.*13 *cum seq.infra hac eadem q.versic.pen.* vbi dixi, infra *q.*64.*versic.debet igitur*: Licet supra hoc dubitare visus sit Crau.*in consil.*244.*sub nu.*8.Immo quod vnus tantum testis faciat indicium, tenuit *in consil.*281.*nu* 2.*in fin.versi.secundo vltra confessionem:*ibi tamen intelligit in teste omni exceptioni maiori, vt ibidem sequitur vers. sed præmissis. Quomodo autem, & quando noceat talis confessio, vide Bal. *consil.*198.*ad fin volum.*1. Boer. *in addit.ad Dyn.in reg quod semel. littera D,reg iur. in* 6.Contrarium tamen *ad fin.* & ibi dixi, infra *q.*22. vbi etiam dixi.*Drog.*

Confessio extraiudicialis] Vide eundem Clarum late *in qua.*55. Farin. *vol.*4.*q.*82.*reg.*2.*num.*23. & quod non probet plene *reg.*1. *nu.*1.& 2.sed tantum ad torturam *d.reg.*2.*num.*23.27.& 28.vbi limitat.*Ros.*

Confessio extraiudicialis facit contra confitentem] adde in ma-
121 teria † confessionis extrajudicialis quæ requirantur ad hoc, vt faciat indicium, late per Foller. *in pract.crim.in* 2.*part.*3.*part.in vers.etsi confitebuntur*, & Carrer.*in pract.crim.in l.obseruata, numer.*121.vbi ampliat,& limitat,& debet esse verisimilis,vt puta quod habeat causam præexistentem.in qua consistat honor,seu vtilitas,vel aliud simile, vt inquit Alciat *in l.fugitiuus ff.de verbor.signi.*& licet Foller.*in loco supra citato* commemoret decem, & septem requisita,tamen vere quatuor tantummodo sunt,reliqua enim sunt cum cæteris coniecturis,& indiciis communia, vt considerauit Menoch. *de præsumpt. lib.*1.*quæst.*89.*numer.*215. vbi plene tractat, quando confessio extraiudicialis indicium
122 ad torturam faciat,de hoc etiam late habetur per Masca.*in conc.* 350.*vol.*2.& ista confessio extraiudicialis non potest probari per vnicum testem etiam tortum, vt per Bertaz.*consi.*549.*n.*6.*vol.*2. & quomodo probetur,late per Mascar.*de proba.concl.*350.& No- 123
tario asserenti de confessione extrajudiciali non creditur,Specu. *in tit.de teste,* §.*restat.*

Item adde,quod quemadmodum confessio extraiudicialis rei est sufficiens indicium ad torturam,ita & pariformiter confessio extrajudicialis, & fortius iudicialis querelantium faciens pro reo prodest ab absolutionem,secundum Rom.*in consi.*167.*nu.*7. *versic.sexto satis.* & Paul.Maren. *in consil* 91.*num.*65.*inter consil. crim.diuers.tomo* 2.

Item adde,quod dicta limitatio,quod possit talis confessio re- 124
uocari,fuit Fely.*in d c.etsi clerici,* vbi dicit, quod talis confessio non facit indicium ad torturam,quoties ante ceptum judicium reum eam reuocauerit,& Dec.*in l.magistratibus,ff.de iurisd.omn. iudic.*dictam limitationem non impugnat,sed de hoc vi. Blanc. *de indic.nu.*209. vbi plene hanc quæstionem tractauit tenens, quod aliquando non potest reuocari,& quando possit reuocari, quod debeat probari,de errore; sed Gomes.*de delict.in cap.*13.*sub nu.*8.expresse tenet, quod non possit reuocari affirmando contrariam opinionem esse falsam.Ego autem credo, quod semper possit reuocari docto de errore,quia etiam confessio judicialis, si constet de errore,reuocari poterit. Boss.*in tit.de confess.numer.* 125
60.& vbi D.Clar.hic dicit,quod si sola reuocatio hoc operaretur, nunquam esset locus communi conclusioni: propter hoc enim deuenitur ad torturam.quia reuocatur confessio, nam si non reuocaretur,non opus esset tortura,non est bonum argumentum, quia Felyn.non loquitur de reuocatione facta in judicio, sed de reuocatione facta ante cœptum judicium, & sic posset habere locum communis conclusio,etiam quod limitatio esset vera,quando confessio extraiudicialis fuisset reuocata non ante,sed post iudicium inceptum.

Item adde, quod huiusmodi confessio extraiudicialis facit
iudicium ad torturam,etiam quod sit facta à minore,dummodo 126
sit eius ætatis, vt torqueri possit, Gomes. *de delict.cap.*13.*sub numero* 8.

Item adde,quod confessio extraiudicialis facit indicium,siue 127
facta fuerit præsente, siue absente parte, Gomes. *de delict.cap.*13. *sub numer.*8. & Bal. *in l quoniam. intelligitur ff.de his qui not.infam.* Ang.*in l.*1.*C.de conf.ss.* & Felyn. *in c.olim,de rescript.* quod
tamen fallit, si agitur de crimine ciuiliter,quia tunc confessio 128
extraiudicialis parte præsente plene probat,& præiudicat.Abb. *in cap.quam sit, de excess.pralat.in cap.olim,de rescript.* vbi etiam Felyn.*numero* 5. Salic.*in l.fin.colum.*5. *C.ut quæstione*, & Imol. *in can.at si clerici,de iudic.* vbi reprobat Anton. de Buttio contrarium tenentem, & ad hanc quæstionem vide omnino Mascar.*consil.*349.

Item adde, quod confessio extraiudicialis facit indicium, si 129
fuerit facta particulariter, quia confessus est se occidisse talem hominem, vel fecisse tale furtum, secus tamen si sit in genere, quia confessus est se occidisse quendam hominem, vel fecisse quoddam furtum,nam talis confessio generica, & indiscreta non facit indicium ad torturam, vt per Bal.*in l.quoniam ff.de his qui not.infam.pen.col versi.quinto,& vlt.quaro,* quem refert, & sequitur Gomes.*de del.c.*12.*sub n.*8.

Item adde,quod confessio extraiudicialis facta coram sacer- 130
dote in confessione pœnitentiali non faceret indicium si sacerdos postea dictam confessionem reuelaret, nec aliquem effectum, quia talis confessio fuit facta tanquam soli Deo,& non tamquam homini,ita tradit Gomes.*de delict.*13.*n.*9.

Item adde,quod confessio extraiudicialis de aliquo delicto 131
non facit indicium,quando contra suam confessionem fuit iudicatum,quia fuit absolutus de illo delicto,& talis confessio nō est attendenda,& potest confitens ea non obstante illud negare, ita tradit Bertaz *in consil.*396.*sub nu.*5.*vol.*2.sed hoc ita simpliciter non est verum; nam aut confessio fuit facta in judicio,& illa non obstante fuit absolutus,& post absolutionem,siue sententiam etiam extraiudicialiter confessus fuit se fecisse illud delictum,& tunc confessio non nocebit,quia contra dictam confessionem alias iudicatum fuit,& Curia amplius non potest super ea se fundare,quia illam non approbauit,nec recepit, vt dicit Abb *in c.mulieri,de iureiur.* aut fuit absolutus nulla præcedente confessione,& post sententiam confessus fuit extrajudicialiter se commisisse illud delictum, de quo fuit absolutus, tunc talis confessio faciet indicium, & nocebit, ita distinguere videtur Foller.*in sua pract.crim.in* 1.*parte tertia part.in verb.confitebuntur nu.*40.*cum seq.* vbi declarat dictum Innocen.*in d c.mulieri,* qui dicit, quod post sententiam cuilibet licet contra confessionem suam venire, & ita debent intelligi omnes Doctor.quos allegat Bertaz.qui omnes se fundant super doctrina Innoc.*in d. cap.mulieri.*

Item adde,quod Iudicis arbitrio punitur,qui extraiudiciali- 132
ter gloriatus est aliquod crimen commisisse,etiam si appareret, quod non deliquisset, Menoch. *de arbit.ind.cas.*331. & *in casu*
sequenti dicit, quod clericos ob talem iactationem ab officio, 133
& beneficio suspenditur.*Baiar.*

u *Ad torturam*] adde per Cate. *fol. 63. sub nu. 121.* quem vide, quia declarat, ampliat, atque limitat. *Giach.*

x *Num. 204.*] Ad Blancum adde, *nu. 181.* vbi constituit differentiam inter iactationem, quæ fit ante delictum, & confessionē extraiudicialem, quæ fit post, quæ etiam quandoq; dicitur quædam iactatio, vt per d. Alciat. *in l. fugitiuus, ff. de verb. sign.* & ibi Blanc. optime loquitur de hac confessione; late etiam Caret. *in pract. crim. car. 55. vers. septimum indicium*, latissime Foll. *in pract. crim. in 2. parte tertia partis sub verbo*, & si confitebuntur per totam, vide Boss. *tit. de confess. n. 45. & 57.* Ros.

y *De errore*] adde, quod hanc tenent nouissime Natt. *consil. 6. nu. 4.* & Rol. *in pract. crim. pag. 427. sub num. 182.* Aduerte tamen, quia tenenta communi opinione punitur de iactatione, seu de gloriatione extraiudiciali Iudicis arbitrio per Iacob. Menoc. *de arbit. iud. lib. 2. centur. 4. casu 331. nu. 2. cum seq.* Adde Pract. Carter. *fol. mihi 94. col. 2. in fin.* Item ad commun. opin. adde per Diaz. *reg. 125. versic. sub limita secundo, in fin.* Giach.

z *Hoc certo iudicio meo*] Hoc prius fuit iudicium Decij *in c. At si clerici, nu. 122. de iud.* sed ego, quicquid alij distinguant, & inuoluant, ita dicerem, quod aut de confessione extraiudiciali cōstat solum per testes nihil habens aliud in contrarium confitens, quod maleficium tangat, & tunc possit reuocare, ad euitandam, aut præter confessionem aliqualia sunt indicia, & tunc reuocari non possit: faciunt adducta per Crau. *consil. 29. n. 2.* & melius, *consil. 161. sub n. 3.* quem allegaui sup. *in §. hæresis, versic. ad hoc autem:* prout etiam dicimus, quod voica tantum confessio sufficit ad condemnationem sine alia ratificatione, quæ tunc fit sufficiens ad condemnationem, vbi tamen aliter constet de delicto, & habetur ex Boss. *tit. de confess. n. 29.* & ita consulendo pertransiui in hoc casu difficili passu: licet etiam in simili dicitur de confitente delictum sub spe promissæ veniæ, de qua habetur infra *q. 55. vers. circa secundum, in fine.* Vide Gramm. *decis. 8. n. 9. ad medium:* Adde infra *q. 55. vers. sed pone*, vbi limitatur hoc dictum, si reus vult docere de confessione erronea, quia tunc non auditur, vt ibi: Et aduerte, quod sicut cōfessio extraiudicialis aggrauat cōfitentē, vt hic, ita eadem confessio eundem releuat modo, quo per Bat. *in l. Fulcinius, §. quod autem, ff. ex quib. caus. in possessionem eatur:* quem citat Alex. *consil. 127. sub n. 15. vol. 4.* Cur autem confessio incidenter facta aperiat tantum viam Iudici ad inquirendum, non autem ad torturam, sup. *q. 19. versi. vltimo*, vbi dixi. An autem confessio facta, in iudicio ciuili præiudicet criminali, vel è contra, inf. *q. 54. versic. penul. in fine.* Drog.

a *Obseruari*] Idem dicit infra *quæst. 55. in vltimis verbis.* Giach.

b *Sed hic quæro*] adde infra *q. 55. versi. si vero confessio, in principio.* Drog.

Sed hic quæro] Confessio facta coram iudice incompetenti an faciat indicia Farin. *q. 81. vol. 4. c. 1. nu. 50. 51. 52. & 53. & nu. 188. & nu. 206.* Ros.

134 *Sed hic quæro*] adde quod si per Iudicem omnia facta coram alio iudice vti incompetenti fuerint declarata nulla, & illa irritauit, & annullauit, & sic contra dictam confessionem pronunciatum fuit, ex hoc dicta confessio sic reuocata amplius confitenti nocere non potest, nec ad torquendum, ita tradit Rolan. *in consil. 21. n. 23. vol. 3.* & ibi late de confessione facta coram iudice incompetenti habetur, quando faciat indicium ad torturam, & quod confessio incidenter facta coram indice incom-
135 petenti non sufficit ad torquendum.

c *Quod sic*] Et ista est vera, & approbata Doctorum schola teste Rolan. *d. consi. 31. n. 8. lib. 1.* ad idem per pract. Carer *fol. 94. col. 2. versic. quia autem.* vbi relatiue, & an cogatur perseuerare coram competente. Item confessus de crimine extra iudicium quando puniatur, vide per Diaz. *sub ead. reg. 125.* Giach.

d *Hanc tamen*] Quid sit, quando est penitus incompetens, Farin. *d. q. 81. c. 6. nu. 207.* Ros.

f *Quando non metu tormentorum*] Inf. *q. 55. versi. Item posset allegare, ibi. quod tamen intelligendum est q. 46. versi. Nunc de gradibus, & versi. Debet quoq;*, vbi annotantur contrarietates in istis confessionibus, quæ dicuntur sponte factæ, licet præcedente tortura. *Drog.*

g *Deinde postquam fuit constitutus coram suo Iudice*] Inf. *q. 55. versi. fin. & versic. Præterea*, etiam vbi habetur similiter de duobus iudicibus. *Drog.*

h *Tenuit quod non*] adde, quod istam Bal. opi. secuti sunt quamplures alij Doctores, quos recenset Osasc. *eius decisio. 79. sub n. 25.* ex quibus forte dicere possumus communiter, sicut etiam adnotauimus supra in iudicio confessionis extraiudicialis, *versic. de errore.* Giach.

136 i *Sed contrarium in practica seruatur*] adde, quod confessione facta coram iudice incompetenti tenetur ipse reus illam cōfirmare coram competenti, & ex ea condemnari, & est communis opinio, vt per Bologn. *in consi. 8. n. 16. supra allegato.* Baiat.

k *Non sponte, sed metu tormentorum*] adde infra *q. 64. vers. sin autem reus, ibi, & si probaret terrorem*, durum est enim probare confessionem non fuisse sponte factam stante praua consuetudine, de qua inf. *q. 64. versi. debet quoq;* ibi solent cauti assessores, sed si eueniret casus, in quo velles probare confessionem factam fuisse metu tormentorum, recurre ad Dec. *in l. in omnibus, n. 7. cum seq. ff. de reg. iur.* Drog.

l *Sed hic cadit pulchra quæstio*] adde, † quod similiter confessio 137
facta coram Notario maleficiorum, absq; iudice facit indicium ad torturam, Bal. *in l. iubemus, n. 1. C. de liber. causa.* Baiat.

m *Tanquam priuato*] Farin. vbi supra *in verbo, sed hic quæro. f. 104.*

n *Vlterius quæro*] De confessione in tormentis, quę postea sit reuocata, idem Far. *tit. de indic. vol. 2. q. 38. n. 91. & 5. seqq.* Ros.

Vlterius quæro; Quid si reus] adde, quæ sit ratio, quod qui se- 138
mel confessus est in tormentis, si postea reuocat confessionem, potest repeti tormentum, per Affl. *in const. de hom. cland. nu. 45.* vbi plene.

Item adde, † quod iudicis arbitrio relinquitur, an confessio 139
reuocata faciat indicium sufficiens ad torturam, Dec. *in l. Magistratibus, nu. 10. ff. de iurisd. omn. iud.* & Menoch. *de arbitr. casu 270. nu. 4.* Baiar.

o *Quinimo si reus iterum positus*] Aliter tamen dicimus, quod confessio facta post tormenta, non dicitur facta metu tormentorum etiam in præsentia Iudicis sæuientis, inf. *q. 64. versi. Nunc de gradibus*, ibi talis confessio dicitur sponte facta, argumento eorum, quę dixit Mars. *rub. de fideiuss. n. 98.* His adde Hippolitum Riminal. *inter cons. criminal. diuers. 106. n. 15. part. 1.* Drog.

Quinimo si reus] adde, quod tortura non potest repeti vltra 140
tres vices diuersis temporibus, & si non confitetur, seu confessionem non ratificet, habentur indicia pro purgatis, ita tenet Paul. de Castr. *in consil. 299. visa inquisitione, vol. 1. in fine*, Mars. *in sua pract. crim. §. quoniam, n. 8.* Gram. *in cons. 21 & in voto 6. n. 17.* & si vltra tres vices torqueatur, dicitur tortura immoderata, vt ibi per eos, & Io. Ant. de Nig. *in c. 7. frequens, n. 50.* sed ego arbitror considerandum esse grauitatem delicti, qualitatem rei, & qualia præcesserint indicia, quæ possunt adeo esse vrgentia, vt quarto reus etiam torqueri poterit, & ita etiam videntur tenere Blan. & Carter. in locis hic citatis, & tandem si non ratificauerit, debet relaxari sub fideiussione de se repræsentando, vel absolui ab hactenus deductis, Chart. *in praxi interrog. reo. lib. 4. c. 1. num. 164.* Baiar.

p *Sed crederem*] Far. *d. num. 96.* Ros.

q *Absolueretur rebus stantibus*] adde inf. *q. 62. ver. forma autem absolutionis*, ceterum de tali absolutione rebus stantib. cachinatur, Alc. *in l. si calumniator, n. 57. vers. & imo hic errant, ff. de verb. sign.* vide Inf. *q. 57. versi. & hac quidem*, vbi habetur de absolutione, eo quod non constat de delicto, nec quod crimen, vel delictū aliquod commissum fuerit: Limita tamen præsentem regulam ratificandi † post tormēta vt hic; quando quis tortus fuisset ob eius confessionem extraiudicialē factam de delicto: de qua confes- 140
sione extraiudiciali habetur: supra *hac eadem quæst. versi. Confessio.* quia tunc si in tormentis confiteatur, non est opus alia ratificatione ex mente Findat. quem refert, & sequitur Fel. *in c. clim. coll. mihi 4. ext. de rescript.* & ibi Apostil. quem allegat Soc. *consil. 228. in causa Gabrielis, in 2. vol.* quicquid alias dixerit Blanc. contra Ias. *in suo tract. de indic. & tor. n. 208.* Ant. Gomes. *tit. de delic. c. 13. n. 8.* Nam ex quo confessio extraiudicialis, de qua appareat tam per testes, quam per eius confessionē, dicitur sponte facta, non requiritur alia confessio, nec alia expressio ratificatio. Boss. *tit. de confess. n. 2. & 16. & n. 59.* in confessum etenim nullæ sunt partes Iudicis, nisi in condēnando, *l. 1. ff. de confess.* alias recte sic dici nō posset, sed deberet dici, in confessū partes Iudicis sunt, vt ratificari faciat, quod etiam elicitur ex Menoc. *de arb. iud. lib. 1. q. 51. n. 8.* & eo maxime hic dicta procedunt, postquam certi sumus, quod etiā alias confessio † extra tormenta ad cautelā tantum ratificari solet, non quod sit necessaria Menoc. *d. tract. lib. 2. cent. 1. cas. 38. in prin.* vide infra *ad q. 55. versi. vnum tamen & q. 95. versi. finali*, demum distingue, vt ibi. Adde Mich. de Crassis *tract. commun. opin. in verbo, Confessio, q. 4.* vbi quod in iudicio facta non requirit ratificationem. *Drog.* 141

r *Minæ præcedentes*] De minis, vel iactationibus Farin. *vol. 2. quæst. 50.* Ros.

Minæ præcedentes] adde, quod odium præcedens, & minæ sequentes sufficiāt ad probationem indicij, quia quę non prosunt 141
singula, multa iuuant, & hoc procedit, licet inimicus talia facere consuetus nō sit, si n. esset consuetus, sola inimicitia faceret plenam probationem, ita tradit Crau. *consil. 35. nu. 3.* & quæ indicia contra minantem oriantur, Mascar. *de probat. concl. 1057. vol. 2.* & Menoc. *de præsump. q. 89. n. 65.* & quando offensus alium haberet 142
inimicum, tunc minæ non facerent indicium, secundum Casta. *in tract. de indic. c. 1. n. 17.* secundum Paris. *de synd. in ver. tortur. 4. c. 6. n. 3.* remittitur arbitrio iudicis, an minæ faciant iudicium ad torturam, quem sequitur Boss. *in loco hic allegato.*

Item adde, † quod minæ probantur per testes singulares, vt 143
Gram. *dec. 5. n. 15.* & Dominus Per. Ant. à Pet. *in tra. suo de fideic. q. 12.*

q.12.num.541.& licet Follet.in pract.crim.in versic. item, quod sororem venenauit,num.25.dicat hoc procedere,quando testes essent singulares ratione loci, vel temporis, secus vero si non concordarent de qualitate minarum, quia iudicio meo ista declaratio,siue restrictio non est vera,quia quando quis minatur, minæ non sunt semper vno modo,& eisdemmet verbis,sed potest esse, quod ad præsentiam vnius testis vno modo minatus fuerit, & ad præsentiam alterius alio modo, & quomodo tol-
144 latur tale indicium minatum vide Blanc. de indic. numero 183. Baiar.

f Nam si quidem sunt minæ prolatæ] adde infra quæst.60.versic.frequens, quomodo autem intelligantur verba ista ab aliquo prolata, lo me ne vendicarò, & vtrum sint minatoria, vide Alex. consil.188.num.7.volum.7. referente Crau. consil.151.sub num.18. quando liceat minantem occidere, vide Bal. in rub.C.quando liceat vniquiq.Drogh.

Nam si quidem] Farinac.d.q.50.num.1.& 10. vsque ad finem, Ros.

t Carer.in prac.] adde,atq; vide per eundem in §.homicidium 6 num.93.Giach.

u Blancus de indiciis] Nouell.in praxi,n.61.in verbo,Minæ,& iactatio, Mascar.concl.161.Ros.

x Subiici] Thesau.dec.24.n.3.& 9.Far.d.n.10.& 11.Ros.

145 y Pax seu transactio] adde an pax, vel transactio faciat indicium ad torturam Plot. in repet.l.si quando, §.54.nu.16.fol.279. vbi tenet,quod sic,si pretio fuerit facta; secus si gratis,idem tenuit Brun.in tract.de indic.& tortura par.1.q.3.n.17. & Marsil.in pract.crim.§.diligenter,n.178.ad hoc vide etiam Vulpell.in tra.de pace q.27.& late per Masc.in tract.de prob.concl.500.vol.1.

146 Item adde,quod si pater paciscitur pro crimine filij etiã mediante pecunia,quod non facit indicium contra filium, si ipse
147 non consensit, Corn.cons.300.in hac consultatione,vol.3.Afflict. in const.post citationem in fi.vbi dicit habuisse de facto,quem sequitur Io.Ant.de Nigr.in c.120.ad consultationem n.24. & similiter præsumptio non est contra accusatum,si consanguinei sui testium depositionem impediũt,Abb.in c.constitutus,de test.Bal. in l.1.vol.4.C.de seru.fug.& Cur.sen.consi.41.n.2.Baiard.

z Ad torturam] adde,atq; vide per Plot. in tract.de in lit iur. §.vltimo,n.16.Item vide pract.Car.sub n.1.3.v. de etiam Boss.ti. de pace,n.23.& fusius tit.de indi.& considera ante torturam. & Iaso. l.transigere col.fi.C.de transf.Giach.

a Et ideo cautela est] Nota pacis & reconciliationis modũ ad euitanda fisci retia,& adde quod talis pax apud nos fieri solet per Notarium stipulantem nomine cuiuscunque interest, vt inf.q. 58.vers.Dictum est.Capyc.decis.73 sub nu.2. An autem talis pax competat feminis,& quando,vide Dec.in l.femina,n.54.ff.de reg. iur.& d.q.58.vers.Sed quid si incor.& no.contra opinionem vulgatium,quod propter pacem;non tamen fiscus desistit à procedendo.Bal.in l.si quis in hoc,n.5.C.de episc.& cler.Drog.

148 Et ideo cautela est] adde alias tres cautelas. quibus paciscens sibi non præiudicat:prima est, vt pax,& concordia fiat iussu iudicis;secunda est, vt pax fiat gratis per pactum gratuitum;tertia est, vt reus expresse neget crimen commisisse, & non animo cõfitendi delictum,sed quod facit talem concordiam ad euitanda dispendia litis, Cæp.caut.240.& Brun.de indic.car.3.col.4.versic. quæro quid,& Ias.in l.transigere in fine,C.de transact. & notarius in caut.hic per D.Clarum,posita,quãdo stipulatur nomine quorum interest, debet ponere non animo confitendi delictum, secundum prædictos Doctores, vbi supra.Baiar.

b Quorum interest] adde,quod hanc cæteris meliorem inquit Ias. in l.transigere, col.fin. versic.aliam meliorem, C.de transa.& fuit cautela Alber.ibi.Giach.

c Mendacium,seu variatio,inconstantia,& titubatio] Quid de
149 testium vacillatione,& trepidatione:dic,quod debet scribi in actis,& tunc iudex potest illis testibus fidem non adhibere : sed talis causa debet inscribi in actis, ne postea teneatur iudex in syndicatu. Et quando testes dicantur vacillare, vel variare, vide de omnibus per Dec. in c.quoniam contra.de prob.nu.49.& 50. & not.ad materiam, inquit, quod talis vacillatio debet scribi præsente ipso teste; ne contradicere possit:quia pro tali vacillatione puniri potest saltem pœna extraordinaria.Item post Abb. inquit,quod notarius debet vacillationem scribere,quod iudex ita dicit:quod ita sit. Et non potest not.scribere vacillationem, nisi de consensu iudicis,alias non probaret,quia officium iudicis necessarium est in scribendo,vt per Dec.illic.Giach.

Mendacium] Thesaurum addas decis.24.nu.2.& 8. Far.q.52. n.2.& seqq.vbi de variatione,n.8.& seqq. de vacillatione, titubatione, trepidatione, tremore, pallore, timore. Ros.

149 Mendacium seu variatio] adde, quomodo probetur mendacium, Boss.tit.de indiciis,& tort.n.37.

150 Item adde,quod licet principalis varius non possit torqueri, tamen examinatus vti principalis quo ad se, & tanquam testis quo ad alios, prout communiter solet fieri per actuarios, & in eo,quod respicit socios fuerit varius vel conuictus per alios te-

stes,quod occultet veritatem, poterit torqueri, secundum Carau.in tit.79.in fin. requiritur tamen, vt seruentur ea, quæ seruari debent in tortura, quæ infertur reis inquisitis, secundum Foll.in pract.crim.in ver.capiat informationem, num.38. & quo ad principalem,quando est varius, siue contrarius in his, quæ non spectant ad eius defensionem, est torquendus, secundum Blanc.de indiciis, nu.269.

Item adde,perfectum non dici examen,siue negationem, si 151
in eodem constituto reus reuocauerit primum dictum cum rationis redditione Bal.in l.Presbyteri, C.de episc.& cler.& Ias.in l. lecta, ff.si cert.pet. & Bursat.in consil.79.nu.15. Quinimo habetur in decis.Pedem.76.n.17.quod reus potest corrigere dictum 152
suum,antequam conuincatur docto de errore.

Item adde,quod mendacium facit indicium,si fuerit tradita 153
copia mendacij cum termino ad purgandum Mars. in consil.51. num.71.

Item adde notab. distinctionem Blanc. in repet. l.fin. ff.de 154
quæstion.quem refert,& sequitur Rim.iun.consil.302 numer.16. vol.3.vbi quando mendacium faciat indicium ad torturam, & de hoc vide etiam Franc. Casson. in tract.de indiciis tract.9.cap. 2.& Crauet.consil.160.nu.5.& Natta in consil.41.nu.4.& consil. seq.& 499.vol.3. & Mascar. conclus.1040. vide etiam Vulpell. in consil.109.nu.8.vbi dicit, quod mendacium etiam à remotis 155
ad indicium faciendum,prodest,& Gramm.in consil.17 num.9. de eo,qui negauerat comedisse domi alicuius.& quando mendacium est valde substantiale de per se,est indicium sufficiens 156
ad torturam, Alb.consil.65.n.31. & deprehensus in mendacio, 157
quomodo fuerit de delicto, statim potest torqueri.Iacob. Nouell.in tract.suo n.2.& 18.Baiar.

d Et eam, quæ oritur ex mendacio] Infra q.90.versi. Aut vero in fin.vide tex.in l.2.C.de reb.cred.Drog.

Substantialia] Quinimmo iunctis aliis indiciis, ita communiter tenetur,vti habetur abunde per Osasc.decisio.79.sub num. 17.Item hic aduerte,quod variationes factæ circa factum principale non nocent inquisito, vbi sunt factæ super inquisitione inepta,& inualida,vt ex pluribus plene probat Rol.consil.3.col. fin.lib.3.Giach.

e Mendacium] adde tu, quod hanc communem etiam vltra Osasc.vbi sup.dixit Nat.noster cons.499.n.7. ex Gram.d.vot.30. & de vtroque vide per Rol.consil.14.n.19.lib.4.Giach.

f Num.119.] Vide Alciat.consil.18.n.5.lib.7.Ros.

g Ego vero] Contra Clarum tenet Far.vbi sup.nu.9.Ros.

h Negotis] adde,quod alias non nocet, vt per Natt.cons.41.n. 4.& consil.43.col.2.& per Crauett.consil.260.post num.5.versic.2. vbi alios allegat, & num.6. respondet, quod variatio consideratur,quando est dolosa,non autem si sit per errorem : & paulo inferius etiam dicit,variatione indicium,ad torturam fieri non posse, nisi prius constet commissum esse flagitium, quæ not. Item quod variationes non faciant indicium ad torturam, quando principaliter variatio non est circa factum, sed circa circumstantias,& qualitatem delicti, habetur etiam plene per Rolan.eius consil.3.n.53.Giach.

i Tutius] Vide Nat.cons.499.lib.7.Ros.

k Cæterum] Far.d.q.52.n.44.& seqq.Ros.

l Multi enim sunt adeo] adde Infr.q.64.versic.fin.ibi, caueant tamen; & ibi,multi enim innocentes; In casu tamen,quod reus titubaret,pro qua titubatione se fundaret Iudex,excipiat Aduocatus; Magnitudine periculi,nõ conscientia peccati reum commoueri; Ad Heren.lib.2. vers.Consecutio,ad fin. argumento eorum,quæ dixi supra hac eadem quæstione, versi.Fuga. per Blan. repet.l.fin.num.44. ff.de quæst. An autem petens misericordiam à Iudice videatur fateri delictum? Quod non, Menoc.de Arbi. Iud.lib.2.q.7.sub num.37. In teste tamen trepidatio,& pallidiras coram Iudice non minuit fidem, iuxt.Fel.in cap.pastoralis,§.quia vero,col.mihi 7.de offic.deleg.Drog.

m Subiicere] Vulp.71.nu.6.Ros.

n Si aliquis] Far.d.q.52.n.50.cum seqq.Ros.

o Ad condemnationem] adde, quod doctores appellant hoc indicium indubitatum, & istud exemplum fuit D.Thomæ de Piperata,qui etiam alia ponit exempla, de quibus vide per Iacobinum de S.Georg in l.eum probatio col.1.ff.de probatio & omnino col.fin.Item indicium indubitatum quod dicatur, vide per pract.Car.pag.72.col.2.in fin. & p.seq.col.1. vbi etiam citat Doctor.ponentes exempla alia indicij indubitati. Giach.

Ad condemnationem] adde,quod tale indicium dicitur indubitatum, & indicium indubitatum dicitur, & diffinitur,quod 158
sit demonstratio rei per signa sufficientia,per quæ animus in aliquo tãquam in existente quiescit,& plus inuestigare non curat l.indicia,C.de rei vend. & ita diffinit Bal.in l.eos quidem,col.2. C. de accus. Brun.in tract.de ind.4.q.prin.2.exemplo,vbi etiã ponit exempla indiciorum indubitatorum, & Paul.Grillan. in rubr.de indi.& præsumpt.ad condem. vide etiam per Iac.de S.Georg in l. eum probatio,col.1.& fin.ff.de prob. & si vxor reperiatur mortua mane,quæ sero erat sana,ex quibusdam percussionibus sibi illa- 159

tis, an præsumatur à marito interfecta, cum ea cubante nullis in camera, aut domo præter eum existentibus, si prius ab eodem male tractabatur, late Boer. *in decis.*261. vbi concludit, quod maritus est torquendus. *Baiar.*

p *Ego in practica semper vidi*] Remoue arbitrium in graui, & ardua causa Iudici concessum, vt hic, per probationes in contrarium modo, quo inf. *q.5.vers.arbitrio atq; balya*; per Brun. *Trac. de indic. & tort.q.91.primæ partis, n.2.* At quomodo procedendũ sit in arbitrio remouendo, inf. *q.64.versi.dixi etiam ibi, caueant tamen*; est enim minus quam sit possibile tribuendum Iudici: docet enim experientia arbitraria Iudicum sæpius in malo versati; vt per Illustrem Senatorem Pet. Ant. Petram Placent. *Tract.suo de prohib.fideicom.in prin.nu.9.* ex Bal. *in c.si.n.7.in fin.extr.de rescript.* vbi alleg. Arist. 1. *Reth.* Nota ergo in proposito multa quæ Iudici non sunt arbitraria, videlicet pœna à consuetudine sancita. Menoch. *de arbitr.iud.li.1.q.14.n.7.* Idem quando quid est à lege determinatum. Menoch. vbi sup. *lib.2.cent.1.cas.87.sub nu.10.* Plot. *in l.si quando, §.48.ad fin.* Tiraq. *de pœn.leg.in Præf.n.65.* Quo casu pulchrum est videre apud Cic. *in orat.pro Sexto Roscio Comedo.Tom.*1. aliud est Iudicium, aliud est arbitrium: Iudicium est pecuniæ certæ arbitrium incertæ; ad Iudicium hoc modo venimus, vt totam litem aut obtineamus, aut amittamus, ad arbitrium hoc animo adimus, vt neque nihil, neque tantum. Deinde sequitur, Quid est Iudicio? directum, asperum, simplex, Quid est in arbitrio; mite moderatum, quãtum æquius, & melius sit dari. Item quando vocabuli significatio à iure scripto sumitur Menoc. vbi supra *lib.2.centur.2.cas.199 in fine.* Item cessat arbitrium alias Iudici datum cum nulla adest pœna, nec delictum; modo, quo per Menoch. *d.cent.4.cas.354. sub nu.*38. vide Felin. *in capi. Nonnulli col.mihi 32.de Rescript.* vbi quod in causa boni publici cessat arbitrium, *& in cap.inter cæteras, coll mihi 5.versi.* Quinta restrictio, *& vers.per quem text.* dicit Bal. *in l.quicunq; C.de ser. fug. & in c.sunt, & alii, coll.17. versic.sed huic opinioni, tex.de rescript.* cæterum quæ dicuntur in hoc vers. magis pertinent ad oratoriam artem, quam aliter vide ad Heren. *libr.4.vers.frequentatio*, & in his terminis *de Inuent.lib.1.versi.omnis*, demonstratiua, & clarius *in Topicis, versi.ab adiunctis ibi, est igitur magna ex parte*, locus hic oratorius, non modo Iurisconsultorum, sed ne Philosophorum quidem, *fol.mihi* 92. Et an talis exitus cum gladio sanguinolento probari debeat per vnum testem, an vero per duos, vide Alexan. concludentem, quod per duos, *consil.138.sub nu.4.vol.6.* Matth. Ficilianus *inter consil. criminalia diuers.consil.47.n.21.par.1.* Menoch. *de arb.iud.lib.2.cent.3.cas.270.num.19.* idem Alex. *consil.14.sub n.1.vol.5.* vbi habetur, quomodo talis exiens faciat indicium necessarium. *Drog.*

q *Extraordinaria*] adde, ac plene vide hoc per Car. *in pract. cri.§.homic.c.vltimo, sub n.19.* Giach.

160 r *Si res furata reperiatur penes aliquem*] Item, quod possessor rei furtiuæ teneatur ex voluntate in iudicio nominare authorem suum, si vult euitare suspicionem, quæ ab omni bono viro debet esse aliena: legitur, atque notatur *in l.inciuile est, C.de*
161 *furt.& seru corrupto.* Giach.

Si res furata reperiatur penes aliquem] adde omnino videndũ Dec. *in cons.39.per totum vol.1.* vbi latissime an si res furtiua fuerit in domo alicuius reperta, dominus illius domus dicatur in culpa, & conscius furti, & an quod ibi repertum sit credatur vnico testi, & an propter hoc ille dominus poni possit ad torturam, & condemnari; vide etiam omnino Menoc. *de præsumpt.præsumpt.29.* vbi multum diffuse habetur de huiusmodi præsumpt. & vide quæ posui supra *in §.furtum, versic.nunquid. Baiar.*

ſ *Modo ille*] Vide supra *in §.furtum, vers.nunquid ille.* Ros.

162 t *Oriri posset ad materiam*] adde, quod ex conuersatione malorum, multum mouetur animus Iudicis circa indicium ad torturam per Crau. *consil.220.nu.12.per totum.Giach.*

QVÆSTIO XXII.

Quomodo indicia legitime probentur.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Indicia quomodo probentur.*
2 *Et an per vnum testem*, ibid.
3 *Et quid si non sit omni exceptione maior.*
3 *Et quid si cognouit tantummodo ad vocem, nunquid.*

Ex Additionibus.

*1 *Oculus certior est auribus.*
1 *Indicia quomodo probentur, remiss.*
2 *Testis vnicus quomodo probet, vel faciat indiciũ, remiss.*
3 *Testis vnicus deponẽs de aliquo actu proximo, vel remoto, ipsi maleficio facit aliqualem præsumptionem.*
4 *Testes singulares quomodo iungantur ad faciendum probationem, & indicium ad torturam, remissiue.*
5 *Indicium remotum debet probari per duos testes.*
6 *Testes plures singulariter deponentes nõ faciunt indiciũ.*
7 *Præsumptiones plures, an & quando coniungantur.*
8 *Testes in facto concordes, sed in tempore discordes, vel non recordantes faciunt indicium ad torturam.*
9 *Testis præsumitur omni exceptione maior. Lim nisi qualitas hæc à statuto requireretur, tunc enim esset probanda.*
10 *Testes duo nõ omni exceptiõe maiores habẽtur loco vnius.*
11 *Testes duo non omni exceptione maiores, an plene probent, iudicis arbitrio remittitur.*
12 *Testes non integri non probant.*

VIsum *a* est, quæ sint species indiciorum: quæro a
nunc, qualiter indicia ipsa probentur. Resp. Ioan. 1
de Amicis, cons.127.n.10. dicit, quod est indubitata in jure conclusio, quod quilibet indicium, *b* seu adminicu- b
lum, maxime si sit remotum à facto, quamuis minimum, & leue facientes ad causam, de qua agitur, ad hoc, ut de eo mentio, & ratio habeatur, de necessitate debet saltem per duos testes *c* probari. Et subdit, quod in ista c
conclusione non legit aliquem contradictorem. Hæc a. conclusio sumpta est ex vulgata Gl. *in l.fin.in verbo, vel indiciis, C.fam.herc.* quam sequuntur com Doct. ut dicit Ang. de Castro *inter crim. diuersorum, cons.64.num.26. lib.1.* Illam etiam dicit esse communiter approbatam Soc. *cons.54.nu.2.lib.4.* Et dicit Michellus *patrocinio 46. post nu.33.* quod illam Gl. passim Doct. sequuntur. Alia autem est Gl. *in l. si quis, in verbo, conuictus, C.ad l.Iul. maiestat.* quæ videtur velle, quod per unum testem reus dicatur conuictus, saltem semiplenè, & sic, quod dictum unius testis sit sufficiens ad torturam. Et hanc Gl. dicit esse communiter approbatam Boer. *decis.63.n.3.* & Gul. de Bened. *in 1.parte repet.c.Rayn.verbo, Adiectæ impuberi, nu.34.* licet dicant, quod ex ordinamentis, & stylo curiarum Franciæ contrarium seruatur: quod non aduertit Siman. qui Gul. refert *in tract.de hær.c.93.num.12.* tanquam de jure communi loquentem, Plac. *li.1.delictorum, c.47.post n.18.vers.11.libet* Breuiter tu dic, quod aut adest unus testis de veritate deponens de ipsomet delicto, puta, quia vidit Titium vulnerantem Seium, ut audiuit Sempronium blasphemantem: *d* & tunc talis testis facit d
indicium ad torturam: & ita procedit Gl. *in d.l.si quis:* & ita etiam dicit communiter approbari Rol. *cons.7.n.3. lib.1.* ita etiam communiter seruari in judiciis attestatur Alb. *in d.l.si quis, n.1.* Et dicit Cæpol. *consil.crim.40.in 4. dubio, ver. imo plus*, quod ita tenent communiter Doct. Et dicit Paris Put. *de synd.fol.491.ca.12.in princ.* quod ita communiter dicitur. Aut vero testis non deponit de visu ipsius maleficij, sed de aliquo actu vel remoto, vel etiam proximo ipsi maleficio: & tunc talis testis non facit indicium ad torturam, sed requiruntur duo testes ad ipsum indicium probandum: & ita procedit Gl. *in d.c. fin.* & ita eam dicit communiter approbari Soc. *cons.54. n.2.li.3.* Mars. *cons.59.n.6.* Et hanc distinctionẽ dicit esse canonizatam in judiciis, & in scholis Alci, *cons.445.n.1.*

Vnum *e* tamen scias, quod ad hoc ut dictum unius 3
testis faciat indicium ad torturam, requiritur, quod sit e
integer, & omni exceptione major: alias autem unus testis nunquam facit indicium ad torturam. Ita dicit Batt. *in l.maritus, n.1.ff de qua.* & ita concludunt omnes, ut dicit Io. de Amicis *cons.57.n.6.* Mars. *cons.101.num.37.* Vide quæ dixi supra q.proxima *vers.Vnus testis.*

Sed nunquid testis non deponens de visu, sed dicens 4
cognouisse delinquentem ad vocem, facit sufficiens judiciũ ad torturã? Dixi sup. *q.proxima, ver.sed quid si testis.*

AD-

ADDITIONES

Ad Quæst. XXII.

a *Visum est*] addè, quomodo probentur Indicia, Hyppolitus
Riminaldus *sen. inter consil. crimin. diuers. consil.* 105. per to-
tum, & quid iuris, si probentur Indicia per vnum testem? quid
si per duos? vnus tamen testis omni exceptione maior facit in-
dicium sufficiens ad Torturam, si de visu deponat: Duo tamen
testes requiruntur cum deponunt aliter, quam de visu, cum iure
1 † certior sit oculus, infr. *q.64. versic. debet autem Iudex*, ibi puta
si audit tantum vnus testis, & dixi supr. *qu.21. versic. vnus testis,
in principio*, quando tamen vnicus tantum testis facit indicium,
proba semper illum non esse integrum, si potes, vt euites tortu-
ram, *d. qu. 1. versic. 1.* ibi frequens etiam, & quomodo procedat,
quod quilibet præsumatur bonus, & integer nisi contrarium
probetur, vide Boer. *decisio. 18. ad fin.* Glos. *in capitul. ex parte in
verb. æstimare de serui. in ord. faciendo*; videtur tamen contra-
rium infra *q.64. versic. sed quæro, in fi.* vbi quod imo vnum In-
dicium etiam remotum videtur sufficere; Dic vnum Indicium
etiam remotum à maleficio sufficere ad torturam, vt ibi, pro-
bari tamen debet per duos testes, vt hic, Confessio namque ex-
traiudicialis est quid remotum à maleficio, tamen ad hoc, vt
faciat indicium ad torturam, non sufficit illam probari per
vnum, vel plures testes singulares: Concordat Aym. Crau. *tract.
de antiqu. temp. part. 4. versic. sed enim, n. 25.* Blanc. *repet. l. fin. n. 47.
ff. de quæstion. supra qu. 21. versic. Confessio extraiudicialis*: Hinc
est, ni fallor, vt credam male sensisse Menoch. *d. tractat. de arb.
iud lib. 2. cent. 4. cas. 303. sub nu. 7.* videlicet parem vim habere
confessionem extraiudicialem cum judiciali etiam quoad
condemnationem, quando est testibus probata: Nam solum
indicium facit, vt hic, non autem probationem plenam, & con-
trarium statim dixit idem Menoch *d. tract. lib. 2. cent. 4. cas. 351.
in princ.* nisi forte *in d. casu* 303. loquatur in casu probatæ con-
fessionis ad iactantiam, de qua *dicto casu 231. in fin.* Indicia quæ-
dam particularia, vide apud Crau. *consil.* 178. Diog.

1 *Visum est*] adde videndum † ad hanc quæstionem quomodo
probentur indicia, Mascar *d. tract. de prob. concl.* 894. *vol. 2.* & an
2 testis † vnicus faciat indicium ad torturam Gabr. tun. *concl. 1.
n. 71.* & in dicta conclusione ponit multas ampliationes, & li-
mitationes, quando testis vnicus plene probet, & etiam Lan-
cellot. Conta. *in sua pract. c. dicta testium assumendo nu. 5.* ponit
triginta quinque casus, in quibus secundum eum vnico testi
plene creditur, vide Mascar. *de probat. concl. 5. n. 118.* *Batard.*

b *Indicium seu adminiculum*] Marl. *consil. 18. num. 11.* Ros.

c *Probari*] & hanc esse communem opin. dicit Apostilat. ad
Alex. *consil. 5. n. 4. lib. 1.* & de materia vide bursat. *consil. 38. nu. 2.*
vbi quod indicium etiam de propinquo duobus testibus omni
exceptione maioribus probari debet. *Guiot.*

d *Et tunc talis testis facit indicium ad torturam.*] adde, quod
3 ille † testis facit aliquem præsumptionem, secundum Fulgos.
in leg. fin. ff. de quæst. quem refert, & sequitur Brun. *in tract. de in-
dic. quæst. 2. princ. parte 2. n. 5.* vide etiam Blanc. *in d. l. fi. nu. 366.*
4 vbi plene, quod probent testes singulares, & † quando con-
iungantur ad faciendum probationem, & indicium ad tortu-
ram, Gramm. *consil. 15. num. 6.* & Vulpell. *consil. 109. num. 1. &
5 consil. 39. num. 11.* dicit, quod licet † indicium remotum debeat
probari per duos testes, tamen quod plures testes deponentes
singulariter de singulis indiciis, probant plures præsumptio-
nes, quæ faciunt indicium ad torturam, quoniam quæ non sin-
6 gula prosunt, multa collecta iuuant. Natt. *consil 369. in fin.* Gi-
gas *in tract de crimin. læsæ maiestatis lib. 2. tit. quomodo*, & per
quem *quæst. 25. in fi.* Gramm. *consil. 57. col. pen.* Paris *consil 57. col. 1.*
Rimin. iun. *consil. 359. n. 4. vol. 4.* & Excellentiss. Dominus Petr.
Anton. à Petra *in suo tract. de fideicom. quæst. 12. num. 520. & se-
7 quen.* † & licet in coniunctione præsumptionum, seu indicio-
rum debeant singula indicia, & præsumptiones esse in suo ge-
nere perfecte probata, hoc tamen intelligendum est, vt requi-
ratur ad condemnandum, non autem ad torquendum, ita re-
spondit Annal. Albert. *in tract. de agnoscen. assert cathol. & hæret.
quæst. 25. n. 20.*

8 Item adde, quod † in facto concordes, sed in tempore dis-
cordes, vel non recordantes, faciunt indicium ad torturam, se-
cundum Angel. *in col. 3. num. 3.* Baiar.

9 e *Vnum tamen scias*] Adde videnda, quæ posui supra qu.
proxima in vers. vnus testis, & si extaret statutum requirens
testem omni exceptione maiorem, tunc non præsumitur talis,
nisi probaretur; secus autem si à statuto talis qualitas non es-
set requisita, quia eo casu de iure communi præsumeretur
omni exceptione maior, ita Alciat. *de præsumpt. reg. 3. præsumpt.
2. num. 11.* & per totam, & latissime per Mascar. *de probat. in con-
clus. 1248. num. 12. vol. 3.*

10 Item adde, † quod duo testes non omni exceptione maiores
saltem habentur loco vnius testis, secundum Imol. *in l. qui te-
stamento, de testam.* & Calcan. *cons. 109. col. 2. vers. præterea dico*,
sed Ang. *in consil. 118.* videtur velle contrarium, & Alex. *in con-
sil. 131. col. 6.* tenet, quod † duo testes non omni exceptione ma- 11
iores non probant plene. Aret. autem, & Fel. *in c. licet vniuersis,
de testi.* dicunt esse in arbitrio judicis; tamen aduerte, quod
licet sit in arbitrio judicis, nihilominus, quando non † sunt in- 12
tegri testes, judex non debet arbitrari, quod duo testes suffi-
ciant, vt dicit Corn. *consil. 55. in fine, vol. 4.* *Baiar.*

QVÆSTIO XXIII.

Quis modus in assumendis indiciis seruandus sit.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Indicia à quibus personis sumi debeant.*
2 *Et an ad ea sumenda debeat pars citari.*
3 *Et an sint danda interrogatoria testibus à reo.*

Ex Additionibus.

1 *Testium depositiones quomodo sint scribendæ in Regno Neapolit.*
2 *Testes debent examinari separatim de iure diuino.*
3 *Testes sunt interrogandi de causa scientiæ, aliter non probant.*

QVæro *a* postquam est aperta via iudici ad inqui- a
rendum, à quibus personis debeat sumere indi- 1
cia, siue informationes? Resp. Siquidem pars in querela, aut consul in denunciatione nominauerit aliquos, tanquam de ipso delicto informationes, prout communiter fieri consueuit, ut dixi supra *quæst. 7. vers. quæro nunc*, tunc eorum dicta ante omnia recipi debent, sin minus examinandi sunt illi, qui verisimiliter possunt esse informati, puta, vicini, secundum practicam, quam
docet Bart. *in l. fin. post nu. 2. ff de quæstio.* *b* Debet autem b
iudex in hoc caute ambulare, quia sæpenumero delinquentes, seu agentes pro eis contrahunt secreto pacem cum offensis, & deinde faciunt, quod ipsi, vel alij eorum nomine subministrant testes, quod eorum attestationibus destruunt intentionem fisci. An autem verum, vel falsum deponant, Deus scit. Et ita solere aliquando practicari admonet Blancus *in pract. crimin. fol. 22. post num. 56.* Propterea forte bonum esset; quod iudex, vel notarius, qui recipiunt testes super delicto, prius ab eis oretenus intelligerent breuiter seriem facti, quam eorum dicta in scriptis redigerent. Et vbi cognoscerent, quod affectarent defensionem rei, possent eos diligentius interrogare, perscrutando à quibus fuissent vocati, aut instructi, aut cum quibus locuti fuissent, antequam deponerent, & similia, cogendo etiam eos ad fideiubendum, ut ipsi iudici viderentur de subornatione suspecti. Et hoc maxime, quando tales testes superueniunt post iam fundatam intentionem
fisci. Quod nota, quia aliquando vidi *c* super hoc fieri c
egregias imposturas iudicibus non indoctis, neque in- d
expertis. Non autem probo, imo detestor quandam practicam, quam seruant multi iudices, & notarij parum timentes Deum, qui dum recipiunt, & scriptis redigunt dicta testium deponentium ad informationem curiæ, scribunt tantummodo ea, quæ faciunt pro fisco: Et si testis aliquid dicat, quod exgrauet delinquentem,
omittunt illud scribere: *e* Male enim faciunt, quia debent e
veritatem inuestigare tam pro fisco, quam contra fiscum, neque aliquid omittere. Sed vbi testis esset suspectus, bene potest (ut dixi) iudex illum interrogare de subornatione, & facere quod de hac suspicione in actis

o *Vt sola fama sufficeret*] Farin.sup.n.11.Ros.

12 p *Sed pone, quod reus*] adde, quod hoc procedit, ... itaque sit probata in genere, vel in specie, quia si vna in genere, alia in specie, præualet illa, quæ fuit probata in specie, Alex. *in consil.* 77.vol.1. & Curt.*consil.*55.*& decisio.Pedem.*79.*nu.*54. est verum, quod licet non tollat, & non præualeat, tamen elidet, Bal. *in l.*2. *C.de falsis*. Et aduertas, quod fama bona præualet malæ, quando non adest aliud indicium contra reum: secus vero, si adest, Gand. *in tract. de præsump. num.*15. vbi plene examinat quæstionem, quando fuit commissum delictum, & statim inculpatus Titius, & diffamatus, & pro eo fuit probata bona fama, an sit torquendus. *Baiard.*

q *Quæst.*60.*versic.frequens etiam*] Infr. *quæ.*60.*versic.frequens* concluditur, quod probatio bonę famæ prodest, quando ex mala tantum fama indicatur reus; secus, cum vltra famam aliquod adest indicium, vel adminiculum: quid ergo si fama hæc sit informis? vt puta, quia in processu informatiuo appareat probata fama de delicto, pro quo inquiritur: reus autem in processu defensiuo probauerit de bona voce sua, & fama sine qualitatibus tamen à iure requisitis ad probãdam famam, de quibus abunde supra *quæst.*6.*versic. Illud tamen, cum pluribus sequentibus*: dic, quod tunc numerus testium copiosior præualet modo, quo per Soci.*consil.*54.*sub nu.*13.*vol.*3. Gramm.*consil.*57.*nu.*19. Boss.*de indic.nu.*69. quid autem si diffamatio, siue mala fama de delicto contra aliquem dicatur, & probetur habuisse initium, post delationem de ea in iudicio factam? Dic, vt per Bart. *in l.de minore, §.in plurium* (qui in materia famæ semper allegari solet) *num.* 16.*ff.de q.* Videtur enim tunc per talem delationem probata fama, vt per Felin. *in c.cum contingat post principium de rescript.* & nota semper quando fama non probatur cum illis qualitatibus requisitis per Bart. vbi supra, tamen numerus testium informiter super ea deponentium supplet, Boss. vbi sup. *d.num.*69. & de fama in genere, & specie probatã, Boss. ibidem, *num.*83. differt autem fama à rumore, per Alexan.*consil.*115.*nu.*16.*cum sequ.lib.*4. dixi sup. *ad q.*20.*versic.*1.*ad fin.* ... vere, & proprie loquendo cum in his, quæ spectant ad probandam famam, multa requirantur, vt per Bart. *in d.l.de minore, §.plurium*, illa adaptari non possunt rumori, qui proprie intelligitur, cum valde remotus sit, & distans à loco, in quo oritur fama; Vnde legitur *in* 3.*Reg.cap.* 3. Maior est Sapientia tua, quem rumor, quem audiui, de voce vana populi, quæ exaudiri non debet, vide tex. *in l.decurionum, C.de pœnis*. Drogh.

r *Modo illa fama sit in eodem genere delicti*] adde inf. *qu.*64. *vers. Dixi etiam.ibi, quia saltem*, vbi contrarium videtur, quia ex solo, quod alias quis deliquerit, non potest reus torqueri, esset enim dare nimis laxas habenas iudicibus, vt ibidem. *Drogh.*

Modo illa fama] Far.*d.q.*47.*n.*105.Ros.

ſ *Ceterum si delicta*] Far. *q.*23.*de qua in n.*31.*& q.*47.*nu.*104. *tit.de delict.q.*23.*n.*27.*vol.*1.Ros.

13 t *Vnus testis*] Vnicus testis quomodo indicium faciat, Farin. *q.*63.*volum.*2.*cap.*1.*num.*51.52. *&* 53.*& num.*1. firmat regulam, quod vnicus non probat *cum* 8.*ampliatio. &* 18. *limitationibus, & num.*207.*cap.*4. quid in facto proprio, & quid ad torturam. idem Far.*q.*36.*vol.*1.*n.*118.*& seq.*Ros.

Vnus testis deponens de maleficio] adde, quod Blanc. *in repet.l. fi.ff.de quæst.num.*316.*cum sequ.* multum notabiliter dicit, & declarat, quod sufficit, quod testis sit integer, & idoneus, id est, quod non repellatur à iure, & non requiratur, quod sit omni exceptione maior.

14 Item adde, esto, quod requiratur ista qualitas, quod sit omni exceptione maior, hoc non procedere, quando aliter veritas haberi non potest secundum Franc. Cason. *in tract. de indic. & torment.tract.*10.*cap.*1.*n.*12.

15 Item adde, quod non requiritur, quod sit omni exceptione maior, quando Iudex habet arbitrium, tam in procedendo, quã in sententiando, vel quod possit procedere, sola facti veritate inspecta, Alex.*consil.*65.*num.*9.*vol.*1. Gramm.*decisio.*34.*num.*31.& Boss.*in tit.de indic.& consid.num.*12.*& ibi num.*14. dicit, quod prædicta conclusio fallit, vbi testis non omnino integer coadiuuatur aliis adminiculis.

Item adde, quod faceret indicium ad torturam, etiam quod non esset omni exceptione maior, si concurreret leuitas vitæ rei, Caret.*in l.obseruare curabis, num.*110. & Plot.*in l.si quando, num.*819.

Item adde, quod licet in delictis exceptis admittantur inhabiles, vt in crimine lęsæ maiestatis, vel simoniæ, tamen non sufficeret vnus testis ad torturam; secundum Alex. *consil.*11.*lib.*1. Marsil.*consil.*101.*incip.Illumina quæso*; *& in pract.crim.in §.diligenter, num.*5.6.

16 Item adde, quod vnus testis, omni exceptione maior facit indicium ad torturam, dummodo aliæ circunstantiæ non resistãt, Blanc.*in repet.l.fi.ff.de quæst.num.*314.& Carrer.*in l.obseruare, n.* 110.*circa med.* Gramm.*consil.*52.*nu.*6. & Marsil.*in pract.criminali, in versic.diligenter, in princ.*

Item adde, quod in Francia per Constan.B.Ludouici *in tit.de quæstion.honesta persona, vel bona fama*, etiam si sint pauperes ad 17 dictum vnius testis subjicit tormentis non possunt, & ita in illa Curia Franciæ de stylo seruatur, vt affirmat Boer. *in decisio.*163. *num.*3.

Item adde, quod si ex forma statuti, vel legis deberet stari in- 18 diciis, quantum ad plenam probationem, indicium vnius testis de visu, & omni exceptione maioris non sufficeret, sed esset necesse, quod probaretur per duos testes, Mars. *in sing.*269. alias dixi, *& in prac.crim.* *diligenter, n.*4.*circa med.*

Item adde, quod fœmina non facit indicium ad torturam, 19 quando est habilita per statutum secundum Catald. in quodam suo cons. prout refert Firmian. *in verb fœmina*, sed in statu Ecclesiastico attestationibus mulierum, plena fides in causis criminalibus adhibetur, vt per Constitut. March. *lib.*4.*cap.*17. Baiar.

u *Omni exceptione maior*] Quis autem sit testis integer, & 20 omni exceptione maior, infra *quæst.*24.*versic.Quaro modo*: quomodo autem probentur indicia per vnum testem tantum, vide Crauet.*consil.*16.*sub num.*12. *versic.in qua re considero*; adde hic ad formandum indicium per vnum testem, quod talis testis debet esse maior omni exceptione Crauet.*consil.*36.*num.*19.*consil.* 244.*sub n.*8. Drogh.

Omni exceptione maior] Vide plene Rolan.*in consil.*3.*num.*38. *consil.*37.*num.*9.*lib.*3.& Crauet.*consil.*9.*num.*11. testes autem omni exceptione maiores dicuntur, vbi contra eos nihil opponi potest, nec defectus, vt plene per Caret.*in pract.nu.*165. Et aduerte, quia ista qualitas debet articulari, & probari, vide per Rol. *consil.*50.*n.*17.*lib.*2.& Dec.*consil.*37.*col.*4. Drogh.

x *Et huiusmodi testis*] Infra *q.*58. *versic. Dixi etiam.* vbi seipsum hic allegat: quid autem si testis non integer, confirmet dictum suum in tormentis? Vide supra *in §.falsum, versic.subornans.* Hoc autem limita, quando aliter nec actu nec potentia veritas haberi potest, *infra quæst.*14. *versic.sciendum est, in fine*, & de dicto vnius testes tantum, vide per Menoch.*de arbit.iud. lib.*2.*cent.*1. *casu* 92.*sub numer.*9. Nemo enim tam sanctæ, & inculpatæ vitæ existit, vt illius assertioni ad condemnationem credendum sit, etiam si is Cato foret, vt fuit Prouerbium apud Romanos; sic legitur in Plutarcho *super vita Catonis Vticensis* & dixit Cicero *in oratione pro Sexto Roscio tomo primo*; Aphricanus, qui suo cognomine declarat tertiam partem orbis terrarum se subegisse, tamen si res sua ageretur, testimonium non diceret. An autem dictum testis deponẽtis de auditu super iis, quæ principaliter spectant ad visum, probet, vt est infra versic.sequenti: Dic, quod sic, dummodo sensus auditus non sit omnino improportionabilis actui visus, nec è contra, vt per Alex.*consil.*24. *sub nu.*10.*ad medium volum.*1. vnico tamen testi de facto suo deponenti etiam in alterius præiudicium pia statur fides, practic.Pap.*in for.lib.opp.contra test.* in Gloss. *ac etiam varij, numer.*5. Mars.*in practic.criminali, §.diligenter, numer.*19. Alexan. *consil.*177.*sub numer.*5. *volum.*7. *consil.*77.*numer.*10. *volum.*1. & cur hoc sit, vt vnico tantum testi de facto proprio deponenti sic credatur, dixi infra *ad quæst.*24. *versic.quaro nunquid*; vbi allegaui Eusebium, quam opinionem, vt veram approbant moderni, vt per Horat.Luci. *consil.*161.*num.*41.*inter consil.diuers.tom.* 1.Non.*consil.*79.*num.*10. Bursat.*consil.*10.*num.*23. *volu.*1.*consil.* 152.*num.*46.*volum.*2. Imo etiam legitur, quod persuadentes præsumptiones cum vno teste concludunt Iudici, Aym.Crauet. *consil.*95.*sub num.*6.*consil.*73.*num.*23. *& num.*30. vbi tamen vide: Hæc autem omnia intelligi sub moderamine, de quo per Fuluium Pàccianum alioquin Clari objurgatorem, *in tractat.de prob.lib.*1.*cap.*48.*num.*38. vbi vide plura in hac materia, vide apud Antonium Gabriel.*commun.opin. libr.*1.*de testibus conclus.*1. Drogh.

y *Ad torturam*] adde, quibus casibus vnus testis faciat indicium ad torturam per Campeg. *tract. de testibus regul.*365. Giach.

z *Quam tamen intellige*] Item intellige, atque vide fusius per pract.Caret.*pag.mihi* 80.81.*sub num.*110. qui loquimur in teste de visu: & ibid.declarat, quando vnus testis de visu sufficiat ad torquendum, ad illum in hoc recurre. *Giach.*

a *Sed quid si testis non viderit*] adde, quod si testes affirmarent, quempiam noctis tempore vidisse aliquem interficere, si probetur eo tempore lunam obscuratam fuisse, & eo loci lumen non fuisse, tunc pro falsis habebentur, & per computum dierum poterit probari lumen lunæ, ita Menoch.*de arbit.Iud.cas.*179.*n.* 3.Plot.*in repet.l.si quando, num.*844.*fol.*301. *& ibi, nu.*17.*versic. fallit tertio*, tenet, quod testes probarent si deponerent, cognouisse de nocte, quia erant valde propinqui, quamuis luna non luceret, vel saltem erit remittendum arbitrio Iudicis, & quando Testes, qui deponunt de aliquo maleficio de nocte commisso, probent, vide omnino Viui.*opin.*950. vbi latissime, & Mascard. *concl.*1109.*n.*9. Baiard.

b *Hoc tamen intellige*] Gramm.*voto* 21.*nu.*2. & Farin.*qu.*69. *vol.*3.*c.*5.*n.*164.*& c.*6.*n.*175.Ros.

c *Ceterum testes*] Vulpell.*consil.*68.*n.*5.Ros.

d *Luna lucebat*] Hoc idem in occurrenti casu practicatum attesta-

attestatur Plutarchus, *in Alcibiadis vita*, per hæc verba, videlicet; Rogatus quidam accusatorum, quonam pacto eum, qui Mercurij statuam percusserat, conspexisset, respondit: se beneficio Lunæ percussoris vultum, sacrilegique noui::verum cum Luna noua, quæ tenebræ vigere præcipue solebat, id facinus perpetratum esse constaret, satis perceptum fuit à prudentissimis viris eum & pugnantia secum loqui, & maleuolentia ad accusandum Alcibiadem non veritate compelli. *Drogh.*

22 e *Dictum socij*] Multa apud Muciam Cam. *in suo confessionario f.39.* Pegue. *decisi. n.37.* Farin. *tit. de indic. & tor. vol.1. qu. 43. n.3. & 4. & per totum & n.56 & plur. seqq. de pluribus enormit. quæsit.* & Gabr. *consil.1, 8. nu.1. lib.2.* dicit oportere, vt prius de proprio sit excessu conuictus, antequam interrogetur. *Ros.*

Dictum socij criminis] Socius criminis per Ruin. Adde, quando quis dicatur *consil.158. nu.15. vol 5.* & de complicibus, socijs, adhærentibus, fautoribus, & instructoribus, vide Carrer. *in pract. crim. in §. homicidium. nu.14.* Paris. *in consil.168. col. fin. vol. 4.* & Gloss. *in clem. 1. de pen. in versic. defensauerit*, vbi late qui complices, socij & consiliarij dicantur.

Item adde, quod non potest dici socius criminis, qui fuit coactus per vim, & violentiam, *l. si vxor, §. si quis, ff. ad leg. Iul. de adult.* & Lud. Alfer. *consil.143. nu.9. tom.1. inter consil. crim. diuers. magna impressionis.* Baiard.

f *Regulariter delinquens*] Et istam regulam, quod testis socius criminis regulariter non admittatur cum tribus fallentiis, vide per Socinum. *in tractatu fallenti, mihi regul.317.* Alex. *consil.69. n.8. lib.2.* Carrer. *in pract. crim. sub n.122. per totum*, & de cautela adhibenda in opponendo ei: item & quibus casibus, & quomodo debeat interrogari, vt faciat indictum. *Giach.*

g *Vt interrogetur*] Infra *quæst.64. veritas, & versic. successiue quæro, ad fin.* Drogh.

Vt interrogentur] Idem Natta *consil.298. n.2. & per totum*, & Farin. *d. quæst.43. n.56. & 57.* Ros.

h *Falsare monetam*] Menoch. *casu 447. n.20. de arbitr. iudic.* & Farin. vbi supra *n.43. & 64.* Ros.

i *Quæ principaliter committuntur in odium*] Contrarium, quod imo adulterium non committatur in odium, sed in amorem infra *quæst.47. versic. sed quid si vnus, quæst.87. versic. finali, ibi quadam autem*, vide Alexandrum regulam tradentem *in consil.79. n 8. vol.2.* Drogh.

k *Si tamen interrogetur*] adde infra *quæst.64. versic. veritas, & versic. successiue quæro, in fi.* Drogh.

l *Sed ad inquirendum*] adde, & communem etiam vide per Pract. Carrer. *pag.95. sub n.122. versic. Ex quorum.* Fallit tamen in casibus per eum ibi adnotatis: Item limita, atque declara, vt illic per totum. *Giach.*

m *Quod in iis criminibus*] Menoch. *d. casu*, & Farin. *mem. loco, n.123. & 124.* Ros.

n *Alij vero dicunt*] adde, quod idem tenet Vulpell. *consil.52. n.2.* & de hoc vide etiam Mascar. *de prob. concl.1311. nu.51. vol.3.* vbi dicit, quod ita seruatur de generali consuetudine Italiæ; & ita semper videri seruari in quocunque delicto. *Baiar.*

o *Ex consuetudine*] adde vltra allegatos in text. quod idem nouissime testatur Franc. Cason. *tract. de torment. cap.16. n.6.* vbi formaliter dicit, quod de consuetudine totius Italiæ rei interrogantur de socijs in omni casu. Et idem etiam tenet, quando proceditur accusationem, quod nota. *Giach.*

p *Sed certe.* Carrar. *de exec. sent. n.59. c.2.* Farin. *d. n.64.* Ros.

q *Vnus tamen est casus*] Limita non credi asserenti mandatum, quando nihil aliud concurrit infr. *hac eadem quæst. versic. & ex hac conclusione:* hoc idem in auxiliatore infr. *qu.90. versic. Aut vero, in princ. ibi*, fuit enim bis tortus super scientia: & aduerte, quia in ista materia sociorum non solum fit differentia, vtrum simus in casibus exceptis, necne, vt hic, sed etiam fit differentia, vtrum simus in his, quæ sunt facilis, vel difficilis probationis, ita vt in difficili probatione indistincte super socijs interrogari quis soleat: & tunc socius criminis etiam ad torturam indicium facit, quod intellige cum aliqua concurrant cum tali dicto solius socij: Hæc, & multa in hoc proposito facientia vide per Crau. *consil.178.* diffuse *sub n.3.* & in his, ac similibus casibus recurre semper ad text. elegantem *in l. fi. in fin. C. de accus.* Limita tamen, socium criminis facere indicium, vt supra, quo ad alios diuersos non vero contra eos, cum quibus maleficium commisisse fateatur, vide Ludouicum Carum alios referentem *inter consil. crimin. diuers. consil.99. sub nu.25. parte prima.* Drogh.

r *Obseruari*] Ad idem vide Natt. *consil.138. num.12. & 298. num.1.* Giach.

23 s *Retenta igitur*] Farin. *d. q.43. n.43. & plur. seqq.* & quis dicatur socius criminis Bald. *consil.487. lib.4* & dictum socij, quando faciat indicium contra consocium Farin. *d. qu.43. vol.1. nu. 125.126.127.129.* Ros.

Retenta igitur communi conclusione] adde, quod hoc dictum, quod particeps delicti non debeat admitti in testem, procedit quando producitur ad probandum delictum contra alium, cum quo participauit in delicto, & sic ad finem, vt ille puniatur criminaliter, vel ciuiliter, non autem, quod proceditur contra tertium, quia tunc admittitur secundum Ruin. *in consil.158. n.18. vol.5.* Sed de hoc dicto ego valde dubito, quia potest opponi, quod sit criminosus, & infamis, vt per D. Clar. *in q.53. versic. sed nunquid*, & per addita *in hac qu. in vers. Si vero quæris.* Baiar.

t *Dictum ipsius delinquentis*] Et de modo tenendo interrogandi super socio, *infr. qu.64. versic. successiue quæro, in fi.* vbi dixi, adde sup. *q.20. versic. ad formandam;* inf. *qu.45. versic. Debet autem Iudex*, & ibi latius: Flam. Chart. *in sua pract. interrogandorum reorum, lib.2. c.1. num.70.* Drogh.

u *Ad inquirendum*] id est, ad assumendas alias informationes. Hoc idem habetur sup. *q.7. vers. habes igitur in prin.* Drogh.

x *Quod sufficiat*] Gram. *consil.66. in crimin.* Laur. Chircou. *commun. opin. lib.3. concl.138. in lit. S*, Ros.

y *Et licet Ruin.*] Farin. *vbi sup. n.190.* Ros.

z *Ego tamen credo*] Plot. *consil.31. n.5.* Rol. *cons.57. n.24. lib.4.* Farin. *d. q.43. n.129.130.* Ros.

a *Debent tamen*] Vulpell. *consil.52.* Carrar. *de execut. senten. c. 2. n.81. & 84.* Far. *d. q.42. n.132.* Ros. 24

Debent tamen Iudices, quantum possibile est] adde, quod hodie de consuetudine fit interrogatorio in omni causa de consocijs, Blanc. *in tract. de Indic n.374.* & inculpatio in casibus, de quibus de iure non debuisset interrogari, de consuetudine facit indicium † ad torturam, si persona nominata sit malæ conditionis & famæ, Gandin. *in tit. de qu. n.18.* 25

Item adde, quod gratiatus, † siue absolutus, sicut reus non potest regulariter interrogari de socijs, ita ipse etiam tanquam testis de socijs interrogari non potest, nec etiam criminæ hæresis, vt late per Dec. *in consil.137. n.12. & 14.* dicit tamen Paris de Puteo *in tract. synd. in ver. tortura, cap.2. per tot.* Sed hodie per Sac. Cons. Neap. seruatur indistincte, quod socius gratiatus, qui, vt delictum publicet, habuit gratiam de pœna quo ad se, torqueretur non obstante gratia, vt faciat Indicium contra socios, ita Franch. *decis.459. vol.3.* quod gratiatus à Principe occasione delictorum ab ipso commissorum poterit torqueri pro interesse partis ad sciendum damna data, & participes, vt lux veritati appareat per suam confessionem, quia Princeps, concedendo gratiam, non videtur remittere Ius partis, licet remisserit pœnam: nec obstat, quod tortura sit pœna, quia isto casu non consideratur vti pœna, sed vti inquisitio, & probatio veritatis, Princeps enim remittendo, pœnam nō videtur remittere probationem per tormenta principalis, quę fit ad reuelandam partem offensam ab onere probandi, & est ius partis, & Paris. sequitur Ant. Scap. *in tract. Iuris non scripti, lib.5. c.119. n.19. cum seq.* 26 27

Item adde, quoad suggestionem, † quod idem tenuit Paul. de Cast. *in consil.284. vol.2.* Foller. *in pract. crim. in 3. par. in versic. & si confitebuntur, n.76.* debet enim Iudex interrogare reū in genere, si cum aliquo fecit rixam, & debet cauere, vt non interroget, an percusserit Carū cum ense in brachio, vel in tali loco, ac nominare aliquem, quod cum eo fuerit ad delinquendū, Castr. vbi supra, & Bolog. *in addit. ad buczar. in tract. de indic. n.24. & 25.* & Bran. *in tract. de indic. & tort. q.5.2. partis, n.56.* vbi de suggestione non fienda reo, nec testibus, & quādo reus esset ita indiciatus, quod appareret illum commisisse delictum, posset Iudex interrogare in specie, Boss. *in tit. de exam. reorum, n.12.* Baiar. 28

b *Id enim potius suggerentis*] adde *infr. q.4. versic. Debet autem, circa principium.* Hoc idem habetur per Boss. *examin. reorum, tit. de n.12.* Drogh.

c *Si quæris*] Far. *d. q.43. à n.125. vsque ad 131.* Chirco. *d. concl. 38.* Ros.

Si vero quæris, an dictum socij criminis] adde quod reo criminis, † qui confitetur de se, non creditur de alio: & ratio est, quia cum non possit alium accusare, non potest testificari, quia accusatio, & testificatio pari passu ambulant, & etiam quia est infamis; Quid ergo si Iudex primo eum in alium examinaret, & tunc non erat infamis, & secundo examinaret eum in seipsum; idem esset si incontinenti, & in eo districtu ordinis, vel forte indistincte non valeret, ne fiat fraus legi prohibenti, ita dicit Bal. *in c. cum Monasterium, n.5. de cons.* Baiar. 29

d *Tu dic, quod immo in casibus non exceptis.*] Dictum ergo socij criminis in casibus non exceptis non est sufficiens ad inquirendum; contrarium tamen, quando tale dictum est confirmatū in tortura, *sup. in §. falsum, vers. Subornans*, & habetur clare apud Hyppolit. Rim. *inter consil. crim. diuers. consil.106. sub num.10 p.1.* Quinimo in delictis quæ non solent committi odium alicuius, sed tantum ad proprium commodum, tunc indistincte socius criminis facit indicium. Alex *consil.69. n.8 vol.2.* Dixi supra *hac ead. qu. vers. vnus testis*, Adde inf. *q.45. vers. cæterū*; & ideo tortura confirmat fidem, *infra, quæstion.53. vers. Tertius est casus.* At qui dicantur casus excepti, sine atroces, *sup. §.1. vers. sunt etiam.* Demum vt dicam quod in hoc passu sentiam, vtrum videlicet, quis possit interrogari super socijs, necne, placet mihi opinio

Salyc.relata per Alex.*consil.89. sub n.3.ibi, Vel secundum* Sal. *in d.l.si vol.3.* vt quis possit interrogari super sociis, quæ in regulariter committi non solent absque sociis, & ita semper seruari absque suggestione tamen, de qua sup. *Drogh.*

e *Seruari*] Carrat.*de execut.sent.c.fin.n.75.& 77.* Ros.

30 f *Scias tamen, quod hac conclusio*] Item adde, quod debet intelligi de eo, qui est periurus super iuramento licito, vt per Dominum Clarum supra *in §.periurium, versic.repellitur,* & Ruin. *consil.158.num.20.vol.5.* Baiar.

g *Esset etiam periurus*] Vel bannitus, vt in statuto Mediolani, de quo per Boss.*tit.de inquisit.n.14.& seq.* Rol.*cons.57.num.15.& 21. lib.4.* Farin.*q.citata, n.180.& seq.* Ros.

h *Quinimo etiam ad formandam*] Ex magna intellige suspicione, de qua supra *q.10.versic.finali,ad fin.* Adde infra *hac eadem q.versic.Inimicitia vrgens in fin.* Drogh.

i *Plerunque etiam ad torturam consuetudo obseruat.*] Adde quod ita affirmat Boss.*in tit.de indiciis n.156.* quod consuetudo
31 obseruat, quod attenta tortura socij criminis, † vbi tamen adsit aliud adminiculum, deuenitur ad torturam. Sed Rolan.*in consil.94.num.16.& consil.98.n.19.cum seq.vol.4.* Boss.& D.Clar.de huiusmodi consuetudine attestantes impugnare conatur, dicens, quod seruari non possunt, nisi quod sit consuetudo status Mediolani, vbi fuerunt ambo senatores. Ego autem miror
32 de tanto viro, † qui sic animose dicat contra istos Excellentissimos viros, & iam magnos practicos, quia per viginti septem annos continuos hanc consuetudinem, alio tamen concurrente adminiculo, & tortura socij criminis, practicaui, & practicari vidi in statu Ecclesiastico, & in regno Neapolit. & ita practicabant, & quotidie me Auditores practicant, alias omnia fere delicta remanerent impunita, præsertim occulta, quia non reperirentur; & est aduertendum, quod Boss. & D.Clar. quando attestantur de consuetudine status Mediolani, dicunt, ita seruat Senatus apud Nos, & verba similia, & non attestantur de consuetudine in genere prout faciunt in casu, de quo tractatur, & quando testes plures patiuntur defectus, an talis consuetudo sit seruanda, late posui infra *ad qu.24. in versic. sciendum est tamen.* Baiard.

k *Subornans*] Item in materia corruptionis, ac subornationis testium & in materia testis periuri, ac falsitatis, probationis indiciorum, vide per Ioan.Ceph.*consil.233. & seq.* Giach.

l *Successiue quæro.* Farin.*d.quæst.43. numer.3.4.24.25. & 28.* Ros.

Successiue, quæro nunquid] adde videndum omnino Mascard.*in tract.de probat.concl.1311.per totam,* vbi magis late, quàm alij hanc quæstionem tractauit, cum multis ampliationibus, limitationibus, & declarationibus, & quid de socio criminis, cui
33 sit promissa impunitas, an probet † Boss.*tit.de opposit. contra test. num.21.* Baiar.

m *Num.4.in fin.*] Vulpell.*consil.27.num.2.& consil.30.n.7.& 8.* Ros.

n *Sed quid in criminibus.* Vulpell.*d.consil.22.* Chircou.*d.conclus.18.&* Farin.*vbi supr.n.131.145.& 151.* Ros.

34 *Sed quid in criminalibus exceptis*] adde, quod socius † criminis, etiam quod esset totus solus, id est, si alia non concurrunt, non facit indicium, nec in criminibus exceptis; sed solum facit qualem præsumptionem, Gramm. *in consil.66.n.3.* Baiar.

o *bene facit*] Farin. *vbi sup.n.145.* Ros.

p *Quæ quidem aliqualis præsumptio*] adde, quod dictum socij criminis cum diffamatione rei facit semiplenam probationem, & si cum socio criminis concurrat vnius alius testis idoneus, sit plena probatio, secundum Calca.*consil.110.col.1.in fin.* quem refert, & sequitur Crau.*consil.178.nu.3. circa med.* & ad hanc quæstionem, quando socius criminis faciat indicium, vide omnino Ioan.Ant.de Nigr. *super cap.Regni in c.7.* frequens *sub n.57.* vbi late cum multis limitationibus, & quæ sint cri-
35 mina † excepta, & quæ adminicula habeat considerare Iudex, vide etiam Crau.*consil.178.* vbi ad hanc materiam multa accumulauit. & qualis debeat esse illa suspicio, quæ concurrere debeat, vt possit deueniri ad torturam, remittitur arbitrio Iudicis, Menoch.*de arbitr.iud. casu 474.n.47.* & indicium resul-
36 tans † ex dicto socij criminis in casibus exceptuatis, eliditur per bonam famam, Gram.*decisio.28.n.18.* Dec.*consil.17.& consil.*
37 *189.*& sicut dictum socij criminis † nocet, an econuerso excusatio postea facta prosit, & si torqueri poterit, vide infra remissiue *ad vers.assertio vulnerati,* ibi etiam de stilo seruati.

38 Item adde, quod facit adminiculum, † siue præsumptionem, si inculpatus habuerit conuersationem cum inquisito, Carrer. *in l.obseruare, n.122.versic.erit adminiculum,* & Gram.*vot.6.*

39 Item adde, quod si statutum † permittat, quod particeps criminis sit idoneus testis, & idoneus accusator, quomodo sit intelligendum, Corn.*consil.324.vol.3.* Baiar.

q *Et ex hanc conclusione.*] Supra hac eadem quæstione, ver. Dictum socij ad fin. & aduertas, quod contra mandantem nunquam potest absolute procedi, nisi prius constet de mandatario, nec debet ordo peruerti, text.*in l.si is, qui rem, la seconda, §.si tu Titium, ff. d. furt.* Boss.*tit.de mandat.ad Homicidium, num.37.* Burrat.*consil 20. num.6.* Menoch.*de arb.iud.cas.352.infr. qu.92. versic. Scias autem.* Drogh.

Et ex hac conclusione] adde multa exempla indiciorum ad
† cognoscendum, quod quis mandauerit, homicidium com- 40
mitti, vt per Gram.*in decisio.34.nu.38.* & super isto articulo, an
mandatarius † faciat indicium contra mandantem, vide Gram. 41
decisio.28. per totam, & in consil.12. consil.30. consil.44.consil.66. consil.70.& voto 34. & Io.Ant.de Nigr.*in c.7.n.64.cum seq.* Et ibi habetur, quæ adminicula considerare habeat iudex, & ibi
num.68. late examinat, nunquid in crimine † assassinij manda- 42
tarius indicium faciat, & Bursat.*in consil.192.nu.7.vol.2.* tenet, quod nec in crimine assassinij mandatarius faciat indicium ad torturam contra mandantem, aliis adminiculis non concurrentibus.

Item adde è conuerso, si mandatarius † dicat, se non fecisse, 43
exequendo mandatum, sed occidisse metu proprio, quod erat suus principalis, & capitalis inimicus, vtrum ei credatur in excusatione mandantis. Bal.*in c.1.de pace iur.firm. §.iniuria punitur, n.18.* dicit recurrendum esse ad coniecturas, & quod in dubio præsumitur contra mandantem, *l.sæpe, in fin ff.de verb.sign.* de hoc vide etiam Boss *in tit.de delict. nu.50.* & Cæpol.*in caut. 39.* tenet, quod excusaret, si constaret de aliqua causa, & ibi per Boss. habetur si mandans fateretur, & mandatarius negaret, quod confessio mandantis non eliditur. *Baiard.*

r *Mandatary*] Obiter hic scias mandatarium excusari in quam pluribus casibus, de quibus per Carer *in prac pag.320.nu. 103. vsque ad* 115. Giach.

Mandatarij non faciunt indicium ad torturam] Farinac.*in qu. crimin.vol 2.q.44.* Ros.

s *Mihi placet*] Carrer.*in praxi in verbo sequitur de mandatario, n.10.& seq* Farin.vb. sup.*nu.11.& qu.43.nu.16.146.vsque ad 152.& n.156.cum sequentib.* scribit quænam sint ista adminicula. *Ros.*

t *Indicium ad torturam*] adde vt per Mars.*suo consil.22. gratia domini, versic.non obstat.* & Ant.Cai.ad Ang.de Aret.*in §.interdum furti. Instit.de oblig.quæ ex quasi delic.nascun.* Item adde, atque vt per Carrer.*in sua prac.crim.sub n.123.* vbi etiam concludit, quod stantibus aliquibus præsumptionibus, pro mandante, excusatur mandans, licet contra eum essent indicia; si vero non concurrant, non excusari inquit. Item quod mandatarij dictum non faciat indicium ad torturam contra mandantem, vide fusius per Rol.*cons.24.vol.4.* qui tamen in casu illo assassinij tenet facere, tametsi alia non concurrant, sed multo fortius vbi concurrunt, vt per eundem ibi col.fin. vbi considerat aliqua adminicula concurrentia. *Giach.*

u *In hoc autem proposito aduerte tu*] Adde Gomesium † *de* 44
d.lict.cap.12.num.16. vbi hanc materiam tractat, & idem tenet *Baiar.*

x *Dicas exceptio contra te*] Addas Ias.*in §.Item si quis, il 2. n. 28. Instit.de act.* Drogh.

y *Sed pone*] Rolan.*consil.57.n.36.lib.4.* Farin.*d.qu.43.nu.34. 37.39.& 41.& q.41.n.25.* Ros.

Sed pone, quod non vnus tantum, sed duo socij.] Adde, quod hoc
procedit, † si socij criminis in tortura deponant, vt per Rolan. 45
in consil.16.n.18.vol.1. sed Mascar.*de probat.concl.1311.n.18.* tenet contrarium, scilicet, quod duo socij, vel plures non faciant indicium ad torturam.

Item adde, quod sicut plures †, socij criminis non probant 46
contra socium, ita nec ad eius fauorem, vt si sunt quatuor in rixa, quorum tres deponunt quartum non fuisse culpabilem, eis non creditur; ita tradit Bald.*in l.quoniam liberi, n.2.C.de testam.* quem refert, & sequitur Boer.*in decisio.319.* hic allegata, & Monticel.*in reg.4.ampliat.3.* & dicit Campeg.*in suo tract.de test. reg.86.& 87.* quod socius pro socio in criminalibus non admittitur, & ad hoc vide omnino Mascar.*de probat.conclus.1311. & 1357. vol.3.*

Item adde, quod in materia partus suppositi duæ mulieres
honestæ vitæ sociæ criminis plene probant † secundum Decia. 47
consil.342.per totum, quem refert, & sequitur Crau.*consil.178.n. 3.* de hoc vide etiam Mascar.*de probat.conclus.1311.n.56.& concl. 1147. n.53.* quod procedit, quando agitur ciuiliter, non autem si agerent criminaliter.

Item adde, quod coniuratio † facta inter aliquos probari 48
potest per ipsos complices, & socios criminis, vt notat Bald. *in leg.quam, in versic.quæro igitur, C.de testibus,* quem sequitur Decius *dict.consil.342.n.2.*

Item adde, quod si sicut duo socij criminis faciunt indicium ad torturam, ita etiam sufficiunt ad torturam duo testes infa-
mes, † vt per Gram.*in consil.1.n.4.& cons.32.n.14.* Brun.*de indic.* 49
in 2.qu.1.par.n.7. Baiar.

b *Indicium ad torturam*] Farin.*d.q.num.38.& qu.45.nu.44.* Ros.

a Qua-

a *Quaro nunquid.* Farin. vbi supra, *n.*141. *& seq.* Rof.

50 *Quaro nunquid*] adde, quod non sufficit, † vt reus iuret super facto suo proprio, quia tunc deponit, vt pars de facto proprio, non tamen vt testis, parte citata, & iuramento tanquam à teste præstito, sed iudex debet esse cautus, vt reum, vel inquisitum deponentem de sociis adhibeat in testem, parte citata, & præstito iuramento, & postea faciat dare copiam depositionis, ita tradit Gomes. *de delict. cap.*12.*num.*18. *circa med.* vbi refert, & sequitur Mars. hic allegatum, & in practica seruatur apud bonos iudices, quod rei cum iuramento examinatur, tanquam principales in se, & testes in alios, & postea nominati citantur ad videndum iurare testes, vel cum eis fit confrontatio, delato prius iuramento principali ad præsentiam socij nominati, vel quando conceduntur copiæ, habentur testes pro rite, & recte examinatis, & legitime repetitis, & sic eius depositio tenet. *Baiard.*

b *Sed intellige, quod sufficiat*] adde *infr. qu.*53. *versic. sed quaro*; & dum hic dicit, quod cum socius criminis deponit contra socium, debeat iurare, cum, licet sit reus quo ad se, est tamen testis contra socium; intellige, vt tunc tali magis credatur sine tormentis, quam cum tormentis, vt ait Dec. *in suo notabili consil.*188. *sub num.*12. *ad med.* & ita limitatur, quod dictum est supra *hac eadem quæst. versic. Si vero quaris*; *supra in* §. *falsum, versic. subornans*; vide pract. Papien. *in for. lib. opp. contr. Testes in Glos. & non iurati, num.*4 *& in quantum dixit sup. versic. Sed pone,* quod creditur duobus sociis ad torturam; limita, nisi tales socij essent etiam infames ex aliis criminibus; Hypp. Riminal. *inter consil. criminalia diuers. consil.*150.*n.*10. Item limita, quando alias testis est periurus, quia nec etiam eidem cum tortura creditur. Crau. *consil.*6. *à num.*14. *cum seqq.* Et melius in hoc proposito *num.*18. *in fin.* & vide Lud. Carum *inter consil. criminalia diuers. consil.*90.*n.*14. *& n.*26. Sed dum hic dicitur, quo ad se ipsum sit reus, & testis quo ad alios; adde quod si talis reus quo ad se fuerit varius in tormentis, & extra tormenta, & positus ad torturam sustinet id, quod in tormentis ratificat, tali dicto confirmato sit standum; quod tamen verum est, quando de se, & de alio interrogatur; sed quando simpliciter contra testes tantum interrogatus fuit, licet variauerit, & subinuerit, vt supra, hoc non procedit, vt per Lod. Carum *d. consil.*90.*num.*26. *cum ibidem allegatis.* Drogh.

c *Seruatur in confrontatione*] adde *infr. qu.*45. *versic. sed in proposito quaro, ibi, & licet de iure communi non sit necessaria.* Drogh.

d *Scias etiam*] Et similiter debet repeti cum omnibus suis qualitatibus, vt inf. *quæst.*45. *versic. ceterum non debet esse grauis.* Gabriel. *dict. consil.*178. *numer.*8. *&* 12. *lib.*2. *& numer.*21. Rof.

• *Scias etiam, quod dictum socij criminis*] adde, quod plus creditur confitenti de se, & socio sine tormentis, quam cum tor-
51 mentis, † Franc. Aret. *consil.*61. Soc. *consil* 233. Decian. *consil.*175. secus vero, quando de alio tantum interrogatur, quia tunc validior est confessio cum tormentis, Bart. *in l.*1. §. *quæstionib. ff. de quæstion.* & ad hoc, vt dictum socij criminis faciat indicium ad torturam, requiritur, vt cum tortura deponat, & cum iuramento, alias si tortura esset sine iuramento, indicium non faceret, Mars. *in pract. crim. in* §. *aggredior, n.*62. quem refert, & sequitur Gigas *de crim. læsæ maiest. lib.*2. *c.*24. *in fin.*

52 Item adde, quod sufficit, † vt nominatio de socio sit facta statim deposito reo de tortura, Blanc. *de Indic. numer.* 380.

53 Item adde, quod socius criminis † non probat, si leniter fuerit tortus, quia non dicitur tortus, & peti potest, vt sufficienter torqueatur, alias ei non creditur, cum habeatur pro non torto, & si esset mortuus, similiter ei non crederetur, perinde ac si eius
54 depositio facta fuisset sine tormentis, & idem erit in teste † infami, & aliis similibus quod non admittuntur in testes, nisi cum tortura, ita egregie tradit Ioan. Ant. de Nigr. *in cap.*7. *frequens, num.*51. Sed hoc nunquam vidi practicari, & cautus Iudex parte instante, non deueniret ad reiterationem torturæ, quia dubitaret de collusione, nec cautus aduocatus faceret huiusmodi instantiam, si non esset certus de reuocatione, & sic iudicio meo, istud non facile poneretur in practica. Sed Aduocatus rei deret dicere, quod non probat, quia leuiter tortus non dicitur tortus. *Baiard.*

e *Assertio vulnerati.*] Adde quod imo talis assertio faciat indicium. Marsil. *Rub. de fideiuss. num.*42. Boer. *ad consuetudinem Bitur. des Coustum. concer. les vices,* §.13. *vers. Item par. la coustume, fol.*40. *in lib. meo, & de dicto vulnerati infr. q.*52. *vers. potest etiam, quæst.*62. *vers. sed pone, quod accusator, circa fin.* vbi excusat hæredem vulnerati ab expensis, & a calũnia. Adde Andr. Alc. *tract. de præsump. reg.*3. *præsump.*4.*n.*10. *& in d. reg.*3. *præsump.* 24.*n.*5. distingue, vt ibi; Item adde, quod Mediolani per Decreta
55 ibidem facta dictum morientis † plenam facit probationem, vt attestatur Marsil. *d. rubr. sub n.*44. de quo tamen Decreto recordatus non est Clar. hic: de quo statuto, ni fallor, intelligit Bossi. *tit. de indic. n.*191. Cautelam autem, vt tale dictum fidem faciat, docuit Durantes Tract. *de art. test. sub tit. de test. & exequut. n.*5. *cau.*11. quam tamen cautelam vix seruari posse credo, stante modo procedendi moderno. At in proposito de dicto morientis recensere libet dictum Pansæ Consulis Octauio Cæsari; Me, inquit, ab hominibus discedente in tempore probatum est, ne gratiam morienti exhibeas; Quod dictum facit ad propositum cum his, quę hic dicta sunt; Sic ex App. Alex. *ciuil. bell. lib.*3. plenam tamen fidem non facit dictum morientis, vt per Menoc. *d. Tractat. de Arb. Iud. lib.*2. *cent.*1. *quæst.*89. *numer.*30. *& lib.*2. *cent.*2. *cas.*108. *num.*20. Adde Plot. *in l. si quando,* §.35. *num.*3. *C. unde vi.* Drogh.

Assertio vulnerati] adde, atque vide per Caret. *in prac. crim. sub n.*124. Giach.

Assertio vulnerati] Quid in exculpatione, ex Cotta *in Memor. in verbo, Testatur lætaliter,* & Apostilla *ad pract. Pap. in for. inquis. verbo. Ex quibus percussionibus.* Marsil. *in* §. *restat.* Farinac. *quæst.*46.*nu.*68. *& seqq.* Et de assertione illius, in quem de morte sclopus explosus fuit, & dicit exonerantem vidisse, quod inuerisimile est, Vulpell. *consil.*39. *lib.*4. & de assertione vulnerati an ad torturam sufficiat, Vulpell. *consil.*72. *&* 118.*n.*16. plenissime de materia eorum, quæ a Claro hic tractantur, Farinac. *volum.* 2.*q.*46. Rof.

Assertio vulnerati] adde, quod nedum assertio vulnerati, siue iniuriati non facit indicium ad torturam, sed nec etiam ille, qui cum erat, quando fuit iniuriatus, quia socius itineris non potest esse testis pro eo, cui iniuria fuit facta, nam iniuria ipsi quoque facta videtur, Gloss. est sing. *in l. item apud Labeonem,* §. *tenetur, ff. de iniur.* & sic ei non est credendum tanquam deponenti in causa propria, Cæpol. *consil.*37. *num.*7. vbi dicit ita fuisse alias consultum per D. Argentinum filium Rainerij de Forliuio attestando ita seruari de facto, idem tenuerunt Campeg. *in tract. de test. reg.*101. *vers. tertio fallit,* Gram. *decisio.*25.*n.*2. Tiob. Noni. *consil.*101.*n.*11. Io. de Arno. *problem.*50. *& singul.*47. Mantua. *dialog. de denar. classe* 9. *interrog.*42. Cardin. Alban. *in lucubrat. ad Bart. in l. vt vim, ff. de iust. & iur.* Mascard. *de probat. conclus.*1312.*num.*7. Rimin. iun. *consil.*534.*num.*13. *volum.*5. Foller. *consil.*37.*num.*1. *inter consil. crim. diuers. tomo* 2. vbi attestatur de communi, & Vulpell. *consil.*12.*n.*10. *& consil.*87. vbi dicit in specie socium itineris, siue in rixa non probare, quando est dubiũ, quis prior arma euaginauerit, & licet D. Farin. *in q.*60.*nu.*402. affirmauerit veriorem esse opinionem, quod socius itineris possit probare de iniuria socio illata, dummodo iniuriam sibi ad animum non reuocauerit, in hoc tamen (salua eius pace) se decipit, & constat ex tot Doctorum auctoritatib. supra deductis, qui se fundant in iure, & ratione naturali, & nescio videre Doctores, qui hanc opinionem tenuerint, quam ipse pro veriori approbauerit, nisi per eum allegatos. Quinimmo si Riminaldũ iun. vidisset *in d. cons.*534. illum vtique ad eius fauorem non allegasset, quia totum contrarium tenet, & nescio cogitare causam, quare à testimonio non sit repellendus etiam quod iniuriã ad animum non reuocauerit, nam in corde suo concipere potuit, dissimulando odium, & rancorem, cum iam illata fuerit iniuria, quæ statim oritur non ex reuocatione ad animum, vel ex aliis verbis similibus, sed ex contumelia. *l. si vnus,* § *pactus, ff. de pactis,* & Glos. *in* §. *fin. in vers. dissimulatione, Instit. de iniur.* Reuocare ad animum iniuriam nihil aliud operatur, nisi quod iniuria tacite non censetur remissa, nam tunc requiritur expressa voluntas, vt dicatur remissa, alias poterit iniuriatus agere actione iniuriarum non obstante dissimulatione, si semel iniuriam ad animum reuocauerit; ita habetur per Gloss. *fin. in d.* §. *fin.* & sic non oportet dicere illa verba, *reuoco ad animum, vel similia,* sed sufficit quod remaneat iratus, vel quod ei non reconcilietur, vt dicit d. Gloss. fin. & Boss. *in pract. crim. in tit. de iniur.* Nonne videmus quotidie, quod multi dissimulando iniurias nocent, vbi nocere possunt, hinc est quod præsumptus inimicus in testem non admittitur, Ias. *cons.*177.*n.*8. *vol.*4. Mars. *consil.*15.*n.*6. Cram. *consil.*45.*nu.*17. & Rimin. *d. consil.*534. vbi etiam hanc rationem considerat ad hoc, vt socius itineris a testimonio repellatur. Illud autem, quod dicit Farin. potest procedere, quando veritas aliter haberi non possit, eo enim in casu socius pro socio admittitur licet regulariter non sit admittendus. Decius *consil.*135.*n.*10. & Plot. *de in litem iur.* §.4.*n.*23. Baiar.

f *Nihilominus, quicquid sit de iure, certe de consuetudine, &c.*] Adde, quod potest formari inquisitio, etiam quod offensus deposuisset † sine iuramento, quia informatio à principali potest 15
capi sine iuramento, & cum iuramento, vt per glos. *in cap.*1. §. *si duo, in verb. testimonium, de pac. tenen.* & Paris de Put. *in tract. de synd. in verb. tortura,* §. *officiales posuit ad torturam*; offensus namque ad probationem examinari non debet, sed ad instructionem tantum, Vulpel. *in consil.*99.*n.*16. Baiard.

g *Ad condemnationem vero*] Marsil. *in §.diligenter , numer.* 117. Calloa. *in sua pract. tract.8.cap.1.* Farin. *d.q.46.nu.1.10.35.44. 46.& 57.* Rol.

h *Etiam de stylo seruari*] adde, quod assertio iniuriati in articulo mortis, concurrente inimicitia, facit indicium ad torturam,
56 † secundum Grammat. *in decisio.35.num.7.* & ibi *num.8.* dicit idem esse, quando adest consanguinitas inter vulneratum, & inquisitum; vide etiam Menoch. *de arbitr. iud. cas.99.numer. 36.* vbi plene, eo maxime si vulneratus perseueraret post susceptam Eucharistiam vsque ad mortem, Bal. *in consil.25.volum.1.* quem is fecit, & sequitur Vulpell. *in consil.72.num.2.* & de assertione vulnerati Mascard. *in concl.44.* Vide etiam Couar. *var. resol. lib.1.cap.18 num.8.* & ibi in fine, an exculpatio morientis
57 proderit, † & tenet, quod iudex, si indicia vigerent, debet torquere reum, non obstante occisi attestatione; & hoc quoque habetur per Menoch. *de præsump. lib.1.q.91.* & quando creda-
58 tur offenso † ad torquendum, optime distinguit Casson. *in tract. de indic. tract.8.cap.1. de dicto offensi, & delinq.* & hanc quæstionem plene examinauit Menoch. *de præsumpt. lib.1.qu.198.num. 77. cum sequen.* & Mascard. *de probat. conclus.1129. volum.3.* &
59 Io. Ant. de Nigr. vbi etiam de † exculpatione offensi, *in c.7. frequens, num.76. cum sequen.* de qua exculpatione habetur etiam per Alciat. *de præsump. reg.3.præsumpt.4.num.10.* vbi, quod exculpatio vulnerati non operatur, quando in contrarium indicia vigeant, quem sequitur Vulpell. *in consil.225.nu.27.* sicut etiam assertio vulnerati dicentis se mori culpa medici non iuuat percussorem, si aliter hoc non appareat Mars. *sing.22.* & Felyn. *in c.literas col.pen. de præsumpt.* & de exculpatione offensi, vide etiam Mascard. *concl.1130. volum.3. & 389. volum.1.* & quid de
60 exculpato à condemnato, vel condemnando, † quem inculpauerat in tortura, late per Grammat. *in voto 3. & 11.* Bursat. *consil. 201.num.148.* Menoch. *de præsump. q.90.num.3.* Mars. *in pract.§. restat,* Rimin. iun. *consil.420.numer.17.* Mascard. *de probat. concl. 1130. num.14.* vbi an talis exculpatio prosit, & exculpans potest iterum torqueri secundum And. de Isern. *in const. si damna clandestina*, quem refert, & sequitur Carer. *in l.obseruare sub num. 188. ver. & nota*, quod etiam post sententiam, & quid de teste
61 in articulo mortis deponente † se falsum deposuisse, & corruptum à parte fuisse, Mars. *in consil.78.* & vide quæ posui infra *in q.53. versic. secundus est casus.*

Item adde, quod dictum captæ facit indicium ad torturam
62 † contra raptorem, & socios, Carer. *in pract. crim. in §.circa, il 2.nu.301.* & ratio est, quia voluntas mulieris iuris præsumptione coacta præsumitur, *l.1.§.pœnas autem, C. de raptu virg.* Mars. *consil.61.* Mascard. *de probat. concl.1253.n.28.* & Dec. *in tract. crim. lib.8.c.9 n.11.* Baiard.

i *Mutanda sunt*] Hercul. *de proban. negat. num.159.* Vulpel. *consil.30.n.4.* Rol.

k *Fuga delinquentis contra eum facit indicium*] adde supra *quæst.20. vers. ad formandum, in fin.* & nota, quod si aliquis visis satellitibus fugam arriperet, vt aliquando euenire solet, etiam quod fugiens non deliquerit, si capiatur, non tamen torqueri poterit, ascribitur enim sæuitiæ, & timori Iuris, vt per Blanc. *repet. l.fin. num.44. ff. de quæstio.* In contrarium tamen facit Prouerb. *cap.28. in princ.* vbi ait, fugit impius nemine persequente, iustus autem quasi leo confidens absque terrore erit. Quæ verba retulit etiam Bald. *in l.exsecutorem, sub num.39. C. de execut. reiiud.* Et ideo licet fugiens hoc modo torquendus non sit, recte tamen faciunt Birroarij eos persequendo; & memini alios post carcerem dictum aliquot euasisse, alios vero post capturam detentos accusatos, & suspensos; & hic adde quod mirabiliter de fuga dixit Alexan. *consil 15. volum. & consil.41.2.volum.* quem refert Gramm. *decision.11.num.14.* vbi voluit ex fuga sociorum insurgere indicium contra detentum infra. *quæst.39. versic. sed pone,* cui adde in materia fugæ Crauett. *consil.6 nu.39.* vbi quod imo sicuti præsumptio est contra fugientem, ita est, pro non fugiente in bonum, & sic in constitutione spontanea, arguit Boss. *tit. de mandato ad Homicid. sub n.16.* Drogh.

62 *Fuga*] ad materiam quæro, quid de eo, qui vi fores † carceris fregit, vt accusati de criminibus fugiant, dic, quod punitur eadem pœna, qua puniendi erant, qui aufugerunt, vt per Iacob. Menoch. *de arbitr. iud. lib.2. centur.3. cas.301. in 2.cas. numer.16.* & idem in instigatore, fautore, & consultore, qui suasit carceratis fugam, *ibid. num.21.* Idem in eo, qui effregit carcerem, vt aliquorum debitores effugerent. Is enim effractor tenetur loco illorum debitorum, *ibidem num.23.* Declaratur tamen ille casus, vt non habeat locum in eo, qui notorie, & clare esset iniuste carceratus, *ibid. numer.14. & numer.24.* ad materiam tamen principalem, quando fuga faciat indicium, vel non sufficiens ad torturam, & quando probet crimen, vltra Authorem hic, & allegatos, adde, & vide per Zilet. deducta *ad pract. Papien. tit. inquisitio post Gloss. 1. additio sexta*, fuga facit eum suspectum, & vide fusius *in collectis mea commun. opin. §.fuga, numer.1.2.* atque per Carer. *in pract. crim. pag.84. vsque ad 90 sub num.112. vsque ad 118.* Vbi declarat plene & eleganter totam materiam. *Giach.*

Fuga delinquentis] adde quod fuga rei cum fama adiuncta facit indicium ad torturam: nec vnum sine altero sufficeret. Ita M. Ant. Blanc. *in l.fin.n.179. ff. de quæstio.* Ex fuga tamen non potest regulariter fieri condemnatio, vt per Bened. *de foro Sempron. in repertor.* Fel. *in verb. fuga.* vbi de fuga vide latissime. Adde Felin. *in c.nullus, de præsum.* Guiot.

Fuga delinquentis. Vide Farin. *vol.2.quæst.48. sub tit. de indiciis.* Rol.

Fuga delinquentis] adde † in hac materia Clau. Bertaz. *ad* 63 *consil.133.* Bertazz. *sui patris*, vbi more suo multa accumulauit; vide etiam Menoch. *consil.3.num.76.* qui sequitur hanc distinctionem D. Clari, *& in consil.246.n.73.* vbi loquitur de famulo,
† & quod debet probari fuga, & amissio rei, & in hac materia 64
fugæ, vide etiam Mascard. *de probat. conclus.498. & 819.* vbi latissime, & Viuius *com. opin. in ver. fuga*, & nouissime per eundem Menoch. *de præsumpt. lib.1.qu.89.nu.36.* plenissimè tractatum tenuit, quando fuga † indicium ad torturam faciat, & an 65
fuga notarij † noceat parti, quando quis accusatus, vel inqui- 66
ritur de falso, vide Io. And. *in addit. ad Spec. in tit. de præsumpt. 3. species, versic. violenta.* Baiard.

Item adde, quod fuga † nunquam præsumitur in viro inte- 67
gerrimo famæ, & honoris sui curioso, Ang. *in l.si bona fides. ff. de rei vendic.* Mars. *consil.69.n.38.* & Fel. *in c.cum contingat, col.3. versic.1.concl. de rescrip.* & Dec. *in consil.8.nu.198.* & ibi multum diffuse tractauit de fuga, & habetur per Bertaz. *in consil 60.* quomodo tollatur suspicio fugæ.

Item adde, quod nuda, † & sola fuga non facit indicium, sed 68
suspicionem inducit, secundum Alex. *consil.65.vol 1.* nisi tum ro- 69
te præcitato, iuncta vero cum adminiculis, vt fama, inimicitia, & aliis circumstantiis, & coniecturis, facit indicium ad torturam: quod procedit etiam in præparante, † & attentante aufu- 70
gere, ita tradit Carer. *in pract. crim. in l.obseruare, n.112.* nisi fuga
posset † aliquo modo colorari ex aliqua probabili causa, nam 71
tunc non facit indicium, & ideo si dicat timuisse, ne occidatur à consanguineis occisi, & quia ab ipsis fuit inculpatus, & tunc, ex quo ei locus non erat tutus, se absentauit, & aufugit, non facit indicium, si de his constabit, & stabitur eius iuramento, si probationes non habebit, vel quod se absentauit propter partialitatis timorem, vel propter verba minatoria partis, vel quod dubitabat carcerari, vt plene per Carer. *in loco citato*, & etiam esset probabilis causa, si diceret, se recessisse, vt amicos videret, Deciān. *d.consil.8.n.199.* & absentia alicuius semper præsumitur in bonam partem, Bald. *in l.bona fidei, C. de iur. iur.* & Mars. *in pract. crim. §.diligenter, n.43.* concludit, quod nunquam fuga facit indicium ad torturam, quia aut fuga erit post accusationem, & inquisitionem, & tunc non facit indicium, aut post suspicionem inquisitionis, & idem erit, quia poterit dicere, quod aufugit propter suspicionem, ne contra eum formaretur inquisitio, & stabitur eius iuramento, & ego numquam practicari vidi, quod propter solam fugam deueniatur ad torturam, nisi aliis concurrentibus. *Baiard.*

l *Primo vt crimen* , adde, quod similiter † fuga est cri- 72
men, quando officialis aufugit ab officio suo, & tenetur *crimin. læsa maiest. §.1. in auten. de adm. no.* Ripa *in l.admonendi, ff. de iureiur. & est communis opin.* vt per Viu. *opin.343. num.31.* Baiard.

m *Et in hoc etiam concordant omnes*] Supra *q.20.versic. ad formandum infra qu.28. in pr.* Drogh.

n *Torturam*] Fallit, vbi aliqua iusta causa posset opinari, ita per Tob. Non. *consil.99.nu.12.* qui *n.seq.* dicit, si sit dubium, de causa, statur iuramento rei. *Giach.*

o *Est communis opin.*] Vulpell. *respons.115.num.2.* Peguera *decisio 17.* Farin. *d.q.48.num.3. vsque ad num.7.* vbi ponet multas limit. & postmodum, *nu.60.* ponit aliam regulam negatiuam, nempe quod fuga non plene probat contra fugientem, & eam cum ampliationibus, & limitationibus. *Rol.*

p *Quæ tamen intelligenda est*] adde infra, *quæst.61. versic. sed hæc quidem omnia*, ibi reus, post publicatas attestationes & ibi dat practicam, & nota, quod procedit non tantum post accusationem, seu denunciam realiter factam; sed etiam si sola sit denunciæ suspicio, vt per Dec. *consil.233. sub num.1.* vide Boer. *decisio.215.num.10.* Drogh.

Quæ tamen intelligenda est] Farin. vbi supra, *num.27. limit.1.* Rol.

Quæ tamen intelligenda est] adde, quod si vltra † fugam ad- 73
essent alia indicia, seu suspiciones contra fugientem, quod tunc fuga post formatam inquisitionem, facit contra eum maximum indicium, Bert. *consil.70.n.24.* Duen. *in reg.391. limit.1.* & ibi habentur aliæ limit. & ampliationes.

Item adde, quod fugiens † post purgatam omnem suspicionē

per

per torturam non præsumitur fugere propter timorem iudicij, Alciat. *consil.20.tom.2.lib.7.*

75 Item adde, quod idem operatur † præparatio fugæ, quod o-
peratur ipsa fuga, Bald. *in l.penult.C.de pign.actio.* Marſ. *in l.1.n.*
25.ff.de q. & Rim.iun. *consil.302.n.11.vol.3.*

76 Item adde, quod fuga † non facit indicium, quando reus fu-
git manus executorum, & postea citatus statim venit; Gram.
vot.10.numer.2. & Blanc. *in l.fin. ff.de quaſt.numer.286.* Zaſi. *in*
consil.19.num.12. vol.1. & Boer. *in decisio.251.nu.27.* nisi in fuga
faceret resistentiam Curiæ, quia tunc faceret indicium ad tor-
turam, si captura esset iusta, Carrer. *in pract.crim.in l.obseruare,*
n.113.f.mihi 24.

77 Item adde, quod fuga † ex causa non facit indicium, & quæ
sit iusta causa, remittitur arbitrio iudicis. Iaſ. *in l.admonendi, n.*
169.ff.de iureiur.

Item adde, quod non dicitur fugere, quando quis vadit ad
78 Ciuitatem † metropolitanam, vbi est caput iustitiæ ibi publice
versatur; Gram. *consil.42.n.18.*

q *Talis enim fuga*] Idem dic de eo, qui visus fuit aufugere cum ense euaginato, & sanguinolento de aliquo loco, vt domo vel vinea, & ibi reperiatur homo mortuus, nam præsumitur, quod ipse occiderit, vt late per Carr. *in pract.nu.134.* & Nouel. *num.7.* Giach.

r *Hoc tamen habet locum*] Ergo etiam in non capitalibus criminibus quis torqueri potest, licet modus aperiendi verita-
tem sit durior ipsa pœna, veritate reperta: Contrarium tamen
sentit Crau. *consil.137.numer.10.cum seqq.infr.q.64. versic. Præ-*
terea, vbi dixi. Capyc. *decisio.126.num.5. cum seq sup qu.1.& qu.*
20.versic. Ad formandam. Hinc est ergo, quod cum sumus in le-
78 uioribus † criminibus, ad pœnam tantum pecuniariam perti-
nentibus, si adsint indicia; quia durum fortasse videtur ad tor-
turam deuenire, fiscales ad compositionem recurrere solent,
tum quia, vt dixi, durum videtur peruenire ad torturam, quan-
do modus aperiendi veritatem est durior ipsa pœna, veritate re-
perta: tum etiam quia est non minus durum deuenire ad con-
demnationem criminalem per indicia tantum non verificata:
prout tamen deueniri posse dixit Crau. *consil.178 num.1.inf qu.*
66. super quo tamen vide Alexand. *consil.77.numer.8.volum.1.*
Drogh.

Hoc tamen locum habet] Farin. *d.loco n.13* Roſ.

ſ *Scias etiam*] Declara, vt per Vulpell. *resp 139.num.6.* & vide Farin. *d.q.48.num.48.* Plot. *consil.31.numer.24.de eo qui cum om nibus de familia aufugit.* Roſ.

Scias etiam quod quando ille, qui aufugit, &c.] adde, quod
79 ad hoc, vt spontanea † comparitio tollat indicium fugæ, requi-
ritur, quod citatio præcedat, Gram. *consil.42.n.18.* quem refert,
& sequitur Rim.iun. *consil.88 n.19.* Baiar.

t *Num.8.*] Vide Nattam *consil.407.numer.10.11.* & omnino *consil.499.num.14.cum seq.& per totum:* & per Iacob. Menoch. vbi supra, *numer.6.cum plurib seq.* & per prac. Carer. *pag.88 sub n.116.versic.aut iuste, & in versic.seqq.* vbi declarat qualiter constet de animo redeundi, & quando non, & quando faciat indicium. *Giach.*

u *Tertio autem*] Vulpell. *respons.50.num.1.* Menoch. *de arbit. iud casu 301.* Peguerra *decis.5.1.par.* qui Menochium reprehendit. Farin. *vol.1.q.30.tit de carcere per totum.* Roſ.

Tertio autem modo apponitur fuga] adde, quod vigintiduo
80 † requiruntur ad hoc, vt fugiens habeatur pro confesso secun-
81 dum Foller. *in tract.crimin.in verb.& si confitebuntur numer.45.*
fol.373. & Paul. Ghiil. *de relax.carcerat. in c.de fuga incarcerati.*
& ibi quomodo cognoscatur si reus recesserit animo fugiendi,
& non recurrendi, & ita habetur pro confesso, quando aufugit
82 † de palatio officialis, in quo detinebatur, Gramm. *cons 57.n.4.*
83 & tortus † iniuste fugiens de carceribus non habetur pro con-
fesso, nec inde puniri debet, ita Alexan. *in cons.144.vol.2.* & an
84 sit necessarium † citare fugitiuum ad sententiam, idem Ghiil.
in d.c.de fuga, num.13. ibi tenet esse magis tutum, quod sic. Ad
85 omnia, & quibus pœnis sint puniendi fugientes de † carceribus,
vel de palatio, etiamsi reperientur innocentes, & an sint citan-
di, vide plenissime *in d.decisio.* Boer. 215. & Menoch. *de arbitr.*
86 *iud.cas.301.* vbi † dicit etiam, quod carceratus, qui effregit car-
cerem, & iam exibat, & interim fuit captus, perinde habetur, ac
si perfecte aufugisset, & Bertaz. *consil.35.vol.1.* vbi etiam de o-
87 pem ferente, † & instigante ad fractionem carceris, & quid de
carcerato sub solis compedibus, & quando fuga faciat haberi
fugientem pro confesso, vide Duen. *regul.392.* vbi multas po-
nit ampliat. & limitation. & Mascard. *in tract.de probat.conclus.*
820.vol.2. & quando aufugit fractis carceribus in *concl.266.vol.*
1. vbi latissime, & ibi *nu.3.* dicit, quod contra fugientem potest
88 ferri sententia † licet absentem, ac si vere in iudicio delictum
89 confessus fuisset, & quod fugiens † de domo iusdicentis, vel
habens sub præcepto pro carcere palatium, domum, vel ciuita-
tem, teneatur pœna frangentis carcerem, vide Bertaz. *consil.35.*
n.3. & Curt.sen. *in l.admonendi, num.675.ff.de iur.iur.* Gramm.
d.consil.57. Ben. *consil.44.n.36.* Viu. *comm.opin.in versic fugiens* &
Mascar. *de prob.in verb.carceratus conclus.266.num.19.* & Deci.
Lucensi *90.nu.5.* vbi dicit veriorem opinionem esse, quod sta-
tutum puniens fugientem a carceribus publicis comprehendit
fugientem à Camera, † vel palatio pro carcere à Iudice assigna- 90
to, & de eo, qui aufugit de thalamo, in quo erat † sequestratus, 91
vide Bert. *consil.65.n.6.& consil.124.n.2.* vbi tenet, quod habe-
tur pro confesso.

Item adde, quod non solum illi † dicuntur frangere carce- 92
res, qui illis fractis ab eis aufugiunt, sed etiam illi, qui à Iudi-
cibus iussi ad eos non se conferunt, ita affirmat Iacob. de Beluiſ.
in sua pract.crimin in tit. de inquisit. num.56. quem sequitur
Anton. Scap. *in tract.iuris non script.lib.5.cap.54. num.4.* sed ad
omnia prædicta, quibus pœnis puniantur carcerum fracto-
10 Item adde, † quod duo testes non omni exceptione maiores saltem habeantur loco vnius testis, secundum Imol. *in l. qui testamento, de testam.* & Calcan. *consil.* 109. *col.* 2. *vers. præterea dico*, sed Ang. *in consil.* 118. videtur velle contrarium, & Alex. *in consil.* 131. *col.* 6. tenet, quod † duo testes non omni exceptione ma- 11
iores non probant plene. Aret. autem, & Fel. *in c. licet vniuersis, de testi.* dicunt esse in arbitrio judicis; tamen aduerte, quod licet sit in arbitrio judicis, nihilominus, quando non † sunt inte- 12
gri testes, judex non debet arbitrari, quod duo testes sufficiant, vt dicit Corn. *consil.* 55. *in fino, vol.* 4. *Baiar.*

QVÆSTIO XXIII.

Quis modus in assumendis indiciis seruandus sit.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Indicia à quibus personis sumi debeant.*
2 *Et an ad ea sumenda debeat pars citari.*
3 *Et an sint danda interrogatoria testibus à reo.*

Ex Additionibus.

1 *Testium depositiones quomodo sint scribendæ in Regno Neapolis.*
2 *Testes debent examinari separatim de iure diuino.*
3 *Testes sunt interrogandi de causa scientiæ, alitèr non probant.*

QVæro a postquam est aperta via iudici ad inquirendum, à quibus personis debeat sumere indicia, siue informationes? Resp. Siquidem pars in querela, aut consul in denunciatione nominauerit aliquos, tanquam de ipso delicto informationes, prout communiter fieri consueuit, ut dixi supra *quæst.* 7. *vers. quæro nunc*, tunc eorum dicta ante omnia recipi debent, sin minus examinandi sunt illi, qui verisimiliter possunt esse informati, puta, vicini, secundum practicam, quam docet Bart. *in l. fin. post nu.* 2. *ff de quæstio. b* Debet autem iudex in hoc caute ambulare, quia sæpenumero delinquentes, seu agentes pro eis contrahunt secreto pacem cum offensis, & deinde faciunt, quod ipsi, vel alij eorum nomine subministrant testes, quod eorum attestationibus destruunt intentionem fisci. An autem verum, vel falsum deponant, Deus scit. Et ita solere aliquando practicari admonet Blancus *in pract. crimin. fol.* 22. *post num.* 56. Propterea forte bonum esset; quod iudex, vel notarius, qui recipiunt testes super delicto, prius ab eis oretenus intelligerent breuiter seriem facti, quam eorum dicta in scriptis redigerent. Et vbi cognoscerent, quod affectarent defensionem rei, possent eos diligentius interrogare, perscrutando à quibus fuissent vocati, aut instructi, aut cum quibus locuti fuissent, antequam deponerent, & similia, cogendo etiam eos ad fideiubendum, ut ipsi iudici viderentur de subornatione suspecti. Et hoc maxime, quando tales testes superueniunt post iam fundatam intentionem fisci. Quod nota, quia aliquando vidi c super hoc fieri egregias impostures iudicibus non indoctis, neque in- d
expertis. Non autem probo, imo detestor quandam practicam, quam seruant multi iudices, & notarij parum timentes Deum, qui dum recipiunt, & scriptis redigunt dicta testium deponentium ad informationem curiæ, scribunt tantummodo ea, quæ faciunt pro fisco: Et si testis aliquid dicat, quod exgrauet delinquentem, omittunt illud scribere; e Male enim faciunt, quia debet veritatem inuestigare tam pro fisco, quam contra fiscum, neque aliquid omittere. Sed vbi testis esset suspectus, bene potest (ut dixi) iudex illum interrogare de subornatione, & facere quod de hac suspicione in actis

apparcat, cogendo etiam eum ad fideiubendum, vbi ita ipsi expedire videatur. Et nota in hoc proposito vnum; quod licet regulariter iudex non debeat cauillare dicta testium, sed adiuuare; nihilominus si iudex habeat testes pro suspectis; potest, & debet studere, ut eos in verbis capere possit, eos interrogando etiam super circumstantiis, scilicet an tempus esset clarum, vel nebulosum, quibus vestibus erat indutus, ille, de quo deponunt, & quid habebat in capite, & similia. Ita dixit Azo. *in Summa. C. de testib. num. 7.* & ita (ni fallor) dicit obseruari Gramma. *consil. crimin. primo, numero 9.*

2 Quæro, nunquid ad recipiendum examina testium debeat reus citari? Dixi supra *q. 11. vers. item quæro.*

f Item *f* quæro, nunquid danda sint interrogatoria

3 testibus ab ipso inquisito. Respond. Aut quæris de testibus, qui examinantur ad informationem cuius parte absente, & res non habet difficultatem, quia reus non admittitur ad aliquid faciendum, nisi personaliter compareat: Aut verò quæris, an si recipiantur testes per litem contestatam, possit reus dare interrogatoria, & dic, quod de iure communi fortè dicendum est, quòd posset, per text. *in l. si postulauerit, §. quæstioni, ff. de adult.* sed de consuetudine contrarium seruatur, quia non dantur interrogatoria per inquisitum. Et ita hodie seruari de stylo omnium curiarum attestatur Foller. *in pract. crim. fol. 252. num. 32.* Ratio autem, cur in causis criminalibus admittatur interrogatoria fisci contra reum non autem contra fiscum, quamuis in iudiciis seruanda sit æqualitas, imo fauorabilior semper esse debeat causa reorum, est secundum ipsum, quia reus deinde publicato processu potest probare

g contra personas, & dicta testium, quicquid vult: *g* fiscus autem non solet probare contra defensiones, neque datur ei aliquis terminus ad relapsam, prout seruari attestatur Carauita *super ritu 258. magnæ curiæ, numero 3.* & est omnibus notissimum. Quæ tamen ratio non militaret, quando extaret accusator; nam eo casu, si petat, semper ei datur terminus ad repulsam. Sed quicquid sit, consuetudo vtroque casu obseruat, quod inquisitus, vel accusatus nunquam dat interrogatoria testibus deponentibus, non etiam dat accusator interrogatoria testibus deponentibus ad defensam, sed iudex, aut fiscalis eos interrogat, prout sibi videtur. Vide etiam dari quandoque per accusatorem interrogatoria facienda testibus, qui ad defensam deponunt, non quidem in forma iudicij, sed priuatim in aliqua cedula ad instructionem ipsius iudicis, vel fiscalis, quod mihi non displicet.

ADDITIONES

Ad Quæst. XXIII.

a QVæro postquam] Melius, & diffusius declarat hanc materiam Blanc. *in repet. l. fin. numer. 49. cum sequent. ff. de Quæst.* Drogh.

b *Debet autem Iudex*] Hoc idem habetur sup. q. 5. in principio, & aduerte Iudex, est enim magna animaduersio, infra *q. 95. vers. sed hic incidenter, q. 50. in princ.* supra *q. 17. vers. fin. in fin.* infra *qu. 49. versic.* Hæc autem omnia ad fin. *q. 61. versic. sed hæc quidem,* dixi *ad q. 44. versic. fin. & in fin.* ex Bar. *in l. absentem, n. 4. ff. de pœn.* Drog.

c *Super hoc fieri egregias imposturas*] Impostura quid sit infra *q. 83. versic si quis* Imposturam, vide Bal. declarantem imposturam esse enormem diffamationem *in c. fin. sub num. 5. extr. de rescript.*

d *Non autem probo*] Adde, quod in Regno Neapol.

1 † *per Regiam Pragm. 6. incip. item quia nobis, sub tit. de actuariis scribis,* prouisum fuit quod dicta testium pro, & contra inquisitos integra recipiantur, sed male obseruatur.

2 Adde, quod in recipiendis indiciis, siue informationibus examinatio † testium est facienda secreto, vt per Gl. *in l. si quando C. de test.* quæ dicit, quod fuit inductum per Danielem per Susanna, vt legitur *in eius libro cap. 13.* & ideo Bar, *in tract. ad reprimen. in versic. figura nu. 15.* tenet, quod sit de iure naturali, siue Diuino, & testes † sunt interrogandi de causa scientiæ, alias non probant, Bal. *in consil. 77. vol. 3. Bai.*

e *Male enim faciunt*] adde infra *qu. 61. versic. sed hæc* quidem ibi, bene verum est; Vbi tamen suspecti sunt testes, ante eorum admissionem senatum consuli debere habetur *in nouissimis Constit. tit. Declaratio senatus super præscript. §. quod ad taxas ad fin. faciunt ea,* quæ dixit infra *q. 48. versic. Quæro quot dilationes, ante fin.* Drogh.

f *Item quæro*] Far. *qu. 73. vol. 3.* vbi plene. Ros.

g *Fiscus autem non solet*] Terminus ergo reprobatorius non datur fisco ad reprobandum; Non tamen ob hoc prohibitum est fisco reprobare contrarietatem testium, quæ insurgit ex eorum dicto, iuxta Dec. *in l. vbi repugnantia num. 2. ff. de regul. iur.* Idem Dec. *in c. ex parte il 2. n. 55. de offic. deleg.* & ibi Felin. *coll. 4. 9. fall.* Drogh.

QVÆSTIO XXIV.

Quæ personæ non possint in causis criminalibus testificari.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Testis in causis criminalibus qui esse possint.*
2 *Et an mulier.*
3 *Et an in causis capitalibus.*
4 *Et quid de iure canonico.*
5 *Et an inimicus.*
6 *Et quid si sequuta sit reconciliatio.*
7 *Et an ille, qui dixit contra me testimonium in alia causa.*
8 *Et an clericus.*
9 *Et quid si protestetur, quod non vult reum puniri in pœnam sanguinis.*
10 *Et an laicus contra clericum.*
11 *Et an pauper.*
12 *Et an affinis.*
13 *Et an infamis.*
14 *Et an meretrix.*
15 *Et quis dicatur meretrix, remiss.*
16 *Et an constitutus in peccato mortali.*
17 *Et an semel conuictus de crimine.*
18 *Et an pupillus.*
19 *Et an in subsidium testes inhabiles aliquando admittantur.*
20 *Et an ad defensam.*
21 *Iudex an possit cogere testem ad testificandum.*
21 *Qui non possint cogi ad perhibendum testimonium.*
23 *Testis, qui non debuit examinari, si fuerit examinatus, an faciat iudicium.*

Ex Additionibus.

1 *Testem in criminalibus non recipiendum ad perpetuam rei memoriam.*
2 *Mutus non potest esse testis, nisi sciat litteras, vel per indubitata signa ad plenum intelligatur.*
3 *Muti testimonium per scripturam latum, quomodo recipiatur, remiss.*
4 *Surdus etiam, & surdaster non sunt idonei testes, de his, quæ auditu percipiuntur.*
5 *Testis si sit diuersæ locutionis, adhibitis interpretibus examinari debet.*
6 *Practica examinandi testem extranea locutionis.*
*6 *Numerus supplet testium defectus.*
7 *Mulier an possit esse testis in criminalibus, remiss.*
Mulieres tres an conuincant reum, num. eod.
8 *Et quid seruetur in practica in terris ecclesiæ.*
9 *Mulier in criminalibus admittitur in testem de iure canonico, quando veritas aliter haberi non potest.*
10 *Item quando proceditur per viam inquisitionis, vel denunciationis,*

11 *Item*

11 *Item in crimine hæresis, læsæ maiestatis, & simonia.*
12 *Mulier deponens pro reo præfertur viro deponenti ad offensam.*
13 *Inimicus quando repellatur à testimonio, & quomodo probetur talis, remiss.*
14 *Consanguineus inimici ex linea ascendenti, & descendenti non facit indicium.*
15 *Consanguinei inimici vsque ad quartum gradum possunt repulsari.*
16 *Consanguinei appellatione venit amicus intimus.*
17 *Inimicus præsumptus, & reconciliatus, quid operentur, remissiue.*
18 *Inimicus non admittitur in testem etiam cum tortura.*
19 *Inimico non creditur, etiam in articulo mortis, & sacramento Eucharistiæ recepto.*
20 *Inimicus iudicis præsumitur, qui ab eo fuit tortus, vel etiam carceratus.*
21 *Carceratus non est idoneus testis contra iudicem, qui eum carcerauit.*
Et an, & quando sit idoneus etiam contra alios.
22 *Inimicus facit quale quale indicium.*
23 *Et quid importet quale quale indicium, remiss.*
24 *Inimici capitales de visu cum aliis adminiculis, quando faciant indicium ad torturam.*
25 *Iudex debet supersedere in examine, si fiat protestatio, ne aliquis examinetur, quia inimicus, & offeratur in promptu probatio inimicitiæ, de qua iudex summatim cognoscere debet.*
26 *Princeps non potest facere, quod inimici in testes recipiantur.*
27 *Inimicitia præsumpta testem repellit.*
28 *Item incognita, & ex causa minus probabili.*
29 *Inimico reconciliato non est credendum.*
30 *Asserens se non diligere aliquem, videtur asserere se ei inimicum.*
31 *Inimicitia capitalis vnde oriatur, remissiue.*
32 *Inimicus vtriusque partis pari inimicitia non repellitur.*
33 *Inimicus non capitalis, an faciat indicium, remittitur arbitrio iudicis.*
34 *Cohabitatio, & conuersatio stricta cum inimico à testimonio repellit.*
35 *Inimicitia, vel conuersatio, quando dicatur parua, vel magna est Iudici arbitrium.*
36 *Inimicitia capitalis testem repellit, etiam si prouenerit ex culpa eius, contra quem deponit.*
37 *Limit. nisi dedita opera inimicitiam contraxerit, vt à testimonio repelleretur.*
38 *Testis non potest accusari ab eo, contra quem deposuit, vt tanquam socius criminis repellatur.*
39 *Iudex officio non potest repellere testes inimicos, nisi ex processu de inimicitia appareat, nisi per partem opponatur.*
40 *Testis studiosè percussus, vt repelleretur à testimonio, non repellitur.*
41 *Inimicitia ad repellendum testem debet specificè probari cum causa ipsius.*
42 *Inimicitiæ causam sufficit probare, licet à parte ignoratam.* Bart. in l. prima, ff. de his quibus, vt ind. *declaratur.*
43 *Inimicitia satis constare dicitur ex cautionibus de non offendendo.*
44 *Inimicus tempore iuramenti, & amicus tempore depositionis non repellitur.*
Amicitia an, & quando repellat testem.
45 *Testi etiam coactè deponenti, & grauato is, contra quem deposuit, præsumitur inimicus.*
46 *Testis quando dicatur deponere sponte, vel coactè remissiue,* num. 55.
Clericus an, & quando pro laico, vel contra laicum in criminali possit examinari.
47 *Laicus deponens ad defensam præfertur Clerico deponenti contra.*
48 *Clericus potest esse testis contra laicum, si de crimine ciuiliter agitur, nec ei nocet si postea iudex illum sanguine puniret.*
49 *Laicus contra clericum in crimine non facit plenam probationem.*
50 *Laicus quando admittatur in testem contra clericum, remissiue.*
51 *Et quid si veritas aliter haberi non potest.*
52 *Paupertas quomodo probetur.*
53 *Paupertas quando repellat à testimonio, est iudici arbitrium. Amicitia nunquid repellat testem, & quando non,* numer. 59.
Affines in criminalibus repelluntur.
54 *Affinitas solum, an repellat, remittitur arbitrio iudicis.*
55 *Affinitas par inter accusatum, & accusantem non repellit à testimonio.*
56 *Affines plures super eodem deponentes probant.*
57 *Consanguinitas transuersalis non repellit in totum à testimonio.*
58 *Affinitas transuersalis leuis non minuit de fide. Et vsque ad quem gradum affinis repellatur, & si contra affinem deponit, probat.*
59 *Affinis n... potest esse testis pro affine iniuriato, vbi est consuetudo, quod omnes de familia reuocare soleant ad animum iniuriam factam consanguineo.*
Affines accusantis repelluntur à testimonio.
Affines & consanguinei quando admittantur ad defensam, & quam fidem faciant.
60 *Infamis quomodo repellatur à testimonio, remiss.*
61 *Infamia iuris, & facti quæ dicatur.*
62 *Infamia iuris non probatur nisi per confessionem, vel per sententiam.*
63 *Infamia probatur per testes non iuratos.*
64 *Infamia quomodo probetur, remiss.*
65 *Infamis potest esse testis de gestis in prostibulo.*
66 *Infamis infamia iuris sufficit ad inquirendum.*
67 *Beroarij censentur infames infamia facti, & sunt vilissimi.*
68 *Beroarij quando probent, remiss.*
69 *Iudæus est infamis infamia facti.*
70 *Iudæus non admittitur regulariter cōtra Christianum.*
71 *Iudæus quomodo iuret, remiss.*
72 *Papa potest ad testimonium habilitare infames & criminosos, & alios inhabiles.*
73 *Limit. nisi sint inhabiles ex dispositione iuris naturalis.*
74 *Item si testificarentur in Consistorio Principis.*
75 *Infamis contra infamem, quomodo testificetur, remiss.*
76 *Infamis potest esse testis contra eum producentem.*
77 *Limit. nisi causa infamiæ de nouo emerserit.*
78 *Infamia superueniens non minuit de fide.*
79 *Infamis restitutus admittitur in testem.*
80 *Et quid de emendato.*
81 *Testis habilitas an consideretur tempore iuramenti, vel depositionis.*
82 *Infamis de iure facit semiplenam probationem de gestis à seipso deponens.*
83 *Opponens crimen contra testem debet specificare locum delicti, tempus, & circumstantias.*
84 *Dies, & hora non est exprimenda dum opponitur contra testes.*
Limit. nisi dies, & hora essent de substantia materiæ in actis deductæ.
85 *Infamis quando admittitur in testem, remiss.*
86 *Infamis torquendus, vt probet, debet sufficiēter torqueri.*
87 *Infamis infamia facti, & vnius testis valde dignus plene probant.*
88 *Infamis infamia iuris admittitur in testem in subsidiū.*
89 *Lim. nisi statutum requireret testes omni exceptione maiores.*

f Adde, f quod admittitur ad testificandum etiam in
3 causis capitalibus, & ita communiter attestatur Alex. *cons. 11. nu. 6. lib. 1.* Imol. *in l. qui testamento, §. mulier, circa fin. de testamen.* quem refert August. ad Ang. *de malef. in verbo, Comparauerunt & negauerunt, post n. 14.* Et dicit Vital. *de malef. in rubr. de testibus, nu. 37.* quod in hoc ius ciuile vbique seruatur.

g De g iure autem canonico mulier non admittitur ad
4 testificandum in causis criminalibus, & ita tenent communiter Doctor. ut dicit Blanc. *de iud. num. 351.* Hanc etiam dicit esse communem opin. Abbas *in d. cap. quoniam, num. 2.* quem refert Decian. *in l. fœmina, nu. 34. & seq. ff. de reg. iur.* & Apostill. ad Crot. *de testibus sub nu. 55.* & Duen. *in d. reg. 515. in princ.* Butr. *in loco præallegato,* Dec. *in d. cap. quoniam, n. 20. seq.* Hoc tamen intellige, ut procedat in causis criminalibus criminaliter intentatis; in illis enim vtique mulier de iure canonico à testificando repellitur. Et ita communiter teneri attestatur Ioan. de Imol. *in d. §. mulier, circa fin.* quem refert August. *in loco præallegato.* Hanc etiam dicit esse communem opin. Io. de Anan. *cons. 17. post num. 16.* Practic. Conradi, *fol. 205. post nu. 74.* Sed in causis criminalibus ciuiliter intentatis bene admittitur etiam de iure canonico ad testificandum.

h Item h quæro, nunquid inimicus repellatur à testifi-
5 cando in causis criminalibus. Respond. quod si inimicitia est capitalis, repellitur: alias secus. Et ita tenent omnes, ut dicit Anan. *in c. cum oporteat, nu. 6. de accusat.* Felin. *in eo. c. cum oporteat, post num. 8.* Hanc etiam attestatur esse communem opin. Aret. *in d. c. cum oporteat, num. 19.* Leuis ergo inimicitia non repelleret testem à testificando. Et ita communiter tenetur, ut dicit Abb. *in Auth. si testis, n. 3. de testibus.* Et scias, quod in causis
i criminalibus non repellitur i inimicus à testificando etiam in casibus exceptis, puta, læsæ Maiestatis, & huiusmodi, ut est text. *in cap. per tuas, de simonia,* quem Doctores reputant esse in hoc proposito singularem, ut
k dicit Marsil. *cons. 65. num. 20.* k Quis autem dicatur inimicus, statur arbitrio iudicis: ita dicit Ioan. Andr. *in d. cap. cum oporteat,* quem sequuntur communiter Docto. ut ait Marsil. *in l. 1. §. præterea, num. 53. ff. de quæst.* Pariter etiam quæ dicatur inimicitia capitalis, vel non, relinquitur arbitrio iudicis. Et ita tenent omnes Doctores,
l & in hoc residens, ut dicit Felin. *in c. repellantur, l n. 3. de accusat.*

m Sed m quid si secuta sit reconciliatio, nunquid ad-
6 huc propter priores inimicitias erit quis à testificando in causa criminali, repellendus? Respond. quod sic: talis enim reconciliatio recens, & nouiter facta non tollit effectum præcedentis inimicitiæ. Ita sentire videtur Innocent. *in d. cap. cum oporteat, numero 6.* quem omnes sequuntur, ut ait Felin. ibi *post numero 10.* vbi etiam *numero 12.* attestatur hanc esse communem opi. prout etiam attestatur Didac. *pract. quæst. 18. num. 3.* Plotus *in repet. l. si quando, post num 880.* Et ideo secundum aliquos, ad hoc ut quis post reconciliationem possit tanquam inimicus repelli à testificando, requiritur non modo, quod inimicitiæ sint recentes, sed etiam quod notum sit lapsum triduum à die reconciliationis. Et hanc dicit esse communem opin. omnium Doct. Sigismun. *cons. feudali 46. post nu. 17.* Quod ego non credo verum, sed puto relinquendum esse arbitrio iudicis,
n qui ex circunstantiis & qualitate personarum, & inimicitiæ æstimabit, an ut repellendus, vel non. Et in omnem casum nunquam dicerem, quòd talis, qui semel fuit capitalis inimicus etiam post mille reconciliationes posset vnquam dici integer testis, vel omni exceptione maior, licet forte non esset in totum à testifican-
o do repellendus.

7 Sed o nunquid ille, qui semel dixit testimonium contra me in causa criminali, vel ciuili, in qua ageretur de maiori parte bonorum, poterit ad hoc esse testis contra me in alia causa criminali? Respon. Si sponte accedat in ista causa criminali ad testificandum, non potest examinari: si vero accedat ad deponendum coactus, quod citatus, vtique debet examinari: & ita communiter tenetur, ut dicit Paris *in c. fraternitatis, nu. 14. de testib.* Hanc etiam distinctionem esse communem Aret. *in c. cum P. Manconella, nu. 3. & seq. de accusat.* Sed certe in omnem casum, talis testis nunquam poterit dici omni exceptione maior.

Vlterius p quæro, nunquid clericus possit testificari p
in causa criminali? Respon. quod sic debent tamen cle- 8
rici abstinere à testificando in causis criminalibus, in quibus ingeratur pœna sanguinis; nam ex tali testificatione vbi contingat sequi mortem, aut membri mutilationem, efficiuntur irregulares, ut dixi supra *libr. 2. §. Clericus.* Et quid in hoc proposito obseruetur in Regno Neap. vide per Carauitam *super Ritu 144.*

Sed quid si clericus in actu testificandi proteste- 9
tur, quod non intendit testimonium perhibere ad hoc, ut reus pœna sanguinis afficiatur: nunquid propter talem protestationem euadit irregularitatem? Respond. quod non. Et ideo si reus, contra quem testimonium perhibuit, afficiatur pœna mortis, vel mutilationis membri, ipse erit nihilhominus irregularis.
Et hæc est q communis opin. ut ait Didac. *in repetit. cle-* q
me. si furiosus, fol. 341. vers. 13. his omnibus, de homicid. Vide, quæ dixi supra *q. 14. vers. dixi in primis.*

Præterea r quæro, nunquid in causa criminali pos- r
sit laicus contra clericum testificari. Respond. quod 10
in causa criminali non admittitur in testem contra clericum ille, qui non clericus, & tale patitur corporis vitium, quod à promotione, & sacerdotio repellat. Ita colligitur ex text. *in cap. 1. de except.* secundum communem intellectum, ut ait Felin *in eo. cap. 1. in primis ver.* & Dec. *num. 13.* quos refert, & attestatur hanc esse communem opin. Didac. *in practica, quæst. 18. post num. 2. versic. Secundo illud.* Et quod si agatur contra clericum criminaliter, non admittantur laici, nec bigami, nec mulieres, dicit esse communem opin. Oldr. *consil. 145. numer. 3.* Tu dic, quod si laicus indistincte non admittitur in testem contra clericum in causis criminalibus criminaliter intentatis, prout est communis opinio, ut attestatur Didac. *in loco præallegato,* & Viuius *in libr. communium opin. versic. testificari possunt,* & Menchiaca *libro 3. de testam. § 22. n. 73.* vbi loquitur etiam in criminibus exceptis: certè illud, quod dicunt Doctores, ut repellatur ille, qui non posset aliter aliquod corporis vitium esse clericus, videtur non satis bene posse procedere. Nam si intelligatur in laico, videtur superfluum, ex quo indistinctè repellitur, ut supra dixi: si vero intelligatur in iam clerico, qui tamen patiatur aliquem defectum, propter quem non posset de nouo promoueri, non videtur communis conclusio rationabilis: ut etiam ponderat Didac. *ibi, numer. 7. circa fin.* Nihilominus in practica difficile esset contra communem opin. obtinere. Cæterum si clericus sit accusatus de crimine ciuiliter, vtique potest laicus contra ipsum testificari. Et ita concludunt Doctores omnes, ut attestatur Feliet. *cons. 183. post nu. 5. vers. vltimo confirmatur.*

Quæro s etiam, nunquid pauperes admittantur ad s
testificandum in causa criminali. Respond. Tancr. *in* 11
cap. si quid, de testibus, dicit, quòd non. Et ita tenent communiter omnes Scribentes, ut ait Soc. *reg. 289 pauper,* quem refert pract. Conradi, *fol. 107. num 8.* Io. de Amicis *consil. 78. num. 9* quem refert Rol. *cons. 46. nu 34. lib. 2.* Hoc tamen intellige, ut procedat in paupere, & turpi persona: secus autem si sit persona honestæ vitæ, & bo-

nę conditionis,& famæ,argumento eorum,quæ dixi supra. *quæst.14.versic.sed hic etiam.* Quis autem dicatur pauper,standum est arbitrio judicis,ut dixi supra *lib.2. §.pauper.*

t Quæro t modo, nunquid in caussis criminalibus affi-
12 nis repellatur à testimonio. Respond. quod sic. Et ita communiter tenetur,ut dicit Corn.*cons.172.in littera T, lib.2.* Hanc etiam attestatur esse communem opinionem Aret.*in c.cum oporteat, numer.11. de accusat.* Hoc etiam dicit esse certum, secundum omnes Alber.
u *de testibus in 1.par.§.1.numer.16.u* Quæ quidem conclusio absque difficultate procedit,quando affinis,vel consanguineus accusatoris, vel partis offensæ vult contra reum testificari; nam eo casu proculdubio repellitur, cum injuria facta consanguineo suo censeatur etiam ipsi communis. Et ita hanc esse communem opinion.
x attestatur Villalpan.*super l.22.cap.33.post numer.2.x* Sed ad defensam ego vidi multoties examinari affines ad probandum innocentiam rei, juxta ea quæ dixi infra versi.item scias,& quandoque etiam ad offensam, licet
y non sint integri testes,juxta ea quæ dixi y *supra quæst.21. vers.vnus testis.*

z Item z infamis infamia juris prorsus repellitur à te-
13 stificando in causa criminali. a Et hoc sine controuer-
a sia admittunt omnes,ut dicit Pract. Conradi,*fol.77.numer.11.* Sed quid in eo, qui est infamis infamia facti? Respond.quod pariter repellitur in caussis criminalibus: & est communis opinion.ut attestatur Alber.*in tract.de testibus in p.1.§.consequenter,numer.7.& seq.*ubi etiam dicit,quod ita communiter obseruatur, quem refert Practic. Conradi, *fol.79. num.15.* Hoc tamen intellige,
b non procedat regulariter,sed in subsidium,scilicet b ut aliter veritas haberi non potest, tuncutique admittitur
c testis infamis hac infamia facti c cum tortura. Et ita concludunt communiter Doctores, ut dicit Aret. *in l.*
d *cap.1.nu.40.de accusat.*Vide,quæ dixi infra *d.quæst.proxima circa principium.*

e Item e meretrix non potest esse testis in criminali-
14 bus. Et ita tenent communiter Doctores ut dicit Ias.*in l.cunctos populos,in 2.lect.num.54.C.de sum.Trin.* & post eum attestatur hanc esse communem opin.Pract.Con-
f radi.*fol.80.f* Quæ autem dicatur meretrix,dixi supr.*lib.*
15 *1.§.Meretrix.*

g Quæro, g nunquid constitutus in peccato mortali
16 repellatur à testificando in causa criminali. Respond. Aliqui dicunt simpliciter, quod existens in peccato mortali repellitur à testimonio, vel saltem illi de fide diminuitur. Et hanc opin. dicit esse communem Alb. *de testibus in prima parte, §.consequenter, numer.11.in fin.* quem refert Bertrand.*consil.203.numer.4.lib.7.* Tu dic, quod omne peccatum mortale continuum, puta, concubinatus, vel frequentatum, puta, adulterium,repellit à testimonio. Si vero est momentaneum, vel transitorium, repellit quidem in foro ecclesiastico in causis criminalibus etiam inter laicos, sed non in foro ciuili. Et ita communiter tenetur,ut ait Felin.*in c.inquisitionis, post numer.15.de accus.* Et si dicas, quod secundum hoc pauci poterunt in testes admitti, cum nemo sine crimine viuat: Potest responderi, quod ubi pœnituit de peccato,poterit admitti,quia amplius non dicitur in crimine constitutus. Et in dubio semper erit præsumendum, quod pœnituerit, nisi appareat, quod in eo perseueret.

h h Scias tamen, quod semel conuictus de crimine
17 præcedente accusatione repellitur à testificando in caussis criminalibus, licet postea fuerit emendatus, & est communis opinion.ut dicit Barbat.*in tract.de testibus,in 1.par.numer.23.*quem refert Pract.Conradi *fol.79.versic. Quarta est.*

i Vidi i quandoque dubitari, nunquid pupillus in cau-
18 sis criminalibus possit testificari, & fuit conclusum, quod licet de jure minores 14. an. non possint testificari, ut dixi supra *libro secundo, §.testis*; tamen consuetudo admittit, quod possint examinari, si non ut probent, saltem ut prosint ad veritatem indagandam, & hoc præsertim in criminibus atrocioribus. Et ita tenent gloss. & doctores, ut dicit Nicellus *in concor. gloss. cap.30.* & ita etiam decisum fuit per Capell. Tholos.teste Aufrer *decisio.237.*An testimonium.Et ego intellexi,quod plura delicta ex depositionibus hujusmodi puerorum in lucem venerunt: Et refert Igneus *in l.excipiunt, numer.37.ff. ad Syllan.* quod ex testimonio filij impuberis 11. annorum detectum fuit homicidium commissum ab ejus parte in personam uxoris. k Cæte- k
rum illud est indubitatum, quod postquam quis factus est pubes, potest testificari de his, quæ vidit in pupillari ætate. Et hæc est communis omnium sententia, ut dicit Calcan. *cons.110.post numer.8.vers.Nec obst.quod isti,*Igneus *in d.l. excipiuntur, numer.36.* Et hoc dummodo deponat de rebus, quas vidit tempore, quo erat proximus pubertati,non autem ante. Et hoc dicit esse de communi omnium sententia Alber. *de testibus in prima parte, §. Videndum est,numer.11.* ubi tamen hoc eleganter declarat. Item intellige,ut procedat,modo ferat testimonium de his rebus, quas eo tempore intelligere poterat, alias secus.

Habes l igitur plures causas, ex quibus potest quis à l
testificando in causis criminalibus repelli, plures etiam explicauimus supra *in lib.2.§.testis.* m

Sciendum n est tamen aliquos esse casus, in quibus n
etiam testes inhabiles admittuntur, puta propter im- 19
munitatem criminum,ut in causis hæresis, & læsæ Majest.& hujusmodi, ut suis locis explicauimus. Item scias, quod quando veritas delicti aliter haberi non potest, tunc in subsidium testes inhabiles admittuntur, ne delicta probationum defectu impunita remaneant. Et est regula, quod quando ex natura facta alij testes haberi non possunt, admittuntur testes, qui alias prohibentur: quam dicit esse communem Dec. *consil.432. numer.8.*Bene verum est,quod Ant.de Butr. *in cap.tertio loco,de probat.*dixit hoc intelligendum esse,ut procedat, quando neque actu, neque habitu potest veritas delicti aliter haberi. Et(secundum eum)non sufficit, quod non adessent alij testes, sed opus est etiam, quod adesse non potuissent. Et hoc reputat singulare o Marsil. o
singul. 73. ubi ait hoc esse menti tenendum, quia quotidie occurrit de facto: & quod ipse alias fecit reprobare plures testes minus idoneos; quem post alios refert, & sequitur p Roland. *cons.24. num.67. libr.1.* Sed p
certe apud nos vidi pluries seruari contrarium, & judicio meo melius: nam ratio propter quam Doctores mouentur, quæ est difficultas probationis, ita militat quando certum est alios non adfuisse, prout quando adesse non potuerunt: q Et in hujusmodi casibus, ubi q
certum est,aut etiam verisimile, alios non adfuisse, senatus solet fidem adhibere testibus inhabilibus, si non ad condemnandum pœna ordinaria, saltem ad infligendam pœnam extraordinariam, vel ad torquendum, & ita teneas.

Item r scias, quod isti omnes, quos supra diximus, testificando in caussis criminalibus, possunt r 20
nihilominus, & debent admitti, si producantur ad defensam, & sic ad probandam innocentiam ipsius rei. Ita sentit Specul. *in tit.de inquisit. §.primo, numero vigesimo secundo* & est communis opinio, ut attestatur Anton.Gomes. *cap. duodecimo delictorum, numero vigesimo tertio.* f Quod tamen intellige,non ut omnino ple- f
nè probent, sed ut deinde, inspecta facti, & personarum qualitate, judicis ipsius religioni relinquatur, t t
quanta sit eis fides adhibenda.

Successiue u videamus,nunquid possit judex cogere u 21
testes

21 Successiue *u* videamus, nunquid possit judex cogere testes ad dicendum testimonium in causis criminalibus? *u* Respon. De jure ciuili videtur expeditum, quod possit eos cogere; sed de jure canonico variæ sunt opiniones doctorum, nam aliqui dicunt, quod non possunt cogi testes in mere criminalibus, neque etiam in criminalibus, eaque etiam in criminalibus ciuiliter intentatis. Et dicit Goffred. quem refert Bal. *in rubr. de testibus cogend. circa fin.* quod de consuetudine curiæ in mediis causis, & in criminalibus qualitercunque intentatis testes non compelluntur testificari, nisi de speciali mandato Papæ, dicit etiam Capella Tholos. *decis.*12. quod communiter tenetur, quod etiam ubi objiciuntur testibus crimina per viam exceptionis, non possunt cogi testes ad testificandum. Sed quicquid sit de jure, hodie indistincte seruatur cogi testes tam in ciuilibus, quam in criminalibus ad testificandum, ut attestatur Foller. *in pract. crim. x canon. fol.*121. *x num.*54 *in fin.*

22 Scias *y* tamen, quod sunt aliquæ personæ quæ in causis criminalibus non coguntur testificari, & in primis frater contra fratrem non potest cogi testificari in causa criminali. Et hoc est indubitatum apud omnes, ut dicit Alb. *de testibus in 2. parte, in princ. numer.*1. ubi etiam *post numer.*3. hanc dicit communem sententiam. Item clericus non est compellendus ad perhibendum testimonium in causa criminali. Et ita rescripsit senatus prætori Laudæ 4. Ianua. 1557. P.N. Sed quid in milite? Resp. quod utique compellitur testificari in causis criminalibus. Et ita conclusum fuit in Senatu 20. Iul. 1556. P.N. Bene verum est, quod ubi aliter veritas haberi non potest, eo casu etiam priuilegiati possunt cogi ad testimonium perhibendum: quod quidem in ciuilibus nullam habet difficultatem, ut dixi infra *lib. proximo*, & illud vidi etiam in criminalibus plerunque obseruari. Debet tamen judex, quantum fieri potest, abstinere ab examinandis testibus, qui de jure contra reum non possunt compelli ad testificandum, & ubi occurreret casus, quod veritas aliter haberi non posset, & delictum esset atrox, posset consulere Principem, prout factum fuit in causa quorundam fratrum de Barzaniga imputatorum de incendio, in qua Senatus permisit, quod contra ipsos examinaretur eorum mater, & super ejus dicto ambo fuerunt capti, & interrogati, & cum fuissent confessi delictum, fuerunt suspensi.

23 Vidi *z* etiam plerumque dubitari, nunquid testis, *z* qui non debuit *a* examinari in causa criminali, si tamen *a* fuerit examinatus, faciat indicium. Et in hac quæst. reperio, quod Pract. Carrer. *fol.*109. *numer.*152. dicit, quod traditur per Doctores quædam magistralis doctrina *b* longa distinctione, ut ibi per eum. Ego *b* vero breuiter dico, quod Aut testis prorsus à lege repellitur, & non facit indicium, nisi ad inquirendum, i. ad assumendas informationes super delicto specialiter contra aliquem, vel ad capturam, ubi ita judici videatur, nam ad hos effectus quælibet suspicio sufficit, ut dixi supra *quæst.*10. *vers. ad inquirendum*, & infra *q.*28 *in princ.* Ad transmittendam vero inquisitionem, seu citationem, neque ad torturam, non facit indicium. Aut vero testis non omnino à lege repellitur, sed illi de fide diminuitur, & *c* tunc si fuerit examinatus *c* parte nihil opponente facit indicium, parte vero opponente non facit sufficiens *d* indicium.

d

ADDITIONES
Ad Quæst. XXIV.

a Cæterum] De diuersis, qui ob infamiæ notam à testimonio repelluntur, copiose per Farin. *qu.*56. *vol.*2. *tit.*12. *num.*399. *& sequentibus*, vbi spuriis,
Lusoribus,
Buffonibus,
Ebriis,
Histrionibus,
Apostatis,
Decoctoribus,
Proditoribus,
Fustigatis,
Prodigis,
Calumniatoribus,
Litigatoribus, Centiuiis,
Quid de furioso, *quæst.*61. *vol. num.*1.
De cœco, *num.*19.
De surdo, *num.*36.
Monachos & Religioso, *num.*23. *& seqq.*

Nemo in causa propria potest esse testis *l. nullus, ff. de test.* vel in qua commodum, interesse, aut affectionem habet, late per d. Farin. *vol.*2. *qu.*60.

De oppositionibus contra examen testium idem Farin. *vol.* 3. *qu.*72. *vsque ad* 81. post Bos. *tit. de oppos.* Quis dicatur integer testis, idoneus, legitimus, ac omni exceptione maior. Farin. *qu.* 61. *in princ.*

De muliere, quæ adducitur in testem Far. *quæst.*79. *nu.*2. *casu* 1. *nu.*17. *& seqq plurib.* Dec. *in l.*2. *nu* 33. *de reg. iur.* dicit eam non esse omni exceptione maiorem. *Ros.*

Cæterum in assumendis] adde, † quod in criminalibus non examinantur testes ad perpetuam rei memoriam, Rebuff. *in* 3. *tom. const. tit. de caus. benef. possess. num.*9. *art.*2. & Gloss. *in cap. fi. vt lit. non contest.* Sed vide Alexan. *in cons.*201. *col. pen. & fin. volum.*1. & Fely. *in c. significauit, de test.* vbi habetur, in quibus casibus tale examen fieri possit, tam ratione actoris, quam rei, & de hoc etiam habetur, remissiue per Boss. *in titul. de oppositionibus contra testes, num.*31. 1

Item adde, quod mutus † testis esse non potest, nisi litteras sciat, nam tunc per scripturam admittitur, vel nisi indubitata habeat signa, quibus ad plenum intelligi possit, Bonif. de Vitalin. *in tract. de malef. in tit. de test. prop. in cap. cum apud de sponsal.* Masc. *in l. de minore, §. plurium quoque n.*8. *de quæst.* Ripa *in l.*1. *n.* 33. *de verb. oblig.* † & quando accipiatur testimonium muti per scripturam latam, vide Io. Igne. *in l.*3. *§. ignoscitur n.*44. *par.*1. *ad Syllan.* & de hac quæstione, quando mutus possit esse testis, vide Mascat. *de probat. concl.*1358. *n.*29. *vol.*3. 2 3

Item † adde, quod surdus non potest esse testis de his, quæ auditu percipiuntur. Steph. Aufr. *in tract. de testib. n.*88. & Bertrach. *in versic. testes qui esse poss. nu.*47. secus autem in surdastro, Aut. vbi supra, *versic. surdaster tamen*, & Mascat. *de probat. concl.* 1358. *num.*24. *vol.*3. 4

Item adde si † testis examinandus erit diuersæ locutionis, quam regionis, in qua testatur, adhibendi sunt duo interpretes, vel vnus saltem si duo reperiri nequeunt, & notarius † ita scribere debet, talis testis iuratus, & examinatus super dictis articulis sibi lectis, & vulgarizatis per talem iudicem, & per me notarium declaratis, & interpretatis per tales interpretes, siue per talem ipsi testi idem dixit, & respondit tali sermone, & interpretato per tales, vel talem interpretes dicto iudici, & mihi notario declarato, ita docet Nell. *in tract. de test. versic. qualiter n.*59. ad hoc vide etiam quæ posui infra *q.*26. *in prin.* Baiar. 5 6

b *Repelluntur*] Hic aduerte, quod quando testes omnino repelluntur, tunc testium defectus † non suppletur per numerum. Item in causa graui, & ardua, testium numerus illorum defectum non supplet, licet testes non omnino repellantur. Vide de omnibus per Crau. *in consil.*251. *col.*4. Giach. *6

c *Quæro igitur in primis*] adde videndum Mascat. *de probat. concl.*726. an fœmina † in causis criminalibus testis esse possit. *Baiar.* 7

d *In causis criminalibus*] Intellige, vt per Rolan. à Valle *consil.*7. *num.*10. *& vltra in* 1. *vol. & consil.*13. 14. *& vltra eo. volu.* Addas Farin. vbi sup. *num.*16. 27. 28. 29. *&* 30. Rol.

e *Viuim*] Et est opin. 381. *lib.*1. Ros.

f *Adde quod admittitur*] Sed aduerte, quia in causa criminali, & capitali fœminæ non sunt omni exceptione minores, quia varium, & mutabile testimonium semper producunt, vide per Cæpoll. late *in consil. crim.*31. *in* 1. *dubio.* Giach.

Adde, quod admittitur] adde, quod vbi agitur de pœna mortis imponenda tres fœminæ non conuincunt reum, vt consuluit Rim. Iun. *consil.*217. *num.*5. *vol.*1. Baiar.

g *De iure autem canonico*] Far. *d. casu* 1 *item casu* 1. *num.*31. & quod in testamento *casu* 3. *num.*55. Ros.

De iure autem canonico] Adde, quod hoc in terris ecclesiæ de facto non seruatur, vt dicit Alexan. *consil.*25. *vol.*2. Gramm. *consil.*12. *num.*17. sed aduertendum est quod extat *constitut. March. in libr.*4. *cap.*17. quod in criminalibus mulieres probant. 8

Item adde, † quod etiã mulier admittitur de iure canonico, quãdo aliter veritas haberi non potest. Alc. *in tract. de præsumpt.* 9

reg.1.præsump.47.num.3. Dec.*consil.363.num.5.* & Mars.*in pract. crim. § diligenter, num.81.*

10 Item adde, † quod similiter admittitur, quando proceditur per viam inquisitionis, siue denunciationis, vt per Innoc. *in c. quoniam, nu.1. de testibus,* & etiam admittitur in crimine hære-
11 sis, † læsæ maiestatis, & simoniæ, vt plene per Petr. Duen. *reg. 315.* & de hac quæst. vide etiam Mascar. *de prob. concl. 762. & 1358. num. 30.*

12 Item adde, † quod testimonium mulierum præfertur testimonio masculorum, quando mulieres deponunt ad fauorem ... celasi, Mars. *in l. vnius, § in ea causa, in fin. ff. de quæst.* Grammat. *consilio 45. num. 40.* Foller. *in pract. crimin. in verb. recipiuntur defensiones reorum, num. 28.* & Rol. *consil. 93. in fin. volum. 2.* Baiar.

13 *Item quæro, nunquid inimicus repellatur*] adde supra *qu. 14. versic. inimicus* & ideo casu, quo examinetur, nec etiam dictum talis inimici est sufficiens ad inquirendum, nec ad transmittendum Inquisitionem, prout nec etiam id fieri potest super d... to bannito; Chart. *de execut. sent. c. fin. num. 80.* & in quantum dixi infra *versic. sed nunquid de teste deponente,* tenuit Dec. *consil.... in fin.* Diog.

Item quæro] adde, & quod extenditur quatuor modis, vt per Menoch. *de arbit. iud. lib. 1. quæst. 28. num. 6. cum seq. vsque ad fin.* Giach.

Item quæro] Farin. *q. 53. n. 2.* vbi plene, & quid in socio inimici Vulpel. *resp. 106. num. 3.*

Item quæro nunquid inimicus] adde videndum Mascar. *de probat. concl. 1046.* vbi late quando inimicus sit repellendus, à testimonio in causa inimici, & ex pluribus coniecturis, quis probatur inimicus, vt per eundem Mascar. *de probat. concl. 898.* per Viu. *opin. 978.* & Menoch. *de arb. iud. casu* 110.

Item adde, quod inimicus non facit indicium, nec eius con-
14 sanguineus † ex linea ascendenti, & descendenti, secus vero ex linea transuersali, quo casu non possunt repulsari, Gramm. *decisio. 34. n. 10.* sed Botta *in consil. 2. n. 13. cum seq.* tenet, quod nedum inimicus capitalis repellendus est, sed etiam eius attinentes,
15 † consanguinei vsque ad quartum gradum affinium, & ibi etiam num. 16. dicit, quod appellatione consanguinitatis, venit
16 amicus intimus, † Neuiz. *in consil. 67. n. 14.* & Natt. *consil. 65. n. 14.* & ad hanc quæstionem, quod inimicus repellatur à testimonio in causis criminalibus, vide etiam Menoc. *de arbit. q. 28.*
17 *n. 5. cum seq.* & ibi late † de inimico præsumpto, & reconciliato, *& casu 26. n. ... & in lib. 1. de præsumpt. qu. 89. n. 55.* & Mascar. *de probat. conc. 858. nu. 12. vol. 2.* adeo, vt non faciat indicium, aut præsumptionem aliquam, Far. *q. 73. n. 12.*

18 Item † adde, quod inimici non sunt admittendi etiam, cum tortura, vt per Gramm. *consil. 38. n. 11. & 12. & consil. 45. n. 17.* Bertaz. *in consil. 8. n. 44.* & Boss. *in tit. de inquisit. n. 52. circa medium,*
19 & ibi *num. 53.* dicit, quod nec in articulo † inimico creditur, nec suscepto corpore Christi etiam, quod laboraret in extremis, Mar. *in l. 1. § præterea ff. de quæst.* & Bertran. *consil. 131. nu. 9. vol. 2. consil. 14. n. 5. consil. 11. n. 3. vol. 3.*

20 Item adde, quod inimicitia † inter iudicem, & reum contrahitur nedum ex tortura, sed etiam ex carceratione, & ideo
21 contra officialem examinari non potest, Gramm. † *in consil. 46.* hoc vide etiam Mascar. *de probat. concl. 899. n. 22.* & Menoch. *de præsumpt. lib. 4. præsump. 4.. num. 17.*

Item adde, quod carceratus in vinculis publicis pro crimine, quod per sententiam infamat, repellitur à testimonio nedum contra officialem, sed etiam contra alios 4. *qu. 4. § item leg. Iulia. iuncta Gloss. super vers. in vinculis ad idem text. in l. 3. § lex Iulia, ff. de testib.* vbi Glos. dicit, quod isti vinculati repelluntur, vel propter notam vitæ, licet non sint infames, vel quia præsumitur, quod falsum testimonium pro aliquo dicerent, qui eis se eos vinculis liberaturos promitteret, idem Specul. *de test. § 1. versic. item qui accusatus,* contra quem inducit, & Aufrer. *de prob. test. num. 15.* Far. *qu. 56. num. 180.* quod non procedit, si carceratus fuerit pro crimine, quod non infamat, *num. 181.* quia licet non admittatur, & faciat plenam fidem, plures tamen carcerati faciunt bonum indicium ad torturam, *num. 182.* in testamento ad pias causas adhiberi testes possunt carcerati, *num. 185.* Item si criminis suspicione carent *num. 184.* & liberatus testificari potest de his, qui carceratus vidit, vel audiuit, *num. 184.*

22 Item adde, quod licet † inimici non faciant indicium ad torturam, tamen faciunt quale quale indicium, vt dicit Gl. *in cap. cum id est, extra de sent. & re iud.* Paris. de syndic. *in verb. tortura, § an testes reprobari,* Mars. *sing. 158.* testes qui non debet, in
23 principio, & † quid importat hoc quale quale, vide Bal. *in l. si duo patroni in prin. de iureiuran.* & Felyn. *in cap. cum dilectis col. pen. in fine de accusat.*

24 Item adde, quod † depositiones inimicorum capitalium deponentium de visu, iunctæ cum aliis adminiculis, faceret indicium ad torturam, in casu, in quo consuluit Roman. *consil. 431.* *ibi allegatis,* & maxime si isti testes inimici essent bonæ vitæ, & famæ, per ea quæ dicit Bart. *in l. desertorem, § sed si ex tmbroni, ff. de re milit.*

Item adde, quod quando Iudex † vult examinare testem ini- 25
micum, si fiat protestatio, quod non debet examinari, quia est suus inimicus capitalis, & offerat in promptu probationes, impeditur examen & debet iudex summatim de inimicitia cognoscere, secundum Bart. & Mars. *in l. 1. § si quis dicatur ff. de quæst.* & habetur per Gramm. *decisio. 34. nu. 47.* allegatum per Foller. *in pract. crim. in verb. capias informationem, n. 8.* ista enim exceptio non reseruatur tempore publicationis, vt per Menoch. *arbi. iud. 139. nu. 7. & 8.*

Item adde, † quod etiam Princeps non potest facere, quod 26
inimici testes recipiantur, Paris. *consil. 2. nu. 64. vol. 4.* Menoch. *de arb. iud. q. 28. n. 4.*

Item adde Menoch. *de arb. iud. d. q. 28.* vbi habetur, quod nedum hoc procedit in inimico vero, quod repellatur a testimonio, verum etiam in præsumpto, † & in inimico, cuius inimicitia 27
non est publica, sed ignoratur, & etiam in inimico reconciliato,
& etiam in inimico ex causa minus probabili † ipsa inimicitia 28
prouenit. & illud quod dicitur de inimico reconciliato, † intelli- 29
gitur de eo, qui de recenti fuit reconciliatus, vt per Alc. *in trac. de præsump. præsump. 11.* Tiraq. *in tract. de caus. limit. 19. num. 7.* Cou. *pract. qq. c. 18. n. 1.* Blanc. *de indic. n. 137.* vbi plene.

Item adde, quod qui asserit † non diligere partem, tacitè, & 30
indirectè videtur asserere se esse inimicum partis. Stepha. Aufr. *in tract. de reprob. testi. n. 49.* Mascar. *de proba. concl. 898. nu. 40.* & Dec. *in tract. suo crim. lib. 3. c. 25. nu. 70. par. 1.*

Item adde, † ex quibus causis oriatur capitalis inimicitia ad 31
hoc, vt quis ratione inimicitiæ repellatur a testimonio Giga. *in tract. de crim. læsæ Maiestatis lib. 2. tit. quomodo & per quos qu. 2.* per totam vbi posuit circa viginti causas & plene de hac materia tractauit: & contrahitur etiam inimicitia capitalis ex verbis, altercatoriis iniuriosis, & minatoriis secundum Mars. *in consil. 2. num. 12.* Rolan. *in consil. 24. num. 38.* concludens talem testem repelli posse, & Rim. Iun. *in consil. 211. num. 42.* & dicit Ias. *in l. procurator, C. de procur. in fine,* hoc esse notandum, quia quilibet diceret contrarium.

Item adde, † quod admittitur inimicus, si pari inimicitia 32
vtriusque partis sit inimicus, Mars. *in l. cum duos latrones, num. 12. ff. de quæst.*

Item adde, quod ibi inimicitia † non sit capitalis, vel magna, 33
inimicus admittitur, sed ita, vt ipsi testi minus fidei adhibeatur, & non facit semiplenam probationem, Crau. *consil. 6. num. 32.* Corrad. *in pract. crim. lib. 1. c. 9. nu. 65. circa medium.* Sed Abbas *in c. inquisitionis, § tertii nu. 11.* dicit, quod relinquitur arbitrio iudicantis, & Gramm. *decisio. 34. num. 28.* vbi dicit relinqui arbitrio judicis, an ex dicto inimici non capitalis resultet indicium ad torturam.

Item adde, quod † cohabitans, & conuersans cum inimico 34
meo, non potest esse testis, si conuersatio sit stricta, & longa; vt per Blanc. *in tract. de indic. n. 164.* vbi plene, & quando dicatur
parua, † vel magna inimicitia, & conuersatio, relinquitur arbi- 35
trio judicis, Fely. *in c. 1. & c. quotiens de testib.* Alex. *consil. 78. nu. 7. vol. 1.* & Ias. *in l. admonendi nu. 179 de iureiur.* Corrad. *in pract. crim. lib. 1. c. 9. n. 64.* & Menoch. *de arb. cas. 110.*

Item adde, quod testis inimicus † capitalis repellitur, etiam 36
si inimicitia prouenerit culpa eius, contra quem producitur,
dummodo † id non fecerit studiosè, & data opera, vt ipsum 37
testem excludere posset, Gomes. *de delict. c. 12. num. 14.* & vide inf. *num. 40.*

Item adde, quod † testis non potest excusari ab eo, contra 38
quem fuit examinatus, vt tanquam socius criminis repellatur, Bart. *in l. 1. § cum quis de quæst. in l. quoniam C. de testib.* & Bald. *in auth. si quando cod.*

Item adde, quod † Iudex ex officio non potest repellere testes 39
inimicos, licet in processu constet de inimicitia, quia pars videtur tacite eos admittere, Anton. de Butr. *in c. cum dilectus, il 2. de consuetud. nu. 33.* & ibi Imol. *nu. 34.* Alex. vbi hoc reputat singulare, & valde vtile in practica *in l. 4. § hoc autem iudicium n. 19. de damn. infect.* Felin. *in c. intimauit de testib. nu. 10.* Gomes. *situ. de delict. c. 12. nu. 21.*

Item adde, † quod testis, quem ego studiose percussi: vt eum 40
excludere possem, non repellitur a testimonio. Bart. *in l. 1. § cum quis ff. de quæst.* Bal. *in auth. si dicentur, vers. modo quæritur, C. de testibus,* vbi assignat rationem, ne mea calumnia mihi prosit, & Deci. *in consil. 163. col. 7. in princ.*

Item adde, † quod ad repellendum testem, non sufficit alle- 41
gare inimicitiam in genere, sed oportet eam probare in specie, scilicet, quod est grauissima, siue grauis, & causa dictæ inimicitiæ, & probatio debet esse euidens, & manifesta, Grammat. *decisio. 34. n. 24. & decisio. 85. n. 5.* alias sic in genere probata non sufficeret, Bald. *in cap. constitutus de rescript.* & Carau. *in ritu 73. numero 8.*

Item

De creditore, vel debitore *n.*316.
De venditore, & emptore *n.*325.
De cedente pro cessionario, vel econtra *n.*335.
De donatore pro donatario, 362.
De fideiussore 368.Socio 386.Proxeneta 406.
De teste vniuersitatis *n.*450.*Ros.*

Scias tamen quod sunt aliqua persona] adde † videndum ad 135
hanc quæstionem Follet. *in pract.crim. in verb.capias informationem n.*19.vbi late, & quod testes tunc dicuntur inuiti, quando citati ad deponendum venerunt, & allegauerunt eorum priuilegium, petendo non esse cogendos ad deponendum, quo non obstante iudex compulit eos testificari; non autem quando fuerunt tantum citati, & eis fuit factum mandatum quod deponant. & illi deposuerunt non allegando priuilegium, per ea quæ tradit Alber.de Ros. *in l.lege Iulia, ff.de testi.*

Item adde, quod frater contra fratrem in maioribus crimini- 136
bus, & exceptis, in defectu aliarum probationum testificari cogi potest. Feder. Schenc.*in tract.de test.n.*1. & 4.*co.*13.Gigas *in tractat.de crim.læsæ maiestatis lib.*1.*tit.quomodo, & per quem q.*9.*n.*3.& Mascar.*de probat.concl.*162.*nu.*8.& *concl.*817.*n.*16. & quan-
do aliter † veritas haberi non possit, maritus contra vxorem, 137
& econtra cogitur testificari, Capel. Tholos.*decisio.*4.

Vxor non admittitur ad testificandum contra maritum, Far. *q.*54.*n.*119.sed contra vxorem potest maritus, vt per Capel. Th. *decisio.*3.& 121.tenuit Aym.*in tract.de antiq.temp.part.*1.*sect.viso de fama n.*17.*versi.licet secus in marito, n.*220.potest tamen cogi in casu de quo hic per Baiar.de quo Far.*d.q.*54.*n.*121.item, & in causa hæresis *n.*23.& liberi contra parentes, & parentes contra liberos Gomes.*c.*12.*in rubr.de prob.delict.n.*24.*vers.aduertendum tamen to.*3.Parentes non possunt cogi ad testificandum contra filios, & econtra, Far.*q.*54.*n.*170.imo nec volentes admittuntur non procedit tamen regula, quando aliter veritas haberi nō potest *n.*171.nec illo casu debet fieri inconsulto Principe *n.*172.admittuntur tamen in crim.lęsę Maiest.humanæ, & diuinę *n.*173. & 174.& Scheo.*in tract.de testi.n.*31.licet contrarium ipse tenuerit, & ad effectum compellendi priuilegiatos, & cōiunctos, satis esset iuramentū partis dicentis, non aduisse alios, quā priuilegiatos, siue coniunctos, nulla tamen interueniente in contrarium coniectura, arg.*c.*1.*§.fi.de iuram.calum.in* 6.& per ea quæ ibi Doct.& ita tradit et, Nau.*in Man.confess.c.*25.*rub.de peccatis*
*testiū n.*46.*fol.*410.*to.*1.Item adde, quod quando filius, vel frater 138
deponunt contra patrē, matrem, vel fratrē, verisimile est, quod veritatē deposuerint, & tunc in contrariū fortiores & efficaciores probationes requiruntur Dec.*in cons.*342.*n.*1.*circa med.*

Itē † adde, quod testes, qui testimoniū dicere nō cōpelluntur, 139
si sponte deponunt, fidem non faciunt, l. in scriptis non redigatur, eos voluntariæ deposuisse, quia præsumeretur, quod inuiti

deposuissent, vt per Nell. *in tract. de test. ver. qualiter, num.96.* Bart. *in auth. Presbyteros num.3. C. de episc. & Cler.* & Laur. Ten. *caut.169.* & Brun. *in tractat. de indiciis quaest.2. princ. par. n.14.*

140 Item adde, † quod absolutus, siue gratiatus, non debet examinari post absolutionem vti testis contra socios, vt per Dec. *in consil.137. n.14.* Baiard.

z *Vide etiam*] Far. *d. q.61. vol.1. limit.11. n.261.* Ros.

141 *Vidi etiam plerumque dubitari*] adde, † quod in dubio exceptiones contra testes non repellunt illos à principio, sed sunt reseruandae, & tunc testes, qui non debent examinari, si examinantur, nullum faciunt indicium, secus vero si exceptiones non essent reseruatae per iudicem, quia tunc facerent indicium, iuxta

142 tradita per Ferret. *in consil.350.* & † ita declarat procedere doct. Bart. *in l. maritus, ff. de quaest.* vbi dicit, articulos reprobatorios ad impediendum examen testium nominatorum admittendos esse, ne examinati faciant indicium, & ibi etiam dicitur, quod exceptio contra testes, etiam repellens ab initio, est reseruanda; si requiratur aliam indaginem improbando illam, vide quae po-

143 sui infra *in q.53. in princ.* & ad hanc quaestionem, an testes, † qui non debent examinari fuerint, faciant indicium vide omnino Brun. *in tract. de indic. & tort. in q.2. prima part.* & Grum. *in consil. 41. n.4. & 5.* & late etiam habetur per Mascard. *de probat. concl. 1359. n.10.*

144 Item adde, si de facto † testes inhabiles fuerunt examinati, an possint per iudicem ex officio repelli, parte non opponente, hanc quaestionem posuit Ant. de butr. *in c. cum dilectus, il.2. de consuet.* & Gomes. *de delictis c.11. num.22.* vbi concludit, quod sic, quando testes sunt inhabiles ex eorum defectu, vel incapacitate, vt sunt infames, feminae, & similes, quia tunc consensu tacito, vel expresso ipsius partis, contra quam producuntur, non possunt habilitari, quia fauore publico prohibentur, secus tamen est, quando teste[s] sunt inhabiles principaliter fauore partis, vt domesticus, consanguineus, inimicus, vel similis, quia tunc iudex non potest eos repellere ex officio, licet in processu constet de eorum inhabilitate, pars enim videtur eos admittere, vel habilitare.

Quoniam in materia testium, & oppositionum contra eos non est, qui clarius, & dilucidius scribat, quam Farin. libuit capita recensere, ad quem facile postea erit recurrere.

145 Accusatus pendente accusatione à testimonio repellitur *q.56. num.167.* & hoc procedit in criminalibus *num.170.* cum declaratione 171. vitum in criminibus exceptis admittatur *num.173.* admittitur etiam, quando accusatio esset de leui, non autem de graui, & capitali *num.174.* non recipitur autem si sit accusatus de falso *num.176.* quicquid contra dixit *num.175.* potest recipi, & seorsum poni, donec ipsius accusatio expediatur in causa, & si sequatur absolutio, probabit *num.17*[7]. quod, si causa, in qua fuit examinatus, expediretur ante ipsius absolutionem, vana erit eius depositio, potest tamen examinari, & admittitur eius dictum, quando accusatio malitiose fuisset facta, ad finem, vt accusatus non deponeret contra accusatorem *num.178.* Ad defensam autem haec non attenduntur cum admittatur ibi *n.179.*

146 Adulter regulariter ferre testimonium non potest *q.56. num. 289.* quod procedit in damnato de adulterio, & in adulterio notorio, secus in occulto *n.190.*

147 Aduocatus in causa, in qua est aduocatus, propter praesumptam affectionem testimonium ferre non potest, Far. *q.60. nu. 155.* nec potest cogi ad testificandum contra suum clientulum, nisi quando aliter veritas haberi non potest, probata tamen prius hac qualitate à fisco, Bertaz. *consil. crim.152. num.1.* vbi etiam addit.

148 Apostata à religione non potest esse testis, Farin. *qu.56. nu. 444.* & multo magis repellitur, si fuerit apostata fidei *num.445.*

149 & de apostatis habetur inf. per Clar. *q.77. ver. apostata.* Blasphemator non est testis omni exceptione maior Far. *q.56. num.414.* Gramm. *consil.29. num.5.* & Ias. Bertazz. *consil.104. num.10.* vbi etiam *in apostill.6.* & in totum in aliquibus casibus repellitur *n. 415.* & praesertim in causis grauioribus, in criminalibus, matrimonialibus, & similibus, *nu.416.* procedit tamen regula in blasphematore condemnato secundum aliquos *num.417.* contra quem aliqui tenuerunt *nu.418.* sed procedit etiam in non condemnato, dummodo sit publicus blasphemator, & consuetus blasphemare, alias secus *n.419. & seq.* Secundo limitatur regula in blasphemante per iracundiam *num.424.* non probat ad condemnandum, tamen probat ad torquendum *n.425.* cum declaratione, de qua *n.416.*

150 Calumniator de calumnia condemnatus non potest esse testis, nisi accedente arbitrio Iudicis, Farinac. *quaest.56. num.459. & 460.*

151 Caecus potest esse testis in actione iniuriarum, Far. *q.61. n.25.* & in his, quae auditu percipiuntur, dummodo notas habet voces loquentium, vt falli non possit ibi, *nu.24. & 26.* non tamen est in his casib. omni exceptione maior, & integrae fidei *n.27.* cum declaratione, de qua *n.31.* vbi recensentur, qui contrarium teneere, nec probationem in his casibus inducit, sed praesumptionem tantum *n.28.* in criminalibus tamen cum distinctione, de qua ibi *n.30.* valet tamen eius dictum, quando deponit de iis, quae vidit ante caecitatem, *n.32.* probat in causa adulterii, & vbi agitur de prohibitione matrimonii *n.33.* ita tamen, vt in hoc proximo casu deponat de re cadente sub sensu auditus, secus si de re cadente sub sensu visus *nu.34.* & vt latius ibi per dictum Far. & in casibus non concernentibus criminales actiones.

Cedens bonis non potest esse testis, quia est infamis, Far. *qu. 56. num.448.* 152

Amasius pro Amasia, & è contra non possunt esse testes, Far. *q.54. n.217.* 153

Colonus non repellitur à testificando pro Domino suo de consuetudine, sed bene ei minor fides adhibetur, & ita seruatur tam in causis ciuilibus, quam in criminalib. Far. *qu.51. num.213. & 218.* 154

Concubinarius regulariter à testimonio repellitur, Far. *qu.56. n.284. & seq.* quod nedum procedit de iure ciuili, sed etiam de iure canonico, tam in clerico, quam in laico *num.286.* & magis, quando deponit pro concubina 287. eoque magis repellitur concubinarius coniugatus *n.288.* 155

Proxeneta cogitur deponere in causa simoniae, Far. *q.60. nu. 449.* & quando aliter veritas haberi non potest, *n.418. & 449.* 156

a *Examinari*] Hic aduerte contra consanguineos, quia vt repellantur, debent esse de gradu ascendentium, aut descendentium, & non transuersalium, quod intellige tam ad condemnandum, quam ad torquendum, vide per Carer. *in pract. crimin. pag.123. col.1.* vbi etiam vnum notatu dignum inquit, quod requiritur, vt testis sit omni exceptione maior vbi deponit de facto proximo, & maleficio immediato, secus vero de remotis à maleficio, quia tunc non requiruntur, quod sint omni exceptione maiores; & quod ista qualitas debet articulari, & probari, vide ibidem, *pag.123. & 124.* & quae adnotaui supra *q.21. versic. vnus testis* adde ibidem omni exceptione maior. Illa tamen qualitas remittitur in subsidium, vbi aliter veritas haberi non potest, nisi per tales testes non omni exceptione maiores. Nam tunc tales inhabiles, vt mulier, meretrix, leno, impubes, & aliae personae inhabiles ad testificandum in criminalibus, admittuntur in subsidium, vide per eundem Carer. *ibid. pag.124. col.1. in fin. versic. limita.* Giach. 157

b *Ego vero breuiter dico*] Nota, quomodo intelligatur indicium ad inquirendum. Hoc idem supra *q.7. versic. Habes igitur in princ.* ac alibi saepe; Discordare autem videtur ab aliis quae statim supra dixit *hac eadem quaestione versic. sciendum in fin.* vbi habetur, quod vbi certum est alios Testes non adesse, nec adesse potuisse, actu videlicet nec potentia, admittit Senatus etiam alios inhabiles vsque ad Torturam; Hic vero distinguit de Teste omnino à lege repulso, vel non: Dicas distinctionem istam procedere in casu, quo in actu tantum alius Testis adesse potuerit, adeoque natura actus nō repugnet, vt alius omnino Testis adesse etiam non potuerit; ibi vero loquitur in casu, in quo nullo penitus modo considerari possit testem adesse potuisse, & sic consideratur nō tantum in actu, quantum in potentia. Vide per Alex. *cons.64. lib.1.* Quem retulit Grau. *de antiq. temp. par.1. vers. viso, de fama n.15.* & in his terminis late disserit Boss. *de Indic. à nu.161. cum seq.* Iterum hic casus differt ab illo, de quo habetur *supra quaest.21. versic. vnus Testis,* Ibi n. loquitur, quando vnus tantum adest Testis, non quando duo; hic autem loquitur non tantum in vno teste, sed in pluribus, qui prorsus à lege repellantur, vel non, licet in singulari loquatur, argum. *c. in primis.11. q.1.* Gloss. *in c. Institutum 27. quaest.1.* Crau. *in cons.180. sub num.3.* Bald. *in sua pract. tit. Quaestiones circa probationes, qu.17. in princ.*

Adde hic, quod testis, qui omnino à lege † repellitur, dicitur ille, qui est periurus, quia cum in eo deficiat fundamentum, quod est fides, ideo repellitur, teste Andr. Alc. *Tract. de praesumpt. reg. 1. praesumpt.10. num.3. inf. q.53. in princ. supra quaest.21. versicul. scias tamen ad finem,* Crau. *cons.6. num.16.* Ludouicus Saccus *inter Consilia crim. diuers. consil.99. num.24. vol.1.* At semper, & omni in casu Dictum confirmatum in tormentis supplet omnem defectum testium, supra *in §. falsum versic. subornans,* dixi supra *ad quaestionem 21. vers. vnus testis ibi, & huiusmodi testis;* At quo ad inquirendum, & inquisitionem transmittendum supra *q.20. per totum.* Drogh. 158

c *Parte nihil opponente*] adde rationem, quia non opponente parte, quae impedire poterat, consentire videtur, vt not. Dyn. *in reg. qui tacet, in princip. de reg. iur. in 6.* per tex. *in c.1. de accus. in 6.* Aym. Crau. *Tract. de antiq. tempor. par.1. versic. vlterius scias ad med. qu.13. vers.1. post med. q.15. ver. sed pone.* Vide Menoch. *de arbitr. Iud. lib.2. cent.3. cas.139. maxime sub n.3. & lib.1. q.33. n.3. in fi. & lib.2. cent.4. cas.315. n.22.* vbi multa inuenies, quae tribuuntur parti opponenti, & contradicenti *cas.340. sub n.11.* Ploc. *in l. si quando, §.4. sub n.24. fol. mihi 39. C. vnde vi.* Crau. *consil.65. n.2.* vbi pulchre, *& cons.150. per tot. & cons.153. sub n.4.* vbi licet petitio generalis admittatur parte non opponente, illa tamen ex

post

post venit declaranda *conf.*130.*n.*5.alia ad hanc materiam concernentia, videlicet parte non opponente, vide apud Franciscum Herculanum Tract.Quis teneatur probare negatiuam *sub n.*183. iixi infr.*ad q.*46.*versic.plerumque.*Drogh.

d *Indicium*] Tu vide per Bart.*in l.maritus*, *sub num.* 3. *ff.de q.*vbi plene, sed plenius per Carer. vbi supra, ad quos recurre. Adde etiam, & vide additio.*ad pract. Papien.tit.inquisitio.Gloss.* 1.*additio c.testes*, vbi pro & contra allegat Bart.& in fin.allegat Bart. *d.l. maritus contrarietates reducentem ad concordiam, vt ibi.*Giach.

QVÆSTIO XXV.

Testes an in aliquibus casibus torquendi sint.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Testes quando in causis criminalibus torqueri debeant.*
2 *Et quid si sint infames.*
3 *Et quid si sint socij criminis, remissiue.*
4 *Et quid si sint varij.*
5 *Et quid in clericis.*
6 *Et quid in constitutis in dignitate.*
7 *Et quid si testis dixit vnum extra iudicium, & postea contrarium in iudicio.*
8 *Et quid si sit vilis persona.*
9 *Et quid si interfuit delicto, & dicit se non vidisse.*
10 *Et an testibus torquendis danda sit copia indiciorum.*

Ex Additionibus.

1 *Testes, qui non debent admitti sine tortura, si fuerint de facto admissi non probant.*
2 *Testes quomodo possunt torqueri, remiss.*
3 *Testes non debent torqueri, nisi postquam fuerit reus examinatus.*
4 *Testis tortus debet ratificare.*
5 *Testis varius non torquetur, si in secundo examine allegat causam rationalem.*
6 *Testis an sit torquendus, remittitur arbitrio iudicis, nec disputatur cum Aduocatis.*
7 *Et poterit torqueri tam in inquisitione generali, sicut in speciali.*
8 *Testis inhabilis potest torqueri, licet sit clericus.*
9 *Testes non torquentur ante litem contestatam.*
10 *Tortura quando infertur ad validitatem testimonij, debet pars citari, & ea præsente iuramentum deferri.*
11 *Testis qui non faceret indicium, non torquetur.*
12 *Falsarius non recipitur in testem, etiam contra falsarium, quod tamen limitatur, vt ibi.*
13 *Variatio, & vacillatio qua dicatur, & quomodo sit scribenda remissiue.*
14 *Testis varius potest arbitrarie puniri.*
15 *Testis varius in causa ciuili potest torqueri.*
16 *Testium modica varietas non nocet.*
17 *Testes sufficit concordare in facto principali. Limita nisi agatur de probanda re verbali, veluti confessione.*
18 *Testis varius torquetur, licet sit rusticus. Quod tamen remittitur arbitrio iudicis.*
19 *Doctor examinatus, vt testis, licet sit varius, non torquetur.*
20 *Testium variatio debet procedere torturam.*
21 *Testis contrarius quando torqueatur, remissiue.*
22 *Et quid de teste vili.*
23 *Vilis quis sit, remittitur arbitrio iudicis.*
24 *Testis vilis in graui causa testificari non potest.*
25 *Berroarij an, & quando probent, & admittantur, & repellantur in testes.*
26 *Testis vilis non repellitur deponens de gestis à seipso.*
27 *Testis vilis sciens factum, & nolens reuelare, potest absque indicijs torqueri.*
28 *Testis, qui interfuit delicto, & negat vidisse, vel audiuisse quando possit torqueri.*
29 *Et an præsumatur vidisse, vel audiuisse, remissiue.*
30 *Testis conuictus de mendacio ex dicto alterius dignioris, licet solius, torqueri potest.*
31 *Testis liber homo non torquetur, nisi vacillet, vel præsumatur scire id, quod negat, & sponte accedat ad testimonium.*
32 *Testis tortus, non indiciatus de veritate occultanda, non probat.*
33 *Testis semel tortus, non repetitur absque nouis indicijs.*
34 *Testis dicens aliquem alicui actui interuenisse, an probet illius scientiam.*
35 *Et quid si ipse negauerit interuenisse, remissiue.*
Testis in foro conscientiæ an possit pro saluanda alicuius vita celare veritatem absque peccato mortali, remissiue, nu.eod.
36 *Tortura testis non validatur ex indicijs superuenientibus.*
37 *Iudex torquens sine indicijs non excusatur, dicens se fecisse de conscientia Principis, nisi appareat.*
38 *Examinatus vti principalis in se, & testis in alios, non posset torqueri tanquam testis, nisi datis copijs indiciorũ.*
39 *Testes non debent torqueri nisi præcedant indicia contra reum.*
40 *Testis potest torqueri, si Iudex suspicetur, quod sciat veritatem, & reuelare nolit.*

SVnt *a* etiam aliqui casus, in quibus testes inhabiles *a*
admittuntur cum tortura; talis enim tortura purgat 1
defectum testis, adeo vt fidem faciat contra reum, licet alias sine tortura non probaret. Exemplum *b* autem *b*
poni potest in teste, qui sit infamis, talis enim siue sit 2
infamis infamia, facti nunquam, probat nisi cum tortura. Et est communis opin. vt dicit Boss.*in tit.de tortura testium nu.*3. vbi etiam subdit, quod testis crimine notatus, etiamsi non sit vilis persona, non admittitur sine tortura. Vide, quæ dixi supra, *q.proxima, vers. Quæro nunquid.*

Item in socio criminis, de quo dixi supra *quæ.ver.*21. 3
Scias etiam.

Item *c* testis varius in suis depositionibus non facit 4
fidem contra reum nisi firmet dictum suum in tortu- *c*
ra. Et ita practicatur, vt dicit Boss.*in loco præallegato nu.* 21.*in fin.* Vide, quæ dixi *infr.quæst.*53.*vers. Quartus est casus.*

Sed *d* nunquid hoc habet locum etiam in clericis, 5
vt scilicet clericus testis vacillans, vel suspectus, quod *d*
veritatem dicere recuset, possit torqueri? Resp.quod sic, & est communis opin. Canon. vt dicit Foller. *in pract.crim.can.fol.*127.*num.*40. Magis enim peccat clericus celans veritatem, quam laicus. Et licet Bart.*in l. ex libero, circa princ.ff.de q.*tenuerit, quod presbyter vacillans non sit de iure canonico torquendus, per text. *in l.presbyteri, C.de episc.& cleric.*nihilominus, vt dicit Boss.*in tit.de tortura testium,* illa lex in hoc non seruatur. Et contra Bar. qui (vt dixi) tenet de iure canonico presbyteros torqueri non posse, est communis opin.vt dixi infra *qu.*64. *ver. Sed an clerici. e* Intellige tamen, *e*
quod potest torqueri à suo iudice ecclesiastico, non autem à iudice laico, etiam, quod coram eo vacillet. Et ita reperio in facti contingentia decisum fuisse per consil.regni Siciliæ teste Capic.*decis.*142.*Faciunt,* quæ dixi infra *q.*38.*vers.sed hic quæro.*

Scias *f* tamen, quod hæc conclusio non habet locum *f*
in testibus in dignitate constitutis, tales enim, etiam si 6
vacillent, non torquentur, nisi in criminalibus exceptis. Et hæc est communis opin.vt dicit Boss.*in loco præallegato, n.circa fi.*

Sed pone, *g* quod testis vnum dixerit extra iudicium, *g*

7 deinde in iudicio deponat contrarium eius, quod extraiudicialiter dixerat, nunquid poterit ex hoc tor-
b queri? Respon. quod sic: *b* Et ita tenent communiter omnes, vt dicit Alexan. *consf. 63. circa fin. lib. 1.* quem refert Turzan. *in sua collecta communium opin. c. 134.* Dicit etiã Alex. *consf. 251. in fin. lib. 6.* quod in hoc omnes conueniunt. Et ita practicari attestatur Boss. *in loco præallegato, n. 21. in fi.* An autem hoc casu standum sit primo, vel secundo dicto, dixit inf. *in d. q. 53. vers. Primus est casus.*

i Sed quæro, *i* nunquid vilis persona, si testificetur in
8 causa criminali, probet contra reum sine tortura? Aliqui dicunt, quod sic. Et hanc dicit esse commun. opi. Roland. *consf. 24. num. 64. lib. 1.* Alij vero dicunt quod testi vili, & ignobili non creditur sine tortura. Et hanc dicit esse communem regulam Igneus *in l. prima, §. serui appellatione, num. 75. ff. ad Sylla.* Tu dic, quod hoc relinquendum est arbitrio iudicis, qui iuxta qualitatem personarum, & facti poterit arbitrari, an talis testis torqueri debeat, vel non. Sed in omnem casum huiusmodi testibus nunquam tanta fides adhibetur, sicut aliis.

9 Torquentur etiam testes, qui delicto interfuerunt, & tamen dicunt neminem vidisse, aut cognouisse, ex hoc enim reddunt se suspectos, tanquam quod veritatem celare velint. Ita dicit tex. *in l. vnius, § iudex. ff. de quomodo,* non tamen posset hoc casu iudex omnes eos, qui interfuerunt, torquere, sed tantummodo duos, vel tres, secundum communiter doctores, vt dicit Boss. *in tit. præallegato de tort. testium, num. 10. in fin.* Sed hoc non seruatur in practica, vidi enim multo plures aliquando torqueri, præsertim quando omnes sunt suspecti, quod
k verum dicere nolint. *k* Et ideo credere hoc relinquendum esse iudicis arbitrio, tam circa numerum, quam circa qualitatem, & modum torturæ, quæ tamen nullo modo debet esse ita grauis in testibus, prout in reis.

l *l* Solet dubitari, nunquid quando testes sunt tor-
10 quendi debeat eis dari copia indiciorum, & processus: Et dicendum est, quod non, ita tenet Bart. *in d. l. vnius. § iudex, num. 1. ff de quæstio.* cui nemo contradicit, vt dicit Boss. *in tit. præallegato, num. 38. & seq.* subdens, quod ita etiam vidit in practica obseruari. Et certe si aliter fieret, destruerentur mille processus, talis enim tortura vt plurimum fit super inquisitione generali ad indagationem veritatis, cuius quidem generalis inquisitionis non datur copia parti, nec testibus. Et ita obseruat consuetudo, vt dicit Anton. de Canar. *de quæst. in 2.*
m *membr. num. 52.* *m* Bene verum est, quod si testis sit torquendus propter causam, quæ aliunde quam ex processu oriatur, puta, ex eo, quia sit seruus, vel infamis, vel huiusmodi, vtique prius super hoc est disputandũ, & cognoscendum, dato etiam illi termino ad deducendum, si quid in contrarium habet ad torturam euitandam, vt ibi. Et dicit Boss. *in tit. de mandato ad homicidium, post num. 3.* quod ita seruat vniuersus mundus. Quod tamen ego in practica nunquam vidi seruari? nam iudices semper torqueri faciunt testes absque vlla disputatione, quod quidem tutius est, propter timorem subornationis. Faciunt, quæ dixi infra, *quæst. 94. vers. quæro nunc.*

ADDITIONES

Ad Quæst. XXV.

a *Svnt etiam aliqui casus*] Far. *q. 79. vol. 3.* & de infamia iuris, *ibid. n. 25.* Ros.

1 *Sunt etiam aliqui casus*] adde, † si contingeret, quod tales testes essent admissi sine tortura, non creditur eorum dicto, sed statur dicto in tortura, Alciat. *in tract. de præsumpt. præsumpt. 29.*
2 *num. 13.* & quando testes † torqueri possunt, Franc. Marc. *decis. 780. par. 2.* & late Cæp. *in consil. 60.* & vbi testis est torquendus,
3 non debet torqueri, nisi postquam reus, contra † quem deposuit, examinatus fuerit, quia si confiteretur, non esse opus aliqua tortura contra testem, & si negaret, torqueretur ad hoc, vt probaret.

Item adde, quod tortura † testis non operaretur, si non adest 4
ratificatio, vt in reo. Bart. *in l. penult. ff. de q.* & Boss. *in tit. de confess. per torturam num. 7.* & Gomes. *in titul. de delictis ca. 13. num. 29.* vbi ipse etiam tenet, quod requiritur ratificatio, licet Bald. *in l. fin. C. de quæst.* contrarium dixerit. Sed de hoc vide Bertaz. *in consil. 323.* vbi habetur, quando quis torquetur in se, & in alium, & quando torquetur in alium tantum, & ibi dicit, quod testis non debet torqueri, si aliter veritas haberi possit, & quod testis † varius, qui in secundo allegat causam rationabilem 5
variationis, non est torquendus, & casus, in quibus testes possint torqueri, tangit Hartman. *in lib. 2. pract. tit. 15. obseruat. 9.* & Bertaz. *consil. 153. n. 5.*

Item adde, † quod in tortura testis non exiguntur indicia, 6
quæ requiruntur ad torturam rei, nec de eis habetur disputatio cum Aduocatis, sed totum iudicis arbitrio committitur, Bart. & Mars. *in l. vnius, §. testes ff. de q.* & Brun. *in tract. de indic. car. 7. in princ.*

Item adde, quod † ita potest torqueri testis in inquisitione 7
generali, sicut in speciali, Bar. *in l. qui sine. n. 4. ff. de q.*

Item adde, quod ita † testes clerici, si sunt infames, vel alias 8
inhabiles, torqueri possunt, sicut laici, ita late Foll. *in pract. crim. cano. in versic. testibus diligenter examinatu. n. 47.*

Item adde, quod sicut † ante litem contestatam testes non 9
possunt recipi, ita nec debent torqueri, vt per Bart. *in l. si quis adulterium, n. 1. ff. de adult.*

Item adde, quod † quando tortura est inferenda pro validi- 10
tate testimonij, pars citari debet, & etiam ea præsente iuramentum deferri, Boer. *in decisio. 319. n. 4.* & Vulpel. *in consil. 76. in fine.*

Item adde, quod † testis, qui alias non faceret indicium, 11
non torquetur, Burs. *in consil. 216. num. 11. volum. 2.* & Bertaz. *consil. 549. num. 5.*

Item adde, † quod licet testes inhabiles cum tortura admit- 12
tantur, tamen falsarius non recipitur, etiam contra falsarium, nisi talis falsitas fuisset commissa in crimine læsæ maiestatis, ut falsare monetam Principis vel eius sigillum, & tunc etiam aliqua alia præsumptio concurrere debet, & est torquendus, Innocen. & Bal. *in c. 1. de confess.* Baiard.

b *Sine tortura non probaret*] Aduerte, quod licet oppositiones, quæ fiunt contra testem, reseruentur post examen, hoc tamen procedit, vbi est examinandus cum tortura, ne tortura sit superflua, per Bartol. *in l. 1. §. si quis dicatur. ff. de quæst.* Brun. *in l. prima ff. ad S. C. Syll. char. 6. col. 2. circa fin.* vt refert Boss. qui idem tenet *tit. de indic. & consid. ante tortu. num. 155.* Vbi subiungit, quod multi sunt, qui inaduertenter seruant contrarium, quod not. Et quibus casibus testes non omni exceptione maiores, & inhabiles admittantur, vi. per Car. *in pract. p. 127.* Giach.

c *Item testis varius*] Item addde, quæ dicatur † variatio, vel 13
vacillatio vitta notata *in c. præterea de testib. cogen.* vide Alber. de Ros. *in tract. de teste varian. c. 1.* & Bart. *in l. eos, C. de fals.* Dec. & Doct. *in c. quoniam contra de prob.* & ibi per Abb. & Paris. *in repet. nu.. 7. cum seq.* an iudex debeat scribere vacillationem testium, & quando, & an eo teste præsente, vel absente, & si non scribit, qualiter teneatur, & Notarius sub qua forma debeat vacillationem scribere, & an Notarius debeat scribere vacillationem, secundum, quod citat iudex, vel qualiter.

Item adde, quod † testis varius nedum potest torqueri, sed 14
etiam pœna arbitraria potest puniri per Iudicium, coram quo vacillat, Abb. Fel. & ceteri *in d. c. quoniam contra de probat.*

Adde quod † testis varius ita potest torqueri in causa ciui- 15
li, sicut in criminali, Maranr. *in Specul. de ord. iudic. par. 6. act. 14. nu. 6. fol. 49.* & *not. in l. ex libero, §. fi.* vbi Mars. *ff. de q. & habetur in l. nullus, C. de test. & in auth. presbyt. C. de Episc. & cler.*

Item adde, quod modica † varietas non nocet, sed sufficit, quod 16
concordet in facto principali, † licet discordet in aliquibus cir- 17
cumstantiis, Alex. *in consf. 24. nu. 43. vol. 2.* quod tamen fallit, vbi tractatur de re verbali, id est, de probanda confessione, in qua quælibet diuersitas operatur, vt testes censeantur varij, Ias. *in l. 2. col. pen. C. de bon. possess. secun. tab.* & Alban. *consil. 56. n. 29.*

Item adde, quod testis † varius, licet sit rusticus, poterit tor- 18
queri, quia non potest esse simplicitas, vbi est contrarietas, secundum Io. Andr. *in c. cum Ioannes Eremita. de fid. instr.* & Bal. *in l. scriptura, C. eod. tit.* & Ias. *in l. si quis, quod ff. de iurisd. omn. iud.* & ista opin. est verior secundum Rip. *in tract. de remed. pract. format. contra pest. n. 234.* ibi tamen subdit, quod prudens, & circumspectus iudex considerabit naturam personæ ipsius rustici, & qualitatem facti, super quo vacillauit, & omnibus recte pensitis amplectetur, quæ opinio sit sequenda: idem tenet Menoch. *de arbit. iud. casu 194. n. 17. fol. 217.*

Item adde, quod † Doctores examinati vti testes, si essent 19
varij, non possunt torqueri, ita tradit Mars. *in l. ex libero n. 4. ff. de q.* & Ceph. *consil. 164. n. 8. vol. 2.*

Item

10 Item adde,† quod ad torturam inferendam testibus propter vacillationem non sufficit, quod in tortura, vel post torturam vacillauerint, sed requiritur, quod vacillatio præcesserit torturam, Ruin. *in consi.7.in pr.vol.5.* Baiar.

d *Sed nunquid*] Testis clericus vacillans an torqueri possit, tradit idem Far. *in dict.q.66.n.101.p.3.* Ros.

e *Intellige tamen*] Far. *d.q.3.n.103.* Ros.

f *Scias tamen*] Far. *d.q.79.n.8.* Ros.

g *Sed pone*] adde, & vide *in collect. mea commun.opin.§.depositio testis.* Giach.

Sed pone] Far. *q.76.p.2.n.83.& par.5.n.106.& 167.* Ros.

Sed pone quod testis] Adde videndum Cæpol. *in consil.60.n.12.*
21 in † quibus casibus testis contrarius torqueri possit. *Baiard.*

h *Quod sic*] adde, atque vide per Cæpoll. *consil. crimin.60. n.3.& 12.* Giach.

i *Sed quaro nunquid vilis persona*] Vi. Didac. *pract. q c.18.sub n.1.* vbi quid in ciuilibus causis. *Giach.*

Sed quaro] Far. *q.57.vol.2.* vbi de paupere; & birroario, *q.56.artic.11.n.370.* Ros.

22 *Sed quaro nunquid vilis persona*] adde, quod testis † vilis
regulariter non torquetur, nisi tribus concurrentibus, scilicet
quod vacillet, quod conuincatur de mendacio, & quod sponte
accedat ad ferendum testimonium Bart. *in l.ex libero in fin.princ.*
ff.de quæstio. Paris. *consil.151.nu.17.vol.4.* Ruin. *consil.147.num.5.*
vol.5. Tob. Noni *consil.99.volum.3.in fin.* & Cæpol. *consil.60.nu.*
7. & quid in causa ciuili. Couar. *pract.quæst.cap.18. sub num.51.*
23 & quando dicatur vilis, remittitur arbitrio iudicis, Bal. *in l.*
Gracchus C.de adult.in prin. Menoch. *de arbitr.iud.cas.67.* & te-
24 stis vilis † in causa graui testificari non potest, Grammat. *decis.*
25 *11.num.4.* & an Berroarii, qui † dicuntur vilissimæ personæ, in
iudicio fidem faciant, Mascar. *in concl.188.col.1.*

¶ ¶ Dixi etiam supra *qu.24.num.68.* regulariter à testificando repelluntur. Farin. *quæst.56.num.371. & 373.* contrarium tamen aliqui senserunt, vt ibi *n.372.* illis non creditur in his, quæ sunt annexa eorum officio, & quę illud antecedunt, velut, si dicant, aliquid facere de mandato iudicis, *qu.55.nu.34.* nec in his, quæ sequuntur eorum officium, vt quia dicant se in executione impeditos, vel iniuria affectos *q.56.n.375.& seq.* nec quando dicunt reum in flagranti crimine captum *nu.378.& 379.* in grauibus non, secus in leuibus creditur tamen in his, quę spectant ad officium, vt executionem factam *n.380.& seq.* quod procedit in berroariis specialiter deputatis ad inquirendum, & capiendum *num.383.& seq.* creditur quando referunt in executione bona non inuenisse *num.384.& sequ.* creditur etiam si referant bona, in quibus facta fuit executio, spectare ad debitorem *nu.367.* vbi habetur mentio de his, qui contrarium dixere: creditur si deponant ad rei defensionem, vbi etiam tractat, quod admittuntur in syndicatu pro suo officiali, præsertim, si deponant pro, & contra officialem, *num.384.* probant tamen, quando tunc temporis non reperiantur amplius ad eius officia, & non sint vilissimi *num.390.& seq.* contra potestatem tamen possunt esse testes *nu.392.* crediturque baricellis, qui habent annexam iurisdictionem cognoscendi causas, & puniendi delinquentes, *num.393.* contra berroarios creditur 394. & generaliter horum depositiones faciunt indicium ad inquirendum *nu.395.* non tamen admittuntur in criminalibus sine tortura *nu.396.* nec eorum dictum recipitur, vt dictum testis omni exceptione maioris, nisi fuerit adminiculatum *ibi n.393.& seq.*

26 Item adde, quod † testis vilis, non repellitur, quando deponit de gestis factis à seipso, & vbi agitur de proprio commodo, vel incommodo, Menoch. *de arbitr.iud.casu 92.n.9.* Baiar.

k *Torquentur etiam testes*] adde Brun. *tract.de Indic. & tortur.q.4.parte 2.sub num.15.* & hoc maxime procedit, quando testis dicit non recordari de eo, quod non sit verisimile non recordari, vt puta, quia præsens, & ideo potuit videre Negat tamen vidisse, vel audiuisse, & hoc limita, vt per Dominum Antonium Petram *Tractat.de fideicommiss.probib.quæst.12.num.858.* videlicet, quando tempus est de substantia, pro quo vide Viu. *tract.com.opinio.vers.7 estu, si deponat mutuum.* Limita etiam in accusatore, qui non recordatur de die, quia licet præsens fuerit, non tamen exprimere tenetur. Alc. *d.Tractat.de præsumpt.reg.2. præsumpt.29.supra q.22.versic. Dixi etiam, ad fin.* licet huic dicto valde in contrarium faciat constitutio Mediolani *sub Rubrica de probat.§. & quia plerique*, quam late interpretatus fuit Plotus *inter consilia criminalia diuers. lib.1.consil.209.cum sequ.* de qua constitutione dixi etiam supra *ad q.22.vers.Præterea, in fin.* Qui autem sint casus, in quibus quis verisimiliter recordetur, vel nō ibi dixi ex Baldo *add. q.22. versic. Dixi etiam*; Nota tamen iudex, quod an quis recordetur, vel non, in dubio non est recurrendum ad torturam, nisi cum sic non recordans habeat in contrarium testes, qui dicant ipsum negantem verisimiliter recordari posse, & debere Marsil. *rub.de fideiuss. num.42.* Boss. *titul.de Indic.n.37.post princ.infra q.45.versic.sed pone*, imo talis testis sic negans, tunc conuincitur de mendacio, Menoch. *de arbit.Iudic. lib.2. Centur.2.cas.205. nu.22.* Aliter si non adessent in contrarium testes, qui dicerent negantem vidisse, vel audiuisse, vt supra, cum attestatio negantis taliter, dependeat ab animo tantum, non esset torquendus, sed staretur iuramento suo videlicet sic asserentis, & negantis, Marsil. vbi supra, *nu.44.* Etenim iustitia ipsius ignorantię aliquando venit probanda modo, quo per Menoch. *d.Tract.de arb.iud.lib.2. Centur.2.cas.186.nu.15.* & tunc maxime venit probanda cum contra ignorantiam adest præsumptio, vt hic, & per Menochium *dicto Tractat.lib.2.centur.3.cas. 98.in fin.* dixi infra *ad quæst.55.versic.posset quoque*, vide Boss. de Decret. Mediolani, *num.19.ad med.* non enim qui scire potuit, sed noluit excusatur ab ignorantia, Felyn. *in cap. Quia quæsitum coll.mihi 3. de offic.deleg.* ex quibus omnibus circa torturam testium declaratur statutum Riparo. *in crimin.Rub.270.* quod est aduertendum. *Drogh.*

Torquentur etiam testes] Hic nota, quod regulariter testis in tribus casibus torquetur, quando vacillat, quando conuincitur de mendacio, & quando sponte accedit ad ferendum testimonium. Ita per Robi. Noni *consil.99.col.3.in fine.vers.nec dicatur*, ex doctrina Bart. *in l.libero, ff.de q.in fine.* Giach.

Torquentur etiam testes, qui delicto] adde, quod † testis, qui 27
scit aliquod factum, & non vult reuelare, poterit sine indiciis
torqueri; dummodo sit vilis persona, Gram. *consil.40.num.21.&*
vot.30.n.10. vbi dicit, quod iudex potest torquere testem abs- 28
que aliquibus indiciis, dum suspicatur, quod sciat veritatem,
& nolit reuelare, & quando possit torqueri testis, qui interfuit
delicto, & negat factum vidisse, vel audiuisse: & an † præsuma- 29
tur, quod viderit, vel audiuerit, late Cæpo. *consil.60.n.17.*

Item adde, quod † sufficit dictum vnius testis ad faciendum 30
torqueri, quando dicit alium fuisse præsentem, si sit dignior, & in tali quæstione debet adhiberi causæ cognitio, Franc. Mar. *in decisio.780.sub num.10.par.2.* Boss. *in tit.de tortura test.nu.10.& in tit.de indic.num.37.* & Mars. *in l.vnius, §.testes torquendi ff.de q.* & Foller. *in pract.crim.in vtr.capiat informationem, n.13.*

Item adde, quod † testis liber homo regulariter non torque- 31
tur, nisi vacillet, vel conuincatur de mendacio, dum negat facto interfuisse, cum interuenerit, vel alias sponte ad testificandum accedat. Bart. & Mars. *in l.ex libero, ff.de quæst.* Carer. *in sua pract.versic. obseruare curabis, nu.180.* Boss. *in tit.de tortura test. num.8.10.& 13.* vbi de communi; & vide supra *n.22.*

Item adde, † quod testis non torquetur, nisi sit indiciatus de 32
veritate occultanda; & aliter tortus, & confessus non probat, nec ei creditur, Dec. *in consil.189.num.19.* etiam quod eius confessio millies ratificata fuisset, vel in repetitione sine causa confiteretur, quo casu nedum contra reum principalem, sed nec etiam contra se testem proprium nullam probationem faceret, licet ratificaret, Grammat. *consil.21.num 18.& sequen.& vot.6.n. 15.cum seq.* & Gomes. *de delict.cap.13.n 35.* & latissime per Bursat. *in consil.219.n.113.& 119.vol.2.*

Item adde, † quod testis semel tortus amplius non torque- 33
tur, nisi noua, & grauiora primis superuenirent indicia; vel non omnia priora purgasset, Campeg. *reg.de test.440.* & latissime per Bursat. *in consil.116.num.115. volum.2.* & ibi *num.107.* dicit etiam quod testis dicitur bis tortus, si depositus fuerit de nouo eleuatus.

Item adde, quod si vnus † testis interrogatur super aliquo re- 34
spondit, se nihil scire, & reprobatur per alios testes, qui dicunt
ipsum fuisse præsentem, tunc ipse testis, qui nihil scire dixit, non
potest torqueri pro habenda veritate; quia non sequitur, talis
fuit præsens tali actui, ergo vidit, & intellexit, potest enim esse,
quod vnus esset separatus ab alio, ita quod non intellexerit. *l.*
diem proferre, §.coram, ff.de arbit. & Bart. *in l.1.§.fin.ff.de authen.*
tut. Alex. *in consil.180 num.1.vol.2.* Mars. *in sing.438.* & Viui. *opin.*
899. num.2. & ibi *num.3.* habetur, quando duo testes essent
contrarij, quod vnus diceret alium interfuisse, & ipse negauit, † 35
quid tunc esset agendum, & ad prædicta vide etiam Cæpo. *in*
consil.60.num.17.

Item adde, an testes in foro conscientiæ possint pro saluanda alicuius vita celare veritatem sine peccato mortali; Afflict. *in constit. inquisitionibus num.6. cum seq.* & Host. *in summa de paniten. & remiss. 3. qua interrogationis versic. dixisti vnquam mendacium?* Baiar.

l *Solet dubitari*] adde Brun. *d tract. de indic. & tort.num.15. fol.mihi 19.* & cur non detur testi torquendo copia processus, vide Boss. *de indic.sub num.81.in fine.* Melius per Bal. *in sua Practica, tit.quæstiones circa notorium, q.5.sub nu.7.* Quia testis falsus peccat coram iudice, & in loco publico, quo casu iudex procedit sine progressu, vt ibidem supra *quæst.8.versic.Sed nunquid.* Drogh.

Solet dubitari] Vide eundem Clarum *quæst.64.versic. Sed quid si illa.* Farin. *tit.de indic.q.39.num.116.& seq.vol.2.Item & n.147.* Ros.

Solet dubitari] adde quod licet non detur copia indiciorum, tamen si testes fuerint torti sine indiciis, nihil probant in eo,

quod deposuerunt; nec faciunt indicium contra illum, contra quem deposuerunt, Bart. *in l.1.§.idem,ff.de quaest.*& Gramm. *voto 6.num.10.consil.21.num.19.*& Ruin.*consil.7.in princ.vol.5,* vbi
36 dicit, † quod nec etiam iustificaretur, si indicia post torturam
37 superuenient; & quod iudex non potest se excusare, † si forte dicat, hoc fecisse de conscientia Principis, nisi appareat in actis.
38 Item adde, quod examinatus † vti principalis in se, & testis in alios, tanquam testis non posset torqueri non datis copiis indiciorum, Foller.*in pract.crim.in ver. capiat informationem,nu. 21.*de hoc vide etiam sup.*in q.21.versic.mendacium.*
39 Item, adde, quod ad † tormenta testium deueniri non potest, nisi praecedant indicia contra reum inquisitum, secundum Bart.*in l.1.in princ. circa finem, ff.de quaestio.* quem refert, & sequitur Ruin. *in consil.147.num.6.volum.5.* Bossius *in tit.de tortura test.num.1.& in titu.de mand. ad homic. num.3.* & Bertaz. *consil.549.n.3.vol.2.*
40 Item adde, quod testis, † dum suspicatur, quod sciat veritatem, per iudicem poterit torqueri absque aliquibus indiciis, vt veritatem dicat, si illam reuelare noluerit, Gramma. *vot.31,nu. 20.*Baiard.

m *Bene verum est*] Farin.*d.q.39.n.150.*Ros.

QVAESTIO XXVI.

Testes extra territorium degentes quomodo examinari possunt.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Testes debent coram iudice examinari in causis criminalibus.*
2 *Et quid si sint personae egregiae.*
3 *Iudex an possit concedere litteras subsidiales pro examine testium existentium extra territorium.*
4 *Id tamen sine magna causa fieri non deberet.*
5 *Princeps an possit receptionem testium alteri committere.*
6 *Citatus ad perhibendum testimonium, qui propter legitimum impedimentum non comparuit, & fuit excommunicatus, an dicatur legitime excommunicatus.*

Ex Additionibus.

1 *Iudex in accipiendis informationibus debet scribi facere singula verba materna testium, nihil addendo, nec minuendo.*
2 *Testes non possunt deponere per nuncium, nec per eorum scripturas.*
3 *Et in causis criminalibus arduis debent examinari coram Iudice.*
4 *Testes ignoti idiomatis quomodo examinandi.*
5 *Testes in criminalibus coram iudice debent examinari, licet egregij.*
6 *Egregiae personae qua dicantur, remissiue.*
7 *Mulieres honestae possunt extra Curiam examinari in causa etiam criminali.*
8 *Remissiones ad testes examinandos an concedantur in criminalibus, remissiue.*
9 *Et an in causis ciuilibus magis, & arduis, remissiue.*
10 *Remissoria non conceditur, quando probatio non est facienda per testes, sed per instrumenta.*
11 *Consentiens decreto litterarum remissionalium potest reuocare consensum re integra.*
12 *Commissio de recipiendo testes super principali, non extenditur ad receptionem testium ad repulsam.*
13 *Commissarius Iudicis ordinarij ad examinandum an possit repetere testes sine noua commissione.*
*13 *Testis non citatus fidem non facit.*
14 *Limitationes ad auth. apud eloquentissimum, remissiue.*
15 *Testis citatus an comparens tenetur poena stellionatus.*
16 *Testis post iuramentum se absentans tenetur poena falsi.*
17 *Impedimentum quomodo probetur, remissiue.*

SOlent *a* autem in causis criminalibus testes plerun- a
que ab ipsismet iudicibus examinari, quandoq; eti- 1
am per iudices *b* notariis eorum examina committi: b
sed quando deponunt ad informationem curiae, ex stylo huius prouinciae, notarij etiam absque vlla commissione iudicis eorum dicta recipiunt: Testes vero, qui ad defensam deponunt, vt plurimum recipiuntur ab ipsis iudicibus, quia eo casu maior subest fraudis suspicio. Si tamen testes essent in longinquis partibus, eo casu quandoque eorum examina committuntur aliis iudicibus, sub quibus habent domicilium, idque fit consulto prius Senatu. Ceterum in omnem casum si subest aliqua causa, propter quam iudex velit testem videre, & examinare, non attenditur distantia loci, neque committitur alteri eius examen, sed citatur, *c* vt c
veniat personaliter ad deponendum. Et ita seruatur, vt ait Carauita *super ritu 87.magnae curiae,nu.5.*

Et *d* aduerte, quia dispositio l.ad egregias, *ff.de iureiur.* ut scilicet personae egregiae examinentur *e* in earum domibus, non habet locum in causis criminalibus, sed debent venire ad deponendum coram iudice, si ita ei videatur; & ita seruatur, vt dicit Carauita *super 142.ritu magnae curiae,nu.1.* Si tamen essent personae, quae aliquo iusto impedimento essent *f* impeditae, puta honestae mulieres, infirmae, aut debilitatae, eo casu non coguntur ad iudicem venire, sed ad eas accedit ipse iudex, vel mittit notarium. Et ita obseruatur, vt dicit Carauita *super ritu 155. magnae curiae,n.1.& aliis seq.* (margin: 2 d e f)

Sed quaero, *g* quid agendum sit, si testes, qui sunt exa- 3
minandi, reperiantur absentes, & extra territorium g
iudicis procedentis. Resp. de iure non potest iudex aliquid facere, nisi testes personaliter veniant coram eo ad testificandum, vt est tex.*in auth.* h *apud eloquen-* h
tissimum,C.de fide inst.& est communis i opi. vt dicit Vi- i
uius *in libro communium opin.fol.26.verf.testiu examinationem.* Sed *k* de consuetudine seruatur, quod iudex k
potest, & debet *l* concedere litteras subsidiales, siue l
remissorias pro eis examinandis iudici, in cuius territorio ipsi testes reperiuntur. Et ita dicunt de consuetudine seruari Scribentes *in c.constitutus,de fideiussor.*& in specie Ioan. Andr.& Ant.de But. & Ancha. quos refert August. ad Ang. de *malefic.in verbo, Qui index statuit,circa fin.*& Carauita *super ritu 197.magnae curiae,n.7.*& Socin.iun.*consi.60.num.7.in fin.lib.2.* Idem attestatur seruari de consuetudine etiam in causis capitalibus Bald.*in d.auth.apud eloquentissimum,num.2.* quem refert Anan.*in c.fin.nu.3.de collus.detegen.*& Curt.sen.*de testib. conclus.19.num.61.*& Gram.*conf.crim.41.num.16.*& Afflict.*super prima parte constitut.Regni,rub.fin.in princip. post n.2.*& Boss.*in tit.de oppos.contra testes,nu.10.* *m* Di- m
cit tamen Alciat. *consil.462.num.1.* quod licet plerun- 4
que secundum consuetudinem tales literae remissoriae concedi soleant, id tamen non fit nisi ex magna, & necessaria causa, quando aliter veritas haberi non potest, ibique recenset aliquos casus, in quibus *n* sunt conce- n
dendae. *o* In hoc autem Ducatu nullus iudex inferior o
tales litteras concedit, nisi iussu Senatus, qui etiam hoc nisi raro, & ex magna causa fieri non permittit. An autem possit alteri committi repetitio testium iam examinatorum ad informationem curiae, dixi infra *q. 46.verf. ceterum si reus.*

Vnum scias, quod dispositio d. authen. *p* apud elo- 5
quentissimum, non habet locum in principe: nam qui- p
libet princeps tam ecclesiasticus, quam secularis potest

potest etiam in causis criminalibus receptionem testium alteri committere. Et hæc est communis opin. q vt attestatur Nonius *de los corrigidores*, *fol.*211. *q. versi. Decimo fallit*.

r Sed pone, r quod iudex ecclesiasticus citauit aliquē
6 ad deponendum sub pœna excommunicationis, qui non comparuit, neque misit excusatorem, & ita fuit excommunicatus, deinde comparuit, dicens se non f potuisse comparere propter f legitimum impedimentum: nunquid talis dicetur legitime excommunicatus? Resp. gloss. *in cap. cum super, in gloss fin. de testib. cogen.* dicit, quod ille testis, quo ad Deum non est excommunicatus, sed quo ad ecclesiam sic: tamen constito de legitimo impedimento, debet facile absolui. Et est cōmunis opin. vt dicit Felin. *in eod. cap. cū super, n.*7. *& seq.* Foller. *in pract. crim. can. fol.*122. *nu.*38. Hæc tamen conclusio in puncto iuris non transit sine difficultate, ex quo stante iusto impedimento, cum non sit dolus, neque culpa, non deberet dici excommunicatus, vt Fel. *in loco præall.* qui nihilominus subdit, quod non auderet contra hanc communem opinionem consulere.

ADDITIONES.

Ad Quæst. XXVI.

a *Solent autem*] Vide infra *q.*43. *versic. ceterum si reus*, & de notario Farin. *q.*77. *c.*4. *vol.*3. *num.*174. *& aliis sequentib.* Ros.

1 *Solent autem*] adde, quod iudices † in capiendis informationib. debēt scribi facere quicquid deponunt testes, tam contra reum, quam ad sui fauorem, & etiam contra fiscum, nec aliquid debent addere, vel diminuere, de depositionibus testium, sed attestationes suas secundum eorū verba materna, & prout dicta sunt per eos extendi facere, & nō aliter, alias rei erunt gehennæ, & tenebuntur rationem reddere in die iudicij cum tractetur de vita hominis; ita tradit Foller. *in pract. crimin. in verbo, capias informationem, n.*54. & Carau. *in ritu.*235. *nu.*3. & ideo optime prouisum fuit in Regno Neapolit. per Regiā Prag. 6. *incip. Quia nobis durum est, sub tit. de actuariis*, quod dicta testium pro, & contra inquisitos integra recipi debeāt, sed hoc male seruatur, tam per malos iudices, quam actuarios, qui dicunt, nolle facere reorum defensiones & hoc est ne lucrum eis diminuatur.

2 Item adde, quod testes † non possunt deponere per nuncium, nec per eorum scripturas, si loqui possunt, vt per Afflict. *in constitut. Instrumentorum robur, num.*9. & latius *cap.*13. per Couar. *var. resol. lib.*2. *& nu.*6. vbi attestatur de communi.

3 Item adde, iudices † in causis arduis criminalibus non debent committere testium examinationem notariis, sed ipsi sint præsentes examinationi, vt per Couar. *varia. resol. lib.*2. *c.*13. *nu.*10. & hoc omnino faciant, si volunt esse tuti de eorum conscientia, quia ego scio, quid faciunt notarij in præiudicium iustitiæ ad fauorem delinquentium, & plures expertus fui. & nil mirum si Carauit. *in vltimō ritu*, dixit, quod valida est consequentia, actuarius, ergo latro, sed loquitur solum de regnicolis, qui non vocantur actuarij, sed magistri actorum.

4 Item adde, quod quando iudex † habet examinare testes ignoti idiomatis, quos ipse non intelligat, & non habeant linguam latinam, dent adhibere duos interpretes, vt *in c. quoniam contra falsam. de probat.* ita voluit Bart. *in l.*1. *§. ea. ver. sed quæro, quid fiet in iudicio, de verb. oblig.* & ibi posuit practicam, quomodo notarius debeat scribere depositionem istius testis, cuius dictum per interpretes fuit declaratum iudici, & notario, & ibi per Doctores habetur, si duo interpretes non reperientur, an sufficiat vnus, & de hoc vide etiam, quæ posui supra *in qu.*14. *in vers.*1. vbi etiam habetur, quomodo testis mutus sit examinandus. *Baiard.*

b *Notarius eorum*] adde de hoc eodem stylo *infr. qu.*31. *versic. scienter, & dolose, quæst.*46. *versic. Ceterum quæst.*53. *versic. quintus*. Drogh.

c *Sed citatur, vt veniat personaliter*] Adde, quod communis opinio est, vt primo iudex teneatur remissoriam concedere, de qua vi. per Dec. *in c. quoniam,* 3. *de testibus in* 2. *no.* Sed non loquitur subsistente causa. *Giach.*

5 d *Et aduerte*] Adde, quod de iure † personæ egregiæ examen in criminalibus committi non debet. vt per gloss. *in c.*1. *de testib. cogen.* quam gloss. per singul. allegat Roman. *in singul. suo incip. egregia persona*, & firmat Abb. *in cap. cum causam, in* 9. *col. versic. quæro, an Iudex inferior.* de testibus, & quæ sint † illæ per-
6 sonæ, quæ egregiæ dici possunt, vide Carau. *in ritu* 142. *hic allegato, n.*7.

Item adde, quod similiter est de iure communi, quod si sunt examinandæ mulieres † honestæ in causa criminali, eorum 7
examinationes possunt committi, *per c.*2. *de iudic. lib.*6. & hoc etiam firmauit Afflict. *in c. in pecuniariis, numer.*36. *lib.*2. *rubric.*19. Baiard.

e *In earum domibus*] Farin. *d. q.*77. *cap.*5. *per totum, maxime num.*144. Foller. *in verbo, capias informationes, num.*4. *circa fin.* Ros.

f *Impedita*] ad hoc adde, & vide per Iacobin. de S. Georg. *in l. testium fides, §. si. ff. de test. post n.*5. Giach.

g *Sed quæro quia agendum*] adde, an † in criminalibus sit 8
concedenda remissoria, vide Gabriel. *comm. concl. lib.*7. *concl.*25. Simon de Prætis *consil.*24. *nu.*5. & Menoch. *de arbitrar. iudi. cas.*250. & quid † in causis ciuilibus arduis, & magnis, vide Alciat. 9
*in consil.*15. *n.*9. *lib.*7. Beninten. *in decisio.*74. & Rimin. iun. *in consil.*21. Franc. Marc. *decisio.*774 *par.*1. & quod quando probatio † non debet fieri per testes, sed per instrumenta; vel per scrip- 10
turas, non concedatur pro illis remissoria, cùm facile transmitti possint, Dec *in c.*1. *n.*74. *de appellat.*

Item adde, si pars † consenserit decreto litterarum remissio- 11
nalium, quod poterit reuocare consensum re integra; ante acceptationem consensus, iuxta not. *in l. error. C. de iur. & facti ignoran. & in cap fin. de confess.* & Ferret. *in consil.*367. *sub num.*4. *vol.*2.

Item adde, quod commissio † facta de recipiendo testes su- 12
per principali, non extenditur ad receptionem testium ad repulsam, ex quo non est de appendiciis primæ commissionis, Spec. *in tit. de teste, § qualiter versic. sed quare*, Ias. *in l.* 2 *ff de iurisdict. omn. iud.* & Anch. *in c. præsentium, §. test.*1. *de test. lib.*6. tamen si iudex vult, potest committere receptionem testium in causa repulsæ illi, cui fuit commissa receptio testium in causa principali; per tex. & ibi Doct. *in c. licet, el* 3. *de test.* Afflict. *in constitut. animalia, num.*2. vbi dicit, quod in Regno Neapol. nunquam committitur audientia testium in causa repulsæ, si causa est ardua.

Item adde, † quod commissarius iudicis ordinati ad exami- 13
nandum testes, non poterit eos repetere, sine noua commissione, nisi necessariæ interrogationes fuissent omissæ, vel quod testes primo confuse deposuissent. Anton. de Butr *in c. licet in fine de offic. deleg.* & Afflict. *in const. in pecuniariis, n.*3. Baiard.

h *Apud eloquentissimum*] Quod idem per illum text. no. Bal. Aug. & Sal ibi, & Diaz. *reg.*257 Giach.

i *Viuius*] *Opin* 303. Gabr. *lib.*7. *concl.*25. quid si iudex requisitus non pareat, Foller. *in verbo notarios capiat, nu.*16. Farin. *qq.*77. *vol.*3. *c.*2 *n.*72. *& seqq. & quando in ciuilib. c.*1. *per totum, & c.*3 alias quæstiones ponit. Quando autem testis cogi possit testificari, Foller. *in verbo informationes capias, num.*6. *&* 61. *& num.*40. *& seqq* & vide quæ scripta sunt supra, *qu.*14. *versic. successiue, quid in reo.* Clar. *inf. q.*31. *versic. sed hæc. & sequentibus* iterum Foller. *in verbo, vel reos verbaliter, n.*27. Ros.

k *De consuetudine seruatur*] adde, & per Cassan. *de dilatio. dec.*4. Iacob. Menoch. *de arbit. iud. lib.*2. *cent.*3. *cas.*250. Simon de Pret. *eius consil.* Giach.

l *Concedere litteras subsidiales*] adde infr. *qu.*31. *versic. sed hæc quidem.* Verum istæ litteræ subsidiales olim etiam in criminalib. apud Romanos concedebantur, teste Plutarcho in vita Cymonis; Hic, inquit, super ea re per litteras prętorias rogatus, omnem vt erat, eorum seriem plane exposuit. An autem testis † 15
non citatus licet examinatus fidem faciat, quod non, vide Rotam *in nou. tit. de fid. instr. dec.*22. *alias* 372. *per auctoritatem l. rogati, C. de testib. & toto tit. C. de testib. coq.* Drog.

m *Dicit tamen Alciat. consil.*261] adde, quod in recentioribus est *resp.*15. *lib.*7. Giach.

n *Suñs concedenda*] Scias, quod idem est in causis ciuilibus arduis, & magni ponderis per Alciat *d. resp.*15. *n.*9. *lib.*7. Adde, & vide per Benitend. *decisio.*74. & per Hip. Rimin. *in consil.*119. *vlt. dub.* Giach.

o *In hoc autem durante*] adde, inf. *q.*31. *versic. sed hæc*, & hinc nota, cur etiam Placentiæ per ordines Ducales expressum sit, quod nō concedatur examen per litteras dimissorias ad instantiam Forensium, nisi cum licentia: Hunc autem locum citat Menoch. *tract. de arbit. iud. q.*250. *cent.*3. *lib.*2. & vtique quicquid sit de iure, vel aliter seruetur de cōsuetudine, mihi placet, vt testes ad offensam producti examinentur à propriis iudicibus inquirentibus per ea, quę dixi sup. *q.*23. *versi.*1. *post medium.* Baiard.

Vnum scias] adde alias † limitationes ad d. auth. apud elo- 14
quentissimum, vt per Menoch. *de recup. poss.*15. *remed. num.*359. Baiard.

q *Versic. decimo fallit*] Alias fallentias vi. per Felin. *c. cum causam, de testib. numer.*22. *cum sequ.* & Iacob. Menoch. *de recuper. possess.*15. *remed. nu.*359. *cum sequentibus*, & Corse. *in repe.* Felin. *col.*669. Giach.

r *Sed pone, quod iudex ecclesiasticus*] adde, quod testis † ci- 15
tatus ad veritatem deponendam, si non comparet, potest

puniri

16 puniri pœna stellionatus, & si postquam iurauerit † se absentasset, pœna falsi punitur. Bal. *in l. presbyteri, nu. 12. in fi. C. de episc. & cleric.* Angel. *in l. argentarius, §. cum autem, ff. de eden.* Baiar.

Legitimum impedimentum] adde, quibus probationibus probari possit, per Iacob. Menoch. *de arbit. iud. lib. 2. centur. 2. casu 118.* vbi plene. *Giach.*

Legitimum impedimentum] adde, quomodo probetur im-
18 pedimentum, † vt per Menoch. *de arbit. iud. casu 118.* Baiar.

QVÆSTIO XXVII.

Quid facere debeat iudex, si contra delinquentem nulla sint indicia.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Iudex an possit perquiri facere rem furatam in domo alterius, Remissiue.*
2 *Reus an teneatur in causis criminalibus edere fisco contra se iura, vel instrumenta.*
3 *Iudex an possit publicare edictum, vel litteras monitorias, vt propaletur, vbi sit res furata.*
4 *Et an ad detegendum ipsum furem, seu delinquentem.*
5 *Statutum dans præmium reuelanti malefactorum an habeat locum etiam in participe ipsius maleficij.*
6 *Et an ille, qui reuelauit malefactorem, sed non probauit, consequi debeat præmium à statuto propositum.*

Ex Additionibus.

1 *Reus quando non teneatur edere iura fisco in causis ciu. remissiue.*
2 *Et quid in criminali, seu pecuniaria.*
3 *Monitoria quando concedi possint, remissiue.*
4 *Monitoria non adstringunt illos, qui bona voluntate defuncti aliquid tenent.*
5 *Inuentori rei alienæ an liceat aliqui recipere.*
6 *Iudex an possit publicare edictum ad reuelandum delinquentes remissiue.*
7 *Fur non tenetur se reuelare.*
8 *Edicta contra testes, seu scientes aliquod factum non sunt valida.*
9 *Testes, qui virtute dictorum edictorum noluerunt deponere possunt in eadem causa se examinari ad defensam rei absque pœna incursu.*
10 *Delinquens, si se reuelauerit, non consequitur præmium propositum reueuelanti malefactorem.*
11 *Et quid in socio, remissiue.*
Coracora publici latronis in Hispania exemplum, n. eod.
12 *Reuelans delictum in crimine lesæ Maiestatis, licet sit particeps, consequitur præmium & liberatur.*
13 *Præmium propositum reuelanti malefactorem, de cuius bonis soluatur.*
14 *Et an debeatur officiali, qui malefactorem ceperit.*
15 *Officialis an possit imponere penā capitis, & confiscationis bonorum contra non reuelantem delinquentem, remiss.*
16 *Præmium petens propositum interficienti bannitum, asserens mendaciter se bannitum interfecisse, debet pro præmio capitaliter puniri.*
17 *Statutum proponens præmium inuenienti bannitum intelligitur, si eum ceperit.*

a 1 Visum *a* est de indiciis, sed quid si nulla reperiantur indicia? Respond. Aliquando Iudex solet ea perquirere in domo ipsiusmet rei, puta, si dicatur res furata esse in domo alicuius, mittit satellites ad eam perquirendam, vt dixi supra *hoc eo. lib. §. furtum, vers. quæro nunquid.*

2 Sed hic incidenter quæro, Tu scis, quod in causis ciuilibus reus tenetur edere iura, & instrumenta fisco, etiam ad ipsius intentionem fundandam, nunquid idem erit dicendum etiam in causis criminalibus? Respond. quod non, & est communis opin. vt attestatur Dec. *in l. 2. n. 41. C. de edendo.* Et hoc non modo si causa sit capitalis, vt sentire videtur tex. *in l. 2. §. Itē diuus. ff. de iure fisci,* sed etiam si non sit capitalis, sed *c* mere pecuniaria. Et est communis opin. vt dicit Ripa *in d. l. 2. nu. 22. C. de edendo.* Quod etiam dicit esse ex mente omnium Boss. *in tit. de fisco, nu. 11.* Parti vero proculdubio non tenetur edere, nisi essent acta communia, non autem tenetur edere attestationes, confessiones, repetitiones, vel confrontationes testium. Et ita de consuetudine seruari attestatur Prac. Millei *fol. 26. n. 6.* b c

Aliquando etiam facit iudex proponi edictum, vel litteras monitorias, ad hoc vt reueletur *d* delinquens.

Sed quæro, nunquid possit iudex ecclesiasticus *e* concedere litteras *f* monitorias, & pariter Iudex laicus proponere edictum ad instantiam partis, vt quicumq; sciuerit, apud quam personam, vel in quo loco reperiatur talis res, quæ dicitur furto subtracta, debeat reuelare. Resp. quod sic, & ita pro regula infallibili traditur ab omnibus Doctor. vt dicit Foller. *in pract. crim. cano. fol. 119. nu. 17.* Quod intellige, vt ex eo quis obligetur ad propalandum, dummodo id sciat aliunde quam ex reuelatione ipsius furis, nam si haberet ab ipsomet, qui furtum commisit, eo casu non teneretur reuelare, prout in facti contingentia consuluit Socin. *consil. 102.* d e 3

Sed nunquid *g* poterit iudex concedere huiusmodi literas, & edictum proponere non modo vt reueletur res furata, sed etiam vt reueletur, qui illam furto subtraxit? Resp. Legistæ distinguunt, quod aut id fit ex officio, & potest iudex id facere; aut fit ad instantiam partis, & non potest. Sed quicquid sit de iure, consuetudo diœcesanorum, & stylus Romanæ curiæ seruat indistincte, vt etiam ad instantiam partis concedatur, vt attestatur Neuiza. *in sylua nuptiali, lib. 3. nu. 30.* Foller. *in loco præallegato, nu. 28.* Hanc etiam esse communem opin. attestatur Neuiza in loco præallegato, quem refert Pract. Conradi *fol. 366. n. 12. in fi.* g 4

In multis *h* autem locis adsunt statuta proponentia præmium reuelanti, seu denuncianti malefactorem. Quæro, stante hoc statuto, si compareat aliquis ex participibus vel complicibus ipsius delicti, qui illud reuelet, an gaudeat beneficio ipsius statuti. Respon. quod non; ita tenet *i* Bart. *in l 3. §. si ex stipulatu, ff. ad Sylla.* & est communis opin. vt dicit Aug. ad Angel. *de malef. in verbo, Nec non & ad denunciationem, nu. 31.* Et refert Angel. *in l. 4. §. si tibi, num. 1. ff. de cond. ob turpem caus.* quod cum in nocte Veneris sancti fuisset interfectus quidam Hebræus cum filiis suis, & quidam Formulus sub spe præmij quingentorum aureorum indicasset socios, & seipsum, fuit ipse Formulus laqueo suspensus. Et hoc idem refert Ana. *in cap. qui cum fure, n. 8. de furtis.* h 5 i

Sed pone, stat statutum, vel propositum est edictum, quod denunciatus, vel detegens, vel arguens malefactorem, consequatur certum præmium; modo aliquis denunciauit, vel arguit aliquem de maleficio, sed non probauit; nunquid consequetur præmium propositum à statuto, vel edicto? Respond. quod non, & ita interpretatur consuetudo generalis, quæ seruanda est, vt attestatur Alber. *in l. diuus Adr. num. 10. ff. de custo. reo.* Intelligenda enim sunt verba cum effectu, vt s. non sufficiat denunciasse, detexisse, vel arguisse, nisi etiam conuincat. 6

ADDITIONES

Ad Quæst. XXVII.

Visum est de indiciis sed quid si nulla reperiantur indicia] adde sup. *in §. furtum, versi. sed nunquid in fin. q.31. versi. quaro nunc*, vbi deduxi practicam, & sup. *versi. sed quoniam*. In hoc autem proposito, quando commissum est delictum, nec appareant legitima indicia, est cautius procedendum, & potius quam aliquem indebitè vexare, præstandum est iuxta illud Deuter. *cap.* 21. Manus nostræ, inquit, non offenderunt sanguinem iustum, nec oculi nostri viderunt, propitius esto populo tuo Deus. *Drog.*

1 b *Sed hic incidenter quaro*] Adde, quod in multis † casibus reus in causis ciuilibus non tenetur edere iuri fisco, vt per Peteg. *de iure fisci lib.7.tit.3.n.11.cum seq.* Baiar.

2 c *Sed merè pecuniaria*] adde, quod contrarium tenuerunt Ias. *in l.1.n.8.* Dec. *in l.1.n.41.C.de eden.* & idem Dec. *in c.1.nu.14.* & Petegr. *de iure fisci lib.7.tit.3.n.13.* Baiar.

d *Delinquens*] Fari. *q.51.vol.1.n.19.* Rof.

3 e *Sed quaro*] Videndus Farin *loco mox citato n.21.* Rof.

Sed quaro nunquid possit] adde, videndum Neuiz. *in Sylua nupt.lib.3.n.28.cum sequen.* vbi ponit quinque ampliat. & septem limitationes, vide etiam Socin. *conf.118.vol.4.* Crau. *conf.181.n.6.* Alba *conf.15.* & Purpur. *conf.363.n 2.vol.1.* & dictis edictis, siue monitoriis † non astringitur ille, qui bona voluntate defuncti aliquid tenet, Ripa *respons.7.* sed latius habetur per Nauarr. *in suo Mannuali de furto.*

4

5 Item adde, † quod licet inuentori rei alienæ aliquid accipere à Domino, vt sibi rem indicet, secundum Hostiens. *in c. dudum, il 2 de electio.* tamen Abb. *ibi in 6.col. in dubium reuocat.* Baiar.

f *Monitorias*] Amplia quinque modis, atque etiam limita septem, vt per Neuiz. *in loco in tex. allegato.* & adde, quod non fertur excommunicatio ob furtum omne mortale, vt per Nauarr. *in suo mannual.* & quoniam egregie materiam pertracta de furto, quod mentale, quod reale, & quæ paruitas à mortali excusat, & quæ qualitas excusat à mortali. Et qualiter furtum notabile, & furtum notabiliter differant, & furtum factum pauperi, & diuiti qualiter metiendum. Et furtum mortale quę quantitas faciat, & ponit quę à mortali culpa excusant, de illis si vis scire apud illum videro, & etiam de restituendi ordine. Et quis restituere teneatur, & quid restituendum, & quantum restituetur, & cui restituendum de ordine abhibendo, & quando restituendum. Et quæ causæ non restituendum à peccato excusant. Et de restitutione bonorum incertorum. Quę omnia hic placuit relatiuè posuisse, quoniam aliis iudicandum relinquo. *Baiar.*

6 g *Sed nunquid poterit Iudex*] adde videndum † Rimin iun. *in conf.327.* & Bertaz. *conf.107. & 143.* vbi latissime, quis non teneatur reuelare delinquentem, etiam stante proclamate, de quibus consultationibus valde dubito, quando ab habente auctoritatem proclama factum fuerit, & secundum Ias *in §.1.si tibi indicium, ff de cond ob turp causam*, quis non tenetur indicare furem, siue malefactorem, nisi in quinque casibus.

7 Item adde, quod nec † fur ipse tenetur se reuelare, vt per Rebuff. *super constit. tomo 2. in tractat. de famil. salar. gl.10.n.10.*

8 Item adde, quod huiusmodi † edicta contra testes seu omnes scientes successum rixæ, seu successum homicidij, sunt, valida, nec concedi debent, & testes, qui virtute edicti deponere noluerint, † poterunt postea examinare in dicta causa ad defensionem rei, sine incursu alicuius pœnæ, ita tradit Sola *in Commen. ad consti. Sabaudiæ in versic. vt nemo inuitus accusare nu.6. cum seq. fol.171.* Baiar.

9

10 h *In multis autem locis adsunt statuta*] adde, quod multo minus d. statutum intelligitur de ipsomet malefactore, si se ipsum reuelat, Bart. *in l.1.§.si tibi ff. de cond. ob turp. caus.* Bal. *in l.3.C. de eod.* Afflict. *in constit. si damna clandestina n.70.* & ibi *n.50.* loquitur etiam de socio.

11 Sed contrarium legitur de Cæsare Augusto, qui decies sestertium edicto promiserat illi, qui Coracotam in Hispania Ducem latronum ad se deduceret. Coracotas re intellecta, se ipsum Augusto sponte obtulit, ac premium promissum dari iussit, ne aut mercede promissa vitam eripuisse, aut publicam securitatem violasse videretur aduersus eum, qui in iudicio sponte se ipsum præsentauerat: tametsi iure damnare, ac supplicio latronem afficere potuisset. Ita recitat Bodin. *de repub. lib.1.c, 2.car.2.in fin.*

12 Item adde, quod in crimine † læsæ maiestatis particeps reuelans delictum liberatur, & præmium consequitur, Gigas *in tract. de crim læsa maiest. lib.2.q.19.*

13 Item adde, † quod iudex potest proponere præmium capienti malefactorum, si proponit cum consensu regentium ciuitatem, & tale præmium in dubio debet solui de bonis † offensi, ad cuius iniuriam vindicandum hoc fit, & si illa bona nō sufficerét, vltimo loco debet solui de bonis fisci, ita tradit Ang. *in verb. quod fama publica, versic.13.n.72.cum seq.* & Rom. *consil.409.* & *Iul. Clar. Sentent. Pract. Crimin.* tradit etiam Ang. *ibi nu.74.* quod officialis † publicus non debet habere tale præmium, etiam non à se constitutum, sed vniuersaliter ordinatum, & à statuto deputatum. 14

Item adde, † an officialis possit imponere pœnam capitis, & confiscationis bonorum per edictum contra non reuelantem delinquentem, vide Rim. iun. *conf.327.vol.3.* 15

Sed pone, † stat statutum, pręmians interficientem bannitum, & aliquis mendaciter dixerit, bannitum interfecisse, & præmium peteret, loco præmij mortem reportare deberet, & ita in contingentia facti fuit decisum in Ciuitate Parisiorum, vt refert & concludit Gulielm. Bened. *in c. Raynutius in verb. mortuo itaq; testatore, il 1.n.341.de testam.* 16

Item adde, quod si extaret † statutum, quod daret præmium inuenienti bannitum, debet intelligi de eo, qui bannitum ceperit, secundum Alber. Angel. & Doctor. *in l.1. §.fin. ff. quod quisq; iuris.* 17

Bar. in l.3. §.si ex stipulatu] Magnum tamen est hoc dictum quod socio reuelanti non attendantur litteræ impunitatis, nec præmij promissio; Ideoque nil mirum, si stantibus literis impunitatis à Senatu cōcessis Illustrissimo Domino, & Patrono meo Raynutio Gambaræ super complicibus, & conscijs tractatus mortis Illustrissimi q. Brunorij eius filij vnigeniti, nihilominus isti Assassini, & latrones nil deregunt. Hanc enim practicam nouerunt omnes Marioli, per text. *in l.1. §.cum quis latrones, ff. de quæst.* quem citat Boss. *tit. de confess. num.19. & tit. de remed. ex sola clementia Principis, num.32.* & est apud Felin. *in c.1. colum.2. de off. deleg.* qui limitat hoc in non subdito, vt talis non subditus, sed particeps præmium consequatur, allegat Bar. *in l.3. ff. de cond. ob turpem causam per text. in cap. si quis Papa 79. distin.* vide similia proclamata apud antiquos Romanos in vsu fuisse; vnde Appia. Alexan. Romanæ Historiæ *ciuil. Bell. lib.4.* At qui interemptorum à se citata nobis apportarit, hic liber fuerit, quinque supra viginti mille Drachmas pro qualibet recipiet: seruus vltra proprij libertatem corporis decem millia Drachmas atticas, & ciuilitatem heri sui consequetur, eadem indicantibus præmia aderunt. Idem Appianus Alexan. *ciuil. bell. lib.1.* ait, senatus per præconem statim annunciari iubet, si quis Asellij interfectorem publicaret, libro quidem argentum, seruo libertatem, conscio veniam polliceri, & Liuius *lib.6. Decad. tertia.* Ita consul pro authoritate Senatus pro concione edixit; qui quorum opera id conflatum incendium profiteretur pręmium fore, supra *in §. furtum, vers. solent etiam.* Ratio autem, cur reuelanti gratia non attendatur, infra *qu.30. versic. Præterea quaro*, sic, & alias dicimus, quod iudex promittens reo impunitatem, illam non tenetur seruare infra, *quæstione 55. versi. circa primum.* Contrarium tamen vt seruari debes ab eo, qui potestatem habet, promittendi impunitatem, dixit inf. *d.q.55. versic. circa sententiam.* Nec satis reperio rationem differentię inter promissionem factam à statuto, qui non seruatur, vt hic, & promissionem factam à Principe, quę seruari debet, vt ibidem, cogita. At de minoritiis, de quibus supra *hac ead. qu. versic. sed quaro*, & quomodo in eis maximo apud Ecclesiasticos procedatur, vide Concilium Trident. *sess. 25.c.3* Menoch. *de arbit. iud. lib.1.q.26. in fin. & eodem tractat. lib. 2. censetur. 4. cas.355.n.5.* & quomodo ad executionem monitorij procedatur, non secus ac in mulcta, de qua infra *q.44. versic. vnum dum sciat*, vide etiam Quintil. Mandos. *tract. de monit. q.31. sub n.4.* & no. quod cum statutum dat præmium reuelanti, non sufficit reuelare, sed debet probari ex mente Ang vt per Alexan. *consil.78. sub nu.28. vol.5.* Diog.

QVÆSTIO XXX.

Tractatur materia capturæ.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *De captura reorum.*
2 *Captura an concedi debeat, statim porrecta contra aliquem accusatione.*
3 *Mulieres an possit personaliter detineri.*
4 *Doctores an possint carcerari.*
5 *Clerici an possint de iure detineri.*
6 *Et an à iudice seculari.*
7 *Capi nemo debet sine iudicis commissione.*
8 *Captura an possit committi ipsi parti offensæ.*
9 *Detentus appellans an sit relaxandus, Remissiue.*

Ex Additionibus.

1 *Iudex incompetens an possit delinquentem capere, & cum*

petenti præsentare, etiam sine periculo fugæ.
2 *Iudex quilibet dicitur competens ad capturam, quando adest suspicio fugæ.*
3 *Iudex capiens temerè innocentem puniendus est.*
4 *Tenetur parti ad interesse.*
5 *Et etiam iniuriarum.*
6 *Iudex ecclesiasticus clericum temerè carcerans, excommunicationem incurrit.*
7 *Lim. nisi aliqua iusta causa excusetur.*
8 *Captus absq; indiciis an debet excarcerari, si postea indicia superuenerint.*
9 *Captus nulliter relaxari non debet, quando de nouo contra ipsum captura esset concedenda.*
10 *Carcerari quis potest in criminalibus etiam quod pœna sit pecuniaria.*
11 *Carcerandi arbitrium in criminalibus residet penes iudicem.*
12 *Quid Romæ seruetur.*
13 *Captura ante contumaciam est arbitraria, postea vero necessaria.*
Testis, qui repellitur à lege, facit indicium ad capturam, num. eod.
14 *Iudex non cogitur incipere à captura personæ.*
15 *Iudex non deueniens ad capturam in delicto graui, non caret suspicione.*
16 *Iudex an possit deuenire ad citationem realem, vel personalem, non constito de delicto.*
Et quid seruetur in Regno Neapolit.
17 *Executor capiens aliquem iniustè, potest impune ipsum liberare.*
18 *Iudex tenetur carcerare filium ad iussum patris.*
19 *Licentia de capiendo, an duret in tẽpus successoris, remiss.*
20 *Et an post mortem mandantis.*
21 *Mulier potest carcerari post condemnationem.*
22 *Mulier quando possit personaliter detineri.*
Et cum ea mitius est agendum, quàm cum masculo.
23 *Clerici quando possint carcerari, remiss.*
24 *Delicta enormia quæ dicantur, remiss.*
25 *Clericus quando possit per laicum carcerari, remissiuè.*
26 *Iudex incompetens potest delinquentem capere, vt præsentes Iudici competenti.*
27 *Clericis debet remitti absq; alia requisitione.*
28 *Delinquens in flagranti potest à quolibet capi.*
Priuata persona potest alios requirere ad capien. & custodien. malefactorem.
29 *Homicidium non dicitur ex animo deliberato, si malefactor, dum capitur, occidatur.*
30 *Executores incedentes per Comitatus non possunt grauare rusticos.*

1 a DIctum est de informationibus & indiciis per curiam assumendis: sequitur nunc, vt videamus, quid facere debeat iudex post ipsas informationes assumptas. Et in primis quidem debet iudex diligenter considerare, quid ex ipsis informationibus contra reum resultet, & an ei videatur deueniendum esse ad decretum capturæ contra ipsum in quo quidem ad tria præcipuè animaduertere debet, ne si iniustè aliquem detineri b faciat, b teneatur in syndicatu. Primum est, c vt delictũ, c de quo agitur, sit tale, pro quo ingeratur pæna corporad lis: alias enim non est d reus ad carceres conducendus. Quæ autem sint, delicta in quibus pœna corporalis ingeratur, dictum est inf. *q.* 68. *& aliis seq.*

Secundum est, vt indicia, quæ resultant ex processu, sint sufficientia ad capturam, de quo aliquid dixi supra *q.* 20. *vers. ad inquirendum.*

2 e Scias autem, quod in hoc puncto aliqui e tenuerunt, quod ex eo solo, quod contra aliquem porrecta sit accusatio criminis, pro quo pœnæ sanguinis ingeratur, debet reus detineri, etiam quod nulla contra eũ adsint indicia. Et dicit Paul. de Cast. *cons.* 328. *nu.* 1. *lib.* 2. quod ita est generalis consuetudo. Alij vero dicunt, quod antequam iudex procedat ad retentionem, seu carcerationem rei, necesse est, vt in primis præcedant legitima indicia. Et hanc esse communem Doctorum opin. affirmat Nouel. *in pract. crim. fol.* 23. *nu.* 7. Mihi non placet prima, nec secunda opin. Si enim (secundum primam opin.) porrecta accusatione, statim absque alia informatione, iudex deberet capi facere reum accusatum, esset in facultate cuiuscunque vilis personæ carcerari facere quemlibet probum, & insignem virum, vt rectè considerat Paul. de Castro *in loco præalleg.* neq; verum est hanc esse generalem consuetudinem: quia imo priusquam f deueniatur ad capturam, solent semper examinari testes. Et hanc dicit esse communem consuetudinem totius Italiæ. Ang. de Cast. inter consilia criminalia diuersorum, *cons.* 94. *n.* 2. *lib.* 1. Et ita etiam hodie seruari ait Blanc. *in pract. crim. f.* 25. *n.* 68. *in fi.* Et si iudex sine indiciis aliquem carcerari faceret, teneretur in syndicatu. Si vero teneamus secundum opin. quod ante capturam debeant præcedere legitima indicia, poterit reus de facili fugam arripere, & iudicem eludere. f

Et g ideo dic, quod iudex, habita aliqua informatione potest deuenire ad capturam rei: & hanc esse puto veriorem opin. quam etiam dicit esse communẽ Blanc. *in d. n.* 6. Et cauti iudices illam obseruant, vt dicit Ang. *de malef. in verbo iudex commisit quod Caius, n.* 4. quia scilicet habita aliquali informatione de delicto, iubens reum capi, si crimen sit tale, quod pœna sit corporis afflictiua. Dicit etiam Boss. *in tit de captura, nu.* 2. quod ita decidunt communiter DD. subdens, quod iudices boni ita obseruant. Hanc etiam dicit esse iuridicam practicam, & quam iudices moderni obseruant, Suarez. *in suo vol. alleg. f.* 685. *n.* 5. Et secundum hoc intelligendũ esse puto dictum Saly. *in l. fi. in fin. C. de quæst.* de quo etiam aliquid dixi inf. *q.* 45. *vers. ceterum si reus*, vbi ait, quod iudex habita informatione debeat formare inquisitione, & deinde capi facere reum, non quidem, vt loquitur Saly. in inquisitione, prout est libellus, seu citatio, quæ transmittitur reo, prout illum fortè intellexit Dec. *cons.* 180. *in fin.* neq; etiam de inquisitione generali quo ad personas, & speciali quo ad delicta, prout illum intelligit Brun. *de indic. & tort. f.* 167. *n.* 5. & post eum Boss. *in tit. de capt. nu.* 82. subdens, quod ita pract. obseruat; sed de processu informatiuo, qui formatur à iudice assumendo indicia, & informationes contra aliquem specialiter ex quib. iudex deinde elicit titulum crim. qui est forma, & substantia ipsius inquisitionis, siue processus, iuxta ea quæ dixi sup. *q.* 3. *vers. Et aduerte.* Et hoc modo vtiq; debet formari inquisitio ante capturam, vt dicit Salyc. *in loco præalleg.* nõ autem debet reo transmitti ante capturam: quia illud esset verbaliter illum citare; vt dixi infra *q.* 31. Et certè, si eo modo intelligeretur. Salyc. esset sibi ipsi contrarius, & esset ridiculum transmittere reo inquisitione, priusquam iudex illum capi faceret: quia nihil aliud esset, quam ipsum ad fugam instruere. g

Et quia tota materia indiciorum est arbitraria iudici, vt dixi supr. *q.* 20. poterit iudex, inspecta qualitate h personæ, & delicti, decernere capturam contra reum, habita ea informatione, quæ sibi sufficiens videbitur. Aliter enim procedendum est contra nobilem, & contra diuitem, qui non præsumitur velle aufugere, quam contra pauperem, & vilem personam. Et ideo fortiora indicia haberi debent ad carcerandum i personam no- i bilem, & insignem, quam pauperem. Præterea aliter procedendum est in delictis occultis, quam in publicis: & sic minora indicia sufficient ad decernendum capturam, quando agitur de crimine occulto, quam de publico: quæ omnia, & alia multa huiusmodi discretus iudex considerare debet; non n. potest in his dari certa regula. k Poterit iudex capi facere reum, vbi ei suspe- k ctus

ctus videatur, & de fuga, & de delicto, & ad carceres conduci præcedente aliqua informatione. Et ita practicant iudices deputati ad maleficia, vt dicit Salyc. *in d.l.ea quidem, nu.77.& in l nullus, nu 4. C.de exhib.reis*, quem refert Carau. *super 34.ritu magna curiæ, post nu.*10. Non tamen debet iudex examinare, neque reum capi facere super delicto, nisi legitima præcedant indicia, vt dixi *sup.q.*20.*circa princ.* Et certè si in causis ciuilibus licet iudici, & quandoque etiam ipsemet parti capere debitorem, qui sit de fuga suspectus, vt dixi infra, *libr. prox.* multo magis id dicere debet iudici in causis cri-
l minalibus, quæ sunt multo maioris momenti, & præsertim vbi agitur de criminibus atrocibus. *l* Et sic vides, quod hæc materia informationum, & capturæ est quasi arbitraria iudici. Quinimo Salyc. *in l.2.nu.2. C.de cust. reo.* dicit, quod aliquando dicitur etiam semiplene con-
m stare iudici *m* per informationem ab ipso habitam à pluribus non in figura iudicij, & quod hoc sufficit ad capturam. Et dicit Carau. *super 41.ritum magnæ curiæ, nu.*10. quod ita hodie seruatur in delictis enormib. quod est valde notandum ad excusationem iudicum, qui ple-
n runque, antequam indicia in scriptis redigantur, faciunt reos detineri: & bene faciunt, quando delictum est graue, & subest probabilis suspicio fugæ. Tertio debet iudex animaduertere, ne fortè persona, contra quam captura decernitur, si talis, quæ ex priuilegio detineri non possit.

3 Quæro igitur, nunquid mulieres possint de iure personaliter detineri. Respon. quod non; est tex. *in c.mulieris, de iud.in* 6. & est cōmunis opinio, vt attestatur Boe. *in repet.l.consentaneum, n.*144. *C.quom.& quando iudex*,
o quod tamen intellige, vt procedat in *o* mulierib. hone-
p stis; secus autem in meretricibus & vilibus, Sed certè *p* quidquid sit de iure, hodie de consuetudine contrarium seruatur: nam indistinctè mulieres capiuntur pro delictis, & carcerantur: sed bene ponuntur in carcerib. separatis à carceribus virorum. Et de hac consuetudine attestatur Imol. *in c.2.nu.*16.*de pig.* quem refert Marian. *de citat.art.*5.*q.*17.*vers.*16. fallit, & Gram. *decis.*33.*n.*11. Idem attestatur Blanc *in pract.crim. f.*4.*n.*27. Et ita etiam seruari de stylo, & consuetudine curiarum Franciæ ait Boer. *dec.*349.*n.*5.*in fi.* Bonum est tamen, quod iudex in hoc sit valde circūspectus: quia si mulier sit nobilis, vel honestæ conditionis, non debet illam cum decore ad se conduci facere, neque statim in carcerem conijcere, sed poterit ei dare pro carcere domum alicuius nobilis, & honestæ matronæ sub idonea fideiussione: & hoc nisi delictum sit atrox nam eo casu esset detrudenda in carcerem, vel in monasterium, vel in prætorio in aliquo cubiculo sub honesta custodia, & fideiussione retinenda arbitrio iudicis, inspecta qualitate delicti, & personæ. Et ita in hoc Ducatu seruatur. In regno a. Neapol. si delictum est tale, propter quod reus non solet relaxari fideiussori, mulieres carcerantur, alias non, & ita seruari hodie in magna curia Vicariæ attestatur Gram. *in dec.* 33. quem refert Foll. *in pract.crim.fol.*34.*n.*18.

4 Item *q* quæro, nunquid Doctores possint carcerari.
q Resp. quod quando agitur de delicto leui, non potest Doctor carcerari, secus autem si agatur de delicto graui. Ita dicit gl. *in l.medicos, in verbo, Exhiberi C.de profess. & med. lib.*10. quam videntur sequi DD. vt dicit Marcus *dec.*81.*n.*1. Et ego vidi in facti contingentia plures DD. carceratos ex diuersis criminibus.

5 Quæro *r* nunquid clericus possit pro crimine perso-
r naliter detineri. Resp. Si loquimur in iudice ecclesiastico competenti, nulla videtur esse difficultas, quo minus ab eo possit clericus propter crimen personaliter detineri, & ita quotidie videamus obseruari. Scias tamen, quod de iure, antequam clericus detineatur, debet constare iudici de delicto, pro quo talis clericus est detinendus. Ita dicit Io. And. *in c.si clerico, in verb.Commissos, de sent.excom.in* 6. subdens, quod caueant sibi prælati nostri temporis, qui capiunt statim, quia (secundum eum) incidunt in pœnam excom. Et ita tenent communiter DD. vt ait Corn. *cons.*315. *quod est consilium vltimū in litt. C, lib.*4. Quando autem dicatur constare de delicto, dixi supra *q.*4. Item scias, quod requiritur, quod ipse clericus sit fugitiuus: ita colligitur ex tex. *in c.vt famæ, de sen. excom.* & ita communiter DD. vt ait Cor. *in loco prealle.* Scias etiam, quod talis carceratio clerici debet esse ad custodiam, non a. ad pœnam. Ita dicit gl. *in d.c.si clerico, in verb.postea:* quam sequuntur omnes, vt ait Cor. *in d. cons.in lit.E.* Sed certè quidquid sit de iure: hęc omnia de consuetudine male obseruatur hodiernis temporibus, fortè quia multum creuit malitia clericorum:

Si vero *s* loquimur in iudice seculari, tunc facienda est regula, quod ab eo non potest Clericus detineri, nisi in casibus, in quib. potest etiam ab eo puniri, de quib. dixi infra *q.*36. *t* Bene verum est, quod si clericus inueniatur in flagranti crimine, potest capi à familia iudicis secularis, non quidem vt puniatur, sed vt tradatur iud. ecclesiastico. Et hæc est comm.opin. vt dicit Felyn. *in c. si vero, n.*4.*de sent.excom* quem refert Villalob. *in sua collecta commun.opi.in verb.Iudex laicus:* quam etiam dicit esse consuetudine approbatam Gram. *super consti.regni, fol.*29.*col.*2.*vers.*14.*Iudex.* Publice enim interest, ne delinquentes impuniti euadant. Quinimo hoc casu potest capi non solum à familia, sed etiam à quocunq; laico: Et est commun.opi. vt dicit Aret. *in d.c.cum non ab homine, nu.*14.*& seq.* Pariter etiam, vbi clericus delinquens verisimiliter esset suspectus de fuga, potest capi, vt episcopo suo consignetur, & est commu.opi. vt dicit Alci. *in d.c.cum non ab homine n.*63. quem refert Villalob. *in loco praall.* Nam & hoc casu publicè interest, vt talis delinquens capiatur, ne crimen impunitum remaneat. 6 s t

Dictum est, quæ personæ detineri possint, vel non: 7
Quæro nunc, quomodo decernenda est talis captura? Resp. quod licet in causis ciuilibus in verbali citatione *u* quilibet nuncius absq; iudicis speciali mandato possit quemcunq; citare, tamen in causis criminalibus secus est: nam nisi præcedat specialis commissio iudicis, nemo debet personaliter detineri. *x* Hæc tamen conclusio locum non habet; quando aliqui reperiuntur in flagranti crimine facere rixam, deferre arma contra formam edictorum, portare aliquid contra decretum extra territorium, vel similia: nam in his casibus vtiq; capi possunt per familiam absque iudicis commissione. Ita dicit Paris Put. *de synd.f.*88.*n.*15. & ita seruatur in practica, vt attestatur Carau. *super 34 ritu magnæ curiæ, post n.*2. An autem possit quis sine iudicis mandato citari verbaliter, dixi inf. 3. *vers.vnum autem scias.* u x

Solet autem captura committi satellitibus, & familię 8 ipsius iudicis. *y* Sed nunquid potest iudex committere y capturam personalem rei delinquentis ipsimet parti offensæ? Respondetur, quod sic, dummodo exceptio huiusmodi capturæ non habeat annexam causæ cognitionem, & dummodo fiat sine armis, & resistentia. Et hæc est communis opin. vt dicit Cagn. *in l. non est singulis, num.*6 *ff.de reg.iur.* Sed certè, quicquid sit de iure, ego consulo quibuscunq; iudicibus, vt à talibus commissionibus abstineant, ne detur occasio scandalorum, quæ quidem de facili eueniunt, quando huiusmodi actus non publica, sed priuata manu peraguntur: quod etiam consilium dat Paris Put. *de synd fol.*291. *num.*3. *z* Posset fortè tolerari, si vna cum familia curiæ transmitterentur aliqui ex offensis, qui assistendo auxilium, & fauorem præstarent ipsi familiæ, non autem vt ad ipsius capturæ actum manum apponerent. Sed hoc etiam non nisi ex vrgenti necessitate fieri debet. z

Quæro, si detentus appellet, nunquid pendente appellatione est relaxandus. Dixi infra *quæst.45.versic.sed quid si reus.*

ADDITIONES

Ad Quæst. XXVIII.

a **D***ictum est de informationibus*] Iudex indebite carcerari faciens aliquem, quod puniatur in syndicatu, teneaturque ad damna, & interesse, & ad alia plura, Farin.*q.27.nu.141.& alius seqq.* teneturque actione iniuriarum *ibidem num.134.& aliis pluribus.* Captura dicitur iniusta multipliciter, nempe ratione loci. Farin.*q.27.* de qua infra *nu.88.& alius sequen.* Item ratione temporis.*ibidem n.105.* & aliis pluribus: item ordinis non seruati ibidem.*Ros.*

1 *Dictus est informationibus*] adde, quod iudex † incompetens potest delinquentem capere, & captum repræsentare competenti, etiam sine periculo fugæ, Bart.*in l.si quis in seruitute ff. de fur.* & Boer.*in decisio.215.n.34.* contrarium autem tenuit Neuizan.*consi.52.num.14.* sed Viui. *in decisione 341.num....* tenet,
2 quod ad omnem capturam † committendam omnis iudex est competens in suspicione fugæ.

3 Item adde, quod † iudex in criminalibus à captura personæ incipiens, si temere caperet innocentem, punitur, vt dicit Bal.*in l.1.C.de iis qui latr.* & Paris de Put.*versic.captura, num.14. & in*
4 *versi.quia plerumque,* & tenetur parti ad interesse, † & expensas, vt ibi per eum, & Bal.*in l.seruiretur, C.de excusat.tut.* immo talis
5 iudex tenetur actione iniuriarum, † vt per Bart. & Ang.*in l.si vero. §.1.ff.qui satisd.cogan.* & Areti. *in tractat.malef. in versic.pro quib.* Antonius fideiussit. & ibi Addent. & Episcopus, vel iudex Ecclesiasticus clericũ carcerans, incurrit etiam pœnam excom-
6 municationis, *c.si clericus, de sent.excommun.in sexto,* & Corn.*in*
7 *cons.325.vol.4.* nisi aliqua ex iusta causa † excusetur, vt per Paris.
8 in d.vers. quia plerumque, & carceratus † non præcedentibus indiciis, licet postea indicia superueniant, debet relaxari, quia captura non potest iustificari ex nouis causis, & indiciis postea superuenientibus, Bal. & Paul.de Castr. *in l.si quis, ff.de testam.*
9 sed hoc non seruatur in practica † & fatuus esset Iudex, qui ita faceret, & est etiam de iure, per ea quæ tradit Paul.de Castren.*in consi.penul.in fine, vol.1.* & addent.per Bertaz.*in cons.465.in littera C,* quia carceratus nulliter relaxari non debet, quando captura contra eundem de nouo esset concedenda, siue facienda, Crau.*consil.46.n.7.* & Viu.*epi.87.n.7.vol.1.Baiar.*

b *Teneatur in syndicatu*] adde supra *quæst.20. versic.ad formandam quæst.21.versic assertio vulnerati,* ibi est etiam tale dictum. Drog.

c *Primum est*] De quo infra *quæst.46.vers. in hoc per Clar.de indebite carcerato, seu detente* Far.*titul.de carceribus, & carcer.1. vol.quæst.27.* vbi *n.4.* inquit, dici eam indebitam esse capturam ratione incompetentiæ iudicis.*Ros.*

10 d *Alias enim non est reus*] adde, quod † in criminalibus deuenitur ad capturam, etiam quod pœna sit pecuniaria, Boss.*in ti. de carcer.fideiuss.relax.n 2.* & late Farin.*q.27.n.39. Baiar.*

11 e *Scias autem, quod in hoc*] adde, quod † in criminibus Iudex potest incipere à captura antequam constet de crimine si timet de fuga, vel propter atrocitatem delicti, personæ qualitatem, & conditionem, & pœnæ grauitatem *c.si clericus, de sent.exc.* Salic. *in l.ea quidem n.77. & in l.nullus, n.4.C.de exhib.reis,* & Cabal. *ad constit.March.in c.3. lib.4.* & est arbitrium Iudici, & nullis præcedentibus indiciis. Menoch.*de arbit.iud.q.88.* & dicit Ant.
12 Scap.*lib.5.iuris non scripti, cap.13.num.3.* quod Romæ † seruatur, quod iudices habita relatione alicuius exploratoris de aliquo delicto graui per aliquem cõmisso, committunt statim capturam, & idem seruatur in toto statu Ecclesiastico, considerata tamen qualitate personarum, & grauitate delicti, & Fol.*in pract.*
13 *crim.in vers.notatos capiat, n.132.* dicit, quod captura est arbitraria ante cõtumaciam & post necessaria. Et tenet Vulpel *in consi.74.in prin.* quod iudex ex qualibet leuissima suspitione ad capturam deuenire potest, & idem dicit Afflict.*in constitutione Baiulus si furem in fin.* & etiam Mars.*in sing.93.incip.iudex licet,* & dicit D.Clar. supra *in qu.14.vers.vidi etiam plerumq; quod testis, qui prorsus à lege repellitur, facit indicium ad capturam; vbi ita iudici videatur, quia qualibet suspicio sufficit.*

14 Item adde, quod † licet possit Iudex incipere à captura personæ, non tamen cogitur capere, si potius vellet eum citare, nec teneretur in syndicatu, imo si pars peteret familiam, & iudex denegaret, minime teneretur in syndicatu, nisi reus esset contumax, quia tunc cogitur dare familiam, secundum Bart.*in l.consentaneum, C.quomodo, & quando iud.* & Paris.*in d.versi.captura, §.quia plerunque,* & Bart.*in l.cum eo.ff.ad l.Iul.pecul.* sed hoc etiam cautus Iudex non faceret, si delictum esset tale, propter quod deueniendum esset ad capturam alias nõ careret suspicione, † & quandoque teneretur in syndicatu, & ad interesse partis, 15
si capturam denegaret, & carceratus aufugeret, Paris de Puteo *in vers.captura, §.quia plerumque in prin.* & Carau.*in tit.39.n.11.*

Item adde, quod in Regno † Neap. Iudex non debet citare 16
principalem ad informandum, nec ad capturam, deuenire, ne eum examinare, nisi prius constet de delicto, alias iudex punietur, Gram.*in decisio.60.col.1.versic.circa secundum, n.19.* & hodie extat pragmatica Caroli Quinti, qua cauetur, non procedatur ad capturam, nisi incipiat constare de maleficiis, quæ incipit; inolescere, quæ est prima sub tit.de custodia reorum, quæ pragmatica non seruatur per iudices, nisi quando eis videtur, vt attestatur Carau.*in ritu 39.sub nu 10.*

Item adde, quod si baiulus, † siue executor aliquem capiat 17
iniuste, poterit ipsum impunè liberare, *l.si quis vxori §.si fugitiuum, ff.de fur.* & Paris de syndic. *in §.officiales destinati in fi.*

Item adde, † quod ad iussum patris debet iudex filium deti- 18
nere, cum non sit verisimile, quod pater, qui plus diligit filium, quam se ipsum, velit eum carcerari sine iusta causa, si pater sit honesta persona, & discreta. Iaffr.*decisio.209.* Alcan.Clem. *in tract.de patr.pot.effec.1.n.18.*

Item adde, an † licentia de capiendo duret in tempus succes- 19
soris, per Bal.*in l... nu.3 ff.de postul.* vbi dicit, quod sic, distingue tamen, vt per Rol *in consil.38.n.7.vol.3.* & per Ben. *consil.4.n.13.* & similiter durat † post mortem ipsius iudicis mandantis. Viu. 20
epin.555.n.4.vol.1. Baiar.

f *Priusquam deueniatur ad capturam*] Farin.*d.q.27.n.113.& 114.*Ros.

g *Et ideo dic*] Vulpell.*resp.74.nu.1.*Far.*d quæst.27.nu.22.115. & 16.*Ros.

h *Poterit Iudex*] Farin.*d q 27.n.116.& 117.* vbi tradit qualia debeant esse inditia, recensetq; octo opiniones, & post *nu.127.* subnectit quatuor aduertenda esse, vt ibi per eum *Ros.*

i *Personam nobilem*] Differentiam pauperis vi. supra *quæst.8. versic.tamen.*Drog

k *Poterit igitur Iudex*] adde infra *q.31.versic.sed quid si reus, qu. 39.versic.ceterum, cum versic.sequenti,* & pone de hoc exemplum in vagabundo, filio familias, & aliis similibus, in quibus probabilis est suspicio fugæ, & hic dictis adde, quæ nuperrime dixit Flaminius *char.in sua pract interroga.reorum lib.1.c.2.*Dr.

l *Et sic vides*] adde, quod captura, & informationes sint arbitrariæ Iudici *sup.q 21.versic.assertio vulnerati inf.qu.64.versi. nunc de gradib.& versic.Dixi quoq; q.20.in prin.* Menoch.*de arbit.iud.li.1.q.88 n.3.* & ibi late in materia capturæ.*Drog.*

m *Per informationem*] Tribus concurrentibus tamen, vt per Farin.*d.q.27.n.131.*Ros.

n *Et bene faciunt*] Adde Blanc.*repet.l.fin.n.8. .de quæst.*contrarium tamen monuit *sup.q.7.versic.Quæro igitur in fi.*Drog.

o *Meretricibus*] adde, quod etiam carcerantur pro debito, siue priuato, siue publico, quod etiam procedit in coniugatis, si tamen illarum viri sint conscij turpitudinis, secus si ignari. Sed quid de leui crimine. Et vbi de graui, & atroci agatur. Et si carcerandæ sunt, quibus in carceribus sunt detrudendæ. De omnibus vide per Menoch.*de arbit.iud. lib.1.q.84.num.13. cum seqq. vsq; ad fin.*Giach.

p *Quidquid sit de iure*] Farin. *vbi supra d q.27.nu.12. vsq; ad 65.*Ros.

Sed certe quidque sit de iure] adde, quod circumscripta † hu- 21
iusmodi consuetudine mulieres possunt detineri de persona post condemnationem, quia tunc cessat priuilegium, vt decidit Bal.*in l.neq; §.qui in ius vocatus, ff.de in ius voc.* Foller. *in pract. crim.in verb.notatos copias de persona nu.19.* & quando mulieres † personaliter de ineri possint, vide Menoch. *de arbit.iud. in q.* 22
88.n.15.cum seq. Quod mitius agendum sit cum fœmina, quam cum masculo, tradit Tiraq.de pœnis temper caus.9. vbi per totam illam causam tractat de hac materia. *Baiar.*

q *Item quærò*) Farin.*q 21.n.77.vsq; 87.*

r *Quæro nunquid clericus*) Farin.*d.q.n.65.vsq; n.77.*Ros.

Quæro, nunquid clericus) adde, videndum Foller.*in pract.crican.par.2.c.20.nu.9.cum seq.* vbi late quando clerici † carcera- 23
ri possint, & quæ dicantur enormia, † delicta, pro quibus sub 24
fideiussoria cautione liberantur. *Bai.*

s *Si vero loquimur in iudice seculari*) adde, videndum D.Far. *in quæst.8 nu.16.* vbi ponit quinque casus, † in quibus clericus 25
per laicum carcerari potest, vide etiam Bertaz. & ibi addentes *in con.78.* vbi late de captura clerici facta par laicum, quando sit licita, & sic iudex † incompetens potest delinquentem ca- 26
pere, vt captum repræsentet competenti, Boer. *decisio.215. nu.34.Baia.*

t *Bene verum est*) Item adde, quod † Clericus debet remitti 27
sine requisitione, *not.in auth.vt cleric.apud prop.episc.§.illud palam, c.vt fama, extr.de sent.excommun.* & Scaglion. *in ritu 46. fol.224.n.8.*Baiar.

u *Quilibet nuncius*) adde Ias.*in §.quadrupli, n.15.cum seq.Instit.de act.*Drogh.

x *Hoc tamen conclusio*) adde infra *q.26.versi.1.ibi, debent aduerte-*

uertere? quid autem seruetur contra reos repertos in fragranti crimine, & quando contra eos procedatur, supra q. 8. vers. sciæ tamen. cum vers. seq. & dixi infra ad q. 82. st. c. 6. adde tamen, quod si Iudex vidit aliquem arma deferre, potest illum punire pro delatione armorum absque alia citatione, vel processu, Bal. in l. ad officium, C. fin. regun. d. gl. ad consuetud. Turon. titul. des amandes, art. 3. quod est huic contrarium, & ad ea, quæ dixi supr. q. 8. vers. sciæ tamen, & cap. 49. vers. vlterius quæro cum concord. Drog.

Hac tamen conclusio] Farin. titul. de delict. c. 21. vol. 1. numero 138. Ros.

28 *Hac tamen conclusio*] adde, quod † nedum delinquens in flagranti crimine capi potest per familiam absque iudicis commissione, sed etiam à quolibet in ipso actu delinquendi, vel immediate post, qui eum iudici præsentare debet, Bal. super feud. de pace, iur. firm. 3. si quis vero nu. 6.

Item adde, quod priuata persona potest requirere alias priuatas personas, vt aliquem malefactorem capiant, & custodiant, donec iudex eum capiat, Gram. in constitutionib. capitulu, & Prag. Regni in constit. ad officium n. 4. f. 36. Baiar.

y *Sed nunquid potest iudex*] adde quod etiam absque licentia capiuntur malefactores modo, quo per Ias. in § superest, nu. 98. ad fin. Instit. de actio. Drog.

z *Posset forte tolerari in fine*] adde, quod ita consuluit Mandell. in cons. 47. & ibi tenet, quod si malefactor† in capiura occi-

29 datur, non possit inquiri de homicidio ex animo deliberato, & quod licentia iudicis probatur, si familia admittit secum offensos, vel socios.

30 Item adde, quod Baroncelli, † & executores incedentes per Comitatum pro malefactoribus inquirendi, vel pro exactionibus collectarum, non possunt grauare rusticos, vt sibi præstent alimenta, vel vt commodent equos, & hoc non debent pati iudices l. 2. & ibi Io. de Plate. D. de luc. aduoc. lib. 12. quem refert, & sequitur Rip. in tract. de remed. præstan. con. pec. n. 212. Baiar.

QVÆSTIO XXIX.

Quid agendum sit, si reus familiæ resistat, vel eximatur, vel aufugiat.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Familia officialis an possit detinendum, si resistat, impunè interficere.*
2 *Officiali resistere an aliquando liceat.*
3 *Eximens detentum è manibus familiæ qua pœna sit puniendus.*
4 *Et quid si erat indebitè detentus.*
5 *Et an eximens seipsum incidat in pœnam.*
6 *Iudex an possit statuere præmium capienti delinquentem.*
7 *Capiens delinquentem recuperat à fisco id, quod expendit in eo capiendo.*
8 *Statutum constituens præmium capienti delinquentem an habeat locum in officiali*
9 *Statutũ quod villa teneatur capere malefactorem, an habeat locum, quãdo maleficium fuit de nocte commissum, & claues portarum erant apud rectorem.*
10 *Delinquens si fugiat in aliam iurisdictionem, ibiq; captus sit à familia eum persequente, an sit liberandus.*

Ex Additionibus.

1 *Familia officialis an possit impunè resistentem interficere, & nu. 5.*
2 *Familia officialis debet portare signa iuxta solitum regionis.*
3 *Occidens Nuntium qualiter teneatur, remiss.*
4 *Executori dicenti se habere commissionem, an credatur, remissiue.*
6 *Berroarij an licet vulnerare fugientem pro causa pecuniaria.*
7 *Resistentia permittitur, quando iudex non obstante iusta appellatione procedit ad executionẽ irretractabilem.*
8 *Resistere quis dicatur, remiss.*
9 *Resistentia debet esse modesta.*
10 *Resistere quando liceat, remiss.*
11 *Tortius indebitè, iudicem interficiens non punitur pœna mortis.*

12 *Eximens captum indebite, an teneatur.*
13 *Executori dicenti, captum sibi fuisse exemptum, an credatur, remiss.*
14 *Nuntio quando credendum, remiss.*
15 *Statutum puniens fugientem intelligitur de eo, qui capi non potuit.*
16 *Bannitus alios bannitos detegens potest per iudicem rebanniri.*
17 *Intellige si eos prodiderit, antequam ab alio manifestetur.*
18 *Priuatus potest requirere alios priuatos ad capiendum malefactores.*
19 *Priuati conuocati per Curiam ad capiendum, malefactorem non consequuntur præmium.*
20 *Officialis recuperat expensas factas pro capiendo malefactore.*
21 *Berroariis sunt concedenda præmia, vbi adest multitudo bannitorum.*
22 *Xystus V. P. M. præmia concessit etiam berroariis capientibus bannitos.*
* *Auctor secunda vice Gubernator Spoleti.*
23 *Statutum puniens præsentantem bannitum habet locum in capiente bannitum ante statutum.*
24 *Latro capiens socium latronem non debet habere præmium*
25 *Præmium cui debeatur, si duo simul concurrant ad capiendum bannitum, remiss.*
26 *Præmium an duplicetur ei, qui eundem delinquentem pluries capit, vt quia captus euasit.*
27 *Villa, seu Castrum non dicitur, si non habens quinq; patresfamilias.*
28 *Vniuersitas, quæ tenetur capere malefactores, quando probet suam diligentiam, remiss.*

SÆpenumero contingit, quod delinquentes, ne capiantur, a familiæ resistunt, & se armis tuentur? 1 a
Quæro, nunquid familia possit illos interficere. Respond. b quod si familia habet mandatum iudicis aliquem capiendi, & ipse resistat, neque aliter capi possit, potest illum impune interficere. Ita colligitur ex text. in l. si seruus, C. de iis qui ad eccl. confug. Et hoc verum esse nullus dubitat, vt ait Bolenc. in repet. l. capitalium, §. famosos, n. 196. ff. de pæn. c Et dicit Bal. in l. fin. C. de exhib. reis, quod vidit de facto liberari beruarium, qui vulnerauerat fugientem, quem capere volebat. Et d illud dictum Bald. refert Aug. ad Angel. de malef. in verb. Fama publica, post. nu. 54. Et ita etiam pluries iudicatum fuisse in facti contingentia refert Amad. de synd. num. 100. & sequenti, quem refert Boss. in tit. de captura, nu. 12. Et licet Amad. in loco præall. videatur sentire, quod in prædictis casibus satellites sint liberandi, dummodo captura sit iusta, alias secus: Ego indistinctè puto esse liberandos, quia ad eos non pertinet cognoscere, an commissio iudicis sit iusta, vel iniusta, vt dixi e infra quæst. 60. vers. solet dubitari, sed solummodo illam exequi: Et ideo, vbi ipsa commissio esset in forma fidem faciente, illos semper excusarem. Admonet tamen, & rectè Amad. ibi, officiales, & familiam, vt quantum fieri potest, caueant ab huiusmodi vulneribus, & percussionibus, referens se vidisse in ciuitate Perusij populum insurgentem contra Potestatem, & familiam, quia vulnerauerant quendam captum resistentem familiæ. Debent etiam satellitis cautè in hoc procedere: quia si deinde appareret, quod illum capere potuissent absque eo, quod interficerent, vel vulnerarent, non euaderent pœnam saltem extraordinariam, prout in facti contingentia iudicatum fuit per curiam Neapol. teste Gramma. decis. 41. f Item debent aduertere, vt habeant secum licentiam illum capiendi in scriptis, vel saltem habeant insignia, quod sint satellites: alias vero posset reus licitè ab eis aufugere, & etiam si

efendere; non enim tenetur credere. Et ita in facti contingentia alias determinatum fuisse attestatur Ang. *in l. Item apud §. si quis virginem, n. 2. ff. de iniur.* quem refert August. *in loco praalleg.*

2 Sed *g* hic incidenter quæro, nunquid aliquando li-
g ceat officiali, *h* seu iudici resistere, præsertim si de fa-
h cto procedat. Respond. Aliqui tenuerunt absolutè, quod sic: & hanc sententiam dicit esse frequentiori Doctorum calculo receptam Placa *lib. 1. delictorum, c.*
i 28. *num. 9.* Sed hæc opin. iudicio meo periculosa est. *i* Ideo tu dic, quod aut iudex procedit tanquam iudex,
k & nullo modo debet ei resisti, *k* nisi vellet inferre aliquod præiudicium irreparabile: Aut procedit eo modo, quo solent procedere priuati, & tunc impunè ei resistere. Et hæc distinctio colligitur ex Gloss. *in l. non videtur, §. qui iussu, in gl. unica, ff. de reg. iur.* quam dicit esse communiter approbatam Bolenc. *in repet. l. capitalium, §. famosos, post n. 143. ff. de pœnis.* Et dicit Clau. *in lectura l. vt vim, n. 27. & 28. & in repet. n. 48. ff. de iust. & iure*, quod ita omnes volunt, & in hoc omnes concordant, vt dixi latius supra *lib. 2. §. iudex.*

3 Eximens autem detentum è manibus familiæ punitur pœna capitis, vt dixi infra *q. 68. vers. eximens.*

4 Sed *l* quid si ille erat indebite detentus, nunquid exi-
l mens erit puniendus? *m* Resp. quod non: est communis
m opin. vt attestatur Ias. *in l. 3. §. quod prætor, colum. 3. ff. ne quis eum qui*, prout illum refert Boss. *in tit. de captura, n. 7. & in tit. de carcere, nu. 15.*

5 Quæro *n* etiam, nunquid ille, qui se ipsum eximit de
n manibus familiæ incidat in pœnam. Respon. Boss. *tit. de captura, nu. 17. & seq.* refert in facti contingentia fuisse determinatum in Senatu, quod sic, licet dicat, quod in eo casu fugiens, seu eximens se euaginauerat ensem, & sic videbatur etiam fecisse resistentiam familiæ. Ego credo, quod fugiens à manibus familiæ sit puniendus, prout ille, qui fuit è carceribus, nam etiam ipse dicitur teneri, mitius tamen, ex quo non dicitur violare publicos carceres. Et hoc quando id facit sine vio-
o lentia. *o* Sed si defendat se cum armis, dicerem puniendum esse, prout illos, qui resistunt capturæ. Non tamen omittam, quod cum quædam Alegra Pina maritum capitale damnatum exemisset è manibus satellitum, fuit diu disputatum in Senatu, an esset punienda, & tandem non fuit diffinitiue absoluta, neque condemnata, sed dictum eam non esse molestandam, donec aliud per Senatum ordinarium fuisset. 3. Iul. 1563. P. N.

6 Sed *p* quid si delinquens aufugerit, ita vt capi non
p poterit à familia, nunquid poterit Iudex, seu Potestas publicare edictum, & statuere præmium capientibus huiusmodi delinquentem? Respond. quod sic, & ita communiter tenetur, vt dicit Alber. *in 4. parte statutorum, quæst. 48.* quem refert Aug. ad Angel. *de malef. in verbo, Fama publica, post num. 75.* Quod tamen ego intelligo, vt procedat in aliquo casu particulari, vbi delictum esse atrox, & seuera pœna dignum: nam eo casu dicendum est licere iudici tale præmium constituere, sed non in genere cuicunque capienti malefactores, hoc enim esset condere legem, quod non permittitur, nisi supremis magistratibus.

7 Vnum *q* tamen nota in hoc proposito, quod qui-
q cunque etiam non habens mandatum à iudice ceperit aliquem malefactorem, & tradiderit curiæ, & in capiendo aliquid expenderit, poterit illud recuperare ab officiali, vel à fisco. Et hoc fatentur omnes, vt dicit Grammat. siue Petrus de Monforte *super constit. regni, fol. 54. num. 5.* dicens istud esse perpetuo menti tenendum.

8 Cæterum *r* multis ciuitatibus, & oppidis Italiæ ex-
r tant statuta, quæ constituunt præmium capientibus delinquentes. Quæro, nunquid officialis capiens aliquem malefactorem, debeat habere tale præmium à statuto propositum. Respond. quod non, quia illud facere tenetur ex debito, & necessitate officij sui. Et ita *s*
dicunt omnes Scribentes, vt ait Io. Mont. *de auctoritate magni consilij, posito post decis. Boer. post nu. 146. vers. & & ibi dicunt.* Et dicit Boss. *in tit. de captura, n. 76.* quod ita vidit seruari in facti contingentia.

E conuerso *t* etiam in multis ciuitatibus stant statu- 9
ta, quod villæ teneantur capere malefactorem sub cer- *t*
ta pœna. Pone, quod fuit commissum maleficium de nocte, & rector, sed potestas habebat claues castri, ita quod illi de villa non potuerunt exire, & capere malefactorem: Quæro, nunquid teneantur pœna statuti. Respond. quod non: ita dixit Bart. *in l. 3. §. subuenitur, ff. ad Syllan.* Et hæc conclusio approbatur à Doctoribus, vt dicit Aug. ad Ang. *de malef. in verb. Qui iudex dictum Caium, post num. 12.* Cum enim facto; seu impedimento superioris exire non potuerint, non potest eis aliquid imputari.

Sed pone, quod familia vnius iudicis incipiat in suo 10
territorio persequi delinquentem, & eum capiat, & ille aufugiat in territorium alterius iudicis, & ibi fuerit à familia eum persequente comprehensus, nunquid erit retinendus ab ipso iudice, qui capturam decreuit, & ab eo puniendus? Respond. quod non, sed debet relaxari, & dimitti. Et est communis opin. vt dicit Barbat. *consil. 26. in fin. lib. 1.* quem refert Boss. *in tit. de captura, num. 34.* & idem Boss. *in tit. de fauoribus defensionis, num. 7. in fine*, dicit, quod ita vidit seruari. Ita etiam practicari attestatur Anton. Gomes. *cap. 9. delictor, num. 5.* Non enim hoc casu attendi debet principium, sed finis. Et si casus contingeret, ita seruatem, licet contrarium in facta contingentia decisum fuisse referat Paris Put. *de syndic. fol. 190. c. 4. num. 1.* in quodam, qui commiserat delictum Perusij, & fuit insecutus à familia vsque ad ciuitatem Florentiæ, *u* & ibi *u*
captus.

ADDITIONES

Ad Quæst. XXIX

a F*Amilia resistunt*] An autem in casu resistentiæ, vel offensionis factæ officiali debeat eidem credi? Dic, quod non, gloss. *ad consuetud. Turon. Tit. des crimes, art. 4.* Alciat. *tract. de præsum. 14. num. 7.* ibi puto contrarium, Menoch. *d. tracta. de arbitr. iud. lib. 2. cent. 2. cas. 112. num. 15.* plura super hoc congerit Petr. Picchius *tractat. de Iur. sist. & manuum iniectione cap. 25.* qui multum tribuit Iudicis arbitrio ex rerum, & personarum qualitate; An autem in casu resistentiæ liceat vulnerare resistentem? Resp. quod non. Tenetur enim capiens de excessu Boss. *tit. de captura.* Drogh.

b *Quid si familia*] Farin. *tit. de carceribus q. 31. vol. 1. n. 49. vsq. 62.* Roi.

c *Et dicit Baldus*] Et omni in casu mitius punitur ob itam Caret. *in pract. fol. 113. vers. sexto quæro num. 21.* imo regulariter non punitur, si ei fiat resistentia, idem ibi *fol. 172. versic. circa secundum, n. 70. & 140.* Ros.

d *Et illud dictum Baldi refert Ang.*] adde, quod † ita etiam 1
concludit Grammat. *decis. 41.* quod procedit si familia † porta- 2
bat signa familiæ, quæ in illa regione ferri solẽt, secundum Aug. ad Angel. *in verb. quod fama publica, num. 54. in fin.* vide etiam Boer. *decis. 170.* & ibi etiam, qualiber teneatur occidens nuntiũ.
† Et an credatur executori † dicenti, se habere commissionem, 3
Bart. & Ang. *in l. prohibitum, C. de iure fisc. lib. 10.* & vi. Marsil. 4
in Pract. crim. §. vlterius, n. 7. & in l. 1. nu. 79. ff. de sicar. & an berroarij † teneantur, si occiderint resistentem in captura, vel fu- 5
gientem, vide Marcabrun. ab Anguill. *consil. 53.* vide tamen omnino D. Farinacium *in q. 32. nu. 39. & seq.* vbi latissime hanc quæstionem tractauit.

Item adde, quod berroariis † non licet vulnerare fugientem, 6
quem volebant capere ex causa pecuniaria, Bal. *in Auth. sed omnino, num. 14. C. ne vx. pro marit.* & August. *consil. 18. num. 5.* sed circa istam quæstionem, vide omnino D. Far. *in q. 32. nu. 54.* vbi contrarium tenet. *Baiar.*

e *Infra q. 60. versi. solet dubitari*] Non facit in specie hanc mentionem, imo videtur in contrarium infra *hac eadem quæst. versic. sed quid in fine.* Drogh.

Item

f *Item debent aduertere*] Hoc tamen fallit, vt dictum est supra *quæstione proxima, versic Dictum est*, & habetur sup. *q.* .*versi. sed nunquid*, vi. Matant. *in suo Spec. par. 6. tit. Recte concipiatur citatio nu.* 71. Drog.

Item debent] Far. *d. q.* 32. *n.* 31 *& seq* Rof.

g *Sed hic incidenter*] Quando non possit resisti, vel officiali, aut iudici Far. *d. quæst. nu.* 33. 34. *vsq;* 38. *& n.* 117. *& seq. & etiam n.* 87. *vsq;* 117. Rof.

h *Officiali, seu Iudici resistere*] ad idem adde, & per Ludo. Carer. *in pract. crim. §. homic. 6. sub n.* 78. *vsque ad nu.* 83. vbi quamplura ponit exempla, quæ per te videre poteris. Vide etiam per Tho. Gram. *crim. cons.* 31. *Giach.*

i *Ideo tu dic*] Adde, quod latius hunc passum in sui materia, & ad propositum explicat Negus. *tr. de pign. & hipp.* 2. *membr.* 3. *parte, nu.* 22. Menoch. *de recuperan. possess. remed.* 8. *n.* 26. *infr q* 82. *stat.* 4. *de turb. poss.* Plot. *in l. si quando*, §. 6. *sub n.* 21. *&* 30. *C. vnde vi.* Drog.

k *Nisi vellet inferre aliquod praiudicium irreparabile*] adde
7 exemplum, † vt est, si Iudex non obstante appellatione iuste interposita, vellet procedere ad executionem irretractabilem, vt per Guid. Pap. *decisio.* 576. *n.* 3. Vide etiam Parid. *de syndic. in verb.*
8 *resistentia*, & per eundem *in c. seq. nu.* 4. quis dicatur † resistere,
9 & quod resistentia, quæ fit officialibus, debet † fieri modeste. In
10 hac materia, quando liceat Iudici, vel eius familiæ resistere, † vide pulcherrimam distinctionem per Afflict. *in constit. pacis cultum, n.* 56. *rubr.* 8. *tit. de cult. pacis. fol.* 40. & Cassan. *in consuetu. Burg. tit. de Iustices, & droicts*, qui multum diffuse hanc quæstionem tractauit. Rip. *in tract. de remed. ad conseru. vbert. num.* 89. Felyn. *in c. si quando, de offic. deleg.* Sed magis diffuse hanc materiam tractauit Bolognet. *in l. vt vim, nu.* 54. *cum seq ff. de iust. & iur.* vbi multas facit conclusiones post Claud. Seissel. ibi, & nouissime Farin. *var. quæst. in q* 32. *num.* 88. *cum multis seq.* qui adeo hanc materiam tractauit, vt nihil amplius desiderari possit.

11 Item adde, † si Iudex iniuste non procedentibus indiciis torsit aliquem tunc si ille indebite tortus, occidit iudicem, non debet puniri pœna mortis, sed alia mitiori pœna, Mars. *in sing.* 455. *incip. difficillimum* est iustum dolorem, tempore, & in pract. *in §. diligenter, n* 58. Baiar.

l *Sed quid si ille*] Far. *nu.* 66. vbi supra *Rof.*

Sed quid sit ille erat indebite detentus] Adde, quod hoc proce-
12 deret, † si notorie constaret de iniustitia, vt per Roman. *in consi.* 320. *circa fin.* & Alexandrum *in l.* 4. § *Item si quis, ff. ne quis eum qui.* Dec. *in capit. si quando, de offic. deleg. & in l. vt vim. col.* 8. *ff. de iust. & iur.* & Cagnol. *in l. vna. ff. si quis iudicen. in v. u vide-*
13 *tur, nu.* 8. & an credatur executoribus, † dicentibus, captum ab eorum manibus exemptum fuisse. Alc. *de præsumpt reg* 3. *præ-*
14 *sumpt.* 14. & Menoch. *de arb. iud. cas.* 112. vbi plene tractat † hanc materiam, quando nuntio publico sit credendum. *Baiar.*

m *Respon. quod non*] Non tamen ad hos eximentes pertinet cognitio, an exemptus fuerit debite, & legitime detentus, vel non. Nec datur ratio differentiæ inter hos eximentes, & illos satellites, de quibus supra *hac eadem quæstione, vers. primo in princ.* hic etiam in nudo exequutore, quod ad eum non pertineat cognitio, notat Ias. *in §. si minus, num.* 16. *Instit. de act.* Menoch. *de arbitr. iud. lib.* 1. *quæst.* 38. *num.* 10. *ad fin.* ex magna tamen causa etiam nudus executor admittit exceptionem, vt per Felyn. *in cap. canonum statuta collat.* 13 *de constitut.* Faciunt hic tradita per Didacum à Conar. *pract. cap.* 16. paulo ante finem, ibi: a quibus ipse discedo libenter. In criminalibus autem semper seruatur causæ cognitio in executore per ea, quæ ad satietatem dixit Char. *tit. de exequ. sent. cap. fin.* Drog.

n *Quæro etiam*] Far. *d. q.* 2. *n.* 22. *& seqq. vsque* 26. vbi quod in eo, qui clamauit ad arma, *n.* 25. *Rof.*

15 *Quæro etiam nunquid ille*] adde, † si extaret statutum, siue proclama puniens fugientem contra Berroarios, intelligitur de eo, qui capi non potuit, secus de capto, *l. quis sit fugitiuus §. idem ait. vbi Bal. ff. de adilit. edicto.* Baiar.

o *Sed si defendat se*] Farin. *sup. n.* 79. Rof.

16 p *Sed quid si delinquens aufugerit*] Adde, quod etiam iudex † bannitum rebannire potest, si multos alios bannitos detexerit, ac causam apprehensionis eorum præstiterit, ita Bart. *in l. ambitiosa, nu.* 8 *de decret ab ordin. facien.* Menoch. *de arbitr. iudic. q.*
17 92. *num.* 8. quod tamen inteligendum † est, si prodiderit, antequam ab alio manifestetur, glo. *in l.* 1. *in ver processerit, C de deser. lib.* 12. Sed ego consulo iudicibus, quod inconsulto Principe hoc non faciant, si tempus concedit. *Baiar.*

Vnum tamen nota in hoc proposito] Adde, quod nedum licet
18 priuato † sine mandato iudicis capere malefactorem, vt ipsum iudici præsentet, vt per Grammat. *in loco hic allegato num.* 6. & Iacob. de S. Georg. *in l. si longius, §. si filiusfam. ff. de iud.* sed etiam priuatus potest requirere alios priuatos, vt capiant malefactorem, & custodiant, donec iudici consignari possit, idem Grammat. *in d. addit. ad Constitut. Regni fol.* 36. *in constit. ad officium nu.* 4. vbi allegat tex. *in §. si quis vero auth. vt liceat matri & auia.* Ba.

r *Ceterum in multis ciuitatibus*] adde, quod similiter homines terrarum † conuocati in auxilium Curiæ in persecutionem 19
malefactorum, non debent habere præmium: Paris *in tract. de syndic. v. familiaris.*

Item adde, quod si officialis † aliquas expensas fecerit pro ca- 20
piendo malefactore, poterit illas recuperare. Paris de Put. *in tractat. de syndic. in vers. salarium §. si officialis, num.* 7. Ang. *in authent. de collat. in §. iubemus*, & Ioan. Ant. de Nigr. *in cap.* 7. *frequens, nu.* 106. sed † quando adest multitudo bannitorum, ex- 21
pedit vt Berroariis præmia concedantur, vt fecit Sixtus V. in primo anno sui Pontificatus, † & tunc eram Gubernator Ci- 22
uitatis Spoleti secunda vice, vbi aderat maxima copia bannitorum, quorum fuit facta magna strages.

Item adde, quod si statutum † dat præmium capienti banni- 23
tum, & illum præsentati Curiæ, habet locum in eo, qui cepit ante statutum, & post præsentauit, vt de communi testatur Rui. *cons.* 49. *vol.* 3. Rol. *in tract. de lucr. dot. q.* 91. & Decian. *cons.* 1. *nu.* 104. *vol.* 1.

Item adde, quod si socius † latro capit socium latronem, non 24
debet habere præmium, Ang. *in l.* 1. *§. si ex stipulatione. ff. ad Syllan.* Ias. *in l.* 1. *§. si tibi, ff. de condit. ob turp. causam*, Afflict. *in constit. si damna clandestina. col.* 11. *vers. & in tantum.* Brunus *in tracta. de stat. constit. & decret. in verb. præmium, vol.* 3.

Item adde, si † debetur præmium primo capienti, & duo 25
simul capiant, cui debeatur, vide Bartol. *in l. qui filiab.* 3. 1 *ff. de leg.* 1. & Brun. vbi sup.

Item adde, † si quis eundem delinquentem pluries ceperit, 26
quia forte primo fuit captus, & postea aufugit à carceribus, plura præmia habere debet, secundum Cuman. *in cons.* 14. & Brun. vbi supra, & Io. Ant de Nigr. *in c. frequens, nu* 108. multa alia ad istam materiam, vide per Bartol. *in l.* 1. *C. de delator. lib.* 10. vbi ponit, quid si se defendendo capit, & multa alia, an debeat habere præmium. *Baiar.*

s *Quod non*] Huic adde Tiraq. *in l. si vnquam in verb. donatione largitus, n.* 106. *C. de reuocanda donat.* Drog.

t *Econuerso etiam*) adde, quod villa † seu Castrum non dici- 27
tur, si non habet quinque homines partes familias, & non tenetur ad pœnam statuti, vt per Alex. *in l fin. col.* 2. *C. de testam.*

Item adde, quomodo probetur † diligentia per Vniuersitatem 28
quando tenetur capere malefactores; & quas defensiones possit facere, late per Bartol. *in cons.* 101. clarissime Domine, Isti nostri Hucerini, & Io. Ant. de Nigris *in c. clandestinis, n.* 22. Baiar.

u *Et ibi captus*) Aliter tamen seruant venatores leporem insequentes, §. *Apum quoq; Instit. de rer. diuision.* Drog.

QVÆSTIO XXX.

Quibus casibus reus ad ecclesiam confugiens tutus sit ipsius Ecclesiæ immunitate.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Ecclesia habet immunitatem, vt delinquens, qui in eam confugerit, non sit inde violenter extrahendus.*
2 *Et an ambitus, qui est extra Ecclesiam per quadraginta passus.*
3 *Et an palatium episcopi.*
4 *Et an ecclesia nondum consecrata.*
5 *Et quid si ecclesia sit interdicta.*
6 *Et quid si sit destructa.*
7 *Et an oratoria priuata.*
8 *Et quid si delinquens in vna ecclesia confugiat in aliam.*
9 *Et an omnes delinquentes gaudeant hac immunitate.*
10 *Et an raptores virginem.*
11 *Et an homicida proditorius.*
12 *Et quid in homicida animo deliberato.*
13 *Et an ille, qui ex insidiis alium interfecit.*
14 *Et an fures.*
15 *Et an illi, qui in ecclesia delinquunt.*
16 *Et an clerici.*
17 *Et an Iudæi.*
18 *Ex an excommunicatis.*
19 *Et quid si delinquens insequente familia à locis prophanis in ecclesiam se receperit.*

7 deinde in iudicio deponat contrarium eius, quod ex-
traiudicialiter dixerat, nunquid poterit ex hoc tor-
b queri? Respon. quod sic: *b* Et ita tenent communiter o-
mnes, vt dicit Alexan. *cons.63. circa fin. lib.1.* quem refert
Turzan. *in sua collecta communium opin. c.134.* Dicit etiã
Alex. *cons.251. in fin. lib.6.* quod in hoc omnes conueni-
unt. Et ita practicari attestatur Boss. *in loco præallegato,*
n.21. in fi. An autem hoc casu standum sit primo, vel se-
cundo dicto, dixit inf. *in d. q.53. vers. Primus est casus.*

i Sed quæro, *i* nunquid vilis persona, si testificetur in
8 causa criminali, probet contra reum sine tortura? A-
liqui dicunt, quod sic. Et hanc dicit esse commun. opi.
Roland. *cons.24. num.64. lib.1.* Alij vero dicunt quod
testi vili, & ignobili non creditur sine tortura. Et hanc
dicit esse communem regulam Igneus *in l. prima, §. ser-*
ui appellatione, num.75. ff. ad Sylla. Tu dic, quod hoc re-
linquendum est arbitrio iudicis, qui iuxta qualitatem
personarum, & facti poterit arbitrari, an talis testis
torqueri debeat, vel non. Sed in omnem casum huius-
modi testibus nunquam tanta fides adhibetur, sicut
aliis.

9 Torquentur etiam testes, qui delicto interfuerunt,
& tamen dicunt neminem vidisse, aut cognouisse, ex
hoc enim reddunt se suspectos, tanquam quod verita-
tem celare velint. Ita dicit tex. *in l. vnius, §. iudex, ff. de*
quomodo, non tamen posset hoc casu iudex omnes eos,
qui interfuerunt, torquere, sed tantummodo duos, vel
tres, secundum communiter doctores, vt dicit Boss. *in*
tit. præallegato de tort. testium, num.10. in fin. Sed hoc non
seruatur in practica, vidi enim multo plures aliquando
torqueri, præsertim quando omnes sunt suspecti, quod
k verum dicere nolint. *k* Et ideo credere hoc relinquen-
dum esse iudicis arbitrio, tam circa numerum, quam
circa qualitatem, & modum torturæ, quæ tamen nul-
lo modo debet esse ita grauis in testibus, prout in reis.

l *l* Solet dubitari, nunquid quando testes sunt tor-
10 quendi debeat eis dari copia indiciorum, & processus:
Et dicendum est, quod non, ita tenet Bart. *in d. l. vnius.*
§. iudex, num.1. ff. de quæstio. cui nemo contradicit, vt di-
cit Boss. *in tit. præallegato, num.38. & seq.* subdens, quod
ita etiam vidit in practica obseruari. Et certe si aliter
fieret, destruerentur mille processus, talis enim tor-
tura vt plurimum fit super inquisitione generali ad in-
dagationem veritatis, cuius quidem generalis inquisi-
tionis non datur copia parti, nec testibus. Et ita obser-
uat consuetudo, vt dicit Anton. de Canar. *de quæst. in 2.*
m *membr. num.52.* *m* Bene verum est, quod si testis sit tor-
quendus propter causam, quæ aliunde quam ex pro-
cessu oriatur, puta, ex eo, quia sit seruus, vel infamis,
vel huiusmodi, vtique prius super hoc est disputandũ,
& cognoscendum, dato etiam illi termino ad dedu-
cendum, si quid in contrarium habet ad torturam eui-
tandam, vt ibi. Et dicit Boss. *in tit. de mandato ad homici-*
dium, post num.3. quod ita seruat vniuersus mundus.
Quod tamen ego in practica nunquam vidi seruari?
nam iudices semper torqueri faciunt testes absque vlla
disputatione, quod quidem tutius est, propter timo-
rem subornationis. Faciunt, quæ dixi infra, *quæst.94.*
vers. quæro nunc.

ADDITIONES

Ad Quæst. XXV.

a *Sunt etiam aliqui casus*] Far. *q.79. vol.3.* & de infamia iuris, *ibid. n.25.* Rol.

1 *Sunt etiam aliqui casus*] adde, † si contingeret, quod tales
testes essent admissi sine tortura, non creditur eorum dicto, sed
statur dicto in tortura, Alciat. *in tract. de præsumpt. præsumpt.29.*
2 *num.13.* & quando testes † torqueri possunt, Franc. Marc. *decis.*
780. par.2. & late Cæp. *in consil.60.* & vbi testis est torquendus,
3 non debet torqueri, nisi postquam reus, contra † quem depo-
suit, examinatus fuerit, quia si confiteretur, non esse opus ali-
qua tortura contra testem, & si negaret, torqueretur ad hoc, vt
probaret.

Item adde, quod tortura † testis non operaretur, si non adest 4
ratificatio, vt in reo. Bart. *in l. penult. ff. de q.* & Boss. *in tit. de con-*
fess. per torturam num.7. & Gomes. *in titul. de delictis ca.13. num.*
29. vbi ipse etiam tenet, quod requiritur ratificatio, licet Bald.
in l. fin. C. de quæst. contrarium dixerit. Sed de hoc vide Bertaz.
in consil.323. vbi habetur, quando quis torquetur in se, & in
alium, & quando torquetur in alium tantum, & ibi dicit, quod
testis non debet torqueri, si aliter veritas haberi possit, & quod
testis † varius, qui in secundo allegat causam rationabilem 5
variationis, non est torquendus, & casus, in quibus testes pos-
sint torqueri, tangit Hartman. *in lib.2. pract. tit.15. obseruat.9.* &
Bertaz. *consil.153. n.5.*

Item adde, † quod in tortura testis non exiguntur indicia, 6
quæ requiruntur ad torturam rei, nec de eis habetur disputa-
tio cum Aduocatis, sed totum iudicis arbitrio committitur,
Bart. & Mars. *in l. vnius, §. testes ff. de q.* & Brun. *in tract. de indic.*
car.7. in princ.

Item adde, quod † ita potest torqueri testis in inquisitione 7
generali, sicut in speciali, Bar. *in l. qui sine. n.4. ff. de q.*

Item adde, quod ita † testes clerici, si sunt infames, vel alias 8
inhabiles, torqueri possunt, sicut laici, ita late Foll. *in pract.*
crim. cano. in versic. testibus diligenter examinatis. n.47.

Item adde, quod sicut † ante litem contestatam testes non 9
possunt recipi, ita nec debent torqueri, vt per Bart. *in l. si quis*
adulterium, n.1. ff. de adult.

Item adde, quod † quando tortura est inferenda pro validi- 10
tate testimonij, pars citari debet, & etiam ea præsente iuramen-
tum deferri, Boer. *in decisio.319. n.4.* & Vulpel. *in consil.76. in fine.*

Item adde, quod † testis, qui alias non faceret indicium, 11
non torquetur, Burs. *in consil.216. num.11. volum.2.* & Bertaz.
consil.549. num.5.

Item adde, † quod licet testes inhabiles cum tortura admit- 12
tantur, tamen falsarius non recipitur, etiam contra falsarium,
nisi talis falsitas fuisset commissa in crimine læsæ maiestatis, ut
falsare monetam Principis vel eius sigillum, & tunc etiam ali-
qua alia præsumptio concurrere debet, & est torquendus, In-
nocen. & Bal. *in c.1. de confess.* Baiard.

b *Sine tortura non probaret*] Aduerte, quod licet oppositio-
nes, quæ fiunt contra testem, reseruentur post examen, hoc ta-
men procedit, vbi est examinandus cum tortura, ne tortura sit
superflua, per Bartol. *in l.1. §. si quis dicatur ff. de quæst.* Brun. *in l.*
prim. ff. ad S.C. Syll. char.6. col.2. circa fin. vt refert Boss. qui idem
tenet *tit. de indic. & consid. ante tortu. num.153.* Vbi subiungit,
quod multi sunt, qui inaduertenter seruant contrarium, quod
not. Et quibus casibus testes non omni exceptione maiores, &
inhabiles admittantur, vi. per Car. *in pract. p.127.* Giach.

c *Item testis varius*] Item addde, quæ dicatur † variatio, vel 13
vacillatio vltra notata *in c. præterea de testib. cogen.* vide Alber. de
Rot. *in tract. de teste varian. c.2.* & Bart. *in l. eos, C. de fals.* Dec. &
Doct. *in c. quoniam contra de prob.* & ibi per Abb. & Paris. *in re-*
pet. nu... 7. cum seq. an iudex debeat scribere vacillationem te-
stium, & quando, & an eo teste præsente, vel absente, & si non
scribit, qualiter teneatur, & Notarius sub qua forma debeat va-
cillationem scribere, & an Notarius debeat scribere vacillatio-
nem, secundum, quod citat iudex, vel qualiter.

Item adde, quod † testis varius nedum potest torqueri, sed 14
etiam pœna arbitraria potest puniri per Iudicium, coram quo
vacillat, Abb. Fel. & ceteri *in d. c. quoniam contra de probat.*

Adde quod † testis varius ita potest torqueri in causa ciui- 15
li, sicut in criminali, Marant. *in Specul. de ord. iudic. par.6. act.14.*
nu.6. fol.49. & *not. in l. ex libero, §. fi.* vbi Mars. *ff. de q.* & *habetur*
in l. nullus, C. de test. & *in auth. presbyt. C. de Episc. & cler.*

Item adde, quod modica † varietas non nocet, sed sufficit, quod 16
concordet in facto principali, † licet discordet in aliquibus cir- 17
cumstantiis, Alex. *in cons.24. nu.43. vol.2.* quod tamen fallit, vbi
tractatur de re verbali, id est, de probanda confessione, in qua
quælibet diuersitas operatur, vt testes censeantur varij, Ias. *in l.*
2. col. pen. C. de bon. possess. secun. tab. & Alban. *consil.56. n.29.*

Item adde, quod testis † varius, licet sit rusticus, poterit tor- 18
queri, quia non potest esse simplicitas, vbi est contrarietas, se-
cundum Io. Andr. *in c. cum Ioannes Eremita. de fid. instr.* & Bal. *in*
l. scriptura, C. eod. tit. & Ias. *in l. si quis, quod ff. de iurisd. omn. iud.* &
ista opin. est verior secundum Rip. *in tract. de remed. pract. ser-*
uat. contra pest. n.254. ibi tamen subdit, quod prudens, & circum-
spectus iudex considerabit naturam personæ ipsius rustici, &
qualitatem facti, super quo vacillauit, & omnibus recte pensi-
tis amplectetur, quæ opinio sit sequenda: idem tenet Menoch.
de arbit. iud. casu 194. n.57. fol.217.

Item adde, quod † Doctores examinati vti testes, si essent 19
varij, non possunt torqueri, ita tradit Mars. *in l. ex libero n.4. ff.*
de q. & Ceph. *consil.164. n.8. vol.2.*

Item

20 Item adde,†quod ad torturam inferendam teſtibus propter vacillationem non ſufficit,quod in tortura, vel poſt torturam vacillauerint,ſed requiritur,quod vacillatio præceſſerit torturam,Ruin.*in conſi.7.in pr.vol.3.*Baiar.

d *Sed nunquid*] Teſtis clericus vacillans an torqueri poſſit, tradit idem Far.*in dict.q.66.n.*101.*p.*3.Roſ.

e *Intellige tamen*]Far.*d.q.*3.*n.*103.Roſ.

f *Scias tamen*]Far.*d.q.*79.*n.*8.Roſ.

g *Sed pone*] adde, & vide *in collect. mea commun.opin.§.depoſitio teſtis.* Giach.

Sed pone]Far.*q.*76.*p.*2.*n.*83.*&* *par.*5.*n.*106.*&* 167.Roſ.

Sed pone quod teſtis]Adde videndum Cæpol.*in conſil.*60.*n.*12.
21 in † quibus caſibus teſtis contrarius torqueri poſſit. *Baiard.*

h *Quod ſic*]adde, atque vide per Cæpoll. *conſil. crimin.*60. *n.*3.*&* 12.Giach.

i *Sed quæro nunquid vilis perſona*] Vi. Didac. *pract. q.c.*18.*ſub n.*1.vbi quid in ciuilibus cauſis.*Giach.*

Sed quæro]Far.*q.*57.*vol.*2.vbi de paupere;& birroario,*q.*56.*artic.*11.*n.*370.Roſ.

22 *Sed quæro nunquid vilis perſona*] adde, quod teſtis † vilis regulariter non torquetur, niſi tribus concurrentibus, ſcilicet quod vacillet,quod conuincatur de mendacio,& quod ſponte accedat ad ferendum teſtimonium Batt.*in l.ex libero in fin.princ. ff.de quæſtio.*Pariſ.*conſil.*151.*nu.*17.*vol.*4. Ruin.*conſil.*147.*num.*5. *vol.*5.Tob.Noni.*conſil.*99.*volum.*3.*in fin.*& Cæpol.*conſil.*60.*nu.*7.& quid in cauſa ciuili.Couar. *pract.quæſt.cap.*18. *ſub num.*51.
23 & quando dicatur vilis, remittitur arbitrio iudicis, Bal.*in l. Gracchus C.de adult.in prin.* Menoch.*de arbitr.iud.caſ.*67.& te-
24 ſtis vilis † in cauſa graui teſtificari non poteſt, Grammat.*deciſ.*
25 11.*num.*4.& an Berroariis, qui † dicuntur viliſſimæ perſonæ,in iudicio fidem faciant, Maſcar. *in concl.*188.*col.*1.

§ § Dixi etiam ſupra *qu.*24.*num.*68.regulariter à teſtificando repelluntur. Farin. *quæſt.*56. *num.*371. *&* 373. contrarium tamen aliqui ſenſerunt, vt ibi *n.*372.illis non creditur in his,quæ ſunt annexa eorum officio,& quę illud antecedunt,velut,ſi dicant,aliquid facere de mandato iudicis,*qu.*55.*nu.*34.nec in his, quæ ſequuntur eorum officium, vt quia dicant ſe in executione impeditos,vel iniuria affectos *q.*56.*n.*375.*& ſeq.*nec quando dicunt reum in flagranti crimine captum *nu.*378.*&* 379.in grauibus non,ſecus in leuibus creditur tamen in his,quę ſpectant ad officium, vt executionem factam *n.*380.*& ſeq.*quod procedit in berroariis ſpecialiter deputatis ad inquirendum,& capiendum *num.*383.*& ſeq.*creditur quando referunt in executione bona non inueniſſe *num.*384.*& ſequ.*creditur etiam ſi referant bona, in quibus facta fuit executio, ſpectare ad debitorem *nu.*367.vbi habetur mentio de his,qui contrarium dixere : creditur ſi deponant ad rei defenſionem,vbi etiam tractat,quod admittuntur in ſyndicatu pro ſuo officiali,præſertim,ſi deponant pro, & contra officialem, *num.*384. probant tamen, quando tunc temporis non reperiantur amplius ad eius officia, & non ſint viliſſimi *num.*390.*& ſeq.*contra poteſtatem tamen poſſunt eſſe teſtes *nu.*392. crediturque barricellis, qui habent annexam iuriſdictionem cognoſcendi cauſas,& puniendi delinquentes, *num.*393. contra berroarios creditur 394.& generaliter horum depoſitiones faciunt indicium ad inquirendum *nu.*395.non tamen admittuntur in criminalibus ſine tortura *nu.*396.nec eorum dictum recipitur,vt dictum teſtis omni exceptione maioris,niſi fuerit adminiculatum *ibi n.*393.*& ſeq.*

26 Item adde,quod † teſtis vilis,non repellitur,quando deponit de geſtis factis à ſeipſo,& vbi agitur de proprio commodo, vel incommodo,Menoch.*de arbitr.iud.caſu* 92.*n.*9.Baiar.

k *Torquentur etiam teſtes*] adde Brun. *tract.de Indic. & tortur.q.*4.*parte* 2.*ſub num.*15. & hoc maxime procedit, quando teſtis dicit non recordari de eo,quod non ſit veriſimile non recordari,vt puta,quia præſens,& ideo potuit videre. Negat tamen vidiſſe,vel audiuiſſe,& hoc limita, vt per Dominum Antonium Perram *Tractat.de fideicommiſſ.prohib.quæſt.*12.*num.*858. videlicet,quando tempus eſt de ſubſtantia, pro quo vide Viu. *tract.com.opinio.verſ.*7 *eſtu,ſi deponat mutuum.* Limita etiam in accuſatore,qui non recordatur de die,quia licet præſens fuerit, non tamen exprimere tenetur.Alc.*d.Tractat.de præſumpt.reg.*2. *præſumpt.*29.*ſupra q.*22.*verſic. Dixi etiam,ad fin.*licet huic dicto valde in contrarium faciat conſtitutio Mediolani *ſub Rubrica de probat.*5. *& quia plerique,*quam late interpretatus fuit Plotus *inter conſilia criminalia diuerſ. lib.*1.*conſil.*209.*cum ſequ.* de qua conſtitutione dixi etiam ſupra *ad q.*12.*verſ.Præterea,in fin.*Qui autem ſint caſus,in quibus quis veriſimiliter recordetur,vel nō ibi dixi ex Baldo *add. q.*22. *verſic. Dixi etiam* ; Nota tamen Iudex,quod an quis recordetur,vel non,in dubio non eſt recurrendum ad torturam,niſi cum ſic non recordans habeat in contrarium teſtes,qui dicant ipſum negantem veriſimiliter recordari poſſe,& debere Marſil.*rub.de fideiuſſ. num.*42.Boſſ.*titul.de Indic.n.*37.*poſt princ.infra q.*45.*verſic.ſed pone,* imo talis teſtis ſic negans,tunc conuincitur de mendacio,Menoch.*de arbit.Iudic. lib.*2. *Centur.*2.*caſ.*205. *nu.*22. Aliter ſi non adeſſent in contrarium teſtes, qui dicerent negantem vidiſſe,vel audiuiſſe,vt ſupra,cum atteſtatio negantis taliter, dependeat ab animo tantum,non eſſet torquendus, ſed ſtaretur iuramento ſuo videlicet ſic aſſerentis,& negantis, Marſil. vbi ſupra,*nu.*44. Etenim iuſtitia ipſius ignorantię aliquando venit probanda modo,quo per Menoch. *d.Tract.de arb.iud.lib.*2. *Centur.*2.*caſ.*186.*nu.*15.& tunc maxime venit probanda cum contra ignorantiam adeſt præſumptio, vt hic,& per Menochium *dicto Tractat.lib.*2.*centur.*3.*caſ.*98.*in fin.*dixi infra *ad quæſt.*55.*verſic.poſſet quoque,* vide Boſſ.de Decret. Mediolani,*num.*19.*ad med.* non enim qui ſcire potuit, ſed noluit excuſatur ab ignorantia, Felyn. *in cap. Quia quæſitum coll.mihi* 3. *de offic.deleg.*ex quibus omnibus circa torturam teſtium declaratur ſtatutum Ripato. *in crimin.Rub.*170. quod eſt aduertendum. *Drogh.*

Torquentur etiam teſtes] Hic nota, quod regulariter teſtis in tribus caſibus torquetur,quando vacillat,quando conuincitur de mendacio,& quando ſponte accedit ad ferendum teſtimonium.Ita per Robi.Noni.*conſil.*99.*col.*3.*in fine.verſ.nec dicatur,*ex doctrina Batt.*in l.libero,ff.de q.in fine.*Giach.

Torquentur etiam teſtes,qui delicto] adde, quod † teſtis, qui 27
ſcit aliquod factum, & non vult reuelare, poterit ſine indiciis torqueri;dummodo ſit vilis perſona,Gram.*conſil.*40.*num.*21.*& vot.*30.*n.*10. vbi dicit, quod iudex poteſt torquere teſtem abſ 28
que aliquibus indiciis, dum ſuſpicatur, quod ſciat veritatem, & nolit reuelare,& quando poſſit torqueri teſtis,qui interfuit delicto,& negat factum vidiſſe,vel audiuiſſe:& an † præſumatur, 29
quod viderit,vel audiuerit,late Cæpo.*conſil.*60.*n.*17.

Item adde, quod†ſufficit dictum vnius teſtis ad faciendum 30
torqueri,quando dicit alium fuiſſe præſentem, ſi ſit dignior,& in tali quæſtione debet adhiberi cauſæ cognitio,Franc.Mar.*in deciſio.*780.*ſub num.*10.*par.*2. Boſſ.*in tit.de tortura teſt.nu.*10.*& in tit.de indic.num.*37.& Marſ.*in l.vnius, § teſtes torquendi ff.de q.*& Follet.*in pract.crim.in ver.capiat informationem,n.* 3.

Item adde,quod † teſtis liber homo regulariter non torque- 31
tur, niſi vacillet, vel conuincatur de mendacio,dum negat facto interfuiſſe,cum interuenerit,vel alias ſponte ad teſtificandum accedat.Batt.& Marſ.*in l.ex libero,ff.de quæſt.*Carrer.*in ſua pract.verſic. obſeruare curabis,nu.*180. Boſſ. *in tit.de tortura teſt. num.*8.10.*&* 13. vbi de communi; & vide ſupra *n.*22.

Item adde,†quod teſtis non torquetur,niſi ſit indiciatus de 32
veritate occultanda; & aliter tortus, & confeſſus non probat, nec ei creditur,Dec.*in conſil.*189.*num.*19.etiam quod eius confeſſio millies ratificata fuiſſet,vel in repetitione ſine cauſa confiteretur,quo caſu nedum contra reum principalem,ſed nec etiam contra ſe teſtem proprium nullam probationem faceret,licet ratificaret,Grammat.*conſil.*21.*num* 18.*& ſequen.& vot.*6.*n.*15.*cum ſeq.*& Gomeſ.*de delict cap.*13.*n* 35.& latiſſime per Burſat. *in conſil.*219 *n.*113.*&* 119.*vol.*1.

Item adde,† quod teſtis ſemel tortus amplius non torque- 33
tur,niſi noua,& grauiora primis ſuperuenirent indicia;vel non omnia priora purgaſſet, Campeg. *reg.de teſt.*440. & latiſſime per Burſat. *in conſil.*216.*num.*111. *volum.*2.& ibi *num.*107. dicit etiam quod teſtis dicitur bis tortus, ſi depoſitus fuerit de nouo eleuatus.

Item adde,quod ſi vnus†teſtis interrogatur ſuper aliquo re- 34
ſpondit, ſe nihil ſcire,& reprobatur per alios teſtes,qui dicunt ipſum fuiſſe pręſentem,tunc ipſe teſtis,qui nihil ſcire dixit,non poteſt torqueri pro habenda veritate; quia non ſequitur, talis fuit præſens tali actui,ergo vidit,& intellexit,poteſt enim eſſe, quod vnus eſſet ſeparatus ab alio, ita quod non intellexerit.*l. diem proferre,§.coram,ff.de arbit.* & Batt.*in l.*1.*§ fin.ff.de authentic.*Alex.*in conſil.*180 *num.*1.*vol.*2.Marſ.*in ſing.*4. 8.& Viui.*opin.*899. *num.*2. & ibi *num.*3. habetur, quando duo teſtes eſſent contrarij quod vnus diceret alium interfuiſſe,& ipſe negauit,† 35
quid tunc eſſet agendum, & ad prædicta vide etiam Cæpo.*in conſil.*60.*num.*17.

Item adde,an teſtes in foro conſcientiæ poſſint pro ſaluanda alicuius vita celare veritatem ſine peccato mortali; Afflict. *in conſtit. inquiſitionibus num.*6. *cum ſeq.* & Hoſt. *in ſumma de pœniten. & remiſſ.* 5. *quæ interrogationis verſic. dixiſti vnquam mendacium?* Baiar.

l *Solet dubitari*] adde Brun. *d tract. de indic. & tort.num.*15. *fol.mihi* 19. & cur non detur teſti torquendo copia proceſſus, vide Boſſ.*de indic.ſub num.*81.*in fine.* Melius per Bal.*in ſua Practica,tit.quæſtiones circa notorium, q.*5.*ſub nu.*7. Quia teſtis falſus peccat coram iudice, & in loco publico, quo caſu iudex procedit ſine progreſſu,vt ibidem ſupra *quæſt.*8.*verſic.Sed nunquid.* Drogh.

Solet dubitari] Vide eundem Clarum *queſt.*64. *verſic. Sed quid ſi illa.* Farin.*tit.de indic.q.*39.*num.*116. *& ſeq.vol.*2.*Item & n.*147.Roſ.

Solet dubitari] adde quod licet non detur copia indiciorum, tamen ſi teſtes fuerint torti ſine indiciis, nihil probant in eō,

quod deposuerunt; nec faciunt indicium contra illum, contra quem deposuerunt, Bart. *in l.1.§.idem, ff. de quaest.* & Gramm. *voto 6. num. 10. consil. 21. num. 19.* & Ruin. *consil. 7. in princ. vol. 5,* vbi
36 dicit, † quod nec etiam iustificaretur, si indicia post torturam
37 superuenirent; & quod iudex non potest se excusare, † si forte dicat, hoc fecisse de conscientia Principis, nisi appareat in actis.

38 Item adde, quod examinatus † vti principalis in se, & testis in alios, tanquam testis non posset torqueri non datis copiis indiciorum, Follet. *in pract. crim. in ver. capias informationem, nu. 22.* de hoc vide etiam sup. *in q. 21. versic. mendacium.*

39 Item, adde, quod ad † tormenta testium deueniri non potest, nisi praecedant indicia contra reum inquisitum, secundum Bart. *in l. 1. in princ. circa finem, ff. de quaestio.* quem refert, & sequitur Ruin. *in consil. 147. num. 6. volum. 5.* Bossius *in tit. de tortura test. num. 1. & in titu. de mand. ad homic. num. 3.* & Bertaz. *consil. 549. n. 3. vol. 2.*

40 Item adde, quod testis, † dum suspicatur, quod sciat veritatem, per iudicem poterit torqueri absque aliquibus indiciis, vt veritatem dicat, si illam reuelare noluerit, Gramma. *vot. 31, nu. 20.* Baiard.

m *Bene verum est*] Farin. *d. q. 39. n. 150.* Ros.

QVAESTIO XXVI.

Testes extra territorium degentes quomodo examinari possunt.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Testes debent coram iudice examinari in causis criminalibus.*
2 *Et quid si sint personae egregiae.*
3 *Iudex an possit concedere litteras subsidiales pro examine testium existentium extra territorium.*
4 *Id tamen sine magna causa fieri non deberet.*
5 *Princeps an possit receptionem testium alteri committere.*
6 *Citatus ad perhibendum testimonium, qui propter legitimum impedimentum non comparuit, & fuit excommunicatus, an dicatur legitime excommunicatus.*

Ex Additionibus.

1 *Iudex in accipiendis informationibus debet scribi facere singula verba materna testium, nihil addendo, nec minuendo.*
2 *Testes non possunt deponere per nuncium, nec per eorum scripturas.*
3 *Et in causis criminalibus arduis debent examinari coram Iudice.*
4 *Testes ignoti idiomatis quomodo examinandi.*
5 *Testes in criminalibus coram iudice debent examinari, licet egregij.*
6 *Egregiae personae quae dicantur, remissiue.*
7 *Mulieres honestae possunt extra Curiam examinari in causa etiam criminali.*
8 *Remissiones ad testes examinandos an concedantur in criminalibus, remissiue.*
9 *Et an in causis ciuilibus magis, & arduis, remissiue.*
10 *Remissoria non conceditur, quando probatio non est facienda per testes, sed per instrumenta.*
11 *Consentiens decreto litterarum remissionalium potest reuocare consensum re integra.*
12 *Commissio de recipiendo testes super principali, non extenditur ad receptionem testium ad repulsam.*
13 *Commissarius Iudicis ordinarij ad examinandum an possit repetere testes sine noua commissione.*
*13 *Testis non citatus fidem non facit.*
14 *Limitationes ad auth. apud eloquentissimum, remissiue.*
15 *Testis citatus an comparens tenetur poena stellionatus.*
16 *Testis post iuramentum se absentans tenetur poena falsi.*
17 *Impedimentum quomodo probetur, remissiue.*

Solent a autem in causis criminalibus testes plerun- a
que ab ipsismet iudicibus examinari, quandoq; et- 1
iam per iudices b notariis eorum examina committi: b
sed quando deponunt ad informationem curiae, ex stylo huius prouinciae, notarij etiam absque vlla commissione iudicis eorum dicta recipiunt: Testes vero, qui ad defensam deponunt, vt plurimum recipiuntur ab ipsis iudicibus, quia eo casu maior subest fraudis suspicio. Si tamen testes essent in longinquis partibus, eo casu quandoque eorum examina committuntur aliis iudicibus, sub quibus habent domicilium, idque fit consulto prius Senatu. Ceterum in omnem casum si subest aliqua causa, propter quam iudex velit testem videre, & examinare, non attenditur distantia loci, ne-
que committitur alteri eius examen, sed citatur, c vt c
veniat personaliter ad deponendum. Et ita seruatur, vt ait Carauita *super ritu 87. magnae curiae, nu. 5.*

Et d aduerte, quia dispositio l. ad egregias, *ff. de iure-* 2
iur. ut scilicet personae egregiae examinentur e in earum d
domibus, non habet locum in causis criminalibus, sed e
debent venire ad deponendum coram iudice, si ita ei videatur; & ita seruatur, vt dicit Carauita *super 142. ritu magnae curiae, nu. 1.* Si tamen essent personae, quae ali-
quo iusto impedimento essent f impeditae, puta hone- f
stae mulieres, infirmae, aut debilitatae, eo casu non coguntur ad iudicem venire, sed ad eas accedit ipse iudex, vel mittit notarium. Et ita obseruatur, vt dicit Carauita *super ritu 155. magnae curiae, n. 2. & aliis seq.*

Sed quaero, g quid agendum sit, si testes, qui sunt exa- 3
minandi, repertantur absentes, & extra territorium g
iudicis procedentis. Resp. de iure non potest iudex aliquid facere, nisi testes personaliter veniant coram
eo ad testificandum, vt est tex. *in auth.* h *apud eloquen-* h
tissimum, C. de fideiusf. & est communis i opi. vt dicit Vi- i
uius *in libro communium opin. fol. 26. vers. testiũ examina-
tionem.* Sed k de consuetudine seruatur, quod iudex k
potest, & debet l concedere litteras subsidiales, siue l
remissorias pro eis examinandis iudici, in cuius territorio ipsi testes reperiuntur. Et ita dicunt de consuetudine seruari Scribentes *in c. constitutus, de fideiussor.* & in specie Ioan. Andr. & Ant. de But. & Ancha. quos refert August. ad Ang. de *malefic. in verbo, Qui index statuit, circa fin.* & Carauita *super ritu 197. magnae curiae, n. 7.* & Socin. iun. *cons. 60. num. 7. in fin. lib. 2.* Idem attestatur seruari de consuetudine etiam in causis capitalibus Bald. *in d. auth. apud eloquentissimum, num. 2.* quem refert Anan. *in c. fin. nu. 5. de collus. detegen.* & Curt. sen. *de testib. conclus. 29. num. 61.* & Gram. *cons. crim. 41. num. 16.* & Afflict. *super prima parte constitut. Regni, rub. fin. in princip.*
post n. 2. & Boss. *in tit. de oppos. contra testes, nu. 20.* m Di- m
cit tamen Alciat. *consil. 462. num. 1.* quod licet plerun- 4
que secundum consuetudinem tales literae remissoriae concedi soleant, id tamen non fit nisi ex magna, & necessaria causa, quando aliter veritas haberi non potest,
ibique recenset aliquos casus, in quibus n sunt conce- n
dendae. o In hoc autem Ducatu nullus iudex inferior o
tales litteras concedit, nisi iussu Senatus, qui etiam hoc nisi raro, & ex magna causa fieri non permittit. An autem possit alteri committi repetitio testium iam examinatorum ad informationem curiae, dixi infra *q. 46. vers. ceterum si reus.*

Vnum scias, quod dispositio d. authen. p apud elo- 5
quentissimum, non habet locum in principe: nam qui- p
libet princeps tam ecclesiasticus, quam secularis

potest

potest etiam in causis criminalibus receptionem testium alteri committere. Et hæc est communis opin. q vt attestatur Nonius *de los corrigidores*, *fol.* 211. *q. verf. Decimo fallit.*

r Sed pone, r quod iudex ecclesiasticus citauit aliquẽ
6 ad deponendum sub pœna excommunicationis, qui non comparuit, neque misit excusatorem, & ita fuit excommunicatus, deinde comparuit, dicens se non f potuisse comparere propter f legitimum impedimentum: nunquid talis dicetur legitime excommunicatus? Resp. gloss. *in cap. cum super, in glos fin. de testib. cogen.* dicit, quod ille testis, quo ad Deum non est excommunicatus, sed quo ad ecclesiam sic: tamen constito de legitimo impedimento, debet facile absolui. Et est cõmunis opin. vt dicit Felin. *in eod. cap. cũ super, n. 7. & seq.* Foller. *in pract. crim. can. fol.* 122. *nu.* 38. Hæc tamen conclusio in puncto iuris non transit sine difficultate, ex quo stante iusto impedimento, cum non sit dolus, neque culpa, non deberet dici excommunicatus, vt Fel. *in loco praall.* qui nihilominus subdit, quod non auderet contra hanc communem opinionem consulere.

ADDITIONES.

Ad Quæst. XXVI.

a *Solent autem*] Vide infra *q. 43. versic. ceterum si reus*, & de notario Farin. *q. 77. c. 4. vol. 3. num. 174. & aliis sequentib.* Ros.

1 *Solent autem*] adde, quod iudices † in capiendis informationib. debẽt scribi facere quicquid deponunt testes, tam contra reum, quam ad sui fauorem, & etiam contra fiscum, nec aliquid debent addere, vel diminuere, de depositionibus testium, sed attestationes suas secundum eorũ verba materna, & proue dicta sunt per eos extendi facere, & nõ aliter, alias rei erunt gehennæ, & tenebuntur rationem reddere in die iudicij cum tractetur de vita hominis; ita tradit Foller. *in pract. crimin. in verbo, capiat informationem, n.* 54. & Carau. *in ritu.* 235. *nu.* 1. & ideo optime prouisum fuit in Regno Neapolit. per Regiã Prag. 6. *incip. Quia nobis durum est, sub tit. de actuariis*, quod dicta testium pro. & contra inquisitos integra recipi debeãt, sed hoc male seruatur, tam per malos iudices, quam actuarios, qui dicunt, nolle facere reorum defensiones & hoc est ne lucrum eis diminuatur.

2 Item adde, quod testes † non possunt deponere per nuncium, nec per eorum scripturas, si loqui possunt, vt per Afflict. *in constitut. Instrumentorum robur, num.* 9. & latius *cap.* 13. per Couar. *var. resol. lib.* 2. *& nu.* 6. vbi attestatur de communi.

3 Item adde, iudices † in causis arduis criminalibus non debent committere testium examinationem notariis, sed ipsi sint præsentes examinationi, vt per Couar. *varia. resol. lib.* 2. *c.* 13. *nu.* 10. & hoc omnino faciant, si volunt esse tuti de eorum conscientia, quia ego scio, quid faciunt notarij in præiudicium iustitiæ ad fauorem delinquentium, & plures expertus fui. & nil mirum si Carauit. *in vltimo ritu*, dixit, quod valida est consequentia, actuarius, ergo latro, sed loquitur solum de regnicolis, qui non vocantur actuarij, sed magistri actorum.

4 Item adde, quod quando iudex † haber examinare testes ignoti idiomatis, quos ipse non intelligat, & non habeant linguam latinam, dent adhibere duos interpretes, vt *in c. quoniam contra falsam. de probat.* ita voluit Bart. *in l. 1. §. ea. ver. sed quaro, quid fiet in iudicio, de verb. oblig.* & ibi posuit practicam, quomodo notarius debeat scribere depositionem istius testis, cuius dictum per interpretes fuit declaratum iudici, & notario, & ibi per Doctores habetur, si duo interpretes non reperiuntur, an sufficiat vnus, & de hoc vide etiam, quæ posui supra *in qu.* 14. *in vers.* 1. vbi etiam habetur, quomodo testis mutus sit examinandus. *Baiard.*

b *Notarius eorum*] adde de hoc eodem stylo *infr. qu.* 31. *versic. scienter, & dolose, quæst.* 46. *versic. Ceterum quæst.* 53. *versic. quintum.* Drogh.

c *Sed citatur, vt veniat personaliter*] Adde, quod communis opinio est, vt primo iudex teneatur remissoriam concedere, de qua vi. per Dec. *in c. quoniam, 3. de testibus in* 2. *no.* Sed non loquitur subsistente causa. *Giach.*

5 d *Et aduerte*] Adde, quod de iure † personæ egregiæ examen in criminalibus committi non debet. vt per glos. *in c. 1. de testib. cogen.* quam gloss. per singul. allegat Roman. *in singul. suo incip. egregia persona*, & firmat Abb. *in cap. cum causam, in 9. col.*
6 *versic. quaro, an Iudex inferior.* de testibus, & quæ sint † illæ personæ, quæ egregiæ dici possunt, vide Carau. *in ritu* 142. *hic allegato, n.* 7.

Item adde, quod similiter est de iure communi, quod si sunt examinandæ mulieres † honestæ in causa criminali, eorum 7
examinationes possunt committi, *per c. 2. de iudic. lib.* 6. & hoc etiam firmauit Afflict. *in c. in pecuniariis, numer. 16. lib. 1. rubric.* 19. Baiard.

e *In earum domibus*] Farin. *d. q. 77. cap. 5. per totum, maxime num.* 244. Foller. *in verbo, capiat informationes, num.* 4. *circa fin.* Ros.

f *Impedita*] ad hoc adde, & vide per Iacobin. de S. Georg. *in l. testium fides. §. si ff. de test. post n.* 5. Giach.

g *Sed quæro quia agendum*] adde, an † in criminalibus sit 8
concedenda remissoria, vide Gabriel. *comm. concl. lib.* 7. *concl.* 25. Simon de Prætis *consil.* 14. *nu.* 5. & Menoch. *de arbitrar. iudic. cas.* 150. & quid † in causis ciuilibus arduis, & magnis, vide Alciat. 9
in consil. 15. *n.* 9. *lib.* 7. Benincen. *in decisio.* 74. & Rimin. iun. *in consil.* 21. Franc. Marc. *decisio.* 774 *par.* 1. & quod quando probatio † non debet fieri per testes, sed per instrumenta, vel per scripturas, non concedatur pro illis remissoria, cũm facile transmitti possint, Dec *in c. 1. n. 74. de appellat.* 10

Item adde, si pars † consenserit decreto litterarum remissionalium, quod poterit reuocare consensum re integra; ante acceptationem consensus, iuxta not. *in l. error. C. de iur. & facti ignoran. & in cap. fin. de confess.* & Ferret. *in consil.* 367. *sub num.* 4. *vol.* 2. 11

Item adde, quod commissio † facta de recipiendo testes super principali, non extenditur ad receptionem testium ad repulsam, ex quo non est de appendiciis primæ commissionis. Spec. *in tit. de teste, § qualiter versic. sed quare*, Ias. *in l. 2 ff de iurisdict. omn. iud.* & Anch. *in c. præsentium, § test. 1. de test. lib.* 6. tamen si iudex vult, potest committere receptionem testium in causa repulsæ illi, cui fuit commissa receptio testium in causa principali; per tex. & ibi Doct. *in c. licet, il 3. de test.* Afflict. *in constitut. animalia, num.* 2. vbi dicit, quod in Regno Neapol. nunquam committitur audientia testium in causa repulsæ, si causa est ardua. 12

Item adde, † quod commissarius Iudicis ordinari ad examinandum testes, non poterit eos repetere, sine noua commissione nisi necessariæ interrogationes fuissent omissæ, vel quod testes primo confuse deposuissent. Anton. de Butr. *in c. licet. in fine de offic. deleg.* & Afflict. *in const. in pecuniariis, n.* 3. Baiard. 13

h *Apud eloquentissimum*] Quod idem per illum text. no. Bal. Aug. & Sal. ibi, & Diaz. *reg.* 257 Giach.

i *Viuius*] *Opin* 303. Gabr. *lib.* 7. *concl.* 25. quid si iudex requisitus non pareat, Foller. *in verbo notatos capiat, nu.* 16. Farin. *qq.* 77. *vol.* 3. *c.* 2 *n.* 72. *& seqq. & quando in ciuilib. c.* 1. *per totum, & c.* 3 alias quæstiones ponit. Quando autem testis cog. possit testificari, Foller. *in verbo informationes capiat, num.* 6. & 13. *& num.* 40. *& seqq* & vide quæ scripta sunt supra, *qu.* 14. *versic. successiue, quid in reo.* Clar. *inf. q.* 31. *versic. sed hac. & sequentibus* iterum Foller. *in verbo, vel eos verbaliter, n.* 27. Ros.

k *De consuetudine seruatur*] adde, & per Cassan. *de dilatio. dec.* 4. Iacob. Menoch. *de arbit. iud. lib.* 1. *cent.* 3. *cas.* 250. Simon de Pret. *eius consil.* Giach.

l *Concedere litteras subsidiales*] adde infr. *qu.* 31. *versic. sed hac quidem.* Verum istæ litteræ subsidiales olim etiam in criminalib. apud Romanos concedebantur, teste Plutarcho in vita Cymonis; Hic, inquit, super ea re per litteras prætorias rogatus, omnem vt erat, eorum seriem planè exposuit. An autem testis † 14
non citatus liter examinatus fidem faciat, quod non, vide Rotam *in nou. tit. de fid. instr. dec.* 22. *alias* 372. *per auctoritatem l. rogati, C. de testib. & toto tit. C. de testib. cog.* Drog.

m *Dicit tamen Alciat. consil.* 261] adde, quod in recentioribus est *resp.* 15. *lib.* 7. Giach.

n *Sunt concedenda*] Scias, quod idem est in causis ciuilibus arduis, & magni ponderis per Alciat *d. resp.* 15. *n.* 9. *lib.* 7. Adde, & vide per Benitend. *decisio.* 74. & per Hip. Rimin. *in consil.* 119. *vlt. dub.* Giach.

o *In hoc autem ducatu*] adde, inf. *q.* 31. *versic. sed hac*, & hinc nota, cum etiam Placentiæ per ordines Ducales expressum sit, quod nõ concedatur examen per litteras remissorias ad instantiam Forensium, nisi cum licentia: Hunc autem locum citat Menoch. *tract. de arbit. iud. q.* 250. *cent.* 3. *lib.* 2. & vtique quicquid sit de iure, vel aliter seruetur de cõsuetudine, mihi placet, vt testes ad offensam producti examinentur à propriis Iudicibus inquirentibus per ea, quę dixi sup. *q.* 23. *versi.* 1. *post medium.* Baiard.

Vnum scias] adde alias † limitationes ad d. auth. apud eloquentissimum, vt per Menoch. *de retup. poss.* 15. *remed. num.* 559. Baiard. 15

q *Versic. decimo fallit*] Alias fallentias vi. per Felin. *c. cum causam, de testib. numer.* 22. *cum sequ.* & Iacob. Menoch. *de recuper. possess.* 15. *remed. nu.* 559. *cum sequentibus*, & Corle. *in repe.* Felin. *col.* 669. Giach.

r *Sed pone, quod iudex ecclesiasticus*] adde, quod testis † citatus ad veritatem deponendam, si non comparet, potest 16

punniri

26 puniri pœna stellionatus, & si postquam iurauerit † se absentasset, pœna falsi punitur. Bal. *in l.presbyteri, nu.12.in fi.C.de episc. & cleric.* Angel. *in l.argentarius, §.cum autem, ff.de eden.* Baiar.

[*Legitimum impedimentum*] adde, quibus probationibus probari possit, per Iacob. Menoch. *de arbit.iud.lib.2.centur.2.casu* 118. vbi plene. *Giach.*

Legitimum impedimentum] adde, quomodo probetur im-
28 pedimentum, † vt per Menoch. *de arbit.iud.casu* 118. Baiar.

QVÆSTIO XXVII.

Quid facere debeat iudex, si contra delinquentem nulla sint indicia.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Iudex an possit perquiri facere rem furatam in domo alterius, Remissiue.*
2 *Reus an teneatur in causis criminalibus edere fisco contra se iura, vel instrumenta.*
3 *Iudex an possit publicare edictum, vel litteras monitorias, vt propaletur, vbi sit res furata.*
4 *Et an ad detegendum ipsum furem, seu delinquentem.*
5 *Statutum dans præmium reuelanti malefactorum an habeat locum etiam in participe ipsius maleficij.*
6 *Et an ille, qui reuelauit malefactorem, sed non probauit, consequi debeat præmium à statuto propositum.*

Ex Additionibus.

1 *Reus quando non teneatur edere iura fisco in causis ciu. remissiue.*
2 *Et quid in criminali, seu pecuniaria.*
3 *Monitoria quando concedi possint, remissiue.*
4 *Monitoria non adstringunt illos, qui bona voluntate defuncti aliquid tenent.*
5 *Inuentori rei alienæ an liceat aliqui recipere.*
6 *Iudex an possit publicare edictum ad reuelandum delinquentes remissiue.*
7 *Fur non tenetur se reuelare.*
8 *Edicta contra testes, seu scientes aliquod factum non sunt valida.*
9 *Testes, qui virtute dictorum edictorum noluerunt deponere possunt in eadem causa se examinari ad defensam rei absque pœnæ incursu.*
10 *Delinquens, si se reuelauerit, non consequitur præmium propositum reueuelanti malefactorem.*
11 *Et quid in socio, remissiue.*
Coracoræ publici latronis in Hispania exemplum, n.eod.
12 *Reuelans delictum in crimine lesæ Maiestatis, licet sit particeps, consequitur præmium & liberatur.*
13 *Præmium propositum reuelanti malefactorem, de cuius bonis soluatur.*
14 *Et an debeatur officiali, qui malefactorem ceperit.*
15 *Officialis an possit imponere pœnā capitis, & confiscationis bonorum contra non reuelantem delinquentem, remiss.*
16 *Præmium petens propositum interficienti bannitum, asserens mendaciter se bannitum interfecisse, debet pro præmio capitaliter puniri.*
17 *Statutum proponens præmium inuenienti bannitum intelligitur, si eum ceperit.*

a 1 Visum *a* est de indiciis, sed quid si nulla repetiantur indicia? Respond. Aliquando Iudex solet ea perquirere in domo ipsiusmet rei, puta, si dicatur res furata esse in domo alicuius, mittit satellites ad eam perquirendam, vt dixi supra *hoc eo.lib.§.furtum, vers.quæro nunquid.*

2 Sed hic incidenter quæro, Tu scis, quod in causis ciuilibus reus tenetur edere iura, & instrumenta fisco, etiam ad ipsius intentionem fundandam, nunquid idem b
erit dicendum etiam in causis criminalibus? Respond. quod non, & est communis opin. vt attestatur Dec. *in l.2.n.41.C.de edendo.* Et hoc non modo si causa sit capitalis, vt sentire videtur tex. *in l.2.§.Itē diuus.ff.de iure fisci,* sed etiam si non sit capitalis, sed *c* mere pecuniaria. Et est communis opin. vt dicit Ripa *in d.l.2.nu.12.C.de e-* c
dendo. Quod etiam dicit esse ex mente omnium Boss. *in tit.de fisco, nu.*11. Parti vero proculdubio non tenetur edere, nisi essent acta communia, non autem tenetur edere attestationes, confessiones, repetitiones, vel confrontationes testium. Et ita de consuetudine seruari attestatur Prac. Millei *fol.26.n.6.*

Aliquando etiam facit iudex proponi edictum, vel litteras monitorias, ad hoc vt reueletur *d* delinquens.

Sed quæro, nunquid possit iudex ecclesiasticus *e* con- d
cedere litteras *f* monitorias, & pariter Iudex laicus e
proponere edictum ad instantiam partis, vt quicumq; 3
sciuerit, apud quam personam, vel in quo loco reperiatur talis res, quæ dicitur furto subtracta, debeat reuelare. Resp. quod sic, & ita pro regula infallibili traditur ab omnibus Doctor. vt dicit Foller. *in pract.crim. cano.fol.*119.*nu.*27. Quod intellige, vt ex eo quis obligetur ad propalandum, dummodo id sciat aliunde quam ex reuelatione ipsius furis, nam si haberet ab ipsomet, qui furtum commisit, eo casu non teneretur reuelare, prout in facti contingentia consuluit Socin. *consil.*101.

Sed nunquid *g* poterit iudex concedere huiusmodi g
literas, & edictum proponere non modo vt reueletur 4
res furata, sed etiam vt reueletur, qui illam furto subtraxit? Resp. Legistæ distinguunt, quod aut id fit ex officio, & potest iudex id facere; aut fit ad instantiam partis, & non potest. Sed quicquid sit de iure, consuetudo diœcesanorum, & stylus Romanæ curiæ seruat indistincte, vt etiam ad instantiam partis concedatur, vt attestatur Neuiza. *in sylua nuptiali, lib.3.nu.*30. Foller. *in loco præallegato, nu.*28. Hanc etiam esse communem opin. attestatur Neuiza in loco præallegato, quem refert Pract. Conradi *fol.366. n.12. in fi.*

In multis *h* autem locis adsunt statuta proponentia h
præmium reuelanti, seu denuncianti malefactorem. 5
Quæro, stante hoc statuto, si compareat aliquis ex participibus vel complicibus ipsius delicti, qui illud reuelet, an gaudeat beneficio ipsius statuti. Respon. quod
non; ita tenet *i* Bart. *in l 3.§.si ex stipulatu, ff.ad Sylla.* & i
est communis opin. vt dicit Aug. ad Angel. *de malef.in verbo, Nec non & ad denunciationem, nu.*31. Et refert Angel. *in l.4.§.si tibi, num.1. ff.de cond.ob turpem caus.* quod cum in nocte Veneris sancti fuisset interfectus quidam Hebræus cum filiis suis, & quidam Formulus sub spe præmij quingentorum aureorum indicasset socios, & seipsum, fuit ipse Formulus laqueo suspensus. Et hoc idem refert Ana. *in cap.qui cum fure, n.8.de furtis.*

Sed pone, stat statutum, vel propositum est edi- 6
ctum, quod denunciatus, vel detegens, vel arguens malefactorem, consequatur certum præmium; modo aliquis denunciauit, vel arguit aliquem de maleficio, sed non probauit; nunquid consequetur præmium propositum à statuto, vel edicto? Respond. quod non, & ita interpretatur consuetudo generalis, quæ seruanda est, vt attestatur Alber. *in l.diuus Adr.num.*10. *ff.de custo.reo.* Intelligenda enim sunt verba cum effectu, vt s. non sufficiat denunciasse, detexisse, vel arguisse, nisi etiam conuincat.

ADDITIONES

Ad Quæst. XXVII.

V*isum est de indiciis sed quid si nulla reperiantur indicia*] adde sup. *in §. furtum, versi. sed nunquid in fin. q. 11. versi. quaro nunc*, vbi deduxi practicam, & sup. *versi. sed quoniam*. In hoc autem proposito, quando commissum est delictum, nec apparent legitima indicia, est cautius procedendum, & potius quam aliquem indebitè vexare, præstandum est iuxta illud Deuter. *cap.* 21. Manus nostræ, inquit, non offenderunt sanguinem iustum, nec oculi nostri viderunt propitius esto populo suo Deus. *Drog.*

1 b *Sed hic incidenter quaro*] Adde, quod in multis † casibus reus in causis ciuilibus non tenetur edere iuri fisco, vt per Peteg. *de iure fisci lib. 7. tit. 3. n. 12. cum seq.* Baiar.

2 c *Sed merè pecuniaria*] adde, quod contrarium tenuerunt Ias. *in l. 1. n. 8.* Dec. *in l. 2. n. 41. C. de eden.* & idem Dec. *in c. 1. nu. 14.* & Peregr. *de iure fisci lib. 7. tit. 3. n. 13.* Baiar.

d *Delinquens*] Fari. *q. 11. vol. 2. n. 19.* Ros.

3 e *Sed quaro*] Videndus Farin *loco mox citato n. 21.* Ros.

Sed quaro nunquid possit] adde, videndum Neuiz. *in Sylua nupt. lib. 3. n. 28. cum sequen.* vbi ponit quinque ampliat. & septem limitationes, vide etiam Socin. *cons. 118. vol. 4.* Crau. *cons. 181. n. 6.* Alba *cons. 15.* & Purpur. *cons. 363. n. 2. vol. 1.* & dictis edictis, si-

4 ue monitoriis † non astringitur ille, qui bona voluntate defuncti aliquid tenet, Ripa *respons. 77.* sed latius habetur per Nauarr. *in suo Mannuali de furto.*

5 Item adde, † quod licet inuentori rei alienæ aliquid accipere à Domino, vt sibi rem indicet, secundum Hostiens. *in c. dudum, il 2. de electio.* tamen Abb. *ibi in 6. col. in dubium reuocat.* Baiar.

f *Monitorias*] Amplia quinque modis, atque etiam limita septem, vt per Neuiz. *in loco in tex. allegato.* & adde, quod non fertur excommunicatio ob furtum omne mortale, vt per Nauarr. *in suo manual.* & quoniam egregie materiam pertracta de furto, quod mentale, quod reale, & quæ paruitas à mortali excusat, & quæ qualitas excusat à mortali. Et qualiter furtum notabile, & furtum notabiliter differant, & furtum factum pauperi, & diuiti qualiter metiendum. Et furtum mortale quę quantitas faciat, & ponit quę à mortali culpa excusant, de illis si vis scire apud illum videto, & etiam de restituendi ordine. Et quis restituere teneatur, & quid restituendum, & quantum restituetur, & cui restituendum de ordine abhibendo, & quando restituendum. Et quæ causæ non restituendum à peccato excusant. Et de restitutione bonorum incertorum. Quę omnia hic placuit relatiuè posuisse, quoniam aliis indicandum relinquo. *Baiar.*

6 g *Sed nunquid poterit Iudex*] adde videndum † Rimin iun. *in cons. 327.* & Bertaz. *cons. 107. & 143.* vbi latissime, quis non teneatur reuelare delinquentem, etiam stante proclamate, de quibus consultationibus valde dubito, quando ab habente authoritatem proclama factum fuerit, & secundum Ias *in §. 1. si tibi iudicium, ff. de cond. ob turp causam*, quis non tenetur indicare furem, siue malefactorem, nisi in quinque casibus.

7 Item adde, quod nec † fur ipse tenetur se reuelare, vt per Reboff. *super constit. tomo 2. in tractat. de famil. salar. gl. 10. n. 10.*

8 Item adde, quod huiusmodi † edicta contra testes seu omnes scientes successum rixæ, seu successum homicidij, sunt, valida, nec concedi debent, & testes qui vitture edicti deponere noluerint,

9 † poterunt postea examinare in dicta causa ad defensionem rei, sine incursu alicuius pænæ, ita tradit Sola *in Commen. ad const. Sabaudiæ in versic. vt nemo inuitus accusare nu. 6. cum seq. fol. 171.* *Baiar.*

10 h *In multis autem locis adsunt statuta*] adde, quod multo minus d. statutum intelligitur de ipsomet malefactore, si se ipsum reuelat, Bart. *in l. 1. §. si tibi ff. de cond. ob turp. caus.* Bal. *in l. 3. C. de eod.* Afflict. *in constit. si damna clandestina n. 70.* & ibi *n. 50.* loquitur etiam de socio.

11 Sed contrarium legitur de Cæsare Augusto, qui decies sestertium edicto promiserat illi, qui Coracoram in Hispania Ducem latronum ad se deduceret. Coracoras re intellecta, se ipsum Augusto sponte obtulit, ac pręmium promissum dari iussit, ne aut mercede promissa vitam eripuisse, aut publicam securitatem violasse videretur aduersus eum, qui in iudicio sponte se ipsum præsentauerat: tametsi iure damnare, ac supplicio latronem afficere potuisset. Ita recitat Bodin. *de repub. lib. 1. c. 2. car. 2. in fin.*

12 Item adde, quod in crimine † læsæ maiestatis particeps reuelans delictum liberatur, & præmium consequitur, Gigas *in tract. de crim læsa maiest. lib. 2. q. 19.*

13 Item adde, † quod iudex potest proponere præmium capienti malefactorum, si proponit cum consensu regentium ciuitatem, & tale præmium in dubio debet solui de bonis † offensi, ad cuius iniuriam vindicandum hoc fit, & si illa bona nō sufficerēt, vltimo loco debet solui de bonis fisci, ita tradit Ang. *in verb. quod fama publica, versic. 13. n. 72. cum seq.* & Rom. *consil. 409.* & Iul. Clar. *Sentent. Pract. Crimin.* tradit etiam Ang. *ibi nu. 74.* quod officialis † publicus non de- 14
bet habere tale præmium, etiam non à se constitutum, sed vniuersaliter ordinatum, & à statuto deputatum.

Item adde, † an officialis possit imponere pœnam capitis, 15
& confiscationis bonorum per edictum contra non reuelantem delinquentem, vide Rim. iun. *cons. 327. vol. 3.*

Sed pone, † stat statutum, pręmians interficientem bannitum, 16
& aliquis mendaciter dixerit, bannitum interfecisse, & præmium peteret, loco præmij mortem reportare deberet, & ita in contingentia facti fuit decisum in Ciuitate Parisiorum, vt refert & concludit Galielm. Bened. *in c. Raynutius in verb. mortuo itaq; testatore, il 1. n. 341. de testam.*

Item adde, quod si extaret † statutum, quod daret præmium 17
inuenienti bannitum, debet intelligi de eo, qui bannitum cæperit, secundum Alber. Angel. & Doctor. *in l. 1. §. fin. ff. quod quisq; iuris.*

Bar. in l. 3. §. si ex stipulatu] Magnum tamen est hoc dictum quod socio reuelanti non attendantur litteræ impunitatis, nec præmij promissio; Ideoque nil mirum, si stantibus literis impunitatis à Senatu cōcessis Illustrissimo Domino, & Patrono meo Raynutio Gambaiæ super complicibus, & consciis tractatus mortis Illustrissimi q. Brunorij eius filij vnigeniti, nihilominus isti Assassini, & latrones nil detegunt. Hanc enim practicam nouerunt omnes Marioli, per text. *in l. 1. §. cum quis latrones, ff. de quæst.* quem citat Boss. *tit. de confess. num. 19. & tit. de remed. ex sola clementia Principis, num. 32.* & est apud Felin. *in c. 1. colum. 2. de off. deleg.* qui limitat hoc in non subdito, vt talis non subditus, sed particeps præmium consequatur, allegat Bar. *in l. 3. ff. de cond. ob turpem causam per text. in cap. si quis Papa 79. distin.* vide similia proclamata apud antiquos Romanos in vsu fuisse; vnde Appia. Alexan. Romanæ Historiæ *ciuil. Bell. lib. 4.* At qui interemptorum à se capita nobis apportarit, hic liber fuerit, quinque supra viginti mille Drachmas pro qualibet recipiet: seruus vltra proprij libertatem corporis decem millia Drachmas atticas, & ciuilitatem heri sui consequetur, eadem indicantibus præmia aderunt. Idem Appianus Alexan. *ciuil. bell. lib. 1.* ait, senatus per præconem statim annunciari iubet, si quis Aselij interfectorem publicaret, libero quidem argentum, seruo libertatem, conscio veniam polliceri, & Liuius *lib. 6. Decad. tertia.* Ita consul prosauthoritate Senatus pro concione edixit; qui quorum opera id conflatum incendium profiteretur pręmium fore, supra *in §. furtum, vers. solent etiam.* Ratio autem, cur reuelanti gratia non attendatur, infra *qu. 30. versic. Præterea quaro*, sic, & alias dicimus, quod iudex promittens reo impunitatem, illam non tenetur seruare infra, *quæstione 55. versi. circa primum.* Contrarium tamen vt seruari debes ab eo, qui potestatem habet, promittendi impunitatem, dixit inf. *d. q. 55. versic. circa sententiam.* Nec satis reperio rationem differentię inter promissionem factam à statuto, qui non seruatur, vt hic, & promissionem factam à Principe, quę seruari debet, vt ibidem, cogita. At de minoritiis, de quibus supra *hac ead. qu. versic. sed quaro*, & quomodo in eis maximo apud Ecclesiasticos procedatur, vide Concilium Trident. *sess. 25. c. 3* Menoch. *de arbit. iud. lib. 1. q. 16. in fin. & eodem tractat. lib. 2. censetur. 4. cas. 355. n. 5.* & quomodo ad executionem monitorij procedatur, non secus ac in mulcta, de qua infra *q. 44. versic. vnum dum scias*, vide etiam Quintil. Mandos. *tract. de monit. q. 31. sub n. 4.* & uo. quod cum statutum dat præmium reuelanti, non sufficit reuelare, sed debet probari ex mente Ang vt per Alexan. *consil. 78. sub nu. 28. vol. 5.* Diog.

QVÆSTIO XXX.

Tractatur materia capturæ.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *De captura reorum.*
2 *Captura an concedi debeat, statim porrecta contra aliquem accusatione.*
3 *Mulieres an possit personaliter detineri.*
4 *Doctores an possint carcerari.*
5 *Clerici an possint de iure detineri.*
6 *Et an à iudice seculari.*
7 *Capi nemo debet sine iudicis commissione.*
8 *Captura an possit committi ipsi parti offensæ.*
9 *Detentus appellans an sit relaxandus, Remissiue.*

Ex Additionibus.

1 *Iudex incompetens an possit delinquētem capere, & con-*

petenti præsentare, etiam sine periculo fugæ.

2 *Iudex quilibet dicitur competens ad capturam, quando adest suspicio fugæ.*

3 *Iudex capiens temerè innocentem puniendus est.*

4 *Tenetur parti ad interesse.*

5 *Et etiam iniuriarum.*

6 *Iudex ecclesiasticus clericus temerè carcerans, excommunicationem incurrit.*

7 *Lim. nisi aliqua iusta causa excusetur.*

8 *Captus absq; indiciis an debet excarcerari, si postea indicia superuenerint.*

9 *Captus nulliter relaxari non debet, quando de nouo contra ipsum captura esset concedenda.*

10 *Carcerari quis potest in criminalibus etiam quod pœna sit pecuniaria.*

11 *Carcerandi arbitrium in criminalibus residet penes iudicem.*

12 *Quid Romæ seruetur.*

13 *Captura ante contumaciam est arbitraria, postea vero necessaria.*

Testis, qui repellitur à lege, facit indicium ad capturam, num. eod.

14 *Iudex non cogitur incipere à captura personæ.*

15 *Iudex non deueniens ad capturam in delicto graui, non caret suspicione.*

16 *Iudex an possit deuenire ad citationem realem, vel personalem, non constito de delicto.*

Et quid seruetur in Regno Neapolit.

17 *Executor capiens aliquem iniustè, potest impune ipsum liberare.*

18 *Iudex tenetur carcerare filium ad iussum patris.*

19 *Licentia de capiendo, an duret in tēpus successoris, remiss.*

20 *Et an post mortem mandantis.*

21 *Mulier potest carcerari post condemnationem.*

22 *Mulier quando possit personaliter detineri.*

Et cum ea mitius est agendum, quàm cum masculo.

23 *Clerici quando possint carcerari, remiss.*

24 *Delicta enormia quæ dicantur, remiss.*

25 *Clericus quando possit per laicum carcerari, remissiuè.*

26 *Iudex incompetens potest delinquentem capere, vt præsentet Iudici competenti.*

27 *Clericis debet remitti absq; alia requisitione.*

28 *Delinquens in flagranti potest à quolibet capi.*

Priuata persona potest alios requirere ad capien. & custodien. malefactorem.

29 *Homicidium non dicitur ex animo deliberato, si malefactor, dum capitur, occidatur.*

30 *Executores incedentes per Comitatus non possunt grauare rusticos.*

1 a DIctum est de informationibus & indiciis per curiam assumendis: sequitur nunc, vt videamus, quid facere debeat iudex post ipsas informationes assumptas. Et in primis quidem debet iudex diligenter considerare, quid ex ipsis informationibus contra reum resultet, & an ei videatur deueniendum esse ad decretum capturæ contra ipsum in quo quidem ad tria præcipuè animaduertere debet, ne si iniuste aliquem detineri b faciat, b teneatur in syndicatu. Primum est, c vt delictū, c de quo agitur, sit tale, pro quo ingeratur pœna corpora- d lis: alias enim non est d reus ad carceres conducendus. Quæ autem sint, delicta in quibus pœna corporalis ingeratur, dictum est inf. *q.* 68. *& aliis seq.*

Secundum est, vt indicia, quæ resultant ex processu, sint sufficientia ad capturam, de quo aliquid dixi supra *q.* 20. *vers. ad inquirendum.*

2 Scias autem, quod in hoc puncto aliqui e tenuerunt, e quod ex eo solo, quod contra aliquem porrecta sit accusatio criminis, pro quo pœnæ sanguinis ingeratur, debet reus detineri, etiam quod nulla contra eū adsint indicia. Et dicit Paul. de Cast. *cons.* 328. *nu.* 1. *lib.* 2. quod ita est generalis consuetudo. Alij vero dicunt, quod antequam iudex procedat ad retentionem, seu carcerationem rei, necesse est, vt in primis præcedant legitima indicia. Et hanc esse communem Doctorum opin. affirmat Nouel. *in pract. crim. fol.* 23. *nu.* 7. Mihi non placet prima, nec secunda opin. Si enim (secundum primam opin.) porrecta accusatione, statim absque alia informatione, iudex deberet capi facere reum accusatum, esset in facultate cuiuscunque vilis personæ carcerari facere quemlibet probum, & insignem virum, vt rectè considerat Paul. de Castro *in loco præalleg.* neq; verum est hanc esse generalem consuetudinem: quia imo priusquam f deueniatur ad capturam, solent semper examinari testes. Et hanc dicit esse communem consuetudinem totius Italiæ. Ang. de Cast. inter consilia criminalia diuersorum, *cons.* 94. *n.* 2. *lib.* 1. Et ita etiam hodie seruari ait Blanc. *in pract. crim. f.* 25. *n.* 68. *in fi.* Et si iudex sine indiciis aliquem carcerari faceret, teneretur in syndicatu. Si vero teneamus secundum opin. quod ante capturam debeant præcedere legitima indicia, poterit reus de facili fugam arripere, & iudicem eludere. f

Et g ideo dic, quod iudex, habita aliqua informatione potest deuenire ad capturam rei: & hanc esse puto veriorem opin. quam etiam dicit esse communē Blanc. *in d. n.* 6. Et cauti iudices illam obseruant, vt dicit Ang. *de malef. in verbo iudex commisit quod Caius, n.* 4. quia scilicet habita aliquali informatione de delicto, iubens reum capi, si crimen sit tale, quod pœna sit corporis afflictiua. Dicit etiam Boss. *in tit. de captura, nu.* 2. quod ita decidunt communiter DD. subdens, quod iudices boni ita obseruant. Hanc etiam dicit esse iuridicam practicam, & quam iudices moderni obseruant, Suarez. *in suo vol. alleg. f.* 685. *n.* 5. Et secundum hoc intelligendū esse puto dictum Saly. *in l. fi. in fin. C. de quæst.* de quo etiam aliquid dixi inf. *q.* 45. *vers. ceterum si reus,* vbi ait, quod iudex habita informatione debeat formare inquisitione, & deinde capi facere reum, non quidem, vt loquitur Saly. in inquisitione, prout est libellus, seu citatio, quæ transmittitur reo, prout illum fortè intellexit Dec. *cons.* 180. *in fin.* neq; etiam de inquisitione generali quo ad personas, & speciali quo ad delicta, prout illum intelligit Brun. *de indic. & tort. f.* 167. *n.* 5. & post eum Boss. *in tit. de capt. nu.* 81. subdens, quod ita pract. obseruat; sed de processu informatiuo, qui formatur à iudice assumendo indicia, & informationes contra aliquem specialiter ex quib. iudex deinde elicit titulum crim. qui est forma, & substantia ipsius inquisitionis, siue processus, iuxta ea quæ dixi sup. *q.* 3. *vers. Et aduerte.* Et hoc modo vtiq; debet formari inquisitio ante capturam, vt dicit Salyc. *in loco præalleg.* nō autem debet reo transmitti ante capturam: quia illud esset verbaliter illum citare; vt dixi infra *q.* 31. Et certè, si eo modo intelligeretur Salyc. esset sibi ipsi contrarius, & esset ridiculum transmittere reo inquisitione, priusquam iudex illum capi faceret: quia nihil aliud esset, quam ipsum ad fugam instruere.

Et quia tota materia indiciorum est arbitraria iudici, vt dixi supr. *q.* 20. poterit iudex, inspecta qualitate h personæ, & delicti, decernere capturam contra reum, habita ea informatione, quæ sibi sufficiens videbitur. Aliter enim procedendum est contra nobilem, & contra diuitem, qui non præsumitur velle aufugere, quam contra pauperem, & vilem personam. Et ideo fortiora indicia haberi debent ad carcerandum i personam nobilem, & insignem, quam pauperem. Præterea aliter i procedendum est in delictis occultis, quam in publicis: & sic minora indicia sufficient ad decernendum capturam, quando agitur de crimine occulto, quam de publico: quæ omnia, & alia multa huiusmodi discretus iudex considerare debet; non n. potest in his dari certa regula. k Poterit iudex capi facere reum, vbi ei suspe- k

ctus

ctus videatur, & de fuga, & de delicto, & ad carceres conduci præcedente aliqua informatione. Et ita practicant iudices deputati ad maleficia, vt dicit Salyc. *in d.l.ea quidem, nu.77.& in l nullus, nu 4. C. de exhib. reis,* quem refert Carau. *super 34. ritu magnæ curiæ, post nu.*10. Non tamen debet iudex examinare, neque reum capi facere super delicto, nisi legitima præcedant indicia, vt dixi *sup. q.20. circa princ.* Et certè si in causis ciuilibus licet iudici, & quandoque etiam ipsemet parti capere debitorem, qui sit de fuga suspectus, vt dixi infra, *libr. prox.* multo magis id dicere debet iudici in causis criminalibus, quæ sunt multo maioris momenti, & præsertim vbi agitur de criminibus atrocibus. l Et sic vides, quod hæc materia informationum, & capturæ est quasi arbitraria iudici. Quinimo Salyc. *in l.2.nu.2. C. de cust. reo.* dicit, quod aliquando dicitur etiam semiplene constare iudici m per informationem ab ipso habitam à pluribus non in figura iudicij, & quod hoc sufficit ad capturam. Et dicit Carau. *super 41. ritum magnæ curiæ, nu.* 10. quod ita hodie seruatur in delictis enormib. quod est valde notandum ad excusationem iudicum, qui plerunque, antequam indicia in scriptis redigantur, faciunt reos detineri: n & bene faciunt, quando delictum est graue, & subest probabilis suspicio fugæ. Tertio debet iudex animaduertere, ne fortè persona, contra quam captura decernitur, si talis, quæ ex priuilegio detineri non possit.

3 Quæro igitur, nunquid mulieres possint de iure personaliter detineri. Respon. quod non; est tex. *in c. mulieris, de iud. in 6.* & est cõmunis opinio, vt attestatur Boe. *in repet. l. consentaneum, n.144. C. quom. & quando iudex,* o quod tamen intellige, vt procedat in o mulierib. honestis; p secus autem in meretricibus & vilibus, Sed certè p quidquid sit de iure, hodie de consuetudine contrarium seruatur: nam indistinctè mulieres capiuntur pro delictis, & carcerantur: sed bene ponuntur in carcerib. separatis à carceribus virorum. Et de hac consuetudine attestatur Imol. *in c.2.nu.16. de pig.* quem refert Matian. *de citat. art.5.q.17. vers.16.* fallit, & Gram. *decis.33.n.11.* Idem attestatur Blanc *in pract. crim. f.4.n.27.* Et ita etiam seruari de stylo, & consuetudine curiarum Franciæ ait Boer. *dec.349.n.5.in fi.* Bonum est tamen, quod iudex in hoc sit valde circũspectus: quia si mulier sit nobilis, vel honestæ conditionis, non debet illam cum decore ad se conduci facere, neque statim in carcerem conijcere, sed poterit ei dare pro carcere domum alicuius nobilis, & honestæ matronæ sub idonea fideiussione: & hoc nisi delictum sit atrox: nam eo casu esset detrudenda in carcerem, vel in monasterium, vel in prætorio in aliquo cubiculo sub honesta custodia, & fideiussione retinenda arbitrio iudicis, inspecta qualitate delicti, & personæ. Et ita in hoc Ducatu seruatur. In regno a. Neapol. si delictum est tale, propter quod reus non solet relaxari fideiussori, mulieres carcerantur, alias non, & ita seruari hodie in magna curia Vicariæ attestatur Gram. *in dec. 33.* quem refert Foll. *in pract. crim. fol.34.n.18.*

4 Item q quæro, nunquid Doctores possint carcerari. q Resp. quod quando agitur de delicto leui, non potest Doctor carcerari, secus autem si agatur de delicto graui. Ita dicit gl. *in l. medicos, in verbo, Exhiberi C. de profess. & med. lib.*10. quam videntur sequi DD. vt dicit Marcus *dec.*81.n.1. Et ego vidi in facti contingentia plures DD. carceratos ex diuersis criminibus.

5 Quæro r nunquid clericus possit pro crimine personaliter detineri. r Resp. Si loquimur in iudice ecclesiastico competenti, nulla videtur esse difficultas, quo minus ab eo possit clericus propter crimen personaliter detineri, & ita quotidie videamus obseruari. Scias tamen, quod de iure, antequam clericus detineatur, debet constare iudici de delicto, pro quo talis clericus est detinendus. Ita dicit Io. And. *in c. si clerico, in verb. Commissos, de sent. excom. in 6.* subdens, quod caueant sibi prælati nostri temporis, qui capiunt statim, quia (secundum eum) incidunt in pœnam excom. Et ita tenent communiter DD. vt ait Corn. *cons.325. quod est consilium vltimũ in lit. C, lib.4.* Quando autem dicatur constare de delicto, dixi supra *q.4.* Item scias, quod requiritur, quod ipse clericus sit fugitiuus: ita colligitur ex tex. *in c. vt famæ, de sen. excom.* & ita communiter DD. vt ait Cor. *in loco præalle.* Scias etiam, quod talis carceratio clerici debet esse ad custodiam, non a. ad pœnam. Ita dicit gl. *in d. c. si clerico, in verb. postea:* quam sequuntur omnes, vt ait Cor. *in d. cons. in lit. E.* Sed certe quidquid sit de iure: hęc omnia de consuetudine male obseruatur hodiernis temporibus; fortè quia multum creuit malitia clericorum:

Si vero s loquimur in iudice seculari, tunc facienda 6 est regula, quod ab eo non potest Clericus detineri, nisi in casibus, in quib. potest etiam ab eo puniri, de quib. s dixi infra *q.36.* t Bene verum est, quod si clericus inueniatur in flagranti crimine, potest capi à familia iudicis t secularis, non quidem vt puniatur, sed vt tradatur iudici ecclesiastico. Et hæc est commu. opin. vt dicit Felyn. *in c. si vero, n.4. de sent. excom* quem refert Villalob. *in sua collecta commun. opi. in verb. Iudex laicus:* quam etiam dicit esse consuetudine approbatam Gram. *super consti. regni; fol.19. col.2. vers.14. Iudex.* Publice enim interest, ne delinquentes impuniti euadant. Quinimo hoc casu potest capi non solum à familia, sed etiam à quocunq; laico: Et est commun. opi. vt dicit Aret. *in d. c. cum non ab homine, nu.14. & seq.* Pariter etiam, vbi clericus delinquens verisimiliter esset suspectus de fuga, potest capi, vt episcopo suo consignetur, & est commu. opi. vt dicit Alci. *in d. c. cum non ab homine n.63.* quem refert Villalob. *in loco praall.* Nam & hoc casu publicè interest, vt talis delinquens capiatur, ne crimen impunitum remaneat.

Dictum est, quæ personæ detineri possint, vel non: 7 Quæro nunc, quomodo decernenda est talis c u ptura? Resp. quod licet in causis ciuilibus in verbali citatione u quilibet nuncius absq; iudicis speciali mandato possit u quemcunq; citare, tamen in causis criminalibus secus est: nam nisi præcedat specialis commissio iudicis, nemo debet personaliter detineri. x Hæc tamen conclusio locum non habet; quando aliqui reperiuntur in flagranti crimine facere rixam, deferre arma contra formam edictorum, portare aliquid contra decretum extra territorium, vel similia: nam in his casibus vtiq; capi possunt per familiam absque iudicis commissione. Ita dicit Paris Put. *de synd. f.88.n.15.* & ita seruatur in practica, vt attestatur Carau. *super 34 ritu magnæ curiæ, post n.2.* An autem possit quis sine iudicis mandato citari verbaliter, dixi *inf.3. vers. vnum autem scias.*

Solet autem captura committi satellitibus, & familię 8 ipsius iudicis. y Sed nunquid potest iudex committere y capturam personalem rei delinquentis ipsimet parti offensæ? Respondetur, quod sic, dummodo exceptio huiusmodi capturæ non habeat annexam causæ cognitionem, & dummodo fiat sine armis, & resistentia. Et hæc est communis opin. vt dicit Cagn. *in l. non est singulus, num.6 ff. de reg. iur.* Sed certè, quicquid sit de iure ego consulo quibuscunq; iudicibus, vt à talibus commissionibus abstineant, ne detur occasio scandalorum, quæ quidem de facili eueniunt, quando huiusmodi actus non publica, sed priuata manu peraguntur: quod etiam consilium dat Paris Put. *de synd. fol.291. num.3.* z Posset fortè tolerari; si vna cum familia curiæ transmitterentur aliqui ex offensis, qui assistendo auxilium, & fauorem præstarent ipsi familiæ, non autem vt ad ipsius capturæ actum manum apponerent. Sed hoc etiam non nisi ex vrgenti necessitate fieri debet. z

Quæro, ſi detentus appellet, nunquid pendente appellatione eſt relaxandus. Dixi infra *quæſt.45.verſic.ſed quid ſi reus.*

ADDITIONES

Ad Quæſt. XXVIII.

a *Dictum eſt de informationibus*] Iudex indebite carcerari faciens aliquem, quod puniatur in ſyndicatu, teneaturque ad damna, & intereſſe, & ad alia plura, Farin.*q.27.nu.141.& alijs ſeqq.* teneturque actione iniuriarum *ibidem num.134.& alijs pluribus.* Captura dicitur iniuſta multipliciter, nempe ratione loci. Farin.*q.27.* de qua infra *nu.88.& alijs ſequen.* Item ratione temporis. *ibidem n.105.* & aliis pluribus: item ordinis non ſeruati ibidem. *Roſ.*

1 *Dictus eſt informationibus*] adde, quod iudex † incompetens poteſt delinquentem capere, & captum repræſentare competenti, etiam ſine periculo fugæ, Bart.*in l.ſi quis in ſeruituto ff. de fur.* & Boer.*in deciſio.215.n.34.* contrarium autem tenuit Neuizan.*conſi.52.num.14.* ſed Viui. *in deciſione 341.num....* tenet,
2 quod ad omnem capturam † committendam omnis iudex eſt competens in ſuſpicione fugæ.
3 Item adde, quod † iudex in criminalibus à captura perſonæ incipiens, ſi temere caperet innocentem, punitur, vt dicit Bal.*in l.2.C.de his qui latr.* & Paris de Put.*verſic.captura, num.14. & in*
4 *verſi.quia plerumque,* & tenetur parti ad intereſſe, † & expenſas, vt ibi per eum, & Bal.*in l.ſeruiretur, C.de excuſat.tut.* immo talis
5 iudex tenetur actione iniuriarum, † vt per Bart. & Ang.*in l.ſi vero. §.1.ff.qui ſatud.cogan.* & Areti. *in tractat.maleſ. in verſic.pro quib.* Antonius fideiuſſit, & ibi Addent. & Epiſcopus, vel iudex Eccleſiaſticus clericũ carcerans, incurrit etiam pœnam excom-
6 municationis, *c.ſi clericus, de ſent.excommun.in ſexto,* & Corn.*in*
7 *conſ.325.vol.4.* niſi aliqua ex iuſta cauſa † excuſetur, vt per Pariſ.
8 in d.verſ.quia plerumque, & carceratus † non præcedentibus indiciis, licet poſtea indicia ſuperueniant, debet relaxari, quia captura non poteſt iuſtificari ex nouis cauſis, & indiciis poſtea ſuperuenientibus, Bal. & Paul.de Caſtr. *in l.ſi quis, ff.de teſtam.*
9 ſed hoc non ſeruatur in practica † & fatuus eſſet Iudex, qui ita faceret, & eſt etiam de iure, per ea quæ tradit Paul.de Caſtren.*in conſi.penul.in fine, vol.1.* & addent. per Bertaz.*in conſ.465.in littera C,* quia carceratus nulliter relaxari non debet, quando captura contra eundem de nouo eſſet concedenda, ſiue facienda, Cran.*conſil.46.n.7.* & Viu.*opi.87.n.7.vol.1. Baiar.*

b *Teneatur in ſyndicatu*] adde ſupra *quæſt.20. verſic.ad formandam quæſt.21.verſic aſſertio vulnerati,* ibi eſt etiam tale dictum. Drog.

c *Primum eſt*] De quo infra *quæſt.46.verſi. in hoc per Clar.de indebite carcerato, ſeu detento* Far.*titul.de carceribus, & carcer.1. vol.quæſt.27.* vbi *n.4.* inquit, dici eam indebitam eſſe capturam ratione incompetentiæ iudicis. *Roſ.*

10 d *Alias enim non eſt reus*] adde, quod † in criminalibus deuenitur ad capturam, etiam quod pœna ſit pecuniaria, Boſſ.*in ti. de carcer.fideiuſſ.relax.n.2.* & late Farin.*q.27.n.39. Baiar.*

11 e *Scias autem, quod in hoc*] adde, quod † in criminibus Iudex poteſt incipere à captura antequam conſtet de crimine ſi timet de fuga, vel propter atrocitatem delicti, perſonæ qualitatem, & conditionem, & pœnæ grauitatem *c.ſi clericus, de ſent.exc.* Salic. *in l.ea quidem n.77. & in l.nullus, n.4.C.de exhib.reis,* & Cabal. *ad conſtit.March.in c.3. lib.4.* & eſt arbitrium Iudici, & nullis præcedentibus indiciis. Menoch.*de arbit.iud.q.88.* & dicit Ant.
12 Scap.*lib.5.iuris non ſcripti, cap.13. num.3.* quod Romæ † ſeruatur, quod iudices habita relatione alicuius exploratoris de aliquo delicto graui per aliquem cõmiſſo, committunt ſtatim capturam, & idem ſeruatur in toto ſtatu Eccleſiaſtico, conſiderata tamen qualitate perſonarum, & grauitate delicti, & Fol.*in pract.*
13 *crim.in verſ.notatos capiat, n.132.* dicit, quod captura eſt arbitraria ante cõtumaciam & poſt neceſſaria. Et tenet Vulpel *in conſi. 74.in prin.* quod iudex ex qualibet leuiſſima ſuſpitione ad capturam deuenire poteſt, & idem dicit Afflict.*in conſtitutione Baiulos ſi furem in fin.* & etiam Marſ.*in ſing.95.incip.iudex licet,* & dicit D.Clar.ſupra *in qu.24.verſ.vidi etiam plerumq; quod teſtis, qui prorſus à lege repellitur, facit indicium ad capturam; vbi ita iudici videatur, quia qualibet ſuſpicio ſufficit.*

14 Item adde, quod † licet poſſit Iudex incipere à captura perſonæ, non tamen cogitur capere, ſi potius vellet eum citare, nec teneretur in ſyndicatu, imo ſi pars peteret familiam, & iudex denegaret, minime teneretur in ſyndicatu, niſi reus eſſet contumax, quia tunc cogitur dare familiam, ſecundum Bart.*in l.conſentaneum, C.quomodo, & quando iud.* & Pariſ.*in d.verſi.captura, §.quia plerunque,* & Bart.*in l.cum eo.ff.ad l.Iul.pecul.* ſed hoc etiam cautus Iudex non faceret, ſi delictum eſſet tale, propter quod deueniendum eſſet ad capturam alias nõ careret ſuſpicione, † & quandoque teneretur in ſyndicatu, & ad intereſſe partis, 15
ſi capturam denegaret, & carceratus aufugeret, Paris de Puteo *in verſ.captura, §.quia plerumque in prin.* & Carau.*in tit.39.n.11.*

Item adde, quod in Regno † Neap. Iudex non debet citare 16
principalem ad informandum, nec ad capturam, deuenire, ne eum examinare, niſi prius conſtet de delicto, alias index punietur, Gram.*in deciſio.60.col.1.verſic.circa ſecundum, n.19.* & hodie extat pragmatica Caroli Quinti, qua cauetur, non procedatur ad capturam, niſi incipiat conſtare de maleficiis, quæ incipit; inoleſcere, quæ eſt prima ſub tit.de cuſtodia reorum, quæ pragmatica non ſeruatur per iudices, niſi quando eis videtur, vt atteſtatur Carau.*in ritu 39.ſub nu 10.*

Item adde, quod ſi baiulus, † ſiue executor aliquem capiat 17
iniuſte, poterit ipſum impunè liberare, *l.ſi quis vxori §.ſi fugitiuum, ff.de fur.* & Paris de ſyndic. *in §.officiales deſtinati in fi.*

Item adde, † quod ad iuſſum patris debet iudex filium deti- 18
nere, cum non ſit veriſimile, quod pater, qui plus diligit filium, quam ſe ipſum, velit eum carcerari ſine iuſta cauſa, ſi pater ſit honeſta perſona, & diſcreta. Iaffr.*deciſio.209.* Alean.Clem. *in tract.de patr.pot.effec.1.n.18.*

Item adde, an † licentia de capiendo duret in tempus ſucceſ- 19
ſoris, per Bal.*in l. . nu.3 ff.de poſtul.* vbi dicit, quod ſic, diſtingue tamen, vt per Rol *in conſil.38.n.7.vol.3.* & per Beu. *conſil.4.n.13.*
& ſimiliter durat † poſt mortem ipſius iudicis mandantis. Viu. 20
opin.555.n.4.vol.1. Baiar.

f *Priuſquam deueniatur ad capturam*] Farin.*d.q.27.n.113.& 114.* Roſ.

g *Et ideo dic*] Vulpell.*reſp.74.nu.1.* Far.*d quæſt.27.nu.22.115. & 16.* Roſ.

h *Poterit Iudex*] Farin.*d.q 27.n.116.& 117.* vbi tradit qualia debeant eſſe inditia, recenſetq; octo opiniones, & poſt *nu.127.* ſubnectit quatuor aduertenda eſſe, vt ibi per eum *Roſ.*

i *Perſonam nobilem*] Differentiam pauperis vi.ſupra *quæſt.8. verſic.tamen.* Drog

k *Poterit igitur Iudex*] adde infra *q.31.verſic.ſed quid ſi reus, qu. 39.verſic.ceterum, cum verſic.ſequenti,* & pone de hoc exemplum in vagabundo, filio familias, & aliis ſimilibus, in quibus probabilis eſt ſuſpicio fugæ, & hic dictis adde, quæ nuperrime dixit Flaminius *char.in ſua pract interroga.reorum lib.1.c.2.* Dr.

l *Et ſic vides*] adde, quod captura, & informationes ſint arbitrariæ Iudici *ſup.q 21.verſic.aſſertio vulnerati inf.qu.64.verſi. nunc de gradib.& verſic.Dixi quoq; q.10.in prin.* Menoch.*de arbit.iud.li.1.q.88 n.3.* & ibi late in materia capturæ. *Drog.*

m *Per informationem*] Tribus concurrentibus tamen, vt per Farin.*d.q.27.n.131.* Roſ.

n *Et bene faciunt*] Adde Blanc.*repet.l.fin.n.8. .de quæſt.* contrarium tamen monuit *ſup.q.7.verſic.Quæro igitur in fi.* Drog.

o *Meretricibus*]adde, quod etiam carcerantur pro debito, ſiue priuato, ſiue publico, quod etiam procedit in coniugatis, ſi tamen illarum viri ſint conſcij turpitudinis, ſecus ſi ignari. Sed quid de leui crimine. Et vbi de graui, & atroci agatur. Et ſi carcerandæ ſunt, quibus in carceribus ſunt detrudendæ. De omnibus vide per Menoch.*de arbit.iud. lib.1.q.84.num.13. cum ſeqq. vſq; ad fin.* Giach.

p *Quidquid ſit de iure*] Farin. *vbi ſupra d q.27.nu.12. vſq; ad 65.* Roſ.

Sed certo quidque ſit de iure] adde, quod circunſcripta † hu- 21
iuſmodi conſuetudine mulieres poſſunt detineri de perſona poſt condemnationem, quia tunc ceſſat priuilegium, vt decidit Bal.*in l.neq; §.qui in ius vocatus, ff.de in ius voc.* Foller. *in pract. crim.in verb.notatos capiat de perſona nu.19.* & quando mulieres
† perſonaliter de ineri poſſint, vide Menoch. *de arbit.iud. in q.* 22
88.n.15.cum ſeq. Quod mitius agendum ſit cum fœmina, quam cum maſculo, tradit Tiraq.de pœnis temper cauſ.9. vbi per totam illam cauſam tractat de hac materia. *Baiar.*

q *Item quæro*) Farin.*q 21.n.77.vſq; 87.*

r *Quæro nunquid clericus*) Farin.*d.q.n.65.vſq; n.77.* Roſ.

Quæro, nunquid clericus) adde, videndum Foller.*in pract.cri. can.par.2.c.20.nu.9.cum ſeq.* vbi late quando clerici † carcera- 23
ri poſſint, & quæ dicantur enormia, † delicta, pro quibus ſub 24
fideiuſſoria cautione liberantur. *Bai.*

ſ *Si vero loquimur in iudice ſeculari*) adde, videndum D.Far. *in quæſt.8 nu.1 6.* vbi ponit quinque caſus, † in quibus clericus 25
per laicum carcerari poteſt, vide etiam Bertaz. & ibi addentes *in con.78.* vbi late de captura clerici facta par laicum, quando ſit licita, & ſic iudex † incompetens poteſt delinquentem ca- 26
pere, vt captum repræſentet competenti, Boer. *deciſio.215. nu. 34.Baia.*

t *Bene verum eſt*) Item adde, quod † Clericus debet remitti 27
ſine requiſitione, *not.in auth.vt cleric.apud prop.epiſc.§.illud palam, c.vt fama, extr.de ſent.excommun.* & Scaglion. *in ritu 46. fol.124.n.8.* Baiar.

u *Quilibet nuncius*) adde Iaſ.*in §.quadrupli, n.15.cum ſeq.Inſtit.de act.* Drogh.

x *Hoc tamen concluſio*) adde infra *q.26.verſi.1.ibi, debent aduerte-*

uertere? quid autem ſeruetur contra reos repertos in fragranti crimine, & quando contra eos procedatur, ſupra *q 8. verſi. ſcias tamen. cum verſi. ſeq.* & dixi infra *ad q. 82. ſt. 1.6.* adde tamen, quod ſi Iudex videt aliquem arma deferre, poteſt illum punire pro delatione armorum abſque alia citatione, vel proceſſu, Bal. *in l. ad officium, C. fin. regun. d. gl ad conſuetud. Turon. titul. des amandes, art. 3.* quod eſt huic contrarium, & ad ea, quæ dixi ſupra *q. 8. verſi. ſcias tamen, & cap. 49. verſi. ulterius quæro cum concord.* Drog.

Hæc tamen concluſio] Farin. *titul. de delict. c. 21. vol. 1. numero* 138. Roſ.

28 *Hæc tamen concluſio*] adde, quod † nedum delinquens in flagranti crimine capi poteſt per familiam abſque iudicis commiſſione, ſed etiam à quolibet in ipſo actu delinquendi, vel immediate poſt, qui eum iudici præſentare debet, Bal. *ſuper feud. de pace, iur. firm. §. ſi quis vero nu. 6.*

* Item adde, quod priuata perſona poteſt requirere alias priuatas perſonas, vt aliquem malefactorem capiant, & cuſtodiant, donec iudex eum capiat, Gram. *in conſtitutionib. capitulis,* & Prag. Regni *in conſtit. ad officium n. 4. f. 56.* Baiar.

y *Sed nunquid poteſt Iudex*] adde quod etiam abſque licentia capiuntur malefactores modo, quo per Iaſ. *in § ſupereſt, nu. 98. ad fin. Inſtit. de actio.* Drog.

z *Poſſet forte tolerari in fine*] adde, quod ita conſuluit Man-
29 dell. *in conſ. 47.* & ibi tenet, quod ſi malefactor † in captura occidatur, non poſſit inquiri de homicidio ex animo deliberato, & quod licentia iudicis probatur, ſi familia admittit ſecum offenſos, vel ſocios.

30 Item adde, quod Baroncelli, † & executores incedentes per Comitatum pro malefactoribus inquirendi, vel pro exactionibus collectarum, non poſſunt grauare ruſticos, vt ſibi præſtent alimenta, vel vt commodent equos, & hoc non debent pati iudices *l. 1.* & ibi Io. de Plate. *D. de luc. aduoc. lib* 12. quem refert, & ſequitur Rip. *in tract. de remed. preſtan. con. pec. n. 212.* Baiar.

QVÆSTIO XXIX.

Quid agendum ſit, ſi reus familiæ reſiſtat, vel eximatur, vel aufugiat.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Familia officialis an poſſit detinendum, ſi reſiſtat, impunè interficere.*
2 *Officiali reſiſtere an aliquando liceat.*
3 *Eximens detentum è manibus familiæ qua pœna ſit puniendus.*
4 *Et quid ſi erat indebitè detentus.*
5 *Et an eximens ſeipſum incidat in pœnam.*
6 *Iudex an poſſit ſtatuere præmium capienti delinquentem.*
7 *Capiens delinquentem recuperat à fiſco id, quod expendit in eo capiendo.*
8 *Statutum conſtituens præmium capienti delinquentem an habeat locum in officiali*
9 *Statutũ quod villa teneatur capere malefactorem, an habeat locum, quãdo maleficium fuit de nocte commiſſum, & claues portarum erant apud rectorem.*
10 *Delinquens ſi fugiat in aliam iuriſdictionem, ibiq; captus ſit à familia eum perſequente, an ſit liberandus.*

Ex Additionibus.

1 *Familia officialis an poſſit impunè reſiſtentem interficere, & nu. 5.*
2 *Familia officialis debet portare ſigna iuxta ſolitum regionis.*
3 *Occidens Nuntium qualiter teneatur, remiſſ.*
4 *Executori dicenti ſe habere commiſſionem, an credatur, remiſſiue.*
6 *Berroarij an liceat vulnerare fugientem pro cauſa pecuniaria.*
7 *Reſiſtentia permittitur, quando iudex non obſtante iuſta appellatione procedit ad executionẽ irretractabilem.*
8 *Reſiſtere quis dicatur, remiſſ.*
9 *Reſiſtentia debet eſſe modeſta.*
10 *Reſiſtere quando liceat, remiſſ.*
11 *Tortus indebitè, iudicem interficiens, non punitur pœna mortis.*
12 *Eximens captum indebite, an teneatur.*
13 *Executori dicenti, captum ſibi fuiſſe exemptum, an credatur, remiſſ.*
14 *Nuntio quando credendum, remiſſ.*
15 *Statutum puniens fugientem intelligitur de eo, qui capi non potuit.*
16 *Bannitus alios bannitos detegens poteſt per iudicem rebanniri.*
17 *Intellige ſi eos prodiderit, antequam ab alio manifeſtetur.*
18 *Priuatus poteſt requirere alios priuatos ad capiendum malefactores.*
19 *Priuati conuocati per Curiam ad capiendum, malefactorem non conſequuntur præmium.*
20 *Officialis recuperat expenſas factas pro capiendo malefactore.*
21 *Berroariis ſunt concedenda præmia, vbi adeſt multitudo bannitorum.*
22 *Xiſtus V. P. M. præmia conceſſit etiam berroariis capientibus bannitos.*
* *Auctor ſecunda vice Gubernator Spoleti.*
23 *Statutum puniens præſentantem bannitum habet locum in capiente bannitum ante ſtatutum.*
24 *Latro capiens ſocium latronem non debet habere præmium*
25 *Præmium cui debeatur, ſi duo ſimul concurrant ad capiendum bannitum, remiſſ.*
26 *Præmium an duplicetur ei, qui eundem delinquentem pluries capit, vt quia captus euaſit.*
27 *Villa, ſeu Caſtrum non dicitur, ſi non habens quinq; patresfamilias.*
28 *Vniuerſitas, quæ tenetur capere malefactores, quando probet ſuam diligentiam, remiſſ.*

SÆpenumero contingit, quod delinquentes, ne ca- 1
piantur, *a* familiæ reſiſtunt, & ſe armis tuentur? a
Quæro, nunquid familia poſſit illos interficere. Re-
ſpond. *b* quod ſi familia habet mandatum iudicis ali- b
quem capiendi, & ipſe reſiſtat, neque aliter capi poſſit,
poteſt illum impune interficere. Ita colligitur ex text.
in l ſi ſeruum, C. de iis qui ad eccl. confug. Et hoc verum eſ-
ſe nullus dubitat, vt ait Bolenc. *in repet. l. capitalium, §.
famoſos, n. 196. ff. de pæn.* *c* Et dicit Bal. *in l. fin. C. de exhib.* c
reis, quod vidit de facto liberari beruarium, qui vulne-
rauerat fugientem, quem capere volebat. Et *d* illud di- d
ctum Bald. refert Aug. ad Angel. *de maleſ. in verb. Fama
publica, poſt. nu. 54.* Et ita etiam pluries iudicatum fuiſſe
in facti contingentia refert Amad. *de ſynd. num. 100. &
ſequenti,* quem refert Boſſ. *in tit. de captura, nu. 12.* Et li-
cet Amad. *in loco præall.* videatur ſentire, quod in præ-
dictis caſibus ſatellites ſint liberandi, dummodo ca-
ptura ſit iuſta; alias ſecus: Ego indiſtinctè puto eſſe li-
berandos, quia ad eos non pertinet cognoſcere, an
commiſſio iudicis ſit iuſta, vel iniuſta, vt dixi *e* infra e
quæſt. 60. verſ. ſolet dubitari, ſed ſolummodo illam exe-
qui: Et ideo, vbi ipſa commiſſio eſſet in forma fidem
faciente, illos ſemper excuſarem. Admonet tamen, &
rectè Amad ibi, officiales, & familiam, vt quantum fie-
ri poteſt, caueant ab huiuſmodi vulneribus, & per-
cuſſionibus, referens ſe vidiſſe in ciuitate Peruſij po-
pulum inſurgentem contra Poteſtatem, & familiam;
quia vulnerauerant quendam captum reſiſtentem fa-
miliæ. Debent etiam ſatellites cautè in hoc procedere:
quia ſi deinde appareret, quod illum capere potuiſ-
ſent abſque eo, quod interficerent, vel vulnerarent,
non euaderent pœnam ſaltem extraordinariam, pro-
ut in facti contingentia iudicatum fuit per curiam Ne-
apol. teſte Gramma. *deciſ. 41.* *f* Item debent aduerte- f
re, vt habeant ſecum licentiam illum capiendi in ſcri-
ptis, vel ſaltem habeant inſignia, quod ſint ſatellites:
alias vero poſſet reus licitè ab eis aufugere, & etiam ſe

f *Item debent aduertere*] Hoc tamen fallit, vt dictum est supra *quæstione proxima, versic. Dictum est*, & habetur sup. *q. v. versi. sed nunquid*, vi. Marant. *in suo Spec. par. 6. tit. Recte concipiatur citatio nu. 71.* Drog.

Item debent] Far. *d. q. 11. n. 31. & seq* Ros.

g *Sed hic incidenter*] Quando non possit resisti, vel officiali, aut iudici Far. *d. quæst. nu. 3. 34. vsq. 18. & n. 117. & seq. & etiam n. 87. vsq.* 117. Ros.

h *Officiali, seu Iudici resistere*] ad idem adde, & per Ludo. Carer. *in pract. crim. §. homic. 6. sub n. 78. vsque ad nu. 83.* vbi quamplura ponit exempla, quæ per te videre poteris. Vide etiam per Tho. Gram. *crim. cons. 51. Giach.*

i *Ideo tu dic*] Adde, quod latius hunc passum in sui materia, & ad propositum explicat Neguf. *tr. de pign. & hipp. 2. membr. 3. parte, nu. 22.* Menoch. *de recuperan. possess. remed. 8. n. 26. infr. q. 82. stat. 4. de turb. poss.* Plot. *in l. si quando, §. 6. sub n. 21. & 30. C. vnde vi.* Drog.

k *Nisi vellet inferre aliquod praiudicium irreparabile*] adde
7 exemplum, † vt est, si Iudex non obstante appellatione iuste interposita, vellet procedere ad executionem irretractabilem, vt per Guid. Pap. *decisio. 576. n. 3.* Vide etiam Parid. *de syndic. in verb.*
8 *resistentia*, & per eundem *in c. seq. nu. 4.* quis dicatur † resistere,
9 & quod resistentia, quæ fit officialibus, debet † fieri modeste. In
10 hac materia, quando liceat Iudici, vel eius familiæ resistere, † vide pulcherrimam distinctionem per Afflict. *in constit. pacis cultum, n. 16. rubr. 8. tit. de cult. pacis, fol. 40.* & Cassan. *in consuetu. Burg. tit. de Iustices, & droicts*, qui multum diffuse hanc quæstionem tractauit. Rip. *in tract. de remed. ad conseru. vbert. num. 89.* Felyn. *in c. si quando, de offic. deleg.* Sed magis diffuse hanc materiam tractauit Bolognet. *in l. vt vim, nu. 54. cum seq. ff. de iust. & iur.* vbi multas facit conclusiones post Claud. Seisell. ibi, & nouissime Farin. *var. quæst. in q. 32. num. 88. cum multis seq.* qui adeo hanc materiam tractauit, vt nihil amplius desiderari possit.

11 Item adde, † si Iudex iniuste non procedentibus indiciis torsit aliquem tunc si ille indebite tortus, occidit iudicem, non debet puniri pœna mortis, sed alia mitiori pœna, Mars. *in sing. 455. incip. difficillimum* est iustum dolorem, tempore, & in pract. *in §. diligenter, n. 58.* Baiar.

l *Sed quid si ille*] Far. *nu. 66.* vbi supra *Ros.*

Sed quid sit ille erat indebite detentus] Adde, quod hoc proce-
12 deret, † si notorie constaret de iniustitia, vt per Roman. *in consi. 320. circa fin.* & Alexandrum *in l. 4. § Item si quis, ff. ne quis eum qui.* Deci. *in capit. si quando, de offic. deleg. & in l. vt vim. col. 8. ff. de iust. & iur.* & Cagnol. *in l. vnic. ff. si quis iudicen. in v. u vide-*
13 *tur, nu.* 8. & an credatur executoribus, † dicentibus, captum ab eorum manibus exemptum fuisse. Alc. *de præsumpt. reg. 3. præ-*
14 *sumpt. 14.* & Menoch. *de arb. iud. cas. 112.* vbi plene tractat † hanc materiam, quando nuntio publico sit credendum. *Baiar.*

m *Respon. quod non*] Non tamen ad hos eximentes pertinet cognitio, an exemptus fuerit debite, & legitime detentus, vel non. Nec datur ratio differentiæ inter hos eximentes, & illos satellites, de quibus supra *hac eadem quæstione. vers. primo in princ.* nec etiam in nudo exequutore, quod ad eum non pertineat cognitio, notat Ias. *in §. si minus, num. 16. Instit. de act.* Menoch *de arbitr. iud. lib. 1. quæst. 38. num. 20. ad fin.* ex magna tamen causa etiam nudus executor admittit exceptionem, vt per Felyn. *in cap. canonum statuta collat. 13 de constitut.* Faciunt hic tradita per Didacum à Couar. *pract. cap. 16.* paulo ante finem, ibi: a quibus ipse discedo libenter. In criminalibus autem semper seruatur causæ cognitio in executore per ea, quæ ad satietatem dixit Char. *tit. de exequ. sent. cap. fin.* Drog.

n *Quære etiam*] Far. *d. q. 2. n. 21. & seqq. vsque 26.* vbi quod in eo, qui clamauit ad arma, *n. 25 Ros.*

15 *Quæro etiam nunquid ille*] adde, † si extaret statutum, siue proclama puniens fugientem contra Berroarios, intelligitur de eo, qui capi non potuit, secus de capto, *l. quis sit fugitiuus §. idem ait. vbi Bal. ff. de ædilit. edicto.* Baiar.

o *Sed si defendat se*] Farin. *sup. n. 79.* Ros.

16 p *Sed quid si delinquens aufugerit*] Adde, quod etiam iudex † bannitum rebannire potest, si multos alios bannitos detexerit, ac causam apprehensionis eorum præstiterit, ita Bart. *in l. ambitiosa, nu. 8 de decret. ab ordin. facien.* Menoch. *de arbitr. iudic. q.*
17 *92. num. 8.* quod tamen inteligendum † est, si prodiderit, antequam ab alio manifestetur, glo. *in l. 1. in ver. processerit, C. de deser. lib. 12.* Sed ego consulo iudicibus, quod inconsulto Principe hoc non faciant, si tempus concedit *Baiar.*

Vnum tamen nota in hoc proposito] Adde, quod nedum licet
18 priuato † sine mandato iudicis capere malefactorem, vt ipsum iudici præsentet, vt per Grammat. *in loco hic allegato num. 5.* & Iacob. de S. Georg. *in l. si longius, §. si filiusfam. ff. de iud.* sed etiam priuatus potest requirere alios priuatos, vt capiant malefactorem, & custodiant, donec iudici consignari possit, idem Grammat. *in d. addit. ad Constitut. Regni fol. 36. in constit. ad officium nu. 4.* vbi allegat tex. *in §. si quis vero auth. vt liceat matri & auiæ. Ba.*

r *Ceterum in militu ciuitatibus*] adde, quod similiter homi-
nes terrarum † conuocati in auxilium Curiæ in persecutionem 19
malefactorum, non debent habere præmium: Paris *in tract. de syndic. v. familiaris.*

Item adde, quod si officialis † aliquas expensas fecerit pro ca- 20
piendo malefactore, poterit illas recuperare. Paris de Put. *in tractat. de syndic. in vers. salarium §. si officialis, num. 7.* Ang. *in authent. de collat. in §. iubemus*, & Ioan. Ant. de Nigr. *in cap. 7. frequens, nu. 106.* sed † quando adest multitudo bannitorum, ex- 21
pedit vt Berroariis præmia concedantur, vt fecit Sixtus V. in primo anno sui Pontificatus, † & tunc etiam Gubernator Ci- 22
uitatis Spoleti secunda vice, vbi aderat maxima copia bannitorum, quorum fuit facta magna strages.

Item adde, quod si statutum † dat præmium capienti banni- 23
tum, & illum præsentati Curiæ, habet locum in eo, qui cepit ante statutum, & post præsentauit, vt de communi testatur Rui. *cons. 49. vol. 3.* Rol. *in tract. de lucr. dot. q. 91.* & Decian. *cons. 1. nu. 104. vol. 1.*

Item adde, quod si socius † latro capit socium latronem, non 24
debet habere præmium, Ang. *in l. 1. §. si ex stipulatione, ff. ad Syllan.* Ias. *in l. 1. §. si tibi, ff. de condit. ob turp. causam*, Afflict. *in constit. si damna clandestina, col. 11. vers. & in tantum.* Brunus *in tracta. de stat. constit. & decret. in verb. præmium, vol. 3.*

Item adde, si † debetur præmium primo capienti, & duo 25
simul capiant, cui debeatur, vide Bartol. *in l. qui filiab. § 1 ff. de leg. 1.* & Brun. vbi sup.

Item adde, † si quis eundem delinquentem pluries ceperit, 26
quia forte primo fuit captus, & postea aufugit à carceribus, plura præmia habere debet, secundum Cuman. *in consi. 14.* & Brun. vbi supra, & Io. Ant. de Nigr. *in c. frequens, nu 108.* multa alia ad istam materiam, vide per Bartol. *in l. 1. C. de delator. lib. 10.* vbi ponit, quid si se defendendo capit, & multa alia, an debeat habere præmium. *Baiar.*

s *Quod non*] Huic adde Tiraq. *in l. si vnquam in verb. donatione largitus, n. 106. C. de reuocanda donat.* Drog.

t *Econuerso etiam*) adde, quod villa † seu Castrum non dici- 27
tur, si non habet quinque homines pares familias, & non tenetur ad pœnam statuti, vt per Alex. *in l fin. col. 2. C. de testam.*

Item adde, quomodo probetur † diligentia per Vniuersitatem 28
quando tenetur capere malefactores, & quas defensiones possit facere, late per Bartol. *in cons. 101. clarissime Domine, Isti nostri Hucerini*, & Io. Ant. de Nigris *in c. clandestinis, n. 22.* Baiar.

u *Et ibi captus*) Aliter tamen seruant venatores leporem insequentes, *§. Apum quoq. Instit. de rer. diuision.* Drog.

QVÆSTIO XXX.

Quibus casibus reus ad ecclesiam confugiens tutus sit ipsius Ecclesiæ immunitate.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Ecclesia habet immunitatem, vt delinquens, qui in eam confugerit, non sit inde violenter extrahendus.*
2 *Et an ambitus, qui est extra Ecclesiam per quadraginta passus.*
3 *Et an palatium episcopi.*
4 *Et an ecclesia nondum consecrata.*
5 *Et quid si ecclesia sit interdicta.*
6 *Et quid si sit destructa.*
7 *Et an oratoria priuata.*
8 *Et quid si delinquens in vna ecclesia confugiat in aliam.*
9 *Et an omnes delinquentes gaudeant hac immunitate.*
10 *Et an raptores virginem.*
11 *Et an homicida proditorius.*
12 *Et quid in homicida animo deliberato.*
13 *Et an ille, qui ex insidiis alium interfecit.*
14 *Et an fures.*
15 *Et an illi, qui in ecclesia delinquunt.*
16 *Et an clerici.*
17 *Et an Iudæi.*
18 *Ex an excommunicatis.*
19 *Et quid si delinquens insequente familia à locis prophanis in ecclesiam se receperit.*

20 *Et an possit iudex secularis propria auctoritate delinquentem ab ecclesia detrahere.*
21 *Et an possit iudex ponere custodes, vt delinquentem obsideat.*
22 *Et an immunitas ecclesiæ prosit iam condemnatis.*
23 *Et an delinquens extractus ab ecclesia possit puniri corporaliter.*
24 *Delinquens, confugiens ad sacerdotem portantem sanctissimum Eucharistiæ sacramentum, an gaudeat immunitate.*
25 *Delinquens an possit extrahi à scholis.*
26 *Et an à domibus Cardinalium.*
28 *Et an auelli à statuis Principum.*

Ex Additionibus.

1 *Immunitas ecclesiæ an extendatur ad dormitorium Monasterij.*
2 *Iudex, si delinquentem ab ecclesia extraxerit sub promissione impunitatis, an teneatur eam seruare.*
3 *Iudex ecclesiasticus non potest per vim aliquem ab Ecclesia extrahere.*
4 *Iudex laicus, licet non possit fugientes ad Ecclesiam ab ea extrahere, potest tamen in ea arma prohibita ab eis auferre.*
5 *Confugiens ad Ecclesiam an possit capi.*
6 *Quid seruetur in statu ecclesiastico.*
7 *Quid in Regno Neapolitano.*
8 *Quid Parmæ.*
9 *Domus existens intra quadraginta passus prope Ecclesiam immunitate gaudeant.*
10 *Palatium Episcopi an sit immune.*
11 *Hospitalia gaudent immunitate.*
12 *Priuilegia Ecclesiarum Hospitalibus competunt.*
13 *Hospitalia debent esse facta, vel confirmata ab Episcopo.*
14 *Et an præsumantur talia.*
15 *Blasphemus an gaudeant immunitate Ecclesiæ.*
16 *Armatus fugiens ad Ecclesiam non est tutus.*
17 *Vulnerans licet proditorie, non tamen occidens, Ecclesiæ immunitate gaudet.*
18 *Immunitas prædicta quando locum non habeat, remiss.*
19 *Et an habeat locum in crimine læsæ maiestatis.*
Mandans fieri homicidium an gaudeant immunitate Ecclesiæ, n. eod.
20 *Delinquens prope Ecclesiam quando delinquere præsumatur spe immunitatis.*
21 *Occidens quam ex proposito, & ad Ecclesiam confugiens sub spe immunitatis, an occidisse præsumatur.*
22 *Sacrilegus non gaudet immunitate Ecclesiæ.*
23 *Iudæi volentes fieri Christiani immunitate prædicta gaudent.*
24 *Captus an quis præsumatur intra fines Ecclesiæ vel extra, si de hoc sit controuersia inter captum, & familiam capientem.*
25 *Iudex laicus extrahens aliquem ab ecclesia an teneatur iurare ei vitam seruaturum.*
26 *Et si iurauerit, an teneatur obseruare.*
27 *Iudex an teneatur seruare fidem ei, quem promissa impunitate criminis coegit à loco sacro discedere.*
28 *Banniti an gaudeant immunitate Ecclesiæ.*
29 *Condemnatus, si dum ducitur ad supplicium, transeat prope ecclesiam, an gaudeant immunitate illius.*
30 *Executores non debent intrare domum alicuius potentis ad inquirendum ibi latitantem sine licentia Iudicis.*
31 *Quod tamen non seruatur in practica.*
32 *Asylorum immunitates à Tiberio Imperatore sublatæ fuerunt, ne daretur occasio delinquendi.*
33 *SIXTVS V. P. M. Cardinalium franchisias abrogauit.*

1 a Ceterum si delinquens ad Ecclesiam confugerit, non est ab ea extrahendus, *cap. inter alia, de immun. ecclesi.* nam in ecclesia nemo personaliter capi debet. Et hæc est communis opin. vt ait *b* Maranta *in suo Specul. fol. 105. num. 19.* Violatores autem huius immunitatis ecclesiarum puniuntur à iure pœna triginta librarum argenti purissimi, vt habetur *in c. quisquis, 17. q. 4.* *c* Bene verum est, quod hæc pœna hodie non exigitur; nam per desuetudinem perdidit ecclesia ius eam exigendi, vt attestatur gl. *in c. cum multa, in verbo, Connubio, 15. q. vltima,* quam gl. refert, & sequitur Ang. de Castr. *inter consilia Pauli de Castro eius partis, conf. 458. circa fi. lib. 2.* *d* Sed quidquid sit circa pœnam vera est conclusio, quod delinquentes fugientes ad ecclesiam consequuntur immunitatem. Et hæc est communis omnium doctrina, vt dicit Gomes. *instit. de act. in princ. numer. 67.* quam pro regula ponunt omnes Legistæ, & Canon. vt ait Remig. *de immun. eccl. fol. 13. regula.* Hæc autem immunitas in duobus consistit.

Primum, *e* vt inde violenter extrahi non possint: Secundum, vt etiamsi violenter inde extracti non fuerint, sed ab ipso Episcopo, vel Abbate iudicibus laicis sponte traditi, non possint amplius ex eo delicto condemnari ad mortem, vel ad aliam pœnam corporalem, vel corporis afflictiuam; possunt tamen pecuniariter damnari, vel alia pœna extra corpus, & cogi ad pœnitentiam agendam, & aliam satisfactionem. Et hanc dicit esse magis communem opinionem summa Angelica *in §. Immunitas, nu. 16.* Idem dicit tenere communiter Dect. Abb. *in d. c. inter alia, num. 8.* Sed certè hoc apud nos non seruatur. Nam illi, qui post delictum aufugiunt ad ecclesiam, si sponte traditi fuerint à prælatis, vel aliter sponte exierint, vel per vim licite extracti fuerint, puniuntur; & si traditi non fuerint, solent inquiri, & citari: & si non compareant, condemnatur ad pœnam mortis, vel aliam corporalem iuxta qualitatem delicti. Et ita hanc partem immunitatis ecclesiarum hodie non esse in viu attestatur Remigius *de immunit. eccles. fol. 7. & seq. fol. 235. in 3. q. in fin.* & affirmat in specie illam in Hispania non seruari, vt dixi infra *versic. Successiue quæro.*

Scias *f* autem, quod etiam prima illa pars immunitatis concessa ecclesiæ, vt scilicet delinquentes in eis capi non possint, hodie propter ingentem numerum ecclesiarum, & frequentiam delinquentium est à consuetudine valde restricta: alias enim de facili quilibet malefactor euaderet manus iustitiæ, cum nulla ferè sit via in ciuitatibus, in qua non sit vna, & quandoque etiam plures ecclesiæ, ita vt priusquam caperetur, facillimè posset in aliquam earum se recipere, maximè nemine persequente: quod tamen esset contra mentem eorum, qui Ecclesiis immunitatem hanc tribuerunt, non quidem, *g* vt essent asyli delinquentium, & speluncæ latronum, sed vt præstarent refugium miseris, qui humana fragilitate, aut casu in aliquod crimen incurrissent.

Hinc *h* est, quod licet de iure communi non modo ecclesiæ ipsius ambitus gaudeat priuilegio huius immunitatis, sed etiam quicquid est per quadraginta passus circa ipsam ecclesiam, si sit matrix, & per triginta si sit alia, hoc tamen vsu non obseruatur, vt dicit Igneus *in l. 1. in princ. num. 58. ff. ad Syllan.* quem refert Remig. *de immun. eccles. fol. 52. in 6. ampliatione,* Fab. *in pract. arbitr. fol. 486. n. 21.* *i* Bene verum est, quod Senatus vltimo Octobris 1559. P. N. iussit prætori Papiæ, vt restitueret ecclesiæ quendam Pitium imputatum de vxoricidio captum in cubiculo cuiusdam domus sitæ intra 16. passus ab ecclesia maiori, dummodo ipsa domus cohæreret ecclesiæ, & esset ipsius ecclesiæ. Et ita his concurrentibus seruandum esset in hoc Ducatu: alias vero non esset à communi consuetudine recedendum.

Scias

3 Scias k etiam, quod licet de iure communi gaudeat
k hac immunitate non solum ipsa matrix Ecclesia, sed etiam palatium Episcopi *cap. 1. id constituimus*, 17. q. 48. & fuit opin. Hostiens. quam sequuntur communiter
l Doctores, vt dicit Barb. *cons. 33. n. 7. lib. 4.* l & hoc non modo si sit annexum Ecclesiæ, sed etiamsi sit separate constructum, & longè ab ipsa Ecclesia vltra quadraginta passus, secũdum gloss. *in d. c. id constituimus, in glos. 1.* est communis opin. vt attestatur Didac. *libr. 2. resolutionum, c. 20. nu. 5. in fin.* Remig. *de immun. eccles. fol. 70. in 15. ampliatione*, vbi subdit etiam communem opin. esse, quod gaudeat, etiamsi in eo nulla capella constructa sit: Nihilominus contrariam opin. praxis forensis frequenti omnium vsu recepit, scilicet quod palatium episcopi non gaudeat hac immunitate, nisi constructum intra dictos quadraginta passus ab ipsa Ecclesia, vt attestatur Didac. *in loco præalleg.*

Huiusmodi autem consuetudines maximè sunt obseruandæ, vt ait Didac. *in d. c. 20. post n. 4.* subdens, quod est præcauendum, ne hisce temporibus canones, ipsos extendamus, cùm oporteat reprimere audaciam eorum, qui freti hac immunitate passim crimina committunt. Et ibi attestatur multos esse prælatos, qui in ciuitatibus suis non tutantur delinquentes hac immunitate aduersus iudices seculares, nisi in iis Ecclesiis, in quibus continuè seruatur sanctissimum Eucharistiæ sacramentum.

4 Quæro, m si constructa sit Ecclesia, quæ tamen non-
m dum fuerit consecrata, neque in ea sint celebrata diuina officia, nunquid talis Ecclesia gaudeat immunitate prædicta. Resp. quod sic, modo sit auctoritate episcopi constructa. Et ita frequentiore interpretum consensu
n receptum est, vt ait n Didac. *in d. quæst. 20. n. 4.* Ita etiam communiter teneri attestatur Remig. *de immunitate Ecclesiæ, fol. 15.* vbi etiam post Bonif. affirmat, quod ita seruatur consuetudo.

5 Idem o etiam dicendum est in Ecclesia interdicta,
o nam & ipsa gaudet ecclesiastica immunitate. Ita tenuit Goff. & sequuntur comm. Doct. vt attestatur summa Ang. *in verb. Immunitas, q. 27.* Honos enim qui Ecclesiis debetur, ob Dei reuerentiam præstatur, quæ propter hominum culpam cessare non debet.

6 Maius p est dubium in Ecclesia destructa, an scilicet
p gaudeat Ecclesiastica immunitate. Dic ergo, quod si quidem Ecclesia sit destructa auctoritate superioris, vel sine spe reædificationis, non gaudet; si vero est destructa sine auctoritate superioris, vel subest spes refectionis, vtiq; retinet priuilegium immunitatis. Et hæc est commun. opin. vt attestatur Remig. *in loco præallegat. fol. 92. in 26. ampliatione.*

7 Sed q quid dicendum in oratoriis priuatis? Respon.
q quod illa non gaudent immunitate Ecclesiæ, etiamsi in eis diuina celebrentur officia. Et hæc est communis conclusio, vt attestatur Abb. *in cap. fin. num. 4. de censibus*, Remigius *in loco præallegato, fol. 26. n. 10.* Sunt enim huiusmodi oratoria loco priuata: nam ad voluntatem
r domini domus r hodie potest esse oratorium, & cras erit camera; merito non debet Ecclesiarum priuilegio gaudere.

8 Quæro, s nunquid generaliter omnes delinquentes,
s quid ad Ecclesiam confugiunt, gaudeat ipsius Ecclesiæ
t immunitate? Respond. t communis conclusio canonistarum est, quod omnes delinquentes gaudeant immu-
9 nitate Ecclesiæ, præter latrones viarum, depopulatoresque nocturnos agrorum, & homicidam, qui ex insidiis alterum interfecit. Ita attestatur Pract. Io. *cap. 160. num. 19.* vbi dicit, quod in hac conclusione omnes Canon. simul consentiunt. Et aduerte, quia ad hoc vt huiusmodi latrones, & depopulatores indigni reddantur beneficio immunitatis Ecclesiæ, requiritur, quod in strata publica, & frequentata paratis insidiis obsederint, vt homines interficerent, vel agros depopularentur. Et ita vult tota canonistarum caterua, vt dicit Igneus *in l. 1. §. subuenitur, num. 107. in fin. ff. ad Syllan.* vbi etiam post *num. 117.* appellat hanc communem omnium canon. opinionem. Et quod requiratur, quod insidiosè hoc fecerint, dicit esse communem conclusionem Remigius *in loco præallegato, fol. 104. in 2. fallentia.* Et hæc quidem omnia secundum dispositionem iuris canonici, nullam videntur habere difficultatem per text. *in cap. inter alia, de immunitat. Eccles.* Sed de iure ciuili aliud videtur: nam etiam rapto- 10
res virginum, homicidæ, & adulteri excluduntur ab hoc priuilegio, vt est text. *in §. quod si delinquentes, in authent. de mand. princ.* Bene verum est, quod secundum aliquos ille text. corrigitur per ius canonicum, nam secundum iuris canonici dispositionem (vt dixi) etiam huiusmodi delictorum rei ad Ecclesiam confugientes gaudent illius immunitate. Et ita communiter teneri attestatur Summa Angelica *in §. immunitas, num. 17. in fine*, Summa Syluestrina, *in §. immunitas tertio, in 1. quæst. numer. 2.* u Et hanc dispositionem iuris u
canonici ex consuetudine approbatam attestatur Ioan Fab. *in § sed hoc tempore, post num. 2. instit. de iis, qui sunt sui, vel alieni iuris*, quem refert Alex. ind. *consil. 155. num. 4. in fin. libr. 5.* vbi in contingentia facti ita consuluit, *& num. 11.* attestatur hanc esse communem opin. Refert etiam (sed in contrarium) Pract. Iod. *cap. 106. num. 12.* Et ita seruari à iudicibus Deum timentibus ait Boss. *in tit. de captura, post num. 21.* Et x in specie de ra- x
ptoribus virginum, quod non possint extrahi ab Ecclesia, attestatur esse communem opin. Henricus Boich. *in cap. Ecclesia, col. 3. de immunit. Ecclesiarum:* quem refert Remigius *in loco præallegato, fol. 197. fallentia 28.* & Didacus *in d. cap. 20. num. 8.* Vidi etiam in facti contingentia restitui Ecclesiæ quendam condemnatum pro violentia illata cuidam mulieri 17. Maij 1567. A. C. y De sacrilegis autem reperio, quod Senatus in- y
distinctè iussit illos ab Ecclesia extrahi, 14. Nouembris 1560. P. N. Et licet aliqui distinguant, an delictum, pro quo quis vult se tueri immunitate Ecclesiæ, sit commissum stimulo naturali, vel non, eorum tamen opin. communiter damnatur, vt per Alexand. *in d. cons. 145. num. 9.* z Quinimo Boss. *in tit. de captura, nu* z
32. dicit conclusum fuisse in Senatu, quod de iure neque etiam a pro crimine læsæ Maiestat. post reus ca- a
pi in Ecclesia, quæ tamen decisio credo, quod non obseruatur in Practica, per ea quæ dixi infra, *q. 36. versic. quæro nunquid.*

Sed b tamen, quod hæc conclusio iuris canonici non 11
ita indistinctè procedit in homicida, vt absolutè ab b
Ecclesia extrahi non possit, c licet enim omnes con- c
ueniant in homicidio simplici, scilicet quod commissum est casu, culpa, vel etiam dolo, nulla tamen animi deliberatione, & interuallo præcedente, vt talis simplex homicida gaudeat hac immunitate, quæ opin. proculdubio est communis, vt ait Didacus *in dict. cap. 20. numero 7. in fine*, & ab omnibus indifferenter obseruatur, prout etiam illam iussit seruari Senatus in quodam August. Palmerio, 15. Februarij 1550. Tamen in homicidio commisso animo deliberato, non modica est controuersia inter Doctores. d Et d
quidem si vltra qualitatem animi deliberati concurrat etiam qualitas proditionis, quia scilicet fuerit aliquis ex insidiis, & proditoriè interfectus, in hoc ferè omnes consentiunt, vt talis proditoriè homicida non gaudeat immunitate Ecclesiæ. Et hanc dicit esse communem opinionem Didac. *in dicto capite vigesimo, num. septimo*, vbi etiam subdit, quod est Christiani orbis consuetudine admodum recepta Anton.

Gomes.*cap.10.delict post numer.2.versic.Quinto limitat.* Remig.*Constit.de immunit.ecclesiarum,fol.125.numero* 1. vbi etiam subdit, quod est vsu,& praxi magis recepta, prout illum refert Placa *libr.1. delict. cap.21. numero* 7. Menchiaca *libro 3.de testament.§.12.post numero 53. versic.illud autem.* Hanc etiam conclusionem dicit esse communi omnium opin.vsu,& sententia iudicum sæpius esse receptam. Igneus *in l.1. §.si dominus,num.7.ff. ad Syllan.*

12 Punctus *e* est, quando homicidium est commissum cum qualitate animi deliberati,non tamen proditoriè. Et hoc casu multi tenent, quod talis homicida non sit ab Ecclesia extrahendus, quod secundum communem opin.seruari asserit Alexand.*in d.cons.143.num.46. & 51. lib.7.* prout illum refert Pract. Conradi *fol.268. num.6.in fin.*vbi (vt dixi) Alexand. in contingentia facti ita consuluit. Et hanc opin.seruari ait Blanc.*in practic.crim. fol.4.num.26.* Contrariam tamen sententiam dicit esse magis communem Didac. *in d.c.20. post num. 7.vers.in his profecto casibus.* Et in hanc partem apertè inclinauit Senatus in causa cuiusdam Nicolai Siluestri. 7.Iulij 1561. P.N. Et licet Didac.ibi videatur sequi opin. Abb. quod scilicet non possit extrahi, nihilominus subdit, quod propter Doctorum auctoritatem,& communem opinionem sæpissimè tales homicidæ ab Ecclesiis extrahuntur, prout etiam in facti contingentia seruatum fuisse attestatur Guido Papæ *decisio.121.in camera consilij,Io.Gal.quæst.172.§.per arrestum.*Papo.*libro 1.titul.1.arresto* 18.Boer.*in d.decisio.109. post numer.7.* Ita etiam se pluries vidisse iudicari dicit Mayn.*in l.nemo de domo.num.10 ff.de regul.iur.* Ita etiam obseruari in tota Italia attestatur Practica Pap. *in forma inquisitionis,in verbo,Hæc est quædam inquisitio,n. 31.* In fine dicens, quod ita benè prudenter obseruat Italia, quæ est omnium prouinciarum domina, quæ residet in monarchia, & in qua est omnis virtus scientiarum, & fructuum affluentia, & locorum, & ciuitatum pulchritudo, & magna copia, quem refert Remig. *de immunit.ecclesi.fol.6.*Alciat.*de præsumpt. in 3.reg.præsumptione 35.num.4.* Et quamuis hoc communiter reprobari asserat Marin. *in cap.1.numer.3. de homicid.& in tractatu de citat.artic.37.quæst.6.colum.1.*& Boss. *in titu. de captura, post num.21.* tamen secundum hanc opin. tanquam magis communem, & à consuetudine approbatam vidi pluries iudicari,& in specie contra quendam Franciscum Cazulinum, qui licet captus fuisse in Ecclesia, intellecto per Senatum, quod homicidium fuerat animo deliberato paratum, fuit vltimo supplicio affectus. 8.August. 1562. P.N.& aliàs etiam contra quendam Petrum Ant. del Conte, qui homicidium animo deliberato commiserat, & captus fuerat in camera cuiusdam monachi in monasterio S.Sigismund. Cremonæ, & fuit iussu Senatus illi caput amputatum. 26. April. 1554. P.N. Neque puto ab ea in practica esse recedendum, ne spes impunitatis præbeat scelestis hominibus occasionem delinquendi.

13 Hoc autem multo magis obseruandum esset,quando tale homicidium per insidias commissum fuisset; talis enim homicida insidiosus proculdubio non gaudet Ecclesiæ immunitate. Et hæc est communis opin. quæ in practica seruatur, vt attestatur Remig. *in loco præallegato in 13.fallentia,*prout etiam in practica seruatum fuisse attestatur Milleus *in practic. crim. fol.31. numero 19.*

14 Quæro, *f* an fures gaudeant immunitate Ecclesiæ, Respond. De iure nulla difficultas, quin gaudeant, sed Didac. *in d.c.20. num.13 in fin.* dicit, quod consuetudo consensu clericorum, & laicorum instituta obtinuit fures etiam simplices non gaudere Ecclesiæ immunitate, & quod ita passim ab Ecclesiis abducuntur inuiti à iudicibus secularibus. Hæc consuetudo apud nos non seruatur: bonum est tamen illam seruare in locis, in quibus est copia furum, prout etiam eos in Gallia abundare dixit Igneus *in l.1. §.si sibi manus, num.127. ff. ad Syllan.*

Item *g* quæro, nunquid immunitas Ecclesiæ prosit illis, quia in ipsa Ecclesia delinquunt? Respond. quod non,vt est text.*in d.c.fin.de immun.ecclesiarum,*& in hoc omnes conueniunt, vt ait Didac. *in d.c. 20. nu.15.* Nam qui Ecclesiam delinquendo offendit,non est dignus,vt eius beneficio iuuetur. Et hoc intellige etiam *in furantibus,in eccles.*Et ita communiter notatur,vt dicit Ange. de Castr.*inter cons.Pauli de Castr.patris sui in d.cons.459. nu.1.in fin.lib.2.* quem tamen aliter refert Didac.*in loco præallegato post nu.15. vers.25.* prout etiam *h* obseruatum fuisse in quodam sacrilegio attestatur Pract. Millei *fol.31. num.21.* & generaliter in quocunq; delicto in Ecclesia commisso, etiamsi non interueniat homicidium, aut membri mutilatio: *i* quicquid dixerit Card. contra quem est communis opin. vt attestatur Remigius *in loco præallegato,in 3.fallentia,num.5.* *k* Hæc tamen conclusio intelligenda ex (secundum aliquos) vt procedat in iis, qui delinquunt in Ecclesia sub spe immunitatis ipsius Ecclesiæ; sed quando apparet aliquem non sub ea spe in ecclesia deliquisse, vtique gaudet ipsius immunitate, & hæc fuit opin. Host. quam dicit esse communem Host.*in loco præalleg.in 3.fallentia,num. 3.* subdens, quod si non ex proposito, vel veteri odio, sed casu fortuito qui committat delictum in Ecclesia, gaudebit eius immunitate. Et quod ista est communis opin. quæ tamen apud nos non posset in practica obtineri, semper enim vidi indistinctè seruari, quod qui in Ecclesia deliquit, reputatur dignus, vt eius immunitate sed defendat.

15 Sed *l* quid si aliquis in vna Ecclesia delinquat,& deinde in aliam Ecclesiam confugiat, nunquid defendetur ab hac secunda Ecclesia, vt gaudeat eius immunitate? Respond. quod non:& est communis opin.vt attestatur Remigius *in loco præalleg.fol.123.in 11.fallentia, n.2.*Cum enim vna sit per totum orbem vniuersalis Ecclesia, qui facit iniuriam vni particulari Ecclesiæ, omnes offendisse videtur. Dicit tamen Summa Syluestrina, *in verbo Immunitas, §.3. quæst.2.versicul. tertium est,* quod de consuetudine apud aliquos contrarium seruatur. Sed certè apud nos communis opin. seruaretur in practica.

Quinimo *m*(secundum aliquos) ille, qui semel deliquit in *n* Ecclesia,si iterum delinquat extra Ecclesiam, & post delictum ad Ecclesiam confugiat, non debet eius immunitate gaudere; & ita in facti contingentia decisum fuit per Capellam Tholos.*decis.*422. Item fuit quæsitum, an si aliquis,&c.

16 Vlterius quæro, nunquid clerici gaudeant immunitate Ecclesiarum, ita vt ab illis inuiti extrahi non possint ab eorum iudicibus Ecclesiasticis. Respond. quod sic:non enim debent esse deterioris conditionis,quam laici. Et ita consuluit Rom. *cons.234.*& est communis opin.vt ait Diaz. *in pract.crim.canon.cap.115.* Sed quidquid sit de iure, contrarium seruatur de consuetudine, vt attestatur Diaz *in loco præalleg.* quem refert,& cum eo concordat Didacus *in d.c.20.nu.16.* & Remigius *in loco præalleg.fol.151.fallentia 21.*

17 Præterea *o* quæro, nunquid Iudæi confugientis ad Ecclesiam, gaudeant eius immunitate. Respond. quod non: ipsi enim sua fidelitate *p* se indignos faciunt eius beneficio. Et hæc est communis opin. vt dicit Marsil. *in l.ex Senatusconsulto,n.7.& sequ.ff.ad l.Corn.de sicar.* quem refert Remig.*in loco præallegato,in 18.fallentia.*Bene verum est, quod multi tenent contrarium, quod scili-

scilicet etiam Iudæi gaudeant hac immunitate. Et dicit Didac. *in d. c. 20. post n. 11. vers. 1.* quod hæc sententia videbitur fortasse frequentiori auctorum calculo recepta: Tu vero non recedas à prima opi. tanquam veriore, & magis communi. Non enim debemus erga Iudæos perfidissimos Christiani nominis hostes aliqua humanitate vti, vt dixit supra *lib. 2. §. Iudæus.*

18 q Quæro *q* etiam, nunquid excommunicati, si delinquant, gaudeant immunitate Ecclesiæ. Resp. quod sic, & est communis opin. vt attestatur Boer. *decis. 110. nu. 7.* quem refert Remig. *in loco præallegat. in 19. fallentia, num. 1.* & Didac. *in d. cap. 20. num. 11.* Quæ conclusio licet in puncto iuris non transeat sine difficultate, tamen propter honorem Dei non esset ab ea in practica recedendum. Faciunt, quæ dixi infra *q. 77. versic. sed nunquid.*

19 r Pone, *r* familia insequitur reum: & postquam ipse per loca profana aliquantum aufugit, recipit se in Ecclesiam, nunquid poterit ab ea extrahi? Respond. Aliqui dixerunt, quod sic: certè contraria opin. est verior, & etiam magis communis, vt attestatur Remigius *in loco præallegato, fol. 203. in 31. fallentia in fin.* & ita seruatur, prout etiam se obseruari vidisse attestatur Boss. *in tit. de capturis, num. 22.* Et reperio Senatum ita iussisse in casu cuiusdam Alexand. Magni. 13. Febr. 1543. P. N. Quinimo cum semel carcerati, qui Papiæ detinebantur, è carcere ipso aufugissent, & in Ecclesiam se recepissent, & Illustrissimi Ducis (vt dicebatur) ab ipsa Ecclesia, in quam confugerant, extracti fuissent, Senatus iussit ipsos tanquam malè extractos Ecclesiæ restitui 28. Decembris 1557. P. N. Et idem quoque per Parlamentum Burdegalense obseruatum fuisse refert Papo *lib. 1. tit. 1. arresto* 17. & Boer. *decis. 100. num. 9.* licet contrarium aliquando iudicatum fuisse refert Chassan. *super consuet. Burgund. fol. 55. num. 116.* de quo mentionem facit Remigius *in loco præallegato, fol. 199. in 19. fallentia.*

20 s Quæro *s* nunc, nunquid in casibus, in quibus delinquens non est tutus immunitate Ecclesiæ, possit iudex secularis illum propria auctoritate ab ipsa Ecclesia extrahere. Respond. Salyc. *in l. si quis es, num. 6. C. de adult.* dicit, quod non, sed quod debet prius licentiam ab Episcopo requirere. Sed certè in contrarium est communis opin. vt attestatur Remigius *in loco præallegato, fol. 217. in 1. quæst. circa fin.* Vbi etiam subdit, quod seruatur in practica. Et ita quotidie videmus, quod iudices seculares extrahunt delinquentes ab Ecclesiis non expectata licentia episcopi, quia prælati, & iudices ecclesiastici reddunt se in hoc valde difficiles: & dum requiritur, & expectatur licentia, sæpe clerici faciunt delinquentes aufugere. Et ita moribus, & praxi Christiani orbis receptum esse ait Didac. *in dict. cap. 20. post num. 18. versic. 34.* ita etiam seruari in curia Delphin. attestatur Guido Papæ *decis. 121. in fine,* & ita pluries se vidisse seruari refert Gulielm. de Benedictis *in prima parte repet. cap. 1. Raynutius, in verbo, Et vxorem* t *in Decis. 2. fol. 21. numero* 152. ita etiam de facto *t* seruari attestatur Boer. *decis. 109. numer. 2.* u *u* Debent tamen in hoc iudices seculares modestè se gerere, & prouidere, quod sine tumultu, & offensa personarum Ecclesiasticarum extrahantur, & vbi aliquando comperiant, quod de iure non debuissent illos extrahi facere, debent eo confestim Ecclesiæ restituere.

21 x Quæro *x* modo, nunquid si delictum est tale, pro quo delinquens ab Ecclesia extrahi de iure non possit, y liceat iudici seculari *y* positis custodibus Ecclesiam ipsam obsideri facere, & prohibere, ne ad eum alimenta deferre possint. Respond. quod non, & est communis opin. vt ait Didac. *in d. cap. 20. post num. 17. versic. 31.* & ita in hoc dominio seruatur. In aliis tamen locis aliquando vidi reos in Ecclesiis obsideri, prout etiam in Normania dicit esse hanc consuetudinem Igneus *in l. 1. in principio, num. 9. ff. ad Syllan.* vbi ait, quod per victus subtractionem eos exire cogunt cum banni impositione; & pœnæ interminatione: deinde compellunt eos abiurare patriam, & in exilium ire: quod si reuertantur, & deinde in Ecclesia capiantur, non gaudent amplius Ecclesiæ immunitate, sed vltimo supplicio afficiuntur, vt narrat ibi Igneus; recensendo totam disputationem superinde habitam in facti contingentia, *vsque ad num. 54.* Bene solent rei, qui ad Ecclesiam confugiunt, poni in compedibus, vel cum bona custodia, donec cognitum fuerit, an gaudere debeant ipsius Ecclesiæ immunitate. Et ita de consuetudine obseruari attestatur Guido Papæ *in dict. decisio. 121. circa fin.* Remigius *in loco præallegato, fol. 238. quæst. 6.*

Scias *z* autem, quod hæc immunitas Ecclesiæ prodest non modo delinquentibus, qui post delictum in Ecclesiam confugiunt, sed etiam carceratis, & dixi supra *versicul. Pone familia:* Quinimo prodest etiam iam condemnatis, & bannitis etiam capitaliter. Et ita iussit Senatus restitui Ecclesiæ quendam Io. Testam. capitaliter condemnatum, qui ab ea extractus fuerat. 11. Ianuar. 1555. A. C. *a* Portius dico, quod si aliquis condemnatus dum ad supplicium ducitur, transit per Ecclesiam, vel cœmiterium, gaudet immunitate Ecclesiæ, neque potest inde violenter extrahi. Et hæc est communis opin. vt attestatur Remigius *in loco præallegato, fol. 201. in 30. fallentia.* Et ita se vidisse in facto iudicari affirmat Chassaneus *super consuetudine Burgund. fol. 55. numero* 111. quem refert Boer. *decisio. 110. post numer. 8.* 22 z a

Successiuè quæro, nunquid ille, qui ad Ecclesiam confugit, si deinde extractus fuerit in casibus, in quibus licitè extrahi poterat, possit puniri. Respond. Old. *cons. 154. in fine,* dicit, quod extractus ab Ecclesia (secundum omnes) non punitur pœna sanguinis. Ego tamen in practica nunquam vidi seruari: nam siue licitè ab Ecclesia extractus fuerit, siue ipse sponte exierit, & deinde captus fuerit, semper vidi eum puniri, perinde ac si nunquam ad Ecclesiam confugisset. Et ita etiam seruari de consuetudine, & stylo Franciæ attestatur Boer. *in decis. 206. in fi.* & dixi supra *circa princ. quæst.* 23

Vltimo *b* quæro, nunquid delinquens, qui confugit ad sacerdotem sacram Eucharistiam in manibus portantem gaudeat immunitate, prout illi, qui ad Ecclesiam confugiunt. Respond. quod sic, fuit opin. Hostiens. cum qua transeunt communiter Doctores, vt dicit Corse. *in suis sing. in verbo, Cardinalis.* Et dicit Ioan. Arno. *soliloquio* 80. dictat capitulum, quod illum sequuntur communiter Doctores. Dicit etiam Gomes. *in §. pœnales, post num. 50. Instit. de actio,* quod ita tenent communiter Doctores. Hanc etiam opin. dicit esse communem Cagnol. *in l. vinum, numer. 54. ff. si cert. pet.* Didac. *in d. cap. 20. num. 6.* Remigius *de immun. Eccles. fol.* 84. Anton. Gomes. *cap. 20. delict. num. 1.* quem refert Placa *libr. 1. delict. cap. 34. numer. 16.* Menchiaca *libro 3. de test. §. 22. nu. 55.* Cum enim in ipsa Eucharistia sit Christus Iesus, propter quem Ecclesia gaudet hoc priuilegio, multo magis in eo idem dicendum est, quod in Ecclesia. Vide, quæ dixi infra *q. 98. versic. sed pone.* An autem si condemnato detur sanctissima Eucharistia, debeat eo die morti tradi, dixi infra, *quæst. 96. versiculo; sed quæro.* 24 b

In hoc autem proposito adde, quod sicut non licet delinquentes ab Ecclesia extrahere, ita neque etiam 25

licet Scholares pro aliquo delicto è scholis extrahere. Et ita de consuetudine seruari attestatur Rebuff. *de priuileg. scholar.* vbi refert ob id quosdam fuisse suspensos, & illum refert Horatius *de priuileg. schol. cap.* 51.

26 Item *e* adde, quod sicut delinquentes non possunt
e extrahi ab Ecclesia, neque à palatio episcopi, ita neque etiam extrahi possunt à domibus Cardinalium Sanctæ Romanæ Ecclesiæ. Et ita hodie consuetudo communis obseruat teste Manfredo *in tractatu de cardinal. c.* 8. *in* 14. *priuil.*

d Tertio *d* adde, quod etiam fugientes ad statuas
27 Principum sunt securi, ne inde auelli possint, vt videtur text. *in l. vnica, C. de iis qui ad statuas confug.* Et est communis opin. vt attestatur Remig. *in loco praallegat. fol.* 97. *in* 23. *ampl.* Dicit tamen Restaurus de Imperatore, *quæst.* 96. quod hoc de consuetudine non videtur admissum, neque receptum. Et certè credo, quod vix posset in practica obtineri.

ADDITIONES.

Ad Quæst. XXX.

a *CEterum*] adde ad materiam præsentis quæstionis Marsil. Rob. *de fideiuss. nu.* 14. *ad fin.* Drog.

Cæterum si delinquens] Farin. *tit. de carceribus, q.* 28. *vol.* 1. Ros.

1 *Cæterum si delinquens*] adde videndum † ad hanc quæstionē de immunitate Ecclesiæ D. Farin. *quæst. crim. in quæst.* 28. vbi latissime per totam, & ista immunitas Ecclesię extenditur etiam ad Monasterium fratrum, vt late consuluit ad fauorem cuiusdam Parmensis capti in dormitorio Decian. *in consil.* 80. *nu.* 38. *vol.* 3. Baiar.

b *Maranta in suo Speculo fol.* 105. *n.* 29.] Voluit allegare *in par.* 4. *sub tit. Recte concipiatur citatio, n.* 1:9. & arguendo, Nota, quia
2 si non fiunt remissiones a Iudicibus separatæ iurisdictionis, vt hic, multo minus ab Ecclesiis, de quo tamen artic. vide infra *qu.* 38. *vers. sed certè,* vbi annotaui. Drog.

c *Bene verum est*] De pœna Farin *d. q.* 28. *num.* 1. 2. & 3. 4. 5. & 6. Ros.

d *Sed quicquid si circa pœnam*] adde, quod si Iudex promissa impunitate criminis eo egit à loco sacro discedere, & secum ire delinquentem, an teneatur ei fidem seruare, vide Cyn. *in l. in præsenti, C. de his qui ad Eccl. confug.* vbi tenet, Iudicem non debere, nec teneri promissionem seruare, si delinquens iure poterat ab Ecclesia extrahi, & hoc ab aliis communiter receptū est, quibus, & Fortuni. *in l. conuentionum col.* 4. *ff. de pact.* accedit, existimans secus esse, si Iudex non promisisset criminis impunitatem, sed promisit delinquentem ei restituere Ecclesiæ, si ab ea exiret, vt ab eo seriem rei gestæ inquireret, nam eo casu tenet Iudicem teneri reum restituere eidem Ecclesiæ; quod tamen videtur dubium. Couar. *variar. resol. lib.* 2. *in fin.* & Alciat. *in tract. de præsump. reg.* 3 *præsumpt.* 33. *n.* 5. dicit, quod non tenebitur seruare promissionem, quia est bonus dolus. *Baiar.*

3 e *Primum, vt inde violenter*] adde, quod † nec etiam violenter à Iudicibus Ecclesiasticis extrahi possunt, Rebuff. *in tom.* 2. *in tract. de immun. Eccles. art.* 1. *gloss.* 2. *n.* 40. *fol.* 338.

4 Item adde, quod licet † laicus non possit fugientes ad Ecclesiam inuitos abducere, potest tamen ab eis arma prohibita, etiam intra Ecclesiam auferre, Couar. *var. resol. lib.* 2. *c.* 20. *n.* 18. *versic.* 39. & Fol. *in pract. crim. cau. c.* 37. *n.* 37. Ba.

f *Scias autem*] Far. *d. q.* 28. *n.* 73 & 74. Ros.

5 *Scias autem, quod etiam*] adde, quod idem tenuit † Berber. *in suo viatorio iuris rubr.* 33. *de violat. immunit. nu.* 3. *in fin.* Moron. *in tract. de fide, treu. & pace, q.* 103. *nu.* 10. Foller. *in practa. crim. in vers. nocatos capiat. de persona nu.* 6. *vltima impressionis in* 4. folio, dicit, quod Iudices superiores hodie nō seruant hoc priuilegiū, quia indistincte capiunt malefactores in Ecclesia; licet secus in inferioribus Iudicibus, vt ibi per eum: sed habemus Conc. Trident. *sess.* 15. *cap.* 20. quo renouatur obseruantia immunitatis Ecclesiæ secundum formam Canonum, & aliorum Conciliorum, & sic consuetudo prędicta est sublata, bene verum est, quod in
6 Vrbe, & in statu ecclesiastico, † nunquam vidi confugientes ad Ecclesias esse tutos, nisi in leuibus delictis, & pro debito ciuili,
7 & ita vidi seruari in Prouincia † Aprutina, sed in patria mea Concilium seruatur ad vnguem. *Baiar.*

g *Vt essent Asyli delinquentium*] Asylum quid sit, vide Cott. *in suis memorab. in verbo Asylum*; adde de ecclesiarum Asylo, Alciat. *tract. de præsumpt. reg.* 3. *præsumpt.* 33. distingue vt ibi. Liu. tamen Asylum vocat non partem templi, sed quia eo iure totum templum sanctum sit *lib.* 6. Dec. 4. *in fin. ibi, & in fano, lucoq;* ea religione, & iure sancto, quo sunt templa, quæ Asyla Greci appellant. In tantum autem hęc immunitas templis concessa dicitur, vt etiam antiquitus in idolorum templis illam seruatam intelligamus, vt est apud Plutarchum in Pauli Æmilij vita, Cum igitur, inquit, Samothraciam sese Perseus recepisset. Cn. Octauius Æmilij Legatus ad ea loca profectus à violatione quidem
Asylij ob honorem Deorum abstinuit, à fuga tamē, ac demigra- 8
tione Perseum arcebat: Quo loci aperte colligitur Ecclesiam custodiri posse, ne reus fugiat, vt est infra hac eadem quęstione, vers. Quarto modo. At super priuilegio immunitatis Ecclesiarum reos recipientium adest egregia oratio L. Attilij Adolescentis Romani ad Samothracas apud Liuium *lib.* 5. *Decad. primæ,* vbi videndum, & de Asylo cecinit *Virg.* 8. *Æneid.* Hinc lucum ingentem, quem Romulus acer Asylum, Retulit. Drog.

h *Hinc est quod*] Et an ambitus, qui est circa ecclesiam per 40. seu 30. passus immunitate gaudeat, Farin. *d. q.* 28. *num.* 12. & 13. Vulpell. *consil.* 130. vbi etiam quid in ecclesia claustrata. *Ros.*

i *Bene verum est*] Quid vero de cemeterio, ostio ecclesiæ, scalis, claustro, vide eundem Farin. *d. loco. n.* 14. Ros.

Bene verum est] adde, quod ita consuluit † in casu simili Man- 9
tu. *in cons.* 60. *n.* 14. sed contrarium tenuit Gigas *in tract. de crim. læsæ maiest. lib.* 1. *q.* 10. *in fin.* vbi declarat, in quo casu dictum consilium procedat, & dicit primam opinionem esse veriorem, & Vulpell. hanc consuetudinem ait esse seruandam, *in consil.* 130. *nu.* 34. *Baiar.*

k *Scias etiam, quod licet de iure causa*] adde, quod Far. † *quæst.* 10
crim. in q. 28. *nu.* 38. impugnando, siue restringendo hanc consuetudinem ad Regnum Hispaniarum, de qua attestatur Couar. dicit à communi opin. recedendum non esse, sed ego vidi aliquando reos capi in palatiis Episcoporum, seu forsan fuit de eorum licentia. *Baiar.*

l *Et hoc non modo*] Farin *d. q.* 28. *n.* 38. Ros.

m *Quæro si constructa sit Ecclesia*] adde, quod Hospitalia † au- 11
ctoritate episcopi facta hac immunitate gaudent. Ias. *in l. pleriq. n.* 16. *ff. de in ius vocan.* Couar. *var. resol. lib.* 2. *c.* 20. *n.* 4. *in fin.* omnia enim priuilegia iure Ecclesiis concessa Hospitalibus competunt, & translata sunt, *per l. omnia, C. de episc. & cler.* & late per Fely. *in c. de quarta nu.* 3. *de præscrip.* & Curt. iun. *consil.* 20. *vol.* 1.
dum modo, vt dixi, ab episcopo confirmata, † siue facta fuerint, 12
& quo modo hoc probetur, † siue præsumatur, Benint. *in decis.* 13
13. *nu.* 4. 14

n *Didac*] Farin. vbi supra, *n.* 34. Ros.

o *Idem etiam dicendum est*] Far. *ibidem n.* 35. Ros.

p *Maius est dubium*] Far. *ibid. n.* 70. Ros.

q *Sed quid dicendum*] Far. *q.* 28. *n.* 71. Ros.

r *Hodie potest esse oratorium*] Sicut dicitur in propositionibus, in quibus hodie vnum possum credere, cras aliud, infra *q.* 45. *ver. sed quid dicendum, in fin. q.* 33. *vers. vnum tamen.* Drog.

s *Quæro nunquid generaliter*] Item adde, quod blasphemator
† Dei, & Virginis Mariæ, & sacrilegus non gaudent immunita- 15
te ecclesiæ, vt per Capell. Tholos. *decisio.* 422. Boer. *decisio.* 110. Rebuff. *in tr. de immun. eccles. art.* 1. *glos.* 1. *nu.* 23. *to.* 2. *fol.* 336. & *ibi*
n. 21. dicit idem esse in † eo, qui armatus fugit ad ecclesiam. 16
Item adde, quod vulnerans † etiam proditorie, debet gaude- 17
re immunitate Ecclesiæ, si non occidit, secundum Decian. *in consil.* 80. *n.* 18. & 19. *vol.* 3. vbi consuluit pro quodam Parmensi capta in quodam monasterio fratrum, quia vulnerauerat quendam Paduanum. Et in hac materia immunitatis ecclesiæ vide Giga. *in tract. de crim. læsæ maiest. lib.* 1. *q.* 10. vbi ponit sex
casus, quibus † non habet locum dicta immunitas. *Baiar.* 18

t *Communis conclusio*] Far. *d. q.* 28. *n.* 15. 16. & 50. Ros.

u *Et hanc dispositionem*] Farin. vbi supra, *n.* 16. *in fin.* *Ros.*

x *Et in specie*] Contrarium Conradus de raptoribus, numero nono; vide Far. vbi supra, *n.* 17. 18. & 19. Ros.

y *De sacri legis autem*] Far. vbi supra, *n.* 21. Ros.

z *Quinimo Boss.*] adde, quod in crimine † læsæ maiestatis 19
contrarium tenuit Rebuff. *in tract. de immunit. eccles. art.* 1. *glos.* 1. *n.* 23. *tomo* 2, *fol.* 336. & Gigas *in tract. de crim. læsæ maiest. lib.* 1. *qu.* 10. *n.* 26. Baiar.

a *Pro crimine læsæ maiestatis*] Farin. *d. loco, n.* 72. & 75. *Ros.*

b *Scias tamen*] Far. *d. q.* 28. *n.* 22. & 24. & quid de vulnerante proditorie, & animo occidendi ibidem *nu.* 52. Ros.

c *Licet omnes conueniant*] adde, quod imo homicidæ extrahi debent ab ecclesia, Exod. *cap.* 21. Deuter. *c.* 19. & hoc si homicidium sit voluntarium, & ex proposito, vt habetur *in c.* 1. *extr. de homicid. glos. ad consuetud. Turon tit.* 4. *art.* 1. *ibi secundo adducitur.* Aduertendum est tamen, quia hodie indistincte concessum est, vt in statu Mediolani rei quorsicunq; criminum capitalium, & de quocunque crimine capitali diffamati non sint tuti in Ecclesiis vigore Bullæ Sixti V. ad instantiam Regis Hispaniarum editę de anno pręterito 1586. die 16. Septembris, quā sępius vidi seruari, & reos de ecclesiis indistincte extrahi. Exiuit postremo Bulla Greg. Decimiquarti, die 28. Maij 1591. reuocatoria dictæ Bullæ Sixti immunitatem ecclesiarum confirmans, Drogh.

d Et

d *Et quidem si vltra qualitatem*] Sic etiam in homicidio qualificato, puta, cum factum est homicidium in personam Episcopi, vel Cardinalis, talem qualitatem attendi debere dixit Dec. *in l.consilij.n.5.ff.de reg.iur.* & dixi supra *in §.1.in principio.* Drogh.

Et quidem si vltra] adde quod vulnerans tantum etiam per industriam gaudet immunitate ecclesiæ, secundum Rbuf. *in to.2.in tract.de immunit.ecclesi.to.1.gl.1. versic. quinto* quibus personis, ibi secundo excipitur, *fol.334.* contrarium tamen habetur per D.Far.*q.crim.in q.28.n.25.*Baiar.

e *Punctus est*] An autem Episcopus, vel Prælatus possit, & debeat de ista qualitate cognoscere, antequam reum extrahẽdum concedat: videtur enim, quod sic, cum expresse dicat tex.*in ca. inter alia extra de immunit.eccles.* nisi publicus latro fuerit, important namque talia verba hominis qualitatem, cũ non dicat, nisi imputatus sit, quod sit publicus latro: facit etiam, quia si tractetur de relaxando reo sub fideiussione, inspicitur primo, an delictum sit tale propter quod relaxari possit, supra *quæst.28.versic.Quæro igitur ad fin.* & in proposito, In primis quærendum est, an res sit, de qua agitur quęstio, vt dixi supra *ad quæst.4.versic.Hac autem,* Tu dic consuetudinem esse talem, vt nominato delicto, pro quo quæritur reus, si delictum de sui natura est tale, quod Ecclesia reum tueri possit, non remouetur ab ecclesia, & immo remotus restituitur, sin autem est tale, quod cum ecclesia non tueatur, relinquitur puniendus; ita dixit Abbas *in d.c. inter alia nu.13.* Quam quidem practicam audiui etiam ab viuę vocis oraculo q. Reuerend. Philipi Seghæ Episcopi nostri, dum anno præterito 1587. eidem narratem, quendam Ludouicum Sfondratum in Ecclesia maiori Curtis maioris inclusum, & ibi custoditum fore innocentem à delicto, de quo imputabatur: Respondit enim superfluum eidem esse sic narrare. Quærebatur enim tantum, verum delictum, de quo dictus Sfondratus imputabatur, foret de reseruatis ecclesiæ, vel non, cum de tali delicto ipse Reuerendiss. nec directe, nec indirecte, cognoscere posset, & bene quidem dixit, vt per Bal. *in cap.Tuam.num.5.in fin.de ordin.cognit.* argumento *sup. quæst.19.in princip.* adde in simili infra *quæst.38.versic.Est autem, ibi, & licet aliqui voluerint* argum.eorum, quæ dixi supra *in §.Hæresis, vers. Et scias, & q.7.vers.Sed quæro*, & quæ dixit Menoch. *d.Tract.de arb.ind.lib.2.centur.4.casu 301.sub num.17.* Nota tamen perpetuo, quod si quis post acceptam iniuriam statim, & non multo intermisso tempore, etiam per insidias iniuriantem occiderit, quod nihilominus gaudet priuilegio confugiendi ad ecclesiam: Menoch. *dicta Centuria 4.casu 361.n.19.*Drogh.

Punctus est] Vulpell. *respon.128.* vbi etiam si ex insidiis, alia de qualitate animi deliberati quæstione supra citata *num.23. & 24.*Ros.

Punctus est, quando homicidium] adde, quod nec etiam mandans fieri homicidium gaudet immunitate ecclesiarum *c.1.ibi vel defenderit, seu occultauerit de homicid.in 6.* & Ant. Columna. *in tract suo de proceden.in controuers.crim.art.117. inter tract.crimin.diuers.*Baiar.

f *Quæro, an fures*) Farin. *d.q.28.nu.51. 7. & 58.*Ros.

g *Item quæro*) Quid si prope ecclesiam; Vulp. *d.consil.130.* videndus Farinac.*d.n.53.& 54.*Ros.

h *Obseruatum fuisse*] Sed quis cognoscat, an laicus, vel ecclesiasticus, Clar. infra *q.38.versic.vide etiam.*Ros.

i *Quicquid dixerit Cardin.*) Tu vide Rolan.*in quæst.36.num.56.*Ros.

20 k *Hac tamen conclusio.*] adde, quod delinquens † in ecclesia, siue prope ecclesiam animo deliberato, non autem in rixa, præsumitur delinquere sub spe immunitatis ecclesiæ, Henric. Boich.*in c.ecclesia, de immunit.eccl.* & Anch. *in c.fin. eod.titul.* quem refert, & sequitur Alciat. *in tract. de præsumpt.reg.3.præsumpt.33.num.3.* vbi plus tenet, quod interficiens aliquem ex
21 proposito, & † protinus ad ecclesiam fugiens præsumitur sub spe immunitatis id fecisse, licet ibi teneat, quod regulariter quis non præsumatur sub illa spe delinquere ad prædicta, vide etiam Vulpell.*in consil.130.n.7.*Baiar.

l *Sed quid si aliquis*] Farin.*d.q.28.n.59.*Ros.

22 m *Quinimo*] adde, quod hoc † procederet, si de sacrilegio non fuisset punitus, tunc enim ille, qui sacrilegium commisit, si ob aliud prius, vel posterius delictum commissum fugit ad ecclesiam immunitate non gaudet, ita tradit Boer. *in decis.110.nu.10.* licet in fine dicat, cogita.*Baiar.*

n *In Ecclesia*] Farin. vbi supra *n.7. & 8.*Ros.

o *Præterea quæro*] Farin. vbi supra, *num.68.* & idem in apostata, hæretico, seu infideli.*Ros.*

23 *Præterea quæro*] adde, quod Iudæi, † si volunt fieri Christiani, huiusmodi immunitate gaudent, per Rebuf. *in tom.2.in Constit. de immunit. eccles.artic.1.gloss.1. versic. quinto excipitur, fol.336.*Baiar.

g *Se indignos faciunt*] adde hoc esse, quia de iure indigni, &

odiosi non comprehenduntur in gratiis *l. Testamento Centurio seruos. ff.de manumiss.Test.* & hæc fortassis est ratio, quare complici reuelanti impunitas non seruetur, de qua supra *q.27.versic. in multis.*Drogh.

q *Quæro etiam*] Farin.*d.loco n.39.*Ros.

r *Pone familia*] Far.*d.loco n.44.*Ros.

Pone familia insequitur reum] adde, quod si familia † reum 24
caperet, & assereret eum cæpisse in loco non sacro, & sic extra ecclesiam, vel fines ecclesiæ; & delinquens diceret, se captum fuisse in loco sacro, an sit credendum familiæ, & Decian.*in tractat.crim.lib.6.c.29.num.10.tom.2.* tenet, credendum non esse familiæ: sed ego credo, quod hoc non obtineretur in practica, quia omnes rei ita dicerent. *Baiard.*

s *Quæro nunc*] idem Frin.*n.55. & 76.*Ros.

Quæro nunc, nunquid in casibus] adde, quod licet iudex se- 25
cularis iurare teneatur, antequam reum extrahat ab ecclesia, quod vitam, & membra ei delinquenti in honorem ecclesiæ seruabit, c.id constituimus, & c.reum 17.q.4. & Guid.Papæ *decisio.121.in fine*, hoc tamen hodie non seruatur. Rebuf.*tom 2.in tract. de immunit.eccles.art.1.glos.3.n.1.cum sequen.* & si iudex secularis
† promitteret, non teneretur seruare dictam promissionem, se- 26
cundum Alc. *in tract.de præsumpt.præsumpt.33.n.5.* Sed quando captura non fuisset facta ritè in ecclesia, captus debet restitui ecclesię, quæ petere potest, vt restituatur pristinæ libertati, qua de facto fuit priuatus, vt per Rebuf. vbi supra *Baiard.*

t *Seruari*] adde Auster.*in tr. Arrestorum*, c.218. Io.Guiot.

u *Debent tamen*] Farinac.*dicto n.76.*Ros.

x *Quæro modo*] An Iudex custodiam possit adhibere circa Ecclesiam, quando delinquens extrahi non potest, vel illi alimenta prohibere, Farin.*d.q.28.n.9.*Ros.

Quæro modo) adde, si iudex † promissa impunitate criminis 27
coegit à loco sacro discedere, & secum ire delinquentem, an teneatur ei seruare fidem. Cynus *in l.præsenti, C.de his qui ad ecclesiam confug.* hanc quæstionem tractauit, & concludit iudicem non teneri, si delinquens iure poterat ab ecclesia extrahi, licet Fortun.*in l.conuentionum col.4.ff.de pact.* dixerit secus esse, si iudex non promisisset criminis impunitatem, sed delinquentem restituturum ecclesiæ si ab ea exiret, & secum pergeret fortasse, vt ab eo seriem rei gestæ inquireret; de quo dicto dubitat Couarr.*var resol.lib.1.cap.2.in fin.* vbi attestatur opinionem Cyni esse communem.*Baiard.*

y *Positis custodibus*) Dixi supra, *vers.Scias autem*, vbi de Cn. Octauio Pauli Æmilij Legato, qui à violatione quidem Asyli ob honorem Deorum abstinuit, à fuga tamen, ac demigratione Perseum arcebat. *Drogh.*

z *Scias autem*) Idem Farin.*nu.47.* & vide infra eundem Clarum *q.91.in princ* Ros.

Scias autem) adde, quod D. Farin *q.crim.q.28.num.47.* dicit,
hoc non esse verum, vt scilicet banniti † hac immunitate gau- 28
deant, quando capitaliter condemnati fuissent, pro quibus immunitas locum non haberet, sed solum quando fuissent banniti pro aliis delictis, quibus tali immunitate gaudere potuissent. *Baiard.*

a *Fortius dico.*) adde quod D.Farin. † *in d.quæst.28.num.96.* 29
contrarium tenuit.*Baiard.*

b *Vltimo quæro*) Far.*d.loco n.11.*Ros.

Vltimo quæro) adde, quod Couar.*in loco hic allegato* non tenet hanc opinionem, sed dicit, quod est dubius, an sit vera, dicẽs, se fateri maiorem honorem exhibendum fore Eucharistiæ, quam ipsius templis, quibus ob ipsam Eucharistiam plura priuilegia conceduntur, tamen cum immunitas hæc canonibus statuta sit nullibi Eucharistiæ hoc ius extra ipsas ecclesias datum fuisse legitur, & vide, quæ posui infra *ad q.98.in vers.sed pone.* Baiard.

c *Item adde, quod sicut delinquentes*) adde, quod publici
† seruientes non debent intrare domum alicuius potentis ad in- 30
quirendum ibi latitantem sine licentia Iudicis, sed debent stare.
Boer. *Decis.174.nu.4.* sed hoc in practica non seruatur, & quoti- 31
die ingrediuntur etiam palatia Cardinalium, vt infra.

Item adde, quod Tyberius † Imperator, ne daretur occasio 32
delinquendi, Asylorum immunitates in vniuersa Romani Imperij ditione abrogauit: ita inquit Vulpell.*in consil.130.nu.11* &
ita sæpe fecerunt multi Pontifices, & præsertim Sixtus † Quin- 33
tus, qui huiusmodi franchigias, siue asylos Cardinalium sustulerunt, vt ex eorum Bullis, siue constitutionibus apparet. *Baiard.*

d *Tertio adde.*) Farinac.*dict.quæstione 28.num.48. & 49.*Ros.

***

QVÆSTIO XXXI.

Quemadmodum rei citandi sint.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Citari debet reus ante omnia.*
2 *Et quid si princeps procedat contra subditum.*
3 *Et quid in sententia declaratoria censura.*
4 *Citatio in causis criminalibus debet fieri de speciali commissione iudicis.*
5 *Et an in citatione sit exprimenda causa, propter quam reus citatur.*
6 *Et an in citatione possit apponi pœna.*
7 *Et an in citatione inseri debeat totus tenor libelli.*
8 *Et qua sit forma libelli inquisitionis.*
9 *Arbitrium iudicis quid importet.*
10 *Fama an probetur per illa verba*, Fama publica præcedente.
11 *Mensis, & annus an sit exprimendus in libello inquisitionis.*
12 *Scientia & dolus an in delictis requiratur.*
13 *Clausula*, super quibus omnibus, *&c. in inquisitione quid operatur.*
14 *Iudex an teneatur se inscribere in inquisitione.*
15 *Citatio qualiter reo intimari debeat.*
16 *Et an sufficiat, quod intimetur ad domum.*
17 *Et an sit necessaria perquisitio citandi per ciuitatem.*
18 *Et an sit illi danda copia citationis.*
19 *Et quid citandus sit extra territorium.*
20 *Et quid si ambo territoria sint sub eodē præside prouincia.*
21 *Et quid si reus vagabundus.*
22 *Et an vnica citatio in criminalibus sufficiat.*
23 *Et an peremptoria citatio in criminalibus requiratur.*
24 *Et an fiscus sit citandus, & pars offensa.*
25 *Et an pendente termino posito in citatione possit Iudex capi facere reum.*

Ex Additionibus.

1 *Citatio nulla non validatur, si procuratur compareat, & dicat de nullitate actorum.*
2 *Citatio nulla validatur, si procurator simpliciter compareat, & processum continuet.*
3 *Princeps an possit tollere citationem remissiue.*
4 *Citatio an sit necessaria, quando causa iudicis arbitrio remittitur.*
5 *Princeps potest ex iusta causa citationem remittere.*
6 *Principis voluntas non impeditur citatione in actibus, quos libere potest agere.*
7 *Princeps de plenitudine potestatis quomodo possit ferre sententiam sine citatione.*
8 *Citatio non potest tolli per statutum.*
9 *Citatio prima est de iure naturali, alia vero de iure ciuili. Citatio post conclusum in causa est de iure positiuo.*
10 *Citatio non requiritur contra retinens violenter terras ecclesiæ, vel Imperij.*
11 *Executio potest fieri sine citatione ex processu informatiuo secrete facto per legatum Papæ contra committentem crimen læsæ Maiestatis.*
*11 *Citatio sine termino valet.*
12 *Citatio facta generaliter pro interesse fisci non tenet.*
13 *Citationis forma in Regno Neap. remiss.*
14 *Preceptum non potest esse initium inquisitionis.*
15 *Mulcta non potest imponi, si formanda est inquisitio.*
16 *Præcepta pœnalia an requirant causas.*
17 *Præcepta ad informandum, vel ad audiendum, & faciendum quicquid per Curiam rationabiliter iniungetur, an valeant remissiue.*
18 *Præceptum iudicis sine causa cognitione valet circa pertinentia ad eius officium.*
Præceptum Iudicis in scriptis grauiori pœna afficit transgredientem, quam voce factum.
Præceptum potest fieri die feriato, & in camera.
Præceptum de non exeundo domo, vt quis commodius capiatur, fieri nequit.
19 *Præcepto iudicis contrauenіens puniri debet ob contemptum, licet iuste contraueniat.*
20 *Contemnere plus est, quam non parere.*
Dolosus est, qui non sequitur arbitrium imperantis.
21 *Contumax in criminalibus non censetur iudicem contemnere, sed nolle in sui discrimen incidere.*
Contumax in criminalibus non mulctatur, n. eod.
22 *Confiscationis pœna non habet locum pro contumacia in causa ciuili, etiam si motu Principis fuisset concessa.*
23 *Contumacia an possit remitti, remissiue.*
24 *Contumax an possit condemnari non dato ei termino ad se defendendum, & dicendum causam, cur non debeat mulctari, remissiue.*
25 *Contumax an appellet remissiue.*
26 *Contumax potest citari ad comparendum sub pœna carceris, banni, vel diruendæ domus.*
27 *Mulcta insolita dicitur iniusta.*
28 *Citatio an valeat sub pœna confiscationis bonorum.*
29 *Mulcta non potest indici in causa criminali, quando per statutum potest ad diffinitiuam contra contumacem absentem deueniri.*
Princeps potest præcipere subdito, vel vasallo, vt coram se compareat etiam non expressa causa, sub pœna priuationis, & confiscationis bonorum, & feudorum, ac mulctare.
30 *Iudex præcipiens aliqui pro aliquo delicto, ne recedat de domo, non potest comminari, nisi ad pœnam delicti.*
31 *Comminatio indignationis Principis nihil facit ad pœnam pecuniariam.*
Iudex ordinarius præcipiendo per præceptum, vel per proclama, quod aliquid fiat, vel non fiat absque impositione pœnæ intendit delinquentem punire pœna ordinaria, n. eod.
32 *Iudex comminatus alicui pœnam aliquam, non cogitur eam imponere.*
33 L. eos, de mod. mult. *non seruatur in facto.*
34 L. eos, C. de mod. mul. *declaratur.*
35 *Citatio ad respondendum cuidam inquisitioni contra eum formatæ valida est.*
36 *Iudicis arbitrium in criminalibus quale intelligitur, remissiue.*
37 *Iudex habens liberum arbitrium non potest sine indiciis torquere.*
38 *Inquisitio valet, licet non constet de nomine occisi.*
39 *Inquisitio potest formari contra mandantem, licet non constet de mandato.*
40 *Inquisitio tenet, licet non exprimatur tempus maleficij, quod ex iusta causa non potuit sciri.*
41 *Inquisitio in crimine falsi non requirit tempus.*
42 *Inquisitio valet non expresso loco delicti, qui ex iusta causa non potuit sciri.*
43 *Inquisitio in crimine falsi non requirit expressionem loci.*
*43 *Processatus de vulnere quando de morte subsecuta teneatur.*
44 *Clausula* super quibus omnibus, *&c. operatur, vt si fiat processus, & mors sequatur, possit processatus de morte puniri.*
45 *Citatio ad domum sufficit in Regno Neap.*
46 *Citatio ad domum sufficit in statu Ecclesiastico.*
47 *Citationes Romanæ quomodo fiant, remissiue.*
48 *Citatio ad domum quomodo fiat in Regno Neap. si nullus in ea habitet, remissiue.*
49 *Citatio facta ad apothecam an valeat, remissiue.*

59 Cita-

50 *Citatio per edictum an valeat, & quomodo fiat, remissiue.*
51 *Nuntio, si post relationem in scriptis factam neget se citasse, an credatur,*
52 *Relatio nuncij generalis facta se fecisse, prout in mandatis, an valeat.*
53 *Nuntio an credendum.*
54 *Nuntius falso referens quomodo puniatur.*
55 *Nuntios falso referens Author puniuit catena infami, exilio, & priuatione officij.*
56 *Pœna facientis fieri falsam relationem, remissiue.*
57 *Nuntio dicenti se aliter retulisse, quam Notarius scripserit, an credatur.*
58 *Nuntius nõ referens citationem tenetur parti ad interesse.*
59 *Relatio citationis non potest fieri per alium nuntium, qui non citauit.*
60 *Nuntius potest citare per alium nuntium, vbi sunt plures nuntij publici.*
61 *Citationis relatio non potest fieri die feriato.*
62 *Citationis relatio an debeat constare iudici ex actis, antequam pronunciet.*
63 *Nuntio an sit credendum, quando pars negat fuisse citatum.*
64 *Statutum si extaret, quod credatur nuntio, an probatio admittatur in contrarium.*
65 *Nuntius Regius potest citare in terra Baronis absque licentia.*
66 *Vagabundus citatur per edictum.*
67 *Citatio sine termini præfixione an liceat.*

1 VBi locus capturæ non fuerit, tunc debet iudex cõtra reum ad vlteriora procedere, & vbi contumax fuerit, illum condemnare. Est tamen ante omnia præmittendum, quod debet omnino reus legitime citari, a vbi enim reus non fuisset citatus, a vel citatio esset nulla, vel minus legitime facta, processus, & sententia, & omnia, quæ sequuntur, sunt ipso iure nulla, vt dicit gloss. *in l. si accusatoribus, in glos. fin. C. de accusat.* Et est commuis theorica, vt attestatur Roland *consil.68.nu.14.* b *lib.2.* b Et hoc locum habet non modo in quocunque judice, sed etiam in ipso principe; nam & ipse de ordinaria potestate non potest procedere contra aliquem non citatum. Et hæc est communis opin. vt dicit Corse. *in repertorio Abbatis in verbo, Princeps, vel Papa,* Socin. *inter consilia Curtij Sen. consil.20.nu.4. & seq.* Et hoc etiamsi delictum sit notorium, & dixi *sup. qu.9. vers. Quæro nunquid.*

c Adde c quod hæc omnia locum habent, etiamsi il-
2 le, contra quem princeps procedit, esset eius subditus, adhuc enim non posset contra eum non citatum procedere, tex. est vulgatus *in clemen. pastoralis, de re iudic.* & est communis opin. vt ait Socin. *consil.86. post num. 19. vers. Capio sextam, lib.3. & consil.164.nu.16. & in fin. lib.2. & consil.166.nu.46. eodem vol. & consil.120. post nu. 10. lib.3.* dicit, quod omnes fatentur quod in causis criminalibus non potest princeps, etiam de plenitudine potestatis procedere, etiam contra subditum, eo non citato. Et in hoc proposito videnda sunt ea, quæ dixi loquendo de causis ciuilibus inf. *lib. proximo:* dicit enim Soc. *in eodem consil.164 num.15.* quod in criminalibus ita sentiunt ciuilibus, omnes qui hoc tenent an & quod ita consultum fuit in causa interdicti ciuitatis Florentiæ per multos Doctores. Et reuera si in ciuilibus non potest princeps procedere contra subditum non citatum, secundum opin. quam in loco præallegato ostendi esse magis communem, idem, & multo magis dicendum est in criminalibus, in quibus de maiori præjudicio tractatur. Et ita semper vidi in practica obseruari.

3 Item adde, quod licet aliqui tenuerint, quod hoc non habeat locum in sententia excommunicationis declaratoria, nihilominus magis communis opin. est, quod etiam quando iudex declarat aliquem incidisse in aliquam excommunicationem, vel pœnam ipso facto, requiritur citatio etiam in sententia censuræ, & interdicti. Ita tenet glo. *in clem. præsenti. in verbo, Constiterit, de censi.* quam omnes approbant, vt dicit Socin. *in d. consil.10. num.16. in fin.* Ripa *in l. is cui bonis, num.27. ff. de verb. oblig.* Hanc etiam dicit esse communem opin. Dec. *in c. reprehensibilis, post num.2. de appellat.* Et dato, quod aliquo casu sustineri posset illa opin. quod ad sententiam declaratoriam censuræ non requireretur citatio, certe in ipsa discussione negotij, & causæ, propter quam peruenitur ad ipsam sententiam declaratoriam vtique requiritur citatio. Et in hoc nemo discrepat, vt dicit Tort. *inter consil. Ant. de Butr. consil. vltim. col. fin. vers. sed vnum est:* alias enim esset tollere parti suas defensiones, quod nullomodo est faciendum.

Vnum autem scias, quod licet in causis ciuilibus 4 valeat citatio sine speciali commissione judicis; vt dixi infra *lib. proximo:* Tamen d in criminalibus debet fie- d ri de speciali commissione judicis: alias est nulla. Et hæc est communis opin. vt dicit Ripa *in cap.1. num.86. de iud.* quem refert Pract. Conradi, *fol.167. numer.5.* Blanc. *de ind. num.334.* prout illum refert Villalob. *in sua collecta communium opin. in littera C. num.55.* Et ita seruatur de consuetudine, vt dicit Bal. *in l. fin. num.4. C. de exhib. reis.*

Quæro nunc, e quæ sit forma huius citationis, & in e primis nunquid in ea exprimenda sit causa, propter 5 quam reus citatur. Respond. Abb. *in c. præterea, numer. 8. de dilatio.* distinguit, quod aut citatio mittitur in partes longinquas, & tunc est inserenda causa, propter quam quis citatur: aut citatio fit in partibus propinquis, & non requiritur expressio causæ, sed sufficit dicere, quod compareat responsurus cuidam accusationi, seu inquisitioni contra eum formatæ. Et dicit Follet. *in pract. crimin. can. fol.140. in fin.* quod hæc distinctio Abb. seruatur in Romana curia, & aliis. f Sed f certe, quidquid sit de iure, apud nos indistincte seruatur, quod in citatione inseratur causa. Et hanc opin. dicit esse communem Imola *in l. inter accusatorem, numer.2. in fin ff. de publ. iudic.* prout illum refert Menchiaca *controuers. vsu frequentium, cap.24. numer.11.* Et ita etiam quotidie practicari attestatur idem Follet. *in pract. crimin fol.36. numer.6.* Quinimo de consuetudine non modo causa, sed totus tenor libelli sine inquisitione inseri debet in ipsa citatione, vt dixi infra *versicul. Quæro nunquid.*

Item quæro, nunquid possit iudex in tali citatione apponere pœnam pro contumacia. Respond. in hoc dominio prohibitum est per nouissimas constitutiones *in tit. de accus. §. omnibus,* procedere præceptis pœnalibus sine licentia. Senatus, qui tamen aliquando concedit, vbi non sunt indicia sufficientia ad formandam inquisitionem, præsertim in causis magnis, vt dicit Boss. *in tit. quomodo procedatur per præcepta, num.1. g* g Sed de iure communi vtique iudex comminari pœnam reo h non comparenti. Et hoc tam in ciuilibus, h quam in criminalibus, vt latius dixi infra libro proximo. i Non tamen potest reum citare sub pœna confi- i scationis bonorum, quidquid dixerit Bald. *in cap.2. in primis verbis, de testibus cogen.* cuius opin. communiter à Doctoribus reprobatur, vt dicit Cagnol. *in l. vnic. in princip. num.39. ff. si quis iusd. non obtemp.* Et etiam videmus, quod talis pœna confiscationis bonorum per contumaciam recessit ab aula, & hodie non est in vsu, vt attestatur And. de Iser. quem refert Afflict. *in cap.1. in verbo, Condemnatorum, num.30. quæ sint rega. &*

Natta *consf.*240.*num.*2. & Rolan. *consil.*47. *num.*46.*lib.* k 2. k Vide, quæ dixi in loco præallegato vbi etiam dixi, l an iudex l possit excedere mulctando dispositionem text. *in l.eos, C. de modo mulcta.* & quid de facto seruetur.

m Quæro, m nunquid in citatione debeat inseri totus 7 tenor inquisitionis, seu libelli contra reum formati. Respon. De iure communi sufficit citare reum, vt compareat ad respondendum inquisitioni contra eum formatæ occasione talis delicti, nec requiritur, quod in ipsa citatione insertus sit tenor inquisitionis, seu libelli. Et ita communiter tenetur, vt dicit Marian. *in repet.c. qualiter, & quando, num.*212.*in fin. de accus.* Blanc. *in practic.crim. fol.*11.*num.*22. Sed quidquid sit de iure, contrarium seruatur de consuetudine, vt scilicet necessario apponendus sit in citatione totus tenor inquisitionis. Et ita communiter obseruari, & practicari attestatur Marian. *in loco præallegato,* Angel. *de malef. in verbo Iudex commisit, n.*3.

8 Quæro, quæ sit forma inquisitionis, seu libelli, cuius tenor est in citatione inserendus. Resp. Forma, quæ passim obseruatur, est illa, quam elegantissime glossauit Ang. de Arer. excelsus Doctor *in suo tractatu maleficiorum,* & Marian. *in d.repet.cap.qualiter & quando, à nu.*187.*vsque ad num.*212. & Pract. Papin. *in tit. de forma inquisitionis,* quæ quidem est in hunc, qui sequitur modum.

Hæc est quædam inquisitio. Reperio, quod Carauita *super* 20.*ritu magnæ curiæ circa fin.* dicit, quod iste modus dicendi in processu, Hæc est quædam inquisitio, non obseruatur generaliter. Et verum dicit quo ad processum, sed quo ad libellum, ego credo, quod apud omnes hæc forma dicendi obseruetur. Quid autem sit inquisitio, dixi supra *quæst.*3.*versf. Et aduerte.* Materiam autem inquisitionis posui supra *q.*5.*& seq.* & quomodo procedatur per viam inquisitionis, *supra q.*11.

Siue titulus inquisitionis. Hæc verba apponuntur ad demonstrandum, quod re vera libellus non est proprie inquisitio, sed est quidam titulus criminis resultans ex ipsa inquisitione, s. ex indiciis siue informationibus per ipsum iudicem inquirentem assumptis.

Quæ fit & fieri intenditur. Hæc verba significant, quod etiam transmisso libello inquisitionis non cessat ipsa inquisitio, imo iudex semper, ex officio durante processu perseuerat inquirendo, & recipit testes super delicto. An autem id facere possit post publicatas attestationes, dixi infra *q.*61.*versf. sed quæro.*

Per Dominum N. Patronem, & D.N. eius iudicem Maleficiorum. Apponitur nomen iudicis, vt sciat reus coram quo debeat comparere ad se defendendum: prætereaque titulus dignitatis, sed officij ex quo possit cognosci ipsum esse iudicem competentem, & habere iurisdictionem in causis criminalibus.

Ex eorum, & cuiusque eorum mero officio, auctoritate, potestate. Inquisitio enim proprie fit ex officio iudicis, vt dixi supra *quæst.*3. Illa autem verba, ex mero officio, operantur, quod non requiratur, quod præcedat diffamatio, secundum Angel. sed eius opin. communiter reprobatur, vt dixi supra *quæstion.*7. *versic. Idem etiam.*

n Arbitrio n atque Balia. Iudex licet habeat arbitrium, 9 debet tamen seruare ius commune, nam arbitrium, quod conceditur officialibus super maleficiis, debet reduci, & restringi ad ius commune, nisi quo ad modum procedendi, & circa aliqua leuia, & ita tenent communiter Doctores, vt attestatur Alberic. *in* 3.*parte statut.q.*32.*versf. Item quæro, n.*1. Vide quę dixi infra *q.*64. *versf dixi etiã.* Et ideo aduertant officiales, ne prætextu arbitrij eis concessi, nimis animose procedant. nam licet datum sit à lege, vel ab homine arbitrium procedendi, non tamen propterea censetur remota cognitio, sed remissa subtilitas secundum omnes Doctores, vt attestatur Catald. *de synd.q.*109 & Amad. *de synd.nu.*145.

Et ad querelam. Hodie non porrigitur accusatio solennis, scilicet cum subscriptione, & aliis requisitis, sed tantum simplex querela, vt dixi *supra qu.*12. Et potest hæc querela, quæ successit loco accusatio, concurrere etiam cum inquisitiones, vt dixi supra *qu.*3. *versf. hinc infertur.*

Nec non & ad denunciationem N. Materiam denunciationis posui supra *q.*6. Et licet Angel. *de malef. in verbo, Nec non & ad denunciationem,* dicat, quod raro hæc tria remedia simul concurrunt: videmus tamen quotidie contrarium in practica: nam in omnibus fere delictis pars querelat, antianus, o siue syndicus denunciat, & iudex ex officio inquirit. o Hic autem modus procedendi per denunciationem non est modus de per se, sed est connexus cum inquisitione, vt dixi *in d.qu.*7. *in princ.*

Contra, & aduersus N. Exprimendum est nomen proprium imputati, eiusque agnatio, & patria, & habitatio, si fieri potest, ita vt omnino certa sit persona, quę inquiritur. Et dicit Marian. *in d.cap.qualiter & quãdo, num.*190. quod quanto plures adjiciuntur demonstrationes, tanto maior datur certitudo; subdens, quod laudandi sunt Senenses, qui adjiciunt nomen patris. aui, & familiæ, &c. Si tamen ignoratur nomen homicidæ, describendus est per signa, staturam, habitationem, vestes, & alias circustantias, quæ exprimi possunt: nam eo casu p dummodo, constet de corpore, p potest procedi etiam ad condemnationem. Et hoc omnes sciunt, vt dicit Boss. *in tit. de delicto, num.*33. & dixi supra *quæst. versic. quanto vero.q.* Moneo autem delin- q quentes, ne confidant super hoc, quia forte in libello inquisitionis erratum sit in cognomine, seu in patria: quia si permiserint se banniri, & postea perueniant in fortiam iustitiæ, dummodo constet de corpore, & delicta, non poterunt euadere executionem condemnationis. Et dicit Angelus *in l.his verbis, §.final. in fin.ff. de heredit.institut.* quod fuit in facti contingentia decapitatus quidam Bononiæ, qui erat descriptus in numero bannitorum, tanquam de vna ciuitate, cum esset de alia, ex quo constabat eum esse illum, qui fuerat pro illo maleficio citatus & condemnatus. Et illum etiam refert Ioan. Arn. *Epit.*59. *Quidam conciuis.*

Homicidam. Exprimendus est titulus delicti, vt r tempore cõdemnationis sciri possit, quæ pœna sit imponenda. Materiam autem homicidij posui supra *hoc eod.lib. §. Homicidium.*

Et P. auxiliatorem. Materiam auxiliatorum, & qua pœna sint puniendi, posui infra, *q.*90.

Et F. Mandatorem, f Qua pœna puniatur man- f dans dixi infra *q.*89.

In eo, de eo, & super eo, quod. Sunt verba idem significantia, quæ tamen consuetudo obtinuit, vt semper omnia opponantur.

Fama Publica præcedente. Diffamationem præcedere debere inquisitionem, dixi supra *quæst.*6. *ibique versic. Sed quoniam, & seq.* posui quemadmodum fama probetur. Restat hic tantummodo videre nunquid ex ista assertione t iudicis dicentis in libello inquisi- t tionis famam publicam præcessisse, dicatur probata fama. Doctores in hoc multum se inuoluunt: nam aliqui dicunt simpliciter, quod sic, & dicit Foller. *in pract. crimin. can. fol.* 87. *numer.* 33. quod ita tenent communiter Doctores. Aliqui distinguunt, an iudex procedat ad instantiam alicuius; an autem ex mero officio; ita quidem vt si ad instantiam alterius pro-

procedat, teneatur ille, qui promouet inquisitionem facere fidem de fama: si vero procedat iudex ex mero officio, credatur ipsi iudici asserenti famam publicam præcessisse. Et dicit Cardin. Alexan. *in cap. de accusatione, col. 25. circa medium 2. quæst. 8.* quod ita tenent communiter Doct. *u* Alij distinguunt inter iudicem ordinarium, & delegatum; vt scilicet delegatus non possit inquirere, nisi prius fama ipsa per testes probata fuerit; & in hoc videntur concordare Doctores omnes, vt dicit Berous *in d. cap. qualiter, & quando, num. 36. in fine.* In ordinario vero, vbi procedat ex mero officio, sufficiat, quod extraiudicialiter ei de facto constet. Et hanc dicit esse communem opin. Aretin. *in cap. cum oporteat, num. 43. & sequen. de accusat.* Berous *in loco praalleg. num. 36.* Et ex hoc inferunt, quod potest ordinarius formare inquisitionem non examinatis testibus super infamia: & quod vbi recipiat aliquos testes super infamia, non tenetur eorum dare copiam reo, petenti. Sed tamen si appelletur ad superiorem, dicunt, quod tenetur iudex probare reum fuisse diffamatum, alias processus esset nullus. Et hanc attestatur esse communem opin. Alexan. de Neuo, *consil. 86. num. 1.* Aretin. *in d. cap. cum oporteat*, prout illum refert Boss. *in tit. de inquisitione, post num. 70.* Vbi etiam subdit, quod ita practicatur. Breuiter quicquid sit de iure canonico, in quo fuit inuenta ista diffamatio, practica fori ciuilis obseruat totum contrarium. Et Berous *in loco praalleg.* refert nonnullos attestantes seruari in practica, quod ordinarius non inquirit ex mero officio, si prius non appareat de fama ex dictis testium. Et certe si obseruaretur illa opinio, quod crederetur iudici de fama asserenti, posset quilibet iudex procedere ad inquisitionem specialem criminis contra aliquem, asserendo, quod sibi extraiudicialiter constat illum esse diffamatum de ipso crimine: quod esset destruere totam practicam criminalem, secundum quam prohibetur iudici inquirere, nisi præcedat diffamatio, aut aliquid aliud, quod aperiat viam inquisitioni, vt dixi sup. *in d. q. 6. in princip. & ver. sed retenta. & seq.* Et dicere, quod si pars appellet, tenebitur iudex facere fidem de infamia coram superiore, mihi videntur somnia vigilantium, cum bona venia tantorum patrum. Et si quis vellet ista in practica obseruare, credo, quod omnibus se deridendum præberet. Tu ergo dic, quod ad hoc, vt iudex possit inquisitionem suam fundare super diffamatione, requiritur, quod de fama constet per testes iudicialiter receptos. Et ideo Ang. *in repet. l. si vacantia, num. 181. C. de bon. vac. lib.* 10. monet iudicem, vt si sit cautus, quod semper recipiat dicta diffamantium ad bancum pro tribunali sedendo, ne possit objici, quod diffamatio in occulto facta sit, quod dicit esse notandum Angel. *de malefic. in verb. Fama publica, in primis verbis:* subdens, quod quando recipitur à iudice talis diffama-
x tio in suo bastardello, *x* notarius maleficiorum debet dicere, Et prædicta facta fuerunt ad bancum iuris iudice pro tribunali sedente. & dicit, Hoc tene menti in practica ne erres. Sed certe neque hoc seruatur in practica; nam stante generali consuetudine, quod ex omni delicto possit inquiri, hæ informationes super diffamatione amplius non sunt in vsu, quia semper fere aliquo alio modo contingit aperiri viam iudici ad inquirendum absque diffamatione. Et ideo practica obseruat, quod constito de delicto, eodem contextu assumuntur informationes super crimine, & super fama, vt dixi supra *q. 6. vers. vltimo scias.*

Et clamosa insinuatione referente. Clamosam insinuationem requiri de iure vltra famam, ad hoc, vt per inquisitionem procedi possit, dixi sup. *quæst. 6. vers. item quæro.*

Non quidem maleuolis, & suspectis, sed potius ab honestis, & veridicis hominibus, & personis. Debet enim fama habere originem à personis non suspectis, vt dixi *in d. q. 6. vers. amplius etiam, & seq.*

Non semel tantum, sed sæpe & sæpius ad aures, & notitiam dicti D. Potestatis, & Iudicis, & Curiæ, Requiri, quod fama non semel tantum, sed sæpius ad aures iudicis ascendat, dixi sup. *in dict. quæst. 6. vers. quæro nunc.*

Etiam per modum notorij auditus peruenit. Hæc verba solent semper apponi in inquisitionibus, etiam quod delictum non sit notorium. Et fuit consil. Angel. *de malefic. in verb. Etiam per modum notorij, num. 1.* vbi dicit, quod iudex debet semper in suis inquisitionibus apponere istud verbum; & quod à paucis vidit apponi, sed male faciunt. Augus. autem ibi *in addit.* dicit, quod imo male faciunt iudices, qui apponuntur hæc verba, quando delictum non est notorium. Ego credo, quod iudices, qui apponunt ista verba in inquisitione, bene faciunt, etiamsi sit dubium, an delictum sit notorium, vel ne; nam dicta verba nihil reo præiudicant, cum iudici non credatur asserenti delictum esse notorium, nisi aliter de notorietate appareat: possunt autem iudici prodesse, si aliquid omitteretur in processu ad eum excusandum, vbi deinde appareret, quod delictum fuisset notorium, & quo iudex tanquam super notorio processisset. Quod autem dicatur delictum notorium, & quomodo in crimine notorio procedatur, dixi *sup. q. 9. per tot.*

Quod *y* de anno præsenti, & mense Octobri. In *y*
inquisitione debet exprimi annus, & mensis, prout in 11
accusatione, secundum Bartol. *in l. 2. § publico, num. 12. ff. de adul.* Et ita communiter tenetur, vt dicit Cardin. Alexan. *in d. cap. de accusatione, colum. 33. in fin. 2. qu. 8.* quem refert Foller. *in pract. crim. canon. fol. 91. post. numer. 39.* Hanc etiam opin. dicit esse communem Aret. *in d. cap. qualiter, & quando, §. debet, post numerum 115.* Boss. *in tit. de inquisitione, n. 90.* Et ita videtur de consuetudine obseruari per totum mundum, vt dicit Angel. *in l. ea quidem, nu. 3. C. de accusat.* Et licet Bald. *in l. edita, in repet. P tanina, num. 30.* tenuerit contrarium quod scilicet in inquisitione non requiratur expressio loci, & temporis, illud tamen dictum Baldi communiter non tenetur, vt dixi Cardin. Alexan. *in loco prallegato*: est enim inquisitio subrogata loco accusationis. Et quamuis, lex magis confidat de iudice, quam de accusatore, non est propterea tollenda reo facultas suæ defensionis, quæ potest resultare ex huiusmodi *z* expressione *z*
temporis. Et quia hæc conclusio non habet in practica aliquam difficultatem, non est super ea vllo modo hæsitandum. An autem in inquisitione debeat exprimi dies, recurrendum est ad ea, quæ dixi supra *qu. 12. vers. dixi etiam.*

Existens *a* Florentiæ in hospitio Leonis. Locus de *a*
necessitate exprimi debet in inquisitione, prout in accusatione, de quo dictum ad aliquid *vers. præcedenti, &* latius *sup. q. 12. versic. autem, & seqq.*

Ceterum hoc loco ea verba, quæ pertinent ad qualitates delictorum, omittuntur, quia diuersimode apponuntur in inquisitionibus, prout etiam variæ sunt species delictorum. Et licet Angel. de *malefic.* voluerit omnia ad materiam criminalem spectantia tractare supra clausulis, & verbis vnicis inquisitionis, nobis visum est hic tantum tractare ea, quæ pertinent ad formam ipsius libelli citationis: cetera verò suis locis explicamus.

Scienter, & dolose. Hæc verba in inquisitione ap- 12
posita sunt maximæ importantiæ, licet iudices, *b* vel *b*

potius notarij, qui sunt compilatores inquisitionum, illa sæpius inconsiderate apponant. In primis enim multa facta puniuntur scienter commissa, quæ ignoranter commissa non puniuntur. c nam licet omnis ignorantia in delictis regulariter non excuset, vt dixi infra q.60.*vers.quæro nunquid*, nihilominus quando est probabilis, sæpe, vel excusat in totum, vel saltem prodest ad mitigandam pœnam. Et hoc habet locum non modo, si delictum commissum est in faciendo, puta, si extet statutum, quod præstans opem bannito, *d* vel nobili delinquenti arctius puniatur: certe debet probari, quod sciebat illum esse bannitum, vel nobilem: alias non habet locum dispositio statuti. Et ita se in facto obtinuisse dicit Ang. *in l.1.post numer.1. vers.videre domini, C.de Nili agger.non rumpen.* quem refert Aug. ad Ang. *de malef. in verbo, & ad querelam, post num.13.* Præterea multum interest, an in delicto interuenerit dolus, vel ne: nam videmus homicidium, quod sine dolo committitur, mitius puniri, quam illud, quod dolose commissum est, vt dixi sup. *hoc eod. lib. §.homicidium, vers. Hæc autem*, item nemo potest corporaliter puniri, nisi dolus in ipso delicto interuenerit, vt dixi *inf.qu.84. circa principium.*

13 Super quibus omnibus, *e* & singulis, &c. Licet de iure in criminalibus non sit necessaria conclusio libelli, vt dixi supra, *quæst.12.vers.vltimo quæro.* tamen de consuetudine apponitur in inquisitionibus ista clausula. Super quibus omnibus, & singulis, &c. quæ est loco conclusionis. Et ita de consuetudine seruari attestatur Bart. *in d.l.2.§.si publico, num.3.* quem refert Gomes. Arias *super l.74. Tauri circa princip.* Ang. *in d.l.ea quidem, post n.7.* subdens, quod est optima practica, à quo non est recedendum: Salyc. *in d.l.ea quidem, numer.47.* Angel. *de malef. in verbo, super quibus omnibus, n.3.* Amad. *de syndicatu, n.32.* Marian. *in d.c.qualiter, & quando, post num.209. versic.63. quæro*, Duennas *regul.31.num.3.* Boss. *in tit.de inquisitione, num.80.* Pract. Contadi. *fol.258.nu.42.* Marcus *decis.668.nu.3.* Operatur *f* autem hæc clausula, quod licet regulariter, quando accusatio, vel inquisitio est proposita cum aliqua qualitate, si illa qualitas non probetur, non potest sequi condemnatio, neque etiam super eo, quod est probatum: tamen si in accusatione, vel inquisitione sit apposita ista clausula, poterit sequi condemnatio super delicto probato, etiam quod qualitas adjecta probata non fuerit, vt dixi *infra q.66.versic.sed quid si pro parte.* Fortius dicunt aliqui, quod si aliquis fuerit accusatus, vel inquisitus de mandato, & deinde in processu non fuerit conuictus de mandato, sed tantum de consilio, adhuc virtute istius clausulæ poterit puniri de consilio, de quo est conuictus, licet non accusatus, vel inquisitus. Et dicit Placa *libro 1.delict.c.16.* quod huic sententiæ interpretum fere maior pars accedit. Quod tamen apud me non transit sine difficultate, & forte etiam in practica sine noua inquisitione, vel additione vix *g* posset obtinere.

Secundum formam iuris, & statutorum. Hæc clausula videtur in se *h* continere incertitudinem, & posset etiam continere repugnantiam, vbi statuta imponerent pœnam diuersam ab ea, quæ imponitur per ius commune: nihilominus talis clausula de consuetudine admittitur, tam in accusatione, quam in inquisitione, vt attestatur Angel. *de malefic. in verbo, Et contra formam iuris, num.1.* & ibi Aug. in apostil. Et fundatur talis consuetudine super gloss. *in l.senatus, in gloss. mag. ff. de accusat.* An autem tali casu debeat iudex imponere pœnam statuti, vel iuris communis, dixi infra *qu.85. versicul. debet etiam.*

14 Inchoata, facta, & formata fuit dicta inquisitio per dictum D. Potestatem, &c. Quæro etiam nunquid de iure in inquisitione requiratur iudicis subscriptio, prout in accusatione requiritur inscriptio accusatoris. Respon. quod non. ita dicit Bartol. *in d.l.2.§.si publico, num.12.* & est omnium communis opin. vt ait Marian. *in d.c.qualiter, & quando num.212.* Iudex enim non obligatur ad pœnam talionis, ex quo inquirit ex necessitate officij: præterea hodie ex consuetudine sublata est etiam in accusatione solemnitas inscriptionis, vt dixi supra *q.12. versic. Ceterum hodie.* Bene verum est, quod ad hoc vt citatio, quæ intimatur reo cum libello inquisitionis, fidem faciat, solent iudices illam subscribere. Et ita seruat communis practica.

Dictum est de forma citationis, & quid continere 15
debeat: quæro nunc, qualiter citatio sit ipsi reo intimanda. Et in primis scire debes, quod si adsit in loco aliquid statutum disponens super modo citandi, illud *i* est seruandum. Potest enim indici à statuto modus citandi præter ius commune: & tale statutum valet, & ita seruat consuetudo, vt attestatur Brun. *de constitut. in verbo, Absens.* Sed loquendo de iure communi, quæro, an citatio debeat reo personaliter intimari, an autem sufficiat citatio ad domum. Respon. Aliqui dixerunt, quod ad hoc, vt quis possit tanquam contumax banniri, non sufficit citatio ad domum: ex ea enim inducitur solum modo ficta contumacia, sed requiritur, quod sit verus contumax, & sic quod fuerit personaliter citatus. Et hanc opin. dicit esse communem Maranta *in suo Specul. fol.106.num.9.* prout illum refert Rol. *consil. 47.num.18.lib.2.* † Tu vero dic, quod etiam in crimi-
nalibus sufficit, quod intimetur ad domum ipsa cita- 16
tio. Et hæc est communis opin. vt attestatur Alexand. *in l.4.§.prætor ait, num.3.in fin.ff.de damno infecto*, quem refert Boer. *in repe. l.consentaneum, num.104.C.quomod. & quando iud.* Et dicit Gand. *de malef. in rub. de citationibus nu.4. in fin.* quod ita de generali consuetudine obseruatur. Ita etiam seruari in pract. attestatur Blanc. *in pract.crim. fol.11.num.24.* *k* At quod talis citatio ad domum sufficiat, ad hoc vt quis possit banniri, dixit seruari de consuetudine Alber. *in l.1.num.22. C.de hered. instit. & in 4.parte statutorum, q.51.* intelligendo de domo, in qua habitat, & in qua sedem constituit, quem refert Nellus *de bannitis in tertia parte primi tẽporis, q.3.* *l* Et licet Innoc. *in c.fin.post nu.3.de eo, qui mitti in poss. rei ser. causa*, tenuerit, quod non sufficit ad hoc, vt quis possit excommunicari, citatio ad domum, sed quod debet personaliter moneri, & dicat Foller. *in pract.crim. canon. fol.133. num. 25.* quod illud dictum Innocen. videntur sequi quasi omnes Doctores: ego tamen non *m* putarem esse recedendum à consuetudine, quod scilicet etiam quo ad hunc effectum sufficiat citatio ad domum, præsertim vbi citandus latitaret malitiose, ita vt non posset personaliter reperiri. In hoc autem Ducatu habemus formam, secundum quam rei absentes citandi sunt, traditam per decretum in nouis constitutionibus *in tit.de accusat.* cap. procedant, quæ omnino seruanda est. *n* Hæc autem omnia locum habent, quando reus est certus, *o* sed quando perfecte nescitur, quis delictum commiserit, tunc (secundum aliquos) debent citari per proclama *p* cum sono tubæ. Et ita practicari attestatur Berbe. *in iatorio V iuris, in rub. de iud. col.5.vers. sed pone.* Quod tamen ego nunquam vidi in practica obseruari.

Sed *q* nunquid requiritur, quod prius fiat inquisitio, an reus possit personaliter inueniri, & postea fiat 17
citatio ad domum? Respondetur de iure vtique requiritur, quod citandus perquiratur prius à nuncio per ciuitatem, an possit personaliter reperiri, & vbi non reperiatur, deinde citetur ad domum. Sed quidquid sit de iure, contrarium seruatur de consuetudine: sufficit enim,

enim, quod nuncius de directo vadat ad domum citandi, nulla prius facta perquisitione. Et ita tenuit Bal. *in d.l.consentaneum,nu.44.C.quomodo,& quando iudex.* & ita seruatur vbique vt dicit Foller. *in pract.crimin.fol. 41.num.28.*

18 Scias tamen, quod ad hoc, vt reus arctetur ad personaliter comparendum, danda est ei copia citationis: alias enim non tenetur comparere. Et ita seruat Rom. curia, vt dicit Vestrius *in practic. lib.4.tit. de cita.extra cur.* quem refert Foller. *in pract.crim.canon. fol.135.num. 23.* & ita etiam vidi vbique seruari. Commissionis autem suæ, & relationis non debet nuncium copiam relinquere parti; idque ex vsu styloque recepto, vt attestatur Pract.Iod.*c.13.n.12.*

19 Sed hæc quidem omnia de plano procedunt, quando reus est in ciuitate, vel territorio illius iudicis, de r cuius mandato est citandus: r Sed quid si sit in alieno territorio, quomodo poterit illi citatio intimari? Re- s spond. s Debet hoc casu iudex litteras dirigere ad iudicem illius loci, siue territorij, in quo citandus degit, vt ibi illum citari faciat, seu permittat; & hic modus citandi communiter seruatur, vt dicit Alber. *in l.1.num. 2.ff.de requir.reis.* & appellantur talis Litteræ subsidiales, siue in subsidium iuris. Subdit tamen ibi Alberic. se credere, quod de subtilitate iuris possit iudex reum citare extra suum territorium: Sed attenta generali consuetudine, non videtur circa hoc insistendum. Nullus enim iudex citat extra territorium suum. Et ita de facto seruari attestatur Iaco. de Beluis. Iunior *in repet.§. contrahentes, n.141.in fi.*

t Posset t forte dubitari, si vtrumque territorium es- 20 set sub eodem principe, nunquid possit iudex vnius territorij citare reum in alio territorio degentem. nam Bart. *in d.l.1.§.1.nu.3.ff.de requi.reis*, tenuit, quod quando est sub eodem præside prouinciæ, possit iudex etiam per litteras suas citare reum in alio territorio; & hæc est communis opin. Legistatum, vt dicit Aretin. *consil.135.col.fin.* & ita communiter teneri attestatur Ias. *in l.fin.num.24. ff.de iurisd.omn.iud.* quem refert Marsil. *in ea.l.fin.nu.34.* & Marc. *decis.401.in vltimis verbis*, Apostill.ad Abb. *in cap.1.sub num.2.ff.qui matri.accus.poss.* Io.Arno. *Epito.71.* sæpe contingit. Contrarium autem tenent communiter Canon. vt attestatur Aret. *in cons. preallegato.* Et ideo dixit Angel. *in dict.l.fin.num.6.* quod in hoc articulo opus esset decisione Imperatoris. quod dictum Angel. refert Foller. *in practica crim.fol.40.num. 27.* In hoc Ducatu seruatur opin. contra Bartol. nam iudices semper citant reos existentes in alio territorio per litteras subsidiales, prout etiam attestatur Boss. *in tit.de citat.post num.24.* Et non est ab hac practica vllo modo recedendum.

u Sed quid si reus nullum habeat domicilium, sed u sit 21 vagabundus, quomodo poterit citari? Respond. Pract. Millei, *fol.34.num.13.& seq.* dicit, quod sufficit illum citari per libellum lectum, & affixum in æde, vel voce præconis in publico: & subdit, quod ita de consuetudine solent facere seruientes, siue nuncij, qui si non inuenerint reum vagabundum citandum, referunt simpliciter se citasse reum, non dicendo vbi citauerint. Sed certe apud nos non seruatur hæc practica, sed citatur reus in formam absentis, iuxta dispositionem constitutionum huius Ducatus, de quibus supra dixi.

x Quæro x modo, nunquid in criminalibus vna cita- 22 tio sufficiat, an autem plures requirantur. Respond. de iure videtur, quod plures requirantur, vt colligitur ex text. *in l.absentem.ibi, sæpius moniti.ff.de pœnis.* sed hoc de consuetudine non seruatur, vt dicit Vital. *de malef. in rubr.de citatio.num.1.* subdens, quod assessores faciunt pro suo arbitrio. Tu vero aduerte ne erres. Nam Aut quæritur, an præuia tantum vna citatione possit reus condemnari: & dic, quod non, vt ita procedit tex. *in dicta l. absentem.* nam vltra primam citationem debet etiam reus citari ad allegandum, deinde peremptorie ad sententiam secundum dispositionem iuris communis, vel aliter secundum y formam traditum à y statutis, vel à consuetudine, quæ seruatur in loco, in quo iudicium agitur. Aut quæritur, an quando citatur peremptorie reus, requirantur tres citationes, secundum tradita *in l.si finita, §.Iulian.ff.de damno infecto:* an vero vna citatio sufficiat: Et dicendum est, quod etiam in criminalibus vnica citatio peremptoria sufficit pro omnibus, quidquid dixerit Cyn. loquendo per verbum credo, *in l.1.vers.Quarto quæro,C.de requir.reis;* cuius opin. communiter reprobatur, vt dicit Felin. *in cap.consuluit, post nu.13.vers.Quarto fallit.de offic.delegat:* quem refert Boss. *in tit.de sentent.num.4.* Et hæc sententia contra Cyn. est communiter recepta, vt dicit Blan. *in practica crim.fol.10.num.19.* Vbi etiam subdit, quod ita de consuetudine obseruatur. Ita etiam communiter teneri attestatur Alexand. *in l.contumacia, nu.14.ff. de re iudi.* Guliel. *de bened.in 2.parte repet.c.Raynutius,in verb.mortuo itaque testatore, fol.91.nu.152.* Et licet gloss. *in clem. prima, in verbo, Tertio de vita,& honest.cler.* sentire videatur, quod quando lex disponit, quod citatus incurrat pœnam ratione contumaciæ, requiratur præcise trina citatio, & illam gloss. dicat communiter approbari Alexan. *in d.l.contumacia, num.12. ff de re iudic.* veritas tamen se habet in contrarium, quod scilicet etiam, vbi agitur ad pænam, z sufficit vna citatio peremptoria pro omnibus. Et hanc dicit esse communem opin. Afflict. *decis.289.* Sereniss. Rex, *numer.7.* Et in hoc non est dubitandum, præsertim stante generali consuetudine. z

Sed hic quæro, nunquid etiam in causis criminalibus omnino necessario sit citatio peremptoria. Resp. 23 Aut sententia est ferenda contra reum contumacem, & de hoc dixi infra *quæst.44.versic.item quæro;* Aut vero reus est præsens in iudicio: & tunc sententia condemnatoria capitalis contra eum fertur, non modo ipso legitime citato, sed etiam solet in eius faciem pronunciari: & ita obseruat totus mundus, vt dicit Angel. *in l. penult.§.ad crimen, post numer.4. vers.Septimo fallit,ff.de publ.iud.* quem refert Aug.ad Ang. *de malefic.in verbo, Qui D.iudex, post n.12.& in verbo, Qui iudex commisit L. preconi, in fin.* & Boss. *in tit.de citation.nu.8. & in titul.de senten.num.15. & pract. Conradi, fol.441. num.7.* Et ita communiter fieri consueuisse dicit Barb. *consil.70.nu. 2.lib.4.* Ita etiam quotidie practicari attestatur Blancus *in pract.crim.fol.18.num.4.* Neque hoc casu potest interuenire procurator. Et est communis opin. vt dixi infra, *q.proxima,vers.item quæro*; Et in specie ita passim receptum esse in Flandria attestatur in Pract.Iod. *fol. 149.numer.12.* a Sed certe in hoc Ducatu hæc pract. a non seruatur. nam quando reus est in carceribus, sententia condemnationis fertur contra eum, absque eo, quod citetur, aut conducatur ad præsentiam iudicis, b sed sufficit monitio generalis, de qua dixi infra *quæst. 45.vers.facta autem.* Sed neque etiam sententiæ crimi- b nales in hoc Ducatu pronunciantur ab ipsis iudicibus sedentibus pro tribunali, nisi quando proferuntur contra contumaces: sed notarij scribunt sententias de commissione iudicum, & ipsi illas subscribunt, & deinde mittuntur e[xe]cutioni, & in his nullo modo est ab ipsa loci consuetudine recedendum.

Vlterius quæro, nunquid in causa crimiminali citan- 24 dus sit fiscus, & accusator. Respon. in hoc Ducatu habemus decretum *in nouis constitutionibus in ti.de accusat. cap. Eo amplius*, disponens, quod in omnibus actibus

potius notarij, qui sunt compilatores inquisitionum, illa sæpius inconsiderate apponant. In primis enim multa facta puniuntur scienter commissa, quæ ignoranter commissa non puniuntur. *c* nam licet omnis ignorantia in delictis regulariter non excuset, vt dixi infra *q.60.vers.quæro nunquid*, nihilominus quando est probabilis, sæpe, vel excusat in totum, vel saltem prodest ad mitigandam pœnam. Et hoc habet locum non modo, si delictum commissum est in faciendo, puta, si extet statutum, quod præstans opem bannito, *d* vel nobili delinquenti acrius puniatur: certe debet probari, quod sciebat illum esse bannitum, vel nobilem: alias non habet locum dispositio statuti. Et ita se in facto obtinuisse dicit Ang. *in l.1.post numer.1. vers.videre domini, C.de Nili agger.non rumpen.* quem refert Aug. ad Ang. *de malef.in verbo, & ad querelam, post num.13.* Præterea multum interest, an in delicto interuenerit dolus, vel ne: nam videmus homicidium, quod sine dolo committitur, mitius puniri, quam illud, quod dolose commissum est, vt dixi sup. *hoc eod. lib. §.homicidium, vers. Hac autem*, item nemo potest corporaliter puniri, nisi dolus in ipso delicto interuenerit, vt dixi *inf.qu.84. circa principium.*

13 Super quibus omnibus, *e* & singulis, &c. Licet de iure in criminalibus non sit necessaria conclusio libelli, vt dixi supra, *quæst.12.vers.vltimo quæro.* tamen de consuetudine apponitur in inquisitionibus ista clausula. Super quibus omnibus, & singulis, &c. quæ est loco conclusionis. Et ita de consuetudine seruari attestatur Batt. *in d.l.2.§.si publico, num.3.* quem refert Gomes. Arias *super l.74. Tauri circa princip.* Ang. *in d.l.ea quidem, post n.7.* subdens, quod est optima practica, à quo non est recedendum: Salyc. *in d.l.ea quidem, numer.47.* Angel. *de malef.in verbo, super quibus omnibus, n.3.* Amad. *de syndicatu, n.32.* Marian. *in d.c.qualiter, & quando, post num.209.versic.63.quæro,* Duennas *regul.31.num.3.* Boss. *in tit.de inquisitione, num.80.* Pract. Conradi, *fol.258.nu.42.* Marcus *decis.668.nu.3.* Operatur *f* autem hæc clausula, quod licet regulariter, quando accusatio, vel inquisitio est proposita cum aliqua qualitate, si illa qualitas non probetur, non potest sequi condemnatio, neque etiam super eo, quod est probatum: tamen si in accusatione, vel inquisitione sit apposita ista clausula, poterit sequi condemnatio super delicto probato, etiam quod qualitas adjecta probata non fuerit, vt dixi *infra q.66.versic.sed quid si pro parte.* Fortius dicunt aliqui, quod si aliquis fuerit accusatus, vel inquisitus de mandato, & deinde in processu non fuerit conuictus de mandato, sed tantum de consilio, adhuc virtute istius clausulæ poterit puniri de consilio, de quo est conuictus, licet non accusatus, vel inquisitus. Et dicit Placa *libro 1.delict.c.16.* quod huic sententiæ interpretum fere maior pars accedit. Quod tamen apud me non transit sine difficultate, & forte etiam in practica sine noua inquisitione, vel additione vix *g* posset obtinere.

Secundum formam iuris, & statutorum. Hæc clausula videtur in se *h* continere incertitudinem, & posset etiam continere repugnantiam, vbi statuta imponerent pœnam diuersam ab ea, quæ imponitur per ius commune: nihilominus talis clausula de consuetudine admittitur, tam in accusatione, quam in inquisitione, vt attestatur Angel. *de malefic. in verbo, Et contra formam iuris, num.1.* & ibi Aug. in apostil. Et fundatur talis consuetudine super gloss. *in l.senatus, in gloss. mag.ff.de accusat.* An autem tali casu debeat iudex imponere pænam statuti, vel iuris communis, dixi infra *qu.85.versicul.debet etiam.*

14 Inchoata, facta, & formata fuit dicta inquisitio per dictum D. Potestatem, &c. Quæro etiam nunquid de iure in inquisitione requiratur iudicis subscriptio, prout in accusatione requiritur inscriptio accusatoris. Respon. quod non. ita dicit Bartol. *in d.l.2.§.si publico, num.12.* & est omnium communis opin. vt ait Maria. *in d.c.qualiter, & quando num.212.* Iudex enim non obligatur ad pænam talionis, ex quo inquirit ex necessitate officij: præterea hodie ex consuetudine sublata est etiam in accusatione solemnitas inscriptionis, vt dixi supra *q.12. versic. Ceterum hodie.* Bene verum est, quod ad hoc vt citatio, quæ intimatur reo cum libello inquisitionis, fidem faciat, solent iudices illam subscribere. Et ita seruat communis practica.

Dictum est de forma citationis, & quid continere debeat: quæro nunc, qualiter citatio sit ipsi reo intimanda. Et in primis scire debes, quod si adsit in loco aliquid statutum disponens super modo citandi, illud *i* est seruandum. Potest enim indici à statuto modus citandi præter ius commune: & tale statutum valet, & ita seruat consuetudo, vt attestatur Brun. *de constitut.in verbo, Absens.* Sed loquendo de iure communi, quæro, an citatio debeat reo personaliter intimari, an autem sufficiat citatio ad domum. Respon. Aliqui dixerunt, quod ad hoc, vt quis possit tanquam contumax banniri, non sufficit citatio ad domum: ex ea enim inducitur solum modo ficta contumacia, sed requiritur, quod sit verus contumax, & sic quod fuerit personaliter citatus. Et hanc opin. dicit esse communem Maranta *in suo Specul. fol.106.num.9.* prout illum refert Rol. *consil.47.num.18.lib.2.* † Tu vero dic, quod etiam in criminalibus sufficit, quod intimetur ad domum ipsa citatio. Et hæc est communis opin. vt attestatur Alexand. *in l.4.§.prætor ait, num.3.in fin.ff.de damno infecto,* quem refert Boer. *in repe. l.consentaneum, num.104.C.quomod. & quando iud.* Et dicit Gand. *de malef.in rub.de citationibus nu.4.in fin.* quod ita de generali consuetudine obseruatur. Ita etiam seruari in pract. attestatur Blanc. *in pract.crim.fol.11.num.24.* *k* At quod talis citatio ad domum sufficiat, ad hoc vt quis possit banniri, dixit seruari de consuetudine Alber. *in l.1.num.22. C.de hered. instit. & in 4.parte statutorum, q.51.* intelligendo de domo, in qua habitat, & in qua sedem constituit, quem refert Nellus *de bannitis in tertia parte primi tẽporis, q.3.* *l* Et licet Innoc. *in c.fin.post nu.3.de eo, qui mitti in poss.rei ser. causa,* tenuerit, quod non sufficit ad hoc, vt quis possit excommunicari, citatio ad domum, sed quod debet personaliter moneri, & dicat Foller. *in pract.crim.canon.fol.133. num. 25.* quod illud dictum Innocen. videntur sequi quasi omnes Doctores: ego tamen non *m* putarem esse recedendum à consuetudine, quod scilicet etiam quo ad hunc effectum sufficiat citatio ad domum, præsertim vbi citandus latitaret malitiose, ita vt non posset personaliter reperiri. In hoc autem Ducatu habemus formam, secundum quam rei absentes citandi sunt, traditam per decretum in nouis constitutionibus *in tit.de accusat.* cap. procedant, quæ omnino seruanda est. *n* Hęc autem omnia locum habent, quamdo reus est certus, *o* sed quando perfecte nescitur, quis delictum commiserit, tunc (secundum aliquos) debent citari per proclama *p* cum sono tubæ. Et ita practicari attestatur Berbe. *in iatorio V iuris, in rub.de iud. col.5.vers.sed pone.* Quod tamen ego nunquam vidi in practica obseruari.

Sed *q* nunquid requiritur, quod prius fiat inquisitio, an reus possit personaliter inueniri, & postea fiat citatio ad domum? Respondetur de iure vtique requiritur, quod citandus perquiratur prius à nuncio per ciuitatem, an possit personaliter reperiri, & vbi non reperiatur, deinde citetur ad domum. Sed quidquid sit de iure, contrarium seruatur de consuetudine: sufficit enim,

enim, quod nuncius de directo vadat ad domum citandi, nulla prius facta perquisitione. Et ita tenuit Bal. *in d. l. consentaneum, nu. 44. C. quomodo, & quando iudex.* & ita seruatur vbique vt dicit Foller. *in pract. crim. in fol. 42. num. 28.*

18 Scias tamen, quod ad hoc, vt reus arctetur ad personaliter comparendum, danda est ei copia citationis: alias enim non tenetur comparere. Et ita seruat Rom. curia, vt dicit Vestrius *in practic. lib. 4. tit. de cita. extra cur.* quem refert Foller. *in pract. crim. canon. fol. 135. num. 23.* & ita etiam vidi vbique seruari. Commissionis autem suæ, & relationis non debet nuncium copiam relinquere parti; idque ex vsu styloque recepto, vt attestatur Pract. Iod. *c. 13. n. 12.*

19 Sed hæc quidem omnia de plano procedunt, quando reus est in ciuitate, vel territorio illius iudicis, de r cuius mandato est citandus: r Sed quid si sit in alieno territorio, quomodo poterit illi citatio intimari? Re- s spond. s Debet hoc casu iudex litteras dirigere ad iudicem illius loci, siue territorij, in quo citandus degit, vt ibi illum citari faciat, seu permittat; & hic modus citandi communiter seruatur, vt dicit Alber. *in l. 1. num. 2. ff. de requir. reis.* & appellantur talis Litteræ subsidiales, siue in subsidium iuris. Subdit tamen ibi Alberic. se credere, quod de subtilitate iuris possit iudex reum citare extra suum territorium: Sed attenta generali consuetudine, non videtur circa hoc insistendum. Nullus enim iudex citat extra territorium suum. Et ita de facto seruari attestatur Iaco. de Beluis. Iunior *in repet. §. contrahentes, n. 141. in fi.*

t Posset t forte dubitari, si vtrumque territorium es-
20 set sub eodem principe, nunquid possit iudex vnius territorij citare reum in alio territorio degentem. nam Bart. *in d. l. 1. §. 1. nu. 3. ff. de requi. reis,* tenuit, quod quando est sub eodem præside prouinciæ, possit iudex etiam per litteras suas citare reum in alio territorio; & hæc est communis opin. Legistarum, vt dicit Aretin. *consil. 135. col. fin.* & ita communiter teneri attestatur Ias. *in l. fin. num. 24. ff. de iurisd. omn. iud.* quem refert Marsil. *in ea. l. fin. nu. 34.* & Marc. *decis. 401. in vltimis verbis,* Apostill. ad Abb. *in cap. 1. sub num. 2. ff. qui matri. accus. poss.* Io. Arno. *Epito. 71.* sæpe contingit. Contrarium autem tenent communiter Canon. vt attestatur Aret. *in cons. preallegato.* Et ideo dixit Angel. *in dict. l. fin. num. 6.* quod in hoc articulo opus esset decisione Imperatoris. quod dictum Angel. refert Foller. *in practica crim. fol. 40. num. 27.* In hoc Ducatu seruatur opin. contra Bartol. nam iudices semper citant reos existentes in alio territorio per litteras subsidiales, prout etiam attestatur Boss. *in tit. de citat. post num. 24.* Et non est ab hac practica vllo modo recedendum.

u Sed quid si reus nullum habeat domicilium, sed u sit
21 vagabundus, quomodo poterit citari? Respond. Pract. Millei, *fol. 34. num. 13. & seq.* dicit, quod sufficit illum citari per libellum lectum, & affixum in æde, vel voce præconis in publico: & subdit, quod ita de consuetudine solent facere seruientes, siue nuncij, qui si non inuenerint reum vagabundum citandum, referunt simpliciter se citasse reum, non dicendo vbi citauerint. Sed certe apud nos non seruatur hæc practica, sed citatur reus in formam absentis, iuxta dispositionem constitutionum huius Ducatus, de quibus supra dixi.

x Quæro x modo, nunquid in criminalibus vna cita-
22 tio sufficiat, an autem plures requirantur. Respond. de iure videtur, quod plures requirantur, vt colligitur ex text. *in l. absentem. ibi, sæpius moniti. ff. de pœnis.* sed hoc de consuetudine non seruatur, vt dicit Vital. *de malef. in rubr. de citatio. num. 1.* subdens, quod assessores faciunt pro suo arbitrio. Tu vero aduerte ne erres. Nam, Aut quæritur, an præuia tantum vna citatione possit reus condemnari: & dic, quod non, vt ita procedit tex. *in dicta l. absentem.* nam vltra primam citationem debet etiam reus citari ad allegandum, deinde peremptorie ad sententiam secundum dispositionem iuris communis, vel aliter secundum y formam traditum à y statutis, vel à consuetudine, quæ seruatur in loco, in quo iudicium agitur. Aut quæritur, an quando citatur peremptorie reus, requirantur tres citationes, secundum tradita *in l. si finita, §. Iulian. ff. de damno infecto:* an vero vna citatio sufficiat: Et dicendum est, quod etiam in criminalibus vnica citatio peremptoria sufficit pro omnibus, quidquid dixerit Cyn. loquendo per verbum credo, *in l. 1. vers. Quarto quæro, C. de requir. reis;* cuius opin. communiter reprobatur, vt dicit Felin. *in cap. consuluit, post nu. 13. vers. Quarto fallit. de offic. delegat.* quem refert Boss. *in tit. de sentent. num. 4.* Et hæc sententia contra Cyn. est communiter recepta, vt dicit Blan. *in practica crim. fol. 10. num. 19.* Vbi etiam subdit, quod ita de consuetudine obseruatur. Ita etiam communiter teneri attestatur Alexand. *in l. contumacia, nu. 14. ff. de re iudi.* Guliel. *de bened. in 2. parte repet. c. Raynutius, in verb. mortuo itaque testatore, fol. 91. nu. 152.* Et licet gloss. *in clem. prima, in verbo, Tertio de vita, & honest. cler.* sentire videatur, quod quando lex disponit, quod citatus incurrat pœnam ratione contumaciæ, requiratur præcise trina citatio, & illam gloss. dicat communiter approbari Alexan. *in d. l. contumacia, num. 12. ff. de re iudic.* veritas tamen se habet in contrarium, quod scilicet etiam, vbi agitur ad pænam, z sufficit vna citatio peremptoria pro omnibus. Et hanc dicit esse communem opin: Afflict. *decis. 289.* Sereniss. Rex, *numer. 7.* Et in hoc non est dubitandum, præsertim stante generali consuetudine. z

Sed hic quæro, nunquid etiam in causis criminalibus omnino necessario sit citatio peremptoria. Resp. Aut sententia est ferenda contra reum contumacem, & de hoc dixi infra *quæst. 44. versic. item quæro;* Aut vero reus est præsens in iudicio: & tunc sententia condemnatoria capitalis contra eum fertur, non modo ipso legitime citato, sed etiam solet in eius faciem pronunciari: & ita obseruat totus mundus, vt dicit Angel. *in l. penult. §. ad crimen, post numer. 4. vers. Septimo fallit, ff. de publ. iud.* quem refert Aug. ad Ang. *de malefic. in verbo; Qui D. iudex, post n. 12. & in verbo, Qui iudex commisit L. precons, in fin.* & Boss. *in tit. de citation. nu. 8. & in titul. de senten. num. 15. & pract. Conradi, fol. 441. num. 7.* Et ita communiter fieri consueuisse dicit Baib. *consil. 70. nu. 2. lib. 4.* Ita etiam quotidie practicari attestatur Blancus *in pract. crim. fol. 18. num. 4.* Neque hoc casu potest interuenire procurator. Et est communis opin. vt dixi infra, *q. proxima, vers. item quæro;* Et in specie ita passim receptum esse in Flandria attestatur in Pract. Iod. *fol. 149. numer. 12.* a Sed certe in hoc Ducatu hæc pract. non seruatur. nam quando reus est in carceribus, sententia condemnationis fertur contra eum, absque eo, quod citetur, aut conducatur ad præsentiam iudicis; b sed sufficit monitio generalis, de qua dixi infra *quæst. 45. vers. facta autem.* Sed neque etiam sententiæ criminales in hoc Ducatu pronunciantur ab ipsis iudicibus sedentibus pro tribunali, nisi quando proferuntur contra contumaces: sed notarij scribunt sententias de commissione iudicum, & ipsi illas subscribunt, & deinde mittuntur e[x]ecutioni, & in his nullo modo est ab ipsa loci consuetudine recedendum. 23 a b

Vlterius quæro, nunquid in causa crimiminali citandus sit fiscus, & accusator. Respon. in hoc Ducatu habemus decretum *in nouis constitutionibus in ti. de accusat. cap. Eo amplius,* disponens, quod in omnibus actibus 24

præiudicialibus etiam ante inquiſitionem formandam debet *c* citari pars offenſa, & fiſcus: & ita ſeruatur. De iure autem communi non reperio, quod hæ citationes ſint de ſubſtantia proceſſus vſque ad ſententiam: ſed ad ſententiam ipſam ferendam, dicit Boſſ. *in tit. de ſententiis, num.* 17. quod ſunt citandi omnes illi, qui ſunt in cauſa, & cum quibus eſt lis conteſtata: alias ſententia eſt nulla. Et ſubdit, quod hæc eſt communis opinio. Sed certe quo ad accuſatorem cautela eſt, quod iudex faciat ſibi ab eo dari licentiam procedendi, & expediendi proceſſum etiam ipſo abſente, & eo caſu poterit procedere etiam ad ſententiam abſolutoriam eo non citato, vt dixi infra, *quæſt.* 45. *verſ. facta autem:* de quo tamen vide, quæ dixi ſupra *quæſt.* 3. *verſ. ſuperflua igitur*; Vel quod pars accuſata faciat illum citari iuxta practicam, quam tradit, & ſeruari atteſtatur Carauita *ſuper* 202. *ritu magnæ curiæ, num.* 4. *in fine, & nu.* 5. Quo vero ad fiſcum in hoc Ducatu, quando reus eſt præſens, conſuetudo eſt, *d* quod fiſcales ſubſcribant ipſi ſententiæ; & ſic poteſt dici, quod ſententiæ criminales apud nos proferuntur non modo fiſco citato, ſed etiam præſente. Si vero reus eſt contumax, non citatur fiſcus, neque accuſator, ſed fit condemnatio ad ſonum tubæ, vel campanæ, vt dixi infra *qu.* 44. *verſ. item quæro:* quæ quidem campana, vel tuba habet vim citationis actoris, & rei, & omnium citandorum: Et hoc ex ſtylo, & conſuetudine, vt atteſtatur Aug. ad Angel. *de maleſ. in verbo, Et ibi caput, poſt nu.* 2. ſubdens, quod talis ſtylus, & conſuetudo faciunt ius. Vide, quæ dixi ſup. *verſ. dictum eſt*, & ſupra *q.* 11. *verſ. ſed quid econuerſo.*

Vltimo *e* quæro, Tu ſcis, quod in citatione ſemper
25 ſolet apponi aliquis terminus, puta tridui ad comparendum, & reſpondendum inquiſitioni, &c. Nunquid pendente eo termino iudex poterit capere facere reum inquiſitum? Reſpond. quod ſic: & ita ſeruatur, vt dicit Boſſ. *in tit. de captura, nu.* 10. Et ideo quando rei timent ne capiantur, cautela eſt, quod exhibeant fideiuſſorem de comparendo infra certum terminum: & præſtita huiuſmodi fideiuſſione ſolet tolli decretum capturæ.

ADDITIONES

Ad Quæſt. XXXI.

a VEl citatio eſſet nulla*] adde, quod citatio † nulla non validaretur, ſi procurator compareret, opponens de nullitate
1 citationum, & actorum, quia hoc non poſſet inducere validitatem, & ſic contrarium effectum; ſecus ſi ſimpliciter comparuiſſet, † & proceſſum continuaſſet. Ruin. *conſil.* 61. *num.* 38. *vol.* 5.
2 Tiraq. *de retract. tit.* 1. *§.* 9. *gloſſ.* 2. *nu.* 19. & adden. ad Bertaz. *conſ.* 559. *ad fi.* Baiard.

b *Et hoc locum habet*] adde videndum Gabr. *in concluſ. ſuis lib.* 2. *tit. de citat. concl.* 1. *num.* 9. vbi multum diffuſæ huiuſmodi quæſtionem tractat; An † Princeps, ſiue Papa poſſit tollere ci-
3 tationem, & Staphil. *in tract. de commiſſ. litter. iuſt. num.* 26. *cum ſeq. fol. mihi* 179. & an iudex, cuius arbitrio eſt cauſa diffinienda, teneatur citare, † vide Menoch. *de arbitr. iud. quæſt.* 27. & Ga-
4 briel. *d. concluſ.* 1. *num.* 31. limitat hanc concluſionem, quod Princeps poteſt in ſuo proceſſu omittere citationem, ſi id ex iuſta cauſa faciat. † Idem tenet Vaſq. *controuerſ. lur. cap.* 31. *num.*
5 8. vbi dicit, rationem eſſe, ne iuris naturalis poteſtas, & imperium ad iuuãdum inſcium inſpiciat eſſe nociuum, poteſt etiam Princeps tollere citationem in his actibus, quos ipſe agere abſque iniuria poteſt libere, etiam ſine cauſa, & in alterius præiudicium, nec enim citatio tunc impedire poteſt † Principis libe-
6 ram voluntatem. Soc. *conſ.* 164. *volum.* 2. Crau. *conſil.* 5. & Coua. *pract. quæſt. cap.* 23. *verſ.* 2. *item conſtat*, & Vant. *opin.* 710. *numer.* 5. & ibi *nu.* 2. dicit, quod Princeps † de abſoluta poteſtate poteſt
7 procedere, etiam parte non citata, & ferre ſententiam ſine citatione. quando apparet, eum omnino voluiſſe alicui præiudicare, ex quo actum eo inuito poteſt explicare. Item adde, quod citatio † nec a ſtatuto, nec à principe tolli poteſt Bald. *in l.* 1. *col.*
8 1. *verſ. ſed hic quæritur*, C. quomodo, & quando iud. cum aliis per Vant. *de nullit. ex defect. citat. num.* 9. cum citatio ſit iuris naturalis non propter ſe, ſed propter defenſionem, vt ibi per eum,
num. 6. ſed aduertendum eſt, quod † prima citatio eſt de iure 9
naturali, aliæ vero de iure ciuili, & poſt concluſum in cauſa eſt de iure poſitiuo, Afflict. *deciſ.* 283. & Doct. *in c.* 1. *x pag. el* 2. *de off. del.* Baiard.

c *Adde, quod hæc omnia*] adde, quod citatio non requiritur, quando Papa procedit contra committentem crimen læſæ ma-
ieſtatis, retinendo terras eccleſiæ, vel Imperij violenter Gigas 10
de crimin. læſæ maieſt. in ver. qualit. in crim. læſæ maieſt. quæſt. 6. 11
num. 7. & ſimiliter ex proceſſu informatiuo occulte, & ſecrete facto contra committentem crimen læſæ maieſt. per legatum Papæ poteſt fieri realis executio contra ipſum, & Caſtra feudalia occupari pro ipſo non citato, Anchar. *in conſil.* 277. *per totum.* Baiard.

d *In criminalibus*] adde, quod etiam in criminalibus debet apponi hora in citatione, in qua reus debeat comparere: & eſt bona practica ſecundum Ang. *in l. more. la* 2. *ad fi. ff. de feriis*, & citatus perſonaliter, non comparet per procuratorem, vbi ſtatutum requirit præſentiam. Abb. *in c. expoſuit nu.* 12. *de accuſ.* Citatione r1. tamen ſine termino valere tenet Vantius *de nullitati. proceſſ. ff.* 188. *n.* 71. quia intelligitur, quod reus compareat quam citius fieri poterit. *Guio.*

e *Quæro nunc quæ ſit forma*] adde videndum Nattam *in conſ.*
594. *nu.* 15. *vol.* 3. & ibi habetur, † quod citatio facta pro intereſ- 12
ſe fiſci non tenet, tanquam facta in genere generaliſſimo, niſi iuſtificetur per ſubſequentem accuſationem, vel inquiſitionem;
& quæ continere debeat citatio † in Regno Neap. & eius forma 13
habetur per Conſt. edictorum, & ibi Afflict. & Foler. *in pract. crim. in ver. vel eos verbaliter citari facit.* Baiard.

f *Sed certe quidquid ſit de iure*] adde quod ergo præceptum, de quo hic loquitur, debet fieri expreſſa cauſa, & tali præcepto vtimur cum ignoratur delinquens, ſuſpicamur tamen magna ſuſpicione de aliquo, & tunc ille citari ſolet ad informandum ſuper delicto taliter commiſſo; vide infra *q.* 64. *ver. Sed nunquid, ibi, vel præceptis pœnalibus*; & quando ignoratur delinquens ſupra *q.* 6. *verſ. ſed quoniam q.* 27. *in principio*, vbi dixi: At quo ad præceptum, quod fieri debeat expreſſa cauſa, adde Marſil. *ſing.* 8. Marant. *in ſua practica ſub titulo, Recte concipiatur citatio par.* 6. *n.* 69. Guid. Papa *q.* 255. Petr. de Gerard. *ſing.* 77. Vide tamen eundem Marſil. *ſing.* 17. & ibi *in addit. verſ. & quid ſi audita fuerit.* Arelat. *in addit. ad Alc. Tract. de præſumpt. reg.* 2. *præſumpt.* 30. Verum prouiſum eſt ſuper talibus præceptis pœnalib. in ſtatu Mediolani per litteras Regias, de quibus habetur in fine præſentiũ Additionum, ibi; *Intendiamo che parimente le cauſe criminali*: & etiam per Conſtitutiones, de quibus infra *verſ.* 1. Cur autem cũ quis perſonaliter citatur, vt compareat, ſit exprimenda cauſa, vide Menoch. *milles citate tractatu de arbitr. iudicum lib.* 2. *cent.* 1. *caſ.* 53. *num.* 23. & in propoſito præſentis verſiculi Tiraq. *de pæn. leg. temp. in præfat. nu.* 59. late Boſſ. *ſub titulo quomodo procedatur per præcepta*; ſed an ſic citatus, vt vulgo dicitur, ad informandum ſi in præcepto nulla ſit expreſſa cauſa, teneatur perſonaliter comparere? Quod non, Ioan. de Arnon. *ſing.* 75. Drogh.

Sed certe] & hoc eſt de iure communi Carrar. *de execut. ſent. c.* 1. *num.* 6. *limit.* 3. Clar. infra *verſic. Quæro nunquid contrarium dicas.* Roſ.

g *Sed de iure communi*] adde, quod iudex in criminalibus non poteſt facere præceptum impunitatis de aliquo delicto, vt
comparere debeant ſub graui pœna, quia † præceptum non de- 14
bet eſſe initium inquiſitionis, & quia mulcta † non poteſt im- 15
poni, ſi formanda eſt inquiſitio, Brun. *conſ.* 87. *n.* 46. Bertaz. *conſ.* 354. 415. 416. & 417. *volu.* 1. vbi loquitur etiam de præcepto, ne recedat de domo, & Rolan. *conſ.* 47. *n.* 44. *&* 45. *vol.* 2. & an in
præceptis † pœnalibus requirantur cauſæ, ad hoc vt teneant, & 16
committatur pœna, & quid de præceptis ad informandum Curiam, vel ad audiendum, & faciendum quicquid per Curiam ra-
tionabiliter iniungetur, † Pariſ. *in tract. de ſyndic in ver. reſtat vi-* 17
dere de præcept. & præceptum iudicis factum ſine cauſæ cogni-
tione valet, † ſi eſt circa ea, quæ pertinent ad eius officium, 18
Alex. *conſ.* 40. *vol.* 6.

Item adde, quod præceptum iudicis factum in ſcriptis tranſgrediens grauius punitur, quam qui mandatum voce factum tranſgreditur, Afflict. *in conſtit. ſi vaſſallus à domino in fine lib.* 3. & præceptum poteſt fieri die feriato, & in camera, idem Afflict. *in conſtit. Regiæ Maieſtatis, n.* 12.

Item adde, quod non poteſt fieri præceptum de non exeundo de domo, vt commodius capi poſſit, Bertaz. *conſ.* 437. *ſub nu.* 24. *vol.* 2.

Item † adde, quod id quod ſit contra præceptum, & quod iu- 19
ſte ſit, ne tamen contemnatur imperium, deſtruendum eſt, & licet bene, puniendum Luc. de Pen. *in l. qui fiſcales, C. de nauicular. lib.* 11. vbi dicit, quod plus eſt contemnere, † quam non pa- 20
rere, imo eſt contrarium eius, quod iniungitur, facere; doloſus eſt enim eius animus, qui arbitrium non ſequitur imperantis, ſed ſuas potius explicat voluntate.

21 Item adde, quod † in criminalibus non potest mulctari con-
tumax, quia non venire præsumitur, non quia contemnat iudi-
cem, sed quia seipsum non contemnit, id est, quia non vult se
obiicere carceri, & pœnis conscientia forsan sceleris ductus, vel
etiam sine scelere recusat in discrimen venire. Natt. in consil. 594.
22 vol. 3. & ibi nu. 18. dicit, quod pœna † confiscationis bonorum
pro contumacia in causa ciuili non potest imponi, etiam si mo-
tu Principis fuisset concessa, Marsil. in l. de vno quoque nu. 175.
ff. de re iudic. Bonac. commun. opin. par. 1. pag. 116. & in hac mate-
23 ria contumaciæ, an contumacia † remitti possit, & an contumax
24 possit condemnari, † nisi prius præfixo sibi termino ad se defen-
dendum, & dicendum causam quare propter incursam contu-
maciam, & non comparitionem mulctari non debeat; & an pos-
25 sit † appellare, vide omnino D. Farinac. quæst. crim. q. 18. nu. 58.
26 cum sequ. & ibi num. 39. habetur etiam, quod contumax † po-
test citari ad comparendum, sub pœna carcerationis, vel banni,
vel sub pœna diruendæ domus.
27 Item adde, quod mulcta † insolita, & non consueta de stylo
Curiæ dicitur iniusta, Felyn. in cap. 2. in ver. stylus Curiæ.
28 Item adde, quod † Iudex non potest citare sub pœna confi-
scationis bonorum: & ratio est, quia sequeretur, quod deroga-
retur auth. bona damnatorum, C. de bon. proscript. vt dicit Natt. d.
29 cons. 594. num. 11. & ibi num. 9. dicit, quod mulcta † non potest
indici in causa criminali, vel prouidetur per statuta terrarum,
quod possit procedi ad diffinitiuam contra absentem contuma-
cem, & an possit citari sub pœna confiscationis bonorum, vide
etiam Peregr. in tract. de iure fisci lib. 5. num. 32. vbi plene. Sed de
Principe non est dubitandum, quia potest præcipere subdito, vel
vasallo, vt coram se personaliter compareat sub pœna bonorum
confiscationis, & priuationis feudorum, etiam non expressa
causa, & subditus si non comparuerit ad pœnam comminatam
poterit condemnari, eo tamen prius citato ad videndum dictæ
pœnæ fieri declaratoriam, ita tradit Natta in consil. 556. vol. 3.
& ibi num. 10. dicit etiam, quod iudex potest facere præceptum
alicui, vt compareat sub pœna, quod alias impune possit offen-
di, si aliter iurisdictionem suam defensare non potest, & ibi et-
iam de validitate præcepti sine clausula iustificatiua.
30 Item adde, † quod quando Iudex in pœnam alicuius delicti
præcipit alicui, ne recedat de domo, non potest comminari, nisi
ad pœnam delicti, Ias. in l. quod iussit, num. 19. ff. de re iudic. nu.
5. & consil. 416. num. 10. & ibi in fin. dicit, quod comminatio
31 † indignationis Principis nihil facit ad pœnam pecuniariam, de
qua pœna indignationis habetur per Menoch. de arbitr. iud. casu
36. vbi concludit, quod sit pœna arbitraria.
Item adde, si Iudex ordinarius per præceptum, vel per pro-
clama præceperit, vt fiat, vel non fiat aliquid sine impositione
pœnæ, intelligitur arbitraria contra delinquentem, Nell. de ban-
nit. in 1. p. secundi temp. quæst. 3. quem refert, & sequitur Socin.
in c. licet, numer. 10. de pæn. non poterit excedere tamen mul-
ctam contentam in l. eos, C. de modo mulct. secundum Oldrad.
cons. 15. quem refert, & sequitur Afflict. in constitut. Pœnam no-
uem vnciarum, num. 4. In regno autem Neap. non poterit con-
demnare, nisi ad pœnam tertiæ partis bonorum mobilium, vt ibi
per eum, quæ est pœna ordinaria contumacis per dictam con-
stit. & obseruatur, vt etiam per Foller. in pract. crim. in verb. ac-
censentur contumacis, n. 11.
32 Item adde, quod † licet Iudex comminatus fuerit alicui pœ-
nam aliquam, non tamen cogitur eam imponere, sed potest
mulctam remittere, vt per Barbat. consil. 72. 2. dub. volum. 3. &
Cagnol. in d. l. 1. in princip. num. 86. ff. si quis iusdic. non obtempe-
rauit. Imo potest in totum eam remittere ex causa, si sibi placet,
vt per Alciat. in l. aliud est fraus, §. inter mulctam, ff. de verb. signi-
fic. & Berraz. in consil. 415. n. 6. Baiar.
h *Non comparentis*] Nouissimi ordines anni 1581. *Ros.*
i *Non tamen potest reum citare;*] Concordat cum constitu-
tione Parmę Rubrica de Auditore Criminalium, §. Auditor, vel
alius. Hoc tamen nuperrime inoleuit etiam Venetiis, vbi citan-
tur Rei sub pœna confiscationis bonorum, quod tamen in dicta
Ciuitate nunquam antea seruatum erat. An autem feudatarij,
qui & Castellani apellantur, sic citare, & mulctare possint? Dic,
quod non, glos. ad consuetudinem Turon. art. 4. allegation. lib.
2. §. fin. ff. de iud. Quod feudatarij, qui habent ius confiscan-
di, si tale ius illis proueniat à lege, vt qui delictum, pro-
pter quod fiat confiscatio, de iure communi trahit secum bono-
rum confiscationem, vt est infra q. 7. vers. Multa autem. Tunc
confiscatio pertinet ad feudatarium; si vero de iure communi
non trahit secum confiscationem, tunc non pertinet ad feudata-
rium, dict. quæstion. 78. versic. Quæro nunquid quæstion. 10. versic.
Hac quidem. At de citatione Testium sub pœna confessi in ma-
teria falsitatis, & quod talis citatio de iure non procedat Capyc.
decis. 60. n. 1. Drogh.
k *Vide, quæ dixi*] Adde, quod hodie † de consuetudine per
33 iudices non seruatur l. eos, C. de modo mulct. sed indistincte ar-
bitrio iudicis mulctæ imponuntur nulla habita ratione quanti-
tatis, Iason in lege prima, in principio colum. 2. & ibidem Cagno.
numer. 19. ff. si quis iusdicen. non obtemp. Rolan. consil. 4.. numer.
13. volum. 2. Menoch. in casu 280. numer. 2. & Boll. in titul. de
mulct. numer. 8. dicit, quod dispositio dicta l. † eos, procedit, 34
quando in præcepto non est taxata certa pœna, secus si pœna
sit taxata, & determinata. *Baiard.*
l *Excedere mulctando*] Adde de mulcta, infra quæst. 41. vers.
vnum tamen scias, & quæ sit differentia inter pœnam, & mul-
ctam gloss. ad consuetud. Aurel. tit. de exequnt. instrument. cap. 19.
Iason. in §. pœnales, num. 49. in fi. Instit. de act. infra q. 95. versic.
hac autem omnia. Drogh.
m *Quæro nunquid*] Cattar. d. c. 1. n. 386. Ros.
Quæro nunquid in citatione] adde, quod sufficit, † quod in 35
citatione exprimatur, vt veniat ad respondendum cuidam in-
quisitioni contra eum formatæ, sententiam Bart. in l. inter ac-
cusatorem ff. de public. iudic. & Natta dict. consil. 594. n. 15. Baiar.
n *Arbitrio*] adde quam pœnam incidere valeat iudex, qui
in causis capitalibus arbitrium habet, late, & subtiliter explica-
tum per Iacob. Menoch. de arbitr. iudicat. lib. 2. quæstion. 86.
Giach.
Arbitrio, atque balia,] late Farin. tit. de pæn. q. 17. vol. 1. num. 3.
cum aliis pluribus Ros.
Arbitrio, atque balia] adde, quale arbitrium intelligatur in
causis capitalibus per Menoch. de arbit. iud. lib. 1. q. 77. cum mul- 36
tis aliis sequentibus, vbi plenissime de hac materia, & iudex † li-
cet habeat arbitrium, non potest venire ad torturam sine oppor- 37
tunis indiciis, Gramm. vot. 31. num. 21. & in consil. 3 num. 19. &
consil. 64. nu. 2. Paris. consil. 151. col. 3. vol. 4. Io. Tunij in consil. 81.
num. 68. inter cons. crim. diuers. volum. 2. magna impress. & vide
etiam Menoch. de arbitr. q. 84. lib. 1. & in hac materia arbitrij,
Monticell. in prac. crim. reg. 2. vbi ponit 41. casus, in quib. arbitriũ
iudici a lege conceditur & Burs. in cons. 208. vbi latissime de ar-
bitrio concesso ad torturam cum amplissimis clausulis, & quo-
modo iudex procedere debeat, vide etiam, quæ posui inf. in qu.
64. versic. dixi, & ibi, ne prætextu arbitrij. Baiar.
o *Fere delictis*] Notandum, quia pars querelat, syndicus de-
nunciat, Iudex inquirit. *Drogh.*
p *Dummodo constet*] Cattar. de execut. sent. c. 2. n. 4. & 6. cum
seq. Ros.
q *Moneo autem*] adde, quod similiter valet inquisitio, † et- 38
iam quod non constet de nomine occisi, vt per Natt. in cons.
422. n. 10. & q. 52. in fi.
r *Homicidam*] Titulus delicti si non exprimatur saltem per-
emptorij tempore, vt Senatus pluries, ordinauit, succumbitur
reo, & hoc vt sciri possit pœna. *Ros.*
s *Et F. mandatorem*] adde, quod inquisitio potest formari
† contra mandantem, etiam quod non constet de mandatario, 39
Nat. d. cons. 422. lib. 2. Baiar.
t *Iudicis dicentis*] adde, quod immo nec etiam ratione ar-
bitrij Iudici a statuto concessi Indiciis non præcedentibus in-
quiri potest, Menoch. tract. de arbitr. iudic. lib. 1. q. 78. infr. qu. 35.
vers. sed quid si Princeps, vbi dixi, supra, qu. 6. in fin. q. 64. versic.
sed nunquid bannitus, ibi, responde, quod imo verificari potest.
Drogh.
u *Alij distinguunt*] adde Negus. tract. de pign. & hypp. 3. par.
tertij membri quinta partis pr. n. 6. Drogh.
x *Notarius maleficiorum debet dicere*] adde Bru. tract. de in-
dic. & tort. q. 9. sub n. 4. Drogh.
y *Quod de anno præsenti*] Vulpell. cons. 12. & 18. num. 3. Iura
per Plott. cons. 52. n. 15. & seqq. & limitat Natta consil. 421. num.
1. insuper videndus erit Cattar. de execution. sentent. cap. fin. nu.
149. Ros.
Quod de anno præsenti] adde, quod inquisitio tenet, si licet 40
tempus maleficij non exprimatur, quando Iudex habet iustam
causam ignorantiæ, quod non potuit scire tempus delicti, Nat-
ta in d. consil. 41. n. 11. vol. 2.
Item adde, † quod in crimine falsi non requiritur tempus, gl. 41
instit. de publ. iud. in pr. Mars. in rub. ff. de fals. n. 16. & Ferran. Garg.
in consil. 126. n. 1. tom. 1. inter cons. crim. diuers. Baiar.
z *Expressione temporis*] Et ideo accusator ponens diem in
accusatione, sed illum non probans succumbit; vt per Marsil.
Rub. de fideiuss. nu. 72. infra q. 86. versic. scias autem circa finem,
vbi habetur de isto tempore; An autem de necessitate exprimi
debeat dies, supra qu. 11. vers. Præterea in fi. cum seqq. est autem
dies, maxime in causa falsi de substantia supra q. 18. vers. Dixi, ad
fin. Capyc. decis. 5. n. 9. vide Cian. cons. 262. sub n. 1. ad fin. latissime
Plot. inter Consilia criminalia diuers. cons. 109. per tot. vol. 1. de quo
dixi sup. ad dict. q. 12. Drogh.
a *Existens Florentiæ*] adde, quod inquisitio † valet, etiamsi 42
non exprimatur locus delicti, quando est in Iudice iusta causa
ignorantiæ, quod non potuit scire locum, in quo fuit commis-
sum delictum, Natt. d. consil. 422. n. 11.

43 Item adde, quod in † crimine falsi non requiritur expressio loci, gloss. *instit. de pub. iud. in princip.* Marsi. *in rubr. ff. de falsis, n.* 16. Ferrau. Gargia. *d. consil. 125. num. 2. tom. 1. inter consil. crimin. diuers.* Baiard.

b *Vel potius Notarij*] *sup. q. 26. in princ.* vbi similiter loquitur de Notariis, qui vice Iudicum placita scribunt infra *q. 64. ver. Caeterum, q. 53. versic. Quintus.* Drogh.

c *Nam licet omnis ignorantia*] adde Tex. & ibi Dec. *in l. Regula, ff. de iur. & fact. ignor.* & in quantum hic dicit, quod dictio, dolose, interponi debeat, vt in fine versiculi, Adde, quod vbi actus, super quo inquiritur, de sui natura foret semper malus, tunc non est necessaria dictio, dolose, quicquid dicat Cla. hic, nec ob id vitiatur inquisitio: hoc fuit dictum Angel. *in l. si vacantia, C. de bon. vac. lib. 10. per text. in l. 1. C. de sicar.* sequitur Fel. *in cap. cognoscentes col. 2. ad med. extra de constit.* vide quae dixi supra *in §. Homicidium, versic. ex proposito;* Item Felin. *in c. 1. x parte el 2. coll. mihi 12. versic.* Restinguitur, *extra de rescript.* & vide Boss. *tit. de Inquisit. num. 113. & tit. de Confess. sub numer. 23.* Decian *cap. in praesentia, n. 55. de probat.* Drogh.

d *Vel Nobili delinquenti*] adde, quod de anno praeterito 1584. exiit à Gregorio XIII. Pont. Max. simile Proclama, in quo gratiabantur omnes banniti, exceptis nobilibus. *Drogh.*

e *Et singulis*] Hic scias, quod accusatus de vulnere, & processatus, † si sequatur mors, potest de morte damnari, modo in inquisitione apposita sit ista clausula. Item de aliis clausulis vide per Carer. *pag. 128.* & de ista vide per eundem Carer. *pag. 175. num. 8.* qui *num. 9.* ponit relatiue, an probationes de vulnere prosint in accusatione de morte sequuta, & *num. 11.* an pax facta de vulnere extendatur ad mortem, & *num. 12.* an fideiussor datus de se praesentando super vulnere, si mors sequatur, teneatur in accusatione de morte se praesentare, *num. 13.* quid si ab vno mortaliter est vulneratus, & ab alio postea occisus, an primus de morte teneatur, & *num. 14.* si in vno mense quis est vulneratus, & in alio mortuus: quod tempus vulneris sit in inquisitione ponendum, non autem tempus mortis. *Giach.*

44 *Super quibus omnibus, & singulis*] adde, quod stante † hac clausula, si quis processatus fuerit de vulnere tantum, & mors sequatur, de morte puniri poterit, vide Carter. *in pract. crimin. fol. 175. n. 8.* Baiar.

f *Operatur*] adde ad idem per Dueu. *sub reg. 28. vltima limit.* vbi concordantes allegat, & de illa communi dixi *in collect. mea commun. opin. c. qualitas, n. 2.* Giagh.

g *Posset obtineri*] adde, atque vide per Alex. *consil. vlt. in 2.* & de ista communi vide *in collect. mea commun. opin. c. qualitas, n. 2.* aliquas tamen fallentias nullitatis defectu non obstante, in quibus iudex alias potest poenam minorare, vide per Ludo. Carer. *in pract. crim. §. homic. 6. sub n. si pag. mihi* 507. Giach.

h *Continere incertitudinem*] Vide decisam hanc quaestionem per Ias. *in §. omnium, num. 151. Instit. de act. infra q. 81. vers. Debet etiam statutum.* Ripatol. *in crim. rub. 176.* Crau. *consil. 150. sub n. 3.* Drogh.

i *Potest enim induci à statuto*] adde infra *hac eadem quaest. versic. Quaro modo.* Drogh.

Potest enim] Cartar. *de execut. senten. c. si n. 176. & seq.* Ros.

k *Et quod talis citatio*] adde, quod † idem in Regno Neapol. seruatur de consuetudine, vt attestatur Foll. *in practic crim. in versic. & si constitebuntur 4. par. 3. par. nu. 3. in fine,* & ita etiam

45 seruatur in statu † Ecclesiastico, in quod expresse cauetur per

46 Constit. *lib. 4. cap. 10.* quod vt bannum sequi possit, citatio fiat personaliter, vel ad domum habitationis, siue domicilij citandi, & de marcetta citationum, & quomodo fiant † in Vrbe, late per

47 D. Fariu. *in q. 11. n. 38. cum multis seq.*

48 Item adde, † si in domo solitae habitationis nullus habitat, quomodo in Regno sit facienda citatio ad dictam domum, late per Afflict. *in constit. citationis littera.* & Foller. *in pract. crimin. in versic. vel eos citari faciat, num. 29.*

49 Item adde, † an citatio facta ad apothecam sit valida, late per addent. ad Bertazz. *in consil. 559. in littera A.* Baiar.

l *Intelligendo de domo*] adde Alex. *consil. 107. num. 8. volum. 5.* vbi recte loquitur de citatione, quae solet fieri in domo, & ad domum. *Drogh.*

m *Citatio ad domum*] adde eundem Alex. *consil. 59. num. 14. vol. 2.* quod tamen secus foret in delegato, vt ibidem per eum. *Drogh.*

n *Hac autem omnia*] Cartar. *dict. loco nu. 182.* Decian. *tom. 1. crim. lib. 4. c. 18. n. 4.* Ros.

50 o *Sed quando perfecte*] adde † videndum Foll. *in pract. crim. in vers. vel eos verbaliter citari, nu. 39.* & Mille. *in pract. crim. fol. 39.* vbi tenent, quod citatur per edictum affixum in palatio, vel voce praeconis cum sono tubae in loco publico, & consueto, exprimendo signa personae, & quod talis citatio erit valida. *Baiard.*

p *Cum sono tuba*] adde supra *q. 4. vers. Quando vero, vbi de hac materia, ibi, Quod sine ignoretur nomen delinquentis, infr. qu. 89. vers. scias autem in fi.* & quando delinquens in totum ignoretur, quid olim seruaretur, vide Deut. *c. 21. dixi sup. ad q. 27. in pr.* Dr.

q *Sed nunquid requiritur*] adde, † si nuncius dicat citasse, 51 & relationem in scriptis faciat, & postmodum attestatur, quod illam falso fecit, an sit standum, quod sit falsa. Bar. *in l. si librarius, ff. de reg. iur.* & Bald. *in consil. 252. vol. 4.* videntur decidere hanc quaestionem, tenendo, quod non sit illi credendum: ibi tamen Bald. dicit, quod si esset Iudex, studeret per testes, & alio modo veritatem habere; & si habere non posset, nullo modo tali instrumento fidem adhiberet: & videtur concludere, quod istud sit remittendum arbitrio Iudicis, secundum Innocent. *in c. 1. de arbitr.* sed Lud. Bologn. *in consil. 52. col. 1.* dicit quod si primo fecerit in scriptis, non est postea illi credendum si dicat contrariu.

Item adde, quod relatio † generalis, per quam Nuncius refert, 52 se fecisse, prout habebat in mandatis, valet, & tenet, secundum Soc. *in cons. 56. col. 2. vol. 4.* & an credatur nuncio, vide Menoch. *de arbitr. iud. casu 112.* & Ioan. Baptistam Asin. *in practica de ordine iud. §. 9. cap. 2.* vbi attestatur communem opinionem esse, quod nuncio † credatur, quando nuncius est iuratus. 53

Item adde, si nuncius † fecerit falsam relationem, qualiter 54 puniri debeat, vide text. *in l. 2. C. de sport.* Bal. *in cap. fin. in 2. col. de dolo, & cont.* & Foller. *in pract. crimin. in vers. fiat relatio nuncij, nu. 11.* vbi dicit, quod debet priuari officio, & alius subrogari in loco illius, & etiam corporali macula potest puniri, & poena falsi. ego pluries † nuncios falso referentes, feci ponere ad 55 catenam, vt dicitur ad berlinam, & eos etiam exulando cum priuatione officij, & quod amplius tale officium exercere non possent: & de illo qui fecit † fieri falsam relationem, vide Guid. 56 Papae *decisio. 44.*

Item adde, si nuncius † refert notario, qui facit publicum in- 57 strumentum de his, quae sibi retulit nuncius, qui postea dicit, se aliter retulisse, quam sit scriptum; magis creditur notario, nisi esset suspectus, & nisi de poena falsi ageretur, Abb. *in c. cum parati de appell. & in cap. ad audientiam in 5 notab. de praescrip.* Aug. *in l. 1. §. 1. ff. quemadm. testam. aper.* Alex. *in consil. 70. col. 2. & consil. 74. col. pen. vol. 1.* & Felin. *in d. cap. ad audientiam, col. 2. & in cap. cum causam, in fi. de test.*

Item adde, quod nuncius, † qui non refert citationem, vel a- 58 ctum sibi commissum, tenetur parti ad interesse Bal. *in l. si mensor. ff. si men. fals. mo. dixer.* quem refert, & sequitur Foller. *in practic. crim. in verb. fiat relatio nuncij in fine.*

Item adde, quod relatio † citationis non potest fieri per alium 59 nuncium, qui citationem non facit, licet nuncius † publicus per 60 alium nuncium citationis articulum explicare possit, quando in eadem curia sunt plures nuncij publici, secundum Philip. Franc. *in c. cum parati, n. 51. de appell.*

Item adde, quod relatio † citationis per nuncium non potest 61 fieri die feriato, vt per Philip. Franc. *in c. cũ parati, n. 40. de appell.*

Item adde, quod Iudici † primo debet constare ex actis de 62 relatione citationis, antequam pronunciet, alias processus est ipso iure nullus etiam, quod in veritate pars citata fuerit, & postea Iudici constaret; ita tradit Bart. *in l. multum interest. ff. de condit. & demonstrat.* & ideo dicit Bal. *in l. 2. C. de sportulis,* quod si Iudex festinat ad actum non expectata relatione nuncij, sententia erit nulla, cum debeat Iudici prius constare de contumacia partis, & hoc idem tenet Philip. Franch. *in c. cum parati, num. 34. de appell.* vbi ponit quatuor limitationes, & hanc doctrinam Bar. attestatur esse communem. Vant. *in rubr. de null. & defectu citatio.* dicens, quod si post actum factum relatio fieret, nihilominus actus praecedens non conualesceret, cum à principio de relatione debuisset constare praetori, vt de sua potestate certus fieret, sed vide omnino Marsil. *in l. patre, vel marito, nu. 46. cum multis sequentib. ff. de q.* vbi latissime disputat de veritate dictae doctrinae Bart. & an sufficiat, quod constet Iudici alio modo quam ex actis, quod citatio fuisset executa.

Item adde si nuncius † refert se citasse, & pars negat quod 63 magis credendum est nuncio publico, & iurato, sed aliquando erit arbitratum Iudici secundum qualitatem personarum, & causae, & secundum coniecturas, & verisimile praesumptiones, plus credere parti, quam nuncio, si nuncius est vilis personae, & pars ipsa in dignitate, vel vitae laudabilis, & quandoque exiget iuramentum a parte contra assertionem nuncij, & quandoque plenam probationem, ita tenet Bald. *in c. quoniam contra. de probationibus col. 12.* Abb. & Philip. Franch. *in c. cum parati, num. 36. de appell.* & de hoc etiam vide Menoch. *de arbitr. iud. casu 111. num. 10.*

Item adde, quod contra relationem † nuncij admittitur pro- 64 batio, etiam si extaret statutum, quod credatur citationi & relationi factae per nuncium, Bald. *in l. si tutor in fine, C. de peric. tutorum,* & Philip. Franch. *in cap. cum parati, num. 37. de appell.* & ibi multa alia habentur in materia relationis citationum. *Baiard.*

r *Sed quid si sit in alieno territorio*] Deci. *d. lib. 4. c. 18. num. 5.* Cartar. *d. c. si n. 185.* Ros.

s *Debet hoc casu iudex*] adde similem modũ citandi testes sup.

quæst.16.versic.sed quæro circa fin.est autem à senatu prohibitũ, vt ibi: Ar in statu nostro Pallauicino citando in criminalibus non solent transmitti hæ litteræ subsidiales, stante statuto secundo in criminalibus, ibi, Si vero delinquens fuerit forensis. An autem talis citatio facta in alieno Territorio arctet citatum, ita quod captus in proprio domicilio sententia à tali Iudice lata exequi possit, quia citare debuerit ei non subiectum per litteras subsidiales, quod non dixit Chart. de exec.sent.cap.si.sub nu.185.dixi inf.ad q.85.versic.Tertius est casus. Drogh.

65 t Posset forte dubitari] adde, quod officiales † Regij possunt citare in territorio Baronum, & nuncius Regius non debet accedere ad Baronum, seu eius officialem pro licentia, antequam citet. Boer.decisio 8.decisio Tholos.423. & Foller.in pract. crimin.in versic.fiat relatio nuncij.n.17.Baiar.

u Sed sit vagabundus] adde supra q.28. versic. scias autem. Drogh.

66 Sed sit vagabundus] adde, quod vagabundus citatur † per edictum, secundum Menoch.in consil.100.n.110.vol.1. & in tract.de recuperan.possess.remed.8.nu.1 6.vide etiam Dec.in consil. 18.num.85.vol.1.Baiar.

x Quaro modo] Cart.d.c.si.n.186.Ros.

y Formam traditam à statutu] Fat. tit.de Inquisit. vol.1. qu. 11.n.36.Ros.

z Vna citatio sufficit] adde Neguſ. tract. de pign. primo memb. 6.par.n.4.infra quæst.63.versic. Quaro modo, versic. Hac autem, & versic. Quid si.q.44.versic. Quaro nunc.Drogh.

a Sed certe in hoc ducatu] adde, quod idem seruatur in statu Ecclesiastico, & in Regno Neapolitano, & ita semper seruari vidi, & seruaui. Baiard.

b Sed sufficit monitio generalis] Contra contumaces vero quomodo proferatur sententia, infra, q.34.versic.fin.q.55.versic.Item posset q.51.in princ.qu.93.versic. fuit aliquando, infra hac eadem,q.31.versic.sed quid.Drogh.

c Citari pars offensa] Hæc forte ad subministrandum indicia, Tamen sic raro vtimur extra statum Mediolani, quia raro tractatur de præiudicio fisci, cum fiscus sit saccus. Vide supra qu.11.versic.sed quid econuerso, vbi quod pars necessario citari non debet. Adde infra q.57 versic. sed hac, quæst.48.in princip. vbi de ista citatione. Drogh.

d Quod fiscales subscribant] adde infra qu.46. versic. Sed quomodo probabitur, in fin.Drogh.

67 e Vltimo quaro] adde, si quis fuerit † citatus sine termini præfixione, an talis citatio arctet citatum ad comparendum, Bar.in l.liber homo, §.1.ff.de verbor. obliga. & Bart.in l.consentaneum versic.& nota primo, C.quomodo, & quando Iudex; dicunt, quod tanquam incerta, & obscura non arctat. Bal. vero sibi contrarius in l.perfectius col.3.versic.2.quod vbi, C.de anna except.tenuit contrarium, quia tacite intelligitur tempus, infra quod citatus possit comparere, & hanc partem sequitur Boer. qui hanc quæstionem late examinauit in decisio.235. quam magis communem esse attestatur Carau.in ritu 123.n.9.dicit tamen, quod cautius erit semper in citationibus terminum apponere: & istam quæstionem disputauit etiam Vanr. in tract. de nullit.ex defectu citat.in verb.terminus.n.67.Baiar.

QVÆSTIO XXXII.

Procurator an in causis criminalibus sit admittendus.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Procuratorem non esse audiendum in causis criminalibus.*
2 *Et quid in criminibus priuatis.*
3 *Et qua sit ratio.*
4 *Et quid si imponatur pœna pecuniaria.*
5 *Et quid si imponatur pœna relegationis, vel minor.*
6 *Et quid si imponatur pœna priuationis, seu depositionis ab ordine.*
7 *Et quid si pro crimine, pro quo de iure communi imposita est pœna corporalis, statutum imponat pœnam pecuniariam.*
8 *Et quid si pro crimine imposita sit pœna arbitrari iudici.*
9 *Et quid si imposita sit pœna pecuniaria, quam si non soluerit, infligenda sit pœna corporalis.*
10 *Et quid si ignoretur, an vulnus sit lethale, vel non.*
11 *Et quid in casibus, in quibus potest contra absentem procedi ad sententiam diffinitiuam.*
12 *Et quid si reus sit ex alio maleficio bannitus.*
13 *Et an hoc casu debeat ei concedi saluus conductus.*
14 *Et quis possit eum concedere.*
15 *Et an in casibus, in quibus potest contra mortuum procedi, admittatur procurator.*
16 *Et quid si reus sit carceratus.*
17 *Et quid si procurator velit pro absente allegare tantummodo causas absentia.*
18 *Et quid si velit proponere, quod reus habet in eo loco capitales inimicitias.*
19 *Et quid si velit opponere exceptiones contra personam accusatoris, vel iudicis.*
20 *Et quid si velit opponere occisum fuisse bannitum.*
21 *Et an in causa nullitatis admittendus sit procurator.*
22 *Et an quando proceditur per viam exceptionis.*
23 *Et an possit pro accusatore procurator interuenire.*
24 *Et quid si non fuerit oppositum contra procuratorem, an processus valeat.*
25 *Et an sententia sit contra dominum absentem, vel contra procuratorem præsentem.*

Ex Additionibus.

1 *Princeps de potestate ordinaria non potest procuratorem in criminalibus admittere, in quibus de iure non admittitur.*
2 *Procurator in criminalibus quando admittitur, remissiue.*
3 *Procurator non admittitur etiam pro minore.*
4 *Procurator in Regno Neap.in criminalibus non admittitur, nisi ad allegandum excusationem absentia, infirmitatis, vel captiuitatis.*
5 *Et quid de nullitate citationis.*
6 *Procurator non auditur in statu ecclesiastico in causa sanguinis, nisi reo in carceribus constituto.*
7 *Sententia lata personaliter non comparente in statu ecclesiastico, est ipso iure nulla, etiam fisco. vel parte non agente.*
8 *Procurator non admittendus non admittitur etiam in causa appellationis.*
9 *Procurator non admittitur in causa criminali, sed pecuniaria, & quando admittitur, remissiue.*
10 *Procurator an admittatur pro accusatore, remissiue, & num.53.*
11 *Iudex in omnibus delictis potest principalis rei præsentiam requirere,* & n.16.
12 *Procurator an interueniat in causa iniuriarum criminaliter mota.*
13 *Procurator non admittitur in delicto, cuius pœna est arbitraria, antequam pecuniaria declaretur.*
14 *Procurator non admittitur etiam in pœna declar.ita pecuniaria, quando reus fuerit contumax, & obtinuerit admitti ad nouas defensiones, vel fuerit restitutus.*
15 *Vulnerans an possit puniri, antequam mors vulnerati sequatur, remissiue.*
17 *Bannitus an possit citari, remissiue.*
18 *Saluus conductus non conceditur ad agendum.*
19 *Saluus conductus an concedendus bannito, remissiue.*
20 *Saluum conductũ frangens quomodo puniatur, remissiue.*
21 *Saluus conductus datus alicui, & sociis extenditur ad hebraos.*
22 *Saluum conductum frangens quando teneatur crimine læsa maiestatis, remissiue.*
23 *Saluo conductu abutens quomodo puniatur, remissiue.*
24 *Socij qui dicantur in saluo conductu, remissiue.*
25 *Hispanorum mos est non seruare fidem.*
26 *Cauendum à Catalanis.*
27 *Saluus conductus quando possit à iudice concedi.*
28 *Saluus conductus in statu ecclesiastico publicatur in locis publicis.*

29 *Saluus conductus potest à Iudice concedi in statu ecclesiastico.*
30 *Saluus conductus datus in eundo, intelligitur etiam in redeundo.*
31 *Saluus conductus quantum duret.*
32 *Saluus conductus extenditur ad res, & personas.*
33 *Saluum conductum habens si capiatur, debet reponi in pristinam libertatem.*
34 *Saluus conductus morte expirat, nisi verba sint ampla.*
35 *Saluus conductus an amittatur si sub eo delinquitur.*
36 *Iudex potest assecurare testes, vt tuto veniant ad se examinandum.*
37 *Saluum conductum petens debet narrare omnes qualitates.*
38 *Saluus conductus de eundo libere intelligitur etiam de mittendo nuntium.*
39 *Capitaneus belli potest concedere saluum conductum bannito, & hosti.*
40 *Saluum conductum Principis frangens quomodo puniatur, remiss.*
41 *Clericus frangens saluam guardiam Principis an possit per iudicem laicum puniri.*
42 *Infamis potest allegare absentiã citati, & debet admitti.*
*42 *Delinquens aliquando excusatur ob causam.*
43 *Procurator an admittatur ad proponendum exceptiones dilatorias.*
44 *Et quid in Regno Neapolitano.*
45 *Quid in statu ecclesiastico.*
46 *Vniuersitas, & mulier coniugata an possit comparere per procuratorem in criminalibus in dicto regno.*
47 *Et quid si fuerint citatæ decem personæ.*
48 *Clericus in dicto Regno an possit per procuratorem declinare forum in criminalibus.*
49 *Et quid si citantur priuilegiati.*
50 *Priuilegium fori quando admittatur per contumaciam.*
51 *Procurator admittitur pro bannito ad petendum indultum pro ille crimine ex aliqua causa sibi competenti.*
Quid autem seruetur in Regno Neapolit. n. eod.
Quid in statu ecclesiastico, n. eod.
52 *Exceptio impunitatis impedit processum ad vlteriora.*
Etiam, quod bannitus interfectus esset extra territorium bannientis, n. eod.

a 1 SÆpenumero *a* in causis criminalibus post intimatas reis citationes comparent procuratores, & excusatores, qui multas exceptiones proponunt: propterea videndum est, nunquid sint huiusmodi procuratores
b in iudiciis criminalibus *b* admittendi. In hac autem quæstione facienda est in primis conclusio, quod regulariter in causis criminalibus non admittitur procurator, vt est text. *in l. pen. §. ad crimen. ff. de pub. iud.* vbi omnes notant, *& in l. seruum quoque, §. publico. ff. de procurator.*

2 Et hæc conclusio locum habet, non modo in criminibus publicis, prout loqui videtur text. *in d. §. ad crimen,* sed etiam in priuatis delictis, & est communis opinio, vt attestantur scribentes *in eodem §. ad crimen,* & in specie Benedic. de Plumb. *post num.* 3. & Rubeus, *post num.* 110. 121. *& sequen.* Marian. *in cap. veniens, num.* 20. *& sequ. de accusat.* quem refert Bosl. *in tit. An in causis criminalibus, &c. post nu.* 1. *vers. prima igitur,* Rub. *in d. §. publice, num.* 2. *in fin.* Menchiaca *controuers. vsu frequentium, cap.* 39. *num.* 24. Et dicit Bartol. *in d. §. ad crimen, num.* 11. quod ita seruat consuetudo. Quod tamen intellige, vt procedat quando pro huiusmodi priuatis delictis imposita est pœna relegationis supra, iuxta ea quæ dixi infr. *vers. ex hac autem, & seq.*

c 3 Ratio *c* autem huius conclusionis est, quia quilibet reus mitteret procuratorem, qui pro ipso compareret, & vbi ipse esset condemnandus pro delicto in aliquam pœnam corporalem, non posset fieri executio condemnationis: Sic etiam quilibet accusator posset constituere procuratorem, & vbi succumberet in iudicio accusationis, euaderet condemnationem, quæ contra eum facienda esset ad pœnam talionis, & sic omnia judicia criminalia redderentur elusoria. Et hæc est magis communis ratio, vt dicit Alber. *in dicto §. publice, post num.* 18. Blanc. *in pract. crimin. folio* 15. *num.* 14. Bene verum est, quod quantum ad accusatorem hodie cessat hæc ratio, cum sit sublata pœna talionis, vt dixi infra *quæstione* 81. & consequenter respectu accusatoris cessat etiam ipsa conclusio. Et ideo ex parte accusantis semper admittitur procurator, vt dixi infr. *vers. quæro nunquid.*

Ex hac *d* autem ratione infertur, conclusionem ipsam intelligendam esse, vt procedat in illis causis criminalibus, in quibus venit *e* imponenda pœna corporis afflictiua, vt scilicet in illis non sit admittendus procurator. Et hæc communis opin. vt dicit Sapia *in repet. l. imperium, num.* 42. *ff. de iurisdict. omn. iud.* Et ideo vbi pro crimine imponeretur pœna fustigationis, vel huiusmodi, non esset procurator admittendus. Et hanc dicit esse communem opinionem Menchiaca *controuers. vsu frequen. cap.* 17. *num.* 7. Si tamen in aliquo loco esset consuetudo, quod admitteretur, illa seruanda esset, prout attestatur esse stylum, & consuetudinem patriæ Delphin. Guido Papæ *decis.* 338. aliquis accusator, quod scilicet in causis criminalibus non capitalibus admittitur reus per procuratorem, etiam ad media causæ. d e

Ceterum vbi ex iuris *f* dispositione non imponitur pœnam corporis afflictiua, sed tantum pecuniaria, eo casu admittitur procurator: Et hæc est communis conclusio Doctorum tam iuris ciuilis, quam canonici, vt dicit Marian. *in dicto capit. veniens, numer.* 24. Menchiaca *in d. cap.* 17. *in fin.* In istis enim casibus cessat ratio conclusionis superius adductæ; *g* nam cum executio condemnationis facienda sit in bonis, non autem in persona, nihil interest fisci, neque partis, an reus personaliter compareat, vel per procuratorem se defendat. f 4 g

Hinc est, *h* quod si agatur de delicto, pro quo tantummodo veniat imponendo *i* pœna relegationis, vel alia minor relegatione, poterit procurator interuenire, ita tenuit glos. *in d. § publice, in verbo, datur:* & est cõmunis opin. vt attestantur Scribentes *in d. §. ad crimen,* & in specie Benedictus de Plumbino, *post nu.* 24. & Rubeus, *num.* 124. *& seq.* Idem attestantur Scribentes *in d. cap. veniens,* & in specie Abb. *num.* 18. & Anan. *num.* 8. & Marian. *num.* 41. *& seq.* & Berous *nu.* 35. subdens, quod ita seruatur in practica. Hanc etiam dicit esse communẽ Cy. *in l. reos, col.* 1. *vers. Secũdo casu, C. de accusat.* subdens, quod illam sequitur vsus causarum Italiæ, Bart. *in d. §. ad crimen, post nu.* 4. subdens, quod ita iudicaret, Signorol. *cons.* 169. *num.* 51. Angel. *in d. l. reos post nu.* 1. Paulus de Castro *in d. §. publice,* prout illum refert Ant. Gomes. *lib. delictorum cap.* 1. *num.* 13. Cæpolla *consil. crim.* 72. *vers. de primo non videtur,* Cardin. Alex *in c. si quãdo, col.* 7. *vers. in glos. ibi. §.* 22. *quæst.* 6. Blanc. *in pract. crim. fol.* 20. *nu.* 51. Foller. *in pract. crimin. fol.* 131. *nu.* 6. *fol.* 132. *post num.* 12. *pract. Conradi, fol.* 261. *num.* 4. Berous *in d. c. veniens, nu.* 35. *&* 39. quem refert Viuius *in lib. commmunium opin. in verbo, Procurator in capitalib.* Menchiaca. *controuers. vsu frequen. in dict. cap.* 17. *nu.* 6. Carauita *super ritu* 108. *magnæ curiæ, num.* 2. *& super ritu* 69. *numer.* 3. vbi dicit, quod ita concludunt communiter Doctores. Hanc etiam opinionem de consuetudine seruari attestatur Alber. *in dict. §. publice, num.* 6. *& sequen.* Cæpolla, *consil. crimin.* h i 5

crim.55.verſ.Secundo,non obſtat. Et dicit Salyc. *in d.l.reos, num.4.* quod hanc opin. conſuetudine roboratam eſſe omnes fatentur. Et licet aliqui voluerint facere differentiam, an relegatio ſit ad certum, puta, in aliquam inſulam, vel ciuitatem, quam vulgo Confinationem appellant; an autem ſit à certo loco puta, ab aliqua prouincia, vel territorio, quod vocamus Exilium: nihilominus indiſtinctè tenenda eſt communis concluſio, quod ſcilicet vtroque caſu admittatur. Et ita tenent communiter Scribentes, vt dicit Rubeus *in d.§. ad crimen, num.146.*

6 Item etiam eadem ratione dicendum eſt in caſibus,
k in quibus tantummodo imponitur *k* pœna priuationis, ſeu in depoſitionis ab ordine, ſeu dignitate: in his enim pariter poterit reus per procuratorem ſe defendere. Et eſt communis opin. vt dicit Bened. de Plumb. *in d.§.ad crimen, poſt num.24.* Marian. *in d.c.veniens, nu.50.* Rubeus *in d.§.ad crimen, num.150.& ſeq.& in d.§.publice, num.44.*

7 Dictum eſt, quod in his criminalibus pro quibus imponitur pœna pecuniaria, admittitur procurator: modo tu ſcis, quod pro homicidio de iure communi im-
l ponitur pœna mortis; *l* Pone, quod ex diſpoſitione ſtatuti alicuius ciuitatis imponatur pro homicidio pœna pecuniaria: nunquid poterit reus de homicidio imputatus comparere per procuratorem? Reſpond. quod ſic: & in hoc omnes concordant, vt dicit Bald. *in dicta l.reos, nu.24 C.de accuſ.* Marian. *in d.cap. veniens, nu.24. in fine, & poſt num.30. verſ.ſed aduertendum,* quem refert Boſſ. *in tit.an in crim.iud.& in prima concluſ.* Et dicit Signorol. *conſ.2.nu.15.* quod ita tenent communiter Doctores. Idem dicit Imola *in dicto §.ad crimen, poſt num. 10.verſ.ſi autem ſtatutum,* Salyc. *in d.l.reos, num.9.* Hanc etiam opin. dicit eſſe communem Rubeus *in d.§.ad crimen, nu.183.* Cum enim diſpoſitio ſtatuti in loco, quo viget, ſuccedat loco iuris communis, vt dixi ſupra *libr. 1.* non eſt habenda in conſideratione pœna iuris communis, ſed tantummodo pœna ſtatuti. Hoc tamen intellige, vt procedat, quando ſtatutum imponit ſimpliciter pœnam pecuniariam pro homicidio: nam eo caſu vtique poteſt procurator interuenire. Si vero ſtatutum imponat pœnam mortis, à qua poſſit ſe liberare ſoluendo pœnam pecuniariam, tunc quia principaliter impoſita eſt pœna corporalis, non eſt procurator admittendus, & ita dicit communiter teneri Alber. in *2.par.ſtatut.q.113.* Sed certè hæc quæſtio raro poterit in practica contingere, cum ſecundum magis communem opin. huiuſmodi ſtatuta imponentia pro homicidio pœnam pecuniariam non valeant, nec ſint obſeruanda, vt dixi ſupra *hoc eo.lib.§.homicidium, verſic.ſed nunquid.*

8 Sed quæro, *m* quid ſi ex diſpoſitione iuris commu-
m nis, vel ſtatutorum pœna alicuius delicti remiſſa ſit *n*
n arbitrio iudicis, nunquid hoc caſu erit admittendus
o procurator? Reſpond. *o* Si quidem pro eo delicto ex tali arbitrio iudices non conſueuerunt imponere pœnam corporis afflictiuam, vtique poterit procurator interuenire; aliàs ſecus: & ita obſeruatur de conſuetudine, vt atteſtatur Ang. *in d.§.ad crimen in vltimis verbis,* quem refert Imola *in d.§.ad crimen, poſt n.10. verſ.quid autem ſi pœna.* Sed hoc intellige, vt procedat, quando pœna eſt commiſſa arbitrio ipſiuſmet iudicis: Sed ſi eſſet reſeruata arbitrio principis, vel ſuperioris, non eſt audiendus reus per procuratorem, etiam quod princeps pro eo delicto aliquando pœnam corporalem non impoſuiſſet; nam ea, quæ pendent à voluntate principis, non ſunt inferiorum regulis ſubiicienda.

9 Vlterius quæro: *p* Pone, quod lex, vel ſtatutum im-
p ponat pro aliquo delicto pœnam pecuniariam, ſed in caſu, in quo non ſolueret pœnam pecuniariam infra certum tempus, imponeret pœnam corporis afflictiuam, nunquid poterit reus eo caſu comparere per procuratorem? Reſpond. quod ſic, ita dicit Imola *in d.§.ad crimen, nu.10.* & eſt communis opin. vt ait Marian. *in dicto cap. veniens, poſt num.31.col.3.verſ.ſed aduerte.* Rubeus *in d.§.ad crimen, num.179.& ſeq.* Hanc tamen intellige, vt procedat, dummodo principalis ipſe ſit notoriè ſoluendo, vel (vbi non ſit idoneus) præſtet idoneam cautionem de ſoluenda condemnatione pecuniaria, vbi eum condemnari contingat: alias vero tenetur perſonaliter comparere, ne fortè condemnatio redderetur eluſoria. Et ita ſeruantur, vt dicit Blanc. *in pract. crim. fol.19.num.113.*

Sed pone, Tu ſcis quod ex forma ſtatutorum pro 10
vulnere communiter imponitur pœna pecuniaria, pro homicidio vero imponitur pœna mortis: modo Titius vulnerauerit Seium: & dubitatur, an vulnus ſit lethale vel ne: Quæro, ſi procedatur contra Titium, an eo caſu ſit admittendus, *q* vt compareat per procurato- q
rem. Reſpond. Aliqui dicunt, quod poteſt iudex hoc caſu admittere procuratorem, ſub conditione, quod ſi Seius moriatur, habeatur pro non admiſſo. Et hanc dicit eſſe communem opinionem Alexand. *in l.prætor ait.in princ.num.5.& ſequent.ff.de damno infecto.* Sed certè hæc practica mihi nunquam placuit: quia hoc modo ſi poſtea ſequeretur mors vulnerati, iam reus feciſſet ſuas defenſiones abſque perſonali conſtitutione, quod eſſet valde inconueniens. Et licet eo caſu poſſet iudex inhærendo admiſſioni procuratoris conditionaliter factæ decernere, quod tales defenſiones haberentur pro non receptis; nihilominus ſi ex eis appareret de innocentia rei, non video, quomodo poſſet eum quamuis contumacem condemnare. Præterea iudicio meo tutior eſt practica, quæ ſeruatur in hoc Ducatu, quod ſcilicet iudex ſuperſedet à procedendo, donec videtur exitus, an ex vulneribus ſequatuor mors, vel non: quam etiam practicam arbitror eſſe iuri communi magis conformem; nam clarum eſt, quod etiamſi aliquis alium lethaliter vulnerauerit, ita vt certum ſit illum ex vulnere periturum, non propterea poteſt inquiri de homicidio, neque puniri de occiſo, antequam vulneratus moriatur, vt di- r
cit Bartol. *in l.damni, §.Sabini, numero 5. ff.de damn.infect.* & eſt communis opin. vt atteſtatur Card. Alexan. *in capit.1.in princ.columna 2.in princ.quibus mod.feud.amitt.* prout illum refert Placa *libr.1. delict.cap.12. poſt numerum 14.* Non poteſt ergo iudex contra eum procedere, niſi de vulnere, & ſic vbi mors poſtea ſequatur, opus erit nouo proceſſu, & noua condemnatione, & omnia prius acta erunt fruſtratoria, & nullius momenti. Bene verum eſt, quod in hoc Ducatu, in quo ex diſpoſitione conſtitutionum pro vulneribus illatis animo deliberato eſt impoſita pœna mortis, vtique poſſet iudex procedere, etiam non expectato euentu, ſaluo tamen iure procedendi de homicidio, vbi mors ſequeretur, ex quo vtroque caſu reus teneretur perſonaliter comparere, & ſic nullum poſſet ſequi inconueniens. Et hoc aliquando vidi ſeruari in caſibus atrocibus, & celeri expeditione dignis.

Hæc autem concluſio, quod in cauſis criminalibus 11
non ſit procurator admittendus, non videtur de iure communi multum præiudicij afferre poſſe imputatis de aliquo crimine, ex quo regulariter de iure communi non poteſt procedi contra abſentem ad ſententiam diffinitiuam, ſed tantummodo fit annotatio bonorum, vt dixi infra *quæſtione 44.* *ſ* Sed quid dicen- ſ
dum in caſibus, in quibus abſens poteſt diffinitiuè condemnari ex forma ſtatutorum, quæ communiter vigent in ciuitatibus Italiæ, & aliis, diſponentium, quod contumax habeatur pro confeſſo, & conuicto;

& possit capitaliter condemnari? nunquid istis casibus erit admittendus procurator, qui pro ipso absente interueniat? Respond. Hæc est ardua quæstio, in qua Doctores tam antiqui, quàm moderni variè locuti sunt. Nam Cyn. *in dicta l. reos, columna fin. vers. Tertio quæritur, C. de accusat.* videtur tenuisse, quod vbi absens potest diffinitiuè condemnari, sit admittendus procurator, referens Dyn. ita consuluisse in facti contingentia, & hanc opinionem dicit esse communem Imola *in d. §. ad crimen, num. 17. in fin.* quem refert Corn. *consilio 17. in princ. libr. 3. & consilio 122. in littera F, libr. 4. & consilio 55. quod est consilium vltimum in littera G, libr. 3.* & Ruin. *consilio 119. in primis verbis libro 5.* Angel. *in dicto §. ad crimen, post numerum 4. versic. Nono fallit*, vbi etiam subdit, quod ita practicatur vbique, quem refert Aug. ad Ang. *de malefic. in verbo, Qui dominus index, sub numer. 13.* Cæpolla *consil. criminali 46. versic. præterea dico*, Abb. *in dict. cap. veniens, post numerum 19.* Marian. *in dict. cap. veniens, num. 54. & sequent.* Bellamera *decisio. 717. si clericus.* Et dicit Alexand. de Neuo *consilio 99. num. 3.* quod hæc est communis opin. Legistarum, & Canonistarum, quod consilium est repertum inter consilia criminalia aduersorum *consil. 89. libro 1.* Dicit etiam Dyn. *in dicta l. reos, versiculo item scire debetis*, quod hæc est communis opinio, maiorem nostrorum, & quod quidquid sit de iure, consuetudo Italiæ approbat hanc opinionem, & illum refert Corn. *consilio 273. in littera D, libr. 3.* Contrariam autem sententiam, scilicet quod etiam in casibus, in quibus potest contra absentem procedi ad sententiam diffinitiuam, non sit admittendus procurator, tenuit Ruin. *in dicta l. reos.* Et dicit Bald. *in dicta lege reos, numero 25.* quod hæc est veritas secundum omnes. Hanc etiam opin. dicit esse communem Benedic. de Plumbino *in dicto §. ad crimen, numero 12. & sequent.* Alexand. *consilio 116. numero 18. libro 2.* vbi etiam subdit, quod omnes dicunt ita de facto seruari, quem refert Marsil. *in practic. crimin. §. sequitur, numero 27.* & Rubeus *in dicto §. ad crimen, num. 61.* & Vantius *de nullitatibus, folio 239. numero 177. circa fin.* & Practica Conradi, *folio 262. numero 5.* Iason *in l. 2. C. qui testamen. facere poss.* prout illum refert Rubeus *in dicto §. publicè, numero 26.* Et dicit Pract. Papiensis, *in forma inquisitionis, in verbo, Hæc est quædam inquisitio, numer. 34. in fin.* quod iudices maleficiorum nolunt aliquem audire, quomodocunque veniat.
t niat. t Mihi semper placuit opin. Rayner. quod etiam in istis casibus non admittatur procurator, quæ etiam (quicquid dicant tenentes contrarium) est magis communis, & in practica indistinctè obseruatur, vt attestatur Alber. pater practicæ *in d. §. publicè, num. 24.* Aliàs autem destrueretur tota practica criminalis, cum hodie ex consuetudine totius Italiæ, pro quocumque crimine possit absens (etiam ad mortem) condemnari, vt dixi infra *quæstio. 44.* sequeretur enim, quod in quacunque causa procurator esset admittendus, quod esset (iudicio meo) absurdissimum, & ita
u tene, & serua in practica, & non errabis. u Et in omnem casum Doctores tenentes contrariam sententiam ferè omnes fatentur, quod potest iudex dicere procuratori, quod vult, quod principalis personaliter compareat, tanquam melius informatus, & quod assessores hoc obseruant in practica. Et hanc cautelam ponit Gand. & alij, qua etiam se vti solitum fuisse dicit Angelus *de maleficiis, in verbo, Qui dominus iudex videns, nu. 17.* Illam etiam ponit Bartol. *in l. 2. §. defendi, num. 2. ff. ex quibus caus. in poss. eatur*, vbi dicit, quod hæc est communis practica. Et hoc etiam videtur fuisse ex mente Bartoli *in l. qui bona, §. si alieno, num. 16. ff. de damno infecto.* cuius opinio communiter recipitur, vt dicit Rubeus *in d. §. publicè post numer. 31.* Et ita seruat totus mundus, vt dicit Paul. de Castr. *in d. §. publicè, numero 12.* subdens, quod nisi hoc fieret, nunquam daretur aliqua sententia in criminalibus, quia semper mitterent procuratorem, qui cum suis cauillationibus obuiaret, vt dixi infra *quæst. proxim. vers. quinimo vt dixi.*
x Et ideo vbicunque citatio continet, quod reus personaliter compareat, non est tractandum, an possit admitti procurator, vel excusator, sed necesse est, quod ipse reus principalis personaliter compareat, vt declarat Ruin. *in allegato consil. 118. libr. 5.* Bene verum est, quod si talis procurator non vellet caussam absentis defendere, sed tantummodo proponere causas absentiæ, eo casu vtique esset audiendus. Et in hoc vtriusque partis fauores conueniunt, vt attestatur Menchiaca *controuers. vsu frequentium cap. 17. numero 2.* vbi dicit, quod hæc non modo est communis, sed receptissima omnium opin. y Vide, quæ dixi infra *vers. Prædicta autem.* y

Sed nunquid admittendus saltem erit excusator, qui pro absente compareat ad eum defendendum? Dixi inf. *q. proxim. vers. sed, quod plus est.*

Tu scis, z quod bannitus pro vno maleficio potest z etiam pro alio maleficio inquiri, & banniri, vt dixi supra *quæst. 16. vers. sed nunquid.* Pone modo, quod bannitus pro vno citetur, vt compareat pro secundo maleficio: nunquid poterit comparere per procuratorem, ex quo propter primam condemnationem non potest personaliter comparere ad se defendendum? Respond. quod non, & sibi imputet, si non potest personaliter comparere, cum id euenerit ex suo maleficio, ex quo non debet ipse consequi commodum, vt effugiat executionem secundæ condemnationis, vbi veniret condemnandus. a Debet ergo impetrare saluum conductum respectu primæ condemnationis, & personaliter comparere pro secunda ad se defendendum; & ita practicatur, vt dicit Blanc. *in practica crim. folio 21. numero 102.* & talis b saluus conductus non potest ei denegari, aliàs esset illi auferre facultatem se defendendi, & ita se pluries fieri vidisse attestatur Boss. *in tit. de citat. num. 36.*

Sed hic quæro, c quis possit huiusmodi saluum conductum bannito concedere. Respond. d De Principe non est dubium, quod potest illum concedere, sed quid e in iudice? Et dicendum est, quod & ipse potest de iure illum concedere, & est communis opin. vt attestatur Blanc. *in pract. crim. fol. 33. nu. 15. & seqq.* Quidquid tamen sit de iure, in hoc Ducatu iudices non concedunt huiusmodi saluos conductus, sed solus princeps, vel senatus, vt dicit etiam Boss. *in loco præalleg.* Et reperio, quod cum prætor Cremonæ, qui iuxta solitum erat Senator, talem f saluum conductum concessisset, senatus ei rescripsit, vt posthac abstineret, & permitteret, vt à Senatu peterentur, 36. Febr. 1554.

Debes scire, g quod sunt aliqua delicta, pro quibus potest procedi etiam contra mortuos, & eorum memoria damnari, vt est crimen hæresis, & alia, de quibus dixi infra, *qu. 51. vers. quæro nunc, & sequent.* Pone ergo, quod in aliquo ex illis delictis procedatur contra aliquem iam defunctum, nunquid poterunt eius hæredes constituere procuratorem, qui ipsum mortuum defendat? Respondeo, quod sic, & ita in facto obtentum fuit Romæ tempore Clementis V. coram quo fuit accusatus de hæresi h Papa Bonifac. VIII. iam mortuus, vt recenset Alber. *in rubrica C. de hæret. numero 15. & in dicto §. publicè, numero 17. in fin.* quem refert Rubeus *in dicto §. ad crimen, numero 83. & sequens.* subdens, ab hac opi. tanquam communi non esse recedendum. Cessat enim hoc casu ratio conclusionis, & regulæ, de qua supra, quo scilicet nisi reus compareat personaliter, iudicium poterit reddi elusorium, non hoc casu neque

reus potest personaliter comparere, neque in eum iam mortuum potest fieri executio, iuxta ea, quæ dixi *in d. quæst.51.vers.hic incidenter.*

i Item quæro, *i* quid si reus sit præsens in iudicio, quia scilicet fuerit captus, vel sponte se constituerit, nun-
16 quid pro eo potuerit procurator interuenire? Respond. quod sic. Et in hoc omnes Doctores concordant, vt dicit Bald.*in dicta l.reos, numer.*21. *C.de accus.* quem refert Marian.*in dicto capit.veniens, nu.*6. Et quod quando reus est ex illa causa carceratus, possit pro eo interuenire procurator, dicit esse communem opin. Imol. *in dicto* §.*ad crimen, numer.*18. *& seq.* vbi etiam subdit, quod ita seruat consuetudo, quem refert Anton. Gomes.*capit.*1.*de delict.num.*14. licet dicat, quod cauti iudices faciunt actos processus cum ipsismet carceratis, subdens quod ita est communis vsus,& stylus in practica, quod tamen intellige secundum ea, quæ statim dicam; Aretin.*in dicto capit.veniens, numero* 64. Cardin. Alexand.*in cap.si quando,col.*4.*vers.sed tenendo,* 2.*quæst.*6. Rub.*in d.*§.*ad crimen,num.*68.*& sequent.* Menchiaca *controu.vsu frequentium, capit.*17.*numero* 4.*in fin.* Ita etiam communiter teneri,& seruari attestatur Abbas *in d. c.veniens, num.*22.Et dicit Bart.*in d.*§.*ad crimen, numero* 10. quod ita approbat consuetudo, quem refert Bened.Plum.*in d.*§.*ad crimen, num.*37. Item dicit Bald. *in d.l.reos, nu.*40.*in fin.* Tu verò, ne erres, distinctè etiam ex mente Doctorum *in locis præalleg.*& dic, quòd; Aut quæritur, an, quando reus est personaliter in iudicio constitutus, possit admitti pro eo procurator ad respondendum accusationi, vel inquisitioni, vel interrogationibus, quæ ei fiunt à iudice super delicto, siue in proximo examine, siue in aliis, siue in tortura, & tunc dicendum est, quod nullo modo potest pro eo procurator interuenire, sed debet personaliter duci ad bancum iuris, vel ad locum tormentorum per se ipsum respondere, & ita practicatur, vt dicit Angel. *in d.*§.*publicè post num.*1. quem refert Paul.de Castr.*in eo.*§.*publicè, nu.*9. & Ang.*de malef.in verbo, qui dominus iudex videns quod inquisiti, numero* 12. Ita etiam practicari attestatur Angel. *in d.l.reos, num.*1.*in fi*1. *k* Aut quæritur,
k an possit procurator interuenire ad alios actus caussæ, puta, ad opponendas exceptiones, producendum capitula, & alia faciendum in ipsa causa, & dicendum est, quod sic: & ita dicit se pluries obtinuisse, & vidisse de facto obseruari Alber.*in d.*§ *publicè, post numer.*18. *versic.item quæritur, an saltem.* Benè verum est, quòd non semper constituitur ad hoc procurator cum mandato, sed quilibet defensor pro carceratis admitti solet, prout etiam in practica obseruari attestatur Blanc. *in practica crimin.fol.*14. *num.* 65. quæ tamen practica mihi nunquam placuit, quia talis defensor, siue procurator sine mandato potest, quidem prodesse reo, sed non obesse, quod in maximum præiudicium fisci, & accusatoris, propterea non deberent iudices ipsos admittere sine legitimo mandato, & non sunt multi dies quod quidam carceratus petebat tolli de processu quandam comparitionem factam per eius aduocatum, quæ continebat quædam sibi præiudicialia, asserens, quod ille aduocatus nullum ab eo mandatum habebat, licet senatus id ei concedere noluerit. Senatus tamen vult ita obseruari, vt scilicet admittan-
l tur huiusmodi defensores carceratorum, *l* etiam sine mandato, & cum quidam prætor rejiceret quendam defensorem ex causa, quia non haberet mandatum, rescripsit illi prætori, vt omnino ei traderet copiam indiciorum, neque postea aliquem ex ea caussa rejiceret, 2. Septembr. 1558. P. N. Et ideo ita seruandum est. Aut verò quæritur, an possit constitui procurator ad sententiam audiendam; Et hoc casu dicit Rubeus *in d.*§.*ad crimen, numer* 82. quod omnes concludunt, quod non, & verum dicit loquendo de iure; nam debet reus esse præsens ad audiendum sententiam, vt dixi supra *quæst.proxim.vers.sed hic quæro,* quod tamen in multis locis non seruatur,& præsertim in hoc Ducatu, vt ibi dixi.

Prædicta *m* autem conclusio, quod in caussis crimi- 17
nalibus non sit procurator pro reo absente admitten- m
dus, intelligenda est, vt procedat quantum ad hoc, vt talis procurator non possit ipsius rei absentis defensionem suscipere: sed si velit allegare causas absentiæ; vtique admittitur. Et hoc tenent omnes,vt dicit Anan. *in d.cap.veniens, numer.*13. Dicit Angel.*in d.l.reos, circa princ.C.de accusatio.* quod istud tenent omnes indifferenter, & ita seruatur, vt dicit Carauita *super ritu* 105. *magna curiæ, num.*2. Neque hoc casu facienda est differentia, an habeat in specie mandatum ad allegandas *n* causas absentiæ, an autem habeat ad causam i- n
psam prosequendam: nam vtroque casu est admittendus. Et ita tenent communiter Doctores, vt dicit Ana. *in loco præalleg.nu.*14. Vide,quæ dixi supra *vers.Hoc autem, circa fin.*

Idemque si talis procurator velit proponere, quòd o
reus citatus habet in eo loco, ad quem citatur, capita- 18
les inimicitias: nam & eo casu erit cum mandato audiendus.Et est commun.opin.vt dicit Marian.*in d.c.veniens, post nu.*68.*vers.circa primam,* quem refert Boss.*in tit. an crim.iud.nu.*12.

Pariter etiam est *p* admittendus, si velit proponere 19
aliquas exceptiones dilatorias, seu declinatorias, aut p
alias ex iis, quæ ante litis contestationem proponi solent: puta, quòd accusatur sit infamis, vel excommunicatus, vel aliàs inhabilis ad accusandum, vel quòd iudex sit incompetens, vel excommunicatus, vel huiusmodi, ita dicit Bartol.*in d.*§.*ad crimen*: cum quo tenent omnes, vt dicit Imola ibi, prout illum refert Boss. *in titulo de carcer.fideiuss.comm.numero* 16. Et hæc est commun. opinio, vt dicit Bened. de Plumb.*in d.*§.*ad crimen, num.*52. *q* Hoc tamen intelligendum est, q
vt procedat, dummodo talis exceptio nihil ad ipsum crimen pertineat: secus autem si exceptio opponetur quidem ad processum, sed tangeret etiam ipsum delictum, puta, quia diceret, quod alias de ipso crimine fuit absolutus, vel huiusmodi: *r* non enim esset ad ta- r
les exceptiones proponendas admittendus; ita dicit Bart.*in d.*§.*ad crimen, num* 19. & est communis opin.vt ait Rubeus *in eo.*§.*ad crimen, num.*214. Nisi talis *s* exce- s
ptio esset notoria: nam eo casu vtique esset admittendus secundum Bart. *in loco præalleg.* & ita communiter tenetur, vt dicit Nellus, *de bannitis, in* 2.*parte secundi temporis, quæst.*14.quem refert Boss.*in titul.præallegat.de carcerat.fideiuss.comm.num.*16. *in fin.* Hanc etiam dicit esse communem opin.Aret *in d.cap.veniens, numero* 19. *& sequent.*quem refert Boss.*in loco præallegato, post num.*13.Berous *in d.cap.veniens, num.*16.*& sequent.* Quandò verò talis exceptio mixta est dubia, tunc non potest per procuratorem proponi,vt dicit Bart.*in loco præalleg.* & est communis conclusio, vt attestatur Berous *in d.c. veniens, num.*31. Quarto modo, *t* Pone, quod aliquis in- t
terfecit bannitum, qui ex forma statutorum poterat
impune occidi: & ex hoc homicidio contra eum pro- 20
ceditur: nunquid admittetur procurator ad proponendam huiusmodi exceptionem banni. Resp. quòd sic: ita tenet Bart.*in l.vbi pact.nu.*10.*C.de transact.*quem sequuntur omnes Doctor.teste Marsil. *cons.*73. *num.*76. vbi subdit se hanc doctrinam millies practicasse,& obtinuisse. Ita etiam sentire communiter Doctores attestatur Gand.*de malef.in rubr.* verum procurator, *&c. circa fin.*Nellus *de bannitis, in* 2.*parte secundi temporis, q.*14. vbi dicit quòd ita communiter tenetur, quem refert Marian.*in d.cap.veniens, post num.*79. Hanc etiam

dicit esse communem opin. Alber. *in 4. parte statutorum,*
u quaest. 38. *num.* 14. *u* Quinimo non tantum procurator, sed etiam quilibet de populo posset comparere, & talem exceptionem banni proponere, vt dixi supra *hoc eod. libr.* §. *Homicidium, vers. Item scias.* Hæc tamen intelligenda sunt, vt procedant, quando ex sola productione banni efficeretur notorium, quando talis offensus erat bannitus: nam eo casu vtique esset admittendus procurator ad ipsum bannum exhibendum. Sed si requireretur aliqua alia extrinseca probatio, tunc non admitteretur procurator, & ita communiter tenetur, vt dicit Ruin. *cons.* 9. *post num.* 2. *versic. secundo prae-*
x dicta confirmantur, libr. 5. *x* In hoc tamen Ducatu non admittitur procurator ad exhibendum bannum, nisi reo in carceribus constitutio, prout etiam seruatur in Regno Neapolit. vt videri potest apud Carauitam *super ritu* 269. *magna curia, num.* 3. Et ita expresse rescripsit Senatus Prætori Fontaneti 7. Martij 1559. P. N. Multi enim sunt casus, in quibus bannitus non potest impunè offendi, vt dixi *in alleg.* §. *homicidium, versic. sed hic quaero, & aliis seq.* Et ideo, ne, si homicidia esset condemnandus, condemnatio illa redderetur elusoria, cogitur ipse ad personaliter comparendum: sed deinde legitimè constito de banno, citato fisco, & proximioribus interfecti, & quod licitè offendi potuerit, statim reus liberatur. Bene verum est, quod si plures interficiant bannitum, & aliquis ipsorum personaliter compareat, & exhibito banno, ostendat illum impunè occidi potuisse, possunt deinde alij socij admitti ad comparendum, & exhibendum bannum, absque eo, quod se personaliter constituant. Et ita rescripsit Senatus Prætori Papiæ 1550. P. N. in causa cuiusdam Antonij Nosini capitaliter condemnati, & banniti. Quod nota.

21 Quæro, an in causa nullitatis sententiæ criminalis admittatur procurator. Respond. Bened. de Plumb. *in d.* §. *ad crimen, num.* 99. refert, quod Bald. quem appellat doctorem suum, tenuit, quod sic, & quod dicit ita quotidie practicari. Quam opin. etiam ipse sequitur, dummodo agatur solummodo de nullitate sententiæ, non autem de iniquitate: & dicit se ita iam obtinuisse de facto. In hoc autem Ducatu seruatur totum contrarium; nullus enim admittitur ad dicendum de nullitate, nisi se personaliter constituat, quando non
y vult demonstrare *y* nullitatem ex ipsismet actis resultantem, sed per alias extrinsecas probationes: & hoc vt si in ipsis probationibus deficeret, possit contra eum sententia mitti executioni. Et reperio etiam, quod Afflict. *super* 2. *parte constitutionum Regni, rubr.* 3. *nu.* 27. *in*
z fine dicit, quod vidit pronunciari aliquas *z* sententias criminales nullas, puta, quia essent latæ contra clericum, vel per errorem, dummodo talis nullitas allegaretur per ipsummet principalem, & non per aliquem suum procuratorem, vel coniunctam personam.

22 Tu *a* scis, quod in caussis criminalibus aliquando
a dicitur procedi per viam exceptionis, vt dixi supra *qu.* 19. *vers. per exceptionem*: Quæro nunquid in huiusmodi caussis possit procurator interuenire. Respond. Aut exceptio criminalis tendit solummodo repellendum accusatorem ab accusatione, vel testem à testificando, vel impediendam missionem in possessionem prælati ad dignitatem, vel beneficium, ad quod est promotus, vel huiusmodi: & hoc casu vtique potest admitti procurator: talis enim caussa non dicitur criminalis, vt ibi dixi, sed ciuilis; merito est procurator admittendus, & ita concludunt omnes Doct. vt dicit Foller. *in pract. crimin. can. fol.* 104. *num.* 4. Aut verò exceptio tendit etiam ad puniendum, puta, quia proponendo exceptionem criminis petatur non modo accusatorem, aut testem repelli, sed etiam puniri: & tunc non est admittendus procurator: quia in huiusmodi exceptione ipse accusatus, siue excipiens assumit partes accusatoris. Et ita concludunt omnes Doctores, vt dicit Blanc. *in pract. crim. fol.* 25. Vide, quæ dixi *in allegata quaestio.* 19.

Quæro, *b* nunquid ea, quæ dicta sunt in reo, habeant locum etiam in accusatore, seu denunciante, vt scilicet neque ipsi possint in caussis criminalibus *c* procuratorem constituere. Respond. Alber. *in d.* §. *publicè, post num.* 18. tenuit, quod non possunt constituere procuratorem, quia quod non licet accusatio, neque etiam licere debet accusatori: & dicit Rubeus *in d.* §. *ad crimen, num.* 7. quod hæc videtur crebrior, & solidior sententia: sed *d* quidquid sit de iure, contrarium seruatur in practica, vt dicit Carauit. *super ritu* 108. *Magna curia, num.* 3. *in fin.* semper enim admittuntur procuratores quærelantium, siue accusatorum, etiam in causis capitalibus, & meritò, cessat enim ratio communis, de qua supra, *versic. ratio autem*, quod scilicet iudicium redderetur elusorium, de quo pœna talionis hodie est sublata, vt dixi infra *quaest.* 81. Et ideò neque etiam coguntur hodie accusatores ad ingrediendum carceres, vt dixi supra *quaest.* 18. *vers. quando deinde*, non enim agi potest de aliqua excusatione personali contra ipsum accusatorem facienda. Vnum tamen nota in hoc proposito, quòd si ipse accusator non posset, si esset ab alio accusatus, per procuratorem comparere ad se defendendum, puta, quia esset bannitus, vel accusatus de aliquo crimine, pro quo non posset se per procuratorem defendere, eo casu non posset neque etiam per procuratorem alium accusare. Ita allegatur tenere Bal. *in l. reos, C. de accusatio.* Et dicit Nell. *de bannitis, in tertia parte secundi temporis qu.* 68. quòd ita seruatur, prout illum refert Cæpolla *cons. crim.* 10. *col.* 2. *vers. imo plus dico.* Et sic hoc casu esset seruanda in practica communis opin. Quod nota.

Pone, *e* quòd in causa criminali comparauerit procurator, & contra eum nihil fuerit oppositum, sed fuerit admissus ad defendendum reum, cum tamen de iure admitti non deberet, nunquid processus superinde agitatus valebit, an autem erit ipso iure nullus? Respond. In hoc articulo variæ fuerunt scribentium opiniones. Nam gloss. *in cap.* 1. *in verbo, Criminalis, de iud. in* 6. tenuit, quod talis processus valeat, & dicit Bald. *in d.* §. *publicè, post num.* 6. *vers. vlterius quaero,* quòd hæc opin. per omnes Canonicas approbatur. Hanc etiam dicit esse communem opin. Bald. *in l. ita demum, post numero* 4. *C. de procur.* quem refert Bertran. *cons.* 358. *circa princip. libro* 4. quòd est duplicatum *in consilio* 1. *num.* 2. *lib.* 5. & Felin. *in cap. meminimus. nu.* 18. *de accusat.* & Vantius *de nullitate. fol.* 2:9. *num.* 177. & Dec. *in l. in ambiguis,* §. *non est nouum, num.* 11. *ff de regul. iur. & cons.* 469. *& fin.* & Marsil. *in pract. crim. sequitur post numer.* 17. & Pract. Conradi *fol.* 254. *in fin.* Corsetus *in verb. Procurator, in singul. incip. licet quis.* Et dicit Imola *in dict.* §. *ad crimen*; quòd ita seruatur in practica, prout illum refert Rubeus *in eod.* §. *ad crimen, numero* 99. Contrariam autem sententiam, scilicet, quòd imò etiamsi non fuerit oppositum contra procuratorem, nihilominus processus factus eo interueniente, in casibus, in quibus de iure admitti non debeat, sit ipso iure nullus, multi etiam tenuerunt; adeo quòd Gomes. *in dict. cap.* 1. *post numero* 80. *vers. quid tenendum*, dixit, quod opin. contra illam gloss. sibi videtur magis communis, quem refert Menchiaca *controuers. vsu frequentium, cap.* 20. *post num.* 5. & ante eum Aretin. *in dict. cap. veniens, post numero* 87. dixit, quòd hæc est communior opinio. Quod verbum pro singulari refert, & idem attestatur Rubeus *in d.* §. *ad crimen, num.* 231. Anton. Gomes. *cap.* 1. *delictorum, num.* 16. Ego vero dico sic: Aut delictum est tale, pro

23 (right margin, beside "Quæro, b")
b *c* *d* 24 *e* (right margin letters)

pro quo non poteſt procedi, niſi ad querelam partis,& tunc procedit opin. gloſſ. pars enim ipſa ſibi imputet, ſi non oppoſuit contra procuratorem, & fecit ipſum repelli; Aut vero ex eo delicto poterat etiam procedi ex officio; & tunc licet non fuerit oppoſitum, proceſſus factus per procuratorem, qui non erat admittendus, eſt nullus, quia partis, aut iudicis malitia, negligentia, aut imperitia non debet iuri publico nocere. Et dicant Doctores, quidquid velint, conſuetudo ita obtinuit, quod omnia geſta per procuratorem in cauſa criminali, vbi agatur de pœna corporis afflictiua, ſint ipſo iure nulla.

25 Vltimo quæro, in caſibus, in quibus procurator in cauſſis criminalib. admittitur, an ſententia ferenda ſit contra dominum abſentem, an autem contra procuratorem præſentem. Reſpond. In hoc puncto variæ fuerunt Doctorum opiniones, propterea ad omne dubium euitandum vſus obtinuit, quod vterque condemnetur. Et ita de facto ſeruari, & ſecundum vſum curiarum atteſtatur Iacob. de Beluiſ. *in pract. crim. in verb. Criminali & condemnari, nu.* 3. Menchiaca *controuerſ. vſu frequentium cap.* 20. *poſt nu.* 1.

ADDITIONES

Ad Quæſt. XXXII.

SÆ*penumero*[Vulpell. *conſ.* 57. dato quod pœna ex probationibus futura eſſet minor capitali, Blanc. *in praxi n.* 30. Farin. alia tradit *vol.* 4. *par. q.* 99. Roſ.

Sæpenumero in cauſis] adde, quod in caſibus criminalibus, in
quibus de iure non admittitur procurator, nec Papa, nec Impe-
rator poteſt de poteſtate ordinaria ex parte rei procuratorem
1 admittere, † per text. ſing. *in c. veniens de accuſat.* per quem text.
ita dicit Alexan. *in d. §. ad crimen in apoſt. ad Bart.* vide etiam
Mille. *in pract. crim. in rubr. denunc. formu. num.* 94. *fol.* 14. & Ber-
taz. *conſil.* 422. *num.* 13. *vol.* 2. Et in hac materia, quando procu-
2 rator † poſſit admitti in criminalibus, vide Gabriel. *commun. con-
cluſ. lib.* 7. *concl.* 9. vbi pleniſſimè, ac latiſſimè omnium, vide Me-
noch. *de arbit. quæſt.* 80. vbi multa ſtatuta ad hanc materiam fa-
cientia declarat & vide Rube. Alexan. *in tractat. ſuo de poteſtat.
procurat. & defenſ. in cauſ. crimin.* qui hanc materiam ex profeſ-
ſo diſputauit, & tractauit, & in caſibus, in quibus quis per pro-
curatorem audiri non poſſit, non poterit audiri, etiam, quod eſ-
3 ſet minor, † vt per Dec. *in conſ.* 18. *n.* 178. & 200. *vol.* 1. & Bertaz.
in d. conſil. 422. *nu.* 11. *vol.* 2.

4 Item adde, quod in Regno † Neapolitano ad tollendas cauil-
lationes, & diſputationes fuit prouiſum *per rit.* 269. quod in cau-
ſis criminalibus nulla exceptio per procuratorẽ citati admitta-
tur, niſi exceptio infirmitatis, aut abſentiæ, aut captiuitatis, po-
5 teſt tamen opponi per procuratorem nullitas citationis, ſi ſit no-
toria, & ex eiſdem actis oculis corporeis legi poſſit, ſecundum
Franch. *in deciſ.* 132. *volum* 2. & in ſtatu Eccleſiaſtico fuit pro-
uiſum per conſtitut. Marchiæ *lib.* 4. *cap.* 15. quod vbi pœna ſan-
guinis veniret imponenda, nemo niſi in carcere conſtitutus au-
6 diatur per procuratorem, † & per Pium IV. *in conſt.* 76. vbi vlte-
7 rius habetur, quod proceſſus, † & ſententia pro reo perſonaliter
non comparente lata, etiam fiſco, vel parte non agente, ſit nulli-
us roboris, vel momenti, prorſuſque pro infecta habeatur, &
ipſe reus debitis pœnis puniatur, quemadmodum ante proceſ-
ſum, & ſententiam punitus fuiſſet. *Baiar.*

b *Admittendi*] adde, in quibus caſibus procurator pro reo criminoſo in iudiciis interuenire nõ poteſt, & in quibus poteſt, pleniſſime explicatum per Iacob. Menoch. *de arbitr. iud. lib.* 1. *q.* 80. & *lib.* 2. *centur.* 3. *caſu* 264. Item ſcias, quod in caſibus, in quibus nõ eſt admittendus, quod ſi admittatur, valet proceſſus. Cranet. *conſ.* 20. *nu.* 4. Item, quod accuſatus de crimine expilatæ hæreditatis poſſit per procuratorem defendere, & opponere exceptiones concernentes accuſationis ineptitudinem, & cauſę merita, cõſulium vide per Cæpol. *conſ. crim.* 71. & quod clericus, contra quẽ Epiſcopi Vicarius de homicidio vult procedere, poſſit ſe per procuratorem defendere, vide per eundem conſ. ſequẽti, & quando dubitatur, an debeat admitti, & ſuper iſto articulo ſtãte ſtatuto loci, quod admittatur, vide per eũdẽ *in conſ.* 73. Gi.

c *Ratio autem*] Far. vbi ſup. *nu.* 2. & 6. Roſ.

8 d *Ex hac autem ratione*] adde, quod nec † in cauſa appella-
tionis poteſt interuenire procurator. Aug. de Arim. ad Ang. *in
tract. maleſ. in verb. præſente d. Gaio. n.* 14. Baiar.

e *Imponenda pœna*) Farin. vbi ſup. *n.* 21. Roſ.

f *Cæterum*] Far. *ibid. n.* 76. Roſ.

Ceterum ex iuris diſpoſitione] adde Mari. Soc. *in d. c. veniens, n.*
50. *cum ſeq.* vbi tractauit, quando procurator admitti debeat, vbi
pœna ſi pecuniaria, † & ibi diſtinguit, quod aut talis pęna impo- 9
nitur de iure cõmuni, aut forma ſtatutorum, & *n.* 61. ponit duas
notabiles limitationes, & *n.* 62. ... n, & qñ in criminal b. ex parte
accuſatoris procurator interuenire poſſit, ideo vide eum omni-
no *in d. c.* in quo infinitos caſus examinauit, & totam materiã, 10
quando, & quib. caſibus, & cauſis admittatur procurator in cau-
ſa criminali, habes longe copioſius, & clarius expeditã, quam
cęteri Doctores tractẽt ſimul iuncti, vt affirmat ipſe Soc. *in fi. d. c.*
dicit, quod illi *c. veniens* poteſt dici bene veniatis, ſed hodie per
conſtitutiones, ſtatuta, & conſuetudines adeo prouiſum fuit, vt
amplius de hoc non ſit diſputandum, & in omnib. fere delictis
principales tenentur cõparere perſonaliter, tanquam magis in-
formati, & vt melius veritas haberi poſſit, & ita ſeruat practica
iuxta doctrinam Bar. *in l. ſeruum, §. publice ff. de procur.* quod iu-
dices † poſſunt dicere, nolle aliquem admittere; ſed velle, quod 11
principalis cõpareat, vt videant qua fronte, & qua trepidatione
loquatur; per tex. *in l. minorem, §. tormental. ff. de quæſt.* licet dicta
doctrina Bar. intelligatur procedere, vt p[o]ſſit repellere procu-
ratorem, non autem defenſorem, ſeu inſtru[ct]orem, ſecundum
Veronenſ. *conſ.* 50. *col.* 3. *in prin.* quem refert, & ſequitur Rol. *conſ.*
47. *nu.* 11. *lib.* 3. vide etiam Capic. *deciſ.* 143. Baiar.

g *Nam cum exequutio*] Hac igitur ratione attenta cõ e[ſt] e no-
uũ, vt cum citatur quis ſub pręceptis pęnalib. cum non adſint in-
dicia ſufficiẽtia ad inquirendũ modo, quo ſupra *q.* 31. *verſ. Quæ-
ro nunc, cum verſ. ſequenti, & q.* 44. *verſ. ſed nunquid,* talis citatus
cõpareat per procuratorẽ. Nec aliter diſtinguo, an crimen ſit pu-
blicum, vel priuatum, vt tenuit Meno. *d. Tract. de arb. iud. lib.* 1. *q.*
80. *n.* 5. *cum ſeq.* quia pace tanti viri magis loquitur ad iactantiã,
quam ad veritatẽ; Nam ex quo facienda eſt exequutio in bonis,
vt hic, ceſſat ſemper ratio cõparẽdi perſonaliter, & indiſtincte,
nec etiã pater pro filio admitti dixi infra, verſicul. finali, & li-
benter vidiſſem modum obtentum a Mandoſ. *trac. de monitor. q.*
2. de quo ſe iactat pro illo fiſco. Hinc eſt, vt ſtante ſtatuto, quod
minor annis quatuordecim non poſſit puniri ad mortẽ, nec nul-
latenus poſſit ei imponi pœna ſanguinis, vt eſt ſtatutũ Riparoli
in crim. rub. 286. & habetur *in nou. Parmæ conſt. tit. de aud. crim. §.
nullus verſ. Minores enim annorũ* 14. talis minor poterit compa-
rere in iudicis etiam per procuratorẽ, vbi delictum eſſet etiã a-
trox, cũ exprimat ſtatutũ pręd ctũ, quod in caſib. in quib. aliqua
ex pręd ctis pœnis inferretur maiorib. quatuordecim annis, ipſe
minor arbitrio prędicta D. Vicarij generalis puniatur citra pœ-
nã mortis, vel ſanguinis, ſup. *hac eadem quæſtione. verſic. ſed quæ-
ro,* ex quo declaratur aliud ſtatutũ Riparoli prędicti *ſub rub.* 310:
quo diſponitur per hæc verba; quod requiſitus in maleficiis te-
neatur comparere per ſe, & videtur, quod tale ſtatutum non ha-
beat locum in minore per ſupradicta. Declaratur item ſtatutum
Pallauic. *in crim. rub.* 4 His adde Menoc. *tracta. de arb. iud. lib.* 2.
cent. 4. *conſil.* 319. *n.* 7. & *lib.* 1. *q.* 80. *n.* 10. & ſtantibus ſtatutis, ac
conſtitutionib. ad fauorẽ minoris quatuordecim annis, vt ſup.
ſi confiteantur delicta, quod non reſtitui poſſint aduerſus eo-
rum confeſſionem, Afflic. *dec.* 208. faciunt tradita per Marſ. *rub.
de fid. q.* 50. *ad fin.* An autem iudex tunc replicare poſſet, quia vult
reum perſonaliter comparere tanquam melius informatum, vt
eſt infra, hac eadem quæſtione verſ. Hæc autem concluſio,
ibi, & in omnem caſum, cogita; nam ſtante clauſula in præce-
pto, quod Reus perſonaliter compareat, non videretur amplius
diſputandum, credo tamen minorem cogi non poſſe, vt per-
ſonaliter compareat, per procura. *Drog.*

h *Hinc eſt, quod ſi agatur de delicto*] adde, quod fallit † in cri- 12
mine iniuriarum criminaliter moto, per tex. *in l. fi. C. de minor.* ex
ceptis perſonis Illuſtribus: ſed hodie in Regno Neap. *per rit.* 269.
in cauſis criminalib. obſeruatur, vt ſup. dixi *ver.* 1. *hac ead. q.* Bai.

i *Pœna relegationis*] Hæc tamen pœna non eſt in vſu infra *qu.* 67. *verſic fin.* Drogh.

Pœna relegationis] Farin. *d. q.* 99. *p. p. n.* 66. 67. & *ſeqq* Roſ.

k *Pœna priuationis*] Farin. *d. loco n.* 72. Roſ.

l *Pone, quod*] Farin. *d. loco n.* 75. & *trib. ſeqq.* Roſ.

m *Sed quæro*] Farin. *d. q.* 99. *n.* .8. *vol.* 4. *par.* 1. Roſ.

n *Arbitrio iudicis*] adde, quod Anch. *eius conſil.* 1[7]2. quem refert, comprobat, ac ſequitur Crau. *eius conſil.* 224. *col.* 2. *verſic.* illud non omitto, tenet, quod vbi ſumus in delicto, cuius pœna corporalis ad effectum produci non poteſt nec procurator admittatur, quod nota. *Giach.*

o *Si quidem pro eo delicto*) adde, quod ita etiam tenet Anch. 13
conſil. 272. quem ſequitur Crau. *conſil.* 224. *col.* 1. *verſic illud non
omitto,* quod amplia † procedere etiam ſi iudex, in cuius arbi- 14
trium pœna eſſet collata, contumacem in pœnam pecuniariam
condemnaſſet, & condemnatus obtinuiſſet admitti ad nouas
defenſiones, quia tenetur ſe conſtituere in carceribus, prout
tenebatur ante declarationem pœnæ pecuniariæ, Anch. *d. conſ.*
272. Et idem eſt in cauſa reſtitutionis in integrum; ſiue ſit mi-
nor, ſiue ſit maior, Marſil. *ſingul.* 221. *reſtitutio,* Flor. *in l. ſi quan-
do, §.* 16. *num.* 13 *fol.* 174. Baiar.

p *Vlterius quaro*] Farin. vbi sup. à *n.77. vsq; ad* 90. Rof.
q *Vt compareat*] Latè Farinac. *d. loco n.106. & aliis seq.* Rof.
r *Antequam vulneratus moriatur*] Veruntamen examinando
Iudex non debet reum interrogare, an ex vulnere per eum illato
sequuta sit mors, *infra quaestione* 45. *versic. debet autem Iudex i-
bi, Praeterea non debet,* prout nec etiam examinando, debet in-
terrogare, an velit vti dicto talis testis supra *in §. falsum, vers. v-
tens dicto, ad fin.* Adde, quae dixit Menoch. *de arbit. iud. lib.1. qua-
stione* 80. *num.58. & 39. & num.134.* & in quantum hic subiun-
git de nouo processu, vide supra *quaest.19. versic. per exceptionem.*
Drogh.
15 *Antequam vulneratus moriatur*] adde, quid † si puniretur an-
te mortem, videndum Pari. *de synd. verb. condemnatio, car.25.* &
Boer. *decisio.259.* Baiar.
s *Sed quid dicendum*] Far. *d. quaestione num.223. & duobus seq.*
Rof.
t *Mihi semper placuit*] Far. vbi sup. *n.226.* Rof.
u *Et in omnem casum*] Far. ibi. *nu.246.* Rof.
16 *Et in omnem casum Doctores*] adde, quod etiam in casibus, †
in quibus de iure communi in criminalibus procurator potest
admitti, iudex potest dicere procuratori, quod vult, quod prin-
cipalis personaliter compareat, tanquam melius informatus, *l.
fin. C. de procur.* & Bosl. *in tit. an in crim. iud. num.2.* & Capyc. *in
decisio.143. in fine,* & Ant. Scap. *in tract iuris non scrip. quod sex. in
vtroque foro lib.3. c.42.* vbi dicit, quod licet poena sit pecuniaria,
tenetur comparere, & poterit detineri; & si non comparet, po-
terit procedi contra eum, tamquam contra contumacem; & po-
ni in banno, & condemnari: & attestatur, quod ita seruatur per
Italiam. *Baiar.*
x *Et ideo vbicunque*] Tale praeceptum quid importet, & quan-
do sit faciendum expressa causa, dixi supra *quaest.31. vers. Quaero
nunc;* Hoc tamen, de quo hic dicitur, fallit, vt per Bar. *in l. vbi pa-
ctum, n.50. C. de transact. sup. §. homicidium, vers. item scias.* Drog.
y *Vide quae dixi*] Far. *d. q.99. par.2. n.276.* Rof.
z *Tu scis, quod bannitus*] Farin. *tit. de carcer. q.29. vol.1. nu.80.
& pluribus aliis,* vbi materiam hanc salui conductus late exami-
nat. *Rof.*
17 *Tu scis, quod bannitus*] adde † videndum Nellum *de bannitis
in prima par. primi temp. in 3. quaest.* & Foller. *in pract. crim. in verb.
vel eos verbaliter citari faciat, n.32.*
18 Item adde, quod † saluus conductus non debet concedi ad a-
gendum, Bart. *in l. sed si in hac, sed si per poenam, ff. de in ius voc.* &
19 quando concedi debeat bannito, † & quibus poenis violantes
20 saluum conductum puniantur, vide Menoch. *de arbitr. iud. casu
336. & 337.* vbi latissime.
21 Item adde, quod † saluus conductus datus alicui, & sociis, ex-
tenditur ad Hebraeos. Angel. *in l.1. ff. ad leg. Iul. Maiest. & in l. vti-
mur. ff. de sepul. viol.* & Rolan. *in consil.35. numero 33. volum.2.*
Baiar.
a *Debet ergo*] Far. vbi sup. *n.79. & seq.* Rof.
b *Et talis saluus conductus non potest ei denegari*] Ergo necessa-
rio concedendus: Adde infra *quaestione 38. versic. Haec tamen su-
pra quaestione 16. versic. An autem accusatus, infra quaestione 34. in
princ. quaestione 64. versic. Quaero pone.* Marsil. Rubr. *de fideiuss.
num.50.* In quibus locis passim de istis saluis conductis, & in-
fra *quaestione 69. versiculo sed quid,* & latius causas omnes, pro
quibus peti possit saluus conductus: vide apud Menoch. *de arb.
iud. lib.2. Cent.4. casu 337.* Drog.
c *Sed hic quaero*] Quid si exinde offendatur sub aliquo priuato,
Dec. *in tract. crim. tom.2. lib.7. c.16. n.10.* Rof.
22 d *De Principe non est dubium*] adde Boer. *decis.169.* † vbi et-
iam habetur, saluum conductũ frangens, quando teneatur cri-
mine laesae Maiestatis; & qualiter puniatur, saluo conductu ab-
23 utens; † & qui socij † dicantur, vt saluus conductus vnius prosit
24 alteri: & ibi in fine dicit, quod Hispanorum † mos est, non ser-
25 uare fidem, prout etiam dicit Ioan And. *in prohem. decretal.* quem
26 sequitur Bal. *ibi col.6. versicu. quaero si aliqua negantur,* vbi dicit
Bal. *caue ergo à Cathalanis,* † & hoc credo esse verissimum, & Af-
flict. *decisione 4.* vbi dicit verum esse, securitatem posse per Iudi-
cem ex iusta causa dari, quando datur ad tempus, & non in per-
petuum; quia illa dari non potest nisi à Principe, & hoc etiam
procedere, quando bannitus esset delinquens ab illo Iudice, qui
27 dat securitatem, & quando Iudex † saluum conductum conce-
dere possit, Menoch. *de arbit. iud. quaest.81. & casu 337.* & ibi et-
iam offendens saluum conductum habentem, qua poena punia-
tur: sed impetrans saluum conductum, si vult caute agere, ne of-
fendi possit, faciat illum publicari, & poni in loco, in quo appa-
ret bannitus, ita docet Boss. *in tit. de citatio. num.36.* & ita vidi
28 practicari in statu ecclesiastico, † & praesertim in ciuitate Spole-
tana, scilicet, quod saluus conductus publicatur in locis publicis
sono tubae, sed non vidi, quod ponatur in loco, vbi apparet de
banno, & credo quod sufficiat publicatio ad hoc, vt non possit
29 impune offendi. Et in statu † Ecclesiastico adest constitutio
March. *libr.4. cap.29.* per quam conceditur facultas Iudicibus,
vt possint concedere securitatem bannitis inquisitis de aliis de-
lictis; & huiusmodi securitates semper sint seruandae, vide Nell.
de bannit. q.15. 2. par. 2. temp. Gozad. *consil.22. nu.22.* & ibi etiam,
quod habens saluum conductum non potest molestari directe,
nec indirecte; & dato saluo conducto in eundo intelligitur † et- 30
iam in redeundo, Alex. *consil.29. nu.1. & cons.90. vol.6.* & Nell.
in tract. de bann. in 3. part. 2. temp. quaest.17. & 18. vbi dicit, quod
communiter ad tollendam dubitationem, apponitur etiam stã-
di, & recedendi, & ibi etiam habetur, quando securitas intelli-
gatur pro † vna vice tantum, quando non apponitur tempus: si 31
vero habet tempus, quo concedens durare voluit illam; non fi-
nitur, licet bannitus reuertatur ad locum extra dominium con-
cedentis; quia ex temporis appositione colligitur contraria vo-
luntas concedentis; & saluus conductus † extenditur ad res, & 32
personas, Dec. *in consil.51.* & Paris. *in tractat. syndic. in verb. sal-
uus conductus, fol.95.* & ibi, quod si capiatur habens saluum con-
ductum, † debet poni in pristinam libertatem, etiam quod à iu- 33
dice authoritatem non habente, illud habuisset, Franc. *quaest.29.
cum seq.* Et saluus † conductus morte expirat, nisi verba sint am- 34
pla, tenet Ioan. Faber. *instit. mand. §. si adhuc,* vt puta, quod du-
ret, donec reuocatum non fuerit. Sed istam materiam salui con-
ductus, per quos concedi potest; & quando † admittatur pro- 35
pter delicta sub eo commissa; & omnia alia ad praedictam mate-
riam facientia, vide omnino Farinac. *var quaest. in quaest.29. per
totum,* & quando sub saluo conducto committitur delictum
graue, salui conductus beneficium amittitur, etiam quod cum
tutamentum concessum fuisset, ita Iodoc. *in pract. crim. in cap.
26. n.7.* non autem, quando est delictum leue, quia tunc etiam,
quod esset captus, reponitur in libertatem, Franch. *in d. decisio.
258. per totam, vol.2.*
Item adde, quod † Iudex potest assecurare testes, vt tuto ve- 36
niant examinandi, Foller. *in pract. crim. in verb. capiat informat.
nu.52.* & circa huiusmodi materiam salui conductus multa ac-
cumulauit Blanc. *in loco allegato per Clar.* vide etiam Magalott.
in tract. suo de saluo cond.
Item adde, † quod volens obtinere saluum conductum de- 37
bet narrare omnes qualitates, alias non tenet Bertaz. *in consilio
104. num.2.*
Item adde, † quod saluus conductus de eundo libere, & secu- 38
re, intelligitur etiam de mittendo nuntium, Bal. *in auth. habit.
2. notab. C. ne fil. pro patr.* & Bart. ibid. *in fin.*
Item adde, † quod Capitaneus belli potest facere saluum con- 39
ductum bannito, & hosti. Bar. *in l. conuentionum in 2. oppos. ff. de
pact.* & ibi Bal. & Alexan. & qua poena † puniatur frangens sal- 40
uum conductum, siue saluam guardiam Principis, vide etiam
Cassan. *in consuet. Burgund. in rub. des iustices, vers. aduerte tamen,*
quod videtur *num.46. fol. mihi 62.* vbi dicit, quod debet puniri
poena extraordinaria: & etiam habetur, an iudex laicus possit
punire clericum saluamguardiam Principis frangentem. *Baiar.* 41
e *In iudice*] adde, & vide per Iacob. Menoch. *de arbitr. iudic.
libr.1. quaestione 81. & libro 2. centur.4. casu 327. numero 2. & per
totum,* deinde, posito prius, quod iudicis arbitrio puniendus est
offendens saluum conductum habentem, extendit duobus mo-
dis, ac declarat septem, vide ibi Sed cautus esset debet impetrans
saluum conductum, vt illum publicari faciat, atque poni in lo-
co, in quo apparet bannitus, ne sub praetextu banni, offendatur,
vt docet Boss. *tit. de citatio. n.36.* & in materia faciendi saluum
conductum bannito vide per Afflict. *decisio.4.* Giach.
f *Saluum conductum concessisset*] adde, quod ergo si saluum
conductum concedere non potest, idem Praetor, & Senator nisi
consulto senatu, nec etiam poterit concedere litteras dimissori-
as, de quibus supra *quaestione 26. versiculo sed quaero.* Saluus au-
tem conductus fieri potest per Iudicem in statu Illustrissimo-
rum Principum de Gonzaga, vt est statutum *in crim. rub.373.
& rub.269.* Drogh.
g *Debes scire*] Far. *d. q.99. nu.210. vol.4. Rof.*
h *Papa Bonifacius Octauus*] Supr. *in §. Haeresis, versic. Item de
crimine haeresis infra q.35. vers. sed retenta, in prin.* Drog.
i *Item quaero*] Far. *d. q.99. nu.134. & aliis plurib.* Rof.
k *Aut quaeritur*] Villalob. *lib.1. comm. opin. verbo absens.* Far.
d. q.99. n.256. & p.2. n.276. Rof.
l *Etiam sine mandato*] Hoc intellige quo ad excusandum ab-
sentiam: quo vero ad defensam, nequaquam, infra *hac eadem
quaestione.* Drogh.
m *Praedicta autem conclusio*] Cartar. *de exec. sent. cap. fin. nu.
266.* Far. *vol.4. q.99. parte 2. n.178.* Rof.
Praedicta autem conclusio] adde, quod quilibet etiam infamis
† potest allegare absentiam imputati de delicto, & debet admit- 42
ti, & est communis opinio, vt per Soc. sen. *in c. veniens n.159. de
accusation.* Baiar.
n *Causas absentiae*] adde infra *quaest.33. vers. sed nunquid,* &
nota non sufficere allegare impedimentum excusari, nisi probe-
tur, quod illud sit causa immediata non comparendi, & quod
excusatus propter tale impedimentum non comparauerit. Fel. *in
cap.*

cap. Plerunque in principio, extra de Rescript. sicque alias dicitur, quod causa protestationes deorent exprimi. Bart. *in l. de pupillo, §. si quis ipsi Pratori, n. 2. ff. de oper. nou. nunc.* sic etiam delinquens
42 † aliquando excusatoi ob causam, si probat quod fuerit motus ob causam, quam allegat; Boss. *de Decret. Mediolanen. sub numer. 19. post medium*: exemplum ponit in iniuriantre virginem in habitu meretricis, Fel. *in c. 1. collat. 5. de off. deleg.* sic & alias arguit Crau. *consil. 171. num. 14. cum seq.* vbi non sufficit consuetudinem probari, nisi etiam probetur, consuetudinem illam in causa, de qua agitur, occasionem, & ius dedisse: ibi vide satis pulchra, ex quibus declarari videtur Constitutio Parmæ *Rubrica de Auditore criminalium, §. concedimus tamen.* Idem Crau. *consil. 151. sub numer. 21. vers. quarto, vt impedimentum*, argumento *l. quia autem, §. non simpliciter, ff. ne quis omiss. causa est.* Idem Crau. *consil. 179. n. 9.* Drog.

o *Idemq; si talis*] Farin. *d. 999. p. 2. nu.* 280. Ros.

43 p *Pariter etiam*] adde, quod prædicta de iure † communi procedunt: & etiam si extat statutum, quod inquisitus de crimine nullam possit proponere defensionē per procuratorem, quo casu exceptio declinatoria fori per procuratorem proponi posset; cum per eum reus non defendatur super crimine: Sed si statutum diceret, quod reus inquisitus nullā possit proponere ex-
44 ceptionem per procuratorem, vt prouisum † fuit in Regno Neapol. *rit. 269.* tunc tales exceptiones non possent opponi per procuratorem, quia aliud est denegare defensionem per procuratorem, aliud est denegare exceptionem Aret. *in d. cap. veniens, n. 39. vers. consequenter de accusat.* & ita tradit Crau. *in d. rit. 269. in princ.* vbi miratur de Gramm. qui in *cons. 1. de foriudicatu, n. 39.* post decis. sciens d. ritum firmauit, quod in dicto Regno exceptio declinatoria fori possit per procuratorē opponi, & simili-
45 ter dicendum est, quod in statu Ecclesiastico † huiusmodi exceptiones proponi non possint per procuratorem, stante constitutione Marchiæ *in lib. 4. cap. 15.* vbi disponitur, quod vbi pœna sanguinis veniret imponēda, nemo nisi in carceribus constitutus per procuratorem audiatur, & idem dispositum fuit per Piū IV. *in const.* & quod si aliter factum fuerit, sententia sit nulla, & *per d. Ritum 269.* est etiam correcta *constit. Regni incip. Genera-*
46 *lia circa*, per quam fuerat prouisum, vt Vniuersitas † & mulier coniugata possint in criminali causa comparere per procuratorem; scilicet quo ad mulierem, quæ non obstante *d. constitutione* personaliter comparere tenetur, vt tradit Carau. *in ritu* 108. *sub n. 3. & in d. ritu 269. sub nu. 9. versic. 7.* amplia, & per ea quæ ibi notantur, potest etiam dici, quod per eundem ritu censeatur derogatum capitulis Regni, videlicet *c. 204. 211. & 281.* qui-
47 bus fuerat prouisum, vt si plures speciales personæ vltra † decem citentur in quibuscunque delictis (excepto crimine hæresis, & læsæ Maiestatis) possent ipsi quoque per procuratorem comparere, & postea ampliatum, etiam si decem tantum citarentur, & per *d. c. 281.* prohibitum ne citentur ad nouem, ad hoc vt dispositionibus dictorum capitulorum non fieret fraus, & in practica seruatur *d. ritus 269.* siue sint decem, siue plures, qui sint inquisiti de eodem delicto.

48 Item adde, quod in Regno Neap. † nec clericus, si citatus fuerit ad informandum, poterit per procuratorem declinare forum, sed comparere tenetur, & proponere declinatoriam, *per ritum 235. incip. Item obseruat ipsa Curia.* qui est in viridi obseruantia, vt attestatur Franch. *in decisio. 329. nu. 4. vol. 2.* sed aduertendum est, quod quando vt clerici, citantur vti laici, nomine proprio tantum. Et licet continue reputentur contumaces clerici, vt laici citati, & non comparentes personaliter coram iudice laico, iuxta formam d. ritus, capto tamen ipso clerico annullatur semper contumacia, quia Rex non potuit imponere legem Ecclesiasticis personis, nec facere aliquid contra libertatem Ecclesiasticam, vt per Gramm. *in decisio. 1. post decis. & vot. 27.* Capyc. *decisio. 161.* & Follet. *in pract. crim. in ver. audiantur excusatores, num. 39.*

49 Item adde, quod in dicto Regno † citati, habentes priuilegium iudicis citantis forum declinandi, tenentur tamen comparere, & eius priuilegium allegare *per ritum* 230. & ibi Carauit. tenet, quod etiam citatus à Regia audientia, quem notorie constat esse sub Baronis dominio, comparere tenetur, & allegare priuilegium.

50 Item adde, † quod citatus, si efficitur contumax, amittit priuilegium fori, si expresse ei renunciare possit. Afflict. *decisio. 133.* & Franch. *decisio. 417. vol. 2.* Baiar.

q *Hoc tamen intelligendum est*] Far. vbi supr. *p. 1. nu.* 48. 53. 211. 214. 215. Ros.

r *Non enim esset ad tales exceptiones*] addit ad statuta Palauicina *in crim. stat. 25.* Drog.

ſ *Exceptio esset notoria*] Far. *ibid. n. 25.* Ros.

t *Quæro modo*] Vide supra Clar. *in §. homicidium, versic. plerunq; & versi. item scias*, & Farin. *d. q. 99. num. 129. 130. & aliis sequentib.* Ros.

51 *Quæro modo*] adde, † quod similiter admittitur procurator pro bannito, siue inquisito ad petendum indultum pro crimine, siue banno sibi ex aliqua causa competentem, secundum Bal. *in l. reos num. 35. versic. quaro hic C. de accusat.* & Nell. *de bannitis in 3. part. 2. temp. quæstione* 68. sed in Regno Neap. *per ritum 269.* hic allegatum per procuratorem indultus peti non potest, & ibi Carau. *nu. 4.* & Franch. *decisio. 314. per totam.* idem prouisum fuit in statu ecclesiastico per Pium IV. *in constitut. 76. in fin.* Tamen Carau. *in prag. prima quæstione, 17. nu. 197. de exulibus, & in dicto ritu 269. num. 6. circa finem* dicit, quod communi obseruantia introductum fuit, concedi indulta etiam per procuratorem banniti, siue inquisiti, immo quod etiam pro ea quilibet admittitur, licet non sit procurator, & ita etiam hodie obseruantur in statu ecclesiastico propter ingentem bannitorum numerum, quia nemo volebat se constituere in carceribus, & sic banniti ab aliis bannitis non interficiebantur.

Item adde, quod † huiusmodi exceptio impunitatis impe- 52
dit processum ad vlteriora, etiam quod bannitus interfectus fuisset extra territorium bannientis, vt per Brun. *in tract. de consti. & decret. in verb. bannitus super verbo banniti statuarij vers. statutum dicit*, quod bannitus possit impune offendi, & Franch. *in dec. 176. nu. 3. vol. 2.* Baiar.

u *Quinimo*] Farin. supra *nu. 139. cum aliis pluribus.* Ros.

x *In hoc tamen ducatu*] Occidentes bannitum tenentur se constituere citato fisco, & affinibus interfecti; potissimum stante statuto Mediolani, quod calumniatus teneatur venire personaliter *in c. 19. in criminalibus*, & secundum hæc facit Farin. *d. q. 99 nu. 261.* videndus etiam erit Bar. *in l. si seruus, in fin.* vbi apostilla *C. de his, qui ad ecclesiam confugiunt.* Ros.

y *Nullitatem ex ipsismet actu*] Pone exemplū, prout est, quando non constat de delicto, & tamen Iudex contra aliquem indebite procedit, vt est supra *q. 51. versic. fama, supr. hac eadem quæstione. versic. Hac autem conclusio ad fi.* Boer. addit, ad Dyn. *in reg. Potest quis sub n. 2. lit. A, de reg. iur. in* 6. Drog.

z *Sententias criminales*] Vt puta, si ex actis constet, Far. *d. q. 99. n. 180. & seq.* Ros.

a *Et si scias*] Farin. vbi supra *n. 115. & seq.* & quid in personis illustribus per eundem *d. q. 99. n. 115. cum aliis pluribus.* Ros.

b *Quæro nunquid ea, quæ dicta sunt*] adde † videndum Menoc. 53
de Arbit. iud. quæst. 70. Baiar.

c *Procuratorem constituere*] adde, vide, & quando procurator accusatoris nomine possit in iudicio interuenire, diligenter explicatum per Iacob. Menoch. *de arbit. iud. lib. 1. q. 79.* Giach.

d *Quicquid sit de iure*] Bonacossa *quæst. crim. verbo accusatio.* Ros.

e *Pone, quod in causa criminali*] Farin. *d. q. 99. nu. 14. & duob. seqq.* Ros.

QVÆSTIO XXXIII.

Excusator an admitti debeat in criminalibus causis.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Excusator an possit in causis criminalibus interuenire.*
2 *Et quibus in casibus, in quibus potest absens diffinitiuè condemnari.*
3 *Et an audiendus sit excusator sine mandato.*
4 *Et an teneatur præstare fideiussionem de sistendo principali in iudicio.*
5 *Et an audiatur pater pro filio, dominus pro seruo, Abbas pro monacho, ciuitas pro ciue, dominus pro subdito, Episcopus pro clerico, vxor pro viro, &c.*

Ex Additionibus.

1 *Excusator an interueniat in causis criminalibus, remissiue.*
2 *Excusator in criminalibus non admittitur, nisi reis carceratis in statu ecclesiastico.*
3 *Idem in Regno Neap.*
4 *Idem in Regno Franciæ.*
5 *Idem in statu Mediolani.*
6 *Idem Florentiæ.*
7 *Exceptio incompetentiæ iudicis potest per quemlibet proponi.*
8 *Infamis admittitur pro alio ad allegandum incompetentiam fori, si ex actis illa appareat.*

9 *Iudex an possit dicere defensori, volo, quod veniat principalis, tanquam melius informatus.*
10 *Procurator admittitur ad declinandum forum.*
11 *Procurator generalis ad omnes causas non potest comparere in causa criminali.*
12 *Pater non admittitur in criminalibus pro filio in statu ecclesiastico, nisi pro suo interesse.*
13 *Pater non potest filium absentem in criminalibus defendere, etiam pro suo interesse, vti pater, sed solum proponere certam defensionem, sicut posset procurator.*
14 *Priuilegium quando allegari possit.*

a 1 HActenus *a* de procuratore dictum est: nunc de excusatore videamus. Sciendum est autem, quod regulariter in omnibus, & quibuscunque causis criminalibus, in quibus potest contra absentem procedi, semper admittitur excusator, & hæc quidem conclusio de plano procedit, quando talis excusator non proponit aliquas defensiones ipsius rei, sed tantummodo allegat eius absentiam: nam eo casu vtique admittitur. Et ita communiter seruari in iudiciis attestatur Alber. *in d. §. publice, post num.* 16. Idemque si alleget infirmitatem ipsius rei, vel carcerationem in alio territorio, vel alia impedimenta, propter quæ non posset reus, etiam si vellet, personaliter comparere, nam ad proponendas huiusmodi exceptiones quilibet admittitur. Ita tenet Bart. *in d. §. ad crimen, num.* 16. & est communis opin. vt ait Marian. *in d. c. veniens, num.* 67. *de accusat.* Et in hoc videtur esse difficultas: quia ad has exceptiones proponendas etiam procurator admitteretur, vt dixi supra *vers. prædicta autem.* Fortius etiam sentire videtur Alber. *in d. §. publice, post num.* 15. *versicul. De secundo opere,* quod secundum communem opinionem debeat admitti excusator etiam ad media causæ, & alios articulos incidentes.

2 b *b* Sed quod plus est, multi etiam tenuerunt, quod in omnibus casibus, in quibus absens potest diffinitiuè condemnari, sit admittendus excusator absolutè, etiam ad probandum eius innocentiam. Et hanc opin. dicit esse magis communem Aret. *cons.* 136. *num.* 6. vbi loquitur etiam, quando talis excusator comparet post primum bannum, ex quo virtute statuti contumax habetur pro confesso: & Aret. refert, & sequitur Marsil. *cons.* 39. *num.* 30. *& cons.* 73. *num.* 39. *& cons.* 81. *numer.* 57. *& cons.* 90. *num.* 3. *& pract. crim. §. sequitur, num.* 46. relatus & ipse per practic. Conradi, *fol.* 264. *in* 27. *limit.* & Apostill. ad Ang. *de malef. in verbo, Qui dominus iudex, sub nu.* 13. Hanc etiam opin. attestatur esse magis communem Cæpoll. *consil. crim.* 51. *circa med.* Ias. *in l. hi, qui nu.* 7. *C. qui testam. facere poss.* quem refert Rubeus *in d. §. ad crimen, nu.* 172. & Gomes. Arias *super lege* 74. *Tauri, num.* 49. & Nouell. *in tract. ad defensam fol.* 21. *num.* 10. Refert etiam Alexan. *cons.* 4. *num.* 1. *& sequ. libr.* 6. quod Imola *in d. cap. veniens, col.* 27. *de accusat.* (cuius tamen lecturas super quinto decret. ego non habeo) dat hoc pro cautela, *c* quam dixit se tunc proximis diebus seruasse, & alias vidisse Bononiæ obseruari, quod scilicet compareat aliquis ad defensionem absentis tanquam instructor, vel informator de defensionibus ipsius absentis. Et dicit Alexan. *in d. cons.* 4. quod omnes fatentur talem excusatorem, qui non compareat tanquam procurator cum mandato, sed vt quilibet de populo ad instruendum curiam, vel vti simplex defensor, posse, & debere admitti: subdens, quòd id ipsum fecerat ipse quoque pluries seruati, & quod ita communiter practicari, & seruari vidit, refert etiam Ana. *in eodem cap. veniens, num.* 21. Imolam ibi dicentem, quod licet quò ad procuratorem sint opiniones, tamen in excusatore ita omnes tenent, & illum refert Mars. *cons.* 60. *num.* 23. Hanc etiam opin. dicit teneri communiter omnes Doctores legistas, & Canon. Cæpol. *cons. crim.* 48. *circa fin.* Hanc etiam dicit esse communem opinion. Grammat. *cons. ciuil.* 37. *num.* 10. quem refert Viuius *in libr. communiũ opin. in verbo, Procurator in capitalibus.* *d* Ratio autem huius conclusionis per supradictos Doctores allegatur, quia iudex debet omnibus modis veritatem indagare, & ex officio perquirere de innocentia rei, etiam nemine petente, prout est commun. opin. vt dicit Alber. *in l.* 3. *C. de iis, qui ad ecclesi. confu.* ita relatus per Brun. *cons. feud.* 76. *num.* 1. Et in hoc indubitatum esse attestatur Aret. *in cons. præalleg.* quem refert Marsil. *in d. cons.* 60. *num.* 21. Eadem igitur ratione dicendum videtur, vt quod potest iudex a seipso facere, idem etiam ei facere liceat isto excusatore, aut quolibet alio subministrante testes, & indicia, ex quibus rei ipsius innocentia detegatur. Et ita hanc esse communem opin. attestatur Gratus *cons.* 18. *num.* 8. *lib.* 1. Et ideo Doctores præallegati dant cautelam, quod compareat iste excusator, siue alius quilibet tertius, qui det in scriptis iudici ad partem super aliqua cedula nomina testium, qui deberent examinari ad probandum innocentiam rei: & dicunt, quod iudex tenetur illos examinari facere: & hoc modo reus faciet suas defensiones absque eo, quòd personaliter compareat. Et hanc cautelam ponit Cæpol. *caut.* 68. & dicit Blanc. *in pract. crim. fol.* 22. *numer.* 58. *fol.* 158. *cautel.* 11. quòd ita practicatur, & practicari potest. Sed *e* certè hæc opin. *e* mihi nunquam placuit; hoc enim modo proculdubio *f* destrueretur tota practica criminalis, nam nullus in- *f* quisitus, vel accusatus compareret personaliter ad se defendendum, sed, vel ex officio vel per huiusmodi excusatorem faceret testes ad sui defensionem examinari, absque vllo capitis sui periculo. Et ita nunquam reus posset examinari, neque torqueri, nec vlla condemnatio exequi; quæ omnia iudicio meo sunt valde absurda, & ridenda. Et miror, quod tot, & tanti Doctores illam opinionem tenuerint, aut seruauerint, quæ certè in hoc Ducatu non modo obseruatur, sed in omnibus curiis adeo recessit à practica, quod si aliquis aduocatus super ea insisteret, proculdubio *g* non sine *g* risu exploderetur.

Quinimò, *h* vt dixi supra quæstione proxima, versic. *h* Hæc autem, omnes ferè fatentur, quod potest iudex dicere excusatori, se velle, quod principalis personaliter compareat tanquam melius informatus, vt etiam, videatur quo vultu, & qua trepidatione loquatur, secundum not. *in l. fin. C. de proc.* Et hoc non negat velle, & seruare communem practicam, Cæpolla *in d. cons.* 51. *circa princ.* à quo nullo modo est recedendum, quidquid ipse Cæpolla ibi in contrarium alleget.

Sed *i* nunquid excusator, qui aliquas excusationes *i* vult proponere, est audiendus sine mandato? Respon. 3 Aliqui simpliciter dicunt, quod requiritur mandatum, & quod talis excusator tenetur iurare, quod habet in mandatis ab absente illum excusandi, aliàs non auditur. Et dicit Practic. Iod. *cap.* 25. *num.* 4. quod ita praxis ipsa vsu recepit. Alij vero dicunt, quod si quidem vult proponere excusationes necessarias, puta, quod reus est infirmus, vel quod est in alio loco carceratus, tunc admittitur etiam sine mandato; sed si velit allegare alias excusationes probabiles, puta, quod itinera non sunt tuta, vel quod reus in eo loco habet inimicitias, tunc non auditur sine mandato. Ita tenet Bart. *in d. §. crimen. num.* 18. Et hanc dicit esse communem Doctorum sententiam Rubeus, *in eodem §. ad crimen, num.* 201. *& num.* 212. *in fin.* Alij autem indistinctè tenent, quod excusator allegans quascunque causas absentiæ probabiles, licet non necessarias, etiam sine mandato sit admittendus.

Et in hoc opi. Bart. communiter reprobari attestatur *k*

Car-

Cardin. Alex. *in c. si quando, num.* 21. 2. *q.* 6. Et hæc opin. contra Bar. est magis æqua, & mihi magis placet, dummodo absit calumnia, & tales exceptiones concernant tantummodo factum: secus autem si concernerent etiam ius, puta, declinatoriam fori, vel huiusmodi, nam eo casu sequerer opin. Bart. vt scilicet non esset talis excusator sine mandato admittendus. Et hæc omnia, nisi aliter consuetudine receptum esset, à qua (vt sæpè dixi) nullo modo arbitror esse recedendum.

4 Quæro, *m* nunquid excusator, qui comparet, teneatur præstare fideiussionem de iudicato soluendo, vel præsentando ipso inquisito. Respon. Si quidem compareat vt defendat inquisitum, tenetur satisdare, alias non auditur; sed si tantummodo excusat eius absentiam, non tenetur satisdare. Et ita communiter tenetur, & seruatur, vt dicit Alber. *in d. §. publice, num.* 11. *in fin.* Hanc etiam dicit esse veriorem, & crebriorem sententiam Rubeus *in d. §. ad crimen, num.* 14. quod scilicet non tenetur cauere, nec de iudicio sisti, nec de iudicato soluendo, licet in quæstione videantur corrupta verba ipsius Rubei. Idem attestatur Menchiaca *controuers. vsu freq. c.* 17. *num.* 8. Illud tamen, quod dictum est defensione, cessat secundum meam opin. & practicas huius prouinciæ, quod scilicet nullo modo admittatur excusator ad defensionem, vt dixi supra, *vers. seq. quod plus est.*

5 Vltimo *n* quæro, quod si pater, aut dominus pro seruo, vel filio inquisitis compareant ad eorum defensionem suscipiendam, nunquid debeant admitti. Respond. quod si compareant non tanquam procuratores, aut defensores eorum, sed pro interesse suo, vtique sunt admittendi. Et ita tenent communiter canon. vt dicit esse communem opin. Bal. quem refert Baptista à S. Blasio *inter consil. crim. diuersorum, cons.* 17. *n.* 8 *libr.* 1. Marian. *in d. c. veniens, post n.* 87. *vers. tu aduerte.* Et quod *o* admittatur pater pro filio; dicit esse communem opi. tam Legistarum quam Cano. Alexan. de Neuo. *consil.* 90. *num.* 2. quod est repertum inter consilia criminalia diuersorum, *cons.* 89. *lib.* 1. Dicit etiam Cæpolla *consil. crimin.* 75. in primis verbis, quod hæc communiter obseruatur, & practicatur in iudicio, *& cons. crim.* 55. *versi. dixi tertio,* dicit, quod hanc opin. sequuntur omnes scribentes in materia, *in cons. crim.* 47 *vers. sed prædictis,* dicit, quod communiter omnes Doctores ita concludunt. Et quod dominus admittatur pro seruo, voluit gloss. *in l.* 2. *in gl. fin. C. de accusat.* quam dicit esse communiter approbatam Riminald. *consil.* 17. *nu.* 9. Et generaliter dicit Boss. *in tit. an crim. iud. num.* 17. quod dominus pro seruo, pater pro filio, vxor pro viro, abbas pro monacho, episcopus pro clerico, princeps pro suo subdito, ciuitas pro suo ciue, & similes, possunt pro interesse proprio, non autem pro nomine ipsorum ad iudicium venire, & eos defendere. Et dicit, quod hæc *p* est communis omnium opin. *p* Ideo dicit Blanc. *in practic. crim. fol.* 23. *num.* 62. quod practica est, quod Pater volens facere defensiones pro filio, compareat coram iudice, prius sibi facto speciali mandato per ipsum filium de confitendo delictum, & quod deinde pater confitendo delictum faciat defensiones filij, probando, puta, quod homicidium fuit casu commissum, vel ad necessariam defensionem, vel quod mortuus non decessit ex vulnere, & subdit, quod ita seruatur in pra- *q* ctica. *q* Poterit fortè hæc practica obseruari in locis, in quibus viget talis consuetudo, sed in hac prouincia hæc reputarentur somnia, si proponerentur coram iudicibus, nam (vt sæpè dixi) vbi ingeritur pœna corporalis, nullus auditur pro reo, nisi personaliter com- *r* pareat, & ita seruando non errabis. *r* Benè posset pater, si filius accusatus, aut inquisitus, esset clericus, comparere, & declinare forum. Et ita dicunt Docto- res, vt ait Bald. *in l.* 1. *num.* 31. *C. de accus.* Credo etiam, quod non modo priuilegium clericatus, sed quodcunque aliud, ex quo notoriè appareret citatum non esse subditum judicis citantis, posset per procuratorem, vel excusatorem exhiberi.

ADDITIONES.

Ad Quæst. XXXIII.

H*Actenus de procuratore*] adde, quod multa in hac materia excusatorum † habentes per Ant. de Carter. *in tractat. suo de excus.* vide etiam Crau. *cons.* 6. *n.* 88. Afflict. *decisio.* 289. & Boss. *in tit. an in crim. iud. nu.* 7. Baiar. a 1

b *Sed quod plus est*] Quid in casibus, in quibus potest diffinitiue condemnari, Farin. *q.* 99. *n.* 171. *vsq.* 175. *volu.* 4. *& num.* 230. Ros.

c *Quam dixi*] Farin. *supra num.* 249. 251. *&* 253. *&* 254. *&* 255. Ros.

d *Ratio autem huius conclusionis*] Far. supra *n.* 232. Ros.

e *Sed certe*] Far. sup. *nu.* 236. *&* 2,8. Ros.

Sed certe hæc opinio] adde, quod in omnibus fere prouinciis, & Ciuitatibus extant prouisiones, quibus cauetur, vt tales excusatores non admittantur, nisi reis in carceribus constitutis. In statu † Ecclesiastico adest constitutio March. *lib.* 4. *c.* 15. & motus proprius Pij Quarti sub tit. quod banniti, & homicidæ non audiantur, nisi in carceribus constitui. In Regno † autem Neapol. adest *ritus* 169. Item in Regno Franciæ, vt † attestatus Rebuff. *super constitut. vol.* 3. *in tract. de excusat. in fin.* & in statu Mediolani, & † Florentiæ semel constitutiones adesse † affirmat Boss. *in tit. an in criminalibus iudic. num.* 8. quibus statutis non obstantibus, † exceptio competentiæ, iudicis per alium proponi potest; Bal. *in l. reos, C. de accusat.* & Gramm. *in consil.* 1. *nu.* 39. *cum sequent. de forjudic. post decisio.* vbi dicit etiam, quod si illa exemptio a jurisdictione citantis apparet ex actis, admittitur etiam infamis † ad ipsam allegandam. *Baiar.* 2 3 4 5 6 7 8

f *Destrueretur*] Catar. *de executio. sentent. in præfat. numer.* 45. Ros.

g *Non sine risu exploderetur*] Idem etiam de Netua Iurisconsulto *l. est differentia in fin. quibus caus. pig. tac. contrah. infr. quæst.* 44. *versic quæro nunc ad fin. At de cedul. supra quæst.* 5. *versic. sciat etiam quæst.* 61. *versic. sed hac quidem, & in simili, de quo hic dicitur supra q.* 31. *versil. fama publica ibi, & si quis vellet* Diog.

h *Quinimo, vt dixi supra*] adde Boss. *in tit. an in Crim. iudic. nu.* 6. vbi videtur tenere contrarium, quod hoc non procedat, quando quis comparet vti defensor, sed tantum quando comparet vti procurator; & de hac quæstione vide etiam Capyc. *in decis.* 143. Ego autem arbitror illud, quod procedit, quando quis vult comparere vti procurator, procedere etiam si comparet vti defensor, & instructor, cum militet eadem ratio; vt scillicet reus comparere debeat personaliter, tanquam melius informatus, & vt Iudex † videat reum qua trepidatione, qua constantia, quo palore, & similibus, per seipsum ad interrogata respondeat, vt dicit Antonius Scap. *in tract. iuris non scrips.* quod in vtroque foro seruatur *lib.* 3. *cap.* 42. vbi attestatur, quod per totam Italiam ita practicatur. *Baiar.* 9

i *Sed nunquid excusator*] Far. supra *nu.* 256. *& d. q.* 2. *par. num.* 280. Ros.

k *Et in hoc*] Farinac. *d. quæst.* 99. 2. *part. num.* 291. *& num.* 293. Ros.

l *Secus autem si concerneretur*] adde, quod etiam per procuratorem potest declinari forum, vt tenet Guid. Papę *decis.* 338. *n.* 3. & ibi *n.* 6. dicit, quod procurator generalis ad omnes causas non potest comparere in causa criminali, sed requiritur mandatum speciale. *Baiar.* 10 11

m *Quæro nunquid*] Excusator sine mandato an fideiubere debeat, Farin. *d. q.* 99. *nu.* 237. Ros.

n *Vltimo quæro*] Pater, & Dominus pro filio, vel seruo quando audiantur, Farin. *q.* 99. *n.* 154. *& quinq. seq. vol.* 4. *& nu.* 163. *& seq.* Ros.

Vltimo quæro, quid si pater] adde, quod in statu Ecclesiastico adest Constit. March. *lib.* 4. *cap.* 15. *& c.* 16. qua disponitur, quod pater pro filio non audiatur, nec Abbas pro monacho, nec prælatus, aut Dominus pro subdito; vbi pœna sanguinis, vt judicis arbitraria veniret imponenda, nisi reus se prius in carcerib. constituerit, sed pater pro interesse suo audiri debet; comparitiones autem, & iura patris filio in carceribus non constituto suffragari non possint, idem prouisum fuit per Pium Quartum *in constitu.* 76. Quinimo ibi disponitur, quod sententia pro reo personaliter non comparente lata sit nullius roboris, & momenti, & debitis pœnis puniri debeat, ac si lata non fuisset. 12

Idē adde, quod pater aliquo modo non potest defendere filiū absentem de crimine imputatum, nec etiam pro interesse suo,

ratione patriæ potestatis; sed solum proponere certam defensionem, quæ non tangeret crimen, sicut posset procurator, Barto. *de Valmar. in consil. 69. inter consil. crim. diuers. tom.* 1. vbi latissime. *Baiar.*

o *Admittatur pater*] Item admittitur pater ad allegandum
14 pro filio † priuilegium clericatus, quando venit imponenda pœna corporalis. Similiter allegari potest aliud priuilegium, ex quo notoriè constat citatum non esse subditum iudicis tantis. Excusator autem allegans absentiã malitiose allegare dicitur, quando apparet, quod citatus visus fuit in loco delicto eo die, quo fuit commissum delictũ, vel die præcedenti, vel sequenti, secundum Carau. *super ritu magnæ curiæ* 266. *n.* 7. Guiot.

p *Ideo dicit Blancus*] Vide eundem Blanc. *fol.* 40. *nu.* 30. *in alio casu.* Ros.

q *Poterit forte hæc practica seruari*] Vide Alexan. *cons.* 4. *vol.* 6. clarius Alex. de Neuo *inter consil. criminalia diuers. cons.* 289. *par.* 1. Menoch. *de arb. iud. li.* 2. *q.* 80. *n.* 58. sequere tamen practicam Clari, quicquid in contrarium dicant; Nam vera esse non potest Menochij sententia, dũ dicit, quod statim potest constare Rei innocentia; quia nõ potest dici statim, & innocenti, quoties examinandi sunt testes, vel producenda instrumenta, vt per eundem Menoch. *d. tractat. libr.* 2. *cent.* 1. *cas.* 12. *in fin.* & *q.* 17. *in fin.* quicquid etiam dixerit Chart. *tract. de exeq. sentent. in præfat. n.* 46. & in quantum hic dicit, quod Princeps pro subdito comparere debent, & etiam Arma mouere, vt per Dec. *in l. non videtur defendere, nu.* 7. *ff. de regul. iur. lege quæso*, orationem Cassij ad exercitum ex Appio Alex. *ciuil. bell.* 4. se Legislatorem pro legibus, Dominum pro populo, & in quantum hic *in fi.* loquitur de comparente pro clerico, vide Marl. *de fideiuss. n.* 278. Drog.

r *Bene potest pater*] Declinatio fori à procuratore, vel excusatore opponi potest, quando notoria est, Far. *d. q.* 99. *n.* 162. Ros.

QVÆSTIO XXXIV.

Quæ excusationes pro reis absentibus proponi possint.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Quæ excusationes in causis criminalibus proponi possint.*
2 *Et quid de excusatione absentiæ.*
3 *Et quid si non allegetur in specie aliqua causa absentiæ.*
4 *Et an teneatur illam probare.*
5 *Et quid in excusatione infirmitatis.*
5 *Et quid si allegetur timor insidiarum.*
7 *Et quid de excusatione carcerationis.*

Ex Additionibus.

1 *Absentiarum genera quot sint remissiue.*
2 *Tempus accedendi ad aliquem locum iudicis arbitrio statuitur.*
3 *Tempus in nauigationibus peragendis statuitur iuxta solitum illius nauigationis.*
4 *Processus an sit nullus, si iudex negat terminum ad certiorandum.*
5 *Ruin.* cons. 118. n. 9. lib. 5. *declaratur.*
6 *Sententiæ executio an impediatur probato impedimento remissiue.*
7 *Exceptio absentiæ, & infirmitatis potest per quemcunq; allegari.*
8 *Statutum, vt quilibet habeatur pro confesso, nisi per se comparuerit, intelligitur; quantum ad allegandum caussas causæ, non autem absentiæ.*
9 *Absentia in Regno Neap. non admittitur, quando citatus fuerit visus die delicti, sequenti, vel præcedenti.*
10 *Et informatio, an quis fuerit visus, capiatur summariè sine citatione partis.*
11 *Et aut non admissione interposita appellatio non suspendit.*
12 *Et infra quantum tempus debeat esse citatus.*
13 *Absentia citati personaliter malitiose allegatur.*
14 *Absentia præsumitur malitiose allegatur, si ex processu præsumptio malitiose colligitur.*
15 *Absentia illius, qui semel fuit in iudicio, præsumitur malitiosa.*
16 *Iudicis arbitrio statuitur tempus ad perquirendum absentem.*
17 *Tempus statutum ad perquirendum an prorogetur.*
18 *Absentia an sit probanda, vel allegandà solum.*
19 *Infirmitate allegata quid agendum.*
20 *Infirmitatis exceptio non admittitur, si non reperitur locus, vbi sit infirmus.*
21 *Infirmitas quomodo probetur, remiss.*
22 *Infirmitas suorum an excuset.*
Infirmitatem suorum allegans est risu dignus.
Auctoris opinio in hoc.
32 *Infirmi carcerati, quando pro infirmitate sint liberandi, & quomodo.*
24 *Sententia lata contra infirmum an valeat.*
25 *Locus non tutus excusat à comparendo.*
Vt nec teneatur comparere per procuratorem.
26 *Metum militum allegans non auditur, quando est guerra generalis, & Duces belli consueuerunt dare saluum conductum.*
27 *Citatio in loco notorie non tuto est ipso iure nulla.*
28 *Absens oblato saluo conductu an teneatur credere.*
29 *Non sufficit generaliter allegare locum comparitionis non esse tutum, sed causæ sunt exprimendæ.*
30 *Locum non esse tutum quomodo probetur, remiss.*
31 *Temperies aeris à comparitione excusat.*
32 *Abruti citati ad magnam Curiam de mense Iulij expectantur vsq; ad mensem Septembris.*
33 *Excusationis causa cessante cessat ipsius effectus.*
34 *Nuncio deponenti de accessu non tuto non creditur.*
35 *Carceratio præsumitur affectata facta per minorem Iudicem post citationem factam maiorem.*
36 *Carcerationis excusatio non excusat citatum à maiori Iudice, & detentum à minori sub fideiussione per Ciuitatem.*
37 *Fugere non dicitur, qui vadit ad superiores.*
38 *Citatus excusatur quis pluribus modis, ne comparere teneatur remissiue.*

DIctum *a* est de excusatore: nunc de excusationi- a
bus, quæ ab ipsis excusatoribus proponuntur ali- 1
qua subijciamus, & in primis quidem de absentiæ ex-
cusatione, quæ judiciis sæpe proponi solet.
Scias *b* autem, quod multiplex est Absentia, scilicet b
necessaria, & probabilis simul; necessaria tantum: pro-
babilis tantum: & voluntaria. Necessaria, & probabi-
lis, dicitur, quando quis abest ex causa publica, puta
principis; aut ciuitatis. Et hoc casu debet iudex super- c
sedere à procedendo contra reum, donec causa ipsa
cesset: & si (ea non attenta) procederet ad vlteriora,
processus esset ipso iure nullus. Necessaria tantum est, 2
quando quis abest, puta, quia est bannitus: & hoc casu c
non est supersedendum, sed potest ad vlteriora proce-
di tali absentia non obstante, cum ex facto, & culpa
sua processerit: & ideo sibi imputet. *d* Bene potest im- d
petrare saluum conductum, iuxta ea, quæ dixi supra *q.*
31. *vers. Tu scis, quod bannitus.* *e* Probabilis vero causa e
absentiæ est, quando quis abest, puta, ex causa studio-
rum, vel mercaturæ, vel peregrinationis ob deuotio-
nem, vel huiusmodi; & tunc facta fide de absentia, de-
bet Iudex statuere terminum competentem iuxta di-
stantiam loci ad ipsum absentem certiorandum, ac præ-
sentandum, quo elapso poterit ad vlteriora procedere,
ipso reo vlterius non expectato, & processus valebit.
Cæterum si iudex negaret statuere huiusmodi termi-
num ad certiorandum, siue comparendum, processus
esset *f* ipso iure nullus. f
Sed *g* pone, quod excusator non alleget aliquam cau- 3
sam absentiæ necessariam, aut probabilem, sed simpli- g
citer dicat reum esse absentem, & petat statui termi-
num ad eum certiorandum. Resp. quod facta fide de
absentia, adhuc debet statui dictus terminus, vbi de
fraude non appareret. Et dicit Alb. *in d. § publice, n.* 9.
se vi-

se vidisse seruari, quòd vbi non apparet de fraude, o-
b mnes absentiæ admittuntur. Dicit *b* autem Carauita
super ritu magna curia 266.*num*.7.quod dicitur malitio-
se allegari absentia, quando apparet, quòd citatus vi-
sus fuit in loco delicti eo die,quo commissum fuit de-
lictum, vel die præcedenti,vel sequenti,subdens,quòd
ita seruatur, nisi delictum non de recenti commissum
fuisset: nam eo casu, ex quo facile potuit deinde post
aliquot dies ab eo loco recessisse,debet dari illatio,non
obstante, quod die commissi delicti, vel etiam post, in
eo loco visus fuisset: & subdit etiam quod ita serua-
tur.

4 Sed *i* nunquid sufficit huic excusatori allegare ab-
i sentiam ipsius inquisiti,an autem tenebitur etiam illã
probare? Respond. quod tenetur illam probare: & ita
seruatur,vt dicit Albet.*in d.§.publice, num*.10. Bene ve-
rum est, quod secundum consuetudinem huius pro-
k uinciæ,sufficit *k* quæcumque leuis probatio,puta iura-
mentum ipsius excusatoris, prout etiam seruari in re-
gno Neap.attestatur Foller.*in pract.crim.fol*.75.*num*.15.
& Carau.*super ritu* 268.*magna curia,num*.1. licet dicat,
quòd non apud omnes curias est in vsu, quod defera-
tur huiusmodi iuramentum.

5 Dixi *l* etiam, quod auditur excusator allegans infir-
l mitatem, seu carcerationem rei inquisiti. Scias autem,
quod infirmus etiamsi sit inquisitus de capitali delicto,
non tenetur personaliter comparere, sed sufficit, quod
faciat fidem de infirmitate sua. Et hæc opin. commu-
niter tenetur,& approbatur,vt dicit Gratus *consf*.98.*nu*.
2.*lib*.1. Hæc autem fides fit siue per testes, siue per at-
testationem medicorum in scriptis redactam,& quan-
doque etiam vnius medici tantum, prout etiam in
Regno Neapolit. seruari attestatur Carauita *super ritu*
267.*magna curia,num*.7. Præsertim si in eo loco non es-
set nisi vnus medicus;iuxta ea, quæ dixi supra *hoc eod.
lib.§.homicidium,versicul.scias autem*, & ita concludunt
communiter Doctores, vt dicit Carauita *in loco praal-
m legato, num*.8.*in fin. m* Debet etiam in eodem regno si-
mul cum attestatione medici præsentari instru-
mentum publicum continens ipsam attestationem,
& alias excusatio non admittitur,vt attestatur Gram-
mat.*super ritibus magna curia, f*.159. super excusationi-
bus infirmorum, circa fin. vbi etiam dicit,quod excu-
santur etiam senes,& quod ita ipse obtinuit iudicari in
consilio Neapol.quod tamen in criminalibus apud nos
non obtineretur.

6 Allegatur etiam quandoque timor insidiarum, sed
hoc casu dicit Salyc.*in l.reos,numero* 10.*C.de accusation*.
quod cautus iudex dicenti se venire non posse pro-
pter timorem insidiarum, offerre debet saluum con-
ductum; subdens, quod ita vidit de facto seruari. Ni-
hilominus dici solet,quod fragilis est cautio salui con-
ductus, & ideo, vbi inimici essent potentes, & manu
prompti, credo, quod non tenetur citatus vitam su-
am committere huiusmodi cautioni salui conductus,
præsertim si inimicitia esset cum dominis, vel rectori-
n bus loci, ad quem citatur. *n* Et hanc opinionem, quod
qui non tenetur comparere propter locum non tutum
ob insidias inimicorum, non teneatur etiam compare-
re sub saluo conductu,communem appellat Boss.*in tit.
de citat.nu*.37.

7 De *o* carcerato autem aliqui tenent, quod potest
o citari, & quod debet comparere per procuratorem,
& ita videtur tenere Bart.*in l.is qui reus,nu*.14.*ff.de pu-
blic.iud*.Et dicit Marsil.*in practica crimin.§.attingam,nu-
mero* 20. quod hæc est communis opinio. Tu vero
dic, quod, Aut reus est carceratus in alio loco, & hoc
casu semper vidi seruari contrarium, quod scilicet
expectatur, vt possit exire carceres, in quibus detine-
tur, nisi esset carceratio affectata, & hæc opin. tuti-
or est, & benignior, quia carcerati in vno loco male
possunt se in alio defendere, & non omnibus est co-
pia procuratorem, de quibus plenè confidant. Dicit
autem Carauita *super ritu magna curia* 269. *numero* 16.
quod ex communi obseruantia dicitur carceratio af-
fectata, quando secuta est post citationem ei intima-
tam à iudice, quod tamen apud nos non ita absolutè
seruatur, sed iudicis arbitrio iudicandum relinqui-
tur, prout & cætera omnia, quæ à iure determinata
non reperiuntur, vt dixi supra *libro* 2.*vers.iudex*,quin-
imo etiam si huiusmodi exceptio carcerationis oppo-
sita non fuerit, & ideo secuta fuerit condemnatio in
contumaciam, semper solet Senatus, constituto de i-
psa carceratione, condemnatum admittere ad nouas
defensiones. Et ita in specie conclusum fuit in quo-
dam Hieronymo Castello, 20. Martij 1559. P. N.
Aut vero est carceratus in eodem loco, & tunc si est
causa, propter quam ingeratur pœna corporalis, ita
quod in omnem casum deberet ius dicere in carceri-
bus, non supersedetur à procedendo, sed *p* solet re- p
commendari in carceribus pro secundo delicto, & v-
no eodemque tempore pro vtroque proceditur. Si
vero non ingeritur pœna corporalis, solet expectari,
donec sit perfectus primus processus, si ipse petat,
non tamen relaxatur, nisi præstita fideiussione de iu-
dicio sisti, & iudicato soluendo ex secunda causa, &
si opus est, prius examinatur. Hæc autem omnia pro-
cedunt, quãdo agitur de diuersis criminibus,sed quan-
do agitur de eodem delicto,tunc videnda sunt ea,quæ
dixi infra *quæst*.38.*vers. est autem*.

ADDITIONES

Ad Quæst. XXXIV.

D*ictum est de accusatore*] Et in delictis accusandis, quando
attendatur principium, & quando non, vide per Alexan.
in consil.7.*nu*.6. *&* 7.*lib*.3. Crau.*consil*.6.*post nu*.68.per Afflict.
deci.201.*nu*.3.per Bos.*tit.de fano.defen.num*.7.& quæ plenius di-
xi *in anno.super stat.Ferrar. sub rubr.de occid.vel vulne.inuen.in
domo de nocte*.Giach.

Dictum est de excusatore] adde in materia multa per Anton.
de Carrer.in tractat.suo de excusatio.& de absentia habetur per
gloss. *in l.fin. in verb. appellare,ff.de reg. integ. restit*. quæ dicit,† 1
quod quinque sunt genera absentiarum,de quibus vide etiam
Iason. *in § rursus in principio institutio. de action*. & de Angel.*in
disputatione,qua incipit Bononiensis quidem,in* 3. *&* 4.dubio, vbi
multa notabilia ponit.

Item adde,quod † Iudex debet concedere terminum com- 2
petentem ad rationem viginti miliarium pro quolibet die, &
vltra arbitrio suo secundum qualitatem personarum, & loco-
rum, & in nauigationibus debet concedere † secundum soli- 3
tum illius nauigationis.Menoch.*de arbit.iud.cas*.2.

Item adde,† an,& quando processus sit nullus,si iudex negat 4
terminum ad comparẽdum,seu ad certiorandum. Nell.*in tract.
de bannit.quæst*.5.3.*partis primi temp*. refert,& sequitur Marian.
Socin.*in cap.veniens,n*.181.*de accusation*.& per Menoch.*de arb.
casu* 40.*nu*.13.habetur,quod sentẽtia non est nulla,etiam quod
per iudicem tantum tempus statutum non fuisset, vt perquiri
potuisset per prouinciam,quando fuit allegata absentia,& non
fuit dictum,quo in loco reperiatur citatus: quia tũc tempus re-
mittitur arbitrio iudicis.& quod sentẽtia,& processus sint nul-
li, si iudex processerit ad vlteriora, non obstante excusatione,
constituto postmodum iudici de impedimẽto allegato, est cõ-
munis opin.vt attestatur Bon bin *in consil*.64.*n*.0. *&* 10. *& in
cons*.68.*n*.9.& licet Ruin. *cons*.118.*nu*.9.*vol*.5. videatur tenere,
processum non esse nullum,si procurator,qui generaliter pro-
posuerat absentiam sine aliqua iustæ causę expressione,fuit re-
pulsus;tamen est aduertendum,quod in casu Ruin.† pater nõ 5
comparuerat,vt excusator ad allegandum absentiam,vt filium
certiorare posset:sed comparuerat ad eius plenã defensionem:
quia si tanquam excusator,& allegator absentię ad certiorandũ
cõparuisset,vtiq; sufficiebat simpliciter sine aliqua expressione
iustæ causæ allegare citatũ esse absentem,vt per D.Clar.*in ver.
seq*.sed ad hanc quæstionem,an processus sit nullus,& senten-

tia lata contra contumacem comparere impeditum, si non miserit excusatorem; & potestatus non fuerit, & si erit nullus an †
6 sententiæ executio impediatur probato impedimento, saltem ope restitutionis, late per Farin. *in q.11.n.59.*

7 Item adde, quod absentia, † infirmitas, & aliæ excusationes factæ per mulieres, minores, infames, clericos, & alium quemcunque inhabilem, & indignum, allegari possunt. Iodoc. *in prac. crim. cap.25.* Foller. *in pract. crim. in versic. audiantur excusatores, num.10.* & Socin. *in c. veniens, num.858. & seq. de accusat.* vbi attestatur de communi. & hoc procedit, etiam, quod quis esset positus in banno, & sibi assignatus terminus octo dierum ex forma statuti: quia si excusator compareret, talis terminus banni esset differendus probata excusatione, quia non crederetur iuramento excusatoris; & similia admitteretur excusator,
8 etiamsi extaret † statutum, quod quilibet habeatur pro confesso, nisi comparuerit per se ipsum, quia debet intelligi, quantum ad allegandum causas causæ, non autem causas absentiæ, ita tradit Bal. *in l. seruum quoq., §. publico, ff. de procurat.* quem refert, & sequitur Marian. Soc. *in d. c. veniens, num.160. cum seq.* Sed seruatur in practica, quod allegatur simpliciter absentia per quemcumque, & datur terminus per iudicem ad certiorandum, siue perquirendum, etiam nulla facta probatione. *Baiar.*

b *Scias autem quod*] Et pro absentia Farin. *q.99. 2. par. n.291. & 292.* Ros.

c *Puta, quia est bannitus*] adde Ias. *in §. Rursus, n.3. Institut. de act.* Drogh.

d *Bene potest impetrare*] adde sup. *q.31. versic. sed hic quaro ad fin. q.46. versic. Quaro pono, q.38. versic. Hoc tamen ad fin. ibi caueant ergo infra q.96. versic. sed quid si bannitus.* Drog.

e *Probabilis vero causa*] Far. sup. *n.99.* Ros.

f *Ipso iure nullus*] Far. *d. p.2. n.294.* Ros.

g *Sed pone*] Far. *d. n.291. & 293. & 295. & 299.* Ros.

h *Dixit autem Carauita*] adde, quod † ita fuit prouisum in
9 Reg. Neap. *per c. incip. post commissum flagitium*, vbi plene per Io. Ant. de Nigr. qui ponit multas limitationes *ad dictum c. post commissum*, & ita informatio, quod citatus fuerit visus in loco delicti eo die, quo commissum fuit delictum, vel die præce-
10 denti, vel sequenti, summarie capitur † absque citatione partis; etiam extra informationem de delicto, quo casu si absen-
11 tia non fuerit admissa, non † potest appellari, si appellatum fuerit à non admissione, currit tempus non obstante appella-
12 tione, quod tamen intelligendum est, † quando delictum, pro quo quis citatur, est de recenti commissum; secus si non de recenti, id est per aliquos menses, quod remittitur arbitrio iudicis, & ita seruatur, vt per Carau. *in ritu 276. n.7.* & Franch. *decisio.317. n.5. vol.2.*

Item adde, quod etiam malitiose dicitur opponi de absen-
13 tia, quando inquisitus fuit citatus personaliter. † Carauit. *in d. ritu 266. n.7.* vbi dicit etiam, quod absentia præsumitur mali-
14 tiose allegata, quando ex processu † colligitur præsumptio.
15 Item adde, † quod malitiose abesse præsumitur etiam non comparens, qui semel fuit in iudicio. Gem. *in c. alter de dolo, & contum. in fi.* Innoc. *in c. de eo qui mis. in possess.*

16 Item adde, † quod quando excusator allegat absentiam, & non dicit, quo in loco citatus reperiatur, petens statui terminum ad perquirendum, terminus ei statuitur arbitrio iudicis, & iudex prudens tantum temporis concedat, infra quod perquiri possit in prouincia, cum ex ea non præsumatur exiuisse, & ita præsumitur contra citatum, ne multum temporis ei tribuatur, quia illi imputandum est, quod non dixerit familiæ, quo in loco erat iturus, ita tradit Menoch. *de arbit. casu 40. n.7. cum seq.* Ibi tamen in fine dicit, quod terminus statui debet, vt etiam extra prouinciam perquiri debeat, secundum qualitatem personarum, & locorum.

17 Item adde, quod elapso † termino, si excusator dixerit se diligenter perquisiuisse, & non potuisse inuenire, & petat prorogari, seu nouo dari alium terminum, iudex procedere debet contra citatum, tanquam contra contumacem. Anton. de Carrat. *in tract. de excusa. quæst.15.* & Foller. *in pract. crim. in verb. audiantur excusatores, n.14.* Baiar.

18 i *Sed nunquid sufficit huic excusatori*] adde, quod † si per dictam excusationem læderetur alius, vt quia propterea impediatur absolutio, vel condemnatio fienda, & tunc plene debet probari, vt per Bartol. de Capyc. *super constit. Regni in rub. de litor. citat. n.7. fol.58.* Baiar.

k *Sufficit quacunque leuis probatio*] Farinac. *d. 2. par. num.299.* Ros.

l *Dixi etiam*] De infirmitatis, & carcerationis excusatione Farin. *tit. de carcerib. q.27. n.87. vol.1.* Ros.

19 *Dixi etiam, quod auditur excusator*] adde, quod † debeat facere iudex, quando allegatur infirmitas. Foller. *in pract. crimin. in verb. audiantur excusatores, n.27. & 37. & seq.* vbi dicit, etiam
20 quod infirmitate allegata, † si non reperitur, vbi sit infirmus, iudex dictam excusationem admittere non tenetur, & poterit procedere ad contumaciam, cum præsumatur eo casu excusationem infirmitatis malitiose fuisse propositam. & quomodo pro-
betur infirmitas, † vide Mascar. *de probat. concl.896. vol.1.* 21

Item adde, quod si pro parte citati † allegaretur infirmitas suo- 22
rum, excusaretur à contumacia, sicut excusatur ratione propriæ infirmitatis. Ias. & alij *in l.1. col. pen. ff. de in ius vocan.* sed Rebuff. *in comment. constit.* Franc. *in tract. de excusat. num.31. vol.3.* dicit, quod ita generaliter de suis non est verũ, sed tantum de patre, & filio, ac viro, & vxore, subdens postmodum, quod hodie vix excusatur quis ob duram valetudinem, aut mortem patris, vel matris, aut vxoris. Carau. autem *in ritu 260. num.24. in fin.* dicit, quod nedum, vt ait Rebuff. vix quis excusaretur, sed quod moueretur risus omnium in tribunali astantium, si in casu, vbi citatur quis, vt pater compareat, excusaretur propter infirmitatem prædictorum, quia practica Regni Neapolitani non vititur talibus excusationibus, imo ob fraudes, quæ fiunt quotidie in excusandis citatis, magna cum difficultate admittitur excusatio propriæ infirmitatis. Ego vero dicerem, quod attenta qualitate causæ, pro qua quis citatur, non malefacerent iudices, si citatis breuem dilationem concederent ob grauissimam infirmitatem parentum, & filiorum, aut vxoris; si fisco per dictam dilationem præiudicium non inferetur, quia si non concederetur, potius sæuitia, quam iustitia dici posset.

Item adde: quod quãdo allegatur infirmitas per carceratum,
& petit liberari à carceribus, † ne ibi moriatur, quod in hoc de- 23
bet esse iudex diligens, & multum circunspectus, quia sæpe carcerati fingunt infirmitatem, vt excarcerentur, & eo casu debet medicum, siue medicos peritos adhibere, qui nõ fallant, nec fallantur, & faciat scribi in actis eorum relationes cum iuramento. Et si ex causa ciuili essent carcerati, faciant requiri creditores, ita docet Paris de Put. *de syndic. in verb. tortura vers. officialis posuit ad torturam, nu.1. & seq.* & denunciatio facta per medicum, nihil operatur, nisi diligens inquisitio præcesserit ipsius medici, & iudicis, vtrum si infirmitas simulata, vel vera, secundum Corset. *in sing. in verb. medicus*, per ea quæ tradit Bart. *in l. semel, C. de re milit. lib.12.* vbi Lucas de Penna dicit, quod iudex vltra denunciationem medici deberet inspicere dictum carceratum, ne deciperetur.

Item adde, si facta non fuerit fides de infirmitate, & iudex
ad condemnationem procedat, sententia † mero iure valet, & 24
tenet; sed datur restitutio in integrum, alias sententia esset ipso iure nulla, si de infirmitate constaret, Bart. Ias. & alij *in l.1. §. si quis iudicio. ff. si quis caut. & in l.1. de restitu. in integrum*, & quando infirmitas esset leuis, vel febris quartana, late per Oldr. *in tracta. de restit. q.11. art.6.7. & 8.* Baiar.

m *Debet etiam in eodem Regno*] adde tex. *in l. semel causam, C. de re milit. lib.12.* excusatur autem infirmus etiam non mittens procuratorem *cap.1. extr. de procur.* Cum tamen fiat fides Iudici de infirmitate per Medicos inserta in instrumẽto, si absint a loco iudicij, vt est in *hac eadem quæstione, versic. Dixi etiam*, quam autem fidem faciat dictum Medici attestantis, vt hic, vide supra *in §. Homicidium versi. sed pone*, & positam arbitrio Iudicis dixit idem Menoch. *de arbit. iudic. libro 2. cent.3. casu 275. num.3.* & cui relationi Medicorum sic credere potest iudex; vt dicatur probatio, ibidem *dicto casu 271. num.11.* debet tamen omni in casu apparere de diligentia, & inquisitione iudicis, alias relatio probationem non faceret, Bott. *ad consuetud. Bitur. tit. de consti. concir. les luges. §.2. versic. non autrement, in marg. fol.27.* & hic nota, quod si occurreret casus visitationis vulnerati, in quo concurrerent tum Medici, tum etiam Chirurgi, vt aliquando fieri solet, & inter se discordarent, magis tunc est credendum Chirurgis per ea, quæ dixit Felin. *in cap. ne innitaris, in fin. extr. de const.* Inueni autem practicam satis extrauagantem, & vigẽtem in Ciuitate Cremonæ, vbi nõ tantum quis excusatur non mittens procuratorem, si est infirmus, sed etiam indiciatus ad torturam propter homicidium, vel delictum tale, quod mereatur pœnam corporalem, solet fideiussoribus relaxari; Quod est vtique detestandum. Nam præterquam quod infirmitates sæpenumero cum arte parari solent, nec Medici cum iuramento suo sunt Sanctus Ioannes Baptista, durum est etiam credere, quod relaxati fideiussoribus velint redire ad carceres, vbi possint intelligere pœnam mortis fore passuros; Verumtamen hoc modo eluduntur judicia, vt sic considerat Menoch. *sæpius allegato tract. de arbitr. iud. lib.1. quæst.80. sub num.2.* dicique potest pœnam sanguinis commutari cũ pœna pecuniaria, cum alioquin statutum imponẽs pœnam pecuniariam pro homicidio nõ valeat, vt dixi supra *quæst 31. versi. Dictum est in fin.* Felin. *in rubr. extra de homicid.* Dec. *in l.1. in princ. ff. quod quisque iur. & in cap. cognoscentes in 1. lect. in princ. extr. de Constit.* nec admittit in tali casu fideiussorem Clar. infr. *quæst.46. vers. in hac autem materia*, Bart. *in l.1. ff. de instit. reorum gloss.25. quæst.3. cap. cum homo*, referente Capy. *decis.30. n.2. & 7.* & hoc practicando vidi obseruatum in persona cuiusdam Ioan. Pauli Fraganeschi, qui satis, superque indiciatus, quod esset cõscius, & auxiliator necis q. Illustriß.

ſtriſſ. Com. D. Brunorij Gambaræ filij Illuſtriſſ. D. Raynutij Gambaræ tunc Domini mei, qui proh dolor, nulla ſubſiſtente cauſa à Co. Scipione Gambara proditore ad ſtratam interfectus eſt; tamen cum eſſet dictus Frageneſcus ob hoc detentus, & indiciatus, fideiuſſoribus relaxatus fuit, quod & nouum mihi & mirandum eſt: vide tamen Capyc. *deciſ.* 153. de tali conſuetudine atteſtantem per Conſtitutiones Regni, quæ hic non vigent, Marant. *in ſuo Spec. par. 6. octauo membro, vide ſub tit. de ſatiſd. nu.* 3. Nouiſſime per doctiſſimum, & multæ lecturæ virum D. Iacob. Menoch. *in ſuo diffuſo tract. de arbitr. lib. 2. cent. 4. caſu* 303. *nu.* 22. Boer. *ad conſuetud. Bitur. tit. de des coſtum. Concer. les Inges, §. 14. verſic. ſi cautio, fol. mihi* 41. Crauet. *conſil.* 23. *per tot.* Drogh.

25 n *Et hanc opinionem.*] Adde, quod nec † etiam tenetur comparere pro procuratorem, ſecundum Angel. *in l. 2. §. quod diximus, ff. ſi quis caut.* Afflict. *deciſ.* 29. *num.* 4. vbi tenet, quod quando iudex ſciebat illud impedimentum, quod tute non poterat comparere totus proceſſus fuit nullus, ſecus ſi iudex, ignoraret impedimentum, quia tunc valet proceſſus, ſed reſtituitur, & *in deciſ.* 289. *num.* 20. *cum ſeq.* vbi dicit, quod quando guer-
26 ra † eſt generalis, & Duces belli conſueuerunt dare ſaluum conductum, quod tunc non excuſatur allegans metum militum, & allegat DD. de Rot. in titul. de dol. & contum. *deciſio* 12. *in nouis,*
27 & tunc citatio eſt ipſo iure nulla, † quando fuit citatus in loco notorie non tuto, quando vero non poteſt reſidere in loco pro-
28 pter ſuam, vel ſuorum inimicitiam, non tenetur † ſtare litteris ſalui conductus, & debet mittere procuratorem, & allegare locum comparationis non eſſe tutum, & inſtare, quod ſibi detur terminus ad probandum, quod locus citationis non eſt ſibi tutus, quo probato non tenetur comparere: ſed aduertendum eſt,
29 quod non ſufficit allegare † locum comparitionis non eſſe tutum generaliter, ſed debent exprimi cauſæ, alias citatus à contumacia non excuſatur. Ruin. *conſil.* 118. *num.* 9. *lib.* 5. vide etiam Ceph. *conſil.* 304. *num.* 100. *cum ſequen. volum.* 3. vbi late de cita-
30 to ad locum non tutum, & † quomodo probetur non eſſe tutum, Maſcard. *in concluſ.* 17. *cum tribus ſequen.* & de hoc vide etiam Vant. *de nullit. in tit. de nullit. ex defectu iuriſdict. n.* 156. Foller. *in pract. crimin. canon. in ver. non comparentes contumaces*, & Menoch. *de arbitr. caſu* 153. *num.* 6. Et de hoc vide etiam Philip. Franch. *in cap. ex parte tua, num.* 15. *cum ſequen. de appell.* vbi dicit, quod tria ſunt conſideranda ad hoc, vt locus dicatur non tutus, & ibi etiam concludit, quod exceptio loci non tuti poſſit allegari per quemcunque abſque alio mandato, & ſatiſdatione, & quod poteſt allegari locus non tutus, etiam ſi ex ſua, & propria culpa proceſſerit.

31 Item adde, quod citatus † poteſt excipere de aere malo. Bart. *in l. recuſare §. ſi quis. ff. ad Trebellian.* vt illi de Aprutio de men-
32 ſe Iulij vſque ad menſem Septembris, quando citantur à † ma-
33 gna Curiæ Vicariæ Seaglioc. *in ritu* 163. *num.* 27. & effectus † dictæ excuſationis ceſſat, ceſſante cauſa, vt not. Hoſtienſ. *in ca. dilecti, colum. 2. extra de for. compet.* & Tiraq. *in tract. ceſſ. can. 1. parte, n.* 41.

34 Idem adde, † quod non creditur nuncio deponenti de acceſſu non tuto. Dec. *conſ.* 460. *n.* 26. Baiar.

o *De carcerato autem aliqui tenent.*] Adde, quod Carat. *in loco hic citato* non loquitur indiſtincte, quod carceratio dicatur
35 affectata, † quando ſecuta eſt poſt citationem factam, ſed quando carceratur per Iudicem inferiorem, poſtquam citatus fuit per maiorem & ibi *num.* 17. dicit etiam, quod ſi quis per iudicem
36 ſecularem † detineretur de fideiuſſione per Ciuitatem, ſiue territorium, quod nunc exceptio carcerationis non excuſaret, quia poteſt comparare ſi vult, quia non tenetur in vinculis, nec poterit moleſtari à iudice inferiori ſuper contrauentione fideiuſſionis,
37 nam qui vadit ad ſuperiores non fugit, † & Iudex maior prouideret, ne moleſtaretur, quia comparauit coram eo.

38 Adde, quod multæ aliæ † excuſationes vltra his per D. Clar. poſitas traduntur per Rebuf. *ſuper Conſtitut. in tract. de excuſat. volum.* 3. vbi poſt Carrer. in hanc materiam latiſſime tractauit, & quatuordecim excuſationes poſuit, alias ibi non numeratas arbitrio Iudicis relinquendo. *Baiard.*

p *Sed ſolet recommendari.*] Infra *quæſtione* 99. *verſ. vltimo circa principium.* Drog.

QVÆSTIO XXXV.

Quis in cauſis criminalibus, ſit iudex competens omnium, incipiendo à ſummo Pontifice vſque ad priuatum.

Iul. Clar. Sentent. Pract. Crimin.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Declinari forum ex quibus cauſis poſſit.*
2 *Et quis ſit iudex competens Papæ.*
3 *Et de quibus criminibus poſſit Papa accuſari.*
4 *Et an concilium generale ſit ſupra Papam, remiſſiuè.*
5 *Et an Papa etiam volens poſſit ſe iudici laico ſubjicere.*
6 *Et quis ſit iudex Imperatoris.*
7 *Et an populus Romanus poſſit Imperatorem degradare.*
8 *Et quis ſit iudex regum.*
9 *Et quis ſit iudex aliorum Principum ſecularium.*
10 *Et quis ſit iudex Cardinalium.*
11 *Et an poſſit ſolus Papa deponere Cardinalem abſque conſenſu Collegij.*
12 *Et quis ſit iudex competens Patriarcharum, & Archiepiſcoporum.*
13 *Et quis ſit iudex competens epiſcoporum.*
14 *Et an ſi Archiepiſcopus delinquat diœceſi alterius epiſcopi, poſſit ab eo puniri.*
15 *Et quis ſit iudex clericorum, & monachorum regularium.*
16 *Et quis ſit iudex clericorum ſecularium, remiſſ.*
17 *Et quis ſit iudex famulorum, & domeſticorum Cardinalium.*
18 *Et an familiares, ſeu famuli epiſcoporum, & clericorum laici gaudeant priuilegio fori.*
19 *Et an illi, qui obtulerunt ſe, & bona ſua monaſterio, gaudeant priuilegio fieri, ibid.*
20 *Pænitentes an ſint de foro eccleſiaſtico.*
21 *Et quis ſit iudex competens in ſyndicatu officialium.*
22 *Et an ſyndicatores poſſint cognoſcere etiam de delictis officialium non pertinentibus ad officium.*
23 *Et quis ſit iudex competens ſcholarium.*
24 *Et quis ſit iudex competens militum.*
25 *Et quis ſit iudex competens Iudæorum.*
26 *Et an officialis poſſit cognoſcere de iniuria illata ſibi, vel familiæ ſuæ.*

Ex Additionibus.

1 *Incompetentia Iudicis ante litem conteſtatam eſt proponenda.*
2 *Incompetentia iudicis aliquando proponitur poſt ſententiam, remiſſiuè.*
3 *Exceptionibus propoſitis, concernentibus ſimul perſonam Iudicis, & partis cenſetur prius propoſita exceptio Iudicem reſpiciens de ordine intellectus.*
4 *Forum competens dicitur ratione delicti, originis, domicilij, & quod ſit vagabundus.*
5 *Papa regulariter accuſari non poteſt, nec à Concilio.*
6 *Imperator poteſt à Papa deponi & excommunicari propter hæreſim, ſacrilegium, periurium, exinanitionem feudi Eccleſiaſtici, & ſi in ſeruitute redigat laicos & clericos, & libertatem Eccleſiaſticam.*
7 *Rex ſi delinquat à quo iudicetur, remiſſiuè.*
8 *Dominis duobus exiſtentibus inſolidum in eodem caſtro, an alter poſſit alterum punire.*
9 *Et quid ſi reus ciuilem, alius criminalem iuriſdictionem habeat.*
19 *Officialium Regiorum exceſſus quis cognoſcat, remiſſiuè.*
11 *Officialis maioris iudicis delinquens in terra Baronis per quem puniatur.*

12 *Iniuria facta Ministro alicuius iudicis exercenti officium in alterius territorio per quem puniatur.*
13 *Delictum quando dicatur commissum praetextu officij.*
14 *Papa cognoscit de delictis Episcoporum.*
15 *Patriarcha poterit puniri ab Episcopo, in cuius Dioecesi deliquerit.*
16 *Archidiaconus potest punire extraneum Episcopum delinquentem in Dioecesi sua.*
17 *Suffraganeus quando possit punire Archiepiscopum.*
18 *Abbas habet in Monachos delinquentes ordinariam potestatem.*
Quod tamen limita, vt ibid.
* 18 *Episcopus non potest determinare numerum fratrum in suis ecclesiis.*
19 *Familiares qui dicantur, remissiue.*
20 *Domesticus qui sit, remissiue.*
Commensalis quis sit, remissiue, n. eod.
21 *Oblati & Confratres per quos puniantur in Regno Neap. Oblati, & Confratres in Regno Neap. an gaudeant priuilegio fori,* n. eod.
22 *Bannitus, si fiat oblatus, an gaudeat priuilegio fori. Et quid de Heremitis, & Hospitalariis,* ibid.
23 *Becchetti an gaudeant priuilegio fori.*
24 *Officiales in Reg. Neap. quomodo syndicentur,* & num. 16. *remis.*
25 *Appellatio in syndicatu in Regno Neap. ad quem fiat.*
27 *Officialis an cognoscat de iniuria sibi illata remiss.*
28 *Alapam dans potestati, potest per ipsum officialem ad furcas condemnari.*
29 *Delegatus cognoscit de iniuria facta officiali sua, dummodo ex causa officij.*
30 *Iudex quando possit iudicare in causa propria.*
31 *Iudex potest recusari etiam, quod poena esset certa, si ad eum veniret applicanda.*
32 *Iudex iniuriatus, si quid recipiat ab iniuriante, ne ipsum puniat, restitutioni tenetur in foro conscientiae.*
33 *Consuetudo, quod quis sit iudex in causa propria, an valeat.*
34 *Iniuria an censeatur facta officiali, vti officiali; an vt priuato, remissiue.*
35 *Sententia in propria causa est nulla, etiam parte non opponente.*
36 *Sententia in causa suorum parte non opponente est valida.*

1 a PRaecedentibus *a* quaestionibus dictum est de exceptionibus, quae ad excusationem, vel defensionem ipsius Rei principaliter pertinent: sequitur nunc, vt de fori declinatione, cuius materia in iudiciis frequentissime versatur, videamus. Scias igitur, vt breui diuisione omnia capita complectamur, quod haec exceptio oritur ex triplici causa. s. aut ratione personae, aut ratio-
b ne causae, aut ratione loci. *b* Ratione personae declinatur forum iudicis, quando reus dicit se non esse ei subditum, neque ratione originis, neque domicilij, neque delicti. Item cum dicit se clericum, seu religiosum non posse à iudice laico puniri, vel econuerso se laicum à iudice ecclesiastico puniri non posse, vel dicat iudicem sibi inferiorem, aut parem in eum non habere imperium, vel quod ipse sit ab eius iurisdictione exemptus,
c vel huiusmodi. *c* Ratione causae declinatur iudicis forum, cum quis laicus coram iudice laico accusatus asserit criminis illius cognitionem ad iudicem ecclesiasticum spectare, vel quod propter connexitatem causae sit ad eum remittendus. Ratione loci, puta, quia praetendat delictum in ecclesia commissum ad iurisdictionem iudicis ecclesiastici pertinere, vel huiusmodi.
d Videndum *d* igitur in primis est de personis, & inci-
2 piendo à Summo Pontifice, qui in terris vices Dei gerit, & est maior omnibus hominibus, quaero, Si Papa delinquat, quis sit eius iudex competens. Respon. De 3
iure habemus text. expressum *in cap. si Papa* 40. distinctionem, qui dicit, quod culpas Roman. Pontificis nullus mortalium redarguere praesumit, quia cunctos ipse iudicaturus à nemine est iudicandus, nisi deprehendatur à fide deuius. Dicit tamen glos. finalis ibi, quod ex quocunque crimine notorio, & ex quo scandalizatur ecclesia, potest Papa accusari, si admonitus sit incorrigibilis. Et illam gl. dicit communiter teneri Abb. *in c. significasti, n.* 4. *de electione, & disput. sua incip. Episcopus, & rector. & in suo tractatu super Concilio Basiliensi,* prout illum refert Cardin. Alexan. *in d. c. si Papa, colum.* 3. *in princ.* Et ille tractatus Abbatis fuit positus inter damnatos in indice librorum prohibitorum publicato tempore Pauli IV. licet postea in indice nouiter publicato post concilium tempore Sanctiss. D. N. Pij, IV. non sit descriptus inter prohibitos. Refert etiam Card. Alexan. *in loco praalleg.* (licet liber sit corruptus) idem attestari Rom. *cons.* 513. *incip. quaestio discutienda,* vbi post *num.* 13. dicit, quod illa gloss. est singulari, & quod illam sciunt omnes, & quod est canonizata à Concilio Constantiens. Dicit etiam Dec. *cons.* 151. post *num.* 4. quod illa gloss. placuit communiter canon. licet sit reprobata à Theologis. Et ita illum refert Alber. *de potest. Papa, in* 1. *parte, num.* 151. licet ipse teneat contrarium. Et dicit Synodia *de conciliis, fol.* 120. *colu.* 4. *circa med.* quod illa glo. est communiter ab omnibus approbata, & *fol.* 124. *col.* 3. *in fin.* dicit, quod illae sententiae Concilij Constantiensis mirifice canonizarunt illam gloss. & hanc conclusionem re ipsa comprobarunt, illam etiam communiter à Canonistis receptam esse ait Io. Brunellus post relectiones Didaci *fol.* 338. *col.* 4. Illam etiam ab omnibus teneri attestatur Ias. *in consil.* 95. *col.* 7. *versic. iste passus, lib.* 4. licet deinde de eius veritate dubitare videatur. Contrariam autem sententiam, scilicet, quod solum pro crimine haeresis *e* possit Papa accusari, tenent communiter Theologi, vt dicit Zabarel. *in eodem cap. si Papa,* relatus per Cardin. Alexand. *ibi. quinimo Berous in cap. at si clerici, num.* 9. *de iudic.* dicit, quod gloss. communiter maxime à canonistis est reprobata, & merito secundum eum, quia est contra text. *in d. cap. si Papa,* licet deinde *post num.* 11. dicat, quod communiter Theologi illam sequuntur. Idem etiam Berous *in cap. cum venissent, num.* 4. *de iudic.* dicit, quod contra illam gloss. tenent magis communiter sacri Doctores Theologi, & *post num.* 43. dicit etiam, quod ita videntur tenere magis communiter Canonistae. Haec est periculosa quaestio, & in qua ego mallem discere, quam docere: propterea me remitto iudicio Sanctae Matris Ecclesiae, ac sanctissimi in Christo Patris, atque vniuersalis Ecclesiae summi atque optimi Pontificis Pij Quinti.

Sed retenta conclusione, quam dicit esse fere omniū 4
recentium Theologorum, & iurisperitorum consensu approbatam Simancas *de haeret. cap.* 11. *num.* 12. quod scilicet *f* possit Papa de crimine haeresis accusari, & iudi- f
cari, certe nullum habet iudicem nisi concilium generale: & ita dicunt communiter Doctores, vt attestatur Cardin. Alexand. *in dicto cap. si Papa, colum.* 3. *in fin.* Et quod quando Papa accusatur de haeresi, concilium sit iudex competens, dixit esse planum apud omnes Iaso. *in dicto cons.* 95. *colum.* 5. *versicul. transeo ad tertium, lib.* 4. Vbicunque enim reperitur, quod Papa possit iudicari, semper intelligendum est à concilio, ita dixit gloss. *in caput. sicut, in verbo, Hortamur,* 2. *quaest.* 7. quā dicit esse frequentioribus votis approbatam Alan. *de potestate Papa, in prima parte, num.* 85. & *nu.* 173. vbi subdit, quod in hoc nemo doctorum, quem viderit, dissentit. Et practica est secundum Zabarel. relatum per Cardin. ibi,

ibi, quod si hæresis Papæ non est notoria, moneatur Papa per Cardinales, vel per alios, illis negligentibus, vt se purget ab infamia hæresis, de qua est suspectus, & si se purgauerit, non est vlterius procedendum. Si vero id facere recuset, & sit contra eum vehemens suspicio hæresis, tunc Cardinales illum rogabunt, vt con-
g uocet Concilium: g & si noluerit, congregabunt ipsi. Vbi autem hæresis est notoria, & requisitus à Cardinalibus persistat in errore, neque se emendet; tunc Cardinales conuocabunt concilium, & ipsis negligentibus, prælati seipsos congregabunt. Conuocato autem Concilio, si Papa de hæresi conuictus fuerit, & nolit mutare sententiam, priuabitur Papatu, & tradetur potestati seculari puniendus. Si vero ad pœnitentiam velit redire, nihilominus ex quo per aliquod tempus fuit pertinax in errore hæresis, priuabitur Papatu, & detrudetur in monasterium. Et hoc casu solet concilium ei deferre, si velit ipsemet seipsum condemnare: si vero ipse noluerit se condemnare, tunc concilium expediet causam, & illum degradabit. Ita concludit Car. ibi, subdens, quod ita etiam tradunt Doctores in locis per ipsum allegatis. Hic esse videndum an concilium generale sit supra Papam, & an Papa recusante congregare Concilium possunt Cardinales, vel alij Prælati, vel Principes seculares concilium conuocare, de quibus dixi supra *lib. 2. §. Papa.* Ego autem in omnibus prædictis, & etiam in alijs quibuscunque me semper remitto determinatione factæ, vel faciendæ per Sanctam Matrem Ecclesiam, in cuius fidei gremio semper vixi, & viuere, ac mori intendo. Vnum tamen non omitto, quod si Papa scandalizet vniuersalem statum ecclesiæ, tunc talia per eum gesta in scandalum ecclesiæ non tenent, & ei resistitur per ecclesiam, neque ei est in talibus obediendum. Et hoc omnes fatentur, vt dicit Card. *in d. c. si Papa, col. 3. vers. Nec etiam obstat.*

5 Sed hic quæro, nunquid possit Papa etiam volens, Imperatori Romanorum, vel alteri laico se submittere. Respon. quod quidquid sit in ciuilibus, certe in criminalibus nullo modo potest alicui laico se submittere. Et ista est communis resolutio Theologorum, vt ait Decian. *in l. est receptum, num. 5. de iurisdict. omnium iud.* Et ita etiam tenere communiter Doctores attestatur Alexand. *in d. l. receptum, post num. 4.* Ias. *in ea. l. est receptum, n. 2.* Hanc etiam dicit esse communem opin. Decian. *cap. ecclesia Sanctæ Mariæ, n. 92. & seq. de constitut.* Quinimo si Papa delegaret alicui, etiam Episcopo, causam criminalem contra se intentatam, non posset ab eo iudicari, nec condemnari. Et hanc partem tenent magis communiter Doctores, vt dicit Berous *in cap. cum venissent, n. 32. de iudic.* Fortius dicunt aliqui, quod Pontifex Maximus (etiam si velit) non potest se subijcere concilio, vt ab eo iudicetur: & dicit Alban. *in loco præallegato, num. 104. & 125.* quod ita iuris interpretes communiter affirmarunt, referens idem etiam attestari Ias. & Dec. in locis, quos ego supra retuli.

6 Successiue h quæro, quis sit iudex competens Im-
h peratoris, si delinquat. Respon. Doctores communiter videntur velle, quod Papa possit propter grauissimas culpas Imperatorem deponere. Et ita quandoque fuit de facto obseruatum, vt sunt nonnullæ historiæ, & est text. *in cap. ad Apostolica, de iudic. in 6.* Intellige tamen grauissimas culpas, ex quibus turbaretur vniuersalis status Christianitatis, sed propter alia delicta non posset deponi, si esset Catholicus. Et quamuis Innocent. Papa *in d. cap. ad Apostolica*, id fecerit cum auctoritate concilij, nihilominus secundum Ioan. Andreas potest etiam illum deponere sine concilij auctoritate, & ita concludunt omnes, vt dicit Cardin. Alexan. *in d. cap. si Papa, in vltimis verbis.* Tutius tamen, & laudabilius est, vt adhibeat etiam auctoritatem concilij. Fuit etiam depositus per Principes electores Venceslaus Imperator propter ignauiam, quamuis multi Doctores teneant, quod hæc depositio Imperatoris non possit fieri nisi per Summum Pontificem. Hic etiam videndum esset, an Imperium dependeat ab ecclesia, & an in temporalibus Papa sit superior Imperatore, de quibus dixi supra *lib. 2. §. Imperator.* Neque ego hic volo recensere historias super depositionibus Summorum Pontificum, & Imperatorum, quia in his libris profiteor explicare decisiones Doctorum, non historias, quas quilibet curiosius poterit apud auctores inuenire.

Sed nunquid poterit populus Romanus Imperatorem degradare, seu deponere? Respond. quod non: 7
cum enim semel populus Romanus omnem suam potestatem in Imperatorem transtulerit, non potest illam amplius reuocare. Et hæc est communis opin. vt attestatur Aret. *in § sed quod principi, n. 6 Instit. de iure natu. gent. & ciuili.* Alex. *in sua disput. incip. Sigismund. in 5. qu.* quem refert Restaurus *de Imperatore, qu. 81. post nu. 11.* dicens, quod hoc hodie non toleraretur, ex quo potestas eligendi spectat Principibus Electoribus Germaniæ, & ius eum deponendi spectat Papæ.

Item i quæro, quis sit Iudex Regum, si delinquant? i
Respon. quod id, quod supra dictum est de Imperatore, habet etiam locum in illis Regibus, qui superiorem non recognoscunt, vt scilicet Papa sit eorum iudex competens. Et ita fuit de facto obseruatum in Rege Franciæ, quia fuit per Zachariam Pontificem depositus, vt habetur *in cap. alius, 15. qu 6.* 8

Idem k etiam dicendum est de Ducibus, & alijs 9
Principibus: quia si recognoscunt in superiorem Imperatorem, vel aliquem alium Regem, vel dominum, ab eo iudicari debent: si vero alium superiorem non recognoscunt, puniuntur à summo Pontifice. Et in his pariter possent adduci infinita exempla historiarum, quæ consulto omitto, ne iurisperitorum sententias cum historicorum narrationibus inuoluam. Præparaui ego quandoque volumen vniuersalis historiæ à Carolo Magno vsque ad hodierna tempora, vna cum genealogia omnium fere Principum Christianorum multo studio, & labore deducta ab ipsomet Carolo Magno, sed alijs grauioribus implicitus negotiis, illa studia intermittere sum coactus. Si tamen forte contingeret, vt aliquid ocij nactus, illi supremam manum possem imponere, (quod tamen vix vnquam contingere posse spero) vtique crederem lectoribus opus illud maxime vtile, ac iucundissimum futurum. k

Quæro etiam, quis sit iudex competens Cardinalium S. Romanæ Ecclesiæ. Respon. quod est Summus 10
Pontifex. Sed nunquid quando Papa vult punire aliquem Cardinalem, debet etiam adhibere collegium 11
Cardinalium, vt simul cognoscant, & iudicent? Respon. quod potest Papa, si velit, hoc facere, sed non tenetur: ipse enim solus, alijs non vocatis, potest vnum ex Cardinalibus deponere, & ob eius demerita punire. Et ita concludunt communiter Doctores, vt dicit episcopus Lorzes *in suis allegationibus pro Marchione Velez impressis Mediolani fol. 314. n. 8.*

Vlterius quæro, quis sit iudex competens Patriarcharum, Archiepiscoporum, & Episcoporum. Respo. 12
Patriarchæ, & Archiepiscopi à solo summo Pontifice iudicantur, *cap. fin. 22. distinct.* Episcopi vero iudicantur 13
in criminalibus à suis Archiepiscopis, cum toto concilio Metropolitano, vt ex text. *in c. quorundam, 34. distinct.* Non autem potest Archiepiscopus solus contra

Episcopum procedere. Et ita decisum fuit in parlamento Parisiensi, vt refert Papo *lib.7.ritu 7.arresto* 45. *l* Sed quidquid sit de iure, hodie vt plurimum Papa cognoscit de delictis Episcoporum. Et quod Episcopi à solo Papa deponi possint, dicit communiter teneri Anan. *in c.excommunicamus, il 1.§.volumus, num.5. de haret.*

Sed *m* quid si Archiepiscopus delinquat extra suam diœcesim, nunquid poterit Episcopus illius diœcesis, in qua deliquit, eum punire? Respond. quod sic: & ita communiter tenetur, vt dicit Marian. *in c.1. num.*18. *de rapior. n* Quod tamen intellige, nisi ille Episcopus esset suffraganeus ipsius Archiepiscopi delinquentis: nam eo casu non posset ipsum punire. Et hæc est communis opin. vt dicit Abb. *in c.cum inferior, post num.1.vers. similis quæst.de maior.& obed.* Imol *in d.c.cum inferior, num.*11. Marian. *in d.c.1.n.19. & in c.postulasti, n.8. & 9. de foro comp.*

15 Quæro, quis sit iudex monachorum, & clericorum regularium. Respond. Prælati inferiores seculares non habent de iure aliquod territorium, ita quod habeant iurisdictionem in ibidem delinquentes, sed solus Episcopus est ordinarius in sua diœcesi. Et ita communiter teneri attestatur Abb. *in c.cum contingat, nu.29.de foro compet. o* Quo vero ad monachos dicendum est, quod Abbates habent in criminalibus ordinariam potestatem, & possunt illos capere, & detinere, & punire. Et dicit Calder. *cons.20.de reg.* quod ita tenent communiter Doctor. Bene verum est, quod (secundum aliquos) *p* Episcopus est etiam iudex ordinarius monachorum, & potest contra eos procedere, etiam non expectata negligentia Abbatis. Et hanc fatetur esse communem opin. Abb. *in c.graue, in fin.de offic.ordin.* Sed hoc de consuetudine non seruatur præsertim in iis, quæ concernunt obseruantiam regulæ ipsius, quam profitentur. Et ita iudicatum fuit in parlamento Parisiensi, vt
16 refert Papo *lib.7.ritu 7.arresto* 43. Quis autem sit iudex clericorum secularium, vel aliarum personarum ecclesiasticarum, dixi infra *quæst.prox.*

17 Excipiuntur tamen à potestate cuiuscunque iudicis ordinarij, etiam si esset Vicarius summi Pontificis in vrbe Romana, famuli, domestici, familiares, & subditi Cardinalium, ij enim omnes ex consuetudine remittuntur *q* ad ipsos Cardinales puniendi: & ita quotidie videmus seruari in vrbe Romana, prout etiam se vidisse obseruari testatur Zabarel. *in Clem. ne Romani, de elect.in 7.quæst.1.partis,* quem refert Saui. *in tract. de offic.& potest.cap.sede vacante, in 10.qu.2.par.princ.nu.39. in fin.* Et ita etiam videmus ex hac causa permissum esse ipsis Cardinalibus, vt teneant priuatum carcerem, vt dixi infra *qu.68. vers.priuatum.*

18 Quæro, *r* nunquid familiares, seu famuli clericorum seculares, siue laici gaudeant priuilegio fori clericorum, quorum sunt familiares. Respon. Calcan. *in facti contingentia consuluit, quod sic cons.71.* vbi post *n.3.* dicit, quod hæc est conclusio secundum omnes, quod famuli clericorum laici gaudent priuilegio ipsorum clericorum quo ad fori declinationem. Sed certe quicquid dicat Calcan. in contrarium est communis opin. vt attestatur Capyc. *decis.12.num.2.in fin.* Ab hac tamen conclusione excipiuntur famuli, siue familiares Episcoporum, ipsi enim gaudent priuilegio clericali, ita vt si delinquant, non possint à iudice laico puniri. Et ideo etiamsi sint meri laici, debent ad iudicem ecclesiasticum remitti. Text. est *in c fin.de offic.archi.* & ita tenent communiter Doctor. vt ait Ioan. de Monte Sperello *inter consil.Calcan.consil.72.* quod est subscriptio præcedentis consilij. Hanc etiam opin. dicit tenere communiter Doctores Abb. *in cap.2. num.6.de foro compet.* quem refert Boss. *in tit.de foro compet.post n.127.* Capyc. *in decis.12.n.1.*

Sed *t* pone, quod aliquis laicus det se, & sua bona 19
alicui monasterio, aut loco religioso, non mutato habitu, & postea committat aliquod delictum, & captus sit per iudicem secularem, nunquid erit remittendus ad iudicem ecclesiasticum? Respon. quod non, sed debet puniri per ipsum iudicem laicum, & ita conclusum fuit in curia Tholos. vt per Aufrer. *decis.8.*

Fuit aliquando dubitatum, nunquid pænitentes sint 20
de foro ecclesiastico, an autem remaneant sub iurisdictione iudicum secularium. Dic, quod aut loquimur de quibusdam pænitentibus, qui profitentur quandam religionem, quam appellant publicæ pœnitentiæ: & isti sunt de foro ecclesiastico, prout & ceteri religiosi, & hæc est communis opin. vt attestatur Aret. *in c.2.col.2.de foro compet.* quem refert Simancas *de hæret.cap.46. num.18.* & Didac. *pract.qu.34.post nu.4.vers.intelligitur.* Aut loquimur de iis, qui publicam pœnitentiam faciunt ex mandato Prælati, seu inquisitoris: & isti remanent de foro seculari. Et refert Simancas *in loco præallegato, num.20.* quod cum hæc controuersia contigisset de facto Granatæ, pœnitens, qui hominem occiderat, fuit furcis suspensus.

Præterea *u* quæro, quis sit judex competens officia- 21
lium, scilicet ad eos syndicandos? Resp. quod de iure communi est princeps, qui eis concessit officia. Item præfectus prætorio, vel episcopus, vt est text. *in l.1.C. vt omnes tam ciuil quam mil.& in §.necessitatis, in Authen.vt iud.sine quoquo suffra.* Sed certe quidquid sit de iure communi, quælibet ciuitas, vel prouincia in hoc sua habet statuta, & consuetudines, à quibus nullo modo est recedendum. Hodie enim non habemus istos præfectos prætorio in Italia, vt dicit Bald. *de synd. post n.1.* qui tractatus est *in l.obseruare, §.proficisci, ff.de offic. procons.* & Rondinel. *de synd.n.6.in fin.* Pariter etiam (vt attestatur Bald. *in loco præallegato*) illa iurisdictio Episcopi, de generali, & rationabili consuetudine apud nos recessit ab aula. Idem etiam tam in Episcopo, quam in præfecto attestatur Paris Put. *de syndic.fol.129. num.1.*

Sed *x* hic incidenter quæro, nunquid isti syndicato- 22
res possint cognoscere etiam de delictis officialium non pertinentibus ad ipsum officium. Respond. quod quidquid sit de iure, consuetudo obseruat, vt de omnibus cognoscant, modo commissa fuerint durante officio: Ceterum de iis, quæ ante, vel post officium commissa sunt, non pertinet ad eos cognitio, sed ad ordinarium. Et ita in practica seruari attestatur Amed. *de synd.num.171.*

Quæro nunc, quis sit iudex competens scholarium 23
in criminalibus. Resp. de iure scholares habent in suos iudices Episcopum ciuitatis, Rectorem Gymnasij, & Lectores Vniuersitatis secundum dispositionem auth. *habita, C.ne filius pro patre,* intelligendo illa verba, Domino, vel Magistro suo, vt verbum Domino significet legum præceptorem, & verbum Magistro, *y* præceptorem medicinæ, vel artium, secundum interpretationem gloss. ibi: quam dicit esse communem Horat. *de priuil. schol.c.65.col.1.* Sed quidquid sit de iure, hoc de Doctoribus, seu Magistris, non seruatur de consuetudine, vt dicit Bart. *in d.auth.habita, num.4.* quem refert Horat. *in loco præallegato c.65.in 1.ampliatione:* sed Episcopus, & Potestas ciuitatis in criminalibus sunt eorum iudices competentes. Et ita Bononiæ seruari attestatur glos. *in d.auth.habita, in verbo, Si litem, & in §.illud, in verbo, Professores, in proœ. Digestorum.* Idem attestatur Cagnol. *in d.§.illud, num.292.* Plus dicit Abb. *disput.6.incip. Gandulphus clericus, num.9.* quod communis consuetudo,

quæ

quæ viget per omnia studia Italiæ, est, quod Rector vniuersitatis (si est clericus) exercet iurisdictionem etiam in clericos. Ego vidi in nonnullis ciuitatibus contrarium seruari, & in specie in gymnasio Papiensi, si scholaris est clericus beneficiatus, vel in sacris, procedit Episcopus, & Rector, si est laicus, procedit Rector, & Potestas. Et ita pluries rescripsit Senatus, & in specie 12. Iul. 1561. P. N. & secundo Martij 1562. P. N. Propterea dic seruandam esse in quolibet gymnasio consuetudinem, quæ ibi viget. Quod nota: quia, vt dicit Paris Put. *de synd. f.411. in verbo, Scholaris, in fi.* scholares sunt primi, qui dant querelas contra officiales in syndicatu.

24 Quæro modo, quis sit iudex competens Militum in delictis. Respon. De iure communi Capitanei nullam habent iurisdictionem, nisi in delictis militaribus: sed de more, & generali consuetudine belli, Capitanei de omni crimine per armigeros, & pedites commisso cognoscunt, & puniunt, aut puniri faciunt, & ad Capitaneos recurri solet: de qua consuetudine attestatur Boerius *de custodia clauium, num.* 29. ζ In hoc autem Ducatu habemus super hoc decretum conditum à Senatu distinguens quomodo, & per quos iudices in delictis militum cognosci debeat, quod quidem Senatusconsultum Illustrissimus Marchio Vasti, tunc Gubernator iussit ab omnibus militibus obseruari, a quod tamen non semper fuit executum. *a* Et vidi plerunque ex iussu Senatus remitti milites delinquentes ad iudices loci, & econuerso, & in specie vidi remitti ad præfectum militum quendam militem cataphractum, qui alterum militem, dum esset in custodia, interfecerat, 22. Ian. 1557. P. N. Si vero aliquis miles repertus condemnatus, antequam militiam susceperit, si deinde capiatur à iudice ordinario, non remittitur capitaneo, sed mittitur executioni condemnatio. Et ita fieri debere rescripsit Senatus in causa cuiusdam Bartholomæi Oldoini condemnati de atroci blasphemia, 5. Martij 1557. Vide in hoc proposito, quæ dixi infra *q.38. vers. quæro etiam.*

25 Modo quæro, quis sit iudex competens Iudæorum delinquentium. Resp. quod iudex laicus, non autem ecclesiasticus, est eorum iudex competens. Ita colligitur *ex tex. in Clem. 1. de Iudæis*, & ita dicunt Doctores, teste Anan. *in rub. de Iudæis, n.9.* Faciunt, quæ dixi sup. *hoc*
b *eo. lib. §. Blasphemia,* b *vers. sed pone.*

26 Solet *c* etiam quandoque dubitari, nunquid officia-
c lis possit cognoscere de iniuria illata sibi, vel alicui de eius familia. Tu dic, quod aut talis iniuria fuit illata si-
d bi, vel familiæ suæ tanquam officiali: *d* & potest de ea cognoscere; Aut est illata sibi tanquam priuato, & non potest. Ita videtur colligi ex dictis Oldr. *in cons.7.* vbi consuluit, quod quidam dominus temporalis, qui condemnauerat quandam mulierem sibi subditam, ex eo quod facturas, seu maleficia in eius personam fecisset, tenebatur ad restitutionem: quia talis iniuria videbatur ei facta tanquam priuato. Et hanc distinctionem tenent communiter DD. vt dicit Alber. *in l. Senatusconsulto, post num.3. ff. de offic. præsid.* Hanc etiam dicit esse communem opin. Alexan. *cons.13. post num.10. vers. Sexto*
e *præsuppono, lib.6.* Rol. *cons.48. num.7. lib.2. e* Bene verum est, quod si iniuria sibi illata tanquam priuato esset no-
f toria, posset etiam super ea *f* cognoscere. Et ita dicunt Doctores, vt ait Anan. *in cap. innotuit, n.8. & 9. de maledicis.* Dicit etiam Roland. *in d. consil.48. nu.2.* quod ita dicunt communiter Scribentes, *& nu.14.* dicit hanc conclusionem esse communiter receptam. Quod intellige, vt procedat, quando pro tali iniuria esset pœna à iure præfixa: sed si esset arbitrio ipsius iudicis imponenda, tunc vtique posset, vt suspectus *g* recusari, & in
g

Iul. Clar. Sentent. Pract. Crimin.

omnem casum vbicunque agitur de iniuria illata officiali, superior semper debet esse peremptus in committendo causam alteri cognoscendam, præsertim parte id petente, vel saltem in dando illi adiunctum, vt iudicia sine suspicione pertranseant. Dicit tamen Bald. *in l.1. C. vnde vi*, prout illum refert Paris Put. *de synd. fol.275. num.5. & fol.335. num.4.* quod quicquid sit de iure, hodie magni domini habent hoc de consuetudine, vt possint cognoscere de propria iniuria: Bene verum est, quod ex eorum modestia eius cognitionem, vt plurimum, committunt.

ADDITIONES

Ad Quæst. XXXV.

PRæcedentib. quæstionibus.] Adde, quod † exceptio incompe-
tentiæ iudicis regulariter ante litem contestatam est propo- 1
nenda, & etiam in certis casibus, nedum post litem, sed etiam post
sententiam † proponi potest, vt per Beto. *in cap.1. num.16. de ac-* 2
cusat. & ibi *num.8.* dicit, quod ante omnia quærendum est de
persona iudicis, & si in scriptura † exceptiones concernentes de- 3
fectum personæ iudicis, & partis simul proponerentur, & attento ordine scripturæ præcederet exceptio respiciens partem, tamen secundum ordinem intellectus, diceretur prius proposita exceptio contra personam iudicis, & de illa prius cognoscendum foret. *Baiard.*

b *Ratione personæ declinatur forum iudicis.*] Adde videndum
Fulgos. *in consil.49.* vbi dicit forum non sortiri † nisi ratione 4
delicti, originis, vel domicilij, vel quod sit vagabundus. *Baiardus.*

c *Ratione causæ declinatur.*] Adde, quod vtroque tamen casu, non obstante Iudicis incompetentia Testis coram altero Iudice falsum deponens ab eodem puniri potest infra *qu.38. vers. sed hic quæro, & versic. sed quæro nunquid supra quæst.25. vers. sed nunquid ad fin.* Maran. *6. part. Iud. actu 11. fol. mihi 383.* Contrarium tamen tenuit Capyc. *decisio 5. n.13. d.q.36. versic. sed hic quæro.* vbi tamen loquitur in clerico. *Drogh.*

d *Videndum igitur est in primis.*] Dec. *tract. crimin. tom.1. lib.3. c.38. & lib.4. c.15. n.15.* Ros.

Videndum igitur in primis.] Adde, quod Papa † regulariter 5
accusari non potest, nec à Concilio, nisi in certis casibus, vt per Dec. *in tract. crim. tom.1. lib.3. c.38.* Baiar.

e *Posset Papa accusari.*] Mat. *tract. de bannit. fol.377. nu.188.* inquit, quod illud, quod dicitur, Papa potest accusari de hæresi, & deponi, intelligendum est de hæresi proprie, & stricte sumpta, quæ est circa articulos fidei. Ego vero in ista periculosa quæstione, me vna cum toto præsenti opere meo subijcio, atque remitto, sicut auctor hic se remittit, & de qua etiam vi. per Lud. Carrer. *in tractat. suo de hæret. nu.99. & 100.* qui *num.155.* notat, quod licet Papa accusari possit, vt priuetur, si hæreticus sit, tamen si eligitur, ei non obstat exceptio hæresis per allegata ibid. *Giach.*

f *Possit Papa de crimine.*] Adde, quod etiam fuit accusatus Bonifacius Octauus supra *qu.32. versic. Debes scire.* Dec. *in l. est receptum, num.6. ff. de iurisd. omnium Iudicum*, & Damasus Papa se subiecit Synodo, vt ibidem, & de ardua quæstione hic tacta, an videlicet Papa sit supra Concilium meminit Felyn. *in cap. Nonnulli coll. mihi 4. extra de rescript.* vide gloss. *in cap. ex parte in verbo Nolumus de Capellis Monachorum.* Drog.

g *Et si noluerit, congregabunt.*] Præsuppositis tamen semper terminis habilibus. Nam raro, vel nunquam plus potest in facto congregatio, quam Papa, vel alius Princeps: similiter dicas de quolibet alio Domino, nam vocato eius officiali ad consilium, si noluerit accedere, congregabuntur sine pœna Communitates, & homines supra *quæst.16. versic. vlterius quæro ad med.* quamuis dici solent, quod semper vniuersitas de mandato officialis congregatur, Capyc. *decisio 4. n.9.* Droch.

h *Successiue quæro.*] Adde, quod antiquitus milites Imperatores iudicabant, teste Appio Alexandrino Romanæ Historiæ ciuilis Bell. *lib.4.* exercitum, inquit, primores alloquuti, ad Lucium oratorem destinant, quia eum cum Cæsare ad iudicium vocarent. *Drog.*

Successiue quæro.] Vide Decian. *lib.3. de quo sup. c.38. n.30. & lib.4. c.15. n.5.* Ros.

Successiue quæro.] Adde, quod † Imperator à Papa potest de- 6
poni, & excommunicari propter hæresim, sacrilegium, periurium, & exinanitionem feudi, quod ab ecclesia teneret, vel si in seruitutem vellet redigere laicos, & clericos, vel libertatem ecclesiasticam impugnare, vt per gloss. & omnes scribentes *in c. Ad*

apostolic. de re iud. in 6. & Restau. *in tract. de Imper. qu.* 81. vbi multa circa hoc reperies ad sanctitatem. *Baiard.*

i *Item quaero.*] Decian. *d. c. 37. num. 13. & c. 15. praedicto num.* 10. Ros.

7 *Item quaero.*] Adde videndum † Corsett. *in tract. de potest. Reg. q.* 44. Zamor. *in tract. de orig. Principatus in 2. par. in princ.* Abb. & omnes *in ca. quae in ecclesiarum, de constit.* Baiar.

k *Idem etiam.*] Decia. *d. cap. 15. n.* 11. Ros.

8 *Idem etiam dicendum est de Ducibus.*] Adde, quod vnus Princeps potest socium sibi aequalem in Principatu delinquentem punire. Rot. Rom. *decisio 3. de foro compet. in antiq.* sed Capyc. *decisio 27. num. 9.* tenet contrarium, etiam quod sint Domini in so-
9 lidum, & ibi *n. 10. & seq.* tenet, quod si sunt duo domini, † quorum vnus habeat ciuilem, alius criminalem iurisdictionem in aliquo castro, & officialis habens ciuilem deliquerit, quod poterit puniri per alium officialem, habentem criminalem iurisdictionem, & merum, & mixtum imperium, & ad praedicta vide etiam Franch. *in decisio 274. per totam vol. 2.* Baiar.

10 Item, si officialis † regius delinquerit in terra Baronis, ad quē spectet cognitio, ad Baronem, vel ad Regem, vide Pett. *in tit. de stat. vniuersit. car. 83.* & Rebuff. *in l. 2. C. de nupt.* vide etiam Ca-
11 rauit. *in ritu 49. n. 14.* vbi ponit, quod officialis † maioris iudicis delinquens in terra Baronis extra exercitium officij punitur ibi per Baronem, dummodo notum faciat superiori suo, & Boer. *decisio 9.* & ibi etiam ponit de seruientibus Regiis, quod debent remitti, si delinquunt in officio, & quomodo contra ipsos proce-
12 datur, & ibi etiam tenet, quod si † ministro vnius iudicis suum exercenti officium in alterius territorio fit iniuria, quod iudex, cuius auctoritate in alterius iurisdictione seigentarius fecerit executionem cognoscere de iniuria, & quod seruiens Regius si delinqueret in terra alicuius Baronis, siue Domini, est remittendus, si delictum erit circa officium suum; & si aliter deliquerit, erit puniendus per officialem Baronis. Cassan. *in consuet.*
13 *Burgund. rub. 13. §. 1. num. 21. fol. 1457.* † & de praedicta quaestione habetur etiam per Foller. *in pract. crim. in ver. audiantur excusatores, num. 143. vltima impressionis, quae est in quarto folio,* & quando delictum datur commissum in officio, aut praeter officij, Alber. *in l. Senatusconsulto, ff. de offic. praesid.* vbi dicit, quod tunc proprie dicitur quis delinquere extra officium, quando delinquit de non pertinentibus ad officium, & dicit. Salicet. *in l. magistratus, Cod. de iurisdict. omnium iudic.* quod tunc dicitur miles delinquere in officio, cum venderent arma, vel equos ei necessarios, & Rebuff. *in tract. de sent. execut. glos. 15. fol. 381. in constit. 1. tom.* ait, quod executor dicitur in officio delinquere, quando caperet bona clericorum pro executione, vel alias excederet, aut p[illegible]ium accipere, vt non exequeretur, vel non in illa re, vel differret, donec impetrentur litterae appellationis. *Baiardus.*

l *Sed quicquid sit de iure.* Adde, quod Marian. Socin. *in c. si quis episcopus, num. 6. cum seq. de accusat.* posuit plures opinio. &
14 tandem concludit, quod hodie solus Papa, † vel Legatus ab eo potest absoluere, vel condemnare Episcopum. *Baiard.*

m *Sed quid, si Archiepiscopus.*] Adde, quod etiam Patriarcha
15 † poterit puniri ab episcopo, in cuius dioecesi deliquerit. Abba. & late Felin. *in d. c. inferior. de maior. & obed. 2. & 2. col.* vbi Ioan.
16 Andr. dicit, quod etiam Archidiaconus † poterit punire extraneum Episcopum delinquentem in iurisdictione sua, nam etiam maior in alieno territorio habetur pro priuato; ita quoque tradit Decian. *in tract. crim. tom. 1. c. 17. n. 21. lib. 4.* Baiar.

17 n *Quid tamen intellige.*] Adde, quod suffraganeus † possit punire Archiepiscopum, si delinquat in dioecesi eiusdem sui suffraganei, non vti suffraganei, quia erat ex dispensatione alterius Dioecesis Episcopus, & sic quo ad illum Episcopatum non erat subditus Archiepiscopo, Felin. *in d. c. cum inferior. num. 3. de maior. & obed.* & Decian. vbi sup. *n. 24.* Baiard.

o *Quo vero ad Monachos.*] Adde † quod fallit in tribus casi-
18 bus: primo nisi esset tale crimen, propter quod esset deponendus, quia tunc Episcopus solus esset iudex competens; secundo nisi Abbas sufficienter non puniuisset secundum Canones, sed tantum secundum regulas claustrales: tertio nisi Abbas esset negligens in corrigendo, vt de omnibus consuluit Rom. *consil. 375. in proposita quaest.* Baiard.

p *Episcopus est etiam index.*] Non tamen Episcopus Monachos, vel Mendicantes bannire potest, cum talis poena banni fit in vsu apud ecclesiasticos, vt infra *quaestion. 63 versic. fin. in fin.* Contrarium tamen vidi seruari inter fratres Minores vulgo Zoccolantes S. Francisci. Nam & Episcopus Placentinus vnum ex dictis fratribus affinem meum iussit exulare, similiter & eorum Commissarij, quos sic appellant (alio vocabulo, videlicet Prouinciales, eos nominat Bald. *in c. de caus. numer. 49. extr. de offic. & potest iud. deleg.*) aliquando exulare iubent, confinantque, vt contigit in personam doctissimi fratris Bernardini de Burgonouo. Credo ergo, quod licet bannum proprie apud tales personas non sit in vsu, *d. quaest. 63.* tamen vtantur illa poena, quae potius dicitur deportatio, quam bannum; illa enim apud eos est in vsu infra *quaest. 63. vers. deportatio.* item addo, quod Episcopus † non potest determinare numerum fratrum in ecclesiis 18 Dioecesis suae Felin. *col. 5. post med. de constit. in c. cum omnes,* & de hac materia vide glos. *in cap. ex parte, in verb. Dioecesana,* de regular. *Drogh.*

p *Ad ipsos Cardinales.*] Contrarium seruauit Xistus V. modernus Pontif. Max. nam ipse puniebat familiares Cardinalium, ipsis Cardinalibus irrequisitis, infra *quaest. 98 vers. priuatum carcerem.* Drogh.

r *Quaero nunquid.*] Adde per Carau. *in ritu 46. num. 29. cum* 19 *seq.* qui dicantur familiares, † & quibus priuilegia dominorum concessa intelligantur, & ibi etiam habetur quis dicatur domesticus, † & quis commensalis, & quomodo probetur, quod sint 20 familiares, vide Ang. *in consil. 74. n. 2. tom. 1. inter cons. crim. diuersorum.* Baiar.

f *Decis. 12. num. 1.* Michael Crass. *lib. 2. commun. opin. verbo Eorum, quaest. 7.* Suarez *lib. 10. opin. verbo clericorum familiares.* Ros.

r *Sed pone, quod aliquis laicus.*] Adde, quod † in Regno 21 Neap. per Robert. Regem *in c. priuilegia tit. de oblationibus, fol. 337.* fuit prouisum, quod oblati, & confratres retinentes bona, seu vsumfructum, & vxores, & habitum non portantes, non gaudent priuilegio clericorum in ciuilibus, nec in criminalibus, quod est etiam de iure communi, vt est text. cum glos. *in cap. fin. de sepult. in 6. & in cap. priuilegia extra priuileg.* Abb. *in cap. cum, & plantare de priuil. colum. fin.* Marian. Socin. *in c. 2. de foro compet.* vbi late, & Afflict. *in constit. Regn. statuimus la 2. col. 6. in 4. quaestion. in fin.* si tamen talis oblatus portaret habitum religiosi, & staret in monasterio, licet reseruasset sibi aliquid, gauderet priuilegio, quia non esset in fraudem, & ita procedit opinio contraria, de qua per Socin. *in loco supra citato.* & quae dicit Cardin. *in Clem. 2. in qu. 12. de prabend.* Et † quid si bannitus, & 22 condemnatus, qui postea fuit effectus oblatus, fuerit captus, an debeat remitti ad Iudicem ecclesiasticum, vide Federic. *de sen. consil. 235.* qui tenet eum esse remittendum, si tempore capturae incedebat in habitu, quem deferunt oblati, vide etiam Bald. *in l. officiales Cod. de episc. & cleric.* vbi dicit, quod Becchetti, † qui 23 sunt illi tertij ordinis S. Francisci, habent accidentia sine subiecto, & quod ideo nihil valet eis eorum habitus, quia est potius quae iam apparentia in habitu, quam in existentia, & realitas in effectu, idem tenet Bart. *in l. 1. ff. de poen.* Idem dicendum est de Eremita, & de rectoribus hospitalium in proprietate, & coniugio, vt per Abb. Gugliel. & Io. de Ligna. *in clemen. per literas de prabend.* & Aufrer. *in addit. ad Capell. Tholos. decisio* 8. & Socin. *in cap. 2. de foro compe. in 9.* declaratione dicit, quod illis, qui in talem regulam ingrediuntur in fraudem, deberet cingi cordula non in loco centurae, sed in gutture, & eis pro parte sathanae furcas polliceri, & in fine dicit, quod in praedictis oblatis multum operatur consuetudo loci, vide etiam Cald. *consil. 7. de foro compet.* vbi dicit in fine, quod tenor priuilegij concessi à Sede Apostolica dictis oblatis, siue fratribus tertij ordinis debet attendi. *Baiard.*

u *Praeterea quaero.*] Adde, quomodo † in Reg. Neap. officia- 24 les syndicantur, à quibus; & an sit † appellandum ad Barones, 25 seu ad mag. Cur. Vic. late per Cara. *in ritu 295.* & per Reg. Prag. ibi allegatas. *Baiard.*

x *Sed hic incidenter quaero.*] Adde, quod in regno † Nea- 26 politano prouisum fuit per Reg. Prag. *quae est tertia sub tit. de offcial. vers. item, vt officiales,* quod in syndicatu nudum contra officiales ad instantiam querelantium procedatur, sed etiam ad perquisitionem fisci. *Baiar.*

y *Praeceptorum medicinae.*] Adde, quod sub tali vocabulo solent sic appellari Medici in Ciuitate Parmae infra *quaest. 77. vers. Magistri, & scholares,* tamen illa gloss. dum dicit de Domino, intelligitur, vt ibid. de his, qui Iurisdictionem habent. Verbum enim, Dominus, hunc sensum patitur, Bald. *in l. proprietatis, in princ. C. de probat.* refert Capyc. *decisio 37. n. 31.* Drogh.

z *In hoc autem Ducatu.*] An sit illud decretum, de quo *in nou. ordinib. post constit. Mediolani, fol. 30.* nam si miles vti priuatus delinquit, legibus communib. punitur. Decian. *tract. crim. tom. 2. lib. 7. c. 15.* vbi delicta militaria plura recenset. *Ros.*

a *Et vidi plerunque.*] Et ego vidi exercitum Catholicum in partibus Flandriae habere generalem Auditorem punientem milites vsque ad Mortem. Adde Marsil. *Rubr. de fideiuss. num. 113. ad fin.* Petrus Bellus *tract. suo de re milit.* de quo infra *quaest. 59. versic. Quaero nunquid,* vide in proposito Bos. *tit. de capt. nu. 63. cum seq.* Drogh.

b *Vers. sed pone,*] Decian. *tom. 1. crimin. lib. 4. cap. 26. num. 2.* Ros.

c *Solet etiam*] Bart. *in l. si quis, §. si quis ff. de iniur.* vide, quae tangit aucto *in §. lesa Maiestatis, vers. quaero etiam.* Ros.

Solet etiam quandoque.] Adde videndum † Crauet. *in consilio* 27 *232. col. 3. vers. 3. respondeo,* & Farin. *in q 17. num. 44 cum seq.* & si quis

28 si quis daret † alapam Potestati, posset potestas ipsum furcis statim suspendi facere, Gram. *in decis.* 56 *n.* 4.

29 Item adde, quod similiter iudex delegatus poterit cognoscere de iniuria facta officiali suo ex causa officij; secus si ex alia causa, quia nunc iudex ordinarius cognoscet Boer. *decis.* 9. *num.* 14. *cum seq.* Bajar.

d *Potest de ea cognoscere.*] Adde per Crauet. *cons.* 232. *colum.* 3. *vers.* 3. *respond.* Giach.

30 e *Bene verum est.*] Adde, quod † tale delictum debet esse notorium notorietate facti permanentis, quia ipso actu pronunciaret iudex, & non sufficit facti transeuntis, tum tale notorium indigeat probatione, vt per gloss. 2. *q.* 2. *de transact.* & multa dicuntur notoria, quæ non sunt *capit. consueuit, de appellat.* & in his probationibus recipiendis iudex posset grauare partem, ideo vt suspectus recusabitur. ita not. Philip. Franch. post Abb. *in cap. proposuit, de appellat.* loquens in suspicione iudicis, & in terminis in iudice iudicare volente in causa propria not. Dec. *in c. cum venisset, col.* 5. *de iudic.*

31 Item adde, quod † etiam si pœna si esset certa, tamen si veniret imponenda ratione proprij interesse, tunc poterit recusari iudex in causa propria is, ad quem pœna veniret applicanda, ita Salic. *in l.* 1. *C. ne quis in sua cau. col.* 2.

32 Item adde, † quod iudex iniuriatus, si quid receperit ab iniuriante ne ipsum puniat, tenetur ad restitutionem in foro conscientiæ, Oldr. *cons.* 7.

33 Item adde, † si extaret consuetudo, quod quis posset esse iudex in causa propria, non valeret. Abb. *in c. postulasti, num.* 14. *de foro compet.* sed gloss. *in cap. Romana de pœn. in* 6. videtur tenere contrarium scilicet, quod consuetudo valeret, & Doct. *in cap. cum contingat. extra de foro compet.* idem tenent Alexan. *in l. qui iurisdictioni, ff. de iurisd. omn. ind.* Afflict. *in constit. iustitiarij per Prouincias in septimo not.* & Io. Ant. de Nigr. quos omnes allegat *in c. Regni in cap.* 119. *incip. Item statuimus, nu.* 8.

34 Item adde, † si dubitatur, an iniuria fuerit illata tanquam officiali, vel tanquam priuato, tunc recurrendum est ad coniecturas, & præsumptiones, vt per Parid. *de synd. in verb. iniuria officialis, §. an si officialis processus, num.* 4. & ibi remissiue habetur de coniecturis; Capyc. *decis.* 130. *n.* 12.

35 Item adde, quod sententia † in causa propria dicta est nulla etiam parte non opponente. Doct. *in l. qui iurisdictioni, ff. de iurisd. omn. iudic.* & Vant. *de nullit. in rubric. ex defectu iurisd. ordin.*
36 *num.* 92. Sed si sententia esset in causa suorum, † teneret parte non opponente Curt. iun. *d. l. qui iurisdictionis*, & Vant. *in loco præcitato, n.* 97. Bajar.

f *Cognoscere.*] Rationem vide per Abb. *in c. cum venissent, autem* 9. *de iud.* Giach.

g *Recusari.*] vt per Abb. vbi supra, & Iac. de S. Georg. qui dicit notandum esse istam limitationem *in l. qui iurisdictioni, post n.* 10. *ff. de iurisd. omn. ind.* Giach.

QVÆSTIO XXXVI.

Clerici in quibus casibus à iudice seculari possint pro eorum criminibus iudicari.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Clericos pro delictis per eos commissis non posse puniri à iudice seculari.*
2 *Et an hoc priuilegium sit clericis concessum à iure diuino.*
3 *Et an valeat consuetudo, quod clerici possint criminaliter conueniri coram iudice laico.*
4 *Et an possit clericus huic priuilegio renunciare.*
5 *Et an clericus citatus à iudice seculari pro delicto teneatur comparere, & allegare coram eo priuilegium clericatus.*
6 *Et an possit clericus pro crimine reconueniri coram iudice laico.*
7 *Et an clericus illegitime natus gaudeat hoc priuilegio fori.*
8 *Et an clericus coniugatus gaudeat priuilegio fori.*
9 *Et quid si sit bigamus.*
10 *Et quid si vnicam tantum vxorem duxit, sed illam post adulterium commissum cognouit.*
11 *Et quid si post delictum effectus fuit bigamus.*
12 *Et an clericus coniugatus, qui non abstinet à negociationibus, & armis, gaudeat priuilegio fori.*
13 *Et an clericus coniugatus, non incedens in habitu, & tonsura clericali, gaudeat priuilegio fori.*
14 *Et quis sit habitus, & tonsura clericalis.*
15 *Et quid si clericus coniugatus, qui ante delictum nō incedebat in habitu illū deinde post delictū reassumpserit.*
16 *Et quid si reassumat tonsuram post condemnationem.*
17 *Et quid si clericus non deferat tonsuram, quia non habeat capillos.*
18 *Et an clericus coniugatus mortua vxore recuperet omnia priuilegia clericis non coniugatis competentia.*
19 *Et an clericus non deferens habitum perdat priuiligium antequam sit ter monitus.*
20 *Et quid si facta sit generalis monitio in synodo.*
21 *Et quis iudex cognoscat super clericatus exceptione ecclesiasticus, an secularis.*
22 *Et quis super habitu, & tonsura.*
23 *Et an clericus non deferens habitum, & tonsuram, & immiscens se enormitatibus amittat priuilegium fori.*
24 *Et quid in clerico incedente in habitu, & tonsura.*
25 *Et an clericus factus à principe officialis, si in officio delinquat, possit ab eo puniri.*
26 *Et an clerici reperti cum armis possint à iudicibus secularibus puniri.*
27 *Et an clericus committens crimen læsæ Maiestatis contra principem secularem possit ab eo puniri.*
28 *Et an clericus deponens falsum testimonium coram iudice laico possit ab eo puniri.*
29 *Et an clericus imputatus de assassinio possit puniri per iudicem secularem.*
30 *Et an hoc casu requiratur solemnis degradatio.*
31 *Et an requiratur sententia declaratoria.*
32 *Et an talis clericus assassinus sit tradendus curiæ seculari, non expectata incorrigibilitate.*
33 *Et an clericus incorrigibilis possit puniri per iudicem secularem.*
34 *Et an super incorrigibilitate requiratur declaratoria.*
35 *Et an iudex secularis possit punire clericum, qui non sit prius degradatus, & traditus curiæ seculari.*
36 *Et pro quibus criminibus clericus sit degradandus.*
37 *Et an clericus incorrigibilis sit tradendus curiæ seculari.*
38 *Et an clericus propter contumeliam illatam suo episcopo sit tradendus curiæ seculari.*
39 *Et an propter crimen falsi.*
40 *Et an pro enormi homicidio.*
41 *Et an pro crimine læsæ Maiestatis, remissiue.*
42 *Et an iudex secularis, cui traditus est clericus, possit punire corporaliter.*
43 *Et an si quis post delictum faciat se clericum, vel monachum, gaudeat priuilegio fori.*
44 *Et an præsumatur suscepisse clericatum in fraudem.*
45 *Et an monasterium teneatur pro delicto ingressi.*
46 *Et quid si in eodem delicto interuenerint clerici, & laici, an omnes sint ad iudicem ecclesiasticū remittendi.*
47 *Et quid si illata iniuria per laicum clerico, an cognitio spectet ad iudicem ecclesiasticum.*
48 *Quomodo facienda sit remissio clericorum à iudicibus laicis ad ecclesiasticos.*
49 *Iudex ecclesiasticus an teneatur stare processui facto per iudicem secularem remittentem.*

Ex Additionibus.

1 *Laicus non cognoscit de clericis.*
2 *Laici quando capiant clericos.*
3 *Famuli clericorum, & episcoporum an gaudeant priuilegio fori.*
4 *Iudex laicus quando cognoscat de delictis clericorum,*

Iudices seculares regni Neapol. quando, & quomodo possint procedere contra personas Ecclesiasticas, & eorum subditos, remissiue.
5 *Iudex ecclesiasticus quando cognoscat de delictis laicorum.*
6 *Princeps potest ejicere clericum, & prælatum sibi suspectum.*
7 *Clericus potest ejici, quando populus eum odit, & est periculum scandali.*
8 *Iudex laicus attentans procedere contra clericum excommunicationem incurrit.*
9 *An autem ipso iure.*
Iudex Ecclesiasticus, quando possit inhibere iudici seculari, remissiue, n.eod.
10 *Clericus non potest renunciare priuilegio fori, remissiue nec cum iuramento.*
11 *Et si non apponat declinatoriam, poterit puniri.*
12 *Clerici coniugati an gaudeant dicto priuilegio. Et quid in Regno Neap.*
13 *Clericatus quomodo probetur, remissiue,* & n.29.
14 *Beneficij titulum an sufficiat allegare.*
*14 *Clerici alicui ecclesiæ seruire debent.*
15 *Clericus quando dicatur incedere in habitu & tonsura.*
16 *Iudex capiens clericum, debet particulariter describi facere, in quo habitu ipsum ceperit.*
17 *Habitus an sit clericalis, vel ne, à quo iudice cognoscatur.*
18 *Clericus factus post delictum an puniatur per laicum.*
19 *Clericatus exceptio quomodo cognoscatur in Regno Neapolitano, remiss.*
20 *Clericatus probatur etiam per testes,* & n.22.
21 *Clericus remittendus suo iudici, debet remitti suis expensis.*
23 *Clericatus an probetur per testes singulares, remissiue.*
Sacerdotium probatur per testes singulares, n.eod.
24 *Clericalis habitus, & tonsura coram quo iudice sit probanda.*
25 *Tonsura collata à Prælato non suo valet.*
26 *Iudex ecclesiasticus debet statim repetere clericum à laico captum.*
27 *Clericus prima tonsura an gaudeat priuilegio fori.*
28 *Et quomodo practicatur in Regno Neap. remissiue.*
30 *Clericatus non probatur ex sola possessione habitus, & Clericalis tonsura.*
31 *Clericis in Regno Neapolitano auferuntur arma, præuia tamen monitione facta suis prælatis.*
*31 *Arma reperta clericis fiunt officialium.*
32 *Clericus rebellis per quos puniatur, remissiue.*
33 *Clericus assassinus ipso iure intelligitur degradatus.*
34 *Clericus assassinus per iudicem secularem puniri potest absque solemni degradatione.*
35 *Assassinij qualitas in clerico debet constare ante inquisitionem, & citationem, alias omnia essent nulla ex defectu iurisdictionis.*
Et quæ requirantur, remissiue.
Et quid si non appareat de assassinio.
36 *Assassinij qualitas est discutienda primo, si Clericus incompetentiam iudicis allegat.*
37 *Clericus assassinus potest cognosci per vtrumque iudicem, & erit locus præuentioni.*
38 *Degradationis forma, remissiue.*
39 *Clericus degradandus debet esse incorrigibilis.*
40 *Et quid de hæretico & conspirante contra episcopum.*
Clericus effectus, aut religiosus post patratum delictum an euadat pœnam.
41 *Clericatus assumptus post delictum, quando eximat à iurisdictione laicali.*
42 *Professus post condemnationem an possit declinare forum, remissiue.*
43 *Professio quomodo probetur, remissiue.*
44 *Professus post habitationem, an intelligatur religiosus.*
45 *Relegatus si fiat clericus, & relegationem frangat, à quo puniatur.*
46 *Clericus post delictũ vxorẽ ducens à quo iudice puniatur.*
47 *Et quid seruet sacrum consilium Neapolit.*
Clericus perdit priuilegium ex inualido matrimonio, cuius priorem virum interfecit sub n.14.
48 *Clericatus quando dicatur assumptus in fraudem.*
49 *Laicus delinquens simul cum clerico, per quem iudicem cognoscatur.*
50 *Iudex ecclesiasticus potest contra sacrilegos ad excommunicationem, & alias pœnas spirituales procedere, non obstante sententia iudicis laici.*
51 *Officiales ecclesiastici in Regno Neapolitano non exercent iurisdictionem contra laicos.*
52 *Clericus debet remitti absque declaratione.*
53 *Iudex ecclesiasticus non tenetur stare processui facto per iudicem secularem.*

OMnium *a* autem exceptionem, quæ in causis criminalibus ad declinandam iudicum iurisdictionem proponuntur, nulla frequentior est, quam clericatus: de ea igitur in primis videamus. † Et quidem in hac materia facienda est conclusio, quod iudex secularis *b* nulllo modo potest occasione alicuius delicti procedere contra clericum, aut religiosum, text. est *in c. cum non ab homine, de iud.* & hoc priuilegium, quod clerici non possint iudicari à laicis, est eis concessum à iure diuino. Et hæc est communis opin. vt dicit Alciat. *in d. c. cum non ab homine, num.* 2. Didac. practica. *quæst.* 31. *n.* 1. qui refert idem attestari Felin. *in cap.* 2. *col.* 1. *de maior. & obed.* & Rochum *de consuet. fol.* 51. *col.* 4. & Rebuffum *in concordat. in rubr. de protectione,* quæ tamen conclusio in puncto iuris non transit sine difficultate, saltem quo ad clericos, qui non sunt in sacris constituti. a 1 b 2

Sed *c* ea retenta infertur, quod non valet consuetudo, quod in causis criminalibus clerici conueniantur coram iudice seculari, vt colligi videtur ex tex. *in c. clerici de iudic.* & est communis opin. vt ait Didac. *in d. quæst.* 31. *num.* 5. quam ego etiam sequor, quo ad hoc, vt non valeat consuetudo, per quam generaliter clerici pro criminibus subjicerentur iudicibus laicis: sed consuetudo particularis, quod in aliquibus casibus, vel causis, & aliqui clerici, puta, in minoribus constituti, possint puniri & iudice seculari, vtique valet, & ita in pluribus locis in practica indistincte obseruatur. Vide quæ dixi infra *q.* 41. *vers. sed quid dicendum.* 3 c

Secundo *d* infertur, quod non possunt clerici huic priuilegio tacite, vel expresse *e* renunciare, vt est text. *in c. si diligenti,* vbi DD. omnes notant, de foro compet. & communis sententia Doctorum, vt attestatur Boer. *super consuet. Bituricen. f.* 26. *col.* 3. 4 d e

Est *f* autem hæc exceptio tantæ efficaciæ, vt à se ipsa proponatur, & ideo non teneatur clericus citatus per iudicem secularem occasione alicuius delicti coram eo per se, vel per procuratorem *g* comparere, & exceptionem clericatus proponere, vt dicit Archid. *in ca.* 2. 15. *qu.* 4. & est communis opin. vt attestatur Felin. *in c. veniens, in vltimis verbis, de accusation.* Quod intellige, nisi in citatione exprimeretur talis causa, propter quam clericus teneretur coram iudice laico comparere, puta, quia esset vasallus, iuxta ea, quæ dixi sup. *lib.* 4. *§. Feudum, q.* 90. *vers. sed quid si dominus, & vers. & hæc quidem.* Ceterum in casibus, in quibus clericus non potest à iudice laico iudicari, licet citatus sit prorsus contumax, non potest contra eum iudex secularis procedere, & si procedat, omnia sunt nulla, neque ipse tenetur hoc allegare, neque etiam post sententiam. Et ita se consuluisse, & intellexisse, quod ita fuit iudicatum, testatur Decia. *consil.* 241. *in primis verbis,* quẽ refert Didac. *pract. quæst.* 33. *nu.* 2. Et si distulit illud allegare, *h* non propterea po- f g h

rea poterit iudex laicus illum in expensis condemnare,
i sed est remittendus i ad iudicem suum ecclesiasticum, etiam respectu refectionis impensarum, vt in facti contingentia iudicauit curia Neapolit. teste Gramma. *voto* 18. quem refert Carauita *super ritu* 65. *magnæ Curiæ, num.* 1. Quinimo etiamsi deinde contigerit clericum carcerari, non potest cogi, vt soluat, neque etiam pœnam ipsius contumaciæ, licet pecuniaria sit, sed est libere dimittendus. Et ita in facti contingentia decisum fuit in curia Delph. vt per Guid. Papæ *decis.* 450. *supra qu. licet curia Neap. contrarium iudicauerit*, vt per Gramm. *voto* 27. & male secundum eum, quam decisionem curiæ Neapolit. aliter refert Foller. *in pract. crimin. fol.* 63. *num.* 39. *in fin.* Scias tamen, quod Bart. *in l. non videtur la* 1. *num.* 1. *ff. de iud.* videtur tenuisse contrarium, quod scilicet clericus citatus coram iudice laico, si non compareat, & alleget se clericum, possit mulctari, & hoc nisi in citatione dictum sit, citetur presbyter talis, vel aliquid aliud, ex quo appareat, quod ille esset clericus; quod tamen iudices nostri temporis non solent apponere in suis citationibus, licet secũdum eum male faciant: non tamen potest contra talem clericum contumacem perueniri ad secundum decretum, quia non dicitur latitare, ex quo non tenetur in eo iudicio respondere. Et illam opinio. Bart. seruari attestatur Aufrer. in Apostol. *ad decis. Tholos.* 165. Sed certe communiter Canon. tenent contra Bartolum, vt attestatur Cauens. *super* 235. *ritu magnæ curiæ, num.* 11. Et ita quicquid seruetur in Gallia, apud nos clericus contumax in casibus, in quibus non tenetur comparere, non mulctatur, & si mulctatus fuerit, quandocunque doceat se clericum, solet talis mulcta reuocari, & annullari. Et ita puto seruari debere à iudicibus Deum timentibus.

6 Et k hæc quidem conclusio, quod scilicet clericus
k non possit à iudice laico criminaliter iudicari, procedit siue clericus pro crimine coram iudice conueniatur, siue reconueniatur: nam clericus non potest coram iudice seculari pro crimine ciuiliter, neque criminaliter conueniri. Et hæc est communis opin. vt attestantur Scribentes *in cap. at si clerici, de iud.* & in specie Imol. *numer.* 148. quem refert Berous ibi *numer.* 150. Cardin. Alexand. *in c. multi, col. penult. versic. in fin. glos.* 2. *quæst.* 1.

7 Habet etiam locum hæc conclusio, quamuis clericus sit illegitimus, licet enim nati illegitime sint maxime odiosi sacris Canonibus, vt dixi supra *lib.* 2. §. *Filius*, tamen etiam clericus illegitimus gaudet priuilegio fori, & ita in facti contingentia decisum fuit per Consil. Neapol. vt refert Gram. *decis.* 81.

8 Quæro, l an clericus coniugatus gaudeat priuilegio
l fori. Respond. quod sic: nam propter coniugium non perditur priuilegium, quod in criminalibus non possit puniri à iudice seculari, dummodo cum vnica tantum,
m eaque virgine, matrimonium contraxerit, m & habitum clericalem, tonsuramque deferat, vt est text. in *cap.*
n *vnico, de cleric. coniug. in* 6. & est n communis opinio, vt
9 ait Didac. *pract. quæst.* 31. *post numer.* 7. *vers. Prima igitur.* Si vero sit bigamus, potest à iudice laico puniri: intellige tamen, si proprie sit Bigamus, s. si duas vxores du-
o xerit; nam alij o interpretatiue bigami dicuntur, vt dixi supra *lib.* 2. §. *Clericus*, & ideo non possunt à iudice laico puniri.

p Sed an ille, p qui vnam, tantum vxorem duxit virgi-
10 nem, illamque propter adulterium dimisit, & deinde ei reconciliatus est dicendus est bigamus, quo ad hoc, vt amittat priuilegium fori? Respond. Certe clericus qui vxorem post adulterium ab ea commissum carnaliter cognoscit, etiamsi ipse adulterium ignoret, dicitur bigamus secundum communem opinionem etiamsi ex præcepto ecclesiæ illam inuitus cognouerit, vt dixi in loco præalleg. Nihilominus cum talis interpretatiue dicatur bigamus, dicendum est, quod non amittit propterea priuilegium fori. Et ita tenent concorditer omnes, vt attestatur Aufrer. *in decisione Tholosan.* 64. referens ita fuisse decisum in facti contingentia.

Sed pone, quod aliquis clericus solutus commise- 11
rit aliquod delictum, & de eo fuerit accusatus; deinde postea effectus sit bigamus, nunquid erit curiæ seculari remittendus? Respond. quod non, q attenditur q
enim status, in quo erat tempore delicti. Et ita conclusum fuit in curia Tholosan. vt per Aufret. *decisione* 377.

Qua r ratione pariter etiam decisum fuit per consi- r
lium Neapolitan. quod si clericus post commissum delictum vxorem duxerit, non potest de eo delicto cognosci per iudicem secularem, sed debet ad iudicem suum ecclesiasticum remitti, prout conclusum fuisse refert Grammat. *decisione* 10. non obstantibus (vt ipse ait) clamoribus [illegible], quem refert Carauita *super ritu* 66. *magnæ curiæ, nu.* 9. qui tamen de hac decisione dubitat, vt ibi per eum.

Hæc vero omnia procedunt, dummodo talis s cle- s
ricus coniugatus abstineat à negotiationibus, & armis: 12
alias autem si ab eis non abstineret, posset, non obstante clericatu, per iudicem laicum puniri. t Et hæc t
est commun. opin. vt dicit Bertrand. *cons.* 13. *num.* 5. *lib.* 8. Et quod clericus coniugatus debeat abstinere à negociationibus, à quibus alij clerici non coniugati tenentur abstinere, alias priuilegium fori amittat, tenuit Innoc. *in cap. fin. de vita, & honest. cler.* & ita firmant communiter Doctores, vt dicit Alexand. de Neuo *cons.* 60. *n.* 4. Quæ autem negociationes sint clericis interdictæ, dixi supra *lib.* 2. §. *Clericus.*

Dixit clericum coniugatum gaudere priuilegio fo- u
ri, dummodo incedat in habitu, & tonsura clericali, li- 13
cet hodie (secundum aliquos) de consuetudine clerici coniugati x non incedant in vestibus, & tonsura x
clericali, vt fatetur esse generalem consuetudinem Fulgos. *consil.* 123. *num.* 1. y Sed quæro, quis dicatur in y
hoc proposito habitus clericalis. Respond. Omnes concludere videntur, quod non sit à sacris canonibus determinatus clericis aliquis habitus ab aliis distinctus, & ideo quod sit attendenda consuetudo regio- 14
nis. Propterea ad iudicandum, an aliquis incedat in habitu, & tonsura clericali, videndum est, an ille, qui in aliquo habitu incedit, prima facie, si videatur in populo, iudicabitur clericus, an autem laicus. Et certe vera est hæc conclusio, si affirmatiue intelligatur, scilicet, quod sacri Canones non constituunt specialiter clericis certum habitum, sed negatiue non est vera, nam multi habitus sunt per sacros Canones prohibiti à clericis deferri, vt videri potest *in locis præallegatis* per Foller. *in pract. crimin. fol.* 64. *num.* 42. *& sequent.* Quid ergo si clericus deferat biretum, seu capitium bipartitum, seu virgatum, aut duorum colorum? Certe non dicetur incedere habitu clericali, & ita fuit iudicatum per curiam Tholos. teste Aufrer. *decis.* 237. idemque si deferat colletum sic virgatum, vt eadem curia iudicauit, *decis.* 252. Et refert pract. Millei *folio* 73. *numer.* 8. quod quidam clericus coniugatus, eo quod habebat caligas bipartitas, Tholosæ reputatus fuit laicus, & pro crimine tanquam laicus fuit laqueo suspensus, & nota in hoc proposito, quod quamuis secundum opinio. magis communem cognitio, an aliquis sit clericus, vel ne, pertineat z ad iudicem ecclesiasticum, de quo vi- z
denda sunt ea, quæ dixi infra *vers.* a *regulariter autem:* a
nihil-

b nihilominus si dubitetur super habitu, b an sit clerica-
c lis, vel non, c hæc cognitio spectat ad iudicem laicum, non autem ad ecclesiasticum. Et ita decisum fuit in facti contingentia in parlamento Delph. vt refert Guido Pap. *decis.*138. *& cons.*110.*n.*2. vbi pariter in facto ita consuluit.

d Sed hic quæro, d quid si clericus coniugatus, qui
15 ante tempus commissi criminis non incedebat in habitu, & tonsura, reassumpserit habitum, & tonsuram, & incontinenti aliquod crimen commiserit, nunquid gaudebit priuilegio fori? Respon. Io. Andr. *in c. Ioannes, in 4. q. de cler. coniugat.* tenuit, quod sic, referens ita fuisse Paduæ determinatum, licet communiter Doctoribus (vt ipse ait) non placuerit, & illum sequuntur communiter Scribentes, vt dicit Alex. *cons.*8. *post n.* 4. *lib.*1. *& cons.*149. *num.*7. *lib.*6. quem refert Marsil. *sing.* 480. apud Doctores. Hanc etiam dicit esse communem opin. Didac. *in d. q. pract.*31. *post num.*7. *vers. Quinto potissimum*, secundum quam in facti contingentia consuluit Christoph. de Castil. *consil.*5. Quod tamen ego intelligo, vt procedat, nisi talis clericus habitum, &
e tonsuram reassumpsisset e in fraudem, vt etiam dixi in-
f fra statim, f *vers. sed quid si clericus.*

g Sed quid si clericus g coniugatus, solitus aliquando
16 deferre tonsuram, fuerit condemnatus tempore, quo non habebat tonsuram, pro aliquo delicto per eum commisso, nunquid si reassumat tonsuram, & deinde captus sit à iudice seculari, poterit ab eo puniri? Resp. quod non, sed est remittendus ad iudicem ecclesiasticum. Et ita fuit decisum per curiam Tholos. teste Aufrer. *decis.*104. Hoc tamen locum non haberet, vbi apparet, quod ipse clericus reassumpsisset habitum, & tonsuram in fraudem, vt pariter in facto fuit iudicatum per eandem curiam Tholosanam, vt refert Aufrer. *decis.*144. vbi dicit, quod ita tenent communiter Legistæ, & *decis.*147.

17 Quæro nunc, quid si clericus non deferat tonsuram, quia non habet capillos? Respon. quod excusatur, & ita conclusum fuit in curia Tholos. vt per Aufrer. *dec.* 256. Nam ad impossibile nemo tenetur. Quod nota
h pro clericis, quibus h morbo Gallico implicitis aliquando solent capilli cadere.

18 Vnum etiam scias, quod clericus coniugatus, qui vnicam tantum, & virginem vxorem duxit, ea mortua recuperat omnia priuilegia, quæ competunt clericis non coniugatis. Ita dicit Abb. *in c. clericus, el* 2. *nu.*4. *de vita, & honest. clericorum*, cuius opin. fere vnanimi sententia probant omnes: vt attestatur Didac. *in d. pract. q.* 31. *post n.*7. *vers.*5. *potissimum in fin.*

19 Hæc i autem, quæ de clerico non deferente habitum,
i & tonsuram dicta sunt, intelligi debent, vt procedant
k in eo, qui est coniugatus. k Ceterum clerici non coniugati, licet non incedant in habitu, & tonsura, gaudent priuilegio fori, nec possunt à iudice laico puniri, *cap.*
l *si iudex laicus, de sent. excommun. in sexto.* l Bene verū est,
m quod si talis clericus fuerit m ter monitus à suo prælato,
n vt deferat habitum, & tonsuram, & ipse n neglectis monitionibus adhuc incedat sine habitu, & tonsura, tunc in omnibus reputatur pro laico. Et hæc est differentia in hoc proposito inter clericum coniugatum, & non coniugatum: nam clericus coniugatus, eo ipso, quod non defert habitum, & tonsuram, absque alia monitione amittit priuilegium fori, & hoc omnes fatentur, vt ait Didac. *pract. quæst.*32. *post numer.*1. Clericus autem non coniugatus non amittit priuilegium, nisi post monitionem, & hæc est communis opin. vt ait Didac. *in d. quæst.*32. *numer.*1. Et ita videtur communiter practicari, vt dicit Imola *in c. fin. post num.*7. *versicul. aduerte tamen, de vita, & honest. clericorum.* Sed certe Alexand. de Neuo *consil.*59. *num.*4. dicit verum non esse, quod ita seruetur, & re vera apud nos non seruatur: nam clerici, qui non sunt in sacris, neque habent beneficia, si non incedunt in habitu, & tonsura, puniuntur indistincte per iudices seculares, etiamsi à suo prælato moniti non fuerint. Et ita rescripsit Senatus prætori Bobij, & vicario episcopali eiusdem ciuitatis, qui contra huiusmodi obseruantiam quandam inhibitionem fecerat ipsi prætori, quam postea reuocauit, 7. August. 1562. P.N. o In regno autem Neapol. serua- o
tur, quod clerici etiam in minoribus constituti, & habentes etiam dumtaxat primam tonsuram, gaudent priuilegio fori, etiamsi non incedant in habitu clericali, vt pluries decisum fuisse in sacro consil. refert Grammat. *voto* 33. *in fin. & super const. Reg fol.*3. *colum.*4. *post num.*4. vbi tamen subdit, quod post promulgatam quandam constitutionem Papæ Clementis, & deinde Papæ Pauli, aliter fuit obseruatum contra clericos non beneficiatos, neque in sacris constitutos. Quinimmo Alexand. *in consil. præallegato, num.*6. *in fin.* tenuit, quod quantum ad amissionem priuilegij clericalis circa forum, nulla sit differentia inter clericos in minoribus, & clericos in sacris constitutos: & allegat plures id tenentes, subdens, quod hanc opin. quod clericus se gerens pro laico, deprehensus in crimine possit puniri per iudicem laicum, communiter videntur tenere Doctores, forte moti hac ratione, quia his temporibus prælati reddunt se valde difficiles in huiusmodi monitionibus faciendis, vt etiam dicit Afflict. *super prima parte constitutionum Regni, rubr.*3. *post nu.*10. & ne eorum iurisdictio restringatur, potius tolerant vitia clericorum eis subditorum. Quod an bene factum sit, Deus ipse iudicet. Ceterum clericus beneficiatus, licet p incidat armatus, vt miles, non potest à iudice lai- p
co puniri, & ita declarauit Senatus in causa cuiusdam Ludouici Scribani, 21. Maij 1554. P.N.

Sed q quid si facta sit monitio generalis in synodo, q
nunquid illa vnica sufficit, pro trina monitione? Resp. 20
quod sic, modo fiat expresse sub pœna priuationis priuilegij clericatus. Ita tenuit Hostien. *in cap.*1. *ne clerici, vel monachi*, & est communis opin. vt dicit Alexand. de Neuo *consil.*60. *num.*14. r Talis enim monitio in syno- r
do facta, habet vim constitutionis, in qua regulariter vnica sufficit monitio, neque plures requiruntur.

Regulariter etiam si clericus captus sit per iudicem 21
secularem, debet remanere penes eum, donec fuerit cognitum per iudicem ecclesiasticum de clericatu: &
s comperto, quod sit clericus, debet remitti ad eun- s
dem iudicem suum ecclesiasticum. Et ita seruari attestatur Afflict. *in d. rubr. post num.*19. t Hæc enim proba- t
tio, & cognitio, an aliquis sit clericus, siue ecclesiasticæ iurisdictionis, debet fieri coram iudice ecclesiastico, non autem coram iudice seculari. Et ita tenent communiter DD. vt dicit Ripa *in c. decernimus, post num.*4. *vers. sed coram quo, de iud.* Hanc etiam opin. dicit esse cōmunem Didac. *in pract. quæst.*33. *num.*1. vbi etiam attestatur ita seruari in Hispania. u In hoc tamen Ducatu u
aliter seruatur; nam clericus, contra quem procedit iudex secularis pro aliquo delicto, exhibet coram iudice seculari iura sua, & instrumenta, & eis visis, iudex secularis illum remittit ad suum iudicem ecclesiasticum, vbi sit in casu remissionis. Et ita seruari debere rescripsit Senatus Prætori Laudæ in causa cuiusdam Bartholomæi de Basilica Petri, qui faciebat se clericum beneficiatum. 5. Nouembris 1556. P. N. Illi x tamen, qui non sunt constituti in sacris ordinibus x
neque deferunt habitum, & tonsuram, vltra clericatum tenentur exhibere titulum beneficij, & probare, quod sint etiam in quasi possessione ipsius beneficij: alias

alias non remittuntur ad iudices ecclesiasticos, vt supra dixi. Ceterum si sit controuersia non super clericatu, sed super habitu, vel tonsura, iudex laicus procul dubio est super eo iudex competens, vt dixi supra
y *versic.dixi clericum, circa fin.y* † Debet autem iudex ec-
22 clesiasticus statim, quod ei innotescit clericum sibi subditum à iudice seculari detineri, illum repetere: alias posset tanquam negligens ab administratione deponi, & forte etiam criminaliter puniri, prout in facti contingentia consuluit Chassan.*cons.*38.

Quæro z modo, quod si clericus, qui non defert ha-
z bitum, & tonsuram, immisceat se enormitatibus, nun-
23 quid etiam si à prælato suo non fuerit ter monitus, amittat priuilegium fori, ita vt possit à iudice laico puniri? Respond. Hæc est ardua quæstio, in qua Doctores multum varie loquuntur: & tota pendere videtur ab intellectu tex.*in c.perpendimus, de senten.excommun.* Ex quo secundum Doctores magis communiter colligi videtur, quod sacerdos, qui dimisso habitu, & tonsura immiscet se enormitatibus, amittat priuilegium fori, ita vt possit à iudice seculari puniri. Et plures opin. recenset Capic.*decisio.*161. in causa Crusconi, licet non dicat, quid in illo casu fuerit iudicatum. In hoc igitur articul. aliqui dicunt, quod clericus, qui dimisso habitu, & tonsura immiscet se enormitatibus, non propterea amittit priuilegium fori, nisi prius etiam fuerit à suo episcopo, vel prælato admonitus *a* trina monitione, vt à prædictis desistat, & habitum reassumat. Et hanc dicit esse communem opin. Roland. *consilio* 4.*numer.*31. *libr.*1. referens id attestari Alexand.*in consilio* 8.*libro* 1. de quo infra mentionem faciam. Viuius, qui alios refert (vt ipse ait) idem attestantes in libro communium opin.*in verbo, Clerici à potestate,* Menchiaca *libr.*3.*de testibus*, §.22.*num.*63. Et dicit etiam Alber. *in* 2.*parte statut. quæstion.*41. se vidisse communiter seruari, quod exigatur monitio, & si post monitionem se non correxerunt, perdant tunc priuilegium clericale, & subiaceant iudici seculari: quem refert, & idem attestatur Cæpol.*consil.crimin.* 11.*versicul.quintum etiam requiritur.* Alij, vt Cardin.*in dict.c.perpendimus,* faciunt differentiam, an talis clericus immiscens se enormitatibus interficiatur ab aliquo priuato, an autem à iudice: & dicunt, quod priuatus potest illum interficere absque eo, quod incurrat excommunicationem, ex quo propter delictum est ipso iure priuatus priuilegio *cap.si quis suadente diabolo,* 17.*quæstion.*1. de quo priuilegio dixi infra *quæstion.*77. *versicul.percutiens clericum, & aliis sequen.* Secus autem in iudice, quia (secundum eos) cum puniendo talem clericum iudex violet immunitatem fori Ecclesiastici, non effugit pœnam excomunicationis: & dicit Cardin. quod illud *cap.perpendimus*, communiter ita intelligitur, quod scilicet ille comes, vt priuatus, illum presbyterum interfecerit. Sed certe hoc nullo modo est tenendum, & expresse illud reprobat Alexand. de Neuo *in dicto consilio* 59.*numer.*12. dicens, quod Cardinal. hoc verum non dicit, & quod imo ceteri Doctores, nemine discrepante, tenent, quod non incurratur excommnnicatio propter mortem talis clerici, quia priuatus erat priuilegio fori, & quod communiter intelligunt illum textum, quod comes tanquam iudex, non tanquam priuatus interfici fecerit illum presbyterum. Et certe esset absurdum aliter dicere, vt demonstrat Alexand. de Neuo *in loco præallegato*, & aperte hac sonant verba text. dum dicit à B. comite iussus est fustigari, qui possea eius mandato traditus patibulo expirauit: quæ verba fustigationis, & patibuli non conueniunt priuatæ vindictæ, sed publicæ Iustitiæ. Goffr. autem relatus ab Alexandr. de Imola *in allegato consil.*8.*post numer.*2. dicebat, quod ille text. *in dicto capitulo perpendimus,* procedit in clerico constituto in minoribus, vt scilicet si dimittat habitum, & tonsuram, & immisceat se enormitatibus, amittat priuilegium fori, non autem in clerico in sacris constituto. Sed certe hoc expresse repugnat tex.*d.capituli*, quod expresse loquitur in sacerdote, & ideo subdit Alexan. de Imola *ibi*, quod iste intellectus non est tenendus, sed quod verior, & magis communis intellectus est, quod dictum capitulum perpendimus, locum habeat in priuilegio canonis, si quis suadente, de quo dixi infra *quæst.*77.*versicul.Sed an percutiens.* non autem priuilegio fori; nam istud (secundum eum) non amittitur nisi præcedente monitione: & re vera negari non potest, quin iste intellectus multum applaudat litteræ illius capituli, dum dicit, propter hoc ad obtinendam absolutionem apostolicam sedem adire cogantur: quæ verba magis videntur conuenire excommunicationi, quæ infertur ex dispositione canonis, si quis suadente, quam illi, quæ infertur propter violatum priuilegium fori. Et quod monitio requiratur, dicunt in practica seruari Alber.& Imola *in locis per me supra relatis*. Et secundum hanc opinionem Alexand. de Imola *in dicto consilio* 8. dicit millies, imo semper fuisse iudicatum per curiam, & consilium Neapol. Gramma.*super constit. Regni folio* 29.*col.*1.*versic.Decimo vbicunque:* Sed tamen neque iste intellectus est communis: nam vt fatetur Carrer. ibi in decima oppositione, scribentes in distinctè tenent, quod si clericus, dimisso habitu clericali, immiscet se sæuis, perdit omne priuilegium, etiam quo ad forum, etiam si non fuerit ter monitus, prout illum refert, & attestatur hanc esse communem opin. Alex. de Neuo *in allegato consil.*59.*post numerum* 20. Aliqui verò, licet transeant cum hac sententia, quod scilicet non requiratur monitio, addunt tamen, quod talis clericus non modo immiscuerit se enormitatibus, & sæuis, sed diu etiam in illis perseuerauerit. Et ita hanc opin. tanquam magis communem obseruari, & tempore suo obseruatam fuisse asserit Aufre.*in repet.clement.prima,de offic.ordin.in prima regula nu.*27. quem refert Boss. *in titul.de foro competent.numer.*139. Pract. Contradi, *fol.* 247.*in* 19.*limitatione*, & Grammat.*in loco supra alleg ato.* Didac.*pract.quæstione* 52.*post numerum secundum, versic. Tertio his erit.* vbi etiam dicit, quod credit eam moribus receptam in clericis primæ tonsuræ. Et dicit Chassan. *super consuetud. Burgund.fol.*50.*num.*55. quod hanc opin. vidit communiter obseruari. Exempla tamen, in quibus idem Aufre. refert dictam opin. obseruatam fuisse, non sunt in clericis, qui diu in enormitatibus perseuerassent, sed in iis, qui aliquod delictum enorme, & sæuum perpetrassent, scilicet in clerico, qui occiderat per insidias virum, cuius vxor erat eius adultera, & in alio, qui commiserat crimen læsæ Maiestat. & huiusmodi. Hanc eandem opin. nulla facta mentione de perseuerantia, tanquam magis communem obseruatam fuisse refert Boer. *decisio.*69.*numer.*16. *& sequen.* in clerico, qui ex proposito occiderat quendam barbitonsorem, & in aliis, prout etiam multa huiusmodi exempla in primo delicto enormi absque vlla perseuerantia, aut reiteratione refert Gulielm.Bened. *in prima parte repet.capitulo Raynu.in verb.vxorem nomine Adelasiam fol.*81.*nu.*149.*& sequen.* secundum quam etiam decisum fuit per parlamentum Tholos.teste Guid. Papæ *decisio.*138.*in camera consilij*. Ex quibus omnibus apparet, quod secundum magis communes decisiones præallegatas, & consuetudines approbatas clericus siue in sacris, siue in minoribus constitutus, qui dimisso habitu clericali aliquod enorme delictum committit, etiam nulla monitione præcedente, amittit priuile-

gium fori, & poteſt à Iudice laico puniri. Et ab hac opinio. putarem non eſſe conſulendo, aut iudicando recedendum, ſalua ſemper determinatione S. Matris Eccleſiæ. Et re vera videmus, quod prælati clericos criminoſos (vt plurimum) leuiter caſtigant, & licet quandoque eos ad perpetuos carceres condemnent, tamen illos poſtea relaxant plerumque, ac dimittunt, ex quo oritur in populo ſcandalum, videre clericum, & laicum eiuſdem delicti reos adeo diuerſimode puniri, vt ſcilicet laicus pœna mortis afficiatur, & in fruſtra ſcindatur, clericus autem aliqua laui pæna caſtigatus per forum ambulet. Idemque populus contra prelatos, & clericos intumeſcit, & murmurat, vt dicit Anchar. *in capitulo ea quæ fiunt, de regul. iur. in 6.* & alij, quos refert Boer. *in d. decis. 69. nu. 9.* Propterea non eſt mirum, ſi quandoque iudices ſeculares in remiſſionibus clericorum ad iudices eccleſiaſticos faciendis, difficiles ſe præſtant.

24 a Cæterum, ſi clericus incedat in habitu, & tonſura,
a ceſſant hæc omnia: nam quantumcunque grauia crimina committat, & illa reiteret, in eiſque perſeueret, nunquam efficitur de foro ſeculari. Et hanc dicit eſſe communem opin. Boſſ. *in titul. de foro compet. poſt numerum* 134. & ita ſemper vidi obſeruari. Bene verum eſt, quod ſi clericus eſſet ſeditioſus, & turbaret publicam quietatem, ſolet ſenatus, etiam quod ſit in ſacris, illum ad tempus eiicere ab illa ciuitate, vel loco, quam perturbat, prout factum fuit proximis annis in quodam archipresbytero, 18. Auguſti 1559. P.N. Et poteſt talis prouiſio tolerari, quia videtur facto non minus ad beneficium ipſius clerici, ne ſcilicet offendatur, quam aliorum. Vidi etiam per ſenatum condemnari ad triremes per decennium quendam fratrem Deſiderium ex monaſterio Caſtellarij, qui confeſſus fuerat ſe totondiſſe pluries monetam, 14. Septembris 1560. A. C. habita tamen prius fide ab eius ſuperiore, quod fratres habebant illum pro incorrigibili, & pro membro putrido. Faciunt, quæ dixi infra *verſicul. ſucceſſiue quæro.*

25 Quæro, Pone, quod clericus fuerit admiſſus per principem ad aliquod officium ſeculare, & in ipſo officio deliquerit, nunqnid poterit ab ipſo principe, vel alio iudice ſeculari puniri? Reſpond. quod non, etiam ſi tantum in minoribus ſit ordinibus conſtitutus. Et hanc eſſe communem opin. atteſtatur Aufrer. *in d. clem. 1. num. 25. de offic. ordin.* quem refert Didac *in pract. q. 33. poſt nu. 6.* Subdit tamen Aufrer. *in loco præallegato*, quod hæc concluſio in Gallia non ſeruatur in practica: & ita etiam videmus quotidie principes ſeculares tales clericos etiam in ſacris conſtitutos priuare officio, & etiam mulctare pænis pecuniariis, vbi qualitas facti hoc exigit, vt etiam dicit eſſe conſuetum ſeruari in regno Franciæ Gulielm. Benedict. *in prima parte c. Raynutius, in verb. & vxorem nomine Adelaſiam fol. 81. nu. 155.* licet forte de iure male ſuſtineri poſſet.

26 Vlterius b quæro, nunquid clerici reperti cum armis
b prohibitis ex forma ordinum, & proclamationum principis ſecularis poſſint à iudice laico puniri. Reſp. Reſolutio huius quæſtionis videtur pendere ab illo articulo, nunquid talia edicta ligent clericos; in quo mihi ſemper placuit opin. affirmatiua, quæ etiam eſt magis communis, vt dixi ſupra *lib.* 1. Et patet ex auctorita-
c tibus allegatis per Didac. *in pract. quæſt. 33. nu. 7. c* ex quo talia proclamata concernunt publicam vtilitatem, & quietem totius populi, prætereaque armorum vſus non modo de iure ciuili, ſed etiam de iure canonico eſt interdictus, vt ibi dixi. Hac igitur opin. retenta, dic, quod ſi clerici fuerunt reperti cum ipſis armis prohibitis, poteſt iudex laicus, ſeu eius familia ipſis ſpoliare, & d arma eis auferre: neque tenentur illa eis reſti- d tuere. Et ita paſſim obſeruatur, & in ſpecie id in Hiſpania ſeruari atteſtatur Didac. *in d. quæſt. 33. num. 7. & lib. 2. reſolut. cap. 20. in fin.* Placa *lib. 1. delict. cap. 8. numer.* 26. Alias ſequeretur, quod clerici poſſent cum armis libere vagari, & impune turbare quietem ciuitatis, quod eſſet abſurdiſſimum, & nullo modo tolerandum. Quo vero ad pœnam corporalem, credo, quod contra eos exequi non poſſit, ſed ſi ſit pecuniaria, bene poſſet exequi: non tamen poteſt iudex ſecularis ab eis illam exigere, ſed ſunt puniendi per iudicem ſuum eccleſiaſticum, ſecundum opinionem Ioan. de Platea *in §. Item lex Iulia, Inſtit. de public. iudic.* Et ad hunc effectum iudex, & familia ſecularis poſſet, & deberet talem clericum cum armis deprehenſum impune detinere, & conſignare ſuo iudici, vt illum puniat: iuxta ea quæ dixi ſupra *quæſtione* 28. *verſiculo, ſi vero loquitur.* Et licet Didac. *in loco præallegat.* dicat, quod forte non tenebitur iudex eccleſiaſticus eis imponere pænam comminatam in edictis Principis ſecularis, ſed ſolum eos punire pœna arbitraria, ego in pæna pecuniaria credo, quod tenebitur eam illis imponere: non enim video, quomodo dicerentur clerici ligari huiuſmodi edictis, vt eſt communis concluſio, cum qua etiam ipſe ſentit, niſi ligarentur etiam pæna pecuniaria in eis impoſita. Bene, quod ad pænam corporalem, teneo, quod nullo modo eos liget. Ceterum quidquid ſit de iure, in Gallia iudices ſeculares puniunt clericos arma vetita differentes, vt atteſtantur multi, quos refert Didac. *in loco præalleg.* Chaſſan. *ſuper conſuetud. Burgund. fol. 52. num. 79.* vbi refert etiam hic Mediolani, dum ipſe eſſet vicarius iuſtitiæ, captum fuiſſe quendam clericum de nocte cum armis, qui fuit punitus pæna pecuniaria, & euaſit corporalem. In Gallia autem dicunt hoc eis licere ex priuilegio Romani Pontificis.

Quæro, e nunquid clericus committens crimen Læ- e ſæ Maieſtatis poſſit puniri per Principem, aut iudicem ſecularem, cui ſit temporaliter ſubditus? Reſpond. de iure loquendo, quod non, clericus enim non dicitur proprie committere crimen Læſæ Maieſtatis cum non ſi vere ſubditus, vt dixi ſupra, *§. Læſa Maieſtatis, verſic. vidi quandoque.* Et ita reperio in facti contingentia conſuluiſſe Barb. *conſilio 22. in 1. dubio, libro* 3. Roland. *conſ. 4. lib.* 1. Tamen de facto Principes ſeculares pluries ſeruant contrarium: quia in hoc crimine, cum agatur de ipſorum vita, aut ſtatu, non ſolent clericos remittere ad iudices ſuos eccleſiaſticos, ſed ipſi per ſuos iudices illos examinari faciunt, & torqueri, & quandoque etiam ſuſpendi, & poſſent forte Principes, & iudices ſeculares hoc facientes excuſari per tex. *in cap. perpendimus, de ſenten. excommun.* & ea, quæ dixi ſupra, *verſ. quaro modo.* Sed nunquid clericus poſtquam erit iudicatus à iudice ſuo eccleſiaſtico, quod commiſerit tale crimen Læſæ Maieſtatis, erit deinde degradandus, & tradendus curiæ ſæculari. Reſpond. quod proculdubio eſt degradandus, non tamen actualiter, ſed verbaliter tantum. Et hæc eſt communis opin. vt dicit Curt. iun. *conſil. 159. num. 1.* prout illum refert *Villalobos in ſua collecta communium opin. in littera E. num. 99.* Et licet Abb. *in d. c. at ſi clericis, in prin. in vltimis verbis*, tenuerit, quod eſt deinde tradendus curiæ ſeculari, tamen communis opin. videtur eſſe in contrarium, vt ait Boſſ. *in tit. de foro compet. num. 137. & in tit. de crimine læſæ maieſtatis, poſt num. 86.* Nemo eſt qui neſciat hoc crimen læſæ maieſtatis eſſe atrox, & enorme; propterea diceremiudicem eccleſiaſticum poſſe talem clericum, etiam non expectata incorrigibilitate, tradere curiæ ſeculari, non tamen teneri, iuxta ea, quæ dixi infra, *verſ. Pariter.*

Solet etiam quandoque dubitari, nunquid clericus depo-

deponens falsum testimonium coram iudice laico possit ab eo puniri. Dixi infra, *quæstion.*38. *versic. sed hic quæro.*

29 Item quæro *f* nunquid clericus imputatus de assassinio, possit puniri per iudicem secularem. Resp. quod sic; tales enim assassini *g* sunt diffidati à toto populo Christiano: & possunt à quocunque impunè offendi, vt est text. *in c. vnico, de homi. in* 6. & dixi supra, *hoc eo lib.* §. *Assassinium vers. sed quæro.*

30 Sed quæro, Tu scis, quod in casibus, in quibus clericus potest puniri à iudice seculari, requiritur solennis, *h* degradatio, & traditio curiæ secularis, vt dixi infra *versicul. Scias autem, & sequen.* nunquid hæc etiam requiruntur, quando clericus de assassinio imputatur? Respond. quod non requiritur actualis, neque solemnis depositio, vel degradatio. & est communis opin. vt dicit Lambert. *in cap.* 1. *qu.* 11. *num.* 88. *de hæret. in sexto*, quem refert Viuius *in libro communium opinion. in verbo, Iudex laicus potest*, Diaz. *in pract. crimin. canon. c.* 91. Didac. *lib.* 2. *resolutionum, capit.* 20. *post numerum* 10. *versiculo, Sexto deducitur*, Placa *libro* 1. *delictorum, cap.* 19. *numero* 26. referens idem attestari Remig. Gond. *de immunitate ecclesiarum, folio* 144. *fallen.* 15. *numero* 10. Et ita in practica obseruatur, vt ait Diaz. *in dicto cap.* 93. quem refert Pract. Conradi, *folio* 247. *versicul.* 18. fallit. Bene verum est, quod requiritur sententia declaratoria, per quam iudex pronunciet ipsum esse assassinum. Et hæc est communis opinio vt dicit Pract. Carrer. *fol.* 180. *numero* 11. Capic. *decisione* 111. *numero secundo*. Placa *in dicto cap.* 29. *num.* 27. qua declaratione sic facta, non requiritur alia sententia, per quam imponantur pœnæ contentæ *in dicto capit. vnico*, sed statim illas incurrit ipso iure, & facto. Et ita dicit teneri communiter omnes Doctores Alexand. *consilio* 166. *num.* 5. *lib.* 7. Sed nunquid talis declaratoria fieri potest per iudicem secularem, an autem requiritur in primis, quod iudex ecclesiasticus pronunciet ipsum esse assassinum? Respond. De iure *i* res videtur clara, quod spectat ad iudicem ecclesiasticum; sed de consuetudine ego video apud nos seruari, quod si talis clericus est in fortiis iudicis secularis, non fit aliqua declaratoria super hac qualitate, neque per iudicem ecclesiasticum, neque per secularem, sed reiecta exceptione clericatus, proceditur ad vlteriora contra talem clericum imputatum de assassinio, & retinetur in curia seculari iudicandus: & deinde perfecto processu, & constito de assassinio, infertur per ipsum iudicem secularem sententia declaratoria vna cum ipsa condemnatione. Et ita etiam reperio in facti contingentia obseruatum fuisse per Cons. Neapolita. vt attestatur Capic. *in allegata decis.* 111. *num.* 4. *& seq. & dec.* 155. *post num.* 25. *versic. Sed hanc sententiam*, & Gram. *voto* 8. *& voto* 11.

31

32 Quæro etiam, Tu scis, quod regulariter clericus propter aliquod, quamuis graue, delictum non traditur curiæ seculari, nisi sit incorrigibilis, vt dixi infra, *versic. dixi etiam*: nunquid ergo propter crimen assassinij erit tradendus curiæ seculari non expectata incorrigibilitate? Respond. quod sic. & est communis opin. vt dicit Gul. Benedict. *in quæst. de homicid.* quam posuit *post repet. cap. Raynutius, fol.* 41. *in fin.* quem refert Placa *in d. capit.* 19. *post numerum* 26. Et licet ipse videatur sentire contrarium, ex quo iste casus (vt ipse dicit) non est specialiter exceptuatus à regula, non tamen est à communi opin. recedendum, quæ innititur verbis text. *in d. cap. vnico*, expressè disponentis, quod absque vlla depositione vel sententia, ipso iure, & facto relinquatur curiæ seculari, in qua seculari curia parum curamus, an quis sit incorrigibilis, vel ne, vt est omnibus notissimum.

Successiuè quæro, nunquid clericus, qui sit incorrigibilis, possit puniri per iudicem secularem. Respond. quod regulariter, licet sit incorrigibilis, non potest puniri à iudice laico, nisi prius sit degradatus, & traditus curiæ seculari. Scias tamen, quod si talis clericus sit verè incorrigibilis, eo casu vtique poterit per iudicem secularem, absque vlla degradatione puniri, & hoc etiam, si sit in sacris constitutus. Et est communis opin. vt attestatur Dida. *pract. qu.* 32. *post numerum secundum versic. Secundo est adnotandum.* Scias etiam, quod quando clericus incorrigibilis non potest puniri ab ecclesia, potest ipso iure comprimi à iudice seculari, absque alia degradatione. Et hæc est communis opin. Mod. vt dicit Aret. *in cap. cum non ab homine, post n.* 39. *vers. tertia fuit opinio, de iudiciis*: quem refert Diaz. *in pract. crimin. canon. c.* 131. Et ita aliquando seruatum fuisse per Senatum dixi supra *vers. ceterum si clericus.* 33

Sed quæritur, nunquid requiratur declaratoria super huiusmodi incorrigibilitate prius, quam clericus possit per iudicem laicum puniri. Respond. Fel. *in dicto capit. cum non ab homine, post numerum* 10. dicit, quod potestas, quæ datur iudici seculari super clerico incorrigibili, non exercetur, nisi declaretur qualitas incorrigibilitatis. Et dicit quod ita colligitur ex omnibus dictis Doctorum communiter, & Felin. refert, & sequitur Diaz *cap.* 131. Boss. autem *in titulo de foro compet. num.* 132. dicit, quod clericus, qui non incedit in habitu, dicitur incorrigibilis, si præcessisset trina monitio; ille vero, qui incedit in habitu, dicitur incorrigibilis, quando primo est depositus, secundo excommunicatus, tertio anathematizatus, & adhuc in contumacia perseuerat. Qua forma seruata, dicit ipse, quod absque alia declaratione efficitur fori secularis: & subdit, quod ita tenent communiter Doctores, licet postea dicat, quod ista forma rarò videtur in vsu. Ceterum Chassan. *super consuetu. Burg. fol.* 51. *post numerum* 66. dicit, quod in curia Parisiens. obseruatur, quod post binam remissionem de delictis, pro quibus ingeritur pœna mortis, clericus habetur pro incorrigibili, tam in odium incorrigibilitatis, quam in odium iudicis ecclesiastici, negligentis eum corrigere. Idem etiam declaratum fuisse per parlamentum Parisiens. in criminibus, in quibus pœna mortis non ingerebatur, refert Papo *lib.* 1. *tit.* 6. *arresto* 5. Quæ obseruantia mihi satis placet. 34

Scias autem, *k* quod regulariter clericus in sacris constitutus, non potest propter quodcunque etiam enormissimum crimen à iudice seculari puniri, nisi prius sit à iudice ecclesiastico *l* degradatus, & traditus curiæ seculari. Et hoc omnes fatentur, vt ait Didac. *pract. quæstione* 33. *numer.* 2. Duo itaque requiruntur ad hoc, vt iudex laicus possit clericum punire; primum, quod sit degradatus: secundum, quod sit traditus curiæ seculari. *m* Degradatio autem est duplex, verbalis scilicet, & actualis, vt dixi infra *quæstion.* 74. Et effectus huius differentiæ est maximus; nam quando degradatio est tantummodo verbalis, iudex laicus nullam habet iurisdictionem in clericum ita degradatum, nisi tradatur etiam curiæ seculari, vt dixi: Sed si sit actualiter degradatus, potest iudex secularis eum punire absque alia traditione. Et hæc est communis opin. vt dicit Alcia. *in d. cap. cum non ab homine, num.* 108. prout illum refert Villalob. *in sua collecta communium opin. in littera C. verb. clerici nunquam fuerunt, vers. fallit in clerico.* 35

Scias *n* etiam, quod clericus non est degradandus, nisi pro tribus criminibus, scilicet hæresis falsi commissi in litteris Apostolicis, & conspirationis *o* in proprium episcopum. Et hæc est communis theorica Doctorum, vt ait Gul. Bened. *post.* 3. *partem repetitionis* 36

12 *Iniuria facta Ministro alicuius iudicis exercenti officium in alterius territorio per quem puniatur.*
13 *Delictum quando dicatur commissum praetextu officij.*
14 *Papa cognoscit de delictis Episcoporum.*
15 *Patriarcha poterit puniri ab Episcopo, in cuius Dioecesi deliquerit.*
16 *Archidiaconus potest punire extraneum Episcopum delinquentem in Dioecesi sua.*
17 *Suffraganeus quando possit punire Archiepiscopum.*
18 *Abbas habet in Monochos delinquentes ordinariam potestatem.*
Quod tamen limita, vt ibid.
*18 *Episcopus non potest determinare numerum fratrum in suis ecclesiis.*
19 *Familiares qui dicantur, remissiue.*
20 *Domesticus qui sit, remissiue.*
Commensalis quis sit, remissiue, n. eod.
21 *Oblati & Confratres per quos puniantur in Regno Neap. Oblati, & Confratres in Regno Neap. an gaudeant priuilegio fori*, n. eod.
22 *Bannitus, si fiat oblatus, an gaudeat priuilegio fori.*
Et quid de Heremitis, & Hospitalarius, ibid.
23 *Becchetti an gaudeant priuilegio fori.*
24 *Officiales in Reg. Neap. quomodo syndicentur*, & num. 16. *remis.*
25 *Appellatio in syndicatu in Regno Neap. ad quem fiat.*
27 *Officialis an cognoscat de iniuria sibi illata remiss.*
28 *Alapam dans potestati, potest per ipsum officialem ad furcas condemnari.*
29 *Delegatus cognoscit de iniuria facta officiali sua, dummodo ex causa officij.*
30 *Iudex quando possit iudicare in causa propria.*
31 *Iudex potest recusari etiam, quod poena esset certa, si ad eum veniret applicanda.*
32 *Iudex iniuriatus, si quid recipiat ab iniuriante, ne ipsum puniat, restitutioni tenetur in foro conscientiae.*
33 *Consuetudo, quod quis sit iudex in causa propria, an valeat.*
34 *Iniuria an censeatur facta officiali, vti officiali; an vt priuato, remissiue.*
35 *Sententia in propria causa est nulla, etiam parte non opponente.*
36 *Sententia in causa suorum parte non opponẽte est valida.*

1 a PRaecedentibus *a* quaestionibus dictum est de exceptionibus, quae ad excusationem, vel defensionem ipsius Rei principaliter pertinent: sequitur nunc, vt de fori declinatione, cuius materia in iudiciis frequentissime versatur, videamus. Scias igitur, vt breui diuisione omnia capita complectamur, quod haec exceptio oritur ex triplici causa. s. aut ratione personae, aut ratio- b ne causae, aut ratione loci. *b* Ratione personae declinatur forum iudicis, quando reus dicit se non esse ei subditum, neque ratione originis, neque domicilij, neque delicti. Item eum dicit se clericum, seu religiosum non posse à iudice laico puniri, vel econuerso se laicum à iudice ecclesiastico puniri non posse, vel dicat iudicem sibi inferiorem, aut parem in eum non habere imperium, vel quod ipse sit ab eius iurisdictione exemptus, c vel huiusmodi. *c* Ratione causae declinatur iudicis forum, cum quis laicus coram iudice laico accusatus asserit criminis illius cognitionem ad iudicem ecclesiasticum spectare, vel quod propter connexitatem causae sit ad eum remittendus. Ratione loci, puta, quia praetendat delictum in ecclesia commissum ad iurisdictionem iudicis ecclesiastici pertinere, vel huiusmodi.

d Videndum *d* igitur in primis est de personis, & inci- 2 piendo à Summo Pontifice, qui in terris vices Dei gerit, & est maior omnibus hominibus, quaero, Si Papa delinquat, quis sit eius iudex competens. Respon. De 3 iura habemus text. expressum *in cap. si Papa* 40. distinctionem, qui dicit, quod culpas Roman. Pontificis nullus mortalium redarguere praesumit, quia cunctos ipse iudicaturus à nemine est iudicandus, nisi deprehendatur à fide deuius. Dicit tamen gloss. finalis ibi, quod ex quocunque crimine notorio, & ex quo scandalizatur ecclesia, potest Papa accusari, si admonitus sit incorrigibilis. Et illam gl. dicit communiter teneri Abb. *in c. significasti, n. 4. de electione, & disput. sua incip. Episcopus, & rector. & in suo tractatu super Concilio Basiliensi*, prout illum refert Cardin. Alexan. *in d. c. si Papa, colum. 3. in princ.* Et ille tractatus Abbatis fuit positus inter damnatos in indice librorum prohibitorum publicato tempore Pauli IV. licet postea in indice nouiter publicato post concilium tempore Sanctiss. D. N. Pij, IV. non sit descriptus inter prohibitos. Refert etiam Card. Alexan. *in loco praealleg.* (licet liber sit corruptus) idem attestari Rom. *cons. 523. incip. quaestio discutienda*, vbi post *num.* 13. dicit, quod illa gloss. est singulari, & quod illam sciunt omnes, & quod est canonizata à Concilio Constantiens. Dicit etiam Dec. *cons.* 151. post *num.* 4. quod illa gloss. placuit communiter canon. licet sit reprobata à Theologis. Et ita illum refert Alber. *de potest. Papae, in 1. parte, num.* 151. licet ipse teneat contrarium. Et dicit Synodia *de conciliis, fol.* 120. *colu.* 4. *circa med.* quod illa glo. est communiter ab omnibus approbata, *& fol.* 124. *col.* 3. *in fin.* dicit, quod illae sententiae Concilij Constantiensis mirifice canonizarunt illam gloss. & hanc conclusionem re ipsa comprobarunt, illam etiam communiter à Canonistis receptam esse ait Io. Brunellus post relectiones Didaci *fol.* 338. *col.* 4. Illam etiam ab omnibus teneri attestatur Ias. *in consil.* 95. *col.* 7. *versic. iste passus, lib.* 4. licet deinde de eius veritate dubitare videatur. Contrariam autem sententiam, scilicet, quod solum pro crimine haeresis *e* possit Papa accusari, tenent communiter Theologi, vt dicit Zabarel. *in eodem cap. si Papa*, relatus per Cardin. Alexand. *ibi. quinimo Berous in cap. at si clerici, num. 9. de iudic.* dicit, quod gloss. communiter maxime à canonistis est reprobata, & merito secundum eum, quia est contra text. *in d. cap. si Papa*, licet deinde *post num.* 11. dicat, quod communiter Theologi illam sequuntur. Idem etiam Berous *in cap. cum venissent, num. 4. de iudic.* dicit, quod contra illam gloss. tenent magis communiter sacri Doctores Theologi, & *post num.* 43. dicit etiam, quod ita videntur tenere magis communiter Canonistae. Haec est periculosa quaestio, & in qua ego mallem discere, quam docere: propterea me remitto iudicio Sanctae Matris Ecclesiae, ac sanctissimi in Christo Patris, atque vniuersalis Ecclesiae summi atque optimi Pontificis Pij Quinti.

Sed retenta conclusione, quam dicit esse fere omnium 4 recentium Theologorum, & iurisperitorum consensu approbatam Simancas *de haeret. cap.* 11. *num.* 12. quod scilicet *f* possit Papa de crimine haeresis accusari, & iudi- f cari, certe nullum habet iudicem nisi concilium generale: & ita dicunt communiter Doctores, vt attestatur Cardin. Alexand. *in dicto cap. si Papa, colum.* 3. *in fin.* Et quod quando Papa accusatur de haeresi, concilium sit iudex competens, dixit esse planum apud omnes Iaso. *in dicto cons.* 95. *colum.* 5. *versicul. transeo ad tertium, lib.* 4. Vbicunque enim reperitur, quod Papa possit iudicari, semper intelligendum est à concilio, ita dixit gloss. *in capit. sicut, in verbo, Hortamur*, 2. *quaest.* 7. quã dicit esse frequentioribus votis approbatam Alan. *de potestate Papae, in prima parte, num.* 85. *& nu.* 173. vbi subdit, quod in hoc nemo doctorum, quem viderit, dissentit. Et practica est secundum Zabarel. relatum per Cardin.

ibi,

ibi, quod si hæresis Papæ non est notoria, moneatur Papa per Cardinales, vel per alios, illis negligentibus, vt se purget ab infamia hæresis, de qua est suspectus, & si se purgauerit, non est vlterius procedendum. Si vero id facere recuset, & sit contra eum vehemens suspicio hæresis, tunc Cardinales illum rogabunt, vt conuocet Concilium: *g* & si noluerit, congregabunt ipsi. Vbi autem hæresis est notoria, & requisitus à Cardinalibus persistat in errore, neque se emendet; tunc Cardinales conuocabunt concilium, & ipsis negligentibus, prælati seipsos congregabunt. Conuocato autem Concilio, si Papa de hæresi conuictus fuerit, & nolit mutare sententiam, priuabitur Papatu, & tradetur potestati seculari puniendus. Si vero ad pœnitentiam velit redire, nihilominus ex quo per aliquod tempus fuit pertinax in errore hæresis, priuabitur Papatu, & detrudetur in monasterium. Et hoc casu solet concilium ei deferre, si velit ipsemet seipsum condemnare: si vero ipse noluerit se condemnare, tunc concilium expediet causam, & illum degradabit. Ita concludit Car. ibi, subdens, quod ita etiam tradunt Doctores in locis per ipsum allegatis. Hic esse videndum an concilium generale sit supra Papam, & an Papa recusante congregare Concilium possunt Cardinales, vel alij Prælati, vel Principes seculares concilium conuocare, de quibus dixi supra *lib. 2. §. Papa.* Ego autem in omnibus prædictis, & etiam in aliis quibuscunque me semper remitto determinatione factæ, vel faciendæ per Sanctam Matrem Ecclesiam, in cuius fidei gremio semper vixi, & viuere, ac mori intendo. Vnum tamen non omitto, quod si Papa scandalizet vniuersalem statum ecclesiæ, tunc talia per eum gesta in scandalum ecclesiæ non tenent, & ei resistitur per ecclesiam, neque ei est in talibus obediendum. Et hoc omnes fatentur, vt dicit Card. *in d. c. si Papa, col. 3. vers. Nec etiam obstat.*

5 Sed hic quæro, nunquid possit Papa etiam volens, Imperatori Romanorum, vel alteri laico se submittere. Respon. quod quidquid sit in ciuilibus, certe in criminalibus nullo modo potest alicui laico se submittere. Et ista est communis resolutio Theologorum, vt ait Decian. *in l. est receptum, num. 5. de iurisdict. omnium iud.* Et ita etiam tenere communiter Doctores attestatur Alexand. *in d. l. receptum, post num. 4.* Ias. *in ea. l. est receptum, n. 2.* Hanc etiam dicit esse communem opin. Decian. *cap. ecclesia Sancta Mariæ, n. 92. & seq. de constitut.* Quinimo si Papa delegaret alicui, etiam Episcopo, causam criminalem contra se inuentam, non posset ab eo iudicari, nec condemnari. Et hanc partem tenent magis communiter Doctores, vt dicit Berous *in cap. cum venissent, n. 32. de iudic.* Fortius dicunt aliqui, quod Pontifex Maximus (etiam si velit) non potest se subijcere concilio, vt ab eo iudicetur: & dicit Alban. *in loco præallegato, num. 104. & 123.* quod ita iuris interpretes communiter affirmarunt, referens idem etiam attestari Ias. & Dec. in locis, quos ego supra retuli.

6 Successiue *h* quæro, quis sit iudex competens Imperatoris, si delinquat. Respon. Doctores communiter videntur velle, quod Papa possit propter grauissimas culpas Imperatorem deponere. Et ita quandoque fuit de facto obseruatum, vt sunt nouissimæ historiæ, & est text. *in cap. ad Apostolica, de iudic. in 6.* Intellige tamen grauissimas culpas, ex quibus turbaretur vniuersalis status Christianitatis, sed propter alia delicta non posset deponi, si esset Catholicus. Et quamuis Innocent. Papa *in d. cap. ad Apostolica*, id fecerit cum auctoritate concilij, nihilominus secundum Ioan. Andreas potest etiam illum deponere sine concilij auctoritate, & ita concludunt omnes, vt dicit Cardin. Alexan. *in d. cap. si Papa, in vltimis verbis.* Tutius tamen, & laudabilius est, vt adhibeat etiam auctoritatem concilij. Fuit etiam depositus per Principes electores Venceslaus Imperator propter ignauiam, quamuis multi Doctores teneant, quod hæc depositio Imperatoris non possit fieri nisi per Summum Pontificem. Hic etiam videndum esset, an Imperium dependeat ab ecclesia, & an in temporalibus Papa sit superior Imperatore, de quibus dixi supra *lib. 2. §. Imperator.* Neque ego hic volo recensere historias super depositionibus Summorum Pontificum, & Imperatorum, quia in his libris profiteor explicare decisiones Doctorum, non historias, quas quilibet curiosius poterit apud auctores inuenire.

Sed nunquid poterit populus Romanus Imperatorem degradare, seu deponere? Respond. quod non: 7 cum enim semel populus Romanus omnem suam potestatem in Imperatorem transtulerit, non potest illam amplius reuocare. Et hæc est communis opin. vt attestatur Aret. *in § sed quod principi, n. 6 Instit. de iure natu. gent. & ciuili.* Alex. *in sua disput. incip. Sigismund. in 5. qu.* quem refert Restaurus *de Imperatore, qu. 81. post nu. 11.* dicens, quod hoc hodie non toleraretur, ex quo potestas eligendi spectat Principibus Electoribus Germaniæ, & ius eum deponendi spectat Papæ.

Item *i* quæro, quis sit Iudex Regum, si delinquant? *i* Respon. quod id, quod supra dictum est de Imperatore, habet etiam locum in illis Regibus, qui superiorem non recognoscunt, vt scilicet Papa sit eorum iudex competens. Et ita fuit de facto obseruatum in Rege Franciæ, quia fuit per Zachariam Pontificem depositus, vt habetur *in cap. alius, 15. qu. 6.* 8

Idem *k* etiam dicendum est de Ducibus, & aliis 9 Principibus: quia si recognoscunt in superiorem Imperatorem, vel aliquem alium Regem, vel dominum, *k* ab eo iudicari debent: si vero alium superiorem non recognoscunt, puniuntur à summo Pontifice. Et in his pariter possent adduci infinita exempla historiarum, quæ consulto omitto, ne iurisperitorum sententias cum historicorum narrationibus inuoluam. Præparaui ego quandoque volumen vniuersalis historiæ à Carolo Magno vsque ad hodierna tempora, vna cum genealogia omnium fere Principum Christianorum multo studio, & labore deducta ab ipsomet Carolo Magno, sed aliis grauioribus implicitus negotiis, illa studia intermittere sum coactus. Si tamen forte contingeret, vt aliquid ocij nactus, illi supremam manum possem imponere, (quod tamen vix vnquam contingere posse spero) vtique crederem lectoribus opus illud maxime vtile, ac iucundissimum futurum.

Quæro etiam, quis sit iudex competens Cardinalium S. Romanæ Ecclesiæ. Respon. quod est Summus Pontifex. 10 Sed nunquid quando Papa vult punire aliquem Cardinalem, debet etiam adhibere collegium Cardinalium, vt simul cognoscant, & iudicent? 11 Respon. quod potest Papa, si velit, hoc facere, sed non tenetur: ipse enim solus, aliis non vocatis, potest vnum ex Cardinalibus deponere, & ob eius demerita punire. Et ita concludunt communiter Doctores, vt dicit episcopus Lorzes *in suis allegationibus pro Marchione Velez impressis Mediolani fol. 314. n. 8.*

Vlterius quæro, quis sit iudex competens Patriarcharum, Archiepiscoporum, & Episcoporum. 12 Respo. Patriarchæ, & Archiepiscopi à solo summo Pontifice iudicantur, *cap. fin. 22. distinct.* Episcopi vero iudicantur 13 in criminalibus à suis Archiepiscopis, cum toto concilio Metropolitano, vt ex text. *in c. quorundam, 34. distinct.* Non autem potest Archiepiscopus solus contra

Episcopum procedere. Et ita decisum fuit in parlamento Parisiensi, vt refert Papo *lib.7.ritu 7.arresto* 45.
l Sed quidquid sit de iure, hodie vt plurimum Papa cognoscit de delictis Episcoporum. Et quod Episcopi à solo Papa deponi possint, dicit communiter teneri Anan. *in c.excommunicamus, il 1. §.volumus, num.5. de haret.*

m Sed *m* quid si Archiepiscopus delinquat extra suam diœcesim, nunquid poterit Episcopus illius diœcesis, in qua deliquit, eum punire? Respond. quod sic: & ita communiter tenetur, vt dicit Marian. *in c.1. num.*18. *de raptor. n* Quod tamen intellige, nisi ille Episcopus esset suffraganeus ipsius Archiepiscopi delinquentis: nam eo casu non posset ipsum punire. Et hæc est communis opin. vt dicit Abb. *in c.cum inferior, post num.1.vers. similis quæst.de maior.& obed.* Imol *in d.c.cum inferior, num* 11. Marian. *in d.c.1.n.19. & in c.postulastis,n.8.& 9. de foro comp.*

15 Quæro, quis sit iudex monachorum, & clericorum regularium. Respond. Prælati inferiores seculares non habent de iure aliquod territorium, ita quod habeant iurisdictionem in ibidem delinquentes, sed solus Episcopus est ordinarius in sua diœcesi. Et ita communiter teneri attestatur Abb. *in c.cum contingat, nu.29.de foro compet. o* Quo vero ad monachos dicendum est, quod Abbates habent in criminalibus ordinariam potestatem, & possunt illos capere, & detinere, & punire. Et dicit Calder. *conf.20.de reg.* quod ita tenent communiter Doctor. Bene verum est, quod (secundum aliquos) *p* Episcopus est etiam iudex ordinarius monachorum, & potest contra eos procedere, etiam non expectata negligentia Abbatis. Et hanc fatetur esse communem opin. Abb. *in c.graue, in fin.de offic.ordin.* Sed hoc de consuetudine non seruatur, præsertim in iis, quæ concernunt obseruantiam regulæ ipsius, quam profitentur. Et ita iudicatum fuit in parlamento Parisiensi, vt
16 refert Papo *lib.7. ritu 7.arresto* 43. Quis autem sit iudex clericorum secularium, vel aliarum personarum ecclesiasticarum, dix infra *quæst.prox.*

17 Excipiuntur tamen à potestate cuiuscunque iudicis ordinarij, etiam si esset Vicarius summi Pontificis in vrbe Romana, famuli, domestici, familiares, & subditi Cardinalium, ij enim omnes ex consuetudine remittuntur *q* ad ipsos Cardinales puniendi: & ita quotidie videmus seruari in vrbe Romana, prout etiam se vidisse obseruari testatur Zabarel. *in Clem. ne Romani, de elect.in 7.quæst.1.partis,* quem refert Saui. *in tract. de offic.& potest.cap.sede vacante,in 10.qu.2.par.princ.nu.39. in fin.* Et ita etiam videmus ex hac causa permissum esse ipsis Cardinalibus, vt teneant priuatum carcerem, vt dixi infra *qu.68. vers.priuatum.*

18 Quæro, *r* nunquid familiares, seu famuli clericorum seculares, siue laici gaudeant priuilegio fori clericorum, quorum sunt familiares. Respon. Calcan. *in facti contingentia consuluit, quod sic conf.71.* vbi post *n.3.* dicit, quod hæc est conclusio secundum omnes, quod famuli clericorum laici gaudent priuilegio ipsorum clericorum quo ad fori declinationem. Sed certe quicquid dicat Calcan. in contrarium est communis opin. vt attestatur Capyc. *decis.12.num.2.in fin.* Ab hac tamen conclusione excipiuntur famuli, siue familiares Episcoporum, ipsi enim gaudent priuilegio clericali, ita vt si delinquant, non possint à iudice laico puniri. Et ideo etiamsi sint meri laici, debent ad iudicem ecclesiasticum remitti. Text. est *in c.fin.de offic.archi.* & ita tenent communiter Doctor. vt ait Ioan. de Monte Sperello *inter consil.Calcan.consil.71.* quod est subscriptio præcedentis consilij. Hanc etiam opin. dicit tenere communiter Doctores Abb. *in cap.2. num.6.de foro compet.* quem refert Boss. *in tit.de foro compet.post n.127.* Capyc. *s in decis.12.n.1.*

Sed *t* pone, quod aliquis laicus det se, & sua bona alicui monasterio, aut loco religioso, non mutato habitu, & postea committat aliquod delictum, & captus sit per iudicem secularem, nunquid erit remittendus ad iudicem ecclesiasticum? Respon. quod non, sed debet puniri per ipsum iudicem laicum, & ita conclusum fuit in curia Tholos. vt per Aufrer. *decis.8.* 19 *t*

Fuit aliquando dubitatum, nunquid pœnitentes sint de foro ecclesiastico, an autem remaneant sub iurisdictione iudicum secularium. Dic, quod aut loquimur de quibusdam pœnitentibus, qui profitentur quandam religionem, quam appellant publicæ pœnitentiæ: & isti sunt de foro ecclesiastico, prout & ceteri religiosi, & hæc est communis opin. vt attestatur Aret. *in c.2.col. 2.de foro compet.* quem refert Simancas *de heret.cap.46. num.18.* & Didac. *pract.qu.34.post nu.4.vers.intelligitur.* Aut loquimur de iis, qui publicam pœnitentiam faciunt ex mandato Prælati, seu inquisitoris: & isti remanent de foro seculari. Et refert Simancas *in loco præallegato, num.20.* quod cum hæc controuersia contigisset de facto Granatæ, pœnitens, qui hominem occiderat, fuit furcis suspensus. 20

Præterea *u* quæro, quis sit judex competens officialium, scilicet ad eos syndicandos? Resp. quod de iure communi est princeps, qui eis concessit officia. Item præfectus prætorio, vel episcopus, vt est text. *in l.1.C. vt omnes tam ciuil.quam mil.& in §.necessitatis, in Authen.vt iud.sine quoquo suffra.* Sed certe quidquid sit de iure communi, quælibet ciuitas, vel prouincia in hoc sua habet statuta, & consuetudines, à quibus nullo modo est recedendum. Hodie enim non habemus istos præfectos prætorio in Italia, vt dicit Bald. *de synd. post n.1.* qui tractatus est *in l.obseruare, §.proficisci, ff.de offic. proconf.* & Rondinel. *de synd.n.6.in fin.* Pariter etiam (vt attestatur Bald. *in loco præallegato*) illa iurisdictio Episcopi, de generali, & rationabili consuetudine apud nos recessit ab aula. Idem etiam tam in Episcopo, quam in præfecto attestatur Paris Put. *de syndic.fol. 129. num.1.* 21 *u*

Sed *x* hic incidenter quæro, nunquid isti syndicatores possint cognoscere etiam de delictis officialium non pertinentibus ad ipsum officium. Respond. quod quidquid sit de iure, consuetudo obseruat, vt de omnibus cognoscant, modo commissa fuerint durante officio: Ceterum de iis, quæ ante, vel post officium commissa sunt, non pertinet ad eos cognitio, sed ad ordinarium. Et ita in practica seruari attestatur Amed. *de synd.num.171.* 22 *x*

Quæro nunc, quis sit iudex competens scholarium in criminalibus. Resp. de iure scholares habent in suos iudices Episcopum ciuitatis, Rectorem Gymnasij, & Lectores Vniuersitatis secundum dispositionem *auth. habita, C.ne filius pro patre,* intelligendo illa verba, Domino, vel Magistro suo, vt verbum Domino significet legum præceptorem, & verbum Magistro, *y* præceptorem medicinæ, vel artium, secundum interpretationem gloss. ibi: quam dicit esse communem Horat. *de priuil. schol.c.65.col.1.* Sed quidquid sit de iure, hoc de Doctoribus, seu Magistris, non seruatur de consuetudine, vt dicit Bart. *in d.auth.habita, num.4.* quem refert Horat. *in loco præallegato c.65.in 1.ampliatione:* sed Episcopus, & Potestas ciuitatis in criminalibus sunt eorum iudices competentes. Et ita Bononiæ seruari attestatur glos. *in d.auth.habita, in verbo, Si litem, & in §.illud, in verbo, Professores, in proœ. Digestorum.* Idem attestatur Cagnol. *in d.§.illud, num.291.* Plus dicit Abb. *disput.6.incip. Gandulphus clericus, num.9.* quod communis consuetudo, 23 *y*

quæ

quæ viget per omnia studia Italiæ, est, quod Rector vniuersitatis (si est clericus) exercet iurisdictionem etiam in clericos. Ego vidi in nonnullis ciuitatibus contrarium seruari, & in specie in gymnasio Papiensi, si scholaris est clericus beneficiatus, vel in sacris, procedit Episcopus, & Rector, si est laicus, procedit Rector, & Potestas. Et ita pluries rescripsit Senatus, & in specie 12. Iul. 1561. P. N. & secundo Martij 1562. P. N. Propterea dic seruandam esse in quolibet gymnasio consuetudinem, quæ ibi viget. Quod nota: quia, vt dicit Paris Put. *de synd. f.411. in verbo, Scholaris, in fi.* scholares sunt primi, qui dant querelas contra officiales in syndicatu.

24 Quæro modo, quis sit iudex competens Militum in delictis. Respon. De iure communi Capitanei nullam habent iurisdictionem, nisi in delictis militaribus: sed de more, & generali consuetudine belli, Capitanei de omni crimine per armigeros, & pedites commisso cognoscunt, & puniunt, aut puniri faciunt, & ad Capitaneos recurri solet: de qua consuetudine attestatur Boerius *de custodia clauium, num.29.* In hoc autem Ducatu habemus super hoc decretum conditum à Senatu distinguens quomodo, & per quos iudices in delictis militum cognosci debeat, quod quidem Senatusconsultum Illustrissimus Marchio Vasti, tunc Gubernator iussit ab omnibus militibus obseruari,
a quod tamen non semper fuit executum. *a* Et vidi plerunque ex iussu Senatus remitti milites delinquentes ad iudices loci, & econuerso, & in specie vidi remitti ad præfectum militum quendam militem cataphractum, qui alterum militem, dum esset in custodia, interfecerat, 22. Ian. 1557. P. N. Si vero aliquis miles repertus condemnatus, antequam militiam susceperit, si deinde capiatur à iudice ordinario, non remittitur capitaneo, sed mittitur executioni condemnatio. Et ita fieri debere rescripsit Senatus in causa cuiusdam Bartholomæi Oldoini condemnati de atroci blasphemia, 5. Martij 1557. Vide in hoc proposito, quæ dixi infra *q.38. vers. quæro etiam.*

25 Modo quæro, quis sit iudex competens Iudæorum delinquentium. Resp. quod iudex laicus, non autem ecclesiasticus, est eorum iudex competens. Ita colligitur *ex tex. in Clem.1. de Iudæis,* & ita dicunt Doctores, teste Anan. *in rub. de Iudæis, n.9.* Faciunt, quæ dixi sup. *hoc*
b *eo. lib.5. Blasphemia,* b *vers. sed pone.*

26 Solet *c* etiam quandoque dubitari, nunquid officia-
c lis possit cognoscere de iniuria illata sibi, vel alicui de eius familia. Tu dic, quod aut talis iniuria fuit illata si-
d bi, vel familiæ suæ tanquam officiali: *d* & potest de ea cognoscere; Aut est illata sibi tanquam priuato, & non potest. Ita videtur colligi ex dictis Oldr. *in cons.7.* vbi consuluit, quod quidam dominus temporalis, qui condemnauerat quandam mulierem sibi subditam, ex eo quod facturas, seu maleficia in eius personam fecisset, tenebatur ad restitutionem; quia talis iniuria videbatur ei facta tanquam priuato. Et hanc distinctionem tenent communiter DD. vt dicit Alber. *in l. Senatusconsulto, post num.3. ff. de offic. præsid.* Hanc etiam dicit esse communem opin. Alexan. *cons.13. post num.10. vers. Sexto*
e *præsuppono, lib.6.* Rol. *cons.48. num.7. lib.2.* *e* Bene verum est, quod si iniuria sibi illata tanquam priuato esset no-
f toria, posset etiam super ea *f* cognoscere. Et ita dicunt Doctores, vt ait Anan. *in cap. innotuit, n.8. & 9. de maledicis.* Dicit etiam Roland. *in d. consil.48. nu.2.* quod ita dicunt communiter Scribentes, *& nu.14.* dicit hanc conclusionem esse communiter receptam. Quod intellige, vt procedat, quando pro tali iniuria esset pœna à iure præfixa: sed si esset arbitrio ipsius iudicis impo-
g nenda, tunc vtique posset, vt suspectus *g* recusari, & in omnem casum vbicunque agitur de iniuria illata officiali, superior semper debet esse peremptus in committendo causam alteri cognoscendam, præsertim parte id petente, vel saltem in dando illi adiunctum, vt iudicia sine suspicione pertranseant. Dicit tamen Bald. *in l.1. C. vnde vi,* prout illum refert Paris Put. *de synd. fol.275. num.5. & fol.335. num.4.* quod quicquid sit de iure, hodie magni domini habent hoc de consuetudine, vt possint cognoscere de propria iniuria. Bene verum est, quod ex eorum modestia eius cognitionem, vt plurimum, committunt.

ADDITIONES

Ad Quæst. XXXV.

PRæcedentib. quæstionibus.] Adde, quod † exceptio incompe- 1
tentiæ iudicis regulariter ante litem contestatam est proponenda, & etiam in certis casibus, nedum post litem, sed etiam post sententiam † proponi potest, vt per Bero. *in cap.1. num.16. de accusat.* & ibi *num.8.* dicit, quod ante omnia quærendum est de 2
persona iudicis, & si in scriptura † exceptiones concernentes de- 3
fectum personæ iudicis, & partis simul proponerentur, & attento ordine scripturæ præcederet exceptio respiciens partem, tamen secundum ordinem intellectus, diceretur prius proposita exceptio contra personam iudicis, & de illa prius cognoscendum foret. *Baiard.*

b *Ratione personæ declinatur forum iudicis.*] Adde videndum Fulgos. *in consil.49.* vbi dicit forum non sortiri † nisi ratione 4
delicti, originis, vel domicilij, vel quod sit vagabundus. *Baiardus.*

c *Ratione causæ declinatur.*] Adde, quod vtroque tamen casu, non obstante Iudicis incompetentia Testis coram altero Iudice falsum deponens ab eodem puniri potest infra *qu.38. vers. sed hic quæro, & versic. sed quæro nunquid supra quæst.25. vers. sed nunquid ad fin.* Maran. *6. part. Iud. actu 11. fol. mihi 383.* Contrarium tamen tenuit Capyc. *decisio 5. n.13. d.q.36. versic. sed hic quæro.* vbi tamen loquitur in clerico. *Drogh.*

d *Videndum igitur est in primis.*] Dec. *tract. crimin. tom.1. lib.3. c.38. & lib.4. c.15. n.13.* Ros.

Videndum igitur in primis.] Adde, quod Papa † regulariter 5
accusari non potest, nec à Concilio, nisi in certis casibus, vt per Dec. *in tract. crim. tom.1. lib.3. c.38.* Baiar.

e *Posset Papa accusari.*] Mar. *tract. de bannit. fol.377. nu.188.* inquit, quod illud, quod dicitur, Papa potest accusari de hæresi, & deponi, intelligendum est de hæresi proprie, & stricte sumpta, quæ est circa articulos fidei. Ego vero in ista periculosa quæstione, me vna cum toto præsenti opere meo subjicio, atque remitto, sicut auctor hic se remittit, & de qua etiam vi: per Lud. Carrer. *in tractat. suo de hæret. nu.99. & 100.* qui *num.155.* notat, quod licet Papa accusari possit, vt priuetur, si hæreticus sit, tamen si eligitur, ei non obstat exceptio hæresis per allegata ibid. *Giach.*

f *Possit Papa de crimine.*] Adde, quod etiam fuit accusatus Bonifacius Octauus supra *qu.32. versic. Debes scire.* Dec. *in l. est receptum, num.6. ff. de iurisd. omnium Iudicum,* & Damasus Papa se subiecit Synodo, vt ibidem, & de ardua quæstione hic tacta, an videlicet Papa sit supra Concilium meminit Felyn. *in cap. Nonnulli coll. mihi 4. extra de rescript.* vide gloss. *in cap. ex parte in verbo Nolumus de Capellis Monachorum.* Drog.

g *Et si noluerit, congregabunt.*] Præsuppositis tamen semper terminis habilibus. Nam raro, vel nunquam plus potest in facto congregatio, quam Papa, vel alius Princeps: similiter dicas de quolibet alio Domino, nam vocato eius officiali ad consilium, si noluerit accedere, congregabuntur sine pœna Communitates, & homines supra *quæst.16. versic. vlterius quæro ad med.* quamuis dici solent, quod semper vniuersitas de mandato officialis congregatur, Capyc. *decisio 4. n.9.* Droch.

h *Successiue quæro.*] Adde, quod antiquitus milites Imperatores iudicabant, teste Appio Alexandrino Romanæ Historiæ ciuilis Bell. *lib.4.* exercitum, inquit, primores alloquuti, ad Lucium oratorem destinant, quia eum cum Cæsare ad iudicium vocarent. *Drog.*

Successiue quæro.] Vide Decian. *lib.3. de quo sup. c.38. n.30. & lib.4. c.15. n.5.* Ros.

Successiue quæro.] Adde, quod † Imperator à Papa potest de- 6
poni, & excommunicari propter hæresim, sacrilegium, periurium, & exinanitionem feudi, quod ab ecclesia teneret, vel si in seruitutem vellet redigere laicos, & clericos, vel libertatem ecclesiasticam impugnare, vt per gloss. & omnes scribentes *in c. ad*

apostolic.de re iud.in 6. & Restau.*in tract.de Imper.qu.*81. vbi multa circa hoc reperies ad sanctitatem. *Baiard.*

i *Item quaero.*] Decian.*d.c.37.num.13.& c.15.praedicto num.*10. Ros.

7 *Item quaero.*] Adde videndum † Corsett. *in tract.de potest.Reg. q.*44. Zamor. *in tract.de orig.Principatus in 2.par.in princ.* Abb. & omnes *in ca.qua in ecclesiarum, de constit.* Baiar.

k *Idem etiam.*] Decia. *d.cap.15. n.*11. Ros.

8 *Idem etiam dicendum est de Ducibus.*] Adde, quod vnus Princeps potest socium sibi aequalem in Principatu delinquentem punire. Rot.Rom.*decisio* 3. *de foro compet.in antiq.*sed Capyc.*decisio* 27. *num.*9.tenet contrarium,etiam quod sint Domini in solidum,& ibi *n.*10. *& seq.* tenet,quod si sunt duo domini, † quorum vnus habeat ciuilem, alius criminalem iurisdictionem in aliquo castro,& officialis habens ciuilem deliquerit,quod poterit puniri per alium officialem, habentem criminalem iurisdictionem, & merum, & mixtum imperium, & ad praedicta vide etiam Franch. *in decisio* 274. *per totam vol.*2. Baiar.

9

10 Item,si officialis † regius delinquerit in terra Baronis,ad quẽ spectet cognitio,ad Baronem, vel ad Regem, vide Petr.*in tit.de stat.vniuersit .car.*83. & Rebuff.*in l.*2.*C.de nupt.* vide etiam Ca-

11 rauit. *in ritu* 49. *n.*14. vbi ponit, quod officialis † maioris iudicis delinquens in terra Baronis extra exercitium officij punitur ibi per Baronem,dummodo notum faciat superiori suo,& Boer. *decisio* 9. & ibi etiam ponit de seruientibus Regiis, quod debent remitti,si delinquunt in officio,& quomodo contra ipsos proce-

12 datur, & ibi etiam tenet, quod si † ministro vnius iudicis suum exercenti officium in alterius territorio fit iniuria, quod iudex, cuius auctoritate in alterius iurisdictione sergentarius fecerit executionem cognosceret de iniuria, & quod seruiens Regius si delinqueret in terra alicuius Baronis, siue Domini, est remittendus,si delictum erit circa officium suum; & si aliter deliquerit, erit puniendus per officialem Baronis. Cassan. *in consuet.*

13 *Burgund. rub.*13. §.1. *num.*21. *fol.*1457. † & de praedicta quaestione habetur etiam per Foller. *in pract.crim.in ver. audiantur excusatores, num.*143. *vltima impressionis, quae est in quarto folio,* & quando delictum dicatur commissum in officio, aut praetextu officij,Alber.*in l.Senatusconsulto.ff.de offic.praesid.* vbi dicit,quod tunc proprie dicitur quis delinquere extra officium, quando delinquit de non pertinentibus ad officium, & dicit. Salicet. *in l.magistratus, Cod.de iurisd.omnium iudic.* quod tunc dicitur miles delinquere in officio, cum vendiderit arma, vel equos ei necessarios, & Rebuff. *in tract.de sent.execut.glos.*15. *fol.*381. *in constit.* 1.*tom.* ait, quod executor dicitur in officio delinquere, quando caperet bona clericorum pro executione, vel alias exerceret, aut pretium accipere,vt non exequeretur, vel non in illa re,vel differret,donec impetrentur litterae appellationis. *Baiardus.*

l *Sed quicquid sit de iure.* Adde, quod Marian. Socin. *in c si quis episcopus,num.*6. *cum seq.de accusat.*posuit plures opinio. &

14 tandem concludit, quod hodie solus Papa, † vel Legatus ab eo potest absoluere,vel condemnare Episcopum. *Baiard.*

m *Sed quid,si Archiepiscopus.*] Adde,quod etiam Patriarcha

15 † poterit puniri ab episcopo, in cuius dioecesi deliquerit. Abbas, & late Felin. *in d.c.inferior.de maior.& obed.*1.*& 2.col.*vbi Ioan.

16 Andr. dicit, quod etiam Archidiaconus † poterit punire extraneum Episcopum delinquentem in iurisdictione sua, nam etiam maior in alieno territorio habetur pro priuato; ita quoque tradit Decian. *in tract.crim.tom.*1.*c.*17.*n.*21.*lib.*4. Baiar.

n *Quid tamen intellige.*] Adde, quod suffraganeus † possit

17 punire Arch.episcopum, si delinquat in dioecesi eiusdem sui suffraganei,non vti suffraganei, quia erat ex dispensatione alterius Dioecesis Episcopus, & sic quo ad illum Episcopatum non erat subditus Archiepiscopo, Felin.*in d.c.cum inferior,num.*3.*de maior.& obed.* & Decian. vbi sup. *n.*24. Baiard.

o *Quo vero ad Monachos.*] Adde † quod fallit in tribus casi-

18 bus:primo nisi esset tale crimen;propter quod esset deponendus, quia tunc Episcopus solus esset iudex competens; secundo nisi Abbas sufficienter non puniuisset secundum Canones, sed tantum secundum regulas claustrales: tertio nisi Abbas esset negligens in corrigendo,vt de omnibus consuluit Rom.*consil.*375. *in proposita quaest.* Baiard.

p *Episcopus est etiam index.*] Non tamen Episcopus Monachos, vel Mendicantes bannire potest, cum talis poena banni sit in vsu apud ecclesiasticos, vt infra *quaestion.*63 *versic.fin. in fin.* Contrarium tamen vidi seruari inter fratres Minores vulgo Zoccolantes S.Francisci. Nam & Episcopus Placentinus vnum ex dictis fratribus affinem meum iussit exulare, similiter & eorum Commissarij, quos sic appellant (alio vocabulo, videlicet Prouinciales,eos nominat Bald. *in c.de caus.numer.*49. *extr.de offic. & potest iud. deleg.*) aliquando exulare iubent, confinantque, vt contigit in personam doctissimi fratris Bernardini de Burgonouo. Credo ergo, quod licet bannum proprie apud tales personas non sit in vsu, *d.quaest.*63. tamen vtantur illa poena, quae potius dicitur deportatio, quam bannum; illa enim apud eos est in vsu infra *quaest.*63. *vers. deportatio.* item addo, quod Episcopus † non potest determinare numerum fratrum in ecclesiis 18 Dioecesis suae Felin. *col.*5. *post med.de constit. in c. cum omnes*, & de hac materia vide glos. *in cap.ex parte, in verb. Dioecesana,* de regular. *Drogh.*

p *Ad ipsos Cardinales.*] Contrarium seruauit Xistus V.moderaus Pontif.Max. nam ipse puniebat familiares Cardinalium, ipsis Cardinalibus irrequisitis,infra *quaest.*98 *vers. priuatum carcerem.* Drogh.

r *Quaero nunquid.*] Adde per Carau. *in ritu* 46.*num,*29.*cum* 19 *seq.* qui dicantur familiares, † & quibus priuilegia dominorum concessa intelligantur, & ibi etiam habetur quis dicatur domesticus, † & quis commensalis, & quomodo probetur, quod sint 20 familiares, vide Ang. *in consil.*74. *n.*2. *tom.*1. *inter cons.crim.diuersorum.* Baiar.

l *Decis.*12. *num.*1. Michael Crass. *lib.*2. *commun.opin. verbo Eorum, quaest.*7. Suarez *lib.*10.*opin. verbo clericorum familiares.* Ros.

t *Sed pone, quod aliquis laicus.*] Adde, quod † in Regno 21 Neap. per Robert.Regem *in c.priuilegia tit. de oblationibus, fol.* 337. fuit prouisum, quod oblati, & confratres retinentes bona, siue vsumfructum, & vxores, & habitum non portantes, non gaudent priuilegio clericorum in ciuilibus,nec in criminalibus. quod l est etiam de iure communi, vt est text. cum glos. *in cap. fin.de sepult.in* 6.*& in cap. priuilegia extra priuileg.* Abb. *in cap. cum,& plantare de priuil.colum.fin.* Marian.Socin. *in c.*2.*de foro compet.* vbi late, & Afflict.*in constit.Regn.statuimus la* 2. *col.*6. *in* 4.*quaestion. in fin.* si tamen talis oblatus portaret habitum religiosi, & staret in monasterio, licet reseruasset sibi aliquid, gauderet priuilegio, quia non esset in fraudem, & ita procedit opinio contraria, de qua per Socin. *in loco supra citato.* & quae dicit Cardin.*in Clem.*2. *in qu.*12. *de prabend.* Et † quid si bannitus,& 22 condemnatus, qui postea fuit effectus oblatus,fuerit captus, an debeat remitti ad Iudicem ecclesiasticum, vide Federic. *de Sen. consil.*235. qui tenet eum esse remittendum, si tempore capturae incedebat in habitu,quem deferunt oblati, vide etiam Bald. *in l. officiales, Cod.de episc. & cleric.* vbi dicit,quod Becchetti, † qui 23 sunt illi tertij ordinis S. Francisci, habent accidentia sine subiecto, & quod ideo nihil valet eis eorum habitus, quia est potius quae iam apparentia in habitu, quam in existentia, & realitas in effectu,idem tenet Bart. *in l.*1.*ff.de poen.* Idem dicendum est de Eremita, & de rectoribus hospitalium in proprietate, & coniugio, vt per Abb. Gugliel.& Io. de Ligna. *in clemen.per literas de prabend.* & Aufier. *in addit.ad Capell.Tholos.decisio* 8.& Socin.*in cap.*1.*de foro compe. in* 9. declaratione dicit,quod illis, qui in talem regulam ingrediuntur in fraudem, deberet cingi cordula non in loco cincturae,sed in gutture,& eis pro parte sathanae furcas polliceri, & in fine dicit, quod in praedictis oblatis multum operatur consuetudo loci, vide etiam Cald. *consil.*7. *de foro compet.* vbi dicit in fine, quod tenor priuilegij concessi à Sede Apostolica dictis oblatis, siue fratribus tertij ordinis debet attendi. *Baiard.*

u *Praeterea quaero.*] Adde,quomodo † in Reg.Neap.officia- 24 les syndicantur, à quibus; & an sit † appellandum ad Barones, 25 seu ad mag.Cur. Vic.late per Cara. *in ritu* 295. & per Reg.Prag. ibi allegatas. *Baiard.*

x *Sed hic incidenter quaero.*] Adde, quod in regno † Nea- 26 politano prouisum fuit per Reg.Prag. *quae est tertia sub tit.de official.vers.item,vt officiales,* quod in syndicatu nedum contra officiales ad instantiam querelantium procedatur, sed etiam ad perquisitionem fisci. *Baiar.*

y *Praeceptorum medicinae.*] Adde, quod sub tali vocabulo solent sic appellari Medici in Ciuitate Parmae infra *quaest.*77. *vers. Magistri, & scholares*, tamen illa gloss. dum dicit de Domino, intelligitur, vt ibid.de his, qui Iurisdictionem habent. Verbum enim, Dominus, hunc sensum patitur, Bald. *in l.proprietatis, in princ.C.de probat.* refert Capyc.*decisio* 37. *n.*31. Drogh.

z *In hoc autem Ducatu.*] An sit illud decretum, de quo *in nou. ordinib. post constit. Mediolani, fol.*30. nam si miles vti priuatus delinquit,legibus communib. punitur. Decian.*tract.crim. tom.*2.*lib.*7.*c.*15. vbi delicta militaria plura recenset. *Ros.*

a *Et vidi plerunque.*] Et ego vidi exercitum Catholicum in partibus Flandriae habere generalem Auditorem punientem milites vsque ad Mortem. Adde Marsil. *Rubr. de fideiuss.num.*113. *ad fin.* Petrus Bellus *tract.suo de re milit.* de quo infra *quaest.*59. *versic. Quaero nunquid*, vide in proposito Bos. *tit.de capt.nu.*63. *cum seq.* Drogh.

b *Vers.sed pone,*] Decian. *tom.*1. *crimin.lib.*4.*cap.*16. *num.*2. Ros.

c *Solet etiam*] Bart. *in l.si quis,§.si quis.ff.de iniur.*vide,quae tangit aucto. *in §.lasae Maiestatis,vers.quaero etiam.* Ros.

Solet etiam quandoque.] Adde videndum † Crauet.*in consilio* 27 232.*col.*3. *vers.*3.*respondeo*, & Farin. in q 17.*num.*44 *cum seq.* &

si quis

28 si quis daret † alapam Potestati, posset potestas ipsum furcis statim suspendi facere, G a n. *in decis.* 36 *n.* 4.

29 Item adde, quod similiter iudex delegatus poterit cognoscere de iniuria facta officiali suo ex causa officij; secus si ex alia causa, quia nunc iudex ordinarius cognoscet Boer. *decis.* 9. *num.* 14. *cum seq.* Biar.

d *Potest de ea cognoscere.*] Adde per Crauet. *cons.* 232. *colum.* 3. *vers.* 3. *respond.* Giach.

30 e *Bene verum est.*] Adde, quod † tale delictum debet esse notorium notorietate facti permanentis, quia ipso actu pronunciaret iudex, & non sufficit facti transeuntis, tum tale notorium indigeat probatione, vt per gloss. 2. *q.* 1. *de transact.* & multa dicuntur notoria, quæ non sunt *capit. consuevit, de appellat.* & in his probationibus recipiendis iudex posset grauare partem, ideo vt suspectus recusabitur. ita not. Philip. Franch. post Abb. *in cap. proposuit, de appellat.* loquens in suspicione iudicis, & in terminis in iudice iudicare volente in causa propria not. Dec. *in c. cum venisset, col.* 3. *de iudic.*

31 Item adde, quod † etiam si pœna si esset certa, tamen si veniret imponenda ratione proprij interesse, tunc poterit recusari iudex in causa propria is, ad quem pœna veniret applicanda, ita Salic. *in l.* 1. *C. ne quis in sua cau. col.* 2.

32 Item adde, † quod iudex iniuriatus, si quid receperit ab iniuriante ne ipsum puniat, tenetur ad restitutionem in foro conscientiæ, Oldr. *cons.* 7.

33 Item adde, † si extaret consuetudo, quod quis posset esse iudex in causa propria, non valeret. Abb. *in c. postulasti, num.* 14. *de foro compet.* sed gloss. *in cap. Romana de pœn. in* 6. videtur tenere contrarium scilicet, quod consuetudo valeret, & Doct. *in cap. cum contingat. extra de foro compet.* idem tenent Alexan. *in l. qui iurisdictioni, ff. de iurisd. omn. iud.* Afflict. *in constit. iustitiarij per Prouincias in septimo not.* & Io. Ant. de Nigr. quos omnes allegat *in c. Regni in cap.* 119. *incip. Item statuimus, nu.* 8.

34 Item adde, † si dubitatur, an iniuria fuerit illata tanquam officiali, vel tanquam priuato, tunc recurrendum est ad coniecturas, & præsumptiones, vt per Patrid. *de synd. in verb. iniuria officialis, §. an si officialis processus, num.* 4. & ibi remissiue habetur de coniecturis; Capyc. *decis.* 130. *n.* 12.

35 Item adde, quod sententia † in causa propria dicta est nulla etiam parte non opponente. Doct. *in l. qui iurisdictioni, ff. de iurisd. omn. iudic.* & Vant. *de nullit. in rubric. ex defectu iurisd. ordin.*

36 *num.* 92. Sed si sententia esset in causa fauorum, † teneret parte non opponente Curt. iun. *d. l. qui iurisdictionis*, & Vant. *in loco præcitato, n.* 97. Baiar.

f *Cognoscere.*] Rationem vide per Abb. *in c. cum venissent, autem* 9. *de iud.* Giach.

g *Recusari.*] vt per Abb. vbi supra, & Iac. de S. Georg. qui dicit notandum esse istam limitationem *in l. qui iurisdictioni, post n.* 10. *ff. de iurisd. omn. iud.* Giach.

QVÆSTIO XXXVI.

Clerici in quibus casibus à iudice seculari possint pro eorum criminibus iudicari.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Clericos pro delictis per eos commissis non posse puniri à iudice seculari.*
2 *Et an hoc priuilegium sit clericis concessum à iure diuino.*
3 *Et an valeat consuetudo, quod clerici possint criminaliter conueniri coram iudice laico.*
4 *Et an possit clericus huic priuilegio renunciare.*
5 *Et an clericus citatus à iudice seculari pro delicto teneatur comparere, & allegare coram eo priuilegium clericatus.*
6 *Et an possit clericus pro crimine reconueniri coram iudice laico.*
7 *Et an clericus illegitime natus gaudeat hoc priuilegio fori.*
8 *Et an clericus coniugatus gaudeat priuilegio fori.*
9 *Et quid si sit bigamus.*
10 *Et quid si vnicam tantum vxorem duxit, sed illam post adulterium commissum cognouit.*
11 *Et quid si post delictum effectus fuit bigamus.*
12 *Et an clericus coniugatus, qui non abstinet à negociationibus, & armis, gaudeat priuilegio fori.*
13 *Et an clericus coniugatus, non incedens in habitu, & tonsura clericali, gaudeat priuilegio fori.*
14 *Et quis sit habitus, & tonsura clericalis.*
15 *Et quid si clericus coniugatus, qui ante delictum nõ incedebat in habitu illũ deinde post delictũ reassumpserit.*
16 *Et quid si reassumat tonsuram post condemnationem.*
17 *Et quid si clericus non deferat tonsuram, quia non habeat capillos.*
18 *Et an clericus coniugatus mortua vxore recuperet omnia priuilegia clericis non coniugatis competentia.*
19 *Et an clericus non deferens habitum perdat priuiligium antequam sit ter monitus.*
20 *Et quid si facta sit generalis monitio in synodo.*
21 *Et quis iudex cognoscat super clericatus exceptione ecclesiasticus, an secularis.*
22 *Et quis super habitu, & tonsura.*
23 *Et an clericus non deferens habitum, & tonsuram, & immiscens se enormitatibus amittat priuilegium fori.*
24 *Et quid in clerico incedente in habitu, & tonsura.*
25 *Et an clericus factus à principe officialis, si in officio delinquat, possit ab eo puniri.*
26 *Et an clerici reperti cum armis possint à iudicibus secularibus puniri.*
27 *Et an clericus committens crimen læsæ Maiestatis contra principem secularem possit ab eo puniri.*
28 *Et an clericus deponens falsum testimonium coram iudice laico possit ab eo puniri.*
29 *Et an clericus imputatus de assassinio possit puniri per iudicem secularem.*
30 *Et an hoc casu requiratur solemnis degradatio.*
31 *Et an requiratur sententia declaratoria.*
32 *Et an talis clericus assassinus sit tradendus curiæ seculari, non expectata incorrigibilitate.*
33 *Et an clericus incorrigibilis possit puniri per iudicem secularem.*
34 *Et an super incorrigibilitate requiratur declaratoria.*
35 *Et an iudex secularis possit punire clericum, qui non sit prius degradatus, & traditus curiæ seculari.*
36 *Et pro quibus criminibus clericus sit degradandus.*
37 *Et an clericus incorrigibilis sit tradendus curiæ seculari.*
38 *Et an clericus propter contumeliam illatam suo episcopo sit tradendus curiæ seculari.*
39 *Et an propter crimen falsi.*
40 *Et an pro enormi homicidio.*
41 *Et an pro crimine læsæ Maiestatis, remissiue.*
42 *Et an iudex secularis, cui traditus est clericus, possit punire corporaliter.*
43 *Et an si quis post delictum faciat se clericum, vel monachum, gaudeat priuilegio fori.*
44 *Et an præsumatur suscepisse clericatum in fraudem.*
45 *Et an monasterium teneatur pro delicto ingressi.*
46 *Et quid si in eodem delicto interuenerint clerici, & laici, an omnes sint ad iudicem ecclesiasticũ remittendi.*
47 *Et quid si illata iniuria per laicum clerico, an cognitio spectet ad iudicem ecclesiasticum.*
48 *Quomodo facienda sit remissio clericorum à iudicibus laicis ad ecclesiasticos.*
49 *Iudex ecclesiasticus an teneatur stare processui facto per iudicem secularem remittentem.*

Ex Additionibus.

1 *Laicus non cognoscit de clericis.*
2 *Laici quando capiant clericos.*
3 *Famuli clericorum, & episcoporum an gaudeant priuilegio fori.*
4 *Iudex laicus quando cognoscat de delictis clericorum,*

Iudices seculares regni Neapol. quando, & quomodo possint procedere contra personas Ecclesiasticas, & eorum subditos, remissiue.
5 Iudex ecclesiasticus quando cognoscat de delictis laicorum.
6 Princeps potest ejicere clericum, & prælatum sibi suspectum.
7 Clericus potest ejici, quando populus eum odit, & est periculum scandali.
8 Iudex laicus attentans procedere contra clericum excommunicationem incurrit.
9 An autem ipso iure.
Iudex Ecclesiasticus, quando possit inhibere iudici seculari, remissiue, n. eod.
10 Clericus non potest renunciare priuilegio fori, remissiue nec cum iuramento.
11 Et si non apponat declinatoriam, poterit puniri.
12 Clerici coniugati an gaudeant dicto priuilegio. Et quid in Regno Neap.
13 Clericatus quomodo probetur, remissiue, & n. 29.
14 Beneficij titulum an sufficiat allegare.
*14 Clerici alicui ecclesiæ seruire debent.
15 Clericus quando dicatur incedere in habitu & tonsura.
16 Iudex capiens clericum, debet particulariter describi facere, in quo habitu ipsum ceperit.
17 Habitus an sit clericalis, vel ne, à quo iudice cognoscatur.
18 Clericus factus post delictum an puniatur per laicum.
19 Clericatus exceptio quomodo cognoscatur in Regno Neapolitano, remiss.
20 Clericatus probatur etiam per testes, & n. 22.
21 Clericus remittendus suo iudici, debet remitti suis expensis.
23 Clericatus an probetur per testes singulares, remissiue.
Sacerdotium probatur per testes singulares, n. eod.
24 Clericalis habitus, & tonsura coram quo iudice sit probanda.
25 Tonsura collata à Prelato non suo valet.
26 Iudex ecclesiasticus debet statim repetere clericum à laico captum.
27 Clericus prima tonsura an gaudeat priuilegio fori.
28 Et quomodo practicatur in Regno Neap. remissiue.
30 Clericatus non probatur ex sola possessione habitus, & Clericalis tonsuræ.
31 Clericis in Regno Neapolitano auferuntur arma, præuia tamen monitione facta suis prælatis.
*31 Arma reperta clericis fiunt officialium.
32 Clericus rebellis per quos puniatur, remissiue.
33 Clericus assassinus ipso iure intelligitur degradatus.
34 Clericus assassinus per iudicem secularem puniri potest absque solemni degradatione.
35 Assassinij qualitas in clerico debet constare ante inquisitionem, & citationem, alias omnia essent nulla ex defectu iurisdictionis.
Et quæ requirantur, remissiue.
Et quid si non appareat de assassinio.
36 Assassinij qualitas est discutienda primo, si Clericus incompetentiam iudicis allegat.
37 Clericus assassinus potest cognosci per vtrumque iudicem, & erit locus præuentioni.
38 Degradationis forma, remissiue.
39 Clericus degradandus debet esse incorrigibilis.
40 Et quid de hæretico & conspirante contra episcopum.
Clericus effectus, aut religiosus post patratum delictum an euadat pœnam.
41 Clericatus assumptus post delictum, quando eximat à iurisdictione laicali.
42 Professus post condemnationem an possit declinare forum, remissiue.
43 Professio quomodo probetur, remissiue.
44 Professus post habitationem, an intelligatur religiosus.
45 Relegatus si fiat clericus, & relegationem frangat, à quo puniatur.
46 Clericus post delictũ vxorẽ ducens à quo iudice puniatur.
47 Et quid seruet sacrum consilium Neapolit.
Clericus perdit priuilegium ex inualido matrimonio, cuius priorem virum interfecit sub n. 14.
48 Clericatus quando dicatur assumptus in fraudem.
49 Laicus delinquens simul cum clerico, per quem iudicem cognoscatur.
50 Iudex ecclesiasticus potest contra sacrileges ad excommunicationem, & alias pœnas spirituales procedere, non obstante sententia iudicis laici.
51 Officiales ecclesiastici in Regno Neapolitano non exercent iurisdictionem contra laicos.
52 Clericus debet remitti absque declaratione.
53 Iudex ecclesiasticus non tenetur stare processui facto per iudicem secularem.

Omnium *a* autem exceptionem, quæ in causis criminalibus ad declinandam iudicum iurisdictionem proponuntur, nulla frequentior est, quam clericatus: de ea igitur in primis videamus. † Et quidem in hac materia facienda est conclusio, quod iudex secularis *b* nulllo modo potest occasione alicuius delicti procedere contra clericum, aut religiosum, text. est *in c. cum non ab homine, de iud.* & hoc priuilegium, quod clerici non possint iudicari à laicis, est eis concessum à iure diuino. Et hæc est communis opin. vt dicit Alciat. *in d. c. cum non ab homine, num. 2.* Didac. practica. *quæst. 31. n. 1.* qui refert idem attestari Felin. *in cap. 2. col. 1. de maior. & obed.* & Rochum *de consuet. fol. 51. col. 4.* & Rebuffum *in concordat. in rubr. de protectione*, quæ tamen conclusio in puncto iuris non transit sine difficultate, saltem quo ad clericos, qui non sunt in sacris constituti. a 1 b 2

Sed *c* ea retenta infertur, quod non valet consuetudo, quod in causis criminalibus clerici conueniantur coram iudice seculari, vt colligi videtur ex tex. *in c. clerici de iudic.* & est communis opin. vt ait Didac. *in d. quæst. 31. num. 5.* quam ego etiam sequor, quo ad hoc, vt non valeat consuetudo, per quam generaliter clerici pro criminibus subjicerentur iudicibus laicis: sed consuetudo particularis, quod in aliquibus casibus, vel causis, & aliqui clerici, puta, in minoribus constituti, possint puniri & iudice seculari, vtique valet, & ita in pluribus locis in practica indistincte obseruatur. Vide quæ dixi infra *q. 41. vers. sed quid dicendum.* 3 c

Secundo *d* infertur, quod non possunt clerici huic priuilegio tacite, vel expresse *e* renunciare, vt est text. *in c. si diligenti*, vbi DD. omnes notant, de foro compet. & communis sententia Doctorum, vt attestatur Boer. *super consuet. Bituricen. f. 26. col. 3.* 4 d e

Est *f* autem hæc exceptio tantæ efficaciæ, vt à se ipsa proponatur, & ideo non teneatur clericus citatus per iudicem secularem occasione alicuius delicti coram eo per se, vel per procuratorem *g* comparere, & exceptionem clericatus proponere, vt dicit Archid. *in ca. 1. 15. qu. 4.* & est communis opin. vt attestatur Felin. *in c. veniens, in vltimis verbis, de accusation.* Quod intellige, nisi in citatione exprimeretur talis causa, propter quam clericus teneretur coram iudice laico comparere, puta, quia esset vasallus, iuxta ea, quæ dixi sup. *lib. 4. §. Feudum, q. 90. vers. sed quid si dominus, & vers. & hæc quidem.* Ceterum in casibus, in quibus clericus non potest à iudice laico iudicari, licet citatus sit prorsus contumax, non potest contra eum iudex secularis procedere, & si procedat, omnia sunt nulla, neque ipse tenetur hoc allegare, neque etiam post sententiam. Et ita se consuluisse, & intellexisse, quod ita fuit iudicatum, testatur Decia. *conf. 241. in primis verbis*, quẽ refert Didac. *pract. quæst. 33. nu. 2.* Et si distulit illud allegare, *h* non propterea po- f g h

rea poterit iudex laicus illum in expensis condemnare,
i sed est remittendus i ad iudicem suum ecclesiasticum, etiam respectu refectionis impensarum, vt in facti contingentia iudicauit curia Neapolit. teste Gramma. *voto* 18. quem refert Carauita *super ritu* 65. *magnæ Curiæ*, *num.* 1. Quinimo etiamsi deinde contigerit clericum carcerati, non potest cogi, vt soluat, neque etiam pœnam ipsius contumaciæ, licet pecuniaria sit, sed est libere dimittendus. Et ita in facti contingentia decisum fuit in curia Delph. vt per Guid. Papæ *decis.* 450. *supra qu. licet curia Neap. contrarium iudicauerit*, vt per Gramm. *voto* 27. & male secundum eum, quam decisionem curiæ Neapolit. aliter refert Foller. *in pract. crimin. fol. 63. num. 39. in fin.* Scias tamen, quod Bart. *in l. non videtur la 1. num. 1. ff. de iud.* videtur tenuisse contrarium, quod scilicet clericus citatus coram iudice laico, si non compareat, & alleget se clericum, possit mulctari, & hoc nisi in citatione dictum sit, citetur presbyter talis, vel aliquid aliud, ex quo appareat, quod ille esset clericus; quod tamen iudices nostri temporis non solent apponere in suis citationibus, licet secũdum eum male faciant: non tamen potest contra talem clericum contumacem perueniri ad secundum decretum, quia non dicitur latitare, ex quo non tenetur in eo iudicio respondere. Et illam opinio. Bart. seruari attestatur Aufrer. in Apostol. *ad decis. Tholos.* 165. Sed certe communiter Canon. tenent contra Bartolum, vt attestatur Carauita *super 235. ritu magnæ curiæ, num.* 11. Et ita quicquid seruetur in Gallia, apud nos clericus contumax in casibus, in quibus non tenetur comparere, non mulctatur, & si mulctatus fuerit, quandocunque doceat se clericum, solet talis mulcta reuocari, & annullari. Et ita puto seruari debere à iudicibus Deum timentibus.

6 Et k hæc quidem conclusio, quod scilicet clericus
k non possit à iudice laico criminaliter iudicari, procedit siue clericus pro crimine coram iudice conueniatur, siue reconueniatur; nam clericus non potest coram iudice seculari pro crimine ciuiliter, neque criminaliter conueniri. Et hæc est communis opin. vt attestantur Scribentes *in cap. at si clerici, de iud.* & in specie Imol. *numer.* 148. quem refert Berous ibi *numer.* 150. Cardin. Alexand. *in c. multi, col. penult. versic. in fin. glos. 2. quæst.* 1.

7 Habet etiam locum hæc conclusio, quamuis clericus sit illegitimus, licet enim nati illegitime sint maxime odiosi sacris Canonibus, vt dixi supra *lib. 2. §. Filius*, tamen etiam clericus illegitimus gaudet priuilegio fori, & ita in facti contingentia decisum fuit per Consil. Neapol. vt refert Gram. *decis.* 81.

8 Quæro, *l* an clericus coniugatus gaudeat priuilegio
l fori. Respond. quod sic: nam propter coniugium non perditur priuilegium, quod in criminalibus non possit puniri à iudice seculari, dummodo cum vnica tantum,
m eaque virgine, matrimonium contraxerit, *m* & habitum clericalem, tonsuramque deferat, vt est text. in *cap.*
n *vnico, de cleric. coniug. in* 6. & est *n* communis opinio, vt
9 ait Didac. *pract. quæst. 31. post numer. 7. vers. Prima igitur.* Si vero sit bigamus, potest à iudice laico puniri: intellige tamen, si propriè sit Bigamus, s. si duas vxores du-
o xerit; nam alij *o* interpretatiue bigami dicuntur, vt dixi supra *lib. 2. §. Clericus*, & ideo non possunt à iudice laico puniri.

p Sed an ille, *p* qui vnam, tantum vxorem duxit virgi-
10 nem, illamque propter adulterium dimisit, & deinde reconciliatus est dicendus est bigamus, quo ad hoc, vt amittat priuilegium fori? Respond. Certe clericus qui vxorem post adulterium ab ea commissum carnaliter cognoscit, etiamsi ipse adulterium ignoret, dicitur bigamus secundum communem opinionem etiamsi ex præcepto ecclesiæ illam inuitus cognouerit, vt dixi in loco prælleg. Nihilominus cum talis interpretatiue dicatur bigamus, dicendum est, quod non amittit propterea priuilegium fori. Et ita tenent concorditer omnes, vt attestatur Aufrer. *in decisione Tholosan.* 64. referens ita fuisse decisum in facti contingentia.

Sed pone, quod aliquis clericus solutus commise- 11
tit aliquod delictum, & de eo fuerit accusatus; deinde postea effectus sit bigamus, nunquid erit curiæ seculari remittendus? Respond. quod non, *q* attenditur *q*
enim status, in quo erat tempore delicti. Et ita conclusum fuit in curia Tholosan. vt per Aufrer. *decisione* 377.

Qua *r* ratione pariter etiam decisum fuit per consi- *r*
lium Neapolitan. quod si clericus post commissum delictum vxorem duxerit, non potest de eo delicto cognosci per iudicem secularem, sed debet ad iudicem suum ecclesiasticum remitti, prout conclusum fuisse refert Grammat. *decisione* 10. non obstantibus (vt ipse ait) clamoribus ..., quem refert Carauita *super ritu 66. magnæ curiæ, nu.* 9. qui tamen de hac decisione dubitat, vt ibi per eum.

Hæc vero omnia procedunt, dummodo talis *s* cle- *s*
ricus coniugatus abstineat à negotiationibus, & armis: 12
alias autem si ab eis non abstineret, posset, non obstante clericatu, per iudicem laicum puniri. *t* Et hæc *t*
est commun. opin. vt dicit Bertrand. *cons. 13. num. 5. lib.* 8. Et quod clericus coniugatus debeat abstinere à negociationibus, à quibus alij clerici non coniugati tenentur abstinere, alias priuilegium fori amittat, tenuit Innoc. *in cap. fin. de vita, & honest. cler.* & ita firmant communiter Doctores, vt dicit Alexand. de Neuo *cons.* 60. *n.* 4. Quæ autem negociationes sint clericis interdictæ, dixi supra *lib. 2. §. Clericus.*

Dixit clericum coniugatum gaudere priuilegio fo- *u*
ri, dummodo incedat in habitu, & tonsura clericali, li- 13
cet hodie (secundum aliquos) de consuetudine clerici coniugati *x* non incedant in vestibus, & tonsura *x*
clericali, vt fatetur esse generalem consuetudinem Folgos. *consil. 123. num.* 1. *y* Sed quæro, quis dicatur in *y*
hoc proposito habitus clericalis. Respond. Omnes concludere videntur, quod non sit à sacris canonibus determinatus clericis aliquis habitus ab aliis distinctus, & ideo quod sit attendenda consuetudo regio- 14
nis. Propterea ad iudicandum, an aliquis incedat in habitu, & tonsura clericali, videndum est, an ille, qui in aliquo habitu incedit, prima facie, si videatur in populo, iudicabitur clericus, an autem laicus. Et certe vera est hæc conclusio, si affirmatiue intelligatur, scilicet, quod sacri Canones non constituunt specialiter clericis certum habitum, sed negatiue non est vera, nam multi habitus sunt per sacros Canones prohibiti à clericis deferri, vt videri potest *in locis præallegatis* per Foller. *in pract. crimin. fol. 64. num. 42. & sequent.* Quid ergo si clericus deferat biretum, seu capitium bipartitum, seu virgatum, aut duorum colorum? Certe non dicetur incedere habitu clericali, & ita fuit iudicatum per curiam Tholos. teste Aufrer. *decis.* 227. idemque si deferat collerum sic virgatum, vt eadem curia iudicauit, *decis.* 252. Et refert pract. Millei *folio 73. numer.* 8. quod quidam clericus coniugatus, eo quod habebat caligas bipartitas, Tholosæ reputatus fuit laicus, & pro crimine tanquam laicus fuit laqueo suspensus, & nota in hoc proposito, quod quamuis secundum opinio. magis communem cognitio, an aliquis sit clericus, vel ne, pertineat *z* ad iudicem ecclesiasticum, de quo vi- *z*
denda sunt ea, quæ dixi infra *vers. a regulariter autem:* *a*

nihil-

b nihilominus si dubitetur super habitu, b an sit clerica-
c lis, vel non, c hæc cognitio spectat ad iudicem laicum,
non autem ad ecclesiasticum. Et ita decisum fuit in
facti contingentia in parlamento Delph. vt refert Gui-
do Pap. *decis.*138. *& cons.*110. *n.*2. vbi pariter in facto ita
consuluit.

d Sed hic quæro, d quid si clericus coniugatus, qui
15 ante tempus commissi criminis non incedebat in ha-
bitu, & tonsura, reassumpserit habitum, & tonsuram,
& incontinenti aliquod crimen commiserit, nunquid
gaudebit priuilegio fori? Respon. Io. Andr. *in c. Ioan-
nes, in* 4. *q. de cler. coniugat.* tenuit, quod sic, referens ita
fuisse Paduæ determinatum, licet communiter Do-
ctoribus (vt ipse ait) non placuerit, & illum sequun-
tur communiter Scribentes, vt dicit Alex. *cons.*8. *post n.*
4. *lib.*1. *& cons.*149. *num.*7. *lib.*6. quem refert Mars. *sing.*
480. apud Doctores. Hanc etiam dicit esse commu-
nem opin. Didac. *in d. q. pract.*31. *post num.*7. *vers. Quinto
potissimum*, secundum quam in facti contingentia con-
suluit Christoph. de Castil. *consil.*5. Quod tamen ego
intelligo, vt procedat, nisi talis clericus habitum, &
e tonsuram reassumpsisset e in fraudem, vt etiam dixi in-
f fra statim, f *vers. sed quid si clericus.*

g Sed quid si clericus g coniugatus, solitus aliquando
16 deferre tonsuram, fuerit condemnatus tempore, quo
non habebat tonsuram, pro aliquo delicto per eum
commisso, nunquid si reassumat tonsuram, & deinde
captus sit à iudice seculari, poterit ab eo puniri? Resp.
quod non, sed est remittendus ad iudicem ecclesiasti-
cum. Et ita fuit decisum per curiam Tholos. teste Au-
fret. *decis.*104. Hoc tamen locum non haberet, vbi ap-
paret, quod ipse clericus reassumpsisset habitum, &
tonsuram in fraudem, vt pariter in facto fuit iudica-
tum per eandem curiam Tholosanam, vt refert Aufret.
*decis.*144. vbi dicit, quod ita tenent communiter Legi-
stæ, & *decis.*147.

17 Quæro nunc, quid si clericus non deferat tonsuram,
quia non habet capillos? Respon. quod excusatur, &
ita conclusum fuit in curia Tholos. vt per Aufret. *dec.*
256. Nam ad impossibile nemo tenetur. Quod nota
h pro clericis, quibus h morbo Gallico implicitis ali-
quando solent capilli cadere.

18 Vnum etiam scias, quod clericus coniugatus, qui
vnicam tantum, & virginem vxorem duxit, ea mortua
recuperat omnia priuilegia, quæ competunt clericis
non coniugatis. Ita dicit Abb. *in c. clericus, el* 2. *nu.*4. *de
vita, & honest. clericorum*, cuius opin. fere vnanimi sen-
tentia probant omnes: vt attestatur Didac. *in d. pract. q.*
31. *post n.*7. *vers.*5. *potissimum in fin.*

19 Hæc i autem, quę de clerico non deferente habitum,
i & tonsuram dicta sunt, intelligi debent, vt procedant
k in eo, qui est coniugatus. k Ceterum clerici non con-
iugati, licet non incedant in habitu, & tonsura, gaudent
priuilegio fori, nec possunt à iudice laico puniri, *cap.
l si iudex laicus, de sent. excommun. in sexto.* l Bene verū est,
m quod si talis clericus fuerit m ter monitus à suo prælato,
n vt deferat habitum, & tonsuram, & ipse n neglectis
monitionibus adhuc incedat sine habitu, & tonsura,
tunc in omnibus reputatur pro laico. Et hæc est dif-
ferentia in hoc proposito inter clericum coniugatum,
& non coniugatum: nam clericus coniugatus, eo ipso,
quod non defert habitum, & tonsuram, absque alia
monitione amittit priuilegium fori, & hoc omnes fa-
tentur, vt ait Didac. *pract. quæst.*32. *post numer.*1. Cleri-
cus autem non coniugatus non amittit priuilegium,
nisi post monitionem, & hæc est communis opin. vt ait
Didac. *in d. quæst.*32. *numer.*1. Et ita videtur communi-
ter practicari, vt dicit Imola *in c. fin. post num.*7. *versicul.
aduerte tamen, de vita, & honest. clericorum.* Sed certe A-
lexand. de Neuo *consil.*59. *num.*4. dicit verum non es-
se, quod ita seruetur, & re vera apud nos non seruatur:
nam clerici, qui non sunt in sacris, neque habent be-
neficia, si non incedunt in habitu, & tonsura, puniun-
tur indistincte per iudices seculares, etiamsi à suo præ-
lato moniti non fuerint. Et ita rescripsit Senatus præ-
tori Bobij, & vicario episcopali eiusdem ciuitatis, qui
contra huiusmodi obseruantiam quandam inhibitio-
nem faceret ipsi prætori, quam postea reuocauit, 7.
August. 1562. P. N. o In regno autem Neapol. serua- o
tur, quod clerici etiam in minoribus constituti, & ha-
bentes etiam sulummodo primam tonsuram, gaudent
priuilegio fori, etiamsi non incedant in habitu cleri-
cali, vt pluries decisum fuisse in sacro consil. refert
Grammat. *voto* 33. *in fin. & super const. Reg. fol.*3. *colum.*4.
*post num.*4. vbi tamen subdit, quod post promulgatam
quandam constitutionem Papæ Clementis, & deinde
Papæ Pauli, aliter fuit obseruatum contra clericos non
beneficiatos, neque in sacris constitutos. Quinimmo
Alexand. *in consil. præallegato, num.*6. *in fin.* tenuit, quod
quantum ad amissionem priuilegij clericalis circa fo-
rum, nulla sit differentia inter clericos in minoribus,
& clericos in sacris constitutos: & allegat plures id te-
nentes, subdens, quod hanc opin. quod clericus se ge-
rens pro laico, deprehensus in crimine possit puniri
per iudicem laicum, communiter videntur tenere
Doctores, forte moti hac ratione, quia his tempori-
bus prælati reddunt se valde difficiles in huiusmodi
monitionibus faciendis, vt etiam dicit Afflict. *super
prima parte constitutionum Regni, rubr.*3. *post nu.*20. & ne
eorum iurisdictio restringatur, potius tolerant vitia
clericorum eis subditorum. Quod an bene factum sit,
Deus ipse iudicet. Ceterum clericus beneficiatus, li-
cet p incidat armatus, vt miles, non potest à iudice lai- p
co puniri; & ita declarauit Senatus in causa cuiusdam
Ludouici Scribani, 21. Maij 1554. P. N.

Sed q quid si facta sit monitio generalis in synodo, q
nunquid illa vnica sufficit, pro trina monitione? Resp. 20
quod sic, modo fiat expresse sub pœna priuationis pri-
uilegij clericatus. Ita tenuit Hostien. *in cap.*1. *ne clerici,
vel monachi*, & est communis opin. vt dicit Alexand. de
Neuo *consil.*60. *num.*14. r Talis enim monitio in syno- r
do facta, habet vim constitutionis, in qua regulariter
vnica sufficit monitio, neque plures requiruntur.

Regulariter etiam si clericus captus sit per iudicem 21
secularem, debet remanere pænes eum, donec fuerit
cognitum per iudicem ecclesiasticum de clericatu: &
s comperto, quod sit clericus, debet remitti ad eun- s
dem iudicem suum ecclesiasticum. Et ita seruari atte-
statur Afflict. *in d. rubr. post num.*19. t Hæc enim proba- t
tio, & cognitio, an aliquis sit clericus, siue ecclesiasticæ
iurisdictionis, debet fieri coram iudice ecclesiastico,
non autem coram iudice seculari. Et ita tenent com-
muniter DD. vt dicit Ripa *in c. decernimus, post num.*4.
vers. sed coram quo, de iud. Hanc etiam opin. dicit esse cō-
munem Didac. *in pract. quæst.*33. *num.*1. vbi etiam atte-
statur ita seruari in Hispania. u In hoc tamen Ducatu u
aliter seruatur; nam clericus, contra quem procedit
iudex secularis pro aliquo delicto, exhibet coram iu-
dice seculari iura sua, & instrumenta, & eis visis, iu-
dex secularis illum remittit ad suum iudicem ecclesia-
sticum, vbi sit in casu remissionis. Et ita seruari debe-
re rescripsit Senatus Prætori Laudæ in causa cuius-
dam Bartholomæi de Basilica Petri, qui faciebat se
clericum beneficiatum. 5. Nouembris 1556. P. N.
Illi x tamen, qui non sunt constituti in sacris ordinibus x
neque deferunt habitum, & tonsuram, vltra clerica-
tum tenentur exhibere titulum beneficij, & probare,
quod sint etiam in quasi possessione ipsius beneficij:
alias

alias non remittuntur ad iudices ecclesiasticos, vt supra dixi. Ceterum si sit controuersia non super clericatu, sed super habitu, vel tonsura, iudex laicus proculdubio est super eo iudex competens, vt dixi supra y versic. dixi clericum, circa fin. y † Debet autem iudex ec-
22 clesiasticus statim, quod ei innotescit clericum sibi subditum à iudice seculari detineri, illum repetere: alias posset tanquam negligens ab administratione deponi, & forte etiam criminaliter puniri, prout in facti contingentia consuluit Chassan. cons. 38.

Quæro z modo, quod si clericus, qui non defert ha-
z bitum, & tonsuram, immisceat se enormitatibus, nun-
23 quid etiam si à prælato suo non fuerit ter monitus, amittat priuilegium fori, ita vt possit à iudice laico puniri? Respond. Hæc est ardua quæstio, in qua Doctores multum varie loquuntur: & tota pendere videtur ab intellectu tex. *in c. perpendimus, de senten. excommun.* Ex quo secundum Doctores magis communiter colligi videtur, quod sacerdos, qui dimisso habitu, & tonsura immiscet se enormitatibus, amittat priuilegium fori, ita vt possit à iudice seculari puniri. Et plures opin. recenset Capic. *decisio.* 161. in causa Crusconi, licet non dicat, quid in illo casu fuerit iudicatum. In hoc igitur articul. aliqui dicunt, quod clericus, qui dimisso habitu, & tonsura immiscet se enormitatibus, non propterea amittit priuilegium fori, nisi prius et-
a iam fuerit à suo episcopo, vel prælato admonitus *a* trina monitione, vt à prædictis desistat, & habitum reassumat. Et hanc dicit esse communem opin. Roland. *consilio 4. numer.* 31. *libr.* 1. referens id attestari Alexand. *in consilio* 8. *libro* 1. de quo infra mentionem faciam. Viuius, qui alios refert (vt ipse ait) idem attestantes in libro communium opin. *in verbo, Clerici à potestate,* Menchiaca *libr. 3. de testibus*, §. 22. *num.* 63. Et dicit etiam Alber. *in 2. parte statut. quæstion.* 41. se vidisse communiter seruari, quod exigatur monitio, & si post monitionem se non correxerunt, perdant tunc priuilegium clericale, & subiaceant iudici seculari: quem refert, & idem attestatur Cæpol. *consil. crimin. 11. versicul. quintum etiam requiritur.* Alij, vt Cardin. *in dict. c. perpendimus,* faciunt differentiam, an talis clericus immiscens se enormitatibus interficiatur ab aliquo priuato, an autem à iudice: & dicunt, quod priuatus potest illum interficere absque eo, quod incurrat excommunicationem, ex quo propter delictum est ipso iure priuatus priuilegio *cap. si quis suadente diabolo, 17. quæstion.* 1. de quo priuilegio dixi infra *quæstion.* 77. *versicul. percutiens clericum, & aliis sequen.* Secus autem in iudice, quia (secundum eos) cum puniendo talem clericum iudex violet immunitatem fori Ecclesiastici, non effugit pœnam excomunicationis: & dicit Cardin. quod illud *cap. perpendimus*, communiter ita intelligitur, quod scilicet ille comes, vt priuatus, illum presbyterum interfecerit. Sed certe hoc nullo modo est tenendum, & expresse illud reprobat Alexand. de Neuo *in dicto consilio 59. numer.* 12. dicens, quod Cardinal. hoc verum non dicit, & quod imo ceteri Doctores, nemine discrepante, tenent, quod non incurratur excommnnicatio propter mortem talis clerici, quia priuatus erat priuilegio fori, & quod communiter intelligunt illum textum, quod comes tanquam iudex, non tanquam priuatus interfici fecerit illum presbyterum. Et certe esset absurdum aliter dicere, vt demonstrat Alexand. de Neuo *in loco præallegato*, & aperte hac sonant verba text. dum dicit à B. comite iussus est fustigari, qui possea eius mandato traditus patibulo expirauit: quæ verba fustigationis, & patibuli non conueniunt priuatæ vindictæ, sed publicæ Iustitiæ. Goffr. autem relatus ab Alexand. de Imola *in allegato consil. 8. post numer.* 2. dicebat, quod ille text. *in dicto capitulo perpendimus*, procedit in clerico constituto in minoribus, vt scilicet si dimittat habitum, & tonsuram, & immisceat se enormitatibus, amittat priuilegium fori, non autem in clerico in sacris constituto. Sed certe hoc expresse repugnat tex. *d. capituli*, quod expresse loquitur in sacerdote, & ideo subdit Alexan. de Imola *ibi*, quod iste intellectus non est tenendus, sed quod verior, & magis communis intellectus est, quod dictum capitulum perpendimus, locum habeat in priuilegio canonis, si quis suadente, de quo dixi infra *quæst. 77. versicul. Sed an percutiens.* non autem priuilegio fori; nam istud (secundum eum) non amittitur nisi præcedente monitione: & re vera negari non potest, quin iste intellectus multum applaudat litteræ illius capituli, dum dicit, propter hoc ad obtinendam absolutionem apostolicam sedem adire cogantur: quæ verba magis videntur conuenire excommunicationi, quæ infertur ex dispositione canonis, si quis suadente, quam illi, quæ infertur propter violatum priuilegium fori. Et quod monitio requiratur, dicunt in practica seruari Alber. & Imola *in locis per me supra relatis.* Et secundum hanc opinionem Alexand. de Imola *in dicto consilio* 8. dicit millies, imo semper fuisse iudicatum per curiam, & consilium Neapol. Grammat. *super constit. Regni folio 29. col. 1. versic. Decimo vbicunque:* Sed tamen neque iste intellectus est communis: nam vt fatetur Carrer. ibi in decima oppositione, scribentes in distincte tenent, quod si clericus, dimisso habitu clericali, immiscet se sæuis, perdit omne priuilegium, etiam quo ad forum, etiam si non fuerit ter monitus, prout illum refert, & attestatur hanc esse communem opin. Alex. de Neuo *in allegato consil. 59. post numerum* 20. Aliqui verò, licet transeant cum hac sententia, quod scilicet non requiratur monitio, addunt tamen, quod talis clericus non modo immiscuerit se enormitatibus, & sæuis, sed diu etiam in illis perseuerauerit. Et ita hanc opin. tanquam magis communem obseruari, & tempore suo obseruatam fuisse asserit Aufre. *in repet. clement. prima, de offic. ordin. in prima regula nu.* 27. quem refert Boss. *in titul. de foro competent. numer.* 139. Pract. Contradi, *fol. 247. in 19. limitatione,* & Grammat. *in loco supra allegato.* Didac. *pract. quæstione 32. post numerum secundum, versic. Tertio bis erit.* vbi etiam dicit, quod credit eam moribus receptam in clericis primæ tonsuræ. Et dicit Chassan. *super consuetud. Burgund. fol. 50. num.* 55. quod hanc opin. vidit communiter obseruari. Exempla tamen, in quibus idem Aufre. refert dictam opin. obseruatam fuisse, non sunt in clericis, qui diu in enormitatibus perseuerassent, sed in iis, qui aliquod delictum enorme, & sæuum perpetrassent, scilicet in clerico, qui occiderat per insidias virum, cuius vxor erat eius adultera, & in alio, qui commiserat crimen læsæ Maiestat. & huiusmodi. Hanc eandem opin. nulla facta mentione de perseuerantia, tanquam magis communem obseruatam fuisse refert Boer. *decisio. 69. numer. 16. & sequen.* in clerico, qui ex proposito occiderat quendam barbitonsorem, & in aliis, prout etiam multa huiusmodi exempla in primo delicto enormi absque vlla perseuerantia, aut reiteratione refert Guliel. Bened. *in prima parte repet. capitulo Raynu. in verb. vxorem nomine Adelasiam fol. 81. nu. 149. & sequen.* secundum quam etiam decisum fuit per parlamentum Tholos. teste Guid. Papæ *decisio. 138. in camera consilij.* Ex quibus omnibus apparet, quod secundum magis communes decisiones præallegatas, & consuetudines approbatas clericus siue in sacris, siue in minoribus constitutus, qui dimisso habitu clericali aliquod enorme delictum committit, etiam nulla monitione præcedente, amittit priuile-

deponens falſum teſtimonium coram iudice laico poſſit ab eo puniri. Dixi infra, *quæſtion.38. verſic. ſed hic quæro.*

29 Item quæro *f* nunquid clericus imputatus de aſſaſſi-
f nio, poſſit puniri per iudicem ſecularem. Reſp. quod
g ſic; tales enim aſſaſſini *g* ſunt diſſidati à toto populo Chriſtiano: & poſſunt à quocunque impunè offendi, vt eſt text. *in c. vnico, de homi. in 6.* & dixi ſupra, *hoc eo. lib. 5. Aſſaſſinium verſ. ſed quæro.*

30 Sed quæro, Tuſcis, quod in caſibus, in quibus clericus poteſt puniri à iudice ſeculari, requiritur ſolen-
h nis, *h* degradatio, & traditio curiæ ſecularis, vt dixi infra *verſicul. Scias autem, & ſequen.* nunquid hæc etiam requirantur, quando clericus de aſſaſſinio imputatur? Reſpond. quod non requiritur actualis, neque ſolemnis depoſitio, vel degradatio. & eſt communis opin. vt dicit Lambert. *in cap. 1. qu. 11. num. 88. de hæret. in ſexto,* quem refert Vliuus *in libro communium opinion. in verbo, Iudex laicus poteſt,* Diaz. *in pract. crimin. canon. c. 91.* Didac. *lib. 2. reſolutionum, capit. 20. poſt numerum* 10. *verſiculo, Sexto deducitur,* Placa *libro 1. delictorum, cap. 19. numero 26.* referens idem atteſtati Remig. Gond. *de immunitate eccleſiarum, folio 144. fallen. 15. numero* 10. Et ita in practica obſeruatur, vt ait Diaz. *in dicto cap. 93.* quem refert Pract. Conradi, *folio* 247. *ver-*
31 *ſicul.* 18. fallit. Bene verum eſt, quod requiritur ſententia declaratoria, per quam iudex pronunciet ipſum eſſe aſſaſſinum. Et hæc eſt communis opinio vt dicit Pract. Carrer. *fol.* 280. *numero* 11. Capic. *deciſione* 111. *numero ſecundo.* Placa *in dicto cap. 29. num. 27.* qua declaratione ſic facta, non requiritur alia ſententia, per quam imponantur pœnæ contentæ *in dicto capit. vnico,* ſed ſtatim illas incurrit ipſo iure, & facto. Et ita dicit teneri communiter omnes Doctores Alexand. *conſilio 166. num. 5. lib. 7.* Sed nunquid talis declaratoria fieri poteſt per iudicem ſecularem, an autem requiritur in primis, quod iudex eccleſiaſticus pronunciet ipſum eſſe aſſaſſinum? Reſpond. De iure
i *i* res videtur clara, quod ſpectat ad iudicem eccleſiaſticum, ſed de conſuetudine ego video apud nos ſeruari, quod ſi talis clericus eſt in fortiis iudicis ſecularis, non fit aliqua declaratoria ſuper hac qualitate, neque per iudicem eccleſiaſticum, neque per ſecularem, ſed reiecta exceptione clericatus, proceditur ad vlteriora contra talem clericum imputatum de aſſaſſinio, & retinetur in curia ſeculari iudicandus: & deinde perfecto proceſſu, & conſtito de aſſaſſinio, infertur per ipſum iudicem ſecularem ſententia declaratoria vna cum ipſa condemnatione. Et ita etiam reperio in facti contingentia obſeruatum fuiſſe per Conſ. Neapolita. vt atteſtatur Capic. *in allegata deciſ. 112. num. 4. & ſeq. & dec. 155. poſt num. 25. verſic. Sed hanc. ſententiam,* & Gram. *voto 8. & voto 11.*

32 Quæro etiam, Tu ſcis, quod regulariter clericus propter aliquod, quamuis graue, delictum non traditur curiæ ſeculari, niſi ſit incorrigibilis, vt dixi infra, *verſic. dixi etiam*: nunquid ergo propter crimen aſſaſſinij erit tradendus curiæ ſeculari non expectata incorrigibilitate? Reſpond. quod ſic. & eſt communis opin. vt dicit Gul. Benedict. *in quæſt. de homicid.* quam poſuit *poſt repet. cap. Raynutius, fol. 41. in fin.* quem refert Placa *in d. capit. 29. poſt numerum* 26. Et licet ipſe videatur ſentire contrarium, ex quo iſte caſus (vt ipſe dicit) non eſt ſpecialiter exceptuatus à regula, non tamen eſt à communi opin. recedendum, quæ innititur verbis text. *in d. cap. vnico,* expreſſè diſponentis, quod abſque vlla depoſitione vel ſententia, ipſo iure, & facto relinquatur curiæ ſeculari, in qua ſeculari curia parum curamus, an quis ſit incorrigibilis, vel ne, vt eſt omnibus notiſſimum.

Succeſſiuè quæro, nunquid clericus, qui ſit incorri- 33
gibilis, poſſit puniri per iudicem ſecularem. Reſpond. quod regulariter, licet ſit incorrigibilis, non poteſt puniri à iudice laico, niſi prius ſit degradatus, & traditus curiæ ſeculari. Scias tamen, quod ſi talis clericus ſit verè incorrigibilis, eo caſu vtique poterit per iudicem ſecularem, abſque vlla degradatione puniri, & hoc etiam, ſi ſit in ſacris conſtitutus. Et eſt communis opin. vt atteſtatur Dida. *pract. qu. 32. poſt numerum ſecundum verſic. Secundo eſt adnotandum.* Scias etiam, quod quando clericus incorrigibilis non poteſt puniri ab eccleſia, poteſt ipſo iure comprimi à iudice ſeculari, abſque alia degradatione. Et hæc eſt communis opin. Mod. vt dicit Aret. *in cap. cum non ab homine, poſt n. 39. verſ. tertia fuit opinio, de iudiciis:* quem refert Diaz. *in pract. crimin. canon. c. 131.* Et ita aliquando ſeruatum fuiſſe per Senatum dixi ſupra *verſ. ceterum ſi clericus.*

Sed quæritur, nunquid requiratur declaratoria ſu- 34
per huiuſmodi incorrigibilitate prius, quam clericus poſſit per iudicem laicum puniri. Reſpond. Fel. *in dicto capit. cum non ab homine, poſt numerum* 10. dicit, quod poteſtas, quæ datur iudici ſeculari ſuper clerico incorrigibili, non exercetur, niſi declaretur qualitas incorrigibilitatis. Et dicit quod ita colligitur ex omnibus dictis Doctorum communiter, & Felin. refert, & ſequitur Diaz *cap. 131.* Boſſ. autem *in titulo de foro compet. num.* 132. dicit, quod clericus, qui non incedit in habitu, dicitur incorrigibilis, ſi præceſſiſſet trina monitio; ille vero, qui incedit in habitu, dicitur incorrigibilis, quando primo eſt depoſitus, ſecundo excommunicatus, tertio anathematizatus, & adhuc in contumacia perſeuerat. Qua forma ſeruata, dicit ipſe, quod abſque alia declaratione efficitur fori ſecularis: & ſubdit, quod ita tenent communiter Doctores, licet poſtea dicat, quod iſta forma rarò videtur in vſu. Ceterum Chaſſan. *ſuper conſuetu. Burg. fol. 51. poſt numerum 66.* dicit, quod in curia Pariſienſ. obſeruatur, quod poſt binam remiſſionem de delictis, pro quibus ingeritur pœna mortis, clericus habetur pro incorrigibili, tam in odium incorrigibilitatis, quam in odium iudicis eccleſiaſtici, negligentis eum corrigere. Idem etiam declaratum fuiſſe per parlamentum Pariſienſ. in criminibus, in quibus pœna mortis non ingerebatur, refert Papo *lib. 1. tit. 6. arreſto* 5. Quæ obſeruantia mihi ſatis placet.

Scias autem, *k* quod regulariter clericus in ſacris *k*
conſtitutus, non poteſt propter quodcunque etiam e- 35
normiſſimum crimen à iudice ſeculari puniri, niſi pri-
us ſit à iudice eccleſiaſtico *l* degradatus, & traditus cu- *l*
riæ ſeculari. Et hoc omnes fatentur, vt ait Didac. *pract. quæſtione 33. numer. 2.* Duo itaque requiruntur ad hoc, vt iudex laicus poſſit clericum punire; primum, quod ſit degradatus: ſecundum, quod ſit tra-
ditus curiæ ſeculari. *m* Degradatio autem eſt duplex, *m*
verbalis ſcilicet, & actualis, vt dixi infra *quæſtion. 74.* Et effectus huius differentiæ eſt maximus; nam quando degradatio eſt tantummodo verbalis, iudex laicus nullam habet iuriſdictionem in clericum ita degradatum, niſi tradatur etiam curiæ ſeculari, vt dixi: Sed ſi ſit actualiter degradatus, poteſt iudex ſecularis eum punire abſque alia traditione. Et hæc eſt communis opin. vt dicit Alcia. *in d. cap. cum non ab homine, num.* 108. prout illum refert Villalob. *in ſua collecta communium opin. in littera C. verb. clerici nunquam fuerunt, verſ. fallit in clerico.*

Scias *n* etiam, quod clericus non eſt degradandus, *n*
niſi pro tribus criminibus, ſcilicet hæreſis falſi com- 36
miſſi in litteris Apoſtolicis, & conſpirationis *o* in pro- *o*
prium epiſcopum. Et hæc eſt communis theorica Doctorum, vt ait Gul. Bened. *poſt 3. partem repetitionis*

cap. Raynutius, in quæstione, de homic. num. 3. & seq. quem refert Foller. *in pract. crim. cano. fol. 272. num. 23.* In alijs autem quantumcumque grauibus delictis, sufficit sola depositio absque degradatione. Et ideo quamuis clericus commiserit crimen enorme, & grauissimum, etiam si occidisset summum Pontificem, non debet degradari, si paratus sit se corrigere, sed debet detrudi in perpetuum carcerem, vel in monasterium. Et est communis opin. vt dicit Boss. *in titul. de foro compet. numer. 136.* Sed certe quidquid sit de iure, contrarium obseruatur in practica, vt dixi infra, *versic. Pariter etiam.*

37 Dixi etiam, quod ad hoc vt clericus, in sacris constitutus possit puniri à iudice laico, requiritur vltra degradationem, quod sit traditus curiæ seculari. Scias autem, quod regulariter clericus etiam depositus non debet tradi curiæ seculari, nisi *p* sit incorrigibilis. Et hæc est communis opin. vt dicit Abb. *in d. c. at si clerici, post numer. 38. versic. Et sic residet, de iud.* Si vero sit incorrigibilis, tunc potest iudex laicus, absque alia traditione facienda per iudicem ecclesiasticum, illum punire. Et est communis opin. vt dicit Alexand. de Neuo *consil. 59. numer. 29.* Quinimò ibi *numer. 30.* dicit communem opin. esse, quod etiam absque degradatione possit clericum punire, & dicit, quod hanc esse communem attestatur Butrius *in d. cap. cum non ab homine.*

38 Hinc infertur, quod licet ex dispositione *c. si quis sacerdotum, 11. quæstion. 2.* clericus propter calumniam, vel contumeliam illatam episcopo sit deponendus, & tradendus curiæ seculari, illud tamen intelligendum est, si sit incorrigibilis: & ita tenet gl. *in d. c. cum non ab homine, in gl. fin. de iud.* cuius opinio tanquam mitior communiter approbatur, vt dicit Abb. *in d. cap. at si clerici, post numer. 37.* Summa Siluestrina *in verbo, Degradatio, quæst. 2.* Hanc etiam opin. dicit tenere communiter Doct. Aug. ad Aug. *de malef. in verb. Et ibi caput n. 42.* Anan. *in c. ad abolendam, post n. 19. ver. Tertius casus est, de hæret.* Aret. *in d. c. cum non ab homine, nu. 71.* quem refert Diaz. *in pract. crim. canon. c. 109.*

39 Videmus etiam, quod quamuis clericus coniunctus de crimine falsi statim sit deponendus, & tradendus curiæ seculari, *cap. ad falsariorum, de crim. falsi,* nihilominus hoc regulariter non seruatur, vt dicit Annan. *in rub. de falsis, circa fin.*

40 Pariter etiam licet clericus condemnatus pro enormi homicidio sit deponendus, & tradendus curiæ seculari, non tamen potest statim post depositionem tradi curiæ seculari, sed debet expectari, quod sit incorrigibilis. Et est communis opin. vt dicit Aret. *in d. cap. cum non ab homine, numer. 80.* quem refert Dec. *in d. c. at si clerici, numer. 259.* Arnal. Albe. *in c. quoniam, colum. 124. in fi. vers. nihilominus tamen, de hæret. in 6.* quem refert Diaz. *in practic. crimin. canon. cap. 60.* relatus per Didac. *lib. 2. resolutionum, cap. 20. post num. 7.* & Foller. *in pract. crimin. fol. 66. numer. 45. circa fin.* Placa *lib. 1. delictorum cap. 21. num. 13.* Berous *in d. c. at si clerici numer. 185.* Bossius *in tit. de foro compet. num. 141. in fin.* Contrariam tamen sententiam, quod scilicet clericus pro enormi homicidio, aut alio delicto tradendus sit curiæ seculari, dicit esse magis communem Guliel. de Bened. *post tertiam partem repetit. cap. Raynutius, in d. quæstion. de homicidio, numer. 40. in fin.* quem refert etiam Didac. *in loco prællegato,* non bene relatus per Villalobum *in sua collecta communium opin. in littera I. num. 8.* refert etiam Menchiaca *de testam. lib. 3. §. 22. post numer. 52.* Ita etiam dicit communiter teneri Practic. Carrer. *fol. 554. numer. 58.* Et hæc opinio seruatur in practica, vt scilicet clericus propter homicidium proditorum, vel aliud enorme, & grauissimum delictum degradatus, tradatur curiæ seculari, non expectata incorrigibilitate, vt in facto quandoque seruatum fuisse refert Dec. *in d. c. at si clerici, colum. fin.* Diaz. *in d. cap. 90.* quem refert Foller. *in pract. crim. canon. fol. 253.* Et se ita alias practicasse refert August. ad Angel. *de malef. in verbo, Et ibi caput, post numer. 43.* & ego etiam aliquando vidi seruari. Ego in huiusmodi casibus enormibus, stante hanc varietate opinionum, crederem hoc relinquendum esse arbitrio ipsius iudicis ecclesiastici degradantis, qui secundum qualitatem facti, & personarum decerneret, an esset tradendus curiæ seculari, vel non. *p* In dubio tamen dicerem non esse faciendam traditionem clerici delinquentis, qui non esset incorrigibilis, nisi natura rei, & circunstantiæ criminis aliud suaderent. Et hanc sententiam tanquam communem, & regulis iuris consentaneam amplecti videtur Didac. *in loco prælleg. vers. hinc sanè.*

Nunquid autem episcopus, aut clericus committens crimen læsæ Maiest. in Principem secularem sit illi tradendus; dixi supra *vers. Quæro nunquid.* 41

Sed an iudex secularis, cui traditus est clericus degradatus per iudicem ecclesiasticum, poterit illum punire corporaliter? Resp. Si considerentur verba tex. *in d. c. cum non ab homine* videtur dicendum, quod non, cũ ibi expresse dicat summus Pontifex, quod non debet puniri ad mortem, sed tantum pœna exilij, vel *q* alia legitima pœna, & verbum, *Alia,* videtur intelligendum de simili, iuxta ea quæ dixi infra *li. 7. §. alius.* Sed in hoc non est insistendum: nam de facto contrarium seruatur, quia scilicet iudices seculares illos puniunt pœna mortis: & ita vbiq; seruari attestatur Chassan. *super consue. Burgun. fol. 51. post n. 66.* 42

Sæpe *r* numero contingit, quod delinquentes post commissa scelera faciunt se clericos: Quæro, nunquid clericus, qui post commissum delictum assumpsit clericatum, aut factus est religiosus, possit puniri à iudice seculari. Resp. Aliquid dicunt simpliciter, quod non, & ita fuisse alias indicatum in curia Aquensi refert Oldr. *cons. 4. in fin.* Tu vero dic, quod aut talis delinquens suscepit absq; fraude ordinem ecclesiasticum: & tunc liberatur, & eximitur prorsus à iurisdictione iudicis laici, & relinqui debet iudici suo ecclesiastico puniendus, & hæc conclusio est frequentiori doctorum calculo recepta, vt attestatur *Placa lib. 1. delic. c. 35. nu. 5.* Aut vero assumpsit ordinem ecclesiasticum in fraudem, vt scilicet se eximeret à iurisdictione seculari? & tunc non liberatur, sed potest per iudicem laicum contra eum procedi, & est communis opin. vt ait Imola, *cons. 119. numer. 1.* Didac. *pract. quæst. 32. post numer. 4. versic. secunda conclusio,* Placa *in loco prællegato post nu. 1.* *s* Bene verum est, quod hoc casu non poterit puniri corporaliter à iudice laico, sed tantum in confiscatione bonorum, aut pecuniaria: & sic remanet subditus ratione causæ, & bonorum, non autem respectu personæ. Et ita communiter tenetur, vt dicit Aufrer. *in d. Clem. 1. in 1. regulas num. 19. de offic. ord.* quem refert Didac. *in d. q. 32. post nu. 4. versic. Tertia conclusio,* & Nunius *de los corrigidores, fol. 137. col. 1. versic. imò fortius,* & Viuius *in lib. communiũ opin. fol. 22. in verbo, Ordo Ecclesiasticus,* hanc etiam dicit esse commun. opin. Placa *in d. cap. 35. num. 3.* Bossius *in tit. de pœnis, num. 38.* Pract. Conradi, *fol. 247. vers. Vndecimo fallit.* Deberet tamẽ iudex ecclesiasticus talem clericum, qui ecclesiasticum ordinem in fraudem suscepit, degradare, & tradere iudici seculari etiam corporaliter puniendum. Hanc autem conclusionem iudices seculares non obseruant, vt dicit Bart. *in d. l. numer. 3. in fi. ff. de pœnis,* quem refert Igneus *in l. fideicommissum, post numer. 266. ff. ad Syllan.* Nam (vt ait Bar. ibi) ex quo iudices ecclesiastici plerumque solent in hoc se præstare difficiles, solent iudices seculares, 43

absque

absq; hac solemnitate degradationis nihilominus eos ad mortem condemnare, & propriam sententiam exequi, licet secundum eum *t* male faciant.

44 Sed hoc proposito *u* quæro, quando præsumatur delinquentem suscepisse clericatum, aut ingressum fuisse religionem in fraudem, vel non. Respon. quod si prius fuerat de ipso delicto delatus, vel etiam diffamatus, præsumitur *x* in fraudem fecisse, & ita censet maior pars interpretum, vt attestatur Placa *in d. cap. 35. nu. 1. circa fin.* & alias Senatus in causa cuiusdam Oldradi Curticæ iudicauit beneficium in fraudem susceptum fuisse, quoniam post commissum delictum illud adeptus fuerat, 19. Nouemb. 1552. P. N. Hoc autem multo magis locum haberet in eo, qui iam fuisset condemnatus. Et ideo reiecta fuit per Senatum hæc exceptio in facti contingentia in quodam Bartol. Trotto, qui dum esset vxoratus, condemnatus fuerat in pœnam pecuniariam, eo quia non præsentauerat quendam reum pro quo fideiusserat: deinde fecit se clericum, & Senatus non obstante clericatu iussit contra eum procedi per iudicem laicum, 9. Septemb. 1559. P. N.

45 Sed nunquid si delinquens ingrediatur religionem, monasterium tenebitur pro delicto ipsius ingressi, prout etiam dixi in hærede, infra *quæstione 51. versic. sed hic quæro.* Respon. quod tenebitur ipsum monasterium, quatenus ad eum peruenit. Et hæc est communis opin. vt dicit Albert. *in Auth. ingressi, n. 2. circa fin. C. de sacrosan. eccles.*

46 Euenit plerunque, quod in eodem crimine committendo interueniunt simul clerici & laici, & iudex ecclesiasticus procedit contra clericos, iudex vero secularis procedit contra laicos: Quæro, nunquid causa sit etiam quo ad laicos remittenda iudici ecclesiastico, & hoc, ne continentia causæ diuidatur, & ne forte etiam diuersæ sententiæ sequantur. Respond. de iure. quod sic. ita dicit Anton. de Prato veteri *in l. 1. in fin. quæ sent. sine app. rescind.* Nam (vt ipse ait) magis dignum trahit ad se minus dignum. *capit. quanto, de iud.* prout est communis regula, teste Gomes. *in cap. 1. numer. 47. in fin. de rescript. in 6.* Et hanc opin. dicit esse communem Boss. *in tit. de foro comp. numer. 116. in fin.* Et ita se quandoque vidisse in practica obtineri attestatur Socin. *in l. cum senatus, in fin. ff. de rebus dubiis*, quem refert Bossius *in titulo de foro compet. numer. 147.* & Follet. *practic. crimin. fol. 75. numer. 79.* Ita etiam se in facti contingentia obtinuisse attestatur Ioan. Arnold. *y soliloquio 57. non est negligendum. y* Sed certe, quicquid sit de iure, hæc opinio non seruatur in practica, vt dicit Igneus *in l. 1. §. si quis in villa, numer. 27. ff. ad Sylla.* Et ita in hoc Ducatu semper vidi seruari, quod iudex laicus cognoscit quo ad laicos, & ecclesiasticus, quo ad clericos: & ita etiam reperio in facti contingentia seruasse Cons. Neapolitan. vt refert Capic. *decisione 163.* & licet Chassan. *super consuet. Burgun. folio 51. post numerum 69.* dicat se vidisse in hoc Ducatu obseruari prædictam decisionem Anton. de Prato veteri hoc forte potuit esse suis temporibus hodie certe seruatur totum contrarium, prout etiam se vidisse contra eam sæpius iudicari, attestatur Igneus *in l. Senatusconsulto, numer. 4. ff. ad Sylla.* Et ego pluries ita vidi iudicari, & in specie in causa quorundam de Castellino, 23. Martij 1551. R. Et hanc opin. contra Anton. in practica seruari attestatur etiam Rebuff. *in repet. auth. habita, priuilegio 106.* & Anto. Gomes. *cap. 10. dilectorum, num. 6. in fin.* & alij plures, quos refert Didac. *in pract. q. z 34. num. 1. in fin. z* Et ideo ab hac communi obseruantia non recedas in practica.

47 Quæro, *a* quid si per laicum illata sit iniuria clerico, nunquid cognitio spectet iudici ecclesiastico. Respon. gloss. *in Auth. Item nulla communitas, in verbo, ab ecclesia, C. de episcop. & cle.* tenuit, quod sic: Alij vero dicunt, quod quando laicus offendit clericum, potest vterque iudex de ipso delicto cognoscere, & inter ipsos est locus præuentioni. Et ideo si iudex ecclesiasticus prius procedere ceperit, ipse præferretur, & econuerso. Et ita seruari attestatur Guido Papæ *decis. 561. vtrum officialis, numer. 5.* & ita iudicatum fuisse in parlamento Gratiano refert Pap. *lib. 4. titul. 4. arresto 6.* Mihi magis placet, quod vterque iudex procedat, & vterque condemnet, prout se in facti contingentia obseruasse attestatur Amed. *de synd. numer. 181.* vbi dicit, quod episcopus ciuitatis procedebat contra percutientem clericum ad pœnas spirituales, & ipse procedebat ad pœnas fisco applicandas; vterque enim iudex videtur offensus: merito vterque ad pœnam sui fori procedere debet, cum pœna spiritualis non tollat temporalem, nec econtra, vt dixi infra *quæstione 57. vers. sed quæro.*

Quæro, *b* quomodo fiat remissio clericorum à iudicibus laicis ad ecclesiasticos. Resp. in aliquibus prouinciis consuetudo est, quod fiant tales remissiones cum irrisione maxima ipsorum clericorum, & plerunque etiam cum mitra in capite, vel tubis sonantibus, quod seruatum quandoque fuisse in ciuitate Perusij refert Angel. *in l. lege Iulia. circa fi ff. ad l. Iul. de vi publi.* Solent etiam aliqui iudices eos mittere ligatos in maxima populi frequentia. Et alij faciunt eis radi caput, ne videatur corona clericalis, & ipsos tanquam laicos remittunt iudici ecclesiastico, vt refert Paris Put. *de synd. folio 220. post numerum 5.* In hac autem prouincia tales remissiones fiunt sine aliquo ipsorum clericorum dedecore, aut ignominia; Et hæc consuetudo tanquam iustior, & honestior seruanda est. Et refert Paris Put. *de syndic. folio 391. in verbo Remissio*, quod quidam regius, qui remisit clericum cum catena in collo ad Episcopum, fuit priuatus officio, quem refert Carauita *super ritu magnæ curiæ 235. numer. 7. & sequen.* vbi dicit hoc intelligendum esse, nisi catena illi apposita fuisset causa custodiæ potius, quam causa ignominiæ. 48

Vltimo *c* quæro, nunquid quando iudex secularis remittit clericum ad iudicem ecclesiasticum, teneatur ipse iudex ecclesiasticus stare processui facto à iudice seculari remittente. Respond. quod non, est communis opin. vt attestatur Dec. *in c. at si clerici, de iud.* prout illum refert Grammat. *cons. crimin. 42. num. 1.* & Viuius *lib. communium opin. in verbo, Iudex laicus.* Sunt enim acta facta coram iudice incompetente. Quid autem in confessione, dixi supra *quæstio. 21. versic. hunc tamen.* Vide in hoc proposito ea, quæ dixi infra *q. 50. vers. quæro etiam.* 49

ADDITIONES

Ad Quæst. XIX.

OMnium autem exceptionem] Adde, quod ista † conclusio siue regula, quod Iudex secularis non possit cognoscere de delictis clericorum, procedit, siue clericus sit in sacris, siue in minoribus ordinibus tantũ constitutus. Bertaz. *in cons. 78.* & ibi addentes *vol. 1.* vbi latè de captura † clerici facta per iudicem laicum, & quando sit licita † sed hoc priuilegium declinandi forum non competit famulis clericorum, secus autem famulis episcopi, qui hoc priuilegio gaudeat, Capyc. *decis. 11.* & Boss. *in tit. de foro compet. n. 127.*

Itẽ adde, quod † ista regula fallit in quatuordecim casibus, in quibus iudex secularis potest cognoscere de crimine clerici criminaliter intentati, & in multis aliis casibus, quando agitur ciuiliter, vt plenè per Chassan. *in consuetud. Burgund. Rub. 5. 5. numer. 47. cum sequen. fol. 192.* & Gulielm. de Bened. *in c. Raynutius in verb. & vxorem nomine Adelasiam, num. 459. vsque ad nu. 490. de testam.* vide etiam Carau. *in rit. 255.* vbi dicit, quod

Cæsar Pirrinus *in d. ritu inter comment. Cauens.* enumerauit viginti, & vnum casum *in criminalibus & ciuilibus* 32. vide etiam Aufter. *in tract. de potest. secul.* & Marant. *in 4. part. dist. 11. num. 2. & sequent.* in viginti casus etiam accumulauit Decian. *in tract. crimin. tom. 1. cap. numer. 66. cum seq.* & iudices seculares in quibus casibus in Regno Neapolit. procedere possint per iura Regni contra personas Ecclesiasticas, & earum vasallos, & quomodo, latè habetur per Ioan. Anton. de Nigr. *in c. ad regalis fastigium*, & in multis aliis capitulis ibi per eum allegatis, & similiter
5 regula est, quod iudex † ecclesiasticus non possit cognoscere de delictis contra laicos, ad quam regulam sexaginta sex limitationes ponit Decian. *in d. tract.* vbi supra *cap.* 10. vbi latissimè hanc materiam tractauit.

6 Item adde alium casum, quod Princeps † secularis, vbi ei est suspectus clericus, potest illum non admittere, & eijcere, licet ei à Papa sit concessa Ecclesia, secundum Abb. *in cap. 1. col. fin. vers. item potest. in fine de electio.* & ibi dicit, quod non teneatur admittere Prælatum, de quo non posset confidere, ne fortè panderet aduersario secreta Prouinciæ, & idem Abbas *in c. cum terra, colum. 2. eod. tit.* & Innocent. *in cap. super his colum. penul. de accu-*
7 *sat.* & dicit etiam Abbas *in dicto cap. 1.* quod clericus † potest eijci, quando populus eum odit, & est periculum scandali, & sequitur Felin. *in c. 2. vers. decimo, de praescript.* Verum dicit Bal. *in c. 1. §. si clericus*, de pace tenenda, quod in isto secundo casu debet fieri cum licentia Papę, & hoc credo verum esse, nisi periculum esset in mora.

8 Item adde, quod Iudex † temporalis attentans velle procedere contra Clericum incurrit sententiam excommunicationis
9 ipso facto, secundum Guid. Pap. *decisione* 77. sed verius † est, quod non ipso iure sit excommunicatus, sed compellendus, vt desistat, per censuras ecclesiasticas *c. seculares de foro compet. in 6. & in addit. ad d. decisio. 77.* Guidon. Pap. & per Decian. *in d. tract. crimin. lib. 4. c. 13. num. 11. & in d. c. latissimè.* habetur etiam de inhibitionibus quæ fiunt per ecclesiasticos secularibus Iudicibus, & econtra.

Et quando Iudex ecclesiasticus possit inhibere Iudici seculari, vide Butr. Abb. & alios *in cap. suam de ord. cogn. & in c. dilectus filius, de rescriptis.* Alex. *in cons. 156. visis actis vol. 2.* & Federic. de Sen. *in cons. 300.* factum est tale debitor promisit.

Item adde, quod priuilegium fori, quod competit clerico, non competit eius fideiussori laico, & sic non poterit declinare forum, nam exceptio declinatoria fori competens principali non competit eius fideiussori, siue cessionario, *l. si reus, ff. de Iud. sol. & l. sed si restituatur §. 1. ff. de iud.* & etiam quia exceptio, quæ competit personæ principalis non competit fideiussori *l. exceptiones, quæ personæ, ff. de exceptionibus, & l. in omnibus, ff. de reg. iuris*, sed hæc exceptio inest personæ clerici, ergo non prodest fideiussori, & ita tenet Bal. *in rubr. C. de priuil. dotis.* Baiar.

b *Iudex secularis*] Adde sup. *q. 28. vers. si vero loquimur.* Dro. *Iudex secularis*] Far. *in tit. de inquisit. vol. 1. q. 8 n. 20.* Ros.

c *Sed ea retenta*] Farin. *d. q 8. nu. 30.* vbi *nu. 4.* loquimur etiam de Papa. *Ros.*

d *Secundo infertur*] Vel possit clericus tali priuilegio renunciare, Farin. sup. *n. 10.* Ros.

10 *Secundo infertur*] Adde videndum † Cepol. *in cons. 11. in 5. quæst.* & etiam cum consensu episcopi renunciare non potest, Gram. *decis. 29. n. 9.* nec etiam cum iuramento, Io. de Campeg. *consil in 51. n. 2. inter cons. crim. to. 2.* Baiar.

e *Renunciare*] Vide plene in terminis per Cepol. *cons. 11. in 5. quæst.* Giach.

11 f *Est autem hæc exceptio*] Adde, † quod si compareret, & non declinat forum per iudicem ecclesiasticum, pœna extraordinaria puniri debet, etiam si statutum prohiberet declinare forum, Gram. *in decis. 29. n. 7.* Baiar.

g *Comparere.*] Et teneatur illud allegare, alias mulctari posset. Farin. *d. q. n. 15.* Ros.

h *Non propterea poterit iudex*] Adde, quod Iudex tamen laicus condemnat clericum in expensis, quando coram Laico litigando succumbit, Marant. *4. par. Iud. dist. 11. sub tit seculare, vel ecclesiasticus, nu. 59. cum seq.* vbi plura in hac materia. *Drog.*

i *Ad iudicem suum ecclesiasticum*] Clericus autem ad hoc, vt non possit in non suum iudicem consentire, quæ requirantur, vide in Spec *in tit. de compet. iud. ad l. §. 1 n. 22.* Giach.

k *Et hæc quidem conclusio*] Clericus pro crimine coram laico reconuenti non potest in criminalib. Far. sup. *n. 99. & 100.* Ros.

l *Quæro an clericus*] Nec non & clericus coniugatus Far. sup. *nu. 60.* Ros.

12 *Quæro, an clericus*) Adde. † quod hodie per sacrum Concil. Trident. *in sess 23. cap. 6. incipien. nullus prima tonsura*, fuit prouisum, quod in clericis coniugatis seruetur *constitutio Bonifacii Noni, quæ incipit Clerici, qui cum tunicis*, modo hi clerici alicui ecclesiæ seruiant, vel ministrent, & clericali habitu, & tonsura vtantur, nemini quo ad hoc priuilegio, vel consuetudine etiam immemorabili suffragante, & ad hoc vide Farin. *in quæstio. 8. nu. 6. cum sequen.* & Campeg. *in tracta. & regu. de test. reg. 417.* & in hac materia clericorum coniugatorum multæ quæstiones habentur per Ioan. Anton. de Nig. *in clement. de vita, & honest. cleric.* & quomodo † probetur clericatus Mascat. *de probat. conclus.* 13
302. vsque ad conclus. 306.

Item adde, quod habenti † tonsuram, dicenti se habere bene- 14
ficium, non sufficit probare titulum beneficii, nisi etiam probet illius possessionem, & ita iudicatum fuit in Vrbe, vt attestatur Farin. *q. 8. nu. 45.*

Item adde, quod in Regno Neapol. clerici coniugati non admittebantur ad huiusmodi priuilegium, *per ritum 66.* qui postea fuit correctus *per Prag. Regiam incip. nuper ad maiestatem nostrã*, & seruatur ius canonicum, vt ait Carau. *in d. ritum.* Baiar.

m *Et habitum clericalem, tonsuramque*) Adde, quod superue- 14
nit aliud requisitum, quod scilicet clerici alicuius † Ecclesię seruitio, vel ministerio sint ab Episcopo deputati, eidemq; Ecclesiæ seruiant, vt habetur in Sac. Conc. Triden. *Sess. 23. de reforma. c. 6. Nullus, §. in clericis vero.* Iste etiam coniugatus gaudet priuilegio canonis, si quis suadente diabolo, *17. q. 4.* vi. quæ dixi *in sing. meo 344* Giach.

n *Communis opinio*) Non autem bigamus Far. *d. q. n. 8.* Ros.

o *Interpretatiue Bigami.*) Adde infra *hac eadem q. vers. sed an ille, supra in §. Adulterium, ver. sed quæro.* Drogh.

p *Sed an ille.*) Quid de Bigamo interpretatiue, Farin. *d. num. 8.* Ros.

Sed an ille, qui vnam tantum.) Item adde, quod Clericus perdit priuilegium ex inualido matrimonio cum adultera, cuius priorem virum interfecit. Bart. *in decis. 162. nu. 1.* Baiar.

q *Attenditur enim status.*) Contrarium tamen in Iudæo ad fidem conuerso, tenuit infr. *q. 51. vers. fin.* & attenditur tempus declarationis *d. q. 51. vers. scias, & q. 60. vers. Item quæro nunquid, ibi, aut vero tempore delicti.* Item attendit tempus declarationis in confiscatione bonorum infr. *q. 78. vers. Vlterius quæro*, non enim bona acquisita post confiscationem, veniunt in ea, sed hic adde quæ dixit sup. *in §. Adulterium vers. sed quid si aliquis.* Item in contrarium facit infra *hac eadem q. ver. sæpe numero in fine.* an autem superuenientia clericatus impediat causam criminalem contra tunc non clericum inchoatam? Quod non dixit Fel. *in c. ecclesia sancta Mariæ coll. mihi 40 fol. 46. de cõstitut. allegat. c. proposuit, instit. ex. de for. comp. & l. cum quadam puella*, vbi habetur ordinarie *ff. de iurisdic. omn. iud.* Cur autem superuenientiam talis non excuset, dixi infra *hac eadem q. vers. sed in hoc proposito*, sed qua pœna puniendus sit talis effectus Clericus, an videlicet secundum tempus delicti, & pœnę vigentis, an secundum tempus faciendæ sententiæ, vid. Felin. remissiue *in c. fin. coll. mihi 15. eo. de constit.* Vide tamen Gram. *decis. 10. per totam.* Drogh.

r *Qua ratione.*) Farin. vbi supra *n. 66.* Ros.

f *Clericus coniugatus*) Item clericus primæ tonsuræ coniugatus, an & quando priuilegium clericale amittat, an, & quando iudex laicus supersedere debeat & ipsum ad iudicem ecclesiasticum mittere, vide per Cæpol. *cons. crim. 10. & 11.* omnino per Sacr. Concil. Trid. *Sess. 23. c. 6. nullus*, Giach.

t *Et hæc est communis opinio*) Far. vbi supra, *n. 90.* Ros.

u *Dixi clericum*) Far. vbi supra *n. 4* Ros.

Dixi clericum coniugatum) Adde, videndum Foller. *in pract. crim. in verb. audiantur excusatores n. 42. cum seq.* vbi latè, quando clericus † dicatur incedere in habitu, & tonsura, & quando 15
non, & ibi dicitur etiam, quod Iudex, † si capit clericum debe 16
describi facere particulariter, cum quo habitu fuit captus, quia non statur eius dicto, quod incederet in habitu. *Baiard.*

x *Non incedant*) Tu adde, quod immo hodie incedere debet, & clericali tonsura vti. Item, & alicuius Ecclesiæ seruitio, vel ministerio ab Episcopo deputatæ seruire, vt habetur *in d. §. in clericis, alias non gaudent.* Giach.

y *Sed quæro*) Farin. vbi supra *n. 69.* Ros.

z *Ad iudicem Ecclesiasticum*) Et hoc habetur etiam per Iacob. de Sancto Geor. *in l. quoties quæro C. de iud. n. 7.* Giach.

a *Regulariter autem*) Adde, quod † idem tenet Soc. sen. *cons.* 17
121. n. 3. vol. 1. Baiar.

b *An sit clericalis, vel non*) Adde infra *hac eadem q. vers. Regulariter autem.* faciunt, quæ dixi supra *q. 30. vers. punctus recurre ad Felin in cap super litteris coll mihi 11. vers. An sua, extr. de rescript. ver. octauo facit.* Drogh.

c *Hæc cognitio*) Farin. *d. q. n. 34.* Ros.

d *Sed hic quæro*) Adde videndum Ang. domini Alex. de Vbaldis *in cons. 30. n. 37 & per totum consilium*, vbi latè de clerico coniugato, *inter cons. cri. diuer. to. 1.* Baiar.

e *In fraudem*) Item de eo, qui post delictum, vel ante sententiam, effectus fit clericus, non potest condemnari per iudicem laicum, sed per ecclesiasticum debet puniri, nisi factus sit clericus in fraudem, vt habetur plenè per Carrer. *pract. crim. §. homic. l vltimo, sub n. 92.* quem vi. pro limitat. qui etiam *nu. seq.* tractat illam quæstio. An, & quando clericus primæ tonsuræ possit puniri per iudicem laicum, si non incedat in habitu, & tonsura, quod

quod est hodie expeditum per Sacrum Concil. Trid *sess.23. sub decreto de reforma. d. cap. nullus.* Giach.

f *Vers. Sed quid si clericus.*) Et quid in ordine suscepto post delictũ Didac. *q.8.n.4. vsque ad fin. & in vers. sæpe n.10. & seq.* Ros.

18 g *Sed quid si clericus.*) Adde, quod similiter, † si quis deliquerit, & post delictum ante sententiam effectus sit clericus, non poterit puniri per Iudicem laicum, nisi factum sit clericus in fraudem, ita Carrer. *in pract. crim. in §. homicidium l. vltimo sub num.90.* Baiard.

h *Morbo Gallico implititus.*) Adde quod morbus gallicus clericis est familiaris. Item si punirentur de adulterio, pauci ambularent per vias, supra *in §. Adulterium, vers. sed quaro;* Alia clericorum per propria crimina vide *inf. q.64. vers. sed an clerici.* Dro.

i *Hæc autem.*) Carrat. *de execut. sent. c. fin. nu.105.* Farin. supra *num.60.* Ros.

k *Ceterum clerici.*) Hodie habemus Concilium Trident. *sess. 23. c.1. nullus prima tonsura initiatus.* Ros.

l *Bene verum est.* Et quando trina monitio requiratur ibi, *num 61.* Ros.

m *Ter monitus à suo prælato.*) Adde de ista trina monitione supra *q.31. vers. quaro modo infra quæst.44. vers. Item quaro, & ver. quid si facta quæst.18. vers. Hec facto.* At quo ad quæstionem hic motam videlicet de priuilegio fori in clericis, vt puniri possint à laicis, vel non, data est forma à Concilio Tridentino *sessione 21. cap.6.* quę seruatur, vt per Octauianum Vulpellum *Consiliorum criminalium cons.10. in fin.* Drogh.

n *Neglectu monitionibus.*) Adde, quibus pœnis plectatur clerici, qui habitum clericalem spernunt, & an eis liceat comam, & barbam nutrire, explicatum vide per Iacobum Menoc. *de arbitr. iud. lib.2. centuria 2. cas.392.* Giach.

o *In Regno autem Neapolitano.*) Vulp. *respons.110.* vbi Concilium Tridentinum etiam citat, & vide quoque Charrat. loco supra *citato c.1. n.203.* & Franciscum de Ponte *cons.24.* Ros.

p *Incedat armatus.*) Farin. vbi supra *n.96.* Ros.

q *Sed quid.*) Farin. vbi sup. *n.62.* Ros.

r *Talis enim monitio.*) Infra *q.44. vers. Item quaro sup. q.31. sed hic quaro.* Drogh.

s *Comperto, quod si clericus.*) Adde, quod tamen cognitio habitus clericalis spectat ad Iudicem laicum, sit autem, vel non sit clericus spectat ad Iudicem Ecclesiasticũ; supra *hac eadem quæstio. Dixi clericum, in fi.* Adde Alciat. tract. *de præsumpt. reg.2. præsumpt.4. n.3. ad fin.* Qualiter autem quis prohabitur clericus vel Baldum *in Proœm. Decretal. num.40.* In cognitione tamen habitus, vel clericatus aduertat Iudex laicus, vt statuat petenti remissionem ad ecclesiasticum, terminum ad producendum coram eo capitula, quæ intendit probare coram Ecclesiastico, vt videat an reuelent, & ita nunquam errabit; in dubio tamen; Ita docuit Capyc. *decis.7. n.3. ad fin.* Mars. *sing.70.* Casus autem, in quibus clericus à laico detineri potest, vide apud Menoc. *d. tract. de arbitr. Iud. lib.2. cent.2. cas.70. n.8.* Et an expensis Episcopi repetentis clericum, vel clerici capti sit remittendus, Menoch. *de Arb. Iud. li.2. Cent.3. nu.23. in fin.* Capyc. *decis.90. ad fin.* & an clericus coram laico constitutus, & interrogatus recusare possit, ne respondeat, quod non. Flam. Chart. *in Pract. interrogatorum lib.1. c.2. sub nu.13.* & an clericus bannitus à Iudice laico captus non degradatus puniri possit; idem Chart. *de exequut. sentent. cap. nu.254.* & an clericus debitor, & de fuga suspectus a laico detineri possit. Marsil. *sing.43.* Drogh.

t *Hæc enim probatio.*) Vincentius de Franchis *decis.37.* Far. vbi supra *nu.36.* Ros.

19 u *In hoc tamen Ducatu.*) Adde, quod ita obseruatur in Regn. Neapol. *per ritum 235.* & ibi Carauita plene docet pract. regni circa huiusmodi cognitionem, & remissionem, & quando clericus sit remittendus cum seruientibus, & cum catena, & ibi *n.9. in fin.* dicit, quod clericis facienda est remissio per Iudices seculares, quotiescunque per informationem apparet de delicto, pro quo inquiritur, alias si constare iniuste detineri, nunquam Iudici ecclesiastico esset remittendus, sed per eundem Iudicem relaxandus, & ibi *nu.20.* habetur, an sufficiat producere bullas alicuius beneficij, vel requiratur bulla clericatus ad probandum clericatum, & quomodo probetur Clericatus, & *in ritu 175. nu.* 20 18. vbi dicit quod probatur etiam per testes, & vide infra *n.22.*

21 Item adde, quod Clerico petente se remitti ad suum Iudicẽ, ipsius clerici expensis remitti debet, Bald. & post eum Card. Alex. *in c.1. §. si Iudex. de pace tenen. in vsib. feud. decis.100. & 274.* Men. *de arb. casu.228. n.8. & seq.* & Foller. *in pract. crim. canon. in verb. miscellanea quadam n.50. fol.330.*

22 Item adde, quod clericatus † probatur etiã per testes, *c. tua, d. cler. peregr. ordin. not. per Glos. in c. si Iudex cons. crim.11.* Et licet Guid. Pap. contrarium teneat *in decis. 449. num.13.* Scagl. *in rit. 65.* dicit plures iudicatum fuisse contra d. decisionem, imo sa- 23 cerdotium probatur etiam per testes singulares † secundum Angel. *in l.2 ff. quemad. testam. aperi. in §. idem,* imo per vnum testem probatur clericatus, secundum Ias. *in l. admonendi, nu.198 ff. de iure iuran.* & etiam per indicia, & coniecturas, vt per Boer. *decis. 171. n.25.* quæ tamen procedunt, quotiescunque de alterius prę iudicio non ageretur; secus vero si ratione clericatus esset lis introducta, vel etiamsi tractaretur de iurisdictione Iudicis ratione clericatus: quia tunc per duos testes probari deberet, Gabriel. *comm. concl. tit. de test. conclus.1. num.70.* & quomodo probetur clericatus, & an per vnum testem, vide Mascar. *de probat. lib 1. conclus.302. cum sequen.* & Viui. *opin.974. num.1. cum sequent.* vbi tenet, quod per testes probari non possit prima tonsura, & clericatus, nisi allegaret scripturas, & litteras deperditas esse, & ibi dicit, quod licet clericatus, & tonsura probari possint litteris facientibus mentionem de ipsa ordinatione clericali, hoc tamen non procederet in bulla, ac litteris Pontificis, in qua nominet aliquem clericum propter collationem beneficij ei factam: & coram quo Iudice scilicet, seculari, siue ecclesiastico † sit 24 probanda tonsura, & habitus clericalis, vide Masc. *de probat. conclus.689. num.1.*

Iterũ adde, quod † tonsura collata à non suo Prælato tenet 25 Guid. Pap. *decis.449. n.5.* Baiard.

x *Illi tamen*) Far. *d. q.8. n.70* Ros.

y *Debet autem Iudex.*) Adde, quod † hoc procedit etiam, 26 quod clericus nolit excipere, quod sit clericus, alias iudex ecclesiasticus teneretur ad pœnam, qua iudex secularis teneretur, si clericum mori fecisset, & etiam teneretur de damno dato per iudicem secularem, vt per eundem Classan. *de consuet. Burg. fol. 202. nu.73.* Baiard.

z *Quaro modo*) Farin. vbi supra *nu.73. & seqq.* Franciscus de Ponte *d. cons.24.* vbi quid in similibus efficiatur. *Ros.*

a *Trina monitione*) Supra *hac eadem q. vers. Hæc autem, q.31. vers. Quaro modo, q.44. vers. Item quaro,* vbi habetur, quod si statutum dicat aliquem ter citari debere, tunc non sufficit vnica citatio tantum pro omnibus. Adde Marsil. congrue loquentem in casu talis statuti, vt aliquid addat iuri communi, Rubr. *de fideiuss nu.305.* Drogh.

a *Ceterum si clericus*) Adde, quod † hodie secundum Conc. 27 Trident. requiritur, quod habens primos ordines habeat etiam beneficium ecclesiasticum, vel quod clericalem habitum, & tonsuram deferat, & alicui ecclesiæ de mandato episcopi inseruiat, vel in Seminario clericorum, vel in aliqua schola, vel vniuersitate de licentia Episcopi, si vult gaudere priuilegio clericali *23. sess. capit.6. incip. nullus prima tonsura, lib.4* & quomodo dictum decretum † Concilii Tridentini practicatur in Regno 28 Neapolitano habes per Carauit. *in ritu 235. numer.21.* & dicit Foller. *in eodem ritu in suis comment. super Constitut. capitulo Pragmat. & rit. regni,* quod hodie † non ita de facili expeditur 29 articulus remissionis clericorum, & quod datur terminus ad probandum incumbentia super petitar emissione, & fiscus sæpe nititur probare, clericum non incessisse in habitu, & tonsura, immiscuisse se enormibus, non fuisse insignitum charactere clericali, clericatum fuisse adeptum in fraudem, & si est beneficiatus, quod non fuit adeptus possessionem beneficii, quod alius illud possideat, & alia plura, & super his lõga fit discussio, fit publica citatio ad dicendum, & discutitur cum Aduocatis, & sępe longo interiecto interuallo expeditur: dicit etiam, quod hodie isti clerici primæ tonsuræ, vt gaudeant priuilegio, necesse est, quod inseruiant in diuinis in illo seruitio, quod per eorum ordinarios assignabitur, vt cautum est in dicto Concilio Trident. vide etiam Mascard. *de probatio, conclus.302. num.14.* vbi dicit † non probari clericatum ex sola possessione habitus & cle- 30 ricalis tonsuræ, sed etiam requiri, vt alicui ecclesiæ ex mandato Episcopi inseruiat, & illi sit ascriptus, vel in seminario clericorum, aut in aliqua schola, vel vniuersitate Episcopi iussu quasi in via ad maiores ordines suscipiendos versetur, vt sancitum est Concilio Tridentino & quod ita in praxi obseruatur, prout ipse multoties habuit in facto, & quomodo probetur clericatus, late *in d. conclus.302. vsque ad conclus.301.* & Farin. *in quæst 8. nu.38. cum sequen.* & in dicto regno adest *prag. similis eidem Concilio, qua incipit quemadmodum canonicus sub tit. de clericis seu diaconis saluaticis.* Baiar.

b *Vlterius quaro.*) Farin. vbi sup. *n.98.* Ros.

Vlterius quare.) Adde, quod in Regno † Neap. prouisum fuit 31 *per Reg. Pragm. quintam sub titul. de clericis,* quod clericis arma portantibus tollantur, pręquia tamen trina monitione facta suis prælatis iuxta formam dictæ pragmaticæ. *Baiard*

c *Ex quo talia proclamata.*) Farin. vbi sup. *n.96. & q.108. vol. 4. n.21. & trib. seqq.* Ros.

d *Et arma eis auferre*) Adde, quod ergo Arma † reperta clericis fiunt officialium, infra *quæstione 81. stat.6. versic. iccas autem* Adde Menoch. *d. tract. de arb. iud. libr.2. centur.4. cas.394. num. 34.* Drogh.

e *Quaro nunquid clericus*) Farin. *d. q.8. num.9. & sequentibus,* Ros.

Quaro nunquid clericus) Adde videndum D. Farinac. *in q.8.*

32 *num.8.cum sequen.* vbi latissimè more suo hanc quęstionem tractauit. *Baiard.*

33 f *Item quæro nunquid*)Adde in hac † materia videndũ Dec. *cons.81.per totum lib.2.* & ibi *nu.8.* dicit, quod clericus committens assassinium ipso iure, intelligitur de gradatus; idem tenuit *in tract.crim.lib.9.cap.30.nu.11.tom 2.* videlicet, quod clericus †
34 tale crimen committens per Iudicem secularem potest morte puniri absq; solemni depositione, & degradatione, & ita tenent communiter Doct. *in d cap.de homic.in 6.* Marsf. *in l.1.n.107.C.de raptu virg.* Couar. *var.resolu.lib.2.c.20.num.*10. Bernar. Diaz. *in pract.crim.canon.c.91.* Capyc. *decis.155.n.26.*

35 Item adde, quod de † ista qualitate assassinij constare debet ante citationem, & inquisitionem, alias bannum, & omnia alia inde secuta essent nulla ex defectu iurisdictionis, etiam quod post citationem de ista qualitate constaret, Gram. *in cons.1.n.56.post decis.* & quando clericus committens crimen assassinij à iudice laico possit puniri, & quæ requirantur, vide per Rimin. iun. *consil.685.per totum vol.6.* & Bald. *in cons.88.vol.2.* vbi dicit, quod etiam si constat contra clericum de delicto, si non apparet de assassinio, absoluitur de assassinio, & de alio delicto cognoscet iudex ecclesiasticus.

36 Item adde, si per † clericum opponeretur de incompetentia iudicis contra iudicem secularem, primo discuti debet de qualitate assassinij, Gemm. *cons.57.in causa Archidiaconi volum.2. ver.non obstat.* Io. Ant. de Nigr. *in c.7.frequens,n.68.*

37 Item adde, † quod licet iudex secularis possit procedere contra clericum assassinum, poterit etiam ecclesiasticus contra talem clericum procedere, & locus est præuentioni, & si fuerit punitus ab Ecclesiastico, non poterit iterum à Iudice seculari puniri, Gram. *cons.2.in cautum venerabilis post dec.* Baiar.

g *Sunt diffidati*] Adde quod hoc est sumptũ *ex cap.1.de homic.in 6.infr. q.77.vers.offendentes,percutientes, in princ.* Et aduerte, quia stãte Decreto, quod bãnitus possit impune offendi in re, & in persona, talis bannitus dicitur diffidatus: vnde Franciscus Guizzardinus *Historiarum suarum lib.8. char.218. in hoc* proposito loquendo de Iulio II Pont. Maximo, & de diffidatis ab eo Venetis, ita scriptũ Italico sermone reliquit, *dichiarandoli diffidati come nemici in perpetuo di tutti i Christiani a quali cõcedeua facolta di occupare per tutto le robbe loro, & far chiaue le persone:* Et iterum *lib.11.* loquendo de dicto Põtifice, & de Rege Christianissimo *f.312.& f.325.* ait, *Concedendo quel Regno à qualunque l'occupasse.* Hoc idem fere nostris temporibus fecisse; & declarasse Imperatorem constat ex Alphonso Vlloa Historico quidem sed parum veridico Historiarum suarum *lib.4.fol.184. in hac verba: Il qual bando Imperiale, come s'è detto, altro non era, che dargli in preda à qualumq; li volesse offendere, et tuorgli le terre, & gli Stati,* loquendo de Langtauio, & duce Saxoniæ, & habẽtur *in vita cle.5.posita post clementinas, per hæc verba videlicet,* Clemens cognita Venetorũ causa eis Anathemate notatis sacra interdicit, pro seruisq; direptis eorum bonis vbicunq; locorum reperirentur haberi iussit; Bannum autem Imperiale, qui sit declarat Plotus *in l.si quando,§.47.n.7.C.vnde vi,* & videtur text. *in auth.Item nulla Communitas,* vbi Bart. & Doct. *C.de episc. & cler.* quẽ in proposito allegat Festus *tract.de collect.p.4.c.1.in princ.* Hoc idem obseruatũ aliquando à populo Romano legimus; App. Alex. Romanę historię ciuil. bell. *li.1.* licere, ait, ex his obuiam siue pœne occidere, loquẽs de C. Mario tunc hoste populi Romani pronunciato, & apud Liu. *lib.3.Dec.prima:* sanciẽdo nouam legem, ne quis vllum magistratum sine prouocatione crearet: Qui creasset eum, ius, fasq; esset occidi, neve ea cædes capitalis noxæ haberetur: An autem tale Decretum valeat, attento iure diuino, dixi supr. *in §.Homicidium,ver.plerumq, inf. q.39.vers.fui interrogatus,* est que fauorabile, vt per Ctau. *de antiq.temp.p.4.ver.videamus modo in principio.* Drogh.

h *Degradatio.*] Qualiter autem clerici degradati dicantur, vi in Spec. *tit.de accu.§.2.n.4.* Item clerici degradatio, quæ requirat, vel non vi. ibi *num.5.* Giach.

i *De iure res videtur clara.*] Carr. *de exec.sent.c.1.n.285.* Rof.

38 k *Scias autem, quod regulariter.*] Adde viden. Carrer. † *in trac. de haret.ante nu.135.* vbi relatiue de forma degradationis. *Baiar.*

l *Degradatus.*] De forma autem degradationis relatiue per Ludou. Carrer. *in tract.suo de haret.ante n.135.* Giach.

m *Degradatio autem.*] Carrar. *d.c.1.n.286.* Rof.

39 n *Scias etiam, quod clericus.*] Adde, quod alios † casus ponit
40 Carrer. *in §.homicidium 7.sub n.56.* & de hæretico † intelligitur de incorrigibili, vel relapso; & de eo, qui conspirat contra episcopum, similiter intelligitur de incorrigibili, Nicol. Supetant. *in cons.101.n.10.vol.1.inter cons.crim.diuers.* Baiar.

o *In proprium episcopum.*] Adde vt per Ludo. Carrer. *in pract. crim.§.homic.7.sub n.59.* vbi etiam alios ponit casus, quos per te illic videbis. *Giach.*

p *Sit incorrigibilis.*] Adde infr. *q.70.vers. frequent,in fin.* Declarat Capyc. *decisio 112 maximè n.6.& 7.* Drogh.

p *In dubio tamen*] Clericus erga homicida in distinctè nõ traditur Curiæ seculari, infra *q.70.ver.frequens, sup.hac ea d.q.vers. Dixi etiam,in principio.* Drogh.

q *Alia legitima pœna.*] Melius quam alibi vide hunc passum à Fel. declaratum *in c.sedes,col.fin.extra.de Rescr.* Drogh.

r *Sæpenumero.*] Hanc quæstionem tangit Marsf. *Rubrica de fideiuss.n.119.cum seqq.* latè Bart. *in l.1.ff.de pœnis.* Drogh.

Sæpenumero contingit.] Bonacossa. *commu.opin. lib.1. verbo, clericus,* Vincent. de Franchis *decisio.395.* & Marta *de tribunal. vrbis c.de præuent.n.8.* Decian. *tom.1.tract.crim. lib.4.c.9.nu.60. & cap.24.n.2.* Far. *d.q.8.n.110. & seq.* Garzia, tradit an clericus gaudebit beneficio indulti commento *cap.3. n.13. & c.29.num.15.& 16.* Rof.

Sæpenumero contingit. Adde, an clericus effectus, aut religionem ingressus post commissum delictum pœnam effugiat, vide Tiraq. *de pœn.tempor.caus.25.n.8.* quod hęc conclusio, quod cle- 41
ricatus assumptus post delictum commissum non eximat causam ipsius criminis à iurisdictione seculari, procedit, quãdo iudex præuenerit ante clericatum, & iudex secularis non poterit etiam, quando ante clericatum præuenisset eum capere, nec detinere sine licentia episcopi, qui si eam concedere noluerit, ipse iudex poterit appellare ad superiorẽ Episcopi, ita declarat Ang. de Castr. *in cons.37.lib.2. cons.crim. diuers. magn.impress.* & hanc distinctionem communem, quod aut cum fraude, aut sine assumpserit clericatum, sequitur & Franch. *in decis.109.nu.2.cum seq.* & de eo, qui post condemnationem professionẽ fecerit, an 42
sit exemptus à iurisdictione temporali, latè per eundem Franch. *in decis.384.& ibi.* quomodo probetur professio, & etiam de eo, 43
qui fuit habilibus, & antequam rediret ad carceres, assumpsit 44
ordines, & beneficia, quod fuit declaratum dictum religiosum esse remittendum ad iudicẽ ecclesiasticum, quo ad distinctionem personalem tantum, & de istis quęstionibus multum plenè habetur *in d.decisionibus,* & per Farin. *q.8.nu.104.* & si relegatus 45
factum sit clericus non poterit puniri à laico, si relegationẽ siue exilium fregerit, quia agitur de nouo delicto, vt per Albert. de Rosat. *in l.meminisse col.2.de offi.Præsid.* quem sequitur Franch. *in decis.395.* sed vide, quæ posui infra *quæst.81.in princip.* sed econuerso, si clericus commisit delictum tempore, quo erat clericus, & postea vxorem duxit, debet puniri ab Episcopo, & nõ à iudi- 46
ce laico, ita iudicatum fuit per Reg. sacrũ consilium teste Grã. 47
*in decis.10.& i*dem tenet Franch. *in decis.417.n.4.vol.1.* Baiar.

s *Bene verum est*] Supra *hac eadem quæst.vers.sed pone* vt dixi, quo loci videtur contrarium hic, concorda ergo contrarietates ibidem annotatas, quia ibi loquitur de Iure, hic de facto, vt sonat littera, *Drogh.*

t *Male faciant.*] Carrar. *de execut.sentent.c.fi.nu.308. vers.post etiam.* Rof.

u *Sed in hoc proposito.*)Adde quod hæc materia eadem fere videtur cum lege, *post contractum C.de donat.infr.q.78.vers.Fraus autem ibi, & hoc etiam si sit delictum,* Adde Menoch. *de arbit.iud. lib.2.cent.4.cas.361.n.47.& 48.* & de his, quæ habentur *in hoc vers.dixi sup.hac eadem quæst.vers.sed pone.* vide Bald. hoc idem affirmantem *in sua pract.tit.de iurisd.q.3.sub n.2.ad fi.* Drogh.

Sed in hoc proposito.]Adde † videndum Far. *in q.8.110.* vbi latè, quando Clericatus dicatur fraude post delictum assumptus 48
Baiard.

x *In fraudem.*] Boss. *de foro compet.n.38.* Marsf. & videndus erit Farin. *nu.100.& 107.* Rof.

y *Sed certè, quicquid sit de iure.*]Adde sic etiam clericum laudatum remitti & procedi contra habentẽ ab eo causam in ciuilibus. Idem Capyc. *decis.197.sub nu.7.* hæc tamen decisio, & obseruãtia feudatus non seruatur in sui ratione inter ciuiles, & homines feudatariorum. Nam seruatum competi, quod si inter centum homines feudatariorũ rixantes adsit tantum vnus ciuis, tota causa remittitur ciuitati, seu Maior Magistratui; An tamen hoc fieri possit in statu Pallauicino, videri possunt ea, quæ scripsi *in Addit. ad statura nostra Palauicina, infra quæstione 59. vers.& hac quidem,* vbi dixi supra *q.35.vers.ad fin.* & in terminis Felin. *in cap.qua in ecclesiarum coll.mihi.22. declarat.6. extra de constitut.* Boss. *tit.de fo.comp.n.18.cum seqq. & in tract.Princip.n.286.* & cum Claro hic, quod nunquam opinio de Prato fuerit seruata, tenet Boet. *ad consuetud.Bitur.in §.9.in fin.* An autẽ ratione talis connexitatis mandans, & mandatarius, qui conueniuntur sub diuersis Iudicibus possint petere perduci ad vnum tantum Iudicem? Capyc. *decis.122.n.7.* vide Menoch. *super hoc d. tract. de arbitr' iud.cas.371.num.13.* vide Crau. *cons.232.* Marant. *in Spe.par.4.11.distinctione, titulo seculare, vel ecclesiasticum, num.22.* Drogh.

z *Et ideo ab hac obseruantia non recedas.* (Adde, quod idem † 49
tenet Syl. *nupt.car.147.secundum paru. impress.* & latius, Crau. *cons.232.per totum,* & opin. Ant. impugnat etiam *decis.Pedem.103.nu.10.* vbi dicit, quod non obstante † sententia iudicis laici 50
poterit ecclesiasticus procedere contra tales sacrilegos ad excommunicationẽ, & alias pęnas spirituales, & pro ista opinione vide nouissimè per Farin. *in d.qu.8,n.151.* vbi tenet, quod licet

tet vsu magis receptum esse videatur, quod laicus cum clerico insimul delinquens possit à seculari iudice puniri, non tamen à Doct. hanc opin. tenentibus negatur quin possit etiam à iudice Ecclesiast. co in captura præuenta. *Baiar.*

51 a *Quæro, quid si per laicum.*] Adde,† quod in Regno Neapol. non est locus præuentioni, quia prouisum fuit *per Reg. pragmat. incip. Reuerende vir fol. 121.* quod officiales ecclesiastici non exerceant iurisdictionem contra laicos. *Baiard.*

52 b *Quæro, quomodo fiat remissio.*) Adde, quod † clericus debet remitti absque requisitione, not. *in auth. vt cleric. apud proprium Episcopum, §. illud palam, c. de fame, extra de sentent. excommun.* & Scagl. *in rit. 46. n. 8.* post Cacaui. *folio mihi 124.* Baiard.

c *Vltimo quæro.*) Vltra hic dicta adde, quod si clericus fuit in contumaciam à iudice laico bannitus, & postea captus, debet remitti ad suum forum, teste Paul. de Castr. *in l. statuimus, C. de episc. & cleric.* Laicus tamen potest pecuniariter punire clericum turbantem eius iurisdictionem, & impedientem. Paul. de Cast. *in l. addictos, C. de episc. aud.* Item licet instantia causæ criminalis duret biennio, *per leg. properandum in princ. C. de iudi.* tamen quando causa est cum clerico, non durat nisi 2. mensibus secundum Angel. *in authent. vt clerici apud prop. episc.* Item nota, quod si laicus se fecit clericum in fraudem, vt euitaret iudicium secularis, hoc non debet sibi prodesse, quo minus possit conueniri coram iudice, & præsumitur in fraudem fecisse quod pœnam pecuniariam, non quoad personalem, seu corporis afflictiuam, vel vt possit distringi persona, faciendo ipsum detineri, vel incarcerari, vt est communis opin. per Imol. *cons. 118. & cons. 119.* Guior.

53 *Vltimo quæro.*) Adde, quod nedum † non tenetur iudex ecclesiasticus stare processui facto à iudice seculari, sed ad hoc vt possit inquirere, opus est nouo processu per ipsum inchoato, & non debet ex processu fabricato à laico informare inquisitionem, vt per Ruin. *cons. 7. n. 6. vol. 5.* vbi attestatur de communi. *Baiar.*

QVÆSTIO XXXVII.

Quæ sint crimina communis fori, in quibus vterq; iudex tamen ecclesiasticus, quam secularis contra eum procedere potest.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Delicta communis fori quæ sint.*
2 *Et an crimen vsurarum sit communis fori.*
3 *Et an crimen adulterij.*
4 *Et an crimen concubinatus.*
5 *Et an crimen sodomiæ.*
6 *Et an crimen sacrilegij.*
7 *Et an crimen sortilegij, remissiue.*
8 *Episcopus an possit capi facere laicos ob crimina communis fori.*
9 *Reus absolutus, vel punitus in vno foro, an possit etiam in alio puniri.*

Ex Additionibus.

1 *Delicta mixti fori quæ dicantur, remissiue.*
Iudex ecclesiasticus, in quibus causis cognoscere possit remissiue, num. eo.
2 *Præuentio non habet locum in Regno Neapolitano inter iudicem laicum, & ecclesiasticum.*
3 *Et quid in Statu Ecclesiastico.*
4 *Præuentio non operatur, si præueniens sit negligens, vel in dolo.*
5 *Vsurarum causa cuius fori sit.*
6 *Quæstio quæ dicatur facti, & quæ iuris.*
7 *Vsura quando incidenter deducitur, iudex laicus potest cognoscere, etiam quod sit quæstio iuris.*
8 *Quæstio iuris, vel facti, quando dicatur super vsuris, remissiue.*
9 *Iudex laicus quando possit de vsuris cognoscere, remiss.*
10 *Iudex laicus in Statu Ecclesiastico potest procedere contra vsurarios ex officio, & sola facti veritate inspecta.*
11 *Et quid in Regno Neapolitano.*
12 *Adulterium non cognoscitur criminaliter in foro canonico ad pœnam, sed solum ad separationem thori, & amissionem dotis.*
13 *Concubinarij pœna imposita per Conc. Trid. plecti debent, remissiue.*
*13 *Brachium seculare quando inuocari possit.*
14 *Brachium seculare, quando concedatur, remissiue.*
15 *Brachium Ecclesiasticum, quando concedatur, remissiuè.*
Iudex recusans præstare brachium seculare; qua pœna sit puniendus, remissiue.

IN hac exceptione incompetentiæ Iudicis sæpenumero dubitari contingit ratione causæ ipsius, seu criminis, de quo agitur, an scilicet eius cognitio spectet ad iudicem Ecclesiasticum, an ad iudicem laicum, an etiam ad vtrumque. Et in hoc proposito scire debes, quod delictorum quædam sunt mere ecclesiastica, siue ad cognitionem ecclesiastici Iudicis pertinentia, quædam mere secularia, siue ad cognitionem iudicis laici pertinentia, quædam mixta, scilicet communis fori, in quibus potest & iudex ecclesiasticus, & laicus cognoscere. a 1

Quæro *b* igitur, nunquid crimen vsurarum sit communis fori. Respond. videtur dicendum, quod non, sed quod pertineat solummodo eius cognitio *c* ad iudicem ecclesiasticum, nam istud crimen est mere ecclesiasticum secundum communem opinio. de qua attestatur Didac. *lib. 3. resolutionum, c. 3. in primis verbis,* dicens, quod omnium iuris vtriusque professorum consensu in hanc itum est sententiam. Et quod causa restitutionis vsurarum, etiamsi agatur inter laicos, spectat ad iudicem Ecclesiasticum, neque in ea laicus sit iudex competens. voluit Glo. *in Clement. 2. in verbo, vsuris, de iud.* secundum quam dicit esse communem opinion. Albert. *in rubr. C. de vsuris, numer. 5.* Ita etiam communiter seruari, & practicari attestatur Lapus de Castel. *allegatio. 56. Reuerende Domine,* quem refert Imola *in c. cum sit generale, numer. 6. de foro compet.* Adeo quod (secundum aliquos) non potest iudex secularis, neque etiam incidenter cognoscere super vsura. Et hanc opin. dicit esse communem Alexan. *in l. quoties, post nu. vers. Extra Glos. C. de iudic.* Quinimò (secundum alios) parte excipiente contractum esse vsurarium, non potest iudex secularis, neque etiam statuere terminum, intra quem debeat coram iudice Ecclesiastico probare exceptionem vsurariæ prauitatis, iuxta doctrinam Bart. *in l. præses, post n. 4. C. de appell.* quem omnes sequuntur, vt dicit Ripa *in l. qui pro tribunali, nu. 7. ff. de re iudic.* Tu vero *d* breuiter dic, quod aut loquimur, quando pro crimine vsurarum agitur criminaliter, & tunc nulla est difficultas, quin vterque iudex, scilicet tam ecclesiasticus, quam laicus, possit pro ipso crimine criminaliter contra vsurarium procedere, vt dixi sup. *hoc eo. lib. §. Vsura, ver. Et ex hoc infertur.* Et ita praxis obseruat, vt attestatur Didac. *in d. c. 3. post nu. vers. Quarto non est.* Aut loquimur, quando inter partes agitur ciuiliter: & tunc aut vertitur quæstio iuris super vsura, scilicet nunquid contractus sit vsurarius, vel non, & tunc cognitio spectat ad iudicem ecclesiasticum, neq; potest iudex secularis in ea vllo modo se intromittere; & ita concludunt omnes Doctores tam legistæ, quam Canonistæ, vt dicit Iason. *consil. 151. numer. 3. lib. 4.* vbi etiam refert Bald. *in l. filium, cum diffinimus, ff. de his, qui sunt sui vel alieni iuris,* dicentem, quod ita seruatur de consuetudine, Decian. *consil. 170. num. 5.* vbi dicit, quod Doctores omnes ita concludunt, Rolan. *consil. 95. num. 44. lib. 2.* Hanc etiam opin. dicit esse communem Socin. *consil. 88. num. 23.* b c d

*lib.*4. Alciat.*in c.*1.*numer.*77. *de offic.ord.* Et ita etiam communiter practicari, saltem quando iudex ecclesiasticus facit inhibitionem, attestatur Marian.*in dicto* e *cap.cum sit generale, numer.*22.*de foro compet.* e Aut vero vertitur quæstio facti super vsura, puta, quia non refricatur in dubium, an contractus sit vsurarius, vel ne, sed solummmodo repetuntur vsuræ: & tunc vtique laicus est iudex competens. Ita dicit Bald.*in d.l.quoties, circa fin.C.de indic.* qui in hoc communiter approbatur, vt dicit Blanc. *de compromissis, fol.*94.*post numerum* 9. Item etiam communiter receptum esse attestatur Didacus *in dicto cap.*3.*circa princip.& in epitalam. super* 4. *Decretal. folio* 197.*numer.*5. Hanc etiam dicit esse communem opinion. Abb.*in dicto cap.cum sit generale, num.*17.quem refert Afflict.*super prima parte Constitutionum Regni, rub.*6.*c.statuimus, numer.*1. & Berous *in rub.de vsuris post num.*85. Alexan.*in d.l.quoties,* prout illum refert Turzan. *lib.commun. opin.cap.*90. Alciat. *in d.cap.*1. *numer.*77. Hæc tamen omnia intelligenda sunt, vt procedant, quando principaliter in iudicio f deducitur quæstio vsurarium: f ceterum quando incidenter opponitur per modum exceptionis contractum esse vsurarium, tunc bene potest iudex laicus cognoscere, etiam super quæstione iuris, & contractum ipsum tanquam vsurarium annullare, & rescindere: & est commmunis opin. tam Legistarum quam Canonist.vt dicit Guido Pap.*consil.*180.*num.*1.& ita quandoque vidi seruari.

g Quæro, g nunquid causa adulterij sit communis fo- 3 ri, ita quod in eo possit procedere, tam iudex ecclesiasticus, quam secularis. Respond. quod sic: & ideo ex causa adulterij poterit Episcopus punire etiam laicos, vt dicit Abb.*in capit.intelleximus, num.*1.*de adult.* & est communis opinio vt attestatur Alciat. *in d.cap.*1.*num.* 18.*de offic.ord.*& ipsos excommunicare, & detrudere in monasterium, & est communis opin. vt ait Didac.*in d. epitom.super* 4.*Decretal.c.*7.§.7.*numer.*10. quem refert Villalob.*in sua collecta commu.opinio.in littera L, verb. laici possunt.*Cum enim hoc delictum sit violatio sacramenti matrimonialis, merito eius vindicta non minus pertinet ad iudicem Ecclesiasticum, quam ad laicum. Scias tamen, quod quando agitur ad separationem thori propter adulterium faciendam, tunc de ea solus iudex ecclesiasticus cognoscit. Et hæc est communis opi.vt ait Dec.*consil.*212.*post num.*2.Didac.*in epitom.super* 4.*Decretal.fol.*137.*n.*8.

h Quæro etiam, h pro crimine concubinatus quis sit 4 iudex competens. Respon. Aliqui dicunt, quod de hoc crimine iudex ecclesiasticus cognoscit, cum sit mere ecclesiasticum. & ita tenuit Gofred.quem refert Abb. *in d.c.cum si generale, numer.*25. & hanc dicit esse communem opin. Bermon.*de concub. fol.*304.*numer.*2. Et hæc quidem opin. absque difficultate procedit, tenendo quod concubinatus de iure ciuili non sit delictum, de quo dixi supra *hoc eo.lib.§.fornicatio, vers.& in primis.* Sed tenendo, quod etiam de iure ciuili concubinatus sit prohibitus, necessario fatendum esset, quod etiam iudex secularis possit super eo procedere, & punire: quod certe sensisse videntur illi, qui asserunt, quod etiam concubina sacerdotis, si est notoria, potest puniri per Iudicem secularem, licet si sit in occulta, non possit puniri, nisi per Episcopum: quam opin. dicit esse communem idem Bermond. *in loco prealleg. fol.*305.*post nu.*6. & reperio in facti contingentia consuluisse Euerard.*consil.*202. Sed quidquid sit de iure, nos videmus, quod iudices laici de concubinatus crimine puniendo parum se intromittunt, & hodie pauci etiam ex ecclesiasticis, forte ne in aliis puniant id, in quo ipsimet delinquunt.

5 Item quæro, nunquid pro nefando crimine sodomiæ possit etiam iudex ecclesiasticus contra laicum procedere. Respon. quod sic ita colligi videtur ex tex.*in c.clerici, de excess.prælato.*& est communis opinio. vt attestatur Bermond. *in d.tractat.de concubin.fol.* 128.*num.*43.

Vlterius quæro, nunquid crimen sacrilegij sit ecclesiasticum. Respon. aliqui dicunt, quod de iure eius criminis cognitio spectat ad Iudicem Ecclesiasticum: & videtur text. *in c.cum sit generale, & in c.conquestus, de foro compet.* i Alij dicunt, quod est crimen mixtum, quod potest ab vtroque Iudice tam laico, quam Ecclesiastico puniri, & quod inter eos est locus præuentioni. Et dicit Mantua.*consil.*266.*numer.*80. quod ita omnes concludunt. Sed apud nos de consuetudine Iudices laici cognoscunt de sacrilegio, non autem ecclesiastici, prout etiam seruari in Regno Franciæ attestatur Pract.Millei, *fol.*74.*num.*17. vbi refert se fecisse suspendi quendam qui abstulerat ab ecclesia k vas sacræ Eucharistiæ.Faciunt, quæ dixi inf.*q.proxima, l vers.Vi- di etiam.* 6 i k l

Præterea quæro, an sacrilegij crimen sit communis fori.Dixi sup.*hoc eo.lib.§.hæresis, vers.successiue quæro.* 7

Vnum tamen volo, m vt scias in hac materia, quod Episcopus in criminibus communis fori, in quibus potest procedere contra laicos, non potest illos personaliter capi, aut carcerari facere, aut punire, sed tantummodo potest contra eos procedere per censuras: & ita communiter tenetur, vt dicit Ioan. And. *in addit. Spec.* prout illum refert Foller. *in practic.crimin.canon. folio* 79.*numer.*52.*& sequen.* Aufret.*in tractat.de potestat. eccles.super laicis, numer.*1. quem refert Didacus *pract. quæst.*10.*numer.*2. licet ipsi videantur sentire contrarium, & dicant se aliquando contrarium obseruasse. Hanc etiam dicit esse communem opin. Menchiaca *lib.*3.*de testam.§.*22.*post numerum* 17. licet subdat quod fere tantus est numerus eorum, qui tenent contrarium.Sed quidquid sit, apud nos communis opi.in practica obseruatur, neq; ab illa esset vllo pacto recedendum, & secundum illam in facti contingentia indicatum fuisse per Parlamentum Parisien. refert Papo *lib.* 1.*tit.*5.*arresto* 26. Bene verum est, quod si Prælatus legitime præscripsisset hanc facultatem exequendi contra laicos, vtique posset illos capere, & carcerari facere. Et hoc ab vtriusque partis fautoribus receptum esse attestatur Menchiaca *in loco prallegato, num.*12.*in fine.* Quo ad clericos autem nulla est difficultas, quin possit Episcopus eos capere, & in carcerem remittere, etiam sine auxilio n brachij secularis; & est communis omnium opinio, vt attestatur Didac.*in dicta quæstione* 10.*post num.*2. *vers. Quarto non est:* & ita quotidie videmus obseruari. m 8 n

Vltimo quæro, si pro huiusmodi criminibus communis fori reus fuerit in foro ecclesiastico absolutus, vel punitus, an possit deinde etiam per Iudicem laicum inquiri, & puniri.Dixi infra, *q.*57.*vers.Sed hic occurrit, & o vers.Sed quaro.* 9 o

ADDITIONES

Ad Quæst. XXXVII.

IN hac exceptione.) De delictis mixti fori latius scribit Decian. to.1.*tract.crim. lib.*4.*c.*16. latissime vero Farin.*tit.de inquisit. q.*8.*n.*229 *vol.*1.*& num.sequentibus.* Ros.

In hac exceptione.) Adde videndum Decianum *in tract.crim. tom.*1.*lib.*4.*c.*27.vbi late habetur, quæ delicta sunt mixti fori.† & in quibus causis iudex ecclesiasticus cognoscere possit, late per Marant.*in Spec.p.*4.*d.*11.

Adde, quod hodie in Reg.† Neap.non est locus præuentioni g in huiusmodi delictis, quæ sunt mixti fori, quia prouisum fuit per Reg.Prag. *Reg.Phil.insip.Renor. Vir.fol.*122. quod officiales eccle-

ecclesiastici non exercent iurisdictionem contra laicos, & idem
3 prouisum fuerat in Statu Ecclesiastico † per Pium IV. in motu proprio, de non admittenda appel. in 1565. de mense Iunij, sed postea per Pium V. dictus motus proprius 1566. die 10. Iunij ad terminos iuris redactus fuit, expresse cauendo, quod in præuentionibus inter iudices ecclesiasticos, & seculares procedatur in omnibus, & per omnia iuxta formã iuris communis, decretum Concilii Tridentini, & non aliter, nec alio modo.

4 Item adde, quod post † præuentionem non potest alter præuentus se intromittere, nisi propter dolum, seu negligentiam iudicis præuenientis, quia alter eo casu poterit procedere, & punire etiam quod sit iudex laicus, cum non intelligatur præuenisse, qui dolo, vel negligentia procedere prætermittit, *c. cum plures, de offi. deleg. in 6.* & Anch. *in col. 169 n. 7. & 8.* Baiar.

b *Quæro igitur*] Decia. *d. c. 16. n. 30.* Rof.

Quæro igitur] Adde, quod vsurariorum iudicium, si disputatur de iure, est ecclesiasticum: si autem de facto, potest iudex secularis se intromittere, vt per Alciat. *in c. perniciosam, nu. 77.* vbi communem dicit *de offic. ord.* Si tamen vsurarii per iudicem ecclesiasticum puniuntur, possunt nihilominus puniri per iudicem secularem secundum Alciat. *in d. c. perniciosam, n. 8.* vbi communem dicit. Guiot.

c *Ad iudicem ecclesiasticum*] Adde communem etiam, vt dixi *in collecta mea commu. opin. v. contractus, n. 11. 12. & 13. vsque ad num. 6.* Giach.

d *Tu vero breuiter dic*] Vide tamen Marant. *in sua disputatione 3. per totum, super q. 17. ad fi. infr. q. 33 versic. sed hic occurrit,* & dum hic dicitur per modum exceptionis, vide diffusius per Capyc. *decisio 74 n. 4. & 5.* Drogh.

e *At vero vertitur quæstio iuris super*] Adde, quod hoc pro-
5 cedit, † quando vertit r quæstio iuris canonici, quod disponit super vsuris. Sed si vertitur quæstio iuris statutarii, quod de vsuris loquitur, tunc iudex secularis potest cognoscere, licet sit quæstio iuris, ita declarat. Paul. de Cast. *in consil. 110. visis, & ponderatis omnibus, vol. 3.* vbi etiam subdit *circa fin. consil.* quod si iudex ecclesiasticus sibi inhiberet, posset ei facere responsionem, quod ad eum non pertinet cognitio super his, quæ dependent à statuto laicorum, & sequuntur prædicta Iason. *in l. quoties, C. de iudic.* & Nat. *consil. 363. n. 12.* Bero *consil. 107. vol. 3.* Rimin. iun *consil. 38. n. 72. & consil. 399. n. 10.* Et quando dica-
6 tur quæstio † facti, vel iuris habetur per Bald. *in l. Arethusa, ff. de statu hominum,* vbi dicit, quod quæstio facti est, quæ exigit probationes facti, & quæstio iuris est, quæ determinatur per disputationem, & interpretationem prudentum. Baiar.

7 f *Ceterum quando incidenter*] Adde, quod idem † tenet Cepo. *consil. 402. n. 16.* & Rim. iun. *in consil. 399. n. 21.*

8 Item adde, quæ † nam dicatur quæstio super vsuris meri facti, & quæ meri iuris, per Cachar. *decisio Pedem. 137. nu. 11.* &
9 quando Iudex † laicus possit cognoscere de vsuris, vide etiam Ioan. Bapt. Lup. *in tractat. de vsur. in c. quamquam in 6. 4. num. 64.* & quando est quæstio facti, siue iuris, semper actor potest eligere iudicem ecclesiasticum, vel si velit repetere vsuras, & si est quæstio facti, & vsuras repetere velit: potest etiam adire iudicem secularem, ita tradit Pau. de Castr. *in consil. 109 visa petitione, n. 2. vol. 1.*

10 Item adde, quod in statu ecclesiastico prouisum fuit *per constitutionem March in lib. 3. c. 12.* ad tollendas disputationes, quod iudices seculares possint contra vsurarios procedere ex officio, *& in cap. 13. in fin.* prouisum fuit, quod etiam procedere possint
11 sola facti veritate inspecta, qua autem † in Regno Neapolit. obseruetur, posui supra *in §. vsura. in verf. & ex hoc infertur.*

g *Quæro nunquid*) Decian. *to. 1. pract. crim. lib. 4. c. 26. nu. 7.* & Farin. *q. 141. vol. 1. n. 47.* Rof.

12 *Quæro nunquid*) Adde, quod Ferret. † *in consil. 185. volum. 2.* tenet contrarium, videlicet, quod non potest agi in foro canonico criminaliter ad pœnam adulterii etiam contra mulierem, nisi ad separationem thori, & admissionem dotis, & attestatur de communi, & de hoc vide etiam Afflict. *in constitut. maiestati nostræ n. 4. lib. 3.* Baiar.

h *Quæro etiam pro crimine*) Adde, quod hodie est seruanda prouisio Concilii Tridentini vt patet *sess. 24. c. 8. de refor.* contra
13 laicos † concubinarios, *& sess. 25. c. 14. de refor.* contra clericos concubinas, aut alias mulieres, de quibus possit haberi suspicio in domo, vel extra detinentes. *Baiar.*

i *Alii dicunt*) Dec. *d. c. 16. n. 1.* Rof.

k *Vas sacra Eucharistiæ*) Adde, quod auferre ab ecclesia calicem est etiam sacrilegium, *supr. in §. sacrilegium.* Drogh.

l *Vers. Vidi etiam*) Vide Rolan. *cons. 24 in 2.* Giach.

m *Vnum tamen*) Dec. vbi sup *p. 15.* Rof.

n *Brachii secularis*) Et ad materiam, an & quando brachium seculare concedere debeat iudex secularis absque eo, quod de nullitate, vel iniquitate sententiæ latæ per ecclesiasticum cognoscat, vide per Nat. plenè eius *consil. 159.*

13 At brachium seculare † non potest inuocari, nisi quis prius fuerit excommunicatus, grauatus, & regrauatus, & ille effectus esset incorrigibilis, adeo quod ecclesia non habet vlterius, quid faciat per eundem, *ibi numer. 36.* Item certus esse debet iudex secularis, à quo per delegatum imploratur brachium seculare vt videat, an ille iudex competens necne. Nam si erat incompetens, non debet præstare sibi ministerium alicuius obedientiæ, vel executionis, per Bal. & Sal. *in l. criminali, C. de iurisdict. omn. iud.* & Nat. vbi sup. *numer. 37. 39.* ad idem per Rolan. *in cons. 3. n. 3. vol. 1.* Postremo scias, quod quãdo Vicarius, seu officialis Episcopi ad vtilitatem litigantis petit dictum auxilium, quod debet vti litteris requisitoriis, non autem præceptoriis sub pœna excommunicationis, vt Franc. Marc. *decis. 147. p. 1.* Et conuerso brachium ecclesiasticum pro exequenda sententia iudicis seculari, quando concedi debeat, & quando non, vide Nat. *de cons. 529. num. 8.* Giach.

Brachii secularis) Adde, an & quando iudex † secularis debeat 14
concedere brachium seculare, & quæ requirantur, & quid
econuerso; an & quando brachium ecclesiasticum iudici † se- 15
culari sit concedendum, vt per Nat. *in cons. 529.* vbi plenè de hac materia tractauerit, & qua pœna puniatur iudex recusans præstare brachium seculare, habetur per Menoch. *de arbitr. iud. lib. 2. cent. 2. casu 432* Baiar.

o *Vers. Sed quæro*) Addas Decian. *d. c. 26. nu. 16.* Rof.

QVÆSTIO XXXVIII.

Iudicem loci delicti posse contra quemcumque, qui in suo territorio delinquat, procedere.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Iudex loci delicti an possit contra delinquentem aliàs sibi non subditum procedere.*
2 *Et an possit reum punire, etiam secundum statuta ipsius loci delicti Remissiue.*
3 *Si sint duo domini eiusdem castri, an si vnus delinquat, possit ab alio puniri.*
4 *Et quid si aliquis delinquat in exercitu vnius prætoris posito in alio territorio.*
5 *Et an in foro pœnitentiali quis sortiatur forum ratione delicti.*
6 *Et an mandans fieri delictum sit puniendus in loco mandati, vel in loco delicti.*
7 *Et an ratificans delictum sit puniendus in loco ratificationis, vel in loco delicti.*
8 *Et an ratione tractatus quis puniri possit.*
9 *Emittens sagittam in vno territorio, & vulnerans in alio, in quo sit puniendus.*
10 *Delinquens in vna ciuitate an possit puniri in alia illi fœderata.*
11 *Et quid si delictum sit commissum in confinibus duorum territoriorum, quis iudex procedat.*
12 *Et quid facere debeat iudex, si reus alleget delictum in alieno territorio commissum fuisse.*
13 *Iudex, coram quo testis falsum deponit, an possit illum punire*
14 *Et quid si clericus deponat falsum coram iudice laico.*
15 *Et quid si laicus deponat falsum coram Ecclesiastico.*
16 *Et an furans rem in vno territorio, & contrectans in alio possit in loco contrectationis puniri.*
17 *Furta commissa in alienis territoriis an computentur. Remissiuè.*
18 *Si laicus committat delictum in ecclesia, ad quem iudicem cognitio spectet.*
19 *Remissio an fieri debeat ad locum delicti.*
20 *Et quid de consuetudine.*
21 *Et quid si loca sint sub eodem præside prouincia.*
22 *Et quid si iudex, à quo petitur remissio, non habet iurisdictionem procedendi ex eo delicto.*

23 Et an in leuibus delictis sit locus remissioni.
24 Et quid si agatur pro crimine ciuiliter.
25 Et an in curia Romana habeat locum remissio.
26 Et an si agatur de pluribus delictis ab eodem commissis.
27 Iudex laicus tenetur clericum delinquentem remittere ad iudicem ecclesiasticum.
28 Inter duos iudices loci delicti pro eodem crimine procedentes quis sit praeferendus.

Ex Additionibus.

1 Forum ratione delicti quando competunt, remissiuè.
2 Iudex loci delicti potest procedere contra delinquentem in loco domicilij absolutum.
3 Forum competit ratione delicti, etiam quod delinquens ex priuilegio non possit conueniri pro delicto, nisi coram vno Iudice.
4 Iudex loci delicti punit crimen commissum in mari suo territorio adjacenti.
Et quod ius sit seruandum ibidem.
5 Et quando possit procedere contra delinquentem priuilegiatum, remissiue.
6 Cap. 1. de priuileg. nu. 6. declaratur remissiue.
7 Episcopus prohibens, ne quis eat ad monasteria, poterit eundem punire licet exemplum.
8 Barones vnius Castri, si administrationem diuidant, & vnus delinquat, an alter puniat.
9 Condominus iniuriatus à suo subdito, non cognoscit de iniuria; sed an socius.
10 Baro habens iurisdictionem ciuilem in vno territorio potest puniri à Condomino habente criminalem.
11 Mandans delictum fieri quomodo puniatur in loco mandati.
12 Mandans, & mandatarius an deceat ab eodem Iudice cognosci.
13 Tractatus punibilis punitur à Iudice loci, in quo fuit factus.
14 Tractans, & mandans differunt, remissiue.
15 Tractatus quomodo probetur, remissiue.
*15 Depositio de tractatu non probat actus consummationem.
16 Insultans in vno territorio, & in alio vulnerans potest ab vtroque Iudice puniri.
17 Insultus & vulnus quomodo confundantur.
18 Sagittans in vno territorio, & in alio percutiens à quo Iudice puniatur.
19 Decian. in tract. crimin. impugnatur.
20 Rapiens puellam in vno territorio, & in alio cognoscens, potest vtrobique puniri.
21 Mandans in vno loco committi homicidium in alio, vbi cognoscatur, remissiue.
22 Ratificans in vno territorio maleficium commissum in alio à quo Iudice cognoscatur.
23 Arma in vno territorio portans, & in alio vim publicam committens, in vtroque punitur.
24 Capiens hominem in vno loco, & in alio derobans, in vtroq; puniri potest.
25 Consuetudo potest inducere, vt delinquens in vna ciuitate puniatur in alia confœderata.
26 Delinquens in vna Ciuitate an puniatur in confœderata, remissiue.
27 Et quid inter Regnum Neapolitanum, & statum Ecclesiasticum.
28 Delinquens in confinio duorum territoriorum, si in vno habitet, à Iudice illius punietur.
29 Mortuo reperto in confinio vtroque Iudex procedit.
30 Delicto commisso in confinibus, quid sit faciendum.
31 Iudex lata sententia an possit procedere contra eum, qui falsa coram se deposuit.
32 Arbiter non punit testem falsum.
Limit. nisi Iudex esset arbiter, qui imperium haberet. Item nisi iurisdictionem à statuto haberet.
33 Iudex, cuius iurisdictio fuit prorogata, an puniat testem falsum.
34 Iudex maior deponens falsum coram minori an ab eo puniatur.
35 Testis deponens falsum coram Iudice, non suo ab vtroque potest puniri.
36 Iudex examinans ad instantiam alterius, potest punire testem falsum, licet non sit iudex causae principalis.
37 Iudex laicus an possit inhiberi per Iudicem Ecclesiasticum, coram quo cognoscitur de falsitate commissa per Clericum coram laico.
38 Iudex ecclesiasticus non punit laicum post sententiam, qui falsum coram eo deposuit.
39 Fur potest vbique capi, puniri, & conueniri, vt rem reddat.
40 Fur non valens reddere rem furatam, venundatur.
Quod tamen non seruatur in practica.
41 Furtum non remittitur per contrectationem pretij rei furatae.
42 Furtum per contrectationem quando committatur.
43 Fur rapiens cum armis in vno loco, & in alio cum re rapta repertus, an vtrobique puniatur, remissiuè.
44 Statutum, quod pro tribus furtis quis moriatur, non procedit in contrectante eandem rem per diuersa regiones.
45 Fur transiens cum furto per aliquem locum, potest ibi capi, & puniri, licet non resideat per diem.
46 August. de Arim. reprobatur.
47 Et quid seruetur in Catalonia.
48 Fur exponens rem venalem propè cameterium sit sacrilegus.
49 Et quid in confugiente cum furto ad Ecclesiam.
50 Barbat. ab impugnatione D. Clari defenditur.
51 Iudex Ecclesiasticus potest procedere contra delinquentes in ecclesia ratione sacrilegij.
52 Iudex laicus non potest capere laicum delinquentem in Ecclesia, sed Ecclesiasticus debet eum capere, & tradere Curiae seculari.
53 Captus per mantellum in hostio Ecclesiae, & offensus extra non dicitur percussus in Ecclesia.
54 Vagabundus potest vbique puniri.
Remissio causae in Regno Neap. non fit, si non constat de corpore delicti, nu. eod.
55 Homicida ex animo deliberato nullibi est securus.
56 Delinquens in vno territorio, & in alio fugiens, debet remitti ad locum delicti, vel ibi puniri.
Et contraria consuetudo non valet.
Inquisitor cuiusque prouinciae potest petere remissionem in causis haeresis à quocunque inquisitore.
Inquisitores haeresis omnes sunt legati Summi Pont.
57 Inquisitores non subsunt alicui Domino temporali.
58 Remissio quādo sit facienda, & quid requirat, remissiue.
59 Remissio cuius expensis fiat.
60 Remissio delinquentis in territorio Baronis habentis iurisdictionem in delinquentes in suo territorio priuatiuè, & annullatiuè an debeat fieri ad Baronem delinquentis, habentem iurisdictionem in suos vasallos, etiam alibi delinquentes, remissiuè.
61 Inquisitus à Barone, si capiatur à Curia superiori, an remittatur, remissiuè.
62 Remissio debet peti ante condemnationem.
63 Iudex post remissionem non potest amplius cognoscere eum deliquerit.
64 Delinquens remissus debet puniri secundum leges Iudicis, ad quem remittitur.
65 Remissio ad locum delicti quare fiat.

66 Iu

66 *Iudices eiusdem Domini si non remittunt delinquentem ad locum delicti, puniuntur de inobedientia.*
67 *Officiales in Regno Neapolitano tenentur capere malefactores, & remittere.*
68 *Latrones stratarum in dicto Regno non remittuntur, sed puniuntur à capientibus.*
69 *Baro habens iurisdictionem in suos vasallos, etiam alibi delinquentes, non tenentur remittere.*
70 *Latro stratarum captus per Regiam Audientiam non remittitur ad Baronem habentem dicta priuilegia.*
71 *Curia maior quando remittat ad inferiorem.*
72 *Remissio habet locum etiam inter diuersa dominia.*
Principes remittentes crimina sunt laudandi, Iul. Clar. reprehenditur.
73 *Remissio debet fieri, etiam quod capiens non haberet authoritatem capiendi.*
74 *Et an in leuibus delictis.*
Et an in causis ciuilibus, ibidem.
75 *Et quid seruet Romana curia.*
76 *Roma est communis patria.*
77 *Papa est Iudex ordinarius singulorum.*
78 *Bannitus ab vna ciuitate intelligitur bannitus à Roma.*
79 *Committens plura delicta, quorum vnum spectet ad Regios officiales, ab ipsis de omnibus cognoscetur.*
80 *Remissiones fiunt indistinctè in foro ecclesiastico.*
81 *Ecclesiastica personæ omnes subsunt vni Principi.*
82 *Præuentio quando habeat locum, remissiue.*
83 *Et quid si Iudices sint sub diuersis præsidibus.*
84 *Et quid si delinquens procurauerit inquiri in Curia, in qua minor pœna imponitur.*
85 *Et quomodo probetur, remissiue.*
86 *Et quid si eadem hora à duobus Iudicibus fuerit formata inquisitio.*
87 *Et quid reus aget hoc casu ne à duobus vexetur.*
Præuentio non potest allegari, nisi inquisitionem subsecuta sit citatio.
88 *Famulus Iudicis delegati si delinquat, per quem puniatur.*
89 *Delegatus extra officium delinquens potest puniri ab ordinario.*
Auctoris consilium.
90 *Præuentio non habet locum, quandocunque iurisdictio alicui competit virtute priuilegij.*
91 *Vasalli Baronum in Regno Neapolitano an, & quando remittantur à Regiis Audientiis.*
92 *Citatus à Regia Audientia, etiam quod notoriè constet esse sub Barone, primo comparere tenetur eius priuilegium, & fori declinatoriam allegaturus.*
93 *Citatus à duobus iudicibus non potest coram secundo allegare pendentiam litis coram primo, in quo est contumax.*

1 a DIctum *a* est de iudicis competentia ratione personarum, & causarum; nunc de loco delicti videamus. In hoc autem indubitata est iuris conclusio, *b* quod iudex *b* loci, in quo commissum est delictum, potest contra delinquentem procedere etiam, quod ille alias non sit iurisdictioni suæ suppositus, eumque 2 condemnare, & punire. † Et hoc receptum esse affirmat Didac. *pract. quæst. 11. numer. 3.* & dixi infra *quæst. 84. in princ.* vbi etiam dixi, an possit illum punire solummodo secundum dispositionem iuris communis, an autem etiam secundum statuta ipsius loci delicti.

c Quæro, *c* pone, quod sint duo domini vnius castri, qui diuidant administrationem inter se, & vnus eorum delinquat in iurisdictione alterius, nunquid po- 3 terit ab alio puniri? Respond. quod non. ita tenet d Bart. *d in l. inter tutores, post n. 6. ff. de admi. tutorum, &* est communis opin. vt dicit Caspar Valas. *in repet. l. imperium, post numer. 186. versic. ex supradictis infertur ff. de iurisdict. omn. iud.* Hoc etiam esse commune dictum attestatur Fel. *in cap. prudentiam, numer. 4. de offic. delegat.* Nam (vt communiter dicitur) Par in parem non habet imperium.

Quæro etiam; pone quod aliquis delinquat in exercitu Mutinensium tunc posito in territorio Bononiensi, nunquid poterit puniri à Prætore Mutinensis exercitus? Respon. quod sic: ita tenuit Mar. Sili. *in l. cunctos populos, C. de summa Trinitat.* & est commune dictum, vt ait Corset. *in repert. Abbatis, in verbo, Iudicis incompetentia, in 33. limitat.* Ita etiam tenere DD. attestatur Bald. *in l. 3. numer. 3. ff. de offic. præsid. & in d. l. cunctos populos, numer. 24. in fin.* dicens, quod ita est de generali consuetudine, & ante eum ita etiam seruari de consuetudine dixit Bart. *in ea. l. cunctos populos, num. 46.* Idem attestatur Grammat. *super constit. Regni, fol. 64. num. 6. & 7.* Potest enim vniuersitas prorogare iurisdictionem, & exercitus in hoc habetur loco vniuersitatis. Et in hoc proposito non est omittenda mirabilis decisio facta per senatum contra quendam Ioan. Raffam, militem cataphractum, qui dum esset hospitatus cum eius comitatiua in ciuitate Papiæ, commisit homicidium *e* super territorio Placentino: & conclusum fuit, quod licet ipse non esset subditus Ducatui Mediolani, neque ratione originis, neque ratione domicilij, neque ratione delicti, nihilominus poterat tanquam subditus ratione militiæ puniri, iuxta ea, quæ tradit Bart. *in l. 1. n. 13. ff. ad mun.* Et ita perfecto processu fuit damnatus ad triremes perpetuo, 11. Maij 1570. P. N. Vide, quæ dixi supra *qu. 35. vers. Quæro modo.* 4 e

Quæro, nunquid in foro pœnitentiali quis sortiatur forum ratione delicti. Respond. quod non: & ita tenent communiter Doctores, vt dicit Abb. *in c. 1. num. 1. de raptorib.* quem refert Rochus *de consuetud.* refert per Didac. *pract. qu. 11. numer. 4.* & Duennas *reg. 378. in 1. limitatione.* Et ideo licet quis delinquat extra locum, in quo habet domicilium, tenetur tamen peccata sua confiteri sacerdoti, in cuius parochia tenet habitationem. 5

Item quæro, nunquid mandans *f* fieri aliquod delictum, sit puniendus in loco, in quo fuit datum mandatum, an autem in loco, vbi secutum est delictum. Resp. quod debet puniri in loco, in quo delictum fuit consummatione, non autem in loco, vbi mandauit. Et hæc est communis opin. vt dicit Abb. *in d. cap. fin. n. 27. de foro compet.* quem refert Probus *in c. inquisitores, n. 5. in fin. de hæret. in 6.* Pract. Conradi, *fol. 251. in princ.* Marian. *in d. cap. postulasti, n. 5. de foro compet. & in cap. 1. n. 15. de raptor.* Lancel. Dec. *in l. hæres absens, § apud Labeonem, ff. de iudic.* quem refert Duennas *in d. reg. 378. in 3. amplia.* & Placa *lib. 1. de del. cap. 15. n. 17.* Remig. *de immunit. ecclesiarum, fol. 116. in 5. fallentia, post n. 3.* Et ratio est, quia mandans non tenetur ex mandato, sed ex delicto propter mandatum secuto, vt dixi infra *qu. 89. versic. sciās autem g.* Dicit tamen Bald. *in l. non ideo minus, in fin. C. de accus.* quod si mandans, & mandatarius conueniantur coram diuersis iudicibus, non possunt petere se remitti ad eundem iudicem, subdens in facti contingentia ita fuisse iudicatum: quod nota, quia apud nos forte contrarium seruaretur in practica, si vterque iudex esset *h* subditus huius Ducatus. 6 f g

Sed pone, *i* quod aliquis commiserit homicidiũ Florentiæ, vt redderet securum aliquem Senensem, qui Senensis postea Senis ratificauit dictum homicidium; nunquid talis Senensis ratificans erit puniendus Florentiæ, & sic in loco cõmissi homicidij, an autẽ Senis, & sic in loco, in quo secuta est ratificatio? Resp. ꝙ debet puniri h 7 i

niti Florentiæ, vbi commissum fuit homicidium, & est communis opin. vt attestatur Marian. *in d.c.postulasti, n.5.versic.circa tertiam*. Faciunt quæ dixi sup.*vers.Item quæro*.

8 Vidi *k* aliquando dubitari, nunquid ille, qui non est subditus ratione originis, neque domicilij, possit puniri occasione *l* tractatus facti de committendo aliquo maleficio extra territorium. Et post multa tandem decisum fuit per senatum, quod sic, in causa cuiusdam Catalli 20. Decembris 1552. Et hoc licet maleficium fuit commissum extra ducatum, neque ipse esset iurisdictioni nostræ suppositus. Quod Nota, *m* quia cum sit decisio Senatus, seruanda esset pro lege *n* in hac prouincia. Reperio tamen, quod idem Senatus in causa cuiusdam Guidonis Bombasij, qui molestabatur occasione tractatus facti in dominio de committendo homicidium, quod commiserat postea extra dominium, visus est inclinare in sententiam, quod ex quo ipsemet deinde commisit homicidium, quod tractatum fuerat, non poterat pro tractatu in hoc dominio puniri, 30. Aug. 1560. *o* licet ego contrarium de iure sentiam, per ea quæ in terminis consulendo dixit Bolognin. *consil.* 8.*in 2. dubitatione*, vbi valde eleganter loquitur.

9 Item *p* pone, quod aliquis existens in vno territorio emittat sagittam, cum qua percutiat, vel exonerat archibusium, cum quo interficiat aliquem existentem, in alio territorio: quis erit iudex huiusmodi delicti? Respond. quod poterit puniri in vtroque territorio, & inter ipsos iudices vtriusque territorij erit locus præuentioni; & ita communiter concluditur, vt dicit Abbas *in d.c.fin.n.25.de foro compet.* quem refert Pract. Conradi *fol.250 in fine.* Ita etiam communiter teneri attestatur Albericus *in 4.parte statutorum, quæstio.79.* quem refert Nellus *de bannitis in 2.parte primi temporis q.8.* *q* Successiue quæro, nunquid delinquens in vna ciuitate *r* 10 possit puniri in alia ei confœderata. Resp. Bartol. videtur in aliquibus locis sensisse, quod sic, sed Bal. *in l.excusatorem, n.32.C.de exec.rei iud.* tenuit totum oppositum, dicens, quod in hoc Bart. errauit, nec seruatur dictum suum de consuetudine, quia sapientibus non placet, ideo illud consuetudo abhorret, & illum refert Ias. *in l.à diuo Pio, §.sententiam Romæ, post n.10. ff.de re iud.* Et ab hac opin. contra Bart. non recedas in practica, nisi aliter ex capitulis fœderum expresse cautum esset. Faciunt, quæ dixi infra *quæst.71.vers.quæro modo.*

11 Præterea quæro, *s* Pone, quod aliquis committat delictum, in confinibus duorum territoriorum, ita quod nescitur super quo territorio possit dici commissum fuisse; quis iudex procedet? Resp. Aliqui dicunt, quod vterque iudex potest procedere: si tamen vnus præueniat, ille solus cognoscere debet. Et hanc dicit esse communem opin. Iacob. Beluis. Iun. *in repe.§.contrahentes, post n.18.* *t* Sed quidquid sit de iure, vsus obtinuit, quod vterque iudex procedit, & punit in suo territorio. Et ita communiter seruari attestatur Iacob. de Beluis. *in loco præalleg. post num. decimumquartum.* Marian. *in d.cap.proposuisti,* prout illum refert Boss. *in tit.de foro compet. n.60.*

12 Vlterius *u* quæro, Pone quod quis accusauerit Titium de aliquo delicto: Titius comparet, & non negat delictum, sed dicit illum commisisse *x* in alieno territorio, quid debet iudex hoc casu facere. Respon. quod ante omnia potest, ac debet cognoscere, an ille locus, in quo delictum commissum fuisse dicitur, sit de sua iurisdictione. Et hæc est communis opin. vt dicit Marianus *in c.postulasti, quod est c.fi.post num.9. vers. circa 14.de foro compet.*

13 Sed quæro, nunquid iudex, coram *y* quo testis falsum deponit, possit illum punire de falso, etiamsi respectu pœnæ non sit illi iudex competens? Resp. Aut est iudex ordinarius: & potest illum punire pœna extraordinaria, secundum Bart. *in l.nullum, n.8.C de testib.* & est communis opin. vt dicit Boss. *in tit.de falsis, n.103.* *z* & scias, quod licet iste iudex puniat illum testem tali pœna extraordinaria, *a* potest nihilominus iudex competens ipsius testis procedere contra eum de falso ad pœnam ordinariam; & ita volunt communiter Doctores, vt ait Boss. *in tit.præalleg.n.104.* Aut est *b* iudex delegatus: & tunc est distinguendum. Nam aut loquimur in delegato Principis, & potest eum punire; aut loquimur in delegato ab inferiore à Principe, & non potest. Ita dicit Io. And. *in addit.Spec.in tit.de teste, §.2. n.44.* Et hæc distinctio est frequentiori suffragio iuris vtriusque interpretum recepta, vt ait Didacus *in pract. qu.18.n.8.* Scias tamen, quod non potest delegatus huiusmodi testem punire pœna ordinaria, sed tantum extraordinaria. Et hæc est communis resolutio, vt attestatur Sapia *in l.fin.n.8.de offic.eius.*

Sed *c* hic quæro, quid si clericus deponat falsum testimonium coram iudice laico, nunquid poterit ab eo puniri de falso? Respon. In hoc art. tres fuerunt opin. 14
d Prima fuit glossæ *in d.l.nullum, in glosella 1.C.de testib.* quæ videtur sensisse, quod iudex laicus possit illum punire de falso. Sed illa glos. communiter reprobatur, vt dicit Card. Alex. *in c.de accusatione, col.31.vers.sed quid si clericus, 2.quæst.8.* Secunda fuit opin. Federici de Senis *cons.93.* factum tale, quod scilicet iudex secularis non ad accusationem partis, sed ex officio potest punire clericum de testimonio falso coram eo perhibito in pœne pecuniaria. Et hanc opin. dicit in Francia seruari Guliel. Bened. *in 1.parte repet.cap. Rayn.in verb. & vxorem nomine Adelasiam, n.142.* quem refert Chassan. *super consuet.Burgun.fol.52.n.87.* Idem attestatur Aufrer. *in clem.1. de offic. ord. in 2.fall.1.reg.* *e* Tertia fuit opin. Host. quod iudex laicus non possit illum punire neque corporaliter, neque pecunialiter. Et hanc opin. tenent communiter canon. vt dicit Afflict. *decis.230.* quam etiam dicit esse communem Felin. *cap.verum de foro compet.* prout illum refert Capic. *dec.2.n.13.* & Rol. *cons.10 n.48.lib.2.* Maranta *in suo Speculo, fol.130.nu.4.* Vantius *de nullitatibus, fol.111.n.50.* Diaz *in pract.crim.can.87.in fin.* quem refert pract. Conradi *fol.247. in princ.* & Nunius de los corrigidores, *fol.232.col.2. vers. quod intellige,* Did. *in pract.qu.17.post n.8.* quem refert Don. Ant. de Padilla *in l.transigere, num.112.C.de trans.* Boss. *in tit.de falsis, n.110.* Et hæc opin. apud nos seruatur in pract. *f* Bene potest iudex laicus in ipsa causa ciuili cognoscere super falsitate, quam clericus deposuit, non quidem ad effectum expediendi ipsam causam coram eo vertentem. Et hoc omnes fatentur, vt ait Didac. *in d.quæst.18. in vltimis verbis.*

Quæro *g* nunc, quid econuerso, si laicus deponat falsum testimonium coram iudice ecclesiastico, nun- 15
quid poterit eum punire? Respon. quod sic: & eo casu vterque iudex, scilicet *h* ecclesiasticus, & secularis potest procedere contra huiusmodi testem, & inter ipsos iudices erit locu. præuentioni. Et ita in facti contingentia decisum fuit per consilium Neapol. vt per Afflict. *decis.219.*

Tu *i* scis, quod furtum est contrectatio rei alienæ in- 16
uito domino. Modo aliquis commisit furtum in ciuitate Astensi: posteà transtulit se cum re furtiua ad ciuitatem Alexandriæ: nunquid prætor Alexandriæ poterit ratione contrectationis eum punire de furto? Resp. Bartol. *in l.si dominium, num.2. ff.de furtis,* tenuit, quod sic: & dicit Ang. *in d.l.si abducta, in lectu. Perusina, Cod.de furtis,* quod sæpius vidit practicari opin. Bart. & multos ad furcas duci: & in Lectura Patauina dicit, quod assessores seruant opin. Bart. tanquam vtilem reipub. quem refert Matt. Land. *cons.61.n.5.inter consil.*

crimin

*crimen diuersorum lib.*1. & Flor. *in d.l.si abducta* dicit, quod assessores tenent opin.Bart.pro Euangelio. Hanc etiam opin.Bart.seruari de consuetudine attestatur Bal. *in d.l.si dominium,in quadam lectura, quam pauci habent,* vt dicit Aug. ad Aug. *de malef.in verbo, & vestem cælestem,nu.*16.Dicit etiam Paul. de Cast. *in l.siue manifestus,* §.1.*numer.*13.*ff de cond.fur.* quod opin. Bart. practicatur per totum mundum,& assessores,& iudices habent eam pro Euangelio, quem refert Marsil. *in l.fin. post nu.*210. *ff.de iurisd.omn.iud.* Dicit etiam Nell.*de bann.in* 2.*part.* 1.*temp.quæst.*5.quod istam partem,vt plurimum sequuntur assessores, dicentes hanc opin.sanctam, licet in fine subdat, quod in hoc assessores non recte se fundant de k iure: posse nihilominus defendi: *k* ex varietate opin.& fortè consuetudine. Dicit etiam Mar.*in c.*1.*nu.*15.*in fin.* l *de rap.*quod hæc opin. Bart.fecit suspendi centum mil- m lia hominum. Et *m* dicit Boer. *decis.*13. *num.*47. quod opin. Bart. communiter seruatur in praxi, quam refert Didac.*lib.*2.*resol.c.*20.*num.*15.*in fin,& pract. quæst.*11.*numer.*9. & Benincasius *de pauper.fol.*104.*nu.*17. & Viuius *in lib.communium opin.in verbo Iudex domicilij,in fin.*tanquam attestantem, quod opin. Bart. sit communis, li- n cet ego non reperiam *n in libro meo Boer. in loco præallega.*id attestantem. Bene inueni Afflict. *in cap.iniuria, in* 3.*not. num.*7. *de pace iura. firm.* attestantem,quod opin. Bar.est communis. Et dicit Capic.*decis.*104.in causa D. Comitis quod cons. Neapol.habet illam opin. Bartol. pro vera, saltem in practica, quam etiam se communiter seruari vidisse attestatur Iacob. de Belausio iunior *in repet.* §. *contrahentes, post num.* 110. Sed certè ego non credo, quod in hoc Afflict. verum dicat: Quinimò o *o* opin. contra Bart. esse communem, attestatur Cæpolla *cons. crimin.*59. *circa fin.* vbi dicit, quod hæc opinio contra Bart. est verior, & æquior de iure, & hodie etiam magis communis: quem refert, & sequitur Boss. *in tit.de furtis,num.*18. Et Ang.*in d.l.si dominium, nu mero* 1. expresse dicit, quod illa opinio Bartoli *de rigore iuris* communiter reprobatur, licet subdat, quod illam vidit obseruari per plures assessores, & quod talis obseruantia est vtilis reipubl. & Angel. refert Alexand. in Apostil. ad Bart. *in eadem l. si dominium*, & Rimminald. *consil.*7.*num.*12.& Iacob.de S.Georgio *in d.l.si abducta, num.*2.*de furtis*,& Angel.de Vbald.*inter consilia criminalia diuersorum cons.*71.*nu.*18.*in fin.lib.*1. Et dicit Abbas *in d. cap.*1. *numer.*11. *de raptor.* quod vsque ad tempora Bart. contraria opin. fuit communis: quem refert, & deridet Anan.*in cap.ex litteris post num.*6. *de furtis*, licet idem etiam dicat Marian. *in eod.cap.*1.*num.*13.*in fin.* Et p dicit Pract. Papiens. *in forma inquisitionis, in verbo,* p *Contrectando, num.*3. quod illa opin. Bart. non est communis, neque approbata per Moder. *de iuris subtilitate,* quem refert Pract. Conradi, *fol.*363. *numer.*22. Quinimò Bald. *cons.*154. *lib.*1. & *cons.*471. *lib.*3. dicit, quod illa opin. Bartol. de facto nunquam, aut de raro obseruatur, & contra illam se in facti contingentia indicasse attestatur Cæpolla *in l. Marcellus, numer.* 23. *ff.de de verb. signific.* Illam etiam esse communiter reprobatam attestatur Hyppol. Rim. *inter consilia criminalia* q *diuersorum cons.*105. *num.*11. *lib.*1.& ita teneas. *q* Certè in hoc Ducatu non seruatur opin. Bart. vt s. fur repertus cum re per eum furata in alieno territorio puniatur criminaliter. Et ita contra illam opin. Bartol. vidi in senatu sæpissime iudicari, & in specie 20. Nouemb. 1558. in quododam fure Cremense. Solet tamen quandoque senatui tales fures ejicere à Ducatu sub aliqua pœna, prout seruatum fuit cum quodam Peregrino, r 10. Mart. 1551. P. N. *r* Et secundum hanc opin. male potuisset defendi *consil.Bart.*33.*in* 1.*dubio libr.*4. in quo consuluit,quod fur,qui cum re furata ad ecclesiam confugit,dicitur ibi ex noua contrectatione nouum furtum committere,& ideo potest ab ea impune extrahi: quod s *s* non credo verum per prædicta.

17 An autem furta commissa in alienis territoriis computentur,& faciant numerum ad effectum,vt quis possit pro pluribus furtis suspendi,dixi supra *hoc eo.li.*1.*furtum,vers.sed pone.*

18 Vidi etiam quandoque dubitari, an si laicus committat aliquod delictum in Ecclesia, eius criminis co- t gnitio spectet ad iudicem Ecclesiasticum; an ad secularem; & reperio,quòd Cyn.*in l.præsenti,versic.Secundo quæro,C.de his qui ad eccles.conf.* tenuit quod eius,cognitio,& punitio spectet ad ecclesiasticum. *u* Contrariam u autem opin. quod s. cognosci, & puniri debeat per iudicem secularem, tenuit Bar. *in l. si cui,* §. *cum sacrilegium,num.*3.*ff de accusat.* Et hanc dicit esse magis communem opin.Rolan.*cons.*14.*num.*5.*& 6.libr.*2.& ita reperio in facti contingentia eleganter consuluisse Bertran. *cons.*9.*&* 10. *lib.* 7. licet etiam locus Ecclesiæ sit sacer, non tamen propter hoc *x* desinit esse de terri- x torio principis secularis. Et ita indistincte apud nos obseruatur.Faciunt,quæ dixi supra *q.proxima, vers.Vlterius quæro.*

19 Est *y* autem tantæ potentiæ locus delicti commissi, vt de iure communi teneantur alij iudices, puta origi- y nis, vel domicilij, ipsum delinquentem remittere *z* ad z iudicem loci delicti, si fuerint ab eo requisiti; & hoc ad effectum, vt ibi contra eum procedatur, & puniatur, & hæc est communis opin. vt dicit Cæpolla *consil. crim.*59 *vers.primum est an de iure,* Curt.Iunior *in l.hæres absens,*§.1.*num.*5.*ff.de iudiciis*, Sapia *d.l.hæres absens, nu.* 10. Et quod iudex domicilij, si nondum cæpit cognoscere omnino teneatur remittere, si remissio petatur, dicit esse communem Marian. *in d.c.postulasti, post num.* 14.*vers.si vero iudex,de foro comp.* Hanc etiam dicit esse commun.opin. in atrocibus delictis Pract. Conradi, fol.249. *num.*12. Si verò petita non fuerit remissio non tenetur iudex remittere: & hæc est communis opin. vt attestatur Didac. pract.*quæst.*11.*num.*6. Et quod vbicunque delictum remanere impunitum, si remissio non fieret, debeat de necessitate remissio fieri, dicit esse communem opin. Anan. *in cap.ex his, post num.* 9. *versicul. Et primo arguit, de furtis.* *a* Et licet aliqui a voluerint, quod iudex de remissione requisitus debeat prius ipse cognoscere, an ille sit culpabilis de delicto, pro quo imputatur, & dicat Cæpolla *in d. consil* 54.*versicul.& in hoc bene consideret, ita fuisse aliquando iudicatum*: tamen illam opinio praxis non admisit, vt attestatur Didacus *in dict. quæst.*11. *numero* 8. & contrarium tenent Doctores communiter; vt dicit Imola *in l.interdum,* §.*Idem autem, versicul.nota argumentum,ff de publ.* Et ita semper vidi in practica obseruari.

20 Sed *b* certè, quidquid sit de iure, hodie ex consue- b tudine communiter non fit remissio, vt attestatur Cyn.*in authent. apud eloquentissimum in* 3.*not. C.de fide instrumen.*Bart *in l.sepulchri,nu.*3.*ff de sep.vio.* quem refert Abb *consil.*14.*numer.*2.& Grammat.*consil.*28.*in fin.* & Publ.*super consuet. Aluern.fol.*18.*art.*1.*num.*3. Gand. *de malefic.in rubr.de citat faciend.num.*8. Bald.*consil.*393. *lib.*1.*& consil.*229 *in fin.libr.*2.*& cons.*138.*libr.*4 *& in l.*1. *num.*2.*in fin.C.vbi de crim.agi opor.* quem refert Afflict. *super* 2.*parte,constitu.Regni,rub.*3.*num.*68. Vital. *de malef.in rub.quid sit accusatio, num.*53. Iacob. de Belluis *in* §.*si quis vero comprehensorum in authentic. vt nulli iudicum,* quem refert Aug.ad Ang. *de malef. in verbo, & ibi caput,num.*27. Abbas *cons.*24 *num.*1.*& sequent.lib.*1.Iasc *in l.à diuo Pio,*§.1.*num.*2. *ff.de re iud.* quem refert Pract. Conradi, *fol.*249.*in* 8.*limita.* Rimin. *consil.*7.*numer.*7. Marsil.*in pract.crim.*§.*opportune,num.*35. *& consil.*32.*numero* 9.*& cons.*99.*num.*21. quem refert Roland.*cons.*60.

num.22.lib.2. Idem Marsil. *in repet. l. vnica. nu.143. in fin. C. de raptu virg.* Gramm. *decis.26.nu.3.* Berous *in c. de iis, num.29. de accus.* Et dicit Ang. *in l. solet, nu.3. ff. de custod. reo.* quod hodie non vtimur istis remissionibus, quia vnaquæque ciuitas sibi ipsi præses est, nec subsunt ciuitates eidem dominio: merito vnus præses alteri obedire non tenetur. Et ideo in Italia in qualibet ciuita-
c te habente c iurisdictionem separatam, quilibet delinquens est securus. Et ita seruari de consuetudine attestatur Fulgos. *consil.149. num.2.* Soc. Iun. *consil.76. num.7. lib.3.* Ita etiam obseruare praxim Galliæ, vt scilicet non fiat huiusmodi remissio, attestatur Igneus *in l. fideicommissum, num.232. ff. ad Sylla.* Dicit etiam Practic. Millei, *fol.37. num.64. & 69.* & *fol.63. num.2.* quod de consuetudine regni Franciæ non fit remissio ad iudicem loci delicti, sed ad iudicem ordinarium delin-
d quentis, d respectu originis, vel domicilij, prout etiam attestatur Pontan. *super consuetud. Blesen. fol.168. col.1. circa medium.*

21 Hoc e tamen, quod non fiat remissio intelligendum
e est, vt procedat inter illos iudices, qui non sunt subditi eiusdem principis; & hæc est communis sententia vtriusque censuræ, & dicit Probus *in Apostil. ad Ioan. Monach. in cap. inquisitores, sub num.8. de heret. in sexto.* Dicit etiam Chass. *super consuetud. Burgund. fol.365. num.14.* quod hæc est communis sententia omnium tam iuris ciuilis, quam quotidie videmus obseruari. Et ait Didac. *pract. quæst.11. nu.10.* quod hæc sententia communi totius orbis Christiani vsu, & praxi recepta est. Et ita etiam hodie seruari attestatur Bald. *in l. executorem, nu.30. in fin. C. de execut. rei iudic. & in l. requirendi, post num.2. de ser. fugi.* quem refert Matous *decis.400. nu.9.* Paulus de Castro *cons.306. lib.2.* Iacob. de Belu. Iunior *in repet. §. contrahentes, nu.71. & 111. & aliis seq.* vbi etiam attestatur, quòd hæc est communis opin. Doctorum vtriusque iuris, Anan. *in cap.1. post numerum 8. de raptor.* Martin. Laud. *cons.61. num.2. inter consilia criminalia diuersorum, lib.1.* Berous *decis.29. nu.5.* Aufret. *super decisi. Tholos.319.* Et dicit Angel. *in auth. si vero, C. de adult.* quod hodie ista remissio non fit nisi in locis subditis vni præsidi. Idem dicit Cæpoll. *in dict. consil.59. vers. & prædicta procedunt,* Paris. Put. *de synd. fol.190. cap.4. post nu-*
f *mer.1. f.* Et ideo secundum Ang. *in d. l. solet, post nu.3.* g si
g plures ciuitates subessent vno dominio, tunc deberet fieri remissio de vno præside ad alium, subdens, quod vidit practicari, & obseruari pluries, & bene: Cæterum inter diuersa dominia de generali consuetudine non solet fieri remissio. Bene verum est, quod de facto quandoque vidi (non obstante tali consuetudi-
h ne) fieri remissiones delinquentium captorum h in hoc Ducatu principibus finitimis in delictis atroci-
i bus, & econuerso i quod tamen ego nunquam laudaui: quia credo, quod stante consuetudine ipsi debeant esse securi. Tamen ad punitionem malefacto-
k rum k Deus aliquando ita fieri permittit. Caueant ergo huiusmodi delinquentes: & ne hoc eis contingat, procurent habere à principe, sub quo morantur,
l fidantiam, l seu saluum conductum, quo habito, tute
m poterunt ibi permanere. m Sunt etiam quædam prouinciæ, quæ aliquando inierant capitula cum Ducibus Mediolani de tradendis inuicem delinquentibus; sed talia capitula non solent obseruari, nisi ad libitum, & cum semel fuisset dictum in Senatu de reuocandis huiusmodi capitulis cum dominio Venetorum, fuit allegatum id, quod dicit in hoc proposito Chassan. *super consuetu. Burgund. fol.365. post num.4.* quem omnino vide.

22 Sed n quid si iudex, à quo petitur remissio, non ha-
n beat iurisdictionem procedendi pro illo delicto, & consequenter nec ipsum reum capiendi, nunquid habere poterit locum hoc casu remissio: Respond. Cald. tenuit, quod sic, dicens, quod attendi debet solummodo iurisdictio iudicis id petentis, non autem eius, à quo petitur remissio: Contrariam tamen sententiam, quod scilicet non habeat locum remissio; nisi iudex, à quo petitur, habeat iurisdictionem capiendi ipsum reum & procedendi pro illo delicto, dicit esse communem Boss. *in titu. de foro compet.* o *nu.25. & sequ.* Ego semper o vidi de facto contrarium seruari. Nam siue remissio petatur à iudice, qui sit sub eodem principe, seu præside prouinciæ, siue petatur ab eo, qui sit sub alio principe, non attenditur, an possit ab eo capi de iure, vel ne, sed solum an ille, qui petit, habeat iurisdictionem procedendi contra eum. Et hoc casu si remissio petitur à iudice, qui sit in hoc dominio, potest iudex requisitus à se ipso talem remissionem facere; si vero petitur à iudice, qui sit extra dominium, non fit remissio, nisi principe ita iubente. Nam in hoc Ducatu prætores, neque iudices inferiores, neque etiam senatus facit huiusmodi remissiones iudicibus extra dominium existentibus, sed solus Princeps, seu Locumtenens generalis.

Scias tamen quod vbi agitur de leuibus delictis, non 23
debet fieri remissio, & ita communiter tenetur, vt dicit Abb. *in d. c. fin. num.15.* quem refert Duennas *in d. reg. 2.78. in 3. limitatione,* & Didac. *pract. q.11. post num.7. versic. octauo remissioni.*

Item p scias, quod quando agitur ciuiliter pro cri- 24
mine, non habet locum remissio, neque etiam de iure; p
& hoc siue crimen sit leue, siue etiam grauissimum, & dicit Abb. *in d. c. fin. num.15. de foro comp.* quod ita communiter tenetur, & ita fuit in facti contingentia iudicatum per curiam Tholosanam, vt refert Aufrer. *decis. 319. Quidam de Narbona.* Nam quando agitur ciuiliter pro crimine, non potest procedi ad reum puniendum, vt dixi supra, *quæst.19.* merito non habet locum remissio.

Scias tamen, quod q curia Romana nunquam in 25
aliquo casu remittit delinquentes ad aliam ciuitatem, q
seu prouinciam. Et hæc semper fuit ibi consuetudo, vt attestatur Oldra. *cons.124. in fin.* vbi dicit, quod iste casus iam sæpe, & sæpius acciderat. Et ratio est, quia Roma est r communis patria, &c. r

Hæc autem omnia, quæ de remissione dicta sunt, 26
intelligi debent, vt procedant, quando agatur de eodem delicto: sed s si agatur de pluribus delictis per eundem s
reum communis, super quibus duo iudices procedant, vtique finito processu per vnum, fit remissio rei ad alium, vt & ipse suum processum finire possit. Et ita quotidie seruatur, vt dicit Boss. *in tit. de foro comp. nu.58.* quod verum est, quando ambo iudices sunt sub eodem præside prouinciæ: sed si sunt diuersis dominiis, non solet fieri remissio, vt supra dictum est.

Item t intelligenda sunt, vt procedant in ea remis- 27
sione, quæ inter ipsos iudices laicos fieri petitur: Cæ- t
terum si iudex ecclesiasticus petat ad se remitti clericum delinquentem tenetur, & debet iudex laicus illum remittere, & ita sentiunt omnes, vt dicit Io. Campeg. *inter cons. Alex. de Neuo. consil.56. num.3.* Et ita in facti contingentia consuluit Iason *cons.121. in 1. dubio, libr.1.* Quod tamen intellige secundum ea, quæ dixi supra, *quæst.36.*

Frequenter u etiam dubitari contingit inter duos 28
iudices loci delicti, qui pro eodem crimine proce- u
dunt, quis eorum sit præferendus. Et hoc contingit Mediolani, vbi est Capitaneus iustitiæ, & Prætor, & duo eius iudices, qui omnes habent iurisdictionem in criminalibus. Nos autem super hoc habemus decretum in nouis constitutionibus, *in titul. de accusat. §. si in eadem,* per quod declaratur, quod ille censeatur præuenisse

præueniſſe, qui prius inquiſitionem tranſmiſit, niſi eodem die, quo fuerit per vnum iudicem tranſmiſſa inquiſitio, alter reum capi fecerit: nam eo caſu præferendus eſt iudex capturæ; vultq; decretum in omnem caſum præferri iudicem, qui de grauiori delicto inquirit. Et ita in facti contingentia declarauit Senatus 8. Iunij 1558. quod ille, qui præuenit per capturam, & procedit in grauiori delicto, præferatur. Quibus autem modis de iure communi dicatur præuenta iuriſdi-
x ctio, dixi infra *lib.7.* x *§.iuriſdictio.*

ADDITIONES

Ad Quæst. XXXVII.

Dictum eſt] Vide Decian. *tom.1. crim. libr.4. capit.17.18.19.* Roſ.

1 *Dictum eſt de iudicis competentia*] adde ad hanc regulam, † quod forum quis ſortitur ratione delicti, plures ampliationes, & limitationes per Duen. *in reg.378.* & Dec. *in tract.crim.tom.1. lib.4.cap.17.per totum.*

2 Item adde, quod Iudex † loci delicti poterit procedere contra delinquentem, etiam quod fuiſſet condemnatus, ſiue abſolutus in loco domicilij, ſiue originis, vt per Vin. *com.opin.*420.*nu.*4. *vol.*1.ſed vide quæ poſui infra, *in q.37.verſic.ſcias etiam.*

3 Item adde, quod ratione † delicti quis ſortitur forum loci, in quo deliquit, quamuis haberet priuilegium, quod etiam ratione delicti non poſſet, niſi coram alio iudice conueniri, *c.1.* & ibi Doctor. *de priui.nu.6.* & *in c.fi.de foro compet.* quamuis Bal. *in l.1.* & *auth.* & *ibi poſita, C.vbi de crim.agi oper.* contrarium ſentiat, & male ſecundum Paul.Caſt. & alios *in d.auth.* & Bero. *in conſ.*162.*num.*1.*vol.*3.

4 Item adde, quod iudex † ratione delicti poterit punire delictum commiſſum in mari, territorio ſuo adiacenti, Bart. *in l.1. C.de Claſſ.lib.11.* Marſ. *in l.fin.n.3.de iuriſdict.omn.ind.* & Decian. *in tract. crim.tom.1. lib.4.cap.14.num.29.* & vbi agitur de delicto puniendo facto in mari, vel in inſula, vel in littore, vel portu eſt obſeruandum ius conſuetudinarium illius maris, inſulæ, vel portus, vel tex.notab. *in authe. de vſu naut.§.fin.* & Cæpol. *de ſer.ruſt.prædio.cap.26.*

5 Item adde, an & quando † ratione delicti priuilegiatus amittat priuilegium, ſiue exemptionem, & puniri poſſit a iudice loci, in quo delictum commiſit, late per Couar. *pract.quæſt.cap.11.n.*
6 6.vbi habetur etiam de intellectu † *cap.1.de priuileg.in 6.* & per Dec. *in tract.crim.tom.1.lib.4.c.17.n.30.* & *31.* & *c.28* & Feder. de Senis *conſil.2.incip.Statuto Epiſcopi.*

7 Item adde, quod Epiſcopus, † qui conſtitutionem edidit contra euntes ad monaſteria, poterit punire euntem ad monaſteria, etiam exemptum, Gemin. *in c.1.§.fin. de ſtat.in 6.* & ibi dicit, ita tenuiſſe Lupum. *Baiar.*

b *Iudex loci*] Et eſt ratio, quia locus delicti de iure eſt locus principalis in quo punitio fieri debet, ad eum enim iudex domicilij remiſſionem facere debet, dato quod in cognitione præueniſſet, authent. ſi vero criminis, & in corpore vnde ſumitur, *C. de adulter.* Nec poteſt iudex originis cognoſcere, aut inquirere de delicto commiſſo per ſubditum extra territorium, ſecundum Oldra. *in l.cunctos populos, C.de ſumm.Trinitat.* Iacob. de Belniſ. *in l.fin.ff.de iuriſd.omn.ind.* Ioan. And. *in add.Spec.in titul.de de compet.iud.addit. incip.antequam extraneus,* Bal. *in l.1.C.de edili.act.* & eſt magis communis opin. vt per Socin. *in l. à Diuo Pio, §.ſententiam, num.16.ff.de iudic.* Gramm. *deciſ.26.num.9.* & 11. Et ſi iudex originis habet reum in carceribus ſuis, tenetur remittere eundem ad iudicem loci commiſſi delicti, vt ſentit Glo. *in c.paſtoralis, de re iud.* & not. ſcribentes *in authe.qua in prouincia.C.vbi de cri.agi oport.* Gnior.

8 c *Quæro, pone, quod ſint duo domini*] adde, quod contrarium † habetur per Rot. Roman. *deciſione 3.de foro competenti in antiq.* nec obſtat, vt ibi dicitur, quod par in parem non habeat imperium, quia Baro delinquendo factus eſt, ſicut alius priuatus, & eſt communis opinio, de qua per Iaffr. Balb. *dec.116.* ſed Felyn. *in cap.prudentiam* hic allegat *d.deciſion. Rot.Roman.* dicens eſſe communem opin. quod puniri non poſſit, & reſpondet ad deciſionem.

9 Item adde, ſi vnus † ex condominis fuerit iniuriatus per ſubditum ſuum, non poterit cognoſcere de iniuria ſibi illata, ſed condominus cognoſceret, Innoc. Ioan. Andr. & alij *in c.dilectus de pæn.* & Innoc. *in cap.ex parte, de verbor.ſignif.* & Bartol. *in l.qui iuriſdictioni col.fi.verſ.ſed nunquid, ff.de iuriſd.omn.ind.*

10 Item adde, quod ſi ſunt † duo Domini, quorum vnus habeat ciuilem, alius criminalem iuriſdictionẽ in aliquo caſtro, & officialis habens ciuilem deliquerit, quod poterit puniri per officialem habentem criminalem iuriſdictionem, ſi non delinquat in officio in concernentibus officium, vt per Capic. *deciſio.27. num.10.* Baiar.

d *Bart.in l.inter tutores*] adde Capye. *deciſ.27.nu.9.* eundem Felyn. *in cap.quæ in Eccleſiarum, coll.27.* & ibi *in Addit.extra de conſtit.* Contrarium, quod imo ab alio condomino puniri poſſit, tenuit Rot. *tit.de foro com.deciſio.3.in antiq.* Drog.

e *Super territorio Placentino*] Adde infra *quæſt.71. verſ.Quæro modo, quæſt.83.in principio,* & hoc modo euenit, quod excuſatio à tanto non excuſat à toto, vt eſt infra *q.60.verſ.Quæro nunquid infra.* Drogh.

f *Item quæro*] Contrarium tenet Conta. *tit.de mandato ad homic.nu.12.* & *tit.de inquiſit.nu.16.* videlicet, quod etiam in loco mandati, & Boſſ. vt infra, Dec. *d.c.17.nu.7.* & 8. & Far. *vol.5.qu.135.par.3.n.148.* Bal. *conſ.311.* vbi etiam alia conſimilia diuerſorum. & *conſil.313.lib.4.contraria.* Roſ.

Item quæro, nunquid mandans. Adde, quod mandans † in loco 11 mandati pœna extraordinaria puniri debet, ſecundum Imol. *in l.ſi vt proponantur, ff.de fideiuſſ.* quem refert, & ſequitur Bero. *q.89.* & per ea, quæ ibi traduntur, poteſt dici, quod quando mandatum eſt per ſe punibile, *in c.1. de homicid.in 6.* & *in cri. læſæ maieſt.* & *rapt.virg.* Debet puniri pœna ordinaria. *Baiar.*

g *Dicit tamen Bald.*] adde, quod hanc † doctrinam Bal. ſequi- 12 tur Angel. in glo. & Sempronium mandatorem *q.20.nu.41.* & ibi Auguſt. de Arimin. Capye. *deciſ.122.nu.7.* & Boſſ. *in titu.de for.num.109.* vbi plene huiuſmodi quæſtionem tractauit, & ibi atteſtatur ita determinatum fuiſſe in ſenatu, quia licet ſit idem factum, tamen diuerſæ oriuntur obligationes, nec vna accedit alteri. *Baiar.*

h *Subditus huic Ducatui*] Boſſ. *de foro compet.num.109.* & 110. Roſ.

i *Sed pone*] Far. *tit.de inquiſit.vol.1.q.7.nu.10.* & Decian. *d.c. num.13.* Roſ.

k *Vidi aliquando dubitari*] adde, quod tractatus † debet pu- 13 niri à iudice territorij, in quo fuit factus, quando tractatus in iure eſſet punibilis, vt *in caſu c.1.de homicid.in 6.crim.læſæ Maieſt.* & in crimin.raptus, & in aliis ſimilibus caſibus, ſecus vero ſi tractatus non eſſet punibilis, Bero. *q.84.* & *nu. in fin.* dicit, quod tractans, & mandans crimen inter ſe differunt, & quomodo tractatus †, de committendo maleficio probetur, vide Maſcar 14 *de probat.concl.1386.* Baiar. 15

l *Tractatus facti*] aduerte, quod teſtis, qui deponit de tractatu, non probat actus conſummationem, multa enim tractantur, quæ non perficiuntur, & multa dicuntur, quæ non fiunt, per *15 Dec. *conſ.487.n.10.* & *conſ.199.n.3.conſ.404.n.11.* & *463.n.11.* & per Alex. *conſil.18.n.3.vol.2.* Giach.

m *Quia cum ſit deciſio ſenatus*] adde de ſententiis Senatus Mediolani infra *q.78.verſ.Quæro ſi bona, circa med.ſupr. in §.ſodomia.verſ.fin.in fine, ac alibi ſæpe.* Eſt autem auctoritas Senatus conformis iuri communi, nec diſſonat ab eo, vt eſt text. *in l.Iulianus, ad fin.ff.de leg.2.* quidquid in contrarium videat diſpoſitum per litteras Regias anno præterito 1581. vt dixi ſup. *quæſt.4.verſic.Quando vero,* maxime cum per tales litteras, & ordines non ſit expreſſe derogatum prærogatiue eidem Senatui attribuere, de qua *in d.q.78.verſ.Sed quæro, ad fi.* ſed quid de iure ſeruari debeat in hoc caſu à Claro formato, vide Io. de Madiis *inter conſil.crim.diuerſorum, col.60. per totum p.1.* Drogh.

Quia cum ſit deciſio ſenatus] Theſaur. *in præfat.deciſ.num.32.* Roſ.

n *In hac prouincia*] Vt legitur, atque no. *in l.fin.C.de legibus.* Giach.

o *Licet ergo*] Far. *d.q.7.nu.49.* Roſ.

p *Item pone*] Quis autem erit Iudex in caſu contingenti, quod aliquis alium vulneret in vno territorio, & poſtea eundem proſequẽdo in alio territorio occidat, & quomodo reus ab altero Iudicum condemnandus, vide Alex. *conſ.75.ad fi.lib.3.* Bal. *in ſua Practica, tit.Quæſtiones circa ſent.q.7.n.6.* Drog.

Item pone, quod aliquis] adde, quod ſi quis in † vno territorio 16 inſultauerit, & in alio vulnerauerit, ſiue occiderit, poterit puniri per Iudices vtriuſq; territorij de inſultu per Iudicem territorij, in quo inſultauit, & per alium de vulnerib. ſiue homicidio, quia inſultus, & vulnera, ſiue homicidium ſubſecutum non confunduntur, ſecus † autem ſi inſultus, & vulnera in eodem territorio 17 commiſſa fuiſſet, nam tunc cõfunderentur, ita tradit Baro. *in q.89.* & hoc caſu, & ſimilibus arbitror locum non eſſe præuentioni; nam quilibet Iudex poteſt punire delictum, quod committitur in ſua iuriſdictione, in qua maior eſt omnibus aliis Iudicibus, no. Doct. *in l. Magiſtratibus, ff.de iuriſdict. omn.ind.* & late per Decian. *in tract.crim.tomo 1.lib.4. cap.16.num.7.* ſed ſi extaret ſtatutum, eſt diſtinguẽdum, nam ſi dicat, quod quicunque † ſagittauerit, vel ſcloppum exonerauerit, tunc punietur etiam a Iudice, in cuius iuriſdictione exiſtens exonerauerit, dato, 18 quod in aliena iuriſdictione occiderit; ſecus ſi ſtatutum puniret percutientem, vel vulnerantem, vel occidentem, ita determinauit Petr. quem refert Cyn. *in l.1.C. vbi de crim.* agi oportet,

& Ioan. Andr. in cap. in obscuris, de reg. iur. in 6. in nouellis, & i-
dem videtur tenere Bart. in l. libellorum, de accusat. numer. 7. &
ita etiam tradit Decian. in tractat. 1. crim. tom. 1. lib. 4. capit. 17.
nu. 9. & ibi nu. sequenti dicit, quod idem esset, si quis existens in
vno territorio conuicium dixerit in aliquem in alieno territo-
rio existentem, nam si statutum punit proferentem conuicia,
punietur in loco, in quo protulit; si vero punit iniuriantem, vel
conuiciantem, attenditur locus, in quo ille passus est iniuriam;
19 & licet Decian. † ibi prosequendo dicat, si non extaret statu-
tum, quod de iure communi confunduntur mandatum, tracta-
tus, sagittatio, percussio, prolatio iniuriæ, & passio ipsius; quia
de iure communi delictum denominatur à fine, & sic à consu-
matione, Bartol. in d. l. libellorum, num. 7. ex quo videtur velle
inferre, quod statuto non existente, Iudex loci, in quo consu-
matur delictum, solus procedere possit: sed ego credo hoc non
esse verum, quia delicta prædicta non confunduntur, quando a-
ctus cæptus in vno territorio fuisset consumatus in alio, sed
solum quando in eodem territorio fuit ceptus, & consumatus,
vt per Bero. in d. quæst. 89. num. 2. & ideo concludendum est, de
iure communi, si delictum erit diuisibile, in vtroque loco puni-
ri, vt si quis in vno territorio cæpit aliquem, & commisit priua-
tum carcerem, & in alio spoliauit, num de captura iudicabitur à
Iudice loci, in quo cepit illum, & de spolio à Iudice, in quo ex-
poliauit, ita Bal. in cap. 1. §. iniuria numer. 11. de pace iuram. firm.
20 ita si quis rapuit † puellam in vno territorio, & eam in alio co-
gnouit, vt per Marsil. in l. fin. num. 106. de iurisdict. omn. iud. &
21 ibi nu. 204. habetur, etiam si existens Bononiæ mandat † ho-
micidium committi Florentiæ, & secuto homicidio, vt poterit
22 inquiri. & similiter de ratificante † in vno territorio delictum in
alio territorio commissum, à quo Iudice debeat puniri habetur
23 per Decian. in tract. crim. tom. 1. c. 16. num. 13. & † si quis portaret
arma in vno territorio, & in alio vim faceret publicam tum ipsis
armis, per vtrumque iudicem puniri poterit. Gram. in consil. 43.
n. 2. & consil. 55. num. 3.

Adde, quod si puella fuit capta in vno territorio, & cognita
in alio, vnusquisque iudex poterit procedere, secundum Bal. in
l. si quis non dicam rapere colum. 5. C. de episc. & cler. quem re-
fert, & sequitur Felyn. in cap. 1. sub num. 12. de præsumpt. & ibi
24 † dicit etiam, quod si in vna villa vnus fuit ligatus, & in alia de-
robatus, quod similiter ab vtroque Iudice poterit contra delin-
quentes procedi.

25 q Successiue quæro] adde, quod † consuetudo potest inducere,
quod delinquens in Ciuitate confœderata puniatur, vt per Petr.
Rau. in tract. de conf. sub n. 248.

26 Item adde, † quod Marl. in cons. 121. n. 9. cum seq. tenet contra-
rium, videlicet, quod committens delictum in vna ciuitate, pos-
sit puniri in alia ei confœderata, & ibi accumulauit multos idem
tenentes, sed hoc nunquam vidi seruari, & conuentio, quæ inter
27 summum † Pontificē, & Regem Philip. de qua in libro pragma-
ticarum, sub tit. de malefact. est solum, quod banniti non sint tu-
ti, sed quod debeant ab officialibus vtriusque Principis omni
cum diligentia persequi, & ad eorum officiales remitti. Baiar.

r Ciuitate] adde ad propositum quæ scribi Gui. Papæ q. 177.
n. 2. & Nicol. Boer. dec. 29. n. 2. Guiot.

ſ Præterea quæro] Boss. de foro comp. n. 161. & 115. Decian. d. to.
1. crim. lib. 4. c. 16. nu. 22. & c. 16. nu. 15. 21. Far. d. tit. de inquisit. q. 7.
num. 51. Ros.

28 Præterea quæro] adde, quod si cum altero † ex illis iudici-
bus concurreret aliquis alius modus, quo quis sortitur forum,
vt quia esset iudex domicilij, vel originis delinquentis, tunc is
præferretur, qui duplici iure fuerit iudex, quia duo vincula
magis stringunt, ita tenet Decian. in tractat. crim. tomo 1. libro
4. cap. 17. num. 19.

29 Adde, quod si maleficium † committatur in confinio, & ho-
mo reperiatur mortuus prostratus, ita quod tangat de vtroque
territorio, & confinio, vtroque iudex poterit procedere contra
delinquentem. Bal. in l. si vero. §. quod si ex medrano, ff. de his qui
eiec. vel effud. & in l. 1. C. vbi de crim. agi oport. & Corta. consil. 47.
num. 56. Baiar.

30 t Sed quicquid sit] adde, quod † hoc non est de æquitate, quia
ne reus vexetur a duobus iudicibus, deberent inter se concor-
dare, vt alter vices amborum sustineret, vt per Marian. in cap.
postulasti nu. 7. de foro comp. Baiar.

31 u Vlterius quæro. Sed quæro nunquid iudex] adde, an iudex †
testem, qui coram eo falsum deposuit, posset punire lata senten-
tia in causa principali, procedendo per inquisitionem: & dic, aut
fit depositio coram iudice habente merum imperium, & tunc
potest etiam postea inquiri; aut nō habet merum imperium, &
non potest, ita distinguit Ang. de Vbal. in reper. si vacantia de bon.
vacan. lib. 10. n. 138. & ibi n. 140. cum seq. ponit, quod testis de-
32 ponens falsum contra arbitrio † non poterit per eum puniri, nisi
fuerit factum compromissum in iudicem habentem imperium,
qui non vt arbiter, sed vt iudex eum punire posset, sed si non ha-
beret imperium, etiam, quod esset iudex, non posset punire, quia
non incidisset quæstio coram eo, tamquam coram iudice, sed
tamquam corā arbitrio, dicit tamē, quod si esset arbiter, habēs
iurisdictionem à statuto, prout in Ciuitate Perusij, posset puni-
re, sed quod nunquam vidit illud obseruari Perusij, vbi tales ar-
bitri habentes iurisdictionē eliguntur, licet de iure fieri posset,
& n. 149. ponit, quod iudex, † cuius iurisdictio fuerit prorogata, 33
poterit punire testem coram eo falsum deponentem, & idē cre-
dit de iudice ad vnam causam delegato, ponit etiam ibi n. 152.
quod si iudex † maior coram iudice minori falsum deponeret, q 34
per illum iudicem inferiorem posset puniri. Sed de ista quęstio-
ne vide etiam Menoc. de arbit. iud. q. 91. vbi late, quando iudex
ad cognoscendum causas ciuiles habet arbitrium tanquam iu-
dex ordinarius, vel delegatus.

Item adde, quod poterit † puniri ab vtroque iudice, si ab vno 35
non fuerit sufficienti, & congrua pœna punitus, vt est commu-
nis opi. de qua Becc. consil. 69. nu. 4. vol. 1.

Item adde, quod deponens † falsum coram iudice, qui ad in- 36
stantiam alterius iudicis examinaret, ab eo poterit puniri, licet
non sit iudex causæ, ita Bal. in l. nullum, n. 6. C. de test. Marian. in
c. postulasti, nu. 19. de foro comp. & Decian. in tract. crim. tom. 1. c.
17. nu. 28. Baiar.

x In alieno Territorio] Materiam hanc late diffusam vide apud
Felin. in cap. super litteris coll. mihi 11. sub vers. fallit 1 sept. fall. de
rescript. infra q. 43. vers. fin. huic versic. & superiori proxime adde
Menoch. Tract. de retin. poss. remed. 3. n. 321. Sed contrarium huic
dicto, quod videlicet Iudex non possit cognoscere, an sua sit Iu-
risdictio, videtur innuere Constitutio Mediola. lib. 3. tit. de feu-
dis, §. Quod si oriatur lis adde his, quæ dixerunt Felin. & Menoc.
Fulu. Pac. de probat. lib. 2. c. 42 n. 59. cum seq. Drog.

y Coram quo testis falsum deposuit] adde infra hac eadem quæ.
vers. sed hic quæro circa fin. supra q. 35. in princ. fallit in clerico de-
ponente falsum coram seculari, quia remittitur puniendus ad
proprium Iudicem, Capyc. decis. 5. nu. 13. post Bart. in l. Diuus, col.
fi. ff. de fals. & decis. 141. ad fin. Drogh.

z Et scias quod licet] adde infr. q. 83. ver. fin vbi passim de istis
pœnis extraordinariis. Drogh.

a Potest nihilominus] Far. d. q. 67. vol. 1. §. 1. nu. 25. & 27. 31. 33.
38. 40. & 46. 51. Ros.

b Iudex delegatus. adde, & vide fusius explicatum per Iac. Me-
noc. de arb. iud. q. 61. in 2. casu per totum. Giach.

c Sed hic quæro] adde infr. q. 25. versic. sed nunquid ad fin. & q.
35. in prin. Drogh.

Sed hic quæro] adde vidend. in collect. mea commu. opi. §. testis,
nu. 18. Giach.

d Prima fuit Glossa] Far. d. q. 67. §. 2. n. 54. 55. Ros.

e Tertia fuit opinio] Far. vbi supra nu. 56. & 57. Ros.

f Bene potest Iudex laicus] adde Capyc. de quo dixi supra, vers.
sed quæro nunquid, supra q. 35. in prin. Drogh.

Bene potest iudex laicus] adde, quod Iudex † laicus poterit 37
procedere in causa, etiam quod sibi per iudicem ecclesiasticum
inhibitum fuisset, coram quo clericus fuisset conuentus de fal-
so, vt per Feder. de Sen. in cons. 96. quem sequitur Soc. in consil.
99. n. 23. vol. 3. & Lance. in tract. de attent. par. 2. c. 10. n. 87. Baiar.

g Quæro nunc. Far. d. loco n. 31. 32. Ros.

Quæro nunquid econuerso] adde, quod iudex † ecclesiasticus 38
non poterit punire testem laicum qui coram eo deposuerit falsi-
tatem post sententiam in causa datam, quia functus est officio
suo; Bar. & Bal. in c. 1. de calum. & Fely. ibi n. 4. & secundum hanc
decisionem iudicatum fuit, vt refert Vrsil. ad Afflict. in dec. 219.
hic allegata. Baiar.

h Ecclesiasticus, & secularis] adde, supra q. 16. vers. An autem
q. 36. vers. Quæro, vbi accusatus simili modo coram vno Tribu-
nali potest nihilominus coram alio accusari, si in priori tribuna-
li fuerit contumax, & postquam loquitur hic de præuentione,
quomodo sese defendat Reus, qui vocatus, vel dilatus prius
coram vno Tribunali, deinde forsan relaxatus sub fideiussione,
citatur coram altero, vide quæ late scripsit Fel. in cap. cum. M.
Ferr. coll. mihi 11. extra de Const. ex mente Inn. in d. cap. cum M. Fer-
rar. in fin qui tamen loquitur in Ciuilibus, vt ibi per eum, Infra
hac eadem quæst. vers. fin. & vide Boss. tit. de for. comp. n. 80. cum
seqq. Drogh.

i Tu scis quod furtum. Io. de Ligano in lib. 1. cons. crim. 2. edit.
21. Zileti cons. 10. & an punire debeat statutis locorum, vbi ven-
tilatur iudicium Bart. ibidem cons. 9. n. 25. & videndus erit De-
cia. tom. 1. crim. lib. 4. c. 15. Ros.

Tu scis, quod furtum est contrectatio] adde, quod fur vbique 39
potest conueniri, capi & puniri, vt rem furatam, aut eius ęstima-
tionem restituat, etiam si reperiatur sine re furata, & si fur non
habuerit, quod pro furto reddat, & incognitio rem furatam
vendiderit, ipse venundabitur, † vt per Bern. de Plotis. cons. 133.
n. 45. fol. 164. inter consil. crim. diuers. tomo 1. sed hoc non credo, 40
nec seruatur, vt venundari possit.

Item adde, quod non diceretur committere furtum per con-
trectationem, si non asportaret rem furatam, sed pretium, vt per 41
Marin.

Martin. de Gratis *consil.61. num.4. & 5. vol.1. inter consil. crim. parua impressionu*, & Ang. *hic allegatum in versic. etiam vestem cœlestem versic. quaro, quod si fur in fine*, & ibi Ang. de Arim. vbi
42 ad hanc † doctrinam Bart. multas ponit limitationes. & inter alia limitat dictam doctrinam non procedere, si non fecerit residentiam per spacium vnius diei, quem refert, & sequitur Boet. *in decisio. hic allegata, n.48*.

43 Item adde, si quis † cum armis fecerit rapinam Perusij, postea cum re capta captus fuerit Mediolani, an debeat puniri tanquam latro, an tanquam simplex fur: hanc quæstionem tractat Bal. *in c.1. §. iniuria punitur, n.11. de pace iur. firm.*

Item adde, retenta opinione Barto. quod statutum disponens † vt fur pro tribus furtis moriatur, non habet locum in contrectante rem vnam per diuersas iurisdictiones, vt dicatur tria furta commisisse: secundum Ang. Fulg. & Salyc. *in authen. sed nouo iure, C. de ser. fugit.* & Bal. *in c. Ecclesia Surtina de causs. poss. & propriet.* & latissime per Alexan. de Imol. *in consil.71. nu. 20. vol.2. inter consil. crim. diuers. parua impressionu*, & ibi etiam impugnat opin. Bart.

45 Item adde, quod judex † loci per quem fur transit cum re furata, potest eum capere, & punire secundum Bart. *in cons.9. inter cons. crim. diuers. magna impressionu, tom.1.* ex quo sequitur limi-
46 tationem Augustini † supra recitatam, scilicet quod requiratur residentia per spatium vnius diei, non esse veram, quæ mihi videtur ridiculosa, & semper vidi in practica puniri fures captos cum rebus furatis, etiam transeundo per alia territoria, licet moram ibi non traxerint spacium vnius diei, & si aliquid Augustino furto subtractum fuisset, vtique hoc non dixisse. *Baiar.*

k *Ex varietate opinionum*] adde, quod eadem varietas defendit Iudicem, *infr. q.69. versic. quaro nunquid ad fin.* Drog.

l *Opinio Bart. fuit suspendi*] adde, quod propterea Anima Bartoli cruciatur in Inferno, *infra q.87. vers. Punctus est, ad med. quæst.1.0. vers.1. ad med.* At si quis scire cupiat, cur ita Bart. in suis decisionibus fuerit seuerus, & atrox, videat Stephanum Guazzum *de Monteferrato in suu Dialogu Italico vulgari sermone conf. ctu; Nel Dialogo del Giudice, ad fin.* Nota tamen casum, in quo, dato pro vera opinione hic recitata contra Bart. quod videlicet Fur committendo furtũ in vna ciuitate repertus in alia nõ possit ibidem puniri ratione contrectationis; tamen ratione talis contrectationis puniri possit etiam de iure, & est, quando fur repertus cum re furata à Domino rei furatæ in alia ciuitate, se opponit Domino rem furatam quærenti factis, & verbis, & ita ex voto meo practicatum fuit; Nam verum est tunc, quod ibidem in alia Ciuitate extra locum furti fit de nouo contrectatio alienæ rei inuito Domino argum. *Text. in §. gallinarum Instit. de rerum diuisione*: Qui Textus, dum loquitur in gallinis, & Anseribus habet etiam locum in bobus, & equis, & Vaccis, & alijs similibus furatis, vide Alexan. *inter consil. crimin. diuers. cons.171. sub n.9. part.2.* & melius per Mart. de Gratis Laudensem *inter d. consil. Crim. diuers. consil.61. par.1.* Drog.

m *Et dicit Boer.*] Idem Boet. *decisio.2.8. n.5.* Ros.

n *In libro meo*] Fortasse auctoris liber erat mendosus, sed Boer. *in lib. n. eo sub num.47.* bene dicit, quod opin. Bart. communiter seruatur in praxi; quinimo, *nu. seq.* dicit requiri, vt stet per vnam ad minus diem in illa ciuitate, alias non diceretur fur nouam committere contrectationem, nec contra eum nasceretur noua furti actio. *Giach.*

o *Quinimo*] Quid si sit vagabundus: vide infra *q. seq. versic. certum.* Sed contra publicam vtilitatem hanc Clari opinionem tenet Suarez. *lib. suo sententiarum verbo. fur.* & videndus est etiam Baptista Plotrus *consil. crim. lib. 1.2. edit.* Zileti *cons.13. nume.3.11.12. & 45.* vbi de vagabundo repetit *in consil.24. in ciuilibus Plotti.* Ros.

p *Contrectando*] Vbi ad idem vid. ibid. plenam additionem. *Giach.*

47 q *Certe in hoc Ducatu*] adde, quod in Principatu † Cathaloniæ seruatur opinio Bart. vt attestatur Peguera. *in q. crim cap. 28.* Baiar.

48 r *Et secundum hanc opinionem*] adde, pro opinione † Barbat. facit Bern. de Land. *in addit. ad Angel. in d. verbo, & vestem cœlestem, versic. quaro quid si furtum num ibi allegat.* Specul. & Ca-
49 stren. tenentes in locis ibi per eum allegatis, quod si fur † res furatas exponat venales prope aliquod cimiterium, quod ratione mutationis territorij dicitur sacrilegus, & confugiens ad Ecclesiam, potest extrahi, & si D. Claro aliquid subtractum fuisset à fure, qui ad ecclesiam fuisset, non dixisset Barb. non
50 posse defendi † *Baiar.*

f *Non credo verum per prædicta*] adde, quod imo aperte colligitur hanc opinionem esse falsam nisi limitate loquendo, vt supra. & cont. expressam regulam, de qua per Dec. *in l. nunquam ex post facto nu.1. ff. de reg. iur.* Drog.

t *Vidi etiam quandoque dubitari*] adde, quod ratione sacri-
51 legii potest etiam procedere Iudex Ecclesiasticus, † si vult contra illum, qui in Ecclesia deliquit, secundum Didac. *var. resolut. cap.20. num.18.* & Farin. *q.28. num.61.* & licet laicus † sit Iudex 52
competens, non tamen poterit capere delinquentem in Ecclesia, sed Ecclesiasticus capiet, & tradet Iudici seculari, Abb. & cæteri *in c. cum sit generale, de foro compet. n.27.* vbi Marian. Soc. *in n.25.* & Barba. *nu.135.*

Item adde, quod si quis fuerit † captus per Mantellum in 53
hostio Ecclesiæ, & ductus extra Ecclesiam fuerit offensus, non dicitur percussus in Ecclesia, Bal. *in c.1. verb. iniuria col.3. de pace iuram. firm.* & Ioan. And. *in c. fi. de immun. eccl. in nouella*, vbi Abb. tenet contrarium. *Baiar.*

u *Contrariam autem opin.*] Farin. *q.27. num.62.73. & 74.* vbi etiam bullam summi Pontif. adducit. *Ros.*

x *Desinit esse in Territorio Principis*] adde, quod hac fortasse ratione ius est Corta *in suu memorabilibus in Verbo Episcopus electus, infra q.76. vers. Item Ciuitas, ibi sed hac intelligenda sunt*, per Fel. *in c. eam te colla. mihi 13. §. Aliud singuli ad fin. extra de Rescrip. per rationem forte.* de qua per eundem Felyn. *in cap. sedes circa principium eodem tit.* Vide Boss. *in tit. de haret. num.14. & tit. de foro competen. num.3.* Idem Feli. *in cap. Rodulphus coll.11. de Rescript.* Contrarium tamen in persona sacra notatur sup. *in §. læsa Maiestatis. versic. Hinc infertur.* Drog.

y *Est autem*] Vulpell. *consil.46. num.11. & seqq.* Decian. *6. lib. 4. c.19.* vbi viginti duas conclusiones tradit. & Far. *vol.1. q.7. sub tit. de inquisit.* Ros.

Est autem tanta potentia] adde, quod hoc fallit † in vagabun- 54
do, quod vbique puniri potest, vt per Couar. *pract. quæst. cap.11. n.7.* Baiar.

z *Remittere*] Fallit in vagabundo, qui potest vbique puniri, hanc opin. doct. frequentissimo omnium consensu sequuntur, testes Didac. *pract. q. c.11. sub num.7.* quem vide, quia existimat, atque probat falsam esse, *& num. seq.* tenet necessariam esse ad talem remissionem faciendam summariam criminis cognitionem, & probationem, quæ fieri debet à iudice loci delicti qui remissionem petit, & cuius expensis fieri debeat remissio, tradit *sub num.10. & num. fin.* tractat an hæreticus sit remittendus. *Giach.*

a *Et licet aliqui voluerint*] adde in simili, quæ dixi supra, *ad quæst.30. versic. Punctus est ad principium.* Drog.

Et licet aliqui] adde, quod in Regno Neap. seruatur per Regia tribunalia, quod quando per officiales Baronum petitur remissio alicuius causæ per viam grauaminis in illis tribunalibus introductæ, si non constet de corpore delicti, non remittitur etiam, quod Barones habeat primam, & secundam instantiam priuatiue. & hoc per *decisio.* Guid. 202. *Baiar.*

b *Sed certe.*] Carrar *tract. de excus. senten. cap.1. num.252. & c. fin. num.264.* Decian. *d. c.19. num.18.* Peguera *decisio.2. in fin. & decisio.56* Ros.

Sed certe quicquid sit de iure] adde, quod ista consuetudo † 55
non valet respectu homicidiæ animi deliberati; quia est contra ius diuinum, secundum Bernat. de Plot. *in consil.133. per totum inter crim. diuers. tom.1.*

Item adde, quod ista consuetudo non valet, si delinquens 56
remanet impunitus, quia si non fieret remissio esset contra ius publicum, cum delicta per talem consuetudinem remanerent impunita, & ad hoc vt valeat, requiritur, quod iudex, quam non vult remittere, velit punire, ita tenet Cal. *in cap.1. de raptor.* quem omnes sequuntur & in specie Abb. *in c. fin. de foro compet. nu.13.* Ias. *consil.141. vol.1.* Boet. *decisio.29. nu.6.* & Gram. *deci.26. nu.3.* Baiar.

c *Iurisdictionem separatam*] adde, quod hinc est, cum fiunt proclamationes Parmæ super bannitis, semper specificari solet status Pallauicinus, qui status vtique cum habeat iurisdictionem, ac leges proprias, & statuta separata, alias de iure non includeretur sub generali Proclamate, faciunt, qui dixit Felin. *in cap. Rodulphus, §. Districtus post med. de rescri.* innuendo de d. statu Pallauicino respectu Parmæ, prout inducitur de illo Com.te, & eius Castris respectu Veronæ ad differentiam Venetorum, à quibus non ducitur exemptus, licet quantum ad Veronam sic; & ideo illis stantibus, nec etiam bannitus foret tutus in d. statu per ea, quæ voluit Bal. *in l. etiam num.7. C. de iur. dot.* stantibus maxime conuentionibus, inter Ciuitatem Parmæ. & hunc statum, tunc maxime indultu Serenissimi Ducis separatum. Adde infr. *qu.71. vers. Quaro modo. q.96. versi. Item quaro, in fin. supra hac ead. quæst. versic. successiue quaro infra, quæst.59. versic. Et hac quidem.* Drogh.

d *Respectu originis, vel domicilij*] adde infra *q.96. ver. sed quid si bannitus.* ibi licet enim Iudices diuersorum, supr. *q.30. ver. Cæterum.* Drog.

e *Hoc tamen*] Peguera *decisio.66. per totum.* Ros.

Hoc tamen, quod non fiat remissio] adde, quod in causis hære- 57
sis quilibet inquisitor cuiuscunque Prouinciæ potest petere remissionem à quocunque alio inquisitore, quia omnes inquisitores ad causas hæresis sunt Romani Pontif. Legati, & crimen est mere ecclesiasticum, rationes cuius nulli Domino tempor. li

subsunt inquisitores, sed soli Pontifici, aut Generalibus inquisitoribus debent obtemperare, & delinquentes ab Hispania in Italiam remitti debent, ita tradit Fran. Peguer. *schol.* 45 *ad 3. par. Director. Inquisit. col.* 3. Baiar.

58 f *Et ideo secundum Ang. in d. l. solet*] adde, quæ requirantur, vt fiat remissio, videndum Guid. P P. *decisio.* 101. *& ibi in addit.* vbi habetur, quod nouem requiruntur, & in quibus casibus sit facienda remissio, & quæ requirantur, vide etiam Chassa. *in consuet. Burgund. rub.* 12. §. 1. *num.* 1. *fol.* 1433. & casus, in quibus non fit remissio in criminalibus, vide per Oldra. *consil.* 104. quod remissio, & ad prædicta omnia, vide omnino Dec. *in tract. crim. tom.* 1. *lib.* 4. *c.* 19. vbi latissime, & in casibus, in quibus est remittendus

59 reus, debet remitti sub bona custodia expensis † remissionem petentis, vt per Aufr. *in addit. ad Cap. Tholos. decisio.* 102. Boer. *decisio.* 303. & Dec. vbi supra *n.* 19.

60 Item adde, an † remissio delinquentis in territorio Baronis habentis iurisdictionem cognoscendi in delinquentes in suo territorio priuatiue, & annullatiue debeat fieri ad Baronem, & Dominum delinquentis similiter habentis priuilegium cognoscendi in suos vasallos alibi delinquentes, vide Foller. *in pract. crimi. in verb. audiantur excusatores, num.* 65. *cum seq.* & Grammat. *in decisio.* 30. *per totam*, vbi latissime, & per Carau. *in ritu* 206. *n.* 3. *& in Pragm.* 6. *incipiente pro bona, §. item, quod Gubernator de officio Iustitiarii.*

61 Item adde, † si inquisitus per Iudicem Baronis fuerit captus à Curia superiori, siue à Principe, an sit facienda remissio, Gram. *decisio.* 30. & Foller. *in d. verb. audiantur excusatores, n.* 81.

62 Item adde, † quod remissio debet peti ante condemnationem, alias reo condemnato per Iudicem, qui fecit capturam, nō habet locum remissio, Gramm. *decis.* 16. *nu.* 5. & Afflict. *de Constit. Capitaneorum, n.* 21. *fol.* 107. & ibi *n. seq.* dicit, cuius expensis debeat fieri dicta remissio, & ibi dicit etiam, quod Iudex, qui remisit delinquentem ad requisitionem Iudicis loci, vbi est cōmissum delictum, nō potest amplius cognoscere, an deliquerit,

63 † & idem tenuit Oldra. *in con.* 89. *incip. Episcopus*, & reus, qui re-

64 mittitur, debet puniri secundum legem Iudicis, † ad quem fit remissio, Alciat. *de præsumpt. reg.* 3. *præsump.* 33. *in fine.*

65 Item adde, quod † fit remissio ad locum delicti duabus de causis, vt cæteri timeant & vt consolentur parentes offensorum, not. authen. *qua in prouincia, C. vbi de crim. agi opor.*

66 Item adde, quod † Iudices, qui essent sub eodem dominio, si non remitterent delinquentes ad locum delicti, puniendi essent de inobedientia, secundum Iacob. de Beluis. *in c. Romana, §. contrahentes, n.* 113. *de foro competent. lib.* 6. quem refert, & sequitur

67 Ant. Scap. *in tract. iuris non script. lib.* 5. *cap.* 8. *num.* 9. & in Regno Neapol. fuit prouisum *per Reg. Pragm. Carols V. quæ est quinta sub titul. de delicto quis conueniri potest*, quod officiales Regni debent capere delinquentes, qui etiam delinquunt extra territorium, & illos remittere ad officialem territorij, in quo deliquerit, alias non, sit essent publici latrones, disrobatores stratarum publica-

68 rum, † qui possunt à quocunque officiali capi, & puniri, sed de dicta Pragm. vide Foller. *in tract. crim. in verbo audiantur excusatores, num.* 89. vbi tenet, quod dicta pragm. non habeat locum

69 quo ad Barones † iurisdictionem habentes in eorum vasallos cognoscēdi de delictis, etiam alibi commissis priuatiue, sed solum procedere in officialibus Regis de vno ad alium, non autem in officiali Regio ad Baronem, attestando per Deum se nullies ita obtinuisse: sed ego reperio aliter decisum fuisse per Sacr. Reg.

70 *cons. de regia Audientia ad Baronem, s.* quod latro † stratarum captus per regiam Audientiam ad Baronem dicta priuilegia habētem non est remittendus, vt attestatur Franch. *in decis.* 426. *vol.* 2. Sed aduertendum est, quod si Iudex requisitus superior iurisdictione sit, non remittit Iudici inferiori, sed ipse cognoscit de

71 causa, nam dici solet, quod Curia maior † non remittit inferiori, Cassan. *in consuet. Burg. rubr.* 12. *nu.* 16. Couar. *pract. q. c.* 11. *num.* 10. *vers.* 13 illud: vbi hanc limitationem intelligit procedere, vbi Iudex maior, & inferior potest causam iam ceptam coram inferiori auocare, aut retinere cuiuscunque appellationis occasione, secus si hanc non habeat potestatem; quem refert & sequitur Farin. *q. crim. in q.* 7. *n.* 33. Baiar.

g *Si plures ciuitates*] De hoc infra *q.* 39. *vers. sed quæro in fin.* Carrat. vbi sup. *n.* 252. Ros.

h *In hoc Ducatu*] Carrar. vbi sup. *n.* 250. *& seqq.* Ros.

72 i *Quod tamen ego nunquam*] adde, quod † non obstante tali consuetudine remissio in grauibus delictis, & etiam leuibus fieri potest, Abb. *cons.* 14. *volum.* 1. & latissime Decian. *in tractat. crim. tom.* 1. *cap.* 19. *num.* 6. quo stante Clarus deberet laudare, & non damnare principes remittentes, quia delicta non remanent impunita. *Baiar.*

k *Deus aliquando*] Exul nota. Adde supr. *quæst.* 16. *vers. an autem accusatus; infra quæstione* 96. *vers. sed quid si bannitus per totum.* Vide Bal. *in d. l. executorem, C. de execut. rei iud. numer.* 52. Drog.

l *Fidantiam, seu saluum conductum*] adde supra *q.* 34. *versic.* *quæst.* 32. *vers. Tu scis in fin.* ac alibi sæpe de istis saluis conductis. *Drog.*

m *Sunt etiam, quædam*] adde quod Bert. *in cons.* 410. *in fine vol.* 2. dicit falsum esse, quod Domini Veneti non obseruent cōuentiones de tradendis Bannitis, & veritatem dixit. Vtinam omnes Principes ita obseruent fidem, vt seruat, & semper seruauit illa Serenissima, & iustissima Respublica, quam Deus conseruauit ob suam integerrimam fidem, & iustitiam. *Baiar.*

n *Sed quid si iudex*] adde, quod † hoc est de iure, & ita fuit 73 decisum per sacr. cons. Neapol. vt attestatur Franc. *decisio.* 37. Baiar.

o *Num.* 25. *& seq.*] Peguera *decisio.* 2. *n.* 2. Ros.

p *Item scias, quod quando agitur ciuiliter*] adde ad idem, *& in proxima quæst. de Didac.* vbi in tex. allegato. *Giach.*

Item scias, quod quando agitur ciuiliter] adde † videndum Co- 74 uar. *pract. q. c.* 11. *n.* 7. nec in causis ciuilibus habet locum remissio Bart. & Doct. *in l. hæres absens §. si quis, ff. de iud.* fallit tamen pluribus modis, vt per Soc. *in regu.* 336. & per Diaz. *in regul.* 514. Baiar.

q *Curia Romana*] Vide per Dida. vbi supra *fol.* 161. *cum plurib. sequentib.* Giach.

Scias etiam, quod Curia Romana] adde videndum † D. Prosq. 75 *in suis quæst. crim. q.* 7. *nn.* 12. vbi latissime, & concludit, quod in Vrbe omnes delinquentes puniuntur, & si non sunt subditi ecclesiæ, & extra statum Ecclesiasticum deliquerint, non pœna ordinaria, sed extraordinaria Iudicis arbitrio puniri debent. *Baiar.*

r *Communis patria*] adde Felin. *in cap. Quoniam in princ. de offic. ord.* Drog.

Communis patria] adde tex. *in l. Roma ff. ad municip. c. fi. de for. comp.* & Papa † est iudex ordinarius singulorum 9. *q.* 3. *c. cuncta,* 76 *& per c. per principalem de elect.* & semper iuxta iuris communis 77 dispositionem bannitus, † & condemnatus de vna ciuitate in- 78 telligitur bannitus à Roma, secundum Iacob. Belu. *in sua pract. crim. in tit. de fuga reorum nu.* 30. quem refert, & sequitur Anto. Scap. *in tract. iuris non script. lib.* 5. *c.* 6. *n.* 3.

Adde, quod si quis † plura delicta commiserit, quorum vnum 79 sit priuilegiatum, de quo cognoscere debeant officiales Regij, per cognitionem illius trahitur ad eos cognitio aliorum delictorum, Cassan. *in consuet. Burgund. rub.* 11. §. 11. *n.* 16. *versic. limita* 2. *fol.* 376. Baiar.

s *Sed si agatur*] Vide supra *quæstio.* 34. *versicul. de carcerato.* Ros.

t *Item intelligenda sunt*] adde, quod in foro † ecclesiastico in- 80 distincte fiunt remissiones, cum omnes † ecclesiasticæ personæ 81 subsint vni Principi superiori spirituali, videlicet Papæ 9. *q.* 3. *cap. cuncta per mundum*, qui cogeret personas ecclesiasticas remittere recusantes, & ideo in illis est eadem ratio, quæ erat in foro temporali tempore legis conditæ per illum, qui solus præerat temporali iurisdictioni, quo tempore totus orbis suberat vni Principi videlicet Imperatori, & ista est opinio Card. Flor. *in clem. pastoralis* in glo. *in verb. de more, de sent. & re iud.* quem refert & sequitur Cassan. *de consuet. Burgund. Rub.* 12. §. 1. *n.* 14. *vers. & hoc est verum fol.* 1436. Baiar.

u *Frequenter etiam*] Sed quo ad reuera, si erit contumax in vtroque loco condemnatur Bal. *in l.* 3. §. *si cum, ff. ad Syllan.* Far. vbi sup. *q.* 7. *n.* 52. *& seqq.* Ros.

Frequenter etiam dubitare contingit. Adde, inter quos † detur 82 præuentio, & in quibus causis, vt per Decian *in tract. crim. lib.* 4. *c.* 10. *tom.* 1. vbi ponit vndecim casus, in quibus est locus præuentioni cum duodecim limit. *& in c.* 21. habetur, quando, & per quos actus dicatur legitime facta præuentio, *& in c. sequenti* habetur de effectibus præuentionis, & ideo vide eum *in locis prædictis*, in quibus de materia præuentionis latissime tractatur, & de hoc etiam per Gramm. *dec.* 30. & si iudices procedentes sint sub diuersis † præsidibus prouinciæ, id est, sub diuersis Principib. non 83 est locus præuentioni, vt iof. *q.* 39. *versi. sed quæro circa finem.* Et in hac materia præuentionis vide omnino Maria Socin. *in c. posuisti à principio vsq. ad finem per tredecim columnas.* Vitalin. *in tract. claus. in octaua charta, & pluribus sequentibus,* & Boss. *in tit. de foro compet. n.* 36. *cum multis alijs.*

Item adde, quod si delinquens † procurauerit inquiri in Cu- 84 ria, id qua imponitur minor pœna, talis præuentio non valet, vt per Bal. *in l. si seruum plurium, §. si quis tamen, ff. de leg. primo,* & Fel. *in §. non debet, n.* 3. *de testib.* Becc. *consil.* 69. *n.* 7. *& seq.* Et quis sit præferendus de iure communi, vide Foll. *in verb. audiantur excusatores, nu.* 159. vbi plene, & ex quibus præuentio † probari 85 possit, Mascar. *de probat. concl.* 1226. *vol.* 3.

Item adde, quod † si eodem tempore, vt puta, eadem hora fu- 85 erit formata inquisitio à duobus iudicibus, tunc cessat præuentio, & reus debet recurrere ad superiorem, quando sub eodem Principe sunt iudices, & instare, ne ex eodem delicto vexetur in duobus locis, Boss. *in tit. de foro competent. n.* 104. sed secundum 87 Bal. *in dec.* 329. dicit, quod in dicto casu reus poterit eligere quē iudicem velit, & alteri opponere non exceptionem præuentionis,

nis, sed quod causa coram altero pendet: vide etiam Io. Anto. de Nigr. *super capit. Regn. vt delatas, fol. 25¹. num.* 8. vbi aliter loquitur. Sed aduertendum est, quod præuentio non potest allegari virtute inquisitionis formatæ, vbi non est subsequuta citatio, Gramm. *voto* 28. *nu.* 10.

88 Adde, quod si contentio † esset inter judicem ordinarium, & judicem delegatum de aliquo crimine commisso ab aliquo de familia judicis delegati. Iudex ordinarius erit præferendus, si delictũ non fuerit commissum ex causa officij, si vero ex causa officij, cognoscet delegatus, siue ipse deliquerit, siue ex facto officij sui offensus fuerit, ita tradit Boet. *in decis.* 9. & ibi etiã habe-
89 tur, quod si delegatus † delictum commiserit extra officium suum poterit puniri ab ordinario, & idem decisum fuit per Capel. Tholos. *in decis.* 243. item fuit quęsitum an si delegatus, & de hoc vide omnino Grau. *in addit. ad pract. Vestrij lib.* 3. *cap.* 9. *n.* 10. sed puniri non poterit nisi finita delegatione, Ias. *in l.* 2. *n.* 1 *ff. de in ius voc.* Ego nunquam vidi in facto, quod ordinarius puniat delegatum Principis in territorio suo delinquentem; nec consulerem judicibus, vt hoc facerent, nisi de licentia Principis, vt admonuit Bar. *in l. Officialem, C. de offic. recto. prou.* & idem est, quando officiales maioris iudicis deliquit in terra Baronis extra exercitium officii, quod poterit puniri per Baronem, siue eius officialem, Boer. *d. dec.* 9. Carau. *in ritu* 49. *n.* 14. & Cassan. *super consue. Burg. f.* 305. *n.* 46. *vers. sed iuxta prædicta*, vbi plenissime hanc quæstionem examinauit, & hoc est verum, dum tamen notum faciat superiori suo, vt ibi dicit Gram.

90 Item adde, † quod quando alicui competit iurisdictio virtute priuilegii, non est locus præuentioni, vt per Gram. *in decisio.* 30. *nu.* 12. quod tamen, vt ibi dicit, in sacro consilio obtinere non
91 potuit. Nam in Regno practicatur, quod vasalli † Baronum citãtur à magna Curia Vicariæ, vel regia Audientia illius Prouinciæ, & si comparent personaliter, & petatur remissio ab ipso citato, vel a Barone, siue ab eius officiali, remittitur. & ita quotidie seruatur, dato etiam, quod iudex Baronis non præuenisset & hoc ratione priuilegiorum. quæ tribuunt Baronibus iurisdictionem priuatiuam cum ceteris officialibus, si vero compareant, proceditur in causa per Regiam audientiam, non obstante litis pendentia, & præuentione facta a iudice Baronis, & non fit remissio, licet Barones habeant in priuilegiis, quod eorum vasalli non possint ab alio quocunq; officiali citari, trahi, & euocari, & quod aliter citati non teneantur comparere: & casu quo fuerint effecti contumaces, contumacia sit nulla, quia de tali clausula Barones nunquam fuerunt, nec sunt in possessione; & ideo priuilegiis omissis seruatur id, quod iuris. & est ex consequenti, allegata litis pendentia, & præuentio non obstat secundo iudici, per rationem quam tradit *Bal. in l. sepulchri. numer.* 3. *ff. de sepul. viol.* quia processus primi iudicis per secundum non impeditur, ex quo libere potest procedere, quamuis neuter possit delictum punire, cum delinquentem non habeant, adeo, quod inquisitio non comparente personaliter coram secundo iudicem, etiam ad instantiam Baronis non remittitur, nec de remissione tractatur; si autem comparet, purgata contumacia fit remissio *per Prag.* 6. *incip. pro bona* ... *item, quod Gubernator sub tit. de offic. iustitiary*, & prædicta latè habentur per Carau. *in ritu* 205. *num.* 3. sed hodie seruatur, quod si tales contumaces reperiantur in carceribus Baronum, & tractetur de remissione, conceduntur prouisiones à Magna Curia Vicariæ, quod Regia audientia de remissione cognoscat, non amoto carcerato, & hoc, vt inanes circuitus euiten-
92 tur. Et citatus † regia audientia etiam quod notorie constet, eum esse sub Baronis dominio, personaliter comparere tenetur, & eius priuilegium allegare, & forum declinare, *per ritum* 230. vbi Carau.

93 Item adde, quod citatus † coram duobus iudicibus si comparet coram secundo iudice, & alleget litis pendentiam coram primo, supersederi non debet, nam alias sequeretur, quod esset in ipsius citati potestate, euadere pœnam, cum coram primo non compareat, & coram secundo impediat propter pendentiam litis, Bar. *in l. sepulchri, num.* 2. *de sepul. viol.* Alexan. *consil.* 11. *colu.* 2. *in* 5. *dubio vol.* 1. *& consil.* 23. *vol.* 3. Felin. *in c. qualiter, col.* 1. *de iud.* & licet multi contrarium tenuerint, tamen ista est verior secundum Paul. de Castr. Alexan. & Ang. *in l. hoc non amplius, §. Celsus, ff. de dam. infect.* quos sequitur Carau. *in ritu* 295. *num.* 1. quod tamen, vt ibi per eum limitatur, non procederet, si coram primo iudice purgasset contumaciam solutis expensis, & præstita cautione de stando iuri, vel esset paratus nunc purgare, & cautionem præstare de stando iuri coram primo. *Baiar.*

x *§. Iurisdictio*] Plura per Boss. *titul. de foro comp. num.* 70. *& aliis sequentibus.* Decian. *tom.* 1. *lib.* 4. *cap.* 20. 21. *&* 22. vbi late. *Ros.*

QVÆSTIO XXXIX.

Iudicem originis, ac domicilij posse contra subditos suos, etiam extra territorium delinquentes, procedere.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Delinquens an possit puniri in loco originis.*
2 *Et quid si ibi non reperiatur.*
3 *Et an quis sortiatur forum in delictis ratione domicilij.*
4 *Et an iudex originis, vel domicilij possit ex officio, & sic per inquisitiorem procedere contra subditum, qui extra territorium suum delinquit.*
5 *Et an his casibus puniri debeat reus secundum ius commune, an vero secundum statuta loci originis, domicilij vel delicti, remiss.*
6 *Et an possit delinquens puniri in loco, in quo assidue conuersatur.*
7 *Et an vagabundus possit ubiq; puniri.*
8 *Et quis dicatur vagabundus.*
9 *Et an banniti dicantur vagabundi.*
10 *Et an delicta commissa extra territorium noceant ad aggrauandum.*
11 *Mala conuersatio facit indicium.*

Ex Additionibus.

1 *Iudex originis quis dicatur, remissiue.*
2 *Originarius quomodo probetur, remissiue.*
3 *Absolutus in loco delicti, non potest molestari in loco originis,* & num. 14.
4 *Condemnatus in duobus locis potest cogi ad solutionem vtriusq; pœnæ.*
5 *Condemnatus in loco delicti pecuniariter, si pœnam soluit non potest, loco domicilij capite puniri.*
6 *Domicilium quomodo contrahatur, remiss.*
7 *Habitans in confinio duarum Ciuitatum ab vtroq; iudice puniri potest.*
8 *Domicilium quomodo probetur, remissiue.*
9 *Famulus exterus stans ad seruitia alicuius an dicatur habitator illius loci.*
10 *Iudex incompetens potest puniri delinquentem, cum quo fuit lis contestata non opposita incompetentia.*
11 *Iudex suus dicitur ratione originis, domicilij, delicti, & consensus.*
12 *Iudex originis potest inquirere contra subditum extra territorium delinquentem.*
13 *Item Baro licet non habeat priuilegium cognoscendi delictum extra territorium.*
15 *Prosp. Farinac. impugnatur.*
*15 *Mala conuersatio facit inditium.*
16 *Vagabundus potest vbiq; conueniri.*
17 *Vagabundus quis sit, remissiue.*

Diximus *a* delinquentem posse puniri in loco com- 1
missi delicti: Quæro nunc, an possit puniri in loco a
originis. *b* Respond. quod sic, & licet aliqui teneant, b
quod hæc conclusio procedat tantummodo vbi de-
linquens inveniatur in ipso loco originis, alias vero
non possit ibi puniri pro delictis commissis extra il- 2
lud territorium, & hanc dicat esse communem opinionem Boss. *in titul. de foro compet. num.* 73. hoc tamen verum non est in delictis, sed tantum in causis ci. lib. Et ita loquitur Alex. in Apost. ad Bart. *in l. assumptio. § filius, sub numer.* 2. *ff. ad municip. & in l. cum quadam puella; numero* 5. *ff. de iurisdict. omnium iudicum*, quem refert Boss. *in titul. de citatio. numero* 30. & ita videmus

tis, siue etiam ex officio, vt supra dictum est, seruatis tamen seruandis, & habet legitimis indiciis, neque
p vnus processus alium impedit. *p* Et si ipsi judices procedentes sint sub diuersis Præsidibus prouinciæ, non est locus præuentioni, neque remissioni: sed si sunt sub eodem præside, solet semper reus remitti ad iudicem loci delicti, nisi aliud ex caussa ipsi præsidi videatur, debentque ipsi omnes judices alterum adiuuare, & indicia, quæ habent, ad alium transmittere, vt me-
q lius iustitiæ locus esse possit. *q* Si tamen reus sit in aliquo loco carceratus, solent alij judices supersedere, dummodo id per collusionem factum non fuerit, Et si in eo loco, in quo detentus est, fuerit punitus, vel absolutus, facta fide de huiusmodi punitione, vel absolutione, non potest amplius per alios iudices molestari. Quæ omnia intellige semper fraude cessante iux-
r ta, ea, quæ dixi *aliis locis huius* §. *de quibus r supra mentionem feci.*

5 s Sed nunquid poterit iudex originis, vel domicilij punire huiusmodi delinquentes secundum ius commune, vel iuxta statuta loci delicti, an originis, an vero
s ipsius loci domicilij? Dixi infra *quæst.*58. *s versic. Tertius est casus.*

6 Quæro, nunquid possit delinquens puniri in loco,
t quo assiduè *t* conuersatur. Respon. quod (secundum aliquos) vbi talis conuersatio continuauerit per decem annos, potest in eo loco puniri. Et ita dicit Boss. *in tit. de foro com. num.*71. quod ita communiter tenetur. Ego nunquid vidi apud nos aliquem non subditum puniri propter delicta extra Ducatum commissa, etiamsi conuersatus esset per decennium in Ducatu. Forte si vltra assiduam conuersationem concurreret, quod haberet familiam, & maiorem partem fortunarum, posset puniri: nam eo casu videretur in eo loco constituisse domicilium, in quo quidem nullus discrepat, vt dicit Bertran. *consi.*103. *post n.*23. *lib.*2. *parte* 2.

7 u Cæterum *u* si reus sit vagabundus, poterit de delicto commisso puniri in quolibet loco, in quo inueniatur: nam, vt dicit gl. hoc tenens *in l.*1. *in gl. fi. C. vbi de crim. agi oporteat*, vbi te inuenero, ibi te judicabo, quam Doct. frequentissimo consensu sequuntur, vt ait Didac. *pract. q.*11. *num.*7. & per illam glos. ait Bart. *in l. heres,* §. *proinde, ff. de iud.* quod multi ribaldi suspensi sunt, & quotidie suspenduntur. Et in hac quidem conclusione, quod vagabundus possit vbique puniri, omnes concordant, vt dicit Alber. *in d.* §. *proinde, post numer.*2. Hanc etiam opin. dicit esse communem Bellamer. *consi.* 11. *col.*1. quem refert Probus in Apost. ad Io. Monach. *in c. inquisitiones, nu.*5 *de heret. in* 6. Et ita Senatus iussit quendam Brixiensem, qui dicebatur esse vagabundus, pro furto extra Ducatum commissa fustigari, 7. Octo. 1555. P.N.

8 Sed *x* hic quæro, quis dicatur vagabundus: Respon.
x quod vagabundus dicitur ille, qui per mundum vagatur, ita dicit Bart. *in l.*4. §. *prætor ait, num* 24. *ff. de damno infect.* & est commun. opin. vt dicit Marian. *in c. fin. numer.*57. *de foro comp.* quem refert Boss. *in tit. de foro compet. num.*60. Supple, neque habet alicui certum domicilium, in quo habitet, & dixi, in quo habitet: nam in hoc proposito non consideratur, an habeat certum domicilium originis, vel ne, quia (eo non attento) dummodo non habeat certum domicilium habitatione, potest vbicunque conueniri, & puniri, & ita communiter tenetur, vt dicit Imol. *in c. dilectus, nu.*10 *de rescript. & in cap. fin. num.*15. de eo qui mitti in poss. rei seruandæ caussa. Et licet aliqui dixerint, quod ad hoc, vt quis dicatur vagabundus, requiritur, quod non habeat, neque etiam domicilium originis, tamen illa opin. communiter reprobatur, vt attestatur Marian. *in loco præallegat. ea. n.* retenta sequeretur, quod necesse esset ciuitatem, in qua ille natus esset, funditur esse euersam, & destructam, quod esset ridiculum.

Fui *y* interrogatus quandoque, nunquid banniti dicantur vagabundi. Resp. quod non, & allegaui Abb. 9 y *in* 4. *par. statutorum, q.*80. *item quæro, dicentem*, quod ita tenent communiter Doct. quem etiam refert, & sequitur Cæpoll. *consi. crim.*59. *vers. sed dubium est.* Quod tamen intelligendum est, vt procedat, quando bannitus habet in aliquo loco certam habitationem, seu domicilium: alias enim si sine certa habitatione per mundum vagaretur, vtique habendum esset pro vagabundo, prout & alij ita vagantes: nec propter bannum efficeretur in hoc melioris conditionis, quam cæteri non banniti.

Pro *z* complemento huius materiæ volo, vt scias, 10 quod ex maleficiis, de quibus propter diuersitatem z loci, vel incompetentiam iudicis, cognosci non potest, possunt iudicis aliqua maleficia, de quibus cognoscere possunt, aggrauare, & in maiori pœna punire, Et ita communiter dicitur, vt attestatur Nell. *de bannitis, in* 2. *par. primi temporis, q.*6. subdens, quod ita communiter seruatur per assessores, licet secundum eum malè faciant, & in animarum suarum perniciem. Vide, quæ dixi supra *hoc eo. lib.* §. *Furtum, vers. sed pone,* & infra *q.*51. *vers. vnum tamen.*

ADDITIONES

Ad Quæst. XXXIX.

D*iximus delinquentem posse puniri in loco originis*] adde, quod non solum potest puniri in loco originis, verum etiam illius bona publicari, quando subsunt vni, ac eidem Domino, per Alc. *respons.*3. *in pri. tom.*2. *lib.*7. Giach. a

Diximus delinquentem] adde † videndum, quis dicatur locus originis, & quot modis quis dicatur originarius, late Decia. 1 *in tract. crim. tom.*1. *lib.*4. *c.*17. *cum sequen.* † & quomodo probetur, quem alicuius loci originarium esse, Mascar. *de probat. concl.* 2 1141. *vol.*3.

Item adde, quod poterit † procedere, nisi in loco delicti fuisset absolutus, vt per Viu. *commun. opin.* 420. *n.* 4. *vol.*1. sed si fuisset condemnatus, poterit etiam puniri à judice domicilij, siue originis, etiam ad publicationem bonorum Aleiat. *cons.*3. *libr.*7. 3 nisi primam condemnationem soluisset, & si reus † passus fuerit se condemnari in duobus locis, poterit cogi soluere condemnationem in vtroque loco, nec poterit allegare præuentionem, si est contumax in eo loco, in quo est facta præuentio, cum 4 non possit contumax vti beneficio *l. vbi ceptum est iudicium*, ita latissime traditum fuit per Boss. *in tit. de foro comp. n.*79. *cum seq.* & per Dec. *in tract. crim.* 10. *lib.* 4. *c.*16. *n.*7.

Item adde, quod si iudex † loci delicti condemnauit pecunia, & soluit, & eodem tempore Iudex domicilij condemnauit capite, non poterit capite puniri, secundum Bal. *in cons.*124. *Quidam cagnus, vol.*5. Baiar. 5

b *Respondeo, quod sic*] Crebriorem in contrarium esse testatur Menoch. *consil.*2. *nu.*150. *in* 1. *vol.* & vide Dec. *in tract. crim. tom.*1. *lib.* 4. *c.*16. Ros.

c *Sortitur etiam quis forum*] adde, quomodo † domicilium contrahere, & sortiri qualiter, & quando de jure quis dicatur. 6 Decian. *in tract. crim. tomo* 1. *lib.*4. *cap.*16. *num.*8. & ibi *num.*21. habetur, quod habitans † in confinibus duarum Ciuitatem, vel prouinciarum ab vtroque judice puniri potest, & quomodo 7 domicilium probetur, † Mascar. *de probat. concl.*354. *vol.*2. & ex 8 quibus contractum esse dignoscatur, Menoch. *de arbit. iud. casu* 86. & an famulus exterus, qui stat ad seruitia alicuius dicatur habitator illius loci, Grammat. *dec.*78.

Item adde, † quod qui potest puniri in loco, vbi lis est contestata, non opposita fori exceptione ab eo, qui sciebat, se non esse 10 suppositum iuris dictioni illius judicis, qui de maleficio cognoscit, Gand *de malefic. in tit. vbi puniatur delinquens in princip. & vlt. quæst. ver. nam dixit ipsa lex*, vbi dicit, quod iudex puniat delinquentes vbicunque delinquenti, debet intelligi, dummodo sint suæ iurisdictionis, † vel ratione originis, vel ratione domicilij, vel ratione delicti, vel ratione consensus. *Baiar.*

d *Punire à iudice loci*] adde, sed non à judice procedente per viam inquisitionis, quia tunc magis communis opin. est, quod 11 iudex domicilij, vel originis non potest cognoscere subditum suum de delicto in alieno territorio commisso per Marsi. *in* §. *constante, numero* 90. & per Grammat. *decisio.*26. *colu.*4. *& fi. n*

possunt alteri delegari, vt infra *q.prox.* Aut est deputatus à Principe in locum prætoris mortui, vel absentis, & potest, quicquid dicat *glo.præallegat.* Et ita videmus quotidie fieri obseruari, vt attestatur Boss. *in tit.de sententiis,num.*22. Et hanc etiam opin. dicit esse communem Maranta *in suo Spec.fol.*33.*num.*20.*& seq.* Et idem etiam dicerem, vbi esset deputatus ab ipsomet prætore cum auctoritate Principis. In hoc tamen Ducatu, neque delegati, neque Vicarij, neque ordinarij possunt imponere pœnam vltimi supplicij, neque mutilationis e membri, nisi facta *e* prius relatione in Senatu, ita disponentibus decretis.

3 Item *f* quæro, nunquid Vicarius Episcopi possit causas criminales *g* cognoscere. Respond. quod ex speciali g commissione Episcopi, vel capituli potest de criminibus accusatorum cognoscere, & etiam diffinire. Et ita communiter seruatur, vt ait Spec. quem refert Paul. *de offic.& pote.cap.sede vacante in* 10. *quæst.*2. *partis principalis,num.*35.

ADDITIONES

Ad Quæst. XL.

a Dictum est] Vide Decian. *tom.*1. *tractat.crim. libr.*4. *cap.*25. Ros.

b *Glos.*] Similem gl. habemus *in l.aliquando,ff.de offic.proconf. & leg.quam ibi sequuntur.* Alber.& Bal. *& in l.*1.*ff.de offi. eius si cui mand.est iurisd.* Guiot.

c *Aut loquimur in Vicario Prætoris*] adde tamen, quod Præturę, & officia specialiter in dicto statu venduntur plus offerenti, vnde recte exclamat Cic. *offic.lib.*2. Male, inquit, tunc res agitur, cum quo virtute effici debet, id tentatur pecunia. Perbelle in hac materia lege Persium Flauium *Satyr.*3.*per totum.* Drog.

d *Deputatus locumtenens*] adde Ias. *in §.fuerat sub nu.*7.*Instit. de act.* Menoch. *de arbit. iud.lib.*1.*q.*54.*num.*5.*& lib.*2.*cent.*3.*casu* 253.*n.*4. An autem debeat constare de mandato Vicemgerentis, Bal. *in l.executorem,n.*13.C.*de exec.rei iud.* Drog.

e *Prius relatione in Senatu*] adde infra *q.*64.*versic.Forma autem,ibi,sed hoc apud nos non seruatur q.*46.*versic. solent etiam,* & hoc idem in grauioribus seruatum habemus, Exod.*cap.*18. Ioseph. de bello Iudaico *li.*2.*ad fi.* de quo dixi infra *ad q.*85.*versi. vlterius quæro.* Drog.

b f *Item quæro, nunquid*] adde videndum † Cæpoll. *in consil.*78. vbi ponit multos casus, in quibus incurritur irregularitas.

Item adde, quod clericus suadens occisionem licitam non fit irregularis, Plac. *epit.delict.c.*17.*n.*6. Baiar.

g *Cognoscere*] Sed an Vicarius Episcopi assidendo cum iudice seculari, faciens propter crimina torqueri clericum, qui postea persistit in tali confessione spontanea coram iudice seculari, qui illum vltimo supplicio damnauit, efficiatur irregularis, vide per Cæpol. plene in suo *consil. crim.*78. vbi etiam habes multos casus, in quibus incurritur irregularitas. *Baiar.*

QVÆSTIO XLI.

Causæ criminales an possint delegari.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Causæ criminales, an possint delegari.*
2 *Delegatus an possit causas criminales alteri subdelegari.*
3 *Et quid si sit delegatus à Principe.*
4 *Delegatus an possit procedere vsque ad vltimum supplicium.*
5 *Episcopus an possit delegare laicis causas criminales clericorum.*
6 *Et an laico simul cum clerico.*
7 *Et an clerico coniugato.*
8 *Et quid in Summo Pontifice.*
9 *Clericus an possit esse delegatus Principis laici in causis criminalibus.*

Ex Additionibus.

1 *Iudex ordinarius, si ei causa committatur an efficiatur delegatus.*
2 *Delegari causæ criminales quando possint, remiss.*
3 *Iurisdictio quando dicatur delegata, vel excitata, remiss.*
4 *Differentia an iudex procedat, vt ordinarius, vel delegatus, remissiue.*
5 *Delegatio causarum generalis an comprehendat causas criminales, remiss.*
6 *Delegatus citans an debeat inserere in citatione copiam delegationis.*
Officiales Regni Neap. tam Regij, quam Baronum non possunt subdelegare.
7 *Delegatus an possit subdelegare.*
8 *Delegatus Principis an subdeleget causas meri, & mixti imperij.*

HActenus de iudicibus ordinariis dictum est, sequitur nunc vt de iudicibus delegatis in caussis criminalibus aliquid subiiciamus. Et in primis videndum est, nunquid causæ criminales possint delegari. Et quidem in causis, quę non sunt meri, vel mixti imperij, omnes conueniunt, quod possint delegari, & in hoc nulla est difficultas: In iis, autem, quæ sunt meri, vel mixti imperij, est distinguendum. Nam aut loquimur in Principe, & pariter omnes conueniunt, quod possit omnes causas criminales, cuiuscunque generis sint, delegare: Aut loquimur in inferiore à Principe, & pariter est distinguendum. a 1

Nam siquidem est iudex ordinarius, *b* dicendum est, quod regulariter non potest tales *c* causas meri, aut mixti imperij alteri delegare, & hanc esse communem opinionem attestantur Scribentes *in l.*1.*de offic.eius*, & in specie Dec. *num.*28.& Curt. Iun. *num.*21. Et ratio est, quia cum huiusmodi causa specialiter concessę sint maioribus magistratibus, censetur electa industria personæ eorum? merito delegari non possunt, & hanc esse communem rationem attestatur Claud. *in d.l.in princ. n.*2. Hanc autem conclusionem ego pluribus quæstionibus ampliaui infra, *lib.*7.*§.Iurisdictio*, quas hoc loco transcribere operæ pretium non existimaui, tum quia hæc materia est multum trita in locis ordinariis, tum etiam, quia est parum fructuosa, attento quod, quidquid sit de iure, hodie ex generali consuetudine indistinctè omnes causæ meri, & mixti imperij delegantur, etiam quo ad pœnam vltimi supplicij, vt attestatur Cagnol. *in l.nemo potest gladij, in fin.verbis,ff.de reg.iur. & in suo exercitatorio libell.fol.*68.*c.*11. Ideo ad ibi diffuse dicta te remitto. b c

Si *d* vero est iudex delegatus, nunc etiam est distinguendum inter delegatum Principis, & delegatum ab inferiore. Nam si quidem est delegatus ab inferiore, nullomodo potest causas criminales subdelegare. Et licet aliqui dicant, quod talis delegatus inferioris à Principe potest post litem contestatam subdelegare, etiam in criminalibus, & hanc opin. dicat esse communem Nunius *de los corrigidores, fol.*10.*col.*4. prout illum refert Villalob. *in sua collecta commun. opin. in littera D, num.* 34. ego tamen credo id verum non esse: sed neque etiam in lib. meo Nunius *in loco præalleg.* id dicit, neque aliud loquitur in hoc proposito. 2 d

In *e* delegato autem à Principe magna fuit aliquando controuersia inter Doct. Nam gl. *in l.vnica, in verbo, iudicandus, C.qui pro sua iurisdictione,* tenuit, quod potest causam criminalem sibi commissam alteri delegare, & illam dicit esse magis communem opin. Paul. de Castr. *in d.l.vnica,n.*9. quem refert, & sequitur Vantius *de nullit.fol.*169.*n.*29. Item dicit Ias. *d.l.*1.*n.*74. Alciat. *in cap.quod sedem,nu.*81.*de offic. ord.* quem refert Villalob. *in d.litt.D,num.*36.& Boer. *decis.*6.*n.*8.*&* 9. Et dicit Guido Papæ *decis.* 624. clarum est, *num.*1. quod secundum hanc partem vidit vti, & seruari in illa curia Delph. Contrariam autem sententiam, scilicet, quod imo 3 4

etiam delegatus Principis non possit causam criminalem meri, vel mixti imperij alteri subdelegare, tenuit Iacob. de Arena, & hanc partem tanquam tutiorem tenuit Alber. *in d.l.1.in princ.num.21.* dicens, quod illa opin.gloss. *in d.l.vnica*, communiter per Doctores reprobatur. Et dicit Ias.ibi, *post num.64.vers. contrariam*, quod credit Alber. verum dixisse, scilicet, quod hæc opinio esset magis communis ante aduentum Bartol. Quidquid sit de iure, in hoc Ducatu seruatur hæc opi. Iacob. de Are. & videretur apud nos res valde absurda, si delegatus à Principe in causa criminali illam alteri subdelegaret. Nam vt rerum experientia docet,
f nunquam huiusmodi causæ delegantur à Principe, *f* nisi personæ industria specialiter electa. Et ita etiam hanc opin. in Francia seruari attestatur Boerius *in dicta decis. 6.in fin.*

4 Sed nunquid in casibus, in quibus merum imperium potest delegari, poterit delegatus procedere vsque ad vltimum supplicium? Respon. Aliqui dixerunt simpliciter, quod sic, & hanc esse communem opin. attestatur Alciat. *in d.cap.quod sedem, nu.83.de ord.* Quam tamen ego intelligo, vt procedat, si ex tenore ipsius delegationis colligeretur: alias tutius arbitrarer facturum delegatum, si prius quam pœnam mortis imponeret, Principi referret. Certè quando esset periculum in mora, vt in insigni latrone, vtique posset delegatus pœnam mortis imponere. Et hæc est communis opi. vt ait Curt.iun. *in d.l.1.nu.65.ff.de offic.eius.*

5 g Quæro, nunquid Episcopus possit delegare *g* laico causas criminales clericorum. Respond. quod non; & est communis opin. vt attestatur Rip. *in capit.decernimus, num.34.de iudic.* & hæc quidem conclusio de plano procedit in laico, qui solus in huiusmodi caussis
6 delegetur. Sed quid si velit eas laico simul cum alio clerico delegare? Respond. quod pariter non potest, & est communis opin. vt attestatur Dec. *in d. cap. decernimus, num.5.in fin.* quem refert. Rolan. *cons.4.num.4.libr.1.*

7 Sed an poterit Episcopus tales causas delegare clerico coniugato? Resp. quod non: & est communis opi. vt ait Ripa *in d.cap.decernimus, nu.64.* talis enim clericus reputatur tanquam merus laicus præterquam in duobus casibus, vt ibi.

8 Sed quid dicendum de Summo Pontifice? Respon. quod Papa potest etiam mero laico committere causas criminales laicorum. Ita dicit gloss. *in cap.bene quidem, in verbo, Prætor, 96.distinct.* quam totus mundus sequitur, vt attestatur Berous *quæst.7. num.1.* Habet enim Papa in omnibus caussis ecclesiasticis absolutam plenitudinem potestatis. Non tamen posset Papa conferre iurisdictionem ordinariam principibus laicis in clericos. Et hæc est communis opin. vt attestatur Menchiac. *lib.3.de testam.§.22.post num.60.* Quod intellige, vt procedat iuxta ea, quæ dixi supra *quæst.36.versi.sed ea retenta.*

9 Quæro, quid econuerso, nunquid possit clericus esse delegatus Principis laici in caussis criminalibus. *h* Respond. quod sic, in vna causa tantum, & est communis opinio, vt dicit Ripa *in d.cap.decernimus, num.46. & seq.* quem refert Didacus *in repetit.clemen.si furiosus, fol. 315.in fin.de homicid.* Quæ tamen conclusio multas recipit restrictiones, vt ibi.

ADDITIONES

Ad Quæst. XLI.

a 1 H*Actenus de iudicibus*] adde, quod si † Iudici ordinario causa committitur, si eius iurisdictio fuit alterata, tunc erit iudex delegatus, & tunc ab eius sententia appellatur ad superiorē, Ang. *in l.1.§.si quis simpliciter, ff.de verb.oblig.* & ibi communiter Doct.& Viu. *commun. opin.421. volum.1.* Et ad hanc materiam delegandi † causas criminales, & quando delegantur iudicibus 2
ordinariis, & quando iurisdictio dicatur excitata, † vel dele 3
gata, & quæ differentia sit, quando † Iudex procedit, vt ordi- 4
narius, vel vt delegatus, & mortuo delegato an ordinarius possit se impedire, & an delegatio † causarum generalis compre- 5
hendat etiam causas criminales, & an delegatus † citans debe- 6
at copiam delegationis in citatione inserere, vide omnino Dec. *in tract.crim.tom.1.lib.4.c.25.* vbi latissime.

Item adde, quod in Regno Neap. officiales tam Regii, quam Baronum non possunt subdelegare, quia tenentur ipsi personaliter seruire, & non per substitutos, ita prouisum fuit *per ca. Regni, mandamus sub tit. de administr.* & de hoc late habetur per Affli. *in Const. duram, & diram*, & per Io. Ant. de Nigr. *in c.quia de Vicariis, nu.11. cum seq.* Baiar.

b *Ordinarius*] Vide Rip. *in l.2.C.de eden.n.22.* Giach.

c *Causas meriti aut mixti*] adde inf. *q.99. versic. scias tamen, supra in 9.fin.q.1.* Drog.

d *Si vero est Iudex delegatus*] adde videndum † Capram *com. concl.in reg.79.per totam.* Baiar. 7

e *In delegato autem à Principe*] adde videndum † Menoch. *de arbit.ind. in q.54.* vbi hanc quæstionem latissime tractauit, concludendo delegatum Principis non posse subdelegare causas meri, ac mixti imperij. *Baiar.* 8

f *Nisi persona industria*] adde infra *q.71.versic.fin.* Drog.

g *Laico causas criminales*] Contra Magnificum, & Excellentiss. Borgninum Caualcanum, qui per plures annos exercuit officium Vicariatus generalis Illustrissimi, & Reuerendissimi tunc episcopi postea Cardinalis Papæ; Quomodo autem clericus possit consulere in causis criminalibus, dixi supra *in §.Sodomia, in fin.* ex Feli. *in c.si quis extr.de maior. & obedien.* vide tamen pro Borgnino Boss. *tit.de Principe, n.109.* Drog.

h *Resp.quod sic*] Vide sup. Decia. *n.28.* Ros.

QVÆSTIO XLII.

Iurisdictio in causis criminalibus an possit prorogari.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Iurisdictio an possit prorogari in causis criminalibus.*
2 *Et quid si ille, in quem fit prorogatio, alias non haberet iurisdictionem in criminalibus.*
3 *Et an quando proceditur per inquisitionem, sit locus prorogationi iurisdictionis.*

Ex Additionibus.

1 *Prorogare iurisdictionem quid sit, remissiuè.*
2 *Et an possit fieri in criminalibus.*
3 *Et quomodo prorogatio fieri debet.*
4 *Præstans fideiussionem coram iudice incompetenti de parendo mandatis, non dicitur prorogare iurisdictionem.*
5 *Procurator sine speciali mandato iurisdictionem non prorogat.*
6 *Iurisdictio limitata & delegata non potest prorogari.*
7 *Exceptio incompetentiæ potest quandocunq; opponi si iurisdictio est limitata.*
8 *Ignorans non dicitur iurisdictionem prorogare.*
9 *Priuatus iuri publico renunciare nequit.*

QVæro, *a* nunquid in caussis criminalibus possit iu- a
risdictio prorogari. Respond. quod sic, & est com- 1
munis opin. vt dicunt scribentes *in l.1. ff.de iudi.* & in specie Paul. de Cast. *nu.20.* & Sapia. *num.59.* & Cur.iun. *num.37.* & Cagnol. *num.46.* Et quod etiam in criminalibus possit expresse, & tacite prorogari iurisdictio, dicit esse communem Doctorum sententiam Aret. *ca.ad petitionem, num.15.de accusation.* Quod intellige quo ad præiudicium partis, vel partium, quæ prorogationi ipsi consentiunt, non autem in præiudicium reipublicæ, vel iudicum, ad quos pertinet perpetrati criminis cognitio & punitio: aliàs possent mille fraudes quotidie committi.

Est.

2 Est etiam hæc conclusio intelligenda, vt procedat, dummodo ille iudex, in quem fit prorogatio, alias etiam haberet iurisdictionem in similibus causis criminalibus: alias secus: & ita communiter tenetur, vt dicit Abb. *in c. si diligenti, numer.* 14. *de foro compet.* Hanc etiam opin. dicit esse communem Imola *in c. P. & G. nu.* 48. *de off. delegat.* vbi enim iudex non haberet in talibus causis
b iurisdictionem, *b* non esset locus prorogationi eius, quod non esset, sed potius esset iurisdictionis noua
c collatio, quæ partium *c* consensu in causis criminalibus tribui non potest. Sed in hoc proposito videnda sunt ea, quæ dixi infra *lib.* 7. §. *Iurisdictio.*

3 Scias autem, quod vbi proceditur per inquisitionem ex mero officio, non habet locum prorogatio. Ita tenuit Bald. *in l.* 1. *in fin. C. vbi de crimin. agi opor.* Et hanc dicit esse communem opin. Socin. *consil.* 108. *numer.* 21. *lib.*
4. Petrus Calefatus *inter consilia criminalia diuersorum consil.* 102. *num.* 4. *lib.* 1. *& consil.* 93. *numer.* 25. *lib.* 2. Cum enim in hoc iudicio instituendo non interueniat aliqua partium, sed tantummodo iudex, & diffamatio, quæ loco accusatoris fungitur, certè absurdum esset dicere, quod ipse iudex posset à seipso iurisdictionem suam prorogare; Nec minus absurdum videretur, quod fama, quæ est res inanimata, possit in iudicem non competentem consentire, illique iurisdictionem tribuere.

d Quidquid *d* tamen sit de iure, cum hodie iudex inquirens sit quodammodo loco accusatoris, credo, quod si reus consentiret in ipsum, vix posset euadere, ne censeretur facta prorogatio in ipsius quidem rei præiudicium, non autem præiudicium iudicis competentis, vel alterius accusare volentis.

ADDITIONES

Ad Quæst. XIX.

Q*Væro nunquid*] Vide Decian. *tom.* 1. *tract. crim. lib.* 4. *cap.* 23. Ros.

Quæro nunquid] adde videndum omnino Decian. *in tract.*
1 *crimin. lib.* 4. *c.* 43. vbi † habetur, quid sit prorogare iurisdictio-
2 nem, & an † fieri possit prorogatio in criminalibus, & in quibus casibus, & quæ sit tacita prorogatio, & quibus concurrentibus
3 fiat prorogatio, & multa alia habentur ad materiam facientia,
4 & inter alia notatu digna habetur, quod quis præstando † fideiussionem coram judice incompetenti de parendo mandatis, non dicitur prorogare jurisdictionem, quia tacitè semper intelligitur hæc conditio, si competens fuerit, vt per plura l'anf. *consil.* 48 *n.* 1. *cum seq. vol.* 1.

5 Item adde, † quod procurator sine speciali mandato jurisdictionem prorogare non potest, *cap. cum olim, de off. deleg.* Guid. Pap. *decisio.* 235. *n.* 1.

6 Item adde; † quod jurisdictio delegata, & limitata non potest prorogari, Abb. *in c. P. & G. de offi. deleg.* & Doctor. *in l.* 2. *ff.*
7 *de iudic.* & Natt. *consil.* 82. vbi dicit † quod exceptio incompetentiæ judicis quandocunq; opponi potest, quando jurisdictio est limitata, & Ruin. *consil.* 165. *n.* 17. *vol.* 4.

8 Item adde, quod jurisdictionis † prorogatio errore, siue ignorantia facti impeditur, Bertous *in consilio* 9. *num.* 28. *volum.* 3. Baiar.

b *Non esset locus prorogationi*] adde, quia quod non est, prorogari non potest, Neguſ. *tract. de pign. & hyp.* 3. *memb.* 6. *par. princ. num.* 6. vide Felin. *c. Ceterum, versic. vt dicta, coll. mihi* 7. *de rescript. & in cap. Pastoralis col.* 5. *ext. eodem hac tractatur, materia in c. de causis, extr. offic. deleg.* Drog.

c *Partium consensu*] adde rationem in criminalibus quia
9 iuri † publico per priuatos renunciari, & derogari non potest, *l. nemo potest, ff. de leg.* 1. pro hoc vide Ias. *in l.* 1. §. *& post operis, n.* 2. *vls. fallentia &, n.* 11. *ff. de ope. no. nuntia.* Guiot.

d *Quicquid tamen*] adde, quæ posui supra *in quæst.* 36. *versic. sortitur etiam.* Baiar.

QVÆSTIO XLIII.

Iudex in causis criminalibus an possit tanquam suspectus recusari.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Iudex an possit in causis criminalibus vt suspectus recusari.*
2 *Et quibus ex causis, remissive.*
3 *Et an contra judicem opponi possit exceptio, quod sit criminosus.*
4 *Et an iudex possit cognoscere super exceptionibus, quæ contra eius personam opponuntur.*

Ex Additionibus.

1 *Iudex quando possit recusari.*
2 *Et quid in ordinario.*
3 *Et quid in delegato à Principe.*
4 *Suspectum iudicem allegans, & non probans in Regno Neap. pœnam incurrit.*
5 *Idem in Aduocato & Procuratore.*
6 *Et quid in statu Ecclesiastico.*
Recusandi iudicem quæ differentia sit inter jus canonicum, & ciuile, nu. eod.
Iudex recusatus an teneatur ad instantiam partis jurare an causa suspicionis sit vera, nu. eod.
Suspicionem non probans tenetur iniuriarum.
7 *Fiscalis procurator potest ex legitima causa vti suspectus recusari.*
8 *Procurator sine speciali mandato non potest judicem suspectum allegare.*
9 *Iudex allegatus suspectus impeditur iurisdictionem exercere.*
10 *Et si procedat, an processus sit ipso iure nullus.*
11 *Suspitiones ortæ ante conclusum in causa, non possunt post conclusionem allegari in Regno Neap.*
Etiam quod allegans probare velit de nouo an eius notitiam deuenisse.
12 *Minor restituitur aduersus omissam exceptionem suspicionis.*
13 *Iudex per sententiam recusatus potest appellare.*
14 *Et ex quibus causis recusetur, remissive.*
15 *Et an ipsemet possit cognoscere super exceptionibus contra se oppositis.*
Sportularum interesse an habeatur in consideratione, remissive.
16 *Iudex declarans se competentem an possit procedere in causa principali, si ab hac declaratione fuerit appellatum.*
17 *Suspicionum causa per quem cognoscuntur.*
18 *Et quid seruetur in practica.*
19 *Iudex recusatus non remouetur in Regno Neapol. nisi factis probationibus.*
20 *Excommunicatus publicus non potest esse iudex.*
21 *Iudex recusatus quare non cognoscit de sua suspicione, & tamen cognoscit, si est competens.*
22 *Notarius actorum si allegetur suspectus, non est allegandà causa, sed sufficit iuramentum.*
Secus in Regno Neapolitano.

QVæro, *a* nunquid in causis criminalibus iudex pos- *a*
sit tanquam *b* suspectus recusari. Resp. quod sic; 1
ita tenet gl. *in cap. qualiter, & quando,* in glo. *magna, in* *b*
vers. item si ille, de accusat. quam dicit esse communiter approbatam Card. Alex. *in cap. de accusatione col.* 4. *vers. venio ad septimum,* 2. *quæst.* 8. Idem etiam tenere commu-

niter Doctores atteſtantur Marian. *in dicto capit. qualiter, & quando, numer.* 78. Si enim in cauſis ciuilibus, in quibus ſolummodo agitur de re pecuniaria, admittitur recuſatio judicis ſuſpecti, vt dixi infra *lib. proximo,* multo magis admittenda eſt in criminalibus vbi agitur de vita.

2 Ex *c* quibus autem cauſis poſſit iudex tanquam ſu-
c ſpectus recuſari, & reliqua, quæ ad ipſius recuſationis matereriam pertinent, dixi *in loco prallegato.*

3 Item quæro, nunquid contra iudicem opponi poſſit, quod ſit criminoſus. Reſpon. glo. *in d. c. qualiter, & quando, in glo.* 1. tenuit, quod ſic, ſed certè illa glo. communiter non tenetur, neque in ordinario, neque in delegato, vt dicit Card. Alex. *in d. c. de accuſatione, volum.* 42. *verſic. item excipitur.* Et quod iudex non repellatur exceptione criminis, dicit eſſe communem opin. Marian. *in d. c. qualiter, & quando poſt num.* 72. Et ſi hæc exceptio admitteretur, pauci poſſent iudicare, cum nemo ſine crimine viuat. Vide, quæ dixi ſupra *q.* 14. *verſ. dixi quoque, & ſeq.*

4 Vnum *d* tamen ſcias in hoc propoſito, quod licet
d alias regulariter iudex poſſit cognoſcere ſuper exceptionibus, quæ contra eius iuriſdictionem proponuntur, ſi tamen opponatur aliqua exceptio, ſugillans eius perſonam, puta, quod eſt infamis, vel excommunicatus, vel huiuſmodi, non poteſt ipſe ſuper tali exceptione cognoſcere. Et hæc eſt communis opin. vt dicunt ſcribente *in l. quidam conſulebant, ff. de re iudic.* & in ſpecie Imola *num.* 15. Alexan. *nu.* 5. nam quo ad hunc articulum diceretur eſſe iudex in cauſa propria: & patet ad ſenſum, quod nullus iudex eſſet, qui ſe pro-
e nunciaret infamem, vel excommunicatum. *e* Et ideo ſuper tali exceptione ſuperior debet ipſe cognoſcere, vel alium iudicem dare.

ADDITIONES

Ad Quæſt. XLIII.

1 Q*Varo nunquid*] adde in hac † materia recuſationis judicis in cauſis criminalibus videndum Oſaſc. *deciſio* 15. *per totam,* & Roland. *conſil.* 16. *numer.* 14. *& conſil.* 31. *in fin. volum.* 3. vbi dicit, quod ſuſpicio judicis ſecundum ius canonicum debet probari, ſecus de iure ciuili, quia iuſta cauſa ſecundum communem eſt iuramentum, ſed omnino vide Ioan. Anto. de Nigr. *ſuper capitulis Regni in c.* 217. *incip. prolixitatem,* vbi ad ſaturitatem de recuſatione judicis habetur, & quid judicem recuſantes facere poſſint pendente recuſatione, & licet de jure iudex
2 † ordinarius recuſari non poſſit, Authen. *ſi vero contingeret, C. de iud.* tamen hodie non ſeruatur, vt dicit Bald. *in d. Authen.*
3 & recuſatur † etiam delegatus Principis, Menoch. *de arbitr. iud. quæſt.* 54. *num.* 12. *&* 13. & in Reg. Neapol. prouiſum fuit *per ritum* 265. *ſecundum diſpoſitionem iuris canonici,* quod al-
4 legans † judicem ſuſpectum debet probare cauſas ſuſpicionum, & ſi non probat, ... arbitrio judicis ſuſpicionem cognoſcentis, & idem dicitur *in Pragm.* 40. *incip. allegantibus ſub titul. de offic. ſacri Regni conſilij,* vbi quod tali pœna arbitraria non tan-
5 tum principalis puniri poterit, ſed etiam Procurator, & Aduocatus, qui ſuſpiciones ipſas propoſuerint, & de prædictis vide etiam Carau. *in d. ritu* 265. vbi plene, & ibi non datur appellatio à decreto in cauſis ſuſpicionum judicum *pro ritu* 265. & ita habe-
6 tur per Franch. *in deciſ.* 408. *vol.* 2. & vide infra *n.* 13. † Et in ſtatu Eccleſiaſtico *de forma recuſandi iudicem habetur per conſt. Marchiæ c.* 17. *lib.* 5. & ibi latiſſime per addentes. Et quę ſit differentia in modo recuſandi judicem inter ius canonicum, & ciuile, late Philip. Franch. *in c. cum ſpeciali, nu.* 46. *de appellat.* & Abb. *in cap. ſi quis, contra clericum de foro compet.* & per eundem Franch. vbi ſupra *nu.* 18. habetur etiam ſi pars recuſans petit ipſum judicem interrogari cum iuramento, ſi cauſa ſuſpicionis ſit vera, an iudex iurare teneatur.

7 Item adde, quod de jure † communi allegans judicem ſuſpectum, ſi cauſas non probauerit, actione iniuriarum tenetur ſecundum Bald. *in c. ſuper. de off. deleg.* & Aug. *in l. qua omnia ibi magis conuicium, ff. de procur.*

Item adde, quod etiā procurator fiſcalis licet juriſdictionem non habeat poteſt reuocari vti ſuſpectus ex legitima cauſa per ea, quæ tradunt Anchar. *conſ.* 263. Alex. *conſ.* 204. *p.* 2. *vol.* 5. Dec. *in c. poſtremo, n.* 2. *de appel.* Dec. *conſ.* 8. *n.* 151. *vol.* 1. & Boer. *in deciſ.* 158. *n.* 7. *&* 8. & optime facit etiam doct. Abb. *in c. nouit ille, n.* 2. *verſ. concludere ergo de appel.* vbi dicit, quod deputatus ad certū miniſterium, in quo poſſit occulte grauare, recuſari poteſt, & quantum procurator fiſcalis clā grauare poſſit, & omnes ſciunt, & dignoſci poteſt ex grauiſſima pœna contra eum impoſita, vt ſcilicet viuus concremetur, ſi aliquem indebitè vexauerit; eſt tex. *in l. vniuerſi, C. vbi cau. fiſcalis,* & Gram. *in deciſ.* 90. *n.* 21.

Item adde, quod iudex † ſuſpectus allegari debet per principa- 8
lem, non per procuratorem, niſi habeat ad hoc ſpeciale mandatum, vt inquit Rebuff. *in tract. de recuſ. art.* 1. *gl.* 1. *n.* 1. *vol.* 3. & ratio eſt ſecundum eum, quia procurator nō poteſt aliquid facere, per quod dominus incidat in pœnam, ſi ad id non fuerit ſpecialiter cōſtitutus. dicit tamen ibidem fuiſſe deciſum, ibiq; ſeruatum, quod ſi Dominus eſſet abſens, & iudex eſſet ſuſpectus, poſſet allegare ſuſpicionem, offerendo dominū ratum habiturum, & petendo terminum ad habendā ratificationem, & ſpeciale mandatū, & ipſe deberet abſtinere, ſed hodie iſta ceſſant, quia communis forma omnium procurationum ſe habet, quod in ſpecie dicatur iſtud, vt etiam dicit Carau. vbi ſup. *nu.* 15.

Item adde, † quod poſt recuſationem impeditur exercitium 9
iuriſdictionis, & proceſſus † factus per judicem ſuſpectum, eſt 10
ipſo iure nullus, Corn. *conſil.* 247. *col.* 1. *vol.* 1. Dec. *conſil.* 275. *col.* 1. & Vant. *de nullit. ſent. ex defectu iuriſdict. ordin. nu.* 140. *cum ſequen.* vide tamen Rot. Pedemont. *deciſio.* 84. vbi diſtinguit, & Couar. *pract. quæſt. cap.* 18.

Itē adde, quod ſi Regno Neap. fuit prouiſum per Reg. Pragm. quod ſuſpiciones † ortæ ante concluſionem in cauſa non poſ- 11
ſunt allegari cōtra judices poſt concluſum in cauſa, etiam quod allegans ſuſpiciones prædictas velit probare de nouo ad eius notitiam perueniſſe, prout erat prouiſum per *cap. regni prolixitatem.* Franch. *in deciſio.* 431. *vol.* 2. vbi tenet, † quod minor ad- 12
uerſus omiſſam allegationem ſuſpicionis reſtituitur.

Item adde, quod iudex † recuſatus per ſententiam, poteſt 13
appellare, Abb. *conſ.* 91. Mandell. *conſil.* 95. *lib.* 1. Baiard.

b *Suſpectus recuſari*] Aduerte, quod judicis ſuſpicio ſecundum ius canonicum debet probari; at ſecus de iure ciuili, quia iuſta cauſa ſecundū communem eſt iuramentū, teſte Rol. *conſ.* 19. *n.* 14. *lib.* 3. ad idem per eundem *conſ.* 31. *cum ibi allegatis, in ſi. eo.* ſeruādo ius Pontificium aduerte, quod coram judice recuſatio † cauſa ſuſpicionis probabilis proponenda eſt, ſed probanda coram arbitris communiter eligendis, *ca. ſecundo requiris, §. fin. de appel. c. cum ſpeciali eo. tit.* Electis arbitris debet iudex illis aſſignare terminum, juxta *c. legitima, de appel. in* 6. per quam decretalem remanet correcta decretalis, ſuſpicionis, *de off. deleg.* idem inquit gl. *in d. §. fin.* Nō probata ſuſpicionis cauſa iudex ſua vtitur iuriſdictione, *d. c. cum ſpeciali.* Ea vero probata; remittit negotium ad ſuperiorem, vel cauſam committit de recuſatoris cōſenſu *d. c. cum ſpeciali.* Sed ſcias tres eſſe caſus, in quibus ſuſpicionis cauſa coram arbitris non eſt tractanda, quos vide *in c. ſi contra, de offi. deleg. in* 6. Item ſcias tempora tria eſſe diſtinguenda ad ſciendum, an iudex ſuſpectus poſſit committere cauſam. Vide *in c. iudex, de off. deleg. in* 6. hæc etiam habes *in collect. mea commu. opi. verbo ſuſpecto iudicis.* & ad principalem q. Auctoris adde, atque vide plene per Oſaſc. *dec.* 15. Guiot.

c *Ex quibus cauſis*] adde videndum † Philip. Franc. *in c. poſtremo, de appell.* vbi enumerat 40. cauſas; vide etiam Maran. *in Spec. par.* 6. *verſic. appellatio. nu.* 26. Lanfranc. *in c. quoniam contra ver. recuſationes, de probat.* & Capyc. *deciſio.* 137. *&* 138. Baiar. 14

d *Vnum tamen ſcias*] adde melius, quam alibi declaratam materiam, vt per gl. *in l. ex quacunque in verbo ſciatur, ff. ſi quis in ius voc. non ier.* vide Felin. & Doct. *in c. ſuper litteris, coll. mihi* 11. *prima fallentia extr. de reſcript.* Drogh.

Vnum tamen ſcias] adde ad † iſtam regulam, videndum Fe- 15
lyn. *in cap. ſuper litteris, numer.* 18. *cum ſequen. de reſcrip.* vbi ponit de judice delegato, & de judice ordinario, cum multis ampliat. & limitat. & an intereſſe ſportularum ſit habendum in conſideratione.

Item adde, quod ſi judex † pronunciaret ſe competentem, & 16
appellatum fuiſſet, tali cauſa appellatio ligaret manus iudicis, vt non poſſet procedere ad vlteriora in cauſa principali, quod tamen intelligendum eſt, quando ad inſtantiam alicuius Baronis, vel alterius judicis fuiſſet petita remiſſio cauſæ, ſecus autem ad inſtantiam inquiſiti, Curt. iun. *in conſil.* 24. *ſacratiſſime. nu.* 13. & Rebuff. *in tract. de ſenten. exeq. art.* 3. *glo.* 2. *in princ. & art.* 9. *glo.* 6. *vol.* 1. & ratio talis diſtinctionis eſt, quia primo caſu interlocutoria quo ad Baronem, aliumvè judicem, habet vim diffinitiuæ, ſecundo vero caſu non, & ita in practica quotidie obſeruatur, vt inquit Carau. *in ritu* 259. *in fine.* Baiar.

e *Et ideo ſuper tali exceptione*] adde, quod † ita tenet Archi- 17
diac. *in cap. ſuſpecti, col.* 3. *q.* 5. vbi dicit ita ſeruare Curiam Romanam, quod de tali exceptione delegatus nō cognoſcit, & à quo ſit cognoſcendum de ſuſpicionibus judicū habetur in locis ſupra citatis; & quando cauſa ſuſpicionis eſſet euidenter iuſta in jure,

iure, & in facto, tunc non esset necesse eligere arbitros, vt tenet Abbas *in cap. cum specialis in fin. de appellat.* & de istis arbitris, qui eliguntur in causa recusationis. vide etiam Felin. & alios *in cap. suspicionis, de deleg.* Ego autem non vidi in pract. quod
18 † in causis criminalibus suspicionum causæ probentur coram arbitris, sed Principes auditis causis pro parte reorum expositis, si eis iustæ videbuntur, remouent iudices, siue sint ordinarii, siue delegati, & alij iudicibus causas committunt, vel iudi-
19 ci ordinario datur adiunctus: in Regno † tamen Neap. arbitror, quod iudices non remoueantur, nisi factis probationibus iuxta formam *d. ritus 265. & supradicta pragmatica.*

20 Item adde, quod † excommunicatus publicè non potest esse iudex ordinarius, nec delegatus, & omnia per eum gesta, erunt nulla, & inualida, vt per Vant. *de nullit. in tit. de nullit. ex defectu iurisd. ord. num. 137. & in tit. de nullit. ex defectu iurisd. num. 61. cum sequen.* vbi habetur etiam, quando quis dicatur publicè excommunicatus.

21 Item adde, quænam sit ratio differentiæ, † quod iudex recusatus non recognoscit de sua suspicione, & tamen cognoscit, an sit iudex competens, late per Philip. Franc. *in c. secundo requiris, n. 12. de appel.*

22 Item adde, † quod si Notarius actorum allegatus fuerit suspectus, non oportet allegare causam, sed sufficit solum iuramentum, Anchar. *cons. 263. subtiliter,* & Alex. *in cons. 104. vol. 5.* sed in Regno Neap. debent allegari causæ, vt per Afflict. *in constit. iustitiarij per Prouincias n. 6.* & ibi addentes. *Baiard.*

QVÆSTIO XLIV.

Quibus modis contra reos contumaces procedatur.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Quibus modis contra absentes contumaces procedatur.*
2 *Absens de iure communi non potest diffinitiue condemnari, sed fit annotatio bonorum.*
3 *Et quid de consuetudine.*
4 *Et an possit etiam ad mortem condemnari.*
5 *Et an si reus intra annum compareat, & satisdet de parendo iuri, recuperet statim bona annotata.*
6 *Et an eo casu teneatur ipse probare innocentiam suam.*
7 *Et an quando reus est contumax, debeat eius contumacia accusari.*
8 *Et an requiratur declaratio iudicis super ipsa contumacia.*
9 *Et an sit citandus reus ad allegandum.*
10 *Et an vltra contumaciam requiratur, etiam quod sit per probationes conuictus.*
11 *Et an contra huiusmodi fictam confessionem inductam à statu admittatur probatio innocentiæ.*
12 *Et an possit iudex pro reo absente aliquas probationes inducere.*
13 *Reus contumax an sit citandus ad sententiam.*
14 *Et an possit statim lapso termino peremptorio condemnari.*
15 *Et qua sit forma sententiæ, quæ contra absentem, & contumacem profertur.*

Ex Additionibus.

1 *Princeps potest contra absentem in criminalibus ad sententiam diffinitiuam deuenire.*
2 *Absentes quibus casibus possit condemnari.*
3 *Litis contestatio an requiratur de iure canonico, quando proceditur per inquisitionem.*
4 *Absens potest condemnari, quando crimen est liquidatum inter presentes.*
5 *Iacob. de Aren.* ab impugnatione Iul. Clar. *defenditur.*
6 *Pœna vltra relegationem quæ sint, remissiue.*
7 *Bannum successit loco adnotationis bonorum.*
8 *Adnotatio bonorum seruatur in Regno Neapol. Et quando fiat remanssiue.*
9 *Admissus ad nouas defensiones, & absolutiones recuperat bona alienata.*
10 *Et quid in statu ecclesiastico.*
11 *Bona contumacium quomodo vendantur in d. statu.*
12 *Adnotatio bonorum propter contumaciam differt ab ea, quæ fit ob delictum.*
12 *Reus, qui de se consignando fideiussionem dedit, si ad secundam citationem non compareat, banniri non potest.*
13 *Admissus ad nouas defensiones intelligitur solum admissus ad ostendendum suam innocentiam.*
14 *Citatio sub pœna confessi, & conuicti valet, & seruatur in tribunali Domini Auditoris Cameræ.*
15 *Banniti in statu ecclesiastico non audiuntur, nisi ex liquidissimis probationibus innocentiam probent.*
16 *Quid in statu Mediolani.*
17 *Quid si Princeps scribat, quod eis fiat iustitia, condemnatione obstante.*
18 *Reus admissus ad faciendum defensiones, condemnatione non obstante, an possit opponere nullitatem.*
19 *Vulpell.* in cons. 105. *impugnatur.*
20 *Reus in criminalibus non potest defensionibus renunciare.*
21 *Substantialia iudicij non possunt per partes remitti.*
22 *Bannito admisso ad nouas defensiones, accusator etiam poterit probare suam intentionem.*
23 *Minore restituto aduersus rem iudicatam, censetur etiam restitutus aduersarius.*
24 *Fiscus an restituatur in criminalibus.*
25 *Bannito admisso ad nouas defensiones, an fiscus possit nouiter suam intentionem probare.*
26 *Sfor Odd. consilium* in prædicta quæstione.
27 *Dilatio concessa reo fit communis actori.*
28 *Contumacia rei est in causa, quod fiscus plenius non probet suam intentionem.*
29 *Restitutio alicui concessa prodest etiam aduersario respectu eorum, quo de nouo restitutus deducit.*
30 *Restitutio non habet locum in pœnalibus.*
31 *Fiscus in obtinenda restitutione vtitur iure minoris.*
32 *Minor non restituitur in pœnalibus ad necem alterius.*
33 *Item quando tractatur magis de lucro odioso, & damno alterius, quam de proprio incommodo.*
34 *Negligentia rei facit, vt restitutio sibi concessa actori prosit.*
35 L. 1. C. de transact. *declaratur.*
36 L. petendæ, C. de temp. in int. rest. *intellectus.*
37 *Nell.* de bannit. 2. par. 2. temp. quæst. 34. *locus explicitus.*
38 Bal. in l. per hanc, numero 17. C. de temp. app. *enucleatur.*
39 *Iudex non debet esse affectator seueritatis, neque clementiæ.*
40 *Statutum, quod contumax habeatur pro conuicto, & confesso pluribus modis limitatur, remissiue.*
41 *Confessio vera, & ficta differunt, remiss.*
42 *Confessus fictè potest condemnari, licet iudici constet, quod poterat aliqua exceptione se tueri.*
43 *Statutum, quod contumax habeatur pro confesso, plura operatur, remiss.*
44 *Debet tamen prius constare de corpore delicti. Requisita antequam contumax condemnetur, remiss.*
45 *Terminus per statutum prafixus sub pœna confessi non potest per iudicem alterari.*
46 *Absentia potest allegari, etiam quod quis sit positus in banno.*
47 *Statutum suprascriptum afficit minores.*
48 *Flam. Chartar. impugnatur.*
49 *Statutum prædictum non comprehendit pupillum.*
50 *Minor bannitus an restituatur.*
51 *Bannitus captus in statu Ecclesiastico non potest per iudicem ad defensionem admitti.*
52 *Statutum prædictum an operetur quo ad qualitates aggrauantes.*

53 *Anchar.* in consil. 408. *declaratur.*
54 *Doctores debent intelligi secundum leges quas allegant.*
55 *Contumax habetur pro confitente factum, non qualitatem facti, cujus essentia ab illo facto, vel confessione non pendet.*
56 *Decian.* consil. 96. num. 20. lib. 3. *declaratur.*
57 *Gabr.* consil. 150. num. 26. lib. 1. *explicatur.*
58 *Gram.* consil. 1. nu. 56. *declaratur.*
59 *Assassinij qualitas debet concludenter probari, quando laicus contra clericum vult procedere.*
60 *Qualitas separata à delicto si est notoria, licet non sit probata in processu potest iudex procedere ad condemnationem quasi super notorio.*
61 *Iudex in notoriis potest supplere etiam de facto.*
62 *Sententia lata tanquam super notorio, licet iudici non constaret factum notorium, ex quo tamen ita est, irreuocabiliter tenet.*
63 *Maleficia puniri fauor publica disciplina suadet.*
64 *Contumacia an sit accusanda.*
65 *Contumax habitus pro confesso vigore statuti existentis in loco delicti, an vigore illius statuti possit alibi puniri, remissive.*
66 *Statutum loquens de vero malefactore, an habeat locum in habito pro confesso.*
67 *Feller. lapsus.*
68 *Relatio nuncij debet precedere contumaciam, alias sententia est nulla.*
69 *Item etiam commissio iudicis debet procedere citationem nuncio referenti se citasse de commissione, & an ei credatur.*
70 *Stante statuto, quod contumax ponatur in banno, non requiritur alia iudicis interlocutoria, quæ faciat eum contumacem.*
71 *Declaratio super contumacia non requiritur in statu ecclesiastico.*
72 *Contumax habitus pro confesso, & conuicto, licet minor, non est amplius audiendus.*
73 *Bannitus comparens ante sententiam, licet post terminum banni, audiri debet? nec tenetur probare errorem suæ confessionis.*
74 *Iul. Clar.* ab impugnatione Flamin. Charrar. *defenditur.*
75 *Stante prædicto statuto, an bannitus audiretur, processus sit nullus.*
76 *Et si bannitus appellauerit, an sibi incumbat onus probandi suam innocentiam.*
77 *Statutum prædictum an procedat, quo ad pœnam applicandam parti.*
78 *Et quid si extra processum constet de innocentia.*
79 *Citatio minus legitima in causis dicti statuti non vitiat sententiam.*
80 *Citatio minus legitima non vitiat actum, in quo non requirebatur.*
81 *Stante statuto, quod quis citetur, vt compareat per se, vel per alium, si fiat citatio simpliciter, vt ipsi compareat, citatio valebit.*
82 *Citatus comparens, antequam ad pœnam contumaciæ sit condemnatus, non debet vlterius condemnari, licet comparuerit post terminum.*
83 *Inquisitio contra contumacem debet continere crimen punibile.*

1 Visum est de exceptionibus quæ contra personam iudicis, eiusque iurisdictionem proponi possunt (nam ad eas proponendas plerunque etiam absentes, seu contumaces solent per procuratorem admitti) de reliquis autem, quæ merita causæ concernunt, infra
a in eorum defensionibus dictum est. *a* Videamus nunc,
b quomodo contra contumaces procedatur. *b* Et in primis sciendum est, quod de iure communi non potest contra absentem deueniri ad sententiam diffinitiuam, siue condemnationem occasione delicti, de quo ipse reus absens imputatur, & ita tenent communiter Doctores, vt dicit Anton. Gomes. *super l.* 71. *Tauri, num.* 1. Certum est enim, quod de iure communi contumax non potest à iudice haberi pro confesso, & conuicto, & licet Iacobus de Arena tenuerit, quod quando crimen est liquidatum inter præsentes, potest eo casu fieri sententia contra absentem, tamen contra eum est communis opinio Doctorum, vt dicit Bald. *in l. quamuis, la prima, numer.* 1. *in fine.* Et quod etiam de iure canonico non posset: contra absentem, lite non contestata, deueniri ad condemnationem, neque etiam ad testium receptionem, dicit esse communem opinionem, Abb. *in cap. veritatis, post numerum* 20. *& post numerum* 27. *de dolo, & contumaci.* Et hoc adeo verum est, vt quamuis in causis ciuilibus si testes sint senes, vel *c* valetudinarij, vel in longinquas partes recessuri, *c*
possint examinari etiam parte absente *d* ad perpetuam *d*
rei memoriam, vt dixi supra *lib.* 2. *§. testis.* Nihilominus in causis criminalibus absente parte non possunt huiusmodi testes recipi ad perpetuam rei memoriam. Et ita tenent communiter Doctores, vt attestatur Anton. Gomes. *in d. l.* 76. *num.* 4. Hanc tamen conclusionem intellige, vt procedat, quando pro crimine, de quo agitur, venit imponenda pœna corporis afflictiua: *e* sed vbi venit tantummodo imponenda pœna re- *e*
legationis, vel relegatione minor, eo casu vtique absens potest etiam de iure communi condemnari. Et hæc est communis opinio, vt dicit Bald. *in l. absentem, in fin. Cod de accusat.* Salycet. *in d. l. absentem, numer.* 14. quem refert Practica Conradi, *fol.* 441 *post numerum septimũ, vers. Quarto excipio,* Boss. *in d. tit. de requir. reis, post numerum primum. f* In illis igitur casibus, in quibus *f*
absens non potest diffinitiue condemnari, legitime intimata reo citatione iuxta formam, de qua dixi supra *quæst.* 31. si reus in termino sibi ad comparendum assignatio non comparuerit, tunc iudex facit eius bona annotari, & deinde facit ipsum iterum vocari, & citari per edicta, vt veniat ad se excusandum, illi etiam notificando, qualiter eius bona sunt annotata: & hoc casu si quidem reus infra annum compareat, & se defendat ab imputatione ipsius criminis, absoluitur, & in pace dimittitur, & etiam restituuntur illi omnia bona sua annotata: si vero post annum etiam quandoque compareat, adhuc semper audiri debet, & si se defenderit, absoluitur, sed bona illi non restituuntur, sed fisco remanent in pœnam suæ contumaciæ. Et hæc omnia procedunt *g* secundum dispositionem iuris commu- *g*
nis, vt habetur *in l.* 1. *ff. de req. reis.*

Sed *h* hodie (vt inquit) Gand. *de malefic. in rubr. quid* 3
sit agendum reo absente, numero tertio, de consuetudine ge- *h*
nerali non seruatur contra contumaces illud, quod dictum est de annotatione bonorum, neque quod accusatus expectetur per annum, imò cum fuerit citatus solemniter, ponitur in banno communis, & potestatis, & postea super illa accusatione, & banno condemnatur, & ita secundum eum obseruatur, *i* per *i*
totam Italiam, quem refert Practic. Conradi, *folio* 441. *post numerum octauum.* Pariter etiam Iacob. de Belust. *in titul. de pace tenenda, in principio, versicul. & nota hic*, dicit, quod hodie non fit annotatio nisi bonorum mobilium, & ita illum refert Bald. ibi, *post numero* 14. & August. & Angel. *de malefic. in verbo, qui dominus iudex videns, numero octauo,* & Capyc. *decisio.* 131. *num.* 4. licet attestetur repertum fuisse, quod in regno Siciliæ etiam feuda, & castra apprehendi solent, & administrari per commissarios regios. *k* Dicit etiam *k*
Bald.

Bald. in l. ... mentem, numer. 2. C. de accusat. quod Doctores ... quod ista annotatio hodie non est in vsu, sed ... loco hodie successit bannum, quod fit reis absentibus, idem dicit Blanc. in practic. crimin. filio 9. n ... l In hoc autem Ducatu statim post assumpta iudicia, seu informationes contra reum, quæ sufficiant ad capturam, si crimen est tale, pro quo ingeratur confiscatio bonorum, statim transmittitur notarius, qui describat omnia bona, tam mobilia, quam immobilia ipsius delinquentis, m iuxta formam traditam in l. si quis intra prouinciam, C. de bon. proscript. & illa sic descripta n consignat consulibus, & syndicis locorum, in quibus bona sita sunt, & mobilia reponit etiam penes ipsos, vel aliquem alium idoneum depositarium. Et generaliter etiam ita seruari attestatur Carauita super 21. ritu magnæ curiæ circa fin. Ita etiam dicit quotidie fieri, & practicari Anton. Gomes. capit. 9. delictorum, numer. 2. Et si periculum est, ne bona propter moram fiant deteriora, vel pereant, solent vendi, & pretium eorum deponi. Et ita de consuetudine obseruari attestatur Practic. Millei, filio 45. numer. 11. Hanc etiam bonorum annotationem fieri per commissionem criminalem executoris, simul atque assumptæ sunt informationes contra aliquem insolito receptoque stylo, & vsu, & consuetudine attestatur Practic. Iod. fol. 41. nu. 7.

o Facta o autem huiusmodi descriptione, & consignatione, proceditur contra reum, & si est contumax, seruatis seruandis bannitur, & condemnatur diffinitiue. Et si deinde post condemnationem infra annum compareat, solet plerunque per Senatum admitti ad se de nouo defendendum. Et si se defenderit, absoluitur ab ipsa condemnatione, & recuperat bona, non obstante prædicta annotatione, seu descriptione, vel etiam quacunque alia apprehensione facta per fiscum, & etiam quibuscunque sententiis superinde secutis. Si verò compareat post annum, non recuperat bona, sed tantum si se nouo defenderit, absoluitur à condemnatione corporali, & bona remanent fisco in pœnam eius contumaciæ. Et hæc practica, si bene consideretur, est in multis valde conformis dispositioni iuris communis, de qua supra. Et hæc dixi obseruari, quando crimen est tale, pro quo imponitur bonorum confiscatio, quia in aliis criminibus, in quibus non venit imponenda publicatio bonorum non sunt ponenda bona ad manus curiæ, etiam quod reus sit contumax. Et propterea neque etiam in istis casibus fit aliqua bonorum descriptio, ita disponente decreto in nouis constitutionibus in titul. de accusat. cap. rei carceribus. § pars ... p Et licet Chassan. super consuetud. Burgun. fol. 78 numer. 11. dicat, quod iudices nostri temporis aliter faciant, & pro contumacia faciant subhastari bona, apud nos tamen seruatur, vt non fiat, nisi in casibus, in quibus bona confiscantur.

4 Licet autem de iure communi (vt supra dixi) non possit absens diffinitiue condemnari, tamen ex generali consuetudine totius Italiæ, proculdubio in quantumcunque graui crimine q proceditur contra absentes, & habentur pro confessis r ex contumacia, & banniuntur, & condemnantur etiam ad mortem, vt attestatur Gand. in loco præallegato. Alberic. in l. seruum quoque, §. publicè, numer. 23. in fin. ff. de procurat. & in l penultim. §. ad crimen, numer. 23. in fin. de public. iudic. & in 4. parte statutorum, quæstio. 1. numer. 3. Vitalis de malefic. in rubric. de comparatione accusati, numer. 70. & sequent. & alij omnes criminalistæ, & est omnibus notissimum. Pariter etiam in Gallia constito de delicto, proceditur contra absentem etiam ad sententiam diffinitiuam, quatuor tamen præcedentibus contumaciis, vt dicit Ioan. Fab. in l. cunctos populos, de summa Trinit. Practic. Masuer. in titul. de dila. numer. 25. & in titul. de contumac. numer. 12. quem refert Boer. decis. 63. numer. 8 & super consuetud. Bituricen. folio 25. colum. 1. Et contumax habetur pro confesso, & conuicto, & virtute huiusmodi confessionis condemnatur etiam ad mortem. Et ita seruari, & quotidie tractari in curiis Franciæ attestatur Gulielm. Bened. in 2. parte, repet. cap. Raynutius in verb. mortuo itaque testatore, 1. numer. 158. Igneus in l. lege Cornelia, numer. 32. ff. ad Sylla. Practic. Millei, folio 9. numer. 90. & fol. 62. numer. 21. & fol. 139. numer. 12. & numer. 18. Idem etiam in Hispania obseruari attestatur Anton. Gomes. super l. 76. Tauri, num. 8. Et hæc omnia obseruantur non modo in foro ciuili, sed etiam in foro cano. nam hodie si citatus est contumax excommunicatur, vt dicit Foller. in pract. crim. canon. fol. 148. n. 12. in fin. Et si perseuerauerit in excommunicatione per annum, habetur pro confesso, & conuicto de crimine de quo imputatur. Et est communis conclusio, vt dicit Ricar. in capit. 1. numer. 77. de iur.

Dixi, quod de iure communi, si reus compareat intra annum, & se defendat, receperat bona iam annotata. Pone quod reus compareat infra annum, & satisdet coram præside de parendo iuri, iuxta formam d. l. 1. ff. de requir. reis, nunquid statim recuperabit bona, an autem remanebunt in sequestro, donec super ipso crimine fuerit diffinitiuè pronunciatum? Respond. Gloss. in l. fin. in verbo, Purgauerint, ff. de requir. reis, videtur sentire, quod statim illa recuperet, & ita dicit se vidisse communiter obseruari, Alber. in d. l. 1. numer. 4. t Et hoc est satis rationabile, quia talis annotatio fit tantum ratione contumaciæ, non autem ratione delicti, merito omnis eius effectus tolli debet statim purgata contumacia per ipsius rei comparitionem. Sed si quis admitteretur ad nouas defensiones post condemnationem, & bonorum confiscationem, tunc in hoc Ducatu seruatur, quod bona descripta remanent penes fiscum, neque relaxantur reo, nisi purgato crimine, & condemnatione per contrariam sententiam sublata, talis enim descriptio fit ratione delicti, non autem ratione contumaciæ, & confirmatur secuta confiscatione, merito eius effectus non tollitur, nisi secuta absolutione. u Quinimò si reus ad nouas defensiones admissus se constituat in carceribus, vt fieri solet, & superueniente infirmitate decedat, x firma remanet eius bonorum confiscatio, nulla habita ratione probationum per eum factarum, neque earum, quas eius hæredes facere vellent ad demonstrandam eius innocentiam. Et ita iudicauit Senatus in causa cuiusdam Pausgarolæ. Vix tamen credo, quod possit princeps talia bona retinere in foro conscientiæ, vbi de innocentia rei appareret, prout etiam in fortioribus terminis videtur sensisse Boss. in titul. de remed. institut. circa fin. y Sed cum sit sententia Senatus, non est vlterius quærendum. Quid autem sit, quando procedit pendente appellatione, dixi infra quæstione 94. versic. sed pone. Hæc autem quæ dicta sunt de admissis ad nouas defensiones locum habent, quando condemnatus fuit admissus ad ipsas defensiones intra annum, eo enim casu, vt dixi supra vers. facta autem, si fuerit absolutus, recuperat etiam bona, sed post annum etiam si sit absolutus, non recuperat bona, ita disponentibus decretis huius Ducatus, prout etiam seruari attestatur Boss. in titul. de litteris principis, & c. in principio.

Quæro, quando reus, cuius bona sunt annotata compareat infra annum ad se defendendum, nunquid

teneatur ipse probare innocentiam suam, an autem accusator ipse adhuc teneatur probare delictum. Respon.gl.*in l.in verbo Purgauerit,C.de requir.reis*, tenet, quod vtrique eorum, scilicet tam accusatori, quem accusato incumbat onus probandi tamen quod accusatore non probante, reus absoluitur, & dicit Alber.*in l. 1.n.5.ff.de requiren.reis*, quod ita communiter seruatur, & approbatur. Mihi videtur, quod hoc sit in effectu dicere, quod accusatori tantum incumbis onus probandi, ex quo eo non probante, reus etiam si nihil pro-
z bet, est absoluendus. *z* Sed quidquid sit de iure in iis,
a quorum bona sunt annotata, *a* contrarium seruatur in hoc Ducatu in admissis ad nouas defensiones post condemnationem: nam nisi probent ipsi eorum innocentiam, vel saltem elidant indicia, quæ contra eos sunt in
b processu, solet exequi condemnatio, *b* vel saltem torquentur, aut puniuntur aliqua pœna extraordinaria arbitrio Senatus. Ratio autem differentiæ est quia admissus ad nouas defensiones habet sententiam super
c delicto contra se, *c* quæ facit ius, ille autem cuius bona tantum sunt annotata, non habet nisi simplicem annotationem bonorum, quæ sit ex causa contumaciæ, vt sub.dixi. Et cum hoc contigisset de facto in quodam Vayrano, qui fuerat in contumaciam condemnatus in pœnam ignis pro sodomia, & deinde captus, & admissus ad nouas defensiones, nolebat aliquid probare, allegando, quod nihil erat contra eum in processu, quod vrgeret, Senatus rescripsit prætori Cremonæ in hæc
d verba: *d* Non dicat Vayranus sibi non opus esse defensionibus, eo quod nulla eum premant indicia. Satis enim grauatur sententia condemnatoria, quæ contra eum viget: Quare illi tempus ad se defendendum statutis, & si quas fecerit defensiones, perscriberis. Si vero nihil egerit, sententiam contra eum latam exequimini, 8.Nouemb.1548.P.N.

7 Dictum *e* est, quod ex generali consuetudine Italiæ
e proceditur contra absentem, etiam ad sententiam dif-
f finitiuam, & ratio est, *f* quia communiter per Italiam extant statuta disponentia, quod contumax habeatur
g pro confesso, & conuicto: & ideo *g* virtute huius fictæ
h confessionis condemnatur etiam ad mortem. *h* Quæro, nunquid stante hoc statuto debeat rei contumacia accusari à parte. Resp. quod sic: alias non noceret ipsi contumaci, & ita de generali consuetudine obseruari attestatur Afflict.*super 2.parte constit. Regni, rup.3.nu.8.* quem refert Foller.*in pract.cri.fol.337.nu.20.* In hoc tamen Ducatu contrarium seruatur, nunquam enim pars accusat contumaciam rei; nam hodie in criminalibus index supplet defectum partis, & ita etiam de facto obseruari attestatur Imola *in l.inter accusatorem, n.3.ff. de publ.indic.* Boss.*in tit.de bann.nullit. n.7.* Dicit etiam Carauita *super ritu 198. magnæ curiæ, n.3.* quod quando proceditur ad instantiam fisci, licet actor non compareat, procurator fiscalis accusat contumaciam rei, & fit
i condemnatio, subdens, quod ita seruatur. *i* Sed certe super his solet dari forma in qualibet prouincia ex statutis, vel consuetudine, quæ omnino seruanda est.

8 Sed nunquid debet super huiusmodi contumacia fieri declaratio per iudicem priusquam ad vlteriora procedatur? Resp. De iure forte posset dici, quod sic, & ita etiam requiri, ex consuetudine, stylo curiarum Franciæ attestatur Boer.*in allegata decis.63.in vltimis ver-*
k *bis: k* in Italia autem practica seruat, quod eodem contextu iudex declarat, & pronunciat ipsum reum contumacem, & illum tanquam contumacem condemnat, vt attestatur Afflict.*in loco preallegato, n.9.* & ita etiam apud nos obseruatur. Et ideo tu, qui facis processum, sequere consuetudinem, quæ in eo loco obseruare solet, & ita faciendum non errabis, ita n. communiter obseruari attestatur Nell.*de bann.in 3.parte primi temp.q.1.*

Vnum tamen scias, quod priusquam proferatur ali- 9
qua sententia, seu mulcta contra contumacem, *l* debet l
etiam de nouo citari ad allegandum quare mulctari non debeat; statuto ei termino sex, aut octo dierum secundum consuetudinem prouinciæ. Ita dicit Bart.*in l. 2.in princ.nu.17 ff. si quis in ius voc.non ierit.* & ita tenent communiter Doctor. vt dicit Boss.*in tit.de mulctis, n.6.* Hanc etiam attestatur esse communem sententiam Nicel.*in concordan.gl.c.315.* quem refert Rolan.*cons.47.n. 6.lib.2.* & dixi infra *lib.prox.*

Quæro, *m* nunquid ad hoc, vt possit contumax con- m
demnari, & banniri, requiratur, quod vltra contuma- 10
ciam sit etiam per legitimas probationes de ipso delicto conuictus. Resp. De iure fortè posset dici, quod sic; sed quidquid sit de iure contrarium de facto seruatur, vt attestatur Guido de Suz. quem refert Marss.*in repet.l. vnica, n.129.C.de raptu virg. & cons.82.n.40.* vbi tamen subdit non esse credendum Guidoni hoc dicenti. Sed certe vniuersalis practica docet, Guid. verum dixisse: nam dummodo subsint indicia ad transmittendam inquisitionem sufficientia, de quibus dixi supra *q.10. vers.ad inquirendum*, si reus sit contumax, semper condemnatur, absque aliis probationibus, & in hoc non videtur aliquo modo hæsitandum.

Quæro nunc, *n* an contra huiusmodi fictam confes- n
sionem inductam à statuto vel consuetudine admitta- 11
tur probatio innocentiæ. Resp. aliqui dicunt, quod talis confessio non potest reuocari, etiam probato errore, & ita communiter seruari, ait Bald.*in l.seruum quoque, §.publice, n.7. in fin. ff.de procur.* quem refert Aret. *cons.146.n.3.* Foller.*in pract.cri.fol.336.n.28.* & Menchiaca *lib.3.de testam.§.23.n.28.* *o* Tu vero dic, quod cur reus o
qui vult probare contra hanc fictam confessionem, comparet antequam contra eum proferatur sententia diffinitiua condemnationis, & omnino debet audiri; neq; hoc casu tenetur ipse probare errorem huiusmodi confessionis, sed sufficit ipsa comparatio; ex illa enim purgatur contumacia, propter quam statutum inducit illam fictam confessionem: Aut vero comparet post condemnationem, & non auditur, nisi sit à principe, vel senatu admissus ad nouas defensiones. Et ita in hoc Ducatu seruatur, prout etiã ita expresse declarat Aret. *cons.146.n.5. & 6.* vbi attestatur communem opin. esse, quod etiam per excusatorem, absq; eo quod principalis personaliter compareat, possit hæc probatio fieri: super quo videnda sunt ea, quæ dixi supra *q.33. vers.sed quod plus est.* & Villalpan.*in rep.l.22.c.18.nu.7.*

Quæro *p* etiam, nunquid iudex in huiusmodi proces- p
su, qui fit contra absentem, possit aliquas probationes 12
ex officio inducere. Resp. Si vtraque pars, scilicet tam accusator quam reus, si præsens, potest iudex pro vtraq; parte veritatem inquirendo nouas probationes ex officio inducere: Reo autem absente, non potest nisi in casibus, in quibus contra absentem procedi potest, scilicet in delictis, quæ sunt à relegatione infra. Si vero accusator absentem se fecerit, & reus sit præsens: tunc non potest contra reum ex officio probationes inducere, sed debet nomen rei aboleri. Et hæc est distinctio Bart.*in l.4.§ hoc autem iudicium, n.8.ff.de dam.infe.* quam dicit esse communem Alex. *in eo.§.hoc autem indicium, n.29.* Sed certe quidquid sit de iure, in practica seruatur totum contrarium: nam iudices ex officio recipiunt testes contra absentes, non autem pro ipsis: Et iudex, qui produceret testes ex officio pro reo contumace, possit tanquam imperitus, & fatuus ab officio remoueri. Tu vide quæ latius dixi infr.*qu.61.vers.sed quæro, & seq.*

Item quæro *q* nunquid reus contumax sit citandus ad q
sententiam. Respond. de iure dicendum est, quod sic, 13
vt colligi videtur ex text.*in l.accusatorẽ, ff.de public.iud.* sed

sed de consuetudine non citatur, vt dicit Ang. *de malef. in verbo, Qui iudex commisit L. preconi, n.2. & 3.* & Card. Alex. *in cap. de accusat. col.41. vers. Et prædicta 2. quæst.8.* qui etiam attestatur, quod consuetudo est, quod per Preconem banniantur ad consilium generale, vel campanam, vel cornu, vel tubam, secundum statuta locorum. Et dicit Pract. Millei, *fol.8. n.76.* quod de consuetu-
r dine citantur contumaces r vnica citatione pro tribus. Et subdit, quod de consuetudine Franciæ regulariter citantur ad sonum tubæ, prout etiam seruatur in hac prouincia: vide, quæ dixi supra *quæst.31. vers. quæro nunquid.* s Et in regno Neap. citantur, non modo reus ipse ad domum, sed etiam eius consanguinei, amici, & vicini ad allegandum causas, &c. prout ab immemorabili tempore introductum esse de more, & stylo magnæ curiæ attestatur Gramm. *super constit. Regni, fol.52. n.12.* Ego vero puto ab omnibus iudicibus seruandum esse illud quod seruari consueuit in locis, in quibus proceditur.

t Vidi t quandoque dubitari, nunquid statim lapso ter-
14 mino peremptorio statuto ad comparendum, possit reus condemnari. Resp. quod de iure forte posset dici, quod sic, sed de generali consuetudine, & æquitate expectatur triduum, post quam accusata est contumacia, & deinde sequenti die fit condemnatio. Et de hac consuetudine attestatur Afflict. *super secunda parte constitutionum Regni, Rubr.12. post num.6. vers. Quid autem,* quem refert Carauita *super ritu 198. magna curia, circa fi.* subdens, quod ita practicatur. In hoc tamen Ducatu hoc non seruatur: quia neque accusator contumacia, vt supra dixi, neque expectatur per triduum, nisi ita iudici ex æquitate videatur, sed plerunque in ipso termino peremptoria fiunt condemnationes.

u Videamus, u quæ sit forma proferendæ sententiæ
15 contra huiusmodi reos contumaces. Resp. Et quia nobis, & officio nostro constat ipsum esse culpabilem dicti maleficij, præsertim ex eius confessione resultante ex contumacia iuxta formam statutorum, &c. ideo ipsum condemnamus in amputatione capitis, & eius
x bona fisco regio cõfiscamus? x Itaque si aliquo tempore venerit ad manus iustitiæ, quod ducatur, & duci debeat ad locum iustitiæ consuetum, & ibi eius caput amputetur, ita quod moriatur. Et interea ipsum à toto dominio bannimus, &c. Et ita practicatur vt dicit Angel. *de maleficiis, in verbo. Qui dominus Iudex videns n.45.* Hanc etiam formam seruari de stylo curiarum Franciæ attestatur Boer. *decis.278. num.12.* Vide quæ dixi infra *quæst.93. vers. Fuit aliquando.*

ADDITIONES

Ad Quæst. XIX.

V*ideamus nunc.*] Quod autem absens non possit legitimè condemnari, est elegans oratio Lucij Pisonis pro Antonio in Senatu habita teste App. Alexan. *ciuil. bell. lib.3.* ad quam te remitto, esset enim nimis longum recensere; est tamen digna legi; Contrarium tamen in eodem Senatu seruatum fuisse contra absentes, constat ex Plutarcho in Vita Bruti per hęc verba; Qua in re cum illorum causa, respondente nullo, deserta foret, coacti Iudices sunt proferre sententias Casus autem, in quibus etiam absens damnari potest de iure communi, ponit Bart. *in l. pen. §. Ad crimen ff. de publ. Iud. supra in §. læsæ Maiestatis versic. fin.* Drogh.

b *Et in primis sciendum est.*] Chartar. *de execut. sentent. cap.1. in princ.* Farin. *tit. de inquisit. q.11. n.1. & 2. vol.1.* Ros.

1 *Et in primis sciendum est*] adde, quod † hoc fallit in Papa, & Imperatore, Angel. *in l. reos, C. de accusat.* & Felyn. *in cap. cum olim, nu.14. de re iudic.*

2 Item adde, † quod ista conclusio fallit etiam in aliis casibus, in quibus potest deueniri ad condemnationem, etiam capitalem, contra absentem. Primus est faciens aliquem spadonem, *l. Cornelia, § constitutum, ff. ad l. Cornel. de sicar.* Secundus repertus in venalia perfidia apparitor, *l. ne diu, C. de pen.* tertius in crimine læsæ maiestatis, quos refert Martil. *in d. l. Cornel. § constitutum, numer.7.* & Cæpol. *consilio 40. numer.8.* & Villalob. *commun. opin. versicul. absens in principio,* & fallit etiam in crimine hæresis *iuxta capit. cum contumacia de hæret. in 6.* & Boss. *in titul. an in criminal. iudic. numer.6. & in titul. de requir. reu numer.1. versicul. fallit,* & vide omnino Marian. Socin. *in capit. qualiter,* & quando *numer.927. cum sequen. de accusation.* vbi magis diffusè, quam alibi hæc materia tractatur, quando non possit deueniri ad condemnationem contra absentem, tam de iure ciuili, quam de iure canonico, & de consuetudine, seu ex forma statutorum, & ibi habetur, quod de iure canonico absens condem- 3
nari potest, & disputatur an requiratur litis contestatio de iure canonico, quando iudex procedit per inquisitionem; & hanc quæstionem an requiratur litis contestatio, latius tractauit *in d. c. qualiter, & quando numer.960.* Et quia hic Dominus Clarus impugnans Iacobum de Aren. tenet, quod nec etiam, quando crimen est liquidatum inter præsentes, potest eo casu ferri 4
sententia contra absentem, & allegat Bald. *in l. quamuis, la prima, numer.1. C. de adult. testantem de communi,* & Boss. *in titu. de requir. reu numer.1. in fine,* quos refert, & sequitur D. Flamm. Chartar. *in suo tractat. de execut. sentent. contumac. capit.1. numer.1. cum pluribus sequentibus*: Ego tamen aduertendum puto, opinionem Iacobi de Aren. conciuis mei esse verissimam, ita 5
distinguendo, si post litem contestatam adhuc non liquidato negotio reus se absentauerit, & tunc contra eum absentem sententiam ferri non possit in casu à relegatione supra iuxta commun. vt per Bart. *in l. absentem, ff. de pœn.* Boss. *in loco per Clar. citato,* & etiam Socin. *in d. cap. qualiter, & quando n.927.* vbi nullam facit mentionem de liquidatione delicti, sed tantummodo attestatur communem opin. esse contra tenentes, quod lite contestata possit condemnari absens, etiam in pœnis supra relegationem; si vero reus non se absentauerit, statim lite contestata, sed post liquidatum delictum, tunc crederē in eum absentem sententiam fieri posse, etiam vltra relegationem; ratio enim in absentem, est, ne quis ex præsumptionibus damnetur, vt per Boss. *titul. de req. reu nu.1. in principio,* ac etiam quia requiritur magna causæ cognitio, vbi agitur de magno præiudicio, quæ esse non i
potest, nisi inter præsentes, vt per Bald. *in l. absentem, C. de accusation. nu.8.* quæ rationes liquidato crimine cessante videntur, quia sententia non fertur ex præsumptionibus, sed ex veris probationibus, & causa cognita, & vbi reus est de ipso crimine legitime conuictus, non est vlterius quærendum, sed illum iudex condemnare debet, vt dicit Boss. *in titul. de conuict. nu.3.* & Clarus *in quæstiõ.67. in principio.* Et ideo inoleuit practica, & stylus in Regno Franciæ, quod non seruatur *l. absentem,* si de delicto per informationes constet sed contra absentes tam minores, quam maiores quatuor prius obtentis contumaciis diffinitiue, proceditur, etiam lite non contestata, ita affirmat Boer. *decisio.63. nu.8. & sequen.*

Nec dicatur, quod absens frustra damnaretur, cum non posset fieri executio, vt dicit Bald. *in d. l. quamuis sub num.1.* quia si hæc ratio vigeret, sequeretur quod in crimine lęsę Maiestatis, & in aliis casibus supra deductis sententia in absentem ferri non posset, & tamen de iure ferri potest, quod procedere etiam secundum statuta, ex quibus fiunt condemnationes capitales inablentes, & tamen exequi non possunt, nisi quando condemnati peruenerunt in fortiis Curiæ; Et licet hæc quæstio videatur de lana caprina stantibus statutis, & consuetudine in contrarium, tamen quia hic Dominus Clarus loquitur *de iure communi,* hæc pauca dixisse volui. *Baiar.*

c *Valitudinarij*] Farin. *q.75. par.4. num.113. & 114.* vbi ampliat & limitat. *Ros.*

d *Ad perpetuam rei memoriam*] ad statutum Placentinum *lib.1. stat.13.* Drogh.

e *Sed vbi venit*] Chartar. supra *nu.5.* Ros.

Sed vbi venit tantummodo] adde † quænam sunt pœna vltra 6
relegationem, vt per Foller. *in pract. crim. in verb. pœnæ deb. seruatæ nu.46.* Baiard.

f *In illis igitur casibus*] Quomodo procedatur contra absentes de iure communi, Farin. supra *nu.3.* & Chartar. supra *d. c.1. n.7. & 8.* Ros.

g *Secundum dispositionem Iuris communis*] Quid de iure communi seruandum sit in constitutis, seu examinibus, infra *quæst.45. versicul. Scias autem.* Item de iure communi Reus quantumcunque contumax, non habetur pro confesso, sed aliis remediis cogitur ad respondendum Inquisitioni seu accusationi, Bald. *in capit. fin. sub n.14. ad fin. de offic. delegat.* concordat cum oratione Lucij Pisonis de qua supra; Vide Bartol. *in l. penultim. nu.7. ff. de quæst.* Drogh.

h *Sed hodie*] Farinac. supra *numer.36. in fin. & numer.4.* Ros.

i *Per totam Italiam*] Chartar. *dicto capitulo 1. numer.417. & 429.* Ros.

k *Dicit etiam Bald.*] adde, quod † idem tenuit Natt. *consil.* 540.*nu.*19.*& in consil.*542.*nu.*5. quod loco adnotationis bonorum hodie subintrauit bannum.

8 Item adde, quod in Regno† Neapolitano hodie seruatur adnotatio bonorum per Const. grãdis vtilitatis, qua statutum est, quod omnia bona mobilia, & immobilia contumacis debeant adnotari, & describi, & quod bonorum mobilium tertiam partem in sui commodum fiscus conuertat, & irremissibiliter acquirat statim propter contumaciam inquisiti; & solet Curia facere compositionem de dicta tertia parte: alia vera bona sic adnotata conseruabuntur, vt si contumax intra annum comparuerit, & suam contumaciam purgauerit, recuperetur dicta bona, & si intra annum non comparuerit, & foriudicatus fuerit, bona fisco vendicantur, nisi habuerit contumax filios, quia si vnicum filium habuerit, bona æqualiter inter ipsum, & fiscum diuidentur; & si duos habuerit filios, fiscus habebit tertiam partem bonorum contumacis stabilium, & sic si plures habuerit, alia vero bona mobilia contumacis elapso anno erunt fisci, siue contumax habuerit filios, siue non, & in hac materia adnotationis, quæ fit in Regno, vide Fol. *in pract. crim. in verb. adnotationis bonorum*. Baiard.

l *In hoc autem Ducatu*] Chartar. supra *numer.*2. *& sequen.* Ros.

m *Iuxta formam, traditam in l. si quis intra prouinciam*] adde videndum Bartol. *in l. facultas, C. de iur. fisci, libro* 10. vbi plenè. *Baiard.*

n *Consignat Consulibus*] Attende practicam consignandi Consulibus; Adde Chartar. *de execut. sentent. num.*21. & vide *in constitutionibus Mediolani Rubr. de offic. Quæst. extraordin. versic. atque omnia lib.*1. Drogh.

9 o *Facta autem huiusmodi descriptione*] adde, quod admissus ad nouas defensiones, & absolutus, quandocunque recuperat bona, etiam per fiscum alienata, quia est restitutio per viam iustitiæ, Iason *in l. Gallus, §. & quid si tantum, numer.*73. *ff. de lib. & posthum.* & ibi Crot. *numer.*118. Boss. *in titulo de remed. ex sol. clemen. princip. numer.*3. *& sequen.* Alciat. *consil.*169. *numer.*15. & Menoch. *de recuper. poss. remed.*10. *numer.*113. vbi

10 plene. Sed in statu ecclesiastico contrarium seruatur, scilicet, quod alienata per fiscum non restituuntur, etiam quod banniti virtute motus proprij Pij IV. & Pij V. infra annum audiri

11 possunt, facta enim condemnatione, † & confiscatione bonorum, & capta possessione nomine fisci attinentes bannitum vsque ad quartum gradum secundum ius canonicum computandum, compelluntur ad redimendum bona confiscata, si sunt soluendo; sin minus, Communitates locorum, vbi bona sita sunt, *iuxta constit. March. in lib.*4. *capit.*19. Et si postea banniti se constituunt, & sint absoluti, non propterea recuperabunt bona, si sunt alienata, & ita semper vidi obseruari. Et quod statim fiscus capiat possessionem bonorum descriptorum, & confiscatorum, & quod illa non expectato anno arbitrio suo vendat, ita etiam Farinac. *quæstio. crimin. quæstion.*11. *numer.*88. in vrbe, & in statu Ecclesiastico seruari attestatur. *Baiard.*

p *Et licet Chassaneus*] adde, quod Farin. *quæst. crim. in quæst.* 11. *nu.*61. *versic. sed quid sit*, attestatur, ita seruari in statu ecclesiastico, & ego quoque idem attestor. *Baiard.*

q *Proceditur contra absentes*] Chart. vbi supra, *nu.*9.10. *&* 11. Farin. supra, *n.*3. *in fine*. Ros.

r *Ex contumacia etiam banniuntur*] adde, quod tamen ista probatio, quæ fit ex contumacia, & sic per legis præsumptionem, non est vera, sed impropria, nec cadit in statutis proprie intelligendis, Iason. *in §. præiudiciales, numer.*71. *Institut. de act.* contrarium, quod nihilominus bannitus in contumaciam dicatur bannitus ex maleficio supra *in §.*1. *versic. Quære etiam*, vbi dixi. *Drogh.*

s *Super consuetud. Bitur.*] Ibi videre poteris, quicquid dispositum sit circa contumaciam, & quod contumax habeatur pro confesso, quod tamen quando Iudici talem contumacem non esse culpabilem constat, non debet illum condemnare, verba sunt Boerij. *super dicto consuetudine Bitur. titul. Des coustum. concernans les iuges, §.*18. *versiculo, Item quicunque, & §.* 20. *versiculo, Item aussi, folio* 45. *&* 47. allegat Cæpol. *consilio* 41. & Marsil. *singul.*72. per Doctor. Bald. *in rubric. C. de man. miss. vindict.* ibi vide etiam Bald. *in l. omnibus, §. hoc indicium, ff. si quis ius dicenti non obtemp.* & per Crauet. *consilio* 171. *sub numer.*7. Decian. *consilio* 458. At quod de iure communi contumax non habeatur pro confesso. Bald. *in leg. accusationem, numer. decimosecundo, capitul. qui accusar. non possunt.* Nota tamen, qui degis in statu Palauicino; quod licet statutum nostrum in criminalibus sub rubrica, De modo, & forma procedendi in causis criminalibus statuto secundo. Non dicat, quod contumax habeatur pro confesso, cum tamen hoc verum sit ex generali consuetudine totius mundi, attenta tali consuetudine etiam in dicto Statuto habebitur pro confesso. Ex consuetudine namque ita, vt ex statuto ita dictante contumax haberi potest pro confesso, vt animaduertit Chartar. *de executiu. sentent. capitulo primo, numer.*28. Quod tamen etiam attento iure communi procedit. Nam præsens, & nolens respondere habetur pro contumace; Felin. *in capitulo Consultationibus coll. mihi* 2. *de offic. delegat.* An autem bannitus a Statu Pallauicino, in quo adhuc non vigent proclamata specificata; quod bannitus possit impune offendi in te, & in persona modo, quo supra dixi, ad quæstionem trigesimamoctauam, versiculo, Sed certe, possit ibidem impune bannitus offendi, eiusque bona occupari. Hæc quæstio cum occurrisset de facto in personam Doct. Petri Francisci de Marchesiis banniti à statu Pallauicino, totoque Domino Serenissimo Ducis Parmæ eueniente casu hæreditatis sibi delatæ quod Domini Oliuetii de Marchesiis, & deprædatis talibus bonis, & hæreditate per nobilem, & pulchram Dominam Isabellam dicti Domini Oliuetij sororem, cum qua deprædatione principaliter se defendebat, tanquam licite facta, & quia bona banniti occupari possunt; omisso, quod, conditio, sub qua institutus fuerat, nondum euenisset, & illa erat; si rediret in gratiam Principis, & non aliter; qua deficiente adhuc non poterant dici eius bona esse talia bona, vt deprædari possent. Respondi, tale statutum licet in ciuitate Parmæ vigeret, non tamen in Statu Pallauicino attendi posse, nec debere, cum etsi nunc sub eodem Principe sit Status Pallauicinus, cum tamen viuamus propriis statutis, & legibus non est de vno Statu ad alium inferendum. Allegaui Socin. *consilio* 171. *in præsentem, volumine secundo.* Felyn. *in capit. cum delicta. colum.*13. *de rescriptis.* Apostil. ad Iason. *in §. Rursus, num.*40. *Institutio. de action.* Aym. Crauet. *tractat. de antiquit. temp. par.*4. *versicul.*1. *numer.*55. *&* 56. faciunt quæ dixi infra *ad quæstionem* 71. *versicul. Quæro modo, & quæstionem* 96. *versicul. Item quæro, ad finem*, & ideo consulendum fuerat dicto bannito, qui interim pendente conditione vtiliter institutus fuerat, vt pendente tali conditione sub qua institutus fuerat, peteret bonorum possessionem secundum Tabulas; vt per Capyc. *decis.*194. *sub numer.*14. Anton. Gomes. *tom.*1. *capitul.*2. *numer.* 3. Non autem debuerat tergiuersari, prout vsque modo tergiuersatum erat, infra *quæstione* 59. *versicul. Sed quæro*, quod facit dicta Domina Isabella si vtiliter institutus non foret, prout tamen vtiliter institutus est; cum non possit offendi, sed possit acquirere per ea, quæ dixi infra *ad quæstionem* 71. In quantum autem hic dicit de clerico perseuerante in excommunicatione, vide infra, *quæstio.*73. *versic. Item clericus.* Drogh.

t *Et hoc est satis rationabile*] adde, quod differentia † est inter publicationem bonorum quæ fit ex delicto, & eam, quæ fit ratione contumaciæ, per lapsum anni a die adnotationis bonorum: ita tenet Carauit. *in ritu* 265. *numer.*17. per ea, quæ tradit Afflict. *in constitut. Regni Pœnarum, numer.*13. vbi ponendo multos casus, in quibus bona publicantur, ponit istum casum publicationis, ratione contumaciæ per lapsum anni, vt diuersum ab aliis, in quibus fit ex delictis, & hoc etiam colligitur ex notatis hic per D. Clarum, dum dicit, quod reus comparens infra annum, statim recuperat bona adnotata, & non remanent in sequestro, donec sit discussum super crimine, quod fieret, si adnotatio facta fuisset ratione delicti, & si comparet post annum, non recuperat bona etiam, quod esset absolutus a delicto, vt supra hic per Dominum Clarum 1. *versicul. ad finem.* Baiar.

u *Quinimò si reus*] Farinac. vbi supr. *alleg. quæst.*11. *num.*89. *&* 90. Ros.

x *Firma remanent*] adde infra *quæstione* 94. *versicul. Sed pone ad finem*, & hinc nota modum procedendi de iure communi contra contumaces, & quid de iure canonico obseruetur, supra *hac eadem quæstione, versicul. Licet autem in fine.* Itaque tali iure communi attento cogi non debet reus ad respondendum, nec habetur pro conuicto, vel confesso, Bartol. *in leg. Quæstione habenda, numer.*2. *ff. de quæstion.* Bal. *in capitul. final. numer.*14. *extra de officio delegat.* An autem reus, contra quem forsitan non adsint indicia, ad transmittendam inquisitionem sufficientia, si citatus comparet, † & det fideiussionem de se consignando, 12 possit iterum citari, & comparere teneatur, alias banniri possit, attento dicto iure communi; quod non dixit Bartol. *in d. l. Quæstionis habendæ, nu.*4. *ff. de quæst.* Drogh.

y *Sed cum sit sententia Senatus*] Et de sententiis Senatus ad infra *quæstione* 98. *versicul. Quæro si bona*, Menochius *tractat. de arbitr. iudic. cas.*351. *numero decimoquarto, in fine*, & ideo non videtur mirandum, ex quo sententiæ recta trutina ponderantur in ciuitate Mediolani, si admissus ad nouas defensiones probare debet suam innocentiam, solent torqueri, vt infra, *versiculo, Quæro quando*, cur autem sit, hoc vide Felyn. *in capitulo Ecclesia Sanctæ Mariæ, colum.*13. *de constitut.* Nam hoc est, quia alibi,

alibi, sententiæ præcipitantur, de quo perbelle, per Crauet. *conf.153.sub n.2.* Drogh.

13 2 *Sed quicquid sit de iure*] adde, quod bannitus admissus ad nouas defensiones, intelligitur admissus ad ostendendum innocentiam suam, non autem ad faciendum alias defensiones, Bal. *in leg. ita demum in fin. C. de procurat.* Iason. *in leg. de his, qui test. fac. poss.* Hieron. Gabriel. *consilio* 171. *numer.* 16. *volum.* 2. & Abb.
14 *consilio* 56. *num.* 21. vbi loquitur de † citato sub pœna confessi, & conuicti, quod potest fieri, vt ipse ibi dicit & ita seruatur in vrbe, apud tribunal. Reuerendissimi D. Auditoris Cameræ, captis tamen prius informationibus, quod si ita citatus patiatur condemnari, & postea comparuerit, tenetur concludenter probare de eius innocentia, vt supra dictum est, & in statu Ecclesia-
15 stico adest † constitutio Match. *in lib. 4. cap. 15. versic. nisi forsan extaret statutum.* qua disponitur, quod stante statuto, quod contumax habeatur pro confesso, non audiantur banniti, nisi ex liquidissimis probationibus constaret Iudici ipsum non com-
16 misisse delictum; Sed † Senatus Mediolani admittit bannitum ad faciendum nouas defensiones, vt possint se defendere non obstante sententia, & banno, per quam admissionem non tollitur confessio, & fiscus habet intentionem fundatam, & quod iudices referunt Senatui statutum causæ, & si ex qualitate indiciorum totam habet conscientiam, mandat sententiam exequi, & aliquando iubet torqueri ad habendam veritatem, ita refert Boss. *in titul. de litter. Princip.* vbi hanc quæstionem tractauit, & quod bannitus admissus, ad nouas defensiones debeat probare de eius innocentia. D. Farinacius *quæstio.* 11. *numer.* 100. *cum sequent.* post hæc scripta visus magis plenè, quam alibi, & ita eleganter, & ad saturitatem, vt nihil amplius desiderari possit, & ibi dicit hoc in statu Ecclesiastico multo magis seruandum esse per motum proprium Iulij II. per Pium IV. confirmatum, quo cauetur, quod bannitus etiam post sententiam audiatur, si supplicauerit, & in carcere innocentiam suam probare volue-
17 rit; sed si Princeps concederet, † quod fiat iustitia, non obstante contumacia, cum defensio nemini sit auferenda, tunc reus non tenetur probare, & satis eius defensionem fecisse diceretur, si actor non probaret, etiam si extaret statutum, quod contumax haberetur pro confesso, & conuicto: nisi Principi in aliquo esset obreptum, quia tunc non valeret rescriptum, ita ex traditis per Bald. *in consilio* 121. *volumine primo*, & si rescriptum diceret, reus admittatur ad nouas defensiones, condemnatione non obstante, vide Vulpell. *in consilio* 105. vbi dicit, sententiam non elidi ex tali rescripto, quia sat est rescriptum operari, vt audiatur, quia alias non audiretur, statuto sic disponente, contumacia, & res iudicata appellationem prohibent, & quod ita huiusmodi rescriptum interpretatur Ducale Auditorium Vrbinense, vt quis audiatur tantum, contumaciæ, banni, & sententiæ effectu in suo robore permanente, & ibi dicit etiam, quod de nul-
19 litate sententiæ † objici non potest, quia ex quo fuit petitum, & obtentum reum audiri, condemnatione non obstante renunciatum videtur nullitati, & præsupponitur sententiam valere, quod enim nullum est, obstare non potest. Sed ego arbitror hoc verum non esse, quia obiectum nullitatis est mera defensio, vt voluit Ioan. Andr. *in nouel. in capit. 1. de rescript. in 6.* quem sequitur Felyn. *in capit. ex parte, columna penultim. de officio delegat.* & Paris. *de syndic. in §. an si sententia lata, vers. nam quædam sunt sententia.*

20 Sed † in criminalibus nemo defensionibus suis renuntiare potest, Glo. *in l. pactum inter hæredes in verb. liceat. ff. de pact. er-*
21 *go, &c.* Quin † imo nec in ciuilibus acta substantialia de voluntate partium omitti possunt, nisi partes ipsæ per pactum, siue stipulationem se obliget, non excipere de nullitate: ita tradit Vant. *de nullit. in titul. qualiter sententia, & processus numer.* 18. quod pactum in causa criminali non admittitur, vt dictum fuit; ex quibus sequitur, quod reus admissus, ad faciendum defensiones, si sententia contra eum lata ex defectu citationis, siue iurisdictionis, vel alio substantiali defectu erit nulla, poterit de nullitate opponere, etiam quod in rescripto adsint illa verba condemnatione non obstante, durum esset vtique si per dictam clausulam sententia, vt puta defectu citationis nulla, conualidaretur, quod minimè Princeps facere potest, cum non possit tollere defensiones reo, vt est communis opinio, de qua per Socin. *in consil.* 266. *sub numer.* 52. *volum.* 2. minusque reus acceptando rescriptum sibi præiudicare potuit iuribus supra deductis.

Item adde, quod admissus ad faciendum defensiones, probando eius bonam famam, nihil operatur contra sententiam, quæ facit plenam probationem, vt per Vulpell. *in consilio* 103. *num.* 6.

22 Item adde, quod admisso † bannito ad nouas defensiones, accusator, siue querelans poterit probare crimen banniti, per ea quæ tradit Nell. *de bannit. in 2. part. 2. temp. quæst.* 34. *ibi, etiam aduersarius suum crimen*, & licet Nellus loquatur de bannito non forma statuti, sed de eo, qui à judice propter ejus contumaciam & fugam habitus fuit pro confesso, & sic fuit bannitus, tamen idem est in bannito ex forma statuti disponentis, contumacem haberi pro confesso, cum nulla diuersitatis ratio possit considerari, dummodo post sententiam audiatur, siue ex gratia Principis, siue aliter: faciunt etiam tradita per Odd. *in tractat. de restitut. in integr. quæst.* 47. *artic.* 1. *numer.* 47. vbi tenet per *l.* 2. *C. si aduers. transact.* † quod minore, siue maiore restituto aduer- 23
sus rem judicatam, intelligitur etiam restitutus aduersarius, si capitula illius sententiæ sunt connexa. Sed quo ad fiscum, † licet 24
succedat loco accusatoris, Bartol. *in l.* 2. *§. si publico. ff. de adult.* videtur tenere contrarium, quod scilicet non intelligatur admissus ad faciendum nouas probationes contra bannitum, cum regulariter in pœnalibus, fiscus † non restituatur, nisi per Princi- 25
pem ex sua absoluta potestate, concurrente commissi facinoris magnitudine, vel quod sententia lata fuisset dolo, vel fraude, vel præuaricatione, aut collusione, quia tunc etiam a judice fiscus restitueretur. Ita tradit Boss. *in tit. si aduers. rem iudic. restitui postul. num.* 6. *cum sequen.* & d. Excell. D. Odd. *in dicto tractat. quæstio.* 3. *articul.* 13. *num.* 85. *par.* 1. vbi attestatur de magis communi, quod fiscus in pœnalibus non restituatur. Quod comprobatur: nam *l. diui fratres, ff. de pœnis,* per quam introductum fuit remedium illud, quod est gratiæ iustitiæ Princeps concedit bannito, vt possit facere nouas defensiones, admittit dictum remedium gratia damnati, secundum Boss. *in tit. de supplic. aduersus rem iudic. nu.* 6. sed si fiscus, qui habet sententiam pro se iterum posset contra eum inducere nouas probationes, ipsum remedium magis tenderet ad fauorem ipsius fisci, quam banniti; sed forsan fiscus intelligeretur admissus ad probandum contra bannitum admissum ad nouas defensiones, vbi quis per simplicem contumaciam de aliquo atrocissimo delicto fuisset bannitus, & ipse fiscus vellet inducere testes nouiter repertos, & hoc pro bono publico, ne tantum facinus remaneret impunitum, argumento, eorum, quæ habentur per Boss. *in tit. si aduers. rem iudicat. n.* 15. Tamen ego credo, quod in tali casu Princeps esset consulendus. Cogita, quia istam quæstionem non inueni ab aliquo tactam; Et ideo decreui super hoc puncto, cum mihi accidisset in facto, dum secunda vice eram Gubernator Illustriss. Ciuitatis Spoleti, consulere prædictum D. Oddum qui ex professo totam materiam restitutionis in integrum latissimo campo disseruerat, vt *in dicto suo percelebri tractatu* videre est; qui sic a me consultus, vt infra respondit.

Illustr. & Excellentiss. Domine Baiardo, Domine mi colendissime.

Dubitauit † Excel. V. an si bannitus in contumaciam restitu- 26
tus sit ex gratia Principis ad faciendum suas defensiones, & innocentiam eius ostendendam, econtra fiscus quoq; dicatur restitutus ad melius probandam suam intentionem contra dictum bannitum. Et videtur, quod fiscus sit admittendus ad huiusmodi probationes. Primo *per tex l.* 1. *C. de transact.* secundo *per l. petenda. C. de temp. integr. restit. versic. quid si defensio*; vbi actori fit
† commune beneficium dilatorius ad probandum reo concessę. 27
Tertio, per id, quod scribit Nell. *de bannit. in 2. tempor quæst.* 35.
Quarto, quia † contumacia rei videtur esse in causa, quare fiscus 28
non probauit clarius suam intentionem, quando illud condemnauit, satis enim fuit id, quod fecit, juncta rei contumacia, ideo subintrat communis conclusio Doctorum, quod restitutio concessa alicui ad nouas probationes faciendas prodest quoque, & communis est aduersario eius, de qua per Bart. *in l.* 1. *§. nunciatio nu.* 36. *ff. de op. nou. nunciat.* & ibi Alex. *in fin. cum concord.* vt per eũ, & per Canon. *in c. auduistis col. fi. de restit. in integr.* vbi Anch. *in fi. num. nu.* 29. Card. *q.* 5. & sequitur Capyc. *decis.* 170. *nu.* 2. & ego sequutus fui *in tract. de restit. quæst.* 41. *art.* 11. Quinto, per id,
quod scribit Bald. *in l. per hanc n.* 17. *C. de temp. appell.* vbi † vult, 29
quod restitutio minorib. vel maioribus, ex causa concessa prosit quoq; aduersariis eorum respectu, quæ de nouo ab ipsis restitutis per nouos testes, vel instrumenta deducuntur.

In contrarium est † communis illa conclusio, quod in pœna- 30
libus non succurritur ope restitutionis in integrum, per tex. *in l. auxiliũ. §. in delictis. ff. de minorib.* & per illum tex. ita tradit Ang. *in l. fin. ante fin. ff. si test. liber esse.* Ias. *in add. ad Specul. in tit. de accus. vers. quod si index.* Crem. *sing.* 23. Boss. *in tit. si aduer. rem ind. nu.* 17. Tob. *consil.* 105. *num.* 3. Ant. Gabriel. *lib.* 7. *concl. tit. de crim. concl.* 13. *in fin.* vbi verius, & æquius esse dicit. Pro qua facit clara ratio, nã fiscus nõ potest in hac materia restitutionis esse magis priuilegiatus, & fauore dignus, quã sit ipse minor, cum tute
reus † vtatur in obtinenda restitutione in integrum *l.* 1. *C. de* 31
sent. aduers. fiscum lat. & ibi glos. iuncta l. 1. *vbi expressum, C. ex quibus cau. maior.* sed minor † non restituitur in pœnalibus, in 32
necemq; vel pœnã alterius, *l. auxilium, ff. de min. in princ. l. sepulchri. ff. de sepul. violat. & l. in causa, la* 1. *ff. de min.* tradunt moderni

in l.1.§.nunciatio, & ibi Ruin.*num.234.ff.de oper.nou.nunc.*Fel.*in c.fraternitatis col.5.vers.fallit,3.de testib.* Conat.*pract.quaest.c.26. num.4.versic.1.cum concord.* quos congessi *in tract. restit. quaest.*
33 *89.nu.21.& seq.in 2.par.*Item non restituitur minor,† vbicunque magis tractatur de lucro odioso, & de damno alteri inferendo,quam de suo proprio commodo Bar. *in l.eum,§.si pupilli num.1.ff.de vsur.* Paul.de Castr.*in l.1.§.labeo in fi.ff.de acquir.poss.* Alex.*consil.119.nu.13.lib.6.*Curt.iun.*cons.110.nu.14.*Afflict.*decis.391.per totum*,& est tex.*in l.sciendum,ff.ex quibus caus.maior.* Ergo neque fiscus,cum in necem alterius tendat effectus restitutioni, quam sibi communem esse prætendit contra *d.l.in causa ff.de minor.*

Pro resolutione,ego puto sic posse dici,& ab integerrimo,& oculatissimo Pręside seruandum esse. Aut fiscus vult admitti ad probandum aliquid,quod tendit ad elidendas nouas rei probationes, & puto quod possit, & admitti debeat. Aut vero vult nunc probare nouis testibus & indiciis innocētiam rei melius, quam fecerit ab initio, antequam eum condemnaret, & puto, quod non possit;& vtrunque membrum videtur mihi clarè probari ex theorica Bart.& scribentium *in d.l.1.§.nunciatio ad fi.ff.*
34 *de op.nou.nunciat.*quæ est,quod quando† negligentia rei fuit in causa,quo minus actor melius suam intētionem probaret,quia ipsi actori non erat opus melius probare ad obtinendum,quam eo modo, quo fecit, stante negligentia rei, tunc restituto reo ad melius probandum suam innocentiam, potest quoque actor admitti ad probandum contrarium,secus vero si actor id omisit ex propria eius secordia, vt distinguunt præallegati,& ego dixi plene *d.tract.q.47.art.11.*sed in proposito,si fiscus omisit probare delictum concludenter, & dilucidis probationibus prout probare debebat, ex mera secordia, quia fuit contentus dictum reum in contumaciam condemnare ex leuibus indiciis, prout hodiernis temporibus procuratores fisci facere solent, vt possint illico ad executiones, in rebus, & bonis deuenire,sibi imputata debeat,neque amplius audiendus est nomine alterius, quemadmodum neque minori suffragatur lapsus ætatis in necem,& pœnam alterius.Si vero vult nouas probationes rei nouis quoque probationibus elidere, videlicet conuincere testes rei de mendacio ratione loci, vel temporis per alios testes nouiter ad illorum receptionem examinandos,& tunc poterit, quia nihil est, ꝙ ei imputari possit, & sic non ex aliquo speciali, sed iure communi facere poterit, quia si non prius hoc fecit,fuit in causa,quia nō prius ipse reus huiusmodi probationibus ad suam innocentiam ostendendam vsus fuit. Et hanc puto meram veritatem,& bonam viam ad reprimendas simus,& semel reorum calliditates,quando dolo malo huiusmodi probationes suæ innocentię differunt post condemnationes ad fisci fauorem factas,& etiam fiscorum nimias festinationes in deueniendo ad condemnationes reorum,& confiscationes bonorum absque legitimis probationibus,quando illas habere possunt, & negligunt.

Quibus stantibus remanent conciliata contraria,quæ faciebant iure optimo scrupulum Illust. D.V.

35 Nam ad † *l.1. Cod.de transact.* respondetur, quod procedit, quando alias is,qui restitutionem petit,tractat de remanendo in lucro,vnde non mirum,si etiam aduersarius debeat reponi in pristino statu,alias secus. Corn.*cons.198.numer.8.lib.3.*dixi *in d. tractat. quaest 41.art.12. num.60.* quod lucrum non adest hic ex
36 parte rei restitui.Ad secundum†respondetur distinguendo,vt per Bart.& alios *in d.§.nunciatio*,& dixi supra *in conclusione.*Ad
37 tertium† respondetur,quod vltra,quod ibi loquitur de accusatore,procedit, quando ipse reus admittitur iure communi ad suam innocentiam probādam,tunc enim & fisco iure communi eodem competet eadem facultas probandi delictum;hic vero secus,vbi non nisi ex gratia audiri potest reus,prout ipsemet Nell.considerat,si diligenter inspiciatur;& ratio differentię est ea,de qua per Bart. & *præalleg.in d.§.nunciatio*, nam non est inconueniens, quod fiscus reseruet sibi clariores probationes, quando expectat,seu expectare potest,& debet,quod reus possit, & velit ad suam defensionem, & suam innocentiam iuris communis beneficio detegere,vnde sibi non imputatur negligentia eo casu,sicuti in casu,quo reus nō potest amplius sperare audientiam,nisi ex supremi Principis gratia,cuius concessio solet reputari impossibilis,vt dici solet. Ad quartum respondetur distinguendo,vt supra in conclusione.Ad quintum respon-
38 detur,quod procedit dictum†Bald.eo modo,quo ego distinxi, videlicet,quando probationes fisci tendunt ad elidendum probationes rei eo modo,quo supra dixi,alias secus. Et ita puto de iure æquius,& securius ad tollendas,vt dixi,reorum calliditates,& fiscorum negligentias,& nimias†confiscationum anxie-
39 tates,neque seueritatis,neque clementiæ nimiæ affectatus dici poterit iudicio meo iudex,qui in huiusmodi casibus diligenter perpendet species probationem, quas fiscus facere voluerit in terminis huius gratiosę instantię,quæ certe in odium eius,cui concessa fuit, nequaquam retorquenda videtur, vt ipsum Illustriss.D.V.considerat, nisi eo modo quo supra dixi, saluo semper, &c.

Sfortia Oddus.

a *Contrarium seruatur*] Farinac.*dicta quaest.11.n.6.11.in fine, & 12.& n.47.& n.100.*Ros.

b *Vel saltem torquentur*] adde hoc de iure regulare,quod admissus ad nouas defensiones,alio etiam non apparente,torqueri potest, vt per Alciatum *de præsumptionibus, regula 3.præsumptione 21.in fine,infra quaestione 96.vers. Sed nunquid in fine.* Menoch. *de arbitr.iudic. lib.2.quaest.84.num.7. & Tract. de præsumptionibus, lib.2.præsumpt.70.num.14.*Not.tamen,quod etsi bannitus ob contumaciam torqueri possit,vt supra,& habeatur pro confesso;nihilominus captus non punitur,si suam innocentiam probare velit. Ita Menoch.*præsumpt.48.nu.6.lib.5.* quæ innocentia etiam per consanguineos, & domesticos probari potest ibidem *num.8.* De iure tamen defendi posset contrarium, cum eadem ratione,qua resoluitur bannum in vim simplicis citationis, reo se constituente, deberet etiam sic admissus tanquam simpliciter citatus per talem admissionem tractari, cessante namque contumacia cessare debet eius pœna, vt dicit Felinus *in cap.ex litteris,col.9.extra de constit.vide ad quaest.85.versic.Successiue quæro.* Non recedas tamen à practica, de qua latius per Charrarium *de execut.sentent. capit.1.num.175.* & nota, quod bannitus solum banno illo,quod apud nos appellatur bannum librarum mille,videlicet,quia vocatus non comparuit infra terminum dierum duodecim,vt habeatur in statuto nostro secundo,in criminal.comparens post illum terminum,licet non condemnatus, potest torqueri, Chartar.*de exec.sent.cap.1.num.452.* Drogh.

Vel saltem torquentur] Vulpell.*resp.105.nu.2.* & *resp.113.*Chartar.*de execut. sentent.cap.1.num.127. & num.165. & numer.220.* Ros.

c *Quæ faciat ius*] adde infra *q.64.vers.Sed nunquid*, ibi,vt loquimur in bannito.*Drogh.*

d *Non dicat Vayranus*] Et contra istum Vayranum erant indicia sufficientia ad transmittendam inquisitionem,alias nec in contumaciam damnatus fuisset,per ea,quæ dixi supra,*vers.Dixi,quod de iure,infra hac eademq.versic.Quæro nunquid,& q.94. versic.Est etiam.* Capyc.*dec.143.n.6.ad finem.* Chartar.*d.Tract.de execut.sent.c.1.n.129.& cap.fin.n.35.*Drogh.

e *Dictum est,quod ex generali consuetudine*] adde, quod istud
statutum,†quod contumax habetur pro confesso,& conuicto, 40
pluribus modis limitatur, vt per Plot.*consil.52.num.14.cum seq.* & lex debet considerare iudea,antequam deueniat ad condemnationem virtute dictæ fictæ confessionis, quæ animaduertit Guigliel.Bened.*in c.Raynutius in vers. Mortuo itaque testatore,*
num.158.vsque ad num.169. & ibi *num.173.cum seq.* quatuor † 41
ponit differentias inter confessionem veram,& fictam,& subd. *num.169.*dicit etiam, quod Iudex propter fictam confessionem
poterit † condemnare contumacem, etiamsi constaret iudici; 42
quod poterat se tueri propter præsumptionem iuris,& de iure, vel alia exceptione,vt puta exceptione temporis; siue præscri-
ptionis:& multos effectus†huius statuti accumulauit etiam Io 43
seph. Ludouic.*concl.3.*& † tale statutum non habebit locum, si 44
prius non constat de corpore delicti. Dec. *in cons.96.sub nu.19. vol.3.*& Ant,Columbanus *in tract.de centro.crim.art.152.vol.mihi 411.in volum.tract.diuers.crim.*dicit, quod antequam contumax condemnetur, iudex debet aduertere ad septem.

Item adde,†quod iudex non potest diminuere,vel proroga- 45
re terminum pręfixum à statuto ad comparendum,alias habeatur pro confesso. Bald. *in authen.iubemus numer.10.C.de iudic.*
& Rimin.iun. *in consilio 115.num.28.volum.2.* † sed quando pe- 46
titur terminus allegando absentiam, siue infirmitatem, iudex d.terminum suspendere potest,cum absentia possit allegari,etiam quando quis esset positus in banno,vt sup.dixi *in quaest.39. in princ.*

Item adde, quod hoc statuto afficiuntur etiā minores absq; 47
curatore citati, & condemnari. Natt.*consil.542. num.27.consil.540.& 541.*Ioseph.Ludouic.*in dicta conclus.3.* D.Old.*de restitut. in integr.par.2. quaest.82.numer.103.* Menoch. *consil.100.numer.120.& sequen.lib.1.*Boer.*decis.63.* Sed D.Flam.Chartar. *in tract. suo nouiter impresso de execution. sentent.contum. capitulo fin.numer.224.cum sequen.*multos accumulauit tenentes contrarium, inhærendo eorum opinioni,dicens,quod tenentes opinionem affirmatiuam, non poterunt negare, quod si contigisset sententiam latam fuisse contra minorem & ille captus fuerit, ratio tamen ætatis habenda est,quæ de iure haberi debet,quamuis simus post sententiam,& quod passim ita seruatur in magna curia Vicariæ,allegans ad hoc Foller. *in practic.crimin. in verb.*
*fori iudicentur numer.7.*Ego † autem non reperio Foller.ita di- 48
centem in libro meo,nec in Regno vidi hoc seruari,in quo per

sex

sex annos continuos, & vltra, Magistratus potitus sum; sed Fol-
ler. formaliter dicit, quod ad impediendam prolationem senten-
tiæ foriudicationis, primo potest opponi de minori ætate, quæ
obstat in tantum, quod minor foriudicari non potest, vnde co-
getur iudex dare terminum ad probandum de minori ætate, &
quod aliquando vidit processum ad sentẽtiam foriudicationis,
ita quod quandocunq; peruenerit ille foriudicatus in fortiis Cu-
riæ, habeatur ratio de minori ætate allegata. Ex quibus non est
mirandum, si postea capto foriudicato habetur ratio ætatis, quia
hoc fuit reseruatum in sententia ob negatum terminum ad pro-
bandum, minorem ætatem, allegatam ante sententiam, vt ipse
Foller. dicit; & si non fuisset facta isthæc reseruatio, vtiq; iudex
non potuisset huiusmodi considerationem ætatis habere, cum
iam functus esset officio suo. *l. iudex, ff. de re iudic.* & ideo nec
sententiã suam aliquo modo retractare posset inconsulto Prin-
cipe, etiam si ipse iudex videret propriis oculis illum viuum,
qui dicebatur occisus, vt dicit Guliel. Benedict. *in loco supra cita.*
nu. 161. per vulgat. text. in l. prima, §. fi. ff. de quæst. Ergo multo
minus poterit retractare sententiam contra minorem latam,
habendo rationem ætatis, quæ de iure haberi deberet, nisi, vt
dixi, de voluntate, & licentia Principis.

49 Item adde, quod dictum statutum non comprehendit pupil-
los, vt per Boer. *in decisio. 63.*

50 Item adde, † quod minor bannitus in contumaciam virtute dicti
statuti non debet restitui aduersus bannum, nisi legitimo impe-
dimento, videlicet infirmitatis, captiuitatis, & similiũ, fuerit im-
peditus, vt per D. Oddũ *in d. q. 82. art. 8.* sed in statu ecclesiastico
edest constitutio Pij V. quod bannitus non comparens infra annũ à
die cõdemnationis, amplius non possit admitti ad defensiones,
nec ad dicendum de nullitate, quę constitutio ita seruatur con-
tra minores, sicut contra maiores, vt ibi attestatur D. Odd. & ita
ego vidi semper obseruari; sed si tam maior, quam minor infir-
mitate captiuitate, vel alio iusto impedimento detentus fuerit,
quod infra annum ad se purgandum venire non potuerit, debet
admitti ad faciendum suas defensiones, vt tradit Boer. *d. dec. 53.*
n. 15. quæ admissio, seu restitutio cum sit ex gratia iustitiæ, mi-
nime per iudicem fieri potest, sed recurrendum est ad Principẽ,
vt infra per D. Clar. *q. 91. vers. est etiam*, vt per Boss. *in tit. de re-*
51 *med. con. bann. n. 3.* Et in statu † Ecclesiastico expresse prouisum
fuit, quod iudices non possint, nec debeant bannitos captos siue
infra annum, siue post annum admittere ad eorum defensiones,
sed quod debeant sententias exequi, non obstante quacunq; ap-
pellatione, & dictione nullitatis, nisi ad defensiones admissi
fuerint per ipsum Principem, qui sibi hanc facultatem reserua-
tur, vt in dictis motibus propriis.

52 Item † adde, quod istud statutum non operatur, quod contu-
max habeatur pro confesso, & conuicto quo ad qualitates ag-
grauantes delictum, sed requiritur, quod aliter constet, quam
per huiusmodi fictam confessionem, vt notab. tradit Anchar. *in*
cons. 408. num. 5. quem refert, & sequitur Ias. *in l. si duo patroni, §.*
si quis iurauerit, num. 9. ff. de iuretur. August. ad Ang. *in verbo,*
qui D. Iudex, numer. 28. Foller. *in pract. crimin. in 4. par. 3. part. in*
verb. confitentur, numer. 14. Guighelm. Bened. *in cap. Raynutius,*
in verb. mortuo itaque testatore, num. 168. de testam. & Mars. *in*
practic. crimin. in §. postquam numer. 60. & Doct. Chartar. *in suo*
tractat. de execut. sentent. contum. numer. 358. & sequen. vbi mul-
tos accumulauit contrarium tenentes, & præsertim Roland. *in*
consil. 31. numer. 7. volum. 1. sed dicit primam opinionem esse
magis communem, etiam quod totus tenor inquisitionis in ci-
tatione insereretur. Ego autem arbitror vtramque esse veram, i-
ta distinguendo, aut tractamus de qualitatibus separatis a deli-
cto, quæ plene possunt probari, aliter quam per contumaciam
rei, vt puta, quod quis sit vxoratus, vel pater, vel clericus, aut of-
ficialis; aut quod aderat pax, quando formatur inquisitio de pa-
ce fracta, & similia; & tunc prima opin. procedit, & ita loquitur
53 Anchar. † *in d. consil. 408.* dum dicit tale statutum non operari,
quo ad qualitates aggrauantes delictum ratione personę, in qua
delinquitur, vel personæ delinquentis, quæ qualitates omnino
sunt separatæ à delicto, & ita debent intelligi Doctores hanc o-
pinionem sequentes, quia omnes allegant *d. consil.* Anchar. Do-
54 ctores enim † debent intelligi secundum Doctor. quos allegant,
vt per Grat. *consil. 63. numer. 40. volumin. 1.* & hoc etiam sensis-
se videtur Anton. Columbanus *in tractat. procedendi in controu.*
crimin. artic. 152. quia dum dicit contumacem non haberi pro
confesso virtute statuti, quo ad qualitates aggrauantes, ponit
exempla qualitatum à delicto separatum, videlicet, quãdo quis
citatur ad respondendum super parricidio, vel adulterio. Aut
tractamus de qualitatibus annexis delicto, quę fiunt ab ipso de-
linquente, vt puta, quod interfecerit cum assassinio, vel prodi-
torie, vel quod vulneratum, siue interfectum derobauerit, aut
quod cum armis prohibitis vulnerauerit, & similia, & tunc pro-
cedit secunda opinio, vt contumax ita habeatur pro cõfesso su-
per huiusmodi qualitatibus delicto annexis, sicut super delicto
principali, eo maxime, quod possunt dici pars delicti, alias non
possent probari, si non probaretur delictũ principale, & aliquan-
do illud probari potest, & non qualitates, sed sufficit, quod ad-
sint indicia ad inquirendum, & ista distinctio colligitur ex tra-
ditis per Angel. *cons. 146. vers. nec contumacia,* vbi dicit, † quod 55
contumax habetur pro confitente factum, non qualitatẽ facti,
cuius essentia ab eius facto, vel confessione non pendet, & ita
etiam animaduertit Illustrissimus Cardin. Alban. *in lucubration.*
ad Bartol. *in d. l. si duo patroni, §. si quis iurauerit, numer. 3.* quem
refert, & sequitur D. Chartar. *in d. c. num. 384.* Nec obstat Bece.
in consil. 11. numer. 18. vbi tenuit, quod ficta confessio propter
contumaciam ex statuto resultans non se extendit ad qualita-
tem, quod homicidium ex proposito, & voluntate fuerit com-
missum, sed quo ad homicidium tantum, & quod ideo fiscus te-
neretur probare illam qualitatem, quia D. Chart. *in d. c. num. 369.*
ad eum recte respondit, dicens, quod homicidiũ præsumitur do-
lose, & ex proposito factum, cum sit de genere prohibitorum, &
ideo fiscum non teneri ad probandum illam qualitatem. Minus-
que obstat † Dec. *in cons. 96. nu. 10. vol. 3.* consuluit, qui quod fi- 56
cta confessio non operatur circa qualitatem robariæ, licet ope-
retur circa homicidium, quod prætendebatur factum cum ro-
bariis, quæ est qualitas annexa delicto. nam respondetur, quod
solum allegat Anchar. *in dicto cons. 408.* qui loquitur de qualita-
tibus personæ offensæ, & offendentis, quæ sunt qualitates sepa-
ratæ delicto, & non dependent à facto contumacis, nec ab eius
confessione, vt dixi Ang. *d. cons. 426.* Bene fateor quod si in casu
Deciani nulla extabant indicia de robariis, sed potius constabat
de contrario, quod facta confessio circa dictam qualitatem non
nocebat, & hoc modo † respondetur ad D. Gabriel. qui tenet *in* 57
consil. 170. numer. 26. volum. 1. non posse pronunciari contra in-
quisitũ de assassinio, nisi veris, & plenis probationibus de assas-
sinii qualitate appareat: quia ipse etiam allegat Anch. *in d. consil.*
308. & Guglielm. Bened. *in d. cap. Raynutius, in verb. mortuo i-*
taque testatore, nu. 168. qui loquitur tantum modo de qualitã-
tibus separatis à delicto, vt dixi, quæ non dependent confessio-
ne contumacis, & non de qualitate annexa delicto. Responde-
tur etiã, quod in casu D. Gabriel. constabat, quod istud delictum
nõ erat cum assassinio, & ideo ficta confessio nihil operari pote-
rat circa qualitatem assassinij. Et ad Gramm. † *in consil. 1. nu. 56.* 58
quem allegat Gabriel, respondetur, quod ibi requirebatur plena
probatio qualitatis assassinii, quia iudex volebat fũdare iurisdi-
ctionem in clericum, & priuare iurisdictione sua iudicem eccle-
siasticum, quod minime fieri poterat per confessionem fictam,
vt ibi plene per Gramm. *n. 53.* & ad hoc, vt laicus possit punire
clericum, † requiritur, quod qualitas assassinii probata sit con- 59
cludenter, secundum Dec. *in cons. 13. col. 1.* Meteda *in cons. 88. n.*
7. vol. 1. criminalium, & Rimin. iun. *cons. 685. num. 9. vol. 6.* Vlte-
rius, † ego credo, quod quando qualitas separata à delicto est 60
notoria, vt puta, quod quis sit pater, vel maritus, vel clericus,
quia publice celebrat Missam, vel Episcopus, & similia, si nõ fue-
rit probata in processu, quod nihilominus Iudex, quasi super
quodam notorio, ad cõdemnationem procedere poterit, vt per
Ang. *d. cons. 146. vers. circa quod,* & Aret. *in tract. malefic. in verb.*
cicatrix, n. 3. quem refert, & sequitur Mars. *in pract. crim. §. aggre-*
dior, n. 130. vbi in fortioribus terminis tenent, quod si statutum
dicit quod non possit ferri sententia condemnatoria de cicatri-
ce, nisi adhibitis medicis, qui ita iudicent; tamen si ipsa cicatrix
est notorias, poterit Iudex deuenire ad condemnationem non
adhibitis medicis, quia in notoriis † Iudex potest supplere etiã 61
de facto, vt dicit Bald. *in l. circa principium, C. vt quæ desun. Ad-*
uoc. & talis sentẽtia cum sit valida, exequi poterit, licet D. Char-
tar. *in d. tract. in c. fin. num. 161.* tenuerit eam non esse exequen-
dam, si in processu qualitates aggrauantes probatæ non appare-
ant. Et quod exequi debeat, comprobatur per doctr. Innoc. *in c.*
tua in fin. de cohabitat. cler. quem refert, & sequitur Gramm. *in de-*
cis. 65. nu. 60. vbi dicit, quod si iudex † processit tanquam iudex 62
super notorio, licet ibi non constaret factum notorium, ex quo
tamen vere est notorium, sententia eius irreuocabiliter tenet. Et
quando apparet de delicto, Iudices debent esse prompti ad pu-
niendum, nec debent ponderare omnes iuris solemnitates, † 63
quia fauor publicæ disciplinę suadet, vt maleficia puniri debeãt,
vt tradit Gram. *decis. 36. nu. 63.* si aliquis reperiretur capitaliter
bannitus ex eo quod Episcopum vulnerasset, & in processu non
constaret de Episcopatu, & notorium esset, quod sit Episcopus,
vtiq; ridiculosum esset, si sententia non exequeretur ob dictam
qualitatem notoriam, & in processu non probatam, & de vulne-
ribus tamen puniretur. Si vero huiusmodi qualitas separata à
delicto esset dubia, vt puta an esset cicatrix, vel ne, an esset cleri-
cus, quia non incederet in habitu & tonsura, vel an esset pater,
vel maritus: quia forte essemus inter forenses delinquentes in-
cognitos, & an pax inita fuisset inter rixantes, quando formatur
inquisitio de pace rupta, & similia; eo casu arbitror, condemna-
tionem non esse exequendam, si de dicta qualitate in processu
non appareret, & consulendum esse Principem.

Item adde, quod stante † d. statuto, non est necesse accusare 64

contumaciam. Trigon. *in sing.*88. & Bonacoss. *comm.opin. in verb.contumax* semel citatur *in fin.par.*1.& vide *in hac quaest.*Roland.*in cons.*90.*n.*16.*volum.*3.vide etiam Chatt.*in d.tract.de execut.sent.contum.c.fin.n.*167.*cum sequen.* vbi multa accumulauit, & concludit, quod hodie de consuetudine non seruatur, quod contumacia accusari debeat siue procedatur per viam inquisitionis, siue accusationis.

65 Item adde.†an contumax habitus pro confesso ex forma statuti loci, vbi fuit commissum delictum, possit in alio loco vigore illius statuti, puniri ponit Imo.*in cap.de his, de accusat.*

66 Item adde, quod† statutum loquens de vero maleficio, vel de vero malefactore habet locum in condemnato de maleficio per contumaciam, stante statuto, quod contumax habeatur pro

67 confesso, vt per Bald. *in consil.*193.*nu.*1.*vol.*1. & † licet Foller. *in pract.crim. in* 4.*par.*3.*par. in verb.& si confitebuntur, num.*41. dicat contrarium consuluisse Cotta. *in consil.*42.*numer.*4.*&* 5. *vol.*5.ego tamen non inuenio dictum consilium in libro meo, imo reperio, quod idem consuluit *in consil.*281.*per totum vol.*4. Baiard.

f *Quia communiter*] Bal.*cons.*193.*lib.*1.Ros.

g *Virtute huius fictae confessionis*] Limita, dummodo appareat maleficium, & contumaciam descriptam non in filcis, sed in libro maleficiorum. Mas.Rubr. *de fideiuss.nu.*184.ex Baldo *in d. l.si Aduersarius*, (qui hoc non dixit) *C.de fid.instr.* à Felyno tamen relato, *in cap.cum ordinem, sub num.*6.*de rescript.*prout etiam è conuerso, quis non dicitur liberatus à banno, nisi ita scriptum sit, & appareat in eodem lib. Menoch.*d.Tract. lib.*1.*q.*90. *n.*34. Et hic nota, quia dum dicit virtute huius fictae confessionis, concordat cum Iasone *in §.praeiudiciales, num.*71. *Instit. de act.* Verum est tamen, quod bannitus in contumaciam (si tamen citari potuit) dicitur bannitus ex maleficio, supra *in §. primo, versic.Quaero etiam.* Drogh.

h *Quaero nunquid*] Chattar.*de execution.sentent.cap.fin.num.*171.Ros.

i *Sed certe super his*] adde supra *quaest.*39.*versic. Sed Quaero.* Drogh.

k *In Italia autem*] Hoc idem dixit in modo mulctandi sup. *q.*41.*versic.*Item quaero, in fine. *Drogh.*

In Italia autem] Chattar. *de execut.sent.cap. fin.numer.*174. Ros.

68 *In Italia autem*] adde, quod licet † aliquis vere sit contumax, si iudex hoc ignorans eum condemnat, hic actus non valet, quia debet praecedere in actis relatio nuntij, qui eum citauit. Bartol. *in l. multum interest, ff.de condit.& demonstr.* & si iudex prius pronunciaret contra contumacem, quam relationem reciperet, & postmodum reciperet relationem, sententia esset nulla, & processus, secundum Matant.*de ordin.iudic.par.*6.*vers.proposui, alias citatio, num.*56. Rolan.*in consil.*47.*nu.*70. *volum.*2. & relatio nuntij nihil proficit ad aliquem constituendum contumacem, nisi constaret de commissione sibi ad citandum data, secundum comm.opin.de qua Roland *in cons.*90.*nu.*31.*volum.* 1.*& d.consil.*47.*num.*65.& Vant.*in tracta.de nullit. ex defectu citationis, nu.*40. vbi dicit magis communem opin.esse, quod

69 notorio referenti,† se de Iudicis commissione citare, creditur, concludit autem, standum esse stylo, & consuetudini Curiae, vbi fueris, & ista doctrina, quod praecedere debet relatio, est laudata per omnes Doctores, vt dicit Fel. *in c.quoniam contra nu.*28. *de probat.* vbi hoc limitat duobus modis.

70 Item adde. † si statutum dicit contumacem debere poni in banno, quod non est opus alia Iudicis interlocutoria, quae faciat eum contumacem; Bald.*in qq.ad stat.verb.contrahere*, & vide

71 Rol.*cons.*9.*lib.*3. Et in statu † Ecclesiastico non est necessaria huiusmodi declaratio super contumacia, *per Constitut. March. in lib.*4.*cap.*1.*&* 10.Baiar.

l *Debet etiam de nouo citari*] adde rationem, quia nunquam jus ab altero auferri potest sub illa conditione, si aliquid fecero, vel non fecero, nisi bis Index moneat, vide Capyc.à quo practicam intelliges, *decis.*205.*sub n.*1. Fel.*in c.ex litteris, col.mihi* 6. *vers.fallit nono, de constit.*& est ratio rationis in promptu, quia alias sine noua citatione praesumitur ignorantia de tali mulcta, quam euitare potest, si fuerit iterum monitus. Fel.*in c.coeterum, col.pen.in fin.de rescript.& in cap.si autem, col.*1.*vers.Negligentia, eodem tit.* Crauc.*cons.*103.*n.*9.Boss.*tit de mulctu,nu.*6. & melius per Melch.de Facciniis *inter cons.crim. diuers.con.l.*78.*n.*31.*par.*1. aliam practicam posuit Quintil.Mandos. *tract.de monit.quaest.* 1.*num.*14. Drogh.

m *Quaero nunquid ad hoc, vt possit contumax condemnari*] Nota vnum in materia contumaciae, quod in causa falsi, vt quando testis accusatur de falso, & in actis constat de falsitate, quod si est contumax, habetur pro confesso, & condemnatur. Ita per Carter.*pag.*41.*post n.*60.Giach.

Quaero nunquid] Chattar.*de execut.sent.cap.fin.n.*138.Ros.

n *Supra quaest.*20.*vers.ad inquirendum*] Quid autem in casibus, in quibus potest inquiri, indiciis non praecedentibus, de quibus infra, *q.*64.*vers.Sed nunquid bannitus*; Tunc crederem contumaciam non officere, vt hic à contrario sensu, vide Capy. *d.decis.*113.*n.*6.*ad fi.* Bar.*in l quaestionis habendae, nu.*4.*ff.de quaest.* Alex.*consil.*34.*n.*1.*vol.*6. Adde quae dixit Cotta *in suis memorab. in verbo Bannitus, qui in ciuitate, circa finem.* Drogh.

Quaero nunc] adde videndum † Nat.*consil.*142.*n.*7.*&* 10.vbi 72 concludit, bannitum vigore statuti, quo contumax habetur pro confesso, & conuicto, non esse audiendum: & quod condemnatio reuocari non potest, etiam quod bannitus esset minor, & de hac materia tractat etiam *in cons.*540. quem refert, & sequitur D.Ioseph. Lud.*in concl.*3.Baiar.

o *Tu vero dic, quod aut reus*] Chattar.*d.cap.*1.*n.*140.*&* 165. & 202.*&* 203.*& cap.*3.*nu* 36.Ros.

Tu vero dic.] adde quod Chat. *in tract.de execut. sentent.c.*1. 73 *n.*147.*cum sequ.* tenet contrarium, scilicet, quod bannito comparenti post terminum banni ante sententiam diffinitiuam incumbit onus probandi suam innocentiam, dicens, quod D.Clarus hic male locutus est, qui cum sit vir † tantae auctoritatis, & 74 doctrinae, & quod maiores totius Italiae Magistratus vsque ad mortem gesserit, ita de facili non esset reprehendendus, & tanto minus, quia veritatem dixit, salua pace D.Chattar. Nam bannitum ratione contumaciae datum reuocatur, quam primum citatus comparet, etiam si comparet post terminum in banno assignatum, vsque ad sententiam diffinitiuam, Soc.*in cap.qualiter, & quando, il* 2.*num.* 994.*de accusatio.*& late posui infra *in q.*64. *versic.sed nunquid bannitus, ibi ergo inquisitus*, & Angel.*de malefic.in ver. qui Dominus Index videns, numer.*4. & Farin.*quaest.* 31.*num.*3.*vers.praemitto quarto*, vbi citat D. Clarum in hoc loco, & eum sequitur. Nec obstat dicere, quod hoc modo lapsus termini nihil operaretur, quia operatur, vt inquisitus habeatur pro confesso, sed reuocabiliter; eo enim comparente, & negante lapsus termini nihil operatus est, & amplius non habetur pro confesso: sed eo non comparente, & secuta Iudicis declaratione, tunc lapsus termini operatur, quod habetur pro confesso irreuocabiliter, ita tradit Pau.de Cast. *in cons.*3.*nu.*4. *&* 24. *vol.*3. si bannitus comparens, post terminum banni ante sententiam condemnationis teneretur docere de eius innocentia, sequeretur, quod non probata innocentia, ad executionem contra eum esset deueniendum, sed quis Index ita imprudens, & temerarius hoc faceret; nemo certè, si ante comparitionem diffinitiuè condemnatus non fuisset. Accedat, quod super huiusmodi contumacia requiritur declaratio, quae per totam Italiam de generali consuetudine fit eodem contextu cum condemnatione, declarando eum contumacem, vt per Clar. *supra vers.nunquid, & vers.videmus, quae sic forma* & ita semper vidi obseruari, nec credo, quod per D.Chatt.possit attestari, opinionem suam practicari vidisse, & hoc modo sententia, siue condemnatione opus non esset, si positus in banno, elapso termino banni ante sententiam, ita teneretur ostendere eius innocentiam, sicut post condemnationem. Nec potest dici, quod Dominus Clarus loquatur, quando reus vult assumere onus probandi, quod maleficium non commisit, quod facere tenetur post sententiam, sed clarè & apertè dicit, quod sufficit eum comparere, quo casu contumacia purgatur, & non tenetur probare innocentiam suam.

Adde, † quod si bannitus, cui per statutū audientia est dene- 75 gata, audiatur, an processus nullo opponente factus esset nullus. Afflict.*in const.de forbannit.n.*43.*fol.*10.*remissiue.* Et Vant.*de nullit.in tit.de nullit.ex defect.inhabi.n.*51.vbi tenet, quod esset nullus absq; ope alicuius exceptionis, etiam quod statutum simpliciter prohibuerit, ipsum audiri, & non addiderit, si secus factum fuerit, sit nullum, si fuerit agitatus in territorio banniti, quia illud statutum non habeter locum extra territorium; sed si statutum prohibens audientiam adderet poenam, si non fuisset oppositum, gesta valerent, & poena soiueretur: sed si vltra poenam statutum annullaret actum, tunc sine dubio omnia acta essent nulla, & ita Vant.*in d.n.*51.multum eleganter declarauit

Item adde, quod stante huiusmodi statuto, quod contumax 76 habeatur pro confesso, reo post condemnationem, licet appellauerit, incumbet onus probandi eius innocentiam, etiam si index vellet talem contumaciam remittere, vt plane per Caepol.*cons.* 63.*num.*11.*cum seq.* & Bal.*in l.ita demum, C.de procura.* vbi dicit, quod si bannitus probauit in appellatione de eius innocentia, obtinebit, licet habeatur pro confesso, & conuicto: quia illud procedit ex ficta confessione, quae resultat ex sola contumacia: sed si non assumpserit in se onus probandi innocentiam, tunc debet succumbere, quia in dubio standum est confessioni, etiam fictae, vide etiam Curt.Iun.*in l.principalis, §.si actor n.*30. *C.de iuramen.calumn.*

Item adde, † quod huiusmodi statutum procedit quo ad 77 poenam applicandam fisco, non parti, Bertazol.*cons.*17.*num.*11. Sed aduerte, quod sententia lata in iudicio criminali accusationis, vel inquisitionis prodest fisco, parti laesae, quo ad poenam legalem, sed non ad conuentionalem, Bero. *cons.*106.*nu.*40. *vol.*3.Baiar.

Quaero

78 p *Quaro etiam nunquid*] Adde, quod † si iudici constaret ex processu informatiuo de innocentia contumacis, non debet eũ condemnare licet habeat confessionem fictam ex contumacia, vigore dicti statuti, ita docet Bart. *in l. absentem, ff. de pœn.* vide etiam Afflict. *in constit. de forbannit. n. 31. & seq. fol. 9.* Baiar.

q *Item quare*] Chartar. *litt. c. 1. n. 40.* Ros.

79 *Item quare nunquid*] Adde, quod si citatio † minus legitima interuenisset, non ideo vitiaretur sententia, quia licet citatio in-
80 ualida vitiet processum; fallit tamen in casibus, † in quibus non est necessaria citatio, vt per Deci. *in cons. 18. n. 216. & 217. vol. 1.*

81 Item adde, † si dicat statutum, quod quando aliquis ponitur in banno, debeat citari, vt veniat ipse, vel alius pro eo, si iudex citauit simpliciter, vt compareat, valebit bannum licet non fuerit seruata forma citationis à statuto expressa, quia iudex intelligitur citare, vt veniat per se, vel per alium, vnde expressio nihil operatur ex quo tacite includitur. Natt. *cons. 542. nu. 23. volum. 3.* Baiar.

r *Vnica citatione pro tribus*] adde supra *quæst. 31. vers. Quare modo q. 36. vers. Hac autem, & vers. Et quid si facta sit.* Mari Rub. *de fideiuss. nu. 304.* Drogh.

ſ *Et in Regno Neapolitano*] adde, quod hoc non seruatur, nisi quando iudex vult deuenire ad forjudicationem, vt per Foller. *in practic. crim. in verbo forjudicans,* vbi dat formam citandi, & forjudicandi.

82 t *Vidi quandoque dubitari*] Adde, quod † si citatus non comparet in termino, sed comparet antequam sit ad pœnam contumaciæ condemnatus, non debet condemnari, etiam quod sit contumax, Afflict. *in constitut. pecuniariis, n. 36. fol. 133.* vbi dicit hoc esse in viridi obseruantia. *Basar.*

u *Videamus, quæ sit forma*] Nota ergo formam proferendæ sententiæ contra contumaces, quia in ea debet exprimi causa, id, quod Iudices alias male practici non aduertunt. Adde infra *q. 91. vers. Fuit aliquando, circa fin. supra q. 31. vers. Sed hic quare, quæst. 51. in princ.* Lanfranc. de Oriano *in cap. quoniam contra, verb. Interlocutoris, nu. 80. de prob.* licet in ciuilibus diffinitiuis secus: Idem Lanfranc. *in verb. confessiones, nu. 13.* vbi supra: sequere tamen consuetudinem *supra hac eadem q. vers. sed nunquid ad fin.* & pro hac practica; dum dicitur, ita quod motiuum quæ inuenta fuit, propter Doctorum sophismata euitanda, videlicet de pœna capitali vel non; vide Felin. *in cap. ex litteris, col. mihi 10. extra de constitut.* & de alia clausula videtur, ita quod vnius pœna cæteris transeat in exemplum, Aul. Gell. *Noct. Attic. lib. 6. c. 14. de qua in l. si quis seruo, in fin. C. de ser. fug.* Aduertas tamen, quod si ex actis ipsis constaret de innocentia rei, debet absolui: vide Decian. *in l. nemo quis condemnare, sub nu. 3. ff. de reg. iur. dixi sup. hac ead. quæst. vers. licet autem,* & hanc innocentiam etiam absentis debet attendere, ne plus operetur fictio, i. bannum in sententia, quam ipsa veritas, cum aliquis vt contumax demnatur: quia etiam pro confesso & conuicto veritas locis habere debet: late super hoc Raph. Fulg. *inter cons. crimin. diuers. cons. 43.* maxime *num. 5. cum seqq. par. 1.* Et vtique hæc est ratio, quare in tali sententia inferenda sit causa. Nam si appareret de rei innocentia, nulla subesse potest condemnandi causa, quæ exprimari posset.

83 Nam inquisitio † debet etiam contra contumacem continere crimen punibile. Bald. *in l. fin. §. Quod si actor sub n. 1. ibi, & facit ad quæstionem. C. de iuramento calumnia,* præter id etiam, quia cum quis condemnatur in contumaciam, & sic vigore fictæ confessionis oportet talem fictam contumaciam declarare, quę declaratio nisi per expressam causam fieri non potest: sic colligitur ex Felino *in ca. Querenti, col. fin. ext. De offi. delegati.* Non tamen per hoc dico, vt contumacis quærantur defensiones, infra *q. 61. vers. sed hac quidem, circa finem, q. 23. vers. primo ibi. Male enim faciunt,* pro quo vide Bart. *in l. absentem, num. 4. ff. de pœn.* Drogh.

x *Ita quod si aliquo tempore*] adde infra *quæst. 31. vers. Vlterius quaro.* Drogh.

QVÆSTIO XLV.

De reorum comparentium examine, ac testium repetitionibus, ac confrontationibus.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Qualiter reo personaliter comparente procedatur.*
2 *In causis criminalibus an sit necessaria contestatio.*
3 *Et an cum instigatore.*
4 *Et an in criminibus fiant positiones.*
5 *Reus comparens an sit examinandus.*
6 *Et quid si nolint respondere iudici interroganti.*
7 *Et quid si priusquam respondeat, petat dilationem ad deliberandum.*
8 *Et quid si petat copiam inquisitionis & indiciorum.*
9 *Et an iudex in examine debeat deferre reo iuramentum de veritate dicenda.*
10 *Et an si falsum dicat, poterit tanquam periurus puniri.*
11 *Et quomodo iudex in examine se gerere debeat.*
12 *Et an debeant esse præsentes examini patroni ipsorum reorum.*
13 *Facto examine si reus neget, testes sunt repetendi, eo citato seu præsente.*
14 *Et quid si non sit reus citatus, sed testes cum eo confrontati perseuerent.*
15 *Iudex debet petere licentiam à reo procedendi, ipso vlterius non citato.*

Ex Additionibus.

1 *Causa duobus committatur, quis cognoscat.*
2 *Litis contestatio est necessaria in Regno Neapol. & de eius forma, remissiue.*
3 *Positioni criminosæ non est regulariter respondendum.*
Positiones an, & quando admittantur in criminalibus, & quando eis sit respondendum.
*5 *Positiones fisci quando fieri dicantur.*
4 *Reus nolens respondere præcisè, sed remittens se alteri depositioni, an possit torqueri.*
5 *Et quomodo cogi possit reus nolens respondere, remissiue.*
Reus nolens iurare habetur pro confesso secundum Speculatorem, qui ab auctore impugnatur, nu. eod.
*5 *In criminalibus reus tenetur respondere de veritate.*
6 *Reus falsus deponens an possit puniri.*
7 *Et quid si iudicem corrumpat.*
8 *Et quid si fuerit interrogatus vti testis, & falsum dixerit.*
9 *Et quid si iudex sub pœna ei præceperit, vt dicat veritatem an teneatur ad illam pœnam.*
10 *Nec partes non interueniunt examini testium.*
11 *Nec Aduocatus, aut Procurator.*
12 *Lim. in Aduocato, & Procuratore fisci.*
13 *Repetitio testium quomodo fiat, remissiue.*
14 *Testes non repetiti non faciunt indicium.*
15 *Confessio facta in tormentis ante repetitionem testium non conualidatur in repetitione subsequenti.*
16 *Testes iurati parte non citata non faciunt indicium.*
17 *Etiam quod per Principem omnis solemnitas esset remissa.*
18 *Testes in repetitione dicentes, se non recordari, non probant.*
19 *Testes quando probent absque repetitione.*
20 *Et an faciant præsumptionem.*
21 *Testes non possunt repeti post conclusum in causa.*
22 *Testes mortui habentur pro repetitis saluo iure opponendi contra dicta, & personas.*
23 *Foller. impugnatur.*
24 *Tortura potest inferri etiam non repetitis testibus de stylo.*
25 *Testes habiti pro legitime examinatis, habentur pro repetitis.*
26 *Testes non dicuntur legitime examinati, si fuerit decreta copia sub conditione, quatenus testes non habeantur pro legitime examinatis, si postea fuerit tradita simpliciter, non habitis testibus pro talibus.*
27 *Reus habens testes pro legitime examinatis, potest re integra reuocare consensum.*
28 *Testes, quibus necessario est standum, probant sine citatione partis.*
29 *Repetitio quando non requiratur, remissiue.*
30 *Testis cum se declarat, non requiritur citatio partis.*

31 *Testes examinati in partibus longinquis probant absque citatione.*
32 *Item si examinentur in articulo mortis, nec pars citari possit.*
33 *Item si pars expresse contradicat.*
34 *Testes repeti debent, etiam quod procedatur sola facti veritate inspecta, & omni solemnitate omissa.*
35 *Testis examinatus sine citatione partis, non probat.*
Etiam coram Papa.
Et quod procedatur manu regia.
Et quod iudex arbitrium procedendi haberet.
Et quod inquisitus esset carceratus.
36 *Tortura in Regno Neap. quando irrogetur ex processu informatio.*
37 *Citatio an requiratur in capiendo informationem, quando mandatur iudici, vt se instruat.*
38 *Testis sine citatione partis non probat, etiam cum tormentis.*
Et quando sine citatione possit examinari.
39 *Testium repetitio quomodo sit scribenda.*
40 *Testis repetendus, si citatus aufugiat, præsumitur deposuisse falsum.*
41 *Testium numerus non supplet defectum iuramenti.*
42 *Testium repetitio non est necessaria quando reo confesso datur terminus ad faciendum suas defensines.*
Auctoris consilium super hoc.
43 *Expeditio causæ criminalis in Regno Neapolitano, non retardatur prætextu testium Curiæ non repetitorum.*
44 *Testes debent repeti post litem contestatam.*
45 *Testis an possit petere, quod sibi legatur primum examen.*
Et quid in reuelatione facta vigore monitorij.
46 *Confrontatio non valet, si non præcedant iuramenta testium ad præsentiam partis.*
Et quid si sequatur.
47 *Testes non iurati non probant etiam cum tortura.*
Faciunt tamen præsumptionem ad informandum conscientiam iudicis.
48 *Testes quando probent sine iuramento, remissiue.*
49 *Testes in confrontatione deponentes, non præsumuntur iurati, nisi in actis appareat.*
50 *Carceratus si velit interesse examini testium infirmorum quid agendum.*
51 *Citatio procuratoris non sufficit, si non constat in actis de mandato.*
52 *Testes deponentes sine iuramento in præsentia partis, nihil dicentis, non probant.*
53 *Iuramento testium possunt remitti.*
54 *Confrontatio testium cum reo quid operetur.*
55 *Iudex torquens ex depositione testium examinatorum parte non citata, tenetur in syndicatu.*
56 *Testes debent examinari post litem contestatam.*
57 *Lis quando dicatur contestari.*
58 *Testes examinati ante litem contestatam cum tormentis, an post litis contestationem sint iterum torquendi.*
59 *Testes examinati pro informatione Curiæ parte nō citata nō repetūtur, si bānitus admittatur ad nouas defēsiones.*
60 *Confrontatio quomodo sit facienda, remissiue.*
61 *Confrontatio habetur loco publicationis.*
62 *Testes possunt cogi ad confrontationem.*
63 *Confrontatio quando habeatur loco repetitionis.*
64 *Confrontatio sine iuramento nihil operatur.*
65 *Reo nolente habere testes pro legitime repetitis, nec dare licentiam procedendi, quid agendum.*
66 *Rei non solent dare licentiam procedendi in statu Ecclesiastico, nec in Regno Neapolitano.*

a 1 HActenus a de iis, quæ fiunt reo absente, vel contumace dictum est: nunc videamus de iis quæ contingunt reo in iudicio personaliter comparente, siue quia captus fuerit, siue quia sponte comparauerit.

Et in primis quæro, b nunquid in causis criminali- 2
bus necessaria sit litis contestatio? Resp. Aliqui dicunt, b quod sic, & hanc opin. attestatur esse communem Marian. *in d. cap. qualiter & quando numer.* 222. Alij vero dicunt, quod quando procedunt ad instantiam partis, necessaria est litis contestatio, secus autem si procedatur ex mero officio. Et hanc dicit esse communem opin. Abb. *in cap cum dilectus, nu.* 3. *de purg. canon.* Blanc. autem *in pract. crim. fol.* 6. *nu.* 36. *in fin.* dicit, quod hodie de consuetudine in criminalibus lis non contestatur. Tu vero dic, quod c aut reus est contumax; & tunc cum c ex dispositione statutorum habeatur pro confesso, non est necessaria d alia litis contestatio, quam illa, quæ d fit per talem confessionem fictam à statuto, & sic contra ipsum proceditur (vt dixi) etiam vsq; ad condemnationem. Aut vero reus comparet in iudicio, & examinatur super delicto; & tunc responsio, quam ipse facit respondendo accusationi vel inquisitioni ad interrogationem iudicis, inducit litis contestationem, etiam absque eo quod pars aduersa sit præsens; & hoc etiam si procedatur ad instantiam partis. Et ita seruatur in practica, vt attestatur Bart. *in l. is qui reus, nu.* 4. *ff. de publ. iud.* quem refert Aret. *cons.* 58. *num.* 7. & Apostill. ad Angel. *de malef. in verbo,* hæc est quædam inquisitio, *sub num.* 67. nam in criminalibus etiam absente accusatore, potest iudex ex officio procedere & interrogare, vt dicit Bald. *in l.* 1. *num.* 34 *C. qui accus. non poss.* vbi subdit, quod ita seruat practica.

An autem sit lis contestanda cum instigatore siue 3
promotore inquisitionis, dixi supra *q.* 10. *versicul. quæro nunquid.*

Sed hic incidenter, e quæro, nunquid in causis cri- e
minalibus f possint fieri positiones ab vtraque parte f
prout fiunt in ciuilibus. Resp. Respectu accusatoris, 4
vel fisci, satis videtur dici posse, quod admittantur positiones, ex quo eorum querelæ, vel inquisitionis cogitur reus cum iuramento respondere, vt infra statim dixi: Sed quid dicendum in ipso reo accusato, nunquid poterit dare accusatori positiones, puta, quod ipse tale delictum non commisit, vel quod illud commisit ad sui defensionem, vel huiusmodi? Resp. quod non. & ita se habet vsus iudiciorum, vt attestatur Iac. de Aret. *in tractat. positionum.* §. 7. *num.* 1. hoc enim modo possent de facili (secundum eum) accusator, & reus inter se colludere, & delicta impunita remanerent. Quæ tamen ratio parum facit, ex quo secundum consuetudinem huius temporis, etiam g parte desistente, aut concordata, g
iudices procedunt ad expeditionem processuum, vt dixi infra *q.* 58. *circa princ.* Verumtamen est, quod consuetudo ita obseruat, vt non possint per accusatum dari positiones; à qua nullo modo est recedendum.

Scias autem, h quod reo capto, vel sponte compa- h
rente, solent iudices illum statim adhibito notario su- 5
per ipso delicto interrogare, eiusq; examen (quod vulgo Constitutum appellant) in acta redigi facere. Ceterum secundum dispositionem iuris communis, si reus compareat, & neget, non est vlterius examinandus, i i
sed recipiuntur testes, & ad vlteriora proceditur ad perfectionem processus. Et hæc est communis opin. Doctorum vt dicit Marian. *in d. c. qualiter & quando post num.* 217. *q.* 75. *in fin.* Hodie tamen seruatur contrarium de consuetudine; nam si facta inquisitione reus compareat, & neget, nihilominus interrogatur, & examinatur super ea. Et ita communiter in practica seruari attestatur idem Marian. *in loco præallegato,* & in hoc non est difficultas. k Et licet aliqui dixerint, quod quando k
nulla præcedit diffamatio de crimine, non tenetur reus respondere, prout etiam ita concludere communiter Doct. attestatur Car. Alex. *in c. de accusatione, col.* 37. *post med,* 2. *q.* 8. nihilominus indistincte seruatur (vt dixi) quod

quod teneatur reus ſuper ipſo crimine iudici reſpondere.

l 6 Sed pone, *l* quod reus conſtitutus coram iudice nolit reſpondere interrogationibus ſibi per eum factis, præciſe affirmando, vel negando, ſed vel omnino nihil reſpondeat, vel per verba dubia, puta, Non ſcio.

m Non recordor *m* Reſpond. quod hoc caſu poteſt, & debet iudex illum ponere ad torturam, & cogere, vt reſpondeat affirmatiuè, vel negatiuè. Ita dicit Bald. *in l. accuſationem, poſt num.11. verſ. ſuper hoc melius, C. qui accuſ. non poſſ.* Et talis tortura (vt dicit Bald. ibi) non datur reo ad eruendam veritatem: nam ad hoc neceſſe eſſet, vt præcederent indicia ad torturam ſufficientia, vt dixi infra *quæſtione 64. verſic. dixi etiam*; ſed datur ad extorquendam reſponſionem. Et hanc opin. Bald. in contingentia facti approbauit conſilium Neap. teſte Capiccio *deciſ.143.* prout illum refert Foller. *in pract. cri. fol.308. n.4.* Et eſt iudicio meo bona practica, & eam ſæpe vidi obſeruari non modo quando reus non vult reſpondere ſuper facto principali, ſ. an commiſerit homicidium, vel non, ſed etiam ſuper circunſtantiis ſubſtantialibus pertinentibus ad ipſum delictum, quidquid dicat Foller. *in loco præallegat.* modo ſint tales de quibus veriſimile ſit ipſum recordari; puta, quia interrogetur de facto proprio de modico tempo-

n re, & de rebus *n* de quibus alij ſolent communiter recordari prout ipſe iudex conſiderata facti, & perſonarum qualitate poterit arbitrari. Et ita ſerues. Et recordor, quod ſemel quidam Moncinus, qui dum interrogaretur ſuper quadam rixa, in qua ipſe interuenerat, nolebat reſpondere, neque iurare, fuit iuſſu ſenatus affectus tribus ictibus funis publice, deinde reductus ad carceres iurauit, & reſpondit ad interrogata 18. Octob.1554. A.C. Aduerte tamen, vt omnino aliqua ſub-

o ſint indicia contra reum: *o* alias enim non tenetur reſpondere; quinimo aliqui dicunt, quid ſi non præcedat diffamatio, non tenetur reus reſpondere. Et dicit Car. Alex. *in d. c. de accuſationes, col.37. circa fi. 2. q.8.* quod ita Doctores communiter concludunt. Idem dicit Aret. *in c. qualiter & quando, il 2. §. debet col.4. verſ.* In foro autem, *de accuſatio.* quem refert Don. Anton. de Padilla, *in l. transigere, n.5. C. de tranſactio.* Quod tu intellige, niſi præcedat diffamatio, vel tale quid, quod ſit loco diffamationis, iuxta ea, quæ dixi ſup. *quaſt.6. circa principium.*

7 Sed hic quæro, quid ſi reus vtique velit reſpondere, ſed petat dilationem ad reſpondendum, an velit recedere, vel contendere, nunquid erit illi concedenda, prout etiam conceditur in cauſis ciuilibus vt dixi infra *libro proximo?* Reſp. Aliqui tenent, quod ſic, & dicit Alex. *in l.1. in pri in. n.6 ff. de edendo,* quod ita concludunt

p magis communiter Doct. *p* Contrariam autem ſententiam, ſcilicet quod imo ſuper facto proprio non debeat dari reo terminus ad deliberandum, tenuit Bald. *in l. cum falſum, n.2. ff. de acquir. hered.* Et hanc opin. dicit eſſe communem Aug. ad Ang. *de maleſ. in verb. Comparuerunt dicti inquiſiti, & confitentur totũ, n.6.* prout illum refert Pract. Contadi, *fol.280. n.2.* Et hæc opi. ſeruatur de conſuetudine, nam reus ſtatim cogitur reſpondere. Et quod (ſecundum practicam mundi) non ſit dandum in criminalibus tempus reo ad deliberandum, atteſtatur Salyc. *in aut. offeratur, n.6. C. de litis conteſt.* Paul. de Caſt. *in ead. aut. offeratur, n.5. & 11.* quem refert Pract. Contadi, *f.32. poſt nu.5.* Amed. *de ſynd. n.184.*

8 Sed quid ſi reus priuſquam examinetur, petat totam copiam inquiſitionis, & indiciorum contra eum exiſtentium, nunquid debet iudex illam ei dari facere? Reſpon. De iure forte dici poſſet, quod ſic, vt ex prædictis apparet; & ita tenet Practi. Papi. *in forma inquiſitionis, in verb. Fama publica, numer.3.* vbi tamen dicit, quod male ſeruatur in practica per iſtos latrunculatores auaritiæ deditos in animarum ſuarum maximum præiudicium, & detrimentum, & ſubdit, quod peſſimè faciunt. Quicquid igitur ſit de iure, conſuetudo ſeruat totum oppoſitum, quod ſcilicet reus interrogetur, & examinetur ante datas defenſiones, & copiam indiciorum. Et ita quotidie practicari dicit Foller. *in Practic. crim. canon. fol.165. num 9.* Pract. Conradi, *fol.255. in 6. limitat.* Hunc etiam dicit eſſe receptum ſtylum, vſum, & conſuetudinem Pract. Iod. *fol.14. numer.18.* Et ſtante hac generali conſuetudine, male faceret iudex, qui aliter obſeruaret in practica.

Sed quæro, nunquid in huiuſmodi examine faciendo debeat iudex deferre iuramentum reo de veritate dicenda. Reſpond. Videtur dicendum quod non. nemo enim cogi debet ad detegendum propriam turpitudinem *l. alias, ff. de iureiur.* prout eſt communis regula, teſte Dec. *in l. fin. poſt n.6. C. de edendo.* Et ſic ſatis eſſet ſimplex interpoſitio fidei, prout eſt de conſuetudine in Regno Franciæ, teſte Marco *deciſ.674. quæritur, an in cauſa, in prin.* In contrarium tamen eſt magis communis opin. quod ſcilicet *q* ſit deferendum reo iuramentum de veritate dicenda, ita tenuit Bart. *in l. inter omnes, §. recte, in fin. ff. de furtis.* qui in hoc communiter ab omnibus approbatur, vt dicit Auguſt. ad Ang. *de maleficiis, in verbo Comparauerunt, & confitentur totum, poſt n.13.* Bertran. *conſ.321. nu.3. in fin. lib.3. in 1. parte.* Hanc etiam dicit eſſe communem opin. Marſil. *in l. quæſtionis habendæ, n.72. ff. de quæſtion.* quem refert Pract. Conradi, *fol.280. in princ.* & Gomeſ. *ca. 1. delictorum, n.65.* Et ita hodie ſecundum communem ſtylum Italiæ, tam in inquiſitione, quam in accuſatione, reus comparens iurat de veritate dicenda, prout de huiuſmodi ſtylo atteſtatur Marian. *in d. c. qualiter, & quando poſt num.217. q.84. in fi.* Ita etiam obſeruare communem ſtylum Italiæ atteſtatur Bart. *in l.1. poſt num.6. C. de iura. calum.* vbi etiam Bald. *num. 8.* dicit, quod ita ſeruat conſuetudo. Mihi certe hæc practica nunquam placuit; eſt enim manifeſta occaſio periurij. Nam rei propter metum illius iuramenti nunquam ſolent fateri delictum, vt quotidie experientia docet: & tamen communis eſt concluſio, quod vbi ſubeſt probabilis ſuſpicio periurij, numquam eſt deferendum iuramentum, vt dixi infra *lib.7. §. Iuramentum.* Tamen (quicquid ſit) non auderem in practica recedere à communi obſeruantia. Et ideo in locis, in quibus ſeruatur, vt reo deferatur huiuſmodi iuramentum, iudex debet illud deferre, nam minimè ſunt mutanda, &c.

Quid ergo *r* ſi reus in ipſo examine falſum dicat, nunquid poterit ex eo tanquam periurus puniri? Reſp. quod in foro contentioſo puniri non poteſt, ſed ſolum Deum habet vltorem. Ita dicit Alex. in Apoſt. ad Bar. *in l.1. ſub n.1. ff. de bonis eorum:* cui nemo contradicit, vt ait Berous *q.134. num.3.* Et dicit Boſſ. *in ti. de periuris, numer.3.* quod ita practicatur. Hoc etiam vigore in practica atteſtatur Nunius *de los corregidores, fol.171. poſt num.18. verſ. quæ dicta ſunt.* Bene verum eſt, quod ſi reus in examine dicat aliquod mendacium, de quo deinde conuincatur, erit tale mendacium contra eum ſufficiens indicium ad torturam, iuxta ea, quæ dixi ſup. *q.21. verſ. mendacium.*

Debet autem iudex in huiuſmodi examinibus faciendis recto tramite procedere ad finem veritatis indagandæ, non autem vt reum inuoluat, & inducat ad confitendum delictum. Item *ſ* ſecundum aliquos non debet *t* reum ſpecialiter ſuper ipſo delicto, de quo agitur, interrogare, cum id ſuggerentis potius, quam interrogantis eſſe videatur. De conſuetudine tamen contrarium obſeruatur, vt ait Pract. Caſoni, *fol.84. n.3.*

quando reus interrogatur de facto proprio: secus tamen esset, si interrogaretur vti testis contra alium, vt dixi supra, *q.21.versic.retenta igitur, circa fin.* Praeterea non debet interrogationibus suis procurare, vt auferat reo suas defensiones, puta, si reus confiteatur aliquem percussisse, aut vulnerasse, non debet eum interrogare, an ille ex tali percussione, aut vulnere decesserit, neque ab eo extorquere huiusmodi confessionem, nam ista est diabolica practica, vt dicit Signor. *consil.163.num.5.* subdens, quod super hoc multoties reprehendit maleficiorum ciuitatis Mediolani, & quod istud est plusquam diabolicum. nam fiscus satis habet intentionem fundatam, ex quo ille vulneratus, seu percussus mortuus est. Et hoc iudici sufficere debet absque eo, quod velit per eiusmodi confessionem tollere reo facultatem probandi, quod non decesserit ex percussione seu vulnere, quae esset magna ipsius defensio, vt dixi supra *hoc eo.lib.§.homicidium, vers.pleruntque etiam.*

u
12 Quaero etiam, nunquid quando fit examen rei, debeant esse praesentes patroni causarum. Resp. quod de iure videtur dici posse quod sic, *per tex.in l.custodias.ff. de publi.iud.* sed certe vsus, & curiam stylus hoc non obseruat, vt attestatur Igneus *in l.1.§.quaestionem, num.19. in fi.ff.ad Syll.* & est omnibus notissimum. Faciunt quae dixi *inf.q.64.ver.quaero nunc.*

x
13 Caeterum x si in examine confiteatur delictum, poterit puniri ex tali confessione, vt dixi infra *quaest.65.in princip.* y Si vero neget, debent parte citata examinari testes super veritate ipsius delicti: & ita tenent communiter Doctor. vt dicit Card. Alex. *in loco praeallegato.* Et ideo dicit Salyc. *in l.fi.in fi.C.de quaest.* quod cauti iudices ante inquisitionem recipiunt informationem testium, & in scriptis redigunt, ne postea dicant contrarium, & habita informatione formant inquisitionem, & si poena sit corporalis, faciunt citari reum re, non verbo, ne fugiat, & postea faciunt illum respondere inquisitioni, & si neget, z iterato examinant testes eo citato ad videndum eos iurare, &c. Et illud dictum Salic. refert Grammat. *consil.15.numer.1. & 2.* de quo etiam aliquid dixi supra *qu.28. vers.scias tamen.* Et valdè grauiter erraret iudex, qui omissa tali repetitione testium procederet ad torturam, vel condemnationem; nam testes recepti ante litis contestationem nullam fidem faciunt contra reum, cum sit examinati ipso non citato, vt dixi supra *quaestione 11.vers.Item quaero,* & infra *quaestione 50.versic.item quia.* Et aduerte, quia haec repetitio fieri debet cum omnibus illis qualitatibus, quae requirerentur, vbi isti testes repetendi nunquam fuissent examinati, & ideo debent b de nouo iurare: alias nullam prorsus fidem facerent. c Idem si sunt tales testes, quorum dictis de iure non sit adhibenda fides nisi cum tortura, puta quia esset socius criminis, non sufficeret, quod prius fuisset examinatus in tormentis, & quod de nouo iuraret, sed opus iam esset, vt de nouo post iuramentum poneretur in tormentis, & d perseueraret in illo dicto. Nam e illa tortura, & omne id, quod fuit agitatum ante litis contestationem, non habetur (vt dixi) in consideratione, quo ad praeiudicium ipsius rei comparentis. Quod nota, quia ad hoc aliqui iudices non aduertunt, & scias, quod licet receptio testium non soleat committi, seu delegari alteri, vt dixi supra *quaest.26.* tamen repetitio testium, qui examinati sunt in processu informatiuo, potest delegari, & ita seruatur de consuetudine, vt attestatur Carauita *super ritu 157.magna curia, nu.11.* quod tamen intellige secundum ea, quae dixi *in loco praealle.* In hoc f autem proposito volo, vt scias, quod quando reus permittit se in contumaciam condemnari, deinde petit se admitti ad nouas defensiones, & admissus comparet, iudex non debet repetere testes examinatos contra eum in processu informatiuo, licet enim examinati fuerint ipso reo non citato, iuxta consuetudinem, de qua dixi supra *quaest.11.versi.Item quaero,* g ex quo tamen ipse reus citatus non comparauit, habentur illi testes pro legitime examinatis in odium eius contumaciae, neque vlterius eorum repetitio requiritur. Et memini, quod propter hoc fuit grauiter reprehensus à Senatu Praetor Valentiae, qui in causa Petri Nouati admissi ad nouas defensiones, citauit testes ad repetendum, & quia non comparauerunt, eos condemnauit, cuius condemnationis Senatus censuit nullam rationem haberi debere, 7.Nouembr.1556.P.N.

Sed in proposito quaero, Pone quod reus non fuerit 14
citatus ad videndum iurare, & repeti testes, sed quod iudex h eos repetat; & confrontet cum ipso reo, & testes confirment in praesentia ipsius rei ea, quae prius dixerant, nunquid isti testes dicentur recepti parte citata, ita vt probent contra ipsum reum? Resp. quod sic, & ita practicatur, vt dicit Afflic. *super 2.parte constitutionum Regni, rubr.10.n.20.* i Haec autem confrontatio fieri solet, quando testes deponunt tale quid, quod de directo contrariatur ei, quod reus dixit in suo examine, & licet de iure non sit necessaria, tamen in practica obseruatur, ad hoc, vt ipsa confrontatione veritas melius elucescat. Ego certe non credo, quod sic de substantia, & ideo licet esset omissa, regulariter processus non corrueret. Senatus tamen vlt omnino eam fieri, quando est testis, qui contra reum deponit de visu. Et ita rescripsit Praetori Cremonae in causa cuiusdam Augustini Botti 20.Mart.1543. Vel etiam quando testes sunt inter se contrarij, & ita rescripsit Capitaneo Vicomercati 29. Mart.1535.C.C. Praeterea quando depositio testis non potest certificari nisi mediante inspectione ipsius rei, puta, quando testis dicit illum non cognoscere de nomine, sed tantum de visu: Vel quando eum describit per signa; nam eo casu reus est illi exhibendus, vt reum recognoscat; & ita rescripsit Senatus Praetori Alexandriae, in causa cuiusdam Ascanij Granarij, qui non fuerat exhibitus cuidam testi, vt illum recognosceret, 14.Aug.1556.P.N. Debet tamen hoc casu reus exhiberi testibus, non solus, quia esset timor subornationis, sed positus inter alios tres, aut quatuor, & illi similes, quantum eo tempore fieri potest, vestibus, statura, & etiam facie. Et ita seruatur in hac prouincia, prout etiam seruari in curia Neap. attestatur Foller. *in pract.cri.fol.23.n.34.in fi.*

Facta k autem repetitione, & confrontatione te- 15
stium, consueuerunt iudices prius, quam reum carceribus tradunt, vel fideiussori relaxent, facere, quod l reus inquisitus eis det licentiam procedendi vsque ad sententiam diffinitiuam inclusiuè, singulis dieb. & horis, etiam eo absente, & non citato: & est practica, quam tradit Bart. *in l.is qui reus, n.4.ff de publ.iud.* quam ex communi consuetudine hodie obseruari attestatur Marian. *in c.qualiter, & quando, post n.235.vers.90.quaero.* Ita etiam quotidie fieri dicit Bald. *in l.diem proferre, in vers.Si quis litigator.ff.de arbi. & in l.si quando, n.5.C.de testibus,* dicit, quod ita practicatur, *& in l.vt perfectius, n.15.C.de annali exceptio.* dicit, quod ita obseruant assessores, quē refert Angel. *de malefic.in verbo,* Et ad querelā, *n.61. &* August. de Ang. *de malefi.in verb.* qui iudex fecit sibi dari licentiam, *post n.2.* Et successiuè iudices faciunt ipsis reis m monitionem generalem, vt singulis diebus, & horis adesse debeant processui faciendo per ipsos iudices, tam circa receptiones testium, quam quaecumque alia vsque ad sententiam inclusiuè, &c. Et haec monitio (praecedente tamen licentia, vt dicit Marian. *in loco praelleg.*) operatur, quod non requiritur vlterior citatio; sed si non praecederet licentia, tunc posset reus ad hu-

ab huiusmodi monitione appellare, & dicere, quod imo vult ad omnes actus citari, & monitio ipsa hoc modo per appellationem rescinderetur, & nullius esset effectus. Et hæc est communis opinio, vt dicit Boss. *in tit. de sentent. n.13.* Et quod dictum est de reo, pariter locum habet in ipso accusatore. Solent enim cauti assessores scribi facere in actis, qualiter accusator dat eis licentiam expediendi processum, etiam ipsis absentibus, & ita omnia expediunt, & etiam ipsam sententiam proferunt eo non citato, vt dicit Bald. *in l. si accusatoribus, nu.4. de accusa.* subdens, quod ita tenent omnes Doctores. Iudicio tamen meo hæc cautela, quo ad accusatorem est superflua, vt dixi supra *quæst.4. vers. superflua etiam, & quæst.31. vers. vlterius quæro.* Poterit itaque iudex stante prædicta licentia testes recipere, & examinare absque alia partis citatione, & hanc esse hodiernam practicam, quam iudices obseruant, attestatur Alexand. *in Apostil. ad Bart. in d. l. is qui reus, sub n.4.* Et ideo miror, quod Blanc. *in pract. crim fol.11. n.25.* simpliciter dicat, quod ista practica tradita per Bart. non obseruatur de stylo, neque de consuetudine. Nam licet quo ad accusatorem, seu querelantem bene loquatur, vt dixi *in locis præallegatis*, certè in reo quotidie in hoc Ducatu, & alibi obseruatur; nec aliquis solet facto examine carcerari, quin notarius in actis scribat: Quo facto fuit consignatus, & ei facta in faciem monitio generalis, vel huiusmodi. Et credo, quod si de ipsa monitione non appareat in actis, omnia acta postea facta reo legitimè non citato corruerent.

ADDITIONES

Ad Quæst. XLV.

a 1 HActenus de his, quæ fiunt] adde, si † duobus iudicibus causa commissa fuerit, coram quo erit facienda præsentatio, & apud quem ex eis sit carcerandus ipse reus, vide Bertaz. *in consilio 321. num.20. & seq. volum.2.* vbi dicit, quod quando commissio sit facta per nomen collectiuum, debent simul concordare de loco, & communi carcere habendo, cum habeant parem auctoritatem.

2 b *Et in primis*] adde, quid † in Regno Neap. requiritur litis contestatio, & eius forma, & quomodo sit facienda, latè per Foller. *in pract. crimin. in ver. fiat litis contestatio.* Baiar.

c *Aut reus est contumax*] adde sup. *quæst. proxima, versic. Et in primis.* Drogh.

d *Litis contestatio*] adde supra *quæst.14. versic. sed hic incidenter.* Drog.

3 e *Sed hic incidenter quæro*] adde, quod † veritas est in contrarium, quod positioni criminose regulariter non est respondendum ad instructionem aduersarii, seu reuelationem oneris probandi, vt est communis opin. de qua per Ias. *in l. omnem officium, ff. de offic. assess. in princ.* vt per Bald. *in l. accusatorem, nu.7. versic. super hoc melius, C. de his qui accusar. non poss.* vbi pulchram facit distinctionem, & ibi dicit, quod in criminalib. non quæritur veritas per viam positionis, sed officio iudicis per modum interrogationum. Positiones in criminalibus admittuntur ex sententia Iacobi de Arena *in tract. positionum. §.7. nu.1.* & in his non admittitur ad respondendum etiam cum mandato speciali procurator. Afflict. *in constit. Regni rub.23. de interrog. litig. nu.5. col.2.* posset tamen mulier coniugata, & honesta respondere per procuratorem specialem add. ad Roman. *sing.696. vers. & in quantum*, sed si fuerit positio criminosa admittitur, non tamen ei respondetur Corn. *consil.1· nu.18. vol.3.* Ias. *in l. transactionem, nu.3. C. de transact. in l. si duo patroni, §. idem Iulianus, nu.36. de iureiur.* Soc. *in c. qualiter, & quando, de accusat*, nisi, quando esset de eo crimine infamatus, quia tunc fiunt positiones super notorio, & fama, quibus tenetur respondere. Old. *cons.331. in fi.* & si respondet affirmatiuè, tenetur ex post etiam respondere super crimine. Spe. *tit. de posit. §.18. & seq.* Malner. *ad prac. Papien. in forma except. contra posi. ver. detegentes, in verbo positioni.* Bar. *cons.194. col.2. vers. super tertio*, vbi ponit, quid casu, quo talibus positionibus criminosis respondere teneretur, non teneretur, vbi per tales positiones examinaretur id, quod iam decisum per sententiam, vel iusiurandum *d. addit. in verbo positioni*, accusator autem non tenetur respondere positionibus, quas fecisset reus ad suam defensionem, quia eius confessio non præiudicaret fisco, vel Reip. Natt. *cons.230. col.5. in prin.* & quando vis regula sit, quem non teneri respondere positioni criminosæ, ne turpitudinē suam detegat, non tamen hoc procedit, si interrogatio fiat à iudice. Olarc. *decis.66. n.10.* & dicitur positio criminosa, quandocumque continet crimen, siue criminaliter agatur Bald. *in d. l. transactionem, n.1.* Capell. Tholos. *q.371.* & imò iure deridebatur ille Causidicus, qui positioni criminosæ dicebat respondendum esse in mixtis, quam si non tenetur, quando ciuiliter agitur, minus, quando mixta est causa; item quia ratio est, ne detegat turpitudinem suam, quid tamen facit in mixtis, quantum in simplicibus, & respondendo positioni, & fatendo, non intelligitur fateri qualitates simpliciter ex non per Ias. qui artic. declarat *in l. si cui serui §. à filio, n.8 & seq. ff. de leg.1.* Masuer. vbi sup. & licet responsio de credulitate, sed debet esse de veritate, ita notat Bart. *in l.2. §. quod obseruari, nu.33. C. de interrog. prop. calum. dat.* Afflict. *in d. rubr.25. de interrog. litig.* Carpan. *ad c. 83.135. statut.* Mediol. *in c. parte.* Baiar.

f *Possint fieri positiones*] adde, quod dicuntur fieri positiones fisci, † cum reus medio eius iuramento respondet iudici, vt est 4
supra *q.30. vers. sed quid dicendum, infr. q.13. versi. vnum etiã volo, q.55. ver. cautius igitur in pr.* vbi annotatur responsio, sup. *q.3. vers. sed certè*, vbi habetur de fisco loco accusatoris, vt hic. *Drog.*

g *Parte desistente, aut concordata*] *supr. q.23. versic. primo, inf. q.58. in princip.* Drogh.

h *Scias autem*) Innocent. Vulpell *respons.95. n.13.* Ros.

i *Sed recipiuntur testes*] adde alium modum procedendi de iure communi, sup. *quæst.44. versic. sed hodie.* Drogh.

k *Et licet aliqui dixerint*) adde, quomodo procedatur, quando nulla præcedit diffamatio, nec indicia infra *q.62. versic. sed nunquid bannitus, & ver. Dixi quoque, supra q.8. in princ. q.20. in princip. & versic. scias autem.* Drogh.

l *Sed pone*) adde, quod † similiter reus torquendus est, donec 5
respondeat iudici, & replicet, quando postquam acceptum est constitutum à reo de plano, & ducitur ad torturam, & iterum interrogetur, quid sciat de tali re, respondeat, dixisse, & interrogatus quid dixerit, respondet esse scriptum, & aliud responsum non vult dare, & sic licet indicia sint lenia, reus poterit torqueri ad hoc, vt respondeat, & replicet, vt per Franc. Cason. *in tract. suo de torment. cap.3. n.4. fol. mihi 161.* & Blanc. *in tractat. de indic. in verb. ex verbis indicia, n.273. fol. mihi 331.* Baiard.

m *Resp. quod hoc casu*) Vide Milleum *in pract. crim. 88. n.4.* & Boss. *tit. de responsionibus à reo facien. nu.3.* Vulpell. *consil.34.* qui dicit, quod debet esse leuis tortura *Ros.*

Resp. quod hoc casu) adde, videndum Claud. Battand. *in pract.*
crim. reg.11. nu.18. † vbi etiam de aliis modis, quibus rei ad re- 6
spondendum cogi possunt, sed de hac quæstione nouissime habetur latè per D. Chart *in sua praxi interrog. reorum lib.3. c.5. n.1. cum seq.* ad quem me remitto: de hoc etiam vide Vulp. *consil. 34. n.7.* & Menoch. *de præsumpt. lib.1. quæst.89. nu.142.*

Adde, si reus nolet iurare, habetur pro confesso, ita dicit Specu. *in tit. de iur. calu. §. superest. versic. quoniam*, vbi allegat tex. *in l. si confessus, ff. de custo. reorum*, quod dictum credo non esse verum, quia tex. allegatus hoc non probat, sed erit cogendus ad iurandum *Baiar.*

n *De quibus alij solent*) Hoc idem seruari in teste dicente se non recordari, de quo verisimilis non sit obliuio, supra *q.11. versic. Dixi etiam ad fin. quæst.19. versic. Hinc infertur, quæst.25. versic. Torquetur etiam testis.* Adde Marant. *par.6. tit. de contumacia, nu.19* Drogh.

o *Alias non tenetur respondere*) aliquando euenit, quod reus, vel etiam testis dubitat respondere, ne forrassis priori dicto, vel examini contrarietur, tunc per reum, vel testem vtenda est cautela, de qua per Bart. *in l. eos. n.6. & 7. ff. de falsis*, videlicet, vt reus, vel testes, priores attestationes, & dicta petat sibi prius legi, vel exhiberi; Quibus visis, vel auditis, respondeat, quod prout modo sibi videtur, dixit, sic, vel sic, & si appareat aliter dixisse, ex nunc se corrigit, & vt ibi, vide Craue. *consil.15. sub n.11.* Menoch. *dicto tract. de arbitr. iud. li.2. cent.2. casu 109. nu.12. cum seq.* vbi limitat hanc cautelam, & monet iudicem, quando tali in responsionem admittere debeat: latè secutus est etiam Boss. *tit. de tort. test. n.34.* Flam. Chartar. *in pract. interrog. reorum, lib.1. cap.2. n.88.* & in quantum hic dicit reum teneri respondere super circonstantiis substantialibus: dic, quod ista est ratio, quia aliter simplex responsio non facta mentione de circunstantiis, & qualitatibus requisitis, ad illas non trahitur, & propterea non dicitur sine illis reum congrue respondisse, Chartar. *de exeq. sen. cap. 1. n.263.* vbi alios adducit, & vide in addit. ad pract. Pap. *in for. lib. opp. contra testes in glos. ac etiam varij littera A.* & no. quod in
criminalibus reus † tenetur respondere de veritate, non de cre- 7
dulitate, vt not. Bart. *in l.2. §. Quod obseruari in fin. C. de iureiurand. propter calumniam.* Drogh.

p *Contrariam autem sententiam*) Vulpel. *d. consil.34. nu.9.* qui dicit, quod poterit petere, vt sibi legatur primum dictum. *Ros.*

q *Sit deferendum reo iuramentum*] adde, quod tamen hoc iuramentũ veritatis succedit loco iuramenti purgationis, cui iu-

ramento quomodo,& quando locus fit,*in fin.quaest.63. vers solet etiam,& vers. licet autem, ibi, sed eius loco succedit iuramentum.* Drogh.

r *Quid ergo*) Rodulph.*sua conclus.5. per totam.* Ros.

6 *Quid ergo si reus*) adde, quod hoc † est verum, quando crimen est tale,ex quo veniat imponenda pœna sanguinis,*l.transigere,* & ibi gl.& Bal. *C.de transact.* & Paul.Gislan. *de relaxat. carcerat.vers.quare,n.9.rubr.de fuga incarcerati.*

7 Item adde,quod † similiter reum corrumpens iudicem , vt pro se ferat sententiam,quando crimen est capitale,non puniatur; cum sit licitum qualitercumque proprium sanguinem redimere,Bart.*in l.qui explicandi,C.de accusat.*Beto.*in qu.134.nu.4.*& Follet *in pract.crim.in fragmentis, num.*181. sed Simon. de Pret.*consil.*105.*n.*20.*cum sequen.*tenet contrarium, quod videlicet sanguinem suum non licet periurio, vel falsitate, vel aliqua fraude redimere,& quod committens delictum pro saluatione suæ vitæ,eiusdem delicti pœnam non aufugit, vt in frangente carceres,Salyc.*in l.*1.*n.*19.*C.de hered.instit.* Franc.Cason. *in tract.crim.tract.q.c.*11.*de sortileg.* & Luc.de Penn.*in l quoties, col.9.C.de dignit.lib.*12.& idem tenet Ant.Scap. *in tract. de iuris non scripti lib.5.cap.*121.

8 Item adde,quod reus † interrogatus vti testis,si negauerit, similiter non poterit puniri pœna periurij, nec pœna falsi , vt per Bertaz.*in consil.*124.*n.*1.*&* 2.*vol.*1. & ibi addentes,vbi plenè,quando in constitutis suis dicitur principalis in se,& testis in alios,quia habet interesse,vt idem Bertaz.*in consil.*323.*nu.*2.*vol.*2. Vide etiam Chart. *in praxi interrog. reorum lib.3.c.3.n.*16. vbi tenet, quod non possit puniri.

9 Item adde, quod † si Iudex præceperit principali , quod habeat respondere, & dicere veritatem sub aliqua pœna, & respondeterit;demum conuincatur de mendacio,quod tunc teneatur ad illam pœnam,secundum Bald.*in l.ius alimentorum,ff.vbi pupill.educ.debeat.* sed Follet.*in pract.crim.in verb.* & si compareant,*n.*12. dicit,quod Bald.iudicio suo ibi,in vltima solutione,videtur se limitare,sed per Senat.Pedemont.iudicatum fuit secundum opinionem Bald.vt in decis.Pedem.66. vbi habetur, an hoc procedat,vbi pœna sanguinis ingeratur. *Baiard.*

f *Item secundum aliquos*, Farin.*in 4.vol.sua praxis,qu.53.c.4. precipue, n.*98. Ros.

t *Specialiter super ipso delicto*) adde supra *quaestione* 21.*versic. Retenta,& quaest.*20. *versic. Ad formandum, ibi, nunquam enim reo praesenti,quaestio.6. versicul.*1.*ibi,& si dicant se nescire.* Ludouicus Carus *inter consilia criminalia diuersorum,consil.*99.*nu.*9. *par.*1.*super quaest.*32. *versic. sed pone,tu scis, ibi, quam etiam practicam.* Item nec etiam inquirendo , siue examinando debet iudex reum interrogare,an velit vti dicto alicuius testis,*sup.§. falsum,versic.vtens dicto ad fin.*& est ratio,cur Diabolica sit ista practica, quia quandocunque ex tali vulnere non erit mors secuta,supra *in §.homicidium,vers.ceterum, non punitur,* vt ibi,& pro hoc elegans est dictum Cicer.*in orat.pro Milone,*occidit iure an iniuria,nihil ad Tortorem,facti enim in scelere quæstio est,iuris in iudicio, vide Alexan. *consil.*115. *numer.*4. *volum.*3. idem Bossius *titul.de confess.num.*80.*& sub titul.de respons.à reo fact.num.*17. pro quo:vide Alexan.*d.consil.*115. vbi in causa veneni propinati non sufficit propinatorem dicere quem mortuum ex propinatione , cum talis cognitio spectet ad peritos. Displicet tamen practica quædam rigorosa,quæ vtuntur moderni latrunculatores;nam solent interrogare reum,vt respondeat,an talis sit homo probus,vt non possit postmodum ipsum reprobare,quod approbasse videtur,Crau.*consil.*178.*nu.*3. *circa fin.& nu.*6.*in fin. & consil.*35.*sub num.*18. & videtur text. *in l.si quis testibus, C.de testibus,*& ibi Bald.*nu.*7.& ideo præterquam malè faciunt,ignoranter etiam procedunt.Nam etsi aliquem, vt probum existimem, quandocunque tamen ille talis improbus appareat,non teneor eius personam amplius approbare,& etiam saluum est nihilominus semper ius reprobandi dictum si non personam, Aym.Crauet.*tract.de antiq.tempo. par.prima, versic.Viso de verbis, nu.*18.*cum seq.* idem Crauet.*par.*4. *versic. quarto limitatur,nu.*30.*in fine,hinc retulit* Menoch. *tract.de arbitr.iud.lib.*1.*quaest.*8.*n.*49. non obstantibus verbis vulgarium, cum dicitur,promitto stare tuo dicto,tamen tunc non stari,si inique dicatur,sequitur Iason.*in §.Item si quis esset, sub num.*53. *ad med instit.de act.* Plotus *in l.si quando, §.*48. *in princip. & §. sequenti sub num.*3.*C.vnde vi.*stant etiam ista simul,vt quis infamis sit,& tamen veritatem dicat,& econtratio, Menoch.*de arbitr. iud. libro* 1. *quaest.*17. *sub numer.*1. immo non obstante, quod habeatur testis pro repetito,est tamen saluum ius opponendi iterum contra personam , infra hac eadem quæstione, versic. Facta autem. Plura alia ad præsentem materiam vide apud Flamin.Chartar.*in sua practic.interrogandorum reorum,libro* 2.*c.*2 *n* 19.vide gl.*in cap.praesentium, in verb.protestatus, extra de testibus,* Marant.*par* 6.*art.*31.*n.*12. Capyc.*decis.*62.*num.*6. Borgn.*decis.*12. *par.*1.*n.*3. *tit.de iud.* & de quadam alia interrogatione,qua vtuntur moderni,videtur, vtrum sit possibile aliter factum esse, vide Bald.*in l.de quibus sub num.*5. *versic.interrogatus si potuisset,ff.de leg.* & inibi patet, quam friuola sit talis interrogatio,sic etiam testis dicat id nescire,cui adde Felin. *in proœmio Rex pacificus,col.*1. *ibi, & dicit,* quod testis dicens; Et ideo interrogatus Iudices an aliter fieri potuerit ab eo,de quo respondet, & si dicat,quod sic ; Nihilominus præsumptio sumitur ex his,quæ apparent,non ex his,de quibus non constat, Crauet. *consil.*319.*sub numer.*13.*versic. Decima nona praesumptio.* Drogh.

u *Quare etiam nunquid*]adde,quod nec † etiam partes possunt esse præsentes depositionibus , quæ debent fieri secreto. 10
Gomes. *de delict. cap.primo, num.*65. vbi dicit communem, licet partes debeant videre testes,quando iurant,nec etiam debent interuenire † Aduocatus, & procuratores fisci, iuxta tradita per Afflict.*in constitut.quaestiones, num.6. rubr.*41. sed ego 11
† semper vidi seruari contrarium quo ad Aduocatum, & pro- 12
curatorem fisci.

x *Ceterum si reus in examine*] adde,† videndum Foller. *in* 13
pract.crim.in verb. & demum repetantur testes , vbi dat formam repetendi.

Item adde,quod adeo † est necessaria repetitio testium cum 14
citatione partis,quod ea omissa,si reus torqueretur, & fateretur,nulla omnino esset confessio. Brun.*in tractat. de indic. col.*3. Corn.*consil.*68. *volum.*2. Ruin.*consil.*46. *vol.*4. & Vulpell. *in consil.*65.*in princ.* nec sufficeret illa generalis monitio ad omnes,& singulos actus,& videndum examinari testes in responsione ad inquisitionem,quando pars non est contumax,Ioan. Andr.ad Spec.*tit.de citat.§.viso.* Imol. & Barb.*in cap.consuluit, de offic.deleg.*Feder.de Sen. *in consil.*161.*&* 189.& Vulpell. *in dicto consil.*95. *num.*3. & testes parte non citata examinati, etiam si essent mille testes,non probant,nec ex eis resultat indicium Grammat. *vot.*30. *num.*7. *&* 8. & testis non ritè examinatus, licet sit omni exceptione maior , non facit indicium , Marsi. *sing.*242.*incip.quando testis,& consil.*64.*num.*41.*vol.*1. Rebuff.*in tractat.de inquisit.seu causa commiss. artic.*20. *num.*18.*tomo* 3.sed de hoc vide inf. *in vers.Item adde, quod si essent.*Et si quis fuerit tortus † testibus parte non citata examinatis,si postea fuerunt 15
reproducti,& legitimè examinati,non conualidatur confessio metu torturæ facta Boer. *in decis.*163.*n.*8. & testes parte † non 16
citata iurati,non faciunt indicium,etiam quod per Principem omnis solemnitas sit remissa. † Boss. *in tit.de opposit. contra* 17
*testes, num.*34.

Item adde,si testes † in repetitione dicant,se non recordari, 18
non probant , secundum Foller. *in vers. & demum repetantur testes, num.*7.

Adde,quod in † crimine læsæ Maiestatis, assassinij, & aliis 19
grauibus delictis,& criminibus,testes probant,etiam non repetiti parte citata,*Felin.in cap.sequentem in princ.vt lite non contestata.* Diaz.*in sua pract.c.*92.*n.*20. Gram.*consil.*40.*n.*7. Capyc. *decis.*115.*col.antepen.* Mascar.*de probat.concl.*137.*n.*2. contrarium autem tenuit Burs.*in consil.*201.*nu.*113. *vol.*2. vbi conatur probare hanc partem esse veriorem,Foller.*in pract.crim.in verb.& si confitebuntur,n.*41.*cum seq.*& ibi *n.*45. dicit, quod licet testes recepti parte non citata,non faciant indicium, tamen faciunt aliquando † argumentum,& præsumptionem, ita etiam dicit 20
Gram.*decis.*34.*num.*33. *decis.*11. *num.*13.

Item adde , quod si † testes non possunt repeti, postquam 21
pronunciatum est in causa,Gramm *decis.*18.*n.*6.nec post conclusionem, Capyc. *decis.*35.*in fin.* quos sequitur Foller.*in pract. crim.in verb.& demum repetantur testes n.*12.possunt tamen repeti publicatis attestationibus,Rimin.sen.*cons.*138.*n.*11.*vol.*1.

Item adde,quod testes † mortui habentur pro repetitis, & 22
probant saluo iure opponendi contra eorum dicta , & personas, secundum Paul.de Castr.*in l.fin. C.de testi.* & Ioan. Mille. *in sua pract.fol.*84.*num.*17. sed Foller. *in pract.crimin. in ver. & demum repetantur testes,num.*6.dicit,quod non credit, istud dictum procedere in criminalibus ad plenam probationem,& ideo cogitandum esse. Sed ego † credo,hoc procedere etiam 23
in criminalibus,& ad plenam probationem,ita distinguendo, quod si reus citatus, & inquisitus fuerit ante mortem testium, & comparere noluerit , quod tunc habeantur pro repetitis in odium contumaciæ,vt hic per D.Clarum, secus vero si ex negligentia iudicis citatus non fuisset,nisi post mortem,& comparuit,& tunc non habeantur pro repetitis,tamen contra Foller.est tex.Clar.& auctoritas Mille.nec ipse Foller.affirmatiue loquitur.

Item adde,quod potest † deueniri ad torturam etiam non 24
facta repetitione cum citatione partis,dummodo stylus ita se habeat.Alex.*consil.*65.*vol.*1. Bologn.*in addit. ad Guid.de Suz.in tract.de torm.in vers.pro concl. Domini Auctoris,* & Gram.*in decisio.*34. *n.*37. *circa finem.*

Item adde,quod † quando testes habentur pro ritè,& rectè 25
examinatis,quod tunc habeantur pro repetitis,& ac si parte citata examinati fuissent,Capic.*decisio* 74.& Vulpell.*cons.*68.*n.*7.

Item

26 Item adde, † si copia processus per iudicem decreta fuerit sub hac conditione, quatenus testes habeantur pro rectè, & legitime examinatis; si postea tradita fuerit copia simpliciter, non habitis prius à reo pro talibus, non dicuntur legitimè examinati. Vulpell. *in consil.32. num.6.*

27 Item adde, quod † reus, qui habuit testes pro ritè, & rectè examinatis, potest re integra eius consensum reuocare, quia in his, quæ sunt publici iuris, non procedit regula, quod semel placuit. Hieron. Gabriel. *consil.178.n.18. vol.1.* quem sequuntur addentes ad Bertaz *in consil.91. in l.d. vol.1.*

28 Item adde, quod si sint † testes omni exceptione maiores, quorum dictis esset de necessitate standum, quibus aliquid opponi non posset, valeret eorum iuramentum, & dictum sine citatione partis, vt probatur ex dictis Ant. de Butr *in cap. veniens, el 1. col.2. de testib.* & de mente Bar. *in l. Theopompus, ff. de dot. praleg. versic. item quaro quando aliquu*, Mars. *in l.1. §. fi. col.5. versic. & facit, ff. de quæst.* & Viui *commun. opin. in ver. testes non possunt examinari, n.7* & idem esset, si partes dicto testis stare assenserunt, idem Viui. *opin.941.n.3. & Socin. in reg.406.* testium depositiones

29 Item adde † multos casus, in quibus non requiritur repetitio quos ponit Felin. & Aret. *in cap.2. de testib.*

30 Item adde, † quod ad declarationem dicti testis non requiritur citatio, secundum Rimin. *in consil.481. col. fin.* quem sequitur Boss. *in tit. de opposit. contra testes, n.35*

31 Item adde, quod si testes † fuissent examinati in partibus longinquis ad probandum naufragium, eorum depositio valeret abique citatione partis secundum Bartol. *in l.1. C. de naufrag.* & Alex. *in l.4. §. prætor, colum.2. ff. de damn. infect.* Castr. *in l. si creditor. C. de pign.* & Gabriel. *commun. opin. tit. de citat. conclus.1.n.352.* vbi ampliat hanc limitationem in quocunque casu occurrente in remotis partibus, & aliæ limitationes *in titul.* habentur, vide etiam Mascat. de probat. *conclus.273.* Alciat. *consilio 101. n.19.*

32 Item adde, † si testis esset in articulo mortis, quod pars non possit citari, posset omitti citatio partis, Natt. *in consil.537 n.15. volum.3.*

33 Item adde, si † testes fuerunt examinati parte non citata, visura testes iurare, quod pars potest consentire expresse, non autem tacitè, quod valeant attestationes, perinde ac si vocata fuisset. Guid. Pap. *decisio 216.n.2.* & Viui. *opin.391.n.18. vol.3.*

34 Item adde, quod † testes sunt repetendi parte citata, etiam, quod procederetur sola facti veritate inspecta, vel essemus in casibus in quibus proceditur argumentis, & præsumptionibus, vt *in decisio Pedemon.79.n.19.* & etiam vbi causa committatur

35 omni iuris solemnitate omissa, nec posse omitti † citatio, etiam per Principem, secundum Abb. *in consil.46. vol.2.* nec testi examinato coram Papa creditur sine citatione partis. Grammat. *decis.101.n.233.* vel etiamsi in causa homicidii de nocte commissi, quæ fuisset commissa cum ampla auctoritate procedendi, inquirendi, carcerandi, & torquendi pro inueniendis & puniendis delinquentibus, prout ibi videbitur opportunum arbitrio suo, & secundum eius conscientiam, vt per Simon. de Pretis, *consil.102.n.7.* etiam si procederetur manu regia, Bar. *in l. filiusfam.n.4. ff. de don.* Ias. *in §. in bona fidei, n.4. & n.26. Instit. de actio.* Claud. Bertaz. *in addit. ad consil.94.* Barthol. patris *in littera B*, & requiritur dicta citatio, etiam quod inquisiti essent carcerati, vt per Mars. *in consil.11.n.5. & in l.1.n.4. ff. de qu.* nec dicatur, quod quando iudex habet præeminentiam procedendi ex processu informatiuo, potest deueniri ad torturam, etiam parte

36 † non citata, argumento eorum, quæ de præeminentia Magnæ Curiæ Regni Neap. scribit Caster. *in pract. in princ. num.109.* & Gramm. *in consil.64.nu.4. etiam voto 3. & 30. num.:3.* quia talis præeminentia procedit *ex cap. regni 172. incip. si cum scelerattu*, in quo expresse iudici conceditur, vt parte non vocata ad torturam procedere possit, & ita etiam respondetur *in d. decisio Pedem.79.n.19.* & si mandatur iudici, vt se informat, an requiratur

37 citatio in assumenda † informatione, vide Marian. *in tract. de priuileg. rubr. de officiali Dominorum tencl.3.*

38 Item adde, † quod testis examinatus parte non citata, non nocet parti, etiam quod eius depositio facta fuisset in tormentis. *Felin. in c.2. de test.* & Laurent. de Pinu *consil.64.n.2.* Testes, vt præiudicent, debent examinari parte citata, Bertaz. *consil. 551.n.5.* & dari eius copia cum nomine, & cognomine, vt præiudicent, *n.6.* alias recepti non probant *consil.337.nu.8.* etsi sint recepti sine iudice, *consil.176.n.1.* idem etiam si non sint repetiti parte citata etiamsi sint recepti pro informationibus ante responsiones rei, *consil.350.n.6. & 7.* quia testes non repetiti parte citata, etiamsi sint recepti pro informationibus ante responsiones rei non probant *consil.557.nu.2.* non enim iurati parte non citata probant, *consil.358.n.22.* etiamsi sit per Principem remissa omnis iurium solemnitas ibidem, *nu.25.* examinati vero ad defensam nihil indicij faciunt, & ideo iure dicebam perperam processum per iudicem in causa Illustr. D. Marchionis Felicis Pallauicini, in qua post processus publicationē per octingentos septuaginta duos dies examinati fuere testes ad offensam parte non citata, & prout latius in allegationibus illius: potius autē testes examinati parte non citata, quando agitur de probando casu, ne quis indebitè damnum patiatur, Bertaz. *consil.384.n.6.*

Item adde, quod repetitio † testium debet fieri per iudicem, 39 nisi fuerit legitimè impeditus, legendo vnicuique testi depositionem suam separatim ab aliis testibus, & in secreto, ne vnius depositio per aliam fabricetur, & lecta depositione testi debet scribi actus repetitionis, iuxta tradita per Foll. *in prax. crim. in verb. Et demum repetantur testes, n.4.*

Item adde, si testis † citatus ad hoc, vt repetat, quod dixit in 40 primo examine, si arripuit fugam, eius depositio facta falsa præsumitur, & est maxima præsumptio innocentiæ accusati, hinc inquisiti, vt per Bottam *in consil.1.n.75. & 76.*

Item adde, quod licet regulariter examen reddatur nullum, si pars non fuerit citata ad videndum iurare testes, tamen sanatur, si cum interrogatoriis datis ab ipsa parte examinati appareant per commissionem, arbitrio iudicis, ita Ant. August. *decis.127.lib.3.* Put. *decis.301.lib.3.* & Viui. *opin.391.num 6. vol.3.* contrarium tamen videtur tenere Bertaz. *consil.355.n.13. vol.2.*

Item adde quod numerus † testium non supplet defectum 41 aliorum testium deponentium sine iuramento. Viu. *opin.131 n. 17. vol 3.*

Idem adde, quod in regno Neapolitano solent haberi testes pro citatis, iuratis, & legitimè repetitis, præter testes absentes, & mortuos, vt refert Foller. *in pract. crim. in verb. detur copia capitulorum n.5.* & ibi disputat, an fiscus inftare possit, vt non detur copia processus cum dicta reseruatione. Sed vide, quæ posui infra *in qu.49. vers. Item scias, vbi latissime.*

Item adde, quod non † est opus repetitione testium, quando 42 reo confesso datur terminus ad faciendum defensiones suas, quia ex ipsa confessione iam sequuta condemnatio sequi debet; & ideo in decreto defensionis non est necessaria illa clausula, habitis testibus, & ita tradit *in praxi interrog. reorum lib.4. cap.2.n.29.* sed iudicio meo melius esset, quod testes haberentur pro repetitis, nam si confessio rei ex aliquo capite annullaretur, testes non repetiti nihil probarent, quod fisco esset damnosum, cuius interest plures habere probationes, & fundamenta: iudices igitur in decreto clausulam apponant, vel testes repeti faciant ante dationem termini ad faciendum defensiones, si cautè procedere volunt.

Item adde, quod † in Regno Neapolitano extat *Regia Pragmat. incipiens Carolus, &c. quæ est tertia sub titul. de citationibus*, 43 qua cauetur, quod expeditio causæ criminalis nullatenus retardetur prætextu testium Curiæ non repetitorum, vt etiam habetur per Gramm. *in decis.18.n.6.* & statuitur quoque in d. pragm. testes posse repeti infra tempus datum reo ad defensionem, & postea per tres dies, nisi testes sint absentes, quo casu dabitur competens dilatio.

Item adde, quod † repetitio testium debet fieri post litem 44 contestatam, scilicet post interrogationē, & responsionem rei, *c. qualiter, & quando el 2. extra de accusat.* & Malle. *in pract. fol. 118. num:24.*

Item adde, † quod testis non potest cogi ad se repetendum, 45 non lecta sua depositione, Boer. *in d. cis.108.* quod non procederet, vbi prima depositio non esset iurata, vt solet fieri in propalationibus, & quæ metu excommunicationis, siue monitorialium fuerit, quæ depositio non debet legi, quia vel saltem erit in arbitrio iudicis facere testi legi eius depositionem, quia nullus subest timor variationis: nam illud primum dictum cum non sit iuratum nihil facit, quo minus testis possit contrarium cum iuramento deponere absque timore contrarietatis, ita tradit Neuiz *in sylua nupt. lib.3.n.61.* & Bar. *in l. eos, ff. de fals.* dat aliud consilium, quod testis in repetitione, si primam depositionem videre non potest, dicat, quod ipse deponit, prout sibi videtur modò, sed si appareret aliter dixisse in alia depositione, ex tunc corrigit secundum dictum, & reducit ad primum, cum illo tempore melius recordetur; sed primum consilium, vt scilicet petat sibi legi primam depositionem, videtur esse verius secundum Boer. *in d. decis.108. sub n.9.* Barat.

y *Si vero neges*] Testium repetitio quando facienda vide per Farin. *q.72. c.1.n.101. & 102. & 136.* Ros.

z *Iterato examinant testes*] Quid si sint mortui? Foller. in *practic. crimin. verbo, Repetantur, n.6. fol.272.* & Milleus *folio 111.* & Natt. *consil.394.n.21.* Et quod repetitio sit necessaria. Bursat. *consil.34 n.5.* & dicit communem *suo consil. crim. num.10.* Vulpell. *consil.40. in princ. & consil.76. in fin. & 83. n.8. & 9. n.1. 2. & 3.* Farin. *qu.72. n 136.* Ros.

a *Et aduerte*] Honded. *consil.101.n 30.* Vulpell. *consil.76. in fin.* Ros.

b *De nouo iurare*] Farin. *titu. de indit. qu.43. num.136. vol.1.* Ros.

c *De nouo iurare*] adde aduertendum † esse, quod debeant 46

iurare ad præsentiã partis, quãdo fit confrõtatio. Boer. *decis.* 319. *n.* 4. & antequam deponant: quia si post depositionem iurarent, eorum depositiones non essent validæ. Boet. *decisio.* 159. *n.* 2. contrarium autem multi tenuerunt, sed Socin. *in cap. paternitatis, de testi.* ita distinguit, aut testis incontinent post depositionem iurat sponte, non requisitus à iudice, veluti dico Titium occidisse Seium, & ita iuro, tunc admittitur; aut incõtinenti iurat, requisitus à iudice, & tunc repellẽdus est testis: cuius distinctionis ea ratio est, quia quando quis sponte iurat, cessat ratio, quod propter erubescentiam, & euitandam infamiam non sit reuocaturus dicta prius per eum, & hanc distinctionem etiam probauit Felin. *in cap. de testib. n.* 8. *extra de testi.* & testis sine iuramento,
47 etiam quod deponeret in tortura, non probat. † Crau *in consil.* 6. *n.* 48. faciunt tamen præsumptionem ad informandam iudicis conscientiam. Reip. *in l. admonendi, n.* 127. *ff. de iureiu.* & Deci. *in consi.* 159. & de ista quæstione, quod testes prius debeant iurare,
48 antequam deponant, & in quibus † casibus sine iuramento probent Masch. *de probat. concl.* 1361. nec † præsumitur iuramen-
49 tum delatum fuisse in confrontatione, si non apparet in actis. Bertaz. *consil.* 341. *n.* 20. *vol.* 1.

50 Item adde, † si carceratus velit videre iurare testes, qui essent infirmi, vel senes, vel alio modo impediti, quod non possent venire in iudicium, iudex, si dubitat de fuga ipsius carcerati, non debet eum mittere ad videndum iuramentum testium, sed debet cogere carceratum, vt constituat procuratorem ad videndum iuramentum. Et si non velit facere dictum procuratorem, Iudex in eius contumacia poterit recipere iuramenta dictorum testium, & si iudex non timeret de fuga, poterit mittere carceratum benè custoditum, expensis tamen ipsius carcerati. ita tradit Afflict. *in constit. in pecuniariis, n.* 18. *lib.* 1. *rubr.* 29.

51 Item adde, quod † examen factum non facta citatione ad videndum iurare testes, non valet, etiam si citetur procurator, de cuius mandato in actis non constet. Viu. *comm. opin. in verb. testes non possunt examinari, n.* 2. *fol.* 93.

52 Item adde, quod si fuero † citatus, & testes non iurati deponunt me præsente tacente, & non contradicente, non videor propterea consentire, quod deponant sine iuramento, quamuis
53 iuramentum possit remitti testi, † ita tradit Ioan. And. *in cap. nuper, de testib.* quem refert, & sequitur Ias. *in l. qua dotis, nu.* 170. *ff. solut. matrim.*

54 Item adde, quod confrontatio † testium cum reo operatur plus, quam si testes parte citata fuissent examinati. ita dicit Affl. *in constit. si damna clandestina, n.* 16. *in rubr.* 27. *lib.* 1. quem sequitur Anton Scap. *in tract. iuris non scripti lib.* 5. *c.* 124. *n.* 8.

55 Item adde, si officiales † ex indiciis per dicta testium non confrontatorum, vel parte non citata examinatorum inquisitos ad torturam ponerent, tenerentur in syndicatu, & confessio, quæ ex tali tortura sequeretur, non valeret. Brun. *in tract. de indiciis, & tort. quæst.* 2. *pri. parte, nu* 9. & Ant Scap. *in tractatu iuris non scripti lib.* 5. *c.* 124. *nu.* 4. & 10. nisi in casibus, in quibus testes non repetiti, probant. *Baiar.*

c *Item si sunt tales testes*] Contrarium, vt in socio criminis, vnicum tantum sufficiat iuramentum, dixit supra *quæst.* 21. *versic. Quaro nunquid.* Drogh.

d *Et perseueraret in illo*] Hanc materiam nedum in criminalibus, sed etiam in ciuilibus; melius. & diffusius tractatam vidi infra *q.* 53. *vers. Tertius est casus,* & ibi concordatur cum iis, quæ dixerat supra *in* §. *falsum, versic. subornans ad fin.* Drogh.

e *Nam illa tortura, & omne id, quod fuit*] adde, quod in cri-
56 minalibus † testes non debent examinari lite non contestata, quia strictè proceditur. Abb. Innoc. & Marian. Socin. *in capit. quoniam frequenter extra vt lit. non contestat.* alias talis testis lite non contestata examinatus, non faceret indiciũ. Abb. *in c.* 1. *vol.* 2. *de confess.* etiam quod essent mille testes. Aret. *in cons.* 163. *col.* 2.
57 & lis † dicitur contestata per solam responsionem rei interrogati à iudice super delicto vt supra *in princ.* Mars. *in pract. crim.* §. *diligenter à n.* 61. *vsque ad nu.* 67. & Gomes. *de delict. cap.* 12. *num.* 18. *circa medium* tractant istam materiam. & non dicitur, quod
58 tortura † reiteretur, sed de nouo iurare, vti testis, parte citata, quia non sufficit primum iuramentum, & idem dicit Boer. *in decis.* 319. *nu.* 4. vbi allegat Mars. *in loco supracitato,* & ideo ego credo, quod si deposuerit de socio in tortura, quod sufficiat illum repetere cum iuramento, vel cum eo præstito iuramento, facere confrontationem absque aliqua reiteratione torturæ: sed si socium sponte sine tormẽtis nominauerit, tunc erit torquendus ad purgandam infamiam; tamen me remitto. *Baiar.*

f *In hoc autem proposito*] adde, quod ita † communiter serua-
59 ri attestatur Catt. *in tract. de execut. sent. contum. cap. fi. nu.* 175. & Mascar. *de probat. in conclus.* 496. *n.* 13. Baiar.

g *Ex quo tamen*] Cattar. *de execut. sentent. c. fin. num.* 175. *circa fin.* Ros.

h *Eos repetat, & confrontet.*] adde supra *quæstione* 11, *vers. Item quare.* Drogh.

i *Hac autem confrontatio*] Quomodo, & quando fiat ista confrontatio, supra, *quæstione* 21. *versic. Quaro nunquid ad fin. infra quæstione* 50. *versiculo. Item quia ad fin.* Contrarium tamen innuit infra *quæstione* 52. *versicul. Tertius est casus,* & de modo tenendo in facienda recognitione in fine huius versiculi, vide Bald. *in cap. cum causam, sub numero* 53. *extra de testibus.* Drogh.

Hac autem confrontatio] Farin. *dicta quæstione* 72. *limita.* 15. *n.* 136. *vsque* 148. Ros.

Hac autem confrontatio fieri solet] adde Guliel. † Bened. *in verb. mortuo itaque testatore in cap. Raynutius, nu.* 102. *de testam.* 60
vbi tradit formam, quomodo confrontatio, quæ habetur loco publicationis † secundum Batt. *in extrauag. ad reprimendum in verb. & figura. & de forma confrontationis* latè per Cart. *in sua praxi interrog. reorum lib.* 3. *cap.* 3. *num* 8. & testes cogi possunt, 61
† & compelli. vt confrontentur secundum eum *in dicta praxi. lib.* 3. *c.* 1. *num.* 93. & ibi *num.* 97. quando sit abstinendum à confrontatione. 62

Item adde, quod † confrontatio est loco repetitionis, quando testes iurant in præsentia rei in actu confrontationis Bertaz. 63
consil. 70. *n.* 40. *vol.* 1. *consil. crim. diuers. in folio,* quem refert, & sequitur Bursat. *consil.* 192. *n.* 35. *vol.* 2. vbi dicit, quod confrontatio † sine iuramento nihil operatur, & quod iuramentum est nullum, si defertur per fiscum. *Baiar.* 64

k *Facta autem*] adde infra *q.* 48. *vers.* 1. *& vers. Item scias, & q.* 50. *vers. Item quia ad fin.* ibi debent tamen, publicatur autem testis habitis prius indiciis prorepetitis, & solet Reus protestare, quod saluum sit sibi ius opponendi tam contra testes, quam etiam contra eorum dicta, quæ practica sumpta est ex cap. veniens ext. de test. vide Capic. *decisio.* 74. Drogh.

Facta autem repetitione, & confrontatione] adde quid esset faciendum, si reus † non vellet dare hanc licentiam, nec habere testes pro repetitis, & legitimè examinatis, vt per addentes ad Bertaz. *in consil.* 91. *in l. d. volum.* 2. & ista consuetudo, quod per reos huiusmodi licentia detur iudicibus, non est † in statu ecclesiastico, nec in regno Neap. sed habentur testes pro legitimè examinatis, vel quod repetuntur reo citato, vel in eius faciem examinantur, quando fit confrontatio. *Baiar.* 65 66

l *Quod reus inquisitus*] Præualet Bal *in l. si quæstio. nu.* 5. C. *de test.* Ros.

m *Monitionem generalem*] adde de ista monitione, qua etiam vtimur in ciuilibus, sup. q. 31. vers. sed hic quæro, & per Marant. in suo Spec. *part.* 6. *tit.* 2. rectè concipiatur citatio, *nu.* 118. illaque stat ratio, quia quando fit processus reo præsente, id est in carceribus, testis examinatus ipso non monito fidem non facit. sup. *q.* 11. *versic. Item quaro in fi. & q.* 31. *vers. Vlterius quare, & q.* 50. *versic. Item quia, ad fin. in ciuilibus.* Tamen si partes volunt, possunt has citationes ad videndum iurare prætermittere, Bald. *in l. presbyteri, num.* 5. C. *de episc. & cler.* Drogh.

QVÆSTIO XLVI.

Quibus casibus reus carceri tradendus sit, vel fideiussoribus relaxandus.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Rei perfecto examine, debent in carceribus commendari.*
2 *Et quid si à carceratione appellent.*
3 *Carceris fabricatio ad quem pertineat.*
4 *Custos carceris tenetur singulo mense carceratorum nomina iudici deferre.*
5 *Quid facere debeat custos carceris, si aliquis ex carceratis moriatur.*
6 *Reus quando sit fideiussoribus relaxandus.*
7 *Et quid si non ingeratur pœna corporalis.*
8 *Et quid in seruis.*
9 *Et quid in festis paschalibus.*
10 *Et quid si appareat de innocentia rei.*
11 *Et quid in dubio.*
12 *Et quid si fideiussores non sint idonei.*
13 *Et quid si detentus in vna ciuitate velit dare fideiussorem in alia.*
14 *Et quid si reus propter paupertatem non inueniat fideiussorem.*

15 Et

15 Et quomodo id probari possit.
16 Et an viri illustres dimittendi sint iuratoria cautioni.
17 Et quæ debeat esse forma promissionis huiusmodi fideiussores.
18 Et an possit aliquis se obligare pro alio ad pœnam corporalem.
19 Et quid si pro delicto imponatur pœna pecuniaria.
20 Cautela recipiendi fideiussores.
21 Si statutum imponat pro vulnere pœnam centum, & pro homicidio pœnam mille, & aliquis simpliciter fideiusserit pro imputato de vulnere, sub qua pœna teneatur illum consignare.
22 Et quid, si ille, qui præstitit fideiussorem, sit deinde ex alia causa bannitus.
23 Quantum tempus concedatur fideiussori ad reum præsentandum.
24 Si fideiussor reum non consignet, cui applicetur pœna promissa.

Ex Additionibus.

1 Carceratio iusta quot requirat.
2 Carcer quotuplex, remissiuè.
3 Iudex potest committere carceratũ detineri in quocunq; loco suæ iurisdictionis, donec mittat familiam pro eo.
4 Carceratum alloquens quando incurrat pœnam impositam alloquenti carceratum.
5 Carceratus iniustè an post decem dies possit appellare.
6 Carceratus appellans à carceratione pendente appellatione non excarceratur.
7 Commentariensis quomodo iuret, & ad quid teneatur.
8 Carceratorum visitatio quomodo sit facienda.
9 Carcerati infirmi sunt habilitandi fideiussoribus.
10 Et quid si eos non inueniant.
11 Et quid si is non reperiatur, ad cuius instantiam quis fuit carceratus.
12 Querelans an teneatur subministrare expensas litis accusato pauperi.
13 Carcerum visitatio quomodo fiat in Reg. Neap.
14 Carcerato pauperi in Reg. Neapol. administrantur alimenta per Curiam.
15 Et quid de iure communi.
16 Commentariensis quid debet facere, si carceratus agrotat, vel moriatur.
17 Et quid si carceratus reperiatur mortuus.
18 Et quid si dedisset fideiussores de securo carcere.
19 Carcerati quando sint relaxandi fideiussoribus, remiss.
20 Carcerati contractus quando valeat.
*20 Qui semel aufugit à carceribus, non est fideiussoribus relaxandus.
21 Carceratus ob pœnam pecuniariam an sit fideiussoribus relaxandus.
22 Quid seruetur in Regno Neap.
23 Et quando non sit relaxandus etiam in pœna pecuniaria, remissiuè.
24 Carceratus magnæ existimationis relaxatur etiam in causa corporali.
25 Statutum, quod puniendus pœna corporali relaxetur fideiussoribus, valet.
26 Et quid in consuetudine.
27 Carceratus pro pœna pecuniaria non debet relaxari, si ipse à principio carcerari maluit.
28 Carceratus pro pœna pecuniaria non debet relaxari si sit indiciatus ad torturam.
29 Testis torquendus non relaxatur fideiussoribus.
30 Carceratus sponte confessus non relaxatur.
31 Item si sit solitus aufugere.
32 Item si de socijs sit interrogandus.
33 Item si fuerit captus in flagranti.
34 Et quid si sit condemnandus in pœnam corporalem ob defectum pecuniariæ.
Et quomodo hoc casu sit concipienda fideiussio.
35 Falsarius debet in vinculis causam dicere.
36 Et si fuerit relaxatus sub cautione non citata parte, est ad carceres reuocandus.
37 Fideiussore non existente soluendo cuius sit periculum.
38 Carcerati in die Natalis, seu Paschatis possunt relaxari etiam non publicato processu.
39 Carceratus relaxatur sub cautione, etiam pendente processu, si de innocentia constat.
Quid autem in Regno Neap.
40 Carceratus, si tempore sententiæ reperiatur relaxatus, & pars appellet, nõ reducitur ad carceres, nec ecõtra.
41 Iudicis arbitrio remittitur, an carceratus sit fideiussoribus relaxandus.
42 Et quales debeant esse fideiussores.
43 Fideiussores de representando non habent beneficium excussionis.
Carceratus non potest ponere alium in eius locum, vt excarceretur, num. eod.
Homo liber non potest dari pro obside, nisi pro publica vtilitate.
Pignus an possit dari loco fideiussorum.
* Aduocatus, & Procurator an possint fideiubere clientulis.
44 Carceratus relaxatus sub fideiussoribus non idoneis, potest iterum capi, vt idoneos præstet.
45 Et an primi sint liberati.
46 Et quid si postea efficiatur non soluendo.
47 Carcerati an possint ad inuicem pro se fideiubere.
48 Notarius non capiens idoneos fideiussores, & quando teneatur.
49 Cautio iuratoria quando admittatur.
50 Carceratus quando probat non posse reperiri fideiussores.
51 Illustris quis dicatur, remittitur arbitrio Iudicis.
Fideiussor de præsentando ad certum diem non tenetur nisi fuerit monitus.
*51 Fideiussio an transeat ad hæredem.
52 Dies quando interpellat pro homine.
53 Mora requirit declarationem.
54 Fideiussor de præsentendo infra octo dies, si infra octo dies non fuerit requisitus, an teneatur amplius.
55 Mora purgatio quando cesset, remissiuè.
66 Tempus breue quando dicatur, est Iudici arbitrium.
57 Iudicialis auctoritas non debet vilescere.
Mora quando purgetur in Regno Neapol.
58 Mora non purgatur, si reus fuerit captus per Curiam.
59 Petrus Belling. in tract. spec. Princ. impugnatur.
60 Mora quando possit purgari post factam executionem.
61 Mora geminata non purgatur.
62 Item quando executio est facta à lege ipso iure.
63 Pœna legalis, & dies impediant purgationem moræ.
64 Terminus datus à Iudice etiam comminatores, ne prohibet purgatione mora.
65 Fideiussores non possunt excusari, etiam quod reus repræsentandus veniret capit aliter puniendus.
66 Limit. si per superiorem esset comminata mori reo, & ille aufugit.
67 Amplia etiam si permisisset non obstante quacunque causa, etiam de nouo superueniente.
68 Fideiussor primus an liberetur per dationem secundi.
69 Fideiussor de tuto carcere an liberetur ex prorogatione loci.
70 Nouatio quando liberet fideiussores.
71 Fideiussor vt supra si sit præsens, & videat locum mutari à Curia, an liberetur.
72 Reus carceratus absque præsentatione fideiussoris an possit à fideiussore offerri, vt amplius teneatur.
73 Fideiussor an obligetur non obligato principali.
74 Promissor facti alieni liberatur, facta possibili diligentia.
75 Fideiussio non valet, nisi præstetur officiali, vel Notario.

Fisctu

76 *Fiscus non agit, nisi obligatio sit facta sibi, vel alij suo nomine recepto.*

Fiscus in Ciuilibus non potest agere ex officio.

Et ad eius fauorem non fit exactio pœnarum conuentionalium per partem non accusatarum.

77 *Promissio de parendo mandatis Curiæ quid operetur, remiss.*

78 *Fideiussio de se præsentando coram vno Iudice an transeat ad successorem.*

79 *An in causa appellationis.*

80 *Fideiussio coram Iudice incompetenti est nulla.*

81 *Fideiussor de præsentando, si non præsentat, tenetur ad pœnam promissam.*

Et si fuerit in dolo, punitur extra ordinem.

82 *Fideiussio simpliciter iuxta solitum scripta, censetur habere omnia requisita.*

83 *Fideiussio probat etiam sine scriptura.*

84 *Fideiussio est strictissimè interpretanda.*

85 *Fideiussores duo debent dari pro quolibet inquisito in Regno Neapolitano.*

86 *Fideiussores in Regno Neapolitano tenentur in solidum licet non fuerit dictum in promissione.*

87 *Fideiussio facta penes acta fauore fisci an valeat.*

Fideiussio sine scriptura, quando dicitur facta penes acta, remissiue.

Et apud acta videtur facta officiali, vel parti, & in dubio officiali.

88 *Fideiussio de repræsentando si non sit scripta, non obligat vltra duos menses.*

89 *Fideiussor an possit se obligare ad pœnam corporalem.*

90 *Condemnatio rei in contumaciam an exequatur contra fideiussorem sine nouo processu.*

91 *Fideiussio de præsentando quando transeat ad hæredes.*

92 *Fideiussio de soluendo iudicatum, an expiret absoluto reo in prima instantia.*

93 *Fideiussio de iudicio sisti, quomodo sit capienda.*

94 *Et an expiret lata sententia.*

95 *Et an perempta instantia.*

96 *Et quid si adest clausula toties quoties.*

97 *Fideiussor de præsentando an teneatur post sententiam.*

98 *Fideiubens pro vulnerante, an teneatur morte secuta.*

*98 *Obligatus pro sorte non tenetur pro vsu.*

99 *Fideiussor an liberetur, si procurauerit banniri suum principalem.*

100 *Fideiussor non tenetur præsentare bannitum etiam cum saluo conductu.*

101 *Et quid si principalis fiat clericus.*

*101 *Fideiussor post sententiam non tenetur.*

102 *Et quid si denuo delinquat.*

103 *Fideiussor non tenetur præsentare coram alio Tribunali, quam eo, in quo fuit facta obligatio.*

104 *Et quid si reus fuerit captus, & postea aufugit.*

105 *Et quid si iudex fuit in causa, ne reus se præsentaret.*

106 *Tempus ad præsentandum statuitur arbitrio iudicis.*

107 *Fideiussor de sistendo in criminalibus non potest suscipere defensiones rei, sed solum petere inducias ad præsentandum.*

108 L. sancimus, C. de fideiuss. *an procedat in fideiussione iurata.*

109 *Fideiussor non præsentans reum, vltra pœnam debitam fisco, an teneatur etiam parti ad interesse.*

a 1 His *a* peractis, debet iudex deliberare, an reus sit carceri, seu custodiæ tradendus, an *b* autem fide-
b iussori relaxandus. Vt plurimum autem perfecto reorum examine factisque debitis confrontationibus testium, solent iudices ipsos reos ad carceres duci facere, prout communiter fieri consueuisse attestatur Bened. de Plumb. *in repe. l. pen. §. ad crimen post num. 69. ff. de public. iud.* Debent autem rei poni in carcere custodiendi, *c* non autem in vinculis, & ita in hac prouincia obseruatur, prout etiam in Curia Parisiensi obseruari attestatur Igneus *in l. necessario, §. non alias in lectura, n. 74. ff. ad Sylla.* dicens, quod ibi nullum reum in vinculis tenent, sed tantum custodiunt tametsi (vt ipse ait) in aliis curiis cum carcere, & diligentiori custodia seruentur. Certe vbi qualitas personæ, & delicti hoc exposceret, posset iudex reum in arctos carceres conjicere, & *d* prohibere ne cum aliquo loquatur. Et ita practicari per iudices peritos, & expertos, attestatur Ant. Gomes. *c. 9. delict. n. 5. in fin.* Alias autem laudabilius est reos, qui de graui crimine delati non sunt, vinculorum asperitate non vexare. c d

Sed *e* quid si reus, qui videt se ad carceres conduci, appellet, nunquid stante appellatione adhuc erit carcerandus? Respond. de iure forte dici posset, quod non; nihil enim innouandum videtur appellatione pendente. Sed certè contrarium seruatur de consuetudine, præsertim in hoc Ducatu, in quo in causis criminalibus non admittitur appellatio, & ita etiam seruari de stylo, & consuetudine patriæ Delphin. attestatur Guido Papæ *decis. 235.* quem refert Marcus *decisio 915.* Quæro an pendente, *numero 4.* Nec dicitur iudex qui delinquentem carcerari iubet, aliquid contra eum innouare, sed potius videtur ius publicum, & suum tueri, ne ille fuga pœnam delicti euadat. Et certè si carcerandi appellantes relaxandi essent, frustratorium esset carceres ædificare: quia omnes appellarent, & sic omnia iudicia criminalia eluderentur. 2 e

Et quoniam hoc loco incidit mentio carceris, bonum est, vt scias, quod Fabricatio domus ad vsum carceris pertinet ad ciuitates, seu loca, in quibus de carcere est prouidendum, custodia autem carceratorum *f* pertinet ad Regem, seu dominum, cuius est iurisdictio, & eius officiales. Et ita de iure probari demonstrat, & consuetudine etiam interpretatum esse attestatur Nunius *de los corregidores. fol. 131. nu. 4.* Quod nota: quia sæpius vidi super hoc in acto dubitari, & in multis etiam locis vidi contrarium obseruari. 3 f

Scias *g* etiam, quod de iure, commentariensis, siue custos carcerum tenetur singulo mense numerum ipsorum carceratorum iudici significare vna cum titulis delictorum, propter quæ detinentur, eorumque qualitate, & ætate, sub pœna viginti lib. auri, & iudex si in hoc etiam fuerit negligens, punitur in 10. lib. auri, &c. vt est tex *in l. fin. C. de custo. reorum,* & licet pract. Iod. *cap. 17. n. 11.* dicat, quod illam practicam vsus non recipit, in hac tamen ciuitate Mediolani hoc optime seruatur. *h* Quinimo solet singulo mense vnus ex senatoribus accedere ad carceres, & omnia prædicta diligenter exquirere, & in causis leuibus plerunque relaxari facere detentos sub fideiussione, in grauibus autem senatui referre, cui maxima est cura, ne carcerati in vinculis macerentur, quod & in Hispania diligenter obseruari attestatur Anton. Gomes. *cap. 9. delict. numere 7. in fin.* 4 g h

Sed *i* in hoc proposito quæro, si aliquis ex carceratis in carcere moriatur, quomodo succursum erit custodi carcerum, vt non teneatur illum exhibere. Respond. Poterit probare mortem illius per testes, & ea probata, non erit vlterius molestandus, *l. fi. ff. de cust. reor.* Dicit tamen Angel. *in d. l. fin num. 6.* quod hodie *k* custodes carcerum vtuntur hac cautela, quia scilicet quando carceratus infirmatur, ducunt medicum, & de ægritudine faciunt extrahi publicum instrumentum, & deinde postquam ille mortuus est, illum extrahunt de carcere inuolutum in quodam sacco in signum mortalitatis. Sed certè hæc cautela apud nos non admitteretur, non enim sufficit 5 i k

ficit facere fidem de ægritudine, nisi etiam fiat fides de morte: nam omnes, qui infirmantur non moriuntur,& si hoc admitteretur, esset cuilibet de facili aperta via fugiendi. Propter in hoc, Ducatu seruatur, quod quando aliquis ex carceratis infirmatur, custos monet iudicem de illius ægritudine: & deinde si moriatur, facit vocari notarium processus, qui coram testibus visitat cadauer, & illud recognoscit pro eo, qui dicit mortuus, & illam visitationem redigit in actis. Et hoc modo præclusa est via fraudibus.

6 Plerunque *l* vero aut ipse reus, aut eius procuratores petunt eum à carcere dimitti, ac fideiussori relaxari: Videndum est igitur, quando reus *m* sit fideiussori relaxandus. Et scias, quod ille, qui intercedit pro reo, & petit eum relaxari fideiussori, debet facere hanc petitionem poni in actis cum oblatione idonei fideiussoris: *n* nam si non reperiatur in actis, iudex, si eum non relaxet, non tenetur in syndicatu. Et ita in facti contingentia judicatum fuisse attestatur Afflict. *super 2. parte constitutionum Regni, rubric.* 10. *numer.* 5. *o* Scias etiam, quod licet de iure regulariter contractus facti à carcerato non valeant, prout, tenent communiter Doctor. teste Marsilio *in pract. crim.* §. *attingam, n.* 2. tamen de consuetudine *p* carcerati solent procuratores constituere, & satisdare, & alios contractus facere. Et ita continue in practica seruari attestatur Alban. *in l. qui in carcerem, ff. quod metus causa.*

7 In *q* hac autem materia facienda est conclusio, quod regulariter vbicunque pro crimine imponitur pœna corporalis, reus *r* non est fideiussoribus relaxandus. Et hæc est communis op. vt ait Xuares *in suo vol. allegationum, fol.* 693. *circa fin.* in qua allegatione valde eleganter loquitur in hac materia. Et huic opinioni applaudit cõsuetudo, vt dicit Card. Alex. *in c. quisquis,* 2. *q.* 8. *r* Vbi vero non ingeritur pœna corporis afflictiua, non debet reus carceribus mancipari. Et ita tenent communiter DD. vt ait Ant. Gomes. *c.* 9. *delict. n.* 8. & nos de hoc habemus decretũ *in nouis const. in tit. de accus. c. rei carceribus.* Quod intellige, vt procedat, modo offerat præstare fideiussorem: alias si non haberet fideiussorem, vtique deberet in carceribus detineri, & ita seruatur.

8 Et hæc quidem conclusio maximè locum habet in seruis; nam illi non relaxantur fideiussori, vt est text. *in l.* 2. *ff. de custo. reorum & in l. lex Corn.* §. *præterea, ff. ad Syl-la.* & dicit Afflict. *in d. rubr.* 10. *in fin.* quod ita vidit fuisse iudicatum.

9 Solent *s* etiam plerunque iudices in festis Paschatis, & Natalis Domini reos in carceribus *t* detentos relaxari facere, & ad hunc effectum solent illius temporibus quatuor Senatores ad visitandos carceres accedere, & alios fideiussoribus dimittere, alios carceratos relinquere, & vbi negotium est grauis momenti: senatui referre, & his relationibus solent etiam interesse in Senatu principes nostri, vel eis absentibus, eorum in hoc Ducatu locum tenentes. De hoc autem habemus text. expressum *in l. nemo, quæ est lex tertia, Cod. de Episcop. aud.* vbi excipiuntur etiam delicta, quorum rei non sunt eo tempore relaxandi. Dicit tamen ibi Bartol. quod consuetudo interpretata est contrarium, & illum refert Marcus *decisio.* 409. *numer.* 1. & Practic. Conradi, *folio* 276. *numer.* 14. Sed certè si crimen non sit enorme, & reus non sit confessus, vel conuictus, vtique debet in festis Paschalibus, & Natalitiis relaxari, saltem data domo, vel ciuitate pro carcere. Et ita de consuetudine apud nos obseruatur, de qua etiam attestatur Boss. *in titulo de carcer. fid. comm. n.* 27.

10 Pariter *u* etiam, vbicunque etiam pendente processu, apparet reum non esse culpabilem delicti, de quo imputatur, debet relaxari, vt est tex. *in l.* 1. *C. de exhi. reis.* Et ita Florentiæ practicatur, vt dicit Apost. ad Bald. *in l. nullus, sub n.* 1. *ff. de custo. exhi. reor.* quem refert Chassan. *super consuet. Burgund. fol.* 50. *n.* 170. & Boer. *super consuet. Bituri. fol.* 23. *col.* 1. & Gramm. *super constit. Regni, folio* 60. *post numerum* 41. & *u* Carau. *super* 40. *ritu magnæ curiæ, circa princip. & super ritu* 41. *numer.* 5. & licet text. *in d. l.* 1. non videatur requirere fideiussores, sed simpliciter dicat illum debere relaxari, nihilominus *x* practica obseruat, quod præstetur fideiussio, & ita seruari videmus, vt dicit Boss. *in titul. de sentent. numer.* 61. Subdit tamen Carauita *in loco præallegato,* quod in Regno Neapolit. hodierna practica communiter, & generaliter se habet, quod facta publicatione processus, etiam quod appareat de innocentia rei, non relaxatur fideiussori, quod ego non laudo, nisi crimen sit valde enorme, vel speret iudex habere noua indicia. *y* Hæc autem relaxatio operatur, quod non potest reus iterum in carceres conjici ex ea causa, nisi superuenientibus nouis indiciis. Et ita seruari attestatur Bossius *in loco præallegato,* quod tamen (vt videmus) non ita distinctè obseruatur, sed iudicis arbitrio relinquitur. *y* Præterea scias, quod in omnem casum tempore, quo fit relatio diffinitiua causæ in Senatu, semper solet reus ad carceres reuocari, ne, si sequatur condemnatio corporalis, possit illam fugiendo *z* eludere.

11 In *a* dubio autem debet iudex semper inclinare in mitiorem partem, vt scilicet reum sub fideiussione relaxet, & hoc, vt subditos minus, quam fieri potest, grauet impensis, licet iudices seueritatis gloriam affectantes de consuetudine seruent contrarium, ipsi enim in dubiis semper consueuerunt retinere reos in carceribus mancipatos, vt dicit Benedict. *de Plumb. in repetit. l. pen.* § *ad crimen, post num.* 67. *ff. de public. iud. b* Potest tamen iudex reum consignare militibus, vt illum custodiant in aliquo loco tuto extra carceres, vel fideiussoribus, qui promittant eum in aliquo loco tenere, vel statuere palatium, vel ciuitatem pro carcere sub fideiussione, quando personæ qualitas hoc requirit, & iudex credit pro certo illum non fore culpabilem, prout se vidisse infinitis vicibus obseruari attestatur Angel. *in l. nullus, numer.* 3. *C. de exhib. reis,* quem refert Xuares *in suo vol. allegationum, folio* 686. *num.* 11. & Nunius *de los corregidores, fol.* 155. *col.* 2. *in princ.* Subdit tamen ibi Ang. Consula tibi assessori, vt nunquam eum relaxes fideiussori: quia magna pericula posses incurrere. Sed in hoc iudicio meo male loquitur, & contra æquitatem, & communem practicam.

12 Ceterum *c* debet iudex diligenter aduertere, quando facit reos sub fideiussione relaxari, vt dentur idonei fideiussores: alias ipse teneretur in syndicatu, quinimo refert Bossius *in titul. de carcerato fideicommiss. num.* 7. quod ipse vidit in contingentia facti, quendam magnum virum compelli etiam ante syndicatum ad soluendam pœnam promiserat fideiussor. Propterea bonum est, quod iudex vbi fideiussor non sit notorie plusquam soluendo, faciat ei dari approbatorem, seu collaudatorem, qui illum collaudet, & approbet pro idoneo: nam ipse collaudator tenebitur vbi repertum fuerit fideiussorem non soluendo. Et hæc est bona cautela, vt dicit Marian. *in d. cap. qualiter, & quando, post numer.* 236. vbi subdit, quod ita etiam seruat consuetudo. Dicit etiam Ang. *de malefic. in verbo, Pro quibus, & quolibet eorum, numer.* 13. quod ita est consuetudo per Italiam, quem refert Boss. *in loco præallegato. d* Sed certe in hoc Ducatu seruatur, quod notarij rerum criminalium recipiunt ipsi fideiussores, *e* & tenentur in subsidium, vbi illi *f* non sint idonei. Quod fuit optima ratione introductum, quia vt plurimum iudices sunt forenses, notarij vero municipes, & ideo habent magis notas personas, & facultates eorum, qui faciunt pro reis fideiussiones: propterea ipsi bene aduertant

contumaciam. Trigon. *in sing.*88. & Bonacoss. *comm.opin. in verb.contumax* semel citatur *in fin.par.*1.& vide *in hac quaest.*Roland.*in consil.*90.*n.*16.*volum.*3. vide etiam Chart.*in d.tract.de execut.sent.contum.c.fin.n.*167.*cum sequen.* vbi multa accumulauit, & concludit, quod hodie de consuetudine non seruatur, quod contumacia accusari debeat siue procedatur per viam inquisitionis, siue accusationis.

65 Item adde,† an contumax habitus pro confesso ex forma statuti loci, vbi fuit commissum delictum, possit in alio loco vigore illius statuti, puniri ponit Imo.*in cap.de his, de accusat.*

66 Item adde, quod† statutum loquens de vero maleficio, vel de vero malefactore habet locum in condemnato de maleficio per contumaciam, stante statuto, quod contumax habeatur pro

67 confesso, vt per Bald. *in consil.*193.*nu.*1.*vol.*1. & † licet Foller. *in pract.crim. in* 4.*par.*3.*par. in verb.& si confitebuntur, num.*41. dicat contrarium consuluisse Coto. *in consil.*42.*numer.*4.*&* 5. *vol.*5. ego tamen non inuenio dictum consilium in libro meo, imo reperio, quod idem consuluit *in consil.*281 *per totum vol.*4. Baiard.

f *Quia communiter*] Bal.*cons.*193.*lib.*2.Ros.

g *Virtute huius fictae confessionis*] Limita, dummodo appareat maleficium, & contumaciam descriptam non in filcis, sed in libro maleficiorum. Marf.Rubr. *de fideiuss.nu.*184. ex Baldo *in d. l.si Aduersarius*, (qui hoc non dixit) *C.de fid.instr.* à Felyno tamen telato, *in cap.cum ordinem, sub num.*6.*de rescript.* prout etiam è conuerso, quis non dicitur liberatus à banno, nisi ita scriptum sit, & appareat in eodem lib. Menoch.*d Tract. lib.*1.*q.*90. *n.*34. Et hic nota, quia dum dicit virtute huius fictae confessionis, concordat cum Iasone *in §.praeiudiciales, num.*71. *Instit. de act.* Verum est tamen, quod bannitus in contumaciam (si tamen citari potuit) dicitur bannitus ex maleficio, supra *in §. primo, versic.Quaero etiam.* Drogh.

h *Quaero nunquid*] Chartat.*de execution.sentent.cap.fin.num.* 171.Ros.

i *Sed certe super his*] adde supra *quaest.*39. *versic. Sed Quaero.* Drogh.

k *In Italia autem*] Hoc idem dixit in modo mulctandi sup. *q.*41.*versic.* Item quaero, in fine. *Drogh.*

In Italia autem] Chartat. *de execut.sent.cap. fin.numer.*178. Ros.

68 *In Italia autem*] adde, quod licet † aliquis vere sit contumax, si iudex hoc ignorans eum condemnat, hic actus non valet, quia debet praecedere in actis relatio nuntij, qui eum citauit. Bartol. *in l.multum interest, ff.de condit.& demonstr.* & si index prius pronunciaret contra contumacem, quam relationem reciperet, & postmodum reciperet relationem, sententia esset nulla, & processus, secundum Marant.*de ordin.iudic.par.*6.*vers.proposui, aliat citatio, num.*56. Rolan.*in consil.*47.*nu.*70. *volum.*2. & relatio nuntij nihil proficit ad aliquem constituendum contumacem, nisi constaret de commissione sibi ad citandum data, secundum comm opin.de qua Roland *in cons.*90 *nu.*31.*volum.* 1.*& d.consil.*47.*num.*65 & Vant.*in tracta.de nullit. ex defectu citationis, nu.*40. vbi dicit magis communem opin.esset, quod

69 notorio referenti,† se de Iudicis commissione citare, creditur, concludit autem, standum esse stylo, & consuetudini Curiae, vbi fueris, & ista doctrina, quod praecedere debet relatio, est laudata per omnes Doctores, vt dicit Fel. *in c.quoniam contra nu.*28. *de probat.* vbi hoc limitat duobus modis.

70 Item adde, † si statutum dicit contumacem debere poni in banno, quod non est opus alia Iudicis interlocutoria, quae faciat eum contumacem; Bald.*in qq.ad stat.verb.contrahere*, & vide

71 Rol.*cons.*9.*lib.*3. Et in statu † Ecclesiastico non est necessaria huiusmodi declaratio super contumacia, *per Constitut. Marchi. in lib.*4.*cap.*1.*&* 10.Baiar.

l *Debet etiam de nouo citari*] adde rationem, quia nunquam jus ab altero aufertur potest sub illa conditione, si aliquid fecero, vel non fecero, nisi bis Iudex moneat, vide Capyc. à quo practicam intelliges, *decis.*205.*sub n.*3. Fel.*in c.ex litteris, col.mihi* 6. *vers.fallit nono, de constit.* & est ratio rationis in promptu, quia alias sine noua citatione praesumitur ignorantia de tali mulcta, quam euitare potest, si fuerit iterum monitus. Fel.*in c.ceterum, col.pen.in fin.de rescript.& in cap.si autem, col.*1.*vers. Negligentia, eodem tit.* Craue.*cons.*103.*n.*9. Boss.*tit de mulctu, nu.*6. & melius per Melch.de Faceinis *inter cons.crim. diuers.con*.l.78.*n.*31.*par.*1. aliam practicam posuit Quintil.Mandos. *tract.de monit.quaest.* 1.*num.*14.Drogh.

m *Quaero nunquid ad hoc, vt possit contumax condemnari*] Nota vnum in materia contumaciae, quod in causa falsi, vt quando testis accusatur de falso, & in actis constat de falsitate; quod si est contumax, habetur pro confesso, & condemnatur. Ita per Carter.*pag.*41.*post n.*60.Giach.

Quaero nunquid] Chartat.*de execut.sent.cap.fin.n.*138.Ros.

n *Supra quaest.*20.*vers.ad inquirendum*] Quid autem in casibus, in quibus potest inquiri, indiciis non praecedentibus; de quibus infra, *q.*64.*vers.Sed nunquid bannitus*; Tunc crederem contumaciam non officere, vt hic à contrario sensu; vide Capy. *d.decis.*213.*n.*6.*ad fi.* Bar.*in l quaestionis habendae, nu.*4. *ff.de quaest.* Alex.*consil.*34.*n.*1.*vol.*6. Adde quae dixit Cotta *in suis memorab. in verbo Bannitus, qui in ciuitate, circa finem.* Drogh.

Quaero nunc] adde videndum † Nat.*consil.*142.*n.*7.*&* 10. vbi 72
concludit, bannitum vigore statuti, quo contumax habetur pro confesso, & conuicto, non esse audiendum: & quod condemnatio reuocari non potest, etiam quod bannitus esset minor, & de hac materia tractat etiam *in cons.*540. quem refert, & sequitur D.Ioseph. Lud.*in concl.*3. Baiar.

o *Tu vero dic, quod aut reus*] Chartat.*d.cap.*1.*n.*140.*&* 165. & 202.*&* 203. *& cap.*3.*nu* 38.Ros.

Tu vero dic.] adde quod Chat. *in tract.de execut. sentent.c.*1. 73
*n.*147.*cum sequ.* tenet contrarium, scilicet, quod bannito comparenti post terminum banni ante sententiam diffinitiuam incumbit onus probandi suam innocentiam, dicens, quod D.Clarus hic male locutus est, qui cum sit vir † tantae auctoritatis, & 74
doctrinae, & quod maiores totius Italiae Magistratus vsque ad mortem gesserit, ita de facili non esset reprehendendus, & tanto minus, quia veritatem dixit, salua pace D.Chartat. Nam bannitum ratione contumaciae datum reuocatur, quam primum citatus comparet, etiam si compareret post terminum in banno assignatum, vsque ad sententiam diffinitiuam, Soc.*in cap.qualiter, & quando, il* 2.*num.*994.*de accusatio.*& late posui infra *in q.*64. *versic.sed nunquid bannitus, ibi ergo inquisitus*, & Angel.*de malefic.in ver. qui Dominus Iudex videns, numer.*4. & Farin.*quaest.* 11.*num.*3.*vers.premitto quarto*, vbi citat D. Clarum in hoc loco, & eum sequitur. Nec obstat dicere, quod hoc modo lapsus termini nihil operatetur, quia operatur, vt inquisitus habeatur pro confesso, sed reuocabiliter; eo enim comparente, & negante lapsus termini nihil operatus est, & amplius non habetur pro confesso: sed eo non comparente, & secuta Iudicis declaratione, tunc lapsus termini operatur, quod habetur pro confesso irreuocabiliter, ita tradit Pau.de Cast. *in cons.*3.*nu.*4. *&* 24. *vol.*3. si bannitus comparens, post terminum banni ante sententiam condemnationis teneretur docere de eius innocentia, sequeretur, quod non probata innocentia, ad executionem contra eum esset deueniendum, sed quis Iudex ita imprudens, & temerarius hoc faceret; nemo certe, si ante comparitionem diffinitiuè condemnatus non fuisset. Accedat, quod super huiusmodi contumacia requiritur declaratio, quae per totam Italiam de generali consuetudine fit eodem contextu cum condamnatione, declarando eum contumacem, vt per Clar. *supra vers.nunquid, & vers.videmus, quae sit forma* & ita semper vidi obseruari, nec credo, quod per D.Chart. possit attestari, opinionem suam practicari vidisse, & hoc modo sententia, siue condemnatione opus non esset, si positus in banno, elapso termino banni ante sententiam, ita teneretur ostendere eius innocentiam, sicut post condemnationem. Nec potest dici, quod Dominus Clarus loquatur, quando reus vult assumere onus probandi, quod maleficium non commisit, quod facere tenetur post sententiam, sed clarè & apertè dicit, quod sufficit eum comparere, quo casu contumacia purgatur, & non tenetur probare innocentiam suam.

Adde,† quod si bannitus, cui per statutū audientia est denegata, audiretur, an processus nullo opponēte factus esset nullus. 75
Afflict.*in const.de forbannit n.*43.*fol.*10.*remissiue.* Et Vant.*de nullit.in tit.de nullit.ex defect.inhabi.n.*51. vbi tenet, quod esset nullus absque ope alicuius exceptionis, etiam quod statutum simpliciter prohibuerit, ipsum audiri, & non addiderit, si secus factum fuerit, sit nullum, si fuerit agitatus in territorio banniti, quia illud statutum non haberet locum extra territorium; sed si statutum prohibens audientiam adderet poenam, si non fuisset oppositum, gesta valerent, & poena soluerentur: sed si vltra poenam statutum annullaret actum, tunc sine dubio omnia acta essent nulla, & ita Vant.*in d.n.*51. multum eleganter declarauit.

Item adde, quod stante huiusmodi statuto, quod contumax 76
habeatur pro confesso, reo post condemnationem, licet appellauerit, incumbet onus probandi eius innocentiam, etiam si iudex vellet talem contumaciam remittere, vt plane per Caepol.*cons.* 63.*num.*12.*cum seq.* & Bal.*in l.ita demum, C.de procura.* vbi dicit, quod si bannitus probauit in appellatione de eius innocentia, obtinebit, licet habeatur pro confesso, & conuicto: quia illud procedit ex ficta confessione, quae resultat ex sola contumacia: sed si non assumpserit in se onus probandi innocentiam, tunc debet succumbere, quia in dubio standum est confessioni, etiam fictae, vide etiam Curt.Iun.*in l.principales, §.si actor n.*30. *C.de iuramen.calumn.*

Item adde, † quod huiusmodi statutum procedit quo ad 77
poenam applicandam fisco, non parti. Bertazol.*cons.*17.*num.*11. Sed aduerte, quod sententia lata in iudicio criminali accusationis, vel inquisitionis prodest fisco, parti laesae, quo ad poenam legalem, sed non ad conuentionalem, Bero. *cons.*206.*nu.*40. *vol.*3.Baiar.

Quaero

78 p *Quaro etiam nunquid*] Adde, quod † si iudici constaret ex processu informatiuo de innocentia contumacis, non debet eũ condemnare licet habeat confessionem fictam ex contumacia, vigore dicti statuti, ita docet Bart. *in l. absentem, ff. de pœn.* vide etiam Afflict. *in constit. de forbannit. n. 32. & seq. fol. 9.* Baiar.

q *Item quaro*] Charrat. sup. c. 1. n. 4, o. Ros.

79 *Item quaro nunquid*] Adde, quod si citatio † minus legitima interuenerit, non ideo vitiatetur sententia, quia licet citatio in-

80 ualida vitiet processum; fallit tamen in casibus, † in quibus non est necessaria citatio, vt per Deci. *in cons. 18. n. 216. & 217. vol. 2.*

81 Item adde, † si dicat statutum, quod quando aliquis ponitur in banno, debeat citari, vt veniat ipse, vel alius pro eo, si iudex citauit simpliciter, vt compareat, valebit bannum licet non fuerit seruata forma citationis à statuto expressa, quia iudex intelligitur citare, vt veniat per se, vel per alium, vnde expressio nihil operatur ex quo tacite includitur. Natt. *cons. 542. nu. 23. volum. 3.* Baiar.

r *Vnica citatione pro tribus*] adde supra *quæst. 31. vers. Quaro modo q. 36. vers. Hac autem, & vers. Et quid si facta sit.* Matt Rub. *de fideiuss. nu. 304.* Drogh.

ſ *Et in Regno Neapolitano*] adde, quod hoc non seruatur, nisi quando iudex vult deuenire ad forjudicationem, vt per Foller. *in practic. crim. in verbo forjudicans,* vbi dat formam citandi, & forjudicandi.

82 t *Vidi quandoque dubitari*] Adde, quod † si citatus non comparet in termino, sed comparet antequam sit ad pœnam contumaciæ condemnatus, non debet condemnari. etiam quod sit contumax, Afflict. *in constitut. pecuniarium, n. 36. fol. 133.* vbi dicit hoc esse in viridi obseruantia. *Baiar.*

u *Videamus, quæ sit forma*] Nota ergo formam proferendæ sententiæ contra contumaces, quia in ea debet exprimi causa, id, quod Iudices alias male practici non aduertunt. Adde infra *q. 91. vers. Fuit aliquando, circa fin. supra q. 31. vers. Sed hic quaro, quæst. 51. in princ.* Lanfranc. de Oriano *in cap. quoniam contra, verb. Interlocutoriæ, nu. 80. de prob.* licet in ciuilibus diffinitiuis secus: Idem Lanfranc. *in verb. confessiones, nu. 13.* vbi supra: sequere tamen consuetudinem *supra hac eadem q. vers. sed nunquid ad fin.* & pro hac practica, dum dicitur, ita quod moriatur quæ inuenta fuit, propter Doctorum schismata euitanda, videlicet de pœna capitali vel non; vide Felin. *in cap. ex literis, col. mihi 10. extra de constitut.* & de alia clausula videtur, ita quod vnius pœna cæteris transeat in exemplum, Aul. Gell. *Noct. Attic. lib. 6. c. 14. de qua in l. si quis seruo, in fin. C. de ser. fug.* Aduertas tamen, quod si ex actis ipsis constaret de innocentia rei, debet absolui: vide Decian. *in l. nemo quis condemnare, sub nu. 3. ff. de reg. iur. dixi sup. hac ead. quæst. vers. licet autem,* & hanc innocentiam etiam absentis debet attendere, ne plus operetur fictio, i. bannum in sententia, quam ipsa veritas, cum aliquis vt contumax damnatur: quia etiam pro confesso & conuicto veritas locus habere debet: lare super hoc Raph. Fulg. *inter cons. crimin. diuers. cons. 43.* maxime *num. 5. cum seqq. par.* Et vtique hæc est ratio, quare in tali sententia inferenda sit causa. Nam si appareret de rei innocentia, nulla subesse potest condemnandi causa, quæ exprimari posset.

83 Nam inquisitio † debet etiam contra contumacem continere crimen punibile. Bald. *in l. fin. §. Quod si actor sub n. 2. ibi, & facit ad quæstionem. C. de iuramento calumnia*, præter id etiam, quia cum quis condemnatur in contumaciam, & sic vigore fictæ confessionis oportet talem fictam contumaciam declarate, quæ declaratio nisi per expressam causam fieri non potest: sic colligitur ex Felino *in ca. Querenti, col. fin. ext. De offi. delegati.* Non tamen per hoc dico, vt contumacis quærantur defensiones, infra *q. 61. vers. sed hac quidem, circa finem, q. 23. vers. primo ibi. Male enim faciunt,* pro quo vide Bart. *in l. absentem, num. 4. ff. de pœn.* Drogh.

x *Ita quod si aliquo tempore*] adde infra *quæst. 31. vers. Vlterius quaro.* Drogh.

QVÆSTIO XLV.

De reorum comparentium examine, ac testium repetitionibus, ac confrontationibus.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Qualiter reo personaliter comparente procedatur.*
2 *In causis criminalibus an sit necessaria contestatio.*
Iul. Clar. Sentent. Pract. Crimin.
3 *Et an cum instigatore.*
4 *Et an in criminibus fiant positiones.*
5 *Reus comparens an sit examinandus.*
6 *Et quid si nolint respondere iudici interrogenti.*
7 *Et quid si priusquam respondeat, petat dilationem ad deliberandum.*
8 *Et quid si petat copiam inquisitionis & indiciorum.*
9 *Et an iudex in examine debeat deferre reo iuramentum de veritate dicenda.*
10 *Et an si falsum dicat, poterit tanquam periurus puniri.*
11 *Et quomodo iudex in examine se gerere debeat.*
12 *Et an debeant esse præsentes examini patroni ipsorum reorum.*
13 *Facto examine si reus neget, testes sunt repetendi, eo citato seu præsente.*
14 *Et quid si non sit reus citatus, sed testes cum eo confrontati perseuerent.*
15 *Iudex debet petere licentiam à reo procedendi, ipso vlterius non citato.*

Ex Additionibus.

1 *Causa duobus committatur, quis cognoscat.*
2 *Litis contestatio est necessaria in Regno Neapol. & de eius forma, remissiue.*
3 *Positionibus criminalis non est regulariter respondendum. Positio tes an, & quando admittantur in criminalibus, & quando eis sit respondendum.*
*3 *Positiones fisci quomodo fieri dicantur.*
4 *Reus nolens respondere præcisè, sed remittens se alteri depositioni, an possit torqueri.*
5 *Et quomodo cogi possit reus nolens respondere, remissiue. Reus nolens iurare habetur pro confesso secundum Speculatorem. qui ab auctore impugnatur,* nu. eod.
*5 *In criminalibus reus tenetur respondere de veritate.*
6 *Reus falsus deponens an possit puniri.*
7 *Et quid si iudicem corrumpat.*
8 *Et quid si fuerit interrogatus vti testis, & falsum dixerit.*
9 *Et quid si iudex sub pœna ei præceperit, vt dicat veritatem an teneatur ad illam pœnam.*
10 *Nec partes non interueniunt examini testium.*
11 *Nec Aduocatus, aut Procurator.*
12 *Iam in Aduocato, & Procuratore fisci.*
13 *Repetitio testium quomodo fiat, remissiue.*
14 *Testes non repetiti non faciunt indicium.*
15 *Confessio facta in tormentis ante repetitionem testium non conualidatur in repetitione subsequenti.*
16 *Testes iurati parte non citata non faciunt indicium.*
17 *Etiam quod per Principem omnis solemnitas esset remissa.*
18 *Testes in repetitione dicentes, se non recordari, non probant.*
19 *Testes quando probent absque repetitione.*
20 *Et an faciant præsumptionem.*
21 *Testes non possunt repeti post conclusum in causa.*
22 *Testes mortui habentur pro repetitis saluo iure opponendi contra dicta, & personas.*
23 *Foller. impugnatur.*
24 *Tortura potest inferri etiam non repetitis testibus de stylo.*
25 *Testes habiti pro legitime examinatis, habentur pro repetitis.*
26 *Testes non dicuntur legitime examinati, si fuerit decreta copia sub conditione, quatenus testes non habeantur pro legitime examinatis, si postea fuerit tradita simpliciter, non habitis testibus pro talibus.*
27 *Reus habens testes pro legitime examinatis, potest re integra reuocare consensum.*
28 *Testes, quibus necessario est standum, probant sine citatione partis.*
29 *Repetitio quando non requiratur, remissiue.*
30 *Testis cum se declarat, non requiritur citatio partis.*

31 *Testes examinati in partibus longinquis probant absque citatione.*
32 *Item si examinentur in articulo mortis, nec pars citari possit.*
33 *Item si pars expresse contradicat.*
34 *Testes repeti debent, etiam quod procedatur sola facti veritate inspecta, & omni solemnitate omissa.*
35 *Testis examinatus sine citatione partis, non probat.*
Etiam coram Papa.
Et quod procedatur manu regia.
Et quod iudex arbitrium procedendi haberet.
Et quod inquisitus esset carceratus.
36 *Tortura in Regno Neap. quando irrogetur ex processu informatio.*
37 *Citatio an requiratur in capiendo informationem, quando mandatur iudici, vt se instruat.*
38 *Testis sine citatione partis non probat, etiam cum tormentis.*
Et quando sine citatione possit examinari.
39 *Testium repetitio quomodo sit scribenda.*
40 *Testis repetendus, si citatus aufugiat, præsumitur deposuisse falsum.*
41 *Testium numerus non supplet defectum iuramenti.*
42 *Testium repetitio non est necessaria quando reo confesso datur terminus ad faciendum suas defensiones.*
Auctoris consilium super hoc.
43 *Expeditio causæ criminalis in Regno Neapolitano, non retardatur prætextu testium Curiæ non repetitorum.*
44 *Testes debent repeti post litem contestatam.*
45 *Testis an possit petere, quod sibi legatur primum examen.*
Et quid in reuelatione facta vigore monitorij.
46 *Confrontatio non valet, si non præcedant iuramenta testium ad præsentiam partis.*
Et quid si sequatur.
47 *Testes non iurati non probant etiam cum tortura.*
Faciunt tamen præsumptionem ad informandum conscientiam iudicis.
48 *Testes quando probent sine iuramento, remissiue.*
49 *Testes in confrontatione deponentes, non præsumuntur iurati, nisi in actis appareat.*
50 *Carceratus si velit interesse examini testium infirmorum quid agendum.*
51 *Citatio procuratoris non sufficit, si non constat in actis de mandato.*
52 *Testes deponentes sine iuramento in præsentia partis, nihil dicentis, non probant.*
53 *Iuramento testium possunt remitti.*
54 *Confrontatio testium cum reo quid operetur.*
55 *Iudex torquens ex depositione testium examinatorum parte non citata, tenetur in syndicatu.*
56 *Testes debent examinari post litem contestatam.*
57 *Lis quando dicatur contestari.*
58 *Testes examinati ante litem contestatam cum tormentis, an post litis contestationem sint iterum torquendi.*
59 *Testes examinati pro informatione Curiæ parte nõ citata nõ repetũtur, si bãnitus admittatur ad nouas defẽsiones.*
60 *Confrontatio quomodo sit facienda, remissiue.*
61 *Confrontatio habetur loco publicationis.*
62 *Testes possunt cogi ad confrontationem.*
65 *Confrontatio quando habeatur loco repetitionis.*
64 *Confrontatio sine iuramento nihil operatur.*
65 *Reo nolente habere testes pro legitime repetitis, nec dare licentiam procedendi, quid agendum.*
66 *Rei non solent dare licentiam procedendi in statu Ecclesiastico, nec in Regno Neapolitano.*

a 1 HActenus a de iis, quæ fiunt reo absente, vel contumace dictum est: nunc videamus de iis quæ contingunt reo in iudicio personaliter comparente, siue quia captus fuerit, siue quia sponte comparauerit.

Et in primis quæro, *b* nunquid in causis criminali- 2
bus necessaria sit litis contestatio? Resp. Aliqui dicunt, *b*
quod sic, & hanc opin. attestatur esse communem Marian. *in d. cap. qualiter & quando numer. 222.* Alij vero dicunt, quod quando procedunt ad instantiam partis, necessaria est litis contestatio, secus autem si procedatur ex mero officio. Et hanc dicit esse communem opin. Abb. *in cap cum dilectus, nu. 3. de purg. canon.* Blanc. autem *in pract. crim. fol. 6. nu. 36. in fin.* dicit, quod hodie de consuetudine in criminalibus lis non contestatur.
Tu vero dic, quod *c* aut res est contumax; & tunc cum *c*
ex dispositione statutorum habeatur pro confesso,
non est necessaria *d* alia litis contestatio, quam illa, quæ *d*
fit per talem confessionem fictam à statuto, & sic contra ipsum proceditur (vt dixi) etiam vsq; ad condemnationem. Aut vero reus comparet in iudicio, & examinatur super delicto; & tunc responsio, quam ipse facit respondendo accusationi vel inquisitioni ad interrogationem iudicis, inducit litis contestationem, etiam absque eo quod pars aduersa sit præsens; & hoc etiam si procedatur ad instantiam partis. Et ita seruatur in practica, vt attestatur Bart. *in l. is qui reus, nu. 4. ff. de publ. iud.* quem refert Aret. *cons. 58. num. 7.* & Apostill. ad Angel. *de malef. in verbo,* hæc est quædam inquisitio, *sub num. 67.* nam in criminalibus etiam absente accusatore, potest iudex ex officio procedere & interrogare, vt dicit Bald. *in l. 1. num. 34 C. qui accus. non poss.* vbi subdit, quod ita seruat practica.

An autem sit lis contestanda cum instigatore siue 3
promotore inquisitionis, dixi supra *q. 10. versicul. quæro nunquid.*

Sed hic incidenter, *e* quæro, nunquid in causis cri- *e*
minalibus *f* possint fieri positiones ab vtraque parte *f*
prout fiunt in ciuilibus. Resp. Respectu accusatoris, 4
vel fisci, satis videtur dici posse, quod admittantur positiones, ex quo eorum querelæ, vel inquisitionis cogitur reus cum iuramento respondere, vt infra statim dixi: Sed quid dicendum in ipso reo accusato, nunquid poterit dare accusatori positiones, puta, quod ipse tale delictum non commisit, vel quod illud commisit ad sui defensionem, vel huiusmodi? Resp. quod non. & ita se habet vsus iudiciorum, vt attestatur Iac. de Aret. *in tractat. positionum. §. 7. num. 1.* hoc enim modo possent de facili (secundum eum) accusator, & reus inter se colludere, & delicta impunita remanerent. Quæ tamen ratio parum facit, ex quo secundum consuetudinem hu-
ius temporis, etiam *g* parte desistente, aut concordata, *g*
iudices procedunt ad expeditionem processuum, vt dixi infra *q. 58. circa princ.* Verum tamen est, quod consuetudo ita obseruat, vt non possint per accusatum dari positiones; à qua nullo modo est recedendum.

Scias autem, *h* quod reo capto, vel sponte compa- *h*
rente, solent iudices illum statim adhibito notario su- 5
per ipso delicto interrogare, eiusq; examen (quod vulgo Constitutum appellant) in acta redigi facere. Ceterum secundum dispositionem iuris communis, si reus
compareat, & neget, non est vlterius examinandus, *i i*
sed recipiuntur testes, & ad vlteriora proceditur ad perfectionem processus. Et hæc est communis opin. Doctorum vt dicit Marian. *in d. c. qualiter & quando post num. 217. q. 75. in fin.* Hodie tamen seruatur contrarium de consuetudine; nam si facta inquisitione reus compareat, & neget, nihilominus interrogatur, & examinatur super ea. Et ita communiter in practica seruari attestatur idem Marian. *in loco præallegato,* & in hoc non
est difficultas. *k* Et licet aliqui dixerint, quod quando *k*
nulla præcedit diffamatio de crimine, non tenetur reus respondere, prout etiam ita concludere communiter Doct. attestatur Car. Alex. *in c. de accusatione, col. 37. post med, 2. q. 8.* nihilominus indistincte seruatur (vt dixi) quod

quod teneatur reus super ipso crimine iudici respondere.

l 6 Sed pone, l quod reus constitutus coram iudice nolit respondere interrogationibus sibi per eum factis, præcise affirmando, vel negando, sed vel omnino nihil respondeat, vel per verba dubia, puta, Non scio. m Non recordor m Respond. quod hoc casu potest, & debet iudex illum ponere ad torturam, & cogere, vt respondeat affirmatiuè, vel negatiuè. Ita dicit Bald. *in l. accusationem, post num. 11. versic. super hoc melius, C. qui accus. non poss.* Et talis tortura (vt dicit Bald. ibi) non datur reo ad eruendam veritatem: nam ad hoc necesse esset, vt præcederent indicia ad torturam sufficientia, vt dixi infra *quæstione* 64. *versic. dixi etiam*; sed datur ad extorquendam responsionem. Et hanc opin. Bald. in contingentia facti approbauit consilium Neap. teste Capiccio *decis.* 143. prout illum refert Foller. *in pract. cri. fol.* 308. *n.* 4. Et est iudicio meo bona practica, & eam sæpe vidi obseruari non modo quando reus non vult respondere super facto principali, s. an commiserit homicidium, vel non, sed etiam super circunstantiis substantialibus pertinentibus ad ipsum delictum, quidquid dicet Foller. *in loco prœallegat.* modo sint tales de quibus verisimile sit ipsum recordari; puta, quia interrogetur de facto proprio de modico tempore, & de rebus n de quibus alij solent communiter recordari prout ipse iudex considerata facti, & personarum qualitate poterit arbitrari. Et ita sernes. Et recordor, quod semel quidam Moncinus, qui dum interrogaretur super quadam rixa, in qua ipse interuenerat, nolebat respondere, neque iurare, fuit iussu senatus affectus tribus ictibus funis publice, deinde reductus ad carceres iurauit, & respondit ad interrogata 18. Octob. 1554. A.C. Aduerte tamen, vt omnino aliqua subsint indicia contra reum: o alias enim non tenetur respondere; quinimo aliqui dicunt, quid si non præcedat diffamatio, non tenetur reus respondere. Et dicit Car. Alex. *in d. c. de accusationes, col.* 37. *circa fi.* 2. *q.* 8. quod ita Doctores communiter concludunt. Idem dicit Aret. *in c. qualiter & quando, il 2. §. debet col.* 4. *vers.* In foro autem, *de accusatio.* quem refert Don. Anton. de Padilla, *in l. transigere, n.* 5. *C. de transactio.* Quod tu intellige, nisi præcedat diffamatio, vel tale quid, quod sit loco diffamationis, iuxta ea, quæ dixi sup. *quæst.* 6. *circa principium.*

7 Sed hic quæro, quid si reus vtique velit respondere, sed petat dilationem ad respondendum, an velit recedere, vel contendere, nunquid erit illi concedenda, prout etiam conceditur in causis ciuilibus vt dixi infra *libro proximo?* Resp. Aliqui tenent, quod sic, & dicit Alex. *in l.* 1. *in pr in. n.* 6 *ff. de edendo*, quod ita concludunt magis communiter Doct. p Contrariam autem sententiam, scilicet quod imo super facto proprio non debeat dari reo terminus ad deliberandum, tenuit Bald. *in l. cum falsum, n.* 2. *ff. de acquir. hered.* Et hanc opin. dicit esse communem Aug. ad Ang. *de malef. in verb. Comparuerunt dicti inquisiti, & confitentur totũ, n.* 6. prout illum refert Pract. Contadi, *fol.* 280. *n.* 2. Et hæc opi. seruatur de consuetudine, nam reus statim cogitur respondere. Et quod (secundum practicam mundi) non sit dandum in criminalibus tempus reo ad deliberandum, attestatur Salyc. *in aut. offeratur, n.* 6. *C. de litis contest.* Paul. de Cast. *in ead. aut. offeratur, n.* 5. & 11. quem refert Pract. Conradi, *f.* 32. *post nu.* 5. Amed. *de synd. n.* 184.

8 Sed quid si reus priusquam examinetur, petat totam copiam inquisitionis, & indiciorum contra eum existentium, nunquid debet iudex illam ei dari facere? Respon. De iure forte dici posset, quod sic, vt ex prædictis apparet; & ita tenet Practi. Papi. *in forma inquisitionis, in verb. Fama publica, numer.* 3. vbi tamen dicit, quod male seruatur in practica per istos latrunculatores auaritiæ deditos in animarum suarum maximum præiudicium, & detrimentum, & subdit, quod pessimè faciunt. Quicquid igitur sit de iure, consuetudo seruat totum oppositum, quod scilicet reus interrogetur, & examinetur ante datas defensiones, & copiam indiciorum. Et ita quotidie practicari dicit Foller. *in Pratic. crim. canon. fol.* 165. *num* 9. Pract. Conradi, *fol.* 255. *in* 6. *limitat.* Hunc etiam dicit esse receptum stylum, vsum, & consuetudinem Pract. Iod. *fol.* 14. *numer.* 18. Et stante hac generali consuetudine, male faceret iudex, qui aliter obseruaret in practica.

Sed quæro, nunquid in huiusmodi examine faciendo debeat iudex deferre iuramentum reo de veritate dicenda. Respond. Videtur dicendum quod non. nemo enim cogi debet ad detegendum propriam turpitudinem *l. alias, ff. de iureiur.* prout est communis regula, teste Dec. *in l. fin. post n.* 6. *C. de edendo.* Et sic satis esset simplex interpositio fidei, prout est de consuetudine in Regno Franciç, teste Marco *decis.* 674. *quæritur, an in causa, in prin.* In contrarium tamen est magis communis opin. quod scilicet q sit deferendum reo iuramentum de veritate dicenda, ita tenuit Bart. *in l. inter omnes, §. recte, in fin. ff. de furtis.* qui in hoc communiter ab omnibus approbatur, vt dicit August. ad Ang. *de maleficiis, in verbo Comparauerunt, & confitentur totum, post n.* 13. Bertran. *cons.* 321. *nu.* 3. *in fin. lib.* 3. *in* 1. *parte.* Hanc etiam dicit esse communem opin. Marsil. *in l. quæstionis habendæ, n.* 72. *ff. de quæstion.* quem refert Pract. Conradi, *fol.* 280. *in princi.* & Gomes. *ca* 1. *delictorum, n.* 65. Et ita hodie secundum communem stylum Italiæ, tam in inquisitione, quam in accusatione, reus comparens iurat de veritate dicenda, prout de huiusmodi stylo attestatur Marian. *in d. c. qualiter, & quando post num.* 217. *q* 84. *in fi.* Ita etiam obseruare communem stylum Italiæ attestatur Bart. *in l.* 1. *post num.* 6. *C. de iura. calum.* vbi etiam Bald. *num.* 8. dicit, quod ita seruat consuetudo. Mihi certe hæc practica nunquam placuit; est enim manifesta occasio periurij. Nam rei propter metum illius iuramenti nunquam solent fateri delictum, vt quotidie experientia docet: & tamen communis est conclusio, quod vbi subest probabilis suspicio periurij, numquam est deferendum iuramentum, vt dixi infra *lib.* 7. *§. Iuramentum.* Tamen (quicquid sit) non auderem in practica recedere à communi obseruantia. Et ideo in locis, in quibus seruatur, vt reo deferatur huiusmodi iuramentum, iudex debet illud deferre, nam minimè sunt mutanda, &c.

Quid ergo r si reus in ipso examine falsum dicat, r nunquid poterit ex eo tanquam periurus puniri? Resp. 10 quod in foro contentioso puniri non potest, sed solum Deum habet vltorem. Ita dicit Alex. in Apost. ad Bar. *in l* 1. *sub n.* 1. *ff. de bonis eorum:* cui nemo contradicit, vt ait Berous *q.* 134. *num.* 3. Et dicit Boss. *in ti. de periuris, numer.* 3. quod ita practicatur. Hoc etiam vigore in practica attestatur Nunius *de los corregidores, fol.* 171. *post num.* 18. *vers. quæ dicta sunt.* Bene verum est, quod si reus in examine dicat aliquod mendacium, de quo deinde conuincatur, erit tale mendacium contra eum sufficiens indicium ad torturam, iuxta ea, quæ dixi sup. *q.* 11. *vers. mendacium.*

Debet autem iudex in huiusmodi examinibus faciendis recto tramite procedere ad finem veritatis indagandæ, non autem vt reum inuoluat, & inducat ad confitendum delictum. Item f secundum aliquos non debet t reum specialiter super ipso delicto, de quo agitur, interrogare, cum id suggerentis potius, quam interrogantis esse videatur. De consuetudine tamen contrarium obseruatur, vt ait Pract. Casoni, *fol.* 84. *n.* 3. 11 f t

quando reus interrogatur de facto proprio: secus tamen esset, si interrogaretur vti testis contra alium, vt dixi supra, *q.21.versic.retenta igitur, circa fin.* Præterea non debet interrogationibus suis procurare, vt auferat reo suas defensiones, puta, si reus confiteatur aliquem percussisse, aut vulnerasse, non debet eum interrogare, an ille ex tali percussione, aut vulnere decesserit, neque ab eo extorquere huiusmodi confessionem, nam ista est diabolica practica, vt dicit Signor. *consil.163.num.5.* subdens, quod super hoc multoties reprehendit maleficiorum ciuitatis Mediolani, & quod istud est plusquam diabolicum. nam fiscus satis habet intentionem fundatam, ex quo ille vulneratus, seu percussus mortuus est. Et hoc iudici sufficere debet absque eo, quod velit per eiusmodi confessionem tollere reo facultatem probandi, quod non decesserit ex percussione seu vulnere, quæ esset magna ipsius defensio, vt dixi supra *hoc eo.lib.§.homicidium, vers.plerunque etiam.*

u Quæro etiam, nunquid quando fit examen rei, de-
12 beant esse præsentes patroni causarum. Resp. quod de iure videtur dici posse quod sic, *per tex.in l.custodias.ff. de publi.iud.* sed certe vsus, & curiam stylus hoc non obseruat, vt attestatur Igneus *in l.1.§.quæstionem, num.19. in fi.ff.ad Syll.* & est omnibus notissimum. Faciunt quæ dixi *inf.q.64.ver.quæro nunc.*

x Cæterum x si in examine confiteatur delictum, po-
13 terit puniri ex tali confessione, vt dixi infra *quæst.65.in*
y *princip.* y Si vero neget, debent parte citata examinari testes super veritate ipsius delicti: & ita tenent communiter Doctor. vt dicit Card. Alex. *in loco præallegato.* Et ideo dicit Salyc. *in l.fi.in fi.C.de quæst.* quod cauti iudices ante inquisitionem recipiunt informationem testium, & in scriptis redigunt, ne postea dicant contrarium, & habita informatione formant inquisitionem, & si pœna sit corporalis, faciunt citari reum re, non verbo, ne fugiat, & postea faciunt illum respon-
z dere inquisitioni, & si neget, z iterato examinant testes eo citato ad videndum eos iurare, &c. Et illud dictum Salic. refert Grammat. *consil.15.numer.1. & 2.* de
a quo etiam aliquid dixi supra *qu.28. vers.scias tamen.* Et valdè grauiter erraret iudex, qui omissa tali repetitione testium procederet ad torturam, vel condemnationem; nam testes recepti ante litis contestationem nullam fidem faciunt contra reum, cum sit examinati ipso non citato, vt dixi supra *quæstione 11.vers.Item quæro,* & infra *quæstione 50.versic.item quia.* Et aduerte, quia hæc repetitio fieri debet cum omnibus illis qualitatibus, quæ requirerentur, vbi isti testes repetendi nun-
b quam fuissent examinati, & ideo debent b de nouo iu-
c rare: alias nullam prorsus fidem facerent. c Idem si sunt tales testes, quorum dictis de iure non sit adhibenda fides nisi cum tortura, puta quia esset socius criminis, non sufficeret, quod prius fuisset examinatus in tormentis, & quod de nouo iuraret, sed opus iam esset, vt de nouo post iuramentum poneretur in tormentis,
d & d perseueraret in illo dicto. Nam e illa tortura, & o-
e mne id, quod fuit agitatum ante litis contestationem, non habetur (vt dixi) in consideratione, quo ad præiudicium ipsius rei comparentis. Quod nota, quia ad hoc aliqui iudices non aduertunt, & scias, quod licet receptio testium non soleat committi, seu delegari alteri, vt dixi supra *quæst.26.* tamen repetitio testium, qui examinati sunt in processu informatiuo, potest delegari, & ita seruatur de consuetudine, vt attestatur Carauita *super ritu 157.magna curia, nu.11.* quod tamen in-
f tellige secundum ea, quę dixi *in loco præalle.* In hoc f autem proposito volo, vt scias, quod quando reus permittit se in contumaciam condemnari, deinde petit se admitti ad nouas defensiones, & admissus comparet, iudex non debet repetere testes examinatos contra eum in processu informatiuo, licet enim examinati fuerint ipso reo non citato, iuxta consuetudinem, de qua dixi supra *quæst.11.versi.Item quæro,* g ex quo tamen g
ipse reus citatus non comparauit, habentur illi testes pro legitime examinatis in odium eius contumaciæ, neque vlterius eorum repetitio requiritur. Et memini, quod propter hoc fuit grauiter reprehensus à Senatu Prætor Valentiæ, qui in causa Petri Nouati admissi ad nouas defensiones, citauit testes ad repetendum, & quia non comparauerunt, eos condemnauit, cuius condemnationis Senatus censuit nullam rationem haberi debere, 7.Nouembr.1556.P.N.

Sed in proposito quæro, Pone quod reus non fuerit 14
citatus ad videndum iurare, & repeti testes, sed quod iudex h eos repetat; & confrontet cum ipso reo, & te- h
stes confirment in præsentia ipsius rei ea, quæ prius dixerant, nunquid isti testes dicentur recepti parte citata, ita vt probent contra ipsum reum? Resp. quod sic, & ita practicatur, vt dicit Afflic. *super 2.parte constitutionum Regni, rubr.10.n.20.* i Hæc autem confrontatio fieri i
solet, quando testes deponunt tale quid, quod de directo contrariatur ei, quod reus dixit in suo examine, & licet de iure non sit necessaria, tamen in practica obseruatur, ad hoc, vt ipsa confrontatione veritas melius elucescat. Ego certe non credo, quod sic de substantia, & ideo licet esset omissa, regulariter processus non corrueret. Senatus tamen vlt omnino eam fieri, quando est testis, qui contra reum deponit de visu. Et ita rescripsit Prætori Cremonæ in causa cuiusdam Augustini Botti 20.Mart.1543. Vel etiam quando testes sunt inter se contrarij, & ita rescripsit Capitaneo Vicomercati 29. Mart.1535. C.C. Præterea quando depositio testis non potest certificari nisi mediante inspectione ipsius rei, puta, quando testis dicit illum non cognoscere de nomine, sed tantum de visu: Vel quando eum describit per signa; nam eo casu reus est illi exhibendus, vt reum recognoscat; & ita rescripsit Senatus Prætori Alexandriæ, in causa cuiusdam Ascanij Granarij, qui non fuerat exhibitus cuidam testi, vt illum recognosceret, 14.Aug.1556.P.N. Debet tamen hoc casu reus exhiberi testibus, non solus, quia esset timor subornationis, sed positus inter alios tres, aut quatuor, & illi similes, quantum eo tempore fieri potest, vestibus, statura, & etiam facie. Et ita seruatur in hac prouincia, prout etiam seruari in curia Neap. attestatur Foller. *in pract.cri.fol.23.n.34.in fi.*

Facta k autem repetitione, & confrontatione te- 15
stium, consueuerunt iudices prius, quam reum carce- k
ribus tradunt, vel fideiussori relaxent, facere, quod l
reus inquisitus eis det licentiam procedendi vsque ad sententiam diffinitiuam inclusiuè, singulis dieb. & horis, etiam eo absente, & non citato: & est practica, quam tradit Bart. *in l.is qui reus, n.4.ff de publ.iud.* quam ex communi consuetudine hodie obseruari attestatur Marian. *in c.qualiter, & quando, post n.235.vers.90.quæro.* Ita etiam quotidie fieri dicit Bald. *in l.diem proferre, in vers.Si quis litigator.ff.de arbi.* & *in l.si quando, n.5.C.de testibus,* dicit, quod ita practicatur, & *in l.vt perfectius, n.15.C.de annali exceptio.* dicit, quod ita obseruant assessores, quē refert Angel. *de malefic.in verbo,* Et ad querelā, *n.61.* & August. de Ang. *de malefi.in verb.* qui iudex fecit sibi dari licentiam, *post n.2.* Et successiuè iudices faciunt ipsis reis m monitionem generalem, vt singulis diebus, m
& horis adesse debeant processui faciendo per ipsos iudices, tam circa receptiones testium, quam quæcumque alia vsque ad sententiam inclusiue, &c. Et hæc monitio (præcedente tamen licentia, vt dicit Marian. *in loco præalleg.*) operatur, quod non requiritur vlterior citatio; sed si non præcederet licentia, tunc posset reus ad hu-

ab huiuſmodi monitione appellare, & dicere, quod imo vult ad omnes actus citari, & monitio ipſa hoc modo per appellationem reſcinderetur, & nullius eſſet effectus. Et hæc eſt communis opinio, vt dicit Boſſ. *in tit. de ſentent. n. 13.* Et quod dictum eſt de reo, pariter locum habet in ipſo accuſatore. Solent enim cauti aſſeſſores ſcribi facere in actis, qualiter accuſator dat eis licentiam expediendi proceſſum, etiam ipſis abſentibus, & ita omnia expediunt, & etiam ipſam ſententiam proferunt eo non citato, vt dicit Bald. *in l. ſi accuſatoribus, nu. 4. de accuſa.* ſubdens, quod ita tenent omnes Doctores. Iudicio tamen meo hæc cautela, quo ad accuſatorem eſt ſuperflua, vt dixi ſupra *quæſt. 4. verſ. ſuperflua etiam, & quæſt. 31 verſ. vlterius quæro.* Poterit itaque iudex ſtante prædicta licentia teſtes recipere, & examinare abſque alia partis citatione, & hanc eſſe hodiernam practicam, quam iudices obſeruant, atteſtatur Alexand. *in Apoſtil. ad Bart. in d. l. is qui reus, ſub n. 4.* Et ideo miror, quod Blanc. *in pract. crim fol. 11. n. 25.* ſimpliciter dicat, quod iſta practica tradita per Bart. non obſeruatur de ſtylo, neque de conſuetudine. Nam licet quo ad accuſatorem, ſeu querelantem bene loquatur, vt dixi *in locis præallegatis*, certè in reo quotidie in hoc Ducatu, & alibi obſeruatur; nec aliquis ſolet facto examine carcerari, quin notarius in actis ſcribat: Quo facto fuit conſignatus, & ei facta in faciem monitio generalis, vel huiuſmodi. Et credo, quod ſi de ipſa monitione non appareat in actis, omnia acta poſtea facta reo legitimè non citato corruerent.

ADDITIONES

Ad Quæſt. XLV.

a
1 HActenus de his, quæ fiunt] adde, ſi † duobus iudicibus cauſa commiſſa fuerit, coram quo erit facienda præſentatio, & apud quem ex eis ſit carcerandus ipſe reus, vide Bertaz. *in conſilio 421. num. 20. & ſeq. volum. 2.* vbi dicit, quod quando commiſſio ſit facta per nomen collectiuum, debent ſimul concordare de loco, & communi carcere habendo, cum habeant parem auctoritatem.

2 b *Et in primis*] adde, quid † in Regno Neap. requiritur litis conteſtatio, & eius forma, & quomodo ſit facienda, latè per Foller. *in pract. crimin. in ver. fiat litis conteſtatio.* Baiat.

c *Aut reus eſt contumax*] adde ſup. *quæſt. proxima, verſic. Et in primis.* Drogh.

d *Litis conteſtatio*] adde ſupra *quæſt. 14. verſic. ſed hic incidenter.* Drog.

3 e *Sed hic incidenter quæro*] adde, quod † veritas eſt in contrarium, quod poſitioni criminoſe regulariter non eſt reſpondendum ad inſtructionem aduerſarii, ſeu reuelationem oneris probandi, vt eſt communis opin. de qua per Iaſ. *in l. omnem officium, ff. de offic. aſſeſſ. in princ.* vt per Bald. *in l. accuſatorem, nu. 7. verſic. ſuper hoc melius, C. de his qui accuſar. non poſſ.* vbi pulchram facit diſtinctionem, & ibi dicit, quod in criminalib. non quæritur veritas per viam poſitionis, ſed officio iudicis per modum interrogationum. Poſitiones in criminalibus admittuntur ex ſententia Iacobi de Arena *in tract. poſitionum. §. 7. nu 1.* & in his non admittitur ad reſpondendum etiam cum mandato ſpeciali procurator. Afflict. *in conſtit. Regni rub. 23. de interrog. litig. nu. 5. col. 2.* poſſet tamen mulier coniugata, & honeſta reſpondere per procuratorem ſpecialem add. ad Roman. *ſing. 696. verſ. & in quantum*, ſed ſi fuerit poſitio criminoſa admittitur, non tamen ei reſpondetur Corn. *conſil. 1 . nu. 18. vol. 3.* Iaſ. *in l. tranſactionem, nu. 3. C. de tranſact. in l. ſi duo patroni, §. idem Iulianus, nu. 36. de iureiur.* Soc. *in c. qualiter, & quando, de accuſat*, niſi, quando eſſet de eo crimine infamatus, quia tunc fiunt poſitiones ſuper notorio, & fama, quibus tenetur reſpondere. Old. *conſ. 331. in fi.* & ſi reſpondet affirmatiuè, tenetur ex poſt etiam reſpondere ſuper crimine. Spe. *tit. depoſit. §. 18. & ſeq.* Maluet. *ad prac. Papien. in forma except. contra poſit. ver. detegentes, in verbo poſitioni.* Bat. *conſ. 194. col. 2. verſ. ſuper tertio*, vbi ponit, quid caſu, quo talibus poſitionibus criminoſis reſpondere teneretur, non teneretur, vbi per tales poſitiones examinaretur id, quod iam deciſum per ſententiam, vel iuſiurandum *d. addit. in verbo poſitioni*, accuſator autem non tenetur reſpondere poſitionibus, quas feciſſet reus ad ſuam defenſionem, quia eius confeſſio non præiudicaret fiſco, vel Reip. Natt. *conſ. 230. col. 5. in prin.* & quanuis regula ſit, quem non teneri reſpondere poſitioni criminoſe, ne turpitudinē ſuam detegat, non tamen hoc procedit, ſi interrogatio fiat à iudice. Olaſc. *deciſ. 66. n. 10.* & dicitur poſitio criminoſa, quandocumque continet crimen, ſiue criminaliter agatur Bald. *in d. l. tranſactionem, n. 1.* Capell. Tholoſ. *q. 371.* & imò iure deridebatur ille Cauſidicus, qui poſitioni criminoſe dicebat reſpondendum eſſe in mixtis, quam ſi non tenetur, quando ciuiliter agitur, minus, quando mixta eſt cauſa, item quia ratio eſt, ne detegat turpitudinem ſuam, quid tamen facit in mixtis, quantum in ſimplicibus, & reſpondendo poſitioni, & fatendo, non intelligitur fateri qualitates ſimpliciter ex non per Iaſ. qui artic. declarat *in l. ſi cui ſerui §. à filio, n. 8 & ſeq. ff. de leg. 1.* Maſuer. vbi ſup. & licet reſponſio de credulitate, ſed debet eſſe de veritate, ita notat Bart. *in l. 2. §. quod obſeruari, nu. 13. C. de interrog. prop. calum. dat.* Afflict. *in d. rubr. 25. de interrog. litig.* Carpan. *ad c. 83. 135. ſtatut.* Mediol. *in c. parte.* Baiat.

f *Poſſint fieri poſitiones*] adde, quod dicuntur fieri poſitiones fiſci, † cum reus medio eius iuramento reſpondet iudici, vt eſt 4
ſupra *q. 30. verſ. ſed quid dicendum, infr. q. 13. verſi. vnum etiā volo, q. 55. ver. cautius igitur in pr.* vbi annotatur reſponſio, ſup. *q. 3. verſ ſed certè*, vbi habetur de fiſco loco accuſatoris, vt hic. *Drog.*

g *Parte deſiſtente, aut concordata*] *ſupr. q. 23. verſic. primo, inf. q. 58. in princip.* Drogh.

h *Scias autem*) Innocent. Vulpell *reſponſ. 95. n. 13.* Roſ.

i *Sed recipiuntur teſtes*] adde alium modum procedendi de iure communi, ſup. *quæſt. 44. verſic. ſed hodie.* Drogh.

k *Et licet aliqui dixerint*) adde, quomodo procedatur, quando nulla præcedit diffamatio, nec indicia infra *q. 61. verſic. ſed nunquid bannitus, & ver. Dixi quoque, ſupra q. 8. in princ. q. 20. in princip. & verſic. ſcias autem.* Drogh.

l *Sed pone*) adde, quod † ſimiliter reus torquendus eſt, donec 5
reſpondeat iudici, & replicet, quando poſtquam acceptum eſt conſtitutum à reo de plano, & ii ducitur ad torturam, & iterum interrogetur, quid ſciat de tali re, reſpondeat, dixiſſe, & interrogatus quid dixerit, reſpondet eſſe ſcriptum, & aliud reſponſum non vult dare; & ſic licet indicia ſint leuia, reus poterit torqueri ad hoc, vt reſpondeat, & replicet, vt per Franc. Caſon. *in tract. ſuo de torment. cap. 3. n. 4. fol. mihi 161.* & Blanc. *in tractat. de indic. in verb. ex verbis indicia, n. 273. fol. mihi 333.* Baiard.

m *Reſp quod hoc caſu*) Vide Milleum *in pract. crim. 88. n. 4.* & Boſſ. *tit. de reſponſionibus à reo facien. nu. 3.* Vulpell. *conſil. 34.* qui dicit, quod debet eſſe leuis tortura *Roſ.*

Reſp. quod hoc caſu) adde, videndum Claud. Battand. *in pract. crim. reg. 11. nu. 18.* † vbi etiam de aliis modis, quibus rei ad reſpondendum cogi poſſunt, ſed de hac quæſtione nouiſſime habetur latè per D. Chart *in ſua praxi interrog. reorum. lib. 3. c. 5. n. 1. cum ſeq.* ad quem me remitto: de hoc etiam vide Vulp. *conſil. 34. n. 7.* & Menoch. *de præſumpt. lib. 1. quæſt. 89. nu. 142.* 6

Adde, ſi reus nolet iurare, habetur pro confeſſo, ita dicit Specu. *in t. t. de iur. calu. §. ſupereſt. 2 verſic. quoniam*, vbi allegat tex. *in l. ſi confeſſus, ff. de cuſto. reorum*, quod dictum credo non eſſe verum, quia tex. allegatus hoc non probat, ſed erit cogendus ad iurandum. *Baiar.*

n *De quibus alij ſolent*) Hoc idem ſeruari in teſte dicente ſe non recordari, de quo veriſimilis non ſit obliuio, ſupra *q. 12. verſic. Dixi etiam ad fin. quæſt. 19. verſic. Hinc infertur, quæſt. 25. verſic. Torquetur etiam teſtis.* Adde Marant. *par. 6. tit. de contumacia, nu. 19.* Drogh.

o *Alias non tenetur reſpondere*) aliquando euenit, quod reus, vel etiam teſtis dubitat reſpondere, ne forraſſis priori dicto, vel examini contrarietur, tunc per reum, vel teſtem vtenda eſt cautela, de qua per Bart. *in l. eos, n. 6. & 7. ff. de falſis*, videlicet, vt reus, vel teſtes, priores atteſtationes, & dicta petat ſibi prius legi, vel exhiberi; Quibus viſis, vel auditis, reſpondeat, quod prout modo ſibi videtur, dixit, ſic, vel ſic, & ſi appareat aliter dixiſſe, ex nunc ſe corrigit, & vt ibi, vide Craue. *conſil. 15. ſub. n. 11.* Menoch. *dicto tract. de arbitr. iud. li. 2. cent. 2. caſu 109. nu. 12. cum ſeq.* vbi limitat hanc cautelam, & monet iudicem, quando talem reſponſionem admittere debeat: latè ſecutus eſt etiam Boſſ. *tit. de tert. teſt. n. 34.* Flam. Chartar. *in pract. interrog. reorum, lib. 1. cap. 2. n. 88.* & in quantum hic dicit reum teneri reſpondere ſuper circunſtantiis ſubſtantialibus: dic, quod iſta eſt ratio, quia aliter ſimplex reſponſio non facta mentione de circunſtantiis, & qualitatibus requiſitis, ad illas non trahitur. & propterea non dicitur ſine illis reum congrue reſpondiſſe, Chartar. *de exeq. ſen. cap. 1. n. 263.* vbi alios adducit, & vide in addit. ad pract. Pap. *in for. lib. opp. contra teſtes in gloſ. ac etiam varij littera A.* & no. quod in criminalibus reus † tenetur reſpondere de veritate, non de cre- 7
dulitate, vt not. Bart. *in l. 2. §. Quod obſeruari in fin. C. de iureiuran. propter calumniam.* Drogh.

p *Contrarium autem ſententiam*) Vulpell. *conſil. 34. nu. 9.* qui dicit, quod poterit petere, vt ſibi legatur primum dictum. *Roſ.*

q *Sit deferendum reo iuramentum*] adde, quod tamen hoc iuramentū veritatis ſuccedit loco iuramenti purgationis, cui iu-

ramento quomodo,& quando locus fit, *in fin.quæst.63. verf.solet etiam, & verf. licet autem, ibi, fed eius loco fuccedit iuramentum.* Drogh.

r *Quid ergo*) Rodulph.*fua conclus.5. per totam.* Rof.

6 *Quid ergo fi reus*) adde, quod hoc † eft verum, quando crimen eft tale,ex quo veniat imponenda pœna fanguinis,*l.tranfigere*, & ibi gl.& Bal. *C.de tranfact.* & Paul.Girlan. *de relaxat. carcerat.verf.quaero n.9.rubr.de fuga incarcerati.*

7 Item adde,quod † fimiliter reum corrumpens iudicem , vt pro fe ferat fententiam,quando crimen eft capitale,non puniatur; cum fit licitum qualitercumque proprium fanguinem redimere,Bart.*in l.qui explicandi,C.de accufat.*Bero.*in qu.134.nu.4.*& Foller.*in pract.crim.in fragmentis, num.*181. fed Simon. de Piet.*confil.*105.*n.*10.*cum fequen.*tenet contrarium, quod videlicet fanguinem fuum non licet periurio, vel falfitate, vel aliqua fraude redimere,& quod committens delictum pro faluatione fuæ vitæ,eiufdem delicti pœnam non aufugit,vt in frangente carceres,Salyc.*in l.1.n.19.C.de hered.inftit.* Franc.Cafon. *in tract.crim.tract.q.c.11.de fortileg.* & Luc.de Penn.*in l quoties, col.9.C.de dignit.lib.12.*& idem tenet Ant.Scap. *in tract. de iuris non fcripti lib.5.cap.121.*

8 Item adde,quod reus † interrogatus vti teftis,fi negauerit, fimiliter non poterit puniri pœna periurij, nec pœna falfi , vt per Bettaz.*in confil.124.n.1.& 2.vol.1.* & ibi addentes,vbi plenè,quando in conftitutis fuis dicitur principalis in fe,& teftis in alios,quia habet intereffe,vt idem Bettaz.*in confil.321.nu.2. vol.2.* Vide etiam Chart. *in praxi interrog. reorum lib.3.c.3.n.16.* vbi tenet, quod non poffit puniri.

9 Item adde, quod † fi Iudex præceperit principali , quod habeat refpondere, & dicere veritatem fub aliqua pœna, & refponderet;demum conuincatur de mendacio,quod tunc tenetur ad illam pœnam,fecundum Bald.*in l. ius alimentorum,ff.vbi pupill.educ.debeat.* fed Foller.*in pract.crim.in verb.* & fi comparerant,*n.12.* dicit,quod Bald.indicio fuo ibi,in vltima folutione,videtur fe limitare,fed per Senat.Pedemont.iudicatum fuit fecundum opinionem Bald.vt in decif.Pedem.66.vbi habetur, an hoc procedat,vbi pœna fanguinis ingeratur. *Baiard.*

f *Item fecundum aliquos,* Farin.*in 4.vol.fua praxis,qu.53.c.4. præcipue, n.98.* Rof.

t *Specialiter fuper ipfo delicto*) adde fupra *quæftione 21.verfic. Retenta,& quæft.20. verfic. Ad formandum, ibi, nunquam enim reo præfenti,quæftio.6. verficul.1.ibi,& fi dicant fe nefcire.* Ludouicus Catus *inter confilia criminalia diuerforum,confil.99.nu.9. par.1.fuper quæft.32. verfic. fed pone,tu feu, ibi, quam etiam practicam.* Item nec etiam inquirendo , fiue examinando debet iudex reum interrogare,an velit vti dicto alicuius teftis,*fup.§. falfum,verfic.vtens dicto ad fin.*& eft ratio,cur Diabolica fit ifta practica, quia quandocunque ex tali vulnere non eft mors fecuta,fupra *in §.homicidium,verf.ceterum, non punitur,* vt ibi,& pro hoc elegans eft dictum Cicer.*in orat.pro Milone*,occidit iure an iniuria,nihil ad Tortorem,facti enim in eculeo quæftio eft,iuris in iudicio, vide Alexan. *confil.115. numer.4. volum.3.* idem Boffius *titul.de confeff.num.80.& fub titul.de refponf.à reo fact.num.17.* pro quo:vide Alexan.*d.confil.115.* vbi in caufa veneni propinati non fufficit propinatorem dicere quem mortuum ex propinatione , cum talis cognitio fpectet ad peritos. Difplicet tamen practica quædam rigorofa,quæ vtuntur moderni latrunculatores; nam folent interrogare reum,vt refpondeat,an talis fit homo probus,vt non poffit poftmodum ipfum reprobare,quod approbaffe videtur,Crau.*confil.178.nu.3. circa fin.& nu.6.in fin. & confil.35.fub num.18.* & videtur text. *in l.fi quis teftibus, C.de teftibus*,& ibi Bald.*nu.7.*& ideo prætetquam malè faciunt,ignoranter etiam procedunt.Nam etfi aliquem, vt probum exiftimem, quandocunque tamen ille talis improbus appareat,non teneor eius perfonam amplius approbare,& etiam faluum eft nihilominus femper ius reprobandi dictum fi non perfonam, Aym.Crauet.*tract.de antiq.tempo. par.prima, verfic.Vifo de verbo, nu.18.cum feq.* idem Crauet.*par.4. verfic. quarto limitatur,nu.30.in fine,hinc retulit* Menoch. *tract.de arbitr.iud.lib.1.quæft.8.n.49.* non obftantibus verbis vulgarium, cum dicunt,promitto ftare tuo dicto,tamen tunc non ftari,fi inique dicatur,fequitur Iaf.on.*in §.Item fi quis effet,fub num.53. ad med.inftit.de act.* Plotus *in l.fi quando, §.48. in princip. & §. fequenti fub num.3.C.vnde vi.*ftant etiam ifta fimul,vt quis infamis fit,& tamen veritatem dicat,& econtrario, Menoch.*de arbitr. iud. libro 1. quæft.17. fub numer.1.* immo non obftante, quod habeatur teftis pro repetito,eft tamen faluum ius opponendi iterum contra perfonam , infra hac eadem quæftione, verfic. facta autem. Plura alia ad præfentem materiam vide apud Flaminm.Chartar.*in fua practic.interrogandorum reorum,libro 1.c.1 n 19.*vide gl.*in cap.præfentium, in verb.proteftatus, extra de teftibus,* Marant.*par 6.art.31.n.12.* Capyc.*decif.61.num.6.* Borgn.*decif.12. par.1.n.3. tit.de ind.* & de quadam alia interrogatione,qua vtuntur moderni,videtur, verum fit poffibile aliter factum effe, vide Bald.*in l.de quibus fub num.5. verfic.interrogatus fi potuiffet,ff.de leg.* & inibi patet, quam friuola fit talis interrogatio,fic etiam teftis dicat id nefcire,cui adde Felin. *in procemio Rex pacificu,col.2. ibi, & dicit,* quod teftis dicens; & ideo interrogatus Iudices an aliter fieri potuerit ab eo,de quo refpondet, & fi dicat,quod fic ; Nihilominus præfumptio fumitur ex his,quæ apparent,non ex his,de quibus non conftat, Crauet. *confil.319.fub numer.13.verfic. Decima nona præfumptio.* Drogh.

u *Quæro etiam nunquid*]adde,quod nec † etiam partes poffunt effe præfentes depofitionibus , quæ debent fieri fecreto. 10
Gomef. *de delict. cap.primo, num.65.* vbi dicit communem, licet partes debeant videre teftes,quando iurant,nec etiam debent interuenire † Aduocatus, & procuratores fifci, iuxta tra- 11
dita per Afflict.*in conftitut.quæftiones, num.6. rubr.41.* fed ego
† femper vidi feruari contrarium quo ad Aduocatum, & procuratorem fifci. 12

x *Ceterum fi reus in examine*] adde,† videndum Foller. *in* 13
pract.crim.in verb. & demum repetantur teftes , vbi dat formam repetendi.

Item adde,quod adeo † eft neceffaria repetitio teftium cum 14
citatione partis,quod ea omiffa,fi reus torqueretur, & fateretur,nulla omnino effet confeffio. Brun.*in tractat. de indic.col.3.* Corn.*confil.68. volum.2.* Ruin.*confil.46. vol.4.* & Vulpell. *in confil.65.in princ.* nec fufficeret illa generalis monitio ad omnes,& fingulos actus,& videndum examinari teftes in refponfione ad inquifitionem,quando pars non eft contumax,Ioan. Andr.ad Spec.*tit.de citat.§.vifo.* Imol. & Barb.*in cap.confuluit, de offic.delig.*Fedet.de Sen. *in confil.161.& 189.*& Vulpell. *in dicto confil.95. num.3.* & teftes parte non citata examinati, etiam fi effent mille teftes,non probant,nec ex eis refultat indicium Grammat. *vot.30. num.7. & 8.* & teftis non ritè examinatus, licet fit omni exceptione maior , non facit indicium , Marf. *fing.242.incip.quando teftis,& confil.64.num.41.vol.1.* Rebuff.*in tractat.de inquifit.feu caufa commiff. artic.10. num.18.tomo 3.*fed de hoc vide inf. *in verf.Item adde, quod fi effent.*Et fi quis fuerit
tortus † teftibus parte non citata examinatis,fi poftea fuerunt 15
reproducti,& legitimè examinari,non conualidatur confeffio metu torturæ facta Boer. *in decif.163.n.8.* & teftes parte † non 16
citata iurati,non faciunt indicium,etiam quod per Principem omnis folemnitas fit remiffa. † Boff. *in tit.de oppofit. contra* 17
teftes, num.34.

Item adde,fi teftes † in repetitione dicant,fe non recordari, 18
non probant , fecundum Foller. *in verf. & demum repetantur teftes, num.7.*

Adde,quod in † crimine læfæ Maieftatis, affaffinij, & aliis 19
grauibus delictis,& criminibus,teftes probant,etiam non repetiti parte citata.*Felin.in cap.fequentem in princ.vt lite non conteftata.*Diaz.*in fua pract.c.92.n.20.*Gram.*confil.40.n.7.* Capyc. *decif.115.col.antepen.*Mafcar.*de probat.concl.157.n.2.* contrarium autem tenuit Burf.*in confil.201.nu.113. vol.2.* vbi conatur probare hanc partem effe veriorem,Foller.*in pract.crim.in verb.& fi confitebuntur,n.41.cum feq.*& ibi *n.45.* dicit, quod licet teftes recepti parte non citata,non faciant indicium, tamen faciunt
aliquando † argumentum,& præfumptionem, ita etiam dicit 20
Gram.*decif.34.num.33. decif.11. num.13.*

Item adde , quod fi † teftes non poffunt repeti , poftquam 21
pronunciatum eft in caufa,Gramm *decif.28.n.6.*nec poft conclufionem, Capyc. *decif.35.in fin.* quos fequitur Foller.*in pract. crim.in verb.& demum repetantur teftes n.12.*poffunt tamen repeti publicatis atteftationibus,Rimin.fen.*conf.138.n.31.vol.1.*

Item adde,quod teftes † mortui habentur pro repetitis, & 22
probant faluo iure opponendi contra eorum dicta , & perfonas, fecundum Paul.de Caftr.*in l.fin. C.de tefti.* & Ioan.Mille. *in fua pract.fol.84.num.17.* fed Foller. *in pract.crimin. in ver. & demum repetantur teftes,num.6.*dicit,quod non credit, iftud dictum procedere in criminalibus ad plenam probationem,&
ideo cogitandum effe. Sed ego † credo,hoc procedere etiam 23
in criminalibus,& ad plenam probationem,ita diftinguendo, quod fi reus citatus,& inquifitus fuerit ante mortem teftium, & comparere noluerit, quod tunc habeantur pro repetitis in odium contumaciæ,vt hic per D.Clarum, fecus vero fi ex negligentia iudicis citatus non fuiffet,nifi poft mortem,& comparuit,& tunc non habeantur pro repetitis,tamen contra Foller.eft tex.Clar.& auctoritas Mille.nec ipfe Foller.affirmatiue loquitur.

Item adde,quod poteft † deueniri ad torturam etiam non 24
facta repetitione cum citatione partis,dummodo ftylus ita fe habeat.Alex.*confil.65.vol.1.* Bologn.*in addit. ad Guid.de Suz.in tract.de torm.in verf.pro concl. Domini Auctoris,* & Gram.*in decifio.34. n.37. circa finem.*

Item adde,quod † quando teftes habentur pro ritè,& rectè 25
examinatis,quod tunc habentur pro repetitis,& ac fi parte citata examinati fuiffent,Capic.*decifio 74.*& Vulpell.*conf.68.n.7.*

Item

26 Item adde, † si copia processus per iudicem decreta fuerit sub hac conditione, quatenus testes habeantur pro rectè, & legitime examinatis; si postea tradita fuerit copia simpliciter, non habitis prius à reo pro talibus, non dicuntur legitimè examinati. Vulpell. *in consil.32. num.6.*

27 Item adde, quod † reus, qui habuit testes pro ritè, & rectè examinatis, potest re integra eius consensum reuocare, quia in his, quæ sunt publici iuris, non procedit regula, quod semel placuit. Hieron. Gabriel. *consil.178.n.18. vol.1.* quem sequuntur addentes ad Bertaz *in consil.91. in l.d vol.1.*

28 Item adde, quod si sint † testes omni exceptione maiores, quorum dictis esset de necessitate standum, quibus aliquid opponi non posset, valeret eorum iuramentum, & dictum sine citatione partis, vt probatur ex dictis Ant. de Bott. *in cap. venientes, el 1.col.2. de testib.* & de mente Bar. *in l.Theopompus,ff.de dot.praleg.versic.item quæro quando aliquis*, Marf. *in l.1.§.si. col.5. versic. & facit,ff.de quæst.* & Viui *commun.opin. in ver.testes non possunt examinari, n.7* & idem esset, si partes dicto testis stare assenserint, idem Viui. *opin.941.n.3.& Socin.in reg.406.* testium depositiones

29 Item adde † multos casus, in quibus non requiritur repetitio quos ponit Felin. & Aret. *in cap.2.de testib.*

30 Item adde, † quod ad declarationem dicti testis non requiritur citatio, secundum Rimin. *in consil.481. col.fin.* quem sequitur Boss. *in tit. de opposit.contra testes, n.35.*

31 Item adde, quod si testes † fuissent examinati in partibus longinquis ad probandum naufragium, eorum depositio valeret absque citatione partis secundum Bartol. *in l.1.C.de naufrag.* & Alex. *in l.4.§.prætor, colum.2. ff.de damn.infect.* Castr. *in l.si creditor. C.de pign.* & Gabriel. *commun.opin.tit.de citat.conclus.1.n.352.* vbi ampliat hanc limitationem in quocunque casu occurrente in remotis partibus, & aliæ limitationes *in titul. habentur*, vide etiam Mascar.de probat. *conclus.273.* Alciat. *consilio 101. n.19.*

32 Item adde, † si testis esset in articulo mortis, quod pars non possit citari, posset omitti citatio partis, Natt. *in consil.337.n.15. volum.3.*

33 Item adde, si † testes fuerunt examinati parte non citata, visa testes iurare, quod pars poterit consentire expressè, non autem tacitè, quod valeant attestationes, perinde ac si vocata fuisset. Guid. Pap. *decisio 216.n.2.* & Viui. *opin.391.n.18.vol.3.*

34 Item adde, quod † testes sunt repetendi parte citata, etiam quod procederetur sola facti veritate inspecta, vel essemus in casibus in quibus proceditur argumentis, & præsumptionibus, vt *in decisio Pedemon.79.n.19.* & etiam vbi causa committatur

35 omni iuris solemnitate omissa, nec posse omitti † citatio, etiam per Principem, secundum Abb. *in consil.46.vol.2.* nec testi examinato coram Papa creditur sine citatione partis. Grammat. *decis.101.n.233.* vel etiamsi in causa homicidii de nocte commissi, quæ fuisset commissa cum ampla auctoritate procedendi, inquirendi, carcerandi, & torquendi pro inueniendis & puniendis delinquentibus, prout sibi videbitur opportunum arbitrio suo, & secundum eius conscientiam, vt per Simon. de Pretis, *consil.102.n.7.* etiam si procederetur manu regia, Bar. *in l.filiusfam.n.4.ff.de don.* Ias. *in §.in bona fidei.n.4.& n.26.Instit.de actio.* Claud. Bertaz. *in addit.ad consil.94.* Barthol. patris *in littera B,* & requiritur dicta citatio, etiam quod inquisiti essent carcerati, vt per Marf. *in consil.11.n.5.& in l.1.n.4.ff.de qu.* nec dicatur, quod quando iudex habet præeminentiam procedendi ex processu informatiuo, potest deueniri ad torturam, etiam parte

36 † non citata, argumento eorum, quæ de præeminentia Magnæ Curiæ Regni Neap. scribit Carter. *in pract.in princ.num.109.* & Gramm. *in consil.64.nu.4.etiam voto 3.& 30.num.23.* quia talis præeminentia procedit *ex cap.regni 272. incip. si cum sceleratus,* in quo expressè iudici conceditur, vt parte non vocata ad torturam procedere possit, & ita etiam respondetur *in d.decisio Pedem.79.n.19.* & si mandatur iudici, vt se instruat, an requiratur

37 citatio in assumenda † informatione, vide Marian. *in tract.de priuileg.rubr.de officiali Dominorum concl.3.*

38 Item adde, † quod testis examinatus parte non citata, non nocet parti, etiam quod eius depositio facta fuisset in tormentis. *Felin.in c.2.de test.* & Laurent. de Pinu. *consil.64.n.2.* Testes, vt præiudicent, debent examinari parte citata, Bertaz. *consil. 553.n.5.* & dari eius copia cum nomine, & cognomine, vt præiudicent, *n.6.* alias recepti non probant *consil.337.nu.8.* etsi sint recepti sine indice, *consil.376.n.1.* idem etiam si non sint repetiti parte citata etiamsi sint recepti pro informationibus ante responsiones rei, *consil.350.n.6.& 7.* quia testes non repetiti parte citata, etiamsi sint recepti pro informationibus ante responsiones rei non probant *consil.557.nu.2.* non enim iurati parte non citata probant, *consil.358.n.22.* etiamsi sit per Principem remissa omnis iurium solemnitas ibidem *nu.25.* examinati vero ad defensam nihil indicij faciunt, & ideo iure dicebam perperam processum per iudicem in causa Illustr. D. Marchionis Felicis Pallauicini, in qua post processus publicationem per octingentos septuaginta duos dies examinati fuere testes ad offensam parte non citata, & proinde rarius in allegationibus illius: possunt tamen testes examinari parte non citata, quando agitur de probando casu, ne quis indebitè damnum patiatur, Bertaz. *consil 384.n.*

Item adde, quod repetitio † testium debet fieri per iudicem, 39 nisi fuerit legitimè impeditus, legendo vnicuique testi depositionem suam separatim ab aliis testibus, & in secreto, ne verius depositio per aliam fabricetur, & lecta depositione testi debet scribi actus repetitionis, iuxta tradita per Foll. *in pract.crim. in verb. Et demum repetantur testes, n.4.*

Item adde, si testis † citatus ad hoc, vt repetat, quod dixit in 40 primo examine, si arripuit fugam, eius depositio facta falsa præsumitur, & est maxima præsumptio innocentiæ accusati, siue inquisiti, vt per Bottam *in consil.1.n.75.& 76.*

Item adde, quod licet regulariter examen reddatur nullum, si pars non fuerit citata ad videndum iurare testes, tamen sanatur, si cum interrogatoriis datis ab ipsa parte examinati appareant per commissionem, arbitrio iudicis, ita Ant. August. *decis.127.lib.3.* Put. *decis.301.lib.3.* & Viui. *opin.391.num 6.vol.3.* contrarium tamen videtur tenere Bertaz. *consil.355.n.13.vol.2.*

Item adde quod numerus † testium non supplet defectum 41 aliorum testium deponentium sine iuramento. Viui. *opin.531 n. 17. vol 3.*

Idem adde, quod in regno Neapolitano solent haberi testes pro citatis, iuratis, & legitime repetitis, præter testes absentes, & mortuos, vt refert Foller. *in pract.crim.in verb. detur copia capitulorum n.5.* & ibi disputat, an fiscus instare possit, vt non detur copia processus cum dicta reseruatione. Sed vide, quæ posui infra *in qu.49.vers.Item scias, vbi latissime.*

Item adde, quod non † est opus repetitione testium, quando 42 reo confesso datur terminus ad faciendum defensiones suas, quia ex ipsa confessione iam sequuta condemnatio sequi debet; & ideo in decreto defensionis non est necessaria illa clausula, habitis testibus, & citata tradit [illegible] *in praxi interrog.reorum lib.4.cap.2.n.29.* sed iudicio meo melius esset, quod testes haberentur pro repetitis, nam si confessio rei ex aliquo capite annullaretur, testes non repetiti nihil probarent, quod fisco esset damnosum, cuius interest plures habere probationes, & fundamenta: Iudices igitur in decreto clausulam apponant, vel testes repeti faciant ante dationem termini ad faciendum defensiones, si cautè procedere volunt.

Item adde, quod † in Regno Neapolitano extat *Regia Prag-* 43 *mat.incipiens Carolus, &c. quæ est tertia sub titul.de citationibus,* qua cauetur, quod expeditio causæ criminalis nullatenus retardetur prætextu testium Curiæ non repetitorum, vt etiam habetur per Gramm. *in decis.18.n.6.* & statuitur quoque in d. pragm. testes posse repeti infra tempus datum reo ad defensionem, & postea per tres dies, nisi testes sint absentes, quo casu dabitur competens dilatio.

Item adde, quod † repetitio testium debet fieri post litem 44 contestatam, scilicet post interrogatione, & responsionem rei, *c.qualiter, & quando el 2.extra de accusat.* & Mille. *in pract. fol. 118.num.24.*

Item adde, † quod testis non potest cogi ad se repetendum, 45 non lecta sua depositione, Bott. *in d.cis.108.* quod non procederet, vbi prima depositio non esset iurata, vt solet fieri in propalationibus, & quæ metu excommunicationis, siue monitorialium fuerit, quæ depositio non debet legi, quia vel sibi erit in arbitrio iudicis facere testi legi eius depositionem, quia nullus subest timor variationis: nam illud primum dictum cum non sit iuratum nihil facit, quo minus testis possit contrarium cum iuramento deponere absque timore contrarietatis, ita tradit Neuiz *in sylua nupt.lib.3.n.61.* & Bar. *in l.eos, ff.de fals.* dat aliud consilium, quod testis in repetitione, si primam depositionem videre non potest, dicat, quod ipse deponit, prout sibi videtur modo, sed si appareret aliter dixisse in alia depositione, ex tunc corrigit secundum dictum, & se redit ad primum, cum illo tempore melius recordetur; sed primum consilium, vt scilicet petat sibi legi primam depositionem, videtur esse verius secundum Boer. *in d.decis.108 sub n.9.* Barat.

y *Si vero neges*] Testium repetitio quando facienda vide per Farin.*q.72.c.1.n.101.& 102.& 136.* Ros.

z *Iterato examinans testes*] Quid si sint mortui? Foller. in *practic.crimin.verbo, Repetantur.n.6 fol.172.* & Milleus *folio 111.* & Natt. *consil.394.n.21.* Et quod repetitio sit necessaria. Bursat. *consil.34 n.5.* & dicit communem *suo consil.crim. num.10.* Vulpell. *consil.40.in princ.& consil.76.in fin.& 85.n.8.& 9.n.1. 2.& 3.* Farin. *qu.73.n 136.* Ros.

a *Et aduerte*] Honded. *consil.101.n 30.* Vulpell. *consil.76.in fin.* Ros.

b *De nouo iurare*] Farin. *titu.de indit.qu.43.num.136. vol.1.* Ros.

c *De nouo iurare*] adde aduertendum † esse, quod debeant 46

iurare ad præsentiã partis, quãdo fit confrõtatio. Boer. *decis.* 319. *n.* 4. & antequam deponant: quia si post depositionem iurarent, eorum depositiones non essent validæ. Boer. *decisio.* 159. *n.* 2. contrarium autem multi tenuerunt, sed Socin. *in cap. paternitatis, de testi.* ita distinguit, aut testis incontinent post depositionem iurat sponte, non requisitus à iudice, veluti dico Titium occidisse Seium, & ita iuro, tunc admittitur; aut incõtinenti iurat, requisitus à iudice, & tunc repellẽdus est testis: cuius distinctionis ea ratio est, quia quando quis sponte iurat, cessat ratio, quod propter erubescentiam, & euitandam infamiam non sit reuocaturus dicta prius per eum, & hanc distinctionem etiam probauit Felin. *in cap. de testib. n.* 8. *extra de testi.* & testis sine iuramento,
47 etiam quod deponeret in tortura, non probat. † Crau *in consil.* 6. *n.* 48. faciunt tamen præsumptionem ad informandam iudicis conscientiam. Reip. *in l. admonendi, n.* 127. *ff. de iureiu.* & Deci. *in consi.* 159. & de ista quæstione, quod testes prius debeant iurare,
48 antequam deponant, & in quibus † casibus sine iuramento pro-
49 bent Masch. *de probat. concl.* 1361. nec † præsumitur iuramentum delatum fuisse in confrontatione, si non apparet in actis. Bertaz. *consil.* 341. *n.* 20. *vol.* 1.

50 Item adde, † si carceratus velit videre iurare testes, qui essent infirmi, vel senes, vel alio modo impediti, quod non possent venire in iudicium, iudex, si dubitat de fuga ipsius carcerati, non debet eum mittere ad videndum iuramentum testium, sed debet cogere carceratum, vt constituat procuratorem ad videndum iuramentum. Et si non velit facere dictum procuratorem, Iudex in eius contumacia poterit recipere iuramenta dictorum testium, & si iudex non timeret de fuga, poterit mittere carceratum benè custoditum, expensis tamen ipsius carcerati. ita tradit Afflict. *in constit. in pecuniariis, n.* 18. *lib.* 2. *rubr.* 29.

51 Item adde, quod † examen factum non facta citatione ad videndum iurare testes, non valet, etiam si citetur procurator, de cuius mandato in actis non constet. Viu. *comm. opin. in verb. testes non possunt examinari, n.* 2. *fol.* 93.

52 Item adde, quod si fuero † citatus, & testes non iurati deponunt me præsente tacente, & non contradicente, non videor propterea consentire, quod deponant sine iuramento, quamuis
53 iuramentum possit remitti testi, † ita tradit Ioan. And. *in cap. nuper, de testib.* quem refert, & sequitur Ias. *in l. qua dotu, nu.* 170. *ff. solut. matrim.*

54 Item adde, quod confrontatio † testium cum reo operatur plus, quam si testes parte citata fuissent examinari. ita dicit Affl. *in constit. si damna clandestina, n.* 16. *in rubr.* 27. *lib.* 1. quem sequitur Anton Scap. *in tract. iuris non scripti lib.* 5. *c.* 114. *n.* 8.

55 Item adde, si officiales † ex indiciis per dicta testium non confrontatorum, vel parte non citata examinatorum inquisitos ad torturam ponerent, tenerentur in syndicatu, & confessio, quæ ex tali tortura sequeretur, non valeret. Brun. *in tract. de indiciis, & tort. quæst.* 2. *pri. parte, nu* 9. & Ant Scap. *in tractatu iuris non scripti lib.* 5. *c.* 114. *nu.* 9. *&* 10. nisi in casibus, in quibus testes non repetiti, probant. *Baiar.*

c *Item si sunt tales testes*] Contrarium, vt in socio criminis, vnicum tantum sufficiat iuramentum, dixit supra *quæst.* 21. *versic. Quæro nunquid.* Drogh.

d *Et perseueraret in illo*] Hanc materiam nedum in criminalibus, sed etiam in ciuilibus; melius, & diffusius tractatam vidi infra *q.* 53. *vers. Tertius est casus*, & ibi concordatur cum iis, quæ dixerat supra *in §. falsum, versic. subornans ad fin.* Drogh.

e *Nam illa tortura, & omne id, quod fuit*] adde, quod in cri-
56 minalibus † testes non debent examinari lite non contestata, quia stricte proceditur. Abb. Innoc. & Marian. Socin. *in capit. quoniam frequenter extra vt lit. non contestat.* alias talis testis lite non contestata examinatus, non faceret indiciũ. Abb. *in c.* 1. *vol.* 2. *de confess.* etiam quod essent mille testes. Aret. *in cons.* 163. *col.* 2.
57 & lis † dicitur contestata per solam responsionem rei interrogati à iudice super delicto vt supra *in princ.* Marsi. *in pract. crim.* §. *diligenter à n.* 61. *vsque ad nu.* 67. & Gomes. *de delict. cap.* 12. *num.* 18. *circa medium* tractant istam materiam. & non dicitur, quod
58 tortura † reiteretur, sed de nouo iurare, vti testis, parte citata, quia non sufficit primum iuramentum, & idem dicit Boer. *in decis.* 319. *nu.* 4. vbi allegat Marsi. *in loco supracitato*, & ideo ego credo, quod si deposuerit de socio in tortura, quod sufficiat illum repetere cum iuramento, vel cum eo præstito iuramento, facere confrontationem absque aliqua reiteratione torturæ: sed si socium sponte sine tormẽtis nominauerit, tunc erit torquendus ad purgandam infamiam; tamen me remitto. *Baiar.*

59 f *In hoc autem proposito*] adde, quod ita † communiter seruari attestatur Carr. *in tract. de execut. sent. contum. cap. fi. nu.* 175. & Mascar. *de probat. in conclus.* 496. *n.* 13. Baiar.

g *Ex quo tamen*] Carrar. *de execut. sentent. c. fin. num.* 175. *circa fin.* Rof.

h *Eos repetat, & confrontet.*] adde supra *quæstione* 21. *vers. Item quæro.* Drogh.

i *Hæc autem confrontatio*] Quomodo, & quando fiat ista confrontatio, supra, *quæstione* 21. *versic. Quæro nunquid ad fin. infra quæstione* 50. *versiculo. Item quia ad fin.* Contrarium tamen innuit infra *quæstione* 52. *versicul. Tertius est casus*, & de modo tenendo in facienda recognitione in fine huius versiculi, vide Bald. *in cap. cum causam, sub numero* 33. *extra de testibus.* Drogh.

Hæc autem confrontatio] Farin. *dicta quæstione* 72. *limita.* 15. *n.* 136. *vsque* 148. Rof.

Hæc autem confrontatio fieri solet] adde Guliel. † Bened. *in* 60
verb. mortuo itaque testatore in cap. Raynutius, nu. 102. *de testam.* vbi tradit formam, quomodo confrontatio, quæ habetur loco publicationis † secundum Bart. *in extrauag. ad reprimendum in* 61
verb. & figura. & de forma confrontationis latè per Carr. *in sua praxi interrog. reorum lib.* 3. *cap.* 3. *num* 8. & testes cogi possunt, † & compelli. vt confrontentur secundum eum *in dicta praxi.* 62
lib. 3. *c.* 1. *num.* 93. & ibi *num.* 97. quando sit abstinendum à confrontatione.

Item adde, quod † confrontatio est loco repetitionis, quando testes iurant in præsentia rei in actu confrontationis Bertaz. 63
consil. 70. *n.* 40. *vol.* 1. *consil. crim. diuers. in folio*, quem refert, & sequitur Bursat. *consil.* 191. *n.* 35. *vol.* 2. vbi dicit, quod confrontatio † sine iuramento nihil operatur, & quod iuramentum est nullum, si defertur per fiscum. *Baiar.* 64

k *Facta autem*] adde infra *q.* 48. *vers.* 1. *& vers. Item scias, & q.* 50. *vers. Item quia ad fin.* ibi debent tamen, publicatur autem testis habitis prius indiciis pro repetitis, & solet Reus protestare, quod saluum sit sibi ius opponendi tam contra testes, quam etiam contra eorum dicta, quæ practica sumpta est ex cap. venientes ext. de test. vide Capic. *decisio* 74. Drogh.

Facta autem repetitione, & confrontatione] adde quid esset faciendum, si reus † non vellet dare hanc licentiam, nec habere 65
testes pro repetitis, & legitimè examinatis, vt per addentes ad Bertaz. *in consil.* 91. *in l. d. volum.* 1. & ista consuetudo, quod per reos huiusmodi licentia detur iudicibus, non est † in statu eccle- 66
siastico, nec in regno Neap. sed habentur testes pro legitimè examinatis, vel quod repetuntur reo citato, vel in eius faciem examinantur, quando fit confrontatio. *Baiar.*

l *Quod reus inquisitus*] Præualet Bal *in l. si quæstio. nu.* 5. *C. de test.* Rof.

m *Monitionem generalem*] adde de ista monitione, qua etiam vtimur in ciuilibus, sup *q.* 31. *vers. sed hic quæro*, & per Maraut. in suo Spec. *part.* 6. *tit.* 1. rectè concipiatur citatio, *nu.* 118. illaque stat ratio, quia quando fit processus reo præsente, id est in carceribus, testis examinatus ipso non monito fidem non facit. sup. *q.* 11. *versic. Item quæro in fi. & q.* 31. *vers. Vlterius quæro, & q.* 50. *versic. Item quia, ad fin. in ciuilibus.* Tamen si partes volunt, possunt has citationes ad videndum iurare prætermittere, Bald. *in l. presbyteri, num.* 5. *C. de epis. & cler.* Drogh.

QVÆSTIO XLVI.

Quibus casibus reus carceri tradendus sit, vel fideiussoribus relaxandus.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Rei perfecto examine, debent in carceribus commendari.*
2 *Et quid si à carceratione appellent.*
3 *Carceris fabricatio ad quem pertineat.*
4 *Custos carceris tenetur singulo mense carceratorum nomina iudici deferre.*
5 *Quid facere debeat custos carceris, si aliquis ex carceratis moriatur.*
6 *Reus quando sit fideiussoribus relaxandus.*
7 *Et quid si non ingeratur pœna corporalis.*
8 *Et quid in seruis.*
9 *Et quid in festis paschalibus.*
10 *Et quid si appareat de innocentia rei.*
11 *Et quid in dubio.*
12 *Et quid si fideiussores non sint idonei.*
13 *Et quid si detentus in vna ciuitate velit dare fideiussorem in alia.*
14 *Et quid si reus propter paupertatem non inueniat fideiussorem.*

15 *Et*

15 *Et quomodo id probari possit.*
16 *Et an viri illustres dimittendi sint iuratoria cautioni.*
17 *Et qua debeat esse forma promissionis huiusmodi fideiussores.*
18 *Et an possit aliquis se obligare pro alio ad pœnam corporalem.*
19 *Et quid si pro delicto imponatur pœna pecuniaria.*
20 *Cautela recipiendi fideiussores.*
21 *Si statutum imponat pro vulnere pœnam centum, & pro homicidio pœnam mille, & aliquis simpliciter fideiusserit pro imputato de vulnere, sub qua pœna teneatur illum consignare.*
22 *Et quid, si ille, qui præstitit fideiussorem, sit deinde ex alia causa bannitus.*
23 *Quantum tempus concedatur fideiussori ad reum præsentandum.*
24 *Si fideiussor reum non consignet, cui applicetur pœna promissa.*

Ex Additionibus.

1 *Carceratio iusta quot requirat.*
2 *Carcer quotuplex, remissiuè.*
3 *Iudex potest committere carceratũ detineri in quocunq; loco sua iurisdictionis, donec mittat familiam pro eo.*
4 *Carceratum alloquens quando incurrat pœnam impositam alloquenti carceratum.*
5 *Carceratus iniustè an post decem dies possit appellare.*
6 *Carceratus appellans à carceratione pendente appellatione non excarceratur.*
7 *Commentariensis quomodo iuret, & ad quid teneatur.*
8 *Carceratorum visitatio quomodo sit facienda.*
9 *Carcerati infirmi sunt habilitandi fideiussoribus.*
10 *Et quid si eos non inueniant.*
11 *Et quid si is non reperiatur, ad cuius instantiam quis fuit carceratus.*
12 *Querelans an teneatur subministrare expensas litis accusato pauperi.*
13 *Carcerum visitatio quomodo fiat in Reg. Neap.*
14 *Carcerato pauperi in Reg. Neapol. administrantur alimenta per Curiam.*
15 *Et quid de iura communi.*
16 *Commentariensis quid debet facere, si carcératus agrotat, vel moriatur.*
17 *Et quid si carceratus reperiatur mortuus.*
18 *Et quid si dedisset fideiussores de securo carcere.*
19 *Carcerati quando sint relaxandi fideiussoribus, remiss.*
20 *Carcerati contractus quando valeat.*
*20 *Qui semel aufugit à carceribus, non est fideiussoribus relaxandus.*
21 *Carceratus ob pœnam pecuniariam an sit fideiussoribus relaxandus.*
22 *Quid seruetur in Regno Neap.*
23 *Et quando non sit relaxandus etiam in pœna pecuniaria, remissiuè.*
24 *Carceratus magna existimationis relaxatur etiam in causa corporali.*
25 *Statutum, quod puniendus pœna corporali relaxetur fideiussoribus, valet.*
26 *Et quid in consuetudine.*
27 *Carceratus pro pœna pecuniaria non debet relaxari, si ipse à principio carcerati maluit.*
28 *Carceratus pro pœna pecuniaria non debet relaxari si sit indiciatus ad torturam.*
29 *Testis torquendus non relaxatur fideiussoribus.*
30 *Carceratus sponte confessus non relaxatur.*
31 *Item si sit solitus aufugere.*
32 *Item si de socijs sit interrogandus.*
33 *Item si fuerit captus in flagranti.*
34 *Et quid si sit condemnandus in pœnam corporalem ob defectum pecuniaria.*
Et quomodo hoc casu sit concipienda fideiussio.
35 *Falsarius debet in vinculis causam dicere.*
36 *Et si fuerit relaxatus sub cautione non citata parte, est ad carceres reuocandus.*
37 *Fideiussore non existente soluendo cuius sit periculum.*
38 *Carcerati in die Natalis, seu Paschatis possunt relaxari etiam non publicato processu.*
39 *Carceratus relaxatur sub cautione, etiam pendente processu, si de innocentia constat.*
Quid autem in Regno Neap.
40 *Carceratus, si tempore sententia reperiatur relaxatus, & pars appellet, nõ reducitur ad carceres, nec ecõtra.*
41 *Iudicis arbitrio remittitur, an carceratus sit fideiussoribus relaxandus.*
42 *Et quales debeant esse fideiussores.*
43 *Fideiussores de representando non habent beneficium excussionis.*
Carceratus non potest ponere alium in eius locum, vt excarceretur, num. eod.
Homo liber non potest dari pro obside, nisi pro publica vtilitate.
Pignus an possit dari loco fideiussorum.
* *Aduocatus, & Procurator an possint fideiubere cliẽtulis.*
44 *Carceratus relaxatus sub fideiussoribus non idoneis, potest iterum capi, vt idoneos præstet.*
45 *Et an primi sint liberati.*
46 *Et quid si postea efficiatur non soluendo.*
47 *Carcerati an possint ad inuicem pro se fideiubere.*
48 *Notarius non capiens idoneos fideiussores, & quando teneatur.*
49 *Cautio iuratoria quando admittatur.*
50 *Carceratus quando probat non posse reperiri fideiussores.*
51 *Illustris quis dicatur, remittitur arbitrio Iudicis.*
Fideiussor de præsentando ad certum diem non tenetur nisi fuerit monitus.
*51 *Fideiussio an transeat ad hæredem.*
52 *Dies quando interpellat pro homine.*
53 *Mora requirit declarationem.*
54 *Fideiussor de præsentendo infra octo dies, si infra octo dies non fuerit requisitus, an teneatur amplius.*
55 *Mora purgatio quando cesset, remissiuè.*
66 *Tempus breue quando dicatur, est Iudici arbitrium.*
57 *Iudicialis auctoritas non debet vilescere.*
Mora quando purgetur in Regno Neapol.
58 *Mora non purgatur, si reus fuerit captus per Curiam.*
59 *Petrus Belling. in tract. spec. Princ. impugnatur.*
60 *Mora quando possit purgari post factam executionem.*
61 *Mora geminata non purgatur.*
62 *Item quando executio est facta à lege ipso iure.*
63 *Pœna legalis, & dies impediant purgationem moræ.*
64 *Terminus datus à Iudice etiam comminatores, ne prohibet purgatione moræ.*
65 *Fideiussores non possunt excusari, etiam quod reus repræsentandus veniret capit aliter puniendus.*
66 *Limit. si per superiorem esset comminata mori reo, & ille aufugit.*
67 *Amplia etiam si permisisset non obstante quacunque causa, etiam de nouo superueniente.*
68 *Fideiussor primus an liberetur per dationem secundi.*
69 *Fideiussor de tuto carcere an liberetur ex prorogatione loci.*
70 *Nouatio quando liberet fideiussores.*
71 *Fideiussor vt supra si sit præsens, & videat locum mutari à Curia, an liberetur.*
72 *Reus carceratus absque præsentatione fideiussoris an possit à fideiussore offerri, vt amplius teneatur.*
73 *Fideiussor an obligetur non obligato principali.*
74 *Promissor facti alieni liberatur, facta possibili diligentia.*
75 *Fideiussio non valet, nisi præstetur officiali, vel Notario.*

Fiscus

ficit facere fidem de ægritudine, nisi etiam fiat fides de morte: nam omnes, qui infirmantur non moriuntur, & si hoc admitteretur, esset cuilibet de facili aperta via fugiendi. Propter in hoc Ducatu seruatur, quod quando aliquis ex carceratis infirmatur, custos monet iudicem de illius ægritudine: & deinde si moriatur, facit vocari notarium processus, qui coram testibus visitat cadauer, & illud recognoscit pro eo, qui dicit mortuus, & illam visitationem redigit in actis. Et hoc modo præclusa est via fraudibus.

6 Plerunque *l* vero aut ipse reus, aut eius procurato-
l res petunt eum à carcere dimitti, ac fideiussori relaxa-
m ri: Videndum est igitur, quando reus *m* sit fideiussori relaxandus. Et scias, quod ille, qui intercedit pro reo, & petit eum relaxari fideiussori, debet facere hanc petitionem poni in actis cum oblatione idonei fide-
n iussoris: *n* nam si non reperiatur in actis, iudex, si eum non relaxet, non tenetur in syndicatu. Et ita in facti contingentia judicatum fuisse attestatur Afflict. *super*
o *2. parte constitutionum Regni, rubric.* 10. *numer.* 5. *o* Scias etiam, quod licet de iure regulariter contractus facti à carcerato non valeant, prout, tenent communiter Doctor. teste Marsilio *in pract. crim. §. attingam, n.* 2. tamen
p de consuetudine *p* carcerati solent procuratores constituere, & satisdare, & alius contractus facere. Et ita continue in practica seruari attestatur Alban. *in l. qui in carcerem, ff quod metus causa.*

7 In *q* hac autem materia facienda est conclusio, quod
q regulariter vbicunque pro crimine imponitur pœna
r corporalis, reus *r* non est fideiussoribus relaxandus. Et hæc est communis op. vt ait Xuares *in suo vol. allegationum, fol.* 693. *circa fin.* in qua allegatione valde eleganter loquitur in hac materia. Et huic opinioni applaudit
r cõsuetudo, vt dicit Card. Alex. *in c. quisquis, 2. q* 8. *r* Vbi vero non ingeritur pœna corporis afflictiua, non debet reus carceribus mancipari. Et ita tenent communiter DD. vt ait Ant. Gomes. *c. 9. delict. n.* 8. & nos de hoc habemus decretū *in nouis const. in tit. de accus. c. rei carceribus.* Quod intellige, vt procedat, modo offerat præstare fideiussorem: alias si non haberet fideiussorem, vtique deberet in carceribus detineri, & ita seruatur.

8 Et hæc quidem conclusio maximè locum habet in seruis; nam illi non relaxantur fideiussori, vt est text. *in l. 2. ff. de custo. reorum & in l. lex Corn §. præterea, ff. ad Syl-la.* & dicit Afflict. *in d. rubr.* 10. *in fin.* quod ita vidit fuisse iudicatum.

9 Solent *s* etiam plerunque iudices in festis Paschatis,
s & Natalis Domini reos in carceribus *t* detentos rela-
t xanti facere, & ad hunc effectum solent illis temporibus quatuor Senatores ad visitandos carceres accedere, & alios fideiussoribus dimittere, alios carceratos relinquere, & vbi negotium est grauis momenti: senatui referre, & his relationibus solent etiam interesse in Senatu principes nostri, vel eis absentibus, eorum in hoc Ducatu locum tenentes. De hoc autem habemus text. expressum *in l. nemo, quæ est lex tertia, Cod. de Episcop. aud.* vbi excipiuntur etiam delicta, quorum rei non sunt eo tempore relaxandi. Dicit tamen ibi Bartol. quod consuetudo interpretata est contrarium, & illum refert Marcus *decisio.* 409. *numer.* 1. & Practic. Conradi, *folio* 276. *numer.* 14. Sed certè si crimen non sit enorme, & reus non sit confessus, vel conuictus, vtique debet in festis Paschalibus, & Natalitiis relaxari, saltem data domo, vel ciuitate pro carcere. Et ita de consuetudine apud nos obseruatur, de qua etiam attestatur Boss. *in titulo de carcer. fid. comm. n.* 27.

10 Pariter *u* etiam, vbicunque etiam pendente proces-
u su, apparet reum non esse culpabilem delicti, de quo imputatur, debet relaxari, vt est tex. *in l. 1. C. de exhi. reis.* Et ita Florentiæ practicatur, vt dicit Apost. ad Bald. *in l. nullus, sub n.* 2. *ff. de custo. exhi. reor.* quem refert Chassan. *super consuet. Burgund. fol.* 50. *n.* 170. & Boer. *super consuet. Bituri. fol.* 23. *col.* 1. & Gramm. *super constit. Regni, folio* 60. *post numerum* 41. & *u* Carau. *super* 40. *ritu magnæ curiæ,* *u*
circa princip. & super ritu 41. *numer.* 5. & licet text. *in d. l.* 1. non videatur requirere fideiussores, sed simpliciter dicat illum debere relaxari, nihilominus *x* practica ob- *x*
seruat, quod præstetur fideiussio, & ita seruari videmus, vt dicit Boss. *in titul. de sentent. numer.* 61. Subdit tamen Carauita *in loco præallegato*, quod in Regno Neapolit. hodierna practica communiter, & generaliter se habet, quod facta publicatione processus, etiam quod appareat de innocentia rei, non relaxatur fideiussori, quod ego non laudo, nisi crimen sit valde enorme, vel speret iudex habere noua indicia. *y* Hæc autem rela- *y*
xatio operatur, quod non potest reus iterum in carceres conjici ex ea causa, nisi superuenientibus nouis indiciis. Et ita seruari attestatur Bossius *in loco præallegato*, quod tamen (vt videmus) non ita distinctè obseruatur, sed iudicis arbitrio relinquitur. *y* Præterea scias, *y*
quod in omnem casum tempore, quo fit relatio diffinitiua causæ in Senatu, semper solet reus ad carceres reuocari, ne, si sequatur condemnatio corporalis, possit illam fugiendo *z* eludere. *z*

In *a* dubio autem debet iudex semper inclinare in 11
a mitiorem partem, vt scilicet reum sub fideiussione relaxet, & hoc, vt subditos minus, quam fieri potest, grauet impensis, licet iudices seueritatis gloriam affectantes de consuetudine seruent contrarium, ipsi enim in dubiis semper consueuerunt retinere reos in carceribus mancipatos, vt dicit Benedict. *de Plun. b. in repetit. l. pen. § ad crimen, post num.* 67. *ff. de public. iud. b* *b*
Potest tamen iudex reum consignare militibus, vt illum custodiant in aliquo loco tuto extra carceres, vel fideiussoribus, qui promittant eum in aliquo loco tenere, vel statuere palatium, vel ciuitatem pro carcere sub fideiussione, quando personæ qualitas hoc requirit, & iudex credit pro certo illum non fore culpabilem, prout se vidisse infinitis vicibus obseruari attestatur Angel. *in l. nullus, numer.* 3. *C. de exhib. reis*, quem refert Xuares *in suo vol. allegationum, folio* 686. *num.* 11. & Nunius *de los corregidores fol.* 155. *col.* 2. *in princ.* Subdit tamen ibi Ang. Consula tibi assessori, vt nunquam eum relaxes fideiussori: quia magna pericula posses incurrere. Sed in hoc iudicio meo male loquitur, & contra æquitatem, & communem practicam.

Ceterum *c* debet iudex diligenter aduertere, quan- 12
c do facit reos sub fideiussione relaxari, vt dentur idonei fideiussores: alias ipse teneretur in syndicatu, quinimo refert Bossius *in titul. de carcerato fideicommiss. num.* 7. quod ipse vidit in contingentia facti, quendam magnum virum compelli etiam ante syndicatum ad soluendam pœnam promiserat fideiussor. Propterea bonum est, quod iudex vbi fideiussor non sit notorie plusquam soluendo, faciat ei dari approbatorem, seu collaudatorem, qui illum collaudet, & approbet pro idoneo: nam ipse collaudator tenebitur vbi repertum fuerit fideiussorem non soluendo. Et hæc est bona cautela, vt dicit Marian. *in d. cap. qualiter, & quando, post numer.* 236. vbi subdit, quod ita etiam seruat consuetudo. Dicit etiam Ang. *de malefic. in verbo, Pro quibus, & quolibet eorum, numer.* 13. quod ita est consuetudo per Italiam, quem refert Boss. *in loco præallegato. d* Sed certe *d*
in hoc Ducatu seruatur, quod notarij rerum criminalium recipiunt ipsi fideiussores, *e* & tenentur in sub- *e*
sidium, vbi illi *f* non sint idonei. Quod fuit optima *f*
ratione introductum, quia vt plurimum iudices sunt forenses, notarij vero municipes, & ideo habent magis notas personas, & facultates eorum, qui faciunt pro reis fideiussiones: propterea ipsi bene aduertant

g tant. g Dicitur autem fideiussor idoneus non modo, qui possidet bona immobilia, sed etiam qui licet nulla possideat immobilia, habet tamen tot bona mobilia, quæ de facili asportari non possunt, puta, si haberet magnam apothecam, vel multa nomina debitorum, arg. eius quod dicit Bar. *in l. sciendum, num. 5. ff qui satisd. cog.* Et ita seruatur, vt attestatur Carauita *super ritu 160. magnæ curiæ, nu. 7. in fi.* qui multa ponit in hoc proposito, de quibus ego dixi sup. *lib. 2. §. Fideiuss.*

h Pone, h quod Papiensis sit detentus Mediolani, vel econtra, & offerat dare fideiussores in ciuitate Papiæ, quia dicit eos non reperire in ciuitate Mediolani, quia sit forensis, nunquid erit admittendus, vt fideiubeat in ciuitate Papiæ? Respon. quod non, sed i semper i dari debet fideiussor in loco iudicij, & ita seruatur, prout etiam se vidisse obseruari attestatur Afk flict. *super 2. parte constitutionum Regni,* k *rubric. 10. numer. 6.*

14 l Sed l quid agendum, si reus propter paupertatem non inueniat fideiussorem? nunquid erit relaxandus præstita per ipsum iuratoria cautione? Respon. De iure forte esset dicendum, quod sic, & est communis opin. vt ait Marsil. *in repetit. rubrica de fideiussoribus, nu-* m *mer. 166. & sequen.* De m consuetudine tamen seruatur contrarium, & in specie de mulieribus, quod non relaxentur cum iuratoria cautione, dicit Apostil. ad Bald. *in authen. hodie, C. de custod. reorum,* quod ita obseruat consuetudo. Ita etiam iudicatum fuisse in curia Burdegalen. attestatur Boer. *decis. 349. colum. fin. vers. tamen sunt, & in fin. illius decisionis* dicit, quod idem etiam seruatur in viris, prout etiam in hoc Ducatu seruatur indistinctè. Solent tamen quandoque relaxari delinquens multum grauati in processu cum iuratoria cautione, & præcepto in faciem, cum commi-n natione pœna iudicis arbitrio, n prius tamen consulto Senatu, vel etiam, si agatur de leui crimine, Senatu non consulto. Et iudicio meo est optima consuetudo, ne rei, qui alias essent relaxandi, vbi fideiussorem non inuenirent, propter eorum paupertatem, in carceribus marcescant.

15 Sed o quomodo probabitur, quod reus non possit o inuenire fideiussorem? Respon. Et p ipso, quod reus p cum iuramento affirmet, quod non putat inuenire posse fideiussores, satis censetur probasse difficultatem præstandi fideiussorem, secundum glos. *in l. 1. in verbo. fideiussoribus, ff qui satisf. cog.* quam dicit esse communiter approbatam Socin. *consil. 79. col. 2. vers. tertio confirmatur libro 2.* prout illum refert Cotta *in memoral. vers. Iuramentum probat, circa princip.* In practica tamen apud nos seruatur, quod iudex ex officio summariè, & sine scriptis cum interuentu fisci se informat de facultatibus ipsius rei aliter quam per eius iuramentum, & deinde fit ordinatio, quod relaxetur cum iuratoria q cautione, q cum participatione, & interuentu fisci, & subscribitur à fiscali, & iudex est postea tutus in syndicatu.

16 Scias r autem, quod de iure loquendo, viri illustres r non possunt cogi ad fideiussionem præstandam in causa criminali, sed dimitti debent iuratoriæ cautioni, vt *r est text. *in l. quoties, C. de dign. lib. 12.* Sed r quidquid sit de iure, contrarium seruat consuetudo, vt scilicet non modo cogantur fideiubere, sed etiam in carcerem detrudantur. Et ita dicit Fab. *in pra. arb. fo. 48 nu. 12.* quod dispositio *d. l. quoties,* recessit ab aula, & in practica non seruatur.

Quæro, s quæ debeat esse forma promissionis fide-s iussoris in causa criminali. Respon. Quidam dicunt sufficere, quod promittat simpliciter consignare reum t ad omnem requisitionem ipsius iudicis, quo casu id non obseruauerit, tenebitur ad interesse. Et hoc videtur tenuisse gl. *in l. si. in verbo commodius ff. de præto. stip.* Alij vero dicunt, quod non sufficit illa simplex promissio, sed debet promittere de eum consignando sub certa, & determinata pœna. Ita tenuit glo. *in l. se d. & si quis, §. fin. in verbo, plusquam statutum est, ff. si quis caut.* & ita communiter seruatur, vt dicit Alber. *in l. si quis reum, n. 1. ff. de custod. reorum.* Carauita *super 44. ritum magnæ curiæ, nu. 8. in fine.*

Sed nunquid poterit aliquis se obligare u ad pœnam corporalem ex sua conuentione propter delictum alterius? Resp. quod non, ita tenet gl. *in c. cum homo, in verbo, Supplicium, 23. q. 5.* quam dicit esse frequentissimo omnium consensu receptam Didacus *lib. 2. resolutionum, c. 8. n. 8.* Et ita communiter seruatur, vt dicit Alber. *in 1. par. statutarum, qu. 51.* quem refert Mars. *in rubr. ff. de fideiuss. n. 108. & in l. infans, n. 16 ff. ad leg. Corn. de sicar.* Et ideo apud nos non admitteretur in practica illud, quod dicit Xuares *in suo volumine allegat, fol. 700, n. 8. in fin.* quod scilicet aliquis recipiat custodiam carcerati, & se obliget tanquam fideiussor carcerarius. 18 u

Vbi x vero tantummodo imponitur pro delicto x pœna pecuniaria, y solet reus dimitti cum fideiussione y de iudicato soluendo, & secuta sententia condemnatoria contra reum, fit executio contra ipsum fideiussorem, etiam absq; alio nouo processu, vt dixi infra *q. 95. circa princ.* 19

Sis z tamen cautus tu, qui recipis fideiussorem, 20 vt facias apponi clausulam, quod promittit stare, & z soluere quamcunque condemnationem, quæ fiet contra eius principalem, a etiam in causis appella- a tionis: nam regulariter talis fideiussio expirat lata sententia, & ideo fideiussor non tenetur in causis appellationis. Et hæc est communis opin. vt dicit Boer. *decis. 315. numer. 1.* Paris. *consil. 171. numer. 30. lib. 4.* vbi dicit, quod ita communiter concluditur. Et hanc cautelam tradit Angel. Aret. *in §. sed hodie, num. 1. Instit. de satisdat.* Quæ tamen apud nos non practicatur, ex quo (vt sæpe dixi) in causis criminalibus non admittitur appellatio.

Sed b quæro, pone, quod statutum pro vulnere im- 21 ponat pœnam centum, & pro homicidio pœnam mil- b le, & quod aliquis simpliciter fideiusserit pro alio imputato, de vulnere, de eum consignando, & quod deinde vulneratus decesserit, nunquid fideiussor, si illum non consignet, erit puniendus in centum, an autem in mille? c Respond. Aut vulnus erat à principio mortale, c & fideiussor debet condemnari in mille, aut non erat mortale, & debet condemnari solummodo in centum. Et ita communiter determinatur, vt dicit Gand. *de malefic. in rubr. de multis quæstionib. nu. 1.* Hæc tamen q. hodie cessat in practica, cum fideiussione accipiantur pro d certa, & determinata summa, vt dixi supra *vers.* d quæro debet.

Quæro, pone, quod aliquis præstitit fideiussorem 22 in causa criminali, deinde fuit imputatus e de alio cri- e mine & bannitus, nunquid fideiussor datus in prima causa tenebitur adhuc sub pœna contenta in fideiussione illum consignare? Respon. quod non, imò secuta condemnatione contra illum, remanet prorsus liberatus, nec tenetur illum amplius præsentare, & ita communiter tenetur, vt dicit Alber. *in 4. parte statut. quæst. 64.* vbi etiam subdit, quod ita vidit communiter seruari. Et dicit Boss. *in tit. de carcer. fideiuss. relaxan. nu. 41.* quod ita tenent communiter Doct. f Propterea f iudex debet esse cautus, vt priusquam condemnet reum ex secunda causa, citet fideiussorem ad illum præsentandum ex prima causa, & vbi non consignet, eum condemnet in pœna contenta in fideiussione: deinde procedat contra principalem, ex primo, & secundo delicto. Dicit autem Boss. *in loco præallegato,*

g to, g quod si iudex condemnat reum ex prima causa, fideiussor non liberatur, & fuit opinio Bartol. *in l. si quis reum, num. 2. ff. de custo. reorum.* Sed contrarium tenuit Bald. post Dyn. *in l. qui crimen, num. 12 C. qui accusat. non poss.* & hæc opin. Bald. apud nos de facto seruatur, so-
h let enim primo *h* citari fideiussor ad consignandum reum, & vbi non consignet, condemnari: deinde citatur reus, & si non comparet, condemnatur. Et ita faciunt cauti iudices, vt dicit Alb. quem refert. Nellus *de bannitis, in 2. parte tertij tempor. quæ l. 6.* & Boss. *in loco præallegat. num. 51. in fin.* Idem dicit Specul. *in tit. de dolo, & contum. numer. 23. vers. sed pone,* quem refert Carauita *super ritu magnæ curiæ, 158. num. 3. in fin.* vbi etiam subdit,
i quod ita practicatur in omnibus curiis Regni: *i* & ideo si iudex primo citaret reum, & eo non comparente illum banniret, non vocato fideiussore, si post bannum
k vocaretur fideiussor, vt illum sisteret, *k* esset excusatus, ex facto enim iudicis videtur impeditus, nec illum consignet. Et quamuis interuenerit etiam factum, & culpa ipsius rei principalis; non propterea debet fideiussor teneri, cum tempore debito monitus non fuerit,
l vt *l* illum consignaret.

23 Sed *m* hic quæro, quantum tempus habeat fideius-
m sor ad præsentandum reum. Respond. quod de iure communi videtur habere dilationem sex mensium, vt ex text. *in l. sancimus, quæ est lex antepenult. C. de fideiuss.* Et ideo dicit Ang. *in lege si quis reum, post n. 6. ff. de custod. reorum,* quod debet iudex facere, quod fideiussor renunciet beneficio d. legis; & subdit, quod assessores ita practicant. Sed certè apud nos non est in vsu dispositio illius legis, & consequenter, neque etiam practica illius renunriationis, omnes enim fideiussores expresse recipiuntur de consignando ad omnem requisitionem, & toties quoties &c. & propterea cessant omnes
n difficultates: quia sumus extra *n* casum illius legis.

24 Successiue *o* quæro, si fideiussor reum non consi-
o gnet, cui applicetur pœna promissi. Respon. quod applicatur fisco: & ita obseruat consuetudo, vt attestatur Bart. *in d. l. si quis reum, n. 4. de custod. reorum,* vbi etiam Ang. *nu. 7.* dicit, quod *p* ita practicatur.

ADDITIONES

Ad Quæst. XLVI.

a Hisperactis] Vide Farin. *vol. 1. q. crim. q. 27. & seq.* vbi de carceribus vel de carceratis. *Ros.*

1 *His peractis debet iudex*] adde, quatuor † requiri, vt carceratio dicatur iusta, videlicet causa, iurisdictio, ordo, & forma carcerationis. Boet. *decisio. 211. n. 33.*

2 Item adde, quod carcer † quadruplex dicitur secundum Cassan. *in consuet. Burg. in tit. des droicts, rub. 1. n. 66. fol. 99.* & secundum Caran *in ritu 47. n. 18. & 16.* & quintuplex.

3 Item adde, quod iudex † potest committere carceratum detineri in quocunque loco suæ iurisdictionis, donec mittat familiam pro reo. Bal. *in authent. si quis; C. de adult.* & Paris. *de synd. in §. carcer. & carceratus, in fin.* Baiar.

4 b *An autem fideiussori relaxandus*] Nota tamen in practica præsentis quæstionis: Quod si quis promisit repræsentare aliquem malefactorem, cum semel illum repræsentauit est liberatus, nisi in fideiussione additũ sit, quod fideiussor promisit præsentare reum toties, quoties. Ita gloss. *in l. si duobus, in princip. ff. de iureiurando, §. 1. in verbo exhibuerit,* quæ sequitur Felyn. *in cap. innouamus coll. mihi 3. de treuga. gloss. sup. consuetud. Turon. tit. de Danane de Femme noble, art. 6. infra hac eadem q. vers. Quæro, quæ debeat quæst. 47. vers. sed quoniam, & q. 62.* forma autem ad fin. dicti supra *ad quæstionem 34. versic. Dixi etiam,* sed pone, quod aliquis promisit præsentare hominem infra octo dies, & tamen elapsi sunt dies, an hic promittens possit dici constitutus in mora: Dic, quod non, nisi fuerit interpellatus prius ad præsentandum; est dictum singulare Pauli de Cast. *cons. 165.* quem refert, & sequitur Ias. *in l. ex legati causa, num. 14. vers. vltimo limita, ff. de verb. oblig.* Boet. diffuse *in cons. 22. per totum.* Anch. Reg. *quæst. fam. 53. lib. 3. num 3.* & vide in simile Marant. *in suo Specul. part. 6. tit. de except. fol mihi 317. num. 41.* in illo; qui promisit soluere pro Titio ducatos centum, si Titius dictos Ducatos nõ soluit infra decem dies, vbi omissa æquitate inter mercatores, tenent, quod de iure talis promittens debeat interpellari, allegat *l. fideiussor obligari, § fin. ff. de fideiuss.* & Castrensem refert, & sequitur Felin. *in c. si autem fol. mihi 93. extra de rescript. coll. 3.* Marsil. *rub. de fideiuss. sub num. 144.* Boss. *ritu de car. fideiuss. commiss. num. 61.* Quid autem stante iuramento per talem fideiussorem præstito? an sine interpellatione dicatur in mora, vide Crauet. *cons. 64. nu. 2. per c. Breui, de iureiurando.* Quis autem prius sic fideiusserit, pulchrum est videre apud Liu. *libro 3. Dec. 1.* vbi de Quintio Cæsare sic loquitur, Tot vadibus accusator vadatus est reum, hic primus vades publicos dedit, inf. *hac eadem q. versi. Quæro, quæ.* Drog.

c *Non autem in vinculis*] Nam carcer est mala mensio, locus horribilis, & sepultura viuorum, vt latius scribit Farin. *titul. de carceribus, d. quæst. 27. vol. 1. num. 11. & 3.* & non debet esse obscurus, vel subterraneus, vt ibi *num. 95. & 96.* Quod autem quis teneatur in compedibus, aut ferreis, vide ibidem *n. 98. vsq. nu. 104.* quid si detur in pœnam, *nu. 104.* & dicit iniustus ratione loci, *nu. 95.* Ros.

d *Et prohibere ne cum aliquo*] adde, an † & quando dicatur commissa pœna, si inhibitum fuerit carceratis, vt neminem alloquantur aliquo modo directe, vel indirecte Crauet. *in consil. 3. Baiar.*

e *Sed quid si reus*] adde, quod iniuste † detentus potest sem- 5
per appellare, etiam post decem dies a tempore mandati de capiendo, vel à tempore capturæ, etiam quod essent lapsi triginta anni, Franc. *in c. super eo, il 2. n. 4. de appellat.* quia grauamen est continuum, & successiuum Bal. *in l. 2. C. de episc. audient.* Abb. & alij *in cap. ex parte, il 2. de appell.* & Gomes. *de delict. c. 10. n. ...* hoc tamen non procedit quando quis appellat a grauamine sibi iam per mensem, puta, illato; quia ab illo grauamine, prætenso, quasi non sit amplius infra decem dies non posset valide appellare: non procedit etiã, si vltra illationem grauaminis successiue iudex etiam pronunciasset carcerationem esse iustam. quia tunc necesse esset appellare inf. 10. dies à die latæ sententiæ Lancel. *in tract. de attent. p. 2. c. 12. n. 131. cum seq.*

Item adde, † quod appellans a carceratus, & à sententia, quod 6
quis detineatur in carceribus, etiam pendente appellatione detineretur in carceribus, & sic successiua quædam executio sententiæ fit contra appellantem, non obstante sua appellatione, secundum Bal. *in l. 2. versic. Sed incident. C. de episcop. audient.* Marant. *in 3. par. prin. actu 2. n. 176. versic. Decimo limita,* & Lancell. *de attent. par. 2. c. 12. amp. 4. n. 21* Baiar.

f *Custodia*] adde de qualitate custodiæ, item & vinculorum carceratorum, quæ vide per Iac. Menoch. *de arb. iud. lib. 1. cent. 2. cas. 305.* Giach.

g *Scias etiam*] adde, quod facere teneatur commentariensis, 7
& quod iuramentum præstare debeat in introitu officij sui, per tex. *in clem. 1. §. porro. de hæret.* Baiar.

h *Quinimo solet*] Recessit ab Aula & sic vidi practicatum in ipsa ciuitate Mediolani. *Drogh.*

Quinimo solet singulo.] adde in materia † visitationis carcera- 8
torum videndos Doct. *in l. 3. C. de episcop. aud.* Et quid debeat facere iudex, quando aliquis carceratus est infirmus, † & petit li- 9
berari ob infirmitatem, vide Paris. *in tract. de syndic. in verb. tortura. versic. officialis posuit ad cordam, n. 3.* & vbi carceratus esset infirmus, adeo quod leuiore carcere indigeret, & non reperiret
si fideiussores, † custodia adhiberi debet suis sumptibus, cum id 10
fiat pro eius salute, arg. *l. 4. C. fin. regund.* & Paris de Put. *in tractat. de syndic. in verb. carcer in cap. an carceratus teneatur alimentare.* sit quid etiam facere debeat, † quando carcerari faciens 11
nescitur, vel non reperitur, vide Bal. *in leg. si quis, in fine ff. de condit. institu.* Angel. *in l fin. ff. de exhiben. reu,* & per Paris. *in d. tract. de syndic. in verb. captura, versic. licet dicatur.* Et an querelans, † 12
seu instigator teneatur ad sumptus in litem accusato, quod est adeo pauper, quod nequit se defendere, vide Boerium *in decis. 325.* vbi tenet, quod sic.

Item adde, quod in † materia visitationis carceratorum benè 13
fuit prouisum in Regno Neap. per Carolum Quintum *in Prag. incip. Procurã.* pauperum mandamus, quod de publico salarientur duo medici, vnus Physicus, alter Chirurgus: qui habeãt vacare circa curam carceratorum, & deputetur aliquis, qui habeat vacare circa curationem eorum, & per constit. humanitate fuit prouisum, quod si carceratus sit adeo pauper, quod ex-
pensas † sibi ministrare non possit, quod Curia eum alimenta- 14
re teneatur, Et hoc † etiam est de iure communi, quod carcera- 15
tus, si est pauper, debet custodiri expensis fisci; & si non est pauper, expensis suis, Bar. & Alexa *in l sanctum. ff. de rer. diuis.* & Afflict. *in d. const. humanitate, n. 52. & in decis. 71.* Baiar.

i *Sed hic in proposito*] adde quod Luc. de Put. *in l. cum sæpe cõtingit, C. de erogat. milit. ann. lib. 12.* docet, quod custos carcera-
torum † videns carceratum ægrotantem coram testibus, prote- 16
stari debet, quod ipse captiuus absq. sui culpa moritur, quod-

que in eius custodia nihil egit, propter quod periculum mortis incurrerit. Et quod tales protestationes faciendæ sunt coram aliis custodibus, & eis deponentibus, ac etiam affirmantibus rem
17 sic esse: & carceratus † inuentus mortuus, præsumitur mortuus culpa custodis Mascar. *de probat. conclus.* 267. & ibi *nu.* 13. dicit, quod sibi carceratus sibi ipsi sponte mortem intulerit, quod præsumitur id accidisse culpa custodis carcerum. Corn. *consil.* 136. *per totum vol.* 1. vbi late, quando custos mortuo carcerato teneatur, & ibi etiam instruit custodem, qui facere debeat, quã-
18 do carceratus est mortuus, & idem esset † etiam, quod fideiussionem carceratus dedisset de toto carcere, secundum Lancel. Conrad. *in suo tract. crim. in tract. de carcer n.* 16. quem refert, & sequitur Bertaz. *in consil.* 421. *n.* 31. *vol.* 2. Baiar.

k *Hodie custodes carcerum*] Et quid agere debeant, si carceratus infirmatur, Far. *d. loco q.* 41. *n.* 44. *& seq. vol.* 1. Ros.

19 l *Plerunq; vero*] adde † videndum Menoch. *de arbit. ind. casu* 303. *&* 304. Baiar.

l *Sit fideiussori relaxandus*] adde longa serie, & accurate enarratum, quando carcerati datis fideiussoribus relaxari possint per Iac. Menoc. *de arbit. ind. lib.* 2. *centur.* 5. *cas.* 303. vbi etiam multæ leges municipales declarantur. Item qua pœna, & quãdo plectatur fideiussor, sub cuius fideiussione relaxatus è vinculis carceratorum fugiat, per eundem *cas.* 304. vide vtrobique. *Giach.*

Sit fideiussori relaxandus] An finito processu, Far. *q.* 33. *nu.* 70. *vol.* 1. Ros.

n *Nam si reperiatur in actis*] adde Marsil. *rub. de fideius. n.* 140. est autem ratio, quia tunc semper intelligimus judicem teneri, si pars petierit, Benint. *decis.* 55. sero autem oblata fideiussio non debet acceptari, tunc enim constat iam reum soluere debere, Menoch. *de arb. lib.* 2. *cent.* 4. *cas.* 303. *nu.* 8. & quod iudex non teneatur nisi fuerit petitus, Felin. *in c. si autem, coll.* 3. *de rescrip.* vide supra *ad q.* 24. *versic. si.* vbi dixi. *Drog.*

o *Scias etiam quod*] Farin. *d. loco* 4. *q.* 35. vbi plene *vol.* 1. præcipue, *nu.* 14. Ros.

20 *Scias etiam, quod licet*] adde † videndum Farin. *quæst. crim. in q.* 35. & ibi in fine declarat consuetudinem, de qua attestatur Alber. procedere, quando carceratio est iusta, & licita, vel vllus metus, aut ius contrahenti carcerato infertur, sed vbi carceratio esset iniusta, & ad fauorem carcerantis, qui vim, & metum carcerato intulisset, contractus fuisset celebratus, eo casu contractus non valeret. *Baiar.*

p *Carcerati solent*] adde, quod item, & condemnati testari possunt infra *in §. Testamentum, q.* 21. *versic.* 1. *ad fin. q.* 96. *versic. fin.* Drogh.

q *Reus non est fideiussoribus*] adde Mars. *rub. de fideiuss. nu.* 110. dixi supra *ad quæstion.* 34. *Dixi etiam*, latius, quam alibi per relationes habetur per Felin. *in c. legebatur in princ. extr. de maior. & obed.* Mota tamen, quod si reus relaxetur cum cautione solita, & à fisco approbata, quamuis postmodum reuocetur ad carceres, nouis tamen indiciis non superuenientibus pro priori imputatione, amplius de iure torqueri non potest, Aym. Grau. *consil.* 321.
* *ad fin.* Item reus, qui aufugit † semel è carceribus, si iterum ca-
20 piatur non est relaxandus fideiussoribus, etiam quod sola pœna pecuniaria foret puniendus, Menoch. *de arbitr. iud. lib.* 2. *cent.* 4. *cas.* 303. *nu.* 9. *cum seq.* Quæ autem dicantur noua indicia, vide Mars. *in pract. crim. §. quoniam, n.* 9. vbi, quod debent esse diuersi generis à primis, vide infra *ad q.* 62. *versic. forma autem*, & de nouis iudiciis, *q.* 21. *versic. Vlterius quaro*, ibi tanquam si vnum aliud, *& q.* 64. *in fin.* Drog.

21 *In hac autem materia*] adde, quod idem † est, quando pœna non est expresse determinata à lege, vel statuto, sed arbitraria, quod non liberantur inquisiti sub fideiussorib. Gram. *consil. cri.* 35. *n.* 7. & hoc, quia nulla causa potest esse in principio certa omnino, de pœna imponenda, & quando sumus in delicto, in quo pœna est arbitraria, iudicatur tamquam delictum, in quo esset pœna corporalis imponenda, donec fuerit per judicem arbitrata. Auch. *consil.* 272. plene, & subtiliter *n.* 1. *&* 2. Crau. *consil.* 214. *n.* 3. &
22 ita obseruatur † in Reg. Neap. & Magna Curia, & regiis Audientiis Prouinciarum, etiã si certum esset ex cõmuni obseruantia non esse imponendam pœnam vltra relegationem, sed inf. vt attestatur Carau. *in ritu* 41. *n.* 15. & in d. regno fuit etiã prouisum *per Reg. pragm.* 8. *incip. procura.* §. *Item vogliamo lo* 1. *de off. mag. Instit.* quod vbi venit imponenda pœna solum relegationis, nõ sit permissa liberatio inquisiti, etiã sub fideiussoribus, neq; per palatium Curię, neq; per aliam partem, nisi ex causa toto tribunali visa, & audito aduocato fiscali. Et quãdo pœna est arbitraria, an carceratus sit fideiussoribus relaxãdus, vide omnino Menoc. *de arbit. cas.* 303. *nu.* 39. vbi reprehendit Gram. *d. consil.* 55. & sequitur Bal. *in l.* 1. *col. vlt. de exhiben.* reis ita distinguentem, si ex consuetudine pro illo delicto imponitur pœna corporalis, & non relaxatur; & si pecuniaria relaxatur, & quando non constat de consuetudine, Menoch. ibi *n.* 41. tenet, hoc esse indicantis arbitrio; & ibi etiam *in d. casu* 303. habentur plures casus, in quibus reus est relaxandus fideiussoribus, etiã quod pœna esset pecuniaria.

Item adde, quod carceratus nobilis magnæ æstimationis, & 23
diues relaxatur fideiussoribus, vbi etiam sit pœna corporis afflictiua, † etiamsi negaret imputationes sibi datas, imo potest 24
etiam relaxari sub iuratoria cautione, vt puta mille scutorum de se repræsentando toties quoties; & de pacendo judicatum perpensa criminis qualitate, dignitate, nobilitate, & diuitiis, ita dicit Girlan. *in tract. de relax. carcer. in rub. de fideiuss. n.* 8. quem refert, & sequitur Conra. *in pract. crim. li.* 1. *c.* 9. 5. 3. *sub rub. de carceratione, nu.* 15. *fol.* 276. vide etiam Iodoc. *in pract. crim. c.* 10. *n.* 11. *fol.* 48. vbi late.

Item adde, si extaret † statutum, quod puniendus pœna cor- 25
porali, fideiussoribus veniret relaxandus, esset validum, Cepoll. *consil.* 40. Caball. *de const. Marchia lib.* 4. *in c. fideiussorib. n.* 27. & an
† consuetudo valeret, vbi imponeretur pœna capitis, vide Roc- 26
ch. de Curt. *super c. si. de consuet.* & Aug. ad Ang. *de malef. in ver. pro quibus* Antonius, *in prin.* Baiar.

r *Vbi vero non ingeritur*] Far. *vol.* 1. *q.* 33. vbi plenissime hæc explicat; secus in delicto leui, vel vbi agitur de pœna pecuniaria, ibi *nu.* 1. *& seq. &* 16. Ros.

Vbi vero non ingeratur pœna] adde, quod licet pœna † sit pe- 27
cuniaria, reus tamen non erit fideiussoribus relaxandus, si ipse à principio carcerari voluit, & postea in fine, quando sententia est ferenda, vellet dare fideiussores; Ang. *in l. nullus, C. de exhib. reis.* Et quid si dicta fideiussio data fuerit corã vno judice, an operetur, si per alium judicem judicatum fuerit, late per Gabr. *comm. concil. lib.* 3. *tit. de fideiuss. concl.* 4. vide etiam Conat. *in c. requisisti, n.* 6. *de test.* vbi tenet, quod dicta fideiussio durat coram successore, etiam quod expresso nomine ipsius judicis data fuisset.

Item adde, quod quando reus † est indiciatus ad torturam, 28
non est relaxandus fideiussoribus, etiam quod agatur de pœna pecuniaria, Bal. *in l. si quis post. ff. de testam.* & Far. *in q.* 33. *n.* 38. *& seq.* ibi *nu. sequenti* dicit, similiter † testis torquendus fideiusso- 29
ribus relaxari non debet.

Item adde, † si reus sponte confiteretur delictum, etiam 30
quod pœna esset pecuniaria, fideiussoribus non esset relaxandus, Bal. *in l. nullus, C. de exhib. reis*, & Mars. *in pract. crim. in §. attingam, n.* 3. & Gram. *in consil.* 55. *n.* 8.

Item adde, quod † carceratus ex delicto, pro quo fideiussorib. 31
esset relaxandus, si alias de carceribus aufugisset, amplius non esset relaxandus, sed diligenter custodiendus, quia perdit beneficium *l.* 1. *ff. de cust. reorum*, ita tradit Mars. *in l. maritus, col. pen. ff. de q.* & Aug. ad Ang. *in versic. pro quibus Antonius, in prin.*

Item adde, quod † liberandus fideiussoriæ cautioni, potest 32
sine iniuria detineri in carcere, vt socios manifestet, vel quid aliud, vbi de sociis interrogari possit, Paris. *de synd. in §. carcer. & carceratus, versic. quaro si est factum delictum.*

Item adde, quod † captus in flagranti non est relaxandus 33
fideiussoribus, licet pœna delicti esset pecuniaria; secundum Marsil. *in pract. crim. in §. attingam, n.* 3. & Gram. *in consil.* 35. *n.* 8. quos sequitur Carau. *in ritu* 41. *in fin.*

Item adde, quod pœna † corporali in pecuniariæ defectũ con- 34
demnandus fideiussoribus est relaxandus, vt per *decis. Pedemon.* 18. vbi datur forma fideiussionis præstandæ. Vide etiam Aret. *in tract. malef. in verb. pro quibus, & quolibet eorum*, vbi dicit, quod est relaxandus, quando est tale delictum, ex quo non venit principaliter, nec in defectum, vel in quandam consequentiam pœna corporis afflictiua imponenda.

Item adde, quod † accusati de falso in carceribus ius dicere 35
debet, etiam si pœna pecuniaria venirent puniendi, Gram. *consil.* 109. *ciuili, col.* 2. Mars. *in pract. in ver. attingam, n.* 8. & Foller. *in sua pract. crim.* 2. *par.* 2. *par. vers. examinati, nu.* 19. & hoc procedit similiter, si statutum puniret testem falsum in libris mille soluendis infra decem dies, alias ei manus dextra amputetur. Magon. *in decis. Lucens.* 31. & ibi, *n.* 21. respondet ad Castren. *in consil.* 328. *vol.* 2. & si † carceratus pro crimine falsi fuisset relaxa- 36
tus cum cautione parte non citata, est reuocandus ad carceres, vt late per Dec. *in consil.* 143. *per totum*, quem sequitur Ferran. Gargia. *in consil.* 125. *n.* 25. *vol.* 1. *inter consil. crim. diuers.* sed ad hanc materiam, quando carceratus sit fideiussoribus relaxandus, & fideiussore non existente soluendo, † an iudex, vel notarius pro eo 37
teneatur, vide omnino Farin. *var. quæst. in quæst.* 33. per totam, vbi multum diffuse hanc materiam tractauit. *Baiar.*

f *Solent etiam plerunq; iudices*] Esset impium hic recensere de Barrabam dimisso in Paschali festo, de quo legitur in passione Dominica, hic tamen vsus etiam ante apud Romanos extitit, vnde Liu. *li.* 5. *Dec.* 1. iniuriis, ac litibus temperatum, vinctis quoque dempta in eo die vincula. *Drog.*

Solent etiam plerunq;] Farin. *d. q.* 33. *n.* 77. Ros.

Solent etiam plerunq; iudices] adde quod † talis relaxatio fie- 38
ri potest, etiam nondum publicato processu, vt per Franc. Mar. *in decisio.* 296. & de ista relaxatione vide etiam Menoch. *de arbitr. iudic. casu* 303. *nu.* 38. & Far. *in q.* 33. *nu.* 77. vbi de consuetudine verbis attestatur. *Baiar.*

t *Detentos relaxari*] Quid de reo criminis falsi, vi. per Menoc. *cas.*

*caf.*301.*in fi.* Item qui de eo, qui eam ob causam semel fuit ex-
excarceratus, ibi *Giach.*

u *Pariter etiam*] Far. *in d.q.*27.*nu.*147. qui ait judicem, qui
detinet relaxandum, vel relaxat detinendum, puniri etiam ad
39 damna, *& q.*33.*n.*707. Rof.

*u *Carauita super rit.* 40] Magnæ curiæ. † Adde, quod Carau.
in d.ritu 40. dicit, & quod in regno contrarium seruatur, & ibi
attestatur, quod ipse non potuit obtinere liberationem sub fi-
deiussoribus, etiam quod constaret de innocentia rei. *Baiar.*

x *Nihilominus practica obseruat*] adde infra *quæst.*65.*versic. il-
lata reo. ibi, debeatq; hoc casu.* Marsil. *rubr. de fideiuss. numer.* 219.
Drog.

40 y *Hac autem relaxatio*] adde, quod si liberatur ante sententi-
am, † & pars post sententiam appellaret, remanere in libertate,
sed quando fertur sententia, & reperitur carceratus, & appella-
tur, tunc pendente appellatione non liberatur. Rom. *sing.*496.
accusatus. Baiar,

Præterea sciat] adde infra *quæst.* 83. *versicul. & nota ad med.*
Drogh.

z *Eludere*] Milleus *in sua pract. verb. denunciauerunt, n.* 65. *fol.*
41 32. Carau. *ritu* 159. *n.*5. Rof.

a *In dubio autem*] adde † hoc esse arbitrariam judici, qui ha-
bet considerare qualitate delictorum, personarum, facultatum,
& aliarum circumstantiarum, ita dicit Iodoc. *in c.*20. *qui ad
hoc ponderat text. in l.*1. *ff. de custod. reorum*, & Menoch. *de arbit. d.
cas.*303. *nu.*2. Baiar.

b *Potest tamen iudex*] Far. *d.q.*33.*n.*66.*vol.*1. Rof.

c *Cæterum debet iudex*] Farin. *d.quæst.*33.*num.*82. *& seq. vsq;*
42 91. Rof.

Cæterum debet iudex] adde, quales † debeant esse isti fideius-
sores, qui ad præsentandum inquisitum præstantur, vt per Afflic.
in constit. humanitate, num. 4. *cum seq.* Cassan. *super consuet. Burg.
tit. des iustices, rub.* 4. §. 5. *num.*171. Carau. *in rit.*190. & Cauen. *in*
43 *rit.*135. & per Cassan. *in loco supracitato* habetur, quod talis fide-
iussor non † habet beneficium excussionis, & quod reus non
admittitur ad dandum pignus, vbi non potest dare fideiusso-
rum, si iudex nolit recipere, & an judex, aduocatus, & procura-
tor possint esse fideiussores pro clientulis suis, Boer. *decisio.*315.
*numer.*1. Nec carceratus alium in eius locum ponere potest, pu-
ta, patrem, filium, fratrem, vel alium coniunctum, quia liber
homo non potest se obligare pro obside, nisi pro publica vtili-
tate, non autem pro priuata: ita Afflict. *in constitut. humanitate*
44 *sub num.*54. *libro* 2.

Item adde, quod si Iudex † maleficiorum acceptauit fideius-
sores non idoneos, & captum relaxauit, poterit tamen iterum
45 capere reum, & facere, quod alios præstet fideiussores, quibus
præstitis nihilominus † etiam primi fidei iussores remanent
obligati, Bal. *in l.*1. *ff. si quis in ius vocatus non ier.* quem sequitur
Aug. ad Aret. *in verb. fama publica car.*11. & Mars. *in rubr. de fide-*
46 *iuss. num.*75.

Item adde, † quod si quis dederit fideiussorem idoneum, qui
postea factus sit pauper, & non soluendo, iterum poterit cogi
ad præstandum fideiussorem idoneum, si dicta fideiussio fuerit
47 data ex officio judicis, Mars. *in rub. de fideiuss. nu.*76.

Item adde, quod † carcerati possunt ad inuicem fideiubere,
Bar. *in l. Romanus, ff. de tutor. & curat. dat.* & quotidie ita seruari
attestatur Carau. *in rit.*160. *in fin.* quando sunt facultatibus ido-
nei, & dicta fideiussio, quæ datur ad inuicem inter inquisitos,
dicitur fideiussio curiæ, vt per Carau. *in rit.*163. *nu.*1. Sed Iod. *in
pract. crim. c.*20. *nu.*11. *f.*69. tenet, quod licebit in paruis delictis
ciuiliter intentatis. *Baiar.*

d *Sed certe in hoc Ducatu*] adde supra *quæst.*26. *in princ. quæst.*
31. *vers. scienter, & dolose.* Notarius enim fideiussionem ab eo re-
ceptam approbare videtur, vt hic, & ideo tenetur, vt per Marsil.
*rub. de fideiuss. num.*73. *argum. l.*1. §. *si Magistratus, ff. de Magistr.
conuen.* & alibi seruatur, vt deputati approbent talem fideiussio-
nem, Marsil. vbi supra *num.*345. imo pater pro filio Notario te-
netur, cum assumitur filius ad aliquod officium sciente patre;
Menoch. *de arbitr. iud. lib.*2. *cent.*4. *casu* 341. *num.*8: & hoc stan-
te, male poterit practicari, de quo *in l. si vero*, §. *qui pro rei. ff. qui
satisdat. cog.* de quo per Alexan. *cons.*57. *volum.*2. quia Notarij
fideiussionem assumentes dicuntur idonei, & approbari, vt hic:
Quod autem remedium competat creditori reperto fideiusso-
re non ideo, vide Angel. & Paul. de Castro *in l.*1. *col.* 1. *ff. si quis
in ius voc. non ier.* referente Torniola Cremense, *consil.*9. *sub
numer.*52. *par.*1. At in proposito alium Notariorum, qui notarij
in hac temporum calamitate solent esse notarij, sed judices, pe-
nes quos scribere deberent secundum Innocentium, & alios *in
cap. quoniam contra extra de probat.* Marant. *in suo Specul. part.*6.
*nona distinctione, titul. aliud ordinarium, aliud summarium, nu-
mer.*201. & ita ducunt (vulgare prouerbium) judices per Na-
sum, audi, qui in vita Catonis scripserit Plutarchus. Itaque post-
ea huiusmodi Magistratum iniens magnam fecit euersionem
ministrorum, & scribarum, qui ordine versabantur, qui cum le-
ges, & publicas scripturas in manibus haberent, homines ado-
lescentes, qui eum Magistratum gerebant, ita gubernare soliti
erant, vt ipsi plane Magistratus essent. De origine autem No-
tariorum, & vnde nomen sumpserint, sic in eiusdem vita scri-
ptum est postmodum; Hanc solam Catonis Orationem serua-
tam ferunt, Cicerone Consule velocissime scriptore deponente
atque docente; vt per signa quædam paruas, breuesque notas
multarum litterarum vim habentes dicta colligerent. Nondum
enim reperti erant hi, qui notarii appellantur; sed tunc eius rei
vestigium ferunt extitisse, vnde Martial. *lib.*14. *epig.*108. *de No-
tario*, Currant verba licet, manus est velocior illis, nondum lin-
gua suum, dextra peregit opus. vide quæ de Notariis diximus,
infra *ad q.*35. *versi. Quintus, quæst.*31. *versic. Scienter, & q.*26. *in
prin.* Drog.

Sed certe in hoc Ducatu] Farin. *quæst.*33. *num.*88. *& sequent.*
Rof.

Sed certe in hoc Ducatu] adde quod notarius, † qui accepit 48
fideiussores non idoneos, de iure communi non tenetur, Ang.
*in consil.*285. contrarium habetur per D. Farin. *in quæst.*33. *nume.*
88. vbi accumulauit etiam multos casus, in quibus notarius
non tenetur, præsertim quando de mandato judicis fideiusso-
rem recepit.

e *Et tenetur*] an in puncto juris teneatur notarius, qui non
idoneos fideiussores acceperit, quod non, per Ang. *consil.*295.
Giach.

f *Non sunt idonei*] Quod si multum diues offerat fideiussores
non idoneos, an sint recipiendi, quod sic, quando se obligauit.
Afflict. *in const. Regni, lib.*1. *c.*19. *n.*8. Giach.

g *Dicitur autem*] Far. *d.q.*33. *n.*79. *& seq. vol.*1. Rof.

h *Pone, quod Papiensis*] adde in casu suo Marsil. *rub. de fideiuss.
nu.*262. Neguf. *tract. de pign.* 1. *membro* 5. *par. sub nu.*16. *ad fin.* A-
lexan. *consil.*57. *n.*3. *&* 5. *vol.*3. Ang. Are. *in* §. *actionum, sub num.*
17. *instit. de act.* Drogh.

i *Dari debet fideiussor*] Far. sup. *nu.*41. *&* 42. Rof.

k *Num.*6] Contrarium vero si non posset, *l. si necessaria*, vbi
Bal. *ff. qui satisd. cogan.* vbi tamen, vide Bal. & Castr. *Rof.*

l *Sed quid agendum reus*] adde, quod † ista regula habet 49
multas limitationes, quas ponunt Alex. Ias. & Iacob. *in l.*1. *ff. qui
satisd. cogan.* quod tamen etiam non procedit, vbi cautio fide-
iussoria non posset præstari propter malos, & corruptos mores
eius, qui præstare tenetur; vt dicit Bal. *in auth. cui relictum, C. de
indicta vid. tollen.* quod dictum esse notandum, ait Iacobi. *ibi,
consil.*2. *versic. Dici etiam.* Baiar.

m *De consuetudine tamen*] Farin. *d q.*33. *num.*43. *& seq. vol.*
1. Rof.

n *Prius tamen consulto*] adde infra *quæst.*81. *versic. Sed quid si
delinquens q.*65. *versi. fin. ad fin. q.*95. *versic. sed quid si reus*, & quæ
sit pœna judicis mutantis pœnam sine causa, Rom. *sing.*7... *incip.
veni qua* Boer. *additi ad Dyn. in cap. odio, littera B, de regul. iur. in*
6. quod tamen limita in commutatione pœnæ; quæ fit ex volun-
tate sola commutantis judicis, non autem in commutatione,
quæ fit aliquando ex legis necessitate vt voluit Capyc. *decis.*17.
*nu.*14. nam tunc, cum fit ex legis necessitate, credo Romani di-
ctum locum non habere, sequere tamen consuetudinem, & po-
tius iussa Senatus, vt dixi infra *ad quæstionem* 59. *versic. Et hæc
quidem, in fine*, & de minutione, siue mitigatione pœnarum ha-
bes infra *quæst.*60. *per totum*, & maxime in hoc proposito, ver-
sic. penult. vide Foller. late disputantem in addit. ad Marant. *in
suo Specul. parte* 4. 1. *distinct. versi. An iudicium sit ciuile, vel cri-
minale à nu.*85. *vsque ad nu.*86. *per totum*, Antonius Gomes. *de
delic. c.*1. *nu.*63. Drogh.

o *Sed quomodo probabitur*] adde quod Socin. *in cap. qualiter,
& quando. nu.*30. *de accusat.* consuluit judices, † quod faciant 50
examinare testes, qui cognoscant conditionem inquisiti, & qui
talis est, qui non reperiret fideiussores verisimiliter, & eorum de-
positiones faciant redigi in scriptis; sed in practica obseruatur
illud, quod dicit hic Dominus Clarus retento tamen prius reo in
carceribus per aliquot dies judicis arbitrio, postea fisci procura-
tor se informet de qualitate rei, & an dolose differat, malaque
intentione, & inuenta impossibilitate, tunc relaxabitur sub iu-
ratoria cautione, ita in effectu seruatur, & ita etiam affirmat
Anton. Scap. *in tract. iuris non scripti lib.*5. *c.*7. *n.*5. Baiar.

p *Eo ipso, quod reus cum iuramento affirmet*] Alium modum
probandi talem impossibilitatem posuit Neguf. *d. tract. de pign.*
1. *memb.* 8. *part. princ. nu.*15. *in* §. *item si quis, el primo, num.*71. *cum
sequente instit. de actio.* sed quid erit in ciuilibus, stante statuto,
quod nullus forensis audiatur nisi præstita prius fideiussione, vt
in statuto nostro Pallauicino, in ciuilibus, statur, *cap.*18. vid. gl.
*ad consuetud. Turon. tit. de Drout de Basse Iustice, artic.*14. allegat
Castrens. *in l. si constante*, §. *quoties, ff. soluto matrimonio*: vide quæ
dixi in proposito supra *ad* §. *falsum, ver. Trita est conclusio.* Dro.

q *Cum participatione, & interuentu fisci*] adde supra *quæst.*3...
versic. Vlterius quæro, ibi. quo vero ad fiscum, infra quæstione 95.
versicul. Hæc autem, vbi similes pauperes componuntur, non

tamen relaxantur inuitis illis, quibus pro parte applicatur pœna pecuniaria, vt est *in d quæst.95. versic. sed quaero*, immo describuntur eorum bona, instante fisco, vt *ibidem, versic. prime ad med.* Drogh.

51 *r Scias autem*] adde, quod † iudicis arbitrio relinquitur, quis dicatur, Illustris, Menoch. *de arbit. iud.68.n.2.* Baiar.

*t *Sed quicquid sit de iure*] Far. *d.q.33.n.62.* Rof.

§ *Quaro*] Hic nota, quod sicut morte rei extinguitur crimen, nec regulariter transit contra heredem delinquentis; ita & fideiussio pro maleficio extinguitur morte fideiussoris, itaque fide-

*51 iussio† non transit ad hæredem. Quod perpetuo notandum esse dicit Ang. de Aret. *in §. fideiussor. Instit. eo.* qui declarat hoc verum, quando fideiubebat simpliciter pro furto, vel alia delicto; secus si promisit pœnam centum, licet non dicat pro furto, quia tunc pœnalis stipulatio transit contra hæredem, & contra hæreditatem iacentem, quando fuit pura obligatio, vel in diem, secus si sub conditione, & sic nullam subsistentiam incipit habere contra hæreditatem iacentem; quia tunc tractatur de magno præiudicio, quod hæreditas iacens pati non potest. Hæc omnia vide per eundem Angel. ibi. *Giach.*

Quaro] Gabr. *consil.181.lib.1.* Farin. *in d. vol. quæst.34. num. 44.* Rof.

52 *Quaro qua debeat esse forma*] adde, quod† promittens præsentare aliquem intra certum tempus non dicitur in mora ad committendam pœnam, nisi post præceptum sibi factum de præsentãdo, & tunc incipit currere tempus, ita tradit Paul. de Castr. *in consil.100.vol.1.* quem sequitur Felin. *in c. fin autem sub nu. 4. de rescript.* Ias. *in l. si ex causa col. pen. in vlt. limit. ff. de verb. obliga. & in l. vniuersa num.6. C. de precib. imper. offeren.* Marf. *in l. vnius, §. cognitum, num.18. ff. de quæst. & latius in rub. de fideiuss. num.16.* Boss. *in tit. de carcer. fideiuss. committ. num.61.* Decian. *in consil.2. nu.7.* Vrsil. ad Afflict. *in decis.130. in fine*, Gigas *in tract. de pensio. quæst.77. num.7.* Gabr. *commun. conclus. in tit. de solut. conclus.9. num.22.* Decian. *in consil.11. nu.15. vol.2.* Port. *in cons.5. numer.18.* Herc. *in tract. de caut. de non offend. cap.23. num.26.* Rolan. *consil. 58. num.14. vol.1.* & Hier. Gabr. *consil.173. num.5. vol.2.* & Iudex non aliter deuenire poterit ad condemnationem, nisi dicta monitione præcedente, vt ait Moron *in tracta. de fide, treug. & pace*

53 *cap.1.8. num.3.* nec obstat, quod regulariter dies interpellet † pro homine, nam illa regula procedit in actibus extraiudicialibus, secus autem in iudicialibus; ita respondent Felin. Marsi. *in d. §. fin autem, in d. §. cogitaturum.* Contrarium autem, quod non requiritur interpellatio, tenuerunt Decius *in consil.145.* & Caher. *in decis. Pedem.49.* vbi purgatio moræ fuit admissa, quia infra tantundem tempus purgata non fuerat, sed Bertaz. *in consilio 560. vol.2.* dictam decis. conatur reddere dubiam, & ideo cauti Iudices in similibus fideiussoribus apponere faciunt clausulam, etiam irrequisitus, sed esto, quod absque interpellatione quis diceretur morosus ipso iure, requireretur tamen declaratio Iudicis, qui eum declaret esse morosum alias non posset deueniri ad executionem, vt per Rimin. iun. *in consil.404. nu.44. cum seq. vol.4.* & quod requiratur interpellatio, attestatur de magis communi D. Farin. *in qu.34. nu.125. cum multis seqq.* vbi latissime hanc quæstionem examinauit.

54 Item adde, † quando fideiussor promisit præsentare aliquem intra octo dies, si infra dictum tempus non fuerit requisitus, an amplius teneatur illum repræsentare, & si dictum tempus appositum fuerit gratia faciendæ obligationis, vt si promitteret præsentare infra octo dies ad beneplacitum Iudicis, vel gratia differentiæ obligationis, vide Paul. de Castr. *in consil.200. num.2. vol.1.* Ripa *in l. dies, §. hoc autem iudicium, num.11. ff. de damn. infect.* Deci. *in cons.145.* & Hercul. *in tract. de caut. de non offen. c.23. nu.26.* vbi dicit, quod tempus in dubio finiendæ obligationis appositum videtur.

55 Itẽ adde, quod† de æquitate Canonica fideiussor potest purgare moram repræsentando reum infra breue tempus, vel sponte se præsentauerit, etiam quod in fideiussione adsit dies, & pœna, & iuramentum, Marf. *in sing.463.* & Doct. *in l. si insulam, ff. de verb. oblig.* Gabr. *consil.181. nu.7. vol.1.* Rimin. iun. *in consil.124. n. 47. cum sequen. volu.2.* Bertaz. *in d. consil.560. num.15.* & late per Mascar. *in tract. de probat. concl.1066. num.24.* & Viu. *comm. opin. 512.* vbi latissime, & an ita de æquitate canonica possit purgari aliis locis sicut in terris Ecclesiæ subiectis, etiamsi purgationi esset renunciatũ, & quod post breue tempus mora purgari possit, etiamsi apposita fuerit dies, & pœna fuerit declarata, ita decisum fuit per Senat. Pedemont. vt attestatur Thesaur. *in decis. 77.* & hanc opinionem latissime tenuit D. Farin. *q.34. nu.145. cum seq.* & Steph. de Raph. *de priuileg. iuram. priuil.48. num.11. & seq.* vbi ponit decem, & octo casus, in quibus moræ purgatio nõ admittitur in promissionibus iuratis, nec etiam de æquitate

56 canonica, & quod tempus dicatur breue† ad præsentandum reũ, & purgandam morã remittitur arbitrio iudicis, vt per Menoc. *de arbit. iud. in casu 40.* & Ias. *in l. si post res, num.6. ff. si quis caut.*

57 alias sequeretur, quod iudicis† auctoritas quotidie contemneretur, & carcerati, vel habilitati recederent, aut se præsentarent ad sui libitum, prætextu, quod omni tempore moram purgare possent, quod quidem permitti non debet, ne iudiciales auctoritas vilescat, vt dicit Caran. *in ritu 163. num.1.* & ideo infra breue tempus, & non semper mora purgari potest: nec dicatur, quod per tex. *in l. sancimus, de fideiuss.* ad purgandum moram tantum tempus conceditur, quantum ex cõuentione fuit statutum, hoc enim est secundum vnum intellectum, sed secundum alium cõceditur tempus sex mensium, vt ibi tenuit Bar. Rip. *in l. si insulã, n.61. ff. de verb. obl.* Alciat. *3. libr. pererg. iur. c.20.* Curt. iun. *consil. 28. n.1.21.* Herc. *in d. tract. de caut. de non offend. c.23. nu.23.* Marian. *de ordine iud.8. memb. n.5.* & per D. Clar. *hic vers. hic quaro,* Menoch. *in d. casu 40.* & Bertaz. *in d. cons.560. num.3.* & per huiusmodi contrarietatẽ remittitur arbitrio iudicis, vt dixi, quod tempus dicatur breue ad purgandam moram non obstante *d. l. sancimus*, & per Menoch. *in d. casu 40.* Quinimo fortius Bertaz. *in d. cons.560. num.23.* quod voluit Petr. Belluga *in suo tract.* Specul. Prin. *rubr.31. de offic. incar. milit. num.27.* quod etiam si pœna fuisset exacta in totum vel in partem fideiussores possunt purgare moram præsentando reum, & quod eius opinionem sequutus fuit Gram. *in decis.59.* cum temperamento tamen, vt supra sedetur vsque ad exitum causæ, & repetto, quod principalis iustam causam fouerct, fideiussor esset liberatus, si vero iniustam, quod non esset exemptus, & sequitur Foller. *in pract. crim. in verb. verum si citat, n.13.* & Carau. *in ritu 163.* vbi æquiparat casum fideiussionis de se repræsentando casum fideiussionis de non discedendo à camera, vel palatio, & discessit, *sed in d. decis.95.* non fuit iudicatũ, nisi de fideiussione de se præsentando, & ibi etiã dicit, ꝙ si reus habetur in fortiis post incursam pœnam, quia fuit captus, † semper debetur pœna, cum nõ possit tractari de purgatione moræ, vbi opera fideiussorum non intercessit ad præsentandũ reum, nec ipse reus sponte se præsentauerit, & quia d. Belluga dicit, quod fideiussores possunt purgare moram, etiam quod pœna sit exacta in totum, vel in partem, ego credo, quod in hoc se decipiat, nam facta executione non est locus purgationi moræ. Rimin. sen. *in cons.421. num.8. vol.1.* & Ias. *in l. si insulam, n.31. ff. de verb. obl.* vbi tamen ponit duas limitationes, † sed post hæc scripta vidi D. Far. qui multum egregie hanc quæstionem tractauit *in q 34. n.125. cum multis seq.* 58 59 60

Nec omittendum est, quod prædicta æquiparatio, quam facit Caran. *in d. ritu 123.* de fideiussione de nõ discedendo ad fideiussiones differunt, cum maius sit delictum in faciendo, quam in omittendo, vt considerauit Boss. *in tit. de carcera fideiuss. committ. n.49.* quem sequitur Rimin. iun. *in cons.82. n.19. inter consil. crim. diuers. to.2.* Quo stante illud quod decisum fuit *in d. dec.59.* non procederet in fideiussione de toto carcere, si carceratus aufugeret, & postea se præsentaret, vt ibi Caran. præsupponit, eo maxime, quod in fuga adest conceptus Iudicis, cuius ratione prærogiæ stipulationa semper debentur, quando illis contrauentum fuit, ad tradita per Vulpel. *cons.39.* & etiam quia dicta decisio est fundata in purgatione moræ, quæ non potest habere locum in fideiussione de non discedendo.

Non obstat *cons.* Rom.193. allegatum in eadem decisione, in quo detentus recesserat à curia sine licentia, & redierat, & tamen pœna stipulationis non fuit commissa, quia loquitur fideiussione de iudicio sisti data in causa ciuili ad instantiam creditoris vt de eius persona esset securus. Et si diceretur, quod ea fuit ratio decisionis, quia non licet hominem possidere, & pœnam exigere per tex. *in l. apud Celsum §. labeo, ff. de doli exceptione.* Resp. quod hoc modo si reus esset captus, per familiam curiæ pœna non posset exigi, quia etiam eo casu curia possideret hominem, & tamen pœna deberetur, cum non intercesserit opera fideiussorum, ad eum præsentandum, nec ipse reus sponte se præsentauit, & tenet Carau. *in d. ritu nu.2. in fine*, & sic apparet quod causa decisionis fuit tantummodo purgatio moræ. 61

Item adde, quod † vbi geminata erit mora, & apposita dies, & pœna, non poterit purgari, Ias. *in l. si insulam, n.15. ff. de verb. obl. & dec. Pedem.71. n.7.* nec etiam de æquitate Canonica, Roma. *consil.352.* Goza. *consil.57. n.1.* & Boer. *consil.22. n.3.* 62

Item adde, quod mora † non potest purgari, quando executio est facta à lege ipso iure, & est magis communis opinio, vt per Parif. *in consil.19. n.128. vol.2.* 63

Item adde, quod dies, † & pœna adiecta à lege impedit purgationem moræ, Ruin. *in cons.198. col.4. vol.1.* & Gabr. *com. concl. in tit. de solut. concl.9. n.12.* 64

Item adde, quod † quando datum est tempus ad purgandum moram à iudice etiam comminatoriè re integra admittitur purgatio moræ, secus autem si tempus ad purgandum moram datum fuerit à lege, quia tunc non purgatur mora, *dec. Pedem. 71. nu.59. & 63.* 65

Item adde, quod † fideiussores de repræsentando non possunt excusari, etiam quod repræsentandus veniret pœna capitali plectendus, Bertaz. *cons.500. vol.2.* licet Gabr. *in consil.381.* contrarium tenere videatur.

Item

66 Item adde, quod fideiussor † de aliquem repræsentando non
tenetur, quando per superiorem est comminata mors reo prin-
cipali, ex qua comminatione ille fugam arripuit Petr. Calcfat. *in
consil.87.nu.47. inter consil.crim.diuers. parua impress.* quem re-
fert, & sequitur Bertaz. *in consil.*435.*n.*3. vbi dicit, quod nec etiam
tenetur, si oblata sidantia voluit comparere, & idem tenuit Gab.
67 *consil.*183.& hoc † procedit, etiam quod fuisset promissum repræ-
sentare non obstante quacunq; causa, etiam de nouo superue-
nienti, secundum Bott. *in consil.*38.*n.*8.

68 Item adde, quod † fideiussor primus non liberatur per datio-
nem secundi. Afflict. *in constit. humanitate, num.*10.*tit.*2.*rub.*10.
si expresse non fuerit facta nouatio, vt ibi per eum, contrarium
tenet Gabr. *consil.*181.*num.*16. & ibi similiter fideiussio de non
discedendo de vno carcere non tollitur per aliam fideiussionem
69 præstita causa infirmitatis de non discedendo de alio loco, † in
quod fuerat translatus, & recuperato valetudine de redeundo
ad eundem carcerem, idem Gabr. *consil.*170.*vol.*2. & similiter
fideiussor carcerati, quod non exibit de tali domo ex proroga-
tione loci, censetur liberatus, quia nō fuit facta nouatio, Bertaz.
70 *in consil.*63.*vol.*1.& quando dicatur facta † nouatio, per quam fi-
71 deiussorem liberari videantur, Decian. *consi.*72.*per totum vol.*2.
Cephal. *consi.*331.& Rim.iun. *consi.*201.& si fideiussor est præsens,
& videret, quod mutaretur à Curia locus carcerato, pro quo ipse
fideiusserat, quod de dicto loco non discederet, & taceret, non
esset liberatus à d.fideiussione, nam assentiens, & non contradi-
cens non obligatur. Marc. *decisio.*519.*n.*6.1.*par.*& est communis
opin. Gomes. *var.resol.to.*2.*c.*13.*n.*20.*versic.secundo modo.* Bursa.
*consi.*163.*in lit.E.* vbi respondent ad Barb. qui contrarium tenuit
*in consil.*31.*n.*15.*vol.*1.& vide, quæ posui supra *in q.*12.*versic.fuga,
ibi; scias etiam*, quod si carcerati aufugiant.

72 Item adde, quod si † reus erit carceratus absque præsentatio-
ne fideiussoris, si fideiussor voluerit eum repræsentare, vt am-
plius non teneatur, an iudex illam præsentationem acceptare
debeat, Rom. *consil.*137. A latissimè per Farin. *in q.*34.*num.*99.&
dicit Afflict. *in constitut. Regni Humanitate, num.*13. quod ita
obtinuit.

73 Item adde, quod † adhuc, vt fideiussio valeat, requiritur, vt
principalis se obliget, & postea fideiussor, alias non tenet obli-
gatio fideiussoris quia cum sit accessoria, non potest stare sine
principali, ita tradit Bal. *in consil.*261.*num.*7.*vol.*1. & Maran. *de
ord.iud.memb.*8.*nu.*26. credo tamen, quod valeret vti princi-
palis, & principaliter in solidum, & cum aliis clausulis, quæ so-
lent apponi.

74 Item adde, quod nemo † fideiubendo factum alienum promit-
tere potest, de hoc est text. expressus *in l.sicut ff.de fideiuss.*& Bar.
in l.cum filiusfam §.1.*sub n.*1.*ff.de verb.oblig.* vbi dicit, quod quā
do fideiussor promittit, quod principalis faciet, talis promissio
non valet, & quod ideo frustra quæritur de mora, & quando
promittit cum iuramento facta possibili diligentia liberatur,
vt late per Paris. *consil.*110.*n.*75. & 76. & *vol.*1.

75 Item adde, quod † fideiussor non valet, nisi fiat officiali, vel
notario, *l.cum pro quo ff.de in ius voc.* per regulam *l.stipulatio ista,
§.alteri, ff.de verb.oblig.* quæ regula etiam procedit in fisco, vt
ibi per Ias. *in princ.*& ita tradit Boss. *in tit.de carcer.fideiuss.com-
76 mit.sub num.*88. & fiscus † agere non potest, si ei non fuerit
facta promissio, vel aliquis pro eo non receperit, vt consuluit
Corn. *in consil.*111.*vol.*3.

Item adde, quod si fiscus in ciuilibus non potest agere ex offi
cio, puta si testes citati non comparent, vel in similib.casibus,
parte non instante, Afflict. *in const.in pecuniariis n.*33.& similiter
exactio non fit ad fauorem fisci in pœnis contentis in obligatio-
nibus propter contrauentionem, nisi fuerint accusatę per partē
contra principalem, vt eius fideiussores, Affl. *in decisio.*3.

77 Item adde. † an promissio de parendo mandatis curiæ intel-
ligatur tantummodo de iudicio sisti, vel etiam de iudicatum
soluendo, Alexan. *in dict.l.cum, pro quo,*& ibi Ias. *ff.de in ius vo-
can.*

78 Item adde, an † fideiussio de se repræsentando coram vno Iu-
dice transeat ad successorem, Roman. *in consil.*:10.*in rubr.de fi-
deiuss.nu.*153. vbi distinguit, & Rolan. *in consil.*58.*num.*13.*vol.*1.
vide etiam And.de Isern. *in tit.quæ sint regalia in verb.vectiga-
79 lia,*& an dicta fideiussio duret, si causa occasione † appellationis
80 alteri commissa fuerit, Bellam. *dec.*335. & si fideiussio præstita
fuerit coram iudice incompetenti, est nulla, Franch. *in decisio.*
400.*nu.*8.*vol.*2.

81 Item adde, quod † fideiussores de repræsentando principa-
lem non tenetur ad aliud, quam ad pœnam promissam, nisi dolo
non præsentent, quoniam tunc extra ordinem puniuntur, *l.si
quis, de custod.reorum,*& ibi Bar. Carau. *in rit.*119.*n.*4. Cassan. *in
consu.Burgun.titul.des iustices, rub.*1.§.5.*nu.*198. & Gui. Pap. *dec.*
570.*num.*1.

82 Item adde, quod † fideiussio iuxta consuetudinem simplici-
ter scripta, in ea intelligitur omnis solemnitas à iure, & statutis
requisita Soc. *consil.*54.*vol.*1. & ibi etiam dicit, quod fideiussio
etiam sine scriptura probaret, † & fideiussionis obligatio † stri- 83
ctissime est interpretanda, Ferret. *consil.*49.*nu.*2. & Menoch. *in* 84
*consil.*212.*n.*13.*vol.*3.

Item adde, quod in Regno † Neapolitano semper pro quoli- 85
bet inquisito debent dari duo fideiussores, & licet ipsi fideiusso-
res fideiubeant ad certam summam, ad præstandum quando
quilibet eorum tenetur insolidum, † etiam si non dicatur in fi- 86
deiussione, quod insolidum promittunt per ritum incip. item
pro quolibet, late Foller. *in fragm.in verb.fideiussores nu.*... &
169.*in fine pract.crim.*

Item adde, quod fideiussio facta penes acta fauore fisci con-
currente, perinde est † ac si interuenisset stipulatio. *l.cum osten* 87
dimus, §.*fin.*& ibi Bart. *ff.de fideiuss.tuto.* Abb. *in cap.nonne. ff.de
præsumpt.doctor.in l.*1.*in princ.ff.de verbor.obligat.* & Ias. *in consil.*
111.*sub num.*4.*vol.*1. & Carau. *in rit.*159. sed contra Bartol. est
communis opin. secundum Boer. *in decisio.*324.*nu.*5. Socin.au-
tem *in cap.qualiter, & quando, num.*1043.*de accusation.* dicit
vtramque opinionem saluari posse, quia aut fideiussor interue-
nit pro maleficio ad publicam vtilitatem, & tunc procedit pri-
ma opinio, quia fauor pupilli, & fisci æquiparatur, vt per Bal.
in l. cum ostendimus, §.*fin.* aut interuenit ad priuatam vtilita-
tem, tunc procedit secunda opinio: & vide etiam Angelum *de
malefic. in ver.pro quibus, & quolibet ipsorum numer.*14. *& ibi
addent.* * & fideiussio, siue scriptura quando dicatur facta pe-
nes acta, habetur per Afflict. *in Constit. Magistri Camerarii, nu*
14.& fideiussio apud acta videtur facta officiali, vel parti, & si
non constat, cui fuerit facta, præsumitur officiali, Soc. *in consil.*
49.*nu.*3.*vol.*1.

Item adde, † quod si fideiussio de præsentando aliquem non 88
fuerit scripta, fideiussor non tenebitur eum repræsentare elapsis
duobus mensibus *l.si fideiussor, C.de fideiuss.* Baiar.

t *Ad omnem requisitionem*] Hodie tamen vtimur hac clausula,
videlicet, promisit de consignando Reum toties, quoties, & et-
iam nouis Indiciis non interuenientibus. Adde infra *q.*62.*vers.
forma autem ad fi.q.*47.*sed quoniam in fin.* erit tamen fideiussor
securus post vnam Rei consignationem, etiam si postmodum
aufugiat. Marsil. Rubr. *de fideiuss.num.*90.*supr. hac eadem quæ-
stione in princ.* vbi dixi; Attende tamen, quia stante tali fideius-
sione non solum semel, sed bis citari, condemnarique potest fi-
deiussor Reo citato non comparente, sed vsque in infinitum, vt
per Ant. Gabr. *Tract.commun.opin.titul.de Malef.concl.*15. Quæ
tamen infinitas moderanda videtur vt per Mars. Rub. *de fideiuss.
nu.*97.& per Illustr. Tiraq *in Tract. ad l.Boues, §.Hoc sermone li-
mit* 26. argumento eorum, quæ dixit Menoc. *de Arb.Iud.libr.*
2.*centur.*3.*cas.*107.*num.*17. Alexan. *consil.*145.*num.*2.*vol.*2. late
Bal. *in l.si sine venia, ad fi.ff.de in ius voc.* Est tamen aduertendū,
quia ex quo fideiussor realiter se obligauit, id euenit sui culpa;
argumento *l.fideiussor. § si necessario sit, ff.qui satisd.cogant.* Et
adde, in quantum hic dicitur de certa, & determinata pœna; re-
perio talem pœnam apud Romanos secundum accusatoris vti-
litatem fuisse Reo impositam; vt attestatur Liuius *lib.*3. *Dec.
prima*, Quod darentur permissum Tribunis est, Decē finierunt,
ter vadibus accusator vadatus est reum. Hoc idem aliquando
verum esse, vt arbitrio Accusatoris determinata sit pœna, iuxta
ex Liuio recitata, tenuit idem Menoch. *de arbit.iud.lib.*1.*q.*90.
*n.*33. Dixi supra *hac eadem quæst.versic.*2. Drog.

u *Ad pœnam corporalem*] Contrarium tamen seruatum legiti-
mus inter Damonem, & Pythiam, apud Val.Max. *lib.*4.*sub tit.de
amicitia*; Hic adde Marsil. *Rubr. de fideiuss.num.*206. Et hoc
quidem per pactum fieri non potest; secus autem per statutum,
Gloss. *in cap.cum Homo mortuus* 23.*quæst* 5. Refert Ias. *in §.qua-
dam, num.*17.*ad fin. Institut.de actio.* Felin. *in cap.cognoscentes in
principio extra de Constitut.* Flam. Chart. *Tract.de execut.senten-
tia in præfat.nu.*71. Hoc idem tenuit Menoch. *d.Tract.de arbi.
iud.lib.*1.*quæst.*7.*num.*12. *& lib.*1.*cent.*4. *casu* 303.*numer.*6. Vi-
de tamen, quæ dixi supra *ad q.*14.*versic. Dixi etiam in fine.* Et
dum hic dicitur quod in statu Mediolan. non recipitur fideius-
sio tanquam Carcerarii, & Commentariensis; adde quod extra
illum statutum fortasse procederet talis fideiussio per ea, quæ
posuit Menoch. *dicto Tract lib.*2.*centur* 4.*cas.*393.*nu* 37.*in fin.&
cas.*304.*nu.*3. Vide fusius Plot. pro fideiussore, qui de iure non
possit carcerari, *in l.si quando.*§.49.*sub n.*19. *C.vnde vi.* quam-
uis in contrarium tenet Mars.d. Rubr. *de fideiuss.n.*216. dum ait
fideiussorem, qui diu stetit in carcere, possit cogere principa-
lem, priusquam soluat. *Drogh.*

Ad pœnam corporalem] adde Petr. † Duenna *in reg.*331.*num.* 89
3. vbi hanc quæstionem examinauit: & an consuetudo esset
valida, quod eius pro alio ad pœnam corporalem se obligare
possit. *Baiard.*

x *Vbi vero*] adde, † quod condemnatio facta contra reum in 90
contumaciam sine nouo processu non potest exequi contra
fideiussorem, vt per Cuman. *in consil.*31.*versic.secundo*, sed vide,
quæ posui infra *quæst.*95.*in principio.*

Item adde, an † & quando huiusmodi fideiussio transeat ad 91

hæredes fideiussoris, Aret. *de malef. in verb. pro quibus Antonius in princ.* Rola. *in cons. 58. vol. 1.* & Sebast. Med. *in tract. mors omnia soluit. quæst. 45. n. 125.* vbi tenet, quod talis fideiussio de aliquem repræsentando morte fideiussoris extinguitur, sed vide Farin. *in q. 34. n. 11. cum seq.*

Item adde, an fideiussor de iudicio sisti, & iudicatum soluendo sit liberatus, si principalis condemnatur, & eius bona publicantur, Raphael. de Raymon. *in consil. 39. n. 12. cum seq. inter cons. crim. diuers. tom. 1.* Baiar.

y *Solet reus admitti*] Far. *d. q. 33. n. 28.* Ros.

z *Sis tamen cautus in.*] Farinac. *d. quæst. 34. num. 110. & seqq.* Ros.

92 *Sis tamen cautus*] adde videndum † omnino ad hanc quæstionem Gabriel. *commun. conclus. in titul. de fideiuss. conclu. 4.* & Franch. *in dec. 320. per totam*, vbi data fuerat fideiussio de stando iuri sub pœna magnæ Curiç applicanda, & de soluendo quicquid iudicatum fuerit, non adiecto per magnam Curiam, & reus fuit absolutus, & postea appellatione interposita per sacrum Consilium condemnatus; & tamen fuit decisum, fideiussores teneri.

93 Item adde, quod fideiussio † est recipienda de iudicio sisti, & de repræsentando toties, quoties, & de iudicato soluendo; tam in dicta Curia, quam alibi, si contingat appellari, vt per Franch. *decis. 796. in princ. par. 2.* sed vide Farin. *in q. 34. num. 110. cum sequen.*

94 Item adde, quod similiter fideiussio de iudicio sisti lata sententia expirat, *l. græco, §. & post litem, ff. de fideius.* & ibi Bartol. & Doctores. Viu. *comm. opin. 118. nu. 2.* Duen. *reg. 333.* quod ampliatur quatuor modis, & duobus modis limitatur per Ias. *in l. 2. §. in fideiussorem, ff. qui satisd. cogan.*

95 Item adde, † quod vtraque fideiussio, tam de iudicio sisti quã de iudicatum soluendo, perit perempta instantia, tam in criminalibus, quam in ciuilibus, vt per Petr. Calef. *in consil. 87. inter*
96 *cons. crim. diuers. vol. 2. parn. impress.* etiam, † quod esset clausula, toties quoties, vt per Afflict. *in constit. sæpe contingit, nu. 4. lib. 2. rub. 14.* & Carauit. *in rit. 44. num. 12.* sed Gabriel. *in consil. 181. nu. 2.* tenet contrarium, & ibi *num. 3.* dicit etiam, quod fideiussor promittens aliquem repræsentare toties quoties tenetur etiam
97 post sententiam, † quando sententia est condemnatoria, & aliquid occasione eiusdem criminis contra eum restat faciendum: secus autem quando est absolutoria, & ad istam quęstionem an fideiussor de repręsentando teneatur post sententiam, vide Laurent. Rodulph. *in caut. 78.* vbi tenet cautius esse, quod apponatur in fideiussione etiam post sententiam, & Viui. *comm. opi. 198.* vbi tenet, quod durat etiam post sententiam, si adsunt verba totiẹs quoties; vel si appellatio fuerit deserta. *Baiar.*

a *Etiam in causis appellationis*] Sic & alias dicimus, quod obligatus pro sorte non tenetur pro vsuris, Negul. *Tract. de pign. 4. memb. 3. par. principalis sub nu. 47. in § quadrupli nu. 11. Instit. de Actionibus.* Drogh.

98 b *Sed quæro pone*] adde, quod † hanc distinctionem impugnat Bart. *in l. fideiussores magistratum*, vbi ita distinguendo dicit, fideiussorem non teneri, si interesset accusatione ita proposita; sed si nulla esset proposita accusatio, sed solum super vulnere promisit de iudicio sisti, & iudicatum soluere, tunc tenetur ad mille, quia tunc videtur fideiussisse in omnem causam, quæ ex vulnere descenderet, & Bart. sequitur Bart. Soc. *in consil. 273. vol. 2.* Sed Alb. de Rosate *in l. diuersum, ff. quorum bono.* aliter tenet, Paul. de Castr. *in d. l. fideiussores magistratuum*, ita distinguit, quod inspicienda est inquisitio, si loquatur de vulnere simpliciter, vt fideiussor nõn teneatur: si vero loquitur de vulnere mortali, tunc propter illam additionem censetur etiam inquisitus de morte, & fideiussor tenebitur, & dicit consuluisse in Ciuitate Bixiæ, & ita fuisse iudicatum, sed iudex inquisitum de vulnere non relaxat fideiussoribus.

99 Adde, quod si fideiussor † eius, qui aufugit, procurauerit eum banniri, vt excusaretur ab eo præsentando, non esset liberatus, secundum Bar. *in l. si vero, in prin. ff. qui satisd. cog.* & ibi Fulg. subtili ratione tenet contrarium.

100 Item adde, quod † nec cum saluo conductu fideiussor tenetur præsentare bannitum, Bart. *in consil. 167. n. 16. inter consil. crimin. diuers. tom. 1. magna impress.* & Thob. Noni *consil. 165. num. 2. eod. tomo.*

101 Item adde, † quod si principaliis sit clericus, fideiussor non tenetur eum præsentare, & sic liberatur, Card. *in clem. 19. quæst. de cens.* Bal. *in l. filius, ff. de tut.* & ratione distra. & Boss. *in tit. de carcer. fidein. com. n. 42.*

c *Resp.* Ias. *in l. 1. num. 14. ff. de in lit. iura.* quem sequitur Boss. *de carcer. fideiuss. n. 45.* dicit, quod fideiussor pro vulnere non tenetur pro morte. Sed non recedas ab auctore. Et ad materiam scias, quod fideiussor liberatus † lata absolutoria nõ reincidit retractata sententia Bar. & Doctor. *in l. si. ff. de pac.* & Bos. vbi supra. Item fideiussor prætorius non tenetur pro tempore, quo magistratus prorogatur, vide per Boss. eo loci. *sub n. 56.* Giach.

d *Certa, & determinata à summa*] adde Marsil. vbi supra *nu. 211.* Drog.

e *De alio crimine*] Far. *d. q. 34. n. 39. & seqq. & nu. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 62. & 59. & seq. 71. & 75.* Ros.

f *Propterea iudex*] adde quod tamen contra hunc procedendi modum late defendit fideiussorem Mars. *rub. de fideiuss. num. 250. cum seq.* Drog.

Propterea index] Adde, quod † hoc fuit consilium Gand. *in titu. de multis quæst. dependen. à statuto sub num. 13. ver. vnde bonus, & cautus iudex*, sed contra hoc consilium tenet Gabriel. *in consil. 181.* 102

Item adde, quod † si fideiussor esset citatus ad præsentandum 103 reum coram alio tribunali, quam coram eo, in quo fuit facta obligatio fideiussoris, non tenetur eum repræsentare, Rol. *in consil. nu. 11. vol. 1.* Baiar.

g *Quod si index*] Gabr. *d. consil. 181. n. 21. lib. 1.* Ros.

h *Citari fideiussor.*] Attende practicam notabilem citandi rei, qui iam prius datis fideiussoribus de se constituendo; *Non si tosto* fuit extra Carceres, quod commisit aliud delictum, & ita citandus est, vt possit puniri pro secundo delicto, & hic adde Boss. *titu. de Carcerato fideiussor. committendo num. 51. in fin.* sed enade, ò fideiussor, hanc pœnam abtinendo saluum conductum pro secundo delicto, iuxta tradita supra *q. 32. vers. tu scis, quæ. 38. vers. Hoc tamen ad fin. q. 16. versic. Sed nunquid bannitus q. 34. in princ.* In quibus locis passim videre potes materiam salui conductus; Attende, tamen vt in precibus narres omnia, quæ impedire possunt, vt dicitur, de gratia, & in specie, si es sub fideiussione saluæ guardiæ, siue de recte viuendo, vt est supra *q. 59. versic. debes autem in fin.* Si autem non vis supplicare, & euadere pœnam fideiussionis, permitte tuum principalem bãniri, & condemnari in contumaciam, quia tunc de sententia in absentia per contumaciam lata non teneris, ad Bart. & Doct. *in l. cum filiusfam. ff. de verb. oblig.* Char. *de execut. sent. c. 1. num. 302.* pro hoc est Text. *in l. sed & si quis, §. dixerit aliquis, ff. si quis caut.* cõtumacia namque principalis, cum habeatur respectu fideiussoris pro ficta, eidem nocere non potest, & vide Maran. *in suo Spec. par. 6. 8. membro tit. de satisdatione nu. 14.* plura in hoc proposito relata vide apud Borg. Caual. Dec. *sub num. 34. par. 2.* Item si constaret de delicto Rei, pro quo facta esset fideiussio de præsentando, puta per publicam famam, vel per facti notorietatem excusaretur fideiussor à præsentatione. Idem Chartar. *d. c. 1. n. 477.* Verum cauti iudices, vt hic, & ibidem aliter seruant. De simili condemnatione supra *q. 36. vers. sed in hoc proposito*; ibi in quondam Bartholomeo Trotto. *Drog.*

Citari fideiussor.] Sed quid si per vnum ex iudicibus denunciatum fuit accusato, quod fugeret, ne caperetur, an fideiussor pro illo vltra teneatur, vi. per Cæpol. *crim. 25 col. fi.* Giach.

i *Et ideo si index*] Secus si ab alio iudice fuisset etiam captus, Io. de Anan. *cons. 44. in vol. diuers.* Zileti *lib. 1. editione 2.* Ros.

k *Esset excusatus*] adde, quod similiter fideiussor de repræsentando toties quoties excusatur, † si principalis pro illa causa 104 fuisset captus à Curia, & postea aufugisset, quia tunc non tenetur eum repræsentare. Afflict. *in dec. 130.* & Gram. *consil. 66. n. 60. & 64.* secus si ex alia causa fuisset carceratus, & aufugit, quia fideiussor non esset liberatus, nisi fideiussor, quando ille erat carceratus, protestatus fuisset, quod habet illum præsentatum per eum in carceribus, & amplius non vult teneri, vt per Afflict. *in d. decisio. 130. sub nu. 5.* & hoc procederet, etiam quod promissum fuisset repræsentare, non obstante quacunque causa, etiam de nouo superiori, secundum Bottam *in cons. 38.* quod tamen non procederet, si alius index, cui facta non fuisset promissio, reum principalem capi fecisset, quia tunc fideiussor non liberaretur ob talem capturam: nec etiam cum protestatione Ioan. de Anan. *in cons. 44. nu. 4. inter cons. crim. diuers. tomo 1.* & de ista quæstione late habetur per D. Farin. *in q. 34. nu. 99. cum seq.* Et si aduocatus daret consilium, quod captus aufugeret, vt fideiussor liberaretur acriter puniendus esset, Franc. Marc. *decisio. 797. in fine.*

Item adde, † quod fideiussor non excusaretur, si a iudice esset 105 persuasum illi, qui deberet præsentari, vt aufugeret, secundum Cæpol. *in consil. 15. nu. 2. cum seq.* nisi via iudiciaria impedimentum præstitum fuisset; vel nisi pœna deberet applicari ipsi officiali, vt ibi per eum, & ita etiam tenet Boss. *in titu. de carcer. fideiuss. commit. nu. 62.* vbi dicit per ea, quę tradit Anchar. *in consilio 341. viso themate in fine*, quod ille, qui monuit faciendo illum aufugere, contrarium autem tenuit Follet. *in practic. crimin. in fragmentis de fideiuss. numer. 215.* vbi etiam de iudice minante velle male tractare reum: dicit tamen in fine cogitandum esse. *Baiard.*

l *Consignaret*] Vide Farinac. *in sua quæst. crim. 34. nu. 39. vsque 71.* & Cartar. *de execut. sent. capto bannito c. 1. n. 498. & seqq. vsq. ad fin.* Ros.

m *Sed hic quæro quantum tempus*] adde, quod † remittitur ar- 106 bitrio iudicis, quod tempus sit statuendum fideiussori, vt principalem præsentet, Menoch. *in casu 40. de arb. iud.*

Item

107 Item adde, † quod fideiussor de sistendo in criminalibus non potest suscipere defensiones rei, sed petere, tantum inducias ad eum sistendum, vt per Ros. *in tit. de carcer. fideiuss. comm. nu. 52.* & Bart. de Valmara. *in consil. 96. nu. 23. inter cons. crim. diuers. tom. 1. mag. impress.*

Item adde, quod fideiussor de sistendo in criminalibus non habet beneficium excussionis, & ab eo iudex potest incipere, vt reum sistat Bart. & Alexan. *in l. 3. ff. qui satisd. cogantur*, & Bassan. *super consuet. Burgund. fol. 232. n. 171.*

108 Item adde, † quod l. sancimus non habet locum, quando promissio de exhibendo aliquem fuit iurata Bart. *in l. si insulam col. fin. ff. de verb. oblig.* & ibi Rip. *nu. 62. & 91.* Alex. *cons. 76. nu. 8. & seq. vol. 5.* vbi dicit, Doctores ita communiter tenere. Rub. *consil. 113.* vbi similiter dicit, quod est communis. Et licet Bal. *in l. qui ad crimen. col. 3. C. qui accus. non poss.* tenuerit contrarium, tamen per Ias. *in d. l. si insulam nu. 35.* reprobatur, & ibi etiam ipse attestatur de communi, idem habetur *in decis. Pedemon. 49. nu. 11.* Baiar.

n *Illius legis*] Vide de hac materia Rom. *consil. 137.* Ros.

109 o *Successiue quaro*] adde, quod vltra † pœnam promissam, quæ applicatur fisco, fideiussor etiam tenetur parti ad interesse, Afflict. *in deci. 134.* Foller. *in pract. crim. in fragm. n. 260.* qui dicit communem, Viui. *commun. opin. 109.* contrarium autem tenuit Paul. de Castr. *in l. 2. §. fin. in fideiussorem ff. qui satisd. cogan.* Cœp. *cons. 25. nu. 2.* Menoch. *de arbit. iud. casu 304. n. 5.* & Gram. ad Afflict. *decisio. 234.* dicit, quod de anno 1531. secus seruatum fuit in magna Curia Vicariæ in causa cuiusdam Francisci Paragalli cum quodam Francisco Hispano, qui sistere promiserat Hieronymum suum nepotem in causa criminali, qui aufugit, & ipse fideiussor carceratus fisco pœnam soluit, & liberatus fuit, & ista opinio videtur æquior, ne afflictio addatur afflicto, quando scilicet ipse fideiussor non fuerit in dolo, vt reus fugam arriperet. ita dicit Laurent. Tenn. *in caut. 76.* Et ego nunquam vidi in practica, quod fideiussor teneatur ad aliquod interesse partis, quando certa pœna est promissa, & idem affirmat D. Far. *in q. 34. n. 5.* quem post hæc scripta vidi. *Baiar.*

p *Ita practicatur*] Et est generale Boss. *de pœnis num. 30.* qua soluta non tenebitur ad aliquid versus partem ita Farin. *titul. de carceribus vol. 1. q. 34. per totam, & præcipue n. 19. & 30.* Ros.

QVÆSTIO XLII.

Explicantur multa, quæ ad fideiussionis de non offendendo materiam pertinent.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *De cautione de non offendendo.*
2 *Et nunquid à parte regulariter peti possit.*
3 *Et an possit iudex ex officio cogere partes ad illam præstandam.*
4 *Et quid si pars illam petens dederit causam inimicitiæ.*
5 *Et an hæc cautio præstanda sit cum fideiussoribus.*
6 *Et quanto tempore duret.*
7 *Et quid si durante promissione de non offendendo inter aliquos vnus offendat alium, an possit deinde alius illum impune offendere.*
8 *Et quid in induciis.*
9 *Et quid si ex noua causa secuta sit offensio.*
10 *Et quid si eodem tempore vnus alterum offendat.*
11 *Et an si quis offendat fratrem alterius, dicatur incidisse in pœnam.*
12 *Et quid si adulterauerit eius vxorem.*
13 *Et quomodo hæc pœna, & pro quibus portionibus transmittatur ad heredes, remissiue.*

Ex Additionibus.

1 *Promissio de non offendendo quid sit.*
2 *Offendere quando quis dicatur, vt incidat in pœnam promissam de non offendendo.*
3 *Offensio verbalis an comprehendatur sub cautione prædicta.*
4 *Offensa personalis, & in personam quomodo differant, remissiue.*
5 *Cautio de non offendendo an duret extra territorium.*
6 *Et an comprehendat consanguineos alienigenas.*
7 *Et an bannitum nominatum in treguâ.*
8 *Et quid si adsit iuramentum.*
9 *Et quando intelligatur rupta, remissiue.*
10 *Mandatum speciale requiritur ad petendam dictam cautionem.*
11 *Cautio prædicta an sit præstanda pro familia, & adhærentibus.*
12 *Et an à merito vxori.*
13 *Maleficium quomodo impediri possit, remiss.*
14 *Cautionem prædictam petens iustam causam timoris probare debet.*
15 *Et quæ sit iusta causa, remittitur arbitrio iudicis.*
16 *Et quid seruetur in statu ecclesiastico*
17 *Iudex potest ex officio cogere partes ad dictam cautionẽ.*
18 *Cautio prædicta si continent diem, an currat in momento ad momentum.*
19 *Momentum quot modis sumatur, remiss.*
20 *Cautionem prædictam præstans sub protestatione, quod valeat, nisi similis per partem fuerit præstita, si interim offendat, an excusetur.*
21 *Et protestatio prædicta an sit admittenda.*
22 *Cauere nolentes sunt carcerandi.*
23 *Pater an cogatur ad cauendum de non offendendo filio.*
24 *Spoletani habent manus nimium promptas ad offendendum & se vindicandum.*
*24 *Rem duobus vendens an dicatur bene viuere.*
25 *Salus seu sordia quid sit, remiss.*
26 *Fideiubens de non offendendo, an possit condemnari ex contumacia principalis.*
27 *Fama sola sufficit in casu pacis ruptæ.*
28 *Item contumacia in statu ecclesiastico.*
29 *Nona causa quando in dicto statu allegari possit.*
30 *Fideiussor potest se defendere non obstante contumacia principali.*
Cautio prædicta quamdiu durat.
31 *Quando dicatur rupta.*
32 *Et quid de pace.*
33 *Pax facta à pluribus, si vnus offendat, an omnes teneantur.*
34 *Pace inter aliquos stante, in qua verbis generalibus tantum erant comprehensi banniti, si aduersarij in pace comprehensi dictos bannitos prosequantur, & occidant vnum ex comprehensis expresse in pace, qui bannitis fauebat, incidant in pœnam.*
35 *Auctor rixæ quomodo cognoscatur.*
36 *Pœna an dicatur incursa, si duo ad inuicem se offendant, & actor nesciatur.*
37 *Pax an dicatur rupta, si aliquis ex comprehensis in ea ante ipsius ratificationem offendatur.*
38 *Fiscus pace facta non agit ad pœnam nomine partis læsæ absque mandato, neque etiam suo, si fisci nomine non fuerit acceptata.*
39 *Cautio facta per totum mensem Maij, & vltra ad beneplacitum iudicis, non extenditur vltra dictum mensem, non facta declaratione beneplaciti.*
40 *Spurius an comprehendatur in pace.*
41 *Et an filij nondum nati, nec concepti tempore pacis.*
42 *Insultans occidens insultantem non tenetur pœna pacis fractæ.*
43 *Cautionem prædictã frangens tenetur ad pœnã conuẽtionalem, & etiam corporalem iuxta qualitatem delicti.*
44 *Cautio prædicta an rũpatur per explosatione archibusij.*
45 *Et an per insultum.*
46 *Clericus præstans fideiussorem laicum, si offendat, fideiussor coram laico conuenatur.*
47 *Cautione ab vtraque parte rupta, quomodo exigatur pœna.*
48 *Tregua inter aliquos existente si fuerit facta pax, & vnus promiserit filium suum absentem, & in pace comprehensum, infra octo dies pacem ratificaturum post eius reditum, alias pœna treguæ quoad filium tantum*

duret, si filius ignorante patre redeat, & vnum ex eis offendat, an pater ignorans, & non interpellatus ad pœnam treguæ teneatur.

49 *Tregua an rumpatur ex noua causa.*

50 *Causa noua in dubio præsumitur.*

51 *Et quid si fuerit promissum non offendere quomodocunq., qualitercunq., & ex quacunq. causa, tam cognita, quam incognita.*

52 *Causa noua quomodo cognoscatur.*

53 *Auctor noua causa non potest nouam causam allegare.*

54 *Pax non dicitur rupta ex parte prouocati, si incontinenti sequatur offensio.*

55 *Fideiussor an possit allegare nouam causam.*
Inquisiti de pace fracta non audiuntur extra carcerem in statu ecclesiastico.
Et quid de fideiussoribus ipsorum.

56 *Insultus dicitur noua causa.*

57 *Occisurus bannitum, si in actu occisionis alium occidat in pace comprehensum, non dicitur pacem frangere.*

58 *Offendens patrem, fratrem, vxorem, aut filium, an committat pœnam stipulationis.*

59 *Vindictam transuersalem committens incidit crimen læsæ maiestatis in statu ecclesiastico.*

60 *Et in Ciuitate Spoleti pingi debet in loco publico capite euerso.*

61 *Sponsus an comprehendatur nomine affinium in causa cautionis.*

62 *Rapiens filiam alicuius non dicitur frangere cautionem de non offendendo, etiamsi rapiendo, & abducendo illam percuteret.*

63 *Offendens adulterantem suam vxorem, vel filiam rapientem non dicitur pacem frangere.*

64 *Lim. nisi pro tali iniuria pax inita fuisset.*

65 *Fur non dicitur pacem rumpere.*
Fur, & adulter quando dicatur pacem frangere.

66 *Adulterans mulierem vetulam, & deformem, non dicitur fecisse animo offendendi, sed libidinis causa.*

67 *Pœna pacis rupta quomodo diuidenda inter consortes.*

68 *Cautiones de non offendendo præstita in vno territorio, si in alio contrauenïatur, an dicatur pax rupta.*

69 *Bannitus, cui ex dispositione statuti, audientia denegatur, non potest agere ad pœnam pacis rupta.*

a 1 FRequenter *a* contingit, quod postquam iudex mandat inquisitum è carceribus sub fideiussione relaxari, compareat accusator, seu pars offensa, quæ petit illum prius, quam relaxetur, cogi *b* ad præstandam fideiussionem ad eum non offendendo: Nunc ergo aliquid de ipsa cautione videamus.

2 Et *c* in primis quidem facienda est generalis conclusio, quod potest pars petere ab eo, à quo timet offendi, sibi præstari *d* cautionem de non offendendo, & tenetur iudex illum cogere ad eam præstandam, *l. illicitas, §. ne potentiores, ff. de offic. præsidis, e* Et hæc est receptissima omnium traditio, ut ait Placa *lib. 1. delict. c. 7. n. 1.*

3 Sed *f* nunquid potest iudex ex suo motu mero, & absoluto arbitrio, non præcedente aliqua causæ cognitione, cogere aliquem ad *g* præstandam hanc quæstionem? Resp. quod non, solummodo si petatur à parte, & cum iusta causa, & hæc est communis opinio, ut dicit Paris. *cons. 164. n. 10. lib. 4.* quem refert Placa *in d. cap. 7. n. 1. in fin.* Ego tamen plerumque vidi contrarium obseruari, quando subest timor scandalorum. Solent enim iudices, & debent cogere partes ad inuicem fideiubendum de se non offendendo, & omni appellatione, & exceptione remota: & ubi recusant fideiubere, ejiciuntur à ciuitate, sub comminatione grauium pœnarum. Et hæc practica mihi semper placuit. Debent enim omni studio iudices curare, ut in ciuitate omnia sint pacata, & tranquilla. Quinimo in multis locis, ubi quis minatur alteri, solet ille dari in *h* custodiam aduersario suo sub pœna vitæ, *i* hanc custodiam appellamus Saluamguardiam, quam Senatus ex causa quandoque *k* solet concedere, præsertim quando aduersarij sunt potentiores, & manu promptiores. Et hoc etiam seruari de consuetudine Franciæ attestatur Aufrer. *ad decis. Tholos. 489.* & Marcus *decis. 115. n. 2.*

Sed pone, quod pars, quæ petit sibi caueri de non offendendo, fuerit illa, quæ dederit causam inimicitiæ: nunquid poterit eius aduersarius ei hoc objicere, & recusare illam præstare? Resp. quod non: sed eo non obstante, adhuc cogendus est, ut eam præstet. Ita tenet Bart. *in l. qui bona fide. §. si quis iuxta, n. 1. de dam. infect.* & est communis opin. ut dicit Ripa *in rub. de iud. post n. 14. vers. præmissa etiam,* Ant. Gomes. *c. 12. delictorum, post nu. 14. vers. quod etiam extende.* 4

Sed *l* quæro, quomodo præstanda sit hæc cautio. Respond. quod debet præstari cum fideiussionibus, & ita seruatur de consuetudine, ut dicit Alber. *in l. non est verisimile, in princip. vers. Sed vidi dubitari, ff. quod metus causa.* Et ita semper vidi seruari, etiam quod pars multa bona possideat. Bene verum est, quod si ille, à quo petitur hæc cautio, sit pauper, ita ut verisimiliter non possit inuenire fideiussorem, tunc admittitur ad præstandum loco fideiussionis iuratoriam cautionem, & hoc dummodo *m* sit bonæ vocis, & famæ: alias enim non esset de eo confidendum; sed debet iudex illum potius cogere, ut exulet; neque excusatio paupertatis esset hoc casu admittenda; nam homines malæ vitæ, & *n* conditionis quanto sunt pauperiores, tanto etiam promptiores sunt ad delinquendum, cum non timeant confiscationem bonorum, qua non habent. 5

Item *o* quæro, quanto tempore duret hæc cautio, & promissio de non offendendo. Respond. Aliqui dixerunt, quod tantum durat 30. diebus; & hanc dicit esse communem opin. Alber. *in d. §. ne potentiores, post num. 4. vers. Item quæro quanto.* Sed certè hoc non seruatur in practica, sed solet limitari tempus arbitrio iudicis, & si intra illud tempus non cessauerit causa suspicionis, tunc iudex potest, ac debet cogere partes per aliquod tempus, antequam expiret, ad illam reuocandam. Et aduerte, qua ex negligentia iudicum super hac renouatione facienda, vidi ego in facto multa mala contingere. Et hanc opin. quod tempus, quo habet durare hæc cautio, relinquatur iudicis arbitrio, dicit esse communem Ripa *in rub. ff. de damno infect. num. 23.* quem refert Placa *in d. cap. 7. num. 4.* & ab ea (præsertim stante consuetudine) nullo modo est in practica recedendum. 6

Sed *p* quoniam plerunque secuta aliqua offensione post datam fideiussionem solet de variis quæstionibus dubitari, non impertinens existimaui de eis etiam aliquid subjicere. *q* Quæro itaque in primis, facta per aliquos promissione, de non offendendo, prout fit, quando contrahitur pax, vel præstatur hæc cautio; nunquid si unus ipsorum offendat alterum, & sic frangat pacem, possit alter *r* impune illum offendere? Resp. quod sic: ita sentit Bart. *l. cum pater, §. libertis, in fin. ff. de leg. 2.* & ita communiter concluditur, ut attestatur Alex. *in l. cum proponas n. 6. C. de pactis.* Hanc etiam esse communem opin. dicit Alex. *cons. 115. n. 7. lib. 4.* Dec. *cons. 380. n. 2.* Paris. *cons. 164. n. 23. lib. 4.* Claud. *in d. l. cum proponas, n. 6. s* Ceph. *cons. 35. n. 27. lib. 1.* & dicit Corn. *cons. 42. in littera F, libr. 2.* quod in hoc omnes concordant. Et hoc etiam si in contractu apposita esset clausula, *t* quod pœna toties committatur, quoties contra factum fuerit: adhuc enim iste, qui posteriore loco offendit, non dicitur in pœnam incidisse. Et hanc opinionem tanquam communem sequitur Alex. *in allegato cons. 115. n. 8. & seq.* Pet. Bel. *de re militari fol. 136. u n. 52.* 7

Sed *x* hic incidenter quæro, Pone, quod sint factæ indu-

induciæ, vel (vt nostri Doctores appellant) tregua, inter aliquas partes; nunquid si vna pars frangat inducias poterit altera pars eis contrauenire? Respond. Aliqui dixerũt, quod non, sed quod tenetur eas nihilominus obseruare: & fuit dictum originale Vincent. *in cap. inter verba, 11. quæst. 3.* Et hanc opin. dicit esse communem Decian. *in c. constitutus, il 1. post num. 2. vers. ad prædicta, de appellat.* Gratus *cons. 105. nu. 1. & seq. lib. 2.* Et dicit Imola *in d. l. qui seruum, nu. 2.* quod ita obseruatur de consuetudine, prout refert Soc. *cons. 262. in fin. libr. 1. quod est publicatum cons. 90. lib. 3.* Sed certè Imol. ibi hoc non dicit, sed tantummodo refert Vincent. dicentem ita seruari in Hispania: & subdit, quod illud videtur potius de consuetudine, quam de iure. Et Vincentium ita attestantem refert etiam Ioan. And. *in addit. ad Specul. in tit. de tregua & pace, super rubr.* & Alex. *in d. l. cum proponas, num. 3.* & Ias. *in d. l. qui seruum, nu. 3.* & Gomes. Arias *super lege 36. Tauri, nu. 12.* Ego credo contrarium de iure verius esse, scilicet, quod pars nullo modo teneatur obseruare treguam, *y* quam eius aduersarius fregerit; & ita etiam semper vidi vbique obseruari. Et dicit Corn. *in d. cons. 42. in litter E,* se putare, quod illa opin. nullibi seruetur in practica; Claud. *in d. l. cum proponas, n. 4.* attestatur, quod vbique contrarium seruatur, præterquam in Hispania.

y

9 Quæro *z* nunc, Pone, quod existente inter aliquos rixa, seu inimicitia, facta fuerit inter ipsos promissio de non offendendo sub aliqua pœna, & quod deinde ex noua causa siue rixa superueniente vnus eorum alterum offendat: nunquid dicetur commissa pœna? Respon. Bartol. *in l. aut facta, §. causa, num. 1. ff. de pæn.* tenuit, quod non, & ita communiter teneri attestatur Cornel. *in d. cons. 42. in litt. B.* Hanc etiam dicit esse communem opinio. Alexan. *in l. qui insulam numer. 4. ff. de verbor. oblig.* prout illum refert Paris. *in d. cons. 165. num. 26. lib. 4.* licet in libro meo Alexan. id non dicat: refert etiam Treg. *in pract. crim. cap. 13. nu. 6. in fin.* Soc. iun. *cons. 1 3. num. 7. lib. 3.* Et dicit Bald. *in cap. 1 in princ. num. 2. de pace tenenda,* quod ita tenent communiter Doctores, & ita in facti contingentia consuluit Rom. *consil. 158.* Mantua. *cons. 169. lib. 1.* Hoc tamen intellige, vt procedat, *a* quando apparet de noua causa verisimili: alias secus, *b* prout in facti contingentia consuluit Cephal. *cons. 35. libr. 1. in 1. dubio.* Item *c* intellige, vt procedat quando ille, qui offendit, non dedit causam, vel occasionem secundæ rixæ, vel illam aliquo modo procurauit, seu affectauit: *d* alias enim vidi pluries iudicari, quod dicetur commissa pœna: & hoc ad euitandas fraudes, quæ de facili possent hoc modo committi. Quilibet enim posset facile oriri nouam causam, ita impune alium offenderet, non obstante promissione: quod esset maximè inconueniens.

z

a

b

c

d

10 Sed *e* hic quæro: Pone, quòd duo promiserunt se inuicem non offendere sub pœna. Modo contingit, quod ambo se inuicem offenderunt eodem tempore, ita vt non appareat, quis primo offenderit: nunquid aliquis ipsorum dicetur incidisse pœnam? Respond. quod nemo eorum tenetur, sed offensa inuicem compensatur: ita tenet Bartol. *in l. cum pater, §. libertis, num. 7. ff. de legat. 2.* & est communis opin. vt dicit Alexan. *in l. si seruum, § sequitur, nu. 9. ff. de verbor. oblig.* quem refert Boer. *decis. 238. post num. 2.* Gratus *cons. 114. num. 14. lib. 2.* Iaso. *in d. §. sequitur, num. 12. f* Et hæc quidem conclusio de plano procedit, quando agitur solummodo de pœna applicanda partis; sed si in promissione fuisset apposita aliqua pœna, quæ esset applicanda fisco, fortè ambo essent condemnandi: licet enim ratione incertitudinis regulariter omnes debeant absolui, *g* tamen illud habet locum, quando agitur de pœna pecuniaria; nam omnes puniuntur, ne delictum remaneat impunitum, vt dixi infra *quæst. 60. versic. vide ego.*

e

f

g

Quæro *h* etiam, si duo promiserunt se inuicem non 11 offendere sub pœna, nunquid si vnus eorum offendat *h* fratrem alterius, dicatur incidisse in pœnam? Respon. *i* quod non, ita tenet Bart. *in l. si ita stipulatus, §. Chrysogonus, nu. 10. de verb. oblig.* & ita dicunt communiter Doctor. vt ait Bald. *in cap. 1. §. similiter si dominum, nu. 4. quibus mod. feud. amit.* Petr. Bellus *de re milit. fol. 137. post nu. 53.* Hanc etiam dicit esse communem opin. Alexan. *in d. § Chrysogonus, num. 20. & sequ.* Ad hoc enim, vt dicatur pax rupta, requiritur, quod persona offensa sit talis quod propter eius offensam competeret principali actio iniuriarum proprio nomine. *k* Quod tamen in- *k* tellige, vt procedat, nisi manifestè appareret, quod offendisset eius fratrem, vt ipsum principalem offenderet, puta, quia nullam aliam causam inimicitiæ haberet cum ipso fratre: nam eo casu grauius etiam esset puniendus.

Sed *l* quid si vnus ex illis, qui promisit alium non of- 12 fendere sub pœna adulterauit vxorem alterius, nun- *l* quid incidit in pœnam? Respon. quod non: quia præsumitur potius id *m* fecisse causa libidinis, quam animo *m* iniuriandi. Ita tenet Bart. *in l. verum, nu. 4. de furtis.* Et hoc dictum Bart. communiter à consulentibus approbatur, vt dicit Lud. Catus *inter cons. criminaliter diuersorum cons. 99. num. 13. lib. 1.* Hanc etiam dicit esse communem sententiam August. ad Ang. *de malefact. in verbo Che hai adulterato post nu. 99. n* Et ideo si mulier illa es- *n* set adeo deformis, seu vetula, vt verisimile esset, quod potius animo iniuriandi, quam ex causa libidinis id fecisset, fortè posset dici, quod incidisset in pœnam.

Quæro, *o* quomodo hæc pœna, in quam incidit con- 13 trafaciens promissioni de non offendendo, & pro qui- *o* bus portionibus transmittatur ad hæredes, dixi supra *libro proxime, § stipulatio.*

ADDITIONES

Ad Quæst. XLVII.

FRequenter contingit] De cautione de non offendendo vide *a* latissime per Farin. *in eius prax. crim. 4. vol. q. 107. art. 2. partis primæ, & art. 3. 4. & 5. 7. 8. 9. 10. 11. & 12. par. 2. art. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 21. 22. 23. v. q. 11. par. 3.* Ros.

Frequenter contingit] adde, quod promissio de non offen- 1 dendo est legitimum præsidium, quod iuste timenti iniuriam sibi inferri, ad ipsius instantiam, vel ex officio præsidis, nec partes ad arma procedant, præstari solet: ita tradit Vulpell. *de promiss. de non offend. q. 73. nu. 3.*

Item adde, † quando quis dicatur offendere, & quæ offensa 2 proprie dicatur, vt quis teneatur ad pœnam promissam de non offendendo, Bero. *cons. 102. num. 1. & 5. volum. 3.* & Cephal. *in consil. 587. num. 39. vol. 4.* vbi dicit, quod illa dicitur propriè offensa, ex qua potest quis agere suo nomine actione iniuriarum; & Corn. *in consil. 51. num. 6. vol. 1.* quod offensa dicitur omne id, quod prouocat ad iracundiam, & meretur pœnam. licet quandoque large loquendo, dicatur offensa etiam illud, quod non meretur pœnam. Addent ad Bertaz. *in cons. 76.* sed vide omnino Vulpell. *in consil. 26. num. 7.* & octauo, vbi tenet, quod quando agitur quod ex promissione vnius alter teneatur, verbum offendere strictissime capitur; videlicet, vt iniuria fiat corpori, vel rebus corpori cohærentibus, & ad hoc allegat Decian. *consil. 406.* & Marsil. *consil. 80. num. 31.* vide etiam eundem Vulpell. *in tract. de pace quæst. 91. cum sequent.* vbi dicit, quod promissio de non offendendo generaliter, seu simpliciter præstita, etiam iniuria verbales † graues, tamen arbitrio iudicis, amplectitur: secus est 3 autem, si est de non offendendo personaliter, vel in personam, quia offensas, quæ verbis fiunt, non continet, & ibi ponit etiam, quæ non differentia sit inter offensam personalem, & offensam in personam, † & multa quando quis personaliter offendi dicatur. Et an † ista cautio de non offendendo obseruanda si ex- 4 tra territorium, vide Franc. Hercul. *de cau. de non offend. cap. 9. fol. 39.* vide etiam Menoch. *de arb. casu 141 fol. 174.*

5

Item adde, quod † huiusmodi cautio de non offendendo, vel 6 de conseruando pacem, nõ comprehendit consanguineos, alie-

nigenas, secundum Alciat. *consl.388.vel consil.39.nobilium, tom. 2.lib.6.fol.127.*

7 Item adde,† quod nec etiam comprehendit capitaliter bannitum. Hom. *consl.*112. etiam quod esset nominatus in tregua. & cum iuramento, secundum Goza.*consil.61.num.14.cum sequenti*, sed contrarium tenet virtute iuramenti Marsil. *consil.6.& consil.107.n.15.* Grat.*consl.*44.*vol.*2. & de hoc vide Hercul.*d.trac.*
8 *de caut.de non offenden.cap.*23. vbi multos allegat, qui † tenent, quod non obstante iuramento non comprehenditur, quando impune offendi potest.

Item adde, quod cautio de non offendendo comprehendit etiam offendentem extra territorium loci, in quo non offendere promisit. Bart. *in l.illicitas,§.ne potentiores,ff.de offic.præsid.* & Ias. *in l.fin.n.*12.*de iurisd.omn.iud.*& ibi Mars.*n.*10.

9 Item adde,† quod aliquando quis non tenetur pœna conuentionali, licet offendat aduersarium offensa, quæ pœnam mercatur. Bero.*consil.*202.*vol.*2.Baiar.

b *Ad præstandam fideiussionem*] Late Vulpel. *tract.de treu.de promissione de non offendendo post eius responsa quæstione 73. vsque 106.inclusiue*,& an cogatur pro fratre Laderch.*consil.*108.& Farinac.*d.quæstio.*107.*numer.*25.vbi pro filio Rodolfin.*quæstio.*47. Ros.

10 c *Et in primis*] adde, quod ad petendam huiusmodi cautionem requiritur mandatum speciale, vt per Alex.*in consil.*78.*col.* 1.*in fin.vol.*5.

11 Item adde,† an quis teneatur præstare cautionem de non offendendo etiam pro familia,& adhærentibus, vt per Lud.Bolog. *in repet.§.Cato, col.*9.

12 Item adde, an, † & quando vxor possit petere istam cautionem à marito, Nat.*in consil.*[illegible]6.*vol.*3.Baiar.

d *Cautionem de non offendendo*] adde Bal.*in cap.*10.*num.*1.*de off.deleg.* Io. A no. *sing.*30. statutum nostrum Pallauicinum in criminalibus *Rubr.*2.*lib.*2.vide Plot.*in l.si quando, §.5.sub num. 37. C.vnde vi*, & nota, quod de iure loquendo securitas non potest postulari, nisi appareat causa, Bar. *in l.capitalium , §.ad statutas,ff.de pœn.*Diog.

Cautionem de non offendendo] adde,quod ista cautio non esse debet ad tempus perpetuum , sed debet arbitrio iudicis moderari, vt per Felin. *in rubric.de treu.& pace,col.6 in fin.vers.tertia declaratio.*Quid de inimico forensi,qui venit ad Ciuitatem, an possim petere ab eo ipsam cautionem de non offendendo,vide per Felin.vbi supra in 4.*declaratio.*Et quale detur remedium ei, qui timet offendi à forense, vt per Ias. *in l.si super possess.nu.*7.*C. de trans.*Melch.de Fac.*consil.*78.2.*dub.in* 1.*vol.* Ziletti *diuers.*Scias etiam , quod cautio de non offendendo non est supervacua inter fratrem minorem,& maiorem;vide per Rotam Sen; *dec.* 7.*n.*3.Adde,quod non tenetur quis ad præstandum cautionem, quando non offendisset,nec offendere voluisset sed potius se defenderet iure licito. Cæpol.*crim.cons.*4.*col.fin. versic.tertio sequitur.*Et quæ sit causa iusta præstandi cautionem,remittitur iudicis arbitrio per Menoch.*de arb.iud.cas.*140.Giach.

13 e *Et hæc*] adde, quod † pluribus modis prouideri potest,ne maleficia committantur,& octo modos docet Afflict.*in consit. intentionis, nu.*60. Et Iudex,vt obuietur delicto futuro, potest recipere testes non iuratos , & etiam infames audire,delictum reuelare volentes,ad inquisitionem procedendo,vt tradit Monticell.*in prax.crim.n.*45.&.Barba.*cons.*64.*in prin.vol.*1.nam multa specialia à iure sunt introducta, ne delictum futurum committatur, *l.nullus, C.de sum.trin.& fide Cath.* vbi Bal.& Ioan. And. *in c. Præterea de testib.* dicunt , quod vt obuietur futuro crimini,derogatur iuri & Iudex tenetur obuiare delictis, aliter potest remoueri ab officio secundum Bal.*in l.*1.*§.quies ff.de offic.* Præfect.Vrb.& debet esse facilis ad credendum de delicto committendo ad hoc , ne committatur , *in c.hoc videtur* , 22. *q.*5. Barb.vbi supra, Cassan.*consil.*1.Barb.

14 f *Sed nunquid potest Iudex*] adde.an † penes cautionem de nõ offendendo iustam causam timoris probare debeat. Mascar.*de probat.concl.*1370.& quæ sit iusta causa timoris,remittitur in ar-
15 bitrio Iudicis, † secundum Menoch.*de arb.ind.cas.n* 140.*nu.*40.
16 & in statu Ecclesiastico passim,& † distincte,nulla facta probatione de causa timoris,partes coguntur ad præstandum dictam cautionem,data prius cautione per partẽ,quę petit cautionẽ sibi dari;& quãdo dubitatur de aliquo scandalo,coguntur ex officio,
17 †etiam inuitis ambabus partibus. Quinimo iudex in sententia, quam profert ad fauorem inquisiti potest iusta causa subsistente etiam ex officio condemnati inquisitum absolutum,ad pręstandum cautionem de non offendendo querelantum offensum,vel testes contra eum examinatos,Franc.*in dec.*359.vbi etiã tenet, quod quando vanus est timor petentis reciprocam fideiussionẽ, pars non tenetur reciproce fideiubere.Item adde,quod de iure potest Iudex ex officio cogere partes ad dictam promissionem, vt per Rot.Bonon.*in dec.*65.vbi etiam,habetur,quæ sit fideiussio de non offendendo, & tregua.

18 Item † adde , si in d.fideiussione , siue tregua apposita fuerit dies, an currat tempus de momento ad momentum , Corn.*in con.*179.*in hac consultatione,vol.*4.Et quot modis sumatur † mo- 19
mentum, vide gl.*in l.*1.*C.quæ sit longa consuet.in verb.appella.* & Gramma. *super constitut.Regni in constit. appellationum tempora, num.*12.

Item adde , quod petens † cautionem de non offendendo, 20
cum protestatione,quod dicta cautio non valeat,nisi similis fuerit præstita cautio per aduersarios,quod talis protestatio non excusat ab offensa, quæ exinde fieret. Vulpel. *in tra.de pace qu.* 81. & ibi etiam † dicit, quod talis protestatio admitti non de- 21
bet,nec dicta cautio,propterea annullatur,nisi in eo excessu,in quo discordaret à data per aduersarios;vt consuluit Laurent.ab Occha *consil.66.nu.17.vol.1.consil.crim.diuers.* & Bertaz.*in consil.*183.*n.*13.*&* 14.*vol.*1. & ibi dicit etiam Vulpell.quod in statu Vrbin.publico proclamate prouisum fuit, vt facta requisitione de cauendo sub pœna, cautiones sub eadem pœna pro præstitis habeantur,quod est optimum decretum ad euitandum scandala. Et apud bonos,& practicos iudices,quando fit præceptum ad cauendum de non offendendo, ponitur clausula, vt interim habeatur pro data, si recusant fideiubere, non sunt reijciendi à Ciuitate,vt dicit D.Clarus;quia hoc modo non obuiatur scandalis,sed sunt † carcerandi, vt fideiubeant;& de dicta protesta- 22
tione non est curandum,etiamsi ipse ex officio coactus fuerit ad præstandum dictam cautionem,quę data fuisset cum conditione,quod ab altera parte præstetur similis,& reciproca,alias non intelligatur data,scilicet,quando timor si vanus,vt est,quando pars est senex vel non apta ad offendendum:& si fideiussio fuerit fracta , pœna erit exigenda non obstante dicta protestatione, & quod ex aduerso aliqua fideiussio præstita non fuerit,ita tradit Franch. *in decisio.*359.*per totam vol.*2. Ita tenuit Hercul.*in tractat. de caut.de non offen.c.*21.*num.*9. & ex traditis ibi etiam probatur , quod dicta protestatio nihil operatur , quando fuit facta ab eo, qui cautionem sponte dedit; secus si iussu iudicis; nisi timor esset vanus, vt dixi.

Item adde,quod† si filius naturalis præstat fideiussionem de 23
non offendendo patrem,ipse etiam tenetur reciprocam pręstare fideiussionem filio instante , vt decisum fuit per sacr. Reg. consilium teste Franc.*in dec.*428.*vol.*2.Et ego dum eram Gubernator Ciuitatis Spoletanæ,vbi duabus vicibus fui Gubernator, pluries tam ex officio, quam ad instantiam partium , fuerunt præstitæ cautiones inter patres,& filios legitimos,& naturales de se non offendendo,& si disputatum fuisset(prout in casu supra scriptæ decisionis) interim se offendissent , quia Spoletani 24
habent manus nimium promptas ad se offendendum, & iniurias vindicandum.*Baiar.*

g *Resp.quod non*] Farin.*d.q.*107.*art.*2.1.*partis nu.*11. *&* 12.*&* 19.21.*&* 23.Ros.

h *Custodiam*]Hanc,vt puto,saluam guardiam appellat,quam nos dicimus fideiussionem de bene,recteque viuendo; Non enim in nostro statu strictior datur fideiussio : Franci illum,cui committitur talis custodia,appellant Gardiatorem,Gul.de Cuneo *tract.de securitate,sub num.*28. & an si ille,qui datus sit sub ista salua guardia reperiatur occisus,possit Gardiator torqueri sine aliis indiciis, si non caueat aliunde delicto; quod sic,idem Gul.vbi supra *nu.*37.allegat in arg.*auth.Vt lic.Matri, & Auiæ, §.pen.quæ est auth.si quis,C.de adult.*& ad Syl.*l.*1.*singulariter autem.* No.quod si al quis constitutus sub tali fideiussione vulgo appellata de bene viuendo, vt supra, casu quo sic existens rem venderet † duobus,non diceretur bene vixisse. Fabr.de Mont.
*Tract.De empt.& vend.*3.*q princ sub num.*50. allegat Gloss. *in l.*
2.*C.de dign.lib* 12.At quo ad determinationem temporis, de quo 24
infra vers. Item quæro, credo, quod in eodem statu fideiussio indeterminate duret per annum tantum, stante statuto in ciuilibus. Titul.*de Debitoribus cogen.Rub.*36. vide Menoch.*d.Tract. de Arb. Iud.lib.*2. *Centur.*1. *cas.*41. *& melius Centur* 4. *cas.*338. Drogh.

Custodia] adde per Syl.*nup.lib.*1.*n.*76.Giach.

i *Et hanc custodiam appellamus saluamguardiam*] adde † in 25
hac materia saluæguardiæ *decisio.Pedem.* 8. vbi plene, vt Guid. Pap. *dec.*418. Io.Feral. *in tract.de priuileg. Regni Franciæ priuile.* 16. Cassan.*super consuet. Burg.in rubr.des iustices , versic.aduerte tamen, nu.*46.*fol.*16. & in Cathal.*glor.mundi in parte* 1.*num.*118. *&* 165.& Neuiz.*consil.*83. vbi ponit differentiam inter saluamguardiam generalem, & specialem, vide etiam Menoch.*de arbit.iud.d.cas.*33.Baiar.

k *Saluamguardiam*] adde,quod saluaguardia data ex aliqua causa,cessante causa cessat,licet non fuerit abolita,& est perinde ac si data non fuisset per Herc.*d.tract.c.*50.*n.*56.Giach.

l *Sed quæro quomodo*] adde, quid agendum,quando quis petit sibi dari cautionem de non offendendo à forense. Felin. *in rub.de tregua, & pace in* 4.*declaratione.* Ias.*in l.super possess.nu.*7. *C.de transa.*& Melch.de Fachinis *cons.*78.*inter consil.crim.diuer. volum.*1.

Item adde,quod isti † fideiussores de non offendendo sub pœ- 26
na, non

æ,non possunt teneri ad pœnam, neque cogi ex processu, & bannolato contra reum principaliter ratione suæ contumaciæ, etiam aliis indiciis,& præsumptionibus concurrentibus,sed legitimæ probationes requiruntur. Bero. *in consil.203. per tot. vol. 3.* nec ex dicto vnius testis de visu,& contumacia asserta delinquentis,secundum Plot.*in consil.130.nu.12.inter consil.crim.tomo 1.* dicit tamen Vulpell. *in tractat.de pace quæst.104. in fine*, quod leuiores probationes sufficiunt, quia contumaciæ principalis
27 fisci probationes plurimum coadiuuant: & † Alexan. *in consil. 115.viso themate col.3.versic.quinimo, vol.4.* tenet, quod in pace rupta, etiam si non esset plene probatum delictum, sufficiat, quod in loco delicti sit publica vox, & fama; notat late, & sequitur Marsil. *in l.de minore §.plurimum, colum.3. ff.de quæst.* & latissime per Iustin.Bonden. *in consil.54.num.34.* & per totum, maxime concurrente condemnatione principalis,& quod delictum de nocte commissum fuisset *inter consil. criminal. diuers. volum.1.*

28 Item adde, quod† in statu ecclesiastico prouisum fuit per motum proprium Pij Quarti,de quo in Bullar.*f.870.* quod fideiussores de non offendendo teneantur ad soluendum pœnam promissam per solam contumaciam principalis,ac si per testes plene delictum, & contrauentio probata esset: non autem per hoc prohibetur,quin fideiussores ipsi comparere non possint, & ostendere se ex tali delicto non teneri,secundum Bertaz.*con.280.*
29 *& 289.* dummodo prohibitum non sit allegare nouam causam † quæ in certis casibus allegari non potest per motum proprium Pij Quinti,vt late posui infra *ad vers.quæro,nunc pone.* Baiar.

m *Sit bonæ vocis*] Farin.*d.quæst.107.parte prima, art.4.num. 36.40.42.& 43.* Ros.

n *Quanto sunt pauperiores*] adde sic etiam contra pauperes supra *quæst.8. versic.Scias tamen in fine, q.33.versic.sed hic, vbi remissiue.* Drogh.

o *Item quæro,quanto tempore duret*] Vide superius,adde,quod potest reuocari ad iudicis libitum,etiam inuitis partibus, cum pendeat ex eius officio nobili; vt per Hercul.*d.tracta.de cautione cap.17.num.7.*

Item scias,quod castigantes ex nimia sæuitia,vt maritus,pater,auus,tutor,& similes,nisi adsit dolus,cautionem præstitam non frangunt, vt per eundem Hercul. *eod.tractat.c.34.num.10.* Giach.

Item quæro] Farinac. vbi supra *artic.5. numer.45.per totum.* Ros.

30 *Item quæro,quanto tempore*] adde † Menoch. viden. *in casu 141.de arbitr.iud.* vbi habetur quanto tempore duret hæc cautio. *Baiar.*

p *Sed quoniam*] Farin.*d.quæst.107.part.3.n.404.* Ros.

31 *Sed quoniam plerumq;*] adde, quomodo † cautio ista de non offendendo rupta dicatur vel non, vt per Mascar.*de probat.concl.*
32 *1131.* & ex quibus pax dicatur † rupta, per eundem habetur *in concl.1157.vol.3.*

33 Item adde,† aliam quæstionem,quod si plures fecerint pacem cum aliquibus, & promiserunt eos non offendere sub pœna mille,si postea aliquis eorum offendatur ab aliquo ex parte,non tenetur solus offensor ad pœnam conuentionalem,sed quilibet de parte offendente pro virili portione, ita tradit Alexan. *in consil.116.volum.4.* de quo consilio vide Thob.Non.*in consil.152. num.17.inter consil.crim.diuers.tom.1.* vbi dicit,quod Alexan.loquitur quando plures,qui fecerunt pacem, considerantur, vt vnum corpus.

34 Item adde † aliam quæstionem,quod pace,seu tregua inter aliquos inuicem de se non offendendo,& cum iuramento facta, quorũ aliqui ex vna parte non expresse,& nominatim,sed verbis generalibus tantum comprehensi in tregua,& pace banniti erant, & rebelles, poterantque de iure ex sententia contra eos lata offendi,& occidi,si aduersarij in pace, seu tregua comprehensi,illos bannitos occisuri ad locum aliquem accidant,& eos interficiant,& cum eis alium non bannitum expresse pace,seu tregua comprehensum,quod bannitorum erat socius,& defensor,si pacem,seu treguam non rupisse dicuntur,vt late per Ber. *in consil.196.per totum vol.3.& in consil.seq.* Baiar.

q *Quæro itaque in primis*] Offensionis appellatione quid veniat, Farin.*d.quæst.107.part.2.num.142.art.13.* & an ex saluo insultu *art.14.num.158.* vbi ponit 12.casus. Quid si modica sit offensio *art.15.nu.10.* Et an sit materia fauorabilis; aut odiosa *art. 31.nu.396.* Ros.

Quæro itaque in primis] adde videndum omnino Vulpell.*in consil.188.* vbi tenet, recurrendum esse ad coniecturas, & præ-
35 sumptiones ad cognoscendum,quis fuerit aggressor,† siue auctor rixæ,& ibi ponit multas præsumptiones; vide etiam Hercul.*de caut.de non offen.in cap.30.* vbi late,quando quis fatetur se vulnerasse ad sui defensionem,& non apparet,quis fuerit inceptor rixæ.

36 Item adde,quod† in dubio non præsumitur aggressor,si tractatur de pœna conuentionali,& commodo priuari, Mascat.*de probat.concl.72.n.15.* & quando ambo sunt vulnerati,& non apparet de inceptore, an teneatur ad pœnam conuentionalem de non offendendo, vel de pace seruanda, vide quæ posui supra *in §. homicidium vers.alia est defensio, ibi bene verum est in fin.nu.233.* Tiraq.*de pœn.caus.62.* vbi *n.1.*tractat, an puniatur.

Item adde,quod pax † aut tregua facta inter aliquos etiam pro 37
absentibus,pro quibus Notarius fuerit stipulatus,aliquo ex dictis absentibus ante ratificationem illius offenso nullum ei,aut hæredibus ius ad pœnam agendi cõpetit,nec pax dicitur rupta, etiam quod offensam offendens ratificasset,Bero.*in consil.99.vol. 3.* Dec.*consil.24.n.61.vol.1.* & latissime Rim.*in consil.103.vol.1.& consil.470.vol.4.* vbi idem tenuit,quando extarent constitutiones,quod condemnationes præiudicarent principalibus delinquentibus comprehensis in pace, licet non fuissent in pace nominati,nec etiam ratificassent declarando dictam constitutionem non habere locum in ignorantibus, & absentibus, & ibi multi contrarium tenentes.Sed si principales pro absentibus de rato promisissent,tunc pax,aut tregua esset rupta ante ratificationem, quantum ad obligandum principales, quoad pœnam conuentionalem, Dec. *consil.531.in fi.* & Moton.*in tract.de fide, tregua,& pace, q.131.nu.1.*

Item adde,† quod fiscus pace fracta nomine partis læsę absq; 38
mandato ad pœnam recte non agit, neque nomine suo, si publica persona pœnam promissam fisci nomine non acceperit, & nisi plena, & legitima probatio fuerit facta de offensa,Bero. *in consil.200.vol.3.*

Item adde,si quis sub pœna promiserit se non offendere,nec 39
offendi facere aliquem per se,vel per alium de sua parentela,pro quibus de rato promisit,& quod promissio esset duratura, per totum mensem Maij,& vltra ad beneplacitum Præsidis, eo offenso per vnum de d.parentela post mẽsem Maij,durante adhuc officio præsidis, & nulla facta declaratione beneplaciti,promittens ad pœnam non tenetur secundum Bero.*consil.204.vol.1.*

Item adde,† si pater promitteret pro se,& filiis suis non offen 40
dere, vel pacem conseruare, quod etiam filij spurij intelligerentur comprehensi,vt late per Rim.iun.*in consil.441.per totum vol.5.* & an filij non nati, † nec concepti tempore pacis intelli- 41
gantur comprehensi, Bertaz.*consil.30.& 185.vol.1.& consil.282. vol.2.* & Rim.iun.*consil.105.vol.1.*

Item adde,† quod si vnus ab altero insultatur,& ille insulta- 42
tus se defendendo occidit insultantem,& excessit modum in se defendendo,non punitur pœna conuentionali, sed pro excessu tantum. Afflict.*in dec.206 incip.penes, & apud Acta,* & Foller.*in pract.crim.in verb.recipiantur defensiones. n.14.* Baiar.

r *Impune illum offendere*] adde, quod † offendens aliquem, 43
cum quo habet fideiussionem de non offendendo,poterit ab eo exigi pœna fideiussionis, & puniri etiam pœna corporali iuxta qualitatem delicti, Mars. *consil.9.col.fin.* & Foller.*in pract.crim. in verb.d.ibitu pœnis, n.23.* Baiar.

f *Cephal.consil.35.*] Item adde,† quod fideiussio de non offen- 44
dendo facta in personam tantum,per explosationem archibusiatæ non rumpitur,quando non adest offensio.Gab.*consil.71.* nec
† insultu rumpitur fideiussio,quæ est de non offendendo in per- 45
sonam, Alex.*in l.semel mora. ff.solut.matr.* & Grat.*in consil.3.n.3. vol.2.* contrarium tenuit,scilicet,quod ex insultu,& sola inuasione proxima maleficio fiat,quod tregua dicatur rupta, tenuit etiam Lud.à Pegner. *in q.crim.c.21.* & maxime stante stipulatione de non offendendo, & iniuriam inferendo.

Item adde,si † clericus præstiterit fideiussionem de non offen- 46
dendo laicum,& laicus erit fideiussor,poterit conueniri coram iudice laico, Afflict.*decisio.106.* & Guido Pap.*decis.562.*

Item adde, quod Ceph.*d.consil.36.n.31.& seq.* † dicit, quod si 47
ab vtraque parte fuerit contrauentum,partes non poterunt agere ad pœnam conuentionalem, quia mutuæ pœnæ compensatione tolluntur,& quia est iudicium ciuile: sed fiscus pœnam sibi applicatam in instrumento ab vtroque parte exigere poterit, quia est iudicium criminale: ad hoc vide etiam Vulpel.*in consil.89.per totum,& in tract.de pact.q.103.* vbi tenet,quod fiscus pœnam conuentionalem exigere poterit: sed vide,quæ posui supra *in § homicidium, in versic.est etiam defensio.*

Item adde,† quod tregua inter aliquos dies existente sub pœ- 48
na,si postea pax inter eosdem facta sit,& vnus ex eis promittat filium suum absentem,alias in tregua comprehensum,pacem ratificaturũ infra octo dies post eius reditum in patria,alias pœna, de qua in tregua iam facta inter dictas partes,in suo robore pro d.filio tantũ remaneat ex eo,quod ignorante parte dictus filius in patriam reuersus pacẽ non ratificauit,sed vnum de comprehẽsis in pace vulnerauit,pater ignorans,& nõ interpellatus,vt faceret filiũ ratificare,ad pœnam dictam non tenetur,secundũ Bero.*in consil.205.vol.3.* Ego autem de huiusmodi conclusione valde dubito, & credo, posse agi ad pœnam in tregua contentam, quæ fuit reseruata, donec ratificationem infra octo dies post reditum in patriam facere tenebatur,& iste est verus intellectus illius stipulationis, ni fallor, & ideo fuit dictum, quod in suo robore pro dicto filio tantum remaneret, & non fuit dictum, quod post octo dies non secuta ratificatione

intelligeretur renouata, ex quo parum facere videtur responsio Beroi dicentis, quod dicitur renouata, si pater esset in mora faciendi ratificare filium intra octo dies, eo maxime, quod tregua non erat extincta, quia nondum pax erat inita, siue perfecta cum filio, alias filius non fuisset tutus, cum amplius non fuisset sub tregua, nec sub pace; nisi elapso dicto tempore, quod non est dicendum, alias resultaret istud inconueniens contra bonum publicum, & mentem contrahentium, qui viuebant sub tregua, & vt magis tuti essent, pacem inierunt, & voluerunt treguam quoad filium tantum in suo robore permanere, donec ratificasset, & quod pater teneretur ad faciendum eum ratificare infra dictum tempus: accedat etiam, quod si fideiussio treguæ extincta fuisset, amplius reuiuiscere non poterat sine noua stipulatione cum fideiussoribus fienda. Ergo dicendum est, quod in suo robore vsque ad ratificationem remanebat, & sic filius erat tutus sub tregua ante ratificationem, & post ratificationem sub pace, ex quo sequitur, quod similiter pars aduersa orta erat sub tregua, & ideò offendi ab eo sine fractione ipsius treguæ non poterat. *Baiard.*

t *Quod pœna toties committatur*] adde, quod talis clausula solita est apponi in instrumentis, quæ tamen parum, vt nihil operatur; & de ista clausula supra *q.46. in princ. & vers. Quæro quæ debeat.* Drog.

u *Nu.52.*] Vide per Soc. *consil.87.7. dub. vol.2.* Giach.

x *Sed hic incidenter*] Vulpell. *in tract. de indit. post consil.* & Far. *d. q.107. art.32. par.2. n.406.* Ros.

y *Quam eius Aduersarius fregerit*] adde, quod tamen quatenus opinio Vincentij procedat, illa strictè intelligitur, & in tregua tantum, non autem in promissione de non offendendo facta ad tempus, ad quam Iudex partes coegit, vt supra: ita dixit Petr. de Beninten. *decis.65. num.5.* vbi loquitur in his terminis. *Drogh.*

z *Quæro nunc*] Vulpell. *consil.2. n.59. & consil.7. n.13. & consil.8. n.1. & consil.9. in fin. & consil.26. nu.9. & 11. & consil.36. n.7. & seq.* Et an sola admenatione *consil.49.* & qui sine sanguine *consil.51.* Quid ex alapha *consil.58. & 78. & 82. 88. & 89.* & origo rixæ attendenda *consil.98. nu.1. & 6.* Quod veniat offensionis appellatione, vt censeatur rupta cautio, vt pax Far. *d. q.107. part.2. art.13. num.142. & seqq. & art.3. part.3. nu.403. & trib. articulis seqq.* Ros.

49 *Quæro nunc, pone.*] adde, quod in hac † quæstione indistinctè posita, maxima est inter Doctores controuersia, multi enim tenuerunt hoc tantum procedere in pace, non autem in tregua, quam voluerũt ob offensam, & noua causa factam ruptam esse, & pœnam commissam, vt late per Maton. *in tract. suo de pace, & tregua q.117. & 118.* vbi recitatis Doctorum opinionibus, concludit veriorem esse, quod tregua ad instar pacis ex noua caussa non rumpatur; dicit tamen, quod bonum esset habere iudicem amicum, & quod in arduis optime faceret iudex Principem cõsulendo: & hanc similiter dicit veriorem Bero. *in cons.209. n.13. vol.3.* Viu. *opin.227. libr.1.* & Benin. *in dec.64. c.4.* Vulpel. *vero in tract. de pace, q.72.* dicit, quod in tanta maiorum nostrorum altercatione animus suus adhuc in dubio versatur, & ibi ponit quandam suam distinctionem, quam videre poteris. Sed ego in facti contingentia opinionem negatiuam tanquam verissimam semper seruaui, & seruari vidi, nam ratio, quæ militat in pace, militat etiam in tregua, vt ait Benint. *in allegata decisione*, & multas alias rationes, & fundamenta adduxit Maron. *in dicto tract. quæst.319. 320. & 321.* & ratio est, nam id quod sub icitur materiæ belli, non venit in materia pacti, vel pacis, vt ait Bal.
50 *in l. si prædium, num.17. C. de ædilit. action.* & in dubio † causa noua præsumitur, Alexan. *in consil.115. vol.4.* & Bero. *consil.189. numer.14. volum.3.*

51 Item adde, † quod etiam ex noua causa tenetur ad pœnam conuentam, si promissum fuerit sibi inuicem, & vicissim non offendere, molestare, inquietare, & damnificare quomodocunque, qualitercunque, & ex quacunque causa tam cognita, quam non cognita, ex quibus verbis partes videntur voluisse, siue ex antiqua, siue ex noua causa conuenta pœnæ locum esse, ita tradit Rimin. iun. *cons.101. n.23. & per totum vol.1.* sed in eodem casu Rimin. contrarium, & melius iudicio meo consuluit Bertaz. *in consil.185. vol.1. & 182. vol.2.* Baiar.

a *Quando apparet de noua causa*] Quomodo autem noua causa probetur, ibi *art.33. n.432.* & an sufficiat leuis, *art.34. nu.460. & seqq* vbi ponit 18. casus, item *art.34. par.3. n.462. & seqq.* Quid si prohibetur causa allegari *art.35. n.499.* Ros.

52 *Quando apparet de noua causa*] adde, quod † ad cognoscendum quando sumus in dubio, an sit verisimile, & præsumatur, quod ex noua causa, vel antiqua causa offensa illata fuerit, considerandum est, si qualitas nouæ offensæ correspondet qualitati antiquæ offensæ; tunc in dubio offensa debet præsumi illata ob antiquam causam, & inimicitiam, super qua pax, siue tregua fuit facta, si vero qualitas nouæ offensæ non correspondet qualitati antiquę, tunc pax siue tregua non dicitur rupta, quia debet præsumi offensa facta ex noua causa, & non ex antiqua, ita tradit Bal. *in l. si prædium in pen. & vlt. col. C. de ædilit. actio.* quem sequitur Alex. *in l. semel mora, ff. solut. matr.* Ceph. *in cons.35. nu.5.* hic allegato, & Bero. *in cons.206. n.12. vol.3.* & an offensa magis respondeat nouæ, quam veteri causæ, iudicis arbitrium terminare debet, ita Vulpell. *in tract. de pace q.47.* Baiar.

b *Prout in facti contingentia consuluit Cephal. cons.35.*] adde Hercul. *de caut. de non offend. c.13. & decis. Lucens.100.* & quod simplex insultus, propter quem insultatus insultantem offendit, dicitur esse noua offensionis causa, vt offendens de pace rupta non teneatur, Bero. *in cons.198. n.2. vol.3.* & Alexan. *in l. seruum, ff. de verb. oblig.* Baiar.

c *Item intellige*] addde, quod vbi † auctor, qui fuit nouæ causæ, pacem, vel treugam rupit, nouam causam allegare non poterit, ne ex sua fallacia præmium consequatur; & ne homini licitum sit legem eludere, argum. *l. qui testamentum, de probat.* & dicit Alex. *in consil.49. vol.6.* Mars. *in sing.356.* quod incipiens rixam, si offensatur, non rumpitur pax, vel tregua. Et de prędictis late per Moron. *in tractat. de fide, pace, & tregua qu.122. & 123.* vbi habetur; quæ dicatur iusta causa, *& in quæst.124. & 125.* habetur, quod pro parte prouocati pax non dicitur rupta, † si 54
incontinenti sequitur offensio, & non ex interuallo; & quod pax non dicatur rupta pro parte prouocati, si incontinenti sequitur offensio, & non ex interuallo, tenet etiam Vulpell. *in tract. de pace q.103.* 53

Item adde, quod ad hoc, vt quis teneatur de pace, seu tregua rupta, necesse est, quod constet de contrauentione legitime, & plene per testes, vt per veram confessionem principalis, Bero. *in cons.197. volum.3.* Et si statutum disponeret contumaciam rei principalis nocere fideiussoribus, per hoc non prohiberet, quod fideiussores ipsi non possent comparere, & ostendere, se ex tali delicto non teneri. Bertaz. *consil.180. & 287.*

Item adde, quod † in statu ecclesiastico noua causa in pace, 55
nec in fideiussione potest allegari, per Mot. propr. Pij IV. & V. de quibus *in bullario nouiter impresso fol.870. & fol.933.* nec potest allegari per fideiussores, ne per indirectum principales defendãtur, vt *in d. mot. propr. Pii IV.* Et qui vult allegare nouam causam, debet prius obtinere facultatem eam allegandi, secũdum Vulp. *quæst.47. & 48.* an offensio ex antiqua, vel noua causa facta præsumatur, & qualis causa esse debeat, vt à fractione pacis, vel induciarum excuset, *& in consil.88. nu.2.* vbi dicit, quod caussa noua, vt excuset, debet esse prouocans, vsque ad iracundiam. Et in ista quæst. de noua causa vide Hercul. *de caut. de non offend. c.13. fol.50.* vbi etiam declarauit d. mot. proprium, quod non procedat, quando noua causa est clare probata, & non est dubia, vel ambigua, quæ non censetur sublata per Mot. proprium, sed censetur excludere iniustam, leuem, vel friuolam causam, non veram, & probatam, ita simile decretum proprie declarat Bertazol. *consil.4. num.10. & consil.151. num.13.* & Bero. *in consil.198. num.15. & 16. volum.3.* dicitur, quod tale decretum non esset validum, si non intelligeretur, quod solum haberet locum in casu dubio, in quo de iure communi præsumitur ex noua caussa; nam stãte tali decreto; in dubio ex causa antiqua intelligeretur: sed quando pro certo constat offensionem fuisse factam ex noua causa, pax, seu tregua non dicitur rupta, & ita interpretanda esset conuentio, si instrumento pacis expresse conuentum fuisset, vt non posset allegari noua causa. Bertazzol. *consil.147. num.24. volum.1.* & quod pax non dicatur rupta, vbi adsit noua caussa. vide Decian. *consil.4. num.22. volum.2.* etiamsi causa sit iniusta. Thob. Non. *consil.108. num.17. & consil 111. numer.10. & 11.* Vulpell. *in consilio 67.* & Bero. *in consil.198. numer.2. volum.3.* In materia d. motus proprij, & an causa noua allegari per possi fideiussores, vide D. Hieronym. Magn. *decis. Lucens.100. numer.19. cum sequent.* & ibi adnotata per Fab. Tim. de Bonsetinis de Vrbeueteri, qui fuit in Gubernio Spoletano meus Generalis locum tenens, & Modest. Polent. *consil.46. num.42. volu.2. consil. crimin. diuers. mag. impress.* tenet, quod in his, quæ non tangunt delictum, debet audiri, & Scarlat. *consil.114. inter consil. crim. tom.1.* tenet indistinctè, quod fideiussores auditi debeant, idem tenet Bertaz. *cons.287. colum.2.* vbi dicit, hoc procedere etiam stante statuto, quod contumacia noceat fideiussori: & principales inquisiti de pace fracta, siue eorum fideiussores extra carceres non possunt audiri, per Bullam Clement. VII. de qua facit mentionem Thob. Non. *in consil.152. num.18. inter consil. crimin. diuers. tomo 1.*

Item adde, quod pœna apposita pro pace conseruanda, quæ fuit applicata fisco per paciscentes, non potest remitti in præiudicium fisci, Bal. Angel. & alij *in l. in insulam, §. fin. sol. matr.* Couar. *var. resol. lib.1. cap.14. in fine*, Moron. *in tract. de pace, fide, & tregua q.120. n.25.* Baiar.

d *Alias enim vidi pluries iudicari*] adde, quod an pax rupta sit ex causa antiqua, vel noua relinquitur coniecturis, & est ad materiam *l. per contractum, C. de donat.* An autem promittens, qui sub colore pacis interficiat inimicum, incurrat in pœnam, vide

vide Marsil. *d. Rub. de fideiuss. num.152. num.*208. Et an in dubio
pax intelligatur rupta ex causa noua, vel antiqua, Benin. *deci-
sio.65. nu.*20. Drogh.

e *Sed hic quaro*] Vulpel. *resp.*86. *&* 114. & Farin. *d.q.*103. *arti.*
33. *n.*456. *&* 2. *seqq. & n.*459. Ros.

f *Et hac quidem conclusio*] adde, quod hoc procedit in mutua
promissione de non offendendo, quę pœna conuentionalis par-
ti obseruanti applicatur: secus autem quando pæna applicatur
fisco, vt hic dubitatiue tenet D. Clarus, quod procedit, si in sti-
pulatione adsit clausula, rato manente pacto, & clausula, quæ
pœna toties cōmittatur soluta, vel nō; quia tunc non potest ex-
cusari eo prętextu, quod altera pars prius cōtrauenerit, & offē-
sioni causam præbuerit, ita tradit Vulp. *cons.*89. *per. totum.* Baiar.

g *Tamen illud habet locum*] adde videndum Bero. *in cons.*196.
*n.*25. *vol.*3. vbi tenet, quod vterque à pœna immunis esset; idem
tenet Viui. *in opin.*84. *in verb. currentibus, n.*4. vide etiam Corn.
*in consil.*51. *n.*5. *vol.*1. & illud, quod dicit D. Clarus; quod quan-
do agitur de pœna pecuniaria, omnes puniuntur, procedit quo
ad pœnam conuentionalem, & Bero. *d. consil.*196. *n.*16. ait, quod
occisurus † principaliter bannitum, si in actu occisionis occasio-
57 naliter occidat alium non bannitum, & comprehensum in pa-
ce, non dicitur treugam rupisse. *Baiar.*

h *Quaro etiam*] Quid si curate promisit, quod quis non of-
fenderet. Vulpell. *resp.*81. *per totum*, & an large capiatur; & futu-
ros affines comprehendat, Vulpell. *resp.*84. *num.*5. *&* 8. plura
per Farin. *d.q.*107. *p.*2. *art.*21. *num.*317. & videndus erit Cæpha-
lus *consil.*587. *num.*19. *lib.*4. item D. Far. *art.*25. *num.*321. *item
art.*24. *num.*329. *nec non d.q.*107. *p.*1 *art.*16. *num.*227. Et quid si
offendatur vxor ibid. *art.*25. *nu.*337. Quid de filio; quid de spu-
riis; quid spiritualibus, vel adoptiuis ibi *art.*16. *nu.*349. *per to-
tum.* Et quid de adhærentibus *art.*28. *num.*370. Et quid de fœ-
minis *art.*29. *n.*380. Ros.

58 *Quaro etiam si duo promiserunt*] Adde videndum † Vulpell.
*de pac. quast.*40. idem tenet Boer. *consil.*115. *num.*17. *vol.*3. quod
pœna non dicatur commissa: nec etiam diceretur commissa, si
postea frater interfecti, qui erat comprehensus in promissio-
ne, occideret offensorem, quia vt ibi dicit Bero. est noua causa,
sed Luc. de Pen. *in l. vnic. nu.*50. C. *de publ. latit. vel consil.* tenet
contrarium, quod offendens vxorem, patrem, filium, vel fra-
trem pœnam stipulationis committit. *Baiar.*

i *Responde, quod non*] Contrarium dixit Marsil. *Rub. de fide-
iuss. n.*231. *in fin.* cum hoc dicto non tenuit Felin. *in cap. Ecclesia
Sancta Maria. col. mihi* 39. *in fin. coll. de constit. & in capit. cum
ordinem coll.*7. *de Rescript.* Drog.

h *Quod tamen intellige*] adde, quod in statu Ecclesiastico su-
59 mentes vindictam contra propinquos offendentes, siue sit ille,
qui fuit offensus, vel alius suus propinquus, quod offendat ad
vltionem iniuriæ propinqui sui, crimen læsæ maiestatis, & re-
bellionis incurrit, & alias pœnas, de quibus in constit. Paul. II.
folio 91. quæ constitutio, licet sit localis in vrbe, per Clemen.
VII. *constit.*6. *fol.*287. fuit extensa per totum statum ecclesiasti-
cum, & postmodum fuit confirmata per Pium III. & V. &
60 multos alios Pontifices, vt apparet *in Bullario nouiter impresso.*
Et in Ciuitate Spoletana propter frequentiam d. delicti, quod
ibi appellatur, vendetta transuersale, fuit edita constitutio per
Illustriss. D. Cardinalem Sfortiam, tunc status ecclesiastici Le-
gatum, qua, vltra alias pœnas, committens tam enorme de-
lictum, euerso capite in loco publico pingi debent, & illa con-
stitutio in quolibet bimestri legitur in publico Consilio. Et hoc
tam detestandum seculus iura non cogitauerunt, sicut nec D.
Clarus hic sciuit, quo nomine illud appellare posset.

61 Item adde, † quod cautio præstita inter inimicos de non of-
fendendo affines, & attinentes, tam actiue, quam passiue, vs-
que ad tertium gradum, secundum ius canonicum inclusiue
computandum, non comprehendit sponsum, & sponsam, &
consequenter eorum consanguineos, & affines, Viui. *commun.
opin.*808. *nu.*32. *&* 41. *vol.*3. Baiar.

62 l *Sed quid si vnus ex illis*] adde, quod † idem esset, si alter ex
iis, qui pacem sub pœna fecerunt, violenter filiam alterius ra-
puerit, etiam si rapiendo, & abducendo rapiens illam acriter
percusserit, Alexan. *consil.*113. *vol.*2. quem sequitur Bero. *in consi.*
63 208. *num.*8. *vol.*3. sed ille, † cui vxor adulterata, vel filia stupra-
ta, vel rapta fuerit, poterat adulterantem, siue rapientem offen-
dere absque eo, quod dicatur rumpere pacem, secundum Paul.
de Castr. *in l. seruum, ff. de verb. oblig.*

64 Item adde, † quod fallit, nisi pax pro tali iniuria facta fuisset,
Melchior. *in consil.*83. *nu.*35. *volum.*1. *consil. crimin. fol.*169. & Io-
65 an. de Anan. *in rubr. de adulter. num* 7. & idem est in furto, † vt
propter furtum pax non dicatur rupta. Cornel. *in consil.*51. *num.*
3. *volum.*1. quæ tamen non procedent, vbicunque aliquo vesti-
gio, signo, vel coniectura colligi possint adulterium ipsum, seu
furtum commissum fuisse non animo explendæ luxuriç, aut lu-
cri proposito, sed principaliter offendendi, & vindicandi, &
tunc pax rupta censeretur. Mand. *in addit. ad Rom. in consil.*187.
post Gozad. *in consil.*31. *num.*14. & Viui. *opinio.*366. *sub numer.*
5. *vol.*2. Sed Luc. de Pen. *in l. vnica, num.*54. *C. publica latitia,
vel consulum, lib.*11. vbi tenet indistincte, quod paciscens, qui
promittit non offendere in personam, nec in rem, si adulteret
vxorem paciscentis volentem, vel filiam, siue neptem ex filio;
vel sororem, vel nurum; adulterium commisit, & ibi *n.*55. dicit
etiam, quod lenocinio cum personis prædictis paciscentis pax
dicitur rupta. Bertaz. autem *in consil.*26. dicit magis commu-
nem esse, quod pax non dicatur rupta. & opus non esse, quod
constet magis motum fuisse ex libidine, quam odio. *Baiar.*

m *Fecisse causa libidinis*] Contrarium, quod immo potius
Adulterium committatur in odium, quam amorem, vel cau-
sam libidinis, dixit supra *quast.*21. *versic. Dictum socij*; Veruntа-
men cum hoc dicto concordat Marl. d. Rubr. *de fideiuss. num.*
48. *ad fin. & num.*152. *cum seq.* adde infra *q.*87. *versic. Quaro nun-
quid,* vide Bartol. *in l. verum, ff. de Furt.* & Melchiorem de Fachi-
nis *inter consil. Criminalia diuers. consilio* 78. *num.*35. *part.*1. His
tamen adde illud Horatij *Carmin. lib.*1. *Satyra* 3. adde Crucem
stultitiæ, atque ignem gladio scrutatæ, modo, inquam, Hellia-
de percussa. *Drogh.*

n *Et ideo si mulier*] adde, quod licet † mulier esset vetula, & 66
deformis, quod per hoc non diceretur fecisse animo offenden-
di, sed causa libidinis, ita consuluit Bertazol. *consil.*261. *per to-
tum.* Baiar.

o *Quaro quomodo hac pœna*† De hac pœna cautionem fran-
gentis, nempe, quæ sit, & cui applicetur Farin. *d.q.*107. *art.*7. 1.
*par. nu.*77. *& art.*8. *num.*9. & an in solidum *art.*10. *num.*96. An
pace secuta, & extincta *d. art.*12. [illegible] *m.*117. & num possit iterum
exigi *art.*9. *num.*95. & an probetur ex fuga ipsa fractio, *num.*
105. Quomodo in cautione censeantur hæredes actiue, & pas-
siue comprehensi *d.q.*107. *art.*27. *num.*352. & ibi etiam si cadaue-
ri facta sit offensio. *Ros.*

Quaro quomodo] adde † videndum Rim. iun. *consil.*307. *vol.*3. 67
vbi habetur, quomodo sit facienda diuisio pœnæ pacis ruptæ
inter consortes.

Item adde, † quod cautiones de non offendendo in vno ter- 68
ritorio præstitæ, si in alio sit contrauentum, dicuntur ruptæ, &
exigi possunt, iuxta tradita per Vulpell. *in consil.*89. *per totum.*

Item adde, quod bannitus, nec eius procurator non admit-
titur agendo ad pœnam pacis ruptæ, saltem pro parte sibi ap-
plicanda, quando ex dispositione statuti banniti non audiun-
tur, nec ad agendum admittuntur, Bero. *in consil.*197. *num.*1. *vo-
lum.*3. Baiar.

QVÆSTIO XLVIII.

Quæ dilationes in causis criminalibus concedi debeant.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *De dilationibus.*
2 *Quot dilationes dari debeant in causis criminalibus.*
3 *Et an in causa adulterij concedenda sint dilationes, prout in aliis causis.*
4 *Dilationes in causis criminalibus an sint vtriq; parti communes.*

Ex Additionibus.

1 *Dilatio à Iudice concessa potest commutari, abbreuiari, & reuocari.*
Limita nisi is, cui fuerat concessa, ea vti cœpisset;
Item nisi fuisset data de consensu partium.
2 *Dies termini an, & quando computetur in termine, remissiue.*
3 *Dilatio longior conceditur nobili, quam rustico. Et quando possit alterari, remissiue.*
4 *Dilatione pendente Iudicis officium conquiescit.*
Et an processus factus ea pendente sit nullus.
Et an consensu partium ratificari possit.
5 *Dilatio secunda, nec noui articuli, nec noui testes post primum terminum dantur in sacro Consilio Neap. licet ex aquitate reus admittatur in criminalibus ad vberius se defendendum sine dilatione.*
6 *Defensio valet, licet facta sine termino.*
7 *Dilationes in criminalibus non sunt necessario danda.*

8 *Dilatio vni parti concessa, est alteri communis. Ampliasetiam si fuerit concessa de iure speciali.*

1 PErfecto processu informatiuo ex parte iudicis, reoque examinato, factisque debitis repetitionibus, a & confrontantibus testium, solet pars offensa *a* citari ad subministrandum, si quid habet contra ipsum reum, præsertim vbi adest querela, & etiam eodem contextu citatur ad videndam fieri publicationem processus. Et scias licet in causis ciuilibus publicatio processus nihilominus valet, vt dixi infra *lib. prox.* ramen in criminalibus si omitteretur, processus esset ipso iure nul-b lus, *b* quia tolleretur reo facultas se defendendi; nam secundum communem practicam, eodem contextu solent iudices publicare processum offensiuum, & eius copiam parti decernere, vna cum termino ad faciendum suas defensiones.

Sed pone, quod accusator compareat, & petat sibi statui dilationem ad probandum. Respon. quod iudex debet illam concedere, & supersedere à publicatione processus. Et ita vbique indistinctè obseruatur.

c Quæro, *c* quot dilationes dandæ sunt in iudiciis criminalibus. Respon. quod de iure dandæ sunt accusa-d tori *d* duæ dilationes tres *e* reo, vt dicit text. *in l. fin. ff. de* e *feriis*, & licet ille text. videatur loqui in causis capitalibus tantum; nihilominus intelligi debet, vt procedat etiam in aliis causis criminalibus quibuscunque. Et ita illam legem intellexit Glos. magna ibi, cuius opin. dicit esse communē Bal. *in ea. l. fi. in vltimus verbis*, & illam de consuetudine obseruari attestantur Scribentes ibi, & in specie Angel. *post num.* 1. & Paul. de Castr. *post num.* 3. & f Alex. *n.* 22. & Ias. *nu.* 50. *f* Marant. *in suo Spec. fol.* 118 *post num.* 2. In hac prouincia seruatur, quod materia dilationum in causis criminalibus est arbitra iudicibus, secundum opin. Innoc. *in c. ad petitionem, nu.* 4. *de accus.* quam etiam tenent communiter cano. vt dicit Alex. *in l.* 2. *n.* 8. *ff. de re iud.* & ideo solent iudices de facili concedere plures etiam dilationes reis, præsertim quando sunt in carceribus; nam eo casu cessat præsumptio calumniæ. Accusatoribus autem non ita de facili conceduntur, ne rei grauentur impensis. Et nota, quod si iudex suspicetur partem petere dilationem per calumniam, potest illi comminari mulctam in casu, in quo deficiat in probatione, vel etiam illam cogere ad promittendum fisco aliquam pœnam pecuniam, si non probauerit illud, ad quod probandum petit ipsam dilationem: & ita sæpe vidisse fieri, & obseruari attestatur Cagn. *in rubr. si quis iudici non obtemp. n* 4. Quod tamen ego nunquam vidi seruari. Bene vidi quandoque accusatorem petentem tertiam dilationem ad probandum, reo existente in carceribus, cogi ad fideiubendum de omnibus expensis versus parte, vbi non probet, & hæc practica mihi magis placet.

3 Sed nunquid in crimine, adulterij dandæ sunt dilationes, sicut in aliis criminibus? Res. quod de iure non est danda dilatio, nisi ex iusta causa, vt videtur esse text. *in l. crimine, ff. de adult.* Sed certe quidquid sit de iure, contrarium seruatur de consuetudine: ita enim dantur dilationes in causa adulterij, vt in aliis delictis. Et ita practicamus in palatio, vt dicit Bal. *in l. fi. n.* 14.

4 Cætera *g* autem, quæ pertinent ad materiam dila-g tionum, posui infra *libro* 4. Et nota, quod sicut in causis ciuilibus dilationes concessę vni parti sunt etiam alteri communes, vt ibi dixi; ita etiam in causis criminalibus; quidquid in contrarium consuluerit Signorol. *cons.* 60. contra quem tenent communiter Doctores, vt attestatur Apostillator ibi in summario ipsius consilij, & ita semper vidi seruari.

ADDITIONES
Ad Quæst. XLVIII.

CItari ad subministrandum] adde supra *q.* 11. *vers. sed quid a è conuerso q.* 57. *vers. Alterius quæro in princ.* In hac autem materia dilationum, nota, quod etiam lapso tempore statuto ad probandum, si tamen de nouo superueniant probationes sunt admittendæ, Boer. *in Addit. ad Dyn. in reg. Indultum.* vbi diffuse loquitur *in litter. A, ad fin. de reg. iur. in* 6. Procede tamen ante publicatas attestationes, vt est infra *quæst.* 61. *vers. Sed hac quidē*; Et hic quia locutus sum de dilationibus adde inf. *q.* 11. *versic. alia etiam*; & quia in Criminalibus dilationes sunt arbitrarię, vt infr. *versic. Quæro quot.* Idem nota esse in Ciuilibus, si statu tum non obstet, attento iure communi, text. *in l. non vnquam. ff. de Iul. l.* 1. *C. de dilat.* Crau. *consil.* 23. *n.* 7. *ad fin.*

q *Quia tolleretur Reo facultas*] adde sup. *q.* 46. *vers. fin.* Drogh.

c *Quæro quot dilationu*] adde, quod † dilatatio data per Iudicem potest ab eo commutari, reuocari, & abbreuiari; nisi ille, cui data fuit dilatio, incepisset illa vti. Iafred. Bal. *decis.* 338. dicit communem: & nisi dilatio data fuisset de consensu partium, id est accusatoris, vel fisci, qui tunc reuocari non posset sine consensu partium Gabr. *comm. concl. lib.* 2. *sub rubr. de dilatio concl.* 1. *nu.* 10. Et an dies termini computetur in termino, vide multas limi. per Petr. Duen. *reg.* 196. & 197. & Tiraq. *de retract. lignag.* §. 1. *Gloss.* 11. *n.* 19. & *n.* 24. 1 2

Item adde quod † nobili datur dilatio longior, quam rustico, Menoch. *de arbit. ind. cas.* 52. *fol.* 108. vbi plene de materia dilationum, & quando sint prorogandæ, & quando coarctandæ. 3

Item † adde, quod dilatione pendente officium iudicis conquiescit, *l. fine pars, C. dilatio*, & an ea pendente processus iudicis reddatur ipso iure nullus, & an sententia sit ipso iure nulla, vt consensu partium ratificari non possit, vide omnino Gabr. *comm. conclu. lib.* 2. *tit. de dilat. concl.* 1. vbi ad hanc regulam ponit multas amplias & limitat. 4

Item † adde, quod in Regno Neap. *adest constit. quæ incipit. lite legitime contestata*, qua disponitur, quod id primo termino dato omnia producantur, & loquitur tam in criminali, quam in ciuili, & ideo sacrum consilium non admittit nouos articulos post terminum, nec nouos testes, nec dat secundam dilationem, sed de æquitate permittit, quod reus sine aliqua dilatione examinet ad pinguius probandum & se defendendum, ex quo sumus in criminalibus, vt attestatur Capyc. *in decisio.* 81. *in fin.* & Carau. *in ritu* 99. vbi latissime, & Foller. *in pract. crim. in verb. & facta litis contestatione, num.* 9. 5

Item adde, quod † valet defensio, etiam quod facta fuisset sine termino, secundum *Bar. in l. vnica, §. cogniturum, n... ff. de q.* † & *in l. in criminali, ff. de adult.* quia dicit Bal. *in l.* 1. *C. qui accusar. non poss.* quod in criminalibus causis necessario dilationes non sunt dandæ. *Baiar.* 6 7

d *Duæ dilationes*] Farin. *tit. de indic. vol.* 1. *quæst.* 39. *num.* 4. 5. & 6. Ros.

e *Reo*] adde, quod in criminalibus iudex de iure non potest statuere reo vnam dilationem & peremptoriam pro tribus, secundum Bal. *in l. non sunt liberi, ff. de statu homin.* & Cyn. *in l.* 1. *C. de requirend. reis.* Guidot.

f *Maranta.*] *Tit. de dilationibus, nu.* 3. *p.* 6. Ros.

g *Cæterum autem*] adde, quod † omnes termini dati vni parti sunt alteri communes, etiam quod ei re non integra renunciasset, & etiam si terminus datus esset minori iure speciali restitutionis in integrum, vt per Carau. *in ritu* 90. *n.* 2. & *seq.* Baiar. 8

h *Sunt etiam alteri communes*] adde tex. *in leg. Petenda, C. de in integr. restit. pet.* Nihilominus debent dari maiores dilationes Reo, quam Actori Gloss. celebris *in l. sicut, §. Sed si quærantur in Gloss.* 1. *ff. si serui. vend.* Boer. *in addit. ad Dyn. in Regul. Non licet sub num.* 1. *litt. A, de reg. iur. in* 6. Drogh.

QVÆSTIO XLIX.
Copiam indiciorum reo decernendam esse, dandumque terminum defensionis.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *De publicatione processus, eiusq. copia parti decernenda.*
2 *Et quid si procedatur per viam inquisitionis.*
3 *Et quid in crimine hæresis.*
4 *Et quid si pars illam non petat.*
5 *Et an pars petens copiam processus teneatur exprimere causam.*
6 *Et quid si reus sit contumax.*

7 *Et quid si ex pluribus reis aliqui sint præsentes, & aliqui contumaces.*
8 *Et an prius fieri debeat repetitio testium.*
9 *Et an sit danda reo copia allegationum, Remissiuè.*
10 *Et an etiam accusari danda sit copia processus.*
11 *Et quid in processu, qui fit super inquisitione generali.*
12 *Et an facta publicatione processus possint adhuc testes recipi, Remissiuè.*
13 *Neminē condemnari debere, nisi dato termino defensionis.*
14 *Et an princeps possit huiusmodi terminum defensionis tollere in causa criminali.*
15 *Et quid si reus captus sit in flagranti crimimine, remiss.*
16 *Et an possit reus huic termino renunciare.*
17 *Et an reus petens veniam delicti censeatur illud fateri.*

Ex Additionibus.

1 *Iudex alterius instantia, an, & quando possit publicare processum.*
2 *Reus debet reduci ad carceres inferiores, & ei dari licentia, vt possit cum Aduocato, & Procuratori colloqui post datum terminum defensionis.*
3 *Iudex an possit prohibere, ne reus Aduocatum, & Procuratorem alloquatur.*
Stracc. in adnot. ad Crau. *lapsus.*
L. custodiam ff. de publ. iud. *non seruatur.*
4 *Ioseph. Ludou. error.*
5 *Rei examinati possunt libere alloqui Aduocatos, & Procuratores in statu Ecclesiastico.*
6 *Originis processus nemini est dandus.*
7 *Iudex non tenetur dare defensiones, donec effectualiter completa fuerit informatio.*
8 *Publicatio est necessaria ad impugnandum testes, & eorum dicta.*
Publicatio an dicatur fieri per confrontationem.
9 *Indiciorum copia est danda miserabilibus personis, etiam quod non petant.*
Et si statutum concederet copiam, si petatur.
10 *Indiciorum copia, an, & quando sit danda, remiss.*
11 *An tertio comparenti pro suo interesse.*
12 *An Doctor. carcerato.*
Doctores in rebus propriis sciunt minus, quam alij.
13 *Stylus, quod non detur copia indiciorum, an valeat.*
14 *Magna Curia Vicaria habet praeminentiam in torquendo ex processu informatiuo.*
15 *Gubernatoribus Romæ datur ius prædictum.*
16 *Processus primus deperditus, si post confectionem secundi reperiatur, attendi debet.*
17 *Indiciorum copia est danda, licet Princeps mandet procedi ex processu informatiuo.*
18 *Et quid si Iudex ex statuto haberet liberum arbitrium.*
19 *Et quid si non petatur.*
20 *Et quid in crimine lesæ Maiestatis.*
21 *Et si fuerit denegata, an confessio valeat ad condemnationem.*
22 *Indiciorum copia datur in statu Ecclesiastico, etiam quod non petatur.*
23 *Flam. Chart. error.*
24 *Indiciorum copia est danda petenti ante torturam.*
Et quid si petens esset tortura alligatus.
25 *Indiciorum copia potest denegari homini malæ famæ, & etiam Aduocatis.*
26 *Iudex procedens ex officio an possit ad torturam deuenire, non data copia indiciorum.*
27 *Pauperi est danda copia gratis.*
28 *Pauper quis dicatur, remissiue.*
29 *Et quid seruetur Romæ.*
30 *Tertio comparenti ad defensionem absentis an danda copia.*
31 *Processus factus contra plures, an sit publicandus, si omnes non comparet.*
Iul. Clar. Sentent. pract. Crim.
Socij, & complices nominati in capitulis absq; nominibus, an debeant reo declarari, nu. eod.
32 *Copia processus datur ante repetitionem, si per reos fuerint habiti testes Curiæ pro repetitis.*
33 *Testes habiti pro repetitis probant.*
34 *Protestatio rei, quod habet testes pro repetitis, exceptis mortuis, & absentibus, & saluo iure repetendi super interrogatoriis, an sit admittenda.*
35 *Flam. Chartar. impugnatur.*
36 *Magna Curia Vicariæ est maius Tribunal Italiæ.*
37 *Expeditio causæ criminalis non retardatur in Regno Neap. sub prætextu testium Curiæ non repetitorum.*
38 *Renuncians repetitioni testium absq; reseruatione opponendi contra dicta, & personas, non sibi praeiudicat, quin possit opponere.*
39 *Reus non potest defensionibus renunciare.*
Flam. Chartar. lapsus.
40 *Repulsa in criminalibus conceditur indistincte.*
41 *Testes ad defensam possunt examinari, etiam post publicationem cessante timore subornatis.*
42 *Conclusio non fit in causis criminalibus.*
43 *Foller. error.*
44 *Copia testium examinatorum pro informatione Curiæ an sit danda reo.*
45 *Et quid de copia depositionum testium inquisitorum de subornatione.*
46 *Vulpell. impugnatur.*
47 *Copia allegationum an sit danda.*
48 *Innocentia signa, remissiue.*
49 *Stante statuto, quod confitens delictum puniatur, potest iudex procedere ad condemnationem, etiam quod reus defensiones petierit.*
50 *Dilatio ad se defendendum an sit danda reo non petenti.*
51 *Et quid si cauillandi causa petatur.*
52 *Defensiones possunt denegari latroni famoso.*
53 *Princeps an possit tollere defensiones, vel ipsum modum variare.*
54 *Praeminentia magna Curia Vicaria quando locum habeat.*
55 *Papa ex iusta causa potest tollere defensionem.*
56 *Boss. à Sim. de Prat. reprehensus.*
57 *Reus in criminalibus an possit renunciare appellationi.*
58 *Renunciari defensionibus quando possit, remiss.*
59 *Latrones possunt defensionibus renunciare.*
60 *Renunciatio defensionum an firmetur iuramentum.*
61 *Renunciatio defensionum, quia nulla adest defensio, quomodo sit facienda.*
62 *Renuncians defensionibus in criminalibus reuocare potest.*
63 *Supplicans Principi an censeatur confiteri delictum.*
64 *Supplicatio reprobata an praiudicet.*
65 *Compositus pro delicto, quando ex prætextu metus possit ab officials in syndicatu solutum repetere, remissiue.*
66 *Compositus an censeatur delictum.*
67 *Compositio quomodo sit facienda, ne includat confessionem.*
68 *Submittens se gratiis curiæ, an præsumatur confiteri delictum.*
69 *Gratiam producens fatetur delictum.*

VBi *a* accusator aliam dilationem ad probandum non petat, *b* fit publicatio processus, decernitur ei copia *c* cum termino defensionis. Et quod danda sit reo *d* copia indiciorum, dicit esse communem opinio. Ripa *in l. 2. num. 8. C. de edendo*, quem refert Villalab. *in sua collecta communium opin. in litera I. verb. indiciorum copia.* 1 a b c d

Et *e* hæc quidem conclusio nullam habet difficultatem, si reus eā petat sibi dari; *f* nam regulariter etiam si contra aliquē procedatur per viam inquisitionis, danda e 2 f

sunt inquisito nomina, testium contra eum productorum, nec non & dicta ipsorum testium (eo petente) publicanda sunt, ad effectum, vt possit seipsum defendere, & suas exceptiones proponere, aduersus eorum dicta, & personas, vt colligitur ex textu *in c. qualiter, & quando, il 2. §. debet igitur, de accus.* Et ita firmant scribentes omnes, vt dicit Paris. *cons. 1. num. 155. lib. 4.* Ita etiam tenere communiter Doct. attestatur Cæpol. *cons. crim. 65. circa fi. & cons. 66. vers. Quinto probatur.*

3 Haberque locum hæc conclusio etiam in crimine hæresis. Nam etiam in causa hæresis danda est reo copia indiciorum: non tamen edenda sunt nomina testium, vbi adsit suspicio periculi, fortè propter potentiam ipsius *g* inquisiti, vt dicit Glos. *in c. fin. in verbo indiciis, de hæretic. in 6.* & ita firmant communiter omnes Scribentes, & dicit Paris. *in d. cons. 1. num. 164.* Et idem eo casu seruandum esset in aliis caussis. Et ideo dicit Blancus *in pract. crim. fol. 38. num. 80.* quod *h* inoleuit practica; quod dentur nomina testium confusa, & separata à dictis testium ob potentiam reorum, ne possint scire, quid ab vnoquoq; eorum dictum fuerit. Et proximis mensibus ita obseruauit Senatus in causa homicidij commissi in personam Iacobi Philippi Frascariæ, in qua propter potentiam aduersariorum permissum fuit iudicibus in ipsa causa delegatis, vt non ederent nomina testium, nisi prout sibi videretur, 25. Aug. 1564. A.C. quod tamen nunquam alias vidi per Senatum concedi *i* Bene verum est, quod in causis hæresis, cum semper graue periculum credatur imminere, si non testib. saltem caussis fidei Catholicæ, quia pauci liberè testimonium perhiberent, si nominum publicatio fieret, ideo consuetudine receptum est, vt nunquam nomina testium publicentur, vt attestatur Simancas, *de hæret. c. 62. num 9.*

4 Sed nunquid tenetur iudex dare copiam indiciorum reo non petenti? *k* Respond. Aliqui tenuerunt, quod non, & dicit Blanc. *in pract. crim fol. 39. num. 102.* quod ita quotidie seruatur, quod scilicet iudices dant aduocatos carceratis: & cum proceditur in causa, qui vult indicia, illa petit, & subdit, quod ita vidit seruari. *l* Tu vero dic, quod aut loquimur an sit danda reo copia indiciorum antequam subijciatur torturæ: & tunc non est danda, nisi petatur; & est communis opin. vt attestatur Boss. *in tit. de indi. n. 79.* vbi etiam subdit, quod ita practicatur: *m* Si vero petatur, omnino dari debet; & est communis opin. vt dicit Nouell. *in tract. ad defensum, fol. 89. in primis verbis.* Alex. de Neuo, *cons. 86. numer. 4.* dixi infra, *quæst. 64. vers. sed quid si ille.* Aut loquimur, *n* an sit danda ante condemnationem, & dic quod debet omnino dari, etiam si non petatur. Et hoc siue sit conuictus, siue etiam confessus, vt dixi infra *vers. est igitur,* & ita seruatur in hac prouincia. Non tamen intellige, quod sit danda reo cum effectu ipsa copia processus expensis officij, vel partis querelantis, sed sit tantummodo decretum copiæ, ita vt pars (si velit) possit illam habere, *o* suis tamen expensis.

5 Sed quæro, nunquid reus petens copiam processus teneatur exprimere causam, propter quam illam petit. Respon. Fortè de iure posset dici, quod sic; & ita videtur tenere Alexan. *cons. 65. col. penult. lib. 1.* Sed contrarium ex communi *p* vsu seruatur, vt dicit Blancus *in pract. crim. fol. 38. num. 76. & sequent.* & sic satis est, quod pars dicat, Peto copiam indiciorum mihi decerni, hæc enim assertio inclusam habet causam, quia scilicet volo me defendere, & elidere indicia aliter quam per torturam.

6 Scias tamen, *q* quod publicatio processus fieri non solet, nisi quando proceditur *r* contra reum absentem, & contumacem: tunc nulla facta publicatione processus, neque data copia parti, deuenitur contra eum ad condemnationem etiam capitalem, vt quotidie videmus.

Sed pone, *s* quod plures sint rei de vno delicto accusati, *t* quorum vnus sit præsens, alij vero contumaces quod agendum. Resp. quod licet secundum aliquos 7 non debeant differri processus rei præsentis, donec illi, qui sunt contumaces, condemnentur; & hanc dicat esse communem opin. Boss. *in tit. de sentent. num. 85.* *u* in hac tamen prouincia seruatur totum contrarium: quia scilicet nunquam publicatur præsenti processus offensiuus, nisi prius contumacibus condemnatis, vt etiam fatetur Boss. *in loco prealleg. & in tit. de delicto, num. 46.* Et ita omnino seruandum esse, in facti contingentia senatus expresse rescripsit prætoribus Fontanellæ, & Romanenghi, 11. August. 1558. Et est (iudicio meo) optima practica, ne (si publicetur processus) possint contumaces instrui de indiciis contra eos existentibus, & subornare testes, & deinde comparere. *x* Ipsis autem contumacibus condemnatis, fit publicatio processus, quo ad præsentes, daturque eis copia, deletis tamen prius, *y* quantum commodè fieri potest, nominib. contumacium, atque iis omnibus, quæ ad eos pertinent, quatenus tamen quo ad præsentes per huiusmodi deletionem non tollatur vel in minimo facultas defensionis.

Item scias, *z* quod nunquam publicatur processus, neque datur copia parti, nisi prius factis debitis testium repetitionibus, iuxta ea quæ dixi supra *quæstio. 45.* non enim datur reo copia indiciorum, quæ iudex sumpsit super processu informatiuo, nisi postquam sint eo citato legitimè repetita. Et ita practicatur, vt dicit *a* Matan. *in suo Specul. fol. 80. n. 8. in fi.*

Quæro *b* nunquid sit danda reo copia allegationum. Dixi infra *lib. proximo.*

Danda est autem processus copia non tantum reo, 10 sed etiam accusatori si illam petat; quod intellige, quando processus publicatur etiam reo, sed ante publicationem processus non debet dari copia accusatori, etiam si illam petat pro interesse fisci, *c* vt possit alia indicia subministrare. Est enim hoc casu omnino repellendus: & ita seruatur, vt dicit Boss. *in titul. de ind. num. 72.* Vidi tamen quandoque ostendi à iudicibus examina reorum accusatoribus, vt melius sciant fisci partes tueri: quod tamen ego non nisi ex magna causa, & in atrocioribus delictis, & in quibus difficile esset habere indicia, faciendum esse consulerem.

Hæc *d* autem omnia, quæ de publicatione processus dicta sunt, intelligi debent, vt locum habeant in 11 processu, qui specialiter fit contra aliquem, contra quẽ tanquam culpabilem iudex inquirit. Secus autem dicendum est de processu, qui fit super inquisitione generali ad inuestigandum quis fuerit delinquens; cum enim in ea non sit adhuc aliquis reus certus, non est alicui danda copia indiciorum: & ita obseruat consuetudo, vt attestatur Anton. de Canar. *de quæst. in 2. membro, nu. 52. in fin.* Quod nota, quia plerunque solent fieri quædam comparitiones præuentoriæ, petendo copiam indiciorum, &c. cum tamen adhuc non sit formatus processus informatiuus, siue inquisitio specialis, *e* vt eludant iudices imperitos; debet igitur iudex prius formare ipsam inquisitionem specialem, siue processum offensiuum: & deinde seruatis seruandis (iuxta dicta in quæstionibus præcedentibus) poterit dari copia *f* inquisito.

An autem facta publicatione processus, possint ad- 12 huc recepti testes, dixi *q. 61. vers. sed quæro.*

Est *g* igitur certa iuris conclusio, quod in criminali- 13 bus nemo debet condemnari, nisi prius dato termino *h* ad faciendum suas defensiones, etiam si fuerit delictum ipsum *i* sponte cõfessus. Et hanc practicam seruat totus

dictis inquisitis,in primis verbis:quem refert Pract.Con-
radi.*fol*.307.*num*.3. Ita seruari ex communi obseruan-
tia attestatur Marian. *in rep. c. qualiter, & quando, post*
numerum 232.*de accusat*. Paris Put.*de synd.fol*.459.*cap*.6.
in fi. Pract. Car.*fol*.538.Boss. *in tit. de sentent.nu*.1.potest
enim reus contra propriam confessionem multa de-
ducere , de quibus dixi infra *quæst*.55. vt in facti con-
tingentia consuluit Grammat. *cons*.16. Vide quæ dixi
k infra *quæst*.65. *in princ*. *k* Et aduerte, quia talis terminus
defensionis dandus est reo etiam non petenti, vt supra
dixi ; & hoc non modo quando tantum est conuictus
vt aliqui faciunt , & dicit videri communem mentem
Doctorum Boss. *in titul. de confessis, num*.10. sed etiam
quando est sponte confessus, vt dixi *in loco præalleg*.
14 Et *l* hoc adeo verum est, vt nec etiam princeps pos-
l sit etiam de plenitudine potestatis tollere in criminali-
bus suas defensiones reo, secundum Bald. *in l*.3.§.*is pro*
quo,vers.in ead.glos.ibi,non obstante,ff.quod quisque iuris.
Et hanc doctrinam omnes Doctores tenent , vt dicit
Soc.*cons*.266.*post num*.46.*vers. tertius casus, lib*.2.quem
refert Marsil.*in pract. crimin*.§ *expedita,num*.76 *& in* §.
opportune, num.61.*& cons*.81.*num*.78. quod consil. So-
cin.ego retuli supra *quæstio* 31.*versi. Adde quod hac*.
15 Vlterius quæro, nunquid reo capto in flagranti cri-
mine dandus est terminus defensionis? Dixi sup. *quæst*.
8.*vers. Sed nunquid*.
m Quæro *m* nunc an possit reus per pactum renuncia-
16 re termino sibi statuto ad faciendum suas defensio-
nes. Respond. quod in causis criminalibus potest re-
us renunciare suis defensionibus , quando agitur de
imponenda pœna corporis afflictiua. Ita sentit gloss.
in l.pactum inter hæredes,in verbo Liceat,ff de pactis,quæ
communiter approbatur à Doctoribus,vt ait Duennas
regul.190.*in* 4. *limitatione*. Illam etiam dicit esse ab o-
mnibus receptam Didacus *in Epitom.super* 4.*Decret fol*.
202. *num*.16. Hanc etiam attestatur esse communem
opin.Anton. Gomes. *cap*.1.*delictorum, post num*.66. Be-
ne verum est, quod si reus fuisset sponte confessus de-
lictum , & iudex illi statuisse terminum ad faciendum
suas defensiones , posset hoc casu reus illi termino re-
nunciare , & posset iudex statim illum morti tradere;
& ita practicatur, vt dicit Bald. *in l.si accusatoribus,nu-*
mer.11. *C.de accusat*. hoc etiam in practica satis rece-
ptum esse testatur Didac. *in loco præallegato*. Solentque
iudices huiusmodi renunciationi apponi facere clau-
n sulam : *n* quia scilicet scit nullam se habere defensio-
nem,iuxta dictum Bald.*in l.raptores.numer*.4.*de episcop.*
& cleric.quod se dicit semper practicasse Angel *de ma-*
lefic.in verbo, Qui iudex dictis inquisitis, &c.nu.8. Et di-
cit Angel.*in l.sed si quis,§.quæsitum,post numer*.3.*ff.si quis*
cautio. quod hac practica hodie vtuntur assessores:
o quem refert Aug.ad Ang.*in d.verbo,Qui iudex,nu*.14. *o*
Consulo tamen iudicibus , vt nullo modo curent in-
ducere reos ad renunciandum suis defensionibus , ne
super eos, & eorum filios conuertatur , si inique fece-
rint,vt dicit Ang.*in d.§.quæsitum*.
17 Sed his *p* incidenter quæro , nunquid reus implo-
p rans clementiam iudicis , & petens *q* veniam delicti
q censeatur fateri delictum. Respond. Si quidam petat
veniam delicti solenniter coram iudice , videtur fate-
ri delictum : si vero petat veniam extraiudicialiter, il-
r lud fateri non videtur. Et hæc distinctio est de mente
Doctorum , vt dixi Gigas de crimine læsæ Maiestatis
fol.112.*quæst*.23.*numer*.3. Faciunt,quæ in hoc
proposito dixi supra *quæst*.21.*versic*.
Sed hic cadit.

ADDITIONES.

Ad Quæst. XLIX.

a Vbi accusatur] Videndus erit Farina.*tit.de indic.vol*.2.*qu*.39.
plenissime *nu*.1. *&* 2. per totam : Quid quando processit
torturam ex informatiuo,an sit danda copia,vel facienda repe-
titio.ibid.*nu*.164. Ros.

b *Fit publicatio processus*] Adde , an iudex alterius instantiæ 1
poterit publicare processum , & in quibus casibus , si à primo
iudice non fuerit publicatus,late Felin.*in cap.causam quæ nu*.14.
de test.Baiar.

c *Cum termino defensionis*]adde,quod †dato termino defen- 2
sionis reus debet reduci ad carceres inferiores, id est, poni ad
largam,vt possit loqui cũ procuratoribus, & Aduocatis,& or-
dinare suas defensiones secundum Marsil.*in pract.crimin.§.post-*
quam,num.5.*in fin*. quem refert,& sequitur Foller. *in sua pract.*
crim. in verb. & facta litis contest. num.10. nec potest † vetari, 3
quod reus eos non alloquatur , vt per Stracham in adnota.ad
Crauet.*in cons*.35.vbi tamen laudat illos iudices,qui aliquo of-
ficiali Curiæ assistente admittũt defensores rei ad alloquẽdum,
ne instruantur rei,& ne occasio detur veritatem occultandi,&
ad hoc allegat tex.*in l.custodias.ff.de pub.iud*.Ego autem hoc nõ
approbo,quia si libera non est locutio,liberę non sunt defensio-
nes, nam aduocati, & procuratores timore illius officialis, seu
potius fisci, vel accusatoris exploratoris non audebunt dicere
omnia,quę facerent ad defensionem rei,vt puta pro repulsandis
testibus,vel aliquid contra accusatorem,& similia,nec text.*in l.*
custodias,illud probat, quinimo contrarium:ibi enim habetur,
quod quando fiebat examen rei,debebant esse præsentes patro-
ni causarum,quod erat ad fauorem reorum:sed hodie non ser-
uatur,ita dicit D.Clarus supra *in q*.45.*in versic.quæro etiam*,& si
fiscus potest recipere informationes,& examinare reum sine in-
teruentu eius Aduocati,& Procuratoris,ita etiam,& reus debet
posse alloqui eius Aduocatos,& procuratores sine præsentia fi-
sci,vel eius, siue accusatoris exploratorum,cum in iudiciis ser-
uanda sit æqualitas, imo semper esse debet fauorabilior caussa
reorum,vt per D.Clarum sup.*in quæst*.23.*versi.Item quæro nun-*
quid. fateor tamen, quod hoc possit fieri cum publicis latroni-
bus,sicariis,assassinis,& similibus diffamatis,qui possunt nomi-
nare plures complices,& ita aliquando feci seruari per Audito-
res meos;sed quod indistinctè sit faciendum cum omnibus re-
is,non laudo,nec solet fieri apud bonos,& iustos iudices,& † 4
licet Ioseph. Ludouic. *in conclus*.38.*versiculo infertur* 99.dicat,
quod ex communi obseruantia non solent poni ad largam in
casibus a duis,nisi postquam ratificauerint delictum,vel essent
in casu absolutionis , & si eorum Aduocati , vel Procuratores
voluerint alloqui eos,permittitur in præsentia iudicis, vel fisca-
lis,vel Notarii,vel saltem custodis carcerum, tamen salua eius
pace,se decipit,& ipse confitetur , quod contrarium practauit,
& practicari vidit,†& nescio videre,quomodo tam breui tem 5
pore abrogatum fuerit, si versatus fuisset in Regno Neapol.&
in Statu Mediolani, de huiusmodi obseruantia vtique attesta-
tus non fuisset,& in Statu ecclesiastico prouisum fuit per motus
proprios Pauli III.ad fauorem pauperum,& Pij IV.super refor-
matione Auditoris Cameræ,quod completo processu, & dato
termino ad faciendum defensiones suas,debet poni ad largam,
vel in secretis carceribus,pendente termino defensionis, com-
moditas dari debet libere loquendi cum eius Aduocatis;& Pro-
curatoribus etiam semotis arbitris; nisi tamen qualitas causæ
aliud necessario suadeat;& licet dicti motus proprii loquantur
de iudicibus Almę Vrbis,ii tamen seruari debent in toto Statu
Ecclesiastico secundum Menoch. *in consil*.51.*num*.36. *volum*.1.
quem refert, & sequitur Chartar.*in praxi interrog.reorum,lib*.3.
capit.3.*num*.47.

Item adde , quod † Notarius nemini dare debet originem 6
processum, vt est comm.opin.Io.de Amic.*consil*.196.*n*.7.

Item † adde,quod Iudex licite copias, & defensiones dene- 7
gare potest , donec effectualiter completa fuerit informatio:
nam primo debet fundari intentio actoris,& Curiæ per testes,
antequam reus audiatur in suis exceptionibus,& defensionibus,
vt per Fol.*in pract.crim.in verb.recipiantur defensiones,n*.12.

Item adde , quod † per confrontationem dicitur etiam fieri 8
publicatio testium , Bar. in Extrauag. *ad reprimen. in verb. &*
figura , dicens, quod si non publicarentur, non possent impu-
gnari testes,nec eorum dicta.*Baiar*.

d *Copia indiciorum*] Sed qualiter danda,& in quibus casibus
non danda,adde,& vide plene *in collect. mea commun.opin.§.co-*
pia indiciorum.Giach.

e *Et hac quidem conclusio*] adde,quod copia † indiciorum est 9
danda mulieribus,pupillis,pauperibus,& aliis personis misera-
bilibus,& nõ petentibus,licet extaret statutum,quod copia de-

retur parti, si etiam petierit Mars. consil. 56. n. 14. Simon. de Pret.
consil. 202. num. 15. & Vulpell. consil. 34. num. 6. & consil. 74. nu. 7.
10 Et in hac † materia, an sit danda copia indiciorum, vide Bertaz.
in consil. 130. cum addition. vbi ponit multas ampliationes; & ibi
11 habetur, an † sit danda tertio comparenti pro suo interesse, &
12 copiæ debent dari etiam Doctori † carcerato, potius quam aliis,
quia Doct. in rebus propriis sciunt minus, quam cæteri, vt dicit
Boss. de indiciis, & consid. num. 80. sed aduertendum est, vt extra-
13 ret † stylus, vel consuetudo contraria, quod copia indiciorum,
& terminus ad defendendum dari non debet. Rota. decisio. 11. col.
fin. Afflict. decisio. 391. nu. 5. & decis. 135. num. 3. & Paris. consil. 44.
vol. 1. quos omnes refert, & sequitur Viui. consil. 717. num. 24.
vol. 2. sed iudicio meo Afflict. in d. locis, hoc firmare non vide-
tur, nisi contra lattones insignes, disrobatores stratarum, incen-
diarios, violentes raptores, & committentes grauia crimina,
contra quos laborat infamia. Et etiam aduertendum est, quod
14 in Regno Neap. non potest dici stylus, quia † magna Curia Vi-
cariæ habet præeminentiam expresse à Rege concessam, quæ
15 ex processu informatiuo ad torturam procedere potest, & † ta-
lis præeminentia concessa fuit etiam Gubernatoribus Vrbis per
Summ. Pont. Leonem X. vt in constit. 7. de qua in Bullario noui-
ter impresso, volum. 1. fol. 185. vide tamen circa huiusmodi stylum
Alex. in consil. 65. n. 9. 10. vol. 1. vbi conatur defendere officialem
post factum, sed ibi sub n. 3. dicit, quod si ante torturam requi-
situs fuisset de consilio, consuluisset officialem rectè, & sanctè
facturum, si nedum vnam dilationem, sed etiam plures ad indi-
cia ante torturam purganda dedisset & sic arbitror, quod om-
nes iusti iudices facere debeant, & teneantur.
16 Item adde, † si processus esset deperditus & fieret nouus, &
ante sententiam reperiretur primus, debet iudicari secundum
primum. Afflict. in const. cordi, nu. 19. rub. 5. lib. 1. & vide, quæ po-
sui infra q. 93. in prin. Ibi, in hac tamen Prouincia.
17 Item adde, quod † Iudex tenetur dare copiam indiciorum
reo, etiamsi Princeps rescripsisset, contra inquisitum proce-
dendum esse ex processu informatiuo. Gramm. consil. 64. Rolan.
18 consil. 12. vol. 2. Paris. consil. 2. num. 156. volu. 4. & † hoc procedit
etiam, quod iudex ex forma statuti haberet liberum arbi-
trium, ita consuluit Ruin. consil. 147. nu. 7. vol. 7. & Menoch. de
arbit. iud. q. 78. in fi. Sed ego vidi semper, quod iudices haben-
tes auctoritatem à Principe procedendi ex processu informa-
tiuo, denegatis copiis indiciorum, ad torturam deueniunt.
f Nam regulariter] Farin. d. quæst. n. 71. Ros.
g Ipsius inquisiti] Idem tam in testium publicatione, quam
processus, vide plene per Ludou. Caret. in pract. sua de haeret. post
num. 122. Giach.
h Quod inoleuit practica] Farin. d. q. 35. n. 85. 86. & 87. Ros.
Bene verum est] Far. d. q. 88. Ros.
k Non petenti] Vide etiam per Caret. in pract. crimin. pag. 159.
col. 2. vbi etiam subiungit, quod copia indiciorum data, si in
termino ad indicia purganda petierit, post terminum repulsæ
concedendum est. Item, quod indiciorum copia danda sit reo
non petenti, communem dixi in collect. mea commun. opin. cap.
indicium. num. 9. Giach.
l Tu vero dic] Vide infra quæst. 54. versic. Sed quid. Vulpellus
respons. 74. n. 7. & seq. Farin. d. q. 39. n. 55. & seq. & n. 90. 91. 97. vbi
etiam de petente. Ros.
19 Tu vero dic] adde videndum Viui. opin. 717. vbi ponit multas
ampliationes, & limitationes, & an danda sit copia in crimine
20 læsæ maiestatis, † & si reus, qui tenebatur petere copiam, tor-
tus fuerit ante repetitionem copiæ, & postea ante repetitionem
torturæ illam petierit, non est danda, si super primis indiciis
torquetur, super quibus sufficienter non fuerit tortus, & sibi
imputet, si ante primam torturam, copiam non petierit. Mars.
21 in l. vnius, §. cognituram, n. 3. ff. de quæst. & † si copia denegata fue-
rit, an ex confessione facta a reo etiam ratificata, possit deueni-
ri ad condemnationem, vel ad alium effectum, Gislan. in tract.
de q. & tortura in vlt. c. nu. 20.
22 Item adde, quod † in statu ecclesiastico iudices debent dare
copias indiciorum, etiam si petitæ non fuerint per motus pro-
prios Pauli III. in fauorem pauperum, & Pij IV. super reforma-
23 tione officij Auditoris Cameræ; licet † Chart. in praxi interro-
gandorum reorum lib. 3. c. 3. n. 52. dicat, intelligendos esse secũ-
dum ius commune scilicet, si petantur; de quo intellectu valde
dubito: nam motus proprij nihil operarentur, quia de iure com-
muni debent dare petenti; nec fallit doctrina Ias. in l. vniuersa,
C. de precib. imp. offeren. de statuto requirente, vt fideiussio præ-
stetur, quod debet intelligi, si petatur. nam statutum non dispo-
nit super eo, quod de iure communi fieri debebat, vt disponunt
Motus proprij: & velle interpretari, quod summi Pontifices in
suis Motibus propriis nihil disponant vltra ius commune, mihi
videtur durum; tamẽ me remitto, & credo, quod potius erat di-
cendum, quod prędicti Motus proprij parum obseruãtur. Baiar.
m Si vero petatur] Item de copia repertorum in inquisitione
speciali danda reo illam petenti atque de forma in ea danda ad-
hibenda; Item de copia danda inquisito, vide in collect. mea
com. opin. v. copia indiciorum. n. 1. 2. Giach.
Si vero petatur] adde, quod † omnino dari debet, etiam, quod 24
reus esset torturæ alligatus, & esse super sedendum, secundum
Vulpel. in consil. 11. n. 2. & consil. 74. n. 8. nisi iudex procederet ex
processu informatiuo virtute præeminentiæ, quia tunc non te-
netur dare copiam ante torturam, quam habet magna Curia
Vicariæ, & Gubernator Vrbis.
Item adde, † quod homini malæ conditionis, & famæ cap- 25
to, potest denegari copia indiciorum, cui etiam propter delicti
qualitatem Aduocatus denegatur Au. gad. Angel. in verb. quod
fama publica præcedente. n. 37. Tiraqu. de pœnu causa 49. nu. 30. &
etiam iudex † procedens ex officio poterit deuenire ad tortu- 26
ram, non datis copiis indiciorum Gramm. vot. 3. n. 25. & in cons.
24. num. 13. Baiar.
n An sit danda ante condemnationem] adde, quod hæc copia
indiciorum, quæ datur ante condemnationem, etiamsi non pe-
tatur, differt ad illa, qui petitur ante torturam, cum hæc non de-
tur petenti, & dicitur præuentoria. Illa autem an omnino vide
dari debeat supra quæst. 8. vers. Sed nunquid, quæst. 28. versi. Di-
ctum est. Dixi infra ad quæst. 82. stat. 6. vers. Primo, ad fin. adde
Bonifa. de Vitalin. in suo Tract. malef. tit. Quæ indicia debeant
præcedere torturam, sub nu. 10. Drog.
o Suis tamen expensis] adde, quod pauperi † inquisito debent 27
dari copiæ indiciorum, fieri acta, & defensiones gratis, Foller. in
pract. crim. in verb. recipiantur defensiones. n. 27. † & quis dicatur 28
pauper in causa ciuili, & criminali declarat Alex. in consil. 18.
vol. 1. & Menoch. de arbit. iud. cas. 25. & in statu † Ecclesiastico 29
expresse prouisum fuit per motum proprium Pij IV. super taxa
mercedum Notariorum criminalium Vrbis in fine, quod pau-
peribus dentur copiæ processus gratis, & vbi opus fuerit loco
copiæ indiciorum, tradantur originalia Aduocato, & procura-
tori pauperum gratis, & sine aliqua impensa, remittendo arbi-
trio Aduocati, & procuratoris pauperum, quis sit pauper. Baiar.
p Ex communi vsu] Far. d. 39. n. 74. 95. Ros.
q Scias tamen, quod hæc publicatio] adde, quod tertio † com- 30
parenti copia non est deneganda, licet reus sit absens, nec po-
test deueniri ad condemnationem statuto permittente, vni-
cuiq; de populo veniendi ad defensam absentis, alias sententia
esset nulla. Paul. de Cast. in consil. 331. in fin. vol. 2. Baiar.
r Contra reum absentem] adde infra q. 61. vers. Sed hæc quidem;
vbi in hoc miratur de Aret. & Mars. Drog.
s Sed pone, quod plures rei] adde, † quod idem habetur per 31
Ant. Scap. in tract. iuris non scrip. lib. 5. c. 114. n. 14. cum seq. & ita
passim practicatur apud bonos, & practicos iudices. Baiar.
t Quorum vnus sit præsens] Absentes ergo condemnantur, vt
sup. ver. 1. Deinde constitutis, & præsentibus publicatur proces-
sus, & cur hoc fit, vide Boss. tit. de delict. n. 46. Placentiæ tamen
ex ordine Ducali dabantur sex menses absentibus, quibus ela-
psis nunquã amplius audiuntur, & interim supersedebatur con-
tra præsentes; quę tamẽ constitutio hodie correcta reperitur per
aliam nouam publicatam de anno 1594. die 12. Decemb. Rubri-
ca de Auditore criminalium. §. vbi contingat esse plures reos, sed in
Statu Mediolani per Regias litteras anni 1581. die 17. April. ibi
intendiamo oltre cio; Dantur duo anni absentibus, quibus ela-
psis nec vnquam audiuntur, nec ad nouas defensiones admitti
possunt: de quibus litteris dixi supra ad quæst. 4. versic. Quando
vero, & dicam infra. An autem sic absens à præsente, vel è contra
grauari possit, vide in addit. ad Dyn. in reg. Ratihabitionem litt.
D. de reg. iur. in 6. Crau. de antiq. temp. par. 1. versi. Propositum, nu.
23. & ead. par. versic. ampliatur, num. 5. & 10. & an res sic inter
alios acta pręiudicet: fusius per eundem Crau. d. tract. par. 2. n. 42.
cum seq. vide quæ dixi supra ad quæst. 21. versic. Fuga. Drog.
u In hac tamen prouincia] Farin. d. q. 39. n. 55. Ros.
x Ipsis autem contumacibus] adde, quod D. Clarum sequitur
D. Chart. in pract. sua interrog. reorum c. 3. nu. 73. lib. 3. sed Foller.
in pract. crim. in ver. detur copia, n. 21. dicit, quod socij, compli-
ces, mandantes, & mandatarii debent per curiam declarari, &
nominari, vt commode reus possit facere defensiones suas, & ad
hoc allegat Mars. in consil. 49. qui ita generaliter non loquitur,
sed tantummodo de mandatario, & non de aliis. Ego autem
vidi practicari in statu ecclesiastico, & etiam in Regno Neap.
quod nomina sociorum & complicum taceantur, sed quo ad
mandatarium, fateor, quod debet nominari, si de eius nomine
appareat in processu, quia principaliter tangit defensionem
mandatis, & si darentur omnia nomina sociorum esset pandere
secreta Curiæ, contra quam multi falsitates fabricari possent, &
forsan posset dici, hoc relinquẽdum esse arbitrio iudicis. Baiar.
y Quantũ commode fieri potest] Far. vbi supra, n. 56. & seq. Ros.
z Item scias] Vide Far. q. 66. p. 8. n. 310. Ros.
Item scias] adde, quod † in omnibus Curiis fere totius Italiæ
seruatur, quod copia processu datur, etiam ante repetitionẽ te-
stiũ, si per reos, vel eorũ procuratores ad hoc specie cõstitutos,
testes Curię habentur pro rite, & recte examinatis, & repetitis
quia

quia tunc † perinde est, ac si parte citata per iudicē repetitio formiter facta fuisset, Capy *dec.74.* Vulp.*cons.68.n.7.* & Fol.*in prac.*
34 *crim.in ver.detur copia c.n.5.* vbi dicit, † quod multoties, vt habeatur copia repetitorum, solent haberi testes pro citatis, iuratis & legitime repetitis, pręter absentes, & mortuos: sed quod fiscus instare potest, vt non detur cum dicta reseruatione, si in omnes habeātur pro repetitis, & quod ita seruatur in magna Curia Vicariæ, licet Salerni, & in sancto Seuerino detur copia repertorū, etiam cum dicta reseruatione. Sed Charta.*in sua praxi interrogatoor.lib.3.n.61.cum seq.* absolute tenet, hanc reseruationem esse admittendā, dicens, quod copia est concedenda, si reus, vel eius procurator ad hoc in specie constitutus habeat testes pro rite, & recte examinatis, pręter absentes & mortuos: & saluis sibi exceptionibus contra personas & dicta testium, & repetitione super interrogatoriis, quatenus illos repetere voluerit; eo quod in statu ecclesiastico practica inoleuit, & etiā in Regno, allegans ad hoc Capic.*in d.dec.74.* & Foller.*in pract.crim.in ver.si confitebū-*
35 *tur,n.51.* in quibus † locis nulla fit mentio de dicta reseruatione vt in eis est videre, quinimo Foller.*in loco supra à me citato*, tenet prædictam reseruationē non esse concedendam, dū dicit, quod fiscus instare potest, vt non detur copia cū dicta reseruatione, & quod ita obseruat magna Curia vicariæ, & licet postea ibidē contrariū tenere videatur in testibus absentibus, qui longa absentia absfuturi sint: illud tamen non affirmat, dicens, quod est maius dubium quo ad absentes, quam quo ad mortuos, qui amplius reperi non possent, & bene dicit, quia si testes sunt pręsentes, possunt induci ad discedendum, vt non habeantur pro repetitis, & absentes, vt non redeant, ne reperi possint, & sic quocunq; modo militat suspitio fraudis, tam quo ad testes absentes, quam præsentes: nec vnquam vidi in statu ecclesiastico practicari, quod huiusmodi reseruationes admittantur, sed quod tantummodo habentur testes pro repetitis saluo iure opponendi contra eorum dicta, & personas, alias nimis damnosum esset fisco, si absentes non haberentur pro repetitis propter timorem fraudis, vt supra dixi: & reseruatio testium mortuorum minime fieri potest, quoniam est contra casum *l.fin.C.de testibus*, qua disponitur, quod testes mortui, licet repetiti non fuerint, probant saluo iure legitimo ipsi reo opponendi contra personas, & dicta testium, & ita firmat ibi Paul.de Castr. *& in suà praxi fol. 54.n.17.* Alia reseruatio repetendi testes, quatenus illos repetere voluerit omnino est reiicienda, cum ipsa quoque sit multum præiudicialis. Et ideo Clar.*in quæst.53.versi. Quartus est casus in fin.* monet iudices, præsertim in causis criminalibus, vt se abstineant ab huiusmodi repetitionibus, quæ fiunt ab instantiam partium, nam sæpenumero processu inuoluunt, ac destruunt, magnamque præbent occasionem subornationibus, & falsitatibus testium; & licet de iure communi permittebatur inquisito, vt possit facere interrogatoria testib. contra ipsum examinatis; hodie tamen de stylo omnium Curiarum non datur, quia inquisitus habet repulsam. Foller.*in verb.recipiantur defensiones,n.32.* quem sequitur Clar.*in q.23.item quæro.* Stantibus itaque prędictis, concludendum est, quod iudices nullo modo dictas reseruationes admittere debent, cum sint ita præiudiciales, maxi-
36 mè, quia à magna Curia Vicariæ (quæ † est maius tribunal totius Italiæ) rejiciuntur, iuxta illud prouerbium. *A boue maiori discat arare minor*; sed concedere possunt copias habitis testib. pro rite repetitis, cum reseruatione tantum, si petatur, opponendi contra personas testium, & eorum dicta; & hoc à lege conceditur, Clar.*in d.q.23.versic.Item quæro.* Ex hoc capite etiam est rejiciēda reseruatio de testibus absentibus, quia nunquam fieri potest publicatio processus, nec dari copia pacti, nisi prius factis debitis testium repetitionibus, vt hic per D. Clarum ex quo sequitur necessario, quod omnes testes iam absentes, quam præsentes non repetitis habeantur, alias publicatio non potest fieri, quia si debitæ repetitiones testium non essent factæ, vtiq; ridiculosum esset, publicare processum nullum, imperfectum, & nihil probantem, reuelando secreta Curiæ inquisitorum reperi possent: quod esset contra vtilitatē publicam, quia multa delicta impunita remanerent, & ideo licitū est iudici denegare copias, & defensiones reo, donec fiat repetitio, quia nondum processus dicitur completus, vt per Foll.*in pract.cri.in vers.recipiantur defens.n.52.* & Chart. vbi supra, *n.57.cum seq.* volens igitur copiam processus debet renūciare repetitioni testium indistinctè, tā absentium, quam pręsentiū, vel expectare, vt repetantur, & eo casu fiscus omni cum diligentia procurare debet, vt quam primū fiat repetitio, quæ si fieri non poterit infra competentem dilationem, reus, ne in carceribus marcescat, est relaxandus sub fideiussione de se repræsentando toties quoties in forma, & sic reo, & fisco succurritur; quæ tamen non procedunt in Regno Neap. † vbi expeditio causæ criminalis nullatenus retardari po-
37 test prætextu testium Curię non repetitorum, vt per Gram.*dec.*
38 *28.n.6.* Nec omittam, quod si inquisiti † renunciarent repetitioni testium absque reseruatione opponendi contra eorum depositiones, & personas, non sibi præiudicarent, quia dictas oppositiones facere possent, quia à lege pro defensionibus reorum, conceduntur: Clar.supra *in d.q.23.versic.Item quæro*; alter sequeretur, quod reus expresse renunciaret defensionibus suis, quod minime fieri potest, vt per Gloss. & DD.*in l.pactum inter hæredem, ff de pact.* & renunciare citationi ad videndum iurare testes, vt supra dixi: nihilominus procuratores ad abundantiorem cautelam dictam reseruationem facere solent, licet Chart. vbi supra *n.70.& 71.* dicat, quod quando testes habentur pro rite repetitis, si non fieret huiusmodi reseruatio siue protestatio excipiendi contra eorum dicta, & personas, non posset postea contra testes opponere, & eorum dicta impugnare, per ea quæ dicit Sal.*in l.si quis testib.C.de testib.* & post eum Foller. *in pract. crim.in verb.concedatur repulsa,nu.18.* Matan.*in Spec.5.par.a n.*
15. quæ procedunt in causis ciuilibus, non autem † in crimi- 39
nalibus, in quibus nemo potest renunciare defensionibus suis, vt late per Boss.*in tit.de opposit.contra testes n.8.9.* & ita etiam in simili tenet idem Foller.*in loco citato, nu.15.* dum dicit, ritum, quod cauetur repulsum peti debere intra decem dies procedere in ciuilibus, & non in criminalibus, vbi tractatur de vita hominis, & quod nunquam vidi seruari illum ritum, sed † repul- 40
sam dari indistinctè, quando petita fuit: hinc est, quod etiam post publicationem processus possunt examinari testes ad defensam, si cessaret suspicio † subornationis, iuxta tradita per 41
Clar.*in q.61.vers.fin.* vbi tenet etiam, quod in causis criminalibus non concluditur in causa, † dicens æquum esse, & ratio- 42
nabile, quo vbi de vita hominis tractatur, reus quandocunque suas probationes, & defensiones facere possit, & miror de Follerio † dum dicit, quod quando inquisitus citatur ad viden- 43
dum iurare testes, vel quod coram eo examinantur, debet esse cautus, & protestetur contra personas testium, & eorum dicta, ne videatur consentire, quia consentire non possunt, vt dictum fuit. Et ego nunquam vidi nec forsan ipse, quod rei in confrontationibus, quæ fiunt cum testibus, talem protestationem facerent. Rei nempe essent in maximo periculo vitæ, si omittendo dictam protestationem, viderentur consentire depositionibus contra eos factis, quæ protestatio omitti posset ignorantia reorum, vel procuratorum, & ideo dici non posset, quod dicta reseruatio, seu protestatio sit necessaria, sed quod potius sit ad benè esse, quam de necessitate.

Item † adde, quod copia testium examinatorum pro informa- 44
tione Curiæ non datur, quia eorum attestationes, parte non citata, nullū inquisito afferunt præiudicium, sed datur copia attestationum, quę factę fuerunt cum citatione partis, si dubitaretur de variatione ab examine informatiuo ad aliud examen, ita tradit Dec.*in l.1.n.11.ff.de eden.* & Vulpell.*in cons.102.* vbi tamen dicit, dictum Decij procedere, quando aliter, quam per simplicē partis assertionem de varietate dubitaretur. Ego autem semper vidi practicari, si testes non habentur pro repetitis, & quod reperantur, quod datur copia tam primi examinis, quam repetitionis, & tanto magis, quod in secundo examine non extenditur tota depositio, sed primum examen confirmatur, & ibi Vulpell.tenet, † dandam non esse copiā inquisito de subornatione 45
constitutorum testium, quod affirmabant se subornatos fuisse, sed quod solum daretur copia examinis facti, vt testis parte citata, quod † mihi videtur durum, quia multa possent esse in 46
constitutis, qui tenderent ad defensionem rei, & quod forsan detegerent falsitatem testium. *Baiar.*

a *Maranta*] *Et tit.de inquisit.n.8.* Ros.

b *Quæro nunquid sit danda copia*] adde, quod † Guid.Pap. 47
deci.442. tenet, quod non. *Baiar.*

c *Vt possit alia indicia subministrare*] adde, quæ ad ministrationem indiciorum supra *quæstio.11. versic. Sed quid è conuerso.* Drogh.

d *Hæc autem omnia*] Secus de his, quibus fiscus non vtitur. Vulpell.*cons.101.* Ros.

e *Vt eludant inutiles*] adde, quæ contra imperitos iudices fuit *q.6.ad fi.* & de iudicibus imperitis, & modernis quæ permittunt se à Notariis gubernari, dixi supra *ad q.vers.Cæterùm.* Drogh.

f *Inquisito*] Idem per Boss.*in tit.de delinquen.n.3.& 4.* & de inquisit.*num.70.* Rolan.*consil.12.num.35.& 55.cum sequentib. lib.3.* Giach.

g *Est igitur certa iuris conclusio*] Cattar.*de execut.senten.c.1.n.115.* Fatio.*tit.de indit.vol.1.q.39.n.1.2.15.& 52.* Ros.

Est igitur certa iuris conclusio] adde, quod reus pluribus modis se defendere potest, & ponit Bursat. *in cons.116.sub n.129.* viginti duo signa innocentiæ † multum notabilia. 48

Item adde, quod † si extaret statutum, quod confitens delictum puniretur, iudex non obstante petitione termini ad se 49
defendendum, poterit statim procedere ad condemnationem, præmissa tamen interlocutoria, videlicet, dilationem non esse dandam, tanquam per calumniam petitam, ita notat Innocen. *in c.ad petitionem de accus.* Ego autem arbitror, quod cautius faceret iudex, si dilationem concederet; saltem vbi ageretur pœna corporali. *Baiar.*

g *Ad faciendam suas defensiones*] adde, & vide in *Repe.*do.Felin *5.rem in criminalibus col.mihi 552.* Giach.

i *Sponte confessus* [Adde supra *hac eadem quaestio. vers. sed nunquid, infra q. 96. vers. Et haec quidem conclusio, q. 54. vers. sed quid si exhibeatur Confessio, q. 55. versic. potest etiam cum seq. infra ad q. 82. stat. 6. in fin.* vbi dixi. *Dregh.*

50 k *Et aduerte*] adde, quod hoc † procedit in dilatione, quę esset concessa per legem scriptam, quia tunc debet dari etiam parte non petente, secus vero in dilatione, quae conceditur ministerio iudicis quam iudex non tenetur dare, nisi petatur: ita distinguit Bal. *in l. nouerit, in princip. C. vt intr. cert. temp.* vbi dicit, hac distinctione posse defendi iudicem, si delinquentem confessum mittet ad furcas, non dato termino ad faciendum suas defensiones. Sed ego dubito, quod non esset bona defensio, & ideo iudices caueant ab huiusmodi distinctione.

51 Item adde, quod † iudex poterit denegare defensiones in criminalibus, quando vidit illas peti cauillandi causa, vt per Rol.
52 *in cons. 11. nu. 42. vol. 3.* & Decian. *in cons. 99. nu. 12. vol. 2.* Et † similiter poterit denegare defensiones furibus famosis, & lattronibus, Mas. *in l. 1. n. 43. ff. de quaest.* pro quibus non debet pati aliquem aduocare, per tex. *in l. omnes, C. de defens. ciuit.* & nedum publicis furibus denegari possunt defensiones, sed etiam cuilibet insigni delinquenti, dummodo notorie sint tales, secundum Bos. *in tit. de indic. n. 76.* & Rolan. *d. cons. 12. num. 62.* vbi loquitur de lattronibus, disrobatoribus, incendiariis, violatoribus, & raptoribus publice diffamatis. *Baiar.*

l *Et hoc adeo verum est*) Rota Lucens. *decis. 72.* Farin. *tom. 2. q. 38. n. 3. sub tit. de indit. & q. 39. n. 18.* Ros.

53 *Et hoc adeo verum est*] adde Afflict. † *in constitu. inquisitiones, §. item dura, num. 3. fol. 142. libr. 1.* vbi plene tractat istam quaestionem, & ibi dicit, quod licet Princeps non possit tollere defensionem, poterit tamen variare modum defensionis, & ibi etiam *in fin. & in decisio. 391.* exclamat contra praeeminentiam Vicariae, quod ex processu informatiuo possit deueniri ad torturam, & concludit non habere locum contra hominem
54 bonae famae, † sed solum contra latrones insignes, disrobatores stratarum, incendiarios, violentes raptores, & committentes grauia crimina, contra quos laborat infamia, & quod contra istos potest procedi iuris ordine non seruato, & sic ad torturam ex processu informatiuo: quia propter terribiles casus licet iustas leges transgredi, & de huiusmodi praeeminenia plenè tractauit Gram. *vot. 3.* vbi ponendo intelligentiam, & limitationem ad dictam praeeminentiam, tenet, quod procedendo ex processu informatiuo tortura repeti non debet: sed contrarium tenuit Simon de Praetis *in consil. 114. num. 5. & 6.* & ibi tenet etiam, quod contra hominem malae vitae, & famae etiam de iure communi procedi possit ad torturam, non data copia indiciorum, quod similiter tradit Grammat *in d. vot. 3. num. 7. & 16. & consil. 17. num. 16. & consil. 34. colum. fin.* & qualis sit praeeminentia Vicariae, in quibus casibus, & quomodo ea vti possit, habes *in capit. Regni 1-2.* & ibi latissime per Ioan. Anton. Nigr. *numer. 9. & numer. 18.* vbi concludit, quod licet magna Curia Vicariae habeat dictam praeeminentiam, & plenum, ac liberum arbitrium in maleficiis, tamen, quod non possit aliquem torquere, nisi in illo processu informatiuo concurrant legitima indicia, ex quibus si esset legitimus processus, posset inferri tortura; & ita in specie tenet Gram. *in consil. 64. nu. 6.* vbi multa allegat.

55 Item adde, quod summus Pontifex ex iusta causa potest tollere defensionem, vt per Dec. *in cap. dilecti, col. 7. de except.* Alexan. *in l. mulier. col. 5. ff. solut. matrim.* & Vasqu. *controu. Illustr. cap. 31. num. 9.* vbi dicit rationem esse, ne id ius natura institutum ad iuuandum incipiat esse nociuum, *& in cap. 36.* tenet, quod Princeps ex iusta causa possit tollere defensiones in criminalibus, nedum ex plenitudine potestatis: sed etiam de potestate ordinaria.

Item adde, quod ad hanc quaestionem, quod Princeps non possit tollere defensionem in criminalibus, Sim. de Prae. *consil. 203.* & Nat. *cons. 451. n. 30.* reprehendit † Boss. *qui in tit. de indic. n.*
56 *141.* tenuit; quod iudex habens commissionem procedendi ex conscientia, potest sine indiciis torquere reum, & quod Princeps regulariter non possit tollere defensiones in criminalibus, habes per Viui. *opin. 717. vol. 1.* vbi ponit multas ampliationes, & limitationes. *Baiar.*

m *Quaero nunc*] Far. *d. q. 30. n. 51. 61. & 55.* Ros.

57 *Quaero nunc, an possit reus*] Adde, an † idem sit in appellationibus, quod in criminalibus, vt non possit renunciari appellationi, vide *dec. Delphin. 90. num. 7. in 2. part.* & Boer. *in decisio. 257. sub nu. 16. circa med.* vbi tenet, quod in causa criminali, quando tractatur de morte ciuili, vel naturali, vel membri mutilatione, non potest per condemnatum, vel condemnandum expresse appellationi suae, vel per quemlibet interpositae, vel interponendae, renunciari.

58 Item adde, quod † renunciatio valet in nouem casibus, quos ponit Felin. *in c. cum venissent, de testib. & in c. quaerenti, nu. 3. de for. compet. & in c. si diligenti, eod. tit.* dicit etiam, quod reus criminis potest renunciare defensioni statuariae.

59 Item adde, quod † lattrones suis defensionibus possunt renunciare simpliciter, & renunciatio tenet, secundum Ang. *in l. custodias, de pub. iud.* & ibi etiam Imo.

Item † adde, quod nec etiam cum iuramento reus potest re- 60
nunciare defensionibus suis, Bal. *in l. vnica, C. de confess. num 27.* & Gomes. *de delict. cap. 1. nu. 66.* & ibi dicit etiam, quod defensioni personae, & status non potest renunciari: & quando sit † 61
renunciatio cum clausula, quia nullam habet defensionem, debet fieri hoc modo; videlicet, tal's inquisitus sponte ex certa scientia sciens carere omni spe defensionis, renunciauit cuilibet termino sibi statuendo, tam ex forma iuris communis, quam statutorum, & hanc formam tradit Socin. *in cap. qualiter, & quando nu. 1055. de accusation.* vbi dicit, quod talis denunciatio, valebit.

Item adde, † quod renunciatio defensionis reuocari potest 62
in causa criminali, gl. & Doctor. *in l. 2. C. quorum appellat. non recip.* Ang. *in l. non tantum ff. de appellat.* & Mar. Fran. *decis. Delph. 60. n. 8. par. 1.* Baiar.

n *Quia licet sit*] Farin. *d. q. 39. n. 56. & seq.* Ros.

o *Consulo tamen Iudicibus*] Ergo serua semper ordinem, & regulam traditam infra *qu. 65. versic. primo*, & adde, quia contra tales iudices inuehitur Mart. *consil. 16. nu. 25.* vt per Menoch. *d. Tractatu de arbitr. iud. lib. 1. quaestione 7. numer. 10. eodem libro. 1. quaest. 87. nu. 8. in fin.* Et quod imo de iure non possit renunciari defensionibus, tenuit Felin. *in cap. si quando col. 1. de offic. delegat.* allegat Glo. *in l. pactum inter haeredem ff. de pact. & in c. in parte, il 2. col. 2. de off. delegat. & in cap. Pastoralis, §. quia vero, col. mihi quinta, extra eodem*, Gomes. *de delict. cap. 1. sub numer. 66. per Glos. fin. in l. pactum inter haeredem in fine, ff. de pac.* quicquid in contrarium dixerit etiam Crauet. *consil. 115. num. 12. ad fin.* quia pro pecunia loquitur ibi; Et dum *in vers. seq.* tractat de Reo veniam petente. Vtrum videatur confiteri, Adde Dec. *in l. si non videtur rem, ff. de reg. iur. in fin.* Diog.

p *Sed hic incidenter quaere*] adde, † an confessio delicti resultet 63
ex precibus Principi porrectis *decis. Pedemont. 138. num. 1.* & Capyc. *dec. 71.* † vbi † habetur etiam, an narrata in rescripto prae- 64
iudicent inter alias personas, si reus rescriptum reprobauerit, & si lata fuerit sententia contra illud rescriptum, & quando confessio facta in precibus probet contra confitentem, vide Mascar. *de probat. in concl. 368.* & ibi an possit reuocari, *& ibi in conclus. 301.* & quod de confessione facta in libello, in positionibus, in capitulis, & in exceptionibus; & an ex supplicatione, & veniae petitione quis dicatur fateri delictum, vide omnino Farin. *quaest. crim. q. 5. n. 25.* vbi latissime.

Item adde, † an & quando confitens delictum, & componens 65
cum fisco possit ex praetextu metus ab officiali in syndicatu repetere. Io. de Amicis *consil. 49.*

Item adde, † an confiteri delictum videatur ille, qui soluit ali- 66
quid pro compositione, etsi soluit patri, vel fisco, vt per Parid. de Put. *in tract. de synd. in verb. compositio, an officialis Episcopi, nu. 2.* Bal. *in l. ea quae vltima col. vers. sed quid si non vult negare, C. de cond. indeb.* Paul. de Castr. *cons. 220. incip. notandum, quod in fin.* & Paul. Ghirla. *in tract. de relax. car. tit. de poenarum composit. quaest. 4.* & ibi etiam quomodo sit facienda † compositio, ne fateri, 67
videatur.

Item adde, quod se † submittens gratiis, & misericordiae Cu- 68
riae, seu iudicis, prout saepè faciunt carcerati in Regni Neap. vbi iudices regulariter habent potestatem componendi delicta ante sententiam praecedente tamen remissione partis non fatetur delictum saltem, vt possit condemnari, & si iudex non vult facere gratiam, vel misericordiam, in pristino statu illum reponere debet, quia illa submissio intelligitur facta sub conditione, si fiat gratia arbitrio boni viri, alias non nocet An. & alij *in si. de praetor. stip. per tex. in c. venient, & in cap. sane, de renunc.* Alexan. *in consi. 70. nu. 20. & 21. vol. 1.* Guido Pap. *decisio. 159.* ille, qui se submittit, & Io. Ant. de Nigr. *super cap. Regni in cap 297. incipien. multorum ad aures nostras, nu. 14.* vbi late, & Menoch. *de arbitr. iudi. quaest. 8. nu. 37.* sed Gigas *in tractat. de crimine laesae maiest. quaestione 23. num. 3.* dicit, quod si venia fuerit petita solemniter in Iudicio, siue coram iudice, quod censetur illud fateri; si vero extraiudicialiter, illud fateri non videtur, concord. no. per Rom. *in l. si quis in graui, §. 1. ff. ad Syllan.* sed vide Blanc. *in repet. l. fin. de quaest. nu. 308. & in pract. crim. quaest. 49. versic. sed hic incidenter*, Alciat. *cons. 108. num. 10. & seq. lib. 5.* Franc. Marc. *decis. 389. num. 2. secunda parte*, Corset. *ad repert.* Abb. *in ver. absolutio, nu. 7.* & hanc distinctionem sequitur etiam Mascar. *in concl. 501.* & Ioa. Vicent. de Anna. Neap. *in repet. rubr. & c. 1. de vasallu decrep. nu. 57.* vbi dicit, quod cum Magnificus Iacobus Caracciolus Baro Sicignani composuisset quendam Notarium in ducatis ducentis, qui gratiis Curiae se remiserat, is habuit recursum ad magnam Curiam Vicariae, quae compositionem reuocauit, & eum liberauit, non obstante remissione & cum esset appellatum ad Sac. Reg. Consil. causa fuit remissa ad Baronem, quae remissio intelligitur, vt arbitrio boni viri compositionem moderaret, vide etiam Neuiz. *in cons. 68. n. 12. & 13.* vbi dicit etiam, quod producens gratiam, fatetur delictum, & ibidem tenuit Gram. *in cons. 34. num. 5.* Baiar.

q *Veni-*

q *Veniam*] Adde Corset. *in reper. Abbat. in verf. abfolutio, vel venia* Blanc. *in l. fin. nu.* 308. *ff. de quaſtion* Alciat. *conf.* 108. *nu.* 10. *& ſeq. lib.* 5. Nota tamen quod qui gratiæ, & clementiæ Principis ſe ſubmittit, iuri ſuo renunciare non videtur. Franc. Marc. *deciſ. num.* 1. *in* 2 *parte.* Guiot.

QVÆSTIO L.

De exceptionibus, quas reorum defenſores contra proceſſus criminalis formam proponere ſolent.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *De nullitatibus proceſſus.*
2 *Proceſſus formatus contra minorem 25. annis, non dato ei curatore, eſt ipſo iure nullus.*
3 *Quadrageſimali tempore an poſſit procedi in cauſis criminalibus.*
4 *Proceſſus factus ſuper generali inquiſitione an valeat, ita quod poſſit reus ex eo condemnari.*
5 *Et quid in cauſis ſyndicatus officialium.*
6 *Stante ſtatuto, quod alicui denegetur actio, an poſſit index officio inquirere.*

Ex Additionibus.

1 *Nullitas eſt mera defenſio.*
2 *Nullitas, quæ colligitur ex eiuſdem actis, poteſt quandoque opponi.*
3 *Proceſſus factus per iudicem excommunicatum eſt nullus.*
4 *Excommunicatus publice quis dicatur, remiſſ.*
5 *Proceſſus an, & quando ſit nullus ex defectu indiciorum.*
6 *Sententia faciens mentionem proceſſus an probet proceſſum præceſſiſſe.*
7 *Et quid ſi ſint lapſi decem anni.*
8 *Curator an requiratur in criminalibus.*
9 *Confeſſio minoris ſine curatore in criminalibus valet.*
10 *Et quid in confeſſione facta vigore ſtatuti.*
11 *Reſponſio minoris inquiſitione cum auctoritate curatoris tunc præſtiti an valeat.*

a 1 NVnc *a* de reorum defenſionibus videamus: & prima quidem eſt defenſio, quæ oritur ex illis exce-
b ptionibus, quæ concernunt *b* nullitatem proceſſus, quarum multas colligere poteſt ex iis, quæ ſuperius dicta, & inferius dicenda ſunt in diſcurſu materiæ, & poteſt et-
2 iam poni exemplum, puta, ſi proceſſus fuerit formatus contra minorum 25. annis, nullo prius illi dato cu-
c ratore: nam eo caſu proceſſus *c* eſt ipſo iure nullus, *l. Clarum, C. de auth. præſtan.* & eſt communis opin. vt dicit Boſſ. *in tit. ſi aduerſus rem iud. num.* 22. Rolan. *conſ.* 31. *num.* 1. *lib.* 1. Et dicit Placca *lib.* 1. *delictor. capit.* 32. *nu.* 12. *in fin.* quod ita in Regnis Hiſpaniarum vſu receptum
d eſt, *d* & praxis id obſeruat. Sed certè iudices noſtri hoc male ſeruant, vt dicit Pract. Pap. *in forma inquiſitionis, in verbo, Contra, & aduerſus, num.* 2. & ita in hoc Ducatu hæc exceptio in practica non admittitur: nam in delictis minor 25. annorum dummodo ſit maior 14. habetur in omnibus, & per omnia pro maiore, maximè quando confitetur delictum, vt dixi infra *q.* 55. *verſ. vlte-*
e *rius etiam.* Et *e* dicit Boſſ. *in tit. de confeſſis, num.* 66. quod
f ita vidit quotidie *f* obſeruari contra *d. l. clarum*, & dicta doctorum, de quibus ſupra, tam in confeſſione, quam in aliis actis factis per minorem in iudicio criminali, nullo dato curatore. Fortè poſſet ei prodeſſe talis defenſio ad effectum minuendi pœnam, iuxta ea, quæ dixi infra *q.* 60. *circa prin.*

Pariter etiam opponi poſſet, quod proceſſum fuerit 3
tempore Quadrageſimæ: nam illis diebus inhibita eſt cognitio cauſarum criminalium, vt eſt text. *in l. quadraginta, C. de feriis.* Sed certè hæc exceptio parum prodeſſet, quia illa lex quadraginta, *g* de conſuetudine non g
ſeruatur, vt atteſtatur gloſſ. *fin. ibi*, quem refert Marcus *deciſ.* 409. *quæritur in feſtis, poſt num.* 1. An autem diebus feriatis poſſit inferri tortura reo, & an exequi condemnatio capitalis, dixi infra *quæſt.* 95. *verſic. quæro etiam.*

Item quia proceſſum fuiſſet per *h* inquiſitionem ge- 4
neralem nulla facta ſpeciali inquiſitione, quo caſu non h
videtur ſequi poſſe condemnatio: nam inquiſitio generalis fit ad inueſtigandum, non autem ad puniendum, & ſic vt præparetur via inquiſitioni ſpeciali, ſecundum Innocent. *in cap. bonæ, il* 1. *num.* 5. *de elect.* vbi atteſtatur, quod ita practicat totus mundus, & illud dictum Innocent. referunt ſcribentes *in cap. inquiſitionis de accuſat.* & in ſpecie Auan. *num.* 4. & Felin. *poſt num.* 5. & Tiraquell. *de pœnis, cauſa* 53. *num.* 3. Idem dicit Ang. *in d. l. ea quidem, num.* 5. Tu verò (ne erres) aduerte: quia ſi ex inquiſitione generali, id eſt, informationibus, quæ aſſumuntur per iudicem ad inueſtigandum, quis delictum commiſerit, nihil emergat ſpecialiter contra aliquem, nulli dubium eſt, quod ſuper ea non poteſt ſequi condemnatio. Sed ſi reſultent indicia ſpecialiter contra aliquem, tunc ipſe citatur ſuper ipſa inquiſitione generali ad ſe defendendum, & contra eum proceditur, vt dicit Innocent. *in loco præallegato*, quem ego fideliter retuli ſupra *quæſt. verſ. poterit igitur.* Et hoc caſu, facta citatione, & ſecuta litis conteſtatione, ſequi poteſt ex ipſa generali inquiſitione condemnatio, vt dicit Bald. in l. edita, ibi per me allegatus. Et dicit Anton. Rondin. *de ſyndic. numer.* 19. quod ita communiter ſeruatur. Debent *i* tamen hoc i
caſu reo comparente repeti teſtes, & alia fieri, de quibus ſupra dictum eſt in diſcurſu materiæ. Teſtes enim, qui recipiuntur ſuper inquiſitione generali, recipiuntur parte non citata: merito non faciunt fidem contra reum, poſtquam comparuit, niſi ipſo citato, aut præſente repetantur, vt dixi ſupra *q.* 11. *ver. item quæro, & q.* 45. *verſ. ceterum ſi reus.*

Scias etiam, quod in cauſis ſyndicatus officialium 5
proceditur ſuper generali inquiſitione, & ſuper eam poſſunt officiales condemnari, etiam nulla ſpeciali inquiſitione præcedente, & ita obſeruat conſuetudo, vt dicit Ang. *in d. l. ea quidem, poſt num.* 5. prout etiam ſe pluries in practica ſeruaſſe dicit etiam Angel. *in rep. l. ſi vacantia, C. de bon. vacan. lib.* 10. quam ego retuli ſupra *quæſt.* 5 *verſic. hinc eſt.* Ita etiam communiter practicari atteſtatur Cardin. Alexand. *in cap. ne accuſatione, col.* 56. *circa med.* 2. *quæſt.* 8. Sed aduerte, quia in cauſa ſyndicatus officialium, licet poſſet agi criminaliter k k
pro barattaria, tamen vt plurimum agitur tantummodo ciuiliter, vt dicit Franc. Accurſ. *de ſyndicatu, relatus per Amad. pariter in tractat. de ſynd. num.* 17. affirmans, quod ita eſt obtentum de longa conſuetudine totius Italiæ, à qua non eſt recedendum. Sed ſi pars velet agere criminaliter (ſecundum eum) eſſet neceſſarius libellus, iuxta formam *l. libellorum, ff. de accuſat.* de qua dictum eſt ſupra *quæſt.* 12. Et ſi eſſet procedendum ex officio, neceſſaria eſſet inquiſitio ſpecialis, quod tamen ego non credo verum: ſed puto, quod in cauſis ſyndicatu poſſet ſequi condemnatio ſuper inquiſitione generali, illud tamen intelligendo, iuxta ea, quæ dixi ſupra *verſ. item quia, in d. quæſt.* 5. *verſ. poterit igitur*, ſcilicet, quod ad hoc, vt ſuper hac generali inquiſitione poſſit ſequi condemnatio, requiratur, quod officiales ſint citati, & lis conteſtata, & facto monitio ſuper probationibus recipiendis, & data licentia procedendi

cedendi vſque ad ſententiam. Et hoc modo poterit ſequi condemnatio? & ita ſeruari in practica atteſtatur Bald. *in d.l.edita, in repet. Pataui.nu.*30. quem refert idem Amad. *de ſynd.num.*15. *& poſt num.*20. Et ſic vides, quod eſt differentia inter inquiſitionem generalem, quæ fit contra officiales, & illam, quæ fit in aliis caſibus, niſi quod ea, quæ fit contra officiales, fit ad inueſtigandum delicta per eos commiſſa, licet nulla adſint indicia, neque diffamatio, vt dixi ſupra *quæſt.*6.*verſ.cæterum quando*; Illa vero, quæ fit in aliis caſibus, non fit niſi conſtito de delicto. Et ſcias, quod licet gloſſa alle-
l gata per Amad. *in loco prealleg. num.*219. dixerit, quod in ſyndicatibus hodie non ſeruatur ordo iuris, illud tamen intelligendum eſt, vt procedat, quando officialis ipſe à ſyndicatu aufugit: alias ſecus, vt declarat Amad. *ibid.*

6 Poſſet etiam reus ad ſui defenſionem allegare ſtatutum diſponens, quod illi, qui dicitur offenſus, denegetur actio, prout quandoque fit in bannitis, & in illis, qui onera non ſoluerunt, & huiuſmodi: quo caſu non modo non admittitur eorum accuſatio, ſeu querela, ſed neque etiam poteſt iudex ex officio inquirere. Ita tenuit Bart. *in l.non ſolum, §.quamquam, ff.de iniur.* cuius opin. dicit eſſe communem Claud. *in repet.l.vt vim, num.*23. *in fin.ff.de iuſtit.& iure.* Bene verum eſt, quod in hoc articulo multi tenuerunt contrarium, adeo vt Alexand. *in l.*1.*§.ſublata, num.*4.*ff.ad Trebellian.* dixerit, quod communiter tenetur contra Bartol. & illum
m refert Villalpand. *in repet.l.*22. *cap.*14. *poſt numer.*5. *m* Sed mihi ſemper placuit opin. Bartol. Si enim ille, qui eſt offenſus, conqueri non poteſt, ergo nec reſpublica, quæ illi prohibet, ne conqueretur. Et ſolet allegari pro regula, quod non competit actio criminalis reipublicæ, vbi non oritur parti actio ciuilis. Faciunt, quæ dixi infra *quæſt.proxima, verſ.& hæc quidem, & ſup.hoc eod.lib.§.homicidium verſ.alia quoq;.*

ADDITIONES

Ad Quæſt. L.

a 1 NVnc *de reorum defenſionibus*] adde, quod † nullitas eſt mera defenſio rei, Paris de Put. *in tractat. de ſynd. in* 9.*an ſit ſententia lata, verſ.quædam ſunt ſententiæ*, & Felin. *in c.ex parte col.pen. de offic.delegat.*

2 Item adde, † quod nullitas proceſſus, & ſententię, cauſę principalis, quæ colligitur ex eiſdem actis, poteſt opponi tempore allegationum iuris, etiamſi aliter primo non fuerit in actis ipſa nullitate exceptum, & poteſt opponi etiam poſt concluſum in cauſa, dummodo nullitas deprehendatur, vt ſupra, ex actis per ſolas allegationes iuris, ita tradit Ferret. *in conſ.*379.*volum.*2. & Vant. *de nullit. in rubr.quot, & quibus modis nullit. proponi poſſ. num.*22.

3 Item adde, quod † proceſſus, & omnia acta per iudicem ordinarium, ſiue delegatum publice excommunicatum ſunt nulla, & inualida, Vant. *de nullit. in tit.de nullit. ex defectu iuriſd. ord.n.*137. & ibi *n.*163. dicit, quod proteſtatio aliqua à parte non erit facienda, *& in tit.de nullit.ex defectu iuriſd.deleg.nu.*61.*cum ſeq.*
4 vbi etiam habetur, quando quis dicatur publice † excommunicatus ad effectum, quod proceſſus non teneat.

5 Item adde, quod † proceſſus valeret, etiamſi eſſet nullus & eo, quod iudiciis legitimis non præcedētibus proceſſum fuerit, quia quod indicia debent pręcedere, intelligitur locum habere, ſi inquiſitus comparuit, & oppoſuit de nullitate inquiſitionis ex defectu indiciorum; ſecus ſi non fuerit oppoſitum *c.*2.*de accuſ.in* 6. Alex. *conſi.*120.*nu.*2.*vol.*7. Ruin. *conſil.*80.*num.*3.*vol.*4. Becc. *conſil.*70.*in fin.*

6 Item adde, † quod ſententia condemnatoria, vel abſolutoria criminalis faciens mentionem proceſſus, ſi reperta fuerit in Camera Romanæ Eccleſiæ, vel theſaurarij inter alias ſententias, & à tali ſententia non eſſet appellatum, vel reclamatum, vel de nullitate dictum intra annum à tempore, quo fuit lata, quod pro tali ſententia præſumatur, & fingatur totum proceſſum etiam præceſſiſſe, ſecundum *Conſtit. Marc. lib.*4.*cap.*26.*rub.*26. *rubr.de condem. in cauſa crimin.*

Item adde; † quod ſi ex verbis ſententię appareat omnia ſolemniter præceſſiſſe, & ſunt elapſi decem anni, non poteſt amplius de nullitate dici, etiam quod non appareat de proceſſu, & ſententia exequi debet. Gramm. *deciſ.*24. Baiar. 7

b *Nullitatem proceſſus*] adde, quod omnes nullitates, quæ in hoc opere continentur, reaſſumpſi, & annotaui in fine pręſentium Additionum. Item conſuetudines, ac alia, de quibus ibi; & adde, quod ſi in ſtatuto contineretur, quod citato ſtatuatur aliquis terminus puta octo dierum ad comparendum, & tamen iudex non ſtatuerit fortaſſe niſi quinque, quod ob hoc proceſſus non dicitur nullus, quia terminus ſuppletur à lege tenuit Bal. *in l.ſi ea, nu.*19.*C qui accuſ.non poſſunt.* Drog.

c *Eſt ipſo iure nullus*] adde etiam per Rolan *eius conſil.*68.*n.*33.*lib.*2. vbi etiam ſententia redditur nulla tanquam lata contra indefenſum, vt legitur, & notat. *in l.cum & minores, C.ſi aduerſ.rem iud.* tenendo iſtam, illam intellige de minore præſente, ſecus de abſente, & contumace, ſtante præſertim ſtatuto, quod contumax habeatur pro confeſſo, vt plene, & eleganter habetur per Nat. *eius conſil.*540.*cum duobus ſeqq.* vbi obiecta pulcherrime tollit. Ad vnum aliud aduerte, quod ſtatutum quod contumax habeatur pro confeſſo, & conuicto, requirit declarationem ante condemnationem, in qua declaratio fieri poterit, per Rol. *conſil.*9.*n.*19 *lib.*1. Giach.

d *Et praxis id obſeruat*] adde Rol. à Valle *conſ.*3.1.*& 2.col.in* 1. *vol.* Roſ.

e *Et dicit Boſſ.in tit.de confeſſ.*] adde, quod † idem tenuit Anto. Columb. *in ſuo tract. controu. crim.art.* 171. vbi dicit, quod in criminalibus non attenditur auctoritas partis, ſiue curatoris, alia auctoritas aſſerendo ridiculoſum videri, quod auctoritas † hęc interuenire debeat, quę adaptari nunquam poſſet, nec inueniretur pater, qui vellet aſſentire, quod filius delictum confiteretur; pariter, nec curator, qui datur tantum ad vtilia gerenda, *& art.*174. affirmat, quod præſentia iudicis in criminalibus ſupplet defectum curatoris. 8 9

Item adde, † quod idem eſt in ficta confeſſione, ſtante ſtatuto, quod contumax habeatur pro confeſſo, quod confeſſio minoris eſt valida, etiam nullo dato curatore, & poteſt condemnari, Nat. *conſil.*540.541.*&* 542. Baiar. 10

f *Obſeruari contra dictam legem*] Tamen hic aduerte, quod ſtylus contra ius commune non valet, per Dec. *conſil.*677.*n.fin.* & quod ſtylus vnius curię non poſſit operari, ac inducere derogationem legis contra ius commune, ſed ſolum declarationem eius, quod eſſet arbitrio iudicis commiſſum, vi. per Rolan *in conſil.*3.*nu.*36.*lib.*3. qui *num.*24. tenet, quod imo reſponſio † minoris ad inquiſitionem cū auctoritate curatoris ſibi decreti eo momento temporis, quod fuit conſtitutus curator, quo tempore auctore non potuit inquiſito ob temporis breuitatem, & ſic ob non adhibitam cauſæ cognitionem non valet; & quod cautus debet eſſe iudex; quia non debet pati, neque admittere, quod eo temporis momento, quod datus eſt curator, eodem authorizet in aliquo minori quia nullus eſſet actus ob temporis breuitatem: ex quo apparet, quod in tali authoritatis præſtatione non præceſſit cauſæ cognitio, quæ ad validitatem debet omnino interuenire: quinimo etiamſi in pręſtatione auctoritatis interueniſſet cauſę cognitio, de qua non ſit facta mentio in actu geſto per minorem, ille actus non valeret, nec minoris confeſſio, & quod plus eſt non ſufficere adhibitam fuiſſe cauſſæ cognitionem, niſi de ea fiat mentio, atque fiat ſcriptura de per ſe, vt plene per eum ibi, ſed ſtylus, & conſuetudo quomodo inter ſe differat, vide per Dec. *in conſil.*11.*nu.*11. & Natt. *in conſi.*575.*nu.*31. Giach. 11

g *De conſuetudine non ſeruatur*) In ciuilibus Farina. *q.*8.*oppoſ.*36.*nu.*35.*vol.*3. Roſ.

Per inquiſitionem generalem) Modo, quo ſupra *q.*5. *verſ.Poterit igitur, qu.*6.*verſic.ſed quoniam*, limita hanc nullitatem non procedere in caſu, de quo infra *q.*55.*verſi.Quomodo autem, circa finem*, videlicet, in illo, qui proiecit Dominum ſuum in Lacum Comenſem, credo nempe contra illum Ruſticum non fuiſſe proceſſum generaliter. *Drog.*

i *Debent tamen*) Far. *q.*72.*c.*2.*n.*101.102.*vol.*3. Roſ.

k *Pro Barattaria tamen*) adde, quod pro barattaria tantum furtis, & illicitis extorſionibus tenetur officiales, infra *quæſt.*73. *verſi.item index, quæſt.*94.*verſic. quæro nunc, ad fin.ſupra quæſt.*16.*verſi.præterea in fin.* Contrarium tamen vide ſeruari contra Poteſtates oppidorum in eodem ſtatu: nam pro qualibet etiam leui, vel minima querela infinite vexantur: non ſic Poteſtas Cremonæ, & Papiæ cum ſint Senatores, vt eſt ſup. *q.*32.*verſi.ſed hic quæro ad fin.* Drog.

l *In ſyndicatibus hodie non ſeruatur*) adde *q.*6.*verſi.Cæterum quæſt.*16.*verſi.Præterea quæro, q.*46. *plerunque inf.q.*73.*verſi.item index.* Drog.

m *Sed mihi ſemper placuit*) Quam communiter teneri ait Suarez. *com.opi.verbo.Actio*, vbi alia. *Roſ.*

QVÆ-

QVÆSTIO LI.

De exceptione præscriptionis peremptæ instantiæ, & huiusmodi.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Accusatio criminalis tollitur spatio 20.annorum.*
2 *Et an eo temporis cursu tollatur etiam inquisitio.*
3 *Et si delictum sit reiterabile, quando incipiat illud tempus currere.*
4 *Et an crimen adulterij præscribatur quinquennio, remiss.*
5 *Si statutum præfigat iudici tempus ad inquirendum, an illud incipiat currere à die delicti, an autē à die scientiæ.*
6 *Et an iudex, qui est sub syndicatu, possit se tueri exceptione lapsus termini statuti ad querelandum in edictis syndicatorum.*
7 *Et an huiusmodi maleficia præscripta absint ad aggrauandum alia delicta, pro quibus procedi potest.*
8 *Perempta instantia an reus sit absoluendus.*
9 *Et quid de iure canonico.*
10 *Accusatore mortuo an extinctum sit iudicium criminale.*
11 *Et an alius volens accusare admittendus.*
12 *Et possit iudex ipse processum prosequi.*
13 *Delinquente mortuo an extinctum sit iudicium criminale.*
14 *Et quid in criminalibus exceptis.*
15 *Et quid in casibus, in quibus ipso iure venit bonorum confiscatio.*
16 *Et quid si reus moritur, postquam est de crimine conuictus, vel confessus, an debeat eius cadauer suspendi.*
17 *Hæres an teneatur ex delicto defuncti.*
18 *Et an vltra vires hæreditas.*
19 *Et quid si delinquens reliquerit plures hæredes, quorum vnus tantum sit soluendo, an ille teneatur exonerare conscientiam defuncti.*
20 *Iudæus, qui post delictum factus est Christianus, an possit pro eo delicto amplius puniri.*

Ex Additionibus.

1 *Limitationes* ad l.querelam, C.de falsis, *remiss.*
2 *Condemnatus non potest opponere præscriptionem, etiam quod post quinquaginta annos post sententiā sit captus.*
3 L.querela, *non habet locum in Ecclesia.*
4 Boer.in decis.26.& 63.*declaratur.*
5 *Præscriptio in criminalibus non interrumpitur per oblationem libelli.*
6 *Et an opponatur post litem contestatam.*
7 *Et an ea non opposita processus valeat.*
8 *Præscriptio potest opponi per quemlibet de populo.*
9 *Confessio ficta operatur non obstante præscriptione.*
10 *Exceptiones sunt perpetuæ.*
11 *Ciuiliter potest agi pro delicto etiam post viginti annos.*
12 *Exceptio, quæ potest opponi contra accusatorem, procedit etiam contra iudicem inquirentem.*
13 *Præscriptio delicti quando currere incipiat.*
14 *Confessio an operetur post præscriptionem.*
15 *Fiscus an restituatur sub prætextu, quod nunc habet notitiam delicti.*
16 *Præscriptio statutaria non habet locum in crimine falsi.*
17 *Statutum quod iudex non possit cognoscere de delictis sex mensibus ante introitum officij commissis, quomodo intelligitur.*
18 *Officialis, qui non stetit syndicatui, quandiu teneatur, & possit conueniri in patria.*
19 *Instantia per biennium quomodo perire dicatur.*
20 *Et quid seruetur in Regno Neap.*
21 *Instantia statutaria currit, sicut legitima.*
22 *Causæ criminales an restituantur perempta instantia.*
23 *Instantia perempta, an pereat effectus confessionis.*
24 *Instantia non currit coram Principe.*
25 *Iudex potest perempta instantia punire contumacem, factum durante instantia.*
26 *Item quando Rex est consulendus.*
27 *Consuetudo, quod non pereat instantia, valet.*
28 *Fideiussio de iudicio sisti toties quoties finitur perempta instantia.*
Instantiæ peremptio potest opponi etiam post sententiam.
29 *Accusatio ciuilis an transeat in hæredes.*
30 *Iudex de consuetudine in omnibus delictis procedit.*
31 *Mors quomodo probetur.*
32 *Hæres accusati potest petere, vt declaretur, defunctum non deliquisse.*
33 *Crimen an, an quando morte extinguatur.*
34 *Pœna, quæ infligitur ipso iure, transit in hæredes etiam lite non contestata.*
In crimine hæresis potest procedi post mortem infra quadraginta annos, n.eod.
Et imponitur pœna confiscationis omnium bonorum aduersus quocumq. possessorem, n.eod.
Pœna in dubio nunquam intelligitur imposita ipso iure, sed per sententiam ferendam.
35 *Contumacia habetur pro conclusione, quando ex statuto contumax habetur pro confesso.*
36 *Hæres an teneatur de dolo defuncti in contractibus.*
37 *Declaratoria an fieri possit post mortem rei.*
38 *Pœna non declarata contra defunctum, an possit declarari contra hæredem.*
39 *Sententia in pœna pecuniaria an mortuo reo feratur in personam procuratoris, vel hæredis.*
40 *Hæres an teneatur ex confessione ficta propter contumaciam defuncti.*
41 *Hæredes quando non teneatur.*
42 *Quando in mortuos sæuire liceat, remissiue.*
43 *Cadauer occidentis seipsum an debeat suspendi.*
44 *Ius ciuile, & canonicum si sint contraria, quid obseruandum sit.*
45 *Hæres quando teneatur ex delicto defuncti.*
46 *Et an vltra vires hæreditarias.*
47 *Iudex post delictum factus Christianus an possit puniri, remissiue.*

POtest *a* etiam reus se defendere exceptione præ- 1
scriptionis, quia scilicet lapsum sit à die commissi *a*
criminis tempus 20.annor. nam eo temporis spatio *b* *b*
præscribatur omnis accusatio criminalis, *l.querelam*, C.
de falsis, & ita tenent communiter Doctor. vt dicit Abb.
in d.cap.cum haberet nu.4.de eo, qui duxit in matrim. & c.
Car. Alex. *in d.c.de accusatione, col.48.vers.* item opponi
potest, 2.*quæst.*8. Boer. *decis.26.num.*6. quem refert Villalob. *in sua collecta communium opin. in lit. D, nu.*55. licet
liber sit corruptus, & Viuius *in lib. communium opin. in verbo, Accusatio falsi.* Ant. Gomes. *super l.76. Tauri, n.5.*
Marsil. *cons.*117.*num.*40. Et ita in facti contingentia
quidam Ioan. Ant. de Vaylate imputatur de homicidio
supra 15.annos commisso de quo nisi tunc fuerat querelatus, iussus fuit in pace dimitti, 26.Iul.1554.P.N. Idem iudicatum fuit per parlamentum Burdegalens. in
quadam incendiaria, vt refert Papo *libr.24. titu 2. arresto* 1.

Et hæc quidem conclusio de plano procedit in ac- 2
cusatione, vt scilicet non possit quis 20. annos à die
commiss. criminis de eo accusari. Sed *c* quid in inquisi- *c*
tione, nunquid poterit iudex ex officio de ipso delicto
procedere post huiusmodi tempus 20. annor. Resp.
gl. *in d.l.querelam, gl.*1. loquendo per verbum forte, tenuit, quod non præscribatur officium iudicis inquirentis nisi spatio 30.annorum. *d* Sed certè illa gl. commu- *d*
niter reprobatur, vt ait Ias. *in l.1.num.8.in fin.ff.de iurisd.*

omn.iud. Balbus *de rescript.in 4.q.quarta quaestionis principalis*, *qu.2.nu.3.* quem refert Pract. Contradi, *fol.157. nu.36.* Boss. *in tit quomodo procidatur per actionem, num.* 17. Traeg. *in pract.crim.cap.16.post nu.21.* Hanc etiam opin. contra illam glossam dicit esse communem Iafred. *decis.486.* quem refert Viuius *in loco praeallegato,* Boss. *in tit.de accus.num.32.* Et dicit Pract. Iodoc. *fol.15. num.35.* quod communiter Doctores ita fixo pede tenent. Et ratio est, quia cum inquisitio succedat loco accusationis, vt saepius dixi, merito sublato iure accusandi, censetur etiam sublatum ius inquirendi. Et in hoc omnes concordant, vt dicit Ang. de Castr. *inter consil. criminalia diuersorum cons.99.num.19.lib.1.* Et ita etiam sentire videntur Doctores allegati *in versic.praecedenti.* Vide etiam in proposito ea, quae dixi supra *quaestione proxim.vers.posset etiam.* Vnum tamen scias, quod licet criminalis actio, vel inquisitio praescribatur, vt dixi, spatio 20.annorum, nihilominus omnes actiones ciuiles, quae ex crimine descendunt, durant vsque ad 30. annos. Et haec est communis opin. vt dicit Igneus *in l. in cognitione post numer.185.ff.ad Sylla.* dixi infra *libro.7. §.action.*

3 Sed hic quaero, quid si aliquis committat aliquod delictum reiterabile, puta, adulterium, stuprum, incestum, vel huiusmodi, nunquid hoc tempus erit computandum à die primi delicti commissi, an autem ab vltimo delicto? Respon. quod est computandum à die vltimi delicti, ita dicit gl. *in l.si matri, §.sex mensium, in verbo, Commissi criminis, in fin.ff.de adult.* & est magis communis opin. vt attestatur Ang. de Castr. *in d.consil.94. numer.10.*

4 Potest *e* autem haec exceptio in aliquibus casibus oriri, non solum ex cursu 20.annor. sed etiam ex minori spatio temporis, puta in adulterij crimine, cuius accusatio quinquennij spatio praescribitur, secundum iuris communis dispositionem, vt dixi supra, *hoc eod.libr.§. adulterium, vnum tamen*; vel etiam vbi ex dispositione statutorum praefixum esset breuius tempus ad procedendum in causis criminalibus, prout est in multis ciuitatibus.

5 Sed *f* quaero, si statutum expresse praefigat terminum iudici ad formandum inquisitionem pro delictis, nunquid talis terminus praefixus iudici ad inquirendum currit à die commissi delicti, an autem à die scientiae? Respond. Aug. ad Ang. *de malef.in verbo, inchoata facta, &c.* dicit, quod iste passus est valde dubius, cum nedum DD. sint varij, sed etiam illustres Doctor. ipsemet varient, quia in vno loco vnum dicunt, & ipsimet in alio dicunt contrarium. Solet tamen in hoc articulo allegari doctrina Bart. *in l.eum qui §.in popularibus circa fi. ff.de iureiur.* qui tenuit, quod non currat nisi à die scientiae, de qua doctrina dicit Aug. *in loco praealleg.* quod vidit doctissimos aduocatos multum magnificentes, & exclamantes in hac materia. Et hanc opin. dicit esse communem Natta *consil.225.num.2.g* Sed certè contraria opin. est magis communis, s. quod currat statim à die commissi delicti, vt attestatur Alex. *in d.§.in popularibus, nu.12.* quem refert Ruin. *cons.27.post num.6.vers. Secundo istud, lib.4.* Mars. *in pract.crim.§.constante, n.85. & sequent. & cons.85.num.15.* Regulariter enim omnis praescriptio currit ignoranti, vt dixi infra *libr.7.§.praescriptio.*

6 Hac *h* etiam praescriptionis exceptione tueri se potest iudex existens *i* in syndicatu: nam lapso tempore, quod praefigi solet in edictis syndicatorum ad querelandum, non potest vlterius molestari non modo in ipso loco officij, sed neque etiam in eius propria patria. Et ita communiter tenetur, vt dicit Ferrer. *caut.14. vers.& circa istam.* Haec autem conclusio, quando iam secuta est absolutio, non videtur habere multum difficultates, prout etiam se obtinuisse in facti contingentia attestatur Alexan. in Apostil. *ad Bart.in l.2.sub nu.6. ff.ad leg.Iul.repetund.* prout illum refert Paris Put. *de syndic.fol.137.numer.1.in fin.* Sed certe idem etiam dicendum est, si non sit secuta absolutio; & ita vtroque casu hanc esse communem opinionem attestatur Boss. *in tit. de official.corrup.pecc.n.32.* Et refert idem Paris *de synd. fol.142.post num.7.* quod vidit multos officiales euasisse syndicatum, & fuisse absolutos, quia *k* querelae non *k* erunt porrectae in tempore banni: & ita quotidie practicatur attestatur Anton. Gomes. *c.1. delictorum, num. 23.in fin.*

Vnum tamen scias in hoc proposito, quod ex maleficiis, de quibus obstante cursu temporis, non potest 7 cognosci, potest iudex alia maleficia, de quibus cognoscere potest, aggrauare, & in maiori poena punire. Et ita communiter dicitur, vt attestatur Nellus *de bannitis, in 2.parte primi temporis, quaestione 6.* subdens, quod ita communiter seruatur per assessores, licet dicat, quod de iure id fieri non potest, & quod rectores illud seruant in animarum suarum perniciem. Hanc etiam dicit esse communem opinionem, Iaso. *in l.si idem cum eodem.ff.de iurisdict.omnium iudic.* quem refert Villalpan. *in repet.l.22.c.8.num.4.* Vide, quae dixi supra *q.39.vers. pro complemento.*

Alia *l* etiam est defensio, qua potest reus vti, excipi- 8 endo peremptam esse instantiam causae: nam eo casu *l* debet absolui. Et licet in ciuilibus perempta instantia actor adhuc audiatur *m* refectis impensis, vt dixi *m* infra *lib.proximo*; tamen in criminalibus accusator post peremptam instantiam non est vlterius audiendus. Et ita communiter dicitur, vt attestatur Salyc. *in l.qui de crimine, post num.8.C.de accusatio.* quem refert Capyc. *dec.206.num.4.*

Et scias, quod licet regulariter de iure canonico cau- 9 sae nullam habeat instantiam, vt dixi infra *libro proximo*: illud tamen intelligendum est, vt procedat in causis ciuilibus, non autem in criminalibus: nam in istis tam de iure canonico, quam de iure perit instantia, & in hoc omnes concordant, vt dicit Anan. *in d.cap.qualiter, & quando il 2.licet autem, num.16.de accus.* In hoc tamen Ducatu haec defensio parum prodesset: quia in causis criminalibus nulla seruatur instantia, neque iuris communis; neque constitutionum, neque statutorum; quinimo ex generali consuetudine etiam perempta instantia potest iudex prosequi processum, & ita seruat practica, vt dicit Boss. *in tit. de inquisit. num.....* qui etiam *in tit.de sent.num.108.* attestatur, quod ordines huius ducatus disponentes super instantia causarum criminalium, in practica non seruantur, & est omnibus notissimum.

Pariter etiam posset allegare *n* accusatorem esse 10 mortuum, proptereaque extinctum esse, & abolitum *n* ipsius accusationis iudicium, neque hoc casu audiendi essent haeredes ipsius accusatoris, si vellent vti haeredes accusationem ipsam prosequi, *l.1.& per totum titulum, C.si reus, vel accus.mor.fuer.* & est omniū receptissima sententia, vt dicit Placa *lib.1.delictorum, cap.38.num. 2.* Sed certè haec etiam defensio non multum prodesset; licet enim hoc casu secuta dicatur legitima accusationis abolitio; potest nihilominus iudex ipse ex officio accusationem ipsam prosequi, & processum perficere, & ita tenent Bart. *in l.libellorum §.fin.n.5.ff.de accus.* & ita communiter tenetur, vt ait Corset. *in repet. Abb. in verbo, Abolitio.* Anan. *in c.crimina post nu.5.vers.his autem praemissis, de collus.deteg.* licet dicat, quod contraria pars est mitior, humanior, & benignior, & ita seruatur in practica, vt attestatur Boss. *in tit.de inquisitione, n. 80.* Quae quidem conclusio hodiernis temporibus nullam habet difficultatem, cum ex generali consuetudine

ne in omni casu procedatur per inquisitionem, siue extet accusator, siue non, vt dixi supra *quæst. 3. versic. sed certe*. Vide, quæ dixi inf. *q. 58. vers. & scias*.

11 Quinimo si accusatore mortuo velit aliquis alius accusationem prosequi, potest illud facere, dummodo compareat ad illam prosequendam intra 30. dies, & etiam post 30. dies, & si velit de nouo accusare principaliter, & per se, admittitur intra tempus à lege accusationi præfixum: ita declarat Bart. *in l. libellorum, § fin. num. 6. ff. de accus.* & est commun. opin. vt dicit Ant. Gomes. *lib. delictorum, c. 1. n. 56.*

12 Sed quid si accusator desistat, nunquid poterit iudex procedere? Respond. quod ex quacunque causa accusator desistat, poterit iudex ipse prosequi processum, & finire. Ita sentit Bart. *in l. libellorum, §. fin. num. 5. ff. de accus.* & est commun. opin. vt dicit Gand. *in tit. de transact.* quem refert Pract. Carer. *fol. 505. num. 379. in fin.* Aret. *in c. licet num. 22. de accus.* subdens, quod seruaretur in practica. Vide, quæ dixi supra *q. 3. vers. superflua etiam, & infra quæst. 85. circa princ.* Sed *o* hoc intellige, vt procedat in illis casibus, in quibus iudex ab initio potuisset ex officio procedere, alias secus.

p Quæro *p* nunc, quid si allegetur, & probetur delin-
13 quentem esse mortuum, nunquid adhuc debet iudex
q ad vlteriora procedere. Respond. *q* quod non: nam crimen, & pœna per mortem extinguitur, *l. defuncto, ff. de publ. iud.* & est communis conclusio, vt ait Cagnol. *in l. pupillum qui, §. in hæredes, post num. 4. versic. Et prædicta, ff. de reg. iur.* Neque mortuo accusatore transit in hæredes accusatio, vt est text. *in l. 1. C. si reus, vel accusator mortuus fuerit.* Et hanc dicit esse omnium receptissimam sententiam placa *lib. 1. delictorum, c. 38. n. 2.*

14 Sunt *r* tamen aliqua crimina excepta, in quibus
r etiam post mortem delinquentis procedi potest, scilicet hæresis, & læsæ Maiestat. repetundarum, pecula-
s tus, *s* homicidij sui ipsius ob conscientiam sceleris patrati, quos omnes casus recenset, & dicit à Doctoribus communiter teneri Ant. Gomes. *cap. 1. delictorum, nu. 80.* de quibus ego suis locis tractaui.

t Scias etiam, *t* quod in omnibus casibus, in quibus
15 pœna amissionis bonorum est imposita à lege ipso iure, potest etiam mortuo delinquente tractari de eo crimine contra hæredes, ad effectum confiscationis bonorum. Ita dicit gloss. *in l. 3. §. quod autem, in verbo, Etiam hæredi eius, ff. quod quisque iur.* & est communis opin. vt dicit Tiraquell. *in repet. l. si vnquam, in verbo, Reuertantur, nu. 241. C. de reuocan. donat.* Ias. *in d. §. quod autem, num. 2.* vbi dicit, quod omnes ita tenent, Didacus *in epitom. super 4. decretal. fol. 82. post num. 6.* Ant. Gomes. *in loco præalleg. versic. sextus casus*, Menchiaca *controuers. illustr. cap. 96. n. 22. & controuers. vsufrequentium, cap. 6. n. 15.* Vide, quæ dixi infra *quæstione 94 versic. sed pone.* Et quod vbi agitur de pœna pecuniaria, possit
u etiam post mortem *u* sequi condemnatio, modo prius
x esset conclusum in causa, *x* consuluit in facti contingentia Alba. *cons. 90.* teneturque eo casu hæredes, probato crimine, non modo bona ipsa fisco relaxare, sed etiam omnes fructus per ipsum delinquentē à die commissi criminis perceptos restituere. Et hæc est communis opin. vt ait Diaz *in practica criminali canon. cap. 123.* quem refert Didacus *in loco præallegato, post nu. 7.* Men-
y chiaca *in d. cap. 7. nu. 16.* Adde, *y* quod non requiritur, quod ante mortē secuta sit declaratio criminis. Et hanc fatetur esse communem opinio. Boss. *in tit. de pœnis, nu. 34. in fin.* licet *in tit. de accusat. nu. 34.* dicat quod in hoc Ducatu non obstante Decreto, cuius virtute bona ipso iure confiscantur à die commissi criminis, seruatur
z nihilominus, vt requiratur, quod *z* facta fuerit declaratio criminis ante mortem ipsius rei, quod ego etiam semper vidi obseruari, & in specie in bonis cuiusdam Petri Martyris de Monte, scribæ, & ratiocinati in negocio salis, qui confessus fuerat se libros suos vitiasse, & falsas relationes in fisci præiudicium fecisse; cum tamen mortuus esset ante condemnationem; re in Senatu discussa, iudicatum fuit eius bona fisco non competere, sed ad ipsius proximiores spectare, 11. Augusti 1552. P.N. Credo tamen, quod hoc de iure vix posset sustineri, præsertim in casibus, in quibus potest memoria defuncti damnari; in quibus quidem ego apud nos nunquam hoc vidi decisum in facti contingentia, & si casus contingeret, forte non recederem à communi opinione, præsertim cum in nouissimis constitutionibus, *in tit. de accusat. cap. mortuorum*, videatur hic articulus relictus dispositioni iuris communis. *a a*
Scias autem, quod in casibus, in quibus potest damnari memoria defuncti, vel bona post mortem confiscari, illud intelligendum est, vt procedat intra quinquennium à die mortis defuncti, non autem vltra: Ita tenet gloss. *in l. Manichæos, in verbo, Subire, C. de hæret.* & communiter Doct. teste Ant. Gomes. *in loco præallegato, n. 81.*

Sed *b* hic incidenter quæro: Pone, quod reus, qui 16
est de crimine confessus, vel conuictus, vel etiam con- *b*
demnatus, ante executionem moriatur, vel naturali fato, vel quia manus intulerit, quid debet iudex hoc casu facere? Respond. *c* quo ad pœnam corporalem *c*
certe non debet vllo modo *d* sæuire in eius cadauer, *d*
neque illud suspendi facere, & assessores, qui id faciunt, tenentur iniuriarum, & est pessima practica, vt dicit Paris Put. *de syndic. fol. 515. num. 1.* Et hoc est commune dictum, vt ait Sapia *in l. Imperium post num. 7. ff. de iurisd. omnium iudic.* Hanc etiam opin. dicunt esse communem scribentes *in d. l. Imperium*, & in specie Curt. iun. *num. 35.* Igneus *in l. 1. §. si sibi manus, post num. 46. & 54. ff. ad Syllan.* Boss. *in tit. de accusatio. n. 33.* Nam crimen, & pœna morte delinquentis extinguitur, vt dixi supra, *versic. quæro nunc.* Et hæc ratio assignatur per Doctores communiter, vt dicit Sapia *in loco præallegato, num 6.* Sed certe quidquid sit de iure, contrarium praxis tenet, & obseruat, vt ait Igneus *in loco præallegato, n. 21. & 42.* vbi etiam subdit, quod in parlamento Rothomagensi bis vidit iudicari contra hanc communem opin. Contrarium etiam de facto seruari attestatur Bald. *in l. 2. num. 2. C. qui testam. face. poss.* quem refert Marcus *decis. 953.* quæritur de ratione, *num. 7.* Imola *in cap. Raynutius, num. 144. de testam.* Cagnol. *in l. pupillum qui §. in hæredes, nu. 2. ff. de reg. iur.* & *e* in famosis *e*
latronibus idem attestatur Imola *in d. l. Imperium*, prout illum refert Gigas *de crimine læsæ Maiestatis fol. 137. quæst. 32. nu. 4.* Idem etiam dicit Imola *in l. defuncto, nu. 1 ff. de publicis iudic. & in l. 1. §. quoties, ff. de iniur.* prout illum refert Bertach. *in verbo, Cadauera nu. 5.* & Ang. *de malefic. in verbo, qui iudex videns, num. 43. &* Marian. *in repet. c. qualiter, & quando, n. 261.*

Idem practicari in regno Castellæ attestatur Anto. Gomes. *cap. 1. delictorum, num. 79.* referens se ita vidisse practicari in quodam forensi in ciuitate Salmaticensi, qui dicebatur fugisse de religione, & monasterio, & tentasse habere accessum ad puerum, vt cum eo committeret peccatum contra naturam, & ex indiciis captus fuit, & in carcere se suspendit: nam fuit statim publice ductus per ciuitatem, & vias publicas, & igne concrematus. Ita etiam quandoque vidisse seruari in vilibus, & publicis latronibus, attestatur Boss. *in loco præallegato, & in tit. de execut. sententia, num. 18.* Ego vidi aliquando delinquentes, qui in actu capturæ à satellitibus occisi fuerant, suspendi ad aliorum terrorem, & hoc quando delictum erat notorium. *f* Similiter vi- *f*
di suspendi quendam, & contra eum sclopum exonerauerat, licet enim fuisset ille incognitus in illa rixa interfectus, iussit tamen Senatus illum furci suspendi.

Sic etiam vidi alios, qui pendente processu seipsos interfecerant, furcis publice suspendi, & in specie quendam Ludouicum Bergaminum, qui post confessionem delictorum seipsum in carcere strangulauerat, 6. Nouembr. 1555. P.N. Et licet Igneus *in d. §. si sibi manus, nu. 21.* dicat, quod communis praxis, & obseruantia indicium est, quod eos, qui seipsos ex quacunque causa occidunt, suspendi faciunt, ex eo quod sui ipsius homicidæ sunt, hæc tamen practica apud nos non seruatur, nisi (vt dixi) id faciant pendente processu in carcere
g existentes: nam eo casu præsumuntur id fecisse *g* conscientia proprij sceleris, vt dixi infra *q. 68. vers. seipsum occidere.*

17 Vlterius quæro, nunquid hæres teneatur *h* ex deli-
h cto defuncti. Respon. quod de iure ciuili non tenetur: nam regulariter pœnæ delictorum non transeunt ad
i hæredes, *l. 1. ff. de priuat. delict. i* De iure autem canonico tenetur hæres pro delicto defuncti, etiamsi nihil ad eum peruenit. Et ita tenent communiter canon. vt dicit Abb. *in cap. in litteris, num. 3. de rapt.* quem refert Anan. ibi, *post num. 3. vers. In glos. hæredes*, Ioan. Brun. *post relectiones Didaci, fol. 360. col. 2. vers. Secundo adde.* Hanc etiam dicit esse communem opin. Canon. Abb. *in cap. fin. post num. 6. de sepult.* quem refert Ant. Gomes. *cap. 1. delictorum, num. 85.* Et illam communem appellat Aret. *in rubr. ff. de acquir. hæred. colu. 2.* quem refert Ruin. *consil. 20. nu. 1. lib. 4.* Burgos *in cap. 1. col. 4. de empt. & vendit.* Didacus *lib. 3. resolutionum, cap. 3. post num. 7.* Et hoc etiam si cum defuncto lis contestata non fuerit. Et hanc dicit esse communem opinionem Legistarum, & Canonistarum Duennas *reg. 13. num. 12.* Xuares *allegat. 26. num. 4.* Menchiaca *controuer. c. 96. post num. 27. versic. Sexta limitatio.*

k Scias *k* tamen, quod hæres non tenetur ex delicto
18 defuncti, nisi vsque ad vires hæreditatis, & hoc *l* siue
l confecerit inuentarium, siue non. Et est commun. opin. vt dicit Aret. *in loco præallegato*, quem refert, & sequitur Ruin. *in d. consil. 20. circa fin.* Negus. *de pignor. fol. 50. nu. 124. in fi.* Anan. *in d. c. in litteris, num. 7. de rap.* Didac. *in d. cap. 3. n. 8.* Boss. *in tit. de pœnis, n. 34.*

19 Sed pone, quod delinquens reliquerit plures hæredes, & vnus eorum non sit soluendo: nunquid tenebitur alius exonerare conscientiam defuncti? Respond. quod sic: ita tenent Hostiens. *in cap. tua, de vsur.* & est communis opin. vt attestatur Alciat. *in l. 2. §. & harum, n. 31. in fi. ff. de verb. obligat.*

20 Vltimo *m* quæro, nunquid Iudæus, qui post com-
m missum delictum suscepit sacrum baptisma, possit pro eo delicto puniri. Respond. In hoc fuit aliquando controuersia inter Doctores: nam gloss. *in cap. quod autem, in verbo, Pœnitentiæ 32. quæst. 1.* tenuit, quod non: & dicit Ferrat. *cautela 24. post num. 4.* quod hæc est communis opin. Theologorum, quem refert Viuius *in libro communium opin. in verbo Accusari potest Iudæus.* Alij vero multi tenuerunt contrarium, scilicet, quod licet Baptismus tollat pœnam spiritualem criminum ante cõmissorum, non tamen liberat à pœna temporali, quæ pro eis esset imponenda. Et hanc esse communem opinionem attestatur Ioan. de Anan. *in d. cap. de iis, post n. 6.* quem refert Ruin. *consil. 23. num. 3. lib. 5.* vbi in facti contingentia ita consuluit, licet subdat, quod erit in arbitrio iudicis eligere contrariam opinionem tanquam mitiorem, & æquiorem. Berous *in eod. cap. de iis, nu. 15.* Apostil. ad Angel. *de malefic. in verbo, Et ad querelam post num. 91.* Dec. *consil. 130. num. 2.* Ferd. Loazes *in §. iis itaque, nu. 28. Instit. de iustitia & iure.* quem refert Placa *lib. 1. de delictorum, cap. 34. n. 17.* Marqua. *de Iudæis in 3.*
n *parte, cap. 5. nu. 1. n* Ego vero, si casus contingeret, libentius inclinarem in opin. gloss. quæ proculdubio æquior est, & religioni nostræ magis fauet, magisque attrahit Iudæos ad conuersionem, vbi tamen non appareret, quod sacrum baptisma in fraudem suscepissent. Bene verum est, quod in omnem casum, licet talis Iudæus sit liberatus à pœna temporali, non tamen erit liberatus à restitutione, vel emendatione damni, ad quam tenebatur ante baptismum susceptum, & hoc dicit esse verissimum, & ab omnib. approbatum Ruin. *in d. consil. 13. nu. 2.*

ADDITIONES

Ad Quæst. LI.

Potest etiam reus] Contumax tamen etiam post tale tempus a
condemnatur. Alex. *in l. si enim in iudicio, ff. si quis caut.* vide etiam Bonacoss. *commun. opin. par. 1. verbo accusatio criminalis*, vel si erant assumptæ informationes, vt per Boer. *d. decisio. 26.* & scripsi ad Bar. *in l. absentem, in fine princ. ff. de pœn. & ad eundem in l. querela intus allegata.* Alia per Carter. *de execut. sent. c. fin. num. 314. & sequen.* & per Farin. *tit. de inquisit. q. 10. vol. 1.* vbi *n. 3. & n. 28. cum seq.* limitationes collegit. *Ros.*

Potest etiam reus] adde, huiusmodi † præscriptio limitatur 1
pluribus modis per Carter. *in pract. crim. § homicidium 6. numer. 378.* & septem modis, vt per Foller. *in pract. in verb. foriudicentur, nu. 17. cum seq.* & ibi *num. 26.* habetur, quod ista exceptio potest opponi per agnatos, & cognatos, & Balb. *in tract. de præscript. 4. par. princip. qu. 2.* vbi tenet hanc præscriptionem locum non habere in crimine suppositi partus, Parricidij, & concussionis, & de crimine lęsę maiestatis idem tenet Gigas *in tract. de crimine læsæ maiestatis lib. 1.* qualiter in crimine læsæ maiest. procedatur Balb. *de præscrip. in 5. par. 6. par. princip.* & Mars. *in l. qui falsam, §. 1. ff. ad leg. Cornel. de fals.* vbi hanc limitationem extendit ad crimen Sodomiæ, & stupri violenti, & alia delicta excepta, & enormia, & ista præscriptio limitatur quindecim modis per Dec. *in tract. crim. to. 1. lib. 3. c. 37.*

Item adde, † quod condemnatus non potest huiusmodi præ- 2
scriptione se tueri, etiam quod post quinquaginta annos post sententiam captus fuerit, Nell. *in tract. bann. in 2. par. 2. temp. q. 64.* quem refert, & sequitur Foller. *in pract. crim. in verb. captis forindicatis, num. 7.* & vltimo loco Chart. *in tract. de exec. sentent. contum. cap. fi. n. 313. cum seq.* & etiam nefandum crimen sodomiticum vllo vnquam tempore non præscribitur, vt per Guliel. Bened. *in c. Raynutius in ver. mortuo itaque testatore n. 138.*

Item adde, quod licet crimen falsi spatio viginti annorum præscribatur, per tex. *in d. l. querelam*, hoc tamen fallit † in eccle- 3
sia, contra quam nunquam præscribitur, secundum Specu. *in tit. de sent. §. quoniam*, vbi allegat tex. *in c. vere omnis, 30. q. 2.* quem refert, & sequitur Roman. *sing. 185.* & in aliquibus casibus agi potest vsque ad centum annos, Boss. *in tit. si ex fals. instrum. n. 6.*

Item adde, quod in hac materia præscriptionis d. l. § querelam, quod secundum Visillum ad Afflict. *in decis. 164. n. 6.* distinguendum est, quod aut viuit delinquens, & tunc datur accusatio vsque ad annos 20. cum bonorum confiscatione, iuxta tex. *in l. querelam*, & tunc procedunt adducta *in decis.* Boer. *26.* hic allegata: aut est mortuus, & tunc quinquennio etiam in crimine læsæ Maiestatis, & puplicatione bonorum cum accusatione delicti, & tunc procedunt † tradita per Boer. *in decis. 163. n. 18.* quæ 4
distinctio an sit vera, cogitandum relinquo, sufficit mihi eam retulisse.

Item adde, † quod ad interrumpendam præscriptionem in 5
causa criminali non sufficit libelli porrectio, sed requiritur citatio, vt in causa ciuili, & est magis communis opinio, secundum Gabr. *commun. concl. lib. 2. tit. de citatio. concl. 1. n. 387.*

Item adde, † quod potest opponi quandocunque etiam post 6
litem contestatam, Arno. in Com. 155. & Felin. *in c. monasterium, col. 7. de re iudic.* Lafred. *decis. 318.* & si † non opponeretur, 7
accusatio, seu inquisitio valeret, & iudicium teneret, secundum Bart. *in l. 1. §. accusationem, ff. ad Turp. & in l. absentem vlt. col. ff. de pœn.* & Balb. *in 4. par. princ. q. 2.*

Item † adde, quod potest opponi etiam per quemlibet de po- 8
pulo, Mars. *consil. 24. n. 30.*

Item adde, † quod si non obstante lapsu temporis proceda- 9
tur, & vocatus non veniret, ficta confessio operatur, vt veniat puniendus, non obstante præscriptione, Bart. *in cons. 100. à Domino Titio, & in l. absentem vers. quarto ff. de pœn.* quem refert, & sequitur Boss. *in titul. de bann. nullit. num. 6.* Gugliel. Bened. *in c. Raynutius, in verb. mortuo itaque testatore, num. 169.* quia tempus non tollit condemnationem criminalem ipso iure, sed parit exceptionem. *Baiard.*

b *Præscribitur*] Fallit in quampluribus casibus, vt per Ludouic. Carer. *in pract. crimin. §. homicid. 6. post numero 378.* Giach.

Et

Et hæc quidem conclusio.] adde, quod licet accusatio, seu inquisitio spatio 20. annorum tollatur, vt quis amplius de crimine inquiri, nec accusari possit, hoc tamen procedit agendo,
10 secus autem excipiendo: quia exceptiones † sunt perpetuæ, Cephal. *in consil.338.num.65. volum.3.& consil.558.nu.17.vol.4.* &
11 licet † agi non possit criminaliter nisi spatio viginti annorum, poterit tamen agi ciuiliter, vsque ad triginta annos, secundum Boss. *in titul.quomodo procedatur per actionem in delictis, num.*20. distinguendo, vt ibi per eum. *Baiard.*

c *Sed quid in inquisitione*] adde ad idem per Crauet. *in consil.* 261. *col.fin.post num.*6. vbi etiam subiungit, quod omnes exceptiones, quę possunt opponi contra accusatorem, possunt etiam contra iudicem inquirentem opponi. *Giach.*

12 d *Sed certe illa glossa*] adde, quod † ratio est, quia omnis exceptio, quæ opponi potest contra accusatorem, opponi potest etiam contra iudicem inquirentem. *Baiard.*

e *Potest autem*] adde, quæ posui supra *in §.adulterium versic.vnum tamen.* Baiar.

f *Sed quæro*] Vide de statutaria præscriptione Farin. *d.q.*20. *n.*25.26.*&* 27. Ros.

13 g *Sed certe contraria opinio est magis communis*] adde † videndum Ludouicum de Interamna *consil.*60. *lib.*2. *inter consil. crim.diuers.* vbi intelligi istam communem, quando delicta deuenerunt ad notitiam, & non in delictis occultis, idem affirmat Marian. Soc. *consil.seq.int.d.consil.* sed Franc. de Albergott. *d.lib.*2. *consil.*12. dicit istud procedere, quando delictum non fuit omnino occultum, sed ignorabatur, à quo fuerat commissum, quod tunc incipit currere à die delicti commissi. Et hanc communem opinionem limitat Alexan. *in l.fin.col fin.C.de dol.* quem sequitur Boss. *tit.de sent.num.*10. de qua limitatione tractat. Idem Franc. *d.consil.*1.

14 Item adde, † quod elapso tempore statuti poterit iudex cognoscere, vbi de delicto constabit per confessionem partis, Alexan. *in l fin. col.fin. C. de dol.* & Boss. *in supradicto loco*; sed Soc. *in consil.*108.*num.*3.*vol.*4. tenuit contrarium, & Paris. *consil.*196. *num.*3.*vol.*4. & Sylua. qui dicit communem *in cons.*7.*numer.*7. Et quod post lapsum termini expiret iurisdictio, tenuit Crot. *cons.*70.*num.*44. & Rolan. *consil.*94.*num.*11.*vol.*3. sed verba statuti sunt inspicienda, quia si statutum tollit instantiam, adhuc durat actio, licet instantia sit lapsa, & tunc attenditur confessio; si vero præscriptum sit iuri inquirendi, ita statuto disponente, tollitur delictum, & eo casu confessio nihil operatur ita Scaliat. *inter cons.crim.diuers.consil.*112.*n.*21. vbi dicit, quod ista opinio est verior.

15 Item † adde, quod vbi statutum præfigit terminum iudici ad inquirendum, non poterit fiscus petere restitutionem eo prætextu, quod nunc habeat probationes eius delicti, vel scientiam illius, quæ prius non habebantur Soc. *in consil.*108.*vol.*4.

16 Item † adde, quod iudex in crimine falsi potest inquirere etiam post tempus datum à statuto, secundum Marsil. *in singul.*507.

17 Item † adde, si statutum, quod iudex non possit cognoscere de maleficiis commissis sex mensibus ante introitum officii, debet intelligi de delictis, quæ non durant, sed momento fuerunt expedita, vt sunt homicidia: secus si delicta durant, vt sunt furta, Bart. Alex. & alij *in l.eum qui, §.in popularibus,ff.de iureiur.* & ideo iudex poterit inquirere, etiam si furtum commissum fuerit sex mensibus ante introitum sui officij, & idem erit de testamento falso, vt per Garg. *consil.*124.*nu.*17.*vol.*1.*inter consil.crim.diuers.* & de prædictis late per Lazar. Ferrut. *in tractat.de momento temp.c.*10.*n.*38. Baiar.

18 h *Hac etiam præscriptionis exceptione*] adde, † quod si officialis non steterit ad syndicatum, nec absolutoriam habuerit, in perpetuo, vel secundum naturam actionum conueniri poterit in patria sua de gestis in officio, late Ioan. Anton. de Nigr. *super cap.Regni cap.*132.*num.*18.*sub rubr.de syndicatu.* Baiar.

i *In syndicatu*] Vide tamen Marsil. *rubr.de fideiuss.num.*211. & in quantum dixi supra *versic.sed hæc*, quod actiones ciuiles, quæ ex crimine descendunt, durant tantum vsque ad 30. annos, adde Alexan. *consil.*16.*sub nu.*24.*ad fi.lib.*5. declarantem, quod actio, quæ potest dari contra tertium detinentem rem pertinentem ad Ciuitatem, tollitur spatio 30. annorum, id intelligi contra illud, qui non habet titulum a ciuitate, tu dic vt ibi, eueniente casu. *Drogh.*

k *Querela non fuerunt porrecta*] adde, quod tempus, intra quod debent porrigi querelæ, solet esse dierum quinquaginta, supra *q.*21.*versic. Præterea.* Drogh.

19 l *Alia etiam est defensio*] adde, † an huiusmodi instantia pereat, quando fuerit processum per inquisitionem, & an instantia per lapsum biennij pereat, & omne ius, vel de nouo possit accusari, vel diffinitiue sit absoluendus, & an competat restitutio parti, vel fisco, vide per Gramm. *in vot.*31. vbi plenissime, & an currat in consistorio Principis, Benint. *in decis.*76.*num.*14. vbi dicit, quod causæ criminales terminantur biennio, siue procedatur per viam accusationis, siue inquisitionis, vide etiam per Carrer. *in pract.crim.in §.obseruare,num.*366. & Carau. *in titul.* 248. vbi multum diffuse hanc materiam tractauit, & ibi etiam posuit, quomodo † in Regno Neapol. procedatur circa peremptionem instantiæ, & quid seruatur, & instantia statuti † currit in causa inquisitionis, sicut instantia iuris communi. Bero. *in c. venerabilis, num.*79.*de iud. & ibi, num.*37. an contra clericos, quo tempore finiri debeant causæ criminales, & in hac † materia instantię vide etiam Franch. *in decis.*250.*vol.*2. vbi tenet causas criminales omnimodo esse finiendas infra biennium, sublata spe prorogationis, dispensationis, retractationis, restitutionis in integrum, & purgationis moræ, nec ex quauis occasione, siue proxima, siue remota vltra biennium prorogari, siue per actorem, siue per reum, siue judicem steterit, & in fine dicit, quod in Regno Neap. à Proregibus instantia siue aliqua causæ cognitione prorogatur. 10 11 12

Item adde, quod † si accusatus, siue inquisitus confessus fuerit delictum, quod poterit condemnari, non obstante peremptione instantiæ, tanquam de notorio, cum enim non pereat confessio, quæ facit notorium, vt not. *extra de appel.c.Romana, §.fin autem libr.*6. ideo reus condemnari poterit, quia in notoriis non requiritur ordo judiciorum, & facit, quod dicit Innoc. *in c.per inquisitionem, extra de elect. & in c. cum super de confess.* Et idem est, si tempus instantię esset præfixum à consuetudine, vel à statuto, secundum Gramm. *in constitut. Regn.de desistent. ab accusatione, in fin.* Et an idem sit in ficto confesso, quia contumax, vide Rol. *consil.*94. *vol.*3. & idem esset, si perempta instantia appellationis, id est, quod appellatio esset deserta appareret de confessione, iudex posset condemnare. Berous *in cap. venerabilis n.*67.*circa med. de iud.* 23

Item adde, † coram Principe instantiam non obseruari, secundum Calcan. *consil.*16.*num.*9. & Menoch. *de arbitr.iud. q.*8. *n.*22.*fol.*10. 24

Item adde, † quod iudex poterit condemnare, & punire contumacem perempta instantia, qui non obtemperauerit mandato judicis facto durante instantia, Andr. de Iser. *in constit. in pecuniaris*, & Afflict. *in constit.accusatorem,n.*4. 25

Item adde, † prout ibi dicit idem Afflict. quod nunquam currit instantia in causa de qua secundum iura, & Constitutiones, Rex est consulendus, & idem tenet Luc. de Pen. *in l.fin.C.de naufrag.* & ibi etiam idem Afflict. dicit, † quod consuetudo potest facere, quod in causa non pereat instantia. 26 27

Item adde, † quod fideiussio de judicio sisti toties quoties finitur finita instantia, Afflict. *in constit. sæpe contingit.num.*4.*&* 5. & Imol. *in consil.*47. in casu permisso, & Carauit. *ritu* 44. *num.*2. 28

Item adde, quod de peremptione instantię potest opponi etiam post sententiam, Ioseph. Lud. *decisio.*2., *inter lucen. & decisio.*43.*in fi.* Baiar.

m *Respectu impensis*] adde Abb. *in c.venerabili*, & ibi *in addit. extr.de offic.deleg.supra ad q.*48.*versic.*1. Drogh.

n *Accusatorem esse mortuum*] Quid si accusatus sit mortuus, dic crimen extinctum esse, etiam si esset accusatus de crimine falsi, vide per Cæpol. *crim.consil* 25.*num.*5. qui *num.seq.* dicit quibus casibus non extinctum remanet crimen, accusatorum morte, quod etiam tradit Iul. Clar. *inf.versic.sunt tamen.* adde Alb. Gand. *de malef. tit. accusari, quæ perso.non possint, colum.*1. Giach.

Accusatorem esse mortuum] adde, quod † non procedit quando accusatio esset ciuilis, quia tunc indistincte transit ad hæredes, modo accusator decesserit post litem contestatam, vt per Gomes. *in cap.*1.*de delict.n.*85. Baiard. 29

o *Sed hoc intellige*] adde, quod hanc restrictionem D. Clari impugnat Farin. *q.*4.*num.*32.*in fin.* vbi dicit, † quod hodie de consuetudine iudex in omnibus delictis procedere potest: quinimo hoc esse de jure, per tex. *in l.constante matrimonio in fine,ff. ad adult.* & hoc late habetur supra *ad §.adulterium, in princip. in versic.item adde, quod si extaret statutum.* Baiard. 30

p *Quæro nunc*] Farin. *d.q.*10.*num.*36.37. *&* 48. *& num.*50. *&* 51. Ros.

Quæro nunc] adde, quod mors † viginti modis probatur, quando agitur de re pecuniaria, seu de præjudicio reparabili, secus autem, vbi de re graui, seu de præjudicio irreparabili, nam tunc plene mors omnino probari debet, vt per Sebast. Med. *in tractat. mors omnia soluit par.*1.*num.*87. *cum seq.fol.*13. & quomodo mors probari possit, vide omnino Mascar. *de probat.concl.*1070.*&* 1071.*&* 1072. 31

Item † adde, quod licet judicium regulariter morte extinguatur, tamen hæres accusati potest instare, & petere à judice, vt declaret defunctum delictum non commisisse, habita, & recepta super hoc informatione, & probatione vera, & juridica, & iudex tenetur facere pro euitanda infamia defuncti, & conseruando eius memoria, *l.filio, §.Seius ff. de alimen.leg.* & Gomes. *de delict.cap.*1.*n.*83. Baiard. 32

q *Quod non*] Hic cadit pulcherrima, & quotidiana dubitatio; An scilicet sententia in pœna pecuniaria ferri possit in personam procuratoris effecti domini litis, mortuo reo post litem contestatam, & de delicto conuicto, vel confesso, an autem ferri debeat in personam hæredum vocatorum; de qua nouissime plene vide, & dic, vt per Osasc. *decisio. Pedem.* 149. Giach.

r *Sunt tamen aliqua crimina*] Farin. *qu.* 10. *num.* 42. *volum.* 1. Ros.

Sunt tamen aliqua crimina] adde † videndum Peregrin. de
33 Iuribus, & priuileg. fisci, *lib.* 4. *tit.* 5. *num.* 5. *cum sequenti*, vbi accumulauit decem & septem casus, in quibus per mortem delinquentis crimen nõ extinguitur quo ad pœnam, respectu bonorum fisco applicandorum, vel respectu pœnæ pecuniariæ, & de crimine hæresis, ita tenet late *Direct. inquisit. parte* 2. *quæst.* 111. quod procedit in hæretico vero non suspecto Zanch. *de Hæretic. cap.* 14. *num.* 2. & in crimine læsæ maiestatis, adde Menoc. *consil.* 99. & Decian. *consil.* 18. *vol.* 1. contra Roland. *consil.* 1. *vol.* 3. vbi multa de pœna pecuniaria, & tenuit etiam Menoch. *in casu* 265. *nu.* 11. pœnas pecuniarias non extingui morte delinquentis. *Baiard.*

s *Homicidij sui ipsius*] His adde, qua pœna afficiatur mortem sibi consciscens, vel vulnus inferens: quid jure diuino, Pontificio, ciuili, Romano, quidque Græco, eleganter explicatur per Iacob. Menoch. *de arbitr. iud. lib.* 2. *centu.* 3. *casu* 284. Giach.

t *Scias etiam quod*] Farin. vbi sup. *num.* 57. *& aliis maxime* 95. Ros.

Scias etiam] adde, quod idem tenet Iafred. *in decisio.* 391. quod pœna, † quæ infligitur ipso jure, transit contra hæredem,
34 etiam lite non contestata contra defunctum. Adde, quod Gomes. *in loco hic allegato* tenet, quod in crimine hæresis post mortem potest procedi infra quadraginta annos, & imponitur pœna confiscationis omnium bonorum, quæ nocet hæredibus, & aliis quibuscunque possessoribus per text. *in cap.* 2. *de præscript. in* 6. & ibi ad contraria respondet, sed vide, quæ posui supra *in §. hæresis ad versic. Item de crimine hæresis.* Et est aduertendum, quod nunquam in dubio pœna intelligitur imposita ipso jure, sed per sententiam ferendam, Alexand. *consil.* 103. *num.* 16. *volum.* 1. Baiard.

u *Sequi condemnatio*] adde post Boss. citatum, vide per Osasc. *ead. decisio.* 140. *n.* 6. Giach.

x *Consuluit in facti contingentia, Alba. consil.* 90] adde, quod
35 ibi Alba. dicit, † quod contumacia habetur pro conclusione, stante statuto, quod contumax habeatur pro confesso, & dat formam sententiæ, vide etiam Menoch. *de recuperan. poss. remed.* 1. *n.* 159. *& consil.* 99. *n.* 157.

36 Item adde, † quod hæres tenetur ex dolo commisso per defunctum in contractu, vel quasi contractu indistincte, etiam lite non contestata cum defuncto, & etiam quod ad hæredem nihil peruenerit ex dolo, *l. ex contractibus, & l. ex deposito, ff. de actio. & oblig. & l.* 1. *C. ex delict. defunct.* & gl. *ibi.* Abb. *in cap. fin. de sepul.* Franc. Trigin. *consil.* 19. *n.* 6. & Vgoli. *consil.* 17. *nu.* 7. *inter vltimar. volunt.* Baiar.

y *Adde, quod non requiritur, quod ante mortem sequuta sit declaratio criminis*] adde, quod † declaratoria etiam post mor-
37 tem rei fieri potest, & ita est verior, vt per Nell. *de bannitis in* 1. *par.* 2. *temp. quæst.* 7. Boss. *in tit. de senten. num.* 47. & Bero. *in consil.* 179. *num.* 93. *vol.* 1. quia declaratoria non requiritur ad effectum pœnæ committendæ, & dominij rerum in fiscum transferendi, sed tantum super facto, & aduocatione possessionis bonorum nam facta declaratione criminis commissi, ex tunc retro declaratur, reum ex delicto incurrisse in pœnas à lege ipso jure indictas, Abb. *in c. peruenit, de cens.* Bero. *in d. consil.* 176. *num.* 65. sic etiam contingit in criminibus, pro quibus rei defuncti memoria damnatur, & in his huiusmodi pronunciatio requiritur, veluti in crimine læsæ maiestatis, & hæresis, Roland. *consil.* 8. *nu.* 8. *volum.* 3. Bursat. *consil.* 43. Menoch. *consil.* 90. *n.* 171. & ita tradit Peregr. *de iur. fisci lib.* 4. *tit.* 5. *n.* 13.

38 Adde circa huiusmodi quæstionem, si pœna non declarata contra auctorem possit contra eius hæredem declarari, vide Gabriel *conclus.* 35. *lib.* 7. vbi plene; vide etiam *decisio. Pedemon.* 148. vbi tenet, sententiam pecuniariam mortuo reo post litem contestatam, modo de delicto confessus, aut conuictus fuerit, proferri posse, & hoc procedere, siue procedatur per viam inquisitionis, siue accusationis, & tam in confiscatione omnium bonorum, siue partis, quam in condemnatione facta in quantitate, & hæc est communis opinio, Bursat. *consil.* 77. *nu.* 21. vide etiam Bertaz. *consil.* 31. *n.* 5. *volum* 1. & ibi per Addent. *in littera B, & in dicta decisio. Pedem.* habetur etiam, an † sententia in pœna
39 pecuniaria ferri possit in personam procuratoris, effecti Domini litis mortuo reo post litem contestatam, & de delicto, vel confesso, an autem ferri debeat in personam hæredum mortuorum.

40 Item † adde, quod confessio ficta, quæ resultat ex contumacia, quando transit ad condemnationem, pœna transmittitur ad hæredes propter sententiam, *decis. Pedem.* 106. & Bertaz. *consil.* 83. *nu.* 31. secus vero si delinquens ante condemnationem mortuus fuerit, quia tunc hæres non poterit condemnari; morte enim delictum extinguitur, Paul. de Castr. *in l. transigere, num.* 9. *C. de transact.* Batt. *in l. ex iudiciorum, ff. de accusat.* Angel. Aret. *consil.* 71. *num.* 41. *volum.* 1. *crim.* & hoc communiter in palatiis versatur, vt dicit Ludou. *conclus.* 3. *lib.* 1. *commu. versic. ampliatur nono.*

Item † adde, quod hæres non tenetur in duobus casibus: vnus est, *ff. si mens. fals. mod. dix. l. si ex duobus, §. vltim.* alius est, *ff. de tributor. l. illud, §. vlt.* & ita tenet gl. magna, *in fin. c. fi. de sepult.* Baiar. 41

z *Facta fuerit declaratio*] Illa stat fortassis ratio, quia ante sententiam nullum ius competit fisco per ea, quæ tradit Negus. *tractat. de pignor.* 4. *membr.* 2. *partis, num.* 115. *ad finem*, alias autem vbi imponeretur pœna, ipso iure attenditur tempus delicti, non autem declarationis, prout etiam stante Decreto, de quo infra *quæst.* 78. *versic. Vlterius quæro*, attendi solet in statu Mediolani tale tempus delicti, & vtique confert hæc practica cum Iure Canonico: Constito namque de delicto statim est locus pœnæ, sed pœna non habet locum ante declarationem factam, Beninten. *decisio.* 37. *nu.* 12. *& decisio.* 46. *in fin.* Drogh.

a *Scias autem*] adde *text.* 24. *quæst.* 2. *cap. sane, ibi, si modo conuinceretur*, & vide omnino Ang. de Castr. *inter consil. criminalia diuers. consil.* 94. *n.* 8. *&* 9. *cum seqq. vol.* 1. Drogh.

b *Sed hic incidenter quæro*] Cattar. *de execut. sentent. cap. fin. num.* 466. Decian. *de crim. tom.* 2. *lib.* 9. *cap.* 4 *numer.* 14. Menoch. *casu* 285. *de arbitr. ind.* Farin. vbi supra *n.* 56. Ros.

c *Responde, quoad pœnam corporalem*] adde Menoch. *de arbitr. ind. dicto casu* 285. & latissime per Farin. *d. quæst.* 10. *num.* 77. *cum seq.* Baiar. 42

d *Sauire in eius cadauer.*] adde quando in mortuos sæuire liceat, aliqua memoratu digna per Iac. Menoch. *de arbit. ind. lib.* 2. *cent.* 3. *casu* 285. Giach.

e *In famosis latronibus*] Idem in assassinis, parricidis, & aliis committentibus grauissima crimina, ratione immanitatis scelerum, vide per Ludou. Carer. *in pract. crimin. §. homic. vlt. sub n.* 13. Giach.

f *Similiter vidi suspendi quendam incognitum*] adde de incognitis, supra *quæst.* 4. *vers. Quando vero ibi, licet enim ignoretur, infra quæst.* 89. *versic. scias autem in fin.* At quod iste incognitus interfectus de iure suspendi non potuisset, vide Dec. *in l. hæredem, nu.* 20. *ff. de reg. iur.* Menoch. *de arbitr. ind. lib.* 2. *cent.* 3. *casu* 285. *in pr.* Drogh.

g *Conscientia proprij sceleris*] adde infra *q.* 60. *versic. prodest etiam, in fi.* Drogh.

Conscientia proprij sceleris] adde Menoch. *de arbitr. ind. casu* 284. *num.* 15. vbi tenet, quod iudicis arbitrio relinquitur, † an 43
cadauer illius, qui sibi mortem consciuit, suspendi debeat, & idem tenet *in casu* 285. *num.* 7. Mars. *in l. fin. num.* 40. *ff. de quæst.* Boet. *in decis.* 316. *num.* 9. & Sebast. Medices *in tractat. mors omnia soluit. par.* 1. *num.* 142. vide etiam Farinac. *var. quæst. in q.* 10. *n.* 77. *cum seq.* vbi latissime. *Baiard.*

h *Ex delicto defuncti*] adde, atque fusius vide de ista qu. per Osasc. *decisio. Pedem.* 151. *per tot.* Giach.

Ex delicto defuncti.] Farin. vbi supra *n.* 57. Ros.

Ex delicto defuncti] adde distinctionem, † quam facit Osasc. 44
in decis. Pedem. 151. in Terris non subiectis ratione temporalitatis ecclesiæ, seruandum esse ius ciuile, in locis vero subiectis ecclesiæ, seruandum esse ius canonicum, & quando hæres † tenea- 45
tur de delicto defuncti, vide etiam Capt. *commun. conclus. reg.* 57. *per totum*, & latissime per Farinac. *variar. quæst. in q.* 10. *num.* 56. *cum multis sequen.* & ibi etiam, quando reus fuerit condemnatus in contumaciam. *Baiard.*

i *De iure canonico.*] adde gloss. *in cap. parochiano, de sepult. & gloss.* 1. *quæst.* 4. *§. item pacto, & gloss. in d. cap. in litteris, de raptor. & gloss.* 14. *quæst.* 2. *cap. sane, & gloss. in cap. si episcopus, ibi, quæst.* 2. Guiot.

k *Scias tamen*] adde tradita † per Osasc. *decisio. Pedem.* 152. *in fi.* Baiard. 46

l *Siue confecerit inuentarium, siue non*] adde, quod ista est crebrior sententia, teste Osasc. *d. decisio.* 152. *n. fi.* Giach.

m *Vltimo quæro*] Cattar. *de execut. sentent. cap. fin. num.* 308. *in fi.* Farin. *in* 4. *vol. q.* 98. *causa* 16. *n.* 144. Ros.

Vltimo quæro] adde tradita † per Couar. *variar. resolut. lib.* 2. 47
cap. 10. *num.* 4. & vide etiam Angel. de Cast. *in* 2. *tom. consil. crim. diuersor. in consil.* 32. *cum duobus aliis sequen.* vbi habetur, quod Iudæus propter baptismum non sit puniendus pœna mortis, sed alia pœna, & idem Angel. *ibi nu.* 5. dicit, quod hoc sibi videtur æquum, & iuridicum, etsi baptismus esset susceptus in fraudem, & causa euitandi pœnam mortis, & etiam ad ipsam pœnam mortis iam condemnatus fuisset, & hoc fauore fidei.

Tira-

Tiraquell. *de pœn. temp. causa 25. numer. 16. cum sequenti.* Baiard.

n *Ego vero si casus contingeret*] *Supra quæst. 36. versic. sed pone.* vbi attenditur status temporis delicti, & ibi varietates dixi, *Drogh.*

QVÆSTIO LII.

De negatiua probatione.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Si probetur delictum, de quo reus imputatur, non fuisse commissum, debet reus absolui.*
2 *Poteſtque id probari per rei euidentiam.*
3 *Item poteſt probari per teſtes.*
4 *Negatiua simplex, & indeterminata eſt improbabilis, ſecus autem ſi ſit coarctata loco, & tempore.*
5 *Poteſt etiam negatiua probari per dictum ipſius offenſi.*
6 *Et an exculpatio facta per offenſum eximat reum à tortura.*
7 *Vbi non conſtat de delicto, reus non poteſt puniri remiſſiue.*
8 *Si non appareat de nomine offenſi, an poſſit reus puniri.*

Ex Additionibus.

1 *Negatiua non entis an ſit probabilis.*
2 *Teſtes ſuper negatiua præſumuntur falſi.*
*2 *Oratio negatiua quæ ſit.*
3 *Exculpatio quomodo ſit facienda, & quando proſit, remiſſiue.*
4 *Inquiſitio valet, etiam quod ignoretur nomen delinquentis.*
5 *Cadaueris recognitio quomodo ſit facienda.*

1 TVetur etiam ſe quandoque reus probando delictum ipſum non fuiſſe commiſſum, idque probari
a poteſt in primis *a* per euidentiam rei, puta, ſi homo qui dicitur occiſus, exhibeatur viuus, vel domus, quæ dicitur combuſta, reperiatur illæſa, & huiuſmodi. Et dicit Bald. *in l. ſi quis teſtibus in fin. C. de teſtibus*, quod ſemel contigit de facto, quod fuit exhumatum corpus illius, qui dicebatur vulneratus, & cum repertum fuiſſet, quod ille non fuerat vulneratus, fuit reus abſolutus, licet contra eum plene probatum fuiſſet. Et illud dictum Bald. refert Angel. *de malef. in verbo, Comparuerunt, & produxerunt inſtrumentum pacis num* 33. & Practic. Carrer. *fol.* 558. *nu.* 96. Vide, quæ dixi infra *q.* 98. *verſ. ſed nunquid.* Idemque ſi delictum, quod commiſ-
b ſum fuiſſe dicitur, *b* ſit per rerum naturam impoſſibile, prout contigit ſuperioribus annis in quodam Ioan. Anto. Zanetto caupone, contra quem proceſſum fuit per curiam Papiæ, tanquam quod præpoſtera venere fregiſſet cuidam feminæ rectum inteſtinum, ex qua parte ipſa poſtea peperiſſet, de quo proceſſu valde miratus eſt Senatus, & ipſum Zanettum tanquam de re incredibili accuſatum abſoluit, 2. Decembr. 1546. P.N.

3 Item poteſt probari per teſtes, probando negatiuam, ſcilicet, quod reus delictum ipſum non commiſerit neque committere potuerit.

c Scias *c* autem, quod negatiua non entis eſt impro-
4 babilis, ſecundum omnes, vt dicit Igneus *in repet. §. non
d alias, num. 77. ff. ad Sylla.* Præterea *d* etiam negatiua ſimplex, & indeterminata eſt improbabilis, vt dicit gloſſ. *in c. bona, il 1. in verbo, Per rerum naturam, de elect.* quam dicit eſſe communiter approbatam Pariſ. *in capit. quoniam contra, num.* 8. *de probat.* Hanc etiam opinio. dicit eſſe communem Herculan. *de probat. negat. num.* 272.
e Si tamen coarctetur loco, & tempore, tunc æque probatur, vt affirmatiua, quando ſcilicet teſtes deponunt ipſam negatiuam, & reddunt rationem, quod *f* non potuiſſet eſſe, vel fieri, quin ipſi teſtes vidiſſent, vel ſciuiſſent. Ita dixi gloſſ. *in §. ſi vero abſunt, in verb. Et vidiſſe, in auth. de hæret. & falſi. colla.* 1. & ait Felin. *in cap. in noſtra, n.* 8. *in fin. de teſtib.* quod audiuit Aret. in voce dicentem, quod opin. illius gloſſ. obtineretur in practica; quia eſt communis, quem refert Ruin. *conſil.* 97. *circa fin. lib.* 4. Hanc etiam eſſe veram, & receptam ſententiam atteſtatur Simancas *de hæret. cap.* 26. *num.* 4. Caueant *g* tamen teſtes, quia eo ipſo, quod deponunt ſuper negatiua, *h* dicuntur ſuſpecti de falſo, quod tamen intellige iuxta ea, quæ dixi ſupra *hoc eod. lib. §. falſum, verſic. ſolet etiam.*

Poteſt *i* etiam hæc negatiua probari per confeſſio- 5
nem, & dictum ipſiuſmet offenſi, *k* licet enim aſſertio vulnerati contra aliquem non probet, neque faciat indicium ad torturam, tamen conuerſo dictum defuncti exculpantis imputatum de homicidio, tollit omnia indicia, quæ ſunt contra ipſum, ita vt ex eis non poſſit torqueri. Ita dicit Bald. *in l.* 1. *num.* 33. *C. communia delegat.* & eſt communis opin. vt dicit Plottus *inter conſilia criminalia diuerſorum, conſ.* 110. *nu.* 1. *lib.* 1. Quam tamen 6
intellige, vt procedat, quando res eſt dubia: ſed ſi appareret de veritate in contrarium, vel eſſent contra reum indicia valde vrgentia, & proxima delicto, non eſſet ſtandum huiuſmodi aſſertioni, ſaltem ad euitandam torturam. Et ita practicatur teſte Blanco *in pract. crimin. fol.* 28. *nu.* 101. Plerumque enim videmus, quod offenſi, ſiue propter remiſſionem, quam fecerunt vulneranti, ſiue propter ſuaſiones amicorum, faciunt huiuſmodi proteſtationes veritati contrarias: propterea in hoc maxime verſabitur iudicis arbitrium, qui inſpecta qualitate facti, conſiderabit, an talis exculatio videatur veriſimilis, vel ne; & an ei ſtandum ſit.

Præterea etiam poteſt reus ſe defendere, allegando, 7
quod non conſtat de delicto, & circa hoc videnda ſunt ea quæ dixi ſupra *quæſt.* 4. *& infra quæſt.* 5. *verſic. poteſt etiam, & ſeq.*

Vlterius etiam poteſt opponere, *l* quod non conſtat de nomine offenſi, vel occiſi. Sed certe hæc defen- 8
ſio non eſſet admittenda, valet enim inquiſitio, & accuſatio ſuper homicidio licet ignoretur nomen occiſi, ſecundum gloſſ. quæ reputatur ſingularis *in cap. libellorum in verbo, Caio Seio,* 2. *quæſt.* 8. quæ quidem indiſtinctè obſeruatur in practica, prout etiam ſe vidiſſe ſæpius ita practicari atteſtatur Angel. *in l.* 1. *§. interdum, num.* 2. *ff. ſi pars hæred peta. & in l. ſi exceptione, §. in hac, num.* 3. *ff. quod metus cauſa,* quem refert Aug. ad Angel. *de malefic in verb. hæc eſt quædam inquiſitio, poſt nu.* 90. Et hoc ſciunt omnes, vt dicit Boſſ. *in tit. de delicto, num.* 33. Vide, quæ dixi ſupra, *q.* 4. *verſ. quando vero.*

ADDITIONES

Ad Quæſt. LII.

a PEr *euidentiam rei.*] Cartar. *de execut. ſentent. cap. fin. num.* 42. Roſ.

b *Sit per rerum naturam impoſſibile*] adde quæ dixi ſupra *ad qu.* 4 *verſic. Hac autem omnia, in fractura muri, de qua ibidem;* Cartar. *de execut. ſenten. cap. fi. n.* 43. Drogh.

c *Scias autem*] imnio poteſt probari, vide per Nat. *conſil.* 684; & declara, vt per Spec. *tit. de probat. §. probare col.* 1. *&* 2. *vi. infra; Drogh.*

1 *Scias autem*] adde videndum † Nat. *in conſil.* 648. vbi, quod negatiua non entis punibilis. *Baiard.*

d *Præterea etiam*] Negatiua ſimplex eſt improbabilis, Far. 475. *vol.* 3. *par.* 3. *n.* 211. Roſ.

e *Si tamen coarctetur loco*] Farin.*q.65.& par.3.n.222*.Ros.

f *Non potuisset esse, vel fieri*] adde, vt cautus sit testis, ne talia deponat, vt hic in fine; tunc enim redditur per tale dictum suspectus de falso, qua sola suspicione stante super tali dicto carcerari potest, vt in suspecto de falso dixit Dec.*consf.274.sub rub.5.& consf.602.n.6.ad med.* quod tamen limita, vbi testis sic carcerandus vellet fideiubere, Capyc.*decis.30.n.4.supra in §.falsum, versic. Trita est*, & potest esse ratio, quia cum pro crimine falsi non sit pœna mortis naturalis, vt est supra §.*falsum, versic. sed quaero*, fideiubendo euadit carceres per ea, quæ dixit supra *q.46. versic. In hac autem*. Drog.

2 g *Caueant tamen testes*] adde † videndum Deci. *in cap. quoniam contra n.3.& 18.de proba*.Baiard.

h *Dicuntur suspecti de falso*] Vt per Decia. qui alios concordantes allegat *in c.quoniam contra, n.3. & num.18.de probat.* vel procedere, inquit, etiam si verbis affirmatiuis proponatur, quod & comprobat apostilla illic, quoniam consideratur effectus, &

*2 illa oratio † vere negatiua est, quæ priuationem significat per Dec. post allegatos ibidem, qui illam limitat duobus modis. Et primo, nisi negatiua sit sensui coniuncta, adeoque cadat in sensum testis; puta, si dicatur, Titius non habet oculos, non habent birettum in capite, & tunc non probatur negatiua directo quia quod non est, non cadit in sensum testis, sed indirecte probatur, quia ex quo non repræsentatur aliquid visui, iudico, quod nihil sit in loco. Secundo prædicta conclusio non habet locum in negatiua coarctata loco, & tempore, quem bene probari potest, per indirectum tamen, vt per gl.*in d.cap. quoniam contra*, & tradit Alexan.*consf.43.Visis, lib.4.n.18.* & hoc verum intelligitur, vt quando tali modo coarctata sit, vt cadat in sensum testis, vt declarat Bald.*in l.actor.C.de probat.* & tradit Dec. vbi supra, & *in c.3.loco supra eodem*. Et restrictio negatiuæ etiam aliter considerari potest, videlicet, quando facta fuit discussio, & relatio per nuncium de commissione iudicis, per Dec. post alios relatos, ibidem. Similiter dicitur coarctata negatiua, quæ restringitur ad certam scripturam, vt per Dec. *ibid. cum multis similibus, vt in consil. meo synd.n.289.290.* Et caueat regulariter testis, ne astruat meram negationem: quia posset puniri de falso, vt per Iacob. de S.Georg.*in l.si per alium §.doctore ff.ne quis eum qui*. Giach.

i *Potest etiam*] Farin. *vol 1.qu.crimin.q.46.num.104. & seq. n.110.& 113.& 116.& seq.* Ros.

3 *Potest etiam hac negatiua*] adde † videndum Couar. *variar. resol.lib.1.cap.18.n.8.in fin.* Menoch. *in comment. præsumpt.lib.1. qu.09.* Io. Ant.de Nigr. *in cap.7.frequens, num.76. cum sequen.* Alciat.*de præsumpt.reg.3.præsump.4.n.10.*& Vulpell.*in consil.115. num.17.& in consil.113.n.8.* & Bursat *in consil.20.nu.38.& 39.*& Hercul.*in tract.de negat.proban.nu.159.*& omnino addentes ad Bettaz *in consil.146.in l.1.vol.1.* vbi latissime, quibus modis fiat exculpatio, & quando prosit inculpato, vide etiam Mascard.*de probat.concl.1130 num.10.& 13.*& de exculpatione eius, qui extra carceres facit fidem ad fauorem alicuius carcerati, puta pro homicidio, dicentis se illud homicidium fecisse, & propterea carceratum esse innocentem, vide Follet. *in practic.crimin.in 2. par.3.par.in verb.confitebuntur, n.9.* vbi tenet talem exculpationem non prodesse. *Baiard.*

k *Licet enim assertio vulnerati*] Supra *quaest.21.versic. Assertio vulnerati in principio*, & distingue assertionem vulnerati non morientis, de qua *dicta q.21.* vbi supra, ab assertione vulnerati, & morientis, vt hic; Hæc enim assertio facit indicium, illa vero non; adde supra *q.7.versf.habes igitur, ibi nam aut talis denunciatio*, Alex.*tract.de præsumpt.reg.3.præsumpt.44.n.5.& præsumpt.4. n.10.* & de veritate in contrarium apparente huic dicto morientis, addde Boss.*tit.de indiciis, n.84.* Drogh.

l *Quod non constat de nomine offensi*] Supra *q.4.versic. Quando vero*. Drogh.

4 *Quod non constat de nomine*] adde quod similiter † valet inquisitio, etiam quod ignoretur nomen delinquentis, vt supra *in q.31.versf.contra, & aduersus*, & eo casu quando iudex mittit ad inspiciendum cadauer, † faciat describi signa dicti cadaueris, Farin.*q.2.n.28.* vbi latissime. *Baiard.*

QVÆSTIO LIII.

De exceptionibus quæ contra testes in causis criminalibus opponi possunt.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *De exceptionibus, quæ contra testes proponuntur.*
2 *Et an si opponantur eis crimina, opus sit specificare locum, & tempus commissi delicti.*
3 *Et an opus sit etiam probare, quod communi opinione habentur pro talibus.*
4 *Et an opponens contra testes crimina, & ea non probans, teneatur actione iniuriarum.*
5 *De exceptionibus, quæ contra processum ipsarum attestationum proponuntur.*
6 *De exceptionibus, quæ contra dicta testium proponuntur.*
7 *De exceptione falsi.*
8 *Et an testis falsus in vno probet in aliis.*
9 *Et quid si testis falsum dixerit in non concernentibus substantiam rei, de qua agitur.*
10 *Et quid si ipsemet sibi contradicat, quia scilicet aliquando vnum, aliquando aliud dixerit, cui dicto standum sit primo an secundo.*
11 *Et quid si primo dixit vnum extra iudicium, deinde contrarium in iudicio.*
12 *Et quid econuerso.*
13 *Et quid si in vno iudicio dicat contrarium eius, quod dixit in alio*
14 *Et quid si in primo dixit nihil scire, in secundo vero deponit de veritate rei.*
15 *Et quid si in eadem instantia, & inter easdem personas contraria deponat.*
16 *Et quid si primo deposuit per verbum Credo, secundo autem per verbum assertiuum veritatis.*
17 *Et quid si testis neget se ita deposuisse, vt scriptum reperitur.*
18 *Testes singulares an probent.*
19 *Et quid si agatur de probando in genere aliquem esse adulterum, vel huiusmodi.*
20 *Et quid si Episcopus faciat statutum, quod crimen vsurarum possit probari per testes singulares.*
21 *Et quid si princeps testificetur contra aliquem, an ei soli credatur.*
22 *Testis non reddens causam scientiæ etiam non interrogatus, in causis criminalibus nihil probat.*

Ex Additionibus.

1 *Testes quando repellantur, remissiue.*
2 *Exceptio opposita contra testes an sit reseruanda, vel à principio repellat.*
3 *Probatio quando dicatur fieri incontinenti.*
4 *Exceptio requirens altiorem indaginem est reseruanda, & quæ sit.*
5 *Testes examinati in prima instantia non possunt repulsari in secunda, nisi ex falsitate.*
6 *Testes possunt probari falsi, etiam post sententiam.*
7 *Testem falsum allegans, quia subornatum, an teneatur vtrumque probare.*
8 *Repulsa quomodo fiat in Regno Neap.*
9 *Inimicitia repellens testes debet esse grauis.*
10 *Repulsari possunt testes etiam post mortem.*
11 *Repulsa debet fieri in specie.*
12 *Testis an teneatur respondere super crimine sibi subiecto.*
13 *Testis criminosus non repellitur, si agitur ciuiliter in his, quæ sunt difficilis probationis.*
14 *Testis an possit vti socius repulsari, si reus negauerit delictum commissum.*
15 *Obijcientes contra testes & non probantes, an pœnam incurrant.*
16 *Et quid in Regno Neapolitano.*
*16 *Qui deponit falsum per errorem non dicitur falsarius.*
17 *Testis in vno falsus an in omnibus fide careat.*
*17 *Testis asserens post depositionem se in ea dixisse falsum parti non præiudicat.*
18 *Periurus non est idoneus, etiam quod sit absolutus.*
Testis falsus quo ad vnum articulum in omittendo, non

non repellitur, quoad alios, num.19.
Falsitas in vno capitulo non vitiat cetera omnino diversa num.20.
21 Testis iurans dicere veritatem super omnibus, de quibus interrogabitur, si in aliquibus circumstantiis sit falsus, an in ceteris probet.
22 Testis falsus in his, quæ mediatè spectant ad negotium, non repellitur in totum.
23 Testes (licet diversi in genere armorum) probant homicidium.
24 Testes quando dicatur varij, & contrarij.
25 Testis vnum dicens in iudicio, & aliud extra an probet.
26 Testis falsum dicens extra iudicium an puniatur.
27 Et quid si in judicio deposuerit, & extra reuocauerit.
28 Et quid si dicat extra judicium se in iudicio falsum deposuisse, an noceat prima depositioni.
*28 Tortura quando sit loco testis idonei.
29 Testis contrarius an probet, remissiuè.
30 Et quando possit suum dictum corrigere.
31 Verisimilia quæ dicantur.
32 Testis in prima tortura dicens vnum, in secunda aliud, est tertio torquendus.
33 Testis si in prima, & secunda tortura variet, cui dicto erit standum.
34 Testis repetendus an possit se remittere primo examini.
35 Teste contradicente Notario, cui credatur.
36 Testes singulares quando probent, remissiuè.
37 Et quando dicantur singulares.
38 Testis non dans contestem in specie singularis.
39 Testes nobiles verisimilia deponentes probant, licet singulares.
40 Testis fisci pro reo deponens probat licet singularis, & de auditu.
41 Iul. Clar. à Rim. iun. impugnatur.
42 Papa, Cardinali, Iudici, Notario, an credatur.
43 Principi recognoscenti superiorem non creditur.
44 Papa creditur in antiquis, & cum adminiculis.
45 Testis non reddens rationem scientiæ quando probet.
46 Et quid si ex depositione sua ratio colligi possit.
47 Testes ad defensam probant etiam domestici, & per verbum credo.
Testes varij, contrarij, & vacillantes qua pœna puniantur, sub num.33.
Imperator, Rex & alius Princeps non potest statuere, quod Imperatori, Regi, vel alteri Principi credatur in causa propria ciuili, vel criminali, sub num.44.
48 Testes deponentes de auditu ad defensam, an & quando & quid probent.

b Est *b* etiam pars defensionis exceptio, quæ fit con-
1 tra testes, à quibus reus grauatur, potestque hæc exceptio triplici capite proponi, quorum primum respicit personam ipsorum testium, quia scilicet non essent in causa criminali examinandi, de quo dictum
c est *c* supra *quæst.*14. puta, quia sint infames, perjuri, & similia.

2 In *d* hoc autem proposito scire debes, quod quando
d aliquis vult opponere contra personas testium, non
e sufficit opponere *e* generaliter, quod sunt perjuri, infames, &c. sed opus est specificare locum & tempus commissi delicti, & circumstantias. Et est communis opin. ut dicit Boer. *decis.*321.*num.*2.

3 Sed nunquid excipiens debet etiam probare, quod ille testis, quem dicit esse infamem, communi omnium opinione esset tentus, & reputatus pro tali? Respond. Bart. *in l.*1. *num.*4. *Cod. de testam.* tenuit, quod sic, sed
f certe in contrarium est magis communis opin. *f* quod scilicet sufficiat probare, quod est infamis ex tali causa, vel tali crimine, absque eo, quod dicatur, quod pro tali reputabatur. Et ita attestatur Alexand. *consil.*152. *numer.*16. *lib.*5. quem refert Crottus *de testibus, num.*4. *in fin.*

Caueant *g* tamen illi, qui opponunt contra testes, *g*
& non habent in promptu probationes criminum 4
oppositorum; quia, si non probant ipsa crimina opposita, tenentur actione iniuriarum: & est communis opin. vt dicit Boss. *in tit. de iniur. num.*21. Nam *h* ge- *h*
neraliter objiciens aliquod crimen in iudicio, siue agendo, siue excipiendo, si illud probat, non tenetur; & in hoc conueniunt omnes, vt dicit Boerus *consil.*4. *num.*37. Si vero non probat, tenetur, etiamsi excipiendo illud proposuerit, & est communis opin. vt dicit Boer. *in dict. consil.*4. *num.*37. *in fin.* Dicit tamen Boer. ibi post *num.*49. quod de generali consuetudine regni Franciæ ille, qui opponit excipiendo contra testes, non tenetur, etiam si non probet. Et ego etiam nunquam vidi in hoc Ducatu super hoc procedi. Semper autem aduocati in exceptionibus, quas faciunt contra ipsos testes, apponi faciunt protestationem, quod *i* ci- *i*
tra animum iniuriandi, &c. prout etiam communiter fieri solere attestatur Boer. *in consil. præallegato, numer.*13.

Secundum caput respicit processum ipsarum atte- 5
stationum, quia scilicet testes ipsi *k* minus legitimè re- *k*
cepti sint; puta, *l* quia sine iuramento deposuerint, vel *l*
alias minus legitimè examinati fuerint, non seruatis iis, de quibus dixi supra, *lib.*2. §. *testis*, vel quia fortè recepti fuerint super generali inquisitione, quo casu fidem non faciunt, *m* nisi repetantur, vt dixi supra *qu.*11. *m*
vers. Item quæro.

Tertium est caput respiciens dicta, seu depositiones 6
ipsorum testium: puta, quia sint falsi, varij, contrarij, singulares, & quod non concludenter deponant, vel huiusmodi.

Frequentissimè autem in judiciis criminalibus ver- 7
satur exceptio falsi, quæ contra testes opponitur; nam his temporibus raro fiunt processus *n* in causis crimi- *n*
nalibus, in quibus vel ad offensam, vel ad defensam non examinentur testes falsi; & pluries etiam vidi ex vtroque latere testes falsos examinatos fuisse; quod non aliunde procedit, nisi quod iudices hoc delictum nimis leuiter castigant. Et licet à constitutionibus huius Ducatus sit pro eo grauis pœna imposita, illa tamen non servatur, prout seruari deberet, de quo ego multoties exclamaui in senatu. Arbitror enim nullum crimen esse *o* perniciosius reipublicæ, quam cri- *8*
men falsi; & ideo esset seuerissime castigandum. *p* In *p*
hac autem materia facienda est conclusio, quod testis, qui in sua depositione falsum dixisse conuincitur, tanquam perjuro nulla est fides adhibenda. Et hæc est communis opin. vt dicit Alexand. *consil.* 152. *num.*10. *lib.*7.

Sed quæro, *q* pone quod testis in vno falsum dicat, *q*
nunquid eius depositio vitiabitur in totum, ita vt nul- 8
lam prorsus fidem faciat? Respond. *r* quod sic; nam *r*
iuramentum est indiuisibile, merito vbi testis est in vno suspectus, totum eius testimonium redditur suspectum, & quando eius dictum in vno reprobatur, non creditur ei neque etiam in aliis. Et hæc est communis opinio, vt dicit Alexand. *in l. ex falsis, num.*15. *C. de transact. & consil.*27. *num.*3. *lib.*2. quem refert Decian. *cons.* 105. *post nu.*5. *vers. similiter testis*, & Gratus *cons.*2. *num.* 18. *lib.*2. Idem etiam dicit Alexand. *consil.*133. *num.*7. *lib.*1. *& in d. cons.*162. *n.*10 *lib.*7. *& cons.*183 *post nu.*2. *eod. vol.* quem refert Crotta *in verb. Iuramentum est quid;* Soc. *cons.*136. *n.*9. *lib.*1. quod est duplicatum *cons.*155. *lib.* 2. Marsil. *sing.*76. *commun. concl.* Aic. *l. 1. §. sed & si mihi; nu.*43. *ff. de verb. oblig.* Paris. *cons.*88. *n.*82. *lib.*3. Apostil. ad

Crott. *de testib. post nu.* 388. quem refert Gratus *consil.* 152. s *num.* 13. *lib.* 2. s Et hæc conclusio locum habet, siue t capitula, super quibus talis testis deposuit, sint separata, siue sint connexa; nam vtroque casu eius testimonium tanquam vnicum, & super vnico iuramento fundatum, nihil valet. Et dicit Alex. *in d. l. si ex falsis, Cod. de transact.* quod in hac opin. sunt communiter Doctores. Hanc etiam dicit esse communem sententiam Alber. *de testib. in* 3. *parte principali, num.* 25. *& seq.* & siue illud dictum falsum præcedat, siue sequantur alia dicta, ex quibus probat, & est communis opin. vt dicit Socin. iun. *consil.* 41. *nu.* 13. *& seq. lib.* 2.

9 Scias tamen, u quod hæc conclusio est intelligenda, u vt procedat, quando testis falsum deposuit circa factum principale, vel qualitates substantiales; secus autem si circa alia extrinseca: x nam eo casu non dicitur falsus, neque vitiatur eius depositio, & ita concludunt omnes, vt dicit Imola *in l.* 1. *§. si quis simpliciter, num.* 35. *col.* 3. *vers. item inducitur* per Bal. *ff. de verb. oblig.* Et dicit y Alex. *consil.* 88. *nu.* 19. *lib.* 5. quod y ita communiter concluditur: sufficit enim quod testes in facto principali z conueniant, & dummodo in eo sint concordes, z non nocet, quod sint varij, vel contrarij in accessoriis. Et hoc est commune dictum maiorum nostrorum, ut ait Socin. iun. *consil.* 102. *nu.* 6. *lib.* 3. Hanc etiam dicit esse communem regulam Dec. *in dict. consil.* 105. *post numer.* 2. *versic. Venio ad secundum, & consil.* 602. *num.* 9. Hanc etiam esse communem opin. attestatur Alex. *cons.* 47. *nu.* 5. *lib.* 2.

a Prædicta autem omnia a locum habent, quando unus testis ab aliis de falso conuincitur: b sed quando ipsemet testis aliquando unum dixit, aliquando aliud c totum c contrarium, magna est altercatio inter scribentes, an ei sit credendum, & an standum sit primo, vel secundo dicto. Et in hac quidem quæstione aliqui faciunt simpliciter regulam, quod primum dictum testis regulariter attendi debet, & dicit Dec. *consil.* 175. *n.* 7. *in fin.* quod ita tenent communiter Doctor. quem refert Gramm. *voto* 34. *col.* 2. Idem etiam dicit Dec. *consil.* 186. *numer.* 6. *& post numer.* 10. *vers.* Secundo principaliter, in quibus locis refert Corn. *cons.* 17. *col. penult. lib.* 3. d ita dicentem, d qui tamen hoc expresse dicere non videtur, licet obiter alleget communiter canon. in c. cum causam, de testibus, ita tenentes. Eundem etiam Corne. tanquam attestantem hanc esse communem opin. refert Gratus *cons.* 42. *num.* 29. *lib.* 1. Alij vero simpliciter faciunt regulam in contrarium, quod scilicet quando testis vario modo loquitur, secundum dictum attendi debeat. Et hanc dicit esse communem opin. Dec. sibi contrarius *cons.* 429. *n.* 17.

Tu vero pro resolutione huius quæst. quæ satis confuse tractatur à Doctoribus, distingue nonnullos casus.

e Primis e casus est, quando testis primo dixit unum
11 extra iudicium, deinde in iudicio deposuit contrarium eius, quod extraiudicialiter dixerat. Et hoc casu Bart. *in l. eos, num.* 4. *ff. de fals.* tenuit, quod sit standum primo dicto, & quod pro secundo puniendus est tanquam falsarius: nihilominus magis communis opin. videtur esse f contra Bart. scilicet, f quod imo standum sit secundæ g depositioni g factæ in iudicio. Et ita dicit communiter teneri Ang. *de malefic. in verbo, Falsario, numer.* 33. Corn. *consil.* 58. *in littera I, libr.* 1. ubi dicit, quod in hoc omnes concordant. Hanc etiam opin. dicit esse communem Abb. *in cap. per tuas, num.* 11. *de probation.* prout illum refert Ferret. *consil.* 196. *nu.* 19. *licet in libro meo id non dicat,* Alexan. *consil.* 74. *num.* 8. *lib.* 1. *& consil.* 22. *numer.* 13. *lib.* 2. quem refert Crauet. *consil.* 6. *num.* 7. *Corn. consil.* 297. *circa fin. libr.* 4. Tyndar. *de testibus lib.* 2. *cap.* 1. *nu.* 7. Angel. de Vbald. *inter consilia criminalia diuersorum consil.* 73. *n.* 1. *lib.* 2. Bertach. *in verbo, falsitas, nu.* 103. Riminald. *cons.* 48. *n.* 7. *vbi Apostil. Thomas Ferrat. caut.* 13. *quæstio est.* Et dicit Felin. *cap. cum in tua, num.* 10. *de testibus*, quod hæc pars est communior, & verior, quem refert. Boer. *decis.* 108. *num.* 2. *& consil.* 40. *nu.* 116. & Gram. *consil.* 65. *n.* 6. & Apostil. ad Crot. *de testibus, post n.* 345. *in verbo, non tollitur.* Idem etiam dicit Aret. *in d. c. per tuas, in ultimis verbis,* Felin. *in c. inquisitioni, §.* 3. *circa fin. de accusat.* quem refert Didac. *lib.* 2. *resolutionum cap.* 13. *num.* 7. Dec. *in d. cap. per tuas, n.* 41. *de probat.* Ruin. *cons.* 57. *post nu.* 8. *lib.* 1. Boss. *in tit. de oppos. contra testes, nu.* 3. Menchiaca *contro. vsu frequentium, c.* 32. *num.* 4. Illud etiam dictum Bartol. communiter reprobari ait Cæpolla *cons. crim.* 61. *vers. Tertio quia, Publicus super consuet.* Aluer. *fol.* 28. *nu* 49. Et quod hoc casu præferendum sit secundum dictum iuratum, & in scriptis solemniter receptum, dicit esse communem Alexan. *cons.* 66. *num.* 20. *lib.* 6. Marsil. *sing.* 211. *communis omnium.* Bene h verum est, quod debilitatur fides huiusmodi testis, & ita dicit fateri omnes Doct. Aret. *consil.* 71. *col.* 2. *nu.* 1. *in fin.* quem refert Boss. *in loco præallegato.* & ideo poterit testis torqueri, ut dixi supra *quæst.* 25. *vers. sed pone.* Scias i tamen, quod si testis illud, quod dixit extraiudicialiter, dixisset k cum iuramento, deinde contrarium etiam cum iuramento deposuisset iudicialiter, tunc forte procederet opin. Bartol. ut scilicet posset de periurio condemnari, ex quo repetitur positus inter iuramenta contraria. Et hanc dicit esse communem Doctorum opin. Camerar. *in consil. suo matrimoniali post consilia Zabarel. nu.* 5. quam etiam se vidisse in practica obseruari attestatur Boss. *in loco præallegato.*

Secundus l est casus, quando testis deposuit unum l
in iudicio cum iuramento, deinde extra iudicium il- 12
lud dictum reuocauit. Et hoc casu standum est eius primo dicto iudiciali. Et hoc est communis opinio, ut sentit Gratus consilio 59. *num.* 26. *lib.* 2. Menchiaca *in d. cap.* 32. *post numer.* 3. *versic. Tertio casu,* & hoc etiam si testis talem reuocationem faceret in articulo mortis constitutus, & ita videtur tenere Bart. *in l. si quis in graui, §. si quis moriens, in ultimis verbis, ff. ad Sylla. & in d. l. eos, n.* 4. qui in hoc comuniter approbatur, ut dixit Alexan. *in l. sciendum, num.* 33. *in fin. ff. de verbor. obligat.* quem refert Didac. *in d. cap.* 13. *num.* 7. *in fin.* Curt. iun. *in l.* 1. *num.* 39. *ff. si certum petat.* Marsil. *in rubrica de fideiussoribus, post num.* 39. Simancas *de hæret. cap.* 62. *nu.* 28. Plot. *in repet. l. si quando, post n.* 651.

Tertius est casus, quando testis in vno iudicio de- 13
ponit contrarium eius, quod deposuerat in alio iudicio. Et hoc casu cum vtrunque dictum sit iuratum, certum est, quod potest tanquam falsarius puniri. Et est communis opinio, vt dicit Camerar. *in dict. consil. matrimoniali, num.* 3. & in hoc nulla videtur esse difficultas. Punctus est, quod dictum attendi debeat, scilicet primum an secundum. Et in hoc variæ sunt scribentium opiniones. Aliqui enim dicunt, quod ex quo apparet, quod in altero dicto est falsus, ei non creditur, neque in vna, neque in alia causa, & hanc dicit esse communem opin. Ruin. *consil.* 75. *post num.* 8. *lib.* 1. Alij vero dicunt, quod si testis reuocet primum dictum in alio iudicio, siue ciuili, siue criminali, statur primo dicto. Et hanc dicit esse communem Alciat. *de præsumpt. in* 2. *regul. præsumpt.* 29. *nu.* 7. quem refert Menchiaca *in dicto cap.* 32. *nu.* 1. Et hæc opin. mihi magis placet. Cum enim iam ex primo dicto iudiciali, & iurato quæsitum sit ius parti, non debet illud ab ea sine eius culpa, vel facto auferri posse. Faciunt ea, quæ dixi supra, versic. secundus est. Debilitatur tamen primum dictum quo ad fidem probationis. Et hanc dicit esse communem Decian. *in dicto consilio* 189. *columna* 3. prout illum refert Boss. *in titul. de opp. contra testes, numer* 6.

Bene

Bene verum est, quod si essemus in casibus, in quibus
m etiam liber homo non admittitur ad testificandum m
n nisi cum tormentis, tunc n standum esset illi dicto, in quo perseueraret in tormentis, licet in alio iudicio ciuili contrarium deposuisset. Si vero semel bene deposuisset in ciuili iudicio, licet deinde reuocaret in tormentis, staretur primo dicto, & hæc est communis opi. ut dicit Alciat. *in dict. præsumptio. 29. circa fin.*

Quod intellige, ut procedat, quando primum dictum
o non fuisset o cum tortura confirmatum; nam hoc casu licet perseueraret in reuocatione in tormentis, adhuc crederem standum esse primo dicto. Scias etiam, quod si prima depositio facta fuisset in iudicio nullo, & secunda in iudicio valido, tunc standum esset secundæ depositioni, nec noceret, quod dixisset contrarium in iudicio nullo, secundum gloss. *in cap. cum causam, in gloss. fin. de testibus*, quam sequuntur omnes, ut dicit Felin. *in d. cap. cum in tua, num. 7.* Arelaten. in Apost. ad Alciat. *in dict. præsumpt. in fin.*

p Sed quid p si testis in primo iudicio dixerit nihil sci-
14 re, deinde in secundo deponat de veritate facti? Resp. quod nihil probat, & hæc est omnium conclusio, ut dicit Angel. de Vbal. *in d. cons. crim. diuersorum consil. 73. n. 23. in fin. lib. 2.* dicens, quod ita tenent omnes nullo discordante.

q Quartus q est casus, quando testis in eadem instan-
15 tia, & inter easdem personas contraria testimonia deposuit. Et in hoc puncto est distinguendum. Nam aut testis est sibi contrarius in eadem depositione, aut in alia depositione contradicit primæ suæ depositioni. Si est contrarius in eadem depositione, aliqui simpliciter dicunt, quod eo casu non statur alicui dicto, primo scilicet, nec secundo, imo in totum rejicitur tanquam falsus. Et hanc dicit esse communem opin. Alciat. *de præsumpt. in d. præsumptio. 29. numero 6.* quem refert Practic. Conradi, *folio 120. post numerum 10.* Menchiaca *in d. cap. 32. numero 9. in fin.* Tu vero dic, quod aut testis in eodem examine contraria deponit sine iusta correctionis causa, & tunc illi prorsus non creditur, & hoc omnes passim fatentur, ut ait Didacus *lib. 2. resolut. in d. cap. 13. post numerum 8. versiculo, ceterum si testis*, neque etiam reducitur ad concordiam, ut probet. Et hæc conclusio communiter approbatur, ut dicit Crot. *de testibus, numero 318. & sequen.* Et hoc non solum si sit manifesta contrarietas, & non de facili concordabilis, sed etiam si sit aliquo modo compatibilis. Et hæc est communis opin. ut dicit Alexand. *consil. 10. numero 3. libr. 4.* quamuis illum in contrarium alleget Sigismund. *consil. feudali 49. numero 7.* tenens, quod quando contrarietas est facile concordabilis, debet ad concordiam reduci etiam ut probet. Et ibi etiam refert Felin. *in cap. cum tu.* de testibus attestantem, quod hæc est communis opinio. Ego tamen non reperio Felin. *ibi numero 1.* ubi loquitur de hoc articulo id attestantem, & credo, quod contraria opinio sit (ut dixi) tutior, & magis
r communis. r Aut vero deponit contraria in diuersis examinibus, & tunc aut deponit contrarium secundo loco, non dicendo in specie se errasse in prima depositione, sed simpliciter loquendo; & tunc, modo secundum dictum compatiatur cum primo, debet, quantum fieri potest, ad concordiam reduci, secundum Imol. *in l. qui bona, §. si quis stipulatus, versic. No. ex text. ff. de damno infecto*, quem in hoc communiter sequuntur Doct. ut dicit Sigismund. *in dict. consil. 49. num. 6. in fin.*
ss Aut ipsemet testis dicit se velle primum dictum suum corrigere: & tunc, si quidem illud vult facere incon-
t tinenti, t est admittendus, *c. præterea, de testibus cogend.* & dicitur hoc casu incontinenti, antequam testis ipse alloquatur partem, & ita communiter seruetur, ut dicit Felin. *in d. cap. præterea, numer. 9.* quem refert Capyc. *decis. 141. num. 9.* Si vero velit illud corrigere ex interuallo, non auditur, sed tanquam periurus, & falsarius puniri debet. Et in hoc omnes conueniunt, ut ait Didac. *in d. cap. 13. post num. 8. versic. ceterum ibi, tertium est*,
u standum est tamen eius primæ depositioni. Et hæc u est communis opin. ut attestatur Didac. *in loco præallegat.* secundum quam intelligendus est Cornel. & Dec. *in consiliis per me relatis supra, versic. Prædicta autem.* In hoc x tamen Ducatu hæc opin. non seruatur in causis x criminalibus: nam si testis reuocet primam dispositionem, quia dicat se errasse, vel falsum deposuisse,
y tunc ponitur in tormentis: Et illa depositio, quam y confirmat in tortura, solet attendi. Et ita seruandum esse rescripsit Senatus commissario Aronæ, 30. Ianua. 1557. P. N. z Bene verum est, quod ex quo talis testis z omnino est periurus, punitur a de falso, ut supra dixi, a præterea que etiam eius primo dicto non adhibetur plena fides, tanquam dicto integri testis, sed multum de eius fide diminuitur, adeo quod eius dictum sine aliis adminiculis non sufficeret ad torturam contra reum, sed solummodo ad inquirendum. Et hanc dicit esse communem opinio. Menchiaca *in d. cap. 32. numer. 9.* Et b aduerte, quia licet (secundum aliquos) ad b hanc torturam, quæ fit ad confirmationem huius secundæ depositionis, deberet pars citari, ex quo agitur de eius magno præiudicio, scilicet de reuocatione primæ depositionis in eius fauorem factæ, nihilominus hoc ex consuetudine non seruatur, ut dicit Boss. *tit. de oppos. contra testes, post num. 1. versic. quo vero ad primam.* Ego c etiam puto in huiusmodi reuocationibus multũ c esse tribuendum arbitrio iudicis, qui considerare poterit ex illis depositionibus contrariis, quæ videatur magis verisimilis, & cum qua concurrant plura adminicula, & illi adhærere, præsertim vbi subesset aliqua suspicio subornationis, vt quotidie contingere videmus in practica. d Aut vero non ipsemet testis, sed aliqua par- d tium petit ipsum testem iterum examinari: & tunc, si est illa pars, contra quam testis deposuit, non debet audiri: subest enim magnus timor subornationis. Si vero est illa pars, in cuius fauorem testis deposuit, vtique auditur. Et si testis deinde variet, & diuersa, seu contraria deponat, tunc standum est secundo dicto. Et ita communiter tenetur, vt dicit Alber. *in l. fin. nu. 2. C. de testib.* & sibi imputet pars, quæ petiit illum iterum examinari. Ex hoc enim censetur eius primo dicto renunciasse. e Consulo tamen iudicibus, præsertim in e causis criminalibus, vt, quantum fieri potest, caueant ab huiusmodi repetitionibus testium, quæ fiunt ad instantiam partium; nam sæpenumero processus inuoluunt, ac destruunt, magnamque præbent occasionem subornationibus & falsitatibus testium.

Vnum etiam volo, vt scias in hac materia, quod 16
quando testis primo loco deposuit f per verbum, *Credo*, f in secundo deponit per verbum assertiuum veritatis, eo casu semper standum est secundo dicto. Ita videtur sentire gloss. ordinaria *in l. de tutela, in verbo Probata, C. de in integ. rest. minor.* dicens, quod g hodie possum g credere vnum & cras aliud: quæ in hoc communiter omnibus approbatur, vt dicit Soc. *cons. 95. num. 7. lib. 3.* Crot. *de testib. num. 503.* Tyndar. *de testib. lib. 1. cap. 5. num. 1.* Foll. *in pract. crim. fol. 25. n. 44.*

Quintus est casus, quando testis non contrariatur 17
de directo suæ primæ depositioni, sed negat se ita deposuisse, vt à notario scriptum reperitur, & tunc est distinguendum. Nam aut tractatur de puniendo teste de falso: & hoc casu tantum creditur testi, quantum notario, vt dixi supra *hoc eodem lib. §. falsum, versicul. Pone testis.* Aut tractatur, cui plus credendum sit, an nota-

notario, qui dicit testem deposuisse, vt scriptum est, an vero testi id neganti: & tunc *b* plus creditur notario. Et hæc est communis *i* distinctio, vt ait Thomas Ferra. *cau.*26. licet condecens, Follet. *in pract. crim. fol.* 244. *num.*15. Ad euitandas tamen omnes controuersias bonum esset, *k* quod iudices assisterent notariis recipientibus dicta testium: nam eo casu non auditur testis postea dicens se non ita deposuisse, vt scriptum est à notario præsente iudice: imo si contrarium postea deponat, potest etiam de falso puniri. Et hæc omnia bene nota: quia frequentissime contingunt.

Dixi *l* etiam contra testes opponi solere, quod sunt
18 singulares, *m* nam testes singulares non sufficiunt ad plenam probationem, vt dixi *in d. §. testis*, præsertim in causis criminalibus, prout tenere scribentes omnes affirmat Marsil. *cons.*1. *num.*25. & *n* consequenter neque ad condemnationem, sed solummodo faciunt indicium ad torturam, iuxta ea, quæ dixi supra *qu.*21. *versic. vnus testis.*

19 Et † hæc conclusio de plano procedit, quando agitur *o* de probando aliquo delicto in specie: nam eo casu debent testes esse contestes, vt sufficiant ad condemnationem. *p* Sed quid si agatur de probando delicto in genere, puta, aliquem esse hæreticum, adulterum, vsurarium, blasphematorem, vel huiusmodi, nunquid testes singulares, qui deponant vnusquisque eorum de diuersis actibus, sufficient ad concludentem probationem? Respon. Aliqui dixerunt, quod sic; & in proposito probandi aliquam mulierem esse inhonestæ vitæ, attestatur hanc esse communem opin. Alexand. *consil.*13. *num.*24. *lib.*7. Idem in eodem proposito attestatur Abb. *cons.*25. *num.*1. Idem, loquendo in proposito adulterij, attestatur Ferret. *cons.*168. *post. num.*14. & 15. allegans alios idem attestantes, quos ego cum aliis multis retuli *in d. §. testis* post gloss. *in l. ob carmen, §. fin. in gl. fi. ff. de testibus.* Alij vero dicunt totum oppositum, quod scilicet etiam hoc casu testes singulares non sufficiant. Et hanc attestatur esse communem opin. Menchiaca *in* 1. *parte de testa. §.*4. *nu.*45. & loquendo in proposito criminis adulterij Io. de Amicis, *cons.*127. *num.* 1. *r* Ego Aliquando cogitabam, quis esset sensus Doctorum ita loquentium de probando delicto in specie, vel de probando delicto in genere. Et credo, quod (secundum eos) tunc dicatur agi de probando delicto in specie, quando tractatur de puniendo aliquem criminaliter. *f* Et hoc casu verior sit secunda opin. quod scilicet testes singulares non probent aliquem esse adulterum, vel hæreticum, vel vsurarium; & ita semper vidi seruari, prout etiam loquendo de hæresi, dicit Simã. *de her. cap.*62. *nu.*24. quod hanc opin. vsus iudiciorum sanctæ Inquisitionis comprobauit. Quinimo ad probandam hæresim, neque etiam sufficerent testes singulares cum fama. Et hanc attestatur esse communem Lupus *in allegatione de heresi, §.*12. quem refert Siman. *de her. cap.*50. *num.*1. Tunc vero agi dicatur de probando delicto in genere, quando agitur non de pœna infligenda, sed ad alium finem, *t* puta, excipiendo de adulterio ad priuationem dotis, vel de alio crimine ad diminuendam fidem testis. Et hoc casu forte procedere posset prima opinio, quam tamen ego puto restringendam esse iuxta ea, quæ dixi *in dicto §. Testis.* Bene verum est, quod isti testes singulares multum faciunt ad aggrauandum reum, contra quem deponunt, scilicet, quo ad hoc, vt acrius torqueatur, vel vt *u* seuerius puniatur.

20 Et quid si Episcopus faciat statutum, quod crimen vsurarum possit probari per testes singulares, nunquid tale statutum valebit? Respond. quod non: ita consuluit Federic. de Senis, *consil.*17. quem communiter Doctores sequuntur, vt ait Foller. *in practic. crim. canon. fol.* 229. *num.*17. Hanc etiam dicit esse commun. opin. Abb. *in cap. cum in diœcesi, circa fin. de vsuris*, quem refert Ias. *consil.*78. *col.*2. *vers. Secundo principaliter lib.*3. & Didac. *lib.*3. *resolutionum, c.*5. *post n.*5.

Sed quid si aliquis princeps dicat testimonium contra reum, nunquid ei soli creditur? Respond. Aut agitur de modico, præiudicio, prout est inquirere, & procedere contra reum: & hoc casu creditur solius principis assertioni, vt dixi supra *quæst.*6. *vers. præterea scias.* Aut vero agitur de magno præiudicio, & tunc aliqui dicunt, *x* loquendo de summo Pontifice, quod nullo modo creditur eius assertioni in facto tertij. *y* Et hanc dicit esse communem opin. Socin. *inter consilia Curtij senio. consil.*20. *post num.*12. Alij vero loquendo de summo Pontifice dicunt, quod imo standum est eius assertioni; & hanc dicit esse communem opin. Aret. *in cap. cum à nobis, num.*7. *de test.* nedum in iis, in quibus Papa habet summam potestatem, sed etiam in omnibus causis prophanis, etiam laicorum, prout illum refert Ruin. *consil.*103. *num.*11. *lib.*5. Ego pro nunc de summo Pontifice nihil determino: Quo vero ad reges, & Principes seculares, sic distinguo: Aut princeps attestatur de eo, quod ipse vidit: & illi soli creditur etiam ad condemnationem argum. *clem. litteris, de probatio.* Aut principis asserit aliquid, quod ipse intellexerit coram aliis fuisse gestum: & non est ei soli credendum: posset enim princeps male ab aliis informatus fuisse. Et hoc casu duo concurrerent specialia: Primum, quod crederetur ei soli: Secundum, quod testi deponenti de auditu alieno adhiberetur fides; quorum vtrunque est contra communes regulas, vt dixi *in d. §. Testis.* Bene verum est, quod si Imperator diceret aliquid sibi constare ex relatione Principum facta sibi, & rem esse adeo notoriam, vt non indigeret probatione, & rescriberet proprio motu, tunc esset credendum eius assertioni, secundum fere omnium opin. vt dicit Socin. *consil.*87. *post num.*19. *lib.*3. saltem quo ad hoc, vt transferretur onus probandi contrarium parti contrarium affirmanti: quod tamen ego in præsentia non affirmo.

Præterea *z* dixi, quod contra dicta testium opponi 22
solet, quod non concludant. Potest autem in primis allegari, quod non reddant causam scientiæ; *a* licet enim regulariter testis non interrogatus super causa scientiæ non teneatur illam reddere, dixi supra *lib.*2. *§. Testis*: est tamen speciale in causis criminalibus, vt *b* teneantur testes etiam non interrogati reddere causam scientiæ: alias non probant, neque faciunt indicium. Ita dixit Innoc. *in cap. cum causam, de test.* quem omnes Doctor. sequuntur, teste Marsil. *consil.*50. *num.* 10. Et hæc est communis opin. vt ait Bald. *consil.*182. *num.*2. *lib.*4. prout illum refert Nouell. *in pract. crimin. fol.*114. *num.*15. & Viuius *in lib. communium opin. fol.*271. *vers. testes in causis*, quamuis in libro meo id non dicat Apost. ad Fel. *in d. cap. cum causam, sub num.*2. *de testibus* secundum vltimam impressionem. *c* Sed hoc intellige, vt procedat in testibus, *d* qui ad offensam deponunt: sed testes, qui deponunt ad defensam, vtique probant, etiam si causam scientiæ non exprimant. Et hanc opinionem communem appellat Viuius *in loco prææallegato.* Possunt *e* autem, & alia multa circa hoc contra testes deduci, secundum facti contingentiam, prout latius dixi *in allegato §. Testis.*

* * *

ADDI.

ADDITIONES

Ad Quæst. LIII.

a Est etiam pars defensionis] adde supra *q.14. versic. Dixi quoque. q.24. versic. si.* Drogh.

Est etiam pars defensionis] Obiter hic quæro, An testium nomina aduersario sint edenda, vi. & dic, vt per Iacob. de S. Georg. *in l. lege Iulia, n.3. de testib.* Giach.

Est etiam pars defensionis] Aduerte, quod Farin. tradit vltra infra scriptas etiam plures exceptiones generales contra dictum testium *d.3. vol. & 21.* loco illam, quando depositio est dubia, & obscura, incerta *q.68. n.1. §.1.*

Secundo illam, quando deponit de credulitate quam latè explicat *d.q.68. n.62. & seqq. §.2.*

Tertio illam de auditu alieno *q.68. cap.1.*

Quarto an testes de auditu probent consanguinitatem *d.qu. cap.20.*

Quinto an probent in antiqui *d.qu.69. c.3.*

Sexto de Auditu proprio quando probent *d.q.99. c.4.*

Septimo si loquentis vocem se bene notam habere asserunt, *d.q.69. c.5.*

Octauo de auditu ex interiecto pariete, vel cortina *d.qu.60. cap.60.*

Nono an dicant se audiuisse Titium, & Bertam se carnaliter cognoscere retro cortinam *d.q.69. cap.7.* Scias quoque, quod idem Farin. *in d. vol.3. qu.80.* ponit diuersas alias oppositiones contra examen testium nempe, *num 1. de teste,* qui vltro se offert, *num.27.* quando deponit per scripturam, *num.51.* de die feriato, *nu.60.* quando ex termino, *n.92.* quando secreto examinantur, *n.105.* quando in articulo mortis, *n.114.* de numero effrenato refrenando *& 108.* quando in judicio nullo de materia potius ciuili. *Ros.*

Est etiam pars defensionis] adde, quod Afflict. † *in constit. moues dissolute, num.1. cum seq fol.118.* ponit 41. causas, quibus testes à testimonio repellantur, vide etiam Monticel. *in repetit. testium, fol.185. cum multis sequentib.* vbi ponit, quibus modis testes impugnari possint; & an ad probandam inhabilitatem testium requiratur, quod prohibetur illam adesse tempore iuramenti, vel depositionis, vel requiratur, quod adsit inhabilitas vtroque tempore. Mascar. *concl.1356. num.9. vol.3. & conclus.16. nu.5. vol.1.*

b Item adde, † quod quando opponitur exceptio contra testes, est in arbitrio judicis recipere probationem exceptionis statim, vel reseruare ad tempus publicationis, licet regulariter reseruetur, Felyn. & alii *in cap. ex parte, de testibus*, Mascar. *de probatio. conclus.694.* & Menoch. *de arbit. iud. casu 239. n.9.* Hoc tamen fallit in exceptione excommunicationis contra testem opposita propter periculum communionis: & ideo dicta exceptio non est reseruanda, secundum Ioan. And. *in d. c. ex parte*, & Lanfr. *in tract. de testib. num.67.* Fallit etiam, si opponens se offerat incontinenti probaturum, nam tunc etiam debet admitti probatio, & non reseruari, vt per Innocent. *in d. c. ex parte, nu.1. in verb. probaturum*, & Lanfran. *in d. num.67.* Fallit etiam, quando opponitur inimicitia capitalis, *authen. si testis, §. si vero, C. de test.* & ibi Bart. *n.10.* & Lanfran. *in d. n.67.* Item fallit, si oponens dicat, vitium esse publicum, siue notorium: & tunc etiam nõ reseruatur, secundum Innoc. *in d. c. ex parte,* nec requiritur, quod opponens offerat incontinenti se probaturum, vt dicit Felyn. *in d. c. ex parte, nu.14.* & ad omnia prædicta vide Mascar. *de probat. conclus.694. vol.2.* fallit quoque, si est exceptio infamiæ de facto ex delicto, & offeratur probatio incontinenti, secundum Ferret. *consil.367. in princ. vol.2.* & ibi *nu.9.* dicit, quod satis esset, si peteret breuem dilationem, etiam si non se offerret incontinenti, & quod appellatio esset bona, si statim probatio non admitteretur, sed illi reseruaretur: & quando offertur probatio incontinenti, non requiritur, quod offerens testes secum ducat, sed sufficit, quod simpliciter se offerat incontinenti probaturum. Deci. *in c. interposita, col.3. vers. postremo, de appellat.* & ibi habetur, etiam si interposita fuerit appellatio coram quo veritas exceptionis sit probanda, an coram judice à quo, vel judicem ad quem, & quando probatio † dicatur fieri incontinenti, remittitur arbitrio judicis, secundum Menoch. *de arbitr. iud. casu 9. num.5.* 3

4 Item † adde, quod exceptio contra testes etiam repellens ab initio, est reseruanda, si requirat altiorem indaginem in probando illam, secundum Ferret. *in cons.310. nu.6. vol.2.* & exceptio altiorem indaginem requirens, quæ dicatur, judicis arbitrio remittitur. Menoch. *casu 20. nu.3.*

5 Item adde, quod testes non obiectati in prima instantia, in aliis instantiis impugnari non possunt; nisi noui testes in causa appellationis producti fuissent. Crauet. *in add. ad pract. Vestr. lib. 5. cap. vlt. num.32.* vel quando pars velit ipsos repulsare tanquam falsarios, & in tantum hoc est verum, quod etiamsi in prima instantia fuit concessa repulsa, & fuisset obiectum de falsitate contra dictos testes, & nihil fuisset probatũ contra eos, posset fieri probatio † falsitas in causa appellationis etiam post sententiam 6 infra tempus viginti annorum vt per Beto. *in cap. licet causam, num.28. de probat.* sed si pars velit repulsare testes examinatos in prima instantia, tanquam aliter criminosos, hoc fieri non poterit, nisi in prima instantia fuisset repulsa petita, & non concessa: quia tunc deberetur concedi. Afflict. *decis.266.* sed secus de cõsuetudine Curiæ parlamenti, dicit Guid. Pap. *decisio.500. actor.* vbi concludit, quod obiectus dati contra testes, & non probati in causa principali, bene poterit probari in causa appellationis.

Item † adde, quod quando quis allegat testem falsum deposuisse, quia subornatus: quod teneatur vtrumque probare. Ias. *in l. si post diuisionem, C. de iur. & fact. ign. & in l. diuus, ff. de re iud.* & Flor. *in l. si quando, C. vn. vi. num.521.* Contrarium autem, quod sufficiat probare solam falsitatem, tenuerunt Gloss. Bart. Bald. & Paul. de Castr. *in l. ex falsis, C. de transact.* & Alexan. *in l. diuus Adrianus, num. 12. ff. de re iud.* sed ad hanc quæstionem vide Mascard. *de probat. concl.688.* vbi eam late examinauit, & ponit nonnullas limitationis: Et in hac † materia repulsæ testium, vide Foll. *in pract. crim. in 2. par. in verb. concedatur repulsa*, vbi latissime, & Carau. *in rit. 3.* & ibi *num.8.* dicit, quod in Reg. Neap. de ea tantum repulsa fit magnus casus, quæ inimicitiam tangit, & de aliis multum non curatur, dummodo talis inimicitia in specie allegetur, & probetur: quia sic in genere probata, non sufficeret, & ratio est, quia ad hoc vt inimicitia † repellat testem, debet esse grauissima, vel saltem grauis, secundum Gram. *in decisio.86. n.4. & 7.* 7 8 9

Item † adde, quod testes possunt repulsari, etiam quod moriantur ante publicationem processus, licet morte crimina extinguantur; quia repulsa nõ fit cum teste, sed cum parte, & non fit ad effectum punitionis, sed ad fidem rei testificatæ, ita tradit Carauit. *in ritu 71. in fi.* Baiard. 10

c *Supra q.24.*] adde hoc idem expressum *in d. quæst.24. versic. Item Infamis* distingue, vt ibi. *Drogh.*

d *In hoc autem proposito*] adde † videndum Crau. *in consil. 162. num.1.* 11

e *Generaliter quod sint periuri, infames*] ad idem adde per Crau. *in consil.162. n.2.* Giach.

f *Quod scilicet sufficiat*] adde, quod † ille testis, contra quem opponitur de aliquo crimine, non tenetur de eo respondere, etiam si tale crimen sit notorium, Felin. *in c. cum causam, col.11 de testib.* Syl. *nupt. in verb. monitione, n.34. lib.3.* 12

Item † adde, quod testis criminosus non repellitur, si de crimine agitur ciuiliter in his, quæ sunt difficilis probationis, Ruin. *consil.188. n.15. cum seq. vol.1.* Baiar. 13

g *Caueant tamen illi*] Farin. *q.105. inspect.5. n.133. & seq. & 236.* Ros.

Caueant tamen illi] adde, quod pars, † contra quam deposuit, si neget crimen fuisse factum, non potest se fundare in assertione dicti testis ad probandum esse criminis participem, quia assertionem impugnauit, vt per Ruin. *d. consil.158. nu.21. & 28. vol.5.* 14

Item adde, quod objiciens † contra testes, tenetur actione iniuriarum, si fuerit admissus, & non probauerit, secus si non fuerit admissus, secundum Maluer. *in sua pract. in tit. de iniur. nu.12.* & Boet. *in decis.245. n.7.* sed cum d. protestatione non tenetur. In regno † autem Neap. adest pragm. *sub tit. de testib. refren. & repul.* qua obiicientes tenentur ad pœnam decem talentorum, licet actione iniuriarum agi non possit, vt per Carau. *in ritu 73. n.10.* 15 16

h *Nam generaliter objiciens*] Vide supra, *§. iniuriarum, versic. Item quæro.* & Bertraz. *consil.178. num.20. lib.1. & consil.214. vbi apostill.* Ros.

i *Citra animam iniuriandi*] Vide super hac protestatione Felin. *in c. quæ in ecclesiarum col. mihi 27. de Constitut.* Surd. *decis. 89. n.24. cum seq.* Drogh.

k *Minus legitime recepti*] Supra *q.5. versic. Poterit. q.6. versic. sed quoniam. q.20. in pr. q.50. vers. Item quia.* Drogh.

l *Quia sine iuramento*] Farin. *q.72. vol.3. & seq.* Ros.

m *Nisi repetantur*] adde supra de repetitione *q.45. versic. Ceterum, infra hac eadem quæstione, versiculo Ceterum, & vers. Tertius est casus.* Drogh.

n *In causis criminalibus*] Farin. *q.67. vol.3. §.1. vol.3. n.1. & 5. 3.* vbi late ampliat. & lim. *Ros.*

o *Perniciosius reipublicæ*] adde infra *q.58. versic. ab hac tamen regula,* imò in generali abolitione non continetur crimen falsi infra *q.59. versic. In huiusmodi.* Drogh.

p *In hac autem materia*] Farin. *d. §.3. n.58. late.* Ros.

q *Sed quæro*] No. quod si testis vnum dicat extra judicium, & contrarium postea in judicio, tanquam falsarius punitur, & neutri dicto statur, secundum Bart. *in l. reos, versicul. aut primo*

dixit extra iudicium, ff. de fals. decis. Tholos. 376. Corn. consil. 170. num. 15. versic. & quando testes, vol. 2. Card. in cap. per tuas, in pr. de probat. Notandum tamen, quod testis † deponens falsum, cum existimet verum dicere, falsarius non dicitur, sed videtur fallere: nam qui subit iuramentum calumniæ, & iurat id, quod credit verum licet sit falsum, non dicitur periurus: secundum Hostiens. in c. fin. & ibi Ant. de But. de iureiurand. Felin. in cap. 1. vers. & ita intellige, de lit. contestat. Hyppol. in rub. de probat. & in l. 1. vers. & ideo dico, ff. ad l. Corn. de fals. Tiraquel. in tractat. de retract. ligna. §. 2. in gl. 2. num. 10. Non inconcinne hic subnecti poterit, quod testis post depositionem † judicialem, si extra iudicium dicat, de falsum testimonium deposuisse, non propterea præiudicabit parti, pro qua deposuit, secundum Bart. in l. generaliter. in 1. lect. circa fin. versic. & per hoc dicemus, C. de non num. pecu. Angel. consil. 309. versic. hoc etiam probatur. Adde hoc verum, etiamsi in articulo mortis constitutus hoc dicat, secundũ eandem Bart. in l. si quis in graui, §. si quis moriens, versicul. item facit ad quæstionem, ff. ad Syllan. Bald. in auth. si dicatur. versic. sed quod si testis, C. de testib. Salyc. in l. nullum. eod. titul. Aretin. in c. sicut, in 1. notab. eod. tit. Alex. in l. sciendum, de verb. obl. versic. adde tamen. Guid.

Sed quæro] Farin. quæst. 67. volum. 3. §. 4. num. 111. & 141. & ibi d. n. 111. regulam constituit, ampliat, & limit. Ros.

17 Sed quæro pone, quod testis] adde ad hoc † videndum Gabr. in quæstionibus suis lib. 7. conclus. 4. vbi ponit multas fallentias & ampliationes, vide etiam Menoch. de arbitr. iud. cas. 308. & qui in vno dixit falsum, in totum est periurus, & nihil probat, etiam id quod dicit verum, etiam quod in modico esset falsitas Bald. in cap. cum à Deo, numer. 4. de rescript. Mascard. de probat. conclus. 741. num. 22. & conclus. 743. numer. 6. Menoch. de præsumpt. lib. 5. præsumpt. 22. num. 5. Bertaz. consil. 71. & hoc propter iusiurandum, quod est indiuisibile, Moncad. post Ciot. in tractat. de testo, num. 388. Menoch. de præsumptio. lib. 5. præsumpt. 22. num. 3. Afflict. super constitut. Regn. in c. de periur. lib. 3. fol. 152.
18 in fin. vbi † dicit, quod etiamsi esset absolutus à periurio, non esset idoneus testis in aliqua causa, & vide quæ posui supra ad §. falsum in versic. testis qui falsum.

19 Item adde, † quod testes falsum deponentes in vno articulo, non redduntur falsi in aliis articulis, si falsum fuerit commissum per testes in omittendo, non autem in committendo, quia tunc redderentur falsi in omnibus, ita declarat Tiraquel. in tractat. de pœn. temp. causa 44. num. 42. quem sequitur Viu. opin. 935. nu. 1. & ibi num. 4. dicit, & de communi attestatur, quod falsitas
20 † in vno articulo, seu capitulo non vitiat cetera capitula omnino diuersa à falso, & Boer. in decisio. 253. nu. 6. Baiar.

r Quod sic] Farin. d. q. n. 176. & seq. Ros.

s Et hac concl.] Far. d. §. 4. n. 113. & 150. Ros.

t Capitula super quibus] adde supra q. 21. versic. Quæro nunquid; quo loci ad propositum natura iuramenti est attendenda. Drogh.

u Scias tamen] Vulpell. resp. cons. 138. & 144. num. 4. Ros.

21 x Nam eo casu non dicitur falsus] adde, quod † si testis iurasset super omnibus, de quibus interrogabitur, dicere veritatem, tunc si falsum deponeret in circunstantiis non necessariis, omnino eius depositio in totum corrueret, secundum Aym. consil. 99. num. 8. & Bertazzol. consil. 296. num. 6. vide etiam ea, quæ posui supra in §. falsum ad versic. sed quid si testis.

22 Item adde, † quod si testis deponeret falsum in eo, quod mediate spectat ad negotium, non per hoc eius dictum in aliis corrueret, Aret. in cap. licet causam, de probat.

23 Item adde, † quod si testes diuerso modo deponerent de genere armorum, nihilominus probaretur homicidium, Marsil. sing. 206. & cons. 37. Bertaz. cons. 5. n. 11. Baiar.

y Ita communiter concluditur] Farinac. d. qu. 67. §. 4. nu. 116. 134. & 158. ac 135. & 148. & 164. & 165. & 168. & 172. 478. & seq. Ros.

z Non nocet, quod sint varij] adde Crauet. consil. 6. & consil. 35. sub num. 15. & consil. 78. numer. 3. & Tract. de antiquit. temp. p. 4. membr. 9. & 10. versic. sed enim vbi diffuse loquitur; Boss. Tit. de Torr. num. 27. quod limita vt per Petram. Tract. de fideicommiss. pro. quæst. 12. num. 627. versic. potest tamen responderi, cum pluribus seqq. Vide tamen Ias. in contrarium, in l. in testamento, ita quidam, ff. de cond. & demonst. vbi si sunt quatuor, vel plures demonstrationes, & vna, vel duæ tantum reperiantur concordes, non dicitur constare de illo corpore, pro quo concordant duæ tantum demonstrationes, Alexand. consil. 153. num. 5. vol. 2. Dic tamen aliud esse in depositione Testis, qui concordari potest cũ altero Teste, aliquid narrando in vna re, in vna altera vero non; prout sæpius occurrit in Euangelio, maxime in facto durabili, & successiuo, vt per Petr. Tracta. de fideicom. probib. quæst. 12. num. 895. Alex. lib. 2. de verb. sign. sub num. 34. cum similibus & tunc prætermissæ, vel amplius additæ demonstrationes minime vitiant vt est variatio in pronomine, agnomine, in loco originis vnius partium, & similia. Capyc. decis. 142. sub num. 30. Aliud esset in describendo, siue confinando terram, vel rem aliquam. Talis enim descriptio, & confines, si non sunt concordes in omnibus, tunc constare perfectæ non dicitur de corpore descripto, & tunc procedit dicta lex in Testamento, ita quidam, ff. de condit. & demonstrat. exemplum pone inter duo flumina æqualia extare per longitudinem plurimas petitas terrarum, volo describere petitam terræ, cui cohæret flumen Ardæ, & flumen Longinæ, istę duę demonstrationes sunt nempe concordes multis petiis terrarum; sed si addo, ab alio vero parte cohæret G. M. cum tamen cohæreat L. M. tunc vitiatur descriptio, nec constare dicitur de illo corpore, pro quo quæritur; & hoc nisi aliter de veritate constet, vt per Alex. consil. 8. vol. 4. quem refert addit. ad Felin. in c. significante. col. fin. de rescript. vide Menoch. Tractat. de arbitr. iud. lib. 2. cent. 2. cas. 105. num. 12. August. ad Ang. de Malef. in verbo: Caium Sempronij, num. 6. & dum hic dicitur, quod testis circa extrinseca deponens, licet falso, quod ob id non vitietur eius dictum; Contrarium vide Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. cent. 4. cas. 307. sub num. 5. Vbi quod imo vitiatur, licet falsi pœnam euitet: punitur etiam extraordinarie supra, §. falsum, versic. Sed quid si Testis post medium. Drogh.

a Prædicta autem omnia] adde † circa istam quæstionem 24
de testibus variantibus, & contrarium dicentibus, Menoch. de arbitr. iud. cas. 108. fol. 158. vbi plene, vide etiam Gabriel. lib. 7. concl. 26. cum seq. conc. Baiar.

b Sed quando] Quando testis dicatur sibi contrarius, varius, vel vacillans, Farin. q. 66. par. 1. vol. 3. n. 1. vsque ad nu. 1?. Ros.

c Contrarium] adde, ac plene vide per Ang. de Aret. in §. si de alia re. sub num. 4. Instit. de inutil. stip. & in §. si minus. sub nu. 43. Instit. de act. qui num. seq. docet multis modis reduci testes ad concordiam, quod etiam dico in collect. mea commun. opin. cap. testis, n. 67. Giach.

d Qui tamen hoc] Et qua pœna puniatur parte 2. num. 56. & seq. Ros.

e Primus casus est] adde supra quæst. 25. versic. sed pone, & in quarum in fine facit mentionem de eo, qui positus sit inter duo iuramenta contraria, adde Capyc. decis. 142. sub nu. 6. Crauet. consil. 6. nu. 15. & 43. His adde Boer. consil. 40. numer. 116. cum seq. Drogh.

Primus casus est] adde, & vide in materia plures casus luculenter explicatos par Iacob. Menoch. tract. de arb. iud. lib. 3. cent. 3. cas. 108. Giach.

Primus casus est] adde circa † istam quæstionem traditam 25
per Menoch. de arbitr. iud. d. casu 108. & Gabr. conclus. communium lib. 7. tit. de malefic. concl. 31. vbi plene, vide etiam Crauet. in consil. 75. num. 31. vbi dicit, standum esse dicto extraiudiciali, quando plures præsumptiones pro se, vide etiam Viui. opin. 903. vbi idem tenet, quod secundæ depositioni iuratæ standum sit, & quod non possit puniri de falso. Baiard.

f Quod imo standum sit] Farin. d. q. 66. par. 2. num. 83. vol. 3. & par. 6. n. 193. Ros.

g Facta in iudicio] adde etiam per Menoch. vbi supra num. 22. qui num. seq. tradit quinque declarationes notatu dignas. Et vi. per Crau. d. cons. 6. sub num. 46. 47. Aduerte tamen, quod ex tali testimonio judiciali non potest ad sententiam diffinitiuam perueniri, sed torqueri debet testis, per Crau. cons. 75. n. 30. qui & n. seq. dicit, quod imo stetur dicto extraiudiciali habenti plures præsumptiones pro se. Giach.

h Bene verum est] Farin. d. q. 66. par. 6. n. 111. Ros.

i Scias tamen] adde & plenius per Menoch. vbi supra num. 22. Giach.

Scias tamen] adde, quod testis † ratione depositionis extra- 26
judicialis nõ iuratæ debet puniri pœna extraordinaria criminis stellionatus Bald. in l. 1. num. 2. C. de sepul. viola. Felin. in c. tua res, de iureiur. Socin. consil. 107. in princ. vol. 1. Afflict. decisio. vltim. Gramm. vot. 36. Gabr. comm. conclus. lib. 7. tit. de malefic. conclus. 5. nu. 24. & ex tali testimonio iudiciali ad sententiam diffinitiuam deueniri non potest, sed testis torqueri debet, vt per Crau. in consil. 75. nu. 30. Et si prima depositio fuerit cum iuramento, erit puniendus de periurio, & non pœna falsi quasi ea tantum admittenda sit contra testem in iudicio falsum deponentem, & tunc ipsi testi non credatur propter manifestum periurium, ita tradit Couarr. in 1. par. relect. §. 7. n. 5. circa fin. Baiar.

k Cum iuramento] adde, vt per Campeg. tractat. de testibus rep. 277. versic. 6. Fallit, vt per Cępo. in terminis suo cons. crimin. 60. num. 9. & col. 3. versic. Nec ob. qui in secundo principali dubio, col. pen. vers. super secundo principali dubio, tenet, quod si testes, quia in causa deposuerunt, pronunciatur ad torturam, & dicunt contrarium eius, quod vel primo, vel secundo loco in judicio dixere standum erit vltimo dicto in tormentis, & idem si primo dixerunt extra judicium cum iuramento vnum, & postea cum iuramento in judicio dixerunt contrarium. Et sub n. 19. limitat. duob. mod. illud quod dixit standum esse vltimo dicto cum tormentis. Item num. 28. docet cautelam pulcherri-

mam,

mam, quod stetur vltimo dicto testis, vi. etiam quæ dixi in collecta mea commun. opin. c. testis. *num.* 51. Obiter ad materiam quæro; An testes, qui semel deposuere, possint petere sibi legi primam eorum depositionem, & ad eam se referre; an vero compellantur extense deponere; vi. & dic, vt per Osasc. *decis.* 118. Giach.

l *Secundus est casus*] Quando vnum dicit in iudicio, & extra iudicium reuocauit Farin. *q.* 46. 2. *vol. num.* 81. *& q.* 66. *par.* 2. *nu.* 81. *& q.* 66. *par.* 6. *n.* 200. Ros.

27 *Secundus est casus*) adde videndum † Gabriel. *comm. con l. lib.* 7. *tit. de malefic. concl.* 30.

28 Item adde, † si testis post depositionem iudicialem extraiudicialiter diceret, se falsum deposuisse, an, & quando tales assertiones præiudicarent, & an facerent indicium ad torturam, & an probarent contra ipsos confitentes, vide Anch. *cons.* 14. Dec. *cons.* 189. Soc. iun. *cons.* 36. *num.* 54. *vol.* 1. Gram. *cons.* 57. *nu.* 44. quos omnes accumulauit Gabriel. *commun. conclus. lib.* 7. *tit. de malefic. conclus.* 32. *num.* 11. vide etiam Marss. *in repet. rub. de fideiuss. num.* 42. *& in cons.* 78. *n.* 18. *& cons.* 102. *nu.* 8. *& cons.* 101. *nu.* 40. Baiard.

m *Nisi cum tormentis*) Farin. *d. q.* 66. *par.* 3. *nu.* 179. Ros.

n *Standum esset illi dicto*) Aduerte, quia illud non procedit, quando testis est periurus, vt per Crauet. *eius cons.* 6. *post nu.* 16. Item scias, quod conclusio illa, quod statur dicto testis in tortura, procedit in ciuilibus, in quibus infamia testis purgatur per torturam, secus in criminalibus, ita per Crau. *eod. cons* 6. *nu.* 47. Giach.

o *Cum tortura confirmatum*) adde, quod hoc ideo est, quia standum est illi dicto, in quo talis testis perseuerat in tormentis, supra *quæst.* 45. *versic. Ceterum. ibi, Nam illi tortura*; &

28 est ratio: quia tortura est loco † testis idonei: Crau. *consil.* 13. *sub num.* 4. *cum simil.* Aliud vero est in iudicio ciuili quod ad præiudicium litigantium, tunc enim statur priori dicto contrarij Testis, non o[illegible] ante reuocatione in tormentis ex post facta; est enim tunc quæsitum Ius parti, quod ab ea non potest auferri *dict. quæst.* 45. *vers. Ceterum ibi*, quod intelligitur Menoch. *de arbitr. iud. lib.* 2. *cas.* 108. *num.* 9. 10. 14. *Cent.* 1. fallit hoc tamen in causa hæresis, quia quicquid contrarium deponat in tormentis, & etiam iuramento, vel sine, statur dicto Hæresim detegentis: ibidem *num.* 13. *pract. Pap. in for. lib. opp. contra Testes in glos. ac etiam varij sub numer.* 4. *supra quæst.* 25. *in princip. & in § falsum versic subornans ad fin.* quibus locis habetur hæc materia: An autem post dicta à parte testificata, si compareat Testis siue sponte, siue ad instantiam partis, & dicat se pænitere de eo, quod dixerit, eo quia falsum deposuit subornans, sicque ratificat in tormentis, audiri possit in præiudicium partis, contra quam deponit? credo, quod non, per ea, quæ dixi infra *quæst.* 61. *versiculo*, sed hæc quidem, statur enim priori dicto: Capyc. *decisione* 142. *sub numer.* 3. *cum seqq.* & vtique si iudex essem in tali casu non admitterem talem testem etiam cum tortura, alio non apparente, prout non creditur testi neganti in 1. examine, & in 2. de veritate dicenti: infra *versic. sed quid si testis*: Non enim est verisimilis pœnitentia tanta, vt quis alio non cogente velit turpitudinem suam detegere, illamque in tormentis sustinere, & non est talis admittendus, vt per Menoch. *de arb. indic. lib.* 1. *quæst.* 73. *num.* 15. Bene verum est, quod si talis confessio falsitatis concurreret cum instantia partis, quæ didicisset testificata, testem sic confitentem condemnarem vt est infra *quæst.* 55. *vers. Quomodo autem, infra hac eadem quæst. vers. Quartus est casus, ibi, bene verum est.* Drogh.

p *Sed quid si testis*) Farin. *q.* 66. *par.* 9. *num.* 357. Vide Vulpell. *cons.* 29. qui dicit illos etiam extraordinarie puniri: vide eundem *cons.* 71. Ros.

q *Quartus est casus*) Testis quando in eadem instantia contraria testimonia dixit, Farin. *d. quæst.* 66. *par.* 1. *num.* 13. *& seq.* vbi regulam negatiuam constituit, quod nihil probet & ampliat, & limitat vsque *num.* 56. *cum parte* 9. *per totum* vbi *n.* 329. *& seqq.* ponit 5. quæst speciales *Ros.*

29 *Quartus est casus*) adde plene † Menoch. *de arbitr. indic. cas.* 108. Bertaz. *consil.* 70. *num.* 17. *tom.* 1. *cons. crimin. diuers.* Cephal. *cons.* 233. *&* 234. & Bursat. *consil.* 233. *num.* 101. vbi ex sex causis demonstrat, quando sit standum primo dicto, * vide etiam Laur. *de caut.* 268. Baiar.

r *Aut vero deponit*) Farin. *num.* 231. *& seqq.* Far. *q.* 66. *p.* 9. *n.* 317. Ros.

s *Aut ipsemet testis*) Farin. *d. q.* 66. *num.* 127. *&* 229. *&* 231. 232. 234. 240. & ex interuallo, *num.* 128. 247. Foller. *in pract. cri. in verbo capiat inform. n.* 60. Ros.

30 *Aut ipsemet testis dicit*) adde, quod correctio † fieri potest, siue fiat antequam notarius priorem scripserit responsionem, siue antequam iudicis exeat conspectum, seu partem alloquatur, & licet talis correctio, siue reuocatio fieri permittatur, etiam si error non probetur, vt per Abb. & Felin. *in d. cap. præterea*, tamen ipse testis saltem iustum errorem allegare debet, alioquin tanquam testis varius diuersa afferens testimonia in vna eademque causa eodem tempore, & coram iudice de falso puniri posset, vt ex mente Bart. *in l. eos, num.* 3. *ff. de falsi.* & ita tradit Laurent. Tenni. *in caut* 180. & si testis dictum suum semel declarasset, amplius illud declarare non potest, Bart. *in l.* 1 *ff si cert. pet.* Baiar.

t *Est admittendus*) Farin. *numer.* 241. 246. 250. 251. *&* 254. Ros.

u *Standum est tamen*) Farin. *q.* 66. *p.* 4. *num.* 124. late Vulpell. *resp.* 104. Ros.

x *In hoc tamen Ducatu*) Farin. *sup. par.* 3. *nu.* 98. *& par.* 4. *num.* 524. *& par.* 5. *n.* 166. *&* 184. Ros.

y *Tunc ponitur in tormentis*) Intellige modo, quo supra *qu.* 24. *vers. Item infamis*; & nota, quia hanc practicam posuit Text. *in l. si postulauerit, § sed & si negauerit ff. de adult.* quem Text. in terminis citat Tiraqu. *in præfat. l. si vnquam, num.* 49 *C. de reuocanda donat.* Vide Boss. *tit. de Tortura Test. num.* 21. Viuam autem rationem vide apud Gramm. *decis.* 8. *post num.* 2. statur ergo depositioni factæ cum tortura quando testis est varius; quid si testis dixerit vnum extra Iudicium, & aliud contrarium in Iudicio? quo casu tunc etiam torqueri debet, vt per Crau. *consil.* 74. *num.* 6. *cons.* 75. *num.* 10. Dic, quod depositio, quæ pluribus adiuuatur præsumptionibus, præualet. *d. cons.* 75. *num* 12. Aduerte tamen, quod cum tortura infertur pro validitate testimonij pars citari debet, & ea præsente debet iurari. Vulpellus *cons.* 76. *num.* 14. allegat Boer. *Decisione* 319. *num.* 4. Gram. *voto* 30. *&* 34. Drogh.

z *Bene verum est*) Contrarium, quod imo cauti Assessores non reducunt secundam depositionem in actis, sed tantum primam, adeo quod cessent hic scripta de affirmatione primæ, vel vltimæ depositionis; dixit Alc. *Tract. de præsumpt. reg.* 2. *præsum.* 29 *nu.* 10 *ad fin.* Brun. *Tractat. de Indicijs, & Tort. q* 4. 2. *par nu.* 15. Drogh.

Bene verum est) adde videndum Gram. *in decis.* 43. *consil.* 19. *num.* 6. *cons.* 13. *num.* 11. *consil.* 41. *num.* 13. *&* 15. *consil.* 47. *num.* 8. & Carau. *supra Pragm.* 1. *de falsis, num.* 117. *cum seq.* vbi habetur, quod testes varij, contrarij, vel vacillantes, si non tangunt negotium principale, vel in modico non sunt falsarij, & pœna ordinaria falsi puniri non possunt, sed extraordinarie; quamuis variatio, contrarietas, siue vacillatio, esset modica, tam in facto principali, quam non, quia aures iudicis offendunt, & quia ex hoc non repellerentur, sed ad prædicta vide omnino Menoch. *de arbitr. ind. casu* 307. vbi late, & similiter variatio, & vacillatio si est sine dolo, non punitur pœna falsi, sed tantummodo arbitraria leui, & est magis communis opinio, vt tradit Bologn. *cons.* 30. Crau. *consil.* 46. *nu.* 10. & Bertazzol. *consil.* 523. *nu.* 2. *vol.* 2. Baiar.

a *Punitur de falso*) Far. *d. q.* 66. *par.* 2. *n.* 65. Ros.

b *Et aduerte*) Farin. *d. q.* 66. *part.* 5. *n.* 168. Ros.

c *Ego etiam puto*) Far. *p.* 7. *n.* 139. Ros.

Ego etiam puto) adde Gabr. *conclus.* 26. *lib.* 7. vbi plene, quando dictum testis cum tormentis præualeat, & iudicis arbitrio relinquitur, quæ verisimilia † dicantur. Menoch. *de arbit. indic. cas.* 85. 31

Item adde, † si tortus in caput aliorum in prima tortura dixit vnum, in secunda aliud, potest torqueri tertio, vt stetur vltimo dicto conformi vni ex præcedentibus. Ange. *in l. fin. C. de quæst.* Gabriel. *cons.* 178. *n.* 21. vbi dicit etiam, quod si in prima, & secunda tortura idem dixisset, non est deueniendum ad tertiam torturam, quia nihil operaretur, si contrarium in tertia diceret, quia bis contrarium dixisset, & cui dicto sit standum, si testis bis fuisset tortus, & variasset † Decian. *in consil.* 9. *n.* 45. *cum seq. vol.* 2. 32 33

Item adde, quod hoc dixit Cepol. *consil.* 60. *n.* 19. *& seq.* quod multum sit tribuendum iudici, an debeat stari primo, vel secundo dicto; & quæ depositio sit magis verisimilis, idem tenet Bartol. Socin. *cons.* 253. *vol.* 2. quem refert, & sequitur Deci. *in consil.* 177. Rolan. *consil.* 73. *num.* 31. *vol.* 1. Crau. *consil.* [illegible] *n.* 45. *& consil.* 75. *num.* 32. & magis standum est dicto, quod est conforme, & consonum iuri communi, secundum Corset. *in sing.* 7. *in versic. testis.* Innoc. *in cap. auditis de prescrip.* & Paris. *in consil.* 67. *nu.* 113. *vol.* 3. & de testibus verisimilia, aut inuerisimilia deponentibus, late Tiraquel. *in repet. l. si vnquam de reuoc. donat. in præfatione, num.* 37. *cum multis sequentib.* & vide etiam Menoch. *de arbitra ind. casu* 85. Baiar.

d *Aut vero*) Farin. *in d. q.* 66. *par.* 8. *n.* 255. Ros.

e *Consulo tamen iudicibus*) Farinac. supra *num.* 263. *&* 264. Ros.

Consulo tamen) adde, quod Cæpol. *d. cons.* 60. *num.* 18. dat cautelam, quod quando quis vult complacere amico suo, persuadeat testibus, vt dicant contrarium eius, quod primo dixerunt, & postea iudex reponendo testes, faciat eis aliquem timore

rem in tormentis, & stabitur eorum secundo dicto etiam ex
34 interuallo, & an testes, † qui semel deposuerunt, possint petere
sibi legi primam eorum depositionem, & ad illam se referre; an
vero compellantur extense deponere, *decis. Pedemon.* 128. etiam
Menoch. *de arbitr. iud. casu* 109. *n.* 12. & Natt. *cons* 337. *nu.* 3. *cum
seq. vol.* 3. Baiar.

f *Per verbum Credo*] Farin. *q.* 66. *part.* 4. *n.* 336. Ros.

g *Hodie possum credere vnum*] An autem Reus absolutè re-
spondere possit, credo, vel non credo, hæc addito, vt ponitur,
siue vt in positionibus? Vide Bart. *in l. inter omnes, §. Recte in fin.
ff. de Furt. supra q.* 50. *vers.* Huiusmodi autem, & de teste primo
dicente se credere postea deponente de verbo assertiuo veri-
tatis, vt hic, & de aliis similibus latius ad Boss. *Tit. de Tortura
Testium sub num.* 21. An autem respondens in facto proprio per
verbum Credo, si in contrarium appareat veritas, sit periurus?
late Surdus *decisio* 17. *per tot.* Drogh.

h *Plus creditur notario*] Sed qui si plures essent testes, qui
omnes conuenirent, vide per Natta *consil.* 392. Alex. *consil.* 65.
col. fi. vol 2. & per Mauser. *ad pract. Papien. tit. de rescisio. sent.* gl.
fuerunt vnquam præsentes. *Giach.*

35 *Plus creditur notario*] Adde, quod si † essent plures testes, qui
omnes contradicerent, notario credendum esset, Nat. *consil.*
392. Item adde, quod est magis creditur, quam notario quan-
do testis est persona multum notabilis, vt per Tiraq. *de pæn.
temp. causa fi. n.* 129. Baiar.

i *Distinctio*] Aymo. *consil.* 13. *n.* 30. Late Rolan. *consil.* 38. *lib.* 1.
per totum, & Gaspar. Anton. Thes. *qu.* 31. Ros.

k *Quod Iudices assisterent Notarijs*] Supra *in §. Falsum, vers.
Pone testis*, & idem est, vt hic, si vltra Notarium adsit etiam scri-
ptor. Alc. *Tract. de præsumpt. reg.* 3. *præsumptione* 13. *sub nu.* 19. Et
de istis Notariis, qui insistunt Iudicibus, & volunt ipsi esse Iu-
dices, dixi supra ad *qu.* 31. *vers scienter, & dolose, & quæst.* 26. *in
princ. ad qu.* 46. *vers. Ceterum*; Nota demum quod pars, contra
quam in Ciuilibus sic deponit, obtinet modo, quo supra *in §.
falsum, vers. Item propter*; Capyc. *dec.* 67. *in princ.* quod intellige
in falsificatione actorum tantum, non testium, nec instrumēto-
rum, vt ibidem, & immo talis testis, de quo hic dicitur, non tan-
tum debet iterum examinari, petente parte, sed iterum torque-
ri, vt est supra *q.* 45. *vers. ceterum, ibi, Item si sunt tales Testes*; Et
hæc vtique procedunt, quando tractatur de puniendo Teste;
Quia tunc non plus creditur Notario, quam Testi. cum non
adsit aliquis alius; sin autem tractatur ad effectum, vt sciatur
tantum, cui in ipsa Causa Ciuili stari debeat, nec tractetur de
pœna aliqua; tunc magis creditur Notario, Capyc. *decis.* 61. *n.* 5.
supra in § falsum vers. pone Testis, ibi, sed quantum ad hoc. Drogh.

l *Dixi etiam*] Regula est, quod testes singulares non pro-
bant, *c. cum litteris, de testib.* vbi Gloss. *in verb. soli. in c. cum dile-
cti de elect. cap. licet causam, de probat.* & ibi. Abb. Felin. *in c. licet
ex quadam, de testib.* Alex. *cons.* 3. *vol.* 1. Ias. *in repet. l. admonendi,
de iureiur.* limitatur tamen; nisi ex dictis testium singularium
iudex in credulitatem adduceretur, propter quam potest fidem
adhibere testibus singularibus: quia quantam fidem habere de-
beat iudex testibus, est sibi arbitrarium *l.* 3. *§ in magis, ff. de te-
stib.* not. Paul. de Castr. *in d. l. admonendi, & in l. Lucius, ff. de iis
qui not. infam.* Et per hanc rationem istam limitationem ponit
Decian. *consil.* 163. *in fi.* Hippol. *in practic. §. diligenter, & in l. si
quis qu. ff. de quæst.* Item vbi ageretur de probatione actus con-
nexi, vt si vnus testis probat de principio, alius de fine, tunc
tales testes, etsi singulares, probant, vt per Bart. *in l. ob carmen in
fi ff. de testibus.* Ang. *in disp. Astensis miles*: Felin. *in d. c. licet ex qua-
dam, de testib.* Guiot.

l *Dixi etiam contra testes*) adde, † videndum ad hanc quæ-
36 stionem, an & quando testes singulares probant, Gabr. *comm.
concl. in tit. de testib. lib.* 3. *concl.* 2. & Viui. *comm. opin. in verb. testes
singulares, il* 2. & testes † quibus modis dicantur singulares, vi-
37 de omnino Monticel. *in repert. testium, fol.* 191. & testis † qui non
38 dat contestes specialiter, sed in genere in ea re, dicitur etiam
singularis. Mars. *in cons.* 20. *n.* 25.

Item adde, quod si testes singulares sunt ita nobiles, & pro-
39 batæ vitæ, & deponerent verisimilia, quod iudicem inducant
ad indubitatam fidem, iudex non debet curare illam singula-
ritatem, & secundum eos iudicare. Paul. de Castr. *in l. admo-
nendi ff. de iureiu.* & Mars. *in sing.* 114. *incip. vulgatum, & tritum.*
Pasil. *consil.* 57. *col. fi. vol.* 1. & Soc. iun. *in consil.* 32. *col.* 3. *vol.* 2.

Item adde, † quod testis fisci, si pro eo deponit, ipsi quamuis
40 singulari creditur, etiam quod sit de auditu. Roman. *consil.* 104.
Soc. iun. *consil.* 69. *n.* 11. *vol.* 1. Cephal. *consil.* 65. *n.* 55. *consil.* 82. *nu.*
47. Horat. Luci. *consil.* 168. *n.* 4. & 15. *tom.* 1. *inter consil. crimin. di-
uers.* Burs. *consil.* 216. *n.* 45. *vol.* 2. & Simon de Prætis *consil.* 178. *n.*
6. Baiard.

m *Nam testes singulares*) adde hic, quod licet sufficiat vnus
Testis ad Torturam, vt est supra *quæ.* 11. *versic. vnus Testis*, non
tamen sufficit ad conuincendum, vt hic. Hoc autem etiam ve-
rum est de Iure diuino, Deuter. *cap.* 17. Distingue tamen singu-
laritates, vt per Crauet. *tra. de antiq. temp. par.* 4. *versic. sed enim*,
Borgn. *Tit de contract. parte* 2. *n.* 1. limit. Ioseph. Lud *Dec. Perus.*
9. *n.* 14. & *n.* 30. vbi melius, quam alibi; supra *in §. falsum, ver-
sic. Scias tamen* ibi dixi; Vide etiam Petrum de Barbosus *inter
consil. Crimin. diuers. consil.* 95. *part.* 1. *nu.* 17. qui dixit ex mente
Bald. tunc testes dici singulares, quando vnus contradicit alte-
ri, sed vbi conclusiue vnus dicit, quod alius, tunc in nulla ma-
teria mundi dici possunt singulares; distingue tamen in actu
reiterabili, vt per Crau. vbi supra. *Drogh.*

n *Et consequenter*) Vide plene & generaliter per Farin. *q.* 64.
vol. 2. vbi *n.* 2. quid sit singularis, & *n.* 3. Quotuplex, & *n* 5. 6. 7.
& per quatuor causas, *n.* 8. atque per decem prædicamenta *nu.*
10. *in seqq.* & in genere probando *n.* 110. & 153. vel indicium *n.*
314. & *seq.* Ros.

o *De probando aliquo delicto in specie*) adde, commune hoc
esse, vt per Alban. *in cons.* 25. *n.* 1. & Crau. *consil.* 73. *col.* 11. Giach.

p *Sed quid si agatur*) Bonacossa *in suis comm. verb. testes sin-
gulares folio* 171. *in* 1. *parte in verbo testes singulares, nu.* 172. & *in
verbo testis vnicus fol.* 3. vide & *verbo testes singulares, fol.* 174. *ac
verbo testes singulares in* 2. *parte fol.* 78. 17d. & 79 & 80. Ros.

q *Hæreticum, adulterium, vsurarium*) adde de his omnibus
per Iacob. de S. Georg. *l. ob carmen, §. fi. n.* 17. *cum pluribus sequen.*
Item, quod testes singulares non probent, quando tractatur de
probando aliquid in genere, magis communem vi. *in collecta
mea commun. opin. cap. testis, n.* 77. Item quod non probent quem
hæreticum, vel vsurarium adnotaui *in d. mea collect. num. seq.*
Item non probantur *consil. ibid. n.* 21. sed plene probant confes-
sionem in genere, vt ibi *n.* 22. Giach.

r *Ego aliquando*) adde in probando aliquid in specie, vel in
genere, quod voluit Negus. *Tract. de pign.* 1. *membr.* 8. *part. prin.
n.* 25. *infra* 55. *vers. quomodo autem ibi. Si vero confiteatur in specie*;
Menoch. *Tract. de arb. iud. lib.* 2. *centuria* 3. *sub n.* 25. *cas.* 225. Ab
hac tamen distinctione dissentire videntur aliqui moderni, vi-
de Perr. *Tract. de fideic. probib. q.* 12. *n.* 313. Fuluius Pacianus, qui
audacter loquitur, & cum paruo fundamento ita vt Illustrem
hunc auctorem tanquam solum huius opinionis damnet, *tr.
de probat. lib.* 1. *cap.* 14. *n.* 11. & tamen habet plures istius opinio-
nis adiutores, vt patet ex Menochio supra citato, & per Cra-
uet. *consil.* 73. *n.* 32. *cum seq. cons.* 78. *sub n.* 6. *ad mod. consil.* 151. *nu.* 13.
cum aliis adductis per Perram, vbi supra, *versic. Decimus Quin-
tus effectus à n.* 558. *vsque ad numerum* 641. Tu tene intrepide
hanc decisionem in practica, per ea quæ dixit ibidem, *nu.* 661.
cum num. sequenti, & quæ ego dixi sup. *ad §. falsum vers. trita est
in fin.* quia dum dicti moderni ita plene probare volunt, &
Iura diffinire ita, quod necessario concludant, non aduertunt
se alterare iura, quoniam diffinitio semper fuit periculosa, arbi-
triumque concessum Iudicibus, credendi, vel non, Testibus,
confundunt, & seipsos inuoluunt, vt ex vtriusque Perræ, &
Pacciani lectura patet; Et ego quidem nescio videre, quomodo
Iudex inquirens generaliter contra accusatum (vt vtar verbis
Pacciani) si iam habet Testes, quorum vnus dicat audiuisse
accusatum dicentem Christum minime de Virgine natum, Al-
ter dicat Christum verum non fuisse Deum; tunc procedere
possit in genere, cum omni in casu facta tali nominatione ge-
neralis Inquisitio transeat in specialem, supra *quæst.* 5. *versic. po-
terit igitur ibi, porrecta igitur, & qu.* 6. *in princip. ibi, & si dican-
tur cum vulg.* argumento eorum, quæ dixit Text. *in cap. Cum
in iuuentute extr. de purg.* Can gloss. *in capit. ex parte, in verb. pur-
gationem extr. de purg.* Can. gloss. in terminis *cap. delictorum, in
verb. super criminibus, ibi, Quod obiiciebantur crimina testibus,
extr. de testibus cogen.* l. Menochius *de arbitr. Iudic. libr.* 2. *Centur.*
4. *casu* 307. *n.* 5. *cum similibus.* Drogh.

s *Et hoc casu verior*) adde, † quod contraria opinio, videli- 41
cet, quod testes singulares probent in genere (maxime in cri-
mine hæresis) est verior, secundum Ruin. iun. *in consil.* 2. *per to-
tum, vol.* 1. vbi latissime hanc quæstionem tractauit, & distin-
ctionem D. Clari egregie impugnauit. *Baiard.*

t *Puta excipiendo de adulterio*) adde Abb. Panormit. *in cap.*
1. *in principio extra de exception supra quæst.* 19. *versicul. per exce-
ptionem*, & habetur supra *quæst.* 1. *versic. scias, cum versicul. sequ.*
Drogh.

u *Seuerius puniatur*) vide tu Marsil. *§. diligenter, numer.* 6.
Ros.

u *Sed quid si aliquis Princeps*, adde, quod † ista est magis 42
communis opin. quod narratiuæ Papæ de gestis non coram se,
sed alibi, non creditur, vbi agitur de magno præiudicio, Gabr.
consil. 129. *num.* 5. vbi multum late hanc quæstionem tractauit,
etiam si adsit clausula, motu proprio, & Grammat. *in decis.* 65.
n. 6. maxime quando tractatur de eius interesse, & an assertio-
ni Papæ, vel Cardinalis, vel Principis, vel iudicis, aut notarij
standum sit, vide omnino Mascard. *in conclus.* 139. 140. 141. 142.
143. & 1227. & Plott. *consil.* 2. *n.* 8.

Item

43 Item adde, quod † Principi recognoscenti superiorem aliquid dicenti non creditur. Deci. *consil.* 412. *vol.* 2. quem refert, & sequitur Plot. *consil.* 53. *n.* 1. *& in consil.* 2. *n* 8.

44 Item add, quod † statut narratiue Papæ cum magno præiudicio tertij, quando sumus in antiquis, & cum adminiculis, secundum Crescent. *decisio* 89. Moheda. *decisio* 171. *& sequen.* Gomes *decisio* 38. Angel. August. *decisio* 410. Ferret *in consil.* 246. *n.* 3. *vol* 2. vbi de communi, quos omnes refert, & sequitur Viui. *commun. opin.* 193. *&* 342. 639. *n.* 4. & Crauet. *in tract. de antiq. temp.* 1. *par. n.* 31.

Item adde, quod Imperator, Rex, vel alius Princeps non potest statuere, quod credatur in causa propria ciuili, vel criminali, Imperatori, Regi, aut Principi, & si statuerit, non valet statutum, Bald. & Comes Bened. de Plotis *in consil.* 5. *inter consil. crim. diuers. tom.* 2. Baiar.

x *Loquendo de summo Pontifice*] Adde quid in Iudice sic asserente? supra *q.* 31. *vers. fama*; Contrarium, quod imo non creditur supra *q.* 6. *vers. Sed quid si reus ad fin.* Vide omnino Crauett. *Tract. de antiq. tempor par.* 1. Alex *consil.* 150. *num.* 11. *vol.* 2. *infra q.* 64. *versic sed nunquid bannitus.* Idem Crauet. *consil.* 48. *n.* 1. Drogh.

y *Et hanc dicit*] Farin. *qu.* 63. *cap.* 3. *vol.* 2. *num.* 79. vbi format regulam affirmatiuam in Papa, *& n.* 8. in Imperatore, & Rege, vel habente iura Imperij, *n.* 87. cum *plurib. ampliat.* & limit. ad eum recurre. *Ros.*

45 z *Praeterea dixi*] Adde, quod † quando testes deponunt de illis maleficiis, quæ possunt percipi sensu corporis, probant sine alia ratione, etiam si non sint de causa interrogati. ita Decis. *consil.* 100. *n.* 1. & quibus casibus testes, qui rationem scientiæ non reddunt, probent, vide per Campeg. *in tract de test. reg.*

46 Item adde, † quod si ex dispositione testis causa, & ratio etiam non reddita colligi posset, veluti si quis dicat frui præsens, tunc dictum valet. Innoc. Felin & Bald *in cap. cum causam, de testib.* & Illustriss. Card. Alban. Compater meus *in lucubra. ad Bart. in l. solam, C. de testi.* vel videri, suo vel iudicio suo Baiard.

a *Licet enim regulariter*] Farin. *q.* 7. *vol.* 3. *n.* 14 *& seqq. cap.* 1. *Qualis debeat esse ratio, c.* 3 *n.* 127. De ratione, quia vicinus *cap.* 3. *n.* 164 Ros.

b *Teneantur testes etiam non interrogati reddere causam scientiæ*] Adde idem per Crau *in cons.* 2. *&* 51. *n.* 3 *cons.* 185. *n.* 10. Et illud est verum, quo ad indiciandum ad torturam, non quo ad præsumptionem Campeg. *reg.* 246. Sed quæ dicatur sufficiens ratio, vi. per Boss. *in tract. crim. tit. de opposit. contra testes à num.* 73. *vsque ad num.* 80. Et quibus casibus valet dictum testis rationem non reddentis, habetur per Campeg. *de testib. sub regul.* 193. *&* 342. & quibus casibus non valeat generaliter per eundem Campeg. *in d. tract. reg.* 192. & per Crot. *eod. tract* 7. *par. nu.* 112. vbi plene. Sed plenius adnotaui *in regul meis Ciuil iudic.* §. *causa scientia per testes per tot* Giach.

c *Sed hoc intellige*] Farin. *d. q.* 70. *c.* 10. *n.* 91. *&* 101. Ros.

47 *Sed hoc intellige*] Adde, quod † testes ad defensam, etiam, quod sint domestici, & familiares; si deponunt per verbum

48 credo probant, Mazzol. *in consil.* 77. *n.* 0. Potest † etiam opponi, quod deponunt de auditu, quo casu non probant, Bertaz. *consil. crim.* 244. *n.* 4. *consil.* 191. *n.* 11. nec sunt viri testes *consil.* 283. *n.* 11. & maxime si audiuerunt ab illis, qui sunt suspecti, & quibus nullo modo credendum est. *consil.* 251. *n.* 37. *&* 38. *& consil.* 296. *n.* 7. faciunt aliqualem præsumptionem, quæ suspicio dicitur *consil* 255 *n.* 6. *consil.* 280. *n.* 14. *&* 15. *consil.* 187. *n.* 2. Farin *q.* 43. *nu.* 164. & talem, quæ transfert onus probandi in aduersarium contrarium Bertaz *consil.* 406. *n.* 14 *&* 15. faciunt indicium ad torturam de materia mandati, Farin. *q.* 44. *n.* 14. cum fama plene probant, Bertaz. *consil* 366. *nu.* 15. non sic, si vnus tantum esset, Farin. *qu.* 47. *nu.* 77. *& seqq.* probant contra producentem, Bertaz. *consil* 311. *n* 3. *&* 488. *n.* 8. probat de auditu confinia Bertaz. *consil.* 366. *nu.* 14. si varii essent, non probant, ergo de falso non puniantur Bertaz. *consil.* 523. *n.* 3. Baiat.

d *Qui an offensam deponunt*] Adde, quod talis testis debet interrogari à iudice, non autem à notario, vt praui moris est supra *q.* 26. *in pr.* Drogh.

e *Possunt autem*] Quod si non cognoscit litigantes; idem Farinac. *q.* 17. *opposit.* 25. *nu.* 31. *&* 34. *dict. vol.* 3. & per totam quia generaliter materiam tractat. *Ros.*

QVÆSTIO LIV.

De exceptionibus, quæ aduersus instrumenta, actáq; in causis criminalibus producta proponuntur.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Delictum non potest probari per instrumentum.*
Iul. Clar. Sentent. Pract. Crimin.
2 *Acta facta in iudicio ciuili non faciunt fidem in criminali.*
3 *Et quid si illud iudicium ciuile erat super crimine.*
4 *Confessio procuratoris facta in iudicio ciuili an praeiudicet principali in iudicio criminali.*
5 *Confessio principalis facta in iudicio ciuili an ipsi praeiudicet in criminali.*
6 *Sententia lata in loco delicti an sit mittenda executioni in loco originis.*

Ex Additionibus.

1 *Crimen an, & quando probetur per instrumentum.*
2 *Acta facta iudicio ciuili an probent in criminali.*
3 *Dictum vnius testis in vna causa probat contra eundem testem contrarium deponentem in alia inter diuersas personas.*
4 *Confessio ficta in vno iudicio, non probat in alio.*
5 *Confessio vera praeiudicat, licet fortuito facta.*
6 *Confessio facta in inquisitione nocet etiam ad fauorem personæ, quæ non fuit pars illius iudicis.*
7 *Confessio facta per literas missas iudici probat.*

Dictum *a* est de excusationibus, quę personas, & dicta testium concernunt: Sed quid si accusator ad probandum delictum produxerit aliqua instrumenta? Respon. Potest dicere reus, quod delicta non probantur per instrumenta: solet ad hoc allegari text. *in capit. cū in ecclesiis, de maior. & obed.* & est doctrina Bartol. in *l. Senatus, num.* 2. *ff ad Senatuscons. Turpill.* quam dicit esse communiter approbatam Curt. iun. *in authen. si quis in aliquo, post n.* 34. *vers. quarto aduerte, C. de edēdo.* Hanc etiam dicit esse communem opin. Berous *in cap. at si clerici, num.* 4. *de iud.* Et dicebat Dyn. quod hæc opin. teneatur, & seruatur pro euangelio, quem refert Gand. *de malefic. in titul. de pœnis, num.* 15. Hoc tamen intellige, vt procedat, quando crimen consistit in facto separato ab ipso instrumento, puta, homicidium, furtum, adulterium, &c. sed si crimen consisteret in animo, prout est hæresis, vtique per instrumentum, in quo aliquis assereret aliquid hæreticum, posset crimen ipsum probari. Idem si quis ratificet per instrumentum delictum commissum ab alio, pariter talis ratificatio, quæ etiam ipsa est delictum, vt dixit infra *quæst.* 87. *versic. quæro nunquid*, poterit per ipsum instrumentum probari. Idemque si delictum consisteret in facto incorporato, vel connexo ipsi instrumento: puta, si aliquis faciat instrumentum contractus vsurarij, certe poterit delictum vsuræ probari per illud instrumentum. Et illam conclusionem declarat practica, quæ est optima legum interpres. *a* 1

Item *b* si producantur aliqua acta, potest reus dicere, quod acta facta in iudicio ciuili non faciunt fidem in criminali. Et ita communiter concluditur, vt dicit Felin. *in c. at si clerici, num.* 26. *de iud.* Ripa *in l.* 2. *nu.* 40. *C. de edendo*, quem refert Pract. Conradi, *fol.* 283. *num.* 10. *in fin.* & Villalob. *in sua collecta commun. opin. in littera A, post nu.* 47. Diaz. *regul.* 10. Sed hoc intellige, vt procedat, quantum ad hoc, vt plene probent: sed bene faciunt indicium *b* ad inquirendum, vt dixi supra *quæst.* 19. Et hoc quidem de plano procedit, quando huiusmodi causa ciuilis fuisset agitata super aliqua re in controuersiam deducta: Sed quid si fuerit intentata supra crimine, prout sæpenumero contingit, iuxta ea, quæ dixi in loco præallegato? Respondeo, quod adhuc talia acta, neque etiam sententia super ipso crimine lata; non faciunt fidem in iudicio criminali. Et est communis opin. vt dicit Abb. *in c. per inquisitionem, post num.* 12. *de elect.* quem refert Berous *in c. qualiter, & quando, nu.* 87. *de accus.* Apostil. ad Ang. *de malefic. in verbo, Et ad querelam, col. pen. vers. & aduerte.* 2 *b* *b* 3

4 Sed *c* quæro, nunquid confessio procuratoris facta
c in vno iudicio ciuili præiudicet principali in alio iudicio criminali. Respond. quod non, & ita tenent communiter DD. vt dicit Berous *in loco prealleg. n.91.*

d Sed *d* quid si exhibeatur confessio ipsiusmet princi-
5 palis facta in alio iudicio ciuili? Resp. quod (secundum aliquos) plene præiudicat confitenti. Et ita videtur tenuisse Spec. *in tit. de actionib. §. super petitionibus, n.8.* cuius opin. dicit esse communem Aret. *in c. causam quæ, n.17. & sequ. de test.* quem refert Boss. *in titul. quomodo procedatur per exceptio. n.4. & in tit. de plurib. viol. post n.17.* Idem dicit Public. *super consuet. Alue. fol.21. n.11.* Mihi vero semper placuit contraria opin. quod scilicet huiusmodi confessio facta in iudicio ciuili non faciat in iudicio criminali plenam probationem, sed tantummodo semiplenam, & sic indicium ad torturam. Cum enim sit facta coram alio iudice, & ad alium finem, potius debet dici extraiudicialis respectu secundi iudicij, quam iudicialis? merito non debet sufficere ad condemnationem, & si casus contingeret, for-
e te ita seruarem, nisi vna cum ipsa confessione *e* concurrerent alia indicia.

6 Sed pone, quod exhibeatur sententia, & condemnatio lato contra aliquem in loco delicti, nunquid illa faciet fidem in loco originis, vel domicilij, ita ut sit executioni mittenda? Respond, quod non, quando est lata per iudicem alterius territorij prorsus separati, scilicet, quod sit sub alio principe, vel sub alio præside
f prouinciæ, vt dixi infra *q.96. vers. item quæro:* sed *f* tantummodo facit contra eum iudicium, ita quod etiam aliter non constito de delicto, poterit contra eum procedi. Et superioribus annis ita decisum fuit in senatu, & iussus fuit detineri quidam Io. Ambros. Plenus, sub-
g ditus huius ducatus ratione originis, *g* qui fuerat Perusiis condemnatus ad furcas pro vulneribus illatis cuidam 4. Septembr. 1560. A. C. Ceterum sine causæ cognitione non solent tales sententiæ executioni demandari. Et ita rescripsit senatus prætori Cremonæ, 2. Augusti 1554. P. N.

ADDITIONES

Ad Quæst. LIV.

a **D***ictum est*] In hac quæstione tractatur, an delicta probentur per instrumenta, & acta publica; conclusio est, quod non, adde Matant. *in sua pract. par.6. actu 10 sub titulo actorum, adit. num.30.* Bart. *in l. Senatusconsultum in principio, ff. ad Turp.* & de hac materia Bald. *in l. contra negantem, C. ad leg. Aquil.* & adest Decretum Mediolani super hoc, ne bannum possit probari per testes, de quo dixit Menoch. *de arbitr. iudic. libr. 2. cent. 1. cas.57. n.8* declara vt ibi, & vide Bartol magistraliter loquentem *in l. prima, §. Hoc edicto, num.5. cum seq. ff. vi bonor. rapt.* limita, quando scriptura ad probationem actorum fieri potuit, cum autem secus, per testes tunc fieri potest probatio Crauet. *consil.12. sub num.5.* contrarium, quod imo talia acta publica probari possint etiam per testes, retulit Menoc. *tract. de adipisc. possess. remed.4. sub num.915.* ex Dec. *in c. quoniam contra num. 235. extra de prob.* distingue, vt ibi: vide Cart. *de executione sent. cont. bann. c. fin. sub num.38. ad fin. versic. sed quia per instrumentum,* Lanfrancum *in c. quoniam contra in princ. num.23. de prob.* Drogh.

Dictum est de excusationibus. Ad delicta per instrumenta probentur, seu de exceptionibus quæ aduersus instrumenta, actave in causis proponuntur, Farin. *vol.4. sua prax. q.84. nu.1. & sequent.* & præcipue *num.9. & 12. & 16. & 21. & 19. & seq.* quia limitat. *Ros.*

1 *Dictum est de exceptionibus*] Adde † videndum Mascard. *de probat. concl.460. & 499. vol 1.* vbi late tractat, an crimen probetur per instrumentum, & in quibus casibus. *Baiard.*

b *Item si producantur aliqua acta*] Adde Bened. *de foro Semproniï in repertor.* Fel. *in verb. acta,* vt ponit fallent. Felin. *Guiot.*

Item si producantur] Adde ad hoc videndum Mascar. *de probat. concl.34. vol.1.*

2 Item adde, † an probationes factæ in iudicio ciuili, faciant fidem in iudicio criminali, late Marian. Soc. *in repet. c. qualiter, & quando, q.13. art.2.*

Item adde, quod † dictum vnius testis in vna causa fecit fidē, 3 contra eundem testem, deponentem contrarium in alia causa inter alias personas, Fely. *in c. causam quæ, de testi. n.21.* Baiar.

b *Ad inquirendum*) Adde *l. quod euitandi, C. de cond. ob caus.* Guiot.

c *Sed quæro nunquid*) Far. *q.81. vol 4 c.3. n. 08.* Ros.

d *Sed quid si exhibeatur*] Confessio principalis in causa ciuili an in criminali præiudicet, Far. *vol.4 sua prax. q.81. c 3. nu. 92. & seq.* Ros.

Sed quid si exhibeatur] Adde, quod † intelligendum est de 4 confessione vera, & non ficta, Rom. *in sing.501. si confessus,* & Alex. *in l.1. §.1. ff. vi bonor. rapt.*

Item adde, † quod confessio vera præiudicat, etiam si for- 5 tuito facta fuisset, Bald. *in l. quod euitandi, C. de condi. ob turp. caus.* Fely. *in c. at si clerici, n.12. de iud.*

Item adde, † quod confessio facta iudice inquirente nocet 6 confitenti etiam ad fauorem personæ, quæ non fuit pars illius iudicij: non autem confessio, quando fuit facta mediante accusatore, vt per Fel. *in c. causam quæ, n.23. de testib.*

Item adde, † quod confessio principalis absentis facta per 7 litteras missas Iudici præiudicat, quia probat, vt per Bal. *in c. olim ex litteris de rescriptis, n.7.* Baiar.

e *Concurrerent alia Indicia*] Adde, quod imo etiam si concurrent alia Indicia, non posset quis condemnari, nisi statuto ei termino ad faciendum defensores, supra *q.46. vers. est igitur in princ. q.21. vers. Confessio extraiudicialis.* Drogh.

f *Sed tantummodo.* Cart. *de exec. sent. c. fi. n.11. & plur. sequ.* vbi vult, vt etiam videatur processus *vsque 29. & n.36.* Ros.

g *Qui fuerat Perusij condemnatus*] Adde sup. *qu.16. vers. An autem accusatus,* vbi dixi practicam, *infra q.96. vers. Item quæro; ibi, sed hoc intellige;* vide Bal. hoc dicentem *in l. executorem sub n.30. C. de execut. rei iud. vers.* & sic est argum. *Drogh.*

QVÆSTIO LV.

De exceptionibus, quæ contra propriam confessionem opponi possunt.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *De exceptionibus, quæ contra propriam confessionem proponi possunt.*
2 *Confessio extraiudicialis non sufficit ad probationem delicti.*
3 *Confessio facta coram iudice incompetenti non valet, nisi vt extraiudicialis.*
4 *Et quid si facta fuerit parte præsente & acceptante.*
5 *Et quid si facta sit coram iudice non sedente pro tribunali remissiue.*
6 *Et quid sit talis confessio emanauit extra causam, de qua agitur.*
7 *Et quid si fuit extorta à iudice sub spe impunitatis.*
8 *Et an iudex possit huiusmodi impunitatem reo promittere.*
9 *Et an reus confessus sub spe talis promissionis, possit ex ipsa confessione ad mortem condemnari.*
10 *Et quid si constet de delicto, an possit reus ex propria confessione condemnari.*
11 *Et quomodo dicatur constare de delicto.*
12 *Confessio facta à minore sine auctoritate curatoris an illi noceat.*
13 *Confessio facta super processu formato iuris ordine non seruato an noceat confitenti.*
14 *Et quid si facta sit in tormentis.*
15 *Confessio cum qualitate adiecta, an possit pro parte acceptari, & parte rejici.*
16 *Et an saltem reus sit mitius puniendus.*
17 *Cautela quomodo debeant hoc casu concipi verba confessionis.*
18 *Reus an possit confessionem à se sponte factam reuocare.*

Ex Additionibus.

1 *Confessio quid operetur, remiss.*
2 *Confessio extraiudicialis quando probet.*
3 *Confessus coram sacerdote, & testib. an sit reus criminis. Verisimilia quæ dicantur, remiss.* n. eod.
Confessio extraiudicialis facit indicium ad torturam.

Et con-

Et confitens extraiudicialis facit indicium ad torturam.
Et confitens extraiudicialiter delictũ, punitur arbitrio Iudicis de illa iactatione, & gloriatione, n. eod.
4 *Confessio coram Iudice incompetenti an probet.*
5 *Et an possit reuocari.*
6 *Confessio extraiudicialis cum iuramento plene probat.*
7 *Cofessio incidenter facta an praiudicet.*
Et quid in Sacro Consilio Neapolitano.
8 *Et quid in crimine falsi.*
9 *Confitens delictum sub spe immunitatis, quomodo sit puniendus, remiss.*
10 *Iudex an possit blandè, & in conuiuiis cofessionem à reo extorquere.*
11 *Confessio sub promissione impunitatis, an, & quando praiudicet.*
12 *Et an Iudex teneatur eam seruare.*
13 *Confitens se hominem occidisse, & proiecisse in mari, an puniatur cadauere non apparente.*
14 *Delictum fuisse commissum sufficit quomodocumque constare.*
15 *Confessio sola delicti an noceat, si de delicto non constat.*
16 *Et quid si Iudex condemnauerit, & postea constet.*
17 *Sententia lata per Iudicem alterius dominij an probet delictum alibi commissum, si aliter non constat.*
18 *Persona, cui fuit res ablata, si nesciatur, non refert, si de re constat.*
19 *Confessio quando non praiudicet, remiss.*
20 *Heresis quomodo probetur.*
21 *Confitens se latronem, & disrobatorem stratarum sibi non praiudicat, nisi crimina confiteatur in specie.*
*21 *Confessio quando sufficiat ad condemnationem.*
22 *Corpus delicti ex coniecturis probatur, ubi ipsum vestigia non remaneant.*
23 *Confitens se Titium occidisse condemnari potest, si Titius ille non reperiatur.*
*23 *Mutus, & surdus à natura homicidium confiteri potest.*
24 *Iudicis presentia in criminalibus supplet defectum curatoris.*
25 *Confessio super processu facto, non seruato iuris ordine, an, & quando praiudicet.*
26 *Confessio coram Iudice delegato non validat processum nullum*
27 *Confessio nulla non firmat processum inualidum.*
28 *Probationes apertissimæ tollunt ineptitudinem processus.*
29 *Confessio an validet processum nullum ex defectu iurisdictionis.*
30 *Confessio etiam ratificata non sanat inquisitionem formatam non pracedentibus indiciis.*
31 *Confessio torti sine indicijs est nulla.*
Et iurata, & in criminibus exceptis, & millies ratificata.
Idem in tortura indebitè repetita.
32 *Testes torti sine indiciis non probant.*
33 *Confessio torti inualida validatur docto de confessione prius extraiudicialiter facta.*
Confessus in tormentis absque indiciis, etiam si pluries ratificarit, & delictum per euidentiam facti sit verificatum, an, & quomodo sit absoluendus.
34 *Confessio leuiter torti sine indicijs an valeat.*
35 *Confessio facta metu tortura an valeat.*
36 *Et quando dicatur talis.*
37 *Et quid si superueniant indicia.*
39 *Et quid si fuerit lata sententia vigore dicta confessionis.*
40 *Et quid si superueniat indicium confessionis extraiudicialis.*
41 *Confitens delictum cum aliqua qualitate, an, & quomodo puniatur.*
42 *Confitens se vulnerasse ad sui defensionẽ, quomodo teneatur pobare qualitatẽ, si de pœna conuentionali agatur.* Iul. Clar. Sentent. Pract. Crimin.
43 *Confitens delictum simpliciter, an censeatur confiteri eius qualitatem.*
44 *Responsio indefinita debet intelligi secundum pracedentem interrogationem.*
45 *Abb. declaratur, remissiue.*
46 *Confitens se occidisse ad sui defensionem, an possit torqueri, vt pure fateatur.*
47 *Cautela quomodo hoc casu sit dandum responsum.*
48 *Responsio rei, non occidi, & si occidi, feci ad meam defensionem, an sit admittenda.*
49 *Confessio, an, & quando possit reuocari.*
50 *Et quid si sit redacta in scriptis.*
51 *Et quid si constet de errore in vna parte ipsius.*
52 *Et quid si non fuerit acceptata.*
53 *Et quid si sit datus terminus ad deliberandum.*
54 *Error quomodo probetur, remiss.*
55 *Confessio an possit reuocari in secunda instantia.*
56 *Pater an possit reuocare confessionem filij spurij.*
57 *Confessio post sententiam quando reuocetur.*
58 *Et quid post exceptionem.*
59 *Et an ex interuallo.*
60 *Et an post conclusionem.*
61 *Et quid si adsit iuramentum.*
62 *Renunciari defensionibus in criminalibus non potest.*
63 *Confessio an possit declarari, remiss.*
64 *Reuocatio confessionis calumniose petita non est admittenda.*
65 *Confessio facta sub promissione gratia, an possit reuocari.*
66 *Et quid de confessione facta ob contumaciam.*
67 *Confessio potest interpretari, vt tamen non perimatur.*
68 *Confessio deliberata an reuocetur.*
69 *Confessio facta in libello, positionibus, & precibus, an possit reuocari remiss.*
70 *Confessio in dubio non præsumitur erronea.*
71 *Confessionis error quomodo cognoscatur, & probetur.*
72 *Confessio geminata an possit reuocari.*
73 *Confessio iuncta cum probationibus non reuocatur.*

Visis a defensionibus, quæ contra testes, aut acta in *a* iudicio exhibita proponi possunt, Quæro, quid 1 si reus confessus sit delictum, nunquid adhuc non obstante confessione poterit ad euitandam condemnationem aliquid ad defensionem suam accedere. Resp. quod sic. *b* Et in primis potest dicere, quod talis con- *b* fessio fuit *c* extraiudicialis, quæ quidem non sufficit ad *c* probationem delicti. Et ita communiter dicitur, vt ait Paris Put. *de Synd. fol.* 439 *c.* 3. *in primis verbis*. Ita etiam tenere communiter Doctor. attestatur Alber. *in l. quoniam, nu.* 1 *ff. de infamib.* Bene verum est, quod talis con- 2 fessio extraiudicialis sufficit ad torturam, vt dixi supra *q.* 21. *vers. Confessio extraiudicialis n.* 30.

Præterea *d* etiam, si confessus fuerit delictum in iu- *d* dicio, poterit dicere, quod iudex erat incompetens: *e* talis enim confessio facta coram iudice incompeten- *e* ti non valet in vim iudicialis confessionis, sed tantum- 3 modo valet, vt extraiudicialis. Et hæc est communis opin. vt dicit Aretin. *conf.* 26. *circa fi.* Alexand. *in l. seruum, n* 3 *ff. de iureiur. & in l. magistratibus, ff. de iurisd. omn. iud.* prout illum refert Capyc. *decis.* 179. *num.* 1. *in fin.* Et ideo non sufficit ad probationem delicti, vt statim dixi, sed bene sufficit ad torturam, vt dixi in loco præallegato.

Vnum *f* tamen scias in hoc proposito, quod licet *f* confessio criminis facta extraiudicialiter, vel coram 4 iudice incompetenti regulariter non præiudicet ad plenam probationem; si tamen facta fuerit parte præsente, & acceptante, eo casu facit plenam fidem contra confitentem. Ita videtur sentire Abb. *in cap. at si clerici, post num.* 16. *ver. si vero confessio, de iud.* quod dictum sequuntur communiter DD. vt ait Berous *in eo. c. at si*

clerici, num.141. Bene verum est, quod hoc casu requi-
ritur, quod pars talem confessionem expresse acce-
ptet, nec sufficeret tacita acceptatio, secundum com-
munem opin. de qua attestatur Berous in loco praealleg.
num.143. Sed certe, quicquid sit de iure, ego semper
vidi in practica obseruari, quod tales confessiones non
praeiudicant confitentibus ad plenam probationem,
g g si deinde illam reuocant, sed tantummodo torquen-
tur, vt in ea perseuerent, nisi forte cum huiusmodi
confessione concurrerent tot alia argumenta, ex qui-
bus posset dici, quod omnibus simul iunctis de crimi-
ne plene liqueret.

h Item h potest dicere, etiam quod iudex esse com-
5 petens, quod talis confessio facta fuit coram ipso iudi-
ce non sedente pro tribunali, & sic tanquam coram
priuato: talis enim confessio non dicitur iudicialis, ita
vt reus possit ex illa condemnari, sed tantummodo fa-
cit indicium ad torturam, vt dixi supra, quaest.21. versic.
sed hic cadit.

i Posset i etiam dicere, quod talis confessio emanauit
6 extra ipsam causam, de qua principaliter agitur. Haec
tamen defensio non esset multum tuta, quia quando
de delicto contingente causam, de qua agitur, con-
stat per confessionem ipsius delinquentis, tunc po-
k test ex ea puniri k etiam poena ordinaria, licet directo
actum non fuerit contra confitentem: & in hoc om-
nes consentiunt, vt dicit Abb. in c. cum super, num.13. de
confess. Hanc etiam opin. dicit esse commun. Aret. in c.
causam quae, nu.17. de test. de quo mentionem feci sup.
q. prox. vers. Sed quid si exhibeatur.

l Allegare l etiam posset, quod talis confessio fuit si-
m bi extorta à iudice m cum promissione impunitatis:
7 quo casu non videtur ex ea posse condemnari. Et ita
reperio in facti contingentia, quod quaedam Cathari-
na Candolia, quae coram praetore Vogoniae confessa
fuerat se partum necasse, cum deinde assereret illam
confessionem à se per ipsum praetorem blandis verbis,
minisque extortam fuisse, idque probasse coram prae-
tore Intri per Senatum ad id delegato, fuit tantum-
modo torturae subiecta, & cum perstitisset in negati-
ua, fuit absoluta, 27. Iul. 1558. P.N. Sed in hoc propo-
sito duo sunt videnda: Primum, an iudex, vt veritatem
eliciat à reo, possit, aut debeat huiusmodi promissio-
nes facere: Secundum, an facta per eum tali promis-
sione, teneatur, debeat illam obseruare.

n Circa n primum, dicendum est, quod potest iudex
o ad eruendam veritatem talem o promissionem impu-
8 nitatis reo facere. Et est communis opin. vt dicit
Apost. ad Decian. in l. ea est natura, sub num.7. ff. de regul.
iuris, quem refert Placa lib.1. delictorum, cap.37. num.2.
vbi per totum illud capitulum satis bene loquitur in
hac materia. Certum est enim, quod licet iudicibus
indagandae veritatis gratia aliquid simulare, vt colligi-
tur ex Salomonis exemplo, de quo in cap. afferte, de
praesumption. & est crebrior recepta sententia, vt dicit
p Placa in d. cap.37. num.1. in fin. Sed p certe haec opin. mi-
hi nunquam placuit: hoc enim (iudicio meo) est illa-
queare reum fraude, & mendacio, quod cuilibet bo-
no viro, praesertim vero iudici, qui veritatis amantis-
simus esse debet, videtur summopere vitandum, ne-
q que exemplum Salomonis quidquam facit: q longe e-
nim differt fictio, ac simulatio à mendacio, ac dece-
r ptione. Finxit r enim quandoque Saluator noster
se longius ire, Lucae 24. priusque finxerat se nolle a-
scendere ad diem festum, & tamen ascendit, Ioan.7.
non tamen quemquam decepit, aut alicui mentitus
est. Consulo itaque iudicibus, vt ab huiusmodi pro-
missionibus quantum fieri potest, abstineant, atque a-
liis iustioribus modis studeant veritatem delictorum
inuenire, prout etiam dixit Dyn. in tract. de q. quem re-
fert Paris Put. de synd. fol.487. cap.7. circa principium.

Circa s secundum vero, an scilicet posset iudex non 9
obstante huiusmodi promissione reum ad mortem s
condemnare, variae fuerunt scribentium opin. nam I-
mola cons.109. consuluit, t quod reus virtute talis con- t
fessionis extortae, vt ipse dicit, per dolum, & fraudem
u non posset condemnari. Et hanc est communem o- u
pin. dixit Cagnol. in d. l. ea est natura, nu.18. & in fin. licet
dicat aliquando Taurini seruatum fuisse contrarium.
Idem attestatur Remig. de immun. eccl. fol.181. fallen.16.
in fin. Contrariam vero sententiam, scilicet quod imo
possit, & debeat reus non obstante tali promissione
condemnari, tenuit Cyn. in l. praesenti, C. de his, qui ad eccl.
confug. & in hanc sententiam frequentius itum esse di-
cit Alciat. in l. natura, in fin. ff. de verb. sign. Hanc etiam
dicit esse communem opin. Apostil. ad Dec. in d. l. ea est
natura, sub num. praeallegato, quem refert x Viuius in lib. x
communium opin. in verb. Iudex promittens, Placa in d. c.
37. num.7. Valet enim talis confessio eo modo extorta,
non solum quando iudex dicit reo, vt narret verita-
tem, quia nihil mali sibi eueniet, sed etiam quando ex-
presse ei promittit, quod liberabitur, modo vlterius
dolose agendo non procedat, secundum opin. quam
dicit esse magis communem Boss. in titu. de confessis per
torturam, num.12. Ego certe suspicor opin. Cyn. esse
magis communem; nihilominus opin. Imolae aequior
videtur, praesertim vbi promittens impunitatem deli-
cti poterat etiam de ipso delicto gratiam, seu indul-
gentiam concedere, puta, quia esset princeps, vel ab
eo auctoritatem habens tales gratias delictorum con-
cedendi: tunc enim omnino diceretur seruandam esse
ab eo promissionem impunitatis, turpe enim est fidem
fallere, l.1. in princ. ff. de constit. pec. & dicit Boss. in titu. de
confessis per torturam quod ita semper vidit seruari, & re-
uera apud nos ita semper obseruatum fuit, & quotidie
obseruatur. Si vero sit promissa impunitas ab eo, qui
non potest illam concedere, tunc sibi imputet, qui cre-
didit tali promissioni. y Nunquam tamen huiusmodi y
reum condemnarem ex tali confessione ad poenam or-
dinariam delicti, nisi esset aliis etiam indiciis gra-
uatus.

Potest z etiam contra confessionem allegari, quod 10
non constat de delicto. Nam vbi aliter non apparet z
de crimine, quam per confessionem ipsius rei, non de-
bet reus ex sola confessione sua a condemnari. Et licet a
Io. Andr. in addit. Spec. in titul. de accus. §. fi. vers. Sed pone
A. fuit accusatus, dicat quod contrarium seruatur de fa-
cto, & referat Guidonem de Suzaria idem dixisse. vt
per Boer. decis.259. nu.3. quem tamen locum Ioan. And.
ego in libro meo hactenus inuenire non potui, attamen
b in hoc Ioan. Andr. male dixit, quia imò seruatur, b
quod nisi aliter constet de delicto, nunquam reus con-
demnatur ex sola confessione, vt etiam sentire videtur
Masil. in pract. crim. §. postquam, numer.48. Et ideo dicit
Ponz. de Lam. post numer.70. quod iudex debet inqui-
rere de veritate confessionis, quia aliquando aliqui
confessi sunt delictum, & postea reperti sunt non deli-
quisse. Et ait, quod ita dicunt Doctores, & illum refert
Gram. cons. crim.16. post n.5.

Quomodo c autem dicatur constare de delicto, ad 11
effectum, vt super eo procedi possit, dixi supra qu.4.
Sed ad effectum, vt aliquis possit condemnari ex sola c
confessione, ego ita distinguerem: Aut delictum,
quod reus confitetur, est tale, quod solo animo perfi-
ci possit, vt est haeresis, vel similia: Et tunc ex quo tale
delictum vix aliter probari potest, quam per propriam
confessionem, crederem, quod sola confessio, (mo-
do esset verisimilis) sufficeret. Aut verò est delictum,
quod

quod etiam facto committatur: & tunc si quidem reus
d confiteatur in *d* genere aliqua delicta commisisse, puta, vnum, aut etiam plura homicidia, vel multa furta, non exprimendo in specie quos homines interfecerit, aut cuius res furto subtraxerit, certe non debet ex tali
e confessione condemnari. *e* Et hic casus nullam habet difficultatem apud Doctor. vt dicit Boss. *in titu. de delicto, num.* 15. Si vero confiteatur in specie aliquod delictum, puta, se aliquem certum hominem interfecisse,
f aut alicui furto *f* certa bona subtraxisse, tunc est distin-
g guendum: Nam aut est delictum *g* facti transeuntis, cuius scilicet nulla solent remanere vestigia, puta, adulterium, furtum, & similia; & tunc vbi cum querela partis concurrat etiam confessio rei, vtique erit sufficiens ad condemnandum, & ita videmus quotidie obseruari, teste Bossio *in loco preallegat. num.* 19. vbi etiam, *num.* 21. subdit, quod in furto practica est, quod sufficiat querela partis; vbi vero non adsit querela partis, aut aliqua alia informatio, sola confessio non sufficeret. Et ideo iudices quando rei confitentur coram
h eis *h* maria, & montes, & plura furta se alibi commisisse, debent mittere nuncios ad habendam informationem: alias sæpe innocentes condemnarentur, vt dicit Ang. *de malef. in verbo, Et vestem calestem, n.* 25. quem refert Brun. *de ind. & tortura, fol.* 138. *num,* 10. quod pluries temporibus suis vidisse contingere asserit Igneus *in l. 2. §. item illud, post num. 6. ff. ad Syllan.* Et ita seruari attestatur Boss. *in loco praalleg. post num.* 15. *vers. sed quid si quando.* Et ita seruari debere priusquam suspenderentur quidam fures, & latrones, qui plura delicta confessi fuerant, rescripsit senatus 12. April. 1561. & 28. Nouemb. 1562. & alias sæpissime. Et propter hoc fuit in magno periculo vitæ quidam Doctor, qui consuluit, quendam furem, qui plura furta confessus fuerat, de quibus tamen aliter non constabat, furcis esse suspendendum, pro quo Doctore consuluit Alexand. *consil.* 19. *lib.* 7. Aut est delictum facti permanentis, quod scilicet oculis subjici possit, & cuius remanere solent vestigia, vt est homicidium, & incendium, & similia: & tunc nisi per inspectionem, seu visitationem factam, vel faciendam per curiam (iuxta ea, quæ dixi *in d. quæst.* 4) appareat delictum fuisse commissum, non poterit reus ex sola confessione condemnari. Et cauti judices his casibus solent perquiri facere cadauera eorum, qui dicuntur occisi, & ea exhumari, & inspici, an extent vestigia vulnerum, vt sæpius se in contingentia facti seruari vidisse narrat Paris Put. *de syndic fol.* 206. *num.* 6. Et ideo male posset de iure defendi sententia Domini Nicolai Toreli de Prato, qui fecit suspendi tres diffamatos pro assassinis, qui confessi fuerant se occidisse tres incognitos, & eos in mare proiecisse: & tamen eorum cadauera non fuerant reperta, vt refert Angel. *in l. certum, n* 2. *ff. de confess.* & Berous *in loco praallegat. post num.* 25. & Paris de Put. *syndic. in verbo, Confessio, c.* 1. *post num.* 1. & Igneus *in d. l. 1. §. Item illud, num.* 4. Bene verum est, quod si confessio esset de aliquo homine certo, & haberentur informationes, quod non reperiretur, & reus fateretur illum interfecisse, & appare-
i rent aliqua vestigia, *i* licet non reperiretur cadauer, forte posset ex ipsa confessione condemnari, prout etiam refert Cassan. *super consuet. Burg. fol.* 49. *post num.* 41. condemnatum fuisse à Senatu quendam Massarium, ipso existente Vicario iustitiæ Mediolani, quod confessus fuerat se occidisse dominum suum, & proiecisse in lacum Comensem: nam licet cadauer ipsius domini repertum non fuerit. tamen reperto sanguine in loco designato ab ipsomet Massario, vbi dicebat se delictum perpetrasse, fuit ille vltimo supplicio affectus. Et ita puto intelligi debere ea, quæ dicit Boss. *in loco praallegat. post num.* 15. quod scilicet etiam quando confessio est de homine, vel re certa, debet iudex à se ipso mittere ad intelligendum, an delictum commissum fuerit: & eo non comperto, illum absoluere, alias condemnare; subdens, quod ita seruatur: satis enim dici poterit compertum delictum in casu prædicto, etiam si cadauer repertum non fuerit.

Vlterius *k* potest reus contra propriam confessio- 12
nem allegare, quod ipse *l* esset minor, propterea que k
eius confessio facta sine auctoritate curatoris illi obes- l
se non debet, de quo videnda sunt ea, quæ dixi supra *quæst.* 50. *circa princip.* Et *m* dicit Alber, quod semel ob- m
tinuit de facto, quod confessio minoris facta in tormentis sine auctoritate curatoris ei non obesset, ita illum refert Raph. Fulg. *in l. Clarum, C. de auth. præstand.* relatus per August. ad Ang. *de malefic. in verbo, Comparuerunt, & confitentur totum, post numerum* 13. & Grammat. qui in facti contingentia ita *n* consuluit, *cons. cri-* n
minal. 16. Sed certè hæc defensio parum prodest *o* stante consuetudine, de qua dixi *in dict. quæstion.* 50. o
secundum quam in confessione minoris non requiritur curatoris auctoritas, prout etiam communiter seruari in practica attestatur Bald. *in l. 2. numero* 59. *C. de confess.* quem refert Paris Put. *de syndicat. fol.* 457. *numero* 7. Angel. *de malefic. in verbo, Comparuerunt, & confitentur totum, numer.* 8. subdens, quod esset quasi ridiculum dicere contrarium. Hoc idem seruari apud Venetos, & multa Italiæ loca attestatur practica Casoni, *folio* 76. *numer.* 2. Vnde quæ dixi infra *quæstion.* 60. *circa princip.* vbi etiam dixi, an saltem prosit minor ætas ad hoc, vt reus in mitiorem pœnam condemnetur.

Item *p* posset allegare, quod talis confessio facta p
fuisset super processu formato per iudicem iuris ordi- 13
ne non seruato. *q* Scias tamen, quod hæc defensio non q
ita absolute procedit, sed est distinguendum, an confessio ipsa sponte emanauerit, an vero in tormentis. Nam si quidem confessio est a reo sponte facta, tunc etiamsi facta sit super processu nullo, adhuc potest reus ex illa condemnari, & est doctrina Innocent. *in cap. qualiter, & quando il 2. de accusationibus* quam dicit esse communiter approbatam Alexand. *in l. inter stipulantem, §. 1. circa fin ff. de verbor. obligat.* vbi etiam Iason. *numer.* 11. idem attestatur, & dicit Marsil. *in l. 1. § diuus, numer. 10. ff. quæstion. & consil.* 94. *num.* 7. *& consil.* 130. *num.* 2. *& in pract. crimin. §. postquam, numer.* 12. quod omnes eum sequuntur. Idem dicit Alexand. *consil.* 19. *numer.* 8. *libro* 8. & Ioan. Arno. *commentario* 120. Hanc etiam conclusionem dicit esse communem Marsil. *singul.* 201. *in confessum.* Foller. *in pract. crimin. fol.* 285. *num.* 65. Hanc etiam dicit esse communem opin. legistarum, & canon. Anton. Gomes. *cap. 12. delict. numer.* 8. Quod *r* tamen intelligendum r
est, vt locum habeat, *s* quando nullitas non procedit s
ex defectu iurisdictionis, sed ex aliqua alia causa, & ita colligitur ex mente omnium Doctor. vt attestatur Anton. Gomes. *in loco praallegat.* Dicit *t* tamen Angel. t
cons. 178. *circa fin. quod est duplicatum in cons.* 293. quando confessio emanat super processu nullo, tutior est via, quod reus absoluatur ab obseruatione iudicij, & de nouo procedatur; subdens, quod si ipse consuleret, hanc partem eligeret, vt effugeret syndicatorum retia, & quod ipse ita obtinuit Perusij in syndicatu cuiusdam D. Raynerij Lanfranchi, vt ibi per eum, quem refert Augustin. ad Angel. *de malefic. in verbo Comparuerunt, & confitentur totum, post num.* 5. Et certe credo, quod iudex, qui ita faceret, non erraret: nihilominus cum hæc communis opin. iam sit canonizata in iudiciis, & in scholis, posset iudex indican-

do illam intrepide sequi, absque eo, quod timeret sibi inferri molestiam in syndicatu.

14 Si *u* vero confessio facta sit in tormentis, tunc si legitima indicia non præcesserint, & seruata non fuerint seruanda, talis confessio est ipso iure nulla, nec potest confessus ex ea condemnari, etiam quod in illa perseueret. Ita videtur sensisse gl. *unica in l. quæstionis habenda. ff. de quæst.* quam sequuntur communiter Doctor. vt ait Follet. *in pract. crim. fol.* 307. *num.* 1. & illam dicit esse ab omnibus celebratum Marsil. *consil.* 95. *n.* 10. Hanc etiam conclusionem dicit esse communem Alexand. *in l. qui in aliena, §. Celsus, n.* 12. *ff. de acquir. hered.* quem refert Iason. *in eod. §. Celsus, post num.* 38. *& cons.* 118. *nu.* 2. *lib.* 2. relatus per pract. Conradi, *fol.* 285. *in* 21. *limitatio.* Brun. *de ind. & tortura, fol.* 234. *num.* 3. Bertran. *consil.* 116. *num.* 5. *lib.* 2. *in* 2. *parte,* Marsil. *in l.* 1. *in princip. num.* 24. *de quæstio.* Ant. Gomes. *cap.* 15. *delictorum, num.* 25. Et videtur text. expressus *in l. pen. ff. de quæst.* secundum lecturam, quam Bartol. & communiter omnes Doctores sequuntur, vt dicit Alexand. de Neuo *consil.* 86. *nu.* 9. Et dicit August. ad Angel. *de malefic. in verbo, Fama publica, post nu.* 36. quod alias ita obtinuit in persona vnius, qui vocabatur suo nomine August. de Arim. *u* Et licet Paris Put. *de synd. fol.* 445. *cap.* 9. *num.* 2. intelligat hanc conclusionem procedere in illa tacita perseuerantia, quæ inducitur non approbando, neque reuocando, secus autem (secundum eum) si expresse ratificet confessionem ipsam ad bancum iuris, quia tunc (vt ipse ait) habetur tanquam si vsque à principio sponte confessus fuisset; *x* hoc tamen est contra communem opin. Doct. vt dicit Hippol. Rim. *inter consil. criminalia diuer. consil.* 105. *post num.* 16. *versic. obstat etiam, lib.* 1. vt ostendit contrariam opin. proculdubio esse magis communem, à qua non puto esse recedendum. *y* Quinimo etiam si post huiusmodi confessionem extortam vi tormentorum, indiciis legitimis non præcedentibus, deinde legitima superuenirent indicia, non propterea talis confessio conualidatur, vt dicit Bart. *in l. maritus, n.* 2. *ff. de quæst.* Dixi infra *qu.* 64. *vers. dixi etiam.*

Posset *z* quoque reus contra propriam confessio-
15 nem allegare, quod talis confessio non esset absoluta, & pura, sed cum aliqua qualitate adiecta, quo casu non posset, nec deberet pro parte acceptari, & pro parte sperni, iuxta *a* doctrinam Bartol. *in l. Aurelius, §. ideo quæsiuit, nu.* 2. *b ff. de lib. legat.* cuius opin. communiter per Doctores approbatur, vt demonstraui loquendo de causis ciuilibus infra *lib. proximo.* Sed certe hæc defensio esset valde periculosa; nam vbicunque confitens habet *c* præsumptionem contra se, eo casu potest eius confessio pro parte acceptari, & pro parte sperni, vt dicit Bartol. *in loco præallegato.* vbi refert, quod homicida, qui confessus est hominem occidisse ad sui defensionem, habetur perinde ac si confessus fuisset simpliciter homicidium sine illa qualitate, nisi deinde illam probet, & potest ex tali confessione condemnari. Et hanc decis. Bart. dicit esse communiter approbatam Ias. *in l. vt vim, n.* 13. *ff. de iust. & iure,* quem refert Boss. *in tit. de confessis, post nu.* 19. & Menchiaca *lib.* 5. *de test. lib.* §. 25. *num.* 23. Thomas Ferrat. *caut.* 5. *col.* 1. *&* 2. & Petr. Calephatus *inter cons. criminalia diuersorum, consilio* 88. *num.* 2. *lib.* 1. Et dicit Pract. Carer. *fol.* 413. *num.* 163. *& sequen.* quod ita communiter concluditur. Hanc etiam opin. dicit esse communem Boer. *decis.* 164. *post num.* 10. Alciat. *in l.* 1. §. *si quis simpliciter, num.* 76. *ff. de verb. obligat.* Berous *in c. at si clerici, num.* 73. *& sequen. de iud.* Simancas *de hæret. cap.* 63. *num.* 23. Blanc. *in pract. crimin. fol.* 194. *num.* 35. *& sequen.* vbi dicit, quod in hoc resident communiter Doctores, Menchiaca *controuers. illustr. cap.* 8. *num.* 8. Et dicit Ang. *de malefi. in verbo, Comparent dicti inquisiti, & partim negant, post princip.* quod vidit hanc opin. Bart. in practica seruari. Ex his vides, quod Marsil. *consil.* 136. *numer.* 31. *& num.* 44. vbi dicit, quod opin. contra Bartol. est magis communis, valde fallitur; & ideo non recedas in pract. ab opinione Bart. quæ proculdubio, & communi Doctorum consensu, & consuetudine est magis approbata.

Fortè *d* posset hæc exceptio ipsi reo prodesse quo ad hoc, vt mitiori pœna afficeretur, multi enim tenu- 16
erunt, quod licet reus possit ex tali confessione condemnari, non tamen poterit condemnari *e* ad pœnam mortis, & fuit dictum originale *f* Abb. *in c. auditis, nu.* 32. *de præscript.* quod dicit esse communem Boss. *in tit. de confess. numer.* 20. *& sequentib.* Et dicit Pract. Carer. *in loco præallegat. numer.* 167. quod ita communiter concluditur. Dicit etiam Grammat. *consil.* 69. *in fine,* quod ita semper fuit in practica obseruatum, prout etiam idem attestatur *super constitut. Regni folio* 16. *colum.* 1. Et ita reperio, quod in facti contingentia Prorex Neapolit. condemnauit ad triremes perpetuo quendam, qui confessus fuerat alium occidisse ad sui defensionem, & ita in tormentis sustinuerat, vt refert Gramma. *voto* 2. de quo etiam mentionem facit idem Grammat. *super constitut. Regni, folio* 14. *numer.* 30. Quam tamen *g* practicam, vt scilicet ita confessus torqueatur, ego non laudo, neque apud nos vnquam vidi illam obseruari, prout etiam idem attestatur Boss. *in loco præallegat. num.* 27. *& sequentib.* Quod *h* tamen intellige, vt procedat, quando contra reum non esset aliquod aliud legitimum indicium: alias sequeretur, quod de facili reus ita confitendo homicidium posset euadere pœnam mortis, etiam quod ex aliis probationibus esset de ipso homicidio conuictus, quod esset absurdum. Item intellige, vt prædicta conclusio procedat, quando eodem contextu verborum reus confessus est occidisse ad sui necessariam defensionem: tunc enim posset pœna mitigari: sed si prius confessus est explicite occidisse, deinde (aliquo interiecto) addat, quod illud fecit ad necessariam defensionem, tunc ex tali confessione potest absolute condemnari ad mortem, si non probet qualitatem defensionis. Et ita concludunt, & declarant communiter Doctor. vt dicit Boer. *in d. decis.* 164. *numer.* 11. *in fin. & num.* 14. *in fin.* Quam *i* quidem qualitatem vtique potest reus in suis defensionibus probare, etiam quod prius simpliciter confessus fuerit se illum occidisse, vt dixi supra *hoc eod. lib. §. Homicidium, vers. Sed hic occurrit.*

Cautius *k* igitur faciet reus, qui alium ad sui defensionem interfecit, si negauerit homicidium commi- 17
sisse, subjiciendo, *l* Et si id feci, feci ad mei defensionem, quæ quidem responsio admittitur, & pro pura negatiua habetur. Et hæc est communis opin. vt attestatur Boss. *in d. tit. de confessis, num.* 36. Et licet Grammat. *super. constit. Regni, fol.* 13. *num.* 9. dicat tutius esse, quod confiteatur cum illa qualitate, quia euitabit torturam, credo, quod in hoc decipiatur, & ipsemet *in locis præallegatis,* præsertim voto secundo narrat, quod ille Cosmus, qui ita confessus fuerat, fuit grauiter tortus. Sed *m* pone, quod reus velit confessionem à se sponte factam reuocare, & probare contrarium, nunquid erit audiendus? Respond. quod sic, si velit docere confessionem ipsam fuisse erroneam, & errorem probare. Et hæc est communis opin. vt dicit Aretin. *in cap. cum delicti, in vlt. verbis, de accusationib.* quem refert Boss. *in titul. de confessis, post numerum* 60. *& in titul. de defensio. reorum, num.* 4. Dixi infra *quæst.* 64. *versicul. Sin autem reus.* Et dicit Boss. *in titul. de confessis, numer.* 6. quod

quod ita volunt omnes, adeo quod non sufficeret (vt ipse ait) velle probare per torturam. Bene potest reus se excusare, & aliquid deducere contra propriam con-
n fessionem, *n* quod tamen possit simul stare cum ipsa confessione, non autem illam perimat, & prorsus ener-
o uet, *o* & ita dicunt omnes, vt ait Boss. *in tit. præallegato, de confessis, num.* 35. Reperio tamen, quod Salyc. *in l. fin. post num.* 2. *C. de probat.* tenuit, quod indistincte prosit reuocatio, & dicit Angel. *de malefic. in verbo, Comparent, & produxerunt instrumentum pacis, n.* 1. quod ita vidit practicari. Sed certe apud nos seruatur contrarium in confessione facta sponte, vel ratificata extra tor-
p menta: *p* nam illius nunquam admittitur reuocatio,
q *q* nisi probato errore.

ADDITIONES

Ad Quæst. L V.

a **V**Isis defensionibus) Quæ exceptiones contra propriam confessionem opponi possint, Farin. *vol. 4. sua prax. qu.* 82. *reg.* 1. Ros.

1 *Visis defensionibus, quæ contra testes*) Adde † videndum de viribus confessionis Rimin. iun. *in consil.* 103. *num.* 19. *&* 30. *vol.* 1. Baiar.

2 b *Et in primis*) Adde, quod † confessio extraiudicialis verisimilitudinibus fulcita, etiam plenam probationem in criminalib. facit, Capyc. *decisio* 179. *num.* 2. Mart. *in l. de minore, nu.* 52. *ff. de quæst.* Tiraq. *l. si vnquam, C. de reuoc. donat.* Marsil. *consil.* 116. & Carrer. *in l. obseruare, n.* 165. & tandem arbitrio iudicis commissum esse. dicit Boet. *decisio* 164. *n.* 5. *&* 6. & vbicunque con-
3 fessio † extraiudicialis facta foret de aliquo crimine coram sacerdote, & aliquibus aliis testibus, tunc ea dubio procul operaretur, vt confitens ipse diceretur publicus reus criminis ita confessati, Abb. *consil.* 2. *col.* 1. *vol.* 2. Felin. *in cap. auditis, col. pen. de rescript.* & Socin. *consil.* 127. *col.* 1. *vol.* 3. vbi dicit hanc esse commun. opin. & sequitur Viu. *decisio* 149. Et ad cognoscendum quæ sint verisimilia, late per Tiraq. vbi supra *in præfatione, nu.* 60. *cum multis seq.* Decian. *cons.* 62. *n.* 76. *vol.* 3. & Menoch. *de arbitr. iud. casu* 85.

Item adde, quod confessio extraiudicialis non solum facit indicium ad torturam, sed etiam confitens delictum extraiudicialiter iudicis arbitrio punitur de illa iactatione, & gloriatione, Marsil. *in l. de minore, n.* 32. *ff. de quæstionibus,* & Menoch. *de arbitr. casu* 311. Baiar.

c *Extraiudicialis*) Adde Fel. *in c. at si cler. de iud.* vbi dicit commun. esse opin. quod confessio extraiudicialis nihil operetur. Et licet non probet, facit tamen indicium, vt per Alc. *in c. cum non ab homine, nu.* 89. *de iud.* M. Anton. Blanc. *in tractat. de indic. & tortur. n.* 204. Guiot.

d *Præterea etiam*) Farin. *quæst.* 81. *cap.* 6. *n.* 188. *vol.* 4. Ros.

4 *Præterea etiam*) Adde † tradita per Mascar. *in tract. de probat. conclus.* 351. vbi ad hac quæstionem multa accumulauit, & ibi
5 etiam habetur, an talis confessio reuocari possit. † *Baiar.*

e *Talis enim confessio*) Farinac *vol.* 4. *sua prax. q.* 81. *c.* 6. *n.* 188. Ros.

f *Vnum tamen scias*) Farin. *q.* 82. *reg.* 1. *num.* 5. *&* 6. *vol.* 4. *& n. seq.* Ros.

Vnum tamen scias.) Adde videndum Mascar. *de probat. concl.* 497. vbi late, an delictum probetur ex confessione extraiudicia-
6 li, vide etiam Gram. *cons.* 40. *nu.* 19. vbi tenet, † quod confessio extraiudicialis iuramento interueniente præiudicaret. *Baiard.*

g *Si deinde illam reuocant*) Confessio tamen incidenter facta non præiudicat nisi ad inquirendum, supra *qu.* 19. *vers. fi.* & de perseuerante in tormentis, quomodo non ratificans absoluatur, sup. *qu.* 21. *vers. vlterius quæro in fi.* quo vero ad præsentiam partis acceptantis adde Boer. *addit. ad Dyn. in regula quod semel littera A, sub n.* 8. *de reg. iur. in* 6. Brun. *tract. de indiciis, & tortura, q.* 3. 1. *par. sub n.* 15. contrarium tamen visus est tenere sup. *in d. qu.* 21. *versic. Confessio extraiudicialis,* vbi quod immo confessio sic facta absente parte reuocari non potest, nisi docto de errore. *Drogh.*

h *Item potest dicere*) Far. *q.* 81. *cap.* 1. *vol.* 4. *n.* 50. Ros.

i *Potest etiam*) Far *q.* 81. *c.* 7. *vol.* 4. *n.* 219. *&* 250. Ros.

7 *Posset etiam dicere*) Adde quod aliter † fuit decisum in sacro Consilio Neap. *decisio* 176. in casu mulieris inquisitæ de furto, quæ incidenter confessa fuit adulterium, in quo fuit dictum, quod specialiter inquiratur de adulterio, & detur copia defensionis, & fuit relaxata à carceribus cum fideiussione de se repræsentando, & hoc forsan fuit, quia delictum non erat de contingentibus causam, de qua principaliter agebatur, sed aduertendum est, quod dicta decisio procedit, quando confessus delictum incidenter, non habuit defensiones, vel se non defendisset; secus si defensiones habuit, vel se defendisset; quia tunc non est opus aliqua inquisitione, & pœna ordinaria puniri potest, ita declarat Franch. *in dec.* 240. *n.* 13. *vol.* 3.

Adde, † quod confessio falsi incidenter facta debet puniri, 8
secundum Mars. *in sing.* 581. Petr. de Anchar. *consil* 172. *circa primum col.* 2. quem sequitur. & refert Dec. *in c. at si clerici, col.* 3. *vers. sed ista limitatio extra de iud.* Soc iun. *in cons.* 58. *n.* 20. *vol.* 1. & Boss. *in tit. quomodo procedatur per except. n* 9. Baiar.

k *Etiam pœna ordinaria*) Vide etiam supra *q.* 19. *vers. fi.* vbi apparet, quod confessio incidenter facta non præiudicat nisi ad inquirendum, quod videtur contrarium hoc dicto; Dic ergo, quod ibi illa confessio non præiudicat, nisi nouo inchoato processu super illa confessione, adhoc vt possit postea puniri, vt hic. *Drogh.*

l *Allegare etiam posset*) Far. *d. q.* 81. *c.* 8. *n.* 176. *& n.* 300. Ros.

Allegare etiam posset) Adde, qua † pœna sit puniendus ille, 9
qui sub spe impunitatis delictum confitetur, Menoc. *de arbitr. iud. casu* 367. Baiar.

m *Cum promissione impunitatis*) Adde, quod pœna sit criminosi, qui spe promissæ impunitatis delictum confessus est, per Iacob. Menoch. *de arbitr. iud. lib.* 1 *centur.* 4. *cas.* 367. Giach.

n *Circa primum*) Far. *d. q.* 81 *c* 8. *n.* 279. Ros.

o *Promissionem immunitatis reo facere*) Tu adde, quod si reus confiteatur non potest ex tali confessione condemnari tanquam dolo extorta. Ita post citatos vide per Lu. Carer. *in pract. crim in § homicidium, vlt n.* 43. quod & etiam placuit Auctori, qui consuluit ab huiusmodi promissionibus esse abstinendum. *Giach.*

Promissionem impunitatis) Ad propositum adde Anchar. *in c. vtilem,* 12. *q.* 1. qui refert Alexandrum eius nominis tertium ita fecisse cum quodam episcopo simoniaco sequitur Fel. *in cap. afferte de præsumpt.* Contrarium tamen tenet Imol. *consil.* 119. visa inquisitione prædicta, vbi ex pluribus concludit, quod virtute huiusmodi confessionis per dolum extortæ reus condemnari non possit per tex. in cap. sane, de renuaciat. & verior videtur hæc opin. quia fides data seruari debet, vbi potest sine interitu salutis æternæ, *l.* 1. *l. iurisgentium, § prætor ait, ff. de pact. l.* 1. *in pr. ff. de constit. pecu & in cap. cum dilectus, quod met. caus.* adde Hippol. *in l.* 1. *§. qu. si de q. in sing* 201 *& in pract. § postquam, nu.* 15. Guiot.

p *Sed certe hac opin.*) Adde, quod idem dicit Affl. *in constit. de præst. iuram. lib.* 1. *fol.* 125. *num.* 6. quod † non licet iudici dicere 10
mendacium inquisito ad eruendam confessionem, sed quod bene potest conuiuare reum, & post cœnam venire ad blanda colloquia pro habenda confessione delictis, quod non mihi placet, quia est fraus, quam iudex minime adhibere debet, & potest puniri tanquam transgressor legis; vt idem Afflict. *in constit. in rub de præstan. sacramento, n.* 6. eo maxime, quia iudices semper debent cauere, ne dicant aliquid in iudicando, quod videatur vulgo iniquum, vt not glos. *in l. si maior annis, Cod. de transact.* & Paul. de Castr. *in cons.* 300. *sub nu.* 1. *vol.* 2. vbi dicit, quod debemus semper iudicare pro opinione, quæ magis applaudet vulgi opinioni, quæ est quodãmodo quoddam ius naturale insitu naturaliter mentibus cuiuslibet artificialiter, quãquam de iure scripto possit illa vulgi opinio cauillari. *Baiard.*

q *Longe enim differt*) Far. sup. *n* 311. Ros.

r *Finxit enim quandoque*) Adde infra *q.* 100. *vers.* 1. *ibi, prout etiam seruatum fuit,* Contrarium etiam dixit Alciat *tr. de præsumpt. reg.* 3. *præsumpt.* 17. *in fi.* & si casus eueniret, quod iudex aliqua iusta de causa sic promitteret, distingui, vt ibi; quicquid aliter senserit Dec. *in l. ea est natura, nu.* 7. *ff. de reg. iur.* vide tamen Menoch. qui dixit talem reum sic confitentem ad iudicis promissionem non effugere pœnam extraordinariam *de arbit. iudic. cent.* 4. *casu* 368. *n.* 7. Drogh.

s *Circa secundum*) Far. *d. q.* 81. *c.* 8. *n.* 276. *cap. fi. n.* 278 Ros.

t *Consuluit*) Farin. supra *n.* 183. 285. *&* 286. *&* 287. Et quid de blanditiis, ibi *n.* 301. *&* 305. Ros.

u *Non possit condemnari*) Adde, quod idem post relatos tenet Ludouic. Carer. *in pract. crim. § Homicid. vlt. sub n* 43. Giach.

x *Viu. lib. com opin.* Adde † hic Viuium, qui distinguit, quod 11
si reus perseuerauerit, postquam spe promissionis frustratus fuerit, damnari poterit, vt per Imol. *d. consil.* 109. & alios ibi allegatos. Vide etiam omnino Menoch. *de arbitr. iud. cas.* 367. *fol.* 349. vbi aliam ponit distinctionem, & quod sit puniendus reus, qui sub spe impunitatis confessus fuit, pœna extraordinaria, quando confessionem non confirmat, nec reuocat, vt Couar. *variar. resol. lib.* 1. *cap.* 2. *in fin.* vide etiam Grammaticum *in quæst.* 3. vbi hanc quæstionem late examinauit, & tenet, † quod 12
iudex teneatur seruare promissionem, & quod reus ex tali confessione non poterit condemnari. Item tenet Carrer. *in pract. crim. § homicidium §* vltimo *sub n.* 43. Baiar.

y *Nunquam tamen*] Farinac. supra *num.*291.293. *&* 294. Ros.

13 z *Potest etiam*] Adde, quod † si essent latrones, qui confiterentur occidisse mercatores, & eorum corpora proiecisse in mare, & esset prope littus maris, deberent puniri, etiam quod corpora occisa non apparerent, ita limitat Ang. *in l.1.ff.de confess.* quem refert, & sequitur Ias. *in iusiurandum, §.procurator in 7.col.ff.de iureiur.* & Cassan. *in consuet. Burgund. in rubr.1.§.5.n.40.fol.*190. vbi dicit, quod dum ipse erat assessor Capitanei iustitiæ Mediolani; quidam Massarius confessus occidisse Dominum suum, & illius Cadauer proiecisse in lacum Cumanum, quod fuit piscatum, & non inuentum, sed fuit repertus sanguis in illo loco, in quo confitebatur eum interfecisse, qui locus distabat à lacu per iactum lapilli, & facto verbo cum senatu fuit condemnatus ad mortem, ibi dicit etiam idem Cassan. quod non est necesse, quod constet de nomine occisi, & idem tenet Nat. *consil.*442. vide etiam Boss. *in tit.de delicto, nu.*16. vbi dicit, quod quando confessio non est nuda, sed erat indicium, vel fama, quod delictum commissum esset, quod tunc confessio ita vestita sufficiat, per ea quæ tradit Gand. *in tit.de præsumpt. vers.aliud etiam notatu dignum*, dicens in hac materia, quod ad hoc, vt debeat, & possit præsumi contra aliquem,
14 quod commiserit delictum, debet † constare iudici delictum fuisse commissum quomodocunque, vel per testes, vel indicium, vel euidentiam facti; & ibi hoc existimat notatu dignum,
15 & obliuioni non tradendum, & ad istud dictum, quod † quia ex sola confessione damnari non possit, si non constet de delicto, vide Mascar. *de probat.conclus.*354. Crau. *in consil.*160. Cephal. *in consil.*230. *n.*11. & Gramm. *consil.*60. vbi voluit, quod nec etiam torqueri possit, vide etiam Boer. *in decisio.*159. vbi
16 † late, an iudex condemnans ad mortem, antequam bene constaret, excusaretur, si postea bene constet.

17 Item † adde, quod si contra aliquem exhiberetur sententia condemnatoria, lata per iudicem alterius territorij prorsus separati, scilicet alterius Principis, posset procedi contra eum, etiam non constito de delicto, Boer. *in dec.*164.*n.*10.& D.Clar. *in q.præcedenti, vers.sed pone.*

18 Item † adde, quod non est necesse, quod constet de persona, cui fuit derobatum, sed sufficit, quod constet de refutata, vt per Alex. *consil.*23.*lib.*6.

Item adde, quod Marsil. *in sing.*319. viginti duos casus accu-
19 mulauit, in quibus † secundum eum confessio non nocet confitenti, saltem quo ad plenam probationem faciendam, vel ad imponendam veram pœnam delicti, de quorum casuum veritate dubitat. Anton. Scap. *in tract.iuris non scripti.* quod vtroque foro obseruatur *lib.*3.*cap.*60.*nu.*10. ego quoque de multis dubito, & de prædictis vide etiam Gabriel. *commun.concl.lib.*7. *concl.*17. Baiar.

a *Condemnari*] Adde infra *q.*49.*vers. est igitur in principio:* vide, quæ dixi infra *ad vers. Quomodo autem*, & nouissime per Flam. Carta. *in pract.interrogan.reorum lib.*2.*c.*1. Drogh.

Condemnari) Adde ad idem per Tho. Grammat. *vot.*2. qui voluit etiam non posse torqueri, vbi pulchre & plene, & etiam ad idem vide per Gabriel. Sara ad Mathesyl. *singul.*37.*col.*2. per Lud.Car. *in pract.crim.§.homic.vlt.n.*40. qui *n.*41.lim. Ad idem per Ceph. *consf.*230.*n.*11.& per Crau. *in consil.*260.*col.*1.*&* 3.*vers. Amplius dico.* Idem *in consil.*262.*col.*1. loquendo in hæresi, vbi consuluit non valere simplicem confessionem dicentis se hæreticum, cum necesse sit aliter apparere de hæresi; puta, ita dixi contra fidem, ita feci, ita credidi, confitendo factum, ex quo de iure arguatur hæresis. Similiter, si quis fateatur se publicum, & famosum latronem, aut stratarum aggressorem; talis confessio sibi non præiudicat, quia in iure consistit; quando quis dicatur publicus aut famosus latro, vel stratarum aggressor. Sed solum præiudicat confessio, quando fatetur factum; puta feci tale, & tale latrocinium, aut talem aggressuram. Et ad istud vltimum allegat Ang. *consil.*403. vide ibi fusius. *Giach.*

Condemnari] Far. *tit.de inq.q.*2.*vol.*1.*n.*7. Ros.

b *Attamen in hoc*, Cartar. *de execut.sent.c.vlt.n.*9. *fol.*105. *tit. fol.*6. Ros.

20 c *Quomodo autem dicatur*] Adde quod est † necesse aliter apparere de hæresi, puta ita dixi, ita feci, ita credidi; confitendo opinionem, ex qua de iure arguatur hæresis, Crauet. *consil.*262. *num.*4. Baiar.

d *In genere aliqua delicta*] Adde supra *qu.*53.*vers.dixit etiam, ibi, & credo.* Drogh.

e *Et hic casus nullam habet difficultatem*] Adde, quod idem
21 tenuit Ang. *in cons.*304. ex forma statuti, vbi consuluit, † quod si aliquis tanquam latro, & disrobator stratarum inquiratur, & confiteatur se esse latronem, & stratorem disrobatorem, quod talis confessio sibi non præiudicat, nisi crimina in specie confiteatur, quia est confessio iuris, & non facti, quem refert, & sequitur Paris. *de syndic.in verb.quidam latro famosus.* Baiar.

f *Certa bona subtraxisse*) Quid de eo, qui ex furto sentit commodum, dic, quod dicitur ratificare delictum, quando vtilitas delicti ad eum perueniret immediate, at secus si per aliam manum per Aler. *consil.*163.*&* 261. *ante, & n.*4. Giach.

g *Facti transeuntis*) Adde sup. *q.*4. *vers.quando vero, & qu.*
9.vers.primo; at hic aduerte, quod quando † confessio concur- 22
rit cum querela partis, etiam quod vmus in delictis facti transeuntis, illa sufficit ad condemnationem, adde quæ dixi supra ad quæstionem quintam, vers. poterit igitur, qui dum dicit, quod confessio concurrere debet saltem cum querela partis, illud est cum eo, de quo per Liuium *loco ibidem citato*, dum ait, nullo adiecto, cur scire quicquam viderentur, argumento: Non enim sola confessio sufficit, nisi concurrat aliud argumentum, & ad hanc materiam adde Bal. *in l.si quis testibus in fin. C.od.de test.* Drogh.

Facti transeuntis) Adde, videndum Far. *in qu.*2.*num.*13. vbi dicit, quod non sufficit querela, & confessio rei ad condemnandum, sed requiritur, quod ex indiciis constet de corpore deli-
cti, † & quod vbi non remaneat vestigia, corpus delicti dica- 23
tur sufficienter probatum ex indiciis, & coniecturis, Mascar. *de prob.concl.*8: c.*n.*7. Baiar.

h *Maria, & montes.*) Adde infra *q.*64.*vers.vltimo ibi, multi cum innocentes, &c.* confessio ergo sola patrati criminis non sufficit ad condemnationem, vt hic, fallit, vt est infra hoc eodem versiculo, videlicet in illo Massario, qui proiecit Dominum suum in lacum adde Menoch. *de arbitr.iudic.lib.*2.*centur.* 3.*cas.*269. vide hanc quæstionem late tractatam ad partes per Marsil. *in pract.crim.§.secundum per totum*: Cur autem hoc sit, videlicet, quod confessio facta non præcedentibus indiciis minime præiudicat, ratio est, quia tunc de domo sumuntur indicia probationum, quod est prohibitum, vt per Flam. Cart. *in practica interrogan reorum lib.*1.*c.*2.*n.*1.*&* 6. item fallit in assassinio, Blanc. *repet.l.fi.sub n.*15.*ff.de quæst.* Boss. *tit.de foro comp. sub n.*66. Crau. *consil.*157. *n.*9. *in fi.* Drogh.

i *Licet non reperiretur cadauer*) Adde, quod † idem tenet 23
Bal. *in l.quoties, §.si quis, ff.de hær.institut.* & de hoc vide Blanc. *in sua praxi in princip.num.*3.& Diaz. *in reg.*124.*limit.*2. Baiar.

k *Vlterius potest reus*) Farin. *vol.*4.*sua prax.q.*81.*cap.*10.*num.* 352.*& seq.*& præcipue 370.*&* 374. Ros.

l *Esset minor*] Item, an, & quando valeat confessio minoris spontanea, vel in tortura absque curatore, & quomodo etiam auctoritas curatoris interuenire debeat, vide plene per practic. Cater. *¶.homicidium, 5. num.*9. vide quæ dixi supra *quæst.*30. Item, minor aduersus confessionem delicti aliter non probati restituitur integrum etiam non doctus de errore, quia ex hoc dicitur læsus, ita singulariter decidit Angel. *in l.certum, § in pupillo, ff.de confess.* vbi reputat hoc valde notabile, & quotidianum, & sequitur Alexan. *eius consil.*115.*num.*6.*lib.*3. subiungens istud solum sufficere ad defensionem minoris, & Apostil. ibi, & Cater. vbi supra, *num.*10. alios citat. Obiter hic quæro, nunquid
surdus, † & mutus à natura homicidium, quod fecit, possit con- 23
fiteri? quod sic, ex quo habet intellectum, & generare potest, & sit plusquam animal irrationale, licet minus quam homo perfectus. Item ex quo potest habere bona, & possidere, & frui, alias frustra quæreretur, an posset testari, decidit Bal. *in l.vnica nu.*11. C.de confessio. vbi damnandum esse dicit, dato sibi prius curatore, non ex sola confessione, sed ex testium attestationibus. *Giach.*

m *Et dicit Alberic.*] Adde, † quod contrarium tenuit Cyn. 24
in dicta leg. Clarum, vbi dicit, quod præsentia iudicis supplet defectum curatoris, quando minor torquetur, & confitetur in iudicio sine curatore, qui interesse non debet, & idem tenet Bal. *in cap.item sacramenta de pac. iurament.firm.in* 5.*col.versic.quid ergo.* Baiar.

n *Consil. crim.*26.] Rolan. à Valle *cons.*311. *&* 2.*col. in* 1.*vol.* Ros.

o *Stante consuetudine*) Bal. *consil.*408. *lib.*3. vbi Rouerscal. Ros.

p *Item posset allegare*) Farinac *quæst.*81.*vol.*4.*cap.*2.*num.*66. Ros.

Item posset allegare) Adde † ad hoc Mascar. *de probat. conclus.* 25
357.*vol.*1. vbi ponit multas ampliationes & limitationes, & Socina. *in cons.*39.*n.*21.*vol.*1.

Item adde, quod † confessio facta coram iudice delegato 26
non validat processum nullum; Ang. *in cons.*217. *col.fi.* & Marsc. *in cons.*46.*n.*19. *circa medium.*

Item adde, † quod confessio vera, si est nulla, conualidat pro- 27
cessum iuris ordine non seruato fabricatum, Bald. *in l.1.col.fin. vers.item dicit C.de confess.* Alexand. *consil.*112. *vol.*1. *vol.*4. Rolan. *cons.*94. *num.*26.*vol.*3.& late per Cartar. *de exec.sent.c.fi.nu.*215.*cum seq.*

Item † adde, quod probationes apertissimæ, & concluden- 28
tes ineptitudinem processus conualidant, vt not. *in c.causam, de testib. & in l.si patronus ff.de iureiur.* & Mant. *in consil.*269.*n.*10. Baiard.

l *Quod*

r *Quod tamen intelligendum est*) Cartar, *sup.n.*218.Rof.
29 *Quod tamen intelligendum est, vt locum habeat*] adde,† quod
Felin.*in d.cap.qualiter,& quando,§.licet,num.*3.*de accusat.*hanc
conclusionem 12.modis limitat,& dicit Bero.*in cons.*102.*num.*
26.*vol.*3.quod si nullitas prouenitet ex incompetent a indicis,
cuius iurisdictio non posset prorogari, quod tunc illa nullitas
per confessionem non tollitur.
30 Item † adde,quod confessio facta ad inquisitionem forma-
tam,non præcedentibus legitimis indiciis,etiam ratificata non
conualidat,nec præiudicat,Paris.*consil.*161 *in fin. vol* 4.vbi re-
31 spondet ad illud dictum,quod confessio † sanat omne vitium
processus,& ad hoc vide etiam Mascar.*de probat.concl.*351. vbi
late. *Baiard.*

f *Quando nullitas non procedit*) Confessio ergo spontanea
valet super processu inualido,nisi talis inualiditas proueniat ex
defectu iurisdictionis,toto titulo si non à comp.iudice. Crauet.
*consil.*115.*sub num* 6. *ad fin.* & hic adde Felin. *in c.ecclesia Sancta
Maria coll.mihi nona vers. Et hinc est,quod nisi iudici de constit. &
in c.cum dilect. coll.*18. *vers. limita regulam in fin. de rescript.* &
hoc est summe notandum pro limitatione nullitatum in toto
hoc opere contentatum, de quibus maxime habetur supra *qu.*
50.*in princip.* quæ quidem nullitates seriatim habentur in fin.
præsentium additionem;tamen cum in processu dicatur,spon-
te semperque sic dicendo falsum asseratur , vt dixit infra *qu.*
vers.debet quoque, credo,quod semper opponi possit,quod talis
confessio non fuit spontanea, & ideo subsistere nullitatem fa-
ctam,tali confessione asserta spontanea non obstante, *supra qu.*
21.*vers.sed hic quæro.*Drogh.

t *Dicit tamen*] Cart.*sup.d.n.*215.& 216.Rof.
u *Si vero confessio facta sit in tormentis*)adde,quod talis con-
fessio facta non præcedentib. indiciis est nulla,& nullius mo-
menti,etiam si millies ratificetur : communem vide per Rof.*suo
cons.*3.*n.*55.*lib.*2.Quod & ego fusius dico *in commun.opin.meis c.
confessio,n.*2.vbi dico idem etiam si sit ratificata ad bancum iu-
ris,dato quod superuenerint noua indicia , etiam in crimine
læsæ maiestat.etiam si iudex haberet arbitrium,vt ibi *Giach.*
Si vero confessio]Vide Rouersc.ad Bald. *cons.*77. *lib.*3 Farin.
32 *vol.*4.*sua prax.q.*83.*c.*1. *n.*1.*& seq. & c.*2.*nu* 31. Et quid si me-
tu tormentorum, Far.*q* 83.*c.*2.*n.*32.*& seq.& n.*91.& quid si per
interrogatiua suggestiua,*c.*4.*n.*84.
Si vero confessio] adde, quod † confessio facta in tormentis,
legitimis non præcedentibus indiciis,est nulla,etiã quod esset
iuramẽto ratificata,& in criminibus exceptis,etiam in crimine
lęsę maiestat.& hoc procedit,licet iudex haberet arbitrium,ita
latè Rol. à Vall.*cons.*12.*n.*90.*cum seq.vol.*3. Bert.*cons.*341.*nu.*19.
*cons.*427.*n.*9.*& cons.*449.*n.*4.& But. *in cons.*201.*nu* 24.*col.*2.&
centum ratificationes non sufficerent,vt dicit Boss.*in tit.de con-
fessis per tortur.nu.*8.nec mille,vt per Iul.Scaliat. *in cons.*112.*nu.*
36.*tom.*1.*inter consil.crim.in fol.* & Bursat.*in d.cons.*201.*num.*20.
& talis confessio non nocet sibi,nec alteri, vt per Plot.*cons.*31.*n.*
14.& ad hanc quæstionem,an confessio facta per torturam nul-
lis præcedentibus indiciis probet, late per Mascar. *conclus.*353.
*vol.*1.& licet actus confessionis sit nullus,id tamen non proce-
dit respectu reliqui processus , *l.*1. & ibi no. Bal. *C.de quæst.* &
Bertaz.*in d.cons.*341. *n.*13.
Item adde, quod idem est,si confessio fuerit facta post tor-
menta repetita,quæ repeti non debuerant,Marsil. *in pract.cri-
min.*§.*quoniam,n.*41.
Item † adde , quod idem procedit in depositione testium,
33 quæ non valet,si fuerunt torti sine legitimis indiciis, nec facit
indicium contra illum , contra quem deponunt. Decii *consil.*
189.*col.pen.*quem refert, & sequitur Gram.*vot.*6.*n.*10.
Item adde,quod licet confessio facta in tortura non præce-
dentibus indiciis non valeat,tamen validatur, si repetitur ex
post , quod ipse alias ante torturam extra iudicium confessus
fuerit illud delictum commisisse , Marsil. *in l.pen. ff.de quæst.n.*
59. *vers.vlterius teneas semper menti*, quem refert, & sequitur
Matthesil.*in notab.*55.*vers. & adde Hippolyt.*
Item , quod confitens delictum in tortura sine legitimis
indiciis,etiam si pluries ratificasset debet absolui ab inquisitio-
ne,& ab omnibus in ea contentis,vt late per Marsil.*in cons.*95.
per totum & August.de Arim.*in ver quod fama præcedente,n.*36.
vbi dicit,quod alias obtinuit in personam vnius amici sui:sed si
vltra confessionem,& ratificationem delictum confessatum per
euidentiam facti verificatum fuisset,vt si qui confiteretur occi-
disse Titium cum tribus vulneribus in capite,& aliis tribus in
pectore,illumque in horto suo sepelisse,qua confessione facta
illud cadauer in dicto horto cũ dictis vulneribus repertum fu-
erit,tunc diffinitiue non est absoluẽdus,sed solum ab obserua-
tione iudicij stante verificatione delicti,& deinde iudex debet
formare nouam inquisitionem,& cõtra eum seruatis seruandis
procedere;Aliud enim est confiteri delictum simpliciter vi tor-
mentorum legitimis non pręcedentibus indiciis,qua talis con-
fessio,& ratificatio non nocet,nam tunc procedit gl.communi-
ter approbata *in l penult.ff.de qu.*aliud est quando non est sim-
plex,sed verificata,quo casu d.gl.locum non sibi vendicat,quia
de veritate delicti confessati constat per euidentiam facti,ita e-
gregie idem Mars.*in pract.crim.in* §.2.*qu.per tot.* vbi plenissime,
quem refert , & sequitur Matthesil. *in notab.*55. *incip. quotiesj-
cumque iudex, post medium:*ego autem arbitror,ita distinguen-
dum esse,aut confessio ex abrupto,nullis præcedentibus indi-
ciis fuit extorta & tunc reus diffinitiue est absoluendus aut ad-
erant testes, qui parte non citata fuerunt repetiti, vel non fuit
legitime facta confrontatio, vel copia iudiciorum petita non
fuit concessa cum termino ad se defendendum , vel alia facta
non fuere ante torturam, quæ erant de iure facienda,& eo ca-
su non diffinitiue,sed ab obseruatione iudicij debet,& de nouo
facere processum;tamen me remitto. *Baiard.*

u *Et licet Paris Put.de syndicat.*)adde,quod ita tenet Gram.
*in decis.*34.*n.*55.*cum seq.& in cons.*40.*nu.*15.eo maxime,quando
fuit modica † tortura,& tortus non erat infirmus,nec debilis,& 34
ibi *n.*10.tenet etiam,quod illa confessio erit valida,si tam ante
torturam,quam post extraiudicialiter,emanauerit,& *num.*21.
quod si causa alteri iudici commissa fuerit,& inquisitus coram
secundo iudice idem delictum sponte perseuerando confessus
fuerit,quod talis confessio omne vitium primę confessionis fa-
ctæ in tormentis sine legitimis indiciis coram primo iudice
purgat,sed de hoc vide Foller.*in pract.crim.in ver. & si confite-
buntur fol.*342.*n.*16.& ibi *n.*37. dicit, quod confessio tenet , &
etiamsi facta fuerit † apud cordam valet,& tenet ; sed contra- 35
rium tenet Carrer.*in pract.crim.in l.obseruare,n.*172.& ibi † late 36
quando confessio dicatur facta metu torturæ , & ad prædicta
vide Boss.*in tit.de confessis per torturam,n.*25. ad istam quæstio-
nem, quod confessio facta in tormentis legitimis non præce-
dentibus indiciis sit nulla, † & quod superuenientibus postea 37
indiciis non possit conualidari,vide Monticel.*in sua pract.cri-
min.reg.*18.vbi ponit vndecim ampliationes,& multas limita-
tiones,ideo vide eum omnino,& quando vltra confessionem,
† & expressam ratificationem subsecuta fuerit condemnatio, 38
quæ fecerit transitum in iudicatum,tunc amplius non erit tra-
ctandum de validitate confessionis,secundum Pau. Meren, *in
consil.*88.*n.*26.*inter cons crim.diuers.tom.*2. Baiar.
x *Hoc tamen*) Far. *d.c.*1.*n.*9. Rof.
y *Quinimo etiam si post*) adde, quod ita tenet etiam Boer.
decis 159.& Roma.*in cons.*165. Corn.*in consil.*134.*col.*2.*vol.*4, &
Gramm.*consil.*11.*n.*19.*&* 20.*& consil.*37.*n.*6.*& in voto* 6.*nu.*10.
& hoc procedit, † quamuis iudex haberet latum , & liberum 39
arbitrium procedendi,& quod confessio sit iurata,& delictum
confessatum totum sit verificatum,Bertaz. *consil.*341.*nu.*19.20.
& 21. etiamsi procederetur in crimine læsæ maiestatis, vt per
Bursat.*in cons.*201.*nu.*41. vbi de communi attestatur, nisi post
confessionem rei sine indiciis extortam,superueniret iudicium
confessionis extraiudicialis ipsius rei, † nam tunc prima con- 40
fessio conualidaretur, secundum Marsil.*in l.quæstionis, n.*63. *de
qu.* Baiar.
z *Potest quoque*] Farin. *vol.*4.*sua prax. q* 81.*c.*4.*num.*110.*&
seqq.&* quid si facta sit per viam exceptionis, ibi *c.*7.*per tot.vel
etiam incidenter.*Rof.
Posset quoque reus] adde , quomodo † confitens delictum 41
cum aliqua qualitate puniatur , Gabriel. *commun.conclus.lib.*7.
*conclus.*19.vbi ponit multas ampliat.& limitat.in hac materia,
Bursat *cons.*77.*nu.*18.Ofasc.*decis.*60. *num.*9.Ioseph.*decis. Perus.*
19.& Bertaz *cons.*27. *& in cons.*440 *nu.*11. vbi declarat dictam
doctrinam Bart.*in l. Aurelius ff.de liber.leg.* & an probetur ho-
micidium per huiusmodi confessionem qualificatam, vbi aliis
modis probari possit. Mascar.*de probat.conclus.*687. vbi latissi-
me de hac quæstione habetur.
Item adde , † quod vbi agitur de pœna conuentionali de 42
non offendendo , confitens se vulnerasse ad sui defensionem,
non tenetur probare qualitatem , & de treuga, seu pace rupta
non potest condemnari , tam quo ad pœnam parti applican-
dam,quam fisco,nisi contra eum præsumptiones,& coniectu-
ræ extarent,quod non fecisset ad sui defensam; ad late tradita
per Hercul. *in tractat.de caut.de non offen.c.*30.*per tot.*
Item adde,quod † confitens delictum simpliciter,non dici- 43
tur confiteri qualitates,Bart & Bald.*in l.si cui,*§.*si à filio ff.de leg.*
1.& Brun.*in cons feud.*69.*vol.*1.*vers.*2.*moueor in fin.*& Ias.*in d.l.
si cui,*§.*fin.n.*10.*cum seq.*dicit,† responsio indefinita in crimina- 44
lib. debet intelligi secundum præcedentem interrogationem,
& ibi attestatur de communi.*Baiard.*
a *Iuxta doctrinam*] Contrarium tenet Salic.*in l.*1.*vers.quar-
to opponitur,C.de confess.*Alex.*consil.*87.*vol.*1. Hippol. *consil.*136.
vbi dicit opin.contra Bart.esse æquiorem, Bald.*in l.nec codicil-
los,versic.etiam quæro,C.de codicill.* Angel.*in l.*1.§.*si quis simplici-
ter,de verb.oblig.* Gniot.
b *ff. de liber.legd.*) Vulpell. *cons.*44. *n.*5. Rof.
c *Præsumptionem contra se*) adde Ias.*in* §.*sed iste, n.*92.*& in*
§.*item si quis,el* 2,*num.*21. *ad fi.inst.de act.*dixi sup.*ad q.*25. *vers.*

Torquentur etiam: adde eundem Menochium dicto tract. de ar-
bit.iud.lib.2.cent.1.casu 93.d.n.361.cum seqq. & melius per Ma-
rant.in suo Spec.par.6.act 5.sub tit.& producuntur confessiones, n.
27.cum seqq.fol.mihi 343. cum Boetio tamen reprobato, vt hic
sensisse videtur parum sibi constans Menoch. eodem tract. &
lib.2.cent.1.casu 95. sub nu.14. dum ait rectius sensisse Signaro-
lum, Fulgosium, & Boet. quem paulo ante in eodem casu re-
probauerat, si bene perpendatur; vide etiam Dec.in c.cum ve-
nerabilis,n.82.cum seq.extra de except.Diogh.

d Forte potest] Vide alia per Vulpell.d.consil.44.n.6.& 7.&
cons.45.nu.1. quid si negauit Vulpell. consil.69. nu.4. confessio
qualificata prodest ad euitandum pœnam ordinariam, Farin.
d.q.81.& c.4.n.120.Ros.

45 Forte posset hac exceptio] adde videndum circa doctrinam
Abbatis, Menoch.de arbitr.iud.casu 279. Gram. voto 24.num.2.
Gabriel.commun.concl.19.n.7.Tiraq.de pœnis tempor.casu 27. &
Io.Petr. Auchar. lib.1.quæst.fam.q.40.num.3. & dicta doctrina
procedit, quoquo modo sit facta confessio, secundum Ber-
taz.consil.449.num.30.& in consil.450. vbi late de hac quæst.
Baiard.

e Ad pœnam mortis] Adde, quod idem etiam concludit Ia-
cob de S.Georg. in l.cum de indebito, num.4.5.& 6.ff.de proba-
tio. ratione incertitudinis, & quia tunc iudex ferendo senten-
tiam ex præsumptionibus habet multum temperare illam, &
hoc bene menti tenendum esse dicit. Ad idem adde, atque vi-
de per eundem Iacobinum in l.nec codicillos, sub num.4.Cod.de
codicil. vbi etiam de modo, & practica formandi articulos pro
eo, qui dicit se fecisse gratia defensionis suæ remissiue habes.
Adde etiam per Angel.de Aretio, in §.ius autem gentium, nu.4.
Inst.de iure natu. Foller. in pract.crimin. cap.recipiantur defensio-
nes reorum, n.11.& 12.& per Carer.in pract.pag.401.& 538.n.44.
Giach.

f Abb) adde ibi Felin.sequitur Alex. in l.non solum,§ sciendum,
& ibi Claud.ff.de noui oper.nunciat. Felin.in c.significasti,il
2.de homicid.in cap.afferte,de præsumpt. & in cap.cum venerabi-
lis,de except.Hippo.sing.185. Crau.consil.3. Guid.Pap.q.503. Al-
cia.in l.1.§.si quis simpliciter, n.22.de verb.oblig. Dec.in d.c.cum
venerabilis. Contrarium tamen tenet Soc.in l.non vtique,ff.de
except. Guiot.

g Quam tamen practicam) Confessus ergo non debet tor-
queri, inf.q.64.versic.veritas, immo aliquando nullis datis de-
fensionib.solet mandari exequutioni ad mortem per Senatum,
infra q.92.vers.scias tamen ibi.Confessus delictum; at inquantum
hic dicitur, quod illa modificatio operatur, ne reus possit con-
demnari ad pœnam mortis ex mente Abbatis in d.cap. auditis
quam late defendit Dec. in c.cum venerabilis, nu.87. de except.
adde, quod illud fortasse procedere potest, quia sic modifican-
do reddit intentionem dubiam modo, qui Cranet.consil.6.sub
n.127.Modum autem arguendi, vt ex contradictionibus con-
cludatur ambiguitatem, docuit Zeno, vt in vita Periclis ad
principium retulit Plutarchus per hæc verba; Artem quandam
dicendi, quæ ex contradictionibus ambiguitatem conclude-
ret, edocebat: vide in proposito Octauianum Vulpellum consil.
criminali 4.n.5. qui ex mente Bald. in l.nec codicillis, C.de codi-
cil. concludit, quod qui confitetur aliquem vulnerasse quidem,
sed ad eius defensionem, magis negare videtur, ex quo talis
modus confitendi remouet culpam: vide quæ dixi supra ad §.
homicid.vers.ex proposito, vide tamen Capyc decisio 135.sub num.
18.versic.Ad quintam. Socratem autem ab Aristophane repre-
hensum ob hanc artem dixit Comment.ad Danthem lib.4.In-
ferni, vide Cardinalem Tuschum per impressum lib.2.conclus.
447. in verb. Dilemat. Diogh.

46 g Quam tamen practicam] Farin.sup.n.137. Ros.
Quam tamen practicam] adde, quod † ita tenuit Ferran.caut.
5.quod ita confitens non possit torqueri, tamen Boer. d.decisio
164.n.11.tenet contra eum, quod possit torqueri, quæ fuit opi-
nio Bald.in l.1.C.de fals.quam limitat Grammat.d.voto 2.n.12.
idem tenet Bertaz.in consil.449.num.2.quod possit torqueri, vt
pure homicidium fateatur, & si torqueretur, & perseueret in
tortura, affirmando occidisse, vel occidi fecisse ad sui defensio-
nem; tunc tollit, & elidit illam præsumptionem, quæ erat con-
tra eum, & debet penitus absolui, & ita declarat Alciat.in l.1.
§ quis simpliciter, n.78.ff.de verbor.oblig. & Boer.d.decisio 164.n.
15.& decisio 137. in fi. Baiar.

h Quod tamen intellige] Farinac.sup.nu.133. & 134. & 139.
Ros.

i Quam quidem qualitatem] Far. sup. n.122. Ros.

k Cautius igitur] Quomodo confiteri debet reus qui ho-
micidium se defendendo commisit. Far.sup. n.142. Ros.

47 Cautius igitur] adde, quod † idem tenet Lauren. Tenni. in
caut.28.vbi reddit rationem, dicens, quod si reus negat, non
potest puniri, nisi conuincatur; si non negat, fiscus statim ha-
bet intentionem fundatam.

48 Item † adde, quod huiusmodi res[ponsio] esset admittenda,
etiam si statutum mandaret accusationi simpliciter responde-
ri, Bal.in l.1.sub num.2. C.de edilit. act. & Felin. in c.præterea in
princ. de offic.deleg. vbi dicit, quod ista est veritas, licet idem
Bal. & Ang.in l.manifestissimi, C.de furt. contrarium voluerint,
& Bal.idem voluit in l.iubemus, C.de appell.& opin.Felin.sequi-
tur Bonacossa in q.crim.in verb.responsio simplex, & idem tenet
Boss. in titul.de confess.n. 0. Baiar.

l Et id feci] adde, quod hæc rei tuta responsio posset for-
te adaptari responsioni, quæ fit positionibus, de quibus supra q.
45.vers.sed hic incidenter q.30. vers.sed quid dicendum, quæst.55.
vers.vnum etiam, Felin.in cap.de causis coll.mihi 5.versic. prater-
ea per simplicem, extr.de offic.deleg. adde Dec.in l.nemo ex his, nu.
1.ff.de reg.iur. Dyn.in reg.exceptionem ad finem de regul.iur. Ias.
in §.si quis.el 2.num.27.Institut.de actio.his adde Marant. in suo
Spec.par.6.act.5.principali,tit. & producuntur confessiones, nu.27.
cum seqq. Gramm. decisio 5. n.14. Diogh.

m Sed pone, quod reus, adde de errore contra proprium con-
fessionem probando in criminalibus; supra quæst.11. vers.Con-
fessio, inf.q.94.vers.1.ibi, & licet aliqui dixerint, & vers.est etiam,
ibi, Hanc autem admissionem. Drogh.

Sed pone, quod reus] adde, quod † confitens suam confessio- 49
nem, incontinenti reuocare potest etiam non docto de errore,
gl.in c.fin.in verb.iusta causa.de iureiur. Ias.in l.error col.2. C.de
iur.& fact.ignor. quod tamen procedit, † nisi fuisset redacta in 50
scriptis; tunc enim non posset illam reuocare, nisi docto de erro-
re, vt patet Alex.in consil.42.col.fin.& cons.87.vol.5.& similiter,
† quando constaret aliquem in vna parte confessionis iuratæ 51
errasse, nam de facili debet iudex credere, eum etiam in alia
parte idem fecisse, Cum.consil.154.col.fi. & similiter † confessio 52
non acceptata potest reuocari non probato errore, quæ tamen
quandocunque acceptari potest, & si acceptata fuerit, poterit
etiã reuocari, sed oportebit probare de errore, ita tradit Alciat.
de præsumpt. regul.3. præsumpt.21. & confessio reuocari potest,
etiam quod inquisito † datus esset terminus ad respondendũ, 53
& deliberandum, Ant.de Butr.cap.fi.col.19.de confess. Augusti.de
Arimin.ad Angel.in verb.comparent inquisiti, dummodo in spe-
cie specificet causam erroneam, cum non sufficiat allegare er-
roneam in genere, Curt.sen.in consil.55.n.13.& † de modo pro- 54
bandi errorem, vide Adden.ad Bertaz.in consil.103. in littera c.

Item adde, quod † reus potest reuocare confessionem suam 55
tanquam erroneam, etiamsi non reuocauerit prima instantia.
Affl.in const.super incisionib.n.27.fol.82. Capyc.decis.28.n.5.

Item † adde, quod pater confessionem filij etiam spurij reuo- 56
care potest, vt Bal. in l.vnica, col.17.versic.pone C.de confess.

Item † adde, quod confessio, etiam docto de errore post sen- 57
tentiam, reuocari non potest, nisi per viam restitutionis in inte-
grum, Bellan decis.693. sed ad hoc, an, & quando confessio in
criminalibus post sententiam reuocari possit, vide omnino Be-
ro.in consi.201.n.14.cum seq.vol.3. & etiam post † executionem 58
reuocatam, quo ad ea, quæ possint reuocari, vt ibi per eum, n.19.

Item † adde, quod confessio nedum incontinenti reuocari 59
poterit, sed etiam ex interuallo, puta in termino defensorio, vt
per Aug. de malefic. in verb. comparent inquisiti, & qualiter pro
eorum defensione, Anchar.in consil.24.& Signor.consi.155.n.19.
& non solum in causa, Ang. de malefic. vbi supra, Mars.in l.1.§.
fin.n.93.de quæst. & Grammat.in voto 10.num.23.licet Marsil.in
sua pract.in §.sequens quæstio.num.14.& Bal.in l.error.C.de iur.&
fact.ignor.tenuerint, quod post conclusum in causa non possint
fieri probationes.

Item adde, quod † confessio reuocari potest, etiam quod iu- 60
ramentum interuenerit, Marsil.in l.1.in §.fi.n.40.de quæst.Bart.
in l.error, C.de iur.& fact.ignor. Gram. voto 10.num.33.& Bero.
in consil.201.num. 7.vol.3.& ratio est, quia † nemo renunciare 61
potest suis defensionibus in criminalibus, Bald.in auth.Iubemus
circa med.C.vnde vi; quod verum est nisi malitiose fecerit, Paris.
de syn.fol.342.& si non posset reuocari, an saltem posset excusa-
ri, † declarari, vel interpretari, Marsil.in l.1.§.fi.n.91.de qu. 62

Item adde, † quod si reuocatio confessionis calumniose fie- 63
ret, non admitteretur, Bal.in l.à præcedente.C.de dilat.& Ang.de
Arim.ad Angel.in verb.comparent inquisiti.

Item adde, † quod similiter confessio facta sub promissione 64
gratiæ reuocari poterit, nisi in ea confitens perseuerauerit, Paris
de Put.in tracta.de syndic. in verb. sequitur quæst. quotidiana, &
Monticell.in sua pract.crim.reg.20.n.5.

Item † adde, quod cõfessio facta ore proprio reuocari potest, 65
non autem confessio facta per dispositionem statuti, disponen-
tis contumacem haberi pro confesso, Monticell. in sua praxi
crim.in reg.20.limit.4.vbi late quando confessio reuocari pos-
sit, & per Clarum supra q.44.vers.quare nunc, & Carrar.de exe-
cutione senten.c.3.n.38.

Item † adde, quod reus confessionem suam interpretari po- 66
test, ita tamen quod eam non perimat. Natt.consil.412.num.18.
vol.1.

Item † adde, quod confessio etiam deliberata prætextu erro- 67
ris re-

ris reuocari poteſt, & hanc ſententiam, tanquam æquiorem, & magis communem, dicit amplectendam eſſe, Gabr. *commun.*
69 *concl. in tit. de confeſſ. concl. 5. in fi.* & an. & quando † confeſſio facta in libello, poſitionibus, exceptionibus, capitulis, & precibus reuocari poſſit, vide Maſcar. *de probat. in conſil. 368.*

70 Item † adde, quod confeſſio in dubio non præſumitur errore facta, ſed allegans illam eſſe erroneam, probare tenetur, Bart. *in l. non fatetur, ff. de confeſſ.* & Crau. *de antiq. temp. in 1. par. in ver.*
71 *propoſitum noſtrum, n. 56.* Corn. *conſ. 150. col. fin. vol. 4.* & Maſcar. *de probat. concl. 636.* & quomodo cognoſcatur erronea, vide Bero. *in conſil. 87. vol. 2. & conſ. 152. n. 8. cum ſequen. vol. 3.* & quomodo error confeſſionis probetur, latè habetur per Maſcard. *de prob. concluſ. 636.*

72 Item adde, quod confeſſio geminata, & ſæpius iterata prætextu erroris, reuocari poteſt, Bald. quem ſequitur Alex. *in l. 1. C. de error. calcu.* & eſt verior opinio, vt per Bero. *in conſ. 201. nu. 30. vol. 3.*

73 Item adde, † quod confeſſio, quæ habet etiam legitimas probationes adiunctas, eſt irreuocabilis, etiam prætextu falſitatis, vel erroris, Bero. *in d. conſ. 201. nu. 5. vol. 3.* Baiar.

m *Quod ſic*] adde idem de patre, qui poteſt reuocare confeſſionem iuratam filij de maleficio commiſſo, contrarium probãdo, ſiue patris interſit pecuniariter, ſiue ſolum ratione patriæ poteſtatis: quia pater, & filius ſunt duo quaſi in vna ſubſtantia per Bald. *in l. vnica, con. 17. verſic. pone, C. de conf.* vbi verum eſſe etiam id putat, ſi de lite ſpurij agatur, quia communis eſt. *Giach.*

Quod ſic] Far. *vol. 4 q. 8. ſua prax. c. 9. 315. & ſeq.* Roſ.

n *Quod tamen ſimul poſſit ſtare*] Ergo etiam poſt rei confeſſionem eſt ſpes ſalutis, vt hic, adde infra *quæſt. 64 verſic. ſin autem reus, q. 65. verſic. 1. ibi, & apud acta,* & de dicto contra propriam confeſſionem, infra *q. 64. verſ. primo ibi,* & licet aliqui, & eſt notatum ſupra. *Drogh.*

o *Et ita dicunt omnes*] Carr. *de exec. ſent. c. 3. n. 38.* Roſ.

p *In confeſſione facta ſponte*] *Sup. quæſt. 21. verſic. ſed quid ſi reus.* Drogh.

q *Niſi probato errore*] Vide ad idem etiam ſup. *q. 11. verſic. confeſſio extraiudicialis,* vbi tamen notaui communem opinionem eſſe in contrarium. *Giach.*

Niſi probato errore] Et quid è contra ſi primo negaſſet Vulp. *reſp. 93.* & quod non poſſit dici periurus, idem *reſponſ. 102. n. 12.* Far. *q. ... 6. 2. vol. n. 109.* & hoc per teſtes, & non per torturam, Far. *q. 81. de qua ſup. c. 9. nu. 1.* Roſ.

QVÆSTIO LVI.

Quid ſi reus contendat ſe id, de quo imputatur, licitè facere potuiſſe.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Si reus probet ſe licitè facere potuiſſe id, de quo imputatur, eſt abſoluendus.*
2 *Puta ſi de iure permiſſa eſt illi leuis caſtigatio.*
3 *Et quid ſi probet illud aliquo loco, & tempore licitè fieri potuiſſe, an id ſufficiat.*

Ex Additionibus.

1 *Caſtigans immoderatè, quomodo puniatur.*
2 *Pater quando præſumatur verberare animo corrigendi.*
3 *Filio non licet verberare patrem eum percutientem.*
4 *Marito an liceat percutere vxorem baculo, remiſſiue.*
5 *Maritus quando corrigat, remiſſiue.*
6 *Filio licet corrigere famulum patris præſente patre.*
7 *Caſtigatio immoderata an præſumatur doloſa.*
8 *Caſtigans immoderatè tenetur pro exceſſu.*
6 *Magiſter poteſt caſtigare diſcipulos modeſtè.*
10 *Et quid debeat probare ad euitandum pœnam.*
11 *Berroarius, qui in Ciuitate Spoleti ſuffocauit captum, dum eum ducebat ad carceres, fuit per Auctorem condemnatus ad furcas.*
12 *Corrigendi animus quomodo probetur.*
13 *Marito licet corrigere vxorem, etiam quod prius præſtitiſſet cautionem de non offendendo eam.*

14 *Iudex ſupremus poteſt iudicare ſecundum conſcientiam, & poteſt quæ poteſt Princeps.*

POteſt *a* etiam reus, qui id, de quo imputatur, con- a
feſſus eſt commiſiſſe, allegare, quod illud licitè fa- 1
cere potuit, puta, quia fortè ille, quem occidiſſet, fuiſ-
ſet bannitus, vel fur, vel adulter, in furto, vel adulterio
deprehenſus: tales enim licet occidere, vt dixi ſupra *hoc
eod. lib. §. Homicidium, verſ. Vltima eſt, & alijs ſequen.*

Poteſt etiam poni exemplum in iis, quibus permiſ- 2
ſa eſt correctio, & *b* caſtigatio, puta, patris in filium, vi- b
ri in vxorem, magiſtri in diſcipulum, & dominæ in ancillam, vt in caſu Alex. *conſ. 75. lib. 3.* Et reperio, quod in facti contingentia fuit abſolutus per ſenatum quidam de Bonetis, qui filium ſuum interfecit illum corrigendo, 7. Maij 1555. Marito quidem permittitur ex iuſta cauſa verberare vxorem leuiter tamen: Et ita tenent
communiter omnes, vt dicit Alex. *conſ. 155. nu. 3. lib. 5.* *c* c
Quod vero ad magiſtrum dic, quod illi permiſſa eſt leuis caſtigatio in diſcipulum, non autem immoderata: Ita colligitur ex text. *in l. item quæritur, §. ſi tutor, alias eſt §. ſi Iulianus, ff. locati,* & ita communiter tenetur, vt atteſtatur Anan. *in rubr. de magiſtris, num. 3.*

Et *d* in hoc propoſito nota, quod ad euitãdam con- 3
demnationem, ita quod pro delicto quis puniri non d
poſſit, ſufficit probare tale quid, ex quo appareat illud ex aliqua cauſa potuiſſe licitè fieri, licet punctualiter non probetur quod factum fuerit iure licito, ſecundum doctrinam Bart. *in l. non ſolum, §. ſed vt probari, n. 1. ff. de no. oper. nunc.* cum qua Doctores videntur communiter ſine additione tranſire, vt dicit Alexan. *in eo, §. ſed vt probari, quem legit cum §. ſciendum, num. 2.* quem refert Grammat. *conſ. 67. poſt nu. 8.* Illam etiam doctrinam dicit eſſe communiter approbatam Iaſ. *in d. §. ſciendum, poſt n. 7.* Aug. ad Ang. *de malef. in verbo de anno præſenti, poſt nu. 5.* Et ait Dec. *in cap. in præſentia, num. 52. de probat.* quod totus mundus illam ſequitur quem refert Neuizan. *in ſylua nuptiali, folio 12. colum. 2. verſic. Vigeſimus primus principalis,* Rimin. *conſil. 44. poſt nu. 4.* Bertrand. *conſil. 290. n. 4 lib. 3. in 1. parte,* Tortus inter conſilia Ant. de Butr. *conſil. vlt. nu. 7.* Anton. Gomeſ. *ſuper l. 80. Tauri, num. 57.* Berous *in c. præſentia nu. 133. de probat.* Nam vbicunque aliquid eſt prohibitum, & punibile certo, & limitato loco, vel certo, & limitato tempore, oportet, quod accuſator præciſè probet reum illud feciſſe in illo tempore, vel loco prohibito: alias præſumitur factum loco, & tempore licito, vt per Bart. & alios *locis præallegatis.* Et ex hoc infert Bart. *ibi,* quod ſi accuſator probet, quod accuſatus vulnerauit Titium de menſe Nouemb. & accuſatus probet *e* quod de menſe No- e
uembris Titius eſſet bannitus, etiam ſi non appareret, quod Titius fuerit bannitus, antequam accuſatus illum vulnerauit, nihilominus accuſatus eſt abſoluendus. Et hanc deciſio. Bartol. dicit eſſe communem Auguſt. ad Angel. *de malefic. in verbo, De anno præſenti, poſt num. 6.* Pariſius *in d. capit. in præſentia, nu. 31.* & ſequent. Boſſius *in titul. de conuictis, num. 60.*

ADDITIONES

Ad Quæſt. LVI.

P*Oteſt etiam poni*] adde † Menoch. *de arbitr. iudic. in caſu* 1
364. vbi plenè de pœna excedentis caſtigationem moderatam.

Item adde, quod † pater præſumitur verberaſſe filium cauſa 2
correctionis, dummodo atrocitas pœnę aliud non ſuadeat. Alciat. *de præſump. regul. 1. præſumpt. 3.* nec † filio licet patrem, cum 3
verberantem, percutere, Bartol. *in l. vt vim, ff. de iuſtit. & iur.*

Item adde, † an liceat marito vxorem baculo percutere, Al- 4
ciat. *de præſumpt. reg. 3. n. 3.* & in quibus † caſib. poſſit corrigere 5
vxorem, habetur per Franc. Marc. *deciſio. 761. par. 2.*

6 Item adde, quod † licet filio corrigere famulum, siue ancillam ad præsentiam patris, vel matris, quia præsumitur factum de eius mandato, Alex. *consil. 75. hic allegato.*

7 Item † adde, quod ille, qui potest moderatè corrigere, & castigare, si excedat modum in castigando, tenetur non tanquam dolosus, sed culposus, nisi ex genere instrumenti præsumatur dolus, vt si percussit ferro, quia ex genere instrumenti præsumitur animus, Bal. *in l. sed & si, §. si magister, ff. ad leg. Aquiliam*, & Alex. *in consil. 75. nu. 6.* hic allegato.

8 Adde, quod † habens potestatem corrigendi, si modum excedit pro omnib. verberibus, nõ tenetur, sed solum pro excessu, Bart. *in l. si adulterium cum incestu. §. Imperatores, ff. de adulter.* & ibi Ang. & not. Doct. *in cap. significasti, el 1. in glos. fin. de homic.* & Alex. *in d. consil. 75. nu. 4.* hic allegato. *Baiard.*

b *Castigatio*] adde, castigatio quæ concessa sit superiori in inferiorem, & de pœna extendentis moderatam castigationem per Meno. *de arbit. iud. li. 2. cent. 4. consil. 364.* Giach.

Castigatio] De corrigente, Farinac. *q. 105. inspect. num. 138. 139. & 140. & 144. & 146. & qu. 175. par. 1. num. 102. & 108.* Farin. *q. 105. d. inspect. 3. num. 134. & qu. 125. par. 1. num. 107. & 111.* Ros.

9 c *Quo vero ad magistrum*] adde, quod ideo † magister Fantinus in Padua, magister in grammatica, fuit decapitatus, vt refert Salyc. *in d. l. Item quæritur, in §. Item Iulianus, ff. locat.* ex cuius percussionibus puer obiit, & quid probare † debeat magister

10 ad euitandam pœnam, Io. de Anan. *in c. presbyterum, num. 6. de homicid.* & dicit Bal. *in l. sed & si. §. si magister, ff. ad leg. Aqu.* quod si magister excussit modum tenetur non tanquam, dolosus, sed tanquam culpabilis; nisi ex genere instrumenti præsumatur dolus. Et ego dum † eram Gubernator Illustriss. Ciuitatis Spoleti

11 prima vice de anno 1569. sedente Pio V. Pontif. Opt. Max. per hanc doctrinam Salyceri cõdemnaui ad mortem vnum birruarium, qui quendam iuuenem nobilem de Grassis ob delationem armorum à Curia captum, vt illum magis tutè ad carceres duceret, laqueo ad eius collum posito, suffocauit, & birruarius fuit propterea furcis suspensus. Et super hac conclusione, quando dicatur moderata correctio, secundum qualitatem personarum, loci temporis, & instrumentorum, quibus fit correctio, & quomodo probetur, † quod animo corrigendi; & quibus pœnis pro

12 excessu puniatur, vide Marian. Socin. *in c. ad audientiam, num. 5. cum seq. de homicid.*

Item † adde, quod correctio maritalis est permissa marito, etiam

13 quod prius præstitisset propter sæuitiam suam cautionem de non offendendo eam. Abb. *in c. quemadmodum de iureiur.* & Paris. *in consil. 54. nu. 34. vol. 4.* Baiar.

d *Et in hoc proposito*] adde, quod † doctrina Bart. forsan non haberet locum in supremis judicibus, vt est sacrum Consilium Neapol. Senatus Mediolani, & similes magistratus, qui possunt judicare secundum eorum conscientiam, quia habent liberum arbitrium, & possunt, quæ potest Princeps, secundum Guid. Pap. *decisio. 19.* & Roland. *consil. 70. nu. 22. vol. 1.* eo maximè se actore, siue offensus esset vir probus, & reus malæ conditionis, & famæ, vt in simili habetur per Menoch. *de arbitr. iud. casu 98. num. 10.* quando plus credatur probationibus rei, vel actoris, *Baiard.*

e *Quod de Mense Nouembris*] adde, quod hic est casus *contra l. non hoc, C. vnde legit.* videlicet, non probat hoc esse, quod ab hoc contingit abesse, vide supra *q. 12. versic. sed quid si accusator:* & hic adde, quæ dixi in proposito in Consilio per me producto Excelso Consilio Placentiæ, in causa Baptistæ Capelli iam in contumaciam capitaliter condemnati, quem defendi ab imputatione delationis Pistollæ, in qua delatione discordabant testes in tempore, & de vno tempore stabat querela, de alio testes, & de alio interrogabat iudex; cui adde in proposito temporis Felin. *in cap. ex parte, el. 1. coll. mihi 14. versic. restringe, 2. de rescript.* hic in materia, quod licitè quid fieri potuisset, vel non, & ad remouendam culpam adde Crauet. *consil. 131. sub nu. 19.* dixi supra *ad quæstio. 55. versic. fortè posset*, rectè per Alex. *consil. 115. vol. 4. nu. 25.* Drogh.

QVÆSTIO LVII.

Quod si reus ostendat se pro eodem crimine alias fuisse absolutum, vel punitum.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Vbi reus aliàs de eodem crimine absolutus fuerit, aut condemnatus, non potest contra eum amplius procedi.*

2 *Et quid si fuit absolutus, non quia crimen non commiserit, sed quia non fuerit probatum.*

3 *Et in dubio qua ex causa præsumatur absolutus.*

4 *Et an ille, qui propriam accusationem ignorauit, possit, non obstante absolutione superinde sequuta, iterum accusare.*

5 *Et quid si primus accusator præuaricatus fuit.*

6 *Et quid si fuit absolutus virtute transactionis initæ cum accusatore, remissiuè.*

7 *Et quid si processum fuit per inquisitionem.*

8 *Et quid de iure canonico.*

9 *Et quid si sit sequuta absolutio per viam dispensationis.*

10 *Et quid si quis fuerit absolutus in foro pœnitentiali.*

11 *Et quid si sit absolutus in foro ecclesiastico ad crimine, pro quo possit etiam procedere iudex laicus.*

12 *Punitus de aliquo crimine an possit iterum accusari.*

13 *Et quid si iudices sint sub diuersis præsidibus.*

14 *Et quid si quis fuerit punitus à iudice ecclesiastico, & crimen sit communis fori.*

15 *Et quid si crimen sit valdè atrox.*

Ex Additionibus.

1 *Absolutus an, & quando pro eadem causa possit molestari.*

2 *Absolutio delinquentis an prosit mandanti.*

3 *Acta facta inter accusatorem, & accusatum non egrediuntur illorum personas.*

4 *Sententia criminalis non transit in rem iudicatam quo ad procuratorem fiscalem.*

5 *Iul. Clar. à Bertaz. impugnatur.*

6 *Crimen semel in iudicium deductum quando possit iterum deduci.*

7 *Relaxatus simpliciter à carceribus causa cognita, sine alia sententia an possit iterum molestari.*

8 *Ignorantia, vel scientia accusare volentis quomodo probetur, remissiuè.*

9 *Et an per iuramentum, remissiuè.*

10 *Præuaricatio quomodo probetur, remissiuè.*

11 *Absolutus in iudicio inquisitionis, an, & quando possit molestari per viam accusationis.*

12 *Relaxatus sub cautione de repræsentando quando possit inquietari.*

13 *Et quid in absoluto per præsumptionem.*

14 *Et quid in absoluto per baptismum.*

15 *Confessus delictum, si de facto fuerit absolutus, an vigore illius confessionis possit iterum molestari.*

16 *Absolutio facta per officialem ex abrupto, non facta inquisitione solemniter, nec dato termino, sed solum examinatis testibus pro informatione curiæ, non valet.*

17 *Absolutio facta per officialem in fine officij, non ritè procedendo, non præiudicat parti, aut Reipub. nec successori.*

18 *Clericus adulter potest per Episcopum puniri, non obstante compositione pecuniaria facta per eius Vicarium.*

19 *Gratiatus in loco delicti an possit molestari in loco domicilij.*

*19 *Absolutus à loco delicti non dicitur absolutus à loco originis.*

20 *Condemnatus debitè poterit adhuc torqueri quo ad complices.*

21 *Condemnatus pro vulnere quando possit condemnari de morte.*

22 *Absolutus, vel condemnatus quando possit ratione additæ qualitatis iterum molestari.*

Et quid si pœnam soluit.

Transactio super criminibus publicis in committendo consistentibus est prohibita.

23 *Fiscus potest appellare à minoritate pœnæ.*

24 *Condemnatus in duobus locis pro eodem delicto in contumaciam, ad vtramq; condemnationem tenetur.*

25 Col-

25 Collusio quomodo probetur.
26 Condemnatus in vno loco an possit molestari in alio.
27 Farinac. impugnatur.

a ALia *a* est etiam defensio, quam reus in iudicio criminali proponere potest, quod scilicet aliàs de
b eodem crimine absolutus fuerit, aut *b* etiam condemnatus: nam eo casu non potest vlterius contra eúm procedi, & ita tenent communiter Doctores, vt dicit Pract. Conradi, *fol.* 217. *num.* 11. Pro intelligentia autem huius materiæ facienda est in primis conclusio, quod de his criminibus, de quibus semel quis fuit absolutus, non potest accusatio replicari, tex. est *in c. de iis, de accusat. & in l. si cui, § iisdem. ff. de accusat.* & ita dicunt communiter omnes Doctores, vt attestatur Ang. *de malefic. in verbo, Et ad querelam, nu.* 90. Nam de eiusdem hominis delicto sæpius quærendum non est, & ita in facti contingentia consuluit Mantua *cons.* 251. *lib.* 1. & Io. de
c Amicis *cons.* 37. c *in* 1. *regula.*

2 Et *d* hæc quidem conclusio de plano procedit, quan-
d do quis est absolutus: eo quia non commisit crimen, nam eo casu proculdubio illi competit huiusmodi exceptio rei iudicatę. Et dicit Foller. *in pract. crimin. canon. fol.* 30 2. *num.* 3. quod hæc est vera conclusio ab omnibus approbata tam secundum Legistas, quam secundum Cano. Et hoc non solum si primum iudicium fuerit criminaliter intentatum, sed etiam si fuerit intentatum ciuiliter: adhuc enim si reus fuerit absolutus, eo
e quia *e* crimen commissum non fuerit, non potest amplius criminaliter accusari. Ita dicit Cyn. *in l. vnica, in* 3. *quæst. C. quando ciuil. actio. crim. præiud.* quem sequuntur communiter Doctor. vt dicit Socin *in l. qui agnatus, post nu.* 3. *ff. de except.* & est communis opi. vt ait Boss. *in tit. de sentent. nu.* 77. Sed si esset absolutus eo quia probatum non fuisset, tunc vtique posset iterum accusari.

3 Sed *f* hic quæro, an in dubio censeatur quis absolu-
f tus, eo quia crimen non commiserit, an autem, quia probatum non fuerit. Resp. quod in dubio sententia absolutoria in causa criminali censetur lata ex eo, quod non fuerit probatum: & ita communiter tenetur, vt dicit August. ad Ang. *de malef. in verbo, Et ad querelam, post nu* 88. *vers. An autem*; vbi etiam Hieron. in Apostil. attestatur hanc esse communem opi. Villalpan *super l.* 22. *c.* 50. *n.* 5 *in fin.* Scias tamen, quod in hoc Ducatu hæc opin. non seruatur: nam vt dixi infra *q.* 61. *vers. forma autem,* stylus est, quod quando quis absoluitur, eo quia crimen non commisit, fertur sententia absolutoria simpliciter, & diffinitiuè, vbi verò absoluitur, quia non probatum, semper apponitur clausula, *Stantibus rebus,* prout stant: & hoc secundo casu quandocunq; superueniant noua indicia, semper proceditur: sed quando est simplex absolutoria, non potest amplius procedi, vt ibi dixi.

4 Sed pone, quód aliquis primam accusationem ignorauerit, nunquid ipse non obstante absolutione poterit accusare? Resp. quod sic, si suam, vel suorum iniuriam persequatur, tex. *in d. §. iisdem,* & ita tenet glos. vnica *in d. c. de iis,* quam dicit esse communiter receptam Didac. *lib.* 2. *resolut. c.* 10. *post n.* 1. *vers. Tertio admittenda.* Probaturque hoc casu ignorantia per proprium iuramentum ipsius accusare volentis, vt dicit gl. *in d. §. iisdem, in verbo, Deceatq;* quam Doctor. sequuntur, vt ait Didac. *in loco præallegat.* nisi aliter in contrarium de scientia appareret. Et ita hodie seruari attestatur Ant. Gome. *lib.* 1. *delict. cap.* 1. *nu.* 26. *in fin.* Debet etiam hoc casu esse & probabilis, & verisimilis ignorantia, & etiam oportet, quod subsit aliqua magna causa ad hoc, vt amplius procedi possit, vt apertè dicit tex. *in d. §. iisdem, ibi, magna ex causa.* Et ideo cum semel hic casus de facto contigisset, ego dicebam non esse audiendos huiusmodi de nouo accusare volentes, nisi in criminibus magnis & atrocioribus, & nisi præstita fideiussione de omnibus impensis; & damnis in casu, quo delictum non probarent: quia non videbatur posse dici subesse magna causa, vbi non esset grauis etiam qualitas ipsius criminis.

Vlterius *h* quæro, si primus accusator præuaricatus 5
fuisset nunquid poterit alius accusare? Resp. quod sic, h
ita dicit gl. prædicta *in d. c. de iis,* & est comm. opin. vt ait Didac. *in d. c.* 10. *post num.* 1. *vers.* 2. *tunc demum.* Non enim debet obesse dolus primi accusatoris huic secundo accusare volenti, pro quo stat fauor publicus, ne delicta impunita remaneant.

Successiuè quæro, qui si in primo iudicio reus fuerit 6
absolutus virtute transactionis initæ cum accusatore, nunquid poterit ab alio accusari? Dixi infra *q. prox. vers. sed pone.*

Procedunt etiam hæc omnia, quando in primo iu- 7
dicio processum fuit ad instantiam accusatoris: nam eo casu secuta absolutione, non debet accusatio replicari. Sed quid si processum fuerit via inquisitionis? Resp. quod adhuc locum habet conclusio, vt non possit de nouo accusari, & est communis opin. vt dicit Bero. *in d. c. de iis, n.* 20. Nam inquisitio habetur loco accusationis, vt supra sæpius dixi: merito idem de ipsa iudicandum est.

Sed hæc quidem conclusio de plano procedit de 8
iure ciuili, secundum cuius dispositione ita imponitur pæna ordinaria, quando proceditur per viam inquisitionis, sicut quando proceditur per viam accusationis, vt dixi infra *q.* 60. *vers. potest etiam.* Et ita hanc conclusionem attestatur esse communem Aret. *in d. c. de iis, n.* 21. & sentit Bero. *in loco præalleg.* Sed quid de iure canonico, secundum cuius dispositionem non solet imponi pæna ordinaria delicti, quando proceditur per viam inquisitionis, nunquid hoc casu poterit pars offensa accusare ad imponendam pœnam ordinariam? Resp. Aliqui dixerunt, quod sic: & ita communiter esse receptum ait Didac. *in d. c.* 10. *n.* 5. quod s. absolutus in iudicio inquisitionis possit iterum accusari, quoties non esse imponenda pœna ordinaria delicti. Quod tamen ego in practica nunquam vidi seruari neque seruatem,
præsertim si pars offensa *k* citata fuisset ad submini- k
strandum, iuxta pract. quæ hic seruatur, vel aliter sciuisset, aut scire potuisset iudicium ipsum inquisitionis fuisse intentatum. Idemq; dicendum est si reus absolutus fuit in iudicio agitato super denunciatione, & ita dicunt Doct. teste Card. Alex. *in c. de accusat. col.* 69. *vers. quæro, an absolutoria,* 2. *q.* 8. Nam reuera iudicium, quod fit super denunciatione, non differt à iudicio inquisitionis, vt dixi supra *q.* 7. *circa princ.*

Habet etiam locum hæc conclusio, quod post abso- 9
lutionem alia accusatio non permittitur, quando pro- l
cessum fuit ad solutionem per viam meræ iustitiæ. Sed quid si secuta sit absolutio per viam dispensationis, nunquid erit accusator postea admittendus? Resp. quod non ita tenet gl. præallegata *in d. c. de iis,* quam sequuntur communiter scribentes, vt ait Dec. *cons.* 157. *circa princ.* Quod intellige, modo dispensatio processe-
rit ab eo, qui *m* haberet potestatem dispensandi, vt di- m
cit gl. ibi; subdens, quod crimina semel dimissa, iterum
in vltionem venire diuina clementia non patitur. *n* n
Scias tamen, quod si aliquis ob idem delictum fuerit condemnatus in loco delicti; & etiam in loco originis in contumaciam, prout quotidie fieri videmus, si deinde habuerit gratiam à domino loci delicti, non pro-
dest ei talis gratia *o* in loco originis, & ita declarauit o
Senatus 9. Nouemb. 1556.

Sed nunquid, si quis fuerit de aliquo crimine abso- 10
lutus in foro pœnitentiali, poterit vlterius de ipso cri-

mine accusari? Resp. quod sic, secundum præallegatam gl. in d.c. de iis, quam omnes approbant, vt dicit Aug. ad Ang. *de malef. in verb. Et ad querelam, n.91.* Et ait Didac. *in d.c.10. num.3.* quod illa gl. est communiter recepta. Idem dicit Card. Alex. *in c. habet, col. fin. vers. Idem etiam, 2.q.5.* Simancas *de haeret. c.8. nu.4.* aliàs enim quis de facili habita absolutione à confessore posset euadere pœnam delictorum, quod esset valde ridiculum. Idemque dicendum est, si fuerit punitus in foro pœnitentiali pœna quantumcunq; magna; adhuc enim non attenta tali punitione poterit puniri in foro iudiciali. Ita tenet gl. *in c. gaudemus in gl. fi. de diuort.* quem omnes Doct. sequuntur, teste Ant. Gomes. *c.1. delictorum, post nu.40. vers. sit prima,* vbi etiam subdit, se hoc vidisse de facto in quibusdam scelestis, qui in die carnis priuij quoddam spectaculum fecerunt in vilipendium Dei, & Catholicæ religionis.

11 Sed hic occurrit alia quæstio: Tu scis, quod multa sunt crimina communis fori, scilicet pro quibus potest laicus puniri à iudice laico, & etiam ab ecclesiastico, vt dixi sub. *q.37.* pone, quod aliquis fuerit de tali crimine accusatus coram iudice ecclesiastico, & ab eo causa cognita absolutus: *p* nunquid poterit non obstante dicta absolutione iterum coram iudice laico de ipso crimine accusari, & puniri? Resp. quod sic, & ita omnium consensu receptum esse attestatur Didac. *in d.c.10. nu.6.* Nam iurisdictio ecclesiastica, & secularis sunt prorsus separatæ, & distinctæ, ideo absolutio lata in vna iurisdictione non parit in alia exceptionem rei iudicatę. Et ita in facti contingentia consuluit Bald. *cons.160. lib.3.* contra quendam imputatum, quod cognouerat quandam monialem, qui fuerat ab Episcopo absolutus. Faciunt ea, quæ dixi infra *vers. Scias etiam, & seq.* & refert Papo *lib.1. tit.5. arresto 46.* iudicatum fuisse per parlamentum Parisiens. quod clerici in casibus in quibus ex priuilegio Gallicano possunt puniri etiam à iudicibus laicis, si prius fuerunt pro eisdem criminibus absoluti à suis iudicibus ecclesiasticis, possunt non attenta huiusmodi absolutione à laicis puniri.

Sed quid, si pro eo crimine fuerit punitus ab ecclesiastico? Dixi inf. *vers. sed quaero.*

12 Dictum est, non posse procedi contra eum, qui fuerit pro eodem crimine absolutus: sed quid si fuerit punitus? Resp. Si *q* quidem fuit punitus ea pœna, quam requirebat *r* qualitas delicti, nulla est difficultas, quod non potest amplius procedi. Et ita in facti contingentia cōsuluit Bal. *cons.31. lib.4. & cons.292. eod. vol. & consil.124. lib.5.* & Paul. de Cast. *cons.118. lib.1.* Ita etiam declarauit Senatus in causa cuiusdam Andreæ Marzę, qui fuerat punitus ex causa ludi prohibiti, & iterum pro eodem delicto molestabatur, 23. Nouemb. 1555. Sed si fuit punitus minori pœna, quam criminis qualitas requireret, fortè posset dubitari. Adhuc *f* tamen dicendum est, quod non potest puniri. Et ita quotidie practicari videmus, vt dicit Bald. *consil.34. in fin. lib.1.* militat enim etiam hoc casu generalis ratio, quod de eodem delicto sæpius non est quærendum. *t* Quod tamen intellige, vt procedat, nisi ex parte iudicis, qui minorem pœnam imposuit, intercessisset aliqua fraus, vel collusio, imponendo pœnam leuiorem pro delicto valdè graui: nam eo casu, non obstante huiusmodi punitione, posset reus iterum accusari, & puniri. Et ita reperio iudicatum fuisse in causa cuiusdam Gasparis Canouę, qui pro homicidio animo deliberato patrato fuerat punitus pœna pecuniaria per prætorem Domus Ossulæ: iussit enim Senatus Prætori eius successori, vt nulla habita ratione illius condemnationis de nouo contra ipsum Canouam procederet, 8. Octob. 1556. P.N. Et Paulus de Castro *cons.548. lib.1.* consuluit, quod quidam, qui fecerat compositionem pecuniariam cum Vicario Episcopi pro adulterio, poterat non obstante compositione iterum ab Episcopo inquiri, & puniri.

Scias *u* etiam, quod licet prædicta conclusio procedat de iure, tamen consuetudo illam non admittit, nisi quando isti duo iudices sunt sub eodem domino. Sed quando eorum territoria, & iurisdictiones sunt penitus separatæ, & distinctæ, & sub diuersis præsidibus prouinciarum, tunc si delictum commissum in vno loco potest puniri à duobus iudicibus in solidum, condemnatio facta ab vno, & exactio pœnæ non tollit accusationem, neq; *x* punitionem coram alio. Et ita de consuetudine obseruari attestatur Bald. relatus per Aret. *in d.c. de his, n.20.* & in specie ita obseruari in Italia dicit Iacob de Beluis. *cons.9. circa fin. inter consilia crim. diuersorum, lib.1.* 13

Sed quęro, quid si aliquis fuerit accusatus coram iudice ecclesiastico pro aliquo crimine ex iis, pro quibus etiam iudex ecclesiasticus potest contra laicum procedere, de quibus dixi *in d.q.37.* & fuerit ab ipso iudice ecclesiastico punitus, nunquid poterit iudex laicus illum iterum pro eodem delicto grauius punire? Resp. quod *y* sic, & est communis opi. vt dicit Felin. *in d. de iis, nu.10.* prout illum refert Alciat. *in c.1. nu.128. de offic. ord.* qui & ipse attestatur hanc esse communem opi. licet ego *in libro meo* non reperiam Felin. *in eo loco attestantem* Didac. *in d.c.10. post n.6.* Ant. Gomes. *c.1. delictorum, post nu.40. in 1. conclusione,* sunt enim *z* iurisdictiones distinctæ, & prorsus separatæ, vt dixi supra *vers. sed hic occurrit.* Subdit tamen Anton. Gomes. *in loco præalleg. circa fin.* quod aliud esset dicendum, si prius fuisset punitus à iudice laico: nam (secundum eum) non posset deinde ab ecclesiastico molestari, & dicit, quod ita colligitur ex mente omnium doctorum, quod ego etiam sequor, dummodo pœna imposita per judicem laicum non esset minor illa, quam pro eo crimine posset imponere iudex ecclesiasticus, loquendo de pœna corporali, vel pecuniaria. Nam licet pęna excommunicationis, quam iudices ecclesiastici passim imponunt, secundum quid sit grauior omni pœna temporali, cum tamen tendat potius ad salutem animæ, & sic sit potius medicinalis, quam afflictiua, non est in hoc proposito connumeranda inter graues pœnas. 14

Vnum tamen scias, quod tanta posset esse criminis atrocitas, quod non obstante puninitione per vnum iudicem illata, posset etiam per alium iudicem puniri. Et ita colligi videtur ex tex. *in c. ad falsariorum, de crim. falsi,* & in hoc omnes DD. consentiunt, vt attestatur Pont. *super consuet. Blesen. fol.182. col.1. in fi.* vbi per tres colum. satis eleganter loquitur in hac materia. 15

ADDITIONES

Ad Quæst. LVII.

Alia est etiam defensio] Exceptio, quod alias fuit de eodem crimine in iudicio inquisitus, vel condemnatus, aut absolutus, Far. *tit. de inquisit. q.4. vol.1.* Ros. a

Alia est defensio] adde † Videndum Roma. *in consil.213.* præsupposito pro vero Felin. *in d.c. de his, de accusatione,* vbi ponit tredecim limitationes, & Maran. in Spec. *in 6. & vlt. parte, in rubr. de inquisit. in 4. quæst. princ. nu.44.* vbi dicit, hanc regulam procedere, quando esset ab obseruatione judicij, quia tunc posset iterum inquiri, & accusari: sed vide omnino dominum Farin. *in qu.4. per totam,* vbi more suo multum latè hanc quæstionem tractauit, & plene etiam habetur per Decian. *In suo tract. crim. tomo 1. lib.3. c.30.* 2

Item adde absolutio † delinquentis non prodest mandanti, vel ratum habenti, si absoluatur, quia non fuit culpabilis, secus propter delictum non commissum: nam licet † res inter alios acta non prosit alteri, illud procedit, quando iura diuersarum personarum sunt diuisa, & separata; secus quoniam per omnia est eadem causa defensionis, & ex eodem facto ambo sumunt originem, ita Franc. *in c. ratihabitionem, n.6. de reg. iur. in 6.* 3

in 6. & ibi dicit, quod formata inquisitione contra duos, vt contra Titium, quia occidit, & contra Seium, quia mandauit, & cõtra vtrumq; est probatum; sed Titius probauit, quod fecit ad sui defensionem, & Seius nihil probauit, probatio Titij non prodest Seio, vt absoluatur, quia bona fides facientis, non excusat malitiam mandantis; si vero Titius probauit, se fuisse absentem a loco maleficii tunc si iudex illos testes examinauerit pro veritate vtriusq; inquisitionis communiter contra vtrumque formatæ, quod potuit, & tunc per illas probationes, per quas absoluitur Titius, absoluetur Seius: sed si iudex recipit illas probationes ad specialem defensionem Titij; tunc Titius absoluetur, & talis probatio non proderit Seio, requiruntur tamen tunc clariores probationes contra Seium de suo mandato propter præsumptionem surgentem ex absolutione Titij; sed si ageretur per viam accusationis, tunc prędicta distinctio locum non haberet, cum acta facta inter accusatorem, & accusatum, (quantumcunque generalia) non egrediantur ipsorum personam, ita Bat. *in l. denunciasse, §. quæritur, ff. de adult. & in l. adulter, §. eo tempore, ff. eodem.* Baiat.

b *Aut etiam condemnatus*] adde supra *q. 16. versic. An autem.* Valet tamen statutum, quod reuideantur processus, & acta, non obstantibus absolutoriis, Mars. *rubr. de fideiuss. n. 93. & nu. 112.* & petitur reuisio modo, quo inf. *q. 78. versic. Quæro in fin. infra q. 62. versic. forma autem.* Drog.

c *In prima regula.* Rota Luc. in nouiss. *decisio. 20.* Ros.

4 d *Et hæc quidem*] adde, quod sententia † criminalis non transit in rem iudicatam, quo ad procuratorem fiscalem, ita refert fuisse iudicatum Rebuf. *in proœm. const. in gl. 8. n. 115. li. 1.*

5 Item † adde, quod D. Clarus circa istam distinctionem, si reus fuerit absolutus, quia constitit ipsum non deliquisse, quod non poterit amplius molestari: secus autem si fuisset absolutus, eo quia probatum non fuisset delictum contra eum, reprobatur per Bertaz. in *cons. 396. n. 4. cum seq.* vbi tenuit, quod non poterit molestari, etiam quod fuisset absolutus ob nõ probatum delictum, & ibi multos accumulauit idem tenentes, dicens, quod Butr. *in d. cap. de his,* hos duos casus parificat, si non fuit probatum, vel constitit de innocentia, nisi adsit clausula, rebus sic stantibus, vel alia similis, & ita etiam obseruat Senatus Mediol. vt *in vers. seq.* D. Clarus attestatur, & quomodo probetur innocentia fuit, latè Mascard. *de probat. concl. 904. vol. 2.* Baiat.

e *Crimen commissum non fuerit*] adde hic tamen, quod moderni iudices nunquam, vel saltem raro, sic diffinitiue absoluũt; sed reb. stantibus, *infra quæst. 62. vers. forma autem;* & hoc, vt iterum possint molestare relaxatos, vt dixit Alciat. relatus per me *in d. vers. forma autem,* vide eundem Boss. *in tit. de carcer. fideiuss. dom. mittit nu. 19. & in practica* vide Boer. *decisio. 163. nu. 15. cum seq.* Drogh.

f *Sed hic quæro*] adde Couar. *variar. resol. lib. 2. cap. 10.* vbi la-
6 tissimè tractat hanc quæstionem, quando † crimen semel in iudicium deductum possit iterum in iudicio tractari, & de hoc ca-
7 su vide etiam Boss. *de sent. n. 64.* Et ibi *n. 60.* an simpliciter † relaxatus à carceribus causa cognita sine sententia, ex eadem causa iterum molestari possit, tractauit Pau. Ghirlan. *in tractat. de relaxan. carcer. in rubr. de absolutione innocentis versic. 2. quæro solutionem.* Baiat.

8 g *Probabiturq;*] adde † quomodo probetur ignorantia, & econtra; qualiter accusatus probabit sententiam illius, qui vult eum accusare de nouo. Socin. *in d. cap. de his, n. 47. de accusat.* &
9 an ignorantia probetur per iuramentum, † & quando, vide Menoch. *de arbitr. iud. cas. 186.*

10 h *Vlterius quæro*] adde † quomodo probetur præuaricatio, Socin. *in cap. de his, nu. 45. de accus.* Baiat.

11 i *Sed quid si processum*] adde, † quod absolutus in iudicio inquisitionis nõ potest amplius molestari per viam accusationis, etiam si intentetur noua qualitas delicti, nisi probetur collusio in causa inquisitionis, vel nisi offensus accusans ignoret causam inquisitionis, Bald. *consil. 172. volum. 3. & consil. 430. formata volum. 5.* & Crauet. *in cons. 321.* Federicus de Vghio, *in fine,* & ibi di-
12 cit † etiam, quod si inquisitus fuerit relaxatus cum cautione de se repræsentando, non poterit inquietari, nisi nouis superuenientibus indiciis.

Item adde, quod ista conclusio quinque modis limitatur per Socin. *in cap. de his, nu. 37. & 45. de accus. & ibi num. 38.* habetur
13 etiam de absoluto † per viam præscriptionis, quia fuit præscriptum de potestate cognoscendi de crimine, & an amplius possit cognosci, & quid si confiteretur se deliquisse, an posset conde-
14 mnari, & ibi *nu. 19.* quid de absoluto † per baptismum.

Item adde, quod si aliquis sponte confessus fuerit delictum, & iudex de facto eum absoluerit, non poterit vi illius confessionis
15 amplius condemnari, † Boer. *decis. 289. nu. 8.* & Rolan. *consil. 31. n. 13. vol. 3.* vbi dicit, eam sententiam fuisse contra sententiam, quãdo fuit declaratum omnia agitata coram illo iudice tanquã incompetenti, coram quo fuerat facta confessio, esse nulla, & illa iudex irritauit, & annullauit, & quod dicta confessio sic reuocata nullo modo confitenti nocere potest, nec ad torturam.

Item † adde, quod absolutus de nouo poterit inquiri, si inqui- 16
sitio solemniter non fuerit facta, & datis copiis parti, & termino ad faciendum defensiones & postea sententialiter absolutus, sed solum examinatis testibus pro informatione iudicis ex abrupto ad absolutionem deuentum fuerit, ita tradit Paul. de Castr. *in consil. 348.* notandum, *num. 1. circa med. volum. 1.*

Item † adde, quod si officialis, qui est in fine officij, vult parti 17
gratificari, vel implere crumenam, & non rite procedendo, proferre sententiam absolutoriam, vel cancellat inquisitionem processus, hoc facere non potest; nec valet in præiudicium reipublicæ, & patris, ac successoris, non seruando debitum ordinem, vt per Paris. *in tractat. de synd. in ver. pœna, §. iuxta prædicta, colum. 2. in fin. cum concordan. ibi,* quem refert, & sequitur Ioan. Ant. de Nigr. *super cap. Regni cap. 40. incip. Item si qua vniuersitates, num. 6. de except. rei iud.* Baiard.

k *Citata fuisset ad subministrandum*] adde practicam citandi partem offensam ad subministrandum indicia, supra *quæst. 11. versic. sed quid econuerso ad fin. quæst. 48. in princ. q. 31. versic. vlterius quæro, vbi dixi, circa principium.* Drogh.

l *Habet etiam locum*] adde, quod compositio pecuniaria † fa- 18
cta cum officiali Episcopi per clericum de adulterio, non præiudicat ipsi Episcopo, quo minus possit iterum cognoscere, & legitime criminosum punire, ita Paul. de Castr. *in consil. 348. per totum vol. 1.* Baiat.

m *Qui haberet potestatem dispensandi*] adde infra *q. 59. versic. & hæc ad fin.* Drogh.

n *Sciat tamen*] adde, quod aliter † esset, si locus delicti, & lo- 19
cus originis essent sub eodem fisco, & eodem marsupio; quia tunc gratia prodesset, vt per Vulpellum *in cons. 46. n. 10.* & Farinacium *quæst. crim. 7. nu. 29.* Baiard.

o *In loco originis*] absolutus ergo † à loco delicti non dicitur *19
absolutus à loco originis, quod intelligitur, in quantum sit, respectu iuris communis, vt est supra *qu. 38. in principio, infra q. 83. versic. Tertius est casus.* Drogh.

p *Nunquid poterit*] Vide Amad. de Ponte *in tit. quis sit index in causa feudi, nu. 24.* Ros.

q *Si quidem fuit punitus*] adde, quod † licet debita pœna 20
condemnatus amplius molestari nõ possit, tanquam de delicto conuictus; tamen si prouisum non fuerit super eius tortura quo ad cõplices, cum ex processu liqueret delictũ patratum fuisse cũ sociis, poterit modo præses prouinciæ ipsum torquere solum ad sciendum socios, ne ipsi impune pertranseant, & de eorum scelere glorientur, cum Reipublicę intersit delicta puniri, *l. licitatio, §. quod illicitè, ff. de publica.* & ita tradit Carauit. *in ritu 269. n. 23.*

Item † adde, quod condemnatus de vulnere potest cõdemnari 21
de morte, quia non erat bene actum, nisi occasione vulneris esset facta executio, & hoc quãdo mutatur titulus criminis, sed additur qualitas, an primo absolutus † ratione additę qualitatis pos- 22
sit iterum accusari, vel fuit condemnatus, an iterato sit condẽnandus, vide Specul. *in tit. de accus. vers. omnis accusator.* vide etiam Ang. de Vbal. *in repet. l. si vacantia. C. de bon. vacan. li. 10. nu. 137.* vbi dicit, quod si quis de simplici vulnere fuit accusatus, cõdemnatus, & punitus, quod iterato poterit accusari, vt pœnę augmententur ratione qualitatis omissæ, hoc est ratione cicatricis, nisi ille, qui de vulnere accusauit, dolosè cicatricẽ omiserit, & hoc idem tenent Bar. & Doctores *in l. senatus ff. de accus.* Lancellot. *in tract. de atten. par. 2. c. 12. limit. 27. nu. 10.* & Bero. *in consil. 196. n. 55. vol. 3.* idem Ang. *in d. l. si vacantia, nu. 134.* ponit, an iudex inquirens, si punit extra ordinẽ inquisitum, cum non possit eum punire pœna ordinaria; Et circa istam quæstionem, an condemnatus post sententiam diffinitiuam iterum possit accusari, & condemnari de eodem delicto, si in prima accusatione omissa fuerit aliqua qualitas, quæ aggrauet delictum, & augeat pœnam, & si ante, vel post executionem primæ sententiæ, vide omnino Gomes. *de delictis c. 1. n. 29.* vbi tenet indistinctè, quod condemnatus ratione omissæ qualitatis amplius molestari non possit, siue prima sententia sit executioni demandata, siue non, & de hoc etiam habetur per Alciat. *in cap. perniciosam, nu. 128. de officio ordinario.*

Item adde, si in accusatione aliqua qualitas omissa fuerit, & reus fuerit condemnatus pecuniariter, vbi propter qualitatem debeat condemnari corporaliter, denuo propter illam qualitatem poterit accusari, & pecunia restituetur, & pœna corporali punietur, secundum Bart. *in l. Senatus, ff. de accus.* & Paul. de Castr. *in consil. 348. num. 1. circa med. volum. 1.*

Item † adde, quod fiscus poterit appellare à minoritate pœ- 23
næ. Grammat. *decisio. 14. num. 2.*

Item † adde pro limitatione regulę, quod quis pro eodem de- 24
licto bis puniri debet, vt si quis vti cõtumax passus fuerit pro eodem delicto condemnari in duob. locis, poterit cogi ad soluendum vtranq; condemnationem, nisi ante secundam sententiam iam soluisset condemnationem primæ sententię, Bart. *in l. sepulchri violati in fin. ff. de sepul. viol.* & Boss. *in tit. de form. com*

num.82.cum sequenti, vbi latè hanc quæstionem tractauit, & ideo vide eum, & omnino Carauit. in ritu 105. numer.10. Baiard.

t *Qualitas delicti*] adde infra quæst.68. versic. Custos carcerum ad finem. Drogh.

ſ *Adhuc tamen dicendum est*] adde, quod idem tenet Bber. in decisio.289. vbi hanc quæstionem plenè tractauit. Baiar.

t *Quod tamen intellige*] Bald. consilio 292.lib.3. & ibi Rouescal. Ros.

Quod tamen intellige] adde videndum Catan. in ritu 269.nu.

25 22. vbi latè ex quibus præsumatur fraus, & collusio † facta inter inquisitum, & iudicem, quo casu Præses Prouinciæ, siue iudex maior iterum de causa cognoscere possit. Baiard.

u *Scias etiam*] Vulpel. consil.46.nu.10. Ros.

26 *Scias etiam*] adde, † quod D. Far. q. crim. in q.7.nu.26. versic. sed tertia. tenet contrarium, & impugnat consuetudinem hic allegatam, dicens, opinionem veriorem esse, quod indistinctè, etiam quod diuersæ sint iurisdictiones, & territoria, absolutus, vel condemnatus in vno loco, siue domicilij, siue originis, siue delicti, non possit vllo pacto molestari in alio, fraude, vel collusione cessante, ibi impugnando etiam Viui. tenentem in opin.420.n.4. quod absolutus, vel condemnatus in loco domicilij vel originis non prohibetur accusari in loco delicti, quia est principalis locus, in quo punitio fieri debet; secus autem in condemnato, vel absoluto in loco delicti, quo casu amplius molestari non pote-

27 rit: sed ego arbitror opinionem D. Farin. † quo ad punitionem factam, quando sufficienter punitus fuisset, esse veram, quia de eodem delicto nemo duplici pœna est puniendus, non autem quando fuisset absolutus in loco originis, vel domicilij; nam daretur materia fraudandi, quia delinquentes confugerent ad locum domicilij, & originis, vbi de facili ob defectum probationum, vel alia de causa absolutionem obtinerent, & de fraude contestare non posset; quia etiam locus delicti est locus principalis, & principaliter offensus, in quo punitio fieri debet, vt dicit Viu. in loco supra citato; sed si absolutus fuisset in loco delicti, eo casu crederem amplius non posse molestari, nam prædicta cessarent, & sic potest dici, quod in casibus prædictis, s. quando absolutus fuisset in loco originis, vel domicilij, impugnandam non esse dictam consuetudinem, & ita etiam dicit D. Far. si benè eius fundamentum consideratur, dum tradit exemplum de punito, & non de absoluto.

Item adde, quod quando reus potest puniri à duobus iudicib. pro eodem delicto, si condemnatus fuerit pecuniariter ab vno, potest iterum condemnari corporaliter per alium iudicem, ita dicit Bald. in l.2. C. de sport. quem refert, & sequitur Afflict. in constit. blasphemiam in fi. lib.3. Baiar.

x *Neq; punitionem coram alio*] Pone modo, quod reus coram tali iudice penitus separatæ iurisdictionis reuocaret confessionem sub alio iudice factam, an posset puniri, vel torqueri? Dic, quod sic, nisi confitens doceret de errore, vel metu alterius iudicis, supra q.21. versic. Sed quid si reus. Drogh.

y *Respond. quod sic*] Amad. à ponte in quæst. Laud. tit. quis sit iudex fol.93. alias n.24.25. & 26. & dicit, quod vnus non poterit alteri inhibere. Ros.

z *Iurisdictiones distinctæ*] adde supra q.38. versic. sed certè. Drog.

QVÆSTIO LVIII.

Quid agendum sit, si reus remissionem à parte offensa habitam exhibeat.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Pace habita ab offenso, an possit vlterius procedi.*
2 *Et an possit transigi super crimine prius, quam sit instituta accusatio.*
3 *Et an facta pace post cœptum iudicium possit iudex illud prosequi.*
4 *Et an stante pace possit tertius accusare.*
5 *De quibus criminibus possit fieri pax.*
6 *Et an de criminibus priuatis.*
7 *Et an vbi ingeritur tantum pœna mutilatonis membri.*
8 *Et an vbi pœna fustigationis.*
9 *Et quid si agatur de imponenda pœna perpetui carceris.*
10 *Et an vbi agitur de amittenda libertate.*
11 *Et an super crimine adulterij.*
12 *Et an super crimine raptus.*
13 *Et an super crimine incestus.*
14 *Et an super stupro.*
15 *Et an super criminibus, pro quibus non ingeritur pœna sanguinis.*
16 *Et quid si agatur de crimine priuato.*
17 *Et quid si agatur de crimine, pro quo de iure sit imposita pœna mortis, & à statuto imposita sit pœna pecuniaria.*
18 *Et quid si agatur de crimine falsi.*
19 *Et an in casibus, in quibus est prohibita transactio, sic etiam prohibita gratuita pactio.*
20 *Et an si statutum prohibeat fieri pacem pro aliquo delicto, censebitur etiam prohibitum fieri pacem cum eo, qui delictum ipsum fieri mandauit.*
21 *Ad quos spectet ius faciendæ pacis.*
22 *Pater an possit remittere iniuriam factam filio.*
23 *Prælatus an possit remittere iniuriam factam ecclesiæ.*
24 *Et quid in blasphemia.*
25 *Offenso monacho, an spectet ius faciendæ pacis monasterio, vel filio.*
26 *Filij spurij an possint pacem facere de morte parentum.*
27 *Tutor an possit facere pacem nomine pupilli.*
28 *Procurator cum libera an possit pacem facere.*
29 *Pax habita à vulnerato, qui deinde moritur, an prosit vulneranti.*
30 *Et an pax facta pro vulneribus prosit pro morte.*
31 *Marito, qui vxorem occidit, an prosit pax habita à filiis communibus.*
32 *Filius, qui non vult esse hæres patris, an possit facere pacem pro morte patris.*
33 *Et an filius faciendo pacem censeatur adire patris hæreditatem.*
34 *Si offensus decedat, relictis pluribus hæredibus, an sit habenda pax ab omnibus.*
35 *Et an sit habenda pax à fœmina hærede.*
36 *Et quid si nullus adsit hæres, à quo possit haberi pax.*
37 *Pax an possit fieri absenti.*
38 *Pax facta pro iniuria an tollat etiam interesse respectu damnorum, & expensarum.*
39 *Remissione facta in foro conscientiæ, nunquid sublatum sit ius accusandi.*
40 *Restitutio rei ablatæ, vel satisfactio an habeat vim remissionis.*
41 *Iudex an possit cogere offensum ad faciendum pacem.*

Ex Additionibus.

1 *Pax à quibus sit habenda.*
2 *Pax quomodo probetur.*
3 *Pax habita post sententiam, an prosit stante statuto: quod habita pace quis mitius puniatur.*
4 *Offensus declarans coram testibus, quod non intendit querelare, censetur remittere.*
Statutum alleuians pœnam de pace facta cum offenso, non intelligitur de pace facta cum fisco, sed cum principaliter offenso, nu. eod.
5 *Pax, & remissio an differant.*
6 *Paciscens de iniuriis censetur concordasse.*
7 *Pax de delicto intelligitur etiam, & de qualitatibus ipsius.*
8 *Compositiones quomodo fiant in Regno Neapolitano.*
9 *Iudex non potest præfigere terminum offenso ad querelandum.*
10 *Pœna pacis ruptæ debetur etiam, quod subsequatur reconciliatio.*
11 *Remissio partis quando præiudicet fisco.*
12 *Iudex an possit procedere post remissionem patris in statu Ecclesiastico.*
13 *Et quid in Regno Neapolitano.*
14 *Accusatore desistente an possit procedi.*
15 *Accusatores an possint impunè desistere in Reg. Neap.*

16 Et

16 *Et quid in statu Ecclesiastico.*

17 *Accusator nouus an possit prosequi processum, super quo fuit transactum.*

18 *Componens cum fisco quando possit iterum molestari.*

19 *Pax facta sub conditione, ne offendens redeat ad patriam sine licentia offensi, an valeat.*

*19 *Tertius quis dicatur.*

20 *Transactio quare prohibeatur in crimine adulterij.*

21 *Et quando possit fieri in crimine raptus.*

22 *Transactio nulla an impediat transigentem iterũ agere.*

23 *Pax à coniunctis vsque ad quem gradum requiratur.*

24 *Pax an sit habenda à filijs adoptiuis, emancipatis, naturalibus, & legitimatis.*

25 *Pax debet constare in actis.*

26 *Vxore alicuius occisa, quis debeat facere pacem, vir, aut pater.*

27 *Pater an possit remittere iniuriam factam filio.*

28 *Et si remiserit, an mater possit accusare.*

29 *Et quid in sorore, si frater remiserit.*

30 *Pater vtilis non potest remittere iniuriam filij.*

31 *Nec etiam iniuriam violati thori.*

32 *Parte remittente, an alij agere possint.*

33 *Et an filius iniuriatus.*

34 *Filius non ratificans pacem factam à patre, non dicitur proditor.*

35 *Iniuria facta ciui non potest remitti per Antianos sine consensu consilij.*

*35 *Blasphemia pœna quæ sit.*

36 *Blasphemans absolutus à sacerdote, an dicatur habere pacem blasphemia.*

*36 *Rapiens, monialem pacem debet habere à Papa.*

37 *Monacho h-vente filium interfecto, à quo sit habenda pax à filio, vel à Monasterio.*

38 *Et quod si filius, & Monestarium discordent.*

39 *Offensa facta Monacho, & facta Clerico seculari an differat.*

40 *Rapiens monialem à quo debeat habere pacem.*

41 *Religiosus non dicitur ante professionem.*

42 *Spurius an possit remittere necem patris, vel è contra.*

43 *Tutor an, & quando possit facere pacem*, & num.45. *Et quid de minore.*

*43 *Mater tutrix an possit pacem facere pro filio pupillo.*

44 *Et an tutor teneatur ad illius obseruantiam.*

46 *Et quomodo sit facienda cum pupillo.*

47 *Pax facta à tutore ante confectionem inuentarij an valeat.*

48 *Procurator an possit pacem facere.*

49 *Et an constitutionem opponere.*

50 *Et quid in Regno Neapolitano.*

51 *Pax facta pro vulnere, an prosit secuta morte.*

52 *Occisus si reliquerit patrem filium, & vxorem, quæ postea filio successit, à quo sit pax habenda.*

53 *Maritus interficiens vxorem an possit habere pacem à filijs communibus.*

54 *Farinac. impugnatur.*

55 *Metus reuerentialis quomodo probetur.*

56 *Filius exhæredatus an faciat pacem de morte patris.*

57 *Pax habita ab vno ex pluribus heredibus an sufficiat.*

58 *Pax, & concordia differunt.*

59 *Pax à quibus requiratur in Regno Neap.*

60 *Pace habita à principali non est amplius de causa tractandum.*

61 *Soror defuncti existente filio non potest pacem facere. Et quid de vxore interfecti*, ibid.

62 *Filiæ exclusæ à statuto an debeant paci interuenire.*

63 *Pax facta absenti an requirat ratificationem.*

64 *Damna remittere nemo tenetur.*

65 *Satisfactio debet fieri iuxta mensuram iniuriæ.*

66 *Paciscens cum parte, mediante pecunia, non euadit infamiam.*

67 *Remissio plena an tollat repetitionem damnorum.*

68 *Remittens iniuriam pretio mediante, non censetur remittere damna, & interesse.*

69 *Remissio pœnæ conuentionalis censetur facta per cassationem processus.*

70 *Remissio plenissima comprehendit etiam damna, interesse.*

71 *Remissio iniuriæ, & consequutio satisfactionis inter se sunt diuersæ.*

72 *Remissio an possit probari per testes.*

73 *Et quid in Regno Neapolitano.*
Pax potest dici sine actu exteriori pro salute animæ, & sacerdos tenetur absoluere confitentem, nu. eod.

74 *Iudex an possit compellere ad pacem*, & nu.77.

75 *Et an ad treguam.*

76 *Et si compellat, an teneatur edicto, quod metus causa.*

78 *Pax ex quibus impediatur, remiss.*

SEquens *a* est defensio, quam reus contra processum 1
proponere potest, quod scilicet habet pacem, a
seu remissionem à parte offensa. Et hæc materia est valde vtilis, tam propter statuta, quæ plerunque habita partis remissione minuunt pœnas delictorum, vel etiam aliquando disponunt, delinquentes habita pace non posse molestari, quam etiam propter gratias, seu remissiones, quæ illis fiunt à Principe, *b* quæ in hoc b
Ducatu, & multis etiam in locis non fiunt, *c* nisi præ- c
uia partis remissione. Hæc *d* autem pax, seu remis- d
sio partis offensæ, si habita esset antequam cœptum esset procedi, multum prodesse posset delinquenti attenta dispositione iure communis, secundum quam non proceditur regulariter sine accusatore, vt dixi supra *quæst.3.versic. debes autem.* Videmus enim, quod *e* e
vbi pars offensa non accusat, raro solent alij accusare, vt experientia docet. Sed de consuetudine, secundum quam hodie iudices pro quocunque crimine procedunt per inquisitionem, id est ex officio, vt dixi *in d. quæstio.3.versicul. sed certè*, parum *f* prodesset partis re- f
missio, quo ad impediendum processum; quia iudex ea non obstante procederet ex officio. Et ita in facti contingentia rescripsit Senatus Prætori Comi, 1. Septembris 1546. P.N. Bene posset prodesse quo ad debilitandum re ipsa processum: *g* nam vbi pars remittit, vi- g
demus, vt plurimum, quod cum maxima difficultate possunt haberi per fiscum indicia, vel probationes contra delinquentes.

Sed punctus est, nunquid possit transigi super cri- 2
mine, antequam sit super eo instituta accusatio: nam de iure loquendo videtur, quod non, & quod si facta sit transactio, nihil valet quinimo ille met, qui remisit per pactum, vel per transactionem, poterit non obstante tali pace, vel transactione accusare. Et est communis opin. ut dixit Alexand. *in l. transigere, numero 16. C. de transact.* quem refert Paris. *consilio 150. numero 4. libro 4.* & Mantua *in ead. l. transigere, num. 194. in fin.* fuit opin. glos. *l. iurisgentiũ, §. si paciscar, in verbo, Non liceat, vers. sed an idem, ff. de pact.* quam dicit esse communiter approbatam Villalpand. *in repet. l. 22. cap. 4. num. 1. h* Sed h
certè de consuetudine contrarium seruatur: nam quandocunque fiunt paces, & transactiones super criminibus, semper valent, & sunt obseruandæ. Et licet de iure communi transactio, seu pactum, facta per proximiorem offensi, non impediat, quo minus alius sequens in gradu possit accusare, secundum communem opin. de qua per Villalpand. *in repet. l. 22. cap. 52. num. 1.* nihilominus de consuetudine seruatur, quod *i* vbi pri- i
mus in gradu remittit, non possunt alij accusare, nisi prout posset quilibet extraneus: & ita in casu statuti, vel decreti, vel gratiæ particularis semper remissio proximoris tollit aliis facultatem accusandi. Et ita

k in practica indistinctè semper vidi obseruari: k Post
3 cæptum autem iudicium, siue per viam accusationis, siue per viam inquisitionis, credo quod hæc defensio fundata super pace, aut remissione partis, esset modici effectus: nam non obstante tali pace, seu transactione, quæ facta esse super crimine etiam in casibus à iure permissis, deuenitur ad condemnationem contra delinquentem, perinde ac si nulla pax, aut remissio partis secuta esset. Et dicit Gand *de malef. in tit. de transact. nu.* 13. quod hæc est opin. omnium Doctorum communiter, & quod ita de consuetudine seruatur, quem refert Villalp. *in repet. l. 22. cap. 6. num.* 5. Pract. Carrer. *fol.* 155. *n.* 379. relatus & ipse per Villalob. *in sua collecta communium opin. in littera* T, *nu.* 121. vbi subdit, quod ita praxis obseruat. Dicit etiam Vital. *de malef. in titul. de pace, nu.* 4. quod in hoc concordant communiter Doct. & quod ita seruatur. Ita etiam seruari attestatur Ang. *in d. l. transigere, post nu.* 10. quem refert Anan. *in cap. 1. post nu. 20. de collus. deteg.* & Card. Alex. *in cap. si quendam, §. in omnibus, in gl.* 1. 2. *quæst.* 3. & Villalpand. *in repetit. l. 22. c. 5. post num.* 2. Et dicit Alber. *in 2. par. statutorum, quæstio.* 127. quod ita communiter tenetur, & seruatur, quod tamen intellige, modo delictum sit tale, pro quo possit ex officio procedi. Et ita in facti contingentia rescripsit Senatus prætori Cremonæ, 24. Iulij 1564. Vide quæ dixi *sup. q. 51. versic. sed quid si accusator.* Verum est, quod Bart. *in d. l. transigere, nu.* 7. tenet quod facta transactione super crimine in casibus à iure permissis non possit deueniri ad condemnationem sanguinis contra reum: Et Curt. iun. *in d. l. transigere, num.* 29. dicit hanc opin. esse communem, quæ fortè etiam in puncto iuris est verior, & in regno Castellæ passim, & indistinctè obseruatur, vt attestatur Villalpand. *in repe. l. 2. c. 6. n. 1. & seq.* & Ant. Gomes. *c. 3. delictorum, num. 55. & seq.* inhærendo litteræ tex. *d. l.* 22. licet idem Gomes. refert quandoque contrarium fuisse obseruatum: Nihilominus veritas est, contrarium opi. esse magis communem: & ita semper vidi seruari vbique locorum, vbi non extent in aliquibus casibus statuta contrarium disponentia. Cum enim ex generali consuetudine totius Italiæ, & fortè etiam totius orbis possint iudices ex officio procedere super quibuscunq; delictis, vt supra dixi, parum curamus an pars accuset, vel remittat: & in hoc (maximè l stante consuetudine) non est dubitandum. l Et ideo in casibus, in quibus non potest procedi nisi ad querelam partis, crederem, quod remissio partis superueniens tolleret omnem processum, & quod accusatus omnino esset absoluendus, in ceteris autem tenenda est communis opi. vt scilicet remissio partis nihil operetur quo ad hoc, vt processus impediri, aut tolli possit. Et hoc apertè innuit decretum *in nouis constit. in tit. de accus. c. in casibus,* disponens, quod vbi agitur de pœna pecuniaria habita remissione ab offenso, vel eius hæredibus, non possit aliquo modo procedi, nisi sint casus, in quibus possit etiam ex officio procedi.

Et scias, quod licet secuta abolitione per transactionem, vel mortem accusatoris, possit iudex accusationem ipsam prosequi, debet tamen nouum processum, & nouam instantiam inchoare, ex quo prima instantia per transactionem fuit extincta. Ita tenet Bartol. *in d. l. transigere, nu.* 8. cuius sententiam dicit esse communem Ant. Gomes. *c. 1. delictorum post nu. 36. vers. ex quo apertè,* licet ipse teneat contrarium, & re vera cum hodie (vt sæpius dixi) iudex inquirendo concurrat cum accusatore, practica seruat, quod per transactionem non dicatur perempta instantia, sed potest iudex illam quandocunq; prosequi, secundum Ang. *in d. l. transigere, nu.* 7. quem refert D. Ant. de Padilla *in d. l. transigere, nu.* 47. Et ita de consuetudine hodie obseruari attestatur Anton. Gomes. *in loco preallegato num. 37. in fin.* Vide, quæ dixi *sup. q. 51. vers. pariter etiam.* Adde, quod accusator, qui transiuit super crimine etiam in casibus à iure permissis, incidit in pœnam Senatuscons. Turpill. & est communis opin. vt dicit Curt. iun. *in d. l. transigere, nu.* 19. quem refert D. Anton. de Padilla *in ea. l. transigere, num.* 46. Villalpand. *in repet. l. 22. c. 71. num.* 3. Et sic punitur non vt præuaricator, sed vt desistens, quam etiam opin. dicit esse communem Alex. *in ea. l. transigere, num. 10. in fin.* licet enim lex permittat accusato transigere, vt sanguinem suum redimat, non tamen propterea permittit accusatori, vt se corrumpi patiatur. m Sed m certè quidquid sit de iure, hoc apud nos non seruetur in practica, vt accusator transigens in aliquo casu puniatur.

Sed n pone, quod pars offensa faciat remissionem 4
delinquenti, nunquid poterit o aliquis tertius, non ob- n
stante tali remissione, ipsum delinquentem de eodem o
crimine accusare? Resp. quod sic: & est communis opi. vt dicit Felin. *in c. de iis, nu. 3. de accus.* vbi dicit, quod ita tenent omnes D.D. Curt. iun. *in d. l. transigere, nu.* 34. Maranta *in suo Spec. fol. 84. num.* 61. Didac. *lib. 2. resolut. c. 10. post num. 5. versic. nono idem,* D. Anton. de Padilla *in l. transigere, nu.* 51. Quod intellige, vt procedat in criminibus, in quibus illi tertio competit ius accusandi, vel quia sit publicum, vel quia prosequatur suorum iniuriam: alias secus.

Successiuè videamus, super quibus criminibus lici- 5
tum sit facere pacem, seu transactionem. Resp. De hoc habemus text. *in d. l. transigere,* vbi est locus ordinarius huius materiæ, ex quo colligitur prima regula, quod de criminibus, pro quibus ingeritur pœna sanguinis, licita est transactio. Et dicit Placa *lib. 1. delictorum, c. 39. num.* 3. quod hæc est constitutissima conclusio, & frequenti Doctorum calculo recepta sententia. Ratio autem huius conclusionis est, quia vnicuique licet sanguinem suum redimere. Ita dicit glos. *in d. l. transigere, in verbo, prohibitum,* quæ quidem ratio ab omnibus approbatur, vt dicit Purpurat. *in d. l. transigere, nu.* 17. & illam communem appellat. Curt. iun. *in ea. l. transigere, n.* 4. quem refert D. Ant. de Padilla, *ibid. nu.* 2. Mantua *in ea. l. transigere, num.* 8.

Habetque locum hæc conclusio non modo in cri- 6
minibus publicis, sed etiam in priuatis: nam si pro illis, puta, pro furto, vel huiusmodi imposita sit pœna sanguinis, vtique etiam in illis licita erit transactio. Et est communis opin. vt attestatur Villalpand. *in l. 22. c. 1. nu.* 11. Ant. Gomes. *c. 3. delictor. nu.* 54. prout illum refert Don. Ant. de Padil. *in d. l. transigere, nu.* 7. Militat enim eadem ratio, quia scilicet vnacuique licitum esse debet sanguinem suum redimere.

Item locum habet conclusio non solum in crimini- 7
bus pro quibus ingeritur pœna mortis, sed etiam in illis, pro quibus ingeritur pœna mutilationis membri. Et est communis opin. vt attestantur scribentes *in d. l. transigere,* & in specie Curt. iun. *n.* 23. & Purpur. *n.* 9. & Alciat. *n.* 45. & D. Ant. de Padilla, *n* 8. Villalpan. *in l. 22. c. 1. nu.* 4. Chassan. *super consuetud. Burgund. fol. 56. n.* 129. Talis enim dicitur etiam pœna sanguinis.

Sed quid si ingeratur solummodo pœna fustigatio- 8
nis? Resp. quod etiam super illis licita est transactio, & est communis opi. vt dicit Curt. iun. *in d. l. transigere, n.* 26. Chassan. *in loco præalleg.* Purpur. *in d. l. transigere, nu.* 12. D. Ant. de Padilla *in ea. l. transigere, n.* 12. Et hæc opinio mitior est, & mihi magis placet, quamuis contrariam opi. multi sequantur, quam etiam communem appellat Rom. *in d. l. transigere, num.* 9.

Hinc infertur, quod si agatur de crimine, pro quo ve- 9
niat imponenda pœna perpetui carceris, non erit licita transactio. Et hæc est communis opin. vt attestatur Cur. iun. *in d. l. transigere, n.* 22. & Mãtua *post n.* 37. quidquid

quid

quid in contrarium dixerit Abb. *in c.1.col.fin.vers. Idem* 10 *putarem, de collus.deteg.* cuius opi. magis cómuniter reprobari affirmat D. Ant. de Padilla *in d.l.transigere,n.*15.

Item quæro, quid si agatur tantum de admittenda libertate, aut auctoritate, nunquid poterit transigi? Resp. quod non ita tenet gl. *in d.l.transigere, in verbo, Capitali*, quæ in hoc communiter approbatur, vt dicit Curt. iun. *in ea.l.transigere n.*17. Nam eo casu non dicitur propriè agi de pœna capitali, vel sanguinis: merito cessat legis ratio, & consequenter etiam dispositio.

11 Excipitur *p* tamen ab hac regula crimen adulterij, licet enim pro eo de iure communi imposita sit pœna mortis, vt dixi sup. *hoc eod.li.§. Adulterium, vers. Sed quæro*, nihilominus non est super illo licita transactio, vt expressè dicit text. *in l.transigere*. Et ratio est propter frequentiam, & immanitatem ipsius criminis, & ita dicunt communiter Doct. vt dicit Alber. *in d.l.transigere, post nu.*17. *vers. Quæro quare*, quem refert D. Ant. de Padilla *in ea.l.transigere, post num.* 77. quam tamen rationem communiter reprobatam esse ait Coras. *lib.*2. *Misce.c.*1. *nu.*2. Vel etiam ita inductum fuit in fauorem matrimonij, cui leges multum fauent, *q* ne fiat sanguinis turbatio, neve fortè sordidæ stirpis viri splendidis natalibus subrogentur, quam etiam rationem communiter teneri attestatur Mantua *in ea.l.transigere, numer.*65. & Alciat. *num.*20. Hoc tamen intellige, vt procedat, antequam pœna pro ipso adulterio imposita sit, sed post impositam pœnam, *r* vtique etiam in adulterio licita est transactio. Ita tenet Bart. *in d.l.transigere, num.*13. & est communis opin. vt attestatur Purpurat. *in ea.l.transigere, nu.* 71. Ego tamen in contingentia facti nunquam vidi rejici remissiones factas à maritis pro adulterio: quinimò dicit Papo *lib.* 22. *ritu* 9. *Arresto* 12. quod quandocunque maritus remittat ante sententiam, mulier non punitur, & quod ita fuit iudicatum per Parlamentum Tholosanum.

12 In aliis autem criminibus præter adulterium licet transigere, etiam si grauiora sint ipso crimine adulterij. Et ita communiter concluditur, vt dicit Pract. Carrer. *folio* 638. *post num.*127. Hinc infertur, quod licita est transactio super *s* raptu; ita tenet Bar. *in d.l.transigere, n.* 12. quem sequuntur communiter Doct. vt dicit Curt. iun. *in ea.l.transigere, num.*35. Hanc etiam opi. dicit esse communem Alex *in ea.l.transigere, n.*31. Purpur. *n.*54. *& seq.* & alij, quos refert D. Ant. de Padilla *in d.l.transigere, n.*79. & Villalpan. *in rep.l.*12.*c.*17.*n.*2. *& c.*18. *post nu.*5. *t* Et si dicas, quod imò parentes prohibentur sub pœna deportationis facere pacem pro raptu filiarum, vt expressè dicit text. *in l. unica, C. de raptu virg.* Respond. quod ipse quidem pater transigendo incidit in pœnam dictæ legis, tamen remissio valet, nec suo nomine amplius agere potest. Et ita consueuerunt DD. communiter dicere, vt ait Salyc. *in d.l.unica, nu.*32.

13 Secundo infertur, quod licita etiam est transactio super crimine incestus, & est communis opi. vt attestatur Boer. *decis.*91.*n.*2. *&* 3.

14 Tertio infertur, quod licita etiam est transactio super stupro, & est communis opi. vt attestatur Corras. *li.* 2. *Miscel.cap.*1.*num.*5. D. Ant. de Padilla *in d.l.transigere, num.*82.

15 Secunda *u* regula, quæ colligitur ex tex. *in d.l.transigere*, est, quod super criminibus, pro quibus non ingeritur pœna sanguinis, non potest fieri pax, siue transactio. Ratio autem est, ne delicta impunita remaneant. Et ita communiter dicitur, vt attestatur Alexan. *in ea.l. transigere, post nu.*5. *vers. quæ autem.* Sed certè & contra hanc rationem, & multas decisiones Doctorum in hac materia multa dici possent, quæ tamen omitto, tum quia istæ disputationes parum, vel nihil prosunt, tum etiam quia hodie ex generali consuetudine Italiæ licitum est facere pacem pro quocunque crimine. Et sic ferè omnia prædicta rato, vel nunquam tractantur in practica.

16 Sed hic quæro, nunquid hæc conclusio locum habeat, non modo si agatur de criminibus publicis, sed etiamsi agatur de criminibus priuatis, vt scilicet etiam in istis non sit licita transactio, si pœna sanguinis non ingeratur. Resp. Aliqui tenuerunt, quod non habeat locum in criminibus priuatis, & consequenter, quod in illis licitum sit transigere, & dicit Alber. *d.l.transigere, nu.* 22. quod ita tenent communiter Doctor. Contrariam autem sententiam, quod s. etiam in criminibus priuatis, vbi non ingeratur pœna sanguinis, non liceat transigere, tenuit Bar. *in l.transigere, n.*14. *& seq.* Et hanc dicunt esse communem scribentes ibi, & in specie Purpur. *n.*129. D. Ant. de Padilla *in ea.l.transigere, n.*104. Bos. *in tit. de furtis, post nu.*58. Militat enim etiam in illis ratio prædicta, ne s. delicta impunita remaneant.

17 Pone modo, quod pro crimine, pro quo de iure communi imponitur pœna mortis, puta, homicidio, ex statuto imposita sit pœna pecuniaria: nunquid eo casu poterit super tali crimine transigi, vel pacisci? Resp. quod non, & est communis opin. Doctorum, vt ait Alber. *in* 2. *par. statutorum, q.*124. Anan. *in c.*1. *post num.*22. *versicul. quid autem si pœna, de collus. deteg.* Gregor. quem refert D. Ant. de Padilla *in d.l.transigere, post n.*66. Magis enim attenditur pœna statuti, quam natura criminis, & ex quo recessum est a iure communi in impositione pœnæ, videtur etiam recessum ab omnibus, quæ veniunt ex genere pœnæ. Faciunt quæ dixi supra *quæst.*31. *vers. Dictum est.* An autem valeat tale statutum imponens pœnam pecuniariam pro homicidio, dixi sup. *hoc eod.lib.§. homicid. vers. sed nunquid.*

18 Ab hac tamen regula excipitur crimen falsi: nam quamuis pro eo de iure communi non imponatur pœna mortis, vt dixi supra *hoc eodem lib.§. Falsum, vers. Sed quæro*, licitum est tamen pro eo transigere, vt est tex. *in d.l.transigere*. Et ratio est, quia nullum crimen est, quod maiorem infamiam irroget, *u* quam crimen falsi: & ideo eius pœna, quæ est honoris iactura tam grauis, pœnæ sanguinis æquiparatur. Et hanc rationem dicunt esse communem scribentes *in d.l.transigere*, & in specie Roman. *nu.*7. & Curt. sen. *nu.*37. & alij, quos refert D. Ant. de Padilla, ibid *post nu.*111.

19 Scias etiam, quod in casibus, in quibus non est licitum transigere, neque etiam licet gratuito pacisci. Et hæc est magis communis sententia, vt attestatur Doct. Ant. de Padilla *d.l.transigere, num.*108. Villalp. *in rep.d.l.* 22.*c.*18.*num.*3.

20 Vnum autem volo, ut scias in hoc proposito, quod si statutum prohibeat fieri pacem pro aliquo delicto, non poterit fieri pax, neque cum principali delinquente, neque cum eo qui mandauit ipsum delictum committi. Et ita commun. obseruatur, vt dicit Gand. *in tit. de transact. & pactis in fi.* quem refert Villal. *in rep.l.*12.*c.* 66. *nu.*9. idem enim iudicandum videtur de mandante, quod de ipso *x* principali delinquente, circa quod tamen videnda sunt ea, quæ dixi infra *quæst.*89. *in princ. & vers. sed quæro.*

21 Vilum *y* est de quibus criminibus licitum sit transigere: videamus nunc ad quas personas spectet ius faciendæ pacis, seu remissionis. Et si quidem extat ille, qui offensus est, proculdubio ad eum pertinet offensam remittere, si verò ille mortuus est, tunc ad *z* eius proximiores spectat pacem facere, *a* eo scilicet ordine, vt qui præfertur in accusatione, pariter præferatur in remissione facienda. *b* Quis autem præferatur in accusatione, dixi supra *q.*15. *vers. Successive quæro.*

22 Quæro, *c* nunquid pater possit facere remissicné pro iniuria facta filio. Resp. quod sic, ita tenet Bart. *in d.l.si*

d vnius, §. filiosfam. numer. 2. ff. de iniur. & d est communis conclusio, vt dicit Boer. *decis.* 120. *num.* 1. *& seq.* quem refert Menchiaca *controuers. illustr. cap.* 15. *num.* 8. Villalp. *super l.* 22. *cap.* 26. *nu.* 1. *in fin.* Placa *libro* 1. *delictorum, cap.* 6. *post numer.* 21. Atius *in l.* 1. *C. de bon. mater. fol.* 586. nam ex iniuria facta filio magis videtur offendi pater, quam filius, & hoc etiam inuito filio. Et ita in facti contingentia iudicauit curia Tholos. teste Aufrer. *decis.* 261. Hanc
e tamen conclusionem e aliqui limitant, vt non procedat, quando iniuria facta esset à coniuncta persona, vt scilicet illam non possit pater inuito filio remittere. Et hanc dicit esse communem limitationem Atius *in loco praallegato folio* 587. licet illam non sequatur. Et re vera quidquid sit de iure, Senatus non ser-
f uat hanc conclusionem, f sed indistinctè vult, quod in remissione iniuriæ interueniat consensus utriusque, scilicet filij, qui iniuriam accepit, & eius patris. Bene verum est, quod quando non interueniunt cædes, neque vulnera, solet approbari remissio facta à patre sine filio, qui est offensus, & ita vidi seruari in gratia cu-
g iusdam Bapt. Righetti 5. Augus. 1551. P. N. g Hæc autem omnia intellige, ut procedat in filio, qui sit in patris
h potestate constitutus: h sed si esset emancipatus, sufficit ab eo remissionem habere, etiam sine patris interuentu. Et ita conclusum fuit per Senatum in approbatione gratiæ cuiusdam Francischini Bassi 6. Octobr. 1557. P. N.

23 Præterea i quæro, nunquid prælatus possit remitte-
i re iniuriam factam ecclesiæ. Resp. quod non, & ita tenet gl. *in c.* 1. *in verb. Punire, de pœn. in* 6. & est communis opi. vt dicit Boer. *decis.* 120. *nu.* 5. prout illum refert Placa *in loco praallegato, nu.* 21. Hoc tamen intellige, ut scilicet non possit Episcopus solus illam remittere, sed bene potest cum consensu capituli: & ita tenuit gl. *in c. contigit, in gl.* 1. *de sent. excomm.* Et hanc esse communem opin. attestatur Fel. *in eo c. contingit, num.* 8. prout illum refert Foller. *in practic. crim. canon. fol.* 52. *nu.* 58.

24 Sed k quid dicendum in blasphemia, per quam di-
k uina Maiestas offenditur? ad quem spectabit facere remissionem Resp. Doctores videntur concludere, quod spectet ad Episcopum: sed quidquid sit de iure, apud nos seruatur, quod non requiratur remissio. Cum enim solus Deus sit offensus, ipse pœnitenti semper remittit. Et ita rescripsit Senatus iudici maleficiorum Papiæ 10. Maij 1551. P. N. Idem etiam seruat Senatus in
l casibus in quibus solus Princeps offenditur, l prout in sfrosatione bladorum. Cum enim Princeps ipse indulgeat, non est alterius remissio requirenda. Idemque in iis, qui deferunt sal in dominium. Bene verum est, quod si Princeps alicui locasset vectigal salis, eo casu requireretur remissio conductorum ipsius vectigalis, de quorum interesse principaliter agi videtur, & ita in facti contingentia conclusum fuit in Senatu, in gratia cuiusdam Petrini Banchi sfrosatoris salis, ultimo Septembris 1557.

25 Vlterius m quæro, Pone quod fuit interfectus mo-
m nachus, qui reliquit filium, quem ante monachatum legitime susceperat: nunquid spectabit ius faciendæ remissionis Abbati monasterij, an autem filio ipsius monachi? Respond. In hoc fuerunt variæ Doctorum sententiæ: nam aliqui tenuerunt, quod filius præferatur monasterio, & ita consuluit Feder. de Senis *consilio* 174. Et hanc opin. dicit esse magis communem Boer. *decis.* 121. *præsertim, num.* 9. quem refert Placa *in d. cap.* 6. *num.* 18. *& c.* 42. *num.* 16. & Carauita *super* 275. *ritu magna curia, circa fin.* Aliqui vero tenuerunt contrarium, scilicet quod remissio spectet ad monasterium, & non ad filium. Et hanc dicit esse magis communem Alciat. *in l.* 4. §. *Cato, numer.* 175. *ff. de verb. oblig.* quem refert D. Anton. de Padilla *in d. l. transigere, num.* 38. *C. de transact.*

n Ego vero in hac Doct. varietate aliquando sic dice- n
bam, quod aut apparet iniuriam factam fuisse monacho intuitu ecclesiæ, vel monasterij, & debet præferri monasterium: Aut apparet, quod facta fuit intuitu personæ ipsius monachi, & filius est præferendus: Aut sumus in dubio: & tunc ad utrunque spectat. o Tutius est o
tamen (si potes) vt semper habeas remissionem ab utroque, & cessabit omnis difficultas: nam ut reperio in facti contingentia iudicatum fuisse per parlamentum Burdegalense, uterque & filius, & Abbas admittuntur ad accusandum pro suo interesse: merito ab utroque debet haberi remissio. Et de illo arresto mentionem facit Papo *libro* 24. *titul.* 2. *Arresto* 4. Scias tamen, quod si ille, qui est offensus, non esset profes[sus] religionem, eo casu non spectaret ad monasterium facere pacem pro iniuria ei illata. Et ita fuit declaratum per Senatum in approbatione gratiæ cuiusdam nobilis, qui vulnerauerat coquum monasterij Carmelitarum, quæ fuit admissa cum remissione ipsius tantum, & delictum non requiri consensum prioris, nec monasterij, comperto, quod non erat professus, 12. Maij 1558. P. N.

Scias autem in hoc proposito, in quo incidit mentio de filiis monachorum, quod Senatus non admittit 26
remissiones factas à filiis spuriis, & ita declarauit in causa cuiusdam Margaritæ Balassi de Creula, 9. Decemb. 1559. P. N. Et licet quibusdam videtur, quod eo casu de iure fuissent admittendi, ex quo agebatur de homicidio commisso in personam eorum matris, cuius respectu habentur pro filiis, & eis competit ius accusandi, iuxta ea, quæ dixi supra *q.* 14. *vers. Quæro an filij, & supra lib.* 2. §. *Filius.* Nihilominus cum (ni fallor) essent suscepti ex coitu damnato, & à lege punibili, non fuit eorum remissio per Senatum admissa. p Sed circun- p
scripta obseruantia Senatus, fortè contrarium esse de iure dicendum, scilicet quod imò filij naturales, & q q
spurij possint pacem facere pro offensis factis eorum matribus, & etiam patribus, quando sunt certi. Et ita videntur concludere communiter Doctores, vt attestatur Petr. Bellus *de remilit. fol.* 139. *nu.* 64.

Quæro, r an tutor possit facere pacem nomine pu- 27
pilli pro offensa facta defuncto, vel etiam ipsi pupillo. r
Resp. Si pupillus sit maior infante, & in ipsa pace interueniat, nulla est difficultas: s Nam certum est, quod s
pupillus maior infante potest cum auctoritate tutoris pacem facere. Et in hoc omnes concordant, vt dicit Nellus *de bannitis in* 2. *parte secundi temporis, quæstio.* 32. Brun. *in lib. de constitut. in verbo, Pax, versic. Item quæritur.* Si vero est infans, pariter videtur expeditũ, quod neque ipse solus, neque cum tutore potest pacem facere. Et ita communiter concluditur, vt dicit Carauita *super* 275. *ritu magna curia, num.* 19. Et dicit Crott. *in* 1. *repet.* §. *Cato, numer.* 167. quod in hoc omnes concordant. Idem dicit Brun. *in loco praallegato.* Et hoc idem ante eos dixit Nellus *in d. quæst.* 32. Punctus est, an solus tutor pro eo pacem facere possit. Et in hoc aliqui dixerunt, quod quando delictum non est clarum, neque notorium, puta quia non si certus homicida, potest tutor facere pacem pro pupillo. Si vero certus est homicida, & clarum delictum, eo casu non potest, & fuit opin. Guid. de Suzar. quam dicit esse communem Brunus *in loco prallegato.* Sed certè hæc opinio communiter non tenetur, vt dicit Ioan. de Amicis, *cons.* 88. *post num.* 4. Alij itaque dixerunt, quod aut remissio est damnosa pupillo, puta, quia fit in dedecus ipsius pupilli, vel familiæ suæ, & non valet. Aut vero remissio est utilis pupillo, puta, quia fortè eius aduersarius est potens: & tunc valet. Et hanc dicit esse communem opin. Nellus *in d. q.* 32. Alexan. *in l. pactum curatoris, nu.* 7. *C. de pact.* prout illum refert Villalpand. *super l.* 22. *c.* 20. *num* 5.

nu.5.& Placa *lib.1.delictorum, c.45.nu.6.& sequen.* Curt. iun. *in ead.l.pactum curatoris, num.17.* Crottus *in 1.repet. §.Cato. num.69.* Et dicit Carauita *in loco praallegato post num.19.* quod ita communiter concluditur. Et ita in facti contingentia consuluit Abb. *consil.108. lib.2.* ubi etiam *num.3.* attestatur communem opin. esse, quod in huiusmodi pace per pupillam facienda non requiritur iudicis decretum. Et illum refert Don. Ant. de Padilla *in d.l.transigere, num.64.* In hoc Ducatu indistinctè admittitur pax facta à tutore pro pupillo, absq; alia causæ cognitione, ut etiam attestatur Boss. *in titul. de pace, numer.14.* Bene quando pupillus est maior infante, requiritur, quod & ipse in contractu pacis interueniat, & hoc sæpè declarauit senatus, & in specie 2. Septemb. 1557. in causa cuiusdam Ioan. Mariæ Mazzolarij. P. N.

t Hæc tamen, quæ de tutore dicta sunt, intellige, ut procedant in tutore generali, qui fideiubeat, & inuentarium conficiat, & cetera faciat, quæ de iure requiruntur, non autem in tutore speciali. Et licet alias remissiones factæ per tutores speciales fuerint quandoque in Senatu habitæ pro legitimis, prout reperio in approbatione gratiæ cuiusdam Dominici Ferrarij seruatum fuisse 12. Iunij 1548. nouissime tamen die 8. April. 1559. P. N. conclusum fuit in causa cuiusdam Darij *u* Carenzoni, quod non erant admittendæ huiusmodi remissiones factæ à tutoribus specialibus & ita postea (ni fallor) semper fuit obseruatum.

28 Sed *x* an procurator habens ab offenso mandatum cum libera, & generali administratione, poterit pacem facere cum offendente? Respon. quod non, *y* sed requiritur, quod habeat speciale mandatum, ita tenuit Specula *in rubr. de tregua & pace, numer.4.* & ita seruatur, ut attestatur Nellus *de bannitis, in 3. par. secundi temporis quæst.37.* quem refert Villalpand. *in repetit. l.22.ca.67.n.11.* *z* Nam in mandato cum libera, nunquam veniunt ea, quæ verisimiliter constituens non concessisset, qualis est remissio debiti liquidi, quæ donationi æquiparatur.

29 Quæro, *a* Pone, quod aliquis fuit lethaliter vulneratus, & ad instantiam amicorum, vel aliter, fecit pacem cum ipso vulnerante, deinde mortuus est, nunquid hæc pax proderit delinquenti? Respond. Aut statutum simpliciter loquitur, puta, quod habens pacem mitius puniatur: & tunc loquendo de iure, potest quis habere pacem ab ipsomet vulnerato de eius morte, ubi sequatur, & talis remissio ei proderit secundum Bartol. *in l.damni §.Sabini, n.1.in fin. de damno infecto,* quamuis illum in contrarium referat Boss. *in tit de pace, nu.13.* vbi etiam refert Rom. *in §.Cato,* attestantem, quod opin. Bart. est communis, qui tamen in lib. meo hoc non dicit. Sed certè quicquid sit de iure communi, consuetudo hoc non *b* approbat, ut attestatur *b* Alciat. *consf.477.n.1.* & ita quotidie videmus in senatu obseruari, quod scilicet tales remissiones habitæ ab occisis non attenduntur, ut etiam attestatur Boss. *in loco præalleg.* Et id expresse declarauit senatus in causa cuiusdam Baptistæ Illæ opilionis, 25. Febr. 1545. P. N. & idem rescripsit prætori Papiæ 3. Iulij *c* 1559 P. N. *c* Aut vero statutum requirit, quod pax habeatur ab hærede: & tunc proculdubio non prodest pax habita defuncto, & ita tenet Bart. *in d.§.Sabini, n.2.* Et dicit Rom. *in d.§.Sabini, nu.2.in fi.* quod hanc opin. Bartol. sequuntur communiter Doct. quem refert Aug. ad Ang. *de malefic. in verbo, Comparent actis, & produxerunt instrumentum pacis, num.6. in fin.* & Crottus *in repet.§. Cato num.161.* Et hæc opin. proculdubio est tenenda, præsertim stante consuetudine, de qua statim dixi.

30 Vnum tamen scias in hoc proposito, quod etiam de *d* iure loquendo, *d* si quis aliquem vulnerauit, & ille ei pacem fecerit de illis vulneribus, si deinde mors sequatur, talis pax facta pro vulneribus, non prodest in causa mortis, & hæc est communis opin. ut attestatur Gand. *in tit. de malef. n.15.* quem refert D. Ant. de Padilla *in l.transigere, n.28. C. de transf.* Villal. *super l.22.c.56.n.4.*

Contingit *e* etiam aliquando, quod maritus interficit uxorem, quæ nunquid proderit illi pax habita à filiis communibus ipsius uxoricidæ, & uxoris occisæ? Respond. Bossius *in tit. de pace, num.21.* refert, quod hic casus de facto contingeret, & quod senatus reddebat se valde difficilem in approbatione huiusmodi pacis. Quinimo ego reperio, quod in facti contingentia senatus expressè reiecit gratiam, quam obtinuerat quidam Georgius Barata uxoricida filiis communibus, eorumque tutoribus specialibus, nisi haberet pacem à fratribus, & attinentibus ipsius uxoris occisæ, 5. Decemb. 1547. P. N. Reperio tamen, quod econuerso fuit approbata gratia cuiusdam Dominæ de Gabianis, quæ maritum in rixa interfecerat, habita remissione tantummodo à filiis 18. Iun. 1555. A. C. fortè quia non militat ratio metus reuerentialis, in matre prout in patre. 31 *e*

Quæro *f* nunc, Pone quod offensus reliquit filium, qui non vult esse hæres patris, nunquid si iste filius faciat pacem, valebit? Respond. quod sic, ita dicit Bartol. *in l.si filius qui patri, num.8. ff. de vulgar.* & est communis opin. ut attestatur Iason. *in d.l.si filius qui patri, num.21.* quem refert Villalpan. *super l.22.cap.41. post nu.7.* Boer. *decis.121.num.4.in fin.* quem refert D. Anton de Padilla *in d.l.transigere, nu 61. C. de transact.* Crottus *in 1.repet.§.Cato.num.150.* Hippol. Rimin. *in l.quis se patris, num.82. C.unde lib.* Nam reuera ius faciendi pacem non est hæreditarium, ut dicit Bart. *in d.§.Sabini, num.1.in fi.* & communiter tenetur teste Ruino *in reper.§.Cato, post num.101.* In hoc Ducatu plerumque fuit seruatum contrarium, *g* ut scilicet non admitteretur remissio habita ab hærede sanguinis, nisi etiam habita esset pax ab hærede bonorum. Ego vero dicebam, quod vbi appareret de alio hærede bonorum, vtique bonum esset, quod etiam ab eo pax haberetur: sed vbi non appareret, satis esse deberet remissio habita ab hærede sanguinis. Et ita de ann. 1541. 27. Septemb. P. N. fuit conclusum, quod probaretur gratia cuiusdam Iosephi Farinæ, qui habebat pacem ab hærede sanguinis, qui non dicebat se hæredem bonorum: Fuit tamen apposita conditio, quod si aliquando appareret hæres bonorum, teneretur Farinac. ab eo legitimam remissionem termino duorum mensium obtinere: alias gratia esset nulla, &c. 32 *f* *g*

Sed hic incidenter quæro, nunquid si filius faciat pacem pro offensa illata patri suo defuncto, videatur ex hoc adire eius hæreditatem. Respond. Aliqui dicunt, quod si pro ipsa pace aliquid recipiat, videtur se facere hæredem: sed certè communis opin. est in contrarium, vt attestatur Nellus *de bannitis in 3. parte secundi temporis, q.36.* quem refert D. Ant. de Padilla *in d l.transigere, n.65.* Bruun. *in lib suo de constit. &c. in verbo Pax, vers. Item quæritur an ex tali.* Ex quo enim iure sanguinis potest filius pacem facere, etiam si non sit hæres bonorum, debet eadem ratione pro ipsa pace aliquid posse recipere, absque eo quod ex eo censeatur facere hæredem. Nihilominus ad euitandas disputationes quotidie hæredes sanguinis impetrant dispensationes à senatu, vt possint facere remissiones citra ius, & nomen hæredis, & senatus illas concedit. 33

Frequenter solet dubitari, nunquid si offensus decesserit relictis pluribus hæredibus, sit habenda pax ab omnibus hæredib. an autem sufficiat illã habere ab aliqua, vel saltem à maiori parte hæredum. Et in hoc quidem articulo variæ sunt opin. inter Doctores, nam Oldradi, *h* tenuit, quod sufficiat illam habere ab vno eorum: sed hæc opin, communiter non tenetur, vt dicit 34 *h*

d *Vnius,§.filiusfam. numer.2.ff de iniur.* & *d* est communis conclusio,vt dicit Boer.*decis.120.num.1.& seq.*quem refert Menchiaca *controuers.illustr. cap.15. num.*8. Villalp. *super l.22.cap.26.nu.1.in fin.* Placa *libro 1.delictorum,cap. 6.post numer.21.* Arius *in l.1.C.de bon. mater.fol.*586. nam ex iniuria facta filio magis videtur offendi pater, quam filius,& hoc etiam inuito filio.Et ita in facti contingentia iudicauit curia Tholos.teste Aufret.*decis.*261. Hanc e tamen conclusionem *e* aliqui limitant, vt non procedat, quando iniuria facta esset à coniuncta persona, vt scilicet illam non possit pater inuito filio remittere. Et hanc dicit esse communem limitationem Arius *in loco praallegato folio* 587. licet illam non sequatur. Et re vera quidquid sit de iure, Senatus non ser-f uat hanc conclusionem, *f* sed indistinctè vult, quod in remissione iniuriæ interueniat consensus utriusque, scilicet filij, qui iniuriam accepit, & eius patris. Bene verum est, quod quando non interueniunt cædes, neque vulnera, solet approbari remissio facta à patre sine filio, qui est offensus, & ita vidi seruari in gratia cu-g iusdam Bapt.Righetti 5.August.1551.P.N. *g* Hæc autem omnia intellige, ut procedat in filio, qui sit in patris h potestate constitutus: *h* sed si esset emancipatus, sufficit ab eo remissionem habere, etiam sine patris interuentu. Et ita conclusum fuit per Senatum in approbatione gratiæ cuiusdam Francischini Bassi 6. Octobr. 1557.P.N.

23 Præterea *i* quæro, nunquid prælatus possit remitte-i re iniuriam factam ecclesiæ. Resp. quod non, & ita tenet gl.*in c.1.in verb.Punire,de pœn.in 6.*& est communis opi.vt dicit Boer.*decis.*120.*nu.*5.prout illum refert Placa *in loco praallegato,nu.*21.Hoc tamen intellige,ut scilicet non possit Episcopus solus illam remittere, sed bene potest cum consensu capituli: & ita tenuit gl. *in c.contigit,in gl.1.de sent.excomm.*Et hanc esse communem opin. attestatur Fel. *in eo c.contingit,num.*8.prout illum refert Foller.*in practic.crim .canon fol.*52.*nu.*38.

24 Sed *k* quid dicendum in blasphemia, per quam di-k uina Maiestas offenditur? ad quem spectabit facere remissionem Resp. Doctores videntur concludere, quod spectet ad Episcopum: sed quidquid sit de iure, apud nos seruatur, quod non requiratur remissio. Cum enim solus Deus sit offensus, ipse pœnitenti semper remittit. Et ita rescripsit Senatus iudici maleficiorum Papiæ 10. Maij 1551.P. N. Idem etiam seruat Senatus in l casibus in quibus solus Princeps offenditur, *l* prout in sfrosatione bladorum. Cum enim Princeps ipse indulgeat, non est alterius remissio requirenda. Idemque in iis,qui deferunt sal in dominium. Bene verum est,quod si Princeps alicui locasset vectigal salis, eo casu requireretur remissio conductorum ipsius vectigalis,de quorum interesse principaliter agi videtur, & ita in facti contingentia conclusum fuit in Senatu,in gratia cuiusdam Petrini Banchi sfrosatoris salis,ultimo Septembris 1557.

25 Vlterius *m* quæro, Pone quod fuit interfectus mo-m nachus, qui reliquit filium, quem ante monachatum legitime susceperat: nunquid spectabit ius faciendæ remissionis Abbati monasterij, an autem filio ipsius monachi? Respond. In hoc fuerunt variæ Doctorum sententiæ: nam aliqui tenuerunt, quod filius præferatur monasterio, & ita consuluit Feder. de Senis *consilio* 174. Et hanc opin. dicit esse magis communem Boer. *decis.121.præsertim,num.*9. quem refert Placa *in d. cap.6. num.18. & c.42. num.* 16. & Carauita *super 275.ritu magna curiæ,circa fin.* Aliqui vero tenuerunt contrarium, scilicet quod remissio spectet ad monasterium, & non ad filium. Et hanc dicit esse magis communem Alciat. *in l.4 §.Cato,numer,175.ff.de verb.oblig.* quem refert D. Anton.de Padilla *in d.l.transigere,num.38.C.de transact.* *n* Ego vero in hac Doct. varietate aliquando sic dicebam, quod aut apparet iniuriam factam fuisse monacho intuitu ecclesiæ, vel monasterij, & debet præferri monasterium: Aut apparet,quod facta fuit intuitu personæ ipsius monachi,& filius est præferendus: Aut sumus in dubio: & tunc ad utrunque spectat.*o* Tutius est o tamen(si potes)vt semper habeas remissionem ab utroque, & cessabit omnis difficultas: nam ut reperio in facti contingentia iudicatum fuisse per parlamentum Burdegalense, uterque & filius, & Abbas admittuntur ad accusandum pro suo interesse: merito ab utroque debet haberi remissio. Et de illo arresto mentionem facit Papo *libro 24.titul.2. Arresto* 4. Scias tamen, quod si ille, qui est offensus, non esset profess[illegible] religionem, eo casu non spectaret ad monasterium facere pacem pro iniuria ei illata. Et ita fuit declaratum per Senatum in approbatione gratiæ cuiusdam nobilis, qui vulnerauerat coquum monasterij Carmelitarum, quæ fuit admissa cum remissione ipsius tantum, & delictum non requiri consensum prioris, nec monasterij, comperto, quod non erat professus, 12. Maij 1558.P.N.

Scias autem in hoc proposito, in quo incidit mentio de filiis monachorum, quod Senatus non admittit 26 remissiones factas à filiis spuriis, & ita declarauit in causa cuiusdam Margaritæ Balassi de Creula, 9. Decemb.1559. P.N. Et licet quibusdam videtur, quod eo casu de iure fuissent admittendi, ex quo agebatur de homicidio commisso in personam eorum matris, cuius respectu habentur pro filiis, & eis competit ius accusandi, iuxta ea,quæ dixi supra *q.14. vers.Quæro an filij,& supra lib.2.§.Filius.* Nihilominus cum (ni fallor) essent suscepti ex coitu damnato,& à lege punibili,non fuit eorum remissio per Senatum admissa.*p* Sed circunscripta obseruantia Senatus, fortè contrarium esse de p iure dicendum, scilicet quod imò filij naturales, & *q* spurij possint pacem facere pro offensis factis eorum q matribus, & etiam patribus, quando sunt certi. Et ita videntur concludere communiter Doctores, vt attestatur Petr. Bellus *de remilit. fol.139.nu.64.*

Quæro,*r* an tutor possit facere pacem nomine pu- 27 pilli pro offensa facta defuncto, vel etiam ipsi pupillo. r Resp.Si pupillus sit maior infante,& in ipsa pace interueniat, nulla est difficultas: *s* Nam certum est, quod s pupillus maior infante potest cum auctoritate tutoris pacem facere. Et in hoc omnes concordant, vt dicit Nellus *de bannitis in 2.parte secundi temporis,quæstio.* 32. Brun.*in lib.de constitut.in verbo,Pax,versic.Item quæritur.* Si vero est infans,pariter videtur expeditũ,quod neque ipse solus, neque cum tutore potest pacem facere. Et ita communiter concluditur, vt dicit Carauita *super 275. ritu magna curia, num.*19. Et dicit Crott. *in 1.repet. §.Cato, numer.*167. quod in hoc omnes concordant. Idem dicit Brun.*in loco praallegato.* Et hoc idem ante eos dixit Nellus *in d.quæst.*32. Punctus est,an solus tutor pro eo pacem facere possit. Et in hoc aliqui dixerunt, quod quando delictum non est clarum, neque notorium, puta quia non si certus homicida, potest tutor facere pacem pro pupillo. Si vero certus est homicida, & clarum delictum, eo casu non potest, & fuit opin. Guid. de Suzar. quam dicit esse communem Brunus *in loco prallegato.* Sed certè hæc opinio communiter non tenetur,vt dicit Ioan.de Amicis,*cons.* 88.*post num.*4. Alij itaque dixerunt, quod aut remissio est damnosa pupillo, puta, quia fit in dedecus ipsius pupilli,vel familiæ suæ,& non valet. Aut vero remissio est utilis pupillo, puta, quia fortè eius aduersarius est potens:& tunc valet. Et hanc dicit esse communem opin.Nellus *in d.q.*32. Alexan.*in l.pactum curatoris, nu.7. C.de pact.*prout illum refert Villalpand.*super l.22.c.20. num* 5.

nu.5. & Placa *lib.1.delictorum, c.45.nu.6.& sequen.* Curt. iun. *in ead.l.pactum curatoris, num.17.* Crottus *in 1.repet. §.Cato. num.69.* Et dicit Carauita *in loco preallegato post num.19.* quod ita communiter concluditur. Et ita in facti contingentia consuluit Abb. *consil.108. lib.2.* ubi etiam *num.3.* *s attestatur communem opin. esse, quod in huiusmodi pace per pupillam facienda non requiritur iudicis decretum. Et illum refert Don. Ant. de Padilla *in d.l.transigere, num.64.* In hoc Ducatu indistinctè admittitur pax facta à tutore pro pupillo, absq; alia causæ cognitione, ut etiam attestatur Boss. *in titul. de pace, numer.14.* Bene quando pupillus est maior infante, requiritur, quod & ipse in contractu pacis interueniat, & hoc sæpè declarauit senatus, & in specie 2. Septemb. 1557. in causa cuiusdam Ioan. Mariæ Mazzolarij. P. N.

t Hæc tamen, quæ de tutore dicta sunt, intellige, ut procedant in tutore generali, qui fideiudeat, & inuentarium conficiat, & cetera faciat, quæ de iure requiruntur, non autem in tutore speciali. Et licet alias remissiones factæ per tutores speciales fuerint quandoque in Senatu habitæ pro legitimis, prout repetio in approbatione gratiæ cuiusdam Dominici Ferrarij seruatum fuisse 12. Iunij 1548. nouissime tamen die 8. April. 1559. P. N. conclusum fuit in causa cuiusdam Darij u Carenzoni, quod non erant admittendæ huiusmodi remissiones factæ à tutoribus specialibus & ita postea (ni falllor) semper fuit obseruatum.

28 Sed x an procurator habens ab offenso mandatum cum libera, & generali administratione, poterit pacem facere cum offendente? Respon. quod non, y sed requiritur, quod habeat speciale mandatum, ita tenuit Specula *in rubr. de tregua & pace, numer.4.* & ita seruatur, ut attestatur Nellus *de bannitis, in 3. par. secundi temporis quæst.37.* quem refert Villalpand. *in repetit. l.22.ca. 67.n.11.* z Nam in mandato cum libera, nunquam veniunt ea, quæ verisimiliter constituens non concessisset, qualis est remissio debiti liquidi, quæ donationi æquiparatur.

29 Quæro, a Pone, quod aliquis fuit lethaliter vulneratus, & ad instantiam amicorum, vel aliter, fecit pacem cum ipso vulnerante, deinde mortuus est, nunquid hæc pax proderit delinquenti? Respond. Aut statutum simpliciter loquitur, puta, quod habens pacem mitius puniatur: & tunc loquendo de iure, potest quis habere pacem ab ipsomet vulnerato de eius morte, ubi sequatur, & talis remissio ei proderit secundum Bartol. *in l.damni §.Sabini, n.1. in fin. de damno infecto,* quamuis illum in contrarium referat Boss. *in tit. de pace, nu.13.* vbi etiam refert Rom. *in §.Cato,* attestantem, quod opin. Bart. est communis, qui tamen in lib. meo hoc non dicit. Sed certè quicquid sit de iure communi, consuetudo hoc non b approbat, ut attestatur b Alciat. *consi.477.n.1.* & ita quotidie videmus in senatu obseruari, quod scilicet tales remissiones habitæ ab occisis non attenduntur, ut etiam attestatur Boss. *in loco preallega.* Et id expresse declarauit senatus in causa cuiusdam Baptistæ Ildæ opilionis, 25. Febr. 1545. P. N. & idem rescripsit prætori Papiæ 3. Iulij c 1559 P. N. c Aut vero statutum requirit, quod pax habeatur ab hærede: & tunc proculdubio non prodest pax habita defuncto, & ita tenet Bart. *in d.§.Sabini, n.2.* Et dicit Rom. *in d.§.Sabini, nu.2. in fi.* quod hanc opin. Bartol. sequuntur communiter Doct. quem refert Ang. ad Ang. *de malefic. in verbo, Comparent acti, & produxerunt instrumentum pacis, num.6. in fin.* & Crottus *in repet. §. Cato num.161.* Et hæc opin. proculdubio est tenenda, præsertim stante consuetudine, de qua statim dixi.

30 Vnum tamen scias in hoc proposito, quod etiam de d iure loquendo, d si quis aliquem vulnerauit, & ille ei pacem fecerit de illis vulneribus, si deinde mors sequatur, talis pax facta pro vulneribus, non prodest in causa mortis, & hæc est communis opin. ut attestatur Gand. *in tit. de malef. n.15.* quem refert D. Ant. de Padilla *in l.transigere, n.28. C. de transf.* Villal. *super l.22.c.56.n.4.*

Contingit e etiam aliquando, quod maritus interficit uxorem, quæ nunquid proderit illi pax habita à filiis communibus ipsius uxoricidæ, & uxoris occisæ? Respond. Bossius *in tit. de pace, num.21.* refert, quod hic casus de facto contingeret, & quod senatus reddebat se valde difficilem in approbatione huiusmodi pacis. Quinimo ego repetio, quod in facti contingentia senatus expressè reiecit gratiam, quam obtinuerat quidam Georgius Barata uxoricida filiis communibus, eorumque tutoribus specialibus, nisi haberet pacem à fratribus, & attinentibus ipsius uxoris occisæ, 5. Decemb. 1547. P. N. Reperio tamen, quod econuerso fuit approbata gratia cuiusdam Dominæ de Gabianis, quæ maritum in rixa interfecerat, habita remissione tantummodo à filiis 18. Iun. 1555. A. C. fortè quia non militat ratio metus reuerentialis, in matre prout in patre. 31 e

Quæro f nunc, Pone quod offensus reliquit filium, qui non vult esse hæres patris, nunquid si iste filius faciat pacem, valebit? Respond. quod sic, ita dicit Bartol. *in l.si filius qui patri, num.8. ff. de vulgar.* & est communis opin. ut attestatur Iason. *in d.l.si filius qui patris num.21.* quem refert Villalpan. *super l.22. cap.41. post nu. 7.* Boer. *decis.121. num.4. in fin.* quem refert D. Anton de Padilla *in d.l.transigere, nu 61. C. de transact.* Crottus *in 1.repet. §.Cato.nu.n.150.* Hippol. Rimin. *in l.qui se patris, num.82. C. unde lib.* Nam reuera ius faciendi pacem non est hæreditarium, ut dicit Bart. *in d.§.Sabini, num.2. in fi.* & communiter tenetur teste Ruino *in reper. §.Cato, post num.102.* In hoc Ducatu plerunque fuit seruatum contrarium, g ut scilicet non admitteretur remissio habita ab hærede sanguinis, nisi etiam habita esset pax ab hærede bonorum. Ego vero dicebam, quod vbi appareret de alio hærede bonorum, vtique bonum esset, quod etiam ab eo pax haberetur: sed vbi non appareret, satis esse deberet remissio habita ab hærede sanguinis. Et ita de ann. 1541. 27. Septemb. P. N. fuit conclusum, quod probaretur gratia cuiusdam Iosephi Farinæ, qui habebat pacem ab hærede sanguinis, qui non dicebat se hæredem bonorum. Fuit tamen apposita conditio, quod si aliquando appareret hæres bonorum, teneretur Farinac. ab eo legitimam remissionem termino duorum mensium obtinere: alias gratia esset nulla, &c. 32 f g

Sed hic incidenter quæro, nunquid si filius faciat pacem pro offensa illata patri suo defuncto, videatur ex hoc adire eius hæreditatem. Respond. Aliqui dicunt, quod si pro ipsa pace aliquid recipiat, videtur se facere hæredem: sed certe communis opin. est in contrarium, vt attestatur Nellus *de bannitis in 3. parte secundi temporis, q.36.* quem refert D. Ant. de Padilla *in d l.transigere, n.63.* Biun. *in lib. suo de consit. & c. in verbo Pax, vers. Item quæritur an ex tali.* Ex quo enim iure sanguinis potest filius pacem facere, etiam si non sit hæres bonorum, debet eadem ratione pro ipsa pace aliquid posse recipere, absque eo quod ex eo censeatur facere hæredem. Nihilominus ad euitandas disputationes quotidie hæredes sanguinis impetrant dispensationes à senatu, vt possint facere remissiones citra ius, & nomen hæredis, & senatus illas concedit. 33

Frequenter solet dubitari, nunquid si offensus decesserit relictis pluribus hæredibus, sit habenda pax ab omnibus hæredib. an autem sufficiat illã habere ab aliqua, vel saltem à maiori parte hæredum. Et in hoc quidem articulo variæ sunt opin. inter Doctores, nam Oldradi, h tenuit, quod sufficiat illam habere ab vno eorum: sed hæc opin. communiter non tenetur, vt dicit 34 h

Alciat. *in d.§.Cato, numero* 168. & illam dicit esse com-
muniter damnatam, Crot. *in 2.repet.§.Cato,post numer.*
81.Bar.autem *in eod.§.Cato, num.33.tenet,* quod sufficiat
illam habere à maiore parte hæredum , & dicit Boer.
*decis.*121.*post numer.*3.quod opinionem Bartoli sequun-
i tur communiter Doctores , & illum refert *i* Viuius *in*
li.communium opinionum, vers. statutum disponens , quod
bannitus non possit. Idem dicit Boss.*in titulo de pace,n.*21.
Dicit etiam Aretinus *in l.pro hærede §.si post n.*11.*ff.de ac-*
qui.hæred. quod communiter tenemus sententiam Bar.
*in d.§ Cato,*quem refert Vitigilla. *in d.§.Cato,nu.*175.&
Bologn.*in eod.§.Cato,nu.*199.& Alciat.*cons.*477.*num.*2.
Hanc etiam opi. dicit esse communem,Crottus *in 1.re-*
*pet.d.§.Cato,n.*151.ubi ènumerat auctoritates,*& in 2.re-*
*pet.n.*82. Iacob.Villalpand. *in repet.l.22.c.52.nu.*9.Placa
lib.1.delictorum,c.46.numero 7.Ioan.de Amicis,*consi.*88.
*nu.*6. dicens, quod hæc opin. tanquam magis commu-
nis, & æquior tenenda est in iudicando. Multi autem
tenuerunt contrarium , scilicet quod imo habenda sit
pax de necessitate ab omnibus hæredibus. Et dicit Fe-
lin.*in c.cum omnes, num.*27.*de const.* quod contra Bar. in
hoc communiter tenetur,quem refert Ias. *in d. §. Cato,*
*n.*57. & Alciat.*in eod.§.Cato, post num.*172. & Socin.iun.
in eod §.Cato,nu 273.Ita etiam communiter teneri atte-
statur Io. in Arno. *dialogo* 14.fuit interfectus. Hanc et-
iam dicit esse communem opi. Ripa *in d.§.Cato, n.*103.
quem refert Pet.Bellus *de re militari,fol.*137.*num.*54.Al-
ciat. *in l. in vsu,ff.de verb. sign.* ubi dicit quod hoc fre-
quentius receptum videtur, Didac.*lib.*1.*resolutionum,c.*
13.*post nu.*8. *vers.Quarto hinc,* ubi ait,quod ita aduersus
Bart. frequentiore calculo receptum est , Menchiaca
controuer. usu frequentium,*c.*30.*num.*39. Et hæc opin.
mihi semper magis placuit , nisi enim omnes remit-
tant , non videtur sublatus rancor , & odium inter of-
fendentem,& hęredes offensi, quod videntur statuen-
k tes principaliter considerasse. *k* Præterea cum quilibet
hæredum pro sua portione repræsentet personam de-
functi, vtiq; ad hoc, vt dicatur plena remissio, debent
omnes in ea interuenire. Et ita in hoc Ducatu serua-
l tur. *l* Hæc autem conclusio multo magis procederet,
vbi statutum requireret, quod pax haberetur concor-
diter, siue vnanimiter ab hæredibus, nam eo casu pro-
culdubio requireretur, quod omnes consentirent no-
mine discrepante. Et ita communiter concluditur vt
dicit Claud.*in d.§.Cato,nu.*43.

m Sed quid *m* si inter hæredes relictos à defuncto re-
periatur vna femina, nunquid etiam ab illa erit ha-
benda pax?Respon.Ange.*in d.§.Cato,post num.*18. vide-
tur tenuisse, quod non; quia (vt ipse ait) femina non
potest leuare faydam, id est inimicitiam, & sic manua-
liter prosequi vindictam : ergo neque debet posse pa-
cem facere: Sed contrarium communiter tenetur, vt
attestatur Ripa *in eod.§.Cato, num.*105. Pet.Bellus *de re*
mili.folio 138. *num.*58. nam mulieri permittitur accusa-
re,vbi suam,vel suorum iniuriam prosequitur, vt dixi
sup.*q.*14.*vers.præterea dixi,* merito poterit etiam pacē
facere, & ita apud nos indistinctè obseruatur,& sena-
tus expressè reiecit gratiam cuiusdam Galeazij Docij,
ex eo quod non habebat remissionem à filiabus de-
n functi,18.Ianuar. 1547. P.N. *n* Bene verum est, quod
o si filiæ essent exclusæ a successione per statutum,*o* quia
dotatæ , vel huiusmodi, non requiritur earum remis-
sio. Et ita dictum fuit in approbatione gratiæ cu-
iusdam Bernardini Caprioli , 24.Februar. 1557.P.N.
& in gratia cuiusdam Io.Cauagnæ , 18.Februar. 1556.
P.N. Pariter etiam si filia femina non fuisset instituta
hæres, sed tantummodo relictum ei legatum , & ha-
bita esset pax ab hæredibus testamentariis, qui et-
iam essent hæredes sanguinis , Senatus censuit in casu
cuiusdam Bernardini Putei illam sufficere, 10.Ian.1559.

Sed quid si nullus adsit hæres , à quo pax haberi pos- 36
sit ? Resp. Solet hoc casu Senatus probare litteras gra-
tiæ, *p* apposita conditione, ut si aliquis hæres apparue- p
rit,teneatur ille , cui conceditur gratia , infra aliquem
terminum, puta, unius mensis , habere pacem ab ipso:
alias &c. ita etiam fecit obseruari Senatus tempore
decreti gratiosi conditi anno 1554. in causa cuiusdam
Michaelis Mantuani : 21.Nouemb. 1554 A.C.licet de-
inde conclusum fuerit per Senatum , 4.August. 1559.
P. N. quod illi , qui propter defectum hæredum ad-
mittuntur ad gratiam sine remissione partis , debeant
impetrare gratiam particularem , & non admittantur
amplius ad beneficium decreti gratiosi, & est (iudicio
meo) longè tutius nam tempore decreti gratiosi de-
clarationes fiunt *q* per iudices inferiores , qui non ad q
omnia diligenter aduertunt , prout facit Senatus,
coram quo præsentantur gratiæ particulares. *r* Pariter r
etiam si offensus sit forensis, & absens , ita quod igno-
retur , ubi sit , solet approbari gratia cum conditione,
quod si comparuerit in dominio , teneatur offendens
in termino duorum mensium habere ab eo pacem : a-
lias,&c. Et ita tempore eiusdem decreti gratiosi serua-
uit Senatus in causa cuiusdam Annibalis Boletti,3.De-
cemb.1554.

Dictum *s* est , ad quas personas pertineat ius facien- s
dæ pacis ; Quæro nunc , *t* nunquid pax possit fieri ab- t
senti,ita ut cum effectu valeat. Resp. quod non, nisi in 37
ipsa pace interueniat aliquis , qui pro ipso absente re-
cipiat.Ita tenet Bal.*in l.2.nu.4.C.de liber. & eorum libe-*
ris,& ita se habet magis communis opin. ut dicit Alex.
*cons.*131 *n.9.li.4.*Aret.*in d.§.Cato,in vlt.verbis,* quamuis
illum referat contrarium attestari *u* Villalob. *in sua col-* u
lecta communium opin. in littera P, verb. pax prodest. Et
hæc opi.iudicio meo est æquior,& etiam verior.Cete-
rum in practica seruatur , quod huiusmodi remissiones
fiunt notario *x* stipulanti nomine omnium,quorum in- x
terest : & sic cessat omnis difficultas; valet enim pax ita
contracta , & prodest cuicunque eius beneficio uti vo-
lenti perinde ac si esset in ipso contractu specialiter no-
minatus. Et ita declarauit Senatus in causa Lucij May-
nardi 19.Decemb.1560. Hæc tamen intellige,ut proce-
dant in pace , seu remissione solemni , quæ fit ad effe-
ctum,ut prosit etiam in foro iudiciali,non autem de ea,
quæ fit in foro pœnitentiali,nam illa secundum omnes
potest fieri sacerdoti , vel etiam alteri cuilibet tertio,
etiamsi nemo sit,qui pro absente recipiat.

Quarto *y* modo , si facta sit simpliciter pax pro iniu- y
ria,vulnere, vel morte,nunquid censebitur etiam facta 38
remissio interesse pecuniarij respectu damnorum , &
expensarum? Resp.quod non,ita tenet gl.*in §.fi.in verb.*
*Non reuocauerunt,Insti.de iniur.*quam ita intelligunt,&
sequuntur communiter Scribentes,ut dicit Io.de Ami-
cis,*cons.*88.*n.*14. Hanc etiam dicit esse communem opi.
Didac.*lib.2.resolution. c.*10.*post n.6.vers. Quarto eodem,*
Villalp.*super l.22.c.57.n.4.* Placa *li.1.delictorū,c.6.n.*40.
In dubio enim censetur propter æternam salutem so-
lum rancorem animi remisisse,non autem damna quo-
rum refectionem licitè petere, & consequi potest.

Sed *z* in proposito quæro , quid si facta sit remissio z
iniuriæ,siue offensæ in foro conscientiæ,nunquid pro- 39
pterea cēsebitur sublatū ius accusandi? Resp.quod nō:
& est cōis opi.vt dicit Alex.*in l.si tibi decē.§.quedā,n.*1.
ff.de pact. quē refert Dida.*lib.2.resolut.c.*10.*post n.6.vers.*
Tertio, vt cōstat, & pract.Cōradi,*fol.*411.*n.*32.*a* Aug. ad a
Ang.*de malef.in verbo, cōparēt, & produxerūt instrumē-*
*tū pacis,n.*28. quē refert Pract.Conradi,*fol.*411.*n.*33.Ias.
in d.quedā,n.2. & seq. in l. Diuus,n.25. & seq. ff.ad Silla.
Per.Bellus *de re mil.fol.*148. *n.*127. Placa *in d.c.6. post n.*
46.Et est ratio,quia (vt dixi) nō tenetur quis ex præce-
pto Euangelico remittere nisi rancorem,& odium.

Adde,

b Adde, *b* quod etiamsi quis ostendat, vel probet se
40 restituisse rem oblatam, vel satisfecisse pro damnis, vel soluisse pœnam pecuniariam, in qua fuerat condemnatus versus partem; non propterea talis restitutio, solutio, vel satisfactio prodest volenti impetrare gratiam sine partis remissione, pro pœna corporali, vel exilio, in quo est condemnatus, sed opus est præcessisse remissionem partis. Et ita decisum fuit per Senatum in facti contingentia in quodam Nicolao Forbecano, qui fuerat pro homicidio condemnatus ad triremes per triennium; & in scutis 50. versus patrem: nam cum in approbatione gratiæ triremium produxisset instrumentum solutionis scutorum 50. factæ patri ipsius interfecti; fuit reiecta gratia, & opus fuit illi habere ab eo plenam pacem, & remissionem, qua habita, fuit deinde gratia approbata 10. Decemb. 1560. A.C. Quod nota: quia multi falluntur credentes contrarium.

Et aduerte, quia non modo ipse principalis homicida non admittitur ad gratiam sine remissione partis, sed neque etiam ille, qui pro simplici auxilio ad homicidium, fit condmnatus in pœnam pecuniariam, si velit ab ipsa pœna gratiam reportare, prout sæpe fit tempore, quo publicantur decreta gratiosa. Et ita rescripsit Senatus iudici maleficiorum Papiæ 10. Maij 1559. P.N.

c Scias *c* etiam, quod Senatus non solet admittere probationem pacis, nisi per publicum instrumentum, & vidi plerunque repulsam dari iis, qui volebant illam probare per testes, vel per fides subscriptas, et-
d iam à personis fide dignis: *d* Si tamen Senator, & fiscalis attestarentur pacem coram se factam; & delictum non esset valde graue, fortè admitteretur, prout in facti contingentia admissa fuit gratia cuiusdam Ioan. Angeli Cardani, qui insolenniter se gesserat cum quodam doctore, qui iniuriam verbo remiserat me præsente, & vno ex fiscalibus: nam nobis id attestantibus
e fuit gratia approbata, 3. Octobr. 1559. *e* P.N.

41 Pro complemento huius materiæ quæro, *f* nunquid
f iudex, seu officialis regens prouinciam possit cogere offensum, vt iniuriam remittat, & pacem faciat cum offendente. Resp. quod non, ita tenent Bal. *in l. 1. § quies, nu. 2. ff. de offic. præfect. vrbis*, & est communis opin. vt
g attestatur Mars. *cons. 98. n. 6.* *g* Æquitatis enim ratio non patitur, vt quis cogatur inuitus offensam remittere, præterquam in foro pœnitentiali. Debet ergo iudex suadere, non cogere subditos, vt pacem faciant. Vide,
h quæ dixi supra *libr. 2.* h §. *Iudex*.

ADDITIONES

Ad Quæst. LVIII.

S*Equens est defensio*] Pax quotuplex sit, & quomodo diffinitur, Vulpell. *de pace, quæstio. 1.* & ibi plura de materia *per 66. quæst.* & quid ab indiciis, seu tregua differat, *ibi qu. 67. & quinque seq.* & an sit indicium mixtum si frangatur, vide Deci. *to. 1. tract. crim. lib. 4. c. 26. n. 14.* pax quid sit, & quotuplex; quid concordia, quid tregua, vel induciæ, quid assecuratio, seu cautio, vel promissio de non offendendo, & quando quis cogi possit ad faciendum pacem, Farin. *in sua praxi crim. vol. 4. quæst. 107. artic. 1. prima partis artic. 1.* De pœna frangentis, vel violantis pacem ibi *art. 6. n. 17.* quando pax rupta censeatur, vide ipsum in omnibus articulis *dicta quæst. 107. de quibus sup. fol. 172.* An non obstante pace, vel transactione possit quis iterum molestari, Farin. *tit. de inquisitione quæst. 3. n. 31. & sequentib.* & quid si transegit cum fisco, idem Farin. *q. 5.* vbi late, quæ ad validitatem compositionis requirantur, *vol. 1.* Ros.

Sequens est defensio] adde videndum Farin. *q. crim. 14.* vbi latis-
1 sime † pax a quibus habenda sit, stante statuto, quod pacem ha-
2 bens mitius puniatur; & de modo probandi pacem latè habetur per Mascar. *de prob. concl. 1156. vol. 3.* vide etiam, quæ posui infra *ad versic. visum est*.

Item adde, † si extaret statutum, quod delinquens mitius pu-
3 niatur secuta pace, siue transactione ante sententiam diffinitiuã,

pax siue transactio post sententiam erit valida, si facta fuerit pendente appellatione, & sententia prima reuocari debet. & delinquens mitius puniri, ita tradit Gomes. *de delict. in c. 3. n. 69.* vbi attestatur, ita judicatum fuisse in Cancellaria Regia de Vlladolit, quem sequitur Plac. *in epit. delict. c. 39. n. 27. & 28.* Franch. *in decisio. 370. nu. 19. vol. 1.*

Item adde, quod statutum alleuians pœnam facta pace cum offenso non procedit, nisi fiat pax cum principaliter offenso. Bruno. *consil. feud. 66.*

Item † adde, quod si offensus non conqueratur, & declaret in 4
judicio, vel extra coram testibus, quod non intendit exponere querelam, nec in scriptis remittere, quia sibi esset dedecus, sed videat offensor habere pacem cum curia; quia quo ad se nihil vult videre, censetur remittere, & sic curia poterit remittere, siue componere, Batt. *in l. 1. §. si Dominus ff ad Senatusconsult. Syllan.* & Foller. *in verb. audiantur exceptiones, nu. 58.* vbi dicit, ergo, & multas in hac materia remissiones habes per Caran. *in tit. 275.* vbi plenè de hoc tractauit, & inter alia † dicit, quod pax, & re- 5
missio ad hunc effectum sunt idem, licet inter se differant, remissio enim fit, cum ab vna parte tantum fuit offensio, pax vero, seu concordia cum ex vtraque parte.

Item adde quod si † fiat pactum de iniuriis sibi factis, intelli- 6
gitur fieri pax, & concordia, & ideo est satisfactum statuto requirenti pacem, & concordiam, vt bãnitus rebanniatur, vel accusatus non puniatur: ita tenet Angel. *in l. 1. super gloss. in verb. pactum ff de pact.* & Caccialup *in tract. de pact. in 1. quæstione.*

Item adde, † quod pax facta de delicto, etiam quod in instru- 7
mento pacis non fiat mentio de qualitate delicti, prodest inquisito, quia remissio delicto eius qualitas remissa videtur. Bald. *in consil. 378. vol. 4.* & Rom. *in consil. 448.* qui transcripsit consilium Baldi de verbo ad verbum, eum sequendo. *Batar.*

b *Quæ in hoc Ducatu*] adde, quod in Regno † Neap. remis- 8
siones, seu compositiones nullo modo fieri possunt, nisi prius parte concordata, vt per *ritum 172. & 17.* & ibi latissimè Carau. qui ponit multas quæstiones si compositio, siue remissio, parte non concordata, facta fuisset, vide etiam Io. Ant. de Nigris *super cap. regni in c. 111. incipien. exercere volentes*, & omnino Fabium Montcleo. *de litteris arbitraribus par. 5. fol. 403.* & per Pragm. nunellam *prag. 4.* sub tit. de composit. & de prædictis vide etiam, quę posui infra *in quæst. sequenti versic. adde quod pro bono pacis.*

Item adde, quod stantibus titibus prædictis, judex non potest facere compositionem, siue remissionem cum illa cautela, quod offenso statuat † terminum ad accusandum, siue querelan- 9
dum si vult accusare, quia etiam quod non compareat, & nihil dicat compositio non potest fieri, nisi remissio partis præcedat, quæ ad accusandum cogi non potest, siue ad agendum, Carau. *in d. ritu 272. nu. 20.* nisi in casu ibi posito. *Batar.*

c *Nisi præuia partis remissione*] adde supra *quæst. 23. in princ.* Drogh.

d *Hæc autem pax*] Et de exculpatione vide Corr. *mem. rab. verbo, testatur lethaliter*, Felin *c. 1. de præsumpt. in fin. numer. 18.* Ros.

e *Vbi pars offensa non accusat*] adde sup. *q. 17. versic. fin. in fin.* Drogh.

f *Parum prodesset partis remissio*] adde Boer. *super consuetud. Bitur. tit. Des coustum. concer. les viges, §. 16. versicul. est Faicte.* Ratio est, quia, cum agitur de interesse publico, remissio partium non præiudicat, Doct. & ibi lat. *in l. 1. §. & post operis, vltima fallentia ff. de oper. nou. nunciat.* At nemine querelante, etiam si ius sit publicum, non proceditur, *sup quæst. 17. versic. finali, in fin.* Drogh.

Parum prodesset] adde, quod idem † procederet, si pax facta 10
fuisset a duobus sub obligatione, & pœna applicanda fisco, de non rumpendo eam: qui si se offenderent, & posteà se reconciliarent, talis reconciliatio non noceret fisco. Felin. *in consil. 10. num. 8.*

Item † adde, quod remissio partis prodesset in præiudicium 11
fisci in delictis, quæ fiunt in omittendo, secus in illis, quæ fiunt in committendo. Boer *in consuet. Bituric. tit. de iurisd. omn. iud. §. 19. in gl. fin.*

Itẽ, † adde, quod in statu ecclesiastico adest constituti. Mar- 12
chię *in lib. 1. c. 9.* qua prouisum fuit, vt iudices vlterius procedere non possint facta remissione partis, & abolitione petita, & solutis solidis quinque Cameræ Apostolicæ, dummodo non interueniat collusio, vel alia illicita pactio, facta cum accusato; quod arbitrio iudicis remittitur, exceptis hæresi, sodomia, latrocinio, incestu, homicidio, raptu virginum, & Monialium, falsitate, incendio doloso, sacrilegio, furto, & delictis commissis in personis officialium, & Curialium Curiæ prouinciæ, & vulneribus atrocibus, in quibus abolitio nullatenus admittatur, aut concedatur, sed d. constitutio non seruatur in practica, nisi in leuibus delictis, vt in verbis iniuriosis, pugnis, & similibus *Batar.*

g *Nam vbi pars remittit*] adde in quantum sit de jure ad materiam pacis, ea, quæ melius dixit Quint. Mandol. *tract. de signat. grat. fol. mihi 33. cum seq.* Drogh.

h *Sed certe de consuetudine*] adde, quod Carauit. *in ritu* 272. *nu.*26. idem attestatur, dicens, quod facta remissione principalis offensi, vel eius, ad quem principaliter ius querelandi pertinet, neque ex eodem, neque ex nouo processu tractatur amplius de causa, & quod hoc est bene notandum, quia seruatur in practica. *Baiard.*

i *Vbi primus in gradu*] adde infra *hac eadem quaestione, versic. sed pone, & versic. visum est,* aliter tamen visus est, tenere dictus Quint. Mandos. vbi supra, *versic. Quantum ad illa.* Drog.

k *Post coeptum*] adde, quod in multis locis, praesertim in statu ecclesiastico communiter seruatur, vt pace habita, vel reuocatione querelę ad cassationem processus deueniri solet, in certis tamen casibus leuibus, & de ista consuetudine attestatur etiam Ant. Scap. *in tract. iuris non scripti,* (quod in vtroque foro
13 obseruatur) *lib.* 4. *c.* 9. *nu.* 10. Et † in Reg. Neap. parte concordata raro deuenitur ad sententiam, sed ad aliquam compositio-
14 nem. Carau. *in ritu* 341. *nu.* 1. Et an habita pace possit deueniri ad condemnationem poenae ordinariae, vide Far. *quaest. crim. q.* 4. *nu.* 34. Baiar.

l *Et ideo in casibus*] adde, si extaret statutum, quod in crimine adulterij, vel stupri, non posset procedi, nisi ad querelam partis, data querela poterit iudex procedere ex officio, etiam quod querelans desisteret, per tex. *in l. constante matrim. in fin. ff. de adult.* & Afflict. *in constit. legum asperitate, nu.* 12. Gram. *in decisio.* 31. *nu.* 3. *cum seq.* & hoc procedit eo desistente in quacunque parte iudicij, etiam appellatione pendente, vel accusatore mortuo, vt per Carauit. *in ritu* 21. Baiard.

15 m *Sed certe*] adde, quod idem seruatur in regno Neapolit. licet adsint constitutiones, & ritus imponentes poenas desistentibus ab accusationibus, quae hodie non seruantur, & accusatores sine metu alicuius poenę desistere possunt, ita attestatur Carau. *in ritu* 205. *num.* 1. *&* 2. & minor in Foller. *in pract. crim. in ver. audiantur exceptiones, nu.* 31. qui dicit, quod desistentes tenentur ad poenam sextarenorum, allegando *dictum ritum* 205. & non vidit Carau. ibi attestantem illam poenam penitus ab aula recessisse, nam quotidie accusatores desistunt sine licentia Cu-
16 riae, & solutione poenę, & † ita in statu ecclesiastico seruari vidi. *Baiar.*

17 n *Sed pone quod pars offensa*] adde, quod † tertius querelans non poterit prosequi processum, super quo fuit transactum, nec etiam iudex officio, si in illo delicto non poterat procedi, nisi ad querelam, sed oporteret alium formare processum, & hoc in casibus, in quibus permissa est transactio; in casibus vero non permissis poterit accusator, & Iudex prosequi eundem processum, secundum Bart. *in l. transigere, C. de transact.* & ibi Alex. *in* 4. *colum.* & magis communiter scribentes, vt plene per Maran. *in* 6. *par. nu.* 48. vide etiam Carau. *in ritu* 172. *n.* 23. vbi late; vide etiam quae posui infra *versic. secunda regula.*

18 Item adde, quod † fuerit transactum cum parte, & Curia in casibus permissis, non poterit molestari, vt per Paul. Girlan. *in tract. de relax. carcerat. q.* 6. sed de praedictis vide omnino nouissime per Far. *q. crim. in q.* 5. vbi plenius quam alibi, an, & quando componens, transigens cum fisco, & Praeside possit iterum molestari, & inquiri de eodem delicto.

19 Item adde, † si pars offendens, siue denuntiata, & accusata, in eodem instrumento remissionis promisit aliquid ratione expensarum, & interesse: vel per annum non accedere ad patriam partis offensae, vel non transire per eius domos, & facta est compositio per Curiam cum delinquente, si pars offendens promissis nō stetit, pars offensa vlterius accusare, & inquisitum poena debita puniri facere non poterit, tex. *in terminis,* quem ibi commendat Bart. Bald. & Salic. *in l. quamuis, C. ad turpill.* & ratio est secundum Salic. ibi, quia per talem remissionem dicitur accusator destitisse, & in Turpillianum incidisse, propter quod amplius deueniri ad condemnationem poenae ordinariae accusati non permittitur, *l. quod destiterit, ff. de Turpillian.* quod tamen non procederet, quotiescunque remittens nondum querelasset, & remitteret ante litis cōtestationem, & dationem fideiussionis debitae prosequenda, quoniam tunc cum simus ante litis contestationem, per remissionem quis nō dicitur desistere nec in Turpillianum incidere: & propterea si in instrumento, dictum esset, quod in casu contrauentionis licitum esset agere, & suam querelam prosequi, posset ipsum accusare, & poenā iuris contra eum prosequi, quia nō seruando promissa incidit in poenam in instrumento contentā, non obstante d. l. quamuis, quae in hoc casu non habet locum ratione cessante, quod tamē verum est secundum Bart. *in l si vnus, §. pactus in fi. ff. de pact.* quem ibi sequitur Alex. *nu.* 16. & Ias. *nu.* 46. quotiescunque ex illo crimine veniret imponenda poena pecuniaria, quae potest in stipulationem deduci, quoniam tunc illa poena potius imponeretur ex stipulatione, & pacto posito in instrumento, quam ex delicto, cuius poena fuit remissa; secus si alia poena, quā pecuniaria, quoniam tunc talis adiectio non valeret, quia vt ibi dicit tex. ex delicto oriri debet, non ex pacto, & ideo melius est in istis instrumentis remissionem, in quibus aliquid dandum, vel faciendum promittitur in casu contrauentionis adijcere certam poenam pecuniariam, vna cum refectione damnorum, expensarum, & interesse; ita quod poena soluta, vel non soluta, rata adhuc remaneat promissio, quemadmodum docet. Spec. *in tit. de tregua, & pace in princ.* & ita tradit Carau. *in ritu* 275. *n.* 11. *cum seq.* & an pax facta sub conditione, quod bannitus intra certum tempus, vel absque paciscentis licentia ad patriam redire non possit, valeat, Vulpell. *in tract. de pace, q.* 55. Baiar.

o *Aliquis tertius*] Intellige tertium, videlicet, qui non sit post primum gradum, quia recte primus in gradu facit pacem in praeiudicium ceterorum, supra *hac eadem q. versic. sed punctus,* sed an vulneratus faciens pacem vulneranti medio sacerdotis, talis pax valeat, quod sic, tenet Gulielmus de Cuneo *inter cons. crim. diuers. consil.* 8 *nu.* 4. *par.* 1. Drogh.

p *Excipitur tamen*] adde † aliam rationem forsan meliorem, 20
quod prohibita sit transactio in crimine adulterij, ne maritus in crimen lenocinij incideret, quia transactio fieri non potest nullo dato, vel retento, *l. transactio, C. de transact.* hanc rationem considerauit Greg. Tholos. *in syntagmat. lib.* 28. *c.* 2. *nu.* 10. *& lib.* 36. *c.* 11. *nu.* 8. Baiar.

q *Ne fiat sanguinis turbatio*] Haec autem sunt in abusu, & ideo non punitur in alijs, vt est sup. *q.* 37. *versic. Quaero etiam in fine, infra q.* 64. *vers. Vlterius quaero in fin.* Hor. Carm. lib. 3. Od. 6.
Fecunda culpa secula nuptas.
Primum inquinauere, & genus & Domos.
Hoc fonte deriuata clades
In patriam, populumque fluxit.
& eodem lib. Od. 29.
Stirpesque raptas, & pecus, & Domos
Voluentes vna; Drogh.

r *Vtique etiam in adulterio*] Transactio tamen in tali casu videtur non posse fieri; tunc enim fit transactio, cum sumus in re dubia; sed in re clara, recte non dicitur, Dec. *in rub. ff. de transact.* & sic scrib. infra *versic. Scias etiam hac ead. quaest.* vide Crauet. *consil.* 152. *nu.* 10. Drog.

ſ *Raptu*] Hier. Gabr. *consil.* 172. *nu.* 3. Guiot.

t *Et si dicas*] adde, quod † parentes, si facerent pacem post fi- 21
nitum iudicium in crimine raptus, non incurrerent poenam *d. l. vnica,* secundum Gabr. *in consil.* 172. *nu.* 43. *vol.* 1. Baiar.

u *Secunda regula*] adde, † quod in casibus in quibus prohi- 22
bita est transactio, non prohibetur repeti accusatio, etiam à primo accusatore, licet transa. tionem fecerit, quia nulliter transegit, secundum Felyn. *in c. de his, col.* 1. *versic. secundo limita de accus.* 10. Marc. Monticel. *reg.* 1. *n.* 6. Foller. *pract. crim. can. c.* 35. *n.* 15. vbi dicit, hoc non procedere in tribus casibus, scilicet in crimine adulterij, quando est impositum perpetuum silentium, & in transactione facta post litem contestatam, sed ego nunquam vide hoc seruari in practica, quod post pacem, siue transactionem transigens, siue paciscens possit de nouo accusare, vel nouam accusationem facere, quia vt dicit D. Clarus, de quocunquē delicto de consuetudine fiunt paces.

Item adde, quod prohibita est transactio super criminibus publicis, quae consistunt in committendo, Tiraq. *de poen. cap.* 44. *nu.* 27. Baiar.

u *Quam crimen falsi*] adde, quae dicta sunt supra *q.* 59. *vers. In huiusmodi autem,* ob hoc enim crimen alias exclamauit Auctor in Senatu supra *q.* 53. *versic. frequentissime.* Drog.

x *Principali delinquente*] adde supra *q.* 38. *versic. Item quaero post med. q.* 19. *in princip. q.* 6. *versic. solet dubitari, q.* 89. *vers. Scias autem,* quibus locis passim videre potes de mandante, & mandatario, adde Felin. *in cap. nonnulli, §. sunt, & alij coll. mihi nona, versic. sed Petrus de Ancharano in regula rati, de rescript. fol. mihi* 145. Drog.

y *Visum est*] Farin *in sua praxi, volum.* 2. *q.* 14. Ros.

Visum est de quibus criminibus] adde, † quod pax siue remis- 23
sio est habenda à descendentibus, siue ascendentibus vsque in infinitum, & à collateralibus vsque ad decimum gradum: & magis coniuncti occiso minus coniunctis praeferuntur, latè per Nunci. Tartal. *ad pragm. incipien. Nelli anni passati, parte* 2. *nu.* 18. *cum seq. sub tit. de compos. in lib. comment. diuers. super pragmaticis,* & Pla.. *lib.* 1. *Epit. delict. c.* 39. *n.* 13. vbi de communi attestatur.

Item † adde, quod etiam à filiis adoptiuis habenda est remissio, si transeunt in potestatem adoptantis, iuxta terminos *l. cum adoptionis, C. de adopt. §. sed hodie, instit. eod.* secus autem si non transeunt, ita tradit Nunci. Tartal. *in comment. prag. incip. Nelli anni passati, nu.* 17. *de compos. in lib. comment. diuers. super pragm. f.* 130. & habenda est etiam à filiis naturalibus legitimatis, & à naturalibus tantum, non existentibus filiis legitimis, & naturalibus, vt latè per eundem Nunci. *in loco supracitato. n.* 22. *cum seq.*

Item adde, quod si occiso nullus descēdentium superfit, & superstite patre, & matre ab eis requiritur remissio; & matre existente tantū, ad ea est obtinēda, licet filius vulgo esset quęsitus: vel quod ipsa ad secundas nuptias trāsiuisset, vel quod esset infamis

famis, & publice quęstum faceret; vel quod filio occiso tutorem non petiisset: & si cum dictis, patre, matreque, vel aliquo ipsorũ superesit frater, & soror vtrinq; coniũcti, vel ipsis deficientibus eorum filij, omnibus requiritur remissio, vel à Nepotibus, eis non existentibus, & si non existerent pater, & mater, seu auus, & auia, vel alter eorum, & fratre, vel soror occisi: remissio quoque ab omnibus obtinenda esset, ita habetur pea Nunci. *ad d. pragm. in 2. parte à princ. vsque ad nu. 13. fol.* 141.

25 Item † adde, quod de pace debet apparere in actis, Bal. *in cons.* 402. *vol.* 1. & Moron. *de fideiuss. tregua, & pace, q.* 1 [illegible] 6. *n.* 15.

26 Item adde, † quod vxore occisa, patre, marito, & filiis existentibus, sufficit, quod pax habeatur ab vno tantum, scilicet à patre, vel a marito, secundum Catald. *in tract. de synd. quæst.* 128. sed Vulpell *in tract. de pace, q.* 24. tenet, quod ab omnibus habenda sit. *Baiard.*

z *Ad eum proximiores*] An, & quando requiritur omnium consensus, vel sufficiat maior pars, vt per Alex. *in l.* 4. *§ Cato. col. fin. ad finem, ff. de ver. oblig.* & per Fran. . Aret. *in l. pro harede, §. si sepulchri, ff. de acquir. hared.* Quid si facta sit pax vulnere prima facie mortali, & remissa sit omnis iniuriar. actio. Dic, quod si vulneratus decedat, quod censetur mors remissa per Bartol. *in l. damni, §. Sabini. col.* 1 *ff. de damn. infect.* Et hoc est verum, maxime vbi tempore mortis vulnerans esset bannitus, ita Nel. *de ban.* 3. *part.* 2. *tempor. quæst.* 40. Giach.

a *Eo scilicet ordine*] adde supra *hac eadem quæstione versic. sed punctus, ubi nihilominus de consuetudine seruatur, & versic. pone, quæst.* 29. *in princ.* Drogh.

b *Quis autem praferatur*] Farin. *tit. de accus. q.* 14. *vol.* 1. Ros.

c *Quaro nunquid pater*] ad idem adde gl. & Bart. *in l. in personam ff. de pact.* Foller. *in pract. cri. §. audiantur exceptiones, n.* 44. Boss. *in tit. de pace, n.* 6. & per Crau. *eius consil.* 45. *post n.* 8. Giach.

d *Quaro nunquid*] Farin. sup. *nu.* 34 *& seq.* Ros.

27 *Quaro nunquid*] adde † videndum Boss. *in tit. de pace. nu.* 16. Crauet. *consil.* 45. *n.* 8. & Fol. *in verb. audiantur exceptiones, n.* 44.

28 Item † adde, quod si pater remiserit, mater etiam poterit accusare, secundum Salic. *in l. vxor. C. qui accus. non poss.* Afflict. *in*
29 *consil summo periculo, in q. notab.* & † similiter poterit soror accusare, si frater pacem fecerit de morte fratris sui occisi. Afflict. *in consil. iustitiarij non per Calendas in fin.* & Foller. *in pract. crim. in verb. audiantur exceptiones, n.* 2 *&* [illegible]. Baiar.

d *Est communis conclusio*] Alba *consil.* 410. *& consil* 414. Ros.

e *Aliqui limitant*] adde, quod istam limitationem tenet Roman. *singul.* 73. Marsil. *in l. diuus, nu.* 2. *ff. ad legem Pomp. de Par.* & per Maran. *in praxi. in die.* 6. *par.* 4. & punitur [illegible] quando per viam Inquisit. *sub num.* 71. Bertach. *verb. actio iniuriar. & in verb iniuria. versic.* 3. Item limita non procedere quando pater esset vilis persona, & filius honesta, per Boe[illegible] *decisio.* 120. *n.* 6 & Maran. vbi supra, *num.* 68. Item fallit si pater esset absens per Boer. *eo. loc. col.* 3. Giach.

30 *Aliqui limitant*] adde † aliam limitationem, quando pater esset vilis persona, & filius honesta, quia tunc pater vilis, nõ potest remittere iniuriam illatam filio, Maran *in* [illegible] *n.* 68. & Bero. *q.* 75. vbi etiam dicit, quod pater furiosus similiter non potest remittere iniuriam filij, nec forte mediate curatore; & an pater possit remittere iniuriã factam filio, late habetur per D. Ioseph. Lud. *in conclus.* 41. vbi ponit regulam, quod pater possit remittere cum quatuor ampliationibus, & quinque limitationibus: nec
31 remittere potest † iniuriam violati thori suo filio. Bal. *nouel. in tract. de dote p.* 6. *priuileg.* 26. *nu.* 2. Et similiter, si pater esset absens. Boer. *decisio.* 110. *col.* 2. & ad hanc quæstionem nunquid pater possit remittere iniuriam factam filio, habetur etiam per Farin. *in quæst.* 14. *nu.* 34. *cum sequenti.*

32 Item adde, † quod facta remissione à patre de iniuria facta filio, alij filij non potuerũt agere de d. iniuria. Maran. *in d. p.* 6. *n.*
33 67. † nec ille, cui iniuria facta fuisset, quia per remissionem, quã facit pater, tollitur actio prętoria, quę competit patri: & ciuilis, quæ competit filio, ita tradit Gabriel. *in consil.* 172. *n.* 44. *vol.* 1. vbi attestatur de communi, quod tamen limitatur in aliquibus casibus, quos recenset Ias. *in l. in persona ff. de pact.* Baiar.

f *Sed indistincte vult*] adde, quod est de iure communi, secundum Vulpell. *in tract. suo de pact. q.* 8. Et hinc est, quod filius
34 non dicitur † proditor, si pacem a patre factam ratam nõ habuit. Vulpel. *d. tract. q.* 9. *&* 10. vbi habetur, an filius patre inuita possit facere pacem, & Bombin. *in consil.* 59 *per totum*, dicit, quod licet pater possit facere pacem inuito filio, vel filia, si eam fecerit, quod vxor, & filij occisi eam rumpere poterunt. *Baiar.*

g *Hac autem omnia*] adde, quod idem tenuit de filio emancipato Crauet. *consil.* [illegible]5. *nu.* 18. Baiar.

h *Sed si esset emancipatus*] adde, quod tenet Crau. *suo consil.* 45. *post n.* 8. per tex *in l sed si vnus, § filia familias, ff. de iniu.* qui hoc inuenire videtur. & huic sententiæ subscribo. *Giach.*

35 i *Praterea quaro*] adde, quod † similiter Antiani non possunt remittere iniuriam factam ciuitati sine consensu consilij, Bald. *in c.* 1. *de pace iur. firm. §. iniuria punitur, nu.* 6. Baiar.

k *Sed quid dicendum in blasphemia*] adde, quod blasphemię † pœna de iure diuino est pœna mortis: De iure tamen canonico blasphemans cogitur ad publicam pœnitentiam ante fores ecclesiæ faciendam, vt *in c.* 2. *de maledic.* Guiot. 35

Sed quid dicendum] adde, † si statutum dictet, quod quicunq; habuerit pacẽ ab offenso, liberetur à pœna ordinaria, si blasphe- 36
mans confessus fuerit peccatum sacerdoti, & absolutionem habuerit, & sic pacem fecerit cum Deo, non gaudebit beneficio statuti, secundum magis communem, vt per Couar. *var. resol. lib.* 2. *c.* 10. *n.* 3. & latissime per Decian. *in tract. crim. c.* 5. *nu.* 16. *to.* 2. & ratio est, quia absolutio sacerdotis remittit pœnam spiritualem, non temporalem, vt declarat Io. And. *in c. proni de homic. in* 6. ita tenuit Penz. de Lamiis, *nu.* 68. Baiar.

l *Prout in sfrosatione Bladorum*] adde quod tamen tales sfrosationes componuntur, nec proclamationes super eis, licet atroces, exequi sunt solitæ, infra *quæst.* 82. *statuto* 7. *circa principium.* Drogh.

m *Vlterius quaro pone, quod fuit interfectus monachus*] Quid si rapta fuerit monialis: dic, quod pax † haberi debet à Papa, 36
quia principaliter Deus est offensus, ita no. Bald. per illum tex. *in l. vnica. in* 2. *no. C. de rapt. virg.* & tradit Boss. *in titul. de pace, numer.* 37. Giach.

Vlterius quaro] adde videndum † Feder. de Sen. *in consil.* 35. & 37
Vulpell. *in tractat. d. pace, qu.* 13. vbi aliam faciunt distinctionem *Baiard.*

n *Ego vero*] adde, quod ista distin. late habetur per Felyn. Dec. & Paris. *in c. prasentia, nu.* 127. *de probat.* Baiar.

o *Tutius est tamen*] adde, quod † si filij, & consanguinei pa- 38
cem facere vellent, & monasterium denegaret, tunc fauore pacis, & liberationis a banno, filij præferrentur, & è contra, si monesterium pacem facere vellet, & filij negarent fauore liberationis præfertur monasteriũ: quæ tamen procedunt, si non adesset testamentum, quia tunc spectaret ad hæredes institutos, ita tradit Bero. *in c. in prasentia, nu.* 474. *de probat.* & quid si monachus offensus non haberet filios, an ab ipso, vel a monasterio, vel ab vtroq; remissio sit facienda, latè per Carau. *in ritu* 275. *n.* 25. hic allegatum; & ibi etiam habetur, † quod est differentia inter of- 39
fensam factam clerico seculari, & factam monacho.

Item adde, † quod rapiens monialem, obtinere debet remis- 40
sionem à summo Pontifice, Boss. *in tit. de pace, nu.* 27 quod intelligas vna cum consanguineis suam, vel suorum iniuriam prosequentibus, si erat professa, secus autem si non erat professa, tunc enim sufficeret habere remissionem à dictis consanguineis, ac si rapta esset virgo, non monialis, sed secularis, [illegible] cum
qui ante professionem non dicatur religiosus, vt hic *in fin.* & 41
Barb. *in Clem.* 1. *de cleric. & in consil.* 38. *vol.* 5. Baiard.

p *Sed circumscripta*] adde, quod † hæc conclusio intelligitur, 42
dummodo filij legitimi non essent, & ex damnato coitu non procedant, Plaza Epit. *delict. c.* 41. *nu* 29. *& in d. c. per totum*, latè habetur de filiis illegitimis, necem patris vindicantibus. Et an pater possit facere pacem de morte filij spurij, Iodoc. *in Enchir. rerum crim. c.* 146. *nu.* 12. Baiar.

q *Spurij*] Filij tamen incestuosi, & alij nati ex damnato coitu non possunt pacem facere pro offensis factis eorum parentibus. Quinimo possunt parentes in ius vocare sine venia, vt est gloss. communiter approbata, de qua per Soc. *in l. in ius vocari, §. prator ait, nu.* 5. *ff. de in ius vocan.* Guiot.

r *Quaro, an tutor*] Circa istum Artic. an videlicet tutor possit facere pacem pro pupillo, dubitat Alc. *tract. de prasumpt. reg.* 1. *prasumpt.* 12. *n.* 7. Vtrum mater tutrix, quæ vt mulier non potest 43
se obligare sine consensu proximorum, vt ex Decreto paulo ante emanato, possit tamen tutelam gerere, pacem facere, & se obligare? nihil ibi diffinit Alc. sed ego credo matrem obligari; per regulã, qui vult, conseq. vult & necessario antecedens: arg. *l. qui testam. in prin. ff. de testam. l. Furiosum, in fi. C. de testa. c.* 1. *de atat. & qualit. cum similib.* ut etiam dicimus de dispensatione; quę est strictissimi iuris, & tamen extenditur ad ea, quę sunt antecedentis necessarij: Aym. Crau. ibi not. *tract. de antiq. temp. p.* 4. *vers.* 1. *n.* 63. Nam nisi tutrix contrahere posset, vtiq; non esset tutrix & tali modo tutela regularetur ab aliena voluntate, non matris, quam tamẽ auctoritatem matris, & eius regimen approbat statutũ eidem ante omnes deferens tutelam: nam ex sententia Liuij ea in libertate posita est, quę suis stat iuribus, non ex alieno pendet arbitrio *lib.* 5. *Dec.* 4. quæ verba referuntur à Crau. *cons.* 182. *sub nu.* 7. & illa non dicitur potestas ad cuius exercitium alius requiritur, gl. *in Clem. Dudum in verbo, libero. de sepult.* quam expendit Fel. *in cap.* 1. *post prin. extr. de const.* Alex *cons.* 14. *n.* 1. *vol.* 2. Crau. *consil.* 122. *nu.* 4. & per Gen. *respons.* 1. *sub n.* 43. *versic. facite huc*; vbi rei cohærere id dicitur, quod immediate, non re, aut iure alio mediãte. Rursus cum causa prohibitionis; Decreti cesset, cessare debet eius effectus: sed ratio Decreti illa fuit, vt obuietur fraudib. fiendis in præiudicium mulierum: ergo nõ debet ad res minorum extendi, maxime cum tale Decretum sit strictissime intelligendum, de quo cum non expresserit Decretum, nec nos

exprimere debemus. Hoc argumento vsus est Crau. *in q. de indemnit. mulier*, posita post tractatum *de antiq. temp. n. 50. cũ seq. & d. Tract. de antiq. temp. par. 4. vers. 1. n. 42.* allegat Alexandrum *cons. 137. lib. 9.* Hanc partem licet dubitet, & non decidat Alc. vbi supra, tenuerũt Paulus de Castro, & Alex. quos refert Maran. *in suo Spec. distin. 16.* Tit. validum, aut inualidum *nu. 37. fol. mihi* 196. Boss. *tit. de pace n. 31.* esse tamen magis tutum, vt cum mulier accedit ad aliquam tutelam, illã assumeret cum authoritate propinquorum ad formã dicti Decreti. Nam vt inquit tex. *in l. seruit electione, §. 1. ff. de legat.* 1. non dicit spectare duob. id, quod vnus facit cum consensu alterius: Ideo licet consensus sic pręstetur mulieri, non alterat quin sola mulier vere nõ sit tutrix, & curatrix, & hoc nota, qui degis in Pallau. statu, cum ibidem vigeat statutũ vt matres pręferantur ceteris Agnatis in tutela, vt est in ciuilibus statuto 12. ceterum nec mirum foret, si tale decretum diceretur non trahi ad ea, quæ expresse non derogantur, multa sunt enim, quæ indigent speciali derogatione, nec includuntur sub generali proclamate, arg. *eorum, quæ dixi infra quæst. 59. vers. in huiusmodi.* At demum cessat hoc dubium in statu Mediolani stantibus constitutionibus sub titulo de Notariis publicis *lib. 2. §.* Hęc tamen constitutio, vide tamen Guidonem de Suzzaria *inter consil. crim. diuers. par. 1. cons. 2. in fine*, vbi tenet pacem à matre tutrice fieri non posse cum certus est homicida per text. *in l. præses C. de transact.* Drogh.

Quæro, an tutor] adde, quod pacem simpliciter tutor, vel pupillus tutoris accedente authoritate facere potest secundum magis comm. opin. tamen pax facta sub obligatione ad pœnam, non valet. Bal. *in l. pactum curatoris, n. 3.* & ibi alij Doct. *C. de pact.* Et est ratio, quia obligatio ad pœnam reputatur damnum ipsi pupillo. Iacob. Nouell. *in tract. crim. in vlt. par. versic. 88. facta per tutorem.* Guior.

Quæro, an tutor] adde, quod † tutor, licet possit facere pacem
43 cum pupillo, non tamen illam facere potest sub obligatione pœnali, & facta non valet, Thob. Noni. *in cons. 152. n. 11. inter consil. crim. diuers. in folio, to. 1.* Corser. *in tract. de priuileg. pacis priuileg.* 88. & Lauren. Rinchou. *lib. com. opin. cent. 5. concl. 75. tom. 2.* nec pacem facere potest nomine pupilli, siue posthumi nondum nati cum interfectoribus sui patris, secundum Bal. *in l. 2. § fin. ff. de testam. tutel.* Ias. *in l. pactum curatoris in fin. C. de pact.* & Nunci. Tartal. *sup. pragm. fin. de composit. num. 29.* vbi hanc quæstionem examinauit.

Item adde, quod minor absq; aliis solemnitatibus pacem fa-
43 cere potest, Bal. *in c. 1. de pac. iuram. firm. §. 1. n. 3.* sed quando pax
facta à minore, sex ab eius tutore, vel curatore valeat: & an † mi-
44 nor ob ruptam pacem sit puniendus pœnis conuentionalibus,
& statutariis, latissimè per Farin. *var. qq. in q. 15. per totam*, & col-
leg. Maceraten. *in consil. 150.* & Thob. Noni. *in consil. 152. per to-
tum*, cum multis subscriptionibus *inter consil. crim. diuers. in fol.
tom. 1.* & † hanc quæstionem quando sit valida pax facta a tuto-
45 re, vel a minore nouissime per Farin. habetur *in quæst. 15.* vbi ad
satietatem. *Baiard.*

f *Nam certum est*] Farin. *in eius prax. vt l. 1. q. 15. nu. 8.* vbi etiam de ipso tutore, *nu. 11. & seq.* Ros.

*[*Attestatur communem opi. esse.*] adde, quod Dec. in *consil.* 58. *vol. 1. n. 9.* consuluit, quod iudicis decretum adhiberi debet, &
ibi † docet, quomodo sit facienda pax pupilli. *Baiard.*
46 t *Hæc tamen quæ de tutore*] adde † quod licet tutor generalis
47 inuentarium generale non confecerit, nec satisdederit, pax tamen erit valida, & non poterit dici de nullitate, nec erit locus restitutioni in integrum, secundum Carau. *in ritu 275. n. 13. cum seq.* hic per D. Clarum allegatum. *Baiard.*

u *Darij Carenzoni*] Iste Darius fuit oriundus in inclita Terra Casalis maioris prope Padum, & ibidem me præsente, & adhuc puero, de anno 1560. fuit occisus. *Drogh.*

x *Sed an procurator*] adde, quod † si in mandato concedan-
48 tur specifice aliqui casus paci similes, & eiusdem naturæ promiscuæ cum clausula generali, ad pacem extenditur, Vulpel. *in tr. de pace quæst. 4. nu. 3.* & ibi *quæst. 5.* habetur etiam, quod mandatum ad pacem mandantis morte expirat.

Item † adde, quod procurator constitutus ad faciendam pa-
49 cem, & concordiam, si pactus sit, quod eius dominus, ac filij non possint stare, vel morari in Ciuitate, hoc facere non poterit, secundum Anchar. *in consil. 74.* diligenter instrumento, quem sequitur Iacob. Nouell. *in pract. crim. c. vlt. nu. 59.*

Item adde, † quod in Regno Neap. non sufficit mandatum
50 speciale, & quomodo sint faciẽdę remissiones secundum regias pragm. late habetur per Luci. Foller. *in comment. super prag. de composit. n. 77. cum sequen. in lib. comment. diuers. fol. 134.* Baiar.

y *Sed requiritur*] Farin. *d. q. 107. p. 2. n. 273. 4. vol.* Ros.

z *Nam in mandato cum libera*] adde Negus. *Tractat. de pign. 1. membr. 3. part. sub num. 36. & 3. parte tertij membri secund. part. princip. num. 7. ad fin. & 3. memb. 6. part. princip. sub num. 28.* Ias. *in §. sequens num. 15 Instit. de act.* Nota tamen quia procurator cum libera dicitur habere speciale mandatum, *cap. 1. qui ad agendum de procur. in 6.* quem text. ad hoc citat. Fel. *in capit. sunt & alij, in principio extra de Rescript.* & demum Procurator iste potest omnia dependentia incidenter, & connexa, etiã si exigant speciale mandatum: Felin. *in ca. sunt, & alij coll. mihi 10. extra de rescript. & in c. edoceri coll. 2. extra de rescript.* Item nota, quod clausula in mandato, cum libera, non operatur vltra expressa, vel similia, Felin. *in c. sedes coll. mihi 5. de rescript.* adde Ang. Aret. *in §. 1. nu. 2. Institut. de bo. per quos ag. poss.* & per quæ verba fiat talis procura, seu mandatum vide Alex. *consil. 4 . n. 1. vol. 2.* Dec. *cons. 404. n. 6.* & demum scias, quod procurator cum libera non potest prorogare solutionem debitoris, vt per glos. *in l. qui Romæ in §. Calimacus, in verbo Herote, ff. de verbor. obligat.* Drogh.

a *Quæro pone*] adde, quod † pax proderit vulneranti, etiam si 51
mors sequeretur, si dictum fuerit, etiam quod mors sequatur; vel si pax facta fuerit de vulnere, & de his quæ ex vulnere sequi possent, vel aliquo modo deprehendi possit, quod paciscentes etiam mortis casum præcogitauerit, Vulpell. *in tract. de pace q. 22.* Pet. à Plaz. *epit. delict. ca. 12. col. fi.* sed de prædictis vide omnino Farin. *q. 14. n. 28. cum seq.* vbi late, & in Regno Neap. *per Reg. Pragm. 6. sub titul. de composit.* prouisum fuit, quod sola remissio morientis non sufficiat. *Baiar.*

b *Alciat. consil. 477.*] *seu consil. 134. lib. 5.* Ros.

c *Aut vero statutum*] adde, † stante hoc statuto, quod pax re- 52
quiratur ab hærede occisi, si quis occisus fuerit relicti filio impubere, vxore matre dicti impuberis, & patre, & mortuo impubere, mater successit; an ius faciendæ pacis spectet ad matrem, vel ad patrem occisi, hanc quęstionem posuit Nunci. Tartal. *ad pragm. incip. Nelli anni passati, in 1. parte, n. 55. sub tit. de comp. in lib. comment. diuers. super prag. fol. 140.* vbi tenet, spectare ad patrem occisi, & non ad matrem pupilli, licet sit hæres. *Baiar.*

d *Si quis aliquem vulnerauerit*] Far. *in d. vol. de accus. quæst. 14. n. 28.* Ros.

e *Contingit etiam*] † adde, quod D. Farin. *in q. 14. n. 48.* con- 53
trarium tenet, scilicet, quod sufficiat pax, seu remissio a filiis cõmunibus habita, dicens, remissione filiorum non pręsumi meticulosam, dum minæ, siue verbera non præcedant. Ego † autem 54
(salua eius pace) arbitror, hoc verum non esse, quia † ad præsu- 55
mendum metum reuerentialem nõ requiruntur minę, nec verbera, vt ipse pręsupponit, sed sufficit sola reuerentia, & enormis læsio, Capy. *decis. 159. n. 34.* Gram. *decisio. 103. n. 49.* Neuiz. *consil. 22. n. 20.* Alba. *consil. 77. n. 11.* affirmans, hanc esse comm. opin. *& cons. 69. n. 5.* Crau. *cons. 11. n. 12.* Curt. iun. *cons. 141. n. 11.* quos omnes, & multos alios refert, & sequitur Mascar. *de probat. concl. 1051. n. 28. vol. 2. & decis. Pedem. 172. n. 5.* vbi habetur, hoc procedere etiam, si adesset iuramentum: & quanta sit læsio filij, quam matre priuatur, nemo est, qui ignoret, quinimo remittitur arbitrio iudicis, quando metus reuerentialis pręsumatur, licet de lęsione probatum non sit, secundum Men. *de arbitr. iudic. cas. 136. n. 7.* stantibus itaq; prædictis, tollitur fundamentum ex aduerso adductum, quo sublato, nempè, firma remanet conclusio D. Clari, & senatus, qui ita de facili reprehendi nõ possunt, cum in illo supremo magistratu semper interueniant præstantissimi viri eminentis scientiæ, ac multum practici, & sequitur Clarum, & Boss. Nunci. Tartal. *in comment. suo super pragm. Regni Neap. incip. Nelli anni passati, nu. sub titu. 50. decim. posit.* & idem rem tenuit Vulpel. *in tract. de pace q. 25.* posset forsan aliquo casu pręsumi, filiorum remissionem non esse meticulosam, vt si essent maiores, vel quod separatim à patre habitarent, vt emancipati, aut quod mater propter adulterium interfecta fuisset. *Baiar.*

f *Quæro nunc*] adde, quod † idem est in filio exhæredato, 56
nam ius sanguinis exhæredatione non tollitur, text. est *in l. fin. ff. vnde legit.* Baiar.

g *Vt scilicet non admitteretur*] Farin. *d. q. 14. n. 21.* Ros.

h *Tenuit quod sufficiat*] Farin. *in d. q. 14. nu. 2. 3. 4. & nu. 11. & 12. & seq. & nu. 25.* Ros.

i *Viuine*] Melius *in 3. vol. opin. 204. seu in lib. comm. opi. meo fol. 769.* Ros.

k *Præterea cum quilibet hæredum*] adde Negus. *d. tractat. de pign. 2. membr. 2. par. sub num. 34. & 3. memb. 7. p. prin. nu. 48. per tex. in l. 1. C. si vnus ex pluribus.* Drogh.

l *Hæc autem conclusio*] Quod † si statutum diceret ab hærede 57
occisi, tunc non requireretur ab aliis, Boer. *decisio. 121. num. 3.* sed Vulpell. *in tractat. de pace quæst. 20.* dicit opinionem contrariam esse veriorem, quod scilicet pax sit habenda ab omnibus hæredibus, etiam quod statutum loquatur in singulari, vt scandali occasio auferatur.

Item adde, quod † statutum de pace habenda non verifica- 58
tur in concordia, quia pax est genus, & concordia species. Alex. & alij *in l. 1. ff. de pact.*

Item adde, quod † in Regno Neapol. prouisum fuit per Re- 59
giam prag. Regis Philippi, quæ est octaua sub titulo de compositionibus, quod remissio, siue pax sit habenda ab omnibus quibus successio deferatur. *Baiar.*

m *Sed quid si inter hæredes*] adde † videndum distinctio- 60
nem

nem Vulpell. *in tract. de pac. quaest.* 14. *fol.* 30. sed vide etiam Carauit. *in ritu* 272. *num.* 26. vbi dicit, quod facta remissione principalis offensi, vel eius, ad quem principaliter ius querelandi pertinet, neque ex eodem, neque ex nouo processu tractatur amplius de causa, & quod hoc est bene notandum, quia seruatur in practica.

61 Item adde, quod † soror defuncti existente filio non habet ius faciendi pacem, etiam quod accusasset, Decian. *consil.* 38. *nu.* 12. *& seq.* Item adde, si vxor interfecti concurreret cum consanguineis, vel hæredibus, quod vxor præfertur, secundum Gomes. *de delict. c.* 3. *n.* 65. & in Regno Neap. concurrit, & cum eis admittitur ad querelandum, & ideo ab ea etiam requiritur remissio, secundum Nunci. Tarral. *super pragm.* 8. *de compos. n.* 30. quod intellige, si est vidua, quia dicitur esse in matrimonio primi viri, & hoc etiam procedit in sponso, vt ibi per eum.

62 n *Bene verum est*] adde, quod † forsan posset dici contrarium, cum iura sanguinis statuto minime tolli possint, *l. iura sanguinis, ff. de reg. iur.* & quia ius faciendi pacem non est hæreditarium, Bart. *in l. damni, §. sabini num.* 2 *ff. de damn. infecto.* Decian. *in c. præsentia de probat.* Shan. *in tractat. de inuen. parte* 6. *num.* 56. relatus per Bonacos. *lib. com. opin. crim. par.* 1. *in versi. stante statuto. quod occidens occidatur.* Baiar.

o *Quia dotata, vel huiusmodi*] Sed an talis filia faciat partem in legitima? infra *q.* 78. *vers. viden. in fin. sup. q.* 21. *vers pax,* Dec. *in l. femina n.* 14. *ff de reg. iur.* qui ibidem aliter distinguit, loquitur tamen Decius *in vindicta, hic autem in pace,* Capyc. *decis. ultima.* Drogh.

p *Apposita conditione*] An saltem haberi pax debeat à loci delicti communitate. Plott. *in l. si quo, §.* 7. *in fin. C. vnde vi. alias, num.* 153. Ros.

q *Per iudices inferiores*] adde de sententiis, & authoritate senatus supra *quaestio.* 44. *versic. dixi, quod de iure communi, ibi, sed cum sit sententia senatus, infra quaest.* 78. *versic. Quaero, si bona, ibi, quod est notandum quaest.* 38. *versic.* Aliquando: est tamen verum, quod Consistorium Principis, siue senatus non potest vti plenitudine potestatis, Capyc. *decis.* 47. *post n.* 7. & dic vt infra in calce præsentium prout supra, *ad quaestionem* 4. *versic quando vero.* Adde rationem huic dicto, quia magis præsumitur pro sententia Iudicis maiores, quam inferioris *leg.* 1. *ff. de off. Praefect. praet.* Crau. *de antiq. temp. par.* 2. *num.* 38. & in quantum hic dicitur de non habente, cum quo pax fiat, vide Bar. *consilio* 107. Minister fratrum de pœnitentia, vbi loquitur etiam de blasphemante, *Drogh.*

r *Pariter etiam*] adde, quod hoc casu in Regno Neapol. cautius proceditur, quia pro interesse patris recipitur cautionem de stando iuri cum parte, quandocunq; superuenerit, antequam delinquens ad compositionem admittatur, ita tradit Carau. *ritu* 172. *num.* 19. Baiar.

63 s *Dictum est*] adde, an † hoc casu, quando pax fit absenti, requiratur ratificatio, & dicit Brun. *in consilio* 94. *inter consilia crimin. diuers. libro secundo,* quod sic, alias esset nulla: idem tenet Bertaz. *in consilio* 95. *eodem libro.* sed cum quicquid fiat ob pacem, legis habeat vigorem, Bald. *consilio* 212. *volumine* 3. Nouel. *de pace, numer.* 65 ideo ratificatio non requiritur: & hanc esse magis communem opinionem, attestatur Hercul. de Syluestris *in consilio nonagesimo septimo, inter consilia criminal. eodem libro:* vide tamen ad hanc quæstionem Moron. *in tractat. de pace, fide, & treug. in quaestione* 131. *per totam:* sed ad effectum, vt reus mitius puniatur, vel gratiam obtineat, non est opus aliqua ratificatione, cum ea vtendo, satis ratificata dicatur. *Baiard.*

t *Nunquid pax*] Farinac. *quaest.* 107. *par.* 2. *artic.* 21. *num* 272. *vol.* 4. vbi quid si non sit ratificata, & interim secuta aliqua offensio. *Ros.*

u *Villalob.*] Est *libro commun opin. meo, fol.* 167. Ros.

x *Notario stipulante*] adde supra *quaestione* 21. *versicul. Pax.* Drogh.

y *Quaero modo*] Farin. *q.* 105. *inspect.* 8. *n.* 363. *vol.* 4. Ros.

64 *Quaero modo*] adde, † quod damna, & interesse in foro diuino, siue conscientiæ nemo tenetur dimittere 23. *quaest.* 4. *capit. si illic,* & dicta satisfactio debet fieri cõpetenter, iuxta mensuram
65 iniuriæ † *d. c. si illic. & arbitrio boni viri, l. sed si vnius, §. ait Praetor. ff. de iniur.* & si præter damna, & interesse, quæ passus est of-
66 fensus, aliquid datum fuerit † sine iussu iudicis, vterq. erit infamis; offensor soluens infamia iuris; & offensus recipiẽs infamia facti; quia iniuriam. & corpus suũ precio vendidit, vt plenè per Lucam de Penn. *in l. vnica, C. publ. laetit. vel consil. col.* 10. *versic. & hanc satisfactionem;* idem tenet Vulpell. *in tract. de pace, quaest.* 28. vbi dicit, pacem esse validam propter publicã vtilitatem, & inimicitias tollendas. Item adde, quod ille, qui paciscitur cum parte, vel illam pecunia corrumpit, ne accedat ad Curiam ad illum accusandum, non euadit infamiam, & nihil sibi prodest cõpositio quo ad Curiam, ac si nihil fecisset, secundum Girland. *in tract. de relaxat. carcerat. in rub. de pœnar. compos. nu.* 10.

Item † adde, quod quando quis dicit, se facere plenam remissionem, dicuntur damna remissa, & actio iniuriarum, Alexan. & Ias. *in l. si tibi §. quadam ff. de pact.* post Bald. *in c.* 1. *§. iniuria. n.* 7. *de pac. iura. firm.* Roman. *in l.* 1. *nu.* 7. *ff. ad Syllan.* & Alex. *in d. §. quadam,* dicit, quod si verba remissionis ita lata sint, quo vltra iniuriam remitterentur deuastationes, & expulsiones, tunc censerentur remissa damna, vt d. verba aliquid operarentur: sed Rimin. iun. *in consil.* 103. *n.* 41. *vol.* 1. *& in consil.* 134. *n.* 47. *cum seq. tomo* 1. *inter cons crim diuers.* contrarium tenuit, damnando Alex. *in d. l. si tibi, §. quadam ff. de pac.* ideo vide eum, & idem esset, si dictum fuisset in pace, quod omnis iniuria remittebatur, Vulpell. *in tract. de pace, quaest.* 29.

Item † adde, quod remittens iniuriam pretio, non videtur remittere damna, expensas, & interesse, quæ ex iniuria sibi illata potest prætendere; nisi & illa remiserit, Gomez. *de delict. cap.* 6. *n.* 13. & Rimin. iun. *in consilio* 103. *num* 39. *volum.* 1 *& in consil.* 134. *nu.* 48. *tomo* 1. *inter consil. crim. diuers.* & ibi *sub nu.* 52. dicit, quod non censetur remissa damna, & interesse, etiam quod præcessisset instrumẽtum pacis, in quo promissum fuisset cum iuramento, reficere damna, interesse, & expensas, & postea in alio instrumento facta fuisset generalis renunciatio, aut remissio, cum non intelligatur delegatum illi conuentioni iuratæ, etiam si dictum fuit in secundo instrumento, non obstantibus quibuscunq; pactis, & capitulis, vnde iure merito Bald. *in d. §. quadam,* dicit, quod sis bene cautus, vt facias tibi remitti damna, & interesse, si vis, quod plena sit remissio. 68

Item adde, † quod si inter partes facta sit cassatio, & annullatio processuum, iniuriarum, & condemnationum, censetur etiam remissa pœna conuentionalis, iam incursa ob fractionem pacis, siue treugæ, Io. Franc. Terzanius *consil.* 503. *& 504. inter consilia crim. Bertaz. vol.* 2. Baiar. 69

z *Sed in proposito quaero*] adde, quod † quando fit remissio plenissimè, tunc damna, & expensæ præsumuntur remissæ, Plac. Epit. *delict. capit.* 6. *numer.* 49. Menoch. *de praesumpt. libro* 3. *praesumptione* 113. *num.* 6. & Mascard. *de probatio. conclus.* 902. *num.* 31. præsertim, quando est vir probus, clemens, & quiete viuit, secundum Afflict. *in cap.* 1. *§. iniuria num.* 111. *in fine de pace iur. firm.* Baiar. 70

a *Num.* 32.] Farin. *d. q.* 105. *vt supra nu.* 367. Ros.

b *Adde quod etiam*] adde, quod idem tenet Boss. *in furto,* in quo nõ sufficit, quod fur satisfaciat, sed requiritur remissio partis, si extat statutum, vel consuetudo, vt non remittatur delictum, siue offensio sine pace; quia differunt † inter se, remittere iniuriam, & consequi satisfactionem, ita *in tit. de remed. ex sola clem. nu.* 16. *cum seq.* Baiar. 71

c *Scias etiam quod senatus*] adde, quod † Nell. *in tract. bannit.* 3. *par.* 2. *temporu quaest.* 38. *nu.* 14. tenet, quod remissio possit probari per testes, quem refert, & sequitur Carauit. *in ritu* 275. *nu.* 15. *cum sequen.* vbi dicit, hoc esse verum de iure communi, illud comprobans, quia multi sunt casus, in quibus de necessitate requireretur scriptura, vt patet ex glos. *c.* 1. *§. post de cons. quae enumerat viginti nouem.* & Spec. *de instrum. edit. §. restat versic. sed si vnus* & nõ reperitur casus iste, & ita in terminis tenuit Catald. *de syndic. quaest.* 99. quem refert Vulpell. *in tractat. de pace quaestio.* 66. subdens tamen, quod Curia pacem, nisi instrumento probetur, admittere non consueuit; & quod vidit seruari in Curia Vrbini, Marchiæ, Perusij, & Romæ illud, quod seruatur in statu Mediolani, sed quod est contrarium de iure Regni † per *d. ritum;* quo disponitur, quod duobus modis constare debet Curiæ de remissione partis offensæ, vel quod querelans ipse accedat ad iudicem, & dicat, quod non vult iustitiam de denunciato, vel, quod appareat per instrumentum publicum de tali remissione, & vt tollantur fraudes, fuit prouisum *per regiam pragm. incip. vna delas causas,* quod remissiones debeant fieri per instrumentum coram judice. 72 73

Item adde hic incidenter: quod instrumentũ pacis, nec alius actus exterior est necessarius cum inimico pro salute animæ paciscentis, siue iniuriam remittentis, sed sufficit dilectio, & sacerdos tenetur absoluere confitentem, licet non velit peruenire ad actum exteriorem pacis, Odd. *de rest. in integr. quaest.* 85. *artic.* 7. *n.* 54. contrarium autem tenuit Ludou. de Bera. *in respons. casuum conscien. casu* 10. sed ego audiui, quod vtraq; opinio seruatur secundum voluntatem Episcoporum. *Baiard.*

d *Si tamen senator*] Vulpell. *resp.* 55. vbi etiam quomodo differat à reconciliatione. *Ros.*

e *P. N.*] Vide Mastril. *de indultu. cap.* 24. *numer.* 43. 44. *&* 45. Ros.

f *Nunquid iudex*] Intellige, quod iudex non potest partes componere, antequam delinquens non fuerit legitime punitus. Matth. *in comm. opin. diuers. fol. mihi* 344. *ver. licet* 2. *ad idem,* & per Iacob. de S. Georg. *in l. transigere, in fi. C. de transact. & in l. si vero. in princ.* Giach.

Nunquid iudex] adde † Vulpell. *in tract. de pace quaestio.* 7. vbi plene, & ponit duas limitationes, & an Papa, & Princeps 74

possint compellere ad pacem, & ibi tenet, quod Iudex potest cogere ad treguam, idem † tenet Viui. *opi.424. sub nu.4.* sed si diu inimicitia durauerit, vel si ex inimicitia reipublicæ posset præiudicium inferri; dicit tamen, quod hoc nunquam vidit seruari per Iudices ordinarios.

Item † adde, quod si Iudex compelleret aliquem ad pacem, non teneretur edicto, quod metus causa, quia non facit ad suum commodum, & quia propter vtilitatem publicam mouetur, Bal. *in l. continent. ff. quod metus causa*, quem sequitur Deci. *in consil. 41. sub num.6.*

Item † adde, quod sunt triginta, quæ ab hominibus tolluntur, & pacem impediunt. Luc. de penn. *in l.1. in verb. pacis in 5. quæst. C. de public. latit. lib.11.* & Archidiac. *in c. nulli, 25. quæst.1.* Bald. *in proœm. decretal. & gloss. in c. ad Apostolica, de re iud. lib.6.* Abb. *in c. fin. de restit. spoliat. in 3. col.* ponunt sex casus, propter quos non seruatur pax.

Item adde, an Iudex possit cogere partes ad concordiam quando de lite graui scandalum timetur, latè per Luc. de pen. *in l.1. n.11. C. de Irenar. lib.10.* Baiard.

g *Æquitatis enim ratio*] Farin. *q.107. allegata supra in princ. art.1. nu.30.* Ros.

h *§. Iudex*] Quomodo autem violetur, vide Vulpell. *consil.51. consil.8. nu.1. consil.67. nu.5. & consil.81. nu.11.* Ros.

QVÆSTIO LIX.

Quid si reus per gratiam à Principe liberatus fuerit.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Vbi reus exhibet gratiam sibi à principe concessam, non est vlterius molestandus.*
2 *Princeps supremus potest pœnas delictorum remittere, tam corporales, quam pecuniarias, etiam post sententias in iudicatum transactas.*
3 *Potest etiam pro bono pacis remittere iniurias, & damna singularium personarum absque earum consensu.*
4 *Regulariter princeps non concedit gratiam delictorum, nisi prævia partis remissione.*
5 *Ille, cui princeps dicit,* Facio tibi gratiam pro delicto, *an recuperet bona.*
6 *Et an recuperet etiam bona alienata.*
7 *Et an recuperet etiam fructus.*
8 *Et an hæreditatem alteri delatam.*
9 *In impetratione gratiæ exprimenda sunt ea omnia, quæ principem ab ipsius gratiæ concessione retrahere potuissent.*
10 *Gratiæ à Principe concessæ debent à senatu approbari.*
11 *Decreta gratiosa an trahantur ad delicta futura.*
12 *Et an ad delicta commissa sub spe decreti.*
13 *Et an comprehendant condemnatos pro crimine falsi.*
14 *Et an prosint carceratis.*

Ex Additionibus.

1 *Absolutus, vel gratiatus per Regem, vel Locumtenentes contra expressam formam decreti, vel statuti, non debet puniri, sed relaxandus est, ne sub fide regia decipiatur.*
2 *Bannitus ex crimine infami, si cancelletur simpliciter, intelligitur etiam restitutus ad famam.*
3 *Lim. nisi esset conuictus per aliud genus probationis, quam ex contumacia.*
4 *Item nisi fuisset cancellatus, quia soluisset pœnam.*
5 *Gratiatus de delicto, an censeatur restitutus ad famam, & honores remissiue.*
6 *Princeps an possit remittere pœnam applicandā parti.*
7 *Princeps in casibus, in quibus non potest remittere pœnam applicandam parti, potest imponere parti silentium, & ei denegare audientiam.*
8 *Dominus duobus existentibus, quorum vnus habeat ex conuentionem regimen pro duobus annis, non potest remittere pœnam bannitis ad dictam conuentionem.*
9 *Gratia non probatur per testes, sed per scripturas.*
10 *Et quid de gratia facta ab inferiori.*
Gratia, quæ non est contra, sed secundum ius, potest probari per testes.
Item si gratia semel scripta casu fuerit amissa.
Et plus fuisse dictum, quam scriptum.
11 *Gratia facta mediante pecunia an dicatur verè gratia.*
Et an reuocari possit, num. eod.
12 *Gratia facta bannito, non tamen adhuc munita sigillo, si bannitus sub eius clypeo reuertatur, non potest puniri, sed debet curare sigilli appositionem.*
13 *Gratia concessa verbotenus, an expiret per mortem concedentis.*
14 *Et quid seruetur in Curia Romana.*
15 *Princeps omnes pœnas potest remittere, & augere.*
Gratia à Principe concessa pro delicto in suo territorio commisso, non eximit delinquentem à pœna in alio territorio imponenda, num. eod.
16 *Princeps an possit gratiare homicidam ex animo deliberato.*
17 *Barones non possunt inconsulto Principe gratiare bannitos.*
Etiam si bannum non recepisset perfectionem, ibid.
Etiam si de innocentia banniti constaret, ibid.
Et in condemnatione ex causa ciuili, ibid.
18 *Lim. quando bannitus plures bannitos apprehendisset.*
19 *Iudex quando possit gratiare bannitos, remissiue.*
20 *Barones, licet habeant merum, & mixtum imperium & omnimodam iurisdictionem, non possunt gratiare post sententiam.*
21 *Barones Regni Neap. gratiant vasallos ante sententiam, & parte concordata.*
22 *Princeps Bisiniani potest componere etiam parte non concordata.*
23 *Barones prædicti componunt post sententiam, si ab ea fuerit appellatum.*
24 *Etiam quod esset causa introducta in magna Curia Vicariæ si habent primas, & secundas causas.*
25 *Barones prædicti non cognoscunt de crimine hæresis, læsæ Maiestatis, & falsæ monetæ.*
26 *Compositiones non fiunt in Regno Neapolitano pro nefando vitio, & blasphemia.*
27 *Compositiones quomodo sint faciendæ.*
28 *Barones abutentes potestate in gratiando vassallos, possunt priuilegiis priuari.*
29 *Gratia concessa de facto, non prodest, nisi obtinens credidisset concedentem habere potestatem.*
30 *Potestas gratiandi Principi reseruata, non censetur translata in feudatarium generaliter de Regalibus inuestitum.*
31 *Barones non possunt remittere pœnam infamiæ.*
32 *Nec cōcedere gratiam, nisi ad pœnam eis applicandam.*
33 *Episcopus non potest gratiare condemnatum ad perpetuum carcerem.*
34 *Barones quando possint facere gratias, remissiue.*
35 *Banniti capitaliter in statu ecclesiastico non possunt rebanniri per Gubernatores, & alios officiales.*
36 *Etiam si essent banniti, pro homicidio casuali.*
37 *Princeps quando possit remittere iniuriam, & damna alterius pro bono pacis.*
38 *Princeps non potest remittere pœnam parte non concordata.*
39 *Et quando id possit, remissiue.*
Et quando partes possit cogi ad pacem, remissiue, ibid.
40 *Princeps quando possit pœnam remittere.*
41 *Et quid de iudice ordinario, vel delegato.*
42 *Princeps remittens pœnam non concordata parte mortaliter peccat.*
43 *Et quid in multa ex vera contumacia.*
Farinac. impugnatur, ibid.

44 Com;

44 *Compositio non potest fieri in Regno Neapol. non concordata parte.*
Et requiritur pro forma, vt remissio præcedat, ibid.
Et quid si pars non querelauerit.
Et quid in transactionibus.
45 *Nisi delictum fuerit commissum in persona incognita.*
46 *Remissio in d. Regno non potest fieri per procuratorem sine speciali mandato, & quare.*
47 *Et quomodo debeat fieri remissive.*
48 *Et an sufficiat remissio solius offensi.*
49 *Et quomodo de ea constare debeat.*
Et non præcedente partis remissione, officiales non possunt facere causæ relationem ad instantiam petentium compositionem, num. eod.
Compositio facta contra formam prædictam est nulla, & ea non obstante compositus debet condemnari, numero eod.
50 *Et si fiat sine remissione partis, ad quos iudices sit recurrendum, remissiue.*
Et an ipsemet iudex, qui composuit, possit compositionem reuocare, num. eod.
Et datum pro compositione erit restituendum, ibid.
Nullitas ex iisdem actis à quocumque iudice, & inferiori potest recognosci, ibid.
Et an teneatur necessario super nullitate pronunciare, ibidem.
Et quid si fuerit petitum prouideri super nullitate, ibid.
Officiales Baronum habent laxiores habenas in faciendis compositionibus in Regno prædicto, quam officiales Regij.
51 *Pacem exposcentes per vim, & metum in statu ecclesiastico incurrunt pœnam læsæ Maiestatis.*
Officiales Baronum in d. Regno an possint commutare pœnam mortis inconsulto Prorege. num. eod.
Et quid debeant considerare dum componunt, nu. eod.
Compositio non potest fieri in d. Regno in crimine blasphemiæ, & sodomiæ, nu. eod.
52 *Princeps an possit gratiare quo ad pœnam corporalem, & interesse publicum sine pace.*
Gratia facta sine pace partis non nocet, nec iuribus suis, nu. eod.
53 *Reus obtinens gratiam sine pace, debet exulare à loco delicti.*
54 *Gratia interinata, an, & quando gratiatus possit puniri.*
55 *Et à quo iudice sit approbanda.*
Compositio non potest fieri in atrocissimis inconsulto Principe, nu. eod.
Compositio non debet fieri cum illis, qui pluries deliquerunt, num. eod.
Compositio cum famosis latronibus non potest fieri in Regno Neapol. num. eod.
56 *Restitutio gratiosa quæ dicatur, remissiue.*
57 *Restitutus à Principe recuperat bona prohibita alienari pro familia ad familiam deuenta ob confiscationem.*
58 *Etiam quod sit restitutus sine alterius præiudicio.*
59 *Gratia quomodo probetur.*
*59 *Exemptus à banno quando ad famam restitutus intelligatur.*
60 *Gratia simpliciter facta, censetur facta secundum stylum gratiantis.*
61 *Dispositio omnis capit interpretationem à solito.*
62 *Rescriptum Principis de bonis alienatis an extendatur ad bona acquisita per Baronem.*
63 *Et an ad bona feudalia, & emphiteutica.*
64 *Et quomodo sit facienda, vt comprehendat bona alienata.*
65 *Et an sit opus noua apprehensione possessionis.*
Gratia quãdo trahatur ab bona alienata, remissiue, ib.
66 *Et an ad fructus perceptos ex bonis publicatis.*
67 *Et an si trahatur, fiscus teneatur ad restitutionem pretij, fructus, & de euictione.*
68 *Et quid si Princeps ea bona donauerit, & donatarius ea vendiderit.*
69 *Vsusfructus amissus per confiscationem, an recuperetur per restitutionem, & gratiam.*
70 *Restitutio plenissima an extendatur ad bona alienata.*
71 *Potestas Principis est absoluta, & ordinaria.*
*71 *Gratiam petens non dicitur fateri delictum.*
72 *Impetrans gratiam pro secundo homicidio an debeat facere mentionem primi.*
73 *Gratia quando dicatur subreptitia, remissiue.*
74 *Et quando ex taciturnitate vitietur.*
Et quando vitietur ipso iure, ibid.
75 *Et quid si in gratia adsit clausula, quod de subreptione, & obreptione dici non possit.*
76 *Gratia Principis festo Natalis, & Paschatis tollit vitium subreptionis, & censetur motu proprio.*
77 *Littera quare dicantur obreptitiæ, & quare non valeant.*
78 *Subreptio ex facti expressione generali non euitatur, nisi exprimatur modus.*
79 *Generalis locutio non redditur subreptitia, licet in aliqua minima specie non verificetur sub genere inclusa.*
80 *Subreptio omnis in gratiosis vitiat ipso iure.*
81 *Clausula vt petitur, ex certa scientia, motu proprio, non obstantibus, quando tollant subreptionem, & quid operentur, remissiue.*
82 *Et quid si in gratia non dicatur ad postulationem, sed postulatio gratiam præcedat.*
83 *Gratia signata, fiat, vt petitur, non dicitur signata motu proprio.*
84 *Et quid si Papa manu propria scripserit motu proprio, & asserat se facere ad instantiam partis.*
85 *Impetrans an teneatur probare exposita esse vera, vel excipiens opposita.*
86 *Gratia obtenta non expressa qualitate delicti, ob quam Princeps potuisset non concedere est nulla.*
87 *Qualitates an sint narrãda, remittitur arbitrio Iudicis*
88 *Impetrans remissionem pœnæ iam solutæ debet narrare; se iam soluisse.*
89 *Item etiam causam ex qua pœna fuit imposita.*
90 *Gratia in crimine læsæ Maiestatis non valet sine clausula, Motu proprio.*
91 *Iudex non potest dicere indulgentiam Principis præsentanti, quod fateatur delictum, alias non vtetur.*
92 *Narrans in precibus, se non animo deliberato homicidium commisisse, si ex actis contrarium potius appareat, poterit torqueri pro veritate sine ipsius iniuriis nisi alio modo vellet per ipsum ostendere, exposita esse vera.*
93 *Indultus comprehendit delicta tempore concessionis nondum detecta.*
94 *Et an comprehendat delicta futura, remissiue.*
95 *Delictum futurum non potest per Principem remitti.*
96 *Restitutio finita guerra extenditur etiam ad mortuos.*
97 *Delinquens sub spe impunitatis non est tutus.*
Abolitio quid sit, & quotuplex, nu. eod.
Barones in Regno Neapolitano an possint facere indultum in eorum statu, num. eod.
Et quando, quibus ex causis, & quomodo, nu. eod.
Indultum Regij an extendantur ad vasallos Baronum; nu. eod.
Indultus priuatus quid sit, nu. eod.
*97 *Abolitio, & indulgentia in quo differant.*
98 *Remissio generalis an extendantur ad crimen falsi, & quando, &* num. 102.
99 *An ad homicidium commissum proditoriè.*
100 *An ad crimen læsæ Maiestatis.*
101 *An ad solitos delinquere, & iterum gratiatos.*
102 *Abolitio generalis quæ delicta comprehendat.*

Et an delicta commissa in officio, nu. eod.
104 *Et an crimen assassinij.*
105 *Et an extendatur quo ad restitutionem rei ablatæ.*
106 *Indultum de omnibus delictis præteritis, intelligitur parte concordata.*
107 *Abolitio, & indulgentia quomodo differant, remissiue.*
108 *Remissio generalis an extendatur ad carceratos.*
109 *Abolitionis effectus, remissiue.*

1 ALia, *a* est defensio, cum reus proponit delictum si-
a bi à principe remissum fuisse. Sciendum est enim
quod potest supremus princeps pœnas delictorum de-
linquentib. remittere, & indulgere, ut dicit glos. *in l. 2.
in verbo, Concedi, C. de in ius vocando*, quę est communi-
ter ab omnibus approbata, ut dicit Paris. *cons. 1. n. 1. li. 4.*
2 Et *b* hæc quidem conclusio generaliter intelligenda
b est, ut scilicet possit princeps omnes *c* pœnas remittere
c tam corporales, quam pecuniarias, etiam per senten-
tiam, & condemnationem inflictas, etiam si talis sen-
tentia in rem iudicatam transiuerit: & ita firmant om-
nes indifferenter, ut dicit Paris. *in d. cons. 1. nu. 59.*
d Et *d* dixi, quod potest princeps, quia ad ipsum solum
spectat gratias facere delictorum, licet de facto, vel de
e consuetudine *e* barones seruent contrarium, ut dicit Ia-
cob. de Beluis. *in practic. crim. in tit. de sentent. crim. num.
10. in fin.* Bald. *in l. seruos, C. ad leg. Iul. de vi pub.* quem re-
f fert Bossius *in tit. de remed. ex sola clem. num. 11. f* In hoc
tamen Ducatu Barones vel feudatarij non possunt gra-
tias delictorum concedere, nisi id eis specialiter con-
cessum fuerit in eorum inuestitura, prout in aliquibus
criminibus exceptis concessum fuit *g* Ducibus Farne-
sijs, quando fuit eis infeudata ciuitas Nouariæ per Ca-
rolum V. Cæs.
3 Adde, *h* quod pro bono pacis potest etiam Princeps
h remittere iniurias, & damna singularium persona-
rum: nec eorum consensus requiritur: & est conclusio
communis, à qua nullus discrepat, ut dicit Dec. *consil.
520. num. 5.* quem refert Pet. Bellus *de re milit. folio 130.
num. 20.* Menchiaca *controuers. illust. cap. 4. n. 11.* Quod
intellige, ut procedat, si id specialiter, & expressè di-
4 ctum sit. Ceterum in dubio non censetur Princeps vel-
le iuri priuatorum præiudicare, prout in facti contin-
i gentia consuluit Ruin. *consilio 60. lib. 1. i* Quinimo in
hoc Ducatu non solet concedi gratia, nisi iis, qui ha-
k bent *k* remissionem à parte offensa secundum com-
munem obseruantiam, & consuetudinem huius pro-
uinciæ, vt etiam attestatur Boss. *in titul. de pace, in primis
verbis, & in titul. de remed. ex sola clem. n. 14.* vbi subdit,
hoc locum habere non modo in offensionibus factis
in personam, vt est homicidium, vulnus, & similia, sed
etiam in offensionibus factis in rebus, vt est furtum,
robaria, & huiusmodi. Et quod hæc practica semper
fuit obseruata in hoc Ducatu: neque admitteretur per
Senatum talis gratia, dato quod princeps in ipsa ex-
presse reseruaret ius ipsius partis offensæ prout etiam
seruari in reg. Neap. attestatur Gram. *super const. Regni,
fol. 153. de concordia partis, post n. 2.* vbi dicit fuisse per cós.
Neap. reuocatam quandam compositionem factam
per quendam D. Moysem parte non concordata: &
quod non fuit mirum, quod ille D. Moyses in hoc erra-
uerit, quia (vt ipse dicit) erat senex centum annorum.
Reperio tamen, quod hæc regula quandoq; etiam fuit
alterata, nam semel fuit approbata per senatum gratia
concessa Capit. Nicolao Sicio pro quatuor homicidiis
non habita remissione partis, & postea de anno 1556.
4. Februar. fuit etiam approbata gratia alterius Ioan.
Antonij Louatelli, qui in eisdem homicidiis interue-
nerat, nulla pariter habita partis remissione. Verum
est, quod tales gratiæ fuerant concessæ ab ipsomet Im-
peratore ex certa scientia, & forte aderat etiam secun-
da iussio, & homicidia (ni fallor) fuerant patrata in ex-
teros. Reperio etiam, quod *l* cum quidam medicus fu- *l*
isset priuatus dignitate doctoratus, & præterea iussus
exulare à Ducatu arbitrio Principis, eo quia fuisset ob-
locutus de Barone Sysnech, fuit deinde receptus in
gratiam ipso barone mortuo absque remissione ipsius,
neq; hæredum & gratia per senatum approbata, 18. O-
ctobr. 1558. P. N. Et potuit forte Princeps, & senatus
facilius ad id moueri, ex eo, quod ipsius hæredes in
partibus valde remotis habitarent, & delictum non es-
set atrox: Ceterum ego semper vidi seruari pro lege,
quod gratiæ concessæ sine partis remissione non ap-
probantur per Senatum, prout etiam seruari in Regno
Neapolitano attestatur Grammat. *voto 35. nu. 8. in fin.*
subdens, quod Princeps aliter faciens mortaliter pec-
caret; & refert ibi fuisse vltimo supplicio affectum
quendam, qui se composuerat pro quibusdam homi-
cidiis, pro quibus non habebat partium remissiones.
Et contra eum, qui obtinuerat gratiam non habita re-
missione partis, consuluit idem Grammat. *consil. crimin.
34.* Reperio autem, quod Senatus aliquando eos, qui
se constituerant pro approbatione litterarum gratiæ,
& exhibebant remissiones minus legitimas, fecit è car-
ceribus dimitti, vt seruatum fuit in quodam Christo-
phoro Pilono 17. Maij 1541. P. N. Aliquando etiam vi-
di de eis sumi vltimum supplicium, prout factum fuit
de Antonio Lossa 3. Ianuarij 1558. A. C. Sed in casu Los-
sæ fuerat etiam probatum, quod pax fuerat ab hæredi-
bus occisi extorta per vim, & metum, & erat etiam
malæ vocis, & famæ.

Sunt tamen aliqui casus, in quibus non requiritur
remissio partis, quos declarauit Senatus tempore, quo
ego iussu illustrissimi Ducis Suæsst tunc Regij locum-
tenentis in hoc Ducatu compilaui decretum gratio-
sum, conditum ob pacem initam inter Serenissimum
Regem nostrum, & Christianissimum Regem Fran-
corum, qui sunt hi, qui sequuntur: Simplex insultus, de
quo etiam extant litteræ vltimo Maij 1559. P. N. in cau-
sa Antonij Mariæ Mirabili; prima euaginatio, & pro-
uocatio, & delatio armorum prohibitarum, nisi vul-
nus interuenerit, aut percussio animo deliberato illa-
ta: & de his etiam extant litteræ 30. Martij 1545. P. N.
Et hoc dato etiam, quod cum prima euaginatione
interuenisset ictus, modo non esset securum vulnus.
Et ita declarauit Senatus in causa Baptistæ Negroli, 1.
Decemb. 1554. A. C. Sed hæc omnia intellige vt
procedant, quando non interuenit animus delibera-
tus: nam vbicunque animus deliberatus interuenit,
semper est necessaria partis remissio, licet nihil mali se-
cutum fuerit. Et ita rescripsit Senatus prætori Domus
Ossulæ 19. Iulij 1559. P. N. Subdens, quod illi, qui man-
dant homicidia patrari, quamuis patrata non fuerint,
& illi, qui sclopum cum animi deliberatione deposue-
rant, licet non vulnerassent, non erunt sine partis re-
missione ad gratiam generalem admittendi. Et hoc o-
mnia nota, quia quotidie contingunt in practica. Si
tamen quis dederit alapam alicui, requiritur remissio.
Et ita declarauit Senatus in casu Nicolai Gallerati 17.
Nouemb. 1554.

Scias *m* autem, quod huiusmodi gratiæ solent à *m*
principibus duobus modis concedi: Primo quidem,
quando Princeps alicui facit pro delicto specialem re-
missionem siue indulgentiam delicti, & hæ apud nos
appellantur litteræ gratiæ: *n* Secundo quando Prin- *n*
ceps ex aliqua causa, puta, pacis initæ, aut ducendæ v-
xoris, aut natiuitate primogeniti, aut in ingressum pos-
sessionis alicuius regni, vel prouinciæ facit gratiam ge-
neralem. Et hoc apud nos appellatur decretum gra-
tiosum.

Quæro, *o* nunquid si Princeps dicat alicui, Facio *o*

p tibi gratiam pro delicto, dicatur ille p plene restitutus. Respon. quod sic, & consequenter recuperat etiam bona, secundum Bart. *in l. fin. num. 11. C. de sentent. pass.* & q est communis opi. q vt dicit Bossius *in tit. de remed. ex sola clem. princ. 1 nu. 1. & seq.* Et quod restitutio comprehendat etiam bona, quæ nondum sunt in alium translata, dicit esse communem omnium sententiam Bellus *de re milit. fol. 123. num. 21.* & ideo in hoc Ducatu Princeps quando facit gratiam, solet addere quo ad pœnam corporalem tantum. Crederem tamen, quod ex quo in hoc Ducatu non solet Princeps facere gratias quo ad bona, sed tantum quo ad personam, dici posset, quod etiam hæc verba, si opposita non fuissent, deberent censeri omissa per errorem, f & haberi pro appositis, nisi in contrarium appareret de mente Principis. Et ita superioribus diebus in facti contingentia conclusum fuit in hoc Magistratu.

6 Item quæro, nunquid restitutio, seu gratia in eo casu, in quo comprehendit etiam bona, trahatur non modo ad bona existentia penes fiscum, sed etiam ad bona iam per ipsum fiscum alteri donata, seu vendita. Respondeo, quod regulariter non veniunt bona alienata: & est communis opin. vt attestatur Felin. *in c. inter quatuor, numer. 4. de maior. & obed.* quem refert Viuius *in lib. communium opin. in verbo, Bannitus, seu deportatus,* Nellus *de bannitis in 1. par. tertij temporis, quæstione 5.* Iason. *in l. Gallus, §. quid si tantum, num. 70. & sequen.* quem refert Plot. *in repetit. l. si quando, numer. 9. in fin.* Boss. *in tit. de remed. ex sola clemen. princ. post n. 11.* Et secundum hanc opin. in facti contingentia consuluit Christoph. de Castel. *cons. 8.* & Natt. *cons. 471.* vbi *nu. 1.* dicit, quod omnes illam sequuntur. In dubio enim non est præsumendum, quod velit Princeps tollere ius t tertij, nisi id expresse disposuerit: t potest tamen Princeps (si velit) ex causa restituere bannitum, etiam ad bona in alios alienata. Et hæc est communis opi. vt attestatur Rubeus *consil. 154. numer. 6.* u Et ideo si Prinu ceps diceret, quod bannitus plenissime restitueretur, ita quod de banno nihil opponi posset, forte talis restitutio traheretur etiam ad bona alienata, secundum opi. quam dicit esse communem Viuius *in loco præallegato.* x x quæ tamen mihi nunquam placuit, & apud nos vix posset obtineri, nisi in specie verba restitutionis comprehenderent etiam bona penes tertium existentia. Bene posset ita restitutus (secundum aliquos) recuperare à fisco pretium ipsorum bonorum venditorum, & sic quatenus fiscus factus esset locupletior. Et hanc opin. tenuit Bart. quem Doctores communiter sequuntur, vt attestatur Nellus *in dicta 1. parte tertij temporis, quæstione 6.* licet subdat, quod apud eos non seruatur, prout neque etiam seruatur apud nos.

7 Quæro y etiam, nunquid restitutus in casibus, in y quibus recuperat bona, recuperet etiam fructus. Respond. quod non recuperat neque fructus perceptos ex bonis iam alienatis, neque perceptos ex non alienatis: & est communis opin. vt attestatur Boss. *in tit. de restit. quæ fiunt à princ. &c. num. 17. in d. tit. de remed. ex sola clementia, post n. 11.* & Viuius *in loco præallegato.*

8 Sed quæro, pone, z quod tempore banni deuoluta z sit hæreditas bannito quæ eo reperto incapace, delata fuerit alteri proximiori gradu iuxta iuris dispositionem: nunquid si bannitus fuerit restitutus, recuperabit illam hæreditatem alteri delatam, & acquisitam? Respondeo, quod non: & est communis opinio, vt attestatur Boss. *in titu. de remedijs ex sola clemen. n. 43.* Nam (vt supra dixi) non censetur Princeps velle auferre ius alterius.

9 Debes autem aduertere tu, qui vis a impetrare graa tiam delicti à Principe, vt exprimas in supplicatione omnia ea, quæ potuissent verisimiliter retrahere animum Principis ab eius gratiæ concessione, si ea sciuisset, ne tempore impetrationis gratiæ ponas te in periculo, prout fecit ille, quem defendit Crauetta *consil. 2.* Præsertim b vero exprimas si alias habuisti b gratiam de aliquo delicto; nam vt dicit Butrio. *in c. super his, col. 34. de rescript.* quem refert Gul. de Bened. *in 2. par. repetit. c. Raynutius, fol. 38. numer. 112.* quidam, qui impetrauerat gratiam de secundo homicidio, & non fecerat mentionem de primo, fuit Bononiæ decapitatus. Idem etiam refert Auan. *in c. ad abolendam, num. 7. de hære.* & dicit quod ille appellabatur Formica: refert etiam Ias. *in l. nec damnosa, num. 3. C. de precib. imp. offe.* & Pract. Iodoci, *c. 147. num. 12.* & Pract. Caret. *fol. 502. num. 375.* & Villalp. *in repe. l. 22. c. 8. num. 3.* Et recordor, quod quidam Bartholo. Claudius insignis sicarius, qui obtinuerat litteras impunitatis à Principe, neque expresserat, quod tempore impetrationis erat in carceribus detentus, fuit laqueo suspensus, 6. Maij, 1558. P.N.

Et c quia plerunque contigit dubitari, an in aliquibus casibus requiratur, quod gratiæ sint per Senatum 10 approbatæ, scias quod regulariter Omnes gratiæ de- c bent à Senatu impetrari: alias nihil valent, ita expresse disponentibus constitutionibus huius dominij: quod etiam in Flandria seruari attestatur *pract. Iodoci, c. 147. nu. 13.* Et aduerte, quia non modo gratiæ, quas Princeps facit absolute remittendo delictum, sed etiam illæ, quas facit commutando pœnam, debent à Senatu impetrari, prout sæpe fuit decisum, & obseruatum: & in specie in illa, quæ facta fuit Io. Hieronymo Ceruto 4 Iulij 1547. P.N. in qua pœna furcarum commutabatur in pœna triremium perpetuatum: in istis enim, prout in alijs, requiritur partis remissio, ex quo Commutatio, vel Diminutio pœnæ est gratia: licet Senatus quandoque contrarium obseruauerit in commutatione pœnæ vltimi supplicij ad triremes perpetuas facta quidam Iacobo Marlianæ, quæ approbata fuit absque partis remissione, & dictum, quod in commutatione, quæ fit ad triremes perpetuas, forte non requirebatur partis remissio, præsertim attenta illius temporis qualitate, 26. Mar. 1551. P.N. Quod nota, quia dum ego sederem in Senatu, nunquam vidi approbari aliquam commutationem pœnæ, nisi præuia partis remissione. Sunt tamen aliqui casus, in quibus non requiritur approbatio Senatus, prout est quando Princeps concedit gratiam exilij arbitrarij. Et ita declarauit Senatus in causa cuiusdam Georgij Scriuani 24. Maij, 1546 P.N. Item quando conceditur gratia à pœna extraordinarie imposita per edicta ipsiusmet principis. Et ita iussit Senatus per secretarium P.N. rescribi Prætori Cremonæ 26 Febr. 1559. Pariter etiam rescripsit Senatus eidem Prætori 8. Ian. 1546. super gratia concessa Francisco Mariæ Regio, vnum, de quo sæpius miratus sum, quod scilicet, quando non est facta gratia pro delicto capitali, non requiritur Senatus approbatio: quod idem expresse dixit Senatus in litteris concessis in causa Scriuani, de quibus supra facta est mentio. Ego tamen toto tempore, quo in Senatu sedi, semper vidi omnes gratias etiam pro delictis non capitalibus à principib. concessas, in Senatu interinari, & ita puto seruandum esse.

Successiue d quæro, nunquid statuta, seu decreta 11 concedentia liberationem, seu indulgentiam delicto- d rum, vel disponentia, quod banniti cancellentur de banno, trahantur ad banna, vel delicta futura, scilicet committenda post publicationem ipsius decreti. Resp. quod nó; & ita communiter tenetur, vt dicit Imolan *c. fi. n. 11. de constit.* Et hoc, ne detur occasio delinquenti.

Fortius dico, quod si aliquis cómiserit aliquod deli- 12

e ctum ante publicationem ipsius decreti, *e* sub spe ta-
f men decreti, nullo modo est ei indulgendum, *f* & in
hoc proposito refert Gulielm. de Bened. *in 2. parte repetit. c. Raynutius, fol.* 88. *nu.* 115. *& in 3. parte fol.* 49. *num.* 38. quod vidit Tholosæ quendam decapitari, qui sub spe, & confidentia habendi gratiam à Rege alium occiderat, & de hoc ante delictum se iactauerat, dicens, quod pro decem aureis deinde gratiam obtinuisset. Cum autem in supplicatione hoc non expressisset, fuit indicatum gratiam per eum obtentam fuisse subreptitiam, & fuit decapitatus.

13 In *g* huiusmodi autem generali abolitione delicto-
g rum non comprehenditur *h* crimen falsi. Et ideo si fiat
h decretum, vel statutum, quod omnes carcerati relaxentur soluta certa quantitate, tale statutum non extenditur ad eos, qui sunt carcerati pro crimine falsi. Et ita communiter tenetur, vt dicit Nellus *de bannitis, in 3. par. secundi tempor. q.* 12. quem refert Apost. ad Ang. *de malef. in verb. & ad querelam, post nu.* 80. Et hoc propter criminis enormitatem. Faciunt, quæ dixi sup. *q.* 58. *verf. Ab hac tamen.*

14 Scias *i* etiam quod licet de iure communi istæ abo-
i litiones non extinguant crimen, sed tantum suspendant processum per triginta dies secundum aliquos, item non prosint illis, quorum crimina sunt iam liquidata; apud nos tamen seruatur totum contrarium: nam liberantur, etiam si sint in carceribus, etiam condemnati. Et proximis annis, cum in ciuitate Laudæ esset repertus in carceribus quidam Raynutius Veronensis tempore decreti gratiosi publicati de anno 1544. qui iam per multos dies ante fuerat pro furtis damnatus ad furcas, & fuisset dilatum eius supplicium
k dolo Collateralis, Senatus censuit ipsum gaudere *k* beneficio decreti, & liberari, 15. Nouemb. 1544. & condemnauit ad triremes per decennium ipsum Collateralem, qui corruptus supplicium distulerat. Vide quæ dixi infra *quæst.* 97. *versic. Regulariter autem.* Quinimo virtute ipsius abolitionis generalis solent etiam liberari illi, qui sunt in triremibus condemnati, modo sint in casu decreti. Et ita pluries declarauit Senatus, & in specie in causa cuiusdam Ioannis de Zardinis condemnati ad triremes perpetuo ob falsum testimonium, 20. Decemb. 1554. I.D.P. & alterius cuiusdam Bapt. de Alexiis condemnati ob atroces blasphemias ad triremes per decennium. 23. Decemb. 1554. I.D.P.

ADDITIONES

Ad Quæst. LIX.

A *Lia est defensio*] Farin. *vol.* 1. *sua prax. tit. de inquisit. quæst.* 6. Ros.

1 *Alia est defensio*] adde, † quod stante decreto regio, siue statuto, quod quis non possit de certis delictis in eodem decreto expressis per Regem, siue Principem, vel eius locum tenentem generalem, & alios quoscunque Regios officiales, & ministros absolui, aut guidari cum clausula, quod si contra decretum fiūt gratiæ delictorum, & guidatica sint ipso facto nullæ, & nulla; absolutus, siue guidatus per Regem, seu eius locumtenentem de delictis in d. decreto absolui, & guidari prohibitis, de dictis delictis non debet puniri, sed est relaxandus, ne sub fide regia sit deceptus, ita decisum fuit per Regium consilium Cathaloniæ, vt attestatur Peguet. *in quæst. crim. cap.* 29.

2 Item † adde, quod bannitus pro crimine, ex quo irrogatur in-
famia, si cancellatus fuerit à banno ab habente potestatem, nul-
la facta mentione restitutionis, ad famam intelligitur restitu-
3 tus, maxime si bannum sit in contumaciam latum, & non † in
conuictum per aliud genus probationis, quam per contuma-
4 ciam; & nisi cancellatur fuerit ex eo, quod pœnam soluerit, † ita
latè per Alex. *in consil.* 112. *vol.* 2. & an gratiatus de delicto cen-
5 seatur etiam restitutus ad famam, honores, & dignitates, † vide
omnino, Odd. *de rest. in integ.* 2. *quæst.* 92. *cum seq.* Ghirlan. *de relax. carcer. titul. de benef. & indul. princ. quæst.* 1. *& quæst.* 6. & Rol. *consil.* 42. *num.* 3. *vol.* 4.

6 Item adde quod † Princeps non potest remittere pœnam parti offensæ applicandam, Gram. *consil.* 54. & plene Menoc. *de arbitr. q.* 96. quando pœna debetur de iure naturali, vel gentium: sed si pœna debetur de iure ciuili, vel municipali, vel ex priuilegio Principis, tunc valet remissio. Menoch. *de arbitr. iud. in* 5.
cent. vltimo impressa in casu 447. *n.* 17. sed in casibus, † in quibus 7
Princeps non potest remittere pœnam applicatam parti, potest tamen parti imponere silentium, & illi prohibere audientiam, vt tenent ferè omnes *in l. Gallus, § & quod sit tantum*, & latè comprobat Curt. iun. *in consil.* 310. *n.* 72. *cum seq. vol.* 3. & ad prædicta vide omnino addent. *ad consil.* Bertaz. 163. *vol.* 1.

Item † adde, quod si sunt duo Domini, quorum vnus ex con- 8
uentione habeat regimen, vt puta pro duobus annis, nō potest pœnam remittere bannitis, seu condemnatis ante dictam conuentionē, & dicti banniti nō erunt tuti finito biennio, sed poterunt molestari, secundum Rim. iun. *conf.* 13. *per totum, vol.* 1.

Item adde, quod iudex non potest impetrata indulgentia à Principe, dicere reo fatearis prius delictum, alias nolo, vt indulgentia Principis vti possis, Afflict. *in c.* 1. *§. naturales in* 4. *notab. si de feud. fuer. controu. int. dom. & agnat.* & Gabriel. *comm. opin. lib.* 7. *de malef. concl.* 13. *in fine.*

Item † adde, quod gratia Principis, licet quantum ad validita- 9
tem nō requirat scripturam, tamen quo ad probationem requirit, & per testes probari non potest, Boss. *de remed. ex sel. clem. princip. nu.* 54. Boer. *decisio.* 348. *num.* 5. Corn. *in memorab. in verb. gratiam à Principe*, Natt. *in consil.* 402. *n.* 11. *& in consil.* 420. *n.* 11. reddit rationem, quare gratia requirat scripturam ad probationem, sed qualitas gratiæ possunt probari per testes. Abb. *in cap. auditis in* 2. *notab. de restit. in integr.* & Felyn. *in c.* 2. *colum.* 7. *de probat.* & Soc. *cons.* 287. Rot. *deci.* 131. Bellam. *decis.* 746. sed vide etiam Chassan. *super consuet. Burg. fol.* 257. *n.* 180. & ib. *n.* 185. at-
testatur, quod fuit admissa probatio gratiæ per testes; & dicit † 10
etiam, quod gratia facta ab inferiori potest regulariter probari per testes; vide etiam infra, *verf. quæro nunquid.* sed ad prædicta videndus est Ripa *in rubr. de const. nu.* 51. *cum seq.* vt dicit, quod quando gratia non est contra ius, sed secundum ius, potest probari per testes, & similiter si agatur de probando tenorem gratiæ simul scriptæ, sed casu amissæ: & quod etiam probari potest plus fecisse dictum, quam scriptum.

Item † adde, quod gratia facta mediante pecunia verè dicitur 11
gratia, non obstante pecunia, si gratia præponderet, Soc. *consil.* 4. *colum.* 2. *vol.* 1. Cur. sen. *consil.* 49. *col.* 3.

Item adde, quod gratia Principis capta pecunia reuocari non potest, ex quo transit in contractum irreuocabilem, Bal. *in l. qui se patris, C. vnde liberi, versic. hoc scias* Rom. *sing.* 457. *an index*, Felyn. *in c.* 1. *de probat.* & Brun. *consil. feud.* 12. *col.* 10.

Item † adde, quod gratia facta bannito, licet sigillo non fuerit 12
insignita, tamen sub clypeo litterarum reuersus non debet decapitari; & potest curare, vt sigillum apponatur impunè. Mandos. *in gloss. ad officium cancellariæ in §. vt proprium in gl. sigillum col.* 6. *pag.* 311. vbi dicit, euasisse quendam à pœnā mortis: & in hac materia gratiæ vide omnino D. Odd. *in tract. de rest. in integr. q.* 92. vbi plene.

Item adde, † quod si gratia tantum verbo conceditur, aut fiat, 13
non reuocatur morte concedentis, sed debent litteræ fieri tempore successoris, faciendo mentionem de concessione prędeces-
soris, & est hodie practica † in Curia Romana, vt si Pontifex, qui 14
fecit gratiam, moriatur ante bullas expeditas, successor concedat bullas. & super hoc adest reg. cancellariæ, quæ est octaua in ordine, *incip. Item voluit*, quod concessa per prædecessorem, & ad prædicta vide Chassan. *in consuet. Burg. fol.* 237. *num* 80. *cum seq.* vbi latè. *Baiard.*

b *Et hæc quidem*] Chartar. *de execut. sentent. c.* 3. *nu.* 38. *&* 60. Ros.

Et hæc quidem] adde, quod † sicut Princeps omnes pœnas 15
remittere potest, ita quoq; per contrarium illas augere potest, & maiores inducere, Alciat. *in l. quos nos hostes ff. de verb. sign.* & Socin. iun. *consil.* 68. *n.* 48. *vol* 3. & in his statur Principis voluntati, etiam quod inordinate processerit, seu procedi iusserit ad pœnas capitales, vt latè idem Soc. *in consil.* 92. *vol.* 2. & qui non vult stare eius voluntati contrarium faciat, si potest.

Item adde, quod gratia à Principe concessa pro delicto in suo territorio commisso, non liberat delinquentem à pœna in alio territorio imponenda, Oldr. *consil.* 73. & Boss. *in tit. de foro compet. num.* 85.

Item adde, quod † Plot. *in consil.* 73. *nu.* 4[illegible]. *vsque ad fin.* mul- 16
tum eleganter tenet, quod Imperator, Rex, nec alius Princeps non potest facere gratiam, nec liberationem pœnæ mortis homicidæ, qui animo deliberato occiderit, etiam si vtilitas publica suaderet, & quod pacem & remissionem ab offenso obtinuisset, de quo vide ea, quæ nouissime tradit Farin. *quæst. crim. in q.* 6. *nu.* 15. *cum seq.* vbi latissime de hoc articulo tractauit. *Baiard.*

c *Pœnas remittere*] Farinac. *titul. de inquisit. d. quæst.* 6. *vol.* 1. *num.* 1. Ros.

d *Et dixi, quod potest Princeps*] adde, † quod hoc procedit, 17
etiamsi

etiamsi bannum perfectionem non recepisset, & de illius banniti
adhuc carcerati innocentia constaret, nam adhuc restitui non
poterit, sed opus erit Principem consulere, *l. 1. §. vlt.* & ibi Marsil.
n. 46. ff. de quæst. post Bar. & alios, Ruin. *consil. 21. nu. 2. lib. 4.* procedit
etiam in condemnatione ex causa ciuili, Aret. *cons. 89.* Fal-
18 lit † tamen, quando bannitus plures alios bannitos apprehende-
rit, & eos ad Ciuitatem conduxerit a qua ipse, & alij erant ban-
niti, tunc enim solus Iudex poterit rebannire; tex. *est singularis in
l. non omnes, §. fin. ff. de remit.* quem notat. Roman. *sing. 538. nullus,*
Menoch. *de arbitr. iud. q. 92. nu. 5. cum seq.* & Farin. *q. crim. q. 6. nu.*
19 10. *cum seq.* vbi posuit multas ampliationes, & limitationes, † an
Iudex possit gratiare bannitos. *Baiard.*

e *Barones seruant contrarium*] adde, quod penes istos Regulos, seu feudatarios inoleuit practica, quod quando eorum Potestates relegant aliquem ad tempus, vt est infra *qu. 71. versic. ff.* subijciunt clausulam, Plus, & minus arbitrio præfati D. Feudatarij; nam alias, non reseruata sibi tali facultate, sicut augere, ita nec minuere bannum possent, vt est dictum Bart. quem citat Ias. *in l. centesimus, §. si ita stipulatus, in fin. ff. de verb. oblig.* Aduerte tamen feudatarij Potestas, quod facta condemnatione ad mortem non potest facere gratiam feudatarius tuus, sed superior Princeps, vt hic, alias dici solet; Quod absoluere, & condemnare sunt sub eadem specie iurisd. vt per Dec. *in l. nemo qui condemnare sub nu. 4. ff. de reg. iur.* & quod principe non recognoscentes superiorem possint restituere, & gratiam facere Alcia. *tract. de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 8. in princ.* adde dicta per Dec. *in l. Bona fides, n. 5. cum seq. ff. de reg. iur.* quæ sunt ad materiam præsentis quæstionis. *Drogh.*

20 *Barones seruent contrarium*] adde, quod † Barones habentes merum, & mixtum Imperium, & omnimodam iurisdictionem in causa capitali, post sententiam non poterunt facere gratiam, Iacob. de S. Georg. *in tract. de feud. in gl. cum mero & mixto imperio n. 9.* & an consuetudo tribuat huiusmodi iurisdictionem gratiandi, & an præscribatur, cum sit de regalibus, vide Cassan. *in consuet. Burg. fol. 242. nu. 12. cum seq.*

21 Item adde, quod † in Regno Neap. omnes ferè Barones ha-
bent priuilegia gratiandi, siue componendi delicta vasallorum
22 ante sententiam, quando adest partis remissio, exceptis † Princi-
pibus Bisignani, qui habent potestatem etiam parte nõ concor-
data, & dicta priuilegia interpretantur, vt etiam post sententiam
23 componere, vel indulgere possint, pendente † tamen appellatio-
ne, quamuis appellatio introducta fuisset in magna Curia Vica-
24 riæ, si Barones habent primas, & secundas causas; † ita Franc. *in
dec. 370. vol. 1.* & faciunt tradita per Plac. *in epit. delict. lib. 1. c. 39.
nu. 27. & 28.* Sed aduertendum est, quod Barones non habent
25 cognitionẽ criminis lęsæ Maiestatis, hęresis, & falsæ monetæ, †
in quibus delictis se nullo modo intromittere possunt, cum sint
de reseruatis Principi, etiam quod in priuilegiis reseruata non
fuissent, ad latè tradita per Isern. & Affl. *in tit. quæ sint regalia, de
vsib. feud.* & de crimine sodomiæ, & blasphemiæ Dei, Iesu Chri-
26 sti, & gloriosissimæ Mariæ Virginis componere non possunt, †
per Veg. nouel. prag. Regis Philippi incipien. *con grandissima ragione fol. 437.* licet dicta delicta punire valeant, & quomodo sint
faciendę remissiones, vt compositiones sint validę, Carau. *in ritu 283. & 284. cum aliis duobus sequentibus*: vide etiam quæ posui
in versic. sequenti ibi, quinimo in hoc Ducatu, & de materia
27 compositionum, † & quomodo sint faciendæ, habetur per Ca-
rau. *in d. ritibus.* Ioan. Anton. de Nigr. *c. 221. incip. exercere volentes*, Fab. Monteleo, *in sua praxi super 4. litteris arbitr. in 5. parte
per totam.* Luci. Foller. & Nunc. Tartal. *in comment. super pragm.*
28 *de composit.* vbi latissimè ad saturitatem. Et Barones † in compo-
nentes delictis, si sua abutuntur potestate, aggrauando Vasal-
los priuilegiis, & sua iurisdictione priuari possunt per Regiam
pragm. Caroli Quinti incipien. mandamus sub tit. de Baroni-
bus, & eorum officio, Affl. *in constit. rei vendicatione*, & Ioan.
Ant. de Nigr. *in cap. grauamina, nu. 50.* vbi plene de grauamini-
bus vasallorum tractauit.

29 Item adde, quod † gratia de facto concessa non prodest cri-
minoso, etiam quod impetrans ignorasset potestatem illius, qui
gratiam concessit, & credidisset illum posse dare gratiam, sed
poterit iterum per Principem capi, & detineri, ita tradit Cassan.
in consuet. Burg. fol. 244. versic. sed quia vtebatur de facto.

30 Item † adde quod hæc potestas sibi Principi reseruata in feu-
datarium etiam de regalibus in genere inuestitum, translata nõ
censeretur. Felyn. *in c. quæ in ecclesiarum, col. 12. de constit.* Luc. *de
penn. in l. contra rempubl. C. de re milit. lib. 12.* Afflict. *in tit. quæ
sint regal nu. 68.* & Osasch. *decis. 101. num. 12.* & Bartol. *in l. Acta,*
31 *§. amplianda ff. de re iudic.* vbi dicit, quod Comites, † & Barones
pœnam infamiæ, vel aliam pecuniariam remittere non possunt,
& Boss. *in tit. de remed. ex sol. clem. Princip. nu. 51.* dicit, feudata-
rios non posse subditis suis concedere gratiam, nisi ad bona, &
32 † pœnam, quæ eis applicantur: nec Episcopus † potest remit-
33 tere condemnatos ad carcerem perpetuum, cum hoc spectet ad
supremum principem, secundum Io. Fab. *in l. pœnam, C. de pœn.*
quem refert, & sequitur Cassan. *in consuet. Burgund. fol. 242. n. 11.*
Et an Barones, & feudatarij gratias facere possint, † vide omni- 34
no nouissimè Farin. *quæst. crim. in quæst. 6. n. 2. cum seq.*

Item adde, † quod in statu ecclesiastico legati etiam à latere, 35
Gubernatores, & alii officiales non possunt rebannire, seu re-
mittere capitaliter bannitos, vt *per constit. 8. Pij II. de qua in Bul-
lar. fol. 81.* & licet loquatur de bannitis pro homicidio, fuit ta-
men extensa ad alios pro quocunque capitali crimine bannitos,
per Iul. II. *in constit. 5. fol. 153.* & postmodum dict. constitutiones
per multos alios Pontifices confirmatæ fuerunt, præsertim per
Pium quintum *in constitut. 13. versic. & subsequentur sanctæ me-
mor. fol. 919.* & nedum non possunt facere gratias, seu composi-
tiones cum bannitis pro homicidio animo deliberato, † sed nec 36
etiam cum inquisitis, seu condemnatis de homicidio in rixa, seu
casu fortuito, vel alio quouis modo facto, pro quo pœna ordina-
ria, vel extraordinaria imposita, vel imponenda esset, vt per Piũ
IV. *constitutione 104. fol. 810.* circa vero alia delicta possunt face-
re compositiones, & gratias, vt quotidie faciunt. *Baiard.*

f *In hoc tamen Ducatu*] Et quid de feudatariis, Farin. *sup. numer. 3.* Ros.

g *Ducibus Farnesiis*] Supra *quæst. 57. versic.* Habet etiam, addè aliud speciale fuisse concessum dictis Ducibus, vt videlicet possint vti, & non vti Decretis Mediolani disponentibus super donationibus, vt per Plot. *in l. si quando, §. 12. in fin.* sic olim poterant gratiam concedere, & iura Principium exercere, quondam Illustrissimi Rolandus, & ceteri Marchiones huius Pellauicini status, qui erant absolutè Domini, vt attestatur Bellus *cons. 37.* Octauianus Vulpell. *consilio suo criminali 57. n. 4.* Et est notandum in proposito, quod ex quo Illustrissimi q. Rolandus Pallauicinus Marchio, & eius successores, qui in præsenti Pallauicino statu merum, & mixtum Imperium, atque omnimodam potestatem, & iurisdictionem obtinuerunt, legisque condendæ auctoritatem habuerunt, vt ex allegatis Doctoribus, ac aliis, & patet in epistola posita in principio statutorum dicti Pallauicini status, mediante fœdere venerunt in deditionem quo ad Serenissimorum Ducum Mediolani, vt patet ex relatis per Curt. iun. *cons. 21. maximè à num. 6. cum seqq.* quo ad plenariam potestatem eisdem Ducibus, & eorum successoribus subditi non fuerunt, vt per Alciat. *tract. de præsumpt. reg. 3 præsumpt. 3. numer. 9.* Pyrrhus *ad consuetud. Aurel. tit. de feudis c. 1. ad fi.* Menoch. *de arbitr. iud. lib. 2. cent. 4. casu 316. num. 29.* hoc enim importat statutum *in crim. 26. lib. 2. tit. de crimine læsæ Maiestatis*, faciunt tradita per Alex. *consil. 13. num. 17. vol. 6.* & ideo cum mediantibus talibus fœderibus facti sint socii Parmenses, & Pallauicini, talia fœdera seruari debent, tametsi vterque status nunc gubernetur sub eodem Principe, vt est infra *q. 71. vers. Quæro modo*, & per ea, quæ dixit Crau. *tract. de antiq. temp. par. 4. versic. 1. num. 55. cum seqq.* idem Menoch. latè *dicto tract. de arbit. iud. lib. 1. q. 100. maximè sub num. 19.* Curt. iun. *cons. 114. per totum*, & per Fel. remissiuè *in c. Rodulphus in verb. Comitatus de rescript. text. in l. non dubito, §. liberatorem. ff. de capt. & postlim. versic.* late Contar. *in l. vnic. limit. 3. tit. ratione tutu can. numer. 22. cum seqq. C. si de mom. poss. & c.* Alex. *cons. 140. in fi. vol. 5.* Habetur in diuina Scriptura Machab. *lib. 1. c. 8.* & adornatum dictorum fœderum, quæ omnino seruari debent; audi lector, quid ex Menippo Antiochi legato apud Romanos retulit Liu. *lib. 4. Decad. 3.* in hęc verba; Esse puto tria fœderum genera, quibus inter se paciscerentur amicitias, Ciuitates, Regesque. Vnum cum bello victis dicerentur leges, vbi enim omnia ei qui armis plus posset debita essent, ex his habere victos, quibus mulctari ipsius ius, atque arbitrium esse; Alterum, cum pares bello æquo fœdere in pacem, atque amicitiam venirent, tunc enim repeti, reddique per conuentionem res; & si quarum turbata bello possessio sit, eos aut ex formula iuris antiqui, aut ex partis vtriusq; commodo componi; Tertiũ esse genus, (& hic est casus noster,) cum qui hostes nunquã fuerint ad amicitiam sociali fœdere inter se iungendam coeant, eos neq; dicere, neq; accipere leges, Id enim victoris, & victi esse; ex eo genere, cum Antiochus esset, mirari sese, quod Romani censeãt æquũ ei leges dare: at dum hic dicitur, quod feudatarii non possunt gratiã facere, nisi id expresse concessum sit, vt Serenissimus Farnesiis, adde quod de iure contrarium verum est; nam feudatarij, qui exercent imperiũ, & sic possunt condemnare ad mortem, ẽt attento tali iure possunt absoluere, quia, qui potest vnum, potest & alterum, *l. 3. cum ibi notat. ff. de re iudic.* At quomodo confiscare, & condemnare possit feudatarij, distingue, vt per Menoc. *de arbitr. iudic. lib. 1. quæst. 93. num. 3. supra ad quæst. 31. versic. Item quæro,* contrarium tamen aliquando euenit, vt quis absoluere possit, non autem condemnare, vt per Menoch. *d. tract. de arbitr. iudic. lib. 1. quæst. 43. num. 23. & quæstionem 54. sub num. 4.* Notà ergo, quod ideo feudatarius gratiam facere non potest, quia eius superiori hoc reseruatum est, vt hic, & Menoch. *d. tract. de arbit. iudic. lib. 1. quæst. 92. n. 23.* & magis, atq; magis nota Iudex, vt etiã in his, quæ tibi licita, & arbitraria sunt vigore legum, vel statutorum, semper quæras consensum à tuo Principe, cognitiõ

enim liciti, vel non, semper est reseruata superiori, Plot. *in l.si quando, §.8.sub n.23.ad fin.C.vnde vi*, argumento eorum, quæ dixit Boss.*titul.de Principe sub nu*.87.Drogh.

h *Adde quod*] Far.*d.q.6.nu*.22.Ros.

37 *Adde, quod pro bono pacis*] adde, † videndum Luc. de Pen.
in l.vnica de public. lætitia, vel consul.numer.66. vbi latissimè.
Baiard.

l *Quinimo*] Menoch.*de arbit.iud.nu*.86.Ros.

38 *Quinimo in hoc ducatu non solet*] adde, quod hoc est † etiam
de iure communi, quod Princeps non possit remittere pœnam
parte non concordata, *per l.2.C.de precib.Imper.offerend.*ita dicit
Andr.de Isern.*in tit.de cap.qui cur.vendic.in quæst.de Curia Capuana*, & vide Ruin.*in consil.60.vol.5.*Bal.*in l.venia, C.de in ius
vocan.3. & vlt.notab. & in l.quicunque, C.de seru.fugit.vlt.col.*
39 & quando possit remitti† delictum, etiam inuita parte, & compelli partes ad faciendum pacem, vide Paul.de Castr.*consil.*195.
40 viso processu inquisitionis, & quando possit † Princeps remittere, vide Andr.de Isern.*in tit.quæ sint regalia, §.& bona*, Paul.de
41 Castr.*in consil.*119.& Menoch.*de arbit.iud.q.96.* & ibi † etiam,
quid de Iudice ordinario, & quid de delegato, & Plot.*in consil.
78.nu.*33.vbi latissime in suis, *& in consil.73.n.57.inter consil.crimin.diuers.vol.2.* & Far.*in q.6.num.15.cum multis seq.* in quibus
locis attestatur, quod de generali consuetudine totius Italiæ, &
totius Orbis ita seruatur, quod Principes non solent remittere
pœnas, nisi prius parte concordata, concludendo, quod Prin-
42 ceps † illud facere non possit, alias, quod facit contra conscientiam, & mortaliter peccat, secundum D.Thomam *in 2.secunda
quæst.63.art.4.vers.sed Princeps.* Paris de Put. *de syndic. in verb.
compositio c.7.n.*11.& Gram.*consil.34.nu.1.& voto 35.nu.9.*& hoc
43 † etiam est seruandum in mulcta ex vera contumacia, vt per tex.
in c.veneralibus, §.porrò, versic.secus, de sent.excomm.in 6. vide
etiam Bertaz.*in cons.163.cum addit.* vbi loquitur de parte tangẽte officiali, & quando pœna debetur parti de iure ciuili, vel ex
statuto, vel priuilegio Principis, vel de iure naturali, vel gentium, & quibus casibus Princeps pœnam parti applicatam tollere
possit, & an possit imponere silentium, de qua materia ibi multum late tractatur; & gratia facta homicidę, vel alii delinquenti,
si non præcesserit pax, & remissio partis offensæ, vel hæredum,
non valet, etiam quod esset facta de plenitudine potestatis ab
Imperatore, vel à Rege, nam pars offensa, vel hæres non recipit
honoris sui recompensationem, vbi via iuris non punitur iniurians, vel offendens, sed absque pace Princeps ei gratiam facit,
vt ait Beatus Thom.*artic.4.*& ita Bal.& Comes Bened.de Plotis requisiti à potentissimo Io.Galeatio Duce Mediolani respõderunt, vt habetur *in cons.6.inter cons.crim.diuers.tomo 2.*& alius
Plotus *in consil.73.nu.52.cum sequen.eod.tomo* dicit, quod de iure diuino videtur, quod requiratur pax offensi, vel hęredum, &
quod absque ea, etsi esset Imperator, Rex, aut Dux non possit facere gratiam, ac liberationem pro aliquo delicto, etiam alias
gratiabili, & ibi latissimè hanc quæstionem tractauit. Ex quo, ni
fallor, opinio D.Farinac.*in quæst.5.numer.*12. dicentis gratiam,
siue compositionem sine pace validam esse quo ad fiscum, nullo
modo sustineri potest, si n.dicta distinctio esset vera, vtque Diuus Thomas, & prædicti Doctores illam non ignorassent, & ideo secundum eorum opinionem veram, & sanctam semper est
iudicandum, & ad prædicta faciunt etiam, quæ posui supra *in q.*
44 *2.n.13.* & in † Regno Neapol. non potest deueniri ad aliquam
compositionem, nisi prius parte offensa concordata, *per ritum
275.& pragmat.4.sub tit.de composit.* quæ vult pro forma, vt in
primis, & ante omnia partium remissio præcedat, quæ seruanda
omnino est: alias actus est nullus, nec per æquipollens seruari
posset: & hoc procedit etiam quod ex officio fit processum super
aliquo delicto, & pars non querelauerit, quia tunc etiam requiritur remissio partis ante compositionem, ita tradit Luci Foller.
*in d.pragm.4.de composit.n.*101.hoc quoq; tenuit Carau.*in d.ritu
272.n.20.*& dicta pragm.& aliæ loquentes de compositionibus
habent locum, & procedunt tam in transactionibus, quam in
compositionibus, vt per Luci.Foller. vbi supra *nu.65.* & Carau.
in ritu 276.& per prag.3.de composit. nec potest fieri compositio
saluo iure partis, quando non adest remissio, vt disponebat *ritus*
274.qui fuit correctus *per d.ritum* 265.vbi plene per Carauit.&
45 *in ritu* 272.& ibi *numer.*28. habetur, quod † si delictum fuerit
commissum in persona incognita, ex quo remissio haberi non
possit, quod tunc eo casu poterit obseruare *ritum* 274.idest cõponere inquisitum, & pro interesse partis recipere cautionem
de stando iuri cum parte quandocumque superuenerit; nihilominus consuluit iudicibus, vt talem compositionem non faci-
46 ant absque licentia Proregis, Vlterius, † hodie in dicto regno remissio per procuratorem etiam cum speciali mandato non valeret, quia is, qui habet remittere, debet coram officiali id agere
per nouissimam pragm.7. §. Vna de las causas, in tit.de composit.&
ratio *dicta pragm.*fuit, vt in ea dicitur, ne partes offensę per vim,
vel metum facerent remissiones, & ita habetur per Carau.*in d.
47 ritu 273.& 275.sub num.7.* in quibus ritibus docet, † quomodo in regno hodie fieri debeant remissiones partium, vt compo-
sitiones delictorum sint validæ, & sola remissio † mortientis non 48
sufficit, sed requiritur remissio omnium, quorum interest, id est,
eorum quibus successio defertur, & omnium, qui sunt in eodem gradu, *per pragm.8.de composit.& per rit.*275. & datur for-
ma, † quomodo constare debeat de remissione partis offensæ, 49
de qua prius debet apparere in actis antequam fiat compositio.
Fab.de Monteleo. *in prax.arbitr.par.5.nu.13. fol.*380. vbi latissime de materia compositionum, quem refert, & sequitur Nunci.Tartal.*super pragmat.8.incip.Nelli anni passati, sub tit.de compositionibus*, & per eandem pragmaticam prouisum fuit, quod
officiales non possint facere relationes, quando inquisiti petunt
se admitti ad compositionem; nisi prius constiterit de partium
remissione: & quando compositiones fiunt contra formam cõstitutionem, rituum, & pragmaticarum regni, sunt nullæ, & inualidę, & rei compositi, non obstante compositione, vltimo supplicio sunt condemnandi, Gram.*vot.35.*& ibi latè quæ sint considerauda in compositionibus fiendis, *& in consil.34.* consuluit
contra quendam Panatellum qui obtinuerat gratiam à Prorege
non habita remissione partis, vide etiam Luc. Foller. *in d.pragmat.4.num.95.sub titul.de compositionibus*, vbi dicit compositionem factam prius, parte non concordata, esse nullam, & inuali-
dam. Et ad quos iudices sit recurrendum, quando compositio- 50
nes fiunt nulliter. Carau.*in dicto ritu 273.*& Foller.*in pract.crim.
in verb.audiantur excusatores, numer.117.in 4.fol.* in quo plura
sunt, quam in aliis, & si aditus fuerit iudex, qui fecit compositionem, nullam, ipsemet reuocare poterit, & cognoscere super delicto, & datum pro compositione erit restituendum. Paris.*de syndic.in verb.an si delinquens in fine*, quem sequitur Carau.*in d.ritu 273.in finalibus verbis*, & Foller.vbi supra *num.*118. nam quæ
fiunt contra leges, habenda sunt pro infectis, & ipso iure non
valent. Fab.de Monteleo. *in prax.arbitr.par.5.in verb.facta compositione, num.4.folio 446.* & Vant. *in tractat.de nullit.in titul.de
nullit.ex defectu process.num.*118. Quinimò quando nullitas ex
eisdem actis, & processu resultat, à quocunque iudice etiam inferiori poterit cognosci super negotio principali, dummodo sit
iudex ordinarius, & quod inferior possit cognoscere de nullitate gratiæ superioris, quando opponitur à parte, tenent communiter Doct.*in c.cum venissent, de iud.* & ibi præcipuè Felin.*nu.*1.
& Dec.*num.*5 .& Ferran. Gargia. *in consil.125.nu.17.inter consil.
crimin.diuers.to.1.*& necessario super nullitate non erit pronuntiandum, cum dicatur incidenter deducta, ita latè per eundem
Vant.*in tit.coram quo nullit.propo.poss.nu.*13. Capyc. *decisio.1.nu.
26.*& Paul.de Castr.*in consil.*231.*per totum vol.*1.vbi plus voluit,
quod sententia lata super negotio principali sit valida, non pronunciatio super nullitate, etiam quod expresse petitum fuisset,
licet Iudex non benefaceret. Et in d.Regno Officiales Baronum, qui habent potestatem componendi delicta, siue gratiandi, habent latiores habenas in compositionibus faciendis, quam
officiales Regii, qui non possunt componere siue commutare
delictorum pœnas, pro quibus veniret imponenda pœna mortis, vel membrimulationes inconsulto Prorege Regni, *per pragmat.1.incip.Et ne sperata, delictorum venia, sub tit.de composit.
quæ non habet locum in officialibus Baronum*, vt per Io.Anton.de
Nigr.*in cap.ne peruersorum, nu.8.*& Carauit.*in ritu 272.num.*7.
qui tamen non possunt componere, nisi concordia partis læsæ
præcedente. (quod etiam expresse dicitur in eorum priuilegiis,)
& aliis supradictis requisitis; & licet in hoc maiorem auctoritatem habeant, debent tamen bene aduertere, quid agant in componendis, siue gratiandis delictis, *per Pragmat.mandamus sub titul.de Baronibus, & eorum officio*, qua prouisum est, vt Barones,
& eorum officiales debeant delinquentes debitis pœnis punire,
aut puniendos mandare; & quod eorum priuilegiis nõ abutantur, ne de eorum abusu pro iustitia contra eos prouideatur, &
ita etiam latè tradit Luci.Foller.*in d.pragmat. de composit.num.
95.& seq.* Sed aduertendum est, quod nec ipsi, nec Regij officiales possunt aliquo modo componere crimen sodomiæ, & blasphemiæ *per pragm.2.de sodomia & pragm.5.de aditis per Illustr.
Card.de Cranuella.* At † in statu Ecclesiastico ad prouidendum, 51
ne paces fiant per vim, & metum, inferentes minas pro habenda
pace incurrunt pœnas criminis læsæ Maiestatis, & alias pœnas,
de quibus in Bulla Innocent.VIII.*folio* 128.& Pauli II.*folio* 98.&
licet supradictæ Bullæ sint locales in Vrbe, fuerunt tamen per
Clement.VII.extensæ per totum statum Ecclesiasticum, vt in d.
Bulla.*fol.*287.& postmodum confirmatæ per Pium IV.& V.& alios Pontifices, vt apparet *in d.Bullario nouiter impresso:* Sed *in
d.statu* non curant de tot remissionibus, & concordia partium,
quia vt plurimum, Gubernatores, nulla habita consideratione,
quod mortaliter peccant, solent componere delicta etiam enormia, & gratias facere absque aliqua pace, siue concordia partis
offensæ: & aliquando ponunt clausulam in rescriptis, habita pace, vel humiliter petita, vel seruato exilio, sæpe à Ciuitate tantum, donec pacem habuerint, & hoc quam sit iustum, & honestum, me remitto: Summi Pontifices hoc nempe non faciunt,
quibus

quibus reseruata est gratia homicidij, quam non concedunt, vel
raro, & cum maxima causa, nisi prius pax secuta fuerit, & minor,
quod ad istud maximum inconueniens non prouideatur. Con-
52 trarium, † quod immo Princeps, quo ad interesse publicum, &
ad pœnam corporalem sine pace remittere potest, tenet Thom.
2.2.q.77.num.1. Bar. Ias. & alij *in l. venia, C. de in ius voc.* Boer.
q.65. Boss. *in tit. de remiss. ex sol. clem. Princip.* Plot. *consil.78 num.*
32. Conar. *lib.1. variar. resolut. cap.20. num.8.* tamen pace non
facta ipsi parti, & iuribus suis gratia non nocet, Paul. de Castr.
consil.413. volum.1. Osasch. *decisio.134. num.11.* hoc autem non est
verum, ita simpliciter in qualibet remissione Principis, sed spe-
cialiter in ea, quæ fit pro bono pacis, & sic cum caussa, & ita sunt
intelligendi Doctores supra allegati, vt tradit Far. *in dict. quæst.*
6. sub num.18. cum sequen. vbi multum docte hanc quæstionem
53 examinauit, & † quando reus obtinet gratiam delicti sine pace,
debet exulare a loco delicti ad euitanda scandala. Deuteronom.
54 *c.19.* ibi ad vnam Vrbium confugit; & si † gratia non interina-
retur ob grauitatem delicti, tunc reus restituendus est pristinæ
libertati, ne Principis auctoritate deciperetur, *l.1. C. de his, qui*
veni. ætat. impetr. Boss. *in tit. de remed. ex sola clem. num.42.* Si ve-
ro non veniret interinanda ob defectum verificationis conten-
torum in precibus; vel ob subreptionem, deberet puniri; posset
tamen iterum Principem supplicare, ac obtinere ampliorem
55 gratiam ad remouendum dubium Marc. *quæst.504. in fin.* & †
cognitio approbationis gratiæ ei iudici spectat, in cuius territo-
rio reus deliquit, *l.1. & auth. qui in prouincia, C. vbi de crimin.*
agi oport. nisi à Principe causa commissa fuerit, vbi plene per An-
ton. Solam *in const. Sabaudia in Decr.* Gratian. *gl.1. nu.2. fol.195.*
Item adde, quod iudex non potest componere in atrocissimis
inconsulto Principe, nec debet componere cum illis qui pluries
deliquerunt, Paul. Ghirl. *in tract. de relax. carcer. c.2. & 3.* & in
Regno Neap. fuit prouisum *per c. regni incip. Ne peruerso*, quod
famosi latrones, & alia malefactores grauiorum scelerum non
admittantur ad compositiones, sed hoc male seruatur per Ba-
rones, qui volunt pecunias. *Baiard.*

k *Remissionem à parte*] Infra *q.60. versic. pen. in fine, infr. hac*
eadem quæst. versic. sed quæro. Drogh.

l *Cum quidam Medicus*] Intelligit de Domino Iosepho Palla-
uicino Medico, & hanc materiam, eiusque propter hoc carcera-
tionem, & processus, vide per eundem Medicum satis diffuse
tractatam in Tomo eius litterarum familiarium impresso, & di-
cato fęlici recordationi quondam Illustrissimę, & Excellentissi-
mæ Dominæ Iuliæ Sfortiæ Pallauicinæ, vxori q. Illustrissimi,
& Excellentissimi D. Sfortiæ Pallauicini. *Drogh.*

m *Scias autem*] adde, quod hoc potest facere Princeps cum
bona conscientia, quando non est pars, quæ accuset, & quando
remissio non tendit in graue detrimentum Reipublicæ, quia
alias non potest Princeps remittere cum bona conscientia, ita
S. Thom. *in 2.2. q.69. artic.4.* quem refert, & sequitur Gomes.
de delict. c.13. nu.38.

Adde videnda ea, quæ posui infra *sub n.70.* vbi late de hac
materia. *Baiar.*

n *Secundo, quando Princeps*] adde, quod istud est Decretum
gratiosum, de quo supra *q.58. ver. sed quid si nullus in principio,*
& in §. Homicidium, versic. dicunt etiam in fi. in §. læsæ Maiestatis,
versic. Hinc infertur. ad fin. Drog.

56 o *Quæro nunquid*] adde, † quod hanc materiam restitutionis
gratiosæ excellens D. Oddus *in suo tract. de restit. in integr. q.95.*
96.97.98. & 99. eleganter, & diffuse more suo tractauit, vt nihil
amplius desiderari possit, & ibi decidit omnes casus, qui in hac
materia contingere possunt.

57 Item † adde, quod restitutus ex Principis indulgentia, recupe-
rat ex mente testatoris bona prohibita alienari, vt conseruaren-
tur in familia, quæ propter publicationem peruenerant ad illos
58 de familia, etiam quod Princeps † dicat in gratia, ad bona sine
alterius præiudicio, ita notabiliter tradit Illustriss. & Reueren-
diss. D. Card. Alb. *in consil.3. n.18. & 20.*

59 Item † adde, quod gratia Principis non probatur per testes,
Bal. *in l. humanum ad finem, C. de legibus*, ita etiam Corr. *in me-*
morab. in verb. gratiam, & Boss. *in tit. de remed. ex sol. clem. num.*
54. Et licet non possit probari per testes, tamen gratiæ, vel priui-
legij qualitates poterunt probari, Abb. *in c. auditis in 2. notab. de*
restit. in integr. & Deci. *cons.297.* & tradit Rot. *decisio.131.* Roma-
na curia, & Bellam, *decisio.246.* vide etiam Natt. *consil.402. n.31.*
& 410. n.11. vol.2. Sed ad prædicta, quomodo gratia Principis
probetur, vide omnino Mascar. *de prob. concl.845.* Baiar.

p *Plene restitutus*] adde, & nota, quod ex exemptus à banno †
59 ex mera Principis gratia, & non ex eo, quod soluit pecuniam, in
qua erat condemnatus, intelligitur etiam ad famam restitutus,
vide per Alex. *in consil.12. & 114. libr.2.* vbi Apost. concordantes
allegat. *Giach.*

q *Vt dicit Boss.*] Tu aduerte, quoniam in lib. meo non dicit
communem opin. esse, vt refert auctor hic. *Giach.*

r *Num.1. & seq.*] Rol. à Valle *consil.47. n.10. in 4. vol.* & Far. *d.*
quæst.60. num.31. & seq. Ros.

s *Habere pro appositis*] adde, quod ista interpretatio est de iure
facienda, Boer. *in decis.64. n.5.* & Boss. *in d. titul. de remed. ex sola*
clemen. princ. n.7. † dicit aduertendum esse, quod vbi Princeps 60
non soleret facere gratiam, nisi ratione personę, cessaret diffícul-
tas, quia intelligeretur Princeps secundum vsum suum fecisse,
quia † omnis dispositio capit interpretationem à solito, Innoc. 61
in c. olim. in prin. de ver. signif. Baiar.

t *Potest tamen Princeps, si velit*] adde, quod restitutio facta per 62
Principem de bonis alienatis, trahitur etiam ad bona confiscata
per Baronem, in cuius territorio erant bona confiscata, vt per
Chassa. *in consuet. Burg. rub.1. §.5. n.142. fol.223.* & ibi dicit Cas-
san. quod subsistente causa fieri potest, sed Bos. *in ti. de rem. d. ex*
sol. clem. nu.53. tenet, quod hoc Princeps facere non potest. In
hac materia vide Boer. *q.64. n.5.* Osasc. *decisio.90. nu.14.* Bursat.
cons.54. vbi plures casus distinguit, *vol.4.* Dec. *cons.257. in fin.* &
Neuiz. *cons.68 n.47.* qui consuluit contra Decium. Et an † con- 63
tineantur etiam feudalia, & emphyteutica, Natt. *cons.471.* hic al
legato, formam autem litterarum gratiæ, idest clausularum, vt
bona tertij alienata cōprehendantur, docet † Cagn. remissiue *in* 64
l. ea sola, n.13. ff. de reg. iur. & Paris. *in consil.1. n.38. cum seq. vol.4.*
& si in eis inserantur vberes clausulæ, *de quibus in dec. Rom.64.*
in nouis, acquiritur etiá pristina possessio, sine alia noua appre-
hensione, † vt per Pont. *tract. de spolio lib.3. n.29.* Et circa istam 65
quęstionem, quando gratia trahatur ad bona alienata vide Me-
noch. *de recup. post remed.10. nu.101. cum seq.* vbi plene tractauit,
& ibi *n.113.* restitutio per viam iustitiæ, & non per gratiam di-
citur etiam trahi ad alienata, vide etiam Pereg. *de iure fisci libr.5.*
tit.2. n.43. vbi tenet gratiam non comprehendere alienata, et-
iam Princeps expresse dixerit, quod restitutio trahatur ad bona
in alium translata, quod tamen per eum ibi limitatur, vide om-
nino, & Viui. *commun. opin.78.* & dicit etiam, quod restitutio
Principis trahitur ad bona, quę filiis erât attributa; & ad bona, si
ex forma statuti pro parte hæredibus interfecti, applicarentur:
sed quocunque casu bannitus non recuperaret fructus † à fisco, 66
nec ab alio, nisi causa iustitiæ restitueretur, tunc enim recupera-
ret etiam fructus. Et an gratia delicti trahatur ad bona alienata,
vide nouissime tradita per Farin. *in tract. suo q. crim. in quæst.6. n.*
33. cum sequen. vbi ponit multas ampliationes, & limitationes, &
etiam quando gratia † trahitur ad bona alienata, an fiscus ad re- 67
stitutionem pretii, & de fructus, & ad euictione teneatur: vide
etiam Gomes. *de delict. c.13. sub n.39.* vbi concludit, quod ille, cui
per legem, vel hominis dispositionem bona delinquentis sunt
applicata, non tenetur ea restituere, nec sibi auferuntur, siue sit
apprehensa possessio, siue non.

Item † adde, quod si Princeps donaret bona confiscata, & 68
donatarius ea venderet, & postea Princeps dicta bona condem-
nato restitueret, emptor non potest ad rei euictæ pretium agere
contra venditorem, sed contra fiscum; nam euictio vbi fit facto
Principis; venditor ad restitutionem non tenetur. Puteus *dec.*
381. in causa Bononien. lib.3. vbi tractat de bonis Bentiuolorum,
quæ de anno 1506. Iulio II. fuerunt confiscata, & per Bononien-
se Card. Papien. alienata, & postmodum de anno 1514. per
Leonem X. ipsis Bentiuolis restituta.

Item adde, † quod extinctio vsufructu per confiscationem, si 69
vsufructuarius haberet gratiam, & libertatem recuperaret, non
videtur recuperasse vsumfructum, postquam semel fuit extin-
ctus, vt per Dec. *consil.621.* & Ias. *in l. si is, qui pro emptore, num.*
89. versic. sicut secundum ff. de vsucap. non obstantibus allegatis
per Tiraquell. *in l. boues, §. hoc sermone, in 4. limit. n.1. ff. de verb.*
signif. quia ibi loquitur de vsufructu annuo, sed Borgn. Caualc.
in tractat. de vsufruct. mulieri relicto, num.213. versic. & extincto
vsufructu, tenet, quod vsusfructus semel extinctus, siue sit
annuus, siue sit vnicum legatum, amplius renasci non possit.
Baiard.

u *Et ideo si Princeps*] Farin. *d. q.6. nu.38.* Ros.

x *Quæ tamen nunquam mihi placuit*] adde, quod † idem te- 70
net, Cassan. *in consuet. Burgund. rub.1. §.5. nu.143. fol.225.* vbi di-
cit, quod si gratia contineret bona alienata, duo absurda seque-
rentur, vnum quod fieret per indirectum quod videtur fieri non
posse, per directum, aliud, quod Princeps non administraret iu-
stitiam: & de potestate Principis latissime habetur per Pinell.
in repet. l.2. C. de rescind. vend. in rub. c.2. per totum, & ibi *nu.241.*
egregie impugnat † illam distinctionem, quam multi Doctor. 71
faciunt distinguendo potestatem absolutam Principis ab or-
dinaria. *Baiar.*

y *Quæro etiam*] Farin. *d. q. nu.44.* Ros.

z *Tempore banni deuoluta sit hæreditas*] Hic adde, quod licet
Princeps possit facere gratiam bannito, non tamen bannitus re-
cuperat bona interim durante eius banno alteri quæsita: plura ad
hoc cumulat Alc. *d. tract. de præsum. reg.3. præsum.8. n.4.* Nō enim
Princeps potest auferre ius interim alteri quæsitum, causa non
præcedente, Crau. pro Genero *responso 1. n.73.* Atclat. *in addit. ad*

d.reg.3.præsumpt.11. littera C. Item nec recuperat fructus interim perceptos, Dec.*in l.in condemnatione, §.cum verbum, numero 2.ff.de reg.iur.* Pro bono autem pacis bannitus restitutus bona recuperat,supra *hac eadem quæst.versic. Adde,quod pro bono pacis,* Capyc.*decisio.69.n.22.*supra *q.44.versic.licet autem,*item si restituatur cum dictione, Plenissime,recuperat bona, vt voluit Felin. *in cap.quæ in ecclesiarum coll.3.ad med.extra de constitut.& in cap.super eo coll.1.ad med.de offic.deleg.* item recuperant bona, si rescribatur,non obstante quacunque condemnatione præcedente, quam vult haberi pro non facta, Felin.*in c.quoniam coll. mihi 4.eodem tit.*latè Dec.*consil.251.sub nu.7.* filius tamen bannitus,viuente patre, etiam cum bonorum confiscatione, mortuo patre etiam ab intestato non transmittit talem hæreditatem fisco, vt retuli infra *ad quæst.78.versic.item in fiscum,* est tamen remedium, si quis testando cupiat eius bona tute relinquere bannito, ita vt post gratiam bona recuperet, vt.per Duran.*de art.testan.cautel.10.sub tit.de his, qui non habent fac.testandi, ad fin.* at in materia confiscationis infra *q.87.versic. vlterius quæro ad fi.& versic.an teneatur.*Drog.

71 a *Impetrare gratiam*] Hic aduerte,quod gratiam petens† quia dicitur fateri delictum,nec iudex potest dicere volenti vti gratia impetrata, Fatearis prius delictum,alioquin non vteris illa, vt per Boss.*tit.de remed.ex sola clem.prin.nu.29.*Giach.

Impetrare gratiam] adde † quod hoc procedit tribus concurrentibus, primo quod sit homicidium, vel simile delictum, 72
pro quo gratia obtinetur secundo; quod pro illo sit facta gratia, prout in effectu voluit Syluan.*consil.501.num.11.& 12.* Tertio, quod pœna sit capitalis,prout secunda,pro qua gratia vltimo obtinetur,& ab eodem Principe non diuerso sint gratiæ concessæ, vt per Sylu. *d.consil.50.nu.12.* & per Bursat.*consil.177.nu.13.cum seq.vol.2.* & nouissime per Farin. *var.quæst.in q.6.n.47.cum seq.* vbi dubitat de prædictis tribus limitatibus, siue requisitis, de quibus ego quoque valde dubito per rationem,quam ipse allegat,& quia,vt hic dicit auctor,volens impetrare gratiam,debet exprimere in supplicatione omnia,quę potuissent verisimiliter retrahere animum Principis a concessione gratiæ,si ea sciuisset, & cum mihi bis casus contingeret, consului Principem iuxta consilium Alciati *in c.cum ab homine,n.44.de iudi.*& Couar.*var. resol.lib.2.c.10.n.8.* & nunc reperio,quod Far.idem consuluit in loco supra citato,& gratia quo pacto† probetur subreptitia,latè 73
per Mascar.*de probat.concl.846.*Et etiam tenetur facere mentionem,non solum de delicto,de quo gratiam habuit,sed etiam de delicto,de quo fuisset punitus,alias gratia esset nulla,secundum Bal.*in l.quicunq. C.de ser.fug.& in l.3.de Episc.aud.*gl.Abb.& Io. de Anan.*in c.2.de cler.percuss.*Bart.*in l.sicuti,in fin.ff.de accu.*& Afflict.*in constit.cum vniuersis,nu.8.*

74 Item adde,quod† gratia non vitiatur ex omnibus tacitis,quę mouissent Principem ad non concedendum,sed ex eis tantum, quæ sunt expressa à iure. Ægidius *decis.698.incip.conclusio extra rotam.*& Brun.*consil.feud.11.* & Fel.*in c.postulasti, col.3.vers.declara etiam notabiliter, extra de rescript.* Boss.*in titul.de remed.ex sol. clem.prin.n.34.cum seq.* Rot.*decisio.32.nu.5.de rescript.in nou.*Soc. *consil.120.nu.5.lib.4.*Cass.*decisio.12.n.5.de præben.*Curt.iun.*consil. 27.col.fi.& consil.32.ad fin.*& huiusmodi subreptio ipso iure absque partis oppositione gratiam vitiat, Crau.*consil.68.nu.2.* & Ruin.*consil.21.n.13.lib.3.*& cognitio, quando taciturnitas vitiat gratiam alicuius rei, deprehenditur ex stylo, & concedentis solito, Bursa.*consil.177.n.13.vol.2.*

75 Item adde,quod † si in gratia adesset clausula,quod de subreptione, & obreptione dici non possit, d. clausula intelligitur iuridicè,existentibus narratis in gratia,quoties gratia concessa fuerit ad petitionem partis; secus si motu proprio. Pute.*decisio. 213.lib.2.*

76 Item† adde,quod gratia concessa à Principe in festo Natiuitatis,vel Resurrectionis D.N. Iesu Christi censetur motu proprio concessa,& omne vitium subreptionis censetur sublatum. Bursa.*in consil.177.n.15.vol.2.*

77 Item † adde, quod literæ obreptitiæ dicuntur,quando propter inuolucrum verborum Princeps decipitur, & dicuntur furtiuæ, quia effugiunt plenam, & deliberatam conscientiam Principis,& propterea non valent.Capt.*commun.conclu.reg.43. num.5.& seq.*

De obreptione, & subreptione in casu rescriptorum tradit Tiraq.*de pœn.caus.caus.44.n.38.39.40.& 41.*

78 Item adde,† quod ad saluandam subreptionem non sufficit exprimere factum aliquod generaliter, nisi etiam exprimatur modus,per quem factum fuit,& qualitates, Brun.*consil.feud.12. col.4.*Gramm.*consil.34.n.10.*alias gratia erit nulla, Bertaz.*consil. 104.vol.*[illegible] † generalis locutio non redditur subreptitia,licet 79
in aliqua minima specie inclusa sub genere verificari non possit, Brun.*consil.feud.1.col.fin.*

80 Item † adde, quod in gratiosis omnis subreptio vitiat ipso iure: communis est opin.per Fel. *in c.ad audientiam; nu.22.de rescri.*& Verall.*decisio.49.par.2.*

Item † adde,quod clausulæ, vt petitur,ex certa scientia,motu et proprio,& non obstantibus,quę solent apponi in literis gratiosis,non tollitur subreptionem,quoties gratia est facta ad postulationem partis,vt per addit.ad Bertaz.*cons.478.litt.C,vsq. in fi. vol.2.*& de istis clausulis,& earum effectu vide Gabr.*comm.conc. lib.6.tit.de clausulis conc.1.& 2.* Rim.iun.*consil.5.n.22.vsq. in fin. vol.1.*Et si in gratia † Princeps non dixerit ad postulationem par- 81
tis,sed ipsa postulatio præcedat,si postea sequatur cōcessio cum clausula,etiam motu proprio,illa clausula nihil potest operari, Soc.iun.*cons.77.n.98.vol.1.*& Paris.*cons.79.n.23.vol.4.* Et gratia † etiam non censetur signata motu proprio,quando est signa- 83
ta,fiat vt petitur,etiam quod in corpore dicatur,motu proprio: Verall.*dec.45.par.2.*etiamsi Papa † propria manu scripserit clau- 84
sulam,motu proprio,& asserit se id facere ad partis instantiam, talis clausula nihil loquatur, Ruin.*consil.41.col.5.vol.1.*

Item † adde,quod impetrans tenetur probare omnia narrata 85
per eum esse vera,vt per Fel.& Dec.*in cap.constitutus,de rescript.* Crau.*consil.104.n.3.& 148.num.8.* & Paris.*consil.49.n.30.vol.4.* maximè,quando Princeps habet relationem ad supplicatam,secundum Rip.*lib.2.respons.24.nu.4.* sed ad hanc quæst.an impetrans, vel excipiens obreptionem probare teneatur,& an omnia in rescripto narrata sint probanda,late Mascar.*de prob.conc.1113. vol.3.*Et† quod gratia sit nulla,non expressa qualitate delicti,ob 86
quam Princeps potuisset illam non concedere,vide Bertaz.*cons. 104.*vbi etiam loquitur de saluo cōductu obtento.Erit hac materia rescriptorum obreptionis,& subreptionis vide Menoch.*de arb.iud.casu 201.*vbi multa accumulauit.& ibi *n.25.*dicit, quod arbitrio† iudicis relinquuntur qualitates narrandæ in precibus, 87
ne rescriptum reddatur subreptitium.

Item † adde,quod si aliquis fuerit condemnatus ad pœnam, 88
quam soluit fisco,& impetret remissionem illius pœnæ & non faciat mentionem,quod illa pœna erat soluta fisco,non valet impetratio, tanquam subreptitia, Bal.& Ias.*in l.nec damnosa circa prin.C.de precib.Imper.offeren.& in l.præscriptione in fi.C.si cōtra ius, vel vtil.pub.*& Dec.*in l.liberos, C.de collat.*

Item † adde,si quis fuerit condemnatus,puta in mille libris, 89
& impetrauerit à Principe gratiam,siue remissionē talis pœnæ, & non fecerit mentionem,ex qua causa fuerat condemnatus, non valet talis gratia, Ias.*in d.l.nec damnosa in prin.* Old.*consil. 22.incip.ad quæstionem in fin.*Alex.*consil.44.col.2.vol.1.*

Item † adde,quod gratia siue restitutio condemnati de cri- 90
mine læsę Maiestatis ad hoc valeat,requiritur etiam,vt dicatur motu proprio Principis illa fuit facta, vt per Curt.iun.*in l.1.§.si procurator, in prin.ff.quod quisq. iur.* per text. *in l.1.C de petitio. bon.liber.*quem refert,& sequitur Cagn.*in l.ea sola in fin.ff.de reg. iur.*Baiar.

b *Præsertim vero exprimat*] adde Dec.congrue loquentem *in l.bona fides,n.7.cum seqq.ff.de reg.iur.* Menoch.*de arbit.iud.lib.2. centuria 3.casu 303.cum seq.*Felin.qui refert Barba.*hic, in c.postulasti, coll.4.extr.de rescript.& in c.Pastoralis, §.cum autem ad fin. de officio deleg.* Drog.

Præsertim vero] adde, vt per Boss.*tit.de remed.ex sola clemen. prin.n.35.*vbi etiam non valet secunda gratia secundi homicidij tacita prima,adeo vt is potest impunè occidi,per Alex.*cons.114. lib.1.*& Boss.vbi supra,*n.37.*& multa alia de gratia notatu digna, vide per discursum per Boss.*eod.tit.*Giach.

Præsertim vero] Farin.*d.q.6.n.45.& seq.*Ros.

c *Et quia plerunque*] adde,quod † iudex non potest impetra- 91
ta indulgata a Principe dicere reo,fatearis prius delictum,alias nolo,vt indulgentia Principis vti possis,Afflict.*in cap.1.§.naturales in 4.notab.si de feud.fue.cont.int.dom.& agn.* sed si ex proces- 92
su appareret,homicidium potius animo deliberato factum fuisse,quam aliter,non tamen clare constaret,& impetrans narrasset,se non animo deliberato illud fecisse,posset torqueri ad veritatem inueniendam sine ipsius iniuria,nisi per alias probationes vellet ostendere, quæ narrasset, vera esse, Boss. *in tit.de remed.ex sola clemen.prin.nu.42.* Baiar.

Successiue quæro] Far.*d.quæst.6.nu.57.& 61.*Ros.

Successiue quære nunquid] adde, † quod huiusmodi decreta, 93
siue indultus comprehendunt delicta,quę tempore concessionis nondum erant detecta,secundum Grat.*in consil.137.volum.1.& cons.144.vol.2.*& ideo secundum eum,si aliquis bannitus pro aliquibus certis delictis ceperit,vel occiderit aliquem bannitum, & propterea de suis delictis indultatus fuerit, & demum compertum fuerit, aliud delictum commisisse, de quo non fuerat adhuc inquisitus,non poterit pro tali delicto per Curiam molestari,& † ad hanc quæstionem,an huiusmodi decreta comprehendant delinquentes futuros,vide,quæ posui sup.*ad §.homicidium, versic.plerunq. etiam ibi, item adde, an motu proprio.* 94

Item adde,quod decreta gratiosa nedum non comprehendūt delicta futura, † sed nec per gratiam Princeps potest remittere 95
delictum futurum,*l.si vnus, §.illud, ff.de pact.*& Salyc.post Bart. *in l.rescripta,C.de precibus Imper.offer.* & Cassan.*in consuet.Burg. rub.1.§.5.n.130.fol.221.*& Rol.*consil.3.n.40.vol.2.*

Item

Item adde, quod indultus, seu restitutio finita guerra, quod omnes rebelles sunt restituti in pristinum comprehendit etiam mortuos, Bal. *in conf.* 408. *quidam ciuis, vol.* 1. Sigismundum Lofred. *cons.* 8. quia ista restitutio retrotrahitur, & finguntur restituti præambula hora ante motam guerram, vt ibi per eos. *Baiar.*

e *Sub Spe decreti*] Farin. *d. q.* 6. *n.* 57. Ros.

97 f *Et in hoc proposito*] adde Cassan. † *in Consuet. Burgun. rub.* 1. *§.* 5. *nu.* 130. *fol.* 221. qui refert Guihel. de Bene. *in loco hic citato.* idem tenuisse. *Baiard.*

g *In huiusmodi autem*] adde, atque vide alios casus, qui non comprehenduntur in generali abolitione, de quibus per Carer. *in pract. crim. §. homicidium* 6. *num.* 324. vbi etiam notanter ponit differentiam inter abolitionem, & indulgentiam. Nam abolitio

97 † non extinguit crimen, sed tantum instantiam iudicij, & ideo transacta lætitia infra 30. dies, potest accusator de nouo accusare. Indulgentia vero principis, quam facit ex causa, extinguit crimen ac extenditur ad præmissa, etiam ad falsi crimen, siue generaliter, siue specialiter indulgeat criminibus, nisi sit concessa ad partis petitionem, nam si in petitione non exprimat alia grauiora, ad ea non extenditur, vt per eundem in d. tract. abolitionis. *Giach.*

In huiusmodi autem] Farin. *d. q.* 6. *n.* 54. vbi plura alia delicta reseruat. *Ros.*

In huiusmodi autem generali] adde, quod generalis abolitio, quæ fit à Principe, siue indultus, nil aliud est, nisi quædam indulgentia, quæ potest esse generalis, vel particularis, & a solo Principe conceditur, puta ob diem insignem filij nati, resque prospere gestas, hostesque debellatos, vel ob possessionem Regni, vel status adeptam, *l. abolitio cum l. sequent. ff. ad Turpil.* & late per Luci. Foller. *super pragm.* 4. *de composit. num.* 57. vbi dicit, quod etiam Barones Regni Neapol. faciunt indultum in eorum statu, attestando, ita fecisse D. Fernandum Gonzagam, & D. Cæsarem eius filium in nouo ingressu eorum status, sed hoc est intelligendum, dummodo Barones in suis priuilegiis potestatem habeant componendi, & grattiandi, & quod partium remissione præcedant, & tales indultus aliquando solent concedi ob ingentem bannitorum copiam cum aliqua conditione, puta vt inseruiant Principi in bello, vel in aliquo præsidio ad certum tempus, vel pro pecunia, quod non est laudandum. Et in omnibus fere Ciuitatibus, & Prouinciis adsunt statuta, siue bannimenta, quibus bannitis alios similes bannitos interficientibus gratia conceditur, & quando huiusmodi indultus, siue decreta gratiosa conceduntur, fere semper aliqua delictorum genera excipiuntur, & sæpe delinquentes expresse nominantur, vt factum fuit per Serenissimũ Regem Philippum, quando eius nomine adepta fuit possessio Regni Neap. per cessionem, siue refutationem Regnorum a Carolo V. Romanorum Imperatore Patre Maiestatis suæ factam, qui indultus reperitur *in prag.* 5. *sub tit. de abolitionibus,* & de alio indultu eiusdem maiestatis habetur, *in pragm.* 1. *de edit. Card. de Granuel.* qui conceditur delinquentibus, dummodo inseruiant in Regiis triremibus pro tempore ibi expresso, partium remissione obtenta, vel obtinenda, *& in pragm.* 2. *&* 15. *eo. tit.* alius indultus generalis per eãdem maiestatem elargitus fuit post ortum Serenissimi Ferdinandi filij, nonnullis grauibus delictis, & criminibus exceptis, qui comprehendit etiam vasallos Baronum, præter in pœnis pecuniariis, quæ Baronibus applicantur, & dictæ prag. poterunt seruire pro forma indultuum, qui si fiunt, similiter, multa delicta non comprehendunt, vt infra patebit, & plene habetur per Carrer. *in pract.* §. *circa n.* 374. *cum seq.* Priuatus autem indultus est quando alicui Princeps, vel alius superior indulget. §. *quod Principi ver. plane, instit. de iur. gent. & ciui.* & Carer. *in pract. crim.* §. *circa n.* 375. *fol.* 13*.

h *Crimen falsi*] adde Bal. *in c. tuam, num.* 5. *extr. de ord. cognit.* casus item dotis non comprehenditur sub generali lege, Neguſ. *tract. de pign.* 1. *memb* 8. *par sub num.* 21. item sub generali reuocatione non venit priuilegium concessum ad placitum, Capyc. *decisio.* 116. *nu.* 6. Item lex noua superueniens non comprehendit casus pendentes per appellationem text. *in authent.* vt eum de appellatione cognoscitur in principio, & de tali crimine falsi supra q. 58. *vers. Ab hac tamen, & quæst.* 53. *versic. frequentissime, ibi, de quo ego multoties,* & quod falsum non solum in Decreto, sed nec etiam in statuto de falso loquente cõtineatur, vide Marsil. *rub. de fideiuss num.* 29. *& numer.* 201. vide latius per Menoch. *tract. de arb. iud. lib.* 2. *cent.* 4. *consil.* 302. *num.* 16. *& casu* 506. *num.* 11. Ant. Gabr. *tract. comm. opin. tit. de legibus, & consi. n.* 6. *concl.* 1. Gram. *decis.* 4. *sub n.* 28. & generaliter in tali materia recurre semper ad Fel. *in c. nonnulli extra de rescript.* Drogh.

98 *Crimen falsi*] Item adde. † quod contrarium tenuit Ange. *in consi.* 154. Ioan. Rebuf. *in l. diuus. ff. ad Syllan.* Boer. *decis.* 117. *num.* 23. quod scilicet remissio generalis extendatur ad omnes falsitates criminosos, quo ad vindictam publicam, & non quoad interesse partis, pro quo adhuc retineri debet in carceribus, sed de hoc vide D. Far. *in q.* 10. *n.* 7.

Item † adde, quod non comprehenditur homicidia proditor, Carer. *in pract. crim. fol.* 18. *nu.* 96. & Moder. *in c. quæ in ecclesiarum, extra de constit.* si autem opinio contraria esset verior, non procederet, quando in banno, vel in carceribus non essent alij banniti vel carcerati esset tres, quorum duo essent condemnati pro falsitate, alius vero pro alio crimine; tunc beneficio remissionis gauderent, Nell. *in tract. de ban.* 5. *par.* 2. *temp. q.* 4. Marsil. *in rub. de fals. n.* 13. Caccial. *in l. omnes populi de iust. & iur. nu.* 111. & Montic. *in pract. crim. reg.* 15. *n.* 109. *&* 110. 99

Item † adde, quod non comprehenditur delinquens in crimine læsæ Maiest. Capyc. *decisio.* 150. *n.* 56. Rimin. *cons.* 12. *n.* 7. *vol.* 1. & Gram. *consil.* 40. *n.* 10. 100

Item † adde, quod non comprehenduntur criminosi, qui pluries reiterauerunt delicta, de quibus alias fuerant per Principem liberati, Boer. *in d. decis.* 117. *n.* 22. & ad quæ gratia generalis extendatur, vide omnino Dominum Farin. *in q.* 6. *n.* 51. *cum sequ. & in q.* 10. *n.* 7. *&* 8. habetur an comprehendat casus speciales, & crimen falsi; vide † etiam Decia. *in tract. crim. tom.* 1. *lib.* 3. *c.* 35. vbi de abolitione generali, & † quæ delicta comprehendat, multum diffuse tractauit. 101 102 103

Item adde, quod non comprehenduntur delicta in officio commissa, vt per Parid. *in tractat. de syndic. in ver. an si potestas,* quem sequitur Carrer. *in pract. crimin.* §. *circa num.* 376. *fol. mihi* 136.

Item † adde, quod in Generali abolitione facta à Principe, vel à statuto, non comprehenditur crimen assassinij, vt per Mascar. *in pract. crim. in §. diligenter, & §. examinata.* 104

Item † adde, quod huiusmodi generales delictorum abolitiones, siue indulgentia intelliguntur ad pœnam, non autem quo ad rei captæ persecutionem, Angel. *in l. si docuerit, C. ad leg. Corn. de fals.* quem sequitur Cassan. *super consuet. Burgun. rub.* 1. *n.* 163. *fol.* 130. & dicit Marant. *de ordine iud. par.* 6. *de inquisit. n.* 56. quod si Princeps † facit indultum de omnibus delictis præteritis, quod intelligitur, scilicet, parte offensa concordata, alias non valeret, nisi vellet vti plenitudine potestatis, qua vti, non est pręsumendum, Gram. *consil.* 34. 105 106

i *Sciat etiam quod licet*] adde videndum Caret. *in pract. crim.* §. *homicidium* 6. *n.* 374. vbi † ponit differentiam inter abolitionẽ, & indulgentiam, & dixit, quod quando abolitio generalis fit à Principe, est indulgentia, quæ extinguit delictum, & de hac indulgentia hic loquitur D. Clarus, & non de abolitione legali, quæ non extinguit crimen, sed tamen instantiam iudicij; & ideo transacta lætitia infra triginta dies, potest accusator de nouo accusare, l. si interueniente, ff. ad Turpil. 107

Item adde, † an generalis remissio trahatur ad eos, qui sunt in carceribus, vide Bal. *in cons.* 305. *vol.* 1. *col.* 1. *in fin.* & ad hanc materiam abolitionis generalis vide Plaz. *epit. delict. c.* 38. vbi plene, & Iodoc. *in pract. crim. c.* 146. & omnino Cassan. *in consuet. Burg. fol.* 913. *nu.* 1. *cum sequenti,* vbi late tam de abolitione generali, quam speciali, & Farin. *in d. q.* 6. *nu.* 51. *cum sequent.* & Decian. *in tract. crim. tom.* 1. *lib.* 3. *c.* 35. *num.* 4. *cum sequent.* vbi latissime † de effectibus huius abolitionis, & quæ delicta non comprehendat. *Baiar.* 108 109

k *Beneficio decreti*] Farin. *d. q.* 6. *n.* 59. *&* 61. Ros.

QVÆSTIO LX.

Quæ res in delictis à pœna excusent, vel saltem prosint ad pœnam istam mitigandam.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Quæ in delictis prorsus excusent, vel saltem prosint ad minuendam pœnam.*
2 *Aetas an excuset.*
3 *Infans, pupillus, aut minor an excusentur in delictis. Et an eis concedatur restitutio in integrum, ib.*
4 *Minor delinquentis in minori ætate, an poterit pro eo delicto puniri, postquam factus est minor.*
5 *Senectus an excuset in delictis.*
6 *Furor an excuset in delictis.*
7 *Et quid si post condemnationem effectus sit furiosus.*
8 *Ira in delictis an excuset.*
9 *Amor in delictis an excuset.*
10 *Prodigus an in delictis excusetur.*
11 *Ebrietas in delictis an excuset.*

12 *Dormiens an in delictis excusetur.*
13 *Ignorantia an in delictis excuset.*
14 *Mandatum superioris an in delictis excuset.*
15 *Operarij, & fabri an excusentur de eo, quod operantur de mandato alterius.*
16 *Et quid in atrocibus an mandatum superioris excuset.*
17 *Metus, aut vis an in delictis excuset.*
18 *Prouocatio aduersarij an delinquentem excuset.*
19 *Et an iustus dolor in delictis excuset.*
20 *Excusatio quod delictum clam commissum fuerit, an prosit delinquenti.*
21 *Pœnitentia an in delictis excuset.*
22 *Quelibet causa excusat à pœna.*
23 *Bona vocis, qualitatis, & fama probatio an releuet delinquentem.*
24 *Nobilitatis, vel dignitatis probatio an prosit delinquenti.*
25 *Probatio, quod reus sit egregius miles, & vtilis reip. an prosit.*
26 *Insignis peritia, vel excellentia aliquo artificio an prosit delinquenti.*
27 *Meritorum probatio an prosit delinquenti.*
28 *Delictum sine dolo, vel præter intentionem commissum fuisse, an prosit.*
29 *Pater præsentans filium imputatum de delicto, an illum excuset à pœna mortis.*
30 *Multitudo reorum an excuset delinquentes.*
Vniuersitas an possit excommunicari, ibid.
31 *Quando ignoratur, quis prius manum ad arma posuerit, an omnes sint à pœna prima euaginationis liberandi.*
32 *Antiquitas delicti an prosit delinquenti.*
33 *Vbi proceditur per inquisitionem, non solet delinquens puniri pœna ordinaria.*
34 *Reus delictum sponte confessus an sit mitius puniendus.*
35 *Iudex ratione amicitiæ an possit pœnam remittere.*
36 *Coniunctio sanguinis inter delinquentes, an eos excuset.*

Ex Additionibus.

1 *Pœnæ quando sint augendæ, vel alterandæ, remiss.*
2 *Aetas an excuset in delictis.*
3 *Aetas quomodo probetur.*
4 *Minor in criminalibus censetur maior.*
5 *Minoritas quando præsumatur.*
6 *Aetas quomodo probetur testes.*
7 *Et quomodo per aspectum, remiss.*
Pupillum, & adolescentulum committentes delictum ad puniendum quomodo sit procedendum, remiss.
Minor, qui propter ætatem puniri nequit, nec effectus maior punietur.
8 *Infans ex officio debet absolui.*
9 *Et quid de furioso, remiss.*
Et quid de surdo, & mutuo, remiss. ib.
*9 *Omissio quando habeat annexum factum.*
10 *Pubertati proximus quando quis dicatur, remiss.*
11 *Minor viginti quinque annis an excusetur in delicti.*
12 *Et quid in Regno Neap.*
13 *Maior quando dicatur quis in Regno Neap.*
14 *Quid in statu ecclesiastico.*
15 *Quid in Hispania.*
16 *Minor an comprehendatur in statu pœnali.*
17 *Minore pluries delinquente an debeat augeri pœna.*
18 *Minor asserens se maiorem an sibi præiudicet.*
19 *Minor an restituatur aduersus confessionem, stante statuto quod minor possit stare in iudicio.*
20 *Et quid si confessus fuerit eum consensu curatoris.*
21 *Confessio minoris contra alium valet etiam sine curatore.*
22 *Mulier an restituatur aduersus confessionem delicti.*
23 *Restitutio in criminalibus quando concedenda, remiss.*
24 *Minor in crimine læsæ Maiestatis an restituatur.*
25 *Minor aduersus veram contumaciam non restituitur.*
Et quando dicatur verus contumax, ib.
26 *Mutus quando æquiparetur infanti.*
27 *Senectus in delictis an excuset.*
28 *Senex quis dicatur.*
29 *Delinquens si habet dilucida interualla, quando præsumatur deliquisse.*
Furor in delictis excusat, & quomodo puniatur.
30 *Furor quomodo probetur, remiss.*
31 *Furiosus semel an semper talis præsumatur.*
32 *Furiosus an possit extraordinarie puniri, remiss.*
33 *Furibundus si post delictum fiat sanus an possit puniri.*
34 *Furiosus sponte effectus an excusetur.*
35 *Blasphemans in rixa an teneatur pœna blasphemiæ.*
36 *Iracundia an excuset, & quando.*
Iracundia calore facta, quæ non teneant.
Amore prænimio delinquens mitius punitur.
37 *Amor in delictis an excuset.*
38 *Pœna dantis amatorium poculum.*
39 *Ebrietas an excuset.*
40 *Et quomodo probetur.*
41 *Ebrius, cui fuit sal positus in vino, an excusetur, remiss.*
42 *Ebrietas in Hispania num excuset.*
43 *Dormiens si delinquat, an excusetur, si postea ratum habuerit.*
44 *Ignorantia in delictis an excuset.*
Ignorantia facti excusat, & quæ saltem à pœna graui.
45 *Ignorantia quomodo probetur.*
46 *Ignorans proclama an debeat puniri pœna illius.*
47 *Ignorantia proclamatis quomodo probetur.*
48 *Proclama an liget absentes.*
Ignorantia quando præsumatur, & allegari possint aduersus cridas, & statuta.
49 *Mandatum superioris in delictis an excuset.*
50 *Mandatum quomodo probetur.*
51 *Mandatum iudicis factum in scriptis grauius ligat, quam factum oretenus.*
52 *Mandatum Regis contemnens quomodo puniendus.*
53 *Operarij habent actionem iniuriarum aduersus dominum, qui eos immisit in fundum alienum.*
Operarij, & laboratores quando excusari, & quomodo accusari possint, & quando teneantur, remiss.
54 *Principi aliquid seuerius mandanti, an sit parendum.*
55 *Et quid si secunda iussio interueniat.*
Et an iudex parendo peccet, ib.
56 *Tyranni solent in officiales eligere ignaros, & crudeles ipsorum Tyrannidi obsequentes.*
57 *Metus in delictis quando excuset.*
58 *Coactus à latronibus ad pulsandum hostium alterius, an excusetur.*
59 *Metus quando dicatur iustus.*
Metus ex precibus, & blanditiis Principis in subditos sæuire soliti dicitur iustus.
60 *Metus culposus an excuset.*
61 *Falsum deponens propter metum non excusatur.*
62 *Metus causatur ex strepitu armorum, & rugitu aliorum.*
63 *Metus an præsumatur, & quando.*
64 *Metus an facilius probetur, quam spontanea voluntas.*
65 *Prouocatus an excusetur.*
66 *Prouocans in rixa, etiam quod dicat ad duellum, non incurrit pœnam duellantis.*
67 *procurator quis dicatur.*
68 *Prouocatio legitima quando facta dicatur.*
69 *Prouocatus ex interuallo, faciens occidi mediante pecunia, an excusetur.*
70 *Prouocari an dicatur quis ex his verbis.*
Tuotti da parte, dammi la strada.
71 *Procurator in dubio quis præsumatur.*
72 *Dolor an excuset, & quando.*
73 *Et quid si offensus non dederit causam doloris.*
74 *Clam quid fieri quando dicatur.*
75 *Delictum in Ciuitate maius est, quam factum ruri.*
76 *Item in diebus festiuis.*

77 Cre-

77 *Credulitas an excuset.*
Credulitas etiam fatua excusat à dolo.
78 *Causa iniusta quando excuset.*
79 *Et an à pœna pecuniaria ratione lata culpa.*
80 *Credulitatis causa quomodo probetur.*
81 *Causa quomodo sit probanda.*
82 *Causa etiam leuis excusat in delictis etiam maioribus.*
A falso, ibidem.
A crimine læsæ Maiestatis, ib.
A conuenticula, ibid.
A contumacia, ib.
A periurio, ib.
83 *Et quid si actus iure naturali sit prohibitus.*
84 *Dolus ex quibus præsumatur cessare.*
85 *Causa an excuset à pœna conuentionali.*
*85 *Quilibet causa excusat à dolo, & à pœna.*
86 *Fama bona quid operetur.*
Fama bona in genere tollit malam in genere.
Et bona in specie malam in genere.
Ac operatur vt reus mitius puniatur, & quæ indicia tollat.
Testibus deponentibus super mala fama in specie, an magis credendum sit, quando deponentibus de bona in genere, remiss.
87 *Fama bona in genere an præferatur malæ in specie.*
88 *Delegatus ad se informandum de mala fama, non potest se informare de bona.*
89 *Famæ malæ indicium quomodo tollatur.*
90 *Fama mala quando iungatur cum alia specie probationis*
91 *Fama mala debet probari in specie.*
*91 *Mala fama quando faciat indicium ad torturam.*
92 *Nobilis quis dicatur.*
93 *Forensis non dicitur nobilis.*
94 *Nobilitatis priuilegia, remiss.*
95 *Nobilitas minuit fidem probationum.*
Nobilis an puniatur minori pœna corporali, quam ignobilis, quando lex est vniformis, n.eod.
Pœna quando vniformiter est taxata à lege, vel statuto, an sit facienda personarum, nu.eo.
Consuetudo loci in pœnis infligẽdis est seruanda, n.eo.
Nobilis debet suspendi, si est consuetudo in Ciuitate, quod nobiles suspendantur, n.eod.
Nobilis delinquens in contumelia officij, vel dignitatis, magis punitur quam ignobilis, n.eod.
Ignobilis committẽs homicidium suspenditur, n.eod.
Nobilis casu proditionis, & falsi grauius punitur, num.eod.
96 *Furca quando quis suspendatur, remiss.*
Nobiles in regno Neap. non condemnantur ad triremes, nu.eod.
Nobiles in statu ecclesiastico, & ignobiles indifferenter ad pœnam triremium condemnatur, n.eod.
97 *Nobiles quando sint furca suspendendi.*
98 *Excellentia hominis quomodo sit probanda.*
Excellentia hominis circa quid consideretur.
Excellentia hominis prodest ad impunitatem.
99 *Princeps est consulendus, si populus gratiam petit.*
Pœna non minuitur ob beneficium factum Reipublicæ, si in eam crimen grauissimum committitur, n.eod.
Pœna non minuitur facienti beneficium Reipublicæ, casualiter furtum committendo, n.eod.
Merita delinquentis, vel maiorum, aut proximiorum eius, & beneficia allata in Remp. minuit pœnam.
100 *Pater an mitius puniatur, si offeratur à filio.*
101 *Multitudini est magis monendum, quam minitandum.*
102 *Vniuersitates delinquentes quomodo puniantur.*
103 *Multitudo quando dicatur, & quando excuset.*
104 *Aggressor quis præsumatur.*
105 *Et quid in altercantibus verbis tantum, an sint puniendi, si de prouocante non constet.*

106 *Delictum antiquum quando dicatur.*
107 *Præscriptio temporis non prodest condemnatò.*
108 *Et quando non habeat locum.*
109 *Diuturnitas quando excuset.*
110 *Et an in grauibus delictis.*
111 *Farinac. lapsus.*
Accusatione, vel inquisitione procedere quid differant
112 *Confessio spontanea an prosit.*
Confessus non conuictus mitius est plectendus.
Et confessus sponte quis dicatur.
Amicitia ratione an pœna minuatur.
113 *Dolus in dubio an præsumatur.*
114 *Affinitas an excuset.*
115 *Delicta atrocia inter affines, & consanguineos grauius puniuntur.*
Ignorantia facti dissimulata non excusat, sub n.44.

DIctum *a* est de defensionibus, quę reis competunt, vt ab accusatione, vel inquisitione contra eos formata absoluantur: videamus nunc de iis, quæ ad excusandum delictum, vel *b* ad minuendam pœnam proponuntur, & in primis quidem de ætate. *c* Quæro igitur nunquid *d* ætas in delictis excuset. Respond. Aut reus est infans, & proculdubio excusatur: nam talis ætas quidquid videt, ignorat: & ideo infans non potest pro delicto criminaliter puniri, tex. est *in l. infans, ff. ad leg. Cornel. de sicar.* Et hæc conclusio est frequentiori Doctorum calculo probata, vt dicit Placa *lib. 1. delictorum, cap. 32. num. 1.* Aut *e* est maior infante, sed pupillus: & tunc est distinguendum. Nam aut delictum consistit *f* in committendo, & potest puniri, aut consistit in omittendo, & non punitur. Et hæc fuit distinctio Cyn. quam dicit ab omnibus approbatam Igneus *in l. 1. §. impubes, num. 5. ff. ad Sylla.* Scias tamen, quod impubes, si non est doli capax, nunquam punitur, si vero est doli capax, punitur, vt est text. *in l. pupillum, ff. de regul. iur.* & est omnium recepta sententia, vt dicit Placa *in d. capit. 32. num. 6.* Item scias, quod nunquam punitur, nisi etiam sit proximus pubertatis: nam vtrumque requiritur, & ita dicit August. ad Angel. *de malefic. in verbo Scienter, & dolose, post num. 6.* se Ferrariæ euasisse vnum puerum, qui occiderat super ripa Padi vnum fachinum. *g* Quando autem pupillus dicatur proximus pubertati, dixi supra *lib. 2. §. pupillus.* Et sic vides, quod ad hoc, vt impubes possit pro delicto puniri, tria requiruntur: Primum, quod ipse sit doli capax: Secundum, quod sit proximus pubertati: Tertium, quod deliquerit in committendo.

Sed *h* in omnem casum nunquam debet pupillus pœna capitali affici pro quocunque graui delicto, sed eius pœna debet esse citra mortem, vel membri mutilationem. Et ita pluries vidi seruari, & in specie in quibusdam pueris qui permiserant se ab aliis carnaliter cognosci, qui fuerunt tantum fustigati, non autem flammis combusti. Quinimo (secundum aliquos) in delictis carnis pupillus nullo modo tenetur, ex quo dicit Anton. Gomes. *c. 1. delictorum, num. 60. in fin.* se vidisse quendam minorem 11. annor. qui habuit accessum contra naturam ad vnum canum, *i* & emisit semẽ. Et licet probatum esset delictum, tandem obtinuit, licet cum difficultate, & fuit liberatus. Et hoc ego semper sequerer in iudicando, saltem quo ad pœnam ordinariam. Scias autem, quod hæc defensio proderit pupillo non modo ante sententiam, sed etiam post condemnationem contra eum in contumaciam secutam. Et ideo quidam Io. Dominicus Bonescus condemnatus in contumaciam pro executione prohibita in tribus ictibus funis, vel in 200. aureis, sumptis iussu Senatus informationibus, & comperto, quod tempore, quo fuit condemnatus, erat tantummodo annorum 8. fuit absolutus 19. April. 1564. A. C. *k* Aut vero *k*

est maior 14. annis, sed minor 25. & tunc non accusatur, debet tamen propter ætatis imbecillitatem mitius puniri arbitrio iudicis. Ita colligitur ex tex. *in l. auxilium, §. delictis, ff. de minor.* & est communis opin. vt dicit Grammat. *decis. 23. nu. 12.* vbi etiam ita refert seruatum fuisse per consilium Neapol. Ita etiam tenere Doctores frequentiori calculo attestatur Placa *in d. cap. 32. nu. 11.* Quinimo si delictum fuit commissum sine dolo, posset minor iuuari ope restitutionis in integrum, etiam ad hoc, vt à tota pœna excusaretur. Et ita super hoc articulo distinguunt Doctor. vt dicit Anan. *in c. 1.*
4 *post nu. 8. de delict. puer.* Quando *l* autem minor reperi-
l tur deliquisse per dolum, non restituitur: sed si per culpam, tunc restituitur, & ita communiter dicitur, vt at-
m testatur Anan. *in cap. 2. numer. 8. de apostat.* *m* Proderit etiam minor ætas (secundum aliquos) ad petendam, &
n obtinendam *n* restitutionem in integrum aduersus cõfessionem delicti, factam per ipsum minorem, etiam cum iuramento, quando contra eum non adest alia
o probatio, *o* quam propria confessio secundum Bald. *in l. vnica, num. 60. C. de confessis,* cuius opin. dicit esse communem Ant. Gomes. *c. 1. delictorum, num. 66.* referens se ita vidisse de facto in oppido Talabricæ (vnde se dicit oriundum) in quodam minore, qui fuit captus pro enormi delicto contra naturam præcedentibus indiciis, & sponte confessus fuit delictum: nam petita per eius aduocatum restitutione tandem dicit, habito consilio, & deliberatione, illam fuisse concessam per iudicem, & illum minorem fuisse absolutum. Certe apud nos non obtinuisset ille minor huiusmodi restitutionem, præsertim in tam graui crimine; & ita subdit ipsemet
p Anton. quod & ipse iudicaret *p* contra illam communem opin. & quod consuluit Theologos probatæ vitæ, & conscientiæ, qui fuerunt in eadem opi. contra communem, quam & ego sequerer in iudicando; & ita apud nos semper vidi obseruari. Faciunt quæ dixi supra *q. 55.*
q q *vers. Vlterius etiam.*

Sed nunquid minor delinquens in minori ætate po-
r terit de tali delicto puniri, *r* postquam est effectus maior? Respond. quod quando agitur de delicto, pro quo non poterat puniri durante minori ætate, neque etiam potest puniri, postquam peruenit ad maiorem ætatem; & ita colligi videtur ex gloss. *in l. sciant cuncti, in verbo, Moritur, C. de leg. har.* quam sequuntur Doct. vt dicit Marsi. *in d. l. infans, nu. 13. ff. ad l. Cornel. de Sicar. & in l. de minore in prin. n. 40. ff. de quæst.* de qua tamen gl. ego latius dixi sup. *lib. 2. §. Tutor.*

5 Successiue quæro, nunquid in delictis *s* Senectus ex-
s cuset. Respond. quod non, vt scilicet omnino pœnam euadat, sed bene quo ad hoc, vt mitius puniatur. Ita dicit glo. *in l. fere in omnibus, in gl. vnica, circa princ. ff. de*
t *reg. iur.* *t* & hæc est frequentiori calculo recepta sententia, vt dicit Placa *in d. c. 32. nu. 13. in fin.* quam tamen ego nunquam vidi in practica obseruari, nisi in leuibus delictis. Et ideo Senatus iussit fustigari quendam furem senem appellatum Antonium de Cumis, 4. Ianuarij 1547. tanquam quod ex ætate videretur in furtis inueterasse.

7 Item quæro, nunquid in delictis *u* furor excuset. Re-
u spond. Aut delinquens tempore commissi criminis erat furiosus, & non potest propter illud puniri. text. est *in d. l. infans, ff. ad l. Cornel. de sicar.* & est frequẽtiori Doctorum calculo approbata sententia, vt dicit Placa *libr. 1. delict. cap. 29. num. 1.* Ignorat enim furiosus quidquid
x facit, prætereaque satis furore suo punitur: & *x* ita seruauit Senatus in Philippo Nicola, qui proprium filium, quem vnicum habebat, interfecit: iussit enim illum absolui, 9. Iul. 1543. Sic etiam quædam Iac. ferraria, quæ puellam quandam trimam baculo interfecerat, comperto quod laborabat atrabile, & quod alias vti mente capta custodita fuerat in hospitali S. Vincentij, fuit absoluta, & ad ipsum hospitale iterum transmissa, 24. Februar. 1454. A. C. Contrarium *y* tamen refert *y*
Igneus *in l. 3. §. ignoscitur, num. 82. ff. ad Sylle.* iudicatum fuisse Parisiis in quodam mente capto, qui in aula regalis Palatij quendam Vngarum interfecerat, qui biduo ante illum alapa percusserat, & fuit ad mortem condemnatus: quod ego non laudo. Refert etiam Anton. Gomes. *cap. 1. delictor. num. 72.* quod Serenissima Regina Castellæ fecit puniri quendam furiosum, qui intulit vulnus Serenissimo Regi Ferdinando eius marito, quod quidem propter regalis personæ excellentiam potuit iustum videri. Aut vero tempore delicti erat sanæ mentis, *z* & postea effectus est furiosus, *z*
& neque etiam hoc casu potest puniri de iis, quæ ante furorem perpetrauit. Ita tenet Bald. *in l. furiosum, circa fin. C. qui testam. facere poss.* & est communis opin. vt attestatur Iaso. *in d. l. furiosum, num. 8. & in l. ex facto, post numer. 30. ff. de vulg. & in l. si seruum, num. 7. ff. si ex noxali causa agat.* quem refert Gomes. Arias *super l. 45. Tauri, num. 2.* Rip. *in d. l. ex facto, num. 73. & in l. fin. num. 229. C. de reuoca. donat.* quem refert Viuius *in libro communium opin. in verbo, Furiosus occidens*, Gomes. *in §. item si quis in fraudem, post numerum 6. Institut. de actio.* Marsil. *in l. 1. nu. 58. ff. ad l. Cornel. de sicar.* Igneus *in d. l. 3. §. ignoscitur, post numerum 74.* Didacus *in repet. clem. si furiosus fol. 316. num. 2.* Pract. Carrer. *fol. 36. num. 14.* Cagnol. *in l. in negotijs, numer. 3. ff. de regul. iur.* Menchiaca *controuers. illustr. cap. 96. num. 31.* Duennas *regula 259.* Apostil. ad Dec. *in d. l. in negotijs, sub num. 3.* Placa *in d. cap. 29. num. 1. & numer. 7.* Apostil. ad Roman. *in dict. l. furiosum, in fin.* & ita se in facti contingentia iudicasse attestatur Gulielm. de Benedict. *in 2. parte cap. Raynutius, fol. 45. numer. 25. in fin.* & ita seruatum fuit in quodam fure Andrea de Aurificibus qui postquam fuerat ex causa detentus, videbatur insanire. Rescripsit enim Senatus prætori Leuci, vt diligenter animaduerteret, ne insania esset procurata, quod si esset vera, illum dimitteret, 21 Nouembr. 1556. P. N. Hoc tamen intellige, vt procedat, quantum ad hoc, vt puniri possit pœna ordinaria, sed bene debet puniri pœna extraordinaria arbitrio iudicis secundum
a Bald. *in loco præallegato*, vbi dicit, quod patitur an- *a*
notationem bonorum: cuius opin. per Doctor. communiter comprobatur, vt ait Nouell. *in tractat. ad defensam, fol. 29. num. 40.* subdens, ita pluries fuisse iudicatum: Et reperio, quod quidam Anton. Maria Sarzarius, qui in testimonio in causa criminali perhibito variauerat, fuit iussus fustigari, non obstante allegata insania. Mihi quidem placet *b* opin. Bald. quod ad hoc, *b*
vt talis furiosus non puniatur pœna mortis, sed non placet, quod non puniatur pœna alia extraordinaria, neque pecuniaria: neque corporali, nisi furor superuenisset iam perfecto processu suarum defensionum: alias autem diceretur indefensus condemnari, ex quo semper furiosus pro absente habetur. Et licet ex statutis Italiæ possit absens condemnari etiam ad mortem vt supra sæpius dixi illud est, quia absens à statuto habetur non modo pro præsente, sed durante contumacia *c* habetur etiam pro confitente, & conuicto: *c*
quod non potest cadere *d* in furiosum, qui cum sit ex- *d*
tra mentum, non potest dici neque confessus, neque conuictus, etiamsi esset præsens. Faciunt quæ dixi supra *libro 3. §. Testamentum, quæstio. 41. versicul. sed pone.*

Sed *e* quæro, quid si iste delinquens perseuerauerit *8*
sanæ mentis vsque ad sententiam inclusiue, & deinde *e*
post condemnationem *f* effectus sit furiosus, nunquid *f*
poterit contra eum fieri executio ipsius condemnationis? Respond. quod non: & est communis opin. vt dici Men-

ci Menchiaca *controuers.illustr.cap.9.post.numer.9.* Plac. *in d.cap.19.numer.7.* quæ mihi etiam placet, quo ad hoc, ut ei pœna corporalis non sit infligenda, sed quo ad condemnationem bonorum, crederem propter furorem superuenientem non deberet impediri eius executionem.

9 Est g etiam ita breuis furor: quæro igitur, nunquid
g in delictis excuset. Respond. Aliqui simpliciter dicunt, quod factum per calorem iracundiæ non est punibile, & ait Iason *in l.si duo patroni,§.si quis iurauerit,il primo, post numero* 1. *ff. de iniur.* quod ita solet communiter dici, vel saltem (secundum omnes) mitius puniri debet.
h h Et potest poni exemplum in eo, qui calore iracundiæ blasphemauit: est enim mitius puniendus secundum Abba. Antiquum *in cap.2.de maled.* quem Doctores sequuntur, ut dicit Grammat. *super constit.regni.fol.*
i 113.*num.*5. i Tu vero dic, quod aut ira prouenit k ex iu-
k sta causa: & tunc non excusatur in totum, sed ut delinquens mitius puniatur, ut in viro occidente uxorem repertam in adulterio, dixi supra *hoc eodem libr.§. homicidium,versic.sed quid dicendum*: Aut vero non prouenit ex iusta causa: & tunc in nihilo excusat: Et hæc est communis opin. ut attestatur Menchiaca *controuer. illustr. cap.*18. *numero* 29. Reperio tamen quandoque eos, qui etiam sine iusta caussa calore iracundiæ in verbis excesserant, puta, contumelias alicui inferendo, fuisse mitius punitos. Et refert Afflict. *super* 3.*parte constitut.regni, rubr.*54.*numero* 5. quod per curiam Neapol. fuit absolutus quidam rusticus, qui faciendo computa cum domino iratus dixit, quod Deus non potuisset facere, quod esset debitor tot operarum. Vide, quæ dixi supra *hoc eo.lib.3.Iniuriæ,vers.quæro quid.*

l Est l & amor furoris species, teste Platone in Phædro: qua ratione mitius puniendus videtur, qui propter amorem delinquerit: & dicit Chass. *super consuetu. Burgund. fol.*59. *numero* 13. quod in facti contingentia vidit, quodammodo excusari propter amorem quandam mulierem, quæ receptauerat res furatas ab amasio suo.

m Fuit m etiam in facti contingentia absolutus quidam,
n qui fecerat sortilegia n propter amorem: de quo dixi supra *hoc eodem libro §. Hæresis, vers. Successiue quæro.* Et secundum hanc conclusionem fuit iudicatum per Senatum in casu cuiusdam Baptistæ Gazini, qui libellum famosum publicauerat contra quandam puellam, cuius amore captus erat: fuit enim absolutus 3.Februar. 1554. tanquam quod ex nimia amoris vehementia non esset mentis suæ compos. Bene verum est, quod habebat remissionem à parte offensa: alias forte hæc excusatio illi non profuisset. Certè non profuit illis nobili-
o bus Neapolitanis, qui posuerunt scalas o ad domum amasiarum suarum, qui iussu Viceregis fuerunt decapitati, ut per Gram. *decis.*36. de quo dixi infra *q.68.vers. ascendens cum scalis.*

10 Vlterius p quæro, an sicut furiosus, ita etiam prodi-
p gus in delictis excusentur. Respond. quod non, sed punitur sicut quilibet alius. Ita tenet Bart. *in l.is cui bonis,num.6.ff.de verborum obligatione*, & est commun.opi. ut attestatur Cagnol. *in d.l.furiosi,num.13.ff.de regul.iur.* Placa *in d.cap.19.post nu.1.vers.quibus sic perpensis.* Licet enim prodigus in administratione bonorum non reputetur integri sensus, & ideo contrahendo non obligetur in cæteris; tamen utique habetur pro homine sanæ mentis: merito delinquendo proculdubio obligatur. Et est communis opin. ut dicuntur scribentes *in d.l.is cui bonis*, & in specie Iason. *num.*17. & Ripa, *num.* 53. quidquid dixerit gloss. *in l.si quis in tantam,in glos.magna.vers.6.de furioso, C.unde vi*, quæ ab omnibus Doct. reprobatur, ut dicit Angel. *in d.l.is cui bonis,nu.7.& in l. Fulcinius,§.adeo autem, num.3. ff.ex quibus causis in poss. eatur*, quem refert August. ad Angel. *de malefic.in verbo, Scienter,& dolose,post num.*16. & Butigel. *in d.l.is,cui bonis, num.*34. Et ideo tenendum est, quod prodigus delinquens punitur tam pœna pecuniaria, quam corporali: & aliter dicere esset ridiculum, quod scilicet excusaretur à pecuniaria, quæ est minor, & puniretur corporali, quæ est maior. Hæc tamen omnia intellige, ut procedant in delictis, quæ fiunt committendo: nam in iis, q quæ fiunt omittendo, omnes fere consentiunt, q quod prodigus excusetur

Præterea r quæro, nunquid committens delictum 11
tempore quo s est ebrius, debeat excusari prætextu e- r
brietatis. Respond. quod excusatur à dolo, sed non à s
culpa: & ideo puniendus est non pœna ordinaria delicti, sed extraordinaria. Et ita tenent communi consensu Doctor. ut ait Placa *lib.1. delictorum, cap.*30. *num.*1. Hanc etiam opinio. communem appellat Menchiaca *controuers.illust.cap.96.post num.*31. Cæterum si sine culpa fuisset factus ebrius, puta, quia socij, ipso nesciο, sal in vinum coniecissent, tunc crederem ipsum esse à culpa, & à dolo prorsus excusandum. Vidi ego plerosque imputatos pro varijs delictis non potuisse prætextu ebrietatis impunitos euadere: & in specie Christophorus de Primis pro blasphemia fuit affectus uno ictu funis publice, 5.Septembris 1556. P. N. & Ludouicus de Papia duobus, 12.August. 1557. P. N. & alij plerique. Semper tamen ille, qui ebrietatis calore blasphemauit, mitius est puniendus secundum Abbat. Antiquum *in cap.2.de mald.* quem sequuntur communiter Doctores, teste Grammat. *super const.Regni,fol.113.n.6.*

Quæro etiam, Pone, quod aliquis t dormiendo de- 12
linquat, puta, hominem interficiat, vel huiusmodi, t
nunquid erit excusandus? Respond. quod sic non enim erat tempore delicti compos mentis; ideo de eo tanquam de furioso videtur iudicandum. Hoc tamen intellige, ut procedat, quando alias ei dormienti talia euenire non solent: sed si aliquando id ei contingere soleret, ut scilicet à lecto surgeret, & ensem euaginaret, vel similia faceret, ut de multis audiui, tunc si ipse non præcauisset claudendo ostium, diceretur esse in culpa: & ideo deberet pœna extraordinaria puniri. Ita tenet Bartol. *in l.pen.ff.ad legem Pomp. de parricid.* & est comm.opin. ut ait Didac. *in repet.cle.si furiosus,fol.319.n.6.* Placa, *lib.1.delictorum.c.31.n.3.*

Quæro, u nunquid ignorantia in delictis excuset. 13
Respond. Aliqui simpliciter dicunt, quod qualibet u
ignorantia etiam iuris excusat à dolo: & hanc dicit esse commun.regulam Cæpoll. *cons. ciuili* 18.*num.*5. Alij dicunt, quod quando ignorantia constitutionis, vel decreti est absque culpa, tunc proculdubio excusat reum ad omnem pœnam euitandam. Et hanc dicit esse commun.opin. Gratus *cons.49.nu.35.lib.2.* quem refert Plotus *in repetit.l.si quando,numer.*858. Tu vero dic, quod quando delictum, quod punitur ab ipsa constitutione, vel decreto, est etiam prohibitum de iure communi, eo casu ignorantia constitutionis, vel statuti non excusat. Vide, quæ dixi infra *quæst.85.vers.secundus est casus.* Scias etiam, quod in iudice, qui tenetur leges scire, ignorantia iuris ciuilis, vel canonici, vel positiui, licet illum x excuset à tanto, nunquam tamen excusat x à toto. Et ita communiter dicitur, ut ait Paris Put. *de synd.fol.300.n.1.* Vide in hoc proposito ea, quæ dixi sup. *quæst.31.vers.scienter & dolose.*

Solet dubitari, y nunquid mandatum superioris in 14
delictis excuset. Tu dic, quod regulariter excusat mo- y
do illud, quod quis facit ex mandato alterius, non sit de genere prohibitorum, & sic de sui natura possit fieri citra delictum. 15

Et ideo z operarij, & Fabri excusantur de eo, quod z

Et an delicta commissa in officio, nu. eod.
104 Et an crimen assassinij.
105 Et an extendatur quo ad restitutionem rei ablatæ.
106 Indultus de omnibus delictis præteritis, intelligitur parte concordata.
107 Abolitio, & indulgentia quomodo differant, remissiue.
108 Remissio generalis an extendatur ad carceratos.
109 Abolitionis effectus, remissiue.

1 a Alia, a est defensio, cum reus proponit delictum sibi à principe remissum fuisse. Sciendum est enim quod potest supremus princeps pœnas delictorum delinquentib. remittere, & indulgere, ut dicit glos. *in l. 2. in verbo, Concedi, C. de in ius vocando*, quę est communiter ab omnibus approbata, ut dicit Paris. *cons. 1. n. 1. li. 4.*

2 b Et b hæc quidem conclusio generaliter intelligenda est, ut scilicet possit princeps omnes c pœnas remittere c tam corporales, quam pecuniarias, etiam per sententiam, & condemnationem inflictas, etiam si talis sententia in rem iudicatam transiuerit: & ita firmant omnes indifferenter, ut dicit Paris. *in d. cons. 1. nu. 59.*

d Et d dixi, quod potest princeps, quia ad ipsum solum spectat gratias facere delictorum, licet de facto, vel de e consuetudine e barones seruent contrarium, ut dicit Iacob. de Beluis. *in practic. crim. in tit. de sent. crim. num. 10. in fin.* Bald. *in l. seruos, C. ad leg. Iul. de vi pub.* quem ref fert Bossius *in tit. de remed. ex sola clem. num. 11.* f In hoc tamen Ducatu Barones vel feudatarij non possunt gratias delictorum concedere, nisi id eis specialiter concessum fuerit in eorum inuestitura, prout in aliquibus criminibus exceptis concessum fuit g Ducibus Farnesiis, quando fuit eis infeudata ciuitas Nouariæ per Carolum V. Cæs.

3 h Adde, h quod pro bono pacis potest etiam Princeps remittere iniurias, & damna singularium personarum: nec eorum consensus requiritur: & est conclusio communis, à qua nullus discrepat, ut dicit Dec. *consil. 510. num. 5.* quem refert Pet. Bellus *de re milit. folio 130. num. 10.* Menchiaca *controuers. illust. cap. 4. n. 11.* Quod intellige, ut procedat, si id specialiter, & expressè di-
4 ctum sit. Ceterum in dubio non censetur Princeps velle iuri priuatorum præiudicare, prout in facti contin-
i gentia consuluit Ruin. *consilio 60. lib. 1.* i Quinimo in hoc Ducatu non solet concedi gratia, nisi iis, qui ha-
k bent k remissionem à parte offensa secundum communem obseruantiam, & consuetudinem huius prouinciæ, ut etiam attestatur Boss. *in titul. de pace, in primis verbis, & in titul. de remed. ex sola clem. n. 14.* vbi subdit, hoc locum habere non modo in offensionibus factis in personam, ut est homicidium, vulnus, & similia, sed etiam in offensionibus factis in rebus, ut est furtum, robaria, & huiusmodi. Et quod hæc practica semper fuit obseruata in hoc Ducatu: neque admitteretur per Senatum talis gratia, dato quod princeps in ipsa expressè reseruaret ius ipsius partis offensæ prout etiam seruari in reg. Neap. attestatur Gram. *super const. Regni, fol. 153. de concordia partis, post n. 2.* vbi dicit fuisse per cōs. Neap. reuocatam quandam compositionem factam per quendam D. Moysem parte non concordata: & quod non fuit mirum, quod ille D. Moyses in hoc errauerit, quia (vt ipse dicit) erat senex centum annorum. Reperio tamen, quod hæc regula quandoq; etiam fuit alterata, nam semel fuit approbata per senatum gratia concessa Capit. Nicolao Sicio pro quatuor homicidiis non habita remissione partis, & postea de anno 1556. 4. Februar. fuit etiam approbata gratia alterius Ioan. Antonij Louatelli, qui in eisdem homicidiis interuenerat, nulla pariter habita partis remissione. Verum est, quod tales gratiæ fuerant concessæ ab ipsomet Imperatore ex certa scientia, & forte aderat etiam secunda iussio, & homicidia (ni fallor) fuerant patrata in exteros. Reperio etiam, quod l cum quidam medicus fu- l isset priuatus dignitate doctoratus, & præterea iussus exulare à Ducatu arbitrio Principis, eo quia fuisset oblocutus de Barone Sysnech, fuit deinde receptus in gratiam ipso barone mortuo absque remissione ipsius, neq; hæredum & gratia per senatum approbata, 18. Octobr. 1558. P. N. Et potuit forte Princeps, & senatus facilius ad id moueri, ex eo, quod ipsius hæredes in partibus valde remotis habitarent, & delictum non esset atrox: Ceterum ego semper vidi seruari pro lege, quod gratiæ concessæ sine partis remissione non approbantur per Senatum, prout etiam seruari in Regno Neapolitano attestatur Grammat. *voto 35. nu. 8. in fin.* subdens, quod Princeps aliter faciens mortaliter peccaret; & refert ibi fuisse vltimo supplicio affectum quendam, qui se composuerat pro quibusdam homicidiis, pro quibus non habebat partium remissiones. Et contra eum, qui obtinuerat gratiam non habita remissione partis, consuluit idem Grammat. *consil. crimin. 34.* Reperio autem, quod Senatus aliquando eos, qui se constituerant pro approbatione litterarum gratiæ, & exhibebant remissiones minus legitimas, fecit è carceribus dimitti, vt seruatum fuit in quodam Christophoro Pilono 17. Maij 1542. P. N. Aliquando etiam vidi de eis sumi vltimum supplicium, prout factum fuit de Antonio Lossa 3. Ianuarij 1558. A. C. Sed in casu Lossæ fuerat etiam probatum, quod pax fuerat ab hæredibus occisi extorta per vim, & metum, & erat etiam malæ vocis, & famæ.

Sunt tamen aliqui casus, in quibus non requiritur remissio partis, quos declarauit Senatus tempore, quo ego iussu illustrissimi Ducis Suæssæ tunc Regij locumtenentis in hoc Ducatu compilaui decretum gratiosum, conditum ob pacem initam inter Serenissimum Regem nostrum, & Christianissimum Regem Francorum, qui sunt hi, qui sequuntur: Simplex insultus, de quo etiam extant litteræ vltimo Maij 1559. P. N. in causa Antonij Mariæ Mirabili; prima euaginatio, & prouocatio, & delatio armorum prohibitorum, nisi vulnus interuenerit, aut percussio animo deliberato illata: & de his etiam extant litteræ 30. Martij 1545. P. N. Et hoc dato etiam, quod cum prima euaginatione interuenisset ictus, modo non esset securum vulnus. Et ita declarauit Senatus in causa Baptistæ Negroli, 1. Decemb. 1554. A. C. Sed hæc omnia intellige vt procedant, quando non interuenit animus deliberatus: nam vbicunque animus deliberatus interuenit, semper est necessaria partis remissio, licet nihil mali secutum fuerit. Et ita rescripsit Senatus prætori Domus Ossulæ 19. Iulij 1559. P. N. Subdens, quod illi, qui mandant homicidia patrari, quamuis patrata non fuerint, & ini, qui sclopum cum animi deliberatione deposuerant, licet non vulnerassent, non erunt sine partis remissione ad gratiam generalem admittendi. Et hoc omnia nota, quia quotidie contingunt in practica. Si tamen quis dederit alapam alicui, requiritur remissio. Et ita declarauit Senatus in casu Nicolai Gallerati 17. Nouemb. 1554.

Scias m autem, quod huiusmodi gratiæ solent à m principibus duobus modis concedi: Primo quidem, quando Princeps alicui facit pro delicto specialem remissionem siue indulgentiam delicti, & hæ apud nos appellantur litteræ gratiæ: n Secundo quando Prin- n ceps ex aliqua causa, puta, pacis initæ, aut ducendæ vxoris, aut natiuitate primogeniti, aut in ingressum possessionis alicuius regni, vel prouinciæ facit gratiam generalem. Et hoc apud nos appellatur decretum gratiosum.

Quæro, o nunquid si Princeps dicat alicui, Facio o 5

p tibi gratiam pro delicto, dicatur ille p plene restitutus. Respon. quod sic, & consequenter recuperat etiam bona, secundum Bart. *in l.fin num.11.C. de sentent.pass.* & q est communis opi. q vt dicit Bossius *in tit. de remed. ex so* r *la clem. princ.* r *nu.1. & seq.* Et quod restitutio comprehendat etiam bona, quæ nondum sunt in alium translata, dicit esse communem omnium sententiam Bellus *de re milit. fol.123. num.21.* & ideo in hoc Ducatu Princeps quando facit gratiam, solet addere quo ad pœnam corporalem tantum. Crederem tamen, quod ex quo in hoc Ducatu non solet Princeps facere gratias quo ad bona, sed tantum quo ad personam, dici posset, quod etiam hæc verba, si opposita non fuissent, de- s berent censeri omissa per errorem, s & haberi pro appositis, nisi in contrarium appareret de mente Principis. Et ita superioribus diebus in facti contingentia conclusum fuit in hoc Magistratu.

6 Item quæro, nunquid restitutio, seu gratia in eo casu, in quo comprehendit etiam bona, trahatur non modo ad bona existentia penes fiscum, sed etiam ad bona iam per ipsum fiscum alteri donata, seu vendita. Respondeo, quod regulariter non veniunt bona alienata: & est communis opin. vt attestatur Felin. *in c. inter quatuor, numer.4. de maior. & obed,* quem refert Viuius *in lib. communium opin. in verbo, Bannitus, seu deportatus,* Nellus *de bannitis in 1. par. tertij temporis, quæstione 5.* Iason *in l. Gallus, §. quid si tantum, num.70. & sequen.* quem refert Plot. *in repetit. l. si quando, numer.9. in fin.* Boss. *in tit. de remed. ex sola clemen. princ. post n.11.* Et secundum hanc opin. in facti contingentia consuluit Christoph. de Castel. *cons.8.* & Natt. *cons.471.* vbi *nu.1.* dicit, quod omnes illam sequuntur. In dubio enim non est præsumendum, quod velit Princeps tollere ius t tertij, nisi id expressè disposuerit: t potest tamen Princeps (si velit) ex causa restituere bannitum, etiam ad bona in alios alienata. Et hæc est communis opi. vt at- u testatur Rubeus *consil.154. numer.6.* u Et ideo si Princeps diceret, quod bannitus plenissime restitueretur, ita quod de banno nihil opponi posset, forte talis restitutio traheretur etiam ad bona alienata, secundum opi. quam dicit esse communem Viuius *in loco prealle-* x *gato.* x quæ tamen mihi nunquam placuit, & apud nos vix posset obtineri, nisi in specie verba restitutionis comprehenderent etiam bona penes tertium existentia. Bene posset ita restitutus (secundum aliquos) recuperare à fisco pretium ipsorum bonorum venditorum, & sic quatenus fiscus factus esset locupletior. Et hanc opin. tenuit Bart. quem Doctores communiter sequuntur, vt attestatur Nellus *in dicta 1. parte tertij temporis, quæstione 6.* licet subdat, quod apud eos non seruatur, prout neque etiam seruatur apud nos.

7 Quæro y etiam, nunquid restitutus in casibus, in y quibus recuperat bona, recuperet etiam fructus. Respond. quod non recuperat neque fructus perceptos ex bonis iam alienatis, neque perceptos ex non alienatis: & est communis opin. vt attestatur Boss. *in tit. de restit. quæ fiunt à princ. &c. num.17. in d. tit. de remed. ex sola clementia, post n.11.* & Viuius *in loco præallegato.*

8 Sed quæro, pone, z quod tempore banni deuoluta z sit hæreditas bannito quæ eo reperto incapace, delata fuerit alteri proximiori gradu iuxta iuris dispositionem: nunquid si bannitus fuerit restitutus, recuperabit illam hæreditatem alteri delatam, & acquisitam? Respondeo, quod non: & est communis opinio, vt attestatur Boss. *in titu. de remedijs ex sola clemen. n.43.* Nam (vt supra dixi) non censetur Princeps velle auferre ius alterius.

9 Debes autem aduertere tu, qui vis a impetrare gra- a tiam delicti à Principe, vt exprimas in supplicatione omnia ea, quæ potuissent verisimiliter retrahere animum Principis ab eius gratiæ concessione, si ea sciuisset, ne tempore impetrationis gratiæ ponas te in periculo, prout fecit ille, quem defendit Crauetta *consil.2.* Præsertim b vero exprimas si alias habuisti b gratiam de aliquo delicto; nam vt dicit Barbat. *in c. super his, col.34. de rescript.* quem refert Gul. de Bened. *in 2. par. repetit. c. Raynutius, fol.38. numer.112.* quidam, qui impetrauerat gratiam de secundo homicidio, & non fecerat mentionem de primo, fuit Bononiæ decapitatus. Idem etiam refert Anan. *in c. ad abolendam, num.7. de hære.* & dicit quod ille appellabatur Formicæ refert etiam Ias. *in l. nec damnosa, num.3. C. de precib. imp. offe.* & Pract. Iodoci, *c.147. num.12.* & Pract. Carer. *fol. 502. num.375.* & Villalp. *in repe. l.22. c.8. num.3.* Et recordor, quod quidam Bartholo. Claudius insignis sicarius, qui obtinuerat litteras impunitatis à Principe, neque expresserat, quod tempore impetrationis erat in carceribus detentus, fuit laqueo suspensus, 6. Maij, 1558. P.N.

Et c quia plerunque contigit dubitari, an in aliquibus casibus requiratur, quod gratiæ sint per Senatum 10 approbatæ, scias quod regulariter Omnes gratiæ de- c bent à Senatu impetrari: alias nihil valent, ita expresse disponentibus constitutionibus huius dominij: quod etiam in Flandria seruari attestatur *pract. Iodoci, c.147. nu.13.* Et aduerte, quia non modo gratiæ, quas Princeps facit absolute remittendo delictum, sed etiam illæ, quas facit commutando pœnam, debent à Senatu impetrari, prout sæpe fuit decisum, & obseruatum: & in specie in illa, quæ facta fuit Io. Hieronymo Ceruto 4 Iulij 1547. P.N. in qua pœna furcarum commutabatur in pœna triremium perpetuarum: in istis enim, prout in alijs, requiritur partis remissio, ex quo Commutatio, vel Diminutio pœnæ est gratia: licet Senatus quandoque contrarium obseruauerit in commutatione pœnæ vltimi supplicij ad triremes perpetuas facta quidam Iacobo Marlatiæ, quæ approbata fuit absque partis remissione, & dictum, quod in commutatione, quæ fit ad triremes perpetuas, forte non requirebatur partis remissio, præsertim attenta illius temporis qualitate, 26. Mar. 1551. P.N. Quod nota, quia dum ego sederem in Senatu, nunquam vidi approbari aliquam commutationem pœnæ, nisi præuia partis remissione. Sunt tamen aliqui casus, in quibus non requiritur approbatio Senatus, prout est quando Princeps concedit gratiam exilij arbitrarij. Et ita declarauit Senatus in causa cuiusdam Georgij Scriuani 24. Maij, 1546 P.N. Item quando conceditur gratia à pœna extraordinarie imposita per edicta ipsiusmet principis Et ita iussit Senatus per secretarium P.N. rescribi Prætori Cremonæ 26 Febr. 1559. Pariter etiam rescripsit Senatus eidem Prætori 8. Ian. 1546. super gratia concessa Francisco Mariæ Regio, vnum, de quo sæpius miratus sum, quod scilicet, quando non est facta gratia pro delicto capitali, non requiritur Senatus approbatio: quod idem expresse dixit Senatus in litteris concessis in causa Scriuani, de quibus supra facta est mentio. Ego tamen toto tempore, quo in Senatu sedi, semper vidi omnes gratias etiam pro delictis non capitalibus à principib. concessas, in Senatu interinari, & ita puto seruandum esse.

Successiue d quæro, nunquid statuta, seu decreta 11 concedentia liberationem, seu indulgentiam delicto- d rum, vel disponentia, quod banniti cancellentur de banno, trahantur ad banna, vel delicta futura, scilicet committenda post publicationem ipsius decreti. Resp. quod nõ; & ita communiter tenetur, vt dicit Imola *in c. fi. n.11. de constit.* Et hoc, ne detur occasio delinquenti.

Fortius dico, quod si aliquis cõmiserit aliquod deli- 12

e ctum ante publicationem ipsius decreti, *e* sub spe ta-
f men decreti, nullo modo est ei indulgendum, *f* & in hoc proposito refert Gulielm. de Bened. *in 2. parte repetit. c. Raynutius, fol.88. nu.115. & in 3. parte fol.49. num.38.* quod vidit Tholosæ quendam decapitari, qui sub spe, & confidentia habendi gratiam à Rege alium occiderat, & de hoc ante delictum se iactauerat, dicens, quod pro decem aureis deinde gratiam obtinuisset. Cum autem in supplicatione hoc non expressisset, fuit indicatum gratiam per eum obtentam fuisse subreptitiam, & fuit decapitatus.

13 In *g* huiusmodi autem generali abolitione delicto-
g rum non comprehenditur *h* crimen falsi. Et ideo si fiat
h decretum, vel statutum, quod omnes carcerati relaxentur soluta certa quantitate, tale statutum non extenditur ad eos, qui sunt carcerati pro crimine falsi. Et ita communiter tenetur, vt dicit Nellus *de bannitis, in 3. par. secundi tempor. q.12.* quem refert Apost. ad Ang. *de malef. in verb. & ad querelam, post nu.*80. Et hoc propter criminis enormitatem. Faciunt, quæ dixi sup. *q.58. vers. Ab hac tamen.*

14 Scias *i* etiam quod licet de iure communi istæ abo-
i litiones non extinguant crimen, sed tantum suspendant processum per triginta dies secundum aliquos, item non prosint illis, quorum crimina sunt iam liquidata; apud nos tamen seruatur totum contrarium: nam liberantur, etiam si sint in carceribus, etiam condemnati. Et proximis annis, cum in ciuitate Laudæ esset repertus in carceribus quidam Raynutius Veronensis tempore decreti gratiosi publicati de anno 1544. qui iam per multos dies ante fuerat pro furtis damnatus ad furcas, & fuisset dilatum eius supplicium
k dolo Collateralis, Senatus censuit ipsum gaudere *k* beneficio decreti, & liberari, 15. Nouemb. 1544. & condemnauit ad triremes per decennium ipsum Collateralem, qui corruptus supplicium distulerat. Vide quæ dixi infra *quæst.97. versic. Regulariter autem.* Quinimo virtute ipsius abolitionis generalis solent etiam liberari illi, qui sunt in triremibus condemnati, modo sint in casu decreti. Et ita pluries declarauit Senatus, & in specie in causa cuiusdam Ioannis de Zardinis condemnati ad triremos perpetuo ob falsum testimonium, 20. Decemb. 1554. I.D.P. & alterius cuiusdam Bapt. de Alexiis condemnati ob atroces blasphemias ad triremes per decennium. 23. Decemb. 1554. I.D.P.

ADDITIONES

Ad Quæst. LIX.

A*Lia est defensio*] Farin. *vol.1. sua prax. tit. de inquisit. quæst.6.* Rof.

1 *Alia est defensio*] adde, † quod stante decreto regio, siue statuto, quod quis non possit de certis delictis in eodem decreto expressis per Regem, siue Principem, vel eius locum tenentem generalem, & alios quoscunque Regios officiales, & ministros absolui, aut guidari cum clausula, quod si contra decretum fiũt gratiæ delictorum, & guidatica sint ipso facto nullæ, & nulla; absolutus, siue guidatus per Regem, seu eius locumtenentem de delictis in d. decreto absolui, & guidari prohibitis, de dictis delictis non debet puniri, sed est relaxandus, ne sub fide regia sit deceptus, ita decisum fuit per Regium consilium Cathaloniæ, vt attestatur Peguer. *in quæst. crim. cap.*29.

2 Item † adde, quod bannitus pro crimine, ex quo irrogatur infamia, si cancellatus fuerit à banno ab habente potestatem, nulla facta mentione restitutionis, ad famam intelligitur restitu-
3 tus, maxime si bannum si in contumaciam latum, & non † in conuictum per aliud genus probationis, quam per contuma-
4 ciam; & nisi cancellatus fuerit ex eo, quod pœnam soluerit, † ita latè per Alex. *in consil.112. vol.2.* & an gratiatus de delicto cen-
5 seatur etiam restitutus ad famam, honores, & dignitates, † vide omnino, Odd. *de rest. in integ. 2. quæst.92. cum seq.* Ghirlan. *de relax. carcer. titul. de benef. & indul. princ. quæst.1. & quæst.6.* & Rol. *consil.42. num.3. vol.4.*

6 Item adde quod † Princeps non potest remittere pœnam parti offensæ applicandam, Gram. *consil.34.* & plene Menoc. *de arbitr. q.96.* quando pœna debetur de iure naturali, vel gentium; sed si pœna debetur de iure ciuili, vel municipali, vel ex priuilegio Principis, tunc valet remissio. Menoch. *de arbitr. iud. in 5. cent. vltimo impressa in casu 447. n.17.* sed in casibus, † in quibus 7
Princeps non potest remittere pœnam applicatam parti, potest tamen parti imponere silentium, & illi prohibere audientiam, vt tenent ferè omnes *in l. Gallus. §. & quod si tantum,* & latè comprobat Curt. iun *in consil.310. n.72. cum seq. vol.3.* & ad prædicta vide omnino addent. *ad consil.* Beriaz.163. *vol.1.*

Item † adde, quod si sunt duo Domini, quorum vnus ex con- 8
uentione habeat regimen, vt puta pro duobus annis, nõ potest pœnam remittere bannitis, seu condemnatis ante dictam conuentionẽ, & dicti banniti nõ erunt tuti finito biennio, sed poterunt molestari, secundum Rum. iun. *conf.33. per totum, vol.1.*

Item adde, quod iudex non potest impetrata indulgentia à Principe, dicere reo fatearis prius delictum, alias nolo, vt indulgentia Principis vti possis, Afflict. *in c.1. §. naturales in 4. notab. si de feud. fuer. controu. int. dom. & agnat.* & Gabriel. *comm. opin. lib. 7. de malef. concl.13. in fine.*

Item † adde, quod gratia Principis, licet quantum ad validita- 9
tem nõ requirat scripturam, tamen quo ad probationem requirit, & per testes probari non potest, Boss. *de remed. ex sol. clem. princip. nu.54.* Boer. *decisio.348. num.5.* Curt. *in memorab. in verb. gratiam à Principe,* Natt. *in consil.402. n.11. & in consil.420. n.11.* reddit rationem, quare gratia requirat scripturam ad probationem, sed qualitas gratiæ possunt probari per testes. Abb. *in cap. auditu in 2. notab. de restit. in integr.* & Felyn. *in c.2. colum.7 de probat.* & Soc. *cons.287.* Rot. *decis.231.* Bellam. *decis.746.* sed vide etiam Chassan. *super consuet. Burg. fol.237. n.180.* & ib. *n.185.* attestatur, quod fuit admissa probatio gratiæ per testes; & dicit † 10
etiam, quod gratia facta ab inferiori potest regulariter probari per testes; vide etiam infra, *vers. quæro nunquid.* sed ad prædicta videndus est Ripa *in rubr. de consil. nu.51. cum seq.* vt dicit, quod quando gratia non est contra ius, sed secundum ius, potest probari per testes, & similiter si agatur de probando tenorem gratiæ simul scriptæ, sed casu amissæ: & quod etiam probari potest plus fecisse dictum, quam scriptum.

Item † adde, quod gratia facta mediante pecunia verè dicitur 11
gratia, non obstante pecunia, si gratia præponderet, Soc. *consil. 4. colum.2. vol.1.* Cur. sen. *consil.49. col.3.*

Item adde, quod gratia Principis capta pecunia reuocari non potest, ex quo transit in contractum irreuocabilem, Bal. *in l. qui se patris, C. vnde liberi, versic. hoc scias* Rom *sing.457. an iudex,* Felyn. *in c.1. de probat* & Brun. *consil. feud.12. col.10.*

Item † adde, quod gratia facta bannito, licet sigillo non fuerit 12
insignita, tamen sub clypeo litterarum reuersus non debet decapitari, & potest curare, vt sigillum apponatur impunè. Mandos. *in gloss. ad officium cancellariæ in §. vt proprium in gl. sigillum col. 6. pag.311.* vbi dicit, euasisse quendam à pœnã mortis: & in hac materia gratiæ vide omnino D. Odd. *in tract. de rest. in integr. q. 92.* vbi plene.

Item adde, † quod si gratia tantum verbo conceditur, aut fiat, 13
non reuocatur morte concedentis, sed debent litteræ fieri tempore successoris, faciendo mentionem de concessione prędecessoris, & est hodie practica † in Curia Romana, vt si Pontifex, qui 14
fecit gratiam, moriatur ante bullas expeditas, successor concedat bullas. & super hoc adest reg. cancellariæ, quæ est octaua in ordine, *incip. Item voluit,* quod concessa per prædecessorem, & ad prædicta vide Chassan. *in consuet. Burg. fol.237. num 80. cum seq.* vbi latè. *Baiard.*

b *Et hac quidem*] Chartar. *de execut. sentent. c.3. nu.38. & 60.* Rof.

Et hac quidem] adde, quod † sicut Princeps omnes pœnas 15
remittere potest, ita quoq; per contrarium illas augere potest, & maiores inducere, Alciat. *in l. quos nos hostes. ff. de verb. sign.* & Socin. iun. *consil.68. n.48. vol 3.* & in his statur Principis voluntati, etiam quod inordinatè procederet, seu procedi iussetit ad pœnas capitales, vt latè idem Soc. *in consil.92. vol.2.* & qui non vult stare eius voluntati contrarium faciat, si potest.

Item adde, quod gratia à Principe concessa pro delicto in suo territorio commisso, non liberat delinquentem à pœna in alio territorio imponenda, Oldr. *consil.73.* & Boss. *in tit. de foro compet. num.85.*

Item adde, quod † Plot. *in consil.73. nu 4?. vsque ad fin.* mul- 16
tum eleganter tenet, quod Imperator, Rex, nec alius Princeps non potest facere gratiam, nec liberationem pœnæ mortis homicidæ, qui animo deliberato occiderit, etiam si vtilitas publica suaderet, & quod pacem & remissionem ab offenso obtinuisset, de quo vide ea, quæ nouissime tradit Farin. *quæst. crim. in q.6. nu. 15. cum seq.* vbi latissime de hoc articulo tractauit. *Baiard.*

c *Pœnas remittere*] Farinac. *titul. de inquisit. d. quæst.6. vol.1. num.1.* Rof.

d *Et dixi, quod potest Princeps*] adde, † quod hoc procedit, 17
etiamsi

etiamsi bannum perfectionem non recepisset, & de illius banniti adhuc carcerati innocentia constaret, nam adhuc restitui non poterit, sed opus erit Principem consulere, *l.1.§.vlt.* & ibi Marf. *n.46.ff.de quæst* post Bar. & alios, Ruin. *consil.21.nu.2.lib.4.* procedit etiam in condemnatione ex causa ciuili, Aret. *cons.89.* Fal-
18 lit † tamen, quando bannitus plures alios bannitos apprehenderit, & eos ad Ciuitatem conduxerit a qua ipse, & alij erant banniti, tunc enim salus Iudex poterit rebannire; tex. *est singularis in l.non omnes, §.fin.ff.de remit.* quem notat. Roman. *sing.538.nullus,* Menoch. *de arbitr.iud.q.92.nu.5.cum seq.* & Fatin. *q.crim.q.6.nu.*
19 *10.cum seq.* vbi posuit multas ampliationes, & limitationes, † an Iudex possit gratiare bannitos. *Baiard.*

c *Barones seruant contrarium*] adde, quod penes istos Regulos, seu feudatarios inoleuit practica, quod quando eorum Potestates relegant aliquem ad tempus, vt est infra *qu.71. versic. fi.* subijciunt clausulam, Plus, & minus arbitrio præfati D. Feudatarij; nam alias, non reseruata sibi tali facultate, sicut augere, ita nec minuere bannum possent, vt est dictum Bart. quem citat Ias. *in l.centesimus, §.si ita stipulatus, in fin.ff.de verb.oblig.* Aduerte tamen feudatarij Potestas, quod facta condemnatione ad mortem non potest facere gratiam feudatarius tuus, sed superior Princeps, vt hic, alias dici solet; Quod absoluere, & condemnare sunt sub eadem specie iurisd. vt per Dec. *in l.nemo qui condemnare sub nu.4.ff.de reg.iur.* & quod principe non recognoscentes superiorem possint restituere, & gratiam facere Alcia. *tract. de præsumpt.reg.3.præsumpt.8.in princ.* adde dicta per Dec. *in l. Bona fides, n.5.cum seq. ff.de reg.iur.* quæ sunt ad materiam præsentis quæstionis. *Drogh.*

20 *Barones seruent contrarium*] adde, quod † Barones habentes merum, & mixtum Imperium, & omnimodam iurisdictionem in causa capitali, post sententiam non poterunt facere gratiam, Iacob. de S. Georg. *in tract. de feud. in gl. cum mero & mixto imperio n.9.* & an consuetudo tribuat huiusmodi iurisdictionem gratiandi, & an præscribatur, cum sit de regalibus, vide Cassan. *in consuet. Burg fol.241.nu.12.cum seq.*

21 Item adde, quod † in Regno Neap. omnes ferè Barones habent priuilegia gratiandi, siue componendi delicta vasallorum
22 ante sententiam, quando adest partis remissio, exceptis † Principibus Bisignani, qui habent potestatem etiam parte nō concordata, & dicta priuilegia interpretantur, vt etiam post sententiam
23 componere, vel indulgere possint, pendente † tamen appellatione, quamuis appellatio introducta fuisset in magna Curia Vica-
24 riæ, si Barones habent primas, & secundas causas; † ita Franc. *in dec.370.vol.1.* & faciunt tradita per Plac. *in epit.delict. lib.1.c.39. nu.27.& 28.* Sed aduertendum est, quod Barones non habent
25 cognitionē criminis læsæ Maiestatis, hæresis, & falsæ monetæ, † in quibus delictis se nullo modo intromittere possunt, cum sint de reseruatis Principi, etiam quod in priuilegiis reseruata non fuissent, ad latè tradita per Isern. & Affl. *in tit. quæ sint regalia, de vsib.feud.* & de crimine sodomiæ, & blasphemiæ Dei, Iesu Chri-
26 sti, & gloriosissimæ Mariæ Virginis componere non possunt, † per Veg. nouel. prag. Regis Philippi incipien. *con grandissima ragione fol.437.* licet dicta delicta punire valeant, & quomodo sint faciendæ remissiones, vt compositiones sint validæ, Caran. *in ritu 283.& 284.cum aliis duobus sequentibus*: vide etiam quæ posui in versic. sequenti ibi, quinimo in hoc Ducatu, & de materia
27 compositionum, † & quomodo sint faciendæ habetur per Carau. *in d.ritibus.* Ioan. Anton. de Nigr. *c.221.incip.exercere volentes,* Fab. Monteleo, *in sua praxi super 4. litteris arbitr. in 5. parte per totam.* Luci. Foller. & Nunc. Tarral. *in comment. super pragm.*
28 *de composit.* vbi latissimè ad saturitatem. Et Barones † in componentes delictis, si sua abutuntur potestate, aggrauando Vasallos priuilegiis, & sua iurisdictione priuari possunt per Regiam pragm. Caroli Quinti incipien. mandamus sub tit. de baronibus, & eorum officio, Affl. *in constit. rei vendicatione,* & Ioan. Ant. de Nigr. *in cap. grauamina, nu.50.* vbi plene de grauaminibus vasallorum tractauit.

29 Item adde, quod † gratia de facto concessa non prodest criminoso, etiam quod impetrans ignorasset potestatem illius, qui gratiam concessit, & credidisset illum posse dare gratiam, sed poterit iterum per Principem capi, & detineri, ita tradit Cassan. *in consuet. Burg. fol 244. versic. sed quia vtebatur de facto.*

30 Item † adde, quod hæc potestas sibi Principi reseruata in feudatarium etiam de regalibus in genere inuestitum, translata nō censeretur. Felyn. *in c. quæ in ecclesiarum, col.12. de constit.* Luc. *de penn. in l. contra rempubl. C. de re milit. lib.12.* Afflict. *in tit. quæ sint regal nu.68.* & Ofasch. *decis.101.num.12.* & Battol. *in l. acta,*
31 *§. amplianda ff. de re iudic.* vbi dicit, quod Comites, † & Barones pœnam infamiæ, vel aliam pecuniariam remittere non possunt, & Boss. *in tit. de remed. ex fol. clem. Princip. nu.51.* dicit, feudatarios non posse subditis suis concedere gratiam, nisi ad bona, &
32 † pœnam, quæ eis applicantur: nec Episcopus † potest remit-
33 tere condemnatos ad carcerem perpetuum, cum hoc spectet ad supremum principem, secundum Io. Fab. *in l. pœnam, C. de pœn.* quem refert, & sequitur Cassan. *in consuet. Burgund fol 242.n.11.*
Et an Barones, & feudatarij gratias facere possint, † vide omnino nouissimè Fatin. *quæst. crim. in quæst.6.n.2.cum seq.* 34

Item adde, † quod in statu ecclesiastico legati etiam à latere, 35
Gubernatores, & alij officiales non possunt rebannire, seu remittere capitaliter bannitos, vt per *constit.8. Py II. de qua in Bullar. fol.81.* & licet loquatur de bannitis pro homicidio, fuit tamen extensa ad alios pro quocunque capitali crimine bannitos, per Iul. II *in constit.5.fol.153.* & postmodum dict. constitutiones per multos alios Pontifices confirmatæ fuerunt, præsertim per Pium quintum *in constitut.13. versic. & subsequintur sanctæ memor. fol.919.* & nedum non possunt facere gratias, seu compositiones cum bannitis pro homicidio animo deliberato, † sed nec 36
etiam cum inquisitis, seu condemnatis de homicidio in rixa, seu casu fortuito, vel alio quouis modo facto, pro quo pœna ordinaria, vel extraordinaria imposita, vel imponenda esset, vt per Piū IV. *constitutione 104. fol.810.* circa vero alia delicta possunt facere compositiones, & gratias, vt quotidie faciunt. *Baiard.*

f *In hoc tamen Ducatu*] Et quid de feudatariis, Fatin. *sup. numer.3.* Ros.

g *Ducibus Farnesijs*] Supra *quæst.57. versic.* Habet etiam, adde aliud speciale fuisse concessum dictis Ducibus, vt videlicet possint vti, & non vti Decretis Mediolani disponentibus super donationibus, vt per Plot. *in l. si quando, §.12. in fin.* hic olim poterant gratiam concedere, & iura Principium exercere, quondam Illustrissimi Rolandus, & ceteri Marchiones huius Pellauicini status, qui erant absolutè Domini, vt attestatur Bellus *cons.37.* Octauianus Vulpell. *consilio suo criminali 57.n.4.* Et est notandum in proposito, quod ex quo Illustrissimi q. Rolandus Pallauicinus Marchio, & eius successores, qui in præsenti Pallauicino statu merum, & mixtum Imperium, atque omnimodam potestatem, & iurisdictionem obtinuerunt, legisque condendæ auctoritatem habuerunt, vt ex allegatis Doctoribus, ac aliis, & patet in epistola posita in principio statutorum dicti Pallauicini status, mediante fœdere, venerunt in deditionem quondam Serenissimorum Ducum Mediolani, vt patet ex relatis per Curt. iun. *cons.21. maximè à num.6. cum seqq.* quo ad plenariam potestatem eisdem Ducibus, & eorum successoribus subditi non fuerunt, vt per Alciat. *tract. de præsumpt. reg.3 præsumpt.3. numer.9.* Pyrrhus *ad consuetud. Aurel. tit. de feudis c.1. ad fi.* Menoch. *de arbitr. iud. lib.2. cent.4. casu 316. num.19.* hoc enim importat statutum *in crim.16. lib.2. tit. de crimine læsæ Maiestatis*, faciunt tradita per Alex. *consil.13. num.17. vol.6.* & ideo cum mediantibus talibus fœderibus facti sint socii, Parmenses, & Pallauicini, talia fœdera seruari debent, tametsi vterque status nunc gubernetur sub eodem Principe, vt est infra *q.71. vers. Quæro modo*, & per ea, quæ dixit Crau. *tract. de antiq. temp. par.4. versic.1. num.55. cum seqq.* idem Menoch. latè *dicto tract. de arbit. iud. lib.1. q.100. maximè sub num.19.* Curt. iun. *cons.124. per totum,* & per Fel. remissiuè *in c. Rodulphus in verb. Comitatus de rescript. text. in l. non dubito, §. liberatorem ff de capt. & postlim. versic.* late Contar. *in l. vnic. limit.3. tit. ratione tutu can. numer.21. cum seqq. C. si de mom. poss. &c.* Alex. *cons.140. in fi. vol.5.* Habetur in diuina Scriptura Machab. *lib.1. c.8.* & adornatum dictorum fœderum, quæ omnino seruari debent; audi lector, quid ex Menippo Antiochi legato apud Romanos retulit Liu. *lib.4. Decad.3.* in hęc verba; Esse puto tria fœderum genera, quibus inter se paciscerentur amicitias, Ciuitates, Regesque. Vnum cum bello victis dicerentur leges, vbi enim omnia ei, qui armis plus posset debita essent, ex his habere victos, quibus mulctari ipsius ius, atque arbitrium esse; Alterum, cum pares bello æquo fœdere in pacem, atque amicitiam venirent, tunc enim repeti, reddique per conuentionem res; & si quarum turbata bello possessio sit, eos aut ex formula iuris antiqui, aut ex partis vtriusq; commodo componi; Tertiū esse genus, (& hic est casus noster,) cum qui hostes nunquā fuerint ad amicitiam sociali fœdere inter se iungendam coeant, eos neq; dicere, neq; accipere leges, Id enim victoris, & victi esse; ex eo genere, cum Antiochus esset, mirari sese, quod Romani censeāt æquū ei leges dare: at dum hic dicitur, quod feudatarii non possunt gratiā facere, nisi id expresse concessum sit, vt Serenissimus Farnesiis, adde quod de iure contrarium verum est; nam feudatarij, qui exercent imperiū, & sic possunt condemnare ad mortem, & attento tali iure possunt absoluere, quia, qui potest vnum, potest & alterum *l.3. cum ibi notat. ff de re iudic.* At quomodo confiscare, & condemnare possit feudatarij, distingue, vt per Menoc. *de arbitr. iudic. lib.1. quæst.93. num.3. supra ad quæst.31. versic. Item quæro,* contrarium tamen aliquando euenit, vt quis absoluere possit, non autem condemnare, vt per Menoch. *d. tract. de arbitr. iudic. lib.1. quæst.43. num.23. & quæstionem 54. sub num.4.* Nota ergo, quod ideo feudatarius gratiam facere non potest, quia eius superiori hoc reseruatum est, vt hic, & Menoch. *d. tract. de arbit. iudic. lib.1. quæst.92. n.23.* & magis, atq; magis nota Iudex, vt etiā in his, quæ tibi licita, & arbitraria sunt vigore legum, vel statutorum, semper quæras consensum à tuo Principe, cognitio

enim liciti, vel non. semper est reseruata superiori, Plot. *in l.si quando, §.8.sub n.23.ad fin.C.vnde vi*, argumento eorum, quæ dixit Boss. *titul.de Principe sub nu.*87. Drogh.

h *Adde quod*] Far. *d.q.6.nu.22.* Ros.

37 *Adde, quod pro bono pacis*] adde, † videndum Luc. de Pen. *in l.vnica de public. lætitia, vel consul.numer.66.* vbi latissimè. *Baiard.*

l *Quinimo*] Menoch. *de arbit.iud.nu.86.* Ros.

38 *Quinimo in hoc ducatu non solet*] adde, quod hoc est † etiam
de iure communi, quod Princeps non possit remittere pœnam
parte non concordata, *per l.2.C.de precib.Imper.offerend.* ita dicit
Andr. de Isern. *in tit.de cap.qui cur.vendic.in quæst.de Curia Capuana*, & vide Roin. *in consil.60.vol.5.* Bal. *in l.venia, C.de in ius vocan.3. & vlt.notab. & in l.quicunque, C.de seru.fugit.vlt.col.*
39 & quando possit remitti † delictum, etiam inuita parte, & compelli partes ad faciendum pacem, vide Paul. de Castr. *consil.195.*
40 viso processu inquisitionis, & quando possit † Princeps remittere, vide Andr. de Isern. *in tit.quæ sint regalia, §. & bona,* Paul. de
41 Castr. *in consil.119.* & Menoch. *de arbit.iud.q.96.* & ibi † etiam,
quid de Iudice ordinario, & quid de delegato, & Plot. *in consil.78.nu.33.* vbi latissime in suis, *& in consil.73.n.57.inter consil.crimin.diuers.vol.1.* & Far. *in q.6.num.15.cum multis seq.* in quibus
locis attestatur, quod de generali consuetudine totius Italiæ, &
totius Orbis ita seruatur, quod Principes non solent remittere
pœnas, nisi prius parte concordata, concludendo, quod Prin-
42 ceps † illud facere non possit, alias, quod facit contra conscientiam, & mortaliter peccat, secundum D. Thomam *in 2.secunda quæst.63.art.4.vers.sed Princeps.* Paris de Put. *de syndic. in verb. compositio c.7.n.11.* & Gram. *consil.34.nu.1. & voto 35.nu.9.* & hoc
43 † etiam est seruandum in mulcta ex vera contumacia, vt per tex. *in c.venerabilibus, §.porrò, versic.secus, de sent.excomm.in 6.* vide
etiam Bertaz. *in cons.163.cum addit.* vbi loquitur de parte tangente officiali, & quando pœna debetur parti de iure ciuili, vel ex statuto, vel priuilegio Principis, vel de iure naturali, vel gentium, & quibus casibus Princeps pœnam parti applicatam tollere possit, & an possit imponere silentium, de qua materia ibi multum late tractatur; & gratia facta homicidæ, vel alii delinquenti, si non præcesserit pax, & remissio partis offensæ, vel hæredum, non valet, etiam quod esset facta de plenitudine potestatis ab Imperatore, vel a Rege, nam pars offensa, vel hæres non recipit honoris sui recompensationem, vbi via iuris non punitur iniurians, vel offendens, sed absque pace Princeps ei gratiam facit, vt ait Beatus Thom. *artic.4.* & ita Bal. & Comes Bened. de Plotis requisiti à potentissimo Io. Galeatio Duce Mediolani respõderunt, vt habetur *in cons.6.inter cons.crim.diuers.tomo 2.* & alius Plotus *in consil.73.nu.52.cum sequen.eod.tomo* dicit, quod de iure diuino videtur, quod requiratur pax offensi, vel hæredum, & quod absque ea, etsi esset Imperator, Rex, aut Dux non possit facere gratiam, ac liberationem pro aliquo delicto, etiam alias gratiabili, & ibi latissimè hanc quæstionem tractauit. Ex quo, ni fallor, opinio D. Farinac. *in quæst.5.numer.12.* dicentis gratiam, siue compositionem sine pace validam esse quo ad fiscum, nullo modo sustineri potest, si n. dicta distinctio esset vera, vtique Diuus Thomas, & prædicti Doctores illam non ignorassent, & ideo secundum eorum opinionem veram, & sanctam semper est iudicandum, & ad prædicta faciunt etiam, quæ posui supra *in q.*
44 *2.n.13.* & in † Regno Neapol. non potest deueniri ad aliquam
compositionem, nisi prius parte offensa concordata, *per ritum 275. & pragmat.4.sub tit.de composit.* quæ vult pro forma, vt in primis, & ante omnia partium remissio præcedat, quæ seruanda omnino est: alias actus est nullus, nec per æquipollens seruari posset: & hoc procedit etiam quod ex officio fit processum super aliquo delicto, & pars non querelauerit, quia tunc etiam requiritur remissio partis ante compositionem, ita tradit Luci Foller. *in d.pragm.4.de composit.n.101.* hoc quoq; tenuit Carau. *in d.ritu 271.n.20.* & dicta pragm. & aliæ loquentes de compositionibus habent locum, & procedunt tam in transactionibus, quam in compositionibus, vt per Luci. Foller. vbi supra *nu.65.* & Carau. *in ritu 276. & per prag.3.de composit.* nec potest fieri compositio saluo iure partis, quando non adest remissio, vt disponebat *ritus 274.* qui fuit correctus *per d.ritum 265.* vbi plene per Carauit. &
45 *in ritu 271.* & ibi *numer.28.* habetur, quod † si delictum fuerit
commissum in persona incognita, ex quo remissio haberi non possit, quod tunc eo casu poterit obseruare *ritum 274.* idest cõponere inquisitum, & pro interesse partis recipere cautionem de stando iuri cum parte quandocumque superuenerit; nihilominus consuluit iudicibus, vt talem compositionem non faci-
46 aut absque licentia Proregis. Vlterius, † hodie in dicto regno remissio per procuratorem etiam cum speciali mandato non valeret, quia is, qui habet remittere, debet coram officiali id agere *per nouissimam pragm.7. §. Vna de las causas, in tit.de composit.* & ratio *dictæ pragm.* fuit, vt in ea dicitur, ne partes offensæ per vim, vel metum facerent remissiones, & ita habetur per Carau. *in d.*
47 *ritu 273. & 275.sub num.7.* in quibus ritibus docet, † quomo-
do in regno hodie fieri debeant remissiones partium, vt compo-
sitiones delictorum sint validæ, & sola remissio † morientis non 48
sufficit, sed requiritur remissio omnium, quorum interest, idest,
eorum quibus successio defertur, & omnium, qui sunt in eodem gradu, *per pragm.8.de composit. & per rit.275.* & datur for-
ma, † quomodo constare debeat de remissione partis offensæ, 49
de qua prius debet apparere in actis antequam fiat compositio. Fab. de Monteleo. *in prax.arbitr.par.5.nu.13.fol.380.* vbi latissime de materia compositionum, quem refert, & sequitur Nunci. Tartal. *super pragmat.8.incip. Nelli anni passati, sub tit.de compositionibus.* & per eandem pragmaticam prouisum fuit, quod officiales non possint facere relationes, quando inquisiti petunt se admitti ad compositionem; nisi prius constiterit de partium remissione: & quando compositiones fiunt contra formam cõstitutionem, rituum, & pragmaticarum regni, sunt nullæ, & inualidæ, & rei compositi, non obstante compositione, vltimo supplicio sunt condemnandi, Gram. *vot.35.* & ibi latè quæ sint considerata in compositionibus fiendis, *& in consil.34.* consuluit contra quendam Panatellum qui obtinuerat gratiam à Prorege non habita remissione partis, vide etiam Luc. Foller. *in d.pragmat.4.num.95.sub titul.de compositionibus,* vbi dicit compositionem factam prius, parte non concordata, esse nullam, & inuali-
dam. Et ad quos iudices sit recurrendum, quando compositio- 50
nes fiunt nulliter. Carau. *in dicto ritu 273.* & Foller. *in pract.crim. in verb.audiantur excusatores, numer.117.in 4.fol.* in quo plura sunt, quam in aliis, & si aditus fuerit iudex, qui fecit compositionem, nullam, ipsemet reuocare poterit, & cognoscere super delicto, & datum pro compositione erit restituendum. Paris. *de syndic.in verb.an si delinquens in fine,* quem sequitur Carau. *in d.ritu 273.in finalibus verbis,* & Foller. vbi supra *num.118.* nam quæ fiunt contra leges, habenda sunt pro infectis, & ipso iure non valent. Fab. de Monteleo. *in prax.arbitr.par.5.in verb.facta compositione, num.4.folio 446.* & Vant. *in tractat.de nullit.in titul.de nullit.ex defectu process.num.118.* Quinimò quando nullitas ex eisdem actis, & processu resultat, à quocunque iudice etiam inferiori poterit cognosci super negotio principali, dummodo sit iudex ordinarius, & quod inferior possit cognoscere de nullitate gratiæ superioris, quando opponitur à parte, tenent communiter Doct. *in c.cum venissent, de iud.* & ibi præcipuè Felin. *nu.1.* & Dec. *num.5.* & Ferran. Gargia. *in consil.125.nu.17.inter consil. crimin.diuers.to.1.* & necessario super nullitate non erit pronunciandum, cum dicatur incidenter deducta, ita latè per eundem Vant. *in tit.coram quo nullit.propo.poss.nu.13.* Capyc. *decisio.1.nu.26.* & Paul. de Castr. *in consil.232.per totum vol.1.* vbi plus voluit, quod sententia lata super negotio principali sit valida, non pronunciatio super nullitate, etiam quod expresse petitum fuisset, licet Iudex non benefaceret. Et in d. Regno Officiales Baronum, qui habent potestatem componendi delicta, siue gratiandi, habent latiores habenas in compositionibus faciendis, quam officiales Regii, qui non possunt componere siue commutare delictorum pœnas, pro quibus veniret imponenda pœna mortis, vel membri mutilationes inconsulto Prorege Regni, *per pragmat.1.incip. Et ne sperata, delictorum venia, sub tit.de composit. quæ non habet locum in officialibus Baronum,* vt per Io. Anton. de Nigr. *in cap.ne peruersorum, nu.8.* & Carauit. *in ritu 272.num.7.* qui tamen non possunt componere, nisi concordia patris læsæ præcedente. (quod etiam expresse dicitur in eorum priuilegiis,) & aliis supradictis requisitis; & licet in hoc maiorem auctoritatem habeant, debent tamen bene aduertere, quid agant in componendis, siue gratiandis delictis, *per Pragmat.mandamus sub titul.de Baronibus, & eorum officio,* qua prouisum est, vt Barones, & eorum officiales debeant delinquentes debitis pœnis punire, aut puniendos mandare; & quod eorum priuilegiis nõ abutantur, ne de eorum abusu pro iustitia contra eos prouideatur, & ita etiam latè tradit Luci. Foller. *in d.pragmat. de composit.num.95. & seq.* Sed aduertendum est, quod nec ipsi, nec Regij officiales possunt aliquo modo componere crimen sodomiæ, & blasphemiæ *per pragm.2.de sodomia & pragm.5.de editis per Illustr.*
Card.de Granuella. At † in statu Ecclesiastico ad prouidendum, 51
ne paces fiant per vim, & metum, inferentes minas pro habenda pace incurrunt pœnas criminis læsæ Maiestatis, & alias pœnas, de quibus in Bulla Innocent. VIII. *folio 128.* & Pauli II. *folio 98.* & licet supradictæ Bullæ sint locales in Vrbe, fuerunt tamen per Clement. VII. extensæ per totum statum Ecclesiasticum, vt in d. Bulla *fol.187.* & postmodum confirmatæ per Pium IV. & V. & alios Pontifices, vt apparet *in d. Bullario nouiter impresso:* Sed *in d.statu* non curant de tot remissionibus, & concordia partium, quia vt plurimum, Gubernatores, nulla habita consideratione, quod mortaliter peccant, solent componere delicta etiam enormia, & gratias facere absque aliqua pace, siue concordia partis offensæ: & aliquando ponunt clausulam in rescriptis, habita pace, vel humiliter petita, vel seruato exilio, sæpe à Ciuitate tantum, donec pacem habuerint, & hoc quam sit iustum, & honestum, me remitto: Summi Pontifices hoc nempe non faciunt,

quibus

quibus reseruata est gratia homicidij, quam non concedunt, vel
raro, & cum maxima causa, nisi prius pax secuta fuerit, & minor,
quod ad istud maximum inconueniens non prouideatur. Con-
52 trarium, † quod immo Princeps quo ad interesse publicum, &
ad pœnam corporalem sine pace remittere possit, tenet Thom.
2.2.*q.*77.*num.*1. Bar.Ias.& alij *in l.venia, C.de in ius voc.* Boer.
*q.*65.Boss.*in tit. de remiss.ex sol.clem.Princip.* Plot.*consil.*78.*num.*
32. Couar.*lib.*1.*variar.resolut. cap.*20.*num.*8. tamen pace non
facta ipsi parti, & iuribus suis gratia non nocet, Paul.de Castr.
*consil.*423.*volum.*1. Osasch.*decisio.*134.*num.*11.hoc autem non est
verum, ita simpliciter in qualibet remissione Principis, sed spe-
cialiter in ea, quæ fit pro bono pacis, & sic cum caussa, & ita sunt
intelligendi Doctores supra allegati, vt tradit Fat. *in dict.quæst.*
6.*sub num.*18.*cum sequen.* vbi multum docte hanc quæstionem
53 examinauit, & † quando reus obtinet gratiam delicti sine pace,
debet exulare à loco delicti ad euitanda scandala. Deuteronom.
54 *c.*19. ibi ad vnam Vrbium confugit; & si † gratia non interina-
retur ob grauitatem delicti, tunc reus restituendus est pristinæ
libertati, ne Principis auctoritate deciperetur, *l.*1. *C.de his, qui
veni.ætat.impetr.* Boss.*in tit.de remed ex sola clem.num.*41.Si ve-
ro non veniret interinanda ob defectum verificationis conten-
torum in precibus; vel ob subreptionem, deberet puniri; posset
tamen iterum Principem supplicare, ac obtinere ampliorem
55 gratiam ad remouendum dubium Marc. *quæst.*504. *in fin.* & †
cognitio approbationis gratiæ ei iudici spectat, in cuius territo-
rio reus deliquit, *l.*1. *& auth. qui in prouincia, C. vbi de crimin.
agi oport.* nisi à Principe causa commissa fuerit, vbi plene per An-
ton. Solam *in const.Sabaudiæ in Decr.* Gratian.*gl.*1.*nu.*2.*fol.*195.
Item adde, quod iudex non potest componere in atrocissimis
inconsulto Principe, nec debet componere cum illis qui pluries
deliquerunt, Paul. Ghirl. *in tract.de relax.carcer.c.*2.*&* 3. & in
Regno Neap. fuit prouisum *per c.regni incip. Ne peruerso*, quod
famosi latrones, & alia malefactores grauiorum scelerum non
admittantur ad compositiones, sed hoc male seruatur per Ba-
rones, qui volunt pecunias. *Baiard.*

k *Remissionem à parte*] Infra *q.*60.*versic.pen. in fine, infr.hac
eadem quæst.versic.sed quæro.* Drogh.

l *Cum quidam Medicus*] Intelligit de Domino Iosepho Palla-
uicino Medico, & hanc materiam, eiusque propter hoc carcera-
tionem, & processus, vide per eundem Medicum satis diffuse
tractatam in Tomo eius litterarum familiarium impresso, & di-
cato fœlici recordationi quondam Illustrissimę & Excellentissi-
mæ Dominæ Iuliæ Sfortiæ Pallauicinæ, vxori q. Illustrissimi,
& Excellentissimi D. Sfortiæ Pallauicini. *Drogh.*

m *Scias autem*] adde, quod hoc potest facere Princeps cum
bona conscientia, quando non est pars, quæ accuset, & quando
remissio non tendit in graue detrimentum Reipublicæ, quia
alias non potest Princeps remittere cum bona conscientia, ita
S. Thom. *in* 2.1.*q.*69.*artic.*4. quem refert, & sequitur Gomes.
*de delict.c.*13.*nu.*38.

Adde videnda ea, quæ posui infra *sub n.*70. vbi late de hac
materia. *Baiar.*

n *Secundo, quando Princeps*] adde, quod istud est Decretum
gratiosum, de quo supra *q.*58.*ver.sed quid si nullus in principio,
& in §.Homicidium, versic.dicunt etiam in fi.in §.læsæ Maiestatis,
versic.Hinc infertur. ad fin.* Drog.

56 o *Quæro nunquid*] adde, † quod hanc materiam restitutionis
gratiosæ excellens D. Oddus *in suo tract.de restit.in integr.q.*95.
96.97.98.*&* 99.eleganter, & diffuse more suo tractauit, vt nihil
amplius desiderari possit, & ibi decidit omnes casus, qui in hac
materia contingere possunt.

57 Item † adde, quod restitutus ex Principis indulgentia, recupe-
rat ex mente testatoris bona prohibita alienari, vt conseruaren-
tur in familia, quæ propter publicationem peruenerant ad illos
58 de familia, etiam quod Princeps † dicat in gratia, ad bona sine
alterius præiudicio, ita notabiliter tradit Illustriss. & Reueren-
diss. D. Card. Alb. *in consil.*1.*n.*18.*&* 20.

59 Item † adde, quod gratia Principis non probatur per testes,
Bal. *in l.humanum ad finem, C.de legibus*, ita etiam Cott. *in me-
morab. in verb.gratiam*, & Boss. *in tit.de remed. ex sol.clem.num.*
54. Et licet non possit probari per testes, tamen gratiæ, vel priui-
legij qualitates poterunt probari, Abb. *in c.auditis in* 2.*notab.de
restit.in integr.* & Deci.*cons.*297. & tradit Rot.*decisio.*131. Roma-
na curia, & Bellam, *decisio.*246. vide etiam Natt.*consil.*402.*n.*31.
& 410.*n.*11.*vol.*2. Sed ad prædicta, quomodo gratia Principis
probetur, vide omnino Mascar. *de prob.concl.*845. Baiar.

p *Plene restitutus*] adde, & nota, quod ex exemptus à banno †
59 ex mera Principis gratia, & non ex eo, quod soluit pecuniam, in
qua erat condemnatus, intelligitur etiam ad famam restitutus,
vide per Alex. *in consil.*12.*&* 114.*libr.*2. vbi Apost. concordantes
allegat. *Giach.*

q *Vt dicit Boss.*] Tu aduerte, quoniam in lib. meo non dicit
communem opin. esse, vt refert auctor hic. *Giach.*

r *Num.*1.*& seq.*] Rol. à Valle *consil.*47.*n.*20.*in* 4.*vol.* & Fat.*d.
quæst.*60.*num.*31.*& seq.* Ros.

s *Haberi pro apposita*] adde, quod ista interpretatio est de iure
facienda, Boer. *in decis.*64.*n.*5. & Boss. *in d.titul.de remed. ex sola
clemen.princ.n.*7. † dicit aduertendum esse, quod vbi Princeps 60
non soleret facere gratiam, nisi ratione personę, cessaret difficul-
tas, quia intelligeretur Princeps secundum vsum suum fecisse,
quia † omnis dispositio capit interpretationem à solito, Innoc. 61
in c.olim.in prin.de ver.signif. Baiar.

t *Potest tamen Princeps, si velit*] adde, quod restitutio facta per 62
Principem de bonis alienatis, trahitur etiam ad bona confiscata
per Baronem, in cuius territorio erant bona confiscata, vt per
Cassan. *in consuet.Burg.rub.*1.§.5.*n.*142.*fol.*223. & ibi dicit Cas-
san. quod subsistente causa fieri potest, sed Bos. *in ti.de remed.ex
sol.clem.nu.*53. tenet, quod hoc Princeps facere non potest. In
hac materia vide Boer.*q.*64.*n.*5. Osasc.*decisio.*90.*nu.*14. Bursat.
*cons.*54. vbi plures casus distinguit, *vol.*4. Dec.*cons.*257.*in fin.* &
Neuiz.*cons.*68.*n.*47. qui consuluit contra Decium. Et an † con- 63
tineantur etiam feudalia, & emphyteutica, Natt.*cons.*471. hic al
legato, formam autem litterarum gratiæ, idest clausularum, vt
bona tertij alienata cõprehendantur, docet † Cagn. remissiue *in* 64
*l.ea sola, n.*13. *ff.de reg.iur.* & Paris. *in consil.*1 *n.*38.*cum seq.vol.*4.
& si in eis inserantur vberes clausulæ, *de quibus in dec. Rom.*64.
in nouis, acquiritur etiã pristina possessio, sine alia noua appre-
hensione, † vt per Pont. *tract.de spolio lib.*3.*n.*29. Et circa istam 65
quęstionem, quando gratia trahatur ad bona alienata vide Me-
noch. *de recup.post remed.*10.*nu.*101.*cum seq.* vbi plene tractauit,
& ibi *n.*113. restitutio per viam iustitiæ, & non per gratiam di-
citur etiam trahi ad alienata, vide etiam Pereg. *de iure fisci libr.*5.
*tit.*1.*n.*43. vbi tenet gratiam non comprehendere alienata, et-
iam Princeps expresse dixerit, quod restitutio trahatur ad bona
in alium translata, quod tamen per eum ibi limitatur, vide om-
nino, & Viui. *commun.opin.*78. & dicit etiam, quod restitutio
Principis trahitur ad bona, quę filiis erãt attributa; & ad bona, si
ex forma statuti pro parte hæredibus interfecti, applicarentur:
sed quocunque casu bannitus non recuperaret fructus † à fisco, 66
nec ab alio, nisi causa iustitiæ restitueretur, tunc enim recupera-
ret etiam fructus. Et an gratia delicti trahatur ad bona alienata,
vide nouissime tradita per Farin. *in tract suo q.crim.in quæst.*6.*n.*
33.*cum sequen.* vbi ponit multas ampliationes, & limitationes, &
etiam quando gratia † trahitur ad bona alienata, an fiscus ad re- 67
stitutionem pretii, & de fructus, & ad euictione teneatur: vide
etiam Gomes. *de delict.c.*13.*sub n.*39. vbi concludit, quod ille, cui
per legem, vel hominis dispositionem bona delinquentis sunt
applicata, non tenetur ea restituere, nec sibi auferuntur, siue sit
apprehensa possessio, siue non.

Item † adde, quod si Princeps donaret bona confiscata, & 68
donatarius ea venderet, & postea Princeps dicta bona condem-
nato restitueret, emptor non potest ad rei euictæ pretium agere
contra venditorem, sed contra fiscum; nam euicto vbi sit facto
Principis; venditor ad restitutionem non tenetur. Puteus *dec.*
381.*in causa Bononien.lib.*3. vbi tractat de bonis Bentiuolorum,
quæ de anno 1506. Iulio II. fuerunt confiscata, & per Bononien-
se Card. Papien. alienata, & postmodum de anno 1514. per
Leonem X. ipsis Bentiuolis restituta.

Item adde, † quod extinctio vsufructu per confiscationem, si 69
vsufructuarius haberet gratiam, & libertatem recuperaret, non
videtur recuperasse vsumfructum, postquam semel fuit extin-
ctus, vt per Dec.*consil.*621. & Ias. *in l.si is, qui pro emptore, num.*
89.*versic.sicut secundum ff.de vsucap.* non obstantibus allegatis
per Tiraquell. *in l.boues, §.hoc sermone, in* 4.*limit.n.*1. *ff.de verb.
signif.* quia ibi loquitur de vsufructu annuo, sed Borgn. Cauale.
*in tractat.de vsufruct. mulieri relicto, num.*213.*versic. & extincto
vsufructu*, tenet, quod vsusfructus semel extinctus, siue sit
annuus, siue sit vnicum legatum, amplius renasci non possit.
Baiard.

u *Et ideo si Princeps*] Farin.*d.q.*6.*nu.*38. Ros.

x *Quæ tamen nunquam mihi placuit*] adde, quod † idem te- 70
net, Cassan. *in consuet. Burgund.rub.*1.§.5.*nu.*143.*fol.*125. vbi di-
cit, quod si gratia contineret bona alienata, duo absurda seque-
rentur, vnum quod fieret per indirectum quod videtur fieri non
posse, per directum, aliud, quod Princeps non administraret iu-
stitiam: & de potestate Principis latissime habetur per Pinell.
*in repet.l.*2.*C.de rescind.vend.in rub.c.*2.*per totum*, & ibi *nu.*245.
egregie impugnat † illam distinctionem, quam multi Doctor. 71
faciunt distinguendo potestatem absolutam Principis ab or-
dinaria. *Baiar.*

y *Quæro etiam*] Farin.*d.q.nu.*44. Ros.

z *Tempore banni deuoluta sit hæreditas*] Hic adde, quod licet
Princeps possit facere gratiam bannito, non tamen bannitus re-
cuperat bona interim durante eius banno alteri quæsita: plura ad
hoc cumulat Alc. *d.tract.de præsum.reg.*3.*præsum.*8.*n.*4. Nõ enim
Princeps potest auferre ius interim alteri quæsitum, causa non
præcedente, Crau. pro Genero *responso* 1.*n.*73. Arelat. *in addit.ad*

d.reg.3.præsumpt.11. littera C. Item nec recuperat fructus interim perceptos, Dec.*in l.in condemnatione, §.cum verbum, numero* 2.*ff.de reg.iur.* Pro bono autem pacis bannitus restitutus bona recuperat, supra *hac eadem quæst.versic. Adde, quod pro bono pacis,* Capyc.*decisio.69.n.22.* supra *q.44.versic.licet autem,* item ſi restituatur cum dictione, Plenissime, recuperat bona, vt voluit Felin. *in cap.quæ in ecclesiarum coll.3.ad med.extra de constitut.* & *in cap.super eo coll.1.ad med.de offic.deleg.* item recuperant bona, si rescribatur, non obstante quacunque condemnatione præcedente, quam vult haberi pro non facta, Felin.*in c.quoniam coll. mihi 4.eodem tit.* latè Dec.*consil.251.sub nu.7.* filius tamen bannitus, viuente patre, etiam cum bonorum confiscatione, mortuo patre etiam ab intestato non transmittit talem hæreditatem fisco, vt retuli infra *ad quæst.78.versic.item in fiscum,* est tamen remedium, si quis testando cupiat eius bona tute relinquere bannito, ita vt post gratiam bona recuperet, vt per Duran.*de art.testan.cautel.10.sub tit.de his, qui non habent fac.testandi, ad fin.* at in materia confiscationis infra *q.87.versic. vlterius quæro ad fi.* & *versic.an teneatur.* Drog.

*71 a *Impetrare gratiam*] Hic aduerte; quod gratiam petens † quia dicitur fateri delictum, nec iudex potest dicere volenti vti gratia impetrata, Fatearis prius delictum, alioquin non vteris illa, vt per Boss.*tit.de remed.ex sola clem.prin.nu.29.* Giach.

72 *Impetrare gratiam*] adde † quod hoc procedit tribus concurrentibus, primo quod sit homicidium, vel simile delictum, pro quo gratia obtinetur secundo; quod pro illo sit facta gratia, prout in effectu voluit Syluan.*consil.501.num.11.* & 12. Tertio, quod pœna sit capitalis, prout secunda, pro qua gratia vltimo obtinetur, & ab eodem Principe non diuerso sint gratiæ concessæ, vt per Sylu. *d.consil.50.nu.12.* & per Bursar.*consil.177.nu.13.cum seq.vol.2.* & nouissime per Fari n. *var.quæst.in q.6.n.47.cum seq.* vbi dubitat de prædictis tribus limitationibus, siue requisitis, de quibus ego quoque valde dubito per rationem, quam ipse allegat, & quia, vt hic dicit auctor, volens impetrare gratiam, debet exprimere in supplicatione omnia, quæ potuissent verisimiliter retrahere animum Principis a concessione gratiæ, si ea sciuisset, & cum mihi bis casus contingeret, consului Principem iuxta consilium Alciati *in c.cum ab homine, n.44.de iudi.* & Couar.*var. resol.lib.1.c.20.n.8.* & nunc reperio, quod Far. idem consuluit in loco supra citato, & gratia quo pacto † probetur subreptitia, latè
73 per Mascar.*de probat.concl.*846. Et etiam tenetur facere mentionem, non solum de delicto, de quo gratiam habuit, sed etiam de delicto, de quo fuisset punitus, alias gratia esset nulla, secundum Bal.*in l.quicunq; C.de ser.fug.* & *in l.3.de Episc.aud.* gl. Abb. & Io. de Anan.*in c.2.de cler.percuss.* Bart.*in l.si cui, in fin.ff.de accu.* & Afflict.*in constit.cum vniuersis, nu.8.*

Item adde, quod † gratia non vitiatur ex omnibus tacitis, quæ
74 mouissent Principem ad non concedendum, sed ex eis tantum, quæ sunt expressa à iure. Ægidius *decis.698.incip.conclusio extra rotam,* & Brun.*cons.feud.11.* & Fel.*in c.postulasti, col.3.vers.declara etiam notabiliter, extra de rescript.* Boss.*in titul.de remed.ex sol. clem.prin.n.34.cum seq.* Rot.*decisio.32.nu.5.de rescript.in nou.* Soc. *consil.120.nu.5.lib.4.* Cass.*decisio.12.n.5.de praben.* Curt.iun.*consil. 27.col.fi.* & *consil.32.ad fin.* & huiusmodi subreptio ipso iure absque partis oppositione gratiam vitiat, Crau.*consil.68.nu.2.* & Ruin.*consil.21.n.13.lib.1.* & cognitio, quando taciturnitas vitiat gratiam alicuius rei, deprehenditur ex stylo, & concedentis solito, Bursa.*consil.177.n.13.vol.2.*

Item adde, quod † si in gratia adesset clausula, quod de sub-
75 reptione, & obreptione dici non possit, d. clausula intelligitur iuridicè, existentibus narratis in gratia, quoties gratia concessa fuerit ad petitionem partis; secus si motu proprio. Pute.*decisio. 213.lib.2.*

76 Item † adde, quod gratia concessa à Principe in festo Natiuitatis, vel Resurrectionis D.N. Iesu Christi censetur motu proprio concessa, & omne vitium subreptionis censetur sublatum. Bursa.*in consil.177.n.15.vol.2.*

Item † adde, quod litteræ obreptitiæ dicuntur, quando pro-
77 pter inuolucrum verborum Princeps decipitur, & dicuntur furtiuæ, quia effugiunt plenam, & deliberatam conscientiam Principis, & propterea non valent. Capr.*commun.conclu.reg.43. num.5.* & *seq.*

De obreptione, & subreptione in casu rescriptorum tradit Tiraq.*de pœn.caus.caus.44.n.38.39.40.* & 41.

Item adde, † quod ad saluandam subreptionem non sufficit
78 exprimere factum aliquod generaliter, nisi etiam exprimatur modus, per quem factum fuit, & qualitates, Brun.*consil.feud.12. col.4.* Gramm.*consil.34.n.10.* alias gratia erit nulla, Bertaz.*consil.*
79 104.*vol.* 2. Sed † generalis locutio non redditur subreptitia, licet in aliqua minima specie inclusa sub genere verificari non possit, Brun.*consil.feud.1.col.fin.*

80 Item † adde, quod in gratiosis omnis subreptio vitiat ipso iure: communis est opin.per Fel. *in c.ad audientiam; nu.22.de rescri.* & Verall.*decisio.49.par.2.*

Item † adde, quod clausulæ, vt petitur, ex certa scientia, motu proprio, & non obstantibus, quæ solent apponi in litteris gratiosis, non tollitur subreptionem, quoties gratia est facta ad postulationem partis, vt per addit.ad Bertaz.*cons.478.litt.C, vsq; in fi. vol.2.* & de istis clausulis, & earum effectu vide Gabr.*comm.conc. lib.6.tit.de clausulis conc.1.* & 2. Rim.iun.*consil.5.n.22.vsq; in fin.*
vol.1. Et si in gratia † Princeps non dixerit ad postulationem par- 82
tis, sed ipsa postulatio præcedat, si postea sequatur cõcessio cum clausula, etiam motu proprio, illa clausula nihil potest operari, Soc.iun.*cons.77.n.98.vol.1.* & Paris.*cons.79.n.23.vol.4.* Et gratia
† etiam non censetur signata motu proprio, quando est signa- 83
ta, fiat vt petitur, etiam quod in corpore dicatur, motu proprio:
Verall.*dec.45.par.2.* etiamsi Papa † propria manu scripserit clau- 84
sulam, motu proprio, & asserit se id facere ad partis instantiam, talis clausula nihil loquatur, Ruin.*consil.41.col.5.vol.1.*

Item † adde, quod impetrans tenetur probare omnia narrata 85
per eum esse vera, vt per Fel. & Dec.*in cap.constitutus, de rescript.* Crau.*consil.104.n.3.* & 148.*num.8.* & Paris.*consil.49.n.30.vol.4.* maxime, quando Princeps habet relationem ad supplicatam, secundum Rip.*lib.2.respons.24.nu.4.* sed ad hanc quæst.an impetrans, vel excipiens obreptionem probare teneatur, & an omnia in rescripto narrata sint probanda, late Mascar.*de prob.conc.1113.*
vol.3. Et † quod gratia sit nulla, non expressa qualitate delicti, ob 86
quam Princeps potuisset illam non concedere, vide Bertaz.*cons.* 104. vbi etiam loquitur de saluo cõductu obtento. Et in hac materia rescriptorum obreptionis, & subreptionis vide Menoch.*de arb.ind.casu* 201. vbi multa accumulauit, & ibi *n.25.* dicit, quod
arbitrio † iudicis relinquuntur qualitates narrandæ in precibus, 87
ne rescriptum reddatur subreptitium.

Item † adde, quod si aliquis fuerit condemnatus ad pœnam, 88
quam soluit fisco, & impetret remissionem illius pœnæ, & non faciat mentionem, quod illa pœna erat soluta fisco, non valet impetratio, tanquam subreptitia, Bal. & Ias.*in l.nec damnosa circa prin.C.de precib.Imper.offeren.* & *in l.præscriptione in fi.C.si cõ.ius, vel vtil.pub.* & Dec.*in l.liberos, C.de collat.*

Item † adde, si quis fuerit condemnatus, puta in mille libris, 89
& impetrauerit à Principe gratiam, sine remissionẽ talis pœnæ, & non fecerit mentionem, ex qua causa fuerat condemnatus, non valet talis gratia, Ias.*in d.l.nec damnosa in prin.* Old.*consil. 22.incip.ad quæstionem in fin.* Alex.*consil.44.col.1.vol.1.*

Item † adde, quod gratia siue restitutio condemnati de cri- 90
mine læsæ Maiestatis ad hoc valeat, requiritur etiam, vt dicatur motu proprio Principis illa fuit facta, vt per Curt.iun.*in l.1.§.si procurator, in prin.ff.quod quisq; iur.* per text. *in l.1.C de petitio. bon.liber.* quem refert, & sequitur Cagn.*in l.ea sola in fin.ff.de reg. iur.* Baiar.

b *Præsertim vero exprimas*] adde Dec.congrue loquentem *in l.bona fides, n.7.cum seqq.ff.de reg.iur.* Menoch.*de arbit.iud.lib.2. centuria 3.casu 303.cum seq.* Felin.qui refert Barba.*hic, in c.postulasti, coll.4.extr.de rescript.* & *in c.Pastoralis, §.cum autem ad fin. de officio deleg.* Drog.

Præsertim vero] adde, vt per Boss.*tit.de remed.ex sola clemen. prin.n.35.* vbi etiam non valet secunda gratia secundi homicidij tacita prima, adeo vt is potest impunè occidi, per Alex.*cons.114. lib.1.* & Boss. vbi supra, *n.37.* & multa alia de gratia notatu digna, vide per discursum per Boss.*eod.tit.* Giach.

Præsertim vero] Farin.*d.q.6.n.45.* & *seq.* Ros.

c *Et quia plerunque*] adde, quod † iudex non potest impetra- 91
ta indulgata à Principe dicere reo, fatearis prius delictum, alias nolo, vt indulgentia Principis vti possis, Afflict.*in cap.1.§.natu-*
rales in 4.notab.si de feud fue.cont.int.dom. & *agn.* sed si ex proces- 92
su appareret, homicidium potius animo deliberato factum fuisse, quam aliter, non tamen clare constaret, & impetrans narrasset, se non animo deliberato illud fecisse, posset torqueri ad veritatem inueniendam sine ipsius iniuria, nisi per alias probationes vellet ostendere, quæ narrasset, vera esse, Boss. *in tit.de remed.ex sola clemen.prin.nu.42.* Baiar.

Successiue quæro] Far.*d.quæst.6.nu.57.* & 61. Ros.

Successiue quære nunquid] adde, † quod huiusmodi decreta, 93
siue indultus comprehendunt delicta, quæ tempore concessionis nondum erant detecta, secundum Grat.*in consil.137.volum.1.* & *cons.144.vol.2.* & ideo secundum eum, si aliquis bannitus pro aliquibus certis delictis ceperit, vel occiderit aliquem bannitum, & propterea de suis delictis indultatus fuerit, & demum compertum fuerit, aliud delictum commisisse, de quo non fuerat adhuc inquisitus, non poterit pro tali delicto per Curiam mole-
stari, & † ad hanc quæstionem, an huiusmodi decreta compre- 94
hendant delinquentes futuros, vide, quæ posui sup.*ad §.homicidium, versic.plerunq; etiam ibi, item adde, an motu proprio.*

Item adde, quod decreta gratiosa nedum non comprehendũt
delicta futura, † sed nec per gratiam Princeps potest remittere 95
delictum futurum, *l.si vnus, §.illud, ff.de pact.* & Salyc.post Bart. *in l.rescripta, C.de precibus Imper.offer.* & Cassan.*in consuet.Burg. rub.1.§.5.n.130.fol.221.* & Rol.*consil.3.n.40.vol.2.*

Item

Item adde, quod indultus, seu restitutio finita guerra, quod omnes rebelles sint restituti in pristinum comprehendit etiam mortuos, Bal. *in cons.* 408. *quidam ciuis, vol.* 1. Sigismundum Lofred. *cons.* 8. quia ista restitutio retrotrahitur, & finguntur restituti præambula hora ante motam guerram, vt ibi per eos. *Baiar.*

e *Sub spe decreti*] Farin. *d. q.* 6. *n.* 57. Rof.

97 f *Et in hoc proposito*] adde Cassan. † *in Consuet. Burgun. rub.* 1. §. 5. *nu.* 130. *fol.* 211. qui refert Guiliel. de Bene. *in loco hic citato.* idem tenuisse. *Baiard.*

g *In huiusmodi autem*] adde, atque vide alios casus, qui non comprehenduntur in generali abolitione, de quibus per Carer. *in pract. crim.* §. *homicidium* 6. *num.* 324. vbi etiam notanter ponit differentiam inter abolitionem, & indulgentiam. Nam abolitio † non extinguit crimen, sed tantum instantiam iudicij, & ideo

97 transacta lætitia infra 30. dies, potest accusator de nouo accusare. Indulgentia vero principis, quam facit ex causa, extinguit crimen ac extenditur ad præmissa, etiam ad falsi crimen, siue generaliter, siue specialiter indulgeat criminibus, nisi sit concessa ad partis petitionem, nam si in petitione non exprimat alia grauiora, ad ea non extenditur, vt per eundem in d. tract. abolitionis. *Giach.*

In huiusmodi autem] Farin. *d. q.* 6. *n.* 54. vbi plura alia delicta reseruat. *Rof.*

In huiusmodi autem generali] adde, quod generalis abolitio, quę fit à Principe, siue indultus, nil aliud est, nisi quędam indulgentia, quæ potest esse generalis, vel particularis, & à solo Principe conceditur, puta ob diem insignem filij nati, resque prospere gestas, hostesque debellatos, vel ob possessionem Regni, vel status adeptam, *l. abolitio cum l. sequent. ff. ad Turpil.* & late per Luci. Foller. *super pragm.* 4. *de composit. num.* 57. vbi dicit, quod etiam Barones Regni Neapol. faciunt indultum in eorum statu, attestando, ita fecisse D. Ferrandum Gonzagam, & D. Cesarem eius filium in nouo ingressu eorum status, sed hoc est intelligendum, dummodo Barones in suis priuilegijs potestatem habeant componendi, & transigendi, & quod partium remissione præcedant, & tales indultus aliquando solent concedi ob ingentem bannitorum copiam cum aliqua conditione, puta vt inseruiant Principi in bello, vel in aliquo præsidio ad certum tempus, vel pro pecunia, quod non est laudandum. Et in omnibus fere Ciuitatibus, & Prouincijs adsunt statuta, siue bannimenta, quib. bannitis alios similes bannitos interficientibus gratia conceditur, & quando huiusmodi indultus, siue decreta gratiosa conceduntur, fere semper aliqua delictorum genera excipiuntur, & sæpe delinquentes expresse nominantur, vt factum fuit per Serenissimũ Regem Philippum, quando eius nomine adepta fuit possessio Regni Neap. per cessionem, siue refutationem Regnorum a Carolo V. Romanorum Imperatore Patre Maiestatis suæ factam, qui indultus repetitur *in prag.* 5. *sub tit. de abolitionibus,* & de alio indultu eiusdem maiestatis habetur, *in pragm.* 1. *de edit. Card. de Granuel.* qui conceditur delinquentibus, dummodo inseruiant in Regijs triremibus pro tempore ibi expresso, partium remissione obtenta, vel obtinenda, *& in pragm.* 2. *&* 15. *eo. tit.* alius indultus generalis per eādem maiestatem elargitus fuit post ortum Serenissimi Ferdinandi filij, nonnullis grauibus delictis, & criminibus exceptis, qui comprehendit etiam vasallos Baronum, præter in pœnis pecuniarijs, quę Baronibus applicantur, & dictæ prag. poterunt seruire pro forma indultuum, qui si fiunt sim; licet, multa delicta non comprehendunt, vt infra patebit, & plene habetur per Carter. *in pract.* §. *circa n.* 374. *cum seq.* Priuatus autem indultus est quando alicui Princeps, vel alius superior indulget. §. *quod Principi ver. plane, instit. de iur. gent. & ciui.* & Carer. *in pract. crim.* §. *circa n.* 375. *fol.* 131.

h *Crimen falsi*] adde Bal. *in c. tuam, num.* 5. *extr. de ord. cognit.* casus item dotis non comprehenditur sub generali lege, Neguf. *tract. de pign.* 2. *memb.* 8. *par sub num.* 11. item sub generali reuocatione non venit priuilegium concessum ad placitum, Capye. *decisio.* 116. *nu.* 6. item lex noua superueniens non comprehendit casus pendentes per appellationem text. *in authent.* vt cum de appellatione cognoscitur in principio, & de tali crimine falsi supra *q.* 58. *versic. Ab hac tamen, & quæst.* 53. *versic. frequentissime, ibi, de quo ego multoties,* & quod falsum non solum in Decreto, sed nec etiam in statuto de falso loquente continetur, vide Marsil. *rub. de fideiuss. num.* 29. *& numer.* 201. vide latius per Menochi. *tract. de arb. iud. lib.* 2. *cent.* 4. *consil.* 302. *num.* 16. *& casu* 306. *num.* 11. Ant. Gabr. *tract. comm. opin. tit. de legibus, & consil. n.* 6. *concl.* 1. Gram. *decis.* 4. *sub n.* 28. & generaliter in tali materia recurre semper ad Fel. *in c. nonnulli extra de rescript.* Drogh.

58 *Crimen falsi*] Item adde. † quod contrarium tenuit Ange. *in cons.* 154. Ioan. Rebuf. *in l. diuus. ff. ad Syllan.* Boer. *decis.* 117. *num.* 2. quod scilicet remissio generalis extendatur ad omnes falsitatis criminosos, quo ad vindictam publicam, & non quo ad interesse partis, pro quo adhuc retineri debet in carceribus, sed de hoc vide D. Far. *in q.* 10. *n.* 7.

Item † adde, quod non comprehenditur homicidia proditor, 99
Carer. *in pract. crim. fol.* 18. *nu.* 96. & Moder. *in c. qua in ecclesiarum, extra de constit.* si autem opinio contraria esset verior, non procederet, quando in banno, vel in carceribus non essent alij banniti vel carcerati essent tres, quorum duo essent condemnati pro falsitate, alius vero pro alio crimine; tunc beneficio remissionis gauderent, Nell. *in tract. de ban.* 5. *par.* 2. *temp. q.* 4. Mars. *in rub. de fals. n.* 13. Caccial. *in l. omnes populi de iust. & iur. nu.* 111. & Montic. *in pract. crim. reg.* 15. *n.* 109 *&* 110.

Item † adde, quod non comprehenditur delinquens in crimine 100
læsæ Maiest. Capyc. *decisio.* 150. *n.* 56. Rimin. *cons.* 11. *n.* 7. *vol.* 1. & Gram. *consil.* 40. *n.* 10.

Item † adde, quod non comprehenduntur criminosi, qui plu- 101
ries reiterauerunt delicta, de quibus alias fuerant per Principem liberati, Boer. *in d. decis.* 217. *n.* 22. & ad quæ gratia generalis extendatur, vide omnino Dominum Farin. *in q.* 6. *n.* 51. *cum sequ. & in q.* 10. *n.* 7. *&* 8. habetur an comprehendat casus speciales, & crimen falsi, vide † etiam Decia. *in tract. crim. tom.* 1. *lib.* 3. *c.* 35. 102
vbi de abolitione generali, & † quæ delicta comprehendat, mul- 103
tum diffuse tractauit.

Item adde, quod non comprehenduntur delicta in officio commissa, vt per Paridem *in tractat. de syndic. in ver. an si potestas,* quem sequitur Carter. *in pract. crimin.* §. *circa num.* 376. *fol. mihi* 136.

Item † adde, quod in Generali abolitione facta à Principe, vel 104
à statuto, non comprehenditur crimen assassinij, vt per Masear. *in pract. crim. in* §. *diligenter, &* §. *examinata.*

Item † adde, quod huiusmodi generales delictorum abolitio- 105
nes, siue indulgentia intelliguntur ad pœnam, non autem quo ad rei captæ persecutionem, Angel. *in l. si docueris, C. ad leg. Corn. de fals.* quem sequitur Cassan. *super consuet. Burgun. rub.* 1. *n.* 163. *fol.* 130. & dicit Marant. *de ordine iud. par.* 6. *de inquisit. n.* 56. quod si Princeps † facit indultum de omnibus delictis præteritis, quod 106
intelligitur, scilicet, parte offensa concordata, alias non valeret, nisi vellet vti plenitudine potestatis, qua vti, non est præsumendum, Gram. *consil.* 14.

i *Scias etiam quod licet*] adde videndum Carer. *in pract. crim.* §. *homicidium* 6. *n.* 374. vbi † ponit differentiam inter abolitionē, 107
& indulgentiam, & dicit, quod quando abolitio generalis fit à Principe, est indulgentia, quæ extinguit delictum, & de hac indulgentia hic loquitur D. Clarus, & non de abolitione legali, quæ non extinguit crimen, sed tamen instantiam iudicij; & ideo transacta lætitia infra triginta dies, potest accusator de nouo accusare, l. si interueniente, ff. ad Turpil.

Item adde, † an generalis remissio trahatur ad eos, qui sunt in 108
carceribus, vide Bal. *in cons.* 305. *vol.* 1. *col.* 1. *in fin.* & ad hanc materiam abolitionis generalis vide Plaz. *epit. delict. c.* 38. vbi plene, & Iodoc. *in pract. crim. c.* 146. & omnino Cassan. *in consuet. Burg. fol.* 913. *nu.* 1. *cum sequenti,* vbi late iam de abolitione generali, quam speciali, & Farin. *in d. q.* 6. *n.* 51. *cum sequent.* & Decian. *in tract. crim. tom.* 1. *lib.* 3. *c.* 35. *num.* 4. *cum sequent.* vbi latissime † 109
de effectibus huius abolitionis, & quæ delicta non comprehendat. *Baiar.*

k *Beneficio decreti*] Farin. *d. q.* 6. *n.* 59. *&* 61. Rof.

QVÆSTIO LX.

Quæ res in delictis à pœna excusent, vel saltem prosint ad pœnam istam mitigandam.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Quæ in delictis prorsus excusent, vel saltem prosint ad minuendam pœnam.*
2 *Aetas an excuset.*
3 *Infans, pupillus, aut minor an excusentur in delictis.*
Et an eis concedatur restitutio in integrum, ib.
4 *Minor delinquentis in minori ætate, an poterit pro eo delicto puniri, postquam factus est maior.*
5 *Senectus an excuset in delictis.*
6 *Furor an excuset in delictis.*
7 *Et quid si post condemnationem effectus sit furiosus.*
8 *Ira in delictis an excuset.*
9 *Amor in delictis an excuset.*
10 *Prodigus an in delictis excusetur.*
11 *Ebrietas in delictis an excuset.*

12 Dormiens an in delictis excusetur.
13 Ignorantia an in delictis excuset.
14 Mandatum superioris an in delictis excuset.
15 Operarij, & fabri an excusentur de eo, quod operantur de mandato alterius.
16 Et quid in atrocibus an mandatum superioris excuset.
17 Metus, aut vis an in delictis excuset.
18 Prouocatio aduersarij an delinquentem excuset.
19 Et an iustus dolor in delictis excuset.
20 Excusatio quod delictum clam commissum fuerit, an prosit delinquenti.
21 Pœnitentia an in delictis excuset.
22 Quelibet causa excusat à pœna.
23 Bone vocis, qualitatis, & famæ probatio an releuet delinquentem.
24 Nobilitatis, vel dignitatis probatio an prosit delinquenti.
25 Probatio, quod reus sit egregius miles, & vtilis reip. an prosit.
26 Insignis peritia, vel excellentia aliquo artificio an prosit delinquenti.
27 Meritorum probatio an prosit delinquenti.
28 Delictum sine dolo, vel præter intentionem commissum fuisse, an prosit.
29 Pater præsentans filium imputatum de delicto, an illum excuset à pœna mortis.
30 Multitudo reorum an excuset delinquentes.
Vniuersitas an possit excommunicari, ibid.
31 Quando ignoratur, quis prius manum ad arma posuerit, an omnes sint à pœna primæ euaginationis liberandi.
32 Antiquitas delicti an prosit delinquenti.
33 Vbi proceditur per inquisitionem, non solet delinquens puniri pœna ordinaria.
34 Reus delictum sponte confessus an sit mitius puniendus.
35 Iudex ratione amicitiæ an possit pœnam remittere.
36 Coniunctio sanguinis inter delinquentes, an eos excuset.

Ex Additionibus.

1 Pœna quando sint augenda, vel alterandæ, remiss.
2 Aetas an excuset in delictis.
3 Aetas quomodo probetur.
4 Minor in criminalibus censetur maior.
5 Minoritas quando præsumatur.
6 Aetas quomodo probetur testes.
7 Et quomodo per aspectum, remiss.
Pupillum, & adolescentulum committentes delictum ad puniendum quomodo sit procedendum, remiss.
Minor, qui propter ætatem puniri nequit, nec effectus maior punietur.
8 Infans ex officio debet absolui.
9 Et quid de furioso, remiss.
Et quid de surdo, & mutuo, remiss. ib.
*9 Omissio quando habeat annexum factum.
10 Pubertati proximus quando quis dicatur, remiss.
11 Minor vigintiquinque annis an excusetur in delicti.
12 Et quid in Regno Neap.
13 Maior quando dicatur quis in Regno Neap.
14 Quid in statu ecclesiastico.
15 Quid in Hispania.
16 Minor an comprhendatur in statu pænali.
17 Minore pluries delinquente an debeat augeri pœna.
18 Minor asserens se maiorem an sibi præiudicet.
19 Minor an restituatur aduersus confessionem, stante statuto quod minor possit stare in iudicio.
20 Et quid si confessus fuerit cum consensu curatoris.
21 Confessio minoris contra alium valet etiam sine curatore.
22 Mulier an restituatur aduersus confessionem delicti.
23 Restitutio in criminalibus quando concedenda, remiss.
24 Minor in crimine læsæ Maiestatis an restituatur.
25 Monor aduersus veram contumaciam non restituitur.
Et quando dicatur verus contumax, ib.
26 Mutus quando æquiparetur infanti.
27 Senectus in delictis an excuset.
28 Senex quis dicatur.
29 Delinquens si habet dilucida interualla, quando præsumatur deliquisse.
Furor in delictis excusat, & quomodo puniatur.
30 Furor quomodo probetur, remiss.
31 Furiosus semel an semper talis præsumatur.
32 Furiosus an possit extraordinarie puniri, remiss.
33 Furibundus si post delictum fiat sanus an possit puniri.
34 Furiosus sponte effectus an excusetur.
35 Blasphemans in rixa an teneatur pœna blasphemia.
36 Iracundia an excuset, & quando.
Iracundia calore facta, quæ non teneant.
Amore præ nimio delinquens mitius punitur.
37 Amor in delictis an excuset.
38 Pœna dantis amatorium poculum.
39 Ebrietas an excuset.
40 Et quomodo probetur.
41 Ebrius, cui fuit sal positus in vino, an excusetur, remiss.
42 Ebrietas in Hispania num excuset.
43 Dormiens si delinquat, an excusetur, si postea ratum habuerit.
44 Ignorantia in delictis an excuset.
Ignorantia facti excusat, & quæ saltem à pœna graui.
45 Ignorantia quomodo probetur.
46 Ignorans proclama an debeat puniri pœna illius.
47 Ignorantia proclamatis quomodo probetur.
48 Proclama an liget absentes.
Ignorantia quando præsumatur, & allegari possint aduersus cridas, & statuta.
49 Mandatum superioris in delictis an excuset.
50 Mandatum quomodo probetur.
51 Mandatum iudicis factum in scriptis grauius ligat, quam factum oretenus.
52 Mandatum Regis contemnens quomodo puniendus.
53 Operarij habent actionem iniuriarum aduersus dominum, qui eos immisit in fundum alienum.
Operarij, & laboratores quando excusari, & quomodo accusari possint, & quando teneantur, remiss.
54 Principi aliquid seuerius mandanti, an sit parendum.
55 Et quid si secunda iussio interueniat.
Et an iudex parendo peccet, ib.
56 Tyranni solent in officiales eligere ignaros, & crudeles ipsorum Tyrannidi obsequentes.
57 Metus in delictis quando excuset.
58 Coactus à latronibus ad pulsandum hostium alterius, an excusetur.
59 Metus quando dicatur iustus.
Metus ex precibus, & blanditiis Principis in subditos seuire soliti dicitur iustus.
60 Metus culposus an excuset.
61 Falsum deponens propter metum non excusatur.
62 Metus causatur ex strepitu armorum, & rugitu aliorum.
63 Metus an præsumatur, & quando.
64 Metus an facilius probetur, quam spontanea voluntas.
65 Prouocatus an excusetur.
66 Prouocans in rixa, etiam quod dicat ad duellum, non incurrit pœnam duellantis.
67 procurator quis dicatur.
68 Prouocatio legitima quando facta dicatur.
69 Prouocatus ex interuallo, faciens occidi mediante pecunia, an excusetur.
70 Prouocari an dicatur quis ex his verbis.
Tuotti da parte, dammi la strada.
71 Procurator in dubio quis præsumatur.
72 Dolor an excuset, & quando.
73 Et quid si offensus non dederit causam doloris.
74 Clam quid fieri quando dicatur.
75 Delictum in Ciuitate maius est, quam factum ruri.
76 Item in diebus festiuis.

77 Cre-

77 *Credulitas an excuset.*
Credulitas etiam fatua excusat à dolo.
78 *Causa iniusta quando excuset.*
79 *Et an à pœna pecuniaria ratione late culpæ.*
80 *Credulitatis causa quomodo probetur.*
81 *Causa quomodo sit probanda.*
82 *Causa etiam leuis excusat in delictis etiam maioribus.*
A falso, ibidem.
A crimine læsæ Maiestatis, ib.
A conuenticula, ibid.
A contumacia, ib.
A periurio, ib.
83 *Et quid si actus iure naturali sit prohibitus.*
84 *Dolus ex quibus præsumatur cessare.*
85 *Causa an excuset à pœna conuentionali.*
*85 *Quilibet causa excusat à dolo, & à pœna.*
86 *Fama bona quid operetur.*
Fama bona in genere tollit malam in genere.
Et bona in specie malam in genere.
Ac operatur vt reus mitius puniatur, & quæ indicia tollat.
Testibus deponentibus super mala fama in specie, an magis credendum sit, quando deponentibus de bona in genere, remiss.
87 *Fama bona in genere an præferatur malæ in specie.*
88 *Delegatus ad se informandum de mala fama, non potest se informare de bona.*
89 *Famæ malæ indicium quomodo tollatur.*
90 *Fama mala quando iungatur cum alia specie probationis*
91 *Fama mala debet probari in specie.*
*91 *Mala fama quando faciat indicium ad torturam.*
92 *Nobilis quis dicatur.*
93 *Forensis non dicitur nobilis.*
94 *Nobilitatis priuilegia, remiss.*
95 *Nobilitas minuit fidem probationum.*
Nobilis an puniatur minori pœna corporali, quam ignobilis, quando lex est vniformis, n. eod.
Pœna quando vniformiter est taxata à lege, vel statuto, an sit facienda personarum, nu. eo.
Consuetudo loci in pœnis infligẽdis est seruanda, n. eo.
Nobilis debet suspendi, si est consuetudo in Ciuitate, quod nobiles suspendantur, n. eod.
Nobilis delinquens in contumelia officij, vel dignitatis, magis punitur quam ignobilis, n. eod.
Ignobilis committẽs homicidium suspenditur, n. eod.
Nobilis casu proditionis, & falsi grauius punitur, num. eod.
96 *Furca quando quis suspendatur, remiss.*
Nobiles in regno Neap. non condemnantur ad triremes, nu. eod.
Nobiles in statu ecclesiastico, & ignobiles indifferenter ad pœnam triremium condemnatur, n. eod.
97 *Nobiles quando sint fures suspendendi.*
98 *Excellentia hominis quomodo sit probanda.*
Excellentia hominis circa quid consideretur.
Excellentia hominis prodest ad impunitatem.
99 *Princeps est consulendus, si populus gratiam petit.*
Pœna non minuitur ob beneficium factum Reipublicæ, si in eam crimen grauissimum committitur, n. eod.
Pœna non minuitur facienti beneficium Reipublicæ, casualiter furtum committendo, n. eod.
Merita delinquentis, vel maiorum, aut proximiorum eius, & beneficia aliàs in Remp. minuit pœnam.
100 *Pater an mitius puniatur, si offeratur à filio.*
101 *Multitudini est magis monendum, quam minitandum.*
102 *Vniuersitates delinquentes quomodo puniantur.*
103 *Multitudo quando dicatur, & quando excuset.*
104 *Aggressor quis præsumatur.*
105 *Et quid in altercantibus verbis tantum, an sint puniendi, si de prouocante non constet.*
106 *Delictum antiquum quando dicatur.*
107 *Præscriptio temporis non prodest condemnato.*
108 *Et quando non habeat locum.*
109 *Diuturnitas quando excuset.*
110 *Et an in grauibus delictis.*
111 *Farinac. lapsus.*
Accusatione, vel inquisitione procedere quid differant
112 *Confessio spontanea an prosit.*
Confessus non conuictus mitius est plectendus.
Et confessus sponte quis dicatur.
Amicitiæ ratione an pœna minuatur.
113 *Dolus in dubio an præsumatur.*
114 *Affinitas an excuset.*
115 *Delicta atrocia inter affines, & consanguineos grauius puniuntur.*
Ignorantia facti dißimulata non excusat, sub n. 44.

Dictum *a* est de defensionibus, quę reis competunt, vt ab accusatione, vel inquisitione contra eos formata absoluantur: videamus nunc de iis, quæ ad excusandum delictum, vel *b* ad minuendam pænam proponuntur, & in primis quidem de ætate. *c* Quæro igitur nunquid *d* ætas in delictis excuset. Respond. Aut reus est infans, & proculdubio excusatur: nam talis ætas quidquid videt, ignorat: & ideo infans non potest pro delicto criminaliter puniri, tex. est *in l. infans, ff. ad leg. Cornel. de sicar.* Et hæc conclusio est frequentiori Doctorum calculo probata, vt dicit Placa *lib. 1. delictorum, cap. 32. num. 1.* Aut *e* est maior infante, sed pupillus: & tunc est distinguendum. Nam aut delictum consistit *f* in committendo, & potest puniri, aut consistit in omittendo, & non punitur. Et hæc fuit distinctio Cyn. quam dicit ab omnibus approbatam Igneus *in l. 1. §. impubes, num. 5. ff. ad Sylla.* Scias tamen, quod impubes, si non est doli capax, nunquam punitur, si vero est doli capax, punitur, vt est text. *in l. pupillum, ff. de regul. iur.* & est omnium recepta sententia, vt dicit Placa *in d. capit. 32. num. 6.* Item scias, quod nunquam punitur, nisi etiam sit proximus pubertatis: nam vtrumque requiritur, & ita dicit August. ad Angel. *de malefic. in verbo Scienter, & dolose, post num. 6.* se Ferrariæ euasisse vnum puerum, qui occiderat super ripa Padi vnum fachinum. *g* Quando autem pupillus dicatur proximus pubertati, dixi supra *lib. 2. §. pupillus.* Et sic vides, quod ad hoc, vt impubes possit pro delicto puniri, tria requiruntur: Primum, quod ipse sit doli capax: Secundum, quod sit proximus pubertati: Tertium, quod deliquerit in committendo.

Sed *h* in omnem casum nunquam debet pupillus pœna capitali affici pro quocunque graui delicto, sed eius pœna debet esse citra mortem, vel membri mutilationem. Et ita pluries vidi seruari, & in specie in quibusdam pueris qui permiserant se ab aliis carnaliter cognosci, qui fuerunt tantum fustigati, non autem flammis combusti. Quinimo (secundum aliquos) in delictis carnis pupillus nullo modo tenetur, ex quo dicit Anton. Gomes. *c. 1. delictorum, num. 60. in fin.* se vidisse quendam minorem 11. annor. qui habuit accessum contra naturam ad vnum canum, *i* & emisit semẽ. Et licet probatum esset delictum, tandem obtinuit, licet cum difficultate, & fuit liberatus. Et hoc ego semper sequerer in iudicando, saltem quo ad pœnam ordinariam. Scias autem, quod hæc defensio proderit pupillo non modo ante sententiam, sed etiam post condemnationem contra eum in contumaciam secutam. Et ideo quidam Io. Dominicus Bonescus condemnatus in contumaciam pro executione prohibita in tribus ictibus funis, vel in 200. aureis, sumptis iussu Senatus informationibus, & comperto, quod tempore, quo fuit condemnatus, erat tantummodo annorum 8, fuit absolutus 19. April. 1564. A C. *k* Aut vero

ci Menchiaca *controuerſ.illuſtr.cap.9.poſt.numer.9.* Plac. *in d.cap.19.numer.7.* quæ mihi etiam placet, quo ad hoc, ut ei pœna corporalis non ſit infligenda, ſed quo ad condemnationem bonorum, crederem propter furorem ſuperuenientem non deberet impediri eius executionem.

9 Eſt *g* etiam ita breuis furor: quæro igitur, nunquid *g* in delictis excuſet. Reſpond. Aliqui ſimpliciter dicunt, quod factum per calorem iracundiæ non eſt punibile, & ait Iaſon *in l.ſi duo patroni,§.ſi quis iurauerit,il primo, poſt numero* 1. *ff. de iniur.* quod ita ſolet communiter dici, vel ſaltem (ſecundum omnes) mitius puniri debet. *h h* Et poteſt poni exemplum in eo, qui calore iracundiæ blaſphemauit: eſt enim mitius puniendus ſecundum Abba. Antiquum *in cap.2.de maled.* quem Doctores ſequuntur, ut dicit Grammat. *ſuper conſtit.regni.fol.* *i* 113.*num.*5. *i* Tu vero dic, quod aut ita prouenit *k* ex iu*k*ſta cauſa: & tunc non excuſatur in totum, ſed ut delinquens mitius puniatur, ut in viro occidente uxorem repertam in adulterio, dixi ſupra *hoc eodem libr.§. homicidium,verſic.ſed quid dicendum?* Aut vero non prouenit ex iuſta cauſa: & tunc in nihilo excuſat: Et hæc eſt communis opin. ut atteſtatur Menchiaca *controuer. illuſtr. cap.*18. *numero* 29. Reperio tamen quandoque eos, qui etiam ſine iuſta cauſſa calore iracundiæ in verbis exceſſerant, puta, contumelias alicui inferendo, fuiſſe mitius punitos. Et refert Afflict. *ſuper* 3.*parte conſtitut.regni, rubr.*54.*numero* 5. quod per curiam Neapol. fuit abſolutus quidam ruſticus, qui faciendo computa cum domino iratus dixit, quod Deus non potuiſſet facere, quod eſſet debitor tot operarum. Vide, quæ dixi ſupra *hoc eo.lib.3.Iniuria,verſ.quæro quid.*

l Eſt *l* & amor furoris ſpecies, teſte Platone in Phædro: qua ratione mitius puniendus videtur, qui propter amorem delinqueret: & dicit Chaſſ. *ſuper conſuetu. Burgund. fol.*39. *numero* 13. quod in facti contingentia vidit, quodammodo excuſari propter amorem quandam mulierem, quæ receptauerat res furatas ab amaſio ſuo.

m Fuit *m* etiam in facti contingentia abſolutus quidam, *n* qui fecerat ſortilegia *n* propter amorem: de quo dixi ſupra *hoc eodem libro §.Hæreſis, verſ.Succeſſive quæro.* Et ſecundum hanc concluſionem fuit iudicatum per Senatum in caſu cuiuſdam Baptiſtæ Gazini, qui libellum famoſum publicauerat contra quandam puellam, cuius amore captus erat: fuit enim abſolutus 3.Februar. 1554. tanquam quod ex nimia amoris vehementia non eſſet mentis ſuæ compos. Bene verum eſt, quod habebat remiſſionem à parte offenſa: alias forte hæc excuſatio illi non profuiſſet. Certè non profuit illis nobili*o*bus Neapolitanis, qui poſuerunt ſcalas *o* ad domum amaſiarum ſuarum, qui iuſſu Viceregis fuerunt decapitati, ut per Gram. *deciſ.*36. de quo dixi infra *q.68.verſ. aſcendens cum ſcalis.*

10 Vlterius *p* quæro, an ſicut furioſus, ita etiam prodi*p*gus in delictis excuſentur. Reſpond. quod non, ſed punitur ſicut quilibet alius. Ita tenet Bart. *in l.is cui bonis,num.6.ff.de verborum obligatione,* & eſt commun.opi. ut atteſtatur Cagnol. *in d.l.furioſi,num.13.ff.de regul.iur.* Placa *in d.cap.29.poſt nu.1.verſ.quibus ſic perpenſis.* Licet enim prodigus in adminiſtratione bonorum non reputetur integri ſenſus, & ideo contrahendo non obligetur in cæteris; tamen utique habetur pro homine ſanæ mentis: merito delinquendo proculdubio obligatur. Et eſt communis opin. ut dicuntur ſcribentes *in d.l.is cui bonis,* & in ſpecie Iaſon. *num.*17. & Ripa, *num.* 53. quidquid dixerit gloſſ. *in l.ſi quis in tantam,in gloſ.magna.verſ.6. de furioſo, C.unde vi,* quæ ab omnibus Doct. reprobatur, ut dicit Angel. *in d.l.is cui bonis,nu.7.& in l. Fulcinius,§.adeo autem, num.*3. *ff.ex quibus cauſis in poſſ. eatur,* quem refert Auguſt. ad Angel. *de maleſic.in verbo, Scienter,& doloſe,poſt num.*16. & Butigel. *in d.l.is,cui bonis, num.*34. Et ideo tenendum eſt, quod prodigus delinquens punitur tam pœna pecuniaria, quam corporali: & aliter dicere eſſet ridiculum, quod ſcilicet excuſaretur à pecuniaria, quæ eſt minor, & puniretur corporali, quæ eſt maior. Hæc tamen omnia intellige, ut procedant in delictis, quæ fiunt committendo: nam in iis, *q* quæ fiunt omittendo, omnes fere conſentiunt, *q* quod prodigus excuſetur.

Præterea *r* quæro, nunquid committens delictum 11 *r* tempore quo *ſ* eſt ebrius, debeat excuſari prætextu ebrietatis. Reſpond. quod excuſatur à dolo, ſed non à *ſ* culpa: & ideo puniendus eſt non pœna ordinaria delicti, ſed extraordinaria. Et ita tenent communi conſenſu Doctor. ut ait Placa *lib.1. delictorum, cap.*30. *num.*1. Hanc etiam opinio. communem appellat Menchiaca *controuerſ.illuſt.cap.96.poſt num.*31. Cæterum ſi ſine culpa fuiſſet factus ebrius, puta, quia ſocij, ipſo neſcio, ſal in vinum conieciſſent, tunc crederem ipſum eſſe à culpa, & à dolo prorſus excuſandum. Vidi ego pleroſque imputatos pro variis delictis non potuiſſe prætextu ebrietatis impunitos euadere: & in ſpecie Chriſtophorus de Prinis pro blaſphemia fuit affectus uno ictu funis publice, 5.Septembris 1556. P. N. & Ludouicus de Papia duobus, 12. Auguſt. 1557. P. N. & alij plerique. Semper tamen ille, qui ebrietatis calore blaſphemauit, mitius eſt puniendus ſecundum Abbat. Antiquum *in cap.2.de mald.* quem ſequuntur communiter Doctores, teſte Grammat. *ſuper conſt.Regni,fol.113.n.6.*

Quæro etiam, Pone, quod aliquis *t* dormiendo de- 12 linquat, puta, hominem interficiat, vel huiuſmodi, *t* nunquid erit excuſandus? Reſpond. quod ſic non enim erat tempore delicti compos mentis; ideo de eo tanquam de furioſo videtur iudicandum. Hoc tamen intellige, ut procedat, quando alias ei dormienti talia euenire non ſolent: ſed ſi aliquando id ei contingere ſoleret, ut ſcilicet à lecto ſurgeret, & enſem euaginaret, vel ſimilia faceret, ut de multis audiui, tunc ſi ipſe non præcauiſſet claudendo oſtium, diceretur eſſe in culpa: & ideo deberet pœna extraordinaria puniri. Ita tenet Bartol. *in l.pen.ff.ad legem Pomp. de parricid.* & eſt comm.opin. ut ait Didac. *in repet.cle.ſi furioſus,fol.*319.*n.*6. Placa, *lib.1. delictorum.c.31.n.3.*

Quæro, *u* nunquid ignorantia in delictis excuſet. 13 Reſpond. Aliqui ſimpliciter dicunt, quod quælibet *u* ignorantia etiam iuris excuſat à dolo: & hanc dicit eſſe commun. regulam Cæpoll. *conſ. ciuili* 18. *num.*5. Alij dicunt, quod quando ignorantia conſtitutionis, vel decreti eſt abſque culpa, tunc proculdubio excuſat reum ad omnem pœnam euitandam. Et hanc dicit eſſe commun.opin. Gratus *conſ.49.nu.55.lib.2.* quem refert Plotus *in repetit.l.ſi quando, numer.*858. Tu vero dic, quod quando delictum, quod punitur ab ipſa conſtitutione, vel decreto, eſt etiam prohibitum de iure communi, eo caſu ignorantia conſtitutionis, vel ſtatuti non excuſat. Vide, quæ dixi infra *quæſt.83.verſ.ſecundus eſt caſus.* Scias etiam, quod in iudice, qui tenetur leges ſcire, ignorantia iuris ciuilis, vel canonici, vel poſitiui, licet illum *x* excuſet à tanto, nunquam tamen excuſat *x* à toto. Et ita communiter dicitur, vt ait Paris Put. *de ſynd.fol.*300.*n.*1. Vide in hoc propoſito ea, quæ dixi ſup. *quæſt.31.verſ.ſcienter & doloſe.*

Solet dubitari, *y* nunquid mandatum ſuperioris in 14 delictis excuſet. Tu dic, quod regulariter excuſat mo- *y* do illud, quod quis facit ex mandato alterius, non ſit de genere prohibitorum, & ſic de ſui natura poſſit fieri citra delictum. 15

Et ideo *z* operarij, & Fabri excuſantur de eo, quod *z*

operantur in re alterius ex mandato conducentis, secundum gloss. *in l. rem, §. dignum, in gloss. fin. ff. de rei vendic.* quæ in hoc communiter approbatur, ut dicit Socin. *cons. 64. num. 23. lib. 4.* Et dicit Iason. *in l. de pupillo, §. nunciationem, num. 7. ff. de noui oper. nunc.* quod illa gloss. approbatur per omnes, & tenetur in practica. Hanc etiam dicit esse communem opin. Boss. *in titul. de mandato ad homicidium, num. 11.* Traeg. *in pract. crimin. capit. 10. num. 36.* Roland. *cons. 54. numer. 6. libr. 1.* vbi in facti contingentia pro operariis, qui ligna inciderent, consuluit, prout etiam pro huiusmodi *a* operariis criminaliter accusatis consuluit Bald. *consilio 144. libro 1. & cons. 314. eodem volum. & cons. 463. lib. 3. & cons. 436. libr. 5.* Scias tamen, quod quando ipsis operariis, seu laboratoribus fuisset facta denunciatio, siue protestatio, ut ab ipso opere desisterent, eo casu non excusantur, & ita videtur communis opin. ut ait Dec. *in l. velle non creditur, post numerum 3. ff. de regul. iur.* quem refert Traeg. *in loco præallegato, numer. 37.* talis enim denunciatio illos in mala fide constituit. Item si huiusmodi operarij de nocte accessissent ad laborandum, vel actum clandestine fecissent, non essent excusandi. Et hæc est communis opinio, ut attestatur Plotus *in repet. l. si quando, numer. 790.* Et quo enim clam agunt, videntur esse in dolo. Faciunt, quæ dixi infra, *versicul. sed an forte.* Ex hoc etiam infertur, quod similes, vel collaterales prætoris de eius mandato aliquem decapitari fecerint iniuste, excusantur, prout alias iudicatum fuisse in facti contingentia refert Catald. *de syndic. quæst. 120.* Scias etiam, quod hæc conclusio intelligenda est, ut procedat in delictis leuibus: nam in delictis atrocibus mandatum superioris nunquam excusat. Est communis opinio, ut dicit Iason *consilio 136. post med. libro 1.* quæ autem dicantur delicta atrocia, dixi supra *hoc eodem libr.* b §. 1. *vers. sunt etiam.* Intellige quoad hoc, ut in totum non puniatur, sed bene excusat, ut mitius puniatur, etiam in atrocioribus. Ita sentit gloss. *in l. 2. in gl. 1. C. de sepult. viol.* quam Doctores communiter approbant, ut attestatur Didac. *in epitom. super 4. decret. fol. 46. num. 7. in fin.* *c* Hæc autem de plano procedunt in mandato superioris simpliciter loquendo: sed si esset vir potens, & seuerus erga eos, quibus mandare potest, forte esset excusandus, qui de eius mandato aliquod delictum committeret, non quidem à tota pœna, sed mitius, & circa mortem puniendus, prout reperio in facti contingentia seruasse curiam Neapol. quæ condemnauit ad triremes quendam famulum, qui de mandato cuiusdam domini viri potentis opere, & sermone, apposuit cuidam comitissæ fragmenta lapidis adamantini in quadam cratera, &c. ut refert Grammat. *voto 38.* *d* Sed quid in Principe, vel domino, si mandet alicui, ut alium occidat sub comminatione, quod nisi exequatur, ipsum occidi faciet; nunquid hoc casu mandatarius excusabitur? Respond. quod de iure ciuili *e* excusatur, & est communis opin. ut attestatur Corset. *in verbo, Metus, sing. incip. an operetur timor,* quem refert Pract. Carrer. *fol. 422. num. 174.* Traeg. *in pract. crim. can. 19. numer. 36.* videtur enim hoc quodammodo facere ad sui necessariam defensionem, ne s. ipse occidatur. Faciunt quæ dixi infra *vers. quæro modo.* *f* Idemque si princeps mandat officiali, ut aliquem sine processu suspendi faciat, poterit officialis tale mandatum exequi licite, & sine peccato. Et ad hoc allegatur decis. Cyni, quam dicit esse communiter à Doctoribus approbatam Cagnol. *in d. l. velle non creditur, numero 10. in fin. de regul. iur.* Reperio tamen quod Pract. Carrer. *fol. 323. fol. 110.* dicit, quod imò contrarium communiter concluditur, scilicet quod nullo modo debet officialis exequi tale mandatum iniustum, sed supersedere, & principi rescribere, maxime si princeps motus fuerit iracundia: quam opin. dicit etiam videri magis communem Traeg. *in d. cap. 10. num. 38.* *g* Sed certe ego non darem amico meo tale consilium, & multo minus, quando princeps est iratus, ne ei contingeret id, quod contingit prætori Varisij, de quo mentionem facit Boss. *in titul. de homicid. numer. 98. in fin.*, Excusatur etiam ex mandato ille, qui delictum commisit, quando mandatum factum fuit à persona, quæ illud idem delictum poterat impune committere. Et potest poni exemplum in eo, qui de mandato patris interfecit filiam deprehensam in adulterio, de quo dixi supra *hoc eod. libr. §. homicidium, versi. dubium est.* Et licet aliqui dixerint hoc non habere locum, nisi in illis personis, quibus potest imperari, prout est in filiis, & in seruis, nihilominus communiter tenetur contrarium, ut dicit Cæpoll. *cons. crim. 4. colu. 1.* subdens etiam, quod ita obtinuit in facti contingentia, prout illum refert Pract. Carer. *fol. 325. numero 113.* *h* Vide quæ dixi *loco præalleg.*

17 Quæro *i* modo, nunquid metus, aut vis in delictis excuset? Respond. quod sic, & ideo delinquens propter metum, vel coacte, non punitur, & est communis opin. ut ait Dec. *in l. vt vim, in 2. not. ff. de iust. & iur.* prout illum refert Pract. Carrer. *fol. 421. numero 173.* de quo dixi supra *hoc eo. lib. §. homicidium, versic. excusatur autem, & sequent.* Et pro muliere, quæ per metum adulterium commiserat, consuluit Abbas *consil. 4. libro 1.* Hinc infertur, quod, Si quis alium interficiat metu mortis, non est puniendus pœna homicidij, ut dicit Bald. *in cap. 1. §. iniuria, post numer. 19. versic. sed pone, de pace iuram. firman.* & est communis opinio. ut attestatur Bolenc. *in repetit. l. capitalium, §. famosos, numero 200. ff. de pœnis.* Faciunt quæ dixi supra, *versicul. solet dubitari.*

18 Nunc *k* quæro, nunquid prouocatio aduersarij delinquentem excuset. Respond. quod regulariter prouocatus, qui deliquit, non excusatur: & est communis opin. ut dicit Boet. *consil. 4. numer. 28.* loquens de iniuriato, qui iniuriantem iniuria affecerat: subdens etiam, quo ita obseruatur in practica: de quo ego dixi supra *hoc eo. libr. §. iniuria, vers. quæro etiam.* *l* Mitius tamen punitur: quia in dubio ille, qui est prouocatus, præsumitur facere id, quod facit, causa se defendendi, & non causa ultionis: & ita dicunt iura, & Doctor. ut ait Mars. *cons. 137. numero 8.* Vide quæ dixi supra *hoc eo. lib. §. homicidium, vers. sed quomodo.* Et ita in facti contingentia seruatum fuisse in quodam homicida, qui verbis iniuriosis fuerat prouocatus, refert Papo *libro 22. titu. 5. arresto 1.*

20 Sed *m* hic quæro, nunquid iustus dolor in delictis excuset. Respond. Non ut delinquens impunitus euadat, sed bene debet pœna aliquantum temperari, text. est *in l. si quis in graui. §. maritus, ff. ad Sylla. & in l. si adulterium cum incestu §. Imperator. ff. de adult.* & dicit Afflict. *super 3. part. constitutionum regni, rub. 46. numero 1.* quod sæpius vidit ita fuisse practicatum tempore Regis Ferdinandi Primi. Exemplum poni potest in marito occidente uxorem deprehensam in adulterio, ut dixi supra *hoc eo. libr. §. homicidium, versicul. sed quid dicendum.* Ad unum tamen aduerte tu, qui defendis reum, ut probes non solum caussam ipsam, quam prætendis illum impulisse ad ita faciendum, sed etiam quod ipse motus fuit ex ea causa ad illum faciendum. Ita dicit Alexand. *cons. 103. post num. 13. vers. & dato quod comes, lib. 1.* & ita practicatur, ut ait Blanc. *in practic. crimin. fol. 139. num. 7.*

21 Sed an forte proderit reo excusatio, quod delictum clam commissum fuerit? Respond. Aut *n* delictum est ex

ex illis, quæ ex sui natura possunt esse licita, & illicita, ut sunt contractus, qui regulariter sunt liciti, sed in aliquibus casibus prohibentur, puta tutori cum pupillo, vel huiusmodi, & tunc magis punitur qui eam clam committit, quam qui palam: nam ex eo, quod illud clam facit, præsumitur scire illud illicitum esse, & ideo
o non excusatur: *o* Aut vero delictum est ex iis, quæ de natura sunt semper illicita, ut est blasphemia, furtum, homicidium, & huiusmodi: & tunc plus punitur, qui ea palam committit, quàm qui clam. Et hæc est communis distinctio, & resolutio Doctor. ut dicit Gomes. *in §.ex maleficiis, num.21. Institut. de actio.* subdens, non esse ab ea consulendo, aut iudicando, recedendum.

21 Fui *p* quandoque interrogatus, nunquid in delictis
p pœnitentia excuset. Respond. quod aut loquimur, in pœnitentia post delictum commissum: & ista non excusat, quin possit accusari, ut dixi supra *quæst.16.versic. Item quæro*, & supra *hoc eodem libro §.Iniuria, versic. quæro quid?* sed neque ad euitandam pœnam reperio, quod pœnitentia in aliquo delicto, præterquam in crimine hæresis, quo videnda sunt ea, quæ dixi supra *hoc eodem libro §.hæresis, vers.sed quæro.* Vnum tamen nota, quod licet hæretico pœnitenti parcatur, si quis tamen accusauerit falso alium de hæresi, non potest iste pœnitere, ad hoc ut euitet pœnam, sed omnino puniendus est: & ita refert in facti contingentia iudicatum fuisse Cyn. & post eum Angel. *in l.fin. numero 3. de accus.* quos refert Anan. *in cap.2.post num.18. de calum.* Et ego vidi duos igne comburi, qui falso detulerant quendam de Bonetis tanquam relapsum de hæresi, & contra eum falsum testimonium perhibuerant, quorum alter erat uxor ipsiusmet accusati, & alter eius adulter. Et hoc, non obstante, quod offerrent velle pœnitere, & condignam satisfactionem facere. Aut loquimur in pœnitentia ante patratum delictum: & tunc est distinguendum: nam si quidem pœnituit, quia facere non potuit; non excusatur, sed punitur, ac si perfecisset. Si
q vero *q* pœnituit, quia non voluit, tunc non in totum excusatur, sed mitius punitur. Et hæc est doctrina Ioan. Andr. *in capit. cum laici, de iure patron.* ad quam omnes recurrunt, ut dicit August. ad Ang. *de malef. in verbo, Et vestem cœlestem, n.39.* Dicit etiam Ioan. de Ligna. *inter consil. criminalia diuersorum cons.20. nu.16. lib.1.* quod in hoc resident omnes, quod tamen intellige secundum ea, quæ dixi infra *q.92.*

22 Et *r* generaliter scias, quod quælibet iusta crudelitas
r excusat à pœna. Et hæc est communis opinio, ut dicit Curt. iun. *cons.132. numero 1.* quem refert Villalob *in sua collecta communium opin. in litter. C, nu.23.* Quinimo dici
s solet, quod à delicto, seu dolo, & pœna *s* quælibet
t causa etiam iniusta *t* excusat, ut dicit glos. *in l.palagij, in verbo, Iusta. C. de plagia.* quem dicit esse communiter approbatam, Io. de Amicis, *cons.84. num.5.* Boer. *decis.168. numero 11.* Socin. iun. *cons.45. numer.16. lib.1.* Hanc etiam dicit esse communem regulam Deci. *cons.170. post numer.2. vers. Vltimo non obstat,* quem refert Gratus *consil.37. n.21. lib.2.* Ias. *in l.si quis id quod num.35. ff. de iurisdict. omnium Iudic.* Curt. iun. *in l.1. nu.6. ff. quod quisque iuris,* Blanc. *in pract. crim. fol.136. num.6.* Et dicit Boss. *in tit. de decreto Mediolani, &c. n.19,* quod ita dicunt omnes, qui ad pauca respiciunt.

u Tu *u* vero dic, quod aut loquimur in delictis in quibus dolus est de substantia, ut est falsum, periurium, & similia: & tunc siue causa sit iusta, siue iniusta, excusat:
x nam videtur cessare animus delinquendi. *x* Aut vero loquimur in delictis, in quibus dolus non est de substantia: & tunc causa. Si est iniusta, excusat quidem à dolo, sed non à culpa, & ideo punitur pro culpa, non autem pro dolo: sed si caussa est iusta, excusat à dolo, & à culpa. Et ita distingui debere secundum omnes attestatur Bald. *in d.l.palagij, num.2. C. ad l. Flau. de plagia.*

Frequens *y* etiam in criminalibus iudiciis est defen- 23
sio, quam Rei faciunt, probando bonam vocem, qua- y
litatem, & famam, nec non, & nobilitatem, ac merita ipsius Rei, & talis defensio eis potest esse utilis ad multa: nam licet alias fama publica alicuius maleficij contra aliquem sit contra eum sufficiens ad torturam, ut dixi supra *z quæst.22. vers. fama sola,* si tamen ille, contra z
quem est probata talis fama, probet in suis defensionibus se esse bonæ vocis, conditionis, & famæ, non poterit torquere, secundum omnium Doct. opin. ut ait Gand. *de malef. in tit. de præsumpt. il primo, num.15.* Quinimo dici solet, quod per probationem bonæ famæ expurgantur, & tolluntur indicia quantumuis urgentia contra accusatum, vel inquisitum. Et hanc dicit esse communem omnium Doctorum sententiam Ioan. Arno. *soliloquio.37.* licet communis. Et ita quotidie fit hæc probatio, ut dicit Maritus *in praxi iudiciaria, casu 30.* quæ tamen parum prodest coram rigorosis iudicibus, qui (ut ipse ait) volunt sapere plusquam oporteat. Sed retenta conclusione pro vera, illam intellige, ut procedat, quando contra reum nihil aliud esset probatum, quam sola fama; secus autem si vltra famam esset etiam aliquod aliud indicium super delicto: nam eo casu, non obstante tali probatione, utique posset torqueri. Et ita semper vidi seruari. Vide in hoc proposito ea, quæ dixi supra *in d. vers. fama sola, circa fin.*

Prodest *a* etiam probatio nobilitatis, vel dignitatis; 24
licet enim, quando tractatur de pœna pecuniaria im- a
ponenda, grauius puniendi sunt nobiles, quam ignobiles, tamen quando agitur de imponenda pœna corporali, seuerius puniendi sunt plebei, *b* quam nobiles, aut b
viri in dignitate constituti. Ita dixit glos. *in c. cum quidam, in gloss.1. de iureiur.* quam dicit esse communiter receptam Didac. *lib.2. resolut. cap.9. num.3.* Sic etiam in ipsius pœnis corporalibus imponendis magis ignominioso mortis genere puniuntur plebeij, quam nobiles. Et adeo de consuetudine *c* nobiles, & magnates non c
solent furca suspendi, prout seruari attestatur Bald. *in d. c. cum quidam. n.3.* quem refert Marsil. *in l.vnic. §. cognituram, num.77. ff. de quæst.* De eadem consuetudine, quod nobiles non suspendantur, neque patiantur pœnas viles, attestatur Bartol. *in l.ea, §.serui, ff. de pœn. & in l.desertorem, §.pœna militum, ff. de re milit.* quem refert Paris Put. *de synd. fol.359. num.3. & fol.369. nu.5.* & Boer. *de cust. clauium, post num.25.* & Bonus de Curtili *de nobilitate, in 5 parte, num.1.* & Marcus *decis.675. quæritur an vir,* & Gramm. *super c. Regni, fol.121. num.23. & decis.32. in fin.* & Gomes. Arias *super l.77. Tauri, nu.34.* ubi etiam affirmat ita in Hispania obseruari, Bolenc. *in repet. l. capitalium, §. famosos, num.57. ff. de pœn.* Afflict. *super 1. parte constit. Regni, rub.13. nu.49.* Ponta. *super consuet. Blas. fol. 253. col.1. in fin.* Petr. Bellus *de re mil. fol.83. num.13.* Et dicit Bal. *cons.426. numer.1. lib.1.* quod Milites, qui debent perdere vitam propter aliquod maleficium, de consuetudine decapitantur, non autem suspenduntur furca etiam ex delicto, pro quo plebeius suspenditur. Idem dicit Cæpolla *cons. crim.40. in 1. dubio.* Dicit tamen Paris Put. *in loco præalleg. post num.7.* quod ipse fecit suspendi quendam armigerum ex nobili prosapia, qui furto subtraxerat crucem argenteam, & calices sacræ ecclesiæ: nam talis (ut ipse ait) non erat dignus pœna nobilium iustitiari: non enim ignoscendum est militi, cui obuiare oportet, ut latroni. Hoc tamen non seruatur in Francia, ut ait Bart. *in d. §. pœna militum;* & Cæpol. *in loco præalleg. vers. & hoc quantum.* Idem dicit Gulielm. de Benedict. *in 2. parte repet. c. Raynutius, fol.97. nu.221. d* d
Dicit etiam Bald. *in d. c. cum quidam,* quod hoc non habet locum in nobilibus, qui committunt proditionem;

tales enim debent in altioribus furcis suspendi: subdens, quod ita seruatur in regno Franciæ: quem refert Tiraq. *de nobil. c.20.nu.116. vbi à nu.104. vsque ad n.134.* multa congerit in hoc proposito.

25 Item prodest probatio, quod aliquis sit *e* egregius miles, & utilis Reip. ut dicit glos. *in l.& si seuerior, in verb. Certis rationibus, C. ex quibus causs. infr. irrog.* quam omnes sequuntur, ut dicit Cæpolla *cons. crimin.36. circa fin.*

26 Pariter *f* etiam bonum est probare insignem peritiam ipsius imputati, vel excellentiam in aliquo artificio: nam etiam ex ea causa pœna remitti, aut minui potest, Et ad hoc solet allegari *l. ad bestias, ff. de pœnis.* Et ita communiter receptum esse attestatur Didac. *lib.2. resolutionum, c.6.n.6.* Placa *libr.1. delictorum c.33.n.1. & sequ.* Et refert Paris Put. *de synd. in verbo, Pœna, c.1. in fin.* quod ita semel obtentum fuit in consilio regio in quodam bombardario, ita Paride patrocinante. Refert etiam Pract. Carrer. *fol.548.nu.72.* quod Dyn. euasit quendam insignem fabrum, cui erat amputanda manus, & propter eius peritiam fuit ei mitigata pœna. Et licet multi dicant, quod illa lex hoc non probat, omnes tamen fatentur, quod propter insigne aliquod artificium, aut excellentem virtutem potest delinquens consulto principe impunitus dimitti, ut attestatur Horatius *de priuileg. schol. cap.83.* Veritas est, quod iudices inferiores non possunt *g* nisi consulto principe ex ea causa pœnam remittere: *h* sed Senatus, qui est loco Principis, utique hoc facere potest à seipso. Et aliquando vidi hoc fieri ante sententiam, ut scilicet pœna minueretur, non autem remitteretur in totum: post sententiam vero omnino princeps est adeundus. Scias tamen, quod in omnem casum valde difficile est hoc obtinere in practica. Et dicit Cæpol. *in l. mercis, circa fin. ff. de verbor. signific.* quod vidit quandoque viros egregios in aliqua arte decapitari, licet hoc sibi non placeret.

27 Vtilis *i* etiam est probatio meritorum ipsius rei in Principem, vel rempubl. nam quandoque remittitur pœna ei, qui multum seruiuit Principi, ut dicit gl. *in §. plane, in verbo, ob meritum, Institut. de iure natur. gent. & ciu.* quæ in hoc ab omnibus approbatur, ut ait Gram. *cons. post nu.29.40. vers. Quod maxime.*

28 Sunt etiam aliæ causæ, propter quas pœna remitti, aut minui solet, quarum multas copiose, & eleganter recenset Tiraq. *in suo tractatu de pœnis.* Et potest poni *k* exemplum, Si appareat, quod delictum sine dolo commissum fuerit: nam eo casu non potest reus corporaliter puniri, ut dixi infra *quæst.84. circa princ.* Item quando delictum est commissum extra propositum, & intentionem ipsius delinquentis; nam & eo casu potest iudex pœnam minuere, secundum Bartol. *in l. quid ergo, §. pœna grauior, post numer.11. ff. de iis qui notan. infam.* Et ita dicunt omnes scribentes, ut attestatur Cæpol. *in d. cons.34. col. fi. vers. Et postremo.*

29 Solet *l* etiam dici, quod si pater filium de aliquo delicto imputatum in iudicio *m* præsentauerit, non potest filius ex eo delicto ad mortem condemnari, & videtur esse text. *in l. milites §. desertorum, ff. de re milit.* & dicunt Salyc. & Paul. de Castr. quod ita consuluerunt, & fuit obtentum, quos refert Aug. ad Ang. *de malefic. in verbo, Et ad querelam, n post nu.38.* Dicit enim Cæpolla *caut.1.* quod ita obseruauit imperator in quodam filio imputato crimine læsæ Maiest. Sed certe credo, quod difficile esset hoc obtinere in practica, cum iudices hanc cautelam non attendant, ut attestatur Pract. Carer. *fol.559.num.72.* Et ideo nunquam vidi illam in practica proponi.

30 Allegatur *o* etiam plerumque, quod propter multitudinem reorum non est maleficium seuere puniendum. Hinc est, *p* quod in uniuersitatem non fertur sententia excommunicationis: & ita tenet, & seruat curia, ut ait *q* Card. Alexand. *in c. episcopus, qui, circa fin. 9 quæst.2.* In hoc autem articulo aliqui *r* distinguunt, quod aut sæuiendo in multitudinem delinquentium scandalum generaretur: & tunc indulgendum est, vel saltem mitius agendum cum multitudine, ne multorum strages contingat: Aut vero scandalum futurum non est, & non parcitur multitudini. Ita dicit gloss. *in capitulo latores, in verbo, Multitudinem, de cleric. excommun.* quam dicit esse communiter approbatam Igneus *in l.1. §. hoc rescriptum num.13. ad Sylle.* Tu vero dic, quod ubi multorum strages contingeret, necessario seueritati est detrahendum, ut est text. *in l. penult. ff. ad leg. Cornel. de sicar.* Et ideo licet regulariter auxiliatores, & fauentes delinquenti sint eadem pœna puniendi, ut dixi infra *quæst.90.* si tamen sit multitudo auxiliantium, non puniuntur eadem pœna, & ita videmus quotidie obseruari. Et dicit Angel. *in l. is qui opem, n.4. ff. de furtis,* quod Principes, & *s* caporales factionum, & seditionum ciuitatis puniuntur asperrime, reliquis autem auxiliantibus, & fauentibus mitigatur pœna.

Vidi *t* ego quandoque in facto dubitari: Pone, duo 31 inuicem rixantur, & nescitur quis fuerat aggressor: & *t* stat statutum, vel edictum, quod primo euaginans, vel ponens manus ad arma, vel huiusmodi, puniatur in centum: Modo duo euaginatis armis inter se rixam fecerunt: neque constat quis prius euaginauerit: nunquid uterque erit absoluendus *u* propter incertitudinem, vel *x* uterque condemnandus? Respond. Gl. *in l.1. §. cum arietes in vers. sibi, ff. si quadrup. paup. fecisse dic,* videtur velle, quod propter incertitudinem uterque absolui debeat: & opin. illius gloss. pluries secutus est senatus, & in specie in quadam rixa secuta inter Puteos, & Persichellos: iussit enim propter incertitudinem omnes absolui à pœna prioris euaginationis, ultimo Februar. 1550. P. N. Sed certe doctores tenent contra illam gloss. ut dicit Bald. *in eo. §. cum arietes, vers. quæritur glos.* quem refert Aug. ad Ang. *de malefic. in verbo, Et dictus Titius, post n.37.* Interest enim reipub. ne delicta impunita remaneant: & ita quandoque vidi seruari, prout etiam dicit Angel. *ibi* quod semel habuit de facto, & sequutus est hanc op. Quam tamen intellige, ut procedat, quando agitur de imponenda pœna pecuniaria: sed si ageretur de imponenda pœna corporali, credo, quod potius esset uterque absoluendus, quam puniendus, iuxta ea quæ dixi supra *hoc eod. lib. §. homicidium, vers. Alia est etiam.*

Præterea *x* potest reus allegare, quod delictum est *x* antiquum, scilicet commissum iam *y* supra 10. annos: *y* nam eo casu non debet puniri pœna mortis, sed mitiori, ut est text. *in l. si diutino, ff. de pœnis,* ex qua lege hoc communiter deducitur per Doctores, ut ait Didac. *libr.2. resolutionum, cap.9. post n.2. vers. primum posse,* & Anton. Gomes. *c.1. delictor n.8. & super l.76. Tauri, n.6.* licet reuera ille text. id non probet, *z* illam tamen legem ad *z* hoc allegauit Afflict. in congregatione sapientium coram rege Alphonso II. ut per eum *decis.377. Illustrissimis.* Et idem Afflict. refert *super 1. parte constitutionum, rubr.50. num.4.* quod illa lex fecit sibi eo die magnum honorem, quem etiam refert Apost. ad eundem Afflict. *super 1. parte constitut. rubr.13 sub num.36.* *a* Apud nos autem illa lex quandoque seruatur in delictis leuibus; & memini, quod quidam Ioan. Angelus Rongonus pro furto examinis apum commisso supra decennium, habita remissione fuit absolutus, 31. August. 1559. P. N. Sed in atrocibus nunquam vidi per viam iustitiæ illam in practica obseruari, bene vidi illam prodesse ad obtinendam gratiam, seu commutationem pœnæ, etiam illis, qui fuerant in contumaciam condemnati, prout etiam erit in casu, de quo mentionem facit Afflict. *in loco præallegato* licet Ant. Gomes. ubi supra, dicat illam legem

legem non prodesse, quando reus fuit contumax, & sic propter absentiam non potuit puniri: quod etiam videtur fuisse de mente Bart. *in d.l.si diutino*, quando de recenti post delictum fuit reus accusatus.

33 Potest *b* etiam allegari, quod processum fuit per in-
b quisitionem, quo casu non debet reis imponi pœna ordinaria, vt habetur per Doct. *in c.qualiter, & quando il 2. de accus.* Scias tamen, quod si reus confiteatur delictum in iudicio inquisitionis, poterit puniri pœna ordinaria, qua puniri deberet per viam accusationis. Et ita tenent communiter Doct. vt dicit Card. Alex. *in c.de accusatione, col.39. vers. Comparente, col.53. vers. Verum quantum, 2.qu.*8. Hanc etiam opin. dicit esse communem Berous *in d.c.qualiter, & quando, nu.52. & seq.* Item scias, quod hæc conclusio locum non habet, vbi crimen est notorium: nam eo casu licet procedatur per inquisitionem, potest nihilominus reus puniri pœna ordinaria. Ita dixit Innoc. *c.qualiter, & quando, de accus.* quem sequuntur cõmuniter Doct. vt dicit Card. Alex. *in loco prealle.* Vltimo scias, quod hæc conclusio locum habet de iure canonico, sed de iure ciuili non minus imponitur pœna ordinaria, quando proceditur per inquisitionem, quam si procederetur per accusationem, vt omnes fatentur. Et ideo damnatus per inquisitionẽ de crimine publici judicij, ita efficitur infamis, sicut ille, qui damnatur per accusationem, secundum opin. quam ego tenui infra, *q.72. vers. damnatus.* Scias etiam, quod hoc de consuetudine non seruatur: nam ita punitur reus, quando iudex procedit ex officio, prout punitur, quando procedit ad instantiam partis, vt quotidie videmus in practica.

34 Non *c* desunt etiam aduocati, qui allegent reum, qui
c sponte *d* confessus est se delictum commisisse, mitius
d puniendum esse, quam eum, qui probationibus est conuictus, arg. *l.vnic. C.de iis qui se defer.* Et hanc sententiam dicit esse communiter approbatam Simanch. *de haret.c.55.n.6.* quam etiam communem appellat Berous *in c.at si clerici, in principio, n.88. de indiciis.* Sed certè iudices de hoc non curant, prout etiam se nunquam seruari vidisse, vt quis propter hoc mitius puniatur, attestatur Alber. *in l.1.§.quæst.nume.* ff. *de quæst.* An autem dicatur sponte confessus, qui primo negauit se delictum commisisse: vide quæ dixi infra *quæst.81. statuto 9. vers. stante statuto.*

35 Legitur *e* etiam, quod iudex ratione amicitiæ, quam
e habet cum reo, potest ei pœnam remittere: & id colligitur ex text. *in cap. nisi specialis, de offic. legat.* vbi gloss. id expresse affirmat, cuius opin. in practica seruari dolendo attestatur Nunius *de los corregidores, fol.224. colu.4. in fin.* Tu dic, quod in supremo principe non est inconueniens, vt quandoque, vbi non agitur de præiudicio tertij, amico suo pœnam indulgeat: Sed in iudice inferiore esset detestandum, & graui pœna vindican-
f dum, nisi tamen pœna esset arbitraria: quia eo casu vtique posset iudex secundum conscientiæ motum mitius agere cum amico. Vide, quæ dixi infra *q.85. vers. vlterius quaro.*

36 Sed *g* pone, quod illi, qui inter se rixati sunt, vel vul-
g nere intulerunt, sint sanguine coniuncti, nunquid propterea sunt mitius puniendi? Resp. quod non, quia de iure delicta etiam inter coniunctos commissa, æqualiter puniuntur, ac si inter extraneos commissa fuissent. Et ita communiter seruatur, vt dicit Alber. *in 1. parte statutorum, q.*81. Quinimo si delictum sit atrox, debet seuerius puniri, vt videmus in patricidio, incestu, &c.
h Cæterum *h* si delictum sit leue, vidi plerumque pœnas minui propter consanguinitatem, prout etiam de iure videmus furta domestica mitius puniri, vt dixi supra *hoc eod. lib. §. Furtum, versic.* *Posset etiam.*

ADDITIONES

Ad Quæst. LX.

D*ictum est*] Foller. *verb. foriudicatio, nu.7.* Vulpell. *quæst.*101. *per totam.* Ros. a

Dictum est de defensionibus] adde, † ex quibus causis fiat augendæ, & alterandæ per Carer. *in pract. crimi. in §. circa vltimam partem, num.*107. & Tiraq. *de pœn.* qui facit in hoc magnum tractatu. *Baiar.* 1

b *Ad minuendam pœnam*] adde vidend. *reg.*371. Diaz. vbi Iudex ex causa potest pœnam à jure statutam moderare, & eum limitat sex modis Felin. *in cap. qualiter, & quando, § licet autem, de accusatio. num.31. cum pluribus sequent.* vbi etiam ponit septem causas iustas alterandi pœnam, vel mutandi. Et circa mitigationem pœnarum vide fusius, & semper ad satietatem per Tiraqu. *tract. de pœnis*, & quę pœna erit imponenda facta pœnę diminutione ex causis, vide per Carer. *in practi. crim. §. homicidium vltimo, n.120. cum pluribus sequen.* Item, an indistincte possit iudex delicti pœnam moderare, vide per eundem, ibi. *n.*123. *vsque ad fi.* vbi ponit octo limitationes, *& n.fi.* relatiue, an iudex possit pœnam statutariam minuere. *Drog.*

c *Quaro igitur*] Farin. *d.q.17. nu.*10. Ros.

Quaro igitur nunquid ætas] adde † videndum Menoch. *de arbit. ind. casu* 320. & Duen. *reg.*359. & quomodo probetur minor ętas † Gram. *decis.*48. vbi an mater, & pater probent, & an etiam probetur per numerationem foculariorum, vide etiam Alciat. *in tractat. de præsumpt. reg.2. præsumpt.*14. *& ibi, an probetur ætas per librum patris*, & quis teneatur probare, & minor in criminalibus censetur maior, † Paris de Puteo *in tractat. de syndic. in verb. officialis posuit ad cordam, num.*8. & Corn. *in consil.* 198. *num.3. in 3. par.* & quomodo minoritas probetur vel decrepitas; vide addit. ad Bertaz. *in consil.*102. vbi multam diffuse, & late etiam Fab. Tim. de Bonsetin. *in adnot. ad decisio. Lucens.* D. Hieron. Magon. *decisio.13. num.7.* & de modo probandi omnes ętates, vide omnino Mascar. *in tractat. de probat. libro 3. concl.672. cum seq. & in conclus.*1059. vbi etiam, in quibus † casibus minoritas præsumatur, & ea quæ nouissime tradit Menoch. *de præsumpt. in lib.2. præsumpt.*51. vbi plenissime & quomodo ætas sit probanda per obstetrices, & alios testes; † & quando dicant, se non recordari de anno quo natus sit ille, cuius ætas probatur, & quomodo probari possit per aspectum, † vide etiam Menoch. *de arbitr. iud. casu* 106. *&* 11. Bero. *consil.*180. *nu.4. volum.*4. vt late per Laurent. Tenni. *in caut.*272. Quomodo procedendum sit in delictis commissis à pupillis, & adolescentibus, quoad eos puniendos tradit Tiraquell. *de pœn. temper. caus.*7. in qua tantum de hac materia tractatur *nu.1. cum seq.* & quando impuberes capitali pœna puniri possunt, *n.*6. Et minor, qui propter ætatem puniri non potest, effectus maior nec puniri poterit, ibi *n.*8. & quando pupillus deliquit in omittendo, & committendo, *casu 44. num.44. &* 45. 2 3 4 5 6 7

Item adde, † quod iudex viso infante debet pronunciare ex officio suo vlterius non esse procedendum contra infantem, Bal. *in l.reos, C.de accusat.* & Soc. *in cap. veniens, nu.147. de accusat.* & ibi † etiam, quid agendum de furioso, de mente capto, surdo, & muto à natiuitate, quando accusantur de aliquo de delicto, & de hoc vide etiam Doct. *in l.2. C.qui accus. non poss.* Et quid de muto, & surdo, qui regulariter æquiparatur infanti, & furioso, vide Gomez. *de delictis, cap.1. nu.*69. vbi concludit, quod mutus, & surdus, qui delictum commisit, si apparet, quod habet intellectum, quem potest saltem exprimere, & demonstrare signis, tunc debet puniri pœna ordinaria, non ex sua confessione facta per signa, sed ex testium probatione, & attestatione. Ego autem credo, si indicia valida cum eius confessione metu facta concurrerent, quod pœna ordinaria puniendus esset. *Baiar.* 8 9

d *Aetas in delictis excuset*] adde, & vide per Iac. Menoch. *de arbit. iud. l.2. centur.4. casu 329. col.1. &* 2. qui *col.fin. numero fin.* retulit, quid Plato sanciuerit in suis legibus, ob teneram ætatem, vel senium; vide inibi. Et quando, ac in quibus casibus excuset, & in quibus non, vide per Duen. mihi *sub regula* 259. & Angel. de Aret. *in §. in summa, Institut. de obligat. quæ ex quasi delict. nascun.* Giach.

e *Aut est maior*] Minor ætas, Farin. *in sua prax crim. volu.4. quæst.92. num.46. &* 51.59. & quid in mulieribus, idem Far. *quæst.98. causa 10. nu.1. & seq.* Et rustico *d q.98. causa 11. nu.14. & 20. cum seq.* Ros.

f *Consistit in committendo*] adde infra *hac eadem quæstione, versiculo, vlterius quaro in fine.* Totam autem hanc materiam præsentis quęstionis, vide melius, & diffusius tractatam per Philosophorum. Et hic. *libr.*3. Adde supra *quæst.12. versic. est autem,* Dec. *in l.absentia, num.2. ff.de regul. iur.* Aduerte tamen, quod cum omissio † non stat in puris terminis negligẽtiæ, sed in cõle- 9

quæ etiam habet annexum factum, prout est Iudicis contemptus quod tunc punitur tanquam quis faciendo, non autem omittendo, Angel. *consi. 71. versi. 3.* quia negligentia, quem refert Crauett. *consil. 132. sub numero 5.* gloss. *in cap. ex parte in verb. redire post med. ibi, ne ex ipso contumptu, de off. iud. ord.* Drog.

10 g *Quando autem pupillus*] adde † videndum Menoch. *de arbit. iud. casu 57.* vbi tenet, quod judicis arbitrio committitur, quando quis proximus pubertati dicatur: & ibi etiam quæ debeat considerare judex, & quando quis dicatur doli capax, & de prædictis vide etiam Couar. *in Clem. si furiosus 3. part. delict. in initio sub n. 5. & in 4. decret. c. 5. n. 5.* Baiar.

h *Sed in omnem casum*] vide statutum Mediolani *rubr. 107. in crimin. folio 16.* Farinac. *volum. 1. titul. de delict. quæst. 23. numero 34.*

Item *quæst. 92. n. 61. & seq.* Item *nu. 169.* Quod in minore, qui ob contumaciam habitus fuit pro confesso, Cattar. *de executione sent. c. fi n. 226.* & Far. *d. q. 92. nu. 41.* & Rol. *q. 77. libr. 3.* Bonacoss. *in q. crim. verb. minor.* Rof.

i *Et emisit semen*] Carnis vror, & fragilitas; heu quid agit; est tamen magis in iuuene excusabilis; vnde Cicero *off. lib. 2.* quia non modo non inuidetur illi ætati, verum etiam fauetur; vide quid de crudeli amore mulierum maxime pulchrium dixi supra *in §. fornicatio, vers. mulieres; etiam ad finem infra q. 68. vers. Ascendens;* propter ætatem autem Imperatores Claudiæ incestum remiserunt, & bene *in l. fin. adulterium; §. fratres, ff. ad l. Iuliam, de Adul.* vide Dec. congrue loquentem, *in l. fere in omnibus, ff. de reg. iur.* Foller. *in Addit. ad Marant.* de quo dixi supra *ad quæstio. 46. versic. sed quid agendum.* Drog.

11 k *Aut vero est maior*] adde, † quod contrarium est verius, vt
ait Menoch. *de arbit. iud. casu 319. nu. 9.* sed hodie sublata est dis-
12 ceptatio ista in Regno † Neapol. *per Reg. prag. Regis Philippi incip.*
& si verum, in tit. de minoribus, vbi disponitur, quod minores
possint puniri pœna ordinaria, vel mitiori ad libitũ judicis cõ-
siderata qualitate personę, delicti atrocitate, delictorum reitera-
tione ac cæteris aliis considerandis: sed aduertendum est, quod
judex arbitrio suo vti non potest, nisi vsque ad ętatem octo &
13 decem annorum completorũ, nam minor † ætas in dicto regno
non durat, nisi ad dictũ tempus, tam in masculis, quam in fœ-
minis, quo tempore elapso, dicitur maior per constit. minorum
14 iura. & ibi Afflict. *n. 14.* Et in statu † Ecclesiastico per mot. pro-
prio. Pij IV. Dat. sub die 29. Maij 1565. *sub tit. de non admitten.*
de appellat. prouisum fuit. quod homicidis non prodest minor ę-
tas viginti annorum, dũ tamen maiores quatuordecim annorũ
15 extiterint, & † in Hispania si minor est decem, & septem annorũ,
judex tenetur de necessitate, & præcise minorare pœnam; si ve-
ro est maior decem & septem annorum, est in arbitrio judicis,
attenta qualitate delicti, personæ, & aliorum, minuere, vel non;
ita attestatur Gomes. *de delict. c. 1. n. 65. versic. sed hodie.*

16 Item † adde, quod statuta pœnalia ob delictum comprehen-
dunt, etiam minores Bal. qq. ad statuta *in versi. dispensare*, nisi
statuto odio irrationabili moueantur, Natt. *in consilio 542. nu-
mer. 19. volum. 3.* & ibi per Bal. habetur, an iudex possit dispen-
sare super pœna imposita à statuto, quando minor delictum
committit.

17 Item adde, † quod ex reiteratione delictorum minoribus
pœna corporalis non augetur, ita sentit Ioseph. Lud. *in decisio.
Lucen. 17. nu. 81.* & Carrer. *in pract. crim. in verb. homicidium, nu-
mer. 11.* sed contrarium tenet Rim. iun. *consil. 245. num. 3. volum.
3.* & hanc esse veritatem affirmat Farinac. *1. quæst. crim. in qu. 23.
num. 34.*

18 Item † adde, quod minor, qui se maiorem dixerit, ad quod in-
terrogatorium respondere tenetur, sibi præiudicat; nisi restitua-
tur. Foller. *in pract. crim. in verb. & si comparent, n. 6.* Baiar.

l *Quando autem*] Far. *d. q. 92. n. 172. & 173.* Rof.

19 m *Proderit etiam minor ætas*] adde, † an minor debeat restitui
aduersus conuersionem, stante statuto, quod minor possit stare
20 in judicio, & Boer. *decis. 63.* & si confessus † fuerit cum consensu
curatoris, an restituatur, vide Spec. *in tit. de restitu. in integrum,
§. 1. in prin.*

21 Item † adde, quod confessio minoris valet sine auctoritate cu-
ratoris contra alium, & etiam confessio extraiudicialis. Foller.
in pract. crim. in 2. parte, 3. par. nu. 28.

Item adde, quod sicut minor potest petere restitutionem ad-
uersus confessionem delicti, quando contra eum non adest alia
22 probatio, ita etiam, & † mulier poterit petere restitui, secundum
Afflict. *in constit. obscuritatem, 3. colum. in 2. quæst. nu. 6.* & in hac
23 † materia restitutionis in integrum, vide Berous, *quæst. 135.* &
Old. *in suo celebri tract. restitu. quæst. 80.* vbi latissime de restitu-
tione aduersus delicta in genere; & *in quæst. seq.* habetur ne mul-
tis delictis particularibus, an aduersus ea restitui possit, sed mi-
24 nor in † crimine læsæ maiestatis non restituitur in integrum,
quia minor in tali crimine pro maiore reputatur. Cæph. *consil.
304. nu. 195. cum seqq. vol. 3.*

25 Item † adde, quod minor aduersus veram contumaciam non
restituitur, sic nec contra verum dolum, etsi in omittendo commisisset, & potest dici verus contumax, quando à judice fuit declaratus haberi pro contumace, confesso, & conuicto. Cæphal. *consil. 304. nu. 199. vol. 3.*

Item † adde, quod insani æquiparatur mutus, qui si constat 26
eum carere ratione, ac intellectu, quod signis non possit velle
suum exprimere, & ideo tunc sit criminis reus factus, minime
puniri debet, secundum Plaz. *in epit. delict. lib. 1. c. 32. n. 18.*

n *Restitutionem*] Idem Farin. *quæst. 81. c. 10. vol. 4. nu. 378. & 379.* Rof.

o *Quam propria confessio*] adde Dec. *in l. Nihil consensui, §. Non capitur, num. 4. ff. de reg. iur.* & est ratio; quia minor satis dicitur læsus ex ipsa confessione. Alciat. *tract. de præsum. reg prima, præsumpt. 42.* & ibidem Arelat. *in Addit. in verbo quæstiones,* Bod. *in tit. si aduersus rem Iud. restit. postul. n. 23.* Drog.

p *Contra illam comm. opin*] Far. supra *n. 384. & 388.* Rof.

q *Versic. Vlterius etiam*] Vide etiam Gramm. *voto 14.* qui loquitur in latrone. *Rof.*

r *Postquam est effectus maior*] Plaza *d. c. 32. n. 10. circa fin.* Fari. *d. q. 61. num. 161.* Rof.

f *Senectus excuset*] adde & vide per Iacob. Menoch. *de arbitr. iud. libr. 2. cent. 4. casu 329. num. 10.* qui *num. 11.* retulit quandam Platonis legem, vide etiam Duen. *regul. 150. in 6. ampla. cum seq.* Giach.

Senectus excuset] adde † Gomes. *in c. 1. de delict. numer. 68.* vbi 27
pulchram facit distinctionem, quam etiam facit Plaz. *in d. ca.
32. nu. 13.* hic allegat, vide etiam Menoch. *de arbit. casu 329. nu-
me. 20.* & Tiraq. *de pœn. temper. caus. 8.* & † quando quis dicatur 28
senex, remittitur arbitrio judicis. vbi senectus non reperiatur à
jure determinata. Menoc. *de arbit. casu 59.* & Duen. *reg. 250. amp.
6.* sed qui senes, qui decrepiti, quando torqueri possunt late di-
ctum est infra *q. 64. num. 69.* Baiar.

t *Et hac est*] Farin. *d. q. 4. & q. 91. nu. 21. & seq.* Rof.

u *Furor excuset*] Sed qua pœna furiosus delinquens puniatur, declaratum vide per Iac. Menoch. *de arbit. iud. lib. 2. cent. 4. casu 305.* Et quid de mente capto, vide per Duen. *eadem reg. versic. amplia nono.* Giach.

Furor excuset] Furor enim in delictis excusat; Tiraqu. *de pœn. temper. caus. 1. nu. 1. & 3.* & fere per totam causam, quæ scripta est super hac infirmitate, & malo.

Item † adde, quod si delictum fuerit commissum ab eo, qui 29
habita dilucida interualla, in dubio præsumitur deliquisse tem-
pore furoris. Foller. *in pract. crim. in verb. recipiantur defensiones
reorum, num. 34.* nisi probaretur, quod tempore dilucidi inter-
ualli deliquisset, Angel. de Malef. *in versic. scienter, & dolose,* Ale-
xan. *cons. 141. vol. 1.* Barb. *consil. 40.* Fulgos. *consil. 111.* Tiraquell.
vbi supra *caus. 3. nu. 1. 2. 3. & 4.* vbi ait mitius puniri; contrariam
tamen partem, quod corporaliter puniri possit, multi tenuere,
quos recenset *nu. 5. & 6.* & prima tamen verior, & sequenda in
iudicando, & consulendo ibi, *num. 6.* sed quid, si processus fuit
inchoatus ante furorem, & quid si post, vide ibi *nu. 7.* Gulielm.
Benedict. *in repet. cap. Raynutius in verbo, adiecti impuberi, num.
75. cum sequenti, & ibi,* † quando probetur, & plenissime quo- 30
modo probari possit, habetur per Mascat. *in tractat. de probat.
conclus. 816. & 817. & in conclus. 825.* habetur, † an is, qui semel 31
fuerit furiosus, semper præsumatur furiosus, & quomodo pro-
betur furor, vide etiam Fab. de Monteleone *in praxi arbit. parte
1. fol. 20. num. 18.*

Item adde, quod ille, qui olim fuit furiosus, hodie furiosus præsumitur, si probaretur per aliquod tempus continuatum fuisse furiosum; alias si probaretur de aliquibus actibus particularibus stultitiæ olim factis, non præsumeretur hodie furiosus: vel si probaretur de aliquo tempore sapiens, vt haberet aliqua dilucida internalla, nam tunc in dubio iudicamus eum stultum, vel sapientem secundum naturam actus ab eo gesti, vt per Bar. Bal. *in cap. 1.* per quos fiat inuestit. & Anchar. *in clemen. si furiosus de homicid.* & Alciat. *de præsumpt. regula 2. præsumpt. 1.* idem tradit Conarr. *in 4. decretal. cap. 1. part. 2. nu. 6.* vbi dicit, quod furor non pręsumitur, & quomodo probetur. & ad hanc quæstionem quando furiosus delictum committit, vide etiam Gomes. *de delictu, c. 1. nu. 70.* Baiar.

x *Ita seruauit Senatus*] Farin. *4. vol. quæst. 94. nu. 1. & sequentibus, & præcipue 17.* & quomodo probetur furor, *numer. 40. & seqq.* Rof.

y *Contrarium tamen*] Farin. *d. nu.* Rof.

z *Et postea effectus est furiosus*] adde Apostill. ad Dec. *litter. B, in l. in negotiis, ff. de reg. iur.* vbi loquitur de quodam à statuto Iudice, qui reum damnatum, & simulantem stultitiam ad euitandam mortem miro modo manifestauit; est autem hic casus, in quo non attenditur status temporis delicti, de quo contrarium notatur supra *quæst. 36. versicul. sed pone*, & ibi dixi. *Drog.*

u *Secundum Bald. in loco prællegato*] adde ad hoc † videndum 32
Menoch. *de arbit. iud. casu 325.* & Duen. *reg. 256. sub tertia am-
plia.*

pliatione. Bertaz. *consil.* 326. *num.* 9. *in crim.* & quidem placet sententia Clari quoad pœnam extraordinariam, cum furiosus non dicatur delinquere; ergo nulla venit imponenda pœna, nec agnoscit pœnam pro peccato, quod etiam tetigit addens *ad dict. consil.* 326. *& consil. etiam* 228. Baiar.

b *Opin. Bald.*] adde omnino circa istam opinionem Bal. videndum Duen. *eadem reg.* 259. *sub* 3. *ampliatione*, vbi etiam late examinat, & pro & contra allegat, & arguit, & tantum concludit ab opin. Bal. non esse recedendum, & quinque limitationes vide per Ludou. Carer. *in pract. crim.* §. *homicidium* 6. *post nu.* 15. qui *nu. sequent.* plene relatiue ponit qualiter probetur furor. *& num.* 17. an valeat furiosi confessio, *& num.* 18. quid in habente dilucida interualla: an præsumatur deliquisse tempore sanæ mentis: an vero tempore furoris n. 19. an dementia excuset, *&* n. 20. an insania. *Giach.*

Opinio Baldi] Far. vbi supra n. 22. *&* 23. Ros.

c *Habetur etiam pro confitente, & conuicto*] adde, quæ dixi infra *ad q.* 61. *versic. sed hac, ibi; si vero Reus, supra q.* 44. *versic. dictum est.* Drog.

d *In furiosum*] Far. *d. q.* 94. *num.* 21. Ros.

e *Sed quæro*] Cartar. *de execut. senten. cap. fin. nu.* 424. & Far. *d. q.* 94. *nu.* 18. Ros.

33 *Sed quæro, quid si iste*] adde, quod † si furibundus post commissum delictum ad sanam mentem peruenerit, aliqui pœna afficitur, *c. si quis insaniens* 15. *quæstio* 1. *fol. par.* 6 *num.* 45. Hanc partem tenuit Luc. de Penn. *in l. si apparitor, colum. vltima, C. de cohort. & princ. cornic. lib.* 12. contrarium tamen tenuere Dec. *in l. negotiis, ff. de reg. iur.* & Tiraq. *de pœn. temper. caus.* 2. *numero* 8. *&* 9. quę sententia quidem videtur iustior, & probabilior, vide tamen Carter. *in pract.* §. *homicid.* 6. *num.* 6. *nu.* 15. *cum seq.* vbi limitat quinque modis.

34 Item † adde etiam, quod si aliquis sua sponte in furorem incidit, vt quia aliquid comedit, quod sciebat hominem in furorem verte, tunc non excusatur. Marian. *in c. ad audientiam in* 3. *q. c. de homic.* hanc propositionem late tractat Tiraq. *in d.* 2. *caus. n.* 5. 6. *&* 7. vbi adiecit pro vtraque parte auctoritates, & iura, tamen ipse nulli adhærendo parti reliquit cogitandum, addens tamen, quod si Lapi sententia probabilior videbatur, intelligenda videtur, vt si deliquerit, leuius puniatur. *Baiar.*

f *Post condemnationem effectus sit furiosus*] Limita quinq; modis, vt per Carer. vbi sup. Item adde, *vide per eundem* §. *vltim. nu.* 79. Giach.

g *Est etiam ira breuis furor*] Distingue in hoc melius Iudicio meo, vt per Dec. *in l. quicquid calore, nu.* 7. *ff. de reg. iur.* videlicet, quod quædam sunt, quæ sortiuntur iuris effectum, vt est votum factum per iracundiam, & tunc ira non nocet. aut non sortiuntur iuris effectum, & tunc ira nocet, prout est in maleficio, nec excusatur; At quo ad iram, de qua hic dicitur, adde Petrarcha, *parte prima, Sonet.* 198.

Ira è breue furore, e chi nol frena,
E furor longo, che'l suo possessore
Spesso à vergogna, e talhor mena à morte. Drog.

Est etiam ira] Vide supra in §. *Blasphemia, versic. excusari,* & Farin. *vol.* 4. *q.* 91. Ros.

35 h *Et potest poni exemplum*] adde, quod † blasphemans in rixa, non tenetur pœna blasphemię, quia delinquens non est afficiendus diuersis pœnis, sed illa tantum, quæ pro delicto finali imposita est: ita tenuit Cæph. *in consil.* 104. *nu.* 45. sed contrarium tenuerunt Addent. ad Bertaz. *in consil.* 205. *versicul. tertia est illatio,* nam Blasphemia non est ordinatum crimen ad occisionem, siue ad rixam, & quod debet puniri pœna extraordinaria, & hanc opinionem credo esse veram, cum sit delictum penitus separatum. *Baiar.*

36 i *Tu vero dic*] adde, quod † homicidium commissum calore iracundiæ mitius punitur, per Gramm. *vol.* 19. *num.* 14. *& decis.* 95. Mars. *in pract. crim.* §. *quoniam col.* 14. *cum sequent.* & Abb. *in cap. si rixati extra de iniur.* quod intelligendum est, quando causa furoris habet initium à iusta defensione, & tunc non pręsumitur pro toto, sed pro tanto Aret. *cons.* 80 *&* 84. Grammat. *dec.* 5. Aduerte tamen, quod ad hoc vt calor iracundiæ excuset, & mitius puniatur, debet probari, quod talis fuerit iracundia, quæ ipsum delinquentem à mente alienauit, alias nullam haberet excusationem, sed pœna ordinaria puniretur. Abb. *in cap.* 1. *extra de his qui fil. occid. & cap. dudum de conuers. coniugator.* & Deci. *in l. quicquid calore num.* 2. vbi dicit, difficile est probare talem iracundiam: intellige etiam, quando factũ est incontinenti, vt tũc calor est iracundiæ excuset, vt latè per Boer. *decis.* 268. Est etiam diligenter inquirendum, si furor iracundiæ fuerit dissimulatus, necne *l. diuus ff. de offic. præsid.* & si constaret de delicto, & dubitaretur propter probationes, siue cõiecturas hinc inde existentes, an appensatè, an calore iracundię, licet in his, quæ pendent ex animo, stetur iuramento partis, hoc tamen non procedit, si habet præsumptionem contra se, vt in homicidio, secundum Marsil. *cent.* 7. ex indiis poterit deueniri ad torturam, vt confiteatur, si calore iracundię, vel appensatè commiserit homicidium: Marsil. *in l. repetit. nu.* 17. *ff. de quæst.* & quando dicatur calore iracundiæ, vide etiam Tiraq. *de pœnis tempor. caus.* 1. *num.* 14. 15. *&* 16. *cum pluribus seqq.* vbi fere tota in illa causa non tractatur, nisi de hac regula, *& num.* 25. dicit confessionem iudicialem calore iracundiæ factam non valere 26. iuramentum calore iracundiæ factum non ligare 27. votum emissum non tenere 28. electionẽ tali calore factam irritam esse 29. acceptationem beneficij eodem modo factã non reddere primum vacans 30. & possessionem ita factam non ligare, vbi ad hanc regulam posuit multas ampliationes, & Petra Duen. *reg.* 191. & Carter. *in pract. crim.* §. *homic.* 6. *n.* 271. *& seq.* vbi ponit, infra quantum tempus potest declarari factum calore iracundiæ. *Baiar. Guiet.*

k *Ex iusta causa*] adde, atque fusius vide per Carret. *in pract. crim.* §. *homic.* 6 *n.* 171. qui *nu. seq.* ponit inf. quantum tempus potest declarari factum calore iracundiæ.

l *Est & amor.*] Hunc locum recenset Menoc. *tract. de arb. iud. cas.* 328. *num.* 2. *lib.* 2. *cent.* 4. cui adde Crau. eleganter loquentem *cons.* 205. *sub nu.* 35. *tex. in auth. quib. mod. nat. effic. legitimi* §. *illud quoq; ibi, sed nihil est furore amoris vehementius.* Drog.

Et & amor] adde, amore captus delinquens qua pœna afficiatur per Iac. Menoc. *de arb. iud. lib.* 2. *cent.* 4. *cas.* 328. & ibidem etiam lepida enarratione demonstrat eam meretricem non dici, quæ amoris causa sui copiam fecit. *Giach.*

Est & amor.] adde delinquens præ nimio, ardentiorique a-
more mitius punitur, vt in hanc rem inuadendo scripsit Tiraq.
in 6. *tract. de pœn. caus.* 4 *per tot.* & maxime *num.* 3. quod † delin- 37
quens amore compulsus arbitrio judicis puniri debet. Menoc.
de arbit. iud. casu 328. *n.* 2. *& in casu* 258. habetur de pœna † eius, 38
qui dedit poculum amatorium, ex quo pręter propositum mors
sequuta est. *Baiar.*

m *Fuit etiam*] Far. *d.* 4. *vol. q.* 68. 13. *causa, n.* 77. 80. *&* 89. *cum seqq.* Ros.

n *Propter amorem*] Quid de eo, qui dedit poculum amatorium, ex quo præter propositum mors subsequuta est, qualiter puniatur, vide per Iac. Menoch. *tract. de arbit. iudi. libr.* 2. *cent.* 4. *casu* 318. Hodie vero apud sanctum officium quid: vide: & dic, vt per Locat. *in suo iudiciali inquisitor. fol. mihi* 321. *cap. pocula amatoria.* Giach.

o *Scalas ad domum Amasiarum*] adde de his scalis infra *quæst.* 68. *vers. Ascendens, quæst.* 91. *circa fin. in* §. *Hæresis, vers. successiue;* Aym. Crauet. *consil.* 41 *n.* 9. *tex. in* §. *interdum Instit. de obl. quæ ex delict. nascuntur, & in l. fin. ff. de rerum diui. cum simil.* vt per Menoch. *præsump.* 31. *nu.* 14. *lib.* 5. Drog.

p *Vlterius quæro*] Far. *d.* 4. *vol. q.* 94. *n.* 46. *&* 47. Ros.

q *Quæ fiunt omittenda*] adde supra *hac eadem in prin. gl. in l. si mora, ff. sol. mat.* Crau. *consil.* 200. *n.* 3. Drog.

r *Præterea quæro*] Far. vbi supra *q.* 93. *n.* 1. 7. *&* 12. *& nu.* 16. *&* 26. tradit quomodo probetur ebrietas; plene per d. Menoc. *casu* 404. *& seqq.* Vulpell. *consil.* 23. Ros.

Præterea quæro] adde, quod † Pitacus Mitelemensis vnus ex 39
septem Græciæ sapientibus dicebat, ebrios, si delinquerent, maiori pœna fore damnandos, quam si sobrij fuissent, quia in eorũ potestate erat, ebrios non esse, & Bal. *in l.* 1. *C. vnde vi,* fatetur, ebrium esse in duplici pœna ebrietatis videlicet, & criminis puniendum, in hac materia vide Blanc. *in pract. crim. in cap. ebrius,* Menoch. *de arbit. iud. casu* 32. & Tiraquell. *de pœn. temper. caus.* 6. vbi *num.* 10. declarat, non esse parcendum ebrio, qui de industria, & dolo malo se inebriauerit, & in ea ebrietate aliquod facinus perpetrauerit, *& nu.* 11. quando ebrietas est leuis, quia in his casibus, nec delictum, nec pœna attenuatur; & quomodo
probetur ebrietas, † plene per Lucam *de pœn. in l. repetita, n.* 7. *lib.* 40
12. & Mascar. *in tract. de probat.*

Item adde, quod testibus dicentibus aliquem esse ebrium, non creditur, nisi applicent rationes sufficiens. Specul. *in titul. de testi.* §. 7. *num.* 27. & Capyc. *decis.* 159. *nu.* 36. Et in hac materia
ebrietatis vide Anchar. *quæst.* 12. vbi plene, & ibi in specie habe-
tur, de quodam † ebrio, cui sal fuit positum in vino, & com- 41
misit homicidium.

Item adde, quod † Imperator Carolus V. suis edictis iussit, 42
pœnam ebriis non esse minuendam, sed quod punirentur de ebrietate, & de delicto: & hoc fuit in Hispania, prout refert Iodoc. *in pract. crim. cap.* 84. *num.* 20.

Hæc fuit sententia Pitaci, de qua supra, tamen improbauit Bal. *in l.* 1. *in repet. col. penult. vers. extra quæro C. vnde vi.* Tiraq. *d.* 6. *causa, n.* 6. Vidi quandoque a Ducibus Ferrariæ condemnari ebrios per aliquod tempus ad carceres, & vt illo tempore aquam tantum biberent. *Baiar.*

ſ *Est ebrius*] adde, quod ebrius etiam sua culpa factus, non est pœna mortis naturalis puniendus, text. *in l. omne delictum,* §. *fin. ff. de re milit.* dum ibi dicitur, per vinum & lasciuiam lapsis pœnam esse remittendam: & est communis opin. secundum ea, quæ voluit Bart. *in l. respiciendum,* §. *delinquunt, numero* 5. *ff. de pœn.* cui adstipulatur Bal. *in l. data opera, numero* 6. *C. de iis qui*

accuſ. non poſſ. Vide Tiraquell. *in tract. de pœnis temperan. conſil.* 6. Qui anno apud Bruſon. Contutlin. *lib.* 1. *cap.* 16. legitimus Piſyſtratum Athenienſium Tyrannum, cum in eius crudelitatem ebrius conuitia multa dixiſſet, ſtimulatum ab aulicis, vt hominẽ tam impedientem occidi iuberet, dixiſſe, non magis ſe illi ſuccenſere, quam ſi quis obligatis oculis in ſe occurriſſet. *Guiot.*

Eſt ebrius] Vide plenius per Iacob. Menoch. *de arbit. iud. cent.* 4. *caſu* 326. vbi extenſiones habes, atque declarationes, & per Duen. *ſub præallegata reg.* 259. *verſic. amplia quarto*, & per Lud. Carer. *pract. crim* §. *homicid.* 6. *n.* 22. *&* 23. *& nu.* 24. qualiter puniatur clericus ebrius delinquens. *Giach.*

t *Dormiendo deliquit*] adde ſumptum hoc à Tiraq. *tractat. de pœn. leg. temper. vel remitt. cauſa quinta.* Drog.

Dormiendo] adde dormientis delictum qua plectatur pœna fuſius per Iac. Menoch. *de arbit. iud. lib.* 2. *caſ.* 327. vbi etiam, & quid in eos ſanciendum eſſe dixerit Plato *in ſuis legibus.* Idem vide per Ludouicum Carer. *in pract. crimi.* §. *homicid.* 6. *n.* 25. *pag. mihi* 368. Giach.

Dormiendo] Farin. *q.* 98. *cauſa* 12. *nu.* 72. *&* 73. Roſ.

43 *Dormiendo*] adde † videndum Menoch. *de arbit. caſu* 327. *& ibi nu.* 7. dicit, quod ſi dormiens deliquerit, & poſtea vigilando ratum habuerit, pœna ordinaria puniri debet. Multa in hoc caſu ſcripſit Tiraquell. *de pœn. cauſ. quinta per totam cauſam*, vbi maxime *nu.* 10. ponit, quando dormiens teneatur de culpa. *Baiard.*

u *Quæro nunquid*] Farin. *q.* 90. *num.* 91. *inſpect.* 2. Quid vero in muto, & ſurdo, *q.* 99. *cauſa* 17. *nu.* 159. Roſ.

44 *Quæro nunquid ignorantia*] adde † in hac materia, an ignorantia excuſet à delicto, video. Blanc. *in ſua pract. crim. cap. ignorantia fol.* 91. vbi pleniſſ. & Gabriel. *concluſ. lib.* 6. *titul. de regul. iur. concluſ.* 6. vbi ipſe etiam multum diffuſe tractat hanc materiam, latiſſime vide etiam per Tiraquel. *in tractat. de pœn. temper. cauſ.* 11. vbi ponit, quod ignorans punitur, & quod factum ignorantia probabili non poteſt puniri, nec Princeps facere poteſt, vt puniatur ibi *numer.* 1. *vſque ad* 5. & fere per cauſam, & fere per totam cauſam, & quando ignorantia non excuſet *nu.* 7. *vſque ad* 12. 17. 18. 19. 20. *&* 23. *& cauſa* 13. *num.* 22. & quæ ignorantia dicatur probabilis, quæ affectata *num.* 22. 24. *& ſeq.* Bertaz. *conſil. crim.* 439. *numero* 6. Item adde, quod ignorantia facti non excuſat, ſi diſſimulatur, vel cum quis vellet cum certiorare, noluiſſet audire, vel hoc ſciens, non deſtitit, Bal. *in l. quicunque, C. de ſeru. fugit.* Ignorantia facti, non de induſtria, aut doloſe excuſat adeo, vt ignorantes, aut non puniuntur, aut leuius puniuntur Tiraquell. *de pœn. temper. cauſ.* 13. *nu.* 1. *cum pluribus ſequentibus*, & ideo ſtatutum puniens capitaliter homicidium intelligitur, ſi dolo, non caſu fuerit commiſſum num. 10. cum ſequent. vbi quomodo conficiendus ſit libellus ad euitandam ignorantiam num. 14. & 15.

45 Item † adde, quod pluribus modis probatur ignorantia, vt per Menoch. *de arbitr. caſu* 187. vbi concludit, quod remittetur arbitrio iudicis, & an ignorantia præſumatur, & quibus coniecturis probetur; & in quibus caſibus iuramento probari poſſit Maſcar. *de probat. conc.* 779. 890. *&* 881. *vol.* 2.

46 Item † adde, quod ignorans proclama non debet puniri pœna in eo contenta. Becci. *conſil.* 60. *& deciſio. Pedemon.* 71. vbi multa in materia ignorantiæ, & Gramm. *in deciſ.* 36. *numero* 16.
47 *cum ſequent. & ibi numero* 24. quod quis † non admittitur ad probandum ignorantiã publici banni, ſed ad probandam inſcitiam, & admitteretur ad probandam abſentiam a loco, & Ciui-
48 tate. Boſſ. *in titul. de rapin. num.* 24. *&* 25. & an abſens † à Ciuitate, in qua ſit publicatio, ligetur, late per addent. ad Bertaz. *in conſ.* 122. *vol.* 1. Banna, ſeu cridæ factæ, & publicatæ in Ciuitate non præſumuntur venire in notitiam Comitatus, & factæ in Comitatu non præſumuntur innoteſcere Ciuitati, Plot. *in l. ſi quando numer.* 85. *& ſequens. C. vnde vi*, & cridæ, vbi non ſunt publicatæ in loco habitationis illius, qui conuenitur ad pœnam, excuſatur ob iuſtam ignorantiam à pœnis contentis in cridis, & ſtatutis nouis, etiam quod ſtatuta prohiberent allegare ignorantiam ſtatuti, & communem hanc ſententiam dicit Plot. vbi ſupra *n.* 858. & cridas ignorare non eſt dolus, ſed lata culpa, niſi in caſibus, de quibus ibi, vbi etiam multa ad hanc rem pertinentia *nu.* 258. *&* 260. Baiar.

x *Excuſet à tanto)* Supra *quaſt.* 38. *verſic. quæro etiam circa fin. q.* 64. *verſic.* 1. *lata vero, ibi apud not autem*, Crau. *conſil.* 244. *ſub nu.* 7. Drog.

y *Mandatum ſuperioris*] adde gloſ. *ad conſuet. Turon. titu. des Droicts de haute iuſtice, art.* 1. *infra q.* 87. *verſic. fin.* Drog.

Mandatum ſuperioris] adde Mandatum Principis, ſeu tyranni, magiſtratus, Domini, & patris, an excuſet delinquentes ſubditos, ſeruos, & filios à pœnis delicti, late & diligenter explanatum per Iac. Menoc. *de arb. iud. lib.* 2. *cent.* 4. *caſ.* 354. Giach.

49 *Mandatum ſuperioris*] adde † in hac materia videndum omnino Menoch. *de arbit. caſ.* 154.

50 Item adde, quod mandatum debet probari per ſcripturam, alias non crederetur, *l.* 1. vbi Bart. & omnes *C. de mand. Princip.* niſi ſuperior, & quo aſſerit mandatum habuiſſe, ſit in eo loco, vel vicinus, ita quod de facili poſſit ab eo veritas haberi, Gram. *conſil.* 54. *nu.* 17. *& deciſio.* 36. *n.* 35. *&* 27.

Item adde, † quod transgrediens mandatum Iudicis factum 51
in ſcriptis, grauius punitur, quam transgrediens factum in voce, Afflict. *conſtit. ſi vaſallus, n.* 24. *fol.* 281.

Item adde, † an contemptor mandati Regis poſſit puniri pœ- 52
na mortis, Afflict. *in prælud. conſtit. poſt mundi Machinam, nume.* 39. *fol.* 17.

Item † adde, quod operarii habent actionem iniuriarum con- 53
tra Dominum, qui eos immiſit in fundum alienum vere, & tenetur Dominus ſe offerre liti pro illis. Rimin. *conſi.* 576. & quando operarij, & laboratores excuſari poſſint, late Plot. *in l. ſi quando,* §. 49. *n.* 27. *verſic.* 1. limitatur, vbi ponit ſeptem limitationes, in quibus operarij, & laboratores tenentur in antiquis à *n.* 780. *vſq; ad num.* 792. & quomodo accuſatio contra eos fieri debeat *num.* 781. Baiar.

z *Et ideo operarij*] Farinac. *in* 4. *volum. quaſt.* 97. latiſſime hanc materiam tractat. *numer.* 1. *caſu* 1. *&* 2. *num.* 25. *inſpect.* 1. *& caſu* 2. *inſpect.* 1. *nume.* 62. *necnon caſu* 3. *numero* 67. *& caſu* 4. *nu.* 81. *atq; caſu* 5. *num* 109. *item caſu* 6. *num.* 121. *addas caſum* 7. *n.* 131. *caſum* 8. *nu.* 149. *& caſum* 9. *num.* 142. *cum notatis* per Charter. *de execut ſent. c. fin. n.* 361. Roſ.

a *Operariis criminaliter accuſatis*] Defende ergo Maſſarium, ſiue operarium, qui ex alterius mandato operatur in alieno, quia ad talem operarium non ſpectat alia cognitio niſi prius monitus fuerit, vt hic; prout nec alias ſpectat Birroariis cognoſceri de licita, vel non licita captura, vt eſt ſupra *quaſt.* 19. *verſic. ſed quid ſi ille. & verſ. primo in princ.* Dec. *in l. velle non creditu nu.* 8. *cum ſeq ff. de reg. iur.* Boer. *in addit. ad Dyn. in l. non eſt ſine culpa littera A, de reg. iur. in* 6. Menoch. *de arbit. iud. lib.* 2. *cent.* 4. *caſu* 354. *num.* 40. limita, vt ibi, Fel. *in cap. conſtitutus coll.* 6. *de reſcript.* Drog.

b §. *primo*] Far. *d. q. caſu* 9. *nu.* 66. Roſ.

c *Hæc autem de plano procedunt*] Farin. *d. caſu* 1. *num.* 19. *&* 23. Roſ.

d *Sed quid in Principe*] Far. *d. caſu* 1. *num.* 21. Roſ.

e *Excuſatur*] adde, vt per Carter. *in pract. crim. pag. mihi* 324. *nu.* 12. vbi & antiquos & modernos quamplures aduocat concordantes. *Baia.*

f *Idemq; ſi Princeps*] adde, quod de mandato Principis, a-
liorumque tradit Tiraquel. *de pœn. cauſ.* 34. † quod Martin. Lau- 54
den. *in tractat. Princip. in* 6. *verſicul.* dicit, quod ſi Princeps iracundia motus ſine cauſæ cognitione mandauerit crudeles vindictas alicui Iudici, Iudex non debet permittere executionem vſque ad 30. dies, vt interim eſſet iracundia Principis, per text. *in l. ſi vindicari, C. de pœnis.* Et ſimile dicit de Papa, quando aliquid irrationabile mandat, debet eidem reſcribi, cap. ſi quando reſcript. Grammat. *vot.* 32. *numero* 14. *& ſequent.* in quo tractat, quod ſibi iniunctum fuit per Proregem, vt nobilem ſine indiciis torqueret, & quod debeat ſuperſedere per triginta dies in exequendo ipſius Principis voluntatem, tenet Viuius *opin.* 638. vbi atteſtatur etiam de communi, & reprehendit Dominum Clarum, dum dicit, quod hoc nunquam ſuaderet amicis ſuis, quando Princeps reperiretur iratus, dicit tamen hoc pro-
cedere, † niſi interueniret ſecundum reſcriptum, & iuſſio ipſi- 55
us Principis, quia tunc Iudex exequendo non peccaret: ad hanc quæſtionem, quid facere debet Iudex, & an peccet parendo mandatis, vide omnino Rolan. *in conſilio* 22. *volum.* 3. *deciſione Pedemon.* 79. Burſat. *conſilio* 201. *numero* 94. *volum.* 2. Natt. *conſilio* 625. *numero* 5. *volum.* 3. Couarru. *in capit.* 1. *variar. reſolut.* & nouiſſime per Charter. *in tractat. de execut. ſententia contum. in capit. fin numero* 327. *cum multis ſequent.* vbi magis late, quam alij hanc quæſt. tractauit. ſed hoc de raro
contingit, niſi apud Tyrannos, quibus contra dicitur, quia † 56
ſemper habent officiales ſecundum cor eorum, immemores ſalutis æternæ, qui nedum non repugnant, ſed vbi mandata ſunt magis iniuſta, & iniqua, tanto libentius obediunt, & Tyranni non ſolent accipere Doctores, qui officia apud iuſtos, & veros Principes exercuerint, ſed Doctores ignaros, & crudeles, & eos, ſi ſunt prompti, & veloces ad explendam Tyrannidem ſuam, ſemper retinent: non obſtantibus populorum ſuorum clamoribus. Inutilia quidem verba, & ſcriptori damnoſa; Nam tales hodie non reperiuntur Principes, quinimo, & iuſti, & boni, quibus, ſi nota ſuorum doctorum iniuſtitia fuiſſent, non eſt credendum eos tenere velle, ſed multi latrant, nec canem vident, & optimum eſt de Principibus ſilere. *Baiar.*

g *Sed certe ego non darem*] Attende conſilium, vt exequantur mandata Principum, ſiue iuſta, ſiue iniuſta, gloſſ. *in c. ex parte el* 2. *in verb. rationabilis extr. de off. deleg.* Sed, heu, legant interim iudices, quod de Pilato referat Auguſt. noſtis, inquit, illum lauiſſe manus, & dixiſſe; quod feciſſet, mundum ſe à morte Saluatoris; facit tamen; adde text. 2. *quæſtio.*

l. cap.

1.*cap. in primis*; At de malo euento judicibus supra q.8.vers.scias tamen;saluat tamen judicem,qui de mandato superioris aliquid iniuste facit, Alc. *tract.de præsumpt.reg.2.præsumpt.*8.*num.*7.*post med.*eo quia non potest inquirere de facto Domini,& superioris,vt ibidē; & legitur de Petronio Romano, quia cum in mandatis haberet à Caligula Imperatore, vt omnes Iudæo qui eius simulachrum non adorarent,debellaret, cum videret Petronius magnam stragem futuram ob pertinaciam hebręis soli tam , sicque ei rescripsisset ; iussus fuit à seipso mortem inire. Hoc modo, (inquit Imperator ille)discāt homines Imperatorum mandata exequi. Hæc & alia in proposito retulit Fel.*in c. cum dilecta,coll.mihi* 10. *extra de rescript.* vide eundem Fel *in c. quæ in ecclesiarum coll.*18.*extr.de constit.* & habetur Regum *cap.*10.*lib.*1.quia melior est obedientia,quam victimæ;late Clar.*de execut.sent. cap.bannit.cap.fin. à numer.*327. *cum pluribus seqq.* & eodem Petronio Romano in hæc verba loquutus est Ioseph. *de Bello Iudaico lib.*2. Aut enim Deo cooperante placabo Cæsarem, ac vobiscum saluabor libenter,an illum in vltionem irritabo pro tanta multitudine imponendo animam meam;loquitur tamen ibi Ioseph.de Caio Cæsare,non de Caligula,vide in hoc proposito Crau.*consil.*137.*nu.*10. Drogh.

Sed certè ego] Cartar. *in c.fin.*138. *& n.*527. *iuncto,n.*333. Far. *q.*97.*casu* 1.*n.*2. *& casu* 2.*nu.*30.Ros.

h *Num.*113.] Farin. *vol.*4. *q.*79. *num.* 14.15.17.23.24. *casu* 1.Ros.

57 i *Quæro modo*]adde†in hac quęstione, quando iustus metus
excuset à pœna delicti,vide Tiraqu.*de pœn.temp.caus.*16.& Menoch. *de arbitr. casu* 354. ibi plene habetur, an, & quando a pœna ordinaria, vel extraordinaria delinquens excusetur,vide etiam Bertaz.*consil.*172.*nu.*11.*& ibi addent.volum.*1. *& in consil.*
58 266.*volum.*2.vbi habetur,quod coactus † à latronibus ad pulsandum alterius hostium,qui aperuit,excusatur,& dicit Bal.*in c.sacris*,vbi etiam Ant. de Butr.*de his,quæ met. caus.* quod licet fecerit per metum, debet puniri quo ad culpam , quia aliquo modo consensit.Hoc etiam tenuit Couar.*in* 4.*Decret.*3 *part.*2.*par.cap.*3.§.4.*n.*7. vbi dicit, quod est venia dignus ad minuendam pœnam , non tamen, vt impunitus remaneat in grauibus delictis,attestando de communi.

59 Item adde , † quod remittitur arbitrio Iudicis, quando me-
tus dicatur iustus,& quando sit probatus,qui debet considerare qualitates metuentis,& metum inferentis,& facti. Menoch.*de arbitr.casu* 135.*&* 135.Bursat.*consil.*330.*num.*66.& Bern. Gamb. *consil.*47.*num.*2.*inter consil.Gigan. & Vitalin.in tractat.clausul. titul.de reduct.ad arbitrium num.*76.& metus dicitur iustus,qui infertur ex precibus,& blanditiis Principis,Tiraquell.vbi supra *caus.*35.*nu.*1. quia Principum preces pro iussu sunt ibi *nu.*4.eoque magis,si importunæ fuerint *nu.*3.quod intelligi debere asserit de eo,qui solet sæuire in subditos *nu.*10.

60 Item†adde, quod quando quis sua culpa metum incidisset,
non excusaretur,Ioan.de Amic.*consil.*34.*nu.*5. Gemin.*consil.*14. *num.*1.

Item adde , † quod testis falsum deponens propter metum,
61 non excusatur, Tiud.*in tract.de test.b.nu.*12.

Item†adde,quod strepitus armorum,voces altæ,& rugitus
62 aliquorum ne interficiat , causam iustam metum , Alexan.*in cons.*47.*in causa prædicta volum.*4.& Afflict.*in constitut.asperitatem num.*22.

Item†adde,quod metus non pręsumitur,sed ad metum pro-
63 bandum sufficit leuis probatio, quia clam inferri solet;& ideo magis creditur duobus testibus de metu attestantibus ; quam centū asserentibus voluntatem spontaneam,& maxime quan-
64 do pręsumptio esset in asserente metum,ita tradit Alciat.*de præsumpt.reg.*3.*præsumpt.*7.& ita etiam habetur in addition.ad Bertaz.*d.consil.*172. vbi dicit, quod in his,quæ communiter solent fieri per coactos,sufficiunt leuiores probationes,sed in his,quæ solent fieri sponte, requirunt validiores, & quando magis credatur duobus testibus deponentibus de metu, quam mille negantibus , vel asserentibus de spontanea voluntate, Mascar.*de probat.concl.*1051.1052.1013.*vol.*1.

Item adde , quod metus amissionis omnium bonorum; vel maioris partis censetur cadere in constantem virum,text.& ibi gloss.*in cap.*2 *de his quæ vi,&c.* Bart.*in l.si ob turpem ff.de cond. ob turp.cau.* & late Couar. *in* 4.*decret.*2.*par.*2.*part.c.*3.§.4.*nu.*18. Baiar.

k *Nunc quæro, nunquid prouocatio*]adde, quia in hoc proposito dici solet,qui ita aliquid facit,vel dicit,non est prouocans, sed ille,qui ad talem iram prouocat,atq.*qui dat causam damni, damnum dedisse videtur*, & prout arguit Aym. Crau.*consil.*2.*nu.*11.*& consil.*219.*sub num.*21.*versic.non ob.*quod dicitur,& ibi allegat Arist.sed non pręcise;qui tamen per hęc verba se explicat, Ethi.*lib.*5.*c.*4.insuper (ait)circa alias quidem omnes iniustitias, semper fit relatio ad aliquid;vt si dixerim,adulteriū commisit, ad intemperantiam;si deseruerit locū in acie ad timiditatem;si pulsauerit aliquem ad iram; At in materia prouocationis,vide

Iul.Clar.Sentent.Pract.crim.

Dec.*consil.*487.*nu.*9. Capyc.*decisio.*58.*n.*2.*supra* §.*iniuria, versic. quæro etiam ad med.*Drog.

Nunc quæro] Bertaz.*consil.*237.*lib.*1. & Farin.*vol.*4.*q.*31.*nu.*7. *item q.*125.*p.*1.*nu.*89.*vol.*5.*necnon p.*6.*num.*454.*& alibi sparsim in d.q.*Ros.

Nunc quæro nunquid] adde,quod † iudex potest eandem pœ- 65
nam imponere pro homicidio prouocato, quam pro deliberato, potest tamen etiam non imponere mutando illam ; Boss.*in tit.de inquisit.num.*117.& Grammat.*decisio.*23.*nu.*6.*& decisio.*98. *& decisio.*5.*per totam.*

Item adde,quod † prouocans in rixa, etiam, quod dicat ad 66
duellum , non incurrit pœnam duellantis , Plot. *in l.si quando numer.*705.Baiar.

l *Mitius tamen punitur*] adde, quod hoc non procederet , si prouocatio ab offendente prouenisset, vt per Boss. *in loco supra citato, nu.*118.& quis † dicatur prouocator, vide Bertaz. & ibi 67
addent.*in cons.*88.*&* 89. & Menoc.*in consil.*41. & Bero.*in consil.*
173.*per totum volum.*3. vbi tenet, prouocationem † legitimam 68
fuisse ex percussione pugno facta,etsi is prius per verba generalia conditionaliter & impersonaliter prolata mētitus esset,& † de 69
prouocato,qui ex interuallo fecit occidi,mediante pecunia,vt mitius puniretur,consuluit Bertaz *cons.*433.*&* 434.vbi respondit ad Bort.*in decis.*168.sed *de d.cons.* iudicio meo non est multum confirendum,stante maxime,quod ibi aderat crimen assassinij : & quomodo probetur quem prouocatum fuisse, vide Mascar.*de probat.conclus.*1244.& de eo, qui dixit † alicui, *tuotti da* 70
parte, dammi la strada, vide Bertaz.*in cons.*1.*volum.*1.& Ioan.de Amicis *consil.*23.*nu.*1.& quibus coniecturis quis ex offendentibus,& inter se rixantibus prouocator † præsumatur Mascar.*de* 71
*probat.concl.*1128.*vol.*3.& de hac quæstione, quando prouocatio excuset a pœna ordinaria, habetur etiam per Plaz.*epit.delict.lib.*1.*c.*1.*num.*21.Baiar.

m *Sed hic quæro*] Far.*d.*4.*vol.q.*91.*nu.*5.Ros.

Sed hic quæro,nunquid] adde, † videndum Cæpoll.*in consil.* 72
*nu.*6.vbi dicit,quod punitur arbitrio iudicantis,& ibi,quando quis dicatur iusto dolore motus, & per Mars.*in pract in* §.*quoniam num.*66.

Item adde, quod iustus dolor excusat in delictis ad temperandam pœnam, etiam in iis , qui dolore confici ex proposito, & deliberatè delinquunt. Tiraq.*de pœn.temp.caus.*1.*nu.*8. quod procedit,† quamuis ille,qui vulnere,aut aliter læsus fuerit,cau- 73
sam non dederit dolori vulnerantis,vel lędentis,vt ibi per Tiraquel.*nu.*10. & latè per Fran. Terzan.*consil.*503.*nu.*31.*&* 32.*inter consil.crim.*Bertaz.*vol.*2.Baiar.

n *Aut delictum est ex illis*] adde,quod non tantum in his,quę clam fiunt,procedunt hic dicta;sed etiam in his, quæ cito fieri non solent,cum citius fiant:tunc enim præ se ferunt nullitates, dolos, ac alia, de quibus per Marsil.*Rubrica de fideiuss.num.*78. *cum seqq.*vide text.*in l.qui cum maior.* §.*idem puto, ff.de bon.libr.* Drogh.

o *Aut vero delictum est ex his*] Tiraq.*de pœn caus.*44.*nu.*53.*& caus.*57.*n.*1.*cum seq.*

Adde,quod † qui facit taliter actum,quod non potest veni- 74
re ad notitiam eius,cuius interest,dicitur facere clam,Barto.*in l.*2.*C.de his qui public.ratiocin.lib.*10.& maleficium commissum de nocte dicitur commissum clam, vel quod fit per interpositam personam,vel spreta auctoritate eius,qui eam debebat impartiri , Felyn. *in cap.consuluit numero* 21.*de offic.deleg.* & dicit Menoch. *de arbitr.iudic. in casu* 194.*numero* 20. quod remittitur arbitrio iudicis , quando clam , vel palam quid factum dicatur.

Item † adde,quod maius delictum est illud,quod commiti- 75
tur in ciuitate, quam quod in rure, Bald.*in l.cum ancillis, C.de incest.nupt.* Ioan.de Anan. *in capit. in tantum num.*7.*de collusio. deteg.*

Item†adde,quod est maius delictum illud,quod fit in diebus 76
festiuis,& magis punitur.Bal.& Paul.de Castro *in l.dies f.stos,C. de feriis*,contrarium tamen tenet Puteus *in dec.*191.dicēs, quod festiuitas diei non facit delictum eo die commissum esse atrocius,nisi alia concurrant,puta,si fuerit commissum coram multitudine, aut in præsentia Magistratus. *Baiar.*

p *Fui quandoque*] Farin. *volum.*5.*quæstione* 124.*parte* 5.*num.*150.Ros.

Fui quandoque interrogatus] adde Tiraquell. *de pœn.caus.*60. *& causa* 28.*& causa* 4.*n.*10.vbi limitat nonnullis modis ibi per eum expressis , & vbi etiam habetur , quando excusat non à toto, sed à quanto, & an excuset à lata culpa. Baiar.

p *Si vero pœnituit*] Hęc autem pœnitentia in atrocissimis nō excusat;infra *quæstione* 92.*vers.scias tamen,ibi,& ideo secundum eos; supra in* §.*raptus,versicul.sed quid ad fin.* vide Capyc.melius declarantem *decisio.*155.*nu.*10. & de pœna hic expressa vide infra *quæst.*81.*vers.sed quæro ad fin.* & hanc pœnam relatiuam appellat Felin.*cap.pastoralis,coll.*2.*de offic.deleg.* De pœnitente vero post delictum ita decesserit Philosophus Ethic. *libr.*3.*cap.*3.qui

Rrr 2

per ignorantiam quid facit, nec postea fecisse dolet, volens quidem non facit, quod nesciuit, nec rursus inuitus, quod non dolet, ergo qui per ignorantiam facit, si pœniteat, inuitus fecisse videtur, si non pœniteat, cum alius sit, est non voluntarius, & ibidem etiam habetur de delicto ab ebrio facto, de qua sup. *hac ea.q.versic præterea quaro*, dixi infra *ad q.87.vers.fin.* & habetur Ethi. vbi sup.c.8.*& lib.5.c.14.in fi.* Drog.

77 r *Et generaliter scias*] adde, † circa istam regulam Gabr. *concl. lib.7.concl.8.* vbi ponit multas ampliat. & limitat. & an communis vsus excuset, & quid de eo, qui credidit viro fide digno, ¶ Quælibet credulitas etiam fatua excusat à dolo. Tiraq. *de pœn. 78 caus.43.num.5.* & Gab. vbi supra *nu.5.* dicit, quod † causa iniuste excusat à dolo præsumpto, non autem à dolo vero; & idem tenuit Alex. *in consil.103.n.14.vol.1.* & Tiraq. *de pœn.temp.caussa n.9.* & Menoc. *de præsump.lib.5.præsump.3.n.12.* & Alciat. *de præsump.reg.3.præsumpt.30.*

79 Item adde, † quod licet quælibet causa excuset à dolo, non tamen excusat à pœna pecuniaria, quę datur ratione latę culpę. Plot. *de in lit.iur.§.6.n.30.*

80 Item † adde, quod causa credulitatis probatur per leuiores probationes, imo sola indicia sufficiunt. Alex. *consil.115.col.pen. vol.4.* Curt.iun. *consil.34.col.fin.* & Plot. *in consil.131.n.14.inter consi. crimi.diuers.tom.1.in fol.*

81 Item † adde, quod non sufficit ad excusationem delinquentis dicere ipsum fuisset aliqua causa motum, nisi etiam deductū, & probatum fuerit, eum ex tali causa motum, Alex. *consil.103. nu.13. versic.& dato vol.1.* Aret. *consil.80. sicut de rer.col.1. versic. pro his facit Corn.consil.33.* visa inquisitione *n.16.lib.4.* Dec. *consi. 452.num.12.* & quod illa causa prius orta esset, quam in pœnam contraueniens incidisset, vt per Ang. & Imol. *in l.ex consensu, §. fi.ff.de appell.* Dec. *consil.452.nu.11.* & Lauren. Rodulph. *caut.115. num.18.* & sufficit, quod causa allegata semiplene probetur, Alexan. *consil.53.num.15.vol.7.* Crauet. *in consil.254. colum.penul. versic.& si dicatur.* Becci *consil.78.num.29.* & ibi *per totum consil.* loquitur in materia falsi, & similiter in crimine falsi, consuluit Socin. in *consi.37.num.13.volum.2.* & Parif. *in consil.151.numero*
82 *29.vol.4.* & quod causa (licet † leuis) excuset à dolo homicidam, vt minus plectatur, vide Afflict. *in decisio.360.num.6.* Grammat. *decisio.29.num.19.* Tiraquel. *de pœn.d.caus.43.num.1.* & Soc.iun. *consi.117.num.13.volum.3.* & causam etiam iniustam à crimine læsæ maiestatis excusare, consuluit Crauet. *consil.6.nu.90.* & à delicto conuenticulæ, & male congregationis causa etiam leuis excusat. Crau. *consil.4.nu.26.* & causam excusare à mora, idem Crauet. respondit *in consil.147.n.3.* & à contumacia idem *consi. 254.num.2.* & à periurio latè tradit Grammat. *vot.10.num.21. 22.* licet aliter senserit Ias. *in l.si quis maior, num.3.C.de transact.* Et in hac materia, quando quælibet causa excuset, multa cōgessit Tiraq. *de pœn.temperam.caus.43.* vbi non aduertit verbo causam iniustam non excusare, cum delictum notorie prohibitum committitur, vel quando actus iure naturali prohibitus geritur,
83 † Menoch. *de recup.poss.remed.5.numero 51.cum seq.* Et Cæpoll. *consil.11.* & ideo hoc in delictis non procedere declarat Ang. *in l.sed si lege, §.scire, de pet.heredit.* & Curt.iun. *in l.si quis id, quod, num.42.ff.de iurisdict.omn.iud.* quia quando quis facit ea, quæ sunt contra bonos mores, & quæ vtroque iure sunt prohibita, iniusta causa excusationem non pręstat, cum pręsumatur in dolo. Cæpoll. *in consi.14.* & Sarnen. *reg.de imper.bene viuen.quæst. 3.* qui ita dicit, intelligendam esse *l.si plagij*, quæ ad hoc communiter solet allegari, quem refert, & sequitur Vulpell. *in consil.88. nu.5.& consil.111.num.8.* & Boss. *in ti.de inquisit.num.114.* dicit, quod ista regula, quod quælibet causa excuset à dolo, non procedit in delictis, quia non præsumitur, quod iusta causa mouetit delinquentem, vt per Aretin. *in consil.80.* & Alex. *consil.102.*
84 *col.pen.vol.4.* & Cæphal. *in consil.35.num.15.* sunt † tamen multæ præsumptiones, quæ faciunt cessare dolum in homicidio, Cæpo. *consil.33.col.3.* & latius *consil.31.*

85 Item † adde, quod iusta causa excusat à pœna conuentionali, vt per Bertaz. *in consil.80.numero 5.non autem iniusta*, vt per Cagnol. *in l.quod te numero 42.ff.si cer.pet.* & per colleg. Prouinciæ March. vt in *consil.170.nu.52.inter consil.crim.diuers.in fol.tomo 1.* Barat.

f *Qualibet causa*] Farin. 4. *vel.sua prax q.50. insp.ect.1.nu.1.21. 42.& inspect.3.n.109.* vbi de eo qui viro digno credidit, *& q.45. tract.de consuetud.* Rof.

t *Excusat*] adde, quando causa iniusta excuset in delictis, & qualiter vide per Boss. *titulo de decret.Mediol.post numer.19.versicul.dicamus igitur.* & Socin. *consil.118. post numerum 7. libro 2.*
86 & quod quælibet † causa etiam bestialis, atque iniusta excuset à dolo, & à pœna habetur etiam per Crauet. *in consil.6 post numerum 89. & consil.28.num.9.& consilio 319.colum.9.* sed aduerte, quod quando excusat, debet euidentibus coniecturis, atque præsumptionibus probari Marsil. *in opin.commun.diuers.fol.346. versi.licet.* Et similiter causa colorata excusat à pœna per Crauet. *in d.consil.310.colum 9.* & hæc etiam habes *in singul.meis sub singul.321.* vbi quædam habes alia in materia statutorum de turbante possessorem, atque de turbata possessione notatu digna. Giach.

u *Tu vero dic.*] Hic adde videndum Cæpoll. *consil.crim.24. n.9.& 10.* Giach.

x *Aut vero*] Farin. *q.67.vol.2.§.3.num.101.* vbi in teste *num. 105.* Rof.

y *Frequens etiam*] Probatio bonæ vocis, eruditionis, & famę quid releuet, Farin. *q.47.vol.2.num.181.& seq. vsq. 195.& num. 197.* Rof.

Frequens etiam in criminalibus] adde, quod bona fama in genere tollit malam in genere, Farin. *quæst.47.num.10.* & bona in specie tollit malam in genere ibi, *n.184.* & metum tollit malam, sed etiam operatur, vt reus confessus delictum mitius puniatur, si non apparet ab ea perpetrasse facinora; & an credatur testibus deponentibus de bona fama in genere, *num.194. cum pluribus sequentibus.*

Adde, quod † bona fama tollit indicium ad torturam contra 86
reum existens, & probationes pro reo factas adiuuat, Bal. *in l.1. C.de confess.* Ang. *in l.milites C.de quæst.* Ias. *in l.3.in fin.C.comm. deleg.* Dec. *consil.175.colum.pen.* Marsil. *consil.109.num.27.* Cæpo. *consil.21.* Rol. *consil.45.nu.44.vol.1.* Rimin.iun. *consil.145.numero 145.num.13.vol.2.* Decian. *consil.2.nu.90.vol.1.* & Bertaz. *consil. 439.num.17.cum seq.vol.2.* & licet Alexan. *in fin. in 3.apost.ff.de qu.* dicit illud, quod dicitur, quod quando contra reum est aliquod indicium, quod ex hoc ipse reus potest torqueri, esse verum, & habere locum, quando talis reus est vilis persona, & abiecta; secus autem, vbi est vir grauis bonę vitę, cōditionis, & famæ, quia tunc non potest torqueri, & dicit Farin. *q.47.nu.86.* quod probatio bonæ famæ nedum tollit indicium malæ famæ, sed omnem aliam delicti præsumptionem, & indicium, ita, & taliter, vt reus qui torquendus erat ex legitimis contra eum præcedentibus indicijs, probata bona fama, amplius torqueri non possit, vbi nam.seq. tractat, quod non tollat specialia indicia; & distinctionem postea ponit, quando tollat, & quando non *nu. 161.* Alexandrum postea vbi supra refert, & sequitur Marsil. *in pract.in §.diligenter sub nu.166.* & Rol. *in consil.16.num.26.vol. 1.* Et quando bona fama fuit probata, & similiter mala; bona tollit malam, etiam quod testes de bona deponentes essent in minori numero, secundum Bal. *in consil.167.in fin.volum.2.* Corn. *consil.261.col.9.vol.4.* Crauet. *consil.275.nu.11.* Alexan. *consil.150. col.5.vol 5* & Mant. *consil.67.colum.1.* & ratio huius conclusionis est, quia testes de bona fama habent præsumptionem iuris pro se, quod nemo præsumitur delinquere, ita tradit Natt. *in consilio 262.nu.11.vol.2.* & probatio † bonæ famæ in genere præualet 87
etiam malæ in specie, ita notab. dicit Bal. *in l.ea quidem, C.de accusat.* ea ratione, quia famæ publicæ sunt incompatibiles, *ca.deficeat peccator.extra de reg.iur.* & quia quando genus post saluari in alijs speciebus, vna exempta, tunc species eximitur in genere, sed bona fama non potest saluari cum mala, ergo &c. & ibi affirmat hoc etiam tenuisse Gandinum, sed non dicit quo in loco: idemque Marsil. *in pract.in §.diligenter, num.193.cum sequ.* vbi impugnat Innocent. & Roman. & alios contrarium tenentes, dicens, quod hanc opinionem sequitur tanquam benigniorem, per regulam, semper in obscuris: & propter auctoritatem tantorum patrum hanc partem tenentium, quos ibi allegauit, & hoc confirmauit *in consi.72.in fin.* quem sequitur Malua. *in consil.110 num.22.inter consil.crim.diuers.tomo 1.* & Bertaz. *in consil. 439.nu.19.vol.2.& consil.45.num.17.vol.1.* vbi de communi attestatur. Sed pro concordia Blanc. *in l.fin.num.313. ff.de quæst.& in sua pract.crim.in cap.his sic præmissis num.34.* ita distinguit, aut fama delicti est simplex sine adiumēto, quo casu facit indicium, ad capturam, non autem ad torturam; tunc bona fama indicium elidit; aut vltra famam delicti est causa, vel probatio, per quam ipsa adiuuatur, vt possit procedi ad torturam, & tunc bona fama non tollit indicium, quia maior est infamia, & sic non æqualis, & ita etiam hic Dominus Clar. distinguit Farin. *d.quæst.57.numero 198.* qui *num.197.* dicit elidere, & debilitare; & de debilitate dixit *nu.191.* & tantummodo tollere leuia, & non grauia *nu.189.* & sic de generali consuetudine seruatur; & ita semper vidi seruari, quod bona inquisiti non tollit indicia in specie contra inquisitum laborantia, sed tantummodo indicium malę famæ, Alexan. *consil.77.num.5.vol.1.* Marsil. *consil.3.nu.12.* Farin. *q.47.num.187.* nec tollit super delicto, de quo inquiritur, *& quæst.11.num.77.versic.in contrarium*, vbi de tali consuetudine attestatur, & fama bona in genere quando dubia sunt indicia, ad torturam excludendam prodest, Decian. *consil.118.* Cępol. *consil.40.* Marsil. *consilio 130.* & Vulpell. *consil.17.nu.5.& consil.105.* D. Farin. *ibi num.190.* & dicit Menoch. *in consil.101.numero 56.* quod hodie probatio bonæ famæ est leuis defensio. D. Far. vbi supra *n.188.* & ego multoties vidi probari bonam famam publicorum latronum.

Item † adde, quod si datus fuerit delegatus, vt se informet de 88
mala fama, non poterit se informare de bona, Rota Roma. *in decisio.14.*

cis.14.de iudic.in nouis, & Felin.*in c.cum delicta,nu.6.in versic.gesta contra formam,de rescript.*

8 Item † adde, quod multis modis indicium malæ famæ tollitur, vt per Foller.*in pract.crim.in verb.dentur capitula*, quod suffocauit vxorem,*n.18.cum seq.* & quid de bona fama in Doctore; & quid in nobili; an tollat indicium, vide Soc.*iun.in consil.39.nu.23.cum seq.vol.2.*

90 Item adde, † quod mala fama, quando non est plene probata, non potest iungi cum alia specie probationis, vt per Bal.*in l.2. C.de excusat.tut.* quem sequitur Marsil.*in dicto §.diligenter,numero 9.* Imo ad hoc vt possit supplere defectum alterius probationis, requiritur, quod sit probata per testes discretos, & bonæ famæ, & non per viles homines, & mulierculas. Rol.*in consil.3.n.57.vol.1.*

91 Item adde, † quod ad tollendam omnem suspitionem delicti, sufficit probare bonam famam in genere, sed non è contra; ad inducendam præsumptionem delicti non sufficit probare malam in genere, sed necessaria est in specie; ita declarat Alex. *in cons.5.vol.1.* Baiar.

z *Quæst.22. versic fama*] *In dicto versicul.fama dicitur*, quod
91 mala fama † in specie, & in eodem genere delicti, adiuncta aliqua suspicione facit indicium ad torturam; fallit, tamen si probatur bona fama per triennium transactum, vt ibi, Adde infra *quæst.64.versic.sed pone ad fin.* & aduerte in tali casu, quia in omnibus fere processibus defensiuis, probari, vel articulari solet hæc bona fama; quod bona fama sic in genere probare contra specialem famam, & inquisitionem parum prodest: Nemo enim est tam perditus, & scelestus qui non inueniat testes super tali fama in genere, vt est dictum Marsilij *in sua practica,§.diligenter,numero* 197. quod decerptum videtur ex Aulo Gel. *noct. Att.libro 1.cap.6.* Nemo (ait) quisquam tam effectis est moribus, quin faciat, aut dicat nonnunquam aliquid, quod laudari queat, & quod talis fama si in genere probata non releuet contra famam, & inquisitionem specialem, tenet Alexan. *consi.77.num.6.lib.1.* oportet ergo ad hoc vt probatio bonæ famæ releuet inquisitum taliter super bonam famam probare, vt remoueat sensum ab actu modo, quo docet gloss. *in l.1.§.1. ff de itin.actuq. priu.* quæ magistraliter loquitur, Curt. Iun. *tractat. de testibus, conclus.27.* aduerte tamen, quia etiam quandoque bona fama in specie probata pro aliquo, quod non deliquerit, remouet speciale factum delicti; Boss.*de mandat.ad homic.n.45.arg.c.quoties extr.de purgat. can.* in hac tamen re recurre semper ad Aul. Gell. *noct. Att. lib.4.c.2.* ibi condemnasse de moribus, non de probationibus, ad fin. *Drog.*

a *Prodest etiam probatio*] Farin.*in 4.vol.sua prax q.48.caus.54. n.92.& 98.& 100.102.115.& 116.* Rol.

92 *Prodest etiam probatio nobilitatis*] adde, † quis proprie dicatur nobilis. Paris de Put.*in tract.de re militari vol.6.fol.32.num.4.* & ibi etiam *n.13.* quis dicatur nobilis verbaliter, & quod tribus modis quis dicitur nobilis, & Menoch.*de arbit.iud.casu 67.*

93 Adde quod † forensis non dicitur nobilis, quia quilibet nobilis in aliena patria dicitur popularis, ita Bal.*in c.qua in ecclesia-*
94 *rum de offic. ordin.* vide omnino † in materia nobilitatis Tiraquell.*in tractat.suo de nobilit.* & quod nobiles mitius puniantur quam ignobiles, & de priuilegiis competentibus nobilibus, & in quibus differant à plebeis, vide Berttan. *consil.313.n.5.volum.*
95 3. & nobilitas † etiam minuit fidem probationum, Bertaz. *in consil.252 num.66.*

Item adde, quod licet minus puniantur nobiles, quam ignobiles in pœnis corporalibus: hoc procedit, vbi pœna statuti est biformis, nō autem vniformis; nam tunc eadem pœna punitur nobilis, qua & ignobilis; Bal.*in l.nemo, C.de sum.Trinit.& fide Cathol.* Tiraquell. vbi multos allegat concordantes *in tractat.de pœnis causa 31. num.34. & in tract. de nobilitate, cap.20.num.12.* & Sebast.de Neapol.*in cap.Regni incip.* Placuit, dicit, quod tunc fit distinctio liberi hominis a seruo, quando sunt puniendi eadem lege; secus si eadem pœna, quem refert, & sequitur Franch.*decis.240.nu.7.* inferendo, quod nobiles in Regno Neapolit. propter homicidium pœna capitali puniuntur, & ignobiles suspenduntur, quia constitutio imponit pœnam mortis, & non pœnam furcarum; ita tenet Gramm.*in decisio 32.num.5.* dicens, quod pœna vniformiter taxata à lege, vel statuto, non est habenda distinctio personarum. Subdit tamen, quod mitius agitur cum nobili, quam cum ignobili, quia nobiles non luunt in corpus. Sed ego arbitror, quod consuetudo loci sit attendenda, quæ attendi debet in pœnis infligendis, vt per Felin. *in cap.inter cætera,n.20.de rescriptis*, & Franch. vbi supra *nu.10.* & dicit Cæpol. *in consil.29.nu.21.* quod si esset consuetudo in ciuitate, quod nobiles suspenderentur, illi esset standum.

Item † adde, quod licet regulariter quantum ad pœnam corporalem mitius puniantur nobiles, quam ignobiles; tamen ista regula fallit, quando quis delinquit in derogationem, siue contumeliā officij, vel dignitatis; quia tunc magis punitur nobilis, quam ignobilis pœna corporali, ita tradit Cæpol. *consil 36.nu.23.& 24.*

Item etiam grauius puniuntur in casu proditionis, & falsi, Tiraq.*de pœn.caus.31.nu.21.& 23.*

Item adde, quod si ignobilis homicidium committit, suspenditur, Afflict.*in const.terminum vitæ nu.46.* Baiar.

b *Quam nobiles*] Hanc differentiam in variis locis collectam vide supra *q.6.vers sciat tamen ad fin.* & quæ sit differentia inter furcam, & amputationem capitis, vide Curt *tract.de antiq.temp.p.4. vers.videamus modo, n.27.* post gl.*in l.desertorem, §.1. ff.de re milit.* Bart.*in l.capitalium, §.serui, ff.de pœn.* & cur hoc sit, vide Fel.*in c.pastoralis, coll.2.de off.deleg.* Orngh.

Quam nobiles] adde, quod fallit ista regula, quando quis delinquit in derogationem, vel ad contumeliam officij, vel dignitatis; quia tunc magis punitur nobilis, quam ignobilis in pœna corporali, vt per Cæpol.late *crim.consil.30.n.24.* Giach.

c *Nobiles, & magnates non solent furca suspendi*] adde, quod licet nobiles furcis non suspendantur; tamen in proditionibus, atque etiam ratione enormitatis suspenduntur, & altioribus furcis, per Gramm.*cons.40.n.11.& vot.3.n.8.* Giach.

Nobiles, & magnates] adde videndos octo casus, in quibus † 96
quis furca suspenditur, quos ponit Gand. *in tract.malef.in titu. de pœn.reor.nu.58.versic.Item suspenditur.*

Item adde, quod in Regno Neap. similiter nobiles gladio puniuntur, & ignobiles laqueo Franch.*decisio.240.num.8.* & licet Afflict.*in constit.terminum vitæ nu.46. & in consti.* prosequentes in hac dixerit, quod in crimine furti non sit distinctio inter nobilem, & ignobilem, tamen se decepit, quia *in cap. Regni incip. ad hoc per ipsum allegato*, expresse disponitur in fine, quod furtiuas manus extendens ad bona vltra vnciam, vel ad plura furta, licet minima, suspendi condemnetur: sit nobilis, pœna capitali plectetur; & in crimine rapinæ idem disponitur *in c.placuit.*

Item † adde, quod similiter in eodem regno Neap. nobiles ad pœnam triremium non condemnantur, etiam quod fuissent relegati in Insulam propter aliquod delictum, & relegationem fregissent, ita Gramm.*decis.32.per totam*, secus autem in statu ecclesiastico, & in patria mea, vbi tam nobiles, quam ignobiles ad triremes condemnantur. *Baiar.*

d *Dicit etiam Bald.*] adde Gramm.*vot.3.n 8.* vbi dicit, quod
nobiles, † licet furcis non suspendantur, tamen concurrente de- 97
licti enormitate suspenduntur, & Mars.*in consil.9.n.19.* & vide quæ posui supra *in §.furtum, versic.est igitur pœna.* Baiar.

e *Egregius miles, & vtilis Reip.*] adde, idem in magno artifice, cuius vita erat pro futura Reipubl. quia tunc pœna minui debet, non mors imponi, sed alia minor, vt relegationis, vel pecuniaria, rescribendo ad Principem, per notab. *in l.ad bestias, ff.de pœn.* per quam legem Dyn. inquit se euasisse à pœna ordinaria quendam insignem artificem fabrum, qui socium percussit, & ei manus amputari debebat, & fuit dicta pœna mitigata per Principem ratione illius peritiæ. Idem per Parid de Put.*in tract.syndic.* qui dicit se euasisse quendam Bombardinum sicarium; qui fuit relegatus a patria per annos quinque ex eo, quod bene seruierat in bello. Et de pictore, cui manus sit amputanda, quod ibi possit digitus vnus amputari tradit Fell.*in c.cum illorum,3.col.de sent.exc.* illud tamen de pœna ordinaria minoranda limitat Car. ibid. post relatos, nisi tumultus aliter sedari non posset. Attamen de pœnis minorandis vide plenum *tractat. Tiraq. de pœnis*, ad quem te conijcio. Et mihi placet Auctoris nostri sententia, vt iudices inferiores non possint inconsulto Principe ex causa pœnam minuere, & illud de Principe post sententiam adeundo habeo pro indubitato. *Giach.*

Egregius miles] Farin.*d.4.vol. q.98.15.causa, num.134. & 138.* Rol.

f *Pariter etiam bonum est*] adde, quod excellentia in homine consideratur quoad vitam, & mores, & quoad exercitium; quoad vitam, quod sit optimis moribus atque vitæ sanctimonia commendatus, quod, si deliquerit, mitius puniatur: ratio enim anteactæ vitę consideranda est ac æstimanda, metiendaq; facta hominum Tiraquel. *de pœn.caus.51.nu.1.& 3.& nu.8.& 9.* vbi dicit, quod propter excellentiam hominis receditur ab omni iure, omnique statuto, & argumentis, atque auctoritatibus probat hanc sententiam, vt videre est *nu.10.& seq.* & recenset infinitas prærogatiuas, quas habent viri probi, & fide digni.

Adde, quod excellentia hominis in aliquo artificio, vel in corporis robore prodest delinquenti, vt impunitus, dimittatur, prout est textus *in l.ad bestias, ff.de pœnis*, & ideo refertur Azonem, dum ad tribunal iustitiæ duceretur in Ciuitate Bononię (si vera sunt, quæ de ipso in hoc casu fantur) pluries dixisse, & alta voce ad bestias, qua voce magis irati Bononienses, eum quantocius ad supplicium duxerunt, credentes se bestias vocatos, quod de se ipso propter ipsius excellentiam dicebat, & de tali excellentia tractat Tiraq.*de tract.de pœn.caus.50.nu.10.*

Adde, quod † excellentia hominis debet probari per 15. testes;

98 *l.vnicuique,C.de proxim.sacror.scrin.lib.*12.& Ias.*in l.cum quid,ff. si certum petatur.*& Gulielm.de Bene.*in cap.Raynutius de testam. in verb.adiecti impub.num.*20.*fol.*216. Et quod pœna remittatur in hoc casu,non procedit in famoso latrono,& seditioso, quia punitur secundum Tiraq. vbi supra *nu.*2. qui ibidem refert, quod Cæsar Tiberius mandauit interimi artificem,qui vitrum flexibile composuerat.

99 Item † adde,quod quando Populus petit gratiam,Princeps est consulendus,vt per Rom.*sing.*725.potestas,& Cæpoll. *caut.* 2.*quando.n.*1.Baiar.

g *Nisi consulto Principe*] adde infra *q.*85.*versi.vlterius quæro, ibi.debeat Principem consulere,inf.hac eadem q.versic.pen.* Menoch.*de arb.iud.lib.*1. *q.*91.*n*.... *&* 12. vide quæ dixi supra *ad q.*59. *versic.& hac quidem in fine.* Drog.

h *Sed Senatus,qui est loco Principis*] adde infra *q.*94.*versi. est etiam modus,circa principium,*requiritur tamen à parte remissio, supra *quæst.*59.*vers.& quia plerunque.* Item adde; quod nedum minores Iudices tales gratias facere non possunt,sed nec etiam feudatarij *dicta quæst.*59.*in princ.*In quantum tamen dixi;quod senatus est loco Principis, illud verum est, non tamen vti potest plenitudine potestatis. Capyc.*decisio.*47.*n.*7.Iudicatque senatus sola veritate inspecta, Menoch.*de arb.iud.lib.*1.*q.*40.*n.*5. & de sententiis Senatus, & Senatorum, qui delegati dicuntur quoad causas sibi commissas *d.lib.*1.*q.*67.*n.*26.Plot.*in l.si quando,§.*1.*n.*31.*&* §.4.*nu.*42.*C.vnde vi,inf.q.*78.*versic.Quæro si bona.* Idem Menoch.vbi supra *lib.*2.*cent.*1.*cas.*68.*n.*30.31.*&* 32.*& eod. lib.*2.*cas.*92.*n.*3.ac alibi sæpe. *Drog.*

i *Visus est etiam probatio*] adde, quod pœna remittitur , aut certe minuitur propter delinquentis , aut etiam maiorem, & proximiorum ipsius merita,beneficiaque in Remp.collata, Tiraqu.*de pœn.c.*49.*nu.*1.17.*&* 47.vbi *n.*2.declarat,quomodo sunt accipiendæ leges,quę decernunt delinquentes afficiendos pœna,& non præmiis.

Adde , quod hoc non procederet si grauissimum crimen in Rempubl.commisisset,secundum Plac.*epit.delict.libr.*5.*capit.*33. *sub num.*3.

100 Item † adde,si quis maximum beneficium Reipublicę fecisset, furtum committendo,non propterea deberet excusari à pœna furti,secundum Petr.Anchar.*in c.*1.*de const.*vbi dicit,quod si ingressus domum alicuius scrinium surripuisset, in quo erant litteræ proditionis Ciuitatis,& hoc patefacto pœnam non euitaret,cum intentionem habuerit furandi,vnde fortuna,quæ felix Reipublicæ fuit,non consideratur, sed solus animus : refert & sequitur Gulielm. de Bened. *in repet. c.Raynutius in q.an liceat accipere nu.*39. sed forsan mitius esset puniendus,ex quod litteras proditionis Reipublicæ reuelasset.In maleficiis attendi animum,& non euentum rei tenuit Tiraquel. *de pæn. c.*52.*numer.* 7.8.9.*cum seq* quamuis in princ.illius causæ censuerit pœnam minorandam. *Baiard.*

k *Commissum fuerit*] Farin. *d.*4.*vol.q.*87. *inspect.*1.*n.*1.6.7.*&* 8.12.Ros.

l *Solet etiam* Attende,quod text.*in alleg.l.desertorem* non videtur probare hoc,pro quo allegatur;Ait enim text.Ne videatur pater ad supplicium filium duxisse;per quæ verba talis sensus nullibi congruit; pro quo vide Crauet. *cons.*309.*sub num.*3. Drogh.

101 *Solet etiam dici*] adde † de hoc videndum Tiraquel. *de pæn. temp.cau.*18.vbi plene,*& in causa seq.*tenet idem de patre,quod si a filio puniendus offeratur, mitius sit agendum, vide etiam Menoch. *de arbit.iud. casu* 347. Et filius, si patrem accuset,& plectendum obtrudat,mitius cum eo agendum est; Tiraq.vbi supra *caus.*20.*num* 1. Baiar.

m *Præsentauerit*]adde,& vide per Iacob.Menoch.*de arb.iudic.lib.*2.*cent.*4.*c.*347.vbi etiam è contra cum patrem filius præsentauit.*Giach.*

n *Post num.*38.]Farinac.*d.*4.*vol.*18.*causa, numer.*164.*&* 122. Ros.

Allegatur etiam plerunque] adde , quod cum multitudine delinquentium magis cedendo,quam iubendo;magis monendo,quam minitando,agendum est;& Egisippus *de Bell.Iudai.libro* 5.dicit,quod animaduersio in singulos vsque ad factum procedere debeat,in multitudinem verbotenus: illa vsque ad pœnam,ista vsque ad correptionem,& hęc fuerũt verba Titij Imperatoris in obsidione Hierusalem.Luc.de Penn.*in l.sine ex prætoriano,de exact.& execut.lib.*12.vbi dicit † etiam,quod vniuersitates delinquentes puniantur: vide etiam Tiraq.*de pæn.tempe.cau.*47. vbi plene, & quo casu multitudini non sit parcendum, vbi ponit septem intelligentias ad illam regulam.

102

193 Item † adde,quod multitudo in hoc casu non verificatur,nisi vltra quadraginta, & quod pœna ordinaria principalioribus est infligenda,aliis vero mitiganda.Soc.*in ca.latrones n.*4.*de cler. excomm.*tamen ibi *n.*12.dicit,quod multitudo debet intelligi secundum subiectam materiam, & ideo credo, quod in tali casu non possit dari determinatus numerus,sed quod remittatur arbitrio judicis secundum qualitatem populi , si est Ciuitas,vel populus magnus,vel paruus. Et in hac materia quando mitius sit agendum,vbi sit multitudo delinquentium,& in quibus casibus multitudini non sit parcendum,vide Tiraq. *de pæn.temp. cau.*41.vbi latissime. *Baiar.*

p *Quod in vniuersitatem*] Farin.4.*vol.suæ prax.q.*96.*in princ. & nu.*8.Ros.

q *Card. Alex.*] Ipse tamen inquit se illam practicasse in homicidio consanguinei.& veniam impetrasse.*Giach.*

r *Distinguunt*] In ista quæstione forte voluit actor allegare Fel.*in c.dilectus,de symo.* vbi septem modis limitat,quem refert, ac sequitur Ludou.Carrer.*in pract.crim.§.homicidium* 6. *sub n.* 346.qui *nu.seq.*tractat,si vniuersitas,aut ciuitas delinquat occidendo,aut aliter,an,& quando,& qua pœna puniatur. Et quando dicatur vniuersitas delinquere,*nu.*348.& 449.& quando sit communicato consilio , quod tunc vniuersitas potest habere recursum contra illos de consilio,*n.*351.& 353. Giach.

ſ *Caporales factionum,& seditionum*]adde,quod sic & Romanis vsus fuit seditionum auctores mulctare, & morte decimare. Vnde App.Alex.Romanę Historiæ *lib.*2.Cæsar,ait,post modicum,vix tandem ab ira liberatus,hoc solum concessisse visus est,vt centum duntaxat,& viginti seditionis Principes ab omnibus eligeret,duodecimque ex his à cæteris selectos supplicio afficeret. Hæc,& alia exempla ad satietatem vide apud Tiraquel.*tract.de pæn.legum temper.causa* 47. & vide supra *in §.Raptus,versi.Quæro nunquid;*Item adde,quod propter tale crimen seditionis,quis efficitur reus læsæ Maiestatis:Dec.*in l.non est singulis,nu.*3.*ff.de reg iuris* ; Si tamen seditiosi non puniuntur,hoc non euenit ex arbitrio hominis,sed ex necessitate legis,Capyc. *decisio.*27. *nu.*14. adeo quod si judex inconsulto superiore pœnam minueret fortè non teneretur, vide, quæ dixi ad *quæst.*46. *sed quid agendum.*Drog.

t *Vidi ego quandoque*] Farin.*q.*125.*p.*7.*§.*3.*num.*484.*nem.*502. Ros.

Vidi ego quandoq.]adde Boer.*in decisio.*257.vbi habetur, quis 104
pręsumatur aggressor,mortuus,vel superstes,& *in fi.*dicit,quod quando contra superstitem adsunt indicia,& coniecturæ,deueniendum est ad torturam super aggressione.

Item adde,† quod duobus se inuicem verbis iniuriosis affi- 105
cientibus,licet vterque puniatur,& compensatione non tollatur delictum , tamen quando non apparet quis inceperit , vel quando simul ambo inceperint,vterque est absoluendus,secus si armis contendissent.Fel.*in c.delicti ccl.fi.de excep.*quem refert, & sequitur Boss.*in tit.de iniur.n.*8.Baiar.

u *Propter incertitudinem*] Vulpell. *q.*44.*num.*11. *& seq.& q.* 45.*nu.*3. vbi plura de aggressore,*& consil.*50. *& q.*95.*nu.*86.*&* 97.*nu.*7.*&* 98 *n.*4.& late *resp.*118.& si vterque sit in culpa *resp.* 119.*nu.*2.*&* 125.*nu.*14. Ros.

x *Præterea potest reus*]adde,quod † delictum potest dici an- 106
tiquum etiam spatio octo annorum,vt per Gramm.*in consil.*39. vbi dicit,hanc regulam procedere etiam in homicidio, sed ibi loquitur de homicidio facto in rixa:& quod procedat etiam in homicidio,idem tenuit Roch.de Curt.*in repetit.c.fin.in* 1.*notab. de consuet.*

Item adde,quod ista regula non procedit in condemnato,in 107
quo pœna non est temperanda,sed sententia exequi debet,non obstante quacunque præscriptione,siue diuturnitate temporis, Bal.*in l.data opera,nu.*57.*versic.sed pone,C.qui accus.non poss.*Foller.*in pract.crim.in verb.capitis forindicatis,n.*7. Charr.*de execut. sent.contum.c.fin.nu.*313. *& seq.*

Item adde,† quod ista regula non procedit in crimine assassi- 108
nij, læsæ maiestatis,hæresis,parricidii,suppositi partus,apostatatus, falsæ monetæ,simoniæ,concussionis,& abortus,in quibus nulla currit præscriptio : sed perpetuo horum criminum, dum viuunt.accusari inquiri,& puniri possunt. Gigas *in tracta. de crim.læsæ maiestatis lib.*1.qualiter in crimine læsæ maiestatis procedatur Bal.*de præscript.in* 3 *part.*6.*par.prin* Mais.*in l qui falsam,§,*1.*ff.ad l.*Corn.*de fals.*vbi istam limit. extendit ad alia delicta excepta,& enormia:ad prædicta vide etiam Farin. *var.q. in q.*10.*nu.*29.*&* 99.

Item adde,† quod ista regula,vt diuturnitas temporis pœnam 109
minuat,procedit dummodo delinquens à tempore delicti perpetrati in posterum fuerit bonæ, & laudatæ vitæ,nec aliud delictum commiserit,alias non minuitur pœna,ita multum prudenter tradit Far.*var.quæst.in quæst.*10.*num.*91.& hanc partem tractat Tiraq.*de pœn.caus.*29.*n.*4.*&* 5.& vbi multa ad rem sequenti addiitione.*Baiar.*

y *Supra decem annos*]Regulariter delicta præscribuntur 20. annis,vt per Boer.*decisio.*79.*n.*6.ubi communem dicit.Adulterium autem accusatur tantum vsque ad quinquennium,*l.quinquennium,ff.de adulter.*Vide Gera.de Petrasanct.*sing.*72. Tiraq. *in tract.de præscript.& in tract.de pœnis.*Guidor.

z *Illam tamen legem*]Quid in bono euentu Far.4.*volu.*4.*suæ prax.q.*98.*causa* 19.*n.*173. Ros.

Apud

110 a *Apud nos autem*] adde, quod Farin. *var.q.in q.10.num.84.* dicit se credere, quod iudex non solum possit, sed debeat ex diuturnitate temporis pœnam minuere, quam in grauibus delictis; & propterea, quod possit isto casu homicidium ad pecuniariam

111 compositionem admittere. Ego † autem de hoc valde dubito, quia vt dicit D. Clarus, nunquam in practica hanc regulam in grauibus delictis, vidi seruari, & consulto iudices, vt inconsulto principe hoc non faciant, tum quia hodie Principes de delictis etiam leuibus volunt certiorari; tum quia, vt sup. dicebam, enormia delicta non præscribuntur, vt late per Mar. *in dict. l. quod falsam, §.1. ff. de fals.* Nam obstat Afflict. *in allegat. decis. 287.* quia ibi per titum magna Curia habebat auctoritatem componendi, & commutandi pœnam vltimi supplicij, *vt in d. dec.* legitur, nec Gramm. *in dec. 39.* nam ibi agebatur de homicidio in rixa commisso, & prouocatos, minusque officiunt alij Doctores allegati, quia loquuntur indistincte, & non dicunt de delictis grauibus, & licet dicant de homicidio, non debent intelligi de doloso, & appensato, & ita ego semper eligerem opinionem D. Clari tanquam tutiorem. *Baiar.*

b *Potest etiam allegari*] adde, quod de iure nulla est differentia, vel procedatur per accusationem, vel per inquisitionem; non sic de iure canonico, vbi mitius punitur, quando proceditur per inquisitionem Tiraq. *de pœn. caus. 53.* vbi declarat non procedere in inquisitione generali, sed tantummodo in inquisitione speciali. *Baiard.*

c *Non desunt etiam*] Farin. *vol. 4. sua prax. q. 1. c. 5. nu. 172. & seq.* Rof.

112 *Non desunt etiam Aduocati*] adde † videndum Dec. *in consil. 24. num. 11. vol. 3.* Confessus crimen non conuictus, videtur mitius puniendus, quam, si cum conuicto ageretur, Tiraquell. *de pœnis, caus. 30. num. 1. & 2.* & dicitur sponte confessus, qui confessus est citra metum probationis vel tormentorum ibi *numero 9. & 10.* vbi ponitur declaratio vna cum quinq; limitationibus. *Baiard.*

d *Sponte confessus est*] Quid de confessione minoris facta in iudicio ratione delicti commissi, vide Duen. *in sæpius allegata reg. 259. in quinta, atq; octaua ampliatione.* Giach.

e *Legitur etiam*] adde, an ratione amicitiæ possit iudex minuere pœnam, Tiraqu. *de pœnis temper. caus. 16.* cum distinctione, an pœna sit arbitraria, an non, vtrum concernat præiudicium aduersarij, an non, vtrum denique fiat à Principe, an ab inferiore, ibi numero quarto, & de qua amicitia intelligendum ibi numero quinto. Et an possit minuere pœnam ex causa illius, qui pro delinquente intercedit *caus. 17.* Baiar.

f *Vtiq; posset Iudex*] Commutare tamen pœnam potest Iudex ex eius officio, inconsulto senatu, vt est infra *quæstio. 85. versic. fin. ibi & ideo si ex forma statuti*, quod tamen in facto non auderem ego, nisi talis prætor esset etiam senator, cui tunc omnia in bonum commutantur; si tamen agitur sic commutando de præiudicio tertij, semper etiam requiritur pax, *supra quæst. 59. versic. Adde, in prin.* Baiar.

113 g *Sed pone quod illi*] adde, quod † hoc procedit, quando constat dolo, & ex proposito offendisse, alias in dubio non præsumitur dolus, sed casus in coniunctis personis, vt not. gloss. & Marsi. *in l. 1. C. de sicar.* Roman. *in l. 1. ff. de in ius voc.* Bal. *in l. fin. 20. oppos. C. de hæred. instit.* Cæpoll. *in cons. 23.* Aretin. *consil. 80. sub num. 5.* Carrer. *in pract. crim. in §. homicidii el 3. in fin.* Bart. *in l. vt vim. ff. de iust. & iur. in fi.* Salyc. *in l. 1. ad l. Corn. de sicar.* dicit, quod nõ

114 sufficit affinitas, † sed debet etiam considerari qualitas offendentis, puta, an sit rixosus, vel insidiosus, an prauæ, an vero frugi, vel vitæ religiosæ, vel valetudinarius, & dicit etiam, quod si pro vtraque parte sint coniecturæ, quod adsit dolus, & non adsit, quod Iudex debet decidere ad fauorem affinitatis. *Baiar.*

h *Cæterum si delictum sit leue*] adde, quod hanc distinctionẽ facit secundum Dyn. Gand. *de malef. in rub. de aliquibus, quæst. n.*

115 1. quod scilicet † delicta atrocia inter consanguineos, vel affines seuerius puniantur, & leuia mitius. *Baiar.*

QVÆSTIO LXI.

De publicatione processus facienda: Et an in causis criminalibus concludatur ita, vt omnino præclusa sit potestas probandi.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *De publicatione processus defensiui.*
2 *Et an facta huiusmodi publicatio processus possint adhuc recipi testes.*
3 *Et an iudex ex officio id facere possit.*
4 *Et quid si aliqua partium sit absens.*
5 *Et an possit iudex post publicatas attestationes iterum examinare testem, ut declaret dictum suum obscurum.*
6 *Et an in causis criminalibus concludatur in causa.*

Ex Additionibus.

1 *Testes in criminalibus post publicationem quando admittuntur.*
2 *Et quid si fiat absque præiudicio alterius processus.*
3 *Et an ad probandum confessionem aduersarij.*
4 *Et an ad detegendam falsitatem.*
5 *Et quid si agatur de crimine ciuiliter.*
6 *Testes ad instantiam fisci semper recipiuntur.*
*5 *Contra reum fugientem quando procedatur in contrariũ.*
*7 *Et an talis pro confesso habeatur.*
7 *Conclusum in causa quando dicatur.*

PErspectis defensionibus reorum, fit publicatio processus defensiui. Scias tamen, quod licet publicatio processus offensiui sit de substantia, adeo, *a* quod reus, cui non est decreta copia processus, neque datus terminus defensioni, non possit condemnari, ut dixi supra *quæst. 49.* nihilominus publicatio processus defensiui non est de substantia, quia acta sunt semper nota iudici, & fisco. Si tamen adsit accusator, *b* solet publicari etiam processus defensionis ad hoc ut ipse videat, an velit aliquid in contrarium deducere, aut probare. 1 a b

Sed *c* quæro, nunquid facta huiusmodi publicatione processus, possint adhuc recipi testes. Respon. quod de iure loquendo regulariter conclusio est, quod in causis criminalibus, non obstante publicatione processus, vel conclusione in causa, possunt testes de nouo recipi. Et hanc dicit esse communem *d* conclusionem Marsil. *in pract. crim. §. sequens, num. 6.* intellige ad defensam: illi enim possunt recipi etiam post conclusionem in causa, sed ad offensam non possunt recipi post publicatas attestationes, neque etiam ex ipsius iudicis officio. Et ita communiter tenetur, ut dicit Practic. Carrer. *fol. 627. post nu. 128.* Dicunt etiam aliqui, quod quando proceditur parte instante, non possunt in criminalibus recipi testes, neque etiam ad defensam post publicationem processus. Et hanc dicit esse communem opinio. Aretin. *in cap. cum clamor, col. 2. vers. nunc autem maturius, de testibus*, prout illum refert Boss. *in titu. de publ. procur. num. 3.* Et hoc non modo super eisdem capitulis, sed neque etiam super directo contrariis, & hanc esse communem Doctorum sententiam attestatur Boss. *in loco præalleg. n. 5.* *e* Bene (secundum aliquos) potest iudex ipse ex officio testes ad offensam rei recipere, etiam post publicatas attestationes. Et hanc dicit esse communem opinionem Aret. *in c. fraternitatis, n. 36. de testibus*, quem refert Villalob. *in sua coll. Et. commun. opin. in litter. T, verb. testis in eodem vers. fallit primo.* 2 c d e

Quinimo *f* (secundum eum) potest ipse iudex ex officio examinari facere testes etiam ad offensam post publicatas attestationes ad inueniendum maleficium, & dicit Caran. *super 69. ritu magnæ curiæ circa fi.* quod ita videtur seruari. Et ex hoc inuenta est à practicantibus cautela, ut possint recipi testes etiam post publicatas attestationes, tam ad offensam, quam ad defensam, quia scilicet dant iudici nomina testium examinandorum descripta super cedula, qui deinde facit eos examinari tanquam ex officio. Quæ tamen practica mihi nunquam placuit; subest enim maximus timor subornationis, & aperitur via falsitatibus. Et reperio, quod Afflict. *sup. 1. part. constitut. Regni, rubr. 13. numer. 44.* dicit, quod ipse non acciperet talem cedulam, prout re- 3 f

uera neque ego acciperem, præsertim ad offensam, nisi iusta, & magna causa subesset, & crimen esset atrox, & cessaret omnis timor subornationis.

4 Sed hæc quidem omnia utique possunt locum habere, quando partes sunt præsentes in iudicio; sed quid si sint absentes: Resp. Bart. *in l.4.§.hoc autem iudicium, post num.8. vers.2. casu, ff.de damno infect.* tenuit quod in casibus in quibus potest contra absentem procedi ad sententiam diffinitiuam, possit iudex pro eo absente probationes inducere. Et hanc opin. Bart. communem approbari per Legist. & Canon. attestatur Ripa *in d.§. hoc autem iudicium, nu.74.& seq.* Ita etiam magis communiter teneri attestatur Alexand. *in l.filiusf.numer.5.ff. qui sat. sd.cog.* Et hanc dicit esse communem opin. Abb. *in c.bona, post num.6.vers.7.supplet.de postul. prælatorum,* Alexand. *in d.§.hoc autem iudicium, nu.29* Plus dicit Aret. *cons.146. colum.3. in princ.* quod illud est indubitatum, quod iudex non modo potest ad defensam rei absentis testes recipere, licet sint publicatæ attestationes, sed etiam tenetur. Et illud dictum Aret. refert, & sequitur Marsil. *cons.39. num.30.* Ego (ut verum fatear) non intelligo quid dicere velit Aret. neque Marsil. loquendo post publicatas attestationes, quando reus est absens, quia secundum communem practicam totius orbis, reo absente, & contumace non fit publicatio processus, sed proceditur ad sententiam diffinitiuam,
g ut sæpius dixi, nisi forte intelligerent, quod reus *g* post
h publicatas attestationes aufugisset, & se *h* absentem fecisset. Sed hoc etiam casu solet contra eum procedi tanquam contumacem; neque ullo modo recipiunt eius defensiones, nec ex officio, nec aliter. Propterea accommodando omnia prædicta ad practicam, quæ ubique obseruatur, distingue hoc modo: Aut loquimur, quando accusator comparet in iudicio: & tunc si qui-
i dem delictum est tale, pro quo *i* non potest procedi nisi ad querelam partis, nullo modo iudex debet pro accusatore probationes aliquas inducere, neque ante publicatas attestationes, neque post; & hoc siue accusator assistat iudicio, siue deinde factus sit absens; Si vero delictum est tale, pro quo potest etiam procedi ex officio, & sic per inquisitionem, tunc ex quo iudex eo casu concurrit cum accusatore potest, & debet ex officio pro ipso accusatore testes recipere, & processum ipsum prosequi, etiam si accusator recedat, iuxta ea
k quę dixi supr. *q.3.vers.superflua etiam.* Bene *k* verum est, quod post publicatas attestationes non debet (vt dixi) nouas probationes inducere ad instantiam partis, siue data sint in cedula siue aliter; neque etiam ex officio, nisi ex iusta, & magna caussa, & quando certus esset nullam adesse subornationem. Et idem etiam obseruandum est, quando nullus adest accusator, sed solus iudex ex officio siue instante fisco procedit. Aut vero loquimur in reo: & si quidem reus est præsens in iudicio, practica est, quod nullo modo debet iudex pro ipso aliquid facere, neque ullas probationes inducere, neque ante publicatas attestationes, neque post, sed tantum ei prouidere de idoneo defensore, vbi ipse non habeat. Bene verum est, quod in procedendo, & examinando testes debet iudex in omni studio veritatem inquirere tam pro fisco, quam pro reo. Et ita seruat consuetudo, quamuis in contrarium sit communis opin. de qua per Aret. *in allegato cap. fraternitatis.* Si vero reus est absens, tunc quicquid sit de iure communi, ex quo secundum communem consuetudinem totius mundi contumax habetur pro confesso, & conuicto, & consequenter potest condemnari ad mortem; neque pro eo admittitur excusator, procurator, neque defensor, ut dixi supra *q.32.vers.hac autem, & quæst.33.vers.sed quod plus est.* Fatuus est iudex, qui adhæreret communẽ opin. de qua per Bart. *in d.§.hoc autem iudicium,* & testes ad defensam pro ipso reo absente reciperet. Et ideo nullo modo debet iudex aliquid facere, sed permittere, quod ipso existente contumace sit locus condemnationi: & ita indistincte obseruatur. Quæ omnia bene nota: quia iudex, qui in prædictis casibus sequeretur communem opin. grauiter erraret, & forte posset in syndicatu molestari. Hæc tamen omnia intellige, vt procedant, quandoque reus vellet super eisdem capitulis nouos testes inducere: sed super nouis, & diuersis capitulis non debet repelli, quominus quandocunque ante sententiam possit nouos testes, & probationes inducere. Et ita semper vidi seruari: nam hoc casu cessare videtur omnis suspicio subornationis.

Quæro, *l* nunquid post publicatas attestationes pos- 5
sit iudex iterum examinare, seu interrogare testem ad *l*
effectum, vt declaret dictum suum obscurum? Resp. quod si iudex vult, potest ex officio hoc facere, ad instantiam autem partis id facere non tenetur. Et hæc est communis opin. vt ait Tynda. *de test. libr.1.c.4. numer.6.* quem refert Pract. Conradi *fol.130. post numero 37.* Bene potest, si vult, hoc facere: & ita dicunt communiter Doctores, vt attestatur Aret. *in d.c.cum clamor, in 2.notab.* & ita sæpius vidi seruari, quamuis aliqui tenuerint, quod neque etiam possit: quam etiam dixit esse communem opin. Boss. *in loco præalleg. num.25.* Sed certè (vt dixi) consuetudo approbat contrariam opin. quod scilicet potest iudex, si vult, etiam ad instantiam partis repetere testem, vt dictum suum declaret, licet non vt addat. Et ita consuetudine seruari attestatur Spec. pater practicæ *in tit. de test.§ satis vtiliter, num.4.* & post eum Alex. *cons.138. num.6. lib.6.* Quod tamen ego non facerem, nisi ex iusta caussa, & quando aliter veritas scire non posset.

Quęro *m* etiam, nunquid in causis criminalibus cor- 6
cludatur in causa. Resp. quod non: & est commun. opi. m
vt dicit Marsil. *in pract. crim. §.sequens, num.1.* est enim ęquum, & rationabile, quod vbi de vita hominis tractatur, possit reus quandocunque suas probationes, & defensiones facere: quod tamen intellige secundum ea, quæ supra statim dixi.

ADDITIONES

Ad Quæst. LXII.

a ADeo quod reus] Fatin. *q.75.c.1.n.8.* vbi plene de publicatione testium. *Ros.*

b *Solet publicari etiam processus*] adde de publicatione processus *supra q 48. in prin.* Drog.

c *Sed quæro*] Far. *q.75. vol.3. in prin.* vide eum etiam *c.2.* vbi articulorum materiam tangit, & quomodo noui, vel antiqui dicãtur, *& c.3.* quod neque ante publicationem si quis testificata dicit, *& c.4.* quod post publicationem generaliter non possunt examinari, *& in criminalibus ibi n.188. & eodem 4.c.n.14.* Quid si tamen non sint dedicita testificata *c.9.n.324.* Ros.

Sed quæro nunquid] adde, † an, & quando testes in causis cri- 1
minalibus publicatis attestationib. super eisdem, vel directo cõtrariis admittantur ad priorem probationem coadjuuandam, late per Vulp. *in cons.136.* & per Rim. iun. Simon de Prætis, & multos alios ibi subscriptos, Gabr. *com. concl. lib.1. titu. de testib. concl. 21. n.103. cum seq.* & Nat. *in consil.359. vol.2. & cons.565. vol.2.* † & 2
clausula, quæ solet apponi in calce Decreti, quando conceduntur copię, videlicet absque præiudicio alterius processus, & examinis, vt superflua secundum D. Chart. *in sua pract. interrog. reorum in fine, n.23. cum seq.* sed ego arbitror, quod nocere non possit, quinimo prodesse, si publicatio processus facta fuerit cum dicta clausula, siue protestatione, parte contradicente.

Item adde, † quod parte instante post publicationem proces- 3
sus non possunt examinari testes, nec approbandam confessionem aduersarij, Bertaz. *consil.529. vol.2.* & ibi addentes.

Item adde, † quod inueniendæ falsitatis causa noui testes 4
possunt super articulis directo contrariis, vel eisdem produci, etiam publicatis attestationibus, secundum Boer. *in consil.100. num.7. vol.3.*

Item adde, † quod si agatur de crimine ciuiliter ad pœnam 5
pecuniariam, non possunt examinari testes ad defensam publicatis testibus, secundum Ferret *in consil.300. vol.2.* Baiar.

d Com-

d *Communem conclusionem*] adde communem etiam, *vt in collecta mea com. opin. c. iudex, nu.*17. Giach.

e *Bene secundum aliquos.*] Vulpell. *resp.*107. & 108. & *resp.* 136. Rof.

6 f *Quinimo secundum eum*] adde, quod † testes ad instantiam fisci semper recipiunt pro maleficio reperiendo, etiam vsq; ad sententiam, & in causa supersedetur Bar. *in l.* 2. *§. si publico versic. quæro vtrum, ff. de adult.* Aug. *tract. de malef. in vers. qui iudex dictum processum*, & Afflict. *in const. terminum vitæ n.* 44. Baiat.

g *Post publicatas attestationes aufugisset*] adde supra *q.* 49. *5 *vers. scias tamen*, & contra Reum † fugientem etiam post publicationem processus proceditur in contumaciam, sicut contra alios absentes; fugitiuo tamen adhuc non condemnato, sed reuerso, & in carceribus constituto, vel etiam capto, nō est locus, *7 vt habeatur † pro cōfesso, actius bene torqueri solet; vt est supra *quæstio.* 21. *versic. Tertio autem modo, ibi, Non solet propter solam fugam*, & nota quia in tali casu fugitiuus sicut non admitteretur per procuratorem ad se defendendum, ita nec etiam ad accusandum testes, quia in tali casu contra illum falso deposuissent; sic tetulit Menoch. *dicto tract. de arbitr. iud. lib.* 1. *quæst.* 88. *num.* 44. *in fin.* In quantum vero dicit, quod post publicatas attestationes non debent nouæ admitti probationes ad instantiam partis, vide Capyc. *decisio.* 61. *nu.* 3. *decisio.* 81. *nu.* 4. sed an articuli de directo contrarij admittantur pro repulsa repulsæ, etiam publicatis attestationibus; vt ecce ego articulaui, & probaui, quod tu mihi tali die promisisti centum. Tu è contraria probasti, quod tali me die non potuisti promittere ex quo eras absens, iuxta illud Ciceronis *lib.* 1. *de inuentione vers. ratiocinatio*; si quo die illa cædes Romæ facta est, ego Athenis eo die fui, interesse in cæde non potui, vt dico infra *q.* 94. *vers. est etiam, item supra q.* 12. *ver. dixi etiam in principio*, quod est indicium necessitatum, vt per Menochium *de arbitr. iud. lib.* 2. *cent.* 3. *casu* 170. *num.* 10. & de quo dixi supra *quæst.* 10. per Boss. *tit. de defens. reorum numer.* 24. visa ergo tali probatione absentiæ volo conuincere primos testes, & probare, quod imo tu aderas, nec eras absens, an rursus hoc modo articulando sim admittendus? dic, quod sic, vt tenuit Capyc. *qui singulariter loquitur decisio.* 62. *num.* 1. & 2. quem refert, & sequitur Menoch. *d. tract. de arbit. iud. lib.* 1. *q.* 35. *nume.* 15. Anton. Gabr. *tract. comm. opin. tit. de testib. concl.* 11. *n.* 39. & *n.* 43. At de reprobatione, & repulsa quomodo in hac practica procedatur supra *q.* 24. *versic. fin.* Drog.

h *Se absentem fecisset*] Hippol. *in sua pract. §. expedita nu.* 83. & *seq.* & Dec. *in c. sunt, nu.* 2. *de probat.* quia tangit illud quid si constet de innocentia. *Rof.*

i *Non potest procedi nisi ad querelam partis*] Pone exemplum: maritus accusauit vxorem de stupro, siue adulterio, adulter implicatus, vt euadat pœnam, instigat iudicem, vt ex officio inquirat hanc vxorem cum aliis adulterasse, siue etiam iudex ad querelam mariti, procedendo assumit, non administratus, sed ex officio informatus, super mala vita vxoris, vtrum hæ informationes valebunt? Quod non: quia tales informationes debent dari à marito, non autem ex officio sumi, vt hic; Ratio est, quia non potest hoc casu procedi ex officio, sed ad partis siue mariti instantiam, stante statuto nostro *Rub.* 41. 2. *lib.* Boer. *decisio.* 297. *sub num.* 19. Drogh.

k *Bene verum est.* Farin. *q.* 74. *vol.* 3 *nu.* 19. Rof.

l *Quæro nunquid post publicatas*] Et an in criminalibus cōcludatur in causa, ita quod quæcunque iudex interrogate non possit, & quomodo dicatur in causa conclusum, vide Alexan. *consil.* 77. *sub num.* 9. *vol.* 1. & de cedulis iudici porrigendis, quando liceat, vide Crauet. *cons.* 134. *sub n.* 3. *vers. quæ omnia*; quid a. in ciuilibus seruetur, vide tex. & ibi Iaf. & Scrib. *in l. qui per salutē, ff. de iure iurādo*, in criminalib. tamen notat iudex aliquando nimis curiosus & anxius, ne postea quā semel deposuerunt testes, illos adhuc repetas sine causa: quia tunc non probant, tex. *in l. fin. C. de testibus*, quē sequitur, & refert Dec. *in notab. cons.* 188. *sub n.* 19. Crauet. *consil.* 10. *nu.* 13. Alex. *consil.* 117. *nu.* 17. *vol.* 2. vide tamen Pract. Pap. *in form. libelli opp. contra testes in gloss. ac etiam varij addit. in litter. A*, vbi ponit q. de dicto testis, qui primo examinatus deposuit in iudicio, deinde repetitus dixit, dico prout alias; dixi sine causa, quia immo testes item examinantur, & reproducuntur, quando sunt suspecti de falso, & ita comminari potest iudex, quod reproducantur sub pœna amissionis caussæ, vt not. Bal. *in l. fin. C. de fid. instrum.* vt per Felin. *in c. per tuas, post n.* 6. *de testib.* referente Mandos. *tract. de Monit. q.* 30. Drog.

Quæro nunquid] Farin. *q.* 66. *vol.* 5. *p.* 8. *num.* 264. & *sequen.* vbi ampliat, & limitat: & videri potest ibi *n.* 309. & 315. & *q.* 75. *c.* 4. *num.* 139. Rof.

m *Quæro etiam*] Farin. *q.* 75. *cap.* 5. *num.* 257. vbi tractat generaliter, quomodo post conclusionem in causa possint testes examinari, & *c.* 6. *nu.* 275. qui post renunciationem, & quid si deinde in causa appellationis ibi. *c.* 7. *n.* 302. vide eadem *d. q.* 75. *cap.* 9. & *seq. vsq;* 76. quia plures quæst. tract. & magis ciuiles, & *q.* 76. *tra. de test.* ad perpetuam rei memoriam, vel lite non contestata per parte quinque. *Rof.*

Quæro etiam] adde, quod hoc intelligitur de conclusione causæ proprio modo, quæ fit per hominem, id est per litigatorem, vel per iudicem, sed potest fieri conclusio per legem, vel statutum, ita declarat Abb. *in consil.* 90. *nu.* 4. vbi dicit etiam, quod dicitur † conclusum in causa, quādo statutum vult, quod reus inquisitus non comparens intra terminum trium dierum 8 habeatur pro confesso, & elapsis aliis tribus diebus nullo modo amplius audiatur. *Baiar.*

QVÆSTIO LXII.

Accusatore non probante est absoluendus.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Etiam in causis criminalibus accusatore non probante reus absoluitur.*
2 *Et quæ sit forma, & effectus huiusmodi absolutionis.*
3 *Et an in dubio reus censeatur absolutus, quia delictum non commiserit, an autem quia non fuerit probatum.*
4 *Et an ille, qui in causa succumbit, debeat in expensis, & damnis condemnari.*
Calumnia duplex est, vera scilicet, & præsumpta, ibid.
5 *Et an quis teneatur in foro conscientiæ pro damnis illatis, & leui, & leuissima culpa.*
6 *Et an accusator eo ipso quod non probat, præsumatur calumniari.*
7 *Et quid si iurauerit de calumnia.*
8 *Et quid si habeat pro se aliqua euidentia indicia.*
9 *Calumniator an possit super eodem processu condemnari.*
10 *Custos carceris an possit reum absolutum retinere pro impensis.*

Ex Additionibus.

*1 *Semiplena probatio sufficit ad torturam.*
1 *Accusatore non probante reus absoluitur.*
2 *An diffinitiuè, vel ab obseruatione iudicij.*
Reus, licet subierit onus probandi, & non probauerit, actore non probante absoluitur.
Et nunquid iudex possit eum repellere ab omni onere suscipiendo.
3 *Et quid si non fuerit data dilatio.*
4 *Absolutio in Regno Neap. quomodo fiatur.*
5 *Et quomodo in Regno Franciæ.*
6 *Relaxatio simpliciter facta causa cognita absque sententia habetur pro absolutoria.*
7 *Calumniator quomodo puniatur.*
8 *Stante statuto quod victus semper condemnetur in expensis, si Iudex victum absoluerit, potest absolutionem reuocare.*
9 *Fideiussor de reficiendis expensis in casu succumbentiæ non tenetur ad expensas, ad quas fuit actor condemnatus ob peremptionem instanti.*
10 *Condemnatus ad publicationem bonorum an sit condemnandus etiam ad expensas.*
11 *Appellatione pendente potest fieri ratio expensarum ante inhibitionem.*
12 *Iudex dicens victum victori, non prolato aliquo verbo; an censeatur condemnare.*
13 *Iudex omittens condemnationem expensarum poterit eodem die supplere.*
14 *Expensarum appellatione venit etiam expensa pro habenda sententiam in forma probante.*
15 *Heres calumniatoris tenetur ad damna, & interesse.*
16 *Aduocatus fisci indebitè quem vexans, debet viuus comburi.*
17 *Quid tamen non seruatur.*
18 *Calumniator potest inquiri ex officio.*
19 *Calumniator vltra damnum tenetur etiam ad pœnam.*

Et

Et ad quas pœnas, remiss.
20 *Calumniari quis præsumatur.*
21 *Calumniatorem non puniens ad quid teneatur in Regno Neapol.*
22 *Condemnatio expensarum an fiat in Regno Neap. criminalibus.*
23 *Et an de iure communi.*
24 *Et an ecclesiastico.*
25 *Damnum datum ex leuissima culpa an resarciri debeat.*
26 *Condemnatus ad aliquam pœnam, & eam non soluens an teneatur in conscientia.*
27 *Calmniari quando quis dicatur in Regno Neap.*
28 *Calumnia præsumpta quomodo excusetur.*
29 *Iudex calumniose inquirens, an, & quando puniatur.*
30 *Accusator in crimine læsæ Maiestatis, & falsa monetæ non punitur de calumnia.*
31 *Calumniator an puniatur aliter, quam in expensis.*
32 *Accusator falsus an puniatur de falso.*
33 *Et quid in solito falsas accusationes proponere.*
34 *Calumniator an puniatur, licet de calumnia non sit conuictus.*
35 *Accusator habens aliqua indicia excusatur à calumnia.*
Etiamsi extaret statutum, vt excusator deficiens in probando calumniari præsumatur, n. eod.
36 *Et quid quoad expensas.*
37 *Denunciator in actis non nominatus an possit ad expensas condemnari.*

1 VBi nihil vlterius superest ad agendum, tam ex parte accusatoris, quam ex parte accusati, tunc debet index diligenter considerare processum tam offensiuum, quam defensiuum, & *a* recta trutina perpendere, quid ex ipso processu resultet, & quæ, & qualia contra reum extent indicia, seu probationes, & per eius defensiones elisæ non fuerint. Si tamen reus ex eis est plene conuictus, vel confessus, debet condemnari. Si semiplena tantum resultat contra eum probatio, est torturæ subjiciendus. Si vero nec semiplene est conuictus, tunc *b* tanquam deficiente probatione, est absoluendus; de quibus omnibus sigillatim videamus.

Et in primis quidem dixi, quod vbi contra reum non sit delictum saltem semiplene probatum, debet reus absolui. Est *c* enim vera iuris conclusio, quod etiam in causis criminalibus actore, siue accusatore non probante reus absoluitur; & est commun. opin. vt attestatur Ias. *in l. non est nouum, n. 5. C. de edendo,* quem refert Villalob. *in sua collecta communium opin. in litter. A, verb. actore non probante.*

2 Forma autem absolutionis, quæ in hoc Ducatu seruatur, est, quod si quidem reus probat innocentiam suam aliter quam per torturam, absoluitur diffinitiue, neque potest deinde contra eum ex ea caussa procedi, etiamsi noua iudicia superuenirent, vt dixi supra *quæst. 57. vers. hic quæro.* Si vero non probat ipse suam innocentiam nisi per torturam, vel si non adsunt indicia sufficientia ad torquendum, vel ad imponendam *d* aliquam pœnam extraordinariam, tunc absoluitur quidem, non tamen diffinitiuè; *e* sed *Stantibus rebus*, prout stant. Et hoc casu, si deinde superueniant noua indicia, de nouo contra eum proceditur non obstante tali sententia. Et hæc etiam practica obseruatur in Hispania, vt refert Didac. *lib. 1. resolut. cap. 1. post num. 8.* Idem etiam in Gallia obseruari attestatur Igneus *in repet. §. nou. alias, post numer. 180.* & Rebuff. *in proœm. constitut. Franciæ. gl. 5. num. 118.* *f* Reperio tamen, quod Caravita *super ritu magnæ curiæ 148. num. 18.* dicit communiter obseruari, quod in hoc casu inquisitus præstet fideiussores de stando iuri, & se præsentando toties, quoties fuerit requisitus. Sed hoc apud nos non seruatus, nisi Senatus, *h* cui fiunt relationes causarum criminalium, id expresse iubeat. Rerum est etiam, quod de iure loquendo, ille, qui purgauit per torturam omnia indicia contra se existentia, forte esset diffinitiue absoluendus, tanquam si putam veritatem dixisset, iuxta ea, quæ dixi infra *quæst. 64. vers.* illata reo: nihilominus (ut dixi) consuetudo obtinuit, ut absoluatur tantummodo *Rebus stantibus*, atque ita receptum esse in practica attestatur Practic. Iodoc. *folio 119. numero 2.*

Sed hic quæro, nunquid in dubio sententia absolutoria præsumatur lata, quia reus maleficium non commiserit, & sic ex causa innocentia, an autem, quia non fuerit probatum, & sic ex defectu probationum? Dixi supra *in d. q. 57. vers. sed quæro.* 3

Sed *i* nunquid in istis causis criminalibus ille, qui in causa succumbit, debet condemnari in expensis? Respond. In hac quæst. fuit aliquando controuersia inter Doctores: nam aliqui tenuerunt, quod sic: & dixit Bartol. *in auth. de manda. princ. §. deinde, numer. 3. & in l. 1. princ. circa fin. ff. ad Turpill.* quod ita communiter teneretur: quem refert Socin. iun. *consil. 36. numero 14. lib. 2.* Hanc etiam opinio. dicit esse, communem Aret. *in d. cap. accedens, num. 13. de accusat.* quem refert Nicellus *in concord. gl. cap. 47.* & Gratus, *cons. 97. num. 1. li. 1.* Cardin. Alexand. *in cap. in primis, & de episcop. colum. 4. vers. & quia gl. secunda, quæst. 1.* qui dicit, quod de iure canonico ita communiter tenetur, Apostill. ad Angel. *de malefic. in d. gloss.* Et ad querelam, *post num. 73.* quem refert Pract. Conradi, *fol. 131. numero 18.* Marsil. *in pract. crim. §. superest, numero 1. & in l. patre, vel marito, numer. 14. ff. de quæst.* quem refert Diaz. *in pract. crim. canon. cap. 144.* quod est capitulum ultimum, & Pract. Conradi, *fol. 310. post numero 5.* & Viuius *in libr. communium opin. in verbo, Iudex tenetur condemnare,* Alba *cons. 5. in primis verbis D. Anton. de Padilla l. transigere, numer. 4. C. de transact.* Didac. *pract. quæst. 27. numero 2.* Et dicit Alber. *in l. eum quem temere, in princ. numero 3. in fin. ff. de iudic.* quod communis *k* usus iudiciorum seruat etiam in criminalibus ut victori non condemnari in expensis. *l* Et loquendo de damnis, dicit Cardin. Alexand. *in cap. libellorum, col. 2. in fin. quæst. 8.* quod quo ad damna, & interesse partis læsæ potest iudex haberet rationem eorum, siue procedat per accusationem, siue per inquisitionem; subdens, quod ita affirmant communiter Doctores, quem refert Diaz. *in pract. crim. c. 143.* Contrariam vero sententiam, quod scilicet, accusator, qui succubuit, non sit condemnandus in expensis, neque in damnis, multi tenuerunt, & dicit Alberic. *in l. athletas, §. calumniator, in fin. ff. de iis, qui not. infam.* quod illam tenent communiter Doctor. Et dicit Bald. *in l. qui crimen, post num. 28. C. qui accus. non poss.* quod illam opin. confirmat practica, & experientia, & quod ipse nunquam vidit talem condemnationem expensarum in caussa criminali, quem refert Anan. *in c. accedens, post numerum 11. de accusat.* Dicit etiam Cardin. Alexand. *in d. l. de episcop. in fin.* quod in sacro palatio raro vidit condemnari fiscum in expensis, neque procuratorem fiscalem; & si unquam fuit condemnatus in expensis, nunquam meminit vidisse talem condemnationem exigi. Pro resolutione huius articuli scire debes, *m* quod duplex est *n* calumnia, vera scilicet, & præsumpta. Vera calumnia dicitur, quando quis sciens, aut scire debens aliquem esse innocentem, proponit contra eum accusationem, aut querelam. Præsumpta autem calumnia est, quando accusator non probat delictum, vel quando post cœptum iudicium ab accusatione desistit: nam his casibus præsumitur calumniari, ut infra statim dixi. Dic ergo, quod aut agitur de præsumpta calumnia, & verum est, quod dicit Bald. *in loco prœallegato,* quod raro, vel nunquam solet accusator in expensis condemnari; & hoc, ne querelan-

tes

tes metu huiusmodi condemnationum deterreantur ab accusando, & delicta impunita remaneant. Aut *o* agitur de vera calumnia, & tunc, aut iudex procedit simpliciter super accusatione, seu querela partis, & debet accusator, qui calumniatus est, condemnari in expensis, & damnis. *p* Aut vero procedit simpliciter ex officio: & sic solummodo instante fisco, & non debet procurator fisci, neque iudex condemnari in expensis: quia de ipsis officialibus lex bene præsumitur, *q* Aut procedit ex officio, sed alio instigante, vel procurante inquisitionem: & tunc talis promotor, siue instigator, si verè fuerit calumniatus, pariter *r* est in expensis condemnandus. In hoc autem Ducatu habemus decretum *in nouis constitutionibus in titul. de accusa. cap. si quis quempiam*, quod ille, qui aliquem calumniosè detulerit, accusauerit, vel notificauerit, condemnetur in duplicatis expensis versus partem, vltra pœnas à iure inflictas. Et *f* ita vibi multos in facto condemnari: vidi etiam quandoque falsos accusatores, & notificantes corporaliter puniri, vt dixi infra *quæst. 81. versi. sed quæro.* Quid autem in denunciatione, an sit in expensis condemnandus, si contenta in denunciatione non probat, dixi supra *quæstio 7. vers. sed nunquid.*

5 Vnum *t* autem scias in hoc proposito, quod quamuis in foro contentioso quis teneatur de damno, & iniuria alteri illatis, etiam ex leui, & leuissima culpa, tamen in foro conscientiæ non tenetur, nisi de damno illato per dolum, vel latam culpam. Et hæc est communis opin. vt attestatur Berous *in c. dilecti filij, num. 77. de arbitris.* Menchiaca *controuers. illustr. cap. 38. numero 19. Quod nota.*

6 Dixi *u* supra, quod accusator eo, quod non probat suam accusationem, *x* præsumitur calumniari. Ita dicit gloss. *in cap. 2. in verbo, calumniandi, de calumnia:* quam attestatur esse communiter approbatam Apostill. ad Ang. *de malef. in verbo, Et ad querelam, post numero 7.* Ita etiam communiter teneri ait Abb. *in capit. calumniam, numero 2. de pœn.* Ioan. Fantu. quem refert Cardin. Alexand. *in cap. qui non probauerit, versicul. sed an præsumatur, 2. quæst. 3.* Idem Cardin. Alexand. *in c. si quenquam, §. notandum, numero 7. 2. quæst. 1.* quem refert Villalob. *in sua collecta communium opi. in littera, C, verb. calumniari* Hanc etiam esse communem opin. attestantur scribentes *in d. c. 2. de calumniat.* & in specie Abb. *numero 5. in fin.* & Marian. *numero 7.* & Anan. *numero 99.* & Felin. *numero 6.* Aret. *in cap. super his, numero 27. in fin. de accusat.* Boss. *in titul. de accusat. numero 19.* Quod *y* tamen intelligendum est, vt non procedat in eo, qui accusat. vel ex necessitate officij, vt in tutore, vel propter immensum dolorem, vt in matre accusante aliquem de morte filij: vel propter atrocitatem criminis, prout est hæresis, vel læsæ maiestatis, vt per Abb. & alios *in locis præallegatis.*

7 Sed *z* quid si accusator tempore porrectæ accusationis iurauerit de calumnia, iuxta ea, quæ dixi supra *quæst. 18. versiculo dixi etiam*, nunquid erit accusandus de hac præsumptione calumniæ, quæ contra eum oritur ex eo, quod accusationem non probauit? Respondeo, quod non; & ita communiter tenetur, vt dicit Abb. *in d. cap. calumniari, num. 4.* Hanc etiam opin. dicit esse communem Alexand. *in l. proponendum, §. fin autem vtraque num. 21. C. de iudic.* Afflict. *in 2. parte constitutionum Regni, rubr. 13. num. 9. rubr. 62. numer. 5.* Cardin. Alexand. *in d. cap. in primis, § de episc. colum. 3. versic. sed primum, 2. quæst. 1.* Et dicit Salyc. *in d. l. qui crimen, nu. 14. C. qui accus. non poss.* quod hoc seruat communis practica. Dicit etiam Alber. *in d. § calumniator, numer. 1.* quod ita vidit in iudiciis communiter obseruari. Si *a* tamen vis conuincere querelantem de calumnia, *b* potest illum interrogare, an velit uti querela, & probationibus superinde factis, eo quia intendit illum querelare de falso; & si ille respondeat, quod vult uti, eo casu potest tanquam sciens de falso puniri, si querela tanquam falsa conuincatur. Et hic modus interrogandi est approbatus à iure, & de consuetudine obseruatur, & attestatur Boss. *in tit. de accusat. nu. 24.* Faciunt ea quæ dixi supra *hoc eodem lib. §. falsum, vers. utens falso, & versic. vtens ed, &c.*

Sed *c* pone, quo accusator habeat pro se aliqua euidentia indicia, puta, famam, vel auditum à fide dignis, vel qui d simile: nunquid excusabitur, etiamsi defecerit in probatione? Respond. quod sic: & est communis opin. ut attestatur Abbas *cons. 78. post num. 1. vers. venio nunc lib. 1.* quem refert Pract. Contadi. *fol. 231. numer. 17.* Et dicit Bart. *in l. cum quidam, §. quod dicitur, nume. 3. ff. de acquir. hæred.* millies obtentum fuisse, quod accusans aliquem de maleficio, de quo contra eum erat fama, non potest puniri tanquam falsus accusator, quem refert Guido Papæ *decis. 446. vox publica, num. 1.* & Afflict. *in 1. par. constit. rubr. 23. nu. 11.* & Diaz. *in pract. crim. can. cap. 59.* Idem operatur *d* dictum vulnerati morientis, vt scilicet excuset hæredem accusantem à præsumptione calumniæ, vt dixi supra *q. 21. vers. Assertio vulnerati.* Et secundum hanc opin. pro quodam instigatore in facti contingentia consuluit Ioan. de Amicis, *cons. 51.* & pariter pro quodam denunciatore consuluit Crauett. *consilio 178.* 8

Sed *e* quæro, nunquid calumniator possit in eodem iudicio condemnari, an autem opus sit de nouo processu. Respond. quod potest etiam in eodem sententia condemnari, in uno contextu. Oportet tamen absolutoriam accusati in ordine præcedere, & successiue, non diuertendo ad alia *f* accusatorem de calumnia condemnare; & ita communiter tenetur, ut ait Salyc. *in l. 1. num. 3. C. de calum.* Et practica est, quod iudex prius faciat statui accusator terminum ad allegandum, quare non debeat de calumnia condemnari, & ubi mihi deducat, quod releuet, illum poterit in eadem sententia condemnare. Ita dicit Bart. *in l. athletas, §. calumniator, num. 5. ff. de iis qui not. infa.* alias enim opus esset alia instantia, & alio processu. Quod nota, ne erres: nam si condemnares aliquem de calumnia, non statuto termino prædicto, posses in syndicatu puniri, ut dicit Angel. *de malef. in verb. & ad querelam, nu. 70.* 9

Sed hic incidenter quæro, nunquid secuta absolutione rei, qui erat in carceribus detentus, possit custos carceris illum retinere pro expensis in carceribus factis. Respond. Aliqui dicunt, quod de iure non potest illum retinere, sed debet relaxare, & postea contra eum agere: Sed certè quidquid sit de iure, aliud de consuetudine obseruatur, ut dicit Guid. Papæ *decis. 448 si carceratus*, quem refert Chassan. *super consuet. Burg. fol. 90. num. 34.* Pract. Iodoc. *cap. 17. num. 17.* nam custodes neminem relaxant, nisi prius illis fuerit pro expensis satisfactum. Et hoc toleratur per superiores: quia reuera si custodes cogerentur via ordinaria expensas à carceratis post eorum relaxationem repetere, credo, quod eorum officium illis esset damnosum. 10

ADDITIONES

Ad Quæst. LXII.

R*Ecta trutina perpendere*] adde, quæ dixi infra *ad quæst. 94. in principio*, & hinc nota modum studendi processus; vt primo de confesso, & conuicto quæras, & sic de plena probatione; Deinde de semiplena: postmodum vide, quid deficientiæ probatione inquiras; Sed, & modum in procedendo super Iudiciis, vide supra *quæst. 20. in princ.* sic de gradibus torturæ, & quomodo procedendum in ea sit, infra *quæst. 64. versicul. Nunc de gradibus*, Non tamen in studendo hæreas simpliciter repertoriis, &

qui studes modernę, an haurias aquam à Riuulis, fontibus posthabitis, Crauet. *de antiq. tempor. part. 4. ver si. n. 140. in fin.* Drog.

b *Tanquam deficiente probatione*] adde, quod tantum semi-
1 plena probatio sufficit † ad torturam, non autem ad condemnationem, infra *quæst. 63. vers. tu scis, & vers. fin. quæst. 64. versic. sed quæro in fin.* & aduerte hic, quod licet vnicus testis facias indicium, vt est supra *q. 21. vers. vnus testis tamen oportet*, quod sit omni exceptione maior. Ad inquirendum tamen sufficit si non opponatur, supra *q. 14 versic. fin. in fin.* Drog.

1 c *Est enim vera iuris conclusio*] adde, † videndum ad hanc regulam Franc. Purpurat. *in d. l. qui accusare, C. de edendo.* & Marsil. *in l. de minore, §. tormenta, ff. de quæst.* & Mascar. *de probat. conclu. 36. volum. 1.* vbi habentur multæ ampliationes & limitationes, & an procedat ista regula, quando actor nihil probauerit, vel se
2 absentauerit. & † an iudex debeat absoluere reum diffinitiue, vel obseruatione iudicij, vide Doctor. & præsertim Ias. *in l. properandum, §. & si quidem, C. de iudic.* vbi concludit, quod si fuerit datus terminus ad probandum, & probatum nō fuerit, quod tunc actor diffinitiue absoluitur, dictum limitatur secundum Marsil. *in Sing. 169.* non procedere quando fuit datus terminus ad defendendum absente reo, quia si fuisset præsens, forsitan confessus fuisset petitionis actoris, cogita tamen, vbi ibi inquit Marsil. & an reus sit absoluendus, quando non constat eum deliquisse, vel causa sit delinquenda indecisa, vide quæ posui infra *quæ. 64. vers. illato reo ibi.* & illa est communis practica.

Item adde, si reus susciperet in se onus probandi, & non probaret, similiter veniret absoluendus, si actor non probaret? Salic. *in l. 2. C. de probat.* Dec. *consil. 517. nu. 7.* & Decian. *consil. 48 nu. 5. vol. 1.* & licet reo volenti in se suscipere onus probandi sit complacendum, tamen iudex potest eum repellere, si vult *c. quod aut.* & ibi Præpos. *6. quæst. 5.*

3 Item † adde, quod ista regula actore non probante reus absoluitur, intelligitur, quando actor habuit dilationes ad probandum, Abb. *in c. per tuas n. 7. de appellat.*

Item adde, vt etiam hic dicit Clar. quod debet absolui, vbi non potest damnari, vel torqueri. Marsi. *consil. 44. nu. 11. & consi. 50 nu. 13.* Baiar.

d *Aliquam pœnam extraordinariam*] adde infra *q. 83. in principio.* Drog.

e *Sed stantibus ribus*] Hoc idem apud Boss. *tit. de pluribus violentiis num. 114.* verum de ista absolutione male dicit Alexan. *in l. si calumniator, nu. 4. versic. & ideo hi errant. ff. de verb. sig. supra quæst. 7. versic. & hac ad med.* Adde supra *quæst. 21. versi. vlterius quæro*; sententiam autem libenter, quæ sit ratio, vt post publicatas attestationes nouæ non admittantur probationes, vt est supra *quæst. 61. versic. sed hac quidem, vt dixi, ibi, bene verum est.* Post sententiam autem nouæ admittuntur probationes, & indicia, vt hic, & mihi quidem videtur id concedi vna via, quod per aliam non admittitur, contra regulam legis, *cum quid, de regu. iur. in 6.* cogita & pondera nouas probationes, & indicia, quomodo hic intelligantur, de quibus nouis indiciis, & probationibus dixi supra *ad quæst. 46. versic. in hac autem.* & an simus in casu, vt aliquid fieri possit vna via, quod per aliam prohibitum sit, de quo per Crau. *tract. de antiq. tempor. par. 4. versic. circa præmissa nu. 19. cum seq.* Drog.

Sed stantibus] Rota Lucensis *in nouiss. decisio. 1c.* Rof.

4 f *Reperio, tamen quod Carauita*] adde, quod † hac forma decreti, quæ seruatur in Regno Neapol. fuit prouisum, pariterque decretum fore, & esse relaxandum, & liberandum prout præsenti decreto relaxatur, & liberatur sub fideiussoria cautione vnciarum centum de se repræsentando nouis superuenientibus indiciis, & ita fuit dictum, &c.

5 Item † obseruatur in Regno Franciæ quod non absoluuntur rei, sed liberantur sub cautione de se repræsentando, vt attestatur Rebuff. & ita hodie seruatur in dictis casibus, in quibus nemo liberatur sine cautione, vt attestatur Franch. *in decisio. 266. in fin. volum. 2.*

6 Item † adde, quod relaxatio simpliciter facta causa cognita absque tenentia habetur pro absolutoria. Boss. *in tit. de senten. n. 60.* Baiar.

g *Sepræsentando toties quoties*] Dixi supra *ad quæstionem 46. in princ. & versic. quæro*, quæ debent, *& ad qu. 34. versic. dixi etiam*, & hanc clausula stante, non tantum semel rei citati, & non comparentes mulctari possunt, sed in infinitum, & vsque ad comparitionem, Gab. *tract. commun. concl. tit. de malef. concl. 15.* Hippol. Marsi. *rub. de fideiuss. nu. 100.* Drog.

h *Cui sunt relationes*] adde supra *q. 50. sed nunquid in fi. q. 38. & nota, ad med* Drog.

i *Sed nunquid*] Far. *tit. de accus. q. 16. vol. 1. n. 8.* Rof.

7 *Sed nunquid in illis causis criminalibus*] adde † videndum Farin. *quæst. 16.* vbi latissime quando, & quibus pœnis calumniator puniatur, vide etiam addentes ad Bertaz. *in consi. 111. volum. 1.* Baiar.

k *Communis vsus iudiciorum*] adde, quod † stante statuto, 8
quod victus in maleficiis semper deberet condemnari in expensis, si iudex eum absolueret ab expensis, posset nihilominus sententiam suam reuocare, sed illum in expensis condemnare. Fel. *in c. inter monasterium in fin. de re iudic.*

Item † adde, si per accusatorem data fuerit fideiussio de sol- 9
uendo expensas in casu succumbentiæ, & demum non succubuit super causa principali, sed super desertione, tunc fideiussor non tenetur. Bal. quem refert Marin. *in pract. parte 6. memb. 8. n. 17. in consil. 106.* proponitur *velum. 1.* & Carauit. *in ritu 104. in fine.*

Item † adde, quod si reus condemnaretur in vniuersali bono- 10
rum publicatione, non deberet condemnari in expensis, quia tunc non esset addenda afflictio afflicto, secundum Bal. *l. 3. C. de fruct. & lit. expens.* quem refert, & sequitur Soc. *in c. calumniam, n. 89. de pœn.* vbi subdit, quod forsan eo casu accusator poterit recuperare expensas à fisco, quod tamen fieri non vidi in practica, & ibi Soc. dicit etiam, cogitabis.

Item † adde, si a sententia, in qua quis in expensis condemna- 11
tus fuit appelletur, iudex poterit, appellatione pendente, taxare expensas, nisi iudex ad quem inhibuisset iudici a quo, vt in causa non se intromitteret, vt plene per Carauit. *in ritu 298. numero 14.*

Item adde, † si iudex in sententia dicat, victum victori in ex- 12
pensis, nec sequatur verbum condemnamus, nunquid quoad expensas talis sententia valebit, ita quod suppleatur verbum condemnamus, vide Carau. *in ritu 297. n. 18.* vbi hanc quæstionem plene examinauit.

Item † adde si iudex omiserit condemnare victum in expen- 13
sis, victor per totam diem, qua lata est sententia, poterit petere, quod iudex supplere tenebitur, quia per totam illam diem durat eius officium, quantum ad expensas, *l. Paulus, la 1. ff. de re iudic.* & Ripa *in l. dies 5. hoc autem iudicium numer. 84. ff. de dam. infect.*

Item † adde quod sententia, quæ condemnat victum victori 14
in expensis, comprehendit, & extenditur etiam de expensis, quę fiunt pro ipsa sententia habenda in forma probante: Afflict. *in constit. pro scripturis in fine fol. 150.* Baiar.

l *Et loquendo de damnis*] Farin. *d nu. 8. & 9.* Rof.

m *Duplex est calumnia*] Boss. *de accus. nu. 17. & seqq. præcipue num. 26.* Rof.

n *Calumnia vera*] adde Alc. *tract. de præsump. reg. 3. præsump. 44. num. 11. cum seq.* & in quantum in præsenti vers. dicit, quod si solummodo procedatur ex officio, non debet procurator fisci, neque iudex in expensis condemnari; contrarium late, & indistincte tenuit Crau. *cons. 168. per totum, & consil. 178.* ibi tamen ex multis indiciis contra reum defenditur accusator, dixitque Boer. *ad consuet. Bitur. §. 20. tit. des coustum. concer. les viges, vers. item & aux.* quod imo, cum iudex procedit ex officio, nec probat, quod sit condemnandus; allegat authent. *de coll. §. iubemus collat. 9.* vide *inf. q. 81. vers. fin.* vbi dixi quid seruetur contra istos calumniatores. *Drog.*

o *Aut agitur de vera calumnia*] Foller. *in pract.* verbo audiantur exceptiones, *num. 60. & seq.* Cason. *in suis quæst. cri. verbo de accusat. c. 3. num. 18. & c. 5. num. 1.* Farin. *in titul. de accus. q. 16. vol. 1.* Rof.

o *Aut agitur de vera calumnia*] adde, † quod nedum falsus ac- 15
cusator tenetur, sed etiam eo defuncto iniuste accusatus poterit agere contra hæredes calumniatores, & repetere eius damna, & interesse, etiam lite non contestata cum defuncto, & etiam si nihil ad defunctum ex huiusmodi damni datione peruenisset: & licet de iure ciuili prædicta sine dubio non transeant, quando contra defunctis lis non fuit contestata, tamen de æquitate canonica procedunt, quæ est seruanda etiam in foro laicali, ita tradit Bertaz. *in cons. 361. per totum.*

p *Aut vero procedit simpliciter*] adde, quod † fisci Aduocatus, 16
& procurator si indebite aliquem vexaret, vel iniuria afficeret, vltra quam debet, in expensis per talem vexationem factis condemnari debet, & eas soluere de proprio; debet etiam viuus cōburi. Gram. *decisio. 60. num. 21.* & tenetur iniuriarum, si aliquem indebitè molestat, Crauet. *in cons. 168. 2. dubio.* & Bertaz. *in consi. 390. num. 11. & consil. 361. num. 5.* sed † prædicta nedum non ob- 17
seruantur in practica, & ea petere in iudicio nempe ridiculosum esset, quinimo sæpè indebitè molestari, si à molestus liberati volunt, necesse est, quod aliquid fisco elargiantur. *Baiar.*

q *Aut procedit ex officio; sed alio*] adde, quod Iudex potest pro- 18
cedere ex officio absque accusatore contra calumniatorem euidentem. Bartol. *in l. 1. in princ. ff. ad senatusconsult. Turpil.* & debet ei dare terminum ad faciendum defensiones suas. Bartol. *in l. athletas, §. calumniator, ff. de infam.* & Affl. *in constit. pœnam calumniæ num. 4.* In hac materia de refectione expensarum, & damnatorum carcerati, vide Rumin. iun. *consil. 303. libr. 1.* Et ad quas expensas teneatur calumniator, tradit Plot. *in d. l. si quando num. 674. C. vnde vi.*

Item

19 Item † adde, quod vltra condemnationem expensarum debet
condemnari ad pœnam calumniæ pro interesse publico, si vere
probato fuerit calumnia. Boss. *in tit. de accusat. num.* 27. & Lau-
rent. Tenni. *caut.* 1. *num.* 12. *& sequent.* vbi dicit, quod ad puni-
endam calumniam pœna extraordinaria debet dupliciter im-
poni, vno modo propter calumniæ pœnam ad publicũ interes-
se, alio modo propter expensas, & damna per innocentem accu-
satum passa; & quod ista impropriè dicitur pœna: sed si vere non
fuerint probata, pro damno, & expẽsis accusator condemnatur,
vt ibi per eum, & qua pœna accusans, & non probans sit puni-
20 endus, & quo pacto id procedat; & quãdo accusator † calumnia-
tor præsumatur, vide Mascar. *in concl.* 14. *&* 25. *vol.* 1. *Baiar.*

t *Pariter est in expensis condemnandus*] Quomodo autem, & quando sit accusator in expensis condemnandus, supra *quæstione* 7. *in fine, quæst.* 11. *versic. Cæterum in fin. infra quæst.* 81. *versic. fin.* ad finem vbi dedit exemplum de Cæsare contra accusatorem. *Drogh.*

21 ſ *Et ita vidi multos*] adde, † quod in Reg. Neap. si judici con-
stat de euidenti calumnia accusatoris, vel denunciatoris, & i-
psum non condemnet ad pœnam calumniæ, quæ est similitudo
supplicij, ipse iudex punietur pœna infamiæ, & duarum libra-
rum auri purissimi, vt *in cap. Regis Roberti, quod incipit, accusato-
rum temeritas*, & per Afflict. *in constitut. pœnam calumniæ num.*
6. & ibi plene tractat materiam calumniæ, sed ratione victoriæ
inquisiti liberati, etiam diffinitiue absoluti non solent in dicto
Regno fieri condemnationes expensarum in prima, nec in se-
cunda instantia in causa criminali criminaliter mota nõ ad pœ-
nam pecuniariam; licet *per Reg. pragm. temeritatem sup titu. de ex-
pens.* generaliter prouideatur, quod victus victori in expensis
condemnetur, vel ex iusta causa absoluatur, quæ non est obser-
22 uantia, † vt attestatur Carau. *in ritu.* 207. *in princ.* vbi non solum
23 late hanc quæstionem de iure tractauit, sed † etiam de iure
communi, & tenet veriorem opin. esse, vt condemnationes ex-
pensarum in causis criminalibus fieri non debeant, & in statu
24 † ecclesiastico nunquam vidi condemnari querelantes ad ex-
pensas, nisi de calumnia appareret. *Baiar.*

25 t *Vnum autem scias*] adde, quod † Couar. *in 4. decretal. 2. par.
c. 6. nu.* 12. tenet multum egregie contra communem, quod ex
leui, & leuissima culpa damnum datum etiam in foro conscien-
tiæ resarciri debeat, maxime vbi natura contractus ex legis dis-
positione etiam leuissimam culpam consideret, & ibi *nu.* 10. *&*
26 11. etiam habetur, an in foro conscientiæ † condemnatus tenea-
tur soluere pœnas etiam ipso iure impositas, & conuentiona-
les, & hanc opinionem contra communem esse veriorem, atte-
statur Paris. *in repet c. quoniam contra n.* 85. *cum seq. de probat.* vbi
istam quæstionem plenissime tractauit. *Baiar.*

u *Dexi supra quod*] Farin. *d. q.* 16. *nu.* 11. Ros.

27 *Dixi supra*] adde, quod † in Regn. Neap. fuit derogatum
iuri communi per constit. pœnam calumniæ, quod accusator
tunc dicitur calumniasse, quando apparet, quod sit in euidenti
calumnia, & ibi per Afflict. habetur, quando quis dicatur esse in
euidenti calumnia, & ad istam quæstionem, quando & quomo-
do accusator puniatur, vide omnino Farin. nouiter impressum
var. quæs. in quæst. 16. vbi latissime more suo. *Baiar.*

x *Præsumitur calumniari*] Calumniator, qui, & quæ causæ eum excusare possunt, dilucide, & plene explicatum vide per Iacobum Menochium *de arbitrariis iudicum*, c. 321. *lib.* 2. *cent.* 4. Giach.

28 y *Quod tamen intelligendum est*] adde Menoch. *de arbit. casu*
321. *&* 322. vbi ponit decem causas iustas, quibus calumnia
præsumpta excusari potest, & de aliis excusationibus vide etiam
Laurent. Tenni. *caut.* 1. *nu.* 15. sed aduertendum est, quod licet
quis à præsumpta calumnia excusetur, non tamen erit excusa-
tus ab expensis, vt per Boss. *in tit. de accus. nu.* 28.

29 Item † adde, quod judex calumniose inquirens excusatur à
calumnia præsumpta, sed si vera calumnia appareret, non veni-
ret excusandus, & pœna extraordinaria punietur. Boss. *in titu.
de accusat. num.* 21.

30 Item † adde, quod accusator in crimine læsæ maiestatis, & in
crimine falsæ monetæ, si non probat, non punitur de calumnia,
vt per Giga. *in tract. de crim. læsæ maiest. lib.* 2. *q.* 19. *in tit. qui accu-
sari poss.* Baiar.

31 z *Sed quid si accusator*] adde, quod Boss. *in titu. de accus. num.*
19. *&* 27. dicit, quod nunquam vidit seruari ius commune,
quando accusator deficit in probatione, sed tantummodo, quod
condemnatur in expensis. *Baiar.*

a *Si tamen vis conuincere*] Farin. *tit. de inquisit. quæst.* 16. *nu.* 4. Ros.

Si tamen vis conuincere] adde, quod licet Barto. *in l. si quis ob-
repserit num.* 1. *ff. de fals.* Alexan. *in consil.* 11. *num.* 4. *volum.* 1. &
Franc. Marc. *in decisio.* 898. *num.* 1. *part.* 2. tenuerint falsum accu-
32 satorem posse puniri de falso, † contrarium tamen voluit Gand.
de malef. in tit. de falso n. 23. qui dicit, cum casus Bononiæ eue-
nisset, ipse, & quattuor alij assessores deliberatè consuluerunt
tali casu de agi falso non posse: idem tenuit Bal. *in l. quicunque
in fine, C. de seru. fug.* & August. ad Angel. *& in verb. & ad quere-
lam*, & Boss. *in tit. de accusat. num.* 17. & istam opinionem verio-
rem putat Menoch. *in casu* 322. *num.* 5. nisi talis falsus accusator
vlterius deliquerit, veluti falsos producendo testes, vel falsa in-
strumenta, quia tunc posset puniri de falso, vt dicunt Bal. Aug.
& Boss. *in locis supra citatis*: † & vbi quis falsas facere accusa- 33
tiones consueuisset, punietur in amputatione linguæ, & capi-
tis, secundum Bal. *in l. data opera circa finem, C. de accusat.* &
Franc. Marc. *in decisio.* 738. *parte* 1. & ad omnia prædicta vide
Laurent. Tenni. *in caut* 1. *nu.* 6. *cum sequenti.*

Item adde, † quod accusatus remedium habet contra accu- 34
satorem, etiam quod concludenti probatione de calumnia non
sit conuictus, vt scilicet accusatus agat actione iniuriarum, &
obtinebit, etiamsi iniuriam minime probauerit, & etiam accu-
sator à calumnia se excusaret, vt per Alexan. *in consilio* 11. *nu-
mer.* 4. *volum.* 1. Socin. *consil.* 118. *num.* 12. *volum.* 1. Menoch. *de ar-
bi. iud. casu* 321. *num.* 33. sed contrarium tenuit Cæpol. *in consil.
crim.* 70. *in* 3. *dub.* dicens, quod si quis à calumnia excusatur, ab
iniuria etiam remanet excusatus, sed Lauren. Tenni. *in caut*... 1.
eum impugnat tenendo primam opin. & idem tenuit Boss. *in
titul. de accusat. num.* 19. *ad finem*, vbi dicit hoc remedium esse
tutius, & non solum actione iniuriarum teneturis, qui aliquem
calumniose accusat; sed etiam qui vexandi animo aliquem
ad tribunal alicuius judicis interpellat; & qui aliquem facit
capi personaliter, & eius bona detinere, nulla iusta causa præ-
cedente. Bertaz. *in consil.* 361. *in prin.* Baiar.

b *Potes illum interrogare*] adde, quod idem seruatur contra testes cum pars intendit de falso redarguere, supra *in §. falsum.* Drog.

c *Sed pone, quod accusator*] adde, † quod excusaretur à pœna 35
calumniæ, etiamsi extaret statutum, vt eo ipso, quod in pro-
bando quis deficeret, calumniari præsumatur & absque aliis
indiciis possit accusator de calumnia puniri. Bart. *in l. fin. ff. de
hæred. instit. & in l.* 1. *sub num.* 6. *ff. ad Turpill.* Abb. & communi-
ter Cano. *in cap.* 2. *extra de calumn.* & Iacob. per Laur. Tenni. *in
caut.* 1. *num.* 17. *cum sequent.* non autem per istam excusationem
fieri, † quin talis accusator in expensis reo absoluto condemna- 36
ri deberet, & ait Boss. *in tit. de accusat. num.* 28. & Menoch. *de ar-
bitr. iudic. in casu* 321. *numer.* 34. & idem Laurent. Tenni. *in loco
supra citato.* Baiar.

d *Dictum vulnerati morientis*] Supra *quæst.* 21. *versic. assertio;* adde Menoch. *de arbitr. iud. lib.* 2. *centur.* 4. *casu* 321. *numer.* 30. & vtique quemadmodum hæres defuncti excusatur ab expensis, & à calumnia, si secundum assertionem defuncti occisi accuset ab eo nominatum, vt est tex. *in l. si quis moriens, ff. ad Syllan.* eodem modo accusator, vel etiam fiscus, qui aliquando à iudice constitui solet accusator, vt dixi supra *ad quæstio.* 10. *versic. fin.* excusari debet; ita enim per judicis assertionem, vel alterius, sic potuit instare fiscus, vel alius, quemadmodum per morientis assertionem. *Drogh.*

e *Sed quæro nunquid calumniator*] adde, calumniatorum pœnæ quæ sint omni fere iure, vide per Iac. Menoch. *de arbit. iud. d. lib. centur.* 4. *cas.* 322. Giach.

Sed quæro nunquid] adde, quo † etiam denunciator, & insti- 37
gator in actis non nominatus poterunt ad expensas condem-
nari versus reum ipsum in eodem processu, licet per inquisi-
tionem processum fuerit. Anton. Sola *in Commen. ad constitut.
Sabaud. in verb. vt nemo inuit. accusat. n.* 2. *&* 3. *fol.* 173. Baiar.

f *Accusatorem de calumnia condemnare*] Nota hoc dictum, qui munus aduocati, vel procuratoris exerces, & sume ab hoc dicto exemplum: nam dum lis pendet, tendet, vt est in prouerbio, & melius est facere, quam stare verbis, & promissionibus clientium, qui finita lite in bonum, etiam sunt vt plurimum ingrati, & ego vidi aliquos in nostro foro patrocinantes, qui finita lite coacti fuerint litigare cum clientulis, quod absit; & etiam eorum scripturas pro mercede retinere, licet tamen de iure fieri non potest. Capyc. *decisio.* 11. *numero* 1. Quidquid dixerit Menoch. *de recup. poss. remed.* 11. *numer.* 14. Qui ergo legit, intelligat: Hoc etiam dici posset in fauorem Cauponum, & illorum, qui vendunt ad minutam, vt dari possit fides eorum libris: nam sciunt, & patiuntur debitores se describi in eorum libris, quos aliquanto post, tempore solutionis impugnant; Nam si coguntur via juris ordinaria agere, par erit ratio in vtroque, quia esset illis damnosum exercitium, vt hic. *Drog.*

* * *

k Sed k quid si dicat accusator, quod vult probare suam accusationem in singulari certamine cum accusato? Dixi in meo libello de Duello, qui nondum est impressus, in prima parte.

l Tu scis, l quod in causis ciuilibus duæ semiplenæ probationes iunguntur ad faciendam plenam probationem, vt dixi infra libro proximo: Quæro, nunquid m idem sit dicendum in caussis m criminalibus. Respondeo, Aliqui tenuerunt, quod sic: & ita vidisse communiter obtineri attestatur Albet. in l. 2. §. fin. numer. 2. n ff. de excusat. tuto. n Contrariam autem sententiam, quod scilicet in caussis criminalibus non coniunguntur o duæ semiplenæ probationes, multi etiam tenuerunt. Et hanc dixit esse communem Gratus consilio 47. num. 7. lib. 5. quem refert Simancas de hæret. capit. 50. p num. 2. Alij vero dixerunt, quod si sint p plura indicia, quorum quodlibet in sua specie perfectum sit, sufficiunt ad condemnationem; alias secus: & fuit doctrina Bald. in l. si quis ex argentariis, §. primo, nu. 4. ff. de edendo, quam dicit sequi communiter Doctores Bertran. consilio 137. in fin. libr. 2. in 2. parte, & consilio 164. in fin. libro 7. Tu dic, quod agatur de pœna corporali imponenda: & tunc non debent coniungi ad condemnandum: Aut agitur de pœna pecuniaria imponenda: & possunt coniungi etiam ad condemnationem, prout etiam videmus, quod in huiusmodi caussis, stante semiplena probatione, potest etiam deferri iuramentum in supplementum probationis, ut dixi supra versic. scias etiam. Benè verum est, quod si causa esset decipienda per Principem, vel eius suprema consilia, credo, quod plura indicia iungi possent ad condemnationem etiam corporalem, saltem extraordinariam, quod vidi sæpissimè fieri per Senatum. Et reperio etiam idem aliquando seruatum fuisse per Consilium Neapolitanum, vt refert Grammat. decisione 11. Senatus q enim iudicat secundum q conscientiam, prout etiam faciunt domini consiliarij sedentes in prædicto sacro cons. teste Gram. decisio. 19. numero 9.

20 Hinc infertur, quod licet in criminalibus fama (secundum aliquos) probet semiplenè, vt dixi supra quæstio. 21. vers. fama sola; & vnus testis de visu pariter etiam probet semiplenè, vt dixi supra eod. quæst. 21 versic. vnus r testis: nihilominus r fama cum vno teste non probat plenè in criminalibus nisi sint aliæ coniecturæ, vel adminicula. Et est communis opin. vt dicit Crot. in tractat. de testibus, num. 102. Et s generaliter, quod fama s etiamsi iuncta sit cum alia semiplena probatione; non sufficiat in criminalibus ad plenam probationem, tenuit gloss. in cap. veniens, il primo, in verbo, illarum, de testibus, quam sequuntur scribentes, vt dicit Marsil. in l. de minore, §. plurimum, numer. 55. ff. de quæst. Et illam gloss. dicit esse communiter approbatam Dec. consilio 219. circa fin.

ADDITIONES

Ad Quæst. LXIII.

a 1 Sed quid si accusator] adde † videndum Boer. in decisio. 86. vbi late, an, & quando iuramentum in criminalibus deferatur, & Mascat. de probat. concl. 954. n. 38. Baiar.

2 b Scias etiam] adde, quod † si delatio iuramenti facta fuisset ab accusatore reo super crimine, talis delatio non valeret quo ad præiudicium fisci, quia accusator non debet posse præiudicare fisco; Boss. in tit. de falsis n. 127. & 128. Baiar.

3 c Solet etiam] adde videndum Mascat. de probat. concl. 954. n. 39. cum seq. vbi latissime, & Decian. in tract. crim. tom. 1. lib. 5. ca. 48. vbi quotuplex sit purgatio, & in quibus casibus sit facienda, vide etiam Gabr. consil. 178. in fin. Baiar.

d Quod appellatur purgationis] adde, quod tamen tale iuramentum purgationis non est in vsu, sed eius loco succedit iuramentum de veritate dicenda, infra hac eadem quæst. versic. licet autem, ibi, sed eius loco. Drogh.

e Purgationis] adde hic, quando purgatio canonica in causa hæresis indici possit, quando non, per Gabr. Eugub. consil. 178. nu. fin. & de quampluribus purgationum formulis, vide nouissime in iudiciali Inquisitorum, per Locat. verb. purgatio fol. mihi 361. cum plurib. seqq. Giach.

f Forma autem huius purgationis] adde † videndum nouissime in iudiciali inquisitorum per Locat. in verb. purgatio fol. 361. cum plurib. seqq. Baiar. 4

g Ad torturam] Quid si tortus persistit in tormentis, & in negatione, vide per Carer. in pract. crim. sub nu. 201. & quid si tortus non inuenit fideiussores, num. seq. Et quid si accusator probauit delictum per indicia, & deinde tortus innocens est repertus, n. 205. & cautela per iudicem adhibenda n. 207. Giac.

h Accusator, seu querelans] Et an, & quando accusator possit torqueri, vide remissiue per Carer. in pract. crim. pag. mihi 148. col. 1. ad finem. Item an instigator, vide remissiue per eundem ante n. 181. Giach.

Accusator, seu querelans] adde † videndum Carer. in prac. cri. fol. 148. num. 181. an & quando accusator, & instigator torqueri possint. Baiar. 5

i Ego volo stare cum Deo] Hoc dictum stat in ore Plebis, & vulgarium; Nota ergo, & rejice sic offerentes: Adde Mars. Rubrica de fideiuss. nu. 208. Ias. in §. Actiones n. 98. Instit. de action. Dec. in l. Nemo fraudare n. 9. ff. de regul. iur. supra quæst. 18. versic. Quando deinde. Nam similis modus procedendi recessit ab aula, vt ibidem. Drog.

l Tu scis, quod in causis ciuilibus] adde † quod aliquando in criminalibus ad constituendam plenam, & perfectam probationem, duæ semiplenæ possunt coniungi probationes, & quando sit hoc iure permissum, relinquitur arbitrio iudicis, iuxta tradita per Ioan. Bap. de sancto Seuero in l. Admonendi n. 207. ff. de iure iur. quem refert, & sequitur Menoch. de arbitr. casu 462. sed de ista quæstione, an duæ semiplenæ probationes coniungantur in causis criminalibus, & quando agitur ad pœnam corporalem, siue pecuniariam, vide omnino eundem Menoch. in comment. de præsumpt. lib. 1. quæst. 41. & Gabr. commun. opin. lib. 1. tit. de proba. concl. 1. nu. 23. Baiar. 6

m Criminalibus] adde quod in criminalibus vnus testis non iungitur cum fama, secundum Ant. de Butr. in ca. veniens, 1. post gl. ibi in verb. illorum; & ibi Imol. & Dec. de testibus. Imol. in l. interesse, in fin. ff. de acq. poss. Cyn. in l. fin. C. de quæst. versic. nunquid ergo fama. Bal. in l. si quis ex argentariis, §. 1. ff. de edend. & in cap. 1. versic. quæro ergo, de appell. Salic. in l. ea quidem, C. de accusat. quod amplians, etiamsi de crimine agatur ciuiliter, vt per Abbat. in d. cap. veniens, in fin. de testib. Contrarium tenet Imol. in d. c. veniens, & ibi Ioa. de Ana. consil. 49. vbi plures præsumptiones coniunguntur. Guiot.

n Contrariam autem sententiam] Mars. in rub. ca. de probat. nu. 309. & seq. in fin. & Far. 4. vol. sua praxis q. 85. n. 3. & seq. & præcipue nu. 20. & 81. & 65. Ros.

o Duæ semiplenæ probationes] Hæc est notanda sententia pro Aduocatis, vt sciant Reos defendere. Adde infra quæst. 64. Vers. sed quæro ad fin. infra hac ead. quæst. versic. fin. Drog.

p Plura indicia] Sed quid si essent diuersi generis? dic, quod coniunguntur, vt fiat indicium ad torturam, modo singula indicia essent perfecta in genere suo, & singula ad plenum probarentur, ita per Crau. in consil. 360. col. fin. in prin. Giach.

q Senatus enim iudicat] adde supra quæst. 38. versic. Vidi aliquando, quæst. 44. versic. dixi quod de iure communi, quæst. 58. versic. sed quid si nullus, quæ. 72. versic. Quæro si bona, vbi habetur de sententiis dicti Senatus. Drog.

r Nihilominus] Fama cum vno teste. De hoc vide per Angel. de Aret. in §. Item tria onera. Institut. de excusat. tut. & curat. Giach.

Nihilominus] Farin. quæst. 74. vol. 2. nu. 80. Ros.

s Et generaliter quod fama] Duæ ergo semiplenæ probationes non coniunguntur ad condemnationem, supra hac eadem quæstione Vers. Tu scis, & quæstione 62. circa principium, & sic testes de auditu non faciunt indicium, & sunt singulares, nec coniunguntur, vt dixi supra, quæst. 21. versic. Confessio extra iudicialis, & alibi sæpè. Drog.

Et generaliter quod fama] adde, quod † vbi versatur difficultas probationis, fama sola iunctis aliquibus adminiculis, inducit plenam probationem, quæ sufficit ad condemnandum, cap. præterea, & ibi not. de testi. ita in terminis Anton. de Butr. in ca. veniens il primo, de test. Innoc. in cap. veniens de verb. signific. Alexan. consil. 24. volum. 2. Grammat. in decisio. 42 num. 12 imo in 7
his, quæ sunt † difficillimæ probationes, fama videtur per se probare, secundum Socin. 8
iun. in consil. 90. nu. 19.

QVÆSTIO LXIV.

Tractatur materia torturæ, quando, & contrà quos inferri ac repeti possit.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Tractatur materia tortura.*
2 *Iudex ponens aliquem indebitè ad torturam est capite puniendus.*
3 *Priusquam deueniatur ad torturam, debet constare de delicto.*
4 *Tortura non est inferenda, vbi pro delicto non imponitur pœna corporali.*
5 *Vbi delictum aliter, quam per torturam probari potest, non est reus tormentis subijciendus.*
6 *In delictis occultis facilius deueniri solet ad torturam.*
7 *Et an adhiberi debeat tortura reo de crimine conuicto, vt illud etiam confiteatur.*
8 *Et an super socijs, & complicibus.*
9 *Tortura inferri non debet, nisi praecedentibus indiciis.*
Et quid in atrocioribus, ib.
10 *Et quid si reus sit malæ vocis, & solitus delinquere.*
11 *Et quid si sit bannitus & condemnatus in contumaciam.*
12 *Indicia quæ procedunt torturam, debent esse legitimè probata.*
13 *Debent esse ad tortura sufficientia.*
Et quæ indicia dicantur ad torturam sufficientiam, ib.
14 *Et quot indicia requirantur ad hoc, vt quis possit subijci torturæ.*
15 *Quæ personæ de iure torqueri possint.*
Et an liber homo, ib.
16 *Doctores an possint torqueri.*
17 *Personæ positæ in dignitate an possint torqueri.*
18 *Milites an possint torqueri.*
19 *Nobiles an possint torqueri.*
20 *Decuriones an possint torqueri.*
21 *Minores 14. annis an possint torqueri.*
22 *Senes an possint torqueri.*
23 *Mulier prægnans an possit torqueri.*
24 *Clerici an possint torqueri.*
Et an sacerdotes, ib.
25 *Laicus an possit torquere clericum, de mandato episcopi.*
26 *Iudex an teneatur requirere accusatorem prius quam torturam inferat reo.*
27 *Decreta tortura, si reus appellet, an sit supersedendum.*
28 *Et quid si petat sibi dari copiam indiciorum.*
29 *Si plures torquendi, à quo sit incipiendum.*
30 *Torquendo non est dandum aliquid, quod concedat, aut bibat per decem antequam torqueatur.*
31 *Torturæ gradus qui sint.*
Metus, & suspicio torquendi æquiparatur torturæ, ib.
32 *Carcer an dicatur species torturæ.*
33 *Tortura adhibenda est pro modo indiciorum.*
34 *Tortura an possit inferri die feriato.*
35 *Aduocati seu procuratores reorum an possint interesse eorum torturæ.*
36 *Torqueri non debet reus modis exquisitis, & non consuetis.*
37 *Iudex excedens in tortura modum consuetum, tenetur in syndicatu.*
38 *Reus negans, & in tortura perseuerans, dicitur purgasse indicium contra eum existentia.*
39 *Cautela vt iudex, qui aliquem indebitè torquet, non teneatur in syndicatu.*
40 *Confessio facta in tormentis non sufficit ad condemnandum nisi reus extra tormenta illam ratificet.*
41 *Et quando fieri debeat huiusmodi ratificatio.*
42 *Et in quo loco fieri debeat.*
Et an sint adhibendi testes, ib.
43 *Et quid si non ratificet confessionem in tormentis factam, sed illam reuocet.*
44 *Et an vbi reus illam ratificet, ei statui debeat terminus defensionis.*
45 *Reus an possit interrogari de aliis criminibus, de quibus contra eum non adsunt indicia.*
46 *Tortura semel illata an repeti possit.*

Ex Additionibus.

1 *Tortura an irrogetur in causa appellationis, remiss.*
2 *Iudex torquens sine indiciis, quomodo puniatur.*
3 *Tortura indebitè illata an processus factus postea valeat.*
4 *Tortura illata ab vno Iudice, qui causam remisit, an computetur.*
5 *Torturã quando possit inferri priusquã constet de delicto.*
6 *Tortura, an possit inferri, vbi est pœna pecuniaria tantũ.*
7 *Tortura in quibus sit inferenda, remiss.*
8 *Tortura an sit inferenda in causa ciuili.*
9 *Depositum negans torqueri potest.*
10 *Cedens bonis, si est suspectus de occupatione bonorum, poterit torqueri.*
11 *Tortura in Regno Neap. nisi in pœnis vltra relegationem.*
12 *Torqueri an possit testis varius in causa ciuili remiss.*
13 *Tortura an habeat locũ quãdo agitur de crimine ciuiliter*
14 *Tortura an possit inferri pro interesse patris, si quis gratiatus fuerit saluo interesse partis ciuiliter.*
15 *Et quid in causis minimis, & damnorum datorum.*
16 *Et quid si sit probandum delictum.*
17 *Probatio difficilis quomodo dicatur, remiss.*
18 *Tortura facilè adhibetur in delictis nocturnis.*
19 *Et in dictis delictis sufficiunt coniectura.*
20 *Familia potest torqueri, cum agitur de insidiis mariti contra vxorem, vel è contra.*
21 *Tortura an possit inferri, quando quis est gratiatus saluo interesse partis ciuilis.*
22 *Conuictus an sit torquendus.*
23 *Interrogatio de sociis quomodo sit facienda.*
24 *Conuictus an possit puniri pœna ordinaria, si fuerit tortus sine præiudicio conuicti, & confessi criminis, & semper perstiterit in negatiua.*
25 *Protestatio ista quid operetur.*
26 *Et quomodo hoc casu debeant fieri interrogationes.*
27 *Tortura quando adhibeatur absque indiciis, remiss.*
28 *Arbitrium concessum Iudici circa torturam quomodo intelligatur, remiss.*
29 *Iudex an debeat obedire Principi mandanti aliquem torqueri absque indiciis.*
30 *Tortura illata absque indiciis, an conualidetur illis superuenientibus.*
31 *Solitus delinquere an ex hoc possit torqueri.*
*31 *Torqueri an possit homo bonæ famæ.*
32 *Bannum solum, an, & quando sufficiat ad torturam.*
33 *Et quid in Regno Neap.*
34 *Bannitus in statu ecclesiastico si comparuerit infra annum, an possit torqueri.*
35 *Farinac. impugnatur.*
36 *Contumacia purgata an faciat indicium ad torturam.*
37 *Et quomodo purgetur.*
38 *Et quid in Regno Neap.*
39 *Processus absque indiciis valet, si non opponatur.*
*39 *Verba Principis de scientia alicuius criminis an fidem faciant.*
40 *Bannitus non tamen condemnatus, comparens post terminum sibi assignatum an torqueatur.*
41 *Boss. error.*
42 *Bannum quomodo intelligatur.*
43 *Inobedientia omnis est mulctabilis.*
44 *Bannitus ab vno Iudice, an possit per alium torqueri.*

45 *Ban.*

45 Bannitus à pœna potest torqueri, etiam si statutum permitteret bannito purgationem contumacia.
46 Clar. declaratur.
47 Bannitus admissus ad nouas defensiones an possit per solam condemnationem torqueri, si deperdita sint informationes.
48 Instrumentum deperditum quomodo refici possit.
49 Et quomodo probetur amissio.
50 Positus in banno in statu ecclesiastico, si comparet post terminum banni, & ante sententiam, audiri debet, sin minus habetur pro confesso, & potest condemnari absq; alia citatione.
51 Bannitus admissus ad nouas defensiones, si docuerit de innocentia, an possit torqueri.
52 Et quid si à Principe fuerit expressim remissa cõtumacia.
53 Et quid si probetur illum fuisse absentem tempore delicti.
54 Tortura quando valeat sine indiciis.
55 Tortura quare inuenta.
Iudex in delictis occultis potest procedere ad torturam propter dictũ vnius testis nõ omni exceptione maioris.
56 Indicia sufficientia quando dicantur, & quando dicantur purgata.
57 Statuto declarante quæ indicia requirantur, cessat arbit. Iudicis.
58 Indicium quando dicatur proximũ, & quando remotum.
59 Testis unus non omni exceptione maior quando faciat indicium.
60 Indicia duo etiam leuia sufficiunt ad torturam.
61 Tortura quando irrogetur personis exceptuatis
62 Doctores quando possint torqueri, & carcerari.
63 Priuilegium amittitur per reatum.
64 Tortura leuior est inferenda nobilibus.
65 Doctores non torquentur, si examinari uti teste vacillarent.
*65 Doctores, ut torqueri possint, degradari debent.
66 Decuriones hodie qui dicantur.
Decuriones delinquentes in officio possunt torqueri.
67 Minores in quibus casibus torqueantur.
68 Infans an possit ferula cedi.
69 Senex an possit torqueri.
Decrepiti qui dicantur, & qui, & quomodo torqueri possint.
70 Senectus & decrepitus quomodo probetur.
71 Et quid si senex tortus confiteatur.
72 Et quid si fuerit ad torturam indiciatus.
73 Febricitans an torqueatur.
74 An surdus.
An mutus, n. eod.
75 Mulier pregnans an possit examinari, & quomodo.
76 An torqueri.
Et quid si sit pregnans ex adulterio, ib.
Et quid si dolose in carcere concedisset, ib.
77 Et quid si torqueatur, & fuerit confessa.
78 Et quomodo cognoscendum an sit pragnans.
79 Et quid si fuerit torta, & fecerit abortum medico dicente, se credere, non esse pregnantem, an teneatur Iudex.
80 Mulier non pragnans potest torqueri.
81 Et an possit blanditiis ad confitendum induci.
82 Auctoris opinio.
83 Mulier pregnans non fustigatur.
*83 Qui non possunt torqueri, possunt tamen terreri.
84 Appellatio à tortura an liget manus Iudicis.
85 Et quid practicetur in statu Ecclesiastico.
Et quid in Regno, ibid.
86 Appellatio an admittatur à decreto de non torquendo.
87 Iudex in causis arduis potest procedere ex processu informatiuo ad torturam.
88 Magna Curia Vicaria potest procedere ex processu informatiuo ad torturam, & quomodo.
89 Non tamen contra Neaplitanos nisi de licentia Proregis.
90 Et quid de Gubernatoribus Romæ.
91 Tortura est inchoanda à filio in præsentia patris, si de eodem crimine ambo sint inquisiti.
92 Confessio patris ob torturam filij, valè contra non valet sine ratificatione.
93 Tortura est incipienda ab eo, qui habet malum nomen, siue malam phisonomiam.
94 Tortura à quo sit incipiẽda, Iudicis arbitrio remittitur.
95 Torturæ gradus, remiss.
*95 Iudex in arbitrariis quæ attendere debeat.
96 Confessio quando dicatur extorta metu tormentorum.
*96 Rescriptum senatus de aliquo torquendo quomodo intelligatur.
97 Confessio carcerati quando dicatur facta metu, & non valeat.
98 Tortura quando sit adhibenda cum ictibus chordæ.
99 Tortura an vltra tres vices sit repetenda.
100 Tortus super vno indicio super omnibus censetur tortus.
101 Aduocatus, & Procurator fisci an debeant interesse torturæ.
102 Tortura adhibenda testibus non requirit causæ discussionem cum Aduocatis.
103 Aduocati an sint citandi ad hanc causam.
104 Quomodo seruetur in Regno Neap.
105 Et quomodo in statu ecclesiastico.
106 Tormentum caualetti sit nouum.
107 Et quid de tormento ignis.
108 Tortura an præsumatur immoderata:
109 Tortus si cecīderit, quia male ligatus, an teneatur Iudex.
110 Tortus indebitè, si Iudicem occiderit, nõ punitur morte.
111 Iudex excedens modum in puniẽdo quomodo puniatur.
112 Et quomodo probetur excessus, remiss.
113 Tortura quomodo probetur.
114 Torquens indebite in Regno Neap. quomodo puniatur.
115 Indicia quando censeantur purgata.
116 Conuictus, qui semper negauit in tortura, ordinaria pœna puniri potest.
117 D. Clari lapsus.
118 Probationes legitime non eneruantur per negationem rei factam in tortura, licet Iudex non protestetur se citra præiudicium probatorum torquere.
Tortura est fragilis, & de facili non est credendum, ib.
119 Maleficium taciturnitatis vel insensibilitatis, quod dicatur.
120 Testibus, an confessioni sit magis standum.
121 Gram. decis. declarata.
122 Tortus super indiciis indubitatis cum protestatione citra præiudicium probatorum, &c. etiam quod super Principali interrogetur, poterit ad triremes condẽnari.
123 Imo etiam ad pœnam ordinariam, si adsit frequentatio.
124 Et quid si sortilegiis vtatur.
125 Confiscatio bonorum non dicitur pœna extraordinaria.
126 Tortus, qui negauit, an debeat statim absolui.
127 Et quid seruent officiales in statu Ecclesiastico.
128 Et quid in Regno Neap.
*128 Confessio facta sine tormentis quando validior sit, quam facta cum tormentis.
129 Confessio facta non in tortura, sed tantum tormentis præparatis, non valet sine ratificatione.
130 Et quid in homine robusto, & sagaci.
Foller. lapsus ibidem.
131 Ratificatio quomodo sit facienda, remiss.
132 Confessus bis crimin vario modo, & post modum generaliter confessionem ratificans, non potest puniri, sed debet magis specifice interrogari.
133 Confessio latronum sufficit sine ratificatione, & robusti leuiter torti.
134 Confessus, & ratificans an debeat puniri, si post sententiam de innocentia constet.

135 *Ratificatio an requiratur, si confessio extraiudicialis praecesserit.*
136 *Gloss.* in l. capite, ff. de adul. *reprobatur.*
137 *Cõfessio iũcta cum aliis indicijs valet sine ratificatione.*
Et an quando possit reuocari, ibid.
Et quid si praecesserit concessio extraiudicialis, ibid.
Confessio extraiudicialis, & confessio facta in tortura an iungatur, ibid.
138 *Confessio in dubio an praesumatur spontanea, vel coacta.*
139 *Ratificatio non requiritur in capto in flagranti.*
140 *Confessus, & ratificans non admittitur amplius ad reuocandum.*
141 *Tertius tortus an debeat ratificare, remiss.*
142 *Confessio facta in tormentis, vt probet, duae requirantur.*
143 *Ratificatio facta in loco torturae an valeat.*
144 *Confessio voluntaria, & confessio spontanea quomodo differant, remiss.*
145 *Ratificatio an sit facienda coram testibus.*
146 *Et quid in Regno Neap.*
Reus in Regno subscribit suam depositionem, ibid.
Et quid si literas nesciat, ibidem.
Et quid in statu Ecclesiastico, ibid. & infra n. 149.
147 *Confessus delictum de quo inquirebatur, an possit super aliis interrogari nullis extantibus indiciis.*
148 *Et quid in Clerico.*
150 *Condemnatus potest contra alios torqueri.*
151 *Condemnatus inculpatum exculpans potest iterum torqueri.*
152 *Tortura quando possit repeti, remiss.*
153 *Et quid si procedatur ex processu informatiuo.*

1 Caeterum vbi *a* delictum non sit plene probatum *a* contra reum, videndum est, an contra eum subsint *b* indicia sufficientia *b* ad torturam, quae per ipsius rei defensiones sublata, aut elisa fuerint. Et eo casu debet iudex decernere deueniendum esse ad torturam.

2 Antequam *c* tamen iudex aliquem ponat ad tortu- *c* ram, debet animaduertere, ne id iniuste faciat. nam *d* Iudex, qui ponit aliquem *d* ad torturam iniuste, ipse est capite puniendus. Et haec est communis opin. vt dicit Marsil. *in l. quaestionis modum, num. 72. ff. de quaest. & in l. 1. §. praeterea, nu. 7. in fin. ff. ad l. Corn. de sicar. & in practi. crimin. §. expedita, num. 87. in fin.* quem refert Sapia *in l. 1. in princip. nu. 7. ff. quod quisque iuris*, & Apostil. Crot. *de testibus post numerum 69. in verbo, Medica*, & Apostil. ad Rimin. *cons. 6. sub num. 18.* & Boss. *in tit. de tortura, num. 31.* & Petr. Calef. *inter cons. criminalia diuersorum, cons. 93. in fin. libro 2. & cons. 94. n. 4. eodem vol.* & Pract. Conrad. *fol. 314. vers. debet etiam.* Et contra iudicem, qui indebitè quendam torserat, consuluit Barbat. *consil. 47.* *e* *lib. 1.* Scias *e* tamen, quod haec opin. non seruatur in *f* practica, nam *f* vbi non sequatur mors ipsius rei, non solent iudices poena capitis, sed tantum poena extraordinaria. In regno autem Neapol. adest constitutio imponens iudici iniuste torquenti poenam carceris biennalis, & publicationis tertiae partis bonorum, quam fuisse executam contra quendam assessorem refert Grammat. *cons. 15. in fi.* vbi in facti contingentia ita consuluit. Sed in omnem casum debent iudices cautè, & consideratè ad torturam reo infligendam procedere: nam si reus in tortura ei indebitè illata moreretur, forte posset eo casu seruari communis opin. quamuis ego etiam hoc casu illam non seruarem, nisi appareret, quod iudex aut propter inimicitias, aut propter pecuniam, vel aliter corruptus id fecisset: tunc enim non excusarem illum à poena ordinaria homicidij. Quid autem si iudex in tortura modum excesserit, ita vt reus sit mortuus: dixi infra, *vers. Iudex autem.*

3 Debet *g* autem iudex ante omnia considerare pri- *g* mo, vt constet de delicto, iuxta ea quae dixi supra *quaest. 4. & qu. 55. vers. potest etiam*, licet hoc male seruetur in practica, *h* ut dicit Brun. *de indic. & tortura, fol. 57. num. 11. in fin.* quia statim quod aliquis dicit sibi aliquid subtractum fuisse, *i* absque eo quod aliter constet, torquentur suspecti de furto: quod etiam dicit hodierno *i* tempore seruari Practica Caloni. *fol. 67. num. 6.* Sed certè isti iudices, & qui consideratè procedunt, neminem ponunt ad torturam, nisi prius de delicto ipso *k* appa- *k* reat, ut dixi *in locis prae alleg.* Et ideo miratus sum, *l* quod *l* Senatus iusserit torqueri quendam Simonem Hebraeum, qui delatus fuerat quod puellam Christianam vitiasset, & deinde ad occultandum scelus, morti tradidisset, licet de cadauere non constaret, 17. Februar. 1555. A. C. *h*

Praeterea debet *m* iudex considerare, an delictum 3 tale sit, pro quo quis de iure sit tormentis subjicien- *m* dus, scilicet quod pro eo *n* ingeratur poena corpora- *n* lis. Nam ubi ingeritur, nisi *o* poena pecuniaria, vel alia *o* corporis non afflictiua, non est ad torturam procedendum. Cum enim tortura sit grauis afflictio, certè non debet maior poena inferri reo non conuicto, nec condemnato, *p* quam esset inferenda ex ipsa condem- *p* natione, ubi esset de crimine conuictus, vel confessus. Vbi vero poena corporalis imponitur, solet indistinctè ad torturam procedi. Et licet aliqui tenuerint, quod non sit locus torturae nisi in grauioribus maleficiis, nihilominus *q* communiter seruatur, quod etiam super *q* leuibus fiunt torturae prout attestatur Alber. *in l. edictum, n. 4. C. de quaest.*

Debet etiam iudex aduertere, an delictum aliter 5 quam per torturam probari possit, nam regulariter ad *r* torturam deueniri non debet, nisi *r* in subsidium, quando scilicet aliae probationes haberi non possunt: & ita concludunt omnes Doctores, ut dicit Pract. Conradi, *folio 208. post numerum 6.* & ita obseruat consuetudo, ut dicit Angel. *in l. fin. post num. 4. C. de quaest.* Boer. *decis. 163. num. 1.* *s* Et ideo si aliter constet de delicto, reus torque- *s* ri *t* non debet. Et hanc dicit esse communem opin. *t* Marsil. *id l. 1. in principio, numer. 7. ff. de quaest.* quem refert Didac. *pract. q. 23. fol. 166. col. 3.* ubi & id subdit, quod iudices aliter obseruantes tenentur in syndicatu: quem refert Practic. Conradi, *folio 288. num. 2.* Idem etiam Marsil. *in pract. crim. §. nunc videndum, numero 15. & cons. 51. num 52.* quem refert Pract. Iodoch. *cap. 35. num. 3.* & Pract. Carer. *fol. 160. post numero 188. vers. item ad torturam.*

Et ideo *u* dici solet, quod iudices facilius debent 6 procedere ad torturam in delictis clam commissis, *u* quam in iis, quae palam commissa sunt. Et haec est communis regula, ut dicit Igneus *in l. 1. §. serui app. num. 75. ff. ad Syllan.* nam ea, quae in occulto committi solent, difficilius probari possunt, ut est *x* venenatio, falsum, ad- *x* ulterium, & similia: merito in illis facilius est ad torturam deueniendum.

Scias *y* etiam, quod plerunque iudices, licet deli- 7 ctum sit plenè probatum, etiam per testes de visu so- *y* lent nihilominus adhibere torturam; non ut amplius constet de delicto, sed solum ut reus fateatur delictum, de quo conuincitur, ne per appellationem illud, quod fuerit pronunciatum, *z* suspendi contingat. Et *z* dicit Bald. *in l. 1. numero 9. C. de iuram. calumn.* quod ita seruant iudices de consuetudine, quem refert Paris Put. *de synd. folio 453. numero 3.* Idem etiam dicit Bald. *cons. 364. num. 3. libr. 3. & in l. 2. numero 9. C. quorum app. non recip.* quem refert Carrer. *folio 21. numero 34.* Dicit tamen Anton. de Alexandr. *in quibusdam Apostil. ad Bartol. in l. 1. § si quis vltro, ff. de quaestion.* quod haec est communis practica, & quod ita communiter obseruatur, prout illum refert Grammat. *cons. 1. numero 3. & voto 1. numero 3. & super constitut. Regni, folio 24. numero 33.* Dicit

Dicit etiam Igneus *in l. & si tertius num.* 10. *ff. ad Syllan.* quod hanc praxim tota *a* penè Italia, & maximè inerudi ti causarum criminalium iudices, & assessores obseruant, sub colore, quod velint reos interrogare super sociis, & complicibus vel super aliis criminibus. Et dicit Paris Puteus *de syndic. folio* 461. *numer.* 6. quod hac cautela vtuntur iudices malitiosi, quem refert Pract. Cæter. *folio* 161. *vers. limita nisi.* Hanc etiam practicam laudat Bald. *in l.* 1. *&* 2. quem sequuntur communiter omnes criminalistæ, vt dicit Foller. *in pract. crimin. canon. folio* 258. *numer.* 5. Et dicit Papo *libro* 24. *titulo* 9. *arresto primo*, quod parlamentum Parisiens. consueuit reos etiam conuictos tormentis subjicere.

8 Veritas *b* est, quod in hoc Ducatu rei conuicti, vel confessi, vel condemnati *c* interrogantur, & torquentur super sociis, & super aliis criminibus, sed non interrogantur super principali delicto contra seipsos, vt confiteantur, & sic non seruatur illa practica, de qua supra dictum est, prout neque in Francia illam obseruari dicit Chass. *super consuetud. Burgund. fol.* 48. *post numer.* 40. subdens, quod malè faciunt qui id faciunt. *d* Quando autem tales rei torquentur (vt dixi) super sociis, & complicibus, & super aliis criminibus debet iudex prius protestari, quod id facit sine præiudicio confessi, & conuicti criminis, vel (si sint condemnati) sine præiudicio condemnationis. Et hæc est communis obseruantia, vt dicit Cæpoll. *consil.* 32. *col. pen. versic. nec potest dici*, quem refert Gomes. *c.* 13. *delict. post num.* 20. *vers. & in tantum*, & Boss. *in titul. de sent. num.* 70. & dicit Alber. *in Rubr. C. de quæst. post num.* 9. quod fatuus esset iudex, qui torqueret aliquem, contra quem esset probatum plene, nisi id facere *e* cum protestatione, quod non intendit eum torquere super probatis: Debetque facere, quod talis probatio appareat in actis: alias enim vbi quis interrogaretur super crimine ipso, de quo esset confessus, aut conuictus, sine tali protestatione, & in tormentis negaret, & persisteret in negatiua, diceretur purgasse indicia, & probationes contra se existentes, & esset absoluendus, vel saltem non posset in pœnam ordinariam condemnari. Vide quæ dixi infra *versicul. Illata reo.* Debent etiam iudices torquendo reos super sociis, & super aliis criminibus, moderatam torturam inferre neque iuris terminos excedere, vt dicit Igneus *in loco præalle.*

9 Dixi *f* etiam, iudicem animaduertere debere priusquam reum tormentis subjiciat, an contra eum subsint indicia. Regulariter *g* enim non est a tortura incipiendum, *h* vt communiter dicitur, teste Zasio *consil.* 19. *num.* 31. *in fin. lib.* 1. Et in hoc debet iudex esse valde circunspectus: quia si torqueret aliquem sine indiciis, posset grauiter puniri in syndicatu. Vide quæ dixi infra *versicul. dixi quoque.* Et dicit Thom. de Piperata *in tractat. de fama, num.* 58. quod caueant sibi potestates, & iudices, ne *i* prætextu arbitrij procedant ad tormenta sine aliquo indicio: quia saltem vnum debent habere indicium, per quod moueatur animus ipsorum quod accusatus sit culpabilis maleficij, de quo imputatur subdens, quod licet in procedendo possint omittere ordinem, & solemnitatem iuris, & consuetudinaria, & communi interpretatione arbitrij, non tamen prorsus possunt, vel debent omittere. Vide quæ dixi *k* supra *quæst.* 31. *versicul. arbitrio atque balia.* *l* Debent igitur omnino indicia præcedere torturam; & in hoc nemo discrepat, vt dicit Bolognin *in addit. ad tractat. de tormentis*, Guid. de Suzar. *numer.* 29. *m* Et ideo etiam si post torturam illatam legitima superuenirent indicia, non propterea tortura non præcedentibus indiciis illata legitimaretur. Et ita non tenent communiter Doctores, & aduocati, vt dicit Albericus *in l. maritum, numer.* 4 *ff. de quæst.* Vide quæ dixi supra *quæstio.* 55. *versiculo si vero.* Et hæc *n* conclusio locum habet non solum in minoribus delictis, sed etiam in maioribus, & atrocissimis, *o* imo etiam in crimine læsæ Maiestatis prout etiam eo casu attestatur esse communem opinionem Brun. *de indic. & tortura, folio* 39. *numero* 6. quem refert Practica Conradi, *folio* 300. *in princip.*

Sed *p* pone, quod reus sit solitus delinquere, & 10 alias sit malæ vocis, conditionis, & famæ: nunquid *q* poterit sine aliis indiciis poni ad torturam? Respond. *r* Aliqui dicunt, quod sic, & dicit Marsil. *in pract. crim. in §. diligenter, nu.* 99. *& sequent.* quod in hoc conueniunt ferè omnes Doctores, prout illum refert Nouell. *in pract. crim. folio* 41. *num.* 54. Sed certè non inuenio Marsil. *in libro meo hoc explicite dicentem in loco præallegato*, licet multos referat ita tenentes: quinimo ipse tenet contrarium prout ego etiam teneo: quia si ex eo solo possent iudices reos tormentis subjicere, quia alias deliquissent, haberet nimis laxas habenas, quod non est permittendum propter imperitiam multorum. Et certè in hoc Ducatu illa opin. non seruatur, nisi in vilibus personis, *s* prout sunt isti vagabundi, qui soliti sunt furari, & similes.

Sed *t* nunquid bannitus, & condemnatus in contu- 11 maciam poterit torqueri sine aliis indiciis pro veritate delicti? Respond. *in l.* 1. *num.* 13. *in fin. C. de hered. institut.* tenuit, *u* quod sic: & hanc dicit esse communem opinionem Foller. *in practic. crimin. folio* 309. *numero* 8. Hæc tamen decisio videtur reddi valde dubitabilis ex iis, quæ dicit Boer. *decis.* 163 *numero* 5. & post eum Foller. *in loco præallegato.* Tu itaque dic, quod aut loquimur in bannito, & condemnato, qui postea fuerit captus: & de tortura huic inferenda super veritate delicti non est tractandum, sed solummodo de exequenda condemnatione, vt dixi infra *quæst.* 96. *versic. quæro nunquid.* *x* Bene posset torqueri super sociis, & complicibus super aliis delictis, iuxta ea, quæ dixi supra *versiculo Veritas est.* Aut loquimur in bannito, qui sit admissus ad nouas defensiones prout videtur loqui Bald. *in loco præallegato.* *y* Et hoc casu vtique poterit torqueri ad veritatem delicti eruendam propter solum bannum, & condemnationem, etiam quod nulla alia contra eum legitima subsint indicia: & ita procedit communis opinio. Et si dicas (vt considerant Boer. & Foller. *in locis præallegatis*,) quod non videtur posse in facto verificari hæc communis conclusio, *z* cum inquisitio, & bannum non valeant nisi præcedentibus legitimis indiciis, & consequenter, quod super tali banno nullum poterit fieri fundamentum? Respondeo, quod imo potest verificari in multis casibus, puta, si processum sit *a* ad inquisitionem ex conscientia principis: nam eo casu procedit, & valet inquisitio, etiam aliis indiciis non præcedentibus, vt dixi supra *quæstio.* 7. *versicul. præterea scias*, idem etiam si processum sit ex dispensatione Senatus, vt sæpe fit, vel per inquisitionem, *b* vel præceptis pœnalibus, non præcedentibus legitimis indiciis, sed solummodo suspicionibus, vel coniecturis, vt dixi supra *quæstione* 31. *versiculo item quæro.* Præterea etiam tu scis, quod multa indicia sufficiunt ad torturam, vt dixi supra *quæstio.* 20. *versicul. ad formandam.* *c* Si ergo inquisitus, vel citatus, in aliquo ex prædictis casibus permiserit se banniri, poterit deinde, si admittatur ad nouas defensiones, *d* torqueri ex solo banno, & illis qualibuscunque indiciis, etiam quod alias non essent sufficientia ad torturam. *e* Pariter etiam si iste bannitus admissus ad nouas defensiones probaue-

rit in suis defensionibus talia, ex quibus sint sublata, vel elisa omnia indicia contra eum existentia, *f* adhuc tamen propter solum bannum, seu contumaciam poterit torqueri. Et sic vides, quod in omnibus istis casibus optime potest verificari comm. opin. Et ita pluries vidi in practica obseruari.

12 Nam sufficit adesse aliqua indicia contra reum ad hoc, ut torqueri possit, nisi etiam illata indicia sint legitimè probata. Quomodo autem indicia probentur, dixi supra *quæst.*22.

13 Dixi *g* quoque non sufficere, quod adsint indicia contra aliquem, & quod ea legitime probata non fuerint, nisi etiam illa sint *h* ad torturam sufficientia. Et hoc iudices Deum timentes debent semper præ oculis habere, ne aliquem iniustè tormentis, subjiciant, ut neque ipsi in syndicatu teneantur, ut dixi supra, *vers. Antequam tamen.* Et dicit Afflict. quod ipse semel respondit regi Federico eum interroganti, quod etiam de auctoritate regia non poterat mandare hominem torqueri contra quem non extabant indicia sufficientia: quem refert, & dicit se idem respondisse Cardinali Calumnæ Proregi Neap. Gramm. *voto* 32. *numero* 3. dixi supra, *vers. dixi etiam.* In hoc autem, quæ dicantur indicia ad torturam sufficientia, scire debes, quod in materia indiciorum, & torturæ propter varietatem negotiorum, & personarum, *i* non potest dari certa doctrina, sed remittitur arbitrio iudicis. Ita dicunt communiter Doct. ut ait Bart. *in l.fin.num.*5 *ff. de quæst.* Simanchas *de heret.c.*63.*num.*8. Et in hoc omnes concordant, ut dicit Com. *consf.*101. *in littera O, libr.*2. *&* *consf.*198.*in littera N, eod. vola.* Brun. *de indic. & tortur. fol.* 21.*numer.*1. Et dicit Salyc. *in l.fin.numer.*7.*C.de quæst.* quod ita dicunt omnes Doctores: Idem dicit Anto. de Canar. *de quæst. in* 2.*membr. num.*8. Hanc etiam dicit esse communem opin. Ioan. de Amicis *consf.*134. Et dicit Bald. *consf.*95. *num.*6. *lib.*1. quod ita tenent communiter Doctor. Et dicit Pract. Iodoc. *c.*36. *num.*2. quod in hoc conueniunt omnes Doctorum sententiæ. *k* Si tamen vis videre aliquas quæstiones in specie circa nonnulla indicia, an sint ad torturam sufficientia, vide sup. *quæst.* 21.

14 Sed quæro, quot indicia requirantur ad hoc, ut quis possit torqueri. Respond. Aliqui tenent, quod unum indicium sufficiat: & dicit Pract. Iodoch. *in d.cap.*36. *num.*30. quod ita ad unum Doct. omnes asserunt. *l* Alij vero distinguunt, quod aut indicium est *m* proximum maleficio, & sufficit unum indicium ad torturam: Aut vero est remotum à facto: & tunc reus propter unum tale indicium non debet torqueri, *n* sed plura requiruntur. Ita dixit Bart. *in l.fin.num.*6 *ff de quæst.* quem sequuntur communiter Doct. ut dicit Boss. *in titul.de ind. num.*71. Et hanc dicit esse communem opin. Ioan. de Amicis *consf.*127.*num.*26.*& consf.*131.*num.*6. Blanc. *de ind. num.*150. quem refert Villalob. *in sua collecta communium opin. in littera I, verbo, indicium remotum,* Natt. *consf.*42.*n.*6. Michellus *patrocinio* 46.*num.*13. Hanc etiam appellat doctrinam omnium Doct. Aug. ad Ang. *de malef. in verbo, Fama publica, post num.*51. Et ita seruari attestatur Alexand. *in d.consf.*77. *num.*12.*lib.*1. quem refert Pract. Conradi, *fol.*298. *num.*30. *in fin.* *o* Cæterum quidquid sit de iure, Doctores indistinctè dicunt, quod de consuetudine in practica seruatur, quod per unum indicium proceditur ad torturam. Ita attestatur Ioan. And. *in addit. Specul. in tit. de præsumpt. §. species, sub n.*3. *in verbo, in l. vnica,* quem refert Alex. *in d.consf.*77.*in fin.* & Ias. *in repet.l.admonendi, num.*168.*in fin.* & Grammat. *consilio crim.*17.*num.*18. & Anton. de Canar. *de quæst. in* 2.*memb. num.*33.*in fine,* Gomes. Arias *super leg.*74. *Tauri, post nu.*18. Ita etiam communiter seruari in iudiciis attestatur Albert. *in l. si quis alicui, nu.*2. *C. ad legem Iuliam Maiest.* Paris Put. *de synd. fol* 447.*cap.*11.*circa fin. & fol.*469.*num.*49. Marsil. *in pract. crim. §. diligenter, num.*11. Afflict. *super* 1. *constitutionum Regni, rubr.*27.*num.*3. Et ita in hoc Ducatu seruatur, nam ex vnico indicio legitime probato, *p* siue sit proximum, siue remotum à facto, vt plurimum reus subjicitur tormentis: quod tamen intellige iuxta ea, quæ dicta sunt supra *q.*21. vbi dixi, an sola fama, fuga, inimicitia, minæ, & huiusmodi, quæ sunt remota à maleficio, sufficiant ad torturam.

Vbi *q* subsint legitima indicia, legitime probata, & ad torturam sufficientia, restat tantummodo, vt iudex aduertat, an reus forte sit talis persona, quæ de iure prohibeatur subjici tormentis. *r* Videamus igitur, quæ personæ torqueri non debeant. Et in hoc articulo facienda est generalis conclusio, quod regulariter *s* omnis ille torqueri potest, *t* qui non reperitur prohibitus. Et hæc est communis opin. vt dicit Anton. Gomes. *cap.*13.*delictor.num.*3. Scias autem, quod aliqui dixerunt, quod liber homo torqueri non potest: sed contrarium proculdubio verius est. Et in hoc non est dubitandum: quia de eo sunt text. expressi, prætereaq; ita seruat generalis consuetudo, vt attestatur Guid. de Suz. *in tract. de indic. & tortura, nu.*81. Iacob. de Beluis. *in pract. crim. in rubr. de quæst. num.*7. & quotidie videmus de facto obseruari. De seruis autem non est dubium, ipsi enim in quocunque crimine siue publico, siue priuato, & in quacunque causa possunt *u* torqueri, vt dicit Barto. *in l. diuus, nu.*1.*ff. de quæst.* & est commun. opin. vt attestatur Pract. Conradi *fol.*229.*n.*32. 15

16 Quæro, *x* an Doctores possint de iure torqueri. Respond. quod non: & ita tenent omnes, vt dicit Paris Put. *de synd fol.*239. *post num.*9. Ita etiam communiter teneri attestatur Pract. Carrer. *fol.*145.*post num.*180.*ver. excipiuntur.* Ita etiam de consuetudine obseruari attestatur (ni fallor) Iacob. de Beluis. *in pract. crim. in rubr. de quæst. num.*17. Et licet Gand. *de malef. in tit. de quæst. num.*38. quem multi pro Bart. allegant, dicat, quod hoc de consuetudine non seruatur, prout etiam idem attestatur Odofred. *in tractat. de quæst. in fine,* & Guido de Suzar. *in tract. de ind. & tortura, nu.*108. & Paulus de Eleaz. *in cap. grauis depositio.* quem refert Brun. *de ind. & tortu. à fol.*82. Paris Put. *de synd. fol.*461.*post numero* 6.*& fol.*474.*c.*3.*post num.*5. quod etiam se vidisse obseruari attestatur Anton. de Canar. *de quæst. in* 4 *membr. num.*3. Nihilominus talis consuetudo de iure nihil valet; & ideo non est obseruanda: & ita communiter tenetur, ut dicit Carrer. *in loco præallegat.* quem refert Duennas *regul.*190.*in* 4.*ampliatione.* Hanc etiam dicit esse communem opin. Boss. *in tit. de indic. num.*111. Et in hoc Ducatu ita obseruatur, quod Doctores, *y* non subjiciuntur tormentis. Et ita rescripsit senatus Prætori Placentiæ in causa cuiusdam *z* Doctoris Marliani 24. Octobr. 1555. *a* P.N.

17 Item *b* quæro, nunquid personæ positæ in dignitate possint torqueri. Respond. quod non; neque uti rei contra se ipsos, neque tanquam testes contra alios. Et communis opin. ut dicit Boss. *in tit. de tortura testium, n.*7. secundum quam expresse iussit senatus abstinendum esse à tortura contra D. Hieronymum Pecorarium, eo quia esset feudatarius, licet prius ordinasset illum esse torquendum, 5. Nouemb. 1558. A.C.

18 Quæro *c* etiam, nunquid Milites possint de iure subjici tormentis. Respond. quod non, est text. *in l. milites, C. de quæstio.* Et hoc quidem in militibus antiqui temporis nullam habet difficultatem. Sed quid in militibus nostri temporis? Respond. quod & ipsi gaudent hoc priuilegio, ut torqueri non possint, & est communis opi. ut dicit Grilland. *de quæst. & tortura in* 6.*quæst. principali, num.*3. Et dicit Boss. *in tit. de ind. num.*104. quod ita communiter concluditur. Hoc tamen intellige, ut pro-

cedat

cedat in iis, qui hodierno tempore appellantur Equites, vt declaraui supra *lib.* 2. *§. Miles*, Et in capitaneis, eu ductoribus militum: secus autem in militibus priuatis, nam illi quotidie torquentur. Et in hoc nullus dubitat, vt dicit Boss. *in loco præallegato, n.* 18.

19 Vlterius quæro, nunquid Nobiles possunt de iure d torqueri. Respond. quod non, & est text. *in l. nullus, C.* e *ad l. Iul. Maiest.* e Sed hæc opin. non seruatur in hoc Du f catu, prout etiam nec seruari f in Francia attestatur Gulielm. de Bened. *in* 2. *parte Raynutius, verb. mortuo itaq; testatore, num.* 222. & Tiraquell. *de nobilitate ca.* 20. *num.* 134. In Hispania verò ait Didacus *lib.* 2. *resolu. c.* 9. *num.* 4 quod frequentius seruatur prima opinio. In hoc puto seruandam esse consuetudinem prouinciæ, in qua processus agitatur; nam hodiernis temporibus adeo propter indigna & vilia nobilium matrimonia videtur corruptus flos nobilitatis, vt vix alicubi dici possit aliquem verè esse nobilem.

20 Præterea g quæro; nunquid Decuriones ciuitatum g possint de iure torqueri. h Respond. quod non, & est h tex. *in l. decuriones, C. de quæst.* Sed quidquid sit de iure, i contrarium seruatur i de consuetudine, vt attestatur Odofred. *d. tract. de quæst.* Gand. *in tit. de q. num.* 38. quem refert Aug. ad Ang. *de malef. in verbo quod fama publica,* k *post num.* 191. & Pract. Carrer. *fol.* 144. *post nu.* 180. *vers.* k *& ideo decuriones*, & Brunus *de ind. & tortura, fol.* 80. *nu.* 20. & Paris Put. *de synd. fol.* 334. *num.* 4. Idem attestatur Guido de Suz. *in loco præalleg. num.* 11. Iacobus de Beluis. *in pract. crim in rubr. de quæst. n.* 19. Alber. *in l. Diuo Marbo, C. de quæst.* quem refert Martin. Lauden. *de conf. dominorum, q.* 7. & Petrus Bellus *de re milit. fol.* 83. *num* 36. Salyc. *in d. l. Diuo Marco circa fin.* qui dicit, quod in Lombardia non seruatur, Bal. *in tract. de q fol.* 246. *nu.* 4. *in fi.* Cæpol. *cons. crim.* 40. *in* 1. *dubio.* Ant. de Canar. *de qu. in* 4. *membro nu.* 4.

21 Quæro, l nunquid Minores 14 annis possint torqueri? Respond. quod non, & hanc dicit esse receptam sententiam Placa *lib.* 1. *delict. c.* 32. *num.* 12. Et dicit tex. *in l.* 1. *§. impubes, ff. ad Sylle.* quod ita solet vsu obseruari, vt scilicet non torqueantur sed terreantur tantum, & habena, aut ferula, seu virgis cædantur, refert Anan. *in c.* 1. *num.* 10. *de deli. puerorum*, & Anton. Gomes. *cap.* 1. *delictor. num.* 67. Et dicit esse indubitatum Igneus *in l. excipiuntur, num.* 49. *ff. ad Syll.* Et ita etiam quotidie hoc Ducatu obseruari videmus, licet Senatus quandoque iusserit in eculeo eleuari quendam Martinum Magonum minorem 14. annis, 8. April. 1552. P. N quod fuit mirandum, ex quo agebatur tantummodo de percussione facta cum lapidibus, ex qua non erat secuta mors, & aderat partis remissio.

22 Non enim debet iudex Senex in decrepitos tormenm tis subjicere, n colligitur ex text. *l.* 3. *§. ignoscitur, ff. ad* n *Sylle.* & est communis opin. vt attestatur Pract. Paul. Grilland. *de diuers. crim. lib.* 3. *in* 6. *quæst. num.* 5. prout illud refert Viuius *in lib. communium opin. in verbo, Senex ætatis.* Iussit tamen Senatus terreri sub eculeo quendam senem decrepitum, 26. Nouembr. 1550. P. N. Cæterum senex non decrepitus bene potest torqueri, vt per Granimat. *decis.* 34. *colum.* 1. Et reperio, quod in facti contingentia senatus iussit torqueri quendam Alouisium de Lotto, licet sexagenarium, vbi esse combustus, 17. Septembr. 1547. P. N. & alium Michaelem Bratni, licet esset ætatis annorum 61. eo tamen o modo, quo per ætatem torqueri poterat, 18. Ian. o 1561. P. N.

22 quæro p modo, nunquid Mulier prægnans possit p torqueri. Respond. q quod non, & ita obseruatur, vt q dicit text. *in l. prægnantis, ff. de pœnis.* Consuetudo autem obseruat, vt etiam post partum editum non torqueatur nisi elapsis quadraginta diebus purgationis. Et ita seruari iussit senatus in quadam Cathatina Gurona 26. Februar. 1559. P. N Idem etiam obseruat senatus in mulieribus lactantibus, & ita iussit in facti contingentia non esse torquendam quandam Felicitatem testem, quæ puerum lactabat, 11. Maij 1557. P. N.

Sed an Clerici possunt de iure torqueri? Respond. 24 quod non, & est communis opin. vt dicit Abb. *in cap. post cessionem, de probat.* prout illum refert Villalobus *in sua collect. com. numero opin. in littera C. verb. clericus non potest,* qui forte voluit allegare Abb. *in c. cum in contemplat. me. de regul. iur.* de quo ego inferius mentionem feci. Hanc r tamen conclusionem intellige, vt procedat, quando clerici sunt de crimine diffamati, & suspecti: nam eo casu vtique possunt ex causa torqueri: alias secus. Ita di- f cit Abb. Antiquus, *in cap.* 1. *in verbo, vt audiuimus, de deposito*, vbi ait, quod raro, imo nunquam inuenies, quod clerici torqueantur, nisi infames. Et ita communiter teneri attestatur Alexand. in Apost. ad Bartol. *in l. fin. sub nu.* [illegible] *in verbo, Specialia, ff. de quæst.* quem refert Boss. *in tit. de tortura testium, num.* 6. Hanc etiam opinionem dicunt esse communem Scribentes *in d. c.* 1. *de deposito*, & in specie Florian. & Imol. *nu.* 9. & Card. & Barb. *col.* 4. Felin. *in cap. vnum est situari post num.* 2. *de sent. excomm.* vbi dicit, quod ita per omnes Doctores tenetur, quem ref. Follet. *in pract. crim. canon. fol.* 259. *nu.* 6. Dec. *in ca. at si clerici in princip. numer.* 10. *de iudic.* & Marsil. *sing.* 554 aduertas, prout illos refert Villalob. *in loco præalleg.* Viu. *in lib. communium, in verbo, Clerici non possunt*, Gigas *de crim. læsæ Maiest. fol.* 116. *num.* 3. Simanchas *de hæret. cap.* 63. *num.* 27. Duennas *reg.* 190. *in* 3. *limitatione*, Boss. *in tit. de indiciis, num.* 25. Et sic non sufficeret vnus testis de visu contra clericum, nisi etiam adesset diffamatio, quod tt tamen non credo seruari in practica, prout illud non seruari in ciuitate Mediolani attestatur Boss. *in eod. tit. de indic. post num.* 103. Et hæc quidem omnia procedunt non modo in simplicibus clericis, sed etiam in presbyteris: nam & ipsi possunt torqueri, quidquid dixerit Bart. *in l. ex libero, circa pr. nec ff. de quæst.* Vide, quæ dixi supra *q.* 25. *vers. Sed nunquid.* Et hanc dicit esse communem opin. Abb *in c. cum in contemplatione post n.* 6 *de reg. iur.* Diaz. *in pract. crim. canon.* 117. *num.* 1. quamuis illum vti contrarium attestantem referre videatur Pract. Contra it, *fol.* 301. *post num.* 35. limita, nisi tamen liber est corruptus, quod certe suspicor, Boss. *in tit. de ind. nu.* 103. Et ita seruari attestatur Paris Put. *de synd. fol.* [illegible] *cap.* 3. *post num.* 7. sub [illegible] & vidisse pluries eos torqueri pro x veneno dato cum [illegible], & y in crimine læsæ Maie- y statis, & pro sepulchris violatis exhumando cadauera, & ea spoliando, &c.

Scias tamen, quod in omnem casum tortura non debet esse ita seuera in clericis, sicut in laicis. Et hæc est communis opin. vt attestatur Boss. *in dict. cap. cum in contemplatione, post n.* 6. *de regul. iur.* quem refert Diaz. *in pract. crim. canon. cap.* 117. *post numer.* 5. & Viuius *in loco præallegato.*

Sed z hic quæro, nunquid iudex laicus, vel mi- 25 nister laicus, vel ministri laici possint torquere cleri- z cum de mandato episcopi sui. Respon. de iure, a quod a non: & est communis opin. vt dicit Ripa *in cap. decernimus, num.* 39 *de iudic.* Sed certè communis obseruantia se habet in contrarium, vt dicit Abb. *in cap. vt fama, nu.* 8. *de sent. excomm.* quem refert Diaz *in d. c.* 117. *nu.* 6. Follet. *in pract. crim. canon fol.* 260. *nu.* 11. Simanchas *de hæresi in cap.* 63. *num.* 19 Et ita quotidie videmus obseruari, vt mandante episcopo, clerici à iudicibus laicis torqueantur. Et licet Abb. *in d. cap vt fama*, dicat, quod est mala consuetudo, tamen Card. Alexan. *in cap. illi, qui.* 5. *quæst.* 5. dicit quod non est mala consuetudo: & ita etiam mihi videtur, alià, sæpenumero delicta clericorum remanerent impunita: quia si non essent laici, qui tor-

quererentur, clerici nunquam torquentur, vt dicit Folle. *in loco praalleg.*

26 Vbi *b* nihil obstet, quo minus possit reus tormentis subijci, tunc decernere debet iudex procedendum esse contra eum ad torturam. Tenentur tamen (secundum aliquos) prius *c* requirere accusatorem ad cuius instantiam habenda est quæstio, alias non potest reum tormentis subjicere, & dicit pract. Casoni, *fol*.....*n*.1. quod in hoc omnes Doctores scribentes in hac materia consentiunt. Quod tamen ego non credo verum, & in omnem casum de consuetudine non seruatur, prout etiam ipsemet fatetur, subdens, quod hoc tempore per totam Italiam Iudex, non expectata requisitione accusatoris, reum torquet, & in hoc nulla est difficultas.

27 Sed *d* quid agendum, si reus appellet ab huiusmodi decreto, nunquid erit à tortura super secundum. Resp. Aliqui dicunt, quod sic: & ita decisum fuisse in curia Delphin. refert Guido Papæ *decis*.74. vbi dicit, quod de stylo curiarum tam parlamenti superioris, quam inferioris supersedetur ab executione torturæ. Et illum refert Marcus *decis*.907. quæritur, quando *nu*.4. Quinimo (secundum aliquos) potest appellari non modo à decreto torturæ, sed etiam à comminatione facta de torquendo: Et interposita huiusmodi appellatione, debet iudex supersedere à tortura. Et dicit Carauita *super ritu* 259.*magnæ curiæ*, *nu*.14.*in fin*. quod ita seruatur, & practicatur quotidie. Idem etiam semper vidisse seruari in magna curia Vicariæ attestatur Grammat. *super cap. Regni. fol*.133.*numer*.4.*in fin*. Dicit tamen Marantа *in suo Specul. fol*.236.*num*.14. quod solent cauti iudices non interponere decretum palam de torquendo reum, *f* ne detur materia appellandi, sed ducto reo ad locum torturæ, statim cum incipit ligari, solent interponere decretum de torquendo, & immediatè torquere. Faciunt, quæ dixi infra *versicul. quæro nunc*; postquam enim reus applicatur tormentis, non auditur eius appellatio: & ita in facti contingentia iudicatum fuisse per parlamentum Parisiense attestatur Papo *libro* 24.*titul*.9. *Arresto* 13. *g* Sed certè apud nos, cum ex dispositione decretorum sublata sit omnis appellatio in criminalibus, etiam in interlocutoriis, frustra interponuntur huiusmodi appellationes: nam eis non attentis, iudices ad vlteriora procedunt.

28 Sed *h* quid si ille, quem iudex decernit esse torquendum, petat sibi dari copiam indiciorum cum termino defensionis, nunquid est audiendus? Respond. Practic. Casoni, *folio* 69.*num*.3. dicit, quod secundum omnes iudex tenetur dare exemplum indiciorum ante torturam, licet hodie iudices non data copia indiciorum procedant ad torturam. *i* Tu vero dic, quod si quidem reus, priusquam torqueatur, petat sibi dari copiam indiciorum, debet iudex supersedere à tortura, & auditis eius defensiones, maximè si aliquid allegeretur, quo probato non esset ad torturam deueniendum, & ita communiter teneri attestatur Alber. *in l. vnius, §. cogniturum, numer*.3.*ff. de quæstionibus*, quem refert Iason *cons*.175.*colum. fin. verf*.2. allego, *lib*.1. *k* Si vero non petatur, tunc potest iudex procedere ad torturam, etiam non decreta copia processus, vel termino defensionum, vt dixi supra, *quæst*.49.*versic. sed nunquid*. Et ita intelligendum est, quod dicit seruari Boss. *in tit. de ind. num*.74.

29 Quæro, si plures sint torquendi, à quo sit incipiendum. Respond. quod regulariter incipiendum est ab eis, qui sunt magis *m* suspecti. Si vero omnes sint æqualiter *n* suspecti, tunc si est masculus, & fœmina, est *o* incipiendum à fœmina, tanquam à timidiori: sed si sunt omnes masculi, incipiendum est *p* à minori, debiliori, & timidiori. Ita colligitur ex text. *in l. vnius, in princ. ff. de quæstionibus*, & hunc ordinem in tortura inferenda obseruari attestatur Maranta *in suo Spec. fol*. 81.*n*.13. Dicit etiam Prac. Cas. *fol*.82. *n*.3. quod iudices consueuerunt incipere à debiliori.

Decreta tortura, priusquam reo inferatur, debet iudex animaduertere, ne reus aliquid eo die comederit, aut biberit, & ita seruatur *q* de consuetudine, vt dicit Paris Put. *de syndic. fol*.455. *num*.11. Practica Millei *fol*.103.*num*.52. Et intellige eo die, s. per decem horas, antequam torqueatur. Et ita seruat communis practica, vt attestatur Marsil. *in leg*.1. *in princ. numer*.29. *ff. de quæst*. 30

Nunc *r* de gradibus torturæ videamus, nam (vt est omnibus notissimum) non omnes rei eodem modo torquentur, sed aliqui grauiùs, aliqui leuius, secundum qualitatem delicti & indiciorum, quæ ex processu resultant: & in hoc etiam maximè versatur *s* iudicis arbitrium, cum (vt sæpius dixi) tota hæc materia indiciorum, & torturæ videatur remissa *t* arbitrio iudicis. Scias igitur, quod quinque sunt gradus torturæ, s. Primo, minæ de torquendo: Secundo, conductio ad locum tormentorum: Tertio, spoliatio, & ligatura: Quarto, eleuatio in eculeo: Quinto, squassatio. *u* Et nota, quod licet videatur, quod minæ de torquendo, conductio ad locum tormentorum, spoliatio, & huiusmodi non possint propriè dici species torturæ, nihilominus (secundum aliquos) talis metus, & suspicio torquendi æquiparatur torturæ: & ita colligunt ex Bald. *in l. interpositas, circa fin. C. de transact*. Et dicit Marsil. *in l*.1.*numer*.15 *ff. de quæstion. & in pract. crimin. § expedita, numer*.2. quod ita concludunt omnes. Hinc infertur, quod paria sunt confiteri per tormenta, vel metu tormentorum: quod quidem si esset verum, esset maximè vtile. Nam inter confessionem factam sponte, & eam, quæ fit metu tormentorum, multum interest, vt potest videri in discursu materiæ, præsertim supra *quæstion*.55. *versicul. Item posset, & sequen. & infra vers. cæterum si reus*. *x* Sed certè quidquid sit de iure, practica contrarium obseruat, nam etiam si iudex dicat reo minando, quod faciet illum, nisi confiteatur veritatem, conduci ad locum tortura, & torqueri, *y* talis confessio dicitur sponte facta non autem metu tormentorum. Et ita tenet Gand. *in titulo de quæstione*, quem alij Doctores sequuntur, vt dicit Practic. Cater. *fol*.133. *vers. Sed si iudex*. Pariter etiam conductio rei ad funem dicitur leuis terror. Et ita ferè omnes tenent, vt dicit Pract. Casoni, *fol*.90.*n*.3. 31

Et audiui à præside Arrigono, qui fuit vir magnæ practicæ præsertim in criminalibus, quod apud senatum non sunt nisi tres gradus in tortura. Primus est terrere: & hic comprehendit non solum minas de torquendo, sed etiam conductionem ad locum tormentorum, & spoliationem, & ligaturam, nisi tamen ligatura esset multum atrox, *z* & stricta, & cum taxillis, vt faciunt plerique iudices. Et vidi in facto in quodam medico de loco Olegij, qui plus passus est in sola ligatura eo modo facta, quam alij in tortura: talis enim posset æquiparari torturæ. Secundus gradus est ponere in tormentis, vel interrogare in tormentis. Et hoc est eleuare, & in suspenso tenere per aliquod notabile spatium. Tertius est torquere, & hoc est squassare, & verificatur apud nos in vno ictu funis. *a* Si tamen senatus iubeat bene torqueri, vel acriter, tunc solent dari duo ictus funis. Et hæc omnia nota, vt scias exequi litteras senatus tu, qui facis officia criminalia in hac prouincia.

Sed *b* an forte ex eo, quod ille, qui est crimen confessus, esset in carceribus detentus, dicitur talis confessio extorta metu tormentum? Respond. *c* Aliqui dicunt,

cunt, quod sic, & ita videtur consuluisse Anchar. *consil. 24. num. 4.* cuius opin. dicit esse communem Alex. *cons. 51. num. 3. lib. 3.* prout illam refert Neuiz. *in sylua nuptiali fol. 12. colum. 1.* Sed certè Alexan. *ibi in libro meo* non dicit, quod hæc sit communis opin. prout iudicio meo non est, neque vera, neque communis, iuxta ea quę supra statim dixi, neque apud nos seruatur in practica. Nam eam tenendo omnis confessio diceretur extorta metu tormentorum, cum omnes fere, qui confitentur delicta commisisse, tempore confessionis sint in carceribus detenti, & sic per eam destruerentur omnes fere processus criminales.

33 Debet igitur iudex torturam adhibere pro modo d indiciorum, vt dixi. d Et ideo si non adsint indicia e perfecta, & sufficientia ad torturam, puta, si adsit e tantum vnus testis de visu, qui non sit integer, vel si adsint duo testes singulares deponentes de indiciis remotis, vel huiusmodi, poterit procedere ad primum, vel secundum gradum torturæ, vel etiam ad alios subsequentes, non tamen ad plenam torturam: quia ad illam deuenire non debet, nisi præcedat saltem vnum indicium sufficiens ad torturam, & legitime probatum, vt dixi supra, *versicul. dixi quoque, & sequent.* Et in his gradibus, (vt sæpius dixi) non potest dari certa regula, sed iudex secundum arbitrium & conscientiam suam ita faciet, vt qualitas delicti, & personæ, & indiciorum postulare videbitur. Plenam autem tor- f turam dico, quando reus squassatur. f Et ideo scias, quod secundum Marsil. *in practic. criminal. §. occurrit, colum. 1. versicul. & potest poni, §. nunc videndum, numero 52.* quem refert Practic. Casoni, *folio 83. numero 3.* Ex communi practica, & consuetudine toti- g us Italiæ pro quolibet indicio g dando tres ictus torturæ, seu (vt vulgo dicitur) squassi chordæ. Et dicit Nouell. *in practic. criminal. fol. 92. numero 28.* quod ex approbata consuetudine modus torturæ temperatus est, quando quis torquetur in tribus diebus separatim. Sed certè in hac prouincia non seruatur talis consuetudo: nam pro vno indicio, etiam proximo actui non dantur tres ictus funis, sed duo tantum ad summum, & non vltra: & si plura sint indicia, non dantur pro quolibet indicio tres ictus funis, sed omnibus computatis dantur duo, vel tres, & non vltra: & si indicia sint plura, & vrgentia, tunc torquetur reus interpollatis diebus, seu vicibus. Et iste modus, quem Nouell. *in loco præallegato.* appellat temperatum, apud nos habetur pro acri, & grauissimo, neque vnquam ex quibuslibet indiciis vidi aliquem iudicem (nisi iussu senatus) excedere tres h ictus in tortura, neque torquere h aliquem interpollatis diebus in hac prouincia, in qua summa iustitia cum summa temperantia, & humanitate ministrari solet.

34 Quæro, an tortura inferri debeat die feriato. Respond. quod in criminibus atrocioribus potest procedi ad torturam omnibus diebus, etiam paschalibus, sed in minoribus delictis non: & vide text. *in l. nemo, C. de episcop. audien.* Consuetudo tamen male seruat hoc, vt dicit Brunus *de indic. & tortura fol. 111. num. 52.* prout etiam (secundum eum) male seruat cætera superius dicta in hac materia. i Ego tamē à iudicibus Deum timentibus vidi obseruari, vt nisi in delictis capitalibus, rei in diebus feriatis in honorem Dei non torqueantur, & laudo, vt ita obseruetur. Vide quæ dixi infra *quæst. 97. vers. quæro etiam.*

k Quæro nunc, an examini, quod reus facit in tor-
35 tura, possit interesse eius aduocatus, vel procurator. Respond. De iure communi fortè posset dici, quod sic, vt videtur esse text. *in l. si postulauerit, §. quæstioni. ff. de adult.* sed certè hoc de consuetudine non seruatur, vt attestatur Alber. *in rubr. C. de quæst. in fin. & d. §. quæstioni, numer. 1.* & dicit Ang. *in l. custodias, ff. de publ. iudic.* quod nec aduocati accusatoris, neque accusati debent interesse torturæ, & quod ita obseruat hodie generalis consuetudo mundi. Dicit etiam Foller. *in pract. crim. fol. 424. num. 116.* quod de facto seruatur, quod tortura detur in occulto, & absentibus aduocatis, l licet aduocatus fisci (vt ipse ait) ex quodam abusu interueniat. Faciunt quæ dixi supra *quæst. 45. vers. quæro etiam.* m Benè dicit Imola *in dict. l. custodias, in fin. princip.* quod prius quam tortura reo inferatur, in ea s. examinatione, an reus sit torquendus, vel ne, sunt requirendi, & audiendi aduocati reorum, sed non in actu ipsius torturæ, subdens quod ita seruat generalis consuetudo, & illum refert Marcus *decis. 908.* quæritur an patroni, *numer. 7.* & idem ante eum dixit Bart. *in l. custodias, nu. 1.* quem refert Anton. de Canar. *de quæstio. in 2. membro, numer. 54.* Hoc tamen, vt s. requirantur aduocati reorum illa examinatione, an sint torquendi, vel ne, non seruatur in hoc Ducatu, sed decretum torturæ secreto fit, & quamprimum fieri potest, executione mittitur, n ne possint aduocati reos instruere ad veritatem negandam, vt quotidie fieri videmus. Faciunt quæ dixi supra, *vers. Sed quid agendum.*

o Item debet iudex aduertere, ne reum torqueri faciat p modis exquisitis, & non consuetis, nam iudices, 36
qui talia faciunt, potius sunt carnificibus, quam iudicibus comparandi. q Scias tamen, quod modus torquendi per ictus funis, manibus post terga ligatis, est de iure licitus, vt colligi videtur ex text. *in l. nullus, C. ad l. Iul. maiest.* & est à consuetudine communiter approbatus, vt dicit Brun. *de indic. & tortura, fol. 65. post numer. 6.* vbi inuehitur contra huiusmodi iudices, noua genera tormentorum inuenientes, quorum multa recenset Marsil. *in d. l. in princ. nu. 27. ff. de quæst.* & Pract. Iodoc. *fol. 109. num. 18.* dicens, quod ex insolita consuetudine variis instrumentis, diuersaque materia exercetur tortura per iudices maleficiorum. r Sed apud nos solummodo est in vsu modus fune torquendi, quem etiam generaliter vsu frequentiorem esse attestatur Practic. Carter. *fol. 138. colum. 1.* & quandoque etiam, quando rei non possunt propter debilitatem, vel aliam causam fune torqueri, solent torqueri igne apposito ad plantas pedum, neque extra hos duos modos vidi aliquem in hac prouincia torqueri.

Iudex autem debet in hac materia torturæ seruare 37
consuetudinem prouinciæ, in qua ius dicit, & ita faciendo non errabit, & caueat diligenter, ne in torquendo excedat modum s consuetum, & qui adhiberi debet iuxta qualitatem personæ; alius tenebitur in syndicatu. Ita dicit Bart. *in l. quæstionis modum, num. 1. ff. de quæstio.* cuius opin. in hoc communiter approbatur, vt dicit Marsil. *in pract. crim. §. expedita, num. 89. in fin.* t Nam si forte reus in tortura moreretur, si quidem iudex excessit dolo, tenetur de homicidio; si vero excessit culpa, punitur secundum modum culpæ, vt dicit Bartol. ibi. Et hæc est communis resolutio, vt dicit Bellon. *cons. 84. num. 12.* Faciunt quæ dixi supra *versic. Antequam tamen.*

Et u hunc casum dicit Bartol. ibidem sibi de facto contigisse: quia cum vidisset quendam iuuenem robustum, torsit illum, & statim ferè mortuus est. Et dicit Amed. *de synd. post num. 115.* quem refert Brun. *de indic. & tortura, fol. 109. numer. 32.* quod cautè agendum est, quantum fieri potest, ne casus mortis in tortura accidat, propter euitandas calumnias popularium, & vulgarium, quos de facto dicit vidisse, & audiuisse propter huiusmodi casus contra officiales etiam innocentes armata manu insurgere, vt euenit Perusij contra D. Sancti de Corneto Potestatem, qui vix

euasit à fauore populi. Vbi tamen Iudex non facit nisi id quod debuit, talis mors non habetur in consideratione, secundum Bar. *in d.l. quaestionis modum*, qui ab omnibus approbatur, vt dicit Boss. *in tit. de tortura, nu.* 30. Et est bonum consilium, quod Notarius adhibitus ad torturam ponat in actis processus qualitatem, & quantitatem torturae omnia particulariter describendo ad hoc vt semper apparere possit, an interuenerit aliquis excessus ex parte iudicis. Et ita communiter fit, & seruatur teste Ant. Gomes. *c.13. delictorum, post num.6. vers. si vero iudex.*

38 Illata x reo tortura, si ipse neget delictorum commisisse, & nihil fateatur, tunc dicitur purgasse indicia contra se existentia, quasi puram veritatem dixisse videatur, & ita seruatur, ut dicit Alb. *in rub. C. de quaest. numer.9.* Dicit etiam Alber. *in l. edictum numer.2. ff. de quaest.* quod communiter totus mundus ita tenet, & seruat, quem refert Boer. *decis.163. numer.12.* & Grammat. *decis.8. post numer.9. & decis.96. numer.2.* & Didac. Pract. *quaest.23. fol.167. colum.1.* & dicit Pract. Casoni, *fol.75. numer.2.* quod hanc opin. Alber. omnes obseruant in Italia. Hanc etiam dicit esse communem obseruantiam Caepoll. *cons. crimin.32. colum.1. versic. nec potest dici. y* Et hoc etiamsi delictum fuisset contra ipsum z plenè probatum, ut dicunt aliqui ex praeallegatis Doctoribus. Debetque hoc casu iudex facere scribi in actis, qualiter tortura fuit moderatè adhibita, & a indicia sunt purgata, & postea debet a eum relaxare b fideiussori: Et ita est b communis practica, & obseruantia, ut dicit Marsil. *in l. repeti. numer.24. ff. de quaest. & in practic. crimin. §. quoniam, numer.40.* quem refert Anton. Gomes. *cap.13. delict. numer.18.* licet ipse teneat, quòd immo reus sit diffinitiuè absoluendus: in quo proposito videnda sunt ea, quae dixi supra *quaestio. 61. vers. forma autem.* Idem etiam practicari attestatur Carrer. *in practic. crimin. fol.171. numer.202.* quem re- c fert Simancas *de haeret. cap.63. numer.36. c* Apud nos autem quandoque etiam post grauem torturam, & d perseuerantiam rei in negatione, d ubi indicia sunt valde urgentia, solet Senatus reum condemnare, non quidem ad poenam ordinariam, sed extraordinariam, puta, triremium ad tempus, & aliquando etiam in perpetuum, praesertim quando reus est valde famosus, ut etiam refert Boss. *in titul. de inquisitione, num.30.* Quinimo dicit Papo *libr.24. titul.9. arresto 1.* quod parlamentum Parisiense solet reos conuictos tormentis subjicere, & licet in tormentis persistant, nihilominus ad mortem condemnare, quae tamen practica mihi nunquam placuit, licet etiam illam in poenis extraordinariis obseruet cons. Neapol. teste Giam. *decisio 8. & crimin.12. in fin.* & credo illam esse iuri, & aequitati contrariam.

39 Et e in hoc proposito nota, quod si iudex aliquem e iniustè, & indebitè subiecerit tormentis, potest hoc casu uti cautela, quam ponit Angel. *in l. iniuriarum, §. si quis quod decreto, ff. de iniur.* ut scilicet illum blandis verbis inducat ad confitendum in actis, quod fuit legitimè tortus, & non tenebitur in syndicatu, & ita illum refert Catald. *de synd. numer.7.* subdens, quod ita vidit de facto practicari, quem refert etiam Brun. *de indiciis, & tortura, fol.130. in fin.* & Thomas Ferra. *caut.14. iura sunt, vers. primo.* Sed certè in hoc ducatu non seruatur, quod iudex haec faciat scribi in actis, prout neque etiam seruatur, ut purgatis indicij per torturam reus censeatur puram veritatem dixisse, cum plerunque (ut dixi) etiam post torturam illatam multi condemnentur in poenam etiam corporalem. Scias etiam, quod reus non esset sufficienter tortus, vel si noua indicia superuenirent, iis casibus posset, & deberet tortura repeti. Et dixi inf. *vers. Vltimo videndum.*

40 Caeterum si reus f in tormentis delictum confiteatur, scire debes, quod adhuc non est standum tali confessioni factae in tortura, g nisi reus in illa perseueret, & eam ratificet extra tormenta ad banchum iuris. Et haec est communis opin. ut dicit Boer. *in dict. decis.163. numer.18.* Brun. *de ind. & tortura, fol.134. num.3. & folio 146. numer.21.* Ita etiam communiter distingui attestatur Abb. *in cap. cum in contemplatione, numer.17. de regul. iur.* & ita seruat consuetudo, ut attestatur Bart. *in l.1. in vltionis verbis, ff. de custod. reorum,* quem refert Marian. *in repet. cap. qualiter & quando, numer.233. de accusat.* & Pract. Millei, *fol.65. num.16.* Quod intellige, ut procedat, siue talis confessio facta fuerit praecedentibus indiciis, siue non, & ita communiter teneri attestatur Pract. Carrer. *fol.166. numer.196.* Et aduerte, quia non sufficit, quod tortus tacitè perseueret in confessione, illam non reuocando, sed opus est, quod illam expressè ratificet: apud acta. & ita obseruat consuetudo, ut dicit Anton. de Canar. *quaest. in 5. membro, numer.9.* Et in hoc proposito bona est practica, quam docet Andr. de Isern. *super 1. parte constitut. Regni, rub.27. colum.6.* quem refert Paris Put. *de synd. fol.451. post numer.1.* quod scilicet h iudex postquam habuit confessionem inquisiti in h tormentis, non permittat eum conduci ad illos carceres, & in quibus sunt etiam alij carcerati, quia in carcere, ubi sunt multi criminosi, est schola: quia de facili unus docet aliam, quid debeat dicere, ut euadat, & sic, quod reuocet suam confessionem, propterea debet eum poni facere in carcere separato. Et dicit Afflict. *super ea rubr. num.44. in fin.* quod cauti iudices ita faciunt.

41 Et i circa hanc ratificationem aduerte, quia non debet statim fieri huiusmodi ratificatio: praesumeretur i enim adhuc durare metus tormentorum, sed expectandum est spatium unius diei. Quod intellige secundum aliquos, id est viginti k quatuor horarum. Et k hanc dicit esse doctrinam, & practicam huius articuli Anton. Gomes. *cap.63. delict. num.24.* & secundum alios, id est de una die ad aliam sequentem, licet non intercedat plenè spatium viginti quatuor horarum, sed sit saltem nox intermedia. Sed in hoc puto standum esse arbitrio iudicis; ut dicit Bartol. *in l.1. §. diuus Seuerus, numero 4. ff. de quaest.* cuius sententiam communiter approbari attestatur Simancas *de haeret. capit.53. numero 42.* & prout etiam in effectu velle Doct. dicit Anton. de Canar. *de quaest. in 5. membro, numer.7.* Ipse secundùm qualitatem torturae illatae iudicabit, quanto temporis spatio praesumatur cessare dolor, ac metus tormentorum; potest enim fuisse adeo leuis tortura, ut etiam eodem die non esset inconueniens, ut fieret ratificatio interiecto aliquot horarum spatio, tutius tamen est expectare in diem sequentem, licet assessores hoc non obseruent, ut ait Caepoll. *cons. crimin.40. vers. & quod in hoc casu*, multos enim incontinenti ducunt ad ratificandum: Et (secundum eum) pessimè faciunt: nam proculdubio deberent permittere, ut tortus saltem per unum diem, vel per unam noctem requiesceret; quod etiam ante eum dixit Ang. *in l.2. nu.1. C. de custod. reor.* & apud nos optimè obseruatur.

Debet quoque talis ratificatio fieri l non in carcere, se ad banchum iuris, & sic in iudicio. Ita dicit Bartol. *in d.l.1. §. diuus Seuerus, num.3. ff. de quaest.* & ita practicatur, ut attestatur Bald. *consilio 85. in fin. libro primo. m* Debet etiam fieri in loco, ubi reus tormenta, m seu instrumenta ad tormentum videre non possit: aliter enim dici posset, quod adhuc duraret metus tormentorum. Et ita tenent Doct. ut dicit Io. And. *in capit. cum in contemplatione, de reg. iur.* quem refert Aug. ad Ang. *de malef. in verbo, Fama publica, post n.137. n* Et n nota, quod secundum aliquos tutius esset, quod in tali rati-

ratificatione, seu perseuerantia adhiberentur testes, ex quo est actus tanti præiudicij; tamen hoc in practica non seruatur, sed sine testibus statur actis factis per notarium coram iudice; & ita de generali consuetudine obseruari attestatur Vitali. *de malef. in tit. de forma o perseuerationis,nu.*3.Solentque o cauti assessores hoc casu facere scribi in actis, quod reus sponte ita confitetur, & hoc non obstante, quod tortura præcesserit, & p quasi vt plurimum illa scriptura est falsa, vt dicit Bal. *in l.2.num.*3.*C.de custo.reor.*quem refert Brun. *de indic.& tortura,fol.*147. *numer.*22. Nihilominus hæc generalis consuetudo excusat iudicem,& notarium à pœna falsi, vt dicit Bald. *in l.*1. *numer.*30. *C.de confess.* quem refert Brun. *in loco præalleg.num.*24.*& seq.* vbi etiam *num.*28. dicit, quod si tortura fuit iusta, & præcedentibus legitimis indiciis illata, tunc si transacto debito tempore, & interuallo reus confitetur, licet scribere sponte; & subdit,quod ita seruat consuetudo.

43 Vbi vero reus, ductus ad bancum iuris ad ratificandum suam confessionem, illam non ratificet, sed reuocet,tunc debet iterum in tormentis repeti,ad hoc ut in ipsa confessione perseueret, ut dixi supra *quæst.*21.*vers. vlterius quæro.*

q Sin q autem reus extra tormenta, & seruatis seruan-
44 dis ratificauerit confessionem prius in tormentis factam, tunc debet iudex ei statuere aliquem breuem terminum, puta duorum dierum, vel trium ad producendum, & allegandum r omnes suas defensiones, quas facere intendit contra suam confessionem: & ita est de communi obseruantia, vt dicit Maranta *in suo Speculo,fol.*136. *numer.*253. quæ f practica mihi summopere placet, licet aliqui officiales parum docti illam non obseruent, & credo, quod aliter reus non posset condemnari, quia diceretur moti indefensus: nam etiam contra propriam confessionem, præsertim in tormentis factam,multa deduci, & probari possunt, vt t dixi supra *qu.*55.Vide t quæ dixi infra *quæstion.proxima, circa princip.* Quinimo posset talem confessionem u etiam post ratificationem ex interuallo reuocare; u & si probaret errorem,esset absoluendus.Et ita refert iudicatum fuisse in facti contingentia *per consil. Neapol. Gram.super constit.Regni,folio* 23.*n.*23. Dixi supra *in dicta qu.*55. *versicul.sed pone.* Vbi vero nihil probet, poterit reus ex tali confessione condemnari, & ita tenent omnes, vt dicit Bal. *in l.num.*3. *C.de custo.reorum,* quem refert Afflict. *super* 1.*parte constitut. Regni, rubr.* 27.*num.*43.

x x Successiue quæro, nunquid reus, qui confessus
45 est crimen, de quo contra eum adsunt indicia, possit interrogari de aliis delictis,de quibus contra eum non sint indicia. Respond. quod de iure secundum omnes non potest interrogari, vt dicit pract. Casoni, *fol.*85. *num.*8.& est text *in l.*1.*in princip.ff.de quæstion.* & dicit Vitali.*de malefic.in rubr.quæ indicia,&c.nu.*6.*& sequen.* quod assessores, qui hoc faciunt, malefaciunt, saltem quando proceditur per viam accusationis. Sed certe quicquid sit de iure, contrarium seruetur de consuetudine,vt dicit Ang.*de malefic.in verbo Fama publica,n.*120. Pract.Millei, *fol.*107.*num.*19. Dicit etiam Gand. *de malefic.in tit.de quæstio.num.*19.quod de generali consuetudine totius Italiæ seruatur contrarium,& specialiter in furtis, quia magis frequentantur, quem refert Mars.*in pract.crim.* §.*constante, num.*14.*& cons.*53.*nu.*9. & Diaz.*in pract.crim.canon.ca.*117.*num.*3.*in fin.*Brun.*de indic.& tortura.fol.*129.*num.*64.& Gram.*voto* 13.*num.*2. Idem dicit Iacob.de Beluis.*in pract.crimin.in rub.de qu. num.*55. Pract. Carer. *fol.*168. *num.*198. Anto. de Rossellis, *de indic.& tortura, num.*14. quem refert practic. Conradi, *fol.*292. *num.*22. de hac etiam generali consuetudine Italiæ attestatur Guido de Suzar. *in tract. de indic.& tortura,num.*56.Odofr. *in tract.*11.*de quæst.*quem refert Grammat. *dec.*34.*num.*34. & Cæpol. *cons.crimin.* 40.*in* 5.*dubio,*Alberic.*de quæstio.* quem refert Anton.de Canar.*de quæst.fol.*158.*post numer.*5.Paris Pute.*de syndic. fol.*460.*post num.*1.Foller.*in pract.crimin fol.*263.*numer.*6. *& fol.*313.*num.*31.Boss. *in tit.de indic.numer.*137.ubi dicit, quod in hoc dominio interrogantur etiam super delictis non similibus,& etiam de quibus nulla extant indicia.y Ego tamen nunquam vidi reum confessum de aliquo crimine,interrogari super aliis criminibus, de quibus non adessent contra eum indicia,nisi in crimine assassinij & furti, & sfrosationis annonæ, vel salis, z nisi forte esset iam bannitus, & condemnatus. Tunc enim a si est exequenda condemnatio, solet quandoque torqueri, tam super aliis delictis in genere, quam super b sociis,complicibus,& receptatoribus.

Vltimo c videndum est in hac materia,in quibus casibus tortura semel illata iterum repeti possit. d Et hoc casu dici solet, quod repetitio torturæ est e arbitraria iudici, & ita practicatur, ut dicit Bartol. *in l. vnius*, §. *reus,numero* 1.*ff.de quæstion.* quem refert Boer.*decis.*163. *numer.*10.*& pract.* Millei, *fol.*108.*num.*34.& Grammat. *consil.crimin.*12.*num.*25.& Mars.*in l.repeti.numer.*6.*ff.de quæst.* Idem dicit Paris Put.*de synd.fol.*454.*post numer.*5. quem refert Pract. Carrer. *fol.*161. *post numero* 189 Catald. *de syndic. quæst.*231. Tu vero dic, quod si quidem reus fuit f leuiter tortus, potest repeti in tormentis, ita vt sufficienter torqueatur: & hoc casu solent iudices, quando iubent reum deponi à prima tortura, scribi facere, quod illum deponi iubent g animo repetendi, &c. Si vero reus fuit sufficienter tortus, & nihil confessus, tunc non possunt repeti tormenta, nisi superueniant h noua indicia.Ita tenet Dyn.*in l.repet.ff.de quæst.* cuius opinio communiter approbatur per Doctores, vt dicit Alber. *in rubr. C.de quæst.nu.*8. vbi etiam dicit, quod ita seruatur. Hanc etiam opinio. dicit esse communem Alexan.*consil.*5.*numer.*4.*lib.*1.quem refert Villalob.*in sua collecta communiu opin.in littera T, verb.torqueri non debet,* Ant. de Rosel.*de indic.& tortura,nu.*15. quem refert pract.Conradi, *fol.*299. *in princip.* Brunus *de indic.& tortura,num.*60.Bolog.*in add ad tract.*Guid. de Suzar. *de indic.& tortura,num.*58.Io.de Amicis,*consil.*37.*num.*4.Afflict.*super* 1.*parte constit.regni,rub.*27.*nu.*41. vbi dicit, quod ita vidit obseruari à bonis iudicibus, & ponit exemplum Bald. *in tract. de quæst.fol.*251. *num.*6. puta, i si tortus dicebat neminem illa nocte iacuisse, vbi maleficium fuerat commissum, postea inuentum est per testes,quod alius adfuit. Et dicit, quod hæc est communis opinio, idemque fere per eadem verba ante eum dixit Guido de Suzar. *in d. tract. de indic.& tortura,numer.*57.& Iac. de Beluis.*in tract.crimin. in rubr. de quæst.*96.licet subdat, quod assessores hoc hodie non seruant.Mantua *consil.*208.*lib.*2.vbi dicit,quod ita est communis opinio, & practica. Ita etiam communiter vbique seruari attestatur Alber. *in d.l.repeti. num.*2. Aliqui k etiam addunt, quod ista noua indicia sint fortiora l primis:& ita esse communem opinio. attestatur Gand. *de malefic. in tit.de quæstion.numer.*2.subdens, quod ita seruatur in practica, quem refert pract. Papien. *in forma inquisitionis in verbo, Hæc est quædam, inquisitio,num.*22.& Brun.*de indic.& tortura.fol.*126.*nu.*60. Curt.sen. *consil.*59.*numero* 9. Augustin.ad Angel.*de malefic.in verbo,Fama publica,post nume.*95. Marsil.*in d. l. repeti.numero* 8.*& sequen.* vbi etiam subdit, quod ita seruandum est in practica, quem refert Crauet. *consil.*288.*num.*7.& Petr. Caleph. *inter consil.crimin. diuersorum, consil.*63. *numero* 18.*lib.*2. Ex primis autem indiciis non debet quis in tormentis repeti, & ita commu-

niter tenetur, ut dicit Alex. *in allegato consil.5.num.5.lib.1.* & prędicta dicit sentire communiter Doct. Boss. *in tit. de tortura, numero 42.* Et ex hoc refert pract. Papiens. *in loco praalleg.* reprobatam fuisse de facto fatuitatem iudicis, qui prius torqueri fecerat reum super indicio famæ, & deinde superuenerunt alij testes probantes m famam, & ipse nullum de nouo torqueri fecit: *m* nam ille Iudex male fecit, quia non superuenerat indicium nouum, sed solum noua probatio illius primi indicij, n quod iam fuerat per torturam purgatum. *n* Hæc autem omnia intellige ut procedant, nisi prima indicia fuerint multum vigentia, & manifesta: nam eo casu, licet secundum aliquos de iure tortura repeti non possit, quorum opinio. communem appellat Anton. Gomes. *cap.13. delictorum, numero 26.* nihilominus de con- o suetudine seruatur, ut tormenta *o* repeti possint: & ita practicari attestatur Bartol. *in d.l.vnius, § reus, num.2.* quem refert Socin. *consil.54.num.14.li.3.* & Grammat. *consil.21. post numer.5.* Anton. de Canar. *de quæstio. in 6.* p *membro*, *p post numer.1.* subdens, quod in hoc omnes q conueniunt, *q* ut repeti possit, vel non possit, secundum qualitatem indiciorum præcedentium; & quod sæpe sic faciunt boni assessores, quia incipiunt à leui tortura, & si ex ea habent veritatem, bene quidem; alias eam repetunt. Caueant tamen secundum eum iu- r dices, ne *r* huius arbitrij prætextu immoderate sæuiant, sed potius in dubio ad torturam non procedant. Multi enim innocentes propter tormentorum sæuitiam confessi, & condemnati fuerint, ut etiam diebus s nostris *s* contigisse intellexi in duobus, qui in tortura confessi fuerunt occidisse quendam nobilem eorum t inimicum, qui *t* deinde post multos annos repertus fuit viuus in quondam Castro carceratus per quendam magnum dominum: ipsi tamen propter eorum confessionem vi tormentorum extortam, fuerant ultimo supplicio affecti. Idem dicit Salic. *in l.2. numer.10. C. de custod. reor.* quem refert Paris. Put. *de syndic. fol.488. c.8. numer.1. in fin.* & Foller. *in pract. crim. f.322. numer.78.* Dicit etiam Brun. *in loco praallegato, num.62. in fin.* quod licet verum sit de iure, quod semel tortus competenter, non debet iterum torqueri, nisi superueniant noua indicia, tamen consuetudo obseruat contrarium; & quod latrunculatores sæpe torquent, & repetunt pluries: & quod ita seruari vidit, & quandoque etiam ipse seruauit, & male, (ut ipse ait) & minus iuridice. Sic etiam si reus semel fuerit in tortura confessus delictum, u deinde ductus ad ratificandum reuocauerit, *u* poterit repeti in tortura, etiam si alia indicia non superuenerint, ut dixi supra versic. vbi vero. Talis enim confessio dicitur nouum indicium, vt dixi supra *quæst.22. versic. vlterius quæro.*

ADDITIONES

Ad Quæst. LXIV.

a CEterum vbi delictum] adde, quod materia præsentis quæstionis multum confert cum materia *quæst.21.* Farinac. *volum.2. suarum q. crimin. quæst.37. vsque 43. & q.52.* vbi plurima indicia recenset. *Ros.*

1 *Cæterum vbi delictum*] adde, † an in causa appellationis tortura possit irrogari, videndum Ioannem de Anan. *consil.1. in fin.* Baiard.

b *Ad torturam*] Hic scias, quod tortura chordæ subtilis infert magis dolorem quam tortura chordæ grossæ, vt dicit Salic. *l. nullus, C. ad l. Iul. maiest.* & tradunt pract. Carer. *pag. mihi 138.*

2 c *Antequam tamen Iudex*] adde † Menoch. *de arbitr. cas.340.* vbi plene qua pœna veniat puniendus Iudex, qui sine indiciis aliquem torturæ subiecerit.

3 Item † adde, si tortura fuerit indebite, & iniuste illata, & in casu non permisso, aut de facto, & negauerit, non impeditur processus faciendus super delicto, sed vitiatur solum actus torturæ, Bald. *in l. milites, & in l.1. C. de quæst.* Brun. *in tract. de indic. quæst.6. 2. partis post num.28. vers. vltimo nota*, & Carrer. *in pract. crim. in l. obseruare num.199.* sed Mar. *in pract. crimin. in §. quoniam num.43. cum seq.* videtur tenere contrarium, dicens, quod tortura indebite data, omnia quæ sequuntur, redduntur nulla.

Item † adde, quod si vnus Iudex intulit torturam, deinde 4 causa remittatur ad alium Iudicem, prior tortura debet computari, Mars. *in pract. crim. § occurrit num.4.* & Carrer. *in practic. crim. l. obseruare n.199.* Baiar.

d *Ad torturam iniuste*] Hic adde, ac fusius vide, qua pœna puniendus sit iudex, qui reum indebite torsit per Iacob. Menoc. *de arbit. iud. lib.2. cent.4. casu 350.* vbi ponit quinque casus, illosque examinat, vi. ibi. Item quibus casibus non possit iudex ad torturam procedere, vide per Campeg. *de testibus regul.440.* & quid sit tortura, vide per Caret. *in pract. crim. nu.278.* vbi etiam de pluribus torturæ generib. ac modis. *Giach.*

e *Scias tamen, quod hæc opinio*] Iudices ergo ob torturam indebite latam capite nō puniuntur de consuetudine, vt hic; credo tamen vix in hoc statu euenire posse, vt iudex incurrat in hanc pœnam, cum semper, antequam quis torqueatur, soleant fieri relationes in senatu; infra *hac eadem quæst. vers. nunc de gradibus ad finem*, & Bald. *in rubric. C. de pœn. iud. qui male iudic.* quem refert Alexan. *consil.65. sub num.3. vol.1.* Cur autem hoc sit, vt judices errare non possint in tali dominio, dixit Bos. *tit. de confess. sub num.39.* Nam etiam sine accus. vel inquisit. proceditur, eo quia relatio in senatu supplet omnem defectum accusationis, & inquisitionis, vt ibidem. & hoc quidem rationabiliter dictum est de judicibus probis, & practicis: nam etiam in ciuilibus videmus sententias bene latas aliquando in peius reformari *l.1. ff. de appell.* nec esset miraculum, quod vnus ex istis Doctoreilis, quibus in centum annos euenit aliquis siue appellationis, siue remissionis casus, judicaret oculis clausis aliquam torturā esse male illatam, exemplo sit Doctor ille, qui judicando in causa appellationis reuocauit sententiam Illustrissimi, & integri viri Domini Hieronymi Mentuati, qui Doct. postea in monitis interrogatus de causa, & cur ita reuocasset, aiendo male judicatum, & bene apppellatum, rescripsit; quod pars, contra quam pronunciasset, quereretur de sua fortuna, vt pote inferendo; quia talis pars erat malæ, & prauæ sortis, & fortunæ, ita sententiam in contrarium reportasset, non quia ius non foueret: extant adhuc literæ illæ subscriptæ, & solito, sigillo sigillatæ. Adde infra hac eadem quæstione vers. & in hoc proposito in principio; vide in hoc articulo late per Menoch. *de arbit. iud. lib.2. cen.4. cas.340.* & vtique existimo in tali casu judicari posse, prout de illo, qui rei licitæ operam dabat, & hominem interfecit. *Drog.*

f *Vbi non sequatur mors rei*] De hoc etiam fusius vide per pract. Caret. *sub n.200.* vbi de aliis quæstionib. etiam in materia. Item de pœna judicis torquentis aliquem ad tumultum popupuli sedandum, vt per eum relatiue, *n.204.* Giach.

g *Debet autem Iudex*] adde † videndum Gabriel. *li.7. commun. concl. conclus.17.* vbi ponit multas limitationes, quando 5 quis possit torqueri, antequam constet de delicto, vide etiam Crau. *consil 260. n.4. & consil.287. col.1.* Baiat.

h *Vt dicit Brun.*] Et in furto dicit Mascard. *conclus.326.* Ros.

i *Absque eo quod aliter constet*] Hoc vidi seruari, sed caueant judices modo, quo supra, *qu.8. versic. scias tamen qu.60. versic. solet dubitari.* Drogh.

k *Appareat*] adde, vt per Crau. *consil.160. in princip. & nu.4.* vbi plenius concord. alleg. Adde per eundem Crauet. *consil.287. col.2. in princ.* quem semper vide *eadem colum. ad fin.* & per Caret. *in pract. crim. sub n.188.* Giach.

l *Senatus iusserit torqueri*] Hoc ideo forte, quia Senatus procedit secundum conscientiam, supra *quæst.63. versic. tu scis in fine.* Drogh.

m *Considerare*] Et Crauet. *consil.41. colum. final.* considerauit hoc, vti æquissimum, & efficacissimum fundamentum ad euitandum torturam, & idem *consil.117. colum. final.* Giach.

Considerare] adde Crauet. *in consil.137. num.11.* vbi idem tenet, quod quando ingeritur † pœna pecuniaria non est ad tor- 6 turam procedendum: sed contrarium tenuit Bald. *in l.2. C. de exhib. reis*, Franci. Mar. *in decisio.906. num.15. par.1. & Paul.* Grillan. *in tractat. de quæst. & tortura, quæst.7. num.6. cum sequ.* vbi impugnat rationem hic per D. Clarum adductam, quod non sit deueniendū ad torturam, vbi non adest pœna corporis afflictiua, quia maior pœna infligeretur in perquirendo, quam in condemnando, dicens † quod in materia torturæ non debe- 7 mus attendere ad finem causæ, ex qua venit soluenda pecunia, sed ad principium, considerando eius naturam, an oriatur ex contra-

contractu, vel quasi, quo casu regulariter non est locus torturæ, etiam quod aliter veritas haberi non possit: aut ex delicto, vel quasi, & tunc potest inferri tortura, quæ fuit inuenta in causis criminalibus contra culpabiles, etiam dolosos, vti remedium, etiam extraordinarium, quoties deficiunt plenæ probationes, vt notat Bal. *in l.1.C.quorum appellat.* & credo hoc procedere in vilibus personis, & in quibus causis sit locus torturæ, vide Carter. *in l.obseruare, n.179.* vbi latissime.

8 Item adde, † quod in causa ciuili, quando habet crimen annexum, poterit deueniri ad torturam, vt si agatur depositi † &
9 negetur per debitorem, Abb. *in capit.1.de deposito* Pat. *de synd in c.an in causa pecuniaria in princ.* Gomes. *de delict.cap.13.numer.*
10 *29.* & idem Pat. *in versi.executio colum fin.* dixit, quod † cedens bonis, qui est suspectus de occupatione bonorum, potest torqueri, vt bona exhibeat, & prædictam tenet Franch. *in decisio. 276.num.11.* & Girlan. *in tractat.de tortura quæst.7.* quod procedit, si Iudex causæ est talis, qui possit tormenta inferre, ita Lucas de Penn. *in l.vorax colum.3.in fin.C.de num.actuar. lib.11.* & dicit etiam Bal. *in l.sicut C.de falsis,* quod moderate procedi-
11 tur, sed hoc non habet locum in Regno † Neapol. in quo per capit. Regni, tormenta, quis torqueri non potest, nisi in criminibus pœnam vltra relegationem infligentibus, vt per Io.Ant. de Nigr. *in d.cap.tormenta nu.* Grammat. *voto 15.nu.12.* & an etiam
12 † in causa ciuili testis varius, vel vacillans possit torqueri, vide Marsi. *in l.de libero crimine numer.12. ff.de quæst.* & Girlan. vbi supra *num.3.*

13 Item adde, † quod tortura locum non habet, quando de crimine ciuiliter ageretur, vt habetur *in l.maritus ff.de quæst.* Bald. *in consil.6.* factum tale est, Quidam nomine Blasius *volum.5.* & Crauet. *consil.137.nu.12.* fallit in causa falsi ciuiliter mota, *l.sicut.* & ibi Bald. *C.de fals.* Alexand. *in l.Diuus ff.de quæst.* & Par. de Put. *in tract.de synd.in verb.* an in causa pecuniaria; sed contrarium tenet Carter. *in pract.crim.in l.obseruare num.179.versicul. quod mercatores,* & credo hoc verum esse, quia si in causa ciuili, quando habet crimen annexum, potest deueniri ad torturam, ergo multo magis in criminali, etiam quod ciuiliter agatur, dummodo sit Iudex, qui habet auctoritatem torquendi, & moderate procedatur, vt supra dixi.

14 Item adde, † si extat indulgentia Principis, saluo interesse partis ciuiliter, quod si pars petat interesse ciuiliter agendo, ex quo crimen habet annexum quomodo ad probandum delictum, & bona, poterit deueniri ad torturam, Carter. *in pract.crimin.in l. obseruare n.179.* Baiar.

n *Ingeratur pœna corporalis*] Farin. *d.tract.crim.vol.2.q.38.nu. 6.* & latius *q.42.n.3.6.9.* *& seqq.* Ros.

o *Pœna pecuniaria*] adde, vt per Grauet. *in consil.137.num.fi.* Vide etiam per Carter. *in pract.crim.post num.179.* vbi plene pertractat, & ad satietatem, materiam istam, atque limitat, & declarat. *Giach.*

p *Quam esset inferenda ex ipsa condemnatione*] adde Aym. Grauet. *consil.41.num.8.* *& 9.* *& consil.137.nu.10.* Boss. *de indic.n. 92.supr.q.21.ver.fuga;* Flam. Chart. *in pract. interrogan. reorum lib.4.cap.1.* ibi, fusius, quam alibi; nam modus probandi non debet esse durior ipsa pœna; nota tamen in practica; quia etiamsi sola pœna imposita sit funis, vel Tritemium, indistincte proceditur ad torturam pro eruenda veritate, prout de ictibus funis ad pœnam habetur infra *q.70.ver. Plerumque etiam;* Alex. *consil. 77.n.8.ibi, quia respon.vol.1.* Drog.

q *Communiter seruatur*] Farinac. *supra.num.14.* *& 19.* *& 25.* Ros.

15 *Communiter seruatur*] adde † videndum Ioseph. Ludou. *in suis commun.concl. in tit.de consuet.concl.1.illat.106.* vbi attestatur de communi obseruantia in multis locis Italiæ, quod tortura adhibetur in delictis etiam minimis, & in causis damnorum datorum; dicēs, quod ipse deuenit ad torturam in quadam causa duorum boum, qui occisi fuerant; sed tunc reus leuiter torquetur, vt ait Paul. Girlan. *in tract.de tort.c.5.* dicit tamen, quod in omnibus casibus est attendenda qualitas personæ. *Baiar.*

r *Nisi in subsidium*] Farinac. *in d.volum.2.q.40.num.3. vsque 9.* Ros.

16 f *Et ideo si aliter*] adde † videndum Couar. *pract. qu.capit. 23.colum.14.* vbi ponit tres limitationes: limitatur etiam nisi torqueatur, vt ostendat socios mandatores, & complices, nam potest torqueri, etiam quod constet de delicto, Carter. *in l.obseruare n.188.versic.limita nisi torqueatur.* Baiar.

t *Reus torqueri non debet*] Tu hoc tribus modis limita, vt per Didac. *prac.q.c.23.col.24.* Item etiam limita, nisi torqueatur, vt ostandat socios, mandatores, & complices, nam potest torqueri, non obstante, quod constet de delicto: in casibus tamen, in quibus potest interrogari, vt per Carter. *in pag.161.* *& 539.* & tunc serua cautelam, de qua tex. inf. *Giach.*

u *Et ideo dici solet*] adde Menoch. *de arbitr.ind.cas.116.* vbi
17 ponit decem, & octo casus † difficilis probationis, licet, vt dicit ibi in principio idem Menoch. remittatur arbitrio iudicis, quni casus dicantur difficilis probationis.

Item † adde, quod de facili adhibenda est tortura in delictis 18
nocturnis, nam quæ fiunt de nocte, dicuntur occulte, & secrete fieri. Gram. *in vot.21.n.5.*

Item adde, quod † in his delictis difficilis probationis suffi- 19
ciunt leniores probationes, imo coniecturæ. Bartol. *in l.si quis ex argentariis, ff.de eden.* Et Gram. *in d.vot.21.nu.4.* & Alex. *consil. 24.n.6.vol.2.*

Item adde, si † mulier marito mortis parasse insidias, vel quo- 20
libet alio genere voluntatem occidendi habuisse inueniatur, vel forte maritus eo modo insectetur vxorem, tunc omnes de familia, tam mariti, quam vxoris (qui tamen tunc temporis domi fuerint) sine alia defensione torqueri poterunt, cum sit verisimile, illos scire factum, text. *est in c.si forte mulier deponit, distinct.1.*

Item adde, † si extat indulgentia Principis (saluo interesse 21
partis ciuiliter) quod si pars petat interesse ciuiliter agendo, ex quo crimen habet annexum quo ad probandum delictum, & bona, poterit deueniri ad torturam, Carter. *in pract.crimin.in l. obseruare n.179.* Baiar.

x *Venenatio, falsum, adulterium, & similia*] adde quod ista commemorauit Bal. *in l.3. C.de episc.aud.* subiungens hoc dictum esse menti tenendum, quod & reassumpsit D.Alex. *in cons. 77.num.5.* Et habetur per Boss. *in titu.de indic. & considera.ante torturam, num.200.* vbi inquit, quod vbi sumus in delictis secretis, & coniurationibus, falsitatibus & simil ib. tunc iudex potest animosius arbitrari esse deueniendum ad torturam, quam in aliis, cum in illis acertima fieri debeat indagatio. Crau. *con.6. col.3.vers.2.* & dixi supra *in §.falsum, verb.pœna falsi.* Adde etiam per Carter. *in pract.crim.n.183.* Giach.

y *Scias etiam quod*] Cartar. vbi sup. *n.73.* *& c.2.nu.69.* Farin. *d.q.40.n.4.6.7.* *& 8.ac 9.* Ros.

Scias etiam, quod plerumque] adde, quod † ista causa, vt reus 22
non possit appellare vti conuictus, & confessus, non deberet mouere iudices, cum per totam Italiam communiter sit prouisum per statuta terrarum, vt in sententiis capitalibus non liceat appellare; ita ait Gramm. *in vot.1.* hic allegato: & aduertendum est, quod idem Bald. *in l.qui sententiam in fin.C.de pen.* mutauit sententiam, & contrarium tenuit, dicendo, quod si dilucide quis sit conuictus non debet torqueri, quem refert, & sequitur Brun. *in tract. de indic. quæst.5. 2.par. numer.16.* vbi dicit, quod hoc putat esse de iure verius, & sequendum, & ego in practica non vidi conuictum torqueri pro habenda confessione delicti, de quo est conuictus, sed ad sciendum complices, socios, fautores, & auxiliatores, protestatione præmissa in forma. *Baiard.*

z *Suspendi contingat*] Vbi igitur extat statutum, quod in criminalibus non admittatur appellatio. Si iudices ponunt reum ad torturam, tunc dubio procul malo faciunt, vt expresse dicit pract. Carter. *sub nu.in text.allegato in versic. Nam iudices,* quod nota & tenementi. *Giach.*

a *Tota pene Italia*] Cartar. *sup.numer.69.* Farin. *sup.numer. 26.* Ros.

b *Veritas est*] adde supra *quæst.21. versic. dictum sorij, ibi, & tunc non potest, infra hac eadem quæstione, versic.successiue quæro, in fin.quæst.96. versic.quæro nunquid, cum versic.sequen.* & hoc semper obseruatum etiam apud antiquos tēporis; Iustinus Historiarum *lib.2.* Interfectorem fratris comprehendi iubet, qui eum per tormenta conscios cædis nominare cogeretur; omnes amicos Tyranni nominauit, & item *lib. 22.* saluti ei fuit, quod socij capti, tortique de illo negauerunt; & inquantum hic dicitur de protestatione fienda, quod absque præiudicio confessi, & conuicti iudex ad talem torturam procedit; aduerte semper ne extra casum veræ, vel fictæ contumaciæ, vel habitæ pro vera vt in iam bannito, procedas ad torturam contra reum sub tali protestatione, vt est, quando Reus confitetur conditionaliter, negatiua non præmissa; modo, quo supra *quæst. 55.versic.cautius igitur;* sed dicit, confiteor, cum tali qualitate sic, & sic, & non aliter, nec alio modo; quia etiamsi tunc ex tali confessione puniri possit, non probata per reum qualitate, quæ ipsum excusare possit, tamen si procederet ad torturam contra sic confitentem, veniret simpliciter absoluendus, si negando persisteret; modo, quo per Boss. *tit. de confess.n.27.cum seqq.* & an cum quis negando persistit, possit nihilominus vti coniunctus morte mulctari; Mars. quod sic *sing.suo 72.post med.* sed in contrarium, & melius dixit Gramm. *decisio.8.sub n.4.versic.aduertendum tamen,* quod procedit etiam in indiciis indubitatis ibidem, *nu.8.* Drogh.

Veritas est. Cartar. sup. *nu.81.* *& 88.* *& c.2.num.57.* *& seq.* Farin. *q.4.nu.10.* Ros.

Veritas est] adde, quod † quando interrogatio fit de sociis, 23
complicibus, siue mandatoribus, debet fieri in genere, & non in specie; vt si talis interfuit, vel mandauit, non nominando ali-

Iul.Clar.Sentent.Pract.crim. Ttt 2

quem, ne fiat suggestio: nisi adessent indicia manifesta, quia tunc posset deueniri ad nominationem, Carer. *in l. obseruare n.* 198. Baiar.

c *Interrogatur*] Qualiter autem fiat interrogatio in tortura tam de sociis, & mandatoribus, quam etiam de aliis delictis, vide *per pract. crim. sub nu.* 198. vbi non in specie sed in genere, nisi adsint indicia manifesta, debet fieri interrogatio. De aliis autem delictis non potest interrogari, nisi indiciis præcedentibus, & licet consuetudo seruet contrarium, tamen non valet talis consuetudo. Limita tamen, vt per eum ibid. *Giach.*

d *Quando autem*] Farin. *d. q. num.* 19. 20. *&* 21. *&* 26. *ac* 27. 28. Ros.

Quando autem tales rei torquentur] adde de ista protestatio-
24 ne † videndam etiam Giam. *decis.* 96. vbi quis fuit interrogatus de eo, de quo erat conuictus cum ista protestatione, & nihilominus fuit condemnatus ad pœnam extraordinariam, licet stetisset in negatiua, & tamen secundum Cæpol. *in cons.* 32. hic allegato non debet reus interrogari super eo, de quo est conuictus, sed de alia materia, idem tenet post eos, quos allegat Fab. Tim.
25 *in adnotat. ad decis. Lucen. Magon. decis.* 89. *numer.* 12. & de tali † obseruantia quod huiusmodi protestatio sit adhibenda, attestatur Grammat. *vot.* 1. & Foller. *in pract. crimin. versicul. rei indurati num.* 3. & Sim. de Præt. *consil.* 104. *num.* 39. Boer. *decisio.* 163. *num.* 13. & quid operetur ista protestatio, vide Decian. *consil.* 93. *num.* 74. *volum.* 2. & ibi *num.* 20. si protestatio fuisset facta, quod non intendebat cum interrogare circa talem rem, quia illud habebat pro certo, vide etiam Bertaz. *consil.* 333. *nu.* 6. vbi dicit, quod ista protestatio est vana, quando reus in tortura interrogatur super delicto proprio, non autem super alio, vt super sociis, vel mandatoribus, *& in cons.* 27. *n.* 9.

26 Item adde, † quod quando condemnatus siue conuictus torquetur cum prædicta protestatione, debent fieri interrogationes extensæ, vt dicat socios, complices, & fautores, & non sub illis verbis, &c. & ad opportunum Domini interrogationem respondit, &c. vt solent facere multi Iudices, quia si reus responderet super delicto principali, *Io non ho fatto quest' homicidio.* & in negatiua persisteret, per talem interrogationem obscuram videretur recessum à protestatione, etiam quod fuisset interrogatus super delicto principali, nec standum esset Iudici, quod in interrogatione comprehenderetur *c. quoniam contra de probat.* & Mascar. *de probat. concl.* 949. *vol.* 2. eo maxime, quando ignoramus, quod in interrogatione dictum fuerit, ex responsione clara dignoscitur, vt per Rim. sen. *cons.* 702. *nu.* 12. *vol.* 4. & de prædictis late habetur per Catt. *in tract. de execut. sent. contum. c.* 2. *num.* 76. *cum seq.* Baiar.

e *Cum protestatione*] Cattar. *d. c.* 2. *nu.* 67. Farin. *c. d. q. num.* 19. 20. *&* 21. *&* 26. *ac* 27. *&* 28. Ros.

27 f *Dixi etiam*] adde † videndum Catterium *in pract. crim. in l. obseruare sub n.* 154. vbi habetur in quibus casibus Iudex non præcedentibus indiciis torquere valeat, vide etiam Menoch. *de arbitr. iud. q.* 84. Baiar.

g *Indicia*] adde hic, indiciis non præcedentibus, quando torquere valeat iudex, videndum per prac. Carer. *p. mihi* 151. 152. *&* 153. & per Menoch. *de arbitr. iud. q.* 84. Item hic scias, quod iniuste tortus fugiens de carceribus, non habetur pro confesso, nec inde puniri debet, ita per plura consultus respondet Alex. *eius consil.* 144. *lib.* 2. Giach.

h *Vt communiter dicitur*] Farin. *vol.* 4. *sua prax. q.* 83. *c.* 1. *num.* 1. *&* 4. non per interrogationem suggestiue ibi *c.* 4. *& vol.* 1. *q.* 37. *nu.* 1. *& seq.* Ros.

i *Ne prætextu arbitrij*] Et quod vigore cuiuscunque ampli arbitrij, quod habeter Prætor vel Commissarius circa malefícia, non possit quempiam ponere ad torturam, si non habeat legitima indicia, habetur per dom. Iason. *in l. milites, numer.* 2. *C. de testa. l. si sic numer.* 24. *& in l.* 1. *numer.* 2. *C. de sacrosanct. eccl.* & per Marsi. *in pract. crimin. §.* 2. *num.* 8. *& in §. constante, nu.* 27. Adde Rim. *consil.* 6. *nu.* 11. Item adde, vt per Carer. *in pract. crim. pag. mihi* 150. *col.* 1. *versic. Amplia* etiamsi officialis habeat arbitrium. *Giach.*

28 *Ne prætextu arbitrij*] adde † videndum Osasch. *decisio.* 79. & Bursat. *in cons.* 201. vbi latissime de arbitrio concesso Iudici circa torturam Iuris ordine non seruato, prout sibi placuerit, & videbitur, & cum aliis amplissimis clausulis, & quomodo tale arbi-
29 trium intelligatur concessum, & quid possit facere Iudex, & si † Princeps asserens se habere informatam conscientiam, mandaret aliquem torqueri potestate absoluta, & non præcedentibus legitimis indiciis, mortaliter peccaret, & Iudex tali rescripto assentire non debet, Giam. *in cons.* 45. *n.* 31. *voto* 38. & de communi attestatur Io. Ant. de Nigris *in cap. subditorum nostrorum n.* 128. *cum aliis sequen.* & Viui. *opin.* 638. *n.* 8. *vol.* 2. Vide etiam quæ posui supra *quæst.* 31. *vers. arbitrio atque balìa*, tamen in practica contrarium seruatur, quia ferè semper Principi iudices obediunt, siue adsint indicia, siue non.

k *Supra q.* 31. *versic. Arbitrio*] adde supra *q.* 21. *ver. si aliquis*, vbi de hoc arbitrio, infra hac eadem quæst. versic. pen. ibi, caueant tamen. *Baiar.*

l *Debent igitur*] adde, si Iudex sub prætextu arbitrij sui ex ceruice sua procederet ad torturam, non valeret, quod ageret, Roman. *cons.* 376. *quæstio* est Marsi. *in cons.* 8. *&* 25. Foller. *in pract. crim. in verb. dentur capitula, quod suffocauit vxorem numer.* 25. Baiar.

m *Et ideo etiamsi post torturam*] adde, quod † idem tenet 30
Boer. *decis.* 149. *in princip.* nec conualidaretur confessio, etiam quod noua superuenissent indicia, glo. & Bar. *in l. maritus ff. de quæst.* Brun. *in tract. de indic.* 2. *par. versic. quinto principaliter nu.* 47. Grammat. *consil.* 21. *nu.* 19. *&* 20. *& consil.* 37. *num.* 6. *cum seq. & voto* 6. *nu.* 10. *cum sequen.* nisi post confessionem rei indiciis non præcedentibus extortam superueniret indicium confessionis extraiudicialis ipsius rei, nam tunc prima confessio conualidaretur, secundum Marsi. *in l. quæstionis n.* 66. *de quæst.* Baiar.

n *Et hæc conclusio*] Cattar. *de execut. sent. c. fi. nu.* 62. Farin. *d. q.* 37. *nu.* 83. *& seq.* Ros.

o *Imò etiam in crimine læsæ Maiestatis*] Contrarium videtur tenuisse supra *in §.* 1. *ver. sunt etiam*, vbi dicit in atrocibus perueniri solere ad torturam, nulla data copia processus, tamen constat, quod casus læsæ Maiestatis connumeratur inter atrocia delicta, *d. vers. sunt etiam*; cum hoc tamen dicto concordat Capyc. *dec.* 126. *num.* 4. & pro ista diffinitione, quod confessio facta indiciis non præcedentibus sit nulla in tortura, concordat Alexan. *consil.* 180. *sub num.* 10. *versic. quinimò, vol.* 2. *consil.* 52. *vol.* 3. Marc. Felicianus *inter consil. crimin. diuers. consil.* 47. *numer.* 18. Drogh.

p *Sed pone*] Farin. *tit. de delic. vol.* 1. *q.* 22. *n.* 22. Ros.

Sed pone quod reus] adde, quod † hæc sola præsumptio non sufficit absque aliis adminiculis, cum sit indicium remotum, Blanc. *in l. fin. nu.* 146. *ff. de quæst.* quem sequitur Brun. *consil.* 115. *nu.* 66. *tomo* 2. *consilio criminali diuers. in folio*, & Paul. Harnut. Theorem. 13. *num.* 4. vbi dicit, quod hæc præsumptio est sicut herba betonica, quæ cetera contra eum indicia non concludentia facit haberi pro concludentibus, vide tamen Duen. *regul.* 301. vbi limitat, sed ad prædicta, vide omnino Farinaceum, *nu.* 20. Baiar.

q *Sine aliis indiciis poni ad torturam*] Casus autem, in quibus inquiritur, etiam non præcedentibus indiciis habes supra *q.* 8. *in in princip. quæst.* 20. *in princ. quæstione* 84. *versicul. sed hic incidenter*; aduerte tamen quod casu quo contra reum non adsint indicia, si reus interrogetur tenetur respondere, etiam mediante tortura, supra *quæst.* 45. *versicul. sed pone*; Capyc. *decisione* 145. Flam. Chrart. *in sua practic. interrogan. Reorum libro* 1. *capit.* 2. *num.* 14. Item deficientibus indiciis ad formandam Inquisitionem, solet procedi per viam præcepti, tamen cum licentia Senatus, vt est *supra quæst.* 31. *vers. Item quæro*; contrarium quod sola mala fama non sufficiat, ad aliquem torquendum, tenuit supra *qu.* 60. *versic. frequens.* Drogh.

r *Aliqui dicunt, quod sic*] adde etiam Boss. *tit. de inquisitio. numer.* 29. vbi per plura istud tenet, vide ibi, & tit. de indi. & considera. ante tortu. *nu.* 65. & econuerso torqueri † non potest 31
homo bonæ famæ, etiamsi extaret vnum indicium sufficiens ad torturam contra ipsum, quia propter bonam famam tale indicium extinguitur in totum per Boss. *tit. de inquisit. numer.* 34. & Grammat. *consil.* 34. *numero fin.* & per Bossium *similiter tit. de mandat. ad homicid. numer.* 441. Adde, vt per Crauet. *in consilio* 151. *numer.* 21. Quo ad primum mihi placet Authoris opinio, quam obseruatam in praxi, maximè, vbi reus per triennium fuisset bonæ conuersationis, ac famæ: quoniam tunc præsumitur purgatus, emendatus, atque mutatus ab illo. gloss. & Angel. *in §. hinc nobis in Authent. de monach.* & per Rolan. plenè *in consil.* 63. *num.* 22. *lib.* 3. & plenius dixi *in singul. meis singul.* 6. & quod ex sola fama non procedatur ad torturam, nisi cum ea concurrat aliud adminiculum, tenuit fusius auctor supra quæstione vigesima prima; vbi ait communem se semper fuisse sequutum, & ab aliis etiam iustis iudicibus vidisse obseruari, & illam credit tutiorem, & veriorem: quam tamen limita, vt per Duen. *sub reg.* 301. vl. illic, quoniam non transcribo. Item quod sola, & nuda fama absque aliis adminiculis, & indiciis non faciat indicium ad torturam, vide per Carer. *in pract. sub nu.* 111. Giach.

ſ *Prout sunt isti vagabundi*] adde, quis sit vagabundus; supra *quæst.* 39. *versic. ceterum.* Drogh.

t *Sed nunquid bannitus*] adde † in hac materia Blanc. *in tractat. de indic. in c. ex facto indicia numer.* 293. vbi plenè tractat, 32
quando ex solo banno, & condemnatione quis possit torqueri sine aliis indiciis, & quomodo procedat Doctr. Bald. *in l.* 1. *C. de hered. instit.* & Foller. *in loco hic citato id est in* 3. *par.* 3. *par. in ver. & si confitebuntur n.* 8. *vsque ad nu.* 32. vbi ponit quatuordecim limitationes; sed aduertendum est, quod D. Clar. hic tractat de banni-

bannito, & condemnato ad nouas defensiones admisso, Foller. autem *in loco supra citato loquitur de contumace, & bannito nondum condemnato*. Nam † in Regn. Neapolitan. quando reus est
33 contumax, post certum tempus fit etiam bannitus, & postea elapso anno à die banni contra eum deuenitur ad condemnationem, siue forjudicationem in certis casibus secundum formam constit. pœnam eorum, vt ibi latè per Afflict. & Foller. *in d. pract. crim. in verb. forjudicentur*, & si post forjudicationem venerit in fortiis Curiæ non admittitur ad nouas defensiones, sed sententia condemnationis, siue forjudicationis executioni demandatur: si vero inquisitus antequam forjudicetur, legitimè factus fuerit contumax, & bannitus, eo casu sine aliis indiciis torqueri poterit, facta tamen prius testium repetitione, vt ibi dicit Foller. & ita in dicto Regno seruatur, *Baiard*.

u *Tenuit quod sic*] Farin. q. 48. *vol.* 7. *n.* 10. Ros.

x *Bene posset torqueri*] Vulpell. *resp.* 113. Cartar. *tract. de execut. sent. c.* 1. *nu.* 454. *& seqq.* Ros.

y *Et hoc casu vtique poterit torqueri*] Adde sup. *quæst.* 44. *versic. quæro quando ad fin.* Drog.

Et hoc casu] adde, quod idem tenet Marſ. *in l.* 1. *nu.* 2. *ff. de q.* Menoch. *de arb. quæst.* 84. *nu.* 7.

34 Item † adde, quod bannitus, & condemnatus in statu Ecclesiastico, si comparuerit infra annum, non poterit torqueri, nisi sit malæ vitæ, & famæ, secundum Farin. *in quæst.* 11. *n.* 77. *versiculo, sum huius opinionis*, qui tamen affirmatiue non loquitur, dicens, quod ita credit, nam terminus ad purgandam contumaciam est vnius anni vigore constitutionum, sed hoc esse non potest, quia
35 bannitus, & condemnatus sine bonæ, sine malæ sit famæ, comparens infra annum, si de eius innocentia non docuerit, sententia contra eum lata poterit exequi, non obstante dicta constitutione, vt per eundem Farin. *d. quæst.* 11. *num.* 100. *vsque ad numerum* 103. si igitur contra bannitum, & condemnatum infra annum comparentem, & de sua innocentia non docentem potest deueniri ad executionem sententiæ, multo magis potest deueniri ad torturam, vt hic infra tenet etiam D. Clar. licet indicia fuissent elisa, quod fit sæpè, quando iudex ex qualitate indiciorum totam non habet conscientiam, & ita seruatur per Senatum Mediolani, vt ait Boss. *in tit. de liter. Princ.* & quod bannitus de aliquo delicto per contumaciam possit torqueri sine aliis indiciis, etiam stante statuto, quod possit comparere, & contumaciam purgare; tradit in terminis Marſ. *in l.* 1. *n.* 2. *cum seq. de quæst.* nisi probaret plenè eius innocentiam. Et ita in statu ecclesiastico semper obseruari vidi, quod banniti, si infra annum comparuerint, torquentur, vel sententiæ contra eos executioni demandantur, nisi de eorum innocentia plene probauerint.

36 Item † adde, quod similiter poterit torqueri etiam purgata contumacia per statutum, vt per Marſ. *in d. l.* 1. *de quæst. num.* 3. & Foller. *in pract. crim. in verb. banniantur num.* 54. nisi probaret, quod ex probabilibus causis fuerit absens, vt per Marſ. *in loco
37 præcitato*. Et dicitur purgata contumacia in criminalibus † cum pœna contumaciæ est soluta Curiæ, & contumax comparuerit coram illo iudice, qui illum banniuit, vel saltem fideiussit de stando iuri, vt per Carau. *in ritu* 220. *num.* 22. & contumax antequam audiatur, debet reficere expensas accusatori, vt per Marsil. *in practic. crimin. §. superest, & in l. patre numer.* 17. *ff. de quæstio.* quod etiam, vt ibi per eum, procedit in denunciante contumace. Et hoc, quod expensæ sint reficiendæ in criminalibus, antequam contumax audiatur, est verum, quando proceditur ad querelam: secus si ex officio, tunc non reficiuntur expensæ, ita Gulielm. de Benedict. *in verb. mortuo testatore el.* 1. *n.*
38 165. *in c. Raynutius de testam.* & † in Reg. Neapol. si contumax voluerit audiri, soluuntur per eum Curiæ ducati tres, & duo carolani de regno, vt *per rit.* 211. Baiar.

z *Cum inquisitio, & bannum non valeant*] adde, quod pro-
39 cessus † tenet etiam, quod legitimis non præcedentibus indiciis processum fuerit, si non si fuerit oppositum, quia inquisitus debet comparere, & opponere, processum non procedere ex defectu indiciorum, secus si fuerit oppositum, vt per Alex. *consil.* 110. *num.* 2. *volum.* 7. Ruin. *consil.* 80. *num.* 3. *vol.* 4. & Becc. *consil.* 70. *in fin.* Baiar.

a *Ad inquisitionem ex conscientia Principis*] adde, quod etiam sunt alij casus, præter hunc, in quibus proceditur indiciis non præcedentibus; supra *quæstio.* 50. *versic. item quia processum, quæstio.* 8. *& quæstio.* 10. *in principio*; & hic adde, quod de iure lo-
39 quendo, talia verba Principis fidem † non faciunt, etiam si scriberet Princeps sibi fore notum, aliquem de tali crimine diffamatum. Aym. Crau. *tract. de antiqui. temp. parte* 1. *in princip.* vbi seriosè ac diffusè loquitur, immo a tali assertione tanquam contra ius facta, & propallata, de iure etiam stante statuto, quod in causis criminalibus non detur appellatio, appellari posset, Alex. *cons.* 34. *in vol.* 6. *in princip.* Et opponente, seu contradicente parte; talis contradictio habetur loco appellationis, quæ admitti debet in tali casu, non obstante tali statuto prohibente appellationem; Ludouicus Carus egregie *inter consilia criminalia diuersorum consil.* 99. *n.* 4. *vol.* 1. vide *in addit. ad Alciat. tract. de præs. præs.* 8. *in littera F.* facit in proposito Capyc. *decisio.* 28. *nu.* 10. Dixi inf. *ad q.* 94. *versic. ceterum*; Contrarium tamen, cum Princeps, causa cognita, ex motu suo proprio mandat sic procedi, retulit ex multorum auctoritate Menoch. *tract. de arb. iud. lib.* 1. *q.* 78. *n.* 4. vide quæ dixi supra *ad q.* 6. *vers. præterea sciat*, vide supra *q.* 53. *versic. sed quid si aliquis*. Drog.

b *Vel præceptis pœnalibus*] adde, quod tamen talia præcepta fieri debent expressa causa, vt dixi supra *ad quæstionem* 31. *quæro nunc, ad med.*

c *Si ergo inquisitus, vel citatus*] adde, † cum hic tractetur de bannito, & condemnato, qui potest torqueri sine aliis indiciis, 40
quid de bannito tantum, idest deposito in banno, sed nondum condemnato, si comparet in termino sibi assignato à statuto, vel à iudice? nullam habet difficultatem, quod non potest torqueri: sed si comparet post terminum, ante tamen condemnationem, in hoc stat difficultas. Socin. *in cap. qualiter, & quando el* 2. *nu.* 994. *de accusat.* dicit, quod bannum datum ratione contumaciæ reuocatur quam primum, illo citato comparente, etiam si compareat post terminum in banno assignatum vsque ad pronunciationem sententiæ, & quod sicut in ciuili annullatur primum decretum per comparitionem ante secundum decretum, ita in criminali quandocunq; ante sententiam comparendo bannitus annullat virtutem banni, perinde, ac si nunquam fuisset bannitus, & Nell. *in tractat. de bannit. in* 3. *par.* 1. *temp. q.* 8. dicit, quod comparens post bannum ante tamen sententiam, illa contumacia confessionem non introducit, quia contumacia potest purgari vsque ad sententiam, & ea purgata non potest obijci confessio, quę ex illa resultat, quia cessante substātia, cessat qualitas; & quod nedum effectus contumaciæ tollitur per comparitionem factam ante sententiam, quinimo, quod tollitur etiam per comparitionem factam post sententiam, adhuc tamen Iudice pro tribunali sedente, & si bannitus, idest positus in banno purgata contumacia reducitur in pristinum statum, perinde, ac si non fuisset bannitus, infertur, quod nec remanet indicium sufficiens ad torturam contra eum propter contumaciam, & hanc illationem etiam facit Foller. *in pract. crim. in verb. banniantur n.* 54. & similiter Clar. *super quæst.* 44. *versicul. quæro, nunc*, idem dicit, quod scilicet, si reus comparet, antequam contra eum proferatur sententia diffinitiua condemnationis, non tenetur probare errorem huiusmodi confessionis, sed sufficit ipsa comparitio, per quam sola purgatur contumacia, ob quam statutum inducit illam fictam confessionem: & si diceretur, quod hoc modo lapsus termini nihil operaretur, quod esse non debet, *l.* 1. *§. cum dicitur, ff. si cui plusquam per l. falsid.* Responderetur, quod operatur, vt inquisitus habeatur pro confesso, sed reuocabiliter, quia eo comparente & negante, lapsus termini nihil operatus est, & amplius non habetur pro confesso, sed eo non comparente, & sequuta declaratione Iudicis tunc lapsus termini operatur, quod habetur pro confesso irreuocabiliter, vt pulchre tradit Castrens. *in cons.* 3. 12. *&* 24. *vol.* 3. Nec † obstat, quod Boss. *in tit. de* 41
indic. nu. 133. *cum seq. in tit. de bannit. nu.* 4. tenuerit contrarium, videlicet, quod reus comparens ante sententiam post terminū primi banni poterit torqueri ex sola contumacia sine aliis indiciis, dicens, quod tradita per Socin. & Nell. *in locis supra allegatis* procedunt, quo adhoc, vt inquisitus comparendo condemnari non possit; non autem, quod torqueri valeat, quia allegat Bald. *in d. l.* 1. *C. de hered. instituen.* qui non loquitur de primo banno, quod bannum est quædam sententia interlocutoria, quæ potest reuocari, & resoluitur in vim citationis per simplicem comparitionem, secundum Bal. *in l. licet contra qui propriam. C. de iureiur. & in l.* 1. *C. de postul.* sed loquitur de secundo banno ad pœnæ impositionem dato, quod non resoluitur per comparitionem, vt tenet Bal. *in d. l.* 1. *num.* 13. *C. de hered. institut.* loquitur autem, quod post dictam sententiam bannitus possit audiri virtute alterius statuti, vel constitutionis, vt est in statu Ecclesiastico, in quo per annum à die cōdemnationis audiri potest, vel quod sit positus ad nouas defensiones, & quod tunc bannitus sine aliis indiciis torqueri potuerit: & d. doctrina Bal. ita intelligitur per Alciat. *de præsumpt. regul.* 3. *præsumpt.* 22. *in fin.* & Marſ. *in l.* 1. *nu.* 2. *ff. de quæst.* & Brun. *in tract. de indic.* 5. *quæst.* 2. *par. num.* 7. quos sequuntur Gramm. *consil. crim.* 34. *nu.* 14. *& consil.* 57. *nu.* 5. Vulp. *in consil.* 105. *numer.* 2. & Menoch. *de arbitr. iud. quæst.* 84. *num.* 7. & nouissimè in comment. *præsumpt. lib.* 2. *præs.* 74. *num.* 14. post Natt. *in consil.* 541. *n.* 7. quem ipse non allegat, & etiam hoc modo hic intelligitur per D. Clarum hic, dum dicit, quod bannitus, & condemnatus sine aliis indiciis torqueri potest, & allegat d. doctrinam Baldi, per quam fuit deceptus D. Boss. credens, Baldum loqui de primo banno, vt dixit *in d. tit. de indic.* non autem de secundo, de quo Bald. verè loquitur per suprascripta, & ideo Boss. malè reprehendit Marsil. & Brun. *loco præcitato*. Est † enim 42
aduertendum, quod duo sunt banna. Primum est cum termino

ad comparendum, quod resoluitur per compatitionem, vt dixi.
Secundum vero est ad pœnæ impositionem, quod non extinguitur per compatitionem, licet bannitus posset audiri forsan per
aliud statutum vsque ad certum tempus vel ex gratia Principis,
vel ex aliqua obseruantia, de qua loquitur Bald. *in d.l.*1. & hanc
distinctionem tradunt addentes *ad d.consil.*3. Pauli de Castrens.
*volum.*3. & hoc secundum bannum est sententia condemnatoria, prout declarat ipse Boss. *in d.titul.de indic.nu.*134. qui Boss.
allegat etiam apostillam ad Aret. in glos. qui iudex videns, quod
inquisiti non comparent *col.*1. & Bal. *in l.*2. *§.quod si actor, C.de
iuram.calum.* qui de hoc nihil dicunt, & Castrens. per eum allegatus *in d.consilio* 3. *volum.*3. similiter nihil de hoc dicit, sed loquitur de secundo banno, id est condemnatione: an bannitus
possit audiri post condemnationem, stante statuto, quod contumax habeatur pro confesso, & conuicto, & cui incumbat onus
probandi Curiæ, vel ipsi bannito, prout in eo est videre, nec facit illud Bossij fundamentum, si elapso termino ad comparendum potuisset condemnari, ergo poterit torqueri, quia si comparendo ante sententiam etiam post terminum, perinde est, ac
si non fuisset positus in banno, sed resoluitur illud bannum in
vim simplicis citationis, ita necessario sequitur, quod ratione
contumaciæ nullum remaneat indicium, vt supra dictum est,
quod non sequitur post secundum bannum, id est condemnationem, quia licet compareret, bannum illud non resoluitur in
vim simplicis citationis, secundum Bal. *in l.ita demum.C.de procurat.* bene valeret fundamentum, & consequentia Bossij, si post
terminum dicti primi banni ad comparendum, & se defendendum positus in banno esset captus etiam ante sententiam, quia
tunc ex sola contumacia sine aliis indiciis torqueretur, cum
vere sit contumax, quia non comparuit in tempore, nec postea
contumaciam purgauit, quæ per solam compatitionem coram
Iudice purgatus. Carau. *in ritu* 220. *num.*22. & Calr. *d.quæst.*44.
vers.quæro nunc, alias sequeretur, quod ille, qui comparet, non
esset melioris conditionis illo, qui non vult parere mandatis
Curiæ, ita contemnendo Iudicem, quod esset absurdum, quia
43 omnis inobedientia † est mulctabilis, *tot.tit. ff.si quis iurisdicen.non obtemper.*

44 Item adde, † quod bannitus, & condemnatus poterit torqueri sine aliis indiciis ab illo Iudice, qui eum contumacem, & bannitum fecit, secus autem ab alio Iudice, quia sententia lata per
Iudicem vnius Curiæ, non facit indicium in alia Curia, etiam
quod ambæ Curiæ sint sub eodem Principe, dummodo vna non
sit sub alia, puta Curia minor sub maiori, nam tunc contumacia habet vires suas, secundum Afflict. *in constit.humanitate* 3.
no. quem refert, & sequitur Foll. *in* 3. *par.*3. *par.princ.versic.& si
constituuntur nu.*26. & Fa1. *q.*11. *nu.*75.

45 Item adde, † quod bannitus propter contumaciam, idest bannitus ad pœnam, poterit torqueri sine indiciis etiam si statutum
permitteret, quod bannitus per contumaciam de aliquo delicto
possit comparere, & contumaciam purgare, secundum Mars. *in
d.l.nu.*2. *ff.de quæst.* vbi allegat doctr. Nicol. de Matarel. & Bald.
*in d.l.*1. *C.de hæred.instit.* quia secundum bannum, id est condemnatio non est loco citationis, sicut bannum primum, & licet
statutum permittat purgari contumaciam idest, quod audiatur
non autem per hoc sequitur, quod non habeatur pro condemnato; & ideo poterit torqueri tanquam bannitus, & condemnatus, licet audiatur virtute statuti, vel quod per Principem sit positus ad nouas defensiones, & ita tradit Menoc. *in tract.de præs.
lib.*2. *præsumpt.*70. *nu.*14. vbi dicit, quod doctrina Bald. *in d.l.*1.
C.de hæred.instit. facit ad declarationem statutorum, quæ concedunt condemnatis in contumaciam, vt possint intra aliquod
tempus audiri, & ita practicatur, nisi probaret plenè eius innocentiam. Et licet † D. Clarus hic dicat, quod ex solo banno poterit torqueri, loquitur, (& aliter intelligi non potest) de secundo
banno, idest de condemnatione, quia loquitur de admisso ad
nouas defensiones, quod præsupponit condemnationem, alias
non esset opus admissione ad nouas defensiones. Nec dicatur,
quod secundum prædicta raro quis torqueretur ex sola contumacia, cum post sententiam diffinitiuam amplius non sit quærendum de delicto, sed solum sententia exequi debeat, iuxta
doctr. Bar. *in l.diuus ff.de custod.reorum.* Quia respôdetur, quod
poterit torqueri in casibus supra allegatis, videlicet, quando fuerit captus elapso termino primi banni ante tamen sententiam,
vel post sententiam, quando virtute statuti, vel constitutionis
poterit audiri; vel quod fuerit positus ad nouas defensiones. Et
post hæc scripta venit in lucem *tract.de execut.sent.contumac.* D.
Flamm. Cart. *qui in c.*1. *num.*452. *cum seq.* tenuit opin. Boss. Ego
tamen non discedo ab hac opinione mea, quam credo ex rationibus supradictis veram esse, eo maxime, quod semper ita
seruari vidi, & seruari in practica.

47 Item † adde, quod bannitus positus ad nouas defensiones per
solum bannũ, & condemnationẽ non poterit torqueri, si deperditę fuissent informationes, & processus; sed de nouo deberent
examinari testes super delicto, & audiri bannitum super banno,
& contumacia, & testibus de nouo examinatis, ita tradit Bott.
*in decisio.*163. *num.*5. & Follet. *in* 3. *part.*3. *part.in verb.& constituuntur nu.*14. *cum seq.* hic per D. Clarum allegar. Et quomodo,
& † quando instrumentum deperditum refici possit, vide Speculat. *in tit.de instr.edit.§.postquam per tot.* & præsertim *nu.*11. vbi 48
Io. And. *in longa addit.in verb.vsus*, & per *totum illum §*. magistraliter tractat hanc materiam, & dat formulas tam partibus,
quam iudicibus, & notariis, vbi vide. Et † quomodo probetur 49
amissio scripturæ, vide supra, quod scripsi *ad §.falsum vers.Item
notarius negans.*

Item † adde, quod in statu Ecclesiastico ad tollendam discre- 50
pationem, fuit prouisum *per constit. March.lib.*4. *c.*10. *sub rubr.
de mod.& effe.citat.& ban.* quod positus in banno, si comparuerit etiam post terminum banni, & ante sententiam personaliter,
audiri debet, & si non comparuerit, habetur pro confesso, &
conuicto, & vere contumace; & posset diffinitiue condemnari
absque aliqua notificatione banni, vel alia citatione. *Baiard.*

d *Torqueri ex solo banno*] Contrarium seruari in hoc eodem
statu Mediolani, dixit Cotta *in suis memorabilibus, in verbo bannitus in contumaciam*; & cur ita ex solo banno, & cum protestatione admittantur banniti, vt sic torqueri possint; vide Chartar.
*de execut.sent.c.*1. *nu.*275. Gramm. *decis.*11. *nu.*15. Drogh.

e *Pariter etiam si ille bannitus*] adde, † quod bannitus ad- 51
missus ad nouas defensiones, si docuerit de sua innocentia, & per
contrarias probationes eliserit nedum alia indicia contra ipsum
vrgentia, sed etiam indicium contumaciæ, non poterit torqueri,
quia vna probatio fortior tollit aliam. ita Chartar. *in tractat.de
execut. sentent.contumac. in cap.*1. *numero* 455. *cum sequens.* declarat, istud dictum D. Clari & eum sequitur D. Farinaceus *quæstio crim.in q.*11. *n.*82. & ibi dicit etiam, quod admissus † ad no- 52
uas defensiones, cui a Principe expresse remissa fuerit contumacia, non poterit torqueri, declarando ita procedere illud, quod
dixit Affl. *in constit.clementia in* 3. *notabili.* & Cater. *in pract.criminin tract.de indic.& tortura n.*19. Baiar.

f *Adhuc tamen*] adde, *quod idem tenuit* Menoch. *de arb.iud.
quæst.*84. *num.*4.

Adde, quod † positus ad nouas defensiones non poterit tor- 53
queri, si probatur, illum fuisse alio loco, tempore, quo factum
est delictum. Bertaz. *cons.*462. *n.*3. *vol.*2. quod tamen non procederet, si de mandato condemnatus fuisset, & non constaret de
tempore mandati. *Baiar.*

g *Dixi quoque non sufficere*] adde, quando quis torqueri 54
possit non præcedentib. indiciis, Brun. *in tractat.de indic.car.*9.
versic.principaliter quæritur, & Bott. *decisio.*163. *nu.*4. *& sequen.*
Baiar.

h *Ad torturam sufficientia*] Item adde, quæ sint indicia sufficientia ad torturam per Capyc. *tractat. de testibus, regul.*395.
& per Menoch. *tractat.de arbitr.iudic. libro secundo centur.*3 *casu* 370. vbi etiam de illorum diuisione multa habes notatu digna. *Giach.*

i *Non potest dari certa doctrina*] adde sup. *q.*28. *versic.sciias autem ibi, & quia tota materia, & q.*20. *in principio.* Drogh.

Non potest dari certa doctrina, sed remittitur arbitrio iudicis]
adde, quod tortura remittitur arbitrio iudicis, qua est species probationis, & fuit inuenta, † vt subrogaretur in defe- 55
ctum testium, per quos veritas criminis plenè probari non
potest. Crauet. *consilio* 35. *in fin.* & ratione huius arbitrarij potest iudex procedere ad torturam propter dictum vnius testis,
qui non sit omni exceptione maior in delictis occultis, Alexand. *consilio* 14. *volumine* 1. & Decian. *consilio* 343. & quod remittatur † arbitrio iudicis, quæ indicia sint sufficientia ad tor- 56
turam, & quale debet esse arbitrium, & quando dicatur purgata, vide etiam Menoch. *de arbitr. iudic.casu* 270. *&* 273. *& in
tractat.de præsumpt.lib.*1. *quæstio* 44. *numer.*9. *cum sequen.* posuit
quadraginta tria indicia sufficientia ad torturam, & dicit Bal.
in consilio 515. *numero* 4. *volumine* 5. quod ad hoc, vt tortura imponatur, tria sunt necessaria: primo, quod indicia sint certa, idest
probata; secundo, quod sint verisimilia; tertio quod probabiliter concludant, & *in l.cum citra C.de iureiur.dot.* dicit, quod indicium mouens aliqualiter animum iudicis, est sufficiens, si approbatum sit à iure, & hoc tradit etiam Crau. *in consil.*6. *nu.*12.
quos refert, & sequitur Simon. de Prætis *in cons.*15. *n.*19. concludens, quod arbitrium iudicis in faciendis indiciis ad torturam
non debet esse absolutum, sed limitatum à lege, & secundum legis dispositionem, & ita etiam tradit Blan. *in repet.l.fi.n.*40. *ff.de
quæst.* alias si iudex ex ceruice sua procederet, non valeret, quod
ageret, Rom. *cons.*376. Mars. *cons.*6. & Follet. *in pract.crim.in videntur capitula n.*25.

Item adde, † quod vbi statutum declarat, quæ indicia requi- 57
rantur, cessat arbitrium iudicis, Bald. *consil.*417. *nu.*9. *volum.*5.
quem refert, & sequitur Sim. de Præt. *in consil.*202. *nu.*16. & dicto statuto standum est, idem Simon. de Præt. *in consil.*15. *n.*19.
& 20. Baiar.

k *Si tamen vis videre*] Idem vide semper per Crauer. *in
consil.*

consil.99. numero 2. & 44. post num.88. consil.220.post num.12. Giach.

58 l *Alij vero distinguunt*] adde † *decisio. Pedem.79. num.15. & 16.* vbi habetur,quod indicium dicatur proximum maleficio,& quod remotum. *Baiard.*

m *Proximum*] adde , quod vbi agitur de probando inditium propinquum , seu ipsum delictum immediatè per vnum testem,quod oportet illum esse omni exceptione maiorem,vt per Crau.*qui concord.allegat.in consil.244.colum.4.versic.si verò.* Item aduerte,quod illa qualitas debet articulari,& probari per Roland. *consil.50. numero 17. libro secundo* , & Dec. *consilio 37. colum.4.circa principium*,quod etiam notaui supra *sub q.21.* Item quod dicatur indicium propinquum, & quod remotum, vide per Osasc. *decisio.79. numero decimoquinto & decimosexto.* Giach.

n *Sed plura requiruntur*]adde, vt per Natt. *in cons.41. num. 6.*Giach.

59 o *Cæterum quicquid sit*] adde quod † iudex habens arbitrium,potest habere indicium ex dicto vnius testis etiam,quod non sit omni exceptione maior, & ex torquere reum. Gandin. *in tit. de præsumpt. & ind. versic. Item quæro nunquid potestas*, quem refert,& sequitur Alexand. *consil.65.vol.penult. versic.* & attento arbitrio *volum.1.* Gramm.*decisio.34.nu.37.* & Menoch. *de arbitr.quæst.84.* vbi ponit, quando indiciis non præcedentibus torquere possit iudex, habens arbitrium in capitalibus, &

60 duo indicia etiam † leuia sufficiunt ad torturam.Bertaz.*in consil.213.num.8.* Baiar.

p *Siue sit proximum , siue sit remotum*] In casu tamen indicij consistentis in dicto vnius testis,ad illud cunctandum vide,quæ dixi supra *quæstione 22.versic. vnum tamen scias in principio, & quæstio.21.versiculo vnus testis.* Aym.Crauet. *consil.99. per totum.* quod autem sufficiat ad torturam semiplena probatio , vt hic habetur, vide *in dicta quæstione 62.ad princ. ibi. si semiplena tantum*;hic autem de directo videtur contrariari his,quæ dixerat, *quæst.21.versic.1.ad fin.ibi aut vero testis.* Drogh.

61 q *Vbi subsunt legitima indicia*] adde , † quod personæ, quæ regulariter torqueri non possunt,in criminibus exceptuatis torquentur,veluti in crimine læsæ maiestatis,hæresis,simoniæ,in maleficis,& mathematicis, falsi,in priuato carcere,de ingenii assassinio,homicidio sacræ personæ,vel magni Principis,& similibus,vt per practic. Corrad. *in tit.de negat. crimin. num.37. fol.302.* Baiar.

r *Videamus igitur*] Farin. *tit. de indit.volum.2.quæst.41.num. 1.*Rof.

ſ *Omnis ille torqueri potest*] adde text. *in l.præcipimus , C.de appell.* non est tamen semper vera ista regula:nam non reperitur prohibitus coitus filij cum matre , & tamen non admittitur, Costum. *de Tanrs.tit.de pied.de fis. & des paragex , artic.10. in gloss.principal.fol.79.* Adde rationem,cur de tali coitu nihil in lege cautum sit:quia videlicet,cum antea non esset factum,verebantur ne non tam id pœna prohiberet, quam lex admoneret: Ludouicus Viues *in addit.ad Diuum Augustinum de Ciuit. Dei lib.13.cap.5.* Confessionale Sauanarolæ in principio, faciunt quæ dixi supra *ad §.parricidium in fin.* vide supra *in §.fornicatio, vers. frequenter infra qu.85.versic. fin. ibi quendam Laurentium Blancum supra quæstione 17.versiculo qua practica.* Drog.

t *Qui non reperitur prohibitus*]adde ideo videndum Carer.in *tractat.crimin. sub nu.180.* vbi & ipse ponit istam met regulam, & deinde examinat,quæ personæ non possunt de iure torqueri,cum suis fallentiis.*Giach.*

u *Torqueri*]Olim tamen de seruis nulla quæstio erat in dominum, nisi in incessu, vt fuit in Clodium, & quare,vide per Cicer. *in oratione pro Milone, quæ est in tertia part. Or. pag.mihi 227.*Giach.

x *An doctores possint de iure torqueri*]adde, in quibus casibus possint torqueri videndum per Rolan. *eius consilio 31.numero 7. vsque ad num.10.volum.3.& in collect.mea commun.opin.parte 1. §.doctor.num.10.* vbi etiam & quid de consuetudine,de qua tamen vide per Gabr. Sara, ad Mathesi. *sing.19.* Ias.*in l.de quibus sub num.66.ff.de legibus*, & per Bologni.ad Guid. de Suz. *in fin.* Et quoniam differentiç sit inter Doctores actu legentes,in quibus negant,consuetudinem , & faciunt pro aduocatis , quod fruantur eadem immunitate allegata per Nattam, *consil.1. & consil.65.*vbi de crebriori opinione.*Giach.*

An Doctores] Farin. *dicta quæst.41. numero 37. vsque 57.* Rof.

62 *Quæro An Doctores*] adde,quod † Doctores in crimine læsæ Maiestatis Diuinæ,& humanæ torqueri possunt,& in crimine falsi,simoniæ,priuati carceris, & aliis criminibus exceptuatis, vt per Carer. & Brun. *in locis hic per D. Clarum allegatis*, & per Gramm.*in vot.15.* & etiam per Decian. *in consil.93. numer.135. volum.2.* & Cephal. *in consil.164. num.8. volumine secundo*, & Roland. *consil.31. num.7.cum seq. volum.3.* & si in casibus non permissis torquerentur, & faterentur , confessio eis non nocebit tamquam nulla, etiam quod esset ratificata. Carer.vbi sup. Gramm.*in vot.1.* Marf.*in pract.crimin.in §.expedita, numero 46.* & Gomes.*in cap.13.sub nu.4.circa fin.de delictis*,sed caueant Doctores, ne fateantur, quia allegare huiusmodi nullitatem, parum prodesset,nam in delictis grauibus torquentur,vt per Vulpell.*in consilio 141.numero vndecimo*,vbi enim agitur de delicto graui, Doctor non gaudet priuilegio carceris,nec quæstionis,

63 quia † reatus omne priuilegium tollit.Franc.Mar.*decis.707.par. 1.*& ego vidi seruari,quod Doctores torquentur in crimine homicidij,& aliis grauibus delictis,sed leuia indicia nō sufficiunt, & requiritur,quod sint probabilibus argumentis orta,ita vt sola rei desit confessio,& adeo clara,quod Iudex sit ferè certus,vt qui torturę supponitur,delictum perpetrauerit.ita tradit Vulp. *in dicto consilio 141.in princ.*& Doctores,† & nobiles sane minus, 64

quoniam plebei sunt torquendi in casibus,in quibus torqueri possint,vt inquit Decian.*in dicto consilio 93.num.135.*

Item † adde, quod Doctores torqueri non possunt, etiamsi 65 examinati vti testes vacillarent,Marf. *in l.ex libero num. quarto,ff.de quæst.* & Cephal. *in consilio.164. numero octauo , volum. 2.*Baiard.

y *Non subiiciuntur tormentis*] Hic scias , quod vbi torqueri possunt,† debent antea degradari,aliàs non possunt torqueri,vt per Marf.*sing.550.columna prima*,quem refert,atque sequitur pract.Carer.*in practica criminali,pagina centesimà sexagesimà quinta, in fin.* vbi etiam habes de consuetudine in contrarium non valente.*Giach.* 66

z *Cuiusdam Doctoris Marliani*] Et de Præside Marliano *infra quæstione 94.versic.pen.ad fin.*de isto autem nobili cognomine ortā est mihi dilecta,sed lacrymabilis , heu,coniux Lauinia mea.*Drogh.*

a *N. P.*] Vulp. *resp. 83. in fin. & 141. vbi plura de Doctori* Rof.

b *Item quæro*] Far.*d.41.num.70.71.72.*vel magistratu *nu.75.* Rof.

c *Quæro etiam*] Farin. *dict. quæst.41. numero trigesimo, vsque 37.*Rof.

d *Torqueri*]adde vt per Gramm.*vot.15. numero quarto.*allegat Odofred.*tractat.de quæst.*illumque sequitur vna cum Brun. *tractat de indic.& tortur.col.8.*in principio tenendo istam, limitata non procedere in quibusdam casibus,in quibus nec ætas, nec dignitas excusant , vt in crimine læsæ maiestatis, proditionis; & aliis similibus,vt per gloss.*in l.inuiti,la seconda,ff.de testibus.* Giach.

Torqueri]Intellige inscio Principe ,vt *in d.l.nullus.* Et quod nobiles non subjiciuntur quęstionibus plebeiorum,dixit Ioan. Raynald. *in tractat. nobilit. quæst.6. per text.in l.desertorem, §.1. ff.de re milit.& l.milites, & l.Diuo Marco, C.de quæst.& l.seueram,C.de dignitat.libro 12.*vide Ludo.de Pen. *in l.mulieres,C.de dignit.lib.12.*Guiot.

e *Sed hæc opinio*]Far.*d.q.41.nu.75.76.77.*Rof.

f *In Francia*]adde Aufrer.*in stylo parlam.c.19.*Guiot.

g *Præterea quæro*] adde , quod † Decuriones hodie dicuntur,Priores,Consules,& Antiani Ciuitatum,vt per Grammat. 68 *vot.1.numero vigesimo*,& per Brun.*de indic.quæst.4.2.part.num. 20.* & multa in materia Decurionum habentur per Lancellot. Corrad.*in tract. de Decurion.* vbi plenissimè. Item adde, quod decuriones si deliquerint in officio torqueri possunt, Tiraq.*de pœn caus.58.nu 4.*Baiard.

h *Resp.quod non*]Farin.*d q.41.nu.57.vsq.70.*Rof.

i *De consuetudine*] adde , quod de ea testatur etiam Boss. *tit.de ind.& consid.ante tortur.nu.121.* Giach.

De consuetudine] adde Matt.de Afflict. *in c.si voluerit, num. 14.de capitan.qui cur.vendid.in vsib.feud.*Guiot.

k *Versic.Et ideo Decuriones*] Vbi ampliat etiam deposito officio,in memoriam pristinam. Item ampliat in nepotibus,& parentibus decurionum. Limitatur tamen in criminibus in exceptis,& in crimine falsi. Item nisi sint infames,& demum declarat hodie decurionum hodie esse Antianos,Consiliarios,& Priores Ciuitatis.*Giach.*

l *Nunquid minores quatuordecim annis*] adde ad idem , vt per practic.Carer.*in pract.crim.pagina mihi 147.col.1. in fin.*qui *col.seq.limitat.* in criminibus exceptis, vbi quod in casibus,in quibus admittuntur ad testificandum, in illis erit locus torturæ,quod est not. etiam, an faciat indicium, & quid de adulto curatoris auctoritate.*Giach.*

Nunquid minores]Far.*d.q.41.nu.16.& 17.*Rof.

Quæro nunquid minores]adde , quod † minores 14. annis in 67 crim.læsæ Maiest.torquentur,Capic.*decisio.130.n.55.*& Brun.*in tract.de ind. & tort.q.4.part.1.nu.16.& n.27.* dicit,quod vbi,& in casibus,in quibus minores, & alij inhabiles admittuntur ad testificandum,in his erit locus torturæ, quod dicit notandum, quem refert, & sequitur Carer.*in pract.crim.in l.obseruare,sub n.180.versic. Item excipitur minor.* & Marf.*in l.de minore n.11.ff. de qu.*& debet intelligi de proximo pubertati,& leniter torqueri debet secundum Brun.*in d.nu.16.*vide etiam quæ posui supra *in quæst.24.versic. vidi quandoq. dubitari.*

68 Item † adde, quod infans cum ferula cædi non potest, vt per Bologn. *in addit. ad tract. de indic. & tort.* quem refert, & sequitur Foller. *in verbor. & rei indurati, numero* 20. Baiar.

m *Senes*] Vide, quæ de hac materia scribit Tiraq. *in tractat. de pœnis temperand. causa* 8. *per totum*. Guiot.

Senes] Far. *d. q.* 41. *nu.* 24. *vsq.* 30. Ros.

Non etiam debet iudex senes] adde videndum Natt. *consil.* 319.

69 *numero tertio*, & senectus † remittitur arbitrio Iudicis stante eius valetudine, robustitate, & attenta qualitate delicti, Brun. *de indic.* 4. *par. numero* 18. Pari. *de syndic. in §. officialis posuit ad chordam numero vndecimo*. & Menoch. *de arbitr. cas.* 79. *numero* 3. Et quoniam de rescriptis ab interpretibus in hoc casu fit mentio, sciendum est decrepitos illos, dici, qui excedunt septuagesimũ annum, cum ab eo anno incipiat decrepita ætas glo. *in verbo profectus in proœm.* 6. vbi Io. And & alij Paris. *consil.* 29. *nu.* 38. *& seq. vol.* 2. Tancred. *in suo compend. q.* 21. Pet. à Plaza *in epitom. delict. c.* 31. *numero decimosexto*. Bertaz. *consilio* 102. *num.* 1. *in crimin.* Giam. *decisio.* 34. *numero quinto*, dicit, quod senectus incipit à quinquagesimo anno, & durat vsque ad septuagesimum, quæ ętas non excusat à tortura, sed requiritur ętas decrepita, quę superuenit post completam senectutem, vt latè ibi; Verum & decrepiti possunt torqueri, si robustæ fuerint complexionis, Bertazzol. *consilio* 341. *numero decimo*, & qui non torqueri, sed terreri, Bald. *in l.* 2. *numero quinto*, C. *quorum appell. non recip.* Brun. *in tract. de quæstione*, 8. *quæst.* 2. *partis numero octauo*. Carer. *in pract. in princ. numero* 18. *ad fin.* Bertaz. *consil.* 341. *num.* 11. & etiam leuiter torqueri, quia modica tortura non est tortura, Bald. *in dict. l.* 2. *numero quarto*, Paris. de Puteo *in mater. tortura, vers. hac sola confessione post princip.* Bertazz. *dict. consil.* 341. *d. num.* 11. & Regiẽses Iudices torqueri fecerunt senem septuaginta trium annorum, Bertazz. *d. consi.* 102. & torqueri vidi octuagenarium, & vltra propter incendiũ ab eo factum, qui eadem die, qua captus fuit, fuit tortus & confessus, & suspensus, ac combustus, & quomodo probetur † senectus, & decrepitas, habetur in addit.

70 ad Bertazz. *in consilio* 102. & decrepitas est difficilis probationis, Alexand. *consil.* 29. *volum.* 7. & decrepitus censetur, qui septuagesimum ætatis suę annum egerit. Plaz. *epit. delict. libro primo, cap.* 31. *numero decimoquarto, versic. insigne est*; & an senex possit torqueri, vide etiam Viuum hic allegatum *commun. opin.*

71 698. vbi dicit, etiamsi fuerit † tortus, confessio erit nulla, licet esset ratificata; sed caueant senes, ne fateatur, quia dubito, quod hoc non posset obtineri in practica, & † senex decrepitus, infir-

72 mus, vel alius, qui torqueri non possit propter ætatem, vel infirmitatem, vel alia de causa, si ad torturam fuerit indiciatus poterit condemnari ad aliquam pœnam pecuniariam, vel ad pœnam exilij secundum Gomes. *de delict. capitulo decimo tertio, numero* 28.

Item adde, quod senex stante eius valetudine, & robustitate potest torqueri, sed etiam laborans † febre quartana post diem

73 febris, dummodo tortura sit leuis, & sine quassata, siue sterpata: vt per Franc. Marc. *in decis.* 790 *per totam.*

Item † adde, quod surdus, & mutus à natura non possunt

74 torqueri, vt confiteantur delictum, Brun. *in tractat. de indic. & tortur. in* 4. *quæst.* 2. *par. numer.* 25. Franc. Cassan. *de tormen. cap.* 10. *numero quinto*, Ghirl. *de q. in* 6. *quæst. numero septimo*, cum non possit damnari, nisi ex dictis testium, vt Brun. & alij vt sup. *Baiard.*

n *Subijcere*] adde per Natta. *consil.* 318. *numero tertio*, & vide per Carer. *in pract. crimin. pag. mihi* 147. *columna prima*, Giach.

o 1561. P. N.] Quis dicatur senex. vide Panormit. *in cap. quoniam, vt lite non contestata.* & ibi Felin. Dec. *in l. senium, C. qui test. fac. poss.* & de omnibus ætatibus vide Alc. *in l. pueri ff. de verb. signif.* Ros.

p *Quaro modo*] Farin. *d. q.* 41. *nu.* 78. *vsq.* 88. Ros.

Quaro modo, nunquid mulier prægnans] adde, † quod mu-

75 lier prægnans etiam tempore puerperij potest examinari pro testimonio, dummodò ad eam notarius transmittatur, Franc. Marc. *decisio.* 182. *part.* 2. sed Felin. *in capitulo quoniam frequenter, vt lit. non contestata*, & Florian. *in l. inuiti de testibus* tenent, prægnantem non posse cogi ad se examinandum, vti valetudinariam; quod intellige secundum Bartol. *in l.* 2. *§. si non propter ff. si quis caut.* quod non tenetur comparere personaliter in iudicio, etiam quod esset prægnans ex alio, quam marito, sed ei debet mitti Iudex ad domum, vt iuret, & deponat, vt per Bertach. *in ver. mulier pregnans*: fallit, quando mulier prægnans esset rustica, & valens, vt eo tempore portet onera. Ias. & Fulgos. *in l.* 1. *ff. de in ius voc.* & Rebuff. *in* 3. *tom. constit. de excusat. nu.* 41. etiam sic non est verum illud, quod dicunt vulgares, prægnantem non posse cogi ad iurandum.

Item † adde, quod prægnans non poterit torqueri, etiam

76 quod esset pręgnans ex alio, quam marito, etiamsi in carcere concepisset, etiam fraudulenter, & dolosè causa euitandæ torturæ; & etiam quod esset prægnans de pauco tempore, puta 10. vel 10. dierum, Bald. *in l. Imperator. la* 2. *ff. de stat. hom.* Gomes. *tom.* 3. *delict. c.* 13. *numero* 37. Iod. *pract. crim. c.* 41. *num.* 6. Io. de Anan. *in c. intelleximus num.* 7. *de his qui fil. occid. pract.* Conrad. *tit. de negat. crimin. num.* 34. Brun. *in tract. de ind. q.* 4. *part.* 3. & ad id de muliere prægnante, quod non possit torqueri, vide etiam Carer. *in pract. crimin. in l. obseruare num.* 180. *versic. Item excipitur pręgnans.*

Item † adde, quod similiter prægnans torqueatur, & confiteatur, talis confessio non valet, secundum Bal. *in d. l. Imperator, ff. de stat. hom.* quem referunt, & sequuntur Anan. *in d. c. intelleximus nu.* 7. Brun. *in d. q.* 4. *n.* 3. 77

Item † adde, quod Iudex quotiescunque dubitat, an sit prægnans, debet consulere Medicos, & obstetrices, quod sufficit de credulitate deponere. Cassan. *in tractat. de tormen. cap.* 10. *nu.* 6. Bertach. *in repert. in verb. fœmina num.* 13. dicit, quod ipsi mulieri creditur per tres menses, & per Pari. *in tract. de synd. in verb. tortura, vers. officialis*, posuit ad chordam, vbi habetur, an officialis † teneatur in syndicatu, qui tormentauit mulierem prægnantem, quæ fecit abortium adhibito prius medico, qui dixit, se credere non esse prægnantem, sed de modo probandi prægnantiam latè habetur per Masch. *de probat. concl.* 1208. *vol.* 3. 78 79

Item † adde, quod mulier non prægnans potest torqueri, sicut alij, & blandis verbis potest induci ad confitendum, quinimò Paris. *in tract. de synd. in verb. tortura cap.* 7. dicit, quod Iudex potest † mulierem ad se adduci facere secreto in camera, & eidem dicere, quod vult illam habere in suam, & fingere velle illam deosculari, & ei polliceri liberationem, & quod ita factum fuit à quodam Regente, qui quandam mulierem blanditiis illis induxit ad confitendum homicidium, quæ postea decapitata fuit. Ego † autem arbitror, quod hoc non sit permissum Iudici, quinimò, quod esset omni reprehensione dignus, cum sit fictio diabolica, velle inducere mulieres ad confitendum delicta verbis, & actibus venereis, & libidinosis, quę aliquando propter luxuriam se inducunt ad venenandum maritos, & ad faciendum committi homicidia, & multo magis possent se inducere ad confitendum falsum, & hęc diabolica simulatio tanto magis est fugienda per ea, quę tradit D. Clarus sup. *in q.* 55. *vers. allegare etiam, & vers. circa primum*, & quis potest promittere, si Iudex haberet mulierem formosam sola in Camera, quod ab ea non conuerteretur? 80 81 82

Item † adde, quod nec etiam fustigari potest mulier pręgnans, secundum Mars. *in l.* 1. *nu.* 22. *ff. de quæst.* Bai. 83

q *Quod non*] adde, quod idem dicit pract. Car. *pag. mihi* 146. *col.* 2. quem omnino vide: quia multa alia notatu digna tradit in hac materia. *Giach.*

Quod non] Fœtus enim in vtero existens qui non peccauit, matris iniquitatem portare non debet. Et est ea ratio, quare talis mulieris tortura, & mortis executio differenda est vsq; ad tempus, quo pariat. *Guiot.*

r *Hanc tamen conclusionem*] Farin. *dict. q.* 41. *num.* 2. *vsque* 16. *& q.* 66. *par.* 3. *num.* 101. vide quæ dixi sup. Quid in Muto, & Surdo, Episcopo valetudinario, & senis, Farin. *d. quæst. nu.* 89. 92. 93. 94. vbi *numer.* 88. de eo, qui reipub. vtilis esset & ibi omnia supradicta ampliat, & limitat vsq; *ad fi. quæst.* Ros.

ſ *Alias secus*] adde etiam stantibus mille indiciis, quod non torquentur, nisi sint de crimine diffamati, vt per Carer. *in pract. crimin. numero* 151. *& pagina* 146. *columna prima*. Et hic generaliter etiam aduerte, quod illæ personæ, † quę non possunt torqueri, possunt tamen terreri, vt tradit Brun. *tract. suo de indic.* 8. *q. princ.* 18. *not.* & Carer. *in pract. cri. pag.* 148. *col.* 1. & habetur per Boss. *tit. de ind. & consid. ante tort. sub n.* 112. Giach. 84

t *Raro, imo nunquam inuenies*], Hoc intellige ab aliis clericis, vt est infra *hac eadem quæstione, vers. sed hic quaro in fine, qu.* 70. *vers. est etiam pœna post medium, infra q.* 68. *ver. fi.* Drog.

u *Nisi etiam adesset*] Far. *d. q.* 41. *n.* 6. *&* 70. Ros.

x *Vidisse pluries eos torqueri*] Nota hic clericorum per propria crimina videlicet, venenum, læsę Maiestatis sepulchri violatio, cadauerum exhumatio, & spoliatio, his adde Menoch. *de arbitr. iudic. libro secundo, cent.* 4. *cas.* 387. Boss. *titul. de tort.* Test. *sub n.* 6. *post med.* Drog.

y *In crimine læsæ Maiestatis*] Ego idem seruarem in cæteris criminibus exceptis in crimine hęresis, simoniæ, fraudati census & fraudatę annonę, & dilapidationis Ecclesię, de quibus Vitali. *tit. de his qui accus. non poss. in fin.* Giach.

In crimine læsæ Maiestatis] Farin. *supra nu.* 11. Ros.

z *Sed hic quaro*] Farinac. *dicta quæst.* 41. *numero* 14. *&* 15. Ros.

a *Quod non*] adde, quod imò torquens est excommunicatus, & an valeat consuetudo in contrarium, vide Carer. *in pract. crim. pag. mihi* 146. *colum.* 2. vbi etiam limitat in assassino, qui potest torqueri à laico; mihi placet authoris opinio. *Baiar.*

b *Vbi nihil obstet*] Farinac. *q.* 38. *volum.* 2. *tit. de indit. & tort. n.* 70. Ros.

c *Requirere accusatorem*] Item vide per Carer. *in pract. crim.* prag.

pag. mihi 160. *versic. Item tunc deuenitur*, vbi etiam subiungit, sufficere peti in libello per partem, vel in capitulis per judicem inquirentem, & concordan. allegat. Mihi magis placet auctoris opinio, generalisque totius Italiæ consuetudo, à qua non esse omnino recedendum censeo. *Giach.*

d *Sed quid agendum*] Farin. *in tit. de indit. & tortura q.* 38. *n.* 10. *&* 15. Ros.

84 *Sed quid agendum*] adde, † quod Guid. Papæ *in decisio.* 74. hic allegata, non dicit, vt per auctorem refertur, sed quod seruatur in curia parlamenti, & in cæteris Curiis Delfin. quod proceditur ad executionem interlocutoriæ super tortura, etiam infra decem dies; nisi fuerit appellatum, & inhibitum; quandoque tamen secundum casus exigentiam, & qualitatem personarum expectatur lapsus decem dierum. Et sic, quod hodie de consuetudine, & stylo Curiarum, respectu interlocu-
85 toriæ, ad torturam remittitur arbitrio iudicantis. Et † ego in statu ecclesiastico, ac etiam in Regno Neapolitano obseruaui, & obseruari vidi, quod non obstante appellatione existentibus indiciis legitimis, & datis copiis, & elapso termino ad purgandum indicia, torquentur, cum ex prædictis appareat, quod appellatio friuola, nec judices in Regno interposita appellatione supersedere solent, si discussum fuerit super indiciis, nisi etiam fuerit præsentata inhibitio. Et ideò hac cautela vtuntur rei, & eorum procuratores, quod dum fabricantur processus, secreto obtinere procurant inhibitionem à Vicaria, vel ab Audientia Regis à comminata tortura, quæ inhibitiones passim conceduntur, & eas judicibus tempore torturæ, vel ante præsentari faciunt, alias sine dicta prouisione torquerentur non obstant. *c. Regni, quod incipit si iuste*, quo disponitur, vt recipiantur appellationes ante torturam, quod non procedit, si iniusta est appellatio, quia tunc potest iudex appellationem non recipere, sed ad torturam deuenire, si datæ fuerint defensiones, & seruata de jure seruanda. ita declarat *dicto cap.* Foller. *in pract. crimin. in 3. part. princip. numero* 50. & Cater. *in l. obseruare numero* 188. *versic. limita prædicta*, nisi præcedant. Et ideo rei inhibitiones præsentari faciunt, vt manus judicis ligentur, quam amplius non procedit, nisi remissa causa, ita credo, quod facerent judices ecclesiastici, si ante torturam inhiberentur: sed sine inhibitione si essent practici, non curarent de appellatione. Et in statu ecclesiastico seruatur illud, quod dicit Maranta in loco hic citato, s. quod eodem instanti interponitur decretum de torquendo, & reus torquetur, quæ cautela iudicio meo est insipida, si appellationi esset deferendum, nam torquendus statim, quod alligatus funi, vel spoliatur; & etiam, quod esset ligatus, posset appellare, sed considerandum est, an appellatio sit friuola, nec ne. Sed quid è conuerso, an per accusatorem, vel fi-
86 scum appellari possit, si pronunciatum fuerit, † non esse torquendum. Bald. & Salycet. *in l. ante sententiam C. quorum appell. non recip.* tenent; quod sic: sed Brun. *in tract. de indic. numero* 13. tenet, quod non, quem refert, & sequitur Neuiza. *in consilio* 60. *numero septimo, cum sequent.* vbi latè. Sed ego arbitror primam opinionem esse sequendam, cum respiciat fauorem publicum, vt maleficia detegantur, & puniantur, quæ rarò hodie sine tortura detegi possunt, maxime quando sunt grauia, & occulta; alias esset in facultate judicium siue ignoranter, siue malitiosè occultare multa delicta, si tamen de malignitate appellantium appareret, quia nulla extarent indicia, & potius de innocentia inquisiti constaret, eo casu omnino esset rejicienda appellatio; sed talia decreta, vt non torqueatur, non solent fieri, sed expeditur causa inquisitum absoluendo, vel relaxatur sub fideiussione de se repræsentando, quando potest sperari, vt superueniant indicia. *Baiar.*

e *Aliqui dicunt, quod sic*] Quinimo adde, quod alias confessio esset nulla, vide per Cater. *in pract. pag. mihi* 159. *col.* 1. qui *col. sequent.* limitat, nisi præcedant indicia sufficientia, quoniam tunc non admittitur appellatio, & in fin. extendit, quod siue affirmatiue, quod torqueatur, siue negatiue, quod non torqueatur, & tali pronuntia, seu comminatione appellatur, & *prag. seq. col.* 1. dicit etiam non deueniri ad torturam, nisi pars petierit, & institerit, & hoc vbi ad partis instantiam proceditur, secus si per inquisitionem. *Baiar.*

f *Ne detur materia appellandi*] Farinac. *sup. numero* 21. *&* 22. Ros.

g *Sed certe apud nos*] Farinac. *dict. quæst.* 38. *numero* 19. *in fin.* Ros.

h *Sed quid si ille*] Farinac. *d. q.* 38. *num.* 30. *& quæst.* 39. vbi latissimè. *Ros.*

i *Tu vero dic*] adde, quod † iudex in casibus arduis potest
87 procedere ad torturam ex processu informatiuo, & excusatur in syndicatu. Alex. *consil.* 75. *lib.* 1. Gramm. *consil.* 40. *nu.* 5.

88 Item † adde, quod magna Curia Vicariæ virtute *c. Regni quod incipit, si cum sceleratis*, habet præeminentiam, quod potest torquere reum ex processu informatiuo, de quo capit. meminit Paris. *de syndic. in verb. tortura*, & Io. Anton. de Nigr. *in d. c.* & licet ipse dicat multa requiri, ad hoc vt magna Curia possit d. præeminentia vti, nihilominus hodie magna Curia ea vtitur, nō adhibitis aliis circumstantiis, nisi grauitate delicti, & vrgentia indiciorum: & si appellatur à decreto torturæ ad sacrum Consilium, consideratur, an sit casus, in quo magna Curia possit vti præeminentia prædicta, an sint indicia vrgentia: sed contra † Nea- 89
politanos non potest vti præfata præeminentia, nisi de licentia Proregis, re communicata cum Regentibus regiam Cancellariam, vt plene per Franc. *in decisio.* 143. & similis † præeminentia 90
etiam Gubernatoribus Vrbis, & eorum Locumtenentibus concessa fuit per Leonem Decimum summum Pontificem, *vt in bulla* 7. *de qua in bullario fol.* 185. *volum.* 1. qua auctoritate Locumtenentes, vt audiui, indifferenter vtuntur, siue adsint legitima indicia, siue non, apponendo clausulam in Decreto torturæ stantibus facultatibus concessis, &c. nulla habita consideratione, quod intentio summi Pontificis non fuit, quod quis torqueretur sine indiciis, quod minimè fieri potest, vt dixi supra *in hac quæst. in versiculo dixi*, & supra *in quæst.* 31. *versic. arbitrio.* Baiar.

k *Si vero non petatur*] Vide tu Farin. *d. q.* 39. *num.* 90. 91. *&* 97. Ros.

l *Quæro si plures*] adde, † si pater, & filius de eodem crimi- 91
ne essent inquisiti, tortura à filio est inchoando, & in præsentia patris, quia pater magis de filij tortura, quam de propria cruciatur *l. iste quidem, §. fin ff. quod met. causa.* Gand. *de malef. in tit. de quæstione numero* 11. Laurent. Tenn. *caut.* 90. Guid. de Suzar. *in tract. de indiciis numero* 12. & late per Marsil. *in pract. crimin. in § numero* 49. Tiraquell. latè *in præfatione l. si vnquam, C. de reuoc. donat. numero septimo*, sed aduertendum est, quod † si pater 92
confiteretur per torturam filij, vel filius per torturam patris, diceretur confessus in tormentis; & ideo non esset standum illi simplici confessioni, nisi ratificatione adiuuaretur, ita tradit Bald. *in l.* 1. *in fine C. si rector prouinc. in secunda lectura*, quem refert, & sequitur Tiraquell. *in dicta præfat. numero octauo*; vbi multa exempla accumulauit similis confessionis ob amorem parentum, & filiorum, & si † torquendi essent ætate æquales, 93
vel indiciis, incipiendum esset ab eo, qui haberet malum pronomen, seu malam physionomiam, cum ex iis causetur etiam indicium. Carer. *in pract. crimin. in l. obseruare numero* 185. & quod in reis, seruatur etiam in testibus si plures essent torquendi, vt per Marsil. *in loco supra citato*. Sed Afflict. *in constit. si damna clandestina numero* 75. hanc quæstionem tractando, à quo tortura sit incipienda, concludit, quod totum † judicis arbitrio sit re- 94
mittendum, &c. *Bai.*

m *Qui sunt magis suspecti*] adde per Crauet. plenè *in consil.* 13. *num. fin.* post Balerius *consil.* 485. *lib.* 5. & per Carer. *in pract. crim. sub nu.* 183. Giach.

n *Suspecti*] adde, & ab eo, qui est malæ famæ, vt per Foller. *in pract. crim. c. capiat informationem post num.* 11. & Carer. *in pract. pag.* 153. *col.* 1. Giach.

o *A fœmina*] adde idem per Car. vbi sup. *versic. & ideo.* Giach.

p *Minori*] Idem per Carer. vbi sup. *ver. & si omnes.* vbi etiam subjungit, magis incipiendum esse à filio, quam à patre, si ambo sint inquisiti, cum pater magis timeat de filio, quam de se, & statim confiteatur. Et si sint æquales ætate, tunc ab eo, qui habet malum nomen, seu malam phytionomiam, cum ex his causetur etiam indicium. Et si datur æqualitas, ab eo qui alias solitus fuit ea committere, & qui est malæ vitæ, conditionis, & famæ. Et si datur æqualitas, ab eo, qui primò reperit cadauer occisi. *Giach.*

q *De consuetudine*] *dict. quæst.* 38. *numero trigesimosecundo.* Ros.

r *Nunc de gradibus torturæ*] adde, † vt per Menoch. *de ar- 95
bitr. iud. casu* 271. vbi plenè, & Ant. Scap. *in tractatu iuris non scripti libro quinto cap.* 110. ibi ponit septem gradus torturæ: & quid considerare debeat iudex, vide etiam Crauet *in consil.* 287. *nu.* 6. Conat. *pract. quæst. c.* 23. *col.* 22. & Boss. *in titul. de tortura num.* 36. Baiar.

s *Iudicis arbitrium*] adde, vt per Iacobum Menochium *de arbitr. iudic. libro secundo, centuria tertia, cas.* 271. Et in il-
lo arbitrio † Iudex considerare debet complexionem, & qua- 96
litatem rei accusati, an sit debilis, vel robustus, aut ferox. nobilis, vel plebeius, ciuis, vel rusticus. Rursus considerare debet qualitatem criminis, an sit leue, aut graue, vel atrox. Et in tali arbitrio iudex debet vti benignitate potius, quam atrocitate. Vt per Crau. *consilio* 207. *cum relatis, sub numero sexto*, quos semper vide, quia summa cum moderatione reos torquendos esse docent. Vide etiam per Boss. *tractat. crimin. titul. de tortura, & maxime post numerum trigesimum sextum*, vbi ponit memoranda verba Diui Augustini qui *de Ciuitate Dei libro decimonono capitulo sexto sub rub. de errore huma. indi.* cum veritas latet; inter cætera dicit, cum quæritur verum reus

sit nocens, cruciatur & innocens, & luit pro incerto sceleratissimas pœnas, non quia id commisisse detegitur, sed quia nõ commisisse nescitur, ac per hoc ignorantia Iudicis, idest nescientia facti, est calamitas innocentis: & reliqua. Et quæ reassumit Didac. *pract. quæst. capit. 23. colum. 22.* Item de judicis arbitrio, deque illius moderamine in tormentis adhibendo, vide plene atque eleganter per Caret. *in pract. crim. nu. 186. & 187.* & Didac. vbi supra *colum. 23.* Giach.

t *Arbitrio iudicis*] Farin. *d. quæst. 38. numer. 34. vsque 52.* Ros.

Arbitrio iudicis] adde, quod tamen debent esse legitima, & iuri conformia, & à jure approbata; non ex, cuiuscumque propriam, per ea, quæ tradit Caret. *in sua prac. crim. pag. mihi 77. col. 1.* & fusius habetur per Osasc. *decisio. 97. n. 57.* vbi quam plures aduocat concordantes, quibus adde, atque vide per auctorem supra *q. 11. in versic. Arbitr.* Giach.

96 u *Et nota, quod licet*] adde, quod † confessio dicitur extorta metu tormentorum, nedum, quando quis fuit tortus, sed etiam quando fuisset ligatus, vel constitutus in loco tormentorum, seu ostensis sibi tormentis: nam tormentorum probabilis suspitio idem operatur, quod ipsorum tormentorum illatio. Gram. *in consil 21. n. 12. & 14.* Baiar.

x *Sed certe*] Farin. *d. quæst. 83. c. 2. num. 45. volu. 4. & numer. 4.* Ros.

y *Talis confessio dicitur sponte facta, non autem metu tormentorum*] Male ergo procedit regula, quod confessio spontanea valeat super processu inualido, de qua confessione habetur supra *quæst. 55. versic. Item possit, cum versiculo sequenti.* Prius autem procedunt hic dicta, maxime cum dicto, sponte, in processibus annotata vt plurimum sit falsa, de qua dictione falsa dixi infra *hac eadem quæst. versic. Debet quoque.* Aduerte tamen, quod nihilominus probatur error, & metus ad fauorem confitentis non obstante tali falsa consuetudine, de qua *in dict. versic. debet quoque.* Et statur super tali metu arbitrio Iudicis, Plot. *in l. si quando 3. 3. sub numer. 21. C. vnde vi.* Adde supra *quæst. 21. versic. sed quid si reus in fin. quæst. 55. versic. Allegare, & versic. fin.* Decian. *in l. in omnibus, numer. 7. cum seq. ff. de reg. iur.* At de ista dictione sponte, *infra q. 65. versic. fin. ac alibi sæpe.* Drog.

z *Multum atrox*] Farin. *nu. 36.* vbi sup. *Ros.*

a *Si tamen Senatus*] Aduerte nouam consuetudinem tu, qui exerces officia in statu Mediolani; quia cum Senatus iubet aliquem torqueri, solet adiungere qualitates, cũ quibus intendit reum debere torqueri, ita vt si rescripserit Senatus aliquem torqueri, vt hic in tertio modo, distinguũt de duobus vel tribus ictibus, seu squassamentis funis, vel dicet cũ taxillis, & sic de similibus. Vt tamen habeas perfectam, & modernam practicam,

96 Nota, quod cum Senatus rescribit, † interrogetur in tormentis, tunc alciatur, siue eleuatur, sed non squassatur; si rescribit, quid torqueatur, tunc intelligitur, quid semel squassetur, fama prius interrogatione, existente super chorda siue eculeo; si rescribit, quid bene torqueatur, intelligitur, quid bis squassetur, vt hic; sin autẽ dicat, acriter torqueatur, intelligitur de tribus squassis, in diuersis tamen spatiis per horam durantibus si dicat, acerrime, tunc intelligitur cum taxillis, & ponderibus ad pedes; Senatus tamen vtplurimum exprimere tunc solet taxillos, vel aliam qualitatem, quam intendit. Et hoc casu Iudex ad libitum citra mortem procedit. At cum dixerit, acerrime vsque ad mortem, tunc casus est in discrimine rerum. In quantum autem hic in principio inter primos gradus torturæ appositæ minas de torquendo, verius dici posse videtur, quod tales minæ, seu terror quæstionis fiendæ non sit quæstio, vt per Gulielmum de Cuneo *tract. securitatis sub num. 37.* allegat tex. *in l. item apud §. quæstionem, & §. quæstionis, ff. de iniur.* Alios torquendi modos latrunculatores reperiunt, prout est Crux: quem tamen modum semper abhorrui ob memoriam Saluatoris nostri, nec ea vti volui; vide practicam Tranquilli Ambrosini alias Romæ Auditoris, vbi reperies etiam modos euitandi diabolicas fraudes, quibus vtuntur malefactores, ne cogantur fateri delicta, *lib. 4. cap. 7.* Drog.

b *Sed an forte*] Farin. *vol. 4. sua praxis quæst. 83. cap. 2. numer. 38.* Ros.

97 c *Aliqui dicunt*] adde, quod † dictum Anchar. procederet, quando quis esset carceratus in loco, in quo fame, & frigore grauiter afficeretur, vt expresse tradit Bart. *in l. diuus numer. 2. ff. de quæst.* & Bertand. *consil. 226. numero 4. & 5.* quos refert, & sequitur Becc. *in consil. 70. numer. 14.* & Natt. *in consil. 319. numer. 4.* & ita etiam declarat Brun. *in tract. de indic. & tortu. quæst. 2. par. 1.* dicens, quod confessio facta in carceribus, in quibus non denegatur cibus, non dicitur facta metu tormentorum; & per consequens, quod non requiritur perseuerantia: sed pro concor. Claud. Battan. *reg. crimin. 55.* ita distinguendo, dicit, quod confessio carcerati facta ad fauorem carcerantis in ciuilibus non valet, secus autem in criminalibus; quia tunc est valida, licet in carcere facta fuerit. *Baiard.*

d *Et ideo si non adsint indicia perfecta*] adde supra *quæstione 21. in principio.* Aliter tamen dixit Menoch. *de arbitr. iud. libro 2. cent. 3. cas. 270. nume. 23.* qui dixit, vnumquodque indicium debere esse certum, idest probatum per duos testes. An autem duo minores faciant indicium, vel probationem, quando nec habitu, nec potentia testis alius adesse potuerit; Vide Ias. *in l. Talis de antiquo. num. 8. de his, quibus vt indignis*; Minor autem factus maior testificatur, de his, quæ vidit in pupillari ætate. Decian. *in l. fœmina, §. Item impuberes, numero 12. ff. de reg. iur.* Drogh.

e *Vnus testis*] Hic nota, quod si probetur non plene, sed vltra semiplenam probationem, vt per vnum testem, & alia adminicula, quod poterit iudex procedere ad condemnationem pecuniariam, non corporalem per Capyc. *decisio. 126.* & Carret. *in pract. crimin. ante numerum 165.* Giach.

Vnus testis] Farin. *d. quæst. 38. numer. 33. 34. & 35. & 46.* Dos.

f *Et ideo si ias*] adde, quod † passim pro quolibet indicio non debent dari tres ictus chordæ, sed iudex debet considerare complexionem, & qualitatem rei, an sit debilis, vel robustus, & ferox; an nobilis, vel rusticus; & considerare criminis qualitatem, vt late Marsil. *in d. pract. §. expedita numer. 85.* quid enim si essent, puta, quinque, vel sex indicia sufficientia, & reus esset debilis, erit ne pro quolibet indicio ter torquendus? certe non. Et ideo remanet arbitrio iudicis ita tradit Ioan. Ant. de Nigr. *in capit. 7. frequens numer. 34.* & debet arbitrium judicis esse juri, & æquitati congruum, alias si ex capite suo procederet ad torturam, non valeret, quod ageret, vt per Roman. *consil. 376. colum. penult.* sed consuetudo est, quod cumulatis insimul omnibus indiciis, non dantur nisi duo, vel tres ictus funis pro qualibet die, si tortura reiteratur, vt esset attestatur Cum. *de synd. cap. 21. de tort. numer. 20.* nisi in parricidio, assassinio, crimine læsæ maiestatis, publicis latronibus, & stratarum disrobatoribus, qui esset acrius torquendus, vt per Carret. *in pract. crimin. in tract. de ind. & tort. fol. 163.* & dicit Gramm. *in consil. 45. numer. 37. cum sequen.* quod quando † indicia essent sufficientia, non debet vltra tertiam vicem torqueri, idest in tribus diebus separatim, alias diceretur immoderate tortus; & idem tenuit Paul. de Castr. *in consil. 259. circa finem volum. 2.* & Blanc. *in l. fin. num. 10. ff. de quæst.* quod tamen fallit in supradictis delictis. 98 99

Item † adde, quod iudex non possit torquere reum super vno indicio, & si fuerit tortus, etiam cum protestatione, quod intendit torquere super vno indicio tantum, censetur super omnibus indiciis tortus, esset quod iudex haberet liberum arbitrium. Bertazz. *in consil. 145. vol. 1.* Baiar. 100

g *Dantur tres ictus torturæ*] adde, vt per Caret. *in pract. cri. in tra. de ind. & tort. pag. 165. n. 194.* vbi subiungit non esse vlterius reum torquendum, sed sub fideiussoribus relaxandum, alias diceretur immoderate tortus. *Giach.*

h *Interpollatis diebus*] adde, quod fallit hoc in parricidio assassinio, crimine læsæ Maiestatis publicis latronibus & stratarum derobatoribus, qui etiam durius torquentur, vt per pract. Caret. ipsa *de indi. & tortu. p. 163. col. 1.* Giach.

Interpollatis diebus] Fat. *d. q. 38. nu. 54.* vbi quid de tempore, in quo reus suspensus stat. *Ros.*

i *Ego tamen*] Farinac. *d. qu. 38. num. 107. & sequen.* Ros.

k *Quæro nunc*] adde, quod † etiam Aduocatus fisci, & procuratori fisci non debent esse præsentes, quando rei torquentur, secundum Bart. *in d. l. custodias*, & Afflict. *in constit. quæst. 5. num. 6. lib. 1. rub. 41.* Sed ego semper vidi seruari contrarium, & semper mandaui Auditoribus meis, vt vocarent procuratorem fiscalem ad videndum torqueri reos, vt euitarentur suspitiones. *Baiar.* 101

l *Licet Aduocatus fisci.*] Adde Beniatend. *decisio. 60.* Drog.

m *Bene dicit Imola*] adde, quod † non debet admitti talis disputatio Aduocatorum in tortura, quę adhibetur contra testes, secundum Bar. *in l. vnius, §. reus, & §. Iudex, ff. de q.* quem sequentur Franc. Marc. *in dec. 908. n. 5.* hic allegata. 102

Item † adde, quod licet Aduocati non fuerint exhibiti in disputatione quæstionis contra principalem, non propter hoc vitiabitur processus, vel sententia, secundum Bar. Aug. & Ioan. de Imol. *in d. l. custodias*, & Foller. *in cons. 141. n. 4. tom. 2. inter consil. crim. diuers.* sed † in Regno Neap. seruatur, quod citantur ad discutiendum super indiciis, antequam deueniatur ad torturam contra reus: sed in statu ecclesiastico † non seruatur, sed si Aduocati volunt audiri audiuntur. *Baiard.* 103 104 105

n Ne

n *Ne possint aduocati Reos instruere*] adde hoc idem seruari solere contra testes torquendos, nulla tamen eisdem decreta copia processus supra *quæstion.25. versic. fin.* superflua ergo videntur motiua,&eorum petitio apud iudices,antequam torqueantur,necnon & superflua in hoc statu disputatio super indiciis,de qua *in l.custodias, ff.de pub.iud.* solent tamen fieri quædam comparitiones in fauorem Reorum, quas præuentorias appellant, in quibus petitur Iudiciorum copia, cum oblatione purgandi indicia, si quæ sunt, aliter quam per torturam, siue ciuiliter; & tunc tenetur Iudex decernere copiam processus,& Aduocatos audire iuxta ea, quæ dixi supra *quæstion.49.vers.sed nunquid Iudex*; Caueat tamen Iudex ab istis præuentoriis modo,quo *in dicta quæst.49.versic.Hæc tamen omnia in fin.* Drog.

o *Item debet iudex*] adde, quod in criminibus qualificatis, parricidio,assassinio,crimine læsæ maiestatis,& publicis latronibus, modis exquisitis iudex torquere potest: & tormentum caualetti,quo multi iudices hodie vtuntur,non est nouum ge-
106 nus tormenti, † sed eo antiquitus vtebantur, vt per Cassan.*in consuet.Burgun.in rub.1. §.octauo folio 316.* & de multis modis, quibus vtimur ad tormentandum, vide Marsil.*in l.1.num.55.ff.*
107 *de quæstionibus*, & de tormento † ignis habetur per glossam *in leg.edictum ff eod.tit.* Baiat.

p *Modis exquisitis, & non consuetis*] Vide tamen per Caret. *in pract. crimin.pag.mihi 165. column.2.* vbi dicit reum non esse torquendum modis exquisitis,nisi in criminibus qualificatis parricidio,assassinio,crimine læsæ maiestatis,& publicis latronibus.*Giach.*

q *Scias autem*] Quid si aduocatus reum instruat, an priuari possit, vide Ladereh. *consil.196.num.tertio,& 203.num.quarto.* Ros.

r *Sed apud nos*] adde tamen, quod nunc varius est stylus, variaque sunt tormentorum genera; vt squassatio; pondus ad pedes, taxilli; Crux; & alia huiusmodi,de quibus supra *hac eadem quæst. versic.Nunc de gradibus in fin.* & habetur per Flam. Chart.*in pract.interrogandorum reorum lib.4.cap.1.* vbi diffuse *à n.7.cum plurib.seq.* Drogh.

ſ *Excedat modum*] adde, & fusius vide, qui pœna puniendus sit iudex,qui in torquendo modum excessit per Iacob.Menoch.*de arbit.iud lib.2.centur.4.cas.350.* vbi extendit, atque declarat, vide ibid.*Giach.*

108 t *Nam si forte reus in tortura*] adde, quod † in dubio non præsumitur, quod excesserit,imo quod suum officium temperate gesserit.*l.Herennius, §.Caia.ff.de euict.* vnde alleganti, quod iniuste torsit,incumbet onus probandi, secundum Angelum in *lege 3.C.de adulter.* & excessus potius æquiparatur culpæ,quam dolo, Fel.*in cap.cum non ab homine in fine de iudic.*

109 Item † adde,quod Iudex tenetur de culpa, quia fecit ligare reum, vt cum torqueret qui fuit malè ligatus, ex quo cecidit, fractum fuit brachium, vel quid aliud sibi cecidit, secundum Paul. de Castr. *in l.si vt voto §.nunc videndum, ff.commun.* sed contrarium,quod tenetur is,qui eum ligauit,ad cuius officium pertinet, tenet Paris de Put. *de syndic.verb. an officialis*, quem
110 sequitur Bertazz.*consil.474.in fine volum.2.* Et † quid si Iudex sine indiciis ponit aliquem ad torturam, & cum esset solutus vinculis,occidit Iudicem,an debeat puniri pœna mortis. Paris de Put. *de syndic.in verb. quidam Iudex*, dicit quod non, & idem in Iudice, qui excessit modum puniendo innocentem calore iracundiæ, vel nimio feruore; mitius tamen punitur,quia relegabitur, per text.*in l.lege Iulia, §.final. ff.ad leg.Iulian.repet.*
111 officialis † enim ratione officij delinquens,non tenetur de toto, licet teneatur ratione excessus; & ideo non potest pœna ordinaria puniri,dum deliquit in exercitio sui officij; Bursat.*consil.325.num.27.vol.3.* vide etiam Parid.de Put.*in verb.tortura cap.12.num.5.* & Iacob. de Belu. *in sua pract crim. in rubr.de quæst. nu.75.* vbi dicit, quod si iudex fuit in aliqua culpa excedendo modum,quod putat eum non teneri,argum.*l.1.de emend.seruit.* quia valet argumentum de potestate dominica ad potestatem Rectoris,sed ad istam quæstionem,qua pœna puniendus sit Iudex,qui vel omnino indebite reum quæstionibus subiecit, vel
112 in torquendo modum excessit, & quomodo † probetur Iudex modum non excessisse, vide Menoch. *de arbitr. Iud.casu 340.*
113 & quomodo probetur † tortura, vide Mascard.*de probat.in con-*
114 *clus.1384.* & † in Regno Neap. si mors non sequatur pœna biennalis carceris irrogatur,per Cap.Regni incipiens si iuste,& Grammatic.*consil.15.* Baiat.

u *Et hunc casum dicit Bart.*] Casus iste contigit in personam quondam Domini Galeatij Zucchi auunculi mei, torquente Domino Deiphœbo Cornacchia,nullis eidem datis Indiciis,neque defensionibus,de cuius innocentia postea constitit; Nam ille met, qui Auunculum meum solus accusabat, aiendo eundem fuisse in socium criminis,palam,& publice,post exculpauit,dum extitisset super furca; quæ quidem exculpatio tali modo facta probat, vt per Marsilium. *in crim.pract. §.Restat, num.17.* aiendo sic accusasse, vt rem gratiam alicui faceret, non quod veritas sic esset: Vide quæ in hoc proposito dixi supra *ad quæst.5. versic.Poterit igitur*; *quæst.55. versic.quomodo autem*; vbi citaui Liuium *in proposito libro 3. Deca.4.* loquens de Teusippo, & Pisistrato, hoc eodem modo nominatis, quia sciebant opinionem omnium. Adde in proposito Bellarm.*consil.84.numer.12. cum sequ.* & hinc elice, quod isti de Cornero sunt soliti vt plurimum indebite torquere, & male iudicare: supra *in §. Adulterium versic. quæro nunquid ad finem.* At quo ad auunculum meum, qui contra se non habebat indicium, nisi dictum socij asserti criminis, satis patet de iniustitia contra eum perpetrata; ex quo ante torturam eidem illatam constabat ad eius instantiam assertum socium fuisse super tali delicto interrogatum,taxillosque (quos more Petelli expertus est) ad torquendum illum talem præparasse, quæ omnia tale delictum infirmabant de iure *l. sicuti C. de quæst.* Alexand.*consil.140.sub numer.3.volum.2.* sed aut D. Delphin. ignorauit illum textum, aut vitio processit, Deus scit. *Drogh.*

x *Illata reo tortura*] Farin. vt supra *num.72.* & latius *qu.40. in princip.d.volum.2.* Cartar. *de execut.sent.cap.2.num.60.& 61.* Ros.

Illata reo tortura] adde † videndum Menochius *de ar-* 115
bitrar. Iudic.casu 273. vbi tenet, quod quando indicia censeantur fuisse purgata, remittitur arbitrio Iudicis. *Baiardus.*

y *Et hoc etiam si delictum*] adde, quod † conuictus de cri- 116
mine capitali,qui semper negauit in tortura,nedum non venit absoluendus,sed pœna mortis puniri debet,vt voluit Bald.*in l.1. in fin. C. de iurament. calumn. & in cap.ad nostram de probationibus* quem ibi sequitur Fel.Alexand. ad Batt. *in l.vnius, §.reus ff.de quæst.* Paul.de Castr. *in l. si quis in hoc genus,C.de episc.& cler.* Roman.*in l.1.§.hoc rescriptum,ff.ad Syllan.* Paris de Put. *in tractat. de syndic.in verb.tortura; l'vltimo, in l quidam latro,* Marsi.*singul.108.* Grammat.*consil.12.num.24.* vbi dicit Cæpoll. *in consil.31.* male consuluisse, & contra casum *l.qui sententiam C.de pœnis.* Caret.*in pract.crimin. in tractat. de indic. & tort. §.iam igitur num.13.* & hanc opinionem, quando delictum plene, & legitime fuit probatum,veram esse,tenuerunt And.de Isern. *in cap.1. §.publici latrones de pace tenen.* Afflict.*in constitut. Neapol.lib.1.rubr.10.numer.20.* & Couar. *pract.quæst.cap.23 numer.5.versicul.etenim hoc nullibi.* licet pro contraria parte per D.Clarum hic allegatus fuerit: † hanc partem veriorem esse affirmant 117
Cassan. *super consuet. Burgund. fol.206. numer.93.* & Fuller. *in pract.crim. in 3.part.in verb.confitebuntur numer 110.* idemque tenuit Rimin.iun. *in consil.84.numer.12.cum sequen.inter consil.crimin. diuers.tom.2.& in consil.175. volum.2.consiliorum suorum per totum*; vbi optime respondit ad Grammat.*in decisio.8.ad doctrinam* Alber. *in l.edictum*, & ad Cæpoll.*in consil 31.* hic allegatis, Gomes. quoque *in c.13.num.20. versic.sed aduertendum, de delictis.* hanc opinionem tenuit, affirmando contrarium esse falsam,& ibi fortius voluit,quod legitimę probationes in processu contentæ per tormenta eneruari non possint, licet Iudex nulla facta protestatione ad torturam contra conuictum deuenerit † motus pluribus rationibus,& præsertim quia esset in po- 118
testate cuiuslibet imperiti Iudicis, seu malitiosi reum culpabilem à pœna delicti liberare,quod esset in præiudicium Reipublicæ. Ego etiam (licet multi contrarium tenuerint,) arbitror hanc opinionem,quando delictum per testes est plene,& legitime probatum, esse verissimam, & sequendam cum ad fauorem publicum tendat, vt per Ang. *in l.si abducta in lectura Paduana C.de furt.* vbi enim apparet de crimine commisso, Iudices debent esse proni ad puniendum, ne debent ponderare omnes iuris solemnitates,quia fauor publicæ disciplinæ suadet, vt maleficia puniri debeant, ita Grammat *in decis.36.num.63.* Nam delinquentium crassatur iniquitas,si eorum præsumptio transit impunis,& ideo rigide in eos exercenda est iudicialis auctoritas, *23.quæst.5.cap.relegantes.* Luc.de pen. *in l.1.numer.3.C.de numer.actuar.lib.12.* & Gramm. *in voto 35.numer.3.* & dum tales facinorosi non puniuntur,publica lætitia turbatur, & ira Dei in nos prouocatur, *l.nemo*, & ibi Bal.*C.de Episc.audien.* & idem Gramm.*in dec.36.in princ.* Absurdum vtique, & inconueniens esset,quod fortitudo bracchiorum scelestorum,veritati,& testium probitati præualeret,cum tortura sit periculosa ad veritatem, vt inquit Brun.*in tractat. de ind. in 6.quæst.2.par.in princ.* & eleganter probat Rimin.iun. *in d.consil.84 num.22. & 23.* dum impugnat auctoritate Tullij dicentis in topicis, illud verum esse,quod tormentis fatetur, & dicit etiam Luc.de pen. *in l.1.n.5.C.de nu.actuar.lib.12.* quod tortura est fragilis,& ei de facili non est credendum; Nam vsu compertum est,non semel tantũ aliquando esse delinquentiũ in tormentis constantiam,vt sæpe acriter tormentis affecti,nihil fateri velint, & multorũ exempla sunt apud Valer.Max. *lib.8.c.4.* & ideo recte dixit Vulp.

in l.1. §.quæstioni fidem, ff. de q. plerosque ita tormenta contemnere, vt exprimi ab eis veritas nullo modo possit. Quidam etiam reperiuntur qui diabolicis sortilegiis, & incantationibus ita graui sopore detinentur, quod nullum dolorem pati videntur, & hoc appellatur † maleficium taciturnitatis, siue insensibilitatis, vt per Paul. Grillan. *in tract. de quæst. & tortura q.4. num.* 11. Quidam vero sunt, qui eorum impatientia confitentur delicta, quæ nunquam fecerunt, vt dicit Simon. de Præt. *in consil.105. num.5.* & quod probationibus testium sit standum, & non iudicio torturæ, comprobatur; Nam si quis in tortura, & etiam sponte delictum confiteretur, & postea factis defensionibus per legitimas, & veras testium probationes constaret de errore confessionis, & de eius innocentia, nemini est dubium, quod standum esset probationibus contra propriam confessionem, Gram. *decisio.34. num.36.* & Bertaz. *consil.162. vol.1.* & sic veniret absoluendus. Si igitur contra confessionem, quæ est maior quacunq; probatione, statur probationibus testium, multo magis à contrario idem est faciendum contra eius negatiuam metu mortis factam, cum contrariorum sit eadem disciplina vulgata regula: & ita secundum probationes, quibus conuictus est, côdemnari debet, non obstante negatiua, iuxta illud Euangelij, in ore duorum, vel trium stat omne verbum. Accedat aliud argumentum iudicio meo validissimum, si reus propter indicia vrgentia, & indubitata non obstante tortura condemnatur ad pœnam triremium ad tempus, siue in perpetuum, vt ait D. Clarus, & Gram. *in d. decis.8.* sequitur necessario, quod tunc nulla habetur consideratio torturæ, quia maior pœna imponi non potuisset, etiam quod ad torturam non fuisset deuentum, cum nemo ex præsumptionibus ordinaria pæna puniri possit, ad tradita per Doctor. *in c. afferte de præsumpt.* & hoc ideo, quia Iudex tunc existens inter negatiuam, & indicia indubitata, neglecta negatiua rei, & tortura, applicat ad se præsumptiones, & reum condemnat ad integram pœnam quæ ex præsumptionibus imponi possit: sed si talem pœnam extraordinariam, quæ ex præsumptionibus imponitur, teneretur Iudex imponere, etiam quando reus est plene conuictus, sequeretur, quod nulla esset differentia inter plenas probationes, & indicia, quod nimine dicendum est; quinimo si talia indicia per torturam non eliduntur, multo minus plene probationes elidi possunt, vt inquit Gomes. vbi supra, quo sic stante, quando Iudex est inter affirmatiuam, & negatiuam, aut eligit negatiuam, & tunc reum absoluere debet; aut applicat se ad affirmatiuam, idest ad veras, & plenas probationes, & nullam vult habere considerationem torturæ; prout non habuit, vbi solum indicia indubitata existebant; & tûc necesse est, quod deueniat ad pœnam ordinariam; ad quam deuenire non potuit *in s. casu*, qua ibi non aderant plenæ probationes, sed indicia tantum. Concludendum est igitur, quod conuictus, non obstante tortura, debet puniri pœna ordinaria, & non extraordinaria; prout puniretur, quando solum adessent, vt sæpe dixi, in-

120 dicia indubitata, & non plenæ probationes. † Vbi autem reus plenis, & legitimis probationibus non esset conuictus, ego quoque inclinarem ad prædictam pœnam triremium, iuxta tradita per Gram. *in d. decis.8.42. & 96.* tamen aduertendum est, quod

121 in illis † casibus non constabat de legitimis probationibus, sed de indiciis indubitatis, & ideo sacrum consilium reos ad pœnam extraordinariam condemnauit, & idem facit Senatus Mediolani, vbi indicia sint vrgentia, vt hic attestatur D. Clarus, qui non dicit, quod ita faciat, vbi adsint plenæ probationes, vt supra dixi. Quibus stantibus, mihi videtur, quod Dominus Clarus non possit defendi, dicens practicam Parlamenti Parisi. esse iuri, & æquitati contrariam, & quamuis Rimin. iun. *in d. consil.84. in fine* dicat, quod Iudices possunt mitigare pœnam, reos condemnando ad remigandum, licet prædicta opinio sit vera; hoc tamen nô procedit inconsulto Principe, nisi in maioribus Magistratibus, vt tradit Dominus Clarus infra. *in quæst.85. vers. vlterius quæro,* & ad tollendas aduocatorum disceptationes, Iudices, quando contra conuictos ad torturam deuenerunt, prius protestari debent in forma, vt quotidie practicatur, eos nô interrogando super probatis, & respondeant postea quicquid velint, vt tradit

122 Boss. *in tit. de indic. n.130.* Quinimo † reus super indiciis, & præsumptionibus indubitatis cum dicta protestatione tortus, etiam quod super delicto principali fuisset interrogatus, potest condemnari ad remigandum, vt per Gram. *in d. decisio.96.*

123 Item adde, † quod tortura non tollit pœnam ordinariam, quãdo in reo adest frequentatio delictorum, si tortura fuit illata cum protestatione, citra præiudicium probatorum, secundum Simon. de Prætis *in d. consil.105.* vbi habetur etiam, quod reus

124 vtens sortilegiis, seu incantationibus contra torturam, ne confiteatur, potest puniri pœna mortis, siue ad remigandum.

125 Item † adde, quod vbi quis non debet puniri pœna ordinaria; sed extraordinaria, non potest puniri pœna publicationis bonorum, Bal. *in l.1. C. ne sine iussu Princ.* & de hoc vide Menoc. *de arbit. iud. q.93.* Baiar.

z *Doctorib.*] adde, vt per Crau. *in consil.187. col.4.* Giach.

a *Eum relaxare fideiussori*] adde supra *qu.46. versic. pariter etiam ad med.* vbi habetur de simili fideiussione. Drogh.

b *Communis practica*] adde, quod † ideo D. Beccarius de 116 Beccariis non absoluebat reos statim quando eos non reperiebat culpabiles, sed supersedebat, & in fine sui regiminis absolutiones faciebat, vt dicit Boer. *in decisio.163. nu.15.* sed † officia- 117 les status ecclesiastici hoc nô faciunt, sed auiditate pecuniarum statim absoluunt reos, secundum opinionem Gomesij pro habendis sportulis, immo multi eorum valde contristantur, quando reperiûtur culpabiles, non bono zelo, sed quia perdunt sportulas, & ideo non solent esse multum diligentes pro reprimendis delictis, Nil mirum igitur, si in statu ecclesiastico quondie fiunt delicta enormia, & præcipue homicidia: sed hanc quæstionem nouissime examinauit Menoch. *in tractat. de præsumpt. q.93.* vbi impugnando D. Beccarium, & alios idem tenentes, tenuit, causam in decisam non esse relinquendam, sed quod reus debet absolui ab obseruatione judicij. Ego autem arbitror hoc remittendum esse arbitrio judicis, qui debet considerare qualitatem processus, delicti, & inquisiti, sed in Regno Nea- 118 pol. obseruatur, quod inquisitus præstet fideiussores de stando juri, & de præsentando toties quoties fuerit requisitus, secundum Carau. *in ritu 248. nu.18.* & non datur alia absolutoria; sed fideiussio non datur eo modo, quod dicit Carauit. sed communiter seruatur, reum præstare fideiussionem de se repræsentando toties quoties nouis superuenientibus indiciis, & cum d. fideiussione relaxatur. *Baiard.*

c *Apud nos autem*] Cart. *sup. n.65.* Ros.

d *Vbi indicia sunt valde vrgentia*] Si ergo talia indicia excusant à tanto, non excusant è toto, de quo dicto *sup. qu.60. vers. quæro nunquid ad fin. quæstion.38. versic. quæro etiam, circa finem.* Drogh.

e *Et in hoc proposito*] Hanc etiam cautelam pro iudice retuli *supra hac eadem q. versic. Antequam tamen.* Drogh.

f *In tormentis*] Far. *volum.4. quæst.83. cap.3. num.67. & 79.* Ros.

In tormentis delictum confiteatur] Hic scias, quod vbi quis torquetur in se tantum, tunc validior est confessio facta sine tormentis, quam cum tormentis; vbi de alio interrogatur, tunc validior est confessio cum tormentis; vbi vero de se, & de alio simul, tunc debilior est confessio in tormentis, *in l.1. § quæstioni, de quæst.* Boss. *de parte suppo. n.18. & tit. de opposit. contra testes col.* a: adde Are. *consil.61. col.1. versic. præterea.*

Item adde, quod confessio subsequuta nullis præcedentibus indiciis dicitur extorta, & non valet per Boss. *titul. de mand. ad homic. num.18.* secus in spontanea; Quę etiam nullis, præcedentibus indiciis valet, & tenet, vt per Follet. *in pract. crimin. & si confiteôuntur, sub nu.17.* Et illud, quod dicitur de confessione in tormentis facta, procedit, si magna sit tortura, & tortus maximo debilis existat, secus si modica sit tortura, & tortus sit homo robustus, quia tunc valet eius confessio etiam nullis præcedentibus indiciis; & nulla confessi perseueratione attenta per Grammat. *decisio.34. num.55.* & hoc est magnum dictum, si est verum. Et illud, quod dictum est de confessione facta in tormentis, nullis præcedentibus indiciis; quæ non valet, amplia, quod non nocet confitenti, licet postea sit ratificata per Capyc. *decisio.145. num.3.* Adde etiam per Alexan. *in consil.1. post num.2. lib.3. & in consil.8. in princ. lib.1.* & ibi plene per Apost. concordantes eum allegantem, & ego alias fusius adnotaui. Idem de confessione facta formidine tormentorum, quæ non nocet confitenti, vt ex ea côdemnari possit, & multo minus de facta in tormentis, vide late per Cater. *in pract. crim. num.572.* vbi ampliat etiam si sit iurata, & quod etiam non valet consuetudo in contrarium, quod confessio facta metu tormentorum valeat ad condemnandum; & quando dicatur confessio facta metu tormentorum, vi. plene eundem *n seq.* vbi etiam declarat, atque limitat, & de omnibus vide per Boss. *tit. de tortura num.3. vsque ad 15.* Et si inquisitus asserat confessionem per metum extortam, & iudex asserat sponte factam, nec aliter appareat, quod in dubio præsumatur per metum extorta, vt notatur per Cater. *in pract. n.147.* Giach.

f *Cæterum si reus in tormentis*] adde, quod † requiritur ra- 129 tificatio, etiamsi confessio non esset facta cum tortura, sed in loco tormentorum, vel prope tormenta, vel per alligatum in vinculis, seu funibus tormentorum; cum comminatione inferendi tormenta, vel per spoliatum, vt torqueretur, Gram. *consil.15. colum.4. versic. Quoad,* Guid. Pap. *decisio.339. num.3.* & Brun. *in tract. de indic. in 6. q.2. partis, num.4.* & Girland. *de quæst. in 4. qu. nu.1.* Plot. *in l. si quando num.128. C. vnde vi,* hoc tamen limitat Follet. *in pract. crim. in 3. par. princ. num.113.* non procedere † in 130 viro robusto, & sagaci, vt eius confessio sit valida sine ratificatione, sed hoc dictum mihi videtur periculosum, & quod tutius esset habere ratificationem, & de forma † ratificatio- 131 nis ha-

nis habetur per Marsil *in pract. in §. quoniam n. 1. cum seq.* & Foll. *in pract. crim. in verb. si confitebuntur in 3. par. princ. n.* 81.

132 Item † adde, quod si quis vario modo bis crimen confessus fuerit, & postmodum confessionem suam generaliter ratificauerit, non poterit puniri, sed debet reus clarius, magisque specifice super confessione ab eo facta interrogari in ratificatione. Bero. *q.* 126.

133 Item adde, † quod si tortura esset leuis, & tortus robustus, confessio sine ratificatione valeret: & similiter in publicis latronibus confessio sine ratificatione valeret, vt plene per Mascard. *de probat. conclus.* 353. *num.* 12. *cum seq. vol.* 1. & ibi *num.* 16. di-
134 cit, quod si post confessionem legitimam, & ratificatam † & sententiam appareret de innocentia rei, quod sententia non deberet exequi, sed ego consulo judices, vt ratificationem accipiant, etiam quod tortura fuisset leuis.

135 Item adde, quod † non requiritur ratificatio, vbi confessio extra judicialis præcesserit, sed absque aliqua ratificatione eius diffinitiue condemnari poterit, *gl. fi. in l. capite quinto, de adulter.* quam sequitur Ias. *in l. Magistratib. num.* 4. *ff. de iurisd. omn. iud.* Mars. *in l.* 1. *§. Diuus Seuerus, col. fin. ff. de quæst.* & *in pract. crim. in §. quoniam num.* 38. & Fel. *in cap. olim versic. octaue fallit de rescript.* & Mascard. *in d. concl.* 353. *num.* 22. sed Gomes. *de delict. in*
136 *cap.* 13. *sub num.* 8. dicit † illam glos. & eius conclusionem esse falsam, & quod semper legendo, iudicando, & consulendo contrarium tenuit, videlicet, quod requiratur ratificatio, & optime intentionem suam probat, vt ibi est videre. Eandem opinionem tenuit Boss. *in tit. de confess. per torturam num.* 5. *cum seq.* vbi attestatur illam opinionem nunquam se vidisse seruari in practica. Ego quoque nunquam vidi talem practicam, & semper mandaui meis Auditoribus, quando euenit casus, vt ratificari facerent, & hoc est seruandum, cum si magis tutum; & post hæc vide Chart. ita tenentem in praxi interroga. reorum *in lib.* 4. *cap.* 1. *num.* 133.

137 Item adde, quod † non requiritur ratio, nec confitenti prodest reuocatio confessionis, si contra eum adsunt alia indicia iuncta cum confessione, licet per tormenta extorta, quæ inducunt veritatem indubitanter, nisi reuocans probaret contrarium per alia indicia contraria: & hoc procedit, quando essent plura indicia valde proxima vero facto sicut est vnus testis de veritate facti: & duo de confessione extraiudiciali facta per eundem cum confessione extorta per torturam legitimis præcedentibus indiciis, & quamuis postea confessio talis extorta, sit reuocata, poterit sequi condemnatio, ita tradit Bald. *in l. fin. col.* 1. *C. de prob.* quem refert, & sequitur Gram. *in decisio.* 34. *num.* 36. vbi dicit, ita tenuisse Boer. *in decisio.* 163. quod non est verum, quinimo ibi *n.* 18. tenuit contra Bald. & eius sequaces, & idem tenet Boss. *in tit. de confess. per torturam num.* 5. dicens, quod male faceret iudex, qui talem confessum puniret sine ratificatione, quia agitur de vita hominis, & quod negari non potest, quin aliquid dubij apud judicem prudentem re faneat. Nam prima est extraiudicialis, quæ potest esse facta gloriose; alia in tortura, quæ potuit fieri per metum torturæ, & consequenter probatio dicitur præsumpta, & magis diuersi generis, quam eiusdem, & quod ideo nunquam vidit illam opinionē seruari in practica. Ego vero credo vtramque opinionem veram esse, videlicet, quod opinio Baldi procedat, vt possit deueniri ad pœnam extraordinariam; contraria autem, vt non possit puniri pœna ordinaria sine ratificatione, per ea quæ tradit Dominus Clarus supra *in q.* 20. *versic. scias tamen cum ibi additu.*

138 Item adde, † quod si dubitetur, an confessio sit facta coacte, in dubio præsumitur facta sponte, vt dicit Lanfr. donat. *in sua prax. c.* 9. *de conf.* 3. *cas. sub num.* 18. & Bertaz. *consil.* 341. *num.* 12. *vol.* 2.

139 Item adde, † si plene sit probatum delictum per capturam personæ in flagranti crimine, quod non requiritur ratificatio, Gramm. *decisio.* 36. *n.* 60.

140 Item adde, quod † si reus post ratificationem reuocaret, non est audiendus, sed non obstante reuocatione, debet condemnari, Gram. *consil.* 40. *n.* 29.

141 Item adde, † an ratificatio, siue perseuerantia requiratur, quando quis fuerit tortus in alium, id est in testem, vt per Ang. *in l. fi. C. de quæst.*

142 Item † adde, quod non sufficit confessionem factam in tormentis ratificatam fuisse, sed ad hoc, vt dicta confessio probet, requiritur etiam, quod sit probabilis, possibilis, & verisimilis; & ideo relinquitur arbitrio judicis, quantum sit credendum confessioni delinquentis factæ in tormentis, qui prædicta considerare debet, ita late Mars. *in l. quæstionis modum n.* 17. *ff. de quæst.* & Menoch. *de arbitr. iud. casu* 266. Baiar.

g *Nisi reus in illa perseueret*] Limita, nisi præcederet confessio extraiudicialis, nam tunc, etiamsi non perseuerasset, potest condemnari, per Cares. *in pract. crim. ante n.* 198. Giach.

h *Iudex postquam habuit confessionem*] Nota ergo ratificationem delicti in tormentis confessari; & quomodo fiat, seu fieri debeat ratificatio. Adde supra *quæstion.* 21. *versic. sed quid si Reus in fine quæstion.* 55. vnum tamen scias ad fin. vbi quæ de ratificatione dixi supra *ad quæstion.* 21. *versicul. vlterius quæro, ad fin.* Drogh.

i *Et circa hanc ratificationem*] Farin. *d. q.* 83. *c.* 3. *num* 73. & 74. & 76. Ros.

k *Viginti quatuor horarum*] Vide ad idem per Car. *in pract. pag.* 167. vbi etiam quando dicatur perseuerare. *Giach.*

l *Non in carcere*] Vide Farinac. *dict. capit.* 3. *num.* 70. & 71. Ros.

Non in carcere sed ad banchum iuris] adde rationem, quia tunc extra carceres, & extra locum tormentorum ratificatio sic facta dicitur sponte facta, & potest reus condemnari, ac si semel absque tormentis confessus esse, infra *q.* 65. *vers. sed quæro,* & de ista dictione, vide supra *hac eadem quæstione versic. Nunc de gradibus.* Guiot.

m *Debent etiam fieri*] adde, quod † vbi consuetudo est, 143
quod rei in loco torturæ examinentur, & interrogentur, ratificatio ibi facta tenet, & valet, ita tradit Cæpol. *in consil.* 39. *num.* 51. *cum seq.* & hoc sæpe solet esse propter angustiam locorum, vbi officiales resident. *Baiard.*

n *Et nota, quod licet*] adde † videndum *consil. sine auctore* 145
94. *num.* 11. *volum.* 1. *inter consil. crimin. diuers.* & in † Reg. Nea- 146
polit. seruatur, quod in ratificatione adhibeantur testes, & etiam reus se subscribit, & ita facit in omnibus suis constitutis; & si scribere nescit, facit signum Crucis Titij scribere nescientis: & in statu ecclesiastico non adhibentur testes, nec reus se subscribit, sed sufficit, quod ratificatio fiat coram Iudice. *Baiard.*

o *Solent cauti assessores*] adde, quod † sit differentia, si No- 147
tarius dixit, talis fuit sponte confessus, vel fuit voluntarie confessus, vt per Bald. *in cap.* 1. *§. iniuria punitur de pace iur. firman.* & ibi dicit, quod istud est nouum dictum. *Baiard.*

p *Et quasi vt plurimum illa scriptura est falsa*] Argumento eorum, quæ dixi Marsil. *Rubrica de fideiussoribus num.* 38. *in fine,* Alexand. *consil.* 1. *sub num.* 2. *versic. Ideo tunc scribere contra veritatem, vol.* 3. Ratio autem huius dicti pulchra colligitur ex iis, quæ scripsit Felin. *in capitulo cum M. Ferrariensis coll. mihi* 10. *versiculo, sed considera,* quod quando extat statutum extra de constit. vbi dicit, quod quando quis scit se posse compelli, licet sponte faciat, dicitur facere compulsus ex mente Baldi, vt ibidem; allegat *l. nouissime. ff. quod Fal. Tut.* Aret. ibidem Felin. *in cap.* 1. *post princip. extr. de officio. delegat. ibi,* & *in quantum Abbas tangit*; & alia plura, vide ibidem, Boss. *titulo de carceribus, num.* 22. *ad med.* Hanc tamen quæstionem late defendit pro Iudice Boss. *titulo de confess. num.* 74. & quod talis dictio sit vt plurimum falsa, sequitur Chartar. *in practic. interrogan. reorum lib.* 4. *cap.* 2. *numer.* 19. Marsil. *singul.* 1. & adde quod in tantum verum est, quod ista dictio sponte, vt plurimum sit falsa, vt magis credatur duobus testibus de metu affirmantibus, quam centum attestantibus de spontanea voluntate, Alciat. *tractat. de præsumptionibus regul.* 3. *præsumptione* 7. *numer.* 4. Decian. *in l. in omnibus causis, num.* 8. & *ibi in addit. ff. de regulis iur.* Et cur hoc, vide rationem congruentem à Iasone recitatam *in l. sed & si quis §. quæsitum numer.* 11. *ff. si quis caution.* Videlicet quia Metus est actus visibilis, qui cadit in sensum corporis, spontanea vero voluntas est inuisibilis soli Deo nota, quę tamen ratio infirmari posset ex illa distinctione, quia simulamus ea, quę non sunt, dissimulamus autem (& sæpenumero) quæ sunt. Cum Iasone autem tenuit Alexand. *consil.* 356. *sub numer.* 3. *volum.* 5. Probatur autem etiam terror, vt dixi supra *hac eadem quæstione versic. nunc de gradibus.* Diog.

q *Sin autem reus*] adde, quod idem tenet Boer. *decisio.* 160. *numer.* 13. Grammat. *decisio.* 33. *numer.* 36. & Bertaz. *in consil.* 162. *vol.* 1. Baiar.

r *Omnes suas defensiones*] adde infra *quæst.* 63. *versic.* 1. *ibi,* & *apud acta. supra quæst.* 55. *vers. fin. ad fin.* vbi dat modum defensionis Reo, quæ simul cum eius confessione stare possit. *Drogh.*

s *Quæ practica*] adde, quod hanc practicam omnes obseruant, vt dicit Tho, Grammat. *in consil.* 69. *in princip.* & vide per Ludouic. Carer. *in pract. crimin. §. homicidium vltimo, num.* 45. Giach.

t *Vide, quæ dixi*] Farinac. *quæst.* 81. *cap.* 9. *numer.* 324. *vol.* 4. Ros.

u *Et si probat errorem*] adde supra *q.* 21. *ver. sed quod si reus ad fi.* Drog.

x *Successiue, quæro nunquid*] adde, quod † de consuetudi- 148
ne nedum poterit interrogari de aliis delictis, sed torqueri, etiam nullis extantibus indiciis, si confessus fuerit delictum, de quo contra eum erant indicia, Grammatic. *decision.* 34. *numer.* 34. & *decision.* 84. *numero primo,* etiamsi primum delictum confessus fuerit cum tortura cum indiciis, pote-

rit postea sine indiciis interrogari in genere de aliis delictis;etiam dissimilibus,quando haberet mala opinio de eo,Boss. *de indic. num.*138. & Foller. *in pract.crim. in verb. rei indurati num.* 6.*in verb.& si confitebuntur num.*33.*&* 97. & hæc opinio tamquam communis est amplectenda, vt ait Bertaz. *consil.*341.*nu.*
148 8.sed hoc † non procedit in clerico, quia totius in vno delicto nullo modo potest in tortura interrogari de aliis delictis occultis. Foller. *in pract.crim. canon in verb. tormentis non subjiciantur,num.*16. sed † in statu ecclesiastico prouisum fuit per Pau-
149 lum III. quod reus nullo modo possit interrogari de aliis criminibus,de quibus contra eum nō adsint indicia, vt *in* 1.*p.Bullarij fol.*472.*constit.*58. cuius verba sunt hæc. Iidem judices captum pro vno crimine super aliis, de quibus indicia aliqua non habent,nullo modo interrogare præsumant. Sed dicta bulla non obseruatur,nisi forsan in Vrbe;in qua nunquam practicaui,sed attenditur prædicta consuetudo, & ita in statu ecclesiastico semper practicari vidi, præsertim in furtis, assassiniis,& similibus delictis. *Baiard.*

y *Ego tamen nunquam vidi*] Cattar. *de exec.sent. c.*2.*n.*59.*& sup.fol.*110.*&* 129.Ros.

z *Nisi forte esset iam bannitus,& condemnatus*] Contrarium notatur infra *q.*81.*statuto* 7.vbi componitur sfrontario,de qua dicitur hic, & ibi dixi, & hoc maxime procedit, cum crimen sfronsationis inter atrocia crimina non connumeretur,de quibus supra *in* §.1.*vers.sunt etiam.*Drog.

150 a *Si est exequenda condemnatio*] adde quod † de iure condemnatus debet torqueri etiam contra alios, vt habetur *in l. qui vlt.in fin.ff.de pœn.* & per illum text. dicit Andr. de Iser.*in consit.*damna clandestina,quod si ante,aut post condemnatio-
151 nem reus exculpet inculpatum,†quod poterit iterum torqueri.*Baiard.*

b *Sociis complicibus, & receptatoribus*] adde supra *q.*21. *ver. Dictum socij; supra hac eadem q.versic.sed nunquid bannitus; ibi, Benepossit.* At quomodo fiat interrogatio super sociis, supra *q.* 51. *versic.Debet autem ibi,* secus autem si interrogate vti Testis contra alium.*Drogh.*

152 c *Vltimo videndum est in hac materia*] adde † videndum Menoch.*de arbitr.Iud.cas*272.

153 Item adde,quod tortura non potest repeti,quando proceditur ex processu informatiuo, † vt per Gram. *consil.*64. *num.* 9. *cum seq.* & Ioan.Ant. de Nigris *in c.si cum sceleratis in addit. numer.*10.in quo cons. conceditur præeminentia magnæ Curiæ, de qua præeminentia plene habetur per Cara. *in rit.*259. Baiar.

d *Et hoc casu*]Farinac. *dict.quæst.*38. *numer.*72. *&* 75. *&* 78. Ros.

e *Arbitraria iudici*] adde vt per Iac. Menoch. *de arbit. iud. lib.*2.*cent.*3.*casu* 272. Giach.

f *Leniter tortus potest repeti in tormentis*] adde, vt per Menoch. vbi sup.*n.*6. Giach.

g *Animo repetendi*] adde, quod est regulare, dictum apud latrunculatores,vt dixi iuxta *ad quæst* 61.*versic.forma autem,& quæst.*57. *versic.Et hæc quidem,*Menoch. *de arbit.Iud.lib.*2.*Cent.* 3.*casu* 271.*n.*3.& 6. Drog.

h *Noua indicia*] adde, & vide per Iacobum Menoch. *d.casu* 272.*num.fin.* & Carter.*in praxi.tractat.de ind. & tor.pag.*162. *colum.*1. *&* 2. & per Foller.*in pract.crim.* §.*& confitebuntur, nu.* 73.vbi inquit hanc opin.communem,æquiorem,sustentabiliorem, & magis juri consonam,& seruandam esse,dixi fusius *in collect. commun. opin.*§.*tortura, numer.*2. *cum tribus sequentibus.* Giach.

i *Puta, si tortus diceba, neminem illam nocte iacuisse*] adde hoc esse aliud indicium præter indicia,de quibus loquitur sup. *q.*21.*per tot.*Drogh.

k *Aliqui etiam*]Far.vbi sup *n.*76. Ros.

l *Fortiora primis*] adde, vt per Menoch. vbi supra *ad fin.* & fusius per Carter.*in pract.crim.iud.tract.de indic.& tort.pag.*192. *colum.*2. *&* 163. *colum.*1. & quæ dicantur noua indicia per eundem ibid.*pag.*164. Item vide *in collect. mea commun.opin.* vbi sup.*Giach.*

m *Nam ille index*]Far.*sup.n.*77. Ros.

n *Hac autem omnia*]Farin. *sup.n.*79. Ros.

o *Repeti possint*]adde, quod fallit etiam, quando torquetur reus ad ostendendum socios, & mandatores,nam non requiruntur indicia.Item limita,nisi esset induratus corpore,& animo,nam repeti potest,vt per Carter.post ab eo relatos *in pract. crim.tract. de indic. & tort.pag.*163. *volum.*2. vbi etiam habes, quod repetitio torturæ debet fieri post publicatas attestationes,& non ante publicationem processus,vide ibi.*Giach.*

p *Post n.*1.]Far.*n.*83.vbi sup.& 89. *Ros.*

q *Vt repeti possit, vel non*] adde infra *q.*90. *versic. Aut vero, circa med.*Baiar.

r *Huius arbitrij prætextu*] adde sup. *quæst.*31. *versic. Arbitrio; supra hac eadem quæst. vers.Dixi etiam post med.quæst* 21. *versic.*; *aliquis visus in principio* sunt autem, si fieri potest, pauca relinquenda Iudicis arbitrio, vt dixerunt Menoch.*tract.de arbit.iud. in princip.* Peræ *tract. de prohib. fideicommiss. in princip.* Crauet. *tract. de antiq. temp. par.*1. *versic. quid in lib.num.*26.*in fin.* Ideo forrasse ea inuoluunt,modo,quo dixi supra *ad qu.*53.*versic.dixi etiam.* Drogh.

s *Nostris contigisse*]Far.vbi sup.*n.*68.Ros.

t *Deinde post multos annos*] adde, quod similis euenit casus in persona nunc q.Reuerendissimi D.Pauli de Aretio,dum esset Iudex in Ciuitate Neapolis propter quem casum officium Criminale deserens se conuertit ad clericatum,& exinde factus est Cardinalis, fuitque Episcopus Placentiæ, Casumque audiui à Reuerendo Præposito Castri sancti Ioannis Illustrissimi, & Reuerendissimi Domini mei, Qui quidem Præpositus alias eiusdem Reuerendissimi de Aretio fuerat suffraganeus,& idem satis charus;demum de anno præsenti 1588.idem euenit casus satis memorabilis in personam quondam Domini Galeatij de Zucchis auunculi mei,sub Domino Deiphebo potestate terræ Sotanææ,de quo supra *hac eadem quæstione,versic.Iudex autem,* vide similem casum apud Menoch. *de arbitr. Iudic.lib.*2.*centur.* 269.*n.*1.Drogh.

u *Poterit repeti in tortura*] adde, vt per Carer. *in pract. in tract.de ind.& tort. pag.*162. quod tamen qualiter procedat, vide per eum *ibid.nu.*190. *cum pluribus seqq.* & ibi etiam an sponte confessus si ad bancum iuris neget, an cogatur perseuerare in sua confessione,*& num.*193.quid si præcedentibus indiciis fuit tortus,& confitetur, & deinde ductus ad bancum inde repetitur, & confitetur,& deinde negat,& hoc pluries facit,*& num.* 194.quod per tres vice repetitur in tortura, & *num.*195.an reus possit repeti ob duritatem, si dicat in tortura, si starem per decem dies pendens in tormentis non confitebor.Et quid si fuerit relaxatus fideiussoribus,& modo citetur,& non compareat, vi. ib. remissiue. *Giach.*

QVÆSTIO LXV.

Reum, qui delictum confessus est, omnino condemnandum esse.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Reus confessus delictum debet condemnari.*
2 *Et an vnica confessio sufficiat,vel plures requirantur.*

Ex Additionibus.

*1 *Confessio iudicialis in criminalibus habetur loco sententiæ*
1 *Confessus sponte debet condemnari, etiam quod secundo loco contrarium in tortura deposuisset.*
2 *Confessio in tortura, an, & quando validior sit spontanea.*
3 *Confitens aliquem occidisse,cum tantum vulnerasset,an secuta morte post confessionem possit ex illa confessione condemnari.*
4 *Confessio spontanea sine indiciis valet ad condemnandum.*
5 *Et quid si fuerit absolutus,quia crimen non erat probatum.*
6 *Et quid si non præcesserit processus.*
7 *Et quid in confessione muti signis declarata.*
8 *Confessus crimen an censeatur confiteri qualitatis.*
9 *Confessio spontanea non requirit ratificationem.*
10 *Confessio rei maior est aliis probationibus.*

VBi a reus delictum ipsum confessus fuerit, tunc dici solet nullas esse iudicis partes nisi in condemnando; nam talis confessio contra eum plene probat; potestque ex illa condemnari. Et hæc est communis opinio, vt attestatur Bart. *in tract. de quæstion.* prout illum referunt aliqui. *b* Sed certe ille tractatus non est Bart. sed Gand. vt demonstrat August. ad Angel. *de malefic.* a 1 b

malefic. in verbo, Fama publica, nu. 28. in fin. & ita ad verbum legitur in opere maleficiorum ipsius Gand. *sub titul. de quæst.* & in specie hanc locum tanquam ipsius Gand. qui ita esse communem opin. attestatur *in d. titul. de quæst. nu. 15* citat idem Ang. *in d. verbo, fama publica, post num. 112.* & Ruin. *consil. 80. post num. 7. lib. 4.* & Viuius *in lib. communium opin. in verbo, confessio facta sponte.* Hanc etiam dicit esse communem opin. Guid. de Suz. *de ind. & torm. folio* 201. *numer.* 44. quem refert Pract. Couradi, *folio* 280. *num.* 3. Imola, *consil.* 109. *circa princ.* quem refert Mars. *in practic. crimin. §. quoniam, num.* 18. & Pract. Carter. *folio* 19. *num.* 24. Pract. Millei, *folio* 79. *num.* 17. Non tamen intelligas, quod etiam sponte
c confessum *c* debeat iudex statim condemnare, sed practica est, quod quando reus est sponte confessus, iudex
d mittat eum in carcerem, & apud acta *d* præfigat ei terminum ad allegandum quicquid vult, ne condemnetur, & ad omnes suas defensiones faciendas: quo elapso, vbi nihil probet, potest postea condemnari. Et hanc practicam seruat totus mundus, vt dicit Salyc. *in l. 2. num. 7. C. de custod. reor.* quem refert Bossius *in titul. de confessis, num.* 2. Ita etiam communiter practicari
e attestatur Anton. Gomes. *cap. 12. delictor. num. 3. in e fin.* Multa enim possunt deduci, & probari contra propriam confessionem, de quibus dixi supra *quæst.* 55. Et licet secundum Boss. ibi, non sit dandus terminus defensionis reo confesso, nisi illum petat, nihilominus practica generalis contrarium obseruat, scilicet vt etiam confesso, & dilationem non petenti detur terminus defensionis, & ita seruando non errabis. Vide, quæ dixi supra *quæst. 49. vers. Est igitur,* & supra *q. proxima, vers. sin autem reus.*

2 Sed *f* quæro, nunquid vnica confessio sufficiat ad
f hoc, vt reus possit condemnari, an autem plures requirantur. Respond. gloss. *in l. 1. in glos. 1. ff. de quæstion.* te-
g nuit, *g* quod vna confessio sponte facta non sufficiant, sed quod requirantur tres. Sed certè illa gloss. communiter non tenetur, vt ait Salyc. *in d. l. 2. numer. 3. C. de custod. rerum,* Paris Put. *de syndic. folio 487. cap. S. num.* 1. Dic ergo esse in hoc articulo distinguendum inter confessionem factam sponte, & eam, quæ facta est in tormentis.

h Nam *h* si quidem est facta sponte, tunc vnica confessio iudicialis sufficit ad condemnandum, & hæc est communis, & quasi omnium opin. vt dicit Brun. *de indic. & tortu. fol. 146. num.* 21. quem refert Foller. *in pract. crimin. folio 272. num.* 39. Et quod in tali confessione facta sponte, & sine tormentis non requiratur ratificatio, seu perseuerantia confitentis, sed quod statim quod est confessus crimen, debeat condemnari, dicit esse communem opin. Dyn. *in l. 2 ff. de custod. reor.* quem refert Guido Papæ *decis.* 339. quidam inculpatus, Gand. *in loco præallegat.* Iacob de Beluis. *in practica crim. in rubric. de quæst. num.* 97. Bald. *in tract. de quæst. fol. 25. num.* 2. Vital. *de malefic. in titul. quæ indicia, &c. num.* 3. Imol. *in d. consil. 190 num.* 1. quem refert Carter. *in pract. crimin. fol. 18. nu.* 24. Marsil. *in pract. crim. §. quoniam, nu.* 18. dicit Bart. *in l. 1. ff. de custod. reor. in vltimis verbis,* quod ita seruat consuetudo, quem refert Bald. *in l. siquis in ea, num. 2. C. de custod. reor.* Si vero confessio facta sit in tormentis, vel extorta metu tormentorum, tunc non
i potest reus condemnari, *i* nisi in ea perseueret, illamque ratificet, iuxta ea, quæ dixi supra *quæst. 64. versic. cæterum si reus.*

ADDITIONES

Ad Quæst. LXV.

V*Bi reus delictum*] adde, quod confessus in iudicio legitime condemnari potest, licet processus sit incertus, teste Mathes. *sing.* 53. vbi ponit rationem. Vide, quæ scribit Ias. *in l. cum te, num. 5. C. de transact.* Et hoc adeo verum est, vt etiam nullis præcedentibus indiciis, vel non data indiciorum copia, confessio sponte facta sufficiat ad condemnandum confitentem, vt est text. & ibi hoc no. *in c. 1. de accus. lib.* 6. Bald. ita tenet *in addit. ad Specul. in tit. de confess.* idem Bald. & Doct. *in l. 2. C. quod met. cau.* Ang. *in l. 1. ff. de confess.* Item confessio judicialis † in criminalibus loco sententiæ habetur secundum communem opin. de qua per Bursat. *consil. 77. num. 24. lib.* 1. & vide Osasc. *dec.* 149. *nu.* 6. Cui adde, quod per confessionem inquisiti non agitur contra hæredes, si decesserit ante sententiam, nisi in famoso latrone, iuxta tradita per Doct. in apost. ad Bart. *l. 1. nu. 19. C. de confess.* Guiot.

Vbi reus delictum] Vide Farin. *vol. 4. sua praxis q.* 81. vbi generaliter de materia *c. 1. & seq.* Ros.

Vbi reus delictum] adde, quod sponte † confessus debet condemnari, etiam quod secundo loco contrarium in tortura deposuisset, quia statur primo dicto rei, vt per Bart. *in l. 1. §. quæstione, ff. de quæstioni.* vbi facit tres casus. † Primus est, quando quis in se tantum interrogatur, & tunc est validior confessio spontanea, quam cum tormentis. Secundus casus est, quando quis de alio interrogatur, & tunc illa est validior, quæ fit cum tormentis. Tertius est, quando quis torquetur in se, & in alium, & tunc debilior est confessio, quæ fit in tortura, quam quę sine tormentis: idem sentit Mars. *in d. l. 1. §. q ff. de quæst.* Grammat. *vot.* 34. *n. 11. & consil. 35. in fine,* Foller. *in pract. crim. in tertia parte, 3. par. in verb. si confitebuntur n.* 90. & Dec. *consil.* 175. *n.* 8.

Item adde, † si vulnerans adhuc viuente vulnerato confessus est, se occidisse, nunquid morte secuta poterit ex illa confessione condemnari de homicidio, Bald. *in c. 1. de pace iur. fir. §. iniuria punitur, n.* 19.

Item adde, † quod confessio sponte facta, etiam non præcedentibus indiciis, & non data indiciorum copia valet, & ex ea confessione quis potest damnari, Aret. *in tract. malefic. in versic. fama publica præcedente versic. Aduertas tamen,* & Mascat. *de probat. concl. 357. n. 5. & 34. vol.* 1.

Item † adde, quod confessio erit valida, & ex ea poterit quis damnari, etiamsi fuerit absolutus, quia crimen plene nō fuerit probatum; & sententia in rem iudicatam transiuerit, Beto *in c. at si clerici num 67. cum seq. de iud.* & ibi *num.* 64. tenet, quod si confessio facta fuisset in tormentis, legitimis præcedentibus indiciis, non seruato tamen iuris ordine, quod talis confessio non noceret; sed si post confessionem etiam spontaneam reus de facto fuerit absolutus, per illam confessionem amplius molestari non poterit, cum non teneatur stari confessioni, postquam est judicatum in contrarium, Boet. *decisio.* 289. *n* 8.

Item † adde, quod confessus sponte debet condemnari, etiam non præcedente processu, Innocen. *in cap. qualiter el 2. colum. penult. de accus. & in c. cum super glos. sua in verb. deponendum de confess.* & Angel. *in l. vulgaris de furt.* & Bald. *in l. mercalem de cond. ob turp. caus.* sed confessio non noceret si aduersarius negaret, & contradiceret, Bald. *in l. cum precum C. de liber. cau.* quem refert, & sequitur Pau. Meren. *in consil. 91. nu. 65. inter consil. crim. diuer. tom.*

Item † adde, quod mutus ex confessione sua signis declarata condemnari non potest, sed requiritur testium liquida probatio, Bald. *in l. vnica nu. 27. C. de confess.* Alexan. & Rom. *in l. 1. ff. de verb. oblig.* & Plaz. *epit. delict. lib. 1. c. 32. num.* 18. vbi dicit etiam, cum tamen esse interrogandum per signa, saltem pro veritate habenda.

Item adde, † quod non videtur fateri qualitates, Bart. & Bal. *in l. si cui, §. fin. ff. de leg.* 1. & Brun. *consil. feud. 69. colum. 2. versic. 2. moueor,* & Ias. *in d. l. si cui, § fin.* dicit, quod responsio indefinita in criminalibus intelligitur secundum interrogationem, & ibi attestatur de communi. *Baiard.*

d *Sed certe*] Farinac. *dicta quæst. 81. num. 2. & 3. c. 1. & num. 8. vol.* 1. Ros.

c *Sponte confessum*] Confessio autem sponte facta, quæ, & sponte confessus quis dicatur, vide per pract. Carter. *pag. mihi* 19. *sub num.* 25. & an ex sola confessione absque alio processu, & in sententia in criminalibus fiat executio pœna capitalis, vide per Carer. vbi supra *sub num.* 26. Fallit, vbi de consuetudine est, vt in Alemania, siue Germania, quod contra fures non formetur inquisitio, nec accusatio instituatur solemniter, sed habita confessione suspenduntur, quia tunc illa consuetudo valet, & merito est seruanda, vt per Cæpol. *consil. 59. crim. num. fin. & fusius,*

in 6. & 7. dubio, & an ex sola confessione absque aliis probationibus condemnari possit quis, & quando, remissiue per Carter. vbi supra *sub n.16.* Giach.

d *Praefigat ei terminum*] adde supra *qu.64. versic. sin autem reus in principio*, non tamen recedas a consuetudine Prouinciae, vt dixit infra *q.96. versic. & hac quidem in fi.* Drogh.

e *Multa enim*] Farin. *tit. de indit. 2. vol. qu.93. nu.35. & seq.* 47. Rof.

9 f *Sed quaro, nunquid*] adde, † quod confessio spontanea sufficit absque ratificatione ad condemnandum, etiam quod sit facta in iudicio sine aliquo iuramento; & etiam sine aliqua Iudicis interrogatione, dato termino ad faciendum defensiones, Gomes. *de delictu in c.12. num.3. cum seq.* hic allegat. & ibi *num.* 8. dicit, quod ex vnica confessione delinquentis potest ipse delinquens condemnari, etiamsi talis confessio fieret, & contineretur in processu nullo, & inualido de iure, vel quia accusans sit inhabilis, vel libellus sit ineptus, vel aliqua deficiat solemnitas, & ordo Iudiciarius, nisi nullitas resultaret ex defectu iurisdictionis: & attestatur de communi & quae dicatur confessio sponte facta, vide Carter. *in d. l. obseruare, n.25.*

10 Item adde, † quod confessio propria rei de crimine patrato maior est quolibet instrumento, & quibuscunque depositionibus testium, Bald. *in cons. 191.* proponitur, quod in qualiber Ciuitate, *col.2. vol.2.* Crau. *consil.61. num.13.* Rimin. iun. *consil.84. num.17. vol.2. inter consil. crim. diuers.* & Bertaz. *consil.371. num.4. vol.1.* Baiar.

g *Quod vna confessio sponte facta*] adde supra *quaest.64. versic. nunc de gradibus, infra quaest.82. stat.6.* & de ista dictione sponte alibi saepe; & hic adde, quod vulgo dicitur, quia in confessum nullae sunt partes iudicis, nisi in condemnando, vt habetur *in l. 2. ff. de confess. & l. proinde, ff. ad l. Aquil.* vide, quae dixi supra *ad qu.21. versic. vlterius quaero.* Flam. Chart. *in pract. interrog. reorum lib.4. c.2. n.18.* Drogh.

h *Nam siquidem*] Farinac. *d. qu. 81. & cap.1. num.8.9. & 20.* Rof.

i *Nisi in ea perseueret*] Hic nota, quod si confessus perseuerat in confessione, & condemnatur, & liqueat de innocentia confessi, ei subuenitur, per pract. Carter. *pag. mihi 20. n.29.*

QVAESTIO LXVI.

Reum de crimine conuictum, etiamsi illud non fateatur, condemnari debere.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Reus de crimine conuictus debet condemnari.*
Et quid si non constet de delicto, ibid.
2 *Iudex debet iudicare secundum acta & probata.*
3 *Probationes in criminalibus esse debent luce meridiana clariores.*
4 *Si probatum sit delictum, non autem qualitas delicti in processu deducta, an reus sit absoluendus.*
5 *Contra Cardinales major numerus testium, quam contra alios requiritur.*
9 *Et quid in summo Pontifice.*

Ex Additionibus.

1 *Conuinci ex quibus quis possit.*
2 *Conuictus an sit torquendus.*
Conuictus de crimine non punitur in Regno Franciae, nisi sit etiam confessus, vbi agitur de vltimo supplicio, aut membri mutilatione, n. eod.
3 *Testes duo conuincunt, si sunt omni exceptione maiores.*
4 *Et quando dicuntur tales.*
5 *Conuictus quis dicatur.*
6 *Confessus an dicatur proprie conuictus, si statutum de conuicto loquatur.*
7 *Famulus aufugiens an censeatur conuictus de furto.*
8 *Iudex debet esse promptus ad puniendum, vbi constat de maleficio.*
9 *Sententia ex nouis probationibus non conualescit.*
10 *Iudex an debeat iudicare ex conscientia, vel ex actis, remissiue.*
Iudex, cui pars in secreto veritatem causa confessa fuit, contra illam confessionem iudicare non debet, n. eod.
Iudex videns aliquem portantem arma, post illum punire, etiam quod non constet actis, n. eod.
11 *Iudicis verbis non creditur, nisi ex processu appareat.*
*11 *Iudex an possit causam criminalem delegare.*
12 Lim. ad l. sciant, C. de probat.
13 *Innocentia potest probari per praesumptiones.*
14 *Innocentiae argumenta, remissiue.*
15 *Probationes liquidae requiruntur in materia pacis fractae, & tregua.*
16 *Item contra iudicem.*
17 *Et quales in causis vsurarum, & falsi.*
18 *Probatio plena, sufficiens, liquida, liquidissima, euidens, patens, perspicua quando dicatur, remissiue.*
19 *Iuramentum an dicatur probatio, remiss.*
20 *Probatio plena insurgit ex pluribus indiciis contra solitum delinquere.*
21 *Testes deponentes vidisse Titium, & Seium rixantes, & quod non viderunt aliquem ipsorum vulnerasse, sed quod sedata rixa, vnus ex eis erat vulneratus, probant contra alium.*
22 *D. ei falsa demonstratio, & mensis, an vitiet inquisitionem.*
23 *Testes duo plene probant, non tamen quaestionati.*
24 *Homicidium probatur, licet testes de diuerso armorum genere deponant.*
25 *Delictum an dicatur plene probatum, non probatis qualitatibus in accusatione deductis.*
26 *Qualitas non proposita principio, potest addi pendente iudicio ad aggrauandum poenam.*
27 *Limit. nisi adderetur post tempus per statutum praescriptum accusationi.*
28 *Et quid si qualitas praedicta reperiatur probare, non tamen a principio deducta.*
29 *Sententia in criminalibus non requiritur conformis libello.*
30 *Papa an conuincatur per duos testes.*

HAec a omnia cessant, vbi reus est de ipso crimine *a* legitime *b* conuictus; nam eo casu non est vlterius 1 quaerendum, sed debet iudex illum condemnare, & *b* ita practicatur, vt dicit Boss. *in titulo de conuictis, num.3.* Intellige, modo constet de ipso delicto, de quo reus conuincitur: alias enim nullo modo esset condemnandus. Et ideo, etiamsi multi testes deponerent, etiam de visu, contra aliquem de homicidio per eum commisso, nisi tamen constaret de ipso cadauere, non posset puniri: quod *c* tamen intellige iuxta ea, quae dixi *c* supra *quaest.4. & quaest.55. versic. Potest etiam.* Bene verum est, quod quando delictum est talis qualitatis, quod secundum id, quod communiter contingit, reputatur *d* difficilis probationis, tunc sufficiunt minores proba- *d* tiones. *e* Et potest poni exemplum in furto: nam si do- *e* minus conqueratur de furto, & appareat famulum aufugisse, satis dicetur constare de furto, secundum theoricas Doctorum, vt dicit Rimin. *consil.2. num.3.* Idemque si ostendatur aliquod signum, seu vestigium alicuius circunstantiae, ex qua verisimiliter possit praesumi furtum commissum fuisse, puta, si reperiatur fractura *f* aliqua in ostio, vel pariete, vel arca, haec etiam *f* est vna ex coniecturis, quam adducunt Doctores ad probandum furtum, vt dicit Riminaldus *in loco praeallegato.*

Scias *g* autem, quod haec discussio, quae fieri debet 2 a iudice super condemnatione rei, debet fieri non *g* secun-

secundum ipsius credulitatem aut opinionem, sed secundum probationes factas in processu. Nam iudex tenetur iudicare secundum acta, & probata, etiamsi sciat veritatem esse in contrarium, & est communis opin. vt attestantur multi, quos refert Didac. *lib. 1. resolut. c. 1. post num. 6.* & ego retuli infra *lib. prox.* Et ideo licet iudex propriis oculis viderit delictum committi, non potest reum condemnare, nisi aliter id probatum fuerit, vt dixi *supra q. 8. vers. sed pone.* Sic etiam, si iudex credit se cum bona conscientia posse condemnare reum ex probationibus sibi factis vti iudici, licet ipse tanquam priuatus sciat eum non esse culpabilem, potest nihilominus eum condemnare, nec peccat; & hæc est communis opin. vt attestatur Imola *in clem. pastoralis, § quia vero, num. 49. de offic. deleg. & in cap. 1. post num. 13. versicul. si autem timeret, de offic. ordin.* Menchiaca *controuers. illustr. c. 13. n. 1. & c. 14. post nu. 5. col. 2. in fin.* Bene verum est, quod potest iudex hoc casu instare apud Principem vel superiorem, ut ipse exoneretur ab huiusmodi iudicio, & causa alteri delegetur, vel ipsemet
h h causam ipsam alteri delegaret, & est communis opi. ut dicit Imola *in d. §. quia vero, num. 49. in fin.* Non tamen potius debet abstinere à munere iudicandi, quidquid dicit Abb. & Imol. *in d. cap. 1.* contra quos est communis opin. vt dicit Carauita *super ritu 285. magna curiæ circa fi.*

3 Debent i autem esse in criminalibus probationes
i luce meridiana clariores, *l. sciant cuncti, Cod. de probat.*
k Et k hoc omnes sciunt, & dicunt, vt ait Boss. *in tit. de conuictis, n. 9.* Hinc est, quod in criminalibus testes debent esse omni exceptione maiores, & ita volunt Doctores, ut dicit Boss. *in loco præallegato, nu. 25.* Vide quæ dixi supra, *quæst. 21. versic. Vnus testis, quæst. 22. vers. vnum tamen.*

4 Sed quid si pro parte probatum sit delictum, & pro
l parte non, puta, quia aliquis esset imputatus de percussione cum sanguine, & probata sit percussio, sed non qualitas adiecta, scilicet cum sanguine, vel quod esset imputatus de vulnere illato cum cicatrice perpetuo per mansura, & probatum sit vulnus, sed non qualitas adiecta, scilicet cum cicatrice, & similia, nunquid erit reus in totum absoluendus, vel condemnandus solum in ea pœna, quæ imponitur pro vulnere, vel percussione, omissa ea, quæ esset imponenda pro illa qualitate ex forma statutorum, quæ communiter vigent in ciuitatibus Italiæ? Resp. Si qualitas adiecta non facit censeri aliud factum, nec variat effectum accusationis propositæ, tunc etiam non probata illa qualitate potest ex eo processu sequi condemnatio. Sed quando propter illam qualitatem variatur effectus condemnationis, tunc pendente iudicio debet fieri detractio dictæ qualitatis, ad hoc ut possit sequi alia condemnatio: alias si etiam qualitas ipsa non fuerit probata, reus est totaliter absoluendus. Et hæc est theorica Bartol. *in l. denunciasse, § quid tamen, num. 2. ff. de adulter.* quam tenent communiter Doctor. ut ait Corn. *consil. 33. in littera O, lib. 34.* Hanc etiam dicit esse communem opin. Roman. *cons. 110. circa principium, & cons. 167. n. 8.* quem refert Corn. *consil. 107. in littera C, lib. 2.* Marsil. *in pract. crimin. §. quoniam, num. 5. vsque ad n. 57.* Socin. iun. *consil. 39. n. 2. lib. 2.* Menchiaca *controuers. vsu frequentium, cap. 36. num. 12.*

Scias tamen, quod quidquid sit de iure, contrarium
m seruatur de consuetudine, ut scilicet reus, m (etiam non probata qualitate) condemnetur de principali delicto, de quo est conuictus. Et ita communiter seruari attestatur Bald. *in l. 2. num. 2. C. de probat.* quem refert Anan. *in cap. continentiam, nu. 5. de clerico percussore,* & Blanc. *in pract. crimin. fol. 50. num. 76. & sequen.* Et in specie in curiis Delph. ita seruari attestatur Guido Papæ *decis. 553. si quis accusetur:* & ego ita plures vidi seruari, quid in querela non se adstringit ad aliquam certam condemnationem, sed concludit generaliter. Quare petit pro prædictis, & quolibet eorum, &c. Pariter etiam iudices in libello inquisitionis concludunt,
n Super quibus omnibus, & singulis, &c. Propterea n
o super omnibus deductis in querela siue inquisitione o potest sequi condemnatio: & cum (vt dixi) ita de consuetudine obseruetur, non est ab ipsa consuetudine in practica recedendum. Videnda sunt ea, quæ dixi supra *quæstion. 12. versicul. Vltimo quæro, & quæstion. 31. versicul. super quibus, & infra quæstion. 90. versicul. in hac autem.*

p Debes etiam scire in hoc proposito, quod quan- p
doque potest dici plena probatio delicti quo ad vnum, 5
quæ non erit plena, neque sufficiens quo ad aliud. Nam licet regulariter duo testes plene probent delictum contra accusatum, siue inquisitum: tamen si ille accusatus, vel inquisitus sit Episcopus Cardinalis, non potest condemnari nisi per 72. testes: Si sit presbyter Cardinalis, nisi per 44. Si sit Diaconus Cardinalis, nisi per 28. vt est *text. 2. quæstio. 5. cap. præsul.* Sed certe quidquid sit de iure, iste numerus testium hodie de consuetudine non seruatur, quando Papa procedit contra Cardinales. Ita attestatur Cardin. Alexand. *in d. cap. præsul. col. 1. versic. vbi tamen,* prout illum refert Foller. *pract. crimin. canon. fol. 256. num. 5.* licet Cardin. *in lib. meo* nihil dicat de obseruantia, nisi quod Papa non tenetur illum numerum obseruare, Dec. *in cap. at si clerici in princip. numer. 1. de iudic.* quem refert Berous *in eod. cap. at si clerici, post numer. 8.* & q ita in facto nostris temporibus vidi, & legi q fuisse obseruatum.

r Sed quæro, quid in summo Pontifice, nunquid sufficiant duo testes ad eum condemnandum, an autem r maior numerus requiratur. Respond. quod s duo testes s sufficiunt. Ita dicit glos. *in d cap. præsul. in gloss. 1.* quam dicit esse ab omnibus Doctoribus communiter approbatam Viuius *in lib. communium opin. vers. testes duo.* Cum enim (vt ait gloss. ibi) ipse, sine comparatione aliorum, effectus sit maior, merito sine spe veniæ condemnandus est: nescio tamen, an hoc ita passim obseruaretur in practica.

ADDITIONES

Ad Quæst. LXVI.

HÆc omnia cessant] Dicitur conuictus tribus modis, Farin. a *vol. 4. sua prax. q. 54. in pr.* Rof.

Hac omnia cessant] adde, quod quis † conuincitur ex quin- t que speciebus probationum, scilicet testibus, propria confessione, instrumentis, rei euidentia, & violenta præsumptione; vt not. *extra de restit. spoliat. cap. cum ad sedes §. nos igitur,* vnde captus in flagranti crimine, ex eo solo dicitur esse conuictus, *l. 1. §. 1. de rapt. virg.* & Paris de syndic. *in verb. probatio,* quia dicitur, quod iudex *in fin.* & vbi reus est conuictus non requiritur confessio rei, & econtra; vbi est confessus non sequitur, quod sit conuictus ita dicitur Gulielm. *in cap. Raynutius in verb. mortuo itaque testatore num. 149.* quem refert, & sequitur Cassan. *in consuetud. Burgund. folio. 190. num. 40. de testam.* vbi dicit, quod male faceret † iudex, si conuictum poneret ad torturam, vt ore proprio delictum confiteretur. Sed in Regno Franciæ de stilo, & generali consuetudine contrarium seruatur, quia non sufficit, quod delatus fuerit testibus conuictus quantumcunque clara probatione, nisi ore proprio sit crimen confessus, vbi agitur de vltimo supplicio, aut membri mutilatione, si factum aliter notorium non esset, quod aliqua tergiuersatione celari non posset, & si reus non vult confiteri, debet poni ad quæstionem pro habenda confessione, ita attestatur Guliel. de Ben. *in c. Raynutius in verb. mortuo, 1. num. 349. de test.* & Mansuet. *in pract. tit. de prob. §. item vt delatus,* & Anton. Colomb. *in tract. de controu. crim. 107. & 208.*

Item adde, † quod ad conuincendum delinquentem requi- t

tuntur duo testes omni exceptione maiores, alias non probant ad condemnandum Bald. *in l fin. colum.* 1. & ibi etiam Salyc. *C. de prob.* & Carer. *in pract. crim. in l. obseruare num.* 165. & ibi dicit,
4 † quod testes in dubio præsumuntur omni exceptione maiores,
5 si nihil contra eos fuit oppositum, & conuictus dicitur, † qui nõ potest negare crimen *l. qui sententiam C. de pœn.* & qui commissa nulla potest tergiuersatione celare, *cap. cum olim, de verb. signif. in fin. 2. q. 1. c. de manifesta.* & ita tradit Isern. *in constit. Iustitiarij non per calendas, in libro constit. fol. mihi* 75. & quando Reus per duos testes dicatur conuictus, late per Gomez. *de delictis, c. 12. n. 9. cum seq.*

6 Item † adde, quod confessus non dicitur proprie, & vere de crimine conuictus, per text. *in cap. at si clerici de Iul. in princip. iuncto c. 1. & § fin. 2. quæst. 5.* & Abb. *in d. cap. at si Clerici*, tenet, quod in materia statuti pœnalis, in quo fieret mentio de conuictis, non comprehenderetur ille, qui fuisse contra seipsum confessus, nam talis non diceretur vere, & proprie conuictus; & ideo non deberet comprehendi sub statuto maxime odioso, in quo de conuicto mentio simpliciter fieret, & Abb. sequitur Bero. *in consil.* 187. *num.* 11. *cum sequen. volum.* 3. & hoc est notatu dignum, si est verum; sed mihi videtur, quod sit nimium subtile, & contra mentem, & rationem statuti; nam si vult conuictum puniri; multo magis confessum, cum nulla sit maior probatio, quam proprij oris confessio.

b *Conuictus*] Et an, & quando conuictos probationibus negans in tormentis condemnari possit, vide per Hipp. Rim. *consil.* 175. Giach.

Legitime conuictus] adde in materia conuicti melius quam hic declaratum per Blancum *in repet. l. fin. num. 94. ff. de quæstionibus, & de conuicto infra quæst. 94. in principio*, vbi satis recte, & distincte loquitur; debet autem semper in primis, & ante omnia constare de delicto ad hoc, vt quis dici possit conuictus maxime vbi agitur de furto, cuius non solent remanere vestigia, supra *quæst. 4. versic. primo, & versic. scias tamen Blancus* vbi supra *nu.* 125. differt autem in materia conuicti, cum statutum punit crimen, an vero deprehensum, quia cum punit crimen, tunc conuictus dicitur comprehensus, seu deprehensus, in crimine; cum autem punit deprehensum, oportet non solum quem esse conuictum per testes, sed in facto, Bart. *in l. quisquis n. 1. C. de pet. bonorum sublatis lib. 10. fol. mihi* 11. Drogh.

c *Quod tamen intellige*] Vulpell. *respons.* 147. *nu.* 70. & late in furto Mascar. *concl.* 529. Ros.

d *Difficilis probationis*] adde, quæ sunt difficilis probationis, per Iac. Menoch. *de arbitr. iudic. lib. 1. cent. 2. casu* 116. Vbi enumeratio. *casus, & num.* 72. admonet lectorem, quoniam aliquando aliqui casus reperiuntur, qui tamersi difficilis sint probationis, requirunt nihilominus plenam, & exactam probationem; & tradit exemplum, cum probandum est iudicem pecunia corruptum fuisse, vel per sordes iudicasse, vt ibi per eum. *Giach.*

7 e *Et potest poni exemplum*] adde videndum de † famulo aufugiente Nat. *in consil.* 407. vbi latissime.

8 Item adde, quod † vbi constat de maleficio, Iudices debent esse proni ad puniendum, nec debent multum ponderare iuris solemnitates, quia fauor publicæ disciplinæ suadet vt maleficia puniantur, Bald. *in l. ita vulneratus, 1. lect. ff. ad leg. Aquil.* refert, & sequitur Gram. *vot.* 5. *num.* 16. *consil.* 49. *nu.* 16. & Bertaz. *consil.* 341. *n.* 3. *vol.* 2.

Item adde, quod reus debet esse conuictus, vel confessus, antequam condemnetur, quia non sufficeret, quod post sententiam constaret de delicto, † cum sententia ex nouis probatio-
9 nibus non reconualescat; late Boer. *in decisio.* 259. Baiar.

f *Fractura aliqua*] adde supra *quæst. 4. vers. fi.* vbi dixit *quæst. 64. vers. debet autem*, vide Alex. *cons* 24. *sub n. 6. vol. 1. & cons.* 52. *eodem volumine*, & hic not. quia dum dicit; Cum simus in his, quæ reputantur difficilis probationis, tunc sufficiunt minores probationes; addi possunt deducta per Crauet. *consil.* 178. *sub n.* 2. confer ad ea, quæ dixi sup. *q.* 21. *vers. fuga.* Drogh.

10 g *Scias autem*] adde † videndum Mascar *de prob. concl.* 948. vbi late, an Iudex iudicare debeat secundum conscientiam, an secundum allegata, & probata. Et Felyn. *in c. pastoralis § quia vero in fine de offic. deleg.* vbi ponit septem fallentias, aliam addit. Curt. iun. *in l. antepen. C. qui admitti.* s. quod si pars fateatur Iudici in secreto veritatem causæ, nunquam debet iudicare contra illam confessionem, quia ad subleuamen bonorum, & non ad tutamen malorum inuenta est tela iudiciaria, & eum sequitur Sylua nupt. *in verbo quomodo iudicandum in dubio num.* 121. vbi ponit aliam limitationem, quãdo Iudex vidit aliquem portantem arma, qui tunc potest iudicare de his quæ vidit, licet non constet ex actis, & ad hoc allegat Angel. *consil.* 343. *in causa col. fin.* Et ad illud, quod dicit Felin. vbi supra in secunda limitatione, quod supremi Iudices possunt iudicare secundum conscientiam, vide etiam Guid. PP. *in decisio.* 29. Roland. *consil.* 70. *numer.* 21. *volum.* 1. & Menoch. *de arbitrar. Iudic. casu* 68. *numer.* 10.

Item adde, † quod verbis iudicis non creditur, nisi ex processu appareat. Roland. *consil.* 94. *num.* 23. *volu.* 1. & late Mascar. *de probation. conclus.* 494. quando iudicis assertioni sit standum. *Baiard.* 11

h *Causam ipsam alteri delegare*] An autem iudex causam criminalem † possit alteri delegare, dixit, quod non, supra *quæstion. 41. in princip.* Bene verum est quod causa infirmitatis est sufficiens, vt subdelegari possit, Alexand. *consil.* 206. *n.* 11. *vol.* 6. Drogh. 12

i *Debent autem*] adde, † quod hoc procedit, vbi agitur de pœna pecuniaria, & ita illam *leg. fin. de probat.* limitant Ludouic. Bologn. *in consil. 49. in add. ad cons.* Io. de Aman. quem refert, & sequitur Alciat. *reg. 2. præsumpt. 9. num.* 4. & Cephal. *in consil.* 141. *n.* 18. *cum seq. vol.* 1. 12

Item adde, quod ista regula, quod in criminalibus probationes debent esse luce meridiana clariores, procedit in condemnando, vt per Ang. *verb. de anno presenti vers. quid si accusator*; sed in absoluendo probatio sei dubia releuat, per doct. Bartol. *in l. non solum, § sed vt probari, ff. de oper. nou. nunc.* & August. ad Angel. *dicto loco*, & tenet Bartol. *in l. 1. § de illo, versic. quæro, an hæres, ff. de bon. eorum qui sibi mor.* quod † innocentia possit probari per præsumptiones, quem refert, & sequitur Barth. Cæpol. *in consil. 1. sub num.* 9. Bursat. *in consil.* 216. *numer.* 50. *vol.* 2. Corn. *consil.* 198. *in fin. volum.* 2. & Crau. *in consil.* 11. *num.* 10. & † multas innocentiæ præsumptiones accumulauit Burs. *in d. cons.* 216. *nu.* 129. & sic ista regula debet intelligi de probationibus fisci, vel accusatoris, non autem rei, Felyn. *in c. significasti el 2. nu.* 13. *de probat.* & Crau. *consil.* 1. *nu.* 16. & in hac materia vide Bertaz. *consil.* 18. *nu.* 14. vbi dicit, † quod in materia pacis, & treguæ iu 13 14

pæ debent esse liquidæ, *& in consil.* 71. *num.* 11. dicit, quod contra † iudicem debent esse legitimæ, & clarissimæ, *& in consil.* 170. ponit, quomodo debeant esse † in criminali causa vsurarum: *& in consil.* 38. *nu.* 9. quomodo in crimine, & quæ † sit probatio legitima, seu plena, quæ sufficiens, quæ liquida, quæ liquidissima, quæ euidens, seu patens, quæ perspicua; & an iuramentum dicatur † probatio, & quomodo huiusmodi probationes sint accipiendæ in materia statutorum, vide Cassan. *super consuet. Burgund. fol.* 309 *n.* 1. *cum seq.* 15 16 17 18 19

Item adde, † quod contra solitum delinquere ex pluribus indiciis, & præsumptionibus simul iunctis, etiam diuersæ speciei, sit plena probatio, secundum Ludou. de Alfer. *in consil.* 143. *nu.* 12. *& 13. tom. 1. inter consil. crim. diuers.* quem sequitur Riminal. iun. *consil.* 84. *n.* 21. *tom.* 2. *inter consil. crim. diuers.* 20

Item adde † si testes dicant vidisse Titium, & Seium rixantes, & quod non viderunt aliquem ipsorum inferentem vulnus alteri, sed quod sedata rixa viderunt vnum ex eis vulneratum, quod ex hoc resultat indicium indubitatum, ex quo deueniri potest ad condemnationem, Marsil. *in l. repeti numer. 29. ff. de quæst. & in rubr. C. de probat. numer.* 334. *& in singul.* 198. dixit ibi. 21

Item adde, † quod falsa demonstratio diei non vitiat probationem criminis in causa inquisitionis, secus si falsus esset mensis, quia tunc deficit tempus, quod est de forma iudicij, ita tradit Bal. *in l. prius n. 46. C. de his qui accus. non poss.* 22

Item adde, quod licet dicta duorum testium contra inculpatum plene probent, *l. vbi numerus, ff. de testib.* tamen dicti duorum † quæstionatorum sine aliis adminiculis non statur, vt plenam faciant fidem Boer. *in decisio.* 319. *sub n.* 4. 23

Item † adde, si vnus testis dicat, Titium vidisse Caium cum ense, & alius testis dicat cum Roncha, quod probant plene, neque ad hoc dicuntur singulares, & varij, Bero. *in consil.* 291. *nu.* 36. *vol.* 3. Baiar. 24

k *Et hoc omnes sciunt*] Farinac. 4. *volumine sua prax. qu.* 81. Ros.

l *Si qualitas adiecta*] adde materiam hanc non magis communem fore huic practicæ, quam confessoribus, vt in libro inscripto Corona Confessorum: & quod qualitas adiecta, vel diminuta delicto, illud alteret, vide supra *in § fornicatio, versiculo vnum tamen scias*, & alibi sæpe: de circunstantiis autem infra *q.* 83. *versic osculum inferens in fine.* Item in proposito nota, quod cum aliqua pœna venit imponenda ex lege, vel statuto, siue vbi agitur de pœna imponenda alicuius specialis constitutionis, debent concurrere qualitates illius constitutionis, supra *in § adulterium, vers. 1. post medium.* Aliquando tamen certum est delictum, sed incerta delicti qualitas, quæ hic est probanda, vt dixi infra 85. *versic. vbi agitur*, Drogh.

m *Etiam non probata qualitate*] Qualitas ergo non probata non impedit sententiam quo ad probatum, infra *q.* 85. *versic. vbi agitur*, & immo ex officio tales informationes circa qualitates semper sumi possunt, quæ tamen debent etiam in actis redigi, vt sic tenuit Alc. *tract. de præsumpt. reg. 3. præs. 2. nu.* 11. Drogh.

n *Super quibus omnibus, & singulis*] adde Ias. *in §.omnium, nu.149.cum seq. Instit.de act.* Drogh.

o *Propterea super omnibus*] adde, quod idem tenet Gomes. *de delict. cap.11.n.7.*

25 Item adde,†quod si factum, vel delictum proponitur simpliciter in accusatione, querela, vel inquisitione sine qualitate ali-
26 qua, quæ delictum aggrauat, quod pendente † judicio, & processu poterit addi, & commutari, & pœna aggrauetur in sententia; est communis opin. vt per Gomes. *d.cap.nu.8.* sed non post sententiam, Gomes. *de delict. cap.1. num.28.* aduerte tamen,
27 quod accusatio sine qualitate non suppletur, addendo eam post tempus, quod à statuto est præscriptum accusationi; quia hoc modo esset aliud factum, licet non nouum delictum, secundum Bal. *in l.11. in fine, C.quibus res iudic.* quem refert, & sequitur Felyn. *in cap examinata n.11. circa finem de iudic.*

28 Item adde, quod† si qualitas, quæ aggrauat delictum, non fuerit apposita in querela, siue inquisitione, nec postea pendente judicio, & processu sit accumulata; si tamen reperiatur probata poterit iudex condemnare in pœna ordinaria, ac si qualitas ipsa esset apposita cum ipso facto, & delicto. Gomes. *in d.ca.11. n.18.* vbi attestatur de communi, & ibi etiam dicit, quod in cri-
29 minalibus†non requiritur, quod sententia sit conformis libello, dummodo probatum sit delictum. *Baiard.*

p *Debes etiam scire*] Quid contra Cardinales, an maior testium numerus requiratur, Farinac. *quæstio.63. cap.5. volum.1. num.241.& seq. vsque 246.* & quid si plures requirantur in aliquibus casibus, vide *ibi n.246.vsque ad fi.* Ros.

q *Et ita in facto*] Intellige de Cardinali Caraffa iussu Pij Quarti alias necato, & adde quod quia fauente Deo cessauit causa tot testium examinandorum contra Cardinales, & Papam, cessauit etiam talis numerus, vt per Abbat. *in cap.per tuas in fine, extr.de maior.& obed.* Crot. *tractat.de test.sub numer.225.* Drogh.

r *Sed quæro*] Farin. *d.capit.5.num.236.& seq.* vbi *num.235.* quid in episcopo. *Ros.*

30 *Sed quæro*] adde, quod licet † Bero. *in capit. at si clerici num. 8.& sequen.de iud.* dicat istam opin. esse magis communem, tenet tamen contrarium, sed Viui. *opin.915.n.1.* eum reprehendit, dicens, quod male sentit. *Baiard.*

s *Testes duo*] adde Pan. *in c. at si cler. in 1.not. de ind. in c.licet vniuersis, de test.& in c.per tuas, de maior.& obed.* Guiot.

QVÆSTIO LXVII.

Quot sint genera pœnarum.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Pœnarum genera quot sint.*
Capitalis pœna, quæ dicatur, ibid.
2 *Amputatio membri, vel fustigatio an dicatur pœna capitalis.*
3 *Pœnarum corporalium species.*
4 *Damnatio ad bestias.*
5 *Præcipitatio.*
6 *Interdictio ignis,& aquæ.*
7 *Damnatio in metallum.*
8 *Deportatio.*
9 *Relegatio.*

Ex Additionibus.

1 *Pœnarum genera quot sint.*
Pœna imposita in ære, & in persona non est capitalis.
2 *Pœna in dubio intelligitur de corporali.*
3 *Pœnæ plures an imponi possint pro vno delicto.*
4 *Pœna corporalis dicitur, licet statutum loco pœnæ corporalis subroget pecuniariam.*
5 *Delicta grauiora secundum seueritatem legum sunt puniendo.*
6 *Statutum de pœna capitali, quando intelligitur de morte naturali.*
7 *Statutum, quod quis capite puniatur, non est intelligendum de exilio si aliter apparet de mente statuentium.*
8 *Statutum, quod quis capite puniatur, est intelligendum de morte naturali, si in illo casu ius ciuile pœnam mortis imponeret.*
9 *Sententia capitalis an debeat continere illa verba, vt anima à corpore separetur, & quare.*
10 *Sententia condemnans aliquem ad mortem, non expresso mortis genere, an valeat, remiss.*
11 *Mors quotuplex sit.*
Consuetudo in pœnis imponendis attendi debet, num. eod.
Consuetudo in delictis puniendis potest quantum lex, nu.eod.
Iudices propter consuetudinem licite transgrediuntur formam statutorum, nu.eod.
12 *Sententia non valet, quod quis de arbore præcipitetur, veneno occidatur, vel mortem sibi eligat.*
13 *Condemnatus ad triremes, si inde aufugiat, quomodo puniatur.*
14 *Et quid si fuerit captus ab hostibus, & postea reuertatur, an debeat transmitti ad triremes.*
15 *Deportare quid sit remissiue.*
16 *Deportationis loco successit decapitatio.*
17 *Deportationis pœna est in vsu apud Ianuenses.*
18 *Relegare quid sit, remiss.*
19 *Relegati ad tempus non amittunt bona.*
20 *Pax an valeat cum pacto, quod offendens exulet à Ciuitate per tantum temporis.*
21 *Et quid si exilium non fuerit seruatum.*

NVnc *a* de pœnis videamus. Scire autem debes, quod pœnarum duo sunt genera: aliquæ enim *a*
sunt corporales, aliquæ vero non corporales. Corporalium autem pœnarum duæ pariter sunt species, nam aliquæ sunt capitales, aliquæ vero non capitales. Capitalis autem pœna tribus modis dicitur: Primo, vltimum supplicium: Secundo, amissio libertatis, & consequenter etiam ciuitatis, *b* puta si aliquis damnetur in metallum, vel opus metalli: Tertio, amis- *b*
sio ciuitatis tantum, vt cum quis deportatur. *c* Pro- *c*
prie autem & stricte loquendo pœna capitalis accipitur pro pœna sanguinis secundum gloss. *in l.transigere, in verbo Capitali, C.de transact.* quæ in hoc communiter approbatur, vt dicit Gaspar. Valasc. *in repet. l.imperium, num.99. ff de iurisdict. omnium iudic.* Reperio tamen, quod alia gloss. *in l.1.in verbo, Capitali, C.ne Christian. mancip.* intelligit pœnam capitalem pro exilio perpetuo. Ex qua gloss. Doctores colligere videntur, quod in dubio pœna capitalis debet intelligi *d* de *d*
exilio, & non de morte. Et hanc conclusionem dicit esse communem Marsil. *in pract. crim. §.oport. & num. 40.in fin.* quem refert Didac. *in epitom. super 4. decret. fol.144. post numer.16.* Duennas *regul.393. in 9.limitat.* Decian. *in d.l.imperium, num.14. & sequent.* Felyn. *in c. qualiter, & quando, il 2.§.ad corrigendos, num.27. de accusat.* Don Anton de Padilla *in l.transigere, num.22. C. de transactio.* Ita *e* etiam tenete communiter Doctores *e*
attestatur Marcus *decis.913. num.5.in fin.* Et *f* ratio est, *f*
quia in pœnis semper debemus sequi mitiorem interpretationem. Et *g* ideo stante statuto, quod quis ca- *g*
pite puniatur, debemus intelligere de exilio: ita tenent Cyn. *in lib.1. C.de falsis*, & est communis opin. vt attestatur August. ad Angel. *de malefic.in verbo, Et ibi caput, post num.33.* Mantua *in dict.l.transigere, n.108. & seq.maxime nu.113.* Et ita alias obtentum fuisse dicit Ioan. Andr. *in cap.5. de iureiur.* quem refert Angel. *in loco præalleg. post n.45.* Et *h* ideo videmus, quo ad euitandas *h*

huiusmodi ambiguitates, quando fertur sententia mortis per amputationem capitis, solent addi illa verba, *Ita quod moriatur, &c.* vel, *Ita quod anima separetur à corpore.* Et ita inoleuisse practicam attestantur Mantua *in loco praalleg. n.*117.

2 Quæro nunquid amputatio membri, vel fustigatio sit pœna capitalis. Dixi infra *q.*70.*vers.est etiam.*

3 Distinguendo *i* autem secundum communem v-
i sum loquendi præsentis temporis dici potest, quod pœnarum corporalium duæ sunt species: aliquæ s. mor-
k tis naturalis, aliquæ vero citra mortem. *k* Genera autem pœnarum, per quas mors naturalis imponitur, multa sunt, & omissa pœna parricidij, de qua dixi supra *hoc eod. lib. §. Parricidium, vers. Sed quaero,* pœnæ cognitæ à lege, per quas imponitur vltimum supplicium, sunt pœnæ ignis, laquei, seu furcarum, & gladij, siue amputationis capitis. Citra mortem autem est pœna amputationis membri, de qua dixi infra *q.*69 triremium, & aliæ, de quibus dixi infra *q.* 70.

4 Non *l* est etiam hoc loco omittendum multas fuisse
l pœnas secundum leges antiquas à iure communi impositas, quæ nunc in desuetudinem abierunt, puta, Damnatio ad bestias, quæ quidem pœna hodie non est in vsu, vt dicit Angel. *in l.*1. *§. legis Corneliæ, numero* 1. *ff.*
m de sicar. subdens, *m* quod in eius locum successit decapitatio naturalis, & illum refert Pract. Carrer *fol.*513.*post nu.*4. & Mars. *in eo. § legis Corn. n.*1.

n Item *n* Præcipitatio, quæ alias fiebat de saxo Tar-
5 peio, vt videri potest apud Liuium, & alios historicos. Hæc autem sublata absunt ipsamet lege, vt est text. *in l. si diutino, in fin. ff. de pœnis*, & etiam à consuetudine,
o *o* quia iampridem obsoleuit, vt attestatur Didac. *in repetitione capituli quamuis, fol.*55.*col.*2.

6 Item Interdictio aquæ, & ignis, in cuius locum ho-
p die successit *p* deportatio. *l.*1. *&* 3. *ff. ad l. Iul. pecul.* vt attestatur Io. Villemata *in repet. l. Diuus, post numer.*41. *ff. de sicar.* Pract. Conradi *fol.*356. *num.*4. Sed imo hodie neque etiam deportatio est in vsu, vt dixi *infra vers. Deportatio.*

7 Item *q* Damnatio ad metallum, siue ad opus metal-
q li. Sed hodie etiam in forma seculari huiusmodi condemnationes ad opus metalli recesserunt ab aula, vt dicit Foller. *in pract. crim. can. fol.*131. *numero* 8. & illas hodie in vsu non esse attestatur Mantua *in l. transigere post*
r numero 5. *C. de transact.* cuius *r* pœnæ loco hodie de consuetudine solent rei damnari ad triremes perpetuo, vel ad tempus, vt attestatur Pract. Carer. *fol.*567. *numer.*121. Capyc. *decis.*153. *numero* 3. quem refert Apost. ad Afflict. *super* 3. *par. constit. Regni sub num* 5 Milleus *in pract. crimin. fol.*132. *nu.*3. *& fol.*147. *nu.*40. Foller. *in loco praalleg.* subdens, quod hæc pœna triremium, etiam de iure canonico imponitur, de quo dixi infra *quaest.*70. *vers. frequens est.* Dic etiam Bald. *in l. incredibile, num.*3. *C. de pœnis*, quod istæ pœnæ, per quas imponitur perpetua seruitus, hodie non sunt in vsu, & quod loco earum videtur posse imponi pœna perpetui carceris, sed certe hoc posset forte procedere secundum ius canonicum, vt dixi infra *in d. quaest.*70. *vers. pœna autem*, sed de iure ciuili magis placet, quod successerit pœna triremium. Dicit tamen Ang. *in l.*1. *C. de pœnis*, quod potest quis damnari ad operandum reipub. in perpetuum. Et sub-
s dit *s* se vidisse Romæ quendam damnatum ad perpetuo exercendum officium carnificis damnatorum. Sed ego nunquam vidi in practica fieri tales condemnationes.

8 Deportatio *t* etiam apud leges Digestorum, & Co-
t dicis frequentissime imponitur; & refert Calic. in Margar. fisci, *fol.*83. *& seq.*41. casus, in quibus hæc pœna à
u iure irrogatur. Sed hæc pœna deportationis *u* hodie non est in vsu, ut dicit Gand *de malefic. tit. de falsis, post numerum* 3 Imola *id l.*2. *post numerum* 2. *vers. & aduerte. ff. de publ. iud.* Alexand. *consil.*55. *n.*1. *lib.*7. Cum. *consil.*95 *in fin.* quem refert Grammat. *decis.*23. *in fin.* & idem Grammat. siue Barth. de Capuc. *super constit. Regni, fol.*50. *col.*3. *in princip.* Roland. *cons.*58. *num.*14. *lib.*1. Melch. de Fascinis *inter consilia criminalia diuersorum, cons.*78. *post n.*56. *lib.*1. Dicit autem Rom. *singul.*568. scis quod relegati, quod loco deportationis hodie successit decapitatio, quem refert August ad Angel. *de malefic. in verbo, Falsario, post num.*48. Et ideo dicit Ang. *in l.*1. *§. legis Corneliæ, post nu.*1. *ff. de sicar.* quod cum pœna deportationis hodie non sit in vsu, sed *x* recesserit ab au- *x*
la, nisi apud ecclesiasticos: credit quod etiam positi in dignitate, qui secundum iuris antiqui dispositionem erant deportandi, hodie debeant mori. Al *j* vero dicunt, quod loco deportationis successit bannum perpetuum. Et ita attestatur Cum. *consil.*139. *post numer.*4. Guid. Pap. *decis.*422. *col.*1. *vers. alio etiam & decis.*423. *n.*2. *& decis* 437. *post num.*5. quem refert Crauet. *cons.*229. *num.*13. *& cons.*224. *post num.*1. Berber. *in viatorio iuris, in rubr. de vi publica, versicul pœna autem.* Grammat. *voto* 91. *num* 10. Pract. Carer. *fol.*70. *vers. remaneant ergo.* *y* Ego *y*
credo, quod super hoc non possit dari certa doctrina, sed quod loco deportationis hodie possit iudex imponere pœnam iuxta qualitatem facti, & personæ, prout sibi conuenire videbitur, scilicet, vel triremium in perpetuum, vel ad tempus, vel exilij, vel huiusmodi, secundum grauitatem delictorum: nec consulerem iudici, vt loco deportationis imponeret pœnam mortis, ubi pro eo delicto non esset imposita à statuto, vel à consuetudine: & ita videmus obseruari. Reperio tamen, quod Pract. Carrer. *fol.*567. *post numero* 12. dicit, quod licet communiter hæc pœna deportationis non sit in usu, tamen in Regno propter insulas multas est in usu. Idem dicit Capic. *decis.*155. *numer.*2. & ita plures fuisse condemnatos in pœnam deportationis refert Grammat. in multis decisionibus, & consiliis, & votis. *z* Venetiis etiam adhuc est in usu hæc pœna, ut at- *z*
testatur Mantua *in d. l. transigere post num.*6. Vnum scias, quod de iure communi non potest aliquis magistratus deportare in insulam delinquentes, nisi ei expresse insula ipsa assignata sit. Et hæc est communis opin. ut dicit Bened *de Plumb. in repe. l.*1. *num.*18. *C. de hered. inst.* Et ex hoc fundamento, *a* quia scilicet Senatus noster non *a*
habet insulam, euasit à pœna deportationis quidam Comes imputatus de graui delicto, & fuit tantummodo condemnatus in exilium, & licet aliqui dixissent, quod poterat consuli super hoc Regia Maiestas, tamen contraria opin. obtinuit. Vide in hoc proposito, quæ dixi infra *quaest.*71. *versic. vidi ego.* An autem bannitus æquiparetur deportato, dixi infra quæst. versic. dixi autem.

Relegationis *b* etiam pœna iure veteri frequentis- *b*
sime imponebatur, & refert Calic. *in Margar. fisci, f.*86. 9
30. casus, in quibus hæc relegationis pœna iure irrogatur. *c* Huius autem loco hodie in foro ciuili imponi- *c*
tur exilium, siue confinatio, sed secundum Canones hodie hæc pœna non est in usu, ut attestatur Innoc. *in capit. qualiter, & quando, nu.*6. *de accus.* quem refert Foller. *in Pract. crim. canon. fol.*287. Pract. Millei, *fol.*148. *nu.*49. subdens, quod loco huius pœnæ clerici detruduntur in monasterium: sed neque hoc hodie est in usu, ut dixi infra *qu.*70. *vers. sunt etiam.* Tu vero dic, quod licet hodie ecclesia non inferat pœnam exilij, proprie loquendo, secundum communem opinio. de qua attestatur Alciat. *in c. cum non ab homine, nu.*110. *de iud.* contrarium tamen seruatur, ut dicit Foller. *in pract. crim. canon. fol.*287. *num.*122.

ADDI.

ADDITIONES

Ad Quæst. LXVII.

a NVnc de pœnis videamus] Vide Far. *vol.1.suarum quæst.q.19. tit. de delictis, & pœnis.* vbi tract.de multiplici pœnarum genere.*Rof.*

1 *Nunc de pœnis videamus*] adde quod Felyn. † *in c. qualiter. & quando, sub num.23.de accusat.* dicit, quod secundum leges septem sunt genera pœnarum, tres capitales, & quatuor non capitales, quas ibi prosequitur.

Item adde, quod pœna imposita in ære, & in persona non est pœna capitis. Bal. *in consil.262.n.3.vol.2.*

2 Item adde, † quod pœna in dubio intelligitur de corporali Abb. *in c.inter alia versic.ex hoc de immunit.Eccl. Card.in Clem. 2.§.1.de hæret.*& Cauen.*in Ritu 79.n.4.fol.mihi* 199.

3 Item adde, † an plures pœnæ imponi possunt pro vno delicto, Franch.*in cap.felicis, §.per hoc numer.4.de reg iur.in 6.* vbi ponit regulam, quod vnica tantum imponi potest cum octo fallentiis, sed dicta regula non seruatur.

4 Item adde, † si per statutum loco pœnæ corporalis subrogatur pecuniaria, nihilominus dicitur corporalis. Bald.*in l.si quis cum, ff.si quis caut.in vlt.lect.*

b *Puta si aliquis*] Farina.*in allegata quæstion.19.num.1. & 2.* Rof.

c *Proprie autem*] Carrar.*de execut.sentent. c.fin.num.266.& seq.*Rof.

d *De exilio*] adde, & vide *in collect. mea commun.opin.capitis pœna.* Giach.

e *Ita etiam tenere*] Farin.*sup.n.40.vel ab homine, & quid de iure communi n.6.7.& 8.*Rof.

5 f *Et ratio est*] adde, † hoc fallit in grauioribus delictis, quia in illis seueritatem legum sequi oportet, *l.respiciendum ff.de pœnis.*Cæpol.*consil.54.* quem refert, & sequitur Neuizan.*in sylua Nupt.in verb.quomodo iudicandum pro communi n.47.versic.3.limita.*Baiar.

6 g *Et ideo stante statuto*] adde † hoc verum esse, nisi aliter constaret de mente statuentium, puta quia diceret, quo[d] anima separatur à corpore, vel nisi statutum imponeret pœnam capitalem in casu, in quo ius commune imponat pœnam mortis, quia intelligitur de pœna mortis naturalis, ex quo statutum interpretatur secundum ius commune vel nisi statutum exprimeret alias pœnas mortis, postea nominet pœnam capitis, quia intelligitur de naturali, ita declarat, & limitat Felin.*in d.c.qualiter, & quando el 2. §.ad corrigendos col.fin. de accus.* vel nisi vltra pœna capitis imponeret etiam pœnam confiscationis bonorum Gram.*decisio.72.in fin.* & Anchar. Regien.*quæst.30.num.11.par.2.* vide etiam Foller.*in pract.crim. in verb.pœnis debitis feriantur, num.47.*vbi dicit, quod vbicunque in lege, vel statuto fit mentio de furca, gladio, ferro, flama, igne sæuissimo, grauissimo, nouissimo, amarissime, vltimo supplicio, ferali peste, obligatione mortis, vel sanguinis dispositione; datur intelligi, quod criminosus, de quo ibi fit mentio ad litteram, occidendus erit, sed de prædictis magis late quam alibi habetur nouissime per Farin.*in q.19.n.4.cum multis seq.*

Et etiam mortem naturalem important hæc verba, pœna legitimæ seueritatis extirpantur, Afflict. *in constit. iustitiarij non per Calendas n.15.*

Adde videndum Rip. *in l. imperium col.18. ff.de iurisd. omn.*
7 *iud.*vbi dicit, † quod hoc procedit, nisi aliter appareret de men-
8 te statuentium, vel essemus in casu in quo ius † Ciuile pœnam
mortis imponeret, quia tunc tale statutum deberet intelligi secundum ius ciuile, quod non placet, Neuiz. *in syl.Nupt in ver. quomodo iud.pro communi sub num.47. versic.item in dubio debemus euitare absurdum*, vbi tamen dicit cogitandum esse. *Baiardus.*

9 h *Et ideo videamus*] adde † videndum Barb. *conf.72.colum.11.vol.2.* vbi ipse etiam ponit rationem, quare talia verba apponuntur, quæ videntur superflua, quia amputato capite à spatulis, si non vult mori, non moriatur: sed Marsil.*in pract.crim. in §.opportune num.40.* dicit idem, quod illa verba debent poni in sententiis capitalibus, quod taliter moriatur, vt anima a corpore separetur, & ibi dicit, quod est communis.

10 Item † adde, quod si Iudex reum ad pœnam mortis condemnauerit: & non dixerit, ad quod genus mortis; an dicta sententia sit valida, & an sit intelligenda de morte naturali, late per Luc. de Pen. *in lib.1. numer.34. C.de desert. lib. duodecimo.* Baiard.

11 i *Distinguendo*] adde, quod † species mortis sunt quinque scilicet spiritualis, ciuilis, secularis, affectualis, & æternalis, not. Archidiac. *2.quæst.7.cap.placuit;* & vide ibi *quæst.15. c.placuit el.2.* & Luc. de Penn.*in d.l.1.num.33.C.de desert.lib.12.* Baiard.

k *Genera autem*] Far.*d.q.19.n.1.* Rof.

l *Non est etiam hoc loco*] adde, quod in pœnis infligendis attenditur consuetudo, quæ tamen potest in delictis, quantum lex. Abb. *in c.de causis in fine de offic. delegat.* & Felin. *in c. inter ceteras num.20.de rescript.* vbi dicit, quod propter consuetudinem Iudices licite transgrediuntur formam statutorum, vt si ex statuto latro debet suspendi, & consuetudo addit, quod strascinetur per Terram, illa seruabitur, & quod in pœnis attendatur consuetudo affirmat Franc.*in decision.240.numer.decimo.* Baiardus.

m *Quod in eius locum*] Farinac. *dict. quæst. 19. numer. 18.* Rof.

n *Item præcipitatio*] adde, quod † similiter quis condem- 12
nari non potest, vt ab arbore præcipitetur. Luc. de Pen. *in d.l.1.num. 34. C. de deser. lib.12.* & ibi etiam dicit, quod nemo condemnari potest, vt veneno necetur, aut telo, vel securi occidatur, aut laqueo strangulетur, nec vt damnatus speciem mortis sibi eligat.

o *Iampridem aboleuit*] Farin.*d.n.18.*Rof.

p *Successit deportatio*] Farin. *d.n.18.* Rof.

q *Item damnatio*] Farin.*d.n.14.*Rof.

r *Cuius pœna loco*] Vulpell.*resp.150.in fi.*Rof.

Cuius pœna loco] adde, quod † condemnatus ad triremes 13
in perpetuum, si aufugerit à triremibus, pœna mortis naturalis non punitur, sed debet redire ad seruiendum, nisi Iudex in sententia apposuerit clausulam, quod repertus extra triremes puniatur pœna mortis, vt magna Curia Vicariæ facere solet. Franc. *decisio.140.*

Item † adde, quod similiter debet transgredi ad triremes, si 14
fuerit captus ab hostibus, & postea liberatus, *l.mulier in opus salinarum, & in l.in bello §.si deportatum ff.de capt. & postlim.reuers.*Baiar.

t *Se vidisse Romæ*] Et alias, videlicet de anno 1575. Serenissimus Dux Octauius Farnesius multos habebat damnatos in terra Salis maioris Territorij Placentiæ, operantes in fabrica salis, & hæc pœna erat conformis iuri communi, per text. *in l.aut damnum, §.in ministerium, ff.de pœn.* in tex. *in l.mulier, ff.de capt. & postli. reuer.* qui tamen omnes fere aufugerunt; pœnam tamen triremium etiam apud antiquos Romanos in vsu fuisse, qua nunc vtimur, attestatur Ioseph.*de bello Iudaico.* Risit his Cæsar, & falsum quidem Alexandrum propter habitudinem corporis remigium numero inseruit, suasorem vero eius interfici iussit. *Drogh.*

t *Deportatio*] Et deportare quid olim, & quæ pœna illius loco successerit etiam, per Iac.Menoch. *lib.5.de arbit iudic.casu 330.* Nat.*consil.606.colum. fin.per totum*; sed quid de bonis post deportationem acquisitis dic quod hodie mortuo deportato acquiruntur filiis, ac aliis coniunctis, vide per Nat.*consil. 472.cum seq.*Giach.

Deportatio etiam] adde † Menoch. *de arbitrar.Iud.casu 330.* 15
& Natt.*in consil.660.col.fi.* Baiar.

u *Non est in vsu.*] Far.*d.q.10.n.15.*Rof.

x *Recessit ab aula, nisi apud ecclesiasticos*] adde ideo, quod inter fratres nostros minores S.Francisci de obseruantia, videmus per eorum commissarios, & iudices aliquos deportari, & banniri à prouincia: exemplum patet in auunculo meo fratre Leone Leccaeoruo de Placentia; item exemplum in nunquam satis ob eius peritiam, & doctrinam laudato fratre Francisco Bernardino de Burgo nouo denuo exulantem, & persecutum in hac Bononiensi Prouincia; adde his supra *quæstione 35.versic. quæro quis sit iudex monachorum*, vbi dixi: & quod hæc pœna non sit in vsu, vide Menoch. *de arbit.iud. lib.2. cent.3.cas.287. lib.num.5. & eod.lib.2.cent.4.cas.318.num.18. & cas.330.numer.5.& cas 347.num.2.* loco enim talis pœnæ deportationis successit arbitraria, vt ibidem. & quod immo bannum successerit loco deportationis dixit Crauet. *consil.18. sub num.17.* qui bene loquitur. *Drog.*

y *Ego credo*] adde, † quod imo tenendum est, quod hodie 16
decapitatio, fit loco deportationis, nam Insulæ assignabantur deportatis, vt ibi propter malum aerem cito morerentur, vt ait Bal.*in l.1.in fi.C.de Monopol.*Baiar.

z *Venetiis etiam*] adde, † quod similiter apud Ianuenses est 17
in vsu, vt refert audiuisse Soc. *in c.1.num.6.de pœnis*, & idem facit Rex Aragoniæ, qui viuit quasi ad litteram secundum ius commune; vt dicit Bald. *in l.1 in fin. C.de Monopol.* sed aduertendum est, quod hoc seruatur in nobilibus personis, vt faciebant Romani. *Baiard.*

a *Quia scilicet senatus*] adde hoc idem esse de iure communi. Dyn.in regula cui licet, *sub num.3.de reg.iur.in 6.* imo non habens insula, & in ea delegans, facit sententiam nullam, ex Bal.*in l.executorem sub n.33.C.de exec.rei iud.*Drogh.

b *Relegationis etiam pœna*] Et de ista pœna loquitur Poeta, qui cecinit.

Ille relegati non exulis vtitur in me.

Infra *q.71. versic. dixi autem in princ. sup. q.32. versic. Hinc est*, in quo autem differant relegati à deportatis, vide perbelle apud Menoch. *tract. de arbit. iud. lib.1. q.80. num.89.* ex Budeo, & *lib.2. cent.4. cas.330.* loco autem deportationis successit arbitraria pœna. Menoch. vbi sup. *cas.347. n.2. & cas.355. n.13.* Drogh.

Relegationis] Relegare quid olim, & quæ pœna hodie illius loco successerit etiam Menoch. *de arbit. iudic. lib.2. cent.4. casu* 330. vbi de hoc non meminit. *Giach.*

18 *Relegationis etiam pœna*] adde † Menoch. *de arbitr. Iud. in casu* 330. vbi de hac materia plene tractauit.

19 Item adde, † quod relegati, siue condemnati in exilium, ad tempus non possunt puniri publicatione bonorum in totum, nec in partem, text. est *in l. relegatorum § ad tempus ff. de interd. & releg.* secus si in perpetuum, vt ibi per gloss. *in verb. ad tempus.*

20 Item adde, quod † si inter paciscentes conuentum fuerit, quod offendens exulet à Ciuitate per tantum tempus, quod non est prohibitum, cum sit quodammodo satisfactio iniuriæ,
21 sed si exilium non seruauerit, † non poterit tamquam violator relegationis, siue interdicti criminaliter puniri. ita tradit Bald. *in cap.1. num.4. de lege Conradi*, sed an huiusmodi pactiones sint *in cap.1. num.4. de lege Conradi*, sed an huiusmodi pactiones sint validæ, vide Vulpel. *in tract. de pace quæst.55.* & Moron. *in tract. de pace, fide, & tregua q.187.* & de hoc vide etiam omnino Carau. *in ritu 275. n.12. cum seq.* Baiar.

c *Huius autem loco*] Farinac. *d. quæst.19. numer.16. & numer.17.* quid differant bannum & exilium, & dictionem bannum duobus modis accipi, nempe quod in præsentem, vel in absentem promulgatur. *Ros.*

QVÆSTIO LXVIII.

Ex quibus delictis reus sit vltimo supplicio damnandus.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Casus, in quibus pœna mortis imponitur, qui sint.*
2 *Abortum procurans punitur pœna mortis.*
Et qua pœna puniatur percutiens mulierem prægnantem, si ex percussione sequatur abortus. ibid.
3 *Adulteri puniuntur pœna mortis.*
4 *Ascendens cum scalis de nocte ad domum alterius punitur pœna mortis.*
5 *Blasphemi puniuntur pœna mortis.*
6 *Carceratus aufugiens fractis carceribus punitur pœna mortis.*
7 *Castrans seipsum, vel castrari se faciens, punitur pœna mortis.*
8 *Custos carceris cognoscens carnaliter carceratam punitur pœna mortis.*
Item si carcerati aufugiant, punitur ipse pœna mortis, ibid.
Et quid si custos tantummodo fuit in culpa in deputando substituto, qui fuerit negligens, ibid.
9 *Diuidentes prædam cum Barbaris puniuntur pœna mortis.*
10 *Eximens captum de manibus iustitiæ punitur pœna mortis.*
11 *Extrahens per vim aliquem de ecclesia punitur pœna mortis.*
12 *Extrahens pro debito matremfa. de domo, & ad carceres conducens punitur pœna mortis.*
Et an pro delicto possit mulier carcerari. ibid.
13 *Falsum testimonium dicens punitur pœna mortis.*
14 *Famosi latrones puniuntur pœna mortis.*
15 *Fures an puniantur pœna mortis.*
16 *Hæretici puniuntur pœna mortis.*
17 *Homicida punitur pœna mortis.*
18 *Hostibus ferrum, vel arma deferens punitur pœna mortis.*
19 *Imaginem Christi percutiens punitur pœna mortis.*
20 *Incendiarij puniuntur pœna mortis.*
Et quidem in comburente tugurium, vel fenile, ibid.
21 *Iniuriam faciens officiali tempore syndicatus punitur pœna mortis.*
22 *Iudex aliquem innocentem condemnans punitur pœna mortis.*
Iudex ponens aliquem indebite ad torturam punitur pœna mortis, ibid.
23 *Leno punitur pœna mortis.*
24 *Læsæ maiestatis crimen committens punitur pœna mortis.*
25 *Libelli famosi auctor punitur pœna mortis.*
Et an ille qui legit, & statim non lacerauit. ibid.
26 *Miles, qui in disciplina militari delinquit, pluribus ex causis punitur pœna mortis.*
27 *Monialem carnaliter cognoscens punitur pœna mortis.*
28 *Mulier, quæ animali bruto se subiecit, punitur pœna mortis.*
Item mulier quæ proprio serto se subiecit. ibid.
29 *Muros ciuitatis transcendens punitur pœna mortis.*
Et an hoc locum habeat tantummodo in ciuitate Romana, ibid.
Et an hoc seruandum sit tempore pacis, ibid.
30 *Officialis publicos prouentus subtrahens punitur pœna capitis.*
Et an officialis, qui durante officio multa acquisiuit, præsumatur ea acquisiuisse de bonis fisci, ibid.
31 *Plagiarius punitur pœna mortis.*
Et quid si non sit solitus talia committere, ibid.
32 *Priuatum carcerem exercens punitur pœna capitis.*
Et quid si aliquem capiat ex iusta causa, ibid.
Et an Cardinalibus permissum sit tenere priuatum carcerem, ibid.
33 *Proditor punitur pœna mortis.*
34 *Raptores mulierum puniuntur pœna mortis.*
35 *Sacrilegi puniuntur pœna mortis.*
36 *Seditionis auctor punitur pœna mortis.*
37 *Seipsum occidere volens punitur pœna mortis.*
Et an occidens seipsum moriatur intestabilis, & eius bona confiscentur, ibid.
Et quid si non conscientia proprij sceleris sibi manus intulerit, ibid.
38 *Seruus, qui cum domina se carnaliter commiserit, punitur pœna mortis.*
39 *Sodomita punitur pœna mortis.*
40 *Sortilegi puniuntur pœna mortis.*
41 *Transfuga puniuntur pœna mortis.*
Et an puniatur etiam non consummato delicto. ibid.
42 *Tutor, qui propriam pupillam corrupit, punitur pœna mortis.*
43 *Vastatores, & incisores vinearũ puniuntur pœna mortis.*
44 *Venenum faciens, aut dans alicui ad occidendum, punitur pœna mortis.*
45 *Violatores sepulchrorum, puniuntur pœna mortis.*

Ex Additionibus.

1 *Abortum procurans quomodo puniatur.*
2 *Vulnerans mulierem, ignorans eam prægnantem, mitius punitur.*
3 *Medicus, qui causa valetudinis causat abortum, quomodo puniendus.*
4 *Et quid in ipsamet muliere.*
5 *Statutum de occidente hominem an habeat locum in procurante abortum.*
6 *Et quomodo puniatur filia, quæ suasionibus matris facit abortum ad occultandum turpitudinem.*
7 *Et quid de muliere accipiente medicamẽta, ne cõciperet.*

8 Ab-

8 Abortus pœna in statu ecclesiastico.
9 Medicamenta dans mulieri, vt fieret pragnans, si ea moriatur, est relegandus.
Pœna dantis poculum amatorium non secuto abortu. num.eod.
Et quid in scienter recipiente.n.eod.
Et quid in poculo dato causa amoris, vel abortionis. num.eod.
Aut causa amoris liciti, vel conceptionis, & mors sequatur, n.eod.
Fœtus præsumitur animatus, ideo reus tenetur probare negatiuam, n.eod.
Gomes.intellectus ad c.sicut, de homic.n.eod.
Abortum committens punitur pœna mortis, si fœtus occisus sit animatus, secus si formam humanam non habeat.n.eod.
10 Ascendens de nocte cum scalis ad domum alienam quomodo puniatur.
11 Amor excusat.
12 Fur committens furtum cũ scalis est grauius puniendus.
13 Mulier fugiens de carcere causa euitandæ libidinis excusatur.
14 Et quid si consensu custodis iuerit ad aliquem ecclesiam ex voto.
15 Fugiens è carcere quando excusetur, remissiue.
16 Carcerum effractores, & auxiliatores quomodo puniantur in statu ecclesiastico.
17 Castrans seipsum, quomodo puniatur, remissiue.
18 Et quid in medico castrante propter valetudinem.
Et quid si eius culpa castratus moriatur, & fuerit protestatus eum recipere pro homine mortuo, ibid.
19 Carcerum custodes quomodo puniantur in Regno Neap. si carcerati aufugiunt.
20 Et an teneatur custos, si eius socius aufugerit cum carcerato.
21 Et quid si custodem elegerit, qui reputabatur sufficiens, & postea mores mutauit.
22 Et quid si carceratum liberasset habentem rescriptum Principis, quod liberaretur cedendo bonis ante decretum iudicis de eum admittendo ad cessionem.
23 Et an teneatur de fuga carcerati, qui dedit fideiussores de non discedendo.
24 Et quid si pretio, vel gratis fregerit carceres.
25 Et quid si nobilem minus arctè detinuit, & ille aufugit.
26 Et quid si fugiens erat iniustè carceratus.
27 Et an possit carceratos dimittere causa voti explendi.
28 Custos carceratum de proximo relaxandum non ita cautè detinens excusatur.
Item si senem detinet minus arctè quam iuuenem.ibi.
29 Item si decipiatur ab vxore carcerati portante ei alimenta, si eum veste muliebri excarcerauerit.
30 Et an in dubio præsumatur diligens, vel negligens.
31 Et an liberetur à custodia carcerati, si iudex alios mittat ad custodiam carcerati.
32 Commenturiensium crimina summariè sunt cognoscenda, & velo leuato.
33 Eximens captum pro debito ciuili, tenetur ad solutionem debiti, n.46.
34 Et quid si exemptus ad carcerem reducatur.
35 Et quomodo sit puniendus, n.41.
36 Et quid in eximente captum pro causa criminali.
37 Et quid in eximente condemnatum.
38 Et quid in impediente capturam.
39 Amouens litteras iudicis à manu seruientis, quomodo puniatur.
40 Et quid lacerante litteras iudiciales.
42 Et quid de occidente captum in manibus iustitiæ.
43 Et quid de monente bannitos, vt fugerent, quia familia curiæ ad illos veniebat.
Et quid de monente debitorem ciuilem.
44 Vxor liberans virum aliqua calliditate excusatur à pœna ordinaria.
45 Venenans consanguineum, ne suspenderetur, quomodo sit puniendus.
46 Eximens captum pro debito an admittatur ad probandum illum non esse debitorem.
47 Executors referenti captum sibi exemptũ an credatur.
48 Nuncio publico an, & quando credendum.
Fugiens à custodia, captus, & reductus ad eam non liberat à solutione debiti, qui eum aufugere fecit.
Testes falsi pœna ridicula in Hispania puniuntur, nu. eod.
49 Imaginem Saluatoris pingens humi, vel deturpans debet mori.
50 Et quid in imagine Summi Pontificis.
*50 Incendium præsumitur factum culpa habitantium.
*51 Et quando vniuersitas de incendio teneatur.
51 Dolus in materia incendij quomodo probetur.
52 Incendiarij pœna.
Incendium committens, etiam sine leuissima culpa, tenetur ad emendationem damni, n.eod.
53 Incendium quando præsumatur commissum culpa inhabitantium.
54 Statutum imponens mortem pro incendio domus, quomodo intelligatur.
55 Iniurians magistratum, quomodo puniendus.
56 Et quid de dante alapam officiali.
57 Et quid de iudice condemnante aliquem ad mortem per iracundiam, vel pecuniam.
58 Lenones qui dicantur.
59 Lena non dicitur, quæ commisit semel lenocinium cum aliqua muliere honesta absque mercede.
60 Lenonum pœna in statu ecclesiastico, & regno Neap. numer.61.
62 Limitat.& amplı.ad l.1.C.de famos.libell.n 67.
63 Scribentes libellos, & lettere del gli auisi in læsionem famæ alicuius pœna in statu ecclesiastico.
64 Pœna libelli famosi habet locum in scribente, & edente, & retinente.
65 Et quid seruetur in practica.
66 Statutum de verbis iniuriosis an habeat locum in libellis famosis.
67 Actio libelli famosi quandiu duret.
68 Comparatio litterarum in materia libelli famosi an faciat iudicium.
*69 Muros transcendens, vt bannitum interficiat, an sit plectendus.
69 Muri ciuitati sunt ciuium.
70 Fodiens prope muros ciuitatis ad quid teneatur.
71 Muros transcendentis pœna.
73 Et quid in transcendente tempore pacis, & non dolose, nu.74.& 75.
76 Peculatus quis sit, & eius pæna.
77 Pecuniam publicæ administrationis retinens, quomodo puniatur.
78 Et quid in actuario non scribente prouentus in libro.
79 Peculatus crimen est, scribere in tabula publica minorem pecuniæ summam, quam sit recepta, & exigere à non debitum.
80 Capitanei conuertentes in ipsorum vsum pecunias dandas militibus, tenentur de residuis.
81 Peculatus crimen est grauius furto.
82 Statutum minuens pœnam furti, non procedit in peculatu.
83 Officialis an præsumatur acquisiuisse ex bonis fisci.
84 Plagiarius quis dicatur, remissiue.
85 Carcere priuato vtẽdi ius quis habeat, & an possit cedi.
86 Carcerare an liceat vxorem, sororem, & adulterum.
87 Carcer priuatus committitur retinendo aliquem sub custodia fideiussorum.

88 *Pater retinens domi filium non committit priuatum carcerem, nec Dominus seruum*, n.95.& 97.
89 *Et quid incarcerare volentem.*
90 *Carcer priuatus committitur per omnem inclusionem, & detentionem.*
91 *Officiales destinati ad capiendum malefactorum debent captum superiori consignare.*
92 *Carcerans aliquem in loco, vnde facile poterat fugere, non committit priuatum carcerem.*
93 *Carcer priuatus quando committatur.*
94 *Et an per detentionem alicuius in via.*
Carcer priuatus committitur, quando à principio captura est illicita, n.eod.
Et incidens in tale delictum committit crimen læsæ Maiestatis, n.eod.
96 *Et quid si detineatur bannitus.*
98 *Capiens aliquem, & vulnerans an teneatur de vulnere, & priuato carcere.*
99 *Et quid in detinente mulierem causa libidinis.*
100 *Carcer priuatus quando committatur in Regno Neap.*
101 *Mariti zelosi possunt carcerare vxores.*
102 *Officiales tolerantes priuatum carcerem fiunt rei læsæ Maiestatis.*
103 *Carcerem priuatum committens tenetur ad restitutionem damnorum.*
104 *Clericus repertus in adulterio potest per maritum adultera detineri per viginti horas absque metu excommunicationis.*
105 *Carceris priuati pœna.*
*105 *Tribus modis quis proditor dicitur.*
106 *Proditor quis dicatur, & proditoris signa.*
107 *Proditor dicitur occulte, & sine causa offendens eum, qui tunc de ipso confidebat.*
*107 *Seditiosus à testimonio repellitur.*
108 *Seditiosus quis, & quomodo puniendus.*
109 *Statutum de turbante pacificum statum Ciuitatis, quomodo intelligatur.*
110 *Turbatorum pacis pœna de iure canonico, ciuili, & Regni Neap. remiss.*
111 *Iudex potest expellere ciuem turbulentem.*
112 *Vulnerans seipsum, quomodo puniatur, & an amittat bona.*
113 *Et an quis præsumatur vulneratus à seipso.*
114 *Mulieri non licet interficere se ipsam pro tuenda castitate.*
115 *Occidere seipsum quare non liceat, remissiue.*
Mortem nemo sibi ipsi inferre potest causa religionis, nec pro euitandis peccatis, n.eod.
116 *Suspensus aliquis repertus, non præsumitur suspensus à se, sed fiscus id probare debet.*
117 *Sortilegiorum pœna, remissiue.*
118 *Ligans per sortilegia hominem, ne vxorem cognoscat, non punitur morte.*
119 *Transfuga quis sit.*
120 *Arborum incisores quomodo puniantur.*
*120 *Dans venenum proditor est.*
121 *Venena mala quæ dicantur, & quæ non mala.*
122 *Veneni dictio ex vulneri consuetudine loquendi intelligitur de malo veneno.*
123 *Venenans habet animum deliberatum occidendi, & est proditor.*
124 *Veneno occidere plus est quam occidere gladio.*
125 *Venenans committit homicidium, & proditorium.*
126 *Crimen veneni est detestabile, & longe grauius homicidio.*
127 *Venenatus quomodo cognoscatur, & quibus indiciis probetur.*
128 *Veneni crimen est atrocissimum, & occultum, & ideo iudex debet esse promptior ad torquendum.*
129 *Et quæ indicia sufficiant contra vxorem tentantem venenare maritum.*
130 *Venenans quæ pœna puniatur.*
131 *Venenum vendens quæ pœna puniatur.*
132 *Et quomodo in Regno Neapol.*
133 *Et quomodo in statu Ecclesiastico.*
134 *Statutum puniens venenare tentantem, quomodo intelligatur.*
135 *Venena sex specialia, remissiue.*
136 *Venenans pro pecunia quomodo puniatur.*
137 *Veneni suspicio magis cadit in mulierib. quam in viris.*
138 *Exemplum in materia veneni centum septuaginta matronarum in Vrbe.*
139 *Sepulcrorum violatores quomodo puniendi.*
140 *Et quid de extrahentibus cadauera ex sepulturis.*
Et quid de eas spoliantibus, ibid.
Et quid de sepulcra demolientibus, ibid.
141 *Et quomodo excusentur.*
142 *Spolians cadauer in Regno Neapol. punitur pœna manus.*
Et quibus plectatur spolians suspensum remissiue.

NVnc *a* videndum est, qui sunt hi casus, in quibus *a*
pro delicto pœna mortis naturalis à lege imponi- 1
tur, quos quidem plenius videre *b* poteris apud Bald. *b*
in l. data opera, nu.14. C. qui accus. non poss. & Cali. *in margar. fisci fol.78. col.2. & aliis fol. seq.* & Guid. Pap. *dec.589.* & Fab. *in pract. arbit. fol.159. & aliis sequen. vsque ad fol. 325.* & Iul. Ferret. *in tract. de bello, fol.162. col.3. & aliis seq.* Nos aliquot *c* tamen attingemus. *c*

Abortum *d* procurans punitur pœna capitis, *l. Cicero, ff. de pœnis,* & potest poni exemplum in puella prægnante, quæ potionibus partum abegerit *e* honoris sui conseruandi causa, vt in casu super quo consuluit Barbat. *consil.23. in 2. dubio lib.2.* & Dec. *cons.535.* Dicit autem Pract. Iodoch. *cap.74. num.12.* quod mulier, quæ dolose abortum fœtus viuentis procurauit, ex recepta consuetudine punitur putei suffocatione: sed apud nos illa pœna non est in vsu. *d* 2 *e*

Sed quæro, qua pœna puniatur ille, qui percussit mulierem prægnantem, ex qua percussione illa abortum fecit. Resp. Aliqui simpliciter dicunt, quod vbi adest dolus, debet puniri pœna vltimi supplicij, & hanc dicit esse magis communem opin. Boss. *in titul. de homic. num.6.* Tu *f* vero dic, quod aut partus adhuc non erat animatus: & punitur pœna extraordin. Aut vero erat animatus: & punitur pœna homicidij. Et hæc est communis opin. vt attestatur Blanc. *in pract. crimin. fol. 75. num.33.* *f*

Adulteri puniuntur pœna capitis. Dixi supra *hoc eod. lib. §. Adulterium, vers. sed quæro.* 3

Ascendens *g* cum scalis de nocte ad domum alienam, punitur pœna vltimi supplicij secundum Bald. *in l. fin. circa fin ff. de rerum diuis.* atque ita seruatum fuit per proregem Neapolis in executione cuiusdam edicti. Quæ *h* sententia (licet Grammat. *decis.36.* eam defendere conetur) iudicio totius Italiæ visa fuit nimis seuera, & crudelis, maxime attenta bona qualitate illius nobilis iuuenis, *i* causa, propter quam ascenderat, quæ fuit amor cuiusdam pulcherrime puellæ, qui etiam prudentes viros sæpius excæcauit: & de illa sententia mentionem etiam facit idem Gram. *super constit. regni fol.31. col.1. num.6.* certe hæc opin. Bald. apud nos seruatur, sed hæc qualitas ascendendi cum scalis aggrauat tantummodo principale delictum, ita vt grauius puniatur, siue sit ex causa amoris, siue ex causa furandi, siue aliud maleficium committendi. Et in hoc proposito videnda est *decis.* Afflict.276. & Mantua *cons.31. nu. 2. lib.2.* 4 *g* *h* *i*

Blasphemantes puniuntur pœna mortis. Dixi supra *hoc eod. lib. §. Blasphemia, vers. sed quæro.*

Carce-

6 Carceratus *k* fugiens fractis carceribus, capite puni-*k* tur. Dixi supra *quæst.21.vers.Tertio autem.*

7 Castrans *l* seipsum, vel castrari faciens, punitur pœ-*l* na capitis, *l.4.in fin.ff.ad legem, Cor.de sicar.* quod dicit esse notandum Catald.*de synd.n.86.* quia aliàs vidit dubitari in ciuitate Recanati, cum quidam Sclauus sibi ipsi præputium absciditset, & ibi refert Bal.*in l.reos, n.9.C.de accus.* dicentem, quod membra generationis sunt membra, quæ habent proprias, & distinctas operationes, imo dicuntur esse membra nobilia, & per quæ saluatur species humana, & ideo mutilans illa debet puniri tanquam inimicus naturæ.

8 Custos carcerem, carnaliter cognoscens mulierem carceratam de consuetudine suspenditur. Dixi supra *hoc eodem lib.§ fornicato, vers.cum carcerata.* Item custos carcerum sit propter eius negligentiam carceratus au-*m* fugit, punitur *m* pœna capitis. Sed hoc intellige, vt procedat quando ille, qui aufugit, detinebatur pro crimine capitali. Nam eo casu si fuit in nimia negligen-*n* tia vtique punitur vltimo supplicio: sed si *n* detinebatur pro crimine non capitali, tunc punitur iudicis arbitrio iuxta modum culpæ. Et hæc est communis opin. *o* vt dicit Boss.*in tit.de carcere, num.10. o* Et hoc quidem locum habet in custode, qui est negligens in ipso actu custodiæ: sed si tantummodo fuerit in culpa in deputando substitutum, qui fuit negligens in custodia, non debet ipse custos principalis puniri pœna mortis. Et ita iudicauit curia Neapol. vt refert Gramm. *voto 19.* *p* quæ hoc casu custodem tantummodo ipso *p* officio custodiæ priuauit, de quo etiam mentionem facit Boer. *decis.216.& sequentib.* & Boerium, & seipsum refert idem Gramm.*super constit.regni.fol 45. col.1.* Et pro defensione custodis imputati de fuga carceratorum, videnda sunt ea, quæ scribit Bald. *cons.32. lib.3.* & Io.de Amicis *cons.28.*

9 Diuidentes prædam cum aggressoribus viarum sunt comburendi, *l.si quis barbarus,* vbi Bartol.*C.de re milit. libro 12.* quem text dicit Paris Put. *de synd.fol.250.num.8.* esse singularem contra Agozinos, seu Baricellos qui solent de nocte sumere secum fures, & cum illis diuidunt furta, videns, quod propter hoc quidam Agozinus, qui diuidebat prædam cum furibus, fuit Neapol.

10 suspensus, Eximens *q* de manibus iustitiæ condemna-*q* tum ad mortem, vel confessum, siue conuictum de aliquo crimine, punitur pœna capitis, *l.cuiuscunque ff. ad l.Iul.Maiest.* Et hanc dicit esse frequentiori Docto-rum calculo receptam sententiam Plac.*lib.1.delict.c.38. r num.7.r* Et refert Carau.*supra ritu.160.nu.2.in fin.* quod in ciuitate Neapoli quatuor, qui exemerant è manibus familiæ quendam nobilem, qui propter debita ducebatur ad carceres, fuerunt iussu Viceregis statim suspensi, & in frusta scissi. Et apud nos quidam Baptista Zacagnus, qui quendam è manibus familiæ prætoris Mediolani exemerat, fuit laqueo suspensus, 11. Febru. 1552. P. N. Et alij quatuor, qui exemerant quosdam frandatores cum inuentione è manibus capitanei Glareæ Abduæ, pariter fuerunt furcis suspensi, 28. Ianuarij 1554. P. N. Vide, quæ dixi in hoc proposito supra *q.20. vers.eximent autem, & alijs seq.*

11 Extrahens aliquem per vim de ecclesia punitur pœna mortis, veluti reus læsæ Maiestatis, *l.fideli, C.de iis qui ad eccles.confug.* Quod intellige secundum ea, quæ *s* dixi supra *s quæst.39.*

12 Extrahens pro debito matremfam. ex propria domo eamque ad carcerem ducens, punitur pœna capitis, *l.1.C.de off.diuers.iudic.* An autem pro crimine possit mulier honesta carcerari, dixi sup.*q.28 vers.quæro igitur.*

13 Falsum *t* testimonium dicens per quod aliquis con-*t* demnatur ad mortem, punitur pœna mortis. Dixi sup. *hoc eod.lib.§.Falsum.vers.Testis, qui falsum.*

Famosi latrones, & grassatores viarum furca suspendi debent. Dixi supra *hoc eodem libr. §.Furtum versic. scias tamen.* 14

Fur, qui furatus est rem, quæ sit valoris vltra quinque solidos, punitur pœna mortis. Vide, quæ dixi supra *hoc eod.lib.§.Furtum, vers.Sed quæro, & seq.* 15

Hæretici puniuntur pœna mortis. Dixi supra *hoc eod. lib.§.Hæresis, vers.sed quæro,* 16

Homicida punitur pœna mortis Dixi supra *hoc eod. lib.§.homicidium, vers.sed quæro.* 17

Hostibus ferrum vendens, vel frumentum, vel sal, &c. vel alias merces, punitur pœna capitis, *l.1.& 2. C. quæ res export. non poss.* & excommunicationis pœnam incurrit.c.ita quorundam, de Iudæis, Vide quæ dixi infra *q.77.vers. u Christiani deferentes.* 18 *u*

Imaginem *x* Christi, aut sanctorum percutiens, frangens, aut vulnerans *y* punitur pœna mortis, secundum Ang.*in l.ex senatus consulto, ff.ad l.Corn.de sicar.& in sua disputatione incip. in refulgenti delitiarum,* & ita obseruatum fuisse per curiam Burdegalens. refert Boer. *decis.301. post num.18.* vbi attestatur quendam pro hoc crimine fuisse condemnatum, vt prius amputaretur ei manus, deinde caput. Refert etiam Marcus *decis.509. in fin.* quod quidam iudex in loco Perrusij qui proiecerat lapidem contra imaginem beatissimę Virginis, multasque contumelias in eam protulerat, fuit viuus excoriatus. Dicit tamen Ang. *in d.l.ex senatusconsulto,* quod alias cum iste casus contigisset, fuit delinquenti solummodo manus amputata, quem refert Affl ct.*super 3.par. constit.Regni, rub.54.n.9.* 19 *x* *y*

Incendiarij, *z* qui ob inimicitias, aut prædam intra oppidum incendium committunt, puniuntur pœna mortis *d.l.capitalium, §.incendiarij ff de pœnis.* 20 *z*

Item illi, qui comburunt ædes, vel aceruum frumenti positum iuxta ædes, *l.qui ædes ff.de incend.ruina naufr.* vt in incendio capsinæ, super quo consuluit N tt. *cons.42.& seq.* Et proximis annis fuerunt Cremonæ suspensi iussu senatus duo fratres, qui quasdam ædes in quodam oppido combusserunt. Si quis vero non ædes, sed tugurium combureret, non esset pœna mortis afficiendus, & ita senatus quendam Pasqualem Curtarellum, qui de incendio cuiusdam tugurij conuictus fuerat, condemnauit tantum ad triremes per biennium, 2. August. 1559. P. N. Fuit tamen pro incendio posito in fœnili vltimo supplicio affectus Paulus de Molo, 28. Nouembr. 1561. P. N. *a* Hæc autem pœna statuta contra incendiarios locum habet, quando data opera commissum est incendium: secus autem si culpa, vel casu, & in facti contingentia quidam Donatus Biretta, qui incensis stipulis permiserat ignem vagari, quo frumentum ipsius proprium, & alienum combustum fuerat, habita a parte remissione, fuit absolutus, 17. Septemb. 1552. P. N. *a*

Iniuriam *b* faciens officiali tempore eius syndicatus, debet puniri pœna capitis, vt dicit glos. *in §.illud, in verbo, Mortis in authen.* vt iudices sine quoquo suffragio. Sed hoc intellige, nisi ipse officialis prius iniuriam illi fecisset: & ita se practicasse attestatur Paris Put. *de synd. fol.137. post num.3.* in quodam officiali, qui iniuriabatur querelantibus. Quod nota. 21 *b*

Iudex, qui dedit operam, vel accusatus, vel inquisitus aliquid falso confiteretur, per quod innocens postea damnaretur ad mortem punitur pœna capitis, vt dixi in *d §. Homicidium, vers. item iudex.* Item *c* iudex qui per pecuniam, vel iracundiam aliquem innocentem ad mortem condemnauit punitur pœna capitis, vt dixi *in d.§.vers. item iudex.* Præterea iudex ponens aliquem indebité ad torturam punitus pœna capitis, vt dixi supra, *q.64.vers. antequam tamen.* 22 *c*

Lenones, *d* & lenæ puniũtur pœna mortis, vt est tex. 23 *d*

*in authen. de leno.§.praeconizamus,col.*3.sed de consuetu-
e dine non puniuntur pœna mortis, sed tantummodo e flagellantur cum mitra,vt dicit Nunius *de los corregidores,fol.*204.*num.*15.vel afficiuntur aliqua alia pœna arbitrio iudicis, & ita esse consuetudinem attestatur Pract. Iodoc. *c.*89.*nu.*43. Ita etiam in regno Hispaniæ solere practicari dicit Ant. Gomes.*super l.*80.*Tauri,n.*73.licet subdat, quod est pœna irridenda pro tam nefando crimine,& quod deberent puniri pœna mortis.

24 Læsæ maiestatis crimen committens punitur pœna mortis,vt dixi supra,*hoc eo.lib.§.læsæ Maiestat.versicul. sed quaro.*

25 Libelli f famosi auctor, qui fabricatus sit de alio ad f eius infamiam contra veritatem, punitur pœna capitis, *l.vnica,C.de famo.libel.*& dicit Angel.*in l.lex Cornelia, §.si quis liberum,num.*3.*ff.de iniur.*sed hoc vidisse de facto in quodam,qui posuerat quandam scripturam infamag toriam super altari palatij priorum g non descripto nomine alicuius.Dicit tamen idem Ang.*in d.l.vnica,C. de famo.lib.*quod licet ille,qui posuerat talem cedulam, debuisset decapitari, tamen indulta sibi fuit pœna cah pitis, & conuersa in pœna duorum mille ducatorum. h Quinimo dicit Paris Put. *de synd.fol.*273.*nu* 6.quod illi, qui ad infamiam Potestatis pingunt membra virilia, vel vuluas muliebres super ianua eorum cameræ, vel porta palatij, sunt maxima pœna digni; subdens,quod in facti contingentia consuluit, quod quidam, qui pinxerat quandam honestam mulierem eius amasiam(quæ sibi consentire nolebant)nudam cum certo vituperio, & illam picturam ad eius ignominiam affixerat in locis publicis, quod esset ad triremes transmittendus; quia (secundum eum) talis pictura erat libellus infamatoi rius. Ego autem in practica i nunquam vidi seruari,vt propter libellum famosum aliquis vltimo supplicio afficeretur, sed semper vidi imponi pœnam extraordinariam, puta, fustigationis, ictuum funis, & ad summum pœnam triremium. Et præteritis annis quidam proxeneta, qui tres libros materna lingua composuerat, in quibus de multis etiam in magistratu constitutis obloquebatur,licet eos non publicasset,fuit iussu senatus alligatus catenæ infami,& libri publicè combusti. Adde, quod non solum ipse auctor, & fabricator huiusmodi famosi libelli est capite puniendus, sed etiam ille, quæ legit, & statim non laceraiuit, eadem pœna afficiendus. Et ita communi consensu tenent Doct.vt ait Plac.*lib.*1. *delictorum,c.*3.*post n.*2.

Medicus malum medicamen scienter adhibens, vt infirmus moriatur, punitur pœna mortis D.xi supr.*hoc eod.lib.§.Homicidium,vers.Item medicus.*

26 Milites multis ex causis capite puniuntur, quas per te videre potes *in l.desertores,& aliis pluribus legibus illius tituli, ff.de re militari,* potest etiam videre apud Iulium Ferret.*in tract.de bello,fol.*148.*& seq.*& apud illust. Doctorem, & compatrem meum Petrum Bellum *de re militari,in* 8.*parte.*

27 Monialem carnaliter cognoscens, vel cum ea de facto matrimonio contrahens, punitur pœna mortis, *l. quis non dicam rapere,C.de episcop.& cler.*Dixi supra *hoc eod.lib.§ Fornicatio,vers.Cum moniali.*

28 Mulier,quæ proprio seruo se supponit, punitur pœna mortis, Dixi supra *hoc eod.lib. § Fornicatio,vers.mulieris etiam.* Item mulier,quæ animali bruto se subiecit, punitur pœna mortis,vt dixi *in eodem §.Fornicatio,vers. Cum animali.*

k Muros k ciuitatis rumpens, vel transcendens punitur pœna capitis,*l.fin ff.de rerum diui.*Scias tamen,quod illa lex intelligenda est, vt procedat tantummodo in transcendente muros vrbis Romanæ: in muris aliarum ciuitatum est pœna arbitraria. Ita dixit Barto.*in d.l.fin. num.*2. & ita distinguendum esse secundum Doctor, affirmat Roland.*cons.*84.*num.*15.*lib.*2. Hanc etiam opi. seruari de consuetudine attestatur Alexand. de Nouo *cons.*94.*num.*1. *quod est duplicatum, inter cons.criminalia diuersorum.cons.*91.*lib.*1. Et ita in facti contingentia iudicatum fuit in curia Burdegal.vt refert Boer.*decis.*231. Dicit tamen Alber.*in d.l fin.num.*1.quod vidit hunc casum in facto ciuitate Bergomi, tempore regiminis D. Gulielm. de Castro Bacco, qui ipso reclamante quendam,qui muros ciuitatis transcenderat, fecit decapitari. l Apud nos semper vidi seruari opin.Bart. vt scilicet l non imponatur pœna capitis, sed alia extraordinaria: & ita in facti contingentia iussus fuit fustigari quidam Franciscus Cartarius, qui fossam ciuitatis transiuerat, vltimo Febr. 1551. P. N. Et alius quidam Stephanus de Nignano, qui transgressus fuerat fossas oppidi Serrahalis, iussus fuit in contumaciam condemnari in tribus ictibus funis,m vel viginti aureis,20.Martij 1556. P. N. m Et n ita omnino seruandum esset, præsertim si esset n tempus pacis, & ille transcendisset muros non animo eos violandi, sed aliqua ex caussa, puta, vt effugeret è manibus satellitum, vel huiusmodi. Et o quod o hæc pœna solummodo locum habeat tempore belli, non autem tempore pacis, fuit in facti contingentia Capuæ iudicatum,vt refert And.de Iser. *constitut.regni* relatus & ipse per Gramm.super eisdem const.*fol.*31.*col.* 1.*post numero* 6.

Officialis, p qui publicos prouentus subtrahit, punitur pœna capitis, §.*item lex Iulia peculatus*, *Instit. de p pub.iud. q* Sed hic incidenter quæro, nunquid officialis, q qui multa acquisiuit in officio, præsumatur ea de bonis fisci acquisiuisse, nisi doceat se ea aliunde acquisiuisse. Respond. Glos. *in l. defensionis facultas in gloss. fin. C.de iure fisci lib.*10. videtur tenuisse, quod sic: Sed certè in contrarium est communis opin. vt attestatur Dec. *consil.*6.*num.*2.Et dicit Bald.*in c.*1.*in vltimis verbis,de clerico,qui inuesti. facit,in vsib.feud.* quod illo gloss. per multos damnatur, & non seruatur de consuetudine, quem refert Bertran.*cons.*115.*num.*7.*lib.*2.*in* 2.*parte*,vbi etiam post *nu.*31. dicit, quod illa gloss. reprehenditur per Doctor. Illum etiam refert idem Bertran.*cons.*151.*num.*6. *lib.*6 subdens, quod secundum communem opinio. illa gloss. reprehenditur. Et ideo teneas, quod imo officialis præsumitur in dubio licitè acquisiuisse, nec præsumitur aliquid habere de bonis fisci, nisi id liquido probetur. 30

Plagiarius, r qui pueros vel seruos furatur, pœna capitis punitur, *l.quoniam, & l.fin.C.ad l.Flauiam de plagia.* Sunt tamen intelligendæ illæ leges,vt procedant in eo,qui solitus est talia committere; ille enim vtique puniendus est pœna mortis:secus autem si non sit consuetus: nam eo casu est distinguendum; quod, Aut habuit animum celandi; & adhuc punitur vltimo supplicio; Aut vero non habuit animum celandi: & est mitius puniendus. Et hæc opin.communiter tenetur,vt dicit Bar. *in l.penult. in princi. ff.ad l.Flam. de plag.* quem refert Anan.*in c.*1.*post num.*4.*de furtis.* 31 r

Priuatum s carcerem exercens punitur pœna capitis,vt ex text.*in l.*1. *C.de priuatis carcer.*Et aduerte,quia s ille,qui capit aliquem,& detinet ex iniusta causa, punitur pœna priuati carceris, etiamsi illum detineat minori spatio viginti horarum. Ille vero, qui alium capit ex iusta causa, potest illum detinere spatio viginti horarum, & ipsum captum iudici præsentare, & ita concludunt omnes Doct. vt dicit Cauens. *super* 56. *ritu magna curiæ, num.*2. Scias autem, quod dispositio illius legis t non habet locum in Cardinalibus sanctæ Romanæ Ecclesiæ; nam hodie quilibet Cardinalis habet priuatum carcerem ad puniendos domesticos, & familiares suos, & ita vsum obtinuisse attestatur Manfred. *in tractat. de Cardinal.cap.*8.19.*priuileg.*Memini ego de hoc crimine 32 t

proces-

processum fuisse Contra D. Ioannem Stephanum Ritium, qui furem in domo captum per septem dies domi detinuerat: sed comperto, quod statim dederat notitiam officialibus, fuit absolutus, 23. Martij 1566.

u Credo u etiam; quod in practica reus priuati carceris non afficeretur ultimo supplicio, sed mitius puniretur, prout in facti contingentia seruauit parlamentum Burdegalense, quod condemnauit in pœnam pecuniariam tantum quendam dominum, qui famulum suum diu in priuato carcere retinuerat, ut refert Papo *lib.23. tit.1. arresto* 1.

33 Proditor x punitur pœna capitis, tanquam reus læsæ
x Maiest. ut colligitur ex tex. *in l. fallaciter*, ubi gl. *in verb. Prodita. C. de abolitio.*

34 Raptores mulierum puniuntur pœna mortis, *l. unica, C. de raptu virg.* Dixi sup. *hoc eo. lib. §. raptus, versiculo Sed quaro.*

35 Sacrilegij puniuntur pœna capitis. Vide quæ dixi su-
36 pra *hoc eod. libr. §. Sacrilegium, versiculo Sed quaro.* Sedi-
y tionis y auctor punitur pœna mortis, ut est text. *in l.3. §. Item si quis auctor. de sicar.* & etiam seditionem in populo concitans contra principem, vel rempubl. *l.1. C. de sedition.* Et licet ille text. expresse non imponat pœnam mortis, sed tantum dicat, quod mulctam grauissimam sustinebit: tamen gloss. ibi *in verbo, Grauissimam, in prima opin.* interpretatur, id est, mortem: & illam opinio. dicit esse approbatam in practica Salyc. *in d. l.1. post num.1.* Quod tamen intelligendum est, quando tractatus præcessit ipsum tumultum, seu seditionem: secus autem si accidentaliter euenerit aliquis tumultus, vel seditio in populo, circa animum turbandi quietem populi. Nam eo casu mitius essent puniendi, ut in facti contingentia consuluit Iaso. *consil.167. lib 4.* & Dec. *consil.256.* & iudicauit consilium Neap. teste Gram. *voto 19.*

37 Seipsum z occidere volens, punitur pœna capitis, *l.*
z *si quis aliquid, §.1. ff. de pœn.* a Et ideo licet talis volens
a seipsum occidere fuerit impeditus, ne id faceret, punitur tamen perinde ac si delictum consumasset. Et hæc est frequentiori Doctor. calculo recepta opin. ut dicit Placa *libro 1. delictorum, cap.23. numer.18.* Nihilominus stante generali consuetudine, quod conatus non puniatur nisi sequatur effectus, ut dixi infra *quæstio 92.* fortè contrarium esset dicendum in practica, prout etiam se in facti contingentia consuluisse attestatur Carer. *in pract. crim. fol.230. num.127.* in quodam se suspendere volente, qui tamen concursu hominum vi-
b uus euasit. b Occidens autem seipsum moritur intestabilis, quia scilicet rumpitur, & annullatur omne testamentum prius ab eo factum. Et est communis opin. ut dicit Gulielm. de Benedict. *in 2. parte capit. Raynutius, verb. mortuo testatore, numero 28.* Regulariter tamen eius bona non confiscantur. Et ita tenent omnes communiter, ut ait Bertran. *cons.134. num.2. libr.3. in 1. parte.* Sed hæc omnia procedunt in iis, qui conscientia pro-
c prij sceleris manus sibi inferunt. c Cæterum, si qui tædio vitæ, doloris impatientia, furore, morbo, pudore moti, manus in se inferunt, non puniuntur pœna corporali, nec confiscatione bonorum, neque eorum testamenta irritantur. Et in hoc omnes conueniunt, ut dicit Igneus *in l.1. § si manus, num.17. ff. ad Syll.* Et ideo si
d quis d se in puteum præcipitauerit, & mortuus fuerit, non debent eius bona confiscari, nisi appareat, quod id fecit conscientia criminis, prout in casu, in quo consuluit Decian. *cons.438.* & Parif. *cons.115. lib.4.* & Corn. *cons.195. lib.2.* Et licet Pract. Iodoch. *c.88. numer.6.* dicat, quod secundum consuetudinem, quisquis seipsum interficit ex quacunque occasione, & causa hoc euenerit, furcis suspenditur, & bona eius omnia confi-
e scantur; id e tamen apud nos non seruatur. Dicit et-

iam ibid. *num.8.* quod ex more, & consuetudine cautum est, quod nemo huiusmodi corpus damnatum, & suspensum manibus attrectet & auferat nisi ex iudicis mandato, & permissu. Item *numero 9.* dicit pariter consuetudine obseruatum esse, ut quoties hoc scelus in domo commissum est, cadauer ipsum funibus à domo ipsa extrahatur, non per ostium, sed per foramen factum sub limine domus: quæ tamen omnia apud nos non seruantur.

Seruus, qui cum domina carnaliter se commiscuerit, 38
punitur pœna mortis. Vide, quæ dixi supra *hoc eod. li. §. Fornicatio, vers. cum domina.*

Sodomitæ puniuntur pœna mortis, ut dixi sup. *hoc eo.* 39
lib. 2. Sodomia, vers. sed quæro.

Sortilegi f & malefici puniuntur pœna mortis, ut est 40
text. *in l.3. C. de malef.* Sed hoc de consuetudine non f
seruatur, ut dixi supra *hoc eod. lib. §. Hæresis, vers. successiue quaro.*

Transfuga g punitur pœna mortis *l. si quis aliquid ex* 41
metallo, §. transfuga, ff. de pœnis. Quod intellige, ut proce- g
dat, quando illud dolosè fecit: aliàs autem mitius esset puniendus, ut in casu in quo consuluit Gramm. *voto 10.* Scias autem, quod in hoc delicto de iure communi punitur conatus, etiamsi non sit consumatus effectus: nam, (secundum aliquos) liber homo, si fuerit inuentus fugere ad hostes, punitur pœna mortis. Et hanc esse communem opinio. attestatur Bolenc. *in repet. l. capitalium, §. famosos, num.82. ff. de pœn.* Seruus tamen, qui inuentus est fugere ad hostes, non punitur ultimo supplicio, sed pede tantum debilitatur, vel in metallum damnatur, ut videtur tex. *in l. si fugitiui, C. de seruit. fugit.* quod est mirabile, ut scilicet detur casus, in quo in pari delicto mitius puniatur seruus, quam liber homo. Sed certè quicquid dicat Bolenc. hæc opin. non est vera, neque communiter tenetur, ut attestatur Cæpol. *in d. l. si fugitiui, post num.4.*

Tutor, qui corrumpit puellam, cuius est tutor, puni- 42
tur pœna capitis, ut dixi supra *hoc eod. lib. §. Fornicatio ver. cum pupilla.*

Vastatores h & incisores vinearum, & arborum, pu- 43
niuntur pœna mortis, ut latrones, est text. *in l.2.* & h
ibi gl. *unica, ff. arborum fur. cæsarum.* Hæc tamen pœna apud nos non seruatur, sed Senatus illos condemnat i i
pœna extraordinaria, non modo quando sunt in carceribus detenti, sed etiam quando sunt contumaces: & in specie iussit quosdam condemnari in contumaciam pro incisione vitium in tribus ictibus funis, & in damnis versus partem, ultimo Iulij 1557. P.N. Et alias etiam quidam Bartholomæus Mastinus, qui vites inciderat, fuit iussus fustigari, ultimo Aprilis 1549 Et quidam Franciscus Passallus in contumaciam condemnatus fuit ad triremes per quinquennium, 6. Septembr. 1554. A. C.

Venenum k malum scientes faciens, aut dans ad a- 44
liquem occidendum, punitur pœna capitis, & quo di- k
xi *in d. §. homicidium, vers. punitur etiam.*

Violator l sepulcrorum, ex illius extrahens armata 45
manu cadauera, vel ossa mortuorum, punitur pœna l
capitis, *l.3. §. aduersus, ff. de sep. viol.* Sed hoc crimen, propter multa cœmeteria constructa apud ecclesias, iam in desuetudinem abiit: & illa rubrica parum in usu est, ut ait Berbe. *in viatorio, in rubr. de sep. viol.* & Pract. Iodoc. *c.109. in fin.* Vidi tamen ego ingentem processum factum Cremonæ super hoc crimine, & fuit quidam Galeacius Ferrarius condemnatus in uno ictu funis, & aureis decem: pro qua condemnatione obtinuit gratiam 27. Septembr. 1561. P.N.

ADDITIONES

Ad Quæst. LXVIII.

N *Vnc videndum*] Vide Farin. *vol.1.quæst.crim.q.20. & sequ.* Rof.

b *Videre poteris*] Farin *tit.de delict.& pœnis q.20.1.vol.numer.* 4.Rof.

c *Attingemus*] Vt facit Plaza *sua epitome delict.c.10.nu.25.per totum*.Rof.

d *Abortum procurans*] adde abortioni causam præstans quando,& qua pœna puniatur per Iac. Menoc.*de arbit.iud.lib.2. cent.4.c.257.*& Pract. Cater.*pag.223.n.*107.Giach.

Abortum] Farin.*q.97.casu* 8.*nu.*150.Rof.

1 *Abortum procurans*] adde,quod Iudicis † arbitrio puniri debet dans causam abortui,siue fœtus animatus,siue non animatus sit, secundum Menoch.*de arbit.iud.casu 357.* vbi etiam habetur,quando fœtus dicatur animatus,& quod abortioni causam dans pro salute mulieris excusatur,licet ipse teneret, quod aliqua pœna puniendus sit, & quod peccat quo ad Deum, &
2 quod percutiens † mulierem,quam ignorabat esse prægnantem, mitius puniri debet,licet abortus sit secutus,& de prædictis vide
3 etiam Viui.*in dec.81.*vbi latè † de Medicis,qui causa valetudinis causant abortum.

4 Item † adde, quod mulier accipiens medelas, vt faceret abortum, & abortum fecit, pœna arbitraria punitur, nisi pro pecunia illud faceret, quia tunc pœna mortis esset punienda, Menoc.*de arbit.Iud.casu 357.* & est communis opinio, vt per Gomes.*de delict.capit.3.numer.*10. *versicul.quartus casus*, secus si id egerit odio mariti, vel ex alia causa, quia mitius punitur, vt ibi per eum, vide etiam Afflict. *in constitut. terminum vitæ, numero* 19.

5 Item † adde,quod statutum disponens,quod occidens hominem morte puniatur,comprehendit illum,qui dedit operam ad occidendum partum,secundum Cassan.*in consuet. Burgund fol.* 56.*n.*23. sed contrarium tenuit Menoch. *de arbitr.Iud.casu 357. n.*10.& credo hanc opinionem esse veram,quia nondum natus proprio non est homo.

6 Item † adde, quod filia si est minor & suasionibus matris impiæ abortum fecit,vt suam turpitudinem occultaret, tunc filia excusatur secundum Dec.*in cons.*535.nam, & matris iussus, ac mandatum, nec non & ætas illi excusationem præstat: sed Menoch.*in d.casu 357.in fine* dicit, quod illam iudicaret pœna arbitraria dignam.

7 Item † adde,quod si mulier acciperet medelas,vt non efficeretur prægnans,non debet puniri pœna homicidij,sed mitiori, & eadem pœna punitur, qui dedit medelas; Marf.*in l.si mulierem ff.ad leg.Corn.de sicar.*& Foller.*in pract.crimin. in verb.pœnis debitis feriantur, nu.*66.

8 Item † adde,quod in statu ecclesiastico adest constitutio,siue motus proprius Sixti V.Dat.sub die 16.mensis Nouembr.1588. quia procurantes, consulentes, & consentientes quacunque modo abortum,vel sterilitatem pœna mortis naturalis puniuntur,siue partus sit animatus,siue non,& tam Clerici,quam laici pœna vltimi supplicij puniri debent.

9 Item adde,† è contrario,si quis dederit medelam mulieri ad eam ingrauidandam, vnde tamen mortua est, debet relegari, per text. *in l.3. §. ex senatusconsulto ff. ad leg. Corn. de sicar.* & Foller. *in practic.crimin. in verb. pœnis debitis feriantur, numero* 64.

Item adde, quod dans poculum causa abortionis, vel amoris, & sciente recipiens arbitrariè puniri debent etiam quod abortus non sit sequutus,nec aliud damnum ob malum exemplum, Afflict.*in const.amatoria num.3.lib.3.* & Gomes.*de delictis c.3.nu.33.in fin.*

Item adde,quod dans populum,non in animo occidendi,sed causa amoris,vel abortionis,si recipiens moriatur, pœna mortis puniri debet,per tex.*in l.si quis aliquis §.qui abortionis ff.de pænis*,& ibi Bart.& communiter Doctores,& Gomes.*de delictis c.3. num.33.*vbi dicit etiam,quod si poculum fuerit datum causa amoris liciti, vel conceptionis, & mors sequatur, quod ea casu extraordinaria pœna punitur.

Item adde,quod in dubio fœtus præsumitur animatus,& ideo delinquens tenetur probare negatiuam,vt not.Ana.*in c.sicut de homicidio.*& ibi Card.& alij Doctores, sed Gomes.*de delictis c.3.nu.32.*contrarium tenuit,dicens, quod iura, in quibus fundatur Anan. & cæteri,loquuntur quoad irregularitatem,& non quod pœnam corporalem.

Item adde,quod committens abortum,etiamsi fœtum monstruosum occideret,vt puta,si haberet vnum brachium,vel plura brachia, vel vnum pedem tantum, vel plures, debet puniri pœna mortis,si anima esse infusa,secus vero si nō esset in forma humana,quia haberet caput animalis bruti,vel simile.Bal.Ang. & communiter Doctores *in l. quod dicitur ff.de lib. & posthum.* & Gomes.*de delictis c.3.n.32.*Baiar.

e *Honoris sui*] Farin. *vol.5.sua prax.q.112.part.5.numer.91.& part.6.num.131.& quæst.161.vol.1.nu.194.& ibi poculo amatorio.* Rof.

f *Tu vero dic.*] Far.*d.par.6.num.149.& seq.*Farin.*d.part.6.n.*137.Rof.

g *Ascendens cum scalis*] De pœna autem deponendi scalas ad fenestras, vel ad domum alienam ibi intrandi causa, vt.per Ang. de Aret. *in §.sanctæ quoq; res, sub numer.4. Institut.de rer.diuis.* Giach.

Ascendens cum scalis] adde † videndum Menoch.*de arbit.iud. cas.360.num.95.* & Farin. *variarum quæst. nouiter impressum in quæst.20.num.145.*qui accedit cum Domino Claro,& Menoch. ibi etiam dicit,quod si extaret bannum imponens pœnam mortis naturalis ascendentibus cum scalis de nocte,absque eo quod diceret ex qua causa,apponeretur semper;cum qui amoris causa sic per scalas ascenderet,à pœna mortis excusaretur.Sed † aduertendum est,quod Bal.non dicit simpliciter,quod ascendens cum scalis de nocte ad domum alienam,pœna vltimi supplicij puniatur, vt refert D.Clarus: sed dicit, quod ponens scalas ad muros,vel fenestram alicuius, si hoc facit caussa violandæ castitatis,est puniendus pœna mortis,secus si mulier non sit casta, sed meretrix,quia tunc extraordinariè punitur,tamen credo opinionem D.Clari sequendam esse, quando adest consensus mulieris,vel non ponantur scalæ ad monasterium monialium. 10 11

Item † adde,quod fur committens furtum cum scalis,si mereretur pœnam fustigationis propter furtum,per hac qualitatem, quod furans est cum scalis,debet puniri ad triremes per quinquennium; ita decisum fuit in Regio consilio Cathaloniæ, vt attestatur Peguer.*in quæst.crim.*26.Baiar. 12

h *Qua sententia*] Farin.*d.q.*10.*nu.*145.Rof.

i *Causa,propter quam ascenderas*] Amor itaque crudelis punitur, vt hic,& de mulierum amore supra *in §.fornicatio versic.mulieris etiam,* De scalis autem, prout hic, vide supra *q.60.versic. est & amor.* Adde Menoch. *tractat. de arbit. iud.cas.328. lib.2. centur.4. infra quæst.92. versic.1. ad fin. sup.quæst.28. versicu.sed nunquid.*Hæc tamen pœna portantis scalas ad fenestras minus seuere castigata fuit,eo quia actus non consumatus, licet atrox,imo atrocissimus,& pœna affectus,solet ex potestate legis Iudici concessa minui,vt in casu scalæ sic exportare concludit Ioseph.Fontanella *inter.consil.crim.diuers.consil.97.p.2.* per dec. Afflict. factam ad instantiam Regis Federici 276. *numero* 8. vbi vide.*Drog.*

k *Carceratus fugiens*] Quomodo autem procedatur contra carceratum post fugam, supra *q.61.vers.Sed hæc quidem omnia.* Baiar.

Carceratus] adde, quod † mulier fugiens de carcere causa euitandæ libidinis excusatur, secundum Bal.*in l.1.num.11.C.de adil.action.*& si custodes † dimisissent eam exire causa voti explendi ad aliquam ecclesiam,non dicitur fugisse,quia tenerendi propositum semper detinuit, vt ibi per eundem Bal.alias † limitationes ponit Viuius com.opin.*in verf.fuga.n.*14. 13 14 16

Item † adde,quod in statu ecclesiastico est Bulla Sixti V.anno 1.eius Pontif.qua puniuntur omnes,quod carcerem,aut aliam quamcunque custodiam effregerint, siue tentauerint, siue ad hoc homines, vel arma ministrauerint,pœnæ læsæ maiestatis,& rebellionis; aut etiam auxilium, consilium,vel fauorem quoquomodo præstans.*Baiar.* 17

l *Castrans seipsum*] Far. *in sup.alleg.q.20.n.157.vol.1.& quæst. 128.p.1.nu.32.*Rof.

Castrans seipsum] adde videndum Fab.de Monteleone *in sua praxi.arbitr. in 3. & vlt. p.4.p.princ. num.930. cum sequent. fol.* 292.vbi qua pœna de iure cano.sit puniendus, vide etiam Fari. *var.quæst. nouiter impressum quæst.20.num.152.* & † etiam Medici puniuntur castrantes homines licet ipsi consentiant,nisi ægritudo sit mortalis,quæ non possit aliter,quam per incisionem curari,& ideo ipsi semper dicunt,& protestantur,quod recipiunt ipsum pro homine mortuo ita tradit Ang. *in l.lege Corn.§. constitutum ff.ad leg.Cor.de sicar.* vbi subdit, quod putat talem potestationem parum prodesse,si ipsi medici aliquam culpam, vel imperitiam commiserint in curatione, & mors sequatur, hoc etiam tenet Par.de Put.*in ver.compositio ver.an si delinquens numero* 1. & si hoc seruaretur in practica, certè multi medici punirentur. *Baiar.* 18

m *Pœna capitis*]adde,& vi.per Iac.Menoch.*de arbit.iud.li.2. cent.3.cas.*301.& ibi.quando excusetur.*Giach.*

n *Sed si detinebatur*] Farin. *in tit.de carceribus vol.1. q.31.* hic allegata, vbi latissime.*Rof.*

Detinebatur pro crimine capitali] adde, quod eximens de carcere alias tenetur ad debitū,pro quo detinebatur exemptus: Marsil. Rub. *Rub.de fideiuss.n.*16. Ias.*in § pœnales nu.114.Institu. de act.* Menoch.*de arbit.iud.lib.2. cent.4.casu* 301.*n.*32. Item dicitur turbare Iurisdictionem Iudicis,& ideo tenetur,Alex.*consil. 35.vol.1.*referente Capyc.*dec.137.sub nu.7.* Ad hoc tamen, cum sic

19 *Sed si detinebatur*] adde, quod † in Regno Neapol. adest constitutio incip. custodes, qua custodes carcerum puniuntur pœna publicationis bonorum, & carcerationis per annum, si per eorum negligentiam carcerati euaserint: si per fraudem, pœna capitali. *Baiar.*

20 o *Et hoc quidem locum habet in custode.*] adde, † Commentariensem non teneri, si duo sunt commentarienses, & vnus sine scientia, & consilio alterius aufugit cum carcerato: quia iuste de socio suo fuit confisus. *l. fin. ver. interdum ff. de custod. & exhib. reor.* & ibi Alexan. *in apost. ad Bart. & Bologn. in addit. ad d. l. fin.* qui eam inducit pro Castellanis, quod tamen procedit, quando dominus carceris, vel Castri apposuit socium; secus si commentariensis, vel Castellanus socium apposuisset, quia tunc teneretur, quia malum socium apposuit: ita declarat Parif. *de syndica. in §. licet dicatur, quod carcerarius, nu. 3.* & ibi etiam

21 habetur, si commentariensis commiserit carceres alicui, † qui tunc sufficiens reputabatur, sed postea mutauit mores, nunquid ipse teneretur de carcerato, qui negligentia talis famuli aufugit,

22 & si carceratus † impetrauerat litteras cessionis bonorum à Principe cum mandato, quod cedendo bonis liberaretur, & carcerarius liberasset illum, vel aufugisset, antequam iudex decerneret admittendum, vel non admittendum ad cessionem bonorum, an teneretur, & an ad totum debitum, vel ad interesse, & in hac materia custodum carcerum, & quibus pœnis puniantur vide Menoch. *de arb. iud. cas. 302.* vbi ponit multos casus, vide etiam Affl. *in constit. Castellani num. 3. rubr. 88. fol. 169.* vbi plene de hac materia, sed omnino vide Farinac. *var. resolu. nouiter impressum*

23 † *in quæst. 31.* vbi more suo mirabiliter hanc materiam ampliando, & limitando declarauit, & alibi ita bene examinatam non reperies, & ibi *n. 72. & 73* an custos teneatur de fuga carcerati, quando pro eo intercesserit fideiussor de tuto carcere, de quo habetur etiam per Bertaz. *in consil. 257. n. 5. & cons. 421. n. 29. cum sequ. vol. 2.*

24 Item adde, quod † si custos carceris pretio, vel gratis, vel alio modo fregerit carceres, dimittens captiuum, tenetur pœna *l. Iulia Maiest. l. cuiusque dolo ff. ad l. Iul. Maiest.* & hoc affirmat vidisse de facto Barthol. de Capua *in suo sing. incip. nota quidam custos.*

25 Item adde, † quod Custos carcerum, qui nobilem carceratum non arcte detinuit, si ille nobilis aufugit, excusatur. Ant. Gabr. *libr. 7. conclus. 8. number. 55. fol. 901.* vbi infinitos accumulauit

26 hoc tenentes, & in materia custodis carcerum, † & an teneatur, si fugiens iniuste fuit carceratus, vide etiam Beccan. *cons. 44.*

27 Item adde, † quod custos non debet dimittere carceratum, vt exeat causa voti explendi, etiam quod redeat, quia eius officium est tenere eos inclusos, nisi hoc faciat ex consuetudine publica: nam non est delictum, nec delicti qualitas, quam publica consuetudo permittit Bald. *in l. 1. numer. 11. C. de adilit. action.*

28 Item adde, † quod custos carceris excusatur, si non custodiuerit ita diligenter illum, qui erat de proximo relaxandus, sicut illum, qui erat de proximo condemnandus. Ang. *in l. si quis sub conditione §. fin. ff. de cond. instit.* & Parif. *de synd. in §. an potestas, qui aliquem.* vbi dicit etiam, quod excusatur ille, qui non custodiuit bene senem, sicut iuuenem, siue eum, qui traditus est ligatus, & idem tenuit Bar. *in l. si pecuniam §. sed si acceperit ff. de condit. causa data.*

Item, adde si vnus officialis non habens carceres recommendauit in carcere Potestatis aliquem captiuum, qui carceratus deinde aufugit cum aliis carceratis; an carcerarius, cui custodia fuit demandata, teneatur, vide Parid. *de synd. in d. §. an Potestas, qui aliquem in fine.*

29 Item adde, † quod custos carceris excusatur, si fuit deceptus à filio, vel ab vxore carcerati, si eum induendo veste muliebri excarcerauit, quando illi portat alimenta. vide Parid. *de synd. in verb. carcer. in versic. an si plures, num. 18.*

30 Item adde, † quod Custos, si carceratus aufugit, præsumitur negligens, & ipse tenetur suam diligentiam probare. Bartol. *in l. 3. §. effractores ff. de off. præsid.* Catald. *in cons. 21. nu. 13. inter consil. crim. tom. 2. magna impress.* & Par. *de synd. in §. qualiter autem probatur.*

31 Item † adde, quod custos non liberatur à carcerati custodia, licet iudex ad custodiam famulos suos miserit, quando in carcere remanet captiuus, vt per Bartol. *in l. si vt certo §. si de me, ff. commod.* Catal. *consil. 56. lib. 1. consil. crim. diuers. parua impress.*

32 Item † adde, quod iudex de plano, & sine figura iudicij potest audire crimina contra custodes carcerum qui aliquid commiserint, gloss. *in l. vnius §. fin. ff. de quæst.* & Parid. *de synd. in §. carcer. & carceratus prin.* & quando iudex cognoscit in causa sui officialis, ab illa sententia non potest appellari, *l. 2. C. quorum appella.* & isti possunt velo leuato propter commissa in officio remoueri

Iul. Clar. Sentent. Pract. crim.

à iudicibus *lib. 2.* vbi Bal. *C. de sport.* & Parif. *de synd. vbi sup.* Baiar.

p *Officio custodia priuauit;*] Et ideo, cum hæc pœna priuationis locum habuerit, non potuit amplius alia pœna puniri, supra *quæst. 57. vers. Dictum est in principio;* Aduerte tamen, quod magnum est periculum Commentariensis, idest Custodis Carcerum, cum ipse teneatur dolo carcere, cum aufugerit carceratus, est dictum notabile Felin. *in cap. si autem, in 4. fall. col. 1. de rescrip.* Boss. *Titulo de denunt. sub num. 12.* Diog.

q *Eximens de manibus iustitia*] Vide de materia hac Deci. *tract. crim. tom. 2. lib. 7. c. 11.* & Farin. *vol. 1. q. crim. quæst. 3. & etiam quæst. 30.* Ros.

r *Et refert Carauita*] adde, quod † illa sententia fuit iniusta, quia eximens captum pro debito publico, vel priuato, tenetur ad solutionem debiti, secundum omnes scribentes per text. *in l. quoties C. de exact. tribut. libr. 10.* etiam quod † is ad carcerem reducatur, Salyc. *in l. admonendi de iureiur.* & Parid. *de syndic. in verb. probatio in syndicatu numer. 2.* Magon. *decisio. Lucens. 90. numer. 4.* Et ad † pœnam extraordinariam, vt per Alex. *consil. 35. volum. 2.* & Cagn. *in l. vnic. §. is videtur, nu. 47. ff. si quis ius dicen.* vbi dicit † eadem pœna puniri eximentem à manibus curiæ captum ex causa criminali, sed si exemerit condemnatum, † vel confessum, vel conuictum de aliquo crimine, incurrit crimen læsæ maiestatis, & similiter † impediens officiales capere malefactorem confessum, vel conuictum incidit *in l. Iuliam maiestatis*, secundum Angel. *in consil. 74. numer. 16. tomo 1. inter consil. crim. diuers.* & de prædictis vide etiam Viui. *decisio. 92.* & Guid. Pap. *decisio 579. & 161. nu. 5.* habetur etiam, † qua pœna veniat puniendus ille, qui mouet litteras iudicis à manu seruientis, & etiam quomodo puniantur lacerantes litteras iudiciales, † & per eundem *in dec. 133.* & quando eximens aliquem de manibus familiæ condemnatum, vel in carcere existentem debeat puniri † pœna criminis læsæ maiestatis, vide etiam Bron. *in reg. 381.* & omnino Gomes. *de delict. cap. 2. numer. 7.* & an † quando interficiendo captos existentes in manibus iustitiæ, incurratur crimen læsæ maiestatis, vide omnino Bursat. *consil. 216. volum. 2.* 33 34 35 36 37 38 39 40 41 42

Item † adde, quod Cagn. *in d. §. is videtur numer. 26.* dicit, quod si quis præmonuerit bannitos, & homicidas, vt cauerent, quia ministri iustitiæ tunc veniebant ad capiendum illos, qui propterea euaserint, quod pari pœna veniret puniendus, tamquam præstans opem, & auxilium dictis reis criminum ad euadendum. Sed Gomes. *in tit. de delict. cap. 3. num. 50. in fin.* dicit, quod debet puniri pœna extraordinaria; quia saltem voce præstitit auxilium post delictū, & etiam tenetur ad interesse, vt per Cassan. *super consuet. Burg. rub. 1. §. 7. in text. de simpl. rescoruesse, in verb. 3. concl. quod eximens fol. 404.* & ibi etiam dicit, quod ille, qui notificat debitori alicuius, quod aufugiat, quia creditor suus ordinauit eum capi, tenetur creditori ad soluendum debitum; & idem tenet Mars. *sing. 137.* Vide Clarum. 43

Item † adde, quod si vxor maritum suum à carcere exemerit mutatis vestibus, vel alia calliditate, remanendo in carcere loco mariti, excusatur à pœna ordinaria, vt per Gomes. *de delict. cap. 9. num. 12.* 44

Item † adde, quod venenans consanguineum, siue affinem in carcere detentum, condemnatum, vel bannitum, ne vituperetur familia, si laqueo suspendatur, tenetur pœna parricidij, & non pœna læsæ maiestatis. Bursat. *in consil. 216. num. 9. volum. 2.* 45

Item adde, de eximente, vel fugere faciente captum pro debito vide Plot. *de in lit. iur. §. 24. num. 6. & sequen.* vbi dicit, quod tenetur ad debitum, † nec eximens potest probare captum non esse debitorem, & si esset debitor fisci, quod non tenetur, nisi ad debitum verum, & per factum cons. Neap. eximens captum pro debito ciuili fuit damnatus ad remigandum per biennium, & ad damna partis, vt refert Franc. *decis. 442. volum. 3.* Et in hac materia eximentis captum à manibus Curiæ, vide Cassan. *super consuet. Burgund. des Iustices, rub. 1. numer. 68. & §. 7. numer. 34.* Bursat. *consil. 216. in 1. quæst.* & Guliel. de Bened. *in c. Raynutius vers. mortuo itaque num. 180. de testam.* & an † credatur executoribus, dicentibus captum ab eorum manibus exemptum fuisse, vide Alc. *de præsumpt. regul. 5. præsumpt. 4.* & Menoch. *de arbitr. iud. casu 112.* vbi plene tractat hanc materiam, † quando nuncio publico sit credendum, sed omnia prædicta de eximente captum, vel carceratum ex causa criminali condemnatum, vel non condemnatum, vel ex causa ciuili, & an credendum sit beroariis, vide omnino Farin. *variar. quæst. in quæstio. 32.* vbi latissime, & etiam de Bulla Sixti V. de hac materia disponente. 46 47 48

Item adde, quod licet fugiens de custodia, si captus, & reductus fuerit ad custodiam vt prius, non punitur; non propterea liberatur à solutione debiti, quod eum aufugere fecit; Salyc. *in l. admonendi nu. 11. in fine, ff. de iureiur.* vbi dicit hoc cordi esse tenendum. *Baiar.*

ſ *Supra quaſt.30.*] Farin.*q.crim.*18.*nu.*1.Roſ.

t *Falſum Teſtimonium dicens*] ad le vnum valde ridiculoſum, quod in Hiſpania, per legem Regiam teſtes falſi hac pœna puniuntur, quod ipſis extrahuntur dentes non omnes, ſed eorum quinta pars, etiam quod falſum depoſuerant in cauſis ciuilibus, ſiue Iudex ex officio, ſiue ad accuſationem procedat, vt atteſtatur Conar.*in* 1.*par.relect.*§.7.*n.*6. *verſic.lege Regia*, vbi dicit hoc vidiſſe practicari. *Baiar.*

u *Verſ.Chriſtiani deferentes*] adde hanc eſſe pœnam, de qua legitur Romæ Die Iouis Sancti, in Platea Sancti Petri, & eſt bulla in Cœnæ Dom. Vide Capyc.*deciſ.*150. Drogh.

x *Imaginem Chriſti*] Et quidem Venetus quidam, qui blaſphemando Crucifixum in eccleſia Diui Marci perforauerat, à quo exiuit ſanguis, vt videri poteſt in dicta eccleſia fuit laqueo ſuſpenſus, ſimiliterque tres hoſtiæ, quæ venerantur in Ciuitate Bruxellæ regionis Flandriæ, ſeu Brabantiæ emiſerunt ſanguinem, quas & vidi, & pluries adoraui. *Drogh.*

Imaginem Chriſti] adde etiam imagines Saluatoris Noſtri, vel ſanctorum fœdans, & ſpurcans, vel feriens qua pœna puniatur per Iacob. Menoch. *de arbitr.iudic.lib.*2. *centur.*4.*caſ.*376. Giach.

49 *Imaginem Chriſti, aut Sanctorum*] adde, † quod ſimiliter incurrit pœnam mortis, qui Imaginem Saluatoris iacit in humum, vt pedibus opprimatur *l.*1.*C.nemini licet.ſign.Saluat.*& quidam, qui occaſione pecuniæ amiſſæ in ludo, inciderat cum cultro imaginem Virginis Mariæ, & Saluatoris noſtri quem in brachiis tenebat, fuit per ſacrum conſilium Neap. punitus ad truncationem manus, & ad pœnam mortis naturalis, teſte Franc. *dec.*504.*volu.*3. Et quod luſores pœna mortis puniantur, quod propter ſubſtantiam commiſſam imagines Dei, & Sanctorum percutiunt, pulchre Par.de Put. *in tract.de ludo.col.pen. in ver. qua pœna puniantur.*

Item adde, quod ſecundum Menoch. *de arb.iud.in caſu* 376. pœna eſt arbitraria Iudici, & ſimiliter de ſpurcante Imaginem Chriſti, vel Sanctorum, &c.

50 Item † adde, quod deturpans data opera Imaginem ſummi Pontificis, tenetur lege Iulia Maieſ. ſi eſt Conſecrata, alias non. Bombin.*in* 7.*quaſt.*

Item adde, quod in ſimilibus delictis inſpiciendum eſt, quod fieri conſueuit eſt, gloſ.magna *in l.quid ergo* §.*pœna grauior.* & ibi Bart.*col.*1. *ver.quaro ff.de his qui not. infam.* & Zaſ. *conſil.*19.*ad fin.*Baiar.

y *Punitur pœna mortis*] Decian. *tract.crim.tom.*2. *lib.*7.*nu.*9. & *c.*2.*nu.*15. & 19 Roſ.

z *Incendiarij*] adde ſup.*q.*24.*ver.ſcias tamen in fine*, & ibi de Incendiariis caſus ſingulares: in contingentia tamen facti diſtingue, vt per Melchiorem de Faccinis *inter Conſ. crimin.diuerſ.conſil.*81.*n.*2.*par.*1.Drog.

Incendiarij] Incendium cuius culpa, & facto commiſſum credatur, qua pœna iure Cæſareo feriendus ſit incendiarius ob leuem, & latam culpam, & quaſi cum dolo incendium immiſit, quid de iure canonico, & pœnitentiali, plene & luculenter explanatum vide per Menoch. *de arbitr.indic. libr.*2.*centur.*4.*caſu*

50 390. Et quod incendium † præſumatur factum culpa habitantium, niſi caſus fortuitus probetur, habetur per Rolan.*conſil.*93.*nu.*2.& 3.*lib.*2. Et adeo vera eſt concluſio prædicta, quod nedum ipſi inhabitantes tenentur de culpa ſua, verum etiam familiarum, & pediſſequarum, per eundem ibi *num.*45. ſed aduerte, quod opus eſt, quod locator probet determinatam perſonam, quæ incendium commiſerit, alias ſuccumbere debet, cum non præſumatur culpa determinatæ perſonæ, per eundem ibidem *n.* 9.*cum ſeq.* Item ſi vis defendere conuentum de incendio domus, in qua habitabat, aduerte, quod probare debes ignem principium habuiſſe in loco, vbi de facili ignis eſſe non debebat; quia hoc modo probatur culpa inhabitantium non fuiſſe ibidem, *n.*

51 21. Vniuerſitas, vt de incendio † commiſſo teneatur, aduerte, quod non ſufficit probare, quod omnes iuerint ad delinquendum, ſed oportet probare communicato conſilio incendium commiſſum fuiſſe, & ſic deliberatiuum cõſilium committendi incendium illud præceſſiſſe. Et ſufficeret ratificatio, quę qualiter probetur, item qualiter vniuerſitas citetur, vide de omnibus per Boſſ.*tit.de Banni.qui poſ.col.*1.Baiar.

Incendiarij] Bald.*quaſt.*148.& 149. *lib.*2.*item conſil.*175.*eod.*& *conſil.*403.*lib.*1.Boſſ.*tit.de incendiariis*, Theſaur.*deciſ.*24.Vulpel. *conſil.*150. Farin.plene *quaſt.*110.*vol.*4.*c.*12.*num.*41.*cap.*3.*numer.* 11. & quid in comburente tugurium fenile, vel aceruum frumenti, & quid ſi ex domo vicini, Bald.*conſil.*491.*libr.*4.& 122. eodem de tugurio, ſeu capanna. Farin. vbi ſupra *cap.*3.*num.* 158.Roſ.

51 *Hac autem pœna*] adde, quod † pluribus modis dolus in incendiis probari poſſit, vt late per Alex.*in conſ.*74.*vol.*6.Cepol. *cauſ.*65.Bald.*in conſ.*77.*vol.*3. Soc.*conſil.*222. & Calcan.*conſ.*61.

52 62.& 63. Et incendium in domo, ſi homo non fuit mortuus, non punitur pœna mortis, ſecundum Gram.*vot.*19.*num.*5. Et Affl.*in conſtit.incipient.ſuper inciſionibus n.*11. vbi poſuit ſeptem quæſtiones, & ibi etiam dicit, quod quandocumque eſt commiſſum, incendium, ſine dolo, ſine lata, ſiue leuiſſima culpa, ſemper committens incendium tenetur ad emendationem damni.

Item † adde in hac materia incendij Menoch.*de arb.iud.caſ.* 53
390. vbi plene cuius culpa incendium commiſſum credatur, & qua pœna incendiarius ſit puniendus ob leuem, & latam culpam, & quid ſi cum dolo factum ſit incendium, vide etiam Soc. *in cap. ſi quis domum per tot. de iniur. & dam.n.dat.* vbi multas quæſt. poſuit, & hanc materiam plene tractat, & quando incendium præſumatur factum culpa inhabitantium, & in quibus caſibus illi teneantur; Maſcat. *de probat.late in concl.*892.*vol.*2. & Rolan.*conſil.*95.*vol.*1.

Item † adde, quod ſtatutum imponens pœnam mortis pro in- 54
cendio domus, eſt intelligendum, quando domus combuſta erat in Ciuitate; ſecus ſi erat in Villa. Salicet. *in l.data opera C. qui accuſ.non poſſunt*, & Afflict. *ſuper conſtit. Regni lib.*3.*rubr.*51. & eſt aduertendum, an ille, qui ignem impoſuit, ſit vilis perſona, vel nobilis, & an domus combuſta ſit precioſa, vel exigua, & an aliquis homo ſit mortuus propter illud incendium, vel non: quia ſecundum qualitatem perſonæ, & facti, pœna augebitur, vel diminuetur, ſecundum Salic. & Afflict. vbi ſupra *Baiar.*

b *Iniuriam faciens*] Farin.*quaſt.*505.*inſpect.*4.*num.*200.*vol.*4. Roſ.

Iniuriam faciens officiali] adde, † an durante officio eadem 55
pœna puniantur, Boſſ.*in tit.de iniur.in fin.*& Menoch.*de arbitr. indic.caſ.*263.*nu.*11. vbi tenet, quod ſit pœna arbitraria, & non pœna mortis; vide etiam Rolan. *in conſ.*48.*nu.*1.*cum ſeq.vol.*2.
vbi dicit, quod alapis † offendens officialem, pœna mortis puni- 56
tur, & ibi *nu.*13. hoc declarat, quomodo ſit intelligendum: vide etiam Farina. *variarum quaſt.nouiter impreſſum in quaſt.*17.*nu.* 38.*cum ſeq.* vbi latiſſime. & an contemplatione officij, vel odio, & inimicitia particulari, & quando ſumus in dubio. *Baiard.*

c *Item Iudex*] adde † videndum Gram. *deciſ.*99.*n.*1.& 2. & 57
Gomeſ.*de delict.c.*3.*n.*16.*ver.ſecundum caſus.*Baiar.

d *Lenones, & lena*] Farin. *vol.*5. *ſua prax.quaſt.*144.& §.*pœna lenocinij* & §.*lenones, num.*16.& §.*domum accommodans, nu.*41. §.*parentes num.*52 & §.*maritus, num.*69.& §.*retentio, num.*81. Roſ.

Lenones, & lena] adde, quod † lenones dicuntur, qui habent 58
quæſtuaria mancipia, vel ſub alterius nomine exercent lenocinium, vt qui prætextu tabernæ habent mancipia quæſtuaria.
Franc.*dec.Neapol.*68.& ibi † tenet, quod mulier, quæ commiſit 59
ſemel lenocinium reſpectu mulieris honeſtæ, non recepto ſalario, nec pro ea, nec pro muliere, nec ex conſuetudine non eſt lena.

Item † adde, quod de hoc delicto in ſtatu Eccleſiaſtico adeſt 60
conſtitutio Paul. IV. de qua *in Bullar. nouiter impreſſo, fol.*637. *conſt.*47. Et vltimo loco per Sanctiſſ.D.N. Sixtum Quintum in Bull. ſeu conſt. ſuper te*ve*rata thori ſeparatione, ac puplicis adulteriis, ſtupris, & lenociniis in quibuſdam caſibus ſeuerius coercendis, publicata ſub die 3. Nouem. 1586. ſancitum fuit, quod pater, aut mater, vel maritus, qui ſuę filię virginis pudorem, aut propriam vxorem alterius libidini tradiderit, & reipſa proſtituerit, aut induxerit, vt ſtupra, & adulteria, quæſtus, aut alia quauis cauſa palam exerceat pœna vltimi ſupplicij puniatur, quæ conſtitutio eſt localis in Vrbe tantum.

Item † adde, quod in Reg. Neap. adeſt *prag.*1.*in tit.de lenoni-* 61
bus, qua puniuntur lenones pœna mortis, ſed quoad matres proprias filias proſtituentes adeſt cõſtitutio Regis Rogeri, quæ incip. Matres, qua prouiſum fuit, vt mater filiã virginem vendens ad ſtuprandum, & ſi non vendiderit, ſed conſentiat, vt ſe proſtituat, debeat puniri extraordinarie, quę conſtitutio poſtmodum per Conſtitutionem Federici Imper. quæ incipit, matres, fuit limitata, vt mater non puniatur cõcurrente volũtate filię, & impiæ matris, & ad dictam pragm. vide Foll.*in pragm.crim.in ver. item quod fuit leno*, vbi late qua pœna lenones, tam de iure Regni, quã communi puniantur: ſed ego video, quid iſta pragm. & alia ſtatuta, & leges lenones punientes non obſeruãtur. *Baia.*

e *Flagellantur cum mitra.*] adde *inf. quaſt.*80. *verſic.mitra.* Drogh.

f *Libelli famoſi auctor*] Vide tamen ipſum Farin.*in ti.de indiciis vol.*1.*q.*42.*nu.*11.12.& 13.Roſ.

g *Libelli famoſi auctor*] adde, quod † non habet locum pœna 62
*l.*1.*C.de libell famoſ.* ſi non conſtat ad cuius iniuriam factus ſit libellus, vel ipſe qui fecit, neſciat, ad cuius iniuriam fecerit. Bonif.Vitalin.*de maleſic.in c.de famoſ.libell.* & Bertaz.*in conſil.*237. *n.*5.& ibi addent.*in l.d.vbi pleniſſime*, quæ requirantur adhoc, vt ſit locus pœnæ *d.l.*1.tam contra auctorem libelli, quam contra non lacerantem.

Item adde, quod componens libellum famoſum, pœna vltimi ſupplicij puniri debet, tam ſi contenta in libello ſint vera, quam ſi ſint falſa. Rom.*conſil.*96.*nu.*3.*verſi.*2.*vero caſu.* Couar.*variar.*

reſol.

resol.lib.1.c.1.nu.2.& c.11.nu.6. Petr. à Plaza. *in epit.delict. cap.1. num.5.*& Gomes.*de delictis,c.6.num.1.*licet contrarium tenuerit Plot.*in consil.35.nu.5.& 6.& in consil.131.nu.6.& 12.inter consil. crim. diuers.101.in folio,* vbi concludit, requiri dolum, vt pœna mortis puniri possit, & ibi latissime scripsit ad defēsam famosum libellum, facientis, siue scribentis, vel propalantis, quod aut procedit quotiescunq; in libello est descriptum delictum, pro quo infamatus veniret puniendus pœna mortis, alias secus esset, & pœna Iudici arbitraria imponeretur Petr. & Plaz. *in c.3.n.2.* vbi de hoc plene tractauit, & Gomes. *in d.c.6.n.1.* etiam in hac materia libelli famosi, vide etiam Cephal. *in cons.341.per tot.vol.3.* vbi scri[...]d defensam quorumdam, cui ego dubito, quod bonus Iudex parum crederet, quia eius fundamenta parum stringunt, cum sint contra rationem *legis 1.C.de libel.famos.*

63 Item † adde, quod in statu ecclesiastico, in materia libelli famosi, & litterarum nuncupatarum *de auisi* continentium alicuius famæ læsionem, adest constit. Pij V. 155. de qua *in Bullar. nouiter impress. fol.1162. & constit.7. Greg.13. fol.1200.* vbi imponitur pœna mortis.

64 Item † adde, quod pœna famosi libelli, licet sit capitalis, porrigitur ad edentes, scribentes, & retinentes illum, vt est communis opin. de qua per [...] *cons.94.n.1.* Gomes. *de delict.c.6.nu.1.* tamen dicit Bursat. *in* [...] *94. nu.33.* quod de iure communi
65 non imponitur hodie ex † consuetudine generali pœna mortis, & capitalis; sed ad summum fustigationis, ictuum funis, banni, vel pœna pecuniaria; & D. Clarus hic attestatur, idem practicari Mediolani.

66 Item adde, † an statuta punientia verba iniuriosa; comprehendant etiam libellum famosum; & quod libellans non possit puniri, nisi pœna statuti, vide Burs. *in d.cons.94 per totum,* & Bertaz. *in d.cons.237.* & ibi addent. & Ceph. *in cons.1.n.41.cum seqq.*

67 Item † adde, quod ille, contra quem editus fuerit libellus famosus, excusatur à pœna libelli famosi, si contra eum, tanquam prouocatus alium ediderit famosum libellum. Plot. *in consil.131. n.15. inter consil.cri.tom.1.* vide tamen prædictos addent. *ad cons.* Bertaz. 237.

68 Item † adde, quod post annum, & diem tollitur actio libelli famosi, quia actio iniuriarum tam ciuilis, quam prætoria est annalis, etiamsi per libellum famosum fuisset facta iniuria. Plot. *in d.consil.131.n.19. inter consil.crim.diu.to.1.*

69 Item † adde, quod comparatio litterarum in materia famosi libelli, facit indicium ad torturam, quando inquisitus, siue accusatus negat scripturam, secundum Franc. Marc. *in decis.935. par.2.* dicit tamen in fi. cogitandum esse, quia comparatio litterarum interdum est fallax propter mutationem temporis, & attramenti. *Baiard.*

g *Non descripto nomine alicuius*] Far. vbi sup. *n.473.* Ros.

h *Quinimmo*] Bert. *consil.237. num.3. vol.1.* Far. *q.503.n.469. 477.& seqq.* Ros.

i *Nunquam vidi seruari*] Contrarium tamen vidi Romæ seruatum in personam litteratissimi viri Nicolai Franchi tempore Pij V. Pont. Maximi, aut si qui imputetur de famoso libello, & contra accusatum procedatur propter comparationem litterarum tantum, an sola talis comparatio faciat iudicium ad torturam? Vide Crau. *de antiq.temp.p.1.versic.quæritur etiam n.72. ad fin.* Drog.

k *Muros ciuitatis*] adde illud Lucani Pharsaliæ *lib.1.*

Nec longe exempla petamus.

Fraterno primi maduerunt sanguine muri.

* Et hic adde, quod voluit Dec. *in l.non vult hæres, n.4.cum seq.ad*
69 *fi.ff.de reg.iur.* an autem Terralij, siue mœnia † sint Principis, vel ciuium dic, quod sunt ciuium, licet quo ad pœnam transeuntium, vel ad eorum alienationem pertineant Principi, Capyc. *decisio.27.n.43.ad med.* Ciues tamen terralia, & muralia, portasque suis impensis reparant in Castro Ianio, Domini autem temporales fructus ex illis habent, licet non de iure. *Drog.*

Muros ciuitatis rumpens] Decian. *in tract.cri.to.2.lib.7.c.36.* Farin. *d.tit.de pœn.q.10.nu.146.vsque ad 153.* Ros.

70 *Muros Ciuitatis*] adde, quod † occidens bannitum in castro, licet intret per muros, non incurrit pœnam huius legis fi. Ruin. *cons.2.vol.5.* idem tenet Nell. *de bannit. 2.par.secundi temp.q.13.* vbi in fine dicit, quod credit illum debere puniri arbitrio Iudicis, de hoc vide etiam Ias. *in l si quis nec causam in fin.ff.si certum petatur.* Et quod procedat solum in muris Vrbis Romæ, tenet Bal. *nouell.consil.65.* vbi ponit causas, & rationes d.legis, & aliquos casus excusabiles à pœna huius legis fin. & Magon. *decisio. Luce.90 num.14.*

71 Item adde, † quod muros Ciuitatis, vel Castri fodiens, vel prope eos, vt cadant, tenetur pœna *d.l.fi.secundum Alex.in l.per-*
72 *git, C.de sepulch. viol.* quod † transcendens muros alterius Ciuitatis non puniatur pœna capitis, sed arbitraria Iudicis, vide Boer. *decisio.234.* & Menoch. *de arbit.iud.li.2.c.481.* Baiar.

l *Apud nos semper vidi*] Vulp. *de his omnibus resp.80.* Ros.

73 m *Vel viginti aureis*] adde, quod † hoc est de iure, vt transcendens muros tempore pacis puniatur ad 20. solidos Bart. de Capu. *in sing. suo incip.* lex ista intelligenda est *per l.1. Longobardorum. ff. de furt. & seruo fugit.* Baiard.

n *Et ita omnino seruandum esset*] adde † videndum Cephal. 74
in consil.75.nu.9. Burs. *in consil.152.n.37.vol.2* & Claud. Bertaz. *in addit.ad cons.patris 35. littera c.* vbi alios adducit idem tenentes, scilicet, quod transcendens muros non animo eos violandi, & dolose non tenebitur pœna ordinaria. *Baiar.*

o *Et quod hac pœna solummodo*] adde † Lucam de Penna *in l.* 75
penult.col.fi.de colon.Illiricor. qui idem tenet, quod *d.l.fi.* debet intelligi in eo, qui trascendit muros tempore belli, & non pacis sed ad quæstionem transcendentibus muros Ciuitatis vide omnino Farin. *variar.quæst.nouiter impressum in q.20.n.146.cum seq.* vbi latissime, & Decian. *in tract.crim.lib.7.cap.39.* Baiard.

o *Officialis*] Bal. *consil.267.lib.1.* Ros.

Officialis, qui publicos prouentus subtrahit] adde Boer. *super consuet.Bitur.nu.11.fol.mihi 21.* Drog.

Officialis, qui Publicos prouentus subtrahit] adde, † quid sit 76
peculatus, & quibus casibus cōmittatur; & quibus pœnis puniatur, late per Dec. *in tract.crim.lib.8. cap.28. & 30.to.2.* & quali-
ter † puniantur, qui habent pecuniam ex administratione publi- 77
carum pecuniarum, vide Angel. Aret. *in §.fin.instit.de publ.iudic. &* late per Parid. *in tract. de syndic. in §.syndicatur etiam officialis*
de subtractis; & quid de † actuario, & quid de officiali, & actua- 78
rio, qui non scribit prouentus in libro, & qualiter teneatur, Paris. *in d.tract.in verb. prouentus.*

Item † adde, quod crimen peculatus committit qui in tabula 79
publica minorem pecuniam scripserit, quam receperit, vel tacuerit *l.hac lege, ff.ad l.Iul.pecul.*

Item adde, quod similiter crimen peculatus committit, qui simulans esse fisci creditorem, acceperit, quod fisco debetur; quamuis pecuniam priuatam abstulerit, *l.sacrilegi, ff.ad l.Iul.peculat.*

Item † adde, quod Capitanei, siue eorum quæstores conuer- 80
tentes in vsum proprium pecuniam dādam militibus, incidunt in crimen de residuis. Cæpol. *consil.40.col.6.versic.& breuiter.* & Boss. *in tit. de lege Iul peculat. de residuis,* vbi dicit etiam, quod
hæc furta sunt atriora † simplicibus furtis, & quod ideo statu- 81
ta furta punientia hæc comprehendunt, & ideo si statutum † 82
minuit pœnam furti, nōn intelligitur minuere pœnam peculatus, vt per Franc. *in decisio.315 in fine.* Baiard.

q *Sed hic incidenter*] adde † videndum Mascard. *de probatio.* 83
concl.1134. an, & quando præsumendum sit officialem in dubio acquisiuisse ex bonis fisci, an ex bonis suis; & Barbat. *in cōs.39.n. 7.vol.4.* vbi dicit, quod officialis præsumitur acquisiuisse de bonis fisci, nisi reddiderit rationem administrationis suæ, vel quod habeat alios redditus, quibus ditari potuerit, sed ad istam quæstionem vide omnino Pereg. *de iure fisci lib.4.tit.3.num.6.cum seq.* vbi latissime, & Roman. *in consil.159.nu.5.* Baiar.

r *Plagiarius*] Aduerte, quod si quis agat contra aliquem tanquam plagiarium, quod agentis seruū subtraxerit, vel corruperit, & reus accusatus dicat seruum esse ipsius accusati, prius cognoscēdum est de dominio serui, quam de crimine plagij, quia causa dominij est præiudicialis ad causam plagij criminis, quod cessat in re proposita. *l.præses, C.ad legem Iuliam de Plagiariis.* & tradit in proposito Crau. *cons.280.col.1.* vide ibi multa similia. Item plagium quando committi dicatur, vide per Ang. de Aret. *in §.est, & inter publica, nu.3. Inst.de publ.iudic.* qui numero præcedenti posuit differentiam inter plagiarium, & furem, & quomodo vnus ab altero cognoscatur. *Giach.*

Plagiarius] Boss. *tit. de plagiar.* Vigill. M. I. R. *lib.1.cap.13.de plagiar.reg.1.& 2.* Ros.

Plagiarius] adde, † videndum Ang. Aret. *in §.est, & inter pu-* 84
blica nu.3.instit. de publ.iud. vbi quando Plagium committi dicatur, & quæ differentia sit inter Plagiarium, & furem, & quomodo vnus ab alio cognoscatur: ad hanc materiam vide Crau. *in consil.180.col.1.* Baiard.

s *Priuatum carcerem exercens*] Quidam scholaris rapuit meretricem, & illam retinuit clausam in aliquo loco libidinis causa, nunquid teneatur de priuato carcere; quod non; sed quod puniatur extra ordinem, & posset vsque ad mortem arbitrari; vide practicum Carer. *fol.453.col.2.* Giach.

Priuatum carcerem exercens] Boss. *tit.de carcere* Vigell. M.I.R; Decian. *tract.to.2.lib.7.c.10.* & Farin. *tit.de carc. & carceratu, q. 27.& nu.8.9.10.& seq.vol.1.cum nu.sequ.* Ros.

Priuatum carcerem] adde, † qui vti possint carcere priuato, 85
& an istud ius possit cedi, & an liceat carcerare furem, vxorem,
& adulterum, † late per Boer. *decis.273.* & Giga. *in tract.de crim.* 86
læsæ Maiestatis, lib.1.tit.qualiter, & à quibus c.35.fol mihi 36. vbi ponit octo Fallentias; in quibus licet vti carcere priuato; sed vide omnino Decian. *in tractat.crimin.lib.7.cap.10.tomo 2.* vbi late quando, & quibus personis liceat exercere priuatum carcerem.

Item † adde, quod pœna priuati carceris incurritur, vbicun- 87

que quis aliquem sub custodia fideiussorum detinet in loco, se-
cundum Cassan. *in consuet. Burg. tit. des droits, rub. 1. num. 63. fol.*
88 69. & ibi dicit, quod si pater, † vel dominus ponat filium, vel
seruum in domo sua in carcere, non punitetur pœna *d. l. 1.* quia
illud faciunt ad correctionem; quæ est eis permissa; ibi etiam
in fine dicit, quod exercens carcerem priuatum incurrit pœ-
nam d. l. nedum carcerans aliquem contra eius voluntatem, sed
89 etiam volentem: † & quando proprie incurratur pœna priuati
carceris, vide Carauit. *in ritu 47. nu. 14. cum seq.* & Girl. *in tract.
de relax. carcer. sub rubr. de fug. in carc. nu. 104.*

90 Item adde, † quod non solum quis dicitur committere car-
cerem priuatum retinendo aliquem in carceribus inclusum, ve-
rum etiam, si retinet aliquem extra carceres in compedibus, siue
vinculis, siue in larumiis, siue alio modo, vt in Camera, siue Ci-
uitate cum custodia hominum, ne retentus recedat: & gene-
raliter procedit non solum in carcere, sed in qualibet alia inclu-
sione, siue alio quocunq; modo, quis retineatur, ita tradit Plot.
in consil. 73. nu. 9. inter consil. crim. diuers. vol. 2.

91 Item adde, † quod etiam officiales destinati ad capiendum
malefactores non possunt eos apud se retinere vltra 20. horas;
sed illos Superiori consignare tenentur; possunt tamen ex cau-
sa aliis tradere custodiendos, ita tradit Paris. *de synd in §. officia-
les destinati.*

Item adde notab. limit. in ista materia per Ang. *in tractat. ma-
lefic. in verb. fama publica col. 27. in fin. in 12. quæst.* vbi dicit,
quod licet aliquis priuatus posuerit aliquem in carceribus, non
92 tenetur pœna priuati carceris, si eum posuisset † in aliquo car-
cere, à quo de facili potuisset fugere, & sequitur Mars. *in consil.
135. in præsenti causa col. penult. & consil. 136.* & multa alia
circa istam materiam, ibi vide per eum & vide etiam Decian.
consil. 10.

93 Item adde, quod † vbi captura à principio est illicita, tunc
aut detentus est inclusus, aut non; primo casu momentanea in-
clusio suffi it, quia delictum est consummatum: Secundo non,
quia debet tanto tempore detineri, quod detentus possit dici
priuatus propria libertate, quod totum iudicantis arbitrio re-
mittitur. Angel. *in l. vni. C de priuat. carcer.* & licet secundum
eum ex modica detentione non incurratur crimen priuati car-
ceris, tamen quia violentia est adhibita, non est dubium, quod
accusari poterit detentor *l. Iulia de vi publica, & priuat.* secun-
dum eum, & ibi etiam tenet, quod de priuato carcere poterit ac-
94 cusari is, qui aliquem detinet inuitum in via, licet nõ includat,
& quod quis non possit puniri pœna priuati carceris, vbi modi-
ca fuerit inclusio, tenet Mars. *in consil. 139. nu. 7.* quem sequitur
Plot. *in consil. 16. nu. 65.* & de hoc vide Bert. *consil. 426. n. 5.* & ibi
latissime addent. Vide etiam Boss. *in tit. de carcere, nu. 26.* vbi i-
pse etiam tenet, quod quando captura à principio est illicita,
statim, quod quis est captus, carcer priuatus committitur, &
tale debitum faciens committit crimen læsæ Maiestatis, & vl-
timo supplicio puniri debet, vt per text. *in d. l. 1. C. de priu. carc.*
& ibi communiter Doctores.

95 Item † adde, quod pater in filium, & Dominus in seruum non
committit priuatum carcerem, secundum Salyc. *in d. l. 1.* & ibi
iam tenet, quod etiam tenens bannitum, siue foriudicatum
96 non incurrit pœnam priuati carceris † per illam rationem, quia
si impune potest offendi, à fortiori poterit in carcere detineri;
97 idem tenet Bald. *in d. l. 1.* & pater † potest detinere filium, etiamsi
esset clericus secundum Rayn. *in sum. tit. de sent. excomm. § se-
quitur, & in tract. carcer. 6. col.*

98 Item † adde, quod aduertendum est, ob quam causam capiat;
si enim capit aliquem, vt statim vulneret, vel occidat, tunc so-
lum inspicitur illud delictum, sed si ex interuallo occidit, tunc
ex vtroque tenetur, & de occiso, & de priuato carcere, Bartol.
in l. cap. 5. in fi ff de adult.

99 Item † adde, quod tenens mulierem causa libidinis, non in-
currit pœnam priuati carceris, secundum Bartol. *in l. verum in
fin. ff de furt.* Neuizan. *in Silu. nupt. lib. 5. nu. 46.*

100 Item † adde, quod in Regno Neap. nedum prohibita est car-
ceratio, sed sola captura hominis illicita, *per c. Regni Tenerij,
& c. quod incip. amplius,* & ita dicit Afflict. *in const. duram n. 10. in
fi.* sed quando captura est licita, potest captus detineri per duos
dies absque pœna priuati carceris, *per d. c. Regni Amplius nulli
priuato.*

101 Item † adde, quod mariti zelotipia perciti possunt carcerare
vxores. Iodoc. *in pract. crim. c. 64. fol. 156.*

102 Item † adde, quod rectores locorum, rei maiestatis læsę fiunt,
si sciunt committi priuatum carcerem, & tolerant, Bart. & Sa-
lyc. *in d. l. 1. de priu. car.* & Ghirland. *in tract. de relaxat. carcer. q. 1.
nu. 16.* & Gig. *in tract. de crim. læsa maiest. in rubr. qualiter, & à
quibus, q. 35. nu. 2.*

103 Item † adde, quod committens carcerem priuatum tenetur
ad restitutionem damnorum passorum per detentum, *c. pœna-
le 14. q. 5.* & amittit debitum, si quod consecutus erat, & totidem
auth. vt null. iud. § quia vero.

Item † adde, quod clericum adulterantem, vel turpiter agen- 104
tem cum vxore, filia, vel sorore, & similibus, potest quis per 20.
horas absque metu excommunicationis retinere, Soc. *in c. si fu-
rerit nu. 16. de iniur. & damn. dat.* Baiard.

t *Non habet locum in Cardinalibus*] adde de Cardinalibus in
proposito supra *quæstione 55. versic. excipiuntur tamen*; priuatus
tamen per viginti horas potest aliquem retinere in carcere, Ias.
in §. superest nu. 70. Instit. de act. vide tamen etiam reum alias à
rusticis in stabulo quodam clausum, ibidem teneri, & custodiri
per tres dies, donec superuenit Iustitia, quæ illum ad carceres
terræ nostræ adduxit, estque decapitatus Illustrissimo Domino
Sforza Pallauicino tunc Domino, & approbante. Item [illegible]de,
quod consuetudo de præterito excusat etiã à pœna priuati car-
ceris Alex. *consil. 8. n. 6. vol. 6.* Item limita in patre filium carce-
rante; nam talis pater non incidit propterea in pœnam priuati
carceris, Alc. *tractat. de præsumpt. regula 1 præsumpt. 3.* & adeo ve-
rum est carcerem pri[illegible] habere non posse, vt hoc etiam lo-
cum habeat in bestiis in damno repertis, quia retineri non pos-
sunt nisi ad hunc finem tantum vt compareat Dominus ad re-
petendas bestias, vt sic tenuit Alcia. *dicto tract. [illegible] præsumpt. regu-
la 2. præsumptio. 50. nu. 3.* Capyc. *decisio. 45. num. 1.* quinimo in ali-
quibus locis retinens bestias vltra [illegible] tempus tenetur
de furto, vt est statutum Riparoli *in* [illegible] *rubr. 143* Drogh.

u *Credo etiam*] adde, quod † ho[illegible] de iure, secundum 105
Cassan. *in consuet. Burg. c. 54. ante n. 117.* vbi dicit, quod eum le-
ges dicant contra reos procedendum esse ad pœnam capitalem
sine alia expressione vltimi supplicij, minor pœna erit statuen-
da, videlicet, mortis ciuilis. *Baiard.*

x *Proditor*] Hic scias, quod veneno occidens dicitur pro-
ditorie occidere, vt per Mars. *in fin. rub. ff. de sicar.* quem refert,
atque sequitur pract. Car. *pag. mihi 22. nu. 99.* Giach.

Proditor] adde, quod tripliciter † dicitur quis proditor. Pri-
mo qui prodit Principem, vel Rempubl. Secundo qui prodit so- 105
cium, vel amicum occidendo, vel vulnerando. Tertio qui pro-
dit eum, quem in fide suscepit. Ita Bald. *consil. 361. nu. 3. volum.
4.* Adde Bart. *in l. respiciendum, §. delinquunt ff. de pœn.* Guid. Pap.
q. 191. num. 5. Guior.

Proditor] Dicitur tribus modis Bald. *consil. 361. lib. 7. num. 3.*
Decian. *in tract. cri. tom. 2. lib. 7. c. 29. 30. 31.* Farin. *q. 113. prima in-
spect. num. 4. vol. 1.* Ros.

Proditor] adde, quot † modis dicatur proditor, & quæ sint 106
signa proditoris. Luc. de Penn. *in l. seruum domini, C. de delat. lib.
12.* vide etiam supra *§. homicidium, versic. proditorie,* & secundum
Bald. *cons. 361. lib. 4.* proditor tripliciter sumitur, 1. qui prodit
Principem, vel rempublicam; secundo qui prodit socium, vel
amicum occidendo: tertio, qui prodit eum, qui in fide illum
suscepit. & idem Bal. *in l. 1. col. 7. quibus modis feud. amit.* dicit,
quod offendens † sine causa, & diffidatione occulte eum, qui de 107
ipso tunc confidebat, dicitur proditorie interficere, & idem te-
net Burs. *in consil. 216. num. 124. vol. 2.* & etiam dans venenum
proditor est, secundum Bald. *in cons. 210. vol. 4.* & Boss. *in tit. de
homicid. num. 14.* & ad prædicta nouissime per Farin. *in q. 18. nu.
73. cum seq.* & quando quis dicatur proditorie occidere, vide et-
iam Affl. *in decisio. 265. nu. 64.* & de istis tribus speciebus prodi-
tionis latissime habetur per Decian. *in tract. crim. lib. 7. c. 29. tom.
2. & in c. 31. habetur de pœnis proditorum.* Baiard.

y *Seditionis auctor*] Quid sit seditio, & quis dicatur seditio-
sus, vide per pract. Carer. *pag. 51. col. 1. & 2.* Boss. & Bonif. *tit. de
seditio.* & qua pœna puniatur, & idem de agentibus, & consen-
tientibus, atque dantibus opem, & auxilium. Item † à testimo- 107
nio repellitur, de omnibus vide ibid. per Carer. *pag. .... & sequen.
col. 1.*

Seditionis auctor] Dec. *in tract. crim. tomo 2. lib. 6. cap. 19.*
Boer. *in tract. de seditiosis, §. 7. num. 52. 53.* Capyc. *decisio. 130. nu. 3.
& seq.* Farin. *q. 113. inspect. 5. num. 167. vol. 4.* & maxime *nu. 193. &*
197. Ros.

Seditionis auctor] adde † videndum Carter. *in practic. crimin.* 108
in l. obseruare nu. 97. & Boss. *in tit. de seditio.* & qui sint seditiosi,
qua pœna puniantur, quando conciratur contra officialem, &
quando voto videntur tendere ad bonum, tamen dicuntur ad
malum finem, & an concitandum tumorem; vide omnino Ca-
pyc. *decis. 130.* & Boer. *in tract. de seditiosis,* & quomodo † intel- 109
ligendum sit statutum, quod indicit pœnam capitalem contra
turbantem pacificum statum Ciuitatis, Menoch. *de arbitr. iud.
cas. 266. num. 5. Et in casu 394. num. 78.* dicit pœnam seditionem
concitantium esse arbitrariam, & de pœnis contra † turbatores 110
pacis tam de iure ciuili, quã de iure canonico, & de iure Regni
Neap. late habetur per Fab. de Monteleone *in praxi sua arbitr.
par. 4. n. 879. cum sequ.* & ibi etiam de specialibus contra turba-
tores pacis: & esset pœna eius, qui in ciuitate turbulẽter, & sedi-
tiose se gerit; illa est, quod à quolibet iudice expelli debet † à Ci- 111
uitate, *leg. capital. §. solet, ff. de pœn.* & Boss. *in tit. de pœn. in fin.* Ba.

z *Se ipsum occidere volens*] adde hic in tali materia, quæ
melius, quam alibi scribitur Eric. *lib. 5. cap. fin. ibi verum autem*
quis

quis ſibi iniuriam facere poſſit; & dum hic dicitur volens occide-
re, intellige, quod non tamen punitur per voluntatem ſolam,
niſi ſequatur effectus; Decian. *in l. Non vult hæres nu.4.ff. de reg.
iur. infra q.92. verſic. Scias tamen*. Drog.
112 *Seipſum occidere volens*] adde, † quod Plaza hic per D. Cla-
rum allegatus non atteſtatur de communi opinione, vt penes
eum videri poteſt: & in materia iſtius delicti vide omnino Me-
noc. *de arbit. c. n.284.* vbi plene, & Peregrin. *de iure fiſc. lib.4. tit.4.*
113 vbi an interficientis † ſeipſum bona publicentur, & quando præ-
ſumatur, quod ſeipſum interfecerit, & Decian. *in tract. crim lib.
9. c.1. cum multis aliis ſeq.* vbi latiſſime hanc materiam tractauit,
114 nec licet † mulieri ſeipſam interficere, vbi etiam caſtitas pericli-
tatur, vt per Archid. *in cap. non eſt, 23. quæſt.5. & ibi in c. ſi non li-*
115 *cet*, quod triplici ratione † nemini licet ſeipſum interficere. Nec
etiam ex cauſa religionis martyri ratione in fidei teſtimonium,
nec ob euitandum ſtuprum, vel aliud quodcunque peccatum,
ita tradit Couar. *var. reſol. lib.1. cap. ſub n.9.*
116 Item adde, † quod ſi aliquis reperitur laqueo ſuſpenſus, non
præſumitur, quod ſeipſum occiderit, ſed fiſcus tenetur proba-
re, quod ſibi mortem conſciuerit, vt per Socin. iun. *conſi.51. vol.
1.* & Plot. *in conſil.130. nu.82. inter conſil. crim. diuerſ. vol.1. magna
impreſſ.* Baiar.

a *Et ideo licet talis*] Vide ſup. *q.51. verſic. ſed hic incidenter quæ-
ro.* Decian. *in tractat. crim. tom.2. libr.9. cap.1. & trib. ſeqq.* Farin.
volum.5. quæſt.128. part.1. & part.2. numer.47. & aliis ſequentib.
Roſ.

b *Occidens*] Nota, quod occidens ſeipſum alicuius criminis,
vel ſceleris reus exiſtens, punitur in publicatione bonorum, niſi
hæredem haberet. *toto titulo. ff. de bonis eor. qui ſibi mort. conſ ciu.*
ita tenent Iacob. de Rauen. & Pet. *de bell. pert. in l.2. C. qui te-
ſtament. fac. poſſ.* Ioan. Igneus *in l.1. §. ſi ſibi, num.109. ff. ad Sylla.*
Contrarium tamen videtur tenere Bart. *in l.1. §. fin. ff. de bon. da-
mnat. & in l.1. ff. de bon. eor. qui ant. ſent. mort. ſibi conſciu. per au-
then. bona damnatorum, C. de bon. damnat.* Et hæc publicatio bo-
norum non ipſo iure, ſe per ſententiam fieri debet, *l. in fran-
dem, §. eius bona, & § ſeq ff. de iure fiſc.* Bartol. *in l.3. §. fin. ff. de bon.
eor. qui ſibi mort. conſc.* Item vltra huiuſmodi publicationem bo-
norum imponendam occidenti ſeipſum, eius cadauer ſuſpendi-
tur, & ſic punitur, ac ſi extraneum occidiſſet, ſecundum Rom. &
Iaſ. *in d. l.2. C. qui teſtam. fac. poſſ.* & per Car. *in pract. §. homicidium,
num.123. cum aliis ſeq.* Si tamen iſte ſui ipſius occiſor non eſſet
de crimine accuſatus, vel in eo deprehenſus, ſed tantum ſuſpe-
ctus; tunc fiſcus vt bona eius capiat tenetur probare ipſum mor-
tem ſibi conſciuiſſe metu pœnæ, & non impatientia doloris, ſe-
cundum Petr. & Cynum *in d. l.2.* Bartol. & alios *in l fin. §. fin ff. de
bon. eor. qui mort. ſibi conſciu.* Bal. *in l. fin. C. de iur. fiſc. lib.10.* Item
licet vxor teneatur lugere maritum per annum, atque veſtes
portare lugubres, ſub pœna infamiæ, hoc tamen locum non
habet in tali ſeipſum occidente, qui luctu carebit *l. libellorum §.
non ſolent, ff. de iis qui not. infam.* Guiot.

c *Cæterum*] Decian. vbi ſupra *c.3.* Far. *d. part.1. nu.39. & par.
2. nu.69. & 71.* & de eo qui ſe in puteum præcipitauerit, idem
Far. *par.1. nu.43.* Roſ.

d *Se in puteum præcipitauerit*] adde ſupr. *q.4. verſ. Hac autem
omnia q.51. verſic. Sed incidenter ad finem.* Drog.

e *Idem tamen apud nos*] Far. vbi ſup. *p.1. n.11. & 4. ſeqq.* latiſſi-
me Balth. Gomeſ. *de poteſt. in ſeipſum.* Roſ.

117 f *Sortilegi*] adde Menoch. † *de arbit. iud. caſu 388.* vbi late tra-
ctat de pœnis ſortilegorum.

118 Item † adde, quod ligans per artem maleficam homines, ne
valeant vxores cognoſcere, de quibus loquitur *titulus de frig. &
malef. in decretalib.* non punitur pœna mortis, Afflict. *ſuper conſt.
Regni lib.3. rub.41. conſt. amatoria n.1.* & tale maleficium fit ope-
ra dæmonum ad impediendum actum matrimonij, & ex per-
miſſione diuina datur poteſtas diabolo, vt propter aliquod pec-
catum ſic vexet homines, *vt 23. quæſt.1. c. ſi per ſortiarias*, & per B.
Thom. de Aquino *in 4. ſententiarum diſtinct.33. art.3.* vide etiam
omnino Farin. *var. q.20. à num.93. vſq; ad num.112.* vbi latiſſi-
me. *Baiard.*

g *Transfuga*] Deci. *in tract. crim. to.2. lib.7. c.14.* Far. *d. titul. de
pœnis q.20. n.154. vol.1. & 113. inſpect.1. nu.13. & 17. & 115. tract.
de turbatore pacis.* Roſ.

119 *Transfuga*] adde, quod propriè † transfuga eſt, qui malo ani-
mo, & proditoris conſilio patriam derelinquit, & in hoſtes ſe
conuertit, Gram. *in deciſio.105. nu.29.* Baiar.

h *Vaſtatores*] Boſſ. *tit. de damno dato nu.3.* Vulpell. *reſp.111.* Far.
tit. de delic. & pœn. q.70. vol.1. n.113. Roſ.

110 *Vaſtatores*] adde † videndum Far. *variar. quæſt. in quæſt.20. nu.
113.* qui ſimiliter tenet, quod non puniuntur pœna mortis, ſed
pœna extraordinaria, modo ſcilicet ictuum funis, modo fuſti-
gationis, modo triremium, iuxta facti, & perſonarum qualita-
tem; & quod in vrbe ita ſeruatur; & ita ego vidi ſeruari, &
ſeruaui in pluribus locis. *Baiar.*

i *Pœna extraordinaria*] Plott. *conſil.52. nu.42.* maxime quan-
do ſolitus eſt talia committere, & etiam ſtante ſtatuto pœnam
pecuniariam imponente eum. *Roſ.*

k *Venenum malum*] *Sup. q.17. in princ infra q.83. in princip. &
92. verſic. primo.* Drog.

Venenum] adde, quod dans venenum non ſolum habet ani- *
mum occidendi deliberatiſſimum, verum etiam proditor † eſt, 120
vt de ſe patet, & not. Bal. *conſil.210. lib.4.* & tradit Boſſ. *in titul.
de homic. numer.14.* quod & dixi ſupra in additione proditor.
Giach.

Venenum malum] adde, quod † venena mala proprie di- 121
cuntur, quæ ſunt facta hominis necandi, aut ægrotandi cauſſa;
bona autem, ſiue non mala venena dicuntur ea, quæ non ſunt
compoſita ad necandum, vt ſunt pocula amatoria, *l.3. §. adie-
ctio autem, ff. ad leg. Corn. de ſicar. & l. ſi quis aliquid, §. qui ab-
ortionis ff. de pœnis*, & Girland. *in tractat. de ſortileg. capit.5. nu-
mero 7.*

Item adde, quod † dictionis veneni, ex vulgari conſuetudine 122
loquendi, ſolet fieri interpretatio de malo veneno ad mortem
inferendam, vt per Fel. *in c. ſuper his nu.20. de accuſ.* & Alciat. *in
l. qui venenum, ff. de verb. ſignif.*

Item adde, quod † dans venenum, non ſolum habet animum 123
occidendi deliberatiſſimum, ſed etiam proditor eſt, Bal. *conſilio
210.4.* quem refert, & ſequitur Boſſ. *tit. de homicid. num.14.* hinc
plus eſt, † hominem veneno occidere, quam gladio, *C. de maleſ.* 124
& math. & ſic qui veneuat, † duo delicta committit, videlicet 125
homicidij, & proditionis, quia venenum per illos datur, de qui-
bus homo confidit. Io. de Lignano *in conſil.20. nu.11. inter con-
ſil. crim. diuerſ. tomo 1. parua impreſſionis*, & dicit Gramm. *in voto
3. num.1.* quod crimen † veneni eſt deteſtabile, & execrandum, 126
ac longe grauius homicidio, & quomodo poſſit cognoſci, quod
† quis fuerit veneuatus, & quibus inditiis, & quomodo probe- 127
tur Boſſ. *in tit. de delict. num.6.* Franc. Caſſ. *in tract. ſuo maleſ. c.4.*
Foller. *in pract. crim. in ver. capiat informationem nu.6. & in ver.
Item quod ſororem veneuauit*, Gomeſ. *de delict. c.10. nu.11.* & late
per Maſcar. *de probat. conc.134. nu.7.*

Item adde, † quod in hoc crimine veneni, cum ſit delictum 128
atrociſſimum, & occultum, Iudex debet eſſe promptior ad tor-
quendum, Bal. *in l.3. C. de Epiſc. aud.* & Afflict. *in conſt. mala noxia
nu.3.* & præſumptiones, ac coniecturæ non ſolum ad torturam
ſufficiunt, ſed etiam ad condemnationem, Alex. *conſil.14. vol.2.*
Barb. *conſil.23. col.8. vol.2.* & Gram. *voto 3. num.1.* & quæ † indi- 129
cia ſufficiant ad torturam contra vxorem, quæ tentauit venena-
re maritum, vide Paul. de Caſtr. *in vlt. conſ. primi voluminis in-
cip. viſa inquiſitione.*

Item † adde, quod præbens venenum, ſi mors non ſequatur, 130
non debet puniri pœna mortis, Gramm. *conſil.15. nu.11. & dec.
2. num.33.* & vide etiam Menoch. *de arbit. iud. caſu 360. num.45.*
Sed hoc debet intelligi ſecundũ dignitatem, & qualitatem per-
ſonarum, ita limitat Fab. Monteleon. *in praxi arbit. 4. par. num.
687. in fin.* quem ſequuntur addent. ad Bertaz. *conſ.57. in litteris
D.* & ideo in Principe eſſet crimen læſæ maieſtatis, & pœna mor-
tis eſſet puniendum ob ſolam attentationem, vt conſuluit Burſ.
conſ.147. per totum, & hinc eſt quod Senatus Mediolani condẽ-
nauit ad mortem concubinam cuiuſdam Magiſtri Petri, vt at-
teſtatur Boſſ. *in tit. de homicid. nu.13.* & hoc, vt Domini à ſeruis
ſuis reddentur ſecuri; idem conſuluit Vulp. *in conſ.145.* in cau-
ſa cuiuſdam famuli, qui venenum Domino ſuo præbuerat, vt
pœna mortis puniretur, etiam quod mors ſequuta non fuiſſet,
& ſi maritus dederit venenum vxori, licet euaſerit, tenetur de
parricidio, Bart. *in l.1. in fine ff. de parricid.* & Carrer. *in pract. crim.
§. homicidium el 1. nu.151.* & idem eſſet in filio, qui voluiſſet ve-
nenare patrem, Gomeſ. *de delict. c.3. nu.7.*

Item adde, quod † vendens ſcienter venenum malum puni- 131
tur ad mortem, ſi ſequutum ſit homicidium, ſecus autem pœna
arbitraria, etiamſi ex ſtatuto tractanti aliquem occidere pœna
mortis imponeretur, ita conſuluit Collegium Bonon. *in conſil.
41. inter conſ. crim. diuerſ. vol.1.* quem refert, & ſequitur Menoch.
de arbit. iud. caſu 359. & aromatarius vendens venum malum
perſonis probis, & non ſuſpectis excuſatur, vt ait Arno. *in dia-
logo 44.*

Item adde, quod † in Regno Neap. adeſt conſt. Quicunq; 132
toxicum, qua punitur pœna furcarum tenens, vel vendens ma-
lum venenum ad nocendum; quæ conſtitutio intelligitur,
quando mors ſequuta fuiſſet, vt per Carrer. *in pract. crim. §. Ho-
micidij el 1. num.97.*

Item adde, quod † in ſtatu Eccleſiaſtico *per conſtit. Marchiæ li.* 133
4. c.68. dantes venenum malum, & doloſe vendẽtes, pœna mor-
tis puniuntur, ſi aliquis mortuus fuerit, & ignoranter vendentes
(etiam morte ſequuta) pœnam homicidij non doloſe commiſſi
incurrunt, & ſi mors interuenerit, pœna legali puniuntur.

Item adde, † ſi ſtatutum extaret, quod ſi quis voluerit venena- 134
re aliquem, pœna mortis mulctetur, debet intelligi ſi mortus ſe-
quuta fuerit, Crem. *ſingulari 49.* Corn. *conſ.102. num.11.* Cæpol.
conſil. vlt. & Carret. *in pract. crim. §. homicidii, el 1. n.97.*

135 Item adde, quod † in hoc crimine veneni sex specialia accumulauit Fab. Monteleo. *in praxi arbitr. part. 4. 689.*

136 Item adde, quod † accipiens pecuniam, vt aliquem venenaret, pœna mortis est puniendus, etiam non dato veneno, ita consuluit Ioan. de Lignano *in conf. 20. per totum inter conf. crim. diuers. parua impressionis volu. 1.* contrarium autem tenuit Corn. *in consil. 101. nu. 1. vol. 1.* licet statutum disponeret, quod si quis commiserit homicidium, vel committi mandauerit, vel pro homicidio committendo depositum fecerit, morte puniatur, & sic in fortioribus terminis, sed defendendo opinionem Lignani, posset dici, quod sicut est maius delictum occidere veneno, quam gladio *l. 1. C. de Malef. & mathem.* ita maius assassinium est accipere pecuniam pro venenãdo, quam cum telo interficiendo, eo maxime, quod occidendus, si eum armis insultatus fuerit, forsan posset se defendere, vel alio modo euadere, & aliquando assassinus remanet captus, vel interfectus, & facilius hoc modo detegitur delinquens, quæ ita non possunt occurrere in assassino veneuante, & ideo plus est sæuiendum in hanc assassinij speciem, quam in illam, quę cum armis committitur; tamen negari non potest, quin pecuniam accipiens pro veneuando, laqueo sit suspendendus, si ad actum proximum deuenerit, etiam quod homicidium non sequatur, vt fit in assassino tentante, occidere cum gladio, Capic. *decisio. 155.* & D. Clar. supra §. *Assassinium versi. scias etiam,* & ita quoque videtur tenere, Corn. *in d. consil. 102.*

137 Item adde, quod † mulieres magis, quam viri sunt suspectæ de veneficio, vt inquit Cantiuncula in topicis *in loco ab adiunctis pag. 68.* Et Hippol. Bonacossa *in q. crimin. statut. in ver. venenum. circa fin.* & ad hoc optimo facit illud † notabile exẽplum,

138 quod cum apud Romanos venenandi crimen, penitus esset incognitum, existente Fabio Maximo ædili, data per eum fide cuidam ancillæ ab illa reuelatæ fuerunt, centum septuaginta matronæ, quæ tali pessimo veneno vtebantur, & omnes damnatæ fuerunt, vt refert summatim Valerius Maxim. *lib. 2. c. 5.* ex Liuio *lib. 8. fol. mihi 94.* Baiar.

[*Violator sepulcrorum*] Decian. *in tract. crim. tom. 1. lib. 6. c. 39. & 5. sequent.* Far. *tit. de delict. & pœn. q. 70. numer. 114. & aliis sequent.* Bos.

139 *Violator sepulcrorum*] adde † de pœnis violatorum sepulcrorum Menoch. *de arbit. iud. cas. 387.* vbi plene etiam, quando agitur ciuiliter, & ibi ponit multos casus; vide etiam omnino Farin. *nouiter impress. variar. quæst. 20. n. 114. cum seq.* vbi latissime

140 quibus pœnis puniantur extrahentes † cadauera ex sepulturis, vel eorum ossa, vel cadauera mortuorum spoliantes, & deuastantes, vel cadauera offendentes, vel caput cadauerum amputantes, vel impedientes, ne sepeliantur, vide etiam Deci. *in tract. crim. lib. 6. c. 42. 43. 44.* vbi quibus modis sepulchra violentur,

141 & quibus pœnis violatores puniantur, & de excusationibus † violantium, & in Regno Neapol. spolians mortuum vltra pœ-

142 nas impositas à iure communi, incurrit pœnam manus, † per const. si quis aliquem occisum, quæ est vltima, & ibi Afflict. per quem habetur etiam, an liceat Carnifici spoliare suspensum pannis, & vestibus, & foriudicatum mortuum, & quibus pœnis spolians suspensum sit puniendus, Iacob. de Beluis. *in pract. crim. in rubr. de furtis, col 7.* Baiar.

QVÆSTIO LXIX.

Membri amputatio quibus casibus à lege imponatur.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *De pœna amputationis membri.*
Et an esset hæc pœna cognita de iure Digestorum, ibid.
2 *Et an dicatur pœna capitalis.*
3 *Et quæ dicantur propriè membra.*
4 *Si aliquis sit condemnatus simpliciter in amputatione manus, in qua manu sit condemnatio exequanda.*
Et quid si habeat vnam manum aridam, ib.
5 *Et quid si non habeat nisi vnam.*
6 *Casus, in quibus imponitur à iure pœna amputationis membri, qui sint.*

Ex Additionibus.

1 *Pœna membri intelligitur de amputatione manus.*
2 *Artifex debilitatus in digito particulari, an dicatur debilitatus in membro, remiss.*
3 *Barba an sit membrum,* & num. 9.
Statutum de abscindente membrum, an habeat locum in barba, ibidem.
4 *Et an in membro inutili,* ibidem.
5 *Et quid in digito, si eius abscissione fiat arida tota manus.*
6 *Nasus, auricula, & oculus non veniunt appellatione membri, licet maior pœna in offendentes prædicta imponatur propter deformitatem,* ibidem.
7 *Deformitas quomodo æstimetur, remiss.*
8 *Membrum debilitatum differt à deturpato.*
9 *Et quando dicatur debilitatum, vel amputatum.*
10 *Condemnato ad amputationem manus quæ manus sit amputanda.*
11 *Statuto imponente pœnam manus, cum qua percussit, debet in articulis poni, qua manu fuerit facta percussio.*
12 *Iudex potest commutare pœnam membri, si condemnatus sit ita debilis, quod moreretur.*
13 *Et quid si reus nullam manum habeat, & crimen pœnam manus requirat.*
14 *Vulnerans cum armis prohibitis in Regno Neapol. punitur manu.*

SVcceſſiue, a videamus de pœna amputationis mem- a
bri, quæ quidem olim non imponebatur, vt dicit 1
Anan. *in c. 1. num. 1. in fin. de collus. deteg.* nam (secundum
eum) leges antiquæ non volebant homines esse inutiles, & vt essent apti solummodo ad comedendum, & non ad laborandum. Hæc igitur pœna non erat cognita de iure Authenticorum. Et ita dicunt Doctores, teste Anan. *in c. in Archiepiscopatu, post n. 4 de rapt.* vbi tamen ipse ostendit, quod erat etiam tempore legis 12. tabul. vt ibi Hanc etiam opin. quod hæc pœna abscissionis membri non esset cognita de iure antiquo, attestatur esse communem Curt. iun. *in l. Imperium, nu. 37. ff. de iurisd. omn. iud* quem refert Don. Anto. de Padill. *in l. transigere, post n. 8. C. de transact.*

Quæro b igitur in primis, nunquid amputatio mem- 2
bri dicatur pœna capitalis. Respond. quod c propriè b
loquendo non potest dici pœna capitalis; & ita rece- c
ptum est, vt dicit Alciat. *in l. licet capitalis, in fin. principij, ff. de verb. sign.*

Item d quæro, quæ dicantur propriè membra. Re- 3
spond. quod membra propriè dicuntur illa, quibus di- d
uerso, ac proprio officio Corpus mouetur. Ita dicit
Bar. *in l. publicorum, nu. 13. ff. de publ. iud.* quem Doctores communi consensu sequuntur, vt dicit Plac. *lib. 1. delict. c. 25. num. 7.* Hanc etiam dicit esse communem opin. Didac. *in repe. Clem. si furiosus, fol. 321. post n. 8. de homic.* Hinc infertur, quo digitus non est membrum. Ita dicit Bart. *in l. non sunt liberi, ff. de statu homin.* quam doctrin. semper Doct. secuti sunt, & magni faciunt, vt dicit Aug. ad Ang. *de malef. in verbo, Membrum prædictum, nu. 9.* & est communis opin. vt ait Didac. *in loco præalleg. vers. 3. ab*
eadem. e Et ideo statutum puniens abscindentem mem- e
brum non habet locum in abscindente alicui digitum. Et ita tenent Doctores, vt dicit Vitalis *de malef. in rubr. quid sit accusatio, nu. 58.* vbi etiam subdit, quod ita fuit de facto determinatum. Et ita in facti contingentia consuluit Rubeus concinis meus *cons. 83.*

Pone f quod aliquis sit condemnatus in amputatio- 4
ne manus, non exprimendo, in qua manu facienda sit f
executio. Quæro, de qua erit intelligendum? Respon. quod est intelligendum de manu debiliori, & in qua reus minus potest, vt dicit gloss. *in auth. sed nouo iure, in verbo, Vna, C. de furtis.* Et dicit Alber. *in 3. parte statutor. quæstio. 60.* quod ita tenent communiter DD. semper enim in pœnis facienda est benignior interpretatio. Et
deo si cõdemnatus habeat g vnam manum bonam, & g
alteram aridam, debebit ei amputari manus arida. Et hanc dicit esse communem resolutionem Io. Andr. *in addit.*

add. ad Spec. in rub. de pœnis, circa in fi. quem refert Ang. ad Ang. de malef. in verbo, Quas si non soluerit, amputetur ei manus, post n. 4. & Alciat. de præsumpt. regula 3. præsumptione 45. nu. 15. quæ quidem opin. mitior est. Crederem tamen, quod si illa esset prorsus inutilis, aliud forte dicendum esset, ne condemnatio redderetur elusoria. Et in hanc sententiam inclinare communiter scribentes sensit Alexand. cons. 104. num. 4. lib. 1. quem refert Apostil. ad Ang. in loco prealleg.

5 Sed b quid si reus condemnandus ex forma statuti, vel iuris communis in amputatione manus non habeat nisi vnam manum, nunquid illa erit ei amputanda. Respond. Aliqui dicunt, quod non, ne deformetur corpus humanum, sed quod pœna debet commutari. Et hanc opin. tenuit Paul. de Castr. in auth. sed nouo iure post nu. 4. C. de seru. fugit. & ita dicunt Doctores, vt attestatur Anan. cap. 1. num. 2. de calumn. Contrariam tamen sententiam, scilicet quod imo debeat illi manus amputari, videtur tenuisse Bald. in d. auth. sed nouo iure, post num. 11. Et hanc secutum fuit iudicando consilium Neapo. vt refert Grammat. decis. 94. super constitu. Regni fol. 116. col. 1. vbi dicit ita fuisse executum: quem refert Mant. in l. transigere. nu. 123. C. de transact. Ego tamen, si casus contingeret, potius inclinarem in contrariam sententiam, quæ æquior est, & mitior: vel saltem consulerem Principem, vt ipse misericordia motus pœnam iuberet commutari. Et hoc tutius esset. Vide in hoc proposito quæ dixi infra, q. 85. vers. Nono omitto.

6 Casus i autem, in quibus de iure imponitur pœna amputationis membri, habes apud Gand. in tit. de pœnis reorum num. 52. & seq. & Galicium in Margar. Fisci, fol. 90. colum. 1. & Fabr. in pract. arbit. fol. 341. & aliis sequentibus.

ADDITIONES

Ad Quæst. LXIX.

a Successiue videamus] Farin. tit. de delict. & pœnis q. 19. vol. 1. nu. 26. Ros.

b Quæro igitur] Farin. q. 19. nu. 25. in Menoch. de arbit. iud. q. 86. num. 15. Ros.

1 Quæro igitur in primis] adde, quod † vbi de iure communi pro aliquo delicto imponitur pœna membri, intelligitur de manu, per tex. in auth. vt null. iud. §. vlt. & ibi Doct. Baiar.

c Proprie loquendo] adde sup. q. 67. vers. 1. in princip. Dec. in l. semper in obscuru num. 9. & 10. ff. de regul. iur. Capitalis item causa differt a criminali, vt per Capyc. decis. 127. nu. 3. ad med. quia reus edere non cogitur in causa capitali secus autem in mera criminali, vt ibidem; Contrarium tamen in causa criminali, sed pecuniaria vide supra q. 17. versic. sed hic incidenter. Drog.

d Item quæro] Farin. tit. de delict. & pen. d. q. 19. vol. 1. nu. 23. vbi quid sit membrum, & quid appellatione membri veniat, & quid de digito nu. 24. Ros.

2 e Et ideo statutum] adde, † quod si artifex fuerit debilitatus in digito vidente principaliter an dicatur debilitatus in membro, Fel. in c. ego enim, n. 6. de iureiur.

3 Item adde, † quod barba in homine est membrum & ob id incidens barbam tenetur pœna, qua plectitur is, qui membrum alicui abscindit, secundum Bal. in l. reos nu. 6. C. de accusat. Et quid si abscinderet, membrum inutile, vt puta, si alicui effoderet oculum obscuratum, an teneatur pœna statuti plectentis offendentem in membro, vide Alb. de Ros. de statu q. 25. in repert. & in leg. sed & si pupillus §. præscribere, ff. de institut. act. vbi videtur tenere per illum tex. quod sic, sed ibi dicit Raym. & Guliel. tenere contrarium per l. 3. versic. Ideo ff. arbor. furt. cæsar. & not. in authen. sed nouo iure, C. de ser. fugit. & de vide etiam Bal. in l. 1. in fi. C. de dil.

4 actio. Vide etiam Vitalin. Rub. in locu hic allegatis, vbi postea † dicunt, quod si propter abscissionem digiti tota manus esset facta arida, & inutilis, quod puniretur pœna abscissionis membri. Et

5 ibi etiam Vitali. dicit, quod nasus, † auricula, & oculus non sunt membra, sed si eruatur oculus, vel abscindatur nasus, quod maior pœna est imponenda, quam pro digito, & auricula propter

6 deformitatem, quæ subsequitur: & quomodo iudex † æstimabit deformitatem, vide Afflict. in consti. hac edictali in fin. & an oculus sit membrum, Aristot. in 4. moralium, & Imo. in l. 1. col. 4. ff. de public. iudic. tenent, quod sic, quia habent propriam, & distinctā operationem in corpore nostro. Et aduerte, quod est differentia,

7 † an membrum dicatur deturparum, vel debilitatum; quia membrum deturpatum non dicitur debilitatum, vt dicit Ang. in l. non solum, ff. de rei vend. & Dec. in l. si fugitiui, C. de seruit. fugit. Abba. in cap. si accusasti in fin. extra de accusat. vbi ponit † quomodo intelligatur membrum debilitatum, vel amputatum. 8

Item adde, † quod barba non est membrum, quando accipitur pro pilis, Cassan. in consuet. Burgund. rubr. 1. §. 5. nume. 3. cum seq. & ibi ponit, an lingua, nasus labia, dentes, mamellæ sint membrum: & an etiam statutum habeat locum in membro inutili. Baiard. 9

f Pone, quod aliquis] Cattar. de execut. sent. cap. fin. nu. 169. Far. vbi supra num. 27. Ros.

Pone, quod aliquis] adde, quod † tunc executio est facienda in manu debiliori, quando delictum poterat æque faciliter fieri cum vna manu, sicut & cum altera, prout furtum; alias secus, prout est crimen falsi Bue tar. censur. legal. in loco à priuatione ad habitum, & est communis opin. vt ait Crass. de commun. opin. ca. 2. q. 19. pag. 19. Vide tamen Gomes. in reg. Cancell. de annal. poss. q. 48. pag. 293. col. 1. in litt. C. Baiar. 10

g Vnam manum bonam, & alteram aridam] adde infra quæst. 85. versic. fin. in princ. Dec. in l. semper in obscuris nu. 9. cum seq. ff. de reg. iur. Drog.

h Sed quid si reus] Cattar. vbi sup. num. 286. & Farin. num. 28. Ros.

Sed quid si reus] adde, quod si † statutum imponeret percutienti pœnam manus, qua percussit, in articulis, siue querela poni debet, qua manu facta sit percussio, iuxta pract. traditam per Lucam de Pen. in l. penult. C. de erogat. milit. anno lib. 12. 11

Item adde, † quod si reus est ita puer, vel senex, quod moreretur, si illa pœna plecteretur, iudex poterit illam pœnam permutare; & si hoc non faceret, non posset iustus appellari, Bal. in l. quicunque C. de seru. fugit. & Alexan. in apostill. ad Bar. in l. quid ergo, ff. de infam. & Cæpoll. in authen. sed nouo iure nu. 26. C. de seru. fugit. 12

Item † adde, quod si reus nullam manum haberet, debet imponi alia pœna arbitraria, vt tenent omnes, secundum Sal. in d. auth. sed nouo iure, quod intelligit ibi Bartholom. Cæpoll. quando ante sententiam fieret commutatio; sed si lata esset sententia, quę condemnasset ad manus incisionem, & nullam haberet manum, sententia esset nulla, & elusoria, vt ibi per eum. Baiar. 13

i Casus autem, in quibus] adde † alium casum, in quo imponitur pœna amputationis, membri, scilicet manus, in Regno Neapol. vbi vulnerans cum armis prohibitis tali pœna est puniendus, per Constitut. si quis aliquem, & Franch. decisio. 324. volum. 2. Baiar. 14

QVÆSTIO LXX.

Recensentur aliæ etiam pœnæ corporales.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *De aliis pœnis corporalibus.*
Pœna stigmatis an hodie sit in vsu, ibid.
2 *Fustigatio an sit permissa etiam in clericis.*
Et an sit pœna capitalis, ib.
3 *Tortura an sit in vsu pro finali pœna delicti.*
4 *Pœna carceris perpetui an sit in vsu.*
5 *Pœna triremium an sit in vsu etiam in clericis.*
6 *Pœna detrusionis in monasterium an hodie sit in vsu.*
7 *Pœna, quod clerici ponantur in gabys, an sit in vsu.*
8 *Pœna mira.*
9 *Pœna degradationis in clericis an dicatur corporalis.*

Ex Additionibus.

1 *Pœna stigmatis quare sit sublata.*
2 *Mulier non est facta ad Imaginem Dei.*
3 *Fustigatio est pœna corporalis, licet non capitalis.*
4 *Fustigatio est grandis pœna, & comparatur morti.*
5 *Et pro quibus delictis imponitur.*
Et de catena infami, ibidem.

*5 *Fustigatus in pœnam efficitur infamis.*
6 *Carcer quando detur ad pœnam de iure ciuili.*
7 *Et an imponi possit per Iudices laicos, & sit in vsu, remissiue.*
8 *Et si imponatur, an sententia valeat.*
9 *Et quid si Iudex habeat arbitrium imponendi omnem pœnam.*
10 *Carceris perpetui loco successit condemnatio ad triremes.*
11 *Iudex ecclesiasticus non potest dictam pœnam laico imponere etiam ob delictum ecclesiasticum.*
12 *Condemnatio ad triremes solet ita fieri, vt quandocumque reperiatur liberatus, vltimo supplicio puniatur.*

a 1 SVnt *a* etiam aliæ pœnæ corporis afflictiuę, vt est pœna stigmatis, qua veteres vtebantur, sed postea fuit sublata *per l. si quis in metallum, C. de pœnis.* Reperio tamen, quod Ang. *in d. l. si quis in metallum,* dicit contrarium de facto seruari, quod s. valeant statuta, quæ disponunt, quod pro furto debeant bullari: & illum refert b Ang. *de malef. in verbo, in facie, num. 2. b* Apud nos certè hæc pœna stigmatis non est in vsu, & si in aliquibus locis extant huiusmodi statuta, quod pro furto, vel alio crimine aliquis bulletur, Senatus non permittit exequi talem pœnam, sed illam commutat in pœnam fustigationis, vel similem: & idem etiam practicari in Regno Neapolitano attestatur Maranta *in suo Speculo, fol. 28. num. 9.*

2 Est etiam pœna fustigationis, seu verberationis, quæ quidem non tantum de iure ciuili, sed etiam de iure canonico, etiam in clericorum personis, est à sacris c canonibus recepta, vt ait Diaz. *in pract. crim. can. cap. 125. c* Ego tamen apud nos nunquam vidi illam seruari in persona alicuius clerici, prout neque illam esse in vsu in Regno Franciæ contra clericos, attestatur Pract. Miler, *fol. 148 nu. 53.* Et in omnem casum deberet moded ratè exequi, non autem crudeliter: *d* alias Episcopus, qui facit aliquem crudeliter fustigari, per duos menses à missarum celebratione suspenditur, vt est text. *in cap. e præterea, 2. clerico percussore. e* Sed quæro, nunquid hæc f pœna fustigationis dicatur pœna *f* capitalis. Respon. quod non: ita tenet Bartol. *in l. transigere, C. de transact.* & est communis opin. vt dicit Marant. *in suo Specul. fol. 2. numero 3.*

Quibus autem ex causis imposita sit à iure communi pœna fustigationis, vide apud Gandi. *in tit. de pœn. reorum, nu. 55.* & Calicium *in Marg. fisci, fol. 99. col. 2.*

3 Plerumque *g* etiam imponitur à statutis pœna torg turæ, siue ictuum funis, non quidem ad eruendam veritatem, sed ad pœnam delictorum. Et licet Bal. *in rubr. C. de pœn. iud. male iud. dixerit,* non reperitur iure cautum, quod tortura imponatur pro finali pœna delicti; tamen Paris Put. *de synd. fol. 449. in verbo, Tortura 11 in primis verbis,* duos casus recenset, in quibus videtur de iure communi imposita esse tortura pro pœna.

4 Pœna *h* autem perpetui carceris non est in vsu apud h laicos, vbicunque enim alia pœna imponi potest, nunquam imponitur pœna perpetui carceris, & ita tenent communiter Doctores, vt dicit Bal. *cons. 443. in fi. libr. 3.* Credo tamen quod hæc pœna in ciuitate Venetiarū etiam hodie sit in vsu, prout etiam attestatur Mant. *observatione 96. col. 6.* dicit etiam Calic. *in Margar. fisci, folio 93. in fin.* quod Reges Castellæ multum vtuntur ista pœna perpetui carceris. Apud clericos autem multum frequentatur. Et dicit Angel. *in l. prætor ait, §. si publicanus, num. 1. ff. de vi bonor. rapt.* quod quamuis clericis non i liceat interficere quenquam, tamen possunt reos in carcerem includere cum tanta necessitate cibi, & potus, vt fame necentur, & ait, quod ita dicunt can. & hac practica vtuntur. Quam tamen restringe, vt procedat, k quo ad ipsos clericos tantum. *k* Cæterum non potest iudex ecclesiasticus condemnare laicum ad perpetuum carcerem, etiam quando laicus propter delictum effectus esset de foro ecclesiastico præterquam in caussa hæresis.

Frequens *l* est etiam hodie pœna triremium, quæ 5 non modo in laicis, sed etiam in clericis venit in vsum, l præcipuè in Italia, vt ait Diaz. *in pract. crim. canon. c. 135. vers. venit insuper:* quam tamen consuetudinem ipse improbat in sacerdotibus: eiusque opin. mihi placeret, vbi in tantum non creuissent crimina clericorum, vt hodie videmus; vix enim potest multorum petulantia, atque improbitas coerceri. Et memini superioribus annis, cum Vicarius Episcopalis Cremonæ redderet se difficilem in exequendo quendam condemnationem ad triremes factam contra quendam presbyterum, quasi ea pœna clericis imponi non soleret, senatus rescripsit prætori, vt omnino curaret illam exequi, 22. August. 1561. P. N. ex quo in hoc Ducatu passim solita est in illis imponi. Et ita fuit executum. Puto tamen, quod discreti Episcopi non sine maxima caussa talem pœnam sacerdotibus imponere debeant, vt scilicet nulla videatur alia *m* spes correctionis subesse. m

Sunt etiam apud clericos aliæ pœnæ corporis afflictiuæ, prout est pœna *n* detrusionis in monasterium. 6 n Sed hæc pœna hodie recessit ab vsu, vt attestatur Diaz. *in pract. crim. can. c. 128.* quia (vt ipse dicit) iudices ecclesiastici adeo segniter laborant, vt rarissime videamus eos delinquentibus pœnam *o* depositionis imponere. o

Solent etiam prælati clericos facinorosos poni facere in gabiis. Et licet pract. Carrer. *fol. 546. post num. 64.* 7 dicat hanc pœnam non esse in vsu, ego tamen iam multis annis præteritis *p* vidi de factò quosdam presbyteros in gabia ferrea super turri Broleti veteris Mediolani. p Sed certè de iure non credo licitum esse clericis, præsertim sacerdotibus talem pœnam imponere, vt etiam sentit Fel. *in c. qualiter, & quando, il 2. §. ad corrigendos, nu. 10. de accus.* vbi tamen subdit, quod consuetudo seruat contrarium, & male: quem refert Foller. *in pract. crim. can. fol. 289. n. 113.* & pract. Conradi. *fol. 445. n. 2. in fin.*

Mitræ *q* quoque impositio inter pœnas corporales 8 connumerari potest, quæ quidem quandoque imponitur de per se ad infamiam, vt quis ita mitratus producatur in publicum: aliquando imponitur fustigandis, q aut igne cremandis, in maiorem ignominiam. Et scias, quod quandoque si ille, cui esset imponenda propter infamiam pœna mitræ, non sit in fortiis iustitiæ, solet ad eius domum mitra per satellites transmitti: quod sæpissime fieri attestatur Catald. *cons. 56. n. 13. inter consi. crim. diuersorum, lib. 1.* licet apud nos ego nunquam viderim in practica obseruari.

Credo etiam, quod possit dici pœna corporalis degradatio clericorum, quando fit actualiter, cum taliter 9 degradatus sit statim tradendus curiæ seculari, corporaliter etiam ad mortem puniendus, vt dixi infra, *quæstio. 74.*

ADDITIONES

Ad Quæst. LXX.

POstea fuit sublata] adde, quod ratio fuit, quia † facies hominis est ad similitudinem, & pulchritudinem faciei Dei, vt in- a quit gl. *in d. l. si quis in metallum,* sed contrarium posset dici in 1 muliere, *per c. hæc imago 33. q. 5.* quia mulier † ad imaginem Dei 2 nō est facta, licet tex. Genesis dicat faciamus hominem ad imaginem, & similitudinē nostram, intellexit enim Deus de viro, non de muliere, quia mulier nō est imago ipsius, nec Deus gloriatur per ipsam, sicut de viro, ita etiam tradit Affli. *in constitu. Regn. const. legum asperitate rubr. 52. lib. 3. num. 8.* quod etiam dixit Apost. 1. *ad Cor. 1. c. 11.* quod tamē declaratur per S. Aug. & S. Thō. relatos per Nau. *in c. illa anima n. 3. de pœnit. dist. 2. tom. 2.* Baia.

Apud

b *Apud nos certe hæc pœna stigmatis*] adde quod tamen hæc pœna fuit in vsu apud Romanos; Appianus Alex. *Romana Historie, lib.* 4. loquens de seruo cuiusdam Restionis latitantis, ait; Nunquid me magis, ô hære, præsentium stigmatum, an priorum beneficiorum putas me reminisci? *Drog.*

c *Ego tamen*] Farin. *tit. de delictis, & pœn. q.* 19. *volu.* 1. *numero* 29. Rof.

d *Alias Episcopus*] Piano di gratia; Non enim de consuetudine inter se crudeliter castigant clerici, vt est supra *qu.* 64. *Sed an clerici, ibi, Quod raro, imo nunquam inuenies.* Drog.

3 *Sed quæro*] adde, quod † licet non sit capitalis, est tamen corporalis, & adeo grandis, & grauis propter grauem, quam infert infamiam, cum non nisi pro turpibus, & infamatoriis delictis

4 irrogari soleat, vt æquiparetur morti, † Menoch. *de arbit. iud. quæstio.* 80. *nu.* 40. *&* 41. & Ioseph. Ludouic. *in sua decisio. Lucen.* 1.

5 *num.* 24. *part.* 1. quæ pœna † fustigationis, & catenæ hodie imponi solet furibus, mariolis, incisoribus bursarum, truffatoribus, testib. falsis, blasphematoribus & similibus facinorosis vilibus, & infamibus personis. Farinac. *quæst. crim. quæst.* 19. *numero* 29. Baiar.

f *Capitalis*] Fustigatus † tamen post sententiam, & sic in pœnam efficitur infamis, secundum Paul. de Castr. *in l. nullam, C. ex quibus caus. infa. irrog. nu.* 2. Guiot.

g *Plerumque etiam*] *Supra quæst.* 64. *versicul. præterea debet.* Drog.

Plerunq; etiam] Farin. vbi sup. *nu.* 30. Rof.

h *Pœna autem*] Not. quod aliud est ponere in carcerem, & aliud ponere in vincula: nec carceratio, nec in vincula iniectio fit ad pœnam, sed ad custodiam: & ideo ex his non dicitur cædi persona, nec ex sola captura, & positione in vinculis dicitur quis inferre personalem læsionem, secundum Soc. senior. *in cap. nuper à nobis, n. & seq de senten. excommun.* vbi dicit notandum pro statutis, quæ loquuntur de personali læsione. *Guiot.*

Pœna autem] Far. vbi supra *nu.* 31 Rof.

6 *Pœna autem perpetui carceris*] adde, quod de iure † ciuili aliquando carcer ad tempus datur ad pœnam in leuibus delictis, quibus iura, siue statutum nullum decernunt particulare supplicium, *l.* 1. *fin. ff. de ale. lus. & aleat.* & Io. Plat. *in l. nemo carcerem C. de exactore. tribut. lib.* 10. & Bass. *in tractat. de carce.* vt criminosus in carcere coniectus, ad certum tempus solo pane, & aqua ma-

7 ceretur, aut alias castigetur, & an † carcer perpetuus, vel ad tempus imponi possit per iudices laicos, & an sit in vsu, vide Menoch. *de arbit. iud. in q.* 89. *nu.* 1. & Farin. *in q.* 19. *n.* 31. vbi late.

8 Item adde, quod † si iudex laicus condemnauit aliquem ad pœnam carceris perpetui, sententia non teneret, nisi in casu, quo de iure ciuili veniret imponenda aliqua pœna, per quã quis efficeretur seruus pœnę, vt in damnato in metallum: quod cum illa pœna non sit in vsu, poterit etiã iudex secularis loco ipsius d. pœnam perpetui carceris imponere, ita tradit Bal. *in l. incredibile C. de pœnis*, & Socin. *in rub. de pœnis num.* 21. *cum seq.* & licet Menoch. *d. quæst.* 89. *num.* 9. videatur contrarium tenere, tamen dicit cogitandum esse, quia magna est auctoritas Baldi.

9 Item adde, quod † si iudici datum esset arbitrium per statutum imponendi omnem pœnam, non posset illam imponere; debet enim statutum intelligi, dummodo non imponatur pœna à iure prohibita, nisi in casu prædicto: vel quod ex forma alicuius statuti pro aliquo delicto imponeretur pœna perpetui carceris: ita Bal *in d. l. incredibile, C. de pœn.* & Soc. *in rub. de pœn. nu.* 21. *cum seq.* & Menoch. *d. q.* 89. *nu.* 6.

10 Item adde, quod † loco pœnæ carceris perpetui potest imponi pœna triremium, secundum Afflict. *in constit. regn. incip. Hi qui in* 7. 8. *&* 9. *notab.* Baiar.

i *Non liceat interficere quenquam*] adde Capitulum sententiam sanguinis, *ne cler. vel. Mon.* limita, vt habetur *in c. solicitatores §. primo de pœn. dist.* 1. Drog.

11 k *Ceterum non potest iudex ecclesiasticus*] adde, quod † hoc fuit dictum Old. *in cons.* 88. *incip. quæritur*, quem referunt, & sequuntur Io. And. *in addit. ad Specul. in rub. de off. ord.* Rom. *singul.* 711. in fcis, quod de iure ciuili, & Aug. de Arim. ad Ang. *in verb. fama publica, n.* 88. & Parut. *consil.* 2. *n.* 150. *vol.* 1. Baiar.

l *Frequens etiam*] Vide sup. Clarum *q.* 67. *in prin. & in verbo item damnatio.* Rof.

12 *Frequens est etiam hodie*] adde, quod † imo aliquando solet fieri condemnatio ad triremes, cum ista qualitate, quod quandocunque reperiretur liberatus, illico, vltimo supplicio plecteretur, Gram. *decisio.* 8. *in prin.* Baiar.

m *Spes correctionis sub esse*] adde supra *quæst.* 36. *versic. scias autem, & versic. Pariter etiam;* Capyc. qui declarat, *decisio. num.* 2. *sub num.* 7. Drog.

n *Detrusionis in Monasterium*] adde, quod hoc modo pauci ambularent per viam, supra *in §. Adulterium, versic. sed quæro,* vbi dixi, *& q.* 67. *versic. fin.* Drog.

o *Imponere*] Vide eundem Clarum supra *in §. adulterium versic. sed quæro.* Rof.

p *Vidi*] Similiter & ego vidi Bononiæ multis ab hinc annis quosdam clericos in gabia lignea annexa ad turrim Asinel. positos in diuersis temporibus ac pro diuersis criminibus vnus post alterum. *Giach.*

q *Mitra quoque*] adde de Mitris, supra *quæst.* 68. *versic. lenones.* Drog.

Mitra quoque impositio] Farin. *d. numer.* 29. vbi & de berlina. Rof.

QVÆSTIO LXXI.

De exilij pœna.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *De pœna exilij.*
2 *Casus, in quibus à iure imposita est pœna exilij, qui sint.*
3 *Officialis, qui cogit rusticos ad obsequia indebita, punitur pœna perpetui exilij.*
4 *Iudex an possit relegare, seu confinare aliquem in loco sito extra prouinciam suam.*
5 *Bannitus in contumaciam an sit infamis.*
6 *Et an possit esse testis.*
7 *Et an amittat patriam potestatem.*
8 *Et an possit testari, aut capere ex testamento.*
9 *Et an banniti possint impune offendi.*
10 *Et an bannitus efficiatur seruus pœnæ.*
11 *Bannitus ab vna ciuitate an censeatur bannitus etiam ab aliis cum ea fœderatis.*
12 *Banniti huius temporis an æquiparandi sint deportatis, vel relegatis.*
13 *Qua pœna puniatur frangens fines exilij.*
14 *Si aliquis sit bannitus arbitrio iudicis, an mortuo, vel recedente iudice bannum finiatur.*

Ex Additionibus.

1 *Exiliorum genera quot sint.*
2 *Exilium verè, & propriè quando dicatur.*
3 *Exilium vnde dictum, & eius incommoda,* & n. 4.
5 *Exulatus à loco delicti, & à propria patria exulatus intelligitur.*
Exilium quis remittere possit, n. eod.
Princeps absque cognitione iudiciali potest relegare, nu. eod.
6 *Carceris tempus quandò computetur in tempore exilij.*
7 *Exulatus, si reperiatur debitor alicuius, non potest ad instantiam creditorum detineri in carceribus instante fisco pro executione exilij.*
Et quomodo consulatur creditoribus, ibid.
8 *Et quid si fiscus non instet, sed ipsemet carceratus.*
9 *Iudex condemnans aliquem in exilium ad tempus sine determinatione temporis censetur per decennium condemnasse.*
10 *Et quid si dixerit condemno te ad pœnam exilij, absque aliqua mentione temporis.*
11 *Exilium à quo Iudice intelligatur datum.*
12 *Iudex loci delicti potest condemnare in pœna exilij à loco delicti, & à loco originis, & à loco habitationis,*
13 *Officiales incedentes pro malefactoribus inquirendis, vel exactionibus collectarum, non debent grauare rusticos.*
14 *Bannitus quando fiat infamis, remiss.*
Bannitus an, & quando possit esse testis, n. eod.
15 *Testis bannitus interrogatus, si est bannitus, an teneatur respondere.*
16 *Banniti in statu ecclesiastico sunt priuati omni factione testamenti.*
17 *Bannitus ab vna Ciuitate an censeatur bannitus à confœderata.*
18 *Delinquentes Regni Neapol. non possunt stare in statu ecclesiastico, nec è contra.*

19 *Bannitus ab vno loco censetur bannitus ab omnibus eiusdem dominij.*
20 *Et quid in statu ecclesiastico.*
21 *Bannitus ab vna Ciuitate, intelligitur bannitus à Roma.*
22 *Baro non potest receptare suum vasallum bannitum à Principe.*
23 *Baro non debet esse berruarius sui subditi.*
24 *Banniti superiorum dicuntur banniti in terris subditorum, quamuis habeant merum, & mixtum imperium.*
25 *Bannitus de Castello subiecto Ciuitati, intelligitur etiam bannitus de ciuitate.*
26 *Bannitus à toto statu Principis, an intelligitur bannitus à Ciuitatibus post bannum alienatis, vel acquisitis.*
27 *Banniti nostri temporis an equiparentur deportatis.*
28 *Exilium frangere quis dicatur.*
29 *Exilium frangentis pœna, remissiue.*
Pœna non seruantis confinia assignata à Principe qua sit, nu.eod.
30 *Et quid in Regno Neap.*
31 *Exulatus, si fiat clericus, & frangat exilium, debet cognosci per Iudicem Ecclesiasticum.*
32 *Bannitus ad arbitrium Iudicis, quandiu duret bannitus. Beneplacitum sub nomine dignitatis, an expiret morte Principis,* nu.eod.

a 1 EXilij autem pœna apud nos multum est in usu non modo contra reos contumaces, ut dixi supra *quæst.* 44. sed etiam contra præsentes in pœnam delictorum, Quandoque vero imponitur perpetuum exilium, quandoque temporale, & quandoque arbitrarium, prout quotidie videmus seruari per senatum, teste Boss. *in tit. de bannitis, num.*2. An autem hæc pœna hodie secundum Canones sit in usu, dixi supra *quæst.*67. *versic. relegationis.*

2 b Casus *b* autem, in quibus de iure imponitur pœna exilij, videre potes apud Calic. *in Margar. fisci, fol.*85. ubi 69. recenset.

3 c Officiales *c* rectorum prouinciarum, qui rusticanos, vel eorum seruos, vel iumenta ad aliqua cogunt obsequia, nec non & rusticani se sponte dictis obsequiis subjicientes puniuntur pœna perpetui exilij, & confiscationis bonorum, *l.*2.*C.ne rustičani ad vllum obsequium deuocentur.* Sed pro certo hodie hoc male obseruatur; ut dicit Chass. *super consuet. Burgun.*89.*vers.*36. *casus.*

4 Vidi ego quandoque in facto dubitari, nunquid possit relegare aliquem, vt non exeat de aliquo loco, vel oppido, iurisdictioni ipsius iudicis non subdito, quam relegationem nos Confinationem appellamus: Et dicendum est, quod de iure non potest fieri relegatio, nisi in loca subdita ipsi iudici releganti, vt est text. *in l.relegatorum,§.interdicere.ff.de interd.& releg.* nihilominus de consuetudine generali, quæ viget fere vbique locorum, contrarium obseruatur, vt attestatur Bald. *in l.executorem, nu.*31.*C.de execut.rei iud.* subdens, Et ideo tales studeant seruare mandata, & illum refert Marcus *decis.*359. *num.*9. Et intellexi, quod proximis d mensibus Dux Mantuæ confinauit *d* nonnullos ciues Casalenses in diuersas ciuitates, & oppida Italiæ, dominio suo non subditas. Vide in hoc proposito, quæ dixi supra *q.*67.*vers.deportatio.*

5 e Quæro *e* nunc, quis sit effectus banni, seu condemnationis in exilium: & in primis nunquid bannitus in contumaciam sit infamis? Respond. quod non, & ita tenent communiter Doct. vt dicit Bald. *in l.*1.*numero* 5.*C.de calum.* vbi enim condemnatio fit in contumaciam, non dicitur fere constare de crimine: propterea non debet sequi infamia, quæ ex crimine non procedit.

6 f Præterea *f* quæro, nunquid bannitus pro maleficio in contumaciam possit esse testis. Respond. quod sic de iure ciuili: & hanc dicit esse communem opinio. Bald. *in c.super eo, il* 1.*num.*4.*de testib.* Alexand. de Neuo *cons.*8. *num.*10. Fel. *in d.c.super eo.num.*6. Et dicit Alb. *in* 4.*par. statut.qu.*72.*in* 1.*dubio*, quod hæc opin. communiter approbatur, & seruatur. Bannum enim ex contumacia proueniens non irrogat iuris infamiam, ut statim dixi: merito à testificando non repellit. Hæc tamen conclusio non transiret absque difficultate, stantibus statutis, quod contumax habeatur pro confesso, & conuicto, g g hoc enim casu potius videtur bannitus ex crimine probato per contumaciam quam ex ipsa contumacia: & ideo saltem in loco, in quo est bannitus, de iuris rigore forte videretur repellendus. Apud nos tamen quotidie conceduntur salui conductus bannitis, ut veniant ad testificandum; neque propterea repelluntur, licet propter bannum non reputentur tanquam integri testes.

Successiue *h* quæro, nunquid bannitus amittat patriam potestatem. Respond. quod non, & est communis opinio, vt dicit Alex. *in l.si cum dotem,§.si patri,n.*4. *ff solut.matrim.* Corn. *cons.*55. *libr.*2. prout illum refert Boss. *in tit.de bonorum publ.post nu.*66.*vers.contrarium tamen*; licet dicat se vidisse seruari, quod imo illam amittat, quo ad bona posita in territorio, à quo est bannitus. Vide quæ dixi infra *vers. dixi autem.* Vtilitas autem huius quæstionis potest esse maxima: quia quando pater bannitus perdit patriam potestatem, peculium profectitium transit in fiscum: alias secus. 7 h

Sed *i* an poterit bannitus testari, aut capere ex testamento? Dixi supra, *lib.*3.*§.testamentum,k q.*19.*&* 20. 8 i

Quæro, an bannitus possit impune offendi. Dixi supra *hoc eodem lib.§.homicidium, vers. plerumque etiam, & sequent.* k 9

Vlterius *l* quæro, vtrum bannitus virtute contumaciæ, & sic fictæ confessionis inductæ ab huiusmodi statuto, efficiatur seruus pœnæ. Respond. quod non efficitur seruus pœnæ, donec peruenerit *m* in fortiam iustitiæ. Et hæc est communis opin. vt dicit Corn. *consil.* 55.*in littera Z,lib.*2. quem refert Boer. *decis.*278.*num.*21. relatus & ipse per Viuium *in libr. communium opin.in bo, Reus pro crimine*, Practic. Conradi *fol.*443.*num.*14.*in fin.* Boss. *in tit.bannitis quid amittant, num.*12. Quod intellige, nisi condemnatio sit pura, & sine conditione lata, vt eleganter declarat Boer. *in loco præalleg.* Dixi *in d.§. Testamentum, in q.*19.*vers.aliquando vero.* 10 l m

Quæro *n* modo, nunquid bannitus ab vna ciuitate censeatur etiam bannitus ab aliis ciuitatibus cum ea fœderat. Respond. Aliqui dixerunt, quod sic: sed eorum opinio non est vera, & vsus illam non approbat, vt attestatur Bart. *in l.non dubito, nu.*4 *ff de captiuis.o* Licet enim aliquæ ciuitates sint simul fœderatæ, remanent tamen earum iurisdictiones, & territoria penitus separata, nisi specialiter in capitulis fœderum contrarium dispositum fuisset. Faciunt, quæ dixi supra *quæst.* 38. *vers.successiue quæro.* Vnum *p* tamen volo, vt scias in hoc proposito, quando quamuis in hoc Ducatu bannitus ab vna ciuitate, vel loco ipsius ducatus censeatur bannitus à toto ducatu, & possit in eo vbique capi, & puniri: si tamen contingat aliquam ciuitatem, vel locum separari à ducatu, banniti ab illa ciuitate, vel loco, etiam tempore, quo erat vnita cum ducatu, sunt post talem separationem tuti in ducatu; neque possunt in eo aliquo modo molestari. Et ita euasit in facti contingentia quidam Christophorus Maius insignis sicarius, condemnatus de atrocissimo delicto *q* in ciuitate Placentiæ, tempore quo erat vnita cum hoc ducatu Mediolani, & post separationem captus in ciuitate Cremonæ, fuit enim liberè dimissus, ita iudicante Senatu 4.& 17.April. 1558. P. N. 11 n o p q

Dixi

12 Dixi *r* autem supra, *quæst.67. versicul. deportatio etiam,* *r* quod *s* hodie exilium successit loco deportationis, & *s* relegationis: Sed quæro, nunquid banniti nostri temporis æquiparentur deportatis, an autem relegatis. Ego hanc quæstionem posueram supra *libro 1.§. Bannitus, versicul. quæro nunquid:* sed quia iam vero despero posse me aliquam aliam partem operis in lucem edere, illam ex eo loco in hunc transferri iussi. Vtilitas autem huius quæst. est maxima. Nam deportatus perdit ciuitatem Romanam, non autem relegatus, *l. inter pœnas, in princip. l. relegatorum, §. siue ad tempus, ff. de interd. & t releg.* Item deportatus amittit testamenti *t* factionem actiuam, & passiuam, non autem relegatus, vt dixi supra *libro 3. testamentum, quæst.22. &c.* Scias igitur, quod in hoc articulo tanta est inter Doctores controuersia, vt vix possit discerni non modo quæ sit communis opinio. sed neque etiam, quid in tanta scribentium varietate tenendum sit. Et in primis quidem aliqui simpliciter dicunt, quod bannitus æquiparatur deportato. Sed certè eorum opinio ab omnibus fere reprobatur, vt ex infra dicendis apparebit. Alij simpliciter dicunt, quod banniti æquiparantur relegatis, non autem deportatis. Et fuit opinio. Bart. quam dicit communiter approbari Socin. iun. *cons.147. num.20. libro 2.* & illam communem appellat Alexan. *in l. ex facto, §. ex facto, numer.7. & sequen. ff. ad Trebell.* prout illum refert Curt. Iun. *cons.182. num.*8. Sapia. *in l. Imperium, num.58. ff. de iurisd. omnium iud.* Aret. *in d. §. relegati, numer.7.* quem refert Pract. Conradi, *fol.447. numer.51.* Aliqui vero distinguunt, & dicunt, quod aut quis est bannitus propter crimen, pro quo imposita est pœna mortis, & eo casu æquiparatur deportato; Aut vero est bannitus propter crimen, pro quo non imponitur pœna mortis, & æquiparatur relegato. Sed certe hæc etiam opinio, communiter reprobatur. Et quod bannitus etiam pro crimine, pro quo veniat imponenda pœna mortis, non æquiparatur deportato, nec damnato in metallum, dicit esse communem opin. Cur. Sen. *consil.60.* prout illum refert Rip. *in d. l. ex facto, §. ex facto, num.14.* Alij igitur aliter distinguunt, quod scilicet, Aut pœna banni est cum confiscatione bonorum, & tunc æquiparatur deportato; Aut vero sine confiscatione bonorum: & æquiparatur relegato, & fuit opin. gl. *§ relegati, in verbo retinent, Instit. quibus mod. ius patriæ pot. soluitur.* Hæc tamen opin. in hoc, quod pœna banni, vbi bona non publicantur æquiparetur relegationi, vtique posset forte sustineri, & illam communem appellat Maranta *in suo Spec. fol.29. numer.7.* sed in alio capite; quod scilicet vbi est cum publicatione bonorum æquiparetur deportationi, hæc opin. non est tuta, nec est communis, neque tenenda, & ita opin. illius gl. communiter reprobari attestatur Curt. Sen. *cons.59. post num.* 18. Et ideo multi dicunt, quod bannitus cum publicatione participat de vtroque scilicet de relegato, & de deportato, & dicit Alex. *in d. cons.116. num.7. libr.2.* quod hoc omnes fatentur. Alij etiam aliter distinguunt, quod scilicet, aut stat statutum in eo loco, disponens, quod bannitus possit impune offendi, & tunc æquiparatur deportato, alias secus. Et hanc opin. dicit esse communem Corn. *consil. 55. in litter. I, lib.2.*

Quid tenendum in tanta Doctorum contrarietate? *u* Ego *u* (vt ingenue fatear) discutiendo text. & fundamenta DD. sæpe mutaui sententiam, & aliquando adhæsi vni opin. & aliquando alteri: Nunc autem pro resolutione dico, quod non est tutum tenere aliquam ex prædictis opinionibus. Et ideo absoluere teneo, quod banniti nostri temporis quocunque modo sint banniti, scilicet siue perpetuo, siue ad tempus, & siue cum publicatione bonorum, siue sine publicatione, & siue extet statutum, quod possint impune offendi; siue non, *x* neque simpliciter æquiparantur deportatis, neque relegatis, sed est quædam tertia species de per se. *x* Et propterea quod non licet arguere de deportato ad bannitum; neque etiam de relegato ad bannitum, sed standum est, vel decisionibus Doctorum de bannitis in specie loquentium, vel consuetudini. Et licet Boss. *in tit. de bonor. publ. num.69.* & clarius Alciat. *cons.58. num.9.* attestentur in hoc dominio seruari, quod banniti, & condemnati ad pœnam mortis cum publicatione bonorum, stante statuto, quod possint impune offendi, æquiparentur deportatis, & amittant etiam iura communia, quo ad bona posita in dominio: ego tamen vidi in pluribus articulis diuerso modo iudicari. Et sic credo vere dici posse, quod ubicunque contingat aliquem allegare in casu banniti exemplum deportati, vel relegati, iudex non debeat admittere huiusmodi fundamenta, sed stare decisionibus Doctorum in terminis loquentium de bannito, vel sequi opin. secundum quam solitum est in similibus causis in ea prouincia iudicari. Et ita faciendo non errabit.

Quæro, *y* quæ pœna puniatur frangens fines exilij. 13 Resp. Si quidem erat iussus exulare minus decennio, du- *y* plicatur tempus, quod restabat exulandum, quando fregit exilium; Si vero erat iussus exulare per decennium, vel vltra, perpetuatur exilium; Si iussus erat exulare perpetuo, punitur pœna mortis. Ita distinguunt communiter Doctores, teste Ant. Gomes. *c.8. delictor. num.1.* Senatus autem quandoque non modo iubet duplicari exilium, sed propter temeritatem mandat eos etiam duobus, aut tribus ictibus funis publice affici, & ita vidi seruari in quodam Io. Cauagna 30. Aug. 1557. P.N.

Item *z* quæro, si iudex bannierit arbitrio suo, an 14 mortuo iudice, vel ab officio discedente, censeatur ex- *z* tinctum bannum. Resp. Bart. *in l. centesimis, §. fin. num.9. & seq. ff. de verb. oblig.* distinguit, an verba sint concepta, donec voluero, vel donec reuocauero, & quidem dum Bart. tenet, quod morte indicatur reuocatio, seu declaratio reuocatæ voluntatis, contrarium communiter tenetur, ut attestatur Foller. *in pract. crimin. canon fol. 281. in princip.* Aliqui simpliciter dicunt, quod utroque casu bannum censetur extinctum, & hanc dicit esse communem opin. Anton. Gomes. *cap.8 delictorum num. 5.* Sicut talis voluntas, seu arbitrium morte extinguitur, ita etiam extingui debet eius effectus. Sed certe apud nos contrarium seruatur: nam ex quo condemnatio fit à iudice tanquam persona publica, & sub nomine officij, tale arbitrium *a* transit ad successorem.

ADDITIONES

Ad Quæst. LXXI.

Exilij autem pœna] Hoc idem de ictibus funis, qui aliquando *a* dantur ad pœnam dixi supra *ad q.64. vers. præterea.* Diog.

Exilij autem pœna] Farin. *tit. de delict. & pœn. d. q.19. vol. num.* 17. Ros.

Exilij] Pœnam exilij non infert ecclesiæ, secundum Alciat. *in cap. cum non ab homine, num.108. de iud.* vbi communem dicit. *Guiot.*

Exilij autem pœna] adde, † quod quinque sunt exiliorum ge- 1 nera. Primum dicitur esse maximum, vt cum quis condemnatur in metallum. Secundum quando condemnatur in opus metalli, de quibus, & eorum differentia est tex. *in l. aut damna. §. diui. ver. profecti ff. de pœn.* Tertium dicitur deportatio in insulam, quę Ciuitatē Romanam adimit, *l. inter pœnas ff. de interd. & releg.* & nō potest fieri nisi in perpetuum, *l. relegatorum, §. hac est differentia, ff. de interd.* Quartum est relegatio in insulam, quę ad tempus, & in perpetuum fieri potest, *d. §. hac est,* licet quādo fit in perpetuū, possit pars bonorum adimi, *d. l. relegati, in fin.* Quintum dicitur, quando de Ciuitate quis ejicitur, vel quia interdicitur certi loci, vel certorum locorum habitatio, vel interdicuntur omnes loci, præter vnum, vt quando exularet à Prouincia pręter vnam Terram, vt dicitur *in l. exilium ff. de interd. & releg.* ita declarat Bal. *in l. data opera ver. quatuor C. de his qui accus. nō poss.* Vere † iam &, &

proprie exilium tunc dicitur, cum caput eximitur de ciuitate, *l. 2. in prin. ff. de pub. iud.* & ideo exiliũ proprie captum dici potest tantum illis tribus modis; cætera autem, quę sequuntur, nõ exilia, sed relegationes appellantur, *d. l. 2. impropriè tamẽ focus est*, vt patet *in d. l. exilium*, & not. Bal. *in d. l. data opera.* vbi dicit, quod quando exiliũ non eximit caput, non est exilium, sed missio ad confines appellatur, *per l. mathematicos C. de Epis. aud.* Exilium,
3 † vt dicit Luc. de Pen. *in l. lenones, C. de specta. & scorri. lib. 11.* dicitur ab extra, & solo, quia exulat extra solum, siue locum patriæ suæ vadit, & vt dicebat Seneca de consolatione ad Albinã ma-
4 trem, Exilium loci commutatio est, quam hæc † sequuntur incommoda, paupertas, ignominia, & contemptus, quibus detractis, nihil est, quod magnopere exilium sit permiscendum, quoniam assiduus est humani generis discursus, & naturalis quædam irritatio animis mortalium inesse creditur, commutandi sedes, & transferendi domicilia. Ex quibus patet, quod ita exit solum suæ patriæ, vel locum mutat, qui exulat illis tribus primis exiliis, sicut qui vltimis.

5 Item adde, † quod exulatus, siue relegatus intelligitur. Iaco. de Beluis. *in pract. iudiciaria tit. de fuga reorum n. 39.* quem refert, & sequitur Vulp. *in consil. 58. nu. 4.*

Item adde, quod exilium non potest remitti nisi per solum Principem *l. relegati, ff. de pœnis*, & etiam per iudicem ex iusta causa, vt ibi per Bar. & si exilium de facto datum fuisset, tunc idem iudex illud reuocare poterit. Io. Ant. de S. Georg. Præposit. *in c. 1. in primis n. 6. 2. q. 1.*

Item adde, quo Princeps ex sola suspicione subditum relegare, vel, vt vulgo dicitur, ad confinia, mittere potest sine aliqua cognitione judiciali, Natta *consil. 615. per totum vol. 3.*

6 Item † adde, quod tempus carceris post sententiam computatur postea in tempore exilij, nisi condemnatus ex iusta causa detentus fuerit. Franch. *in decisio. 317. vol. 1.*

7 Item adde, † quod carceratus condemnatus in exilium, si repetitur debitor, non potest retineri in carceribus ad instantiam creditorum, donec eis soluerit, instante fisco pro accessu condemnati ad seruandũ exilium, siue relegationem, consuletur tamen tunc creditoribus: quia si debitor poterit præstare fideiussoriam cautionem de redeundo ad carceres exilio finito, illam præstabit; quando vero non poterit, statut eius iuratoriæ cau-
8 tioni. Si † vero fiscus non instaret, sed carceratus, & contradicunt creditores, nullo modo debito transmittitur, sed in carceribus detinetur, donec soluerit, vel alio remedio vtetur; ita tradit Franch. *in dec. 317. nu. 6. cum seq. vol. 1.*

9 Item † adde, si iudex imponens pœnam exilij ad tempus dixerit; ego condemno Titium pœnam exilij ad tempus, nullo determinato tempore, tunc intelligitur exulatus per decennium: est tex. *in l. sine præfinito, ff. de pœnis*, & ibi Bar. & Bal. *in l. 1. C. de*
10 *postul. col. 1.* & si dixerit simpliciter, ego condemno ad pœnam exilij nulla facta mentione temporis, tunc intelligitur exulatus in perpetuum, *l. seruus C. de pœnis*, & ibi communiter Doctores, ita etiam tenet Gomes. *de delictis c. 8. n. 3.*

11 Item † adde, quod exilium intelligitur datum à territorio, & jurisdictione judicis, qui sententiam protulit, & non de loco, & iurisdictione penitus extranea, in qua delinquens nullum ha-
12 beat domicilium, & † iudex loci, vbi commissum sit delictum, poterit condemnare in pœnam exilij à loco delicti, & à loco originis, & à loco habitationis, ita Gomes. *de delictis c. 8. n. 4. per tex. in l. relegatorum, §. interdicere cum §. sequenti ff. de interdictis, & relegatis*, vbi Bart. & communiter Doctores. *Baiar.*

b *Casum autem*] Boss. *de carcerato fideiussori committend. num. 7.* & Ros.

13 c *Officiales Rectorum Prouinciarum*] adde, quod † nec etiam possunt grauare rusticos, vt sibi præstent alimenta, etiam quod incederent pro malefactoribus inquirendis, vel pro exactionibus collectarum. Io. de Plat. per illum tex. *in l. 2. in tract. de remed. præseru. contra pestem n. 212.* Baiar.

d *Nonnullos Ciues Casalenses*] adde clausulam, quæ in tali casu solet apponi per sic confinantes, videlicet. Ita tamẽ, quod ipso confinato excedente confines eidem assignatos, intelligatur incidisse in commissum pœnę, vel fideiussionis, per confinatum datæ, sicque vide seruari vide supra *q. 59. vers. & hæc quidem*, & de pœna illorũ, qui dicuntur *hauer rotte le confine*, per Menoch. *de arb. iud. lib. 2. cent. 4. cas. 325. sub n. 7.* Ex lege Platonis, de qua per eum ibidem *in fin. n. 7.* & adde decisionem Rotę Senensis positã post consilia Criminalia diuersorum, quæ est prima in ordine compilatã ab Illustri, & Excellentissimo Petro Calephato, & de eo, qui ponitur ad confinia, per hæc verba, donec voluero; prolata à Magistratu, vel per hæc verba, donec Potestati placuerit; quomodo, & quãdo dicatur reuocata confinatio, Felin. *c. ex litteris coll. 3. de constitut.* & de transgredientibus confines late per Chart. *de execut. sent. c. fin. nu. 273.* In statu autem Illustrissimi, & Excellentissimi Domini Ferdinãdi Gonzagæ Domini mei promissa est certa, & determinata pœna transgredientibus fines, statut. Riparoli *in crim. rub. 161.* & talis pœna habet locum in his, qui banniti, & confinati sunt citra mortem, vt ibidem; vide Crau. *consil. 112. sub n. 3.* & vide tex. cum gloss. *in l. Aut damnum, §. est pœna, ff. de pœn.* Drog.

e *Quæro nunc*] Chart. *de execut. senten. n. 447.* Far. *q. 56. vol. 2. 8. art. num. 301.* Ros.

Quæro nunc] adde, † quod bannitus in contumaciam, & sic 14
ex ficta confessione, in duobus casibus fit infamis, vt per Decia. *consil. 96. n. 24. vol. 3.* Baiar.

f *Præterea quæro*] Laurent. Clurcon. commun. opin. *cent. 1. q. 23.* Far. *d. q. 56. art. 8. nu. 318. & seq.* Ros.

Præterea quæro] Bannitus, cum infamis à iure reputetur, regulariter à testimonio repellitur, Farin. *q. 56. num. 318.* quamuis aliqui contrarium censuerint, vt ibi *num. 326.* Quod procedit, non solum in bannito secundum terminos iuris communis, sed etiam secundum terminos statutorum, & consuetudinis volentium contumacem haberi pro confesso *num. 330.* Bertaz. *consil. crim. 351. num. 2.* quicquid dixerint aliqui *consil. 106. in addit. littera A, in fin.* proceditque etiam in bannitis, quibus conceditur saluus conductus ad effectum testificandi, quoniam nec hi integræ sunt fidei, Far. vbi supra *nu. 331. & seq.* item in bannito tolerato, nam tollerantia etiam non tollit testis inhabilitatem, & criminis exceptionem *n. 333.* Valet tamen ipsius testimonium, quando deponeret extra locum banni *nu. 334.* cum declaratione, de qua *num. 335.* tamen aduertendum est, si delicta fuerint de homicidio, tam in terris immediatè suppositis Romanæ Ecclesiæ, quam mediatè, quod non valet eius testimonium ex dispositionibus summorum Pontificum, de quorum bullis dixi supra *de homicidio num. 194.* & pluries in facto obtinuit non repelleretur tamen bannitus condemnatus iudicis officio nemine accusante *d. quæst. 56. num. 336.* nec quando aliter veritas haberi non potest *num. 351.* examinatus tantum facit quale quale indicium *numer. 249.* ad inquirendum, generaliter & specialiter *n. 350.* si tamen fuerit restitutus non prohibetur ferre testimonium *nu. 337.* cum declarationibus, de quibus ibi, & amplioribus.

Adde, si † testis fuerit interrogatus, an sit bannitus, tenetur 15
respondere, si bannitus fuerit in contumaciam, nisi extaret statutum in loco, à quo bannitus sit, disponens contumacem haberi pro confesso, ita tradunt addent. ad Bertaz. *in cons. 296. versic. verum in quæstione*: nam eo in casu non teneretur respondere, & ad hanc quæstionem, an bannitus possit esse testis, vide Mascat. *de prob. 161. num. 34.* & Montiecl. *in suo repert. testium in ver. bannitus.* Baiar.

g *Hoc enim casu*] Boss. *tit. de inquisi. n. 58.* Ros.

h *Successiue quæro*] Vulpell. *consil. 20. & 24. num. 4.* Far. *q. 102. inspect. 1. n. 15. & aliis seq.* Ros.

i *Sed an poterit bannitus testari*] adde, † quod in statu Eccle- 16
siastico fuit sublata huiusmodi disputatio per bullam Clem. VII. in qua expresse priuantur banniti omni factione testamenti actiua, & passiua, de qua bulla facit mentionem Noni. *consi. 93. nu. 4.* Baiar.

k *Quæst. 19. & 20.*] Farinac. 4. *volum. q. 102. inspect. 1. 2. & 3.* Ros.

l *Vlterius quæro, Vtrum bannitus virtute contumaciæ*] adde, quod taliter bannitus, etiam pro crimine, quod infamat, non dicitur infamis saltem extra territorium statuentium: quinimo nec in ipso territorio: vide per Alciat. *respons. 108. tomo 2. lib. 5.* Giach.

Vlterius quæro] Far. *d. t. inspect. n. 70.* Ros.

m *Infortiam iustitiæ*] adde supra *quæst. 44. ver. fin. & in §. Testamentum quæst. 19. versi. Aut vero in principio.* Drog.

n *Quæro modo nunquid bannitus ab vna ciuitate*] adde, quando intelligatur bannitus a locis nouiter acquisitis, per Alciat. *respons. 7. n. 8. tom. 2. lib. 7.* Giach.

Quæro modo] adde videndum † Menoch. *de arbit iud. q. 100.* 17
n. 10. vbi tenet partem affirmatiuam, & idem tenet Mars. *consil. 32. n. 8.* & Bertaz. *consil. 467. n. 10. vol. 2.*

Item † adde, quod banniti, & delinquentes status Ecclesiasti- 18
ci non possunt stare in regno Neapol. & è conuerso banniti, & delinquentes illius Regni non possunt stare in statu Ecclesiastico, & Iudices hinc inde eos capere tenentur, & sibi remittere, per conuentionem inter Sanctissimum Pontificem, & Serenissimum Regem Philippum initam de anno 1566. de qua *in lib. pragm. sub tit. de malefactoribus fol. 359.* Baiar.

o *Licet enim aliquæ ciuitates*] adde hic de statu Pallauicino, qui licet sit cõfœderatus cum statu Parmæ, vt patet in Conuentionibus inter vtrosque Dominos, & populos initis, tamen de iure retinet talis status propriam iurisdictionem, & proprium Territorium, dixi supra *ad quæst. 59. versicul. secundo ad fin. & quæst. 38. versic. successiue quæro, & versicul. sed certe*; Quibus adde, quæ late congessit Boet. *ad consuetud. Bitur. titu 2. §. 10. post med.* Item adde, quod tamen Illustrissimus q. & Excellentissimus Doct. Sfortia Pallauicinus in Conuentionibus

nibus prædictis de iure non potuit præiudicare nostræ Communitati,& populo,nec etiam Marchionibus ex post eius hæredibus,& successoribus, vt dixi ad *dictam q.59.* ex mente Alc. *tract. de præsumpt.reg.3.præsumptione* 8.*nu.9.gl. ad consuet. Aurel. tit. de feudis cap.1. ad fin.pract. Papien.in for.libelli in actione confessoria in gl.plenam, & omnimodam iurisdictionem sub n.9.ad fin.* Drog.

19 p *Vnum tamen volo, vt scias*] adde, † quod hoc est de iure communi,quod bannitus de vno loco censetur bannitus de omnibus locis,qui sunt sub eodem dominio,secundum Alber. de Ros. *in auth.qua in prouincia, C.vbi de crim.ag.oport.* quem refert,& sequitur Marl.*in pract.crim.in §.oportune nu.38.& consil.121.num.11.* Corrad.*in pract.in tit.de inquis. nume.14 fol.25.*.& de hoc vide etiam Nell.*de bann.in 1.part.2.temp.q.17.* Et in 20 statu ecclesiastica expresse prouisum fuit in Bulla Clem.VII.contra homicidas impressa inter alias bullas,*fol.291.in Bullar.noui ter edito*,vt bānitus à territorio vnius Ciuitatis,intelligatur bānitus ab omnibus terris Rom.ecclesiæ mediate,vel immediatè subiectis,& quod ab illo iudice puniri possit, vel quod debeat remitti ad locum condemnationis,quę quidem declaratio operatur postea,vt ab omnibus Ciuitatibus status ecclesiastici bannitus censeatur.Cornel. *consil.192.col.1. versic.his tamen non obstantibus volum.3.* Tob.Nob.*cons.98.nu.2.*& Viu.*commun.opin.770.num.14.*& quod possit impune offendi in omnibus locis status ecclesiasticus,vbi vigeāt statuta,quod bāniti impune offendi possint,etiam quod non fuerit condemnatus in loco,vbi talia statuta vigent,vt eleganter dixit Corn.*d.cons.192.vol.1.*

21 Item adde,† quod secundum iuris communis dispositionem bannitus,& condemnatus de vna Ciuitate, intelligitur bannitus,à Roma iuxta tradita per Iac.Beluis.*in sua pract.crim.in tit. de fuga Reorum n.30.*quem refert,& sequitur Ant.Scap.*in tract. iuris non scrip.lib.5.c.6.n.3.*

22 Item † adde quod bannitus à Curia Principis, vel in Regn. Neap.à magna Curia Vicariæ,si est vasallus alicuius Baronis, siue feudatarij , ille Baro non potest illum receptare , sed eum expellere debet à sua tertia : bene est verum, quod non tenetur 23 dictum bannitum capere,& præsentare,quia Baro † non debet esse birruarius sui subditi. Afflict.*in consil.pœnam eorum col.13.in fi.vers.& aduerte, & in consil.nos quam scienter col.pen.n.19.in fin. & dec.265.col.2.*

24 Item † adde , quod banniti superiorum dicuntur banniti in terris subditorum,quamuis habeant merum,& mixtum imperium.Bal.*in l.etiam circa fin. C.de iur.dot.* Brun.*in tractat.exclus. fem. in 6.art.prin.in 1.memb.q.7.* & Rolan. *de lucro dot.quæst.85. numero 6.*

25 Item adde, quod † bannitus de Castello adiacenti Ciuitati intelligitur etiam bannitus de Ciuitate ; & ideo bannitus de Castello subiecto Ciuitati non potest stare in Ciuitate; Bal.*in l.executorem col.9. C.de excep.rei iudi.* & Foll. *in pract.crimin.in verb.banniantur num.29.*

26 Item adde, quod † si in loco separato ius directum retineretur, vt puta,quia ille locus,siue Ciuitas infeudaretur,ego credo, quod tunc banniti non essent tuti in d.loco,siue Ciuitate separata,per ea quæ tradit Mart.de Laud.*in tit.de Princip.in versic.72.*& Rolan.*de lucr.dot.q.85.* Et è conuerso, an bannitus a toto statu,& territorio Principis intelligatur bannitus a Ciuitatibus & territorio postea per Principem acquisitis,Mars.*in pract.crimin.§.aggredior num.12.& in cons.121.num.13.*vbi tenet , quod sic vide etiam Nell.*de bann.in 1 par.2.temporis q.56.* vbi latè, & Alciat.*in cons.7.n.8.lib.7.tom.2.*Baiar.

q *In Ciuitate Placentia*] Nota separatam Placentiam à Dominio Mediolani, *supra q.38.versic.Quæro etiam* , quare ergo non seruatur idem ius? *Drog.*

r *Dixi autem*] an filio nato,& concepto post bannum legitima debeatur. Boss.*de crim.læsæ maiest.numer.138.* Vulp.*resp.134. num.5.*Farin.*tit.de delict.& pœn.q.19. vol.1.numer.16.& alijs seq.* Ros.

f *Hodie exilium successit*] adde supra *qua.67. vers. Deportatio.* Drog.

t *Factionem actiuam,& passiuam*] Hoc est notandum pro interpretatione statutorum, ad Bar.*in l.4 q.sexta quæstionis principalis ff.de iust.& iur.*Drog.

u *Ego (vt ingenue fatear)* Distinctio tamen de bannito, qui possit impune offendi ab eo,qui impune offendi non possit,procedit quicquid hic,ac alibi verset,atque reuerset Clarus ; vt est *infra §.Testamentum q.19.& 20.*Immo adeo vera est, vt magis communis opinio sit cum tali fœdere distinctionis; Videlicet, quod possit bannitus impune offendi,vel non ; concordat opiniones Anton.Gabr.*tracta.commun.opin.tit.de restit.spoliatorum conclus.1.numero 105.* & post occupationem bonorum banniti eidem tempore banni acquisitorum,si reuertatur talis bannitus ad gratiam non propterea recuperat alia bona ab eo ablata,siue tempore banni deprædata,vt est supra *q.59.versi.sed quæro*,licite namque tali casu deprædari potuit infra *quæst.78. vers.Vlterius*

quæro ad fin. Doctores *in l.1. §. An bona ff.de iur.fisci, & in l.1.C. de bon.vacant.supra quæst.36. vers.Item quæro* , & ibi citati Historias in tali proposito,& vide *in § Homicidium, versi. Plerumque*; Et aduerte,quod hęc quæstio bannitorum potest esse valde vtilis ad aliam causam,Nam si quis commisso delicto, delictum sit tale,quod trahat secum confiscationem bonorum, tunc siue bannitus moriatur ante bannum, & sententiam,siue post,tamē eius bona semper intelliguntur confiscata,& hoc importat,cum dicitur;bannitus cum bonorum confiscatione *infra qu.78.versi. fin.*si vero crimen tale sit,quod secum non trahat bonorum confiscationem,prout est de iure communi argum.*l.bona damnatorum, C.de bonorum proscript.* tunc si moriatur ante sententiam, non confiscantur bona; superflua ergo non redditur ista disputatio, vt sentit Ias.*in §.superest nu.38.Institut.de act.* Alexan.*consil.75.vol.1.* vide supra *in §.Læsæ Maiestatis versic.Praterea*.Adest tamen Decretum Mediolani confiscans bona à d e commissi Delicti , de quo infra *quæstione 38.versi.Vlterius quæro*; sed vbi non viget tale Decretum,disputatio,vt dixi,non est superflua: si quidem *Nelli ordini & bādi Generali* huius Ducatus Parmę multa, & multa delicta puniuntur *nella vita & confiscatione de beni*; cum tamen nullibi,quod viderim,dicatur à die commissi delicti vnde disputatio hæc, vt dixi, non est superflua. *Drog.*

x *Neque simpliciter æquiparantur*] adde † videndum in hac quæstione, an banniti nostri temporis æquiparentur deportatis, Chassan.*super consuetu.Burgund fol.362.nu.4 cum seq.* Bart. *in quæst.incip. Lucana Ciuitatis statuto* , & Puteum *decis.417.libro.3.*Baiar. 27

y *Quæro qua pœna*] addas Vincent. de Franc.*decisio.140.*& de condemnato ad triremes, si aufugit, Alex.Tur. *in l.non puto, c.3.nu.62.de iure fisci.*Ros.

Quæro qua pœna puniatur frangens fines exilij] adde , † quis dicatur frangere fines,siue exilium, Ang *in cons.379.num.1.* & quibus pœnis frangens puniatur,late Lud.a Peguer.*in quæstione crim.c.41.* 28 29

Item adde , quod pœna non seruanti confinia sibi assignata de mandato Principis est extraordinaria pro motu Principis Bal.*in cons.241.n.2.vol.1.*vbi dicit etiam, quod condemnatus in amputatione capitis,& confiscatione bonorum,quia noluit ire ad confinia sibi assignata per Principem,non censetur condemnatus de crimine læsæ Maiestatis; Bal.*in cons.171.*

Item adde,†quod in Regno Neapol.prouisum fuit per Regias pragm.sub tit.de delegatis, quod frangentes exilium,quitutatoriam cautionem præstiterint de illud seruando , teneantur seruire pro tempore duplicato in triremibus dummodo duplicatio non excedat decem annos. 30

Item adde, † quod exulatus , siue relegatus effectus clericus post relegationem,siue exilium,si fregerit exilium,siue relegationem, secundus iudex idest Ecclesiasticus cognoscere debet, quia agitur de nouo delicto,& noua conditione personæ.Fran. *in dec.395.vol.2.* sed ego valde dubito de huiusmodi decisione, saltem quo ad pœnam conuentionalem,quæ fuit stipulata pro fisco curiæ secularis, ideo cogitandum est. 31

Item adde , quod in Regno Neap.adsunt quatuor Pragma. *sub tit.de delegatis*, quibus frangentes fines exilij , siue relegationis puniretur. *Baiar.*

z *Item quæro, si iudex bannimerit*] adde Menoch.*de arbit.qu.69.*vbi plene.

Item †adde,quod beneplacitum sub nomine dignitatis,morte Principis non expirat,quia ea dignitas durat in successore,& in dubio intelligitur de dignitatis beneplacito.Ruin.*consil.104. vol.5.* quod tamen duobus modis limitatur,vt ibi per eum *nu.8.& 32.*sed Bertaz.*in cons.22.& 23.*impugnat Ruin.*in d.consilio*, dum dicit,beneplacitum referri ad personam,si fuerit dictum à tertio ad beneplacitum Serenissimi Ducis nostri : sed quando Princeps loqueretur in propria persona,vt si diceret,ad nostrum beneplacitum, vel alia verba similia, quod tunc beneplacitum referretur ad personam. 32

Item adde,si,vt puta exilium,siue priuatio officij esset per decennium,& vltra ad beneplacitum Principis , & Princeps intra decennium decederet,etiam finito decennio beneplacitum non esset extinctum,sed in successorem transiret.Bertaz.*in d.cons.22.& 23.*Et in hac quæstione,an mortuo iudice,vel Principe arbitrium dicatur finitum, vide etiam Couar.*var.resol.c.13.n.1.cum seq.*& Tiraq.*de ll.connub.gl.4.nu.18.*

Item adde,quod consuetudo Senatus Mediolani,de qua per auctorem,est de iure, vt tenet Goza.*in cons.61.n.15.*Baiar.

a *Transit ad successorem*] Argumento eorum,quæ in alio proposito citat Dec. *in l.Contractus quidam, maxime nu.14.ff.de reg. iur.*& propterea conclude aliud esse quid fieri sub nomine dignitatis supra *q.41.versi.in Delegato autem ad fin.* Mars.*rubrica de fideiuss.nu.131.*& de tali materia habetur *in l.Augustus ff.de leg.2.tex.in c.Quoniam Abbas*, vbi late Duct.*de off.& pot.iud.delig.*Drog.

QVÆSTIO LXXII.

Infamiæ pœna quibus casibus incurratur.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *De pœna infamia.*
Quibus casibus pœna infamia de iure communi incurratur, ibid.
2 *Tergiuersator punitur pœna infamia.*
3 *Damnatus publico iudicio efficitur infamis.*
Et quid si processum fuerit per viam inquisitionis, ibid.
4 *Infamis an possit testificari.*

Ex Additionibus.

1 *Infamia irrogatur per carcerationem ad pœnam.*
2 *Infamia quid sit.*
3 *Infamia iuris tripliciter infertur.*
4 *Infamia iuris quæ sit, & quæ infamia facti, remiss.*
5 *Infamia facti quotuplex sit, remiss.*
6 *Infamia facti quomodo irrogetur, & quos effectus habeat, remissiue.*
7 *Infamia canonica quomodo contrahatur.*
8 *Infamia quomodo probetur, remiss.*
6 *Infamia est pœna corporalis, & morti comparatur.*
10 *Infamia publica, & clamosa non intelliget probatione.*
11 *Infamis non debet videre faciem Principis.*
12 *Infamia an sit perpetua, si pœna principalis sit ad tempus.*
13 *Infamis ex aliquo delicto, si est condemnandus ad pœnam infamia pœna debet mutari, & alterari.*
14 *Infamia non tollitur per emendationem vita.*
15 *Infamia per simplicem indulgentiam Principis de delicto factam non censetur remissa.*
16 *Prauaricatio quid, & de ipsius pœna, remiss.*
17 *Aduocatus pro aliquo in causa principali potest contra eum aduocare in causa appellationis, non tamen honeste.*
18 *Corrumpens aduocatum partis punitur, vt falsarius, & causam perdit.*
19 *Iudex condemnando potest ex caussa bonam famam iusto reseruare.*
20 *Infamis efficitur condemnatus de crimine ciuiliter.*
21 *Et quid de condemnato in contumaciam, & iuris ordine non seruato.*
22 *Sententia lata super inquisitione formata de facto non infamat.*
23 *Infamis non efficitur condemnatus ex ratihabitione.*

a 1 EST etiam grauis pœna infamiæ, quæ a quibus casibus de iure communi incurratur, videre potes apud Cali. *Marg fisci, fol.99.* vbi numerat 61. casus, in quibus pœna ignominiosæ missionis, & infamiæ imponitur.

2 Tergiuersator *b* punitur pœna infamiæ, & 5.lib.auri, & ita dicunt communiter Doctores, vt ait Marian. *in rub.de calum.nu.6.* Et in proposito de præuaricatore, scias, quod Oldrad. tristitia cuiusdam criminis præuaricationis obiit, vt dicit de Cast. *in l.1. in vltimis verbis, C.de aduoc.diuersorum iudic.* quem refert Nunius *de corregidores, fol.34.col.2.vers.consulto.*

3 Damnatus *c* publico iudicio efficitur infamis, *l.infamem, ff.de publ.iudic.* & hæc quidem conclusio de plano procedit, quando processum est via ordinaria, & sic per accusationem. Sed quid si processum fuerit via extraordinaria, & sic per inquisitionem, nunquid damnatus in eo iudicio erit infamis? Respond. Aliqui dicunt, quod non: & dicit Cald. *cons.1.de pœnis,* quod hoc est communis, & benignius, aut mitius, quam fieri potest, in pœnis agatur. Contrariam autem sententiam scilicet, quod imo etiam condemnatus per viam inquisitionis de crimine publici iudicij efficiatur infamis, dicit esse communem Ang. *in l.ea quidem, n.28.C.de accus.* Et hæc opin.mihi magis placet: quia cessatio solemnitatis in procedendo non facit cessare pœnam, & consequenter neque etiam infamiam. Et hoc multo magis locum habet de iure ciuili, secundum quod etiam in processu inquisitionis imponitur pœna ordinaria, ut dixi supra *q.60. vers.potest etiam.* *d* Et hoc quidem satis plano procederet, quando condemnatio super inquisitione secuta est contra reum præsentem, & auditis suis defensionibus: sed secuta esset *e* in contumaciam, *e* vel etiam contra præsentem, non seruatis tamen seruandis, forte verior est contraria opin. quod ex tali condemnatione reus non efficiatur infamis: quam dicit esse communem Viuius *in lib. communium opin. in verbis, Infamia iuris.*

Quæro, nunquid infamis possit testificari. Dixi sup. 4 *lib.2.§.Testis, & supra hoc eo.§.quæst.24.vers.item infamis & q.25.circa princ.*

ADDITIONES

Ad Quæst. LXXII.

a EST etiam grauis pœna infamia] Duplex est infamia, iuris s. & facti. Iuris infamia dicitur, illa quæ irrogatur delinquenti secundum leges ciuiles, vel ipso iure, secundum Abb. *in capi.1.de accus.l.1.& seq.ff.de iis qui not. infam.* & quamuis probetur delictum infamans per testes, non tamen ob hoc diceretur infamis infamia iuris ille, contra quem probatum fuit, nisi sententia accedat, vel confessio delinquentis, vt per gl. *in l.sed & si possessori, §.si cum de hereditate, ff.de iureiur.* & tali infamis testis esse non potest, secundum Ias. *in l.1.n.43.C.de sum.Trin.* Infamis autem de facto, hoc est prædictus leuioribus, & improbatis moribus, testis est idoneus in ciuilibus causis, licet tanta ei fides non adhibeatur, quanta ei, qui sit integræ vitæ, secundum Didac. à Couar. *in tract.de sponsalib.2.par.c.8.§.vlt.n.8.* Guiot.

1 *Est etiam grauis pœna infamia*] adde, †quod etiam infamia irrogatur per carcerationem ad pœnam factam, non autem pro delicto reperiendo, *l.1.* & ibi Bal. *C.de infam.*

2 Item adde, †quod infamia est læsæ dignitatis status alicuius, moribus, & legibus reprobatus. Bart. *in l.1.C.ex quibus caus.infa.irrog.*

3 Item adde, quod †infamia est triplex, scilicet infamia iuris, facti, & canonica. Abb. *in c.testimonium, de test.* & quæ sit †infamia 4 iuris, & quæ facti, & qui sint infames infamia facti, late Ias. *in l.cunctos popula col.11.C.de sum.trin.& fide Cath.* & Couar. *practic. quæst.c.18.n.1.* & infamia iuris est duplex, vna, quæ infertur per sententiam, alia quando lex pronunciat illum infamem, secundum Afflict. *in const.cordi nobis n.4.lib.1.* sed secundum Franch. *in c.reprehensibilis n.5.de appell.* infamia iuris tripliciter infertur, primo per sententiam, secundo ex genere pœnæ, tertia ipso iure, siue ipso facto. Infamia † autem facti est triplex, secundum 5 Bal. *in c.1.§.an remoueatur circa med.de feud.* & Ias. *inst.de actio.§.sic itaq; n.20.* & infamia †facti quomodo irrogetur, & quos effectus habeat, Iac.de S.Georg. *in l.testium §.lege Iulia vlt.col.ff.de testi.* & infamia † canonica contrahitur per peccatum mortale, 7 Abb. *in d.c.testimonium, de test.* & quomodo † probetur infamia, 8 plene Mascar. *de proba.conc.895.* & vide etiam, quæ posui supra *in quæst.24.versic.item infamis.*

9 Item †adde, quod infamia est pœna corporalis. Boss. *in titu. de carcer.fideiuss.relax.nu.8.* quinimo comparatur morte est tex. *in l.iusta, ff.de manum vind.* & addent.ad Bertaz. *in consil.198.in littera A.*

10 Item adde, † quod quando infamia est publica, & publice sparsa, & clamosa, non indiget probatione, Phil. Franch. *in c. quia nos in prin.de appell.*

11 Item adde, † quod infamis debet videre faciem Principis, *l.2.C.de dignit.lib.12.* & Bal *super feud.in rub.* an ille, qui interfecit fratrem *c.1.nu.2.*

12 Item † adde, quod licet pœna principalis sit ad tempus, puta relegatio ad quinquennium, tamen infamia erit perpetua, nam pœna accessoria nõ dinumeratur à tempore principalis pœnæ. Ita Bal. *in repet.l.quid ergo § pœna grauior vers.in eadem gl.nõ remittitur ff.de his qui not.infam.* ad hoc tamen Blan. *in pract.crim. in versic.postquam vidimus n.53.cum sequ.* vbi tenet quod infamia cessat facta pœnæ diminutione ex caussa.

Item

13 Item adde, † quod vbi ex forma legis, vel statuti alicui imponitur pœna infamię, & cōdēnandus ex alio delicto esset infamis, debet per iudicem pœna mutari, & alterari, per tex. *in l. nouerint, C. vt intra certum tempus*, & ibi Ang. & Corse. *in sing. suo in vers. pœna*, & Folle. *in pract. crim. in vers. pœnis debitis inferiantur, n. 39.*

14 Item adde, † quod infamia non tollitur per emendationē vitæ, *c. testimonium de test.* & Alex. *in l. prætor §. si etiam, ff. de eden.*

15 Item adde, † quod infamia non remittitur per simplicem indulgentiam Principis de delicto factam, nisi expresse ad famam restituatur. Gram. *voto 34. nu. 7.* Parisi. *consil. 1. nu. 18. vol. 4.* Decis. Pedemont. *79. nu. 51.* & latissime per D. Odd. *in tract. de restitu. in integr. q. 39. cum multis sequentib.*

Et an sit maior pœna in omittendo, quam in committendo, ponit Tiraq. *de pœn. caus. 44. nu. 37.* Baiar.

16 b *Tergiuersator*] adde † in materia prævaricationis Boss. *in tit. de præuaric.* & latissime Menoch. *de arb. casu 323.* & Io. Mar. Cota. *in suo tract. commun. opin. n. 34. cum seq.* per quos latissime de Aduocatis præuaricationem committentibus tractatur.

17 Item † adde, quod Aduocatus meus in causa principalis, potest esse Aduocatus in causa appellationis contra me. Gemin. *in c. Romana n. 11.* sed ibi Io. And. dicit quod non est honestum; caueant igitur Aduocati, ne id faciant.

18 Item † adde, quod è contra corrumpens Aduocatum, siue procuratorem partis aduersæ, punitur tanquam falsarius, Mon. *in reg. 15. n. 17. & causam perdit.* Vant. *de nullit. in tit. de nullit. ex defectu processus, & ordin. iud. n. 142.*

19 c *Damnatus publico iudicio*] adde, † quod iudex condemnando potest ex iusta causa bonam famam condemnato reseruare, Boer. *decisio. 64. nu. 10.*

20 Item † adde, quod damnatus de crimine ciuiliter efficitur infamis. Imol. *in l. infamem ff. de public. iud.* vbi attestatur de communi. *Baiar.*

21 d *Et hoc quidem satis de plano*] adde, quod condemnatus † in contumaciam non efficitur infamis, nisi fuerit secuta corporalis pœnæ executio. Bartol. *in l. ictus fustium ff. de infam.* Castr. *in cons. 464. num. 2.*

Item adde, quod Bal. *in l. 1. col. 10. versic. sed quid si dicit, C. de hæred. inst.* dicit, non esse infamem, nisi infamia facti.

22 Item † adde, quod sententia lata vigore inquisitionis, quæ formari non poterat, licet de facto formetur, non infamat. Soc. *in consil. 57. in fin. vol. 2.*

23 Item † adde, quod condemnatus ex ratihabitione non efficitur infamis; Bal. *in l. obseruare, §. post hac nu. 5. ff. de offic. procons.* Baiar.

e *In contumaciam*] adde etiamsi ex statuti dispositione contumacia habeat vim confessionis, per Alex. *cius consil. 114. vers. fortius, lib. 2.* vt dixi *in proximiori quæst.* Giach.

QVÆSTIO LXXIII.

De pœna priuationis officij, dignitatis, vel beneficij.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *De pœna priuationis officij, vel beneficij.*
Et quibus casibus de iure communi incurratur, ibid.
2 *Iudex committens barattariam priuatur officio.*
Et quid sit pœna corrumpentis iudicem.
3 *Iudex propter negligentiam potest officio priuari.*
Officiales hodie non syndicantur de negligentia, ibid.
4 *Notarius condemnatus ex eo, quod deliquerit in officio tabellionatus an censeatur priuatus officio.*
5 *Clericus beneficiatus, contrahens matrimonium, amittit beneficium.*
Et an sit priuatus ipso iure, an autem sit per sententiam priuandus, ibid.
Et quid si contrahit cum impubere, ibid.
Et quid si vxor ante culpam ingrediatur monasterium, nunquid ipse recuperet beneficium, ibid.
6 *Clericus, qui per annum sustinet excommunicationem, priuatur beneficio.*
Clericus periurus priuatur beneficio, ibid.
Clericus simoniacus priuatur beneficio, ibid.
Clericus factus miles secularis amittit beneficium, ibid.
7 *Clericus excommunicatus est ipso iure priuatus fructibus beneficij.*
Et an clericus excommunicatus sit alendus ex fructibus beneficij, ibid.
Clericus hæreticus, & eius filius amittunt beneficia, si quæ habent, ibid.
Clericus colludens in causa beneficij potest priuari, ibid.
Clericus non incumbens horis diuinis est priuandus beneficio, ibid.
Clericus homicida priuatur beneficio, ibid.
8 *Prælati insufficientes debent deponi.*
Et quid in Papa, ibid.
Episcopus negligens non potest deponi nisi à summo Pontifice, ibid.
9 *Clericus priuatus beneficio tenetur restituere fructus perceptos à die commissi delicti.*

Ex Additionibus.

1 *Officialis quando dicatur delinquere in officio, remiss.*
2 *Officialis in officio delinquens in statu ecclesiastico priuatur officio statim, quod fuerit condemnatus de delicto absque alia sententia priuationis.*
Condemnatus ob delictum in officium non potest amplius illud exercere.
Accusatus de crimine commisso in officio potest suspendi.
Et conueniri durante officio.
3 *Doctor priuatus propter delictum doctoratu, an possit iterum doctorari.*
4 *Priuatio officij an dicatur pœna ciuilis, vel criminalis.*
5 *Et an in ea possit interuenire procurator.*
6 *Antians reuelātes secreta Vniuersitatis, priuātur officio.*
7 *Secretum dicitur, quod vulgus ignorat.*
8 *Officiales ipsorum vota propalantes quomodo puniantur in Regno Neap.*
9 *Pœna commutata efficit, vt non sit locus priuationi officiorum quis erat.*
10 *Officialis contemnens mandatum Principis cum clausula pro quanto gratiam suam coram habet officio priuatur.*
11 *Officialis priuatus officio tanquam male versatus, non potest ad officium redire.*
12 *Iudex corruptus quomodo puniatur.*
13 *Et quid in corrumpente.*
14 *Et quid de promittentibus expeditum litium finem.*
Fumi venditor quis sit, & quomodo puniatur, ibid.
15 *Barattaria quomodo probetur, remiss.*
16 *Carcerati ab aliquo Iudice non sunt testes idonei contra illum.*
17 *Iuramentum suppletorium non habet locum in syndicatu.*
18 *Barattaria quomodo probetur in Regno Neap.*
19 *Barattans dicitur proditor, & quomodo puniatur.*
Iudici asserenti se corruptum fuisse, an credatur in præiudicium partis, n. eod.
20 *Acta facta per iudices corruptos pecunia sunt nulla.*
21 *Accusatio pro barattaria est popularis.*
22 *Iudex accipiens pecuniam pro barrataria, si postea eum pœniteat, an euitet pœnam.*
23 *Pecunia accepta pro cōmittēda barattaria cui applicetur.*
24 *Officialis sciens barattariam alterius officialis tenetur eam reuelare.*
25 *Officiale delinquente ad fauorem vniuersitatis, vel officij, an teneatur successor.*
26 *Barattaria non dicitur recipere sportulas palam, & bona fide.*
27 *Officialis quis recipiens an præsumatur in dubio recepisse pro barattaria.*
28 *Et quid si mandet pecunias alteri dari.*
29 *Officialis recipiens pecuniam post latam sententiam, an præsumatur corruptus.*
30 *Officiales in Regno Neapolis non possunt recipere mutuo aliquam pecuniam.*
31 *Iudex querelatus de extorsione, si simpliciter respondeat,*

quòd quicquid habuit, iuste habuit; non videtur fateri extorsionem.

Pœnitentia an prosit ad minuendam pœnam remiss.

*31 Iudex negligens dicitur particeps delicti.

32 Iudex negligens quomodo puniatur, & quando dicatur negligens.

33 Iudex propter negligentiam potest priuari exercitu sua potestatis, saltem quo ad illam causam.

Et quomodo practicetur in Regno Neap.* ibid.

34 *Et quid in negligente ne partes veniant ad arma.*

35 *Iudicis negligentia in quibus casibus puniatur remiss.*

36 *Officiales de quibus debeant syndicari, remiss.*

37 *Appellans in syndicatu contra officialem, debet iustificare appellationem ex eisdem actis.*

Officialis non euitat syndicatum de barattariis, & illicitis extorsionibus, etiamsi habuerit officium cum pacto de non stando syndicatui, nu. eod.

38 *Inquisitio scrupulose fieri non debet in syndicatu.*

39 *Administrationis miseria.*

40 *Officialis non potest condemnari, nisi querela praecedente.*

41 *Officiali syndicando interdicitur interim administratio.*

42 *Memoralia data sine nomine contra officiales sunt rejicienda.*

43 *Credulitas nimia culpæ adscribitur.*

44 *Syndicatus non potest per Principem tolli.*

Officialis in syndicatu an admittatur ad iuratoriam cautionem, ibid.

45 *Officialis in loco vbi officium exercuit, ad syndicatum stare debet.*

46 *Officialis ante syndicatum potest conueniri in sex casib.*

47 *Notarius condemnatus de falso, an per hoc sit officio tabellionatus priuatus.*

48 *Excommunicatus persistens per annum in excommunicatione, fit suspectus de haeresi.*

49 *Prelatis insufficientis pœna.*

1 HVic *a* etiam valde affinis est pœna priuationis officij, dignitatis, vel beneficij, quam quidem pœnam qui de iure communi incurrant, videre potes apud Calic. *in Margar. fisci, fol.*110. *& seq* ubi enumerat 156. casus, in quibus est imposita pœna priuationis militiæ, & sacerdotij, cinguli, officij, vel dignitatis.
a

2 Iudex *b* committens barattariam priuatur officio, *b* quod de præsenti habet, & facultate alia habendi in futurum, *l. iudices, C. de dignit. lib.*12. Et in hoc omnes concordant, ut dicit Boss. *in titul. de off. corruptis pec. post numero* 10. prætereaque punitur pœna legis Iuliæ repetundarum, scilicet exilio, vel etiam grauius secundum qualitatem facti, ut est text. *in l. lex Iulia, §. fin. ff. ad l. Iul. repet.* Et ita videtur colligi ex gloss. *in l.*1. *C. ad l. Iul. maiest.* quam sequuntur cæteri, ut attestatur Grammat. *consil.*35. *numer.*9. ubi in facti contingentia consuluit, & refert Pract. Millei, *fol.*95. *numero* 28. & Papo *lib.*6. *numero* 2. *arresto* 14. ita fuisse in facto obseruatum Parisiis contra quendam regium consiliarium, qui pro furtis, & sceleribus per eum commissis, fuit exauctoratus, & degradatus, & suis insignibus spoliatus, & deinde emendam honorabilem peregit, &c. Cogitur etiam persoluere quadruplum eius, quod accepit: & in hoc pariter omnes concordant, ut dicit Boss. *in loco praeallegato*, Sed aduerte, quia non semper istud quadruplum applicatur fisco, sed tantummodo quando versatur turpitudo ex parte utriusque, scilicet dantis, & recipientis. Quando autem turpitudo est solummodo ex parte unius, tunc dimidium quadrupli applicatur fisco, & dimidium alteri parti. Ita dicit gloss. *in l.*1. *in gl fin. C. ad l. Iul. repet.* quam sequuntur Doctor. ut attestatur Chassan *super consuetut. Burgund. fol.*89. *vers. nouus casus.* Quæ autem sit forma degradationis Doctoris, videri potest apud Grammat. *super cap. Regni, fol.*122. *post numero* 28. ubi refert, quomodo degradatus fuerit quidam Doctor. Pars autem *c* iudicem corrumpens, *c* scilicet dans ei pecuniam, ut pro se iniuste pronunciet, perdit datum, & litem; pariterque dans, & iustè pro se pronunciet. Ita tenet gloss. *in l.*2. *in verb. In bona, ff. de condict. ob turpem caussam*: quam dicit esse communiter approbatam Roman. *ibid. num.*7. Didac. *super regul. peccatum, fol.*101. Vbi vero quis daret pecuniam, ut iustitiam ministraret celeriter, non videtur iudicem corrumpere voluisse, ideoque poterit pecuniam datam repetere; & ita frequentiori iudicio, & interpretum suffragio receptum esse ait Didac. *super d. regul. peccatum, folio* 103 Intrans autem cameram iudicis, & non data pecunia, sed blandis verbis persuadens, ut pro se sententiam ferat, non amittit litem, sed punitur pœna centum aureorum, *l.*1. *in fin. ff. de ambit.*

Item *d* iudex propter negligentiam potest, officio 3 priuari, *e* super qua negligentia in facti contingentia *d* consuluit Ruin. *consil.*12. *libro* 5. Scias tamen, quod hodie *e* officiales non syndicantur de negligentia: & ita obseruat consuetudo, quæ multum fauet assessoribus, ut dicit Angel. *de syndic. num.*8. quem refert Amad. *de syndic. nu.* 247. *in fin.* Quod intellige, ut procedat, quando talis negligentia est leuissima culpa, vel etiam quando est leuis: secus autem si esset lata culpa, & sic dolo proxima: nam de ea utique syndicantur. Et illa obseruat consuetudo, ut attestatur Catald. *de syndic. quæstio.*13. *&* 265. Boss. *in titul. de off. corrup. pecun. numero* 26. ubi subdit, quod ita etiam attestantur omnes. *f* Debent ergo *f* officiales syndicatu tantummodo de *g* furtis, barattaria, & illicitis extorsionibus. Et ita de consuetudine obseruari attestatur Franc. Accurs. *de synd.* quem refert, & dicit esse notabile verbum, Amad. *de synd. numero* 136. *in fine.* *g*

Notarius *h* condemnatus ex eo, quod deliquerit circa officium tabellionatus, puta, quia falsum instrumentum fabricauit, censetur priuatus officio tabellionatus: ideoque non potest noua instrumenta conficere, sed antequam condemnatus, non intelligitur priuatus. Et hæc est communis opinio. vt dixit Alex *in l. si quis ex argentariis, §.*1. *num.*6. *ff. de edendo.* 4 *h*

Clericus beneficiatus *i* matrimonium contrahens 5 priuatur beneficio, ut est text. *in c.*1. *de cler. coniug.* Et *i* hoc locum habet non modo in clerico, qui sit in sacris constitutus, sed etiam in eo, qui sit in minoribus, nam & ipse, si uxorem ducat, beneficiis priuatur. Et ita concludunt omnes Doctores, ut dicit Euerard. *consil.* 111. *circa princ.* Adde, quod illud perdit, etiamsi matrimonium sit nullum ex causa consanguinitatis. Et ita communiter tenetur, ut dicit Imol. *in cap.*10. *post numer.*24. *vers. Quarto casu, de cleric. coniug.* Sed nunquid est ipso iure priuatus beneficio, an autem est priuandus. Respond. Aliqui simpliciter dicunt, quod non est priuatus ipso facto, sed venit per sententiam priuandus. Et hanc opinio. dicit esse communem Euerar. *in d. consil.*111. *colum.*1. *vers. In contrarium tamen.* Alij vero simpliciter dicunt, quod eo ipso, quod contrahit matrimonium, ipso iure beneficium amittit: & hanc opinio. tenuit gloss. *in d. cap.*1. *in gloss.*1. quam dicit esse communiter receptam Didac. *in epit. super* 4. *decret. cap.*6. *§.*4. *num.*4. Hanc etiam opinio. dicit esse communem Menchiaca *libr.*3. *de testam. §.*22. *numer.*45. *in fin.* Tu vero dic, quod aut matrimonium de iure valet, puta quia non est in sacris constitutus, & contrahit cum ea, cum qua nullum est legitimum impedimentum: & tunc priuatur ipso iure; Aut matrimonium est nullum, puta, quia talis clericus erat in sacris constitutus, vel si erat in minoribus, scienter contrahit cum consanguinea, & non est secuta copula carnalis: & tunc non perdit beneficium ipso iure. Et hanc dicit

dicit esse comm.opi.Bermon. *de concub.fol.*404.*in prin.* quæ mihi etiam magis placet. Sed quid si contraxit matrimonium nulliter cum impubere, nunquid & eo casu amittit beneficium? Resp.quod non, & est comm.opin. vt attestatur Dida.*in epito.super* 4.*decret.c.*6.§.4.*post n.*4. quem refert Menchiaca *in d.*§.22.*n.*46. nam cum impubere non potest vere dici contractum matrimonium, sed tantum sponsalia de futuro propter quæ certum est, quod clericus beneficium non amittit. Sed quid si uxor ante copulam ingrediatur monasterium, nunquid ipse recuperabit beneficium? Respond. non: & ita tenent communiter Doct. ut dicit Summa Angelica,*in verbo, Clericus*,§.5.*num.*1. Adde, quod Clericus matrimonium contrahens non modo amittit beneficium, sed etiam quoscunque regressus,accessus,& alia quælibet iura sibi ad beneficium Ecclesiasticum competentia:ita tenet gl.*in d.c.*1.*in verbo,Clericalis,de cleric.coniug.in* 6.& est commun.opi.ut ait Didac. *in epit.super* 4.*decretal.fol.*81, *num.*5.Item clericus contrahens matrimonium amittit pensionem,quam in resignatione beneficij sibi reseruauerat superfructib. & est com.opi.ut ait Gigas *de pensio.* *q.*54. quē refert, & sequitur Berm. *in loc.praall.fol.*404. *n.*3.*in fi.* etiamsi huiusmodi pēsio fuerit constituto simpliciter, nullo adiecto onere spirituali. Et ita obtinuit vsus Rom. curię,ut attestatur Did.*in loc.praall.post n.*6.

6 Item k Clericus, qui sustinet excommunicationem
k per annum,l priuatur beneficio, & est communis opin.
l ut attestatur Felin.*in c.*1.*nu.*8.*de iudic.*alias enim videtur de hæresi suspectus. Idem clericus periurus priuatur beneficio.Dixi supra *hoc eod.li.*§.*Periurium,vers.Item clericus.* Item clericus simoniacus priuatur beneficio,ut dixi sup.*hoc eod.li.*§.*Simonia,vers.item clericus.*Item clericus,qui effectus est miles secularis amittit beneficium: ita dicit gl.*in c.fi.in verbo, Reddiderint,de cleric.non residen.* & est commu. opi.ut attestatur Imola *in d.c.fin.n.*6. Barba.*cons.*11.*col.fin.vers.praterea facit,lib.*1.quem refert Gigas *de pensio.q.*55.*n.*2. Nam eo ipso , quod secularem militiam assumit,videtur clericali militiæ renuntiasse.

7 Pariter etiam clericus excommunicatus est ipso iure priuatus fructibus beneficij, & est communis opi.ut dicit Rip.*in c.*1.*nu.*27.*de iudic.* Et nota,quod licet clerico, qui fuerit propter crimen depositus, aut suspensus, exhibenda sint alimenta ex redditibus sui beneficij,tamen clerico excommunicato,etiamsi egenus & pauper sit,nihil datur. Et ita frequentissimo omnium consensu receptum est,ut ait Didac. *lib.*3.*resolutionum,c.*13.*post n.* 11.*vers.hinc.* Hæc tamen omnia intellige, ut procedant modo excommunicatio sit iusta : alias secus,ut dixi infra,*lib.*7.§.*excommunicatio.* Item clericus hæreticus, & eius filij amittunt ipso iure beneficia,dixi sup.§.*Heresis, vers. item clericus.* Item clericus colludens in causa beneficiali debet beneficio priuari; ut est tex. *in c. audiuimus,de collus.deteg.*Et potest poni exemplum in sene,qui sit infirmus , qui permutat pingue beneficium cum nepote , vel consanguineo dante beneficium exile : his enim concurrentibus talis renuntiatio præsumitur facta in fraudem. Et ita tenent communiter Doctores,ut dicit Anan. *in d.cap.audiuimus,post num.*2.*versic.& pradicta.* Item clericus,qui non dicit officium, neque incumbit horis diuinis priuandus est beneficio , & tenetur etiam restituere fructus perceptos. Et hæc est communis opin.ut dicit Bellon.*cons.*56.*numer.*3. Item clericus committens homicidium qualificatum , puta assassinium , vel parricidium , amittit beneficium : propter simplex autem homicidiam non amittit ipso iure,
m sed venit m per sententiam priuandus.Dixi supra *hoc eodem lib.*§.*homicidium,ver.iure autem.*Item clericus bannitus perpetuo priuandus est beneficio , cum non possit in eo seruire : & ita iudicatum fuit per parlamentum Tholosanū,ut refert Rebu.*in pra.beneficia,fol.*472.*n.*57.

Prælati n insufficientes debent deponi,secundum gl. 8
*in c.*1.*in verbo , Sufficientem , de renunt.lib.*6. quam dicit n
esse communiter approbatam Alciat.*de prasumpt.in tertia regula,prasumpt.*10.*n.*5. Scias tamen,quod episcopus negligens non potest aliquo deponi,præterquam à summo Pontifice. Et ita communiter concludit , ut dicit Abb.*in c.excommunicamus, il* 1.*in fi.de heret.*Sed quid in Papa , nunquid & ipse propter insufficientiam deponi poterit? Resp. quod non:& ita receptum esse attestatur Gom.*in c.*1.*post n.*115.*de const.in* 6.

Cęteros a.casus,in quibus clericus beneficij priuationem incurrit,videre potes apud Rebuffum *in loco praal.*

Et o scias, quod clericus committens delictum,pro- 9
pter quod possit priuari beneficio , licet habeat jus in o
re , quousque sit priuatus, postquam tamen eo priuatus est , tenetur restituere fructus perceptos à die commissi delicti , vel quos percipere potuit , siue extent , siue sint consumpti,siue effectus sit locupletior,siue non.Ita tenet Paul.de Castr.*in l.*1.*nu.*3.*C.de iis,quibus vt indig.*& est com.opi.vt attestatur Diaz *in pract.cri.canon.c.*321.

ADDITIONES
Ad Quæst. LXXIII.

HVic etiam valde affinis.]Vigel. M.I.C. *lib.*1.*c.*14.*q.*4.de pœnis quibus aliqui. Far.*q.*19.*vol.*1.*num.*42. Ros. a

Huic etiam valde affinis.] Adde † videndum Corn.*cons.*112.*col.*2. & D.Far. 1
*in q.*19. vbi habetur , quando quis dicatur delinquere in officio , & quod † per Rotam Romanam decisum fuit,quod officialis delinquens in officio 2
priuatur officio absque alia sententia priuationis,statim quod est cōdemnatus de delicto, & sit declaratum, quod deliquerit : quia in pœnis etiam ipso iure impositis,requiritur declaratoria delicti, vt notant omnes *in cap. cum secundum, de hereticis, & in c Rodulph.* vbi Felin *de rescrip.*& licet alias priuatus officio possit illud exercere ex rescripto Principis,non tamen poterit,quando fuit condemnatus de delicto in officio commisso , Tiraq *de pan.c.*57.*n.*7.sic & tabellio condemnatus non poterit officium vltra exercere.Tiraq *ibi n* 8. Item accusatus de crimine cōmisso in officio suspendi potest Tiraq.*de pan caus.*58.*n.*4.potest cōueniri officio durāte. Tiraq.*ibi,n.*6.

Item adde,quod † si Doctor propter delictum priuatur doctoratu,non 3
potest doctorari,nisi ab Imperatore vel à Papa,*l.*2.*in fi. de liber.& eorum lib.*& ibi Bal. *& in l.*2.*C.de diuers.offic.lib.*12. & Iason *l.*1 §.*& post operis,ff.de nou oper.nunc.*

Item † adde,quod pœna priuationis officij est criminalis,quando apponitur sola , sed quando vltra priuationem officij apponuntur aliæ pœnæ, 4
tunc est ciuilis , & procurator potest in ea interuenire. † Abb. & Ioan. de Anan *in c.super his,de accus.* Corn.*in consil.*19 *col.circa fin. vol.*3. & Maran *in sua pract. par.*4 *n* 42 *cum seq.dist.*2. 5

Item adde, † quod Antiani reuelantes secreta Vniuersitatis priuantur 6
officio,ita Bal.*in tit.de pace tenen.in verbo,in nomine Christi,& in tit.quib.modis Feud.amitt.& in tit.de pace tenen.in verb.credentiam dicit,* † quod secreta dicuntur illud,quod vulgus ignorat. 7

Item † adde,quod in Regno Neap.priuantur officio officiales corū vota 8
propalantes, & etiam incurrunt pœnam indignationis, & iræ Regis : ita promissum fuit *per Reg.pragm.incip.cum vere ex propalatione sub tit.de offic.Iustitiarij,seu magna Curia Vicaria,fol.mihi* 201.

Item † adde , si statutum pro aliquo delicto imponat pœnam corporalem,& officij priuationem,& deinde pœna corporalis in pecuniariam cō- 9
mutetur per aliud statutum : amplius priuationi officij non est locus,cum in ipsa reformatione nihil dictum sit de officij priuatione , Dec.*consil.*90. *col.*2.*vers.sed tamen vlterius* : quem refert, & sequitur Menoch.*de arbitr.iud. casu* 276.*num.*9.

Item † adde,quod pœnam priuationis officij incurrit Iudex contemnens 10
mandatum Principis , si ei iniunctum fuerit, pro quanto charam gratiam habuerit ; etiam quod sit officium perpetuum Gram *decis.* 40.*num* 22.

Item † adde,quod priuatus officio suo per sententiam ex eo,quod male 11
versatus fuerit, ad officiū redire non potest, secundū Cass.*in consue.Burg. fol.*238 *num.*49.*cum seq* nec à sententia contra ipsum lata potest appellare. Tiraq.*de pan.caus* 58 *num.*5. Barre.

b *Iudex cōmittens barattariā.*) Pœna corrupti Iudicis:quid cōtra hos corruptos obseruatum à Cambyse, Dario, & Alexan.Senero, & quando corruptus iudex proprie dicatur diligenti studio explanatum , vide per Iaco. Menoch.*de arbit iudic.lib* 2.*cent* 4.*casu* 342 Giach.

Iudex committens barattariā.) Vide supra *q.*19.*vers pratera.* Dec.*tract.cri. to.*2.*lib* 8.*c.*11. Iacob.Far.*q.*111.*vol.*4.*art* 1. *&* 15 *seqq* vbi *art.* 4.*num* 96 tradit. Quid sit iudicare per Iudices, *art.vero* 1. ponit , Quis dicatur barattatiam committere,& de huius criminis grauitate,& eius pœna,*num.*15.*& seqq.* in 3 *art.*39 loquitur de secūda concussione,de munerū receptione *art.*11. *Ros.*

Iudex committens barattariam.)Adde † quod iudex corruptus sex pœnas 12
incurrit,de quib per Neuiz.*in Syl.nupt.lib.*5.*in verb quomodo sit iudicandum, n.*91 & hanc materiam iudicis corrupti vide plene per Meno.*de arbit.iud. cas.*142.*& in cas.*143.habetur de pœna † corrūpentis iudices , & in sequenti casu de pœna eorum, qui aliqua re accepta , vel promissa expeditum litis 13
euentum promittunt,& † isti corruptoribus sunt similes,& ibi etiam late dę venditoribus fumi,& eorum pœnis : sunt aliqui enim,qui cum gratia, 14
vel familiaritate aliquid apud Principes,vel causarum iudices possunt,pecunia, & alia munera ab iis, qui à Principe , vel à iudice aliquid sibi concedi postulant,accipiunt,vel quid futurum de illorum petitionibus sit, referant,& ij fumi venditores dicti sunt,& quomodo probetur † barattaria, 15
vide Mascar *de prob.in conc.*165.166.*&* 453. vide etiam Franc. Marc. *decis.* 685.*par.*2. vbi facit distinctionem inter delicta commissa extra officium, & commissa in officio, dicens , quod vbi agitur de commissis extra officium , requiruntur plene probationes , & vbi agitur de commissis in officio , sufficit semiplena probatio cum iuramento , ad hoc
allegat

allegat gloss. *in auth. vt iudices sine quoque suffragio, & necessitatem in verb. ostendatur*, & Ioan. de Plot. *in l. iudices, C. de dignitat. lib. 12.* sed ego dubito hanc distinctionem non esse veram per text. *in l. sciant cuncti, C. de probat.* quod autem sufficiat, tenuit Tiraquell. *caus. 58 num. 7.* & illi, qui fuerunt carcerati ab aliquo
16 iudice, contra eum non † possunt recipi in testes, quia non sunt omni exceptione maiores, vt requiritur, nam contra iudices probationes debent esse legitimæ, & luce meridiana clariores, vt per Bertaz. *in consil. 71. num. 11. cum seq.* vbi dicit etiam, quod
17 in syndicatu † iuramentum in supplementum probationis lo-
18 cum non habet, † sed in Regno Neapol. adest *cap. 46. incip. Item quod in omni casu*, quo prouisum fuit, quod in omni casu, in quo contra prohibitionem officialis dicitur recepisse, nec inde aliquid constare potest, purget se iuramentum suum officialis tam ipse videlicet, quã ille, per cuius manus dicitur recepisse: & si prædictum iuramentum præstare recusauerit, stetur iuramento partis, à qua dicitur recepisse, & quantum ipse se soluisse iurauerit, sibi restituatur instanter, & nihilo minus soluat Curiæ pœnam in talibus constitutum: vide etiam Ioan. Anto. de Nigr. *in c. 260. incip. vulgaris fama*, & ibi *num. 23.* habentur, quæ considerari debeant, quando proceditur contra officialem de barattaria, & extorsionibus, & Par. *de synd. in verb. probatio, §. contra officiales*, & barattaria probatur sicut dolus, scilicet indiciis & coniecturis, *l. dolum, C. de dolo.* Boer. *decisio 10.* Crauet. *consil. 8. & consil. 319.* & Plot. *in l. si quando numer. 76. C. vnde vi.* & probatur etiam per iuramentum, secundum Angel. *in auth. vt iud. sine quoque suffrag. §. oportet ei*, & per Grammat. *in d. consil. 35. numer. 53. cum sequent.* latæ quæ probationes requirantur in hoc crimine corruptelæ, quæ pœna imponatur contra officialem de iure communi, & quæ per Constit. Regni, & quando liberatur fideiussoribus, & per Regiam Pragmaticam *incip. quis nescit sub titulo de muneribus*, prouisum fuit, quod ad probandam corruptionem contra officialem sufficiunt tres testes singulares bonæ famæ, & opinionis, & in crimine corruptelæ quomodo procedatur, & probetur, vide *cap. regni incip. vulgaris fama proloquium*, & Follet. *in fragmentis num. 189.* vbi latissime, & ibi etiam habetur *de d. cap. Item quod in omni casu*, & ad hanc materiam barattariæ vide omnino Port. *in consil. 94.* vbi consuluit contra Tabernam supremum cancellarium Mediolani, &
19 barattans dicitur proditor, † & contra eum potest procedi ad instar rei criminis læsæ maiestatis, ita Gigas *in tractat. de crim. læsæ maiest. lib. 3. rubric. de prodit. quæst. 2.* & vltra pœnam priuationis officij incurrit etiam degradationis, & priuationis dignitatis. Cap. yc. *decisio 121. nu. 10.* vbi late de hac materia, Guid. Pap. *sing. 518. versic. qualiter*, Lancell. *de attent. part. 2. c. 4. de attent. lite pendente num. 20.* Bonacossa *in quæst. crimin. in verb. syndicato, versic. si condemnatus*, & Franc. Marc. *in decisio. 603. in par. 1.* Item adde, quod iudici asserenti se pecunia corruptum, sententiam protulisse non creditur in iudicium partis, Gabriel. *commun. conclu. lib. 7. de malef. conclus. 32. nu. 7. & seq.* vbi hoc dictum declaratur.
20 Item † adde, quod omnia acta per iudices pretio corruptos gesta sunt nulla, *l. venales C. quando prouocat. non esse neces. c. cum ab omni. de vit. & honest. cleric.* Archid. *in c. recte 11. quæst. 3.* Socin. *in fallen. 3:6.* Marsil. *in l. lege Cornelia ff. de fals.* & Vant. *de nullit. in tit. de nullitat. ex defect. process. num. 36.* vbi dicit, quod ipso iure non valent.
21 Item adde, † quod accusatio pro barattaria est popularis, & cuilibet de populo competit, si agatur criminaliter; si autem ciuiliter, si applicatur fisco, competit cuilibet de populo, alias si aliqua pars applicatur parti, tunc competit solum soluenti, & eius hæredi. ita Angel. *in l. 1. versicul. ad hanc partem, C. ad l. Iul. repetun.*
22 Item † adde, quod iudex si acciperet pecuniam, vt committeret barattariam, si pœniteat, antequam barattariam committat, non euitat pœnã, secundum Bal. *in l. generaliter, §. 1. ff. de calum.* & ibi dicit, quod ita per illum text. fuit determinatum Florentiæ in vno, quem re integra pœnituerat, & idem refert *in l. 1. §. ad bestias ff. de postul.* & hoc pro valde notabili refert etiam Ias. *in §. quadrupli nu. 80. instit. de actio.* Mars. *singu. 326. pœnitentia.* Rom. *sing. 332.* & pulchre per Boer. *decisio. 153.* vbi limitat post Bologn. *in §. ibi per eum allegato*, & videtur tenere, quod sit idem, si iudex non receperit pecuniam, sed pactus fuerit & ibi *nu. 22.* tractat,
23 cui † pecunia sit applicanda, fisco, vel parti; & secundum Rom. *singul. 333.* per eum ibi allegatum regulariter applicatur parti, & de hoc vide etiam Doctores *in l. 1. & seq. ff. de condit. ob turp. caus.* & Abb. *in c. in omni col. 2. de vit. & honest. cleric.*
24 Item † adde, quod in Regno Neap. fuit prouisum *per ritum 4. incip. Item quod si aliquis*, vbi Carau. quod alius officialis sciens aliquem officialem barattariam commisisse, tenetur reuelare, quod etiam est de iure communi, vt dicit Paris. *in trac. de synd. in verb. syndicantur officiales il 3.* per tex. *in §. necessitatem versic. sed etiam in auth. vt iudic. sine quoquo suffrag.*
25 Item † adde, quod si officialis delinquit prætextu officij, & ad commodum ipsius officij, vel vniuersitatis, successor in officio teneatur satisfacere. Aufr. *ad decis. 70.* Tholos. & Moro. *in tract. de pace, & fide, & tregua q. 13.*

Item † adde, quod pecunijs solutis pro sportulis, si iudex eas 26
acceperit palam, & bona fide, non potest dici commissa barattaria. Bal. *in c. fin. nu. 11. de appellat.* Socin. *in reg. 55. barattaria*, vbi dicit, ita fuisse iudicatum in fauorem cuiusdam iudicis. Felyn. *in c. sua nos n. 5. de symon.* & Mars. *in rub. ff. ad l. Cornel. de sicar. nu. 19.* & Bertaz. *in consil. 71. n. 23. & seq.*

Item adde, † quod quando dantur pecuniæ officiali, præsum- 27
ptio est contra ipsũ de barattaria, tametsi mutui causa, vel alterius liciti cõtractus in illa numeratione nominetur, vt per Bal.
in l. quisquis, C. si cert. pet. Gramm. *cons. 35. n. 8.* nec refert, † an ipse 28
officialis pecunias recipiat, vel eas vxori mandet per alterum tradi, *l. 1. ff. de calum.* & Port. *in cons. 94. n. 9. & 10.* nisi donatum
† fuisset iudici post latam sententiam, quia illud non argueret, il- 29
lum fuisse corruptum. Anchar. *cons. 368. col. 6.* quem sequitur Felyn. *in c. sua nos, de symon. in fin.* & Menoc. *de præsumpt. lib. 5. præsumpt. 8. nu. 12.* sed forsan non transiret sine suspitione, conside-
rata tamen qualitate muneris, † & in Regno Neap. fuit prouisũ 30
per Pragm. 2. incipientem quis nescit, sub tit. de mun. offic. quod iudices nullam quantitatem pecuniæ mutuo accipere possint.

Item † adde, quod iudex querelatus in syndicatu de extorsio- 31
ne, respondens simpliciter, quod quicquid fecit, & habuit, iuste fecit, & habuit, non videtur fateri pecunias extorsisse. Ioan. de Amicis *cons. 47. per totum*, & an pœnitentia prosit ad minuendam pœnam, Tiraq. *de pœn. caus. 60.* Baiar.

c *Iudicem corrumpens*] adde fusius de pœna corrumpentis iudices per Iacob. Menoch. *de arbitr. iud. libr. 2. cent. 4. casu 343.* Giach.

c *Iudicem corrumpens*] adde Menoch. *de arbit. iud. cas. 343.* vbi hanc materiam late tractauit. *Baiar.*

d *Item iudex propter negligentiam*] Sed qualiter probetur Iudicis negligentia, vide per Boss. *tit. de offic. corrup. pecunia nu. 31.* Et pœna Iudicis; nec non & arbitri negligentis iustitiam administrare, vide quæ habentur per Iacob. Menoc. *de arbit. iud. lib. 2. cent. 5. casu 342.* Item adde, quod iudex conuincitur de negligentia, quando non vult recipere libellos querimoniarum, vel accusas, vel si recepit, non vult examinare testes, qui producuntur, ne faciat restitui furtum, vel damnum ei, qui furtum, vel damnum passus est, ita notabiliter post Bal. dicit Iac. de S. Georg. *in l. mancipat. C. de seruis fug. n. 5.* Hic nota, quod iudex negligens
in † puniendo delinquentem, quem corrigere potest, dicitur 32
fautor eius, & particeps criminis, *c. quanto, de sent. excommun. cum similibus*, de quibus, per Crauet. *consi. 314. colum. 3. versicul. Ideo, & in consi. 522. colum. 2.* & ibi alia quædam de negligentia vide. *Giach.*

Item iudex propter negligentiam] Farin. vbi supra *q. 111. art. 15. nu. 396. 4. vol.* Ros.

Item iudex] adde † Menoch. *de arbitr. iud. cas. 341.* vbi plene 32
tractat de pœnis Iudicis negligenti ministrare iustitiam: & quomodo Iudex dicatur esse in negligentia, aut teneatur in syndicatu, vide Bal. *in l. mancipa, C. de seru. fug.* & Bar. *in l. cognitione col. fin. ff. ad Syllan.* & negligentia an præsumatur, & quomodo probetur, late per Mascar. *de probat. concl. 188. vol. 2.* & nedum ipse Iudex, qui negligit facere iustitiam, tenetur parti, sed etiã Principi, qui illum Iudicem creauit. Fran. Niconit. *in repet. c. quoniam contra, nu. 1081. de probat.* & Iudex negligens in puniendo delinquentem, quem corrigere potest, dicitur fautor eius, & particeps criminis *c. quanto, de sent. excomm.* & per Crau. *in cons. 314. col. 3. vers. Iudex, & cons. 132. col. 2.* & ibi alia de negligentia Iudicis, sed vtinam, quando Iudices non puniunt delinquentes, sit negligentia, & non malitia.

Item adde, † quod iudicis negligentia in expediendo causas 33
ciuiles, & criminales est iusta causa eum priuandi, saltem in illa causa, exercitio suæ potestatis, & maior magistratus potest supplere, & iustitiam facere, etiam quod esset Iudex feudatarij, siue Baronis habẽtis priuilegia, quod in terris suis ipse solus, vel eius officialis iustitiã facere possit, sed maior magistratus vrbaniter agendo potest statuere terminum iudici ad expediendum causas ciuiles, siue criminales, quo elapso in casu negligentiæ poterit ipse maior magistratus procedere etiam in terris infeudatis, & separatis, & in omnibus causis tam ciuilibus, quã criminalibus ad feudatarios, & Barones, vel ad eorũ officiales spectantibus. Fel. *in c. irrefragabili n. 1. de offic. ord.* & late Bernar. de Plot. *in consil. 133. nu. 31. cum seq. vol. 1. inter consil. crim. diuers.* & hoc passim in Regno Neap. seruatur, vbi per iudices secundarũ causarum primis, & per iudices tertiarum secundis fit præceptum ad instantiam partis quod infra decẽ, vel quindecim dies causam expediant sub pœna auocationis, quatenus in termino expeditionis reperiatur, & termino elapso, si causa non fuerit expedita per dictos iudices, auocatur, quamuis Barones iurisdictionem priuatiuam habeant cum amplissimis priuilegiis de hoc late habetur per Afflict. *in constit. statuimus n. 45.* In statu autem ecclesiastico hoc nunquam vidi practicari.

Item

34 Item † adde, quod officialis negligens in prouidendo, ne partes veniant ad arma, potest priuari officio suo. Bal. *in l.1.§. quis ff. de offic. præfect.* & Ang. *in l.2.§. ex his, ff. de verb. obligat.* & Brun. *in consil.66.col.6.*

35 Item † adde, quod in triginta sex casibus iudicis negligentia punitur, quos accumulauit Gomes. *in Comment. ad regulas Cancell. regula de triennali possessore quæst.* 28. & de modo probandi iudicis negligentiam, Menoch. *in tract. de recuper. possess. remed.7. quæst.5.* Vide etiam Mascat. *de prob. conclu.*1088. vbi etiam habetur, negligentiam præsumi. *Baiar.*

e *Officio priuari*] adde, vt per Crau. post relatos *in suo consil.* 132. *col.2.* vbi dicit in syndico. Idem in tutore negligente circa administrationem bonorum pupilli. Idem in executore testamenti. Idem in simplici procuratore negligente, quem iudex debet remouere etiam ex officio, & nemine petente. Idem in prælato, qui à prælatura remouetur ob negligentiam. *Giach.*

f *Debent ergo officiales*] Borgn. *in repet. decis. suarum in verbo instantia perempta.* iudex Ioseph. Lud. *concl.*38. *versic. infertur* 102. Ros.

Debent ergo officiales] adde Ioseph. Ludouic. *in conclus.38. in versic. infertur nu.*102. vbi multos accumulauit idem attestantes, & dicit ita seruari in Vrbe, idem tenet Bertaz. *cons.71. & 91. volum.*1. in quibus locis multum late hanc materiam tractauit: & Gramm. *in consil.54.n.11.* dicit, quod hodie de consuetudine, ac etiam in pluribus locis per statuta Ciuitatum, officiales non

36 syndicantur, † nisi de furtis, pecunia accepta, & male ablatis, & de cæteris barattariis, non autem de iniquis decretis, aut sententiis, male latis, & ibi Gram. *n.*16. dicit etiam, quod appellans † in

37 syndicatu contra officialem, debet iustificare grauamen ex eisdem actis, & processu nec posset nouas probationes inducere contra officialem. Et officialis debet syndicari de barattariis, & illicitis extorsionibus; etiamsi haberet officium cum pacto, siue priuilegio, quod nō teneretur stare syndicatui, vel quod per litteras Principis syndicatus fuisset remissus, quia litteræ, priuilegium, & pactū intelligerentur solum de culpis, & negligentiis, non autem de barattariis illicite extortis. Afflict. *in constit. volumus nu.4. & in const. minoribus n.6.* & contra † officiales scrupu-

38 losa inquisitio omnis rejicitur, alias frangeretur neruus iustitiæ, auctoritasque iudicum deprimeretur, atque vilesceret & in officio successores lento gradu, vel calce procederent, vt per Gram. *d. cons.54. nu.5.* ad hoc faciunt verba Ciceronis in oratione pro

39 Lucio Flacco *in 1. par.* dicentis ad verbum. Oh † conditiones miseras administrandarum Prouinciarum, in quibus diligētia plena simultatum est, negligentia vituperationum, vbi seueritas periculosa, liberalitas ingrata, sermo insidiosus, assentatio perniciosa frons omnium familiaris, multorum animus iratus iracundiæ occultæ blanditiæ apertæ, venientes prætores expectantur, præsentibus inseruiunt, & abeuntes deserunt.

40 Item adde, quod officiales condemnari non possunt, nisi querela præcedat, vt est communis opin. de qua per Aret. *in c. qualiter & quando il 2. de accus. n.*81. & ita seruatur in practica, &

41 quando officiales syndicantur, administratio † eis interdicitur. Gram. *consil.*10. *nu.2. & 3.* Lancell. *de attent. par.1.c.5. num.*17. & Capell. Tholos. *decisio.*370.

42 Item adde, † quod contra officiales tam ad syndicatum permanentes, quam etiam officia exercentes rejicienda sunt me-

43 moralia sine nomine tradita. Spe. *in tit. de depos.§.7.n.*10. culpæ † enim nimia credulitas ascribitur, Rom. *cons.*423. *n.*11.

44 Item † adde, quod princeps non potest remittere, quod officialis non stet ad syndicatum. Afflict. *in constit. volumus nu. 4. lib.1. fol.*194. & ibi etiam habetur, quod officialis habet hoc priuilegium, quando stat in syndicatu, vt stetur iuratoriæ cautioni, si non habet fideiussores; nisi esset capitaliter accusatus; sed ego credo, quod in practica hoc priuilegium non seruaretur considerata petitionum qualitate.

45 Item adde, † quod officialis in loco, vbi officium exercuit, debet stare ad syndicatum post finitum officium *l.1. C. vt omnes Iudices, & in l.1. C. vbi de crimine agi oportet, & l.1. C. ad legem Iul. repetun.* & de his specialiter fuit prouisum in Regno Neapol. & quod aibi stare non possit *per Constitut. Volumus*, & ibi Afflict. *numero* 2.

46 Item adde, † quod officialis ante syndicatum potest conueniri in sex casibus: primo, si est officialis perpetuus, secundo, si actio esset tempore peritura; tertio, si commiserit furtum, siue barattariam in officio; quarto, si ita Princeps iusserit; quinto, potest conueniri à personis non subditis ratione officii; sexto, quando pro delicto imponitur pœna priuationis officij: ita tradit Affl. *in const. statuimus nu.48. lib.1.* & vide quæ posui supra *in qu.16. ad versic. præterea quæro.* Baiar.

g *Furtis, barattaria, & illicitis extorsionibus*] Quæ autem sit Barattaria, & quomodo intelligatur, vide Ias. *in §. Quadrupli,* & ibi Apost. *nu.81. Instit. de act.* Menoch. *de arb. iud. lib.15.q.85.nu.2. & lib.2. cent.2. casu* 125. *num.11.* Plot. *in l. si quando §.48. num.17. C. vnde vi;* refugium tamen Iudicum, vt se tueri possint, vi. per eundem Menoch. *d. tract. lib.2. cent.4. cas.349. nu.19. & cas.339. n. 5. in fin. inf. q.83. vers. Iudex malo;* Idem Menoch. *cas.341. num.18.* vbi apparet etiam quid sit barattaria; sup. *q.16. ver. Præterea quæro. q.46. vers. Plerūq. q.50. vers. Scias etiam;* infra *q.93. vers. Quæro si iudex ad fi.* quod est contrarium huic, ibi enim dicitur, quod Iudex nulliter, & male proferens sententiam tenetur ad interesse: hic vero quod non tenetur nisi pro furtis, barattaria, &c. adde Marsi. *Rub. de fideiuss. n.*185. Capyc. *decis.*121. *n.*18. Drog.

h *Notarius condemnatus*] adde, † quod non sufficit condemnatio falsi, sed etiam requiritur, quod in eadem sententia officio tabellionatus sit priuatus, ita tradit Nell. *de banni. 1. par. 2. tempo. quæst.*151. quem sequitur Foller. *in pract. crim. in verb. banniantur num.*39. & Marsil. *in pract. §. aggredior, num.*108. *& sing.*100. *nu.*2. fallit tamen, si crimen sit notorium, & tale, per quod sit priuatus ipso iure officio tabellionatus, ita notat Tiraquel. *in repe. l. si nunquam in verb. reuertatur n.*412. *C. de reuocat. donat.* sed in hac materia de priuatione officij tabellionatus vide Felyn. *in c. fraternitas de haret.* vbi ponit multas fallentias. *Baiar.* 47

i *Matrimonium*] Intellige in matrimonio de præsenti: secus autem in sponsalibus de futuro, secundum Panor. *in c.1. de cleric. coniugat.* Guior.

k *Item Clericus*] adde, quod † vltra priuationem beneficij, si per annum steterit in excommunicatione, poterit contra eum, vti de hæresi suspectum, procedi, per Conc. Trid. *sub decreto de reform. sess.25.c. quamuis in fine.* Baiar. 48

l *Priuatur beneficio*] adde quinimo contra eum vti de hæresi suspectum procedi potest, si post legitimas monitiones non resipuerit, vltra alias pœnas, vt per Sacr. Conc. Trid. *sub titu. de refor. sessio.25.c.2.* quamuis in fin. ad idem, vi. per Ludou. Carrer. *in suo tract. de hæret. nu.*43. Giach.

m *Per sententiam priuandus*] Supra hac eadem *q. vers. clericus beneficiarius;* Adde tamen de clerico ob homicidium priuando an ipso iure, vel per sententiam; Beniat. *dec.37. nu.5. & 10. cum seq. sup. in §. Fornicatio, vers. & in primis,* vbi se ipsum hic allegat; infra *q.75. vers. sacerdos,* vide, quæ dixi infra *ad quæst.78. versicu. Vlterius quæro.* Diog.

n *Prælati insufficientes*] adde † videndum Crauet. *in cons.*131. *col.2.* Baiar. 49

o *Et scias quod*] Farin. *quæst.119. num.69. & 70. volum.5. inspect.3.* Ros.

QVÆSTIO LXXIV.

De pœna depositionis ab ordine, siue degradationis.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *De pœna degradationis.*
Duplicem esse degradationem, & quæ sit earum forma, ibidem.
2 *Clericus non est deponendus, nisi propter graue crimen.*
3 *Clericus pro quibus criminibus actualiter degradari possit.*
4 *Quot Episcopi interuenire debeant degradationi.*
5 *Pœna degradationis imponitur etiam doctoribus, & militibus.*

Ex Additionibus.

1 *Degradatio in dubio intelligitur de leuiori.*
2 *Et ab inferiore à principe fieri nequit.*

QVandoque etiam a imponitur ab ecclesiasticis iudicibus pœna depositionis ab ordine, siue degradationis. b Et scias, quod duplex est depositio; siue degradatio, scilicet verbalis, & actualis. Verbalis est, quando Episcopus pronuntiat sententiam contra clericum, per quam priuat illum ordinibus clericalibus. Et hæc proprie loquendo appellatur Depositio, licet plerumque à Doctoribus dicatur etiam degradatio. Et huius depositionis forma habetur *in libro Pontificali, folio* 188. Actualis autem Depositio, quæ propriè appellatur c degradatio, est, quando clericus non modo per sententiam priuatur, sed etiam actualiter, & personaliter degradatur, exuitur, & spoliatur 1 a b c

ordinibus ecclesiasticis, iuxta formam traditam in *libro Pontificali, fol.* 190. *& sequen.* quem refert Foller. *in practic. crimin. canon. fol.* 270. *num.* 17. Et effectus huius differentiæ est maximus, ut dixi supra *quæstio.* 37. *versicul. scias etiam.*

2 Regulariter autem clericus non debet deponi, nisi propter graue crimen. Et hæc est communis resolutio, ut dicit Sylua *de beneficio, fol.* 109. *num.* 4.

3 Cæterum actualiter deponi, seu degradari non potest clericus, nisi pro tribus criminibus, ut dixi supra *in d. quæst.* 36. *vers. scias etiam.*

4 Sed quæro, quot Episcopi debeant interuenire depositioni, siue degradationi. Respondeo, quod si degradandus est Episcopus, requiruntur duodecim Episcopi: Si est presbyter, requiruntur sex: Si est diaconus, vel subdiaconus, tres: Si est clericus in minoribus constitutus, sufficit proprius Episcopus. Ita est tex. *in c. fin.* 15. *quæst.* 7. Et aduerte, quod si tales Episcopi inter se discordent in pronunciando, sufficit maior pars: & hæc est communis opinio. ut dicit Summa Syluestrina, *in verb. Degredatio, quæst.* 1. Hæc tamen, quæ dicta sunt de numero Episcoporum, intellige, ut procedant, quando post huiusmodi verbalem depositionem veniendum est ad actualem: sed quando depositio verbalis non sit ad effectum, ut sequatur actualis degradatio, tunc solus episcopus potest verbaliter deponere, seu degradare. Et ita de generali consuetudine obseruatur, ut ait Foller. *in pract. crim. canon. fol.* 270. *num.* 9. *in fin.* Quinimo hodie etiam quando deueniendum est ad actualem degradationem, potest solus episcopus adhibitis prælatis degradare, ita statuere sacro Trident. Concil. ut refert Diaz. *in practic. crimin. canon. capit.* 3. *num.* 7.

5 Scias autem, quod hæc degradationis pœna non modo locum habet in clericis, sed quandoque etiam in laicis aliqua dignitate insignitis; puta, si sit aliquis Doctor, d qui propter aliquod delictum priuandus sit *d* cingulo doctorali, de quo dixi supra *quæst.* 73. *versic. iudex committens*, vbi etiam posui quædam exempla. Idem etiam e in militibus, quando propter aliquod *e* delictum militare sunt puniendi: nam solent degradari, & exiui cingulo militari. Et dicit Marian. *in cap. proposuisti, post nu.* 34. *de foro compet.* quod ita seruant Duces, & Capitanei armorum, quando faciunt aliquem suspendi ex iis, qui portant sua signa, quæ nos diuisam appellamus: quia scilicet prius illos denudant tali diuisa.

ADDITIONES

Ad Quæst. LXXIV.

a QVandoque etiam] Cartar. *de execut. c.* 1. *n.* 289. Farin. *tit. de delict. & pœnis, q.* 19. 1. *vol. nu.* 49. Ros.

1 *Quandoq; etiam*] adde, quod † staturum imponens pœnam degradationis etiā intelligendum de leuiori, & sic de verbali degradatione, Foller. *in pract. crim. canon. in verb. & si confessi, aut conuicti n.* 21. quid si staturum simpliciter. *Baiar.*

b *Degradationis*] Nota, quod licet degradatio auferat priuilegia clericalia, prout not. *in c.* 2. *de pœn.* tamen non tollitur character, & votum continentiæ: & degradatus non poterit matrimonium contrahere, secundum Imol *in d. c.* 2. multo minus depositus ab officio 81. *dist. c. dictum*, & *not. in c.* 1. *qui cler. vel vouent.*

2 Et degradatio † ab inferiore à principe neque actualiter, neque verbaliter fieri potest, *cap. degradatio, de pœn. c. transmissum, de elect.* & ita tenere communiter Doct. refert Bened. Cap. *in cap. at si clerici, de iudic.* Guiot.

Degradatio] Hic nota, quod ibi ecclesia degradatum tradit curiæ seculari, debet intercedere, ne mors infligatur, & Iudex secularis faciat ad sui libitum, vt dicit Ludou. Carer. *in pract. crim.* §. *homic. vlt. post num.* 64. qui *num. seq.* ponit, & relatiue, quid si degradatur per iudicem ecclesiasticum opponat & alleget fuisse nulliter degradatum, quis cognoscet de degradationis nullitate an Iudex secularis, vide de vtroque per eum, illic. *Giacb.*

d *Cingulo Doctorali*] Vt fuit Donatus de Falconibus, de quo alias memini vberrimo cons. syndicatus sub *nu.* 314. quod quidem consil. habet post ciuilem practicam vltimo loco. *Giacb.*

e *Delictum militare*] Quæ sint delicta militaria, vide Decian. *tract. crim. tom.* 20. *lib.* 7. *c.* 15. Ros.

QVÆSTIO LXXV.

De pœna suspensionis.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *De pœna suspensionis.*
Et quibus casibus incurratur, ibid.

2 *Sacerdos benedicens secundas nuptias est suspensus ab officio, & beneficio.*
Et an sit suspensus ipso iure, ibid.

3 *Clericus notorius fornicator, vel simoniacus in ordine, est ipso iure suspensus ab officio.*

Ex Additionibus.

1 *Suspensio quid sit, quotuplex, à quibus abstinere faciat; quando imponatur, & de illius forma, remiss.*

CEterum *a* vbi crimen non est valde graue, non solet clericis imponi pœna priuationis beneficij, vel depositionis ab ordine, sed tantummodo pœna suspensionis, quæ quidem suspensio est quædam censura ecclesiastica, propter quam clerico interdicitur officium, seu beneficium, vel administratio, seu executio ordinis, vel iurisdictionis. Et habemus in iure nonnullos casus, in quibus imponitur huiusmodi suspensionis pœna, quod recenset Sum. Syluest. *in verbo suspensio, in* 6. *quæst.* 1 a

2 Sacerdos benedicens secundas nuptias est suspensus ab officio, & beneficio, *c.* 1. *de secund. nupt.* Scias tamen, quod non incurrit hanc pœnam ipso iure, sed est *b* per sententiam suspendendus. Et est communis opin. vt attestatur Diaz. *in pract. crim. can. c.* 68. *circa c finem.* b c

3 Clericus notorius fornicator, vel simoniacus in ordine, est ipso iure suspensus ab officio dixi supra *hoc eod. lib.* § *Fornicatio, versicul. Sed quæro, &* §. *Simonia, versic. sed quæro.*

ADDITIONES

Ad Quæst. LXXV.

a CEterum vbi crimen] Farin. *tit. de delict. & pœnis q.* 19. *volu.* 1. *num.* 5. Ros.

1 *Cæterum vbi crimen*] adde videndum Foller. *in pract. crimin. cano. in verb. & si confessi, aut conuicti sint c.* 33. *n.* 27. *&* 63. vbi latè † ponit quid, & quotuplex sit suspensio, & quot sint suspensionum species, & à quibus officij suspensus dicatur interdictus, & se abstinere debeat: & ibi in hoc facit decem regulas, & ponit etiam, quando suspensionis pœna imponi possit non præcedente monitione, & tradit formam inquisitionis, & sententiæ, suspensionis, vel absolutionis. *Ros.*

b *Per sententiam suspendendus*] Quomodo autem, quid dicatur ipso iure, vel per sententiam, vide fusius, quam alibi, apud Tiraqu. *in l. si vnquam, in verbo donatione largitus*, *C. de reuoc. donat.* Felin. *c. Rodulphus extra de rescript.* Drog.

a *Circa finem*] Vide Menoch. *casu* 417. *lib. de arbit.* Ros.

QVÆSTIO LXXVI.

De pœna interdicti.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *De pœna ecclesiastici interdicti.*
Et quibus casibus incurratur, ibid.

2 *Ciuitas exigens ab aliquo pedagia pro rebus suis, incurrit pœnam interdicti.*
3 *Ciuitas aliquid committens contra episcopum suum, incidit in pœnam interdicti.*
Et an requiratur quod sit proprius Episcopus, ibid.
Et an cessante detentione Episcopi cesset interdictum, ibid.

Ex Additionibus.

1 *Interdictum quid sit, quomodo, & qui operetur, remissiue.*
2 *Percutiens Episcopum, quomodo puniatur, remissiue.*

a 1 INter *a* ecclesiasticas censuras est etiam pœna interdicti ecclesiastici, quæ quidem est separatio à iure, vel à iudice facta à certis sacramentis, & omnibus diuinis officiis, & ecclesiastica sepultura, in quam pœnam, qui incurrant, videre potes apud Summistas, *in verb. Interdictum.*

2 Ciuitas castrum, aut villa exigens pedagia ab aliquo pro rebus suis, quas non negociandi causa defert, est ipso facto interdicta, *c. quanquam, de censibus in 6.* Sed certe quidquid sit de iure, iste casus non est à consuetudine receptus, neque seruatus, vt dicit Io. Cald. *in tract. de interdict. in 1. par. n. 51. in fin.* Et quamuis Summa Syluestr. *in verbo, Interdictum, 4. quæst. 1. in tertio casu*, dicat quod secundum Archid. hæc opinio communiter non tenetur, ex quo sententia interdicti trahit secum effectum suum, absque eo, quod vtentium moribus recipiatur. Prætereaque *in d. c. quanquam*, dicitur, Contraria consuetudine non obstante: non tamen puto recedendum esse à sententia Ioan. Cald. postquam videmus d. c. non seruari in ipsamet ciuitate Romana, neque in aliis terris ecclesiæ, à quibus in concernentibus iuris canonici obseruantiam debent aliæ ciuitates normam, & regulam accipere.

3 b Item *b* ciuitas aliquid committens contra Episcopum suum, vt capiatur, percutiatur, vel banniatur, est interdicta *Clemen. si quis suadente, de pœn.* Et aduerte, quia hæc pœna locum non habeat, nisi sit suus proprius Episcopus illius ciuitatis, vt apparet verbis illius Clem. & ita firmant communiter Scribentes, vt dicit Tortus *inter consil. Ant. de Butr. cons. vlt. n. 3. in fin.* Idemque si in aliquo loco Episcopus detineatur inuitus, vt ibi. Sed hæc intelligenda sunt vt procedant, quando ille, qui detinet Episcopum, vel illum offendit, *c* est dominus illius ciuitatis: alias secus. Ita videtur sentire gloss. *in d. Clem. 1. in verb. Si suasit*, & ita tenent communiter Doct. vt dicit Socin. *inter cons. Curt. Sen. cons. 20. post n. 41. versic. postremo concludenti.* Et dicit Tortus *in allegat. vlt. post num. 4.* quod ita notant communiter Doctores nemine discrepante. Item scias, quod statim cessante tali detentione Episcopi, cessat etiam interdictum ipso iure, & absque alia declaratione. Et hæc est communis opin. vt attestatur Tortus in *d. cons. vlt. num. 5.*

ADDITIONES.

Ad Quæst. LXXVI.

a 1 I*nter ecclesiasticas censuras*,] Adde † videndum Navar. *in suo Manuali, siue summa Confess. cap. 27. num. 164. vsque ad num. 819. tom. 1.* vbi interdictum quid, & quotuplex, quis cur, & quomodo potest interdicere, & interdici, & quę prohibeantur interdicto, & tempore interdicti. *Baiard*

2 b *Item Ciuitas*] Adde † videndum ea, quæ posui *in qu. sequenti in ver. percutiens iniuriose*, vbi quibus pœnis puniantur percutientes Episcopos. *Baiard.*

c. *Est Dominus illius ciuitatis.*] Confer ad ea, quæ dixi supra *q. 38. vers. vidi etiam ad finem.* vbi dicitur, quod locus lacet est tamen de territorio Principis. *Drogh.*

QVÆSTIO LXXVII.

De pœna excommunicationis.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *De pœna excommunicationis.*
Duplicem esse excommunicationem, maiorem s. & minorem, ibid.
2 *Percutiens clericum est excommunicatus, & incidit in pœnas canonis*, Si quis suadente.
3 *Et quid si ipsemet clericus seipsum percutiat.*
4 *Et an percutiens clericum prima tonsura tantum.*
5 *Et an percutiens religiosum religiose viuentem qui tamen professionem non emisit.*
6 *Et an percutiens clericum non euntem in habitu clericali.*
7 *Et an percutiens clericum, ignorans illum esse clericum.*
8 *Et quid si aliquis volens percutere Titium laicum, percusserit Caium clericum.*
9 *Et an percutiens clericum excommunicatum, incidat in pœnas dicti canonis.*
10 *Et an percutiens clericum degradatum incidat in pœnam illius canonis.*
11 *Et quid si clericus deprehensus fuerit in adulterio.*
12 *Et quid si clericus alium insultauerit.*
13 *Et quid si clericus velit aliquod delictum committere.*
14 *Et quid si offensio facta clerico sit leuis.*
15 *Et quid si aliquis percutiat clericum pluribus percussionibus eodem impetu, an incidat in plures excommunicationes.*
16 *Monachus non deferens habitum suæ religionis est excommunicatus.*
Et quid si deficerat, sed occultè, ibid.
17 *Recipiens literas apostolicas de manu alterius, quam eorum qui sunt ad id deputati, est excommunicatus.*
18 *Clerici scienter participantes cum excommunicatis, sunt excommunicati.*
19 *Incendiarij sunt excommunicati.*
20 *Effractores ecclesiarum cum spoliatione, sunt excommunicati.*
21 *Ostendentes Cardinalis sunt excommunicati.*
Et an incidant in crimen læsæ Maiestatis, ibid.
22 *Religiosi qui ministrant sacrum Eucharistiæ sacramentum alienis parochianis, sunt excommunicati.*
23 *Percutientes iniuriose, aut temere episcopum, sunt excommunicati.*
Et quid si quis illum percutiat causa suæ defensionis. ibid.
24 *Spoliantes Christianos nauigantes, vel naufragium passos sunt excommunicati.*
Et an sit canon latæ sententiæ, vel ferendæ, ibid.
25 *Christiani deferentes arma, vel merces ad infideles sunt excommunicati.*
Et quid tempore pacis, ibid.
26 *Doctores vel scholares Bononiēsis Academiæ, quā domos aliorū Doctorum, vel scholariū ante conductionis tempus præoccupare tentant, sunt excōmunicati.*
Et an hoc locum habeat etiam in aliis gymnasiis, ibi.
27 *Schismatici sunt excommunicati.*
28 *Facientes seruari statuta contra ecclesiasticam libertatem sunt communicati.*
Et quæ statuta dicantur contra ecclesiasticam libertatem, ibid.
29 *Vsurpantes ius patronatus in locis piis, sunt excommunicati.*
30 *Contrahens scienter infestas nuptias sunt excommunicati.*

31 *Casus, in quibus pœna excommunicationis incurrit, qui sint.*
32 *In sententia excommunicationis an requiratur citatio.*
33 *Sententia excommunicationis lata ex falsa causa an valeat.*
34 *Sententia excommunicationis nulla an liget excommunicatum.*

Ex Additionibus.

1 *Excommunicatus patitur 61. pœnas, remiss.*
*1 *Ratificans corde percussionem clerici est excommunicatus.*
2 *Declarationes, ampliationes, & limitationes ad can. si quis suadente diabolo remiss.*
Manus violentas injicere in clericum quando quis dicatur.
3 *Percutiens consanguineum clerici, respectu clerici incidit in dictum can.*
4 *Et quid de percutiente fratrem tertij ordinis S. Franc.*
5 *Et quid de patre percutiente fratrem filium clericum.*
6 *Et quid de minore.*
7 *Et an ipso facto percutiens, in d. can. incidens.*
8 *Et an requiratur publicatio, & quid operetur dicta publicatio.*
9 *Et quid in spuente faciem clerici.*
Et quid de effundente aquam super eo, ibid.
Et quid de eum detinente per vestem, vel frenum equi, ibid.
Et quid de auferente aliquid ab eius manibus, ibid.
10 *Can.* si quis suadente. Quot requirat, *vt locum habeat.*
11 *Et an procedat in Clerico coniugato.*
12 *Et an in clerico heretico.*
13 *Et quid in percutiente in ludo.*
14 *Et quid in muliere.*
15 *Et quid si clericus non incedebat in habitu clericali.*
16 *Et quid in offendente cadauer clerici.*
Offendens clericum excommunicatum incurrit pœnam dicti canon.
Et offendens in fuga clericum eum aggredientem, & fugere facientem.
17 *Offensa leuis, & grauis quæ dicatur.*
18 *Ordinarius quando possit absoluere remissiuè.*
19 *Percutientes pluries clericum, an pluries sit excommunicandus.*
20 *Excommunicatus potest iterum excommunicari.*
21 *Excommunicatio in participantes non fertur, nisi canonica monitione præcedente.*
Incendiarius Ecclesiarum est ipso facto excommunicatus, & absoluendus à Papa, ibid.
22 *Aliorum vero locorum excommunicandus.*
23 *Incendiarij pœna non tenetur incendens domum propriam, nisi fecerit, vt incenderet bona aliena.*
24 *Incendiarij ecclesiarum etiam non consecratarum, & cæmeterij, sunt ipso facto excommunicati.*
25 *Cardinalem offendens quomodo puniatur.*
26 *Et quid de offendente Episcopum, & alios inferioris ordinis.*
27 *Et quid de turbante diuina officia.*
28 *Et quid de offendente legatos Sedis Apostolicæ.*
Et quid de offendente Episcopum electum, vel qui renuntiauit dignitati remissiue.
29 *Ciuitas occidens duos Episcopos, non potest amplius Episcopum habere.*
30 *Ecclesiastica libertas quando dicitur violari.*
31 *Iudex seruans statutum contra libertatem Ecclesiasticam, an peccet.*
Baldus impugnatur, n. eod.
Statutum contra libertatem Ecclesiasticã non valet, ib.
32 *Lim. nisi esset contra priuilegium datum alicui Ecclesiæ particulari.*
33 *Laici non possunt statuere super ecclesiis.*
34 *Statuta, quæ possunt afferre clericis commodum, & incommodum, non dicuntur cõtra libertatem Ecclesiæ.*
Statutum, quod nemo coquat panem alicui Monasterio, nec molet blandum, nec aliquid vendat, vel emat; an sit contra libertatem Ecclesiæ, ibid,
35 *Statutum quando dicatur contra libertatem Ecclesiasticam.*
Et quæ requirantur, vt incurratur excommunicatio, remissiue, ibid.
Et quid de vniuersitate faciente talia statuta, ibid.
Et quid de mandante, dictante, scribente, consulente, ib.
36 *Et quid si decuriones mandauerint alicui fieri statuta, & ille fecerit aliqua contra libertatem Ecclesiæ.*
Et quid si post dicta statuta ponatur statutum cassans, ibid.
37 *Libertas Ecclesiastica non læditur post statutum laicorum, habens in se naturalem, & ciuilem æquitatem.*
*37 *Et pariter includens in aliquo loco clericum inuitum.*
38 *Excommunicationis sententia lata ex falsa causa, & mala intentione valet.*
39 *Et quomodo dicatur nulla.*
40 *Excommunicatio iniusta ligat quo ad hominem, non quo ad Deum nisi excommunicatus eam contemneret.*
41 *Limit. in tali iniustitia, quæ redderet sententiam nullam.*

SVccessiue *a* videamus de pœna, excommunicationis, quæ est maior pœna, quam ecclesia imponere possit, vt communiter dici solet, teste Bero *in c. si quis Presbyterorum, post nu. 7. de rebus eccles. non alien.* Et hæc quidem duplex est, scilicet maior, & minor Maior excludit à perceptione sacramentorum, & à communione fidelium: Minor autem excludit tantummodo à perceptione sacramentorum, non autem à communione fidelium. Et ita intelligendus est text. *in c. Engeltrudam, 3. quæst.* 4. Et hunc intellectum sequuntur omnes tam gl. quam Doctores, vt attestatur Io. de Anan. *in rub. de cler. excom. n.* 4. a 1

Percutiens *b* clericum, siue illum offendens, etiam absque vulnere, incidit in canonem *c. si quis suadente diabolo, 17. qu.* 4. & est excommunicatus, ita quod non potest absolui, nisi à summo Pontifice, vt ibi. 2 b

Adde, quod etiam clericus seipsum percutiens incidit in excommunicationem, & pœnas dicti canon. *c* Et ita communiter tenetur, vt dicit Abb. *in c. contingit, il 1. n. 6. de sent. excom.* 3 c

Item quæro, nunquid dispositio d. canonis habeat locum etiam contra eum, qui percutiat clericum primæ tonsuræ. Respond. quod sic: ita tenet gloss. *in cap. 2. in verbo, Clericos, de vita, & honestate clericorum:* & est communis opin. vt dicit Albertus Tortus *de vero, & perfecto clerico, lib. 1. in 2. dubio*, quem refert Duennas *reg. 99. in 2. ampliatione*, & Viuius *in lib. communium opin. in verbo, Clerici à potestate.* Quam tamen nunquam vidi in practica obseruari, nisi talis clericus incedat in habitu clericali. 4

Vlterius quæro, nunquid habeat locum in personis religiosis, quæ regulariter viuunt, licet non emittant professionem. Respond. quod sic: ita tenuit Butr. *in cap. 2. num. 6. de foro compet.* & est communis opinio, vt attestatur Boer. *de vita, & statu erem. num.* 14. quem refert Duennas *in loco præallegato, in 3. ampliatione.* 5

Sed an percutiens clericum euntem in habitu laicali erit excommunicatus? Respond. quod non, si ignorabat ipsum esse clericum: & hoc tenent can. vt dicit Angel. *in l. item apud §. si quis virgines, n. 1. de iniur.* 6

Et

Et dicit Aretin. *consil.* 165. *num.* 16. quod clericus inuentus sine habitu, & tonsura, miscens se enormibus sceleribus potest occidi absque eo, quod occidentes incurrant pœnam excommunicationis, & quod ita tenent omnes Doctor. subdens, quod licet dubium sit, nunquid iste perdat priuilegium clericale quo ad forum, tamen hoc, quod occidens, vel percutiens talem clericum non incidat in canonem excommunicationis, omnes teneat. In hoc proposito vide, quæ dixi supra *qu.* 36. *vers. quæro modo.*

7 Successiue quæro, nunquid percutiens clericum, ignorans iusta, & probabili ignorantia ipsum esse clericum, incidat in pœnas dicti canonis. Respond. quod non, & est communis opin. vt testatur Placa *lib.* 1. *de delictorum, cap.* 27. *num.* 13. Cæterum si ignorasset crassa, & supina ignorantia, non effugeret pœnas excommunicationis: ita tenet gloss. *in cap. si vero, in verbo, Ignorauit, de sentent. excommun.* quam dicit esse ab omnibus receptam Placa *in loco prealleg. num.* 20.

8 Sed quid si aliquis volens percutere Titium laicum, *d* errans percusserit Caium clericum, *d* putans esse Titium laicum, nunquid incurret in pœnas excommunicationis? Respond. Alant tenuit, quod sic, quem secuta est gloss. *in d. cap. si vero, in verbo, Ignorauerit.* Contrariam autem sententiam, scilicet quod imo non incurrat in pœnam dicti canonis, tenuit Tancred. Et hanc dicit esse communem Didac. *in repet. cap. alma mater, fol.* 497. *post num.* 15. *vers.* 9. *ad eiusdem, & in repet. cap. quamuis, fol.* 53. *post num.* 3. Placa *in d. cap.* 27. *n.* 18. Vide, quæ dixi supra *hoc eodem libro, §. homicidium, versic. dicunt etiam.*

9 Sed nunquid clericus excommunicatus gaudebit priuilegio dicti canonis, ita vt si quis eum offendat, incidat in pœnas ab ipso canone impositas? Respond. quod sic. Ita tenet Innoc. *in c. si vero, nu.* 3. *de sent. excom.* & ita communiter tenetur, vt dicit Abb. *in d. c. contingit, circa fin.* quem refert Villalob. *in sua collecta communium opin. in littera C. n.* 81. Hanc etiam dicit esse communem opin. Duen. *reg.* 99. *in* 8. *ampliat.* Faciunt, quæ dixi sup. *qu.* 30. *vers. quæro etiam.*

10 Quæro etiam, nunquid percutiens clericum degra-*e* datum incidat in pœnas d. canonis. Respond. *e* quod sic: ita tenet Bald. *in c. sedes apostolica, num.* 4. *de rescript.* & est communis opin. vt dicit Placa *lib.* 1. *de delict. c.* 6. *nu.* 6. Intellige, si fuit tantummodo degradatus verbaliter: nam si fuit actualiter, & solemniter degradatus, aliud esset dicendum.

11 Pone, quod pater, aut maritus deprehendant clericum in adulterio cum vxore, vel filia, eumque per-*f* cutiant, nunquid *f* incident in pœnas d. canonis? Dixi supra *hoc eod. lib. §. homicidium, vers. Dixi etiam.*

12 Item *g* quid si clericus aliquem insultauerit, nun-*g* quid licebit insultato illum offendere citra pœnam d. canonis? Dixi *in d. §. homicidium, vers. præterea etiam.*

13 Sed hic quæro, quid si clericus velit aliquod delictum committere contra personam, vel res alterius, nunquid poterit laicus illum prohibere? Respondeo, quod sic: & potest illum impune capere, & ligare, si aliter eum à malefico prohibere non potest. Et est communis opin. vt dicit Abb. *in cap. cum non ab homine, n.* 11. *& seq.* prout illum refert Boss. *in tit. de capt. nu.* 39. Faciunt quæ dixi supra *q.* 28. *vers. quæro nunquid.*

14 Scias *h* tamen, quod dispositio *d. cap. si quis suadente,* *h* non habet locum, vbi offensa esset *i* leuis: nam pro le-*i* ui iniuria poterit Episcopus ipsum excommunicatum absoluere. Et ita communiter tenetur, vt dicit Abb. *in c. peruenit, in fin. de sentent. excommun.* quem refert Decia. *in c. peruenit, il* 1. *post n.* 1. *de appell.* Reperio autem quod Cald. *consil. de sentent. excommun.* consuluit in facti contingentia, quod clericus, qui in ludo niuis alium clericum in terram proiecerat, ita quod ex eius ore modicum sanguinis exiuerat, erat excommunicatus. Similiter etiam consuluit Zabar. *cons.* 41. quod duo clerici, qui simul rixando se inuicem pedibus, & manibus percusserant, erant excommunicati. Sed certe potest in huiusmodi casibus episcopus absoluere, vt supra dixi.

Sed *k* pone, quod aliquis percutiat clericum pluribus percussionibus, eodem tamen impetu, nunquid dicetur incidisse in plures excommunicationes? Dixi infra *qu.* 84. *vers. scias etiam.* 15 *k*

Monachus habitum religionis suæ non deferens incurrit pœnam excommunicationis, *cap. vt periculosa, ne clerici, vel monach.* Et ita volunt Doctores, vt dicit Ruin. *cons.* 7. *nu.* 14. *in fin. lib.* 5. possunt tamen hoc casu monachi ab eorum superiore absolui, vt consuluit Cald. *cons.* 6. *de sent. excommun.* in facti contingentia de duobus religiosis, qui habitum secularem publice assumpserunt. Sed quid si illum deferat, sed occulte? Resp. Aliqui dicunt, quod hoc casu non incurrit excommunicationem, & fuit opin. Archid. *in d. cap. vt periculosa.* Et dicit Claud. *in repet. l. vt vim, nu.* 99. *ff. de iustitia, & iure,* quod illud sequuntur communiter Doctor. Contrariam vero opin. quod scilicet monachus occulte habitum deferens incurrat nihilominus in excommunicationem, tenuit gloss. *in Clem. fin. in fin. in verbo, Extrinseci, de vita & honest. cler.* & dicit Calc. *cons.* 123. *nu.* 1. quod hæc est communis omnium opin. vbi consuluit super hoc art. in facti contingentia. Et hæc opin. gloss. mihi magis placet; superfluum enim redderetur mandatum diuersitatis habitus, si illum occultare liceret: quod tamen semper intelligo, vt procedat, nisi fiat cum causa, & licentia superioris. 16

Recipientes litteras Apostolicas, dum ipsi sunt apud apostolicam sedem, de manu alterius, quam summi Pontificis, vel deputatorum ad illud officium, sunt excommunicati, *c. dura, de crimin. falsi.* Sed hoc non seruatur Papa sciente, & tolerante, vt attestatur Summa Syluest. *in verbo, excommunicatio* 6. *in* 4. *excommunicat. in fine.* 17

Clerici, *l* qui scienter participant cum excommunicatis à Papa, *m* sunt excommunicati, *cap. significauit, de sentent. excommun.* Scias tamen, quod ad incurrendam hanc excommunicationem quinque requiruntur: Primo, quod participent: Secundo, quod scienter: Tertio, quod sponte: Quarto, quod in diuinis: Quinto, quod talis sit à Papa nominatim excommunicatus. Et hæc est communis opin. vt attestatur Summa Syluest. *in verb. excommunicatio* 6. *in* 6. *excommun.* Et nota quod hæc est excommunicatio maior, non autem minor, vt sentit gloss. vnica *in d. c. significauit,* quæ in hoc communiter reprobatur, vt dicit Summa Syluest. *in loco preallegato.* 18 *l* *m*

Incendiarij sunt ipso *n* iure excommunicati, *cap. tua nos, de sent. excommun.* Scias autem, quod incendiarij locorum sacrorum ante denunciationem absoluuntur ab episcopo, post denunciationem autem non absoluuntur nisi à summo Pontifice. Et hæc est magis communis opin. vt dicit Sum. Syluest. *in d. verb. Excommunicatio* 7. *in* 7. *excom. in* 2. *dubio.* 19 *n*

Effractores ecclesiarum cum spoliatione sunt excommunicati, *c. conquesti, de senten. excom.* & ante denunciationem possunt quidem absolui ab episcopo, sed denunciationem solus Papa absoluit, secundum communem opin. vt attestatur Sum. Syluest. *in d. verb. Excommunicatio* 6. *in* 8. *excom.* Et aduerte, quia ad hoc, vt habeat locum dispositio *d. c.* non sufficeret, sola effractio, neque sola spoliatio, sed vtrunque requiritur. 20

Et hanc dicit esse communem opin. Remigius *de imm.un.eccles.fol.*205.*fol.*33.

21 Offendentes *o* percutiendo, capiendo, vel hostiliter insequendo Cardinales S.R.Ecclesiæ, sunt excommunicati, & *p* diffidati apud omnes, ita quod possunt *q* ab omnibus impune *q* offendi. *c.felicis, de pœnis in* 6. Bene verum est, quod ad hoc, vt talis diffidatio locum habeat, requiritur sententia declaratoria, secundum Gemin. *in d.c.felicis.* Et ita etiam tenent communiter Doct. vt dicit Boss. *in tit.de haeret.post num.*19. Et hic casus contigit de facto in Cardinali Papiensi, qui fuit interfectus à Duce Vrbini, super quo casu consuluit Ruin. *consil.*4.*lib.*5. & Ferretus *consil.*31. An autem offendens Cardinalem dicatur committere crimen læsæ Maiest. dixi supra *hoc eod. lib.* §. *læsæ Maiesta. versicul. quaero nunquid.* Vide, quæ dixi infra *vers. percutientes.*

22 Religiosi, qui sacramentum extremæ vnctionis, vel eucharistiæ ministrant sine licentia presbyteri parochialis, vel matrimonia solennizant, sunt excommunicati. Clem. religiosi, de priuil. Et scias, quod hæc excommunicatio generaliter comprehendit quoscumq; religiosos, & ita communiter tenetur, vt attestatur Sum. Syluest. *in d.verbo, Excommunicatio.*7.*in* 14.*excom. in* 2.*dubio.*

r Percutientes *r* iniuriose, aut temere episcopum

23 sunt excommunicati. *Clem.*1.*de pœnis*, vt in casu in quo consuluit Bologn. *consil.*75. Hæc tamen pœna locum non habet, vbicumque offendens episcopum, vel Cardinalem, id faceret causa suæ propriæ defensionis: nam eo casu non dicitur facere iniuriose, nec temere, & consequenter non incidit in pœnas *ad clem.* impositas. Ita dicit gloss. *in d.clem.in princ.in verbo, Temere, & in c. felicis in verbo, percusserit, de pœnis, in* 6. quas Doctor. communiter sequuntur, vt dicit Socin. *inter consilia Curtij sen.colum.*20.*nu.*30. *& numer.*49. Tortus *in d.consil.vlt.post num.*12. Colleg. Flor. *inter Curt.sen. consil.*21. *s num.*8. vbi *s* consuluit pro ciuitate Florentina, in qua fuerat furore populi suspensus Archiepiscopus Pisanus, & captus Cardinalis Saluiatus; in quo casu pro ipsa ciuitate pariter consuluit Aret. *consil.*165. & Soc. *inter consi. Curt.sen.in d.consilio* 20. Tortus *inter consil. Ant.Butr. in d.consil.vlt.* Quinimo ex quacumque causa excusari possit à temeritate, & à dolo, cessabit etiam pœna d.Clem. secundum gloss. *in d.verb.Temere*: quam dicit communiter approbatam Tortus *in d.consil.vlt.post num.*5.*vers. stat ergo.*

24 Spoliantes Christianos nauigantes pro honestis causis, & negotiationibus, sunt excommunicati. Scias tamen, quod hic canon non est latæ sententiæ, sed ferendæ, secundum communem opin. vt attestatur Sum. Syluest. *in verb. Excommunicatio* 8.*in* 20.*excomm.in* 2. *dubio.* Pariter etiam sunt excommunicati spoliantes Christianos naufragium passos rebus suis. Et hic est canon latæ sententiæ, modo competens monitio præcedat, secundum opinionem Innoc. quam dicit esse communem Sum. Syluest. *in loco praalleg.*

25 Christiani *t* deferentes Saracenis habentibus bellũ *t* cum Christianis, arma, ferrum, &c. sunt excommunicati, *cap.ita quorundam, de Iudæis*, & puniuntur pœna capitis, vt est text. *in l.*1.*&* 2.*C.quæ res expor.nõ poss.* Debes autem scire, quod tempore belli omnino prohibitum est ad eos deferre qualcumque merces, etiam ex iis, quæ non sunt expresse prohibitæ in dictis iuribus. Et hanc dicit esse communem opin. Alexan. *consil.*130.*post num.*1.*libr.*7. quem refert Boer. *decis.*178.*num.*18. Stracca *de mercator.fol.*68.*nu.*40. Et licet ipse Stracca videatur de iuris rigore inclinare in contrariam sententiam, fatetur tamen ibi, *num.*47.*in fin.* quod communis opin. est vsu recepta, & consuetudine approbata. Et aduertere: quia in hoc non attenditur an deferens hoc faciat ea intentione, vt Christiani impugnentur, vel non, secundum DD. vt dicit Alexan. *in d.consil.*130.*post num.*1. Et hoc adeo verum est, vt neque etiam liceat eo tempore belli ad eos deferre arma, vel alias merces prohibitas, pro redemptione captiuorum. Et est communis opin. vt attestatur Alexan. *in d.consil.*130. *post num.*1. Sum.Syluest. *in verb. Excommunicatio* 7.*in* 21.*excomm. num.*6. Dicuntur autem Saraceni habere bellum cum Christianis, quando bellum gerunt cum aliquo Principe Christiano, seu dominio, vel oppido, secundum communem doctrinam, vt attestatur Sum. Syluest. *in loco praalleg.num.*4. Ceterum cessante bello, licitum est Christianis ad Saracenos quascunque merces deferre, modo non sint ex prohibitis. Et hæc est communis opin. vt dicunt Alexan. & Boerius *in locis praallegatis.* Quæ autem sint merces prohibitæ, habetur in legibus, & capitulis superius allegatis, & diffuse per Straccam, vbi sup. *f.*115.*n.*12.*& aliis seq.*

Magistri, & scholares Bononiæ conuenientes hospitem pro conducendo hospitio aliorum magistrorum, vel scholarium, ante tempus conductionis elapsum, sunt excommunicati *cap.*1.*de locato.* Et nota, quod in hoc proposito nomine magistrorum veniunt Doctores secundum omnes, vt attestatur Summa Syluest. *in verb. Excommunicatio, in* 4.*excomm.num.*1. Hæc autem constitutio localis est, & locum habet solum Bononiæ, non autem in alis studijs, seu vniuersitaribus, etiam illis, quæ sunt in terris ecclesiæ. Et hæc est communis opinio, vt dicit Summa Syluestri *in loco praalleg.n.*3. 26

Schismatici omnes sunt excommunicati, *cap.*1. *de schismaticis.* Scias tamen in hoc proposito, quod quando duo, vel plures electi in Papam de Pontificatu contendunt, & aliqui bona fide vnum illorum habent pro vero Pontifice, qui tamen legitime electus non est, illi sunt propter probabile dubium excusandi, & ita sentiunt omnes diuini, & humani iuris periti, vt attestatur Simanchas *de haeret.c.*56.*n.*6. 27

Facientes *u* seruari statuta, vel consuetudines contra ecclesiasticam libertatem sunt excommunicati, *cap. nouerit, de senten. excom.* Scias autem, quod illa statuta, vel consuetudines dicuntur esse contra ecclesiasticam libertatem, quæ veniunt contra priuilegium concessum ecclesiæ vniuersali à Deo, vel à Papa, vel Imperatore. Et hæc est communis theorica omnium Doctorum, vt dicit Abb. *consil.*83.*in primis verbis, lib.*1. quem refert Dec. *in authen.* Cassa. *num.*18. *C.de sacrosanct. eccles.* Hanc etiam dicit esse communem opin. Summa Syluest. *in verbo, Excommunicatio.*9.*in* 10.*excommunicatione, num.*1. Bertran. *consil.*50.*num.*4.*& sequ.lib.*1. *in* 2.*parte.* 28 *u*

Vsurpantes de nouo sibi ius patronatus à locis piis vacantibus sunt excommunicati. *c.generali, de electio.in* 6. Et ad hoc vt tales vsurpatores huiusmodi excommunicationis sententiam incurrant, duo requiruntur: Primum, quod vsurpent dicta iura de nouo, scilicet à 14. annis citra; Secundum quod illa occupent, ipsis locis vacantibus. Et hæc est cpmmunis opin. vt dicit Summa Syluest. *in verbo, Excommunicatio* 9.*in* 14. *excomm. num.*2. 29

Contrahentes scienter matrimonium in gradibus consanguinitatis, vel affinitatis prohibitis, sunt excommunicati. Dixi supra *hoc eodem lib.* §. *incestus, versiculo praeterea.* 30

Alios *x* etiam excommunicationis casus poteris videre apud Summistas, *in verbo, Excommunicatio*, & apud Io.Ligna. *in tract.de censura ecclesiastica.* *x* 31

Quaero

Quæro nunc, an in sententia excommunicationis requiratur citatio. Dixit sup. *q.31. vers. item quæro.*

33 Quæritur etiam, an sententia excommunicationis lata ex falsa causa valeat. Resp. quod sic. Ita tenet glos. *in cap.1. in verbo, propter, de senten. excom. in 6.* quam dicit esse communiter approbatam Socin. *inter consilia Curt.*

y Sen. *consil.20. n.24. in fin.* Illam y tamen puto restringendam esse vt procedat, quando ille, qui excommunicat, etiamsi sciuisset causam non esse veram, fuisset nihilominus excommuniturus, vt declarat Soc. ibi.

34 Solet dubitari, z nunquid sententia excommunicationis nulla afficiat, & liget excommunicatum. Tu

z dic, quod si est lata ab homine, non ligat, si est nulla, vt dicit gloss. *in clem.1. in verbo, subiacere, de sentẽt. excomm.* quam dicit esse communiter approbatam Socin. *in alleg. cons.20. num.30.* Et hoc adeo verum est, vt volenti dicere de eius nullitate, non sit opus petere absolutionem, neque etiam ad cautelam, *cap. per tuas, de senten. excommun.* Et ita tenent Doctores, vt dicit Socin. *in loco prealleg.*

ADDITIONES

Ad Quæst. LXXVII.

a *SVccessiue videamus.*] Farin. *tit. de delict. & pœnis, qu.19 vol.1. n.38. vsque 42.* Rol.

1 *Successiue videamus.*] Adde, quod † ille, qui est excommunicatus patitur sexaginta duas pœnas, quas ponit Pet. Rebuff. *in concorda. titu. de excomm. non vitan. volum 2.* & ad hoc vide etiam Carau. *in ritu 216. n.12. cum seq.*

d *Percutiens clericum.*) Pone, quidam mandauit alicui, quod verberaret clericum, postea mittit nuntium, quod nullo modo deberet eum verberare; sed antequam nuntius perueniret ad eum iam verberauerat clericum, Vtrum ipse mandans sit excommunicatus; quod sic, vide per Iacob. de S. Georg. *in l.1 ff de offic. procur. Cæsar. num.42.* Idem in percutiente monachum, vel conuersum religiosum, *c. parochianos, de senten. excomm.* etiamsi percussisset de iudicis Ecclesiastici mandato, vt legitur, & not. *in cap. vniuersitatis, eod. tit.* vbi vterque tenetur ire ad Papam. Et idem si clericus percutiat alium clericum, & Abb. & Fel. *in cap. cum pro causa. eod.* Idem in percutiente clericum arma portantem *cap. in audientia.* Vbi Abb. & Fel. *eod.* Idem in potente prohibere, & non prohibente, per Felyn. *in cap. quanto, post num.3. eod.* Idem in consulente, instigante, & persuadente percuti clericum, per Caiet. *in pract. crim. § homicid.5. num.140.* Idem in percutiente consanguineum ipsius clerici, respectu tamen ipsius clerici, per Mars. *sing.164. Et quis dicatur clericus.* Cagnol. *in l.2. de origin. iur. num.22.* Et si clerico iniuriam inferens sit laicus, punitur per iudicem secularem, per Rol. *consil 15.* Idem in mandante percuti clericum, & mandatario, qui non excusatur Abb. & Fel. *in cap. mulieres, eod.* Fallit principalis conclusio pluribus modis, vt per Bertac *in repert. verb. percussio vers 38 39. text. cap. cum voluntate. §. fin. eodem.* Item fallit in percutiente clericum, qui dimisso habitu clericali enormitatibus se immiscet, ad not. *in cap. perpendimus, eo.* Item fallit in percutiente clericum vim inferentem, vel cum matre, vxore, filiave inuentum. Rip. *in l. fin C. de reuoc donat. num.67.* Item fallit in ponente manum in personam religiosam officium turbantem. Abb. & Fel. *in c. veniens eod.* Sed quid de percutiente fratres tertij ordinis S. Francisci, an incurrat *in d. cano.* quod non, per Calder. *cons.4. de regul.* & vide per Crau. *in cons.303. post num.10.* Paris. *in cons.40. num.14. vol.3.* & pract. Papien. *in respons. rei* Gloss. tanquam publice excommunicatum, *col.1. post num.3.* vbi post Imo. *in c. non dubium, de senten. excomm.* & Gofred. in illius summa nouem excipit casus, in quibus clericum percutiens non incurrit excommunicationem, quos illic vide; idem in percutiente clericum volentem per Caiet. *in pract. crim. fol.201. num.52.* Et regulam principalem cum vndecim notabilibus ampliationibus, & tribus aliis limitationibus extensis, vide per Duen *sub regul.99. & illic in princip.* habes auctores adnotatos ponentes regulam cum ampliationibus, atque limitationibus, quos non transcribo, sed ad illos plene explicantes recurrendum censeo. Et omnino adde, quod si quis verberauit clericum nomine meo, & ego ratificem illud delictum, statim incido in excommunicationem, text. *est in cap. cum quis, de sentent. excommunic. libr.6.*

* 1 Immo si ego ratifico † in corde meo, licet non possit probari ratificatio, tamen ego excommunicatus quantum ad ecclesiam triumphantem, & teneor facere me absolui: nam multi ligantur, quo ad ecclesiam triumphantem, qui tamen non sunt ligati quantum ad Ecclesiam militantem. Et hæc vide per Iacob. de S. Georg. *in l. si quis iniquum, §. si procurator. num.4. & 5. in 1. lect. ff. quod quisque iuris* Giach.

Percutiens clericum.) Farinac. *quæst.105. inspect 4. num 195.* Ros.

Percutiens) Adde in hac † materia *c si quis suadente diabolo* Socin. *in c. pœnitenit, num.11. vsque ad fin. de pœn.* vbi infinitas posuit quæstiones spectantes ad materiam excommunicationis d. canon. quam examinauit per 35. col. & alibi non reperies ita diffuse tractatam, vide etiam septem casus, in quibus percutiens clericum non incidit in sententiam excommunicationis, de quibus per Innoc. *in c. non dubium de senten. excommun.* & per Duen. *in reg 99.* habes ad istam regulam vndecim ampliationes, tres limitationes, & ibi in prima limitatione habetur, quod non solum percutiens est excommunicatus, verum etiam ipso iure sine aliqua denunciatione per extrauag. Martini V. quæ incipit insuper ad euitanda, & illam refert etiam Felyn. *in c. Rodulphus, num.39.* de rescript. 2

Et quando quis dicatur injicere manus violentas in clericum, Summa Syluestr. *in verbo excommunicatio 6.* & Nauar. *in Man. c.17. n.37.*

Item adde, quod † percutiens consanguineum clerici, respectu tamen ipsius clerici incidit in canonem *d c. si quis suadente,* ut per Mars. *in sing.204.* 3

Item adde, quod † non incidit in canon. *d. c. percutiens fratres tertij ordinis S. Francisci* iuxta not. per Crauet. *in cons.303. nu.10.* & Paris. *cons.40. n.14. vol 3.* 4

Item † adde, quod pater verberans filium clericum non incidit in excommunicationem, secundum Flor. post Tancretum *in l. sed si, §. si magister, ff. ad l. Aquil. & addent. ad Alciat. de præsumpt. reg.1. præsumpt.3. n.1.* 5

Item † adde, quod minor vigintiquinque annis incidit post pubertatem in pœnam dicti canonis, sed non tenetur ire ad Papam, quia potest absolui per Diœcesanum. & in hoc minor ætas alleuiat, *c. cum illorum in fin. de senten. excomm.* & Franc. Mar. *decis seq. 822.* vbi aliter sentit, & distinguit. 6

Item † adde, quod licet ipso facto incurratur in canonem *c. si quis suadente diabolo*, propter violentam iniectionem manuum in personam clerici, requiritur † tamen publicatio, seu denuntiatio, licet per talem denuntiationem amplius non ligatur cum non sit de substantia excommunicationis, Franc. Mars. *in decis. 810 par 2.* 7 8

Item adde, quod † spuens in faciem clerici, vel effundens aquam super eum animo iniuriandi, vel detinens clericum per vestem, vel frenum equi, vel auferens aliquid de manibus suis, incidit in canonem, nisi vestes essent separatæ à persona clerici; Franc. Marc. *decis 849. par.1.* 9

Item † adde, quod tria requiruntur ad hoc, vt pœna Canonis incurratur, primo factum consummatum, secundo animus iniuriandi, seu dolus, tertio violentia; Franc. Marsil. *in decis 821. par.2.* 10

Item † adde, quod dispositio *d. c. si quis suadente*, habet locum etiam in clerico coniugato *c. vnico de cleric. coniug in 6.* & Viui *opin.104. n.5. vol.1.* 11

Item † adde, quod clericus hæreticus posset percuti sine pœna *d. c. si quis suadente.* Card. *in clem.20. coterum de elect.* & Viui. *vbi sup. n.7.* 12

Item † adde, quod vbicunque quis ludendo percuteret clericum, non incurreret excommunicationem aliquam *c.1. de sent. excommun.* & Viui. *d opin.104. n.11.* 13

Item † adde, quod c. si quis suadente. ita habet locum in feminis, sicut in masculis, vt absolui nequeant, nisi à Papa. Viuiu. *d. opin.104. n.8.* 14

Item † adde, quod percutiens clericum non indutum habitu clericali, pœnam *d. cap* non incurrit, quia in dubio non præsumitur sciuisse, illum esse clericum. Bero. *consil. 187. numer. 6. vol.3.* 15

Item † adde. quod offendens cadauer clerici, siue religiosi, vt injuriam faciat, incidit in pœnam d. canonis, quia durat etiam priuilegium in cadauere. Felyn *in c. à nobis el 2. num.2. de sent. excom.* & Decian. *in tract. crim. lim.9. cap 17 n.19 to.2.* 16

Item adde, quod offendens clericum excommunicatum incurrit pœnam dicti canonis, & est communis opinio, vt per Fel. *in c.1. de sent. excommunic.* & Dec. *in tract. crim. lib.6. cap 17. n.10. tom.*

Item adde, si clericus aggressus fuisset laicum, qui fecisset eum aufugere, si in fuga ipsum clericum aufugientem offenderet, incurreret pœnam d. cano. vt not *in c. si vero il 1. de sentent. excom.* ita in specie tenet Io. Lup. *in tract. de libert. ecclesiast. qu.8. circa finem*, quem refert, & sequitur Decian. vbi supra *numer.22.* Bajardus.

c *Et ita communiter tenetur.*) Far. *q* 128. *p*. 1. *n* 25.

Putans esse Titium laicum.] Adde hoc idem seruari in criminalibus inter laicos; Menoch. *de iudic. lib.* 2. *cent.* 4. *casu* 260 *sub num.* 36. Boss. *tit. de homicid. num.* 73. vide gloss. *in c. si vero aliquis, in verbo ignorauerit de sentent. excommunic. supra in § homicidium, vers. dicunt etiam.* Drogh.

Quod sic.] Adde istud ob memoriam pristinæ dignitatis: vide per Tiraq. *in reg. cessante causa* 15. *limit. n.* 4. Giach.

f *Incident in pœnas.*] Communis est opinio, quod non incident in pœna *dicti cap. si quis suadente*, secundum Bermond. *in tract. de concub fol.* 267. *n.* 5. *in fi.* Guiot.

g *Item quid si clericus.*] Adde, quod nedum clerici alios inuadentes principaliter propter personam, vel propter res possunt percuti sine pœna excommunicationis: verum etiam mandantes consulentes, auxilium, & fauorem dantes, vt tradit Bald. *in repet. l.* 1. *C. vnde vi, num.* 35. *&* 54. Item clericus mandans, aut instigans, vt alius occidatur, & percutiatur, quod sit irregularis, habetur per Carrer. *pract. crim. § homic.* 5. *num.* 68. qui *num. seq.* ponit de eo, qui percutiat aliquem armis clerici, *& num.* 70. si mandatarius in aggressu occidatur, an sit irregularis ob mortem mandatarij. *Giach.*

17 h *Scias tamen*] Adde, quæ nam † dicatur leuis offensa, & quæ grauis, vt per summam Armil. *in c. excommunicatio el* 5 *nu.* 9. & per Franc. Marci. *in decis.* 823. vbi tenet, quod Episcopi arbitrio relinquitur.

18 Item adde plures casus speciales, in quibus ordinarius potest absoluere, quos ponit D. Anto. *in Summa* 3. *par. titul.* 24. § 1. *&* § 2. *&* § 3. Franc. Marc. *decis.* 822. *&* 826. *& aliis seq. par.* 2. Baiar.

i *Leuis*] Ad dignoscendum autem, an percussio sit grauis, vel enormis, an vero leuis: vide *per summam Armil. c. excommunicatio.* 5. *sub num.* 9. & Caiet. vbi sup. *col. pen.* Et quoniam can. loquitur de manibus violentibus, ideo pro declaratione, vide Armil. *eod. c. sub num.* 1. *&* 2 & alia exempla *sub num. fin.* & per Caiet. *in summula c.* 10. *de excommunicatio. char. mihi* 121. Item nota, ex quo causa est vniuersalis, quod comprehendit omnes doli capaces, vt inquit Summa Armil. Doli autem capax quis dicatur, vi. per Angel. de Aret. *in summa Instit. de oblig. quæ ex delict nascun.* Item alios casus, in quibus iniuria dicitur grauis, & atrox, vi. per Ang. de Aret. *in* 6. *§ atrox, Instit. de iniur.* Giach.

19 k *Sed pone*] Adde, quod vnica † tantum canonis sententia excommunicationis affici debet, & non pluribus excommunicationibus, & est communis opin. vt per Couar. *var resol. lib.* 2. *c.* 10. *num.* 8. *in versic. quartum, & ibi in vers. quintum est*, habetur, quod si quis percusserit clericum semel, ob id ipso iure à Canone sit excommunicatus, atque iterum si eundem clericum ex interuallo percusserit, alia canonis sententia excommunicationis ligabitur, nam semel excommunicatus † iterum potest excommunicari. gloss. *in c. cum pro causa, & in c. officij de sent. excom.* Baiar.

20 l *Clerici*] Adde, quod † talis excommunicatio hodie non potest ferri in participantes, nisi canonica monitione præmissa, *vt in c. statuimus de sent. excom. in* 6. & Soc. *in c. significauit, num.* 7. *hic allegat, & in c. perpendimus in* 10. *princip. artic. num.* 234. *de sent excom.* Baiar.

m *Sunt excommunicati*) Facit hic, quod de receptatoribus dixit Menoch. *tract. de arb. iud. lib* 2. *cas.* 348. *infr. q.* 90. *vers. fin.* Drogh.

Sunt excommunicati] Adde, vt per Abb. & Fel. ibi. *Giach.*

n *Incendiarij*] Pœna incendiariorum, qui ob inimicitias, vel prædam committunt incendium, est, mors, *l. capitalium, §. incendiarij, ff. de pœnis.* Item qui comburunt ædes, *ff. de incen. ruin. nau.* Adde Nat. *cons* 24. *& seq.* Intellige tamen prædicta quando data opera commissum est incendium: secus si culpa, vel casu. *Guiot.*

21 *Incendiarij*] Adde, quod † incendiarius ecclesiarum ipso iure est excommunicatus, sed incendiarius aliorum locorum non est excommunicatus, sed excommunicandus, & post publicationem absolutio reseruatur Papæ, nisi in mortis articulo. Soc. *in d cap. tua nos, num.* 13 *& sequen. & in cap. officij* 23. *articul. de sent. excommun.*

22 Item † adde, quod si quis domum propriam, vel segetem incenderet, licet peccaret abutendo re sua, tamen non teneretur pœna incendiarij, nisi dolo malo id faceret, vt etiam aliena bona incenderet. Socin. *in c. conquesti. num.* 29. *de sentent. excommunicationib.*

23 Item † quod incendiarius ecclesiarum etiam non consecratarum ipso iure est excommunicatus; quod etiam procedit in cœmeteriis, vt ibi per eum.

24 Idem adde, quod incendiarij sunt excommunicati, si non habeur ius incendij, puta propter iustum bellum. 23. *quæst.* 4. *cap. qui peccat.* Soc. *in d. cap. conquesti. num.* 27. *de sent. excommunicat.* Baiard.

25 o *Offendentes.*) Adde † Soc. *in c. in quibusdam, n.* 27. *de pœnis*, & quia text. *in c. felicis* non loquitur de pœna interficientis Cardinalem, ibi dicit, quod si esset laicus, non solum pœna capitali vltimi supplicij puniri deberat, verum etiam aliquo vltimo grauissimo supplicio, vt transiret in aliorum exemplum. *Baiar.*

p *Diffidati apud omnes.*] Adde hoc in idem de assassinis, & de bannitis, qui possunt impune offendi, vt est sup. *q.* 36. *ver. Item quæro. ad pr.* Drogh.

q *Impune offendi*] Farin. *q.* 112. *insp ect.* 2. *num.* 108. *vol.* 5. *& n.* 111. *&* 120. Ros.

r *Percutientes iniuriose.*] Far. *d. q.* 12. *& inspect.* 2. *n.* 230. *& seq.* Ros.

Percutientes.] Adde Soc. *in c. in quibusdam, n.* 28 *cum sequ. de pœn.* vbi † habetur, quibus pœnis tam spiritualibus, quam temporalibus, afficiantur offendentes Episcopos, presbyteros, & 26
alios clericos inferioris ordinis, & si quis offenderit Episcopum, vel clericos in ecclesia, & diuina officia turbauerit, pœna capitali punitur ad instar criminis læsæ Maiestatis *c. inprimis § de persona* 2. *q.* 1. *& l. si quis in hoc genus C. de episc. & cler.* & occidens 27
Episcopum debet puniri per iudicem laicum, *c. sunt quadam* 23. *q.* 5. & de offendente Episcopum, Archiepiscopum, Patriarchas, & Nuntios late per Viui. *opin.* 88. *lib.* 1. & vltra alias pœnas percutiens Cardinalem, aut Episcopum, aut qui ceperit, seu bannierit, vel hæc mandauerit fieri, ratumve habuerit, ipso iure priuatur beneficio. *Clem.* 1. *de pœn.* & Rebuf. *in tractation. de benef. titul. de modis amit. benef. numer.* 39. *&* 40. & offendentes † Episcopos, Archiepiscopos, Patriarchas, Legatos, siue Nuntios sedis Apost. incurrunt pœnas. *d. c. felicis, de pœn.* perinde ac si Cardinales offendissent per Bul. *in cæna Domini*, vt late per Nauar. *in suo Man. c.* 27. *num.* 67. *vers. secunda quo ad felicis, de pœnis to.* 1. *& ibi vers.* octaua dicit, quod Episcopum electum, & confirmatum, sed non consecratum percutiens non incurrit Bullam. Et quid de offendente episcopum; qui dignitati episcopali renuntiauit, & de offendente episcopum electum Decian. *in tract. criminali lib.* 6. *c.* 17. *n.* 27. *tom.* 1. Baiard. 28

s *Vbi consuluit pro Ciuitate Florentina.*) Adde quod † Ciuitas, quæ occidit duos Episcopos, desinit esse Ciuitas, & non debet vlterius ei dari Episcopus 25. *q.* 1. *c. ita nos, Alber. de Ros in rubr. C. de episc. & cler.* Car. Floren. *in clem.* 1. *§ Ciuitas de pœn. Affl. in const. dubitationem n.* 4. *rubr.* 101. *fol.* 190. Baiar. 29

t *Christiani deferentes arma Saracenis*] Adde hunc esse casum Bullæ in Cœna Domini, de quo sup. *q.* 68. *ver.* hostibus ferrum. *Drogh.*

u *Facientes seruari*] Item statuta contra libertatem ecclesiasticam, quæ dicantur, vide *in reperto. ad do.* Felin. *col. mihi* 617. *§ statuta contra libertatem ecclesiæ.* Giach.

Facientes seruari statuta] Laderch. *cons.* 103. Ros.

Facientes seruari] Adde, quod non † incurrunt excommunicationem, qui violant libertatem ecclesiasticam, vt nonnulli censuerunt, sed solum, qui eam violant per viam statutorum, & consuetudinem contrariam, ita ait Nauar. *in suo Manuali, c.* 37. *num.* 119. *tom.* 1. 30

Item adde. quod Bald. *in § proficisci* 27. *qu. ff. de offic. procons.* tenet, quod Iudex si seruans statutum contra libertatem Ecclesiasticam, non peccat, sed in hoc errauit, & statuta contra libertatem Ecclesiasticam non valent, nisi talia statuta essent contra priuilegium † datum alicui particulari Ecclesiæ, vt est communis opin. de qua Tabiena, *in verb. excommunicatio casu* 10. *pag.* 670. & Caiet. *in summula sua in ver. excommunicatio capit* 31. *vers. quarto nota.* sed † laici non possunt statuere super ecclesiis *c. quæ in ecclesiarum, &c. Ecclesia S. Mariæ de constit.* & ibi Doctores. 31 32 33

Item adde, † quod statuta laicorum, quæ possent afferre commodum, & incommodum clericis, non dicuntur contra libertatem Ecclesiæ, Abb *in c. Ecclesia S Mariæ col.* 5. *vers. circa hoc tamen*, & Marant. *in disput.* 8. *num.* 10. contrarium tenuit Lappus *in alleg.* 92. inspeximus, dicens, quod si quis statuat, ne quis panem coquat alicui Monasterio, vel ne molet bladum, vel ne aliquid vendat, vel ab eis emat, & quod laicus, quod tenet ab Ecclesia, possit certis casibus alienare, facit contra libertatem Ecclesiasticam. Caiet. autem *autem in simula in verb. excommunicatio c.* 37. *in fine* dicit, quod prædicta non sunt proprie contra libertatem ecclesiasticam, sed contra humanam societatem; verum quia in odium ecclesiæ fiunt, præsumuntur fieri contra Ecclesiasticam libertatem, quod dictum inquit esse singulare Nauar. *tom.* 1. *tit. de cens. ecclesiastici, c.* 27. *n.* 119. 34

Item adde, † quæ statuta dicantur contra libertatem Ecclesiasticam per Soc *in d. c. nouerint de sent. excom. num.* 4. *cum sequ.* vbi ponit, quæ statuta contra libertatem ecclesiasticam requirantur, vt excommunicatio ipso facto incurratur, & quæ violatio ecclesiasticæ libertatis, & an quis incurrat excommunicationem ipso iure ob violationem Ecclesiasticæ libertatis; & an procedat indistincte, tam in clericis, quam in laicis, & an Vniuersitas sit excommunicata, quæ talia statuta facit; & an mandantes, dictantes, consulentes, & scribentes, & quid † si Dominus 35 36

minus vel Decuriones demandar in aliquibus, quod facerent statuta, & illi fecerent aliqua contra libertatem ecclesiasticam; vtrum mandatores sint excommunicati ipso facto, etiam quod post talia statuta ponatur statutum generale, cassans ea, an currerer pœna excommunicationis: & quando statuentes, vel facientes seruari statuta, vel consuetudines contra libertatem Ecclesiasticam excommunicentur, late Caiet. *in summula sua in ver. excommunicatio cap.31. & 37.* & Nauar. *tom.1.tit. de censuris ecclesiast.num.*117. vbi ponit multas declarationes, siue limitationes.

37 Item † adde, quod libertas ecclesiastica non læditur per statuta laicorum, quæ habent in se naturalem æquitatem, & ciuilem. Bald. *in cap.1.de alienat.feudi.n.7.*

Item adde, quod statutum laicorum valet in præiudicium Ecclesiæ in quærendis, non in quæsitis. Bart. *in l.rescripto,§.fin.ff.de mun.& honor.* Bald. *in rub.de constitut.col.2.vers.quaro, an valeat statutum*, idem Bald. *in consil.9. inter consilia Anch.incip factum super quo columna fin.* Barb. *cons.41.colum.20.vol* 1. Decian. *cons.167.n.9.*& Crau. *cons.251.n.2.* Baiar.

y *Alios*] Hic scias, quod Armil. ponit nonaginta quinque casus, sed Syluest. magis diffuse totam materiam excommunicationis extensam prout per decem capita. vi. vtrobique & vnum adde, quod si quis † includat clericum inuitum in aliquo certo loco, licet violentiam non inferat in eius personam, tamen incidit in sententiam excommunicationis, vt per Iacob. de S. Georg. *in l.quod si quis, § quod prætor, num.6. ff.ne quis eum, qui in ius voc.est.vi eximat.* Baiar.

y *Illam tamen puto restringendam.*] Adde, quod ista restrictio, & declaratio fuit Taber. *in capit.perpendimus*, quæ reprobatur per Soc. *in d.c.perpendimus,num.* 176. *cum seq.* † vbi concludit, quod sententia excommunicationis tenet, siue lata fuerit ex falsa causa, siue ex non legitima etiam mala intentione, vel ex inuidia, dummodo potestas fuerit in excommunicatore, & dispositio in patiente, & habilitas materiæ, *Baiard.*

38

39 z *Solet dubitari.*) Adde, quibus † casibus sententia excommunicationis sit nulla per Socin. *in cap. perpendimus in* 10. *artic. q.18 de sent.excom.*

40 Item adde, quod, † si sententia excommunicationis esset iniusta, non ligaret quo ad Deum, sed quo ad homines, vt est communis opin. de qua Bursi. *in consil. 72.num.54.* & Socin. *in c.sacris num 13 cum seq.* vbi, quod si excommunicatus contemneret, læderetur etiam quo ad Deum, & quod hoc procedit siue sententia sit iniusta ex ordine, siue ex animo, siue ex causa; nisi

41 † esset talis iniustitia quæ redderet sententiam nullam, & ibi etiam tractat, quid de sententia iniusta delegati. *Baiar.*

QVÆSTIO LXXVIII.

De pœna confiscationis omnium bonorum.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *De pœna confiscationis omnium bonorum.*
Dispositio authentica. bona damnatorum, an corrigat iura antiqua, per qua imponebatur bonorum confiscatio, ibid.
2 *Sententia capitalis ex dispositione statuti an secum trahat confiscationem bonorum.*
3 *Qua sint crimina, pro quibus imposita est bonorum confiscatio.*
4 *Apostata punitur confiscatione bonorum.*
Et quis dicatur apostata, ibid.
Et an apostata recipiatur ad pœnitentiam, vt hæreticus, ibid.
5 *An quilibet iudex possit imponere pœnam confiscationis bonorum.*
6 *Episcopi an habeant fiscum, cui possint bona delinquentium applicare.*
7 *Quæ veniant in confiscatione bonorum.*
Et an ea omnia, qua transeunt in extraneos heredes, ibidem.
Et an feudum, ibid.
Et an emphyteusis, ibid.
8 *Et an ius patronatus*
9 *Et an in confiscatione bonorum mobilium, & immobilium veniant iura, & actiones.*
10 *Et an in confiscatione veniant bona prohibita alienari.*
Et quid si non sit expressum fideicommissum in casum alienationis, ibid.
Et quid si prohibitio facta sit ad tempus fauore ipsius prohibiti, ibid.
11 *Et an in confiscatione bonorum filijfamil. veniant etiam bona profectitia.*
12 *Et an aduentitia.*
13 *Et an castrensia.*
14 *Et an econtra publicatis bonis patris censeatur publicatum peculium profectitium filij.*
15 *Dos mulieris an confiscetur.*
16 *Bona alienata per delinquentem post delictum commissum an veniant in confiscatione bonorum.*
Et quid si fraus interuenit, ibid.
17 *Et quomodo probetur fraus.*
18 *Et quid si ex eo delicto non est imposita ipso iure confiscatio bonorum, vel interdicta bonorum administratio.*
19 *Et quid si alienatio facta sit post accusationem.*
20 *Et quid si facta sit post sententiam.*
21 *Delinquens an possit dare de bonis satis in solutum creditoribus.*
22 *Quando reperitur in bonis confiscatis pretium rei vendita per delinquentem, an possint possessores bonorum molestari.*
23 *Obligationes an transeant in fiscum.*
Et an obligatio naturalis, ibid.
Et an obligationes conditionales, ibid.
24 *In confiscatione an veniant bona futura.*
25 *Ius adeundi transeat in fiscum.*
26 *An secuta confiscatione bonorum patris, reseruetur filijs aliqua portio.*
27 *Sententia confiscationis bonorum an trahatur ad bona sita extra territorium confiscantis.*
Et quid in bonis mobilibus, ibid.
28 *Creditores vnius territorij an possit agere contra fiscum alterius territorij.*
29 *Fiscus, ad quem perueniunt bona alicuius, an teneatur sacris facere omnibus creditoribus, & legatariis.*
30 *Et an vltra vires hæreditarias.*
31 *Fiscus, an præferatur creditoribus delinquentis.*
32 *Fiscus an habeat bona delinquentis tacite hypothecata.*

Ex Additionibus.

1 *Confiscatio bonorum quomodo procedat de iure.*
2 *Et quare sit introducta.*
3 *Et quomodo applicetur, si fuerint plures Domini vnius castri.*
4 *Confiscatio quæ infligitur ipso iure, quid operetur, remissiue.*
5 *Et quando veniat ipso iure, remissiue.*
6 *Declarationes, & limitationes ad auth.bona damnatorum.*
7 *Confiscatio quando dicatur venire tacite & in consequentiam.*
8 *Confiscatio non habet locum contra Neapolitanos, nisi in crimine læsæ Maiestatis, & hæresis.*
9 *Nec Bononiæ ex consuetudine.*
10 *Et quis in eis succedat.*
11 *Confiscatio imposita contra dispositionem Aut.bona, est nulla sine appellatione.*
12 *Statutum, quod bona delinquentium vere, vel fictè confiscata intelligantur à die commissi criminis, quomodo intelligatur.*
13 *Confiscatio non habet locum in condemnato ad mortem pro furto forma statuti.*
14 *Nec in delictis priuatis, nisi statuto nominatim caueatur.*

15 *Nec in eo, qui condemnatus moritur, nisi in crimine Heresis, & lasa Maiest.*
16 *Nec in delictis non consumatis.*
17 *Confiscatio fit ipso iure in 260. casibus, remissiue.*
18 *Apostasia quid sit, quomodo puniatur, & de ipsius processu, & excusationibus.*
19 *Confiscatio non venit sub generali arbitrio concesso Iudici.*
20 *Citatio in ciuilibus sub pœna confiscationis non valet.*
Feudatarius non potest priuari possessione feudi à Principe, nisi sit conuictus de delicto per sententiam.
*20 *Alimenta non comprehenduntur in bonorum publicatione.*
21 *Officium Caualeriatus, & similia an veniant in confiscatione.*
22 *Vasallus Baronis fidelis si rebelletur contra Regem, an feuda, quæ tenet à Barone, redeant ad Baronem fidelem, vel ad Regem.*
23 *Confiscatio an extendatur ad feuda.*
24 *Et an ad bona prohibita per testatorem alienari.*
25 *Et an ad emphyteusim.*
26 *Et an ad ius Patronatus.*
27 *Et quid si confiscatur villa, in qua erat Ius patronatus.*
28 *Et an ad iura, actiones, & nomina delictorum.*
29 *Et an ad vsumfructum bonorum prohibitorum alienari.*
30 *Et an ad bona feudalia.*
31 *Et an ad fructus feudi.*
32 *Et quid si fuerit facta substitutio, si sine liberis.*
33 *Et quid si fuerit facta confiscatio tacentibus, & videntibus fideicommissariis, an fideicommissum extinguatur.*
34 *Vxor relicta Domina, Massaria, & vsufructuaria, si bona confiscentur, erit vsufructuaria, non alimentaria tantum.*
35 *Bona fideicommissi, si viuente hærede moriatur fideicommissarius, transeunt libere in fiscum.*
36 *Filij positi in conditione quando faciant deficere conditionem ad fauorem ipsorum, vel fisci, remissiue.*
37 *Fideiussores rei, qui pro pace seruanda fideiusserant, præferuntur fisco in fructibus bonorum subiectorum fideicommisso.*
Idem in fideiussoribus de repræsentando, eod. n.
38 *Fideicommissum factum in casu, in quo hæres committat delictum, an dicatur factum in fraudem fisci.*
39 *Et quid in crimine læsæ Maiestatis.*
40 *Et quid de legitima.*
41 *Bona non prohibita expressim alienari, sed ex mente testatoris volentis ea conseruari in familia, non transeunt in fiscum.*
42 *Prohibitus alienare ad sui fauorem, si delinquat, habet fiscum successorem.*
43 *Et quid si sit prohibitus inter viuos.*
44 *Et an fiscus detrahat Trebellianicam.*
45 *Et an restitutus ex indulgentia Principis recuperet bona remansa penes agnatos, quæ testator prohibuerat alienari, quia volebat ea remanere in familia.*
46 *Legitimæ alienatio quando possit prohiberi ratione minoris ætatis.*
47 *Et an veniat in confiscatione.*
48 *Confiscatio bonorum filij an extendatur ad legitimam viuo patre.*
49 *Et an ad peculium profectitium, in quo filius habeat potestatem donandi, & disponendi.*
50 *Et quid in statu ecclesiastico.*
51 *Et quid in peculio aduentitio.*
52 *Et quid si in eo habet filius administrationem.*
53 *Confiscatis bonis patris, an confiscetur vsusfructus dicti peculij in damnum filij.*
54 *Filius negotians nomine patris, totum lucrum acquirit patri.*
55 *Bona aduentitia non publicantur, etiam quod inter patrem, & filium esset factum compromissum, & laudatum, filius de illis posset libere disponere.*
56 *Iul. Clar. lapsus.*
57 *Peculium Castrense an publicetur, & an profectitium.*
58 *Et quid de vsufructu peculij profectitij, vel aduentitij.*
59 *Patria potestas an probetur pro mediam capitis diminutionem, remissiue.*
60 *Publicatis bonis patris, si ex statuto reseruetur dimidia bonorum filiis, in illa pater non habet vsumfructum.*
*60 *Vxor quando possit resistere publicationi bonorum sui mariti.*
61 *Vxoris bonis publicatis, non veniunt vestes festiuæ, & pretiosæ.*
62 *Dos an veniat in executione, si vxor fuerit condemnata.*
63 *Et quid stante statuto quod vir dotem lucretur.*
64 *Et si mulier fuerit restituta, an recuperet acquisitum viro propter confiscationem.*
65 *Maritus condemnatus potest restituere dotem vxori, vel ei dare prædia in solutum.*
66 *Donatio facta à viro vxori ante re. tum non pertinet ad fiscum.*
67 *Fiscus an possit opponere vxori exceptionem non numeratæ dotis.*
68 *Dos amissa ab vxore propter mortem mariti, applicatur hæredibus viri.*
69 *Dos aufertur marito statim lata sententia contra vxorem.*
70 *Dos filiæ publicatur etiam in præiudicium patris.*
71 *Dos vxoris mandantis interfici maritum an veniat in confiscatione.*
72 *Dotis vsusfructus an publicetur.*
73 *Maritus an possit opponere contra fiscum, quod non teneatur nisi in quantum potest.*
75 *Dos vxoris quando confiscetur propter hæresim mariti.*
76 *Donatio causa mortis facta vxori an publicetur confiscatis bonis mariti.*
77 *Et quid in donatione propter nuptias & inter viuos.*
78 *Dos debet reddi per fiscum vxori ex bonis mariti publicatis summarie, & sine sententia diffinitiua.*
79 *Vxor virtute sua hypotheca non impedit confiscationem bonorum mariti.*
80 *Lim. nisi mulier inhæret possessioni illorum bonorum.*
81 *Ampl. etiam in donatione ante nuptias.*
82 *Vxor propria auctoritate recipit possessionem suorum bonorum, antequam à fisco occupentur.*
83 *Vxor propter suam hypothecam impedit demolitionem bonorum mariti.*
84 *Et quid seruetur in practica.*
85 *Dos confessata quando possit exigi contra fiscum remiss.*
86 *Dos quomodo sit restituenda, vt fiscus non possit aliquo tempore molestari.*
87 Auth. præterea C. vnde vir, *an procedat publicatis bonis mariti.*
88 *Vxor petens alimenta ex bonis viri publicandis an sit audienda.*
89 *Vendens bona in frudem fisci non potest ea repetere.*
90 *Donatio non reuocatur condemnato donatore in contumaciam.*
91 *Donatio causa mortis reuocatur secuto crimine, etiam non docto de fraude.*
92 *Fraus quomodo probetur.*
93 *Simulatio an intercesserit, iudex arbitrabitur.*
94 *Simulatio contractus præsumitur, etiam quod quis habeat pacem cum inimicis.*
95 *Item si alienans remanserit in possessione rei donatæ.*
96 *Clam quid fieri quando dicatur.*
97 *Et quid si dicatur Notario, vt nihil propalet.*
68 *Fraus præsumitur secuto delicto incontinenti post alienationem.*

99 *Alio*

99 *Alienatio facta post delictum quando valeat, remiss.*
100 *Emptor rei alienatæ in fraudem fisci non recuperat illius pretium.*
101 *Confiscationis ipso iure effectus.*
103 *Et quid si statutum requirat delinquentē condemnari.*
104 *Debitor delinquens an possit dare in solutum bona creditoribus.*
105 *Et quid si sit obligatus cum iuramento.*
106 *Iura conditionalia an transeant in fiscum.*
107 *Et quid de substitutione facta post mortem instituti.*
108 *Fiscus succedens alicui per confessionem, potest exigere dotem filiæ soluto matrimonio vigore stipulationis factæ per patrem.*
*108 *Fisco non debetur legitima filij banniti mortuo patre.*
109 *Alimenta filij banniti non debentur fisco.*
110 *Publicatio bonorum non extenditur ad bona postea acquisita.*
111 *Legitima filij non debetur fisco viuo patre.*
Filius homicida potest exhæredari, n.eod.
112 *Fiscus potest petere supplementum legitimæ.*
113 *Fiscus an succedat condemnato in omnibus iuribus ad extraneos hæredes transeuntibus.*
*113 *Bona hæretici ante sententiam promulgatam occupari nequeunt.*
114 *Bannitus, qui potest impune offendi, potest etiam bonis priuari.*
115 *Bannito excluso à successione, an admittatur fiscus, vel veniens ab intestato.*
116 *Ius adeundi an transeat in fiscum.*
117 *Hæreditas paterna an publicetur, si filius ante mortem patris delinquat, & eo mortuo fiat inquisitio, & condemnatio.*
118 *Fiscus succedit in hæreditate patris in Regno Neap. pro rata, qua filius successisset.*
119 *Pater in Regno prædicto non molestatur pro filiis delinquentibus.*
120 *Confiscatis bonis patris, an aliquid filiis reseruetur.*
Legitima non debetur filiis, quando dimidia tantum bonorum paternorum publicatur.
121 *Et quid de Nepotibus & filiis adoptiuis & legitimatis.*
122 *Filius non potest cogi accipere legitimam in pecunia, nec in re viliori.*
123 *Publicatis bonis filij, an reseruetur aliquid patri.*
124 *Et quid in crimine læsæ Maiestatis.*
125 *Et quid de filiabus.*
126 *Filius exclusus ab hæreditate ob aliquod detrimentum, esse tiam exclusus à legima.*
127 *Filio bannito non debetur legitima.*
128 *Portio reseruata filiis debetur viuente patre.*
Legitima quanta, & quando debeatur, remiss.
129 *Et an filiis natis post bannum.*
130 *Legitima filiæ condemnatæ de crimine læsæ Maiestat. quanta sit.*
131 *Publicatis bonis matris an reseruetur aliquid filiis.*
132 *Bona extra territorium quando confiscantur, Princeps non potest concedere gratiam quo ad bona alterius Principis.*
Et quid in bonis applicatis Baroni, ibid.
133 *Bona citati sub pœna confiscationis, cui applicentur.*
*133 *Fiscus an succedat morienti sine testamento, cuius filius sit bannitus.*
134 *Feudū confiscatū an applicetur Domino, vel Principi.*
135 *Et quid de bonis confiscatis ob crimen hæresis.*
136 *Et quid ob crimen læsæ Maiestatis.*
137 *Bona confiscata applicantur Domino Territorij, licet confiscatio præcesserit concessionem castri.*
138 *Bona Clerici condemnati per Episcopum applicantur Domino temporali.*
139 *Fiscus succedit in nomine debitoris existentis in alieno territorio.*
140 *Annuus redditus an spectet ad Dominum loci, in quo soluitur, vel ad Dominum territorij, in quo est sita res, propter quam soluitur.*
141 *Bona alieni territorij veniunt, quando confiscantur bona vbicumque existentia, licet ibi non essent leges speciales, virtute quarum posset fieri confiscatio.*
142 *Hæreditas ablata alicui vt indigno applicatur fisco testatoris.*
143 *Bona confiscata cui applicentur de consuetudine.*
144 *Confiscatio ad quem pertineat mutato Domino ante sententiam, sed post delictum.*
145 *Bona confiscata si à fisco loci derelinquantur; in quo sita sunt, non applicantur fisco condemnantis.*
146 *Fiscus non habet ius accrescendi, nec est propriè hæres.*
147 *Confiscatio quando ad bona alibi sita extendatur.*
148 *Bona, quæ non veniunt in confiscatione, remanent venientibus ab intestato.*
149 *Bona vxoris condemnatæ, (quod maritum interficere fecit,) sita extra territorium, cui applicentur.*
450 *Bona extra territorium veniunt in confiscatione, quando imponitur per statutum in casu, in quo erat etiam imposita de iure communi.*
151 *Pecunia tradita cābijs cōnumeratur inter Immobilia.*
152 *Item destinata ad emptionem immobilium.*
153 *Æs alienum quomodo diuidatur, quando bona propter confessionem diuiduntur inter plures fiscos.*
*153 *Creditores publicis pœnis præferuntur.*
154 *Fiscus non habetur per omnia loco hæredis.*
155 *Bannitus, cuius bona fiscus ademit, liberatur à creditoribus.*
Fiscus non est necessarius successor. n.eod.
Fisco repudiante, quis succedat, ibid.
Fiscus nō tenetur, si succedit in quota bonorum. ibid.
156 *Fideiussor debitoris, cuius bona fuerunt confiscata, non per hoc erit liberatus.*
157 *Debitor, cuius bona fuerunt publicata, si restituatur ad vitam tantum, an teneatur ad antiqua debita.*
158 *Fiscus non potest dicere creditoribus, vt satisfaciant sibi de aliis non confiscatis.*
159 *Princeps si donauerit bona confiscata, donatarius tenetur creditoribus.*
160 *Creditores damnati cuius bona fuerunt confiscata, si possessioni bonorum inhærentur, debent stare in possessione, donec eis fuerit satisfactum.*
161 *Fiscus non tenetur ad debita contracta post confessionē.*
162 *Creditoribus administrandum ius summariè.*
163 *Fiscus potest cogere notarios ad exhibendum instrumenta condemnati.*
164 *Fiscus non tenetur creditoribus condemnati in certa summa pecuniaria.*
165 *Fiscus possessor bonorum vacantium an teneatur pro obligatione extra territorium.*
166 *Et an ad expensas litis.*
Et an ad alimenta filiæ. ibid.
Et an ad legata, & fideicommissa. ibid.
Cridæ, quæ solent fieri per Sen. Mediolani, quomodo intelligendæ. ibid.
167 *Tortura potest inferri pro inueniendis rebus fisci.*
168 *Fiscus conuenitur à creditoribus vti possessor, & ideo non tenetur vltra vires hæreditatis.*
169 *Fiscus in quæsitis post sententiam omnibus præfertur.*
170 *Et quid in bonis rei pro expensis in eo capiendo.*
171 *Fiscum in dubio condemnandum esse, quomodo sit intelligendum, remissiuè.*
172 *Delinquens, an & quando perdat administrationem bonorum.*
173 *Sententia an, & quando trahat confiscationē bonorū.*

NVnc a de pœnis pecuniariis tractandum est, quarum maxima est b confiscatio, seu publicatio bo- a b
norum

iorum. Debes ante omnia præmittere, quid secundum iura antiqua in multis casibus specialiter erat imposita pœna confiscationis bonorum, prætereaque generaliter in omnibus casibus in quibus imposita erat pœna mortis naturalis, vel deportationis, in illis etiam in consequentiam veniebat pœna confiscationis bonorum. Deinde *c* superuenit auth. *Bona damnatorum, C. de bon.damn.* ex cuius dispositione hodie bona damnatorum non confiscantur, sed deferuntur ad proximiores condemnati intra quartum gradum existentes, &c. Et aduerte, quia licet ipsa auth. loquatur non modo de ascendentibus, sed etiam de ijs, qui ex latere coniuncti sunt, tamen in corpore, vnde sumitur, non adsunt illa verba, ex latere. Ideo forte dici posset, quod Irner. male fecerit ea ponendo. Sed quidquid sit, communis opin. est, quod etiam collaterales admittantur, vt attestatur Aretin. *in l. eius qui, §. si cui, col.3. vers. sed quæritur. ff. de testam.* quem refert Cagnol. *in l. ea sola deportationis, num.7. ff. de regul. iur.* Scias *d* etiam, quod dispositio d. auth. Bona damnatorum, non corrigit indistincte iura antiqua, sed tantummodo in illis casibus, in quibus pœna confiscationis bonorum est imposita in consequentiam alterius pœnæ. Et ideo in illis, in quibus à lege antiqua est expresse imposita pœna confiscationis bonorum, non sunt correcta iura antiqua per dispositionem d. auth. Et ita communiter tenetur, vt dicit Bartol. *in l.1. post num.3. ff. de bon. damn.* quem refert Boer. *dec. 264. post nu 15. & in tract. de seditiosis, in 7. præsupposito,* & Cephal. *consil. 79. num.4. lib.1.* Idem attestatur Bald. *in tit. de pace tenenda, in vsib. feud. nu.11. in fin.* Imola *in d. §. si cui, post nu.8. ver. in gloss. in verbo publicantur,* Aret. *in d. §. si cui, nu.3.* quem refert Boss. *in tit. de bonor. publ. post nu.1. & in tit. banniti quid amittant, post nu. 10.* Pract. Contradi *fol.431. num.10.* Sed *e* certe quidquid sit de iure, communiter totus mundus seruat, quod bona non confiscantur in aliquo casu, excepto crimine hæresis, & læsæ Maiest. *f* nisi ex dispositione statuti, vel consuetudinis aliter caueatur. Et de hac consuetudine, & obseruantia generali attestatur Alber. *in 3. parte statuto. q.18. circa fin.* quem refert Cæpolla *cons. crimin. 17. in 3. dubio, versic. sed vltra dictum,* & Dec. *cons. 442. num.6.* & Boer. *in d. decis. 264 num.15.* & Roland. *consil. 97. num.2. lib.2. & cons. 98. num.5. eod. volum.* & Nouel. *in practic. crim. fol.176. num.6.* Cagnol. *in d. l. ea sola deportationis, num.7.* Dec. *cons. 257. num.6.* quem refert Practic. Contradi *fol. 433. num.12. in fin.* Reperio tamen quod Oldrad. *consil. 17. num.7.* dicit, quod imo secundum consuetudinem bona delinquentium publicantur, & illum refert Boss. *in tit. de bon. pub. num.1.* Sed illud intelligendum est de consuetudine locali, quæ introducta est per statuta ciuitatum, puta in regno Franciæ, de quo loquitur Oldrad. non autem de consuetudine generali, quæ viget in locis, in quibus non adsunt huiusmodi statuta, secundum quam loquuntur Doctores per me supra alleg. Consuetudo autem generalis Franciæ in clericis condemnatis est, vt eorum bona mobilia confiscentur *g* episcopo, immobilia autem principi seculari. Et de hac consuetudine attestatur etiam Boer. super consuet. Bituricens. *fol.20. col.3.* & Papo *lib.24. tit.13. arrest.3.*

2 Sed pone, quod fuerit aliquis condemnatus ad mortem virtute statuti ita disponentis: in casu tamen in quo neque à iure communi, neque ab ipso statuto imponitur publicatio bonorum, prout videmus *i* quotidie fieri in furibus, nunquid lata sententia mortis veniet in consequentiam etiam confiscatio bonorum? Respond. quod non: & est communis opin. vt dicit Boss. *in tit. bannitis quid amittant, num.11.* & ita semper vidi apud nos obseruari. Ceterum in Gallia ex generali consuetudine bona confiscantur in omnibus casibus, in quibus imponitur pœna mortis, vt attestatur Pontan. super *consuet. Blesen. fol.154. col.2. in princ.*

3 Multa *k* autem sunt crimina, in quibus secundum dispositionem iuris communis imponitur pœna confiscationis omnium bonorum, puta, læsæ Maiestatis vt dixi supra statim, & supra *hoc eod. li. §. læsa Maiest. ver. praeterea licet.* Item falsæ monetæ, de quo dixi supra *hoc eod. libro §. Falsum, vers. dixi etiam.* Item *l* homicidij, hæresis, &c. de quibus in suis locis dictum est. Et alios plures casus ponit Chassan. *super consuetud. Burg. fol.89. & seq.* & Calicius *in Magar. fisci fol.33. & multis seq.* ponit 418. casus, in quibus bona fisco applicantur, & Francis. Luca *de priuil. fisci, in 2. par. princ.*

4 Apostata *m* punitur in confiscatione bonorum, vt est text. *in l.1. C. de aposta.* quod intellige vt procedat, si non extent eius filij vel cognati, ad quos deferuntur, *auth. si qua mulier, C. de sacrosanct. eccles.* Sed hic quæro, quis dicatur Apostata, Respon. quod tripliciter quis potest apostatare: à fide, ab obedientia, à religione: & ita tradunt omnes, vt dicit Simancas *de heret. c.7. in prin.* Dicitur autem apostatare à fide, qui à Christiana religione transit ad Iudaismum, vel aliam sectam infidelium: prout in facti contingentia contra quendam consuluit Alc. *consil. 478.* Scias autem, quod quamuis apostata à fide sit peior hæretico, (nam hæreticus in aliquo deuiat à fide, apostata autem ab ea in totum recedit) nihilominus apostata recipitur ad pœnitentiam, prout etiam recipitur hæreticus. Et hanc dicit esse veram & receptam sententiam Simancas *in d. ca.7. num.2.* Apostata autem religionis proprie dicitur ille, qui relinquit habitum religionis, & ad seculum redit. Et ita volunt communiter Doctores, vt dicit Calderinus *cons.1. de apostatis,* vbi consuluit, quod monachus vagabundus, qui tamen non dimisit habitum suæ religionis, non dicitur proprie apostata: clericus autem secularis dimittens habitum, si est beneficiatus, dicitur apostata: si vero non est beneficiatus, non dicitur apostatare, sed relinquere habitum. Et hæc est communis opinio, vt attestatur Anan. *in c. tuæ, n.11. de apost.*

5 Quæro, *n* nunquid quilibet iudex possit imponere pœnam confiscationis bonorum. Respond. Aut pœna confiscationis pro delicto venit imponenda à lege tacite, vel expresse, & tunc quilibet iudex, qui potest super delicto ipso cognoscere, potest etiam illam imponere: Aut venit imponenda à iudice præter legem, & tunc nullus iudex, præter summos magistratus potest eam imponere. Et ita communiter dicitur, vt attestatur Anan. *in c. vergentis, n.21. de heret.*

6 An autem episcopi habeant fiscum, cui possint bona delinquentium applicari, videnda sunt ea, quæ dixi inf. *q.80. vers. In hac autem.*

7 Nunc videamus, *o* quæ veniant in confiscatione bonorum. Et in hoc proposito facias regulam generalem, quod in fiscum transeunt omnia ea, quæ transeunt in extraneos hæredes: & econuerso ea, quæ non transeunt in extraneos *p* hæredes, non transeunt in fiscum. Et ista est communis, & vera conclusio, vt dicit Alciat. *consil. 522. post num.6.* Hinc infertur, quod in confiscatione bonorum non veniunt *q* bona feudalia: illa enim non transeunt ad extraneos hæredes, vt dixi supra *lib. proximo, §. Feudum, quæst.84.* Infertur *r* etiam, quod in confiscatione bonorum non veniunt bona emphyteutica, quæ de sui natura non transeunt ad extraneos hæredes, vt dixi supra *lib. proximo, §. Emphyteusis, qu.29.*

8 Quæro modo, *s* nunquid in confiscatione bonorum veniat ius patronatus. Resp. In hoc articulo fuerũt aliquando opi. inter Doct. Aliqui n. tenuerunt, quod ius

ius patronatus non veniat in generali confiscatione bonorum. Et hanc opin. dicit esse communem Gigas *de crim. læsæ Maiest fol.* 121. *quæst.* 4. *nu.* 3. Et quod ius patronatus ecclesiasticum non transeat in fiscum, qui non sit hæres patroni, dicit esse communem Didac. *lib.* 2. *resol. c.* 18. *num.* 7. Contrariam vero sententiam, quod scilicet ex delicto, ex quo confiscatur vniuersitas bonorum delinquentis, transeat etiam iuspatronatus in fiscum, tenuit gl. *in c. filiis, in gl.* 1. 16. *q.* 7. Et hanc dicit esse communem Citad. *de iure patron. in* 20. *quæst.* 10. *partis principalis, num.* 28. Dec. *in c. quanto, num.* 6. *de iudic.* quem refert Ferre. *consil.* 179. *num.* 1. & 2. Ego vero t dico sic: *t* Aut tale ius patronatus erat transitorium et- u iam *u* ad extraneos hæredes: & tunc placet opin. glos. quod transeat etiam in fiscum: non enim video, cur non debeat in fiscum transire, qui per omnia habetur loco hæredis, vt dixi supra *versic. sed an tenetur.* Aut vero erat transitorium in extraneos hæredes: & eo casu teneo quod neque etiam transeat ad fiscum.

9 Successiue *x* quæro, nunquid in publicatione bono- x rum mobilium, & immobilium, veniant iura, & actio- y nes. Respond. Quod *y* non: & est communis opin. vt attestatur Atius *de bonis maternis, fol.* 20. *nu.* 27. *& sequ.* vbi etiam grauiter reprehendit Chass. *super consuet. Burgun. fol.* 94. *num.* 14. dicentem, quod in confiscatione bonorum mobilium veniunt iura, & actiones, & asserentem, quod ita tradunt Doctores. nam (vt ipse A- z tius ostendit) *z* proculdubio doctores communiter contrarium scripserunt, etiam si generaliter facta esset confiscatio omnium bonorum mobilium, & immobilium. Et ex hoc introducta est practica huius prouinciæ, vt in sententia confiscationis apponantur etiam illa verba, Iurium, & actionum, & nominum debitorum.

10 Item quæro, nunquid in confiscatione veniant bona prohibita alienari. Respond. Aliqui dicunt, quod a sic: & hanc opin. esse communem dicit *a* Alcia. *cons.* 783. b *n.* 1. Contrariam *b* tamen sententiam, quod s. talia bona prohibita alienari non veniant in confiscatione bonorum, neque etiam durante vita eius, qui prohibitus est alienare, tenet Bart. *in l. Imperator. nu.* 1. *ff. de fideicom. liber.* quem sequuntur communiter Doct. vt dicit Soc. Iun. *cons.* 77. *n.* 15. *lib.* 2. Hanc etiam opin. dicit esse communem Rubeus *cons.* 98. *num.* 1. *consil.* 154. *num.* 2. Et dicit Gramm. *decis.* 105. *nu.* 31. quod apud omnes scribentes hæc est vera concl. Et dicit Cotta *in verbo, Testamentum in quo, col.* 2. quod ita dicunt communiter Doctor. Et hæc quidem conclusio locum habet, non modo quando factum est expressum fideicommissum in casum alienationis: tunc enim proculdubio non transeunt in fiscum, sed admittitur sequens in gradu fideicommissi: & hæc est certa, & communis opin. vt dicit Alc. *consil.* 650. *num.* 1. subdens, quod cum exerceret officium aduocationis, illam semper vidit obseruari: & illum refert Rolan. *consil.* 98. *post num.* 11. *lib.* 2. sed idem etiam dicendum est, quando post fideicommissum ap- c posita *c* est clausula, *Quia volo*, quod bona perpetuo conseruentur in agnatione, vel familia, cum enim ex ea clausula inducatur prohibitio alienationis, & fideicommissum simplex, vt dixi supra *lib.* 3. §. *substitutio*, vbi ostendi hanc esse magis communem, & veriorem opinionem, item iudicandum est, ac si expresse factum es- c set fideicommissum in casum alienationis. Si *c* vero fideicommissum, vel substitutio facta esset tantum in casum mortis, tunc fiscus potest apud se retinere bo- d na, *d* durante vita ipsius condemnati, vt est text. *in l. Statim Florus* §. *Cornelio Felici ff. de iure fisci.* Et ita pra- e cticatur, vt dicit Quemada *q. fiscali.* 17. Præterea *e* etiam euenienté casu fideicommissi, potest fiscus detrahere ex persona condemnati Trebellianicam, vbi non sit eius detractio prohibita. Et etiam in omnem casum solet detrahere legitimam, vbi condemnatus esset filius: nam in ea non potest testator fideicommissum, neque aliud grauamen imponere, neque eius alienationem prohibere, iuxta ea, quæ dixi supra *lib.* 3. §. *Legitima:* vno *f* tantum casu excepto, quando s. pater pro- f pter minorem ætatem filiorum eis prohibuisset alienationem omnium bonorum vsque ad certum tempus: talis enim prohibitio non censetur onerosa ipsis filijs, sed potius fauorabilis: & ideo valet, etiam respectu legitimæ. Et hæc est communis opin. vt attestatur Dec. *consil.* 441. *num.* 18. vbi in facti contingentia ita consuluit, & Boss. *in tit. de bon. publ. num.* 41. Et reperio, quod in indiuiduo in eadem causa idem consuluit Ruin. *cons.* 23. *lib.* 5. & Rim. *consil.* 243. Et secundum hanc opin. iudicari solet in nostro magistratu.

Præterea *g* quæro, nunquid in confiscatione bono- 11 rum filijfam. veniant etiam eius bona profectitia. Re- g spond. *h* quod non: & in hoc nemo dubitat, vt dicit h Ruin. *cons.* 21. *num.* 5. *lib.* 5. Hanc etiam dicit esse communem opin. Curt. Sen. *cons.* 59. *num.* 12. Soc. Iun. *in d. consil.* 77. *num.* 6. Simancas *de hæreticis, c.* 9. *num.* 14. Cum enim talia bona sint pleno iure patris, tam quo ad proprietatem, quam quoad vsumfructum, dicuntur respectu filij esse bona aliena. Et ideo in bonorum suorum confiscatione nullo modo comprehendi possunt.

Sed *i* quid in aduentitijs? Resp. quod nec ipsa veni- 12 i unt in confiscatione bonorum, secundum Bart. *in l. si finita,* §. *si de vectigalib. nu.* 12 *ff. de damno infect.* quem sequuntur communiter omnes, vt dicit Paris. *consil.* 157. *nu.* 1. *lib.* 4. quem refert Didac. *lib.* 2. *resolutionum, cap.* 8. *post num.* 7. *vers. ex his patet.* Hanc etiam dicit esse communem opin. Cur. Sen. *in d. consil.* 59. *num.* 12. Ruin. *in d. consil.* 14. *num.* 6. Hoc autem sine difficultate procedit, quando pater in huiusmodi bonis aduentitijs haberet vsumfructum. Et ita hoc casu iudicatum fuit per Capel. Tholos. *decis.* 129 *item fuit quæsitum.* Certum est enim, quod filius de huiusmodi bonis, etiam quoad nudam proprietatem, non potest alienando neque testando disponere; merito neque etiam delinquendo posse debet ea in fiscum transferre. *k* Cæterum in illis k casibus, in quibus pater non habet vsumfructum in peculio aduenticio (secundum aliquos) publicatis bonis filij, etiam illud peculium publicatum censebitur. Et hanc esse communem opin. dicit Ruin. *in d. cons.* 14. *nu.* 6. prout illum refert Gigas *de crimin. læsæ Maiest. fol.* 126. *q.* 11. *in fi.* ex quo enim potest filius de eis libere disponere, potest etiam delinquendo ea fisco applicare, & licet de eis testari non possit vt dixi supra *lib.* 3. §. *Testamentum, q.* 18. *vers. vera igitur:* potest tamen alio modo, quam per testamentum ea pleno iure alienare: & ideo poterunt hoc casu confiscari. Sed certe quidquid dicit Gigas *in loco præallegato,* hæc conclusio maximam habet difficultatem. Si enim non confiscatur peculium Castrense, vt dixi infra statim *vers. quæro etiam,* de quo potest filiusfamil. testari, vt dixi *in alleg. q.* 18. *vers. scias tamen,* & inter viuos pleno iure libere disponere, vt dixi supra *lib.* 2. §. *Filius:* multo magis deberet confiscari huiusmodi peculium aduentitium. Neque Ruin. *in loco per Gigan. allegato* attestatur hanc esse communem opin. nisi vt ego supra retuli. Et ideo, si casus contingeret, forte iudicarem contra fiscum per ea, quæ dixi *in d. versic. quæro etiam.* Vide quæ dixi *l* infra, *q.* 86. *vers.* l *Secundo infertur.*

Quæro *m* etiam, quid in peculio castrensi? Respon. 13 quod neque ipsum venit in confiscatione bonorum, vt m est tex. *in l.* 3. *C. de bon. proscript.* secundum intellectum, qui est magis communis teste Alex. *in l.* 3. §. *si filius, num.* 3. *ff. quod quisq. iuris;* quem refert Decian. *ibi num.* 4. & Simancas *in d. cap.* 9. *num.* 14. Hanc etiam opin. dicit

esse communem Paris. in alleg. consil. 157. num 36. quem refert Didac. in cap. 8. post num. 7. vers. hinc apparet, Boss. in tit. de bono. publ. post nu. 71. Et hinc est casus valde notabilis, in quo licet quis possit contrahendo, & testando libere de bonis suis disponere, non tamen delinquendo ea transfert in fiscum. Ratio autem est, prærogatiua patriæ potestatis, propter quam pater præfertur fisco. Et ideo propter hanc rationem teneo, quod etiam in aduentitiis, de quibus filius libere potest disponere, pater præferatur fisco, vt dixi supra statim, versic. sed quid in aduentitijs.

14 Quæro n nunc, quid econtra, nunquid publicatis bonis patris censeatur publicatum peculium profectitium filij. Respon. quod non, & est communis opin. vt attestatur Sal in l. si quis post vers. si quid etiam, nu. 3. C. de bon. proscr. Quemada quæst. fisc. 19. Quod tamen intellige vt procedat, nisi pater ex ipsa condemnatione amitteret etiam patriam potestatem: nam eo casu huiusmodi peculium transiret in fiscum. Et hæc est communis opin. vt dicit Boss. in tit. de bon. publ. num. 71. in fin. An autem pater bannitus amittat patriam potestatem, dixi supra q. 71 vers. successiue quæro.

15 Quæro, o si bona mulieris publicentur in eius delicto, an etiam confiscetur p eius dos. Resp. quod si delictum commissum fuerit per eam soluto matrimonio, proculdubio confiscatur, & est communis opin. vt attestatur Nellus de bannit. in 1 parte secundi temporis, q. 28. quem refert August. ad Ang. de malef. in verbo. Et eius bona, sub num. 29. Constante q autem matrimonio, bona vxoris non publicantur, nisi in quinque casibus. Et ita tenent communiter Doctor. vt dicit Anton. Gomez super l. 78. Tauri, n. 1. & est text in l quinque legib. ff. de bonis damnat. Et in illis casibus simul cum alijs eius bonis etiam dos ipsa confiscatur. Et ita communiter tenetur, vt dicit Nell. in loco præall. quem refert Boss. in tit. de bon. publ. num. 73. Publicatis r autem bonis mariti, dos ipsa non publicatur: sed statim secuta condemnatione potest vxor illam repetere. Et hoc etiam si ipsa sequeretur virum, qui esset de rebellione condemnatus, prout refert iudicatum fuisse per magistratum Boss. in s loco præalleg. num. 75. in fin. Quod est notandum: quia sententiæ, quæ feruntur per hunc magistratum in causis confiscationum inter fiscum, & priuatos, sunt tantæ auctoritatis, vt ab eis non possit appellari, nec de nullitate dici, nec supplicari, nec in integrum restitutio peti. Et licet à sententijs latis per senatum possit peti reuisio coram eodem senatu, facto deposito centum aureorum: tamen contra sententias huius Magistratus, ex ordinibus huius Ducatus, nullum fuit relictum remedium, nec fisco, nec priuatis. Et scias, quod hoc casu non seruatur filijs legitima, vt dixi infra, versic. videndum est.

16 Solet t etiam sæpe dubitari, nunquid in confiscatione bonorum veniant bona alienata per ipsum delinquentem ante confiscationem. Scias igitur in hoc articulo esse distinguendum: Nam, aut alienatio facta est à delinquente ante crimen commissum: & in hoc casu si nulla subsit suspicio fraudis, talis alienatio valet, & tenet, licet postea delinquat & contra eum sequatur sententia condemnatoria; u si vero appareat fraus vere, & præsumptiue, valet quidem alienatio, sed à fisco postea reuocatur. Et hæc est commun. opin. vt dicit Picus in l. post contractum num. 11. ff. de donat. quem refert Boss. in tit. de bono public. post num. 45. Tenetur x tamen eo casu fiscus emptori pretium restituere. Et hæc est comm. opi. vt dicit Picus in loco præallegato, quem refert Boss. in tit. præall post n. 45.

Fraus autem y hoc casu probatur per coniecturas, & est communis opin. vt dicit Picus in loco præallega. post n. 12. ver. 2. conclusio: puta si talis alienatio fuerit omnium bonorum suorum, & est commun. opin. vt dicit Picus in loco præalleg. post num. 13. vers. 4. conclusio, quem refert Boss. in tit. præalleg. num. 45. Et hoc etiam si delictum ipsum z ex interuallo secutum fuerit, dummodo tempore donationis subesset causa, propter quam delictum postea commissum fuerit a Vel si tempore alienationis habebat inimicitias capitales. Et est communis opin. vt dicit Picus in loco præalleg. nu. 17. Vel b si post alienationem steterit in possessione rei alienatæ, hoc enim faceret præsumi alienationem fuisse simulatam. Et est commun. opin. vt dicit Picus in d. l. post contractum, nu. 13. Quod tamen intellige dummodo tempore alienationis subesset causa, propter quam delictum fuerit commissum: alias secus. Et ita tenetur in practica, vt attestatur Boss. in tit. præall. post num. 49. versic. & intelligitur. Pariter c etiam si alienatio facta fuisset in occulto, ex hoc præsumeretur fraus. Et est communis opin. vt dicit Picus in loco præalleg. post num. 16. Vel si facta fuerit in personam sanguine coniunctam, secundum Bart. in l. post contractum. Ex hæc coniectura tenetur in practica, vt dicit Picus ibi, quem refert Boss. in tit. præalleg. num. 47. Vel d si delictum incontinenti post alienationem secutum fuerit, secundum Bartol. in ea. l. post contractum, quem omnes sequuntur, vt dicit Sigismun. cons. feuda. 11 num. 1 Hanc etiam dicit esse communem Picus in loco præallegato, quem refert Boss. in tit. præalleg. post n. 51. vers. 5. est.

Ceterum e post commissum delictum regulariter valet alienatio ante sententiam facta titulo oneroso, neque reuocantur alienata, nisi appareat contrahentem fuisse participem fraudis. f Et hoc tenetur communiter per omnes, vt dicit Ang. in l. si quis, num. 4. C. de bono. proscri. Sed hoc intellige, vt procedat, vbi delictum sit tale, in quo bona ipso iure non confiscantur, neque interdicta est delinquenti bonorum suorum administratio, & de fraude non appareat, & est communis opin. vt dicit Picus in loco præalleg. num 38. Qui g autem sint casus, in quibus bona ipso iure confiscantur, dixi sup. in princ. q. Interdicitur autem bonorum administratio in crimine hæresis, læsæ Maiest. & Sodomiæ, vt dixi sup. hoc eodem lib. §. Hæresis, vers. Item bona, & §. læsæ Maiest. vers. Præterea licet, & §. Sodomia, vers. Item sodomita. Vbi h vero bona delinquentis ex eo crimine ipso iure, & facto publicantur, tunc alienatio ab eo facta post crimen commissum est ipso iure nulla, neque erit opus aliqua reuocatoria. Et est communis opin. vt dicit Picus in loco præallegato, post num. 37. vers. circa secundum tempus. 18

Et hæc omnia locum habent, non tantum si alienatio fiat post delictum, sed etiam si fiat post accusationem, antequam lis contestetur; quinimo etiamsi fiat post litis contestationem. Et est communis opin. vt dicit Picus in loco præalleg. num. 39. in princip. & vers. circa quartum. Bene verum est, quod omnis alienatio, quæ fit à delinquente post accusationem contra eum institutam, in dubio præsumitur facta metu pœnæ. Et est communis opin. vt dicit Picus in d. l. post contractum, post n. 39. vers. alia differentia. 19

Si vero alienatio fiat à delinquente post sententiam condemnatoriam contra eum latam, tunc si talis sententia fuerit per appellationem suspensa, valet quidem alienatio facta pendente appellatione, sed postea secuta confirmatione sententiæ, officio iudicis reuocatur. Si vero sententia per appellationem suspensa non fuerit, alienatio ipsa nihil valet. Et est communis opin. vt dicit Picus in loco præallega. post num. 29. versic. quintum. Et in hoc proposito scias, quod in illis casibus, in quibus alienatio valet, sed postea potest 20

per

per fiscum reuocari, *i* non potest executor fiscalis amouere possessores à possessione rerum, quas à delinquente acquisiuerunt: sed debet actionem reuocatoriam intentare, ita vt ordinariè de ipsa reuocatione
21 cognoscatur. Et est communis opinio, vt dicit Picus *in i loco praall. nu.* 41.

k Scias etiam, *k* quod debitor delinquens potest quandoque dare de bonis suis in solutum creditoribus. Et est communis opin. vt dicit Picus *in d. l. post*
22 *contractum, num.* 41.

l Contingit *l* aliquando, quod delinquens permutat aliqua bona, aut vendit, & pretium conuertit in emptionem aliorum bonorum; Quæro nunquid illa bona acquisita veniant in confiscatione bonorum, & etiam ea, quæ ante permutationem, sed venditionem erant ipsius delinquentis: Respon. quod si reus post delictum permutat bona, vel vendit, & bona permutata, vel pretium bonorum venditorum, vel alia res æquiualens empta ex pretio, repetitur in bonis confiscatis, non debent molestari possessores priuatorum bonorum, quæ delinquens alienauit. Ita colligi videtur ex tex. in *l. Imperat. § fi. de leg.* 2. & est communis opinio, vt attestatur Quemada *quæst. fiscali* 7. Videtur enim pretium, vel res acquisita subrogari loco rei alienatæ, ita vt non possit fiscus velle idem bis consequi. Et secundum hanc opin. fui aliquando judicatum in hoc magistratu. Quam tamen intellige, vt procedat, nisi fraus interuenerit: nam eo casu posset fiscus, omisso pretio, vel re acquisita, rem alienatam re-
23 cuperare, iuxta ea, quæ superius dicta sunt.

m Item *m* in fiscum transeunt secuta confiscatione o-
n mnes obligationes. *n* Et hæc est communis omnium sententia, vt dicit Calcan. *cons. 66. num. 4. in fi.* Adde, quod transit in fiscum non modo ciuilis obligatio, sed etiam naturalis, & ita communiter tenetur, vt dicit
o Imola *in l. si debitori, in fi. prin. ff. de fideiusso. o* Scias tamē, quod iura conditionalia non transeunt in fiscum: ita dicit gl. *in l. non ad ea, in verbo, Præsens, ff. de cond. & demon.* quam Doctores sequuntur, vt attestatur Quemada *quæst. fiscali* 10. Et quod obligationes conditionales passiuæ non transeunt in fiscum, dicit esse communem opin. Iason. *in l. si quis arbitratu, post nu.* 19 *de verb. oblig.* quem refert Boss. *in tit. de bonorum publica. nu.* 14.
p Et *p* ex hoc infertur, quod si fuerint alicui legata alimenta, & ille fuerit bannitus, & eius bona confiscata, tale legatum non transit in fiscum; neque etiam durante vita ipsius condemnati. Et ita refert iudicatum fuisse Boss. *in d. tit. de bonorum publica. nu.* 22. tale enim legatum dicitur conditionale, vt dixi sup. *lib. 3. §. Legatum:* merito non transit in fiscum.

24 *q* Vlterius *q* quæro, nunquid in confiscatione veniant
r bona futura, *r* id est, acquisita post confiscationem.
s Respon. quod non, sed veniunt tantum ea, *s* quæ de-
t linquens habet tempore publicationis. Et est *t* communis opin. vt dicit Nellus *de bannitis, in 1. parte secundi temporis, numer.* 18. quem refert practica Conradi, *fol.* 430. *num. 4. in fi.* Curtius Sen. *in d. consilio 59. post num.* 13. *vers. consequenter,* Ias. *in l. si stipulatus fuerim, §. cum stipulamur, n. 7. ff. de verb. obl.* Hanc dicit esse communem regulā Boss. *in d. tit. de bono publi. post numerum* 80. In hoc
u *u* Ducatu adest decretum confiscans omnia bona delinquentium ab ipso die commissi delicti: Nihilominus seruatur, quod etiam ea, quæ acquirunt post delictum, vsque ad confiscationis sententiam, quæ à iudice profertur, veniunt etiam ipsa in confiscatione. Et ita absque controuersia seruari attestatur Boss. *in loco*
x *prealleg. num. 80. in fi. x* In bonis autem quæsitis post confiscationem quomodocunque fiscus ea apprehen-
y derit, vel habet penes se, illa retinet *y* tanquam legitimus, & iustus occupator, ex quo sunt bona banniti. Si verò reperiantur penes alium, credo quod fortè non posset fiscus ea petere, sed quod deberent remanere prius occupanti. Et in hanc sententiam visus fuit inclinare magistratus in causa bonorum cuiusdam capitanei Amandi Theutonici, licet aliis ex fundamentis motus fuerit ad judicandum contra fiscum.

Sæpe contingit, quod tempore confiscationis delata est hæreditas delinquenti: nunquid secuta confi- 25
scatione ius adeundi illam hæreditatem transit in fiscum? Respon. In hoc *z* articulo variæ fuerunt scri- *z*
bentium opin. nam aliqui tenuerunt, quod sic, & dicit Rui. *cons. 23. num. 2. lib. 5.* quod videtur esse communis opin. quod deportatus intra annum à die delatæ hæreditatis illam transmittit in fiscum: secus autem si post annum fuisset deportatus. Multi vero tenuerunt contrarium, quod s. illam non transmittat. Et hanc opin. dicit videri magis communem saltem in bannito, qui possit retinere ius adeundi, Rui. *in eo cons. 23. num. 26. a* Tu verò dic, quod aut illud ius adeundi est *a*
tale, quod transit etiam in extraneos hæredes, & transit etiam in fiscum: Aut verò non transit ad extraneos hæredes, & neque etiam transit in fiscum. Et ita tenent communiter Doctores, vt dicit Ias. *in l. si quis mihi bona. §. seruus municipium, circa fin. ff. de acquirend. hæreditate.*

Et an secuta confiscatione *b* reseruetur filiis aliqua portio bonorum. Resp. Secundum iura digestorū reser-
uatur filiis dimidia pars bonorum: & hoc ex gratia, & *b*
clementia principis, vt dicit tex. *in l. 1. in fi. & in l. fi. ff. de* 26
bonis damn. hodie tamen hoc in practica non seruatur, vt dicit Chass. super consue. Burg. *fol. 81. nu.* 16. nam ubi ex aliqua lege, vel statuto bonorum confiscatio imponitur, omnia bona confiscantur nulla portione liberis reseruata. Sed certè apud nos reseruatur *c* filiis legitima, prout etiam esse de iure obseruandum, etiam quod per statutum simpliciter, & absque vlla obserua- *c*
tione imponatur pœna confiscationis bonorum, consuluit, & ostendit esse magis communem opin. Rolan. *cons. 95. maximè post num. 19. lib. 2. d* non tamen reseruatur dimidia, sed illa tantum pars, quæ filiis regulariter debetur in bonis *e* patris. Scias tamen, quod in bonis *d*
matris, quando confiscantur per eius delictum, filij nihil debent, vt est text. *in l. de bonis matris, C. de bo. pro-* *e*
scrip. Et hanc conclusionem indistinctè approbant Doctores, ut dicit Aug. ad Ang. *de malef. in verbo, Et eius bona sub num.* 28. An autem filius exhæredatus, vel ingressus religionem incapacem, vel *f* filia exclusa à statuto, faciant partem in computatione legitimæ, videnda sunt ea, quæ dixi supra *lib. 3. §. Legitima.* *f*

Sed hic quæro, nunquid sententia publicationis bonorum trahitur ad bona sita extra territorium iudicis confiscantis Resp. *g* quod sic: & est communis opin. Legistarum & Cano. ut dicit Rom. *sing.* 272. licet magna; quem refert Ang. ad Ang. *de malef. in verbo, Et eius* 27
bona, nu. 7. in fi. relatus per Practic. Conradi, *fol. 438. col.* 1. Hanc etiam dicit esse communem sententiam Doctor. *g*
Arno. *epi.* 75. meminimus. *h* Bona autem ipsa applicantur domino, in cuius iurisdictione sita sunt: & est communis opin. ut dicit Brun. *cons. 31. feudali, num.* 15. Et dicit Rolan. *consil. 78. num. 14. lib. 2.* quod hæc concl. est magis communiter recepta. *i* Hoc tamen intellige, ut *h*
procedat, dummodo ille dominus habeat etiam ipse ius confiscationis bonorum: alias secus. Et hæc est communis opinio legistarum, ut dicit Roman. *in loco prealleg.* quem refert, & sequitur Afflict. *decis. 281. num.* *i*
16. *k* Item intellige, ut procedat, modo confiscatio fiat secundum dispositionem iuris communis: aliàs enim si fieret ex statuto, vel lege speciali, non extenderetur ad bona sita extra territorium, in quo viget illa lex, vel statutum, etiam quòd esset idem dominus utriusque *k*

territorij, & sic idem fiscus, ita dicit Bartol. *in l. cunctos populos, in fin. C. de summa trinitate*, & est communis opin. vt attestatur Bos. *in tit. de bonorum publicatione, in num.* 62. Illam etiam decis. Bart. dicit esse *m* communiter approbatam Cephal. *consil.* 79. *num.* 13. *lib.* 1. *n* Sed certè quando huiusmodi territoria essent sub eodem præside prouinciæ, indistinctè crederem omnia bona fisco applicari: secus tamen, si essent sub diuersis præsidibus, & ita in hoc Ducatu vidi plerumq; obseruari: *o* intellige etiam, vt procedat in bonis immobilib. *p* sed bona mobilia non circumscribuntur territorio, & ideo applicantur dominio iudicis confiscantis, etiamsi sint extra illius territorium: ita tenuit Bald. *in l. mercatores, num.* 1. *C. de Commer. & mercat.* & licet idem Bal. *in cap.* 1. *in princ. n.* 6. *de pace tenenda*, tenuerit contrarium: tamen opi. Bal. *in d. l. mercatores*, est magis approbata, vt dicit Caraulta *super ritu* 132. *magna curia, nu.* 3. *& seq.* quem tamen ego in practica nunquam vidi obseruari.

28 Sed *q* quæro, an hoc casu creditores vnius territorij, & dominij prorsus separati possint agere contra fiscum alterius territorij, cui bona ipsius delinquentis *r* sunt confiscata? Resp. quod non: & fuit opi. Cyn. quem dicit esse communem Ang. ad Angel. *de malef. in verb. Et eius bona, num.* 9. alias de facili posset fieri fraus fisco, vt omnes creditores condemnati agerent contra bona sita in territorio condemnantis, omissis bonis sitis in alio territorio: quod nullo modo est dicendum. Bene verum est, quod si bona vnius territorij non sufficerent, eo casu, ne creditoribus iura sua perirent, esset eis satisfaciendum ex sitis in alio territorio. Et ita pluries conclusum fuit, & seruatum in hoc magistratu. Et nota in hoc proposito, quod in causis creditorum agentium contra fiscum debet procedi summariè, & sine dilatione, licet (vt dicit Saly. *in leg. si quis post n.* 1. *in fin. C. de bon. proscr.*) iudices moderni studentes magis placere voluntati rapientium quam rationi iuris, & æquitati, seruent contrarium in animarum suarum detrimentum. Quod tamen dici non potest in hoc magistratu, cuius ego sum præses, in quo ex prærogatiua illi data in eius erectione, proceditur sola facti, veritate inspecta: & causæ creditorum fisci expediuntur cum summa æquitatis ratione, & maxima sceleritate.

29 Sed an *t* tenetur fiscus, ad quem perueniunt bona fiscata, satisfacere *u* omnibus creditorib. condemnati? Resp. quod quando fiscus capit bona tanquã confiscata tenetur ad onera legatorum, & fideicommissorum, & *x* creditorib. hæreditariis, quasi hæres, & habetur loco hæredis; *y* secundum gl. *in l. non intelligitur, §. cum ex causa, in verbo, Pertinet, ff. de iure fisci.* Et cõmunis opi. vt dicit Crau. *consil.* 163. *nu.* 7. *z* Et si tenetur persoluere omnia debita condemnati. Et hanc dicit esse communẽ opi. Alb. *in l. actione, §. publica. ff. pro socio.* *a* Sed quãdo capit bona, vt vacantia, eo casu nõ teneretur ad legata, neq; ad fideicommissa. Et ista sententia est communiter recepta, vt attestatur Ripa *in l. ex facto, §. ex facto, post n.* 6. *ff. ad Treb.* Quando autem bona deferunt ad fiscum ex successorio edicto, s. deficientib. aliis successoribus, iuxta ea, quæ dixi sup. *lib.* 3. fuerunt opi. inter doctores, an eo casu teneatur fiscus ad onera legatorum, & fideicommissorum. Nam Bald. *in l. eam quam, nu.* 5. *in fi. C. de fideicom.* tenuit, quod sic; & dicit Saly. *in l. vnica. §. pe. n.* 39. *C. de caduc. tollen.* quod ita communiter tenetur. Cõtrariam autem sententiam, quod s. non teneatur, multi secuti sunt. Et hanc dicit communiter teneri Claud. *in l. recusare, §. si fisco, n.* 3. *ff. ad Trebel.* asserens, quod Salyc. *in loco præallegato* male dixit, & re vera credo hanc opi. esse magis communem, & in practica obseruari; & ideo ab ea non putarem in iudicando esse recedendum.

30 Vnum *b* scias, quod in omnem casum, quando fiscus succedit alicui, siue tanquam in bonis vacantibus, siue ex confiscatione, *c* nunquam tenetur vltra vires hæreditarias, etiamsi non confecerit inuentarium. Et est communis opin. vt dicit Ias. *in l. scimus, in prin. nu.* 1. *C. de iur. delib.* Apostil. ad Abb. *in cap.* 1. *in fin. verbo, Hæreditarias, de solutio.*

31 Vidi *d* quandoque dubitari, an aliquo casu fiscus præferatur creditoribus delinquentis. Veritas est, quod præfertur creditorib. delinquentis ex delicto, etiam in pœnis pecuniariis, non tamen præfertur eius creditoribus ex contractu. Et est communis opi. vt attestatur Dida. *lib.* 1. *resol. c.* 16. *post n.* 8. In Francia tamen seruatur, quod quando ex eodem delicto, & ex eadem sententia pars prætendens interesse, & fiscus pœnam, concurrunt, præfertur pars pro interesse, & emenda damni, vt attestatur Papo. *lib.* 24. *tit.* 16. *arresto* 1. dicens ita fuisse iudicatum in parlamento Parisiensi.

32 Sed hic incidenter quæro, nunquid fiscus habeat bona delinquentis tacitè obligata, vel hypothecata. Resp. Aliqui dicunt simpliciter, quod non. *e* & hanc dicit esse plurimorum sententiam Fulg. *consil.* 173. *n.* 3. Hãc etiam opin. dicit esse communem Saly. *in d. l. si quis post, post n.* 6. *C. de bon. proscrip.* Boss. *in tit. de bonor. publ. n.* 71. Tu verò dic, quod *f* aut loquimur ante delictum commissum, & tunc certum est, quod non habet in eis aliquam hypothecam: Et hæc est communis opin. vt dicit Butr. *consil.* 61. *n.* 3. Picus *in repet. l. post contractum n.* 40. *ff. de donat.* Aut *g* loquimur post delictum commissum, antequam inchoatum sit iudicium criminale: & pariter dicendum est, quod nullam habet hypothecam. Et est communis opi. vt dicit Alex. *in l. rescriptum, in princ. n.* 9. *ff. de pac.* *h* Aut loquimur post sententiam: & dic, quod à die latæ sententiæ habet fiscus bona delinquentis hypothecata. Et est communis opi. vt dicit Aug. ad Angel. *de malef. in verbo, dictum Sempronium sub num.* 11.

ADDITIONES

Ad Quæst. LXXVIII.

NVnc *de pœnis pecuniariis*] Farin. *q.* 25. *volu.* 1. Carpanus *in c. omnium nu.* 75. Ros. *consil.* 98. *nu.* 4. *lib.* 2. Peregr. *de iure fisci lib.* 5. *nu.* 21. Ros. a

Nunc de pœnis pecuniariis] adde, quod in † materia confiscationis bonorum iura sunt diuersa, de iure antiquo digestorum, *C. & auth. quod fuit triplex*, vt latè per Cassan. *in consuet. Burgund. rubr.* 2. *§.* 1. *nu.* 6. *fol.* 346. 1

Item † adde, quod confiscatio bonorum videtur esse introducta pro supportandis expensis, quæ fiunt in processibus delinquentium, secundum Cassan. *in d. rubr.* 2. *§.* 1. *nu.* 32. *fol.* 376. vbi non allegat nisi Oldr. *in consil.* 17. *post n.* 12. vbi contrarium dicit, ex quibus sequitur, quod Cassan. cum non viderat. 2

Item † adde, quod si sunt plures Domini habentes iurisdictionem, & vnus habeat maiorem partem, quod diuisio bonorum confiscatorum fit inter eos pro rata iurisdictionis Bald. *in l. seruum communis ff. de stipul. seru.* & Io. Fab. *in l. communes, C. de commun. seru. manum.* 3

Item † adde multos effectus, quos facit ad vtilitatem fisci confiscatio, quæ fit ipso iure per Iacob. Bellon. *in pract. crimin. sub rubr. de mortu. in carcerib. n.* 3. & Plot. *in consil.* 130. *nu.* 31. *inter cons. crim. diuers. volum.* 1. *magn. impress.* vbi multa tractat in materia confiscationis bonorum; & in quibus † casibus bona ipso iure publicentur, late Peregr. *de iure fisci lib.* 5. *nu.* 167. *ibi deinde supernenit.* 4

Adde † videndum Peregr. *de iure fisci lib.* 5. *num.* 1. *cum multis seq.* vbi latè de ista authen. bona damnatorum, in quibus casibus habeat locum, & in quibus non: & an procedat, quando bona alicui auferuntur in contumaciam, & an quando pars bonorum admittitur, tradit etiam Bertaz. *in cons.* 82. *&* 83. *volum.* 1. Item adde, quod *auth. bona damnatorum*, habet locum, siue crimen sit publicum, siue priuatum. Igne. *in l. fi. §. si sibi manus num.* 108. *ff. de bonis eorum*, quam opinionem dicit communem Emanuel Soarez *in suo Thesauro recept. sent. in verb. bonorum confiscatio n.* 40. & sequitur Bertaz. *consil.* 83. *n.* 60. Bai. 5

b *Cõfiscatio*] ad q̃ bona porrigatur cõfiscatio, vide per Bar. *in l. pup. in* 2. *q. ff. de tutor. & curat. dat. ab his, in l.* 1. *C. de summ. Trin.* Bald. *in §. si iudex, de cleric. violat. par. in feud.* An autem fiat confiscatio

fiscatio ipso iure quoad,domum,vide Bartol.*in l.Imperator, in fin.ff.de iure fisci.* Guior.

c *Superuenit auth. bona damnatorum*]Contrarium dixit infra *hac eadem quæst.versic.Multa autem, & versicul.Caterum ad fin.supra quæst.71.versic.* Dixi etiam, & ibi dixi, *infra q.84.versic. sed pone, in fine;* Sed ego intelligo Clarum aliter loquentem in locis supra allegatis maximè infra *hac eadem quæstione versic. Caterum,* vbi dixit pro homicidio secundum ius commune imponi pœnam confiscationis bonorum, loqui secundum ius commune antiquũ,de quo per text.*in l.prima ff.ad l.Corneliam de sicar.* & dixi supra *in §.Homicidium versicul. sed quare, quæ sit pœna in princ.* aliter enim male diceret,& esset sibi ipsi,& authéticæ bona damnatorum.contrarius,nec aliter saluari posset;& de confiscatione bonorum, attento antiquo iure digestorum loquitur Tex.*in l.bona fides in prin.ff.Depositi,*quem Tex.declarat Menoch.*dict.Tract.de arb.Iud lib.2. Cent.2.cas.182.sub num.* 50.& de tali pœna attento iure communi antiquo, vide Boer.*de consuetud. Bitur. Tit.des coustum.concern.les vices,§.32.fol.*39. Idem Menoch. *d. Tract. lib.2. Cent.3.cas.260.num.7.* Alexand. *Consil.75.sub num.3.ibi cum fisce bona,vol.1.* vide Cic.*in orat.pro Sex.Roscio to.1.*scriptum enim ita dicunt esse,vt eorum bona veneant qui proscripti sunt.*Drog.*

7 d *Scias etiam*]adde † videndum Cephal. *in consil.hic allegato num.22.*& Bert.*in consil.83.num.61.* vbi, quando confiscatio bonorum dicatur venire tacitè in consequentiam, & quando expresse imposita dicatur,*Baiar.*

8 e *Sed certe quidquid sit*] adde,quod † Neapol. ex priuilegio non puniuntur pœna publicationis bonorum,nisi pro crimine hæresis, & læsæ Maiestatis,vt attestatus Afflict.*in const.amatoria pocula post nu.3.li.3.*

9 † & Bonon. de consuedine bona delinquentium non publicantur, licet statutum disponat contrarium,teste Gozad.*in consil.66.nu.4.*quæ consuetudo fuit confirmata *ex Bulla Pij IV.* vt dicit Bertaz. *in consil.447.n.7.*

10 Item † adde,quod vbi bona non publicantur de jure,vel ex statuto, vel de consuetudine,in eis succedunt vocati per auth. bona damnatorum,Bertaz.*in consil.82.n.14.vol.1.*

11 Item † adde,quod si Iudex contra tex.authen.bona damnatorum, confiscaret bona damnati,sententia non valeret,etiam quod non fuisset appellatum.Dec.post Bal.*in consil.252.sub nu.* 5. & Cagno.*in l.ea sola numer.3.ff.de reg.iur.* & Rolan.*in consil.* 98.*num.4. volum.2.* quod tamen procedit, nisi statutum, vel

12 consuetudo permittere confiscationem; & quomodo † interpretandum sit statutum,quo bona delinquentium verè,& fictè vbique sita, vel reperta fisco publicentur, & ipso jure,& facto publicata,incorporata,& confiscata fisco,pariterque apprehensa sint,& esse intelligantur a die commissi criminis,etia n per ignorantiam,vel negligentiam,aut impossibilitatẽ officialium; vel aliter verè,& actu nõ fuerint apprehensa,jure tamen legitimæ ascendentium,& descendentium reseruato,saluo,quod in crimine læsæ maiestatis disponatur de legitima prout jure communi cautum est,nec opponi possit,quod non,an appareat de aliqua apprehensione,nec incorporatione,nec de aliquo processu,& quolibet tempore executio,& apprehensio fieri possint nulla præscriptione admissa,nec obstante,nec possint de huiusmodi bonis applicatis Cameræ fieri contractus,aut aliquod instrumentum, neç aliquid aliud quod proprietatem,vel possessionem respiciat in præiudicium fisci, vt habentis datum a fisco; quod si secus factum fuerit,ipso jure,& facto sit irritum,& inane; vide omnino Plott. *in consilio 130. per totum inter consil. crim.diuers.tomo* 1.vbi latissimè de hoc statuto,siue constitutione Mediolani,& de confiscationibus,& quę bona,& in quibus casibus confiscari possunt, *& in consil.131. num.7.* dicit etiam, quod tale Decretum,licet disponat,vt bona ipso jure censeantur publicata à die commissi criminis etiamsi non appareat de processu, nec de apprehensione bonorum facta nomine fisci, intelligitur tamen de iure, dummodo viuente delinquente sit facta judici declaratio super crimine,& confiscatione. *Baiar.*

f *Nisi ex dispositione statuti*]Contra Clarum hic tenuit Thesaur.*Decisio.198.sub nu.70.versic.ex quibus.* Drog.

g *Episcopo*] Quid si clericus delinquit in vna Diœcesi, & in alia habet beneficium quis iudex procedet: Oldr.*eod.consil.17.* & qui ipsorum exequeretur, vide Bald.*de pace tenen. colum.3.*ad idem per Alexan. *consil.6. nu.2.dub.vol.2. & in consil.* 31. *eod.lib.* Giach.

13 h *Sed pone, quod fuerit aliquis*] adde, † quod bona condemnati ad mortem pro furto ex forma statuti non possint publicari,tenet expresse Cagno. *in l.ea sola sub num.7. de reg. iur.* & Bald.*in tit.de pace constans.in versi.criminalibus,*quia secundum eum *in l.3.post medium C.si pend.appellat. mors interuen.* quando quis condemnatur ex crimine non numerato inter publica crimina,de quibus *in l.1.2.& per tot.ff.de public.iudic.* nunquam venit publicatio bonorum,& quod statuta omnia sunt leges priuatorum iudiciorum: & quod † ideo bona condemnatorum ex forma staturorum non publicantur,nisi nominatim in statuto caueatur: idem tenet Cassan.*in consuet. Burg.in rubr.1. §.5. num.134.cum seq.* & ibi. *num.137.versic. quicquid,* tamen dicit quod in Burgundia confiscantur bona in furto; & quod judices se fundant per consuetudinem illis Prouinciæ, quod vbi confiscatur,corpus confiscantur & bona.& August.*in cons.1.n.* 7.vbi dicit idem esse,quando quis condemnaretur non ad mortem, sed ad mutilationem membri, vel ad aliam pœnam corporalem.

14

Item † adde, quod confiscatio non habet locum in eo, qui capitaliter condemnatus moritur,nisi in crimine læsæ Maiestatis,& hæresis Bart.*in auth. sed nouo iure C.de pœn.iud. qui male iud.* Matt.Lauden.*in tract.de fisc.qu.5.* & Franc.Luc.*eod.tract.in tit.de duplic.bonorum nu.*10.Baiar. 15

i *Quotidie fieri in furibus*] Bonorum ergo confiscatio de consuetudine non seruatur contra fures, adeo quo contra ipsos non seruatur differentia,de qua supra *q.71.versic.dixi:* An autem iuretur in litem contra Antes,Dixi supra *q.2.vers.& hac quidem,*& dixi inf.*ad q.84.versic.sed pone.* Drog.

k *Multa autem*]adde,†quod in delictis,in quibus bona publicantur, requiritur ex generalis consuetudine, quod effectus sit consumatus cum ex proposito delinquendi bona non confiscantur.Bal *in consil.361.vol.1.*Alex.*consil.15.vol.1.* Barbat.*consil.23.vol.1.*qui dicit esse communem, quos refert,& sequitur Rimin.iun. *in consil.50.num.97.vol.1.* 16

Item adde. † quod confiscatio fit ipso jure in 150. casibus, quos nouissimè posuit Lud.Cressoles *in tract. in quibus casibus iure ciuili omnium bonorum, vel partis publicatio sit indicta à fol.3.vsque ad finem,* vbi per 90. paginas ponit supra dictos casus.vt refert Viui. *comm.opin.487. nu.2.*& Petr.a Duca.*reg..50. in fin.* Baiar. 17

l *Item homicidij*]supra hac eadem quæstione, in principio, vbi dixit,facit tamen pro illa opinione:quod simplex homicidium non trahat secum bonorum confiscationem, illud,quod dicitur de clerico, qui committens homicidium non priuatur ipso iure beneficio;sed per sententiam supra *q.73.versic.Pariter etiam ad fin.*Drog.

m *Apostata*] adde, † quid sit Apostasia, & quis propriè, & quis impropriè dicatur Apostata,& de eius pœnis,& quomodo contra Apostatas formatur processus,& sententia,& de excusationibus eorum latè per Decian.*in tractat.crim.tomo 1. lib.5.cap.70.cum seq.*Baiar. 18

n *Quæro nunquid*] Farin. vbi supra *q.25. num.*18.19.20. & 21.Rol..

Quære nunquid] adde, † quod in generali arbitrio concesso judici non venit potestas confiscandi bona.Natt.*consil.594. num.24.volum.3.*& ibi *numero* 18. dicit, † quod si in citatione causæ ciuilis apponitur pœna confiscationis bonorum,non erit valida,etiamsi motu Principis fuerit concessa,vide etiam Meno.*de arbitr.iud.q.93.*Baiar. 19 20

o *Quæ veniant*] Quid de alimentis, an comprehendantur † in bonorum publicatione,donec legatarius viuit,quod non vide per Boss.*tit.de bonorum publ.sub num.72.* vbi subiungit ita fuisse judicatum,at secus de vsufructu, vt ibid.*Giach.*

Nunc videamus] adde, † an officium, siue Caualeriatus veniat in confiscatione bonorum. Bartol.*in l.illud C.de collat.* vbi Ias.*& in l.si damnatione C.eod. & in l.1.§.nec castrensi ff.de collat.bonor. & in l.Imperator ff.de fideic.libert. & l.2.ff.de bon.damnat.* & Ias.*in l.omnino ff.de inoffic.testa.* 21

Item † adde, quod si feudatarius Baronis commisit crimen rebellionis contra Regem, & Baronem fidelem, an feuda,quæ tenentur a Barone,applicentur Baroni fideli,vel Regi. Afflict. *in † decisio.282.in 1.dub.* Et an feuda veniant in confiscatione bonorum, & si extaret statutum, quod de omnibus bonis fieret confiscatio, vide Bertaz. *in consil.281. & ibi addit.368.369.vol.2.* 22 23

Item adde,quod vbi feuda confiscari possint feudatarius non potest priuari possessione feudi à Principe, nisi delicto sit conuictus per sententiam iudicis text. est vbi omnes doctor.*in c.1.§.si vero de milit.vassa.per centum. & in c.1.*vbi Afflict.*in 1 notab.de feud.si cul.non amit. & in decis.67.ad finem & 742 n.35.& 49.& in const.violentias num.53.* Bal *consil.301.num.4. ad finem vol.1.& consil.323.in princ.vol.2.& in c. quæ in eccl.siarum num.41.de const.* vbi distinguit inter feudum deuolutum ob lineam finitam,& deuolutum ob culpam,quæ distinctio passim est approbata Alex.*consil.103.n.23.vol.2.* Boss.*in tit.de Princ.n.301.*& Clar.*in §.feudum q.62.*

Item † adde, quod bona prohibita alienari per viam testamenti, non veniunt in confiscationem, secundum Socin.*in consil.121.colum.4 versic.tertia ratio vol.4.* quem sequitur Socin.iun.*consil.77.nu.12. vol.2.* & idem tenuit Ruin.*in consil.24.num.seq.vol.5.*Bai. 24

p *In extraneos hæredes*] Et quod alienari prohibita, & in extraneos hæredes non transmissibilia, non confiscentur,

habetur plenè, & in terminis per Alexan. *in eius consil.23.per totum volum.1.* & sequitur Dec. *in consil.442. num.27.* & quanquam hoc magis communiter teneatur, redditur tamen dubium ex deductis,& per Boss. allegatis, *eodem tit. post nu.42.* vbi citat Imolam tenentem oppositum. Declara tamen, & dic verum, vt per eundem illic, & *nu.41.* Giach.

Hinc infertur] Farin. vbi supra *nu.61. & aliis seq.* Ros.

q *Bona feudalia*] adde Cur. Iun. *consil.4. vol.1.* Alex. *in l.si finita,§.si de vectigalibus,ff.de dam.infect.* fallit tamen si ex concessione feudum esset transitorium ad extraneos hæredes, secundum Cur. ibid. An autem in confiscatione veniant quæsita, vel delata post sententiam, vel confiscationem, vide per Bar. *in l.si qua ff.de iis qui sunt sui in l.4. C.de iur.fisc. lib.10. in l.1.ff.de bon. damn.* Dec. *consil.235. & consil.438.* Guiot.

r *Infertur etiam quod in confiscatione*] adde vltra tradita per D.Clarum *in d.§.emphyteusis in quæstione 19.* ea quæ posuit Gigas *in tractat. de crimine lesæ maiestatis libro 2. in titulo de pœnis*
25 *comm.crim. lesæ maiestatis, quæst.6.* & quando bona † emphyteutica transeant in fiscum, vide Farinac. *in quæst.25.nu.50.cum seq.* Baiar.

ſ *Quæro modo*] Farin. *d.loco nu.152.& seq.*

26 t *Aut tale ius patronatus*] adde, † quod quando iuspatronatus transit ad fiscum, intelligendum est, vt penes eum remaneat durante vita condemnati, Socin. iun. *in consilio 51.nu.6.volum. 2.* & ibi *numero 4.* dicit, quod in confiscatione bonorum mobilium, & immobilium non comprehenditur iuspatronatus, etiamsi de iure patronatus facta fuisset specialis mentio; quia sententia non valeret, si esset iudicis laici, vt per Deci. *in d.c.quanto num.6.* & quod in confiscatione bonorum mobilium, & immobilium iuspatronatus non comprehendatur, idem tenuit Mant. *in cons.5.* vbi dicit iuspatronatus non publicari per partem alias captam in Excellentissimo consilio decem, quo disponebatur, quod bona mobilia, & immobilia eiusdem Anselmi publicantur ob delictum rebellionis.

27 Item † adde, quod quando confiscatum esset Castrum, seu villa, in qua esset iuspatronatus, tunc cum ipsa vniuersitate Castri, vel villæ in fiscum deuenirent iura patronatus. Gigas, *de crimine læsæ Maiestatis lib.2.tit.de pœn.q.4.num.6.* sed vide Farin. *in q.25.num.153.* vbi tenet contra D.Clarum, quod iuspatronatus nullo modo transeat in fiscum. Bai.

u *Ad extraneos heredes*] Contra hanc distinctionem visus est tenere Crau. *rub.de l.g.t.num.63.* Nam ait, non ita simpliciter hoc intelligendum est, vt iuspatronatus transeat ad extraneos in quocumque casu, sed tunc demum deficientibus hæredibus sanguinis, quia iuspatronatus trāsit ad posteros iure sanguinis, & propterea his existentibus nullo modo potest transire in fiscum, cum nunquam existentibus hæredibus sanguinis possit iuspatronatus in extraneos ex sui natura pertransire; vt ibi allegat *cap. si plures 16. q.7.* & quid in emphyteusi, vtrum transeat in fiscum latè per Surdum *decisio.154.* Drogh.

x *Successiuè quæro*] Farin. vbi supra *nu.159.* Ros.

y *Quod non*] adde, & per Crau. *consil.213.in fine.* Giach.

28 z *Proculdubio Doctores*] adde, quod † si ex forma statuti sunt publicanda bona mobilia, & immobilia delinquentis, non publicantur iura, & actiones, secundum Fulgos. *in l.quam tuberonis,§.in peculio ff.de pecul.* quem refert & sequitur Socin. iun. *consil.51.nu.5.vol.2.* sed publicatis bonis simpliciter, includuntur iura & actiones. Decia. *in consil.441.col.1.*

Item adde, quod si ex statuto omnia bona mobilia, & immobilia homicidæ publicari debeant, non comprehenduntur nomina debitorum; Gand. *in tractat. malef. in tit.vlt.* & Tiraquell. *de vtroque retract.in princ.glos.7.sub n.9.pag.24.* nisi extaret statutum, quod bānitus possit impune offendi, nam tunc etiam comprehenduntur nomina debitorum vbique existentium. Alb. *consil.17.18.& 19.* Baiar.

a *Consil.783.*] *Alias 211.to.3.lib.9.*& Far. *nu.22.* Ros.

29 b *Contrariam tamen sententiam*] adde, † quod licet bona prohibita alienari nō veniant in confiscatione bonorum, etiam eius vita durante, vsusfructus tamē dictorum bonorum publicatur viuente reo vsufructuario, vt per Rubeum Alex. *consil.154.* & Gig. *in tract. de crimine læsæ maiest.lib.2. tit. de pœnis committendis, qu.3.num.3.*
30 *& in hac quæstione*, an † in confiscatione bonorum veniant bona feudalia, vide omnino Peteg. *in tract. de iure fisci lib.5.tit.1.numero 71. & 106. cum multis aliis seq.* & Far. *in quæstio. crimin.25. num. 62. cum seq.* & quando feudum non
31 confiscatur, nec † etiam fructus feudi durante vita naturali vasalli ad fiscum pertinent. Thesaur. *deci.167.nu.2.* Baiar.

c *Apposita est clausula; quia volo, quod bona perpetuo*] adde Franciscum Mazar. *epitom.fideicomm.in verb. Quoniam hac fuit ment,q.27.& q.44.* Aym. Crau. *Tract.de antiq.temp.par.1.versic. ampliatur nunc num.33.* Clar. *in §.Testamentum, quæst.79.versic. Quinta est coniectura*; Hanc tamen materiam fusius quam alibi tractatam videre potes apud Illustrissimum Doctorem, & Dualem Senatorem Petrum Antonium Petram *Tract. de fidei-comm.prob.quæst.5.* maximè in q. per eum præmissa conclusione *sub num.21. & num.66.* item *num.99.* vbi etiam apparet sub fideicommisso hoc modo absolute inducto, fieri extensionem de casu ad casum, & de persona ad personam; Quod quidem vtilissimum est scire, & cognoscere, ita determinarum; Idem Crau. *consil.130.num.10.* & nota perpetuo iu, qui odio habes fiscum, ne in casu delicti instituti, & hæredis tui substituas Ecclesiam, vel locum pium, est enim ecclesia similium relictorū incapax, vt per Felin. *in cap.ecclesia Sanctæ Mariæ coll.mihi 39. extr. de constit.* Argum. *in §.eadem oratione, Instit. quibus mod. Testam. infir.* & sic est, quod damnatur ad mortem nec etiam facere testamentum potest ad pias causas; vt est infra *ad quæst.96.vers.fin in fin.* Hic autem liber dicere, quod talias fideicommissa sunt vtilia, non autem odiosa: Reperta namque sunt fideicommissa, ne destruantur populis Ciuitates, Petra. *Tract.de fideicommiss.prohib.* vbi supra *numero 17.* Vnde Plutarchus *in Agidis vita*; Potentiores, inquit, propinquos è successionibus pellentes, omnes fere ad se facultates coegerunt, vnde Paupertas, &c. Contrarium tamen tenuit Crau. *consil.180.sub nu.18.* quicquid dixerit idem Mazar. *d. Tract. epit. fideicom. par.2. versic.sed pro contraria, per tex.in §.1.ibi Tantum fauor, Instit.de fideicom.* vbi quod imo fideicommissum sit fauorabile. D.

Apposita est clausula] Far. *d.q.21.num.13. & aliis sequentibus.* Ros.

c *Si vero fideicommissum*] adde, quod † si substitutio fuerit 32
facta, si sine filiis decederet, an eo casu fiscus possit illa bona occupare, & vendere, Capyc. *cons.125.* vbi tenet, quod sic & quid
† si fuerint confiscata & alienata per fiscum scientibus, & non 33
contradicentibus fideicommissariis, censeatur extinctum fideicommissum. Alb. *consil.105.n.66.*

Item † adde, quod si bona subiecta fideicommisso facta pu- 34
blicatione venirent ad fiscum, quorum relicta esset vxor vsufructuaria, ac Domina, & Massaria, eo casu verum vsufructus pertineret ad matrem, & non alimenta, cum bona deuenirent in extraneum hæredem, cessat consuetudo interpretatiua, quæ fauore filiorum dat matri solum alimenta, & ideo illi verus vsusfructus dictorum bonorum confiscatorum debetur, & non fisco. Gabriel. *in consil.184.n.4. & 5.vol.1.*

Item † adde, si contingeret viuente reo decedere fideicom- 35
missarium substitutum, bona ipsa iure libero in fiscum cederent. Pereg. *de iure fisci dicto lib.5.tit.1.*

Item adde, quod quando banniti nostri temporis æquiparantur deportatis, prout fit sæpe in statu Mediolani, teste Alciato *in consil.58.numero 9.* & Clar. supra *quæst.71.versic. Dixi autem*
† si quis bannitus fuerit cum publicatione bonorum, qui sit gra- 36
uatus restituere bona, si sine filiis decederet, an, & quando filii ita in conditione positi, facerent deficere conditionem fideicommissi, & an ad suum, vel fisci ad fauorem, de hoc latè habetur per Pergr. *in dicto tract. de iure fisci libro 3.tit.6.* sed omnino vide excellent. D.Ioseph. de Rusticis nobilem Aquilanum mihi vti fratrem honorandum *in tract. suo*, an, & quando liberi *in cond. positi libro 1.cap.2. par.1. num.38. cum sequent.* vbi interpretando multum egregiè, & notab. *text.in l.ex facto,§.ex facto ad Trebell.* hanc quæstionem optimè explanauit, ad quem me remitto.

Item adde, † quod in fructibus bonorum confiscatorum re- 37
stitutioni subiectorum meliora, & potiora iura quam fiscus, habent fideiussores dicti delinquentis, qui pro pace seruanda fideiusserant, Bertaz. *in cons.139.vol.1.& ibi addent.* & similiter fideiussores, qui fideiusserant de repræsentando pro delinquente iam carcerato. Becc. *in consil.75.*

Item † adde, quod, si testator instituit Titium, & si contingat 38
eum committere delictum, propter quod bona publicentur, illum priuat eius hæreditate, quam eo casu vult peruenire ad filium Sempronij, an eo casu d.fideicommiss. censeatur factum in fraudem fisci, vide August. *consil.31.libro 6.* Ruin. *consilio 129.numero 4.volum.2.& consil.25.col.pen.* Roland. *in consil.59.numer. 12.volum.1.* Menoch. *in consil.91.num.6.& consil.77.num.9.* Gabriel. *consil.123.num.12.& consil.140.num.39.* Panzirol. *consil.181. volum.1.* & Rimin. Iun. *in consil.131.numer.63. & consil.193.* vbi tenet talem prohibitionem esse validam, & Rimin. *in d.consil. 193. numero 12.* voluit etiam, quod in d.prohibitione comprehendantur legitima, vt non possit confiscari filio in minori ætate delinquente, & ibi *num.6.* dicit prædicta procedere etiam, si extaret statutum, quod bona homicidæ debeant publicari in totum, vel in partem; & quod bona prohibita alienari non veniant in fiscum, etiam quod dictum fuerit, vt veniant in fiscum, egregiè tenuit Excellens D.Petra *in suo tract.de fideicomm. quæst. 8.nu.110.cum sequent.* vbi latissimè hanc quæstionem examinauit: nec † etiam in crimine læsæ maiestatis publicantur bona 39
prohibita alienari; Grammat. *decisio.105.numero 31.*& Dec. *consil.442.*

Item † adde, quod legitima debetur fisco, non obstante fidei- 40
commisso cum prohibitione de non alienādo, etiam quod legitima

gitima detrahi per testatorem prohibita fuisset, nisi prohibitio de non alienando minori facta fuisset, & quod in ea ætate deliquisset, vt latè per Rimin.iun. *in consil.60.num.7.cum seq. vol.1.* vbi impugnat Beto.*in q.87.* & in hac materia an bona prohibita alienari, & subiecta fideicommisso transeant in fiscum, vide Marzar.*in Epit.de fideic.q.47.* vbi multa accumulauit: vide etiam Gabriel.*lib.7.concl.24.* vbi ponit multas ampliationes, & lim.& Micha.Cras.*in tract.de successi.§.1.num.10.* vbi dicit, quod non transeunt in fiscum, nec in crim.læsæ maiestatis.

41 Item † adde, quod bona subiecta fideicommisso, licet expressè non sint prohibita alienari, tamen in testamento huiusmodi verba, quod mens, & intentio testatoris est, quod eius bona conseruentur in linea masculina vocatorum, non transeunt in fiscum, nec vita durante delinquentis. Botta *in consil.39. per totum.*

42 Item † adde, quod prohibitio de non alienando ob sui fauorem, delinquendo, habet fiscum successorem. Gram.*decisio.105. nu.39.* & Boss.multum latè in hoc allegato, & Gigas *in tract.de crimin.læsæ maiest. lib.2.tit.de pœn.q.3.nu.3.* & latissimè Gabriel. *com.concl.lib.7.conclus.24.* vbi ponit multas ampliationes, & limitationes.

43 Item † adde, quod quando non est prohibita alienatio simpliciter sed per contractum dumtaxat inter viuos, tunc delinquendo transeunt in fiscum. Gram. *d.decisio.105.num.40.& seq.* & Gabriel.*consil.140.nu.32.vol.1.*

44 Item † adde, quod stante fideicommisso cum prohibitione alienationis ad fauorem alterius, fiscus non detrahit Trebellianicam. Gabr.*in consil.184.n.7.* & Rim.iun.*in consil.131.n.51.*

45 Item † adde, quod quando quis est prohibitus alienare cum causa, quia vult bona in familia remanere; si bona prohibiti fuerint confiscata, remanent penes illos de familia, sed reuocabiliter: quoniam secuta restitutione ex Principis indulgentia, eidem sunt restituenda, etiamsi in gratia expresse fuerit dictum, ad bona sine alterius præiudicio, ita multum egregie tradit Illustriss. & Reuerendiss. Card.Alban.compater meus *in consil.1. n.18.& 20.Baiar.*

d *Durante vita ipsius condemnati;*] adde alium casum, in quo durante vita tantum delinquentis amittuntur fructus, Cra.*consil.128.sub nu.7.* Petra.*de fid.probib. Quæst.10.n.565.* Pract.Pap. *in forma libelli, quo agit. ad reuocat. Feudi in gl. nec superstitibus sub num.27.infra hac eadem quæstione versic.si vero alienatio, post med.& versi..Item in fiscum;* Vide Curt.iun.*consil.120.n.10.cum seq.* Alex.*consil.13.lib.1.per totum.*Drog.

e *Præterea etiam*] Vulp.*resp.*item Far.*num.31.*Ros.

46 f *Vno tantum casu excepto*] adde, † quod non requiritur, vt constet de imbecillitate minorum, ad hoc, vt valeat d.prohibitio, vt voluit Alc.*in l.cum proponas, C.de pactis, & in cons.635.*quia Alcia.reprobatur, vt per Rolan. *in cons.98.nu.28.& 29.vol.2.* & idem Alciat.fuit sibi contrarius *in consil.622.*

47 Item † adde, quod nedum non potest detrahi legitima per fiscum, quando pater propter minorem ætatem filiorum eis prohibuisset alienationem omnium bonorum vsq; ad certum tempus, sed nec etiam, si prohibitio esset simplex, & perpetua, dummodo delictum in minoritate contigerit, nam durante minoritate talis prohibitio valet & tenet, ita tradit Rimin.iun.*in consi.131.num.57.cum seq.* vbi concludit, quod stante fideicommisso cum prohibitione detractionis Trebellianicæ, & de non alienando ad alterius fauorem, per fiscum Trebellianica, nec legitima detrahi non potest, si delictum in minori ætate factum fuerit, maximè concurrente approbatione testamenti paterni, facta per filium adeundo hæreditatem paternam: sed Gabriel.*in consilio 184.numero 20.*dubitat de opin.Dec.*in cons.442.* hic per auctorem firmata, quod prohibitio de non alienando vsque ad certum tempus contineat etiam & legitimam, tamen nihil firmat.*Baiard.*

48 g *Præterea quæro*] adde, † an publicatis bonis filiifam.comprehendatur legitima viuo patre, *& per l.si qua pœna ff.de his qui sunt sui vel alien. iuris,* & Bald. *in l.prima C.de bon.lib.* videtur, quod non, tamen Card. *in clem.2. quæstione 7.de re iudic.* vbi mouetur hinc inde per plura, Franc.de Curt.*antiquior in consil.59.10.& 11.col.* & Alexand. *in consilio 37. volum.2.* & Socin. iun. *in consilio 41. volum.1.* tenent, quod non publicatur legitima nec post obitum patris, etiam quod pater viuens legitimam filio assignasset, & tradidisset. Ruin.*consil.149.numer.13. vol.3.*vide etiam Bologn.*consil.35.in fin.* & Decian.*in cons.64.n.46.vol.3.*

49 Item † adde, quod dicta bona profectitia non veniunt in confiscationem, etiam quod filius haberet peculium profectitium cum expressa potestate donandi, & dispensandi tale peculium: Ang.& Imol.*in l.si filius ff.de damn.infect.*Aufr.*in addit.ad decisi.Thol.120.*& Boss.*in tit.de publ.bonor.num.71.*

50 Item † adde, quod in statu ecclesiastico publicatis bonis filiifam. publicatur peculium, & de eo soluitur pœna, vt per Constit.Marchiæ *lib.4.c.18.*Baiar.

i *Sed quid in aduentitiis*] vide Crau.hoc item tenentem.*cons 39.nu.12.*allegat Abb.*consil.66.vol.2.*Drog.

Sed quid in aduentitiis] Far.vbi supra *nu.5.*Ros.

Sed quid in aduentitiis] adde, † quod in confiscatione bono- 51
rum filiifam. ob crimen læsæ Maiestatis Diuinæ, & humanæ commissum, venit etiam proprietas peculij aduentitij, saluo vsufructu patri, vt per *decis.Pedem.94.per totam.*

Item † adde, si pater filio administrationem bonorum aduen- 52
titiorum concesserit, an publicatis bonis filij publicentur etiam peculium aduentitium in præiudicium patris; & quid è conuerso, publicatis bonis patris dicatur publicatus vsusfructus sine præiudicio filij, vide Abb.*in consil.66.volum.2.*Duen.*reg.175.* 53
limit.7. Roder.*l.post rem iudicatam num.1.ff.de re iudic.* & Boer. *decisio.7.* vbi plenè *n.15.& 16.* & ibi *n.13.*quando filius fuit à patria potestate liberatus.

Item † adde, si filius negotiatus fuerit nomine patris, totum 54
lucrum est patris. Rom *in consil.569.* Crau. *consil.163.numer.4.* Ripa *in l in quartam, num.157.cum pluribus seq. ff.ad l.falcid.* & ideo publicatis bonis patris, publicantur etiam dictum lucrum, non solum quò ad fructus, sed etiam quo ad proprietatem, cum fuerit acquisitum patri, quando eius nomine filius negotiatus fuerit, vt ibi per eum.

Item † adde, quod bona aduentitia non publicantur, etiamsi 55
inter patrem, & filium fuisset factum compromissum, & laudatum, quod de bonis in quibus pater habet vsumfructum, filius possit liberè disponere. Abb.*in consil.66.vol.1.*Baiar.

k *Cæterum in illis casibus*] adde, quod † D.Clarus, & Gigas 56
non videtur Ruin. *in consil.hic allegato*, in quo tantum venit contrarium, videlicet, quod peculium aduentitium bonis filij non venit in confiscatione bonorum, nec in illis casibus, in quibus pater non habet vsumfructum, & in illo casu Ruin.consuluit etiam Socin.iun.*in consil.77.per totum volum.2.* sed Menoc. *de recuper.possess. in 9.remedio numer.81. cum seq.* videtur tenere contrarium, tamen in fine dicit cogitandum esse, quia magna est Ruini auctoritas.*Baiar.*

l *Vers.secundo infertur*] Vulpell.*resp.124.nu.1.*Ros.

m *Quæro etiam*] Farin.*d.q.24.nu.11.& aliis sequent.* Vulpell. *d.resp.124.nu.2.*Ros.

Quæro etiam quid in peculio Castrensi] adde quod † Crotus *in* 57
*rep.l.frater à fratre col.7.& col.21.verb.tertia conclusio.C.de cond.indeb.*tenet contrarium, respondendo ad text.*in d.l.tertia, C.de bon.proscrip.*super quo fundatur opinio tenentium contrarium, procedere secundum iura antiqua, secundum quæ pater occupabat bona filij iure peculij, sed hodie filiusfamilias in peculio Castrensi hæredem habet ab intestato *§.in authen.de hæred.quæ ab intest.defer.*& per scribentes *in l.infanti, C.de iur.delib.* & istam opinionem de iure esse veriorem, & præsertim in crimine læsæ Maiestatis arbitratus est Gigas *in tractatu crim. læsæ Maiestatis lib.2.tit.de pœnis q.12.* hanc opinionem etiam tenuit Gomes.*variar.resol.to.2.de contract.nu.15.to.15.*sed Couar.*in c.8.*hic allegato ad *d.auth.*respon.*Baiar.*

n *Quæro nunc*] Far.vbi supra *nu.26.& 27.*Ros.

Quæro nunc] adde alias duas limitationes, vt per Roder. Soarez.*in l post rem iudicatam notab.13.n.6.ff.de re ind.fol.529.*

Item adde, † an vsusfructus peculij profectitij, vel aduenti- 58
tij confiscatis bonis patris spectet fisco, patri vel filio, per Borgnin.Caualca. *in tract.de vsufructu relicto mulieri numer.112.cum sequen.*& ibi quid de vsufructu iuris; & an patria potestas † per 59
mediam capitis diminutionem perdatur, ad prædicta vide etiam Nell.*in tract.de bann.in 1.par.2.temp.quæst.27.*

Item † adde, quod vbi bona publicentur propter delictum 60
patris, si ex forma statuti reseruatur dimidia filius, pater in illa parte non habebit vsumfructum, secundum Ang.*in auth.idem est.C.de bonis quæ lib.*Baiar.

o *Quæro si bona*] Plotr.*q.30 nu.51.& seq.*Osasc.*decisio.80.nu.17.*Carp.*in c.omnium n.303.& seq.* Menoc.*de recup.possess remed.9.n.67.& 80.*Plaza *in epitome c.23.sub nu.11.*Ros.

p *Eius dos*] Quid si bona mariti publicentur † ex eius deli-
cto, & vxor habeat bona mariti hypothecata pro dote cum 61
translatione dominij, & possessionis, an poterit illi insistere, & impedire publicationem bonorum mariti donec ei fuerit satisfactum? Respond.quod sic, per Rol.*eius consil.31.nu.39. lib.1.* Giach.

q *Constante autem matrimonio*] adde, quod † bonis vxoris 61
publicatis, vestes festiuæ, & pretiosæ non videntur publicatæ, quia spectant ad maritum, Bart.*in l.1.§.ne castrense, ff.de collat.bono.*& Capt *in cons.75.*vbi attestatur de communi: & quod viles dicuntur esse vxoris, & quæ sint magni, vel parui valoris, relinquitur arbitrio Iudicis idem Capt.*consil.135.n.15.*

Item adde, † quod contra vxorem damnatam fit executio in 62
dote, videlicet in proprietate, salus tamen fructibus rerum dotalium, saluis alimentis vxoris, & suorum liberorũ, pro quibus omnib.fit dotis constitutio, ita not.dixit Henr.de Bouer.*in suis sing in verb.executio in 15.notab.incip.contra vxorem,* vbi allegat

iura, & præsertim text. *in l.si postulauerit §.iubet lex, ff.de adult.*
quem refert, & sequitur Bart. de Cap. *super c.regni in c.Item sta-*
63 *tuimus, quod si fure, n.4.fol.*249. Sed † stante statuto, vel pacto,
quod maritus lucretur dotem, tunc dos non publicatur, vt per
Rolan.*de lucr.dot.q.*59. sed spectat marito, quod procedit etiam
in illis quinq; casibus, quibus publicatur dos, vt per Plot.*in con-*
*sil.*130.*nu.*54.*inter consil.crim.diuers.to.*1.*magna impress.* nisi con-
demnaretur de hæresi, & esset hæretica ante pactum de dote lu-
64 cranda, quia pactum non valet, vt per Rol.*d.quæst nu.*5. Et † si
bona fuissent publicata, & postea mulier fuisset restituta à Prin-
cipe, tunc non solum recuperat bona sua à fisco, sed etiam forte
acquisitum viro propter condemnationem, secundum Bal. No-
uell. *in tract.de dot.*7.*par.*11.*spec. vers.insuper aduerte*, & si mari-
65 tus † condemnatus post condemnationem vult restituere vxori
dotem, vel dare in solutum certa prædia pro eius dote, potest,
vt per Bal.*consil.*49.*incip.maritus vol.*1.
66 Item adde, † quod similiter potest repetere donationem an-
te rearum à viro sibi factam, & si esset nulla, eo mortuo confir-
matur, & vxori, & non fisco pertinet, maxime donatio, quæ fit
propter nuptias, vt habetur *in l.res vxoris C.de don. inter vir. &*
vxor. & ibi per Doctores. Et an fiscus possit opponere vxori ex-
ceptionem dotis non numeratæ, & in quibus casib. vide Afflict.
in constit.Regni incip.causas per in 5.*notab.* Plott. *in d.cons.*130.*nu.*
51.*inter cons.crim.diuers.magna impress.vol.*1. Cald. Alban. *in cons.*
8. & Rol. *in consil.*20.*nu.*16. *& consil.*74 *nu.*10.*vol.*4.
68 Item † adde, quod si mulier amittit dotem propter mortem
mariti, applicatur hæredibus viri. Alex. de Nouo. *consil.nu.*5. &
Beriaz. *consil.*83.*nu.*27.
69 Item † adde, quod lata sententia contra vxorem, statim au-
fertur dos marito, quamuis detur pro alimentanda vxore, Ioa.
70 Lopez *in l.*78.*nu.*2. & ibi *nu.*3. dicit etiam, † quod dos filiæ in
præiudicium patris publicari potest.
71 Item † adde, facta publicatione bonorum vxoris, ex eo, quod
mandauerit interfici maritum suum, an comprehendatur eius
72 dos. Cephal. *in cons.*204. Et † in hac materia, quando publica-
tur dos vxoris, an maritus possit agere, quod non sit publicanda
in eius præiudicium quo ad vsumfructum dotis; & an possit de-
73 ducere lucrum statuti, vel pacti; & nunquid possit † excipere,
vt non teneatur nisi in quantum facere potest, vide Bonacoss.
*in extrauag.ad comm.opi.nu.*61.
74 Item † adde, quod confiscatis bonis mulieris, non compre-
henditur vsusfructus in publicatione, Bald. & Salic. *in l.*1.*C.de*
bon.liber. Alex. *in consi.*13.*visa prima consideratione col.*4.*versi.vi-*
detur pro hoc vol.nupt.mulier. Paulus *de monte pico in repet.§.Ti-*
*tiam num.*168.*de leg.*2. Bart.
75 1 *Publicatis autem bonis mariti*] adde, quod † bona mariti
fuissent publicata propter hæresim, si vxor sciuisset illum fuisse
hæreticum, eo casu dos etiam esset confiscata, & eam vxor pe-
tere non posset, *c.decreuit de hæret.in* 6. & Cassan. *in consuet. Burg.*
*rubr.*1.*§.*5.*numero* 35.*fol.*357. quod tamen intellige, quando ma-
trimonium, sciens eum esse hæreticum, contraxit, secus si ne-
sciens: quia tunc dotem non perdit: si vero ipsa esset hæretica,
illam amitteret, ita tradit Dec. *in tract.crim.to.*1.*lib.*5.*c.*45.*n.*10.
76 Item † adde, quod publicatis bonis mariti, non solum dos re-
gulariter non publicatur, nec etiam donatio causa mortis facta
vxori, licet per bannum non adimatur licentia marito eam re-
uocandi. Plot. *in d.consil.*130.*nu.*25.*inter consil.crim.diuers.* & ibi
77 *num.*48. habetur etiam, quod datum † vxori constante ma-
trimonio de donatione propter nuptias, vel etiam donatione
inter viuos, vel causa mortis, non publicatur, etiam quod statu-
tum annullaret omnes donationes per maritos vxoribus factas,
vide etiam Marsil. *sing.*316. Et de prædictis vide etiam Ioan. Lup.
in repet.rubr.de donat. §.76.*numero* 24. Cassan. *in consuet. Burg.*
*rubr.*2.*§.*2.*ad fin.* & Couar. *var.resolut.lib.*2.*c.*8.*num.*7.*versic.* sic
delinquente filio, vbi dicit, quod propter crimen mariti non pu-
blicantur, quæ ex acquisitis matrimonio constante ad vxorem
pertinent.
78 Item † adde, quod vxori repetendi dotem bonis mariti confi-
scatis, dos debet solui per officiales fisci summariè, sine libello,
& sine iudicio, & sententia diffinitiua: ita Bartol. communiter
155 z *Et sic tenetur persoluere*] adde, † quod bannitus est liberatus à creditoribus, quando eius bona sunt adempta à fisco, Bal. *in l.*2.*C. ad l. Iul. de vi publ.* & Gram. *deci.*85.*in fin.* & Nouel. *in tract. de dot. in* 7.*par. priuileg.*6. *colum.*11. *ver. & ex prædictis,* & Rim. sen. *consil.*180.*in princ. vol.*1. publicatis etiam bonis condemnati totali obligatione, & liberatione in fiscum omnis obligatio transfunditur, vt est communis opin. Calcan. *consil.*68. *num.*4. nisi fiscus publicationem facta recusaret, nam condemnatus bona retineret, & ideo bannitus agere, & conueniri posset, Bald. *in l. si vero col.*2.*ff. qui satisd. cogan.* Matt. Laudens. *in tract. de iure fisci q.*97. Nam inuito fisco bona non incorporantur, sed oportet, vt illa agnoscat, Bald. *in l. non solum, ff. de in integ. rest. & in l. eius, §. si cui, ff. de testam.* vbi inquit, quod fiscus non est necessarius successor, sed Paul. de Castr. *in d. §. si cui,* tenet, quod fisco repudiante habent venientes ab intestato. sed prima opinio est verior secundum Peregr. *in tractat. de iure fisci lib.*5.*tit.*1.*nu.*58.*per tex. in l. si seruus plurium, §. si quis ante, ff. de leg.*1.

156 Item † adde, quod si liberatur condemnatus publicatis bonis, non liberantur eius fideiussores, *l. si. C. de duobus reis,* & Bald. *in l. tam mandatori, C. de non num. pec. quinimo,* Corn. *in consil.* 160. *col. fin. vol.*1. tenet, quod omnino condemnatus non liberatur, sed tantum pro valore bonorum in fiscum delatorum.

157 Item † adde, quod si bannitus, cui bona fuerunt confiscata, habuerit gratiam à Principe de vita, & non recuperauerit bona, non tenetur ad antiqua debita, Cassan. *in consuet. Burgun. rub.* 11.*§.*11.*n.*34.*fol.*377. & si bona confiscata sibi fuerunt restituta, tunc teneretur, vt volunt Bal. Ang. Alex. & alij *in l. si marito in princ. ff. solut. matr.* & Gigas *in tract. de crim. læsæ Maiest. lib.*2.*tit. de pœnis q.*24.*nu.*7. etiam quod creditores non contradixerint cridis, quæ fiunt publicatis bonis, quod non comparens infra certum tempus à iure suo cadat, ad plenè tradita per Boss. *in tit. de proclam quod fit bon. publ. num.*15. *&* 16.

158 Item † adde, quod fiscus non potest dicere creditoribus vt satisfaciant sibi de aliis bonis non confiscatis, secundum Paul. de Cast. *in allegationib. suis post consil* 9.*vol.*1.

159 Item † adde, si Princeps donaret bona confiscata, quod donatarius teneretur satisfacere omnibus creditoribus, Boss. *in tit. de bon. publ. nu.*12.

160 Item † adde, quod creditores damnati, cuius bona confiscata fuerint, si sunt in possessione bonorum, debent stare in possessione, donec ei satisfactum sit de suis creditis; Bal. *consil.*171. *vol.*1. Boer. *deci.*227. *ante finem.* Bertaz. *consil.*189.*n.*4. *&* 5.

161 Item † adde, quod fiscus tenetur soluere etiam debita, quæ tempore criminis perpetrati ipse delinquens contraxerat, latè Guil. Bened. *in c. Rayn. de testam. in versic. & vxorem, nu.*850. non autem ea, quæ post commissum delictum contraxisset. Couar. *in* 4. *decret. in* 2.*p.c.*6 *num.*9.

Item † adde, quod quando fiscus tenetur soluere debita delinquentis, & recuperare bona contra eum, ius summariè fieri debet non oblato libello. Bald. *in c. quoniam contra, de probat. num.*27. & sine sententia diffinitiua, & alio ordine iudiciario, sed solum recognitis, & visis iuribus creditorum. Io. de Amicis *consil.*68.*nu.*8. 162

Item † adde, quod quando bona alicuius publicantur, fiscus pro inueniēdis bonis condemnati potest mittere ad omnes notarios, qui habent instrumenta ad illum pertinentia, & eos cogere, vt sibi instrumenta exhibeant, tex. & glos. *in l. facultas alias incip. defensionis,* ibi Bart. *C. de iure fisci lib.*10. & Franc. Lucan. *in tract. de iure fisci, num.*44. 163

Item † adde, quod si reus fuisset condemnatus in certa pecuniaria summa, fiscus non tenetur illius creditoribus, sed debitor, in subsidium autem fiscus posset conueniri pro quanto in eum peruenisset à creditoribus anterioribus, si debitor non esset soluendo, Socin. iun. *consil.*74.*vol.*3. Baiard. 164

a *Sed quando capit bona*] adde, † an, & quando fiscus possessor bonorum vacantium teneatur erga creditores, quorum actio oritur ex obligatione extra territorium facta; & ad quæ legata, & de eorū hypotheca; & an † ad litis expensas, & ad alimenta filiæ minoris, & quomodo sint intelligendæ cridæ, quæ solent fieri per Senatum Mediolani, vt per Alex. Raud. *in tract. de analogu li.*1.*c.*33. vbi latissimè, & opinionem Domini Clari, quod fiscus teneatur, approbat Peregr. *de iure fisci lib.*4.*tit.*3.*n.*26. *& in dicto tit.* plenè habetur, quando fisco bona vacantia ferantur, & pro inueniendis † rebus fisci fit indagatio etiam per tormenta *l.*1.*in fi. C. de natural. lib.* Baiar. 165 166 167

b *Vnum scias*] adde, quod ratio est, quia fiscus conuenitur à creditoribus vti possessor, ideoq; pro mensura bonorum tenet Anchar. *consil.*294.317. *&* 322. & sequitur Ripa *in l. ex facto, ff. ad Trebell.* Baiard.

c *Nunquam tenetur*] Far. *d.q.*25.*nu.*181. *& seq.* Ros.

d *Vidi quandoque dubitare*] adde, † quod fiscus in bonis post sententiam quæsitis, priuato etiam anteriori præfertur, Vulpell. *in consil.*110. 168

Item † adde, quod fiscus est præferendus creditoribus delinquentis, & ante omnia satis fieri debet de omnibus expensis vtilibus, & † necessariis per eum factis pro capiendo delicto delinquente, & pro sibi incorporandi eius bonis, etiam in præiudicium anteriorum creditorum, ita tradit Affl. *in c.*1.*§ & bona committentium numer.*119. *in tit. quæ sint regalia in vsibus feud.* sed Gigas *in tract. de crim. læsæ Maiest. tit. de plur. & variis q.*12. contrarium tenuit impugnando Afflictum, & nouissimè per Pereg. *de iure fisci lib.*7.*tit.*1.*n.*93. impugnatur Gigas, & opinio Afflicti approbatur, quam ego arbitror veram non esse, quia Princeps ad persecutionem delinquentium suis expensis tenentur, secundum Luc. de Penna *in l.*1.*col.*7.*C. de rustica. lib.*11. Et vide Did. Coua. *in l.*16. allegato, vbi latè declarat Regulam *l. non puto ff. de iure fisci,* quod in dubio sit iudicandum contra fiscum, Alex. & alij *in l.*1.*§. solut. matr.* Calepha. *in consi.*87. *inter consi. cri. diuers. vol.*2. Neuiz. *in sylua nupt. in versi.* quomodo iudicandum pro communi *sub nu.*47. *ver. item in dubio fiscum,* & Peregr. *in tract. de iure fisci lib.*6.*tit.*6.*n.*23.*cum seq.* Bat. 169 170

e *Et hanc dicit*] Farin. *d q.*25.*nu.*190. *& seq.* Ros.

f *Aut loquimur ante delictum commissum*] adde, quod tamen hoc fallit stante decreto confiscante omnia bona à die commissi delicti; de quo decreto supra *hac eadem quæstione versi. Vlterius quæro,* facit quod supra dixit, *quæst.*2.*versic. & hac quidem ad fi.* vbi dixi; *& q.*51.*versic. Scias etiam;* ibi, quod in hoc Ducatu non obstante Decreto. *Drogh.*

g *Aut loquimur post delictum*] adde † hoc procedere etiam in pœnis ipso iure impositis, & licet reus in crimine læsæ maiestatis a die commissi criminis perdat administrationem bonorum, non tamen perdit dominium bonorum ante sententiam Becc. *consil.*57. 171

Item adde, an priuandus bonis per sententiam facit fructus suos post delictum, donec sententia feratur, vel spectent ad fiscum, si ipso iure non priuatur à die commissi delicti; hanc quæstionem tractauit Couar. *in* 4.*decret.*2.*par.*1.*par.c.*6. §.8.*de contraben. incest. nupt. n.*7. vbi tenet, quod fisco sunt adjudicandi, & communem attestatur Io. Bern. *in pract. cri can.c.*133.8.

h *Aut loquimur post sententiam*] adde, † quod hoc procedit, quando sententia est diffinitiua; secus vero si esset datum bannum, & ante sententiam diffinitiuam reus decederet, quia tunc confiscatio non haberet locum; nisi bannum esset tale, quod post se non expectaret sententiam diffinitiuam, immo traheret confiscationem bonorum, Luchin. de Curte *in consil.*64.*nu.*12.*cum seq tomo* 1.*consil. crim. diuers.* Baiard.

i *Sub num.*11.] Qui ibi se declarat; vide Vulp. *resp.*11. Ros.

QVÆSTIO LXXIX.

De pœna confiscationis certæ partis bonorum, vel aliquarum rerum.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *De pœna confiscationis certæ partis bonorum, vel aliquarum rerum.*
2 *Stuprum committens punitur in dimidia parte bonorum.*
3 *Arma noua, quæ quis vendiderit, aut emerit, fisco applicantur.*
4 *Domus priuatorum, in quibus fiunt sacra mysteria fisco applicantur.*
5 *Item domus ædificata iuxta aliam domum, non dimisso spatio 15. pedum, fisco applicatur.*
6 *Locus, in quo ædificatur sepulchrum in ciuitate fisco applicatur.*
7 *Bona, pro quibus quis accommodat fidem defuncto de eis restituendis alicui incapaci, fisco applicantur.*
8 *Harede non vindicante necem defuncti, hæreditas fisco applicatur.*

Ex Additionibus.

1 *Fiscus quando auferat rem ab indigno.*
2 *Palam & clam relinqui quando dicatur.*
3 *Fides tacita quando dicatur accommodari.*
4 *Hæres an præsumatur in dubio accommodasse tacitam fidem.*
5 *Et an teneatur respondere, si tacitam fidem accommodauit.*
6 *Filius, & seruus accommodantes tacitam fidem excusantur.*
7 *Palam relictum indigno non applicatur fisco, sed remanente apud hæredem.*
8 *Lim. nisi hæres deuenerit ad rei traditionem.*
9 *Ampl. si hæres paciscatur dictum legatum præstare, dummodo fiat palam.*
10 *Relictum penitus incapaci pertinet ad substitutum, vel grauatum.*
11 *Fiscus vendicat relictum incapaci, si consanguinei erunt negligentes in capiendo dictum relictum.*
12 *Item si consanguinei renunciauerint.*
13 *Hæreditas repudiata ab indigno, transit ad substitutos.*
14 *Donatio facta incapaci cui applicetur.*
15 *Hæres accommodans tacitam fidem, si est clericus, bona debentur fisco ecclesiastico, & contra.*
16 *Hæres, qui non habet testes ad probandum homicidium, non dicitur in mora accusandi.*
17 *Filius institutus hæres ab eo, qui à patre instituti fuit occisus, non tenetur vindicare necem defuncti contra proprium patrem.*

1 Visum est de pœna confiscationis omnium bonorum: videamus nunc de iis casibus, in quibus non omnium bonorum, sed alicuius partis pœna imponitur. Scias autem, quòd quandoque imponitur pœna certæ partis bonorum, puta, dimidiæ, aut tertiæ, aut alterius partis; quandoque neque omnia bona delinquentis, neque certa eorum pars fisco applicatur, sed solummodo certa bona: nos vero hos omnes casus simul prosequemur.

2 Stuprum committẽs condemnatur *a* in dimidia parte bonorum. Dixi sup. *hoc eo. lib. §. Stuprum, vers. Sed quæro.*

3 Arma noua, quæ quis fecerit, vendiderit, aut emerit, fisco applicantur, vt *in auth. de armis.* Scias tamen, quod illa constitutio non seruatur de consuetudine, vt attestatur Bat. *in l. 1. nu. 1. ff. ad leg. Iul. de vi publ.* Quem refert Stracca *de mercat. fol. 114. n. 10.* Alb. *in ea l. 1. n. 3. in fi.* Alc. *in l. armorum, ff. de verb. sign.* Calic. *in Marg. fisci, fol. 64. vers. 337. casus.* Sed qualibet ciuitas, vel prouincia habet in hoc sua specialia statuta, vel consuetudines, de quibus dixi inf. *qu. 82. statut. 6.*

4 Domus *b* priuatorum, in quibus fiunt sacra mysteria, fisco applicantur, vt est tex. *in §. sciant, in auth. vt in priuatis domibus collat. 5.* intellige sine licentia episcopi, vel eius vicarij: & ita seruatur per vniuersum orbem, vt dicit Calic. *in Margar. fisci, fol. 41. vers. 92. Casus.*

5 Si quis ædificat domum publicam, vel priuatam non dimisso spatio 15. pedum, domus fisco applicatur, *l. penul. C. de ædif. priuatis.* Scias tamen, quòd illa lex non seruatur, vt dicit gl. ibi, & refert Calic. *in Marg. fisci fol. 50. vers. CC. casus.*

6 Locus, in quo quis sepulchrum in ciuitate ædificat, confiscatur, *l. prætor ait, §. Diuus ff. de sepulcr. viol.* Scias *c* tamen, quod istud de consuetudine non seruatur, vt dicit Cali *in Marg. fisci fol. 66. ver. 356.* Fiunt enim, quotidie non modo in ciuitatibus, sed etiam in cœmeteriis ecclesiarum, imo in ipsis etiam Ecclesiis sepulchra priuatorum, & quod hodie permittatur etiam in corpore ipsius Ecclesiæ mortuos sepeliri, attestatur Remig. *de immun. eccles. fol. 8. nu. 4.* Ita etiam seruari dicit Summa Angelica *in verbo. Immunitas, quæst. 6.* quem refert Remig. *in loco præalleg. fol. 44. in fin.* & est omnibus notissimum.

7 Quando *d* hæres tacitè accommodat fidem defuncto, de restituenda hæreditate alicui incapaci, puta, filio spurio, aufertur tanquam ab indigno, & applicatur fisco, *l. eum qui, ff. de iis quib. vt indig.* vt in casu in quo consuluit Bolog. *cons. 24.* Scias tamen, quod ille, qui fuit institutus hæres à parte filij spurij, potest talem hæreditatem sibi obuentam, ipsi spurio testatoris in testamento relinquere, neque id præsumetur factum in fraudem, vt dixi sup. *li. 3. §. Testamentum, q. 31. vers. sed pone.* Si tamen probari posset, quod ille defuncto fidem accommodasset, tunc fiscus posset auferre, vt in casu, in quo consuluit Soc. *cons. 84. lib. 4.*

8 Item *f* quando hæres non vindicauit necem defuncti, priusquam adiret hæreditatem *g* fiscus illam ab eo aufert, tanquam ab indigno, *l. hæredem ff. de iis, quibus vt indig. l. 1. C. eo. tit.* Scias tamen, quod de consuetudine illa pœna non seruatur, sed prorsus abiit in desuetudinem, & recessit ab aula, vt attestatur Foller. *in pract. crim. canon. fol. 45. nu. 32. & seq.* Imo quotidie hæredes remittunt occisoribus defuncti, & cum eis pacem faciunt; esset enim ista lex nutritiua peccati, si per eam impediretur pax, & concordia, & iniuriarum remissio.

9 Si testator ductus fuerit metu, ut aliquem institueret, hæreditas ab eo aufertur, & fisco applicatur, vt traditur *in l. fi. ff. si quis aliquem testari prob.* & est cõmunis opin. vt attestatur Boss. *in titul. de iis qui probibent aliquem testari, num. 4.* Hoc tamen intellige, ut procedat, quando talis institutus erat defuncto proximior in gradu, & sic successurus ab intestato. *h* Ceterum si adesset alius proximior, vel etiam in pari gradu cum instituto, eo casu hæreditas non applicatur fisco, sed ad istum proximiorem, vel æqualem in gradu deuoluitur. Et ita tenent DD. ut attestatur Chass. *super cons. Burg. f. 89. versic. 27. casus est.* Qua autem pœna sit puniendus compellens aliquem testari, dixi infra *q. 73. vers. Compellens aliquem.*

ADDI-

ADDITIONES

Ad Quæst. LXXIX.

IN *dimidia parte*] Fallit si per vim stuprum fuerit commissum: tunc enim pœna mortis imponitur secundum Alexan. *consilio* 229. *per totum, volum.* 6. Et an vidua committens stuprum puniatur in amissione dotis, vide per Paul. de Castrens. & Alexan. *in l. sororem, C. de his quibus, vt indig.* Paul. & Ias. *in l. fideicommiss. C. de fideicomm.* Ias. *in l.* 2. *num.* 6. & Zasium *num.* 21. *ff. solut. matrim.* Nic. Boer. *decisio.* 338. *nu.* 11. *versic. quid dicendum*, Dec. *in c. pastorale, num.* 8. *de iudic. & in l. cum quadam puella. Et ibi addita, ff. de iurisd. omn. iud.* Et pro conciliatione opinionum vide Io. de Gastonib. *in auth. iisdem pœnis, n.* 21. *C. de secund. nupt.* Rol. à Valle *consil.* 86. *nu.* 53. *vol.* 2. Guior.

b *Domus priuatorum*] adde Concilium Tridentinum *sess.* 22. *c. quanta, versic. Neminem præterea.* Drogh.

c *Sepulchrum*] Obiter hic nota sepulcrorum violatores quibus feriantur pœnis, & etiam quam laudabile fuerit apud legem antiquam diuinam apud Græcos, & Romanos mortuos sepultura donare, vide per Iacob. Menoch. *de arb. iudic. lib.* 2. *centen.* 4. *cas.* 387. Giach.

1 d *Quando hæres*] adde, † ad hoc vt via fisco aperiatur, tria requiruntur: primum, quod testator relinquat clam: alterum, quod hæres tacitam fidem accommodet: vltimum de restituendo incapaci. Barbat. *consil.* 46. *lib.* 1. Alex. *consil.* 102. *numer.* 7. *lib.* 6. Decian. *consil.* 311. *colum. fin.* Ancharan. iun. *quæstio.* 31. *in* 1. *part.* & Bremond. *de publ. concubinis, §. qui etiam filios nu.* 22. Vbi etiam
2 declarat † quomodo dicatur palam, vel clam relinquere, ac pro-
3 betur tacita fides accommodata, † ad idem Iacob. à S. Georg. *in l. cui tacitum in princ. ff. de probat.*

4 Item † adde, an in dubio præsumendum sit, quod hæres tacitam fidem accommodauerit. Bald. *in consil.* 140. *casus est n.* 1. *lib.* 2. Alexan. *cons.* 51. *prope fin. lib.* 2. Cum *cons.* 108. *nu.* 2. Ias. *cons.* 110. *num.* 1. Corn. *consil.* 236. *nu.* 5. *lib.* 2. licet ad detegendam fraudem probationes admittantur, quæ alias non sufficerent, ex eo quod aliter probari non potest, vt per Franc. de Rampon. *cons.* 25. *inter*
5 *cons. Calder. de testam.* in tantum, quod ipsemet † rogatus positioni respondere tenetur, si fuerit rogatus, etiamsi iurasset, se id non dicturum cuiquam. Alb. *consil.* 42. *col.* 1. id tamen intelligi debet, vt per Couar. *in* 4. *decr.* 2. *parte* §. 5. *num.* 10. cui aduersatur Vasq. contr. Illust. *c.* 102. *ante fin. in propria re.* Pecchi. *de testam. coniug. lib.* 4. *c.* 6. *num.* 7.

6 Item adde, † quod filius, vel seruus rogantis ob necessitatem, quam parendi habent, excusantur, *l. in fraudem §. fi. ff. de his quib. vt indign. l. si tacitum ff. ad l. Falc.* Odofr. *in l.* 1. *in fin. C. de delat. lib.* 10.

7 Item † adde, quod quando quis relinquit palam indigno, fisco non applicantur, sed manet apud eum à quo relictum est *l. non intelligitur in princ. ff. de iure fisci.* Bar. *in l. fi. n.* 8. *ff. de his quib. vt indign.* Doct. *in l. hæreditas C. eo.* Ruin. *consil.* 49. *col. fi. lib.* 4. nisi
8 † hæres ad rei traditionem deuenerit, nam tunc tibi auferri poterit, & fisco applicari, *l. si postulante in fi. ff. ad Treb.* Bald. *in l. eam quam nu.* 22. *C. de fideic.*

9 Item adde, † quod si hæres conueniat, vel paciscatur præstare legatum incapaci, modo clam non faciat, ius fisco non competit auferendi aliquid ab eo, cum obligatio facta versus incapacem pro non scripta habeatur, ad instar relicti palam iuxta not. *in l.* 1. *C. de hæred. inst.* & Bal. *in consil.* 161. *versic. præterea quoties lib.* 5.

10 Item † adde, quod relictum penitus incapaci, (maximè, quando est incapax absque delicto suo, vel aliqua sui culpa,) pertinet ad substitutos, si quos habet, & si non habet, remanet penes grauatum, vel si relictum est in institutione hæredis, venit ad venientes ab intestato si substitutum, aut cohæredem non habet Socin. iun. *consil* 3. *nu.* 13. *vol.* 3. Corn. *consil.* 110. *col.* 1. *& consil.* 222. *colum.* 2. *volum.* 4. Marsil. *cons.* 92. *col. fi. lib.* 2. Tiraquell. *in l. si vnquam verb. reuertatur num.* 429. *C. de reuoc. donat.* Mazzol. *consil.*
11 31. *num.* 22. Hieron. Gabriel. *consil.* 104. *num.* 5. fiscus † autem id vendicat negligentibus consanguineis intra duos menses relicta bona à spurio euincere, aut petere: idem si pacto, vel renun-
12 tiatione consanguinei excludantur, † Couar. *in* 4. *decret. part.* 2. *c.* 8. *num.* 3.

13 Item † adde, quod hæreditas repudiata ab indigno, non applicatur fisco, sed transit ad substitutos. Soc. iun. *d. consil.* 3. *n* 16.
14 & de † donatione inter viuos per se, vel per interpositam personam facta incapaci, an fiscus admittatur, & in quibus casibus, & post quas personas, vide Angussol. *consil.* 3. vbi plenè.

15 Item † adde, quod quando hæres, qui accommodauit fidē de restituendo hæreditatem incapaci, est laicus, tunc hæreditas defertur fisco seculari, si vero sit clericus, defertur ecclesiastico: nā attenditur persona hæredis fidem præstantis, cum is delinquat, & ab eo propter delictū auferatur hæreditas Bal. *in l. si quis presbyter col.* 1. *C. de Episc. & cleric.* quem sequitur ibi Paul. de Castr. Io. Lup. *in rubr. de donat. §.* 39. Chass. *in consuet. Bur. rub.* 8. *§.* 5. *nu.* 4. Anch. *in c. ea quæ, n.* 29. *de reg. iur. in* 6. Couar. *in* 4. *decret.* §. 5. *c.* 8. sed Vasq. *in tract. de success. creat. par.* 1. *lib.* 3. §. 16. *limit.* 31. *n.* 65. videtur tenere contrarium, & maximè quando clericus instituit spurium suum laicum, ibi tamen dicit cogitandum esse, quia non se firmat. *Baiar.*

e *Statutum probari posset*] Sic etiam fiscus tenetur ad pretium rerum alienatarum in fraudem fisci, si alienata reuocet, quod si probari posset fraus etiam ex parte emptoris, vtique nec ad pretium teneretur fiscus, supra *ad q.* 78. *versic. solet etiam.* Drogh.

f *Item quando hæres*] adde, † quod hæres, quando non habet 16
testes, per quos possit probare maleficium, non dicitur in mora accusandi occisores, Bald. *in l. g.* 1. *C. de his quib. vt indign.* & Angussol. *in consil.* 14. *nu.* 3. *vol.* 1.

Item † adde, quod filius, cuius pater testatorem occidisset, si 17
institutus fuisset hæres, non teneretur vindicare necē defuncti contra proprium patrem, & idem si pater eius, qui occidisset testatorem, esset institutus hæres, quod non teneretur vindicare contra filium, ita limit. Ias. *in l.* 1. *C. de his quib. vt indig.* & Boer. *decis.* 25. *n.* 13. *&* 14. & Achil. Pedroche *in cons.* 18. vbi etiam tenet hoc edictum non habere locū in fideicommissariis. Et ad istam quæstionem, an hæres ob inultam necem defuncti hæreditatem amittat, vide etiam Iac. de Sancto Georg. *in l.* 1. *n. fi. C. de his quibus, vt indig.* Gomes. *de delict. c.* 3. *n.* 3. Piac. *epit. delict. c.* 37. *n.* 23. & latè Peregr. *de iure fisci lib.* 2. *tit.* 5. vbi in fine sequitur Clarum, quod ista pœna de consuetudine non seruatur & ego nunquam vidi hunc casum in facto, licet alij Doctores de tali consuetudine nihil dicant. *Batard.*

g *Fiscus illam ab eo aufert*] Et hic nota, vbi opinio ista esset in viridi obseruātia, quod si occisores sint mortui, quos hæres neglexit accusare de occisione defuncti, & sic non vindicauit necem: quod hoc casu fiscus poterit agere petitione hæreditatis contra ipsum hæredem, qui non vindicauit necem defuncti. ita post Alex. *in consil.* 172. *lib.* 5. *n.* 3. determinat Iacob. de S. Georg. *in l.* 1. *in fin. C. de his, quibus, vt indig.* quinimò do. Alex. *in d. cap. n.* 4. ex doctrina Bart. & Ang. *in l. in cognitione ff. ad S.C. Sylla.* determinat, quod quando occisores sunt incerti, & sic ob incertitudinem non possunt accusari criminaliter, poterit etiam fiscus ciuiliter agere contra hæredes occisi, quam ante habitam quæstionem hæreditatem adiuere. *Giach.*

h *Cæterum si adesset*] Vide Menoch. vbi sup. *n.* 8. *&* *n.* 14. & Peregr. *de iure fisci. lib.* 2. *c.* 60. & Gabr. *p.* 94. *lib.* 1. Ros.

QVÆSTIO LXXX.

De pœnis pecuniariis.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *De pœnis pecuniariis.*
Casus, in quibus pœna pecuniaria est à iure imposita qui sint.
2 *Bladum emens causa reuendendi, vt penuria sequatur, punitur in viginti aureis.*
3 *Miles aliquid accipiens ab hospite, in cuius domo hospitatur, punitur in* 10. *libris auri.*
4 *Dos mulieris contrahentis matrimonium scienter in casu prohibito fisco applicatur.*
5 *Prælati an possit imponere clericis pœnas pecuniarias.*
6 *Seruus an possit condemnari in pœnam pecuniariam.*
7 *Condemnatus an teneatur pœnam fisco persoluere in foro conscientiæ.*

Ex Additionibus.

1 *Fiscus Episcopi an habeat bona, quando laicus committit crimen ecclesiasticum.*
2 *Episcopus an possit confiscare omnia clerici delinquētis.*
3 *Pœna legalis, & conuentionalis an possit exigi in foro conscientiæ.*
4 *Pœna in dubio cui sit applicanda.*
5 *Et quid de pœna conuentionali.*
6 *Pœna cōuentionales pacis, & treguæ ruptæ debent in statu Ecclesiastico ad fauorem Cameræ Apostolicæ stipulari.*
7 *Pœna conuentialis non stipulata ab aliqua persona pro fisco ipsi fisco non debetur.*

1 a QVandoque etiam non certa aliqua bona fisco applicatur, sed delinquenti certa pœna pecuniaria imponitur, ut in casibus, quos enumerat Calic. *in Marg. fisci.* ubi supra & Fab. *in pract. arbit. folio 419. & alijs seq.*

2 b Bladum emens causa reuendendi, *b* ut penuria sequatur, punitur in 20. aureis, *l. 2. ff ad l. Iul. de annon.* Sed certè hoc non seruatur, imò illud communiter fit, maximè in Burgundia, ut dicit Chass. *in loco praelleg. fol. 91. vers. 51. est casus.*

3 Miles, metator, vel mensor, qui aliquid accepit ab hospite, in cuius domo hospitatur, punitur in 10. libris auri, ut est tex. *in l. deuotum, C. de meta. & pid. lib. 12.* Sed hoc male obseruatur, ut dicit Bolen. *in rep. l. capitalium, §. famosos post n. 89. ff. de pœnis.* Et dicit Lucas de Penna *in d. l. deuotum, in primis verbis,* quod illa lex pulchra & bona est, sed ob neglectum iustitiæ, peccata prouincialium, & nequitiam militum, male seruatur. Dicit etiam idem Lucas de Penna *in l. hoc prospectum, eo. tit. de metat.* ubi iubetur militibus, ut in hospitiis non horribiles, nec superbi, sed humiles manere debeant, quod illam legem c maximè *c* Teutonici, & Neapolitani, qui arrogantiam imitantur eorum, pessimè seruant, & quod non modo à dominis ædium balnea postulant, contra expressam dispositionem illius legis, sed etiam luminaria, confectiones, & quæcunque utilia, nedum postulant, quinetiam rapiunt, & extorquent, quod bene nouit infelix Lombardia iam tot annis militum hospitationibus, & extorsionibus exposita.

4 d Dos *d* mulieris scientis factum, ex quo nascitur impedimentum matrimonij, & tamen contrahentis matrimonium in casu à iure prohibito, licet errauerit in iure, si matrimonium fuerit carnali copula consummatum, applicatur fisco. Et ita tenet gloss. *in l. fin. in verbo, Nupsit. ff. de condict. sine causa:* & est communis opinion. ut dicit Abbas *in c. & si necesse, numero 7. de donat. inter virum & vxorem* prout illum refert Bello. *consil. 84. numero 3.*

5 e In *e* hac autem materia pœnarum pecuniarum quæro, nunquid prælatus possit imponere clericus pœnas pecuniarias pro delicto. Resp. quod sic. Et est communis conclusio, ut dicit Abb. *in c. vt clericorum, nu. 10. de vita, & hon. cleric.* nam hodie episcopi de generali con- f suetudine habent fiscum, *f* ut dicit Franc. de Pauinis, quẽ refert Diaz. *in pract. crim. can. c. 134. num. 2.* Hanc etiam opinio. dicit esse veriorem, & consuetudine roboratam Diaz. *in d. prac. c. 124. in fi.* Hanc etiam opi. esse usu comprobatam attestatur Felin. *in c. irrefragibili, §. 1. numer. 11. in fin. de offend. ordin.* Et ideo quamuis episcopi de iure deberent pœnas pecuniarias applicare cameræ Romanæ, non suæ, ipsi tamen de consuetudine contrarium seruant, ut dicit Bal. *in auth. bona damnatorum, nu. 2. C. de bon. proscrip.* quem refert Anan. *in c. excommunicamus, in princ. n. 9 de her.* & Ang. *de malef. in verb. Et eius bona, nu. 30.* & Barb. *cons. 12. nu. 12. lib. 3.* & Marcus *decis. 339. num. 12.* & Gomes. Arias *super l. 7. Tauri, n. 75.* Et dicit Foller. *in pract. crimin. cano. fol. 68. nu. 4.* quod hanc opin. tenent omnes. Hanc etiam opi. dicit esse communem Did. *lib. 2. resolutionum, c. 9. num. 11.* ubi subdit, quod licet hæc sit communis opinio, tamen id non est temere permittendum ad explendam auaritiam episcoporum, sed ut ea, quæ eorum fisco fuerint delata, in usus pios erogentur: quod tamen (nisi fallor) in paucis locis seruatur.

6 Item quæro, nunquid seruus possit in pœnam pecuniariam condemnari. Resp. gl. *in l. hos accusare, §. omnib. in ver. quia ea lege. ff. de accus.* tenuit, quod non, & hęc opin. usque ad tempora Barr. fuit communiter approbata absq; ulla limit. ut dicit Sal. *in l. 2. n. 4. ff. de accus.* Bar. autem *in d. §. omnibus, nu. 5.* tenuit contrarium, s. quod imò potest seruus in pœnam pecuniariam condemnari. Sed certè, magis communis opin. est contra Bartol. vt dicit Greg. Lopes *in l. 10. in littera I,* quem refert, & sequitur Placa *li. 1. delictorum, n. 18. in fine.*

Sed *g* hic incidenter quæro, nunquid committens 7 delictum, pro quo à lege sit imposita aliqua pœna pe- g cuniaria, vel soluenda fisco, vel danda parti, teneatur *h* h in foro conscientiæ illam persoluere. Resp. quod non, ita tenuit gl. *in c. fraternitas, in gl. fi. 12. q. 2.* quam dicit esse communiter approbatam Menchiaca *in 1. par. de test. §. 10. n. 662.* Hanc etiam dicit esse communem opi. Berous *in cap. 1. n. 232. & seq. de cõstit. & in c. dilecti filij, n. 61. de arb.* & ibi Hostien. *& in c. quoniã contra, n. 216. de prob.* Gomes. *in §. ex malef. n. 4. Instit. de actio.* Did. *in epito. super 4. decretal. fol. 94. col. 2.* subdens, quod neq; etiã Theologi dissentiunt ab hac communi *i* sententia Canoni- i starum. Bene tenetur in foro conscientiæ emendare, seu resarcire damnum ex eo delicto parti illatum iuxta ea, quæ dixi supra *q. 61. vers. vnum autem.* Faciunt quæ dixi supra *hoc eo. lib. § furtum, vers. est igitur.* Nec dicatur, quod delinquens videatur delinquendo consentire pęnæ quæ à lege pro ipso delicto imponitur, quia illud est contra communem opi. Doct. vt attestatur Arius Pinellus *in auth. nisi tricennalis, n. 32. C. de bon. mater.* Menchiaca *in loco præalleg. post nu. 665.* Et quod delinquens non accusatus, neque condemnatus, etiamsi ipso iure per legem, vel statutum eius bona per illud delictum fisco deferre, dicit esse communem opi. & fere ab omnibus approbatam Simanchas *de heret. c. 9. nu. 27. & aliis seq.* præcipuè *nu. 82.* Et licet aliqui dixerint hoc locum non habere, quando delictum est notorium: tamen illud dictum communiter non tenetur, vt dicit *Sum. Syluest. in verbo, Pœna, q. 25. n. 1.* Et ab hac conclusione non recedas in iudicando.

ADDITIONES

Ad Quæst. LXXX.

QVandoque etiam] Far. *in tit. de delict. & pen. q. 19. vol. 1. nu. 51.* Ros. a

b *Vt penuria sequatur*] adde hic Prouerbiorum *cap. 11.* qui abscondit frumenta, maledicetur in propulis; benedictio autem super caput vendentium. *Drogh.*

c *Teutonici, & Neapolitani*] Et ideo reiecerunt hanc legem Teutonici in eorum Castris, quia, vt inquit C. Marius teste Plutarcho in eius vita; Armorum strepitus non permittit audiri leges; sic retulit Menoch. *Tract. de Arb. Iud. cas. 95. nu. 28. cent. 1. lib. 2.* Drogh.

d *Dos mulieris*] Farin. *quæst. 149. par. 2. num. 127. & par. 3. nu. 190.* Ros.

e *In hac autem materia*] adde, † quod licet hodie Episcopi 1 habeant fiscum, tamen si persona esset laica, & delictum Ecclesiasticum & ageretur de confiscando totam, vel quotam bonorum, pœna confiscationis esset applicanda fisco seculari, per tex. *in c. cum secundum, de hæreticis in 6.* & ibi Probus Anchar. consil. 17. Oldr. *cõsil. 17.* & Rolan. *consi. 7. n. 9. vol. 3.* secus si ageretur de pœnis pecuniariis inferendis, quia spectarent fisco Episcopi Anan. & alij *in c. 2. extra de male.* & de hoc etiam vide Clar. supra *in §. hæresis versic. item bona,* quæ ibi apposui.

Item adde, † quod episcopus non potest confiscare pro deli- 2 cto clerici bona Ecclesiæ, *Clem. 2. de hæret & c. excommunicamus §. 1. eod. tit.* secus autem bona mobilia ipsius clerici, & quæcunq; per eum intuitu Ecclesiæ acquisita, quæ ad Ecclesiam pertinent, & bona immobilia ad Dominum temporalem spectabunt, ita Menoch. *consil. 223. col. 2.* & Peregr. *de iure fisci lib. 1. tit. de iis, qui iura fiscalia habent.* Baiar.

f *Habet fiscum*] Quid autem iuris, & quid seruetur, cum clericus delinquens habeat bona patrimonialia, vtrum Princeps laicus, in cuius Territorio sita sunt, ea capiat; vide fusius, quam alibi per Hieronymũ Pauli Barch. *in sua practica Cancel. tit. declatoria super proponente f. 251.* Quibus autem applicentur bona clericorum delinquentium, vide supra *quæstio. 78. versicul. 1. in fin.* Drogh.

g *Sed hic incidenter quæro*] adde Gabr. *lib. 8. concl. 34.* vbi plene tractauit quæstionem, an pœna legalis, & conuentionalis in foro conscientiæ exigi possit.

Item † adde, quod si lex, vel statutum faciat mentionem de 3 pœna pecuniaria, & non dicat, cui sit applicanda, fisco applicatur. Bart. *in l. agraria, ff. de term. moto.* & Afflict. *in c. 1. versic. pœnarum.*

tum, quæ sint regalia, & in hac materia, quando pœna fisco, & quando patri dicatur applicata, vide Gabriel. *comm. concl. lib. 7. concl. 16.*

5 Item adde, † quod pœna conuentionalis in dubio applicatur patri læsæ. Paul. de Castr. *in l. non impossibile. ff. de pact.* vbi dicit etiam, quod pœna delicti applicatur fisco, & Iul. Ferret. *in tit. de feriis nu. 191.* sed Rip. *in rub. ff. de damn. infect.* tenet quod applicatur fisco, & Hercula. *in tract. de caut. de non offend. d. c. 10. n. 8.* & in statu Ecclesiastico adest motus proprius Pij IV. Dat. sub die 16. mensis Maij 1565. de non admittendis appellationibus in causis criminis. In quo etiam † disponitur, quod pœnæ conuentionales

6 pacis, & treguæ ruptæ, & fideiussores de non offendendo stipulentur per notarios ad fauorem Cameræ Apostolicæ, & non communitatum, vel alterius, & si aliter factæ fuerint, in ipsius Cameræ fauorem stipulatæ censeatur.

7 Item adde, † quod pœnæ conuentionales transeunt ad hæredes, Bec. *in consil. 9. n. 4.* vbi attestatur communi.

8 Item † adde, quod pœna conuentionalis promissa priuatis, & non Notario, nec aliter publicæ personæ stipulanti, & acceptanti pro fisco, non potest acquiri ipsi fisco, & consequenter fiscus ad pœnam agere non potest, vt est communis opi. de qua per Bero. *in consil. 197. n. 16. & consil. 109. vol. 3.* Baiar.

h *In foro conscientiæ*] In hac materia, an pœna in foro conscientiæ exigi possit, multi multa scripserunt. Nonnulli enim dixerunt, quod pœna legalis in foro conscientiæ exigi non possit; vt per glos. *in d. c. fraternitas*, hic alleg. illud tamen non transit sine difficultate: nam licet Alexan. *consil. 105. vers. nec huic vltima rationi, volum. 5.* Rom. *in rubr. de acquir. hæred.* Bald. *in d. l. id quod pauperibus, versic. sed pone, C. de episcop. & cleric.* Mathesil. *singul. 23.* Corset. *in sing. in verb. pœna incip. in foro conscientia*, Bal. *in l. data opera versic. item si proprius, C. qui accus. non pos.* Felin. *in cap. audiuimus; versic. subdit hic eleganter, de simon.* Contrarium tamen sentit Anchar. *in regul. possessor: versicul. tertio quæro, de regul. lib. 6.* Dec. *in cap. 1. in 1. in lect. nu. 20. & in 2. lect. n. 10. de const. & in cap. quoniam contra, num. 31. ac probat.* Alij autem, quod pœna legalis nec peti nec exigi possit, Bald. *in l. iubemus, §. sane, 1. versic. sed nunquid in foro conscientia, C. de sacrosanct. eccles. & in l. post decisionem, C. de furt.* Pœna autem conuentionalis, ex quo habet consensum, salua conscientia, & peti & exigi potest: vt per Anchar. *in d. regul. possessor.* Felin. *cap. 1. versic. limita tertio, de constit. & in d. cap. audiuimus, de simon.* Fallit tamen si excederet interesse partis: quo casu salua conscientia vltra illud, quod interest, peti, aut exigi non potest *cap. tuam, de pœnis.* Hostiensis *in cap. dilecti, vers. par autem in parem, de arbit.* & ibi Ant. de Butr. *versic. quadam est conuentionalis*, Grammat. *consil ciuil. 66.* vbi dicit hoc maxime procedere, quando causa secundum æquitatem tractatur, prout est, quando causa agitur in consistorio Principis. Innoc. tamen *in d. cap. tuam, de pœn.* tenet, quod pœna conuentionalis etiam vltra id, quod interest partis, peti, & exigi possit. vt de Abb. *in cap. dilecti, num. 14. de arbitr.* Item pœnæ, quæ ex delictis ipso iure committuntur, licite in foro conscientiæ peti, & exigi possunt, secundum Abb. *in cap. 1. versic. & primo limita. de constitut. & in d. cap. dilecti. versic prædicta ego limito. de arbit.* Felin. *in dicto capit. 1. versic. & primo limitatur, de constitut.* Corset. *in singul. in dicto verb. pœna, incip. in foro conscientia.* Guiot.

i *Communi sententia Canonistarum*] Supra in *§. furtum ver. pœna autem.* Drogh.

QVÆSTIO LXXXI.

De pœna talionis.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *De pœna talionis.*
2 *Et quid si accusator sit persona honestior, quam reus.*
3 *Et an hæc pœna talionis hodie sit sublata.*

Ex Additionibus.

1 *Talionis pœna non seruatur de consuetudine, nisi in teste.*
2 *Potestas compellens testem ad dicendum falsum tenetur pœna talionis.*
3 *Accusans memoriam defuncti tenetur eadem pœna.*
4 *Beneficium impetranti per priuationem alicuius ex delicto, non datur signatura quo ad priuationem, nisi se inscribat ad pœnam talionis.*
5 *Et quid seruetur in practica.*
6 *Accusator non admittitur in Curia Archiepiscopi Neapolitani, nisi se obliget de probando.*
7 *Accusationes falsas proponere solitus punitur amputatione linguæ, & capitis.*

Iul. Clar. Sentent. Pract. Crimin.

NOn est etiam omittenda pœna talionis à iure 1 communi introducta aduersus accusatores, qui calumniantur, & in probatione deficiunt, quæ quidem est similitudo supplicij, quod inferendum esset reo, si de crimine ipso conuictus fuisset.

Sed pone, quod accusator sit persona honestior, 2 quam reus, ita quod pro eodem crimine esset mitius puniendus, prout videmus in pœna legis Cornel. *de sicariis*, & aliis à iure Digestorum impositis, in quibus a honestiores mitius, quam humiliores puniuntur: nunquid accusator, qui est calumniatus, erit puniendus pœna, quæ pro crimine deberet imponi ipsi reo, an autem illa, quæ esset imponenda nisi accusatori? Resp. quod debet puniri ea pœna, quæ imponenda fuisset reo; & fuit opi. Guliel. de Cun. quæ communiter ab omnibus approbatur, vt dicit Alber. *in l. athletas, §. calumniator, n. 4. ff. de iis qui not. inf.*

Sed, b Quæro, nunquid hæc pœna talionis hodie sit 3 sublata. Respon. Affl. *in 1. constitutionem, rubr. 23. post nu.* b *9.* dicit, quod hæc pœna hodie non est sublata, & allegat *l. fin. C. de accusatio. iuncta l. qui non, C. de Calumniato.* sed dicit sublatam esse tantummodo solemnitatem subscriptionis. Breuiter, si loquamur de iure, Afflict. verum dicit, quia etiam secundum iura nouissima talis pœna imponitur accusatori calumnianti: c sed c si loquamur de consuetudine, vtique pœna talionis est sublata hodie, & penitus recessit ab aula. Ita attestantur multi ex iis, qui dicunt solemnitatem subscriptionis sublatam esse à consuetudine, præsertim Io. Andr. Bartol. Salyc. Felin. Aretin. quos omnes citaui supra *quæst. 12. vers. ceterum*, quos etiam refert, & sequitur Afflict. *lib. 1. constit. rubr. 12. num. 16. & rubric. 51. §. in præsenti, in princip. & lib. 2. rubric. 13. numer. 7.* Idem attestatur Alberic. *in l. eum quem temere, in princip. nu. 3. in fin. ff. de iudic. & in l. seruum, §. publicè, post num. 3. ff de procur.* Salyc. *in l. qui crimen num. 4. C. qui accusar. non possunt, & in l. non ideo minus, num. 3. C. de accusat.* Card. Alexan. *in c. de accusatione, colum. 4. in fin. 2. quæst 8.* Mantua. *cent. 1. numer. 11.* Blanc. *in practic. crimin. folio 15. post num. 14.* Carauita *super ritu magna curia 199. num. 22.* Simanchas *de hæret. cap. 62. num. 35.* Apostil. ad Bellamer. *decis. 71.* Villalp. *in repet. l. 22. cap. 21. post nu. 3.* Et in specie illam non practicari in Gallia attestatur Papo *lib. 24. titul. 1. arresto 3.* Ratio autem, quare consuetudo cassauit hanc pœnam, illa fuit, quia propter rigorem huiusmodi pœna multi se retrahebant ab accusando: atq; ita delicta remanebant impunita: pauci enim reperiebantur, qui cum tanto capitis sui periculo vellent accusationes criminales proponere. Et ideo consuetudo, reiectis his pœnis, & difficultatibus, admisit quoscunq; ad querelandum absq; alia inscriptione. Ita dicit Gand. *de malef. in rubric. qualiter fiat accusat. post num. 6.* d Scias ta- d men, quod licet sit sublata pœna talionis, si aliquis faceret capi aliquem, qui esset innocens, & appareret, e e quod id per calumniam fecisset, vt illum decapitari faceret, forte ipse non euitaret similem pœnam. Et refert Bald. *in l. 2. nu. 4. C. de iis qui latrones.* quod propter hoc fuit decapitatus quidam Teruisij. Et semel vidi in facti contingentia, quod quædam Angelina Corbeta, quæ accusauerat quosdam de Butr. quod illam per vim, & præpostera venere cognouissent, & deinde fassa fuerat querelam esse falsam, vix euasisset pœnam vltimi supplicij, nisi fuisset prægnans: Sed hac re attenta, fuit tantummodo condemnata ad catenam infamem, 26. Augusti 1458. A. C. Et aliàs etiam quidem Chri-

stophorus Adornus propter falsam notificationem fuit per triennium ad triremes condemnatus, 13. Septembris 1560. A. C.

ADDITIONES
Ad Quæst. LXXXI.

a *Honestiores mitius, quam humiliores*] Qui sint honestiores, & humiliores, & varias inter eos passim differentias, cumulaui sup. *ad q.8. versic. Scias tamen ad fin.* Drogh.

b *Sed quæro nunquid*] Farin. *tit. de accus. q.16. vol.1.* Ros.

1 *Sed quæro*] adde † Petrum Duen. *in reg.27.* vbi plene, & ibi tenet, quod ista pœna talionis hodie de consuetudine non seruatur, nisi in teste, & idem tenet Bald. *in l.2. C. de reb. cred.* Chassan. *in consuet. Burgun. rubr.1. in tit. des iustices fol.14. col.3. n.15.* Mille. *in pract. fol.25. num.12.*

2 Item † adde, quod potestas compellens testem ad dicendum falsum, debet puniri pœna talionis. Bart. *in l.1. §.1. ad l. Cornel. de sicar.* & Mille. *in pract. fol.23. nu.13.* Et in hac materia vide etiam Couar. *lib.2. variar. resolu. c.6. n.1.* & Menoch. *de arb. cas.322. n.3.*

3 Item † adde, quod accusans memoriam defuncti, tenetur ad pœnam talionis, glo. *in c. sanè in verb. nostra 24. quæst.2.* quam allgat; & dicit esse bene not. Bald. *in l. qui crimen 2. oppos. in fin. C. qui accusar. non poss.* Roman. *sing.802. incip. tu scis*, & Franc. *de Aretin. in l. pantonius, §. rei perduellionis, de acquiren. haredit.*

4 Item † adde, quod vbi quis impetrat beneficium per priuationem alterius ex aliquo crimine, non datur sibi signatura quo ad priuationem; nisi se inscribat ad pœnam talionis. Gigas *in tract. de crimine læsæ Maiest. q.1. in fi.* & ibi *nu.7.* dicit etiam, quod talis inscriptio ad pœnam talionis hodie non est in vsu de jure ciuili, secus vero de jure canonico. Sed Foller. *in pract. cri. canon. in*
5 *verb. accusatione porrecta n.50.* dicit, quod nunquam vidit † fieri dictam inscriptionem, & quod idem attestatur Spec. *in tit. de accus. §.1. n.3.* asserit tamen verum esse, quod in plerisq; Curiis sunt synodales constitutiones, & ritus super hoc expresse prouidentes, qui seruandi sunt: & quod inter ceteras Curias est Neapo-
6 litana, quæ habet sextum ritum in ordine, quo cauetur † vt nemo ad accusandum admittatur, nisi se obliget ad certam pœnam de probando. *Baiard.*

c *Sed si loquamur*] Duen. *lib.1. reg. fol.10. verb. accusans, fol.9. & regul.27.* Menoch. *casu 322.* Ros.

7 d *Scias tamen*] adde, quod † vbi quis falsas solitus esset facere accusationes, puniretur in linguæ, & capitis amputationem secundum Bal. *in l. data opera circa fin. C. de accus.* quem sequitur Franc. Mar. *in decis.738. par.1.* & Laureu. Tenni. *in caut.1. n.9. & 10.* vbi dicit, si accusatus vult accusatorem teneri de falso, & capitis, & linguę amputatione puniri, vt perquirat, an falsos testes, vel falsa instrumenta produxerit, aut falso accusare solitus sit. *Baiard.*

e *Quod id per calumniam fecisset*] Sic & de Iulio Cæsare loquitur App. Alex. Romanæ Historiæ *Ciuil. Bell. lib.2.* Hos inter (inquit) cum quidam seditione exorta nihil commisisset, Cæsar Ductorem, quod illum accusasset, eius loco interfici mandauit, & habetur Esther. *c.8.* & refert Menoch. *de arb. iud. lib.2. cent.4. cas.322. in fine*, Plutarchus in vita Scipionis, Maior pars, à quibus initium tumulus ortum erat, animaduertit; *sup. quæst.62. versic. sed nunquid; ibi, pro resolutione eius Articuli, & in fine dicti versiculi; & versic. Sed quæro nunquid, q.12. vers. Cæterum ad fin.* Modum autem condemnandi calumniatore vi. *d. q.62. versic. sed quæro, & q.60. versic. fui quandoque.* Drogh.

QVÆSTIO LXXXII.
De pœnis statutariis.

SVMMARIA
Ex Claro.

Statutum primum circa damna data.

1 *Quod villa teneatur pro damnis datis in eius territorio.*
2 *An stante hoc statuto possit damnum probari per iuramentum ipsius damnum passi.*
3 *Et quid si damnum sit datum in confinibus duarum villarum, quæ villa teneatur.*
4 *Et an teneatur contribuere absentes tempore maleficij.*

Statutum secundum circa bannitos.

5 *Quod bannitus possit impune offendi.*
Quod nemo det auxilium bannito, ibid.
6 *Aduocatus, & procurator intercedens pro bannito an incidant in pœnam huius statuti.*
7 *Statutum puniens loquentem cum bannito an habeat locum in eo scribente.*
8 *Vxor an teneatur alere virum bannitum.*

Statutum tertium circa matrimonia.

9 *Statutum prohibens matrimonium contrahi inter aliquas personas, an valeat.*
10 *Et quid si prohibeat contrahi matrimonium cum forensi.*
11 *Et an valeat statutum prohibens filiam contrahere matrimonium sine consensu patris.*
12 *Et an valeat statutum prohibens sororem nubere sine consensu fratris.*
13 *Et an valeat statutum priuans filium dote, si nubat indigno sine consensu patris.*

Statutum quartum de turbata possessione.

14 *Ingrediens possessionem alterius ex decreto Iudicis inualida an incidat in pœnam statuti de turbata possessione.*

Statutum quintum circa alienationes.

15 *Statutum prohibens rem immobilem alienari in forensem, sub pœna an valeat.*
16 *Et an liget clericos.*
17 *Et an stante hoc statuto censeatur etiam prohibita hæredis institutio.*
18 *Et an locatio.*
19 *Et an si forensi legata sit res immobilis, teneatur hæres præstare legatario æstimationem.*
20 *Et an censeatur prohibita præscriptio.*
21 *Et an ex alienatione facta contra dispositionē huius statuti transferatur dominium, vel possessio in forensem.*
22 *Et an cedens forensi actionem ad rem immobilem, incidat in pœnam huius statuti.*
23 *Et an hoc statutum habeat locum in alienatione necessaria.*

Statutum sextum circa delationem armorum.

24 *Statutum puniens inuentum cum armis, an comprehendat etiam eum qui non fuit captus cum illis.*
25 *Et quid si puniat deprehensum.*
26 *Appellatione armorum an veniant arma defensiua.*
27 *Et an fustes, & lapides & cultelli parui.*
28 *Si statutum prohibeat arma deferri post sonum campanæ, an puniatur illa deferens in diebus Iouis & Veneris sancti, in quibus non pulsantur campanæ.*
29 *Deferens arma prohibita ad vsum itineris non est puniendus.*
30 *Habens domi arma prohibita non punitur.*
31 *Clerici deferentes arma prohibita, an possint à iudice laico puniri.*
32 *Portans arma prohibita debet ea perdere.*

Statutum septimum circa Blada.

33 *Statutum prohibens exportari blada extra dominium an valeat.*
34 *Et an liget forenses.*
35 *Et an liget portantem per transitum.*
36 *Et an liget exportantem pro vsu suo.*
37 *Et quid si mutato deinde proposito, illud vendat.*
38 *Et an tale statutum liget exportantem farinam.*
39 *Et an comprehendat eum qui non fuit deprehensus.*
40 *Et quid si deprehensus sit prius, quam exportet, sed in itinere.*
41 *Et an exportans merces licitas cum illicitis, perdat etiam licitas.*

Statutum octauum, quod pro aliquo delicto bona delinquentis deuastentur.

42 *Statutum iubens pro aliquo delicto bona alicuius deuastari, an valeat.*
43 *Et quid si delinquens habeat plures domos in communi cum aliis.*

44 Et

44 *Et quid si habeat ipse partem inferiorem domus, & alius superiorem.*
45 *Et quid si uxor pro dote sua se apponat deuastationi.*
Statutum nonum augens, vel minuens pœnam.
46 *Statutum duplicans pœnam pro maleficiis an habeat locum in blasphemia.*
47 *Statutum duplicans pœnam percutienti in domo potestatis, an habeat locum in percutiente in confinibus ipsius domus.*
48 *Si adsint duo statuta duplicantia pœnam, quomodo sit facienda duplicatio.*
49 *Nox quomodo intelligitur in statutis duplicantibus pœnam in maleficiis commissis de nocte.*
50 *Statutum minuens pœnam confitenti delictum, an habeat locum in eo, qui prius negauit.*
Statutum decimum puniens insultum.
51 *Statutum puniens facientem insultum ad domum, an habeat locum in faciente insultum ad porticum domus.*
Et an in faciente insultum ad domum communem, ib.
Statutum vndecimum puniens percussiones, vel vulnera.
52 *Si statutum puniat percutientem in centum, an si quis plures percussiones inferat, sit pluribus pœnis puniēdus.*
53 *Et quid si eodem ictu plura vulnera inferat cum tridente.*
Statutum duodecimum contra homicidas.
54 *Statutum imponens pœnam pecuniariam pro homicidio an valeat.*
55 *Statutum, quod quis pro homicidio decapitetur, intelligitur de homicidio dolosè.*
Statutum decimumtertium contra fures.
56 *Stante statuto, quod pro certo furto quis suspendatur, an computanda sint furta commissa extra territorium, & ea, pro quibus furtum fuerat punitus.*
Statutum vltimum.
57 *De statutis pœnalibus in genere.*

Ex Additionibus.

1 *Villa non dicitur, si non habet quinque patresfamilias.*
2 *Communitas non tenetur, si victuralis, vel alius facit iter per loca insolita.*
3 *Et quomodo probet se fuisse diligentem.*
4 *Et si ex processu apparet, quod homo fuit occisus in vno territorio, & in alio cadauer reperiatur, qua vniuersitas teneatur.*
5 *Et quid si medietas cadaueris reperiatur in vno territorio, & alia in alio.*
6 *Vniuersitas soluens damna, poterit ea recuperare à delinquente postea reperto.*
7 *Et si imposuerit collectam, & ante exactionem delinquens reperiatur, non erit vlterius collecta exigenda.*
8 *Villa non tenetur, nisi facta prius diligentia pro inueniendo malefactore.*
9 *Et quomodo contra ipsum procedatur, dum inquiritur malefactor, remiss.*
Iudex in delicto occulto incipit inquisitionem à custodibus, ibidem.
10 *Villa an teneatur, si Iudex cum inquisito processerit ad compositionem*
11 *Et si non habeat bona in communi, quomodo collecta imponatur.*
Et an damnum passus teneatur contribuere, ibid.
12 *Communitas an possit cedere bonis.*
Caro, & corium non deducuntur in emendatione bonis, ibidem.
13 *Statutum de damno dato, an habeat locum in furto, & econtra.*
Damnum datum quando dicatur, remissiue, numero eodem.
Actiones tantum expilatæ hæreditatis dantur pro damna dato, & furto in hæreditate iacente.
14 *Damni causam dans damnum dedisse videtur.*
15 *Animalia inuenta damnum dantia in agro alieno, an per Dominum agri retineri possint.*
16 *Et quid in Regno Neap.*
Damnum ab animali illatum emendare, vel animal pro noxa dare tenetur dominus.
17 *Villa, quæ tenetur, quando non reperitur malefactor, non potest conueniri, nisi prius constet non reperiri malefactorem.*
18 *Robariæ appellatione quid contineatur.*
19 *Villa an teneatur, si adsit fama, & coniectura, damnum fuisse datum ab inimicis.*
Damnum, vel incendium in dubio præsumitur illatum ab inimico graui, vel capitali.
20 *Villa non tenetur emendare damnum datum Ecclesiæ.*
21 *Statutum, quod vniuersitas teneatur de occiso, non habet locum, si cadauer inueniatur non habens vulnus, puta quia fuerit suffocatus.*
22 *Vniuersitas non tenetur in Regno Neapol. si vulneratus aliquo tempore superuixerit.*
23 *Delicto incepto in vno territorio, & alibi consumato, qua Vniuersitas teneatur.*
24 *Damnum an probetur per iuramentum damnum passi.*
25 *Et quid si probetur contrarium.*
Probatio per euidentiam facti admittitur contra statutum disponens standum esse iuramento damnificati.
26 *Et quid si iurans excessiuè iurauerit, an petatur reductio.*
27 *Et quid si reus petat exprimi diem damni, an damnum passus ad hoc teneatur.*
28 *Et an stetur iuramento damnum passi super incidenti, & emergenti.*
29 *Statutum, quod stetur iuramento damnum passi, quomodo intelligatur.*
Fœmina potest iurare sicut masculus in damno dato.
30 *Et an possit iurari contra laboratores, & operarios, remissiue.*
31 *Probatio omnis est Iudici arbitraria.*
32 *Et an hoc statutum procedat in fauorem forensis.*
33 *Et quid si damnum passus sit pauper, & minus legalis.*
Statutum disponens standum dicto alicuius intelligitur de dicto iurato.
34 *Et quid si libellus sit ineptus.*
Iuramentum ex forma statuti de damno passo, cui, & quando sit deferendum.
35 *Probatio plena requiritur, quando agitur contra tertiū.*
Statutum dicens, standum esse iuramento domini, an intelligatur de possidente, an de proprietario.
Et in eius casu standum iuramento proprietarij.
Ecclesiastica persona non sustinentes onera temporali gaudent beneficio statuti de damnis datis.
36 *Damnorum datorum causa quomodo agitetur in statu Ecclesiastico.*
37 *Absens tempore maleficij, an teneatur ad collectam impositam per Vniuersitatem.*
*37 *Accusatus de damno non potest puniri de furto.*
Statutum II.
38 *Scribens litteras bannito dicitur ei præstare auxilium.*
39 *Bannitus non dicitur, de cuius banno disputatur.*
40 *Statutū prohibens loqui cū bannito quomodo intelligatur.*
41 *Et an habeat locum in scribente.*
42 *Et an in mittente nuncium.*
Statutum III.
Matrimonium per Principes, nec per alios quouis modo prohiberi potest, ibid.
43 *Statutum prohibens contrahi matrimonium cum forensi an valeat.*
44 *Filiusfamilias an contrahat matrimonium sine consensu patris.*

45 *Et an possint omitti denunciatione, ne pater sciens tale matrimonium illud impediat.*

Statutum IV.

46 *Turbatiua quomodo excusetur.*
Turbationis modi remiss.
47 *Turbatiua quomodo probetur.*
Prædo turbatus ante omnia restituendus, & manutenendus.
48 *Turbatiuam quando laboratores committere dicantur.*
Turbatiua quibus verbis inducatur, ibid.
Turbare an quis dicatur agendo in iudicio, remissiue, ibidem.

Statutum V.

*48 *Qui prohibetur legare non prohibetur donare.*

Statutum VI.

49 *Arma portare quando liceat remissiue.*
50 *Arma venenata portans, an sit magis puniendus.*
51 *Armorum delatio potest per Magistratum prohiberi.*
52 *Officialis potest prohibere suum antecessorem, ne arma deferat.*
53 *Appellatio an admittatur à prohibita delatione armorũ.*
54 *Et an à declaratione incursa pœna.*
55 *Mulieres an teneantur pœna proclamatis, prohibentis armorum delationem.*
56 *Et an proclamatis pœna prohibentis ire de nocte.*
57 *Statutum prohibens armorum delationem ad festam, non ligat transeuntem per illum locum, & se firmantem ad aliquid emendum.*
58 *Et an liget equites priuilegiatos.*
59 *Arma iuxta aliquem inuenta an illius esse præsumatur.*
60 *Familia volente aliquem inspicere, an portet arma, si ille resistat, an in pœnam incidat.*
61 *Famulis Curiæ asserentibus se inuenisse aliquem cum armis an credatur.*
Et an ex ea relatione possit veniri ad condemnationem, nu. eodem.
62 *Et quid si repertus cum armis aufugerit in domum, an possit extrahi.*
63 *Arma amittuntur à portante, licet nihil dictum sit in proclamate de amissione illorum.*
64 *Et cui acquirantur.*
Et quid seruetur in practica, ibid.
65 *Arma deferens sit, per Iudicem videatur, potest puniri sine alio processu.*
66 *Statutũ de armis an extendantur ad arma defensibilia.*
67 *Armorum appellatione quod veniat, remissiue.*
68 *Et an dentes.*
69 *Et an arma rusticalia.*
70 *Et an fustes, & lapides.*
71 *Et an cultellus ad panem.*
72 *Armorum delatio, quando sit concedenda, remiss.*
73 *Campanario non pulsante campanam hora solita, quid sit agendum.*
74 *Arma per momentum habens, an debeat puniri.*
75 *Arma deferens ex priuilegio, si cum illis offendit, perdit priuilegium.*
76 *Forensis an teneatur ex delatione armorum.*
77 *Doctores impune arma deferunt.*
78 *Arma ligata portans non dicitur habere malum animũ.*
79 *Statutum prohibens delationem, vel detentionem sclopi, quomodo intelligatur.*

Statutum VII.

80 *Statutum prohibens exportationem frumenti sub pœna confiscationis, an comprehendat saccum.*
81 *Et an intelligatur de pane, farina, hordeo, & leguminibus, remissiue.*
82 *Licentia extrahendi bladum durat per septem dies.*
83 *Et debet præcedere extractionem, non subsequi.*
84 *Et an prædictum statutum liget forenses agricolas quo ad suam partem.*
85 *Forensis quis dicatur remissiue.*
86 *Domicilium contrahi quando dicatur remissiue.*
87 *Clericus an ligetur dicto statuto pro fructibus bonorum ecclesiasticorum.*
88 *Exportans an in dubio censeatur exportare pro victu, vel mercatura.*
89 *Stante statuto, quod nullus extrahat bladum vltra duos menses, si quis incepit extrahere, nec perfecit, poterit adhuc sine pœna extrahere.*
90 *Bladũ extrahens in itinere inuētus, an pœnam incurrat.*
91 *Equus alienus, seu currus, an incidat in commissum ratione fraudatæ gabellæ.*

Statutum VIII.

92 *Domus diruenda debet dirui à fundamentis.*
93 *Domus an possit dirui pro contumacia.*
94 *Domus in statu Ecclesiastico diruuntur pro pace fracta.*
95 *Domus communis an possit dirui.*
96 *Et quid si sit alteri obligata.*
97 *Et an destructa possit reædificari.*
98 *Vxor an possit impedire demolitionem domus mariti sibi obligata pro dote.*

Statutum IX.

99 *Statutum duplicans pœnas in delictis nocturnis, procedit in pœnis pecuniariis tantum.*
100 *Et an in dubio delictum præsumatur commissum de die, vel nocte.*
101 *Et quando dicatur committi de nocte vel de die.*
Initium verborum attenditur ad excusationem delicti.
102 *Statutum quod confessus mitius puniatur, an procedat in negante à principio, & postea confitente.*
103 *Et an in confitente metu probationum, & tormentorum.*
104 *Et an in confitente delictum, sed negante eius qualitates.*
105 *Et quid si pœna est imposita ipso iure.*
106 *Et quid si pœna non est mitigabilis.*
107 *Et quid si sint detrahenda duæ quartæ.*
108 *Et an procedat in causa appellationis.*
109 *Statutum, quod condemnati soluentes in termino habeant beneficium quartæ, porrigitur ad condemnatos carceratos.*
110 *Statutum, quod pœna per negationem augeatur, vel per confessionem minuatur, quando locum habeat.*

Statutum X.

111 *Statutum de offendente ad domum an comprehendat offendentem ad ostium.*
112 *Et an proiicientem arma ex via, & offendentem stantes in domo.*
113 *Et an offendentem in tecto.*
114 *Et an aggredientem in domo, in qua aggressus non habitabat.*
115 *Et an offendentem in apotheca.*
116 *Statutum puniens euntem de nocte sine lumine, non habet locum in spatiante sub porticu sua domus.*
117 *Statuto duplicante pœnam pro maleficio commisso in domo habitationis iniuriati, debet constare, quod tempore maleficij iniuriatus ibi habitabat.*
118 *Et quid si fiat insultus iuxta domum per duos pedes.*
119 *Et quid si molendinarius offendatur in molendino.*
Et quid si nauta in mari.
120 *Domus appellatione quid veniat remissiue.*

Statutum XI.

121 *Statutum puniens vulnerantem, habet locum in eo, qui vulnerat se ipsum.*
122 *Statuto puniente cicatricem deformem, debet deformitas probari.*
123 *Vulnusculum non venit appellatione vulneris.*

Visum est de pœnis à iure communi impositis: tunc de pœnis statutariis aliqua subiiciamus.

Statutum Primum circa damna data.

Quod à villa teneatur pro damnis datis in eius territorio. 1

ritorio. In hoc proposito solet quandoque allegari decis. Angel. *in §. quoniam vero, num. 3. in authent.* vt nulli iudices *coll. 9.* vbi dicit *b* quod si in aliqua villa, vel plebe datur aliquod damnum per aliquem, illa non tenetur emendare damnum, nec debet grauari pro delicto alterius. Et subdit, quod ita seruatur de consuetudine, quando scitur quis damnum dederit, & est soluendo: Sed quando ignoratur, quis dederit damnum, vel scitur, sed non est soluendo, & villa potuit ipsum prohibere, & non prohibuit, tunc villa bene tenetur: & quod ita per Tusciam seruatur. Et refert illud dictum Ang. Calc. *cons. 63. post num. 4. vers. & eodem modo*, & Roland. de Curte *in eod. vol. consil. 64.* quod est subscriptio praecedentis consilij *in vltimis verbis*, & Barb. *in eod. vol. consil. 66.* quod est contra consilia praecedentia. Ego tamen puto illam decisio. Ang. intelligendam esse iuxta ea, quae dicunt Calcan. & Rol. *in consil. praallegatis*, declarantes illam procedere secundum dispositionem iuris communis, sed quod ubi extat statutum, *c* illud seruandum est.

2 Quaero, *d* nunquid stante hoc statuto, poterit damnum probari per iuramentum ipsius damnum passi? Respon. quod non: & est communis opin. ut ait Dec. *cons. 410. post nu. 13. vers. 4. principaliter*, Ias. *in l. si quando, numer. 39. & seq. C. unde vi*, quem refert Grammat. *super constit. Regni, fol. 22. col. 4. num. 16. & ibid. num. 39. in fin.* Afflict. *super 1. par. constitutionum Regni, rub. 27. post num. 54. versic. in eadem, ibi forma hic*, Bertran. *consil. 298. in fin. lib. 8.* *e* Quinimò licet statutum disponat, standum esse dicto, siue iuramento damnum passi, poterit nihilominus contra tale dictum, seu iuramentum probari. Ita colligi videtur ex dictis Innoc. *in c. fin. numero 4. & 5.* quod metus causa, & est commun. opin. ut dicit Aug. ad Ang. *de malef. in verb. Nec non, & ad denunciationem, num. 16.*

3 Sed *f* quid si damnum datum sit in confinibus duarum villarum? Respon. quod utraque tenetur. Et ita tenent communiter Doctores, ut dicit Alber. *in 2. par. statutorum, q. 75. Item quaero statuto*, quem refert Afflict. *in loco praalleg. nu. 16.* Vnica tamen solutio sufficiet.

4 Item *g* quaero, nunquid absentes tempore maleficij teneantur. Resp. quod sic. Et ita de facto seruatur, ut dicit Alber. *in 2. par. statutorum, quaest. 85. item videtur.* Caetera in hac materia damni dati vide supra *lib. 1.* quia reuera haec *h* non est propriè materia criminalis.

Statutum secundum, circa bannitos.

5 Statutum, quod bannitus possit impune offendi. De hoc statuto latè dixi supra *hoc eod. li. §. Homicidium, versic. Plerumque etiam, & aliis seq.*

Statutum *i* quod nemo det auxilium bannito.

6 Quaero nunquid Aduocati, & procuratores patrocinantes bannito, *k* dicantur ei praestare auxilium, & fauorem, & incidant in poenam statuti. Respondeo quod non: est communis opinio. ut attestatur Taeg. *in pract. crim. c. 12. num. 25.* Videntur enim praestare auxilium iuris ministerio: merito puniri non debent. Quid autem in haereticis, an liceat pro eis aduocare, & patrocinari, dixi supra *hoc eod. lib. § Haeresis, vers. vlterius.*

7 Quaero, *l* si statutum prohibeat, quod nemo loquatur cum bannito sub aliqua poena, nunquid scribens litteras bannito incidat in poenam ipsius statuti? Respon. quod non: & est communis opin. ut dicit Alciat. *in l. 1. in prin. nu. 20. ff. de verb. oblig.*

8 Item *m* quaero, nunquid uxor teneatur alere virum suum bannitum ex fructibus suae dotis. *n* Respon. quod sic. Sed quid si fructus dotis non sufficiant, nunquid tenebitur illum alere ex bonis suis paraphernalibus? Respond. Gl. *in l. si stipulata, in fin. verbo, Contra sexus naturam, ff. de donat. inter virum, & vxorem* dixit, quod non tenetur uxor alere virum ex bonis propriis. Sed certè illa gloss. communiter reprobatur, vt dicit Gigas *de crimine lesa Majestatis, folio 158. quaest. 21. numero 4.*

Statutum tertium circa matrimonia.

Statutum *o* prohibens matrimonium contrahi non valet. Et ita tenent omnes, vt dicit Alexand. *consil. 97. post num. 2. vers. & quamuis, lib. 1.* Et quod talia statuta non procedant de iure canonico, dicit esse communem opinionem Cur. Sen. *consil. 23. num. 3. & seq.* quem refert Cotta *in memor. versic. statuto Mediolani, & Laudae, circa fin.* 9

Hinc *p* infertur, quod statutum prohibens matrimonium contrahi cum forensi, & contrahenti poenam imponens, non valet, neque quò ad prohibitionem matrimonij, neque quò ad poenam. Et est communis opinio, ut attestatur Curt. Sen. *in consilio praallegato post numero 3.* quem refert Cotta *in loco praallegato circa princ.* 10

Sed nunquid valet statutum laicorum disponens, quòd filij non possint contrahere matrimonium sine consensu patris. Respon. In hoc articulo fuerunt variae scribentium opiniones, Nam Bart. *in l. adijcimus, C. de murileg. lib. 11.* tenuit, quod sic. Et dicit Paris. *consil. 29. num. 42. lib. 3.* quod communiter concluditur, quod quando lex ciuilis imponit poenam contrahenti matrimonium & hoc in fauorem alterius, ex eo quia ille tertius ex tali matrimonio laeditur, talis poena de iure ciuili apposita subsistit, neque per ius canonicum dicitur sublata, vel correcta, licet ius canonicum conualidet ipsum matrimonium, addens, quod licet statuta laicorum non possint imponere poenam contrahenti matrimonij circa substantiam ipsius matrimonij, scilicet ut matrimonium ipsum non valeat, secundum magis communem opinionem, de qua attestatur Card. Alex. *in cap. 1. de sponsal.* possunt tamen disponere super dependentibus à matrimonio, puta, super dote. Et ita seruari attestatur Ant. de Butr. *in dicto cap. 1.* quem refert Praepos. ibi. *q* Contrariam autem sententiam, quod scilicet tale statutum non valeat, tenuit Ioan. And. *in cap. statutum, il 1. de haeret. in 6.* & dicit Brunel. *de sponsal. conclus. 19 numer. 4. & 5.* quod illum sequuntur communiter Docto. Hanc etiam opinionem dicit esse communem Alex. *in d. consil. 97. in fin. lib. 1. & consil. post numer. 11. lib. 3.* Felin. *d. cap. 1. nu. 13. de sponsal. & in cap. ecclesia sancta Maria, post n. 59. vers. sed contra, de const.* Curt. Sen. *in d. cons. 27. in primo dubio*, Dec. *in d. c. ecclesia sancta Maria, num 36. & in l. nuptias, num. 8. ff de reg. iur. & cons. 321. num. 2.* Et in specie dicit Dec. *in d. l. nuptias, num 14 in fin.* quod communiter tenetur contra Bart. *in d. l. adijcimus.* *r* Ego credo hanc opinionem de iure esse veriorem, & magis communem: sed ubi de consuetudine obseruaretur opin. Bart. crederem ab ea non esse in iudicando recedendum, non quidem circa prohibitionem matrimonij, sed bene circa poenam priuationis dotis, & alias ab ipso statuto impositas. 11

Item quaero, nunquid valeat statutum prohibens sororem nubere sine consensu fratris. Resp. quod non & est communis opin. vt dicit Alexan. *in d cons. 97. post num. 5.* 12

Sed quaero, nunquid valeant statuta laicorum priuantia filiam dote, casu quo nubat indigno sine consensu patris. Respon. quod talia statuta valent, & sunt firmissima, neque de iure canonico reperiuntur correcta, & ita seruari in practica attestatur Card. Alexand. *in d. cap. 1. col. 4. de sponsal.* quem refert Paris. *cons. 29. nu. 34. lib. 3.* 13

Statutum quartum de turbata possessione.

Quaero, *s* nunquid ingrediens possessionem alterius 14

f ex decreto iudicis inualido *f* incidat in pœnam huius statuti. Respond. quod sic. Ita dixit Bart. *in l. iustè possides, num. 4. ff. de acquir. poss.* quem sequuntur communiter Doctores, vt dicit Crauetta *consil. 248. col. fin. versic. non obstat aliud dubium.* ita etiam communiter teneri attestatur Clau. *in d. l. iustè possidet, n. 15.*

Statutum quintum circa alienationis.

Statutum prohibens rem immobilem alienari in forensem sub pœna valet. Et ita communiter tenetur, & seruatur, vt dicit Alber. *in 2. parte statutorum, quæst. num. 10.* Hanc etiam dicit esse communem Barb. *in rub. de rebus ecclesiasticis, non alien.* Curt. Sen. *consil. 27. nu. 8.* Ias. *in l. filiusfam. §. Diui, in 2. lect. num. 109. ff. de legat.* Ripa *in eod. §. Diui, num. 64.*

16 Sed quæro, nunquid tale statutum liget clericos, vel ecclesiasticas personas. Respons. quod non ligat clericos, neque ecclesias; & quatenus resultat in eorum præiudicium, nihil valet. Et ita dicunt communiter Scribentes ferè omnes, vt dicit Barb. *consil. 47. numer. 10. lib. 3.* & est communis opinio, vt dicit Fel. *in cap. ecclesia sancta Maria, numer. 89. de constit.* Ias. *in d. §. Diui, in prima lectura, num. 71. & in 2. num. 100.* Ripa *in d. §. Diui, numer. 18.* Socin. Iun. *consil. 76. num. 30. lib. 3.* Plottus *inter consil. criminalia diuersorum, consil. 108. numer. 12. lib. 1.* Quod quidem multo magis procederet, vbi statutum prohiberet specialiter in ecclesias, vel ecclesiasticas personas alienari; nam eo casu diceretur expresse contra libertatem ecclesiasticam: & ideo nihil prorsus valeret. Et ita tenent Doctores in hac materia loquen-
u tes, vt dicit Chass. *super consuetud. Burg. fol. 314.* u *numer. 51.*

17 Quæro *x* nunquid stante hoc statuto censeatur et-
x iam prohibita institutio. Respon. Glos. *in l. 1. in verbo, Loca sui. C. non lice. hab. lib. 11.* tenuit, quòd non. Sed certè illa gl. communiter reprobatur. vt dicit Ludouicus de Interamne. *in l. peto §. fratre, ff. de lega. 2.* quem refert Fabian. *de emptio. & vendit. in vlt. quæst. quæstionis principalis, nu. 27.*

18 Sed nunquid stante hoc statuto, censebitur prohibita locatio in forensem? Resp. quod non si est ad modicum tempus: sed locatio ad longum tempus vtique censebitur prohibita, & est communis opin. vt dicit
y Plottus *in dicto consi. 108. num. 59.* *y* Talis enim locatio transfert vtile dominium conductorem, vt dixi supra *lib. 4. §. locatio.*

19 Sed pone, quod testator legauerit forensi aliquem rem immobilem: nunquid tenebitur hæres præstare
z legatario æstimationem? *z* Resp. quòd sic: & est communis opi. vt dicit Alex. *in l. apud Iulianum, §. constat, n. 24. ff. de legat. 1.* Ias. *in d. §. constat, num. 34.* Curt. Sen. *in d. a consi. 27. post num. 6.*

20 Item quæro, nunquid tale statutum prohibens alie-
b nationem *b* censeatur etiam prohibuisse præscriptionem? Respon. quod sic; ita tenet Bart. *in l. vbi lex, num. 1. ff. de vsucap.* & est communis opin. vt dicit Alex. *consi. 1. numer. 23. lib. 4.* quem refert Plot. *in repe. d. l. si quando, nu. 266.*

21 Sed quid, si non obstante statuto facta sit alienatio, nunquid ex ipso contractu censebitur translatum dominium in acquirentem? Resp. quod non: nam tale statutum impedit dominij translationem. Et ita dicunt omnes Doct. vt ait Claud. *in l. si ita quis, §. ea lege, post num. 17. vers. item prædicta. ff. de verb. oblig.* Bene non obstante statuto transfertur possessio in acquirentem. Et ita volunt communiter Doct. vt attestatur Claud. *in d. §. ea lege, in vltimis verbis.*

Quæro etiam, Pone, quod statutum prohibeat, quod aliquis non alienet rem immobilem in forensem, neque alienanti consentiat, sub pœna: modo aliquis cedit forensi actionem ad rem immobilem, quæ (vt scis) computatur inter immobilia, vt dixi supra, *lib. 7. § mobilia,* & ego illi præsto consensum: nunquid ex eo consensu dicar incidisse in pœnam statuti? Resp. quod non: ita determinat Bart. *in l. Gallus, §. videndum, nu. 10. ff. de liber. & posthum.* quem sequuntur communiter Doct. vt dicit Claud. *in d. §. videndum, nu. 10.*

Sciendum est, quod hoc statutum habet locum solummodo in alienatione voluntaria, non autem in necessaria. Et ita tenent communiter Doct. vt attestatur Alber. *in par. statutorum, q. 206.* 23

Statutum sextum circa delationem armorum.

Quæro, stat, statutum imponens aliquam pœnam 24
ei, qui fuerit inuentus cum armis: nunquid ille, qui *c*
detulit arma, sed non fuit captus cum illis, poterit puniri pœna statuti? Respon. In hoc articulo variæ fuerunt scribentium opiniones. Nam aliqui tenent, quod etiamsi non sit captus, dicatur inuentus cum armis, & in eo locum habeat pœna statuti, & dicit Ias. *in lib. 1. in princ. ff. quod quisque iuris,* quòd hanc opinionem tenent communiter Moderni, prout illum refert Claud. *in l. possideri, §. Neratius, num. 6. in fin. ff. de acq. poss.* licet ego in *lib.* meo Ias. ibi de hoc loquentem non inueniam. Alij vero tenent, quod imo si non sit captus cum armis, non dicatur inuentus cum illis, & consequenter non sit puniendus pœna statuti. Et fuit opin. Bart. *in l. si Barsatorem, C. de fideiuss.* & dicit Bello. *consil. 49. numer. 4.* quod illum sequuntur communiter Doct. Dicit etiam Claud. *in d. §. Neratius, nu. 6. in fi.* quod hæc est magis communis opinio antiquorum. Ita etiam communiter teneri affirmat Alex. *in l. 1. princ. num. 77. ff. de acqu. poss.* Cæpol. *in l. si fugitiui, num. 81. C. de seru. fugi.* Hanc etiam opinionem esse magis communem attestatur August. ad Ang. *de malef. in verb. Fama publica, num. 75. in fin.* Amad. *de syn. numer. 90.* vbi etiam subdit, quod ita seruatur in practica. Ias. *in d. l. 1. in prin. num. 87. ff. de acquir. poss.* prout illum refert Ripa *ibi, nu. 53.* & Vinius *in lib. commun. opi. fol. 198. vers. statutum disponens,* Mars. *in pract. crim. §. pro complemento, nu. 24.* vbi etiam subdit, quod ita seruatur, Ripa *tract. de peste in rubrica de conseruanda vbertate, nu. 104.* *d* Et etiam hodie *d*
non esse in vsu, vt portans arma puniatur, nisi quando reperitur per familiam, attestatur Ang. *in l. 1. num. 4. ff. ad l. Iul. de public.* Et ab hac opinione tanquam veriori, & magis communi, & etiam consuetudine approbata, non puto vllo modo recedendum. *e* Et ge- *e*
neraliter, quod deferens vestes, aut res prohibitas ex ordinibus contra formam statuti, non incidat in pœnam, nisi deprehendatur cum ipsis rebus prohibitis, dicit esse communem opinionem Ant. Gomes. *in l. Tauri 45. num. 40.* quem refert Villalob. *in sua collecta communium opin. in littera S, nu. 112.* Dicit tamen Bald. *in d. l. si Barsatorem, num. 6.* quod consuetudo *f* in- *f*
terpretatur hoc verbum, *Inuentus,* contra quem maleficium probatur: Sed suspicor verba, Bald. *in lib.* meo esse corrupta.

Sed *g* quid si statutum puniat deprehensum cum ar- 25
mis, nunquid habebit locum in eo, qui non fuerit *g*
captus cum armis, sed testibus conuictus, quod ea detulit. Respond. Glo. *in l. 1. in verb. Deprehensus, C. vbi senato,* vel clariss. videtur velle, quod sic: & illam dicit esse communiter approbatam Ripa *in loco præalleg. nu. 105.* Sed certè consuetudo seruat totum contrarium, vt attestatur Didac. *in pract. quæst. 33. in fin.* dicens, quod frequentior consuetudo in toto orbe Christiano est, quod arma prohibita deferens nunquam ea amittit, nisi effectualiter cum illis fuerit deprehensus etiamsi constet illum arma detulisse. Et ita seruarem, si casus contingeret. Bene est verum, quòd si statutum diceret, quod posset etiam procedi per inquisitionem, vt

communiter dicitur in edictis, quæ fiunt in hoc ducatu: tunc utique puniri deberet, etiamsi non esset cum armis deprehensus.

26 Quæro, *h* nunquid appellatione armorum censeantur etiam prohibita arma defensiua. Respondeo quod non, & est communis opin. ut ait Placa. *lib.1.delictorum c.8.num.9.* Reperio tamen, quod Alber. *in 2.parte statutorum, quæst.115.* Item quærit, dicit quod vidit seruari contrarium, & illum refert Aug. ad Ang. *de malef. in verbo, vno stocco ferreo, i post, n.5.*

27 Et scias in hoc proposito, quod licet de iure loquendo, appellatione armorum veniant etiam fustes, & lapides, ut est text. *in l.armorum appellatione, ff. de verb. signific.* nihilominus cum ex communi usu loquendi saxa, & lapides non intelligantur appellatione armorum, edicta prohibentia delatione armorum non comprehendunt saxa deferentes, & ita rescripsit Senatus prætori Alexandriæ, 13. Octobris 1558. P.N. Declarauit *l* etiam Senatus in causa cuiusdam Benedicti de la Mathiola, *m* quod cultellus non venit appellatione armorum, 6. Octobr. 1554.

28 Pone, *n* in statutis, & edictis prohibentibus arma deferri de nocte solet apponi tempus præcisum, puta, post pulsatam secundam horam noctis, vel post pulsatam tertiam campanam: quid si in nocte Iouis, aut Veneris Sancti, quibus non pulsantur campanæ, fuerit aliquis repertus cum armis prohibitis, nunquid tenebitur pœna edicti? Respond. quod non, & ita tenent Doctores, ut dicit Alber. *in 2.parte statu.quæst.7.* Item quæro retentis.

29 Item quæro, *o* nunquid deferens arma prohibita ad usum itineris, debeat puniri pœna statuti. Resp. quod non, & ita obseruat hodie consuetudo, ut dicit Angel. *in l.1.nu.3.ff.ad leg.Iul.de vi publ.*

30 Quæro *p* etiam, nunquid ille, qui habet domi arma prohibita, puniatur. Respond. *ex dispositione l. Iulia de vi publ.* Sed certè hoc non est in usu, ut dicit Angel. *in d.l. 11.q num.4.*

31 Vlterius, quæro, nunquid clericus repertus cum armis prohibitis possit à iudice laico puniri. Dixi supra *quæst.36.vers.vlterius quæro.*

32 Scias autem, *r* quod regulariter portans arma prohibita debet ea perdere. Et ita seruatur de consuetudine, ut dicit Marsil. *in pract.§.pro complemento, num.12.* Dicit etiam Paris Put. *de syndic. fol.103.nu.21.* *s* quod officialis, qui inuenit aliquem cum armis prohibitis, potest illa frangere. Et subdit, quod ita seruatur, & dicit Bald. *in cap.1.§.si quis rusticus, in fin. de pace tenenda*, quod si regulariter non licet deferre arma, multo minus deferri poterunt in palatio principis. Et ita seruatur, teste Mant. *obseruat.54. circa fin.* Loquitur autem Bald. ibi in palatio communis Florentiæ, sed ego in palatiis Imperatorum, & Regnum semper vidi ab omnibus arma *t* deferri.

Statutum septimum circa blada.

33 Statutum, *u* quod blada non exportentur extra territorium, valet etiam quo ad amissionem rerum. Et ita de consuetudine quotidie obseruatur, ut dicit Vitali. *de malef. in rubr. quid sit accusatio, numer.79.* In hoc ducatu non solum est imposita pœna amissionis rerum, sed etiam pœna furcarum, & confiscationis bonorum, & super hoc est erectus Magistratus præfectorum annonæ, cuius ego nunc sum præses. Bene verum est, quòd raro seruatur rigor ipsarum constitutionum, ut scilicet fraudatores suspendantur, *x* sed solent ut plurimum *x* admitti ad compositionem. Dicit autem Boss. *in tit. de pœn. post num.20.* quod huiusmodi decretum est valde terribile; & quod quamuis videamus continere utilitatem publicam, ne scilicet sequatur caritas frumentorum, tamen (si practicam attendamus) continet auaritiam, ex quo finis est, ut pro quolibet sacco frumenti extrahendo soluatur quoddam vectigal: Et quod omni tempore conceditur extractio frumenti cum solutione distincti vectigalis, quæ res, & penuriam auget, & nobiles dimitti manes; subdens, quod ipse quotidie clamabit contra hoc. Sed certè credo ego, quod si principes huius dominij, quia omnia cum summa maturitate constituere solebant, non animaduertissent id summo Reipub. commodo cedere, tale decretum non condidissent, vel saltem postea illud abrogassent. Et proculdubio nisi esset hoc decretum continuè in hoc dominio, maxima esset frumenti inopia: licet enim ager huius dominij sit valdè fertilis, tamen cum multi ex finitimis populis, ut sunt *y* subditi Heluetiorum, & Genuensium, & Venetorum, semper inopia frumenti laborent: certè nisi per officiales huius magistratus prouideretur, ne blada ex hoc dominio extraherentur, sine mora totum illud frumentum, quod est prope confinia, exportaretur in vicinas prouincias, in quibus semper venditur longè cariori pretio, prout adhuc magna ex parte fieri videmus, etiam stante ipso decreto. Neque verum est, quædam omni tempore concedatur extractio cum solutione vectigalis, ut ipse dicit: Imo quoniam est suspicio pecuniæ, semper solet extractio suspendi, & interdici, ut quotidie experientia docet. Et ideo non video, quare tantum clamauerit, tanto magis cum videret neminem esse, qui de eius clamore curaret. Et ideo melius dicit Paris Put. qui ex patria mea fuit oriundus, *in suo tract.syn.fol.271.post num.1.* quod in hoc felicissimo Mediolani ducatu sunt decreta optimè prouidentia circa omnia.

Quæro *z* nunquid talia statuta prohibentia blada, aut carnes exportari, ligent etiam forenses. Respond. quo sic, & ita communiter seruatur, vt dicit Alber. *in 2.par.statutorum, q.1.nu.11.* Cum n. talia statuta vigeant ferè per totam Italiam, non videtur prætextu ignorantiæ excusandus qui contra ea deliquit. Vide, quæ dixi infra *q.85.vers.sed quid delictum.* 34

Item quæro, nunquid talia statuta prohibentia blada, aut merces extra territorium exportari sub pœna, ligent etiam portantem per transitum. Respond. quod non: & ita tenent omnes, vt dicit Alber. *in loco præalleg. quæst.9.* & dicit Ias. *in l.cetera, § sed & si quis ad opus, nu. 21.ff de leg.1.* quod ita tenent comm. Doct. quem refert Viuius *in ls. comm. opin. vers. statutum prohibens in 4. limitatione.* Sed certe quicquid sit de iure, apud nos de consuetudine seruatur totum contrarium. Et illi, qui volunt per transitum conducere, tenent impetrare licentiam à nostro Magistratu. 35

Vlterius quæro, an tale statutum comprehendat exportantem pro vsu suo? Respond. quod non. Ita dixit Bart. *in d.§.sed & si quis ad opus, num.4.* & ita communiter receptum est, vt dicit Alciat. *in l.lege censoria, in verb. Victus sui, ff. de verborum significatione.* Hanc etiam dicit esse comm. opin. Ias. *in eo.§.sed & si quis ad opus, n. 7.ff.de leg.1.* prout illum refert Viuius *in loco præalleg. in 2.limitatione.* Sed certè, quidquid sit de iure, apud nos seruatur oppositum, nam tales etiam pro vsu suo exportantes *a* puniuntur, prout ceteri omnes. 36

Sed *b* pone, quod statutum expressè permittat exportari pro vsu suo: modo aliquis exportauit animo consumendi pro vsu suo, deinde mutato proposito illud vendit; nunquid incidit in pœnam? *c* Resp. quod non: & ita communiter tenetur, vt dicit Alber. *in 2.parte statutorum, qu.206. prædicta etiam.* Et ita quotidie obseruatur. 37

38 Præterea *d* quæro, nunquid stante hoc statuto, puniatur extrahens farinam. Respond. aliqui tenent, quod non. Et ita tenere communiter Doctores affirmat Albert. *in secunda parte statutorum, quæstio*.5. subdens etiam, quod ita vidit de facto seruari. Contrariam autem sententiam, quod scilicet tale statutum locum habeat etiam in extrahente farinam, tenuit *e* Bartol. *in l. quæsitum, §. illud, numero* 1. *ff. de leg*.3. Et hanc dicit esse communem opinionem, Ripa *de peste, in rubr. remed. ad conseruandam vbertatem, fol*.24. *numero* 75. prout illum refert Viuius *in loco præallegato*, licet Ripa in eo loco loquatur in alio proposito, prout ego retuli infra versiculo pone quod ille. Bene verum est, quod ego semper vidi seruari, quod puniatur etiam extrahens farinam: alias de facili fieret fraus legi.

39 Sed hic quæro, si statutum puniat eum, qui fuerit inuentus exportare bladum, nunquid locum habeat non solum in eo, qui sit personaliter apprehensus, sed etiam in eo, qui sit *f* testibus conuictus. Respond. quod sic: & est communio, ut dicit Ripa *in loco præallegato, numero* 104. prout illum refert Viuius, ubi supra in tertia ampliatione. *g* Sed certè Ripa *in libro meo*, licet teneat hanc opinionem fatetur tamen illam esse contra communem. Et patet ex iis, quæ dixi supra *hac ea. quæst. versic. quæro stat statutum*.

40 Pone, *h* quòd ille, qui exportat bladum extra territorium, deprehensus est in itinere, priusquam extat: nunquid erit puniendus pœna statuti, perinde ac si exportasset? Respond. Aut statutum loquitur per verbum extraxerit, seu exportauerit, & non punitur: Aut loquitur per verbum extrahet, seu exportabit, & punitur. Et hanc dicit esse communem opinionem. Ripa *de peste in loco præallegato fol*.24. *numero* 71. *& seq.* Albert. autem *in* 2. *parte statutorum, quæstio* 4. *numero* 6. dicit, quod ipse vidit diuersimode seruari. Mihi certè hæc distinctio nunquam placuit, nunquam enim possent tales delinquentes in flagranti crimine deprehendi, si antea quam exirent inuenti, non punirentur, cum certum sit, quod postquam exierunt, non possunt officiales illos extra territorium persequi, nec comprehendere: propterea apud nos indistinctè seruatur, quod deprehensi in itinere, constito quod vellent illud exportare extra territorium, perinde puniuntur, ac si exportassent. Et illam distinctionem de consuetudine non obseruari attestatur Ripa ubi sup. *post numero* 57. *versic. Ego tamen*.

41 Vltimò quæro, quid si stante hoc statuto aliquis exportet simul aliquas merces licitas cum illicitis, nunquid amittet solum illicitas, vel etiam licitas? Respond. Aliqui dicunt, quòd omnes confiscantur, & siue sint ipsius portantis, siue alterius, modo sit sciens, & consentiens. Et hanc opinionem dicit esse communem Boer. *decisio*.178. *numero* 25. Aliqui verò dicunt, quod solum illicitæ perduntur, & ita communiter seruari attestatur Alberi. *in loco præallegato, quæst*.4. *numero* 4. Et hæc opinio mitior est, & ideo tenenda, ubi verba legis, vel edicti aliud expresse non disponerent.

Statutum octauum quod pro aliquo delicto bona delinquentis deuastentur.

42 Plerunque *k* in ciuitatibus pro aliquo graui crimine, puta rebellionis, vel proditionis, vel huiusmodi, imponitur pœna delinquenti, ut eius bona deuastentur; quæro, nunquid tale statutum valeat. Respond. quod de iure loquendo non valet, sed tamen de consuetudine communiter seruatur contrarium, ut dicit Alber. *in* 3. *parte statutorum, q*.3. *& etiam quæst*.11. attestatur se vidisse ita teneri, & seruari. Ita etiam de facto seruari attestatur Paris Put. *de syn. fol*.80. *post num*.1. *vers. officialis fuit*.

Sed *l* quæro, quid agendum sit, si delinquens habeat plures domos in communi cum aliis. Resp. debent bona diuidi, & destrui tantum illa, quæ contingent in partem delinquentis. Et hæc opin. placet communiter antiquis Doctoribus, ut dicit Alber. *in* 3. *parte statutorum, quæst*.74. 43

Sed quid *m* si delinquens habeat partem inferiorem unius domus, & alius habeat partem superiorem, nunquid debet tota domus destrui? Resp. quod non, *n* sed debet pœna commutari, & ita communiter tenetur, ut dicit Corset. *in sing. suis, in verbo Communitas, vers. Duos fratres*. 44

Sed *o* pone, quod compareat vxor condemnati, & pro interesse dotis suæ opponat se huiusmodi deuastationi, nunquid erit audienda? Respond. de iure certè videtur dicendum, quod possit talem deuastationem impedire pro summa suæ dotis: nihilominus de facto contrarium obseruatur, vt dicit Alber. *in* 3. *par. statutorum, in dicta quæstion*.7. quem refert August. ad Angel. *de malef. in verbo, Et eius bona, post numero* 10. Bona enim condemnati deuastantur iuxta dispositionem statuti, & fiscus de suo satisfacit vxori, & aliis creditoribus, *p* licet Paris de Put. *in facti contingentia* referat se iudicasse, quod vxor debeat habere bona mariti pro eius dote, non autem accipere dotem à fisco, vt ipse asserit *in tract. de syndic. in verbo, Publicatio bonorum, numero* 3. cuius contrarium apud nos obseruatur. 45

Statutum nonum augens, vel minuens pœnam.

Quæro, *q* nunquid statutum duplicans pœnam pro maleficiis, habeat locum in blasphemia, iniuria verbali, & aliis delictis, quæ verbo, aut scripto committuntur. Dixi supra *hoc eod. lib. §.*1. *versic. sed quæro*. 46

Statutum duplicans pœnam percutienti in domo potestatis.

Hoc statutum habet locum non solum in percutiente in ipsa domo, sed etiam in percutiente in confinibus ipsius domus. Ita tenuit Guid. de Suz. *in suis quæstionibus statutariis, in fin.* & ita communiter obseruatur, vt dicit Alber. *in l. præsenti, in fin. C. de iis qui ad eccles. confug.* quem refert Barb. *consil*.33. *post num*. 5. *lib*.4. 47

Statutum Pœnam duplicans in maleficiis commissis de nocte.

Pone *r* stat statutum, quod in delictis commissis de nocte pœna duplicetur: Item stat aliud statutum, quod in delictis commissis in platea, pœna duplicetur: Modo aliquis deliquit de nocte, & in platea: Quæro, nunquid debeat duplicari duplicatio, vel tantum duplicari illa simplex pœna, quæ pro illo delicto erat imposita. Respond. quod debet tantummodo duplicari illa simplex pœna. Et est communis opinio, vt dicit Aug. ad Angel. *de malef. in verb. in platea communi, post num*.20. 48

Quæro, *s* quomodo intelligatur Nox in termini huius statuti. Respond. Aliqui dicunt, quod illud delictum intelligitur commissum de nocte, quod commissum fuit ante Solis ortum. Et hanc dicit esse communem opinionem. Alexand. *in l. more, numer*.5. *ff. de feriis*. Alij vero distinguunt, quod aut statutum expresse determinat, quando dicatur dies, vel nox, puta, ad sonum campanæ, vel huiusmodi; & dicunt illud esse seruandum: Aut verò expresse non determinat, & tenet standum esse arbitrio iudicis, qui considerabit, an esset tanta claritas, vt attribuendum sit diei, an tanta obscuritas, vt sit attribuendum. 49

buendum noxi. In dubio autem mitior pars sequenda est. Et hæc fuit opinio Ioan. And. *in cap. si perfodiens, de homicid.* quam tenent communiter cano. vt attestatur August. ad Angel. *de malefic. in verbo, De nocte, post num.4.* quam ego etiam sequerer in iudicando si casus contingeret, prout etiam illam secuti fuerunt tres doctores, in regia camera summarie, vt refert Afflict. *super 1 parte constit. Regni, rub.5. num.9.* Et ita etiam iudicatum fuisse per Rotam Mantuanam attestatur Natt. *cons.469.*

50 Stante statuto, quod ei qui sponte confitetur deli-
s ctum diminuatur pœna, quæro, nunquid si quis primò negauit se delictum commisisse, deinde confessus est, debeat gaudere beneficio statuti, Respond. Bart. *in l. eum qui num.4. ff. de iureiur.* tenuit, quod non:
t & eius opinio dicit esse communiter approbatam Socin. *in l. non fatetur, post num.7. ff. de exceptio.* quem refert
u Menchiaca *lib.3. de testam, §.23. num.22.* licet u deinde referat Ias. & Felin. attestantes communem opinio-
x nem esse contra Bart. Certè opin. contra Bart. x mitior est, & mihi magis placet, & ex doct. allega. per Ias. *in d. l. eum qui, nu.8.* apparet eam esse etiam magis communem: satis enim est verificari conditionem à statuto
y requisitam, quod scilicet y sponte confessus fuerit, quæ non impeditur per negationem primo loco factam. Et ideo si casus contingeret, ego contra Bart. intrepide iudicarem.

Statutum decimum puniens insultum.

51 Statutum z puniens facientem insultum ad do-
z mum habet locum in faciente insultum ad porticum domus. Et ita communiter tenetur, & seruatur, vt dicit Alber. *in 2. par. statutorum, q.208.* Hanc etiam opin. comm. appellat Aug. ad Ang. *de malef. in verb. fecit insultum post n.3.*

Item quæro, an hoc statutum habeat locum si ali-
a quis fuerit insultatus in domo, quam habebat communem cum alio. Respond. quod sic, modo non esset communis cum ipsomet insultante. Ita tenet Bald. *in c.1. numer.1. C. qui testa. fac. poss.* cuius opinio communem appellat August. *in loco prealleg. numer.5.* Militat enim non minus in domo communi, quam in propria, ratio statuti, quod scilicet domus sua unicuique tutum refugium esse debet.

Statutum vndecimum puniens percussiones, vel vulnera.

52 Si statutum a puniat percutientem, vel vulnerantem,
a & aliquis plures percussiones, seu vulnera inferat, an sit pluribus pœnis puniendus, dixi inf. *quæst.84. vers. Sciat etiam, & aliis seq.*

53 Sed quid si eodem ictu plura vulnera inferat cum bidente, vel alio telo bifuricato? Dixi *in ea. q.84. vers. hac autem omnia.*

Statutum duodecimum contra homicidas.

54 Quæro, nunquid valet statutum imponens pœnam pecuniariam pro homicidio? Dixi supra *hoc eod. libro §. homicidium, vers sed nunquid.*

55 Statutum, quod pro homicidio quis decapitetur, intelligendum est, quando homicidium fuit dolo commissum; Secus autem si culpa tantum interuenerit, vt dixi infra *q.84. circa prin.*

Statutum decimumtertium contra fures.

56 Stante statuto, quod pro tertio furto quis suspendatur, an computanda sint furta extra territorium commissa, & an ea, pro quibus fur iam fuerat punitus, dixi supra *hoc eodem lib. §. furtum, versic sed pone, & seq.*

Statutum vltimum De statutis pœnalibus in genere.

b
57 Quæro, an statutum imponens, b pœnam nouam pro aliquo delicto censeatur abrogasse pœnam iuris communis. Dixi infra *q.85. vers. debet etiam, & in eadem q.* per totam videnda sunt quæ in proposito statutorum pænalium satis diffusè tractauimus.

ADDITIONES

Ad Quæst. LXXXII.

Quod Villa] adde, † quod Villa, quæ non habet quinque par- 1
tes famil. non tenetur resarcire damnum, quia non dicitur Villa. Alex. *in l. fin. nu.7. C. de testam.* quem refert, & sequitur Marf. *sing.232. capias.*

Item † adde, quod si Victualis, vel alius facit iter per vias inso- 2
litas, quod tunc Communitas non tenetur. Bat. *in l.1. n.2. ff. de his qui eiec. vel effud.* quem refert, & sequitur Ripa *in tract. de quæst. num.85.* & qualiter probetur negligentia, & diligentia, † vide 3
Bart. *in cons.102.* Et quid † si ex processu appareat, quod homo 4
fuerit occisus in vno territorio, & inuentum est cadauer in alio, quæ vniuersitas teneatur, vide Afflict. *in constitut. Regn. de homicid. Cland. numer.14.* vbi dicit, quod corpus mortuum non præbet testimonium loci, in quo cædes facta sit, *& in num.15.* habetur etiam, quod si † medietas hominis inueniatur in vno 5
territorio, & alia medietas in alio, quod Vniuersitas tenetur, in cuius territorio reperitur pars cum capite, & ibi *num.17.* dicit, quod vniuersitas, quę habeat communionem cum alia, non tenetur ad emendationem damni cum alia. Et quod corpus mortuum non probet, in quo loco cædes facta sit, tenet etiam Natt. *consil 585. num.3.*

Item † adde, quod si vniuersitas soluerit damna, & postea re- 6
periatur delinquens, quod poterit recuperare solutum a delinquente, & emendatio facta per Vniuersitatem retractari non poterit, secundum Afflict. *in dicta constiutione num.21.* & Paul. de Castrens. *in l.1. §. si res ff. ad leg. Rho. de iactu.* & Gramm. *in d. constitut si damna clandestina numer.11.* & ibi *numer.10.* quod si
† per Vniuersitatem imposita fuisset collecta pro emenda da- 7
mni, & antequam fieret æstimatio, constaret de damnum dante, non esset amplius procedendum ad executionem dictæ collectæ, nec Vniuersitas amplius ad emendationem tenetur, si malefactor est soluendo; secus autem si non est soluendo, quia tunc Vniuersitas tenetur, Gram. *consil.22.* & Io. Ant. de Nigr. *in c. pridem nu.1.*

Item adde, † quod Villa non tenetur, nisi etiam facta inue- 8
stigatione prius pro reperiendo malefactore; argumento eorum, quæ tradit Afflict. *in d. constitut. numer.10.* Et † quomodo 9
procedatur contra Vniuersitatem, quando etiam inuestigatur de delinquenti, *ibi num.11 & num.54.* habetur, quod in delicto occulto Iudex inquirit, incipiendo à custodibus: & *ibi nu.39.* si † Iudex cum inquisito processerit ad compositionem, 10
an Villa teneatur, *& in constitut. de malefic. clandest num 30. & 31.* quando Villa tenetur emendare damnum, an quilibet de Villa teneatur: & si † Villa non haberet bona in communi, ex qui- 11
bus possit soluere, an imponatur collecta per æs, & libram, vel per capita, & an ille, qui passus est damnum, teneatur cõtribuere in emendationem damni (de quo infra *nu.57.*) & ibi *nu.54.*
† an Communitas possit cedere bonis, & quomodo sit impo- 12
nenda collecta, vide etiam Bero. *in cap.1. nu.54. de rapt. spoliat.* & in emendatione bouis caro, & corium non debet deduci, & apud me inuentum remanet, & totum damnum est mihi emendandum, *c.1. de iniur. & damn. dato,* & Gramm. *in d. constit. si damna clandestina, nu.4. fol.21.*

Item † adde, quod statuta loquentia de damno dato non ha- 13
bent locum in furto; & statuta loquentia in furto non procedunt in damno dato, quia damnum datum est cum rei corruptione, furtum vero cum rei amotione, & contrectatione. Plot. *in l. si quando §. numer.43.* vbi attestatur de communi, & ideo qui fructus in alieno colligit, & exportat, furtum committit. Natt. *consil 263. num.6.* quod intellige, si fructus sunt maturi: actio autem legis Aquiliæ datur, vt emendetur damnum. Afflict. *in constit de animal. in pascuis §. si quando num.3. fol 138.* sed Bero. *in consil 213. & 214. vol 3.* tenet contrarium, scilicet, quod statutum de emendatione damnorum datorum vendicat sibi locum etiam in furto. Et in materia damni dati vide Plot. *in repet. l si quando §.50. num.32. C. unde vi,* vbi de eo, qui vuas in agro alieno comedisset, & de eis nihil collegisset, & in eis falcem non immisisset, & *in §.53 n.6.* quando datur damnum in frumento non maturo, vel in arboribus, siue plantis iuuenibus, quomodo æstimari debeat, & de hoc etiam habetur per Crau. *in consi. 40. num.10.* & Menoch. *de arbit. iud. cas.149. num.21.* vbi dicit, quod iudicatur secundum illud tempus, & non ex tempore futuro. Et quando non potest agi de damno dato, sed accusatione, vel querela de damno dato. Plot. *in d. l. si quando nu.823. & nu.*

848. vbi habetur, quòd pro damno dato, & furto in hæreditate iacente non dantur actiones nisi expilatæ hæredit, & circa reg.
14 † qui dat causam damni, damnum dedisse videtur, vide Soc. *in c. si culpa num. 20. de iniur. & damno dato*, & de animalibus in-
15 uentis in meo prato, an † illa retinere possim, donec sim satisfactus, vide Boss. *in tit. de damno dato nu.* 10. vbi tenet, quod non, si scio, cuius sint, sed de hoc habetur etiam per Plot. *in d. repet. l. si quando, §. 54. num. 7.* & Aleiat. *de præsumpt. reg. 1. præsumpt.* 10. vbi dicit, quod possunt retineri, donec soluantur alimenta, quæ venerunt in vtilitatem animalium. Et si damnum fuerit datum ab animali bruto, tenetur dominus, vel damnum emendate, vel animal pro noxa dare, Plot. *numer.* 875. sed attendun-
16 tur statuta, vel consuetudo loci, & † *in Reg. Neap. adsunt constitutiones incip. Peruenit, & animalia, lib.* 31. quibus prouisum fuit, non licere alicui capere, & detinere animalia aliena damnum dantia in suo solo, sed teneri ea consignare officiali loco sub pœna furti.
17 Item † adde, si statutum disponit, quod Villa teneatur, quando non inuenitur malefactor, volens agere contra Communitatem tenetur probare hanc negatiuam, quod malefactor non inuenitur, secundum Cott. *in consil.* 121. *nu.* 11. & plene per Mascar. *de probat. concl.* 1001. Et circa huiusmodi statutum, quando Vniuersitas teneatur de damnis datis in eius territorio, vide Io. Ant. de Nigr. *in c.* 26. *clandestinas, f.* 82. vbi ponit nouas limitationes. Quando ignoratur damnificans ponit tredecim indicia Plot. *nu.* 879. *vsq. ad nu.* 893.
18 Item † adde, quando statutum vult Villam de robatia commissa teneri, quid appellatione robariæ contineatur, Bald. *in authen. de nouo iure, C. de seru. fug. & in l. si te. C. ex quibus caus. in fam. irrogatur*, & Bar. *in l. famosos §. capitalium ff. de pœnis.*
19 Item † adde, quando Villa non teneatur damnum, vel incendium reficere, si fama adest, & coniecturæ, damnum fuisse datum ab inimico. Bertaz. *consil* 481. *per totum vol.* 2. Et in dubio præsumitur datum ab inimico graui, vel capitali Plot. *n.* 880.
20 Item † adde, quod hoc statutum locum non habet, si damnum esset illatum ecclesiæ, quia Vniuersitas illud emendare non tenetur. Bonf. de Vital. *in tract. de malef. in rubr. quot. modis supra malefic. proced. num.* 3. latè Guid. *in tract. malef. in rubr. de aliquibus quæst. col. pen.* Albet. de Rosa *in 2. par. statut. quæst. incip. statuto caueatur*, vbi dicit hanc opin. veriorem, quos sequitur Gram. *super constit. si damna clandestina num.* 12. *fol.* 2.
21 Item † adde, si ex statuto Vniuersitas teneretur de occiso, non tenetur de mortuo inuento in eius territorio, in quo vulnus aliquod non appareret, puta, quia veneno, vel suffocatione interfectus fuisset, *l.* 1. *§. occisorum, ff. ad Syllan.* Gram. *super c. Regni incip. constitutionem diui patris fol.* 130. & Io. Ant. de Nigr. *in c. clan-*
22 *destinis nu.* 13. *ad finem de pœna homic. clandest.* & ibi etiam † habetur, quod in Reg. Neap. Vniuersitas non tenetur, si homo mortuus aliquo tempore superuixerit, & quod est contrarium de iure communi.
23 Item † adde, quod si aliquis fuerit captus in vna Villa, & ligatus super equo, & postea ductus, & robatus in alia Villa; vel vna puella fuit capta in vna Villa, & postea cognita in alia, vtraque Villa tenebitur. Bald. *in l. si quis non dicam rapere num.* 10. *& seq. C. de episc. & cler.* Baiar.

b *Quod si in aliqua villa*] Damnum passus, si sit de villa, quod teneatur pro se contribuere, vide per Bait. *consil. fin. lib.* 2. Giach.

c *Illud seruandum est*] De quo vide Bald. *consil.* 154. *vol.* 2. vbi Ruuescala *in Apostill.* & Bald. leu quis sit *consil.* 94. *lib.* 6. vbi Tortus in apost. *Ros.*

24 d *Quaro nunquid*] adde † omnino videndum Mascar. *de probat. conclus.* 471. vbi latissimè, an damnum probetur per iuramentum illius, qui damnum passus est, & *in concl. seq.* habetur, an damnum in dubio præsumatur illatum ab inimico, vel vicino, & quomodo probetur damnum fuisse, vel non fuisse datum, intelligitur, quando iuratur contra dolosum, non autem contra culposum, etiam ex lata culpa, vt communem dicit Plot. *in d. l. si quando num.* 161. & in quibus casibus iurari possit de damno dato ob solam latam, culpam tradit ibi *numer.* 776. Et quando statutum dicat de damno, & culpa commisso ibidem *numero* 767.
25 Item † adde, quod quando statur iuramento illius, de cuius conscientia quæritur, si probatur contrarium, statur contrariæ probationi; nam lex, vel statutum disponens de stando alicuius iuramento, vel probationi, intelligitur, contrario non probato, etiam quod iuramento decisorio stari oporteat. l. nam postea, ff. de iureiur. Et quod possit probari contrarium, est magis communis opinio, Plot. vbi supra *nu.* 776. 777. 778. *& nu.* 867. si per instrumenta detegatur falsitas, *vt l. admonendi eo. tit.* quia illud iuramentum habet vim sententiæ, & probationis, ita tradit Ang. de Vbal. *in consil.* 12. *num.* 21. *&* 26. *vol.* 1. *inter consil. crim. diuers. & in l. qui vas, C. de furt* vbi dicit, quod contra iuramentum præstitum super valore rei furtiuæ probatio in contrarium admittitur, & de prædictis late habetur per Alexand. *in l. qui bona §. qui damni ff. de damn. infect.* & Menoch. *de arbit. iud. q.* 76. *n.* 17.

Item adde, quod contra tale statutum, & iuramentum admittitur probatio per euidentiam facti, non obstante, quod præstitum fuerit iuramentum, ita Barb. *in c. & euidentia, de accusat.* Alex. *in consil.* 379. *incip. viso processu*, & Marsl. *in pract. crim. in §. secunda quæstio nu.* 23. & ratio est, quia lex, vel statutum nunquam tollit probationem, quæ fit per rei euidentiam Bald. *in rubr. C. de probat. col.* 1.

Item † adde, an stante tali statuto, si ille, qui iurauit excessiue iurauerit, an possit peti, vt reducatur ad arbitrium boni viri, vide Afflict. *in dec.* 91. *col.* 5. Alex *in l. qui bona §. qui damni ff. de damn. infect.* Aret. *in §. actionum, col.* 14. *instit. de action.* & multa alia ad materiam istius statuti de damno dato, vide latè per Albe. Brun. *in tract. de constit. decret. statu. in verb. damnum in* 3. *vol.* & latissimè per Plot. *in repet. l. si quando §.* 49. 50. *&* 51. vbi ponit 58. limitationes. 26

Item † adde, stante dicto statuto, quod credatur iuramento damnum passi, si reus accusatus petat exprimi diem per damnum passum, quia intendit illum redarguere de falso, & probare seipsum damnum passum, vel accusatorem fuisse alibi, debet exprimi dies per damnum passum, alioquin eius iuramento non creditur, Bald. *in l.* 1. *in fin. C. de indic.* & est magis communis opi. vt per Plot. *in cons.* 94. *nu.* 6. *& in l. si quando nu.* 824. *C. vnde vi.* 27

Item † adde, quod tale statutum, (quod iuramento damnum passi credatur,) habet locum etiam, vt sit credendum illius iuramento super incidenti, & emergenti articulo Bar. *in l. solent, num.* 8. *ff. de alimen. & cibar. lega.* Iat. *in l.* 2. *nu.* 6. *C. de edict. diui Adria. tollen.* Rip. *in l.* 3. *num.* 4. *ff. de damn. infect.* qui alios huius opinionis recenset, & idem tenet Menoch. *de arbit. iud. q.* 45. *n.* 10. Baiard. 28

e *Quinimo licet disponat statutum*] adde Marsil. *Rubrica de fideiuss. nu.* 178. vbi diffusè de hoc statuto. *Drog.*

Quinimo licet] adde † in materia statuti ita disponentis, & an sit validum, si disponeret standum esse iuramento damnum passi, & quomodo tale statutum est intelligendum, & si opus esset probare, prius damnum datum fuisse, antequam deueniretur ad iuramentum damnum passi in damno de iure communi poterit iurare femina quemadmodum masculus siue sit secularis, siue Ecclesiastica Plot. *d. l. si quar. lo num.* 64. 647. 649. sed in casibus, in quibus de iure communi non creditur, mulier non poterit iurare ibi *nu.* 862. & si † possit iurari contra laboratores, operarios, & in quibus casibus. Plot. *in tract. de in lit. iuran. §.* 49. *num.* 4. *cum sequen. fol.* 241. vbi huiusmodi materiam multum diffusè tractauit: & ibi quoque dicit, quod huiusmodi statutum, & similia semper intelligenda sunt accedente consensu Iudicis, & si ita Iudici visum fuerit, cum † omnis probatio sit arbitraria Iudici, vide etiam Viui. *opin.* 786. *&* 788. *vol.* 2. & Bero. *in consil.* 214. *numer.* 7. *volum.* 3. & Farinac. *in quæst.* 24. *num.* 197. *cum seq.* 29 30 31

Item † adde, quod hoc statutum volens credi iuramento damnum passi, non procedit in fauorem forensis. Deci. *in consil.* 530. *nu.* 8. & Paris. *consil.* 12. *num.* 26. *vol.* 3. vbi attestatur de communi, quod etiam procedit, si forensis soluat onera mere realia, vt per Alexan. *consil.* 117. *alias* 41. *lib.* 7. nec contra forensem Plot. *d. l. si quando nu.* 846. sed quando forensis, vt possit dicto statuto declarat. *num.* 854. 32

Item † adde, quod stante huiusmodi statuto, quod credatur iuramento damnum passi, pauper non potest iurare. Paris. *in consil.* 164. *num.* 2. *vol.* 4. quem refert, & sequitur Viui. *opi.* 988. *num.* 3. *vol.* 3. & tale statutum, quod credatur iuramento damnum passi, semper intelligendum est, concurrente legalitate, & qualitate eius, cui iuramentum deferendum est, ita tradit Roman. *in l. damnum l.* 3. *ff. de damn. infect.* Curt. *in l. admonendi num.* 201. *ff. de iureiur.* & Mascard. *de probat. in concl.* 471. *num.* 29. *&* 30. & in hoc versari debet arbitrium Iudicis, Marsil. *in tract. de bann. in verb. Villa, numer.* 46. & qualitates requisitæ, vt possit quis iurari, ponit Plot. *num.* 792. 793. 794. 795. *vsq. ad num.* 805. 33

Item adde si statutum, diceret simpliciter quod stetur dicto alicuius, intelligitur, dummodo iuret Angel. *in l. si vacantia C. de bon. vacan. lib.* 10. & Felin. *in consil.* 48. *num.* 17.

Item † adde, quod statutum, vt debeat credi iuramento damnum passi, vel saltuarij, vel officialis, vel alterius, non procedit, quotiescunque libellus, vel petitio, vel accusatio, seu inquisitio, super quibus procederetur, essent inepta, etiam quod in iuramento exprimerentur, & fierent, quæ facta fuerant in libello, seu accusatione. Dec. *consil.* 83. Ruin. *consil.* 10. *volum.* 5. & Plot. *in l. si quando, C. vnde vi. §.* 50. *num.* 44. vbi latè quando locus sit dicto iuramento. 34

Item non habet locum quando pars non petiit sibi deferri iuramentum, quoniam ex suo officio non potest iudex illud deferri,

deferri, vt eſt communis opinio, vt per Plot. *d.l.ſi quando n.831.* nec quando filius, vel alius cõſanguineus ſine titulo eſſet in poſſeſſione, & vellet iurare contra matrem vel alium, conſanguineũ habentem titulum, & non exiſtentem in poſſeſſione, quia ille iurare volens præſumitur eſſe in poſſeſſione iurare amicitię, & familiaritatis, vel ſanguinis, & nomine matris, vel conſanguinei, cuius eſt titulus, vt ibi per eum *n.833.*

35 Item † adde, quando agitur contra Villam, vel contra alium tertium non ſufficit huiuſmodi priuilegiata per iuramẽtum, ſed requiruntur plenæ probationes Dec. *in conſil.* 410. *nu.* 13. De hoc tamen vide omnino Bero. *in c.1.n.46.cum ſeq. de reſt.ſpol.*

Item adde ſi extaret ſtatutum, vt credatur iuramento domini in damno dato, de quo domino intelligitur an poſſeſſionis, vel proprietatis, Abb. *in c.quoniam frequenter, §.in aliis in fine, vt lite non conteſt.*

Item adde, quod in caſu prædicti ſtatuti ſtabitur iuramento vſufructuarij Alex. *in conſil.* 129. *vol.* 2. idem ſentit Paul. de Caſtr. *in rubr.ff.de nou.oper.nunt.* & ibi Iaſ. Et quando non poſſit deferri, & quæ excidi poſſint, ponit Iaſ. *in d.l.ſi quando nu.* 827. 846. *&* 861.

Item adde, quod perſonæ Eccleſiaſticæ, non ſuſtinentes onera temporalia, gaudebunt beneficio dictorum ſtatutorum, etiam quod ſtatuto caueretur, quod non ſoluentes onera, vel non ſubiecti non gauderent beneficiis ſtatutorum, Plot. *ibi num.* 854. Baiar.

36 f *Sed quid ſi damnum*] adde, quod † in ſtatu Eccleſiaſtico in materia damnatorum datorum adſunt duę Bullę Pij V. de quib. in Bullario *fol.936.conſtit.*12. *&* 13. *prope finem*, & ad hanc quæſtionem, vide Farin. *q.*14. *n.*198. Baiar.

37 g *Item quæro nunquid*] adde, † quod contrarium tenet Meno. *conſil.*50. *&* 101. *nu.*43.

Item adde, quod ſtante ſtatuto, quod Vniuerſitas teneatur damnum emendare, ſi non ceperit malefactorem, quod etiam ille, qui paſſus eſt damnum, tenetur contribuere ad emendationem, Bar. & alij *in l.ab omnibus, §.Titius, ff.de legat.*1. & Soc. *in c. dilecta, nu.*53. *de exceſſ.prælat.* Baiar.

h *Hæc non eſt materia propriè criminalis*] adde, quod ideo accuſatus de damno non poteſt puniri de furto, cum aliud ſit damnum, aliud ſit furtum; Dec. *conſil.*81. *ſub n.*3. *verſ. Modo Titius accuſatus*, *Notarius in l.ſi quando b primo, ſub numer.*42. *C. vnde vi.* Et quamuis Dec. vbi ſupra tenere viſus ſit, quod inciſio lignorum ſit in damno, exportatio vero ſit in furto, vide Calcaneum in contrarium allegatum per Crauet. *conſil.*161. *ſub nu.* 18. *ad fin.* Alexan. *conſil.*165. *ſub numer.*2. *cum ſequenti volum.*1. Dixi *in addit.ad ſtatuta Pallauicina, ſub Rubrica, de pœna facientis, vel damnum dantis, ſtat.*72. *libro* 2. Quod intelligi contra de damno accuſatos, vt contra eos de furto procedi non poſſit; Criminaliter autem proceditur contra Camparios accuſare damna debentes ex eorum officio, cum non accuſant, nec indicant; Blanc. *repet.l.fin. ff.de quæſt.num.*423. *verſic.culpa Cuſtodis*, & habetur ſupra *quæſtione* 12. *verſicul.eſt autem*; ex quibus inſurgit declaratio ad ſtatutum Riparoli *in crimin. Rubrica* 85. vt tale ſtatutum non procedat, declaratur etiam, vt ſtatutum prędictum non habeat locum, quando colonus, vel maſſarius, ſiue Conductor accuſarent de damno dato, quia hoc non poſſunt tunc facere niſi de licentia Domini, Bart. *in l.ſi furtum in fin.ff.de vſufruct.* Plot. *in l.ſi quando §.3.ſub nu.*21. *ff.de in lit.iur.* Felin. *in cap.ex parte el* 2. *coll.mihi* 2. *de reſcript.* Et in quantum hic dicitur, quod abſentes tempore maleficij teneantur contrarium retulit Dec. *ex eodem Alberico q.*68. *& quæſt.*83. *in conſil.*64. *ſub nu.*5. *poſt med.* Drog.

Statutum ſecundum circa bannitos.

38 i *Statutum, quod nemo det auxilium bannito*] adde, quod † ſcribens litteras bannito dicitur ei præſtare auxilium. Bal. *in l.*1. *in prin.ff.de verb.oblig.* quem refert, & ſequitur Fel. *in conſil.*46. *n.*11. *inter conſil.crim.tom.*1.

39 Item † adde, quod ſtatutum loquens de bannito, non verificatur in eo, de cuius banno diſputatur. Bal. *in l.*2. *C.ſi penden.appell. mors interuen.in fin.* Soc. *conſil* 122. *n.*4. *vol.*1.

k *Dicantur ei præſtare auxilium*] Hoc limitatur in Hæretico, vt Aduocati pro eo aduocare non poſſint, quando ſcilicet iam prius conſtaret de hæreſi, *ſupra §.Hæreſis*, per Clarum allegato; defendendo tamen fac proteſtationem, vt per Crau. *conſil.*162. *in prin.* Drog.

40 l *Quæro ſi ſtatutum prohibens*] adde, † quod ſtatutum prohibens, quod nemo loquatur cum bannito, intelligitur, quando loqueretur cum bannito in præiudicium Regiminis, alias ſecus. And. Bar. *in c.cum viceſimum de off.deleg.* vbi allegat text. *ſing.in l.*1. *ff.ad Iul. Maieſt.*

41 Item † adde, quod huiuſmodi ſtatutum non habet locum in ſcribente, niſi eadem ſit ratio. Burſat. *conſ.*94. *nu.*4. vbi atteſtatur de communi, & quod ſtatutum de loquente cum bannito
42 comprehendat etiam ſcribentem, & nuntium † mittentem, vbi viget eadem ratio. Rom. Iaſ. Cror. Rip. & alij communiter Doct. *in l.*1. *in prin.de verb.oblig.* & late Ferran. Vaſq. *in tracta.de ſucceſſ.§.*15. *n.*55. & Chaſſan. *in conſuet. Burgun. in fol.*1501. *verſ. vigeſimaquinta concluſio.* Baiar.

m *Alere virum ſuum bannitum*. Adde, quod de vxore banniti dixit Marſ. *d.rub.de fideiuſſ.nu.*222. *ſup.ad q.*78. *verſic.Item in fiſcum*, vbi dixi ſup. *ad q.*78. *verſic.quare ſi bona.* Drog.

n *Reſp.quod ſic*] Et an teneatur ſequi virum, Far. *in eius practi. crim.*8. *vol.q.*143. *§.ſequitur n.*257. Roſ.

o *Statutum prohibens*] adde, quod etiam per ſanctam ſynodum Triden. *ſeſſ.*24. *c.*9. prouiſum fuit, quod Principes, nec alij quouis modo directe, ſiue indirecte, ſub pœna excommunicationis prohibere poſſint, quo minus matrimonia libere contrahantur. *Baiar.*

p *Hic infertur*] adde † videndum Cæph. *in conſil.*92. & Paſer- 43
tum *in conſil.*4. Baiar.

q *Contrariam autem ſententiam*] adde, quod filius † familias 44
non debet contrahere matrimonium ſine conſilio patris, vt late per Menoch. *conſil.*69. vbi examinauit hanc quæſtionem, an
Epiſcopus, † ſiue Vicarius poſſit committere denuntiationem, 45
ſiue concedere licentiam filiofam. contrahendi matrimonium non præcedentibus denuntiationibus, iuxta formam Concilij Tridentini, ne pater ſciens tale matrimonium impedire valeat *Baiard.*

r *L.adjicimus*] adde ibi Io. de Plat. vbi allegat Ioan. Andr. *d. c.ſtatutum, de hæret.libr.*6. & eius opinio communiter tenetur, vt concludit Alex. *conſil.*97. *lib.*1. Adde Franc. de Curt. *conſil.* 27. *in* 1. *dub.* Gui...

Statutum quartum de turbata poſſeſſione.

ſ *Quæro, nunquid ingrediens*] adde turbationis modos tam in iudicio, quam extra iudicium ponit Menoch. *in tract.de retinen. poſſeſſ.remed.*3. *num.*467. *cum infinitis ſeq.* vbi recenſet octo, & viginti modos, & in dicto remedio, *nu.*652. vbi ponit duodecim
cauſas, † quibus à pœna turbatiuæ excuſatur, & Lud. *concluſ.*71. 46
Plot. *in l.ſi quando n.*731. *cum ſeq.C.vnde vi*, vbi etiam tradit de prædone turbato, qui ante omnia manutenendus eſt & reſtituendus, etiam ad fructus perceptos, ſeu qui percipi potuerunt ibi *num.*732. & quando iurari in litem poſſit *nu.*734. & tres fallentias ponit, in quibus in caſu turbatiuæ iurari in litem non poteſt
*num.*735. 736. *&* 737. *& n.*...8.4. & quæ † ſint probanda in hoc 47
remedio, idem Menoch. vbi ſupra *nu.*556. & Ioa. Bapt. Pont. *de ſpolio lib.*2. *c.*7. *&* 17. Vide etiam Pariſ. *in conſ.*126. *vol.*4. *& conſil.*
172. *per totum vol.*3. † & de laboratoribus laborantibus, qui nam 48
dicatur turbari in poſſeſſione, tractat Rolan. *conſil.*54. *per totum vol.*1. Rip. *in c.decernimus num.*41. *de iud.* & Menoch. *de arbitr. iud. caſu* 354. *num.*35. *cum ſequent.* & an turbatio verbalis ſufficiat, & per quæ verba inducatur, Affl. *in deciſ.*394. & ibi Viſillus, & Nicol. Bellon. *conſ.*11. *col.*5. & an quis dicatur turbare, & moleſtare, ſi agitur in iudicio, Alex. *conſil.*31. *n.*2. *vol.*1. Baiar.

t *Incidat in pœnam huius ſtatuti*] adde Neguſ. latius explicãtem *tract.de pig.*2. *memb.*3. *part.num.*22. Dec. *conſil.*449. *nu.*16. *ad fin.* Menoch. *tract.de recuper.poſſ.remed.*8. *nu.*8. *n.*..9. ſed an ſic ingredienti liceat de facto reſiſtere? ſupr. *qu.*29. *verſ.ſed hic incidenter in principio*: diſtingue, vt ibi, & nota, quod ſi turbatio non principaliter, ſed in conſequentiam actus venit non cadit in ſtatuto de pœna turbantis loquente, Alex. *conſil.*1. *n.*27. *lib.*3. Drog.

Statutum quintum circa alienationes.

u *Num.*51.] Carp. *c.collegijs, num.*150. *& ſeq.* vbi limitate videtur. *Roſ.*

x *Quære nunquid*] adde, quod tamen † qui prohibetur legare, 48
non prohibetur donare, Alex. *conſil.*54. *vol.*7. Craue. *de antiq. temp.p.*4. *verſic.circa præmiſſa n.*19. *cum ſeq.* & in contingentia facti, quod qui non poteſt legare poſſit tamen donare cauſa mortis, vide Dec. *conſil.*195. *& in l.ſenium nu.*50. *&* 55. *C.qui teſt.fac. poſſunt*; Cuius contrarium tenuit Alc. *in libr.*2. *ſub num.*64. *de verb ſign.* Drog.

y *Falu enim locatio*] adde, quod tunc hoc eſt maxime verum, cum non eſt ſpes luitionis, ſeu redemptionis, Neguſ. *d.tractat. de pign.*2. *memb.*2. *par.prin. nu.*30. *&* 3. *memb.dicta* 1. *partis prin. ſub nu.*29. *ad fin.* Apoſtil. ad Dec. *in l.non alienat.litter. A.de reg. iur.* Drog.

z *Reſpondeo; quod ſic*] adde Plot. *in allegato conſilio* 108. *inter conſilia criminalia diuerſorum nu.*81. vbi apparet tunc forenſem, non obſtante ſtatuto, acquirere poſſe, cum poſt inquiſitionem vendit ſubdito. *Drog.*

a *Poſt num.*6.] Vide tamen Carp. *in c.colleg. ne.conſtit.nu.*89. Roſ.

b *Cenſeatur etiam prohibuiſſe præſcriptionem*] adde rationem, quia videlicet præſcriptio eſt legalis alienatio, ideoque vna prohibita, prohibetur & altera, Neguſ. *d.tract.de pig.*2. *memb.*6. *part.prin.ſub num.*14. Drog.

Statutum ſextum circa delationem armorum.

c *Quæro ſtat ſtatutum imponens aliquam pœnam*] Nunquid

comprehendat forenses, vide per Mars. in pract. crim. §. constante, num. 23. Giach.

Quaro stat statutum] Vide Fatin. latissime de mat. armorum in
sua praxi vol. 4. q. 108. vbi etiam de proclamat. Dec. in tract. cri.
tom. 2. lib. 8. c. 2. 3. & 4. An veniat fœmina, vide Viu. in opin. t. al-
legata n. 283. lib. 1. Fatin. d. q. n. 15. An ligent batones, & suos sub-
ditos, Fatin. nu. 58. vsque 64. & num. 124. & quod si per momen-
tum deferant, an teneantur Rol. q. 33. & an eis possit spoliari in
Ecclesia. Ros.

49 Quaro, stat statutum] adde, † multos casus, in quibus arma
portare licet, vt per Afflict. in constit. intentionem, & Duen. in reg.
55. & Chassan. super consuet. Burg. pag. 81. sub num. 108. & de hac
materia armorum late etiam habetur per Ioseph. Lud. in deci.
Perus. 31. & per Mars. in pract. cri. in §. pro complemento.

50 Item † adde, an portans arma venenata plus sit puniendus,
quam statutum disponat. Barb. de Card. legat. à latere q. 5. nu.
25. fol. 192.

51 Item † adde, quod armorum delationem Magistratus pro-
hibere potest, & est communis opin. Aret. in §. fi. Instit. de auctor.
52 tut. & Rolan. in cons. 83. n. 6. lib. 1. & successor † nouus in officio,
potest prohibere, & punire officialem suum prædecessorem ar-
ma deferentem, secundum Gramm. in const. intentionis n. 2. fol.
8. vbi ad hoc allegat tex. in l. tribunus, C. de milit. testam.

53 Item adde, † quod ab edicto facto per Iudicem, ne portentur
arma, non potest appellari. Guid. Papæ deci. 436. n. 57. potest ta-
54 men appellari à † declaratione, quod inciderit in pœnam dela-
tionis armorum, vt tenet Afflict. in constit. intentionis num. 59. &
Caret. in pract. crim. in prin. n. 58. vers. an sententia condemnatio-
nis: sed nunquam vidi aliquem interposuisse appellationem, &
arbitror etiam, quod non possit appellari, quia deferentes arma
capiuntur in fragranti, nisi prætenderet sibi licuisse arma de-
ferre.

55 Itē † adde, quod statutum, siue proclama prohibens delatio-
nem armorum comprehendit etiam mulieres, & si repertæ fue-
rint cum armis, puniri debent. Soarez. commun. opin. vers. mulie-
res, nu. 252. & Gabr. comm. concl. lib. 6. tit. de verb. signif. concl. 6. n.
56 37. & similiter statutum, † quod nemo proficisceretur de nocte,
comprehendit mulieres, Viu. commun. opin. 808. n. 7.

Itē adde, quod statutum prohibens arma deferri ad festam,
57 † non comprehendit illum, qui transeundo per illum locum se
firmauit ad aliquid emendum; Bertaz. in consil. 217. vol. 1.

58 Item † adde, quod equites priuilegiati, si arma ferre possint,
non comprehenduntur banno, quod arma non ferantur, nisi
in banno adesset dictio vniuersalis, vt omnis, totus, vel æqui-
pollens, vt quicunque, vel similis, tunc enim etiam personę pri-
uilegiatæ comprehenduntur. Cran. consil. 284. & Hercul. de pro-
ban. negatiua num. 22. & 24. Baiar.

d Et ita etiam hodie] Far. sup. nu. 132. vsq. 144. Ros.

e Et generaliter] Far. d. q. 108. n. 3. vbi sic regulam constituit,
& nu. 4. & seq. pœnas recenset, & n. 13. Ros.

f Interpretatur hoc verbum] Hoc tamen casu, quicquid sit de
iure, est dandus terminus etiam reperto in fragranti crimine, &
sic reperto cum armis ad allegandum, quare condemnari non
debeat iuxta ea, quę dixit supra q. 8. versic. sed nunquid q. 28. vers.
dictum est q. 49. versic. vlterius quaro, quod tamen sit locus pœ-
næ tam inuento cum armis, & non capto, quam capto, late dis-
serit Menoch. d. tract. de arbit. iud. lib. 2. cent. 4. casu 349. nu. 50. &
his adde vnum singulare, quod mulier reperta cum armis, non
tamen est carceranda, sed iuratoriæ cautioni relaxanda: Ita Fe-
lin. in c. legebatur in prin. extr. de maior. & obed. quod not. Iudex
Armator. Drog.

59 g Sed quid si statutum] adde, † quid si familia inueniret plu-
res, inter quos esset ensis, vel pugio in terra, & omnes negarent
ensem esse suum, quid agendum in illo casu: vide Alber. in tract.
stat. in 2. par. quast. 121. Menoch. de arbit. iudic. casu 394. num. 313.
& Decian. in tract. crim. libr. 8. cap. 4. num. 12. tom. 1. qui tamen in
60 aliqua parte videtur dissentire à Menochio. Et quid si familia †
vellet inuentare aliquem, si haberet arma, si recusauerit, & non
permiserit se perquiri, an incurrat pœnam, idem Albet. d. qu. 121.
& dicit Bart. in l. euictiones, C. de incursu pub. lib. 11. quod ille, qui
non permittit se scrutari, potest retineri per Curiam, & ex sola
61 resistentia acriter puniri. Et an † credatur familiæ, quod inuene-
rit aliquem cum armis, Paris in tract. de syndic. vers. Iudex in offi-
cio processit, & an iudex possit exequi sine sententia, si aliquis fue-
rit captus cum armis, vide Ange. Bal. & omnes in l. ictus fustium,
de infam. & And. de Isern. in constit. Regni Humanitatis, & Bal. in
d. l. ictus fustium dicit, quod si familia potestatis inuenerit aliquē
cum armis, & referat Potestati, ex illa relatione posita in actis
potest eum condemnare, quem refert, & sequitur Affl. in rub.
constit. Iustitiarij non per calendas, num. 11. fol. 123. & Gramm.
idem tenet in constit. intentionis, de illic. portat. arm. num. 22.
fol. 9.

62 Item † adde, quod si familia reperit aliquem cū armis, & ipse
aufugerit in domum suam, nō poterit inde extrahi, licet semper
familia eum insequuta fuerit. Bal. & Rom. in l. plerique, ff. de in ius
voc. vbi etiam Ias. nu. 12.

Item † adde, quod si in edicto, siue proclamate apponente pœ- 63
nam deferentibus arma nihil dictū fuerit de amissione armorū,
nihilominus perduntur. Auth. de armis, & Alex. in l. 1. ff. ad l. Iul.
de vi publ. & Afflict. in constit. intentionis, n. 26. & Mars. in pract.
crim. in §. pro complemento, nu. 12. vbi etiam dicit, ita seruari de
consuetudine, & dicta arma † debent applicari fisco, vt habetur 64
in d. auth. de armis, & Aluar. in §. si quis rusticus, de pace tenen. &
Gram. in d. const. intentionis n. 17. sed hodie ex communi vsu ap-
plicantur familiæ capienti, vt fiat audacior, & diligentior in ca-
pientis illis, qui arma ferunt & hoc etiam ipsis delictis magistra-
tuum caueri solet, quę pœna obseruatur etiam in armis defensi-
uis, licet nunquam viderim obseruatum, quod si sola arma ad
defensam habeantur, non autem ad offensam, illa amittantur;
ita etiam tradit Dec. in tract. crim. lib. 8. c. 4. n. 18. to. 2.

Item † adde, quod si iudex videt aliquem deferre arma, po- 65
test eum punire de delatione armorum absque aliquo processu.
Bal. in l. efficium, ff. fin. reg. Ias. in l. vnica, ff. si quis ius d. non obtemp.
n. 28. & ibi Cagnol. nu. 98. Baiar.

h Quaro nunquid] Fatin. sup. n. 72. vsq. 76. vbi late armorum
materiam tractat; vide Far. d. q. 108. in prin. Bonacoss. in q. crim.
verbo arma, & de fustib. & lapidib. Far. sup. n. 87. & seq. vbi de la-
pidib. & baculo. Ros.

Quaro nunquid] adde † dec. Perus. 31. n. 4. vbi habetur, quod 66
statutum prohibens portare arma, comprehendit tantum arma
offensibilia, non autem defensibilia. Baiar.

i Post num. 5.] Vigel. M. I. R. lib. 1. cap. 13. q. 2. de vi. publica reg.
2. exceut. 1. Ros.

k Quod licet de iure loquendo] adde in hac materia armorum,
quia stante statuto, quod qui commiserit violētiam cum armis,
puniatur ad certam pœnam, tale statutum habebit etiam locum
contra eum, qui cum armis, licet non euaginatis, vim fecerit,
sufficit enim armorum terror: Ita Ias. in §. ex maleficiis n. 33. cum
seq. Instit. de act. in l. vi factum n. 33. de reg. iur. Drog.

Licet de iure loquendo] adde, † quæ veniant appellatione ar- 67
morum, videndum Alciat. in l. armorum, ff. de verb. signif. & Cor-
set. in repet. Abb. in verb. armorum, vbi late. Et si quis † offenderit 68
cum dentibus, vel cum ferramentis aptis ad artem, non dicatur
offendere cum armis. Afflict. in const. de percuss. illic. n. 5. lib. 2.

Item adde, arbitrio Iudicis relinqui, quæ veniant appellatio-
ne armorum, Menoch. de arbit. iud. d. cas. 394. num. 77. Corn. in
consil. 199. vol. 4.

Item adde, † quod deferens arma rusticalia, vt securim, ligo- 69
nes, & similia, non tenetur pœna statuti, attenta tamen qualita-
te personarum. Bertaz. in consil. 192. nu. 7.

Item † adde, quod licet appellatione armorum veniant fustes 70
& lapides, illud tamen verum est post percussionem, cum ante
percussionem non dicantur arma, Mars. in pract. crimin. in §. pro
complemento n. 10. Baiar.

l Declarauit etiam] Dec. supra c. 2. n. 9. & 10. Ros.

m Quod cultellus non venit appellatione armorum] adde, † 71
quod hoc est verum in cultello panis, secundum Ioan. de Anan.
in cap. lator. de homicid. & Viuius opin. 763. num. 10. vol. 2. nisi por-
tetur ad offendendum; quia tunc continetur appellatione ar-
morum, dec. Delphin. 4. nu. 13. Et † quæ considerare debeat offi- 72
cialis, concedens licentiam deferendi arma, Afflict. in constit. vt
Castellani num. 5. lib. 1. fol. 92.

n Pone] Vulpell. resp. 114. n. 4. dicit esse indicium delinquen-
tis. Ros.

Pone in statutis, & edictis] adde, quid si campanarius pulsaret 73
campanam ante horam solitam, vel post; Bonif. Vital. in tract.
suo de malef. tit. de form. libel nu. 80. & seqq.

Item adde, quod idem tenet Bursat. consil. 141. num. 33. volum.
2. Baiar.

o Item quaro nunquid] adde tamen, quod si fiat transitus per
fortilitia, tam in Francia, quam in Italia, consuetudo est, vt ex-
portentur arma, siue per deputatos, siue per alios de Porta ad
Portam, & hoc maxime vtūtur in Ciuitate Mantuę; Caue tamē
etiam in itinere, ne reperiaris cum Pistolis, seu Archibusiis à rota
breuibus maxime in Regno Neapolitano, periculum namque
graue ob id vix euasi ego, dum essem iuuenis, apud Ciuitatem
Caietanam, dicat hic quicquid velit Clarus; Adde infra q. 85.
versic. sed quid si delictum ad fin. Menoch. de arbitr. iud. libr. 2. cen-
tur. 4. casu 394. nu. 2. Drog.

Item quaro nunquid] Fatin. vbi sup. nu. 105. vsq. ad 14. M. I. R.
q. 2. reg. 2. Ros.

Item quaro nunquid] adde, quod idem habetur in decisio. Pe-
rus. 31. num. 50.

Item adde, quo qui per momentum temporis habuit arma in 74
loco prohibito, vel cum illis paruam moram traxit, non debet
puniri Burs. cons. 141. n. 16. & seq. & n. 42. & cons. 331. nu. 37. Et de
formante per se transitum cum armis prohibitis per modicam
moram Bertaz. consil. 217. & 219.

Item

75 Item † adde, quod habens priuilegium deferendi arma, si cum illis percusserit, amittit priuilegium, & debet puniri de delatione armorum, Marsi. *in pract. crim. in §. pro complemento, n. 9. & seq.*

76 Item † adde, tenetr forensem de delatione armorum. Plac. *in epito. delict. c.* 8. Petr. Rauen. *in tract. de consuet. sub nu.* 202. vbi dicit, quod mitius debet puniri.

77 Item † adde, quod Doctores possunt impunè arma deferre. Bonin. de Curtiis *in tractat. de nobilit. in 5. par. sub numero* 72. & *sequent.*

78 Item † adde, quod portans arma ligata, non dicitur habere malum animum. Mand. *in repert. inquisit. in verb. arma.* Baiar.

79 p *Quæro etiam*] adde, quod † statutum prohibens delationem sclopi, siue retentionem, intelligitur de apto ad offendendum. Bolog. *in cons.* 28. *per totum*, & Bonacoss. *commun. opin. tom.* 2. *in verb. statutum puniens potestatem*, sed ego dubito, quod in praxtica non possit obtineri propter fraudes, quę possent fieri, pùta in retentione sclopetti, nam quis posset retinere cannam sine rota, quam etiam haberet in domo, & sic ad eius libitum sclopettis vti posset. *Baiar.*

q *Nu.* 4.] Vigell. *d. q.* 2. *reg.* 4. Far. vbi sup. *n.* 38. & *seq.* Ros.

r *Scias autem*] De portante arma, quod ea perdat. Far. vbi sup. *nu.* 9. & *seq.* vbi etiam cui applicentur. *Ros.*

s *Officialis, qui inuenit aliquem cum armis*] adde supra *qu.* 36. *versic. vlterius quæro.* Baiar.

t *Arma deferri*] Farin. *d. q. n.* 45. *vsq.* 52. Ros.

Statutum septimum circa blada.

u *Statutum quod blada*] Vide plura apud Dec. *tract. crim. to.* 2. *lib.* 7. *c.* 11. Ros.

80 *Statutum quod blada*] adde, † si statutum prohiberet, non posset exportare frumentum sub pœna confiscationis ipsius frumenti, an etiam saccus, in quo exportabatur, comprehendatur. Rip. *in tract. de pest. in tit. de remed. ad conseru. vbert. num.* 130. tenet, quod non, & ibi *n.* 123. tenet, quod nec plaustra, & animalia, siue naues, quibus exportatur, veniunt in confiscatione, ibi

81 etiam *n.* 52. plenè tractat, an statutum † prohibens extrahere frumentum, intelligatur etiam de pane, farina, spelta, hordeo, & de leguminibus: & quid si statutum prohiberet exportari triticum, vel victualia, an prædicta comprehenderentur, vide omnino Viui. *opi.* vbi latissimè, quomodo, & in quibus casib. procedat. Guid. Papæ *in decisio.* 773. & Boer. *in decisio.* 177.

82 Item † adde, quod licentia extrahendum bladum, vel aliud extra Ciuitatem non extenditur vltra septem dies, *l.* 1. *C. de tract.*

83 *lib.* 12. vbi Bart. & Syluan. *consil.* 34. *nu.* 12. & † licentiam debet præcedere, & non sufficit, quod subsequatur, Bart. Ias. & Doct. *in l. si quis mihi bona, §. iussum ff. de acquiren. hæred.* & Abb. *in l. licet, nu.* 11. *de reg. iur.* & vbi requiritur licentia, intelligitur de expressa, ita, quod non sufficiat tacita. Anchar. Franc. & alij *in c. Abbas de elect. in* 6. & est communis opinio Corse. *sing. in verb. licentia.*

Item adde, † quod appellatione bladi legumen non continetur. *c. ex multiplici de verb. signif.* & Doct. *in l. triticum ff. de verb. oblig.* Baiar.

x *Admitti ad compositionem*] adde supra *q.* 58. *vers. sed quid dicendum*, & de compositione infra *q.* 85. *vers. sed quid si delictum*, & *q.* 95. *vers. hac autem.* Aduerte tamen contrarium, dum hic rato seruari, quod suspendantur sfrosatores, & nihilominus supra *q.* 61. *versic. successiue quæro circa fin.* dixit Reum confessum interrogari soluere etiam super sfrosatione, quæ si componitur, vt hic, absurdum videtur tale delictum connumerari inter atrocia crimina, ibidem *in d. vers. successiue, quæro*, connumerata: sic etiam dixit infra *q.* 94. *vers. est etiam, ibi, cuidam Perino Bertono*, vbi appaiet talem Perinum nihilominus sfrosatione fuisse condemnatum; & iterum de compositione infra *qu.* 95. *versic. Hac autem omnia in fin.*

y *Subditi Heluetiorum*] Laborant quidem hi inopia frumenti, sed propter eorum ignauiam, cum multam, & fertilem possideant terram, quæ si coleretur multum afferret frumenti, sed terram in pascuis relinquunt, & hoc quia libentius vescuntur carnibus, quam pane. *Drog.*

84 z *Quæro nunquid talia statuta*] adde quod talia statuta † non ligat forenses agricolas, quia possint partem suam frumenti asportare ad domum suam, sed si agricola forensis illud frumentū Domino vendiderit, Dominus illud asportare nō poterit. Corn. *cons.* 241. *in causa inquisitionis col.* 2. *vol.* 4. & Rip *de remed. ad conser. vbert. n.* 107. sed quod huiusmodi statuta ligent forenses, tenuit Dec. *in consil.* 71. *nu.* 3. *vol.* 2.

85 Item † adde, quisnam dicatur forensis per Menoch. *consil.* 74. *per totum.*

86 Item adde, † quando quis dicatur contraxisse domicilium in loco, Menoch. *de arbit. casu* 86.

87 Item † adde, quod istud statutum non ligat clericos pro fructibus bonorum ecclesiasticorum, secundum Rip. *in d. tractat. de peste, in titul. de præseruat. contra pestem in parte.* Baiar.

a *Puniuntur, prout cæteri omnes*] Sic & alias soluunt Gabellas clerici modo, quo per Abbat. Sicul. *consil.* 6. *vol.* 1. Drog.

b *Sed pone, quod statutum*] adde, † quod procedit, si constiterit de primo proposito, quod extraxerit causa vsus sui, alias ab initio præsumitur habuisse animum vendendi, secundum Rip. *in tractat. de remed. ad conseru. vbert. n.* 109. *cum seq.* 88

Item † adde, si extaret statutum, quod nullus possit extrahere bladum, vltra duos menses, quod si quis incipit extrahere ante, & non potuit perficere, quod etiam post duos menses perficere poterit, quia attenditur principium legitimè factum. Dec. *consi.* 7. *nu.* 142. *vol.* 1. Baiar. 89

c *Resp. quod non*] Sed quomodo probabitur hunc ementem habuisse animum emendi pro vsu suo, licet postmodum pœnituerit; pone exemplum scolaris, vt per Alexa. *consil.* 1. *nu.* 19. *vol.* 3. Drog.

d *Præterea quæro*] Vulpell. *cons.* 148 Ros.

e *Bart.*] adde eundem Bart. *in l. Cæsar. n.* 16. *ff. de publ.* & *vectigalib.* Ias. *in l. non dubium. C. de legib. n.* 40. & 45. Maran. *in tract. de iudi. in prin. n.* 10. Guior.

f *Testibus conuictus*] adde Doctor. *in l.* 1. *ff. de acq. poss. gl. in l.* 1. *C. vbi senat. vel clariss.* Giach.

g *Sed certe Ripa;*] Et hic nota pro defensione pauperum, qui ob inopiam exponunt se omnibus periculis, qui si reperiuntur à satellitibus, & birroariis, spoliantur, & detinentur, sin minus accusantur, quia per talem accusationem etiam per Testes probatam non deberent, attenta comm. opi. puniri, vt contingit Domino Luxardo Compatri meo, qui exportando blada de loco Curtis maioris ad locum Castri arquati, vt cum modico lucro sustineret se, ac paruulos filios, accusatus tātum, licet nō captus, contra eundē grauiter processum est; sed hoc euenit non de iure, sed quia, vt inquit gl. *t. ad consuet. Turon. Tit. Banc à vin*, vbique Domini priuilegiantur, & subditi opprimuntur. Dixit tamen ab his, quæ dixit sup. *q.* 81. *vers. scias tamen*, *ad fin.* vide pro defensione pauperis sic exportantis, Menoc. *de arbit. iud. libr.* 2. *cent.* 4. *cas.* 360. *sub n.* 11. sed tamen debet probari pœnitentia aliquo modo, si fieri potest, vt ibidem; De illo tamen reperto penes confinia, vtrum vellet pertransire, vel non, vt in versiculo sequenti, vide Bal. *in sua prac. tit. de statutis q.* 15. Drog.

h *Pone, quod ille*] adde, † quando inuentoribus credendum sit, vt per Bonif. Vital. *in tit. quid sit accusatio n.* 82. sed ad euitandas fraudes, solent fieri bannimenta, vt res exportari prohibitæ amoueri non possint de loco ad locum sine licentia in scriptis, alias quod intelligatur incidisse in commissum. *Baiar.* 90

i *Aliqui vero dicunt*] adde, quod idem tenet Bertaz. *consil.* 6. *nu.* 4. Item adde, quod factum conductoris, puta mulionis non nocet Domino equi, vel curtus nescienti fraudationem gabellę, seu datij, & ideo equus, † siue currus non incidit in commissum ratione fraudatæ gabella, seu datij, vt est communis opinio, de qua per Mazzol. *cons.* 60. *n.* 11. *per totum.* Contrarium autem habetur *dec. Pedem.* 71. *nu.* 8. etiam quod Dominus ignorauerit, & quod ei datur actio aduersus extrahentem, vel restitutio aduersus statutum ex clausula generali, sed t. opinio mihi placet & istam vidi practicari, & practicaui, si Dominus ignorauerit. *Bai.* 91

Statutum octauum, quod pro aliquo delicto bona delinquentis deuastentur.

k *Plerunq; in ciuitatibus*] adde, † si statutum dicit, quod domus malefactoris debeat dirui, debet optimè dirui vique ad fundamentum, ita quod non appareant vestigia ædifici, vt per Bal. *in l. prætor ff. de prætor. stipulat.* 92

Item † adde, an domus possit dirui pro inobedientia, & contumacia. Bal. *in l. cætera, §. sed, & si quis ff. de leg.* 1. 93

Item † adde, quod in statu ecclesiastico adest constitutio Marchiæ *in lib.* 4. *cap.* 76. quod rumpentibus pacem ex causa homicidij, seu vulneris, eius ædificia funditus destruantur, & diruantur. *Baiar.* 94

l *Sed quæro*] Far. *q.* 112. *vol.* 5. *num.* 118. & *quæst.* 116. §. 1. *numer.* 33. Ros.

m *Sed quid si delinquens*] Far. vbi sup. *nu.* 117. Ros.

Sed quid si delinquens] adde † *in hac quæst.* Soc. *in c. in quibusdam nu.* 16. *de pœn.* vbi posuit octo opiniones principales, vide etiam Gigan. *in tract. de crim. læsæ Maiest. lib.* 2. *tit. de pœn. committend. q.* 37. *n.* 2. & *ibi n.* 4. habetur, quando domus, quam † ipse delinquens dederat pignori, vel in pignus acceptat, destini debeat, & an † domus delinquentis destructa per sententiam, vigore statuti, reædificari possit. *Baiar.* 95 96 97

n *Sed debet pœna commutari*] Sed an iussu Senatus, credo quod sit per ea, quæ dixi infra *q.* 85. *versic. fin. ad fin. q.* 95. *versic. sed quod si reus, ibi, Bene verum est, supra q.* 45. *versic. sed quid agendum ad fi. q.* 59. *versic.* & *hac quidem*, vbi dixi. *Drog.*

o *Sed pone*] Far. *d. q.* 116. §. 1. *vol.* 5. *n.* 35. & *seq.* Ros.

p *Lites Paris de Puteo in facti contingentia*] adde, † quod Ioa. Anton. de Nigris *super capit.* 133. *Regni Neapol. nu.* 8. impugnat Paris de Puteo hic allegatum, & tenet, quod vxor nō possit impedire deuastationem, & quod fiscus tenetur satisfacere vxori, & quod ita seruatur de facto: attestatur etiam Capic. *decisi.* 130. *num.* 73. vbi refert, & sequitur Alberic. hic allegatum, & idem 98

tenuit Gigas *in tract. de crim. læsæ Maiestat. lib. 2. titu. de pœn. committen. q. 16.* & ibi *n. 2.* hac conclusionem limitauit, non habere locum, quando domus esset fundus dotalis ipsius vxoris, quia tunc secundum eum non posset destrui. *Baiar.*

Statutum nonum augens, vel minuens pœnam.

99 q *Quæro nunquid*] adde,† quod statutum duplicans pœnas propter nocturna maleficia, intelligitur quo ad pœnas pecuniarias, non autem quo ad pœnas corporales, secundum Bar. *in l. sanctio, ff. de pœn.* & Natt. *consil. 469. nu.* 8. & ideo pœnæ duplicario non habet locum in amputatione manus, secundum Bal. *in l. 1. C. de sent. quæst. pro eo.* & Folles. *in versic. pœnis debitis, num.* 40. Baiar.

r *Pone stat statutum*] Farin. *tit. de delect. q. 22. nu. 21. volu. 1. & num. 22.* Ros.

100 *Pone stat statutum*] adde,† quod quando maior pœna imponitur committenti delictum de nocte, quam de die, in dubio præsumitur commissum de die, Bal. & Imol. *in l. Titius, §. Lucius, in fin. ff. de lib. & posthum.* Cæpol. *in consil. 206. numero* 4. Baiar.

101 f *Quæro quomodo*] adde;† quod statutum duplicans pœnam de nocte debet itelligi de delictis commissis post sonum campanæ ad hoc deputatæ, secundum Bal. *in l. vlt. C. de his quibus vt indign.* & non sufficit probare delictum fuisse commissum de nocte, nisi dicatur post sonum campanæ de mane. Angel. *in consil. 196. visis process.* Lanfran. *in clem. sæpe, de verbor. signific. versic. de plano num. 2.* & quando proprie dicatur dies, & an statutum puniens delinquentem certa die, comprehendat noctem præcedentem, & sequentem, late Feder. de Sen. *in cons. 44.* & Viui. *opin. 774.* vide etiam Bertaz. *in col. 131.* & ibi addent. vbi quomodo intelligatur mane, & sero.

Item adde si verberatio incepisset ante sonum campanę, & sic de die ex forma statuti, si tamen perfecta fuit post sonum, & sic de nocte debet attendi initium verberum, quia vbi agitur de excusatione delicti, & sic ad fauorem rei, initium in delictis attenditur, & non finis. Alex. *cons. 75. n. 6. vol. 3.* Baiar.

t *Sponte confitetur*] Sponte confessum mitius puniri, quam si testibus conuinceretur, not. *in l. 1. C. ne tut. vel cur. vestig. conduc. & in auth. sed nouo iure, C. de pæn. indic. qui male iudic. cap. vlt.* & ibi gloss. *de furt. cap. inter corporalia, versi. sane quoniam, de translat. episc. not. gl. in l. non omne, §. vlt. de re milit.* Panor. *in c. at si clerici*, & ibi Felin. & Dec. *in 6. not. de iudic.* Interdum etiam parcitur sponte confitenti, & se deferenti, *l. edicto in princ. ff. de iur. fisc. l. 3. §. vlt. ff. de alienat. iudic. mutand. caus. fact.* & ibi gl. *Guiot.*

h *Licet deinde refert Ias. &c.*] adde, quod item tenet Barba. *in consil. 82. col. 2. circa fin. volu. 3.* & Bursat. *in consil. 97. numer. 7.*

102 dummodo† si quis ante litem contestatam excipiendo negauerit, & postea confessus fuerit, secus si post litem contestatam, & hanc esse rationem inquit Bal. *in l. 1. col. fin. C. de furt. in versicu. quintus*, quia negatio ante litem contestatam non inducit actori onus probandi, sed solum eo, quæ fit in contestatione, & Bal. sequitur Alex. *in l. eum qui in prin. col. 3. in fin ff. de iureiur.* Rola. *consil. 88. nu. 18. vol. 4.*

103 Item † adde, quod hoc statutum procedit etiam in eo, qui metu probationum, & tormentorum confessus est, quod scilicet adhuc parcius, & clementius puniendus est. Hostiens. Franc. & Felyn. *in c. de hoc, de simon.* Tiraq. *de pœn. temper. causa 30. nu. 13.* & Bertaz. *in consil. 505. n. 29. vol. 2.*

104 Item † adde, quod confitens delictum, & negans qualitatem delicti, debet gaudere beneficio statuti, dummodo qualitas negata non sonet in delictum, puta si confitetur interfecisse, sed ad sui defensionem, secus si sonaret in delictum, quia tunc propter confessionem non puniretur mitius. Fel. *in cap. de hoc num. 8. de simon.*

105 Item † adde, quod quando pœna imponitur ipso iure, nunquam alleuiatur per confessionem, nec augetur per negationem etiam stante dicto statuto, Fel. *in d. c. de hoc n. 7.*

106 Item adde,† quod statutum habet locum, quando pœna est mitigabilis, idem Fel. *in d. cap. de hoc, num. 7.* & de ista materia, quando confitenti remittatur pars pœnæ, vide Bartol. *in disput. qua incip. Per Italiam communiter sunt statuta*; & Bal. *in l. contra negantem, C. ad l. Aquiliam, & in l. ea. C. de condict. ob causam*, & Spec. *in c. qualiter, & quando, nu. 1211.* vbi habetur etiam qualiter iudex formabit sententiam, & si deberent † detrahi duæ

107 quartę, vt puta quod statutum diminueret quartam partem pro confessione, aliam quartam pro pace habita, quomodo essent detrahendæ.

108 Item † adde, quod beneficium huius statuti non habet confitens in causa appellationis, vt per Phanu *in tract. de iuram. in litem in 3. part. in 3. memb. num. 13. cum sequent.* vbi attestatur de communi.

109 Item adde, † quod statutum disponens, quod condemnati soluentes intra certum tempus habeant beneficium quartæ partis, porrigitur ad condemnatos carceratos, Bart. *in l. Domitianus, ff. ad Turpil.*

Item adde, quod statuto propter negationem delicti pœnam augente, vel propter confessionem minuente, si reus negat delictum, & postea confiteatur anteaquam Fiscus ad probandum grauatus fuerit, pœnam negationis euitat, & beneficio confessionis potitur; Vulpell. *in consil. 69. numer. 2. cum sequent.* Baiard. 110

x *Mitior est*] Farinac. *quæst. 80. 81. cap. 5. numer. 180. volum. 4.* Ros.

y *Sponte confessus fuerit*;] Supra *quæst. 64. versic. Nunc de gradibus, quæst. 64. versic. sed quæro*, vbi diffuse de hac dictione, sponte; Adde in materia talis statuti Tiraquell. *in l. Boues, §. hoc sermone, numer. 99. ff. de verb. sign.* est tamen aliud vigore statuti nostri Pallauicini *in Crimin. stat. 19. sub rubr. de mitigatione pœnarum*, vt ibi dixi, ex Mars. *Rubrica de fideiuss. num. 341.* Ias. *in §. ex maleficiis, num. 28. Instit. de act.* pro opinione tamen Bart. tenuit Bal. *in l. 1. C. de fruct. & lit. expen.* prout illum refert gloss. de consuetu. Turon. *tit. de domaine de femme noble art. 6.* Nota tamen in hoc proposito, quod si famulus cum esset creditor Domini sui exigere non posset, & ideo furtum fecisset Domino suo, vt est supra *in §. furtum, versic. excusatur*, quia tunc si famulus prius negauerit, oritur contra eum suspitio, nec tali statuto forsan iuuaretur, ex Boss. *tit. de Decr. Mediol. sub num. 15.* Statutum tamen Riparoli *in crim. rub. 277.* clare loquitur, comprehendens omnem casum, dum ait, confiteas quandocunque ante probationum receptionem. *Drog.*

Statutum decimum puniens insultum.

z *Statutum puniens*] Vide Bonacoss. *q. crimin. verbo, porticus.* Ros.

Statutum puniens] adde, † an etiam comprehendat offendentem in ostio. Bart. *in l. 1. §. hoc interdictum, ff. de cloac.* & Iason 111
in l. cætera, §. hoc senatusconsultum ff. de leg. 1. Et quid si † aliquis, dum esset in via, projiciendo arma offenderet existentem in domo sua, vide Iacob. Nouell. *in pract. crim. c. interest reipub. num. 12.* vbi dicit, quod si statutum puniret offendentem in domo sua ad pœnam centum, quod ille, qui proiecit arma, & vlnerauit in domo non teneretur ad pœnam statuti, quia semper in dictis inspicitur initium, & non finis, sed Bal. *in l. vnica, vbi de possessione, nu. 2.* contrarium tenuit, & benedicens, quod magis inspicitur qualitas loci, vbi maleficium consumatur, quam vbi inchoatur, quia proprie maleficium ibi accipit formam, & statum; & debet attendi locus, vbi est vulneratus, & non est vulnerans, quando loco distant. Farin. *in c. si ecclesiam, n. 7. de consecr. eccles. in 6.* 112

Item † adde, quod vulneratus in tecto non videtur in domo vulneratus, Franc. *in c. si ecclesiam, numer. 7. de consecrat. ecclesia, numero 8.* 113

Item † adde, quod si quis haberet duas domus, & in vna habitaret, & in altera non, si in hac fuerit factus; insultus, aggressor non tenebitur pœna statuti. Alber. *in 2. par. statut. quæst. 35.* 114

Item † adde, si statutum puniret euntem de nocte sine lumine, non haberet locum in eunte porticu domus suæ. Mazzol. *in consil. 44. num. 26.* 115

Item † adde, quod statutum de offendente ad domum non habet locum in offendente ad apothecam, Corn. *in consil. 203. volum. 1.* 116

Item † adde, quod stante statuto, quod pro maleficio commisso in domo habitationis iniuriati duplicetur pœna, & testes examinati contra reum dixerint maleficium commissum in domo habitationis iniuriati, non probant, quia est possibile, quod tempore testimonij habitaret, & non tempore maleficij, & qualitas debet verificari tempore iniuriæ, ita tradit Ang. *in cons. 193. col. 2. ad fin. visis processib.* quem refert, & sequitur Fel. *in c. examinata sub n. 7. de iud.* 117

Item † adde, si statutum puniret insultum ad domum, vel iuxta, domum, diceretur iuxta domum, si insultus fieret per duos pedes prope, ita Ang. *in l. quidam hiberus col. fin. ff. de seru. vrban. prædior.* 118

Item † adde, quod dictum statutum habet locum, si molendinarius assalitur in molendino, & nauta in naui. Alber. *in l. hoc edictum, §. si de naui, ff. de iis qui eiecer. vel effuder.* & Tiraquell. *de retract. §. 1. gloss. 7. num. 88.* vide etiam omnino † Fab. de Monteleone *in prax. arbitr. part. 6. quæst. 3. fol. 487.* vbi late, quæ delicta in domibus fieri dicantur; & quæ veniant appellatione domus latissime habetur per Cassan. *in Catal. gloriæ mundi in 12. part. consit. 72.* & per Guliel. Bened. *in c. Raynutius in verb. domum de testam.* Baiar. 119 120

Statutum vndecimum puniens percussiones, vel vulnera.

a *Si statutum*] adde,† quod statutum puniens vulnerantem, comprehendit etiam eum, qui studiose seipsum vulnerauit. Gramm. *in decisio. 44.* 121

Item † adde, si statum puniat vultus cum cicatrice deformi, 122
non

non sufficit probare cicatricem, nisi probetur & deformitas, Fel. *in c. examinata num. 7. in fin. de iud.*

Item † adde, quod statutum loquens de vulnere non comprehendit parum vulnus, siue minimam effusionem sanguinis, Bal. *in l. fin. C. de ædil. edic.* Rom. *sing. 120.* Bero. *in c. 1. nu. 81. de in integr. restit.* Baiar.

Statutum Duodecimum, contra homicidas.

Statutum Decimumtertium contra fures.

Statutum Vltimum, de statutis pœnalibus in genere.

b *Pœnam*] Puta in rerum amissione secundum veram realem conclusionem, & quam seruari in practica dicit Fos. de Lud. Perus. *decisio. 80. numer. 17.* quem vide per totam illam decisionem. *Guiot.*

QVÆSTIO LXXXIII.

De pœnis arbitrio iudicis imponendis.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *De pœnis arbitrariis.*
Casus, in quibus pœna iudicis arbitrio committitur, qui sint, ibid.
2 *Iudex male iudicans ex imperitia tenetur parti arbitrio iudicis.*
3 *Impostores puniuntur arbitrio iudicis.*
4 *Vim publicam, seu priuatam committens punitur pœna extraordinaria.*
5 *Compellens aliquem ad testandum, qua pœna puniatur.*
6 *Osculum inferens mulieri per vim, punitur pœna extraordinaria.*
7 *Partum exponens punitur pœna extraordinaria.*
8 *Mittens præcepta Vallis Iosaphat, vel alias, punitur extra ordinem.*
9 *Iniuriam alteri facientes contra bonos mores puniuntur extra ordinem.*
10 *Admouens terminos agrorum qua pœna puniatur.*
11 *Iudex, cuius arbitrio pœna est iure commissa, an possit arbitrari pœnam mortis.*
12 *Et quid si statutum imponat pœnam centum, vel aliam maiorem, vel minorem arbitrio iudicis.*
13 *Iudex habens arbitrium in pœnis imponendis debet illas imponere iuxta qualitatem delictorum.*
14 *Pœnitentiæ impositæ pro peccatis à sacris canonibus hodie sunt arbitrariæ confessoribus.*

Ex Additionibus.

1 *Pœna quando dicatur arbitraria, remissiue.*
2 *Iudex male iudicans quomodo puniatur.*
3 *Et quid de arbitrio, Arbitratore, Notario, Medico, Aduocato, Agrimensore, Artifice, remiss.*
4 *Iudex filiusfam. per imperitiam male iudicans, non tenetur vltra peculium.*
5 *Et quid si tempore syndicatu peculium decreuit.*
6 *Et quid si tempore syndicatu sit effectus sui iuris.*
7 *Iudex per imperitiam iudicans punitur, licet grauatus non appellauerit.*
8 *Et quid seruetur in practica.*
9 *Et quid si sententia non fuerit executioni demandata.*
10 *Libellus quomodo sit formandus contra Iudicem male iudicantem.*
11 *Iudex condemnãs indebite ad mortẽ quomodo puniatur.*
Iudex in dubio præsumitur male iudicasse per imperitiam.
12 *Stellionatus crimen, remiss.*
13 *Impostura quid sit, & quomodo puniatur. Zuntatores, siue impostores, acrius sunt puniendi quam fures.*
14 *Vis publica, & priuata quando dicatur.*
Statutum puniens vnionem decem armatorum habet locum etiam in sex armatis, ibid.
Vnio armatorum semper præsumitur ad malum finẽ, ib.
Vnionum materia, & decretorum vniones prohibentium, vbi tractetur, ib.
15 *Insultans cum armis, si est solus, an puniatur de vi publica.*
16 *Vim priuatam committens punitur, licet rem captam restituat.*
17 *Vis publica an confundatur cum alio delicto, propter quod vis infertur.*
18 *Vis publica an committatur per vnum solum.*
Accusatio vulnerum non est publica, sed priuata.
19 *Vis dicitur illata cum armis, licet quis arma deiecisset, postquam ad locum peruenit.*
20 *Vis publica requirit dolum.*
21 *Vis, & violentia differunt.*
Et quando committatur, remiss. n. eodem.
22 *Clerici propter violentia quomodo puniantur.*
23 *Auferre, quid significat, & an probet violentiam.*
24 *Vis dicitur, quoties quis sibi ius dicit, & propria auctoritate aliquid occupat.*
25 *Vis publica censetur deducta, si ex processu probetur de armis, licet in libello simpliciter de vi sit facta mentio.*
26 *Statutum, quod volens aliquam violenter corrumpere puniatur morte quomodo sit intelligendum.*
27 *Insultus non dicitur fieri, nisi quis sit adeo propinquus insultato; vt potuerit illum verberare.*
28 *Prohibens aliquem testari quomodo puniatur.*
29 *Compellens aliquem ad aliquid sibi dandum, quomodo puniendus, remiss.*
30 *Pisistrati Athenienfium Tyranni factum egregium.*
31 *Osculantis impudice pœna remittitur Iudicis arbitrio.*
32 *Et quid in Regno Neap.*
33 *Et quid in statu Ecclesiastico.*
34 *Partus exponentes quomodo puniantur.*
Expositi an censeantur legitimi, & possint ad sacros ordines promoueri, ibid.
35 *Et quid de exponente spurium.*
36 *Superstitiosi quomodo puniantur.*
37 *Terminos mouentis pœna, remiss.*
38 *Iudex in pœnis arbitrariis potest puniri pecunia, & in corpore.*
Et quid in vili persona.
39 *Et an ad mortem naturalem.*
40 *Statutum concedens Iudici arbitrium in puniendo non habet locum in casibus, in quibus specialiter per statutum est pœna imposita.*
41 *Arbitrium concessum vsque ad mortem intelligitur exclusiue.*
42 *Arbitrium in pœnis non extenditur ad mortem in delictis non consumatis.*
43 *Pœna perpetui carceris non potest imponi per Iudicem laicũ habentem arbitrium imponendi omnem pœnam.*
44 *Furis appellatione venit deflorans virginem.*
45 *Arbitrium concessum in condemnando, non censetur concessum in procedendo.*
*45 *Similia quæ dicantur, & quomodo eis vtendum sit.*
46 *Iudices iudicando caueant, ne dicant, quod videatur vulgo iniquum.*
47 *Iudici si sit concessum arbitrium generale, id non extenditur ad bonorum confiscationem.*
48 *Sacerdos in pœnitentiis sacramentalibus an habeat liberum arbitrium.*

Dixi *a* etiam esse nonnulla crimina, in quibus nulla certa pœna est à iure imposita; sed relicta est imponenda arbitrio iudicis, *b* quæ recenset Fab. *in practic. arbitr. fol. 435. & aliis seq.* & videri possunt apud Calic. *in Marg. fisci, fol. 96. & seq. 94.* casus in quibus à iure irrogatur pœna extraordinaria arbitraria iudicis imponenda. 1 a b

2 Iudex *c* male iudicans ex imperitia tenetur parti arbitrio *d* iudicis. Et hæc est communis mens Docto- c d

rum, vt dicit Boss. *in titul. de officialibus corruptis pecu-*
nia, numero 22.
e In hac *e* autem materia criminum extraordinario-
rum habemus duos titulos, alterum de extraordinariis
criminibus, & alterum de crimine stellionatus. Et quia
plerumq; contingit tractari de pœnis imponendi in hu-
iusmodi delictis, existimaui non incongruum fore, si
aliquot exempla subjicerem.
3 Si *f* quis imposturam fecerit, poterit stellionatus
f postulari, inquit tex. *in l.3. ff. de crim. stellion.* Et proximis
annis quidam impostores, qui torpibus adultreinis de-
cipiebant viatores, fuerunt iussa senatus fustigati, &
eiecti à Ducatu, 29. Martij, 1558. P. N. Sic etiam qui-
dam impostor Venetus Petrus de Nigris, qui mentitus
erat sexum, & manus debilitationem, iussus fuit fusti-
gari, & ejici sub pœna triremium, 28. Nouembr. 1551.
P. N. Nec omittendum est hoc loco memorabile arre-
stum latum Tholosa 12. Septembris, 1560. contra quem-
dam Arnaldum de Tilla impostorem, qui finxit se esse
Martinum Guerram, quia iam per multos annos abe-
rat: & ita cohabitauit cum eius vxore multis annis, &
ex ea liberos suscepit: deinde cum rediisset Martinus
Guerra, & res cum summa difficultate detecta fuisset,
fuit Arnaldus suspensus, & flammis combustus. Et
huius arresti mentionem facit Papo *lib. 22. tit. 9. arresto*
20. cuius etiam processus libellus est apud me, Tho-
losæ impressus.
Vim *g* publicam, seu priuatam committens hodie
4 ex generali consuetudine punitur arbitrio iudicis. Et
g in specie de vi priuata, quod ex vsu, & in praxi punia-
tur pœna arbitraria, attestatur Pract. Iodoch. *c.100. nu.*
9. Scias autem, quod lex Iulia de vi publica punit vim
inferētem cum armis: lex autem Iulia de vi priuata pu-
h nit inferentem vim sine armis. *h* Faciens igitur insultum
cum armis punitur lege Iul. *de vi publ.* Et hoc etiamsi
solus, & non coadunato cætu huiusmodi insultum fe-
cerit. Et ita communiter tenetur, vt ait Gramm. *super*
constit. Regni, fol. 20. nu. 5. & 12. vbi etiam dicit, quod ita
obseruat communis vsus iudiciorum.
Compellens *i* aliquem testari criminaliter punitur
5 arbitrio iudicis. Ita dicit glos. *in l.1. in verbo, Crimen, C.*
i *si quis aliquem testari prohi.* Tu vero dic, quod aut in tali
coactione interuenit violentia cum armis: & tunc pu-
niendus est pœna legis Iuliç de vi publica; Aut facta est
violentia sine armis; & puniendus est pœna legis Iuliæ
de vi priuata; Aut non interuenit violentia, sed solus
metus, & tunc punitur arbitrio iudicis. Et ita in hoc
articulo distinguunt Doctores, vt attestatur Iacobus
de Sancto Georgio *in d. l.1. nu.4.* Hæreditas autem per
metum alicui relicta, fisco applicatur, vt dixi supr. *q.79.*
vers. si testatur.
6 Osculum *k* inferens mulieri per vim, punitur pœna
k extraordinaria. Et ita conclusum fuit in consilio Nea-
l politano, vt refert Afflict. *decis. 276. Sereniss. Rex* l Aliter
tamen iudicatum fuit per Triuultium, qui fecit cuidam
Gallo, qui per vim osculatus fuerat mulierem nuptam,
caput amputari, vt refert Boss. *in tit. de extraord. crimin.*
m *post num.3.* Grammat. autem *consil.* 48. consuluit, *m* quod
quidam qui osculatus fuerat puellam in via publica,
cum qua præcesserat tractatus matrimonij erat absol-
uendus. Et refert quod ita fuit iudicatum. Mihi placet,
quod pœna in huiusmodi casibus relinquatur judicis
arbitrio, iuxta facti, & personarum qualitatem: nun-
quam tamen imponerem pœna mortis pro osculo, vel
n cum vi, vel sine vi illato, *n* nisi plusquam magnę circum-
stantiæ factum aggrauarent.
7 Partum *o* exponens, punitur pœna extraordinaria,
o vt est tex. *cum gloss. in verb. animaduersioni, C. de infan. ex-*
pos. Senatus tamen in facti contingentia quandam
Palosinam puellam nobilem, quæ vt infamiam vita-
ret, puerum, quem peperat exponi jusserat, absoluit, 16.
Decemb. 1547.
Puniuntur *p* extra ordinem illi, qui superstitione nu- 8
minis alios terrent, prout faciunt illi, qui mittunt præ- p
cepta Vallis Iosaphat, quorum vnus, qui appellabatur
Carlettus, fuit positus ad catenam infamem, 10. April.
1553. Et alius quidam Thomas Mantellus, qui transmi-
serat quoddam præceprum sub nomine domini nostri
Iesu Christi, jussus fuit *q* renunciare præcepto, & fusti- q
gari, 10. Septemb. 1556. P. N.
Item *r* puniendi sunt extra ordinem illi, qui injuriam 9
alteri faciunt contra bonos mores, veluti, si quis fimo r
corrupto aliquem perfuderit, vt dicit text. *in d. l.1. ff. de*
extraord. crim. prout quidam Paulus Comete, qui Am-
phoram stercore plenam in quandam mulierem proie-
cit; & fuit affectus duobus ictibus funis, licet haberet re-
missionem à muliere, & eius viro, 17. Iun. 1556. P. N.
Terminos *s* mouens punitur arbitrio iudicis, vt est 10
text. in l.1. ff. rer. amot. vt tamen colligi potest ex legibus s
illius tituli, vera resolutio videtur esse; quod ille, qui sci-
ens esse terminos, eos dolo malo mouerit causa jurium
occupandorum, si est nobilis, relegatur ad tempus, *t* si est t
vilis, fustigatur, & relegatur per biennium. Ille vero,
qui illos mouet causa fines offuscandi, punitur pœna
arbitraria. Qui autem illos mouet dolo malo, non
quidem animo occupandi confinia, neque ea offuscan-
di, neque lites ad sui commodum suscitandi, sed alia ex
causa, puta, vt lapides ipsos furetur, vel vt aliis nego-
tium facessat, punitur pœna quinquaginta aureorum. Et
hæc est communis opin. vt attestatur Plottus *in repet. l.*
si quando, n.726.
Sed *u* quæro, Quando pœna est à lege iudicis arbi- 11
trio remissa, nunquid iudex ipse possit *x* imponere pœ- u
nam mortis. Resp. Hæc quæstio est adeo dubia, vt in- x
digeat decisione Imperatoris, vt dicit Marant. *in suo*
Specul. fol. 26. post n.53. *y* Nam gloss. *in §. in summa, in ver-* y
bo Extraordinaria, Instit. de iureiur. tenuit, quod possit
hoc casu iudex arbitrari etiam pœnam mortis: & illam
glo. in hoc cōmuniter approbari attestatur Barbat. *con-*
sil. 11. post n.6. lib.1. quem refert Dec. *in c. ex litteris post n.*
14. *de constit.* Bolenc. *in repet. l. capitalium, §. famosos, n.29.*
ff. de pœnis. Et dicit Alciat. *cons. 472. in fin.* quod illam glo.
sequuntur communiter Doctores. Hanc etiam opinio.
dicit esse communem Maranta *in loco præalleg.* quem re-
fert Viuius *in lib. commun. opin. in verbo Iudicis arbitrio.*
Et secundum opin. illius glo. iudicatum fuisse in parla-
mento Parisiensi, attestatur Papo *lib. 24. tit. 10. arresto* 2.
Contrariam autem sententiam, quod scilicet hoc casu
non possit judex arbitrari pœnam mortis, multi tenue-
runt, adeo quod Dec. sibi contrarius *in l. qui iurisd. post*
num.9. vers. non obst. gloss. *ff. de iurisd. omn. iudic.* dixerit,
quod illa gloss. communiter reprobatur. *z* Idem dicit z
Afflict. *decis. 276. post num.9.* quem refert pract. Carrer.
fol. 566. num. 112. Gramm. *cons. 48. post num.2.* Chas. *super*
consuet. Burgund. fol. 43. numer.2. Petrus de Soncino *inter*
cons. crim. diuersorum, cons. 98. num. 13. libr.1. Carauita *su-*
per 21. ritu magnæ curiæ, num. 15. in fin. Menchiaca *contro-*
uers. vsu frequentium cap. 39. num. 26. Hanc etiam opin.
dicit esse communem Felin. *in cap. inquisitionis, de accu-*
sa. prout illum refert Vilalpand. *in repet. l.22. c.9. num.3.*
Et hæc opinio reuera est magis tuta, & mitior: ideoque
mihi semper placuit: & non putarem in judicando es-
se ab aliquo modo recedendum. Sed dato etiam, quod
esset vera opi. illius glossæ, illa tamen intelligenda est,
vt procedat, modo qualitas delicti, aut *a* circumstan- a
tiarum sit talis, quod de iure communi, vel consuetu-
dine esset pro eo delicto pœna mortis imponenda: ali-
as secus. Et ita illam gloss. communiter limitari atte-
statur Afflict. *super 2. part. const. Regni, rubr. 10. numer. 22.*
Hanc etiam esse communem opin. dicit Alex, *cons. 121.*
in

in fin. lib. 7. quem refert Crauetta *consf. 224. post nu. 2. vers. secundo aduertendum,* Dec. *in d. c. ex litteris*, prout illum refert Crauet. *consf. 220. n. 14.* Gram. *consf. 18. post n. 8.* Don.
b Anton. de Padilla *in l. transfigere, n. 27.* b *C. de transact.*

12 Præterea si statutum diceret, quod pro tali delicto iudex imponat pœnam centum, vel aliam maiorem, vel minorem arbitrio suo, hoc casu debet iudex impo-
c nere *c* pœnam similem, & sic pecuniariam, non autem pœnam capitalem. Et ista est sententia omnium, vt dicit August. ad Angel. *de malefic. in verbo, Et ibi caput, numero 46.*

13 Scias *d* etiam, quod iudex etiam habens arbitrium
d debet in pœnis imponendis seruare modum consuetum. Et si pro aliquo paruo delicto; puta leui percussione imponeret pœnam nimis excessiuam, puta, lib. 200. poterit reus appellare, & superior reducet illam pœnam ad congruum modum: & ita practicatur, vt dicit Cagnol. *in l. vnica, num. 21. ff. si quis ius dicent. non obtemp.*

e Et *e* nota in hoc proposito, quod si quis reperiatur condemnatus in contumaciam in pœnam arbitrio senatus imponendam, & petat à senatu declarari arbi-
f trium, non solet senatus id facere, nisi prius ille se *f* in carceribus constituat: alias enim posset declarationem faciendam eludere, præsertim si senatus arbitraretur pœnam corporalem. Et ita in facti contingentia conclusum fuit in causa cuiusdam Rentij id petentis, qui pro blasphemia atroci fuerat condemnatus in pœnam arbitrio senatus imponendam, 4. Febr. 1556. P. N.

14 Aliud *g* est etiam genus pœnarum arbitrarium, quæ
g pænitentiales appellantur. Et sunt illæ, quæ secundum sacros canones imponi deberent per confessores in foro pœnitentiali, siue conscientiæ: nam hodie tales pœnæ prorsus abierunt in desuetudinem, & sunt remissæ
h *h* arbitrio sacerdotum: & ita communiter tenetur, vt dicit Abb. *in c. at si clerici, §. de adulteriis, post n. 5. de iud.* quem refert Bermon. *de concub. fol. 28. num. 3.* Item attestatur summa Ang. *in verbo, Confessio, §. 6. in prin.* Dec. *in d. c. at si clerici, §. de adulteriis, num. 6.*

ADDITIONES
Ad Quæst. LXXXIII.

D*Ixi etiam*] De imponenda pœna extraordinaria cessante ordinaria, vbi tamen adsit delictum; vide sup. *q. 68. vers. forma autem,* vbi vel ad imponendam aliquam pœnam extraordinariã & de tali pœna sup. *q. 38. vers. quare etiam ad finẽ, & vers. sed quare,* vbi dici potest illi militi, quod excusatio à tanto non excusat à toto, vt habetur sup. *q. 60. vers. quaro nunquid ad fi. supra q. 64. vers. illata vero,* vbi, non quidem ad pœnam ordinariam; & nota in præsenti proposito, quod lex prohibens aliquid fieri, licet prohibendo pœnam non decernat, tamen contraueniens tali legi non effugit pœnam extraordinariam, per tex. *in l. nemo martyres,* & ibi Bart. *C. de sacrosan. eccl.* prout citat illum tex. Bello. *consil. 43. n. 13. ad fi. supra q. 18. versic. finem infra q. 89. vers. pene ad med.* Alium casum ad pœnam extraordinariam hic non tactum supra *quæ. 18. versic. sed quare.* Diog.

1 *Dixi etiam*] adde † vt per Menoc. *de arbit. ind. casu 381. cum seq.* vbi late.

Item adde, quod omnes pœnæ in Principe sunt arbitrariæ *l. 1. in fin. C. de sum. Trin. & fide Cath.* Gram. *decisio. 36. n. 12. & voto in fine, & decisio. Pedem.* 80. *n.* 18. Baiar.

c *Quæ recenset*] adde vt per Iaco. Menoch. *de arbit. ind. lib. 2. cent. 4. cas. 481. cum pluribus seq.* Giach.

2 c *Iudex male iudicans*] adde † Menoc. *de arb. casu 319. fol. 318.* vbi plenissime, & Vincen. Cato. *in trac. locati, & conducti parte 3. rub. de var. & extraord. cog. fol. 83.* vbi † habetur etiam de arbitro,
3 arbitratore, Notario, Medico, Aduocato, Agrimensore, & aliis artificibus per imperitiam male iudicantibus.

4 Item † adde, quod Iudex male iudicans per imperitiam, non autem dolo, si est filiusfamilias, non teneretur vltra peculium, *l. si filiusfamilias,* vbi Bart. *ff. de iurisd. omn. iud.* & Aldobr. *ad gl. inst.*
5 *de oblig.* quæ ex quasi delicto, dicit cõmunem, & si † peculij quantitas tempore, quo iudicauit, minor quã tempore syndicatus fuerit, forte in tantum solũmodo teneri eum sustinere potest: & si-
6 militer, si tempore syndicatus, sui iuris fuerit, secundum tempus sententię condemnandus, idest ad quantitatem peculij secundũ Lauren. Tenni. *caut.* 88. vbi hanc quæstionem lata tractauit,

Itẽ † adde, quod pars iniuste condemnata per imperitiam Iu- 7
dicis, licet non appellauerit, poterit tamen agere cõtra Iudicẽ, secundum Bal. *in c. 1. de pace iur. firm. & Iudices n. 7.* etiamsi eius sententia fuerit confirmata, vt ibi per eum, & per Meno. *in d. cas. 339. n. 13. & 14.* sed hoc non † est verum, quia de iniquis decretis, 8
aut sentẽtiis male latis Iudices hodie nõ syndicatur, vt per Grã. *in consil. 54. n. 11.* quem sequitur Bertaz. *in consil. 91. n. 1. & 71. n. 8.*

Item † adde, quod iudex male iudicans, non teneretur parti, 9
etiam quod sentẽtia esset iniquissima si ipse dictam sententiam non exequeretur, vt per Gram. *consil. 54. nu. 10.*

Itẽ † adde, si agatur cõtra Iudicem, qui male iudicauit ex im- 10
peritia, concludet libellus, vt condemnatio fiat in quãtum religioni iudicantis videbitur; si autẽ male iudicauit dolo, concludet libellus ad condemnationem veræ æstimationis litis: verum si sententia non dari, sed fieri, aut pati quid iniuriosum mandaret, puta mutilationẽ membri, aut quid simile, concludet libellus ad interesse, & ad certam æstimationem, quam potius de suo voluisset soluere grauatum, quam tale damnum; & grauamen pati: ita tradit Frider. Schen. *in tract. de senten. & re iud. n. 49.* & si † Iudex per imperitiam aliquem condemnauerit ad 11
mortem, arbitrio Iudicis puniri debet; & si dolose condemnauerit, tenetur pœna mortis. Gramm. *decisio. 99. versic. 1. & 2.* Gomes. *de delict. c. 3. nu. 13. versic. secundus casus.*

Item adde, quod iudex male iudicans in dubio præsumitur iudicasse per imperitiam non per dolum, nisi qualitas facti nulla posset palliatione velari. Bal. *in l. obseruare, §. proficisci ff. de off. proconsul. & leg.* & Fran. Marci. *in decis. 87. part. 1.* Baiar.

d *Arbitrio iudicis*] adde fusius per Iac. Menoch. *de arb. ind. li. 2. cent. 4. casu 330.* vbi declarat *n. 5.* quæ hoc in casu sit pœna arbitraria, & extendit principalem conclusionem sex modis, de quibus vide ibi cum suis declarationibus. *Giach.*

e *In hac autem materia*] Fat. *q. 111. art. 16. n. 435. vol. 4.* Ros.

In hac autem materia] adde † videndum Menoch. *de arbi. iud.* 12
in casu. 381. vbi plene tractauit materiam criminis stellionatus; & Fat. *in q. 19. n. 33. cum seq.* vbi magis late. *Baiar.*

f *Si quis imposturam*] Hic adde in suo proposito tex. *in l. 1. ff. de Abigeis,* qui vulgati lingua nostra dicũtur Barattini de caualli, & de impostura habetur sup. q. 23. *vers. 1. ad med.* Impostura autem idem est, quod fraus, Maran. *in suo Spec. par. 4. sub tit. seculare, vel ecclesiasticum, n. 29. in prin.* vide tex. *in l. 3. si quis Imposturam, ff. de crim. stell.* de cuius interpretatione dixi Meno. *d. trac. de arb. ind. lib. 2. cent. 4. n. 22. cum seqq. cas. 381. & cas. 383. per totum.* At in proposito vxoris Martini Gueriæ, de qua hic, dic eam licite inspecto iure ciuili potuisse nubere post triennium absentia mariti gl. *in l. non vi, in verb. constitutum ff. de cap & postli. reuers.* Diog.

Si quis imposturam] Menoch. *de arb. iud. casu 383.* Ros.

Si quis imposturam] adde † videndum Menoch. *de arbi. iud. in* 13
casu 383. vbi ponit, quibus pœnis impostores puniantur, & quid sit impostura, vide Cagn. *in l. fraudis interpretatio n. 5.* & ibi habetur etiã, quid sint fraus, fallacia, calliditas, & machinatio. Et isti impostores acrius sunt puniendi, quã fures, secundum Ioa. Bapt. de S. Seuer. *in l. cunctos populos colum. 1. in vltima repet. C. de summ. Trinit. & fide Cath.* vbi plura iura allegat, eos vocat Zũtatores, quem refert, & sequitur Mars. *in singulari* 318. fui togatus, & Iac. Nouel. *in pract. & theorica inc. furtum n. 23.* Baiar.

g *Vim publicam*] Vigel. M. I. R. *lib. 1. c. 13. q. 2. de vi publica,* itẽ & Vulpel. *consil. 46. n. 8.* Thesaur. *decisio. 35.* Decian. *tract. crim. tomo 2. lib. 8. c. 5. 15 & 4. seq.* Ros.

Vim publicam] adde † Menoch. *de arb. ind. cas. 364 fol. 370.* v- 14
bi plenissime *de vi publica & priuata.* & Affl. *in constit. violentia,* & Decian. *in tract. crim. lib. 8. cap. 16. 17. 18.* vbi late, quibus modis committatur vis publica, & priuata; quibus modis puniatur & quomodo excusari possit.

Item adde, quod statutum puniens congregationem decem armatorum habet locum etiam in cõgregatione sex armatorum secundum Becc. *in consil. 71. n. 4.* & vnio hominum armatorum in dubio præsumitur ad malum finem, Natta *in consil. 665. vol. 4.* & in materia vnionum, & decretorum vniones prohibentium, late per Boss. *in tit. de crim. læsæ Maiest. num. 23. cum seq. in tit. de vnionibus.*

Item adde, † quod Gram. *in vot. 15. n. 10. & dec. 17.* tenuit con- 15
trarium, quod faciens insultum cum armis, solus, & non coadunatis hominibus non punitur de vi publica, sed pœna exilij, & relegationis. Corn. *in consf. 175. vol. 7.* & Bart. & Salic. *in l. si criminis C. ad l. Iul. de vi publ.* & ibi dicit Bar. *vim public.* fieri coadunatis hominibus, etiamsi quis vnum hominem coadunauerit.

Item adde, † quod committens vim priuatam punitur, etiam 16
quod rem raptam ante inquisitionem formatam restitueret, Affl. *in const. violentias nu. 40.*

Item † adde, quod pœna vis publicæ non tollitur, nec con- 17
funditur propter aliud delictum, cuius causa vis infertur Salice. & Angel. *in l. 3. C. de vi publ.* hoc tamen intelligitur communiter per Doctores, si incontinenti sit factus insultus, & percussio, tunc enim punitur solũ de percussione, & confunditur insultus cum percussione, quia ad eundem finem ista duo delicta fuerunt

facta. Bart. *in l. illud ff. ad leg. Aquil.* Bal. Alex. & Iaf. *in l. diuortio in prin. ff. solut. matrim.* Ang. Aret. *in verbo fecit insultum colum. 1. versic. vt aduertat.* Alex. *consil. 115. vol. 3.* Et ibi dicit, quod in dubio intelligitur quod fuerit incontinenti: vide etiam Mat. *in pract. crim. in §. & quia n. 38.* Et quod faciens insultum cum armis puniri debeat de vi publica, etiam, quod esset solus, tenet Gram. *cons. 43.* sed multi tenuerunt contrarium, vt refert Foller. *in pract.*
18 *crim. in verb. pœnit debitu nu. 36.* vbi distinguit, quod si † vnus solus appensate cum armis offendit, quod tunc procedit opin. Gram. aut non appensatè, & tunc procedit opinio tenendum contrarium, dicit tamen Gand. *in tit. de transact. sub n. 14.* quod hodie secundum generalem consuetudinem Lombardię, & totius Italiæ vulnerum non est accusatio publica, sed priuata.

19 Item † adde, quod si quis peruenerit ad locum cum armis, & statim arma proiecerit, dicitur vim cum armis intulisse. Ang. *in l. 3. qui maritum ff. de vi, & vi armata,* & Soc. *in cons. 188. n. 7. vol. 2.* Et insultus factus cum armis etiam non extractis punitur de vi publica, ac si extractæ fuissent, vt dicit text. not. *in l. 3. §. armis, ff. de vi & vi armata.* Roman. *sing. 568. incip. insultus,* Gram. *consil. 43. n. 3.* & Dec. & Gagnol. *in l. quo tutela §. vi factum ff. de reg. iur.* quem refert, & sequitur Carau. *in Ritu 68. n. 17.*

20 Item † adde, quod vis publica requirit dolum, vt per Craue. *in consil. 18. n. 10.* & Gabriel. *in consil. 172. n. 12. vol. 1.*

21 Item † adde, quod est differentia inter vim, violentiam, & actum per vim, seu violenter factum, vt per Castrens. *in consi. 27. volum. 1.* vbi habetur de vi facta ad hostium mulieris animo eam adulterandi: & ibi plene habet, quid sit vis, quid violentia, & quid actus vi factus, & quot modis committatur violentia, vide Boss. *in tit. de pluribus violentiis,* & Gomes. *in tit. de delictis cap. 4.* & vis quinque modis committitur, vt per Menoc. *de re-*
22 *cup. possess. in praludio num. 48. cum seq.* & † qua pœna puniantur clerici propter violentiam, Diaz. *in pract. crim. canon. c. 91.* & de omnibus violentiis, & eorum remediis, vide omnino Io. Anton. de Nigris *super cap. regni in cap. subditorum de violentiis,* vbi latissime.

23 Item † adde, quod verbum auferre, habet duplex significatum, cum violentia, & sine, secundum Ang. *in l. postquam col. 2. de petit. hared.* vbi dicit, quod si testes deponant, quod viderunt auferre de manibus accusantis, non probant necessario, & conclusiue, quia debent dicere violenter abstulit, quem sequitur Aret. *in l. si filiusfam. de testam.* & Ias. *in l. non hoc n. 9. C. vnde legitimi.*

24 Item adde, † quod verbum vis late sumptum verificatur, quoties quis propria auctoritate illicite sibi ius dicit, vel occupat propria auctoritate rem ad alium spectandum, *l. extat ff. quod metus causa,* & Corn. *in consil. 33. n. 25. vol. 4.*

25 Item † adde, quod accusatus de vi simpliciter, & in libello non dixerit cum armis, vel sine, & postea probatum fuerit, quod vim cum armis intulerit, de vi publica erit puniendus, licet in libello non dixerit cum armis, Luc. de Penn. *in l. 1. num. 6. C. de Nauicul. seu Nauellet. lib. 11.*

26 Item † adde, si statutum dicat, quod si quis noluerit aliquam violenter corrumpere, puniatur pœna mortis, intelligitur de eo, qui actualiter corruperit voluntatem quo ad se, sed violenter, quod ad corruptam. Paul. de Castr. *in l. si constiterit ff. fin. regun.* & Boss. *in ti. de pluribus violent.* & Chassan. *in cons. 40.* Baiar.

27 h *Faciens igitur insultum*] adde, † quod quis non dicitur insultum facere, nisi adeo sit propinquus insultato, vt posset ipsum verberare, si vellet, est doctrina Bal. *in c. 1. §. similiter, quib. modis feud. amitt.* & Foller. *in pract. crim. verb recipiantur defensiones, n. 35.* Baiar.

i *Compellens aliquem*] Menoch. *de arbit. iud. casu 395.* Peregr. *de iure fisci lib. 2. c. 6.* Ros.

28 *Compellens aliquem testari*] adde Menoch. *de arb. iud. cas. 393. fol. 373.* vbi plenissime de pœnis, quibus puniuntur impellentes, vel prohibentes testari.

29 Item † adde, an compellens aliquem per vim, & metum iustū etiam mortis, pecuniam, aut rem aliquam ab aliquo, etiam mediante, aliquo contractu, consequitur, committat furtum, & rapinam, vel de vi publica, aut priuata sit puniendus. Bero. *con. 193. per totum vol. 3.* vide etiam Bar. *in l. 3. ff. ad leg. Iul. de vi priuata,* vbi de illis, qui faciunt aliquem redimi, dicendo, te deprędabor, vel interficiam, nisi soluas mihi tantam pecuniam. *Baiar.*

k *Osculum inferens*] Vi. Pegueram *decisio. 7.* Far. *q. 142. par. 1. per totam vol. 5. n. 254.* & *aliis seq.* Ros.

30 *Osculum inferens mulieri*] adde, † quod Pisistratus Atheniensis tyrannus, cum adolescens quidam amore captus, eius filiam osculatus esset, vxori hortanti, vt ab eo capitale supplicium sumeretur, respondit, si eo, qui nos amant, interficiamus, quid his faciemus, quibus odio sumus? Menoch. *de Arbitrar. iud. ca-*
31 *su 287.* vbi habetur † etiam, quod deosculantes impudice virum, siue fœminam, pœna arbitraria puniuntur, sed in Regno Neapol. osculantes per vim mulieres puniuntur pœna mortis, Franc. *in decisio. 333. nu. 6. volum. 2.* per Pragmaticam † Regis
32 Philippi sub titulo de osculantibus mulieres, quod tamen non vidi seruari in practica, & † in statu Ecclesiastico amplexantes, 33
siue deosculantes mulieres virgines, siue viduas, incurrunt pœnam fustigationis, & amissis bonorum, & alias pœnas, de quibus *per constit. Marchia in libr. 4. cap. 72.* & ibi etiam disponitur, vt matrimonium inter eos contrahi non possit; ac in ciuitate Neapolis mulier patiens se deosculari perdit penitus ipso facto dotes omnes, si quas habet, vel habitura esset; & à paterna à maternaque successione pariter expulsa, omni eius compendio, & commoditate remanet irrecuirabiliter spoliata, & nullus pro ea intercedere potest, alias punitur, ita prouisum fuit *per cap. Regni 291. incip. vt sine mortalis, de rapt. virg. sub colore matrim.* Baiard.

l *Aliter tamen*] Vide Peguetam vbi supra Vulp. *consil. 31. n. 8. & consil 95. & 147.* Ros.

m *Quid quidam*] Far. *p. 4. n. 168. & 169.* Ros.

n *Nisi plusquam magna circumstantia factum aggrauatur*] Et de circumstantiis supra *qua. 66. versic. sed quid si pro parte, infra hac eadem quæstione versic. sed quaro circa fin. ibi, modo qualitas delicti.* Drog.

Nisi plusquam magna] Vide *vol. diuersor. Zileti prima edit. cons. 94. lib. 1.* & Far. *par. 4. n. 167.* Ros.

o *Partum exponens*] adde † Menoch. *de arbitrar. casu 396.* 34
fol. 375. vbi quibus pœnis puniantur exponentes partus, & ad expositi censeantur legitimi, & an possunt promoueri ad sacros ordines.

Item † adde, quod pœna partum exponentis non videtur ha- 35
bere locum in filio spurio, per ea, quæ tradit Vulp. *in consil. 94. 12.* Baiar.

p *Parturiuntur etiam*] Menoch. *casu 388. in fin. de arbitr. iud.* Ros.

Puniuntur etiam] adde, † quod de iure debent relegari, vt 36
text. *in l. si quis aliquid ff. de pœn.* & Boss. *in tit. de extraord. crim. n. 9.* vbi allegat istum text. & refert aliquos à senatu ita punitos fuisse. *Baiar.*

q *Renunciare pracepto, & fustigari*] Genus hoc præcepti execrandi quomodo originem habuerit, memini me alias legisse, sed non recordor nunc, vide Menoch *de arbit. iud. libr. 2. cent. 4. casu 388. in fin.* interim vide text. *in l. si quis aliquid, ff. de bon. dam.* Drog.

r *Item puniendi sunt*] Menoch. *casu 385.* Ros.

s *Terminos mouens*] adde, & fusius per Menoc. *de arbit. iud. li. 2. cent. 4. casu 393.* & vide quid in suis legibus contra hos sanxcinerint Plato, Numa Pompilius, Lex 12. tab. Caius Cæsar, ac alij nonnulli Cæsare, *Giach.*

Terminos mouens] adde † Menoch. *d. arbit. casu 393. fol. 388.* 37
vbi plene. *Batar.*

t *Si est vilis, fustigari*] Pauper, & vilis à nobili, & diuite in multis differunt, vt passim tam apud legislatores, quam in præsenti practica, videri licet, vt est supra *q. 8. versic. scias tamen ad fin.* & ibi late deduxi. *Drog.*

u *Sed quaro*] Boss. *de iniur. num. 30.* Far. *tit. de delict. & pœnit. q. 7. vol. 1. num. 34.* Ros.

Sed quaro quando] adde videndum omnino ad hanc quæstionem Menoch. *de arbit. iud. in q. 86.* vbi latissime.

Item † adde, quod in pœna arbitraria Iudex potest punire 38
pœna corporali, & pecuniaria insimul. Afflict. *decisio. 272.* & ibi Vrsil. *in addit. in prin.* & Card. *in clem. 2. de hared. §. 2.* Et in vili persona licite iudex arbitrari potest fustigationem Crauet. *consil. 224. nu. 3.* & etiam imponere potest pœnam remigationis idem Crau. *consil. 18. num. 18.*

Item † adde, an Iudex possit pœnam mortis imponere, stante 39
statuto disponente, quod pœnæ sint arbitrariæ iudici Paris. *de synd. in verb. an si statutum,* relinquit pœnas arbitrio Iudicis, vbi multum diffuse.

Item † adde, quod statutum de puniendo libero arbitrio Iu- 40
dicis, non respicit casum, vbi est pœna determinata, à statuto. Paul. de Castrens. *in l. certo genere §. si totus in fi. de seru. rust. prad.* Mazzol. *consi. 18. num. 67.*

Item † adde, si statutum diceret, possit Iudex arbitrari vsq; ad 41
mortem, non posset imponere pœnam mortis, quia tunc dictio vsque stat exclusiue. Soc. *in c. licet, nu. 18. de pœn.*

Item adde, si statutum diceret, quod debeat puniri corporaliter ad arbitrium Iudicis, non poterit extendi ad mortem, secundum Chassan. *super consuet. Burgund. fol. 170. n. 4.*

Item † adde, quod licet Iudex habeat arbitrium in dictis at- 42
tentatis, non tamen consummatis, non potest pœnam mortis arbitrari. Bal. *in consil. 423. coquus confecit venenum, col. 2. vol. 3.* Alexan. *consil. 15. col. 1. vol. 1.* Chassan. *super consuet. Burgund. §. 5. fol. 173. versic. secundum declaratio.*

Item † adde, quod si iudex per statutum haberet arbitrium 43
imponendi omnem pœnam, non posset imponere pœnam perpetui carceris, statutum enim debet intelligi, dummodo non imponatur pœna à lege prohibita, nisi in casu, quod de iure ciuili veniret imponenda aliqua pœna, per quam quis efficeretur ser-

ſeruus pœnæ, vt in damnato in metallum, quod cum illa pœna non ſit in vſu, poterit etiam ſecularis Iudex loco ipſius pœnam perpetui carceris imponere, ſi ex forma alicuius ſtatuti talis pœna imponeretur. Socin. *in rub. de pœn. n. 21. cum ſeq.*

44 Item † adde, quod habens arbitrium contra fures, cenſetur etiam habere arbitrium contra deflorantes Virgines. Ang. *in auth. de leno per illum tex. verſic. caſtitatis furtum.*

45 Item † adde, quod habens arbitrium in condemnando, non cenſetur habere arbitrium in procedendo, ita quod poſſit terminum maleficis coarctare, vel prorogare. Iaſ. *in §. bonæ fidei, n. 24. inſtit. de action.*

Item adde circa iſtam quæſtionem, an Iudex habens arbitriũ poſſit ſe extendere ad mortem, videndum Monticel. *in practic. crim. in reg. 2.* vbi ponit multas limitationes, & nouiſſime D. Far. *in crim. quæſt. in q. 17. numer. 34. cum ſeq.* vbi latiſſime more ſuo, ſed iſta quæſtio à tot Doctoribus ita diffuſe, & diligenter examinata eſt ſuperflua; arbitror enim, quod his temporibus, quibus principes volunt eſſe Iudices nemo Iudex reperiatur ita fatuus, qui audeat inconſulto Principe reum ſuo arbitrio ad mortem condemnare. *Baiar.*

x *Poſſit imponere pœnam mortis*] Hunc paſſum diſputat Marazuta *diſpu. 3. per totam.* Drog.

y *Nam gloſſ.*] Hanc gl. ſequuntur Bar. & Ang. *in l. ſacrilegi capite, ff. ad leg. Iul. pecul.* Alex. *conſ. 5. & conſ. 62. vol. 1.* Marſil. *in l. de minore in princip. ff. de quæſt.* Salic. *in rub. C. de eod.* Intellige tamen quod non liceat iudici arbitrari, de pœna mortis, aut alia pœna ſanguinis, niſi concurrant qualitates, & circunſtantiæ, quæ ſuadeant talem pœnam imponi: vt per Ioan. de Imol. *in c. vt inquiſitionis, de hæret. in 6. & in l. 2. ff. de public. iud.* vide Bal. *in l. 1. in fi. C. de iis, qui latron. vel al. crim. reos occul.* Guior.

z *Idem dixit*] Alex. Turam. *in l. non puto, c. 3. n. 63. de iure fiſci,* & alia etiam, *n. 73.* Roſ.

a *Aut circumſtantiarum ſit talis*] Suprà *hac ead. q. ver. oſculum inferens in fine.* Drog.

b *C. de tranſact.*] adde, quod fuerit originale dictum Ioan. de Imol. *in c. inquiſitione, ſuper gl. in ver. alioqui, de accuſ.* vbi dedit talem intellectum ad gl. reputatam ſing. *in d. §. in ſumma,* ex quo ſaluaui aliam glo. *in l. ſæcularis, la 2. in verb. conſiderandum, ff. ad l. Iul. pecul.* quæ ſenſit, quod pœna extraordinaria, ſeu arbitraria non ſit de pœna capitis intelligenda, vt conſiderauit dom. Alex. *in conſ. 111. col. pen. verſ. & ſecundum, lib. 1. & in d. conſil. 121. col. fin. lib. 7.* & vide *in collect. mea commun. opin. §. iudex, n. 43.* Giach.

c *Pœnam ſimilem*] Hoc idem habetur per Iaſ. *in l. etſi poſt tres ſub nu. 5. ff. ſi quis caut.* Menoch. *de arbit. iud. lib. 2. cent. 2. caſ. 145. ſub nu. 8.* Et nota, qui arguis à ſimili, vt non tranſcendas naturam

45 ſimilium; ſimilia namque dicuntur ea, † quorum diuerſi ſunt termini, vna tamen eſt ratio, ſic Dec. *conſ. 328. num. 4. circa med.* Dixi ad Neguſan. *tractat. de pignor. 4. membr. 2. par. princ. ſub nu. 165. infra q. 87. verſ. punctus eſt prope finem.* Adde tex. *in l. fi. C. de coll.* Vide melius, quam alibi per Menoch. *d. tract. de arbit. iud. lib. 2. centur. 1. caſ. 84.* & aduerte, quia cum certa non reperitur lex, tunc proceditur à ſimilibus Aym. Crauet. *tract. de antiq. tempor. par. 4. verſ. videmus, nu. 35. ad fin.* & quomodo procedatur in ſimilibus *dicto tract. antiq. tempor. par. 4. verſic. tranſeo nunc n. 101.* non tamen ſemper eſt tutum procedere arguendo de ſimilibus ad ſimilia, idem Menoch. *d. tract. de arbit. iud. lib. 1. centur. 3. caſu 238. ſub nu. 6.* vide, quæ in hoc propoſito dixit Plot. *in l. ſi quando §. 6. ſub nu. 2. ad fin. C. vnde vi;* & in hoc propoſito vide Fel. *in c. cæterum col. pen. extra de reſcrip.* comprehendit tamen dictio alius, vel alia, etiam maiora aliquando, vt per eundem Fel. *in can. nonnulli col. 28. eodem tit. & in cap. ad audient. poſt prin. de reſcrip.* & in materia ſimilium recurre ſemper ad eundem Fel. *in c. Capitulum poſt principium extr. de reſcrip.* & dixit Bal. *in l. 1. colu. antepen. verſ. ſed iuxta prædicta, C. de furt.* quod ſimilitudo eſt eadem qualitas in diuerſis rebus, & hic adde, quæ dixit Marant. *in ſuo ſpeculo, 4. par. iud. diſtin. 1. tit. an ſit Iudicium ciuile, vel criminale, ſub num. 77. ad fin.* Idem Fel. *in cap. ſedes, ad fin. eod. tit. de reſcript.* Drog.

d *Scias etiam*] Farin. *d. q. 17. nu. 18.* Roſ.

46 *Scias etiam*] adde, † quod iudices ſemper debent cauere, ne aliquid dicant iudicando, quod videatur vulgo iniquum, & eius opinioni non applaudeat, quæ eſt quodammodo quoddam ius naturale inſitum naturaliter mentibus cuiuslibet non artificialiter, licet de iure ſcripto poſſit illa vulgi opinio cauillari gl. *in l. ſi maior annis C. de tranſact.* & Paul. de Caſtr. *conſ. 300. n. 1. vol. 2.* vt dixi etiam ſupra *in q. 55. verſic. circa primum.*

47 Item † adde, quod in generali arbitrio dato alicui Iudici non venit poteſtas confiſcandi bona. Decia. *in c. 1. in fin. de officio deleg.* Alex. *conſ. 116. nu. 13. vol. 2.* & Menoch. *de arbit. iud. q. 93. numer. 80.* Baiar.

e *Et nota in hoc propoſito*] Plott. *in l. ſi quando, §. 16. numero 13.* Roſ.

f *In carceribus conſtitutus*] Sic etiam tempore, quo fiunt relationes in ſenatu ſolent rei vocari ad carceres; ſupra *q. 64. verſi. pariter etiam ad fin.* & de relatione habetur ſupra *q. 40. verſic. ſed nunquid in fin. quæſt. 61. verſic. fama autem ad fin.* At licet relatio cauſæ habeat vim concluſionis, Capyc. *deciſio. 180. nu. 10.* tamen exceptio innocentiæ tunc non eſt excluſa, Dec. *in l. etſi nihil n. 2. ff. de reg. iur.* vide Menoch. *de arbit. iud. lib. 2. cent. 3 caſu 236. ad fi. & ead. centur. caſu 202. n. 32.*

g *Aliud eſt etiam genus*] adde † Menoch. *de arbitrar. iudic. caſu 391. fol. 366.* & ibi, an Sacerdos poſſit immutare pœnas conſuetas, vel à canonibus indictas, vel à ſummo Pontifice. *Baiar.* 48

h *Arbitrio ſacerdotum*] adde, & fuſius vide per Iac. Menoch. *de arbitr. iud. lib. 2. cent. 4. caſ. 391.* vbi tres habes extenſiones, pariterque tres declarationes. *Baiar.*

QVÆSTIO LXXXIV.

Traduntur nonnullę concluſiones, quas in cauſis criminalibus iudicem ſcire oportet.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Puniri corporaliter nemo poteſt, niſi in delicto dolus interuenerit.*
Statutum diſponens, quod homicida decapitetur, debet intelligi de homicidio doloſo, ib.
2 *Plura delicta ad eundem finem tendentia an debeant pluribus pœnis puniri.*
Et quid ſi eodem tempore commiſſa fuerint.
Et quid ſtante ſtatuto puniente vulnera, ſeu percuſſiones, ibidem.
Percutiens clericum pluribus vicibus eodem impetu an incurrat plures excommunicationes, ib.
3 *Et quid dicendum, ſi cum eodem telo plura vulnera vnico ictu inferantur.*
4 *Et quid ſi delicta ſint diuerſi generis.*
Et quid ſi extent ſtatuta, vnum puniens delationem armorum, aliud puniens inſultum, & aliud puniens vulnera, an ſi quis inſultum faciat, & vulneret eum armis, ſit vnica pœna, vel pluribus puniendus, ib.
5 *Vulnerans animo tantũ vulnerandi, & deinde aſſumens animum occidendi, & occidens, an puniatur de homicidio tantum, an autem etiam de vulneribus.*
6 *Et an propter reiterationem delictorum, vel conſuetudinem delinquendi quis poſſit grauius puniri.*
7 *Plures delinquentes contra vnum an teneantur omnes in ſolidum.*

Ex Additionibus.

1 *Dolus in delictis quando requiratur.*
2 *Et quomodo probetur.*
3 *Dolus præſumitur modis 13. remiſſ.*
4 *Dolus non datur, vbi non eſt cauſa delinquendi.*
5 *Dolus verus, & præſumptus quomodo probentur, remiſſ.*
Dolus dicitur probatus probata violentia.
6 *Dolus quid ſit.*
Caliditas quid, ibid.
Machinatio quid, ibid.
Fraus quid, ibid.
7 *Cuſtos carceris ratione culpæ poteſt puniri capite.*
8 *Culpa quando puniatur capitaliter, remiſſ.*
9 *Culpa lata quando æquiparatur dolo.*
10 *Culpa quando dicatur lata, & latiſſima.*
11 *Statutum puniens homicidium morte quomodocunque commiſſum habet locum etiam in homicidio commiſſo ſine dolo.*
12 *Et quid ſi fuerit commiſſum ad defenſam.*
13 *Homicidium ſine dolo commiſſum punitur arbitrariè.*
14 *Statuta pœnalia requirunt dolum.*

15 Pœnæ an sint multiplicandæ, quando quis plura delicta commisit.
16 Resistentia facta curiæ an confundatur cum homicidio subsequente post resistentiam.
17 Delicta quando dicantur plura, remissiue.
18 Vulnus quando dicatur.
19 Vulnus an dicatur tumefactio ab extra, si intus sit facta scissura.
Et quid si tumor ille aperiatur ferro, n. eod.
20 Statutum puniens vulnus, an procedat in vulnerante cū dentibus, cū sanguine, vel cū armis non offensibilibus.
21 Accusatus de pluribus percussionibus non expresso numero poterit puniri de duabus.
22 Et quid si fuerit dictum de pluribus, & pluribus.
23 Et quid si de multis.
24 Vulnera plura inferens eodem tempore an debeat vnica tantum pœna puniri.
Et quid si fuerint illata vnico, n. eod.
Vulnerans vnica percussione, ex qua tribus in partibus exit sanguis, an puniatur pro vnica percussione, ex statutis remiss.
*24 Statuta à consuetudine interpretantur.
25 Insultus & delatio armorum an confundantur.
26 Caphal. in cons. 204. impugnatur.
Insultatus, & percussio quando confundantur, n. eod.
27 Delictum minus an confundatur cum maiori.
28 Reiterare delictum quando quis dicatur.
29 Reiteratio delictum aggrauat.
Tortura non tollit pœnam ordinariam in solito delinquere, ibid.
*29 Condemnatio vnius ex pluribus sociis alteri non nocet.
30 Statutum puniens pœna mortis furtum decem scutorum, an habeat locum, si plures vnam rem furati sint dicti valoris.
31 Sententia lata in personam vnius ex consortibus delicti, an prosit, noceatve aliis, remiss.
32 Socij alicuius furti, vel rapinæ an teneatur in solidum, ad restitutionem, & quid in vtroque foro: & si vnus satisfaciat in solidum, an alij teneantur pro æquis portionibus remissiue.

1 Dictum est de pœnis: nunc de sententiis pœnalibus videndum est, nam in ipsarum pœnarum impositione multa sunt, quæ iudicem præ oculis habere oportet, quæ quidem nos hoc loco breuiter attingemus. a Et in primis quidem scias, quod regulariter in Pœnis criminalibus nunquam potest quis puniri corporaliter, nisi dolus interueniat. Ita dicit Bart. *in l. 1. nu. 1. ff. si quis testament. lib....* & est communis sententia Doctorum, vt dicit Cæpoll. *cons. crim. 33. col. 2. vers. quod b sic probatur.* Neque sufficeret lata culpa: nam b in criminalibus, cum agitur de imponenda pœna mortis, vel mutilationis membri, lata culpa non æquiparatur dolo. Et hanc opinio. dicit esse communem Ias. *in l. in actionibus nu. 23 & 26 ff. de in litem iur.* quem refert Blan. *in pract. crim fol. 56. num. 517. & seq.* Nunius *de los corrigidores, fol. 240 col. 3. in princ.* Bermon. loquendo in crimine adulterij, *in tractat. de concub. fol. 57. num. 71.* Diaz. *regul. 450.* vbi ponit hanc conclusionem pro regula, Claud. *in l. 1. num. 33. de legibus.* Et loquendo de pœna mortis, vel mutilationis membri imponenda, idem attestatur Cagnol. *in lege contractus, num. 10. ff. de regul. iur.* quem refert Villalo. *in sua collecta communium opinio. in littera L, in verbo Lata culpa.* Sed certe hoc locum habet non modo si agatur de imponenda pœna mortis, vel mutilationis membri, verum etiam si agatur de imponenda quacunq; alia pœna corporali, secundum gl. quæ simpliciter loquitur *in d. l. in actionib. in verbo, Non etiam ob culpam,* quam DD. sequuntur, teste Mars. *cons. 67. nu. c 42.* c Et ex hac conclusione infertur, quod si statutum disponat, quod homicida sit decapitandus, debet intelligi, d dummodo homicidium sit commissum, non d autem culpa. Et est communis opin. vt dicit Ias. *in d. l. 1. numer. 70. ff. de legib. & in d. l. in actionibus num. 26.* quem refert Viuius *in li. communium opin. fol. 239. vers. statutum disponens,* Dec. *in d. l. in actionibus, numer. 39.* quem refert Plottus *in repet. l. si quando num. 765.* Curt. iun. *in l. fin. nu. 9. ff.* quod quisque iur. Menchiaca *controuers. illustr. cap. 96. num. 32.* Et hoc receptissimum esse attestatur Alcia. *in l. magna negligentia, ff. de verb. signif.* Faciunt, quæ dixi supra *hoc eod. lib. §. Homicidium, vers. Culpa dicitur.* e Pro e culpa vero punitur delinquens, quando culpa præcessit delictum: Et ita dicunt communiter Doctores, vt dicit Anan. *in cap. de infantibus, n. 4. de iis qui filios occid.* Reperio tamen aliquos tenuisse, quod etiam pro lata f culpa possit quis corporaliter puniri, licet non eadem pœna, qua posset puniri pro dolo, sed alia leuiore. Et hanc opin. dicit esse communem Maranta *in suo Specul. fol. 26. num. 59. in fin.* quam ego etiam quandoque vidi in senatu obseruari: sed regulariter pro culpa non solet aliquis corporaliter puniri. Quæ autem dicta sunt de pœna corporali, eadem locum habent etiam in pœna infamiæ: g nam condemnatus propter culpam non efficitur per talem sententiam infamis. Ita tenuit d. gloss. g *in d. l. in actionibus, in verbo, Non etiam ob culpam,* & est communis opinio, vt dicit Rom. *ibi num. 16.* Fama enim, & vita æquiparantur. Faciunt ea, quæ dixi supra *hoc eod. lib. §. Homicidium, vers. Idemque & multo.*

Scias h etiam, quod regulariter Plura delicta simul 2 concurrentia, omnia puniri debent. Ita colligitur ex h text. *in l. nunquam plura, ff. de priuat. delictis.* Hæc tamen conclusio non est ita generaliter intelligenda, sed pro clariori solutione distinguendi sunt casus. Primus est, quando quis plura delicta eiusdem generis committit, puta, quia plures percussiones, vel plura vulnera infert alicui: & tunc si quidem id facit ex interuallo, omnes fatentur, quod pluribus pœnis est puniendus pro numero percussionum illatarum, vel vulnerum: & ita videtur sensisse gloss. *in d. l. nunquam plura, in verbo, occiderit,* quæ in hoc communiter approbatur, vt dicit Boer. *decis. 82. numero 10.* præsertim si propter iterationem delicti interfit partis offensæ. Et ita de facto seruari attestatur Alberic. *in 2. par. statut. quæstio. 24. numero 4.* Si vero illa inferat eodem tempore, tunc aliqua est controuersia inter scribentes, nam gloss. *prealllegata in d. l. nunquam plura,* videtur tenere, quod quando non interuenit separatio delictorum, vnica tantum pœna puniri debeat. Sed Bart. *in d. l. nunquam plura, post numerum 4.* post Dyn. reprehendit illam gloss. & dicit, quod si illa gloss. esset vera, destrueret totum mundum, & quod est contra tex. illius legis. Et dicit Socin. *cons. 63. numero 9. lib. 1.* quod in hoc communiter Doctores videntur sequi opinio Dyn. & Barto. quod scilicet etiamsi percussiones, vel vulnera eodem tempore illata sint, debeat pro eorum numero pœna multiplicari. Et illum refert Placa *libro 1. delict. cap. 1. numero 18.* refert etiam, atque ita frequentiori calculo hanc quæstionem diffiniri attestatur Didac. *libro 2. resolutionum cap. 10. numero 8.* Cæterum Iacob. de Arena *in l. item apud Labeonem, §. conuicium, ff. de iniur.* dixit in hoc articulo esse distinguendum, iuxta verba legis, vel statuti: vt si quidem statutum imponat simpliciter vulneranti, vel percutienti pœnam 100. librarum, eo casu, etiamsi plura vulnera eodem tempore illata fuerint, vnica tantum pœna 100. librarum imponenda sit: si vero statutum imponat pro quolibet vulnere pœnam 100. librarum, tunc puniendus sit in tot 100. libris, quot vulnera intulerit. Et hanc opinio. Iacob. de Arena. dicit esse communem Florian. *in l. 1. ff. ad leg. Aquil.* prout illum refert Placa *in loco preallég.* Et ex hac opin. Iac. de Aren. infertur, quod

cum ex dispositione *c.si quis suadente*, percutiens clericum incidat in excommunicationem, ut dixi supra *quæ. 77. versic. percutiens clericum.* si quis percutiat clericum eodem impetu 4. aut 5. vicibus, vnam tamen excommunicationem tantum, non plures incurrit. Et hanc dicit esse communem opin. Didac. *in d. c. 10. post numer. 8. vers. quartum si eiusdem.* Placa *in d. cap. 1. n. 10.* Sed certe hanc distinctionem Iacobi pariter reprobat Bart. *in d. l. nunquam plura, num. 11.* tenens, quod indistinctè pœna pro numero vulnerum multiplicanda sit; subdens, quod ita obseruat consuetudo; & ego statim dicam.

3 Hæc i autem omnia locum habent, quando huiusmodi vulnera pluribus ictibus illata fuerunt: sed quid si quis vnico ictu plura vulnera inferat, quia cum bidente, vel alio instrumento bifurcato eodem ictu aliquem k in diuersis corporis partibus vulnerauit? Resp. quod k pro vnico tantum vulnere puniendus est, secundum communem opin. antiquorum, vt dicit Alb. *in 2. parte statutorum, quæst. 38.* licet ipse contrarium teneat, quam etiam opin. dicit esse communem, & quotidie in practi- l ca obseruari. l Viuius *in li. communium opin. vers. statutum imponens*, Ang. autem *de malef. in verb. & dictum Titium, n. 2.* refert pariter *in hac quæst.* Iacob. de Aret. distinxisse eo modo, quo supra dictum est; & subdit, quod opi. Iac. communiter teneretur, referens ita attestari Floria. *in d. l. 4. ff. ad l. Aquil.* quem tamen *in libro meo* non reperio hoc dicentem. Et affirmat, quod illam vidit in practica semper obseruari. Hoc idem attestari Florian. dixit Barbat. in Apost. ad Bart. *in l. gemina, sub num. 1. in verbo, Ego puto, ff. arbo. furtim cæsarum.* Bar. autem *in d. l. si gemina, n. 1.* tenuit, quod etiam hoc casu debeat indistinctè pro pluribus vulneribus puniri. Alexand. *in l. quod dicitur, la 1. in fin. ff. de verb. oblig.* dicit, quod distinguendum est, vt per Bar. *in d. l. si gemina*, deinde subdit, quod omnes concludunt esse inspicienda verba statuti, an loquatur de percussionibus, aut de vulneribus. Ego certè semper vidi in practica obseruari opin. Bartol. ut scilicet siue statutum loquatur *per verba, Si percusserit, vel vulnerauerit*; vel per verba, *Quod pro qualibet percussione*, vel vulnere, semper puniatur delinquens secundum numerum percussionum, vel vulnerum. Et hoc siue illata sint eodem ictu, siue pluribus. Poterit tamen iudex, ubi in m huiusmodi casibus dubitari contingat, m informare se à peritis super interpretatione, quam talia statuta habuerunt à consuetudine, & secundum illam iudicare: quia minime mutanda sunt, &c.

4 Alius n est casus, quando delicta sunt diuersi gene- n ris: & hoc casu si committantur ex interuallo, res nullam habet difficultatem, quin omnia punienda sint, ut habetur *in d. l. nunquam plura*: si vero facta sunt eodem tempore, & ad eundem finem tendant, punitur delinquens solummodo pœna mortis delicti. Et potest poni exemplum; si extent in ciuitate tria statuta, unum puniens delationem armorum in centum, aliud puniens insultum in centum; aliud puniens vulnus in centum, & aliquis insultet alium cum armis, & vulneret: certe non est in omnibus istis pœnis puniendus, sed solummodo puniri debet in centum pro vulnere; quia pœna insultus, & armorum confunditur cum pœna vulneris. o Ita colligitur ex glos. *in l. qui de crimine, verb. plurima, C. de accus.* quam sequuntur omnes scribentes, ut dicit Marsi. *in l. si in rixa, nu. 15. ff. de sicar.* Pract. Iod. *cap. 77. num. 4.* Io. Arno. *dialogo 47. per constitutionem.* Hanc etiam dicit esse communem opin. Iafred. *decis. 95.* quem refert Viuius *in li. commun. opin. vers. statutum puniens.* Et p illa gloss. solet allegari, quod Minora delicta p confundantur cum maiori, ita quod solum maius delictum puniatur. Et dicit Marsil. *in l. vnica, numer. 54. C. de raptu Virgin.* quod illam gloss. sequuntur Doctor. Et ita seruauit Senatus in quodam Ioan. Baptista de Furnariis, qui proiecerat pilam ferream in suum aduersarium, & deinde prior ensem euaginauerat, quem vnica tantum pœna iussit puniri 1559.

Sed pone, aliquis aggressus est alium q animo tan- 5 tum illum vulnerandi, & vulnerauit: deinde & aliquo q dicto, vel facto illius superuenerit impetus vulneranti, & mutato proposito illum occidit: nunquid erit puniendus de occiso tantum, an autem de vulnerato, & etiam de occiso? Resp. Bar. *in d. l. nunquam plura, nu. 5.* dicit, quod ex quo fuit duplex impetus, scilicet, primo vulnerandi, & deinde occidendi, debet de vtroque teneri. Sed certè vniuersalis consuetudo contrarium obseruat, vt dicit Ang. *in d. l. nunquam plura, num. 7.* quem refert Anan. *in c. si. post nu. 5. de collus. deteg.* Nam ex vnitate rixæ minus delictum cum maiori confunditur. Et quamuis fortè opin. Bar. sit de iure verior, nihilominus ab hac opin. quam consuetudo approbauit, nullo modo esset in practica recedendum: nam pœna homicidij, quæ est pœna mortis, & confiscationis bonorum, absorbet r omnes alias pœnas corporales, & pecuniarias. r

Sed s hic incidenter quæro, nunquid propter reite- 6 rationem delictorum, vel consuetudinem delinquen- s di, reus possit grauius puniri. Respond. Bart. *in l. 1. num. 2. C. de superexactor. lib. 10.* dicit, quod licet aliàs crimina non essent capitalia, potest tamen reus t propter con- t suetudinem delinquendi puniri pœna mortis. Et secundum hanc opin. aliquando fuisse practicatum in sacro concil. Neapol. attestatur Gramm. *consil. crimin. 17. num. 16. & voto 17. per totum*, vbi refert fuisse ad mortem condemnatum quendam, qui eodem tempore quinque vxores habebat. Idem etiam practicatum fuisse per Parlamentum Parisiense refert Papo *lib. 24. tit. 10. arresto 9.* Sed idem Gramm. *decis. 16. num. 7.* dicit, quod quicquid sit in puncto iuris, hoc in practica non recipitur, ut scilicet propter consuetudinem delinquendi pœna ordinaria augeatur. Et hæc opinio mitior est, & illam sequi solet senatus, qui nunquam in delictis non capitalibus propter quamcunque reiterationem solet pœnam mortis imponere, sed tantummodo, vel torturam atrocius inferre, vel ad extraordinariè puniendum grauius arbitrari.

Vltimo quæro, nunquid plures u delinquentes simul 7 contra vnum teneantur omnes insolidum. Resp. quod u sic, ut est text. *in l. si plures ff de iniur.* & est communis regula, ut attestatur Natta *cons. 79. num. 10.*

ADDITIONES

Ad Quæst. LXXXIV.

ET *in primis quidem*] Vulpell. *resp. 127. nu. 5.* Far. 4. *vol. inspect. 1. qu. 88.* & quomodo puniatur. *ibid. inspect. 2.* & quod lata culpa non sufficiat *d. inspect. 1. nu. 10.* Item de pœna mortis, vel mutilationis membri imponenda ibi *n. 12.* Rul. a

Et in primis quidem scias] adde, † quomodo in delictis requiratur dolus, ad hoc vt quis puniatur ad mortem. Mars. *in singul. 176.* voluntas, & propositum *in l frater tuus C. ad l. Cornel. de sicar.* & quando imponitur pœna pecuniaria pro delicto commisso, tunc non requiritur dolus, Bal. *in l. 1. vlt. col. ff de leg.* & Ias. *in l. iuste possides. penult. col ff de acquir. poss.* 1

Item † adde, quod dolus indiciis, & coniecturis probatur, & 2 centum viginti tres modus præsumendi dolum accumulauit † 3 Luc. de Penn. *in l. quemadmodum C. de agric. & cens. li. 10.* de hoc vide etiam Mascar. *de probat. concl. 530. & 531.* Decian. *consil. 32. n. 3. cum multis sequ. volu. 3.* & præsumitur in eo dolus; qui aliquod commodum recepturus, vt per Bar. *in l. si cum exceptione, §. in hac ff. quod metus causa.* Soc. iun. *in consil. 37. n. 30. vol. 2.* & Corn. *cons. 63. n. 9. vol. 3.* Ruin. *cõs. 2. vol. 3. & cons. 8. vol. 4.* Crau. *cons. 6. & 75. n. 13.* Rol. *consil. 45. n. 35. vol. 1. cons. 11. n. 52. vol. 3.* Menoch. *cons. 98. nu. 22.* Cæphal. *consil. 355. n. 52. vol. 2.* Plot. *in l. si quando, num. 159. C. vnde vi.* & † vbi nulla adest causa delinquendi, non datur do- 4 lus, vt per Castrens. *in l fluminũ, §. fin. de damno infecto, & in l. ultim. C. de seruis.* & plene Foller. *in practica cens. in verbo Nicolaus episcopus n. 46.* & in quibus casibus dolus præsumatur, latissime

h be-

habetur per Menoch. *de præsump. lib. 5. præsumpt. 3. num. 14. cum sequent.* & inter duos dolos in dubio minor dolus est præsumendus, & ideo minus puniendus, Bal. *in l. si prædium sub nume. 17. C. de ædilit. action.* & † quomodo probetur dolus verus, &
5 dolus præsumptus, Rimin. iun. *consil. 43. num. 34. & consi 184. n. 1. cum seq.* & de dolo vero, & præsumpto, vide etiam Menoch. *de recup. possess. remed. 15. num. 153.* dolus dicitur probatus probata violentia, Bal. *in d. l. si quando numer. 125.* & quid sit † dolus,
6 quid calliditas, machinatio, & fraus, quid dolus præsumptus, aut manifestus, Bertaz. *consil. 374.* & ibi addentes, *volum. 2.* Baiard.

b *Nam in criminalibus lata culpa*] adde, † quod fallit in cu-
7 stode carceris, qui ratione culpæ potest puniri pœna capitis, *l. ad commentariensem, C. de custod. reorũ,* & ita per illum tex. hanc regulam limitat Suarez. *in allegationibus suis allegat. 27. & ibi versic. bene facit,* quod Bal. dicit, idem esse in custode arcis, vide etiam Boer. *in decisio. 217. n. 2.* vbi similiter tenet in hoc casu custodis carcerum, latam culpam æquiparari dolo, vt puniatur custos ex lata culpa ad mortem: multos alios casus, in quibus ex
8 culpa lata, siue dolo quis puniatur capitaliter, ponit † Ang. *in l. milites. ff. de custo. reo.* & Mars. *in l. lex Cornelia ff. ad l. Cornel. de sicar.* & Gomez. *de delict. c. 3. sub nu. 17.* Tiraquel. *de pœnis temper. caus. 14. numer. 5.*

Item † adde, quod licet lata culpa æquiparetur dolo in cri-
9 minalibus, quando est pœna pecuniaria, hoc tamen fallit, quando lex, vel statutum facit expressam doli mentionem, quia tunc non æquiparatur, secundum Plot. *in tract. de in lit. iur. §. 6. nume. 31. fol. 91.*

Item adde, quod lata culpa non æquiparatur dolo, quando delictum de sui natura importat dolum. Ruin. *consil. 2.* primo quæritur, *nu. 6. vol. 5.* & quæ † sint dolus, culpa latissima, lata, &
10 leuis; & quando culpa æquiparatur dolo, vide Capram *in reg. 78.* vbi latissime Alcia. *in l. magna negligentia ff. de verb. signif. nu. 4. & seq.* Rim. iun. *in consil. 101. nu. 76.* Cæph. *in consil. 577 nume. 24 vol. 4.* & quando *nu. 158. C. vnde vi.* Tiraq. *caus. 14. nu. 6. & 7.* & ad hanc regulam, quod lata culpa in criminalibus dolo non æquiparetur, ponit decem limitationes Diaz. episcopus *in regul. 540.* Baiar.

b *Et ex hac conclusione infertur*] Far. vbi sup. *n. 25.* Ros.

Et ex hac conclusione] adde, † quod ista doctrina non pro-
11 cederet, si statutũ disponeret, quod pro homicidio quocunque modo commisso quis pœna mortis puniatur, secundũ Salyc. *in l. 1. num. 11. C. de noxal.* cuius sententia videtur ab omnibus approbata *in l. 1. §. nunciatio, ff. de oper. nou. nunciat.* Dec. *in rubr. extra. de probat. num. 11.* & Menoch. *de arbit. casu 324. num. 14.* Goza. *consil. 5. num. 7.* Natta *consil. 160. nu. 1.* Rimin. iun. *consi. 101. n. 14.* quam limitationem per bonas rationes recte improbat Barto. Romul. *in l. vt vim, n. 192. versic. sed huiusmodi limitatio,* quem refert, & sequitur Hiercon. *comm. opin. cent. 4. conclus. 63.* & licet
12 opin. Salic. esse vera, non † posset procedere in homicidio commisso ad defensionem. Becci. *consi. 51.* & Viui. *commu. opin. verb. statutum imponens pœnam corporalem:* sed doctr. Salic. secundum Bertaz. *in consil. 79. num. 37.* vbi multos alios idem tenentes ac-
13 cumulauit, est iniqua, & fuit reprobata; & † homicidium sine dolo committens arbitrio Iudicis punitur, vt per Menoc. *in d. casu 324. num. 11.*

14 Item † adde, quod similiter leges, siue statuta contra inuadentes, accipientes, aut occupantes possessionem, vel bona alterius; vel contra præsumentes, aut falsificantes aliquid; non habent locum nisi contra inuadentes, aut arripientes, vel occupantes, vel præsumentes, aut falsificantes dolo malo: & etiam saltem requiritur lata culpa ad hoc, vt quis pœna pecuniaria puniri possit. Mars. *sing. 287.* Alexan. *consil. 64. col. fi. vol. 3.* & Plot. *in l si quando, §. 2. num. 25.* Baiar.

d *Dummodo homicidium sit commissum dolo*] Hinc sumitur vera interpretatio ad statutum nostrum Pallauicinum *in criminalibus lib. 2. rub. de homicidio,* dum dicit, quod quæcunque persona qualitercunque homicidium commiserit, condemnetur in imputatione capitis; nam talis pœna locum nõ habet, dolo non interueniente & eo dictio qualitercũque, & quomodocunque intelligitur, & refertur ad specificata; videlicet si homicidium commissum fuerit siue per ferrum, siue per venenũ, & sic dictũ statutum, quicquid aliter senserit Sal. declarat Dec. *in l. in actionibus, n. 20. post med ff. de in lit. iur.* tractatur autem hęc materia melius qui per Doct. Et hic *lib. 3. c. 3.* Dixit Menoch. *de arb. iud. li. 2. cent. 4. cas. 314.* opinio autẽ Sal. est reiecta, quicquid in ambiguo relinquat Menoch. loco iam citato, *n. 14.* vt ibid. per Dec. & hinc aduerte iudex, quod ex quo delictũ culposum tantum nõ punitur prout delictum dolo commissum, ne in inquisitione ponas, delictum culpa tantum factum fuisse deliberatum; quia quoties eliderecur per reũ inquisitum qualitas illa deliberata, veniret absoluẽdus, nec forte, cõdemnandus esset aliqua pœna, de qua hic, & vt habetur supra *in §. homicidium vers. culpa ex his,* quæ dixit Boss. *tit. de inquisit. n. 82. cum seq. & tit. quomodo proce-*

datur per actionem in delict. sub n. 40. arg. tex. *in l. si seruus seruum, §. si oliuam, §. octauenus ff. ad l. Aquil.* Dec. *cons. 83. nu. 2. cum simil.* & quæ dixit Fel. *ex mente Aug. in c. sedes, col. 7. de rescript.* quem citaui in proposito infra *ad q. 94. vers. Cæterum;* idem Fel. *in c. ex parte, el 1. coll. mihi 15. sub versic. restringe 2. ibi, 2.* modo procedit impugnatio domini mei, *de rescript.* Drog.

e *Pro culpa vero*] Farin. *vol. 5. q. 126. p. 1. n. 66. & seq. & q. 110. vol. 4. nu. 35.* Ros.

f *Lata culpa*] Item lata culpa, an & quando sit punibilis, vi. per Ang. de Aret. *in §. quia autem, num. fi. Inst. vi bono. rapto.* vbi etiam quod de leui, & leuissima, relatiue, vide *Giach.*

g *Nam condemnatus*] Far. vbi sup. *n. 30.* Ros.

h *Scias etiam*] Far. *vol. 1. q. 20. n. 30.* Ros.

Scias etiam] adde in hac materia, quando plura † delicta in 15
foro contentioso, & in iudiciali pluribus pœnis sint vindicanda, Soc. *in c. ea quæ, nu. 11. de pœn.* vbi distinguendo posuit, nouem principales casus, & hanc materiam multum diffuse tractauit, & vid. Alex. de Neuo *in cons. 93.* vbi quidam rapuerat mulierem, & furtum fecerat, & muros ciuitatis aufugiendo transcenderat, & quasdam clausuras aperuerat, & consuluit, quod pluribus pœnis debebat puniri, cum non tollatur pœna vnius delicti pœna alterius delicti; sed quando omnia delicta habent præambulum necessarium ad illum delictum, tunc pœna vnius tollit pœnam alterius: & in hac materia vide etiam Bertaz. *in cons. 205.* & ibi addita, & Io. Bolog. *in cons. 33.* vbi etiam habetur, an resistentia † 16
facta officiali Curiæ confundatur cum homicidio subsequenti post resistentia; & quomodo cognoscatur, an sit vnum deli- 17
ctum, vt plura delicta, vide Bat. *in l. hos accusare, §. 1. ff. de accus.* & Bal. *in l. cum rationib. C. qui accus. non poss.* Baiar.

h *Si vero statutum*] adde, quod † vulnus dicitur, quando fit 18
scissura in cute, vel separatio in corpore, seu mutilatio, *l. si seruus seruum, §. rupisse, ff. ad l. aquil.* & Bart. *in l. prætor ait, §. fin. ff. de iniur.* Item adde, quod si sit facta tumefactio † propter percussio- 19
nem, dicitur illatum, vulnus si eius causa sit facta scissura, seu separatio intrinsecus; licet non appareat ab extra, & hęc faciunt ad huiusmodi statuta † de vulneribus loquentia, ita tradit Soc. 20
in rub. de homic. volunt. num. 18. sed Bart. *in l. prætor. §. qui atrocem, ff. de iureiur.* dicit, quod si oportet, quod tumor ille aperiatur ferro, dicitur vulnerasse, & habet locum statutum de vulnere, quem refert, & sequitur Afflict. *in constit. si quis aliquem rub. 12. lib. 1. num. 5.* & ibi *nu. 6. cum seq.* habetur etiam, an percutiens cum dentibus cum sanguine, vel cum armis non offensibilibus debeat puniri pœna statuti punientis vulnerantes.

Item † adde, quod accusatus de pluribus percussionibus non 21
expresso numero percussionum, poterit puniri de duabus percussionibus secundum Bal. *in l. fideicommissum, §. si quis decem. ff. de leg. 3.* & si de pluribus, & † pluribus percussionibus quis esset 22
querelatus, intelligeretur de quatuor, secundum Bar. *in l. si gemma, num. 7. ff. arbor furtim, cæsa,* & hoc communiter obseruari ait: ita etiam Aret. *de malef. in verb. plurib.* & Rom. *cons. 301.* & si in accusatione diceretur, quod multas † intulerit percussiones, 23
verificaretur in duabus, vel tribus secundum Bar. *in l. 1. §. hoc rescriptum, ff. ad Syllan.* & Ceph. *in consil. 125. num. 43.* & ad omnia prædicta vide Lauren. Tenni. *in caut. 3.*

Item adde, quod Farin. *in suis quæst. crim. in q. 22. n. 11.* impugnat hanc opin. Iac. de Arena dicentis, quod inferens plura † vul 14
nera eodem tempore non debet puniri, nisi vnica pœna, si statutum simpliciter imponat pœnam vulneranti, & tenet, quod grauiori pœna sit puniendus, cum non sit credendum, quod statuentes voluerint eandem pœnam imponere pro pluribus vulneribus, quam imposuerunt pro vnica tantum: quia pœnæ semper sunt commensurandę cum delictis, & sic dissentit etiam ab opinione Bar. cum sit nimis rigorosa, vt pœnæ in totum sint multiplicandæ, iuxta multiplicationem delictorum eodem impetu commissorum, ac si diuersis temporibus patrata fuissent, & ita secundum opin. Domini Far. vidi seruari in practica. *Baiar.*

i *Hæc autem omnia*] Vel etiam manu vacua, & exeat sanguis à pluribus partibus, vt per Bal. *cons. 433. lib. 5.* & vi. Far. *q. 20. nu. 16. lib. 1.* Ros.

Hæc autem omnia] adde videndum addentes ad Bertaz *in cons. 205. in littera E, vers. ego in hac re.* vbi distinguit, si vulnerans eligeret illud armorum genus, vt plura vulnera inferre posset, quod teneretur de pluribus vulneribus; aut casu, & impetu talia arma acciperet, quod vnico vulnere tãtum puniri deberet, & stante statuto, quod pro qualibet percussione quis puniatur in decem, si quis percussit Titium vnica percussione, ex qua exiuit sanguis de tribus partibus an puniatur pro vnica percussione, vel pro tribus, Bal. *in consil. 351. vol. 2.* Baiar.

k *Pro vnico tantum vulnere puniendus*] Hoc idem in pluribus vicibus blasphemante, vno tamen iracundiæ calore tenet Alc. *tract. de præsumpt. 6. nu. 4.* Drog.

l *Viuum*] *Opin. 185. & opin. 17.* Ros.

m *Informare se à peritis*] Et est summe notandum pro Iudi- *
cibus: & hinc colligo † statuta interpretari à consuetudine: 24
alium

alium modum interpretandi statuta, vide infra *q.85.versic.solet etiam ibi, Primus est casus*. Drogh.

n *Alius est casus*] Farinac. *dict. quæst*.10. *num*. 17. 19. & 22. Rof.

25 *Alius est casus*] adde, quod si maior esset pœna delationis †armorum, quam insultus, vel percussionis, nihilominus attenditur pœnam insultus, vel percussionis, ita consuluit Cephal. *consil*.204.*num*.41.*cum seq*. in casu delationis archibuseti parui ad rotam, cum quo fuerat factus insultus: & licet pœna dela-
26 tionis archibuseti esset triremium, tenuit tantummodo esse imponendam pœnam insultus, quod mihi non placet, † quia sequeretur hoc absurdum, quod deterioris conditionis esset ille, qui simpliciter archibusetum detulisset, quam ille, qui cum eo deliquisset, sed secundum addentes ad Bertaz. *in consil*.105. *versic. quarto*, ad vtramque pœnam teneretur, & ibi attestatur, quod Bertaz. eius pater ita iudicauit.

Item adde, quod si delictum est ante insultum, tunc punitur delictum, & insultus; si vero præcessit insultus, & statim atrocius delictum est secutum, tunc punitur illud atrocius delictum sine insultu nec insultus poterit intentari, separatim à delicto, etiam quod insultus factus fuisset in vno territorio, & maius delictum in alio, dummodo in continenti, ita tradit Chassan. *in consuet. Burgund. fol*.194.*versic. notanter*, vbi allegat Bald. ita tenuisse *in c*.1.*de pace iur. firm. §. iniuria punitur, numer*. 11.*circa fin*. sed Chassaneus non vidit Bald. quia ibi contrarium
27 dicit, scilicet, quod insultus † non confunditur propter diuersitatem territorij. Cyn. *in l. qui de crimine*, tenuit illud, quod dicit Cassan. *in loco supra citato*, vt refert Salyc. *in l. pen. num*.16.*C. de accus*. vbi quæstionem istam late examinauit plures faciendo distinctiones, eum vide. *Baiard*.

o *Ita colligitur*] Idem tenet Bart. *in l. quemadmodum. ff. ad l. Aquil. & l. inficiando, §. illud, ff. de furt. circa finem*. Ioan. And. *in addit. Spec. in tit. de homic. super rub*. Bald. *in l. quicunque, C. de seruis fugit, l. diuortio, ff. sol. matr. l. aduersus in fin. C. de furt*. Anchar. *consil*.272. Baiar.

p *Confunduntur cum maiori*] Cesset ergo minor, vbi extat maior: & hinc nota, quod actus diuersi tendentes ad eundem finem habentur tantum pro vno; & vide *in hoc proposito sup. q*.36.*versic. Quæro quid si per laicum, ibi*, & vterque condemnat, quod videtur huic rationi contrarium; & dum his allegat gloss. *in l. Qui de crimine C. de accusat*. Quomodo procedat *d. gloss*. declarat. Alexan. de Neuo. *inter consil. crim. diuers. consil*.90. *sub num*.10. *versic. Non obstant. volu*. licet ego nunquam inuenerim illum text. *l. aduersus, nec aduerso, C. de Furt*. At hunc casum hic tactum melius declarat idem Alexan. de Neuo vbi supra *consil*.91.*per totum*. Drogh.

Confundantur cum maiori] adde, quod contrarium tenet Couar. *variarum resol. lib*.2.*c*.10.*num*.8. quem reprobat Mag. *decisio. Lucensi*.84.*in fin*. In hac materia vide Ioan. Andr. *in Addit. Spec. in tit. de homic*. Baiar.

q *Animo tantum illum vulnerandi*] adde in sic mandante vulnerari tantum, infra *q*.89. *versic. Pono aliquis*, vbi quod vulnera non dantur ad mensuram. *Drog*.

r *Absorbet omnes alias pœnas*] Et ideo recte inferri videtur, per hanc rationem, vt in dicta pœna vltimi supplicij cesset pœna restitutionis furatæ rei, aliter tamen non disponente statuto, de quo supra *quæst. C. versic. & hac quidem ad fin*. & ibi dicit; Item attenta tali ratione in consequentiam mortis non confiscantur bona furis, vt est sup. *quæst*.78. *versic. sed pono*; pœna etenim mortis sufficit, si absorbet alias pœnas, non aut intelligas, quod absorbeat, id est trahat secum, sed perimat; Quia si quis reperiatur condemnatus pro homicidio in pœna capitis, sed pro furto in pœnam furcarum, non est cur sequuta vna pœna non euanescat altera, de qua quæstione habetur per Bald. *in l. omnes C. de delat. lib*.10. Men. *de arbit. iud. lib*.2.*cent*.4.*cas*.342. *num*.9.*in fin*. in pecuniaribus tamen pœnis citra mortem maior pœna minorem non perimit, nec è contra, de qua quæst. habetur per Bart. *in l*.3.*§. cum Titio, ff. de adimen. leg*. Refert Crauet. *de antiq. temp. par*.4.*versic*.t.*nu*.113. Vide infra *q*.99. *versic. Quæro etiam*, & vide, quæ dixi *infra q*.85.*versic. Tertius est casus, circa fin*. Item in contrarium adducitur, quia de iure communi pro homicidio non imponitur pœna confiscationis bonorum, quæ reseruantur descendentibus *auth. damnatorum C. de bon. proscri*. & tamen pœna vltimi supplicij tali modo deberet etiam secum trahere pœnam bonorum, vt est *sup. qu*.78. *versic. Multa autem, & versic. Ceterum*; loquitur tamen ibidem secundum antiqua iura, vt dixi. *Drog*.

s *Sed hic incidenter*] Latius Farin. *vol*.1.*q*.23. & 20. *n*.12.*q*. 107.*vol*.4.*part*.1.*art*.7.*n*.87. Rof.

28 *Sed hic incidenter quæro*] adde, quot vices requirantur, vt quis dicatur † reiterasse, & sæpius commisisse. Luc. de Pen. *in l. vnica, C. de superexact. l*.10. & secundum Gramm. *decisio*.16. consuetudo delinquendi inducitur per duas vices, & *dec*.36.*n*. 9. & Simon de Pret. *consil*.104. vbi tenet, hoc procedere etiam, quod in tortura confessus non fuerit, sed quod tantum sit conuictus: & ibi *num*.25. dicit, quod reiteratio delictorum aggrauat pœnam, etiam quod pluries fuerit punitus: & *num*.46. dicit, quod licet regulariter tortura passa tollet pœnam ordinariam, hoc non pocedit, si in reo sit frequentia delictorum capitalium.

Item adde, †quod reiteratio auget pœnam, quando consue- 29
tudo delinquendi est in eodem genere, siue specie mali, & quod delicta vere sint probata, & quod de dictis fuerit punitus, vel gratiatus à lege, vel ab homine, ita declarat Angussola *in consil*.18.*lib*.1. Baiar.

t *Propter consuetudinem delinquendi*] Supra *in §. furtum, versic. sed an pro furto magno*, & ibi magis mala furandi consuetudo habetur in consideratione, quam rei valor, prout è conuerso aliquando hominis probitas, rigorem Iuris temperat, & illa habetur in consideratione, Capyc. *decisio*.203. *post num*.17. Item vagabundi, qui alias delinquere solent, torquentur nullis aliis præcedentibus indiciis, supra *q*.64.*versic. sed pone, in fine*. Drog.

u *Plures delinquentes*] Et ideo moriente ex pluribus vulneribus à pluribus illatis tenentur omnes de homicidio, (licet non puniantur omnes pœna mortis) extraordinariæ, Iudicis arbitrio supra *in §. Homicidum, versic. aut plura post med*. Dec. *in l. fauorabiliores num*.60. *de reg. iur*. Men. *de arbitr. iudic. lib*.2. *cent*.4.*casu* 362. Drogh.

Plures delinquentes] Aduerte tamen, quod condemnatio *
†vnius ex pluribus qui tenentur de eodem crimine, non nocet 29
alteri, tex & ibi Bal. *in l. si crimine, C. de adult*. Giacb.

Plures delinquentes] adde, quod si extaret statutum, † quod 30
committens furtum, valoris puta decem scutorum, pœna mortis puniatur; si plures facerent insimul furtum dicti valoris, quo inter eos diuiso, quælibet pars non ascendit ad dictam summam nihilominus omnes poterunt suspendi, quia quilibet tenetur in solidum. Andr. de Iser. *in titul. de pace tenenda, § si quis quinque solidos col. fin*. & allegat text. *in l*.1.*C. de condit. furt. & in l. vulgaris, §. fin. ff. de furt*. & idem tenuit Io. Ant. de Nigr. *in cap*. 10.*incip. ad hoc*, *n*.61.

Item adde, quando plures committunt delictum, an sententia absolutoria, vel condemnatoria lata in personam vnius prosit, vel noceat aliis, late per Gomes. *de delictu, c*.1.*nu*.88. vbi facit plures conclusiones.

Item adde, si plures committunt furtum, vel rapinam, an omnes teneantur ad restitutionem in solidum, & si in vtroque foro; & si vnus eorum restituat in solidum, an ceteri huic pro æquis portionibus satisfacere teneantur, late Couar. *in 2 par. relect*.§.12.*num*.3.4. de hoc habetur etiam per Thesaur. *in decis*. 254. Baiard.

QVÆSTIO LXXXV.

Explicantur multa, ad quæ iudex in pœnarum impositione maxime debet animaduertere.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Iudex an debeat imponere delinquenti pœnam loci originis domicilij vel delicti.*

2 *Et quid si delinquens sit forensis, an possit puniri secundum statuta loci, in quo deliquit.*

3 *Et quid si illud delictum non sit à iure communi prohibitum.*

4 *Et an statuta pro delictis pœnas imponentia ligent etiam subditos delinquentes territorium.*

5 *Et an pœna statutorum pro delictis imposita, tollant pœnas pro iisdem delictis à iure communi imposita.*

6 *In pœnis alternatiue impositis cuius sit electio, iudicis an rei.*

7 *Et quid si statutum disponat, quod quis pro delicto condemnetur in centum libris, quas si non soluerit intra decem dies, amputetur ei manus, an eo casu possit iudex omittere pœnam corporalem, & exequi pecuniariam.*

8 *Et quid econuerso stante statuto quod non cōparens ponatur in banno, de quo non eximatur, donec soluerit mille,*

an si ipse vidit stare in banno, possit iudex eum cogere ad soluenda mille.
9 Vbi agitur de pœna imponenda ex aliqua speciali constitutione, debent omnes qualitates verificari, de quibus in ipsa constitutione sit mentio.
10 Iudex an possit ex causa minuere pœnam ordinariam pro aliquo delicto à iure communi, vel statuto impositã.
11 Et an possit illam commutare, si delinquens non est capax illius pœna.

Ex Additionibus.

1 Inquisitio contra delinquentem extra territorium quomodo sit formanda.
2 Statutum imponens pœnam nouam, an censeatur recedere à pœna iuris communis.
3 Iudicis arbitrium cessat, vbi lex, vel statutum speciatim pœnam imponit.
4 Et quænam sit imponenda, si tempore delicti erat vna pœna, & tempore sententia alia diuersa.
5 Et quid in causa appellationis.
Pœna si imponitur à iure canonico, & alia à iure ciuili, an vtramque reus sustineat, ibid.
6 Alternatiua pœnarum existente cui detur electio, Iudici, vel reo.
7 Pœna minor est eligenda.
8 Pœna vna electa non admittitur variatio.
9 Mortis electio an possit remitti arbitrio rei.
10 Statutum, quod non soluenti in terminum amputetur manus, an requirat monitionem.
Et quid si non specificetur tempus in statuto, num. eod.
11 Et an stante tali statuto admittatur procurator.
12 Et si elapso termino soluerit, censetur remissa pœna manus.
13 Et an Iudex elapso termino possit eligere pœnam pecuniariam.
14 Et dictum statutum quomodo sit intelligendum.
15 Et an si notorie non sit soluendo, adhuc debeat expectari tempus statuti.
16 Et si in defectum pœna pecuniaria debet decapitari, requiritur dolus.
17 Qualitates à iure præsumpta an sint probanda, vel solum allegandæ.
Et quid si insunt de natura rei, nu. eod.
18 Statuto puniente vtentem falso instrumento dolose, an dolus sit probandus.
19 Libellus sufficit quod præsumptiue concludat.
20 Qualitas in inquisitione non probata an possit probari post sententiam ad augendam pœnam.
21 Qualitas probanda debet probari, tam agendo, quam excipiendo.
22 Nisi in fine accusationis fuerit petitum, reum condemnari secundum formam Iuris, Constitutionum, & statutorum.
23 Iudex ex causa potest alterare pœnam statutariam, & consuetudinem.
Iudex potest minuere pœnam ex causa, licet lex præcise illam pœnam imponat, nu. eod.
Et hoc etiamsi Iudex non haberet facultatem dispensandi, nu. eod.
24 Etiam quod iurasset seruare statutum.
25 Item mitigare pœnam statuto puniente delictum attentatum, sicut perfectum.
26 Item si pro modica summa pœna mortis imponatur à statuto.
27 Iudex ex causa potest in sententia reseruare famam condemnato.
Item Notario condemnato de falso famam, & exercitium, ibid.
28 Iudex an teneatur mitigare pœnam.
Et quando possit eam alterare, remiss. ibid.
29 Et an in sententia teneatur exprimere causam.
30 Et quid in Regno Neapol. remiss.
31 Magistratus minor quis dicatur.
Causa cohærent delicto, & extrinseca quæ dicantur, ibid.
32 Iudex non potest facere compositionem post sententiam inconsulto Principe.
33 Nec etiam post appellationem, cui fuerit renunciatum.
34 Compositio vt valeat, quid requiratur.
35 Et quid si in sententia non fuerit expressa pœna.
36 Iudex imponens minorem pœnam sine causa, quomodo puniatur.
37 Iudex in compositionibus non debet esse nimis liberalis, alias præsumitur fraus.
Compositiones in Regno Neap. quomodo fiant, ibid.
38 Iudex alteram pœnam, an debeat causam exprimere.
Et quid si potest adiri superior, ibid.
39 Pœna mortis in Regno Neap. non potest commutari, nisi ad triremes.
Quod tamen non procedit in officialibus Baronum, ibidem.
Nec seruatur de consuetudine, ibid.
40 Confiscatio bonorum non habet locum, quando imponitur pœna extraordinaria.
41 Iudex mitius punire debet ne reus moriatur.
Manus non debet amputari patri famil. habenti plures filios infantes, sed debet potius relegari.
*41 Mulier publice torqueri non debet.

Sed *a* quoniam plerunque propter diuersitatem fori originis, domicilij, vel delicti, & eorum locorum iura, vel statuta diuersas pœnas imponentia in faciendis condemnationibus dubitari solet, quæ pœna pro delictis sit imponenda, videamus, an iudex debeat imponere pœnam loci originis, vel loci delicti, & an pœnam iuris communis, vel statuti. Et quia materia est valde intricata, distinguendi sunt nonnulli casus. a 1

Primus est, quando iudex loci delicti procedit contra delinquentem, qui est sibi subditus etiam *b* ratione originis, seu domicilij. Et casus modicam habet difficultatem: nemo enim dubitat, quin sit puniendus secundum leges, & statuta ipsius loci. An autem quando in eodem loco reperitur vna pœna imposita à iure communi, & alia à statuto, debeat iudex imponere pœnam statutariam, vel pœnam iuris communis, *dixi infra, versiculo, debent etiam.* b

Secundus est casus, quando iuxdex loci delicti procedit contra forensem, qui deliquit in suo territorio: Et hoc casu, si quidem pro eo delicto non reperitur imposita alia pœna per statuta locorum, quam ea, quæ est imposita à iure communi, nulla etiam est controuersia, quo minus puniri debeat secundum dispositionem iuris communis. Et in hoc pariter nemo dubitat. Punctus est, quando statutum loci delicti imponit pro eo delicto aliam pœnam, nunquid possit iudex ipsius loci delicti condemnare huiusmodi forensem in *c* pœnam statuti: & sic an statuta pœnalia super delictis ligent etiam forenses. In qua quidem quæstione aliqui simpliciter dicunt, quod iudex loci delicti potest punire delinquentem, etiamsi non sit de iurisdictione sua, non solum secundum iura communia, sed etiam secundum statuta sua. Et ita tenere communiter Legistas dicit Felin. *in c. à nobis, il 1. nu. 1. de sentent. excommunicationis.* Ita etiam communiter teneri attestatur Abb. *in c. fin. numer. 24. de foro compet.* Hanc quoque opin. dicit esse communem Felin. *in dict. c. fin. numer. 24.* & illam vbique seruari attestatur Albericus c

in 3.

in 3. parte ſtatut. quæſt. 1. Bartol. autem *in l. cunctos populos, num. 21. C. de ſumma Trin.* diſtinguit, quod, aut tale delictum eſt prohibitum etiam à iure communi, & eo caſu poteſt forenſis delinquens puniri etiam pœnis contentis in ſtatuto; *d* Aut vero non eſt prohibitum de iure communi, ſed ſolummodo ſecundum ſtatuta ipſa ciuitatis, vel loci; & tunc non punitur, niſi fuiſſet ſciens, vel ignorantia ſupina. Et hanc opinionem Bartol. oſtendit eſſe communem Iaſon. *in d. l. cunctos populos in prima lectur. num. 30.* illum refert Boſſ. *in tit. de pœnis, num. 18.* licet *in libro meo* aliter loquatur: quinimo (ni fallor) *in 2. lectur. num. 67.* concludit, quod in iudicando melior eſt opin. contra Bartol. Hanc etiam opin. Bartol. dicit eſſe æquiorem, & magis communem Marſil. *in l. fin. num. 81. ff. de iuriſd. omn. iud.* Plus dicitur Moder. *ſuper conſuetud. Pariſ. §. 30. poſt num. 150.* quod hæc eſt communis, & vera concluſio, quod etiam forenſes, & alij probabiliter ignorantes pœnas à ſtatuto loci vltra ius commune impoſitas, nihilominus ſubjiciuntur pœnis ſtatuti loci, in quo delinquunt, ex quo intendunt delinquere, & committunt crimen à iure communem prohibitum. Et illum refert Didac. *in repet. c. alma mater, fol. 49. colum. 2. de ſentent. excommun. in 6.* Hanc etiam dixit eſſe opin. communiter Doctorum Gand. *in tit. de pœnis reorum, n. 16.* Et generaliter quod delinquens debeat puniri pœna impoſita à ſtatuto loco, in quo punitur, dicit eſſe communem concluſioné Marian. *in c. poſtulaſti, num. 16. de foro competent.* Hoc tamen intellige, vt procedat in pœnis ſecularibus; ſecus autem in pœna ſpirituali, prout eſt pœna excommunicationis à ſtatuto impoſita: illa enim non ligat probabiliter ignorantes, etiam in actu à iure communi prohibito, & damnato. Et hanc opin. dicit eſſe communem Crot. *in repet. capituli vt animarum, in fin. principij, de conſtitut. in 6.* prout illum refert Didac. *in loco præallegat.* Et licet in puncto iuris hæc limitatio vix poſſet ſuſtineri, cum non videatur ſubeſſe aliqua probabilis ratio differentiæ inter pœnam excommunicationis, & alias pœnas: nihilominus cum hæc opin. magis faueat animabus crederem non eſſe ab ea in iudicando recedendum.

3 Sed quid ſi delictum, de quo agitur, non quidem ſit prohibitum à iure communi, ſed tamen per totam prouinciam, vt plurimum, vigeant ſtatuta illud prohibentia, prout eſt in extractione frumenti, quæ communiter per totam Italiam eſt prohibita per ſtatuta ciuitatum, vt per Bart. *in loco præalleg.* Reſpond. Bart. ibi tenet, *e* quod poſſit forenſis etiam hoc caſu puniri pœna ſtatuti id prohibentis, nec poſſit ſe excuſare *f* prætextu ignorantiæ. Et dicit Corn. *conſil. 64. in fin. lib. 3.* quod in hoc omnes concordant. Hanc etiam dicit eſſe communem opin. Legiſtarum Imola *in l. fin. §. licet quis, ff. de publica.* Videtur enim eo caſu talis forenſis delinquens contra huiuſmodi ſtatuta eſſe in ſupina ignorantia: merito non eſt excuſandus. Ego tamen, quicquid ſit de rigore iuris, dicerem in prædictis caſibus ſtandum eſſe iudicis arbitrio, qui inſpecta facti, & perſonarum qualitate pro ſua religione decernet, an forenſis plectendus ſit pœna ſtatuti, vel in totum excuſandus, vel ſaltem pœna ex aliqua parte temperanda. Et ita ego in hoc ducatu ſæpiſſime vidi excuſari forenſes, qui moram non traxerant in Dominio, à pœna impoſita contra *g* deferentes archibuſios rotatos, & huiuſmodi: & conſulerem (vbi aliquo modo poſſet ignorantia dici probabilis) vt iudices ſemper in mitiorem partem inclinarent. Vide, quæ dixi *ſupra qu. 82. ſtatut. 7. verſ. quæro nunquid.*

4 Tertius eſt caſus, quando iudex originis, vel domicilij procedit contra ſubditum ſuum, qui deliquit extra territorium, an ſcilicet poſſit imponere pœnam ſtatuti loci originis, vel domicilij, & ſic an ſtatuta imponentia pœnam pro delictis, ligent, ſubditos delinquentes extra territorium. Super quo opus eſſet deciſione Cæſarea, vt dicit Angel. *in l. fin. ff. de iuriſdiction. omni. iudic.* prout illum refert Euerard. *conſ. 45, colum. 3. verſ. Non obeſt etiam,* licet Ang. *in lib. meo* id non dicat. Et *in hac quæſt.* Bart. *in d. l. cunctos populos, num. 47. & ſeq.* tenuit, quod quando ſtatutum expreſſe loquitur de delinquentibus extra territorium, comprehendat etiam eos, qui extra territorium delinquente: & in hoc opinio. Bart. communiter approbari dicit Socin. *conſil. 302. num. 4. in fin. lib. 2.* Quando *h* vero ſtatutum ſimpliciter loquitur; tunc dicit Bart. quod iudex originis, vel domicilij non poteſt punire ſubditum delinquentem extra territorium, niſi ſecundum pœnam impoſitam à iure communi, vel ſecundum ſtatuta loci, in quo deliquit, non autem ſecundum ſtatuta ipſius locis originis, vel domicilij. Et hanc opin. dicit eſſe communem Alex. *conſ. 111. poſt nu. 1. col. 2. verſic. & cum ſit, lib. 2.* quem refert Pariſ. *conſ. 159. n. 6. lib. 4.* & Ruin. *conſ. 84. in fin. lib. 4.* & Afflict. *ſuper 3. par. conſt. Regni, rubr. 55. poſt nu. 19.* & Rochus *de conſuet. fol. 114. n. 20.* & Boſſ. *in ti. de pœn. n. 19.* Idem atteſtatur Auguſt. ad Ang. *de malefic. in verbo, hæc eſt quædam inquiſitio, num. 84.* Ita etiam communiter teneri atteſtatur Felin. *in c. à nobis, il 1. num. 6. de ſenten. excommun.* quem refert Pariſ. *in d. conſ. 150. num. 7. & ſequ.* Diennas *reg. 146.* Et ita pluries vidi apud nos obſeruari, quia ſ. vbi poterat haberi notitia ſtatutorum loci delicti, ſemper fuit impoſita illa pœna, licet per conſtitutiones huius ducatus alia pœna eſſet impoſita. Et in ſpecie ita concluſum fuit in ſenatu in cauſa cuiuſdam Thomæ Bolognini contra quem procedebatur pro vulneribus animo deliberato illatis cuidam in caſtris Senatum 15. Octobr. 1556. D.P. Et memini, quod cum Illuſtr. Alexander Vicecomes, tunc Senator, & Prætor Cremonæ condemnaſſet quendam Adam Tinctum Cremonenſem pro vxoricidio per eum commiſſo ſuper territorio Brixienſi, in amputatione capitis abſque bonorum confiſcatione, & fiſco reclamante fuiſſet ei conceſſa reſtitutio in integrum: Senatus *i* intellecto, quod licet ſtatutum Brixiæ pro eo delicto imponeret pœnam confiſcationis bonorum, nihilominus ex conſuetudine illius curiæ non ſolebat talis pœna imponi, & quod prius idem Adam fuerat pro eodem delicto à Prætore Brixiæ condemnatus ſolummodo in amputatione capitis, omiſſa bonorum confiſcatione, confirmauit ſententiam latam per ipſum Illuſt. Vicecomitem, & fiſco ſilentium impoſuit, 19 Decembr. 1548. P.N. Et ideo à prædicta diſtinctione non recedas in iudicando, quamuis (vt dixi) Marian *in d. c. poſtulaſti, n. 16.* generaliter dicat communem concluſionem eſſe, quod delinquens debeat puniri pœna impoſita à ſtatuto loci, in quo punitur.

An autem poſſit Iudex loci domicilij, vel originis procedere contra ſubditum, qui deliquit extra territorium, per viam inquiſitionis, dixi ſup. *quæſt. 39. verſ. ſed quæro.*

Debet etiam iudex aduertere, quia ſi pro aliquo maleficio ſit impoſita aliqua pœna per ius commune, vel aliam legem antiquam, poſtea fuit condita lex noua, vel ſtatutum imponens aliam pœnam pro eodem maleficio: eo caſu imponenda eſt pœna ſtatuta à lege noua, non autem à lege antiqua, vel à iure communi. Bene *k* verum eſt, quod in hoc articulo variæ fuerunt aliquando opin. Doctorum: nam aliqui tenuerunt, quod per ſtatutum imponens pœnam nouam non intelligatur ſublata pœna iuris communis, Et ita poſt nonnullos antiquos tenuit Bart. *in l. 1, nu. .... ff. de vi bonor. rapt.*

Et hanc opinio.commun.teneri attestatur Cyn.*in l.qui sepulchra C.de sepul.viol.*quem refert Anchat.*in capitulo generi de regul.iur.in 6.*& Caccialup.*in repet.l.omnes populi,num.90.ff de iustit.& iure*. Idem dicit Bald.*in l.non est nouum,ff de legibus*,quem refert Aug.ad Angel.*de malef.in verbo,Et ibi est caput,num.9.* Et hanc opin. teneri per doctot.attestatur Aug.*in d.l.qui sepulchra,versicul.in text. ibi, nihil enim*. Hanc etiam dicit esse communem opin. Abbas *in c.de causis,num.14.de effic.deleg.* Idem dicit Salic. *in d.l.qui sepulcra,post num.6.ver.quaero nunc,C. de sepul.viol.*prout illum refert Anan. *in c.fin.num.16 de colu.deteg.* qui tamen hoc explicite non attestatur, imo dicit, quod licet quo ad natiuitatem sit dubium, tamen quo ad executionem omnes tenent, quod pœna statuti tollat pœnam iuris communis, Berous *in d. c.de causis,post num.75.* Contrariam autem opin. quod scilicet per pœnam statutariam sit sublata pœna iuris communis, tenuit Bald. *in l.data opera,num.19.& seq.C.qui accus. non poss.* subdens, quod fatuus esset iudex, qui aliam pœnam imponeret, quam statutariam: & dicit Pract.Cater. *fol.519.numero* 14. quod hanc opin. tenent omnes Doctor. Hanc etiam opinio. dicit esse communem Dec. *in d.c.de causis, num.14. in fin.* prout illum refert Alciat.*consil.453.post nu.5.versic.non obest igitur*. Marsil.*in pract.crimin.§.quaeritur,post num.6.*quem refert Viuius *in lib.communium opin. in verbo, statutum imponens.* Dicit etiam Blanc.*in pract.crim.fol.72.numer.61.& sequ.* quod haec opin. videtur magis communiter recepta, & quod ita communiter practicatur. Et dicit Alber. *in prima parte statutorum,quaest.8.num.10.in fin.* quod totus mundus ita obseruat, licet dicat, quod *in hac quaestione* opus esset decisione Imperatoris, quem refert Aug. ad Aug.*de malef.in verbo,Et ibi caput,post numer.9.* & Marsconsil.*61.numer.19* refert etiam Anton.Gomes. *lib.1.delictorum cap.1.num.38.in fin.* subdens quod licet contraria opinion. sit magis communis, tamen ista seruaretur iudicando,& consulendo. Hanc etiam opinio.communiter seruari attestatur Gand. *in titul. de aliquibus quaestionibus num.4.* Idem dicit Paul.de Castro *in l.1.§.dixerit aliquis,num.6.ff.de publicanis*,quem refert Grammat. *cons.35.num.56.*& Roland.*consil.35.numero 48.lib.2.* Et dicit Rota Senen. *decis.9.posita post consil.crim.diuersorum lib.2.num.3.* quod haec opin. praeualuit,& est approbata per usum. Et ita in hac prouincia indistincte obseruatur *l* Cum itaque haec opin.sit proculdubio magis communis,& à communi consuetudine approbata,non esset ab ea in iudicando recedendum. Et haec conclusio multo magis procederet, ubi pro aliquo delicto iudex imposuisset pœnam statutariam:nam eo casu proculdubio non posset postea imponi delinquenti pœna iuris communis,etiamsi esset maior,quam statutaria. Cum enim utraque pœna tendat ad vindictam,una per aliam tollitur. Et in hoc omnes concordant,ut dicit Bart.*in d. l.1.in ult.verb.ff.de vi bonor.rap* quem refert Anan.*in d. cap.fi.nu 16.de collus.deteg.*

6 Solet *m* etiam plerunque in facto dubitari, nunquid *n* quando à lege, vel statuto sunt impositae plures pœnae alternatiue pro aliquo delicto, sit eo casu electio iudicis,an rei. Et in hoc quidem articulo gl. *in cap.sicut Iudaei, in gloss.fin. de Iudaeis*, videtur simpliciter tenuisse, quod electio sit ipsius iudicis Et illam gloss. communiter teneri per Doctor. affirmat Anan. *in eo.c.sicut Iudaei post num.7.* Idem videtur sensisse glos.*in c.à crapula, in gl. fin. de vita & honest.clericorum*, quam dicit sequi communiter Doct. Abbas *in eod.cap.à crapula,n.4.* Tu vero pro clariori intelligentia inhaerendo dictis Bart. *in l...§.stipulatores, num.2. ff. de effractor.* distingue tres *o* casus. Primus est, quando verba legis, vel statuti *p* sunt directa *p* ad iudicem, puta, Si aliquis commiserit tale maleficium, iudex faciat illum fustigari, vel condemnet in scutis 10 & tunc electio est iudicis. Et dicit Ripa *in c.inter caeteras,num.59.de rescript.* quod cum hac conclusione transeunt communiter Doctor. *q* Et ratio *q* est, quia lex dirigendo verba ad iudicem, censetur etiam ei dedisse arbitrium eligendi. *r* Secundus est casus,quando verba legis,vel statuti diriguntur *s* ad reum: *s* puta,ille, qui fecerit tale maleficium, soluat 10.aureos, vel relaxet fisco tertiam partem bonorum suorum mobilium: & tunc ex quo lex dirigendo verba ad reum videtur etiam ei dedisse optionem, dicendum est, quod arbitrium eligendi spectat ad ipsum reum: & ita tenent communiter Doctores, ut dicit Ripa *in d.cap. inter caeteras, numero 65.* quod ita tenent communiter Doctor. Tertius est casus, quando verba non sunt directa neque ad iudicem;neque ad reum,sed sunt impersonaliter *t* prolata:& in hoc est difficultas. Bartol.*in loco praeallegato primo* dicit se dubitare; deinde subdit, quod putat in dubio electionem esse ipsius rei. Gloss. autem communiter sentiunt, quod electio sit iudicis, ut attestatur Summa Syluest. *in verbo,Pœna, numero 7.* Tu vero dic, quod aut utraque pœna est corporalis,puta,quia lex dicat, quod pro tertio furto quis suspendatur, vel decapitetur: *u* & hoc casu non omnes fere concordant,quod electio sit iudicis,non rei,quinimo,quod non potest iudex,etiamsi velit,relinquere ipsi reo optionem, ut dixi infra *quaest.99.versic.item quaero.* Aut utraque pœna est pecuniaria, puta, pro furto sit pœna 10. aureorum, vel amissionis tertiae partis bonorum mobilium: & hoc casu omnes tenent, quod electio sit rei, ut attestatur Caepol.*in l.si fugitiui,nu.51.C.de seru.fug.* qui tamen ponit exemplum iudicio meo valde absurdum, scilicet si lex pro delicto imponit pœnam 100. aureorum, vel quinquaginta. Ego certe talem legem, vel statutum nunquam vidi. *x* Aut altera pœna est corporalis,altera *x* pecuniaria. Et hic casus proximis diebus contigit in quodam Lancelotto Ferr. qui executionem quandam prohibuerat, pro quo delicto est à constitutionibus hujus ducatus imposita pœna trium ictuum eculei, vel 200. aureorum. Et post multa Senatus censuit his casibus *y* esse in arbitrio rei, an velit soluere pœnam pecuniariam,vel subire corporalem. Et ita rescripsit praetori Vigleuani 4.April.1561.P.N.Quae tamen omnia intellige, ut procedant, nisi aliud ex verbis ipsius legis,vel statuti colligi posset, puta, quia lex diceret secundum qualitatem personarum,vel inspecta facti qualitate,vel huiusmodi:nam hoc casu, cum adhibenda sit causae cognitio, dicendum est, quod indistincte electio ad iudicem pertineat.

Sed *z* hic quaero,Pone,stat statutum,quod vulnerans 7 puniatur in centum libris,quas si non soluerit intra decem dies, amputetur ei manus dextra. Modo condemnatus non soluit in termino, nunquid poterit iudex omittere pœnam corporalem, & facere executionem pro centum libris rei? Respond. quod sic. Ita tenet Bart. *in l.cum duobus, §. fin. numero 2. ff. pro socio.* cuius opinio.Doct. sequuntur. Et de illa doctrina multum exclamant,ut dicit Augu. ad Angel. *de malef.in verbo, Quas si non soluerit,numero 18.* & ita in facti contingentia consuluit Corn.*consil.5.lib.3.*

Successiue *a* quaero, pone, stat statutum, quod non 8 comparens ponatur in banno, de quo non eximatur, *a* donec soluerit condemnationem librarum mille. Modo quidam vocatus non comparuit, & fuit positus in banno, & condemnatus in mille: nunquid si ipse vult stare in banno, & non soluere condemnationem, poterit eo non obstante fiscus facere executionem, in bonis ipsius pro summa librarum mille? Respond. quod non: & ita in practica seruatur,ut dicit Bald.*in authent.*

bona

bona damnatorum, in fin. C. de bonor. proscript. licet relinquat cogitandum, an sit verum de iure. Sed certe ego credo hoc etiam de iure procedere. Mens enim statuti videtur esse, vt ille principaliter sit positus in banno, & deinde sit in eius facultate soluendo lib. mille ab ipso banno se eximere: vnde cum ipse eligat stare in banno, videtur plene satisfactum dispositioni ipsius statuti.

9 Vbi *b* agitur de imponenda pœna alicuius specialis
b constitutionis, oportet, quod in illo casu verificentur omnes qualitates in ipsa constitutione expressæ: alias pœna non committitur. Est doctrina Ioan. And. *in c. 1. de homic in 6.* quam dicit esse sing. & ab omnibus approbatam Tortus inter consilia Anton. de Butr. *consil. vlt. num. 1. in fi. Vide, quæ dixi supra hoc eod. lib. §. Assassinium, circa princip.*

10 Vlterius *c* quæro, nunquid iudex possit ex causa mi-
c nuere pœnam ordinariam impositam à iure pro aliquo delicto. Respon. quod sic, siue agatur de pœna imposita per ius commune, in quo fere omnes consentiunt, & ita esse communem opin. attestatur Dec. *in c. de causis, num. 18. de offic. deleg.* quem refert Publ. *super consuet. Aluar. fol. 163. nu. 9.* & Viuius *in libro commu. opin. in verb.* Iudex vbicunque: siue etiam agatur de pœna imposita à statuto: quo casu, licet aliqui tenuerint contrarium, magis tamen communis opin. est, quod possit iudex etiam pœnas statutarias ex causa minuere, vt attestatur Aret. *in capit. qualiter & quando, il 2. num. 24. de accus.* quem refert Dida. *lib. 2. resolut. cap. 9. num. 8.* & Placa *lib. 1. delict. cap. 33. num. 5.* Dec. *in d. cap. de causis, num. 19.* quem refert Menchiaca *controuer. illustr. cap. 14. num 4.* Blanc. *in pract. crim. fol. 73. num. 71. & sequ.* Tiraquell *de pœnis, in præfatione, nu. 22.* quem refert Taeg. *in pract. crim. cap. 13. num. 17.* Sed *d* hæc quidem conclusio
d *e* intelligenda est, vt procedat *e* in maioribus magistratibus: illi enim possunt pœnas statutarias minuere ex causa, siue talis causa sit cohærens delicto, siue sit cau-
f sa *f* extrinseca: sed minores magistratus bene possunt minuere pœnam ex causa cohærente delicto: sed si vo-
g lunt pœnam alterare ex causa extrinseca debent *g* principem consulere. Ita videtur colligi ex decis. Bald. *in auth. hodie iurant. C. de iudic.* Et hanc limitationem dicit esse communiter receptam Blanc. *in loco præallegato, post numerum 90.* Hanc etiam dicit esse communem opin. Dec. *in d. cap. de causis, in loco supra per me allegato,* prout illum refert Boss. *in tit. de pænis, n. 10.* & hoc, nisi consuetudo prouinciæ aliter se habeat, prout in Francia, vbi ex consuetudine illius regni omnes pœnæ criminales sunt in arbitrio iudicantis, vt attestatur Pract. Millei, *fol. 128. num. 47. & fol. 147. num 30.* nam eo casu
h talis consuetudo sequenda est. Scias *h* etiam, quod hæc conclusio intelligenda est, vt procedat ante sententiam, prout loquitur gl. *in l. quid ergo, §. pœna grauior, in verbo, Onerasset, circa princip. ff. de infam.* quam dicit esse communiter receptam Didac. *pract. quæst. 35. circa fin.*
i secus autem post sententiam. *i* Caueant tamen iudices, ne id sine iusta causa, & iure approbata faciant, ne aliquid eis deterius contingat: nam iudex, qui in causis criminalibus minorem pœnam imponit, quam de iure imponere debeat, est infamis, *l. seruos, C. ad legem Iul. de vi public.* Præterea quæ debet puniri eadem pœna, qua erat puniendus reus, vt colligitur ex tex. *in l. 3. in fin. C. ne sanctum baptis. reiteretur.* Et refert Andr. de Isern quod Rex Carolus primus fecit quendam iudicem furca suspendi ex eo, quod quendam reum, qui erat condemnandus amputatione capitis, condemnauit tantùm in amputatione manus, quem refert Paris Put. *de syndic. fol. 350. post numerum 3.* & Afflict. *super 2. parte constitutionum Regni, rubr. 3. nu. 42.* & Chass. *super consuet. Burg. fol. 45. numer. 19.* & Pract. Car. *folio 515. num. 10.* Præterea que debet iudex, qui minuit pœnam à iure, vel
k statuto impositam, exprimere causam in sententia propter quam mouetur ad illam minuendam, prout se frequenter vidisse de facto fieri attestatur Iacob. de Beluis. *in pract. crim. fol. 46. in rub. de fuga reo. num. 61.* Puto tamen sufficere, quod iudex dicat ex iustis causis animum suum mouentibus id facere, absque eo, quod in specie causam ipsam exprimat: quam sententiam communem esse dicit Menchiaca *controuer. illust. c. 14. numer. 5.* Ex quibus autem causis possit iudex pœnam à lege impositam minuere, dixi *sup. quæst. 60.* Item *l* scias,
l quod quando pœna ordinaria ex aliqua causa minui debet, non potest de iure imponi pœna corporalis. Sed hoc de consuetudine non seruatur: nam plerumque senatus minuendo pœnam ordinariam transmittit delinquentes ad triremes ad tempus, & quandoque etiam in perpetuum, prout etiam seruat consil. Neapol. vt per Grammat. *decisio 8. & alibi pluribus in locis.* Et ita practicari attestatur Nunius *de los corregidores, fol. 105. col. 4. in princ.*

Non *m* omitto etiam circa hanc pœnarum imposi-
m 11 tionem, quod quando delinquens non est capax pœnæ, quæ à iure imponitur pro delicto, tunc potest iudex illam pœnam in aliam commutare. Et ideo, si ex forma statuti propter falsum testimonium sit alicui amputanda manus dextra, & ille non habeat manum dextram, vel *n* habeat illam aridam, debet officio iudicis
n illa pœna in aliam *o* commutari. Et ita dicunt Docto-
o res, vt attestatur Bald. *in l. noueris, num. 5. C. vt intra cer. temp.* Anan. *in c. 2. num. 2. de Calum.* Vide in hoc proposito quę dixi sup. *q. 69. ver. sed quid si reus* Et ita vidi quandoque per senatum iussum fuisse fustigari quendam
p Laurentium Blancum pro delatione armorum pro-
p hibitorum, eo quia cum esset gibbosus, non potuit affici pœna edicti quæ erat trium ictuum funis: & alias sæpissime *q* vidi mutari ex causa ictus funis in fustiga-
q tionem, vel alligationem ad catenam infamem, vel exilium, juxta qualitatem facti, & personarum. Visum quoque est senatus, quod pœna ictuum funis publicæ non sit irroganda mulieribus: Et ideo iussit *r* admitti
r ad compositionem quasdam meretrices, quæ ludum prohibitum luserant, 2. Ianuarij 1551. P.N. Et quandoque etiam vidi mutari pœnam triremium in exilium, vt in Ioan. Angelo de Porta, 9 Martij 1556. A. C. *f* Bene verum est, quod in hoc ducatu non liceret
f iudici inferiori hoc facere, nisi consulto senatu; Et propter hoc fuit grauiter reprehensus quidem prætor, qui fecit alligari catenæ infami quendam: Antonium Ranarium condemnatum in pœnam duorum ictuum funis, sub prætextu, quod esset herniosus, 29 Augustin. 1559. P. N.

ADDITIONES

Ad Quæst. LXXXV.

a SEd *quoniam plerumque*] Dec. *in tractat. crim. to. 1. lib. 4. cap. 16. num. 4.* Ros.

b *Ratione originis, seu domicilij*] adde supra *q. 82. stat. 3. circa princ. qu. 18. versic. sed quid dicendum ad med. infra hac eadem qu. vers. fi.* at quomodo reguletur compositio, quæ contra sfrosatores fieri solet, infra *q. 95. vers. Hæc autem omnia in fi.* Drog.

c *In pœnam statuti*] Far. *q. 108. vol. 4. n. 16. & 17.* Ros.

d *At vero*] Vide Clar. supra *quæst. 60. versicul. quæro nunquid.* Ros.

e *Quod possit forensis*] Far. *d. q. n. 18. & 19.* Ros.

f *Prætextu ignorantiæ*] Scias tamen, in hac materia scientiæ, vel ignorantiæ proclamationum, quod de iure loquendo de eis scientia non præsumitur, nisi elapso bimestri a die publicationis; Nellus *tract. de bannitis 3. par. secundi temporis q. 10.* Felin. *in cap. cognoscentes de const.* dixi ad statuta Pallauicina *in criminali stat. 34.* vide Dyn. *in c. ignorantia nu. 13. & 19. de reg. iur. in 6.* fallit tamen, vt per Fel. *in d. c. cognoscentes,* ybi vide. *Drog.*

g *Deferentes archibusios retatos*] adde hic supr. *qu.* 62. *stat.* 6. *versic. scias autem.* Drog.

h *Quando vero statutum*] Faciunt quæ dixi *sup. q.* 38. *versic. tu scis.* vbi allegaui consilium Bartoli, & quod pœna iuris communis attendatur, Vulpell. *resp.* 122. *in fi.* at quod secundum statuta originis, seu domicilij puniri debeat, Decian. dicit communem *in tract. crim. lib.* 4. *c.* 16. *nu.* 4. sed contra Bal. *consil.* 199. *lib.* 2. vbi Rouescala *in apostilla.* Apud nos videtur casus decidi per nouas constit. *tit. de accus. c. procedant,* §. *quod si qu'is de constitutionu statutorum nostrorum pœna.* Rof.

Quando vero statutum] adde, quod Bart. *in d. l. cunctos popu-*
1 *los,* consilium tradit, † quod quando Iudex format inquisitionem contra extra territorium delinquentem, dicat in conclusione, super quibus omnibus, & singulis procedere, & inquirere intendit secundum formam statutorum huius loci, & eum culpabilem punire, & condemnare secundum formam iuris, & dicit etiam Lauten. Tenui. *in caut.* 41. Baiar.

i *Quod licet statutum Brixiæ*] Hinc elicitur, quod de iure communi pro homicidio non imponitur pœna confiscationis bonorum, quicquid aliter supra dixerit *quæst.* 78. *versic. multa autem,* & *versic. ceterum;* nam si de iure communi procederet talis pœna, certè in hoc casu seruata fuisset, ex quo esset pœna iuris communis supra *quæst.* 84. *versic. sed pone ad fin.* vbi dixi, & hic adde, quod casu, quo pater tenetur pro pro filio, vel Dominus pro seruo, non tamen tenetur pro tali delicto, alibi, & extra locum statuti commisso, Ias. *in* §. *actiones, numer.* 88. *Instit. ad act.* & hic adde, quod forensis cum forensis non sit tali subiecitatus à iudice loci delicti, cum forensis non sit tali subiectus, minime reputatur haberi pro confesso; imò licet sit contumax, audiri debet à proprio iudice contra eum procedente vigore statuti de pœna delinquentis extra territorium; ita Marsill. *in sua pract.* §. *postquam, numer.* 65. quod quidem statutum est conforme iuri communi per text. *in cap. fin. extra de foro compet.* quæ sic intellexit Hipp. Mars. *in sua pract.* §. *opportune num.* 32 *in fin.* vide quæ dixi *ad q.* 31. *versic. sed hac quidem.* Drog.

k *Bene verum est*] adde, quod hanc quæstionem irridet in simili materia Ias. *in* §. *omnium numer.* 152. *cum seq. Instit. de act.* eamque decidit. & ibidem, & vide Capic. *decisio.* 130. *nu.* 11. nota tamen raro solere iudices condemnare iuxta summam in statutis, vel legibus comprehensam, sed secundum ordines, vel decreta Principum, alteratæ namque sunt fere omnes, & auctæ statutorum pœnæ, sup. *quæst.* 31. *versic. secundum formam,* quicquid in contrarium late adducat Boer. *ad consuetud. Bitur. tit.* 2. §. 16. *ad fin.* qui tamen distinguit, an expresse debeant tolli pœnæ iuris communis, & antiquæ, an vero tacite, vt ibi per eum, & latius per Menoch. *tract. de recupér. poss. remed.* 9. *q.* 50. & firmat. *tractat. de arb. iud. lib.* 1. *quæst.* 80. *numer.* 16. & *lib.* 2. *cent.* 4 *cas.* 342. *numer.* 17. latius *lib.* 2. *cent.* 3. *cas.* 376. *maxime, à num.* 2. *cum seq.* videatur tamen Cravet. *de antiq. temp. par.* 4. *versic.* 1. *numer.* 113. mihi, tamen videntur opiniones contrariæ concordari posse, quia aut delictum est commissum tempore veteris legis, & tunc etiam noua superueniente iudicari debet secundum illud tempus: aut est commissum delictum secundum tempus nouæ legis, & iuxta illius tenorem sumitur pœna, & hoc est secundum mente Felin. *in cap. fin. coll.* 5. *extra de constit. allegat. cap. dixit sacra* 12. *quæst.* 4. vbi dicitur, quid pœna Criminis ex tempore legis est, & *ibid.* vide super hoc *in octaua fall. coll.* 14. vide tamen Felin. aliter conciliantem *in cap. nonnulli coll. mihi* 18. *de rescript.* quia videlicet plures leges pœnales possunt super eodem facto disponere, nisi appareat de contraria mente vltimo statuentis, allegat *l. qui cum vno* §. *qui post, in verb. recessum ff. de re milit.* ex Bald. de quo ibidem per eum, latè Bartol. *in rubr. ff. de vi bon. rapt.* & per Ang. Aret. *in* §. *quadrupli numer.* 23. *Instit. de act.* per Ant. Gomes. *titul. de delict. cap.* 1. *sub numer.* 39. Boss. *tit. de off. corrupt. sub numer.* 9. vbi pulchre. Drog.

Bene verum est] Farinac. *q.* 119. *volum.* 5. *num.* 30. *inspect.* 2. Rof.

Bene verum est] adde, quod istam quæstionem multum diffuse tractauit Menoch. *de recuper. possess. remed.* 9. *quæst.* 51. & si extaret statutum, prout extat in multis locis, quod pœna corporali nullus puniatur, nisi lege municipali caueatur, quo modo esset intelligendum, vide Alexand. *consil.* 75. *col.* 5. *vol.* 3. & *consil.* 135. *in vltima colum. vol.* 1. & Bald. *in consil.* 384. *vol.* 5.

2 Item adde, si vna lege, vel statuto † imponitur pœna mortis homicidæ, & alia lege, vel statuto conceditur Iudici, quod in omnibus causis criminalibus possit suo arbitrio procedere, & pœnam imponere, non poterit Iudex † pro homici-
3 dio pœnam arbitrari, etiamsi statutum speciale præcederet, dummodo à legislatore cognitum fuisse, ita latè Menoch. *de arbitr. iud. quæst.* 97. nisi statutum speciale de homicidio præcedat, & generale de arbitrio sequatur cum clausula non obstante aliquo alio statuto in contrarium loquente, quia tunc speciale statutum de pœna homicidij sublatum est, Bald. *in c.* 1. *de rescript.* & Menoch. vbi supra *nu.* 3.

Item adde, si † tempore delicti statutum puniret vno modo 4
tempore vero sententiæ superuenisset aliud statutum addens, vel minuens pœnam, an tempus sententiæ, vel delicti attendi debeat, vide per Bartol. *in l. omnes populi, num.* 50. *ff. de iustit.* & *iure,* & ibi Cacciaiup. *num.* 156. & Crot. *numer.* 144. & Bartol. *in l.* 1. *ff. de pœnitent.*

Item adde, quod in causa † appellationis debet ferri sententia 5
secundum legem, quæ vigebat tempore sententiæ, non secundum eam, quæ post latam sententiam nouiter emanauerit, etiamsi in lege nouiter emanata dictum fuerit, quod protrahatur ad præterita, *authent. vt cum de appellat. cognosc. in princip.* & Iudex appellationis debet seruare legem primi Iudicis. Putt. *decisio.* 166. *lib.* 3. Baiard.

l *Cum itaque hac opinio*] adde, quod Burs. *in consil.* 94. *numer.* 4. tenuit hanc opinionem esse magis communem, quod pœna statuti tollit pœnam legis, vel iuris communis, quantumuis corporalem, etiam quod pœna statuti esset pecuniaria, sed Afflict. *in constit. pastorenorum, numere* 28. *cum sequent.* fecit regulam affirmatiuam, quod per legem nouam non tollitur pœna legis antiquæ, cum decem limitationibus, attestando etiam firmam esse conclusionem, si pro vno delicto ius canonicum imponit vnam pœnam, & pro eodem delicto ius ciuile aliam, & delictum sit tale, quod sic delinquens ambas pœnas sustinebit: de quo vide supra per D. Clar. *in quæst.* 57. *versic. sed quæro.* Baiar.

m *Solet etiam plerunque*] adde Menoch. *de arbitr. iudic. quæst.* 94. vbi plene tractauit, cuius sit electio pœnæ † an Iu- 6
dicis, vel rei, & *in quæstio.* 84. habetur ex duabus pœnis, quam eligere debeat iudex, qui alternatiuè duas pœnas imponere potest, & Felyn. *in cap. inter ceteras de rescrip.* vbi latissimè. Baiar.

o *Primum est quando verba legis*] adde infra *quæst.* 86. *versic. sed quæro, ibi, sed vbi statutum non delictum:* Hanc tamen distinctionem vti verbalem tantum in sui proposito impugnat Menoch. *de arbitr. iudic. lib.* 1. *quæstione* 80. *numer.* 20. vtroque namque istorum casuum, dirigantur verba siue ad Iudicem, siue ad Reum, non intelligitur statutum derogare opinioni, & voluntati Iudicis punientis, quia vt retulit Alexander ex mente Petri de Anchatano *consil.* 111. *nu.* 11. *volum.* 2. non est curandum cum quo quis loquatur, sed in quem intentio dirigitur, & vtique nunquam vidi in facto electionem pœnæ dari reo, sed secundum sententiam dispositam exequi: vide tamen latius per eundem Menoch. *dict. tract. quæst.* 87. *lib.* 1. *per totum,* & *quæst.* 94. ratio, autem conclusionis firmatæ, quod electio sit Iudicis, dixit Felin. *in cap. inter ceteras, colum. mihi* 3. *ad med. extr. de rescript.* videlicet quia, ex quo pœna est commensuranda delicto, Reus eligendo semper minorem eligeret, nec commensuraret, quod non placet, nam sic placuit alternatiua legislatori, ergo, &c. Drogh.

p *Ad Iudicem*] adde, & vide Iacob. Menoch. *de arbitr. iudic. lib.* 1. *q.* 87. Giach.

q *Et ratio est*] adde, quod Iudex quando ei est concessa optio pœnarum, debet sequi mitiorem; Bal. *in l quicunque col.* 7
versicul. scias etiam quod, C. de seruis fugit. & Natt. *consil.* 254. *lib.* 2.

Item adde, quod electa † vna pœna non potest Iudex, vel 8
pars ad aliam transire, Socin. *in cap. sicut Iudæis, numer.* 54. *de Iudæis.* Baiard.

r *Secundus est casus*] adde tradita per Menoch. *de arbitr. iudic. q.* 94. & alium casum, quod quando verba statuti diriguntur partim ad iudicem, & partim ad ipsum reum, quod tunc electio spectat etiam ad reum. Fel. *in d. c. inter ceteras, versic. septima restricti.* Baiar.

s *Ad reum*] adde, & vide per Iac. Menoch. *de arb. iud. lib.* 1. *q.* 94. *in* 2. *cas. per totum,* vbi comprobat, extendit, atque declarat. Giach.

t *Prolata*] adde, quod refert, & sequitur Menoch. *d. q.* 94. *n.* 9. Giach.

u *Et hoc casu omnes*] adde, quod Clarus *in qu.* 66. *versic. item quære.* hic allegata de hoc nihil dicit, sed vide Menoc. *de arbit. q.* 87. vbi idem tenet, scilicet, quod Iudex non possit reo † con- 9
cedere facultatem eligendi, quo genere mortis velit vti, & quod idem fit in pœnis corporis afflictiuis, vel pœnis pecuniariis, quando electio fit iudicis. Baiard.

x *Aut altera pœna*] Bonacossa *q. crimin. in verbo electio,* & quæ ibi scripsi. Rof.

y *Esse in arbitrio rei*] Sic etiam elegit pœnam, & mortis modum Seneca iubente Nerone; Adde Ias. *in* §. *pœnales, num.* 41. & 48. *Instit. de action.* & hoc prouenit ex constitutionibus Mediolani,

lani, *de pœn.lib.4. §.probibitum est, ibi, quod si id fieret* pro causa Ciuili, vel pecuniaria etiam criminali est pœna trium ictuum eculei, aut ducentorum aureorum fisco applicandorum supra *qu.60.versic.1.* Drog.

z *Sed hic quæro*] Cattar.*de execut.sentent.c.fi.n.289.* Ros.

Sed hic quæro] adde infra *q.83.vers.quæro nunquid.* Drog.

10 *Sed hic quæro*] adde, an requiratur monitio Iudicis, † vt soluat. Aretin. *in dicto versic.quasi non soluerit, versic.quid autem si simpliciter*, & quo si tempus non esset præfixum, quanto tempore expectabitur, Bal.*in l.quicunque, C.de seru.fugit.* & Bart.*in l.seruus quoque, ff. de hæred.instit.* vbi dicit, quod conceditur tempus quatuor mensium à die latæ sententiæ.

Item adde, quod stante tali statuto potest dari fideiussor, &
11 † admittitur procurator. Benedict.de Bar. *consil.91.numer.3.inter consil.crim.diuers.tom.1.in fol.* & de hoc vide etiam Socin.*in c.veniens n.76.cum sequentib.de accus.* vbi late, an tali stante statuto possit admitti procurator.

Item adde, si post tempus elapsum respub.acceperit pœnam
12 † pecuniariam, intelligitur remisisse personalem, secundum Bal. *in l.quamuis, C.de vsur. & in l.commissoriæ, C.de pact.inter empt. & vendit.* & Roman. *in l.1.§.& post operis, ff.de operis nou.nunciation.*

Item adde, quod secundum Decian.*in consil.12.num.3.versic.*
13 *non obstat*, quod not.Bart.Iudex † non potest post terminum eligere pœnam pecuniariam, sed bene respub.siue fiscus vti creditores illam eligere possunt.

14 Item adde, quod tale statutum † non vult, quod debeat manus amputari, nisi in casu, quo soluere non potuerit, id est, quod non fuerit idoneus ad soluendum, & ita debet intelligi Cæpol. *in consil.52.n.37.*

15 Item adde, quod debet expectari tempus † statutum, etiam quod condemnatus notorie non sit soluendo, quia alius posset pro eo soluere, *l.si quis id quod §.in seruos, ff.de iurisd.omn.iudic.* & ibi Bal.ita tenet, quem sequitur Soc. *in c.ad liberandum nu.123.de Iudæ.*

16 Item adde, si in statuto † diceretur, quod condemnatus pro homicidio ad pœnam pecuniariam, quam si non soluerit infra mensem, decapitetur, si non commisit dolose, non debet decapitari, licet non soluat. Paul.de Castr. *in l.1.in fine, ff.de legi.* & Cæpo.*in authen.sed nouo iure nu.31.C.de ser.fugit.* Baiar.

a *Successiue quæro*] adde hoc bannum quod librarum mille viget in statuto nostro secundo in criminalibus *lib.2.ibi, sin autem reus non comparuerit, sed in contumaciam steterit, tunc ponatur in banno*; & tale bannum apud nos vulgo vocatur, *Il bando delle lire mille:* Ratio vulgaris dicti est illa, quia si per solutionem librarum mille bannitus potest liberari, vt hic, cum tale bãnum non sit relegationis, sed instar interloquutoriæ reuocari potest, vt per Ias. *in l.1.§.& post operis sub numer.10. ff.de op.no.nunc.* & aduerte ad id, quod eleganter dixit Fel. *in c.ex litteris coll.9.ver.* & per istum text.*de constit.* quod si interim bannitus comparet, resoluitur bannum in vim simplicis citationis, *sup.q.44.versic.quæro.* Menoch.*d.tract.de arbit.iud. lib.2.centur.3.cas.263.nu.20.* elapso tamen termino dierum duodecim, a statuto præfixo reus etiam sponte comparens potest torqueri si tamẽ adhuc non fuerit condemnatus, vt dixi supra *ad dictam quæstionem 44.versic.quæro quando.* per relata à Chart.*de execut.sent.cap.1.nu.451.* nec dictus terminus dierum 12. sic limitatus prorogari potest: Chart.vbi sup.*nu.427.cum seq.* Fel.*in c.cum delicta coll.8.in fi de rescript.* ex Bald.vt ibidem. *Drog.*

b *Vbi agitur de imponenda pœna alicuius specialis constitutionis*] adde supra *q.66.versi.sed quid si ibi, etiam non probata qualitate.sup.in §. Assassinium, versic.primo post med.* Aym.Crau.pro genero, *responso primo nu.125.* aliquando tamen certum est delictum, sed est incerta delicti qualitas, & tunc maximè probari debet, vt hic, maxime quando ex illa qualitate augenda esset pœna; Capic.*dec.121.nu.21.ad med.* & melius in proposito *decisione 155.per totum*, vide Dec.*consil.267.in princip.* Plot.*in l.si quando §.8.sub num.5.* Menoch.*de arb.iud.lib.2.centur.3.cas.263.nu.20.* Drogh.

Vbi agitur.] Vulp.*consil.31.nu.1.& consil.32.n.5.* Carr.*de execut.sent.c.fi nu.66.* Ros.

17 *Vbi agitur*] adde, quod qualitates † à iure præsumptæ debent probari, statuto superlatiuè, siue comparatiuè loquente: secus si dispositiuè, cum tunc sufficiat qualitates præsumptas allegare sine alia probatione. Paris.*consil.14.volum.3.* Alc.*præsumpt.3.reg.9.& 10.* Boer.*decisio.118.in fi.* Rot.Bonon. *decisio.62.nu.15.* & Magon. *decisio.Lucens.27.n.37.* sed Bertaz.*in consil.50.num.10.* dicit, quod ista distinctio non est communiter recepta, cum plures aliter teneant, sed circa istam quæstionem, quando qualitates requisitæ à statuto sint probandæ, & an clausula, non se astringens, vide Mascar.*de probatio.conclus.1248.volum.3.* vbi latissime, & vbi qualitas inest ex natura rei, non est opus eam deducere. Fel.*in cap.examinata nu.6.de iud.*

18 Item adde, quod statutum puniens † vtentem falso instrumento dolose, licet in accusatione dolus non exprimatur, tamensi petatur, vt condemnetur secundum formam statutorum, præsumptiuè qualitas statuti videtur expressa, vt ait Crau. *in consil.150.num.3.* & Roman.*in consil.105.sub num.1. ver.cæterum secundo*, nam clarissimum est, sufficere † libellum præsumptiue 19 concludere, vt ibi per eum.

Item adde, si in inquisitione qualitas non fuerit probata,
† quod fiscus, nec alia persona priuilegiata poterit restitui, si fe- 20
cerit transitum in iudicatum ad probandum dictam qualitatem vt delinquentes maiori pœna plectentur. Bertazz. *in consil.196.& 197.*

Item adde, quod quando qualitas † est probanda, debet pro- 21
bari tam in agendo, quam in excipiendo Plot.*in l.si quando nu.*
354.& seq.C.vnde vi. fallit, † si in fine accusationis, siue inquisi- 22
tionis fuerit petitum, reum condemnari secundum formam iuris, constitutionum, & statutorum, vt solet fieri: nam videntur deducta omnia iura, ex quibus reus potest puniri, & sic simplex delictum etiam sine qualitate. Fel *in c.ex parte nu.46.versic.tertia declaratio de rescript.* Baiard.

c *Vlterius quæro, nunquid iudex*] adde, an, & quando pœnam remittere, mutare, vel minuere possit iudex, vide, quæ dixi supra *quæst.69.in princ.* & plene per Menoch.*de arbitr.iud.quæst.96.* Et econuerso quando ex causa possit leges transcendere, vide per Dec.& per Syl.Aldobran.*ad eundem in cap.1.secunda lect.col.11.versic.3.& vlt.de constitutio.* Giach.

Vlterius quæro] Vtrum iudex remittere possit ex causa pœnam ordinariam, latissime per Farin. *tit.de pœn.q.17. vol.1.nu.62.& aliis seq.* & quid de principe, *ibidem n.69.* Ros.

Vlterius quæro] adde, † quod iudex nedum pœnam à lege 23
impositam, seu statuto ex causa augere, vel minuere potest, sed etiam pœnam per consuetudinem impositam. Marsil.*in sing.181.incip.iudex non debet.* & Boer.*in decisi.289.* & Vasq.*controu.illust.lib.1.cap.14.nu.4.* Et hoc procedit, etiam quod lex certam statuisset pœnam dictionibus appositis præcise, omnimodo, & aliis similibus; licet qui iudicandi munus habet, sit eius conditionis, quod super eo crimine dispensare non possit. Ioan. Andr. Hostiens.& alij *in c.qualiter, il secondo de accus.* & ibi Aret.*nu.24.* attestatur esse communem, quos refert, & sequitur Plac.*epit.delict.lib.1.c.33.* hic allegato, *nu.5.*

Item † adde, quod Iudex potest minuere pœnam ex causa, 24
non obstante, quod iurasset seruare statuta. Guid.Pap.*decisio.206.* & Franc.Marc.*in decisio.910.*

Item † adde, quod vbi lex, vel statutum punit attentatum, 25
sicut delictum perfectum, tunc iudex si vult, potest mitigare pœnam, sed non tenetur. Afflict.*de spoliat.hom.obit.numer.5.fol.184.& in decisio.276.nu.8.*

Item † adde, quod si pro modica summa imponitur pœna 26
mortis à statuto, Iudex poterit moderare pœnam, secundum Mars. *in sing.128. numer.1. incip. Iudex non debet.* quem refert, & sequitur Cassan. *in consuet. Burgun. folio 167. versic.quod in eo dicendum in fine*, & Roman. *consil.420.* & Arno. *in dialogo 34.*

Item † adde, quod Iudex possit reseruare delinquenti in sen- 17
tentia infamiam, & Notario condemnato de falso famam, & exercitium ex causa, puta, quia erat modicum delictum, & modici præiudicij, Paul.de Castr.*in consil.45.n.9.inter consil.crimin.diuers.vol.1.* quem sequitur Farin.*q.17 nu.20.& 21.*

Item † adde, quod licet possit mitigare pœnam, non tamen 28
tenetur Fel.*in tract.de conatu in fi.* & Gagnol.*in l.si quis maior n.17.C.de transact.* Sed Gram.*in decisio.23.nu.11.* dicit, quod communis opinio est, quod iudex cessante dolo omnino tenetur ex causa minuere pœnam, & Deci.*in l.si fugitiui, col.4.nu.63.C.de seru.fug.* dicit, verum esse, quod Iudex non necessitatur mitigare pœnam, nisi esset talis causa, per quam delictum minuatur, vt quia sit minor ætas, vel cesset dolus, quia tunc Iudex tenetur dispensare, vt ibi per eum: tamen prima opinio, vt Iudex non possit cogi, est verior, & receptior, secundum Menoc.*de arbit.iud.casu 319.n.9.* & Plac.*epit.delict.lib.1.c.12.n.10.* & ideo bonum est habere Iudicem amicum, vt ibi dicit Menoc.& hanc materiam, quando Iudex possit mutare pœnam, vel minuere, vel remittere: vide Menoch.*de arbitr.iud.q.96.* & Farin. *variarum quæst nouiter impressum in q.17.n.10.cum seq.* vbi latissimè, & magis diffuse quam alibi; & † an teneatur in sententia exprimere causam, vi- 29
de quoque Io.Ant.de Nigris *super c.Regni in ca.251.incip.ne quis de sua malitia*, vbi etiam satis plenè habetur de hac materia, &
† quid facere possint in dicto Regno. *Baiar.* 30

d *Sed hæc quidem conclusio*] adde † qui dicantur maiores 31
Magistratus, & qui minores, & quæ dicantur causæ cohærentes delicto, & quæ fiat extrinsecæ, vide Ant.*Sol.in constit.Sabaud.in tit.de fals.notar.in glos.vlt.num.12.cum sequ.* vbi multa accumulauit in materia huius quæstionis. *Baiar.*

e *In maioribus magistratibus*] Supra *q.4. versic.quando vero*, & ibi dixi, quandoq; etiam minor magistratus de iure ex se pœnam minuere potest, Capic.*dec.27.nu.14.* distingue, vt ibi, Me-

noch. *d. tract. de arb. iud. lib. 1. quæst. 96. per totum*; sequere tamen consilium Plotti, de quo dixi supra *q. 59. vers. & hac quidem in fi.* Drogh.

f *Siue sit causa extrinseca*] Extrinsecum quid sit, & quomodo intelligatur, vide Negul. *tract. de pign. 2. par. 3. membri 5. partis principalis n. 12. ad med.* Drog.

g *Debent Principem consulere*] adde Menoch. *tract. de arb. iud. lib. 2. q. 348. nu. 8. supra quæst. 40. versic. pariter etiam, & versic. pen. ibi, tu dic, & ver. & hac*, vbi dixi, & habetur Exod. c. 18.. Deuter. c. 1. *de Bello Iud. lib. 2. ad fin.* septem vero per singulas ciuitates minorum litium iudices ordinare maiora negotia, causasque capitales ad se referre; supr. *quæst. 40. versic. sed nunquid*, Drogh.

h *Scias etiam, quod hæc conclusio*] adde, † quod nec com-
32 positionem facere potest post sententiam sine Principis aucto-
ritate, vt per Luc. de Peno. *in l. 1. num. 30. C. de desertoribus, lib.*
12. & Paul. Girland *in tract. de relaxat. carcerat. titul. de pœnar.*
composit. fiunt enim compositiones lite pendente, & non post
sententiam, quia tunc Iudex fructus est officio suo, vt ibi dicit
Ghir. & idem est, † si fuisse appellatum, & postea appellationi
33 renunciatum, quia non potest mutare sententiam suam. Innoc.
in cap. ex litteris de off. delegat. nec de consensu partium, vt per
Rebuff. *in repet. l. quod iussit in 2. notab. nu. 2. fol.* 130. & quæ re-
34 quirantur † ad validitatem compositionis, vide etiam nouissi-
me per Far. *q. crimin. in q. 5.* vbi latissime.
Item adde, † quod Iudex non potest ex causa minuere pœ-
35 nam post sententiam, etiamsi in sententia pœnam non expres-
sisset: sed tantum condemnasset, puta de adulterio, & tunc non
est Iudicis, qui sententiam tulit, pœnam moderare, sed pœna
in lege expressa infligetur, licet ante moderare potuisset. Innoc.
in c. qualiter, & quando, n. 7. de accusat. Baiar.
i *Caueant tamen Iudices*] adde † videndum Menoch. *de*
36 *arbitr. iud. quæst. 96. num. 22.* & Rimin. iun. *in consil. 245. num. 22.*
& 23. vol. 3.
Adde, † quod etiam iudices, qui habent auctoritatem com-
37 ponendi, cauere debent, ne in componendo nimia vtantur li-
beralitate, quia præsumitur fraus, secundum Bal. *in l. eam quam*
col. 15. C. de fideiuss. quem refert, & sequitur Fabr. de Monteleo-
ne, *in praxi arbitrali, par. 5. fol. 410. num. 55.* vbi late, quomodo
in Regno Neapol. compositiones fieri possint, & per eundem
Fab. *in d. praxi in 2. part. 12. quæst.* latissime habetur, quæ sint iu-
stæ causæ pro pœna commutanda in compositionem. *Baiard.*
k *Prætereaque debet*] adde, quod Iacob. Butri. *in l. 2. §. igno-*
minia, ff. de his, qui not. infam. ponit vnam distinctionem, quem
refert Bal. *in l. quod ergo. §. pœna grauior eod. tit. col. 5. num. 2. lect.*
vers. quæro iuxta prædicta, vbi concludit, † non esse necesse ex-
38 primere causam pro validitate sententię, quia in dubio pro sen-
tentia præsumitur, & si causa subest etiam quo ad releuandum
reum, non est necesse exprimere, quia sufficit apparere ex actis.
Verum si postea Iudex impetitur in syndicatu, quando causa
non esset expressa sententia, nec appareret in actis, tunc non
præsumeretur pro Iudice, qui mutauit pœnam legalem, & hanc
distinctionem sequitur Io. Ant. de Nigr. *in c. 221. exercere num.*
34. vbi limitauit pluribus modis hanc regulam, quod ex causa
Iudex possit mitigare pœnam. Sed ego non video limitatio-
nem, siue regulam magis veram, & tutam, quam quod Iudices,
qui non habent laxas habenas, superiores consulant, & inue-
nio, quod Fel. *in c. 1. sub num. 50. de constit.* dicit hanc regulam,
quod ex causa liceat transgredi, procedere, vbi superior non
potest adiri, & periculum sit mora. *Baiard.*
l *Item scias, quod quando*] adde, † quod in Regn. Neap. con-
39 trarium prouisum fuit *per Regiam Prag. 1. incip. Et ne sperata sub*
tit. de cõpositionib. qua cauetur, quod in delictis, vbi pœna mor-
tis naturalis, vel mutilationis membri infligenda veniret, si ex
causa deberet fieri commutatio pœnę, quod non possit fieri, nisi
ad regias triremes, & parte concordata, & de consilio Proregis,
quæ Pragm. non comprehendit baronum officiales, sed Regios
tantum, & etiam quo ad Regios officiales rigor dictæ Pragm.
de consuetudine non obseruatur, vt per Fab. de Monteleone *in*
praxi arbitr. par. 4. num. 45. cum seq. fol. 336. & Io. Ant. de Nigr.
in c. ne peruerso n. 8. & in c. exercere volentes n. 19. & Carau. *in ri-*
tu 272. n. 7. in quibus locis d. Prag. late declaratur.
Item adde, † quod quando non debet imponi pœna ordina-
40 ria, sed extraordinaria, nec etiam potest imponi pœna confis-
cationis bonorum, Bal. *in l. 1. C. ne sine iussu Princ.* Baiar.
m *Non omitto etiam*] Carrar. *de execut. sentent. c. fin. num. 448.*
& seq. Far. *vol. 1. q. 26.* & clarius *q. 17. & 18.* Ros.
n *Vel habeat illam aridam*] *Sup. quæst. 69. versic. pone*, vbi habetur de ista manu arida, & quomodo tunc procedendum sit, & de hoc vide etiam Plot. *inter consil. criminalia diuers. consil. 109. n. 16.* Drogh.
o *Commutari*] adde, † quod si haberet vtramque manum,
41 manus non debeat truncari, sed pœna mitigari, si plures filios
haberet infantes, ne illi famæ perirent, & posset relegari, ita tenet Mars. *in singul. 602. incip. ex delicto*, & Paris. *in tractat. synd. in verb. pœna, §. quinque*, Baiar.

p *Laurentium Blancum*] Hoc genus gibbosorum, qui torqueri non possunt, commiserat commemorare supra *q. 64. ver. subsint legitima indicia.* Drogh.

q *Vidi mutari ex hac causa*] Intellige tamen iussu senatus infra *quæst. 95. versic. sed quid si reus ibi, bene verum est, supra qu. 46. versic. sed quid agendum*, at in dictis locis loquitur de commutatione pœnæ, quæ fit ex legis necessitate, in voluntariam credo iudicem mutare non posse nisi iussu senatus, vt hic, vide Capye. *dec. 27. n. 4.* Drogh.

r *Admitti ad compositionem*] adde similem compositionem
fore in vsu maxime apud quosdam regulos, siue feudatarios,
immo sæpe eorum Potestates, & fiscales inscio, vt aiunt, Do-
mino, has compositiones furtim contrahunt, sæpeque faciunt,
vt reus renuntiet defensionibus, detque fideiussores de suppli-
cando feudatarios quod aliquando fit super eos, & super filios
suos, vt dixi supra *quæst. 48. versic. quæro nunc in fine*, & hic nota
† mulierem publice torqueri non deberet: at de compositione 41
infra *q. 95. versic. Hac autem.* Drogh.

s *Bene verum est*] Carr. vbi sup. *n. 450.* Ros.

t *Antonium Rauarium*] Iste Anton. Rauarius fuit oriundus in inclyta terra Casalis maioris prope Padum, & de eodem Rauario habetur infra *quæst. 95. versic. sed quid si reus in fin.* & ibi vides pœnam inconsulto senatu commutari non posse; alium casum commutationis pœnæ supra *qu. 82. stat. 8. versic. sed quid si delinquens.* Drogh.

QVÆSTIO LXXXVI.

Vnum pro alio puniri non debere.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Vnus pro alio puniri non debet.*
2 *Dominus non tenetur pro delicto famulorum suorum.*
3 *Pariter non tenetur pro filio, neque etiam in legitima.*
4 *Quicquid facit filius occasione patris, vel famulus occasione domini, & eo sciente præsumitur factum de eius voluntate.*
5 *Statutum, quod vnus pro alio puniatur, an valeat.*
6 *Et an valeat statutum, quod dominus teneatur pro familia.*
7 *Et an quod filij, vel nepotes amittant bona propter aliquod delictum parentum.*
8 *Et an quod pater teneatur soluere condemnationem pro filio vsque ad legitimam.*
9 *Et quid si stante hoc statuto filius fuerit in contumaciam condemnatus.*
10 *Et an valeat statutum, quod villa teneatur pro delictis commissis in suo territorio.*

Ex Additionibus.

1 *Alius pro alio quando puniatur.*
2 *Filius quando priuetur feudo propter delictum patris remissiue.*
Condemnatus ex alieno delicto potest recuperari ab eo, ob cuius factum condemnatur.
3 *Statutum, quod vnus pro alio teneatur, an, & quando valeat.*
4 *Dominus præsumitur informatus de qualitate, & conditione famuli.*
5 *Bona fama excusat.*
6 *Delictum commissum ab amico, consanguineo, vel famulo alicuius an præsumatur factum de voluntate ipsius.*
7 *Famulus an præsumatur deliquisse de consensu Domini.*
8 *Et quando obliget suum Dominum.*
9 *Et an exhibendo famulum Dominus liberetur.*
10 *Iuramento damnum passi an, & quando sit standum.*

11 *Pater*

11 Pater quando teneatur pro delicto filij, remissiue.
12 Delictum factum à filio quando censeatur factum à patre.
13 Princeps ex causa potest alicui facere saluam guardiam.
14 Statutum, quod vnus teneatur pro alio quomodo sit intelligendum.
15 Decreti Mediol. quod Collaterales in crimine lesæ Maiestatis puniantur morte intellectus, remiss.
16 Et an statutum prædictum comprehendat minores.
17 Et an in materia dicti statuti masculinum concipiat fœmininum.
18 Dominus an teneatur, in solidum si plures de sua familia damnum dederint.
Filij culpa parentum in duodecim casibus puniuntur, remiss. ibid.
19 Pater in statu Ecclesiastico tenetur soluere legitimam pro filio condemnato, & in contumacia.
20 Et quid de iure communi.
21 Et quid si filius delinquat extra territorium.
22 Et quid si pater esset forensis, & haberet possessiones in loco, vbi filius deliquit.
23 Et quid si habet nepotem ex eodem filio delinquente.
24 Et quid si patrimonium augeatur.
25 Legitima consignata filio in vita patris an augeatur auctis bonis.
26 Et quomodo contra patrem sit facienda executio pro legitima.
27 Sententia lata contra filium præiudicat patri.
28 Pater an possit reuocare confessionem factam à filio de delicto.
29 Et an appellatione à sententia lata contra filium.
30 Statutum quod Auus soluat condemnationem pro nepote, intelligitur filio non existente.
Filij appellatione an veniat nepos, ibid.
31 Et an in legitima computentur bona extra territorium.
32 Pœna soluta per patrem pro filio an computetur in partem ipsius filij.
33 Legitima an sit computanda tempore solutionis, vel condemnationis, remissiue.
34 Pater soluens pro filio habente bona materna, an censeatur de suo soluisse.
35 Et quid in statu Ecclesiastico.
36 Pater an teneatur pro filio, qui alium filium interfecit. Moron. impugnatur, ibid.
37 Legitima cum detrahitur, an computentur filiæ à statuto exclusæ.
38 Pater non tenetur pro filio bastardo.
39 Item si filius sit soluendo.
40 Nec pro filio impubere.
41 Et quid de minore 25. annis.
Farinac. lapsus, ibid.
42 Pater tenetur soluere pœnam pro filio etiam iniuste condemnato.

1 a Debet *a* etiam iudex animaduertere, ne aliquem puniat pro delicto alterius: nam regulariter vnus pro alio puniri non debet.

2 b Hic *b* infertur, quod dominus non tenetur pro delictis famulorum suorum, secundum Bart. *in l. ne quid, num. 1. ff. de incen. rui. naufragio.* Et est commun. opin. vt dicit Curt. Iun. *in l. 1. post nu. 13. C. de ser. fugi.* Non enim debet culpa seruorum, vel quomodocunque subditorum esse nociua dominis suis. Et est commun. opin. vt dicit Curt. Iun. *in d. l. 1. num. 13.* Hoc tamen intellige vt procedat, nisi dominus teneret in domo viros notorie scelestos: nam eo casu vtique teneretur pro eorum delictis: Et ita sentit tota iuris schola, vt dicit Placa *lib. 3. delictorum, cap. 14. num. 1. in fin.* Et *num. 3.* dicit quod hæc est recepta omnium sententia: & ideo quando dominus molestatur pro delicto commisso à famulis suis, *c* bonum est quod probet ipsos fuisse reputatos c communi opinio pro hominibus bonæ vocis, conditionis, & famæ: nam hoc ipsum valde excusaret. *d* Scias d etiam, quod quidquid facit famulus occasione domini, eoque sciente, censetur fecisse de eius voluntate. Et est communis opin. vt dicit Curt. Sen. *consil 41. numero 10.* secundum quam videtur consuluisse in facti contingentia Gramm. *consil. crim 8.* Ceterum de iis delictis, quæ famulus facit domino inscio, vel prohibere non valente, dominus non tenetur. Et est commun. opinio. vt dicit Cagnola *in l. culpa caret, post numero 13. ff. de regul. iur.*

Secundo *e* infertur, quod neque etiam pater tenetur e pro filio. Et ideo si filius fuerit condemnatus pro aliquo 3 delicto, non tenebitur pater soluere huiusmodi condemnationem, neque etiam *f* ex legitima debita ipsi filio f post mortem patris. Ita tenuit Gul. *in l. si qua pœna, ff. de his qui sunt sui vel alie.* quem sequuntur communiter DD. vt dicit Laur. Palat. *de stat. exclu fœm. in 1. par. principali, post numer. 15.* ita *g* etiam communiter teneri attestatur Imol. *in c. Raynutius, num. 42. de testam.* Hanc g etiam opin. decit esse communem Viuius, qui alios refert *in libro communium opin. fol. 298.* statutum disponens *in 1. limit.* Quinimo pro delicto filij non potest fieri executio in peculio aduentitio ipsiusmet filij, neque etiam in eius proprietate, licet sit tota filij: ita tenuit Bart. *in l. si finita, §. si de vectigalibus, num. 12. & sequen. ff. de damno inf.* quem sequuntur communiter Doctores, vt attestatur Maranta *in suo Spec. fol. 181. nu. 35.* Vide quæ dixi supra *q. 78. vers. sed quid in aduentitiis.*

Scias *h* tamen, quod quidquid facit filius occasione h patris, & eo sciente, præsumitur factum de eius voluntate: & est communis opin. vt dicit Curt. Sen. *in d. cons. 41. n. 7.* vbi in facti contingentia consuluit, patrem 4 teneri *i* pœna extraordinaria de homicidio commisso per i filium eo præsente, & non prohibente. Vide, quæ dixi infra *q. proxima, vers. dictum est.*

Et *k* hæc quidem omnia de plano procedunt secun- 5 dum dispositionem iuris communis. Sed quæro, nun- k quid valet statutum ex causa, quod vnius puniatur pro alio, modo non corporaliter. Et est communis opin. vt dicit Anan. *in c. 2. de delict. puerorum.* Felin. *in c. cognoscentes, num. 2. de constit.* Berous *in d. c. cognoscentes, nu. 8.* Didac. *lib. 2. resolut. c. 8. num. 7.* & dicit Alber. *in 1. parte, statutorum, q. 47. nu. 8.* quod quidquid sit de iure communi, *l* talia statuta fiunt, & seruantur, & tolerabilia sunt, l maxime vbi solummodo imponunt pœnam pecuniariam. Quinimo potest etiam pœnæ infamiæ aliquis pro alterius culpa puniri, vt est exemplum *in l. qui quis, C. ad l. Iul. maiesta.* & est communis opin. vt attestatur Did. *in d. c. 8. post num. 7.* Quod certe durissimum est: nam apud bonos viros Honor, & vita æquiparantur. *m* Po- m test tamen tolerari in crimine læsæ Maiestat. propter eius immanitatem, iuxta ea quæ dixi sup. *hoc eod. lib. §. læsæ Maiestatis.*

Et ex *n* hac conclusione infertur, quod valet statu- n tum, disponens, quod dominus teneatur pro familia 6 delinquente: & ita communiter tenetur, vt dicit Alber. *in parte statutorum quæst. 50.* Intellige quo ad pœnam pecuniariam, non autem quo ad corporalem, vt statim dixi.

Infertur *o* etiam, quod potest lex humana propter o publicam vtilitatem, & ex causa statuere, quod pro- 7 pter parentum culpam filij, vel nepotes, pœna amissionis bonorum, vel alia simili afficiantur. Et est commun. opin. vt ait Didacus *in d. c. 8. post num. 1.* p *versical. p poteris.*

Vale-

8 Valebit *q* igitur proculdubio statutum disponens,
9 quod pater teneatur soluere condemnationem pro
filio usque ad legitimam. Et est communis opin. ut atte-
statur Alexan. *in l. lex Cornelia, numero* 8. *ff. de vulg.* Vbi
etiam subdit, quod ita seruatur in practica, quem refert
Iason. *in authen. nouissima, numero* 8. *C. de inoffic. testam.*
Socin. *in l. cum filiusfamil. num.* 8. *de verb. oblig* Gomes. *in*
§. actiones, numer. 24. *Institut. de actionibus.* Didacus in lo-
co prçallegato, Marsil *singul.* 362. *statutum volens, & sing.*
481. *commun. opin.* quem refert Viuius in libro commu-
nium versic. statutum disponens.

9 Sed quæro, *r* nunquid hoc statutum habebit locum
r contra patrem, etiamsi filius super ipso delicto, seu im-
s putatione se non defenderit, *s* sed fuerit in contuma-
ciam condemnatus virtute alterius statuti disponen-
tis, quod contumax habeatur pro confesso, & conui-
cto. Respond. quod non, sed tantummodo tenetur,
quando filius est per veras probationes conuictus. Ita
dicit Bart. *in d. l. cum filiusfam. numer.* 4. cum quo transe-
unt communiter Doctores, ut dicit Ias. *in ea. l. cum fili-*
usfam. num. 18. Nam ubicunque ex statuto pater obli-
gatur pro delicto filij, vel filius ex delicto patris, ita
demum unus pro alio tenetur, si vere constat de deli-
cto, secundum Bart. ibi, qui in hoc approbatur, ut ait
Socin. *consil.* 57, *post num.* 10. *lib.* 3. Hoc tamen intellige,
ut procedat, quando verba statuti ita sunt concepta,
ut appareat statuentes voluisse patrem ex ipso delicto
t filij teneri, *t* puta, quia dicat, quod ubicunque filius
aliquod delictum commiserit, pater teneatur ad sol-
uendum, &c. nam eo casu utique opus est, ut de ipso
delicto vero appareat: sed ubi statutum non delictum,
sed condemnationem tantummodo respiceret, puta,
quia diceret, quod pater teneretur soluere quamcun-
que condemnationem factam contra filium, eo casu
secuta condemnatione, siue contra filium præsentem,
siue in eius contumaciam, potest pater cogi ad illam
soluendam. Ita distinguit Bartol. *in d. l. cum filiusfam. nu-*
u *mero* 3. *u* Et hanc distinctionem dicit esse communem
Fel. *in c. cum Bartoldus, numero* 2. *de re iudic.* quem refert
Boss. *in tit. de carce. fideiuss relax. numero* 58. Ceterum si
filius compareat, & eius confessione, vel aliis probatio-
nibus constet de maleficio, tunc utique pater tenebitur
virtute huius statuti, etiamsi in eo iudicio citatus non
fuerit. Et est communis opin. ut dicit Alexan. *in c. l. cum*
filiusfam. in pr. numero 6. *in fin.* quem refert Ias. ibi *post nu.*
14. *vers.* 1. *conclus.*

Ex hac etiam conclusione infertur, valere statutum,
quod villa teneatur pro maleficio commisso in eius ter-
ritorio de quo dixi supra *quæst.* 82. *statuto* 1.

ADDITIONES

Ad Quæst. LXXXVI.

a **D**Ebet etiam Iudex] adde in † hac materia, an vnus pro a-
1 lio puniri debeat, Soc. *in cap. in quibusdam numer.* 13. *cum*
seq. de pœn. vbi plene tam de pœna temporali, quam de æterna,
2 & † an, & quando filius priuetur feudo, vel emphyteusi propter
delictum patris, vide omnino Caps. *cep.* 77. vbi latissime, & ad
hanc quæstionem, quando vnus teneatur pro alio, scilicet pater
pro delicto filij, & è contra, dominus pro delicto famuli; Com-
munitas pro delicto commisso in eius territorio; Vniuersitas pro
delicto commisso per eius Ciues, & generaliter quando valeat
statutum, quod vnus teneatur pro delicto alterius, latissime per
D. Farinac. *in q.* 24. *per totam*, & per Menoch. *de arbit. iud. casu*
345. *& de præsumpt. lib.* 5. *præsumption.* 27. vide etiam Mascard. *de*
prob. concl. 1100. vbi quando gesta à seruo præsumantur gesta
consensu domini, & per Afflict. *in constit. pacterenorum num.* 33.
habentur duodecim casus, quibus tenetur filius pro delicto pa-
tris, & condemnatus ex delicto alterius potest recuperare ab eo,
cuius facto condemnatur, Socin. *in l. stipulationum quadam, §.*
item si in facto, col. 4. *ff. de verb. oblig.* Baiar.

b *Hinc infertur*] Farin. *q.* 24. *vol.* 1. *num.* 156. & ante *num.* 48.
cum aliis seq. & generaliter valet statutum, quod vnus pro altero
puniatur ex causa, etiam via proclamationum Capyc. *decisio.* 12.
Suar. *sent. com. in verbo, famulus.* Farin. vbi sup. *consil.* 134. *cap.* 2. *n.*
88. *& seq.* Ros.

Hinc infertur] Fallit, si ex facto serui dominus commodum
sentit: vt est communis sententia, secundum Menoch. *consi.* 53.
n. 15. Drogh.

Hinc infertur] adde † Alciat. viden. *in tract. de præsumpt. in reg.* 3
3. *præsumpt.* 40. *num.* 3. *cum seq.* Felyn. *in c. Petrus de homicidio,* &
Duen. *reg.* 303. & † ibi habetur, quod dominus præsumitur in- 4
formatus de qualitate, & conditione famuli. *Baiard.*

c *Bonum est*] adde, † quod idem tenet, Bald. *in consil.* 121. 5
vol. 2. Castr. *in l. videamus, ff. locati,* & Lauren. Tenni. *in tractat.*
cautel. caut. 72. vbi late. *Baiard.*

d *Scias etiam*] adde, † quod quando delictum committi- 6
tur ab amico, vel consanguineo, vel famulo in fauorem alterius,
an præsumatur fieri de voluntate illius, de cuius fauore agitur,
Abb. *in c. constitutus num.* 3. & late Felyn. *in c. Petrus de homicid.*
& † famulus non præsumitur deliquisse de consensu domini *cap.* 7
quia prælatus 1. *q.* 4. Alc. *de præsumpt. præsumpt.* 40. vbi ad hanc
conclusionem quinque limitationes adducit, & quando † deli- 8
ctum familiæ, serui, officialis, & similium obliget dominum,
potestatem, & Capitaneum, aut officialem, latissime habetur
per Bero. *in c.* 1. *de rest. spoliat. numer.* 41. *cum seq.* & ibi etiam ha-
betur, an exercentes, officium † siue publicum, siue priuatum 9
officiales, & familiares suos exhibere teneantur, & exhibendo
l betentur, & an delictum in officio publico, siue priuato com-
missum præsumatur factum ab his, quorum opera dominus vti-
tur, an vero ab aliis, & an † de rebus commissis stetur iuramento 10
damnum passi. *Baiard.*

e *Secundo infertur, quod neque pater*] Etiamsi filius fuerit
per contumaciam condemnatus, pater non tenetur soluere vsq;
ad legitimam ex statuto, vt per Moron. *tract. de fide, treg. & pac.*
q. 83. *numer.* 1. Limita tamen, vt ibi per eum *numer.* 4. *& seq.*
Baiard.

Secundo infertur] adde, † quod ista regula, quod pater non 11
teneru. pro filio, habet sex fallentias, secundum Afflict. *in constit.*
Regni. *in constit. incip. pacterenorum n.* 35. *cum seq.* & an Dominus
pro servo, & famulo per statutum teneatur, habetur per Tolos.
in decisi. 195. Tiraq *de pœn. caus.* 51. *n.* 58. in quibus casibus in da-
mno dato, pater, dominus, & vniuersitas non teneantur, Plot.
in l. si quando n. 876. 877. 819. 856. Baiard.

f *Ex legitima*] Neque etiam in hæreditate secuta morte ei
delata, Bald. *consil.* 257. *lib.* 3. vbi Rouescalla Farin. *tit. de delict.*
vol. 1. *q.* 24. *n.* 2. *& plur seq* Ros.

g *Ita etiam communiter teneri*] Contrarium seruatum fuit
contra quondam nobilem Gabrielem Zurlaum homicidio com-
misso per quondam D. Gasparem eius filium, in personam quon-
dam D. Francisci de Ferrariis, & Aquila Prætore, sub Illustriss. &
Excellentiss. Domino Sfortia Pallauicino tunc dominante; vide
Bart. *in l.* 1. *§. si impubere, ff. de collat. bon.* Ias. *in §. Actiones num.* 91.
Inst. de act. At forte illud euenit ex aliquo statuto, de quo dixi in-
fra *hac eademque vers. & hac quidem*; & hic adde, quod existen-
te nepote ex filio fiscus non detrahit legitimam, sed reseruantur
nepoti late per Surd. *decisio.* 134. Drogh.

h *Scias tamen*] Natta *consil.* 499. *n.* 30. Vulpell. *consil.* 60. *n.* 3.
Farin. *d. q.* 134. *c.* 3. *n.* 107.

Scias tamen, quod quicquid] adde, † quod regulariter de de- 12
licto filij aduersus patrem de mandato non infertur, nisi alias de
mandato, vel delicti ratihabitione constiterit, vt per Scriben. *in*
l. si quis mihi bona §. sed si mandauerit, ff. de acq. hered. Ruin. latis-
sime *in consil.* 6. *vol.* 1. & licet Alex. *in consil.* 69. *nu.* 4. *vol.* 2. dicat
delictum a filio factum, in concernentibus causam patris, à pa-
tre factum censeri, illud tamen procedit in delicto successiuo pa-
tre non reclamante, non autem in momentaneo, ita declarat
Vulpell. *in consil.* 60. *n.* 5. Baiard.

i *Pœna extraordinaria de homicidio,*] *Supra q.* 17. *versic. fin. &*
q. 83. *in prin.* vbi de pœnis extraordinariis: & quidem patre præ-
sente, & non prohibente; infra *quæst.* 87. *versi. dictum est*, ibi con-
suluit Curt. Sen. Blanc. *de q. nu.* 313. qui si condemnetur, vt hic,
magis dicitur mulcta, quam pœna, dixi infra *ad qu.* 95. *vers. Hæc*
autem omnia; contrarium tamen iis, quæ dixit Clar. hic, *& d. q.*
87. *versi. dictum est.* cum Cagnola, & Cur. Sen. ab eo allegatis, te-
nuit indistincte Felinus *in cap. cum omnes col.* 15. *ad fi. extr. de con-*
stit. allegat Abb. *in cap. constitutus, & cap. cum causa, de testib.* qui
quidem dixit ibi *n.* 3. illic *n.* 18. Drogh.

k *Et hac quidem*] adde † Osasc. *in decisio.* 88. vbi tractat de 13
huiusmodi statuto, & tenet, † quod Princeps ex causa potest fa- 14
cere saluam guardiam ad fauorem alicuius, & quomodo huius-
modi statutum, quod vnus teneatur pro alio, sit intelligendum,
vide Plot. *in repet. l. si quando, §.* 53. *n.* 10. Item adde, quod Prin-
ceps hoc facere potest in statutis totius Ciuitatis, non autem in
statutis vnius Collegij, vt declarat Bald. *in l. receptitia col. fi. vers.*
quaero nunquid, C. de constit. pecun. & idem in statutis decurio-
num dicit Alber. de Rosat. *in l. de quibus, numer.* 59. *ff. de legi.* &

præ-

dicit Alber. de Rosar. *in l. de quibus num. 59. ff. de legi.* & prædicta tenuit etiam Gabriel. *concl. lib. 3. tit. de iure quæsito non tollen. concl. 2. n. 20.*

15 Item † quod decretum Ducis Mediolani disponit, quod collaterales pro crimine læsæ Maiestatis pœna mortis puniri debeant, quod decretum declarat Dec. *consil. 64.*

Item adde quod statuta, quod vnus teneatur pro alio, non extenduntur ad casus, qui alias comprehenderentur sub expresso. Decian. *consil. 25. n. 19 vol. 2.* & ibi loquitur in materia huius statuti, quando quis pro alio teneatur, quod statutum sic disponens, vt quis pro alio pœna corporali, non valeret. Viui. *opin. 771. num. 14.*

16 Item † adde, quod similia statuta, quod vnus teneatur pro alio, non comprehendunt minores, nec in dictis statutis masculinum concipit femininum, 17 † vt per Natt. *in cons. 542. n. 10. vol. 3.* Baiar.

l *Talia statuta sunt*] Statutum ergo valet; quod vnus teneatur, pro altero in pœna non corporali, quod procedit etiam in legitima assignanda pro filio delinquente. Aym. Crau. *tractat. de antiquit. tempor. p. 4. versic. 1. n. 157. ad finem infra hac eadem q. versic. valebit*, quid autem in pœna corporali? fortasse non valeret, prout etiam non valeret pactum, de quo sup. *qu. 46. vers. sed nunquid*; quod tamen limita, vt per Fel. *in c. cognoscentes post pr. extr. de constit.* nisi esset consuetudo, quod quis pro alio puniretur: In hoc enim fortior videtur consuetudo, quam statutum: quod tamen nõ firmo, nam statutum, & consuetudo in hoc pariter ambulant; vulgar. Iuribus; allegante Roman. *singulari* 30. Tu scis, vide ibidem, quia nec ipse firmat; & quod valeat statutum, de quo hic dicitur, vide Ias. *in §. Actionis num. 79.* & ibi Apostilla *in littera A, Institut. de Act.* sed an tali casu, quo Pater tenetur pro filio, citari debeat ad condemnationem fiendam; Ias. *remissiue in dicto §. Actiones n. 89.* Andr. Alciat. *tract. de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 22. num. 2.* Boer. *super consuet. Bitur. tit. des coustum. prædiales, §. 7. fol. mihi* 121. & in quantum hic dicitur, quod Pater tenetur pro filio ad statutum nostrũ Pallauicinum in criminalibus *lib. 2. Rub. 73. tit. De pœna facientis, vel dantis damnum*: Alciat. *d. tract. reg. 3. præsumpt. 40.* qui bene, & vtiliter loquitur, consideranda tamen sunt verba statuti, & eorum conceptio, vt per Char. nouissime *in suo tract. de exequut. sent. num. 298.* & ideo stantibus supra dictis declaratur statutũ Riparoli *in crimin. Rub. 259.* quo disponitur, patrem familias, & Dominum teneri pro famula, & multo magis declarari debet consuetudo, quod in condemnatione capitali filij familias, fiat etiã confiscatio eius legitimę reseruato vsufructu patri durante eius vita, vt tale statutum, & consuetudo locũ non habeant, cum famulus, vel filius in contumaciam damnantur, & quamuis dici soleat, quod ipsa contumaciæ sit delictum, vt diffuse hanc quæstionem tangit Ant. de Bonghis *inter cons. cum diuers. cons. 67. par. 2.* tamen responderi potest, quod delictum non consideratur respectu legitimæ, quæ non debetur in bonis paternis cessante statuto, nec etiam respectu pœnæ pro damnis soluendæ, sed consideratur respectu tantum personæ banniti, & condemnati spreta contumacia, & ideo patre, vel domino non citato ante condemnationem contra famulum, vel filium fiendam, vtique non valebit condemnatio respectu ipsorum, vide infra *hac eadem q. versic. sed quæro nunquid.* Vide Cuchum *tract. de legit. tit. an legitima augeatur n. 13. fol. 71.* Drog.

m *Potest tamen*] adde videndum Afflict. *in constit. pacterenorum num. 37.* vbi ponit rationem, quare in hoc crimine læsæ Maiestatis, & hæresis pro patre filius punitur. *Baiard.*

n *Et ex hac conclusione*] Far. vbi *supra num. 91. & seq. ac* 102 Ros.

18 *Et ex hac conclusione*] adde, † si de damno dato, vel iniuria illata à pluribus de familia vnius domini agatur ad vindictam publicam, id est ad pœnam criminalem fisco applicandam, quod dominus tenetur pro quolibet in solidum, & non pro vno delicto, idest pro vno delinquente, ita tenent communiter doct. vt per Alexan. *in l. si familia num. 5. versic. extra glo. quæro ff. de iurisd. omn. iud.* & ibi habetur etiam, an idem sit in furto, si agatur ad publicam vindictam. *Baiard.*

o *Infertur etiam*] adde, quod in duodecim casibus filij puniuntur ob culpam parentum, quos enumerauit Afflict. *in constit. pacterenorum num. 33.* ad quem me remitto, & hæc sunt intelligenda de filio in potestate, & non emancipato ante patris delictum, vt ibi per eum *n. 42.* Baiar.

p *Versic. poteris*] Farin. vbi sup. *n. 25. &* 158. Ros.

q *Valebit igitur*] Et num in legitima computabit bona extra territorium posita. Vulp. *consil. 114. vsque* 121. vbi multa ad legitimam, & an porrigatur ad bona extra territorium latius Far. vbi sup. *Ros.*

r *Sed quæro*] adde, † quod in statu Ecclesiastico adest con-
19 stitutio Marchiæ *in lib. 4. cap. 18.* qua pater tenetur soluere legitimam pro filio condemnato, si de delicto constiterit non tamen in contumaciam, sed postea fuit prouisum per Pium IV. Pont. Max. in motu proprio appellationum *fol. 870. in Bullar. nouiter impresso*, quod pater teneatur soluere legitimam pro filio, etiam quod sit condemnatus in contumaciam, & etiam non obstante consuetudine in contrarium existente.

Item † adde, quod pater teneretur ad soluendum legitimam, 20 si appareret Iudicem motum fuisse ad condemnandum filium per veras probationes, quas de delicto haberet, non autem propter contumaciam, vt est glos. *in l. 2. in verb. absens C. de contrar. iud. tute.* & ibi Bal. *& in c. 1. circa fin. si de feudo vasall. ab alien.* & Natt. *in consil. 540. num. 19.* & Ioseph. Ludo. *commun. concl. 3. ampl. 3.* & etiam si condemnatus in contumaciam sententiæ contra eum latæ scientiam habuerit, & non appellauerit: tunc enim in præsentem, & in confessum lata censetur, & nocet omnibus, Ioseph. Lud. *in d. concl. 3. ampl. 5.* Gramm. *decisio. 24. in fi.* & Menoch. *in consil. 100. n. 14. & 15. vol. 2.*

Item † adde, quod si filius extra territorium delinquat, pater 21 non tenetur. Bal. *in l. 1. colum. 3. ne fil. pro patr.* Socin. *in l. Modestinus, ff. de except.* Iason. *in §. actiones numer. 85. Institut. de action.* Decian. *consil. 359.* & Socin. *consil. 271. numer. 8. & sequen. volum. 2.* & Viui. *commun. opin. in verb. statutum disponens*, quod pater, *nu. 7. opin. 771.* vbi ad dictum statutum posuit multas limitationes.

Item † adde, quod si pater esset forensis, & alibi habitaret, 22 sed haberet in loco delicti facti per filium possessiones, & domos, quod eo casu non posset cogi, secundum Bal. *in l. si qua pœna, ff. de his qui sunt sui, vel alien. iur.* quod delictum pro valde notab. refert D. Carald. *in tract. suo de syndic. in quæst. 140. versic. adde, quod stante statuto*, vbi dicit, quod ipse ita consuluit apud Maceratam, & idem Bal. *in l. si qua pœna.* † tenet, quod pater 23 non tenetur soluere legitimam pro filio, si habet nepotem ex eodem filio delinquente, quem refert, & sequitur Ruin. *consil. 8. num. 6. vol. 5.* Barbat. *consil. 40. vol. 3.* & Noni. *consil. 95.* vbi plene & *decisio. Perusina* 11. *nu.* 17. fallit in crimine læsæ maiestatis, in quo, etiam quod pater habeat nepotem, tenetur soluere legitimam, secundum Bal. *cons. 14. vol. 4.* Gig. *de crimin. læsæ Maiest. lib. 2. rubr. vlt. q. 15.*

Et quid † si bona fuerunt aucta post commissum delictum, 24 sed ante condemnationem, an ex illis detrahatur legitima, Albet. *in l. facturus, ff. de origin. iur.* & Bal. *in l. si plures §. lex cornelia, ff. de vulg. & pupill.* Ias. *in auth. nouissima, C. de inoff. test.* & Chassan. *in catal. glo. mund. par. 6. consid. 26.* vbi habetur, quod pater tenetur habito respectu ad patrimonium tempore delicti: & † si legitima fuerit assignata filio in vita, augetur, si creuerint 25 patris facultates ante eius mortem ex veriori sententia, secundum Mazzol. *in consil. 39. num. 64.* & hoc vide etiam Michael. Crass. *in tract. de success. § legitima q. 15.* Et † an executio debeat 26 fieri contra patrem facta condemnatione, an vero sit agendum contra eum condictione ex lege, & de nouo probandum maleficium, vide Bal. *super statut. in verbis parentes versic. statuto cauetur, quod filius*, & Bart. *in l. cum probatio, ff. de probat. & in l. condemnationem, ff. ad Syllanian. & in l. cum filiusfamilias col. 2 ff. de verb. obligat. & in q. suis, q. 3.* & Gomes. *de delictis cap. 1. num. 90. vers. 4.* infertur, vbi dicit, † quod sententia lata contra filium 27 nocet, & præiudicat patri non vocato, nec citato, & de communi atestatur. Et quid si filius confiteretur delictum, † an pater 28 possit reuocare confessionem, & probare contrarium, vide per eundem Bal. *in d. verb parentes, vers. statutum est, quod pater*, & gloss. magn. *ibi, & forte in l. 11. ff. si ex noxal. caus. agat.* Et an hoc statutum habeat locum in nepote filij, vide Bal. & Saly. *in l. si filius tuus. C. ad Macedon.* Et quod tempus inspiciatur, an tempus delicti, vel solutionis in computando legitimam, Bal. *in l. filius ff. de iudic.* & † an pater possit appellare a sententia lata contra fi- 29 lium, Bal. *in l. fin. § necessitatem, C. de bonis quæ lib.* Et stante † sta- 30 tuto, quod auus soluat pœnam pro nepote, intelligitur filio non existente in medio, Ruin. *cons. 8. num. 6. vol. 5.* vbi etiam habetur, quod appellatione filij nepos in hac materia non continentur, & vide sup. *n. 23.*

Item † adde, quod stante tali statuto, in legitima debent 31 computari bona, quæ pater habet extra territorium secundum Vulpel. *consil. 54.*

Item † adde, quod pœna soluta per patrẽ pro delicto filij cõ- 32 putatur in partem ipsius filij, si coacte soluerit, puta per statutum, vel quod pro eo fideiusserit, aliter non computetur, quia videtur soluta causa pietatis, Bartol. *in l. stichus. ff. de pecul. legat.* & Viui. *opin. 771. numer. 15. volum. 2.* nec potest repeti, licet pater in testamento declarasset, velle, quod solutum ex dicta causa computetur in legitima filij, quia pater debuit ab initio tempore solutionis protestari, quod soluebat animo compensandi, & repetendi, ita Ruin. *in consil. 149. nu. 13. volum. 3.* & † an le- 33 gitima sit æstimanda tempore condemnationis, vel tempore solutionis. Duenn. *regul. 356. ampl. 2.* ad doctrinam Bar. *in l. siccus, ff. de pecul. leg.* Rip. *in l. in quartam nu. 185. ad l. falcid.* vbi pulchram facit distinctionem, & pulchriorem tradit Fiumagiol. *in*

*d.l.in quartam num.*438. *& seq.* & ibi attestatur de communi, & Moton.*de pac.fid. & tregu quæst.*153. & Valqu. *in tractat.de success.creat.*§.30.*numer.*220. *&* 213. & Michael Crass. *in tractat.de success in* §.*legitima q.*30. vide etiam Hieron.Gabriel.*consil.*176. *lib.*1.*per tot.*

34 Item † adde, quod pater soluens aliquid pro filio, si filius habet peculium, id est bona materna, in dubio præsumitur soluisse de peculio, etiam in aduentitiis. Aufret.ad Capel.Tholosan. *decisio.*121. & Moton.*de cap.quæst.*154.*numer.*20. & Viuium *com.opin.in ver.statutum disponens*, quod pater teneatur *numer.*16.&

35 Ruin.*in consil.*149.*num.*14.*vol.*3. sed † in statu ecclesiastico prouisum fuit *per Constit.Marchia in lib.*4.*c.*18. quod de delictis filiorum soluatur pœna de peculio, & si non habeat peculium, vel non sufficiat ad exactionem pœnæ, pater teneretur soluere legitimam pro filio.

36 Item † adde, quod pater non teneretur ad legitimam pro filio, vbi alterum filium interfecit, secundum Moton.*de pac.quæ.*176.*num.*5. sed ego credo hoc non esse verum, quia tunc non probatur: & nescio videre, quare statutum, quod tollit legitimam filiorum delinquentium, non debeat habere locum, tam in hoc casu, quam in aliis, cum militet eadem ratio, & fuerit factũ non in odium patris, sed filiorum, alias delictum remaneret impunitum: & si legitima non solueretur fisco, remaneret ipsi filio delinquenti, nam parentes semper relinquunt hęreditatem filiis suis, etiam bannitis sub aliquo velamine, vt quotidie videmus; & fratricida haberet portionem suam, & partem fratris occisi: & ego vidi practicari, quod soluitur legitima in hoc casu.

37 Item † adde, an in detractione legitimæ computentur filiæ fœminæ exclusæ à statuto, ita quod faciant, vel non faciant partem cum masculis, & dotes sint detrahendæ, tamquam æs alienum. Boss.*de public.bonor.numer.*2. & Anton.Rosell.*de success.ab intest. numer.*239. *cum sequen.* vbi latissime Gabriel. *consil.*11.*per totum, vol.*1. Rimin.iun.*in consil.*187.*numer.*46. *& sequ.* Cephal. *consil.*245. vbi latissime disputat, & distinguit, & generaliter magis est recepta sententia, partem fœminarum filiis masculis accrescere, secundum Soc.iun. *consil.*25.*nu.*4.*vol.*1. Alciat.*consil.*479.*num.*12. & Ceph.*sup.cit.nu.*47. vide etiam Gabr.*commun.conclus.lib.*6.*sub tit.de legitima, conclus.*2. vbi hunc articulum discutit, referendo diuersas opiniones, & idem fecit Michael Crass.*in tract.de success.*§.*legitima, quæst.*7.*num.*2.*cum sequen.* vbi latissime hanc quæstionem examinauit, si filia ex statuto excluditur sine facto testatoris, legitima filij priuantur.

38 Item † adde, si statutum simpliciter disponeret, quod pater teneretur pro delicto filij, non intelligitur de bastardo, Bald.*in l.generaliter*, §.*cum autem*, *C.de instit.& substitutio.* & Socin.*in cap.*2.*n.*6.*de delict.puer.*

39 Item † adde, quod huiusmodi statutum, quod pater teneatur ad legitimam pro delicto filij, intelligitur, si filius non sit soluendo, Roma. *in l.si filiusfamilias la* 2.*ff.sol.matrim.* & Fel.*in consil.*48 *n.*19.

40 Item † adde, quod stante huiusmodi statuto pater non tenetur pro filio pupillo delictum committente secundum Marsil.*in sing.*362.*statutum volens*, *&* 481. communis opin. quem sequitur Plot.*in repet.l.si quando, C.vnde vi.*§.53.*n.*10.

41 Item † adde, quod stante tali statuto, pater non tenetur soluere legitimam pro filio minore delinquente, secundum D.Farin.*in quæst.*23.*nu.*168. tenentem, quod statuta pœnalia minores non comprehendant. sed ego vidi semper seruari contrariũ in practica, & in statu Ecclesiastico parentes passim coguntur ad soluendum legitimam pro filiis delinquentibus, etiam quod sint minores 25. annis.

Item adde, quod stante huiusmodi statuto, quod vnus teneatur pro alio, non habet locum inter delinquentem, & illum, qui ex forma statuti tenetur pro delinquente, Dec.*cons.*64. Pater tamen si fuerit incontinens, tenetur pro filio etiam sibi inimico, Alciat. *de præsumpt.reg.*1.*præsumpt.*24.*n.*2. & Plot. *in l.si quando C.vnde vi*, §.53.*in fi.* Baiar.

[*Sed fuerit in contumaciam condemnatus*] adde similem casum infra *q.* 90.*versic.scias autem in principio*; Hoc autem statutum locum non habet, cum filius est minor quatuordecim annis, Ias.*in d.*§.*actiones n.*89.*Inst.de act.* Drogh.

t *Puta, quia dicat,*] Tenorem verborum attende, si enim magis verbis, quam rebus ipsis legem imponimus *ad l.fi. C.de vsur.* At de interpretandis statutis supra *q.*85.*vers.solet etiam post principium.q.*84.*vers.Hac autem, cum vers.seq.infra qu.*94.*versi.sed pone*, vbi de isto verborum magis, quã rerum sensu, *Infra q.*89. *versic.sed quæro*, facit tex. *in l.*2.*in fi.C.com.de leg.* cui adde, Gram.*decisio.*12.*nu.*12.*cum simil.* sic & alias in verbis ipsis inculcabantur veteres Philosophi, phis.tex.1.*com.*20. ibi conturbati sunt autem. *Drogh.*

u *Et hanc distinctionem*] adde, † quod hanc distinctionem

42 sequitur etiam Bursat.*in consil.*169.*vol.*2.

Item adde, quod stante huiusmodi statuto, quod pater teneatur soluere condemnationem filij, quod teneretur etiam soluere, quando filius iniuste fuisset condemnatus, secundum Bald. *in l.vnica n.*12.*C.ne filius pro patre.*

Item adde, quod ista distinctio procederet etiam in stipulatione, siue promissione pro aliquo facta, vt per Bero.*in cons.*102.*n.*38.*volum.*3. vbi plene, quando quis teneatur ad pœnam ex delicto alterius ex dispositione statuti, vel promissionis condemnati in contumaciam: & quando stipulatio dicatur similis promissioni iudicatum solui. *Baiard.*

QVÆSTIO LXXXVII.

An ex sola scientia delicti committendi sit aliquis puniendus.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Sciens delictum committendum, & non reuelans an sit puniendus.*
2 *Et quid in crimine læsæ Maiestatis.*
3 *Et an quis puniri debeat, ex eo quod potuit prohibere delictum, & non prohibuit.*
Et quid de iure canonico, ibid.
Et quid in foro conscientiæ, ibid.
4 *Et quid si talis sciens delicto consensit.*
5 *Ratificans delictum commissum an sit puniendus.*
Et quæ requirantur ad hoc, vt ex ratificatione quis puniri possit, ibid.

Ex Additionibus.

1 *Conscius criminis quando reuelare teneatur.*
2 *Filius non reuelans delictum committendum contra patrem, tenetur vt parricida.*
Item in aliis descendentibus, ibid.
Et quæ pœna remissiue, ibid.
3 *Collaterales non reuelantes delictum committendum contra collaterales puniuntur extraordinarie.*
4 *Sacerdos an teneatur reuelare delictum, quod aliquis confessus est se facturum.*
5 *Vxor sciens maritum occidendum, & non reuelans, tenetur eadem pœna.*
6 *Aperiens tractatum maleficij, an teneatur nominare personam, remiss.*
7 *Statutum contra scientes, & non reuelantes, non habet locum contra scientes, nõ tamen habentes probationes.*
8 *Officiales reuelantes secreta Curiæ quomodo puniantur.*
9 *Et quid de Ancianis reuelantibus secreta vniuersitatis.*
10 *Vxor sciens maritum velle committere crimen læsæ maiestatis non tenetur illum prodere.*
11 *Quid in patre, & filio.*
Et quid in matre, ibid.
*11 *Quando statutum in sola voluntate fundatum est, non valet argumentum à simili.*
12 *Sciens, & non reuelans an teneatur, remiss.*
13 *Officiali insultato ciues præsentes fauere tenentur, alias extraordinarie puniuntur.*
14 *Monetam falsam cudi qui prohibere potest, & non prohibet tenetur pœna falsi.*
15 *Delictum non prohibens, cum possit, peccat mortaliter, & tenetur in foro conscientiæ.*
16 *Ratificare delictum quis censetur ex eo, quod commodum immediate ad eum peruenit.*
17 *Ratificatio possit factum, & non qualitas.*
18 *Ratificatio delicti fit non solum expresse, sed etiam tacite.*
19 *Et quando Vniuersitas dicatur ratificasse tacite, remiss.*
Ratificatio delicti non dicitur facta per magnum festum.
20 *Ratificare potest quis illud, quod non nomine suo gestum fuit.*
21 *Et an talis ratificatis in foro fori puniri possit.*
22 *Iactans se fecisse delictum, quod non fecit extraordinarie punitur.*

Deli-

Delictum quomodo constare possit esse factum nomine alterius, remiss.
23 *Ratificatio delicti de equitate canonica non debet puniri pœna ordinaria.*
24 *Ratificatio adulterij, & stupri an possit puniri sicut ratificatio homicidij.*
25 *Ratificationis materia vbi tractetur.*

1 PRæcipuè verò debet judex aduertere in sententia a condemnationis ferenda, non modo quis sit titulus delicti commissi, sed etiam quæ sit illa qualitas, de qua delinquentes imputantur: sæpissimè enim contingit, quod in eodem crimine multi interueniunt, qui tamen omnes diuersis pœnis sunt puniendi. Potest autem quis imputari, aut quod delictum ipsum propriis manibus commiserit, aut quod sciens, ac particeps fuerit, aut quod de delicto faciendo tractauerit, aut consilium, seu mandatum dederit, aut auxilium præstiterit, aut maleficio astiterit, aut illud postea ratum habuerit. Aliter etiam punitur delinquens, qui maleficium tantummodo attentauit, aliter maleficio in consummato: de quibus omnibus quia super eis quotidie in practica disputari contingit, breuiter videamus.

b Et b inprimis quæro, nunquid ex sola scientia delicti committendi quis puniatur. Respond. quod regulariter sola scientia non est punibilis, & in hoc non est difficultas, præsertim in eo, qui non habet facultatem prohibendi. Et ita tenent Doctor. vbique & attestatur Carauita *super 4. ritu magna curia, numer. 2.* Communis enim est Doctorum sententia, quod non tenetur quis obuiare delicto etiam clamando, vel reuelando, vt dixi *infra verf. delictum est.*

c Punctus c est tantum in crimine læsæ Majestat. nam
2 Bart. *in l. vtrum, ff. de parricid.* tenuit, quod sciens tractatum proditionis contra principem, vel contra patriam, & illum non reuelans, debet puniri pœna mortis: Et ita teneri communi consensu Doct. attestatur Placa *lib. delictorum, cap. 22. nu. 17.* Hanc etiam opinionem communem appellat Menchiaca *controuerf. illust. cap. 16. num. 1.* Et hanc opinionem in pract. obseruari affirmat Ang. *de malef. in verbo, Et hai tradito la tua patria, n. 10. & in 9. publicè circa fin. versic. & singulariter, Inst. de publ. iud.* quem refert Marf. *sing. 164. nemo debet*, & Capic. *decis. 130. num. 65. & decis. 55. num. 18.* & Socc. Iunior *consil. 105. num. 43. lib. 3.* & Carauita *super d. ritu 4. post n. 4.* & Taeg. *in pract. crim. cap. 5. nu. 9.* Idem dicit Felin. *in cap. 1. post num. 4. de offic. deleg.* quem refert Cotta *in verbo, scientia sola.* Et secundum hanc opinionem se iudicasse in facti contingentia refert Aug. ad Ang. *de malef. in loco praalleg.* & fecisse decapitari quendam potentem dominum, qui suo principi tractatum contra eum committendum non reuelauit. Ita etiam seruatum fuisse Mediolani attestatur Boss. *in titulo de crimine læsæ maiestatis, num. 6. & seq.* Multi tamen tenuerunt contra Bartol. scilicet quòd imò sciens talem tractatum, & non reuelans, non sit puniendus pœna mortis. Et hanc opinionem dicit esse communem Cagnol. *in d. l. culpa caret. num. 21.* Alciat. *in l. facere, ff. de verbo sign. & in l. bona fides, num. 20. ff. depos. & in l. 4. §. Cato, num. 20. ff. de verb. oblig.* quem refert Gigas *de crimine læsæ maiestatis, fol. 180. num. 10.* Rob. *consil. 88. numer. 19. lib. 3.* Quinimò Carer. *in pract. crim. fol. 253. numer. 20.* dicit, quod ceteri omnes sequuntur opiniones contra Bart. Et exclamat
d Bald. *in quodam cons.* d quòd anima Bart. propter illud dictum cruciatur in inferno: Et deplorat memoriam domini Donati de Barbadotis, qui propter solam scientiam fuit decapitatus. Et illum refert Igneus *in l. fideicommissum num. 34. & post nu. 47. ff. ad Sylla.* & Placa. *lib. 1. delictorum, cap. 28. nu. 30.* & Restaurus *de Imperatore, quæst. 118. numer. 6.* & Rol. *consilio 68. numer. 35. lib. 2.* Breuiter licet opin. Bart. prima facie videatur una parte multum rigorosa, tamen ex alia habet in se magnam æquitatem. Quomodo enim poterit princeps de subditis suis confidere, nisi pro certo teneat, quod cum scieuerint aliquem contra ejus vitam, aut statum moliri, id statim ipsi sint notificaturi? Certè e nemo negabit, e quod si famuli scirent aliquos decreuisse de nocte ingredi domum, & dominum suum trucidare, idque ei non notificarent, dicerentur rei ejus mortis, argument. text. *in l. 1. §. occisorum, ibi, quid ergo si dominus, ff. ad Sylla.* Cur ergo non idem dicendum est etiam in subdito versus principem, tanto magis cum in hoc etiam versetur publica utilitas: nam ex vita, & salute principis, & ejus status quiete dependet salus, & quies populorum ei subditorum. f Teneo ergo cum Bartol. in duobus ca- f sibus prædictis, scilicet in tractatu, qui fiat contra personam principis, vel contra ejus statum: in aliis autem casibus, etiamsi sint comprehensi in capite læsæ Maiestatis, non putarem esse puniendum pœna mortis subditum non reuelantem, sed alia pœna extra ordinem arbitrio ipsius principis. Consulo etiam principibus, ut in hujusmodi casibus, potius humanitate, quam seueritate utantur, & ex quacunque justa, vel probabili causa illos excusent à pœna mortis.

Dictum g est, quod ex sola scientia delicti quis non 3 punitur: Quæro nunc, an ille, qui potuit prohibere, ne g delictum committeretur, & non prohibuit, sit puniendus. Respond. quod de jure ciuili nemo tenetur obuiare delicto, nec malefactorem indicare. Et est communis opinio, vt dicit Gratus *consilio 1. post numerum 47. lib. 1.* Carer. *in pract. crim. fol. 252. num. 19. & fol. 379. num. 63.* Prout illum refert Placa *lib. 1. delictorum, c. 28. num. 29* Bolen. *in rep. l. capitalium, §. famosos, num. 91. ff. de pœnis.* Didacus *sub regula, peccatum, folio 109. in fin.* Practic. Iodoc. *cap. 80. numer. 6.* Berous *in capit. 1. numero 48. de offic. deleg.* Nouel. *in tractat. ad defensam, fol. 105. num 99. & seq.* Et ideo dicimus, quod tenetur quis alium insultatum defendere, neque prohibere, quin offendatur, etiam quod licitè id facere posset, ita dicit Gloss. *in d. l. culpa caret, in gl. 1. ff. de reg. iuris,* quam dicit passim esse ab omnibus receptam Placa *lib. 1. delictorum cap. 22. post num. 17.* Hanc etiam dicit communem opinionem Claud. *in repe. l. vt vim, n. 168. ff. de iust. & iure.* Bertrand. *consil. 207. num 8 lib. 8.* Et quod quis h non h teneatur obuiare delicto, neque alium, etiam si possit, defendere, i etiam clamando, vel reuelando, dicit esse i communem opinionem Dec. *in d. l. culpa caret, nu. 4. & seq.* Cagnol. *in ea. l. culpa caret, num. 10.* De jure autem canonico. gl. *in d. l. culpa caret,* tenuit, quod quis tenetur obuiare delicto. Et hanc dicit esse communem sententiam canonistarum Placa *in d. c. 18. post numerum 31.* Sed certè Dec. *in d. cap. 1. num. 8. de offic. deleg* dicit, quod in contrarium est communis opinio modernorum, quem refert Berous *in d. c. 1. post num. 75.* & Pract. Conradi, *fol. 333. num. 1.* k Et hanc opinionem quod etiam de iure k canonico nemo teneatur obuiare delicto, dicit tenere communiter Doctores, Iaf. *in d. l. vt vim, n. 31.* quem refert Apostil. ad Dec. *in d. culpa caret, sub nu. 12.* & Viuius *in lib. com m uniam opin. in verbo; Defendere offensum.* l Dicit tamen Cagn. *in loco praalleg.* quod quando aliquis l commodè, & sine suo periculo potest prohibere, & non prohibet, tenetur; & quod hæc conclusio videtur per Doct. communiter isto casu approbata, secundum quam in facti contingentia consuluit Curt. Sen. *consil. 41* m contra patrem, præsentem homicidio patrato per m filium, qui potuit prohibere, & non prohibuit, de quo mentionem feci *supra qu. prox. vers. Secundo infertur.* n n Quod tamen ego non credo verum: Imò Doctores

an ſi ipſe vidit ſtare in banno, poſſit iudex eum cogere ad ſoluenda mille.
9 Vbi agitur de pœna imponenda ex aliqua ſpeciali conſtitutione, debent omnes qualitates verificari, de quibus in ipſa conſtitutione ſit mentio.
10 Iudex an poſſit ex cauſa minuere pœnam ordinariam pro aliquo delicto à iure communi, vel ſtatuto impoſitã.
11 Et an poſſit illam commutare, ſi delinquens non eſt capax illius pœnæ.

Ex Additionibus.

1 Inquiſitio contra delinquentem extra territorium quomodo ſit formanda.
2 Statutum imponens pœnam nouam, an cenſeatur recedere à pœna iuris communis.
3 Iudicis arbitrium ceſſat, vbi lex, vel ſtatutum ſpeciatim pœnam imponit.
4 Et quænam ſit imponenda, ſi tempore delicti erat vna pœna, & tempore ſententiæ alia diuerſa.
5 Et quid in cauſa appellationis.
Pœna ſi imponitur à iure canonico, & alia à iure ciuili, an vtramque reus ſuſtineat, ibid.
6 Alternatiua pœnarum exiſtente cui detur electio, Iudici, vel reo.
7 Pœna minor eſt eligenda.
8 Pœna vna electa non admittitur variatio.
9 Mortis electio an poſſit remitti arbitrio rei.
10 Statutum, quod non ſoluentis in terminum amputetur manus, an requirat monitionem.
Et quid ſi non ſpecificetur tempus in ſtatuto, num. eod.
11 Et an ſtante tali ſtatuto admittatur procurator.
12 Et ſi elapſo termino ſoluerit, cenſetur remiſſa pœna manus.
13 Et an Iudex elapſo termino poſſit eligere pœnam pecuniariam.
14 Et dictum ſtatutum quomodo ſit intelligendum.
15 Et an ſi notorie non ſit ſoluendo, adhuc debeat expectari tempus ſtatuti.
16 Et ſi in defectum pœnæ pecuniariæ debet decapitari, requiritur dolus.
17 Qualitates à iure præſumptæ an ſint probandæ, vel ſolum allegandæ.
Et quid ſi inſunt de natura rei, nu. eod.
18 Statuto puniente vtentem falſo inſtrumento doloſe, an dolus ſit probandus.
19 Libellus ſufficit quod præſumptiue concludat.
20 Qualitas in inquiſitione non probata an poſſit probari poſt ſententiam ad augendam pœnam.
21 Qualitas probanda debet probari, tam agendo, quam excipiendo.
22 Niſi in fine accuſationis fuerit petitum, reum condemnari ſecundum formam Iuris, Conſtitutionum, & ſtatutorum.
23 Iudex ex cauſa poteſt alterare pœnam ſtatutariam, & conſuetudinem.
Iudex poteſt minuere pœnam ex cauſa, licet lex præciſe illam pœnam imponat, nu. eod.
Et hoc etiamſi Iudex non haberet facultatem diſpenſandi, nu. eod.
24 Etiam quod iuraſſet ſeruare ſtatutum.
25 Item mitigare pœnam ſtatuto puniente delictum attentatum, ſicut perfectum.
26 Item ſi pro modica ſumma pœna mortis imponatur à ſtatuto.
27 Iudex ex cauſa poteſt in ſententia reſeruare famam condemnato.
Item Notario condemnato de falſo famam, & exercitium, ibid.
28 Iudex an teneatur mitigare pœnam.
Et quando poſſit eam alterare, remiſſ. ibid.
29 Et an in ſententia teneatur exprimere cauſam.
30 Et quid in Regno Neapol. remiſſ.
31 Magiſtratus minor quis dicatur.
Cauſæ cohærent delicto, & extrinſecæ quæ dicantur, ibid.
32 Iudex non poteſt facere compoſitionem poſt ſententiam inconſulto Principe.
33 Nec etiam poſt appellationem, cui fuerit renunciatum.
34 Compoſitio vt valeat, quid requiratur.
35 Et quid ſi in ſententia non fuerit expreſſa pœna.
36 Iudex imponens minorem pœnam ſine cauſa, quomodo puniatur.
37 Iudex in compoſitionibus non debet eſſe nimis liberalis, alias præſumitur fraus.
Compoſitiones in Regno Neap. quomodo fiant, ibid.
38 Iudex alteram pœnam, an debeat cauſam exprimere.
Et quid ſi poteſt adiri ſuperior, ibid.
39 Pœna mortis in Regno Neap. non poteſt commutari, niſi ad triremes.
Quod tamen non procedit in officialibus Baronum, ibidem.
Nec ſeruatur de conſuetudine, ibid.
40 Confiſcatio bonorum non habet locum, quando imponitur pœna extraordinaria.
41 Iudex mitius punire debet ne reus moriatur.
Manus non debet amputari patri famil. habenti plures filios infantes, ſed debet potius relegari.
*41 Mulier publice torqueri non debet.

SEd *a* quoniam plerunque propter diuerſitatem fori originis, domicilij, vel delicti, & eorum locorum iura, vel ſtatuta diuerſas pœnas imponentia in faciendis condemnationibus dubitari ſolet, quæ pœna pro delictis ſit imponenda, videamus, an iudex debeat imponere pœnam loci originis, vel loci delicti, & an pœnam iuris communis, vel ſtatuti. Et quia materia eſt valde intricata, diſtinguendi ſunt nonnulli caſus. a 1

Primus eſt, quando iudex loci delicti procedit contra delinquentem, qui eſt ſibi ſubditus etiam *b* ratione originis, ſeu domicilij. Et caſus modicam habet difficultatem: nemo enim dubitat, quin ſit puniendus ſecundum leges, & ſtatuta ipſius loci. An autem quando in eodem loco reperitur vna pœna impoſita à iure communi, & alia à ſtatuto, debeat iudex imponere pœnam ſtatutariam, vel pœnam iuris communis, *dixi infra, verſiculo, debent etiam.* b

Secundus eſt caſus, quando iuxdex loci delicti procedit contra forenſem, qui deliquit in ſuo territorio: Et hoc caſu, ſi quidem pro eo delicto non reperitur impoſita alia pœna per ſtatuta locorum, quam ea, quæ eſt impoſita à iure communi, nulla etiam eſt controuerſia, quo minus puniri debeat ſecundum diſpoſitionem iuris communis. Et in hoc pariter nemo dubitat. Punctus eſt, quando ſtatutum loci delicti imponit pro eo delicto aliam pœnam, nunquid poſſit iudex ipſius loci delicti condemnare huiuſmodi forenſem in *c* pœnam ſtatuti: & ſic an ſtatuta pœnalia ſuper delictis ligent etiam forenſes. In qua quidem quæſtione aliqui ſimpliciter dicunt, quod iudex loci delicti poteſt punire delinquentem, etiamſi non ſit de iuriſdictione ſua, non ſolum ſecundum iura communia, ſed etiam ſecundum ſtatuta ſua. Et ita tenere communiter Legiſtas dicit Felin. *in c. à nobis, il 1. nu. 1. de ſent. excommunicationis.* Ita etiam communiter teneri atteſtatur Abb. *in c. fin. numer. 24. de foro compet.* Hanc quoque opin. dicit eſſe communem Felin. *in dict. c. fin. numer. 24.* & illam vbique ſeruari atteſtatur Albericus c

in 3.

in 3.parte statut.quæst.1. Bartol.autem *in l.cunctos populos, num.21. C.de summa Trin.* distinguit,quod,aut tale delictum est prohibitum etiam à iure communi, & eo casu potest forensis delinquens puniri etiam pœnis contentis in statuto; d Aut vero non est prohibitum de iure communi, sed solummodo secundum statuta ipsa ciuitatis,vel loci; & tunc non punitur, nisi fuisset sciens,vel ignorantia supina. Et hanc opinionem Bartol. ostendit esse communem Iason.*in d.l.cunctos populos in prima lectur.num.30.*illum refert Boss.*in tit.de pœnis, num.18.* licet *in libro theo* aliter loquatur : quinimo (ni fallor) *in 2.lectur.num.67.* concludit, quod in iudicando melior est opin. contra Bartol. Hanc etiam opin.Bartol.dicit esse æquiorem,& magis communem Marsil.*in l.fin.num.81.ff de iurisd.omn.iud.* Plus dicitur Moder.*super consuetud. Paris.* §.30.*post num.*150. quod hæc est communis, & vera conclusio, quod etiam forenses, & alij probabiliter ignorantes pœnas à statuto loci vltra ius commune impositas, nihilominus subjiciuntur pænis statuti loci, in quo delinquunt, ex quo intendunt delinquere, & committunt crimen à iure communem prohibitum.Et illum refert Didac.*in repet. c.alma mater, fol.*49.*colum.2.de sentent.excommun.in 6.* Hanc etiam dixit esse opin. communiter Doctorum Gand.*in tit.de pœnis reorum,n.16.* Et generaliter quod delinquens debeat puniri pœna imposita à statuto loco,in quo punitur,dicit esse communem conclusionẽ Marian.*in c.postulasti,num.16.de foro competent.* Hoc tamen intellige,vt procedat in pœnis secularibus; secus autem in pœna spirituali, prout est pæna excommunicationis à statuto imposita: illa enim non ligat probabiliter ignorantes, etiam in actu à iure communi prohibito, & damnato. Et hanc opin. dicit esse communem Crot.*in repet capituli vt animarum,in fin.principij, de constitut.in 6.*prout illum refert Didac.*in loco præallegat.* Et licet in puncto iuris hæc limitatio vix posset sustineri, cum non videatur subesse aliqua probabilis ratio differentiæ inter pænam excommunicationis, & alias pænas: nihilominus cum hæc opin. magis faueat animabus crederem non esse ab ea in iudicando recedendum.

3 Sed quid si delictum, de quo agitur, non quidem sit prohibitum à iure communi, sed tamen per totam prouinciam,vt plurimum, vigeant statuta illud prohibentia,prout est in extractione frumenti,quæ communiter per totam Italiam est prohibita per statuta ciuitatum,vt per Bart.*in loco præalleg.*Respond Bart.ibi tenet, e quod possit forensis etiam hoc casu puniri pæna f statuti id prohibentis,nec possit se excusare f prætextu ignorantiæ. Et dicit Corn.*consil.64. in fin.lib.3.* quod in hoc omnes concordant.Hanc etiam dicit esse communem opin.Legistarum Imola *in l.fin.§.licet quis,ff de publica.* Videtur enim eo casu talis forensis delinquens contra huiusmodi statuta esse in supina ignorantia: merito non est excusandus. Ego tamen,quicquid sit de rigore iuris, dicerem in prædictis casibus standum esse iudicis arbitrio, qui inspecta facti, & personarum qualitate pro sua religione decernet, an forensis plectendus sit pæna statuti, vel in totum excusandus, vel saltem pæna ex aliqua parte temperanda. Et ita ego in hoc ducatu sæpissime vidi excusari forenses,qui moram non traxerant in Dominio, à pæna imposita contra g deferentes archibusios rotatos, & huiusmodi: & consulerem (vbi aliquo modo posset ignorantia dici probabilis) vt iudices semper in mitiorem partem inclinarent. Vide,quæ dixi *supra qu.82.statut.7.vers.quæro nunquid.*

4 Tertius est casus,quando iudex originis, vel domicilij procedit contra subditum suum, qui deliquit extra territorium, an scilicet possit imponere pœnam statuti loci originis, vel domicilij, & sic an statuta imponentia pœnam pro delictis, ligent, subditos delinquentes extra territorium. Super quo opus esset decisione Cæsarea, vt dicit Angel. *in l.fin. ff.de iurisdiction. omn.iudic.* prout illum refert Euerard. *consil.45.colum.3. vers. Non obest etiam,* licet Ang. *in lib meo* id non dicat. Et *in hac quæst* Bart.*in d.l.cunctos populos,num.47.& seq.* tenuit , quod quando statutum expresse loquitur de delinquentibus extra territorium , comprehendat etiam eos, qui extra territorium delinquente: & in hoc opinio.Bart.communiter approbari dicit Socin. *consil. 302.num.4. in fin. lib.2.* Quando h vero statutum simpliciter loquitur; tunc dicit Bart. quod iudex originis, vel domicilij non potest punire subditum delinquentem extra territorium , nisi secundum pœnam impositam à iure communi, vel secundum statuta loci, in quo deliquit, non autem secundum statuta ipsius locis originis, vel domicilij. Et hanc opin.dicit esse communem Alex.*consil.111.post nu 1.col.2.versic.& cum sit,lib.2.*quem refert Paris.*consil.159.n.6.lib.4.* & Ruin *consil.84.in fin lib. 4.* & Afflict.*super 3.par.const.Regni,rubr.55.post nu.19.*& Rochus *de consuet.fol.114.n.20.*& Boss *in ti.de pœn.n.19.* Idem attestatur August.ad Ang. *de malefic.in verbo,hæc est quædam inquisitio,num.84.* Ita etiam communiter teneri attestatur Felin. *in c.à nobis, il 1.num.6.de senten.excommun.* quem refert Paris. *in d.consil.150.num.7.& sequ.* Duennas *reg.146.* Et ita pluries vidi apud nos obseruari, quia s. vbi poterat haberi notitia statutorum loci delicti, semper fuit imposita illa pœna,licet per constitutiones huius ducatus alia pœna esset imposita. Et in specie ita conclusum fuit in senatu in causa cuiusdam Thomæ Bolognini contra quem procedebatur pro vulneribus animo deliberato illatis cuidam in castris Senatum 15.Octobr. 1556. D.P. Et memini, quod cum Illustr. Alexander Vicecomes,tunc Senator, & Prætor Cremonæ condemnasset quendam Adam Tinctum Cremonensem pro vxoricidio per eum commisso super territorio Brixiensi,in amputatione capitis absque bonorum confiscatione, & fisco reclamante fuisset ei concessa restitutio in integrum: Senatus i intellecto, quod licet statutum Brixiæ pro eo delicto imponeret pænam confiscationis bonorum, nihilominus ex consuetudine illius curiæ non solebat talis pæna imponi, & quod prius idem Adam fuerat pro eodem delicto a Prætore Brixiæ condemnatus solummodo in amputatione capitis, omissa bonorum confiscatione , confirmauit sententiam latam per ipsum Illust. Vicecomitem, & fisco silentium imposuit, 19. Decembr, 1548. P.N.Et ideo à prædicta distinctione non recedas in iudicando,quamuis(vt dixi) Marian *in d.c.postulasti, n.16.* generaliter dicat communem conclusionem esse,quod delinquens debeat puniri pæna imposita à statuto loci, in quo punitur.

An autem possit Iudex loci domicilij, vel originis procedere contra subditum, qui deliquit extra territorium,per viam inquisitionis,dixi sup. *quæst.39. vers sed quæro.*

Debet etiam iudex aduertere,quia si pro aliquo maleficio sit imposita aliqua pæna per ius commune,vel aliam legem antiquam, postea fuit condita lex noua, vel statutum imponens aliam pænam pro eodem maleficio:eo casu imponenda est pœna statuta à lege noua,non autem à lege antiqua,vel a iure communi. Bene k verum est,quod in hoc articulo variæ fuerunt aliquando opin. Doctorum:nam aliqui tenuerunt, quod per statutum imponens pænam nouam non intelligatur sublata pæna iuris communis, Et ita post nonnullos antiquos tenuit Bart.*in l.1,nu.....ff.de vi bonor.rapt.*

Et hanc opinio.commun.teneri attestatur Cyn.*in l.qui sepulchra C.de sepul.viol.*quem refert Anchar.*in capitulo generi de regul.iur.in 6.*& Caccialup.*in repet.l.omnes populi,num.90.ff de iust.& iure.* Idem dicit Bald.*in l.non est nouum,ff de legibus*,quem refert Aug.ad Angel.*de malef.in verbo,Et ibi est caput,num.9.* Et hanc opin. teneri per doctor.attestatur Ang.*in d.l.qui sepulchra,versicul.in text. ibi, nihil enim.* Hanc etiam dicit esse communem opin. Abbas *in c.de causis,num.14.de offic.deleg.* Idem dicit Salic. *in d.l.qui sepulcra,post num.6.ver.quaero nunc,C. de sepul.viol.*prout illum refert Anan. *in c.fin.num.16 de colu.deteg.* qui tamen hoc explicite non attestatur, imo dicit, quod licet quo ad natiuitatem sit dubium, tamen quo ad executionem omnes tenent, quod pœna statuti tollat pœnam iuris communis, Berous *in d.c.de causis,post num.75.* Contrariam autem opin. quod scilicet per pœnam statutariam sit sublata pœna iuris communis, tenuit Bald. *in l.data opera,num.19.& seq.C.qui accus. non poss.* subdens, quod fatuus esset iudex, qui aliam pœnam imponeret, quam statutariam : & dicit Pract.Carer. *fol.519.numero* 14. quod hanc opin. tenent omnes Doctor. Hanc etiam opinio. dicit esse communem Dec. *in d.c.de causis, num.14. in fin.* prout illum refert Alciat.*cons.453.post nu.5.versic.non obest igitur.* Marsil.*in pract.crimin.§.quaeritur,post num.6.*quem refert Viuius *in lib.communium opin. in verbo, statutum imponens.* Dicit etiam Blanc.*in pract.crim.fol.72.numer.61.& sequ.* quod haec opin. videtur magis communiter recepta, & quod ita communiter practicatur. Et dicit Alber. *in prima parte statutorum,quaest.8.num.10.in fin.* quod totus mundus ita obseruat, licet dicat, quod *in hac quaestione* opus esset decisione Imperatoris, quem refert Aug. ad Aug.*de malef.in verbo,Et ibi caput,post numer.9.* & Marsil. *consil.61.numer.19* refert etiam Anton.Gomes. *lib.1.delictorum cap.1.num.38.in fin.* subdens quod licet contraria opinion. sit magis communis, tamen ita seruaretur iudicando,& consulendo. Hanc etiam opinio.communiter seruari attestatur Gand. *in titul. de aliquibus quaestionibus num.4.* Idem dicit Paul.de Castro *in l.1.§.dixerit aliquis,num.6.ff.de publicanis*,quem refert Grammat. *cons.35.num.56.*& Roland.*cons.35.numero 48.lib.2.* Et dicit Rota Senen. *decis.9 posita post consil.crim.diuersorum lib.2.num.3.* quod haec opin. praeualuit,& est approbata per usum. Et ita in hac prouincia indistincte obserua-
l tur. *l* Cum itaque haec opin.sit proculdubio magis communis,& à communi consuetudine approbata,non esset ab ea in iudicando recedendum. Et haec conclusio multo magis procederet, ubi pro aliquo delicto iudex imposuisset pœnam statutariam:nam eo casu proculdubio non posset postea imponi delinquenti pœna iuris communis,etiamsi esset maior,quam statutaria. Cum enim utraque pœna tendat ad vindictam,una per aliam tollitur. Et in hoc omnes concordant,ut dicit Bart.*in d. l.1.in vlt.verb.ff de vi bonor.rap* quem refert Anan.*in d. cap.fi.nu 16.de collus.deteg.*

6 Solet *m* etiam plerunque in facto dubitari, nunquid
m quando à lege, vel statuto sunt impositae plures pœnae alternatiue pro aliquo delicto, sit eo casu electio iudicis,an rei. Et in hoc quidem articulo gl. *in cap.sicut Iudaei, in gloss.fin. de Iudaeis*, videtur simpliciter tenuisse, quod electio sit ipsius iudicis Et illam gloss. communiter teneri per Doctor. affirmat Anan. *in eo.c.sicut Iudaei post num.7.* Idem videtur sensisse glos.*in c.à crapula, in gl. fin. de vita & honest.clericorum*, quam dicit sequi communiter Doct. Abbas *in eod.cap.à crapula,n.4.* Tu vero pro clariori intelligentia inhaerendo dictis Bart. *in l...§.stipulatores, num.2. ff. de effractor.* distingue tres
o casus. *o* Primus est, quando verba legis, vel statuti
p sunt directa *p* ad iudicem, puta, Si aliquis commiserit tale maleficium, iudex faciat illum fustigari, vel condemnet in scutis 10 & tunc electio est iudicis. Et dicit Ripa *in c.inter caeteras,num.59.de rescript.* quod cum hac conclusione transeunt communiter Doctor. *q* Et ratio q
est, quia lex dirigendo verba ad iudicem, censetur etiam ei dedisse arbitrium eligendi. *r* Secundus est ca- r
sus,quando verba legis,vel statuti diriguntur *s* ad reum: s
puta,ille, qui fecerit tale maleficium, soluat 10.aureos, vel relaxet fisco tertiam partem bonorum suorum mobilium: & tunc ex quo lex dirigendo verba ad reum videtur etiam ei dedisse optionem, dicendum est, quod arbitrium eligendi spectat ad ipsum reum: & ita tenent communiter Doctores, ut dicit Ripa *in d.cap. inter caeteras, numero 65.* quod ita tenent communiter Doctor. Tertius est casus, quando verba non sunt directa neque ad iudicem;neque ad reum,sed sunt impersonaliter
t prolata:& in hoc est difficultas. Bartol.*in loco praallegato primo* dicit se dubitare : deinde subdit, quod putat t
in dubio electionem esse ipsius rei. Gloss. autem communiter sentiunt, quod electio sit judicis, ut attestatur Summa Syluest. *in verbo,Pœna, numero 7.* Tu vero dic, quod aut utraque pœna est corporalis,puta,quia lex dicat, quod pro tertio furto quis suspendatur, vel decapitetur : *u* & hoc casu non omnes fere concordant,quod u
electio sit judicis,non rei, imo,quod non potest judex,etiamsi velit,relinquere ipsi reo optionem, ut dixi infra *quaest.99.versic.item quaero.* Aut utraque pœna est pecuniaria, puta, pro furto sit pœna 10. aureorum, vel amissionis tertiae partis bonorum mobilium: & hoc casu omnes tenent, quod electio sit rei, ut attestatur Cepol.*in l.si fugitiui,nu.51.C.de seru.fug.* qui tamen ponit exemplum judicio meo valde absurdum, scilicet si lex pro delicto imponit pœnam 100. aureorum, vel quinquaginta. Ego certe talem legem, vel statutum nunquam vidi. *x* Aut altera pœna est corporalis,altera x
pecuniaria. Et hic casus proximis diebus contigit in quodam Lancelotto Ferr. qui executionem quandam prohibuerat, pro quo delicto est à constitutionibus hujus ducatus imposita pœna trium ictuum eculei, vel 200. aureorum. Et post multa Senatus censuit his casibus *y* esse in arbitrio rei, an velit soluere pœnam pecu- y
niariam,vel subire corporalem. Et ita rescripsit praetori Vigleuani 4.April.1561.P.N.Quae tamen omnia intellige, ut procedant, nisi aliud ex verbis ipsius legis,vel statuti colligi posset, puta, quia lex diceret secundum qualitatem personarum,vel inspecta facti qualitate,vel huiusmodi:nam hoc casu, cum adhibenda sit causae cognitio, dicendum est, quod indistincte electio ad judicem pertineat.

Sed *z* hic quaero,Pone,stat statutum,quod vulnerans 7
puniatur in centum libris,quas si non soluerit intra de- z
cem dies,amputetur ei manus dextra. Modo condemnatus non soluit in termino, nunquid poterit judex omittere pœnam corporalem, & facere executionem pro centum libris rei? Respond. quod sic. Ita tenet Bart. *in l.cum duobus, §. fin. numero 2. ff. pro socio.* cuius opinio.Doct. sequuntur. Et de illa doctrina multum exclamant,ut dicit August. ad Angel. *de malef.in verbo, Quas si non soluerit,numero 18.* & ita in facti contingentia consuluit Corn.*consil.5.lib.3.*

Successiue *a* quaero, pone, stat statutum, quod non 8
comparens ponatur in banno, de quo non eximatur, a
donec soluerit condemnationem librarum mille. Modo quidam vocatus non comparuit, & fuit positus in banno, & condemnatus in mille : nunquid si ipse vult stare in banno, & non soluere condemnationem, poterit eo non obstante fiscus facere executionem, in bonis ipsius pro summa librarum mille? Respond. quod non: & ita in practica seruatur,ut dicit Bald.*in authent.* bona

bona damnatorum, in fin. C. de bonor. proscript. licet relinquat cogitandum, an sit verum de iure. Sed certe ego credo hoc etiam de iure procedere. Mens enim statuti videtur esse, vt ille principaliter sit positus in banno, & deinde sit in eius facultate soluendo lib. mille ab ipso banno se eximere: vnde cum ipse eligat stare in banno, videtur plene satisfactum dispositioni ipsius statuti.

9 Vbi *b* agitur de imponenda pœna alicuius specialis *b* constitutionis, oportet, quod in illo casu verificentur omnes qualitates in ipsa constitutione expressæ: alias pœna non committitur. Est doctrina Ioan. And. *in c. 1. de homic in 6.* quam dicit esse sing. & ab omnibus approbatam Tortus inter consilia Anton. de Butr. *consil. vlt. num. 1. in fi. Vide, quæ dixi supra hoc eod. lib. §. Assassinium, circa princip.*

10 Vlterius *c* quæro, nunquid iudex possit ex causa mi- *c* nuere pœnam ordinariam impositam à iure pro aliquo delicto. Respon. quod sic, siue agatur de pœna imposita per ius commune, in quo fere omnes consentiunt, & ita esse communem opin. attestatur Dec. *in c. de causis, num. 18. de offic. deleg.* quem refert Publ. *super consuet. Aluar. fol. 163. nu. 9.* & Viuius *in libro commu. opin. in verb.* Iudex vbicunque: siue etiam agatur de pœna imposita à statuto: quo casu, licet aliqui tenuerint contrarium, magis tamen communis opin. est, quod possit iudex etiam pœnas statutarias ex causa minuere, vt attestatur Aret. *in capit. qualiter & quando, il 2. num. 24. de accus.* quem refert Dida. *lib. 2. resolut. cap. 9. num.* 8. & Placa *lib. 1. delict. cap. 33. num. 5.* Dec. *in d. cap. de causis, num. 19.* quem refert Menchiaca *controuer. illustr. cap. 14. num 4.* Blanc. *in pract. crim. fol. 73. num. 71. & sequ.* Tiraquell *de pœnis, in præfatione, nu. 22.* quem refert Taeg. *in pract. crim. cap. 13. num. 17.* Sed *d* hæc quidem conclusio *d* *e* intelligenda est, vt procedat *e* in maioribus magistratibus: illi enim possunt pœnas statutarias minuere ex causa, siue talis causa sit cohærens delicto, siue sit cau- *f* sa *f* extrinseca: sed minores magistratus bene possunt minuere pœnam ex causa cohærente delicto: sed si vo- *g* lunt pœnam alterare ex causa extrinseca debent *g* principem consulere. Ita videtur colligi ex decis. Bald. *in auth. hodie iurant. C. de iudic.* Et hanc limitationem dicit esse communiter receptam Blanc. *in loco præallegato, post numerum* 90. Hanc etiam dicit esse communem opin. Dec. *in d. cap. de causis, in loco supra per me allegato,* prout illum refert Boss. *in tit. de pænis, n.* 10. & hoc, nisi consuetudo prouinciæ aliter se habeat, prout in Francia, vbi ex consuetudine illius regni omnes pœnæ criminales sunt in arbitrio iudicantis, vt attestatur Pract. Millei, *fol. 12*×. *num. 47. & fol. 147. num* 30. nam eo casu *h* talis consuetudo sequenda est. Scias *h* etiam, quod hæc conclusio intelligenda est, vt procedat ante sententiam, prout loquitur gl *in l. quid ergo, §. pœna grauior, in verbo, Onerasset, circa princip. ff. de infa n.* quam dicit esse communiter receptam Didac. *pract. quæst. 35. circa fin.* *i* secus autem post sententiam. *i* Caueant tamen iudices, ne id sine iusta causa, & iure approbata faciant, ne aliquid eis deterius contingat: nam iudex, qui in causis criminalibus minorem pœnam imponit, quam de iure imponere debeat, est infamis, *l. seruos, C. ad legem Iul. de vi public.* Præterea que debet puniri eadem pœna, qua erat puniendus reus, vt colligitur ex tex. *in l. 3. in fin. C. ne sanctum baptis. reiteretur.* Et refert Andr. de Isern quod Rex Carolus primus fecit quendam iudicem furca suspendi ex eo, quod quendam reum, qui erat condemnandus amputatione capitis, condemnauit tantùm in amputatione manus, quem refert Paris Put. *de syndic. fol. 350. post numerum* 3. & Afflict. *super 2. parte constitutionum Regni, rubr. 3. nu. 42.* & Chass. *super consuet. Burg. fol. 45. numer. 19.* & Pract. Car. *folio 515. num, 10,* Præ-

tereaque debet iudex, qui minuit pœnam à iure, vel *k* statuto impositam, exprimere causam in sententia, propter quam mouetur ad illam minuendam, prout se frequenter vidisse de facto fieri attestatur Iacob. de Beluis. *in pract. crim. fol. 46. in rub. de fuga reo. num. 61.* Puto tamen sufficere, quod iudex dicat ex iustis causis animum suum mouentibus id facere, absque eo, quod in specie causam ipsam exprimat: quam sententiam communem esse dicit Menchiaca *controuer. illust. c. 14. numer. 5.* Ex quibus autem causis possit iudex pœnam à lege impositam minuere, dixi *sup. quæst.* 60. Item *l* scias, *l* quod quando pœna ordinaria ex aliqua causa minui debet, non potest de iure imponi pœna corporalis. Sed hoc de consuetudine non seruatur: nam plerumque senatus minuendo pœnam ordinariam transmittit delinquentes ad triremes ad tempus, & quandoque etiam in perpetuum, prout etiam seruat consil. Neapol. vt per Graminat. *decisio. 8. & alibi pluribus in locis.* Et ita practicari attestatur Nunius *de los corregidores, fol. 105. col. 4. in princ.*

Non *m* omitto etiam circa hanc pœnarum imposi- *m* tionem, quod quando delinquens non est capax pœ- 11 næ, quæ a iure imponitur pro delicto, tunc potest iudex illam pœnam in aliam commutare. Et ideo, si ex forma statuti propter falsum testimonium sit alicui amputanda manus dextra, & ille non habeat manum dextram, vel *n* habeat illam aridam, debet officio iudicis *n* illa pœna in aliam *o* commutari. Et ita dicunt Docto- *o* res, vt attestatur Bald. *in l. nouerit, num. 5. C. vt intra cer. temp.* Anan. *in c. 2. num. 2. de Calum.* Vide in hoc proposito quę dixi sup. *q. 69. ver. sed quid si reus.* Et ita vidi quandoque per senatum iussum fuisse fustigari quendam *p* Laurentium Blancum pro delatione armorum pro- *p* hibitorum, eo quia cum esset gibbosus, non potuit affici pœna edicti quæ erat trium ictuum funis: & alias sæpissime *q* vidi mutari ex causa ictus funis in fustiga- *q* tionem, vel alligationem ad catenam infamem, vel exilium, juxta qualitatem facti, & personarum. Visum quoque est senatus, quod pœna ictuum funis publicæ non sit irroganda mulieribus: Et ideo iussit *r* admitti *r* ad compositionem quasdam meretrices, quæ ludum prohibitum luserant, 2. Ianuarij 1551. P.N. Et quandoque etiam vidi mutari pœnam triremium in exilium, vt in Ioan. Angelo de Portu, 9 Martij 1556. A. C. *f* Bene verum est, quod in hoc ducatu non liceret *f* iudici inferiori hoc facere, nisi consulto senatu; Et propter hoc fuit grauiter reprehensus quidem prætor, qui fecit alligari catenæ infami quendam Antonium Rauarium condemnatum in pœnam duorum ictuum funis, sub prætextu, quod esset herniosus, 29 Augustin. 1559. P. N.

ADDITIONES

Ad Quæst. LXXXV.

a SEd quoniam plerumque] Dec. *in tractat. crim. to. 1. lib. 4. cap. 16. num. 4.* Ros.

b *Ratione originis, seu domicilij*] adde supra *q. 82 stat. 3. circa princ. qu. 18. versic. sed quid dicendum ad med. infra hac eadem qu. vers. fi.* at quomodo reguletur compositio, quæ contra sfrosatores fieri solet, infra *q. 95. versi. Hæc autem omnia in fi.* Drog.

c *In pœnam statuti*] Far. *q. 108. vol. 4. n. 16. & 17.* Ros.

d *At vero*] Vide Clar. supra *quæst. 60. versicul. quæro nunquid.* Ros.

e *Quod possit forensis*] Far. *d. q. n. 18. & 19.* Ros.

f *Prætextu ignorantiæ*] Scias tamen, in hac materia scientiæ, vel ignorantiæ proclamationum, quod de iure loquendo de eis scientia non præsumitur, nisi elapso bimestri à die publicationis; Nellus *tract. de bannitis 3. par. secundi temporis q. 10.* Felin. *in cap. cognoscentes de consi.* dixi ad statuta Pallauicina *in criminali stat.* 34. vide Dyn. *in c. ignorantia nu. 13. & 19. de reg. iur. in 6.* fallit tamen, vt per Fel. *in d. c. cognoscentes,* vbi vide. *Drog.*

g *Deferentes archibusios rotatos*] adde hic supr.*qu.62. stat.6. versic. scias autem.* Drog.

h *Quando vero statutum*] Faciunt quæ dixi *sup. q.38. versic. tu scis.* vbi allegaui consilium Bartoli, & quod pœna iuris communis attendatur, Vulpell.*resp.122.in fi.* at quod secundum statuta originis, seu domicilij puniri debeat, Decian. dicit communem *in tract.crim.lib.4.c.16.nu.4.* sed contra Bal. *consil.199. lib.2.* vbi Rouescala *in apostilla.* Apud nos videtur casus decidi per nouas constit.*tit.de accus.c.procedant,§.quod si q.liu de constitutionu statutorum nostrorum pœna.* Ros.

Quando vero statutum] adde, quod Bart. *in d.l. cunctos popu-*
1 *los,* consilium tradit, † quod quando Iudex format inquisitionem contra extra territorium delinquentem, dicat in conclusione, super quibus omnibus, & singulis procedere, & inquirere intendit secundum formam statutorum huius loci, & eum culpabilem punire, & condemnare secundum formam iuris, & dicit etiam Lauren. Tenni. *in caut.41.* Baiar.

i *Quod licet statutum Brixiæ*] Hinc elicitur, quod de iure communi pro homicidio non imponitur pœna confiscationis bonorum, quicquid aliter supra dixerit *quæst.78. versic. multa autem, & versic. ceterum*; nam si de iure communi procederet talis pœna, certè in hoc casu seruata fuisset, ex quo esset pœna iuris communis supra *quæst.84. versic. sed pone ad fin.* vbi dixi, & hic adde, quod casu, quo pater teneatur pro filio, vel Dominus pro seruo, non tamen tenetur pro tali delicto, alibi, & extra locum statuti commisso, Ias. *in §. actiones, numer.88. Instit. ad act.* & hic adde, quod forensis citatus à iudice loci delicti, cum forensis non sit tali subiectus, minime reputatur haberi pro confesso; imò licet sit contumax, audiri debet à proprio judice contra eum procedente vigore statuti de pœna delinquentis extra territorium; ita Marsill. *in sua pract. §. postquam, numer. 65.* quod quidem statutum est conforme juri communi per text. *in cap. fin. extra de foro compet.* quæ sic intellexit Hipp. Mars. *in sua pract.§. opportune num.32 in fin.* vide quæ dixi *ad q.31. versic. sed hac quidem.* Drog.

k *Bene verum est*] adde, quod hanc quæstionem irridet in simili materia Ias. *in §.omnium numer.152. cum seq. Instit. de act.* eamque decidit, & ibidem, & vide Capic.*decisio.130.nu.11.* nota tamen raro solere judices condemnare iuxta summam in statutis, vel legibus comprehensam, sed secundum ordines, vel decreta Principum, alteratæ namque sunt fere omnes, & auctæ statutorum pœnæ, sup.*quæst.31. versic. secundum formam,* quicquid in contrarium late adducat Boet.*ad consuetud. Bitur. tit.2.§.16. ad fin.* qui tamen distinguit, an expresse debeant tolli pœnæ juris communis, & antiquæ, an vero tacite, vt ibi per eum, & latius per Menoch. *tract.de recuper.poss. remed.9.q.50.* & firmat. *tractat.de arb.iud.lib.1. quæst.80.numer.16. & lib.2.cent. 4.cas.342. numer.17.* latius *lib.2.cent.3.cas.376. maxime, à num. 25.cum seq.* videatur tamen Crauet. *de antiq.temp. par.4. versic. 1.numer.113.* mihi, tamen videntur opiniones contrariæ concordari posse, quia aut delictum est commissum tempore veteris legis, & tunc etiam noua superueniente judicari debet secundum illud tempus: aut est commissum delictum secundum tempus nouæ legis, & iuxta illius tenorem sumitur pœna, & hoc est secundum mente Felin.*in cap.fin.coll.5. extra de constit. allegat.cap.dixit sacra 22.quæst.4.* vbi dicitur, quid pœna Criminis ex tempore legis est, *& ibid.* vide super hoc *in octaua fall. coll.14.* vide tamen Felin. aliter conciliantem *in cap.nonnulli coll. mihi 18. de rescript.* quia videlicet plures leges pœnales possunt super eodem facto disponere, nisi appareat de contraria mente vltimo statuentis, allegat *l. qui cum vno §. qui post, in verb. recessum ff. de re milit.* ex Bald. de quo ibidem per eum, latè Bartol. *in rubr. ff.de vi bon. rapt.* & per Ang. Aret. *in §. quadrupli numer.23. Instit.de act.* per Ant.Gomes. *titul.de delict. cap.1.sub numer.39.* Boss.*tit.de off.corrupt.sub numer.9.* vbi pulchre. *Drog.*

Bene verum est] Farinac. *q.119. volum.5. num.30. inspect. 2.* Ros.

Bene verum est] adde, quod istam quæstionem multum diffuse tractauit Menoch. *de recuper.possess. remed.9. quæst.51.* & si extaret statutum, prout extat in multis locis, quod pœna corporali nullus puniatur, nisi lege municipali caueatur, quo modo esset intelligendum, vide Alexand. *consil.75. col.5. vol.3. & consil.135. in vltima colum. vol.1.* & Bald. *in consil.384. vol.5.*

2 Item adde, si vna lege, vel statuto † imponitur pœna mortis homicidæ, & alia lege, vel statuto conceditur Iudici, quod in omnibus causis criminalibus possit suo arbitrio procede-
3 re, & pœnam imponere, non poterit Iudex † pro homicidio pœnam arbitrari, etiamsi statutum speciale præcederet, dummodo à legislatore cognitum fuisse, ita latè Menoch. *de arbitr.iud.quæst.97.* nisi statutum speciale de homicidio præcedat, & generale de arbitrio sequatur cum clausula non obstante aliquo alio statuto in contrarium loquente, quia tunc speciale statutum de pœna homicidij sublatum est, Bald. *in c.1. de rescript.* & Menoch. vbi supra *nu.3.*

Item adde, si † tempore delicti statutum puniret vno modo 4
tempore vero sententiæ superuenisset aliud statutum addens, vel minuens pœnam, an tempus sententiæ, vel delicti attendi debeat, vide per Bartol. *in l.omnes populi, num.50.ff.de iustit. & iure,* & ibi Cacciasup.*num.156.* & Crot.*numer.144.* & Bartol. *in l.1.ff.de pœnitent.*

Item adde, quod in causa † appellationis debet ferri sententia 5
secundum legem, quæ vigebat tempore sententiæ, non secundum eam, quæ post latam sententiam nouiter emanauerit, etiamsi in lege nouiter emanata dictum fuerit, quod protrahatur ad præterita, *authent. vt cum de appellat.cognosc.in princip.* & Iudex appellationis debet seruare legem primi Iudicis. Putr.*decisio.166.lib.3.* Baiard.

l *Cum itaque hac opinio*] adde, quod Burs. *in consil.94 numer.4.* tenuit hanc opinionem esse magis communem, quod pœna statuti tollit pœnam legis, vel juris communis, quantumuis corporalem, etiam quod pœna statuti esset pecuniaria, sed Afflict. *in constit.pacteranorum, numero 28.cum sequent.* fecit regulam affirmatiuam, quod per legem nouam non tollitur pœna legis antiquæ, cum decem limitationibus, attestando etiam firmam esse conclusionem, si pro vno delicto ius canonicum imponit vnam pœnam, & pro eodem delicto ius ciuile aliam, & delictum sit tale, quod sic delinquens ambas pœnas sustinebit: de quo vide supra per D. Clar. *in quæst.57. versic.sed quæro.* Baiar.

m *Solet etiam plerunque*] adde Menoch. *de arbitr. iudic.*
quæst.94. vbi plene tractauit, cuius sit electio pœnæ † an Iu- 6
dicis, vel rei, *& in quæstio.84.* habetur ex duabus pœnis, quam eligere debeat iudex, qui alternatiuè duas pœnas imponere potest, & Felyn. *in cap. inter ceteras de rescrip.* vbi latissimè. *Baiar.*

o *Primus est quando verba legis*] adde infra *quæst.86. versic. sed quæro, ibi, sed vbi statutum non delictum:* Hanc tamen distinctionem vti verbalem tantum in sui proposito impugnat Menoch. *de arbitr. indic. lib.1. quæstione 80. numer.20.* vtroque namque istorum casuum, dirigantur verba siue ad Iudicem, siue ad Reum, non intelligitur statutum derogare opinioni, & voluntati Iudicis punientis, quia vt retulit Alexander ex mente Petri de Anchatano *consil.211.nu.11. volum.2.* non est curandum cum quo quis loquatur, sed in quem intentio dirigitur, & vtique nunquam vidi in facto electionem pœnę dari reo, sed secundum sententiam dispositam exequi: vide tamen latius per eundem Menoch. *dict. tract. quæst.87. lib.1. per totum, & quæst. 94.* ratio, autem conclusionis firmatæ, quod electio sit Iudicis, dixit Felin. *in cap. inter ceteras, colum.mihi 3.ad med.extr.de rescript.* videlicet quia, ex quo pœna est commensuranda delicto, Reus eligendo semper minorem eligeret, nec commensuraret, quod non placet, nam sic placuit alternatiua legislatori, ergo, &c. *Drogh.*

p *Ad Iudicem*] adde, & vide Iacob. Menoch. *de arbitr.iudic. lib.1.q.87.* Giach.

q *Et ratio est*] adde, quod Iudex quando ei est concessa o-
ptio pœnarum, debet sequi mitiorem; Bal. *in l quicunque col.* 7
versicul. scias etiam quod, C.de seruis fugit. & Natt. *consil.254. lib.2.*

Item adde, quod electa † vna pœna non potest Iudex, vel 8
pars ad aliam transire, Socin. *in cap.sicut Iudæis, numer.54. de Iudæis.* Baiard.

r *Secundus est casus*] adde tradita per Menoch. *de arbitr. iudic.q.94.* & alium casum, quod quando verba statuti diriguntur partim ad judicem, & partim ad ipsum reum, quod tunc electio spectat etiam ad reum. Fel. *in d.c. inter ceteras, versic. septima restricti.* Baiar.

ſ *Ad reum*] adde, & vide per Iac. Menoch. *de arb.iud. lib.1. q.94. in 2.cas. per totum,* vbi comprobat, extendit, atque declarat. *Giach.*

t *Prolata*] adde, quod refert, & sequitur Menoch. *d.q.94.n. 9.* Giach.

u *Et hoc casu omnes*] adde, quod Clarus *in qu.66. versic.item quæro.* hic allegata de hoc nihil dicit, sed vide Menoc. *de arbit.*
q.87. vbi idem tenet, scilicet, quod Iudex non possit reo † con- 9
cedere facultatem eligendi, quo genere mortis velit vti, & quod idem sit in pœnis corporis afflictiuis, vel pœnis pecuniariis, quando electio fit iudicis. *Baiard.*

x *Aut altera pœna*] Bonacossa *q.crimin. in verbo electio,* & quæ ibi scripsi. *Ros.*

y *Esse in arbitrio rei*] Sic etiam elegit pœnam, & mortis modum Seneca iubente Nerone; Adde Ias. *in §.pœnales, num.41. & 48. Instit. de action.* & hoc prouenit ex constitutionibus Mediolani,

Ian1, de pœn.lib.4. §.prohibitum est, ibi, quod si id fieret pro causa
Ciuili, vel pecuniaria etiam criminali est pœna trium ictuum
eculei, aut ducentorum aureorum fisco applicandorum supra
qu.60.versic.1.Drog.

2 Sed hic quære] Cartar.de execut.sentent.c.fi.n.289.Ros.

Sed hic quæro] adde infra q.83.vers.quare nunquid.Drog.

10 Sed hic quæro] adde, an requiratur monitio Iudicis, † vt sol-
uat.Aretin. in dicto versic.quasi non soluerit, versic.quid autem si
simpliciter, & quid si tempus non esset præfixum, quanto tem-
pore expectabitur, Bal.in l.quicunque, C.de seru.fugit.& Bart.in
l.seruus quoque, ff.de hæred.instit. vbi dicit, quod conceditur
tempus quatuor mensium à die latæ sententiæ.

Item adde, quod stante tali statuto potest dari fideiussor, &
11 † admittitur procurator. Benedict.de Bat. consil.91.numer.3.in-
ter consil.crim.diuers.tom.1.in fol. & de hoc vide etiam Socin.in
c.veniens n.76.cum sequentib.de accus.vbi late, an tali stante sta-
tuto possit admitti procurator.

Item adde, si post tempus elapsum respub.acceperit pœnam
12 † pecuniariam, intelligitur remisisse personalem, secundum Bal.
in l.quamuis, C.de vsur. & in l.commissoriæ, C.de pact.inter empt.
& vendit. & Roman. in l.1.§.& post operis, ff.de operis nou.nun-
ciation.

Item adde, quod secundum Decian.in consil.12.num.3.versic.
13 non obstat, quod not.Bart.Iudex † non potest post terminum e-
ligere pœnam pecuniariam, sed bene respub.siue fiscus vti cre-
ditores illam eligere possunt.

14 Item adde, quod tale statutum † non vult, quod debeat ma-
nus amputari, nisi in casu, quo soluere non potuerit, id est, quod
non fuerit idoneus ad soluendum, & ita debet intelligi Cæpol.
in consil.52.n.37.

15 Item adde, quod debet expectari tempus † statutum, etiam
quod condemnatus notorie non sit soluendo, quia alius posset
pro eo soluere, l.si quis id quod §.in seruos; ff.de iurisd.omn.iudic.
& ibi Bal.ita tenet, quem sequitur Soc. in c.ad liberandum nu.
123.de Iud.

16 Item adde, si in statuto † diceretur, quod condemnatus pro
homicidio ad pœnam pecuniariam, quam si non soluerit infra
mensem, decapitetur, si non commisit dolose, non debet deca-
pitari, licet non soluat. Paul.de Castr. in l.1.in fine, ff.de legi. &
Cæpo.in authen.sed nouo iure nu.31.C.de ser.fugit.Baiar.

a Successiue quæro] adde hoc bannum quod librarum mil-
le viget in statuto nostro secundo in criminalibus lib.2.ibi, sin
autem reus non comparuerit, sed in contumaciam steterit, tunc po-
natur in banno; & tale bannum apud nos vulgo vocatur, Il ban-
do delle lire mille: Ratio vulgaris dicti est illa, quia si per solutio-
nem libratum mille bannitus potest liberari, vt hic, cum tale bã-
num non sit relegationis, sed instar interlocutoriæ reuocari
potest, vt per Ias. in l.1.§.& post operis sub numer.10. ff.de op.no.
nunc. & aduerte ad id, quod eleganter dixit Fel. in c.ex litteris
coll.9.ver.& per istum text.de constit. quod si interim bannitus
comparet, resoluitur bannum in vim simplicis citationis, sup.q.
44.versic.quæro. Menoch.d.tract.de arbit.iud. lib.2.centur.3.cas.
263.nu.20. elapso tamen termino dierum duodecim, à statu-
to præfixo reus etiam sponte comparens potest torqueri si ta-
mẽ adhuc non fuerit condemnatus, vt dixi supra ad dictam quæ-
stionem 44.versic.quæro quando.per relata à Chart.de execut.sent.
cap.1.nu.452. nec dictus terminus dierum 12.sic limitatus pro-
rogari potest: Chart.vbi sup.nu.427.cum seq.Fel.in c.cum dile-
cta coll.8.in fi.de rescript.ex Bald.vt ibidem.Drog.

b Vbi agitur de imponenda pœna alicuius specialis constitutio-
nis] adde supra q.66.versi.sed quid si ibi, etiam non probata qua-
litate, sup.in §. Assassinium, versic.primo post med. Aym.Crau.pro
genero, responso primo nu.125.aliquando tamen certum est deli-
ctum, sed est incerta delicti qualitas, & tunc maximè probari
debet, vt hic, maxime quando ex illa qualitate augenda esset
pœna; Capic.dec.121.nu.21.ad med. & melius in proposito de-
cisione 155.per totum, vide Dec.consil.267.in princip. Plot.in l.si
quando §.8.sub num.5. Menoch.de arb.iud.lib.2.centur.3.cas.263.
nu.20.Drogh.

Vbi agitur] Vulp.consil.31.nu.1.& consil.32.n.5.Cart.de execut.
sent.c.fi nu.66.Ros.

17 Vbi agitur] adde, quod qualitates † à iure præsumptæ de-
bent probari, statuto superlatiuè, siue comparatiuè loquente: se-
cus si dispositiuè, cum tunc sufficiat qualitates præsumptas alle-
gare sine alia probatione.Paris.consil.14.volum.3. Alc.præsumpt.
3.reg.9.& 10. Boer.decisio.118.in fi. Rot.Bonon. decisio.62.nu.15.
& Magon. decisio.Lucens.27.n.37. sed Bertaz.in consil.50.num.
10.dicit, quod ista distinctio non est communiter recepta, cum
plures aliter teneant, sed circa istam quæstionem, quando quali-
tates requisitæ à statuto sint probandæ, & an clausula, non se a-
stringens, vide Mascar.de probatio.conclus.1248.volum.3. vbi la-
tissimè, & vbi qualitas inest ex natura rei, non est opus eam
deducere.Fel.in cap.examinata nu.6.de iud.

18 Item adde, quod statutum puniens † vtentem falso instru-
mento dolose, licet in accusatione dolus non exprimatur, ta-
metsi petatur, vt condemnetur secundum formam statutorum,
præsumptiuè qualitas statuti videtur expressa, vt ait Crau. in
consil.150.num.3. & Roman.in consil.105.sub num.1. ver.cæterum
secundo, nam clarissimum est, sufficere † libellum præsumptiue 19
concludere, vt ibi per eum.

Item adde, si in inquisitione qualitas non fuerit probata,
† quod fiscus, nec alia persona priuilegiata poterit restitui, si fe- 20
cerit transitum in iudicatum ad probandum dictam qualitatem
vt delinquentes maiori pœna plectentur.Bertazz. in consil.196.
& 197.

Item adde, quod quando qualitas † est probanda, debet pro- 21
bari tam in agendo, quam in excipiendo Plot.in l.si quando nu.
354.& seq.C.vnde vi.fallit, † si in fine accusationis, siue inquisi- 22
tionis fuerit petitum, reum condemnari secundum formam iu-
ris, constitutionum, & statutorum, vt solet fieri: nam videntur
deducta omnia iura, ex quibus reus potest puniri, & sic simplex
delictum etiam sine qualitate.Fel in c.ex parte nu.46.versic.ter-
tia declaratio de rescript.Baiard.

c Vlterius quæro, nunquid iudex] adde, an, & quando pœ-
nam remittere, mutare, vel minuere possit iudex, vide, quæ dixi
supra quæst.69.in princ.& plene per Menoch.de arbitr.iud.quæst.
96.Et econuerso quando ex causa possit leges transcendere, vi-
de per Dec.& per Syl.Aldobran.ad eundem in cap.1.secunda lect.
col.11.versic.3.& vlt.de constitutio.Giach.

Vlterius quæro] Vtrum iudex remittere possit ex causa pœ-
nam ordinariam, latissime per Farin. tit.de pœn.q.17. vol.1.nu.
62.& aliis seq.& quid de principe, ibidem n.69.Ros.

Vlterius quæro] adde, † quod iudex nedum pœnam à lege 23
impositam, seu statuto ex causa augere, vel minuere potest, sed
etiam pœnam per consuetudinem impositam.Marsil.in sing.181.
incip.iudex non debet.& Boer.in decisi.289. & Vasq.controu.illust.
lib.1.cap.14.nu.4. Et hoc procedit, etiam quod lex certam sta-
tuisset pœnam dictionibus appositis precise, omnimodo, & aliis
similibus; licet qui iudicandi munus habet, sit eius conditio-
nis, quod super eo crimine dispensare non possit. Ioan. Andr.
Hostiens.& alij in c.qualiter, il secondo de accus.& ibi Aret.nu.24.
attestatur esse communem, quos refert, & sequitur Plac.epit.
delict.lib.1.c.33.hic allegato, nu.5.

Item † adde, quod Iudex potest minuere pœnam ex causa, 24
non obstante, quod iurasset seruare statuta. Guid.Pap.decisio.
206.& Franc.Marc.in decisio.910.

Item † adde, quod vbi lex, vel statutum punit attentatum, 25
sicut delictum perfectum, tunc iudex si vult, potest mitigare
pœnam, sed non tenetur.Afflict.de spoliat.hem.obit.numer.5.fol.
184.& in decisio.276.nu.8.

Item † adde, quod si pro modica summa imponitur pœna 26
mortis à statuto, Iudex poterit moderare pœnam, secundum
Mars. in sing.128. numer.1. incip Iudex non debet. quem refert,
& sequitur Cassan. in consuet. Burgun. folio 167. versic.quod in
eo dicendum in fine, & Roman. consil.420. & Arno. in dialo-
go 34.

Item † adde, quod Iudex possit reseruare delinquenti in sen- 27
tentia infamiam, & Notario condemnato de falso famam, &
exercitium ex causa, puta, quia erat modicum delictum, & mo-
dici præiudicij, Paul.de Castr.in consil.45.n.9.inter consil.crimin.
diuers.vol.1.quem sequitur Farin.q.17.nu.20.& 21.

Item † adde, quod licet possit mitigare pœnam, non tamen 28
tenetur Fel.in tract.de conatu in fi.& Gagnol.in l.si quis maior.n.
17.C.de transact.Sed Gram.in decisio.23.nu.11.dicit, quod com-
munis opinio est, quod iudex cessante dolo omnino tenetur ex
causa minuere pœnam, & Deci.in l.si fugitiui, col.4.nu.63.C.de
seru.fug.dicit, verum esse, quod Iudex non necessitatur mitigare
pœnam, nisi esset talis causa, per quam delictum minuatur, vt
quia sit minor ætas, vel cesset dolus, quia tunc Iudex tenetur di-
spensare, vt ibi per eum: tamen prima opinio, vt Iudex non pos-
sit cogi, est verior, & receptior, secundum Menoc.de arbit.iud.
casu 319.n.9.& Plac.epit.delict.lib.1.c.12.n.10.& ideo bonum est
habere Iudicem amicum, vt ibi dicit Menoc.& hanc materiam,
quando Iudex possit mutare pœnam, vel minuere, vel remittere:
vide Menoch.de arbitr.iud.q.96.& Farin. variarum quæst nouiter
impressum in q.17.n.10.cum seq.vbi latissimè, & magis diffu-
se quam alibi; & † an teneatur in sententia exprimere causam, vi- 29
de quoque Io.Ant.de Nigris super c.Regni in ca.251.incip.ne quis
de sua malitia, vbi etiam satis plenè habetur de hac materia, &
† quid facere possint in dicto Regno.Baiar. 30

d Sed hæc quidem conclusio] adde † qui dicantur maiores 31
Magistratus, & qui minores, & quæ dicantur causæ cohærentes
delicto, & quæ sint extrinsecæ, vide Ant.Sol.in constit.Sabund.in
tit.de fals.notar.in glos.vlt.num.12.cum sequ. vbi multa accumu-
lauit in materia huius quæstionis.Baiar.

e In maioribus magistratibus] Supra q.4.versic.quando vero,
& ibi dixi, quandoq; etiam minor magistratus de iure ex se pœ-
nam minuere potest, Capic.dec.27.nu.14.distingue, vt ibi, Me-

noch. *d.tract. de arb. iud. lib.1. quast.96. per totum*; sequere tamen consilium Plotti, de quo dixi supra *q.59. vers. & hac quidem in fi* Drogh.

f *Sine sit causa extrinseca*] Extrinsecum quid sit, & quomodo intelligatur, vide Negul. *tract.de pign.2.par.3.membri 5.partis principalis n.12.ad med.* Drog.

g *Debent Principem consulere*] adde Menoch. *tract.de arb. iud. lib.1.q.34.nu.8.supra quast.40.versic.pariter etiam,& versic.pen.ibi,tu dic,& ver. & hac*,vbi dixi,& habetur Exod.c.18.. Deuter.c.1.*de Bello Iud.lib.2.ad fin.* septem vero per singulas ciuitates minorum litium iudices ordinare maiora negotia,causasque capitales ad se referre; supr.*quast.40. versic.sed nunquid*, Drogh.

31 h *Scias etiam, quod hac conclusio*] adde, † quod nec compositionem facere potest post sententiam sine Principis auctoritate, vt per Luc. de Penn. *in l.1.num.30. C.de desertoribus, lib. 12.*& Paul. Grilland *in tract. de relaxat. carcerat. titul.de pœnar. composit.* fiunt enim compositiones lite pendente, & non post sententiam,quia tunc Iudex functus est officio suo,vt ibi dicit Ghil.& idem est, † si fuisse appellatum,& postea appellationi
33 renunciatum,quia non potest mutare sententiam suam. Innoc. *in cap. ex litteris de off. delegat.* nec de consensu partium, vt per Rebuff. *in repet. l.quod iussit in 2.notab. nu.2.fol.130.* & quæ re-
34 quirantur † ad validitatem compositionis, vide etiam nouissime per Far.*q.crimin.in q.5.* vbi latissime.

35 Item adde,† quod Iudex non potest ex causa minuere pœnam post sententiam,etiamsi in sententia pœnam non expressisset:sed tantum condemnasset,puta de adulterio,& tunc non est Iudicis, qui sententiam tulit, pœnam moderare,sed pœna in lege expressa infligetur,licet ante moderare potuisset.Innoc. *in c.qualiter,& quando,n.7.de accusat.*Baiar.

36 i *Caueant tamen Iudices*] adde † videndum Menoch. *de arbitr.iud.quast.96.num.21.*& Rimin.iun.*in consil.145.num.22. & 23.vol.3.*

37 Adde,† quod etiam iudices,qui habent auctoritatem componendi, cauere debent,ne in componendo nimia vtantur liberalitate,quia præsumitur fraus,secundum Bal.*in l.non quam col.15. C.de fideiuss.* quem refert,& sequitur Fabr.de Monteleone,*in praxi arbitrali, par.5.fol.410. num.55.* vbi late, quomodo in Regno Neapol. compositiones fieri possint, & per eundem Fab.*in d.praxi in 2.part.12.quast.* latissime habetur, quæ sint iustæ causæ pro pœna commutanda in compositionem. *Baiard.*

k *Præterea que debet*] adde, quod Iacob.Butri. *in l.2.§.ignominia,ff.de his,qui not.infam.* ponit vnam distinctionem, quem refert Bal. *in l.quod ergo, §.pœna grauior eod.tit. col.5. num.2.lect.*
38 *vers.quæro iuxta prædicta*, vbi concludit, † non esse necesse exprimere causam pro validitate sententiæ,quia in dubio pro sententia præsumitur,& si causa subest etiam quo ad releuandum reum,non est necesse exprimere,quia sufficit apparere ex actis. Verum si postea Iudex impeteretur in syndicatu,quando causa non esset expressa sententia, nec appareret in actis, tunc non præsumeretur pro Iudice,qui mutauit pœnam legalem,& hanc distinctionem sequitur Io. Ant. de Nigr.*in c.221.exercere num. 34.* vbi limitauit pluribus modis hanc regulam,quod ex causa Iudex possit mitigare pœnam. Sed ego non video limitationem,siue regulam magis veram,& tutam,quam quod Iudices, qui non habent latas habenas, superiores consulant, & innouo,quod Fel. *in c.1.sub num.50. de constit.* dicit hanc regulam, quod ex causa liceat transgredi, procedere, vbi superior non potest adiri,& periculum sit mora. *Baiard.*

l *Item scias,quod quando*]adde,† quod in Regn. Neap.con-
39 trarium prouisum fuit *per Regiam Prag.1.incip. Et ne sperata sub tit.de cōpositionib.*qua cauetur,quod in delictis, vbi pœna mortis naturalis,vel mutilationis membri infligenda veniret,si ex causa deberet fieri commutatio pœnæ,quod non possit fieri,nisi ad regias triremes,& parte concordata,& de consilio Proregis, quæ Pragm.non comprehendit baronum officiales,sed Regios tantum, & etiam quo ad Regios officiales rigor dictæ Pragm. de consuetudine non obseruatur,vt per Fab.de Monteleone *in praxi arbitr.par.4. num.45. cum seq.fol.336.* & Io.Ant. de Nigr. *in c. ne peruerso n.8. & in c.exercere volentes n.19.*& Carau.*in ritu 172.n.7.*in quibus locis d. Prag.late declaratur.

40 Item adde,† quod quando non debet imponi pœna ordinaria, sed extraordinaria, nec etiam potest imponi pœna confiscationis bonorum,Bal.*in l.1.C.ne sine iussu Princ.* Baiar.

m *Non omitto etiam*] Cattar.*de execut.sentent.c.fin.num.448. & seq.*Far.*vol 1.q.26.*& clarius *q.17.& 18.*Ros.

n *Vel habeat illam aridam*] *Sup.quast.69. versic.pone*,vbi habetur de ista manu arida, & quomodo tunc procedendum sit, & de hoc vide etiam Plot. *inter consil. criminalia diuers. consil. 109.n.16.* Drogh.

o *Commutari*] adde, † quod si haberet vtramque manum,
41 manus non debeat truncari, sed pœna mitigari, si plures filios haberet infantes,ne illi famæ perirent,& posset relegari,ita tenet Mars.*in singul.602.incip. ex delicto*, & Paris. *in tractat. synd. in verb.pœna, §.quinque*, Baiar.

p *Laurentium Blancum*] Hoc genus gibbosorum, qui torqueri non possunt,commiserat commemorate supra *q.64.ver. subsint legitima indicia.* Drogh.

q *Visi mutari ex hac causa*] Intellige tamen iussu senatus infra *quast.95.versic.sed quid si reus ibi,bene verum est,supra qu.46. versic. sed quid agendum*,at in dictis locis loquitur de commutatione pœnæ,quæ fit ex legis necessitate,in voluntariam credo iudicem mutare non posse nisi iussu senatus, vt hic, vide Capyc. *dec.27.n.4.* Drogh.

r *Admitti ad compositionem*] adde similem compositionem fore in vsu maxime apud quosdam regulos, siue feudatarios, immo sæpe eorum Potestates, & fiscales inscio,vt aiunt,Domino, has compositiones furtim contrahunt,sæpeque faciunt, vt reus renuntiet defensionibus,deque fideiussores de supplicando feudatario; quod aliquando fit super eos, & super filios suos,vt dixi supra *quast.48.versic.quæro nunc in fine*, & hic nota † mulierem publice torqueri non debere:at de compositione 41
infra *q.95.versic.Hac autem.* Drogh.

ſ *Bene verum est*] Catt. vbi sup.n.450.Ros.

t *Antonium Rauarium*] Iste Anton.Rauarius fuit oriundus in inclyta terra Casalis maioris prope Padum,& de eodem Rauario habetur infra *quast.95. versic. sed quid si reus in fin.* & ibi vides pœnam inconsulto senatu commutari non posse; aliam casum commutationis pœnæ supra *qu.81. stat.8.versic.sed quid si delinquens.* Drogh.

QVÆSTIO LXXXVI.

Vnum pro alio puniri non debere.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Vnus pro alio puniri non debet.*
2 *Dominus non tenetur pro delicto famulorum suorum.*
3 *Pariter non tenetur pro filio,neque etiam in legitima.*
4 *Quicquid facit filius occasione patris,vel famulus occasione domini, & eo sciente præsumitur factum de eius voluntate.*
5 *Statutum,quod vnus pro alio puniatur,an valeat.*
6 *Et an valeat statutum, quod dominus teneatur pro familia.*
7 *Et an quod filij, vel nepotes amittant bona propter aliquod delictum parentum.*
8 *Et an quod pater teneatur soluere condemnationem pro filio vsque ad legitimam.*
9 *Et quid si stante hoc statuto filius fuerit in contumaciam condemnatus.*
10 *Et an valeat statutum, quod villa teneatur pro delictis commissis in suo territorio.*

Ex Additionibus.

1 *Alius pro alio quando puniatur.*
2 *Filius quando priuetur feudo propter delictum patris remissiue.*
Condemnatus ex alieno delicto potest recuperari ab eo,ob cuius factum condemnatur.
3 *Statutum, quod vnus pro alio teneatur, an, & quando valeat.*
4 *Dominus præsumitur informatus de qualitate, & conditione famuli.*
5 *Bona fama excusat.*
6 *Delictum commissum ab amico,consanguineo,vel famulo alicuius an præsumatur factum de voluntate ipsius.*
7 *Famulus an præsumatur deliquisse de consensu Domini.*
8 *Et quando obliget suum Dominum.*
9 *Et an exhibendo famulum Dominus liberetur.*
10 *Iuramento damnum passi an,& quando sit standum.*

11 Pater

11 *Pater quando teneatur pro delicto filij, remissiue.*
12 *Delictum factum à filio quando censeatur factum à patre.*
13 *Princeps ex causa potest alicui facere saluam guardiam.*
14 *Statutum, quod vnus teneatur pro alio quomodo sit intelligendum.*
15 *Decreti Mediol. quod Collaterales in crimine læsæ Maiestatis puniantur morte intellectus, remiss.*
16 *Et an statutum prædictum comprehendat minores.*
17 *Et an in materia dicti statuti masculinum concipiat fœmininum.*
18 *Dominus an teneatur, in solidum si plures de sua familia damnum dederint.*
Filij culpa parentum in duodecim casibus puniuntur, remiss. ibid.
19 *Pater in statu Ecclesiastico tenetur soluere legitimam pro filio condemnato, & in contumacia.*
20 *Et quid de iure communi.*
21 *Et quid si filius delinquat extra territorium.*
22 *Et quid si pater esset forensis, & haberet possessiones in loco, vbi filius deliquit.*
23 *Et quid si habet nepotem ex eodem filio delinquente.*
24 *Et quid si patrimonium augeatur.*
25 *Legitima consignata filio in vita patris an augeatur auctis bonis.*
26 *Et quomodo contra patrem sit facienda executio pro legitima.*
27 *Sententia lata contra filium præiudicat patri.*
28 *Pater an possit reuocare confessionem factam à filio de delicto.*
29 *Et an appellatione à sententia lata contra filium,*
30 *Statutum quod Auus soluat condemnationem pro nepote, intelligitur filio non existente.*
Filij appellatione an veniat nepos, ibid.
31 *Et an in legitima computentur bona extra territorium.*
32 *Pœna soluta per patrem pro filio an computetur in partem ipsius filij.*
33 *Legitima an sit computanda tempore solutionis, vel condemnationis, remissiue.*
34 *Pater soluens pro filio habente bona materna, an censeatur de suo soluisse.*
35 *Et quid in statu Ecclesiastico.*
36 *Pater an teneatur pro filio, qui alium filium interfecit. Moren. impugnatur,* ibid.
37 *Legitima cum detrahitur, an computentur filiæ à statuto exclusæ.*
38 *Pater non tenetur pro filio bastardo.*
39 *Item si filius sit soluendo.*
40 *Nec pro filio impubere.*
41 *Et quid de minore 15. annis.*
Farinac. lapsus, ibid.
42 *Pater tenetur soluere pœnam pro filio etiam iniuste condemnato.*

1 a DEbet *a* etiam iudex animaduertere, ne aliquem puniat pro delicto alterius: nam regulariter vnus pro alio puniri non debet.
2 b Hic *b* infertur, quod dominus non tenetur pro delictis famulorum suorum, secundum Bart. *in l. ne quid, num. 1. ff. de incen. rui. naufragio.* Et est commun. opin. vt dicit Curt. Iun. *in l. 1. post nu. 13. C. de ser. fugi.* Non enim debet culpa seruorum, vel quomodocunque subditorum esse nociua dominis suis. Et est commun. opin. vt dicit Curt. Iun. *in d. l. 1. num. 13.* Hoc tamen intellige vt procedat, nisi dominus teneret in domo viros notorie scelestos: nam eo casu vtique teneretur pro eorum delictis: Et ita sentit tota iuris schola, vt dicit Placa *lib. 3. delictorum, cap. 14. num. 1. in fin.* Et *num. 3.* dicit quod hæc est recepta omnium sententia: & ideo quando dominus molestatur pro delicto commisso à famulis suis, *c* bonum est quod probet ipsos fuisse reputatos c communi opinio pro hominibus bonæ vocis, conditionis, & famæ: nam hoc ipsum valde excusaret. *d* Scias d etiam, quod quidquid facit famulus occasione domini, eoque sciente, censetur fecisse de eius voluntate. Et est communis opin. ut dicit Curt. Sen. *consil. 41. numero 10.* secundum quam videtur consuluisse in facti contingentia Gramm. *consil. crim. 8.* Ceterum de iis delictis, quæ famulus facit domino inscio, vel prohibere non valente, dominus non tenetur. Et est commun. opinio. vt dicit Cagnola *in l. culpa caret, post numero 13 ff. de regul. iur.*

Secundo *e* infertur, quod neque etiam pater tenetur e pro filio. Et ideo si filius fuerit condemnatus pro aliquo 3 delicto, non tenebitur pater soluere huiusmodi condemnationem, neque etiam *f* ex legitima debita ipsi filio f post mortem patris. Ita tenuit Gul. *in l. si qua pœna, ff. de iis qui sunt sui vel alie.* quem sequuntur communiter DD. vt dicit Laur. Palat. *de stat. exclu. fœm. in 1. par. principali, post numer. 15.* ita *g* etiam communiter teneri attestatur Imol. *in c. Raynutius, num. 42. de testam.* g Hanc etiam opin. decit esse communem Viuius, qui alios refert *in libro communium opin. fol. 298.* statutum disponens *in 1. limit.* Quinimo pro delicto filij non potest fieri executio in peculio aduentitio ipsiusmet filij, neque etiam in eius proprietate, licet sit tota filij: ita tenuit Bart. *in l. si finita, §. si de vectigalibus, num. 12. & sequen. ff. de damno inf.* quem sequuntur communiter Doctores, vt attestatur Maranta *in suo Spec. fol. 181. nu. 35.* Vide quæ dixi supra *q. 78. vers. sed quid in aduentitiis.*

Scias *h* tamen, quod quidquid facit filius occasione h patris, & eo sciente, præsumitur factum de eius volun- 4 tate: & est communis opin. vt dicit Curt. Sen. *in d. cons. 41. n. 7.* vbi in facti contingentia consuluit, patrem teneri *i* pœna extraordinaria de homicidio commisso per i filium eo præsente, & non prohibente. Vide, quæ dixi infra *q. proxima, vers. dictum est.*

Et *k* hæc quidem omnia de plano procedunt secun 5 dum dispositionem iuris communis. Sed quæro, nun- k quid valet statutum ex causa, quod vnius puniatur pro alio, modo non corporaliter. Et est communis opin. vt dicit Anan. *in c. 2. de delict. puerorum.* Felin. *in c. cognoscentes, num. 2. de constit.* Berous *in d. c. cognoscentes, nu. 8.* Didac. *lib. 2. resolut. c. 8. num. 7.* & dicit Alber. *in 1. parte, statutorum, q. 47. nu. 8.* quod quidquid sit de iure communi, *l* talia statuta fiunt, & seruantur, & tolerabilia sunt, l maxime vbi solummodo imponunt pœnam pecuniariam. Quinimo potest etiam pœnæ infamiæ aliquis pro alterius culpa puniri, vt est exemplum *in l. qui quis, C. ad l. Iul. maiesta.* & est communis opin. vt attestatur Dida. *in d. c. 8. post num. 7.* Quod certe durissimum est: nam apud bonos viros Honor, & vita æquiparantur. *m* Potest tamen tolerari in crimine læsæ Maiestat. propter m eius immanitatem, iuxta ea quæ dixi sup. *hoc eod. lib. §. læsæ Maiestatis.*

Et ex *n* hac conclusione infertur, quod valet statu- n tum, disponens, quod dominus teneatur pro familia 6 delinquente: & ita communiter tenetur, vt dicit Alber. *in parte statutorum quæst. 50.* Intellige quo ad pœnam pecuniariam, non autem quo ad corporalem, vt statim dixi.

Infertur *o* etiam, quod potest lex humana propter o publicam vtilitatem, & ex causa statuere, quod pro- 7 pter parentum culpam filij, vel nepotes, pœna amissionis bonorum, vel alia simili afficiantur. Et est commun. opin. vt ait Didacus *in d. c. 8. post num. 1.* p *versicul.* p *poteris.*

Vale-

8 Valebit *q* igitur proculdubio statutum disponens,
9 quod pater teneatur soluere condemnationem pro filio usque ad legitimam. Et est communis opin. ut attestatur Alexan. *in l. lex Cornelia, numero* 8. *ff. de vulg.* Vbi etiam subdit, quod ita seruatur in practica, quem refert Iason. *in authen. nouissima, numero* 8. *C. de inoffic. testam.* Socin. *in l. cum filiusfamil. num.* 8. *de verb. oblig* Gomes. *in §. actiones, numer.* 24. *Institut. de actionibus.* Didacus in loco preallegato, Marsil. *singul.* 362. *statutum volens, & sing.* 481. *commun. opin.* quem refert Vinius in libro communium versic. statutum disponens.

9 Sed quæro, *r* nunquid hoc statutum habebit locum contra patrem, etiamsi filius super ipso delicto, seu imputatione se non defenderit, *s* sed fuerit in contumaciam condemnatus virtute alterius statuti disponentis, quod contumax habeatur pro confesso, & conuicto. Respond. quod non, sed tantummodo tenetur, quando filius est per veras probationes conuictus. Ita dicit Bart. *in d. l. cum filiusfam. numer.* 4. cum quo transeunt communiter Doctores, ut dicit Ias. *in ea. l. cum filiusfam. num.* 18. Nam ubicunque ex statuto pater obligatur pro delicto filij, vel filius ex delicto patris, ita demum unus pro alio tenetur, si vere constat de delicto, secundum Bart. ibi, qui in hoc approbatur, ut ait Socin. *consil.* 57. *post num.* 10. *lib.* 3. Hoc tamen intellige, ut procedat, quando verba statuti ita sunt concepta, ut appareat statuentes voluisse patrem ex ipso delicto filij teneri, *t* puta, quia dicat, quod ubicunque filius aliquod delictum commiserit, pater teneatur ad soluendum, &c. nam eo casu utique opus est, ut de ipso delicto vero appareat: sed ubi statutum non delictum, sed condemnationem tantummodo respiceret, puta, quia diceret, quod pater teneretur soluere quamcunque condemnationem factam contra filium, eo casu secuta condemnatione, siue contra filium præsentem, siue in eius contumaciam, potest pater cogi ad illam soluendam. Ita distinguit Bartol. *in d. l. cum filiusfam. numero* 3. *u* Et hanc distinctionem dicit esse communem Fel. *in c. cum Bartoldus, numero* 2. *de re iudic.* quem refert Boss. *in tit. de carce. fideiuss. relax. numero* 58. Ceterum si filius compareat, & eius confessione, vel aliis probationibus constet de maleficio, tunc utique pater tenebitur virtute huius statuti, etiamsi in eo iudicio citatus non fuerit. Et est communis opin. ut dicit Alexan. *in d. l. cum filiusfam. in pr. numero* 6. *in fin.* quem refert Ias. ibi *post nu.* 14. *vers.* 1. *conclus.*

Ex hac etiam conclusione infertur, valere statutum, quod villa teneatur pro maleficio commisso in eius territorio de quo dixi supra *quæst.* 82 *statuto* 1.

ADDITIONES

Ad Quæst. LXXXVI.

1 2 **a** Debet etiam Iudex] adde in † hac materia, an vnus pro alio puniri debeat, Soc. *in cap. in quibusdam numer.* 13. *cum seq. de pœn.* vbi plene tam de pœna temporali, quam de æterna, & † an, & quando filius priuetur feudo, vel emphyteusi propter delictum patris, vide omnino Capr. rep. 77. vbi latissime, & ad hanc quæstionem, quando vnus teneatur pro alio, scilicet pater pro delicto filij, & è contra, dominus pro delicto famuli; Communitas pro delicto commisso in eius territorio; Vniuersitas pro delicto commisso per eius Ciues, & generaliter quando valeat statutum, quod vnus teneatur pro delicto alterius, latissime per D. Farinac. *in q.* 24. *per totam*, & per Menoch. *de arbit. iud. casu* 345. *& de præsumpt. lib.* 5. *præsumption.* 27. vide etiam Mascard. *de prob. concl.* 1100. vbi quando gesta à seruo præsumantur gesta consensu domini, & per Afflict. *in constit. pacterenorum num.* 33. habentur duodecim casus, quibus tenetur filius pro delicto patris, & condemnatus ex delicto alterius potest recuperare ab eo, cuius facto condemnatur, Socin. *in l. stipulationum quadam, §. item si in facto, col.* 4. *ff. de verb. oblig.* Baiar.

b *Hinc infertur*] Farin. *q.* 24. *vol.* 1. *num.* 156. & ante *num.* 48. *cum aliis seq.* & generaliter valet statutum, quod vnus pro altero puniatur ex causa, etiam via proclamationum Capyc. *decisio.* 12. Suar. *sent. com. in verbo, famulus.* Farin. vbi sup. *consil.* 134. *cap.* 2. *n.* 88. *& seq.* Ros.

Hinc infertur] Fallit, si ex facto serui dominus commodum sensit: vt est communis sententia, secundum Menoch. *consi.* 53. *n.* 15. Drogh.

Hinc infertur] adde † Alciat. viden *in tract. de præsumpt. in reg.* 3 3
præsumpt. 40. *num.* 3. *cum seq.* Felyn. *in c. Petrus de homicidio*, & Duen. *reg.* 303. & † ibi habetur, quod dominus præsumitur in- 4
formatus de qualitate, & conditione famuli. *Baiard.*

c *Bonum est*] adde, † quod idem tenet, Bald. *in consil.* 222. 5
vol. 2. Castr. *in l. videamus, ff. locati*, & Lauren. Tenni. *in tractat. cautel. caut.* 72. vbi late. *Baiard.*

d *Scias etiam*] adde, † quod quando delictum committi- 6
tur ab amico, vel consanguineo, vel famulo in fauorem alterius, an præsumatur fieri de voluntate illius, de cuius fauore agitur, Abb. *in c. constitutus num.* 3. & late Felyn. *in c. Petrus de homicid.* & † famulus non præsumitur deliquisse de consensu domini *cap.* 7
quia prælatus 1. *q.* 4. Alc. *de præsumpt. præsumpt.* 40. vbi ad hanc conclusionem quinque limitationes adducit, & quando † deli- 8
ctum familiæ, serui, officialis, & similium obliget dominum, potestatem, & Capitaneum, aut officialem, latissime habetur per Bero. *in c.* 1. *de rest. spoliat. numer.* 41. *cum seq.* & ibi etiam habetur, an exercentes, officium † siue publicum, siue priuatum 9
officiales, & familiares suos exhibere teneantur, & exhibendo liberentur, & an delictum in officio publico, siue priuato commissum præsumatur factum ab his, quorum opera dominus vititur, an vero ab aliis, & an † de rebus commissis stetur iuramento 10
damnum passi. *Baiard.*

e *Secundo infertur, quod neque pater*] Etiamsi filius fuerit per contumaciam condemnatus, pater non tenetur soluere vsque ad legitimam ex statuto, vt per Moron. *tract. de fide, treg. & pac. q.* 83. *numer.* 1. Limita tamen, vt ibi per eum *numer.* 4. *& seq.* Baiard.

Secundo infertur] adde, † quod ista regula, quod pater non 11
tenetur pro filio, habet sex fallentias, secundum Afflict. *in constit. Regni. in constit. incip. pacterenorum n.* 35. *cum seq.* & an Dominus pro seruo, & famulo per statutum teneatur, habetur per Tolos. *in decisi.* 195. Tiraq. *de pœn. caus.* 51. *n.* 58. in quibus casibus in damno dato, pater, dominus, & vniuersitas non teneantur, Plot. *in l. si quando n.* 876. 877. 819. 856. Baiard.

f *Ex legitima*] Neque etiam in hæreditate secuta morte ei delata, Bald. *consil.* 257. *lib.* 2. vbi Rouescalla Farin. *tit. de delict. vol.* 1. *q.* 24. *n.* 2. *& plur. seq* Ros.

g *Ita etiam communiter teneri*] Contrarium seruatum fuit contra quondam nobilem Gabrielem Zurlaum homicidio commisso per quondam D. Gasparem eius filium, in personam quondam D. Francisci de Ferrariis, & Aquila Prætore, sub Illustriss. & Excellentiss. Domino Sfortia Pallauicino tunc dominante; vide Bart. *in l.* 1. *§. si impubere, ff. de collat. bon.* Ias. *in §. Actiones num.* 91. *Inst. de act.* At forte illud euenit ex aliquo statuto, de quo dixi infra *hac eademque vers. & hac quidem*; & hic adde, quod existente nepote ex filio fiscus non detrahit legitimam, sed reseruantur nepoti late per Surd. *decisio.* 134. Drogh.

h *Scias tamen*] Natta *consil.* 499. *n.* 30. Vulpell. *consil.* 60. *n.* 3. Farin. *d. q.* 134. *c.* 3. *n.* 107.

Scias tamen, quod quicquid] adde, † quod regulariter de de- 12
licto filij aduersus patrem de mandato non infertur, nisi alias de mandato, vel delicti ratihabitione constiterit, vt per Scriben. *in l. si quis mihi bona §. sed si mandauerit, ff. de acq. hered.* Ruin. latissime *in consil.* 6. *vol.* 1. & licet Alex. *in consil.* 69. *nu.* 4. *vol.* 2. dicat delictum à filio factum, in concernentibus causam patris, à patre factum censeri, illud tamen procedit in delicto successiuo patre non reclamante, non autem in momentaneo, ita declarat Vulpell. *in consil.* 60. *n.* 5. Baiard.

i *Pœna extraordinaria de homicidio,*] *Supra q.* 17. *versic. fin. & q.* 83. *in prin.* vbi de pœnis extraordinariis: & quidem patre præsente, & non prohibente; infra *quæst.* 87. *versi. dictum est*, ibi consuluit Curr. Sen. Blanc. *de q. nu.* 313. qui si condemnetur, vt hic, magis dicitur mulcta, quam pœna, dixi infra *ad qu.* 95. *vers. Hec autem omnia*; contrarium tamen iis, quæ dixit Clar. hic, & *d. q.* 87. *versi. dictum est.* cum Cagnola, & Cur. Sen. ab eo allegatis, tenuit indistincte Felinus *in cap. cum omnes col.* 15. *ad fi. extr. de constit.* allegat Abb. *in cap. constitutis, & cap. cum causa, de testib.* qui quidem dixit ibi *n.* 3. illic *n.* 18. Drogh.

k *Et hac quidem*] adde † Osasc. *in decisio.* 88. vbi tractat de 13
huiusmodi statuto, & tenet, † quod Princeps ex causa potest fa- 14
cere saluam guardiam ad fauorem alicuius, & quomodo huiusmodi statutum, quod vnus teneatur pro alio, sit intelligendum, vide Plot. *in repet. l. si quando, §.* 53. *n.* 10. Item adde, quod Princeps hoc facere potest in statutis totius Ciuitatis, non autem in statutis vnius Collegij, vt declarat Bald. *in l. receptitia col. fi. vers. quæro nunquid, C. de constit. pecun.* & idem in statutis decurionum dicit Alber. de Rosat. *in l. de quibus, numer.* 59. *ff. de legi.* & præ-

dicit Alber. de Rosat. *in l. de quibus num. 59. ff. de legi.* & prædicta tenuit etiam Gabriel. *concl. lib. 3. tit. de iure quæsito non tollen. concl. 2. n. 20.*

15 Item † quod decretum Ducis Mediolani disponit, quod collaterales pro crimine læsæ Maiestatis pœna mortis puniri debeant, quod decretum declarat Dec. *consil. 64.*

Item adde quod statuta, quod vnus teneatur pro alio, non extendantur ad casus, qui alias comprehenderentur sub expresso. Decian. *consil. 25. n. 19 vol. 2.* & ibi loquitur in materia huius statuti, quando quis pro alio teneatur, quod statutum sic disponens, vt quis pro alio pœna corporali, non valeret. Viui. *opin. 771. num. 14.*

16 Item † adde, quod similia statuta, quod vnus teneatur pro alio, non comprehendunt minores, nec in dictis statutis masculinum

17 concipit femininum, † vt per Natt. *in cons. 542. n. 10. vol. 3.* Baiar.

l *Talia statuta sunt*] Statutum ergo valet; quod vnus teneatur, pro altero in pœna non corporali, quod procedit etiam in legitima assignanda pro filio delinquente. Aym. Crau. *tractat. de antiquit. tempor. p. 4. versic. 1. n. 157. ad finem infra hac eadem q. versic. valebit*, quid autem in pœna corporali? fortasse non valeret, prout etiam non valeret pactum, de quo sup. *qu. 46. vers. sed nunquid*; quod tamen limita, vt per Fel. *in c. cognoscentes post pr. extr. de constit.* nisi esset consuetudo, quod quis pro alio puniretur: In hac enim fortior videtur consuetudo, quam statutum: quod tamen nō firmo, nam statutum, & consuetudo in hac pariter ambulant; vulgat. Iuribus; alegante Roman. *singulari* 30. Tu scis, vide ibidem, quia nec ipse firmat; & quod valeat statutum, de quo hic dicitur, vide Ias. *in §. Actiones num. 79.* & ibi Apostilla *in littera A, Institut. de Act.* sed an tali casu, quo Pater tenetur pro filio, citari debeat ad condemnationem fiendam; Ias. *remissiue in dicto §. Actiones n. 89.* Andr. Alciat. *tract. de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 22. num. 2.* Boer. *super consuet. Bitur. tit. des costum. prædialis, §. 7. fol. mihi 121.* & in quantum hic dicitur, quod Pater tenetur pro filio ad statutum nostrū Pallauicinum in criminalibus *lib. 2. Rub. 73. tit. De pœna facientis, vel dantis damnum*: Alciat. *d. tract. reg. 3 præsumpt. 40.* qui bene, & vtiliter loquitur, consideranda tamen sunt verba statuti, & eorum conceptio, vt per Char. nouissime *in suo tract. de exequut. sent. num. 298.* & ideo stantibus supra dictis declaratur statutū Riparoli *in crimin. Rub. 259.* quo disponitur, patrem familias, & Dominum teneri pro famula, & multo magis declarari debet consuetudo, quod in condemnatione capitali filij familias, fiat etiā confiscatio eius legitimæ, reseruato vsufructu patri durante eius vita, vt tale statutum, & consuetudo locū non habeant, cum famulus, vel filius in contumaciam damnantur, & quamuis dici soleat, quod ipsa contumacia sit delictum, vt diffuse hanc quæstionem tangit Ant. de Bonghis *inter cons. cum diuers. cons. 67. par. 2.* tamen responderi potest, quod delictum non consideratur respectu legitimæ, quæ non debetur in bonis paternis cessante statuto, nec etiam respectu pœnæ pro damnis soluendæ, sed consideratur respectu tantum personæ banniti, & condemnati spreta contumacia, & ideo patre, vel domino non citato ante condemnationem contra famulum, vel filium fiendam, vtique non valebit condemnatio respectu ipsorum, vide infra *hac eadem q. versic. sed quæro nunquid.* Vide Cuchum *tract. de legit. tit. an legitima augeatur n. 13. fol. 71.* Drog.

m *Potest tamen*] adde videndum Afflict. *in constit. pasterenorum num. 37.* vbi ponit rationem, quare in hoc crimine læsæ Maiestatis, & hæresis pro patre filius punitur. *Baiard.*

n *Et ex hac conclusione*] Fat. vbi *supra num. 91. & seq. ac* 101 Rof.

18 *Et ex hac conclusione*] adde, † si de damno dato, vel iniuria illata à pluribus de familia vnius domini agatur ad vindictam publicam, id est ad pœnam criminalem fisco applicandam, quod dominus tenetur pro quolibet in solidum, & non pro vno delicto, idest pro vno delinquente, ita tenent communiter doct. vt per Alexan. *in l. si familia num. 5. versic. extra glu. quæro ff. de iurisd. omn. iud.* & ibi habetur etiam, an idem sit in furto, si agatur ad publicam vindictam. *Baiard.*

o *Infertur etiam*] adde, quod in duodecim casibus filij puniuntur ob culpam parentum, quos enumerauit Afflict. *in constit. pasterenorum num. 33.* ad quem me remitto, & hæc sunt intelligenda de filio in potestate, & non emancipato ante patris delictum, vt ibi per eum *n. 41.* Baiar.

p *Versic. poterit*] Farin. vbi sup. *n. 25. & 158.* Rof.

q *Valebit igitur*] Et num in legitima computabit bona extra territorium posita. Vulp. *consil. 114. vsque 121.* vbi multa ad legitimam, & an porrigatur ad bona extra territorium latius Fat. vbi sup. *Rof.*

r *Sed quæro*] adde, † quod in statu Ecclesiastico adest con-

19 stitutio Marchiæ *in lib. 4. cap. 18.* qua pater tenetur soluere legitimam pro filio condemnato, si de delicto constiterit non tamen in contumaciam, sed postea fuit prouisum per Pium IV. Pont. Max. in motu propio appellationum *fol. 870. in Bullar. nouiter impresso*, quod pater teneatur soluere legitimam pro filio, etiam quod sit condemnatus in contumaciam, & etiam non obstante consuetudine in contrarium existente.

Item † adde, quod pater teneretur ad soluendum legitimam, 20 si appareret Iudicem motum fuisse ad condemnandum filium per veras probationes, quas de delicto habebat, non autem propter contumaciam, vt est glos. *in l. 2. in verb. absens C. de contrar. iud. tute.* & ibi Bal. *& in c. 1. circa fin. si de feudo vasall. ab alien.* & Natt. *in consil. 540. num. 19.* & Ioseph. Ludo. *commun. concl. 3. ampl. 3.* & etiam si condemnatus in contumaciam sententiæ contra eum latæ scientiam habuerit, & non appellauerit: tunc enim in præsentem, & in confessum lata censetur, & nocet omnibus, Ioseph. Lud. *in d. concl. 3. ampl. 5.* Gramm. *decisio. 24. in fi.* & Menoch. *in consil. 100. n. 14. & 15. vol. 1.*

Item † adde, quod si filius extra territorium delinquat, pater 21 non tenetur. Bal. *in l. 1. colum. 3. ne fil. pro patr.* Socin. *in l. Modestinus, ff. de except.* Iason. *in §. actiones numer. 85. Institut. de action.* Decian. *consil. 359.* & Socin. *consil. 271. numer. 8. & sequen. volum. 2.* & Viui. *commun. opin. in verb. statutum disponens*, quod patet, *nu. 7. opin. 771.* vbi ad dictum statutum posuit multas limitationes.

Item † adde, quod si pater esset forensis, & alibi habitaret, 22 sed haberet in loco delicti facti per filium possessiones, & domus, quod eo casu non posset cogi, secundum Bal. *in l. si qua pœna, ff. de his qui sunt sui, vel alien. iur.* quod delictum pro valde notab. refert D. Catald. *in tract. suo de syndic. in quæst. 140. versic. a l de, quod stante statuto*, vbi dicit, quod ipse ita consuluit apud Maceratam, & idem Bal. *in l. si qua pœna.* † tenet, quod pater 23 non tenetur soluere legitimam pro filio, si habet nepotem ex eodem filio delinquente, quem refert, & sequitur Ruin. *consil. 8. num. 6. vol. 5.* Barbat. *consil. 40. vol. 3.* & Nori. *consil. 95.* vbi plene *& decisio. Perusina 11. nu. 17.* fallit in crimine læsæ maiestatis, in quo, etiam quod pater habeat nepotem, tenetur soluere legitimam, secundum Bal. *cons. 14. vol. 4.* Gig. *de crimin. læsæ Maiest. lib. 2. rubr. vlt. q. 15.*

Et quid † si bona fuerunt aucta post commissum delictum, 24 sed ante condemnationem, an ex illis detrahatur legitima, Albert. *in l. facturus, ff. de origin. iur.* & Bal. *in l. si plures §. lex cornelia, ff. de vulg. & pupill.* Ias. *in auth. nouissima, C. de inoff. testa.* & Chassan. *in catal. glo. mund. par. 6. consid. 26.* vbi habetur, quod pater tenetur habito respectu ad patrimonium tempore delicti. & † si legitima fuerit assignata filio in vita, augetur, si creuerint 25 patris facultates ante eius mortem ex veriori sententia, secundum Mazzol. *in consil. 29. num. 64.* & hoc vide etiam Michael. Crass. *in tract. de success. §. legitima q. 13.* Et † an executio debeat 26 fieri contra patrem facta condemnatione, an vero sit agendum contra eum conditione ex lege, & de nouo probandum maleficium, vide Bal. *super statut. in verbis parentes versic. statuto caueatur, quod filius*, & Bart. *in l. cum probatio, ff. de probat. & in l. condemnationem, ff. ad Syllanian. & in l. cum filiusfamilias col. 2 ff. de verb. obligat. & in q. suis, q. 3.* & Gomes. *de delictis cap. 1. num. 90. vers. 4.* infertur, vbi dicit, † quod sententia lata contra filium 27 nocet, & præiudicat patri non vocato nec citato, & de communi atestatur. Et quid si filius confiteretur delictum, † an pater 28 possit reuocare confessionem, & probare contrarium, vide per eundem Bal. *in d. verb parentes, vers. statutum est, quod pater*, & gloss. magn. *ibi, & forte in l. 11. ff. si ex noxal. caus. agat.* Et an hoc statutum habeat locum in nepote filii, vide Bal. & Salyc. *in l. si filium tuum. C. ad Macedon.* Et quod tempus inspiciatur, an tempus delicti, vel solutionis in computando legitimam, Bal. *in l. filium ff. de iudic.* & † an pater possit appellare à sententia lata contra fi- 29 lium, Bal. *in l. fin. § necessitatem, C. de bonis quæ lib.* Et stante † sta- 30 tuto, quod auus soluat pœnam pro nepote, intelligitur filio non existente in medio, Ruin. *cons. 8. num. 6. vol. 5.* vbi etiam habetur, quod appellatione filij nepos in hac materia non continentur, & vide sup. *n. 23.*

Item † adde, quod stante tali statuto, in legitima debent 31 computari bona, quæ pater habet extra territorium secundum Vulpel. *consil. 54.*

Item † adde, quod pœna soluta per patrē pro delicto filij cō- 32 putatur in partem ipsius filij, si exacte soluerit, puta per statutum, vel quod pro eo fideiussetir, aliter non computetur, quia videtur soluta causa pietatis, Bartol. *in l. stichus ff. de pecul. legat.* & Viui. *opin. 771. numer. 15. volum. 1.* nec potest repeti, licet pater in testamento declarasset, velle, quod solutum ex dicta causa computetur in legitima filij, quia pater debuit ab initio tempore solutionis protestari, quod soluebat animo compensandi, & repetendi, ita Ruin. *in consil. 149. nu. 13. volum. 3.* & † an le- 33 gitima sit æstimanda tempore condemnationis, vel tempore solutionis. Duenn. *regul. 356. ampl. 2.* ad doctrinam Bar. *in l. sicut, ff. de pecul. leg.* Rip. *in l. in quartam nu. 185. ad l. falcid.* vbi pulchram facit distinctionem, & pulchriorem tradit Frumagiol. *in*

Delictum quomodo constare possit esse factum nomine alterius, remiss.

23 *Ratificatio delicti de equitate canonica non debet puniri pœna ordinaria.*

24 *Ratificatio adulterij, & stupri an possit puniri sicut ratificatio homicidij.*

25 *Ratificationis materia vbi tractetur.*

1 a PRæcipuè verò debet judex aduertere in sententia condemnationis ferenda, non modo quis sit titulus delicti commissi, sed etiam quæ sit illa qualitas, de qua delinquentes imputantur: sæpissimè enim contingit, quod in eodem crimine multi interueniunt, qui tamen omnes diuersis pœnis sunt puniendi. Potest autem quis imputari, aut quod delictum ipsum propriis manibus commiserit, aut quod sciens, ac particeps fuerit, aut quod de delicto faciendo tractauerit, aut consilium, seu mandatum dederit, aut auxilium præstiterit, aut maleficio astiterit, aut illud postea ratum habuerit. Aliter etiam punitur delinquens, qui maleficium tantummodo attentauit, aliter maleficio in consummato: de quibus omnibus quia super eis quotidie in practica disputari contingit, breuiter videamus.

b Et b inprimis quæro, nunquid ex sola scientia delicti committendi quis puniatur. Respond. quod regulariter sola scientia non est punibilis, & in hoc non est difficultas, præsertim in eo, qui non habet facultatem prohibendi. Et ita tenent Doctor. vbique & attestatur Carauita *super 4. ritu magna curia, numer. 2.* Communis enim est Doctorum sententia, quod non tenetur quis obuiare delicto etiam clamando, vel reuelando, vt dixi *infra vers. delictum est.*

c Punctus c est tantum in crimine læsæ Majestat. nam
2 Bart. *in l. vtrum. ff. de parricid.* tenuit, quod sciens tractatum proditionis contra principem, vel contra patriam, & illum non reuelans, debet puniri pœna mortis: Et ita teneri communi consensu Doct. attestatur Placa *lib. delictorum, cap. 22. nu. 17.* Hanc etiam opinionem communem appellat Menchiaca *controuers. illust. cap. 16. num. 1.* Et hanc opinionem in pract. obseruari affirmat Ang. *de malef. in verbo, Et hai tradito la tua patria, n. 10. & in 9. publicè circa fin. versic. & singulariter, Inst. de publ. iud.* quem refert Mars. *sing. 164. nemo debet*, & Capic. *decis. 130. num. 65. & decis. 55. num. 18.* & Socc. Iunior *consil. 105. num. 43. lib. 3.* & Carauita *super d. ritu 4. post n. 4.* & Taeg. *in pract. crim. cap. 5. nu. 9.* Idem dicit Felin. *in cap. 1. post num. 4. de offic. deleg.* quem refert Cotta *in verbo, scientia sola.* Et secundum hanc opinionem se iudicasse in facti contingentia refert Aug. ad Ang. *de malef. in loco prealleg.* & fecisse decapitari quendam potentem dominum, qui suo principi tractatum contra eum committendum non reuelauit. Ita etiam seruatum fuisse Mediolani attestatur Boss. *in titulo de crimine læsæ maiestatis, num. 6. & seq.* Multi tamen tenuerunt contra Bartol. scilicet quòd imò sciens talem tractatum, & non reuelans, non sit puniendus pœna mortis. Et hanc opinionem dicit esse communem Cagnol. *in d. l. culpa caret, num. 21.* Alciat. *in l. facere. ff. de verbo sign. & in l. bona fides, num. 20. ff. depos. & in l. 4. §. Cato, num. 20. ff. de verb. oblig.* quem refert Gigas *de crimine læsæ maiestatis, fol. 180. num 10.* Rob. *consil. 88. numer. 10. lib. 3.* Quinimò Carer. *in pract. crim. fol. 253. numer. 20* dicit, quod ceteri omnes sequuntur opiniones contra Bart. Et exclamat d Bald. *in quodam cons.* d quòd anima Bart. propter illud dictum cruciatur in inferno: Et deplorat memoriam domini Donati de Barbadotis, qui propter solam scientiam fuit decapitatus. Et illum refert Igneus *in l. fideicommissum num. 34. & post nu. 47. ff. ad Sylla.* & Placa. *lib. 1. delictorum, cap. 28. nu. 30.* & Restaurus *de Imperatore, quæst. 118. numer. 6.* & Rol. *consilio 68. numer. 35. lib. 2.* Breuiter licet opin. Bart. prima facie videatur una parte multum rigorosa, tamen ex alia habet in se magnam æquitatem. Quomodo enim poterit princeps de subditis suis confidere, nisi pro certo teneat, quod cum sciuerint aliquem contra ejus vitam, aut statum moliri, id statim ipsi sint notificaturi? Certè e nemo negabit, e quod si famuli scirent aliquos decreuisse de nocte ingredi domum, & dominum suum trucidare, idque ei non notificarent, dicerentur rei ejus mortis, argumen. text. *in l. 1. §. occisorum, ibi, quid ergo si dominus, ff. ad Sylla.* Cur ergo non idem dicendum est etiam in subdito versus principem, tanto magis cum in hoc etiam versetur publica utilitas: nam ex vita, & salute principis, & ejus status quiete dependet salus, & quies populorum ei subditorum. f Teneo ergo cum Bartol. in duobus ca- f sibus prædictis, scilicet in tractatu, qui fiat contra personam principis, vel contra ejus statum: in aliis autem casibus, etiamsi sint comprehensi in capite læsæ Maiestatis, non putarem esse puniendum pœna mortis subditum non reuelantem, sed alia pœna extra ordinem arbitrio ipsius principis. Consulo etiam principibus, ut in hujusmodi casibus, potius humanitate, quam seueritate utantur, & ex quacunque justa, vel probabili causa illos excusent à pœna mortis.

Dictum g est, quod ex sola scientia delicti quis non 3 punitur: Quæro nunc, an ille, qui potuit prohibere, ne g delictum committeretur, & non prohibuit, sit puniendus. Respond. quod de jure ciuili nemo tenetur obuiare delicto, nec malefactorem indicare. Et est communis opinio, vt dicit Gratus *consilio 1. post numerum 47. lib. 1.* Caret. *in pract. crim. fol. 252. num. 19. & fol. 379. num. 63.* Prout illum refert Placa *lib. 1. delictorum, c. 28. num. 29* Bolen. *in rep. l. capitalium, § famosos, num. 91. ff. de pœnis.* Didacus *sub regula, peccatum, folio 109. in fin.* Practic. Iodoc. *cap. 80. numer. 6.* Berous *in capit. 1. numero 48. de offic. deleg.* Nouel. *in tractat. ad defensam, fol. 105. num. 99. & seq.* Et ideo dicimus, quod tenetur quis alium insultatum defendere, neque prohibere, quin offendatur, etiam quod licitè id facere posset, ita dicit Glos. *in d. l. culpa caret, in gl. 1. ff. de reg. iuris*, quam dicit passim esse ab omnibus receptam Placa *lib. 1. delictorum cap. 22. post num. 17.* Hanc etiam dicit communem opinionem Claud. *in repe. l. vt vim, n. 168. ff. de iust. & iure.* Bertrand. *consil. 207. num. 8 lib. 8.* Et quod quis h non h teneatur obuiare delicto, neque alium, etiam si possit, defendere, i etiam clamando, vel reuelando, dicit esse i communem opinionem Dec. *in d. l culpa caret, nu. 4. & seq.* Cagnol. *in ea. l. culpa caret, num. 10.* De jure autem canonico, gl. *in d. l. culpa caret*, tenuit, quod quis tenetur obuiare delicto. Et hanc dicit esse communem sententiam canonistarum Placa *in d. c. 18. post numerum 31.* Sed certè Dec. *in d. cap. 1. num. 8. de offic. deleg.* dicit, quod in contrarium est communis opinio modernorum, quem refert Berous *in d. c. 1. post num. 75.* & Pract. Conradi *fol. 333. num. 1.* k Et hanc opinionem quod etiam de iure k canonico nemo teneatur obuiare delicto, dicit tenere communiter Doctores, Ias. *in d. l. vt vim, n. 31.* quem refert Aposti. ad Dec. *in d. culpa caret, sub nu. 11.* & Viuius *in lib. com m inian op. in verbo, Defendere offensum.* l Dicit tamen Cagn. *in loco prealleg.* quod quando aliquis l commodè, & sine suo periculo potest prohibere, & non prohibet, tenetur; & quod hæc conclusio videtur per Doct. communiter isto casu approbata, secundum quam in facti contingentia consuluit Curt. Sen. *consil. 41* m contra patrem, præsentem homicidio patrato per m filium, qui potuit prohibere, & non prohibuit, de quo mentionem feci *supra qu. prox. vers. Secundo infertur.* n n Quod tamen ego non credo verum: Imò Doctores,

Iul. Clar. Sentent. Pract. Crimin.

Eeee

expresse dicunt totum contrarium: propterea non puto recedendum esse à communi opi. quod scilicet nunquam quis puniatur ex eo, quod delictum non prohi-
o buerit, etiam si prohibere potuerit, *o* excepto tamen casu læsæ majestatis de quo supra dictum est *vers. pun-*
p *ctus est.* *p* Ceterum in Gallia seruatur, quod si in conspectu multorum, qui rixantes prohibere potuerunt, ne se offenderent, homicidium commissum fuerit, teneantur omnes obtinere à principe litteras, quas vocant innocentiæ: alias præsumuntur esse in culpa. Et hoc ita ordinatum esse in communi totius Galliæ praxi attestatur Igneus *in l. 1. § seruis appellatione, num. 136. ff. ad Sylla.* quæ
q pract. mihi non displicet, & ubi viget, seruanda est. *q* Sed præsupposita pro vera contraria opin. quod scilicet quis teneatur prohibere, & defendere, &c. nunquid si
r quis non fecerit, tenebitur in *r* foro conscientiæ ad emendationem damni: Resp. quod non: & hæc est communis theologorum resolutio, ut dicit Io. Medina *de restit.* & idem attestatur Didacus *in dict. regula, peccatum, fol. 111. in principio.*

4 Hæc autem omnia, quæ de scientia, & de eo, qui prohibere potuit, neque prohibuit, dicta sunt, intellige ut procedant, quando sciens delictum committendum, illi non consensit. Sed quid si ille consentiat? Respond. Aut est tantummodo simplex consensus: & non punitur; Aut verò quis consentit delicto per viam auctoritatis, & defensionis; & tunc plus puniri debet, quam ipse delinquens, ita dicit gloss. *in clem. 1. in verbo, Defensionis, de pœnis,* & est communis conclusio, ut ait Bolenc. *in repet. l. capitalium, § famosis, n. 114 ff. de pœnis.* Et potest poni exemplum in prælato, qui dissimulet aliquem concionatorem in sua diœcesi falsa dogmata prædicantem: Item in domino ciuitatis, aut villæ, qui non persequatur latrones spoliantes, & occidentes eos, qui transeunt per suum territorium. Quod tamen intellige, ut procedat in similibus grauioribus delictis: ceterum in aliis minoribus criminibus, non majori, sed tantum pari pœna punitur. Et ita intelligunt communiter omnes, ut dicit Pract. Conradi, *folio 332. num. 8.* Illud autem, quod dici solet, quod Agentes & consentientes sunt pari pœna puniendi, intelligendum est, quando consensum, & auxilium præstiterunt ex proposito ad committendum maleficium. Et ita dicunt omnes, ut attestatur Mantua *cons. 151. num. 24. lib. 1.*

5 s Quæro, *s* nunquid ex eo solo, quod quis delictum iam commissum ratificauerit, debeat puniri. Respond. Aliqui dicunt simpliciter, quod sic: & hanc opin. attestatur esse communem Bal. *in l. obseruare, § proficisci, nu. 9. de offic. procons.* licet ipse validis rationibus videatur in contrariam sententiam inclinare: & illum refert August. ad Angel. *de malef. in verb. Et Sempronium, num. 36.* Tu verò distinguendo dic, quod quædam sint delicta, quæ solent committi principaliter propter libidinem ipsius delinquentis, ut est adulterium, stuprum, & hujusmodi: Et in talibus delictis non habet locum ratihabitio, & in specie in adulterio, quod non possit ratum haberi, tenuit gl. *in l. prima, § detecisse, in verbo, Mandato, ff. de vi & vi armata.* Et ita communi consensu receptum esse ait Placa *libro 1. delictorum cap. 18. post*
t *num. 1.* *t* Quædam autem sunt delicta, quæ principaliter committi solent ad offensam, & injuriam alterius, ut est homicidium, & talia delicta possunt rata haberi per alium. Et hæc sententia est frequentius a Doctoribus recepta, vt dicit Placa *in loco præalleg. num. 2. in fin.* Sed certè si appareret adulterium commissum fuisse non propter libidinem adulterantis, sed propter injuriam mariti ad alterius instantiam, vtique dici posset gestum nomine illius, & consequenter posset ratum haberi. Scias autem quod ad hoc, vt ratificatio delicti obliget ad pœnam, duo requiruntur: Primum, quod delictum fuerit commissum nomine meo; *u* Secundum, u quod ego sciens illud commissum fuisse meo nomine illud tanquam meo nomine factum ratificans, ita dicit gloss. *in d. § detecisse, in verbo, Ratum habuero:* *x* & est x communis sententia, ut attestatur Aretin. *consilio 165. post numer. 3. versic. circa primum.* Et quod requiratur delictum fuisse nomine meo commissum, tenuit gloss. *in clem. 1. in princip. in verbo, Rata de pœn.* quam sequuntur communiter Doctores, ut dicit collegium Florent. *inter consilia Cur. Sen. consil. 21. post numerum 6.* Bene *y* verum y est, quod in dubio ex eo, quod quis ratum habet aliquod delictum, censetur illud ratum habere, ut nomine suo gestum. Et ita dicunt Doctores, ut ait Salyc. *in l. non ideo minus post numer. 31. C. de accus.* Et sic opus est, quod ratum habens probet, quod non fuerit gestum nomine suo: quod nota.

ADDITIONES

Ad Quæst. LXXXVI.

PRaecipuè vero] Farinac. *d. quæst. 24. num. 197. & aliis sequentibus vsque ad fi.* Ros. a

b *Et in primis, quæro, nunquid ex sola scientia*] Hic no. conscius criminis, quando illud detegere debeat, & qua plectatur pœna, si non detegit explanatum plene per Iacob. Menoc. *de arbitr. iud. consil. 355.* Giach.

In primis quæro] adde † videndum Menoc. *de arbitr. iud. casu 355.* vbi latè, quando conscius criminis illud detegere debeat, & qua pœna sit puniendus, si non detegit.

Item † adde, quod filius, vel descendens delictum committendum contra parentes, vel è contra sciens, & non reuelans, & non prohibens, si potest, tenetur, ac si verè ipse fecisset. *l. vtrum, ff. ad l. Pomp. de parrici.* & est communis opin. de qua Gomes. *de delict. cap. 3. nu. 4.* & qua pœna puniendus sit ille, qui parricidij scientiam habuit, & non propalauit, vide etiam Bero. *in c. 1. nu. 71. cum seq. de offi. deleg.* 2

Item † adde, quod frater, vel alius consanguineus vsque ad quartum gradum ex sola scientia non tenetur pœna ordinaria, sed pœna exilij, vel alia simili extraordinaria, *l. 2. ff. eod. tit.* & Gomes. *de delict. loco supra allegato,* vbi similiter attestatur de communi, & ratio est, quia sciens, & tacens, videtur consentire, per tex. *in cap. sicut dignum, de homic.* & Foller. *in pract. crim. in verb. pœnis debitis, num. 69.* 3

Item † adde, quod si quis in confessione dixerit sacerdoti, quod vult committere homicidium in personam talis, & quod non potest resistere huic tentationi, sacerdos poterit, ne sequatur delictum, manifestare illi, non tamen nominando, nec propalando personam, *c. hoc videtur 30. dist.* & Gigas *in tractat. de crimine læsæ Maiestatis, tit. qui accus. poss. quæst. 18.* vbi dicit esse communem opinionem canonistarum, sed vide etiam Anton. Gabriel. *com. concl. lib. 7. conclus. vltima numero 10.* & Viui. *comm. opin. in ver. confessio,* nec sacerdos cogi potest à Papa ad reuelandum confessionem secundum August. ad Ang. *in verb. che hai tradita la tua patria, num. 18.* & Bero. *quæst. 12. numero 2.* & quod delictum committendum reuelari possit, & quando habetur etiam per Menoch. *de præsumpt. quæst. 83. numero 17. lib. 1.* 4

Item † adde, quod vxor sciens futurum homicidium in persona mariti, & non reuelans, tenetur eadem pœna, qua interfector. Boet *decisio. 262. nu. 9.* 5

Item † adde, an tractatum maleficij committendi aperiens teneatur nominare personam, vide Fran. Mar. *in dec. 773. par. 2.* 6

Item † adde, quod statutum, siue edictum contra scientes, & non reuelantes, non habet locum, quando scientes non possint probare. Cephal. *in consil. 642. nu. 38.* 7

Item † adde è conuerso, quod officiales tenentur in secreto secreta Curiæ tenere, & si reuelauerint, puniuntur attenta natura causæ, & criminis, videlicet pœna capitis, *l. omne delictum, §. exploratus, ff. de re milit.* quandoque pœna exilij, *l. placet in fin. C. de sacrosan. eccles.* 8

Item † adde, quod Antiani non possunt reuelare secreta vniuersitatis, aliàs priuantur officio, ita tenet Bald. *in titul. de pac. tenen. in verb. in nomine Christi, & in quibus mo. feud. amit.* & secreta dicuntur ea, quæ vulgus ignorat. Bald. *in versi. credentiam de pace constan.* Barat. 9

c *Punctus est*] Farinac. *tit. de indiciis volum. 2. q. 51. numer. 65. & sequentibus.* Ros.

Punctus est tamen] adde, † quod vxor sciens maritum suum velle committere crimen læsæ Maiestatis non tenetur reuelare, seu denunciare, sed debet illum in quantum potest dissuadere & retra- 10

retrahere, ne illud crimen perpetret. And. de Isern. *in constitut. regn. in constit. pœnam in tit. de uxoribus forindicatorum*, quem refert, & sequitur Gigas *in tractatu de crimine læsæ Maiestatis lib. 2. quæst. 5. tit. qui accusar. poss.* Et ad hoc vide etiam *decisio. Pedemon. 80.* ubi concludit, quod pater sit condemnandus arbitrio Principis, citra tamen mortem: caueant nihilominus parentes, quia ego dubito, quod pœnam mortis non euitarent; sed
11 † contrarium est in parte, & in filio, nam quilibet eorum tenetur denuntiare. Gigas *eod. lib. & tit. quæst. 9.* & vide, quæ posui *supra ad §. læsæ Maiestatis, in verbo, quadragesimo committitur.* & de matre habetur *in dec. pedemon. 80.* & qui pœna punienda. *Bart.*

d *Quod anima Bartoli,*] Et ita credas de aliis has leges profitentibus, quas doctrinas hominum, Dæmonumque sectantium appellat Diuus Augustinus *de Ciuitate Dei lib. 14. cap. 9.* si etiam de Dialectica, quæ ab ingenio diabolico profecta semper contra verum nititur, falsoque verum gaudet vincere, dixit ibidem *in additionibus.* Ludouicus viues *ex mente Platonis in Phedro:* Adde infra *quæst. 90. versi. 1. post med. ibi, quod opinio Bart. sup. quæst. 38. vers. Tu scis.* Addit. ad Dyn. in regula, non est sine culpa; & ibi allegat infinitos, *littera D, de reg. iur. in 6.* At cur ita crudelis fuerit in decidendo Bartolus, dixi, *ad dictam quæstionem 38. vers. Tu scis;* & de Philosophia dixit Apost. *ad Colos. Car.* videte ne quis vos decipiat per philosophiam & inanem fallaciam: Vide tamen Feliu. *cap. Canonum statuta coll. 11. in principio.* Drog.

e *Certè nemo negabit*] Hoc argumentum à simili modo, & quoniam procedat dixi *sup. quæst. 85. vers. Præterea;* Non tamen isto casu argumentum de iure procedere videtur, quia quoniam
11 statutum † est fundatum in sola voluntate, prout est hæc lex, seu statutum rigorosum, vt quis ex sola scientia teneatur, tunc non est procedendum de similibus ad similia, Dec. *in l. quidem contra rationem, num. 2. ff. de reg. iur.* Item cum sit odiosum, non procedit, vt extendatur similitudo; Boer. *in addit. ad Dyn.* Regula *in argumentum littera A, nu. 3. de reg. iur. in 6.* Drog.

f *Teneo ergo*] Farin. vbi sup. *n. 72. & seq.* Rof.

Teneo ergo cum Bart.] Vide Capyc. *decisio. 130. nu. 66. cum seq.* Distinctio tamen Alciati *in l. 4. §. Caio, 4. notab. ff. de verbor. oblig.* quam refert, & sequitur Menoch. *de arbitr. iud. lib. 2. cent. 4. cas. 355.* non est tenenda, nam ita periculum incurrit reuelans in secreto proditionem Principis, quam etiam accusans; quia accusatione tamē, nec etiam in aliis criminalibus tuto, vel nunquam vtimur, *supra quæst. 3. versiculo sequenti;* ego autem intelligerem magis conscium Criminis tunc teneri, vt hic, quando est conscius, & sic procedat opinio Bartoli, alios vero Doctores loqui in casu diuerso, videlicet quando quis scit tractatum ab extra, vt quia ab aliis audierit, vel coniectutando (vt in vulgus accidit) fama exierit, ita Menoc. *de arbit. iud. cent. 4. cas. 355. nu. 14.* Nec est dicendum talem conscium, vt participem principaliter teneri: Tunc enim non sumus in casu scientię simplicis, de qua loquitur Clar. hic argumento *l. omne delictum, §. qui propositum, ibi, si resistere non potuerit ff. de re milit.* vide Capyc. *decisione 155. numero 10.* vide tamen Hieronymum Pauli Barchin. *in sua practica cancellaria, folio 296.* Cottam *in suis memorabilibus in verb. scientia sola,* & vide Menoch. *de adipisc. poss. remed. 3. sub nu. 43. ad fi.* Drogh.

g *Dictum est*] Bald. *consil. 382. num. 17. lib. 5.* Farin. *d. qu. 51. & pluribus sequent.* Rof.

12 *Dictum est*] adde videndum † Bero. *in cap. 1. de rest. spol. nu. 55. cum seq.* vbi latè de huiusmodi quęstione, an sciens, & non reuelans teneatur de iure ciuili, vel canonico, vel in foro conscientiæ. *Baiard.*

h *Non tenentur*] adde Io. Igneum, *in l. 1. §. serui, numer. 131. & seq. ff. ad Syllan.* Apostillat. ad Dec. *in c. 1. de offic. deleg.* Albert. *in l. metum, §. sed licet, ff. quod met. caus.* Fel. *in d. cap. 1. versi. concludo ergo,* & Abb. *ibi, versic. aduerto,* Ias. *in l. vt vim, ff. de iustit. & iur.* Angel. Aret. *in §. iuris præcepta. Instit. de iustit. & iur.* Sunt tamen casus traditi per Bart. & alios *in d. l. vt vim,* in quibus quis tenetur obuiare delicto. Vtcunque tamen quis defenderet extraneum, & eum defendendo occideret alium, non veniret puniendus secundum Ias. *in l. vt vim versic. sed pulchrum dubium:* vbi dicit hanc esse comm. opi. *Guiot.*

i *Etiam clamando*] Farin. vbi sup. *num. 7.* Rof.

k *Et hanc opinionem*] Farinac. vbi supra, *numero 9. 10. 11.* Rof.

l *Dicit tamen Cagnol.*] Infra *quæst. 90. versic. Nunquid ad fin.* & cum Cagnolo tenuit etia: Felin. *in cap. 1. coll. mihi 2. ibi tempora dummodo possit, extr. de off. deleg.* Drogh.

m *Contra patrem*] Far. vbi supra *n. 40* Rof.

n *Quod tamen*] Far. vbi supra, *n. 26.* Rof.

13 o *Excepto tamen*] adde, quod etiam Officiali insultato Cives præsentes auxilium præstare tenentur, alias pœna arbitraria puniri possunt, secundum Capyc. *in decisio. 149.*

14 Item † adde, quod falsam monetam cudi qui prohibere potest, & non prohibet, falsi pœna tenetur. Luc. de Pen. *in l. vnica nu. 45. C. de publ. latit. vel consol. lib. 12.* Baiar.

p *Ceterum in Gallia*] Far. *d. q. 51. nu. 69. & seq.* & vide *n. .. & 4.* vbi regulam negatiuam constituit. *Rof.*

q *Sed præsupposita pro vera*] adde, † quod Gomes. *in tit. de li.. in cap. 2. nu. 9. versic. 5.* limita, & intellige, dicit, quod in foro conscientiæ videns, vel sciens delictum esse committendum contra alium, si non prohibuit, cum possit, tenetur, & peccat mortaliter. *Baiar.*

r *In foro conscientia*] Far. vbi sup. *n. 25.* Rof.

s *Quæro nunquid*] Natt. *consil. 499. n. 5.* Decian. *in tract. crim. lib. 4. c. 17 num. 13.* Farin. *q. 135. par. 2. nu. 79. & ante numero 43. ac ibi sparsim,* Rof.

t *Quædam autem sunt delicta*] *Supra quæstione 21. versiculo, Dictum socij ibi, aut vero agitur de delicto quæstione 47. versiculo, sed quid si vnus.* vbi loquitur in proposito Adulterij, si committatur odio, vel amore Marf. *Rubr. de fideiuss. num. 48. & num. 152. cum seq.* Ad in hoc proposito, quid iudicandum sit, habetur melius Etic. *lib. 5. c. 9.* Nam inquit, si coeat quis cum muliere sciens cum qua, sed non per electionis principium, sed propter animi perturbationem, iniuriam quidem facit, sed non est iniustus, & de ratificatione maleficij ab ignorante prius facta vide pulchre. Etic. *lib. 3. cap. 3. & 4. & 8.* Dec. & ibi *in addit. litera B, in l. semper, qui non prohibet, num. 8. ff. de reg. iur.* vbi mandans aliquem occidi, qui iam occisus sit, non tenetur. Nota etiam, quod ratificatio delicti, ut appareat per Instrumentum, probat modo, *quo supra q. 54. versic. primo,* vide, quæ dixi supra *ad q. 40. versiculo sus quandoque,* Menoch. *responso in causa Ferrariensi 2. nu. 34.* Drogh.

u *Secundum quod ego*] adde, † quod quis censetur, delictum 16
ratificare ex eo, quod commodum ad eum immediatè ex tali delicto peruenit, vt post Bartol. *in l. aut facta, §. fin. ff. de pœn.* Paul. de Castr. *in consil. 423. col. 3. lib. 1.* Aret. *consil. 193 col. 6.* Afflict. *decisio. nu. 6.* Ctau *consil. 261.* & Marf ard. *de probatio. conclus. 1255. nu. 10. vol. 3.* & † an possit ratificari factum, & non qualitas, Bal. *in l. obseruare, § post hac, num. 3. de offic. proconsul.* 17

Item adde, quod ratificatio fit non solum expresse, sed etiam 19
tacite, Gramm. *consil. 13. nu. 2.* Farin. *quæst. 24. nu. 141.* & ibi quomodo, & † quando vniuersitas dicatur ratificare delictum tacitè, & *decisio. Pedemon. 138.* & Natt. *consil. 493. n. 13.* vbi dicit, quod ratificatio delicti non valet facta per magnum festum. 20

Item adde, quod quis ratificare illud, quod non nomine suo 21
gestum fuerit, ratificatione extraordinaria, ita Putpur. *in l. si enim fernum nu. 11 ff. si cert. petatur, & decisio. Pedemont. 138. nu. 8.* & ibi *nu. 17.* habetur, † quod ita ratificans non tenetur in foro fori, secus in foro poli, sed forsan posset dici, quod aliquali pœna esset puniendus ob malum exemplum, argumento, *l. si quis aliquid §. qui abortionis, ff. de pœnis,* cum delectetur, quod crimen eius nomine commissum fuerit, licet non sit verum, & velit se facere delinquentem, vt in simili de eo, † qui se iactando extraiudicialiter fatetur aliquod delictum fecisse, quod non fecit, nam 22
de tali iactatione, & gloriatione, debet puniri pœna arbitraria, vt per Marf. *in l. de minore nu. 32. ff. de quæst.* & Menoch. *de arbitr. iudic. casu 331.* & delictum quomodo constare possit fuisse factum nomine alterius, Natt. *consil. 493. num. 4.*

Item adde, † quod ratificatio delicti commissi de æquitate 23
non debet puniri pœna ordinaria, sed extraordinaria, secundum Couarr. *in Clem. si furiosus, par. 1. §. 1. num. 5.* & ibi ipse etiam tenet, † quod idem operatur ratificatio in crimine adulterij, stupri, & similium, quod in homicidio, & aliis delictis, si ad iniuriam inferendam, & non ad satisfaciendum libidini committeretur, † & in hac materia ratificationis vide omnino Carer. 24
in practic. crim. §. circa num. 295. vbi ponit multas fallentias. *Baiard.*

x *Et est communis sententia*] Farinac. *d. quæstio 135. par. 2. nu. 85.* Rof.

y *Bene verum est*] Farin. vbi supra *num. 94.* Rof.

QVÆSTIO LXXXVIII.

An aliquis sit puniendus ex consilio ad delinquendum alteri dato.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Consilium dans alicui, vt delinquat, qua pœna sit puniendus.*

2 *Exhortans aliquem ad delinquendum qua pœna puniri debeat.*

Ex Additionibus.

1 *Consulens delictum quando puniatur.*
Et quomodo remiss. n. eod.
2 *Uxor consulens amasio, vt maritum interficeret, an punienda sit vt homicida.*
3 *Consulens delictum tenetur, nedum si is, qui consuluit, offendit, sed etiam quando ipse, vel alius offensus fuit.*
4 *Consulens delictum quid debeat facere, antequam crimen sequatur, vt euitet pœnam.*
Consulens debet probare, quod delinquens etiam sine suo consilio deliquisset, ibidem.
5 *Consilium in dubio præsumitur bonum.*
6 *Consulens non potest condemnari, si principalis fuerit absolutus.*
7 *Consilium, instigatio, instructio, quomodo differant.*
8 *Persuasio quid.*
9 *Quando quis teneatur ex consilio.*
10 *Verba consulentis in dubio ad bonum interpretantur.*
11 *Iudex non potest arbitrium suum extendere vsque ad mortem.*

1 a QVæro, nunquid ille, qui consilium dedit alicui ut delinqueret, debeat puniri eadem pœna, qua ipse principalis delinquens. Respond. Aut ille, cui consilium dedit, non erat alias delictum ipsum commissurus, & tunc consulens pari pœna cum delinquente punitur: Aut vero ille nihilominus erat patraturus delictum, & eo casu consulens non est pari pœna cum delinquente puniendus, sed mitiori. b Et hæc est communis opinio, ut dicunt scribentes *in cap. 1. de offic. deleg.* & in specie Imola, *num. 9.* & Fel. *num. 8.* & Dec. *nu. 9.* prout illum refert Hipp. Rim. *inter consi. criminalia diuersorum, cons. 105. nu. 43. lib. 1.* Berbe. *in Viatorio Iuris in rub. de homic. col. 6. vers. superest videre.* Felin. *in cap. sicut dignum, n. 7. de hom.* Dec. *in l. consilij, n. 4. ff. de reg. iur.* quem refert Practic. Conradi *fol. 331. post numerum 1.* Cagnol. *in d. l. consilij, n. 6.* Carer. *in pract. crimin. fol. 343. num. 163.* Berous *in d. c. 1. num. 85.* ubi dicit, quod hæc est communis opin. Legist. & Canonist. Dida. in repet. clem. si furiosus, *fol. 291. col. 2. in fin. & in repe. cap. peccatum fol. 291.* Bolen. *in repet. l. capitalium, §. famosos, num. 94. & seq. ff. de pœn.* Duennas *reg. 146.* Placa, *libro 1. delict. cap. 17. num. 1. & 7. & in fin.* Boer. *decis. 262. post nu. 2.* Boss. *in tit. de mand. ad homic. nu. 59.* Theg. *in pract. crim. cap. 11. num. 7.*

2 c Hoc autem, quod dictum est in consulente, locum habet etiam in exhortante: nam exhortans aliquem, vt committat delictum, tenetur & ipse, si ille alias non fuisset commissurus: si vero fuisset alias commissurus, non tenetur. Et ita tenent communiter DD. vt dicit Alberic. *in l. ob hæc verba, in fin. ff. de his, qui no. infa.* d Senatus tamen solet hiuiusmodi exhortatores, seu persuasores delictorum prius torquere super mandato, & vbi negent mandatum dedisse, illos punire extra ordinem. Et ita seruatum fuit in quadam Ambrosina Monina, quæ persuaserat adultero, vt virum suum interficeret, nam prius torta super mandato, cum nihil fassa fuisset, iussa fuit fustigari, 30. Ianu. 1548. P. N.

ADDITIONES

Ad Quæst. LXXXVIII.

a QVæro nunquid ille] adde, quod pro malo consilio etiam tenetur Doctor, omissa infra scripta distinctione, vt est supra *quest. 55. versic. Quomodo autem ad med. ibi, & propter hoc*, Menoch. *de arbitr. iud. lib. 2. cent. 2. cas. 351. num. 18.* Drogh.

Quæro nunquid ille] adde, † quod consulens in atrocioribus delictis indistincte pari pœna puniatur, *c. felicis, de pœn. in 6. & l. 1. eod. tit.* Bal. *in l. 1. C. de seru. fugit.* & Deci. *in l. consilij, de reg. iur.* Sed Fely. *in c. 1 num. 8. de off. deleg. & in c. sicut dignum, de homic.* & Couar. in *Clem. 1. par. 2. §. 2. num. 1. versic. quamobrem de homic.* tenet contrarium, videlicet, quod Iudicis arbitrio puniatur, quos refert, & sequitur Menoch. *de arbit. iud. cas. 311. num. 14.* vbi declarat Dec. *in d. l. consilij*, & alios idem tenentes, & quę requirantur ad hoc, vt consilium sit punibile, & quibus pœnis puniantur consulentes, Menoch. *in d. casu 351.* vbi plene, & † de vxore consulente amasio, vt maritum interficeret, si eum interfecit, an debeat sicut homicidia eadem puniri pœna, Boer. *in decisio. 262. per totam.* 1 2

Item † adde, quod nedum consulens tenetur, quando ille, qui consuluit, offendit, sed etiam quando ipse fuit offensus, vel alius, ita Boer. *in d. decisio. 262. nu. 6.* 3

Item † adde, quod volens euitare pœnam mali consilij nondum adimpleri, non solum tenetur reuocare consilium, & dissuadere, ne id fiat, sed etiam notificare ei, contra quem dirigitur, vt caueat, dum tamen persona non nominetur, & euitentur scandala, secundum Bald. *in l. mandatum in fine vir. sed hic incidenter C. mand.* sed secus est in mandante, quia sufficit, quod mandatario notificet ante mandatum executum, quod non exequatur, ita tradit Boer. *in d. decisio. 262. num. 11. & 12.* 4

Item adde, quod in dubio præsumitur, quod principalis motus sit ex consilio, sine quo non fuisset patraturus delictum, & ideo si consulens vult se excusare, opus est, vt ex coniecturis probet malum animum principali, & quod etiam absq; consilio fuisset facturus, vt not. Bald. *in l. 1. col. 4. C. de seru. fugit.* Fel. *in c. sicut dignum, num. 12. de homicid.* & Alex. *consil. 103. num. 7. vol. 1.* Theg. *part. 11. nu. 27. & seq. & ibi nu. 27. & 30.* † dicit, quod in dubio interpretandum est, quod bonum sit consilium, & consulens non teneatur, & quando præsumatur, quod aliàs erat facturus, Iacob. de S. Geor. *in l. 1. C. de seru. fugit. n. 5.* 5

Item † adde, quod consulens non potest condemnari, si principalis fuit absolutus, Innoc. *in c. sicut dignum, de homicid.* multaq; alia vide per Theg. *in d. par. 11.* 6

Item † adde, quod inter se differunt consilium, instigatio, & instructio, vt per Bart. *in l. non solum, §. si mandato, ff. de iniur.* 7

Item † adde, quod de persuasione, & consilio pulchrè discutitur per Rimin. iunior. *in cons. 310. vol. 3.* Baiard. 8

Quæro, nunquid ille, qui consilium dedit] adde, quot modis, & qualiter dicatur præstari consiliũ, & aliqua de concernentibus consilium. Item de excessibus consilij, & de pœna cõsulentis in maleficio, de omnibus plene videt per Carer. *in pract. crim. pag. 33. cum pluribus sequentibus.* Adde fusius consilium malum delinquenti præbens, qua pœna puniatur, cum suis requisitis, & extensionibus, atq; declarationibus, vt per Menoc. *de arbitr. iud. lib. 2. centur. 4. cas. 351.* vide per Angel. de Aret. *§. fraudem, n. 7. de Inst. quib. ex cau. manumi.* non licet, vbi etiam dicit, quod ad hoc, vt quis teneatur ex consilio, † opus est, vt articuletur, quod Titius dictum maleficium sine dicto consilio non commisisset. Item nota, quod consulens maleficium ei, qui alias illud facturus erat, de maleficio in totum nõ tenetur, sed mitius punitur, nisi in delictis atrocioribus, veluti, lęsę maiest. venationis, proditionis, & similium. Ita per Matt. *in lib. comm. opi. diuers. fol. mihi 343. versic. consuetudo.* Sed quando præsumatur, quod erat alias facturus, vide per Iacobi. de S. Georg. *in l. 1. C. de ser. fug. post nu. 5.* Item quomodo cognoscatur, quod mandatarius erat alias facturus, vide per eundem Iacob. *in l. 1. ff. de eo, per quẽ fact. erit, nu. 10.* Item consulens delictum committi tenetur, si delinquens non est soluendo, per Ias. *in l. ex hoc edicto, n. 2. ff. de eo, per quem fact. erit.* Item vi. per Dec. *in c. quia quæsitum, de off. deleg.* Et adde, quod in dubio verba † consulentis semper ad bonum interpretari debent, vt consulens non teneatur per Dec. *suo consil. 189. colum. 2. n. mihi 5.* Item consilium an, & quando obliget, vi. per Ang. de Aretin. *in §. 2. Inst. de mandat.* Giach. 9 10

Quæro nunquid ille] Consilium, & auxilium dare, & mandatum dare, quomodo differant, Farin. *q. 129. par. 1. vol. 5. & par. 2. vbi n. 26.* ponit hæc nomina persuasio, instigatio, hortatio, incitatio, & instructio confundi; fautores autem, conscij, complices, & consortes, qui sint ibi *nu. 41. 44. & seq.* & in hac re videas Bald. *consil. 382. lib. 5.* Et ostendens vtilitatem dicitur etiam consulere, Cæpol. *consil. 27. n. 4. in criminalib.* Carp. *in c. homicida, n. 1409.* Menoch. *casu 351.* Farin. *d. q. 129. p. 2. nu. 23. & seq. par. 3. nu. 107. & seqq.* [illegible]

b *Mitiori*] [illegible] Roch. Cur. *in repe. c. fi. de consuet. versic. contra tamen*, vbi dicit hoc singulare pro amico liberando à pœna mortis. Ex quo infertur, quod iudex † non poterit arbitrium suum extendere vsque ad mortem & sic limitatur gl. *in c. summa Instit. de iniur.* 11

c *Hoc autem*] [illegible] *in tract. crimin. to. 2. lib. 9 cap. ult. & c. 31. num. 5.* Farin. *d. q. 129. part. 2. nu. 26.* vbi de tractantibus & participibus

cipibus & respectu torturæ hanc opinionem ibidem,*nu.69.& 70.* reprobat. *Ros.*

d *Huiusmodi exhortationis.*) Adde tamen, quod hortari ad maleficium est quid diuersum à mandato; pro quo vide *Men. tract. de arb. iur. centu.4. cas.251. sub num.19.* Drogh.

QVÆSTIO LXXXIX.

An aliquis sit puniendus ex mandato.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Mandans fieri delictum, an puniatur eadem pœna qua principalis delinquens.*

2 *Statutum puniens committentem delictum, an habeat locum in eo, qui mandauit illud committi.*

3 *Mandans committi homicidium, tenetur de homicidio propter mandatum, non autem ex mandato.*

4 *Mandans an debeat puniri in loco dati mandati, vel in loco patrati delicti.*

5 *Mandans vulnerari, si sequatur mors, an teneatur de homicidio.*

6 *Si dominus dat famulo,* Vade, & non reuertaris, donec sententiam nouum de tali, &c. *an præsumatur mandatum, si famulus illum occiderit.*

7 *Si dominus post acceptam iniuriam loquatur alicui ad aurem si ille postea iniuriantem interfecerit, an præsumatur mandatum.*

Ex Additionibus.

1 *Mandans an puniatur eadem pœna qua mandatarius, remissiue.*

2 *Mandans quando pœna extraordinaria sit puniendus, remissiue.*

3 *Mandatum quibus verbis inducatur, consilium, inflammatio, & instigatio, remissiue.*

4 *Consulens, vel persuadens, aut inflammans ad sui ipsius commodum an dicatur mandare, & teneatur pœna statuti, remissiue.*

5 *Mandati verba sunt probanda.*

Capite, vel humeris annuere importat consensum.

6 *Mandans alicui, vt homicidium faceret, si ille alteri mandauit, omnes tenentur eadem pœna.*

7 *Mandans in grauibus delictis ex simplici mandato, nullo effectu secuto extraordinarie punitur, etiam, quod ad aliquem actum deuentum non fuerit.*

Et quod mandatarius non acceptauerit.

8 *Bal.* in l.non ideo minus, C.de accus. *declaratur.*

9 *Attentatio qualibet, sine actus, qui tendit ad delinquendum, est punibilis, dummodo non sit in leuibus delictis.*

10 *Attendans corrumpere iudicem punitur, etiam quod Iudex non consenserit.*

11 *Mandatarius, qui non acceptauit mandatum, facit indicium ad torturam contra mandantem, concurrente aliqua præsumptione.*

12 *Consuetudo generalis, quod non punitur effectus, nisi secuto effectu intelligitur quoad pœnam ordinariam, & non extraordinariam.*

Delictum attentatum, & perfectum, an & quando æquè puniantur, remiss.

13 *Mandatarius ex sola mandati susceptione si delictum est atrox, punitur, etiam quod mandatum non habuerit effectum, quia sibi reuocatum fuit.*

14 *Mandatarius, qui mandatum susceperit, quibus excusari possit, remissiue.*

Mandans fieri homicidiū an capite puniatur ex statuto imponente pœna mortis pro homicidio, vbi aliud statutum prohibeat corporaliter puniri nisi iure municipali caueatur, remiss.

Statutum puniens delinquentem pœna odiosa, & exorbitante, comprehendit etiam mandantem fieri delictum.

*14 *Mandans, & mandatarius in quo differant.*

*15 *Nuntius portans litteras ad aliquem occidendum quando de homicidio teneatur.*

15 *Mandans an teneatur, si mandatarius excesserit fines mand. ti.*

16 *Et quid si excesserit præsente, & absente mandante, & non contradicente.*

17 *Mandans vulnerari quando non teneatur morte secuta, remissiue.*

Et quid si expresse mandasset, ne interficeret, ibid.

18 *Et quid si mandauerit mulierem rapi, & in raptu fuerit interfecta.*

19 *Offensus cum baculo, si fratrem rogauit, vt suam iniuriam vlcisceretur, qui postea offensorem interficit an de homicidio teneatur.*

20 *Et quid de domino dicente prædicta verba famulo suo, qui fuerat verberatus.*

21 *Mandatū de occidendo an probetur per illa verba,* dà dà al traditore. *secuto homicidio. Rim. iun. taxatur,* ibi.

22 *Et quid si dixerit alicui,* Io stò di mala voglia perche correi che il tale mi fosse leuato dinanzi à gli occhi, & fosse morto, *& post paucos dies fuit interfectus ab eo, cui dicta verba fuerunt dicta.*

Et quid si post homicidium eidem dedisset pecuniam, vt aufugeret, ibid.

23 *Bart.* in l.si quis, §.sed si mandauerit, ff.de acquir. hær. *declaratur.*

24 *Iudex dicens nuncio virtute officij,* dagli, *an censeatur mandasse de occidendo, remissiue.*

25 *Mandatum an præsumatur, si consanguinei alicuius offensi ad illius præsentiam offendentem vulnerauerint.*

26 *Mandatum homicidij quomodo probetur.*

Et an ex eo quod quis capite annuerit ad malefactorem, ibid.

28 *Et an per allocutionem ad aures.*

SVccessiue quæro, nunquid mandans a fieri delictum 1 debeat puniri eadem pœna, qua punitur ille, qui a maleficium propriis manibus committit. Resp. In hoc articulo magna fuit aliquando controuersia inter scribentes: nam aliqui dixerunt, quod aut mandatarius erat alias facturus delictum, & eo casu mandans non tenetur: aut vero non erat alias facturus, & tenetur. Sed certè hæc distinctio communiter reprobatur, vt dicit Ias. *in l.1. post num.22. C.de ser. fug.* nam quando mandatum cadit in delictum, non est adhibenda distinctio, an mandatarius esset facturus, vel non, vt dicit gl approbata *in l.1.§.persuadere, in glo magna, ff.de seruo corrup.* & est communis regula, vt ait Gomez. *in §.pœnales, post n.10. Inst. de actionibus.* Et ideo Bart. *in l.non solum, §. si mandato, numer. ff de iniur.* tenuit indistinctè, quod mandans puniatur eadem pœna, qua puniendus est mandatarius ipse, qui delictum commisit. Et illa doctrina Bart. est communiter approbata, ut dicit Curt. Iun. *cons.137. nu.5.* Cotta *in verbo, Mandans homicidium.* Hanc etiam opinionem dicit esse communem Gand. *de malef in tit. de transac. & in tit. de pœnis* prout illum refert Pract. Carer. *fol.331. post nu.123. vers. sequitur etiam, & quinto,* Ias. *in l.si quis mihi bona, §.sed quid si mandauit, n.16 ff. de acq. hæred. & in d.l.1.n.21. C.de ser. fug.* quem refert Pract. Carer *fol.310. n.75.* & Dida. *in repet. clem. si furiosus fol.291 vers. hac vero distinctio:* & Practica Conradi *fol.316. nu. 1. b* Et hæc opin. tenenda est tanquam verior, & magis communis, quam etiam vidi seruari in quodam Augustino Marentino, qui mandauerat filio b

ſ30, vt vxorem ſuam interficeret, prout ille interfecit, & fuit patri mandanti caput amputatum, 3. Aprilis, 1558 P N.

2 Sed c quæro, nunquid ſtatutum puniens facientem c delictum habeat locum etiam in mandante fieri illud d delictum. Reſp. d Aut ſtatutum loquitur in perſonam, puta, Si quis occiderit. Si quis vulnerauerit, &c. & non e comprehendit mandantem. e Aut vero loquitur in rem, ſ. in ipſum maleficium, puta, pro homicidio ſit pœna mortis: & hoc caſu vtique comprehendit mandantem. Et hæc eſt doctrina Bartol. *in l. ſed & ſi vnius, §. ſeruus, n. 2. & ſeq. ff. de iniur. & in l. aut qui aliter, §. fi. nu. 3. ff. quod vi, aut clam.* quam dicit eſſe communiter approbatam Decius *in l. ſi quis id quod n. 38. & ſeq. ff. de iuriſd. omnium iud.* Cur. jun. *in l. 1. §. ſi procurator, nu. 4. quod quiſque iur.* Hanc etiam opinionem dicit eſſe communem Alexan. *in l. 1. in princ. nu. 23. ff de verb. oblig.* quem refert Aug. ad Angel. *de maleficiis in verbo Sempronium, poſt n. 33.* & Bologn. *conſ. 34. col. 4. verſ. quod autem conſtitutio,* & Boſ. *in tit. de pœnis, n. 14.* Iaſ. *in d. l. ſi quis id quod, n. 36. in fi. & in l. ſi is, qui pro emptore, nu. 36. ff. de vſucap.* Pract. Carer. *fol. 302. n. 59.* Placa *in lib. 1. delictorum, cap. 1. nu. 8. & c. 15. n. 22.* Villalpand. *in repet. l. 22. c. 99. num. 6.* Taeg. *in pract. crim. c. 10. nu. 10.* Mandans enim non dicitur propriè facere, ſed interpretatiuè, ſecundum Bart. *in locis præallegatis,* cum quo eſt communis opinio fere omnium ſcribentium, vt dicit Vinc. Paleot. *inter conſilia Alex. conſ. 65. n. 11. li. 4.* Bene verum eſt, quod ex antiquis multi tenuerunt contrarium, ſ. quod etiam ſi ſtatutum loquatur in perſonam, puta, Quicunque fecerit homicidium, &c. comprehendat nihilominus ipſum mandantem. Et hanc opinionem eſſe magis communem dixit Gand. *in tit. de tranſact. in fi.* ubi etiam ſubdit, quod ita communiter obſeruatur: quem refert Albe. *in 3. parte ſtatutorum, q. 44. numer. 15* Ita etiam ſeruare judices, & aſſeſſores atteſtatur Pract. Cater. *folio 305. numer. 61.* Vide, quæ dixi f ſupra *q. 58. ver. Vnum autem volo.* f Et certe ſi ſtatuta receperunt talem interpretationem à conſuetudine, minimè ſunt mutanda, &c. Sed circumſcripta conſuetudine, opinio. Bar. proculdubio eſt magis communis, ut ex prædictis apparet. Et ideo non eſſet ab ea in judicando, aut conſulendo recedendum.

3 g Scias autem, quod mandans homicidium committi, tenetur de homicidio propter mandatum; h non autem ex mandato. Ita dicit Bart. *in d. l. non ſolum, §. mandato, poſt num. 9.* & eſt communis opin. ut dicit Marian. *in c. propoſuiſti, poſt num 22. verſ. Nono quæro, de foro compet.* Boſſ. *in tit. de foro compet. num. 109.* Vtilitas autem hujus concluſionis poteſt eſſe maxima, quia cum teneatur de homicidio propter mandatum, ſufficit, quod in inquiſitione, vel accuſatione ponatur locus, & tempus ſecuti homicidij, abſque eo quod ponatur locus, & tempus i i dati mandati. Item poterit puniri in loco homicidij, vt infra ſtatim dixi. In hoc autem propoſito videndum eſt elegans *conſilium* Nattæ 422. vbi conſuluit, quod k k licet ignoretur nomen mandatarij, poteſt procedi l contra l mandatum: Quod nota.

4 Quæro, m in quo loco mandans debeat puniri, an m in loco mandati, an autem in loco commiſſi delicti. Dixi *in d. q. 38. verſ. Quæro etiam.*

5 Pone, n aliquis mandauit Titio, vt vulneraret Seium, n & Titius illum occidit: nunquid mandans erit puniendus pœna homicidij. Reſp. Alicui dicunt, quod non. Et hanc opinionem dicit eſſe communem Dec. *conſil. 482. num. 16. & conſil 622. circa fin.* ſecundum quam refert etiam conſuluiſſe Anton de Roſellis, Franc. de capitibus liſtæ, & Ang de Caſtr. *inter conſil. crim.* Cæpol. o *conſil. 35. 36. 37. & 38.* o Sed certè hæc opi. mihi nunquam placuit: quam (vt di i ſolet) Vulnera non dantur ad menſuram: Propterea ego dicerem, quod ſi fuit mandatum ad percutiendum alapa, vel baculo, tunc ſi mandatarius occidat, non tenetur mandans de homicidio: quia facile poterat illud percutere, & non occidere: & ideo puniendus eſt mandans p tantummodo pœna extraordinaria: & hanc eſſe comm. opin. atteſtatur Placa. *lib. 1. delict. cap. 15. n. 1.* ſecundum quam conſuluit Gram. *conſ. crim. 20.* Idem etiam dicerem, ſi fuit q mandatum ad ſfriſandum, prout in caſu, in quo conſuluit Dec. *in conſ. 622.* Apparet enim, quod iuſſit fieri actum, ex quo de ſui natura non ſolet ſequi mors, maximè cum ſfriſatio fiat in facie cæſim, quo quidem modo nunquam ſolet quis ad mortem vulnerari. Idemque ſi mandaſſet famulo, vt daret alicui vnum gnoccum, vt in caſu Iaſ. *conſ. 188. lib. 2.* r Sed ſi mandatum fuit ad vulnerandum; tunc ego dico, quod ſi ille occidat, ipſe ſ tenetur de homicidio: quia nulla ferè eſt pars corporis præter faciem, in qua vulnera non poſſint eſſe lethalia, vt experientia quotidie docet. Et hanc opin. dicit eſſe communem Boſſ. *in tit. de mandato ad homic. num. 10.* ſecundum quam conſuluit Cæpolla *conſ. crim. 54.*

Sed t hic incidenter quæro, Pone, quod dominus, 6
qui ab alio iniuriam accepit, dicat famulo, u Vade, & non reuertatis domum, donec ſentio nouum de tali: nunquid ſi famulus poſtea illum occiderit, erit ex eo præſumendum mandatum occidendi ab ipſo domino præceſſiſſe? Reſp. quod ſic: ita tenet Bart. *in l. ſi quis mihi bona, §. ſed ſi mandauit (aliàs incipit, pater Seio,) num. 2. ff. de acq. her.* q… in hoc ab omnibus indifferenter approbatur, vt dicit Iaſ. *in d. § ſed ſi mandauit, n. 12. & ſeq. & in l 1. n. 28. & ſeq. C. de ſeru. fug.* & Marcus *deciſ. 423. n. 1.* & M… *conſ. 192. in primis verbis.* Hanc etiam dicit eſſe communem opinionem. Boſſ. *in tit. de mandato, ad homic. num. 50.* Et refert ibi Bart. quod iſte caſus contigit Florentiæ, & quod dominus fuit decapitatus. Et illud dictum Bart. refert Ruin. *conſ. 6. num. 1. lib. 5.* vbi tamen conſuluit in facti contingentia pro patre, qui dixerat filiis ſuis: *Tacete, tacete, non ſtate à far cianze, ma andate, & amazzatone due, ò tre di loro,* &c. refert Caſſan. *conſil. 58. num. 8.* vbi tamen dicit, quod illa deciſ. eſt nimis rigoroſa. Hanc etiam opinionem dicit eſſe communem Auguſt. ad Ang *de maleſ. in verbo, Et Sempronium, num. 42.* quem refert *Pract. Conradi, fol. 316. in 10. ampliatione,* Alex. *conſ. 28. num 5. lib. 4.* quem refert Placa *lib. 1. delictor. cap. 14. num. 5.* qui etiam *eod. lib. cap. 15. num. 3.* affirmat hanc ſententiam frequentiori in calculo receptam eſſe, Pract. Carter. *fol. 395. num. 37.* x & ſeq. quem refert Didac. *in repet. clem. ſi furioſus, fol. 287. poſt num. 3. de homicid.* Duennas *reg. 307.* hoc locum habet, ſiue iniuria facta fuerit principaliter ipſi domino, ſiue facta fuerit ipſi famulo. Et hæc eſt communis opin. vt dicit Carter. *in loco præalleg. num. 41.* Quod tamen intellige ſecundum ea, quæ dixi infra ſtatim, y *verſ. Sed quid ſi dominus.*

Sed z quid ſi dominus poſt acceptam iniuriam ab 7
aliquo a loquatur ad aurem famulo, vel conſanguineo ſuo, & paulo poſt talis famulus, vel conſanguineus illum interfecerit: nunquid tenebitur dominus de homicidio tanquam ſi mandatum præceſſiſſet? Reſpond. quod ſecundum aliquos tenetur, ex quo propter breuitatem temporis præſumitur ad id mandatum dediſſe. Et ita allegatur tenuiſſe Bart. *in l. ſi ventri, §. fin. num. 1. ff. de priuileg. credi.* cuius opin. dicit eſſe communem Placa *in d. cap. 14. poſt num. 5. verſ. His ſanè præmiſſis.* b Sed certè ego ex eo ſolo non punirem dominum pœna homicidij, niſi alia concurrerent, puta, quod dominus ſolitus eſſet talia facere, & quod iniuria eſſet talis, pro qua veriſimiliter debuiſſet mandare illum occidi. Et in dubio crederem tutius eſſe torquere dominum, & etiam punire pœna extraordinaria, quam pœna mortis.

ADDITIONES

Ad Quæst. LXXXIX.

a *Successiuè quæro*] adde, atque fusius declaratum vide per Menoc. *de arb. iud. lib. 2. cent. 4. cas. 352.* vbi quando, & qua pœna mandans perpetrari delictum punietur, declaratum habes. Et quid si, vel iure communi, vel municipali certa pœna non ei, sed solum mandatario est indicta, latè, & diligenter explicatum vi. per eundem *cas. seq.* Et de 17. causis excusantib. mandantem, vi. plene per Caret. *in pract. crimin. §. homic. 5. à numer. 22. vsq. ad 95.* Giac.

Successiuè quæro, nunquid] Statutum disponens per verba in rem concepta, puta pro homicidio, vel pro furto sit pœna mortis: tunc etiam mandans tenebitur ea pœna: sed si in personam loqueretur, puta si homicidium commiserit, tunc mandans propriè non videtur fecisse homicidium, & sic non punietur pœna ordinaria, qua punietur mandatarius, sed alia mitiore, Bart. *in l. aut qui aliter, §. fin. n. 3. ff. quod vi, aut clam*, Dec. *in l. si damnum dat. n. 3. & seq. ff. re giur.* Guior.

Successiuè quæro] De materia hac Decia. *in tract. crim. to. 2. lib. 9. c. 31. & seqq. vsq. ad 41.* Menoch. *de arb. iud. cas. 471.* Vulpell. *in tract. aduerbiorum, seu propositionum nu. 9. & 10.* Tægius *in sua praxi, c. 10. n. 23.* Far. *tit. de inquisi. q. 3. vol. 1.* & latius, *q. 134. cap. 1. vol. 5. & c. 2. & 3. item q. 135. p. 1. & 4. seqq.* Ros.

1 *Successiuè quæro*] adde † in hac materia, an mandans fieri delictum puniri possit eadem pœna, qua punitur ille, qui propriis manibus deliquit, Menoc. *de arb. iud. casu 353 & in casu præce-*
2 *denti 352.* habe ut, quando † mandans pœna extraordinaria sit
3 puniendus, & † mandatum quibus verbis indicatur; Mascard. *de probat. in concl. 1012.* Ang. *cons. 2. incip. pro decisione.* Corn. *consil. 57. vol. 4.* Ruin. *cons. 6. vol. 5.* Decian. *in tract. crim. lib. 9. cap. 20. per totum*, vbi latissime, Bero. *consi. 175. n. 25. vol. 2.* & Bursa. *consil. 191.*
4 *n. 26.* in quibus locis habetur, † quibus verbis fit mandatum, consilium, inflammatio, & instigatio; vide etiam Berta *consil. 356.* vbi consuluit, an persuadens, & inflammans ad sui ipsius commodum, dicatur mandare secundum statuto de mandato, & annuere capite, vel his modis an importet consensum, vel mandatum, Bal. *in consil. 156. volum. 1.* vbi dicit, quod importat consensum.

5 Item adde, † quod mandati verba sunt probanda, Fran. Marc. *decisio. 413. n. 10 & 23 par. 1.* & Bursat. *consil. 20. n. 5.*

6 Item † adde, si ego mandaui alicui, vt faceret homicidium, & ille mandauit alteri, quod omnes tenentur eadem pœna, secundum Bald. *in l. 1. §. nec autem C. de cadur. tollen.* & Petr. à Plaz. *in epit. delict. cap. 15. nu. 8.* & similiter mandatarius portans literas scienter de homicidio tenetur secuto delicto, Caret. *in §. homicidium il 5. num. 68.*

7 Item † adde, quod mandans in atrocibus delictis ex solo, & simplici mandato, etiam non secuto effectu, extraordinariè punitur, Bar. *in l. non solum §. si mandato, ff. de iniur.* Menoc. *de arbit. iud. casu 352. nu. 9.* & Far. *in quæst. 3. nu. 8.* licet non fuerit deuentum ad aliquem actum, vt per Caret. *in pract. §. 5. n. 81. cum seq.* & Couar. *in Clem. si furiosus in initio par. 2. n. 9. versi. 6.* vbi ipse quoque concludit, solum mandatum in atrocib. delictis iudicis arbitrio esse
8 puniendum, & ibi † declaratur Bal. *in l. non ideo minus, n. 7. C. de accus.* sentiens adhuc in grauibus mandatum non puniri, nisi processum sit ad aliquem actum ordinatum in ipsam mandati executionem, vt intelligatur de pœna ordinaria; quia regulam
9 habemus affirmatiuam, quod † quælibet attentatio, siue actus, qui tendit ad delinquendū, est punibilis, non tamen in leuibus delictis, Menoc. *de arbitr. iud. casu 350. nu. 88.* & hoc procedit, etiamsi mandatarius recusaret, cum mādatum sit ex se delictū perfectū, scilicet in atrocib. delictis, quia mandans fecit, quantum in eo fuit, vt per Menoch. *de arbit. iud. casu 360. n. 44.* vt in
10 simili † de attentāte corrumpere iudicem, qui pœna extraordinaria punitur, licet iudex non consenserit, idem Menoch. *casu 343. num. 16.* & si consensus mandatarij requireretur ad hoc, vt mandatum esset delictum punibile, frustra Doctores dixissent,
11 quod † mandatarius qui non acceptauit mandatum, facit indicium contra mandantem, etiam ad torturam, ex quo sumus in his, quæ communiter fiunt secreto. Bald. *consi. 429. vol. 3.* Marf. *consil. 22. nu. 28.* & Boss. *in titul. de indiciis numero 154.* concurrente tamen aliqua præsumptione, vel saltem suspicione, vt per
12 Clar. *quæst. 21. vers. ex hac conclusione.* Nec obstat † illa generalis consuetudo, quod non punitur affectus, nisi sit secutus effectus; quia procedit quò ad pœnam ordinariam, non autem quò ad extraordinariam, quæ per dictam consuetudinem non censetur abrogata, vt per Couarru. *in d. Clement. si furiosus, in initio par, 2. n. 6. versic. tertio est omnino considerandum*, & Menoch. *in dicto casu 360. n. 92.* vbi ad saturitatem.

Et quod mitius puniantur delicta attentata, ponit Tiraq. *de pœn. caus. 39.* vbi latè, *& caus. 38. nu. 1.* vbi *nu. 10.* ponit, quando æquè condemnantur attentatum, & perfectum, & an secundum statuta puniantur *nu. 11. & caus. 37. per totum.*

Item † adde, quod similiter mandatarius ex sola mandati acceptatione, si delictum est atrox, pœna arbitraria punitur, etiam quod mandatum non habuerit effectum, quia sibi reuocatum fuerit. Gomes. *de delictis c. 3. nu. 41. & 42.* vbi etiam † ex quibus causis mandatarius, qui suscepit mandatum, excusari possit, *Baiard.* 13 14

b *Et hæc opin.*] Far. *d. q. 129. p. 3. nu. 139.* Ros.

c *Sed quæro*] adde, si statutum imponat pœnam mortis pro homicidio, & stat aliud statutum, quo nullus corporaliter puniatur, nisi lege municipali caueatur, an mandans fieri homicidium capite puniatur. Bald. *in consil. 52. vol. 1. & consil. 384. vol. 5.* vide etiam Menoch. *de arb. iud. casu 276. nu. 13. cum seq.* vbi an tale statutum deroget iuri communi, Cæpol. *consil. 26. num. 28.* & Siguor. *consil. 119.*

Item adde, quod statutum puniens delinquentem pœna odiosa, & à regulis iuris exorbitanti, comprehendit etiam mandantem fieri delictum, Imol. *in l. gallus §. & quid si tantum col. penult. ff. de liber. & post hum.* & Bero. *in consil. 14. num. 10. volum. 2.* Baiard.

d *Aut statutum loquitur in personam*] Supra *q. 85. versic. solet etiam*, & de interpretatione statuti *quæstio. 86. versic. sed quæro ad med.* vbi dixi: & in propriis terminis, in quibus loquitur Clar. hic, vide Vinc. Falcotum *inter consil. Alex. consil. 65. n. 14. volum. 4.* Adde quod sicut mandans, & mandatarius puniuntur eadem pœna, vt hic in principio quæstionis, ita pax prohibita cum mādante est etiam prohibita cum mandatario, *s. q. 58. versic. vnum autem*, sic etiam potest, quod mandans, & mandatarius fuerint in diuersis libellis accusati, possunt tamen simul, & semel condemnari etiam in eadem sententia, quod est singulare, ita dicit Boer. *in addit. ad Dyn. in reg. qui per alium post num. 5. in littera A, de reg. iur. in 6.* Differunt tamen † mandans, & mandatarius, 14
quia mandans non tenetur ex mandato, sed ex delicto propter mandatum, vt est supra *quæst. 38. versic. Item quæro, post med.* & habetur infra *vers. sequent.* ex quo infertur bene sensisse Menoc. contra Clar. *in hoc loco vers. 1.* vt patet *in d. Tract. de arbitrar. Iud. lib. 2. centur. 4. casu 352. nu. 15.* nam si mandans non tenetur ex mādato, sed ex delicto propter mandatum, patet, quotiescunq; delictum non est secutum, ob mandatum non teneri mandantē: non enim facto mandantis secutum tunc dicitur delictum, vt ibidem per Menoc. sed hic eadem potest pulchrum dubium, ecce ego mando G. M. quod maleficium committat, ipse promisit, sed cum aut non auderet, aut non posset, alij idem maleficium commisit, qui illud perpetrauit, an ego tenear de delicto propter mandatum? videtur, quod non; si G. M. vel ab eo mandatum suscipiens pœnas dederit; per Tex. *in l. si ego ff quod vi, aut clam*, & ibi gloss. Et prosequendo ordinem mandatorum quid sit in mandato Iudicis, vide supra *quæst. 29. in princ. de mandatis Principum supra q. 6. versic. Præterea scias* vbi dixi, quomodo in eorum mandatis præcedat Iudex; & *q. 64. versic. sed nunquid, ac alibi sæpe*, Drogh.

e *Aut vero loquitur*] Fario. *d. quæst. 135. p. 1. numer. 96.* & sic an verè, vel ficte delinquat, *ibidem num. 97. & pluribus sequent.* Bonacossa *quæst. crimin. verbo mandans*, Bald. *consil. 384. lib. 5.* Ros.

f *Et certè si statuta*] Sic & habetur supra *quæst. 74. versic. sed pone melius versic. hæc autem.* Drog.

g *Scias autem, quod mandans homicidium*] Quid si vnus mandat alteri, vt occidat, & ille alteri mandat, quod vterque teneatur, habetur per Lud. Caret. *in practic. crimin. §. homicidium 5 nu. 63.* An autem inquisitio possit formari contra illum, qui dicitur mandasse homicidiū, quando nescitur, neque apparet de mandatario, vi. per Natt. *eius consi. 422.* vbi quod sic. Similiter inquisitio formari potest contra, si ignoretur nomen homicidæ, per Boss. *tit. de delictis, nu. 33.* Sed qualiter hoc vltimum practicatur, vide per Boss. *tit. de inquisit. n. 78.* vbi inquisitio debet continere personam delinquentis certam saltem per duas demonstrationes. Imo bonum esset, vt cesset dubitatio, sequuto banno, & capto bannito, an sit ille, quod plures duab. nominantur, vt ibid. an & quando reuocatis mandatum teneatur, & quando dicatur reuocare, vide per Caret. vbi supra *nu. 79.* Giach.

Scias autem] Farin. *d. quæst. 135 parte 1 num. 174. & aliis seq. & volum. 1. q. ... tit. de inquisit.* Ros.

Scias autem] adde, quæ posui supra *in q. 38. in versic. Item quæro nunquid mandans.* Baiar.

h *Non autem ex mandato*] Supra *quæst. 38. versic. Item quæro, post medium*; Adde Iac. Butrig. *inter consil. crim. diuers. consil. 55 n. 23. & 24. volum. 1.* Bald. *in l. & si priuatorum sub nu. 17. C. si à non comp. Iud.* Drog.

i *Dati mandati*] Supra *q. 31. vers. Quod de anno ad fin.* & de hoc vide etiam Plott. *inter consil. criminal diuers. consil. 100. per totum*, qui in terminis accusationis, & querelę per nouam constitutio-

nem Mediolani, latè discurrit super anno, mense, die, loco, & loco loci. *Drogh.*

Dati mandati] adde ad idem, ac declara, vt per pract. Carer. vbi supra *post nu.* 83. Giach.

Dati mandati] Vide aliqua in contrarium apud Soc. *consil.* 55. *col. fin. in* 5. *vol.* & Fatin. *q.* 135. *part.* 1. *nu.* 90. Ros.

k *Licet ignoretur nomen occisi*] adde supra *qu.* 4. *versic. Quando vero, ad med. ibi*, licet enim ignoretur *q.* 31. *versic. Dictum est de forma in fine.* Drogh.

l *Contra mandantem.* In contrarium tamen vi. per Carer. *in pract. crim. d.* §. *homicidium*, 5. *nu.* 9. Giach.

m *Quaero, in quo loco*] Fatin. vbi sup. *par.* 3. *nu.* 149. Ros.

n *Pone, aliquis mandauit*] Idem in nuntio portante litteras de
15 homicidio nam eo sequuto tenetur nuntius, si fuerit sciens, sicut mandans, vt post praefatos per Carer. *in pract. crim.* §. *homicidium, nu.* 94. *&* 98. vbi idem de nuntio portante litteras de proditione, & tractatu contra Remp. aut contra Principem, quia teneretur, vt principalis. *Giach.*

15 *Pone aliquis*] adde, † quod Bald. *in l. non ideo minus col. pen. versic. Item quaero, C. de accusat.* concludit, quod quando erat in potestate mandatarij fines mandati seruare, vt si quis mandaret alicui, vt aliquem percuteret extra plateam, & ille percussit in platea, tunc mandans non tenetur, & idem tenu t Aretin. *in tract. malefic. in* 2 *verb. & Sempronium mandantem quaest.* 18. *num.* 36. & ib. August. de Arim. & Caepol. *in consil.* 34. hic allegato, & de mandato ad bastonadas, ex quibus mors sequatur, vide Marsil. *in consil.* 97. & Carrer. *pract. crimin. in* §. *circa num.* 73. & ad hanc quaestionem, quando mandatarius excedit fines mandati, an mandans teneatur de excessu, latè per Monticell. *in praxi criminali in reg.* 7. *num.* 58. *cum seq.* & Menoch. *de arbitr. iud. casu* 352. *num.* 3.

16 Item † adde, quod si mandatarius excederet mandatum vidente, vel sciente mandante, & non contradicente, tunc teneretur poena ordinaria, dummodo posset verisimiliter credi, quod excessisset nomine ipsius mandantis. Alex. *consil.* 97. *col. penult. vol* 4. *& consil* 179. *col.* 2. *vol.* 6. & Decian. *consil.* 8.7. *per totum.* Baiard.

o *Sed certe*] Fatin. *d. quaest.* 135. *part.* 4. *num.* 151. *cum aliis seqq.* Ros.

p *Tantummodo poena extraordinaria*] adde hanc poenam extraordinariam his quae de poenis extraordinariis dixit supra *qu.* 83. *in princ. &* q. 17. *versic. fin. in fin.* Drogh.

q *Mandatum ad sfrisandum*] Non tamen percipio differentiam, vt quis nō teneat ad mortem ob mandatum ad sfrisandū, sicut ob mandatum ad vulnerandum, per regulam, qui dat caussam damni, damnū dedisse videtur; & si casus cōtingeret, quod mors sequeretur ex sfrisatione mandata, cōtrarium huic dicto iudicarem, quia non sunt facienda mala, vt eueniant bona; Et ego vidi annis praeteritis quendam, qui ob mandatum sibi datum vt Hebraeum sfrisaret in Ciuitate Cremonae, illum sfrisauit quidem, sed ita ineptè, quod mortuo Hebraeo fuit & ipse decapitatus; & credo, quod nisi mandans aufugisset, etiam ipse decapitatus fuisset, Adde supra *q.* 84. *versic. Alius est casus, & versic. Sed pono* Menoc. *de arbit. iud. lib.* 1. *q.* 90. *n.* 31. *cum seq.* vide Boss. *tit. de homicid. n.* 72. & in his terminis per Fel. *in c. cum olim, coll. mihi* 3. *versic.* alibi Bal. *extra de offic. deleg.* Drogh.

Mandatum ad sfrisandum] Fatin. vbi sup. *d. p.* 4. *num.* 156. *&* 157. Ros.

r *Sed si mandatum*] Alc. *consil.* 23. *lib.* 7. Ros.

Sed si mandatum fuit] adde quatuor limitationes, vt per Carret. *in practica crim. in d.* §. *circa nu.* 73.

17 Item † adde, quod mandans vulnerari, si mandatarius interfecerit, tenetur de homicidio, etiam quod expresse mandasset, vt non interficeret, Carrer. *in pract. crim. in* §. *circa nu.* 73. & latissimè per Monticel. *in d. reg.* 7. *nu.* 18. *cum seq.*

18 Item † adde, quod mandans mulierem rapi, si in ipso raptu occidatur, mandans non tenetur de occiso, nam raptus caussa libidinis fit; & potius mandans voluisse omnino eam viuere, vt cum ea libidinem explere posset: ita in specie consuluit Dec. *consil.* 234. *num.* 5. & ante eum Alex. *in consil.* 140. *vol.* 1. & Aret. *consil.* 30. Baiar.

s *Tenetur de homicidio*] Vide per Carer. *in pract. crim.* 5. *post nu.* 63. vbi circa hoc quatuor tradit limitationes, quas Auctor non tangit. *Giach.*

t *Sed hic incidenter*] adde Indicia hic narrata ad ea, quae dixit supra *q.* 21. cum haec magis videantur ad torturam indicia, quam vt conuincant; Nec forsan his vteter in practica ad aliquem conuincendum. *Drogh.*

Sed hic incidenter quaero] adde, & vi. *in collecta mea comm. opi. c. mandatum.* vbi remissiue habes communem sententiam istam ampliatam, ac limitatam. Item & inibi etiam habes, quod mandatū patris, vel domini mitius debet puniri. Vide etiam de hoc per practicam Carer. *in* §. *homic.* 5. *nu.* 103. qui *nu.* 101. posuit, an mandatarius possit esse testis contra mandantē, ita vt faciat indicium, *& nu. seq.* An mandatarius torqueri possit, vt ostendat mandantem, & post *n.* 104. *col.* 2. ponit, in quibus filius aut seruus, aut quis inferior non tenetur obedire patri, domino, aut superiori, in quibus tamen parendo mitius puniri post relatos voluit, quibus adde, vt per Socin. *post reg. mihi* 251. *sub* 1. *fallentia in fin.* Giach.

Sed hic incidenter] Vide de verbis instigatoriis, & rogatoriis Vulp. *consil.* 63. *n.* 3. 4. *&* 5. Far. *d. qu.* 134. *c.* 1. *num.* 41. & quae infra. *Ros.*

Sed hic incidenter quaero] adde, † quod si aliquis fuerit offensus cum baculo super spatulis, sine sanguine, & rogauit eius fratrem; vt eius iniuriam vlcisceretur, qui postea interfecit illum, à quo suus frater fuerat offensus, an ille, qui rogauerat fratrem, teneatur de homicidio, Bero *q.* 10. vbi tenet, quod nō, & ibi limitat doctr. Bart. *in l. si quis mihi bona*, hic allegata, procedere, nisi in qualitate offensae alius perpendi posset: quae limitatio fuit Cumа. & Rom. *in* §. *sed qui si mandauit*, & ideo Corset. *in sing. quod incipit preceptum* el 1. tenuit † etiam, quod si Dominus dixerit verba praedicta famulo suo, qui fuerat verberatus, si post dicta verba verberatorem interfecerit, non tenebitur de homicidio, per limitationem praedictam: & ad praedicta vide etiam Vulpell. *in cons.* 62. *&* 63. vbi latè, non tutam fuisse sententiam Bar. in casu cuiusdam militis, qui verberatus diceret famulo, vt nunquam domum reuerteretur, donec aliquid sciret de huiusmodi negorio, tenuit Tiraq. post multos quos allegat *in tract. de poen. caus.* 27. *n.* 9. maxime, quia ex praesumpta probatione debet quis mitius puniri, ibi *nu.* 2. 10. *&* 11. 19 20

Item † adde, quod per illa verba *dà dà al traditore*; & inde secuto homicidio per medium alterius, non probatur mandatum ad homicidium committendum, nec ad vulnus inferendum, ex quo sequi posset homicidium, quia dicta verba generalia sunt, & obscura, & intelligi debent in mitiorem partem: nam dari potest cum pugno, & cum hasta, vt per Rim. iun. *in consi.* 88. *n.* 26. sed ego credo contrarium, si verba praedicta dicantur habenti ensem, siue pugionem denudatum in manu, vel alia arma regulariter apta ad occidendum. 21

Item adde, si dixerit alicui, *Io stò di mala voglia perche vorrei, che il tale mi fosse leuato dinanzi agli occhi, & che fosse morto*, & post paucos dies fuerit interfectus ab eo, cui illa verba fuerant dicta, an sit inductum mandatum de occidendo, & si interfectori etiam ille, qui dixit verba, dedit post homicidium pecunias, vt abiret, & in manibus iustitiae non incideret, vide August. *in consil.* 5. *vol.* 1. 22

Item † adde, quod ista doctrina Bar. *in d.* §. *sed si mandauerit*, sic simpliciter non est vera, sed deberi intelligi tribus concurrentibus. Primo, vt praecesserit capitalis inimicitia cum occiso. Secundo, vt Dominus in secreto illa verba dixerit famulo. Tertio, quod post talia verba in cōtinenti fuerit secutum homicidium: ita hoc dictum Bar. declarat Decian. *in consi.* 134 *n.* 5. Bal. & Ias. *in l.* 1. *C. de seru. fugit.* Io. de Anan. *consil.* 95. Marsi. *consil.* 172. hic alleg. Montic. *in pract. crim. reg.* 7. *nu.* 9. *cum seqq.* vbi multas ponit ampliat. & limit. in hac quaestione, & in materia mandati ad homicidium. Sed ad istam quaest. vide omnino Gabr. *commun. concl. lib.* 7. *concl.* 2. *nu.* 47. *cum seq.* vbi ponit multas ampliationes, & limitationes, & Fab. de Monteleone *in prax arbitr. par.* 4. *n.* 543. *fol.* 213. vbi limitat sex modis. 23

Item † adde, si Iudex dixerit nuncio virtute officij, *dagli*, an inducatur mandatum de occidendo, vide Mazzol. *in consi.* 101. 24

Item † adde, an, & quando praesumatur mandatum, si consanguinei alicuius offensi ad eius praesentiam offendentem vulnerauerint, vt per Ferret. *in consil.* 379. *per totum volum.* 2. Baiar. 25

u *Vade, & non reuertaris domum*] adde, quod hoc idem habetur *in consuetud. Turon. Tit.* 4. *Des Droits de haulte Iustice, art.* 3. Cur autem in tali casu praesumatur mandatum, & quale intelligendum sit mandatum, vide Alex. *consil.* 127. *num.* 14. *volum.* 4. quem allegat Boss. hic per Clar. citatus *in d. tit. de mandato ad homicidium, n.* 48. Drog.

x *Et seq.*] Vbi extendit, etiamsi dominus proferens talia verba expresse inhibuisset, ne occideret, & deinde tradit octo limitationes, & quando inducatur mandatum, *num. sequentibus.* Giach.

y *Vers. Sed quid si Dominus*] Fatin. vbi sup. *num.* 46. *& duob. seqq.* Ros.

z *Sed quid si Dominus*] adde † videndum Mascard. *de probat. conclus.* 866. vbi quibus verbis homicidium fuisse mandato commissum probatur, *& in conclus.* 1012. vide etiam Bald. *consil.* 257. *vol.* 2. vbi quis annuendo capite ad malefactorem non dicitur mandare, nisi constet, quod contemplatione annuentis fecerit. *Baiar.*

a *Loquatur ad aurem*] Et quando ex allocutione ad aures oriatur mandati praesumptio, & quando consilij, & quando neutrum, vide per Carer. *in pract. crim. nu.* 134. *& in d.* §. *homic.* 5. *sub nu.* 53. sed quid si famulus, aut filius in praesentia Domini, vel

patris

patris occidit, an præsumatur mandatum domini, aut patris; vide per eundem ibidem *sub nu.56.* & quid in dubio *sub num.* 57. Giach.

b *Sed certe ego*] Farin.*d.quæst.134.cap.2.nu.42.& 50. & n.56.* 57.58.& 65. & an sola consanguinitas sufficiat in præsumendo mandatum. Mat.*cons.*499.Rol.

27 *Sed certe ego ex eo solo*] Item † adde, quod idem tenuit Petrus Anton. Anguis.*in consilio 16.libro* 1. vbi declarat hoc procedere, quando constat de tenore verborum prolatorum aptorum ad inducendum mandatum, & de ista quæstione vide etiam Gabr. *comm.opi.lib.7.concl.2.nu.*48.Baiar.

QVÆSTIO XC.

An quis sit puniendus pro auxilio delinquenti præstito.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Auxiliatur an sit puniendus eadem pœna, qua principalis delinquens.*
2 *Et quid si delictum fuit animo deliberato patratum.*
Et an præstans auxilium post maleficium dicatur propriè auxiliator, ibid.
3 *Et an in inquisitione expressè sit facienda mentio de auxilio ad hoc, vt contra auxiliantes sequi possit condemnatio.*
4 *Et quando sunt plures duobus, an sufficiat dicere, quod alter alteri auxilium præstiterit.*
5 *Et an requiratur, quod in specie dicatur, quod auxilium præstiterint assistendo.*
6 *Et an priusquam procedi possit de auxilio, necesse sit, quod constet de principali.*
7 *Et an si delinquens alias fuisset delictum commissurus, debeat auxiliator mitius puniri.*
8 *Assistens maleficio an dicatur præstare auxilium.*
9 *Receptator qua pœna puniatur.*

Ex Additionibus.

1 *Auxilium dantes quomodo puniantur.*
*1 *Auxiliator in delictis an, & quando teneatur.*
Et quando quis dicatur, ibid.
2 *Et quomodo puniatur præstans auxilium rumpēti pacē.*
3 *Auxiliator quando possit puniri etiam pro qualitate.*
4 *Et quando teneatur in plus, quam principalis.*
5 *Auxilium delinquenti potest præstari tribus temporibus remissiuè.*
6 *Conducens interficiendum ad locum delicti, quando dicatur in dolo, remissiuè.*
Auxiliator an teneatur eadem pœna, qua principalis interueniente eius scientia, ibid.
Et quid de accommodante domum ad faciendum tractatum de homicidio.
8 *Auxiliator an teneatur, si non apparet de præcedenti tractatu.*
9 *Et quid si constet principalem deliquisse, aliter, quam per contumaciam.*
10 *Et quid practicetur in statu ecclesiastico.*
11 *Et quid in regno Neap.*
*11 *Confessiones fictæ non transeunt ad aliam personam.*
12 *Assistens homicidio quando dicatur ei præstare opem.*
Et quid si delinquentem associauerit, ibid.
Et quid si steterit à longe, nec mouerit arma, ibid.
13 *Auxilium, & assistentia quomodo probentur.*
14 *Et quomodo quis excusetur ab assistentia, remissiuè.*
15 *Assistens armatus, nec prohibens delictum, cum potuerit videtur esse particeps facinoris, si delinquentem postea associauerit.*
16 *Assistens delicto non puniatur.*
17 *Assistere delicto an præsumatur quis, remittitur arbitrio iudicis.*
18 *Præsumptio est contra associantem delinquentem post delictum.*
19 *Præsumptio occulti auxilij cessat, quando astans rixæ fuit tanquam mediator.*
20 *Et quid si dissuaserit fieri maleficium, & postea tempore delicti astitit armatus.*
21 *Assistens violentiæ non animo offendendi, quid debeat facere vt non teneatur.*
22 *Et quomodo probet, se non dedisse opem, licet astiterit.*
23 *Et an in dubio præsumatur astitisse animo offendendi.*
24 *Associans aliquem, qui alium sibi obuiam factum interficit, an teneatur, & quando.*
25 *Auxilium præstatur acclamando contra eum, qui offenditur.*
26 *Et custodiendo sarcinas, & vestes delinquentium.*
27 *Statutum puniens præstantē auxilium maleficio, intelligitur, dum maleficium est in fieri, non in consumato.*
28 *Statutum puniens auxiliantem, vt principalem, intelligitur de auxilio, quod fuit causa maleficij.*
29 *Assistens scienter bastonanti, qui postea occidit, quomodo puniatur.*
30 *Auxilium cooperationem an dicatur præstare assistens armatus, & nihil faciens.*
31 *Auxiliator an possit torqueri super tractatu prohibito.*
*31 *Qui facile potest impedire homicidium, & illud non impedit, occisori par est.*
32 *Receptare quid sit.*
33 *Receptare an dicatur dans potum alicui.*
34 *Et an is, qui delinquentem inuenit in domo sua.*
35 *Et an per vnam vicem tantum.*
36 *Et quid si nesciebat illum esse delinquentem.*
37 *Et quid si erat notorium.*
38 *Et an præsumetur scientia, vel ignorantia, & quomodo probetur.*
39 *Et an probetur ignorantia per iuramentum.*
40 *Et quid si erat absens à loco.*
41 *Dolus præsumitur in sciente, vel scire debente.*
42 *Scientia an præsumatur in receptante bannitum à Ciuitate vicina, vel Metropolitana.*
43 *Receptans scienter bannitum an teneatur, si solum sciebat illum esse bannitum, non autem causam banni.*
44 *Scientia præsumitur, & inducitur ex rumore, & fama.*
45 *An autem sufficiat ad imponendam pœnam corporalem.*
46 *Receptans per vim bannitos non punitur aliqua pœna.*
47 *Et tam quod non recesserit, sed cum eis in domo remanserit.*
48 *Hospites an teneantur de receptatione.*
49 *Receptans scienter plures bannitum, sed demum eum Curiæ prodiderit, an teneatur.*
50 *Receptans bannitum tolleratum non tenetur ad pœnam.*
Intellige si erat publicè tolleratus, ibid.
51 *Receptans consanguineos mitius est puniendus.*
Et quid si receptasset criminosos lesæ Maiest. ibid.
Receptatores filiorum delinquentium hodie eadem pœna puniuntur, sicut extranei, ibid.
52 *Receptatores puniuntur arbitrariè.*
53 *Et quid in regno Neap.*
Et quid in statu Ecclesiastico, ibid.
54 *Receptans scienter delinquentem statim post delictum an præsumatur particeps criminis.*
55 *Receptans bannitum, qui deliquit extra territorium, an puniantur.*
56 *Receptare rem, & pati, vt res illata eo absente in domo sua remaneat, differunt.*
57 *Iuramentum accusatoris super quantitate rerum ablatarum non admittitur, vbi agitur contra tertium.*

58 *Receptans vnam rem ex pluribus rebus sublatis an teneatur ad restitutionem omnium, remissiue.*

59 *Receptans scienter rem furatam sine spe lucri an teneatur furti.*

60 *Statutum puniens præstantem opem furi sicut furem, non habet locum in receptante rem furatam.*

61 *Barones, & eorum officiales receptantes facinorosos, possunt per Principem iurisdictione priuari.*

62 *Pœna Baronum in Reg. Neapolit. malefactores acceptantium.*

63 *Receptatores bannitorum subditi Romanæ Ecclesiæ, quas pœnas incurrant.*

1 a QVæro, *a* nunquid præstans auxilium delinquenti puniatur eadem pœna. Hæc est ardua quæstio, in qua Doctor. variè locutus sunt, Bart. enim *in l. is qui opem, num. 5. ff. de furtis*, videtur tenere, quod indistinctè auxiliator eadem pœna puniatur, qua principalis delinquens. Et hanc opinio. dicit esse communem Corn. *consil. 8. in lit. A, lib. 3* quem refert Dec. *in c. 1. n. 11. de offic. deleg.* relatus per Crauettam *cons. 220. nu. 12. vers. sed arguitur*, Soc. *cons. 118. post n. 7. vers. si diceremus, lib. 9.* quem refert pract. Conradi, *fol. 330. num. 4.* Bologn. *consil. 5. col. fin. vers. Secundo de hoc.* Et hoc etiamsi manum maleficio non apposuerit, prout esse communem opin. attestatur Dec. *in loco præalleg.* Alij vero dicunt, quod aut auxiliator dedit immediatam causam delicto; & punitur eadem pœna: Aut vero non fuit immediata causa delicti; & puniendus est mitiori pœna extraordinaria. Et hanc opin. dicit esse communem Legistarum, & Cano. Soc. *in d. cons. 188. lib. 2.* prout illum refert Didac. *in repet. Clem. si furiosus, fol. 281. n. 2.* & Placa *lib. 1. delict. cap. 16. n. 2. in fine.* Ita etiam tenere communiter Doctor. attestatur pract. Carer. *fol. 272. num. 69.* b *b* Quinimo etiamsi propter aliquam qualitatem veniret principali delinquenti imponenda maior pœna quæ auxilianti, adhuc esset auxiliator eadem pœna puniendus, dum modo tempore commissi delicti sciuisset illam qualitatem aggrauantem delictum. Et hanc dicit esse communem opi. practica Conradi *folio 330. numer. 6.* Et hæc quidem opi. æquior videtur: nam proculdubio minor est culpa auxiliantis, quam principalis, & consequentis mitius etiam videtur puniendus. Et dicit Salyc. *in l. vnica, post num. 24. C. de raptu virg.* quod hanc rationem ponderarunt theologi, & canonistæ, & quod opin. Bartol. contraria, quam Iudices imitantur, c *c* animam occidit. d *d* Ego tamen pro clariori resolutione huius articuli præsuppono, quod tripliciter potest præstari auxilium e delinquenti: *e* Primo ante delictum: Secundo, in ipso delicto: Tertio, post delictum consummatum: deinde sic distinguo: Aut delictum commissum est prænio tra- f ctatu, vel deliberatione, accedente consensu, *f* vel saltem scientia ipsius auxiliatoris: & tunc indistinctè sequor opin. Batt. quod sit eadem pœna, qua principalis puniendus: & hoc quocunque tempore auxilium præstiterit, siue ante delictum, siue in delicto, siue post: nam licet corpore ipsi delicto non interuenerit, animo tag men censetur interuenisse, præsertim *g* si illud auxilium erat vsque à principio destinatum, puta, quia scienter h promisisset volenti alium interficere, *h* accommodare equos, super quibus, patrato delicto, posset fugam arripere, & huiusmodi. Et ad hoc propositum allegatur dictum Batt. ad quod omnes non aduertunt, *in l. furti, §. ope, paulo ante fi. ff. de furtis*, vbi dicit, quod spes data auxilij ad euadendum, dicitur auxilium ad maleficium committendum.

2 Aut vero non præcessit aliquis tractatus, vel delibe- i ratio: & tunc placet opinio contraria, quod *i* si quidem auxiliator præbuit causam delicto, puniatur eadem pœna. Et in hoc membro omnes Doct. ita concludunt nemine discrepante, ut dicit Gratus *cons. 52. num. 3. lib. 2.* Si vero non præbuit causam delicto, puniatur mitiori pœna, quam ipse principalis delinquens, præsertim si præstitit auxilium post commissum delictum: nam re vera propriè loquendo præstans auxilium post commissum delictum, non dicitur verè auxiliator, ut dicit Bartol. *in l. 3. §. si quisquam, ff. ad Syllan.* & est communis opin. ut attestatur August. ad Angel. *de malef. in verb. Et Andream, n. 5.* Et ideo regulariter non est puniendus ea pœna, qua principalis, sed mitiori. Et hanc esse frequentiori calculo receptam sententiam dicit Placa *lib. primo, delict. cap. 16. numer. 15.* Aut *k* est dubium, nunquid præcesserit tractatus, siue deliberatio, saltem respectu auxiliatoris; & tunc auxiliator est in primis *l* torquendus super ipsa deliberatione, aut tractatu, aut scientia delicti. Et ita in facti contingentia consuluit Mantua *consilio 76. libro 1.* Et ubi nihil fateatur, debet adhuc pro ipso auxilio puniri pœna extraordinaria. Maxima enim est suspicio contra eum, *m* qui præstitit auxilium delinquenti, etiam *n* post commissum delictum, quod fuerit particeps, & conscius ipsius delicti committendi. *o* Et ita seruauit Senatus in causa cuiusdam Baptistæ Mantuani, qui erat imputatus de assistentia ad vulnera illata animo deliberato: fuit enim bis tortus super scientia: & cum perstitisset in negatiua, fuit absolutus ult. Februar. 154[?]. Et ideo miratus sum, quod quidam Hieronym. Lampugnanus, qui *p* comitatos fuerat post delictum quosdam, qui homicidium animo deliberato commiserant, non fuerit tortus, sed simpliciter jussus puniri pœna pecuniaria arbitrio prætoris Cremonæ, 9. Iulij 1543. Sed fortè apparebat ex processu, quod ignorabat tractatum, & deliberationem homicidij committendi. Sed hoc intellige, ut procedat, nisi qualitas facti, & personarum aliud suaderet, puta, si nulla alia esset suspicio contra eum, neque affinitatis, neque amicitiæ, vel hujusmodi, & auxilium fuisset valde remotum ab ipso actu maleficij, prout contigit in eo, qui commodauerat balistam alteri, cum qua ille deinde alium interfecit, de quo per Boer. *decis. 166. numero 2.* ubi refert, quod fuit liberatus, & sine impensa relaxatus. Sed certè ille notarius me judice non euasisset sine tortura, cum (ut in themate illius decisionis præsupponitur) ipse in suo examine negasset illam commodasse, neque suam esse, ex quo mendacio utique poterat juste torqueri, juxta ea quæ dixi supra, *quæst. 21. vers. mendacium.*

In *q* hac autem materia auxilij scire debes, quod in 3 accusatione, vel inquisitione debet expresse fieri mentio de auxilio, aliàs non posset super eo sequi condemnatio, etiamsi de auxilio præstito constaret: quæ tamen opinio mihi non placet: nam in criminalibus, licet ista qualitas auxilij, aut alia non sint expressa in ipso libello, sufficit, quod juris præsumptione ex narratis in ipso libello colligitur, prout communiter concluditur, teste Soc. *consil. 188. in vltimis verbis, lib. 2.* Vide in hoc proposito ea, quæ dixi supra, *quæst. 66. vers. sed quid si pro parte.*

Item *r* aduerte, quod quando sunt duo tantum, solet 4 dici in inquisitione, Alter alteri auxilium, & fauorem præstitit, &c. Sed quando sunt tres, vel plures, tunc debet dici, Vnus alij, vel aliis auxilium præstitit, *s* &c. aliàs inquisitio non procederet: nam verbum, Alter alteri, secundum rectum sermonem, non conuenit nisi duobus. Ita dicit Bald. *in l. ancilla, num. 3. C. de furt.* subdens, quod ita fuit in facti contingentia judicatum, & bene. Et ita in practica seruari attestatur Ang. *de malef. in verb. dicto maleficio semper assistit, nu. 7.*

Aduerte etiam, quia si duo simul vulnerarunt ali- 5 quem, vel aliud maleficium fecerunt, ad hoc vt possint puniri, non solum tanquam principales, sed etiam vt

vt auxiliatores, non sufficit, quod in accusatione, vel inquisitione dicatur, quod alter alteri auxilium, vel fauorem præstitit (nam illa verba intelligerentur, quod auxilium præstitit vulnerando, vel percutiendo, & sic solummodo posset de vulnere pun[illegible], non autem de auxilio) sed requiritur, quod expre[illegible] dicatur, quod alter alteri *t* axilium præstitit assistendo, v[illegible] alius delictum facilius committeret, Ita dicit Bart. *in l. qui seruo, §. si. nu. 2. ff de furtis*, cuius opin. in practica obseruatur, vt attestatur Aug. ad Ang. *de malef. in verb. Dicto maleficio semper astitit, post nu.* 4.

6 Scias *u* etiam, quod quando proceditur contra aliquem tanquam, quod præstiterit axilium delicto, debet primo in processu constare *x* principalem deliquisse aliter quam ex *y* ipsius contumacia: talis enim contumacia non nocet ei, qui non est de auxilio imputatus: ita dicit Bart. *in l. is qui rem, §. si tu Titium, nu. 2. ff de furt.* quem sequuntur communiter Doct. vt dicit Alex. *cons. 99. post num. 4. vers. præterea iste, lib. 1.* Et idem Alex. in Apost. ad Bart. *in loco præallegat.* dicit, quod omnes sequuntur, & quod ita tenetur, & practicatur. *z* Sed certè in hac prouincia hoc non practicatur, neque tenetur: nam secuta condemnatione contra principalem contumacem, & quandoque etiam ea non secuta, semper proceditur contra auxiliatores, nulla facta distinctione, an aliter quam per contumaciam constet principalem delictum ipsum commisisse: & est iudicio meo optima practica.

7 Item scias, quod licet in materia auxilij non distinguatur, an deliquens *a* al[illegible] fuisset facturus, vel non: nihilhominus vbi delinq[illegible] [illegible] facturus fuisset, & auxiliator illi simplicem fa[illegible]m præstitit, [illegible]st mitius puniendus: ita dixit Ioan. An[illegible] *cap. felicis, de pœnis in 6.* propter quam deci[illegible] [illegible] Ang[illegible] Ang. *de malef. in verbo, Et Sempronium, nu.* 44[illegible] [illegible] vnum à furca, qui dederat auxilium [illegible].

8 Quæro, *b* nunquid ille, qui assistit armatus vulneranti, vel occidenti, dicatur ei præstare auxilium. Respon. quod si non est à longe, sed iuxta homicidam, vel cum eo, vtique dicitur ei præstare auxilium. Et hoc fuit dictum innocent. *in capit. continentia, de clerico percussore*, quod sequuntur communiter vbique Legistæ, & Canonistæ, vt dicit Alexand *consilio* 138. *nu.* 4. *libro* 6. Et licet aliqui dicant, quod assistens maleficio non debeat puniri nisi appareat, quod id fecerit ex proposito, prout etiam in facti contingentia consuluit Ioann. de Amicis, *consilio* 53. & Riminald. *d. consilio* 13. nihilominus, vbi ex assistentia delinquens potuit reddi audacior, plerunque vidi per Senatum puniri assistentes, saltem aliqua pœna extraordinaria, prout etiam reperio in facti contingentia seruasse consilium Neapol. teste Gramm. *voto* 21. *c* Et quandoque etiam vidi illos torqueri, & interrogari, an scienter tractatè maleficio astiterint, vt seruatum fuit in Ioan. Ambrosio Caymo, 28. Iun. 1554. P. B. Si tamen appareret, quod aliquis astitisset animo rixantes inter se *d* diuidendi, & separandi, non esset al[illegible]quo modo puniendus Et potest poni exemplum in eo, qui accurrit cum badili ad diuidendam rixam, in qua deinde secutum est homicidium, pro quo consuluit Mantua *cons.* 281. *lib.* 1.

Item quæro, nunquid præstans auxilium delinquenti post maleficium commissum dicatur propriè auxiliator, & priuatur de auxilio. Dixi supra *versi[illegible]. Aut vero.*

9 Quæro *e* etiam, qua pœna puniatur receptator. Respon. *e* In furibus, seu furtis receptatis dicimus, quod receptatores *f* tenentur *f* eadem pœna, qua ipsimet fures, & videtur tex. *in l. eos, C. de furt.* Et dicit Bal. *in ead. l. eos*, quod vidit, quod vna mulier fuit suspensa, quæ præstabat furibus domum, & in ea receptabat res furatas: & illum refert Aug[illegible]st. ad Angel. *de malefic. in verbo, Et vestem cœlestem. post n.* 21. *& in verbo dicto maleficio semper astitit, post num.* 23. *g* Pro defensione tamen eius, qui *g* imputatus est receptasse res furatas, videri possunt ea, quæ in fact. contingentia scripsit Bal. *cons.* 410. *lib.* 1. *& cons.* 48. *lib.* 3. *& cons.* 382. *nu.* 8. *& seq. lib.* 5. Rim. *cons.* 80. Rol. *cons.* 45. *in* 1. *dub. lib.* 1.

ADDITIONES

Ad Quæst. XC.

QVæro, *nunquid præstans auxilium.*] Longa tamen est differentia inter auxiliatorem, & receptatorem, vt per Rolan. *cons.* 41. *num.* 25. *lib.* 1. per Bart. *in l. furti, §. ope, nu.* 1. *ff. de furt.* Dixi ad statuta Pallauicina, *lib.* 2. *crimin. statut.* 14. *supra in § homicidium, vers. alia est defensio. ad med.* vt se ipsum hic allegat; faciunt adducta per Menoch. *de adipis. retin. poss. remed.* 3. *n.* 43, vt dixi supra. *Drogh.*

Quæro, nunquid præstans auxilium] Sed quomodo cognoscatur, quod aliquis auxilium vel fauorem præstiterit homicidio, vt inde puniri possit, vide per Cæpol. plene *in cons.* 1. Item adde, & fusius vide de pœnis eorum, qui opem delinquentibus tulere per Iac. Menoch. *de arbitr. iudic. lib.* 2. *cent.* 4. *casu* 349. & de causa propinqua ad homicidium, multa vide exempla per Carer. *in pract. pag.* 155. *&* 216. Sed auxiliatores † non debent puniri eadem pœna, vbi agitur de strage multorum, quia tunc seueritati detrahitur; com. ait Dec. *in cap.* 1. *in text. allegato, col.* 9. *vers. ic.* 6. Fallit quod etiam dixi *in collect. commun. opin. in* 1. *parte §. auxilium, n.* 4. Item stante statuto, quod dans auxilium delicto teneatur eadē pœna sicut principalis, si pœna principalis fuit aucta propter eius contumaciam, vel negati[illegible]nem, ad illud augmentum pœnæ non tenetur, qui auxilium præstitit. Ita Bart. *in l. libertis quos, §. posthumis de aliment. & ciba. leg.* sequitur Iason. *l. prima, n.* 12. *ff. de in litem iurand.* & de hoc plane vide per Carer. *in pract. crim. pag. mihi* 275. *sub num.* 75. vbi etiam & e conuerso si propter confessionem, fit diminutio pœnæ, illud non prodest danti opem, & auxilium; quia in eo cessat ratio, quare condemnetur in minus, *& pag.* 329. & per Bart. post Bart. *d. § posthumus.* Idem voluit Bartol. *d. l.* 1. *ad finem*, loquens in fideiussore de iudicio sisti, & iudicatum soluendo, vbi si propter contumaciam, vel inficationem pœna augeatur, illa pœna non tenetur fideiussor. Sed hoc non videtur procedere, quando vna sententia tantum ferebatur, & in illa facta erat condemnatio etiam in argumento vigore contumaciæ, vel inficationis, secundum Fulgos. quem sequutus est Alex. vt legitur in apost. ad Bart. illic, qui in fine docet cautelam, vt in recipiendo promissionem fideiussori non solum dicas, quod promittit soluere omnem pœnam, omnemque condemnationem subsequendam ex maleficio illo, vel accusatione, vel inquisitione, sed addas, vel ex processu: & Apost. illic docet aliam, videlicet vt is dicturus sit de omni causa, quæ ex iudicio pasci posset. *Giach.*

Quæro, nunquid] Debet primo constare de principali delinquente, Farin. *tit. de inquisit. q.* 3. *nu.* 4. *& seq. vol.* 1 & de auxilio ante delictum, idem Farin. *vol.* 5. *qu.* 130. in delicto autem *q.* 131. *par.* 1. *n.* 1. 2. *&* 3. 28. *&* 54. Ros.

Quæro nunquid] Adde † Menoch. *de arbitr. iud. in cas.* 249. vbi multum diffusè hanc materiam tractauit, & q[illegible] requirantur, vt auxiliator possit puniri, tanquam principalis, vide Bart. Thegl. *in tract. suo crim. par.* 11. *n.* 10. vbi inter alia requisita [illegible]ult, quod delictum suam perfectionem consequatur, quia affectus tantum non punitur in auxiliatore, & Cotta *in cons.* 8. *in princ.* vbi hinc dicitur, & ad hanc quæstionem, quod auxilium præstans teneatur eadem pœna, & quomodo procedat, vide etiam Mascar. *in tract. de prob. concl.* 159. *nu.* 18. *cum seq. vol.* 1. & quando quis præsumatur auxiliu[m] delinquenti præstitisse, & quomodo probetur, vide per eundem *in d. concl. n.* [illegible] *cum seq. & q. praecedenti*, an auxiliator criminosi possit esse testis.

Item adde, quod statutum disponens quem teneri pro ope præstita, eadem pœna, qua tenetur conscius delinquens, non procedit, nisi conscius talem opem præstiterit maleficio, quæ ipsi maleficio causam dederit, alias tenetur pro modo culpæ: ita tradit Salyc. *in l. vnica col. antepen. C. de raptu virg.* Cæpol. *consil* 27. *n.* 15. Marsil. *sing.* 15. *& cons.* 24. *nu* 16. & bertaz. *cons* 325. *n.* 10. *&* 11.

Item † adde, quod auxilium præstans rumpenti pacem, & contra eum, qui fecit pacem, an teneatur duplici pœna scilicet auxilij, & ad pœnam conuentionalem pacis [illegible]ptæ. Cotta *cons.* 7. *per totum, vol.* 3.

Item † adde, quod præstans opem delinquenti, ad hoc vt puniri possit propter aliquam qualitatem, quam habet princ[illegible], aut delinquēs, requiritur, quod sit articulatum, & probatum, q[illegible] ed sciuerit, vel scire potuerit, Angel. *in l.* 1. *C. de nil. agger. non rup. p[illegible]*

q[illegible]

quem refert, & sequitur Corn. *in conf. 8. n. 5. vol. 3.*

4 lium † adde, quod aliquando plus punitur præstans auxilium, quam principalis, Bart. *in l. qui seruo, ff. de fur.* & Ang. *in l. 1. C. de nil. agger. non rumpen.* quod procedit, quando aliqua qualitas adesset ex parte præstantis opem, ex qua resultaret maius delictum ex parte sua, quam ex parte principalis, vt per Corn. *conf. 8. n. 2. verf. non obstat vol. 3.* Baiar.

b *Quinimò etiam*] Farin. *q. 131. par. 1. n. 44. & q. 107. par. 2. artic. 3. num. 388. & sequenti vol.* Rof.

c *Animam occidit*] Et propterea anima Bart. cruciatur in inferno, vt supra *qu. 87. verf. punctus est post medium, & quæst. 38. verf. tu scis.* Drogh.

d *Ego tamen*] Cæpolla *conf. 7. nu. 5.* vbi etiam quis dicatur fauere Menoch. *caf. 349. in fi.* Farin. *d. q. 110. n. 1. 2. & 3.* & siue per actum proximum, siue remotum *n. 47. & 48. & seqq. alia q. 131. n. 39. & ante num. 30. & 31.* Rof.

e *Primo ante delictum*] adde, † quod Blanc. *in pract. crim. in*

5 *verbo, postquam vidimus, num. 1.* multa exempla auxilij cuiusque temporis posuit. *Baiard.*

f *Vel saltem scientia*] In contrarium vide per Cæpol. *cri. conf. 27. per totum*, & per Card. Parif. *in conf. 152. per totum.* Giach.

g *Præsertim si illud auxilium*] Adde in hac materia Rimin. *in conf. 319. vol. 3.* & quid de exploratore, & conducente †

6 ad interficiendum ad locum delicti. Grat. *in conf. 52. vol. 2.* vide etiam Bero. *in conf. 192. per totum vol. 3.* vbi tenet, quod quis ob consilium, opem, & ministerium præstitum ad delinquendum, eadem pœna cum principali delinquente est puniendus, & etiã, quod esset minor vigintiquinque annis, & ibi loquitur † de

7 accommodante sciente domum ad faciendum tractatum de committendo homicidium, quod postea fit secutum. *Baiar.*

h *Accommodare equos*] Alia etiam exempla vide per Carer. *in pract. crim. pag. mihi 247. num. 3. 5.* qui *num. seq.* ponit relatiue, an in hoc auxilio præstito ante delictum necesse sit ponere locum, & tempus delicti. Item exemplo in auxilio cooperatiuo vt se per eundem plenè sub *num. 7.* Item qua pœna puniatur auxilium, & opem præstans homicidio, vide per eundem *p. 272. 279.* vbi suas ponit fallen. & declarationes, & alia notatu digna vide per totum. *Giach.*

i *Siquidem auxiliator*] Vt quia vnus tenuit, & alius interemit, Cæpol. *conf. 27. n. 11.* vel illud occultando, *ibid. nu. 7.* & Nat. *conf. 359. n. 7. & 13.* & in ipso rixæ actu, puta tenendo, & suadendo, vt ad rixam redeat. Vulpel. *conf. 37.* & de associatione post delictum, idem Vulpell. *resp. 99. num. 6. & pluribus seqq. & conf. 127. num. 5.* & de auxilio cooperatiuo Menoch. *de arbitr. iudic. casu 271.* Rof.

k *Aut est dubium*] *d. q. 131. n. 36. par. 1. & n. 37.* Rof.

8 *Aut est dubium*] adde, † quæ posui infra *in ver. quæro nunquid, ibi, & quandoque*, vbi habes rationes huius dicti per Bart. *in conf. 106. num. 12. vol. 1.* Baiar.

l *Torquendus*] ad idem vide, relatiuè tamen per Carer. *in pract. crim. pag. 249. num. 11.* Giach.

m *Qui præstitit auxilium*] Vulpell. *conf. 7. num. 51. & respons. 115. n. 5. & seqq.* Farin. *d. vol. 5. q. 132. num. 1. & num. 34. & 37. cum duob. seqq.* Rof.

n *Post commissum delictum*] Puta in eo, qui post pecuniam subtractam, & sic post maleficium commissum ad ipsam retinendam, & celandam auxilium præstitit, vt not. Angel. de Aret. *in §. item lex Iulia peculatus, n. 3. Instit. de public. iud.* Alia exempla etiam vide in materia per Caret. *in pract. crim. pag. mihi 255. n. 16. 17. & 30.* Giach.

o *Et ita seruauit Senatus*] Hæc tortura bis illata auxiliatori super scientia delicti iudicio meo est singularis, & de repetitione torturæ sup. *q. 64. verf. vltimo, ibi, subdens*, quod in hoc omnes conueniunt, sup. *in §. Homicidium, verf. etiam post med.* vide Bal. *in l. non ideo, C. de accusat. col. pen.* à quo sumpta est practica ponendi auxiliatorem post delictum ad torturam, quem refert Felin. *in c. 1. coll. mihi 5. de offic. deleg.* Drogh.

p *Constatus fuerat post delictum*] adde, & vide relatiuè per Caret. *in pract. vbi sup. n. 30.* Giach.

q *In hac autem materia*] Farin. *quæst. 129. nu. 21. & 22. vol. 5. p. 1.* Rof.

r *Item aduerte*] Farin. *d. q. 131. p. 1. n. 4.* vbi hoc firmat, quamuis omnes possint dici principales. *Rof.*

s *Non procederet inquisitio*] Adde, & plenius per Caret. *in pr. crim. pag. 270. sub n. 63.* qui *num. seq.* docet deduci in inquisitione tempus delicti, vt quia præstitit auxiliũ maleficij, & *n. 65.* quod debet dicere in inquisitione, & accusatione, quod præstitit auxilium tali ad tale delictũ, & exprimat ad quid faciendum. Item *n. 99.* dicit, vt teneatur quis de auxilio, necesse est, vt ex tali actu maleficium fuerit actum, & interuenerunt, vt maleficium habilius committeretur; secus vbi fuissent plures, & vnus nil faceret, sed similiter staret præstando simplicem fauorem; nam tunc non teneri de auxilio, sed mitius puniri dicit *n. 67.* Giach.

t *Auxilium præstitit*] adde, quod vulnerans aliquem non mortifere, sed vulneratum mortifere ab alio, dicatur præstitisse auxilium mortifice vulnerati per Boss. *de homic. nu. 21.* & quot modis dicatur præstari auxilium maleficio, & qualiter, & de hac materia plenius vide per pract. Caret. *§. homic. 4. pag. 247. cum pluribus sequentib.* & quod assistens cum armis, dicatur præstare auxilium, etiam non vtatur illis, quinimmo etiamsi illa deposuerit, dummodo sub custodia sua habeat, & adesset ad finem auxilium præstandi per Boss. vbi sup. *num. 22.* quod declarat, vt per Gram. *decisio. 25. n. 3. cum seq.* Giach.

Auxilium præstitit] Rim. *lib. 1. conf. crim. edit. 2.* Zileti *conf. 136. in princ.* vbi plura de auxilio eius, qui superuenit, & etiam de eo, qui ante aut post auxilium dedit, Farin. alia *d. q. 129. in fi. 1. par. q. 131. par. 1. n. 61.* Rof.

u *Sciat etiam*] adde, † quod Bursat. *in consil. 147. nu. 10.* dicit 9 hanc consuetudinem non esse extẽdendam extra statutum Mediolani, & in iudicando à communi opinione non esse recedendum, quem sequitur Chartat. *in tract. de execut. sent. contum. c. 1. n. 340. in fin.* Sed D. Farin. *q. 3. n. 5. cum seq.* multum egregie hanc practicam defendit communem opi. declarando, attestando etiam, quod dicta practica Mediolani seruatur in Vrbe per omnia Tribunalia: & ego attestor, † quod idem seruatur in toto statu 10 Ecclesiastico, in quo viginti octo annos versatus fui semper gubernando pro Sanctiss. Pontifice multas Ciuitates, & ita † et- 11 iam seruari vidi in Regno Neapolitano vbi per sex annos continuos per Sereniss. Madama ab Austria fe. record. fui Gubernator Generalis Illust. Ciuitatis Aquilæ, & totius status Aprutini Cels. suæ, & aliter facere, esset ridiculosum, & contra bonum publicum, qui multa delicta remanerent impunita: & ad hanc quæstionem de præstante opem poteris etiam videre Plac. *epit. delict. c. 16.* Baiar.

x *Principale deliquisset.* Auxiliator ergo de iure non punitur cum non constat de delicto, aliter quam per contumaciam principalis, sic etiam dicitur de parte obligato vigere statuti pro delicto filij, qui non tenetur, quando per contumaciam tantum appareret filium deliquisse supra *q. 86. versic. sed quæro in principio;* Marf. *sing. 4.* sic etiam dicitur non posse procedi contra mandantem delictũ, nisi prius constet de mandatario, Boss. *tit. de mandat. de homic. n. 34.* idem Boss. *tit. de delicto nu. 38. 39. 40.* Chartat. *tract. de execut. sent. c. 1. num. 346.* tex. *in l. si is, qui rem, la 2. §. si in Titium, ff. de furt.* vide Menoch. *de arb. iud. li. 2. cont. 4. cas. 349. n. 13. supra q. 21. verf. & ex hac;* vera autem ratio huius dicti illa est, quia fictæ † confessiones, prout sunt illæ, quæ resultant ex contumacia, nõ extenduntur ad alias personas; ita in proposito retulit Dec. ex mente Abbatis *in cap. at si clerici n. 88. de iud.* vide Fel. *c. 1. col. mihi 5. extr. de offi. & potest. iud. deleg.* vbi hoc extendit etiã in consulente, quia consultato liberato, liberatus est consulens *in c. 1. coll. mihi 3. in fin. de off. & pot. iud. deleg.* & quod nisi prius constet de mandatario procedi non posse contra mandantem, tenet Alex. *consil. 15. nu. 19. vol. 1.* vbi constito de principali, non punitur auxiliator; an autem, si producatur instrumentum falsum, puniri possit prius producens, quam Notarius, qui illud confecit; vide perbelle Franc. *de capitibus lista inter consilia criminalia diuers. consil. 72. num. 23. cum sequen. par. 1.* sic etiam per illum text. *in d. §. si Titium*, dixit Hippolitus Rimin. *inter consil. crimin. diuers. consil. 106. par. 1. num. 3.* quod filius furando patri furtum non facit complicem furti furtum acceptantem, nec vti receptatur puniri potest, & ideo cessat necessario delictum in accessorio, vbi principalis non reperitur deliquisse, Crau. *consil. 319. n. 12.* Et aduertas semper tu, qui formas Inquisitionem contra auxiliatorem, vt semper in Inquisitione exprimas modum auxilij, & fauoris, nec sufficit, vt multoties vidi dicere, opem, & auxilium præstando, vt facilius delictum committeretur; hoc fuit dictum originale Bald. *in l. non ideo minus coll. pen. C. qui accus. non poss.* quem refert Felin. *in d. cap. 1. coll. mihi 5. extra de offic. delegat.* vide supra *hac eadem quæstione versic. in hac autem in fin.* at in proposito formandæ Inquisitionis iterum aduertendum est, valde differre inter se, quod quis sit inter complices, aut auxiliatores, aut adhærens, aut sequax, siue de sequacibus, aut complex, siue de complicibus; quia hi casus, & vocabula valde inter se differunt, vt per Petr. Caleph. *inter conf. crim. diuers. conf. 86. n. 26. par. 2.* Drogh.

y *Ex ipsius contumacia*] adde idem etiam per Caret. *in pract. crim. pag. 269. sub nu. 57.* qui *nu. seq.* tractat, An confessio principalis delinquentis noceat accessorie delinquenti, & *nu. 59.* quod nec etiam absolutoria principalis prodest auxiliatori, nec condemnatoria nocet, & alia multa in materia auxilij, vi. per eum *ibid. per totum §.* Giach.

z *Sed certe*] Vulpell. *respon. 113. in fin.* Chartat. *de execut. sent. cap. 1. num. 349.* videndus erit Baldus *consilio 382. numer. 6. lib. 5.* Rof.

a *Alias fuisset facturus*] vide Iacob de Buttig. *inter consil. crim. diuers. consil. 11. n. 27. vol. 1.* Drogh.

b *Quæro, nunquid ille, qui assistit armatus*] adde, quando dicatur armatus assistens opẽ ferre, & qualiter puniatur per Iacob. Menoch.

Menoch. etiam de arb.ind. lib.2.centur.4. cas.350. Item delin-
quenti auxiliari quis dicitur etiam post delictum iuuando de-
linquentem, vt euadat, & qualiter iste puniatur, vi.de Crauet.
consil.120.nu.20.& Dec.in c.1.col.8.9.10.de off.deleg. Item an sta-
tutum, quod punit præstantes auxilium cooperatiuum ad de-
lictum committendum vlt.supplicio, comprehendat eos, qui
armati astiterunt, sed nihil amplius fecerunt, vide plene per
Cæpol.crim.consil.2. Guiot.

Quæro, nunquid ille] Quod si fortuito fuit præsens: Roman.
cons.117.& Rim.vbi sup.Menoc.tract.de arb.iudic.casu 350.si au-
xilium præstetur acclamando, puta, amazza, amazza. Nat.cons.
240.n.14.& de eo qui instigat etiam longe astans Vulp.resp.95.
nu.15.& 16.& si casu assistat Vulp.resp.69.nu.1.& seqq. de rece-
ptante post delictum idem resp.109.nu.5.& 115. plura num.5.&
seqq.vbi nu.4.quid si quis assistat inermis; copiosius tamen per
Farin.d.vol.5.q.131.par.2.nu.67.& aliis seqq. Addas etiam Bald.
in l.ob hac verba ff de his qui notantur infam.Ros.

12 *Quæro nunquid ille*] adde † Menoch. de arb.iud.casu 350.Pa-
ris.consil.164.n.11.vol.4 & ibi nu.14. dicit præsumptionem esse,
quod casualiter,& incidenter is astiterit,& quod debet probari
aliquis actus,quo is timidior factus fuit,& in dubio præsumitur
quod casualiter astiterit,& ideo recurrendum est ad coniectu-
ras, vt dicit Fel.in c.sicut dignum, de homic.nu.5.vt est, quando
assistens armatus,etiam quod non euaginauerit,nec aliquid fe-
cerit, statim delinquentem associauerit. Blanc.in repet.l.fi.ff.de
q.nu.236.& seq. Vide etiam in hac materia Mars. in pract.crim.
in 9.constante n.56.cum seq.& Alex.in l.is qui opem,ff.de fur.dicit,
quod armatus,qui stat cum delinquente,dicitur ei præstare au-
xilium,licet arma non moueat,etiam,si stat a longe,& ad hanc
13 † materiam auxilij, & assistentiæ, & quomodo quis præstare
præsumatur,& probari possit,vide omnino Mas.in tract.de prob.
14 concl.1 9.& concl.1119.vbi latissimè. & quomodo † quis libera-
ri possit a crimine assistentiæ, vide Bursat.in cons.216.nu.55.cum
seq.vol.2.vbi latissime Bertaz.consil.516.per totum.

15 Item † adde, quod assistens armatus, qui sine periculo vitæ
potuit prohibere, & non prohibuit, vide ut esse particeps faci-
noris occulti,si post delictum delinquentem associauerit,vt per
Iac.Nouel.in pract.crim.in verb.solet communi n.98.& seq.

16 Item † adde, quod præstans opem cum assistentia scienter
eadem pœna tenetur, quia principalis. Gomes. tit.de delict.c.3.
num.48. versic.2.casu principali. Pract.Papiens. de inquisit.in gl.
opem num.21.

Item adde,quod per Cons.Neap.assistens armatus,licet nihil
fecerit,& aliquali prouocatione fuisset prouocatus,fuit conde-
mnatus ad remigandum per triennium,quia erat humilis con-
ditionis,& alicuius famæ non integræ,vt attestatur Gram.cons.
36.& ibi non apparebat,quod scienter astitisset.

Item adde dicta per Bald. in addit.suis in l.1. ff de seru.corrup.
vbi dicit, quod assistens non dicitur fauere maleficio, nisi ad
hoc assistat, & quod non præsumitur scienter assistere, si aliud
17 non apparet; concludit tamen,† quod iudex debet hoc arbitra-
ri ex circumstantiis, quem refert, & sequitur Ang. ad Aret.in
verb.dictus Andreas,nu.4.

18 Item † adde, quod præsumptio consilij, vel occulti auxilij
contra associantem post delictum oritur,per quam cogitur as-
19 socians probare contrarium:& præsumptio† occulti auxilij ces-
sat, quando astans rixæ fuit, tanquam mediator.Rim.cons.136.
n.8.& seq.inter cons.crim.diuers.to.1.mag.impress.

20 Item adde, quod auxilium dicitur præbere maleficio, qui
dissuasit, ne fieret, si assistit armatus tempore maleficij,ex quo
aduersarium facit timidiorem, & aggredientem audaciorem.
Nat.in consil.458 nu.3.vol.2. nisi esset solitus ire ita armatus, &
ibi tenet; quod præstans auxilium assistendo punitur eadem
pœna,qua principalis.

21 Item† adde,quod assistentes violentiæ non animo offenden-
di, vt non teneantur de auxilio, significare debent aduersariis,
se non venisse, nisi ad paciscendum,alias sunt culpabiles, quia
aduersarij propter eorum præsentiam effecti sunt timidiores.
22 Io.Brunel.in repe.in primum decretal de homic.nu.54.& † qualiter
possit probari negatiua, videlicet quod quis opem delicto, vel
maleficio non præstiterit,licet maleficio assisteret,Plac.epit.de-
lict c.10.num.12.

Item adde, quod licet quis sit præsens tempore delicti, non
probat,quod sit particeps,nisi probetur associatio,vel quod ste-
terit cum eo armatus, Bald.& Rom.in l.1.§.sed in eo ff.ad Syllan.
23 nam † in dubio præsumitur quis fuisse in rixa animo mediandi,
& separandi rixantes potius,quam offendendi. Cæpol.cons.60.
col.3.& Crauet.consil.151.sub num.18.

24 Item † adde,quod si quis vocat amicum suum,vt iret secum,
nec dixit,quò velit ire,& in itinere factus obuiam inimico suo,
illum interfecit,ille associans tenetur ita demum, si dum vide-
ret homicidium,potuit recedere,& non recessit Fulg.& Cæpo.
in l.si quis sit fugitiuus,§ idē ait seruus tuus,ff de adil.edict. Caccia-
lup.in tract.de debit.fugit.in 1.q.num.7. & August.in consil.22.in
Iul.Clar.Sentent.Pract.Crim.

fine.Bertaz.d.cons.516.n.5.etiam si casu fuerit præsens, Mansuer.
ad pract.in d.gl.opem, vbi multa.

Item † adde,quod auxilium præstari dicitur etiam exclaman- 25
do contra eum,qui offenditur. Nat.cons.240.n.14.vol.2.

Item † adde,quod auxilium præstare dicitur ille,qui sarcinas, 26
vel vestes sicariorum custodiuit.Io.de Anan.in c.sicut dignum,
§.si quoq; de homic.

Item † adde,quod statutum dicens,quod præstans auxilium, 27
consilium,vel fauorem maleficio,tali pœna puniatur,debet in-
telligi,quando maleficium est in fieri,secus autem in maleficio
iam facto,perfecto,& consumato. Et si ante,non post delictum,
quia de illo statutum non loquitur. Bart. in l.furtum, ff.de furt.
& Mars.in cons.50.nu.21 & 21. Et isto casu auxiliator punitur
pœna extraordinaria Bertaz.cons.314.n.6.& 7.

Item † adde, quod statutum disponens auxiliantem eadem 28
pœna puniri debere, qua delinquens, intelligitur de ope, quæ
fuit causa maleficij,& non de quolibet modo auxiliandi. Mars.
cons.30.col 3.Ruin.consil.81.nu 5.vol.4. & Rim.iun.in consil.106.
n.12.tom.1.consil.crim.diuers.parua impress.

Item † adde,quod de occiso tenetur assistens scienter basto- 29
nanti,qui percussum occidit,vt quia percussit super caput, vel
percussiones multiplicauit, & quid, quando post percussiones
homicidium factum est cum ense euaginato,latè per addentes
ad Bert.in consil 326.n.5.in lit.b.

Item † adde.an statutum puniens præstantem auxilium coo- 30
peratiuum pœna vltimi supplicij comprehendat eos,qui armati
astiterunt,& nihil aliud fecerunt,Cæpol.cons.2.Baiard.

c *Et quandoque etiam*] adde † quod deuenitur ad torturam, 31
quando constat aliquem fuisse auxiliatorē,& auxilium præsti-
tisse,quia eius factum facit indicium contra eum,vt possit tor-
queri super tractatu præhabito,ita declarat hoc dictum Domini
Clari Bertaz.in cons.106.n.12.vol.1. sed de ista declaratione ego
dubito,nam ex circumstantiis Iudex debet arbitrari,an dolosè
astiterit, vt supra dictum fuit, ergo multo magis ex dictis cir-
cumstantiis ad tormenta deuenire poterit.Baiar.

d *Diuidendi,& separandi*] Et nota,quod proclamata aliter fa-
cta,quod videlicet nullus audeat rixātes separare,vel diuidere,sunt
iniqua,quicquid disponatur per cridas; supra q.87.vers.Dictum
est,ibi; Dicit tamen Cagnolus, supra in §.homicidium, versic. Adde
quod ibi;quod est notandum,imo qui potest homicidium † faci- 32
liter impedire,non impediendo Deū offendit,& occisori par est
vt dixit Ang.in cons.72.coll.2.vers.sic qui potest, allegat cap.sicut
dignum,de homic.glo.in l.culpa caret.ff.de reg.iur.Drog.

e *Quæro etiam*] De receptatorib.autem bannitorum,vide per
Menoc.tract.de arb.iud. lib.2.casu 348.per totum,sup.q.77.versic.
clerici,adde rubricam in Constitutionib.Mediolani Dominum
Domus non esse molestandum,in qua banniti ipso inspicio re-
cepti fuerint,fol.40.à tergo in meo libro.Drog.

Quæro etiam] adde bannitorum receptatores, quando, &
quibus pœnis puniantur per Iac.Menoc.de arbitr.iud.lib.2.cent.
4.cas.348.Boss.tit.de rapinis,vbi etiam habes,quis proprie dica-
tur receptator.Idem tit.de Bann.quid amittat num.fin.& Pract.
Carer.fol.257.cum pluribus seqq. Et quis dicatur receptator,vide
per Foller.pract.crim §.bannitus post n.2. Et omnino text.in l.1.
ff.de furt.& seruo corrupt Item contra scienter receptantem ma-
le actorem,sibi non coniunctum est præsumptio,quod manda-
uerit, aut aliter conscius fuerit.vi.per pract Carer.pag.104.nu.
130.Item de receptantium pœna,vide per eundem,pag.258.cum
duab.seq. item quid sit receptare per eundem n.43.& 44.Giac.

Quæro etiam] Receptatio bannitorum est causa grauis Vulp.
resp.74.n.7.& resp. Quid de receptante fures delinquentes, vel
bannitos scienter, vel ignoranter; Farin.q.133.c.1.1.& 3. Quid
de receptante res furatas d.par.2.nu.91.Ros.

Quæro etiam qua pœna puniatur receptator] adde, † quod re-
ceptare est proprium refugium abscondendi causa præstare reo 32
in agro,vel ædificio. Salic.in l.1.C.de his qui latron.sed † dando
illi potum,non dicitur receptare,& consequenter pœna statuti 33
non tenetur. Bart. in l.1.ff.de seru.corrup. & Foller.in pract.crim.
in ver.banniantur n.22.& de hoc delicto vide omnino Menoc.
in cas.348.vbi latè.

Item † adde,quod non dicitur receptare bannitum,qui illum
inuenit in domo. Bertaz.cons.98.nu.17. Rim.iun consil.319.n.21. 34
quo casu Dominus domus nulla pœna puniri debet,cum nihil
deliquerit Menoc.de arbit.iud.cas.348.nu.15.

Item adde,† quod receptator dicitur per vnicam vicem tan-
tum,& debet puniri. Oldrad.cons.26.col 2.& Afflict.in const.Pa- 35
ctarenorum, nu.9.

Item † adde, quod receptans delinquentem scienter, debet
puniri,secus si ignoranter. Bar.in l.3.§.non solum ff de incēd.ruin. 36
& naufrag.Rom.cons.173.Deci.cons.61.in fi. Mars.in l.vnica nu.
205.C.de rap.virg. & Gram.decis.99. Plot.in l.si quando nu.659.
C.vnde vi, vbi tradit,quando videatur ignorare.

Et si in inquisitione fuerit dictum scienter, & probata non
fuerit scientia,non poterit sequi condemnatio, cum receptare

hominē in se non sit delictum,& quod quis sit bannitus,igno-
rantia præsumatur,ita Bart.in l.1.ff.de recept. & Boss.in tit.de ra-
37 pin.n.19.cum seq.nisi † fuisset notorium, & publicum, illum es-
se delinquentem,quia tunc scientia præsumitur,& non excusa-
tur ratione suę ignorantię,cum sit imputandum receptanti,quia
eius conditionem non explorauit,& quia par est culpa scire,vel
scire debere, Bar,in l.omnes la 2.de agric.& censi.lib.11. Bald.in l.
quicunque in princ.C.de seru.fug. Io.de Anan.sing.9. & Ias.in l.si
38 per errorem col.4.ff.de iurisd.om.iud. & ad probandam † scien-
tiam,siue ignorantiam in hac materia,cum in hoc tota vis cō-
sistat,vt dicit Boss.in loco supra citato, vide Aret.in cons.12.Mars.
consil.170. Carter.de haret.numer.170. Nell.de bannit.in 3.par.2.
temp.q 20.Bald.in d.l.quicunque,Fel.Dec.& Beron.in cap.cogno-
scentes de const.Menoch.de arbit.cas.186.Addent.ad Bertaz.consi.
316.versic.secundum est, & Fab. Mont.in pract.arbit.par.4.num.
907. vbi dicit quatuor modis dignosci posse,quod quis sciēter,
& non ignoranter delinquentē receptauerit.Primo si notorius
delinquens tenebatur.Secundo si erat secundum solitum publi-
catus per loca solita illius loci,& bannitus,& delinquens,nam
tunc allegare ignorātiam turpe est.Tertio si eius delictis fuisset
præsens. Quarto quando in loco erat fama publica, quod erat
delinquens,& ibi etiam dicit, quod quando adest præsumptio
pro scientia , non potest ignorantia probari per iuramentum:
39 † & ita tenet Carer.in pract.crim.2.§.homicidium num.31. Et ad
probandam ignorantiam sufficit probare absentiam a loco, &
40 ciuitate,† Bald.in l.planè ff.de excusat.tut.& in c.cum in tua, qui
matr.accus.poss. vbi ponit plures modos probandi in scientiam,
41 & licet Boss.in tit.de rapi.n.11. dicat, quod in hoc delicto † do-
lus,& scientia debet ostendi,aduertendum est,quod dolus prę-
sumitur in scientiæ,vel scire debenre,vt per Bal.in d.l.quicunque
in princ.C.de seru.fug. & Bart.in l.dolum , C.de dolo , adeo quod
stante scientia vera, vel præsumpta, non debet probari dolus,
42 quia pręsumitur.Et † an pręsumatur scientia in receptante ban-
nitum à Ciuitate vicina,seu Ciuitate Metropolitana,vide Boss.
in tit. de rapin.num.21.cum seq.& addent.ad Bertaz. consil.126.
versic.secunda excusatio, & Plot.in tract.de milit.iur. §.52.nu.13.
vbi concludit,pręsumi ignorantiam,& ideo excusari,& quod i-
stud procederet,etiam respectu consanguineorum:sed ego cre-
do,quod scientia pręsumeretur,si esset bannitus famosus,& e-
ius persona esset nota,& multo magis si esset consanguineus re-
ceptantis; quia in eo,quod publice scitur,quilibet præsumitur
habere scientiam , Gabr comm.concl. lib.6.tit.de reg.iur.conclus.
5.nu.21.Gramm.in decisio.35.num.15. iuxta illud, tu solus pere-
grinus in Hierusalem,vbi dicit Gram.& hoc in terminis decidit
Bal.in c.conuenticulas col.1 de pac.iur.firm. vbi dicit, quod rece-
ptans famosum malefactorem , vt etiam per iuramentum non
excuset dolum suum, tamen posset probari contrarium, vt per
Card.in clem 1.in 3.not.de foro compet.& de hoc habetur plenè per
Viu.com.opi.695.nu.4.cum seq.
43 Item † adde,quod si receptator diceret,se sciuisse illum esse
bannitum,sed ignorasse causam banni,vel eius qualitatem,nō
excusaretur,quia debebat inuestigare,si erat de prohibitis rece-
ptari,ita tradit Nell.de bannit.d q.20.in fi 5 par.2.temp.Sed Plot.
in tract.de in lit.iur.d. §.52.num.14. nullam mentionem faciens
de Nello,dicit,quod non sufficit scientia in genere,vbi statuta,
vel decreta non probent receptari omnes bannitos,nisi probe-
tur scientia qualitatis banni prohibitæ à statuto, vt quod esset
bannitus in capite,vel in membro,sed mihi magis placet opin.
Nell.per doctr.Bart.in l.omnes, C.de agric.& censit.libro 11.quod
imputandum est receptanti , quia eius conditionem non ex-
plorauit , cum sit par culpa scire , vel scire debere , l.quod ff.si
cert.pet.
44 Item adde,quod scientia præsumpta, quæ erat ex rumore,&
fama,vel banno,non sufficit ad imponendam pœnam corpora-
lem receptatori,sed pecuniariam,secundum Bal.in l.1.C.de his,
qui latron.Fel.in c.cum contingat.num.7.de rescript. Mars.in l.de
minore §.plurimum num.14.& Menoch.de arb.iud d.cas.348.nu.
15.vbi ita distinguit,si receptator habuerit plena scientiam,pœ-
na ordinaria punitur,aut solam scientiam habuerit per famam,
45 & rumorem,illum esse bannitum,& tunc † non punitur pœna
corporali,sed alia mitiori arbitrio iudicis:& si penitus ignora-
uerit,absoluitur,sed Boss.tit.de rapin.nu.30.de quo Menoc.non
fecit mentionem,contrarium tenuit,quod scientia præsumpta
sit sufficiens ad condemnandum receptatorem omni pœna le-
gis,vel statuti dicens,quod quando constat de scientia per fa-
mam,tunc est licita causa minuendi pœnam ex gratia,nō quod
iudex cogatur,& non possit imponere pœnam ordinariam,& i-
dem sentit Rim.in d.cons.27.n.24. vbi citauit Boss. Dicit ibi ta-
men ipse Boss.quod non condemnaret aliquem ad pœnam cor-
poralem ex dicta præsumpta scientia.
46 Item adde,quod receptans bannitum non voluntatie,sed eo
acte,(quia sunt plures banniti insimul,& eos expellere non po-
tuisset sine eius periculo) non punitur aliqua pœna,Bald.in l.de-
lictis , ff.de noxal. Mars.in d.l.vnic.nu.204.C.de rapt.virg. Afflict.
in d.constit.Pallarinorum, num.8.Caret.in pract.crim.in §.homi-
cidium nu.39.Crau.cons.309.Rol.in consil.45.nu.70.& Menoch.
de arbit.iud.d.casu 348.nu.16. & talis † receptator per vim non 47
tenetur recedere , & bannitos in domo derelinquere. Bertaz.
consil.99.nu.29. vbi dicit , quod nec etiam tenetur ad pœnam
conuentionalem.
Item † adde,quod hospites non tenentur de receptatione,si 48
dederit cibum,& potum recepto pretio. Bart. in d.l.omnes, C.de
agric.& censit.Afflict.d.constit.Pallarenorum,n.4.Foller.in pract.
crim.in dicto verb.banniantur, nu.15.Alex.in add.ad Bar.in l.1.ff.
de recept.& Rim.in addit.ad Salyc. in l.1.C.de his, qui latro. quod
tamen procedit, quando hospes verè ignoraret illum esse ban-
nitum, vt sentit Bart.in l.omnes, dum dicit caupones excusari,
quando receptant bannitos,qui tamen erant ignoti penitus,&
ita declarat Nell.in d.q.20.& Boss.in tit.de rapin.nu.34.& Meno.
d.cas.348.nu.17. vbi tamen dicit cogitandum esse, quia magna
est Alex.& Rim.auctoritas.
Item † adde,quod si quis scienter receptauerit bannitum plu- 49
rib.vicibus,& demum ipsum prodidit.& Curiæ tradidit,an pu-
niri debeat:hanc quęst.ponit Gand.in tit.de furib.& latro.n.16.
vbi dicit sibi contigisse de facto,dū erat Iudex Bononię,& quod
de consilio peritorum iudicatum fuit,vt non deberet puniri pœ-
na statuti,& quod habuit pręmium concessum à statuto pręsen-
tanti bannitum:sed Nel.de bannit.in 3.par.2.tem.q.24.distinguit
quod aut constat,quod ab initio retinuit animo receptandi,&
postea mutato proposito eum Iudici præsentauit,& tunc puni-
tur:si vero hoc non constat,præmiari,& non puniri debet,quia
præsumitur eum receptasse,vt Curiæ traderet,nisi probaretur a-
liquid,propter quod talis præsumptio excluderetur,puta,quod
ei aliquis minatus fuerit,quod eum accusaret,vel aliquid simile
& Nellum sequitur Foller.in d.verb.banniantur n.20.
Item adde,† quod receptans bannitum toleratum in ciuitate 50
non tenetur ad pœnam ; Mars.in pract.crim.in §.aggredior num.
28.Sim.de Præt.consil.81.nu.5.Bursat.consil.33. & Plot.in cons.19.
nu.103.etiamsi adsit scientia officialium.non autem Principis.
idem Burs.consil.177.n.19. & Mascard. in tract.de probat.in verb.
bannitum concl.173.n.8.& addent.ad Bertaz.in d.consil.126. vers.
3.se defendit.vsque ad fin.& Ioseph.Lud. in decisio.Perus.3.nu.11.
& prædicta procedunt,quando talis patientia,& tollerantia fie-
ret publicè , & palam ab ipso superiore ; aliàs si fieret clam , &
occultè,non posset dici patientia, & tollerantia superioris, ita
tradit Foller.in d.verbo banniantur n.14.ibi subdens se credere,
quod hoc procederet,siue esset superior,qui banniuit, siue esset
superior ipsius receptatoris.
Item † adde,quod receptatores,si sunt parentes,vxor,& alij 51
attinentes , quod ratione sanguinis mitius punitur , Menoch.
d.casu.348.vbi plenè, & Rim.iun.d.consil.17.nu.21. etiam quod
receptassent criminosos crimine læsæ Maiest Bero.in consil.190.
nu.3.vol.3. Tiraq.de pœn.temp.caus.20.nu.1.& 5. vbi limitat in
bannito ex causa lęsę Maiest.Sed hodie per bannimenta vbique
prouisum fuit,quod tam parentes, & alii attinentes,quam ex-
tranei eadem pœna puniantur.
Vidi tamen, & pluries, in Parmensi statu excusari parentes,
quamuis in proclamantibus facta fuisset expressa mentio paren-
tum , volentes iustitiam cedere pietati & illa verba potius ad
terrorem posita esse , quam ad executionem ; & quæ de patre
naturali dicuntur,etiam in patre spirituali; Tiraq. vbi sup.caus.
21.n.11.cum seq.& ferè per tot.caus.
Item † adde,quod receptatores puniri debent pœna arbitra- 52
ria,licet tex.in l.1.ff.de recept.dicat,quod puniuntur sicut princi-
pales delinquentes;ita communiter doctores declarant,d.text.
vt per Gomes. de delict.to.3.c.3.n.50. & per Menoch.d.casu 148.
in princ. tamen vt ibi dicit Menoch.& Carer.in d.§.homicidium
num.33. per totam ferè Italiam receptatores puniuntur pœnis
statutariis.In Regno † Neap.adsunt plures pragmaticæ sub.tit. 53
de receptat.& in statu ecclesiastico plures Bullæ Pontificum,pręę-
sertim Bulla Sanctissimi Domini nostri Sixti V.posita in Bulla-
rio fol.1377. qua disponitur , vt receptatore , pœna crim. læsæ
Maiestatis puniri debeant.& sub quouis prætextu etiam agna-
tionis,& cuiuscunque consanguinitatis,etiam in primo gradu
aut vnicæ, & non dolosæ , nec ad malum finem receptationis
nullatenus excusari possint: nec prætextu,quod receptatio fue-
rit per vim, nisi per veras probationes violentia, & periculum
vitæ probarentur,& nisi statim quam primum potuerit,locum
viciniorem de bannitis certiorauerit.
Item † adde , quod receptans scienter delinquentem statim 54
post delictum præsumitur particeps criminis,& poterit torque-
ri,nisi receptatus fuerit recipientis consanguineus, vel aliqua a-
lia iusta causa probaretur,quæ tollat istam præsumptionē.Fran.
Cason.in tract.de ind.tract.6.n.4.sed de hoc vide omnino Masc.
de prob.concl.1258. vbi plenè receptans delinquentem , an , &
quando delicti particeps præsumatur.
Item † adde,quod statuta,siue proclamata prohibentia ban- 55
nitos receptari , comprehendunt etiam receptantes bannitos,
qui deliquerunt extra territorium proclamantis , secundum
Rim.iun.in d.consil.27.per totum vol.1.Baiar.

Ea-

f *Eadem pœna*] Fallit, si sine culpa, & coacte facit, secundum Soc. *consil.90.nu.9.vol.3.* Item si scienter receptat sine aliquo lucro, vel spe lucri, non tenetur statuto de furtis secundum Crau. *consil.18.n.12.* Marsil. *consil.53.n.30.vol.1.* Item fallit in recipiente, & non abscondente; recipere enim dicitur, quando furem, vel rem furatam abscondit, Bart. *in l.1.ff.de seruo corrupt.* Guiot.

g *Pro defensione tamen*] Item adde, quod cum differat, an quis sciat rem esse alienam, an vero sciat rem esse furtiuam (est n. inter dictos casus magna differentia, vt per Ias. *in §.sed ista nu.84. Inst. de actio.*) hæc erit alia causa defensionis: Nec sufficit rem aliquam fuisse repertam ad hoc vt præsumatur fur, nisi alias sit malæ vocis, conditionis, & famæ, supra *in §.furtum, vers.sed nunquid ille*; quid aut em si quis repertus fuerit in aliqua domo, in qua constat eum habuisse animum furandi; Vide Boer. *in addit.ad Dyn.in regula nemo potest.lit. A.de reg.iur.in 6.* Menoc. *de arbit.iud.lib.2. cent.4.cas.390.nu.62.* Adde pro defensione receptatoris, quod inter alia, si non participat de lucro, non punitur; Hippol. Rim. *inter consil.crim.diuers.consil.106. a n.4.cum seqq.part.1.* & ibidem, *num.9.* attestatur receptatorem minus semper puniri, quam fur ipse. *Drog.*

56 h *Pro defensione*] adde, † quod aliud est receptare, aliud pati vt res illata eo absente in domo remaneat; August. *in consil.19.n.7.lib.1.* & Bal. *in cons.250.n.10.vol.1.* dicit eum, qui non recepit ab aliquo, sed reperit in domo, non dici receptatorem.

57 Item † adde, quod probatio per iuramentum accusatoris super quantitate rerum ablatarum non admittitur, vbi agitur contra tertium, qui pro delinquente posset teneri. Bar. *in l.semper §. hoc interdicto.ff.quod vi aut clam.* & idem August. *in d.cons.19.in*

58 *fine.* & ibi disputat, † an receptans vnam rem furatam ex pluribus rebus derobatis, posset teneri ad restitutionem earum, quo non receptauit, & hanc partem, quod iuramentum accusatoris non attendatur, quando non agitur contra delinquentem, sed contra tertium, qui teneatur pro eo, velut cōtra villam, seu vniuersitatem pro delicto commisso in eius territorio, vel contra dominum pro famulo, seu patrē pro filio, sed debent testibus, aut instrumentis omnia probari, tradit Plot. infinitos allegando, & hanc communem asserendo esse, *in l.si quando nu.758.C. vnde vi.* vbi *nu.seq.* infert iuramentum non operari contra fideiussores tutorum, vel curatorum, licet valeret contra ipsos principales, vbi, & ad hanc partem ponit fallentias, vt videri potest.

59 Item † adde Marsil. *in consil.53.n.59.* & Pont. *in consil.206.* vbi tenent cum aliis, quod receptans scienter rem furatam sine lucro, vel spe lucri, non committit furtum nec debet puniri eadem pœna, & idem tenuit Cassan. *super consuet. Burg fol.152.num.10.* vbi post Mars. *in d.cons.53.& in consil.47.* hanc quæstionem latè examinauit: secus vero in receptante furem, siue latronem, vt ibi per eum: sed Peguer. *in q.crim.c.13.* attestatur, decisum fuisse in consilio Regio Cathaloniæ, quod receptatores rerum furatarum scienter sunt puniendi, vt fures, & eadem pœna, quia principales delinquentes, & hanc decisionem arbitror esse verissimam.

Item adde, quod recipiens scienter rem furto subtractam a filiofam. al. patri, non tenentur aliqua pœna, si pater sciuerit filium sibi furari, & permiserit, ita egregiè consuluit Rim. iun. *in consil. 105.vol.1.inter cons.crim.diuers.paruæ impress.* vbi tenuit etiam in princip. quod vicini, qui receptant res furatas a filiis, & ab vxore, marito, & patribus furantibus, tenentur pœna furti.

60 Item † adde, quod statum puniens opem, sicut forem, locum non habere in receptatore rei furtiuæ. Rim. iun. *in cons.106.nu.12. to.1.consil crim.diuers.paruæ impress.*

61 Item † adde, quod Barones, seu eorum officiales, qui de ipsorum consensu abutuntur iurisdictione, receptando latrones publicos, homicidas, incendiarios, & alios facinorosos homines, possunt per Regem, siue Principem iurisdictionalibus priuari. Lud. à Peguera *in q.crim.c.36.* Et in Reg. Neap. adest pragm. Caroli V. quæ est prima *sub tit.de receptatoribus*, quæ prouisum fuit,

62 quod † Barones malefactores receptantes, pœnam indignationis Regiæ Maiest. incurrāt, & aur. vnciarum mille, & aliam pœnam pecuniariam arbitrio imponendam. Possunt etiam subditi Rom. Eccles. dispositione Sum. Pont. Nam Iulius II. districtè præcipiendo mandauit vniuersis, & singulis tam laicis, quam Ecclesiasticis cuiuscumque, &c. Ducibus quoque Comitibus, Baronibus, domicellis, nec non Communitatibus, & Ciuitatibus Eccl. Ro. mediatè, vel immediatè subiectis, ne homicidas, bannitos, exules, & rebelles, aut pro alio capitali crimine condemnatos, & alios etiam, de quib. *in d.decreto*, &c. in eorum domibus, seu cast. is, vel locis reciperent, vel receptare præsumerent sub incursu excommunicationis maioris & anathematis, à quibus nisi à Sum. Pont. & in articulo mortis absolui possint, cum priuatione priuilegiorum, gratiarum, indultorum, &c. Ciuitatum, castrorum, feudorum, & cōcessionum, &c. cum confiscatione eorundem Cameræ Apost. *Bulla 5.* quam approbauit Leo X. *const.31.* Clem. VII. *const.6.* Pius IV. *constit.30.* Pius V. *constit.13.* Greg XIII. *constit.66.* Baiar.

Iul.Clar. Sentent. Pract. crim.

QVÆSTIO XCI.

An ex sola cogitatione quis puniatur.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Cogitatio an sit aliquo casu punibilis.*
2 *Tractatus de delicto committendo an sit puniendus.*

Ex Additionibus.

1 *Cogitationis pœnam nemo patitur.*
Et quid si sit verbis expressa, ibid.
2 *Dicens se velle Regem occidere, si aliud non fecit, non tenetur.*
Nisi hoc cum pluribus dixisset faciendo coniurationem, ibid.
3 *Amplia, vt non teneatur, etiam si solus secum dixisset, & iurasset.*
4 *Cogitatio cum aliquo facto extrinseco concurrente pœnitentia non punitur.*
5 *Pœnitentia in occultis præsumitur.*
6 *Cogitatio quomodo probetur, remissiuè.*

QVæro, a nunquid ex sola cogitatione aliquis puniatur. Resp. regulariter, quod non, vt est tex. *in l. cogitationis, ff. de pœnis*, & est commun. opin. ut dicit Bolen. *in repet. l. capitalium, §. famosos, numer. 70. & seq. ff de pœnis.* Et hæc quidem conclusio de jure ciuili nullam habet difficultatem, nam ex sola cogitatione b quis non punitur, neque etiam in crimine læsæ Majestatis, nisi ad aliquem actum exteriorem processum fuerit, ut voluit gl. *in l. quisquis, in verbo, eadem enim, C. ad leg. Iul. maiest.* quam omnes scribentes sequuntur, vt dicit Foller. *in pract. crimin. f. 396. numer. 70.* De jure tamen canonico secus est: nam in aliquibus casibus etiam ex sola cogitatione quis punitur. Et potest poni c exemplum in hæresi, nam cum illud delictum sola mentis cogitatione perficiatur, solent inquisitores punire etiam hæreticum in mente, ut dicit Bald. *in l. si quis non dicam rapere, post numer. 1. versic. & cler. venio ad oppositionem, C. de episc. & cler.*

Sed d pone, quod quis non steterit in meris terminis cogitationis, sed ulterius etiam processerit ad tractatum cum aliquo de ipso maleficio committendo, nunquid poterit de tali tractatu puniri? Vide, quæ dixi supra *quæst. 38. vers. vidi aliquando.*

ADDITIONES

Ad Quæst. XCI.

a *Quæro nunquid ex sola cogitatione*] Add. † Andr. de Isern. *in c. 1 §. si voluerit, de capit. qui Cur. vend. singulariter*, vbi dicit, quod indistinctè pœna aliqua non punitur cogitatio, & pari modo si ipsa cogitatio sit verbis expressa, quia verbum est ipsa cogitatio, & vox, sonus, & Iudex cogitationis; citat Augustinum de penetensore, non enim posset luciri, quod quis cogitauerit, nisi quia ipse dixit, sic dicit probari talem cogitationem turpem, quia ipse hoc dixit, ex quo ipse † infert, quod licet quis dixerit, se velle occidere Regem, si aliud non fecit, nec laborauit, vt faceret, non ex hoc punitur, nisi hoc dixisset cum pluribus faciendo coniurationem.

3 Item adde, † quod si quis solus dixerit, & iuratus fuerit, quod vult committere delictum contra Regem, & nihil aliud fecerit, non punitur illa cogitatio, siue affectus; secus si cum alio dixisset, Afflict. *in constit. asperitatem, num. 2. fol. 48.*

4 Item † adde, quod cogitans cum aliquo facto intrinseco, sed antequam ad actus proximiores procederet, se pœnituit, non punitur, vt per Menoch. *de arbitr. iud. cas. 170. n. 9.* & † pœnitentia præsumitur, quando delictum non est manifestum, quia in

occultis sine probatione præsumitur eum pœnituisse, vt per Spec. *in tit. de testam. n.* 14. & de cogitatione, & an puniri possit, vide Capr. *commun. conc. reg. 66. per totum*, & quomodo cogitatio † probetur, vide Mascard. *de probat. concl.* 309. Baiard.
6

b *Quis non punitur*] Et plura apud Decian. *tract. crim. tom.* 2. *lib.* 9. *cap.* 28. Ros.

z *Exemplum in hæresi*] *Sup. qu.* 55. *versic. Quomodo autem in princ.* Drog.

d *Sed pone*] Farinac. *vol.* 5. *sua prax quæst.* 124. *par.* 2. *num.* 35. *&* 36. & generaliter quando pœnitentia in delictis prosit, idem Farin. *qu.* 124. *parte* 3. *num.* 150. *volum.* 5. Ros.

QVÆSTIO XCII.

An effectus, siue conatus ad delinquendum, puniri debeat, etiam si delictum consummatum non fuerit.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Affectus, conatus, vel attentatum an puniri debeat, perinde ac si secutus esset effectus.*
2 *Et quid in atrocissimis.*
3 *Et quid si non fuerit deuentum ad actum proximum.*

Ex Additionibus.

*1 *Affectus quomodo dicatur puniri sicut effectus.*
1 *Conatus quid sit, & quando puniatur, remiss.*
2 *Amplectens domicellam inuitam in publica via quomodo puniatur.*
*2 *Senatus est loco Principis.*
3 *Actus proximus quando sit puniendus.*
4 *Assassinus solitus committere assassinia potest puniri ex solo conatu.*
5 *Conatus in delictis leuibus non est considerandus.*
6 *Actus proximus quando dicatur.*
7 *Conatus de generali consuetudine an sit puniendus.*

1 QVæro: *a* nunquid conatus, siue attentatum ad de-
a lictum committendum debeat puniri, etiam si
b non sit secutus effectus. Resp *b* quod de iure communi
c punitur affectus, *c* & conatus ad delinquendum, etiam si non sequatur delictum. Et est communis opinio vt dicit Io. de Lignano *cons.* 20. *n.* 15. *inter cons. crim. diuers. lib.* 1. tamen de generali consuetudine non punitur affectus, neque conatus, siue attentatum, nisi sequatur effectus; prout de hac generali consuetudine attestatur Spec. *in tit. de accusatore*, §. 1. *n.* 7. *in fin.* quem refert Alex. *cons.* 15. *post n.* 2. *lib.* 1. *& cons.* 140. *n.* 2. *lib.* 2. & Cors. *in repertorio, Abb. in verbo, Affectus*, & Ias. *in l.* 1. §. *fi. in fi. ff quod quisque iur.* & Boer. *de.* [illegible] 316. *num.* 3. & Cater. *in pract. fol.* 186. *nu.* 8. & Bertran. *conf.* 169. *nu.* 1. *lib.* 3. *in* 1. *par. & conf.* 31. *num.* 3. *eod. vol. & consil.* 10. *num.* 8. *&* 9. *lib.* 6. *& consil.* 218. *num.* 6. *lib* 7. De hac etiam generali consuetudine Italiæ attestatur Gand. *de malef. in tit. de rebus non portan. circa fin. Bal. conf.* 361. *in fin. lib.* 1 *& conf.* 443. *n.* 3. *lib.* 3. *& l. is qui cum telo, C. ad leg. Corn. de sicariis*, quẽ refert Bolenc. *in repet. l. capitalium*, §. *famosos nu.* 75. *ff. de pœnis*. Ang. *in d. l.* 1. §. *fin. num.* 3. *consil.* 14. *num.* 3. vbi dicit, quod ista consuetudo est approbata per totum mundum, quem refert Maranta in *suo Spec. fol.* 26. *num.* 54. Fulg. *cons.* 149. *post nu* 4. *vers. superest de tertio*, Catald. *de synd. q.* 198. vbi subdit, quod cum hæc sit generalis consuetudo, non indiget probatione, Aug. ad Ang. *de malef in verb. Et ex interuallo, post nu.* 16. *& in verb. Vna alia percussione, post num.* 5. *& in verb. Sempronium, n.* 4. quem refert Gram. *decis.* 2. *num.* 8. referens ita fuisse *d* indica- *d*
tum in causa veneni; Petrus de Socin. *inter consil. crimin. diuers. cons.* 98. *num.* 10. *lib.* 1. Mars. *consil.* 51. *num.* 14. Boer. *decis.* 316. *nu.* 3. Rim. *consil.* 281. *in fin.* Igneus, *in l. & si certus*, §. *si vnus, n.* 63. *ff. ad Sylle.* Gomes. *in* §. *item si quis, post nu.* 29. *Instit de actio.* Afflict. *super* 1. *parte constitut. Regni, rubr.* 41. *in princ. nu.* 6. *& super* 1. *par. rubr.* 11. *nu.* 2. vbi loquitur etiam in atrocissimis: Didac. *in repe. Clem. si furiosus, f.* 281. *num.* 11. *de homicid.* Foller. *in pract. crim. cano. f.* 235. *num.* 4. Gramm. *voto* 19. *num.* 4. *& voto* 20. *num.* 9. *& cons. crim.* 25. *nu.* 5. *& super constit. Regni fol.* 14. *nu.* 6. Mantua *cent.* 1. *num* 5. Michellus *patrocinio* 10. *num.* 1. vbi loquitur in assassinio, Villalp. *in repet. leg.* 22. *c.* 9. *num.* 9. Et licet aliqui ex prædictis videantur loqui de statutis, per quæ sublatæ sunt *e* leges punientes conatum, est tamen *e*
absolutum, quod etiam absque statutis ita est generali consuetudine totius mundi introductum: vt in specie attestatur Ang *in loco præallegato*, & Ioseph. Fontanellus *inter cons. crim. diuers. cons.* 79. *num.* 9. *& seq. lib.* 2. & Maranta *inter eadẽ cons. crimin. diuersor. cons.* 98. *circa princ. eod. vol.* 2. & alij multi ex prædictis; & de consuetudine Franciæ attestatur practica Millei, *fol.* 60. *num.* 35. *& fol.* 111. *num.* 25. Idem in specie loquendo de pœna leg. Corneliæ de sicar. attestatur Bar. *in pluribus locis*, quos refert Igneus *in l.* 1. §. *si dominus, nu.* 6. *ff. ad Sylle. in d.* §. *si vnus, post num.* 63. Pract. Iod. *c.* 67. *num.* 19. & dixi *sup. hoc eod. lib.* §. *Homicidium, vers. punitur etiã, & vers. Vltimo quæro: f* Idem loquendo de pœna *l. si quis non dicam rape- f
re, C. de episc. & cler.* attestaeur Mantua *consil.* 31. *nu.* 2. *li.* 2. vbi consuluit, quod quidam, qui *g* apposuerat scalas *g*
nocte ad domum mulieris, vt eam violaret, non debeat puniri pœna mortis, sed alia mitiori, prout etiam iudicatum fuisse per cons. Neap. refert Afflict. *decis.* 276. in quo tamen proposito videnda sunt ea, quæ dixi supra *q.* 68. *vers. Ascendens cum scalis.* Adde, quod hanc eandem opinionem quod scilicet non puniatur conatus, nisi secutus sit effectus, dicit esse communem Barb. *consil.* 33. *lib.* 2. prout illum refert Apostil. ad Dec. *in l. non vult hæres, sub num.* 4. *ff. de reg. iur.* Gram. *voto* 8. *nu.* 15. Et secundum hanc opi. pluries vidi in Senatu iudicari, & in specie de pudicitia attentata Petrus Vicarietus, qui puellæ nobilis lectum ascenderat, & pectus tetigerat, neq; vltra progressus fuerat, habita remissione, fuit absolutus, 3. Iunij 1547. P. N.

Scias tamen, quod (secundum aliquos) hæc conclu- 2
sio, quod conatus non puniatur, nisi secuto effectu, locum non habet in delictis atrocissimis, nam *h* in illis *h*
punitur affectus, etiam quod effectus non sequatur. Ita dicit gloss. *in d. l.* §. *hæc autẽ verba, in verbo, Putamus, ff. quod quisq; iur.* Et hanc dicit esse communem opinionem Felin. *in c.* 1. *post. n.* 1. *vers. limita secundo, de off. deleg.* Didac. *in d. Clem. si furiosus, f.* 276. *num.* 6. Et *i* ideo secun- *i*
dum eos in crim. læsæ Maiest. ac oppugnatæ patriæ, & simoniæ, *k* & in volente aliquem veneno perimere, pu- *k*
nitur conatus, licet non sequatur effectus. Et hanc esse communem opinion. dicit Boer. *de seditiosis, in* 7. *præsupposito, n.* 42. Idem attestatur Igneus *in l.* 1. §. *occisorum, num.* 41. *ff. ad Sylle.* se pluries vidisse obseruari in latronibus grassatoribus, & in veneficio, *& in l. si sequens*, §. *cum ex parte, num.* 10. *eod. tit.* refert fuisse capitali supplicio affectum quendam nobilem, qui sæpius conspirauerat in necem agnati sui proximi liberis carentis, pluriesque attentauerat illum interimi facere veneno, & sagitta, licet illum occidere non potuisset, & quidam forensis, qui de mandato alterius insultum fecerat in quendam Papiensem animo eum occidendi, confessus delictum fuit laqueo suspensus, nullo facto processu; neque *l* datis defensionibus 25. April. 1547. Et in *l*
pluribus casibus punitum fuisse conatum non secuto effectu refert Papo *lib.* 23. *tit.* 10. *per totum*. Sed certè videtur

m detur, quod secundum alios m de generali consuetudine etiam in atrocissimis minus punitur, qui actum non perficit, licet deuenerit ad actum proximum. Et ita attestatur Afflict. *super tertia parte constit. rubr. 24. in princ. post n. 15.* Bertran. *consil. 218. nu. 6. lib. 7.* Quinimo hanc opinionem dicit esse communem Marsil. *consil. 10. numer. 1.* loquens in assassinio: Idem in assassin o attestatur Tang. *in pract. crim. cap. 10. num. 7.* & generaliter loquendo in atrocibus, *in ea pract. crim. cap. 7. n. 1.* Gram. *vot. 8. col. fin.* prout illum refert Didac. *in d. clem. si furiosus, fol. 176. ver. verum circa.* Ego autem dico sic:
n n Aut lex, vel statutum in huiusmodi atrocissimis expresse punit solum conatum, & seruanda est; Aut non punit expresse conatum: & standum est generali consuetudini, vt conatus non puniatur, nisi sequatur effe-
o ctus: Et hæc opinio iudicio meo tutior est: o Nihilominus quia pluries vidi in his casibus diuersimodè iudicari, quandoquè puniendo conatum in atrocissimis pœna ordinaria, & quandoque pœna extraordinaria, crederem in practica posse iudicem adhærere cui opinioni maluerit, inspecta facti, & personarum qualitate: Consulo tamen, vt semper in mitiorem partem inclinet. In his vero, quæ atrocissima non sunt, nullo modo debet iudex pro solo conatu pœnam mortis imponere, nisi id expresse (vt dixi) statuto, vel lege caueatur, & eo etiam casu, non nisi deuentum fuerit ad actum proxi-
p mum, & immediatum ipsi maleficio. p Regulariter autem non debet iudex conatum impunitum relinquere, sed semper aliquam pœnam extra ordinem infligere. Et nota, quod in illis casibus, in quibus ille, qui deuenit ad actum proximum, non potest puniri pœna ordinaria, debet tamen acrius puniri pro motu indicis, quam ille, qui deuenit ad actum remotum. Et ita tenet consuetudo, vt dicit Bald. *in l. data opera, num. 77. C. qui accus. non poss.*

3 Scias q etiam, quod in omnem casum dispositio d. l.
q si quis non dicam rapere, & similium, quæ expresse puniunt solum conatum, etiam non secuto effectu, semper intelligenda est, vt procedat, quando deuentum
r est ad actum proximum maleficio. r Et est communis opi. vt dicit Gram. *consil. 36. num. 19.*

ADDITIONES

Ad Quæst. XCII.

a QVæro nunquid conatus.] Affectum non puniri effectu non secuto, dixit supra *§. Homicidium, versic. vltimo quæro.* At in proposito præsentis quæstionis dixit Menoch. *in tract. de arbit. iudic. lib. 2. casu 360. supra in §. Fornicatio versic. fin.* Et nota, quod ius commune, de quo hic dicitur, confert cum iure Diuino; vnde D. August. *lib. 16. cap. 4. ad fin. de Ciuit. Dei*, loquens de ædificationibus Turris Babyloniæ, ait; Meritò autem malus punitur affectus, etiam cui non succedit effectus; Intelligitur
1 tamen † affectum puniri etiam non secuto effectu, videlicet eadem lege, non autem eadem pœna; Gramm. *decis. 2. num. 12.* Quod tamen non puto verum per ea, quæ paulo post dixit idem Gramm. *decis. 6. nu. 12.* Nam si satis est dicere in sententia crimen fuisse attentatum ad hoc, vt quis pro affectu veniat puniendus, quia tunc subintelligitur imposita pœna affectus, vt ibidem; quomodo tunc distinguemus pœnam a lege? vide tamen D. Petrum de Saaceno *inter consilia criminalia diuers. consilio 9.. sub n. 6. volum. 1.* gloss. *in l. 1. verb. latrones, ff. de recept.* Ias. *in l. vn. nu. ad fin. C. vt omnes iud.* vbi dicitur committi crim. læsæ Maiest. & tamen pœna ibidem est pecuniaria; vide Bald. *in l. si veteris in fin. C. de fid. instrum.* sed latius, & diffusius vide Catal. de Boncompagnis *inter consil. criminalia, consil. 55. per totum maximè, num. 5. vol. 1.* Diog.

Quæro nunquid conatus] Conatus est minus quam factum; vide Dec. *tract. crim. to. 2. lib. 9. c. 29. in princ.* vide Peguer. *decis. 7. n. 13.* Ros.

2 *Quæro nunquid conatus*] adde Menoch. † *de arbitr. iud. cas. 360.* vbi ad latitudinem de hac materia tractauit. *Baiar.*

b *Resp. quod de iure*] Latissimè de hac re Menoch. *de arb. iud. casu 360.* Bonacoss. *in quæst crim. verb. affectus.* Alex. *consil. 15. lib. 1.* vbi Apostil. traduat de eo, qui fuit de ponte delectus, vide Farin. *vol. 5. sue prax. q. 124. par.* & quid in pœnis statutariis *ibi par. 2. n. 117. & in crim. læsæ Maiest. q. 116. §. 4. n. 152.* Ros.

c *Et conatus ad delinquendum*] adde conatus ad delictum, quoniam, & qua pœna puniatur, fusius, quam hactenus expositum per Menoc. *de arbit. iud. casu 360.* ac etiam per Do. Felin. *in tract. de conatu.* Giach.

d *Indicatum in causa veneni*] Contrarium statim dixit infra *hac eadem q. versic. scias tamen post principium, ibi, & in volente aliquem veneno perimere, supra q. 68. vers. fin.* Diogh.

e *Leges punientes conatum*] Sic etiam Ias. *in §. 1. nu. 320. Instit. de act.* in statutis namque locum non habet *l. is, qui cum telo, C. ad l. Cornel. de sicar.* Apostil. ad Dec. *in l. Non vult hæres littera B ff. de reg. iur.* Maran. *in suo Spec par. 3. tit. An iudicium sit ciuile, vel Criminale nu. 70.* Diog.

f *Idem loquendo de pœna*] adde † videndum Peguer. *in q crim. c. 7.* vbi late, qua pœna puniendus sit ille, qui in via publica amplectitur aliquam domicellam inuitam, & acclamantem, illius pudicitiam attentando, an pœna deportationis, per tex. *in l. si qui puero ff. de extraor. crim.* vel alia pœna arbitraria. *Baiar.* 2

g *Qui apposuerat scalas*] De istis scalis habetur etiam sup. *qu. 8. versic. sed nunquid q. 60. versic. est & amor, & q. 68. versic. Ascendens.* Diogh.

h *In illis punitur affectus*] Intellige de conatu proximo consummationi, vide per Alex. *resp. 28. num. 2. tom. 2. lib. 7.* & D. Fel. *d. tract. col. pen.* & Iac. Menoch. vbi supra *in 2. casu princ. per totum.* Giach.

i *Et ideo secundum eos*] De conatu in veneni propinatione vide sup. *fol. 30.* Farin. *q. 122. p. 2. n. 14. vel. 4.* Ros.

k *Et in volente aliquem veneno perimere*] adde Bell. *consil. 52. nu. 8. sup. in §. Homicidium versic. vltimo*, & hic nota quæ dicantur crimina atrocissima; quæ autem sint atrocia, dixit sup. *in §. 1. ibi; Respon. sibi videri atrocia*; & adde in atrocibus quod si crimen committi non potuit, non tamen stetit per reum quin commissum fuerit, punitur aliquando, etiamsi ex post pœnituerit, sup. *q. 60. vers. fui quandoque ibi*, Aut loquimur in pœnitentia, *& in §. Raptus, versic. sed quid ad fi.* Gramm. *decisio. 2. nu. 21. in fin.* Aut quomodo intelligatur statutum, si quis voluerit venenare, notat Crem. *sing. 50.* Dec. *in l. Non vult hæres num. 4. ff. de reg. iur. supra q 68. versi. seipsum.* Gram *d. decis. 2. nu. 12.* Diogh.

l *Neque datis defensionibus*] Est tamen singularis casus, nec à iudicibus inferioribus imitandus, vt dixi *sup. quæst. 65. vers. fortè ad med. ibi. quam tamen practicam.* & in quantum hic dicitur de sagittam emittente, nec occidente, adde Meno. li. *de arbit. indic. lib. 2. cent. 4. cas. 360. sub nu. 36. in fin.* Est autem senatus † loco Principis *d. qu. 94. versic. est etiam alius modus in princ. sup. q. 6. versi. præterea etiam bonum est*, Nil mirum ergo, si senatus tali modo procedere potest; Hodie tamen stante decreto Regio emanato de anno 1581. 17. Aprilis, §. *sotto colore dell' arbitrio in fine*; Nescio, an ita procedat, de quo decreto mentionem feci supra pluries *ad q. 78. versic. quæro si bona* maximè cum dictum decretum expresse non deroget prærogatiuæ senatui datæ, vt possit procedere sola facti veritate inspecta, adeo quod iudicat idem Senatus, vt Princeps, de qua prærogatiua dixi *in d. qu. 78. versic. sed quæro in fine.* In atrocissimis, quod ita procedat Senatus dixit supra *in §. 1. versic. sunt etiam ad finem*; Durum est tamen sic exequi, cum nec Princeps ipse possit tollere defensiones, vt est supra *q. 31. versic. Item adde in fin. & versicul. quæro nunc in fine q. 49.* & ad hoc vide dictum Decretum in fine præsentium additionum, cum iis, quæ ibidem annotaui. Hodie tamen etiam contra non confessum virtute Sen. in atrocissimis rescribendo hoc modo; Denunciata prius reo morte, illum torqueatis & hoc fortiter, vt mortis futuræ metu magis quam vi tormentorum confiteatur. *Diog.* 2

m *D. generali consuetudine*] Farinac. *quæst. 145. §. conatus numero 21. vol. 5.* Ros.

De generali consuetudine] adde † vt per Ios. de Lud. *in decisio. Perus. 50. nu. 3.* Baiar. 3

n *Aut lex, vel statutum*] adde huic distinctioni, quæ voluit Dec. & ibi Apost. *in littera B, in l. non vult hæres numer. 7. ff. de reg. iur.* Indistinctè autem, quod qui ad stratam sese contulerint non tamen derobauerint, quia nec commoditas nec casus euenerit, non puniantur, tenuit Bonif. de Vitalinis *de malef. tit. de furibus, & latronib. in princ. fol. mihi 312.* Diogh.

o *Nihilominus quia pluries*] adde, † quod solitus committere assassinia, & similia delicta atrocia, poterit morte puniri ex solo conatu, dato, quod non sit secutus effectus, Gram. *vot. 9. n. 22. cum seq.* Baiar. 4

p *Regulariter autem*] Conatum aliqualiter per iudicem puniri debere Farin. *q 145. §. conatus n. 112.* Ros.

Regulariter autem] adde, † quod conatus in leuibus delictis, vt est, quando pœna est pecuniaria, non est considerabilis, nec punitur aliqua pœna ordinaria, nec extraordinaria, vt per Rimin. iun. *in consil. 695. nu. 10. vol. 6.* Baiar. 5

q *Scias etiam*] adde videndum Corn. *in consil. 202. vel. fi. vol. 1.*

Gram. *voto* 9. & omnino Deci. *in tract. cri. lib. 9. c. 3. num. 38. 40. 2.* Alciat. *consil.* 18. n. 2. *10. 2. lib. 7.* & Menoch. *de arbitr. iud. cas.* 360. *in*

6 *2. cas. principali*; † quibus in locis habetur, quoniam quis dicatur deuenisse ad actum proximum: vide etiam quæ posui supra *in §. assassinium, versic. scias etiam.* Baiar.

7 *r Et est communis opinio*] adde, † videndum Ioseph. de Ludo. *decisio. Perus.* 50. *num.* 3. Baiard.

QVÆSTIO XCIII.

Quemadmodum sententiæ criminales proferri debeant.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *De forma sententiarum criminalium.*
Et an pronunciari debeant ab ipsomet iudice, ibid.
2 *Et an in sententiis criminalibus iudex teneatur exprimere causam.*
3 *Et an valeat sententia, Condemno Titium centum, quæ si non soluerit, amputetur ei manus.*
4 *Et quid si iudex condemnet reum in maiori summa, quam statutum disponat, an sententia sit nulla.*
5 *Et quid si iudex apposuerit clausulam, Saluo, & reseruato.*

Ex Additionibus.

1 *Processus primus deperditus, si post confectionem secundi reperiatur, & diuersi sint, quis eorum sit attendendus.*
2 *Et quid si reperiatur post sententiam.*
3 *Et quid si Iudex diceret, non fuisse iudicatum.*
Imo, dictio, adiecta secundo verbo contrario præcedenti in sententia importat emendationem.
4 *Iudex in sententiis criminalibus condemnatoriis, debent condemnare ad interesse partis, & absque petitione.*
5 *Interesse ex dispositione iuris communis debetur parti offensæ, & fortius quam pœna fisco.*
6 *Sententia à quo sit legenda.*
Sententia in qua desunt verba lecta, & lata non valet.
7 *Sententia prout in cedula an valeat, remiss.*
8 *Sententiæ in Regno Neapolitano quomodo proferantur.*
9 *Sententia debet prius scribi, & postea legi.*
10 *Executio non potest fieri contra aliquem, (quamuis criminosum,) ante sententiam.*
11 *Sententia an debeat continere causam, remiss.*
12 *Iudex pronuncians aliquem condemnandum, an, & quando intelligatur condemnasse.*
Sententia lata per verba futuri temporis, vel modi infinitiui, an valeat, remissiue.
13 *Sententia continens grauiorem pœnam, & non æquam delicto, non est mandanda executioni, quamuis in contumaciam lata.*
14 *Berruarius interficiens, ab eo iniuriis prouocatus, non punitur morte.*
15 *Iudex condemnans in vna parte, non censetur in alia absoluere.*
16 *Et quid si Iudex dicat, quia nobis constat delictum per te esse commissum, ideo si ex tali delicto tanta pœna tibi imponi debet secundum formam statuti, eam tibi imponimus.*

a Dictum *a* est de pœnis, quæ secundum delictorum qualitates imponi debent: nunc de forma ipsius *b* sententiæ proferendæ aliqua breuiter subjiciamus. *b* Et in primis scire debes, quod licet de jure sententia ferri debeat; & pronunciari *c* ore ipsiusmet judicis, vt dixi supra *lib. prox.* nihilominus de consuetudine Italiæ notarius legit sententiarum, & judex deinde dicit, Ita absoluo, vel, Ita condemno. *d* Et ita obseruatur, teste Vital. *de malef. in rub. de pœnis condemnatorum, num.* 26. *d*

Fuit *e* aliquando dubitatum, nunquid in sententiis 2 criminalibus judex teneatur exprimere causam. In *e* quo quidem articulo magna est inter Docto. altercatio: sed quidquid sit de jure, Alb. *in l. properandum, § illo, numer.* 34. *& seq. C. de iud.* dicit, quod continuè seruatur de facto quod inferatur causa, quia judices maleficiorum ponunt in sententiis suis, Quoniam talis accusatus fuit de tali maleficio, & nobis constat per testes, vel per ejus confessionem, quod illud maleficium commisit, *f* ideo illum condemnamus, &c. Vel econuerso, *f* Quia repertus fuit innocens, illum absoluimus. Et illud dictum Albe. refert August. ad Ang. *de malefic. in verbo, Et quia nobis, num.* 4. subdens, quod si ista sunt in obseruantia, non recedamus ab ipsa. Apud nos certe non seruatur talis practica, *g* nisi quando rei in contumaciam *g* condemnantur, ut dixi supra *quæst.* 44. *vers. videamus*: sed quando sunt præsentes, non dicitur, nisi viso processu, Condemnamus, vel absoluimus: & sententia valet, & tenet. Vide in hoc proposito ea, quæ dixi supra *q.* 85. *vers. vlterius quæro*,

Quæro, *h* nunquid valeat sententia hoc modo con- 3 cepta, Condemno Titium in centum, quæ si non sol- *h* uerit, amputetur ei manus. Respond. quod de jure hæc *i* quæstio non caret difficultate: tamen consuetudo obtinuit, quod tales sententiæ valeant, & ita practicamus, ut attestatur Bald. *in l. cum iudex, in fin. C. de sent.* quem refert Augustin. ad Ang *de malefic. in verbo, Quas si non soluerit cum quarto pluri, numer.* 4. Idemque iudicat, Condemno te in centum, quæ si non solueris infra 10. dies, condemno te, ut soluas in quadruplum. Et ita de consuetudine obseruari attestatur Spec *in 2. parte in tit. de sentent. §. species autem, numer.* 5. ubi dicit, quod quia sic consuetum est fieri: ideo sic obseruandum est. Et illum refert Augustin. *in loco præallegato.* Vbi tamen non vigeret statutum, vel consuetudo id disponens, non crederem talem sententiam valere, neque ego ita judicarem.

Quæro, *k* si judex condemnauit aliquem in majori 4 summa, quam statutum disponat, nunquid illa senten- *k* tia sit nulla. Respond. quod quantum ad summam, in qua judex excessit dispositionem statuti, omnes fatentur, quod est nulla, ut dicit Ian. de Canemortuo, *consil.* 33. *num.* 8. *inter consil. criminalia diuersorum lib.* 1. Quinimo multi tenuerunt, quod etiam in totum vitietur. Et hanc opinionem communiter approbari attestatur idem Ioan. de Canemortuo *in loco præalleg.* *l* Et iudex, *l* qui male iudicauit, tenebitur versus rempublicam ad interesse, prout quandoque in facto vidi obseruari.

Sed *m* pone, quod iudex non sit valde expertus, præ- 5 sertim in pœnis statutariis, nunquid poterit pronun- *m* ciare hoc modo, Condemno Titium ex tali causa in centum, *n* saluo, & reseruato, quod si condemnatio es- *n* set in plus, *o* vel minus, quam esse deberet ex forma *o* statutorum, illam ex nunc reduco ad debitam quantitatem? Respond. quod sic. Ita tenet Bald. *in l. certi, in vltimis verbis, C. quando prouo. non est necesse*, vbi etiam subdit, quod ita de facto seruatur, quem refert Alex. *in l. iudex posteaquam, post n.* 26 *ff. de re iud.* & Marsil. *in rub. de probat. n.* 429. & Aug. ad Angel. *de malef. in verbo, Saluo, & reseruato, post nu.* 4. quod si ita obseruat ordo iudiciorum, fatuus esset iudex, qui recederet ab ista obseruantia. Sed certè apud nos hæc practica non seruatur: quinimò iudex, quod ita iudicaret, reputaretur fatuus, prout etiam illam in practica non seruari attestatur Amed. *de syn. nu.* 162. Bene vidi ab aliquibus ap-

poni

poni in fine condemnationis clausulam, *Et in omnibus*, & per omnia iuxta formam statutorum superinde dis- p ponentium, quæ fortè idem operaretur. *p* Bartol. autem *in d.l.iudex postea quam,n.5.* dicit, quod si ista clausula apponitur in sententia, ante verborum condemnamus, est magnæ importantiæ, ex quo iudex ostendit animum suum, quod non intendit imponere maiorem, vel minorem pœnam, quam imponi debeat: secus autem (secundum eum) si illam apponat post verbum Condemnamus. Et dicit Amed. *de syn.nu.235.* quod ita concludunt comm. DD. Sed certè (cum reuerentia tanti Docto.) ista consideratio est nimis subtilis: & merito (vt dixi) recessit ab aula.

ADDITIONES

Ad Quæst. XCIII.

a Dictum est de pœnis] adde † in materia sententiarum si pro- 1 cessus sit deperditus non culpa Iudicis, nec Notarij, & de nouo oporteat nouum fabricare processum, in quo multa hinc inde fuissent probata, & demum ante sententiam reperiretur primus, in quo non essent tantæ probationes, vel discreparet ab alio, Iudex debet iudicare secundum primum, & si reperitur 2 primus post † sententiam, non posset sententia reuocari; licet secundum primum processum deberet reuocari, ita concludit Afflict. *super constit. Regni in tit. de notif. bannitis in constit. coram* 3 *nobis in fine.* † Et contingere, quod opponeretur contra aliquem fuisse iudicatum, & Iudex declararet, non esse iudicatum, quamuis iudicatum esset, sententia illa rescinderetur, si esset dubium, an esset iudicatum, secus autem si clarè appareret de sententia, antequam per Iudicem iudicatum fuisset, quia tunc prima sententia non rescinderetur, est tex. *in l.1 ff. quæ sententia sine appell. rescind.* & ita illum text. declarat Franc. *in decis. 98. vol.2.* & ibi habetur, quid agendum, si reperiuntur duæ sententiæ, prima absolutoria, quæ fecit transitum in iudicatum, & alia condemnatoria, & Iudices dicant quod prima errore fuit lata, & decisum fuit, standum esse primæ sententiæ. Sed ego arbitror (sit dictum cum pace tot virorum) quod esset attendenda illa sententia, quæ esset iusta, ne delictum remaneret impunitum, vel quod puniretur innocens.

Item adde si iudex dicat in sententia: ego condemno, imò absoluo, stabitur vltimæ parti, quia per illud verbum imò, videtur emendasse primam partem sententiæ, *l. Seius imò Pamphilus, ff. de manum. testam.* & Præposit. *in c. si quamquam, §. præuaricatori 2.q.3.*

Item adde, quod Iudices in sententiis criminalibus condemnatoriis debent condemnare ad interesse partis offensæ, etiam absque petitione, secundum And. de Iser. *in constit. Regni, si quis in posterum in verb. nouatas,* licet hodie obliuiscantur, vt ait Vicen. Franch. *in decis. 333. num. 6.* & etiam debetur ex dispositione iuris communis, & ipso quod quis est condemnatus, & fortius quam pœna fisco, idem Franch. *in decis. 510. nu. 19. & decis. 460. per totam.* Baiar.

4 b *Et in primis scire debet*] Adde † videndum Socin. *in reg. 249.* vbi ponit hanc regulam cum septem fallentiis. *Baiard.*

c *Ore ipsiusmet iudicis*] Est tex. & glos. *in c. fin. de senten. & re iudic. num. 6.* & hanc regulam vna cum septem fallentiis posuit Soc. *reg. 240.* Giach.

5 d *Et ita obseruatur*] adde † Vant. *de nullit. in rubr. de nullit. sentent. ex defect. process. fol. 419. num. 85.* vbi etiam facit mentionem de sententiis, prout in cedula, vide etiam Carau. *in rit. 37.* 6 *n.2.* vbi dicit, † quod in magna curia Vicariæ, & in certis aliis Regiis audientiis, neque vnum, neque aliud seruatur, quia Iudices non legunt sententias, nec dicunt illud verbum condemno, vel absoluo, iuxta consuetudinem Italiæ, sed solum eorum ordinatione sententiæ scribuntur, nisi esset sententia forjudicationis.

7 Item † adde, quod sententiæ prius scribuntur, & postmodum leguntur, & si ordo peruerteretur, quod ore tenus proferentur, & postea scriberentur, non valerent. Carau. *in rit. 37. n. 2.* & Vant. *in pract. nullit. in tit. de nullit. sentent. num. 70.* & exe- 8 cutio † contra aliquem fieri non potest, quamuis criminosum, priusquam sententiatum fuerit, per text. *in c. cum secundum de hæret.* Fely. *in c. Rodulphus in verb. declaratoria, de rescript.* Alexand. *in consil. 103. col. pen. vol. 1.* & Vant. *de nullit. ex defectu processus, num. 94.* & est aduertendum, quod si sententia sit lecta, & lata non valet, secus in sententia regia. Socin. iun. *cons. 80. n. 6. vol. 1.* Baiar.

e *Fuit aliquando dubitatum, nunquid in sententiis criminalibus*] Quod sic reprobatur *in l. si Præses, ff. de pœn.* Et regulam, quod iudex causam in sententia exprimere non debeat, vi. per Soc. *reg. 244.* cui adde videndum per Nat. *in cons. 325. sub n. 32.*

Fuit aliquando dubitatum] adde † videndum circa istam re- 9 gulam, an iudex causam in sententia exprimere debeat. Soc. *in reg. 244.* vbi ponit vndecim fallentias in causa criminali, vide etiam Nat. *in consil. 525. nu. 32.* Ba.

f *Ideo illum condemnamus*] adde, † quod si Iudex pronunciat 10 condemnatum, intelligitur condemnasse, quando verè condemnare potest, si vult, quia tali casu operatur verbum futuri temporis, quod præsentis. Deci. *in consil. 57. num. 8.* vbi plenè, & ibi *nu. 12.* tenet quod sententia per verba infiniti modi valet, vti diffinitiua, & *nu. 13. & seq.* habetur, quod sententia lata per verbum futuri temporis valet. *Baiar.*

g *Nisi quando Reus*] adde huic practicæ condemnandi absentes, quæ dixi supra *quæst. 44. versic. fin.* vbi seipsum hic allegat. *Drog.*

h *Quæro nunquid valeat*] Cattar. *de execut. sent. cap. fin. num. 288.* Farin. *tit. de delict. & pœnis, vol. 1. q. 26. n. 13. & 14.* Ros.

i *Amputetur ei manus*] *supra q. 85. versic. sed hic quæro, in principio.* sed an in casu tali statuti possit interuenire procurator? indistinctè, quod non, tenuit Menoch. *de arbitrar. iud. lib. 1. quæst. 80. nu. 17. cum seq.* fallit tamen, cum non ex voluntate condemnati, sed ex necessitate, & eiusdem impotentia venit condemnandus tali modo Reus, vt dicta *q. 80. num. 503.* quod tamen non approbo, cum lex semper, & indistinctè loquatur; & an condemnatus per talem sententiam, vt hic, possit relaxari fideiussoribus? quod non, tenuit Menoch. *sæpius allegato Tractatu de arbitr. iudic. lib. 2. Centuria 4. cas. 303. nu. 33.* & stante tali statuto pœna dicitur magis subordinata, quam alternatiua, vt tenuit Felin. *in capit. inter cæteras col. 3. de rescript.* & an lata sententia modo, quo hi per Clarum, possit mora purgari, ita vt post lapsum tempus ad soluendam pœnam pecuniariam, ad euitandam pœnam corporalem, possit pecunia solui inuito Iudice, vel Principe; Quod non, tenuit Alexan. *consil. 24. nu. 8. volum. 4.* Drog.

k *Quæro si iudex*] Cattar. *de execut. sent. c. fin. n. 49.* Ros.

Quæro si iudex] adde quod dicta sententia, in qua † pœna sit 11 grauior, & non æqualis delicto, (etiam quod lata sit contra contumacem,) non est exequenda, vt per Plot. *consil. 72. num. 31. & seq. tomo 2. consil. crim. diuer. in folio,* vbi ponit exemplum in homicidio non doloso, nec appensato, pro quo si Iudex pœnam mortis in sententia contumaciali imponeret, talis sententia non poterit exequi quò ad dictam pœnam mortis, & Plot. sequitur Farin. *q. crim. in q. 11. nu. 62.* vbi † attestatur, quod fecit 12 commutare pœnam mortis ad pœnam triremium in personam cuiusdam, qui in pura rixa prouocatus iniuriis, quendam Bertuarium interfecerat.

Item † adde, è conuerso, si iudex condemnauit in parte, non 13 censetur in alia parte absoluere, nisi de animo Iudicis appareat. Gabr. *in consil. 71. nu. 20.* Bai.

l *Et iudex, qui male iudicauit*] Supra *q. 73. ver. Item iudex. in principio,* vbi videtur contrarium, cum ibi dicat Iudicem non teneri nisi de furtis, baratraria, & illicitis extorsionibus sed heu, quam malè seruatur, vt hi latrunculatores, & multo sæpius, malitiosi, quam ignorantes puniantur, maximè cum fauores, & pecunias exercent, sine quibus nec Iudices, siue latrunculatores fiunt; exclamat autem, & rectè Mars. *Rubr. de fideiuss. in fi.* vide in finalibus verbis harum additionum. *Drog.*

m *Sed pone, quod Iudex*] adde, quod ista clausula nihil operatur, secundum Viu. *in decisio. 174. in princip.* Baiar.

n *Saluo, & reseruato*] adde Ias. *in §. curare, num. 50. Instit. de act.* Drog.

o *Vel in minus*] Si minus, vide Boss. *de sententiis, n. 78.* & Amad. *loco introscripto, nu. 162.* Ros.

p *Bart. autem in d.l. Iudex posteaquam*] adde, quod contra Bart. tenuit Maria Soc. *in c. qualiter, & quando nu. 94. de accusat.* & ibi *n. sequen.* dicit, quod sententia hoc modo formata valebit; videlicet, † quia nobis constat delictum à parte commis- 14 sum esse, ideo si ex tali delicto tanta pœna tibi debet imponi secundum formam statuti, eam tibi imponimus, quia sufficit declaratum esse delictum commissum, & in executione declarabitur pœna, vt ibi per eum, vide etiam Lambert. *in tract. de contract. eorum, quibus glos. 14. numero 20. 21. in verb.* & cum auctoritate alicuius iusdicentis. vbi dicit sententiam modo quo supra latam valere, donec ex aduerso probetur fuisse iniustam. *Baiard.*

nem Mediolani, latè discurrit super anno, mense, die, loco, & loco loci. *Drogh.*

Dati mandati] adde ad idem, ac declara, vt per pract. Caret. vbi supra *post nu.* 83. Giach.

Dati mandati] Vide aliqua in contrarium apud Soc. *consil.* 55. *col. fin. in* 5. *vol.* & Farin. *q.* 135. *part.* 1. *nu.* 90. Ros.

k *Licet ignoretur nomen occisi*] adde supra *qu.* 4. *versic. Quando vero, ad med. ibi*, licet enim ignoretur *q.* 31. *versic. Dictum est de forma in fine.* Drogh.

l *Contra mandantem.* In contrarium tamen vi. per Caret. *in pract. crim. d.* §. *homicidium*, 5. *nu.* 9. Giach.

m *Quaero, in quo loco*] Farin. vbi sup. *par.* 3. *nu.* 149. Ros.

n *Pone, aliquis mandauit*] Idem in nuntio portante litteras de
15 homicidio nam eo sequuto tenetur nuntius, si fuerit sciens, sicut mandans, vt post praefatos per Caret. *in pract. crim.* §. *homicidium, nu.* 94. & 98. vbi idem de nuntio portante litteras de proditione, & tractatu contra Remp. aut contra Principem, quia tenetur, vt principalis. *Giach.*

15 *Pone aliquis*] adde, † quod Bald. *in l. non ideo minus col. pen. versic. Item quaero, C. de accusat.* concludit, quod quando erat in potestate mandatarij fines mandati seruare, vt si quis mandaret alicui, vt aliquem percuteret extra plateam, & ille percussit in platea, tunc mandans non tenetur, & idem tenu t Aretin. *in tract. malefic. in verb. & Sempronium mandantem quaest.* 18. *num.* 36. & ib. August. de Arim. & Caepol. *in consil.* 34. hic allegato, & de mandato ad bastonadas, ex quibus mors sequatur, vide Marsil. *in consil.* 97. & Carret. *pract. crimin. in* §. *circa num.* 73. & ad hanc quaestionem, quando mandatarius excedit fines mandati, an mandans teneatur de excessu, latè per Monticell. *in praxi criminali in reg.* 7. *num.* 58. *cum seq.* & Menoch. *de arbitr. iud. casu* 352. *num.* 3.

16 Item † adde, quod si mandatarius excederet mandatum vidente, vel sciente mandante, & non contradicente, tunc tenetur poena ordinaria, dummodo posset verisimiliter credi, quod excessisset nomine ipsius mandantis. Alex. *consil.* 97. *col. penult. vol* 4. & *consil.* 179. *col.* 2. *vol.* 6. & Decian. *consil.* 827. *per totum.* Baiard.

o *Sed certe*] Farin. *d. quaest.* 135. *part.* 4. *num.* 151. *cum aliis seqq.* Ros.

p *Tantummodo poena extraordinaria*] adde hanc poenam extraordinariam his quae de poenis extraordinariis dixit supra *qu.* 83. *in princ. & q.* 17. *versic. fin. in fin.* Drogh.

q *Mandatum ad sfrisandum*] Non tamen percipio differentiam, vt quis nō teneat ad mortem ob mandatum ad sfrisandū, sicut ob mandatum ad vulnerandum, per regulam, qui dat causam damni, damnū dedisse videtur; & si casus cōtingeret, quod mors sequeretur ex sfrisatione mandata, cōtrarium huic dicto iudicarem, quia non sunt facienda mala, vt eueniant bona: Et ego vidi annis praeteritis quendam, qui ob mandatum sibi datum, vt Hebraeum sfrisaret in Ciuitate Cremonae, illum sfrisauit quidem, sed ita ineptè, quod mortuo Hebraeo fuit & ipse decapitatus; & credo, quod nisi mandans aufugisset, etiam ipse decapitatus fuisset; Adde supra *q.* 84. *versic. Alius est casus, & versic. Sed pone* Menoc. *de arbit. iud. lib.* 1. *q.* 90. *n.* 31. *cum seq.* vide Boss. *tit. de homicid. n.* 72. & in his terminis per Fel. *in c. cum olim, coll. mihi* 3. *versic.* alibi Bal. *extra de offic. deleg.* Drogh.

Mandatum ad sfrisandum] Farin. vbi sup. *d. p.* 4. *num.* 156. & 157. Ros.

r *Sed si mandatum*] Alc. *consil.* 23. *lib.* 7. Ros.

Sed si mandatum fuit] adde quatuor limitationes, vt per Carret. *in practica crim. in d.* §. *circa nu.* 73.

17 Item † adde, quod mandans vulnerari, si mandatarius interfecerit, tenetur de homicidio, etiam quod expresse mandasset, vt non interficeret, Carret. *in pract. crim. in* §. *circa nu.* 73. & latissimè per Monticel. *in d. reg.* 7. *nu.* 18. *cum seq.*

18 Item † adde, quod mandans mulierem rapti, si in ipso raptu occidatur, mandans non tenetur de occiso, nam raptus causa libidinis fit; & potius mandans voluisse omnino eam viuere, vt cum ea libidinem explere posset: ita in specie consuluit Dec. *consil.* 234. *num.* 5. & ante eum Alex. *in consil.* 140. *vol.* 1. & Aret. *consil.* 30. Baiar.

s *Tenetur de homicidio*] Vide per Caret. *in pract. crim.* 5. *post nu.* 63. vbi circa hoc quatuor tradit limitationes, quas Auctor non tangit. *Giach.*

t *Sed hic incidenter*] adde Indicia hic narrata ad ea, quae dixit supra *q.* 21. cum haec magis videantur ad torturam indicia, quam vt conuincant, Nec forsan his vteret in practica ad aliquem conuincendum. *Drogh.*

Sed hic incidenter quaero] adde, & vi. *in collecta mea comm. opi. c. mandatum.* vbi remissiue habes communem sententiam istam ampliatam, ac limitatam. Item & ibi etiam habes, quod mandatū patris, vel domini mitius debet puniri. Vide etiam de hoc per practicam Caret. *in* §. *homic.* 5. *nu.* 103. qui *nu.* 101. posuit, an mandatarius possit esse testis contra mandantē, ita vt faciat indicium, & *nu. seq.* An mandatarius torqueri possit, vt ostendat mandantem, & post *n.* 104. *col.* 2. ponit, in quibus filius aut seruus, aut quis inferior non tenetur obedire patri, domino, aut superiori, in quibus tamen parendo mitius puniri post relatos voluit, quibus adde, vt per Socin. *post reg. mihi* 251. *sub* 1. *fallentia in fin.* Giach.

Sed hic incidenter] Vide de verbis instigatoriis, & rogatoriis Vulp. *consil.* 63. *n.* 3. 4. & 5. Far. *d. qu.* 134. *c.* 2. *num.* 41. & quae infra. *Ros.*

Sed hic incidenter quaero] adde, † quod si aliquis fuerit offen- 19
sus cum baculo super spatulis, sine sanguine, & rogauit eius fratrem; vt eius iniuriam vlcisce etur, qui postea interfecit illum, à quo suus frater fuerat offensus, an ille, qui rogauerat fratrem, teneatur de homicidio, Bero *q.* 10. vbi tenet, quod nō, & ibi limitat doct. Bart. *in l. si quis mihi bona*, hic allegata, procedere, nisi in qualitate offensę alius perpendi posset: quae limitatio fuit Cuma. & Rom. *in* §. *sed qui si mandauit*, & ideo Cotlet. *in sing. quod incipit praeceptum* il 1. tenuit † etiam, quod si Dominus dixerit 20
verba praedicta famulo suo, qui fuerat verberatus, si post dicta verba verberantem interfecerit, non tenebitur de homicidio, per limitationem praedictam: & ad praedicta vide etiam Volpell. *in cons.* 62. & 63. vbi latè, non tutam fuisse sententiam Bar. in casu cuiusdam militis, qui verberatus diceret famulo, vt nunquam domum reuerteretur, donec aliquid sciret de huiusmodi negotio, tenuit Tiraq. post multos quos allegat *in tract. de poen. caus.* 27. *n.* 9. maximè, quia ex praesumpta probatione debet quis mitius puniri, ibi *nu.* 2. 10. & 11.

Item † adde, quod per illa verba *dà dà al traditore*; & inde se- 21
cuto homicidio per medium alterius, non probatur mandatum ad homicidium committendum, nec ad vulnus inferendum, ex quo sequi posset homicidium, quia dicta verba generalia sunt, & obscura, & intelligi debent in mitiorem partem: nam dari potest cum pugno, & cum hasta, vt per Rim. iun. *in consi.* 88. *n.* 26. sed ego credo contrarium, si verba praedicta dicuntur habenti ensem, siue pugionem denudatum in manu, vel alia arma regulariter apta ad occidendum.

Item adde, si dixerit alicui, *Io stò di mala voglia, perche vorrei,* 22
che il tale mi fosse leuato dinanzi agli occhi, & che fosse morto, & post paucos dies fuerit interfectus ab eo, cui illa verba fuerant dicta, an sit inductum mandatum de occidendo, & si interfectori etiam ille, qui dixit verba, dedit post homicidium pecunias, vt abiret, & in manibus iustitię non incideret, vide August. *in consil.* 5. *vol.* 1.

Item † adde, quod ista doctrina Bar. *in d.* §. *sed si mandauerit*, 23
sic simpliciter non est vera, sed debet intelligi tribus concurrentibus. Primo, vt praecesserit capitalis inimicitia cum occiso. Secundo, vt Dominus in secreto illa verba dixerit famulo. Tertio, quod post talia verba in cōtinenti fuerit secutum homicidium: ita hoc dictum Bar. declarat Decian. *in consi.* 234 *n.* 5. Bal. & Iaf. *in l.* 1. *C. de seru. fugit.* Io. de Anan. *consil.* 95. Mars. *consil.* 171. hic alleg. Montic. *in pract. crim. reg.* 7. *nu.* 9. *cum seqq.* vbi multas ponit ampliat. & limit. in hac quaestione, & in materia mandati ad homicidium. Sed ad istam quaest. vide omnino Gabr. *commun. concl. lib.* 7. *concl.* 2. *nu.* 47. *cum seq.* vbi ponit multas ampliationes, & limitationes, & Fab. de Monteleone *in prax. arbitr. par.* 4. *n.* 543. *fol.* 213. vbi limitat sex modis.

Item † adde, si Iudex dixerit nuncio virtute officij, *dagli*, an in- 24
ducatur mandatum de occidendo, vide Mazzol. *in consi.* 101.

Item † adde, an, & quando praesumatur mandatum, si con- 25
sanguinei alicuius offensi ad eius pręsentiam offendentem vulnerauerint, vt per Ferret. *in consil.* 379. *per totum volum.* 2. Baiar.

u *Vade, & non reuertaris domum*] adde, quod hoc idem habetur *in consuetud. Turon. Tit.* 4. *Des Droits de haulte Iustice, art.* 1. Cur autem in tali casu praesumatur mandatum, & quale intelligendum sit mandatum, vide Alex. *consil.* 127. *num.* 14. *volum.* 4. quem allegat Boss. hic per Clar. citatus *in d. tit. de mandato ad homicidium, n.* 48. Drog.

x *Et seq.*] Vbi extendit, etiamsi dominus proferens talia verba expressè inhibuisset, ne occideret, & deinde tradit octo limitationes, & quando inducatur mandatum, *num. sequentibus.* Giach.

y *Vers. Sed quid si Dominus*] Farin. vbi sup. *num.* 46. & *duob. seqq.* Ros.

z *Sed quid si Dominus*] adde † videndum Mascard. *de probat. conclus.* 866. vbi quibus verbis homicidium fuisse mandato commissum probatur, & *in conclus.* 1012. vide etiam Bald. *consil.* 257. *vol.* 2. vbi quis annuendo capite ad malefactorem non dicitur mandare, nisi constet, quod contemplatione annuentis fecerit. *Baiar.*

a *Loquatur ad aurem*] Et quando ex allocutione ad aures oriatur mandati praesumptio, & quando consilij, & quando neutrum, vide per Caret. *in pract. crim. nu.* 134. & *in d.* §. *homic.* 5. *sub nu.* 53. sed quid si famulus, aut filius in praesentia Domini, vel

patris

patris occidit; an præsumatur mandatum domini, aut patris; vide per eundem ibidem *sub nu.56.* & quid in dubio *sub num.* 57. Giach.

b *Sed certe ego*] Farin. *d. quæst.134. cap.2. nu.42. & 50. & n.56.* 57. 58. & 65. & an sola consanguinitas sufficiat in præsumendo mandatum. Mat. *cons.499.* Rof.

27 *Sed certe ego ex eo solo*] Item † adde, quod idem tenuit Petrus Anton. Anguis. *in consilio 16. libro 1.* vbi declarat hoc procedere, quando constat de tenore verborum prolatorum aptorum ad inducendum mandatum, & de ista quæstione vide etiam Gabr. *comm. opi. lib.7. concl.2. nu.48.* Baiar.

QVÆSTIO XC.

An quis sit puniendus pro auxilio delinquenti præstito.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Auxiliatur an sit puniendus eadem pœna, qua principalis delinquens.*
2 *Et quid si delictum fuit animo deliberato patratum.*
Et an præstans auxilium post maleficium dicatur propriè auxiliator, ibid.
3 *Et an in inquisitione expressè sit facienda mentio de auxilio ad hoc, vt contra auxiliantes sequi possit condemnatio.*
4 *Et quando sunt plures duobus, an sufficiat dicere, quod alter alteri auxilium præstiterit.*
5 *Et an requiratur, quod in specie dicatur, quod auxilium præstiterint assistendo.*
6 *Et an priusquam procedi possit de auxilio, necesse sit, quod constet de principali.*
7 *Et an si delinquens alias fuisset delictum commissurus, debeat auxiliator mitius puniri.*
8 *Assistens maleficio an dicatur præstare auxilium.*
9 *Receptator qua pœna puniatur.*

Ex Additionibus.

1 *Auxilium dantes quomodo puniantur.*
*1 *Auxiliator in delictis an, & quando teneatur.*
Et quando quis dicatur, ibid.
2 *Et quomodo puniatur præstans auxilium rumpēti pacē.*
3 *Auxiliator quando possit puniri etiam pro qualitate.*
4 *Et quando teneatur in plus, quam principalis.*
5 *Auxilium delinquenti potest præstari tribus temporibus remiss.*
6 *Conducens interficiendum ad locum delicti, quando dicatur in dolo, remissiuè.*
Auxiliator an teneatur eadem pœna, qua principalis interueniente eius scientia, ibid.
Et quid de accommodante domum ad faciendum tractatum de homicidio.
8 *Auxiliator an teneatur, si non apparet de praecedenti tractatu.*
9 *Et quid si constet principalem deliquisse, aliter, quam per contumaciam.*
10 *Et quid practicetur in statu ecclesiastico.*
11 *Et quid in regno Neap.*
*11 *Confessiones fictæ non transeunt ad aliam personam.*
12 *Assistens homicidio quando dicatur ei præstare opem.*
Et quid si delinquentem associauerit, ibid.
Et quid si steterit à longe, nec mouerit arma, ibid.
13 *Auxilium, & assistentia quomodo probentur.*
14 *Et quomodo quis excusetur ab assistentia, remissiuè.*
15 *Assistens armatus, nec prohibens delictum, cum potuerit videtur esse particeps facinoris, si delinquentem postea associauerit.*
16 *Assistens delicto non puniatur.*
17 *Assistere delicto an præsumatur quis, remittitur arbitrio iudicis.*
18 *Præsumptio est contra associantem delinquentem post delictum.*
19 *Præsumptio occulti auxilij cessat, quando astans rixæ fuit tanquam mediator.*
20 *Et quid si dissuaserit fieri maleficium, & postea tempore delicti astitit armatus.*
21 *Assistens violentiæ non animo offendendi, quid debeat facere vt non teneatur.*
22 *Et quomodo probet, se non dedisse opem, licet astiterit.*
23 *Et an in dubio præsumatur astitisse animo offendendi.*
24 *Associans aliquem, qui alium sibi obuiam factum interficit, an teneatur, & quando.*
25 *Auxilium præstatur acclamando contra eum, qui offenditur.*
26 *Et custodiendo sarcinas, & vestes delinquentium.*
27 *Statutum puniens præstantē auxilium maleficio, intelligitur, dum maleficium est in fieri, non in consumato.*
28 *Statutum puniens auxiliantem, vt principalem, intelligitur de auxilio, quod fuit causa maleficij.*
29 *Assistens scienter bastonanti, qui postea occidit, quomodo puniatur.*
30 *Auxilium cooperationem an dicatur præstare assistens armatus, & nihil faciens.*
31 *Auxiliator an possit torqueri super tractatu prohibito.*
*31 *Qui facile potest impedire homicidium, & illud non impedit, occisori par est.*
32 *Receptare quid sit.*
33 *Receptare an dicatur dans potum alieni.*
34 *Et an is, qui delinquentem inuenit in domo sua.*
35 *Et an per vnam vicem tantum.*
36 *Et quid si nesciebat illum esse delinquentem.*
37 *Et quid si erat notorium.*
38 *Et an præsumetur scientia, vel ignorantia, & quomodo probetur.*
39 *Et an probetur ignorantia per iuramentum.*
40 *Et quid si erat absens à loco.*
41 *Dolus præsumituur in sciente, vel scire debente.*
42 *Scientia an præsumatur in receptante bannitum à Ciuitate vicina, vel Metropolitana.*
43 *Receptans scienter bannitum an tenetur, si solum sciebat illum esse bannitum, non autem causam banni.*
44 *Scientia præsumitur, & inducitur ex rumore, & fama.*
45 *An autem sufficiat ad imponendam pœnam corporalem.*
46 *Receptans per vim bannitos non punitur aliqua pœna.*
47 *Et tam quod non recesserit, sed cum eis in domo remanserit.*
48 *Hospites an teneantur de receptatione.*
49 *Receptans scienter plurìes bannitum, sed demum eum Curiæ prodiderit, an teneatur.*
50 *Receptans bannitum tolleratum non tenetur ad pœnam. Intellige si erat publice tolleratus*, ibid.
51 *Receptans consanguineos mitius est puniendus.*
Et quid si receptasset criminosos læsæ Maiest. ibid.
Receptatores filiorum delinquentium hodie eadem pœna puniuntur, sicut extranei, ibid.
52 *Receptatores puniuntur arbitrariè.*
53 *Et quid in regno Neap.*
Et quid in statu Ecclesiasti[co] ibid.
54 *Receptans scienter delinquentem statim post delictum an præsumatur particeps criminis.*
55 *Receptans bannitum, qui deliquit extra territorium, an puniantur.*
56 *Receptare rem, & pati, vt res illata eo absente in domo sua remaneat, differunt.*
57 *Iuramentum accusatoris super quantitate rerum ablatarum non admittitur, vbi agitur contra tertium.*

58 *Receptans vnam rem ex pluribus rebus sublatis an teneatur ad restitutionem omnium, remissiue.*

59 *Receptans scienter rem furatam sine spe lucri an teneatur furti.*

60 *Statutum puniens præstantem opem furi sicut furem, non habet locum in receptante rem furatam.*

61 *Barones, & eorum officiales receptantes facinerosos, possunt per Principem iurisdictione priuari.*

62 *Pœna Baronum in Reg. Neapolit. malefactores acceptantium.*

63 *Receptatores bannitorum subditi Romanæ Ecclesiæ, quas pœnas incurrant.*

1 a QVæro, a nunquid præstans auxilium delinquenti puniatur eadem pœna. Hæc est ardua quæstio, in qua Doctor. variè locutus sunt, Bart. enim *in l. si qui opem, num. 5. ff. de furtis*, videtur tenere, quod indistinctè auxiliator eadem pœna puniatur, qua principalis delinquens. Et hanc opinio. dicit esse communem Corn. *consil. 8. in lit. A, lib. 5* quem refert Dec. *in c. 1. n. 11. de offic. deleg.* relatus per Crauettam *cons. 220. nu. 12. vers. sed arguitur*, Soc. *cons. 118. post n. 7. vers. si diceremus, lib. 9.* quem refert pract. Conradi, *fol. 330. num. 4.* Bologn. *consil. 5. col. fin. vers. Secundo de hoc.* Et hoc etiamsi manum maleficio non apposuerit, prout esse communem opin. attestatur Dec. *in loco prælleg.* Alij vero dicunt, quod aut auxiliator dedit immediatam causam delicto; & punitur eadem pœna: Aut vero non fuit immediata causa delicti; & puniendus est mitiori pœna extraordinaria. Et hanc opin. dicit esse communem Legistarum, & Cano. Soc. *in d. consi. 188. lib. 2.* prout illum refert Didac. *in repet. Clem. si furiosus, fol. 281. n. 2.* & Placa *lib. 1. del. ct. cap. 16. n. 2. in fine.* Ita etiam tenere communiter Doctor. attestatur pract. Carer. *fol. 272. num. 69.* b Quinimo etiamsi propter aliquam qualitatem veniret principali delinquenti imponenda maior pœna quæ auxilianti, adhuc esset auxiliator eadem pœna puniendus, dum modo tempore commissi delicti sciuisset illam qualitatem aggrauantem delictum. Et hanc dicit esse communem opi. practica Conradi *folio 330. numer. 6.* Et hæc quidem opi. æquior videtur: nam proculdubio minor est culpa auxiliantis, quam principalis, & consequentis mitius etiam videtur puniendus. Et dicit Salyc. *in l. vnica, post num. 24. C. de raptu virg.* quod hanc rationem ponderarunt theologi, & canonistæ, & quod opin. Bartol. contraria, quam Iudices imitantur, c animam occidit.

d Ego tamen pro clariori resolutione huius articuli præsuppono, quod tripliciter potest præstari auxilium delinquenti: e Primo ante delictum: Secundo, in ipso delicto: Tertio, post delictum consummatum: deinde sic distinguo: Aut delictum commissum est præuio tractatu, vel deliberatione, accedente consensu, f vel saltem scientia ipsius auxiliatoris: & tunc indistinctè sequor opin. Bart. quod si eadem pœna, qua principalis puniendus: & hoc quocunque tempore auxilium præstiterit, siue ante delictum, siue in delicto, siue post: nam licet corpore ipsi delicto non interuenerit, animo tamen censetur interuenisse, præsertim g si illud auxilium erat vsque à principio destinatum, puta, quia scienter h promisisset volenti alium interficere, h accommodare equos, super quibus, patrato delicto, posset fugam arripere, & huiusmodi. Et ad hoc propositum allegatur dictum Bart. ad quod omnes non aduertunt, *in l. furti, §. ope, paulo ante fi. ff. de furtis*, vbi dicit, quod spes data auxilij ad euadendum, dicitur auxilium ad maleficium committendum.

2 Aut vero non præcessit aliquis tractatus, vel deliberatio: & tunc placet opinio contraria, quod i si quidem auxiliator præbuit causam delicto, puniatur eadem pœna. Et in hoc membro omnes Doct. ita concludunt nemine discrepante, ut dicit Gratus *cons. 52. num. 3. lib. 2.* Si vero non præbuit causam delicto, puniatur mitiori pœna, quam ipse principalis delinquens, præsertim si præstitit auxilium post commissum delictum: nam re vera propriè loquendo præstans auxilium post commissum delictum, non dicitur verè auxiliator, ut dicit Bartol. *in l. 3. §. si quisquam, ff. ad Syllan.* & est communis opin. ut attestatur August. ad Angel. *de malef. in verb. Et Andream, n. 5.* Et ideo regulariter non est puniendus ea pœna, qua principalis, sed mitiori. Et hanc esse frequentiori calculo receptam sententiam dicit Placa *lib. primo, delict. cap. 16. numer. 15.* Aut k est dubium, nunquid præcesserit tractatus, siue deliberatio, saltem respectu auxiliatoris; & tunc auxiliator est in primis l torquendus super ipsa deliberatione, aut tractatu, aut scientia delicti. Et ita in facti contingentia consuluit Mantua *consilio 76. libro 1.* Et ubi nihil fateatur, debet adhuc pro ipso auxilio puniri pœna extraordinaria. Maxima enim est suspicio contra eum, m qui præstitit auxilium delinquenti, etiam n post commissum delictum, quod fuerit particeps, & conscius ipsius delicti committendi. o Et ita seruauit Senatus in causa cuiusdam Baptistæ Mantuani, qui erat imputatus de assistentia ad vulnera illata animo deliberato: fuit enim bis tortus super scientia: & cum perstitisset in negatiua, fuit absolutus ult. Februar. 1543. Et ideo miratus sum, quod quidam Hieronym. Lampugnanus, qui p comitatus fuerat post delictum quosdam, qui homicidium animo deliberato commiserant, non fuerit tortus, sed simpliciter jussus puniri pœna pecuniaria arbitrio prætoris Cremonæ, 9. Iulij 1543. Sed fortè apparebat ex processu, quod ignorabat tractatum, & deliberationem homicidij committendi. Sed hoc intellige, ut procedat. nisi qualitas facti, & personarum aliud suaderet. puta, si nulla alia esset suspicio contra eum, neque affinitatis, neque amicitiæ, vel hujusmodi, & auxilium fuisset valde remotum ab ipso actu maleficij, prout contigit in eo, qui commodauerat balistam alteri, cum qua ille deinde alium interfecit, de quo per Boer. *decis. 166. numero 2.* ubi refert, quod fuit liberatus, & sine impensa relaxatus. Sed certè ille notarius me judice non euasisset sine tortura, cum (ut in themate illius decisionis præsupponitur) ipse in suo examine negasset illam commodasse, neque suam esse, ex quo mendacio utique poterat juste torqueri, juxta ea quæ dixi supra, *quæst. 21. vers. mendacium.*

3 q In q hac autem materia auxilij scire debes, quod in accusatione, vel inquisitione debet expresse fieri mentio de auxilio, aliàs non posset super eo sequi condemnatio, etiamsi de auxilio præstito constaret: quæ tamen opinio mihi non placet: nam in criminalibus, licet ista qualitas auxilij, aut alia non sint expressa in ipso libello, sufficit, quod juris præsumptione ex narratis in ipso libello colligitur, prout communiter concluditur, teste Soc. *consil. 188. in vltimis verbis, lib. 2.* Vide in hoc proposito ea, quæ dixi supra, *quæst. 66. vers. sed quid si pro parte.*

4 r Item r aduerte, quod quando sunt duo tantum, solet dici in inquisitione, Alter alteri auxilium, & fauorem præstitit, &c. Sed quando sunt tres, vel plures, tunc debet dici, Vnus alij, vel aliis auxilium præstitit, f &c. aliàs inquisitio non procederet: nam verbum, Alter alteri, secundum rectum sermonem, non conuenit nisi duobus. Ita dicit Bald. *in l. ancilla, num. 3. C. de furt.* subdens, quod ita fuit in facti contingentia judicatum, & bene. Et ita in practica seruari attestatur Ang. *de malef. in verb. dicto maleficio semper astitit, nu. 7.*

5 Aduerte etiam, quia si duo simul vulnerarunt aliquem, vel aliud maleficium fecerunt, ad hoc vt possint puniri, non solum tanquam principales, sed etiam vt

vt auxiliatores, non sufficit, quod in accusatione, vel inquisitione dicatur, quod aliter alteri auxilium, vel fauorem præstitit (nam illa verba intelligerentur, quod auxilium præstitit vulnerando, vel percutiendo, & sic solummodo posset de vulnere puniri, non autem de auxilio) sed requiritur, quod expresse dicatur, quod
t alter alteri t axilium præstitit assistendo, vt alius delictum facilius committeret, Ita dicit Bart. *in l. qui seruo, §. fi. nu. 2. ff. de furtis*, cuius opin. in practica obseruatur, vt attestatur Aug. ad Ang. *de malef. in verb. Dicto maleficio semper astitit, post nu. 4.*

6 Scias u etiam, quod quando proceditur contra ali-
u quem tanquam, quod præstiterit axilium delicto, de-
x bet primo in processu constare x principalem deliquis-
y se aliter quam ex y ipsius contumacia: talis enim contumacia non nocet ei, qui non est de auxilio imputatus: ita dicit Bart. *in l. is qui rem, §. si tu Titium, nu. 2. ff. de furt.* quem sequuntur communiter Doct. vt dicit Alex. *cons. 99. post num. 4. vers. præterea iste, lib. 1.* Et idem Alex. in Apost. ad Bart. *in loco præallegat.* dicit, quod omnes se-
z quuntur, & quod ita tenetur, & practicatur. z Sed certè in hac prouincia hoc non practicatur, neque tenetur: nam secuta condemnatione contra principalem contumacem, & quandoque etiam ea non secuta, semper proceditur contra auxiliatores, nulla facta distinctione, an aliter quam per contumaciam constet principalem delictum ipsum commisisse: & est iudicio meo optima practica.

7 Item scias, quod licet in materia auxilij non distin-
a guatur, an deliquens a aliàs fuisset facturus, vel non: nihilhominus vbi delinquens aliàs facturus fuisset, & auxiliator illi simplicem fauorem præstitit, est mitius puniendus: ita dixit Ioan. Andr. *in cap. felicis, de pœnis in 6.* propter quam decis. dicit Aug. ad Ang. *de malef. in verbo, Et Sempronium, nu. 44.* ... euasit vnum à furca, qui dederat auxilium cuidam ...

8 Quæro, b nunquid ille, qui assistit armatus vulneran-
b ti, vel occidenti, dicatur ei præstare auxilium. Respon. quod si non est à longe, sed iuxta homicidam, vel cum eo, vtique dicitur ei præstare auxilium. Et hoc fuit dictum innocent. *in capit. continentia, de clerico percussore*, quod sequuntur communiter vbique Legistæ, & Canonistæ, vt dicit Alexand *consilio 138. nu. 4. libro 6.* Et licet aliqui dicant, quod assistens maleficio non debeat puniri nisi appareat, quod id fecerit ex proposito, prout etiam in facti contingentia consuluit Ioann. de Amicis, *consilio 53.* & Riminald. *d. consilio 13.* nihilominus, vbi ex assistentia delinquens potuit reddi audacior, plerunque vidi per Senatum puniri assistentes, saltem aliqua pœna extraordinaria, prout etiam reperio in facti contingentia seruasse consilium Neapol. teste
c Gramm. *voto 21.* c Et quandoque etiam vidi illos torqueri, & interrogari, an scienter tractatè maleficio astiterint, vt seruatum fuit in Ioan. Ambrosio Caymo, 28. Iun. 1554. P. B. Si tamen appareret, quod aliquis astitis-
d set animo rixantes inter se d diuidendi, & separandi, non esset aliquo modo puniendus Et potest poni exemplum in eo, qui accurrit cum badili ad diuidendam rixam, in qua deinde secutum est homicidium, pro quo consuluit Mantua *cons. 281. lib. 1.*

Item quæro, nunquid præstans auxilium delinquenti post maleficium commissum dicatur propriè auxiliator, & priuatur de auxilio. Dixi supra *versic. Aut vero.*

9 Quæro e etiam, qua pœna puniatur receptator. Re-
e spon. in furibus, seu furtis receptatis dicimus, quod re-
f ceptatores tenentur f eadem pœna, qua ipsimet fures, & videtur tex. *in l. eos, C. de furt.* Et dicit Bal. *in ead. l. eos*, quod vidit, quod vna mulier fuit suspensa, quæ præstabat furibus domum, & in ea receptabat res furatas: & illum refert August. ad Angel. *de malefic. in verbo, Et vestem cælestem, post n. 21. & in verbo dicto maleficio semper astitit, post num. 13.* g Pro defensione tamen eius, qui g
imputatus sit receptasse res furatas, videri possunt ea, quæ in facti contingentia scripsit Bal. *cons. 410. lib. 2. & cons. 48. lib. 3. & cons. 382. nu. 8. & seq. lib. 5.* Rim. *cons. 80.* Rol. *cons. 45. in 1. dub. lib. 1.*

ADDITIONES

Ad Quæst. XC.

Quæro, *nunquid præstans auxilium.*] Longa tamen est differentia inter auxiliatorem, & receptatorem, vt per Rolan. *cons. 41. num. 25. lib. 1.* per Bart. *in l. furti, §. ope, nu. 1. ff. de furt.* Dixi ad statuta Pallauicina, *lib. 2. crimin. statut. 34. supra in § homicidium, vers. alia est defensio. ad med.* vt se ipsum hic allegat; faciunt adducta per Menoch. *de adipiscen. poss. remed. 3. n. 43.* vt dixi supra. *Drogh.*

Quæro, nunquid præstans auxilium] Sed quomodo cognoscatur, quod aliquis auxilium vel fauorem præstiterit homicidio, vt inde puniri possit, vide per Cæpol. plene *in cons. 1.* Item adde, & fusius vide de pœnis eorum, qui opem delinquentibus tulere per Iac. Menoch. *de arbitr. iudic. lib. 2. cent. 4. casu 349.* & de causa propinqua ad homicidium, multa vide exempla per Caret. *in pract. pag. 155. & 216.* Sed auxiliatores † non debent puniri ea- *1
dem pœna, vbi agitur de strage multorum, quia tunc seueritati detrahitur; com. ait Dec. *in cap. 1. in text. allegato, col. 9. vers. ic. 6.* Fallit quod etiam dixi *in collect. commun. opin. in 1. parte §. auxilium, n. 4.* Item stante statuto, quod dans auxilium delicto teneatur eadē pœna sicut principalis, si pœna principalis fuit aucta propter eius contumaciam, vel negationem, ad illud augmentum pœnæ non tenetur, qui auxilium præstitit. Ita Bart. *in l. libertis quos, § posthumus de aliment. & cib. leg.* sequitur Iason. *l. prima, n. 12. ff. de in litem iurand.* & de hoc plene vide per Caret. *in pract. crim. pag. mihi 275. sub num. 75.* vbi etiam & è conuerso si propter confessionem, fit diminutio pœnæ, istud non prodest danti opem, & auxilium; quia in eo cessat ratio, quare condemnetur in minus, & *pag. 329.* & per Bart. post Bart. *d. § posthumus.* Idem voluit Bartol. *d. l. 1. ad finem*, loquens in fideiussore de iudicio sisti, & iudicatum soluendo, vbi si propter contumaciam, vel inficationem pœna augeatur, illa pœna non tenetur fideiussor. Sed hoc non videtur procedere, quando vna sententia tantum ferebatur, & in illa facta erat condemnatio etiam in augmento vigore contumaciæ, vel inficationis, secundum Fulgos. quem sequutus est Alex. vt legitur in apost. ad Bart. illic, qui in fine docet cautelam, vt in recipiendo promissionem fideiussoris non solum dicas, quod promisit soluere omnem pœnam, omnemque condemnationem subsequendam ex maleficio illo, vel accusatione, vel inquisitione, sed addas, vel ex processu & Apost. illic docet aliam, videlicet vbi dictum sit de omni causa, quæ ex iudicio nasci posset. *Giach.*

Quæro, nunquid] Debet primo constare de principali delinquente, Farin. *tit. de inquisit q. 3. nu. 4. & seq. vol. 1* & de auxilio ante delictum, idem Farin. *vol. 5. qu. 130.* in delicto autem *q. 131. par. 1. n. 1. 2. & 3. 28. & 54.* Ros.

Quærò nunquid] Adde † Menoch. *de arbitr. iud. in cas. 249.* 1
vbi multum diffusè hanc materiam tractauit, & quæ requirantur, vt auxiliator possit puniri, tanquam principalis, vide Bart. Thegl. *in tract. suo crim. par. 12. n. 10.* vbi inter alia requisita vult, quod delictum suam perfectionem consequatur, quia affectus tantum non punitur in auxiliatore, & Coru. *in cons. 8. in princ.* ibi hinc dicitur, & ad hanc quæstionem, quod auxilium præstans teneatur eadem pœna, & quomodo procedat, vide etiam Mascar. *in tract. de prob. concl. 159. nu. 18. cum seq. vol. 1.* & quando quis præsumatur auxiliu n delinquenti præstitisse, & quomodo probetur, vide per eundem *in d. concl. n. cum seq. & q. præcedenti*, an auxiliator criminosi possit esse testis.

Item adde, quod statutum disponens quem teneri pro ope præstita, eadem pœna, qua teneret conscius delinquens, non procedit, nisi conscius talem opem præstiterit maleficio, quæ ipsi maleficio causam dederit, aliàs tenetur pro modo culpæ: ita tradit Salyc. *in l vnica col. antepen. C. de raptu virg.* Cæpol. *consil 27. n. 15.* Marsil. *sing. 15. & cons. 24. nu 16.* & Bertaz. *cons 325. n. 10. & 11.*

Item † adde, quod auxilium præstans rumpenti pacem, & 2
contra eum, qui fecit pacem, an teneatur duplici pœna scilicet auxilij, & ad pœnam conuentionalem pacis ruptæ. Coru. *cons. 7. per totum, vol. 3.*

Item † adde, quod præstans opem delinquenti, ad hoc vt puniri possit propter aliquam qualitatem, quam habet princi, aut delinquēs, requiritur, quod sit articulatum, & probatum, quod sciuerit, vel scire potuerit, Angel. *in l. 1. C. de nil. agger. non rur. p.* 3

quem

quem refert, & sequitur Corn. *in consl.8.n.5. vol.3.*
Item † adde, quod aliquando plus punitur præstans auxi-
4 lium, quam principalis, Bart. *in l. qui seruo, ff. de fur.* & Ang. *in l.*
1. C. de nil. agger. non rumpen. quod procedit, quando aliqua qua-
litas adesset ex parte præstantis opem, ex qua resultaret maius
delictum ex parte sua, quam ex parte principalis, vt per Corn.
consl.8.n.2. vers. non obstat vol.3. Baiar.

b *Quinimò etiam*] Farin. *q.131. par.1. n.44. & q.107. par.2. ar-*
tic.3. num.388. & sequenti vol. Ros.

c *Animam occidit*] Et propterea anima Bart. cruciatur in in-
ferno, vt supra *qu.87. vers. punctum est post medium, & quæst.38.*
vers. tu scis. Drogh.

d *Ego tamen*] Cæpolla *consl.7. nu.5.* vbi etiam quis dicatur
fauere Menoch. *cas.349. in fi.* Farin. *d.q.110. n.1.2. & 3.* & siue per
actum proximum, siue remotum *n.47. & 48. & seqq. alia q.131.*
n.39. & ante num.30. & 31. Ros.

e *Primo ante delictum*] adde, † quod Blanc. *in pract. crim. in*
5 *verbo, postquam vidimus, num.1.* multa exempla auxilij cuiusque
temporis posuit. *Baiard.*

f *Vel saltem scientia*] In contrarium vide per Cæpol. *cri. consl.*
27. per totum, & per Card. Parif. *in consl.152. per totum.* Giach.

g *Præsertim si illud auxilium*] Adde in hac materia Rimin.
iun. *in consl.319. vol.3.* & quid de explotatore, & conducente †
6 interficiendum ad locum delicti. Grat. *in consl.52. vol.2.* vide
etiam Bero. *in consl.192. per totum vol.3.* vbi tenet, quod quis ob
consilium, opem, & ministerium præstitum ad delinquendum,
eadem pœna cum principali delinquente est puniendus, & etiã,
quòd esset minor vigintiquinque annis, & ibi loquitur †. de
7 accommodante sciente domum ad faciendum tractatum de
committendo homicidium, quod postea fit secutum. *Baiar.*

h *Accommodare equos*] Alia etiam exempla vide per Caret.
in pract. crim. pag mihi 247. num.3.5. qui *num. seq* ponit relatiue,
an in hoc auxilio præstito ante delictum necesse sit ponere
locum, & tempus delecti. Item exemplo in auxilio cooperatiuo
vt ille per eundem plenè sub *num.7.* Item qua pœna puniatur
auxilium, & opem præstans homicidio, vide per eundem *p.*
272.279. vbi suas ponit fallen. & declarationes, & alia notatu
digna vide per totum. *Giach.*

i *Siquidem auxiliator*] Vt quia vinus tenuit, & alius interé-
mit, Cæpol. *consl.27. n.11.* vel illud occultando, *ibid. nu.7.* & Nat.
consl.359. n.7. & 13. & in ipso rixæ actu, puta tenendo, & suaden-
do, vt ad rixam redeat. Vulpel. *consl.37.* & de associatione post
delictum, idem Vulpell. *resp.99 num.6. & pluribus seqq. & consl.*
127. num.5. & de auxilio cooperatiuo Menoch. *de arbitr. iudic.*
casu 271. Ros.

k *Aut est dubium*] *d.q.131. n.36. par.1. & n.37.* Ros.
8 *Aut est dubium*] adde, † quæ posui infra *in ver. quæro nun-*
quid, ibi, & quandoque, vbi habes rationes huius dicti per Bart.
in consl.106. num.12. vol.1. Baiar.

l *Torquendus*] ad idem vide, relatiuè tamen per Caret. *in*
pract. crim. pag 249. num.11. Giach.

m *Qui præstitit auxilium*] Vulpell. *consl.7. num.51. & respons.*
115. n.5. & seqq. Farin. *d. vol.5. q.132. num.1. & num.34. & 37. cum*
duob. seqq. Ros.

n *Post commissum delictum*] Puta in eo, qui post pecuniam
subtractam, & sic post maleficium commissum ad ipsam reti-
nendam, & celandam auxilium præstitit, vt not. Angel. de Aret.
in §. item lex Iulia peculatus n.3. Instit. de public. iud. Alia exem-
pla etiam vide in materia per Caret. *in pract. crim. pag. mihi 255.*
n.26.27. & 30. Giach.

o *Et ita seruauit Senatus*] Hæc tortura bis illata auxiliatori
super scientia delicti iudicio meo est singularis, & de repetitio-
ne torturæ sup. *q.64. vers. vltimo, ibi, subdens*, quod in hoc om-
nes conueniunt, sup. *in §. Homicidium, vers. etiam post med.* vide
Bal. *in l. non ideo, C. de accusat. clo. pen.* à quo sumpta est practica
ponendi auxiliatorem post delictum ad torturam, quem refert
Felin. *in c.1. coll. mihi 5. de offic. deleg.* Drogh.

p *Conatus fuerat post delictum*] adde, & vide relatiuè per
Caret. *in pract. vbi sup. n 30.* Giach.

q *In hac autem materia*] Farin. *quæst.129. nu.21. & 22. vol.5.*
p.1. Ros.

r *Item aduerte*] Farin. *d.q.131. p.1. n.4.* vbi hoc firmat, quam-
uis omnes possint dici principales. *Ros.*

f *Non procederet inquisitio*] Adde, & plenius per Caret. *in pr.*
crim. pag.170. sub n.63. qui *num. seq.* docet deduci in inquisitione
tempus delicti, vt quia præstitit auxiliũ maleficij, *& n.65.* quod
debet dicere in inquisitione, & accusatione, quod præstitit au-
xilium tali ad tale delictũ, & exprimat ad quid faciendum. Item
sũ 99. dicit, vt teneatur quis de auxilio, necesse est, vt ex tali
actu maleficium fuerit actum, & interueniunt, vt maleficium
habilius committeretur; secus vbi fuissent plures, & vnus nil
faceret, sed similiter staret præstando simplicem fauorem; nam
tunc non teneri de auxilio, sed mitius puniri dicit *n.67.* Giach.

t *Auxilium præstitit*] adde, quod vulnerans aliquem non
mortifere, sed vulneratum mortifere ab alio, dicatur præstitisse
auxilium mortifice vulnerati per Boss. *de homic. nu.21.* & quot
modis dicatur præstari auxilium maleficio, & qualiter, & de hac
materia plenius vide per pract. Caret. *§. homic. 4. pag.247. cum*
pluribus sequentib. & quod assistens cum armis, dicatur præstare
auxilium, licet non viarit illis, quinimo etiamsi illa depofuerit,
dummodo sub custodia sua habeat, & adesset ad finem auxi-
lium præstandi per Boss. vbi sup. *num.22.* quod declarat, vt per
Gram. *decisio.25 n.3. cum seq.* Giach.

Auxilium præstitit] Rim. *lib.1. consl. crim. edit.2.* Zileti *consl.136.*
in princ. vbi plura de auxilio eius, qui superuenit, & etiam de eo,
qui ante aut post auxilium dedit, Farin. alia *d.q.129. in fi.1. par.*
q.131. par.1. n.65. Ros.

u *Scias etiam*] adde, † quod Bursat. *in consil.147. nu.10.* dicit 9
hanc consuetudinem non esse extẽdendam extra statutum Me-
diolani, & in iudicando à communi opinione non esse receden-
dum, quem sequitur Chartar. *in tract. de execut. sent. contum. c.1.*
n.340. in fin. Sed D. Farin. *q.3. n.5. cum seq.* multum egregie hanc
practicam defendit communem opi. declarando, attestando et-
iam, quod dicta practica Mediolani seruatur in Vrbe per omnia
Tribunalia: & ego attestor, † quod idem seruatur in toto statu 10
Ecclesiastico, in quo viginti octo annos versatus fui semper gu-
bernando pro Sanctiss. Pontifice multas Ciuitates, & ita † et- 11
iam seruari vidi in Regno Neapolitano vbi per sex annos con-
tinuos per Sereniss. Madama ab Austria fe. record. fui Guberna-
tor Generalis Illust. Ciuitatis Aquilæ, & totius status Aprutini
Cels. suæ, & aliter facere, esset ridiculosum, & contra bonum
publicum, qui multa delicta remanerent impunita: & ad hanc
quæstionem de præstante opem poteris etiam videre Plac. *epit.*
delict. c.16. Baiar.

x *Principale deliquisset.* Auxiliator ergo de iure non punitur
cum non constat de delicto, aliter quam per contumaciam prin-
cipalis, sic etiam dicitur de patre obligato vigore statuti pro de-
licto filij, qui non tenetur, quando per contumaciam tantum
apparet filium deliquisse supra *q.86. versic. sed quæro in principio;*
Marf. *sing.4.* sic etiam dicitur non posse procedi contra mandan-
tem delictũ, nisi prius constet de mandatario, Boss. *tit. de man-*
dat. de homic. n.34. idem Boss. *tit. de delicto nu.38.39.40.* Chartar.
tract. de execut. sent. c.1. num.346. tex. *in l. si is, qui rem, la 2. §. si in*
Titium, ff de furt. vide Menoch. *de arb. iud. li.2. cent.4. cas.349. n.*
13. supra q.21. vers. & ex hac; vice autem ratio huius dicti illa est,
quia fictæ † confessiones, prout sunt illæ, quæ resultant ex con- *11
tumacia, nõ extenduntur ad alias personas; ita in proposito re-
tulit Dec. ex mente Abbatis *in cap. at si clerici n.88. de iud.* vide
Fel. *c.1. col. mihi 5. extr. de offi. & potest. iud. deleg.* vbi hoc extendit
etiã in consulente, quia consultato liberato, liberatus est con-
sulens *in c.1. coll. mihi 3. in fin. de off. & pot. iud. deleg.* & quod nisi
prius constet de mandatario procedi non possit contra mandan-
tem, tenet Alex. *consil.15. nu.19. vol.1.* vbi constito de principali,
non punitur auxiliator; an autem, si producatur instrumentum
falsum, puniri possit prius producens, quam Notarius, qui illud
confecit; vide per belle Franc. *de capitibus lista inter consilia cri-*
minalia diuers. consil.72. num.23. cum sequen. par.1. sic etiam per
illum text. *in d. §. si Titium*, dixit Hippolitus Rimin. *inter consil.*
crimin. diuers. consil.106. par.1. num.3. quod filius furando patri
secreti non facit complicem furti furtum acceptantem, nec vt
receptator puniri potest, & ideo cessat necessario delictum in
accessorio, vbi principalis non reperitur deliquisse, Crau. *consil.*
319. n.12. Et aduertas semper tu, qui formas Inquisitionem con-
tra auxiliatorem, vt semper in Inquisitione exprimas modum
auxilij, & fauoris, nec sufficit, vt multoties vidi dicere, opem, &
auxilium præstando, vt facilius delictum committeretur; hoc
fuit dictum originale Bald. *in l. non ideo minus coll. pen. C. qui ac-*
cus. non poss. quem refert Felin. *in d. cap.1. coll. mihi 5. extra de offic.*
delegat. vide supra *hac eadem quæstione versic. in hac autem in fin.*
at in proposito formandæ Inquisitionis iterum aduertendum
est, valde differre inter se, quod quis sit inter complices, aut
auxiliatores, aut adhærens, aut sequax, siue de sequacibus, aut
complex, siue de complicibus; quia hi casus, & vocabula valde
inter se differunt, vt per Petr. Caleph. *inter cons. crim. diuers. cons.*
86. n.26. par.2. Drogh.

y *Ex ipsius contumacia*] adde idem etiam per Caret. *in pract.*
crim. pag.269. sub nu.57. qui *nu. seq.* tractat, An confessio prin-
cipalis delinquentis noceat accessorie delinquenti, *& nu.59.*
quod nec etiam absolutoria principalis prodest auxiliatori,
nec condemnatoria nocet, & alia multa in materia auxilij, vi-
de per eum *ibid. per totum §.* Giach.

z *Sed certe*] Vulpell. *respon.113. in fin.* Chartar. *de execut. sent.*
cap.1. num.349. videndus erit Baldus *consilio 381. numer.6. lib.5.*
Ros.

a *Alias fuisset facturus*] vide Iacob de Butrig. *inter consil.*
crim. diuers. consil.11. n.27. vol.1. Drogh.

b *Quæro, nunquid ille, qui assistit armatus*] adde, quando di-
catur armatus assistens opẽ ferre, & qualiter puniatur per Iacob.
Menoch.

Menoch. etiam *de arb. iud. lib. 2. centur. 4. cas. 350.* Item delinquenti auxiliari quis dicitur etiam post delictum iuuando delinquentem, vt euadat, & qualiter iste puniatur, vi. de Cranet. *consil. 110. nu. 20.* & Dec. *in c. 1. col. 8. 9. 10. de off. deleg.* Item an statutum, quod punit præstantes auxilium cooperatiuum ad delictum committendum vlt. supplicio, comprehendat eos, qui armati astiterunt, sed nihil amplius fecerunt, vide plene per Cæpol. *crim. consil. 2.* Guiot.

Quæro, nunquid ille] Quod si fortuito fuit præsens: Roman. *cons. 117.* & Rim. vbi sup. Menoc. *tract. de arb. iudic. casu 350.* si auxilium præstetur acclamando, puta, amazza, amazza. Nat. *cons. 240. n. 14.* & de eo qui instigat etiam longe astans Vulp. *resp. 95. nu. 15. & 16.* & si casu assistat Vulp. *resp. 69. nu. 1. & seqq.* de receptante post delictum idem *resp. 109. nu. 5. & 15.* plura *num. 5. & seqq.* vbi *nu. 4.* quid si quis assistat inermis; copiosius tamen per Farin. *d. vol. 5. q. 131. par. 2. nu. 67. & aliis seqq.* Addas etiam Bald. *in l. ob hac verba ff. de his qui notantur infam.* Ros.

12 *Quæro nunquid ille*] adde † Menoch. *de arb. iud. casu 350.* Parif. *consil. 164. n. 11. vol. 4.* & ibi *nu. 14.* dicit præsumptionem esse, quod casualiter, & incidenter is astiterit, & quod debet probari aliquis actus, quo is timidior factus fuit, & in dubio præsumitur quod casualiter astiterit, & ideo recurrendum est ad coniecturas, vt dicit Fel. *in c. sicut dignum, de homic. nu. 5.* vt est, quando assistens armatus, etiam quod non euaginauerit, nec aliquid fecerit, statim delinquentem associauerit. Blanc. *in repet. l. si. ff. de q. nu. 236. & seq.* Vide etiam in hac materia Mars. *in pract. crim. in §. constante n. 56. cum seq.* & Alex. *in l. is qui opem, ff. de fur.* dicit, quod armatus, qui stat cum delinquente, dicitur ei præstare auxilium, licet arma non mouerit, etiam, si stat a longe, & ad hanc

13 † materiam auxilij, & assistentiæ, & quomodo quis præstare præsumatur, & probari possit, vide omnino Mas. *in tract. de prob.*

14 *concl. 1. 9. & concl. 1119.* vbi latissimè. & quomodo † quis liberari possit a crimine assistentiæ, vide Burlat. *in cons. 216. nu. 55. cum seq. vol. 2.* vbi latissime Bertaz. *consil. 516. per totum.*

15 Item † adde, quod assistens armatus, qui sine periculo vitæ potuit prohibere, & non prohibuit, vide ut esse particeps facinoris occulti, si post delictum delinquentem associauerit, vt per Iac. Nouel. *in pract. crim. in verb. solet communi n. 98. & seq.*

16 Item † adde, quod præstans opem cum assistentia scienter eadem pœna tenetur, quia principalis. Gomes. *tom. de delict. c. 3. num. 48. versic. 2. casu principali.* Pract. Papiens. *de inquisit. in gl. opem num. 21.*

Item adde, quod per Cons. Neap. assistens armatus, licet nihil fecerit, & aliquali prouocatione fuisset prouocatus, fuit condemnatus ad remigandum per triennium, quia erat humilis conditionis, & alicuius famæ non integræ, vt attestatur Gram. *cons. 36.* & ibi non apparebat, quod scienter astitisset.

Item adde dicta per Bald. *in addit. sua in l. 1. ff. de seru. corrup.* vbi dicit, quod assistens non dicitur fauere maleficio, nisi ad hoc assistat, & quod non præsumitur scienter assistere, si aliud

17 non apparet; concludit tamen, †quod iu lex debet hoc arbitrari ex circumstantiis, quem refert, & sequitur Ang. ad Aret. *in verb. dictus Andreas, nu. 4.*

18 Item † adde, quod præsumptio consilij, vel occulti auxilij contra associantem post delictum oritur, per quam cogitur associans probare contrarium: & præsumptio † occulti auxilij ces-

19 sat, quando astans rixæ fuit, tanquam mediator. Rim. *cons. 136. n. 8. & seq. inter cons. crim. diuers. to. 1. mag. impress.*

20 Item adde, quod auxilium dicitur præbere maleficio, qui dissuasit, ne fieret, si assistit armatus tempore maleficij, ex quo aduersarium facit timidiorem, & aggredientem audaciorem, Nat. *in consil. 458. nu. 3. vol. 2.* nisi esset solitus ire ita armatus, & ibi tenet; quod præstans auxilium assistendo punitur eadem pœna, qua principalis.

21 Item † adde, quod assistentes violentiæ non animo offendendi, vt non teneantur de auxilio, significare debent aduersariis, se non venisse, nisi ad pacificandum, alias sunt culpabiles, quia aduersarij propter eorum præsentiam effecti sunt timidiores.

22 Io. Bronel. *in repe. in primum decretal. de homic. nu. 54.* & † qualiter possit probari negatiua, videlicet quod quis opem delicto, vel maleficio non præstiterit, licet maleficio assisteret, Plac. *epit. delict. c. 14. num. 12.*

Item adde, quod licet quis sit præsens tempore delicti, non probat, quod sit particeps, nisi probetur associatio, vel quod steterit cum eo armatus, Bald. & Rom. *in l. 1. §. sed in eo ff. ad Syllan.*

23 nam † in dubio præsumitur quis fuisse in rixa animo mediandi, & separandi rixantes potius, quam offendendi. Cæpol. *cons. 60. col. 3.* & Cranet. *consil. 151. sub num. 18.*

24 Item † adde, quod si quis vocat amicum suum, vt iret secum, nec dixit, quò vellet ire, & in itinere factus obuiam inimico suo, illum interfecit, ille associans tenetur ita demum, si dum videret homicidium, potuit recedere, & non recessit Fulg. & Cæpo. *in l. si quis sit fugitiuus, § idē ait seruus tuus, ff. de ædil. edict.* Caccialup. *in tract. de debit. fugit. in 1. q. num. 7.* & Augusl. *in consil. 22. in*

Iul. Clar. Sentent. Pract. Crim.

fine. Bertaz. *d. cons. 516. n. 5.* etiam si casu fuerit præsens, Mansuer. *ad pract. in d. gl. opem, vbi multa.*

Item † adde, quod auxilium præstari dicitur etiam exclamando contra eum, qui offenditur. Nat. *cons. 240. n. 14. vol. 2.* 25

Item † adde, quod auxilium præstare dicitur ille, qui sarcinas, vel vestes sicariorum custodiuit. Io. de Anan. *in c. sicut dignum, §. si quoq; de homic.* 26

Item † adde, quod statutum dicens, quod præstans auxilium, consilium, vel fauorem maleficio, tali pœna puniatur, debet intelligi, quando maleficium est in fieri, secus autem in maleficio iam facto, perfecto, & consummato. Et si ante, non post delictum, quia de illo statutum non loquitur. Bart. *in l. furtum, ff. de furt.* & Mars. *in cons. 30. nu. 21 & 21.* Et isto casu auxiliator punitur pœna extraordinaria Bertaz. *cons. 314. n. 6. & 7.* 27

Item † adde, quod statutum disponens auxiliantem eadem pœna puniri debere, qua delinquens, intelligitur de ope, quæ fuit causa maleficij, & non de quolibet modo auxiliandi. Mars. *cons. 3. col. 3.* Ruin. *consil. 81. nu. 5. vol. 4.* & Rim. iun. *in consil. 106. n. 12. tom. 1. consil. crim. diuers. parua impress.* 28

Item † adde, quod de occiso tenetur assistens scienter bastonanti, qui percussum occidit, vt quia percussit super caput, vel percussiones multiplicauit, & quid, quando post percussiones homicidium factum est cum ense euaginato, latè per addentes ad Bert. *in consil. 316. n. 5. in lit. b.* 29

Item † adde, an statutum puniens præstantem auxilium conpetratiuum pœna vltimi supplicij comprehendat eos, qui armati astiterunt, & nihil aliud fecerunt, Cæpol. *cons. 2.* Baiard. 30

c *Et quandoque etiam*] adde † quod deuenitur ad torturam, quando constat aliquem fuisse auxiliatorē, & auxilium præstitisse, quia eius factum facit indicium contra eum, vt possit torqueri super tractatu præhabito, ita declarat hoc dictum Domini Clari Bertaz. *in cons. 600. n. 12. vol. 1.* sed de ista declaratione ego dubito, nam ex circumstantiis Iudex debet arbitrari, an dolosè astiterit, vt supra dictum fuit, ergo multo magis ex dictis circumstantiis ad tormenta deueniri poterit. *Baiar.* 31

d *Diuidendi, & separandi*] Et nota, quod proclamata aliter facta, quod videlicet nullus audeat rixātes separare, vel diuidere, sunt iniqua, quicquid disponatur per cridas; supra *q. 87. vers. Dictum est, ibi; Dicit tamen Cagnolus, supra in §. homicidium, versic. Adde quod ibi;* quod est notandum, imo qui potest homicidium † faciliter impedire, non impediendo Deū offendit, & occisori par est vt dixit Ang. *in cons. 72. coll. 2. vers. sic qui potest,* allegat cap. sicut dignum, *de homic. glo. in l. culpa caret, ff. de reg. iur.* Drog. 31

e *Quæro etiam*] De receptatorib. autem bannitorum, vide per Menoc. *tract. de arb. iud. lib. 2. casu 348. per totum, sup. q. 77 versic. clerici,* adde rubricam in Constitutis nib. Mediolani Dominum Domus non esse molestandum, in qua banniti ipso inspicio recepti fuerint *fol. 40. à tergo in meo libro.* Drog.

Quæro etiam] adde bannitorum receptatores, quando, & quibus pœnis puniantur per Iac. Menoc. *de arbitr. iud. lib. 2. cent. 4. cas. 348.* Boss. *tit. de rapinis,* vbi etiam habes, quis proprie dicatur receptator. Idem *tit. de Bann.* quid amittat *num. fin.* & Pract. Caret. *fol. 157. cum pluribus seqq.* Et quis dicatur receptator, vide per Foller. *pract. crim. 4. bannitus post n. 2.* Et omnino text. *in l. 2. ff. de furt. & seruo corrupt.* Item contra scienter receptantem malefactorem, sibi non coniunctum est præsumptio, quod mandauerit, aut aliter conscius fuerit. vi. per pract. Cater. *pag. 104. nu. 130.* Item de receptantium pœna, vide per eundem *pag. 258. cum aliis seq.* item quid sit receptare per eundem *n. 43. & 44.* Giac.

Quæro etiam] Receptatio bannitorum est causa grauis Vulp. *resp. 74. n. 7.* & resp. Quid de receptante fures delinquentes, vel bannitos scienter, vel ignoranter; Farin. *q. 133. c. 1. 2. & 3.* Quid de receptante res furatas *d. par. 2. nu. 91.* Ros.

Quæro etiam qua pœna puniatur receptator] adde, † quod receptare est proprium refugium abscondendi causa præstare reo in agro, vel ædificio. Salic. *in l. 1. C. de his qui latron.* sed † dando illi potum, non dicitur receptare, & consequenter pœna statuti non tenetur. Bart. *in l. 1. ff. de seru. corrup.* & Foller. *in pract. crim. in ver. banniantur n. 22.* & de hoc delicto vide omnino Menoc. *in cas. 348.* vbi latè. 32 33

Item † adde, quod non dicitur receptare bannitum, qui illum inuenit in domo. Bertaz. *cons. 98. nu. 17.* Rim. iun. *consil. 319. n. 31.* quo casu Dominus domus nulla pœna puniri debet, cum nihil deliquerit Menoc. *de arbit. iud. cas. 348. nu. 15.* 34

Item adde, † quod receptator dicitur per vnicam vicem tantum, & debet puniri. Oldrad. *cons. 26. col. 2.* & Afflict. *in consi. Pastarenorum, nu. 9.* 35

Item † adde, quod receptans delinquentem scienter, debet puniri, secus si ignoranter. Bar. *in l. 3. §. non solum ff. de incēd ruin. & naufrag.* Rom. *cons. 473.* Deci. *cons. 61. in fi.* Mars. *in l. vnica nu. 205. C. de rap. virg.* & Gram. *decis. 99.* Plot. *in l. si quando nu. 159. C. vnde vi,* vbi tradit, quando videatur ignorare. 36

Et si in inquisitione fuerit dictum scienter, & probata non fuerit scientia, non poterit sequi condemnatio, cum receptare

hominẽ in se non sit delictum,& quod quis sit bannitus,ignorantia præsumatur,ita Bart.*in l.1.ff.de recept.* & Boss.*in tit.de rapin.n.19.cum seq.*
37 nisi † fuisset notorium, & publicum,illum esse delinquentem,quia tunc scientia præsumitur,& non excusatur ratione suę ignorantię,cum sit imputandum receptanti,quia eius conditionem non explorauit,& quia par est culpa scire,vel scire debere, Bar.*in l.omnes la 2.de agric.& censi.lib.11.* Bald.*in l.quicunque in princ.C.de seru.fug.* Io.de Anan.*sing.9.* & Ias.*in l.si*
38 *per errorem col.4.ff.de iurisd.om.iud.* & ad probandam † scientiam,siue ignorantiam in hac materia,cum in hoc tota vis cõsistat,vt dicit Boss.*in loco supra citato*, vide Aret.*in cons.12.*Mars.*consil.170.* Carter.*de haret.numer.170.* Nell.*de bannit.in 3.par.2.temp.q.20.*Bald.*in d.l.quicunque*,Fel.Dec.& Beron.*in cap.cognoscentes de const.*Menoch.*de arbit.cas.186.*Addent.ad Bertaz.*consi.116.versic.secundum est*, & Fab. Mont. *in pract.arbit.par.4.num.907.* vbi dicit quatuor modis dignosci posse,quod quis sciēter, & non ignoranter delinquentē receptauerit.Primo si notorius delinquens tenebatur.Secundo si erat secundum solitum publicatus per loca solita illius loci,& bannitus,& delinquens,nam tunc allegare ignorātiam turpe est.Tertio si eius delictis fuisset præsens. Quarto quando in loco erat fama publica, quod erat delinquens,& ibi etiam dicit, quod quando adest præsumptio pro scientia , non potest ignorantia probari per iuramentum:
39 † & ita tenet Carer.*in pract.crim.2.§.homicidium num.31.* Et ad probandam ignorantiam sufficit probare absentiam a loco, &
40 ciuitate,† Bald.*in l.planè ff.de excusat.tut.& in c.cum in tua, qui matr.accus.poss.* vbi ponit plures modos probandi in scientiam,
41 & licet Boss.*in tit.de rapi.n.11.* dicat, quod in hoc delicto † dolus,& scientia debet ostendi,aduertendum est,quod dolus pręsumitur in scientiæ,vel scire debente,vt per Bal.*in d.l.quicunque in princ.C.de seru.fug.* & Bart.*in l.dolum , C.de dolo* , adeo quod stante scientia vera, vel præsumpta, non debet probari dolus,
42 quia pręsumitur.Et † an pręsumatur scientia in receptante bannitum à Ciuitate vicina,seu Ciuitate Metropolitana,vide Boss.*in tit. de rapin.num.21.cum seq. & addent.ad Bertaz. consil.126. versic.secunda excusatio*, & Plot.*in tract.de milit.iur. §.52.nu.13.* vbi concludit,pręsumi ignorantiam,& ideo excusari,& quod istud procederet,etiam respectu consanguineorum:sed ego credo,quod scientia pręsumeretur,si esset bannitus famosus,& eius persona esset nota,& multo magis si esset consanguineus receptantis; quia in eo,quod publice scitur,quilibet præsumitur habere scientiam , Gabr *comm.concl. lib.6.tit.de reg.iur.conclus. 5.nu.21.*Gramm.*in decisio.35.num.15.* iuxta illud, tu solus peregrinus in Hierusalem,vbi dicit Gram.& hoc in terminis decidit Bal.*in c.conuenticulas col.1 de pac.iur.firm.* vbi dicit, quod receptans famosum malefactorem , vt etiam per iuramentum non excuset dolum suum, tamen posset probari contrarium, vt per Card.*in clem 1.in 3.not.de foro compet.*& de hoc habetur plenè per Viu.*com.opi.695.nu.4.cum seq.*

43 Item † adde,quod si receptator diceret,se sciuisse illum esse bannitum,sed ignorasse causam banni,vel eius qualitatem,nõ excusaretur,quia debebat inuestigare,si erat de prohibitis receptari,ita tradit Nell.*de bannit.d q.20.infi 3.par.2.temp.*Sed Plot. *in tract.de in lit iur.d. §.52.num.14.* nullam mentionem faciens de Nello,dicit,quod non sufficit scientia in genere,vbi statuta, vel decreta non probent receptari omnes bannitos,nisi probetur scientia qualitatis banni prohibitæ à statuto, vt quod esset bannitus in capite,vel in membro,sed mihi magis placet opin. Nell.per doctr.Bart.*in l.omnes, C.de agric.& censit.libro 11.*quod imputandum est receptanti , quia eius conditionem non explorauit , cum sit par culpa scire , vel scire debere , *l.quod ff.si cert.pet.*

44 Item adde,quod scientia præsumpta, quæ erat ex rumore,& fama,vel banno,non sufficit ad imponendam pœnam corporalem receptatori,sed pecuniariam,secundum Bal.*in l.1.C.de his, qui latron.*Fel.*in c.cum contingat num.7. de rescript.* Mars.*in l.de minore §.plurimum num.24.*& Menoch.*de arb.iud d.cas.348.nu.15.*vbi ita distinguit,si receptator habuerit plena scientiam,pœna ordinaria punitur,aut solam scientiam habuerit per famam,
45 & rumorem,illum esse bannitum,& tunc † non punitur pœna corporali,sed alia mitiori arbitrio iudicis:& si penitus ignorauerit,absoluitur,sed Boss.*tit.de rapin.nu.30.*de quo Menoc.non fecit mentionem,contrarium tenuit,quod sciẽtia præsumpta sit sufficiens ad condemnandum receptatorem omni pœna legis,vel statuti.dicens,quod quando constat de scientia per famam,tunc est licita causa minuendi pœnam ex gratia,nõ quod iudex cogatur,& non possit imponere pœnam ordinariam,& idem sentit Rim.*in d.cons.27.n.24.* vbi citauit Boss. Dicit ibi tamen ipse Boss.quod non condemnaret aliquem ad pœnam corporalem ex dicta præsumpta scientia.

46 Item adde,quod receptans bannitum non voluntarie,sed eo acte,(quia sunt plures banniti insimul,& eos expellere non potuisset sine eius periculo) non punitur aliqua pœna,Bald.*in l.delictis , ff.de nexal.* Mars.*in d.l.vnic.nu.204.C.de rapt.virg.*Afflict. *in d.constit.Paltarenorum, num.8.*Carer.*in pract.crim.in §.homicidium nu.39.*Crau.*cons.309.*Rol *in consil.45.nu.70.*& Menoch. *de arbit.iud.d.casu 348.nu.16.* & talis † receptator per vim non 47
tenetur recedere , & bannitos in domo derelinquere, Bertaz. *consil.99.nu.29.* vbi dicit , quod nec etiam tenetur ad pœnam conuentionalem.

Item † adde,quod hospites non tenentur de receptatione,si 48
dederit cibum,& potum recepto pretio.Bart. *in d.l.omnes, C.de agric.& censit.*Afflict.*d.constit.Paltarenorum,n.4.*Foller.*in pract.crim.in dicto verb.banniantur, nu.15.*Alex.*in add.ad Bar.in l.1.ff.de recept.*& Rim.*in addit.ad Salyc. in l.1.C.de his, qui latro.* quod tamen procedit, quando hospes verè ignoraret illum esse bannitum, vt sentit Bart.*in l.omnes,* dum dicit cauponas excusari, quando receptant bannitos,qui tamen erant ignoti penitus,& ita declarat Nell.*in d.q.20.*& Boss.*in tit.de rapin.nu.34.*& Meno. *d.cas.348.nu.17.* vbi tamen dicit cogitandum esse, quia magna est Alex.& Rim.auctoritas.

Item † adde,quod si quis scienter receptauerit bannitum plu- 49
ries vicibus,& demum ipsum prodidit,& Curiæ tradidit,an puniri debeat:hanc quęst.ponit Gand.*in tit.de furib.& latro.n.16.* vbi dicit sibi contigisse de facto,dũ erat Iudex Bononię,& quod de consilio peritorum iudicatum fuit,vt non deberet puniri pœna statuti,& quod habuit prēmium concessum à statuto pręsentanti bannitum:sed Nel.*de bannit.in 3.par.2.tem.q.24.*distinguit quod aut constat,quod ab initio retinuit animo receptandi,& postea mutato proposito eum Iudici præsentauit,& tunc punitur:si vero hoc non constat,præmiari,& non puniri debet,quia præsumitur eum receptasse,vt Curiæ traderet,nisi probaretur aliquid,propter quod talis præsumptio excluderetur,puta,quod ei aliquis minatus fuerit,quod eum accusaret,vel aliquid simile & Nellum sequitur Foller.*in d.verb.banniantur n.20.*

Item adde,†quod receptans bannitum toleratum in ciuitate 50
non tenetur ad pœnam ; Mars.*in pract.crim.in §.aggredior num. 28.*Sim.de Præt.*consil.81.nu.5.*Bursat.*consil.33.* & Plot.*in cons.19. nu.105.*etiamsi adsit scientia officialium,non autem Principis. idem Burs.*consil.177.n.19.* & Mascard. *in tract.de probat.in verb. bannitum concl.175.n.8.& addent.ad Bertaz.in d.consil.126. vers. 3.se defendit.vsque ad fin.*& Ioseph.Lud. *in decisio.Perus.3.nu.11.* & prædicta procedunt,quando talis patientia,& tollerantia fieret publicè , & palam ab ipso superiore ; aliàs si fieret clam , & occultè,non posset dici patientia, & tollerantia superioris, ita tradit Foller.*in d.verbo banniantur n.14.*ibi subdens se credere, quod hoc procederet,siue esset superior,qui bannauit, siue esset superior ipsius receptatoris.

Item † adde,quod receptatores,si sunt parentes,vxor,& alij 51
attinentes , quod ratione sanguinis mitius puniuntur ; Menoch. *d.casu.348.*vbi plenè, & Rim.iun.*d.consil.27.nu.21.* etiam quod receptassent criminosos crimine læsæ Maiest.Bero.*in consil.190. nu.3.vol.3.* Tiraq.*de pœn.temp.caus.20.nu.2.& 5.* vbi limitat in bannito ex causa lęsę Maiest.Sed hodie per bannimenta vbique prouisum fuit,quod tam parentes, & alii attinentes,quam extranei eadem pœna puniantur.

Vidi tamen, & pluries, in Parmensi statu excusari parentes, quamuis in proclamantibus facta fuisset expressa mentio parentum , volentes iustitiam cedere pietati & illa verba potius ad terrorem posita esse , quam ad executionem ; & quæ de patre naturali dicuntur,etiam in patre spirituali; Tiraq. vbi sup.*caus. 21.n.11.cum seq.& ferè per tot.caus.*

Item † adde,quod receptatores puniri debent pœna arbitra- 52
ria,licet tex.*in l.1.ff.de recept.*dicat,quod puniuntur sicut principales delinquentes;ita communiter doctores declarant,d.text. vt per Gomel. *de delict.to.4.c.3.n.50.* & per Menoch.*d.casu 348. in princ.* tamen vt ibi dicit Menoch. & Carer.*in d.§.homicidium num.13.* per totam ferè Italiam receptatores puniuntur pœnis
statutariis.In Regno † Neap.adsunt plures pragmaticæ *sub.tit.* 53
de receptat.& in statu ecclesiastico plures Bullæ Pontificum,pręsertim Bulla Sanctissimi Domini nostri Sixti V.posita in Bullatio *fol.1377.* qua disponitur , vt receptatore , pœna crim.læsæ Maiestatis puniri debeant.& sub quouis prætextu etiam agnationis,& cuiuscunque consanguinitatis,etiam in primo gradu aut vnicæ, & non dolosæ , nec ad malum finem receptationis nullatenus excusari possint: nec prætextu,quod receptatio fuerit per vim, nisi per veras probationes violentia, & periculum vitæ probarentur,& nisi statim quam primum potuerit,locum viciniorem de bannitis certiorauerit.

Item † adde , quod receptans scienter delinquentem statim 54
post delictum præsumitur particeps criminis,& poterit torqueri,nisi receptatus fuerit recipientis consanguineus,vel aliqua alia iusta causa probaretur,quæ tollat istam præsumptionē.Fran. Cason.*in tract.de ind.tract.6.n.4.*sed de hoc vide omnino Masc. *de prob.concl.1258.* vbi plenè receptans delinquentem , an , & quando delicti particeps præsumatur.

Item † adde,quod statuta,siue proclamata prohibentia bannitos receptari , comprehendunt etiam receptantes bannitos, 55
qui deliquerunt extra territorium proclamantis , secundum Rim.iun.*in d.consil.27 per totum vol.1.*Baiar.

f *Eadem pœna*] Fallit, si sine culpa, & coacte facit, secundum Soc. *consil.90.nu.9.vol.3.* Item si scienter receptat sine aliquo lucro, vel spe lucri, non tenetur statuto de furtis secundum Crau. *consil.18.n.12.* Marf. *consil.53.n.30.vol.1.* Item fallit in recipiente, & non abscondente; recipere enim dicitur, quando furem, vel rem furatam abscondit, Bart. *in l.1.ff.de seruo corrupt.* Guiot.

g *Pro defensione tamen*] Item adde, quod cum differat, an quis sciat rem esse alienam, an vero sciat rem esse furtiuam (est n. inter dictos casus magna differentia, vt per Ias. *in §.sed ista nu.84. Inst. de actio.*) hæc erit alia causa defensionis: Nec sufficit rem aliquam fuisse repertam ad hoc vt præsumatur fur, nisi aliás sit malæ vocis, conditionis, & famæ, supra *in §.furtum, vers.sed nunquid ille*; quid autem si quis repertus fuerit in aliqua domo, in qua confiteatur habuisse animum furandi; Vide Boet. *in addit.ad Dyn.in regula nemo potest.lit. A. de reg.iur.in 6.* Menoc. *de arbit.iud.lib.2. cent.4.cas.390.nu.62.* Adde pro defensione receptatoris, quod inter alia, si non participat de lucro, non punitur; Hippol. Rim. *inter consil.crim.diuers.consil.106.* a *n.4.cum seqq.part.1.* & ibidem, *num.9.* attestatur receptatorem minus semper puniri, quam fur ipse. *Drog.*

56 h *Pro defensione*] adde, † quod aliud est receptare, aliud pati vt res illata eo absente in domo remaneat; August. *in cons.19.n.7.lib.1.* & Bal. *in cons.250.n.10.vol.1.* dicit eum, qui non recepit ab aliquo, sed reperit in domo, non dici receptatorem.

57 Item † adde, quod probatio per iuramentum accusatoris super quantitate rerum ablatarum non admittitur, vbi agitur cōtra tertium, qui pro delinquente posset teneri. Bat. *in l.semper §. hoc interdicto.ff.quod vi aut clam.* & idem August. *in d.cons.19.in*

58 *fine.* & ibi disputat, † an receptans vnam rem furatam ex pluribus rebus derobatis, posset teneri ad restitutionem earum, quo non receptauit, & hanc partem, quod iuramentum accusatoris non attendatur, quando non agitur contra delinquentem, sed contra tertium, qui teneatur pro eo, velut cōtra villam, seu vniuersitatem pro delicto commisso in eius territorio, vel contra dominum pro famulo, seu patrē pro filio, sed debent testibus, aut instrumentis omnia probari, tradit Flor. infinitos allegando, & hanc communem asserendo esse, *in l.si quando nu.718.C. vnde vi.* vbi *nu.seq.* infert iuramentum non operari contra fideiussores tutorum, vel curatorum, licet valeret contra ipsos principales, vbi, & ad hanc partem ponit fallentias, vt videri potest.

59 Item † adde Marsil. *in consil.53.n.59.* & Puti. *in consil.206.* vbi tenent cum aliis, quod receptans scienter rem furatam sine lucro, vel spe lucri, non committit furtum nec debet puniri eadem pœna, & idem tenuit Cassan. *super consuet. Burg fol.152.num.10.* vbi post Marf. *in d.cons.53.& in consil.47.* hanc quæstionem latè examinauit: secus vero in receptante furem, siue latronem, vt ibi per eum: sed Peguer. *in q.crim.c.15.* attestatur, decisum fuisse in consilio Regio Cathaloniæ, quod receptatores rerum furatarum scienter sunt puniendi, vt fures, & eadem pœna, quia principales delinquentes, & hanc decisionem arbitror esse verissimam.

Item adde, quod recipiens scienter rem furto subtractam á filiofam.il. patri, non tenentur aliqua pœna, si pater sciuerit filium sibi furari, & permiserit, ita egregiè consuluit Rim. iun. *in consil. 105.vol.1.inter cons.crim.diuers.parua impress.* vbi tenuit etiam in princip. quod vicini, qui receptant res furatas a filiis, & ab vxore, marito, & patribus furantibus, teneatur pœna furti.

60 Item † adde, quod statum puniens opem, sicut furem, locum non habet in receptatore rei furtiuæ. Rim. iun. *in cons.106.nu.12. to.1.consil crim.diuers.parua impress.*

61 Item † adde, quod Barones, seu eorum officiales, qui de ipsorum consensu abutuntur iurisdictione, receptando latrones publicos, homicidas, incendiarios, & alios facinorosos homines, possunt per Regem, siue Principem iurisdictionalibus priuari. Lud. à Peguera *in q.crim.c.36.* Et in Reg. Neap. adest pragm. Caroli V. quæ est prim. *a sub tit.de receptatoribus*, quæ prouisum fuit,

62 quod † Barones malefactores receptantes, pœnam indignationis Regiæ Maiest. incurrāt, & auri vnciarum mille, & aliam pœnam pecuniariam arbitrio imponendam. Possunt etiam subditi Rom. Ecclesiæ dispositione Sum. Pont. Nam Iulius II. districtè præcipiendo mandauit vniuersis, & singulis tam laicis, quam Ecclesiasticis cuiuscumque, &c. Ducibus quoque Comitibus, Baronibus, domicellis, nec non Communitatibus, & Ciuitatibus Eccl. Ro. mediatè, vel immediatè subiectis, ne homicidas, bannitos, exules, & rebelles, aut pro alio capitali crimine condemnatos, & alios etiam, de quib. *in d.decreto*, &c. in eorum domibus, seu castris, vel locis reciperent, vel receptare præsumerent sub incursu excommunicationis maioris & anathematis, à quibus nisi a Sum. Pont. & in articulo mortis absolui possint, cum priuatione priuilegiorum, gratiarum, indultorum, &c. Ciuitatum, castrorum, feudorum, & cōcessionum, &c. cum confiscatione eorundem Cameræ Apost. *Bulla 5.* quam approbauit Leo X. *const.31.* Clem. VII. *const.6.* Pius IV. *constit.30.* Pius V. *constit.13.* Greg XIII. *constit.66.* Baiar.

Iul. Clar. Sentent. Pract. crim.

QVÆSTIO XCI.

An ex sola cogitatione quis puniatur.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Cogitatio an sit aliquo casu punibilis.*
2 *Tractatus de delicto committendo an sit puniendus.*

Ex Additionibus.

1 *Cogitationis pœnam nemo patitur.*
Et quid si sit verbis expressa, ibid.
2 *Dicens se velle Regem occidere, si aliud non fecit, non tenetur.*
Nisi hoc cum pluribus dixisset faciendo coniurationem, ibid.
3 *Amplia, vt non teneatur, etiam si solus secum dixisset, & iurasset.*
4 *Cogitatio cum aliquo facto extrinseco concurrente pœnitentia non punitur.*
5 *Pœnitentia in occultis præsumitur.*
6 *Cogitatio quomodo probetur, remissiuè.*

QVæro, *a* nunquid ex sola cogitatione aliquis puniatur. Resp. regulariter, quod non, vt est tex. *in l. cogitationis, ff de pœnis*, & est commun. opin. ut dicit Bolen. *in repet.l.capitalium, §.famosos, numer.70.& seq.ff de pœnis.* Et hæc quidem conclusio de jure ciuili nullam habet difficultatem, nam ex sola cogitatione *b* quis non punitur, neque etiam in crimine læsæ Majestatis, nisi ad aliquem actum exteriorem processum fuerit, ut voluit gl. *in l.quisquis, in verbo, eadem enim. C.ad leg. Iul. maiest.* quam omnes scribentes sequuntur, vt dicit Foller. *in pract.crimin.f.396.numer.70.* De jure tamen canonico secus est: nam in aliquibus casibus etiam ex sola cogitatione quis punitur. Et potest poni *c* exemplum in hæresi, nam cum illud delictum sola mentis cogitatione perficiatur, solent inquisitores punire etiam hæreticum in mente, ut dicit Bald. *in l.si quis non dicam rapere, post numer.1. versic.& cler. venio ad oppositionem, C. de episc.& cler.* 1 a b c

Sed *d* pone, quod quis non steterit in meris terminis cogitationis, sed ulterius etiam processerit ad tractatum cum aliquo de ipso maleficio committendo, nunquid poterit de tali tractatu puniri? Vide, quæ dixi supra *quæst.38.vers.vidi aliquando.* 2 d

ADDITIONES

Ad Quæst. XCI.

QVæro nunquid ex sola cogitatione] Add. † Andr. de Isern. *in c. §.si voluerit, de capit.qui Cur.vend.singulariter*, vbi dicit, quod indistinctè pœna aliqua non punitur cogitatio, & pari modo si ipsa cogitatio sit verbis expressa, quia verbum est ipsa cogitatio, & vox, sonus, & Iudex cogitationis; citat Augustinum de poenitentia; non enim posset sciri, quod quis cogitauerit, nisi quia ipse dixit, sic dicit probari talem cogitationem turpem, quia ipse hoc dixit, ex quo ipse † infert, quod licet quis dixerit, se velle occidere Regem, si aliud non fecit, nec laborauit, vt faceret, non ex hoc punitur, nisi hoc dixisset cum pluribus faciendo coniurationem. 1 2

Item adde, † quod si quis solus dixerit, & iuratus fuerit, quod vult committere delictum contra Regem, & nihil aliud fecerit, non punitur illa cogitatio, siue affectus; secus si cum alio dixisset, Afflict. *in constit. asperitatem, num.2. fol.48.* 3

Item † adde, quod cogitans cum aliquo facto intrinseco, sed antequam ad actus proximiores procederet, se pœnituit, non punitur, vt per Menoch. *de arbitr.iud.cas.170.n.9.* & † pœnitentia præsumitur, quando delictum non est manifestum, quia in 4 5

occultis sine probatione præsumitur eum pœnituisse, vt per Spec. *in tit. de testam. n. 24.* & de cogitatione, & an puniri possit, vide Capt. *commun. conc. reg. 66. per totum*, & quomodo cogi-
6 tatio † probetur, vide Mascard. *de probat. concl. 309.* Baiard.

b *Quis non punitur*] Et plura apud Decian. *tract. crim. tom. 2. lib. 9. cap. 28.* Ros.

a *Exemplum in haresi*] *Sup. qu. 55. versic. Quomodo autem in princ.* Diog.

d *Sed pone*] Farinac. *vol. 5. sua prax quast. 124. par. 2. num. 35. & 36.* & generaliter quando pœnitentia in delictis prosit, idem Farin. *qu. 124. parte 3. num. 150. volum. 5.* Ros.

QVÆSTIO XCII.

An effectus, siue conatus ad delinquendum, puniri debeat, etiam si delictum consummatum non fuerit.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Affectus, conatus, vel attentatum an puniri debeat, perinde ac si secutus esset effectus.*
2 *Et quid in atrocissimis.*
3 *Et quid si non fuerit deuentum ad actum proximum.*

Ex Additionibus.

*1 *Affectus quomodo dicatur puniri sicut effectus.*
1 *Conatus quid sit, & quando puniatur, remiss.*
2 *Amplectens domicellam inuitam in publica via quomodo puniatur.*
*2 *Senatus est loco Principis.*
3 *Actus proximus quando sit puniendus.*
4 *Assassinus solitus committere assassinia potest puniri ex solo conatu.*
5 *Conatus in delictis leuibus non est considerandus.*
6 *Actus proximus quando dicatur.*
7 *Conatus de generali consuetudine an sit puniendus.*

1 QVæro, a nunquid conatus, siue attentatum ad de-
a lictum committendum debeat puniri, etiam si
b non sit secutus effectus. Resp. b quod de iure communi
c punitur affectus, c & conatus ad delinquendum, etiam si non sequatur delictum. Et est communis opinio vt dicit Io. de Lignano *cons. 20. n. 15. inter cons. crim. diuers. lib. 1.* tamen de generali consuetudine non punitur affectus, neque conatus, siue attentatum, nisi sequatur effectus; prout de hac generali consuetudine attestatur Spec. *in tit. de accusatore, §. 1. n. 7. in fin.* quem refert Alex. *cons. 15. post n. 2. lib. 1. & cons. 140. n. 2. lib. 2.* & Corn. *in repertorio, Abb. in verbo, Affectus*, & Ias. *in l. 1. §. fi. in fi. ff quod quisque iur.* & Boer. *de. f. 316. num. 3.* & Carer. *in pract. fol. 186. nu. 8.* & Bertran. *cons. 169. nu. 1. lib. 3. in 1. par. & cons. 31. num. 3. eod. vol. & consil. 10. num. 8. & 9. lib. 6. & consil. 218. num. 6. lib 7.* De hac etiam generali consuetudine Italiæ attestatur Gand. *de malef. in tit. de rebus non portan. circa fin. Bal. cons. 361. in fin. lib. 1 & cons. 443. n. 3. lib. 3. & l. is qui cum telo, C. ad leg. Corn. de sicariis*, quē refert Bolen. *in repet. l. capitalium, §. famosos nu. 75. ff. de pœnis.* Ang. *in d. l. 1. §. fin. num. 3. consil. 14. num. 3.* vbi dicit, quod ista consuetudo est approbata per totum mundum, quem refert Maranta in *suo Spec. fol. 26. num. 54.* Fulg. *cons. 149. post nu 4. vers. superest de tertio*, Catald. *de synd. q. 198.* vbi subdit, quod cum hæc sit generalis consuetudo, non indiget probatione, Aug. ad Ang. *de malef in verb. Et ex internallo, post nu. 16. & in verb. Vna alia percussione, post num. 5. & in verb. Sempronium, n. 4.* quem refert Gram. *decis. 2. num. 8.* referens ita fuisse d indica- d
tum in causa veneni; Petrus de Socin. *inter consil. crimin. diuers. cons. 98. num. 10. lib. 1.* Mars. *consil. 51. num. 14.* Boer. *decis. 316. nu 3.* Rim. *consil. 281. in fin.* Igneus, *in l. & si certus, §. si vnus, n. 63. ff. ad Sylle.* Gomes. *in §. item si quis, post nu. 29. Instit. de actio.* Afflict. *super 1. parte constitut. Regni, rubr. 41. in princ. nu. 6. & super 1. par. rubr. 11. nu. 2.* vbi loquitur etiam in atrocissimis: Didac. *in repe. Clem. si furiosus, f. 281. num. 11. de homicid.* Foller. *in pract. crim. cano. f. 135. num. 4.* Gramm. *voto 19. num. 4. & voto 20. num. 9. & cons. crim. 25. nu. 5. & super constit. Regni fol. 14. nu. 6.* Mantua *cent. 1. num 5.* Michellus *patrocinio 10. num. 1.* vbi loquitur in assassinio, Villalp. *in repet. leg. 22. c. 9. num. 9.* Et licet aliqui ex prædictis videantur loqui de statutis, per quæ sublatæ sunt e leges punientes conatum, est tamen e
absolutum, quod etiam absque statutis ita est generali consuetudine totius mundi introductum: vt in specie attestatur Ang *in loco præallegato*, & Ioseph Fontanellus *inter cons. crim. diuers cons. 79. num. 9. & seq. lib. 2.* & Maranta *inter eadē cons. crimin. diuersor. cons. 98. circa princ. eod. vol. 2.* & alij multi ex prædictis; & de consuetudine Franciæ attestatur practica Millei, *fol. 60. num. 35. & fol. 111. num. 25.* Idem in specie loquendo de pœna leg. Corneliæ de sicar. attestatur Bar. *in pluribus locis*, quos refert Igneus *in l. 1. §. si dominus, nu. 6. ff. ad Sylle. in d. §. si vnus, post num. 63.* Pract. Iod. *c. 67. num. 19.* & dixi *sup. hoc eod. lib. §. Homicidium, vers. punitur etia, & vers. Vltimo quæro:* f Idem loquendo de pœna *l. si quis non dicam rape-* f
re, C. de episc. & cler. attestatur Mantua *consil. 31. nu. 2. li. 2.* vbi consuluit, quod quidam, qui g apposuerat scalas g
nocte ad domum mulieris, vt eam violaret, non debeat puniri pœna mortis, sed alia mitiori, prout etiam iudicatum fuisse per cons. Neap. refert Afflict. *decis. 276.* in quo tamen proposito videnda sunt ea, quæ dixi supra *q. 68. vers. Ascendens cum scalis.* Adde, quod hanc eandem opinionem quod scilicet non puniatur conatus, nisi secutus sit effectus, dicit esse communem Barb. *consil. 33. lib. 2.* prout illum refert Apostil. ad Dec. *in l. non vult hæres, sub num. 4. ff. de reg. iur.* Gram. *voto 8. nu. 15.* Et secundum hanc opi. pluries vidi in Senatu iudicari, & in specie de pudicitia attentata Petrus Vicarietus, qui puellæ nubilis lectum ascenderat, & pectus tetigerat, neq; vltra progressus fuerat, habita remissione, fuit absolutus, 3. Iunij 1547. P. N.

Scias tamen, quod (secundum aliquos) hæc conclu- 2
sio, quod conatus non puniatur, nisi secuto effectu, locum non habet in delictis atrocissimis, nam h in illis h
punitur affectus, etiam quod effectus non sequatur. Ita dicit gloss. *in d. l §. hac autē verba, in verbo, Putamus, ff. quod quisq; iur.* Et hanc dicit esse communem opinionem Felin. *in c. 1. post. n. 1. vers. limita secundo, de off. deleg.* Didac. *in d. Clem. si furiosus, f. 276. num. 6.* Et i ideo secun- i
dum eos in crim. læsæ Maiest. ac oppugnatæ patriæ, & simoniæ, k & in volente aliquem veneno perimere, pu- k
nitur conatus, licet non sequatur effectus. Et hanc esse communem opinion. dicit Boer. *de seditiosis, in 7. præsupposito, n. 42.* Idem attestatur Igneus *in l. 1. §. occisorum, num. 41. ff. ad Sylle.* se pluries vidisse obseruari in latronibus grassatoribus, & in veneficio, *& in l. si sequens, §. cum ex parte, num. 10. eod. tit.* refert fuisse capitali supplicio affectum quendam nobilem, qui sæpius conspirauerat in necem agnati sui proximi liberis carentis, pluriesque attentauerat illum interimi facere veneno, & sagitta, licet illum occidere non potuisset, & quidam forensis, qui de mandato alterius insultum fecerat in quendam Papiensem animo eum occidendi, confessus delictum fuit laqueo suspensus, nullo facto processu; neque l datis defensionibus 25. April. 1547. Et in l
pluribus casibus punitum fuisse conatum non secuto effectu refert Papo *lib. 23. tit. 10. per totum.* Sed certè videtur

m detur, quod secundum alios m de generali consuetudine etiam in atrocissimis minus punitur, qui actum non perficit, licet deuenerit ad actum proximum. Et ita attestatur Affl *super tertia parte constit. rubr. 24. in princ. post n. 15.* Bertran. *consil. 218. nu. 6. lib. 7.* Quinimo hanc opinionem dicit esse communem Marsil. *consil. 101. numer. 1.* loquens in assassinio: Idem in assassinio attestatur Taeg. *in pract. crim. cap. 10. num. 7.* & generaliter loquendo in atrocibus, *in ea pract. crim. cap. 7. n. 2.* Gram. *vot. 8. col. fin.* prout illum refert Didac. *in d. clem. si furiosus, fol. 176. ver. verum circa.* Ego autem dico sic:

n n Aut lex, vel statutum in huiusmodi atrocissimis expresse punit solum conatum, & seruanda est; Aut non punit expresse conatum: & standum est generali consuetudini, vt conatus non puniatur, nisi sequatur effe-

o ctus: Et hæc opinio iudicio meo tutior est: o Nihilominus quia pluries vidi in his casibus diuersimodè iudicari, quandoque puniendo conatum in atrocissimis pœna ordinaria, & quandoque pœna extraordinaria, crederem in practica posse iudicem adhærere cui opinioni maluerit, inspecta facti, & personarum qualitate: Consulo tamen, vt semper in mitiorem partem inclinet. In his vero, quæ atrocissima non sunt, nullo modo debet iudex pro solo conatu pœnam mortis imponere, nisi id expresse (vt dixi) statuto, vel lege caueatur, & eo etiam casu, non nisi deuentum fuerit ad actum proxi-

p mum, & immediatum ipsi maleficio. p Regulariter autem non debet iudex conatum impunitum relinquere, sed semper aliquam pœnam extra ordinem infligere. Et nota, quod in illis casibus, in quibus ille, qui deuenit ad actum proximum, non potest puniri pœna ordinaria, debet tamen acrius puniri pro motu iudicis, quam ille, qui deuenit ad actum remotum. Et ita tenet consuetudo, vt dicit Bald. *in l. data opera, num. 77. C. qui accus. non poss.*

3 Scias q etiam, quod in omnem casum dispositio d. l.

q si quis non dicam rapere, & similium, quæ expresse puniunt solum conatum, etiam non secuto effectu, semper intelligenda est, vt procedat, quando deuentum

r est ad actum proximum maleficio. r Et est communis opi. vt dicit Gram. *cons. 36. num. 19.*

ADDITIONES

Ad Quæst. XCII.

a Qvaro nunquid conatus.] Affectum non puniri effectu non secuto, dixit supra *§. Homicidium, versic. vltimo quaro.* At in proposito præsentis quæstionis dixit Menoch. *in tract. de arbit. iudic. lib. 2. casu 360. supra in §. Fornicatio versic. fin.* Et nota, quod ius commune, de quo hic dicitur, confert cum iure Diuino; vnde D. August. *lib. 16. cap. 4. ad fin. de Ciuit. Dei*, loquens de ædificationibus Turris Babyloniæ, ait; Meritò autem malus punitur affectus, etiam cui non succedit effectus; Intelligitur

1 tamen † affectum puniri etiam non secuto effectu, videlicet eadem lege, non autem eadem pœna; Gramm. *decis. 2. num. 12.* Quod tamen non puto verum per ea, quæ paulo post dixit idem Gramm. *decis. 6. nu. 12.* Nam si satis est dicere in sententia crimen fuisse attentatum ad hoc, vt quis pro affectu veniat puniendus, quia tunc subintelligitur imposita pœna affectus, vt ibidem; quomodo tunc distinguemus pœnam a lege? vide tamen D. Petrum de Saxceno *inter consilia criminalia diuers. consilio 9., sub n. 6. volum. 1.* gloss. *in l. 1. verb. latrones, ff. de recept.* Ias. *in l. vn. nu. ... ad fin. C. vt omnes iud.* vbi dicitur committi crim. læsæ Maiest. & tamen pœna ibidem est pecuniaria; vide Bald. *in l. si veteris in fin. C. de fid. instrum.* sed latius, & diffusius vide Catal. de Boncompagnis *inter consil. criminalia, consil. 55. per totum maximè; n. m. 5. vol. 1.* Drog.

Quæro nunquid conatus] Conatus est minus quam factum; vide Dec. *tract. crim. to. 2. lib. 9. c. 29. in princ.* vide Peguer. *decis. 7. n. 13.* Ros.

2 *Quæro nunquid conatus*] adde Menoch. † *de arbitr. iud. cas. 360.* vbi ad satietatem de hac materia tractauit. *Baiar.*

b *Resp. quod de iure*] Latissimè de hac re Menoch. *de arb. iud. casu 360.* Bonacoss. *in quæst. crim. verb. affectus.* Alex. *consil. 15. lib. 1.* ubi Apostil. tradunt de eo, qui fuit de ponte delectus, vide Farin. *vol. 1. sup. prax. q. 124. par. 1.* & quid in pœnis statutariis *ibi par. 2. n. 117. & in crim. læsæ Maiest. q. 116. §. 4. n. 152.* Ros.

c *Et conatus ad delinquendum*] adde conatus ad delictum, quoniam, & qua pœna puniatur, fusius, quam hactenus expositum per Menoc. *de arbit. iud. casu 360.* ac etiam per Do. Felin. *in tract. de conatu.* Giach.

d *Iudicatum in causa veneni*] Contrarium statim dixit infra *hac eadem q. vers. scias tamen post principium, ibi, & in volente aliquem veneno perimere, supra q. 68. vers. fin.* Drogh.

e *Leges punientes conatum*] Sic etiam Ias. *in §. 1. nu. 12. o. Instit. de act.* in statutis namque locum non habet *l. is, qui cum telo, C. ad l. Cornel. de sicar.* Apostil. ad Dec. *in l. Non vult hæres littera B ff. de reg. iur.* Matan. *in suo Spec par. 3. tit. An iudicium sit ciuile, vel Criminale nu. 70.* Diog.

2 f *Idem loquendo de pœna*] adde † videndum Peguer. *in q crim. c. 7.* vbi late, qua pœna puniendus sit ille, qui in via publica amplectitur aliquam domicellam inuitam, & acclamantem, illius pudicitiam attentando, an pœna deportationis, per tex. *in l. si qui puero ff. de extraor. crim.* vel alia pœna arbitraria. *Baiar.*

g *Qui apposuerat scalas*] De istis scalis habetur etiam sup. *qu. 8. versic. sed nunquid q. 60. versic. est & amor, & q. 68. versic. Ascendens.* Drogh.

h *In illis punitur affectus*] Intellige de conatu proximo consummationi, vide per Alex. *resp. 18. num. 2. tem. 2. lib. 7.* & D. Fel. *d. tract. col. pen.* & Iac. Menoch. vbi supra *in 2. casu princ. per totum.* Giach.

i *Et ideo secundum eos*] De conatu in veneni propinatione vide sup. *fol. 3...* Farin. *q. 122. p. 2. n. 14. vol. 4.* Ros.

k *Et in volente aliquem veneno perimere*] adde Bell. *consil. 52. nu. 8. sup. in §. Homicidium versic. vltimo*, & hic nota quæ dicantur crimina atrocissima; quæ autem sint atrocia, dixit sup. *in §. 1. ibi; Respon. sibi videri atrocia*; & adde in atrocibus quod si crimen committi non potuit, non tamen stetit per reum quin cõmissum fuerit, punitur aliquando, etiamsi ex post pœnituerit, *sup. q. 60. vers. fui quandoque ibi*, Aut loquimur in pœnitentia, *& in §. Raptus, versic. sed quid ad si.* Gramm. *decisio. 2. nu. 11 in fin.* Aut quomodo intelligatur statutum, si quis voluerit venenare, notat Crem. *sing. 50.* Dec. *in l. Non vult hæres num. 4. ff. de reg. iur. supra q. 68. versi. scissum.* Gram *d. decis. 1. nu. 12.* Drogh.

l *Neque datis defensionibus*] Est tamen singularis casus, nec à iudicibus inferioribus imitandus, vt dixi *sup. quæst. 65. vers. forte ad med. ibi. quam tamen practicam*, & in quantum hic dicitur de sagittam emittente, nec occidente, adde Meno. *li. de arbit. iudic. lib. 2. cent. 4. cas. 360. sub nu. 36. in fin.* Est autem senatus † loco 3 Principis *d. qu. 94. versic. est etiam alius modus in princ. sup. q. 6. versi. præterea etiam bonum est.* Nil mirum ergo, si senatus tali modo procedere potest; Hodie tamen stante decreto Regio emanato de anno 1581. 17. Aprilis, §. *sotto colore dell'arbitrio in fine*; Nescio, an ita procedat, de quo decreto mentionem feci supra pluries *ad q. 78. versic. quæro si bona* maximè cum dictum decretum expresse non deroget prærogatiuæ senatui datæ, vt possit procedere sola facti veritate inspecta, adeo quod iudicat idem Senatus, vt Princeps, de qua prærogatiua dixit *in d. qu. 78. versic. sed quæro in fine.* In atrocissimis, quod ita procedat Senatus dixit supra *in §. 1. versic. sunt etiam ad finem*; Dummodo tamen sic exequatur, cum nec Princeps ipse possit tollere defensiones, vt est supra *q. 31. versic. Item adde in fin. & versicul. quæro nunc in fine q. 49.* & ad hoc vide dictum Decretum in fine præsentium additionum, cum iis, quæ ibidem annotaui. Hodie tamen etiam contra non confessum vtitur Sen. in atrocissimis rescribendo hoc modo; Denunciata prius reo morte; illum torqueatis & hoc fortasse, vt mortis futuræ metu magis quam vi tormentorum confiteatur. *Drog.*

m *D. generali consuetudine*] Farinac. *quæst. 145. §. conatus numero 21. vol. 5.* Ros.

3 *De generali consuetudine*] adde † vt per Iof. de Lud. *in decisio. Perus. 50. nu. 3.* Baiar.

n *Aut lex, vel statutum*] adde huic distinctioni, quæ voluit Dec. & ibi Apost. *in littera B, in l. non vult hæres numer. 7. ff. de reg. iur.* Indistinctè autem, quod qui ad stratam sese contulerint non tamen derobauerint, quia nec commoditas nec casus euenerit, non puniantur, tenuit Bonif. de Vitalinis *de malef. tit. de furibus, & latronib. in princip. fol. mihi 312.* Drogh.

4 o *Nihilominus quia pluries*] adde, † quod solitus committere assassinia, & similia delicta atrocia, potest morte puniri ex solo conatu, dato, quod non sit secutus effectus, Gram. *vot. 9. n. 21. cum seq.* Baiar.

p *Regulariter autem*] Conatum aliqualiter per iudicem puniri debere Farin. *q. 145. §. conatus n. 112.* Ros.

5 *Regulariter autem*] adde, quod conatus in leuibus delictis, vt est, quando pœna est pecuniaria, non est considerabilis, nec punitur aliqua pœna ordinaria, nec extraordinaria, vt per Rim. iun. *in consil. 695. nu. 10. vol. 6.* Baiar.

q *Scias etiam*] adde videndum Corn. *in consil. 202. ad fi. vol. 1.*

Inl. Clar. Sentent. Pract. Crim.

poni in fine condemnationis clauſulam, *Et in omnibus*, & per omnia iuxta formam ſtatutorum ſuperinde diſ-
p ponentium, quæ fortè idem operaretur. *p* Bartol. autem *in d.l.iudex poſtea quam,n.5.* dicit,quod ſi iſta clauſula apponitur in ſententia,ante verborum condemnamus, eſt magnæ importantiæ, ex quo iudex oſtendit animum ſuum,quod non intendit imponere maiorem, vel minorem pœnam,quam imponi debeat : ſecus autem (ſecundum eum) ſi illam apponat poſt verbum Condemnamus. Et dicit Amed.*de ſyn.nu.235.* quod ita concludunt comm. DD. Sed certè (cum reuerentia tanti Docto.)iſta conſideratio eſt nimis ſubtilis:& merito (vt dixi) receſſit ab aula.

ADDITIONES

Ad Quæſt. XCIII.

a 1 D*ictum eſt de pœnis*] adde † in materia ſententiarum ſi proceſſus ſit deperditus non culpa Iudicis, nec Notarij,& de nouo oporteat nouum fabricare proceſſum,in quo multa hinc inde fuiſſent probata , & demum ante ſententiam reperiretur primus,in quo non eſſent tantæ probationes,vel diſcreparet ab alio, Iudex debet iudicare ſecundum primum , & ſi repetitur
2 primus poſt † ſententiam, non poſſet ſententia reuocari; licet ſecundum primum proceſſum deberet reuocari, ita concludit Afflict.*ſuper conſtit. Regni in tit.de notif.bannitis in conſtit.coram*
3 *nobis in fine.* † Et contingeret , quod opponeretur contra aliquem fuiſſe iudicatum,& Iudex declararet,non eſſe iudicatum, quamuis iudicatum eſſet , ſententia illa reſcinderetur , ſi eſſet dubium,an eſſet iudicatum, ſecus autem ſi clarè appareret de ſententia, antequam per Iudicem iudicatum fuiſſet, quia tunc prima ſententia non reſcinderetur,eſt tex.*in l.1 ff quæ ſententiæ ſine appell.reſcind.* & ita illum text. declarat Franc. *in deciſ.98. vol.2.* & ibi habetur,quid agendum,ſi reperiuntur duæ ſententiæ,prima abſolutoria,quæ fecit tranſitum in iudicatum,& alia condemnatoria,& Iudices dicant quod prima errore fuit lata, & deciſum fuit,ſtandum eſſe primæ ſententiæ. Sed ego arbitror (ſit dictum cum pace tot virorum) quod eſſet attendenda illa ſententia, quæ eſſet iuſta, ne delictum remaneret impunitum,vel quod puniretur innocens.

Item adde ſi iudex dicat in ſententia : ego condemno, imò abſoluo,ſtabitur vltimæ parti,quia per illud verbum imò, videtur emendaſſe primam partem ſententiæ,*l.Stius imò Pamphilus,ff.de manum.teſtam.* & Præpoſit. *in c.ſi quamquam, §.præuaricatori 2.q.3.*

Item adde,quod Iudices in ſententiis criminalibus condemnatoriis debent condemnare ad intereſſe partis offenſæ, etiam abſque petitione,ſecundum And.de Iſer. *in conſtit.Regni, ſi quis in poſterum in verb.nouatas*,licet hodie obliuiſcantur,vt ait Vincen.Franch.*in deciſ.333.num.6.*& etiam debetur ex diſpoſitione iuris communis,& ipſo quod quis eſt condemnatus,& fortius quam pœna fiſco,idem Franch. *in deciſ.510.nu.19.& deciſ.460. per totam.* Baiar.

4 b *Et in primis ſcire debet*] Adde † videndum Socin. *in reg.249.* vbi ponit hanc regulam cum ſeptem fallentiis. *Baiard.*

c *Ore ipſiuſmet iudicis*] Eſt tex.& gloſ.*in c.fin.de ſenten.& re iudic.num.6.* & hanc regulam vna cum ſeptem fallentiis poſuit Soc.*reg.240* Giach.

5 d *Et ita obſeruatur*] adde † Vant. *de nullit.in rubr.de nullit. ſentent.ex defect.proceſſ.fol.419.num.85.* vbi etiam facit mentionem de ſententiis,prout in cedula, vide etiam Carau.*in rit.37.*
6 *n.2.* vbi dicit, † quod in magna curia Vicariæ, & in certis aliis Regiis audientiis, neque vnum,neque aliud ſeruatur,quia Iudices non legunt ſententias,nec dicunt illud verbum condemno,vel abſoluo,iuxta conſuetudinem Italiæ,ſed ſolum eorum ordinatione ſententiæ ſcribuntur, niſi eſſet ſententia forjudicationis.

7 Item † adde , quod ſententiæ prius ſcribuntur, & poſtmodum leguntur,& ſi ordo peruerteretur,quod oretenus proferentur,& poſtea ſcriberentur,non valerent. Carau.*in rit.37.n. 2.* & Vant. *in pract.nullit.in tit.de nullit.ſentent.num.70.* & exe-
8 cutio† contra aliquem fieri non poteſt,quamuis criminoſum, priuſquam ſententiatum fuerit , per text. *in c.cum ſecundum de hæret.* Fely.*in c.Rodulphus in verb.declaratoria, de reſcript.* Alexand.*in conſil.103. col.pen vol.1.* & Vant.*de nullit. ex defectu proceſſus, num.94.* & eſt aduertendum ,quod ſi ſententia ſit lecta, & lata non valet,ſecus in ſententia regia. Socin.iun.*conſ.80.n. 6. vol* 1. Baiar.

5 *Fuit aliquando dubitatum nunquid in ſententiis criminalibus*] Quod ſic reprobatur *in l.ſi Præfect , ff.de pœn.* Et regulam, quod iudex cauſam in ſententia exprimere non debeat , vi.per Soc.*reg.244.*cui adde videndum per Nat.*in conſ.325.ſub n.32.*

Fuit aliquando dubitatum] adde † videndum circa iſtam regulam, an iudex cauſam in ſententia exprimere debeat.Soc.*in reg.244.* vbi ponit vndecim fallentias in cauſa criminali , vide etiam Natt.*in conſil.525.nu.32.*Ba. 9

f *Ideo illum condemnamus*] adde, † quod ſi Iudex pronunciat condemnatum,intelligitur condemnaſſe, quando verè condemnare poteſt,ſi vult,quia tali caſu operatur verbum futuri temporis,quod præſentis. Deci.*in conſil.17.num.8.* vbi plenè, & ibi *nu.12.* tenet quod ſententia per verba infiniti modi valet, vti diffinitiua,& *nu.13.& ſeq.*habetur,quod ſententia lata per verbum futuri temporis valet. *Baiar.* 10

g *Niſi quando Reus*] adde huic practicæ condemnandi abſentes , quæ dixi ſupra *quæſt.44.verſic.fin.* vbi ſeipſum hic allegat. *Drog.*

h *Quæro nunquid valeat*] Cattat. *de execut.ſent.cap.fin.num. 288.*Farin.*tit.de delict.& pœnu,vol.1.q.26.n.13.& 14.*Roſ.

i *Amputetur ei manus*] *ſupra q.85.verſic.ſed hic quæro,in principio.*ſed an in caſu tali ſtatuti poſſit interuenire procurator? indiſtinctè,quod non,tenuit Menoch. *de arbitrar.iud.lib.1.quæſt. 80.nu.17.cum ſeq.* fallit tamen , cum non ex voluntate condemnati,ſed ex neceſſitate, & eiuſdem impotentia venit condemnandus tali modo Reus,vt dicta *q.80.num.503.* quod tamen non approbo , cum lex ſemper, & indiſtinctè loquatur ; & an condemnatus per talem ſententiam,vt hic, poſſit relaxari fideiuſſoribus ? quod non,tenuit Menoch. *ſæpius allegato Tractatu de arbitr.iudic.lib.2.Centuria 4.caſ.303.nu.33.*& ſtante tali ſtatuto pœna dicitur magis ſubordinata,quam alternatiua,vt tenuit Felin. *in capit.inter cæteras col.3.de reſcript.* & an lata ſententia modo , quo hi per Clarum, poſſit mora purgari,ita vt poſt lapſum tempus ad ſoluendam pœnam pecuniariam , ad euitandam pœnam corporalem , poſſit pecunia ſolui inuito Iudice, vel Principe ; Quod non , tenuit Alexan.*conſil.24.nu.8.volum. 4.*Drog.

k *Quæro ſi iudex*] Cattat.*de execut.ſent.c.fin.n.49.*Roſ.

Quæro ſi iudex] adde quod dicta ſententia,in qua † pœna ſit grauior,& non æqualis delicto,(etiam quod lata ſit contra contumacem,) non eſt exequenda. vt per Plot.*conſil.72.num.31.& ſeq.tomo 2.conſil.crim.diuer.in folio*, vbi ponit exemplum in homicidio non doloſo, nec appenſato , pro quo ſi Iudex pœnam mortis in ſententia contumaciali imponeret , talis ſententia non poterit exequi quò ad dictam pœnam mortis , & Plot.ſequitur Farin.*q.crim.in q.11.nu.62.* vbi † atteſtatur , quod fecit commutare pœnam mortis ad pœnam triremium in perſonam cuiuſdam,qui in pura rixa prouocatus iniuriis, quendam Bertuarium interfecerat. 11 12

Item † adde,è conuerſo,ſi iudex condemnauit in parte,non cenſetur in alia parte abſoluere, niſi de animo Iudicis appareat. Gabr.*in conſil.71.nu.20.*Bai. 13

l *Et iudex,qui male iudicauit*] Supra *q.73.ver. Item iudex in principio*,vbi videtur contrarium,cum ibi dicat Iudicem non teneri niſi de furtis,baratraria,& illicitis extorſionibus ſed heu, quam malè ſeruatur,vt hi latrunculatores,& multo ſæpius,malitioſi,quam ignorantes puniantur,maximè cum fauores,& pecunias exercent , ſine quibus nec Iudices, ſiue latrunculatores fiunt ; exclamat autem, & rectè Marſ.*Rubr.de fideiuſſ.in fi.* vide in finalibus verbis harum additionum. *Drog.*

m *Sed pone,quod Iudex*] adde,quod iſta clauſula nihil operatur,ſecundum Viu.*in deciſio.174.in princip.*Baiar.

n *Saluo,& reſeruato*] adde Iaſ.*in §.curare , num.50.Inſtit.de act.*Drog.

o *Vel in minus*] Si minus. vide Boſſ.*de ſententiis, n.78.*& Amad.*loco introſcripto,nu.162.*Roſ.

p *Bart. autem in d.l. Iudex poſteaquam*] adde , quod contra Bart.tenuit Maria Soc. *in c.quæuit r, & quando nu.94 is accuſat.*& ibi *n.ſequen.*dicit, quod ſententia hoc modo formata valebit; videlicet,†quia nobis conſtat delictum à parte commiſſum eſſe,ideo ſi ex tali delicto tanta pœna tibi debet imponi ſecundum formam ſtatuti,eam tibi imponimus,quia ſufficit declaratum eſſe delictum commiſſum,& in executione declarabitur pœna, vt ibi per eum , vide etiam Lambert.*in tract.de contract.eorum , quibus gloſ.14. numero 20.21.in verb.* & cum auctoritate alicuius iudicantis. vbi dicit ſententiam modo quo ſupra latam valere , donec ex aduerſo probetur fuiſſe iniuſtam.*Baiard.* 14

QVÆSTIO XCIV.

An à sententiis criminalibus appellatio, vel dictio de nullitate sit admittenda.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *De appellatione in causis criminalibus, quibus casibus permissa non sit.*
2 *Et quid si delictum sit notorium.*
3 *Statutum disponens, quod in causis criminalibus non liceat appellare, valet.*
4 *Appellatio vnius in criminalibus an possit alteri.*
5 *Clericus an possit pro condemnato appellare.*
6 *Pendente appellatione à sententia banni an possit bannitus impune offendi.*
7 *Si condemnatus in pœnam capitis, & bonorum confiscationem pendente appellatione decesserit, an extinguatur bonorum confiscatio.*
8 *Et quid si decedat pendente tempore ad appellandum.*
9 *Iudex primæ causæ an sit citãdus in causa appellationis.*
10 *Pendente causa nullitatis sententiæ supersedendum est ab eius executione.*
11 *Et an in causa huiusmodi nullitatis possit interuenire procurator.*
12 *De litteris admittentibus condemnatos in contumaciam ad nouas defensiones.*

Ex Additionibus.

1 *Homicida in statu Ecclesiastico non potest appellare.*
2 *Conuictus, & confessus quando possit appellare, remissiue.*
Et quando quis dicatur talis, ibidem.
Appellatio à pœnis arbitrariis an admittatur, remissiue.
Appellationes in causis criminalibus apud suprema tribunalia frequenter cognoscuntur, etiam quod post tempus ad appellandum fuerint interposita, ibid.
3 *Confessus ficti per statutum, an, & quando appellet.*
4 *Procurator non interuenit in causa appellationis, si non poterat interuenire in prima instantia.*
5 *Bannitus non admittitur ad appellandum per Procuratorem in casibus, in quibus bannitus poterat appellare.*
Aretin. error, ibidem.
L. non tantum ff. de appel. *declaratur,* ibid.
6 *Absens appellans, vel restitutionem petens, debet personaliter comparere.*
7 *Bannitus admissus ad appellandum debet assumere in se onus probandi innocentiam.*
Et si iudex vellet assumere in se onus probandi delictum, non posset, ibidem.
8 *Forjudicatus in Regno Neapolitano non appellat, nec admittitur ad probandum innocentiam.*
Poterit tamen dicere de nullitate forjudicationis, ibid.
Appellatio non admittitur in criminalibus de consuetudine Italiæ, ibid.
9 *Fallit Regno Neapolitano.*
Appellatio in Regno Neapolitano admittitur in criminalibus à qualibet prouisione, ibid.
Causæ criminales in Regno prædicto in longum nimium protrahuntur, & male tractantur, ibid.
10 *Regnum Neapolitanum maxima latronum frequentia infestatur.*
Et ratio redditur ad longum per discursum, ibid.
11 *Milites in dicto Regno destinati ad capiendum latrones, sunt latronibus peiores, & grauius populos molestant; multi principaliter.*
Aprutij Prouincia in miseriam à latronibus, & militibus redacta, ibidem.
12 *Honores qui confert per gratiam, Christum spernit.*
Officialium electio quomodo sit facienda, ibid.
13 *Appellatio an liget manus ante inhibitionem.*
14 *Appellatio admissa de facto, cum de iure non esset admittenda, an executionem sententiæ suspendat.*
15 *Conuictus, & confessus etiam metu tormentorum non appellat.*
16 *Appellatio iniusta ligat manus Iudicis in Regno Franciæ. Nisi essent Iudices, à quibus in criminalibus non appellatur,* ibid.
*16 *Confessus non dicitur conuictus.*
17 *Confessus sponte in statu Ecclesiastico non appellat.*
18 *Confessio facta post appellationem ab interlocutoria de torquendo, appellationem non impedit, & dicitur facta metu tormentorum.*
19 *Notorium deducitur tripliciter.*
20 *Appellatio an admittatur in notorio.*
21 *Notorium est triplex.*
*21 *Appellare in criminalibus quando liceat.*
22 *Appellationes qualibet à sententiis in causis homicidiorum in statu Ecclesiastico sunt sublatæ.*
*22 *Confessio in his, quæ sunt iuris, præiudicare non potest.*
23 *Condemnati in contumaciam in d. statu elapso anno non appellant, nec etiam capti infra annum.*
24 *Fiscus an appellet, & infra.*
25 *Fiscus in dicto statu non prosequitur appellationem, vbi adest instigator, nisi data cautione per instigatorem de reficiendis expensis primæ, & secundæ instantiæ in casu succumbentiæ.*
26 *Appellatione prohibita reis, censetur etiam prohibita fisco.*
27 *Fiscus potest appellare à minoritate pœnæ.*
28 *Appellationes in pœnis pecuniariis admittuntur in statu Ecclesiastico facto actuali deposito, vel data cautione in forma depositi, si appellans non sit confessus.*
29 *Et debet infra sex menses impediri.*
30 *Appellatio in Regno Neapolitano non admittitur pro homicida.*
31 *Contrarium tamen seruatur in practica.*
Et quid in Francia, ibid.
32 *Fiscus in Regno Neap. non appellat.*
Et quomodo ei succurratur, remiss. num. eod.
Appellatione interposita per inquisitum, ipso iure per fiscum intelligitur facta adhæsio appellati, num. eod.
33 *Fiscus in criminalibus an restituatur.*
Et quid si sit lata sententia interueniente præuaricatione, vel collusione, & num. 36.
34 *Statutum, quod à sententiis in criminalibus non possit appellari, querelari, restitui, aut de nullitate dici, quomodo intelligatur.*
35 *Admissus ad nouas defensiones non fit ex mera gratia, sed gratia iustitiæ.*
37 *Rescriptum Principis concedens nouam cognitionem aduersus sententiam, non derogat sententiæ, nisi fuerit dictum, etiamsi transierit in rem iudicatam.*
38 *Litteræ ad nouas defensiones non conceduntur in pœnis pecuniariis per Senat. Mediolani.*
39 *Litteræ prædictæ an operentur etiam quo ad interesse partis.*
40 *Bannitus comparens infra annum sponte auditur in statu Ecclesiastico.*
Et quomodo id intelligatur, remissiuè, ibid.
41 *Litteræ prædictæ non conceduntur in Regno Neapol.*
42 *Bannitus si de facto fuerit admissus per Iudicem ad defensiones, an processus valeat.*
Et quid in statu Ecclesiastico, ibid.
43 *Statutum prohibens appellationem in criminalibus, non habet locum in causa ciuili occasionata ex causa criminali.*

44 *Nec*

44 *Nec etiam in casu mixto.*
45 *Idem intelligitur quò ad diffinitiuam, non interlocutoriam.*
46 *Lim. nisi disponeret, quod à nulla sententia appelletur.*
47 *Et an l get forenses.*
48 *Et quid si constet de notoria innocentia.*
49 *Appellatio interposita in Ciuitate, ubi appellare licebat, si illa Ciuitas fuerit dismembrata ab aliquo Ducatu, & alteri Præsidi submissa, à quo Præside terminetur.*
50 *Carceratus an possit amoueri à carceribus Baronis pendente appellatione ad Iudices superiores.*
51 *Tertius non potest appellare, si reus confessus in confessione perseueret.*
52 *Mulier potest pro alio appellare.*
53 *Reum non se defendentem licet cuilibet defendere.*
54 *Appellatio à tertio interposita executionem suspendit, etiam ipso reo inuito.*
55 *Iudex est citandus, quando tractatur de reuocando sententiam, & quomodo.*
56 *Nullitas in criminalibus non admittitur post annum in statu Ecclesiastico.*
57 *Et quid si nullitas proueniat ex defectu citationis, iurisdictionis, inquisitionis ineptæ, & notoriæ iniquitatis.*
Flamm. Chartar. impugnatur, ibid.
58 *Nullitas ex defectu iurisdictionis est maior quacumque nullitate.*
59 *Statutum prohibens dici de nullitate an procedat si de nullitate excipiatur.*
60 *Nullitas excludit rem iudicatam.*
61 *Executio sententiæ etiam legitimæ multis modis impeditur, remissiue.*
62 *Statutum prohibens simpliciter nullitatem, quomodo intelligatur, remissiue.*
63 *Nullitas potest opponi in Regno Neapol. contra sententiam forindicationis.*
64 *Sententia si est nulla, non potest reus puniri, sed iterum est inquirendus.*
Sententia criminalis si est primis conformis, non obstante nullitatis exceptione, executioni demandetur in pœnis, quæ retractari possint, ibid.
65 *Bannito admisso de facto ad defensiones, an absolutio subsecuta valeat.*
Boss. lapsus, ibidem.
66 *Bannitus in statu Ecclesiastico an possit per Iudices infra annum admitti ad nouas defensiones absque alia licentia Principis.*
Farinac. impugnatur, ibid.
67 *Litteræ ad nouas defensiones sunt concedendæ, nisi indicia sint urgentia.*
68 *Litteræ prædictæ non conceduntur, si fuerint calumniose petita.*
69 *Bannitus, qui propter impedimentum non potuit comparere restituitur, & admittitur ad probandum impedimentum.*

1 DIctum *a* est de sententiis: quæro nunc, nunquid in causis criminalibus *b* licitum sit appellare. Resp. Aut reus est plenè de ipso delicto conuictus, & etiam illud est spontè confessus: *c* & hoc casu non potest appellare, *l. 2. C. quor. appell. non recip.* Et quantum sit in illis quinque criminibus exceptis, videlicet homicidij, veneficij, adulterij, maleficij, & vis publicæ, de quibus *in d. l. 2.* omnes conueniunt, quod in illis non sit deferendum appellationi, ubi à judice rei illorum criminum *d* argumentis conuicti sint, & testibus superati, & propria voce confessi. Et hanc dicit esse communem omnium Doctorum sententiam Igneus *in l. si certum, in princ. n. 19. ff. ad Syllei. e* Sed certè tenendum est, quod non solum in illis quinque, sed generaliter etiam in omnibus aliis conclusio locum habeat. Et ita hanc esse communem opinionem attestatur Imola *in l. fin. §. iussus, num. 8. ff. de appel.* Butr. *in tract. de notorio, artic. 4. nu.* 56. quem refert Duennas *reg. 156. in fin.* Dec. *in c. cum speciali, §. porro, num. 4. de appel.* quem refert Didac. *practic. quæst. 23. num. 5. f* Si ergo talis reus conuictus, & sponte confessus appellat, rejicienda est appellatio; *g* neque debeat ab executione supersedere. Et ita de consuetudine seruatur, ut dicit Bart. *in l. qui vltimo in fi. verbi. ff. de pœnis*, prout illum refert Affl. *super 2. parte const. regni, rubr. 10. n. 56.* licet Bart. ibi loquatur de expectandis decem diebus, de quibus ego dixi inf. *qu. 96. circa princ. h* Aut est confessus tantum, & non conuictus: & tunc si non reuocauit suam confessionem, non auditur appellans, sed potest justè tradi morti, secundum gl. *in c. Rom. § sin autem, in verbo. vel de quo, de appel. in sexto*, quam sequitur comm. practica affirmorum, ut dicit Bald. *in l. 1. post nu 10. vers. interdum autem, C. ne ex delicto defunctorum, &c.* quem refert Aug. ad Ang. *de malefic. in verbo Præsente Caio, post numerum 11.* & Apost. *ad decis. Tholos.* 176. Hanc etiam opi. dicit esse Didac. *in d. qu. 23. fol. 167. col. 3. versic. 2. conclusio.* Dicit etiam Pract. Carer *fol. 17. n. 17. & fol. 32. post numerum 46 & fol. 65. post numerum 101. & fol. 136. num. 175* quod hodie ex consuetudine judices obseruant, quod ex sola confessione spontanea, vel etiam extorta, & perseuerata exequuntur sententias capitales non admissa appellatione, licet secundum eum male faciant, & contra jus canonicum, & ciuile. Et *i* licet aliqui dixerint, quod hoc locum habet solummodo de jure canonico, ut scilicet confessus tantum non possit appellare: tamen magis communis opi. est, quod in hoc non sit differentia inter jus canonicum, & ciuile, sed quod utroque jure ille, qui est solummodo confessus, & non conuictus, non audiatur appellans, nisi abducat in appellatione causam *k* probabilem contra suam confessionem. Et ita esse communem opin. attestatur Boss. *in tit. de appell post numer. 27.* Bald. autem *in l. 2. numer. 21. C. quorum appell. non recip.* tenet, quod ad hoc ut possit rejici appellatio, requiratur utrumque, scilicet, quod sit confessus, & conuictus. Et hanc dicit esse veram, & communem opin. Anton. Gomes. *c. 13. delictorum, numer. 31.* etiamsi agatur de causa criminis læsæ Majest. aliàs (secundum Bald.) *l* tenet appellatio. Et potest judex à quo ei, si velit, deferre: sed si putat ei non esse deferendum, potest exequi sententiam suam: & subdit, quod ita seruatur de consuetudine: quem refert Suarez. *in suo volu. repetitio. fol. 506. num. 5. in fin.* & ita reperio etiam conclusum fuisse per Curiam Tholosan. *in dicta decisione* 176. quod dato, quod appellatio valeret, potest judex à quo, priusquam sit ei inhibitum per judicem ad quem, sententiam exequi. Dicit etiam Angel. *de malef. in verbo, Præsente Caio, & appellante, num. 18.* quod quando reus est sponte confessus, & conuictus, *m* vel delictum est notorium, potest judex sententiam exequi, appellatione interposita non obstante, & quod si aliter facit, peccat, & quod ipse de facto ita Nursiæ obseruauit.

2 Solet *n* etiam dici, quod quando delictum est notorium, non admittitur appellatio; Et quod criminosus manifestus non audiatur appellans, dicit communiter teneri Anan. in capitulo quam perniciosum, *post numerum, 1. de vsur.* Puto tamen in hoc esse distinguendum juxta ea, quæ dixi *supra quæstio. 9. versic. quæro, nunquid.*

3 Cæterum *o* in hoc ducatu hæc omnia sunt superflua, cum per constitutiones sublata sit in causis criminalib. *p* omnis appellatio, & dictio nullitatis, prout etiam in consilio Flandriæ obseruari attestatur Practic. Iod. *cap. 149. numer. 2.* etiam si reus non sit proprio ore crimen confessus. *q* Et talis constitutio, seu statutum valet, & est obseruanda. Licet enim aliqui tenuerint, quod

non valeat, ex quo appellatio est species defensionis, quæ est de jure naturali, & consequenter à lege seu statuto tali posse non debet (quam opin. dicit esse magis communem Nicel. *in concord. gloss. cap. 6. col. antep. & pe.*) nihilominus vsu, & consuetudine receptum est talia statuta valere. Et ita communiter seruari attestatur Alber. *in 4. par. statu. quæst. 53. numer. 4.* quem refert Aug. ad Angel. *de malefic. in loco praeallegato post num. 25.* licet re vera Alberi. ibi loquatur in statuto disponente, quod bannitus non audiatur etiam ad sui defensionem sed
r ab hac consuetudine nullo modo est r in practica recedendum.

4 Quæro, s nunquid in criminalibus appellatio vnius
s prosit alteri. Respond. quod sic. Et ideo si plures complices sint condemnati, & vnus appellet, ejus appellatio aliis prodest: & est communis opinio, vt dicit Augustin.
t ad Angel. *de malefic. in verbo, Præsente Caio, num. 33.* t Regulariter autem in criminalibus potest quilibet de po-
u pulo pro reo condemnato u appellationem interpone-
x re, vt est text. *in l. non tantum, x ff de appell.*

y Sed y an etiam clericus potest pro hujusmodi condemnato appellare? Respond. Aliqui dicunt, quod non, & dicit Specul. *de aduoc. §. 1. num 8.* quod tutius est quod clericus à talibus causis abstineat. Contrarium tenuit glo. *in l. ad dictos, in verb. Quibus, C. de episc. aud.* quam Doct. sequuntur, vt dicit Aug. ad Ang *de malef. in verb. Præsente dicto Caio, nu. 5.* Et hæc opi. verior est: cum enim appellatio veniat ad defensionem rei, meritò posse debet clericus illam interponere.

6 Præterea quæro, nunquid pendente appellatione à sententia banni, possit bannitus impunè offendi. Dixi sup. *hoc eod. lib. §. homicidium, vers. Successiuè quæro.*

7 Sed pone, quòd Titius, fuit condemnatus in amputatione capitis, & confiscatione bonorum, appellauit, & pendente appellatione decessit: certum est, quod respectu pœnæ corporalis crimen habetur pro extincto, vt dixi supra *quæst. 51. versic. quæro nunc:* Quæro, an etiam sit extincta confiscatio bonorum? Respond. aut sententia est concepta per dictionem, Cum, puta, condemnamus Titium ad mortem cum confiscatione bonorum: & eo casu cum publicatio bonorum sit accessoria ad pœnam corporalem, extinguitur morte, sicut & ipsa condemnatio corporalis. Aut verò sententia est concepta per copulatiuam, *puta*, Condemna-
z mus z Titium in amputatione capitis, & in confiscatione bonorum, & hoc casu etiam reus moriatur pendente appellatione, non extinguitur confiscatio bonorum. Ita distinguit Bartol. *in l. 3. in fin. C. si pend. appel. mors interuenerit.* Et hanc dicit esse communem sententiam Aug. ad Ang. *de malef. in verb. qui Dominus iudex, numer. 49. & in verb. Et eius bona, numer. 3.* Vide, quæ dixi *in d. quæst. 51. vers. scias etiam.*

8 Sed quid si condemnatus decedat non quidem interposita appellatione, sed pendente tempore ad appellandum, nunquid erit locus bonorum confiscationi? Respond. In hoc articulo variæ fuerunt opi. doctorum: Tu videre potes distinctionem traditam per Angel. *de malefic. in verb. Præsente Caio, & appellante, numero 85.* quam dicit ipse esse ex mente omnium. Et quia nimis longa est, eam hic non transcribo. Quid autem dicendum sit, si reus post condemnationem admissus fuerit ad nouas defensiones, & pendente hoc secundo processu decesserit, dixi *supra quæstione 44. versic. Dixi quod.*

9 Quæro nunc, an in causa appellationis citandus sit judex, qui primam sententiam protulit. Respon. Aliqui dicunt, quod est citandus aut judex, aut syndicus fisci, cujus interest. Et dicit Angel. *de malefic. in verbo, Præsente Caio, & appellante numero 27.* quod ita videtur practi-
a cari. a Alij vero dicunt, quod quando judex, qui primam sententiam protulit, processit ex officio, semper citandus b est in causa appellationis. Et hanc opinio- b
nem dicit esse communem Carauita *super ritu 160. magnæ curiæ, post numerum 14.* subdens tamen, quod in Regno Neap. nullo casu citatur primus iudex, sed ejus loco procurator fiscalis illius curiæ. Apud nos autem, ex quo non datur appellatio, non seruatur hæc practica, nec alicubi vidi vnquam citari iudicem, nisi ageretur de condemnando judice c propter sordes, vel c
iniustitiam. Bene citandus est fiscus, cuius interest, in causa appellationis, prout etiam citatur in causa principali, iuxta ea quæ dixi *supra quæst. 31. vers. Vlterius quæro.* d Potest etiam dici de nullitate sententiæ crimi- d
nalis. Causas vero nullitatis, quæ deduci possunt contra sententiam, potes per te videre in discursu materię, & præsertim supra *quæst. 50. & seq.*

Scias e autem, quod pendente nullitate sententiæ 10
criminalis non sit ejus executio, quæ contineat pœ- e
nam irretractabilem, etiam si cognitio talis nullitatis requirere altiorem indaginem. Et est communis opinio, vt attestatur Ias. *in l. 3. §. seruus, num. 9 ff. de acq. poss* prout illum refert Boss. *in tit. de nullitate aduers. sent. num. 4.* Videtur enim quod pendente causa huiusmodi nullitatis non calumniosæ, bannum sit suspensum, prout tenuit Alexand. *in d. l. 3. §. si seruus, nu. 7.* cuius opinionem dicit esse communem Affl. ct. *super 2. part. constit. Regni, rub. 1. n. 15.* & consequenter non potest interea bannitus impunè occidi. Et ita communiter concluditur, vt dicit Boss. *in loco præalleg. num. 5.* Vide quæ dixi supra *hoc eod. lib. §. Homicidium, vers. Successiue quæro.*

Quæro, an in causa nullitatis sententiæ criminalis 11
possit interuenire procurator. Dixi supra *quæst. 32. vers. quæro, an in causa.*

Est f etiam alius modus veniendi contra sententiam 12
criminalem, scilicet, quando condemnatur in con- f
tumaciam admittitur ad nouas defensiones. g Ta- g
lis autem admissio non fit nisi per principem: & hoc h
ex stylo, & consuetudine inolita, vt dicit Pract. Lod. *fol. 83. numero tertio.* & in hoc Ducatu non fit nisi per principem, vel per senatum, qui repræsentat perso- i
nam principis, & cui princeps commisit omnia ad iustitiam pertinentia. Et ita declarauit senatus obseruari debere, & grauiter reprehendit commissarium Pontremuli, qui ad nouas defensiones admiserat sua auctoritate quendam bannitum pro fratricidio, vltimo Octobris 1550. P. N. Et de hac materia litterarum admittentium ad nouas defensiones non habemus decretum in nouis constitutionibus, *in tit. de accusat. in fin.* per quod datum est senatui arbitrium illas concedendi, vel denegandi, iuxta facti, & personarum qualitatem. k Regulariter autem senatus k
illa concedit, nisi indicia sint adeo vigentia, vt reus verisimiliter se tueri non possit: nisi producendo falsos testes, prout seruatum fuit in causa. Alex. Buccæ, 20. Septembr. 1558. P. N. & Nicolai Coduti, 5. Iul. 1558. Et scias, quod extat senatusconsultum conditum de anno 1548. 16. Octobr. P. N. quod, admissi ad nouas defensiones pro causa, quæ constitutionem personalem requirat, teneantur se constituere intra terminum 10. dierum à die concessionis admissionis, aliàs admissio habetur pro non facta. Et ideo ex stylo senatus semper apponitur in ipsis litteris terminus 10. dierum eas impetrantibus ad eas præsentandum, & personaliter se constituendum, quem terminum ego nunquam vidi prorogari, nisi semel cuidam Perino Bertono, qui propter abductionem cuiusdam quantitatis casei fuerat capitaliter condemnatus; & hoc me contradicente vnà cum nonnullis aliis senatoribus, quibus placebat ordi-
num

num obseruantia: sed contrarium placuit maiori parti.

l l Hanc autem admissionem, vt scilicet reus etiam postquam propter contumaciam fuit bannitus, tanquam confessus, & conuictus, sit nihilominus audiendus, si velit innocentiam suam demonstrare, dicit esse de jure faciendam Gramm. *super prag. Regni, fol.* 198. *n.* 18. & ibi refert per cons. Neap. in facti contingentia ita fuisse decisum, & admissum quendam medicum condemnatum in amputatione manus. Et ita in facti contingentia consuluit etiam Natta *consilio* 44. Vide quæ dixi in-

m fra *qu.96. vers. quæro nunquid.* m In hoc autem Ducatu per nouas constitutiones *in tit. præalleg.* talis admissio remissa est arbitrio senatus, qui intellectis indiciis quandoque illam concedit, & quandoque etiam negat. Regulariter autem istæ literæ non conceduntur, nisi petentibus. dicit tamen Ross. *in tit. de literis prin-*

n *cipis, num.* 4. n quod Præses Marlianus eas quandoque concedebat etiam non petentibus. Et ego etiam semel vidi, quod cum fuissent concessæ litteræ ad nouas defensiones cuidam Io. Calmo Cerdoni capitaliter condemnato ad furcas pro robaria, qui fuerat deinde captus per prætorem Varisij, & eius agentis non curarent eas (ut dicitur) leuare, & præsentare, senatus iussit eas transmitti ex officio ad ipsum prætorem, cui mandauit, vt eas exequeretur etiam illo non petente, 4. Septemb. 1557. P.N.

o An o autem admissus ad nouas defensiones statim facta admissione recuperet bona confiscata, & an ipsi incumbat onus probandi innocentiam suam, dixi supra *q.44. vers. dixi quod & seq.*

ADDITIONES

Ad Quæst. XCIV.

a D*ictum est de sententiis.*] adde, quod homicida in statu Ecclesiastico non potest appellare ex dispositione Pij 2. *in bulla* 8. *Clem.* 7. *bull.* 6. Baiar.

b *Licitum sit appellare*] Vide Farin. *in 4. vol. suæ prax. q.* 101. *c.* 1. *& c.* 2. Ros.

c *Et hoc casu.* Far. *d. q.* 101. *c.* 20. *nu.* 114. Ros.

d *Argumentis conuicti, testibus superati, & propria voce confessi*] Quæ sint autem suspiciones, præsumptiones, Indicia, & probationes habetur supra *q.10. vers.1. ibi,* & sic habes, sed ibi contrarium videtur, dum hic dicit in criminibus exceptis, quem conuinci argumentis, & tamen *in d. qu.* 10. *vers. ad formandam, ibi, quæ contra Reum* ex probabilibus argumentis satis colligitur neminem conuinci, immo corruptelam esse, illis attentis procedere ad inquisitionem, quod est minus, at quomodo attentis gradibus suspicionum, præsumptionem, indiciorum, & probationum procedatur super vno quoque ipsorum graduum ad torturam, vide supra *q.64. vers. Nunc de gradibus;* & de conuicto habetur supra *qu.62. in princ.* vbi dixi, *& qu.66. in princ.* Differunt tamen præsumptiones ab Indiciis, seu probationibus, quia cum indicia sint species probationum difficilius tolluntur, egentque validiori probatione, ad hoc vt elidantur; præsumptiones vero à paribus tolluntur præsumptionibus sic inter hos constituit differentiam Aym. Crau. *tract. de antiq. temp. par.* 1. *vers. propositum n.* 34. sic & alias dici solet, quod quemadmodum clauus clauum trahit, sic præsumptio præsumptionem tollit. Menoc. *dicto tract. de arbitr. iud. lib.* 1. *qu.* 76. *n.* 19. vide quæ diffusè dixi supra *qu.*10. *vers.*1. Drogh.

e *Sed certe tenendum est*] adde, quod & hanc communem refert, comprobat, & sequitur Rol. *in consil.* 73. *post n.* 26. *lib.* 3. vbi plenè, & plenius per Masuer. *ad pract. Pap. tit. de appellat. à diffini. gl.* 1. *addi. Incip. In viro contumace.* Et istam regulam vna cum octo limitationibus vide per Duen. *ead. regul.* 156. & plenius vide *in collect. mea comm. opin. cap. conuictus.* Giach.

e *Sed certe*] Far. *d. c.* 2. *n.* 116. *&* 117. Ros.

f *Si ergo*] vide Vulp. *resp.* 137. & Cart. *de execut. sent. capto bannito c.* 1. *num.* 68. Ros.

1 *Si ergo talis reus*] adde, † quod Duen. *in reg.* 156. hic allegata limitat hanc regulam octo modis, & quis dicatur conuictus, & confessus, habetur per Fulg. *consil.* 123. *n.* 3. Et † an à pœnis arbitrariis detur appellatio, vide Menoch. *de arbit. Iud. q.* 70. & Farin. *variar. q. in q.* 17. *nu.* 27. *cum seqq.* Et in locis, in quibus potest appellari a sententiis criminalibus apud suprema tribunalia, frequenter cognoscuntur appellationes, etiam quod post tempus ad appellandum interpositæ fuerint, vt tradit Cou. *var. resol. lib.* 1. *cap.* 1. *in fine.*

Item adde, † quod confessus, & conuictus ficte per contumaciam, (stante statuto, quod contumax habeatur pro confesso, & conuicto) non appellatur vere confessus, Bal. post Petr. *de bello præs.* & Cyn. *in l.* 1. *C. quor. appell. non recip. & in l. omnes populi. ff. de iust. & iur.* Nell *in tract. bannit. in 4. par. primi temp. quæst.* 1. *versic. pro huius quæstionis resolutione,* quem referunt, & sequuntur Augustin. Arim. ad Aret. *in verbo præsente dicto Gaio, num.* 13. Boss. *in tit. de remed. contra bann. num.* 4. Foll. *in pract. crim. in 4 par.* 3. *par. n.* 89. & Bertaz. *in consil.* 82. *num.* 19. *volum.* 1. & idem tenet Philip. Franc. *in c. specialis, §. porrò de appellat. col.* 3. 3

Contrarium autem tenuit idem Bal. sibi contrarius *in l. ita demum, C. de procurat.* quem refert, & sequitur Ang. Aret. *in tract. de malef. in verb. præsente d. Gaio, num.* 21. & Rol. *in consil.* 42. *n.* 30. *volum.* 3. Car. *in pract. in prin. n.* 37. & Duen. *in d. reg.* 155. *limit.* 6. & Aretin. *in consil.* 146. *col.* 3. & Nat. *in consil.* 444. *nu.* 5. quæ opinio procedit sine dubio, quando in appellatione iusta, & rationabilis causa allegaretur, quæ fictam confessionem, & contumaciam excusaret, ita tradit D. Cart. *in tract. suo de execu. sentent. contum. cap.* 1. *nu.* 261. *&* 262. Nellus autem alio modo declarat, ita distinguendo. Aut extat statutum, quid in criminalibus non possit appellari, & tunc sopita est quæstio: aut non extat, sed aliud statutum disponit, quidem contumax habeatur pro confesso, & conuicto, & tunc non appellat. Si vero statutum dictat, tantum eum haberi pro confesso, tunc si est verus contumax, vt quia citatus personaliter non appellat, non ex vi confessus fictæ, sed ex natura veræ contumaciæ; nisi venerit adhuc Iudice pro tribunali sedente: vel si ex forma statuti reseruatur etiam post latam sententiam aliquod tempus ad purgandam moram, siue contumaciam. Si autem non est verus contumax, sed Iudex vltra eius contumaciam examinauit testes, & tunc tanquam conuictus, & confessus similiter non appellat, aut ex sola contumacia fuit condemnatus, & eo casu poterit appellare, & ad hanc quæstionem, an bannitus in contumaciam possit appellare, vide Chart. *in tract. de execut. sent. contum. c.* 1. *n.* 53. 54. 59. 109. *&* 261. vbi latissimè, & etiam ibi tractat *de constit. Marchia,* & de motibus propriis Pij IV. & V. appellationem impedientibus.

Item † adde, quod in casibus in quibus bannitus poterit appellare, non poterit per procuratorem, nec per alium, tanquam 4 vnum de populo, quia sicut procurator non poterat interuenire in prima instantia, ita † nec in causa appellationis, *l.* 1. *in fi. ff.* 5 *an per alium causa appellat.* & Bar. *in extrauag. ad reprimen. in verb. legitimè,* & ita etiam tenuit Augustin. ad Aretin. *per l. non tantum de appellat.* contrarium tenuerit, & malè, quia text. d. l. non tantum non procedit in appellante pro absente, sed pro reo carcerato, vt per Augustinum in loco prætrato, & in terminis tradit Anton. Cola. *in ban. in suo compendiar. forma proceden. extraordinar. in controuers. criminalibus, art.* 164. *in tract. crimin. diuers. fol.* 412. dicens, † quod in criminalibus absens ap- 6 pellans vel petens restitutionem aduersus sententiam tenetur personaliter comparere, & quidem non potest contrarium impetrare, & idem tenuit Mille. *in pract. crim. in rub. de sententia formu. num.* 93. *&* 94. quem refert, & sequitur Bertaz. *in consil.* 422. *num.* 15.

Item † adde, quod si ipse bannitus in casu permisso appella- 7 ret, debet assumere in se onus probandi innocentiam suam, & si non assumeret dictum onus, deberet omnino appellans succumbere, quia in dubio standum est confessioni etiam fictæ, ita tradit Bal. *in l. ita demum in fi. C. de procur.* quem refert, & sequitur Corn. *in consil* 194. *n.* 5. *vol.* 1. & Cæpol. *cons.* 63. *nu.* 12. *cum seq.* vbi dicit etiam, quod innocentia legitimis probationibus debet probari, vt eneruetur probatio fictæ confessionis, & quod si Iudex vellet remittere contumaciam, & assumere in se onus probandi delictum, non posset.

Item † adde, quod in Regno Neap. expeditum est, quod for- 8 iudicatus non appellat, nec Principi supplicat, nec admittitur ad probandum eius innocentiam: sed tantummodo ad dicendum de nullitate sententiæ, per constitut. pœnam eorum vbi Afflict. & Car. er. *in pract. in princ. n.* 39. & Foller. *in pract. crim.* 1. *par.* 1. *part. rubr. captis foriudicatis. n.* 3. Et similiter in statu Ecclesiastico fuerunt sublatæ appellationes in causis criminalibus, vt plene dicam infra *in versic. Cæterum in hoc Ducatu, ad quem me remitto.* Sed tractare de huiusmodi quæstione appellationis patum, aut nihil operatur, quia per totam Italiam fuit prouisum per statuta, quod in sententiis capitalibus non liceat appellare, vt ait Gram. *vot.* 2. *n.* 8. Tamen † in dicto Regno præter- 9 quam à sententia forjudicationis, vt supra dixi, indifferenter à quacunque alia sententia, sed interlocutoria, siue diffinitiua appellatur, nec semel tantum, sed secundo, tertio, atque vlterius. Cum enim Barones regni habeant cognitionem pri-

matum & ſecundarum cauſarum, ac quidam etiam tertiarum, prout habet Dominus meus Sereniſs. Dux Parmæ in Ciuitate Ortonæ a Mare, Si primus iudex aliquem condemnat, vel aliquam proferat contra reum interlocutoriam, is ad ſecundum conuolat, ſi ſecundus primam ſententiam confirmat, tertium adit, & a tertio Regias Audientias, quæ in Metropoli cuiuſque Prouinciæ cum Præſide reſident; neque vero hic ſubſiſtitur, nam ſi Regia Audientia prædictas ſententias tametſi tres, & conformes approbauerit, ab ea ad magnam Curiam Vicariæ, (quæ Neapoli præſidet) appellatur, & a magna Curia ad ſacrũ Regium Conſilium, & ab illo ad idem, & rurſus ad Illuſtriſſ. & Excellentiſs. Generalem Proregem, eiuſque Collaterale Conſilium ſupplicatur, quinimo nec ſententiæ, aut decreta expectantur, ſed cum primum quis inquiritur, vel accuſatur, etiã quod nullum grauamen receperit, & vix cauſa fuerit incepta, & completus non ſit proceſſu, informationis ſub prætextu alicuius figurati grauaminis appellatur, & à Regiis Tribunalibus prouiſiones pluries in eadem cauſa expediuntur, vt veniant acta, & interim in procedẽdo ſuperſedeatur, ita quod quotidie quilibet proceſſus nedum vna vice, ſed ſæpius hinc inde aſportatur, & per menſes, ac annos cauſæ differuntur, & ſuper remiſſione diſputatur, pro qua obtinenda oportet in quacunq; cauſa, vt priuilegia Baronum exhibeantur, ipſique carcerati ſunt ſemper dictarum prouiſionum numero onuſti, retinendo eas penes ſe in ſinu tanquam reliquias, quæ paſſim cuique etiam famoſiſſimo latroni conceduntur ad ligandum manus Iudicũ, & præſertim Baronum, ne in cauſis procedant, ita quod iudicia deridentur, & officiales tot prouiſionum legaminibus impediti, & offenſi, in deſperationem deducti, cauſas derelinquunt, adeo frequenter ad Regia Tribunalia, tanquam ad ſacram anchorã facinoroſi confugiunt, ſemper inſtando, vt ad dicta Tribunalia transferantur. Huius autem ſic optatæ tranſlationis cauſam non plane video. Quò fit, vt delicta in Regno ſæpius remaneant impunita tot enim ſubterfugiis, dilationibus, appellationibuſq; intercedentibus, eò cauſa deducitur, vt vel rei in carceribus moriantur, & ſic debitæ legum ſeueritati detrahuntur, vel quid frequentius accidit, gratia, pecunia, potentia, vel aliquo alio modo adepta occaſione, fugam arripiant. Hinc frequentiſſimè improbi, ſicarij, facinoroſi, publici, & famoſi latrones totius Populi voce morte digniſſimi æſtimati, per Curiã tandem capti, & in carcerem coniecti (cum potius ad patibulũ ſtatim trahi debuiſſent,) per Curiam examinantur, quæ publice commiſerunt, audent negare; defenſiones, & ſi conuicti accipiunt; terminus in longum protrahitur, de ipſius breuitate proteſtantibus prorogatur, teſtes fiſci reperiuntur: exactiſſima diligentia Iudices caueant: ne dies ſit feſtus, vel interciſus, ne ſyllaba excidat, alioquin totus proceſſus corruit, elapſo, vel longiſſimo termino publicatur, ſi nouum terminũ rei petunt, ipſis conceditur, quoniam inquiunt defenſiones non eſſe coarctandas, teſtes fiſci repulſantur: & ſi tandem poſt multos terminos, & dilationes ad capitalem ſententiam deuentum, ſtatim confluunt appellationes, quæ ſententiam reddant eluſoriã, ſed quid capitalem ſententiam dico? ſi pronunciatur reos torquendos, ſtatim Iudicum manus per appellationẽ ligantur, imo a comminata tortura, a facta publicatione, a non prorogato termino, vel nouiter non conceſſo, & a quolibet nutu Iudicis appellatur, inhibitoriales literæ a Regiis Tribunalibus conceduntur, & quod peius eſt, Iudici a quo inhibetur, etiam quod condemnati iteratis precibus exprimant ſe conuictos eſſe, atq; confeſſos, quod mihi euenit dum eſſe Auditor ſecundarum cauſarum generaliſque Locumtenens pro Sereniſſima MARGARITA AB AVSTRIA in illuſtri, & nobiliſſima Ciuitate Aquilæ, (vbi adſunt plurimi, & inſignes iureconſulti, & præſertim Excellentiſſimi de re legali ſcriptores D. Io. Franciſcus Viuius, D. Ioſephus de Ruſticis, & D. Alexander Trentacinque, nunquam ſatis laudati, & mihi ſtricto amicitiæ vinculo coniuncti, qui ſuis ſcriptis maximam nominis celebritatẽ ſibi compararunt,) ac in toto ſuæ Celſitudinis ſtatu in Prouinciis Aprutij præeram, & per tot Tribunalia cauſa agitatur, atq; eo deducitur, vt in damnum Reipub. & contemptum legum, aut carceratorum mors, aut fuga interueniat, & iniquiſſimi latrones, ac famoſi ſicarij his cauillationibus & ſubterfugiis meritas pœnas effugiant: & ſi de inferenda tortura diſceditur, indicia adeò vrgentia requiruntur, etiam in delictis atrociſſimis, & occultis, vt vix plenæ probationes ſufficiant: & ſi tandem poſt multum temporis, & longas diſceptationes ad eam deuenitur, moderatè, ac ita leniter per Iudices irrogari oportet, vt de raro rei confiteantur: quod ſiue Iudices in modico exceſſerit, ſub prætextu grauaminis cauſa per ſuperiores auocaretur.
10 Nil mirũ † igitur ſi Neapolitanum Regnum tanta delinquentium, ſceleſtorum, latronum, proditorumque frequentia funeſtatur, qui nedum in ſyluis, aliiſque locis a conſpectu populi remotis clam, & occultè, ſed in publicis, regiiſque viis palam, & vbique deprædantur, viatores aggrediuntur, & expoliant, vt Vrbes exire Ciues ſine periculo nequeãt: imò, nec ipſæ Vrbes, Ciuitates, & oppida tuta permanent, cum, & mœnia ingrediantur, ædes effringant, & a fundamentis euertant, bona diripiant, reſiſtentes cædant, dominos capiuent, mortem minentur, captiuoſque ſecum ducendo, eis taleam imponant, non modicam quidem, & moderatam, ſed grauiſſimam, tria, & quatuor, & vltra, millia, ſcutorum petẽtes: & poſſem quamplures ſpeciatim nominare, quibus talea hæc in Aprutio fuit impoſita, atque ita vitam pecunia redimere compellunt, quæ ſi eis in prefixo die non ſoluitur, more ferarum ſæpe miſerrimos captos interficiunt, & dum apud ipſos in nemoribus, & dumis detinent, ſic dirè, ac ſupra modum inhumaniter eos tractant, vt ſæpius ex nimio cruciatu miſerè vitam finire compellant. Atque ipſorum furores, & infauſtas audacias non Magiſtratus, non Populi, nõ Barones, non Prouinciales, Præſides, non Regiæ audientiæ, non deniq. ipſemet Illuſtriſſ. & Excellentiſſ. Prorex Sereniſſ. Regis Locumtenens generalis extinguere poteſt, ad quos compeſcendos non lictores ſolum, Commiſſarios, & ſatellites, ſed ſæpius frequentiſſimum exercitum deſtinat, ac militum copias numeroſas peditum, & equitũ, & leuis, & grauis armaturæ, qui tamen nedũ tanto malo miſerrimos, & infeliciſſimos populos non leuant, ſed eos aggrauant potius, † teſtatur id ipſum Aprutij vtraque prouincia ditiſſima 11
olim, & numeroſa, nunc vero miſerrima, vaſta, atq; deſerta, nõ a latronibus ſolum, & bannitis hoſtili more vexata, ſed ab ipſiſmet militibus ad expellendos latrones auxilijs magis direpta. Subripiunt quidem banniti, ſed non ab omnibus alt hi, quibuſve latronibus & bannitis nequiores, neminem excipiunt, non eſt apud hos acceptio perſonarum, inter diuitem & pauperem non diſtinguunt; a miſeris Ciuibus apud quos diuertũt, victum gratis per vim habent, ſuperedunt, ædilia quærunt optima, cõuiuia opipera etiam ab iis, qui ſibi panem diurnum operando ſuppeditant, gratuita pauperum munificentia minimè contentantur, ad maiora cogunt, domos ſe incenſuros minantur, conuitiant, cædunt, vulnerant, mulierum honori non parcent, non pauperum inopiæ miſerentur, non lacrymis commouentur, nec fletu paruulorum filiorum, quos fame vident deficere, ſed rogati fiant atrociores & poſtquã comederint, ſub prætextu, quod plura eis defuerint, & bone Deus, quę petunt? quæ nec Magnates ipſi habent, nec in Prouincia reperiuntur, ſtatim pecuniam expoſcunt cauſa indicta *per lo mal magnare*, ita enim dicunt, efflagitant, & more prædario extorqueant, atque ipſorum furtum ſic iuſtum haberi volunt, vt ſi quis queratur, vel illis Cupiens a. pecuniariũ damnũ euitare, in vitæ diſcrimen incidit, quoniam prędicti non valentes pecuniã extorquere, vel de iam facta extorſione incuſari, hoſpitem falſo inquirunt, ipſorum ſocios examinando de reſiſtentia, de receptatione bannitorum, & armatione per campaneam, & Deus ſcit, ſi propter nos falſos teſtes multi innocentes fuerunt ſuſpenſi, ita formaliter inquit Io. Grand. *in tract. de bell. exul. in prædicam. habitus, q. 2. ſub n. 3.* vbi hos Regiorum cõmiſſariorũ, & militum abuſus, violentias, extenſiones, & incõpatibilia commiſſa proſequitur, ſubdens quod expediret populis potius vexari a latronibus, quam ab iſtis militibus, qui multo peiora committunt, & magis continuè grauãt, & ab Excellentiſſ. Prorege remedium precatur populorum calamitatibus miſertus, quas ipſe etiam vidit in Prouinciis Aprutij, & Barij apud Regios Commiſſarios cõtra foruſcitos Conſiliarij munere fungẽs, tametſi longè maiores calamitates prædicti ſunt poſtmodũ paſſi, & in dies patiuntur. Sed & his peiora milites committunt, quæ cuiuſlibet animum grauius commouent dum bannitos, & milites in illos emiſſos, & a quibus miſeri populi ſubleuari ſperant, inſimul conuenire conſiderant; taceo, quod interim, dum proſequuntur, nedum eos non capiunt, non expellunt, ad manus non veniunt, verum ſæpè de ipſorum acceſſu eos prius reddunt certiores, vt aliò ſe recipiant, & concurrendi occaſio tollatur; ſi propè tranſeunt, videre diſſimulant, ſi in aliquo loco illi deprædantur: hi non ſtatim occurrunt, ſed eorum diſceſſum expectant, atque illis profectis, eò peruenerint, reſiduum deuorantes, & ſuper addendo afflictionem, afflictis; & adhuc grauiora fiunt. Nam ipſis bannitis per commiſſarios contra eos expeditos conceditur ſaluus conductus, quem in hoc regno vocant, *il guidatico*, ſub verbo, & fide Regia a nemine poſſe læſi per tempus ſanciantes, & tunc publicè incedunt, & à populis, vt alij milites victum petunt hoſpitando, vt vulgo dicitur, *a diſcretione*, & interim vires accipiunt, ſibi neceſſaria præparant, diuites noſcunt, quibus taleas imponant, domos notant, inſpiciunt quomodo vrbes, & loca ingrediantur, quò fugiant, & in tuto ſe recipiant, & itaerum ſic fiunt experti, vt iam alio duce non indigeant: & finito tempore guidatici, totas iterum reſiliunt, & multo peiora prioribus committunt, tutiſſimè quocunque incidentes omnium latebrarũ iam facti certi. Et, quod melius eſt, nequiſſimi hi ſicarij banniti, & latrones, dum huiuſmodi literis aſſecuratoriis vtuntur, & ſunt guidati, nedum impunè vbique permanent, & populorum expenſis, ſed & a Regia Curia ſtipendium habent, vti milites ad perſecutionem aliorũ banni-

bannitorum, tametsi perperam, & absque effectu, cum lupus lupinam non edat, & præsertim cum plerumq; guidati sint fratres coniuncti, & amici aliorum bannitorum, cum quibus etiam taleas, & latrocinia diuidere publice dicuntur nec solum prędictę assecurantiæ litteræ ipsis latronibus conceduntur, sed etiam eis datur facultas, vt omnes bannitos cuiuscũque qualitatis assecurare valeant, quod vidi propriis oculis, vnde latrones vna die in publicis viis crassantur, deprędantur, & taleas imponunt, & die immediate sequenti guidaticum obtinent, & aliquando, quod peius est ipsas taleas nondum exactas post guidaticũ exigunt, & exigi faciunt, & qui soluere sunt coacti, nõ audent loqui, nedum timore latronum, sed & Regiæ Curiæ, quæ contra eos ad pœnam procedit, qui à latronibus capti, pro ipsorũ liberatione pecuniam exoluunt, adeo quod dici possit in illis locis iustitiam esse in manibus latronum, & non semel quidẽ dum sic guidantur, si Domini rerum raptarum eas apud officiales repetunt, iustitia eis non ministratur, quoniã non liceret, inquiunt, contra guidatos procedere, nec esset ad rei restitutionem, quia permaneat sub fide Regia, adeo quod posset dici Regiam fidem quodammodo latronibus patrocinari, qui ẽt post guidaticum sæpe latrocinantur cum aliis guidatis, & guidandi licentiã habentib. concordes, & postea diẽ dati guidaticį mutant, vel iterum nouiter concedunt, vt eos à pœnis adimant, dicentes post delictũ commissum fuisse guidatos, imo multoties durante guidatico delinquunt, & rursus postea guidãtur, nõ obstante, quod in guidatico delinquẽtes, & eo abutentes illius beneficio priuati, nec vlterius ad illud admitti deberẽt, taceo alia crimina, quę ab ipsis in guidatico patrantur, & præcipue innumeras violẽtias, & impulsiones in cõtractib. & matrimoniis pro se, & aliis, qui enim alienas possessiones, aut nuptias appetunt ob paupertatẽ fortasse, vel aliud quidpiam non valentes alio modo votũ consequi, guidatorum opera vtuntur, qui possessionum dominos ad vendendũ cogunt: in viros, statuto ẽt, (quod est grauius) ab ipsis pretio, & nuptias contrahere cõpellunt, licet inæquales, & multoties ab ipsis, quos diuites noscũt, pecunias efflagitant sub nomine mutui, & illi timẽtes finito guidatico offendi, mutuãt pecuniam, licet eam nunquã sint recepturi, atq; in tute deprædatur, quod cognoscentes alij banniti, ipsi quoq; guidari petũt, vt iam pauci remãserint banniti, sed guidati plurimi, quo fit vt prouincia bannitis careat, sed deprędationibus, latrociniis, & homicidiis superabundet, nõ sic facili olim latrones guidabantur, sed à paucis annis citra abusus hic fuit introductus, ex quo omnes populi exclamant, & hunc nouũ regendi modũ sic ægre fero, vt diutius in his prouinciis Aprutij immorari recusauerim, quinimo discedendi licentiã, sæpe, & enixe sum precatus, atq; magis cum prædictis guidatis non solum securitas concedatur, vt nõ capiantur, sed & auctoritas datur, vt quibuscũque officialibus, & populis iubere, & imperare possint, illud autem omnẽ inhumanitatis modum excedit, nec absque indignatione recenseri potest, quod dum sic guidantur, etiã in illis locis commorandi ius habent, in quibus nefandissima scelera perpetrauerunt, & quod grauius est interdum in domibus eorum, qui ipsis antea fuerant offensi in persona, & in bonis, vel prope ipsos, & in ipsorum aspectu, vt nuper accidit in Terra Campli, quod silentio præterire, & iustus dolor non sinit. Quidã enim Trippaneggra à Montecalno publicus sicarius, & famosissimus latro cum quẽdam Camplensem nomine Alexandrum filium Dominum Andreæ Flamminij V.I.D. & ipsum pariter iure consultũ captiuasset, taleam ei imposuit pro redemptione suæ vitæ, quam cum in dicto tempore persoluere non potuisset ob eius paupertatem, miserrime eum necauit, in ipsum arbore alligatum, tanquam in scopum, ictus archibusiorũ emittendo, paucis vero post diebus à Curia Regia guidatus ad Terram Campli se contulit, ibi per plures dies permansit ante domum prædicti Domini Andreæ hospitatus, vt miserrimus pater, infelicissima mater, & mæsti germani sicariũ illũ ante oculos haberent, sed nec illũ abusum subsilere possum cum famosi latrones, & quos vocant *capo di bãniti*, diu sic fuerint crassati post multa homicidia, & assassinia commissa, post multas pecunias perniciosissimis mille modis extortas, post omnium generũ facinora perpetrata aliquos de comitiua sua viliores interficiunt, illorũque capita Regiæ Curiæ offendo indultum sibi parant generalem absque partium remissione, etiam quod interfecti non sint in delictis æquales, dummodo aliquod crimen capitale commiserint, & ob eam præsentationem ab omnibus criminibus quantumuis enormibus commissis, tam confessis, quam nõ confessis, vt in decretis indultum apparet, de quo mentio factũ est, penitus absoluuntur, & fere etiam à committendis, nec solum quo ad ipsorum pœnam corporalem, aut pecuniariam applicandam fisco, sed etiam quo ad interesse partis læsæ, ita enim indultantur, vt omnes accusationes, seu querelæ, quibus premebãtur, vel quibus postea grauari potuissent, sint omnino extinctæ, nec vllum ius parti læsæ seruetur ad petendũ bona sibi ablata, & taleas solutas, licet scutorum millia excedant, quod est cõtra omnes leges diuinas, & humanas, qui postmodum sic indultati tute, & palã per omnia loca, vbi homicidia, rapinas, & latrocinia patrarunt, diuites, superbi, & triumphantes incedunt, ex quo formidabiles fiunt, & aliis dominantur ob quam felices his temporibus sunt famosi latrones, & sicarij huius prouincię. Bone Deus, quis hoc malo, inhumanoque exemplo, & aliis prænarratis ad furta, homicidia, adulteria, stupra, sacrilegia, incendia, violẽtias, rapinas, & assassinia committendum? quis ad latrocinandum; quis ad publice crassandum? quis ad taleas imponendum? & peiora faciendum, (si peiora fieri possent) non incitaretur, atque induceretur? Ego vidi nonnullos fratres exire de monasteriis, quorũ nomina pro honore illius religionis taceo, qui post prędicta facinora per Regios Commissarios similiter indultati fuerunt, & hoc modo Prouincia bãnitis remanet expurgata, de quo Commissarij gloriantur, & Neapolim scribunt Excell. Protegem, & illos Regios officiales certiorantes ipsorum opera, & diligentia prouinciam bannitis esse liberata, quod est verissimum, sed nomine tantum, cũ iam amplius non vocentur banniti, sed guidati, vel indultati. Hęc quidem non fiebant, quando magnus ille Commissarius Petrus Antonius Pansa ad hanc Prouinciã transmissus fuit, quam, licet maxima exulum, & latronum copia vexaretur, breui tempore, & cum effectu expurgauit, & liberauit non guidando, non indultando, sed eos diu noctuque persequendo per nemora, siluas, & alia loca, illisque furcas, & rotas quotidie implendo cum minore dispendio, & maxima populorum lætitia, de quibus bene sum informatus, quia tunc ciuitatis Asculi pro Pontifice Maximo etiam gubernator, nec spoliabat carceres Baronum, prout nunc Commissarij faciunt ex alienis laboribus sibi gloriam, & laudem parare volentes. Hinc est quod hodie non desunt, qui audent dicere, quod latrones pro se, & aliis fu-rãtur. Quid igitur est hoc iniquius? aut qui Samnitibus sunt infeliciores? Aprutium specialiter nominaui, quoniã propriis oculis vidi huiusmodi afflictiones & calamitates nõ sine meo dolore, sed nec his leuiora, & in ceteris Prouinciis commissa, certo nuncio accepi; atque hęc omnia ex prędictis modis procedẽdi in causis criminalibus proueniunt. Non sunt quidem omnes officiales culposi, qui secundũ constitutiones, & iura Regni procedere tenẽtur, sed tot dilationibus in criminalibus, & appellationum subterfugiis causas protrahi damnosum sẽper sum arbitratus, & miror, atque miror quidẽ, cur in Regno Neap. vt in aliis, & pręsertim totius Italię locis, vt ait Gram. *in dicto voto* 2. *num.* 8. hic in criminalibus appellandi abusus non tollatur, vel saltẽ moderetur; ita enim nominandus est, tametsi ab initio rationabilis sit visus, quid tanta delicta nõ ingruerẽt, sed postquã experientia ipsa docet, & occulta fide conspicitur, originẽ tantorum malorum hinc nasci, incentiuum tribui delinquendi, & scelestorum multitudinẽ excrescere (appellationis remedio ad innocentię pręsidium instituto ad iniquitatis defẽsionem conuerso) nec appellationibus deferendum, nec criminaliũ causarum expeditio sic differenda foret, prout clare sanciuit Imperator *in L. cum reu C. de pœnis.* Sed etiam multi officiales sæpissime in culpa sunt, qui cum scelestos, ac delinquentes in carcere detinent, & morte dignissimos, pecuniis tamẽ corrupti, ipsos absoluunt, Reipublicæ damnũ, & iustitiæ parui facientes, sed laborantes solum quomodo bursas impleant per fas, & nefas. Ceterum aliquando in culpa sunt etiam nonnulli Barones, qui cũ ad regendos subditos officiales mittunt, cum omni ope niti deberent, vt idoneos & expertos eligerent, qui laudabiliter populos gubernarent, subditorum cura posthabita, plerũque officiales destinant, nulla consideratione habita, digni sint, necne, imo frequentius ignaros, & idiotas, sed ab aliis tantũ propositos, & commendatos, commendationisque causam Deus scit: & licet iis assessores addantur, plerumque tamen ipsis parum sunt doctiores, & sic cæcus cæco ducatum præstat, vel certe non sanctioris conscientiæ; & cum in idem lucrum duo concurrant, quid leges velint, quid Reipublicæ expediat, minime attendũt, sed ad lucrum anhelantes, illos absoluendos iudicant, qui pecuniam habent, licet scelestissimos, pauperes vero condemnant, & aliquando forsan innoxios, vt in pauperes rigores exercentes, se iustitię obseruatores, terribiles, & (vt aiunt) bonos criminalistas esse ostendant: nec durius illis euenit, quam cum pauper accusatur: quod si diues delinquat, tunc lætantur: quia spes vberioris quæstus certior eis ostenditur, quod nec quibusdã Baronibus quidem displicet qui auaritiæ laqueo innodati, iustissimam Regiam Pragmat. caut. (*incip. Mandamus sub tit. de Baro.*) parũ attendentes, debita iuris pœna criminosos punire nõ curant, sed pecuniariæ mulctandos appetũt, licet in carceribus detineantur, cum ex illorum morte vtilitatis nihil, sed plurimum quidem ex compositionibus sibi proueniat, quas vt facere possint, sæpe offensos viis indirectis ad paciscendũ cogunt, (licet Deum, & iustitiã offendant,) & sic sæpius scelestissimos ad cõpositionẽ admittunt æris copiam habentes, & hoc modo pœnã cõmutant, aut verius iustitiã, & humanũ sanguinem vendunt, contra quas cõpositiones multũ exclamat Luc. de Pen. *in l. in* 38.

cum seq. C. de deserto. lib. 12. (qui erat de ciuitate Pennæ Prouinciæ Aprutij Regni Neapolitani, quę Ciuitas habet titulum Ducatus, & bis fuit sub gubernio meo, dum prçeram in statu Serenissimi Ducis Parmæ Domini mei,) dicens, quod in dicto Regno non quæritur vindicta scelerum, sed vt fiscus impleatur ex sanguine peremptorum, nec vlla (nisi pro pecuniali commodo) studetur adhiberi medicina, & peccata populorum comeduntur, dum peccatorum pretia exiguntur, non animaduertendo, quod vendentes aliena crimina, sua faciunt esse peccata: & dicit esset quod tales officiales Regnicoli has compositiones facientes sunt socij in criminalibus delinquentiū, quia eis ita impendunt patrocinium. Non igitur mirandum est, si tot scelesti flagitiosi, & delinquentes in eodem Regno superabundant. Homines enim ad malum naturaliter proni sunt, verū ex facilitate veniæ, & impunitate ad magis delinquendum redduntur proniores, & cum alios ob delicta non videāt debite punitos, à delinquendo non deterrentur, imo quotidie fiunt nequiores, scientes etiam, quod in carceres qui conjiciuntur varijs, calliditatibus tot appellationibus, & tergiuersationibus aliquo ex prænarratis modis meritas pœnas euadunt. Illud semper pro comperto habui, quod si Cath. Rex Philippus in Regno adesset, aut hæc omnia sciret (vt qui Iuris consultorum extitit semper amantissimus, peritissimos, ac prudentissimos in consilium adhibere assidue studuit, quod sacrum Regium Neap. Consilium tot doctissimis, integerrimisque dominis Consiliarijs refertum, eiusdemque consilij, & iuris, & æquitatis consultissimę decisiones aperte testantur, ac sanctissimis legibus in regendis suis populis semper est vsus,) plurimis Regni prædicti incommodis, atque huic præcipue prouideret, & lacessitæ iustitię mederetur, vt tot subterfugia, appellationesque in criminalibus tollerentur siue reformarentur, nec pecuniā ab eis recipiendam, qui nefanda crimina commisissent, vel essent soliti delinquere, sic concederet, atque ita coercitis malis summa cum quiete viuerent boni, & Neap. Regnum suæ Maiestatis hæreditas pretiosa, vt vetustate, nobilitate, amplitudine, salubritate, vbertate, amænitate, armentorum multiplici generositate, omniumque rerum ad victum, cultumque necessariarum affluentia apud cūctas orbis regiones commendatum, sic esset, & in hoc bene audiret, & quieta populorum societate floreret: sed Principis absentia ab illis locis, quo per longinquitatem tardissime omnia perferuntur, regnicolis est multum damnosa. Hi tamen abusus non sunt in statu Ecclesiastico, in quo criminales causę expediuntur tot appellationibus, dilationibus, cauillationibus, & subterfugijs remotis, & executiones criminalium sententiarum regulariter appellationum interpositionibus non sic differuntur, nec tot inhibitionibus iudicum manus ligantur, licet in eo quoque hę bannitorum, & latronum incursiones prçualere ceperunt, quo multum doleo, vti fidelis, & deuotus seruus Sacrosanctæ Sedis Apost. in cuius statu gubernandis, regendisque populis per ann. 28. sub Pio IV. Pio V. Gregorio XIII. & Sixto V. Summis Pontificibus varijs Gubernijs præfui, & hoc ex culpa aliquorum officialium, qui aliter quam ex præscripto legum in causis procedunt, eoque maxime, quod inter alia capto aliquo bannito, bannitorum numerum crescit, cum ex illius captura plurimos inquirant, vel quod ei dederint potum, aut aliquid commedendum, vel quod eos sint allocuti, aut per viam salutauerint, esset quod prçdicta non fuerint ad malum finem, & solum, vt sportulas lucrentur, & cum plerumque inquisiti sint pauperes, & qui eas soluere non possint, nec salaria patrocinantium, & alias expensas facere, excedētes ad minus summam quinquaginta scutorum, non sic facile se constituunt ad se defendendum, sed potius fiunt & ipsi banniti, & sic vero capto plurimi insurgūt ad instar capitum Hydrę lernę. Idque prouenit, quod plerumq; non idonei, & experti ad gubernandum vocantur, sed qui fauoribus prçualent, quibus adeo defertur, vt multoties non prouideatur populis de bono gubernatore, sed gubernatori de bono gubernio, & qui electionem officialium habent, eligere deberent viros experimento causarū exercitatos, & legum scientia laudatos, ac iustitiæ obseruatores, nā qui per gratiam confert honores, Christum spernit, 8. *q.* 1. *c. qui vos, & 1. q.* 1. *c. pueri.* Et conferens officia indignis scienter, vel ex crassa ignorantia, mortaliter peccat, & tenetur ad emendationem damni his, qui exinde læduntur, vt late per Cou. *in Reg. peccatum par.* 2. *§.* 7. *n.* 1. & ideo querelanter Luc. de Pen. *in l.* 1. *circa fin. C. de diuer. off. l.* 12. dicit, quod hodie non morum honestas, sed verborū venustas attenditur, non scientię vsus, sed stultitię risus, non puritas manuum, seu quantitas numerum confouetur, & non virtutes, sed vestes ad insignes honores, & vtilitatis officia promouentur idē Affl. *in const. statuimus n.* 57. *lib.* 1. vtinam, omnes Principes facerent illud, quod legitur de Ferdinando Primo Neapol. Rege, qui habebat libellum nominum, cognominum virorum bonæ opinionis secundum diuersitatem officiorum, & ipse sibi viros ad officia eligebat, præuia secreta inquisitione, ita refert Afflict. *in const. cordi nobis nu.* 3. *lib.* 2. & Fab. de Monteleone *fol.* 23. *num.* 7. dicit etiam Matt. *in tract. de Princ. conclus.* 154. quod tempore suo eligebat in suo cōsilio prudentes doctores, & viros peritissimos, & Deo deditos, quia iustus Princeps judices sibi simile eligere solet: *c. tanti Daniel.* 91. *distinct.* & Iethro dixit Moisi: Prouide de omni plebe viros sapientes, & timentes Deum, in quibus sit veritas, & qui oderint auaritiam, & constitue ex eis tribunos, & centuriones, & quinquagenarios, & decanos, qui judicent Populum omni tempore Exod. 8. Verumtamen, qui officiales eligunt, si greges, & armenta haberent, nemini est dubium, quod de bonis, & expertis custodibus prouideri curarent, & non inconsulto illorum custodiam cuilibet passim concederent ob fauores, & si maior diligentia non adhibeatur in futurum in eligendo viros idoneos, & in gubernandis populis expertos, breui tempore timendum est, vt Regnicolæ Ecclesiasticis populis non inuideant, nec tutius per Ecclesiasticum statum, quam per Neap. Regnum reddatur commercium. Sed iam ad materiam redeo. *Baiard.*

13 g *Neque debet ab executione supersederi*] adde, † quod idem tenet Guid. Pap. *decis.* 74. *n.* 1. & ibi *in fin.* dicit ab executione supersederi non debere, etiam quod per Iudicem appellationis inhibitum esset, quē refert, & sequitur Lanc. *in tract. de attent. post inhibit. ampl.* 12 *nu.* 3. *fol.* 417 Ego autem supersederem propter reuerentiam Iudicis ad quem, si appareret, quod inhibitionem concessisset, non obstante, quod condemnatus esset confessus, & conuictus, idem tenuit Aufrer. *in dec. Thol.* 176. quem refert, & sequitur Lancell. *in tract. de attent. ampl.* 4. *n.* 14. *fol.* 115.

14 Item adde, quod in casibus in quibus non admittitur appellatio, si reus appellauerit, & Iudex admiserit, appellationē ex ignorantia, vel ex voluntate, quod sententiā suam amplius exequi non poterit, sed tenetur causam ad superiorem remittere. Gomes. *in tit. de delict. c.* 1. *n.* 31. *fol.* 382. sed Boss. *in tit. de appell. n.* 26. dicit, quod veritas est in contrarium, quod Iudex licet deferat appellationi in casibus, in quibus prohibita sit appellatio, non ligat sibi manus, quia non potuit præiudicare reipublicæ.

15 Item † adde, quod confessus, & conuictus non appellat, etiam quod confessus esset metu tormentorum, & appellatio est rejicienda à Iudice, qui sententiam protulit, & etiam à Iudice appellationis, ita plene tradit D. d. *pract. quæst. c.* 33. *numer.* 5. hic allegata.

16 Item † adde, quod de stylo Francię, ac ordinationibus Regijs, vbi non esset periculum in mora, Iudex non debet procedere ad executionem, etiamsi appellatio esset iniusta, & rejicienda, sed debet expectare, quod iudex ad quem hoc pronontiet, & remittat ad ipsum faciendam, nisi esset Iudex a quo in criminalibus non appellatur, vt in illis Præpositus Marescallorum, à quibus non appellatur, & illa non obstante ad executionem procedunt, Boer. *decisio.* 153 *nu.* 6. *&* 7. Baiar.

h *Aut est confessus tantum, & non conuictus*] Confessus ergo *
non dicitur † conuictus, infra *q.* 96. *ver. & hac quidem*, vbi diti: 16
& est ratio, quia confessio non est probatio, sed releuatio ab onere probandi; Mascal. *sing.* 20. Drogh.

Aut est confessus] Carr. *d. tract. de execut. sent. n.* 70. Farin *d. c. n.* 150. *& nu.* 154 *& seqq.* Ros.

17 *Aut est confessus tantum*] adde, † quod in statu Ecclesiastico fuit prouisum per Const. Marc. *in lib.* 5. *c.* 3. quod sponte confessus crimen in judicio non possit appellare, & quid iudex a quo, vel ad quem nullo modo appellationem admittere debeat.

18 Item † adde, quod confessio facta post appellationem interpositam, ab interlocutoria de torquendo, appellationem non impedit, quia talis confessio videretur facta metu torturę, si notificata fuisset reo interlocutoria torturæ, & ipse appellasset. Franc. Marc. *dec. Delph.* 60. *n.* 9. *par.* 2. sed hoc non seruatur in practica, nam Rei torquentur non obstante appellatione, nisi fuerit inhibitum, & confessio esset valida, dummodo legitimis indicijs præcedentibus torti fuerint. *Baiard.*

i *Et licet aliqui*] Farin. *d. cap.* 2. *n.* 157. *&* 159. Ros.

k *Causam probabilem contra suam confessionem*] Admittitur ergo quis ad probādum contra propriam confessionem ex causa probabili, *sup. q.* 55. *versic. si. q.* 64. *versic. sin autem, ibi, Nam etiam contra propriam confessionem, & q.* 65. *versic.* 1. *ad fi.* & dixi tota *hac eadem q. ad versic. cęterum.* Drogh.

l *Tenet appellatio*] Far. *d. c.* 1. *num.* 9. *q.* 101. Carr. vbi sup *n.* 75. vbi *nu.* 77. tractat, quid si sit tantum conuictus, de quo sup. *versic. scias.* Ros.

m *Vel delictum est notorium*] adde, quod ideo ille, de quo supra *q.* 92. *vers. scias tamen*, ibi confessus delictum fuit laqueo suspensus. *Drogh.*

n *Solet etiam dici*] Farin. *d. c.* 1. *n.* 60. Ros.

19 *Solet etiam dici*] adde, quod notorium potest esse tripliciter, videlicet, quo ad judices, & alios, quo ad alios, & nō quo ad iudicem, & quo ad judicem, & non quo ad alios, vt dicit gl. *in c. fi. in verb. quo ad se ipsum, de cohabit. cler. & mulier. & gl in c. consuluit in verb. notoria. ad appellat.* Et † in notorio primo modo ca- 20
pto non datur appellatio, at in alijs notorijs juris ordo seruari debet,

debet, vt dicit Mille. *in pract. in tract. notor. n.31. & 39.* & ita in-
terpretandum esset statutum, quod tollit appellationem in no-
toriis, prout Carau. *in ritu* 158. *n.7.* qui dicit, illum ritum ita in-
telligi debere, per quem tollitur appellatio in notoriis.
21 Item adde, † quod Milleus *in dicto loco* dicit notorium esse
triplex, facti, iuris, & præsumptionis, vt ipse latè, & pulchrè
exemplificat; & in quolibet notorio non admittitur appellatio
eo modo, quo ipse tradit. *Baiard.*
o *Ceterum in hoc ducatu*] Far. *d.q.*101. *c.*1. *nu.*95. 69. & 97. ne-
que etiam fiscus, Far. *d.q.*101. *c.*1. *n.*30. 34. & 35. Ros.
22 *Ceterum in hoc ducatu*] adde, † quod in statu ecclesiastico
quęcunque appellationes a sententiis, & grauaminibus in causis
homicidiorum fuerunt sublatę per Pium II. vt *in Bullario noui-
ter impresso const.*8. *fol.*81. qua disponitur etiam, quod officiales
non obstante inhibitione quacunq; teneantur sub pęna excom-
municationis ipso facto sine vlteriori sententia declarationis, (à
qua nisi à Sum. Pon. absolui non possint, & esset sub pœna mille
ducatorum, procedere ad executionem sententiarum: idem
23 quoque fuit prouisum per Clem. VII. *in const.*6. *fol.*289. & † est
prohibitum, vt condemnati in contumaciam elapso anno appel-
lare possint, vel quod infra annum capti fuerint, sed sententiæ
contra eos latæ omnino executioni sint demandandæ, vt *per
Pium IV. in constit.*128. *in bullar. fol.*871. & *Pium V. const.*10. *fol.*
24 933. *constitu.*137. *fol.*1133. fiscus † autem appellare non prohi-
betur, cum ad signaturam causam appellationum nomine pro-
curatoris fiscalis a sententia contra eum lata interpositarũ reji-
cere, vel committere spectet, & fiscus appellationes non prose-
25 quitur, † vbi adsit instigator secretus, vel apertus, nisi data prius
cautione per eundem instigatorem de reficiendo expensas tam
prioris, quam vlterioris instantię in euentum succumbentię: ita
prouisum fuit *per Pium IV. in const.*85. *versic. cum ad signaturam,
& ver. non prosequatur, in Bullario fol.*779. & si per Pontificem
fisco appellatio non promitteretur, appellare non posset, nam
26 quando † reis prohibetur appellatio, fisco quoque prohibita
censetur, vt seruetur æqualitas, secundum Magon. *in decisio.
27 Lucen.*58. *per totam*, & regulariter de † iure communi fiscus
potest appellare, etiam à minoritate pœnæ, Gramm. *in decisio.*
14. *numer.*1.
28 Item † adde, quod in statu ecclesiastico appellationes in con-
demnationibus pecuniariis in causis criminalibus, vel mixtis
admittuntur, facto tamen actuali deposito ad fauorem fisci, si
pars est diues, vel data cautione in forma depositi, si est pauper,
dummodo appellans non sit confessus, quia tunc Iudex à quo,
non obstantibus appellationibus, & inhibitionibus, ad execu-
tionem pœnæ procedere potest, *iuxta formam const. Pij IV.*128.
*in Bullario nouiter impresso, fol.*869. & *const.*380. *Pij V. fol.*1182.
29 & dictæ † appellantes, alioquin Iudex à quo sententiam
exequi debet, vt habetur *per const. Pij V.* 143. *vt in bull. folio*
1146.
Item adde, quod per totam Italiam communiter fuit proui-
sum per statuta terrarum, vt à sententiis capitalibus non liceat
30 appellare. Gramm. *vot.*2. *nu.*8. Et † in Regn. Neap. adest ritus
incipiens, Item non appellatur, quod à sententia lata cõtra ho-
micidam non appellatur, sed ibi Carau. dicit, quod non seruatur
31 in practica, † sed eius cõmune. Et ita ego vidi practicari in illo
Regno, & ita etiam Franciæ admittuntur omnes appellationes
secundum ius commune: Rebuff. *in comment. const. Franc. in
32 tract. de appellat. c.*7. *gl.*2. *ver.*2. *casus, nu.*11. *vol.*3. In † Regno au-
tem Neap. fiscus in causa criminali appellare non possit, *per ri-
tum* 257. Item non appellat, & ibi per Carau. *in fi.* qualiter fisco
grauato in Regno succurratur, & de dicto ritu late per Franc. *in
dec.*148. Sed quando inquisitus appellat ex Regia Pragmatica
ipso iure per fiscum intelligitur facta adhęsio appellationi, ita vt
sententia contra inquisitum possit in peius reformari; Idem
Franch. *in dec.*467. *numer.*6. & *in dec.*470. *num.* 10. & 11. ponit
alios casus, in quibus fisco conceditur appellatio. vide etiam
Franch. Marci *in dec.*148 & Gramm. *decis.*14. vbi tenet, quod fi-
scus de iure communi appellare possit, non autem de iure Regni
& quod de iure communi possit appellare, latè per Gabr. *com.
33 concl. lib.*7. *conclus.*14. sed non † restituitur secundum Gui. Pap.
*dec.*302. vbi tamen dicit, quod de stylo, & communi obseruan-
tia contrarium obseruatur. Crem. *sing.*23. quod si Iudex Nell. *in
tract. bann.* 2. *par.* 1. *temp. quæst.* 3. *ante fin.* Bertaz. *cons.*195. & 197.
& D. Odd. *in tract. de rest. in integ. quæst.*3. *nu.*85. vt tenet magis
communem opin. esse, vt fiscus in pœnalibus non restituatur,
nisi detecta enormitate delicti, quia tunc per Principem daretur
restitutio contra reum iudicatam, ne delictum remaneret im-
punitum, & hoc secundum Boss. *in tit. si aduers. rem iud. num.*15.
& *in tit. de supplicat. num.*9. & quare fiscus in pœnis non resti-
tuatur in integrum, ratio est, quia fiscus habet causam lucra-
tiuam, Vulpel. *consil.*41. *nu.*3.
34 Item † adde, quod statuta, siue constitutiones, quæ dispo-
nunt, quod à sententia lata in causa criminali nõ possit appella-
ri, querelari, nec de nullitate dici, nec in integrum restitutio pe-
ri, vel alio juris remedio vti, vt disponit constitutio Mediola-
ni, de qua loquitur D. Clarus; quinque limitationes recipiunt,
quas ponit Plotus *in consil.*130. *numer.*94. *inter consil. crim. di-
uers. Tom.*1.
Item † adde, quod admissio ad nouas defensiones fit per Prin- 35
cipem non ex mera gratia, sed ex gratia iustitiæ, per tex. *in l. di-
ui fratres, ff. de pœn. & in l.*1. *§. si quis vltro, ff. de q.* & ita dicit Boss.
*in tit. de remed. contra Bannum, n.*3. quem refert, & sequitur Plot.
*in consil.*72. *nu.*37. *inter consil. crim. vol.*2.
Item † adde, quod sicut condemnatus restituitur ex gratia 36
Principis, ita etiam fiscus lata sententia absoluente in criminali
ex mera gratia Principis, (maxime enormitate delicti concur-
rente,) restituitur, vt de nouo causa cognoscatur; quod tamen
fieri non potest per Iudicem, nisi sententia absolutoria lata fuis-
set interueniente dolo, vel fraude, vel pręuaricatione, aut collu-
sione, quia tunc etiam à Iudice posset restitui, iuxta tradita per
Boss. *in tit. si aduersus rem Iud. rest. postul. nu.*9. *cum seq.* & ibi *nu.*
16. dicit, † quod rescriptum concedens, vt iterum causa cogno- 37
scatur, non valet, nisi derogetur sententiæ, & dicatur, etiam
quod transiuit in rem judicatam; & de ista materia retractandi
sententiam vide Boss. *in tit. de supplic. aduers. rem. iud.*
Item † adde, quod litteræ ad nouas defensiones non solent 38
concedi in pœnis pecuniariis per senatum Mediolani. Boss. *in
tit. de litter. Princip. n.*2. vbi dicit, quod est iniquum, quia debe-
rent, concedi, tamen videtur, quod sit de jure, quod non conce-
dantur quia in pœnis pecuniariis adest remedium appellationis,
& sententia corporalis solo beneficio Principis venit retractan-
da. Boss. *in tit. si aduers. rem iud. rest. post nu.*8. vbi dicit, quod Bar.
videtur tenere contrarium *in l.*1. *§. fi. ff. de quæst.*
Item adde, † quod dictæ litteræ ad nouas defensiones ope- 39
rantur etiam quo ad interesse tertij, vt puta, si Iudex aliquem
condemnauerit in pœnam furcarum, & ad restitutionem re-
rum ablatarum, quia si reuocata fuerit sententia, non tenebitur
ad interesse. Boss. *in tit. de litte. Princip. num.*2.
Item † adde, quod in statu Ecclesiastico abest motus proprius 40
Pij IV. *in bullario nouo fol.*869. quo cõcedebatur bannitis, vt in-
fra sex menses audiri possent, & postea dictum tempus fuit, pro-
rogatum ad annum, per mot. propr. Pij V. fol. 933. & per alium
motum propr. *fol.*1133. fuit declaratum, vt banniti, & contuma-
ces audiantur, si sponte comparuerint ad faciendum defensio-
nes, & si infra dictum tempus capti fuerint, quod sententia,
(dummodo legitima iudicia præcesserint,) exequi debeat, & di-
ctus motus proprius, (vt banniti infra annum audiantur) decla-
ratur per Hier. Gabr. *in consil.*171. *n.*16. *vol.*2.
Item † adde, quod in Regno Neapoli huiusmodi litteræ ad 41
nouas defensiones non conceduntur, quia forjudicatus non
admittitur ad probandam innocentiam, per *const. Grandis vtili-
tas*, vbi Afflict. & Ioan. Ant. de Nigr. *in c.*155. *sub ruba. de forin-
dic. num.*24.
Item adde, † quod si bannitus, siue forindicatus fuisset ad- 42
missus per Iudicem ad defensiones, sententia ipso jure esset nul-
la, nisi in casibus, in quibus de jure deberet audiri. Io. Ant. de
Nigris *d. c.*55. *in fi.* quod multo magis procedit in statu Eccle-
siastico, quia in motu proprio supra citato adest decretum irri-
tans. *Baiar.*
p *Omnis appellatio, & nullitatis dictio*] Hoc est magnum di-
ctum, si est verum. At vtique hoc vtimur: faciunt quę dixi supra
*q.*51. *versic. Item posset*; licet tamen appellare, quando Princeps,
nullis aliis præcedentibus iudiciis rescribit sibi fore notum ali- 42
quem esse de crimine diffamatum, & propterea vigore talis re-
scripti contra aliquem proceditur, iure enim ab omni acta suc-
cessiuo licet appellare, nõ obstantibus statutis, & Constitutio-
nibus de quibus hic; immo cõtradictio, & appositio facta a par-
te habetur instar, & loco appellationis, vide quæ dixi supra *ad
quæstionem* 64. *vers. sed nunquid.* Item si bannitus nõ fuit legiti-
me citatus nõ obstante tali statuto omnis processus erit nullus
ex Boss. *tit. de cit. n.*15. plures alias limitationes huic dicto tradi-
tas vide per Dec. *in c. At si clerici n.*20. *cum pluribus seqq. extr. de
Iud.* Item si Inquisitus confitetur contenta in Inquisitione, &
Processu, ex quo processu magis resultat fauor, & auxilium ad
homicidium, quam mandatum non obstante tali confessione
non poterit puniri de mandato; Est enim tunc processus ita nul-
lus; vt per Fel. *in cap. sedes coll. mihi* 7. *de Rescriptis, ex mente Ang.
consil.*22. & vt ibi, vide quæ dixi supra *ad q.* 89 *in* 1. *additione in fi-
ne.* Ratio est in promptu, quia confessio † in his, quæ sunt Iuris,
præiudicare non potest, vt in simili arguit Crau. *consil.*19. *nu.*5. 43
*consil.*48. *n.*7. *consil.*362. *n.*3. Et ideo licet in statu nostro Pallaui-
cino extent statuta, & ordines, quod a sententiis criminalibus
criminaliter latis non detur appellatio, tamen alias vidi contra-
riũ seruatum in terra nostra Curtis maioris sub q. Illustr. & Ex-
cellent. Domino Sfortia Pallauicino in personam cuiusdam Pe-
tri Antonij de Manziis, qui nulliter inquisitus, & condemnatus
à mag. quon. domino Iosepho Balestrerio Prętore tunc Floren-
tiolę pro Illustr. & Excell. Fel. record. quon. domina Iulia Sfortia

Pall. stante nullitate dictæ Inquisitionis, & sententiæ, & obiecta dicta nullitate post carcerem, & retentionem septem annorum fuit tandem liberatus, reuocataque fuit sententia, & nulla declarata de anno præterito 1582. Sic etiam quidam Ioan. Stephanus Canturius de Cremona ob nullitatem processus fuit liberatus sub Illustr. tunc dictæ Ciuitatis Prætore, domino Hieronymo Gerardo, fuitque à senatu grauiter reprehensus, vt in literis senatus d. Gerardo scriptis, cuius tenor talis est videlicet: Philippus Rex. Dilectissime noster, Audita vestra relatione de Ioan. Stephano Canturio, qui cum fuisset à Mayno grauatus de nece Pauli Scazzini sponte comparuit, obtento prius ab Illustr. Locumtenẽte nostro saluo cõductu, ne aliis de causis molestaretur, & in tormentis examinatus nedum fassus est dictam necem Scazzini; sed etiam Camilli proprij fratris, ac Iulij Oriani Brixiensis, Auditisque ipsius Canturij defensionibus, ac deniq; eius Aduocatis multa allegantibus contra Mayni grauamen, & Canturij confessionem, ac omnibus mature, diligenterque perpensis, venimus in sententiam præfatum Canturium rebus stantibus, vt stant, esse absoluendum, & è carceribus dimittendum iuxta tenorem dicti salui conductus, proinde sic exequamini. Die 13. Iunij 1589. Est autem de iure communi, vt nullitas non attendatur pro confesso, Fel. *c. ecclesia S. Mariæ coll. 9. de const.* Drog.

43 q *Et talis constitutio, seu statutum valet*] Item adde, † quod d. statutum prohibens appellationem in criminalibus non habet locum in causa ciuili incidenti, & occasionata ex causa criminali. Rim. *cons. 529. vol. 3.* nec † habet locum in casu mixto, se-
44 cundum Alciat. *in consil. 12. nu. 6. lib. 7.*

45 Item † adde, quod d. statutum debet intelligi, quo ad sententiam diffinitiuam, secus quo ad interlocutoriam, vel ad aliud incidens. Alex. Ias. & alij *in rubr. ff. de re iud.* & Bene. de Plomb. *in l. etiam §. absens, ff. de manum. vindic.* nisi † statutum, vel decretum
46 disponeret, quod à nulla sententia criminali possit appellari, quia tunc etiam non posset appellari ab interlocutoria, *l. vbi à procuratore, vbi gl. C. mand. l. Iulian. de leg. 3. c. solite,* vbi Abb. *vlt. notab. de maior. & obed.* & August. *consi. 6. n. 13.*

47 Item † adde, quod non ligat forenses, Bertaz. *consilio 15. numero 1.*

48 Item † adde, quod non tollit appellationem, quando constat de notoria iniustitia, Bertaz. *consi. 14. n. 14.*

49 Item † adde, quod in locis, in quibus appellationes in criminalibus admittũtur, facta dimembratione vnius Ciuitatis ab aliquo Ducatu, & illã submittendo alteri præsidi, siue Senatui, causę appellationis illius Ciuitatis iam cœptę debent finiri ab illo Senatu, siue Præside, sub quo dicta Ciuitas submissa fuit, Albe. Brun. *in consi. feud. 54. incip. Omnipotentis Dei.*

50 Item † adde, quod quando in criminalibus appellatio admittitur, pendente appellatione, per fiscum, vel per reum detentum interposita à iudice feudatarij, siue Baronis ad superiores iudices, non debet reus amoueri à carceribus Baronis, feudatarij, secundum Guid. Pap. *dec. 321.* sed contrarium tenet Ant. Sola *in const. Saband. in tit. de iudiciis gl. vnic. num. 7. fol. 147.* & ita vidi seruari, & præsertim in Regno Neapol. quod sæpe regij iudices mandant transmitti carceratos Baronum ad suos carceres appellationem pendente. *Baiar.*

r *In practica recedendum*] Cattat. *de execut. sent. c. 1. num. 261. & 262.* Ros.

f *Quæro nunquid*] Far. *d. q. 101. c. 1. nu. 17.* Ros.

t *Regulariter autem*] adde, † quod quando reus confessus fit
51 crimen, & in confessione perseuerauerit, tertius non poterit appellare. Bal. post gl. *in l. ictum fustium in fi. ff. de his qui not. infam.* Fel. *in c. cum super in prin. & in c. quamuis, de re iudic.* Fol. *in prac. crim. in verb. & si confitebuntur n. 71.* & vide Fel. *locu præcitatis,* vbi ampliat, & limitat hanc regulam.

Item adde, † quod mulier poterit pro tertio appellare, vt per
52 Cæph. *in consi. 63.*

Item † adde, quod quando reus non se defenderet, nec pro-
53 curatorem daret, cuilibet licet eum defendere, vt per Bart. *in d. l. non tantum.*

Item † adde, quod appellatione interposita à tertio penden-
54 te, executio debet differri etiam ipso condemnato inuito, vt per Franc. *in c. cum sit Romana §. præterea in 1. notab. de appell.* & Lancel. *in tractat. de attent. p. 2. cap. 12. ampl. 4. num. 7. & sequ. fol. 215.* Baiar.

u *Appellationem interponere*] Quid si periculum esset in mora, vide per pract. Catt. *pag. 55. numer. 89.* vbi non admitti appellationem ait: & quod tunc potest iudex facere conuictum renunciare defensionibus, & ipsum propter periculum decapitare & sic accelerari executionem. Item quod iudex possit accelerare executionem, vt per eundem, §. *homic. vltimo sub num. 79.*

x *ff. de appell.*] Far. *d. q. 101. c. 1. nu. 23. & 25. & 29.* Ros.

y *Sed an etiam clericus*] Far. *d. q. 101. & c. 1. n. 27.* Ros.

z *Titium in amputatione capitis, & in confiscatione bonorum.*] adde, quæ de confiscatione dicta sunt supr. *ad qu. 44. vers. Dixi quod de iure q. 51. vers. sciat autem, ad med.* & maxime etiam confiscationis post mortem, vt hic dixit Marſ. Rub. *de fideiuss. numer. 131.* Drog.

a *Alij vero dicunt*] adde, † quod idem tenet Marſ. *in repet. l. de vno quoq. ff. de re iud. n. 34.* vbi dicit, quod Iudex, qui tulit sententiam, debet citari, quando tractatur de reuocando suam sententiam, & ita dicit Boer. *decisi. 259. n. 13.* vbi dicit, hanc partem esse communem, quod iudex est citandus, quando tractatur de pœna infligenda iudici ratione sententiæ latæ, vel de interesse, & expensis parti læsæ ab ipso soluendis, & ita etiam distinguit Apost. *ad dec. Tholos. 177. vers. sed an iudex,* & de hoc vide etiam Gabriel. *concl. 1. lib. 2. tit. de citat. num. 86.* & vbi multa accumulanti; vide etiam & Deci. *in consi. 143. nu. 2.* vbi dicit, quod quando Iudex ex officio processisset, & non ad instantiam partis, est citandus, quando agitur coram alio, & diuerso iudice, & superiore, vel eius procurator admitti debet; aliter processus quo ad ipsum iudicem erit nullus, & si processisset ad instantiam partis, non debet citari; sed si vult assistere causæ, admitti debet, quia omnino de aliquali eius interesse agitur. *Baiar.* 55

b *In causa appellationis*] adde, quod communem etiam testatur Dec. *in c. cum speciali, §. porro, post nu. 27. de appellat.* qui declarat, *n. 28. & 29.* Et communem hanc habes *in collect. mea commun. opin. c. iudex, nu. 1.* Giach.

c *Propter sordes, vel iniustitiam*] Supra *q. 73. vers. Item iudex q. 50. versic. sciat etiam.* Drog.

d *Potest etiam dici de nullitate*] adde † quod in statu ecclesiastico nullitates post annum opponi non possunt ad impediendam executionem sententiam contra bannitos, per motus proprios Pij IV. & Pij V. de quibus in Bullario *fol. 766. constitut. 128. & fol. 933. constit. 10.* qui tamen † motus proprij non comprehendunt nullitates ex defectu citationis iurisdictionis, ineptæ inquisitionis; ex forma alterius statuti non seruata, ex notoria iniquitate, & iniustitia, & alias nullitates, secundũ D. Chartatium *in tract. de execut. sentent. cap. fin. num. 186. cum multis seq. & sub nu. 223.* dicit, quod si aliqua ex prædictis causis, vel aliis sententia vitio nullitatis subiaceret, poterit nullitas allegari, tã ante annum, quam post, vsque ad triginta annos, & sic omnis ferè nullitas secundũ eum elapso anno opponi potest, quem sequitur D. Farin. *in quæst. 11. sub numer. 47.* Ego autem arbitror (salua eius pace) hoc verum non esse, & moueor, quia motus proprij non excludunt simpliciter nullitates, vt ipsæ præsupponit, nam eo in casu nempe nullitates supradictę non essent comprehensę, sed illas permittunt concedendo enim, vt banni infra annum possint facere defensiones suas, cõsequenter concedunt, vt infra dictum tempus possint etiam dicere de nullitate, quæ est mera defensio, vt ait Vant. *in tract. de nullitat. in princip. numero 7.* quo termino elapso, disponunt, quod sententię realiter & personaliter executioni demandentur, non obstantibus quibuscunque appellationibus, & nullitatum dictionibus. Et quando statutum disponit, quod post certum tempus non possit dici de nullitate, elapso dicto tempore nullitas amplius allegari non potest per viam agendi, nec excipiendi, alias præfixio termini nihil operaretur: ita tradit Paul. de Castr. *in consi. 288. n. 2. vol. 1.* vbi dicit, quod licet ex hoc sententia non confirmetur, tamen quia clauditos volenti dicere de nullitate, perinde est; ac si efficeretur valida, & quod de hoc nunquam vidit dubitari, idẽ tenet Alex. *consil. 105. vol. 1. & cons. 225. vol. 6.* attestando de veriori, etiam quod nullitas esset notoria, & euidens ex inspectione sententię, vel nullitas ex defectu citationis, & dicit, quod quamuis statutum reijciens simpliciter nullitatem, non intelligatur tollere dictas nullitates, tamen aliud esse debet, quando statutum in odiũ contumacis, & negligentis dicere de nullitate infra tẽpus à statuto præfixum excludit nullitatis dictionem; sibi enim imputet ille, qui sua culpa vel negligentia se excludit, & quod per hunc modum omnis nullitas, & omnis defensio naturalis denegari potest ei, qui infra tempus permissum non dixit de nullitate, ait etiam quod statutum non dicit, quod possit Iudex sententiam ferre contra non citatũ, & quod talis sententia valeat, seu quod non possit condemnatus, vel condemnatus se defendere, sed dicit, quod sententia talis, si est nulla, debeat dici nulla infra tempus præfixum, & quod vltra non audiatur, Calcan. *consil. 15. cir. pen. & seq.* Gabr. *comm. concl. tit. de statut. concl. 3. nu. 14. cum seq.* qui similiter de communi attestatur, Rolan. *consi. 83. sub nu. 16. vol. 1.* vbi multos accumulauit idem tenentes, affirmans ipse quoque, quod per simile statutum omnes nullitates reijciuntur, & sequitur Plot. *consil. 63. nu. 4.* vbi dicit, quod ita etiam seruatur de consuetudine, vltra quod est de iure. 56 57

Præterea, nullitas ex defectu iurisdictionis nedum ex caussa prædicta vna cum aliis nullitatibus sublata fuit, sed hoc capite etiam, quia in dictis motibus proprijs expresse tollũtur nullitates, ac etiam defensiones, vt per Gabriel. *comm. concl. titu. de stat. conclu. 3. num. 2.* & ita in terminis nostris expresse tenuit idem Chart. *in d. c. fin. n. 316.* non recordatus de eo, quod supra dixerat

erat, *n.*195. quia admittendo huiusmodi nullitatem iurisdictio-
58 nis per dictos motus proprios sublatam fuisse, (quæ est † maior
quacunque nullitate, vt ait Vant. *in titu. quis poss. dicere de nulli-
tate, n.*37. multo magis de aliis nullitatibus idem admittere di-
cebat, nec dicatur, quod propria nullitas etiam post terminum
à statuto præfixum allegari potest per viam exceptionis, secun-
dum Vant. *de nullitate in tit. quis possit dicere de nullit. num.* 45. &
Ruin. *consil.* 36. *&* 37. *vol.* 5. quia opinio contraria est verior, vt
attestatur Gabr. *comm. concl. tit. de except. concl.* 4. *num.* 4. *&* 5. vbi
etiam dicit, quod nec mora purgari potest: idem attestatur *in
d. tit. de statutis concl.* 3. *nu.* 18. vbi multos accumulauit idem te-
nentes, quod breuitatis gratia non refero. Sed dato, quod posset
allegari, illud tamen procederet, vbicumque statutum dispo-
59 neret per viam agendi, & non excipiendi, † vt si diceret, quod
succumbens non possit appellare, vel nullam dicere, vel si sub-
dederet, quod appellans, vel nullam dicens, deberet producere
libellum, & sic per viam petitionis, & tunc videtur dicendum,
quod tale statutum non includat nullitatem, quando per viam
exceptionis proceditur, ita declarat Philip. Franc. *in capitulo di-
lecto num.* 146. *&* 150. *de appell.* dicens, quod in hac quæstione
verba statutorum diligenter sunt attendenda. Non autem su-
mus in dispositione, quæ vtramque viam agendi, & excipiendi
respicit, nam auferendo defensiones aufertur etiam nullitatis
exceptio, cum excipere de nullitate sit defendere. Alex. *d. consil.*
225. *nu.* 11. *vol.* 6. & exceptio sit defensio *l.* 1. *de iur. & facti ignor.*
Quod etiam comprobatur, quia non solum prohibentur de-
fensiones post annum, sed vlterius procedendo disponitur,
quod per lapsum temporis crimen efficiatur notorium, & sen-
tentia in rem iudicatam transitum fecisse dicatur, quod esse
60 non potest, si exceptio nullitatis admitteretur. Quia † vbi est
nullitas, ibi res iudicata adesse non potest, *l.* 4. *§. condemnatum,
ff. de re iud.* & ibi Doctor. nec repugnat consideratio eiusdem
Chart. *in d. cap. fin. nu.* 24. *versic. adhuc tamen dicentis*, quamuis
ex dispositione motus proprij Pij IV. constitutum fuerit, quod
si post bannum banniti capti fuerint, Iudex procedat ad exe-
cutionem sententiæ contumaciam latæ, tanquam in rem iudi-
catam transiuerit, quod nihilominus post eam liberam pote-
statem, quam Iudicibus dedisse videbatur, restringit, præci-
piens eisdem, vt procedant ad condemnationum executionem,
latas tamen legitimè, & ita quod Iudices non debeant ad exe-
cutionem deuenire, nisi prius cognito, ac sententiæ sint nullæ,
61 vel alios patiantur defectus. Nam respondetur, † quod illa di-
ctio legitimè debet intelligi, vt fiat executio facta recognitio-
ne personæ, & nulla existente causa, quæ executionem impe-
diret, vt si bannitus haberet saluum conductum, vel gratiam, &
de libro condemnationum nondum esset cancellatus, vel quod
fuisset tolleratus, vel adesset decretum gratiosum Principis ge-
nerale, vel quod bannitus factus esset furiosus, aut quod esset
mulier prægnans, & similia; multi enim sunt casus, quibus im-
peditur executio sententiæ etiam legitimè latæ, & in iudica-
tum transactæ, vt per Clar. *qu.* 59. 97. *&* 98. Non autem quod
Iudex debeat audire bannitos de nullitate dicentes, & alias suas
defensiones proponentes, & de validitate sententiarũ cognos-
cere, nam ridiculosum esset (& valde quidem) dicere, quod
Summus Pontifex disponens, quod banniti non possunt ad-
mitti ad faciendum defensiones suas, nisi infra annum, quo
termino elapso, sententiæ in contumaciam latæ crimen noto-
rium efficiant, & tanquam in rem iudicatam transiuerint, exe-
cutioni demandentur, non obstantibus quibuscunque appel-
lationibus, & nullitatem dictionibus; statim, & incontinenti
se in totum corrigere voluerit in eadem dispositione, (quinimo
in eadem clausula, in qua omnes nullitates tollit,) & totam le-
gem suam annullare, & abrogare, & in eadem lege nunquam
præsumitur correctio, *l. pen.* & ibi per Bal. *C. per quas perso. no-
tab. acq.* Namque ita interpretando hunc motum proprium, es-
set redarguere Pontificem de inconstantia, varietate, & igno-
rantia. Quibus omnibus sic stantibus videtur concludendum,
quod in statu Ecclesiastico banniti nullo modo possint dicere
de nullitate post annum ad impediendum executiones sen-
tentiarum contra eos latarum; & credo, ni fallor, quod prædicti
Motus proprij alio modo intelligi non possint, alias nihil ope-
rarentur, & in vanum illi Pontifices eos dedissent.
62 Item † adde, quod si extaret statutum prohibens simpliciter
sine præfixione termini nullitatis dictionem, non prohibere
omnes nullitates, & quas, late per Vant. *de nullit. in tit. quis poss.
dice. de nullit. nu.* 32. *cum seq.* per Boss. *in tit. de nullit. aduers. sen-
tentiam, num.* 8.
63 Item † adde, quod in Regno Neap. nullitates opponi pos-
sunt etiam contra sententiam forjudicationis, vt late per Affl.
in const. pœnam eorum, & per Follet. *in pract. crim. vers. forjudicen-
tur, num.* 27. Baiar.

e *Scias autem*] Farin. *d. c.* 1. *& qu.* 101. *num.* 111. *& qu.* 103. *num.*
309. *vol.* 4. Cartar. *tract. de execut. sent. in præfat. n.* 94. *& c. fin. n.*
207. Ros.

Scias autem] adde, † quod si sententia est nulla, reus non po- 64
terit puniri, sed iterato est inquirendus, si indicia contra eum
existentia non fuissent purgata, secundum Bertaz. *consil.* 462. *in
princ. volum.* 2.

Adde, quod in pœnis, quæ reuocari, ac retractari possint, ter- 65
tia sententia primis conformis (non obstante nullitatis exce-
ptione) executioni est demandanda, ita Cou. *pract. qu. cap.* 55.
num. 3. Baiar.

f *Est etiam alius modus*] adde, quod † licet solus Princeps
bannitum ad nouas defensiones admittere possit, tamen si à Iu-
dice de facto, (parte, vel fisco non opponente,) admitteretur,
& absolueretur, talis absolutio esset valida, ita dicit Boss. *in ti-
tulo si aduers. rem iud. n.* 28. per regulam taciturnitatis, quæ in
iudicialibus habetur pro consensu, quem refert, & sequitur Fa-
rin. *in qu.* 11. *n.* 58. *in fi.* de quo dicto valde dubitandum est, quia
est contra text. *in l.* 1. *§. si quis vltro, ff. de quæst.* quo disponitur, vt
Iudex condemnatum in criminalibus non restituat, cum nec
etiam pecuniariam sententiam suam reuocare possit, sed solus
Princeps. Nec obstat allegat Boss. quia loquitur in ciuilibus, se-
cus autem in criminalibus, secundum gl. *in d. §. si quis vltro in
versic. non potest in fin.* & multo magis in hoc casu, vbi agitur de
restituendo bannitum ad nouas defensiones, quia nedum lex
prohibet, vt restituere non possit, sed vlterius procedendo dat
formam, quod Iudex Principi rescribere debeat, cum ipse dun-
taxat hanc restitutionem concedere valeat, per text. expressum
in l. de pœnis; intelligendo tamen de restitutione, quæ conce-
ditur ex gratia à Principe, vt *in d. §. si quis vltro, & in d. l. diui fra-
tres*, non autem de restitutione, quæ fit, si sententia ex falsis in-
strumentis, vel testibus lata fuisset, quæ conceditur à Præside,
qui sententiam tulit non ex gratia, sed ex iure scripto ex clau-
sula generali, dummodo restitutio infra quadriennium peta-
tur, ita distinguit Boss. *in tit. si ex fals. instrum. vel test.* & si ban-
niti per solam taciturnitatem absque restitutione Principis ab-
solui possent, nempe multi inscio Principe post habitam pa-
cem absoluerentur, & ridiculosum esset dicere, quod taciturni-
tatis partis operaretur illud, quid à Principe duntaxat fieri po-
test, & ideo caueant banniti à tali absolutione, ne tanquam
nulliter, & iniuste de banno cancellati, impune occidantur.
Marsil. in sing. 340. & Menoch. *de arbitr. iud. qu.* 90. *n.* 23.

Item † adde, quod in statu Ecclesiastico Iudices absque alia 66
Principis licentia possunt admittere bannitos ad nouas defen-
siones infra annum, si sponte compareant, vigore *constit. Pij
IV. & V.* secundum D. Farin. *in quæst.* 11. *n.* 68. Sed ego dubito,
hoc verum non esse, (salua eius pace,) quia dictæ Constitutio-
nes, seu motus proprij hoc non dicunt expresse, nec tacitè, vt
ex eorum verbis manifestè patet, quæ sunt infrascripta, videli-
cet *in constitutione* 146. *Pij IV.* statuimus, quod ad contuma-
ciam condemnati ad suas defensiones faciendas admitti non
possunt, nisi infra sex menses à die condemnationis, quo vero
ad iam factas condemnationes à die publicationis præsentium
computandos, nec alibi, quam in loco, vbi condemnatio secu-
ta est, vel in Curia generali Prouinciæ, vbi delictum fuerit
commissum: & si secus fieri contingat, quæcunque absolu-
tiones desuper obtinendæ, etiamsi vigore commissionis signa-
turæ nostræ, nullius sint roboris, vel momenti, sed ad ipsarum
condemnationem iam factarum executionem deueniri possit,
& debeat. Verba autem Constitutionis Pij V. non referam, quia
ibi solum terminus sex mensium prorogatur ad annum, ex
istis verbis nihil aliud apparet, nisi quod prohibitum fuit, vt
banniti post annum ad nouas defensiones admitti possit, nulla
fit mentio, prout requirebatur. Nam Index sententia ea lata
non potest amplius se intromittere, nisi ex auctoritate Princi-
pis sibi concessa, cum eius iurisdictio sit finita. *leg.* 1. *§. si quis vl-
tro, ff. de quæst. l. diui fratres, ff. de pœn. & l. posteaquam de re iudic.*
& ita expresse tradit Boss. *in tit. de remed. iust. cont. sent. num.* 1. D.
Farinac. *in d. qu.* 11. *num.* 12. & Chart. late *in tractat. de execut.
sent. cap.* 1. *num.* 125. 273. *&* 452. & cum sit de reseruatis Princi-
pi, quod ipse solus bannitos ad nouas defensiones admittere
possit iuribus supra adductis, hoc non intelligitur concessum,
nisi expresse dicatur. Bart. *in l. ambitiosa ff. de decret. ab ordin. fa-
ciend.* & ibi dicit, Decuriones Ciuitatum habentes arbitrium
super statu Ciuitatis, non posse bannitos restituere, quia sunt
de reseruatis Principi, quæ in generali concessio non sunt com-
prehensæ, nisi specialiter dictum fuerit, & Paris. *de syndic. in ti-
tul. de Potest. Iud. n.* 4. *versic. nec possunt*, tenet, quod Iudex etiam,
quod habeat liberum arbitrium in causis capitalibus, non po-
test restituere bannitum, dicens, quod hæc committi non so-
lent, sequitur late Menoch. *de arbitrar. iudic. quæst.* 92. *per to-
tam*, & ista interpretatio quam facit D. Farinacius admitti non
potest, tum quia prædictarum legum sit correctio, *l. præcipimus,
C. de appellat.* & ibi Bartol. tum etiam quia non sequitur, quod
banniti non possunt admitti, nisi infra annum ad faciendum de-
fensiones suas; ergo Iudex infra dictum tempus illos admittere
potest. Nec obstant verba *constit.* 129. *Pij V.* dum dicit, quod si

Pall. stante nullitate dictæ Inquisitionis, & sententiæ, & obiecta dicta nullitate post carcerem, & retentionem septem annorum fuit tandem liberatus, renocataque fuit sententia, & nulla declarata de anno præterito 1582. Sic etiam quidam Ioan. Stephanus Cantutius de Cremona ob nullitatem processus fuit liberatus sub Illustr. tunc dictę Ciuitatis Prætore, domino Hieronymo Gerardo, fuitque à senatu grauiter reprehensus, vt in litteris senatus d. Gerardo scriptis, cuius tenor talis est videlicet: Philippus Rex. Dilectissime noster, Audita vestra relatione de Ioan. Stephano Cantutio, qui cum fuisset à Mayno grauatus de nece Pauli Scazzini sponte comparuit, obtento prius ab Illustr. Locumtenēte nostro saluo cōductu, ne aliis de causis molestaretur, & in tormentis examinatus nedum fassus est dictam necem Scazzini; sed etiam Camilli proprij fratris, ac Iulij Oriani Brixiensis, Auditisque ipsius Canturij defensionibus, ac deniq; eius Aduocatis multa allegantibus contra Mayni granamen, & Canturij confessionem, ac omnibus mature, diligenterque perpensis, venimus in sententiam pręfatum Cantutium rebus stantibus, vt stant, esse absoluendum, & è carceribus dimittendum iuxta tenorem dicti salui conductus, proinde sic exequamini. Die 23. Iunij 1589. Est autem de iure communi, vt nullitas non attendatur pro confesso, Fel. *c. ecclesia S. Maria coll. 9. de const.* Drog.

q *Et talis constitutio, seu statutum valet*] Item adde, † quod d.
43 statutum prohibens appellationem in criminalibus non habet locum in causa ciuili incidenti, & occasionata ex causa crimi-
44 nali. Rim. *cons. 529. vol. 3.* nec † habet locum in casu mixto, secundum Alciat. *in consil. 12. nu. 6. lib. 7.*

Item † adde, quod d. statutum debet intelligi, quo ad senten-
45 tiam diffinitiuam, secus quo ad interlocutoriam, vel ad aliud incidens. Alex. Ias. & alij *in rubr. ff. de re ind.* & Bene. de Plomb. *in l. etiam §. absens, ff. de manum. vindic.* nisi † statutum, vel decretum
46 disponeret, quod à nulla sententia criminali possit appellari, quia tunc etiam non posset appellari ab interlocutoria, *l. vbi à procuratore, vbi gl. C. mand. l. Iulian. de leg. 3. c. solite,* vbi Abb. *vlt. notab. de maior. & obed.* & August. *consi. 6. n. 13.*

Item † adde, quod non ligat forenses, Bertaz. *consilio 15.*
47 *numero* 1.

Item † adde, quod non tollit appellationem, quando constat
48 de notaria iniustitia, Bertaz. *consi. 14. n. 14.*

Item † adde, quod in locis, in quibus appellationes in cri-
49 minalibus admittūtur, facta dimembratione vnius Ciuitatis ab aliquo Ducatu, & illam submittendo alteri præsidi, siue Senatui, causę appellationis illius Ciuitatis iam cęptę debent finiri ab illo Senatu, siue Præside, sub quo dicta Ciuitas submissa fuit, Albe. Brun. *in consi. feud. 54. incip. Omnipotentis Dei.*

Item † adde, quod quando in criminalibus appellatio admitti-
50 tur, pendente appellatione, per fiscum, vel per reum detentum interposita à iudice feudatarij, siue Baronis ad superiores iudices, non debet reus amoueri à carceribus Baronis, feudatarij, secundum Guid. Pap. *dec. 321.* sed contrarium tenet Ant. Sola *in const. Saband. in tit. de iudiciis gl. vnic. num. 7. fol.* 147. & ita vidi seruari, & præsertim in Regno Neapol. quod sæpe regij iudices mandant transmitti carceratos Baronum ad suos carceres appellationem pendente. *Baiar.*

r *In practica recedendum*] Cartar. *de execut. sent. c. 1. num. 261. &* 262. Ros.

ſ *Quæro nunquid*] Far. *d. q. 101. c. 1. nu. 17.* Ros.

t *Regulariter autem*] adde, † quod quando reus confessus sit
51 crimen, & in confessione perseuerauerit, tertius non poterit appellare. Bal. post gl. *in l. ictum fustium in fi. ff. de his qui not. infam.* Fel. *in c. cum super in prin. & in c. quamuis, de re iudic.* Fol. *in prac. crim. in verb. & si confitebuntur n. 71.* & vide Fel. *locu praciatis,* vbi ampliat, & limitat hanc regulam.

Item adde, † quod mulier poterit pro tertio appellare, vt per
52 Cæph. *in consi. 63.*

Item † adde, quod quando reus non se defenderet, nec pro-
53 curatorem daret, cuilibet licet eum defendere, vt per Bart. *in d. l. non tantum.*

Item † adde, quod appellatione interposita à tertio penden-
54 te, executio debet deferri etiam ipso condemnato inuito, vt per Franc. *in c. cum sit Romana §. præterea in 1. notab. de appell.* & Lancel. *in tractat. de attent. p. 2. cap. 12. ampl. 4. num. 7. & sequ. fol.* 215. Baiar.

u *Appellationem interponere*] Quid si periculum esset in mora, vide per pract. Carr. *pag. 55. numer. 89.* vbi non admitti appellationem ait: & quod tunc potest iudex facere conuictum renunciare defensionibus, & ipsum propter periculum decapitare & sic accelerari executionem. Item quod iudex possit accelerare executionem, vt per eundem, §. *homic. vltimo sub num. 79.*

x *ff. de appell.*] Far. *d. q. 101. c. 1. nu. 23. & 25. & 29.* Ros.

y *Sed an etiam clericus*] Far. *d. q. 101. & c. 1. n. 27.* Ros.

z *Titium in amputatione capitis, & in confiscatione bonorum.*] adde, quæ de confiscatione dicta sunt supr. *ad qu. 44. versi. Dixi quod de iure q. 51. vers. sciat autem, ad med.* & materiam confiscationis post mortem, vt hic dixit Marſ. Rub. *de fideiuss. numer.* 151. Drog.

a *Alij vero dicunt*] adde, † quod idem tenet Marſ. *in repet. l.* 55
de vno quoq; ff. de re iud. n. 34. vbi dicit, quod Iudex, qui tulit sententiam, debet citari, quando tractatur de reuocando suam sententiam, & ita dicit Boer. *decisi. 259. n. 13.* vbi dicit, hanc partem esse communem, quod iudex est citandus, quando tractatur de pœna infligenda iudici ratione sententiæ latæ, vel de interesse, & expensis parti læsæ ab ipso soluendis, & ita etiam distinguit Apost. *ad dec. Tholos. 177. vers. sed an iudex,* & de hoc vide etiam Gabriel. *concl. 1. lib. 2. tit. de citat. num. 86.* & vbi multa accumulaui; vide etiam & Deci. *in consi. 143. nu. 2.* vbi dicit, quod quando Iudex ex officio processisset, & non ad instantiam partis, est citandus, quando agitur coram alio, & diuerso iudice, & superiore, vel eius procurator admitti debet; aliter processus quoad ipsum iudicem erit nullus, & si processisset ad instantiam partis, non debet citari; sed si vult assistere causæ, admitti debet, quia omnino de aliquali eius interesse agitur. *Baiar.*

b *In causa appellationis*] adde, quod communem etiam testatur Dec. *in c. cum speciali, §. porro, post nu. 27. de appellat.* qui declarat, *n. 28. &* 29. Et communem hanc habes *in collect. mea commun. opin. c. iudex, nu.* 1. Giach.

c *Propter sordes, vel iniustitiam;*] Supra *q. 73. vers. Item iudex q. 50. versic. sciat etiam.* Drog.

d *Potest etiam dici de nullitate*] adde † quod in statu ecclesia- 56
stico nullitates post annum opponi non possunt ad impediendam executionem sententiam contra bannitos, per motus proprios Pij IV. & Pij V. de quibus in Bullario *fol. 766. constitut.*
128. *& fol. 933. constit.* 10. qui tamen † motus proprij non com- 57
prehendunt nullitates ex defectu citationis iurisdictionis, ineptæ inquisitionis; ex forma alterius statuti non seruata, ex notoria iniquitate, & iniustitia, & alias nullitates, secundū D. Chartarium *in tract. de execut. sentent. cap. fin. num. 186. cum multis seq. & sub nu.* 223. dicit, quod si aliqua ex prædictis causis, vel aliis sententia vitio nullitatis subiaceret, poterit nullitas allegari, tā ante annum, quam post, vsque ad triginta annos, & sic omnis ferè nullitas secundū eum elapso anno opponi potest, quem sequitur D. Farin. *in quæst. 11. sub numer. 47.* Ego autem arbitror (salua eius pace) hoc verum non esse, & moueor, quia motus proprij non excludunt simpliciter nullitates, vt ipsæ præsupponit, nam eo in casu nempe nullitates supradictę non essent comprehensę, sed illas permittunt concedendo enim, vt banni infra annum possint facere defensiones suas, cōsequenter concedunt; vt infra dictum tempus possint etiam dicere de nullitate, quæ est mera defensio, vt ait Vant. *in tract. de nullitat. in princip. numero* 7. quo termino elapso, disponunt, quod sententię realiter, & personaliter executioni demandentur, non obstantibus quibuscunque appellationibus, & nullitatum dictionibus. Et quando statutum disponit, quod post certum tempus non possit dici de nullitate, elapso dicto tempore nullitas amplius allegari non potest per viam agendi, nec excipiendi, alias præfixio termini nihil operaretur: ita tradit Paul. de Castr. *in cons. 288. n. 2. vol.* 1. vbi dicit, quod licet ex hoc sententia non confirmetur, tamen quia clauditur volenti dicere de nullitate, perinde est; ac si efficeretur valida, & quod de hoc nunquam vidit dubitari, idē tenet Alex. *consil. 105. vol. 1. & cons. 215. vol. 6.* attestando de vetiori, etiam quod nullitas esset notoria, & euidens ex inspectione sententię, vel nullitas ex defectu citationis, & dicit, quod quamuis statutum rejiciens simpliciter nullitatem, non intelligatur tollere dictas nullitates, tamen aliud esse debet, quando statutum in odiū contumacis, & negligentis dicere de nullitate infra tēpus à statuto pręfixum excludit nullitatis dictionem; sibi enim imputet ille, qui sua culpa vel negligentia se excludit, & quod per hunc modum omnis nullitas, & omnis defensio naturalis denegari potest ei, qui infra tempus permissum non dixit de nullitate, ait etiam quod statutum non dicit, quod possit Iudex sententiam ferre contra non citatū, & quod talis sententia valeat, seu quod non possit condemnatus, vel condemnatus se defendere, sed dicit, quod sententia talis, si est nulla, debeat dici nulla infra tempus præfixum, & quod vltra non audiatur, Calcan. *consil. 15. circ. pen. & seq.* Gabr. *comm. concl. tit. de statut. concl. 3. nu. 14. cum seq.* qui similiter de communi attestatur, Rolan. *consi. 83. sub nu. 16. vol.* 1. vbi multos accumulauit idem tenentes, affirmans ipse quoque, quod per simile statutum omnes nullitates rejiciuntur, & sequitur Plot. *consil. 63. nu.* 4. vbi dicit, quod ita etiam seruatur de consuetudine, vltra quod est de iure.

Præterea, nullitas ex defectu iurisdictionis nedum ex caussa prædicta vna cum aliis nullitatibus sublata fuit, sed hoc capite etiam, quia in dictis motibus propriis expresse tollūtur nullitates, ac etiam defensiones, vt per Gabriel. *comm concl. titu. de stat. conclu. 3. num.* 2. & ita in terminis nostris expresse tenuit idem Chart. *in d. c. fin. n.* 316. non recordatus de eo, quod supra dixerat

erat, n. 195. quia admittendo huiusmodi nullitatem iurisdictio-
58 nis per dictos motus proprios sublatam fuisse, (quæ est † maior quacunque nullitate, vt ait Vant. *in titu. quis poss. dicere de nullitate, n. 37.* multo magis de aliis nullitatibus idem admittere debebat, nec dicatur, quod propria nullitas etiam post terminum à statuto præfixum allegari potest per viam exceptionis, secundum Vant. *de nullitate in tit. quis possit dicere de nullit. num. 45.* & Ruin. *consil. 36. & 37. vol. 5.* quia opinio contraria est verior, vt attestatur Gabr. *comm. concl. tit. de except. concl. 4. num. 4. & 5.* vbi etiam dicit, quod nec mora purgari potest: idem attestatur *in d. tit. de statutis concl. 3. nu. 18.* vbi multos accumulauit idem tenentes, quod breuitatis gratia non refero. Sed dato, quod posset allegari, illud tamen procederet, vbicumque statutum dispo-
59 neret per viam agendi, & non excipiendi, † vt si diceret, quod succumbens non possit appellare, vel nullam dicere, vel si subdederet, quod appellans, vel nullam dicens, deberet producere libellum, & sic per viam petitionis, & tunc videtur dicendum, quod tale statutum non includat nullitatem, quando per viam exceptionis proceditur, ita declarat Philip. Franc. *in capitulo dilecto num. 146. & 150. de appell.* dicens, quod in hac quæstione verba statutorum diligenter sunt attendenda. Non autem sumus in dispositione, quæ vtramque viam agendi, & excipiendi respicit, nam auferendo defensiones aufertur etiam nullitatis exceptio, cum excipere de nullitate sit defendere. Alex. *d. consil. 225. nu. 11. vol. 6.* & exceptio sit defensio *l. 1. de iur. & facti ignor.* Quod etiam comprobatur, quia non solum prohibentur defensiones post annum, sed vlterius procedendo disponitur, quod per lapsum temporis crimen efficiatur notorium, & sententia in rem iudicatam transitum fecisse dicatur, quod esse
60 non potest, si exceptio nullitatis admitteretur. Quia † vbi est nullitas, ibi res iudicata adesse non potest, *l. 4. §. condemnatum, ff. de re iud.* & ibi Doctor. nec repugnat consideratio eiusdem Chart. *in d. cap. fin. nu. 24. versic. adhuc tamen dicentis*, quamuis ex dispositione motus proprij Pij IV. constitutum fuerit, quod si post bannum banniri capti fuerint, Iudex procedat ad executionem sententiæ contumaciam latæ, tanquam in rem iudicatam transierit, quod nihilominus post eam liberam potestatem, quam Iudicibus dedisse videbatur, restringit, præcipiens eisdem, vt procedant ad condemnationum executionem, latas tamen legitimè, & ita quod Iudices non debeant ad executionem deuenire, nisi prius cognito, ac sententiæ sint nullæ,
61 vel alios patiantur defectus. Nam respondetur, † quod illa dictio legitimè debet intelligi, vt fiat executio facta recognitione personæ, & nulla existente causa, quæ executionem impediret, vt si bannitus haberet saluum conductum, vel gratiam, & de libro condemnationum nondum esset cancellatus, vel quod fuisset tolleratus, vel adesset decretum gratiosum Principis generale, vel quod bannitus factus esset furiosus, aut quod esset mulier prægnans, & similia; multi enim sunt casus, quibus impeditur executio sententiæ etiam legitimè latæ, & in iudicatum transactæ, vt per Clar. *qu. 59. 97. & 98.* Non autem quod Iudex debeat audire bannitos de nullitate dicentes, & alias suas defensiones proponentes, & de validitate sententiarũ cognoscere, nam ridiculosum esset (& valde quidem) dicere, quod Summus Pontifex disponens, quod banniti non possunt admitti ad faciendum defensiones suas, nisi infra annum, quo termino elapso, sententiæ in contumaciam latæ crimen notorium efficiant, & tanquam in rem iudicatam trãsiuerint, executioni demandentur, non obstantibus quibuscunque appellationibus, & nullitatem dictionibus; statim, & incontinenti se in totum corrigere voluerit in eadem dispositione, (quinimo in eadem clausula, in qua omnes nullitates tollit,) & totam legem suam annullare, & abrogare, & in eadem lege nunquam præsumitur correctio, *l. pen.* & ibi per Bal. *C. per quas perso. nostab. acq.* Namque ita interpretando hunc motum proprium, esset redarguere Pontificem de inconstantia, varietate, & ignorantia. Quibus omnibus sic stantibus videtur concludendum, quod in statu Ecclesiastico banniti nullo modo possint dicere de nullitate post annum ad impediendum executiones sententiarum contra eos latarum; & credo, ni fallor, quod prædicti Motus proprij alio modo intelligi non possint, alias nihil operarentur, & in vanum illi Pontifices eos dedissent.

62 Item † adde, quod si extaret statutum prohibens simpliciter sine præfixione termini nullitatis dictionem, non prohibere omnes nullitates, & quas, late per Vant. *de nullit. in tit. quis poss. dice. de nullit. nu. 32. cum seq.* per Boss. *in tit. de nullit. aduers. sententiam, num. 8.*

63 Item † adde, quod in Regno Neap. nullitates opponi possunt etiam contra sententiam forjudicationis, vt late per Affl. *in const pœnam eorum*, & per Foller. *in pract. crim. vers. forjudicentur, num. 27.* Baiar.

e *Scias autem*] Farin. *d. c. 1. & qu. 101. num. 111. & qu. 103. num. 309. vol. 4.* Carrar. *tract. de execut. sent. in præfat. n. 94. & c. fin. n. 209.* Ros.

Iul. Clari Sentent. Pract. crim.

Scias autem] adde, † quod si sententia est nulla, reus non potest puniri, sed iterato est inquirendus, si indicia contra eum existentia non fuissent purgata, secundum Bertaz. *consil. 462. in princ. volum. 2.* 64

Adde, quod in pœnis, quæ reuocari, ac retractari possint, tertia sententia primis conformis (non obstante nullitatis exceptione) executioni est demandanda, ita Cou. *pract. qu. cap. 15. num. 3.* Baiar. 65

f *Est etiam alius modus*] adde, quod † licet solus Princeps bannitum ad nouas defensiones admittere possit, tamen si a Iudice de facto, (parte, vel fisco non opponente,) admitteretur, & absolueretur, talis absolutio esset valida, ita dicit Boss. *in titulo si aduers. rem iud. n. 28.* per regulam taciturnitatis, quæ in iudicialibus habetur pro consensu, quem refert, & sequitur Farin. *in qu. 11. n. 58. in fi.* de quo dicto valde dubitandum est, quia est contra text. *in l. 1. §. si quis vltro, ff. de quæst.* quo disponitur, vt iudex condemnatum in criminalibus non restituat, cum nec etiam pecuniariam sententiam suam reuocare possit, sed solus Princeps. Nec obstat allegat Boss. quia loquitur in ciuilibus, secus autem in criminalibus, secundum gl. *in d. §. si quis vltro in versic. non potest in fin.* & multo magis in hoc casu, vbi agitur de restituendo bannitum ad nouas defensiones, quia nedum lex prohibet, vt restituere non possit, sed vlterius procedendo dat formam, quod Iudex Principi rescribere debeat, cum ipse duntaxat hanc restitutionem concedere valeat, per text. expressum in l. de pœnis; intelligendo tamen de restitutione, quæ conceditur ex gratia à Principe, vt *in d. §. si quis vltro, & in d. l. diui fratres*, non autem de restitutione, quæ fit, si sententia ex falsis instrumentis, vel testibus lata fuisset, quæ conceditur à Præside, qui sententiam tulit non ex gratia, sed ex iure scripto ex clausula generali, dummodo restitutio infra quadriennium petatur, ita distinguit Boss. *in tit. si ex fals. instrum. vel test.* & si banniti per solam taciturnitatem absque restitutione Principis absolui possent, nempe multi inscio Principe post habitam pacem absoluerentur, & ridiculosum esset dicere, quod taciturnitatis partis operaretur illud, quod à Principe duntaxat fieri potest, & ideo caueant banniti à tali absolutione, ne tanquam nulliter, & iniuste de banno cancellati, impune occidantur. Marsil. in sing. 340. & Menoch. *de arbitr. iud. qu. 90. n. 13.*

Item † adde, quod in statu Ecclesiastico Iudices absque alia Principis licentia possunt admittere bannitos ad nouas defensiones infra annum, si sponte compareant, vigore *constit. Pij IV. & V.* secundum D. Farin. *in quæst. 11. n. 68.* Sed ego dubito, hoc verum non esse, (salua eius pace,) quia dictæ Constitutiones, seu motus proprij hoc non dicunt expresse, nec tacitè, vt ex eorum verbis manifestè patet, quæ sunt infrascripta, videlicet *in constitutione 146. Pij IV.* statuimus, quod ad contumaciam condemnati ad suas defensiones faciendas admitti non possunt, nisi infra sex menses à die condemnationis, quo vero ad iam factas condemnationes à die publicationis præsentium computandos, nec alibi, quam in loco, vbi condemnatio secuta est, vel in Curia generali Prouinciæ, vbi delictum fuerit commissum: & si secus fieri contingat, quæcunque absolutiones desuper obtinendæ, etiamsi vigore commissionis signaturæ nostræ, nullius sint roboris, vel momenti, sed ad ipsarum condemnationem iam factarum executionem deueniri possit, & debeat. Verba autem Constitutionis Pij V. non referam, quia ibi solum terminus sex mensium prorogatur ad annum, ex istis verbis nihil aliud appatet, nisi quod prohibitum fuit, vt banniti post annum ad nouas defensiones admitti possit, nulla fit mentio, prout requirebatur. Nam Iudex sententia ea lata non potest amplius se intromittere, nisi ex auctoritate Principis sibi concessa, cum eius iurisdictio sit finita, *leg. 1. §. si quis vltro, ff. de quæst. l. diui fratres, ff. de pœn. & l. postea quam de re iudic.* & ita expresse tradit Boss. *in tit. de remed. iust. cont. sent. num. 1.* D. Farinac. *in d. qu. 11. num. 12.* & Chart. late *in tractat. de execut. sent. cap. 1. num. 125. 173. & 452.* & cum sit de reseruatis Principi, quod ipse solus bannitos ad nouas defensiones admittere possit iuribus supra adductis, hoc non intelligitur concessum, nisi expresse dicatur. Bart. *in l. ambitiosa ff. de decret. ab ordin. facient.* & ibi dicit, Decuriones Ciuitatum habentes arbitrium super statu Ciuitatis, non posse bannitos restituere, quia sunt de reseruatis Principi, quæ in generali concessione non sunt comprehensæ, nisi specialiter dictum fuerit, & Paris. *de syndic. in titul. de Potest. Iud. n. 4. versic. nec possunt*, tenet, quod Iudex etiam, quod habeat liberum arbitrium in causis capitalibus, non potest restituere bannitum, dicens, quod hæc committi non solent, sequitur late Menoch. *de arbitrar. iudic. quæst. 92. per totam*, & ista interpretatio, quam facit D. Farinacius admitti non potest, tum quia prædictarum legum fit correctio, *l. præcipimus, C. de appellat.* & ibi Bartol. tum etiam quia non sequitur, quod banniti non possunt admitti, nisi infra annum ad faciendum defensiones suas; ergo Iudex infra dictum tempus illos admittere potest. Nec obstant verba *constit. 129. Pij V.* dum dicit, quod si 66

banniti capti fuerint, per iudices ad defensiones faciẽdas, etiam infra dictum tempus, non admittantur. Ergo à contrario sensu, si capti non fuerint, & sponte infra annum comparuerint. Iudices illos admittere poterũt. Nam respondetur, quod argumentum à contrario sensu non valet, vbi fit legum correctio. Ias. & alij *in l.1. de officio eius, cui est mand. iurisdict.* & si banniti hanc commoditatem consequerentur, quod absque licentia Principis admitterentur per Iudices ad defensiones, esse contra mentem, & dispositionem dictarum constitutionum; cum expressè dicatur *in dicta constitutione* 129. quod dictæ litteræ bannitis in aliquo suffragari non debeant, si quidem constitut. prædictæ in odium bannitorum æditæ fuerunt ad obuiandum fraudibus eorum, vt in eis expresse dicitur, & etiam *in constit. 129. Pij V.* quia malitiose differebant ad petendum restitutionem, vt se defendere possent, scientes quod talis restitutio ad probandum de innocentia denegari non poterat, quandocunque peteretur, cum sit gratia iustitiæ, quod denegari non debet, nisi indicia essent vrgentia, vt per Rolan. *in cons. 60. n. 37. vol. 2.* & D. Farin. *in d. qu. 11. nu. 65.* & ideo fuit restrictum tempus perpetuum ad annum, vt postea spe destituti essent, & vt elapso dicto tempore legitimè, & iuridice talis restitutio denegari possit, cum amplius non esset gratia iustitiæ, sed mera gratia: & ideo expresse dictum fuit, quod restitutio facta à signatura iustitiæ post dictum tempus nullius sit roboris, & momenti, sed recurrendum est ad signaturam gratiæ, & ita fraudibus & malitiis bannitorum optime ad fauorem iustitiæ prouisum fuit. Fateor tamen, quod forsan interpretatio D. Far. procederet, si ita simpliciter dispositum fuisset, quod banniti infra annum possent facere suas defensiones, quia tunc alia admissio, siue restitutio non requireretur, cum omnes à Summo Pontifice restituti fuissent, & sic in consequentiam videretur concessa auctoritas iudicib. eos in suis defensionibus audiendi, & liberandi sine alia Principis licentia. Sed dictum fuit, quod infra annum admitti possint, adeo quod requiritur admissio: & licet non dicatur, à quo sit facienda, non propterea huiusmodi facultas iudicibus conceditur, quæ non potest dici concessa, nisi specialiter dictum fuerit, sed remanet in dispositione iuris communis, cum sit casus omissus: & sic dicta auctoritas remanet apud Pontificem, ad quem recurrendum est, vel ad signaturam iustitiæ, siue ad sacram consultam, & non ad iudices, qui omni iurisdictione carent, cum iam functi sint officio suo, vt supra dictum fuit: stantibus itaque prædictis videtur concludendum, quod nec etiam in statu Ecclesiastico iudices habent auctoritatem remittendi bannitos ad faciendum defensiones suas infra annum, nec postea. Et ideo postquam dictæ constitutiones aditæ fuerunt, ego semper vidi seruari, & seruani quod Gubernatores, siue iudices sine litteris sacræ consultæ, quibus causa committitur, bannitos non audiant, & consulo iudicibus vt ita faciant, si indignationem Summi Pontif. & sacræ consultæ incurrere nolunt: & banniti sine dictis litteris a banno cancellati, iudicio meo non sunt tuti, tanquam à non habente auctoritatem cancellati, per ea, quæ dixi supra *ad §. homicidium in vers. Item quæro.* Baiar.

g *Quando condemnatus*] Far. *tit. de inquisit. q. 11. vol. 1. num. 65. & 66.* Ros.

h *Talis autem admissio*] adde, quod nec valent litteræ admissionis præsentatæ post decem dies, & quid seruetur in sic admisso *supra quæst. 44. vers. quæro quando, ibi, sed quicquid infra q. 96. vers. sed nunquid ad fin. supra q. 64. vers. sed nunquid ad fin.* Drog.

i *Vel per senatum, qui repræsentat personam Principis*] adde supra *quæst. 60. versic. Pariter etiam, ibi, veritas est, & versic. pen. qu. 85. versic. Vlterius quæro, ibi, sed hæc quidem conclusio: dixi ad qu. 4. versic. quando vero, qu. 63. versic. pen.* ibi senatus enim indicat, & ibi vide concordantias; & dixi infra *ad quæst. 78. versic. quæro si bona.* Drog.

67 k *Regulariter autem senatus*] adde Rolan. in† *consil. 60. n. 37. in fi. vol. 2.* vbi idem tenet, dicens, quod Principes dictas litteras concedere tenentur, nisi indicia essent vrgentia.

68 Item† adde, quod dictæ litteræ non debent concedi, sed denegari, vbi calumniose petuntur; & an calumniose petantur, apparet ex inspectione processus; ita inquit Boss. *in titul. de litteris Princip. num. 5. in fin.* Baiar.

l *Hanc autem admissionem*] Quomodo vero probetur innocentia, est dictum Ciceronis de inuentione *libr. 1. versic. Ratiocinatio, de quo supra qu. 51. versic. sed hac quidem:* si quo die cædes Romæ facta est, ego eo die Athenis fui, interesse in cæde non potui; tex. *in §. Item verborum in fin. Inst. de inutilib. stipul. §. loca. Inst. de verb. obl.* & habetur supra *qu. 12. versic. Dixi etiam in princ.* Dixi autem innocentiam etiam per torturam modo, quo supra *qu. 62. versic. forma autem, ibi si vero non probat, infra qu. 98. versic. sed nunquid:* Modum autem, & causam, quando sententiam iam lata quis petit se admitti ad nouas defensiones; vide apud Marsil. vbi dixi *in margine rub. de fideiuss. sub nu. 380.* ad Fel. *in cap. ex litteris, coll. mihi 9. de rescrip.* est autem legitima causa, quando ex actis non constat de delicto, vt ibidem, vt contingit in Capello. *Drog.*

m *In hoc autem Ducatu*] Cartar. *de execut. c. 1. n. 72.* Ros.

n *Quod præses Marlianus*] Et de altero Doctore istius inclytæ familiæ supra *q. 64. versic. quæro, an Doctores in fine,* & per Boss. *tit. de Principe sub n. 208.* Cur autem non petentibus admissio ad nouas defensiones concedatur, vt hic, vide Char. *de execut. sent. con. bannit. cap. 1. sub n. 270.* alias enim sæpe innocens moreretur iudicum inuria, & odio inimicorum, vt ibid. *Drog.*

o *An autem admissus*, adde, † quod si bannitus non potuerit 69 comparere propter discrimina viarũ, vel aliud impedimentum iustum, puta, quia fuit captus à pyratis, vel ab hostibus, vel quod erat carceratus, de iure non currit dilatio; sed ei datur restitutio, & sic admittitur ad probandas causas impedimenti. Innoc. Bal. & Fel. *in cap. 1. vltra tertium, col. 3. de testibus,* & Brun. *in tract. de constit. decret. in verb. confessio.* Baiar.

QVÆSTIO XCV.

De executione sententiarum criminalium pecuniarum.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Quæ sit forma exequendi sententias criminales pecuniarias.*

Et an condemnato detur dilatio ad soluendum, prout fit in causis ciuilibus, ibid.

2 *Et quid si reus non habeat modum soluendi, an luere debeat in corpus.*

3 *Et quid si non in fraudem legis deliquerit.*

Et an id seruandum sit etiam contra officiales in eodem syndicatu, ibid.

4 *Et quid si pars, cui venit applicanda pars pœna pecuniariæ, nolit consentire, quod fiat commutatio in corporalē.*

5 *Et quid agendum, si condemnatus offerat cedere bonis.*

6 *Et quid si in solutione deficiat in vno nummo.*

7 *Et quid si reus sit soluendo, malit tamen subire pœnam corporalem.*

8 *Iudex an possit mulctam propter paupertatem remittere.*

9 *Quando pars pœnæ applicatur parti offensæ, & pars fisco, an tota fisco solui debeat.*

Ex Additionibus.

1 *Fideiussor de repræsentando, si pœnam soluerit ad bonorum publicationem, potest solutum recuperare à fisco, qui reo principali successit.*

2 *Fideiussor liberatur confiscatis bonis principalis.*

3 *Fideiussio præstita oretenus durat duobus mensibus, in scriptis, perpetuo.*

Iudices qui sint competentes executionum sententiarum criminalium, an ordinarij, vel appellationum, remissiue, ibid.

Iudices qui sint competentes executionum sententiarum criminalium in Regno Neap. an officiales Baronum, vel Regij, quando causa per viam appellationis ad Regia tribunalia deuoluuntur, remiss. ibid.

Sententiæ duæ vna contra, & altera ad fauorem fisci, quæ sit exequenda, remiss. ibid.

4 *Sententia contra principalem, an, & quando mandetur executionem contra fideiussores sine nouo processu.*

5 *Fideiussionis indemnitas vt ait in eodem officio per modum sequela.*

6 *Fideiussor soluens (non obstante appellatione interposita per principalem) debet conseruari indemnis, si appellationem nescierit.*

7 *Clericus fideiubens de iudicatum soluendo coram laico, coram quo Iudice sit conueniendus.*

8 *Qui non habet in ære, luat in corpore.*

9. *Am-*

9 *Amplia etiam in muliere.*
10 *Et à quo Iudice causa hæc sit tractanda, ciuili, vel criminali.*
11 *Et in quibus personis hæc regula procedat.*
12 *Pœna corporalis quando subrogatur in defectum pecuniaria, est Iudici arbitraria.*
13 *Clericus non habens in ære, luat in corpore.*
14 *Contumax in expensis litis condemnatus non habens in ære debet puniri corporaliter.*
15 *Et quid si pars, cui pœna venit applicanda, non consentiat mutationi pœnæ.*
Fideiussor de tuto carcere, vel de repræsentando, admittitur ad cessionem bonorum.
Sed melius esset pro bono publico contrarium decernere, ibidem.
16 *Mulcta propter paupertatem non commutatur in corporalem, sed potest Iudex illam remittere.*
17 *Compositio mulctæ fit ad arbitrium Iudicis.*
18 *Iudex non potest contumaci remittere expensas, & interesse partis.*
19 *Mulcta propter paupertatem remissa non exigitur, si reus venerit ad pinguiorem fortunam.*
20 *Mulcta adiudicata parti non potest remitti.*
21 *Mulctis geminatis, vna tantum soluetur.*
22 *Pœna diuidenda inter fiscum, & partem, an, & quando exigatur à fisco in totum.*
*22 *Mulcta vnde dicatur.*
23 *Fiscus potest diuidere rem sibi applicatam cum alio, & illi alij datur electio.*
Et alienare rem communem inuito socio, etiam quod minor pars sit ipsius fisci, ibid.
Fiscus concurrens cum aliquo in pignore, potest alienare pignus, & anterioribus creditoribus satisfacere, & ibi residuum retinere, ibid.
Fiscus potest alienare rem communem, etiam cum ecclesia, ibid.
Etiam quod sit diuidua, ibid.
Non tamen quando habet solum vsumfructum, ib.
Fiscus in alienatione rei communis debet prius interpellare consortes, ibid.
Fiscus non potest rem alienare non habita fide de pretio, & non præcedentibus subhastationibus, ib.
24 *Pœna applicatur inuiruato, quando ille deliquit, cui erat applicanda.*
25 *Condemnatio quomodo sit facienda, quando pœna est applicanda pro parte fisco, & pro alia accusatori, remiss.*
27 *Fiscus non potest impedire, quin soluatur pars pœnæ priuato, cui debetur.*
Præscripta parte pœnæ applicanda offenso, præscribitur etiam pars applicanda fisco, ib.

1 QVæro, quæ sit forma exequendi sententias criminales. Respond. quod si quidem condemnatio est pecuniaria, & reus in carceribus detentus, solet retineri, *a* donec soluerit ipsam condemnationem, nec relaxatur, etiamsi offerat idoneam cautionem. Et aduerte, quia licet in ciuilibus condemnatus in pecunia habeat terminum *b* quatuor mensium ad soluendum, vt dixi infra *libro proxim.* aliud tamen est in criminalibus: nam ille, qui est pro crimine condemnatus ad soluendam pœnam pecuniariam, non habet huiusmodi terminum quadrimestris ad soluendum. Et est communis opinio, vt ait Ias. *in l. debitoribus, nu.16. & seq. ff de re iudic.* quem refert Boss. *in tit. de sent. num.*111. sed compellitur ad soluendum statim, vel intra modicum tempus arbitrio iudicis. *c* Quandoque etiam, si dubitetur, an reus habeat modum soluendi, vel timeatur, ne bona eius mobilia occulté alio transferantur, solet (fisco instante) fieri apprehensio bonorum condemnati. *d* Si vero reus condemnatus in pœnam pecuniariam est extra carceres: *e* tunc si quidem in princip. processus præstitit fidejussorem de se consignando, vocatur fidejussor, qui eum consignet: & vbi sit consignatus, non dimittitur, donec soluerit, vt supra dixi. Si vero præstitit fidejussorem de judicato soluendo, vocatur fidejussor, vt soluat; & contra eum, si non soluit, conceditur executio. *f* Et scias, quod contra fidejussorem de judicato soluendo potest executio fieri sine nouo processu: ita tenet Bartol. *in l. prima, numer.2. ff. iudicat. solui*: & ita concludunt communiter DD. vt ait Cagnol. *in l. nemo aliena, in fine. ff. de regul. iur.* Vide, quæ dixi supra *quæst.46. versic. vbi vero, & seq. g* Sin autem reus non sit in carcere, neque sub fidejussore, tunc secuta condemnatione statim conceditur contra ejus personam, & contra ejus bona executio realis, & personalis, &c. Et ita hodie seruatur, vt dicit Carauita *super* 134. *ritu magnæ curiæ, nu.1.* licet fortè (secundum eum) deberet obseruari odio traditus *l. à duo Pio, §. in venditione, ff. de re iud.*

2 Sed *h* quid si reus non habeat modum soluendi? Respond. quod hoc casu seruanda est regula, quod, *i* qui non habet in ære, luat in corpore. *l. fin. ff de in ius vocan.* Et ita solet communiter dici, vt ait Bero. *in cap. cognoscentes, num.41. de constitut.* Et poterit judex, qui videt reum non esse soluendo, commutare pœnam pecuniariam in corporalem. Et ita quotidie obseruatur. *k* Bene verum est, quod hæc commutatio in hoc ducatu non fit nisi per senatum. Et ideo fuit grauiter reprehensus quidam prætor, qui fecit fustigari inconsulto senatu *l* quendam Antonium Rauarium, qui non habebat modum soluendi pœnam pecuniariam, in quam fuerat pro blasphemia condemnatus, 29 Aug. 1559. P.N.

3 Et scias, quod licet aliqui dixerint, quod hæc regula locum non habet, nisi in eo, qui deliquit in fraudem legis, sciens se non posse soluere pœnam pecuniariam: communiter tamen Doctor. tenent contrarium, scilicet, quod indistinctè locum habeat, siue deliquerit ea cogitatione, siue non, vt attestatur Salyc. *in l. si. post numer.4. C. de sepulcr. violat. m* Et nota, quod hæc conclusio de rigore juris seruanda esset etiam contra officiales, qui condemnantur in syndicatu, vt scilicet si non possunt soluere pœnam pecuniariam, in qua fuissent condemnati, punirentur pœna corporali: nihilominus de consuetudine hoc non seruatur contra ipsos; sed solummodo tenentur in carceribus, donec soluerint, vt dicit Bal. *in cap. 1. §. iudices, nu.2. de pace iuram. firm.* vbi etiam Apostil. attestatur, quod ita obseruat practica, & illum refert Paris Put. *de syndic. fol.*300. *num.*12. Amed. *de synd. num.*160. & Apostill. ad Bart. *in l. si iudex, in verbo, Si iudex, ff de variis, & extraor. cogn.* & Iacob. de S. Georg. *in l. si filiusfam. num.5. ff de iudic. & in l. mancipia, nu.9. C. de seru. fug. n* Vt plurimum tamen officiales tam in principio officij, quam tempore syndicatus præstant idoneos fideiussores, qui deinde compelluntur ad soluendas condemnationes contra eos secutas. Et sic ista quæstio raro contingit in practica.

4 Sed *o* quæro, quid si pars, cui in totum, vel pro parte venit applicanda pœna pecuniaria, nolit consentire, quod iste condemnatus, qui reuera non est soluendo, possit luere in corpus? Respond. quod hoc casu non debet iudex aliquid decernere, sed permittere, quod condemnatus stet in carceribus, & hæc est communis opin. vt dicit Boer. *decis.*349. *post num.8. colum.3. versic. secundo si is.*

5 Sed pone, quod iste, qui est condemnatus ex delicto in pœnam pecuniariam, *p* offerat cedere bonis: numquid erit audiendus? Respond. quod non, sed opus est, quod luat in corpore. Et ita tenent communiter Doctores, vt dicit Alb. *in 2. parte statutorum, quæst.*196. Item quæro, an in pœnis. Hanc etiam dicit esse communem opi. Cæpol. *cons. crim.9. vers. & ex prædictis apparet,* quē

refert Didac.*lib.2 resolut.cap.1.numer*.8.Dec.*in l si quis q id quod numer.22.ff.de iurisd.omn.iud c.q* licet secus sit in debitore ex contractu, vt dixi infra *libro 4.§.obligatio.* Regulariter enim in obligationibus descendentibus ex maleficio non potest quis vti beneficio cessionis bonorum. Et ita tenent communiter Doctor.vt attestatur Alb. *in rubric.C.qui bon.ced.poss.numer.14.versic.vltimo quaero.*

6 Quaero, *r* quid si iste reus in soluenda poena in vno *r* nummo contumaciter deficiat, nunquid adhuc opus erit, vt luat in corpore? Respon.quod sic, ita tenet Bal. *in d.l.fin.in vltimis.verbis, C.de sepul.viol.* & est communis opin. vt dicit Gomes. *in §.poenales, numer.*38.*Institut. de actio.* subdens quod licet haec opin. sit dura, tamen quia communis, non est ab ea in judicando recedendum; & illum refert Boer.*in d.decis.*349.*post num.*8.*vers. quinimo si talis*, & Viuius *libr.communium opin in verbo, Cedere volens.*

7 Quaero etiam, quid si reus sit soluendo, malit tamen subire poenam corporalem, quàm pecuniariam, nun- *f* quid erit audiendus? *f* Respond.quod non, sed cogendus est soluere poenam pecuniariam. Et est communis opin.vt dicit Dec *in d.l.si quid id quod, nu.22.& seq.*

8 Haec *t* autem omnia locum habent in condemna- *t* tione pecuniaria per sententiam diffinitiuam prolata: *u* sed *u* si esset mulcta fisco debita, eo casu non esset necesse propter paupertatem rei illam commutare in poenam corporalem, sed posset judex illam diminuere, & etiam remittere. Et haec est commun.opin.ut attestatur Menchiaca *controuers.illust.c.24.num.*15. Et ita saepenumero per senatum fieri vidi, & etiam magistratus solet sumptis informationibus de paupertate, mulctatos ad- *x* mittere ad compositionem, *x* quae non sit minor quarta parte totius mulctae.

9 Solet *y* etiam quandoque in hoc proposito dubita- *y* ri, quando pars poenae applicatur fisco, & pars delatori, vel notificandi, vel alteri priuato, an debeat tota solui fisco, an autem cuique sua pars? Tu dic, quod tota debet habere partem, debet ire ad fiscum, & suam partem petere. Ita dicit Bart.*in l.si quis delatorem, §.senatus, nu.2.ff. de iure fisci.* & ita de consuetudine obseruatur, prout etiam se multoties practicasse attestatur Angel.*de maleficiis, in verbo, Dandis, & soluendis, n.1.*& ita saepius conclusum fuit in magistratu.

ADDITIONES
Ad Quaest. XCV.

a D*onec soluerit*] Supra *q.64 versic.ibi vero*; & ibi seipsum allegat. *Drog.*

c *Quatuor mensium ad soluendum*] Hanc regulam cum sex fallentiis vide per Soc.*mihi sup.reg.*498.Giach.

c *Quandoque etiam*] adde supra *q.46.versic.sed quomodo*, vbi dicitur de relaxatione rei sub iuratoria cautione; vide Mars. *Rub.de fideiuss.nu.349.& 361.*Drog.

1 d *Si vero reus condemnatus*] adde, † quod si fideiussor eum non consignauerit, & poenam fideiussionis fisco soluerit, quod fiscus tenetur soluere d.fideiussori d.poenam, si bona rei fuerint publicata, etiam quod publicatio bonorum ipso iure veniret 2 imponenda.Bec.*conf.*57.sed † fideiussor confiscatis bonis liberatur, *l.si debitor ff.de fideiuss.* Mars.*in rub.de fideiuss.n.*346.si fiscus vult habere haereditatem banniti. Herc. *in tract.de caut.de non offend.c.13.n.13.*& Cuman.*consil.31.nu.2.*

Item adde, quod fideiussio praestita in voce durat duobus mensibus praestita vero in scriptis durat perpetuo, *vt in l.pen. in C.de fideiuss.* Afflict.*in constit si vasallus n.24.fol.182.*

3 Adde, quinam sint iudices competentes executionum sententiarum criminalium, an iudices ordinarij, vel appellationū, late per Herc.*in l.à diuo Pio § sententiam Romae col.9.vers.ex praedictis ff.de re iud.* & in Regno Neap.an officiales Baronum, vel Regij, quando causae deuoluuntur ad Regia tribunalia per viā appellationis, habetur per Vin.Fran. *in decisio.310.per totam.* Item adde, si duae sententiae contrariae, a duobus iudicibus ordinariis fuerint latae, quarum vna sit contra fiscum, altera ad fauorem, quaenam sit exequenda, habetur per Couar.*var.resolut.lib.1.cap.17.num.24.*Baiar.

e *Tunc siquidem*] Quae nunquam cessat nisi facta solutione Farin.*q.34.nu.107.vol.1.*Ros.

f *Et scias quod contra fideiussorem*] adde, † quod sententia lata contra principalem, non mandatur executioni absque nouo processu contra fideiussores, qui pro aliquo instrumento fideiussissent; secus si apud acta ita promisissent, quoniam tales dicuntur fideiussores contractus, & non iudicij, ita late Bero.*in consilio 206.n.3.vol.3.*& Herc.*de caut.de non offend.c.29.* 4

Item † adde, quod fideiussor pro eius indemnitate, si soluerit poenam, potest implorare officium iudicis maleficiorum, vt ab eo indemnis conseruetur, quia id venit indicentet in eodem officio per modum sequelae. Bal. *in l.cum vendente C.vbi caussa fiscales*, quem sequitur Felyn. *in c.cum oporteat col.fin. extra de accus.& decisio.Lucen.c.91.n.32.* 5

Item † adde, quod si fideiussor pro suo principali poena soluerit, non obstante appellatione interposita à principali, debet conseruari pro eius indemnitate, si de appellatione notitiam non habuerit *d.decisio.Lucen.consil.91.* 6

Item adde, † si clericus fideiussionem fecerit de iudicato soluendo coram iudice laico, vel ecclesiastico, an Iudex laicus contra eum exequi poterit, Anchar. *in cap.ea quae nu.16.de reg.iur.in 6.*Baiar. 7

g *Sin autem reus*] Suarez.*fol.mihi 481.b.*vide Gabr.*tit.de fideiuss.concl.1.n.80.*Gui.PP.*q.16.*Ros.

h *Sed quid si reus*] Vide Far.*tit.de delict.& poen.vol.1.q.16.n.2.& 3.* vbi quid in nobili, & clerico *n.12.& 13.* Et an iudex poenam imponere possit corporalem, si pecuniariam non soluerit *n.12.& 14.*& Clar.*sup.93.versi.quaero nunquid.*Ros.

Sed quid si reus] adde † videndum omnino ad hanc regulam, qui non habet in aere, luat in corpore, Marian. Socin. *in c.ad liberandam n.113.de Iudeis*, vbi latissime quomodo intelligatur, & ponit octo limitationes; vide etiam Farin.*in quaestio.26.per totam.* 8

Item † adde, hoc etiam procedere in muliere, quae luet in corpore, si non poterit soluere poenam pecuniariam, in quam fuerit condemnata, per tex.*in l.si quis id quod ff.de iurisdict.omn. iudic.* & Follet.*in practic.crimin.in verb.* nota tos capiat de persona *num.19.* 9

Item † adde, quod si contingeret quod si ali quis esset puniendus aliqua poena ciuili pecuniaria, & quia propter impotentiam non posset soluere pecuniam, debet luere in corpus, licet si posset soluere, iudicatetur à iudice ciuili, tamen hoc casu iudicabitur à criminali, Capyc. *decisio.27.n.19.* & Franc.*in decisio.348. nu.5.volum.1.* 10

Item † adde, quod ista regula habet locum in ciuilibus personis. Bat.*in l.1.§.fin.ff.de poen.* Salyc.*in l.& si seuerior. C.de infa.*de quo per Alex. *in l.si quis id quod, ff.de iurisd.omn.iud.colum.1.*& idem dicit Bal.in Doctore, & iudice, qui male iudicauit per imperitiam, *in rub.C.de poen.iud.qui mal.iudic.*Bolog.*in authent. habita num.58. C.ne fil.pro patr.* & Franc.*in decisio.358. circa fin. volum.2.* 11

Item † adde, quod poena corporalis loco pecuniariae erit arbitraria iudici.Ias.*in d.l.si quis id quod n.29.* & Menoch.*de arbi. iud.lib.2.cas.447.*vbi dicit hanc mutationem poenae † habere locum etiam in clerico, dummodo fiat à suo Iudice; & idem affirmat Boer.*dec.349.n.11.* & ibi Meo.dicit, quod contumax † in expensis litis condemnatus, poenam feret corporalem, si non habet vnde soluat. Et dicta regula habet etiam locum in emenda, & aestimatione damni ipso crimine, proximo illati. Couar.*var. resol.lib.1.c.1.*hic allegato *sub n.8.*leuius tamen punitur per text. *in l.qui aedes ff.de incend.ruin.nauf.*Baiar. 12 13 14

i *Qui non habet in aere luat in corpore*] adde statutum nostrum Pallauicinum *in crim.Rub.sexta*; Menoch.*de arbitr.iudi.lib.1.qu.80.nu.704.*Drog.

Qui non habet in aere] Et erit tunc poena arbitraria iudici.vide Farin.*d.quaest.26.nu.17.*de qua Peguera *decisio.5.*late tractat, Ros.

k *Bene verum est*] Far.*d.q.16.n.1.in fin.*Ros.

l *Quendam Antonium Rauarium*] Et de isto Antonio Rauario *sup.q.95.in fin.*vbi similiter propter commutationem poenę reprehensus est Praetor.*Drog.*

m *Et nota*] Quid in officiali in syndicatu condemnato.Far. *d.q.16.n.16.*Ros.

n *Vt plurimum tamen officialis*] adde Mars.*rubr.de fideiuss.nu.178.*Drog.

o *Sed quaero*] Far.*d.q.26.nu.23.*Ros.

Sed quaero] adde, quod contrarium † decisum fuit per sacrum conf.Neap.vt attestatur Franc. *in dec.358.nu.4.* ne condemnatus in carceribus marcescat, & quod dicta regula procedat in poena pecuniaria parti applicanda, dummodo ex delicto de- 15

descendat, & etiam in pœna damnatorum, & iniuriæ, siue ciuiliter, siue criminaliter agatur, late Lud. à Peguer. decisio.6.per to. Sed non potest commutari in corporalem, nisi actore consentiente, in cuius manu est expectare debitorem suum, si ad pinguiorem fortunam deuenerit, ibid.num.11.

16 Item † adde, quod pœna fideiussionis præstitæ de præsentando inquisitum, vel carceratum, nõ comprehenditur sub regula prædicta, sed si fideiussor admitti debet ad cessionẽ bonorum, vt per Frãc.deci.507.vol. Sed forsan melius esset pro bono publico, quod pœna posset commutari in corporalem. Videmus enim quotidie, quod multi, qui habentur pro diuitibus scientes non esse soluendo, vel quia eorum bona sunt ære alieno grauata, aut fideicommissis, vel dotiũ restitutioni obnoxia, aut ex alia causa, non curant decipere fiscum fideiubendo pro reis carceratis de repræsentando, vel de tuto carcere, vt aufugere possint: quod vtique non facerent, si aliqua pœna corporalis in defectum pecuniariæ subijceretur, & ideo arbitror, quod Principes, si speciali decreto prouideret, benefacerent, videlicet quod fideiussores huiusmodi, qui tempore fideiussionis non erant soluendo, mitterentur in exilium, vel ad triremes, iuxta qualitatẽ personarũ, donec soluerent pœnam promissam, vel reum in fortiis Curiæ consignarent, nam dicta fraus est causa fugæ, & quod delicta remaneant impunita, vt sæpe habui in facto. Baiar.

p *Offerat cedere bonis*] Far.d.q.26.n.4.& 70.Rof.

q *Licet fecus sit*] Far.n.25.& 70. Rof.

r *Quæro quid si iste reus*] Far.d.q.26.nu.9.& 10.Rof.

f *Resp.quod non*] Sup.q.85.versic.solet etiam ad fi. Drog.

17 t *Hac autem omnia*] adde, quod † imo ista regula non procedit in mulcta, vt per Afflict. super feud. in titu.quæ sint regalia §. multarum num.11. & quæ requirantur, vt quis mulctari possit, per Rolan. in consil.39.nu.33.vol.4. & consil.47.nu.45.vol.1. Sed Rolan. in hoc, quod debeat citari personaliter, & quod banniti non possit, nisi sit in vera contumacia, impugnatur per D.Clar. sup.q.31.versic.dictum est, & in hac materia mulctæ vide Natt.in consi.594.per totum, & Bened.de Plot.in consil.3.volu.1.inter consi. crimin. diuers. vbi latissimè, quibus ex causis executio mulctæ impediri possit: & quod compositio non sit minor quarta

18 parte, hoc non vide seruari in practica, sed fit † compositio arbitrio Iudicis; & sæpe solet fieri ad rationem duorum, vel trium pro centenario; & aliquando ad totum remittitur facta obedientia, etiam sine paupertate, & ita Peregr. in tract. de iure fisci lib.4.titu.8. n.19. attestatur seruari in dominio Veneto, & ego quoque ita vidi seruari in statu ecclesiastico, intellige de pœnis

19 subscripti præcepti: aduertendum est tamen, quod iudex contumaci expensas, damna, & interesse partis remittere non potest, Bero.in c.1.de iud.num.173.

20 Item † adde, quod mulcta ob paupertatem remissa non potest exigi, si ille ad pinguiorem fortunam peruenerit. Boer.in decisio.349.num.4.

21 Item † adde, quod mulcta per Iudicem remitti non potest, quando est applicata, siue adiudicata parti, vt per Boer.in decisio.349.num.3.

22 Item † etiam, quod mulctæ geminatæ, siue multiplicatæ omnes non possunt exigi, sed vna tantum. Iasi.decis.14.Baiar.

u *Sed si esset mulcta*] Far. tit.de pœn. vol.1.q.18.n.56.& d.q.26. n.10.vi. Boss.tit.de mulcta,n.14.Rof.

x *Qua non sit minor quarta parte*] Sup.q.85.vers.ad fin. vbi habetur de tali compositione; & hic nota modum componendi, tu qui libenter componis aliter quam poemata, vt dixi ad qu.86. de compositione, quæ non fit minor 4.p.totius mulctæ, quæ, & qualis sit mulcta, & de modo mulctandi sup.qu.44. vers.vnum tamen,q.31. versic. Item quæro, & quomodo distinguatur inter pœnam, & mulctam, gl. ad coniuct. Aurel. tit. de pœn.c.19. vbi habetur, quod pœna est pro delicto nominato, strictè autem mulcta est pœna extraordinaria, vt ibi, ego autem dico, quod hodie † mulcta dicitur ab emungendo, quia latrunculatores

23 emungendo mulcent sanguinem; supra ad qu.86.versic.secundo infertur ad fin. vide Menoch.de arbit.iud.lib.1.quæst.74.n.7.cum seqq. & quod mulcta ob paupertatem remitti soleat, dixi Matant.in suo specul.par.6.sub tit.& demum fertur sententia sub nu. 32.fol.398.Boss.tit.de mulctis nu.14. Drog.

23 y *Solet etiam, quandoque*] adde, † quod procedit quo ad pœnam legalem, non autem quo ad conuentionalem, & ideo fiscus absque mandato ad totam pœnam etiam parti pro parte applicatam agit; sed in pœna conuentionali non agit absque mandato partis ad totam, sed tantummodo ad suam partem, vt plene tradit Bero.in consi.199.n.3.& consil.206.n 40.vol.3.& si pars, vel fiscus partem suam noluerit, non propterea iuri accrescendi locus erit, ita Volpell. in tractat.de promis.de non offendend. quæstio.105.

24 Item † adde, quod si res est applicata fisco, de qua alter habere deberet partem, & recipit diuisionem, fiscus debet diuidere, & dare electionem delatori, vel simili Bar.in d.§.senatus, & Socin. in rep.qualiter,& quando,num.1116.de accusat.& nedum fiscus potest rem communem diuidere, sed etiam alienare inuito socio, licet habeat minimam partẽ rei, vt notat Fel.in c.quæ in Ecclesiarum col.19. de constit. vbi etiam dicit, æquum esse, vt Princeps prius requirat consortem, quam alium extraneum, & procedit speciale etiam per alium contractum, puta locationis, & pignoris. licet sit posterior creditor in re, quia poterit alienare pignus, & ex pretio anterioribus creditoribus satisfacere, & residuum retinere, Bal.in consil.171.volum.1. Decian.consil.235.col. 4. & Boss. in tit.de fisco, & priuileg. eius num.39.& Hoc priuilegium etiam habet locum, si rem communem haberet cum Ecclesia. Ioann.de Plat.& Rynus Boghiberius l.1. C.de vend.rer. fiscal.lib.10. Idemque procedit in re obligata fisco, & alteri priuato, vt etiam fiscus eam vendere possit. Bal.in d.l.1. & Salic.in l.multum C.com.rerum alien.& hæc procedunt, quamuis res sit diuidua, gloss.in d.l.1.& Ioan.Plat.& hoc quando est vtile fisco, quod tota res vendatur, vt per Bart.in d.l.1. limitatur tamen istum priuilegium, si fiscus habet tantummodo vsumfructum, secundum Bal. in d.l.multum, & etiam non procedit, si fiscus primo non interpellat socium. Ripa in l.serui electione,& Labeo ff.de leg.1.& Ias.in l.fin.num.11.C.de iure emph.& fiscus non potest alienare habita fi le de pretio, sed solum soluto pretio l.si procurator, §.ff.de iure fisci, & nisi cum subhastatione legitime facta, l.1.C.de fide instrum.& late Boss.in d.tit.de fisco,& priuileg. eius nu.37.& 38.

Item † adde, quod quando deliquit ille, cui debet applicari pars pœnæ, vel quod delinquenti consentit, pœna debet applicari iniuriam passis, secundum Afflict.super feud.in tit. quæ sint regalia.§ pœnarum,num.6. 25

Item † adde, quomodo sit facienda condemnatio, quando pœna pro parte est applicanda fisco, & pro parte accusatori. Bar.in l.senatus, §.Lenonis,ff.de iure fisci. 26

Item adde, quod si ille, qui tenetur soluere, soluit partem suam priuato, id est iniuriato, liberatur, & hoc fiscus impedire non posset, ita Bar.in l.1.iuncta gl.C.de vend.rer.fiscal.li.10. quem sequitur ibi Franc.de Plat.& Iacob. Rebuff. 27

Item adde, si pars, quæ applicatur parti offensæ, præscribitur, pars, quæ applicatur fisco similiter præscripta censetur, est tex. in l.fi.ad fin.C.de iu, quia non Dominu manu. Baiar.

QVÆSTIO XCVI.

De executione sententiarum corporalium.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Sententia capitalis an statim executioni mittenda sit contra condemnatum, an autem expectandi sint decem dies dati ad appellandum.*

2 *Et quid si reus sit crimen confessus.*

3 *Bannitus, & condemnatus in contumaciam, si veniat in fortiam officialis, an statim sit contra eum facienda executio condemnationis.*

4 *Et an eo casu debeat iudex prius inquirere de veritate criminis.*

5 *Et quid si bannitus velit contra bannum aliquam exceptionem proponere.*

6 *Et an possit iudex exequi sententiam contra bannitum, qui per vim ductus fuerit in eius territorium.*

7 *Iudex secularis, ad quem remittitur delinquens condemnatus à iudice ecclesiastico, an debeat statim exequi, vel super ipso crimine de nouo cognoscere.*

8 *Et quid è conuerso.*

9 *Iudex territorij an possit exequi sententiam criminalem latam per iudicem alterius territorij.*

10 *Mortuo condemnato ante executionem, quid facere debet iudex.*

11 *Condemnatus ad mortem an possit testari.*

Ex Additionibus.

*1 *Sententiæ executio quo casu differatur.*

1 *Sententiæ capitales an exequantur ante lapsum decem dierum.*

iustitiæ, si ex qualitate indiciorum res non sit clara, non
r damnantur, sed torquentur. r Sed certe ego nunquam hoc vidi obseruari, nec audiui seruatum fuisse: nam nisi talis condemnatus petat ab ipso Senatu se admitti ad nouas defensiones, semper sententia contra eum lata
s executioni mittitur. Bene verum est, quod licet s post admissionem nihil probet, quod releuet: si tamen indicia contra eum existentia fuissent valde debilia, non fit executio sententiæ, sed vel torquetur, vel commutatur pœna, & mitigatur. Et credendum est etiam Bossium ita intellexisse, vt colligitur ex iis, quæ ipsemet dicit *in titulo de litteris Principis, &c. circa fi.*

5 Sed t pone, quod bannitus velit opponere aliquam
t exceptionem contra bannum, nunquid erit audiendus? Resp. quod de iure talis bannitus captus, licet ex forma statuti habeatur pro confesso, & conuicto potest, nihilominus per viam exceptionis impedire executionem, modo exceptio talis sit, quæ si fuisset opposita à principio ante bannum, non fuisset compulsus iudicium suscipere: ita dicit Bart. *in l. non videtur, la. 1. in fi. ff. de iudic.* & est communis conclusio, vt dicit Rola. *in d. conf. 60. nu. 30. lib. 2.* Sed apud nos de consuetudine, & ex ordinibus huius ducatus, nunquam auditur bannitus ad aliquid opponendum, nisi sit à Principe, vel Senatu ad nouas defensiones admissus, vt dixi supra *quæst. 94. vers. est etiam alius.*

6 Sed quid si bannitus existens extra territorium iudi-
u cis bannientis, & per vim ductus fuerit in eius territorium, nunquid sententia poterit contra eum mitti executioni? Resp. quod non, sed debet pristinæ libertati relaxari. Ita dicit Bald. *in Auth. item nulla communitas, circa fin. C. de episc. & cleric.* & est approbata Doctorũ sententia, vt attestatur Roland. *cons. 60. nu. 9. lib. 2.* Quod quidem ego intelligo, vt procedat, quando ita per vim capitur, & ducitur a priuatis: sed si fuisset extra territorium iudicis condemnantis captus à iudice alterius territorij, & remissus ad iudicem bannientem, credo, quod posset contra eum exequi sententia. Licet enim iudices diuersorum territoriorum, præsertim sub diuersis Principibus existentium, hodie ex consuetudine non teneantur delinquentes, & bannitos inter se remittere, vt dixi supra *q. 38. vers. sed certe*: nihil tamẽ prohibet, quo minus talis remissio fieri possit. Et ideo non confidant banniti super *cons.* Rol. *supra allegato*, quia ego vidi plures bannitos ita captos, & remissos, ductos contra eorum voluntatem in territorium iudicis bannientis decapitati, & suspendi. Quinimmo banniti ab hoc ducatu, qui traditi fuerunt non a iudice, sed à carceratio loci Viatole agri Brixiensis prætori Cremonæ, iussi fuerunt illico suspendi, 10. Ian. 1556. Et licet superinde fuerit exclamatum per Venetos, quibus res aliter, qualem habebat, significata fuerat: tamen re intellecta, acquieuerunt.

Quæro x etiam, si iudex ecclesiasticus aliquem con-
7 demnauit, deinde illum remisit curiæ seculari punien-
x dum, nunquid debet iudex secularis, cui facta est remissio, sententiam ipsam statim exequi, an autem super ipso crimine de nouo cognoscere? Resp. quod regulariter non tenetur stare processui facto coram iudice ecclesiastico, sed debet ipse de nouo cognoscere. Et hæc est communis opin. vt dicit Felin. *in cap. at si clerici, in principio num. 14. de iudic.* quem refert Affl. *super 1. parte constitut. regni. rubr. 27. nu. 32.* & Curt. Iun. *in l. magistratibus, num. 4. de iurisdictio. omn. iudic.* Scias y tamen, quod
y hæc conclusio intelligenda est, ut procedat in illis criminibus, in quibus si reus fuisset laicus, potuisset judex secularis cognoscere: secus autem ubicunque crimen, de quo agitur, est mere ecclesiasticum, & sic tale, de quo judex laicus nullo modo cognoscere potest. Et ideo si inquisitor, aut alius judex ecclesiasticus condemnet aliquem tanquam hæreticum, deinde illum tradat iudici seculari puniendum, non poterit iudex secularis de illa condemnatione cognoscere, cum crimen hæresis sit mere ecclesiasticum: vt dixi supra *hoc eo. lib. §. Hæresis, versic. Hoc crimen.* sed debet ipsius inquisitoris sententiam exequi. Et hæc est communis opin. vt dicit Cagnol. *in l. cum quadam puella, in princ. post numer. 33. ff. de iurisdict. omnium iud.* Et licet Bart. *in d. l. magistratibus, num. 4.* tenuit contrarium, & hoc idem quasi omnes legistæ teneant pro communi, vt dicit Imola *in cap. 1. numer. 16. de offic. ordin.* quem refert Pract. Cater. *fol. 597. numer. 63.* & hanc dicit esse communem opin. legistarum Menchiaca *in 1. parte de testam. §. 6. post n. 16. versic. denique*, & illam esse vsu receptam attestetur Practic. Iodoc. *cap. 61. nu. 54.* Nihilhominus communis opin. præsertim canonistarum videtur esse contra Bartol. & hanc communem appellat Berous *in cap. at si clerici, n. 79 & sequent. de iud.* Boss. *in tit. de hæret. num. 35.* Simancas *de hæret. c. 36. num. 3.* Refert tamen Igneus *in l. 1. cum Dominus, num. 41. ff. ad Sylla.* quod contrarium obseruari vidit per senatum Mediolani tempore suo; & quod fuerunt absolutæ quædam mulierculæ condemnatæ de hæresi z ab episcopo Parmensi, & inquisitore quas z compertum fuit semper de fide recte sensisse: & refert idem etiam in Gallia contigisse. a Hodie tamen reg- a nante catholico rege Philippo, semper vidi seruari, vt lata sententia de hęresi contra aliquem per iudices suos ecclesiasticos, statim quod remittitur iudici seculari, absque alia cognitione traditur flammis comburendus, & ita iussit senatus exequi in causa cuiusdam Vincentij Gambæ, 2. Iulij 1554. A. C. & alias sæpe: quod & in Hispania vsu receptum esse attestatur Simancas *in d. c. 36. num. 3.* Adde, quod neque etiam potest hoc casu iudex secularis pænam pro hæresis crimine b imposi- b tam commutare. Et est com. opin. vt dicit Boss. *in tit. de hæret. num. 37.* Et ita semper vidi seruari. Si vero esset crimen seculare, vel mixtum, super quo potuisset iudex secularis cognoscere, non tenetur ipse iudex secularis præstare auxilium episcopo, nisi fiat sibi fides de processu. Et hæc est com. opin. vt dicit Alc. *in d. c. 1. n. 119. c* c *de offic. ordin.*

Quid autem dicendum sit è conuerso, si iudex lai- 8 cus remittat clericum ad iudicem ecclesiasticum, an teneatur iudex ipse ecclesiasticus stare processui facto coram iudice seculari remittente, dixi *supra quæst. 36. versic. Vltimo quæro.*

Item d quæro, nunquid iudex vnius territorij possit 9 exequi sententiam criminalem latam per iudicem al- d terius territorij. Respond. Aliqui dicunt, quod non, nisi ad litteras illius iudicis, qui sententiam protulit. Et hæc est communis opin. vt dicit Paul. de Castr. *in d. l. cum quadam puella, num. 5. ff. de iurisdict. omn. iudic.* quem refert Sapia *ibi, post numer. 28.* Vide quæ dixi *supra quæst. 54.* e Sed hoc intellige, vt procedat, quando terri- e toria sunt f sub diuersis principibus: secus autem si f sint subdita eidem principi; g nam eo casu vtique po- g test illam exequi non modo ad requisitionem iudicis, qui sententiam protulit, sed etiam à seipso, si videat, quod executionem meretur. Et est communis opin. vt ait Boss. *in tit. de foro compet. n. 86.* quæ mihi etiam placet. Intelligendo tamen, quod sint etiam sub eodem præside prouinciæ: non enim potest officialis in hoc Ducatu exequi sententiam latam per officiales in Regno Neapolitano, h licet ambo sint sub eodem Principe: quia in h omnibus, & per omnia habentur tanquam regna, & dominia separata.

Sed hic quæro, pone, quod reus, qui est de crimine 10 confessus, vel conuictus, vel etiam condemnatus, ante executionem moriatur, vel naturali facto, vel quia sibi

ipsi manus intulerit, quid debet iudex hoc casu facere?
11 Dixi supra *q.51.vers.sed incidenter.*
i Sed i hic incidenter quæro, nunquid condemnatus
k ad mortem k possit testari. Dixi supra *l.3.§.testam.q.21.*

ADDITIONES

Ad Quæst. XCIV.

a A *D interpretandum appellationem*] vide hanc materiam apud Farin. *eod tit. de inquisit. vol.1.q.11.* Ros.

b *Sed certe quidquid sit de iure*] Far. *q.110.c.1.nu.4.* Ros.

c *Mittuntur executioni*] Sententia enim in causa criminali lata incontinenti est exequenda, *l.cum reis, C.de pœnis, & 2.q.1.*
1 *c.sicut.* Fallit tamen, † si princeps ex iracundia tulisset sententiam: quo casu per 30. dies expectari debet, & differri executio, *l.si vindicari, C.de pœnis, c.cum apud, 11.q.3.& ibid.gl.* Item vbi sententia esset lata contra mulierem prægnantem: quo casu executio differtur, donec pepererit. *l.Imperator. ff.de stat.hom.& l.prægnantis. ff de pœnis.* Item differtur executio propter insigne aliquod artificium, vel excellens robur delinquentis, *text. in l.ad bestias, ibi, sed si eius roboris, vel artificij, &c. ff de pœn.* quem text. dicit singul. Ias. *in l.1.vers.item propter, ff.de legibus.* Guiot.

d *Carauita super ritu.*] Aduerte, quod ibi Carau. dicit, quod
2 talis consuetudo seruatur vbi est, & vbi non est, seruatur ius commune, quod seruatur in Regno. *Baiar.*

e *De quo etiam aliter liquebat*] adde infr. *q.98.versic.si. vbi dixi. sup.q.49.vers. Est igitur in princ. q.54. vers. sed quid si exhibeatur in fine q.55. versic. Potest esse*, quibus locis satis videri potest solam confessionem non sufficere ad condemnationem, aliis non concurrentibus: non enim sufficiunt maria, & montes *d.q.55. vers. Quomodo autem.* & vide practicam post legitimam confessionem, quam posui supra *q.65. versic.1. ibi, sed practica est*; & scias in hoc proposito, quod omnis confessus non dicitur conuictus modo, quo supra *q.65. vers.1. ibi, Qui est solummodo confessus*, & è conuerso, conuictus non dicitur confessus; infra *hac eadem q. vers. sed nunquid & q.64. vers. scias etiam*, & de conuicto condemnando *sup.q.62. in princip. ibi, si tamen Reus.* Drog.

f *Ad appellandum*] Far. *sup.nu.34.* Ros.

g *Quæro nunquid*] Far. *tit. de inquisit. vol.1.q.11.nu.21.& seq.* Ros.

Quæro nunquid] adde, quod † prædicta non procedunt in
2 Regno Neap. nam iura, quæ loquuntur de bannitis, intelliguntur de illis, qui extra dictum Regnum banniuntur, & in Regno de foriudicatis, & non de bannitis in dicto Regno, vbi banniri non habentur pro mortuis, quia non condemnantur, sed tantummodo foriudicati, quia ad mortem sunt condemnati, per Constit. pœnam eorum, ita tradit Io. Ant. de Nigr. *super c. Regni in cap.155. incip. siue quis sit bannitus sub rubr. de foriudic.*

Item † adde, si in re cognitione facienda de bannito reperire-
3 tur erratum fuisse in nomine appellatiuo, (nam dum dicendum erat in banno, siue sententia, Titius de Bononia fuit dictum de Parma, & sic errauit in nomine patriæ, tamen constabat de corpore, & maleficio per eum commisso) per talem errorem non irritaretur bannum, sed deberet decapitari, & sententia exequi, vt per Ang. *in l.his verbis §.fin. ff. de hæred. instit.* quem refert, & sequitur Barb. *in c.significante, de rescript.* & Mars. *in sing.144. incip. error in nomine appellatiuo*, & Arnon. *epit.95.*

Item adde, si Iudex formauerit inquisitionem contra Petrum Iannis de Sancto Laurentio, & in illo oppido non erat Petrus Ioannis, sed Petrus Martini, vel duo Petri Ioannis, & sic fecerit citationes, & bannum dederit, bannum valebit, si constabit de corpore. Boss. *in tit. nullis.n.8.*

Item † adde, quod in statu Ecclesiastico statim capto bannito
4 post annum, facta recognitione sententia exequi debet sub pœna excõmunicationis, non obstantibus quibuscunque appellationibus, & nullitatũ dictionibus, & si infra annum captus fuerit, similiter est ad executionẽ deueniendum dummodo legitimis præcedentibus inditiis condemnatus fuerit, ita disponũt Motus proprij Pij IV. & Pij V. de quibus in *Bullario fol.769. cõst. 128. fol.933. const.127.* est tamen † aduertendum, quod executio
5 legitime fieri debet, idest si non extaret aliquod legitimum impedimentum, quo impediretur executio, vt puta si bannitus haberet saluum conductum, vel gratiam, vel fuisset tolleratus, vel adesset decretum gratiosum Principis generale; vel quod factus esset furiosus, aut esset mulier prægnans, & similia; vt late posui supra *in q.94. aduers. potest etiam.* Baiard.

h *Bannitum recognoscere bannum*] Vulpel. *versic.105.* & Carr. *de execut. sent. c.1.n.1.& 2.& n.16. vsque 28.& c.fi.n.125.* Ros.

i *Bart. in l.Diuus nu.5. ff. de Reorum cust.*] adde eundem Bart. *in l.Demonstratio falsa nu.11 ff de cond. & demonstr.* faciunt, quæ dixi, sup. *quæst.64. vers. Veritas est*, vbi legitur modus procedendi contra confessum, & conuictum. *Drogh.*

k *Hanc etiam*] Cartar. *in tract. de execut. sent. cap.1. num.230.* Ros.

l *Poterit Iudex*] Cartar. *sup. c.2.* Ros.

m *Illam obseruat*] Cart. sup. *num.27. & 31.* Ros.

n *Sed quidquid sit de iure*] Cartar. sup. *num.273.* Ros.

o *Supinus esset iudex*] Far. *tit. de inquisit. volum.1.q.11.num.9. in fi.* Ros.

p *Et ideo absque vlla, &c.* Adde, † quod Salic. *in l.1. C.de re. 6
quær. reis* dicit, quod imo æquum, & iuridicum est date bannito dilationem ad probandum, & allegandum quicquid vult, cur executio banni fieri non debeat, quem sequitur Natt. *conf.444. n.9. volum.2.* & Foller. *in pract. crim. in rubr. capitu foriudicatus n.2.* dicit, quod facta † recognitione foriudicati, Iudex debet ei 7
statuere terminum breuem ad dicendum causam, quare contra eum exequi non debeat sententiam foriudicationis, eique prouidere de Aduocato, & ratio est secundum eum, quia licet a sententia foriudicationis non possit appellari, nec possit docere de innocentia, poterit tamen dici de nullitate sententiæ.

Ibique dicit etiam, quod † posset practicari, quod non detur 8
talis terminus, nisi petatur, & nisi allegetur tale quid, in quo conueniat terminum dari, sed tamen tutius esse, quod detur. 9
Et † licet in statu Ecclesiastico banniri post annum a die condemnationis non possint suas facere defensiones, nec de nullitate dicere, & quod Iudices teneantur statim exequi sententias sub pœna excommunicationis & indignationis Sanctissimi per motus proprios Pij IV. & V. tamen ego semper practicaui, & practicari feci per Auditores meos criminales, quando banniti capti fuerunt etiam post annum, quod detur breuis terminus ad dicendum, quare sententia contra eos lata non exequenda, iuxta formam motuum propriorum, non adhoc vt facerent defensiones, & de nullitate dicerent, quæ facere non poterant, sed quia multa impedimenta allegare potuissent, quæ executionem impediunt, vt dixi *in vers. præcedenti*, & latius *in qu.94. ad vers. potest etiam.*

Item † adde, quod si quis fuerit bannitus, & condemnatus 10
in contumaciam in pœnam mortis pro crimine, pro quo pœna mortis non imponatur, vt puta pro vulnere, & postea fuerit captus, illa sententia non debet exequi, sed debet puniri pœna statuta pro illo delicto, quia plus non debet operari ficta confessio, quam vera. Corn. *conf.194.* licet in hac *colum.3. versic. non enim volum.1.* si vero in iudicio fuisset confessus, non poterat condemnari pœna mortis, ergo minime potuit condemnari in pœnam mortis ex ficta contumacia, ita tradit Ioan. Anton. de Nigr. *super c. Regni in cap.155. sub rubr. de foriudicatione*, vbi dicit, quod quidam imperitus iudex contumacem pro vulnusculo ad pœnam mortis condemnauit, de quo fuit derisus, & non fuit executa eius sententia. Sed in statu ecclesiastico vtique multi deriderentur, qui (nescio quo spiritu ducti) pro quocunque leui delicto sæpe solent date bannum vitæ contumacibus, vt puta pro simplici allocutione, siue salutatione bannitorum, vel vulnere cum pugione, vel gladio, & aliquando propter solam inobedientiam, & dum eram Gubernator Ciuitatis Asculanæ, fuit captus quidam condemnatus ad pœnam furcarum, qui crus bonis inciderat: & ideo non est mirandum, si in dict. statu semper adest copia bannitorum, & super hoc nulla fit prouisio. Et ad hoc quod tenuit Niger *loco supra citato*, faciunt ea, quæ tradit Bart. *in conf.107.*

Item † adde, quod bannitus non ex forma statuti disponen- 11
tis contumacem haberi pro confesso; sed bannitus tanquam habitus à Iudice propter eius contumaciam, & fugam pro confesso, si captus fuerit, poterit suam innocentiam probare, & aduersarius suus crimen, etiam si tempus cognitionis esset elapsum; nisi fuga haberetur pro plena probatione, quia tunc non admitteretur ad probandum innocentiam. Nell. *de bannis part.2. 1. temp. qu.34.* Baiard.

q *Et hac est communis*] Cartar. *de execut. sent. cap. fin. nu.480.* Ros.

r *Sed certe ego*] Cartar. *tract. de execut. sent. c.1. num.233. & c. fi. num.135.* Ros.

s *Licet post admissionem nihil probet*] Dixi de istis admissionibus, & quid tunc seruetur sup. *ad q.64. vers. sed nunquid circa finem; qu.44. vers. Quæro quando ad fin.* vide Alciat. *tract. de præsumpt. regul.3. præsumpt.22. in fin.* sed contrarium dixit Chart. *de executione senten. con. ban. c.fi. sub nu.135.* quia videlicet cum adsint modica Inditia senatus etiam Reo non petente ipsum admittir ad nouas defensiones, quas dari tunc intelligo, cum mandatur non obstante banno in contumaciam denno Reum torqueri. Modicum autem Indicium tunc dicitur, cum de vno teste tantum habetur in processu etiam de visu deponente, Cart. vbi supra *num.134.* Drogh.

t *Sed pone, quod bannitus*] Cartar. *de execut. sent. c.1. n.258. & 272.* Far. *d.q.11. n.41.* Ros.

Sed pone, quod bannitus] Adde † quod bannitus, & condem- 12
natus elapso termino, vt amplius audiri non possit, deat audiri, quando

r quando confitetur factum, vt puta homicidium, sed dicit, sibi licuisse quia interfectus erat bannitus: nam dicta confessio proueniens ex contumacia non debet plus operari, quam vera cõfessio. Sed si ante sententiam cum paruisset, & confessus fuisset, allegando se facere potuisse contenta in inquisitione, sine dubio debebat audiri, dummodo probaret sibi incumbentia, dicta exceptio d. confessionem non perimeret, sed exponeret, nam
13 † ficta confessio inducta à statuto videtur solum operari circa ea, quæ facti sunt, non iuris, ita concludit Castr. *in cons. 3. nu. 7. cum seq. vol. 3.* & Bart. *in consil. 107. visis omnibus*, vbi tamen dicit, quod iudex tenetur rescribere Principi de dicta innocentia, vt eum restituat, quia ipse non potest restituere, *l. 1. §. fin. de quæst.* Baiard.

u *Ductus fuerit*] Cattar. *d. tract. de execut. c. fi. nu. 263. & seq.* Decian. *in tract. crim. to. 1. lib. 1. c. 19. n. 19.* Ros.

x *Quæro etiam, si index*] Far. 4. *vol. prax. q. 97. casu 4. num. 102. & seq.* Ros.

14 *Quæro, etiam si Iudex*] adde, † videndum Vin. *super constit. Regni in proœm. q. 26. n. 50.* vbi plene, quando brachium seculare sit iudici Ecclesiastico concedendum, de quo etiam habetur per Par. de Put. *in tract. de syndic. in versic. brachium*, & Fedet. de Senis *in consil. 163.* super inuocatione. *Baiard.*

y *Scias tamen, quod*] De quib. *qu. 37. fol. 250.* & de hoc vide supra *qu. 57. versic. sed hic concurrit, & versic. sed quæro*, vide Rodolph. *in tract. de brachio seculari, n. 40.* Ros.

z *Ab Episcopo Parmensi*] Ibidem facta, & lata fuit sententia contra me non minus iniqua, & erronea, & excusatus fuit error modo, quo supra dixi *ad qu. 64. ver. Antequã*, & de errore notato in sanctissima Inquisitione sub Bell. *consil. 78. n. 14. in fi.* & ideo Inquisitores, non habent auctoritatem condemnandi absque episcopo, & cur hoc eueniat, vide Menoc. *de arbit. iud. lib. 1. q. 43. n. 31.* qui interpretantur *clementinam 1. de hæret.* & hic præter adducta per Clar. vide Dec. *in c. At si clerici n. 100. de Iud.* Diog.

15 a *Hodie tamen*] Adde videndum Fran. Pegn. *schol. 199. ad 3. part. director. inquisit.* vbi demonstrat hanc opinionem veram esse ex Doctorum auctoritatibus, & ex constitutionibus Rom. Pontif. quibus hoc definitum est, quod Iudices seculares absque remissione processus exequantur sententias latas ab inquisitoribus contra hæreticos, quas idem Peg. imprimi curauit inter Bullas Apostolicas pro Sanctissimo officio inquisitionis post schol. & annot. *ad director. inquisit. fol. 57. 58. & 138.* Baiar.

b *Impositam commutare*] Vide supra, *§ hæreditas, fol. 15. versic. & scias.* Ros.

c *De offic. ord*] Catt. *tract. de exec. sent. c. fi. n. 6 & 7.* Ros.

d *Item quæro nunquid*] adde, quod in statu Ecclesiastico adest *constit. Marth. in lib. 4. c. 33.* qua disponitur, quod sententiæ propter crimen homicidij citra quinquaginta milliaria possunt, & dent exequi, siue sint capitales, siue pecuniariæ; Sed per Bullam *Clem. 7.* de qua *in Bullario noniter impresso fol. 91.* fuit prouisum, quod bannitus † ab vno loco status Ecclesiastici, intelligatur bannitus ab omnibus Terris Romanæ Ecclesiæ, mediate, vel immediate subiectis; & quod ab illo iudice puniri possit, vel remitti debeat ad locum condemnationis, quæ postea confirmata fuit, & innouata per Pium IV. & Pium V. vt in suis Bullis contra bannitos, & homicidas editis; & si banniti status Ecclesiastici capti fuerint post annum a die condemnationis sententia contra eos exequi potest absque eo, quod acta, & processus exhibeantur, quia elapso dicto tempore banniti non possunt audiri in defensionibus suis, nec ad dicendum de nullitate sententiæ, sed Iudices ad executionem deuenire teneantur sub pœna excommunicationis, per motus proprios Pij IV. & V. vt late posui *in qu. 94. ad versic. potest etiam dici.*

Item † adde, quod de iure communi si bannitus captus fuerit elapso biennio a die condemnationis, à qua infra legitima tẽpora non fuerit appellatum, nec reclamatum, sententia potest exequi sine productione processus, etiam quod bannitus dicat, de nullitate, & instet, vt acta, & processus exhibeantur, vt possit de nullitate ostendere, ita Gram. *in decisio 24. per totam*, & Gabr. *commun. concl. tit. de sent. concl. 4. num. 14. 21. & 22.* vbi latissime, quando præsumatur pro sententia, & præsertim quando fuit lata contra contumaces, tamen melius esset videre processum. *Bai.*

e *Sed hoc intellige*] Sic & Cattar. *de exec. sent. num. 14. & c. 1. n. 141.* item & Far. *sup. n. 61.* Ros.

f *Sub diuersis Principibus*] *Sup. q. 16. versic. An autem accusatus ibi, Neque tenetur secundus Index*; An autem condemnatio secuta est loco delicti faciat fidem in loco originis *sup. qu. 54. versic. si.* casu tamen, quod officialis alterius territorij deberet exequi capitalem sententiam, non sufficit videre sententiam condemnatoriam tantum, sed totus est videndus processus, & considerandus modo, quo per Catt. tract. *de exeq. sent. c. fin. præsertim à nu. 10. cum seq.* sic etiam totum produci debere processum in sententia non antiqua pro exequutione ciuili dixit Gram. *decis. 24. num. 8.* Drogh.

g *Nam eo casu*] adde, quod sententia poterit exequi, etiam quod verba banni solum dicerent, quod fiat executio contra eum, si venerit ad Ciuitatem, puta Bononiæ, vt per Marsi. *in consil. 121. sub n. 21.*

Sed † aduertendum est, quod erit necesse producere processum, cum non sufficiat producere sententiam, & bannum solum, quia non potest deueniri ad expeditionem sine causæ cognitione, Clar. *sup. q. 64. versic. si.* & Far. *q. 21. sub n. 6.* Baiar. 18

h *Licet ambo sint sub eodem Principe*] Dixi de statuto Pallauicino respectu status Parmæ, *sup. ad q. 78. versic. sed pone ibi, & idem in Italia, & in q. versic. successiue quæro, q. 57. versic. sed quæro ad med.* induc. a simili, vt ibi, vide etiã quæ in tali proposito dixi ad *q. 71. versic. Quæro modo circa princip.* An autem Iudex Neapolis possit citari Mediolani, vel è contra? Quod sic, dixit Boss. *tit. de citationib. n. 26.* Sed ego nescio rationem differentiæ inter hunc, & illum casum; Vide *sup. q. 21. versic. sed hæc omnia*, vide successiue per Folu. Pauian. *Tract. de prob. lib. 1. c. 27. n. 64. cum seq.* Drog.

i *Sed hic incidenter quæro*] Far. *q. 101. inspect. 2. 4. vol. n. 111* Ri

k *Possit testari*] adde Text. *in l. eius, ff. de Testam.* Imo nec etiam ad pias causas, vel pro anima de iure testari posse videtur, Io. And. *addit. ad specul. Tit. de Instr. edit.* Gloss. *de consuetud. Turon. Tit. des successions de biens roturiers, art. 11. col. pen supra q. 46. versic. Plerumque.* Ang. Aret. *in §. sunt, qui, nu. 4. Instit. quibus non est permissum facere testamentum.* Drogh.

Possit testari] Breuiter dic non posse, nisi esset imposita pœna insolita, vt quia facias veneno occidi, vel proijci de fenestra: vide per Ludouic. Caret. *in pract. crimin. § homicidium l'vltimo, post num. 36.* Giach.

QVÆSTIO XCVII.

Ex quibus causis executio sententiæ capitalis sit differenda.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Ex quibus causis executio sententiarum capitalium sit differenda.*
Et quid si compareat aliquis, qui dicat condemnatum esse sibi obligatum ad aliquam rationem reddendam, ibid.
2 *Et quid si reus condemnatus alium de aliquo crimine accusauerit.*
3 *Et quid si reus essit decapitandus ex mandato principis, quod iudex videretur iniustum.*
4 *Et quid si reus nolit peccata sua confiteri.*
5 *Et quid in muliere prægnante.*
6 *Et quid si executio incidat in diem feriatam.*
7 *Regulariter non esse differendam executionem sententiarum capitalium.*

Ex Additionibus.

1 *Condemnatus ad exulandum potest à creditoribus resirmari in carcere, si ante sententiam fuerit dictum.*
2 *Condemnatus de aliquo crimine toleratur, quousque finitur iudicium accusationis per eum contra aliquem institutum.*
3 *Mulier prægnans non punitur corporaliter, nec relegatur*, ibid.
Etiam, quod esset prægnans ex adulterio, ibid.
Etiam, quod in carcere maliciosè concepisset, ibid.
4 *Et quid obseruandum sit post partum.*
5 *Et an possit examinari.*
6 *Et quomodo probetur prægnans, remiss.*
7 *Item differtur executio sententia abscissionis manus post partum, donec nutrix fuerit reperta.*
8 *Executio sententia criminalis an fiat diebus festiuis.*
9 *Feria vnde dicta.*
10 *Papa potest imponere pœnam mortis.*

Videamus a nunc, an sint aliqui casus, in quibus debeat ex aliqua causa b sententiæ capitalis executio differri. Et in primis reperio Cyn. *in l. 1. in secundo notab. C. de bon. proscrip.* tenuisse, quod si post condemnationem capitalem contra aliquem secutam compareat aliquis tertius, & dicat reum condemnatum sibi esse obligatum ad reddendam rationem alicuius mercaturæ, vel negotiationis, vel administrationis, vel huiusmodi, e eo casu differri debent executio, donec reddita esset ratio: quod etiam affirmat Cæpoll. *caut. 5.* Sed certe hæc cautela parum prodesset: nam quicquid sit de iure, contrarium seruatur de consuetudine, quia si non expecta huiusmodi redditione rationis, sententiæ capitales executioni mittuntur. Et ita seruari attestan-

tur scribentes *in d.l.r.* & in specie Ang. & Imola, prout illos refert Ang. *de malef. in verbo, Et ibi caput, n.31.* & Paris Put. *de synd. f.556.c.2.n.1.* & Pract. Car. *fol 552.n.82.* Idem fatetur Cæpoll. *in d.caut.5.* & Carau. *super ritu magnæ curiæ 259.post num.5.* licet dicat, quod ideo non seruatur de consuetudine, quia non petitur, Ias. *in l.seruum, in prin.num.3.ff.de lega.1.* Ego vero dicerem non esse denegandam breuem dilationem, puta bidui, vel tridui, ubi appareret illam non peti in fraudem differendæ, aut vitandæ executionis, nec subesset timor, quod con-
d demnatus posset de carceribus euadere, aut alterius scandali, modo ille tertius non potuisset prius petere talem rationem sibi reddi, atque ex eo quod non redderetur, pati posset aliquod præjudicium irreparabile, nemo enim ex aliena culpa damnum pati debet.

2 Est *e* etiam differenda executio sententiæ capitalis,
e quando reus, contra quem lata est sententia, alium de
f aliquo crimine *f* accusauit, donec judicium accusationis ab eo cœptæ perficiatur. Et ita tenent communiter omnes, ut dicunt Imol. *in l.is qui reus, n.24.ff.de publ.iud.* & Ang. *in ea.l.is qui reus, n.17.in fi.* Sed hoc credo, quod difficile esset obtinere in practica, præsertim si esset sus-
g picio, quod *g* in fraudem fuisset instituta talis accusatio.
3 Item est differenda executio, quando officialis, cui à principe jussum est, ut faceret aliquem decapitari, aut
h suspendi, videret *h* illud mandatum principis esse iniustum; nam deberet illius executionem differre, & principi rescribere. Et ita communiter tenetur, ut dicit Caret. *in pract.crim.f.223.num.110.* de quo vide quæ dixi supra *quæst.60.vers.solet dubitari.*

4 Sed *i* pone, quod reus decapitandus, aut furcis su-
i spendendus, aut aliter morti tradendus nolit pœnitere, nec peccata sua confiteri, nunquid propterea erit differenda executio ipsius sententiæ capitalis? Respond. Aliqui dicunt, quod omnino debet supersederi pro salute eius animæ, donec pœniteat, & peccata sua confiteatur: quod quidem omni studio judex curare tenetur, vt est tex. *in l.archigerontes, C.de episcop.aud.* Et dicit Cassan. *super consuet.Burg.fol.56.nu.125.* quod in hoc nemo facit dubium, licet subdat, quod contrarium vidit obseruari. Ego putarem bonum esse supersedere ab executione per aliquod spatium temporis, ubi non esset periculum in mora; cum salus vnius animæ, pro qua Christus mortuus est, videatur ceteris omnibus rebus anteponenda: Ita tamen, vt propter talem dilationem non differretur in alium diem executio. Et interea judex adhibitis etiam viris religiosis, & Deum timentibus debet illum hortari ad pœnitentiam. Ceterum non audere consulere judicibus inferioribus, ut vltra illud tempus inconsulto principe executionem differrent. Multa enim possent interea contingere, & Reipub. damnosa, & judicibus ipsis periculosa, vt aliquando in facto experientia docuit. Scias etiam, quod licet princeps, aut senatus judici rescribat, vt aliquem reum incontinenti, aut nulla interjecta mora morti tradat, debet tamen semper judex illi concedere competens spatium temporis, si sua peccata velit sacerdoti confiteri: & qui id negaret, malefaceret, & Deum, & proximum grauiter offenderet.

5 Differtur *k* etiam, ne sumatur supplicium de mulie-
k re *l* prægnante, vt est tex. *in l.prægnantis ff.de pœnis,* & ita
l jussit seruari Senatus in quadam Vrsina Melata capitaliter condemnata, quam mandauit custodiri, donec pareret, 28.Iul.1548.P.N. Et hoc locum habet non solum in pœna vltimi supplicij, sed etiam in quacunque alia pœna corporali. Et ideo quædam Maria Agniota, quæ fuerat condemnata in fustigatione, cum reperta esset grauida, fuit jussu Senatus in pace dimissa, 6.Aprilis 1554.P.N.

Quæro etiam, an si incidat aliquis dies feriatus, sit facienda executio corporalis. Resp. quod *m* de jure com- m muni non est facienda aliqua executio, neque etiam in diebus feriatis in utilitatem hominum, ut videtur text. *in l.si feriatis, ff.de feriis, & in l.custodiæ, ff.de publ. iud.* Consuetudo tamen aliter obtinuit; nam diebus feriatis in utilitatem hominum indistincte fiunt executiones criminalium sententiarum, etiam capitalium. Et in hoc nemo dubitat. Diebus autem feriatis in honorem Dei, vel sanctorum, & qui pro festis seruantur, quia scilicet cessatur ab operibus manualibus in toto populo, ego nunquam vidi exequi sententiam aliquam criminalem, in qua imponatur pœna sanguinis, & certe licet non esset peccatum, est tamen horrendum, & miserabile spectaculum, & à quo propter Dei reuerentiam est omnino abstinendum, prout etiam dicunt omnes Doct. *in c.1. de feriis,* teste Ang. ad Ang. *de malefic. in verbo, Inchoata facta, post n.12.* Leuis tamen castigatio quandoque permittitur etiam in die feriato. Et refert Pract. Millei. *f.34. n.34.* quod ita vidi practicari Tholosæ per quendam Regis Locumtenentem, qui in die Paschatis latronem, qui crumenam absciderat, cæsum virgis in auxilium misit. Quandoque etiam in enormissimis delictis solet fieri etiam in diebus feriatis capitalis executio, juxta tex. *in l. pen.C.de feriis.* Et ita seruari de facto attestatur Marcus *decis.409.n.2.* Apud nos tamen semper vidi executionem *n* in alium diem non feriatum differri. Et ita seruant n judices Deum timentes. Vide quæ dixi supra *quæst.50. versic. Pariter etiam, & quæst.64.vers. Quæro an tortura.*

Regulariter *o* autem non debent judices differre 6 executionem *p* sententiæ capitalis. Et dicit Angel. *in l. cum reus, in fi. C.de pœnis,* quod vidit quosdam assessores p gratificantes in differendo executionem pœnæ, vt criminoli gratiam habere possint: sed malefaciunt: *q* quia Amicus Dei est, qui interficit inimicos Dei. Vide quæ q dixi supra, *quæst.49.vers.scias etiam.*

ADDITIONES
Ad Quæst. XCVII.

V*Ideamus*] adde † vt per Menoch. *de arbit. iudic. qu.98.* vide 1 etiam Peguer. *in q crim.c.22.* vbi refert decisum fuisse, quod 2 condemnatio ad exulendum est differenda, & suspendenda, si ante condemnationem fuerat recomādatus pro debitis ciuilib. *B.*

b *Sententia capitalis executio differri*] adde quid de aliis sententiis, vide per Iac. Menoch. *de arb. iud. lib.1.qu.98.* Giach.

c *Eo casu*] Catt. *de execut. sent. c. fin. n.427.* Ross.

d *Non potuisse, &c.*] Hæc fuit limitatio Bald. quam retulit Caret. *post d.n.82.* vide ibid. *Guiot.*

e *Est etiam differenda*] Casum hunc in practica vide notatū 2 in personā Perpennæ, vt habetur ex Appiano Alex. *Ciuil.bel.lib.1.* per hæc verba videlicet Intercipientes itaq; illum quidam ex Equitibus ad Pompeiū attrahebant calumniis suorū agitatum, veluti Sertorij Dominum acclamante quoq; se multa Pompeio dicturum fore ex his, quæ seditiose Romæ gerebantur: Id autē, seu vere diceret, siue vt saluus duceretur ad eum fingeret priusquam ad cōceptum eius accessisset, Pompei iussu interemptus est, veritus fortasse, ne quid in expectatū ederet, alteriusve mali principiū gigneret in Vrbe, quòd per sapienter Pompeius visus est egisse inimmamq; illi postremo laudem, & gloriam attulit. Vide tamen, quæ dixi sup. *ad q.60. vers. solet dubitari.* Drog.

Est etiam differentia] Cartar. *d.c.fi.n.428.* Ros.

Est etiam differenda] adde † videndum Capy. *in dec.21.n.4.* Ba. 3

f *Accusauit*] Puta, si testes, atque producentem accusasset de falso, nam tunc supersedetur; quoniam si testes conuincerentur de falso, ex consequentia appareret de innocentia condemnati, vt per Cater. *pract.crim. §.hom. vlt. sub n.90.* vbi tamen limitat, nisi adsint alij testes numero opportuno. *Giach.*

g *In fraudem fuisset instituta*] Vt post relatos per Carter. vbi supra, & per Capyc. *dec.43.nu.4.* quem vide, quoniam in illa dec. alias ponit limitationes, quas non transcribo *Giach.*

h *Illud mandatum*] Cartar. *de execut. sent. c.fi.n.333.* Ros.

i *Sed pone, quod reus*] Cartar. *d.c.f.n.229.* Ros.

k *Differtur etiam.*] De hoc Cartar. *de exec. sent. c.fi.n.425.* Ros.

Differtur etiam] adde † quod nedū non sumitur supplicium de muliere 4 prægnante in quacunq; pœna corporali, sed nec in pœna [illegible] verisimiliter causetur aliquod quod periculū in partu, quæ [illegible], non solum iter facere, etiam quod esset prægnans ex [illegible], & in carcere concepisset malitiose, vt eu taret pœnam. Gomez. *de del.* [illegible] & Io. de Arian. *in c. anselm. n.7. de his, qui fil. occidunt,* & per Gom. *loco* [illegible] habetur † quòd executio sententiæ statim post partum debet fieri [illegible] condemnata ad mortē naturalē, si vero ad aliam pœnam corporalem, debet diff. [illegible]

differri, donec sit fortis, vt possit eam sine periculo mortis pati; & si filius natus habet, vnde possit alimentari, debet quæri nutrix, quæ ipsum alat suis expensis: si vero non habeat bona, & repetiatur nutrix, quæ illum gratis nutriat, debet solui de publico: & si non repetiretur nutrix pretio, nec gratis, illa mater condemnata debet seruari, & executio sententiæ differri. Et
5 quod † cum prægnante bene possit agitari processus, & iurare, & deponere tanquam pars, vel testis, nisi sit periculum partus, quia ducatur de longe, & feratur sententia condemnatoria, li-
6 cet differatur executio, & quomodo † probetur prægnantia, late per Mascar. *de probat. concl. 128. vol. 3.*
7 Item † adde, quod etiam esset differendum, si esset condemnata ad amputationem manus, donec nutrix fuerit reperta. Alb. *in l. Imperator, la 2. ff. de stat. hom.* Afflict. *in constit. pessimum num. 16.* Baiar.

l *Prægnante*] Ad idem adde atque vi. per Carer. *in pract. crim. §. homicidium vltimo, sub n.* 8. Giach.

m *De iure communi*] Cattar. *sup. n. 43°. & seq.* Ros.

8 n *Apud nos tamen*] adde, † quod ita fieri debet, vt dicit etiam Bal. *in d. l. penult. C. de feriis,* & de hoc etiam vide Boer. *in decisio. 159. nu* 8. vbi dicit, quod nec in crimine læsæ Maiestatis facienda est executio in diebus in honorem Dei feriatis, exceptuando tamen executiones contra insignes latrones fiendas,
9 quæ de iure speciali omni tempore fieri possunt, & † feriæ dicuntur à feriendis victimis, eo quia erant dies cessationum ab opere, & ab epulis ferendis, in talibus enim epulæ fiebant. Fab. de Monteleo. *in prax. arbitr. fol. 478. par. 6. q. 3.* vbi latissime de materiam feriarum, & quotupliciter considerentur. *Baiar.*

o *Regulariter autem*] Alios quam plures casus, in quibus differtur executio contra regulam, vide per discursum apud practic. Carer. vbi sup. *Giach.*

Regulariter autem] Cattar. *de exec. sent. c. fi. n. 411.* Ros.

p *Sententia capitalis*] adde vt per Iac. Menoch. *de arbitr. lib. 1. cod. 498. n. 5.* Et vide per eundem etiam *lib. 4. cent. 4. supra 334.* Giach.

q *Quia amicus Dei est*] adde, quod non tamen ita sunt amici Dei, qui dicantur à lege latrunculatores teneanturque absolutionem impetrare, si postmodum ad sacerdotium pro- moueri volunt, quia licet fortasse actualiter sanguinem non effuderint potentialiter tamen, secundum eorum intentionem insontes non fuerunt, & Quint. Mandos. *tract. de Signat. grat. fol. 56. in li. meo, à tergo;* Contrarium tamen sentit Boss. *tit. de princ. sub nu. 209.* vide in proposito quæ dixi supra *ad qu. 87. versi. Punctus est*
10 *q. 93. versi. si index.* Nota tamen, quod Papa potest † imponere pœnam mortis, statuendo, sed non exequendo, ad Felin. *in c. si Coll. mihi secunda ad med. extr. de maior. & obed.* Drogh.

QVÆSTIO XCVIII.

Quæ executionem sententiæ capitalis expediant.

SVMMARIVM.

Ex Claro.

1 *Ex quibus causis possit executio sententiæ capitalis impediri.*
Et quid si condemnatus confugiat ad Ecclesiam, ibid.
Et quid si dum ad supplicium ducitur, transeat per Ecclesiam, vel cæmiterium, ibid.
2 *Et quid si amplectatur sacerdotem portantem sacram Eucharistiam.*
3 *Et quid si ipse sumpserit sanctissimum sacramentum.*
4 *Et quid si dicat, se prius, quam delinqueret, fecisse votum ingrediendi religionem.*
5 *Et quid si dum ducitur ad supplicium, obuiam habeat Cardinalem.*
6 *Et quid si meretrix petat illum in maritum.*
7 *Et quid si post condemnationem effectus sit furiosus.*
8 *Et quid si post sententiam latam appareat de ipsius condemnati innocentia.*
9 *Et quid si in actu ipso executionis frangatur laqueus, vel huiusmodi.*

Ex Additionibus.

1 *Mortis pœna quomodo possit à condẽnato euitari, remiss.*
2 *Confugiens ad sacerdotem portantem Eucharistiam, an, & quando liberetur.*
3 *Et quid si obuiet Cardinali, remissiue.*
4 *Et quid si meretrix petat condemnatum in maritum.*
4 *Executio differtur quando post sententiã liquet de innocentia rei.*
5 *Sententia post decennium quando tractari possit in criminalibus inconsulto Principe.*
6 *Et quid si sit lata vigore statuti, quod contumax habeatur pro confesso.*
Felin. impugnatur, ibid.
7 *Absolutio potest retractari inconsulto Principe, si reus post absolutionem confiteretur delictum.*
8 *Laqueus si rumpatur, dum quis suspenditur, an reus liberetur.*
9 *Et quid in praxi Auctor obseruauerit.*
10 *Sodomita non liberatur si frangatur laqueus, dum suspenditur.*
Luca de Penna error, ibid.
Fab. de Monteleo, lapsus, ibid.
11 *Meretricem scienter in vxorem accipiens, est melioris conditionis, quam alij.*

SVccessiue *a* videamus, an sint etiam alicui casus, quibus possit ex aliqua causa sententiæ capitalis executio impediri. Et in primis quæro, nunquid si condemnatus forte dum ducitur ad supplicium, confugiat ad Ecclesiam, debeat in pace dimitti. Resp. quod sic, vt dixi supra *q. 30. vers. Scias autem,* vbi etiam dixi, quid si condemnatus dum ad supplicium ducitur, transeat per Ecclesiam, vel cæmiterium. Multi tamen sunt casus, in quibus Ecclesiarum immunitas non prodest delinquenti Et ideo multo minus debet prodesse iam condemnato, ut *in d. qu. 30. per tot.* 1 *a*

Sed *b* pone, quod condemnatus ad mortem aufugiat è manibus satellitum, & *c* amplectatur sacerdotem portantem sacratissimam Eucharistiam, nunquid erit liberandus? Resp. Glos. *in c. quæsitum, in gl. vnica, 13. qu. 2.* dicit quod non: sed contrarium tenent communiter Doctor. vt dicit Gomes. *in §. pœnales, post n. 50. Instit. de actio.* quem refert Viuius *in lib. communium opin. in verbo damnatus ad mortem.* Et ideo tenendum est, quod sit liberandus, perinde ac si ad Ecclesiam confugisset. Vide quæ dixi supra *q. 30. versic. Vltimo quæro.* *b* 2 *c*

Sed quæro, Tu scis, quod Ecclesia permittit reos ad mortem condemnatos post confessionis sacramentum sumere sacram Eucharistiam, vt dixi infra *quæst. proxim. vers. sed quæro nunquid poterit condemnatus,* sumpto sanctissimo sacramento, dicere se esse liberatum? Resp. quod non Et ita plures iudicatum fuisse refert Igneus *in l. 1. in pr. n. 5. ff. ad Sylle.* Hoc enim modo Ecclesia, quæ est cultrix iustitiæ fieret auctrix iniustitiæ: quod nullo modo est dicendum, Bene (vt ibi dixi) est differendum supplicium in aliam diem sequentem. 3

Sed quid si condemnatus dicat, quod antequam delictum committeret, fecit votum ingrediendi religionem? Resp. Aliqui tenent, quod non modo est supersedendum ab exequutione, sed etiam quod non attenta sententia contra eum lata, est remittendus ad iudicem Ecclesiasticum. Et quod super hoc, an scilicet eo tempore tale votum emisisset, standum est eius iuramento. Et hoc ab omnibus receptum esse dicit Placa, *lib. 1. de delict. c. 35. n. 6.* Hanc etiam dicit esse communem opi. Viuius *in lib. communem opin. verbo Ordo Ecclesiasticus,* vbi etiam refert Girard. *sing. 51.* attestari, quod ita seruatur in practica, qui tamen *in lib. meo* hoc non dicit. Certe apud nos hæc cautela parum prodesset: nam præsupposito etiam voto, non credo, quod ante impressionem characteris clericalis, vel susceptionem habitus, dici possit a iurisdictione seculari exemptus. Et si hoc admitteretur, omnes fere, qui non essent coniugati, possent facile pœnam mortis euadere: quod esset absurdissimum. Et ideo recte dixit Cassan. *super consuet. Burg. fol. 51. post n. 69.* quod non credit, quod istud obseruaretur in practica, quem refert Didac. *pract. 32. post n. 4. vers. cæterum quidem.* 4

5 Vlterius *d* quæro, quid si condemnatus, dum ad supplicium ducitur, *e* obuium habeat Cardinalem, qui pileum suum, siue galerum purpureum in capite ipsius *f* condemnati poni faciat, nunquid *f* erit liberandus? Respon. Bal. *in l. addictos, in fi. C. de appell.* dicit, quod Cardinales ex consuetudine habent hoc priuilegium, ut si obuiam facti sint condemnato, possint eum à *g* morte liberare. Idem attestatur Io. Sanson *super consuet. Turon. in tit. des crimes, art. 1. in fi.* Gomes. *Arias super l. 2. Tauri, nu. 85.* Et dicit Placa *lib. 1. delictorum, c. 34. nu. 1. in fi.* quod tota fere vtriusque juris schola in hoc consentit. Hanc etiam dicit esse communem opi. Gomes. *in §. pœnales, n. 50. Instit. de actio.* Ita etiam in practica obseruari attestatur Paul. de Castro, & alij, quos refert Tiraq. *de pœnis, causa 55.* & Cassan. *super consuet. Burg. fol. 53. nu. 101.* licet dicat se non credere, quod apud ipsos istud obseruetur: quem refert Remig. *de immun. Eccles. fol. 83. in 19.* limitat. Ita etiam de consuetudine dicit Paris Put. *de synd. fol. 356. nu. 2.* & Duennas *reg. 81.* Ego nunquam vidi hoc in practica contingere: si tamen casus contingeret, essem in sententia, vt posset pœna mortis mitigari, & reus ad triremes transmitti: & hoc in reuerentiam amplissimi ordinis Cardinalium, qui æquiparantur regibus, vt dixi sup. *lib. 2. § Cardinalis*, & in quibus residet tota fere, majestas Christianæ reip. Et hoc, nisi crimen, pro quo ille fuisset condemnatus, esset ex atrocissimis, vt etiam videntur sentire Doct. præallegati.

6 Quæro *h* etiam, quid si cum condemnatus ducitur ad supplicium, compareat meretrix, quæ petat illum sibi dari in maritum, *i* nunquid debet condemnatus liberari, & illi meretrici conjugio copulari? Respond. Aliqui dicunt, quod sic. Et ita practicari in Hispania attestatur Paris Put. *de syndicatu, fol. 355. num. 2. in fin.* quem refert Ant. Gomes. *c. 13. delictorum, post num. 37. vers. quintus casus*, & Didac. *in epito. super 4. decretal. fol. 48. n. 17.* & Viuius *communium opin. in verbo, Condemnatus ad mortem, ver. 3.* & Pract. Carer. *fol. 553. n. 85.* Placa *lib. 1. delictorum, c. 34. nu. 6.* Ita etiam obseruari de generali consuetudine totius Franciæ attestatur Chassan. *super consuet. Burgun. in tit. des justices. §. 5. n. 97.* quem refert Rub. *super consuetudine Aluer. fo. 26. vers. 11.* casus, vbi tamen subdit, quod hoc Papiæ obtinere non potuit: refert etiam Mantua *in l. transigere, post num. 65. C. de transact.* & dicit Chassan. *in consuetud. Burgun. §. 5. verb s'il n'a grace, vers. 12. casus, tit. des justices & droits d'scelles*, quod ratio potest esse, quia majus supplicium est illi condemnato accipere vxorem, quam mori: Tu dic, quod forte potuit esse ratio, vt hoc pacto anima illius meretricis reduceretur à statu perditionis ad viam salutis, transeundo à meretricatu ad matrimonium. Sed certe hæc practica in hoc Ducatu non obseruatur. Et dicit etiam Tiraq. *de pœnis, causa 65. in fi.* se nescire, an olim id in Gallia fuerit obseruatum: bene certo scire, quod hoc tempore non obseruatur. Semel tamen vidisse illud in facti contingentia obseruari per parlamentum Parisiense attestatur Papo *lib. 24. tit. 10. arresto 14.*

7 Præterea quæro, nunquid si post condemnationem reus efficiatur furiosus, debeat nihilominus sententia contra eum lata exequi? Dixi supra *q. 60. vers. sed quæro.*

8 Sed nunquid si post sententiam latam *k* appareat de innocentia rei, debet, eo non attento, exequi sententia contra *l* eum lata? Respon. quod non. Ita dicit Innoc. *in c. significantibus, in fi. de purg. vulg.* quem sequuntur communiter Doct. ut dicit Marl. *in pract. crim §. opportune, n. 7. & in §. vltimo, nu. 13.* Gram. *conf. cri. 16. nu. 23.* Et potest poni exemplum, puta, si ille, qui dicitur occisus ab ipso condemnato, appareat viuus, vel hujusmodi. Vide, quæ dixi sup. *qu. 52. circa p.* Scias *m* tamen, quod non debet judex hoc casu reum absoluere: nam neque potest id facere, cum lata sententia jam sit functus officio suo, sed debet supersedere, & Principi rescribere, *l. 1. §. si quis vlt. ff. de quæst.* Et ita notant communiter Doctores, ut dicit Ant. Gomes. *c. 8. delictorum, post nu. 4.*

Vltimo *n* quæro, quid si in ipso actu executionis 9 contingat, quod vel securis non possit caput amputare condemnato, vel *o* laqueus rumpatur, ita ut non potuerit remanere suspensus, nunquid erit reus liberandus tanquam innocens? Resp. De jure credo, quod hoc parum prodesset: nam omnino est exequenda condemnatio juxta formam sententiæ, in qua communiter solent addi illa verba, *Furcis suspendatur, ita quod moriatur*, secundum practicam, quam semper obseruant assessores, teste Iac. de Beluis. *in pract. crim. in tit. de sent. cri. post n. 8.* & Fulg. *in l. præsenti, C. de iis qui ad stat. confug.* quem refert pract. Carer. *fol. 521. n. 17.* Et ita se vidisse in practica obseruari attestatur Papo *lib. 24. tit. 17. arresto 14.* Nihilominus quando hujusmodi casus de facto contingunt, video plerunque non modo vulgus ignarum, sed etiam viros doctos subsistere, præsertim quando reus prius quam ei inferatur supplicium, protestatur se esse innocentem, & dicit Io. Arn. *soliloquio 5.* Laqueus contritus, quod cum hic casus ex facto contigisset, ipse respondit, quod ille erat liberandus. Dicit etiam Boss. *in tit. de fauoribus defensionis, n. 11.* quod tunc iste casus contingerat in quodam condemnato in amputatione capitis, cui securis caput amputare non potuit: Et dicit se certo credere, quod esset euasurus. Dicit quoque Chass. *super consuet. Burgun. fol. 55. post n. 124. vers. addo & alium*, quod vidit casum contigisse, & quod ille condemnatus, aliquo modo *p* probato miraculo, fuit per curiam relaxatus. Reperio etiam, quod Cremonæ quidam Marchetus Capriolus laqueo suspensus, & pluries à carnifice pedibus calcatus, cum expirasse crederetur, cecidit fracto laqueo, & à seipso surrexit incolumis. Et Senatus jussit, vt per dies aliquot supersederetur, intra quos posset & pacem, & gratiam impetrare, & ita (ni fallor) habita gratia à Principe fuit dimissus 10. Maij 1546. P.N.

ADDITIONES
Ad Quæst. XCVIII.

a *Vccessiue videamus*] adde, quod † Chassan. *super consuetud. Burg. fol. 18. n. 15. accumulauit 24. casus.* in quibus secundum 1
eum condemnatus potest euitare mortem. *Baiar.*

b *Sed pone*] Item adde, † quod forsan esset liberandus, si con- 2
demnatus fuisset pro delictis, quæ immunitatem ecclesiæ haberent, secus autem si pro homicidio deliberato, vel pro assassinio, vel alio simili delicto; propter quod in Ecclesia non fuisset tutus alias hoc absurdum sequeretur, quod melioris conditionis esset condemnatus, quam condemnandus, sed in quocunque casu arbitror, quod in practica non esset liberatus, sed sententia exequeretur, & de hoc vide etiam Couarr. *var. resolut. cap. 10. n. 6.* Baiar.

c *Amplectatur sacerdotem*] Cartar. *de execut. d. tit. sub nu. 428. in fin.* Ros.

d *Vlterius quæro*] adde † videndum Barbat. *in tract. de pra-* 3
stan. Card. *in q 9. 1 par.* vbi impugnat hanc consuetudinem, siue priuilegium: & quatenus verum esset, illud pluribus modis limitat, scilicet in crimine falsi, læsæ Maiestatis, hæresis, vel horrendi criminis: & ibi etiam dicit, quod tale priuilegium non posset exerceri per substitutum. Idem tenuit Plac. *epit. delict.* non bene visus per D. Clar. *in cap. 34.* hic allegat. *n. 2.* vbi multum notabiliter impugnat, & detestatur dictam consuetudinem, siue priuilegium, subdens si vere tale priuilegium à Papa emanatum fuisset, quod in terris Imperij locum non haberet, de hac materia late tradit Tiraq. *de pæn. caus. 55.* vbi ostendit honorem hunc delatum olim fuisse virginibus vestalibus. *Baiard.*

e *Obuiam habeat Cardinalem*] Non est sine auctoritate antiquorum hæc reuerentia. Nam Teste Plutarcho in vita Numæ Pompilij, sic etiam de vestalibus loquitur, & si casu in quempiam inciderint, cum ad lætum agitur, necari eum non licet. *Drogh.*

f *Nunquid erit liberandus*] Chartar. *de exec. sent. c. fi. sub num 428.* Ros.

g *A morte liberare*] adde idem per Lu. Carer. *in pract. crim. §. homicidium vlt. n. 74.* vbi retulit Cæpol. qui ponit hanc cautelam *in 1. caut.* vt procuret, vt Cardinalis transeat per viam, per quam ducitur cõdemnatus ad supplicium, & obuiam sibi faciat, & apponat in capite condẽnati pileum, & erit liber. Mihi tamen magis

magis placet opinio Auctoris nostri, & Catter. etiam ibi ponit, quid de filio Regis, & alios casus, in materia liberationis quos non transplanto, quia etiam alibi plenius tractantur. *Giach.*

4 h *Quæro etiam*] adde, † quod idem tenuit Guiliel. de Bened. *in repet. cap. Raynutius, fol* 108. *n.* 249. vbi dixit, non esse de iure, & Boer. *in decisio.* 217. *num.* 20. dicit pluries vidisse hoc seruari in puella rapta petente raptorem, sed quo ad hominem condemnatum ad mortem vidit seruari contrarium: si hoc modo executio sententiæ capitalis impediretur, vtique omnes condemnati, qui non haberent vxores, euaderent, & Iacob. de Beluis. in sua *pract. crim. in rubr. de iniur. n.* 33. dicit, condemnatum de iure non esse tradendum meretrici; & hoc non potest fieri per Iudices de iure, vt dicit Cassan. in loco hic allegato, sed per Principem. Idem tenet Neuiz. in sylua Nupti. in verb. est nubendum, sub *n.* 33. scilicet, quod, de iure communi non possit hoc modo liberari, & ad hoc allegat text. in l. commissum C. de adult. ex consuetudine autem Franciæ per petitionem liberatur à morte, vt tradit Tiraquel. *de pœn. caus.* 56.

Item adde, si condemnatus hoc modo esset liberatus, non posset dicere matrimonium esse nullum, tanquam metu factum, vt per Couar. *in* 4. *Decret.* 2. *part.* 1. *par. c.* 3. *§.* 4. *n.* 17. Et accipiens meretricem scienter in uxorem est melioris conditionis, quam alius, quia est certus de qualitate suæ vxoris. *Baiard.*

i *Nunquid debet*] Cattar. *de execut. senten. n.* 428. *c. fi.* Rof.

k *Appareat de innocentia rei*] adde supr. *q.* 94. *versic. est etiam, ibi, si velit innocentiam suam demonstrare*; Probatur autem innocentia etiam per torturam, quando condemnatus admittitur ad nouas defensiones, vt expresse dicitur supr. *q.* 4. *versic. forma autem, ibi, si vere non probat:* vide supr. *ad qu.* 4. *versic. Hac autem omnia:* vbi dixi, quia ex impossibili, de quo quis imputatur, probatur innocentia; *supr. qu.* 52. *vers.* 1. *Dixi ex mente Ciceronis supra ad qu.* 94. *versic. est etiam, & ad q.* 4. *versic. Hac autem omnia*; & in proposito huius versiculi ad finem, videlicet, quod Iudex functus sit officio suo, vide Dec. *in l. etsi nihil, in pr. ff. de reg. iur.* vbi quod immo Iudex ex officio succurrere potest. *Drogh.*

Appareat de innocentia] Hic etiam nota, quod bannitus pro homicidio, ad mortem, & habitus pro confesso, & conuicto, potest nihilominus se ostendere innocentem, vt habetur per Natt. plene, qui spinas nonnullas etiam euellit *suo consil.* 444.

4 Item, quod differatur † executio, vbi post sententiam liquet de innocentia rei, vel vbi iudex videret iniustam esse sententiam, habetur per Lud. Carer. *in pract. crim. §. homic.* vltimo post citatos, *num.* 77. *&* 78. Giach.

l *Contra eum lata*] Cattar. *tract. de execut. sent. c. fi. n.* 39. Rof.

m *Scias tamen*] Catt. *d. c. fi. n.* 47. *& n.* 316. Rof.

5 *Scias tamen*] adde, † quod in multis casibus sententia criminalis etiam post decennium retractari potest absque consultatione Principis, secundum Marsil. *in pract. crim. §. oportune, hic allegato, num.* 14. & Fel. *in c. consanguinei, & c. lator.* 7. *declar. de re.*

6 *iud.* vbi inter alios casus ponit, quod quando † quis condemnatus esset vigore statuti, quod contumax habeatur pro confesso, eo casu poterit iudex retractare sententiam inconsulto Principe, & Fel. sequitur Natt. *consil.* 444. *n.* 14. *vol.* 1. Verum Boss. *in tit. de remed. cont. bann. n.* 3. impugnat dictum Fel. & bene, alias sequeretur, quod omnes sententiæ criminales possent retractari à iudicibus sine licentia Principis, cum omnes sint latæ vigore d. statuti, quod esset absurdum, & inconueniens, & valde periculosum. Sed quomodocunque sit, ego consulo iudicibus, vt non audeant retractare sententias capitales condemnatorias inconsulto Principe, ne aliquid mali eis contingat, & hoc consilium etiam dedit Fel. *in d. c. consanguinei, & in c. de his, de accusat.* & Bart. *in consil.* 107. & ita ego semper obseruaui, (licet in omnibus gubernijs mihi commissis magnam habuerim auctoritatem, quia semper fui Gubernator in capite, gerendo vices Principis cum facultate gratiandi,) & ita faciendo, nemo errare poterit: in casu vero posito per Ias. *in l. admonendi, ff. de iureiur.* quem refert Boss. *in tit. si aduersus rem iudic. n.* 18. videlicet, quod † quando absolutus postea fateretur

7 delictum commisisse, sententia posset retractari sine aliqua consultatione Principis, & hoc seruaui, quia retractaui sententiam, siue per Auditores meos seruari feci, eum puniendo, & non curaui consulere Principem. *Baiard.*

8 n *Vltimo quæro*] adde Lucam de Pen. *in l.* 1. *col* 7. *versic. sed pene damnatus, C. de desert. lib.* 12. vbi dicit, quod Princeps est consulendus, quando est dubium, an id miraculose euenerit, & non interuenerit fraus, & protestatus fuerit de innocentia, quem refert, & sequitur Boer. *decisio.* 217. *n.* 18. Et in dubio præsumitur miraculose factum, vt per Alciat. *de præsumpt. reg.* 3. *præ-*

9 *sumpt.* 44. *nu.* 6. Et † cum mihi euenisset casus in ciuitate Asculana, vbi eram Gubernator de anno 1568. tempore Pij Papæ V. in quodam bannito nuncupato *F. necchie*, Populus acclamabat illud miraculose accidisse, & quod ideo non deberet amplius suspendi. Sed ego parum credens huiusmodi miraculis, statim mandaui Mag. D. Carolo Vittutio de Narnia locumtenenti meo, vt faceret laqueum duplicari, quo duplicato bannitus remansit suspensus, & postmodum reperij apud Cagnol. *in l. fauorabiliores, ff. de regul. iur.* quem tunc non videram, quod ita factum fuerat per Gubernatores Ciuitatis Alexandriæ, & ibi dicit etiam Cagno. quod liberatio non spectaret ad Magistratum, nec ad populum, sed tantum ad Principem. Tiraq. *de pœn. caus.* 64.

Item † adde, quod propter huiusmodi miraculum, dato, quod 10 condemnati venirent liberandi, hoc tamen non procederet in condemnato propter nefandum vitium sodomiæ, quia laqueo fracto pluries, vltimo supplicio tradendus esset, donec cum effectu anima ab eius corpore separetur, vt tradit Luc. de Pen. *in l. fin. ex prætoriano colum.* 3. *C. de exact. lib.* 12. quem sequitur Fab. de Monteleon. *in praxi arbitr. par.* 3. *fol.* 201. *n.* 406. Sed hoc mihi non placet. Nam si fractura laquei est signum innocentiæ, ita potest esse innocens condemnatus ex hoc crimine, sicut condemnati ex aliis delictis. *Baiard.*

o *Laqueus rumpatur*] Cattar. *tract. de execut. sent. in præfat. n.* 58. *& seq.* Rof.

o *Probato miraculo*] Non debet tamen haberi pro miraculo, alio non sequuto, ex quo aduersatur Conc. Trid. *sess.* 25. *titul. de inuocatione, & veneratione, ibi, Nulla etiam admittenda miracula*, vide *in addit. ad Dec. in l. fauorabiliores in fi. ff. de reg. iur.* Quod dubium est circa probationes virum Reus sit innocens; vt est, quando quis condemnatur ex vehementibus præsumptionibus, licet contra ius, & iustitiam, vt est in exemplo *supra §.* 1. *versic. sunt etiam in fi. & q.* 92. *vers. scias tamen q.* 21. *versi. inimicitia, & versic. scias tamen ad finem.* Tunc liberari potest sic euadens; secus autem quando clare constat condemnatum deliquisse, nec est aliqua dubitatio super probationibus contra Reum factis: Non enim aliquando desunt incantationes, vt ibidem; Hoc tamen late, quando euenit, dici posset miraculum, quia raro sic accidit, vt per Dec. *in l. ea, quæ raro, ff. de reg. iur.* Drogh.

QVÆSTIO XCIX.

Quæ sit forma exequendi sententias capitales.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Quæ sit forma exequendi sententias corporales.*
2 *Et quid si reus nolit peccata sua confiteri, remissiue.*
3 *Et an capitaliter condemnatis dandum sit sanctissimum Eucharistiæ sacramentum.*
4 *Iudex an possit cogere aliquem, vt carnificis officium exerceat.*
5 *Expensa iustitiæ ad quem pertineat.*
6 *In quo loco fieri debeat executio iustitiæ.*
7 *Condemnati ad ignem an sint viui comburendi.*
8 *Animal irrationale, quod aliquod maleficium commisit, an sit per carnificem morti tradendum.*
9 *Quando aliquis reperitur condemnatus pluribus pœnis corporalibus, quomodo est facienda executio.*

Ex Additionibus.

1 *Iudex potest dare licentiam, vt condemnatus ad mortem per viam occidatur, si dubitetur, quod, dum ducitur ad supplicium, in itinere aufratur.*
2 *Condemnatus ad mortem non potest occidi.*
3 *Vilis persona potest cogi ad faciendum officium carnificis.*
4 *Salarium carnificis quantum debeat esse.*
5 *Carceratus, qui poterat condemnari ad opus publicum, potest condemnari ad officium carnificis.*
Item potest Iudex facere gratiam reo morituro si velit dictum officium exercere, ibid.
6 *Iudex, qui reum mortis occidi fecit non pro tribunali, nec in loco solito, sed in conuiuio, & delitiis, vt meretriculæ complaceret, quæ volebat id videre, quomodo sit puniendus.*
7 *Delinquentes debent publice puniri, nisi de licentia Principis, & ad requisitionem parentum.*
8 *Ignis pœna quando imponatur, remiss.*
9 *Animal irrationale si delinquat, an teneatur Dominus.*
Deformatus ab aliquo animali ob deformitatem non potest agere contra dominum, ibid.
Occidens animal defensionem non tenetur domino, ibid.
10 *Et si coierit muliere, comburitur vna cum ipsa.*
11 *Sententia condemnatoria ad mortem, non exprimens genus mortis quomodo sit exequenda.*
12 *Et quid de sententia condemnante ad plures pœnas.*
13 *Et quid seruetur in practica.*
14 *Bannitus ad caput, & furcas, quomodo sit puniendus.*
15 *Furcarum pœna an sit maior amputatione capitis, vel econtra.*

1 a QVæro *a* quæ sit forma exequendi sententias corporales; Resp. quod ex mandato iudicis, reus consignatur collaterali, qui præest satellitibus, ut per ministrum iustitiæ illam exequi faciat, & ita seruatur. Si tamen condemnatio est capitalis, laudabilis est consuetudo, quod talis sententia intimetur condemnato per virum religiosum, qui accommodatis verbis reo mortem denunciat, illumque hortatur ad patientiam, & pœnitentiam peccatorum suorum, & sacramenta ecclesiæ suscipienda, & vbi supplicium in alium diem differatur, mittuntur etiam viri religiosi, qui eum confortent, prout etiam seruari attestatur Paris Put. *de synd. f.* 208. *in verbo, Condemnatio c.* 2. *nu.* 1. Mars. *in pract. crim. §. quoniam, post nu.* 51. Et dicit pract. Iod. *c.* 150. *nu.* 3. quod in hac laudabili consuetudine omnes fere conueniunt, quam ipse valde eleganter exornat. Et quia hæc varie in diuersis locis seruantur, attendenda est consuetudo vniuscuiusque prouinciæ.

Sed quid si reus nolit pœnitere, nec peccata sua confiteri? Dixi supra *q.* 96. *vers. Sed pone.*

Sed quæro, nunquid capitaliter condemnatis dan-
3 dum sit sanctissimæ Eucharistiæ sacramentum? Resp.
b Ecclesia *b* quidem permittit illud eis communicari, vt est tex. *in c. quæsitum* 13. *q.* 2. Et ita tenent communiter Doct. ut attestatur Ant. Gomes. *c.* 15. *delictorum, post n.* 6. *vers. Item adde, quod potest.* Et dicit pract. Iod. *in d. c.* 150. *nu.* 4. quod hunc laudabilem morem sequuntur hodie pleræque Romani imperij ciuitates, aliique pij, deuotique magistratus. Sed in plerisque regionibus hoc non seruatur, & in specie in hoc Ducatu, neque etiam in Gallia, ut attestatur Igneus *in l.* 1. *in pr. n.* 6. *ff. ad Syl.* neque in Hispania, ut ait Gomes. *in loco præalleg.* Sciendum est tamen, quod eis vbi daretur, eo casu propter sanctissimi Sacramenti reuerentiam non deberent illo die, quo communicant, vltimo supplicio affici. *c* Extre-
c ma autem vnctio non debet dari capitaliter condemnatis. Ita dicunt DD. ut attestatur Gomez. Arias *super* 2. *lege Tauri, n.* 67. & ita in practica obseruatur.

Sed *d* pone, quod in ciuitate nullus sit carnifex, siue
4 minister iustitiæ, qui sententiam capitalem exequatur:
d nunquid poterit iudex propter publicam vtilitatem cogere aliquem hominem liberum, vt sit carnifex, siue executor, etiam quod ipse in nihilo deliquerit? Resp. quod sic, si est vilis persona: ita tenet Bart. *in l. fi. §. Titium, n.* 3. *ff. de pign. act.* quem sequuntur omnes, vt dicit Gaspar. Valasc. *in repet. l. Imperium, post n.* 17. *ff. de iurisd. omn. iud.* & refert Paris Put. *de synd. fol.* 324. *n.* 5. quod ita vidit obseruatum Baroniæ, quod scilicet captus fuit quidam peregrinus, licet videretur persona honesta, vt decapitaret quendam nobilem: quod (secundum eum) fuit male factum: nam ad hoc officium non debent compelli nisi personæ viles, puta, serui, & similes. Dicit autem ibi Paris, *e* quod quando officiales capiunt ali-
e quem seruum, vel mendicantem pro facienda iustitia, debent ei soluere mercedem quinque aureorum, vt videtur text. *in l. diuus, ff. de bon. damnat.*

Quæro *f* hic, ad quem pertineat expensa executio-
5 nis iustitiæ, puta, furcarum, carnificis, &c. Resp. quod
f pertinet ad fiscum. Et ita decisum fuit per Capel. Tholos. *decis.* 41. quod intellige, vt præcedat, nisi adsit consuetudo in contrarium: puta, quia communitas loci esset in possessione furcas suis impensis erigendi, vt est in multis locis: nam eo casu non esset ab ipsa consuetudine recedendum.

6 Item *g* quæro, in hoc loco fieri *h* debeat executio
g iustitiæ. Resp. quod debet fieri in loco consueto. Et ita
h regulariter obseruatur, præterquam in famosis latronibus, illi enim suspendendi sunt in loco, vbi grassati sunt, vt dicit text. *in l. capitalium, §. famosos, ff. de pœn.* Et hoc vt sint solatio consanguineis occisorum, & aliis terrori. Aliqui tamen, etiam in non famosis, faciunt erigi furcas in loco, in quo factum est commissum, quod se vidisse sæpissimè obseruari attestatur Marian. *in repet. c. qualiter, & quando, n.* 160. & dicit Bald. *in l.* 1. *C. de Nili, agge non rumpendo,* in primis verbis, quod ita fit in multis locis, prout etiã dicit Ang. *de malef. in verbo, vsq; ad locum,* se fecisse obseruari Perusij: quod tamen mihi non placet; neque etiam placet Aug. ibi in Apostil. nisi esset enormissimum delictum: neque ego id apud nos vidi vnquam obseruari, nisi in grassatoribus viarum, prout fuit quidam Antonius Lambertus, qui in domo campestri robariam commiserat; iussus enim fuit duci ad locum delicti, & ibi suspendi 9. Nouemb. 1555. P. N. & alij multi. Bene dicit Boss. in tit. de execut. sentent. quod ita sæpe fieri vidit, maxime tempore regis Gallorum, sed eo tempore ego nondum eram natus.

Vnum *i* tamen in hoc proposito notabis, quod quam- 7
uis lege, aut statuto caueatur, aliquem propter aliquod i
delictum esse flammis *k* comburendum, prout in cri- k
mine hæresis, sodomiæ, & falsi, & aliis, de quibus dixi *supra q.* 68. vsus tamen obtinuit, ut prius stranguletur, quam comburatur. Et ita apud Christianos seruari attestatur Didac. *lib.* 2. *resol. c.* 10. *n.* 9. *in fi.* Et hoc obseruari etiam in relapsis vere pænitentib. attestatur Simancas *de hæret. c.* 55. *n.* 15. Et hoc ad euitandum periculum, ne propter lentum, & atrox genus mortis, condemnatus forte in desperationem inducatur. Et si casus contingeret, ita omnino seruabis, quicquid dixerit Corset. *in suis singul. in verbo Pœna,* vno tantum casu excepto, scilicet quando damnatus propter hæresim nollet pœnitere, neque ad catholicam fidem redire, nam eo casu vtique esset viuus exurendus, prout etiam in Hispania seruari affirmat Didac. *in loco præalleg. post num.* 10. *vers. tandem in Hispania.* Quum enim nulla sit spes salutis, parum est de eius desperatione curandum.

Quæro *l* etiam, si animal irrationale aliquod deli- 8
ctum commiserit, (si tamen præsupposita carentia ra- l
tionis potest delictum appellari) puta, quia hominem interfecerit, vel huiusmodi, nunquid debet iudex illud animal punire pœna mortis; Resp. de iure dicendum est, quod non; nam merum imperium non exercetur in belluas. Et hæc est communis opin. vt dicit Sapia *in l. imperium, num.* 6 *ff. de iurisd. omn. iud.* Sed de consuetudine in multis locis seruatur contrarium. Et in specie Guido Papæ *decis.* 238. Si animal. attestatur se vidisse in Burgundia quendam Porcum suspensum in patibulo, eo quod puerum occidisset. Cæterum hæc consuetudo mihi nunquam placuit, neque ego illam seruarem nisi in vno casu, quando scilicet homo se cum bestia carnaliter commiscuisset, tunc enim propter destitutionem criminis, & ad terrorem aliorum, si homo esset propterea suspendendus, vel comburendus, pariter facerem ipsum animal irrationale cum ipso homine *m* su- m
spendi, aut comburi, prout etiam hoc casu ita cautum fuisse *n* reperio in lege diuina, & pluries etiam obseruatum, ut dixi supra *hoc eo lib. §. Fornicatio, vers. cum animali,* & ideo non debuit iudicio meo Ant. Cauis. in *Apost. ad Aret. in §. Item lex Iulia, post n.* 2. *Instit. de pub. iud.* deridere quendam præpositum, qui quum quidam alienigena cognouisset equa, & aufugisset, fecit abscindi caput equæ, & in loco eminenti affigi, dicens quod erat ei indulgendum, quum esset vir illiteratus, & habuisset consilium ab imperiis, quos ipse peritos existimabat, licet reuera vbi non esset etiam de homine supplicium simul sumendum ego forte illud non facerem. In aliis autem omnibus casibus non recederem à communi DD. opin. Nono est etiam hoc loco prætermittenda consuetudo, quæ viget in nonnullis regionibus procedendi contra locustas, mures, limaces, & huiusmodi animalia fructibus terræ damnum inferentia, super

per qua in facti contingentia consultus respondit Cassan. *cons.* 1. valere huiusmodi processum, & anathematizationem contra ea prolatam, afferens nonnulla exempla, præsertim, *num.* 124. *& seq.* quæ tamen apud nos nunquam vidi in practica obseruari.

9 Vltimo *o* quæro, si aliquis reperiatur condemnatus *o* plurib. pænis, quomodo erit facienda executio? Resp. Si sunt pecuniariæ, omnes sunt exequendæ. Et hoc non habet dubium, nisi vna absorberet aliam, puta quia post condemnationem pecuniariam superuenerit confiscatio bonorum, nam eo casu, statim sequuta confiscatione confusæ sunt omnes condemnationes, & multæ pecuniariæ præcedentes, siue inflictæ sint ex eodem delicto, siue ex diuersis. Et ideo si reus haberet gratiam à principe pro delicto, pro quo fuisset condemnatus in pænam mortis, & confiscationis bonorum, non posset retineri in actu approbationis gratiæ propter condemnationem pecuniariam prius contra eum sequutam. Et hoc pluries decisum fuit per Senatum. Si vero *p* sunt *p* pæna corporales, tunc: Aut sunt inter se compatibiles; puta quia ex vna sententia fuit condemnatus in amputatione membri, & ex alia in pæna mortis. Et tunc

10 omnes sunt exequendæ, *q* ita tamen ut incipiatur à minori, scilicet ab amputatione membri, & deinde inferatur vltimum supplicium, non autem econuerso, ut videtur colligi ex gl. quæ reputatur singularis *in l. omnes, in gl. fi. C. de delat. li.* 10. Aut vero sunt incompatibiles inter se, puta quia omnes sunt capitales, & nemo potest nisi semel mori. Et tunc est in arbitrio iudicis, exequi quam pænam velit, & ita seruat communis consuetudo, ut attestatur Ang. *in l. nunquam plura, n.* 2. *ff. de priuat. delic. & in l.* 1. *§. fi. ff. nil noua. appell. pen.* quem refert Anan. *in c. fi. n.* 10. *de collus. deteg.* Quum enim omnes pænæ sint debitæ fisco, seu iustitiæ ad publicam vindictam, potest Iudex eligere quam vult, neque posset hoc casu iudex dare electionem reo, ut habetur *in l. aut damnum, §. perinde, vbi gl. in verbo, Permittens ff. de pœnis*, quam gl. pro singulari commendat Rom. *sing.* 131. Quæro an iudex, Vide quæ dixi sup. *q.* 85. *vers. Solet etiam.* Et *r* ideo si quis sit condemnatus pro homicidio in amputatione capitis, & pro furto ad furcas, non debet fieri executio, ut prius suspendatur, deinde amputetur caput, sed iudex eligit quam pænam vult exequi, & illa sola infertur. Si tamen essent plures condemnationes contra aliquem in hoc eadem sententia prolatæ, tunc sunt ordine suo exequendæ, prout videmus plerumque reos forcipib. candentibus laniari, deinde manum amputari, & postea decapitari, & successiue etiam in frustra scindi, licet tales pænæ non sint nisi in attrocissimis delictis imponendæ, minus enim, quam fieri potest, sæuiendum est in humana corpora, salua tamen semper iustitia.

ADDITIONES
Ad Quæst. XCIX.

a Q*Væro, quæ sit forma*] adde, † quod condemnatus ad mortem, si dubitatur, qui auferatur in itinere, datur commis-
1 sio a superiore priuatis, quod si fieret violentia in itinere, gladio occidatur: & tales occidentes non committunt homicidium punibile, quia videntur occidisse, ut publica persona, Bart. *in l. additos, C. de episc. aud.* alias † sine commissione prædicta non
2 posset occidi impune, secundum Barth. de Cap. ut ibi refert Bald. Batt. & Alex. *in l. eisdem, §. transfugas, ff. de sicar.* Afflict. *in constit. terminum vitæ, n.* 22. *fol.* 2. Baiar.

b *Ecclesia quidem*] Cattar. *de execut. sent. c. fi. n* 433. Ros.

c *Extrema autem unctio*] Cattar. *sup. num.* 435. Ros.

d *Sed pone, quod*] Folle. in verbo pœnis debitis feriantur *nu.* 18. Cattar. *de exec. sent. d. c. fi. n.* 455. Ros.

e *Quod quando officiales*] adde, quod idem tenet Rip. *in*
3 *tract. de remed præseru. contra pestem num.* 126. quod vilis persona potest cogi ad faciendum officium carnificis, præstito sibi condigno salario, & non probatur per text. *in d. l. diuus.* † quod de-
4 beant esse quinque aureorum, ut dicit Paris. *in loco hic allegato*, quia tex. ille loquitur in Præside, & officiali, & hodie illa lex est correcta per tex. *in auth. vt nulli Iud. §. fi.* ita declarat Io. Andr. Nigr. *in cap. grauamina n.* 100. & ego nunquam vidi in practica, quod soluantur quinque aurei, sed vnum scutum tantum, quando quis suspenditur, & duo, quando in frusta diuiditur; tamen consuetudo loci attenditur.

Item † adde, quod si Iudex habet plures carceratos, inter quos 5
sit vnus, qui possit condemnari ad opus publicum, poterit eum condemnare ad faciendum officium carnificis ad tempus, vel in perpetuum, iuxta qualitatem delicti; & poterit etiam iudex facere gratiam reo morituro, dummodo exerceat d. officium, ut per Parid. *in tract. de syn. verb. manigoldus*, & Follet. *in pract. crim. in verb. pœnis debitis, n.* 19. *cum seq.* Sed ego dubito, quod non possit facere gratiam inconsulto Principe. *Baiard.*

f *Quæro hic*] Cattar. *de exec. sent. c. fi. n.* 450. Ros.

g *Item quæro*] adde, † quod quidam iudex habens meretri- 6
culam in mensa petentem ab eo hominem reum mortis coram se occidi, quæ asserebat, quod nunquam viderat hoc, & iudex, ut complaceret meretriculæ, sic fecit, & quærebatur, an ille iudex censendus esset homicida, quia reum moriturum non pro Tribunali, & in loco solito, sed in conuiuio, & delitiis occidi fecerat: & adductis per Doctores pro, & contra pluribus argumentis, fuit ille Iudex expulsus a Curia, qui miscuit sanguinem epulis, & delitiis, ita refert Io. de Ana. *in c. cum iuramento, n.* 5.

Item † adde, quod executiones delinquentium debent fieri 7
publice, & non occulte, nisi ex licentia Principis, & ad requisitionem parentum, ut tenet Affl. *in constit. Monarchiam in* 6. *notab.* Baiar.

h *In hoc consueto*] Cattar *d. c. fi. n.* 441. Ros.

i *Vnum tamen in hoc proposito*] adde † Gand. *de malefic. in tit.* 8
de pœn. 24. *col.* & Cassan. *in consuet. Burg. rubr.* 1. *§.* 5. *n.* 3. *fol.* 181. vbi ponunt quindecim casus, in quibus, delinquens comburitur, vide etiam Duen. *in reg.* 113. vbi etiam plene, & Luc. de Pen. *in l.* 1. *C. de immun. non conced. lib.* 12. Baiar.

k *Comburendum*] Cattar. *d. c. fi. n.* 451. *& seq.* Ros.

l *Quæro etiam*] Cattar. *sup. n.* 454. Ros.

Quæro etiam] adde hic † incidenter, quod animal generis 9
mansueti, ut puta equus, si vulnerauerit, vel occiderit, Dominus equi tenetur offenso, ad expensas curationis, & ad operas amissas, & amittendas, si inutilis factus esset; vel quod detur animal pro noxa. *l. ex hac lege*, & ibi gl. *in verb. non recipiat. & l.* 1. *ff. si quadrat. paup. fecis. dicat.* & tenetur etiam, quod equus non esset calcitrosus, hoc est assuetus alias calcitrare, Andr. de Alser. *in consil.* 27. *nu.* 8. *sol.* 4. *inter consil. crim. diuers. fol.* 18. & in hac materia vide Mar. Socin. & Ab. *in c. si hoc de iniur. & dam. dat.* vbi plene. Sed si offensus remanet deformatus, non potest agere ad deformitatem contra dominum equi, siue alterius animalis, sed solum ad expensas, & operas amissas, ut dixi, secundum Rom. *in cons.* 378. & occidens equum, siue canem, vel aliud animal ad defensionē, non tenetur, Io. de Amicis *in cons.* 117. *per tot.* Bal. *in l.* 1. *C. vn. vi. col. pen.* & Io. Vinc. *de Anna sing.* 173. vbi attestatur, quod ita decisum fuerit per magnam curiam Vicariæ. *Baiard.*

m *Suspendi, aut comburi*] adde, ut per Lud. Cater. *in pract. cri. §. homicidium, vltimo, sub n.* 110. qui etiam allegat can. *mulier* 15. *q.* 1. & quæ plene tradit Marsil. in locis illic allegatis. *Giach.*

n *Reperto in lege diuina*] adde, † quod de hoc est text. *in c.* 10
mulier. 15. *q.* 1. quod animal irrationale habens accessum ad mulierem, comburitur vna cum muliere. *Baiard.*

o *Vltimo quæro*] Cattar. *c. fi. sup. alleg. n.* 445. *& seq.* Ros.

Vltimo quæro] adde † quod si aliquis fuerit condemnatus 11
ad pœnam mortis, & non dixerit Iudex ad quam mortem, siue furcarum, siue amputationis capitis, debet inspici, quod crimen commiserit, & si habet certam mortis speciem constitutam eo modo, quo lex statuit, infligatur: & si non habet certam speciē, recurrendum est ad interpretationem ipsius Iudicis, vel successoris, quæ interpretatio seruabitur, dum tamen modum solitum in talibus, aut rationis debitum non excedat, Luc. de Pen. *in l.* 1. *n.* 22. *C. de desert. lib.* 12. Baiar.

p *Pœna corporales*] In hac q. etiam vi. per Ludou. Carer. *in pract. crim. §. hom. vltim. sub n.* 26. Giach.

Si vero pœna corporales] adde, quod Conar. *var. resolut. lib.* 2. *c.* 10. *n.* 9. tenet quod non sit inchoandum ab amputatione membri; nam lenta mors, quæ tot cruciatibus affligit delinquentē, solet reum in blasphemias, & salutis æternæ desperationem inducere, sed si leuis pœna præcederet, ut si traheretur ad caudam equi per terram, ut sæpe solet fieri in facinorosos homines, non ita induceretur ad desperationem, sed † consuetudo seruat con- 12
trarium, s. quod prius ad amputationem manus deuenitur, & postea ad pœnam mortis, & ita pluries seruari feci. *Baiard.*

q *Ita tamen, ut incipiat à minore*] adde, † quod ita tenent 13
Paul. & Io. de Plat. *in d. l. omnes*, & Franc. Marc. *in dec.* 898. *par.* 2. Baiard.

r *Et ideo si quis*] adde, quod † Io. de Anan. *in d. c. fi. de collus. n.* 14
10. dicit, quod si aliquis fuerit bannitus ad caput, & ad furcas, & non appareat ex quo delicto fuerit primo bannitus, quod aliquid dicunt, primo suspendendum esse, deinde decapitandum & alij dicunt, quod tantum in capite puniri debet, quia

illa est minor pœna, & nihil determinat, & quod amputatio ca-
15 pitis sit minor pœna, † & mitior, quam pœna furcarum, tenet Batt. *in l. capitalium §. serui ff. de pœn.* & Cassan. *in consuet. Burg. rub.* 1. §. 5. *n.* 1. *&* 2. vbi dicit, quod eligenda est pœna amputationis capitis, tanquam mitior: subdit, quod contrarium seruatur in Francia: & etiam videtur velle defendere, quod furca est minor pœna. *Baiard.*

QVÆSTIO C.

De cadaueribus damnatorum.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Cadauera damnatorum an possint deponi & sepeliri.*
2 *Et an possint dari medicis ad anatomiam faciendam.*
3 *Et an si sit reus mortuus ante executionem, debeat nihilominus eius cadauer suspendi, remiss.*
4 *Et quid faciendum sit de vestibus damnatorum.*

Ex Additionibus.

1 *Suspensus an, & quando possit de furcis tolli.*
2 *Ioan. de Anan. impugnatur.*
Iudex non permittens corpora delinquentium sepulturæ tradi, pœnam incurrit, si non erant condemnati, vt in loco patibuli relinquerentur, ibid.
3 *Bannitus siue exulatus ab aliquo loco, si moritur pendente exilio non poterit in dicto loco sepeliri sine licentia superioris.*
4 *Suspensi cadauer, an, & quando possit tradi ad anatomiam.*
5 *Pinguedo hominis an possit retineri à Medicis in foro conscientiæ.*
6 *Vestes condemnati ad mortem cuius sint, tam in Regno Neap. quam in statu ecclesiastico.*

1 VLtimo quæro, facta executione capitali, quid faciendum sit de cadaueribus damnatorum? Resp. De jure ciuili habemus *titul. ff. de cadaueribus punitorum*, in quo habes, quod non licet ea sepelire, nisi habita licentia à principe, præsertim si sunt damnati ob crimen læsæ majest. De jure autem canonico possunt corpora damnatorum sepeliri, ut est tex. *in c. quæsitum*, 13. *quæst.* 2. Et dicit Cassan. *super consuet. Burg.* §. 94. *post numer.* 5. quod ita in Italia obseruatur, in Gallia vero seruatur jus ciuile. Sed (ut ipse fatetur) melius faciunt Itali, quam Galli.
a Hoc tamen intellige, ut fiat habita prius licentia à judice, alias enim non solent deponi, neque tradi sepulturæ. Et ita declarant communiter Doct. ut dicit Ant. Gomes. *c.* 14. *delictorum, numer.* 8. prout etiam seruatum fuit in sacratissimo corpore Saluatoris nostri, qui de licentia Pilati Præsidis fuit à cruce depositus, & traditus sepulturæ Io. 20. Bene verum est, quod quandoque condemnati propter immanitatem criminis, puta læsæ majest. etiam aggressores publicarum viarum solent, postquam suspensi sunt, relinqui in loco patibuli, ut cæteris sint exemplo, & terrori, quod etiam teste Igneo *in l.* 1. §. *si sibi manus, post numer.* 40. *ff. ad Syll.* plerunque Gallia obseruat, vt in signum latronum cadauera membratim diuisa, in locis, vbi frequentius grassati sunt, pendere permittantur.

2 Quæro, nunquid cadauer puniti possit dari medicis ad faciendam anatomiam? Resp. Bart. *in l. fi. ff. de cada. puni.* posuit hanc quæstionem, & eam non decidi, sed *b* relinquit, cogitandum. Ego *b* non reperio hoc in jure decisum, sed de consuetudine passim obseruatur, quod dantur hujusmodi corpora medicis, habita tamen prius licentia à principe, vel senatu. Et ita practicari attestatur Bertach *in verb. Cadauera, numer.* 5. Et refert Ant. Gomes. *cap.* 14. *delictorum in fin.* quod de anno 1550. Carolus V. Imper. perquisiuit votum Vniuersitatis Salman-
c ticensis, an hoc liceret facere, *c* & Vniuersitatis respondit, quod sic.

Item quæro, an si reus moriatur ante executionem, debeat ejus cadauer suspendi? Dixi *supra quæst.* 51. *versic. Sed hic incidenter.*

d Quæro *d* etiam, quid faciendum sit de vestibus da-
3 mnatorum? Respon. Bart. *in l. diuus, ff. de bon. dam.* dicit, quod debet eorum pretium conuerti in expensas necessarias officij, puta in persequendo malefactores, & huiusmodi, Ego puto in hoc seruandam esse consuetudinem prouinciæ; & quid obseruetur in Francia, habes apud Boer. *dec.* 349. *post n.* 5. apud nos autem seruatur, quod vestes viles, quibus indutus est condemnatus, tempore quo afficitur ultimo supplicio, præter eas cum quibus est honeste sepeliendus, sint carnificis, pretiosæ vero destribuuntur inter milites, siue satellites, prout etiam inter ipsos destributæ fuerunt vestes Saluatoris tempore sacratiss. suæ passionis, cuius merito nos ad cælestia gaudia perducat, illique sit laus, & gloria in sempiterna seculorum secula Amen.

ADDITIONES

Ad Quæst. C.

HOc tamen intellige] Carrar. *de execut. sent. c. fi. num.* 457. 458. 459. Ros.

Hoc tamen intellige] adde † hoc procedere, si fuerit suspensus in patibulo consueto, & deputato; secus si alibi, quia tunc sine licentia posset tolli, secundum Io. de Anan. *in c. furis n.* 2. *de furt.* 1
† Sed ego credo hoc verum non esse, quia nescio videre causam differentiæ, quare potius à loco insolito, quam à loco consueto sine licentia tolli possit: immo multo minus à loco insolito, in quo non sine maxima causa executio facta fuerit, vt est, quando suspenduntur in loco proprio, in quo delictum fecerunt, & ideo semper est petenda licentia à iudice, & ita semper vidi obseruari, & si iudex non permitteret, quod corpora defunctorũ sepulturæ traderentur (qui non essent condemnati, vel relinquerentur in loco patibuli,) incurrit pœnam priuationis officij, & exilij, ac etiam teneretur reficere passis iniuriam, & omnem læsionem, arg. tex. *in aut. vt nulli iud. §. & hoc peruenerit*, & ita habetur per Afflict. *in constit. Regn si quis aliquem n.* 13. *quæ est vltima omnium constitutionum*, & de hoc vide etiam Couar. *variar. resol. lib.* 2. *c.* 1. *n.* 11. vbi late quib. vltimo affectis supplicio iuste possit negari ecclesiastica sepultura: & quæ cadauera ex iusta causa, vt terror ceteris incutiatur, insepulta relinqui possint. 2

Item † adde, quod similiter quando quis est relegatus, vel bannitus ab aliquo loco, vel ciuitate, si pendente tempore exili, vel banni moriatur, non poterit sepeliri in loco, à quo erat exulatus, siue bannitus absque licentia superioris, ita Gomes. in *c.* 14. *n.* 8. hic allegato, vbi late. *Baiard.* 3

b *Ego non reperio*] Tu adde veram, atque communem sententiam esse dari posse per Ripam *tract. de pest. tit. de remed. præseruari contra pestem, n.* 142. refert, & comprobat ex aliis Iac. Menoch. *de arb. iud. lib.* 2. *cent.* 3. *cas.* 285. *nu.* 10. qui tamen, *n. fi.* tradit iudicis arbitrio tribuendum, qui sua prudentia cõsiderare debet familiam, conditionem & dignitatem. Nam si vilis, & deploratæ conditionis sit, tradendum anatomiæ duxit: subiungit tamen tutius esse principis voluntatem perscrutari. Ego indistincte obseruatem inconsulto Principe, & nulla consideratione conditionis, ac dignitatis, familiæ habita, communem sententiam in assassinis, qui per frusta scinduntur, vt habetur supra §. *Assassin n.* 4. Giach.

c *Et vniuersitas respondit, quod sic*] adde, † quod ita ratione publicæ vtilitatis tenent Cort. & Lancellot. Dec. *in l. Imper. ff. de iurisd. omn. iud.* Tamen Rip. *in tract. de remed. præseru. cont. pest. n.* 143. *& seq.* attestatur, quod de cõsuetudine requiritur Principis, aut damnati licentia: & ibi etiam dicit, quod solent Physici officia solemnia pro anima anathomizati decantari facere, & ipsius ossa sepulturæ com debitis funeralibus tradere: sed Menoc. *de arbit. iud. casu* 285. *n.* 10. dicit, quod remittitur arbitrio Iudicis: subiungit tamen tutius esse Principis voluntatem perscrutari. 4

Item adde, † quod Ioannes de Anan. *in cap. fures extra de furt. n.* 3. dicit, quod vidit dubitari, an Medici in foro conscientiæ valeant retinere aliquid pinguedinis de homine dato ad anatomiam, vt aliis mederi possint. *Baiard.* 5

d *Quære etiam*] Carrar. supra *n.* 462. *& seq.* Ros.

Quæro etiam] adde, quod † in Regno Neapolitano de consuetudine seruatur, quod manigoldus habet vestes viles, quibus reus ad iustitiam ducitur; ita attestatur Io. Ant. de Nigr. *in c. grauamina n.* 100. & ita vidi seruari tam in dicto Regno, quam in statu ecclesiastico: sed de rato super hoc oritur cõtrouersia, quia executores expoliant reos bonis vestimentis, antequã ducantur ad iustitiam. Et per hæc sit impositus finis huic meo labori ad Laudem, & honorem Omnipotentis Dei, & Beatæ Mariæ Virginis meæ Aduocatæ, ac Apostolorum Petri, & Pauli, quorum glorioso martyrio præsens dies est consecratus, dum secunda vice in vtroque statu Serenissimi Ducis Parmæ Domini mei in Prouinciis Aprutij præeram. Amen. 6

FINIS.

INDEX

INDEX
RERVM MEMORABILIVM
Quæ in Practica Criminali
D. IVLII CLARI,
EX VNA PARTE,
ET ADDITIONIBVS
Ex altera disperse leguntur.

A

EX CLARO.

ABBAS pro Monacho an audiatur, §.fin.q.33.nu.5 p.582

Ex Additionibus.

ABBAS declaratur, lib.5.§.fi.qu.55.nu.45.p.702
Abbas quam potestatem habeat in monachos delinquentes. lib.5.§.fi.q.35.nu.18 600
Quod tamen limita, vt ib.
ABIVRATIO facienda per Hæreticum, & pœnitentia imponenda ab iurato, § Hæresis, nu.3 381
ABOLITIO quid sit, & quæ delicta comprehendat, §.fin.q.59.n.97.& 103 729
Et an delicta commissa in officio, ib.
Et an crimen assassinij, ib.nu.104 729
Et an excusetur quo ad restitutionem rei ablatæ, ib.n.105.ib.
Abolitio, & indulgentia quomodo differant, ib.n.107 ibid.
Abolitionis effectus, ib.nu.109 ibid.
ABORTVM procurans quomodo puniatur, q.68.n.1 780
Abortus pœna in statu Ecclesiastico, ib.nu.8 780
Abortum committens punitur pœna mortis, si fœtus occisus sit animatus, secus si formam humanam non habeat, ib.n.9 ead.

Ex Claro.

ABRADENS instrumentum, dicitur falsum committere, §.falsum.num.32 p.343
ABSENS quibus modis contra absentes contumaces procedatur, §.fi.q.44.n.1 634
Absens de jure communi non potest diffinitiuè condemnari, sed fit annotatio bonorum, ib.n.2 ibid.
Et quid de consuetudine, ib.nu.3 ibid.
Et an possit etiam ad mortem condemnari, ib.n.4 635
Et an si reus intra annum compareat, & satisdet de parendo juri, recuperet statim bona annotata, ib.nu.5 ead.
Et an eo casu teneatur ipse probare innocentiam suam, §.fin. qu.44.num.6 635
Et an quando reus est contumax debeat ejus contumacia accusari, ib.nu.7 636
Et an requiratur declaratio judicis super contumacia, ibid.num.8 ibid.
Et an sit citandus non allegandum, ib.n.9 636
Et an vltra contumaciam requiratur etiam, quod sit per probationem conuictus, ib.n.10 636
Et an contra hujusmodi fictam confessionem inductam à statuto admittatur probatio innocentiæ, ib.nu.11 ead.
Et an possit judex pro reo absente aliquas probationes inducere, ib.nu.12 ead.
Reus contumax an sit citandus ad sententiam, ib.n.13 ead.
Et an possit statim lapso termino peremptorio condemnari, ib. nu.4 p.637
Et quæ sit forma sententiæ, quæ contra absentem, & contumacem profertur, ib.n.15 ibid.

Ex Additionibus.

ABSENS tempore maleficij an teneatur ad collectam impositam per vniuersitatem, q.82.nu.37 p.837
Absens appellans, vel restitutionem petens personaliter comparere debet, q.94.n.6
Absens in quibus casibus possit condemnari, §.fi.q.44.n.2 637
Absens potest condemnari quando crimen est liquidatum inter præsentes, ib.n.4 637
Iacob.de Aren.ab impugn.Clar.defenditur, q.44.nu.5 637
Absens in criminalibus, an, & quando possit per alium defendi, qu.32.nu.1.& seq. 587
Absens oblato saluo conducto, an teneatur credere, quæst.34.num 18 p.595
ABSENTIA præsumitur malitiosè allegari, si de malitia ex processu apparet, §.fi.q.34.nu.14 594
Absentia an sit probanda, vel sufficiat solum allegatio, ibidem, nu.18 ead.
Absentia citati personaliter malitiosè allegatur, ib.n.13 594
Item illius, qui semel fuit in iudicio, ib.nu.15 ibid.
Absentia in Regno Neapol. non admittitur, si citatus fuerit visus die delicti præcedenti, & seq.q 34.nu.9 594
Et informatio, an fuerit visus, capitur summariè, ib.n 10 ead.
